Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000198454
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DICTIONARIVM HE-
XAGLOTTVM

monasterij Sancti Bavonis in Blandinio iuxta Gandauum.

AMBRO SII CALE-

PINI, POST VARIAS

hactenus uiſas editiones, partim noua

ATQVE INSIGNI OMNIS GENERIS VO-

cum acceſsione, partim reliquarum ex bonis autoribus illuſtratione haud uul-

gari, locupletatum, ſyllabarum quoq; notata quantitate exornatum,

à permultis denicq; mendis repurgatum. In quo (quod

nuſquam antehac factum eſt) reſpondent

LATINIS Vocabulis:
GRAECA,
ITALICA,
GALLICA,
HISPANICA,
GERMANICA.

VNA CVM

CONRADI GES-

neri Onomaſtico, ſiue propriorum

nominum ſerie numeroſiſsima, in qua præcipuarum urbium,

montium, fluminum atq; locorum uetuſta nomina, aut

recentibus reddita, aut Germanica expla-

natione illuſtrata ſunt.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO CAES. MAIEST.

BASILEÆ,
EX OFFICINA HENRICA
PETRINA.

Digitized by Google

IN NOVVM ΕΞΑΓΛΩΣΣΟΝ
HENRICPETRINORVM LEXICON,
M. Io. Thomæ Freigij, Carmen.

HOC quoq; opus Mundum diuino numine ferri
Indicat, & fieri cuncta sciente Deo.
Optima nam cuncti linguarum dona fatentur
Laudariq; pijs, à superisq; dari.
Ob quarum studium, natali sede relicta,
Percurrunt multi Solis utrunq; latus.
Vnus ad Occiduos cupidè festinat Iberos,
Alter ad Ausonium Tybrin, ut exul, adit.
Danubium multi rapidumq; feruntur ad Albim,
Sequanam sed multis ambitiosa placet.
Scilicet ut uarijs ornent sua pectora donis,
Fiat & externo lingua diserta sono:
Quis neget esse horum studium laudabile? Namq;
Autores quibus ij se tueantur, habent.
Quot gentes Ponti sibi Rex subiecit, eisdem
Hunc totidem linguis iura dediſſe ferunt.
Laudatus studijs fuit his quoq; Carolus, is qui
Germano primus Cæsar in orbe fuit.
Quartus ab hoc etiamtam magni nominis hæres,
Edictis linguas munijt ipse suis.
Verùm quæ multi per magna pericula quondam
Discebant, liber hic absq; labore dabit.
Hic tibi nulla uiæ fateor dispendia fient,
Et tutum & facile est cuilibet istud iter.
Græcia nam Latio contermina & Itala terra est:
Proximè & Hispano Gallia iuncta solo.
Vnica quas omnis coniungens pagina gentes,
Demit multa maris, multa pericla uiæ.
Germanos illis iunxit Wurstisius: Vnde
Esse tibi gratus debet & iste labor.

AD CANDIDOS & Latinæ linguæ ſtudioſos Lectores, in nouam Dictionarij huius editionem,

CHRISTIANI VVRSTISII
Baſilienſis,

PRAEFATIO.

I eos (candidi & ſtudioſi Lectores) qui in probato aliquo autore illuſtrando & explicando ſudârunt, nullatenus ſtudij & laboris ſui iacturam feciſſe, rectè cenſemus: nec eos profectò oleum & operam (quod dicitur) εἰς κενὸν conſumere exiſtimabimus, qui libris eiuſmodi locupletandis & emendatè in publicum edendis ſtudioſè inuigilant, qui ita comparati ſunt, ut non ad unum aliquem, ſed permultos intelligendos conferant plurimum. Cuius ſanè claſsis & non poſtremæ quidem, cum præſens quoq; Dictionarium (ut uocant) exiſtat, meritò in eo, hac quoq; editione & auctiore reddendo & ſtudioſæ iuuentutis uſibus accommodando, nec laboribus neq; impenſis parſum eſt. Eius ſiquidem opus eſt argumenti, ut non niſi cum incredibili omnium eorum, quibus cum Muſis res eſt, emolumento, ſubinde locupletius in lucem prodeat: partim quod omnes penè Romani ſermonis ſcriptores in unum coëgiſſe, & cum ex ijſdem ortum ſuum habeat, ex eo tamen uelut è fonte quodam reliquos omnes emanaſſe non iniuria uideri queat: partim quod cunctis ijs communis interpretis loco eſſe poſsit. Paucis uſus fructusq; eius pro dignitate exprimi nequit. At quanta hac iterum uice, huic acceſsio facta ſit, primo intuitu uoluminis haud pœnitenda moles, cum præcedentibus aliquot editionibus collata, te dicto citius commonefacere poterit. Magnus enim uocabulorum numerus, apud receptos undiq; autores multifaria & aſsidua lectione conquiſitus, & in hac tam præclara ſerie neutiquam contemnendus, non uulgari præſentem editionem acceſsione, exornauit. Deinde uerò eas uoces, ut alij ſolent, tantopere non abhorruimus, quin ſingulis ſuum locum aſsignaremus, quarum apud Theologos, Iuriſperitos, Medicos, Mathematicos, & mediæ ætatis ſcriptores haudquaquam aſpernandos, frequens uſus exiſtit, etſi ijs abſtinuiſſe ſciremus eos, qui in aureo olim doctrinarum & eloquentiæ ſeculo, ſumma Latinæ linguæ puritate & elegantia ſcripſerunt. Non quidem eum in finem, quòd cum puriores ſuppetunt, barbara aut peregrina in uſum reuocare ſtudeamus: quin potius ut Lectori harum ſignificatio certò conſtet, neue aliquando ubi illi hæſitandum ſit inueniat.

Præfatio.

Sic prudenter & ij qui Hebraica Dictionaria collegerunt, non tantum earum uocum curam ſibi ſumendam eſſe duxerunt, quæ in puris Hebræorum libris, utputa ſacris Bibliis, inueniuntur: uerumetiam earum quas Magiſtrales uulgò appellant, plus Chaldęorum linguam reſipientes, quales in Thalmudicis & Rabbinorum ſcriptis creberrimè obuiam ueniunt, ne ſint quæ Lectoribus ſcrupulos injiciant. Pari etiam ratione ijs nos conſuluiſſe arbitramur, qui non adeò inſolentis ſtomachi ſunt, ut exactorum aliquot ſeculorum ſcriptores, de præclaris rebus diſſerentes, licet incultiore loquendi genere uſi ſint, prorſus auerſentur, quum neminem fugiat, quanta temporum iniquitate ſuperioris ætatis homines laborauerint, quando bonis autoribus, hinc inde deliteſcentibus, cum blattis & tineis pugnandum fuit. Inſertæ ſunt inſuper ſuis in locis inſignes Metaphoræ, prouerbiales ſententiæ, & alia eius generis, quę ad dictiones ſingulas illuſtrandas facere uidebantur. Deniq; multa deprauata caſtigata, pręcipua elegantibus Paragraphis ubiq; notata eſſe, Primitiua quoq; maiore, deriuatiua autem minore capitali litera conſignata, Lector induſtrius citra laborem deprehendet. Poſtremò quum ſingulæ uoces nuper in alias linguas transfuſę eſſent, Italicam dico, Gallicam & Hiſpanicam, quibus illarum nationum iuuentuti proſpectum foret: idem nos in Germanicę noſtrę pubis gratiam, lingua nobis uernacula, tentauimus. Quod ſanè quàm difficile plurimis in locis fuerit, candidi & ęqui, nobis quoq; tacentibus, intelligent. Sępè in reddendis uocibus non tam quod illę ſonarent, quàm ut ab autoribus uſurparentur ſpectandum fuit, ſæpe quod uno uerbo exprimi nō poterat, circumloquendū fuit. Etſi igitur Momos, à quorum mordacitate κὰι διαβολὴ nihil unquam tutum fuit, minimè defuturos eſſe parum dubitemus: bona tamen ſpe fouemur, & noſtros labores atq; conatus, & aliorum bonorum uirorum, ſtudioſæ iuuentuti per præcipuas orbis Chriſtiani partes, non ingratos nec inutiles futuros eſſe. Faxit Deus Opt. & Max. ut uniuerſa ſtudia noſtra ad ſui nominis gloriam & proximi ſalutem dirigantur. Baſileæ, 17. Kal. Septemb. Anno ab incarnatione Seruatoris

M. D. LXVII.

Digitized by Google

Ambroſius Calepinus Eremitanus Senatui populoque Bergomenſi S. P. D.

PLures animi ſunt magnifici conſummatiſsimiq; uiri, ex quo à prophanis, tum ueteribus tum recentibus: uel à catholicis, & his ſanè doctiſsimis ſanctiſſimisq; uiris complurimas dictionum interpretationes, quæ mihi ad pernoſcendas autorum ſententias idoneæ uiderentur, excerqere, atq; in unum cœpi cogere. Quod planè opus ſic à me ſuſceptum eſſe uelim exiſtimetis, ut alijs, & mihi in primis, uſui quandoq; futurum confiderem. Non enim tam inſtruendorum aliorum, quàm mei exercendi ingenij gratia, id efficere aggreſſus ſum. Nam cum à teneris (ut aiunt) unguiculis inter ſacratorum numerum, fauentibus ſupe-tis, relatus fuiſſem: & neq; declamationibus, refragante natura, me dedendum putarem: neq; percipiendæ philoſophiæ ulla mihi à patribus facultas daretur: quippe qui in id temporis incidiſſem, quo de ſaluandis animis tantummodo cogitandum foret: cum nec tempus omnino fruſtra terendum ducerem, haud iniqua res uiſa eſt, ea me amplecti ſtudia, quæ certam præ ſe ferrent humanitatem. Neq; uerò eò uel temeritatis uel dementiæ redactus ſum, ut bonarum artium ſtudioſis ſatis me facere poſſe exiſtimem, quando nemo, licet ſapientiſsimus, id unquam præſtare potuerit: certoq; ſciam, me nec tanto ingenio, tantaue literatura præcellere, ut quæ à Nonio Marcello, Feſto Pompeio, Pædiano, Seruio, Donato, Varrone, cæterisq; Latinæ linguæ luminibus elucubrata fuerint, eo ipſe magis religioni dedi catus, quàm cuipiam diſciplinæ, clarius aut enucleatius ſcribere poſſe confiderem. Verùm quia in præſtantiſsimis illis literarum antiſtitibus plurima deſiderabantur, ego ut communi ſtudioſorum utilitati conſulerem, aè meis pro uiribus ſuſcepti muneris officio cumulatiſsimè ſatisfacerem, ea carptim ex omnium penè diſciplinarum monumentis exprimere conatus ſum: multa contra Laurentium Vallam, contra Priſcianum, alioſq; autores, præſtantiorum authoritate nixus. Plus enim apud me Ambroſij, Hieronymi, uel Auguſtini grauitas & doctrina ualet, & Græcorum, quàm Laurentij Vallæ ſtudioſa repræhenſio. Id autem bene maleue fuerim aſſecutus, iudicent alij. Hoc unum affirmare auſim, noſtrum hoc opus & uocabulorum multitudine, & præpoſitionum interpretamento, & autorum citatione, ordineq;, dictionaria cuncta ſuperare. Quod cum in uolumen amplum excreuiſſet, ac illud multorum rogatu emittere ſtatuiſſem, patriam legi, cui id dedicarem. Nam cui potiſsimum conſecrari opus de re literaria debuit, niſi patriæ? & illi quidem patriæ, in qua magno & excellenti ingenio uiri ſunt, qui de grauitate, de iuris prudentia, deq; omni ſcientiarum genere prædarè meriti eſſent, quos ego tanquam obices oblatrantibus

trantibus conſtitui opponere. Ferè enim plerique omnes, qui in literis præſertim aliquid edidere, id principi uel ſenatui cuipiam inſcripſere, quærentes ut ab eorum potentatu ac magnitudine, laboribus ſuis apud omnes authoritatem, & ab inuidis tutelam munimenq; pararent. Prudenter id quidem, quando ita ueteri conſuetudine fieri uidemus, ut omni in re, quę principes probant, ea cæteri laudent, cupiant, tueantur. Scio namq; futuros eſſe, qui labori noſtro detrahant. Ita enim fit ut quæcunq; mortales agant, ſiue priuatim, ſiue publicè, calumniæ ſubiacere certum ſit: nec diuinis operibus maledica lingua parcit, tantum ſibi humanus arrogat intellectus. Ego non niſi uolentibus hæc legenda trado. Multa ſanè, fateor, à me tradita ſunt, quæ alij probent, ab alijs uitio dentur: quod plerisq; etiam doctiſsimis uſu euenisſe compertum eſt. Velle ſuum cuiq; eſt, inquit Poeta, nec uoto uiuitur uno. Domus quæ apud forum extructa eſt, quod editior ſit, uel depreſsior quàm æquum uideatur, ſæpe contenditur. Difficile reor omnibus placere poſſe. Sed ego non ſolùm cuipiam me non prępono, ſed nec æquiparo quidem, eligens cum Propheta abiectus eſſe in domo Dei. Quare ſi meum opus à uobis acceptum fuerit, illudq; probaſſe uideamini, abeſſe non poterit, quin à tam grauibus, tam doctis, tam eloquentibus uiris laudatum, laudandum quoq; reliqui exiſtiment. Multa uero, imò pènè innumerabilia deſunt in hoc opere. Quis enim uniuerſa multis etiam queat comprehendere uoluminibus? Verùm ne longius epiſtolam euagari patiar, finem dicendi faciam, ſi modò hoc unum uos monitos effecero, quod ad rem plurimùm conducere uidetur: quippe quod unamquamq; dictionem inuentu facilem reddit. Nam omnes orationis partes aut ſimplices ſunt, aut compoſitæ. Quæ ſimplices ſunt, ſuo quæq; loco pro duarum triumue literarum præcedentium ordine collocantur. Compoſitarum alias ſimplicibus, alias per ſe, ſecundum uariam multiplicemq; earum ſignificantiam coaptaui, ab A. littera initium ſumens.

AMBRO-

AMBROSII CALE-pini Vita, ex additionibus in eum librum, quem Io. Tritemius de Eccleſiaſticis ſcriptoribus edidit.

Mbroſius Calepinus Bergomenſis, ordinis diui Auguſtini, quo tempore Ludouicus Sfortia Mediolanenſibus dux præerat, floruit: diuinarum & humanarum literarum indagator ſtudioſiſsimus. Vnde opus pergrande ſua induſtria, magno labore, ex innumeris propè autoribus collectum, de uocabulorum notitia, ac præpoſitionum interpretatione Græca & Latina, cum autorum atteſtatione, nobis communè fecit. In quo non ſolùm quæ ad literarum & poëtarum & oratorum cognitionem plurimum conferunt, ſed etiam quæ ad Medicos, Philoſophos, nec non doctores Eccleſiaſticos pertinent uocabula, doctè ſatis eleganterq; explicuit: explicita in ueriorem lucem quàm in quibuſdam alijs codicibus conſimilibus, legenda reliquit. Quæ profectò doctis pariter & indoctis, non mediocre attulerunt ſubſidium. Hinc enim factum eſt, ut quæ apud barbaros iam barbara euaſerunt, Latina fiant: Quæ uerò apud doctos in dubium reuocabantur, nunc pateant, diſcuſſa dubietatis nebula. De CALEPIO oppido, à quo nomen huic ſcriptori, quære in propriis nominibus. Videtur & alia quædam ſcripſiſſe. Nam ubi Venetiarum mentionem facit: de huius (inquit) ciuitatis laude quoniam apud Iacobi Philippi Chronica à nobis latè congeſtum eſt, duximus omittendum.

AMBROSII CALEPINI DICTIONARIVM, POSTREMA HAC editione puriſsimè caſtigatum & locupletatum; cum Adagijs ſelectioribus, Italicis, Gallicis, Hiſpanicis, & Germanicis uocum additionibus.

A

NOMEN eſt literę primæ Hebræis, Græcis & Latinis: quibus id ſimpliciter ſonat quod ſcribitur, nihilq; habet, quod in ipſa prolatione detrahatur, ut Hebræi de Aleph, & Græci de ſuo Alpha poſſunt. In ordine tam apud nos, quàm apud illos cæterarum eſt tum uocaliũ, tum conſonantium princeps. Latinis autem uocalis præponitur, ſicuti Græcis: nam in conſtitutione diphthongorũ præponitur, ut apud illos in αι, αυ, apud nos in æ, au facilè uideri poteſt. Qua uerò figura fuerit primis illis temporibus, quibus literæ datæ ſunt Latinis, ſiue ab alio quopiam, aut Deo, aut homine mihi nõ liquet, monumenta illa periſſe puto. Minus auſim affirmare A, noſtrum grãdiuſculum formam ſuam accepiſſe à labiorum noſtrorũ motu, & oris diductione, quum proferimus, ut multi uolunt: longè alia figura pingeretur: non enim eſſet, ut ui demus triquetra forma, ſuperiori duntaxat parte concluſum, tranſuerſa linea paulò ſuprà medium poſita. Sed hæc nimia diligentia eſt: ſequamur patrum ueſtigia, & uſus. At quoniam omnis cõpoſitionis uis partim in elementis conſiſtit, quæ & literas appellamus, partim in ſyllabis, partim in dictionibus, partim in membris: elementa q; ſunt, à quibus prima uox conſtituitur, & in quæ demum reſoluitur, idcirco in omnibus literis maximè pronuntiationis modus conſiderari debet. Delectus enim non tantùm eſt in compoſitione dictionum ad orationem, ſed in locatione quoq; ſyllabarum ad dictionem, literarumq; ad ſyllabam. Qua de re hoc loco nihil ſcriptum ab alijs animaduerto: liceat ergo mihi paucis immorari. In gratiam tyrunculorum hæc ſcribo, præterea doctiores pauculas lineas. Literarum poteſtas ipſa pronuntiatio eſt, propter quam factæ ſunt figuræ, & indita literarum nomina. Hanc pronuntiationem ueteriores Grammatici, & cæteri elementum appellauere, hac ratione. Siquidem ab his, dum coëunt perficiuntur corpora, etiamnum quando hæc cohærent, literalis non quaſi corpus aliquod componitur, uel magis uerè corpus. Nam ſi aër corpus eſt, & uox quæ ex aëre icto conſtat, corpus eſſe oſtenditur: quippe quæ quum tangit aurem, & tripartitò diuiditur, quod eſt proprium corporis: hoc eſt in altitudinem, latitudinem, longitudinem: ſyllabæ in tenore altitudinem habent, in ſpiritu latitudinem, & craſſitudinem, longitudinem in tempore. Hæc Cæſarienſis Grammaticus. Ego etiam alia ratione putarim pronunciationem dictam eſſe elementum. Nam elementorum natura eſt, mutua & perpetua conuerſione uti inter ſeſe: partes enim alterius craſſiores per deſcenſum ad ima proximioribus accedentes non deſiſtũt, donec ab altiori conuexi loco ad inferiorem centri partem deuenerint, rurſus attolluntur à centro ad conuexum partes ſubtiliores. Hanc eandem naturam ſeruant elementa, de quibus nunc agimus: transfundont enim partes ſuas altera in alteram literam literæ iuxta earum poſitionem; ſonus ijs obſcurior eſt in fine, auditur magis in principio quàm in medio, niſi ſequentium qualitatibus uires ſuas aut immineant, aut imbecillitate adiuuent.

A, denos habet ſonos, uel plures, ſicut alię uocales, quãdo brẽuis, ſiue aſpiretur, ſiue non, & grauatur, & acuitur, ut hăbeo; hăbemus, ăbeo, ăbimus: Quum producitur, tam cum aſpiratione quàm ſine, grauatur, acuitur, circumflectitur. hāmi, hāmorum, hāmus: ārx, ārarum, ārx: hactenus Cæſarienſis. Hæc litera clara ex arteria prodit, os remidens hilaritatẽ quadam liberius aperit, ſpiritusq; profundior ſuapte natura palati conuexum ferit: eius ſonus magis auditur in principio, quàm in medio, remiſſior in fine dictionis: ſit tamẽ

A

in principio clarior, ſi ſubſequitur minus uehementis ſpiritus cõſonans: at ſi huiuſmodi literæ geminentur, maius incrementorum ſuſcipit: ſi diuerſæ obſtrepentes ſuccedant, non parum aſperitatis habet: denique iuxta qualitates conſonantium aut ſimpliciter poſitarum, aut geminatarum, aut diuerſarum, coëuntium inter ſe, modò ſuauius ſonat, modò aſperius ſtrepit. Cæterasq; ſoni præſtantia longè anteit uox illa, in qua plurimũ uiget A. quod maximè tum in ôratione deprehenditur, tum in carmine. Sic duobus potiſſimùm locis apparet, in uerſu pentimemeri ſcilicet, & heptimemeri, ubi ſit arſis, & theſis, magis canora ſiunt carmina. Grandiori figuræ nullum accommodatius elementum. Huius concurſus, & poſitus crebrior non tam exprimit magnitudinis & grauitatis formam: ut, at nunc horrentis Martis Arma, uirumq; cano, &c. quàm animi affectum declarat: ut Phyllida amo ante alias, nam me diſcedere fleuit. At regina graui iamdudum ſaucia cura: duo maximi apud Maronem affectus. Verùm quia uocales breues grauitati parum idoneæ, longiores uerò multò præſtantiores: ut ait ſummus & optimus dicendi magiſter, quum in dubium reuocet quis pes magis aptus ſit, & conueniens in fine clauſulæ, Trochæus an Iambus: Iambum concludit, qui conſtet ultima longa, Trochæus uerò breui: Non indignum fore exiſtimauit hic ſubijcere, & ſingulis elementis. quod non parum conferet ad numeros orationis, ſi ritè res perpendatur; correptionis & productionis regulas in ſolo dictionis fine: nam in principio, & in medio optimorum authorum petantur exempla: dent ueniam uiri docti, non enim ipſis hæc ſcribimus, ſed nouitijs. A, in fine cuiuſcũq; dictionis producitur. Corripiuntur, ita, quia, puta, item nominatiui & uocatiui, niſi uocatiuus à nominatiuo in as: numeralis uerò in ginta communem habent ultimam. In notis antiquorum, A. Auguſtus, uel Aulus, uel aſſoles, uel aut, aut aliquando, uel ager, uel agrum, uel aiunt, uel annus, uel abſoluo, uel abſolutio. AA. Auguſti, uel Auguſta. AA. Auguſtalis. AA. apud agrum uel aurum, argentum. A. A. C. ante auditam cauſam. A. A. A. Auguſti. AAA. FF. are, argento, auro, flato feriundo, uel flatuo feriundo. A. A. A. FF. Q V. TY. auri, argenti, æris flator, febricæ quirinalis Tyberini. A. A. S. L. M. apud agrum ſibi locum monumenti. A, Ciceroni Saluãris litera dicitur, quòd nota eſſet abſolutionis: ut C. condemnationis, & NL. ſignum erat ampliationis.

Hæc à tergo aſpirationem accipiens, ſit interiectio: de qua uide infrà ſuo loco.

A autem præpoſitio ſine aſpiratione, & graui accentu ſcribitur. Deducitur enim ab ἀπό Græca præpoſitione, remota ultima ſyllaba, πό: à qua præpoſitione Ab quoq; deduci nidetur, abiecta ultima litera o, & mutato π tenui in ſuam mediam b. Eadem ratio eſt de Abs: quarum trium eadem eſt ſignificatio motus ſcilicet de loco: in hoc autẽ uno differunt, quòd A nunquam coniungitur cum dictionibus incipientibus à uocali: Ab uerò cum omnibus ijs, & præterea cum l & r duabus liquidis, & s conſonantis locum tenente: ut, Ab lege, Ab rege, Ab loue, (licet apud Liuium cum alijs quoq; conſonantibus coniunctũ legatur) & Abs cum t, & q: ut, Abs Tullio, Abs quolibet. Quæcunq; igitur de A, eadem & de Ab & Abs, quantum ad ſignificationem attinet, dici & poſſe & debere eſt putandum.

Á præpoſitio producitur, & grauatur in contextu. Priſc. lib. 2. de diſt. A motum à loco ſignificat: ut, Redeo à uilla, ab agro: Venio ab urbe, ab Italia. Cic. lib. 1. Academ. Nunciatum eſt, ut niſſe eum à Roma. Virg. 1. Aen. Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. A Tenedo: Neq; ſolùm motum à loco ſignificat, ſed etiam tempus importat, & tum maximè declaratur per Quom: ut, A paruo te noui, id eſt, quũ paruus adhuc eſſes. Sic, Ab infantia te dilexi, quum dico, ſignifico ſtatim quũ inciperet infantia, cœptam eſſe meã dilectionem. Similiter cũ uerbis paſſiuis ſignificat cauſam efficientem, ſiue (ut loquuntur alij) perſonam agentem: ut, Victus eſt à

Scipiade, id eſt, vicit eum Scipio, uerti poteſt hic ablatiuus in datiuum. Cic. Honeſta bonis uiris, non occulta cernuntur, id eſt, à bonis uiris. Interdum ponitur pro Poſt, μετὰ, cum accuſatiuo, & ἀπὸ. Cic. de Senect. Cuius à morte hic tertius & trigeſimus eſt annos, hoc eſt, poſt cuius mortem. Plin. lib. 28. cap. 11. Equarum uirus à coitu in lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit equinorum capitum uiſus repræſentare. Vbi A coitu, dixit pro eo quod eſt Poſt coitum. Sic dicimus, A parto, A funere, A commeatu, quod eſt Poſt partum, poſt funus, poſt commeatum. Suet. in Cæſ. Plebs ſtatim à funere, ad domum Bruti & Caſſii cum facibus tetendit: hoc eſt, poſt celebratas exequias. Idem in Tiber. A commeatu caſtra repetêre. Et A tergo, id eſt, Poſt tergum, retro, ponè, ὄπισθιν, μετόπιν. Liu. 3. ab Vrb. Neq; hoſtium à tergo incurſum uidit. Sic à ſomno, id eſt, poſt ſomnum. Dicimus etiam non inelegantèr, A rege ſecundus, quod eſt, Poſt regem primus. Idem 1. ab Vrb. Si dignum, qui ſecundus à Romulo numeretur, creatiſti. Quãdoq; ſignificat De. Ter. in Adelph. A uilla mercenarium uidi. Suet. in Veſp. Alterum ad Iuniam Caluinum à gente Auguſti pertinere dicebat: pro de gente. Martial. Ipſam protinus à uia ſalutes. Et Cic. A Pauſanis Lentuli liberto audiui, quod alibi per De. enuntiauit: ut, De Philadelpho audies: id eſt, Philadelphus tibi dicet. Quandoque habet uim defenſionis, & ſignificat pro, ὑπὲρ, cum genitiuo. Cic. in Bruto, Nec uerò M. Caliom prætereundum arbitror, quæcunq; eius in exitu uel fortuna, uel mens fuit: qui quam diu autoritati meæ paruit, talis Tribun. pleb. fuit, ut nemo contra ciuiũ perditorum populatem, turbulentamq; dementiam à Senatu, & à bonorum cauſa ſteterit conſtantius. Vbi quod A Senatu, ait, & à cauſa bonorum, perinde eſt ac ſi dixiſſet, Pro partib. Senatus, & bonorum: hoc eſt, Senatui ſtuduerit & fauerit, eumq; curatus fuerit. Idem pro Cluent. Non modò dicendi à reo, ſed ne ſurgendi quidem poteſtas fuit: quod eſt, Pro reo, hoc eſt, In gratiam & fauorem rei. Sic dicimus, A quæſtionibus, A teſtibus, A uoluntate: quæ loquutio creberrima eſt apud idoneos autores: quaſi defenſor quæſtionum, teſtium & uoluntatis alterius. Officiorum præterea & dignitatum nominibus præpoſita, eos ſignificat, qui iis aut officiis, aut dignitatib. funguntur: qua quidem in re latiſſimus huius præpoſitionis eſt uſus. Nam A ſtudiis dicitur eſſe, qui pro eruditione & doctrina ſua, præeſt ſtudiis alicuius, puta principis. Ab epiſtolis, ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, qui præeſt epiſtolis, ſiue ut eas accipiat, ſiue ut ad illas reſpondeat. A rationib. qui nunc uulgò Clericus, ſiue magiſter comporum dicitur. Suet. in Claud. Super hos Polybium à ſtudijs, Narciſſum ab epiſtolis, et Pallantem à rationibus, quos decreto quoq; Senatus non præmiis modò ingentib. & Quæſtorijs, Prætorijſq; ornamentis ornari liberaliter paſſus eſt. A libellis. Qui libellis ſupplicib. præeſt, ὁ ἐπὶ τῶν ἐντευξεων. Sic A batis, qui præeſt menſuris, quib. annonam menſuris diuidit. A caliculis, qui præeſt caliculis, quæ ſunt uaſa potoria, ὁ πρὸς ταῖς κύλιξι. A commentariis, Qui præeſt commentariis, hoc eſt, qui in commentarium cuſtodiæ refert, & ueluti diarium cuſtodiarum conficit. Hunc Aſconius Pedianus Commentarienſem uocat. Hieron. lib. 2. Reg. Ioſaphat erat à commentariis. A manibus ſiue A manu, dicuntur ſcribæ, quorũ manu ad literas ſcribendas principes uti ſolent, ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γινόμενος. Suet. in Cæſ. Philomenem à manu ſeruũ, qui necem ſuam per uenenum inimicis promiſerat, nõ grauius quàm ſimplici morte puniit. Idem in Veſpaſ. Poſt uxoris exceſſum Caenidem Antoniæ libertam adamauit, & à manu dilectam quandam ſibi reuocauit in contubernium. Hi alio nomine, Ad manum dicuntur. Cic. lib. 3. de Orat. Licinium ſeruum, ſibi Gracchus habuit ad manum. Similiter Amanuenſes eos Suetonius alibi uocat. A memoria, Cuius officium eſt ſuggerere principi res obeundas, & quæ ſint agenda in memoriam illius reuocare ex præſcripto, ὁ ἐπὶ τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως. A pedibus dicuntur ſeroi, quorum pedibus utimur. Cic. ad Attic. Nec ullam ob aliam cauſam Pollucem ſeruum à pedibus Romam miſi. Mart. lib. 7. Omnia quum retrò pueris obſonia tradas, Cur non menſa tibi ponitur à pedibus? Idem lib. 7. eoſdem uocat Ad pedes, Miſto, inquit, lagenam replet ad pedes uino. Inuenimus etiam pro eodem Pedes, ſine præpoſitione Idem lib. 1. At ipſe retroflexos ad pedum turbam. Et ſcindam. A pedibus, per omneis caſus eadem terminatione dici. Reſtè enim interrogaueris, Quid agõt à pedibus? Intelligitur enim ibi, ſerui à pedibus, Miſſi à pedibus, Dedi à pedibus meis. Hi etiam Circumpedes

dicuntur. Vnde eſt Agretius, Circũpedes ſunt obſequia ſeruorum: Antepedes, amicorum. Cic. Circum pedes autem hominis formoſos & literatos, ſuos eſſe dicebat. A pogione dicitur qui principis pogionem geſtat, cibi ſemper præſto eſt. Lampr. in Com. Inter quos Libertinus qui à pogione appellatus eſt. Multa ſunt alia huiuſmodi nomina quæ (ut Tacitus ſcribit) ſunt ſummæ curæ, & medicamenti. A puncto, Qui præeſt reditui aquarum, ut eſt apud Front. lib. 1 de Aquæduct. A ſecreto, ſiue à ſecretis, Secretarius dicitur, qui ab ore principis (ut docet Bud. in prioribus in Pandect. Annotat.) imperia recipit diplomatum ſubſcribendorum, editorumq;, quæ in conſilio ſelecto decerni ſolent, ὁ ἐπὶ τοῦ ἀπορρήτων. A uoluptatibus, Qui ſtudium habet comminiſcendi uoluptates ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit ſe præmiũ daturum ei, qui nouum uoluptatis genus reperiſſet. Suet. in Tiberio, Deniq; officium inſtituit à uoluptatibus, præpoſito equite Romano, T. Caſonio Priſco.

Aliquando etiam hæ Præpoſitiones pro contra ponuntur. Virgil. in Melib. Dum teneras defendo à frigore myrtos, hoc eſt, contra frigus. Cic. pro Font. A quo periculo defendit te, iudices, ciuem fortem. Plin. lib. 10. cap. 17. Veſtes quoq; à tineis defendit. Quandoq; ponuntur pro Per. Plaut. in Rud. Ab ſe cantat cuia ſit, id eſt per ſe ac ſuo unius teſtimonio. Idem in Bac. Nũc & tranſenna huic modus tumbricum petit, id eſt, per tranſennam. Quandoq; [illegible] Præter, ſiue Contra: unde abre, ſignificat Præter, ſiue contra utilitatem, aut fine utilitate. ἀσύμφορον. Cui contrarium eſt, E re, id eſt ad utilitatẽ, σύμφορον: ut, E repub. id eſt, commodo Reipub. Plaut. in Capt. Quid uis, dum abre ne quid oret, faciam: id eſt, ne quid oret alienum ab humanis moribus, quod bonis moribus non cõueniat: quaſi dicas, Præter, uel contra honeſtatem. Idem in Trin. Ab re conſulit, id eſt, fruſtra. Sæpius autem uſurpatur cum particula negatiua. Plaut. in Aſin. Haud abre uocpit. Plin. lib. 11. cap. 8. Id quod notaſſe haud abre eſt, hoc eſt, non inutile, non alienum à propoſito, uel non abſurdum. Suet. in Aug. Non abre fuerit ſubtexere quæ ei primo quoq; die nouo ſecundum. Liui. Haud abre duxi. A uel Ab, pro ἐνεκα. Siue pro eo quod dicimus, Quod pertinet ad Cic. pro Rab. Quorum impunitas fuit non modò à iudicio, ſed etiã à ſermone. Idem ad Attic. Somus enim flagitioſi imparati cum à militibus, tum à pecunia. Idem de Orat. Hæc quum Craſſus dixiſſet, paruumper & ipſe conticuit, & à ceteris ſilentium fuit: pro, Quod ad iudicium, ad milites, ad pecuniam, ad cæteros pertinet. Plaut. in Epidico, A morbo ualui, Ab animo æger fui, id eſt, quod ad morbum, quod ad animum pertinet. Idem in Curc. Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit. Pudica (inquit) eſt, quod ad me attinet. Huc pertinent & hæc, Ab animo periit, Ab re perit, Ab animo otioſus, Ab ingenio improbus. Doleo ab animo, Doleo ab oculis, & ſimilia apud Plaut. ac Terent. Accipiuntur etiam A, uel Ab, pro eo quod uulgò dicimus, De parte. Plin. lib. 11. Quod à ſole fuit, in ijs melius quàm quod à terra pro, Verſus ſolem, & Verſus terram. Idem lib. 2 cap 47. Sunt ergo uenti in quatuor cœli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subſolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Dicitur tamen & A parte, pro eodem. Plin. lib. 18. cap. 18. Laudatiſſimo à parte Aquilonis, aut cum ſpongijs. A uel ab præterea cum ablatiuo perſonæ eleganter domicilium ſignificatur, A iudice uenio: hoc eſt, à domo iudicis. Ter. in And. Vnde eſt: die clarè, M. Y. à uobis, id eſt, à domo ueſtra. Ibidem, Sed Myſis ab ea egreditur. Sic A me, A milite, A Glycerio, apud eundem. Ab eo, pro eius. Ter. in Eun. Adibo, atq; ab eo gratiam hãc quam uideo uelle inibo. Vbi Donatus, Hæc eſt elocutio, Gratiam ab eo inibo, pro, Eius gratiam merebor. Nam ab eo amat. Terent. pro, Eius ponere: ut in And. Hæc primùm animaduertenda ab eo iniuria eſt, id eſt, eius iniuria. Sunt & alix harũ præpoſitionum ſignificationes, cuiuſmodi ſunt, quę ſequuntur. Cæſ. Opportuno atq; occulto loco à millibus paſſ. circiter duobus Romanorum aduẽtum expectabant, pro, intervallo duũm millium paſſ. Idem, Poſitis caſtris à millibus paſſ. quindecim, auxilia Germanorum expectare conſtituit. Ab aliquo legare. Cic. pro Cluent. Iraq; ei teſtamento legat grandem pecuniam à filio: à ſecundo hærede nihil legat. Subinterelige tradendam, id eſt, A. Cluentius ita legat Oppianico grandem pecuniam, ut ea eam non niſi à filio, ſi quis natus eſſet, accipere poſſet, ut ſcilicet ipſi Oppian. eo casu eſſet ſalus filij, quum in ea rerum ſuum emolumẽtum poſitum intelligeret. Num legare non ualebant, ſi is à quo nominatim teſtamento relicta eſſent, hæres eſſe non potuiſſet. A lenone manu aſſereri, apud Plaut. in Perſ. Hæc de ſignificatione & uſu harum præpoſitionum A, & Ab, & Abs, ceteris dictionibus

dicimus, παροιμία. [Italicè, Prouerbio. Gal. Prouerbe. Hiſpan Refran. Germ. Ein Sprüchwort.]

Abălĭēno, as, are, pen. pro. ac. p. Quod noſtrũ erat, alienum facere: id de re mancipi dicitur, id eſt, quæ à noſtro ad alterius dominium tranſire poſſunt, ἀπαλλοτριῶ. [Ital. Alienare, dipartire, diſgiognere. Gall. Aliener, eſtranger. Hiſp. Enagenar ò deſapropiar. Ger. Entfrömbden.] Cic. de lege Agr. Huiuſmodi res commiſſa nemini eſt, ut agros neſtigales populi Romani abalienaret. Hinc Abalienatio, id eſt (ut Cic. in Topic. ſcribit) eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Ponitur etiam pro ſeparare, diſiungere. Plaut. in Cure. Niſi mors animum meũ abs te abalienauerit. Idem in Mil. Iſtud crucior, à uiro me tali abalienarier. Item pro auertere. Cic. Attic. lib. 14. Sed totum ſe à te abalienauit Dolabella.

Abalienatus, participi. Quem quis à ſe remouerit, aut alienũ à ſe fecerit, ἀπαλλοτριώμενος. Italicè. Di partito, diſgionato, Gal. Aliené, eſtrangé. Hiſp. Enagenado. Germ. Entfrömbdet, abgeſünderet.] Cic. Attic. 1. Sed mirandum in modum eſt animo abalienato. Idem in Ver. 6. Abalienari ſcelere iſtius à nobis omnes reges amiciſſimi, nationeſq.

Abĭmbŭlantes, Aboſcedentes, autore Feſto. ἀπερχόμενοι.

Abămĭta, Et ſoror abaui, ἡ θεία πρὸς πατρὸς μεγάλη. l. lib. 3. [Ital. Sorella del terzo auo. Gall. La ſœur du pere de noſtre biſayeul. Hiſp. Hermana del tercero abuelo. Ger. Die ſchweſter des Vrãnis.]

Abănec, cingulum ſacerdotale (ſicuti docet Hieron.) polymita arte ex cocco, purpura, hyacintho q; contextum, ita ut flores atq; gemmæ in eo uiderentur eſſe diſtinctæ.

Abānnātĭo, ſ. t. anius anni exilium.

Abānnītī, qui in annuum exilium miſſi ſunt cædis perpetratæ cauſa, quod Græcus ſermo, ut author Euſtath. Homeri interp. ἀπενιαυτισμός, quaſi abannationem dicas, conformi Latinis nomine appellat.

Abăptīſtŭm, ſubſtantiuum. n. ſ. Medicorũ eſt inſtrumentum, terebellæ uſum præbens, quoties cranii os propter facturam aliquam perterebrandum eſt. habet enim hoc inſtrumentum in ſummitate ſua labrum, ſine obicem prohibentem, ne alius immergi poſſit, aut meninges lædere: unde & nomen habet, ἀβάπτιστον. Vide Galen. lib. 6. Method. ca. 4. & Celſ. lib. 7. cap. 15.

Abaptiſtus, adiect. quod mergi non poteſt, ἀβάπτιστος, epitheton eſt propriè ſuberi conueniens.

Abăphus, penult. cor. Non tinctus, ἄβαφος ab α priuatiua particula, & βάπτω, tingo.

Abarea, uel Abazea, Inſtituta Dionyſii. Cic. de Nat. deor.

Abartĭa, æ, f. p. Inſatiabilitas, noſtris boliſmus.

Abas, ſacer morbus.

Abarnama, bellariorum genus.

Abatos, Latinè dicitur inacceſſus, anius, Inuius. Vide in P.

Abăuūncŭlus, m. ſ. Frater abauiæ, ὁ θεῖος πρὸς μητρὸς μέγας. l. 3 [Ital. El fratello della terza auola. Gall. Le frere de la mere grand. Hiſpan. Hermano de la tercera abuola. Germ. Des grosuatters oder grosmüter brüder.]

Abăuus, p. cor. m. ſ. Proaui pater, quòd iam longè abſit abauo, ἀπάππαππος. [Ital. El terzo auo. Gall. Le pere du biſaieul. Hiſp. Tercero abuelo. Germ. Des vrdols vatter.] Cic. de Clar. Orat. Iam duorum abauorum quam eſt illuſtre nomẽ. ¶ Sic Abauia, mater proaui, ἀπαππάππη. [Ital. La terza auola. Gall. La aieule de noſtro aieul. Hiſp. Tercera abuela. Ger. Vosers grosuatters mütter.]

Abax, abacis, ſ. idem eſt quod Abacus, hoc eſt, menſa uel tabula, in qua aliquid deponitur. quales ſunt menſæ coquorum, in quas diſci, aliiq; id genus exponũtur, ἄβαξ. [Italicè, Deſco, abaco. Gal. Dreſſoir ou buffet. Hiſp. Aparador de uaſos, ò ſobre meſa del aparador. Ger. Ein Crédentztiſch. ein Zurichte.] Item tabula calculatoria, in qua logiſtæ numeros deletiles. & mathematici lineas ſuas ducunt. [Ital. Tauoletta da ſcriuere. Gal. Tablette à eſcrire, ou table à ietter, ou conter. Hiſp. Tabla pequenna para ſcriuir ò contar. Ger. Ein Rechenbanck oder Rechentiſch.] Item tabula quadrata, quæ epiſtilijs columnarum ſuppoũtur. Sunt præterea Abaces, uaſa quædã uilliora, in quibus pretioſa reponuntur. [Ital. La oeſte & conſerua di preſioſe coſe, come de calice, tazze d'argento, liuti, & ſimili. Gal. Eſtuy de pots, eſcuelles uaſes & autres choſes pretieuſes. Hiſp. Aparador de co

Similibus appoſitorum: in compoſitione uerò ſeparationem ſignificant, & priuationem. Nec tamen cum quibuſuis literis coniunguntur. Nam A cũ m & u, conſonante ſolùm coniunctum ut, Amouco, amens, auello. A, quum præpoſitio eſt, apud ueteres ſultos immediati temporis nim habet. Pomponius de Orig. Iu. dixit à cæde. Paulus uero in l. pater. ff. de adulteriis, à diuortio quorum locorum inter ſe ratio eſt, illico poſt eadem poſt diuortium. Ab, cum a de ſi l n o r, & u, ut, Abactor, Abduco, Aberro, Abfore, Abiuro, Ablacto, Abnuo, Abortior, Abrogo, Abundo. Duo ſunt ex Ab præpoſitione compoſita, quæ euphoniæ cauſa b, m tant in u, Aufero uidelicet & Aufugio. Important autẽ, ut diximus, hæ præpoſitiones in compoſitione ferè priuationem, ut abſimilis, non ſimilis. Nonnunquam ſeparationem: ut, Ablacto, Aufugio. Interdum idem ualet quod Extra: ut, Abduco. Aliquando idem quod Contra: ut, Abuſus, Contra uſum. Aliquando ſuperfluæ ſunt, ut apud Liui. Flauius ſupplementum ab Roma abduxerat. Cic. pro Roſc. Amer. Non eſt neceſſe omnes commemorare Curios, Marios, Mamercos, quòs iam ætas à præſtio uocabat. Præterea ſciendum non ſolùm hanc particulam ſignificare motũ è loco, ſed etiam à tempore, ut cum dico, Protectus ab Aemilia Romam me cõtuli ſignifico me fuiſſe ab Aemilia cœpiſſe. Sic uerò dicens, ab infantia te dilexi, cum ſcilicet inciperet infantia. Abs uerò cõponitur cum c, q, & t, ut Abſcondo, Abſtineo. Significat quoq; retrahendum in partem poſteriorem, ut in Abſtraho, & aliquando priuationem, ut in Abſtemius, quaſi ſine temeto. Hinc etiam referre potes quæ dicta ſunt ſuperius. In litera A. in notis Antiquorum. A. B. alia bona. ABN. abnepos. ABS. abſolutus. ABV. à bono uiro. AB. VC. ab Vrbe condita.

Abăcēs, carens uoce, mutus. Item Abaces uaſa quædam uilliora ſunt, in quibus pretioſiora reponuntur. Paul inquit li. 32. ff. de leg. l. hæres. Cui Corinthia uaſa legata eſſent, & abaces, huic quoq; eorum uaſorum collocandorum cauſã parari uideri. Trebatius reſpondit.

Abăcĭŏn, pen. cor. diminut. eſt à nomine Abax: cuius ſignificationem uide in primitiuo Abax, ἀβάκιον.

Abăctōrēs, qui ſint, quære in Abigeus in Abigo, ἀπελάται.

Abăctŭs, adiect. & Abactus uerbale, uide Abigo.

Abăcŭs, pen. cor. m. ſ. a. genitiuo Græco ἄβακος, ab ἄβαξ, menſa eſt, uel tabula in qua aliquid deponitur: quales ſunt menſæ coquorum, in quas receptacula eduliorum exponi ſolẽt. [Italicè, Deſco, banco ò ſedio. Gallicè. Dreſſoir ou buffet, banc ou ſiege. Hiſpanicè, Aparador de la plata ò uaſos. German. Ein banck, ſtul.] Item menſæ genus ex opere intexto, ad exponenda omnis generis uaſa factum. Cic. in Verr. ab hoc abaco uaſa omnia, ut expoſita fuerant, abſtulit. Iuuenal. Sat. 3. Lectus erat Codro Proculamino, urceoli ſex Ornamentum abaci. Cic. 4. Tuſc. Abacos complures ornauit auro & argento cælato.

Item tabula calculatoria, ἄβακιον Ammonio [Italicè, La credenziora, la tauoletta de ſcriuere, cartella Venetijs. Gall. Tablette à eſcrire, ou table à ietter ou conter. Hiſpan. Tabla para ſcriuir ò contar. Germ. Ein Rechentiſch oder tafel.] in qua logiſtæ numeros ſubinde deletiles, & mathematici ſuas lineas & figuras ducunt. Perſius, Nec qui Abaci numeros, & ſectas in puluere metas Scit riſiſſe uafer. Vitur eo in hac ſignificatione & Apul. in Mag. Veteres menſam Pythagoricam appellabant. Vnde & pro ipſa ſupputandi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, uulgus abaci ſolet. Aliquãdo plinthis è marmore uel ſtructura, ad ſeſſum habilis hoc nomine appellatur. Sunt præterea Abaci, columnarum ornamenta. & tabulæ quadratæ, quæ epiſtylis ſupponuntur, de quibus Vitru. lib. 3. cap. 1 [Ital. El ſedil della colomna. Hiſp. Piedra la brida que ſe pone al pie de la colomna paxo. Germ. Vierecketee tafeln die man zů der zierd obẽ auff die ſeůl legt.]

Abăcŭlus, m. ſ. diminut. eſt à nomine Abax: quo ſignificatur parua menſa, in qua uel rationes ſubducuntur, uel uaſa reponuntur, ἀβάκιον. Sunt præterea Abaculi, calculi quibus utebantur ueteres in ſupputatione diſpunctionibus rationũ, qui mos etiam hodie apud omnes ferè nationes ſeruatur. [Ital. Segui da far conti, detti ſerlini, ò ragionati. Gall. Getons à conter. Hiſp. Contante para hazer cuenta. Ger. Zalpfenning oder Rechenpfenning.] Plin. lib. 36. cap. 26. Vitri fragmenta temperata adglutinãtur tantùm, rurſus tota ſua ſi non queunt, præterquam abrupta ſibi, nec tingi, uelati quum calculi fiunt, quos abaculos appellant.

Abăgĭo, onis, teſte Varr. lib. 6. de lingua Latina, à ueteribus dicebatur pro eo quod nos, una litera immutata, Adagio.

ſas preciosas. Germ. Ein ſüter in das man köſtliche geſchirr behalter.] Horum meminit Iabol. in l. hæred. de legat. 3. Cui Corinthia uaſa legata eſſent, huic Abaces quoq; eorum uaſorum cauſa parates, deberi Trebatius reſpondit. Labeo autem id nō probat, ſi eas abaces uaſorum numero teſtator habuit. Proculus uerò rectè ait, ſi aneæ quidem ſint abaces, nō autem Corinthiæ, nō deberi. Hinc deducitur diminutiuum Abacion, idem ſignificans quod Abaculus, id eſt, paruus Abax, ἀβάκιον. Ammonius tamen ita diſtinguit, ut Abax ſit menſæ genus in trichinijs, ubi uaſa omnis generis exponi ſolent. Abacion uero tabula illa calculatoria, in qua uel numeros uel lineas ſubinde deſcribere ducimus.

Abba, per geminum bb, ἀββᾶ, Hebræa, uel potius Syra dictio eſt cōpoſita ex aleph & beth, in qua ſingulare quiddam eſt, quod & patres libenter audiunt, & pueri primùm ſonare diſcunt. Paulus Rom. 8. hanc uocem exponit, Per quem, inquit, clamamus Abba pater.

Abbas, batis, ſ. t. Collegii ſocietatiſq; magiſter ac moderator, καθηγούμενος. [Ital. *Abbate* Gal. Abé Hiſpan. Abad, prelado de monges. Germanicè, Ein Abt.] Sunt qui unicè ſcribant.

Abbatia, tiæ. à recentioribus capitur tam pro abbatis dignitate, quàm pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniā nimis barbarè ſonat, Græcos imitatus, per τια ſcriberem ſemper, Abbatcia, ἀββάτεια, penult. longa. [Ital. Badia. Gall. Abbaie, dignité d'Abé. Hiſp. Abadia, dignidad de aquellos. Germ. Ein Abtey.]

Abbatiſſa, fœmininum ab abbate, ἀρχιμανδρίτισσα. [Italicè Badeſſa. Gall. Abeſſe de nonains. Hiſp. Abadeſſa de monias. Ger. Ein Ebtiſſin.] Hieron. de modo uiuendi. Quum à ſemitis inſtitiæ deuiat, ipſamet etiam abbatiſſa cognoſcat.

Abbrĕuĭo, as, are, a. p βραχύνω. [Italicè, *Accorciare*. Gall. Abbrezer. Hiſp. Abbreuiar lo luengo. Ger. Verkürtzen.] Vegetius in prologo lib. 3. Quæ per diuerſos authores libros diſperſa, Imperator inuicte, mediocritatē meam abbreuiare inſiſti, &c.

Abbrĕuĭātūra, æ, f. p. apud Barbaros inſtrumentum eſt notarij non extenſum. in l. Chirographus. ff. de admi. tut. Eſt etiam officium (ut ita dicam) apud Rom. Pontificem.

Abdĭco, as, penultima cor. a. p. Amouco, repudio, reſicio, expello: quaſi longè dico, ἀποδοκιμάζω, ἀποκρίνω. [Ital. Rimouere, cacciar uia, ſcacciare per ragion, leuar & mandar fora di caſa figlioli priui di ſperanza di ritornar. Gall. Reietter. deſauouer, renoncer pour enfant, & le priuer de l'heritage. Hiſp. Empuxar à fuera, desheredar el hijo en la uida. Ger. Verwerffen, verſchopffen. Item, Ein Kind enterben vnd ausſtoſſen.] Apud Terent. in Andr. periocha. Recuſat nuptias: generum abdicat. Vnde Abdicare filium dicitur pater, quē adhuc uiuus bonis & omni iure filij priuat: quod multò grauius eſt, quàm exheredari. Ille enim dicitur exheredari, qui teſtamento paterno ab hæreditate ſubmouetur. Quicunq; itaq; abdicatus eſt, etiam exheredatus intelligitur, nō cōtrà. Sic abdicare magiſtratu aliquē, eſt abrogare alicui magiſtratū, & eo priuare. Cic. 2. de Nat. deor. Augures rem ad Senatū, Senatus ut abdicaret Cōſules, abdicauerūtq;. Sed Abdicare ſe magiſtratu, eſt deponere magiſtratū, ſiue relinquere, ἀπίεναι τῆς ἀρχῆς, ἢ ἐξομνύεσθαι, ἢ παρίεσθαι τὴν ἀρχήν, Cic. in Philip. Antonius eo die non modò Conſulatu, uerumetiam libertate ſe abdicauit. Ad eundem modum dicimus, Abdicare ſe tutela, dicta tuta libertate, & id genus ſimilibus. Plin. quoq; lib. 10. cap. 3. eleganter hoc uerbo uſus eſt: Democritus (inquit) in totū rapum abdicauit in cibis, hoc eſt, tollendum cenſuit ex omni prorſus ciborum uſu ſuſtulit: ἀθέτησεν, ἀποδοκιμάσειν. Et libro 13. cap 22. de thapſia. Nec cordicem abdicant, pro, non tollunt ex uſu medicinæ. Sic lib. 17. cap. 3. Laurus quidem manifeſto abdicat ignes ex pitru, id eſt, reſicit, auerſatur. Et lib. 31. cap. 1. Vrinam poſſet à uita in totum abdicari aurum, pro, ex hominum uſu tolli.

Abdĭcātĭo, nerbal. ſ. t. quæ opponitur adoptioni, ἀποκήρυξις. [Ital. *Scacciamento* di figlioli per ragione. Gal. Abatardiſſement, renoncement, deſaueu des enfans. Hiſp. Aquella obra de desheredar en uida. Ger. Abkündung, verwerffung von kindstatt, Ausſtoſſung mit enterbūg eines böſen kinds.] Plin. lib. 7. ca. 45. Abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adoptionem. Fieri autem conſueuit Abdicatio, patre à filio iniuria affecto, aut inobedientia eius offenſo: quem in iudicium uocatum, probata cauſa abdicabat, eumq; abdicatum alere nō tenebatur: imò egenum ueſtibusq; ipſis ſpoliatum dimittebat, nec defuncto patri ſuccedebat in hæreditatem. Tranſiit etiam ad alia: ut Abdicatio magiſtratus, Dictatoris, &c. quum ſcilicet ipſe magiſtratus, aut dictatura deponitur. Liuius 6. ab Vrbe, Amotus à poſt triumphum, abdicatione Dictaturæ terror & linguam, & animos liberauerat hominum.

Abdĭco, pen. pro. cis, xi, ctum, ἀποτίθημι, ἀναῤῥέω. [Italicè, *Loſciar da parte*, uoce augurale. Gall. Reietter, ietter en arriere. Hiſp. Echar atras, ò al traues. Germ. Verwerffen.] Augurale eſt uerbum, & ſignificat reijcere, repudiare. Cic. lib. 1. de Diuin. Quumq; in quatuor partes ulneā diuiſiſſet, treisq; partes auer abdiciſſet, quarta parte, quæ erat reliqua in regiones diſtributa, mirabili magnitudine unam, ut ſcriptum uidemus, inuenit. Contrarium eius eſt Abdicere, uerbū Auguribus etiam peculiare. Tunc enim aues Abdicere aliquid dicuntur, quum aliquid feliciter ceſſurum pollicentur, contrà Abdicere, cum aliquid aut nunquam futurum, aut infeliciter ceſſurum ſignificant.

Abdĭtāmentum, detractionem, ac deductionem pretij ſignificat: cuius contrarium eſt, Additamentum alterum ab addendo, alterum ab abducēdo, & quaſi abdicando deriuatū.

Abdĭtīuus, a, um, denominatiuum à participio Abditus, ut opinor, obſoletum. Feſtus, Abditiuo abditiui.

Abdō, dis, abdidi, abditum, paſs. t. ex Ab & Do, ſignificat abſcondo, occulto, obrego, retundo, κρύπτω. [Ital. *Naſcondere*. Gal. Cacher, muſſer, retirer. Hiſp. Eſconder. Germ. Verbergen, Ab mág thun.] Conſtruitur autem modò cum accuſatiuo: idq; dupliciter, uel cum præpoſitione. Cic. ad Attic. 9. in Aegyptum non abdemus. Hoc eſt, occultandi gratia in Aegyptum nos recipiemus. Idem Tuſc. 1. Audisne hæc Amphiarae ſub terram abdite. Liu. ab Vrb. 1. Abdito intra ueſtē ferro. Vel ſine præpoſitione. Cic. in Piſ. Domum ſe abdidit. Terent. Heey. Rus abdidit ſeſe. Modò cum ablatiuo, atq; in duobus modis. Vno cum præpoſitione. Liu. ab Vrbe 1. Se in ſuis quiſq; tectis abdiderunt. Idem ibidem, Cultrum quem ſub ueſte abditum habebat, eum in corde defigit. Altero, ſine præpoſitione. Verg. Georg. 3. Hunc quoq; ubi aut morbo grauis, aut iam ſegnior annis Deficit, abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ. Vbi Seruius, Abde domo, hoc eſt, in domo. Nam ſi aduerbialiter uellet loqui, Domi diceret. ¶ Dicimur etiam Abdere ſe literis, & in literis abdere. Cic. pro Archia. Si qui ita ſe literis abdiderunt, ut nihil poſſint ex iis, neque ad communem fructum afferre, neq; in conſpectum lucēq; proferre. Idem Volumnio lib. 7. Epiſt. Famil. Ac me totum in literas abdere. Ponitur etiam interdum cum præpoſitione Ex. Plaut. in Pſeud. Ex conſpectu ſui heri ſi ſe abdiderunt, luxuriantur. Abdor paſſi. condor, occultor, Plin. lib. 9. ca. 8. Abduntur circa Canis ortum.

Abdĭtē, aduerb. Occultè, latenter, ſecretò, κρύβδην, λάθρα, κρυφίως. [Ital. *Secretamente*, naſcoſamente. Gall. Secretement. Hiſp. Eſcondidamente. Germ. Verborgenlich, heimlich.] Cic. 1. Verr. Aliquid ita conditum eſſe, aliquid ita abditè latēre, ut omni diligentia inueſtigari non poſſit.

Abdĭtum, ti, ſubſtantiuum, pro loco occulto, κρυφίῳ τόπῳ. [Ital. *Luoco naſcoſto*. Gal. Lieu ſecret. Hiſp. Lugar eſcondido. Ger. Ein verborgen ort.] Plin. li. 8. cap. 5. Nunquam niſi in abdito coëunt.

Abdĭtus, Particip. ab Abdo, id eſt, occultus, reconditus.

Abdŏmen, pen. pro. n. t. à medicis rei anatomicę peritis uocatur extima totius uentris pars, totumq; illud quod inteſtina tegit, ex cute, adipe, muſculis octo, & peritonæo compactum totum illud ſpatium cōprehendens, quod eſt à cartilagine mucronata, nothisq; coſtis, uſq; ad ilia, atque ad ipſum uſque os pubis, ὑπογάστριον. [Ital. *Il graſſo ouer ſongia degl' animali*. Gal. Celle part du uentre qui eſt uers le nombril iuſques aux cuiſes ſous celle peau qui commun ement eſt graſſe, & improprement ſignifie graiſſe. Hiſp. La panza ò enxundia de animal, como de los puercos. Germ. Der ausſchiſſ theil des bauchs vmb den nabel biß auff die ſcham, welches die eingeweid bedecket. Item, feyſte der nieren.] Corn. Celſ. lib. 4. cap. 1. Ipſa autem illa inter coxas & pubem in imo uentre poſita ſunt, à quibus à pube abdomē ſurſum uerſus ad præcordia peruenit, ab exteriori parte euidenti cute, ab interiori leui membrana incluſum, quæ omento inuoluitur, περιτόναιον, à Græcis appellatur. Dictum autem uidetur Abdomen, quòd ſub cute abditum ſit. Et quoniam pars hæc uentris adipoſa eſt, fit ut paſſim apud Scriptores παλαχνωτὸν, Abdomen, γίαρ, accipiatur pro adipe, uel quauis uentris pinguedine. Iuuenal. Sat. 4. Montani quoq; uenter adeſt abdomine tardus. ¶ Accipitur præterea Abdomen pro ima uentris ſuilli parte, quæ alio nomine Sumen

appellatur

appellatur, ſummisq; in delicijs habebatur apud Romanos. Plin. lib. 11. cap. 37. Porcæ ſumen optimum, ſi modò fœtus non hauſerit: antiqui Abdomen uocabant. Vide de hoc plura in dictione Sumen. ¶ Per translationem aliquando Abdomen poſitum inuenitur pro gula & uentris ingluuie. Cic. pro Seſtio, Libelli etiam pro uino oppignorabantur: manebat inſaturabile abdomen, copiæ deficiebant. Sic Latinè dicas abdomini indulgere, abdomini inſeruire, abdomini opera dare, abdomini natus: id eſt uentri & gulæ. Cic. in Piſ. Ille gurges atq; helluo natus abdomini ſuo, non laudi, atq; gloriæ. Hinc Abdominis uoluptates Cic in Piſo.

Abdūco, cis, penult. pro. aſt. 1. A loco duco, *ἀπάγω*. [Ital. *Togliere*, toglier per forza. Gall. *Emmener & retirer de quelque lieu*. Hiſp. *Llenar à alguno per fuerça*. Germ. *Hinweg führen*.] Abducimus aliquem, cum eũ alicunde nobiſcum ducimus. Cui cõtrarium eſt Abducere. Et quemadmodum de pecoribus Abigere dicitur, ita de hominibus Abducere. Abducimus autem ſine ui, aut per uim. Sine ui. Terent. in Eunuch. Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. Cic. 2. de Finib. Maiores noſtri ab aratro abduxerũt Cincinnatum illum, ut Dictator eſſet. Per uim. Lactant. lib. 4. Poſtremò capti, abduct̃q; Babylonem, pœnas impietatis ſuæ graui ſeruitio pependerunt. Curtius, Armentum omne abductum. Terent. in Adelph. Me inuito abduxit meã. Dicimus etiam abducere ui, & Abducere per uim. Cic. act. 5. in Verrem, Ad quem iſte deduxerat Tertiam lũdori Mimi filiam, ui abductam à Rhodio milite. Liu. lib. 1. ab Vrbe condit. Conſularibus negotio dato, ut collegam per uim, ſi aliter nó poſſent, à foro abducerent. ¶ Inuenitur etiam Abducere poſitum pro auferre. Plaut in Trucul. Quid, ſi de ueſtro aliquid orem abducere? Idem in Caſ. Vbi ita tro hanc nouam nuptam deduxi, clauem abduxi. ¶ Per translationẽ ponitur pro Auertere, auocare, abſtrahere, mouere. Cic. Famil. 5. Me interea nec domeſticus dolor, ne cuiuſquam iniuria à repub. abduceret. Et Tuſcul. 1. Magni eſt ingenij, reuocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere. Idem pro Flac. Fide abducere, dixit ſine præpoſitione, pro reuocare à fide præſtanda. Verba eius hæc ſunt: Quod ait Luceius, L. Flaccum ſibi dare copiſſe, ut fide ſe abduceret, HS uicies.

Abecedarius, dicitur rei literariæ tyrunculus, qui adhuc ultra literarum cognitionem nihil profecit, *ἀλφαβητικός*. Accipitur item pro eo qui aliquid per ordinẽ alphabeti digerit, uel pro eo quod alphabetico ordine digeſtum eſt. Auguſt. in Pſalm. expoſ. Diligentius factum eſt, quàm noſtri, uel Latinè uel Punicè quis Abecedarios uocant, Pſalmos facere conſueuerunt. Vide Cæl. lib. 14. cap. 18. & Bud. in Pandect.

Abĕdo, dis, uel Abedo, abes, abedi, abedere, idem quod edere, abſumo, *κατεσθίω*. [Ital. *Diuorare*. Gal. *Manger tout & conſumer*. Hiſp. *Tragarmucho*. Ger. *Zuſreſſen, Gar eſſen*.] Cum Tacit. li. 15. Nam exorta uis locuſtarum abederat quicquid herbidum aut frondoſum.

Abĕllinæ, dictæ ſunt Auellanæ, ab Abellino Campaniæ oppido ubi abundant.

Abĕmo, compoſitum ab Ab & Emo: ſignificat, quaſi adimo quod dictum uidetur pro abimo, *ἀφαιρέω*. [Italicè, *Togliere*. Gal. *Oſter*. Hiſp. *Quitar*. German. *Hinweg nemmen*.] Plautus, Abemito ueſtem. Feſtus, Abemito ſignificat demito, uel auferto. Emere enim dicebant antiqui, pro recipere.

Abĕo, is, abiui, uel abii, abitum, n. q Diſcedo, *ἀπέρχομαι*. [Ital. *Partire, andare*. Gall. *S'en aller, ſe partir*. Hiſp. *Ir à lugar*. Ger. *Hinweg gohn*.] Liu. lib. 1. Hæc loquutus, ſublimis abiit. Terent. in Eunuch. Heus Demea, rogat frater, ne abeas longius. ¶ Aliquando abire dicitur, quod nos paulatim deſinit, *παρέρχεσθαι*. Terent. in Adelph. Menſes abierunt decem, id eſt effluxerunt. ¶ Aliquando pro euaneſcere, ſedari, ceſſare, præterire. Idem in Aud. Mirabar, hoc ſi ſic abiret. ¶ Interdum pro dilabi. Cic. Attic. 11. In quos enim ſumptus abeant fructus prædiorum? ¶ Item pro deſerere, ut Abire ab emptione. Abire à magiſtratu: hoc eſt, deſerere emptionem. *deſerere* magiſtratum. Pro eodem etiam dicimus ſine præpoſitione. Abire magiſtratu. Liu. 1. ab Vrb. Non tam properantis abire magiſtratu, quàm uiam ad continuandum magiſtratum, quærentis eſſe. Sic Abire incœpto, pro eo quod eſt, ab incœpto deſiſtere. Abire è medio idẽ quod mori. Terent. in Phorm. Ea mortem obiit, è medio abiit. ¶ Denotat etiam, morum ad locum, quò eſt iter, quamuis & morum de quo incluſum habeat: ut. Quò abiit. Verg. 5. Aeneid. Quò tãtum mihi dexter abis? ¶ Habet alios quoque loquendi elegantes modos. Plin. lib. 3. ca. 14. Bello ſociali oppidum deleuit, quod nunc in uillas abiit. Liu. ab Vrb. 2. Telo exacto, præceps Fabius in uulnus abiit, id eſt, pronus cecidit in uulnus. Idem, Ne in ora hominum pro ludibrio abiret, id eſt, ne ab omnibus rideretur, ne uulgi fabula fieret. Terent. Adelph. Patriſſat, abi, uirum te iudico. Vbi inquit Don. Abi, blandientis eſt uerbum, quemadmodũ ad eos dicere ſolemus, qui iam tum potes ſuorum uotorum ſunt facti. Idem in Phorm. Præſens quod fuerat malum, in diem abiit, id eſt, in aliud tempus dilatum eſt. ¶ Abi, etiam per contemptum dicitur. Terent. Adelph. Nũquam rem facies, abi, neſcis inceſſare homines. Abi etiã dicimus hærenti morantiq;. Terent. Andr. Vos iſthæc intrò auferte, abite. Abire uiam figuratè dictum. Plaut. Rud. Abi tacitus tuam uiam. ¶ Parœmiæ aliquot et hoc uerbo naſcuntur, ut Aut abi, aut exuere. Autore Plat. in Thæteto hic mos fuit Lacedæmoniis, ut in publicis certaminibus neminem cogerent ad certaminis congreſſum, ſed legẽ edicebant, *ἢ ἀπιέναι ἢ ἀποδύνεσθαι*. Campeſtrium enim certorum nudi luctabantur Græci, quibus *ἀποδύνεσθαι* exuere eſt. ¶ Simile huic adagio eſt, Aut abi, aut bibe, *ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι*. Cuius meminit Cic. Quæſt. Tuſcul. lib. 5. Monemur autem hac Parœmia, ut aut tempori locoq; nos accommodemus, aut ab hominum conſuetudine nos ſubducamus. ¶ Aliud Adagium, Abi in exitium, *βαλλ' εἰς ὄλεθρον*, mitte in perniciem, auferatur è medio. ¶ Ex hoc etiam uerbo oritur hæc Parœmia, Præſens abeſt, *πάρων ἀπεδημεῖ*, in eum qui non animaduertit ea quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata.

Abitur, imperſonaliter poſuit Plautus in Mere. Scio iam quid uelis: nempe me hinc abire uis. L. uolo. C. abibitur.

Abĭtus, & Abĭtio pro diſceſſu, *ἀποχώρησις*. [Ital. *Partita ò partimento*. Gall. *Departement*. Hiſpan. *Ida de algun logar*. Germ. *Hingang oder abſcheid*.] Terent. Heaut. Quum uideam miſerũ hunc eius abitu cruciari. Ibidem. Propter eam hæc turba atque abitio uenit. Abitionem antiqui dicebant mortem. Feſtus.

Abĭtus præterea non modò abitionem & diſceſſum, ſed & locum per quem abire poſſumus, ſignificat. Vergil. 9. Aeneid. Hinc atq; hinc, omnem q; abitum cuſtode coronant.

Abĕrcĕo, ces, n. ſ. ex Ab & Arceo, ſignif. prohibeo, *ἀπείργω*. [Ital. *Vietare*, prohibire. Gal. *Chaſſer*. Hiſp. *Atredrar ò apartar*. Ger. *Vannen treyben*.] Plaut. atq; eam abercet domo.

Aberro, ras, n. p. Valde erro, longè digredior, *ἁφαμαρτάνω, ἀποδέδλημαι* [Ital. *Vagare*. Gal. *S'eſgarer, ſe deſuoir, ſe forvoir*. Hiſp. *Deſuiarſe*. Ger. *Irr gohn, Von dem rechten wág abtreeten*.] Lactant. li. 4. A quo hi duo riui ſi aberrauerint, areſcant neceſſe eſt. Cic. lib. 5. Tuſcul. quæſt. Sed redeat unde aberrauit oratio. Plin. Iun. libro 4. Epiſt. A qua rogo ne artificem quem elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare, id eſt, ab illo exemplari diſcedere, etiam ſi melius facturus ſit.

Aberrātio, uerbale, Digreſſus à recta uia: & metaphoricè profugium, *ἀπόστασις, ἀποπλάνησις*. [Ital. *Grande errore, deuiamento ò diſuiamento*. Gall. *Forvoiement, deſtorce, eſgarement de chemin*. Hiſp. *Apartamiento de camino, errado ò deſuio*. Ger. *Ein abtreetung vom rechten wág, Ein fáler*.] Cic. Caſſio, Veruntamen aliam aberrationem à moleſtiis non habemus.

Aberunco, cas, Lege auerrunco.

Abſŏre, penult. cor. ſignificat abfuturum eſſe, *ἀπέσεσθαι*. [Ital. *Douere allontanarſi*. Gal. *Eſtre abſent*. Hiſpan. *Eſtar, ò ſer auſente, ò alexarſe*. Ger. *Dauon werden ſein, Abweſend werden*.] Quæ duo per b ſcribuntor, ne ſi per geminũ ff ſcriberentur, compoſita quis crederet ex Ad præpoſitione, quæ oppoſitum ſignificant. Ouid. eſſe quoq; in fatis reminiciter, affore tempus. Stat. tamen libro 1. Thebaidos, accipere uidetur Affore, in ſignificatione præſentis: ſenſit manifeſto numine ductos Affore, quos nexis ambagibus Augur Apollo, Portendi generos multo fallente ferarũ, Ediderat. Sic Aforem, pro abeſſem: Afforem pro adeſſem. Vergil. 1. Aeneid. Atq; utinam rex ipſe, Noto compulſus eodem Afforet Aeneas. De aliis à Fore compoſitis, uide in dictione Forem.

Abgrĕgo, gas, penultima correpta, act. p. Ab grege duco, uel ex pluribus gregibus parteis ſubduco, *ἀφορίζω* [Italicè, *Scieglere*, & menar fuor del grege. Gal. *Separer du troupeau*. Hiſp. *Apartar, como de manada*. Ger. *Von der herd abſündern*.] Huic contrarium eſt Aggrego, quod eſt addo, & quaſi in gregem duco. Diſgrego uerò & Segrego, pro diſiungo poni ſolent, quibus contrarium eſt Congrego.

Abhinc, Vna dictio compoſita idem ſignificans quod Ante

tebat, ἤδη, ἀπὸ τοῦδε. [Italicè, Gia sono, per l'auuenire, da hora inanzi. Gallicè, Depuis ce temps, d'icy en auant, de ce temps là. Hisp. Ante, ò adelante. Ger. Von dannen, von dieſer zeit an, fürwirtigen zeyt an.] Et inuenitur tam accuſatiuo quàm ablatiuo. Terent. in Andr. Abhinc triennium, hoc eſt, Ante tres annos, τρίτον ἤδη ἔτος. Cic. ad Attic. Quod quo Cornificio me abhinc annis amplius 17. ſpopondiſſe dicitur Flauius.

Abhorreo, res, rui, n. ſ. Aſpernor, fugio, diſſentio, diſcrepo, remotus ſum à re aliqua, μισέω τινα, ἀπαλλάτομαι. [Italicè, Hauer in horrore & in deſpetto. Gal. Auoir en horreur & dédaing. Hiſp. Abhorrecer. Germ. Ein abſcheuhen ab einem ding tragen.] Et modò cũ accuſatiuo, modò cum ablatiuo iungitur. Cum accuſatiuo. Suet. de Aug. Nam pumilos atq; diſtortos, & omnes generis eiuſdem, ut ludibria naturæ, malíq; ominis, abhorruit. Liu. 4. ab Vrb. Eodem anno Poſthumia virgo Veſtalis, de inceſtu cauſam dixit, crimini obnoxia ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem, ingenioq; liberius quam virginem decet, parum abhorrens famam. Cum ablatiuo mediante præpoſitione à. Terent. in Heaut. Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptiis. Sic, Abhorrere ab re uxoria, apud eundem in Andr. Et apud Cic. de Fato, ſine præpoſitione, Alii talibus uitiis abhorrent. Sciendum tamen, quòd cum accuſatiuo iungitur, in ſimili ferè ſignificatione ſumitur, qua Horreo: tunc enim ſignificamus, nos rem præſentem uel propinquam, quam audire, aut aſpicere pertimeſcimus, execrari. Cum uerò ablatiuo, tunc procul nos eſſe ab eo quod nõ placet, uel quod refugimus, demonſtramus: ut ſi dixero. Hanc rem abhorreo, ſignificat execror, & pati nequeo. Abhorreo ab hac re, id eſt, alienus ſatus ſum, uel procul eſſe uolo. A multis enim procul eſſe uolumus, ut à rebus reuereris, licet noſtris ſenſibus pleraque odioſæ non ſint, ſed animi moderatione ab illis abeſſe ſtudemus, ne nobis officiant. L. Valla lib. 3. ca. 104. ſcribit hoc uerbum ſemper conſtrui cum ablatiuo, ſed forſaſſe decepit eum Ab præpoſitio, quæ ablatiuum exigere uidetur. Sed ſi hoc in pleriſque uerbis fiat, non tamen in omnibus, ſicut in Aboleo, Abluo, & huiuſmodi, quæ accuſatiuum non ablatiuum poſtulant. Ponitur interdum abſolutè. Ambroſius Offic. libro 1. capite 8. Legimus officium dici à nobis poſſe, nec ratio ipſa abhorret, quandoquidem ab efficiendo dictum putamus, quaſi efficium. Cic. pro Cluent. Omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant, omnes ut immanem ac pernicioſam beſtiam, peſtemq; fugiebant. Abhorrens, ſine adiecto, Quod ratione caret, ſeu alienum eſt à ratione, ἀπιθανώς, ἀπρεπῶς, ἀπιθέτως. Liu. Riſus illic nequaquam tam abſurdus eſt, quàm ueſtræ abſurdæ & abhorrentes lachrymæ.

Abhorreſco, n. t. Valde timeo, ſeu in horrorem abeo, & quaſi ni dere non patior, ἐκπλήττομαι. [Italicè, Impaurire. Gallicè, Auoir en dédaing & horreur. Hiſpan Auer mucho miedo ò eſpanto. Ger. Ein grauſen vnd heffig abſcheuhen vberkom men.] Lactant. de Ira, Quem terra contremiſcit cœlumq; & mare, & latebræ Tartareæ, & dæmones abhorreſcunt.

Abhortor, idem ferè quod dehortor, ἀποτρέπω. [Italicè, Sconfortare. Gal. Deshenborter, deſconſeiller, deſcorner. Hiſpan. Diſpuadir alguna coſa contrazones. Germ. Abmanen.

Abiecto, tas, freq. ſignificat frequẽter abiicio, ἀποῤῥίπτω. [Ital. Gittare ſpeſſo. Gall. Jetter ſouuent auec dédaing. Hiſpan. Abatir, ò echar de ſi muchas uezes. Ger. Stätig oder offt hinwerffen.]

Abiẽs, etis, pen. cor. fœm. gen. tert. decl. Arbor eſt altiſſima, rectiſſimaq;, cuius pars inferior enodis Sapinus nocatur: ſuperior ferè nodoſa duriorq;, Sufterna, ut Plin. ſcribit lib. 16. cap. 19. Præcipua dos eſt criſpantibus, & intorto quedam diſcurſu uenarum pretioſis. Alii hanc Gallicam uocant, propter candorem, ἐλάτη. [Ital. Abete, altrimenti Sappo. Gall. Arbre communement appelé Sapin. Hiſpan. Abeto, arbol. Ger. Ein Thannbaum oder Fiechten.]

Abiecula, dimin. Græcè dicitur ἐλάτη, forſan ab ἐλάω, impello, produco, prolongo. Dictam autem uolũt Abietem, quòd in altitudinem longius eat, quàm cæteræ arbores.

Abiẽgnus, a, um, Quod eſt materiatum ex abiete, ut Abiegnæ menſæ, ἐλάτινοι. [Ital. Coſa fatta d'Abete. Gal. De ſapin. Hiſp. Coſa de materia de abeto. Ger. Tännin. Col. li. 12. cap. 41. Quidam eadem ratione arida populnea, uel abiegna ſcobe uirides uuas cuſtodiunt.

Abiẽtarius, m. ſ. Faber lignarius, ab abietibus, & aliis lignorum generibus, ut in Exod. Faciant opera abietarii. Hi etiam materiarii dicuntur, à materia, τέκτονες. [Ital. Il legnaiuolo, il marangone. Gall. Charpentier. Hiſp. Carpintero. Germ. Ein Zimmerman, ein Schreyner.] Cuius nomine ligna, quæ ad ædificandum fulciendumq; neceſſaria ſunt, intelligendo eſſe declarat Iureconſult. Feſtus pro denominatiuo uſurpat: Abietaria, inquit, negotia, quam nunc materiam dicimus uidelicet ab abietibus cœmendis: & Abietarius negotiator.

Abĭga, penultima correpta, ſiue ut alii malunt, Abiuga, herba eſt quæ à Plinio alio nomine Chamæpitys dicitur, ab abigendo partu ſic uocata, χαμαιπίτυς. Hanc eandem eſſe herbam credit Ruellius, quam uulgo Iuem muſcatam uocant.

Abigas, Auic. Albertus dixit armatorum cõceptus: tertium eſt inuolucrum fœtus in utero, quod partum tuetur aduerſus ſui ipſius lotium & humores.

Abĭgo, is, a. t. penult. correp. ex ab & ago: propriè eſt pecus aut greges abducere, ſiue ui id fiat, ſiue dolo, ἐλαύνω. [Ital. Sacciare, menar uia gregge. Gall. Chaſſer, & proprement les beſtes. Hiſp. Apartar ganado, hurtarlo, ò exear. Germ. Vich entfüren vnd hinweg treyben.] Liu. 1. ab Vrb. Hercoſtem in ea loca, Geryone interempto, boues mira ſpecie abegiſſe ferunt. ¶ Aliquando ponitur ſimpliciter pro agere, ſiue propellere, ut ſit quum boues in paſcua mittuntur. Varro de re Ruſt. lib. 2. cap. 1. Itaq; greges ouium longius abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum. ¶ Significat præterea Abigere, rem nobis odioſam aut moleſtam propellere & fugare, ἀπάγω. [Ital. Cacciar uia coſe dannoſe & ſpiacenoli. Gall. Chaſſer loing de nous toute choſe odieuſe & mal plaiſante. Hiſp. Empuxar à lexos coſas que hazen danno. Germ. Abtreyben, hinweg treyben.] Cic. Tuſc. 1. Prolicì ſe inſuper in humatum. Tum amici, Volucribuſne, an ferist? Minimè uerò, inquit, ſed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. ¶ Secundum hanc rationem transfertur interdum ad res incorporeas: ut Abigere faſtidium, laſſitudinẽ, & id genus, pro expellere. Plin. li. 12. cap. 17. Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri eius odore in ſocis abigentes ſuorum faſtidium. Plaut. in Merc. Agedum Acanthium, abige abs te laſſitudinem. Huic ſimile eſt Amouco, ſed mitius. Ci. pro Cluen. Odium, inuidiam, metum, cupiditates q; omnes amoue. ¶ Abigere partum, etiam eleganter dicimus, pro eo quod eſt, Herbis & medicamentis fœtum iam conceptum depellere. Ibidem, Memoria teneo, Mileſiam quãdam mulierem, quum eſſem in Aſia, quòd ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamẽtis abegiſſet, rei capitalis fuiſſe damnatam. ¶ Prouerbiali figura uidetur olim uſurpatum, Abegerunt nunquam meos boues aut equos, pro, nunquam me læſerunt aut iniuria affecerunt, ut mihi ſit cauſa cur illorum odiſſe debeam. Plutarch. in Com. de uitanda uſura. Homer. Iliad α. Οὐ γάρ πω πώποτ' ἐμὰς βόας ἠλάσατ', οὐδὲ μὲν ἵππους.

Abactus, a, um, ab Abigor: ut abacti greges, qui aut furto, aut per uim abducti ſunt, ἀπηλάθεις. [Ital. Tirato uia per forza & latrocinio, beſtiami ſcacciati. Gall. Chaſſé par force ou larrecin comme beſtial. Hiſp. Ganado hurtado. Germ. Hinweg getryben, es ſey durch diebſtal oder gwalt.] Cic. 4. Verr. Præter ea greges nobiliſſimarum equarum abactos. Liu. 4. ab Vrbe, Exercitus in agrum Veientem ac Faliſcum ductus, prædæ abactæ hominum, pecorumq;. Additur quandoq; & ablatiuus Furto. Plin. lib. 8. cap. 51. Compertum ignita nocte ſuarii, furto abactos, merſoq; nauigio inclinatione lateris unius, remeaſſe. Abacta nox, pro exacta. Vergil. 8. Aeneid. medio iam noctis abactæ Curriculo. Dicebantur etiam Abacti, authore Feſto, magiſtratus, qui coacti depoſuerant imperium, ἀναθέντες.

Abactus, us, ui, uerbale, m. q. p. uiolẽta expulſione, ἀπηλασία. [Ital. Diſcacciamento ſubito, ò rubamento di beſtie. Gall. Dechaſſement uiolent, larrecin de beſtial. Hiſpan. Empuxamiento, ò hurto de ganado. Germ. Auſsſtoſſung oder entfürung mit gwalt.] Plin. in Panegyr. Quàm diſſimilis nuper alterius principis tranſitus (ſi tamen tranſitus ille non potius latio fuit) quum abactus hoſpitum exerceret. Abactus etiam uocatur furtum illud quo pecudes è paſcuis abiguntur, aut à gregibus ſubtrahuntur: quod alio nomine Abigeatus dicitur.

Abigĕatus, us, m. q. ipſe abigendi actus, ſiue crimen abactionis, ἀπηλασία. [Ital. Latrocinio, ò rubamento di beſtiami. Gall. Larrecin ordinaire de beſtial. Hiſp. Hurto de ganado. Ger. Ein Vych diebſtal, Ein hinweg treybung des Vychs ab den weyden.] Marcel. libro 47. Digeſt. Abigeatus crimen

men publici iudicij non eſt, quia furtum magis eſt.

Abigena bos, Var. de ling. Latina lib. 4. Abactum quod circumactum eſt: ut abigena bos apud augures, quam circum alia hoſtia conſtituuntur. Forteſſe legendum ambigena & ambactum.

Abigeus, pen. cor. m. ſ. ab Abigo dicitur, ut author eſt Vlp. qui pecora de paſcuis, uel ex armentis ſubtrahit, & quodammodo deprædatur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercet equos de armentis, uel oues de gregibus abducēs, ἀπελάτης. [Ital. Ladro, ò rubatore di beſtiami. Gall. Larron ordinaire de beſtial. Hiſp. Hurtàrdor de ganado. Germ. Ein Vychrdu ber oder Vychdieb, der das Vych entfüret, oder hinweg treybt.] Cæterum ſi quis ouem oberrantem, uel equos in ſolitudine relictos abduxit, nō eſt abigeus, ſed fur potius. Scribit & Clau. Quantitas diſcernit forem ab abigeo. Qui enim unam ſuem ſurripuerit, ut fur coërcebitur: qui gregem, ut abigeus. Multò autem grauius ſupplicium à legibus in abigeos, quam in cæteros fures conſtitutum eſt; quòd hos ædibus noſtris poſſimus excludere: paſcua autem maiora ſint, quàm quæ muro poſſint cingi. Quem Vlp. Abigeum appellat Apuleius Abactorem uocat.

Abĭĭcio, cis, act. 3. penultima correpta, & per geminum i, quia mutatur a in i, quæ tamen in præterito conuertitur in e. Eſt autem Abiicere, proiicere, hoc eſt, à ſe longè iacere, προϊέναι, ἀποβάλλειν, ἀπορρίπτειν. [Ital. Gittar de lontano per ira, iſdegno, diſpetto, & altrimenti. Gal. Jetter par dédaing ou facherie. Hiſpan. Abatir ò chear de ſi. Germ. Hinwerffen, Von ſich werffen.] Vall. lib. 1. Quum prælium nauale committere uellet, auſpicijs more maiorum petiiſſet, & pullarius non extre pullos canea nuntiaſſet, abiici eos in mare iuſſit, dicens: quia eſſe uolunt, bibant. Cic. Tuſcul. 1. E muro ſe in mare abieciſſe. Eſt etiam hoc uerbum aliquando humilis & contempti, ſupplicisúe: unde, Abiicere ſe ad pedes alicuius, eſt ſuppliciter ante pedes eius procumbere, à quo aliquid precibus conamur impetrare. Cic Attic. libr. 8. Non ſum ueritus ne uiderer aſſentari, cui tali in re libenter me ad pedes abieciſſem. Pro eodem etiam dicimus, Supplicium ſe abiicere. Idem pro Milone, Ego me plurimis pro te ſupplicem abieci. Abiicere ſeſe, eſt deprimere ſeipſum & parum pendere, ταπεινὸν ἑαυτὸν. Cic. in Parad. Sic te ipſe abiicias atq; proſternas, ut nihil inter te & quadrupedem putes intereſſe? Abiicere haſtam, idem eſt quod deſperare: cuius teſtimonium habes apud Cic. pro Murena. Metaphora ducta ab iis qui prælio nicti arma abiiciunt, quæ fugientibus oneri magis ſunt, quàm uſui. Tranſfertur etiam ad res animi, accipiturq; pro deponere, expellere, & amouere. ut Abiicere amorem: & Abiicere ſpem, ſiue animum, hoc eſt, deſperare. Cic. 5. Verr. Socii uero nationesq; exteræ, ſpem omnium, tum primum abiecêre rerum. Sic, Abiicere curam, eſt curam deponere, & deſinere ſollicitum eſſe. Idem Patō libro 9. Famil. Sed cauē, ſi me amas, exiſtimes me, quòd iocoſius ſcribam, curam rei abieciſſe. ¶ Quum nitium aliquod aut rem aliquā noxiam admonebimus miſſam fieri, reiiciq; oportere, conuenit adagium ab hoc uerbo natum, Abiiciendū procul. Sic Theognis non opes ſed ipſam paupertatem iubet εἰς μυχαίτατα πόντου ῥίπτειν, id eſt, in immenſum mare proiicere.

Abiectus, a, um, particip. Ouid. Sic ubi fata uocant, udis abiectus in herbis. Et Abiectus, abiectior, abiectiſſimus, nomē ex participio. Cic. 1. de Finib. Nihil abiectum, nihil humile cogitant. Abiectus, id eſt, iacens, ſummiſſus, contemptus, afflictus, & animo fractus, ἀπορρίμμενος, καταβεβλημένος, ταπεινόφρων. [Ital. Gittato uia, diſprezzato, uile, baſſo. Gal. Deſpriſé, debouté de chaſcun, abbaiſſé, humilié. Hiſpan. Abatido, de poco precio. German. Hingeworffen, oder ver worffen, verachtet.]

Abiectè, aduerb. pro contemptim, & abiecto animo. Cicero 1. Tuſculan. Sed hoc quidem in dolore maximè eſt prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, neue ſeruiliter. muliebriterúe faciamus, ἀπορριμμένως. [Ital. Per diſpregio. Gall. Sans en faire cas, vilainement & ſans honneur. Hiſpan. Menoſpreciando. Ger. Verachtlich, Verzaglich.]

Abiectio, tum. c nerbale, Idem eſt quod animi deiectio & contemptus ſui. Cicero in Piſon. Quid debilitatio atq; abiectio animi tui, Macedonia Prætoris nuntiata, ἀ ἀποβολὴ, ἀπόῤῥιψις, ἀθυμία, ταπείνωσις. [Ital. Al gittamento per iſdegno ò diſpetto. Gal. Zacherté de cœur-meſpris. Hiſp. Abatimiento, menoſprecio. Ger. Kleinmütigkeit.]

Abintĕgro, penult. naturaliter correp. ſignificat Denuo, quaſi res perfecta rurſus inchoetur, ἐπανόρθωσον. [Italicè, Di nuouo. Gal. Derechef. Hiſp. De nueuo ò deſde comienco. Germ. Von neüwem an.] Ver. Eclog. 4. Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo. Cicer. 3. Ver. utrum exiſtimath minus operis eſſe, unam columnā efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere?

Abintĕſtāto, aduer. ſignificat ſine teſtamento, ἀδιάθετος. [Ital. Senza teſtamento. Gall. Sans teſtament. Hiſp. Sin teſtamento. Germ. Ön ein teſtament oder gemechtnuſs,] ut, Hic ab inteſtato deceſſit, μὴ διαθέμενος: Sic etiā dicimus, Succedere ab inteſtato. Afran. lib. 29. Digeſt. Quicunq; enim ab inteſtato ſucceſſerit, locum habet codicilli. Et pōſt, Nec intereſt quis ſuccedat, dum ab inteſtato ſuccedat.

Abĭŏtos, pen. pro herba eſt Dioſc. quæ uolgari nomine Cicuta appellatur, ἄβιωτος. Nomen inde ductū uidetur, quòd capite damnatis cum uino miſceri ſoleat. Nam ἄβιωτον, Græcis triſte ſignificat, & doloribus plenum.

Abiūdĭco, as, penult. cor. ſignificat rem, de qua controuerſia eſt, per iudicium aufero, & alteri trado, ἀποδικάζω. [Ital. Toglier uia per iudicio. Gall. Oſter par iugement. Hiſpan. Quitar alguna coſa por ſentencia. Ger. Mit recht abſprechen.] Vnde Ager abiudicatus ab Liu. dictus, quem Romani per iniquum iudicium interceperant, eripuerantq. Cic. in Ver. Act. 2. Nulla res cuiquam tam patria atque aperta fuit, quæ non imperio iſtius abiudicaretur. Ponitur aliquando extra forum, pro repudiare, ſiue reiicere. Cic. de Orat. libro 1. Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico atq; reiicio.

Abiūgo, gas, act. penultima correpta, propriè à iugo remoueo, ἀποζύγνυμι. [Ital. Scioglier dal giogo, diſcoppiare. Gal. Decoupler, déloindre. Hiſp. Apartar ò deſunnir uno de otro. Germ. Entiochen. Zuſsmächen, Von dem ioch entledigen.] ut, Abiugare bouem, hoc eſt, à pari diſiungere. Sed per translationem ſignificat ſeparare, alienare, ἀποχωρίζω. Pacuuius, Quæ res te ab ſtabulis abiugat? Huic contrarium eſt Adiugo, de quo infrà.

Abiungo, gis, act. 3. Separō, ἀποζύγνυμι, ἀποχωρίζω. [Ital. Diſunare & ſeparare, ſcompagnare. Gall. Déioindre, ſeparer. Hiſp. Apartar ò deſunir uno de otro. Germ. Von einandern fügen oder abſündern.] Vergil. 3 Georg. it triſtis arator, Mœrentem abiungens fraterna cœde iuuencum. Cic. ad Attic. Quod ſe ab hoc refractorio ludiciali dicendi genere abiunxerit: hoc eſt, ſe diſiunxerit. Huic contrarium eſt Adiungo.

Abĭūrāſſe, antiquum uerbum, pro abiuro, ſicuti apud Cicer. in lib. de Senect. in uerſu quodam Ennii, Leuaſſo pro Leuo: O Tite, inquit, ſi quid ego adiuto, curamúe leuaſſo. Plautus in Perſ. Nec metuo, quibus credidi hodie, ne quis abiuraſſit mihi.

Abiūro, ras, act. p. penultima producta, ſignificat rem mihi creditam periurio nego, ἀπομόω, ἀπόμνυμι, ἐξόμνυμι. [Ital. Negar cougiuri & ſagramenti, giurando negare. Gall. Renier par ſerment, ou auec iurement. Hiſp. Negar alguna coſa coniuramento. Germ. Mit dem eydſchwür leügnen, Verſchweeren.] Plaut. in Curcul. Qui abiurant, ſi quid credidum eſt. Accipitur etiam latius pro eo quod eſt, factum all quod cum periurio negare. Cic. Attic. lib. 1. Tulliola noſtra, deliriæ noſtræ, tuum monuſculum flagitat, & me ſpōſorem appellat: mihi autem abiurare certius eſt, quàm dependere. Quo in loco Cicero ſuo more ludens, ait ſe potius conſtituiſſe, uel cum periurio negare ſe ſpopondiſſe, quàm quod pro Attico ſpoponderat exoluere.

Abiuratus. Cum periurio negatus: ut quum depoſitum abiuratum dicimus. Aliquādo tamen ſimpliciter acceptum inuenitur pro eo quod eſt, contra ius retentum. Sic enim interpretatur Seruius illud Verg. libro 8. Abſtractæq; boues, abiuratæq; rapinæ, Cœlo oſtenduntur, ἐξωμοσίαι. [Italicè, Negatō per giuro & ſacramento. Gal. Nié par ſerment ou iurement. Hiſp. Negado, coniuramento. Ger. Verſchworen.

Abiuratio, rei creditæ abnegatio cum periurio, ἐξωμοσία, ἀπωμοσία: [Italicè, Negamento per giuri di coſe hauute. Gal. Reniement par ſerment de quelque choſe eue. Hiſpan. Obra de negar iurando. Germ. Verleügnung mit dem eydſchwür, Verſchweerung.]

Ablăcto, tas, act. p. à lacte remoueo, ἀπογαλακτίζω. [Ital. Leuar & toruia de la poppa, diſlattare. Gall. Seurer, oſter la mamelle. Hiſp. Deſterar. Ger. Von der milch ſtoſſen, Entwehnen.] Vergil. dixit à lacte depello: & Varro, à mamma diſiungo. Ablacto apud idoneos authores nix reperias.

Ablăqueō, neut. propriè est, circū arbores effodere terram, radices superiores retegere, ut magis fructi ficent, ῥιζοτομεῖν. [Ital *Discalzare & zappare* piedi d'arbori. Gall Dechauſer un arbre ou plante. Hiſp Eſcauar ò alimpiar los arbolos. Germ. Den bäumen. rädren, enträchen] Columel. lib. 1. Vinea uetus, neq; ablaqueanda eſt, ne radices quæ in ſummo habet, marescant: neque aranda, ne radices abrumpantur. Palladius lib. 2. Ianuario menſe locis temperatis ablaqueandæ ſunt uites: quod Itali excodicare appellant: id eſt, circa uitis codicem dolabra terram diligenter aperite, & purgatis omnibus, uelut lacus efficere, ut Solis temporibus & imbribus prouocentur. Ex quo loco ſatis apparet, non à laqueis, ut plerique exiſtimant, ſed à lacubus, hoc eſt foſſis, quæ circa uitium radices fieri ſolent, hoc uerbum deductum eſſe. Hinc Ablaqueatio, ipſe actus ablaqueandi. Plin. lib. 22. cap. 15. Myrtha gaudet raſtris & ablaqueationibus.

Ablātīuus caſus, Grammaticis dicitur, qui ſextus eſt caſus apud Latinos, & alio nomine, teſte Priſciano. Comparatiuus appellatur, eò quòd per eum non minus comparatio ſignificetur, quàm ablatio. Seruit enim comparationi, quum dicimus, Fortior Hectore: ablationi uerò, quum dicimus, Aufero ab Hectore. Diomedes lib. 1. Ablatiuum Græci non habent: hunc tamen Varro interdum Serrum, interdum Latinum uocat, quia Latinæ linguæ proprius eſt: cuius uis apud Græcos per Genitiuum explicatur. Vide apud Priſc. lib. 7. cap. de Caſib.

Ablectāmēdes, à Plauto in Moſtel appellantur, quæ nitidæ ſunt & ornatæ, quæ ſp emptorem ſua elegantia facilè allicit, aut [Ital *Cose* polite. Gall. Choſes plaiſantes & bien baſties. Hiſp. Coſas polidas y luzias. Germ. Zuſammengebutzte vnd wol den kauff zůgerüſtete Sachen]

Ablēgmīna, erant partes exterorum quæ diis immolabantur. Feſtus.

Ablēgo gas penultima prod. a p. Aliò aliquem mitto, ἀποστέλλω, ἀποπέμπω, ἀποφέλλω. [Ital. Mandar uia à lontano, leuar da ſe. Gal. Se défaire & dépecher de quelque choſe, enuoyer quelcun. Hiſp. Embiar alguno de algun lugar. German. Hinweg ſchicken, Abtertigen] Liui. libr. 1 Puetos uenatum ablegauit. Dicitur & de aliis animalibus. Col. lib. 7. Itaq; cum ablegabuntur, in ea loca perducenda erunt, quibus nullum impaſcitur pecus.

Ablegatio, uerbale, ſ. t. ἀπόπεμψις ἢ ἀποπομπή [Ital. *Licentia* mentre, ò el mandamento à lontano. Gall. Congé ou enuoy par maniere de dépeche. Hiſp Aquella obra de embiar alcuno. Ger. Hinſchickung] Cic. 2. de Leg. Ablegationem aliquam nimirum iſta oratio poſtulat.

Ablēpſĭa ſ. t. Latinè cæcitas, & inconſiderantia, ἀβλεψία, ab ἀ priuatiuo, & βλέπω, uideo. Suet. in Claud. Inter cætera in eo mirati ſunt homines & oblivionem, & iore conſiderantiam, uel ut Græcè dicam, μωρίαν, καὶ ἀβλεψίαν. [Ital Cecità & trancorraggine. Gallicè. Cecité. faute d'auis. Hiſp La ceguedad, ò poco miramiento. Ger. Vnfürſichtigkeit vnbeſinnte.

Abligūrĭō, ris, penult. cor. a q. Ligoriendo abſumo, καταλιχνίνω, ἐπιλείχω, καταχρώμαι. λιχαίνω. [Ital Conſumare in pachia, conſumar il ſuo, largamente ſpendendo in coſe di gola. Gal. Dépendre ſon bien follement & en friandiſes. Hiſp Gaſtar la bazienda en golofinas. Germ. Verſchlemmen, vnnützlich verthůn, verzächen] Terent. in Eunuch. Iteidē patria qui abligurierat bona, id eſt, ſuauibus eſcis conſumpſerat. Donatus.

Ablŏco, as, penultima correpta. a p. Idem quod locare, uer bum rariſſimum, ἐκμισθόω [Italicè, *Appigionare*, affittare. Gall. Se deffaiſir & bailler à lonage Hiſp. Aquilar, arrendar. Ger. Zuleihen.] Suet in Vitel. cap. 7 Satis conſtat exitura uiatici defuiſſe, tanta egeſtate rei familiaris, ut uxore & liberis, quos Romę relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret. Apud Iurecon ſul. eſt denuo locare fundum tertiò locatum, notat Zaſ. in parag. item Seruiana. Inſtit. de actionibus.

Ablūdo, penultima producta, act. t. Diſſimilis ſum, dicto: cui opponitur Alludo, ἀπαίδευτα ἀπεπαίζομαι [Ital. Diſſimigliare Gal. Ne reſſembler point, eſtre diſſemblable. Hiſp. Diſcordar. Ger Vngleich ſein vngemäſs ſein] Horat. 2. Serm. Hæc à re non multum abludit imago, id eſt. Hoc exemplum non multum diſſimile eſt tuis moribus, ἀπίσους.

Ablŭo, luis, uide in deriuatione Lauo. ἀποπίπτω, ἐπιλίσω. [Italicè, *Lauare*, nettare. Gal. Lauer & netteier. Hiſp. Lauar. Ger. Abwäſchen.] Abluere ſomnium, eſt poſt ſomnium & ablucre, ut quod ſomnio portendebatur, huiuſmodi ablutione expietur, ὄναρον ἀποπλύνω. Hoc reſpexiſſe uidetur Perſius Sat. 2. quum ait:

Hæc ſanctè ut poſcat, Tyberino in gorgite mergis
Mane caput, bis terq; & noctem flumine purgas.

Ablutio, uerbale, ἀπονίψις. [Ital. *Et lauamento*, riſciaquamento. Gal. Lauement. Hiſp. Aquella obra de lauar Ger. Abwäſchung] Macrob Saturn. lib 3. cap. Conſtat diis ſuperis ſacra facturum, corporis ablutione purgari.

Ablŭuĭum, ſ. n. uniuerſalis inundatio, κατακλυσμός. [Italicè, *Diluuio*. Gal Deluge. Hiſp. Diluuio uniuerſal Ger. Ein vberſchwemmůg vnd vbergieſſung mit waſſer.] Vide Gell. lib. 16. cap. 7. & Col. lib. 22. cap 14.

Abmāterterā, penultima correp ſoror abauiæ, ἀδελφὴ πρὸς μητρὸς μητρὸς Iuſtin. Imp. 3. ἀπὸ θάτ. [Ital *La* ſorella de la madre de la biſauola. Gall. La ſœur de la mere grand de noſtre pere ou mere grand. Hiſp. La hermana de quarta abuela. Ger. Der Groſsmůter ſchweſter]

Abmitto, act. t. uerbum rariſſimum. Idem quod mitto. Plaut. in Truc. Dic ob hæc duo, quæ obmiſerit me illum amare plurimùm omnium hominum. ἀποπέμπω. [Ital *Mandar* via de ſe, auuiar fuori Gal Enuoier. Hiſp. Embiar fuera. Ger. Hinſchicken, hinſenden.]

Abnāto, as, are, p. c. aliquò de natādo recedere, ἀποκήχομαι. [Ital *Natare* in dietro. Gal. Nager en ariere Hiſ. Nadar atras. Ger Dahin ſchwimmen.] Stat. lib. 2. Achil. Tunc accepta fretro, longè ceruice retinxa.

Abnatat, & blandis affatur littora uerbis.

Abnĕco, act. p. as. are, idem quod ſuum ſimplex ἀναιρέω, ἀποξεύω. [Ital. *Far* mentire, Gall. *Faire mentir* tuer. Hiſpan. Matar Ger. Tödten.] Plaut in Truculento Neq; tibi perſuadere, ut abortioni operam daret, puerumq; ritè abnecaret.

Abnĕgo, gas, act. p. penult. or. nego quod maximè profiteri debeo, ut fidem, pietatem, & huiuſmodi: quod nulgò denegare dicitur. ἀναρνέομαι [Ital. *Negar'* & rifiutare. Gal. Denier, renoier, refuſer Hiſp Nechar echando ſobre ſi maldiciones. Ger Verläugnen, abſchlahen] Laſt lib 1. Nec enim poterunt retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tanquam prodigi, atq; rebelles liberi, abnegaſſent. Abnegare depoſita, aut promiſſa dicimur, quum negamus apud nos aliquid eſſe promiſſum. Plin. Epiſt. libro 1. Ne depoſitum, appellari abnegarent. Accipitur etiam Abnegare, pro negare id quod a nobis petitur Vergil. 8. Aeneidos, Rex tibi coniugium & quæſitas ſanguine dotes Abnegat. Cor. lib 10. ſi Iuppiter abnegat imbrem. Expectetur hyems. Item pro renuere. Verg. 2. Aen. Abnegat excisa uitam producere Troia.

Abnĕpos, pen. cor. m. e. filius pronepotis, quaſi ſeiunctus à nepote, ἀπανεψιός. [Italicè, *Il nipote del nipote*. Gallicè, Nepueu de noſtre nepueu, ou de noſtre niepſe en droite ligne Hiſp. El quarto nieto, ò nieto del nieto. Ger Der dritte enckel] Eſt enim inter ipſum & nepotem pronepos. Sic Abnepotis, pronepotis filia, ἀπανεψιά. [Ital. *La nipote della nipote* Gal. La niepſe de noſtre nepueu ou de noſtre niepſe en droite ligne. Hiſp. La quarta nieta, ò nieta de la nieta. Ger. Die dritte nichtin]

Abnōcto, as, aui, atum, a. p. Foris pernocto, uel noctu abſum. Vnde cautum eſt in Pandect. l. illud. de Offi. præſid. ne Præſes extra prouinciam abnoctet. Seneca de Vita beata, Alius lenem adulterū inducit, & abnoctat autem, ἀποννυχεύω. [Ital *Dormir* fuor la notte Gal Coucher la nuict dehors. Hiſpan Dormir defuera la noche Ger Da auſſen vber nacht bleiben. Zuſwendig beym achter werden.]

Abnōdo, act p. idem quod enodo, id eſt arbores & uites nodis purgo. Colum. lib 4. cap. 24 Hunc ergo tanquam ſemilum, diligenter idem amputant & abnodant, priuſquā coroboretur, ἀσχιζοτενλεῖν, πλεκτάναι δένδρα. [Italicè, *Diſnodar*, tagliar i nodi de gl'alberi Gal Dé nouer, purger & oſter les nœus des arbres. Hiſp. Detenherrar. ò deſnodar. Ger. Die knorren von den böumen hauwen]

Abnormis, om. e. ſine norma ἄκαιρος, ἄτοπος. [Ital *Irregolare*. Gal. Irregulier Hiſp. Fuera de regla Ger. On weiſs oder maſs vngereimpt.] Horat. libr. 2. Serm. Ruſticus abnormis ſapiens.

Abnŭo, nuis, nui, nutum, a. t. ex Ab & Noo, eſt ſigno capitis aliquid nego, ἀνανεύω: Quamuis & oculis & manibus, uel etiam uerbo id fieri poſſit. & ſimpliciter pro negare, ſine

recuſare

renũtare ponitur. [Ital. Par cenno di no col capo, & rifiutare. Gall. Mocher la teſte & monſtrer par ſigne de ne vouloir quelque choſe, Eſconduire, refuſer. Hiſp. Negar inclinando la cabeca. Germ. Mit ſchüttlen deſs haupts verneinen oder abſchlahen.] Cic. de Fato, Nihil enim unquam abnuit voluntas mea ſtudio tuo. Nuere enim apud veteres pro nelle ponebatur. Vnde Nutus, & Numen, quod eſt Dei nutus, hoc eſt, imperium & poteſtas. Verg. 1. Aen. meo ſine nomine nutu Auertis. Nutus verò ſignificat, quod fit oculis, vel capite, vel manibus. Idem, Annuit, & totũ nutu tremefecit Olympum. Ponitur & pro voluntate, quæ huiuſmodi ſigno declaratur, ſive affirmando, ſive negando. Liu. Sub umbra Scipionis cinitatem dominam orbis terrarum latere, nutus eius pro decretis patrum pro populi iuſſis eſſe. Plin. libr. 1. Epiſt. docet, Nutum dici, quando annuimus: Renutum, quando recuſamus. Sic enim ait: Nam & ego quoq; ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Suet. verò in Veſpaſ. Nutum accepit pro Renutu, quum ait: Adoleſcẽtulum fragrantem unguento, quum pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiam grauiſſima increpuit, Maluiſſem alium oboluiſſe: literaſq; reuocauit. A Nuo fit Nuto, tas, frequentatiuum, quod eſt, ſæpe capite huiuſmodi ſignum facio, *νευάζω*. Aliquando ponitur pro moueri, & quaſi ruinã minari, ducta translatione à motu capitis, quod in hoc modo affirmare, & concutiendo negare ſolemus. Vnde Nutare ædificia dicimus, quũ malè ſolidata, ruinam minantur. Transfertur etiam ad animum, & pro titubare, id eſt, ſubitare in quam partem vertendum ſit, accipitur. Accipitur etiam Abnuo, pro Prohibeo. Vergil. 1. Aen. Abnueram Italiam bello cõcurrere Teucris. Vbi Seruius, Prohibueram Italum contra Teucros bella ſuſcipere. Reperitur et Abnuo in ſecunda verborum declinatione. Ennius 8 Annal. Certare abnuo, metuo legionibus labem. Legitur & abnuitur impersonale. Liu. 1. ab Vrb. Nec abnuitur ita fuiſſe, ſi ad iudices alios itum foret. Contraria huic verbo Abnuo, ſunt Nuo & Annuo, pro aſſentior, & nutu aſſenſum præſto, fauco, innuo, ſigno aliquo uolũtatem meam oſtendo, ſive affirmem, ſive negem aliquid. Terent. in Eunuch. Nihil, niſi ables mihi annuit. Renuo, Recuſo. Nonius inter Nutare, Nuere & Nictare hoc intereſſe ſcribit, quòd Nutare capitis ſit, inclinando, aut in gyrum mouendo: Nuere, narium, vel labiorum: Nictare, oculorum, patefaciendo eos, aut claudendo, vel utrumq; vel alterum. Plaut. in Aſin. Nec illa ulli homini nutet, niſtet, annuat, hoc eſt, ne capite ſignum faciat, ne faciem aſſentiatur, nec oculis quicquam indicet. Abnuo etiam ſignificat ſolo uerbo, ſimpliciterq; negare. Colu. Nos quoq; abnuimus in agro temperato, & minimè humido, ſementem ſic fieri debere. Cic. 1. de Finib. Quid quiſq; concedat, quid abnuat.

Abnuto, penult. pro. frequent. quod eſt ſæpe ſigno capitis abnuere: quippiam nego, *ἀνανεύω*. [Ital. Ricuſare con ſpeſſi cenni. Gal. Souuent refuſer ou nier en hochant la teſte. Hiſpan. Negar y rehuſar muchas uezes con la cabeca. German. Steets oder offt ſich widerigẽ mit ſchütlung des haupts.] Plaut. in Cap. Quid mihi abnutas? Cic. 3. de Orat. Quidnam eſt obſecro, quod te adiri abnutas?

Abŏlĕo, pen. cor. abolesi, vel abolui, aboletum, vel abolitum, ſignificat caſſo, tollo, deleo, oblitero, ut ne odor quidem eius relinquatur, *ἀφανίζω, ἀμαυρόω, ἐξαλείφω*. [Ital. Scancellare, annullare. Gall. Abolir, effacer, aneantir. Hiſp. Raer, borrar, ò quitar. Germ. Abtilgen oder auſstilgen, Zů nichts machen.] Plin. lib. 28. cap. 9. Crebro poſtea coquitur, donec omnis aboleatur odor. Lactant. lib 1. Decretum eſt ut hi libri abolerentur. Vergil. 4. Aeneid. Abolere nefandi cuncta viri monumenta iubet. Abolere magiſtratum, legem, dignitatem. idem eſt quod abrogare. Liu. 3. ab Vrbe, Ten nunquam eam fore aboleudi ſibi magiſtratus, ni conſenſu eſſerent.

Abolitio, ſ. n. verbale, *ἀφανισμός*. [Ital. Lo ſcancellamento. Gal. Abolition, aneantiſſement. Hiſp. Aquella obra de raer ò quitar, raedura ò borra dare. Ger. Auſstilgung, hin nemmung.] Quint. lib 9. cap 2. Aduerſus tyrannum, qui ſub pacto abolitionis, damnationem depoſuerat, agit competitor. Eſt autẽ abolitio, peremptio inſtitutæ actionis, eſtq; duplex: generalis & ſpecialis. Vide C. de Abolit. gener. l. ultima, & ff. de Abolit. l. Abolitio.

Abolesco, n. ſ. ad nihilum redigor, *ἀφανίζομαι, ἀμαυρόομαι*. [Ital. Annullare, deſtruggerſi. Gall. Deuenir à neant, eſtre hors d'vſage. Hiſp. Deſs coſtumbrase. Germ. Zů nichts werden.] Colum. li. 4. Eademq; nec imbribus putreſcit, nec ſecuribus abolescit.

Abolla, ſ. p. veſtis Senatoria, quaſi abulla, quòd undique ſit bullata. Alii accipiunt pro veſte confecta duplici panno, qualis ſcholaſtica apud nos, & apud Græcos Diplois. Quandoque pro veſte militari ſumitur *χλαμύς*. [Ital. Sopraueſte militare. Gall. Vne certaine robe de gendarme. Hiſp. Veſtidura redonda, como manto, ò veſtidura en forrada y pompoſa de nobles. Germ. Ein Kriegsſkleid.] Vnde extat iocus Mart. in Criſp.

Neſcit cui dederit Tyriam Criſpinus abollam,
Dum mutat cultus, induitorq; togam.

Sumitur etiam Abolla pro veſtis philoſophicæ genere. Iuuen. Sat. 3. audi facinus maioris abollæ, Stoicus occidit Baream delatorem amicum. Eſt præterea ABOLLA, *ἄβολλα*, ſi credimus Stephano, oppidum Siciliæ, cuius incolæ vocantur Abollæi, *ἀβολλαῖοι*.

Abŏlus, *ἄβολος*, Pullus eſt qui nondum dentes illos emiſit, ex quibus in equis præſertim ætas dignoſcitur: unde etiam dentes illi à Xenophonte & Ariſtot. *γνάμονες* appellantur.

Abomaſum, pen. prod. Inteſtini genus eſt in uentre, circa reticulum, quod Gaza *ἔντερον* interpretatur, olim inter delicatiores cibos habitum.

Abōmĭnor, aris, d. p. pen. cor. ex Ab & Ominor, eſt execror, & quaſi p malo omine habeo, *βδελύττεσθαι, μυσάττεσθαι*. [Ital. Hauer à iſdegno, ſcommunicare. Gal. Deteſter, abominer, auoir en horreur & abomination. Hiſp. Deteſtar, mal dezir y mal agorar. Ger. Verflůchen, Ein greuwlich abſcheuhen tragen.] Plin. Abominamur recedente aliquo ab epulis ſimul uerri ſolum. Idem lib. 28. cap. 2. Incendio inter epulas nominato, aquam ſub menſa profundi abominamur.

Abominandus, deteſtatione dignus. Plin. lib. 22. cap. 4. Eadem uocatur obſidionalis, liberatis obſidione, abominandoq; exitio totis caſtris, *ἀπότροπος, βδελυρός*. [Ital. Abominabile, deteſtabile. Gall. Abominable, deteſtable. Hiſp. Maldezido y abominado. Ger. Verflůchens oder vermaledeyens wárt, Greuwlich.]

Abominatus, execrationibus malisq; omnibus deuotus. Diris petitus, *βδελυπτός*. [Ital. Scommunicato, interdetto. Gall. Excommunié, execré, deteſté. Hiſpan. Deſcomulgado. German. Verflůchet.] Hor. in Ep. Parentibusq; abominatus Annibal.

Abŏrĭor, eris, vel riris, dep. t. vel q. abortiuum facio, *ἐξαμβλόω*. [Ital. Diſperdere ò ſconciar il parto, naſcer' auanti tempo. Gall. Auorter ou eſtre auorté naiſtre deuant le terme. Hiſp. Mal parir la muger y ſin tiempo, ò naſcer la criatura ſin tiempo abortar. Ger. Ein vnzeytige frucht gebären, Oder vnzeytig geboren worden.] Varr. Vinum quod tibi natum ſit in quodam loco, ſi prægnans biberit, fieri ut abortiatur, hoc eſt, ut fœtum imperfectum adhuc ante tempus mater eiiciat. Quoties enim actiuè vel abſolutè accipitur, de matre intelligitur: Paſſiuè verò de fœtu: quemadmodum apud Gel. libro 12. cap. 1. Quod quidem eadem ſit uecordia, qua quibuſdam commentitiis fraudibus nituntur, ut fœtus quoq; ipſi in corpore ſuo cõcepti aboriantur, id eſt, ante maturorum partum eiiciantur.

Abortus, ra, rum, & Abortus, tus, m. q. [Ital. Sconciature. Gall. Auortement. Hiſp. Abortadura, mal parto. Ger. Ein vnzeytige geburt, oder miſsgeburt.] dictus quòd non ſit tempeſtiuè ortus, *ἔκτρωμα*. Plin. Extat in monumentis medicorum, & quibus talia conſectari curæ fuit, uno abortu XII. edita puerperia. Differt autem Abortus ab Electione, quòd hæc grandioris fœtus ſit: Abortus verò intra quadrageſimum diem contingat, hunc Græci vocant *ἔκτρωσμόν*.

Aborſus, us. ui, verbale eſt, ut uidetur à uerbo Aborior, quod idem fere ſignificat quod Abortus: præterquam quòd hic, fœtus ſit iam grandiuſculi, ut Nonio placet: ille, non ita pridem concepti, *ἔκτρωσις*.

Abortĭo, onis, fœm. t. Aboriendi actus. *ἀβόλησις, ἐκτρωσμός*. [Ital. Il parto acerbo, el gaſtamento ò ſconciamento del parto. Gall. Auortement. Hiſp. Aquella obra de mal parir. Ger. Eines vnzeytiges miſsgebort.] Gel. libro 3. Quum abortio quibuſdam, non partus uideretur intempeſtiuitas. Cic. pro Cluent. Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, ſi natus eſſet, eam præſentem Oppianicus non debitam mulieri ſoluit: ſi hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt.

Abortĭo, tis, tivi, n. q. Immaturum fœtum edo. *ἀμβλίσκω*. [Ital. Diſperdere ò ſconciar' il parto. Gall. Auorter. Hiſpan.

Mal parir la muger, ſin tiempo. Ger. Ein vnzeytling gebären.] Plin. lib. 8. cap. 51. implentur uno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Eſt & Abortior verbum deponens.

Abortium, tij, n. ſ Idem quod abortio, ἀπόβρωτον. Hieron. Dum crebris abortiis, & experta fœcunditate conceptum, &c.

Abortuus, ua, uum, penul. prod. quod abortum facere poteſt, ἀποβωμαλικός. [Ital. Che puo far il parto acerbo. Gall. Qui fait auorter. Hiſp. Que haze mal parir. Ger. Das ein miſsgeburt bringt.] Plin. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt, ſicut ſternuiſſe à coitu, abortiuum. Idem lib. 14. cap. 18. Aegyptum & ecbolimam habet abortiuos facientem. Subaudi fœtus. ¶ Significat etiam partum informem & imperfectum, qui ſcilicet aborſu natus eſt, ἀπέρωμαλικός. [Italicè, Nato auanti il termine, ſconciatura del parto. Gall. Auorton, qui eſt né auant terme. Hiſp. Aborton. Ger. Ein miſsgeburt, vnzeytling.] Sueton. in Auguſt. cap. 57. Quos abortiuos uulgus uocabat. Horat. 1. Serm. Sat. 3. 10. Si cui filius eſt, ut abortiuus olim fuit Siſyphus.

Aborto, tas, n. p. ſic. Abortio, tis, id eſt, Abortum facio, ἔμβλω. Firmicus libro 6. Math. Abortauit filios geminos. Varro 2. de Re ruſt. cap. 9. Ne dum exilire uelit, prægnans obortet.

Abpatruus, frater abaui, ὁ θεὸς πρὸς πατρὸς μέγας. Theophilus lib. 3. Inſtit.

Abra, abræ, ἄβρα, uox Græca eſt, quæ ancillam adoleſcentiorem ſignificat.

Abrādo, dis, pen. pro. act. t. Radēdo tollo, derado, ἀποξυρίω. [Ital. Rader, & radenda toglier uia. Gal. Racler, enleuer en raclant. Hiſp. Raer de alguna coſa. Ger. Abſchaben, Abſtratzen, Abſchären.] Plin. libr. 6. cap. 10. Barba abraditur, præterquam in ſuperiore labro. Cic. pro Roſc. Abraſa ſupercilia. ¶ Item reſeco, tollo, abſcindo Colum. libr. 3. Arida & uetera quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. ¶ Per translationem ponitur pro extorquere, exprimere, ſiue per uim, quaſi radendo aufero. Cic. pro Cecin. Poſteaquam uidet nihil ſe ab A. Cecinna poſſe litium terrore abradere.

Abrĭpio, pis, act. n. pen. cor. ex Ab & Rapio, Abſtraho, ui eripio, aufero, & tũ ad res, tũ ad perſonas refertur, ἁφαρπάζω. [Ital. Rubare, tor'uia per torza. Gall. Rauir & emporter par force. Hiſp. Arrebatar de alguna coſa. Ger. Hinweg reiſſen, Mit gwalt dannen nemmen.] Cic. libro 1. Offic. Qui abripiunt ab alijs, ut alijs largiantur. Terent. in Eunuch. Ex Attica hinc abreptam. Cic. ad Quir. Nec patiamini me à meis liberis abſtractum, à coniuge abreptum, ab aris focisq; innocentem proiectum, uitam degere in exilio. Plaut. in Mil. alio modo eſt uſus, Quis eſt homo? P E. Neſcio, ita abripuit repentè ſeſe ſubitò: hoc eſt, ſuſtulit & recepit ſe. Huic contrarium eſt Arripio, quòd ex Ad & Rapio cõponitur, & ſignificat attrahere uel accipere. Cic. in Catone, Non cani, non rugæ repente authoritatem arripere poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas fructus capit authoritatis extremos. Aliquando ſignificat uehementer ad me rapio, ut fit, quũ celeri quadam animi, corporisq; uehementia ad nos trahimus. Liu. li. 1. Tum Tarquin. neceſſitate iam etiam cogente, ultima audere: ipſe multò & ætate, & uiribus ualidior, medium Seruium arripit, elatumq; è curia in inferiorem partem per gradus deiicit. Aliquando, Subitò euado. Plaut. in Cure. Vix me foras arripui. Aliquando, Celeriter rapere, inuadere. Vergil. 5. Aeneid. Hanc arripe uelis.

Abrōdo, act. t. Rodendo abſcindo, ἀποτρώγω. [Italicè, Rodere intorno, ò rodendo tagliar. Gall. Couper en rongeant, ronger tout outre. Hiſp. Roer, ò rocando cortar. Ger. Abnagen.] Plin. libro 10. cap. 62. Viperæ mas caput inſerit in os, quòd illa abrodit uoluptatis dulcedine.

Abrŏgo, gas, act. p. pen. cor. Infirmo, adimo, refigo, abdico, reſcindo, diſſoluo, Irritum facio, antiquo, ἀκυρόω, ἀναιρῶ. [Ital. Togliere il uigore, leuar d'uſo. Gallicè, Abolir, caſſer & anuller. Hiſp. Quitar lo que eſta en uſo. Ger. Hinweg thün, Auffheben, Vnbeſtettig machen.] Dicimus autem, Abrogatur legi, & abrogatur lex. Author ad Heren. Illa defenſio tenuis eſt, quum oſtenditur id factum eſſe, quod ea lex ſanciat, cui legi abrogatum, uel derogatum ſit. Et Seruius ſcribit Abrogari legi, quum prorſus tollitur: Derogari, quum pars detrahitur. Iungitur autem Abrogo, datiuo uel accuſatiuo. Cic. de Clar. Orat. Qui tantum authoritate dicendo ualuit, ut legem Semproniam frumentariã, populi frequentis ſuffragijs abrogauerit. Liu. li. 9. ab Vrb. condita, Vbi duæ leges contrariæ ſunt ſemper antiquæ abrogat noua. Septem modis ex iure conceſſis fieri conſtat abrogationem. Primo, contraria cõſuetudine quæ nota eſt principi. Secundo, contraria conſtitutione. Tertio, cauſæ ceſſatione. Quarto, locorum uarietate. Quinto, nimio rigore. Sexto, ſi precibus occaſionem malignandi habeat. Septimo, propter malum inde ſequens. ¶ Interdum eſt ſimpliciter auferre, lib. 1. ad Heren. Nam & periculoſum eſt, ne quãdo plus minuſue dicamus, & ſuſpicionem affert auditori meditationis & artificij quæ res fidem abrogat orationi.

Abrŏgātio, uerbale, ἀποχειροτονία. [Ital. Scancellamento, anullatione. Gall. Abolitſement, anullement. Hiſp. Quitamiento. Ger. Hinnemmung oder auffhebung.] Cic. Attic. lib. 3. Neq; enim ulla eſt lex, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis.

Abrŏtonum, penultima correpta, herba eſt ſatis cognita, etiam hodie in officinis nomen retinens, ἀβρότονον. [Ital. Abrotono. Gal. Aurone, ou garderobbe. Hiſpan. Abrotano, hierua lombrigueerra. Ger. Stabwurtz.] Huius duo ſunt genera: unum ſarmentoſum, minutis foliis, minus cãdidum, ſemine tenui & numeroſo, uri abſynthium, quod marẽ uocamus. Vulgus Gallorum ſeruatis manifeſtis linguæ Græcæ Romanæ ueſtigijs, uocat d'Auroune. Naſcitur hoc genus in hortis, & locis campeſtribus. Alterum, quod fœminam appellant, arbuſculæ ſpeciem habet, foliis magis candicantibus. Seriphij modo minutim circum ramulos inciſis floribus refertum, in ſummo auri fulgore comatos corymbos obtinens, odoratum etiam cum grauitate quadam. Vulgus uocat ſylueſtrem cupreſſum, Gallicè, du Cyprez. Naſcitur in montibus, unde & montanum appellatur. Dictum eſt autem Abrotonum, ut Nicandri interpres teſtatur, διὰ τὸ πρὸς ὀλίγα ἄβρον, καὶ ἁπαλὸν φαίνεσθαι, quòd aſpectu teneros, molle, & delicatum ſit. De hoc Horat. lib. 2. Epiſt. abrotonum ægro non audet, niſi qui didicit dare.

Abrŏtŏnites, abrotonitæ, pen. pro. maſc. gen. ſed figuratè neutro generi iungitur, & eſt unum factitium ex Abrotono, de quo meminit Columel. libro 12. cap. 15. & Dioſcor. libro 3. ἀβροτόνιτης οἶνος.

Abrŭmpo, act. t. lacido, interrumpo, diſſicio, uello, ἀποῤῥήγνυμι. [Ital. Rompere, rompendo una coſa da un altra leuar la uia. Gal. Rompre & briſer ce qui tient enſemble. Hiſpan. Quitar alguna coſa rompiendo. Ger. Abreiſſen, abbrechen, zerzerren.] Liu. 6. bell. Pun. Stragem tabernaculorum ingenti ſonitu ac fuga abrumpentiũ uincula iumentorum facerent. Idem lib. 8. Cohortes à fronte urgebant, ut abrumperent cornua à cætera acie, id eſt, interrumperent. Transfertur ad res incorporeas. Verg. 3. Geor. Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres. Sic Abrumpere ſermonem, Abrompere ullam, apud eundem, & Abrumpere otium, apud Plin. Iun. in Epiſt. Et Cic. Phil. 14. Magna atq; incredibilia ſunt in Remp. huius merita legionis: hæc ſe prima latrocinio abrupit Antonii, id eſt, ſubitò, & cum impetu ſeſe ab eo liberauit. Hinc Abruptus ſermo, abrupta oratio.

Abruptio, uerbum. ut Abruptio corrigiæ. Cic. 2. Di. ἡ ἀπόῤῥηξις. [Ital. Quel rompimento. Gall. Rompement. Hiſp. Quintamiento rompiendo. Germanicè, Ein abbrechung oder abzerrung.]

Abruptè, aduerb. ἀποτόμως. [Ital. Subitamente. Gall. Abrupterment, briſquement. Hiſp. Subitamente ò adeſora. Ger. Gächlingen on alle vorred.] Quintil. libro 3. capite 10. Nec enim abruptè, nec unde liber incipiendum. Quin & loca abrupta, diuulſa, atque ob id inuia dicuntur, ἀπόκρημνα, ἀμήχανα. D. Hieronymus lib. 1 Regum, Petrexit Saul ad inueſtigandum Dauid, etiam ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt. Huius quoque ſignificationis eſt Præruмpo.

Abs, ſignificat idem quod A, de quo ſatis in ſuperioribus.

Abſcēdo. dis, penultima producta, ex Abs & Cedo, ſignificat recedo, ἀπέχωμαι, ἀφίσταμαι. [Ital Partire ritirarſi. Gall. S'en aller, ſe retirer, ſe partir. Hiſp. Partir de lugar. Germa. Hinweg weichen, abſcheiden, abträtten.] Hirtius libro 7. bell. Afric. Vbi Cæſar conſpexit Labienum à ſuis copijs longius abſceſſiſſe. Et ſine præpoſitione, apud Liu. bel. Pun. Abſcedere irrito incœpto, & mouere à Capua ſtatuit caſtra.

Abſceſſus. m. q. & Abſceſſio, quæ ferè idem ſignificant: quum tamen Acceſſus & Acceſſio ſæpe differant. Nam Acceſſus eſt aggreſſus, Acceſſio incrementum, & interdum aggreſſio: de quibus alibi latius dicemus. Cic. de Vniuer. Quum ad corpora tum acceſſio fieret, tum abſceſſio. Idem de Nat. deor. lib. 1. Abſceſſus ſolis à nobis. [Ital. La partita, el partirſi. Gal.

Departement.

Accerſo, ſis, ſiui, ſitum, *μεταπαλῶ*, & Arceſſo ſis, ambo ſconiug. quæ ſignificant euocare, ſeu aduocãdum ire. Actum enim corporis denotant, ſicut cætera in ſo, terminata: ſed in præterito, non autem in præſenti, ſunt quartæ, quæ propterea deſideratiua à Grammaticis dicuntur, quòd nunquam ferè eorum uerborum actus ſine deſiderio fiant. Ter. in And. Obſtetricem accerſo. Fit autem Accerſo ab Accio: Arceſſo uerò ab Arcio, quod idem eſt: quũ apud antiquos (ut Priſc. inquit)

ieqnit) At pro Adponi conſueuerit, Arduenit, Aruetores, Arpolare pro Aduenas, Aduentores, Aduolare dicentes. Vude oſtenditur rectè Arceſſo dici ab Arcio, quod nos accio dicimus. Claud. li. 1. Iupiter interea cinctum Thaumantida nimbis Ire iubet, totoſq; deos arceſſere mundo. ¶ Apud Verg. tamen lib. 4. Georg. pro attraho ponitur. Hinc pecudes, armenta, uiros, genus omne ferarum, Quemq; ſibi tenuis naſcentem arceſſere uitas. ¶ Accipitur interdum pro accuſo, κρίνω Sall. in Iug. Quos pecuniæ captæ arceſiebant, delicta puniebant. Cic. in Ver. act. 1. Quòd tum magis inuidioſo crimine, quàm uero arceſſeretur. Et paulò poſt, Quis erit tam demens, qui te poſt quinquennium ſtatuarum nomine arceſſat?

Arceſſitus, ta, tum, participiũ, Vocatus, προσκλητὸς, ἐσσακτός. [Ital. Chiamato ad uno, citato. Gall. Appelé, buché. Hiſpan. Llamado. Ger. Zůhin berůffe, beſchicket.] Cic. 2. de Orat. Ete nim cauendum eſt, ne arceſſitum dictum putetur.

Arceſſitus, us, ſubſtant. m. q. μετάκλησις, πρόσκλησις. [Ital. Il chiamare, el citare. Gall. Appelement, buchement. Hiſp. Llamamiento. Ger. Berůffung, beſchickung.] Cic. 2. de Nat. deor. Nam cùm ferijs Latinis ad eum ipſius rogatu, arceſſitus ueniſſem.

Arceſſitor, oris, m. t. Vocator, ὁ καλήτωρ. [Ital. Chiuo à chiamar' ò citar' altri. Gall. Huiſſier, celuy qui va querir ou appeler quelcun. Hiſ. Llamador. Ger. Ein Berůffer, ein weybel der einen holet.] Plin. Iun. epiſt. 101. Altius ſibi otium & pinguius, eoq; ſecurius, nulla neceſſitate togæ, nemo arceſſitor ex proximo.

Arcĭdo penult. prod. ex Ad & Cædo, 3. t. ſignificat attenuo, circumcido, exhaurio, ἐκτρυχῶ, περικόπτω. [Ital. Tagliare, ſcemare. Gall. Rongner, couper tout à l'entour. Hiſp. Cortar y gaſtar. Germ. Beſchneiden, beſchneiden.] Liu. 1. ab Vrbe, Ita prælio uno accidit Veſtinorum res, ut ne uallo quidam fierent oppida dilaberentur. Idem. Quanquam acciſas res eorum ſatis conſtabat, id eſt, ἐκτετρυχωμένας, καθῃρημένας. Vergil. 7. Aeneid. Acciſis coget dapibus conſumere menſas.

Accĭdo, dis, penul. cor. n. t. Ex Ad & Cado, Quaſi Ad, id eſt, iuxta, aliquid cadere, συμπίπτειν, προσπίπτειν. [Italicè, Gittarſi dauanti in ginocchione, accadere. Gall. Cheoir ſur ou pres quelque choſe. Hiſp. Caer ò acontecer alguna coſa. Germ. Zůbin fallen.] Suet. in Cæſ. Lucullo tantum calomnatorum metum iniecit, ut ad genua ſibi accideret. Cic. Att. 1. Ad pedes omnium ſingulatim accidente Clodio. ¶ Iureconſulti uſurpant pro mori, τελευτᾶν. ut, Si quid filio meo acciderit. N. ſeruus meus hæres eſto, id eſt, ſi filius meus mortuus fuerit. ¶ In tertia perſona ſignificat, præter ſpem uenire: & hoc tã in bonũ quàm in malũ. συμβαίνει, ἐνδέχεται. [Ital. Gli è accaduto, gli è occorſo. Gall. Il auient, il eſt aueau. Hiſp. Es acontecido. Germ. Es begibt ſich, es tregt ſich zů.] Terent. in And. Interea aliquid acciderit boni. Cic. de Amicit. Nihil mali acciduiſſe Scipioni putandum eſt. ¶ Ponitur etiam abſolutè, ſequente particula ut. Cic. 5 Ver. Accidit, quum iſte à Cn. Dolabella efflagitaſſet, ut ſe ad regem Nicomedem, regemq; Sadalem mitteret, ut illo itinere ueniret.

Accĭdens, τὸ συμβεβηκὸς, o. t. [Ital. & Hiſpan. El Accidente, Quel che auiene & ſopraueniene. Gal. Accident, une choſe qui ſurmient. Germ. Ein zůfall, oder zůfellig ding.] Vox eſt Dialecticis uſitata, pro qualitate quæ adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Aliter definitur. Accidens eſt termi nos omnuocus prædicabilis de pluribus in eo quod quale accidentale non conuertibiliter. Quint. lib. 7. cap. 10. Cauſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumẽtum, modus, & cætera ſunt eorum accidentia.

Accidentia, æ, f. p. Verbale ab accidit, συντυχία. [Italicè, Accadentia, la ſorte, el caſo. Gall. Auentire. Hiſp. Aquella cosa de acontecer ò caer. Germ. Zůfall.] Plin. lib. 11. cap. 2. Ego uerò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, eam in locis quibuſdam appoſito occurrit exemplo.

Accĭeo, accies, accĭui, accĭtum, penultima breui. μεταπέμπω, ἐκκαλέω. [Ital. Chiamare à ſe. Gall. Appeler, enuoier querir. mander. Hiſpan. Llamar de lexos. Ger. Herzů berůffen.] Verbum rarum, idem ſignificat quod Accio. Plautus in Milite. Vos modò curate, ego illum probè iam oneratum hoc acciebo.

Accĭngo, gis, xi, ctum, act. t. ex Ad & Cingo, ſignificat inſtruere, armare: atq; ferè cum ablatiuo iungitur: ut, Accingere ſe armis, ferro, enſe, &c. περιζώννυμι, διαζωννύω, ἑτοιμάζω. [Italicè, Apparechiarſi, mettere à punto. Gallicè, Se trouſſer & mettre à peine, S'accouſtrer & preparer à quelque choſe. Hiſp. Poner haldas in cinta, apparejarſe à hazer alguna coſa. Germ. Sich vmbgürten oder anthůn, ſich rüſten.] Vergil. 2. Aeneid. Atq; omnis facibus pubes accingitur atris. ¶ Interdum aggredi uel præparare. Habet autem uel datiuum. Verg. Aen. 1. Illi ſe præda accingunt. Idem lib. 7. Accingunt omnes operi. Vel accuſatiuum, etiam in paſſiua ſignificatione. Idem Aeneid. 4. Magicas inuitam accingere ad artes: pro, ad illas diſcendas præparari. Vel accuſatiuum cum Ad uel In. Liuius, Proinde hoc diſcrimen, ſi iuuat accingere, id eſt, ad hoc periculum ſubeundum te para. Idem, Quin igitur ad hoc accingeris? id eſt, cur hanc rem non aggrederis? ¶ Vnde accinctos uocamus, induſtrios paratos, expeditoſq; : contra Diſcinctos, ignauos, incomptos, negligentesq;.

Accĭno, is, ere, accĭnui, accentũ, ex Ad & Cano. προσᾴδω. [Ital. Cantar inſieme & d'accordo con altri. Gall. Chanter auec quelcun, s'accorder auec luy. Hiſp. Cantar ſuauemente en uno. Ger. Zůhin ſingen, mit ſingen.] Hinc accentus, us, ui, προσῳδία, de quo ſuprà.

Accĭo, cis, ciui, uel cii, accitum, pen. pro. ac. q. ex Ad & Cio, ſignificat aduoco, προσκαλέω. [Ital. Chiamare à ſe. Gall. Appeler à ſoy. Hiſp. Llatimar. Germ. Zůhin berůffen, beſchicken.] Inde Accitus, aduocatus. Verg. 11. Aen. Spem ſi quam aciris, Aetolum habuiſtis in armis.

Accitus, tus, ui, ἡ μετάκλησις. μετάπεμψις. Verg. Aen. 5. Regius acciru chari genitoris ad urbem.

Accĭpĭo, pis, Capio, λαμβάνω. [Ital. Pigliare, prendere. Gall. Receuoir, prendre. Hiſp. Tomar lo que ſe da. Ger. Annemmen, nemmen.] Quanquam ab inuicem ſeparantur, ſicut in diſtione Capio dicitur. Multi & uarij uſus eſt hoc uerbum. ¶ Interdum enim eſt audire. Cic. in Catone, Accipite ueterem orationem Architæ. ¶ Interdũ ſentire. Terent. in Heaut. Clinia aliter de amore tuo, atq; eſt, accipis. ¶ Interdum cognoſcere, intelligere. Cic. 2. de Nat. deorum, Quum M. Catonẽ Græcas literas in ſenectute didiciſſe accepimus. ¶ Interdum concipere. Vergil. lib. 8 Aeneid. alii uentoſis follibus auras Accipiunt, redduntq;. ¶ Interdum recipere. Lucil. Sic, inquam, ueteratorem illum ueterem lupum Annibalem acceptum. ¶ Interdum tractare, tam in malum quàm in bonum. Terent. in Adelph. Ego abs te miſeris ſum acceptus modis. Cic. Roga ipſum quemadmodum ego cum Arimini accepi. ¶ Accipere nomen, pro eo quod uulgus dicit, recipere ad monſtram. Liu. 1. bell. Punic. Itaq; ſi ſuum nomen Dictator acciperet, ſe comitijs interceſſoros dicunt. Dicimus etiam accipere conditionem, colorem, fœdera, libertatem, &c. Huius compoſitum eſt Præaccipio.

Acceptus, nomen ex participio. gratus uel iucundus, χαρίεις. [Ital. Quel ch'aggrada & ch'è accetto. Gall. Agreable. Hiſp. Coſa rata y grata. Ger. Angenám.] Caſ. 1. bell. Gall. Maximè plebi acceptus erat. Acceptum, accepti, abſolutè, dicitur quicquid ab aliis accipimus ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quouis modo. Plaut. in Truc. Hic ratio accepti ſcribitur. Antichreton eius eſt. Datum, ſiue expenſum. Vnde tabulæ accepti & expenſi dicebantur libri mercatorum, in quos ſcrebãt tam ea quæ accepiſſent, quàm quæ expendiſſent. Cic pro Roſc. Comœdo. Si tabulas Fannius accepti & expenſi proferet ſuas, in ſuam rem ſuo arbitratu conſcriptas, quo minus ſecundum illas iudicetis, non recuſo.

Acceptum ferre, Habeo pro accepto, & fateor me accepiſſe, etiam ſi non acceperim, προλέγω ἴσμαι, ἀναγράφομαι, ἀρίημι. [Ital. Hauer per riceuuto, confeſſare il riceuuto. Gall. Tenir pour receu. Hiſp. Confeſſar ſer lo dendor. Ger. Für entpfangen haben.] Tralla eſt loquendi figura à negotiatoribus qui in rationes ſuas referunt quicquid acceperint. Frequentius tamen eſt apud probatos ſcriptores in eadem ſignificatione. Acceptum tcfero: de quo plura ſuo loco ſumus dicturi. Hinc fit acceptilatio: de quo ſuprà.

Accepto, as, are, frequentatiuum ab accipio: ſignificat accipere ſoleo, ἐποδέχομαι. [Ital. Accettare, riceuere ſpeſſo. Gall. Accepter, prendre, uolontiers & ſouuent. Hiſpan. Recebir muchas uezes. Ger. Offt nemmen, ohn vnderlaß nemmen.] Plaut. in Pſeud. P. Quid dubitas dare? H. Tibi ego dem? P. Mihi hercle uerò, qui res, rationesq; heri Bailouis curo, Argentum accepto.

Acceptio, uerbale ab accipio, ἡ λῆψις. [Ital. Accettamento

ricenimento. Gall. Prinſe, recepte. Hiſp. Aquella obra dere-cebir y confeſſar. Ger. Vernmung oder entpfahung.] Cic. in Top. Nam neq; deditionem, neq; donationem, ſine acceptione intelligi poſſe.

Acceptor, aliud uerbale, m.g. *δεκτὴρ, ὑποδεκτὴς* [Ital. Accettatore, chi riceue & accetta. Gall. Preneur, qui prend & receoit. Hiſp. Recebidor. Ger. Ein entpfaher.] Plaut. in Trin. Qui illorum uerbis falſis acceptor fui.

Acceptrix, cis. Plaut. Truc. Des quantum uis, nuſquam apparet neq; datori, neq; acceptrici. A uerbali Acceptrix, uidetur formaſſe.

Acceptilatio, f.c *ἀποχὴ*. [Italicè, La quitanza, & ricenuta di qualche obligatione. Gal. Quittance, decharge parle creancier faitte au debteur. Hiſp. Alquala de ſioy quito. Ger. Ein Quittung, ein bekanntnuſs, in welcher man ein ledig ſagt einer anſprach oder verbindung halb.] Eſt liberatio (ut docet Modeſtinus) quæ fit per interrogationem, & reſponſionem, qua utriſque contingit ab eo nexu abſolutio. Verbi gratia, Quicquid tibi per ſtipulationem promiſi, uel ex ſtipulatu debui, habêſne acceptum? Et tu reſpondeas, Habeo, acceptumq; feroꝛ: id perinde eſt, ac ſi accepiſſem abs te per ueram abſolutionem. Apocha uerò (inquit Vlpianus) non aliàs, quàm ſi pecunia ſoluta ſit, appellari poteſt.

Accipiter, pen. cor. *ἱέραξ*. [Ital. Sparuiere. Gall. Oiſeau de proie, comme eſpreuier, ſacre, faucon, & autres. Hiſpan. Halcon à ueces generalmente. Ger. Ein Raubuogel, als Habbich, Sperwer, &c.] Genus eſt ad aues omnes rapaces: cuius ſpecies ſunt ſexdecim: præcipuè tamen ſunt, Buteo, Triorchis, Aeſalon, de quibus uide Plin. lib. 10. cap. 8. Dictus eſt ab accipiendo, hoc eſt à rapiendo. Terent. in Phor. Non accipitri tenditur neq; miluio. Tantæ uelocitatis hoc genus auium ut inter hyperbolica paræmia orta ſit ocior accipitre *θᾶσσον ἱέρακος*. Qua uenuſtè uteмur ſi ad famam aut ingeniũ aut nunciom aut eiuſmodi quippiam detorqueatur.

Accinſo, *αἰνίσσω*. [Ital. Inuettire, diſſimulare. Gall. Eſtre hors du ſens, diſſimuler. Hiſp. Hazer à dezir necedades, diſſimular. Germa. Vngeſchickte vnd närriſche gebärd treiben. Item, Nicht dergleychen thůn.] Veteres dixerunt pro ineptire, delirare, uel inſanire: item pro diſſimulare ea quæ maximè cupimus. Verum a tractum eſt à moribus. Accûs anniculæ adeò ineptæ atq; delirę, ut & cum imagine ſuo in ſpeculo reddita, tanquam cum altera mulierę colloqueretur, & uelles nondum perrexeras, à tela ſoleret detrahere atq; indocre. ¶ Vnde Adagium, In armis acciſſat, *ἐνὶ τοῖς ὅπλοις αἰνίσσεται*. In eum qui ſibi placet, ſeſeq; quaſi contemplatur in armis, ut traditum eſt de Accone muliere, quæ ad ſpeculum ineptè ſibi blandiebatur. Illud etiam in moribus habuit peculiare, ut recuſaret quod maximè cupiebat. Vnde ab eius quoq; nomine Acciſmum dictum uolunt *ἀκκισμὸν*, fictam diſſimulationem, quum ſcilicet, quæ maximè cupimus, nos uelle diſſimulamus. Vide Olympiodorum, & Eraſ. in Adagiis.

Acclāmo, as, pen. prod. are. act. p. Eſt exclamare, uocem efferre. (*ἐπιφωνῶ*. Italicè, Gridare in fauore ò in diſfauore d'una coſa. Gallicè, S'eſcrier en la faueur ou deſfauen de quelcun, loy fauoriſer ou contredire par cry. Hiſpanicè, Dar uozes à las uoces de otro, llamar dando uozes. Germanicè, Zů ſchreyen mit erhepter ſtimm.) Cic. pro Cæcin. Populus cũ riſu acclamaſſe ita eſſe.

Acclamatio, uerbale. (*ἐπιφώνημα*. Ital. Tal gridamento in fauore ò diſfauore. Gal. Eſcry acclamation, huée. Hiſp. Aquella obra de dar uozes aſſi. Germ. Zůſchreyung.] Cic. Attic. li. 1. Credo re ex acclamatione Clodij, &c.

Acclamito, frequentatiuum. (*προφωνῶ, ἐπαναβοάω*. Ital. Gridar' in fauore ò contro ſpeſſo. Gal. Souuent crier contre ce que dit quelcun ou en loy fauoriſant. Hiſpan. Llamar dando uozes muchas uezes. Germ. Vil vnd offt mit lauter ſtimm zůſchreyen.] Plaut. in Amphit. Et quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat.

Acclīne, adiectiuum, pen. prod. n. c. Dicitur flexum, incuruatum, iacens, humile. (*ἐπικλινὴς*. Ital. Inchinato. Gal. Inclinè, penché. Hiſpan. Inclinado ò acoſtado hazia otra coſa. Germ. Herzů haltend, neigend.] Et propriè in deſectu dicitur. Hieronymus, Scabellum accline, & ex una parte obliquum. Dicitur & Acclinus, na, num, ſicut & interclinus: quo uſus eſt Ambroſius in Egeſippo, Ciuitas, inquit, præruptis undiq; propè erat, interclina rupibus.

Acclīno, nas, pe. prod. act. p. Ad aliquid flecto, incline. (*κλίνω*. Ital. Condeſcendere, inchinarſi. Gal. Incliner une quelcun, pencher. Hiſp. Inclinar ò acoſtar hazia otra coſa, conſentir con otro. Ger. Herzů halten, oder neigen.] Liu. 4. ab Vrbe. Haud grauatè acclinaturos ſe ad cauſam Senatus, pro, Aſſenſuros cauſæ Senatus.

Acclīuis, ſiue Acclīuus, ua, uum, per u, pe prod. Quod eſt leniter erectum, & acuminatum: & propriè de aſcenſu dicitur, quaſi in cliuum acuminatum, & pendulum ſurſum. (*προσάντης, ἀνάντης, ἀνωφερὴς* Ital. Erto, alto, eleuato. Gal. Eleué en montant, agu par haut. Hiſp. Coſa cueſta arriba. Germ. Vberſich gehaltet.] Cic. Quint fratri. Es uir pars valde acclinis eſt. Huius contrarium eſt Decliue, ſiue Declinum, quod eſt inclinatum, atque incuruum, pendulum deorſum.

Acclīuitas, Loci facilitas in aſcenſu. (*ἀνωφέρεια*. Ital. La montana, l'erta. Gall. Le montant d'une terre, une legiere roideur de montaigne. Hiſp. Aquel recoeſſo cueſta arriba. Ger. Das ring aufſteigen eines bühels oder bergechtigen orts.] Cæſar. Ab eo flumine pari acclīuitate collis naſcebatur.

Acclūdo acclūdis, pen. prod. Vide in dictione Cludo.

Accŏlo, accolis, penult. cor. act. c. Apud, ſiue iuxtà colo. (*παροικῶ*. Ital. Habitar uicino, o à canto. Gal. Demeurer aupres, eſtre uoiſin. Hiſp. Morar cerca de lugar. Ger. Beywohnen, nachwohnen.] & de aquis montibuſq; dicitur. Liu. lib. 5. Hi dimiſſi circa omneis populos legatis, qui Hetruſcum mare, quib; Tyberim accolunt, ad frumentum mercãdum. Plin. l. b. 9 Perſæ Rubrum mare ſemper accoluere. Et lib. 5. cap. 1. Accolitur dextra lęuaq; crebris oppidis.

Accola penult. corr. com. p. Vicinus, ab accolendo, id eſt iuxta habitando dictus. (*πάροικος*. Ital. Vicino, habitante. Gal. Habitant aupres, voiſin à quelcun. Hiſpan. El morador cerca algun lugar. Ger. Nachbawr, der nahe bey einem wohnet.] Accola montis, qui prope montem habitat. Accola Padi. Accola campi: qui iuxta Padum iuxta campum habet domum. Liu. lib. 1. Paſtor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus.

Accommŏdo, accommodas, pen. cor. ac. p. Adhibeo, ade apto, aptè colloco (*ἁρμόζω, συμβιβάζω*. Ital. Accommodare, adattare. Gal. Accommoder, appropriet. Hiſp. Ayuntar una coſa à otra. Ger. Zůfügen.] Cic. lib. 2 de Orat. Africano illi ſuperiori coronam ſibi in conuiuio ad caput accommodanti. Idem lib. 1. Offic. Qui ſe ad Rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodauere.

Accommŏdatus, id eſt aptus. (*ἐπιτήδειος, οἰκεῖος*. Italicè, Aconcio, arto, accommodato. Gal. Propre, apte, conuenable. Hiſpan. Aparado, ayuntado. Ger. Zůgefůgt, dazů komlich.] Cic. in Orat. contra Rull. Numeri ſingulis orationis generibus accommodati.

Accommŏdatè, aduerbium, Id eſt Aptè. (*ἐπιτηδείως* Italicè, Accommodatamente, ben à propoſito. Gall. Propremente bien à propos Hiſpan. Ayuntadamente. Ger. Komlich, geſchicklich, bequem.] Cic. 5. Verr. Primum oratoris officium eſſe, ad perſuadendum accommodatè.

Accommŏdatio, onis, f.c. Ipſe actus accommodandi. (*ἐπιτηδείωσις*. Italicè, Accommodatione, adattatione. Gallicè, Appropriation, application. Hiſpan. Ayuntamiento. Germ. Komlichkeit, zůfügung.] Cic. 1. de Inuen. Elocutio eſt idoneorum uerborum & ſententiarum ad inuentionem accommodatio.

Accommŏdus, a, um. Idem quod accommodatus, aptus, idoneus. *ἐπιτήδιος*. Virg. 11. Aeneid. Eſt curuo anfractu uallis, accommoda fraudi.

Accrēdo, accredis, pen. prod. Et Ad & Credo, uidetur ſignificare ad id quod creditur accedo: ſicut Aſſentio ſiue Aſſentior, ad ſententiam accedo. (*συγκίνω, ἐπινεύομαι*. Italicè, Conſentire. Gall. Adiouſter foy, croire à ce qu'on dit. Hiſp. Conſentir, creer à otro. Ger. Glauben geben, mit einer glauben zůſtimmen.] Columel. lib. 1. Ille etiam non ſpernendus autor rei ruſticæ Saſernas uidetur accredidiſſe. Horat. libro 1. Epiſt. ad Vallam, Scribere te nobis, tibi nos accredere par eſt.

Accrēduo, Accredis, abſoletum uerbum, Idem quod accredo. Plaut. Neq; diuini, neq; humani mihi poſthac quicquam accredas.

Accrēſco, ſcis, accreui, n. t. ex ad & creſco, Idem quod adolescere. (*ἐπαυξάνομαι, ἐπιδίδωμι*. Ital. Accreſcere, aumentare. Gal. Croiſtre, accroiſtre. Hiſpan. Acrecentar ò augmentar. Germ. Zůwachſſen.] Cicer. de Inuent. Flumen ſubitò accrenis

creuit Salluſtius in Cicer. Quæ ſi tibi falſa obijcio, redde rationem, quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit.

Accrementũ, accrementi, Idem quod incrementum. (*ἐπαύξησις, ἐπίδοσις*. Ital. *Accreſcimento*, creſcimento, aumento. Gall. Accroiſſement. Hiſpan. Creſcimiento. Ger. Zuffwachſſung.] Plin. lib. 9. ca. 2 In mari autem tam latè ſopino, mollique ac tertili accremento, accipiente cauſas genitales è ſublimi, ſemperq; patiente natura, pleraq; etiam monſtrifica reperiuntur.

Accreuo, accretionis, Incrementum, ipſe actus accreſcendi. Cicer. 2. Tuſculan. Lunamq; accretione, & diminutione luminis. &c.

Accũbo, penult. corr. Ioxtè cubo, adiaceo. (*παράκειμαι, παρακατάκειμαι*. Italicè, Giacere, ſedere appreſſo. Gall. Eſtir aupres, eſtre couché iouxte. Hiſp. Aſſentarſe cerca alguno como á la meſa. Ger. Beyligen, nåben einem ligen.] Plaut. Accubat mecum. Sueton. in Cæſ. Theatrum ſummæ magnitudinis Tarpeio monti accubans Significat diſcumbo *κατακλίνω*. Cic. 4. Tuſcul. Morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes. Accubare in conuiuio. Cicer. uide Accumbo.

Accubatio, uerbale. Cic. de Senectut. Accubatio epularis amicorum. Idem in Officijs, Status, inceſſus, ſeſsio, accubatio. (*κατάκλισις*. Ital. *L'ſedere á tauola*. Gal. Aſsiete á table. Hiſpan. Aſſentamiento á la meſa. Ger. Ein beyligung.]

Accubitum, accubiti, ſiue Accubita, accubitæ, Lectus in quo cubatur inter diu. (*ἀνακλιντήριον*. Ital. *Letto doue ſi dorme de di*. Gal. Lict lit ſur lequel on dort de iour. Hiſpan. El lugar para ſe aſſentar ò dormir. Ger. Ein gutſcheu, oder lotterbett, auff dem man am tag ſchlafft.] Vnde apud Lampridium de Commodo ſcribitur, quòd non accuboie, niſi in accubitis quæ pilum leporinum habuiſſent, aut plumas perdicum ſubalareis. Hæc alio nomine dicuntur Anaclinteria. Hinc Accubitalia dicuntor ſtragula, quibus hoc genus lectuli ſolent operiri. Vide Cælium lib. 18. cap. 29 & lib. 27 cap. 27.

Accubitus, huius accubitus, Ipſe accubãdi actus. (*ἀνάκλισις*. Ital. Giacimento. Gal. Aſſiete, couchement. Hiſp. Aſſentamiento. Ger. Die beyligung.] Plin. lib. 18. cap. 2. Pleriſq; hominum triclinijs, accubitu iere per lectos.

Accũdo 3. t. accudis, pen. prod. Cudendo addo, & propriè de pecunia dicitur. (*ἐπιτρίβω, ἐπιδάλλω*. Ital. *Battere dinari, martellar*. Gal. *Forger deſſus*, battre monoie. Hiſpan. Herir cuño en yunque. Germ. Zůhin ſchmyden.) Plaut. in Merc. Tres minas accudere etiam poſſum, ut triginta ſient.

Accumbo, cumbis. n. t. Idem quod accubo. *παράκειμαι*. Et in hac ſignificatione fere habet datiuum. Eſt etiam Accumbere menſæ aſſidere ſumendi cibi gratia, uel conuiuio intereſſe. *παρακλινίδιον*. [Italicè, *Sedere á tauola*. Gallicè, *S'aſeoir á table*. Hiſp. Aſſentarſe á la meſa. Ger. Zů tiſch ſitzen.] Cubabant etiam antiqui ueſcentes. Cic. Pæto, Accubueram hora nona, quum id literarum exemplum in codicillis exaraui. Dicitur & Accumbere epulis. Cic. pro Murena, Qui quotidianis epulis in robore accumbunt.

Accũmulo, las, pen. cor. a. p. Amplifico, & quaſi ad cumulum addo, *ἐπισωρεύω*. [Ital. *Ammaſſare, ammontonare*, ridurre in maſſa. Gall. Amaſſer, accumuler, entaſſer, aſſembler en un monceau. Hiſp. Amontonar ſobre monton. Ger. Zůhauffen.] Cic. pro lege Agraria; Virtutem uidetur locus eſſe, qui tantos aceruos pecuniæ capiat: auget, addit, accumulat.

Accumulare uitem, arborem, radices, & ſimilia, eſt quod uulgus Gallicum appellat, rechauſſer. Cui contrarium eſt Ablaqueare. De hoc uide Plin. lib. 10 cap. 9 Feruentibus enim lotis accumulat uitare radices. lib. 18. cap. 24.

Accumulatio, uerbale, apud Plin. lib. 17 cap. 26 *ἐπισώρευσις*. [Ital. *Ammaſſamento, accumulatione*. Gall. Amas, amoncellement. Hiſp. Amontonamiento. Germ. Zůſammen hauffung, zůſamen hauffung.]

Accumulatè, aduerbium, *σωρηδὸν*. [Ital. *Accumulamente*. Gal. Amoncelement. Hiſp. Amontones. Germ. Hauffechtig.] Author ad Herennium, Vt pro tuo in nos officio, & noſtro in te ſtudio, munus hoc accumulatiſſimè tuæ largiamur uoluntati.

Accũro, ras, pen. pro. & per ſimplex r. Significat ſtudioſè & diligenter curo. *ἐπιμελῶμαι* [Ital. *Diligentemente curare, acortamente operare*. Gall. *Soigneuſement faire ou penſer de quelque choſe, en prendre ſoing*. Hiſp. Diligentemente curar. Germ. Fleiſſig verſorgen.] Plaut. in Bacch. Eho, penſum meũ lepidè accurabo, hoc eſt curabo, ut efficiam quod mihi mandatum eſt. Cic. de Inuent. Melius accurantur, quæ ſine conſilio adminiſtrantur.

Accũratus, magna cura factus, *ἐπιμελής*. [Ital. *Fatto con grãd accorgimento*. Gall. Fait ſoigneuſement. Hiſpan. Hecho con mucho cuydado y diligencia. Ger. Mit ſonderbarem fleiſs und ſorg gemacht.] Gel. de Demoſth. Cultu corporis nitido, uenuſto, nimiſq; accurato triſſe. Liu. 9. bell. Macedon. Sed orationem etiam longa, & accurata inſectatus ſit oratione nem noſtram.

Accuratè, aduerb. diligenter, *ἐπιμελῶς*. [Ital. *Accortamente*. Gal. Soigneuſement. Hiſp. Con mucho cuydado. German. Fleiſſiglich, ſorgſamlich.] Cic. ad Brut. Literis tam accuratè ſcriptis.

Accũratio, ſ. t. *ἐπιμέλεια*. [Ital. *Accortezza*. Gal. Soing. Hiſp. Cuydado. Ger. Fleiſs, ſorgſamkeit.] Cic. de Clar. orat. Ad inueniendis componendisq; rebus mira accuratio.

Accurro, ris, n. t. per duplex r, *προστρέχω*. Ad aliquid curſare, Plaut. in Amphit. Accurro ut ſciscam. Cic. 2. de Diuin. Ita nobis audientes ſunt, ut ſimul ac nolimus accurrant. [Ital. Correr á l'in contro á qualche coſa. Gal. Accourir. Hiſpan. Correr hazia lugar. Ger. Zůhin lauffen.]

Accũſo, ſas, pen. prod. a. p. frequent. eſt ab Accudo, ſicut docet Priſc. Componitur enim ex Ad & Cuſo, quod à Cudo deducitur. Ex quo compoſita Incuſo, Excuſo, & Recuſo. Quanquam non deſint, qui dicant Accuſo ex Ad, & Cauſa, ſeu Cauſor componi. Sed magis audiendus eſt Priſcianus: quia magis accommoda fit compoſitio à cuſo frequentatiuo uerbi Cudo, quod Cuſum ſupinum facit. Eſt autem Accuſare proprie (ut ait Valla) apud iudicem uel alium, & aliquando apud illum quem accuſes, oſtendere aliquem peccaſſe, *κατηγορῶ, αἰτιάομαι*. [Italicè, *Accuſare*. Gallicè, Accuſer, reprendre. Hiſp. Acuſar delante el que puede punir. Ger. Zuklagen, beſchuldigen.] Terent. in Prolog. Audr. Qui quum hunc accuſant, Næuium, Plautum, Enuium accuſant. Dicimus autem, Accuſo te illi, apud illum, uel coram illo magni ſceleris, aut de magno ſcelere. Cic. 4. Verr. Is apud C. Sacerdotem rei capitalis accuſatus. Idem Att. lib. 4. Non committam poſthac, ut me accuſare de literarum negligentia poſſis. Idem pro Sext. Ruſ. Sexcenti ſunt qui interficarios & de ueneficijs accuſantur. Id obſeruatum teré comperi nomen exprimi genitiuo, quod minus ablatiuo poneretur: ut, Te accuſauit homicidij, alioq; nefario ſcelere. Incuſare uerò, eſt alterius mores reprehendere: & plerunq; cum querela, quòd ab illo iniurijs affectus, *αἰτιάομαι*. Qui dixerunt Incuſare, de maioribus dici, Accuſare de paribus, uel minoribus, conuincuntor contrarijs authorum teſtimonijs. Cæſ. primo Com. Omnium ordinum adhibitis ad id conſilium centurionibus, uehementer eos incuſauit Diomed. Incuſante Cicerone, Catilina conuictus eſt. Corn. Tacit. Intemperiem cœli incuſantes.

Accuſator, uerbale, m. r. Qui accuſat, *κατήγορος*. [Ital. *Accuſatore*. Gal. Accuſateur. Hiſp. Acuſador. Germ. Ein Zuklager.] Quint. libro 4. cap. 2. Quæ quum accuſator turpicioſè narret, &c. Et accuſatrix, *κατηγόρος*. [Ital. *Accuſatrice*. Gall. Accuſereſſe. Hiſp. Acuſadora. Ger. Ein Zuklägerin.]

Accuſatio, uerbale, *κατηγορία, αἰτίασις*. [Ital. *Accuſa, biaſmo*. Gal. Accuſation, blaſme. Hiſp. Acuſation. Germ. Zuklagung, beſchuldigung.] Cic. in Brut. Actiones tacitate dixit, quod Tacitus exercere dicit. Cicer. pro Cælio de hac uoce multa.

Accuſatorius, Quod ad accuſationem pertinet, *κατηγορικός*, ut, Liber accuſatorius, in quo continentur accuſationes. Cic. pro Cluent. Non accuſatorio animo, non oſtentatione aliqua, aut gloria adductum.

Accuſatorie, aduerb. *κατηγορικῶς*. Cic. 4. Verr. Ne quis hoc me magis accuſatorie, quàm liberè dixiſſe arbitretur.

Accuſabilis, adiectiuum, om. r. Quod accuſatione aut reprehenſione dignum eſt. Cic. 4. Tuſc. Quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.

Accuſatiuus, ua, uum. Per quod quis accuſatur, *κατηγορικός*. Vnde accuſatiuus caſus dictus eſt, quia per hunc uel accuſare, uel laudare ſolemus. Dicitur etiã Incuſatiuus, uel Cauſatiuus, & Laudatiuus.

Ace. Vide Aca.

Acẽdia, *ἀκηδία*, Latinè pigritia, triſtitia, tædium, anxietas.

Acentra, ἀκέντρα, Dicuntur, quæ ſunt ſine aculeis, centriſue, id eſt punctis.

Acenteta, quæ & Acentra, dicuntur gemmæ, quæ leues ſunt, & mucrones non habent: quaſi ſine punctis centriſue. Plin. lib. 37. cap. 2. de cryſtallis. Quæ uerò ſine uitio ſunt, puras eſſe malunt, Acenteta appellantes Herm. Barb.

Acĕo, aces, acui, Acidus ſum, ἀκοτέω ſapio, ὀξύω. [Italicè, Acetire, eſſere agro. Gall. Eſtre aigre. Hiſp. Ser azedo. Germ. Saur oder eſſecht ig ſein.] Cato de Re ruſt. Vini quadragenæ urnæ dabũtur, quod neq; aceat, neq; muceat. Vnde Cum poſitum Coacco.

Acidus, a, um, adiectiuum, ab Aceo, es, ὀξέω. [Ital. Agro, aceroſo. Gal. Sur aigre, ou tirant ſur l'aigre. Hiſp. Azedo. Germ. Saur, eſſigecht] Propriè dicitur id quod acuit, id eſt in acorem uerſum eſt, ut uinum acidum. Plin. lib. 10. cap. 70. Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant. Verg. 1. Georg. Hic noctem lodo ducunt & pocula læti Fermento, atque acidis imitantur uitea ſorbis. Acidi fructus dicuntur, quibus iucundi acoris ſapor ineſt. Col. lib. 3. cap. 10. Et acidæ uenę fontium. Vit. lib. 8. cap. 3.

Aceſco, ſcis, Acidus fio, ὀξύω. [Ital. Agriſi, deuenir aceroſe. Gal. S'aigrir, deuenir aigre. Hiſp. Azedarſe. Ger. Saur oder zů eſſig werden.] Hieron. ad Furiam, Egeſtiſti aceſcentes & morbidos cibos, releuaſti æſtuantem ſtomachum. Horat. in Epiſt. Syncerum eſt niſi uas, quodcunq; infundis aceſcit. Hinc coaceſco, quod eſt totus acidus fio.

Acetum, Acre uinum, ὄξος. [Ital. Aceto. Gal. Vinaigre. Hiſp. El uinagre. Ger. Eſſig.] Col. lib. de Arb. cap. 8. Infructuoſas uites fœcundas facito. Vites quæ exiguum dant fructum, aceto acri cum cinere rigato, ipſumq; codicem eodẽ cinere linito. Plaut. in Pœn. Ecquid habet acetum in pectore? Et in Bacchid. Nunc experiar ſitne acetum tibi cor acre in pectore. Hoc eſt prouerbiali metaphora, nunquid ſapientiæ aſtutiæue ſit, uel acrimoniæ aut indignationis. Nam acida palatum iuuant acuuntq; & irritant ſtomachum. Horatius acetum pro mordacitate dixit. At Græcus, poſtquàm ex Italo perfuſus aceto. Perſius exclamat. Quod & prouerbij ſpeciem habet.

Acor, m. t. Idem quod Aciditas, hoc eſt ſapor acidus, qualis eſt in aceto, & in fructibus quibuſdam, quòd ad aceti ſaporem accedunt, ὀξύτης, γευστότης. [Ital. Acuita, aſprezza. Gall. Aigreur. Hiſp. Agrura, azedura. German. Seũre.] Colum. li. de Arb. cap. 25. Nos exiguum admodum laſer Cyrenaicum uino diluimus, & ita cacumina obleuimus: ea res acorem emundauit malorum. Idem libro 7. Ea res emendabit acorem malorum.

Acéphălus, pen. cor. ἀκέφαλος, Latinè ſine capite dicitur, ab α & κεφαλή, caput. [Ital. Senza capo. Gal. Sans teſte. Hiſpan. Sin cabeca. Ger. Der kein haupt hat.] Vnde Acephali uerſus, ſine capite dicuntur, qui in genere heroico à breui ſyllaba incipiunt. Et Acephali, uel Acephalitæ, hæretici quidam dicti ſunt, quoniã nullus inuenitur author, à quo exorti ſunt. Hi duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & unam in eius perſonam prædicant naturã. ¶ Acephali ſacerdotes, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina gubernantur. Cæl. lib. 3. Antiq. lect. cap. 12.

Acer, eris, pen. genitiui cor. f. t. Arbor eſt, forma & magnitudine tiliæ non abſimilis, uerùm cortice paulo ſcabriore. σφένδαμνος, ἤπερ. [Ital. L'acero, l'ateſe. Gall. Erable. Hiſp. El aſre. Germ. Ein Maſsholder baum, oder ein Ahorn.] Plin. lib. 16. cap. 18. author eſt, in hac arbore duo tubera inueniri, unum bruſci nomine, alterum moluſci: quorum illud intortũ & criſpum, hoc ſimplex & ſparſum facit. Vtrumq; diſcurrentibus uenis, aſpectu iucundiſſimum eſt: ſpecioſius tamen moluſcum: adeò, ut haud dubiè citro præferretur, ſi menſarum amplitudinem caperet. Eſt autem acer neutri generis, contra Priſcianum, qui fœminini eſſe putauit. Ouid. in Eleg. At quondam uile fuiſtis acer. Ex hac arbore fiebant menſæ, quæ proximam citreis dignitatem obtinebant. Corripit autem Acer ſubſtantiuum, ptiorem ſyllabam, quum adiectiuum eandem producat.

Acernus, a, um, quod ex acere confectum eſt, ὀξύινος. Vergil. 2. Aeneid. Præcipuè cum iam trabibus contextus acernis Staret equus.

Acer, hæc acris, hoc acre, prima prod. à quo acrior & Acerrimus, Propriè ad uinum, acetum, & huiuſmodi pertinet. Nam ſaporis acerbitatẽ ſignificat, Græcè ὀξὺς. [Ital. Agro, bruſio. Gal. Aigre, aſpre, iſnel. Hiſp. Agro, fuerte. Ger. Saur, ſcharpff.] Colum. lib. 3. Radice tenus uitem præſcindito: plagam acri aceto pariter ac lotio permiſta terra linito, rodẽtq; radices irrigato. Medici tamen. quorum eſt ex ſaporibus ſimplicium medicamentorum uires diſcernere, Acrem ſaporem, ἀρεμία, ab acido diſtinguunt: acria nimirum appellantes, quæ oris admota, & ab illo calefacta, ipſum uicißim recalfaciunt, atq; accendunt, & mordicant, præſtq; leuitate, ad caput ſublenata, obuia quæq; incidunt: ut ex Platonis Timæo annotauit Galen. lib. 1. de Facul. ſimpl. medicam. Plin. lib. 11. cap. 37. Difficulter perficiuntur omnia in cibis acri. ¶ Acre uinum, quod in acetum degenerauit, ὀξεῖον οἶνος. ¶ Transfertur ad alia, & modò pro forti ponitur. Verg. Aen. 9. Haud acrem dubites in prælia poſcere Turnum. ¶ Modò pro ueloci. Idem libr. 4. At puer Aſcanios mediis in uallibus acri Gaudet equo. Idem, Calidumq; animis, & curſibus acrem. Modò pro acuto. Cic. Acri homo ingenio. ¶ Modò pro uehementi. Idem in Hortenſ. Aut Philippo breuius, aut Theopompo acrius. Sic acrem hoſtem dicimus uehementem, id eſt, durum, ſæuum. ¶ Modò pro diligente. Verg. Iam tum acer curas uenientem extendit in annum. Cic. Offic. Sic nos ſi acres ac diligentes eſſe uolumus, animaduerſores uitiorũ, magna ſæpe ex paruis intelligimus. Ab acer fit compoſitum Peracer. Deriuata ſunt, Acredo, Acrimonia, Acritudo, Acritas, & Acriter aduerbium.

Acrimŏnia, Eſt qualitas mordax, & linguam calefaciens, qualis eſt in pipere, ſinapi, allio, & cæpa, ἀρεμόνης. [Ital. Aſprezza, aggrezza, la uehemenza pungente di coſa agra. Gallicè, Aſpreté, force & pointe, comme d'oignon, & choſes ſemblables. Hiſ. Agrura, agudeza, fortaleza. Ger. Scherpffe, rãſſe.] Et propriè quidem uſus eſt Cato de Re ruſt. ca. 157. de braſſica Pythagoræ, Etſi ulcus Acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam miſceto. Et Col. libro 10. Abſtineat omnibus tedolentibus eſculentis, ut ſunt ſalſamenta, & eorum omnia liquamina: item fœtentibus acrimoniis, allii uel caparum. ¶ Translatè uerò ponitur pro uehementia, ἀρεμόνης. Author ad Heren. lib. 4. Hæc exornatio tum multum uenuſtatis habet, tum grauitatis & acrimoniæ plurimum. ¶ Item pro ſeueritate ſiue ea in uultu, ſiue in uerbis, aut etiam in rebus conſiſtat. Ibidem, Conuenit igitur in uultu pudorem & acrimoniam eſſe. Et paulò pòſt, Licentia ſi nimium uidebitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

Acrĭtas, atis, denominat. ab adiectiuo Acer, idem ſignificans quod Acredo uel Acrimonia, ἀρεμόνης. Gel. libr. 13 cap. 2. Sicut autem nihil quicquam interest, ſuauitudo dicas, an ſuauitas: acerbitudo an acerbitas: acritudo, an (quod Accius in Neoptolemo ſcripſit) acritas: ita, &c.

Acrĭtūdo, inis, ἀρεμόνης, Idem quod Acrimonia: tametſi nonnunquam κατάχρησιν pro aciditate, uel etiam acerbitate poſitum inueniatur. Vitr. libro 8. cap. 3. Fieri autem naturaliter hoc ideò uidetur, quòd acer & acidus ſuccus ſubeſt in ea terra, per quam egredientes uenę intinguntur acritudine.

Acriter, aduer. ab Acer, Vehemẽter, ὀξέως, ἀρεμόνως, σφόδρα. [Ital. Fieramente, con uehementia. Gall. Aigrement, uehementement. Hiſp. Agra, aguda y fuertemente. Ger. Hefftiglich, ſcharpff, dapfferlich.] Tacit. lib. 19. Satis patuit iis, qui principum offenſas acriter ſpeculantur.

Acer, aceris, neutri generis, pro palea mileacea, ſeu frumenti purgamento, uide ACVS.

Aceratus, Vide Acus, aceris.

Acerbĭtas, Species eſt ſaporis, qualis eſt in fructibus immaturis, terreſtri quadam ſubſtantia linguam contrahens, exiccans, atq; exaſperans: non alia ratione differens ab Auſtero, quam quòd uehementius adſtringat: ut rectè docet Plato in Timæo, & poſt eum Galen. in libro 4. de Simpl. med. facult. capite 37. γευστότης, πικρία. [Italicè, Acerbità. Gallicè, Aigreur, aſpreté. Hiſpan. Agrura, amargura. Ger. Die herbe und ſeüre oder bittere der unzeitigen früchten.] Translatiuè ponitur pro aſperitate, ſiue inclementia. Cic. Q. Frat. Iracundia exorabilis, ut in malis, acerbitati anteponenda eſt. Idem, Nec acerbitatem ſententiarum, nec differendi ſpinas probauit. ¶ Aliquando pro moleſtia, ſiue triſtitia potius, ex miſeria & calamitate contracta: ut, Syllani temporis acerbitatem ſubterfugere, apud Ciceronem. Idem in Catil. Mihi hæc conditio Conſulatus data eſt, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatuſq; perferrem.

Acerbo, bas, act. p. Aſpero, πικραίνω. [Ital. Inacerbire. Gall. Enaigrir, rengreger un mal. Hiſp. Hazer agro ó amargo. Ger. Verbitteren.] Claud. libro 2. Nec patruo cedunt, ſtimulat

communis

communis in arma Virginitas, crumenæ ſeu rapteris acerbat, hoc eſt, exaſperat, & acerbius reddit. Huius compoſitum eſt Exacerbo, quod eſt valde acerbè, uel aſperè turbo.

Acerbus, ba, bum. Propriè dicitur, quod ſapore uehementer adſtringente præditum eſt, linguamq; guſtatu contrahit, & excruciat: ut poſt Platonem docuit Galen. lib. 1. de Facul. ſimp. med. [τραχύς. Ital. Acerbo. Gall. Rebeche, qui agaſſe les dents. Hiſ. Agro amargo. Ger. Bitter, herb, unzeitig, rauch.] Differt ab Auſtero, ut maius à minori. Nam quæ uehementer adſtringũt, Acerba, τραχέα, dicũtur, quæ mediocriter, Auſtera, αὐστηρά. Et quæ acerba ſunt ita guſtatu miſerè hoſces afficere, ut ne iterũ guſtare uelimus. Hinc locus Adagio, Poſt acerba prudentior, μετὰ τὰ δεινὰ ἢ τραχέα φρονιμώτερος. Congruet in eum, qui ſuo malo factus eſt cautior. Columella. Vua prima eſt peracerba guſtatu: deinde maturata dulceſcit. Translatè ponitur pro uehementi, duro & aſpero: & tam ad res, quàm ad perſonas refertur. Vnde Acerbũ nullus. Acerba mors. Virg. lib. 6. Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo. Tractum à fructibus immaturis, quæ nimia acerbitate guſtui moleſti ſunt & iniucundi. Cic. Fam. 1. Eo die acerbum habuimus Curionem.

Acerbè, acerbius, acerbiſſimè, aduerbium, [τραχέως. Italicè, Aſpramente duramente. Gall. Aigrement, aſprement. Hiſp. Agramente, duriſ, ſeueré aſperè. Ger. Bitterlich, hartiglich.] Cic. 1. Offic. Ea bella minus acerbè gerenda ſunt. Idem 1. Tuſcul. Acerbius exigere dixit.

Acĕro, ras, & Aceroſo, uide Acus aceris.

Acerra, Arcula, in quam thus reponi ſolet, quo diis ſacrificetur. [θυμιατήριον. Italicè, Caſſetta de l'incenſo, turibolo. Gal. Encenſoir. Hiſp. El uaſo ò nauezilla del encenſo. Germ. Ein Rauchfaſs.] Thuribulum uulgo dicitur. Alii putant eſſe aram, quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. Cornutus ſcribit eſſe pateram in qua libatur. Verg. Et pleno ſupplex ueneratur acerra.

Acerſecomes, pen. cor. ἀκερσεκόμης, idem eſt quod intonſus ſiue capillatus. [Ital. Zazzeruto, chi ha la zazera. Gall. Qui n'eſt point tondu. Hiſp. El que tiene la cabelladura, no uequilado. Germ. Vnbeſchoren, der vil haar hat.] Iuuen. Sat. 8. Si nemo tribunal Vendit acerſecomes. Hoc epitheto apud Græcos inſignitur Apollo, quemadmodum & apud Latinos intonſi cognomine. Dicitur autem Acerſecomes, παρὰ τὸ ἀ στερητικὸν, καὶ κείρειν τὴν κόμην, hoc eſt, ab ipſa coma.

Aceruus, m. ſ. Aggregatio & cumulus: & ut Valla uult, proprie minorarum rerum, ut frumenti, legumínis, [σωρός. Ital. Cumulo, mucchio, maſſa. Gall. Vn monceau, un tas. Hiſp. Monton de coſas menudas, como ſal. Ger. Ein hauff, fürnemlich kleiner dingen, als korn, erbiſs, &c.] Plautus in Pœnul. Quibus cunctis montes, maximi acerui frumenti ſunt domi. Aliquando tamen maiorum: ut, Acerui ſcutorum. Accipitur etiam translatè pro rebus affluentia: ut aceruus bonorum, ἀγαθῶν σωρός. Cum opes non pondere nec numero ſed aceruatim congeſtas, & ipſo cumulo infinitas intelligimus. ¶ Simile huic eſt Bos apud aceruum, βοῦς ἐπὶ σωρῷ. de ſplendidè ac ampliter diuentibus. Aut ut ait Suidas de iis qui media rerum copia conſtituti, non ſinuntur perfentibus bonis frui. Strues autẽ, eſt præcipuè lignorum: Serages, cadauerum interfectorum, uno in loco iacentium, ſiue hominum, ſiue brutorum: Sarcina utenſilium.

Aceruatim, Per aceruos, [σωρηδὸν. Ital. Amaſſa, à mucchi. Gall. Par monceaux. Hiſp. Amontones. Ger. Heuffechtig, nur hauffen.] Colu. Quum enim eiuſmodi peſtis inceſſit, ſub tanis aceruatim eneſt e reperiuntur. Lucret. lib. 6. Confertos ita aceruatim mori accumulabat. Aceruatim dicere, quaſi promiſcuè & nullo ſeruato ordine. Cic. pro Cluent. Aceruatim iam reliqua dicam Iudices.

Acerno, nas. Accumulo, [σωρεύω. Ital. Accomolare, ammaſſare. Gal. Amonceler, entaſſer, mettre en un tas. Hiſp. Amontonar. Ger. Zuſammen hauffen.] Hinc Coacerno, quod eſt, in unum uel ſimul aceruo, coniungo. Lactant. lib. 5. Errores ſuos inſuper crudelibus fabulis coacerauit.

Aceruatio, uerbale, f. t. id eſt, accumulatio. [σώρευσις. Italicè, Ammaſſamento. Gal. Amas, amoncelement. Hiſp. Amonto amontonamiento. Ger. Hauffung.] Plin. lib. 21. cap. 15. Aceruatio ſuperum peſtifera.

Aceruális, & hoc aceruale, om. t. Cic. 1. de Diuin. Argumentationes, quas Græci ſoritas uocant, aceruales appellat, his uerbis: At quemadmodum ſoriti reſpondeas? quem ſi neceſſe ſit, Latino uerbo licebat acerualem appellare: ſed nihil opus. Vt enim ipſa Philoſophia, & multa uerba Græcorum, ſic σωρείτης, ſatis Latino ſermone tritus eſt.

Acéſco, Vide Aceo.

Acéſis, ἄκεσις, Genus eſt Chryſocollæ, diuerſæ arborobitidis. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

Acéſtides, fornaces ferreæ, prægrandes, in quibus Cadmia adoritur. Dioſcor.

Acetábulum, n. ſ. Ab accipiendo dicitur, ut Hermolao placet: ſeu potius ab Aceto: Menſuræ genus eſt, quod Græci ὀξύβαφον appellant, Coryle quartam partem continens, hoc eſt, drachmas XV. ¶ Acetabula quoq; in corporibus dicuntur plxides (ut Anatomatici uocant) quibus coxendices inſiguntur, & circa quæ uertuntur oſſa coxarum, κοτυλοειδεῖς. Plin. libro 28. cap. 11. Item oſſa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices uertuntur. ¶ Acetabula item ſunt ut luti quidam calculi in iis piſcibus, qui molles appellantur, ut in polypo. Plin. libro 9. cap. 10. Præterea negat eſſe ullum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit eum. ¶ Acetabula ſunt etiam præſtigiatorum uaſcula ſiue calculi, quibus aſtantium oculos præſtringunt. Senec. lib. 6. Epiſt. Ita ſine noxa decipiuntur, quomodo præſtigiatorũ acetabula & calculi: in quibus me fallacia ipſa delectat. Latini etiam herbam quandam uocant hoc nomine, quam & Græci κοτυλεδόνα appellant, quòd folia habeat concaua, & quodammodo in acetabuli formã tornata. Alio nomine Vmbilicus Veneris dicitur. ¶ Acetabulum abuſiuè dici poteſt de rebus aliis, quæ ſimilitudinem quandam reſtituunt acetabuli, quod in corporibus eſſe, ſuprà dictum eſt. Quintil. lib. 8. cap. 6.

Acĕtāre, Dicebant ueteres, quod nunc dicimus agitare. Feſtus.

Acetāriă, n. ſ. A quibuſdam dicuntur herbæ, ceu ciborũ, quæ ex aceto ſumuntur ad excitandum appetitum: quales ſunt herbæ uirentes, quas aceto oleoq; guttatim infuſi, lato concinnamus. [ὀξύβαφα. Ital. Coſe compoſte in aceto. Gal. Vinaigrettes, ſalades ou autres choſes en vinaigre. Hiſpan. Coſa compueſtas con vinagre, como en ſalada. Germ. Salat, die Kreüter ſo man aufs Eſſig iſſet.] Fiunt & ex herba cum radicibus aceraris. Plin. lib. 20. cap. 20. Stomachum in aceratis ſumpta corroborat. De portulaca loquitur. Græci ὀξύβαφον appellant, quaſi aceto tinctum, παρὰ τὸ ὄξος, καὶ βάπτω, τὸ βάπτω. Aceraria dici quoq; poſſunt carnes minutim conciſæ, quæ ex aceto ſumuntur.

Acĕtum, Vide Aceo, ceto.

Achane, ἄχανε, Genus erat menſuræ frumentariæ, apud Perſas, capiens medimnos Atticos 40. Cel. lib. 8. cap. 9. docet eſſe uaſis genus, in quo commeatus illorũ includebatur, qui ad Theorias mittebantur. Porro quas Athenienſes uocarint Theorias, uidebis infrà ſuo loco.

Acharis, om. t ἀχαρὶς, penult. cor. Latinè dici poteſt Sine gratia, ingratus: χάρις enim gratia dicitur: & ἀχαριστία, ingratitudo.

Achateon, Vide Acariam.

Achātes, pen. pro. ἀχάτης, Gemma eſt uerſicoloribus uenulis ita diſtincta, ut & nemorum, & fluuiorum, & montium, nõnunquam & iumentorum & currum ſpeciem referat. Hanc primùm repertam ferunt ad Achatem Siciliæ fluuiũ: unde & nomen accepit. Poſtea & in Indis, & in Phrygia inuenta eſt. Inſignem Achatem Pyrrhus Epirotarum rex habuiſſe traditur, in quo nouem Muſæ, & Apollo citharam tenens ſpectabatur, non arte, ſed ſponte naturæ ita diſcurrentibus maculis, ut Muſis quoq; ſingulis ſua redderentur inſignia. Vide plura de hac gemma apud Plin. lib. 37. cap. 5. & 10.

Acheloius, a, um, ἀχελῷος, quod modò poſſeſſionem eſt, modò pro Aqueus ponitur. Vergil. Georg. 1. Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit unis. Veteres enim aquam omnem Acheloon nuncupauere, quòd primus poſt diluuium eruperit terra ferturſiue quòd Achelous in Græcia (ubi tot ingenia floruerunt) omnium fluuiorum celeberrimus fuit. De hoc Macrob. lib. 5. cap. 18. ¶ Hinc Acheloides, ἀχελωΐδες, Nymphæ dictæ ſunt.

Acherontini, Ἀχερόντιοι, Populi ſunt in agro Brutio iuxta Acherontem fluuium habitantes: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Acherois, ἀχερὶς, Peculiari epitheto uocatur populus

alba, ſiue quòd ad ripam Acherontis fluuij naſcebatur, ſiue quòd inter infœlices arbores, quæ diis inferis ſacræ erant, ſoleat numerari: ſiue, ut Pauſanias refert, quòd Hercules huius apud inferos conſpectu ramum ad ſuperos attulerit. Ariſtoteles contrà, populum nigram ita cognominatum refert. Vide hæc latiùs apud Ruel. lib. 1. cap. 119.

Achĕtæ, ἀχῖται, Cicadarum quarundam (ut inquit Suidas) non ſpecies, ſed epitheton eſt, dictum, ἀπὸ τῦ ἀχεῖν ἐν ἀκάνθαις, hoc eſt, ab eo quòd inter ſpinas canant. Plin. lib. 11. cap. 26. Similis cicadis uita quarum duo genera: minores, quæ primæ proueniunt, quæ ſunt mutæ, & nouiſſimè pereunt: maiores, quæ canunt, uocantur Achetæ.

Achillēis, ſiue Achilleas, ἀχιλλὶς Theophraſto, ἀχιλλαὶς Hippocrati, hordei genus, cui ſpica folio proxima eſt, ampli tudinis, & craſſitudinis maioris: ideoq; erugini magis obnoxium. Vide Ruel. lib. 2. cap. 25.

Achilleos, ἀχίλλιος, Myriophyllum herba appellata, quòd eam Achilles inueniſſe traditur in curándo uulnere Telephi. Plin. lib. 25. cap. 5.

Achilleum, ἀχίλλειον, Genus ſpongiæ tenue denſumq;, ex quo fiebant penicilli. Plin. lib. 9. cap. 45.

Achimenis, Plinio ἀχιμενὶς, ſiue, ut apud Dioſcoridem legitur, Achæmenis, ἀχαιμενὶς, herba eſt, quæ alio nomine Polium montanum appellatur. De hac Plin. lib. 25. cap. 4. Achimenide coniecta in aciem hoſtium, trepidare agmina, ac terga uertere.

Achŏlus, pen. cor. ἄχολος, Carens felle, uel bile, χολὴ enim apud Græcos fel, uel bilem ſignificat.

Achŏres, pen. pro. ἀχῶρες Galeno, Sunt cutis capitis ulcera foraminoſa, ſanie tenaci fluentia, quæ mediam quandam conſiſtentiam inter aquæ tenuitatem & mellis craſſitudinem obtinent. Nam in quibus ſanies mellis craſſitudinem adæquat, Ceris, κήρια, nocantur: quæ & foramina habent ampliora. Achoras Galli tineas uocant, ſimilitudine ſumpta ab iis animalculis quæ veſtes arrodunt. Malum eſt pueris in primis familiare. Vide Fuchſiũ, et Manar. in Epiſt.

Achras, adis, [ἄχραδες Ital. *Pirl* ſeluatici Gal. *Poires ſauuages*. Hiſp. *Peros de mata, peros montesinos*. Germ. *Ein gattung der holtzbyren, oder wildbyren*.] Pyri ſylueſtris genus eſt perdiſſimè matureſcens, maioremque uim habens aſtringendi, quàm cætera pyrorum genera, uocibq; in primis officinis. Vnde Thraſybulum Athenienſem accepimus à Lacedæmoniorum legatis corruptum, ne poſtulatis illorum contradiceret, ſimulaſſe ſe achrades comediſſe, atq; ob id loqui non poſſe. Vide Col. lib. 7. cap. 9. & Dioſc. lib. 1. & Gal. libr. 6. de Facult. ſimpl. medic.

Achreſtus, [ἄχρηστος Ital. *Inutile*. Gall. *Inutile*. Hiſp *Deſa prouechado, ſin prouecho*. Germ. *Vnnütz*.] Idem eſt quod abuſiuus, inſuauis, inutilis. Nam χρηστὸς Græcis, idem eſt quod bonus, ſiue utilis. Inde ἀχρηστία inutilitatem ſignificat, ſiue incommoditatem.

Achrīŏgĕlos, [ἀχρειόγελως. Ital. *Colui che ride troppo & ſenza cauſa*. Gal. *Grand riart*. Hiſpan. *El que muy mucho ſe rie*. Germ. *Lächerhaffe, der vmb eins yeden dings willen lachet*.] Dicitur qui procliuis eſt ad riſum, quaſi temerè & ſine cauſa ridens: quod ſtultitiæ ſignum eſt: unde etiam pro ſtulto aut inſano poſitum inuenitur prouerbiali noua forma.

Achyrōſis, pen. pro. ἀχύρωσις, Ratio quædam eſt commiſcendi palcas cum argilla, alioſue luto, ab hirundinibus, (ut uidetur) primùm excogitata, quæ ex luto feſtucis quibuſdã commiſto nidos ſibi conficiunt. Has deinde ruſtici imitati, ædificiorum ſuorum parietes hoc intrita genere illinunt. Nomen habet ἀπὸ τῦ ἀχύρου, hoc eſt ab acere: unde & à Latinis quibuſdam Lutum aceratum appellatur.

Aciæris, Securis ærea, qua in ſacrificiis ueteres ſacerdotes utebantur. Feſtus.

Aci̇cŭla, ſ. p. formatione, non ſignificatione, diminutiuum ab acu, ut inquit Priſcianus, Eſt ſpinula quædam ex ferro, uel alio metallo, quando acus ſimilitudinem refert, qua utuntur mulieres ad ornatum capitis. [*ſpérone*. Ital. *Agoda capo, lo ſpilletto*. Gal. *Eſpingle*. Hiſp. *El alfiler ò aguia pequena*. Ger. *Ein Gufen*.]

Acicula, Eſt piſcis tenuis ac longus, qui & acus dicitur. A Græcis ῥαφὶς appellatur. ¶ Eſt & herba huius nominis, inculti in locis ſponte naſcens, plebis Athenienſis quotidianus olim cibus, odore ad daucum, reliqua ſimilitudine ad chærephyllum accedens, exerta habẽs in uertice corniculs, quæ acus effigiem repræſentant: à quo habitu à Romanis nocata eſt Acicula, teſte Dioſcoride, Græcis dicitur σκάνδιξ: quo nomine & Latini utuntur.

Acidoton, pen. prod. ἀκιδωτὸν, Herba eſt, quæ notiore nomine Poterium, ποτήριον, & Neutra, πτερὰς, dicitur. Plin. lib. 25. cap. 9. eandem Phryaion uocat. Vide Dioſcoridem libro 3. cap. 18.

Acidus, & **Acidulus**, Vide Aceo, es.

Ăcies, tria ſignificat, ſ. q. Primò acumen falcis, cultri, & ſimilium quæ ſecant. [*aiuolo, aiuolà*. Ital. *Il taglio ò ponta di coltello, & coſe ſimili*. Gall. *La pointe ou taillant d'une eſpée ou autre glaiue*. Hiſp. *Filo ò punta de coſa aguda*. Ger. *Die ſchneiden oder ſchcrpffe eines eyſens*.] Et ἀπὸ τῦ ἀκυτὴς dicitur: ſiue à Latino uerbo Acuo: unde & Acumen deducitur. Cic. in Verrem, Act. 4. Iam ante aciem ſecurium uirorum uiderat. Colum. lib. 4. Obtuſa enim, hebetiq;, & mollis falx portatorem moratur, eoq; minus laboris efficit, & plus laboris affert uinitori. Nam ſiue curuatur acies, quod accidit mollibus: ſiue tardius penetrat, quod euenit in retuſo & craſſo ferramento, maiore niſu eſt opus. Verg. 2. Georg. Ipſa acie falcis nondum tentanda: ſed uncis Carpendæ manibus frondes. Aciem ferri exterere, idem eſt quod adhibita cote acuere. Plin. libro 17. cap. 3. Alij, quoniam uis eadem in morte eſſet, quæ cotibus ad ferro aciem deterendam. Aciem trahere, proprium eſt aquæ, quum ferrum acuitur. ¶ Secundò, Exercitus inſtructionem, παράταξις, quum ad dimicandum parratus eſt: eo quòd acuto ferro armatus ſit: uel etiã quòd acuta fronte ſoleat collocari. Ver. Georg. 2. - & campo ſtecit agmen aperto, Directæq; acies. Et acies quidem inſtructa his uocabulis uocari ſolet, Frons, ſubſidia, cuneus, orbis, globus, ala, torres, cornu, & quibuſdam aliis. Atq; interdum pro ipſo conflictu & prælio ſumitur. Tacit. lib. 12. Prima acie fuſum uictum uictumq; Romanum. Et libro 15. uincendum illa acie aut cadendum. ¶ Hinc locus prouerbio, in acie noua cuia, ἐπὶ ξυρῆ ἀκμῆς. pro eo quod eſt, in ſummo diſcrimine. Homer. Iliad. 1. Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυρῆ ἕστηκεν ἀκμὴς, Ἢ μάλα λοιγὸν ἀλύξειν Ἀχαιοὺς ἠὲ θανέεσθαι. Id eſt, Nunc etenim cunctis ſita res in cuſpide ferri eſt, Viuamne an triſti exitio abſumantur Achiui. Vide Sophoclem in Antigone. ¶ Tertiò, Oculi lumen, γλήνη, κόρη. Cic. de Somnio Scipionis, Radiis ſolis acies noſtra, ſenſuſq; uincitur. Idem 2. de Nat. deor. Acies ipſa, qua cernimus, quæ pupilla uocatur. ¶ Per translationem, Acies ſumitur pro ingenii perſpicuitate. Cic. in Catone, Nónne nobis uidetur animus, qui plus cernit & lõgius, uidere ſe ad meliora proficiſci: illi autem cuius obtunditur acies, non uidere? ¶ Huius genitiuum ueteres tam Acie quàm Aciei excluerunt. Saluſt. lib. 1. Hiſtoriarum referente Gellio, Dubitauit acie pari, pro aciei.

Acĭnăcis, pen. cor. m. t. Gladius Perſicus. Horat. lib. 2. Carm. Vino & lucernis Medos acinacis Immane quantum diſcrepat. Valerius Flac. Infignis manicis, infignis acinace dextra. Pollux Acinacem eſſe interpretatur Ῥοφικὸν ξιφίδιόν τι, τῷ μηρῷ παρατιθέμενον, hoc eſt Perſicum quendam gladiolum, qui à femore ſuſpendebatur. Herodotus quoq; lib. 7. author eſt Pantheam Abradatæ uxorem, acinace, quem habebat ſibi iugulum aperuiſſe. Suidas uerò Acinacem eſſe ait μικρὸν δόρυ Ῥωμαϊκὸν, hoc eſt, parum Perſarum haſtam. In qua etiam ſententia Arrianus fuiſſe uidetur. Omnibus tamen hoc conuenit, ut nominatiuum *diuersimus* faciant. Vnde & apud Latinos Acinaces per ſecundam uocalem, non Acinacis, per tertiam, legendum uidetur.

Acĭnŏs, ἄκινος, fœm. Dioſcoridi, herba eſt tenuibus flecciſq; ſurculis, ocymo ſimilis, odorata, ſed hirſutior, ex qua coronæ factitantur. Quidam ex uulgo, Sylueſtre Baſilicum uocant, Latini Ocymaſtrum, quòd planè Ocymum imitetur. Plin. lib. 20. cap. 16. hanc herbam & coronarum & ciborum cauſa ab Ægyptiis ſeri aſſeris: & alio nomine Epitreton uocari, & nunquam florere.

Acĭnus, i, pen. cor. maſcul. generis, & Acinũ neutri, teſte Nonio, in uua id dicitur quod uulgus granũ appellat. [*Acino*. Ital. *Acino, grano d'uua*. Gall. *Vn grain de raiſin*. Hiſpan. *El granillo de rezimo*. Germ. *Körnlin in den Trauben*.] Neq; ſolùm uuæ, ſed hederæ, ſambuci, tribuli, mali punici grana, Acinorum uocabulo continentur. Atq; in hoc à bacca differt (ut Valla uult lib. 9. cap. 28.) quòd acini inter fructus minutiores arborum fruticumue denſius naſcantur: bacca uerò

ueré diſperſus & rarus: ut fructus lauri, oliuæ, cornl. loti, lentiſci, Baccæ melius, quàm acini dicuntur. Nonnũquam tamen indifferenter ponuntur. Vergil. in Gallo, Sanguineis ebulli baccis, minioq; rubentem.

Acinaceus, ſiue Acinatitius, Palladio lib. 1. cap. 6. 7. ἀκινάτος. ut Vinum acinaceum, quod ex uuarum folliculis, atq; acinis expreſſo muſto, additaq; aqua maceratis conficitur: Græci δυσίγιον, id eſt ſecundarium: Latini Loram uel Loream appellant, ſiue acinis expreſſum eſt: ita dictum ad differentiam uini factitij. Vlp. l. Siquis uinũ. ff. de leg. iii. Acinaceum plant uino contineburr.

Acinoſus, a. um, ab Acinus dicitur, Quod multos habet acinos. [ἀκινώδης. Ital. Coſa piena d'acinelli d'uua. Gall. Graineux, plein de grain, raiſineux. Hiſp. Coſa llena de aquellos granillos. Ger. Voll kärnlin iſt.] ut, Vua acinoſa. Dicitur etiã de aliis plantis quæ ſemen habent ita depoſitũ ut in uua acini. Plin. li. 18. ca. 19. Afari ſemen acinoſum ſaporis calidi (ac nimoſi.

Acintani, Vide Acitani.

Aciꝑenſer, apud antiquos, piſcium nobiliſſimus eſt habitus, qui unus omnium ſquamis ad os nerſus contra aquam nando meat. Hunc Plin. lib. 9. cap. 17. teſtatur ſuo ſeculo nullo fuiſſe in honore, quod ſe miraretur, quũ eſſet rariſſimus. A quibuſdam, eodem Plinio teſte, Elops, ἔλοψ, uocatus eſt. Alii Callionymon, alii Anthiam, nõnulli etiam Callichthyn appellauere. Huic olim tantus habebatur honos, ut à coronatis miniſtris cum tibiis in conuiuium ſoleret inferri: ut in Saturn. teſtatur Macrob. lib. 3. cap. 16. De hoc piſce extat diſtichon Martialis libro 13.

Acĕros, penult. prod. Exhæres, qui hæreditate priuatus eſt. ἄκληρος. quaſi ἄτεν κλήρε. Ital. Diſheredato. Gal. Deſherité. Hiſp. Desheredado. Ger. Enterbet.] hoc eſt ſine ſorte, parte, uel hæreditate. Bud. in Comment. linguæ Græcæ.

Aclaſis, f. t. Tunica ab humeris non conſuta. Feſtus.

Acleti, ἀκλητί, Aduerb. Citra uocationem, citra inuitationem. Prouerbij loco dicitur, quoties innocatus quis accedit ad conuiuium, quod amici facilit, & eximpetæ. Hermol. in Plin. lib 18. cap 13.

Aclides, pen. cor. m. t. ἀκλίδες, ſunt tela quædam antiqua adeò, ut nuſquã memorentur in bello. Legitur tamen quòd fuit claua quædam breues eminentibus hinc & hinc acuminibus quibuſdam, quæ ita in hoſtem iaciantur religatæ loro, uel lino, ut peractis uulneribus, poſſint redire. Vergil. libro 7. - tereres ſunt aclides illis Telaſed hæc lento mos eſt aptare flagello.

Acme, ἀκμὴ, Vox Græca eſt, Galeno familiaris, quam Theodorus Gaza modò nigorem, modò florem ætatis interpretatur. ¶ Eſt etiam mulieris nomen apud Catullum.

Acmon, ἄκμων, Latinè incus: unde Pyracmon unus fuit ex Vulcani famulis, quòd à calenti incude nunquam diſcederet. Verg. 8. Aeneid. Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.

Acmotheton, ἀκμοθέτον, truncus ille, qui poſitum ſuſtinet incudem.

Acœton, ἀκοῖτον à Plinio libro 11. cap. 15. optimum mellis genus appellatur, quod per ſe fluxit, quodq; nihil habeat remmenti aut ſedimenti admiſtum. Dictum ἀκοῖτον quaſi ſine cubili. Nam ſedimentum in uino, aliisq; rebus liquidis, rusticorum nonnulli etiam hodie uocant cubile.

Acŏlăſtus, ἀκόλαστος, Prodigus, intemperans, immodeſtus, laſciuus, libidinoſus, infrænis, immoderatus. Gel. libro 11. cap. 2. Negat Latinè uerti poſſe, ſonat ad uerbum, impunitus, uel incoërcitus, ut ſit qui cupiditates non puniat, uelut iniecto fræno, ab ἀ priuatiua particula, & κολάζω, emendo, corrigo, caſtigo, coërceo. Nec ſolum de hominibus, uerumetiam de rebus dicitur, ut ἀκόλαστος γλῶττα, lingua infrænis. Acolaſtus homo, homo nihili, neq; rei, neq; frugis bonæ. Gel. libro 7. cap. 11. Budæus in Commentar. proteruum propriè ſignificare putat, & qui ſibi circa libidines temperare non poteſt. Vnde Acolaſti dici poſſunt, quos Latinè Nepotes, uel Decoctores uocamus.

Acŏlyti, ἀκόλυθοι, Dicti ſunt, qui nullis minis ab inſtituto poterant reuocari. Vnde Stoici acolyti dicti ſunt, qui turpe putabant mutare ſententiam. A Chriſtianis etiam hoc nomine dicuntur ſacrorum miniſtri, qui quum ipſi ſacra non facerent, ab illis tamen non excludebantur: dicti Acolyti, quaſi non prohibiti, ab ἀ priuatiua particula, & κωλύω, quod ſignificat prohibeo.

Acŏlũthus, pen. pto. ἀκόλυθος. Latinè cõſequens dicitur: ἀπὸ τῦ ἀκολυθέιν, id eſt à ſequendo.

Acŏne, pen. cor. [ἀκόνη. Ital. Cote. Gal. Queue à aguiſer. Hiſpan. Piedra para aguzar herramientas. Germ. Harte ſtein oder ſchrofen.] Latinè cotem ſonat, uel cautem. Eſt etiam Acone, ut apud Plinium legitur: ſiue, ut eſt apud Strephanũ, Aconæ, ἀκόναι, Nomen oppidoli, uel portus Mariandinorum, non procul ab Heraclea Pontica, ubi magus in copia prouenit aconitum. quod (ut quibuſdam placet) ab hoc loco nomen accepit. Plin. libro 6. cap. 1. Portus Acone, uenenoſo aconito dirus.

Acŏniti, ἀκονιτί, Latinè idem ſonat quod ſine pulnere, hoc eſt citra negotium & laborem. Plin. li. 35. cap. 11. Alcimachus pinxit Dioxippum, qui pancratio Olympiæ citra pulueris iactum (quod uocant aconiti) uicit: coniti Nemea. Prouerbii loco dicitur de eo qui ſine ſudore uictor euadit, ab athletis ſumptum, qui pulucrem inſpergebant corporibus ut ſe facilius comprehendere poſſent. Ouid. libro 9. Metamorph. Eadem forma dicimus, ἀνιδρωτί, ſine ſudore; & ἀναιμωτί, ſine ſanguine.

Acŏnitum, pen. prod. n. ſ. [ἀκόνιτον. Ital. Aconito. Gal. Tere. Hiſp. Centella. Ger. Vnolffsmilch, wolffskraut.] Herba, quæ Cerberi ſpuma conſperſa, uenenum efficaciſſimum cõ traxit, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum, ἀπὸ τῦ ἀκόνης, hoc eſt à cote, ſeu cautc. Ouid. 7. Metamor. Quæ quia naſcuntur dura uinacia cautc, Mortales aconita uocant. Sunt qui ab Acone portu ſeu oppido Mariandinorum deducant, iuxta Heracleam Ponticam, ubi copioſiſſimè prouenit. Illinc enim non longè abeſt Acheruſia ſpecus, per quam Hercules Cerberum ad ſuperos ferrur pertraxiſſe. Alii Aconitum dictum putant, quòd ἀκονιτί, hoc eſt ſine pulucre aut terra prouenial. Plin. lib 27. capite 1. Naſcitur aconitum in nudis cautibus quas aconas uocant. Et ideo Aconitum quidam dixere, nullo iuxta, ne pulucre quidem nutriente. Alii ἀπὸ τῦ ἀκονίσμαι deriuant, quod eſt accelero, quia mortẽ accelerat. Alii, quoniam uis eadem in morte eſſet, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur. Hæc Plinius. Alio nomine dicitur Pardalianches, quòd pantheræ eo guſtato ſtatim ſtrangulentur. Sunt qui putant eam herbam eſſe quam (Napello) uocant uulgò, ſed non eſt.

Acontiæ, f. p. ἀκοντίαι. Ital. Comete. Gal. Cometes. Hiſpan. Cometas del cielo. Ger. Ein Comet wie ein pfeyl.] Sunt ſtellæ crinitæ, ſeu impreſſiones: dictæ ἀπὸ τῦ ἀκοντίειν, hoc eſt à iaculo: quia (ut Plinius ſcribit libro 2. cap. 25.) iaculi modo uibrantur ocyſſimo uolatu. Ex his quaſdam breuiores & in mucronem faſtigiatas Xiphias uocauere, quæ ſunt omnium pallidiſſimæ, & quodam gladii nitore ſine radiis.

Acontiæ, ἀκοντίαι, Serpentes quidam, duorum cubitorum magnitudine, figura capur craſſa paulatim in tenuem abeunte, colore uiridi, aluo minutis quibuſdam maculis conſperſa, quæ quandam granorum milli ſimilitudinem repræſentant. Vnde & Cenchrides, κεγχρίδες, & à Latinis nonnullis Miliariæ uocantur. Aconticæ autem ἀπὸ τῦ ἀκοντίειν, hoc eſt à ſimilitudine iaculi. Mira enim celeritate progrediuntur, non flexuoſis ſpiris, ut reliqui ſerpẽtes, ſed recto quodammodo tramite ſeſe quodammodo eiaculantes. De his Actius libro 13. capite 27. & Lucanus libro 9. Vide infrà in dictione Cenchris.

Acŏpa, pen. cor. n. ſ. Medicamenta laſſitudines & fatigationes leuantia, impoſito ex re uocabulo. ἄκοπα. Plin. lib. 29. cap. 1. Ad omniaq; quæ acopis curantur, unguentumq; pariter & medicamentum eſt.

Acopis, Gemma, nitro ſimilis, pumicoſa, aureis guttis ſtellata, cum qua oleum ſubſeruefactũ peruncti laſſitudinem ſoluit, ἄκοπις. Plin. lib. 37. cap. 10.

Acŏpos, penul. cor. ἄκορος Dioſcoridi, Herba eſt fruticoſa, graui odore, flore holeris: quæ & Anagyros uocatur à Plinio, à Dioſcoride etiam Anagyris, ἀνάγυρις. Vulgus ob odoris grauitatem Lignum fœtidum appellat. Huius ſemen, quod in oblongis corniculis habet, commanducatum uomitiones ciet. ¶ Vnde factus eſt locus prouerbio, ἀνάγυριν κινεῖν, Anagyrin mouere, quo utimur in eos, qui obfuturi ſibi commouent.

Acor, Vide Aceo.

Acorna, f. p. Herba eſt ex genere acanacearum, ſpinam habens pro folio, uernaculo eneco ſimilis, colore tamen ruſo,

facenm pinguem & ſanguineum fundens. *ἀκρητα*. De hac Plin. lib. 20. cap. 16.

Acōrum, *ἄκορον*. Dioſcoridi, Ital. & Hiſpan. Acoro. Gal. Galange. Ger. Eigentlich der Apotecker Calmus.] Plinio Acoros, Herba eſt tolia habens iridis, radicesq; illi non abſimiles, guſtu acres, odore non ingratas, cariq; complicatas, nec in rectum, ſed in obliquum actas, vulgò Galarga maior vocatur. Quod verò officinæ pro Acoro oſtentant, uerum Dioſcoridis Acorum non eſt, tametſi quædam eius ſpecies eſſe uidetur. Hanc vulgus gladiolum aquæ appellat. Eſtq; verus acorus Galanga craſſa, teſte Amato Luſitano in Dioſcor. qui Galeni, Plinij, & Dioſcoridis, de eo locos optimè cōcilauit.

Acoſmus, Idem eſt quod inornatus. *ἄκοσμος*. Nam *κόσμος* apud Græcos, ornatum uel ornamentum ſignificat. Lucret. lib. 4. hac uoce utitur.

Acoſmia, Confuſa quædam rerum congeries: & ſignificationem contrariam habet huic dictioni Ornatus: quaſi dicas, Inornatum, uel Ornatus neglectum. *ἀκοσμία*. Budæus in Comment.

Acquiēſco, n. t. Rei alicui quietis gratia innitor. [*ἐπαναπαύομαι, ἐπαναπαύομαι, ἡσυχάζω*. Ital. Ripoſarſi, Acquetarſi. Gal. Se repoſer. Hiſp. Deſcanſar, ò ſentir con otro. German. Auff einer ſach beruhen.] Seneca, Nihilo miſerior ero, ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat. Nonnunquā accipitur pro ſimplici ſuo quieſco, *ἡσυχάζω*. Cic. Attic. lib. 7. Acquieſco enim, & ad te ſcribens, & legens tua. Ibid. Vitandi caloris cauſa Lanuuii tres horas acquieueram. Interdum tranſumitur Acquieſcere, pro eo quod eſt, cum animi tranquillitate uoluptateq; in re aliqua uerſari. Ibidem Cicero, Nulla eſt reſpublica quæ me delectet, aut in qua acquieſcā. Nonnunquam etiam pro eo quod eſt, in re aliqua quietem ſuam & ſpem repoſitam habere. Idem de Amicit. Libenter enim ſenes in adoleſcentium charitate acquieſcimus.

Acquīro, act. t. Quæro, comparo, adipiſcor, conſequor: ab Ad & Quæro. [*προσπερίζομαι, περιποιέω*. Ital. Acquiſtare, Gal. Acquerir. Hiſp. Alcancar lo deſſeado. Germ. Erlangen, vberkommen. [Cic. de Amic. Semper aliqui acquirēdi ſunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. ¶ Interdum Acquiri pro augeri uel conciliari. Plin. lib. 17. cap. 17. Quo genere et uino odorem acquiri putant.

Acræpala, *ἀκραίπαλα*, Ab Hippocrate dicuntur ea omnia quæ craſpulæ obſiſtunt, quemadmodum Adipſa, *ἄδιψα*, quæ ſitim prohibent. Inter Acræpala numerantur amygdalæ amariores.

Acræphia, *ἀκραιφία*, Vrbs eſt Bœotiæ, quæ ab Homero Arne uocatur, dicta Acræphia, ab Acræpheo Apollinis filio, ut Stephano placet. Hanc Strabo neutro genere effert, Acræphium, *ἀκραίφιον*.

Acrātiſmus, [*ἀκρα]ισμὸς, ἢ ἀκράτισμα*. Italicè, Imbreda. Gal. Le deiuner. Hiſp. Almuerzo. Ger. Ein Morgenſupp.] Latinè Ientaculum dicitur, *ἀπὸ τὸ ἀκράτου*, hoc eſt à uino non diluto, ut placet Plutarcho in Sympoſiacis: ſiue quòd apud Græcos ientaculi uice ſumi ſolet, buccella panis mero macerata: ſiue quòd iuxta medicorum conſilium in ientaculo uino meraciore ſit utendum.

Acrāpōcōthōnes, pen. pro. *ἀκρα]ποκώθωνες*, Dicti ſunt homines ninoſi, & meracius bibentes: quaſi dicas, nini meri poculi. *ἄκρατον* enim merum eſt. *κώθωνες* aptem inter pocula numerantur. Vide Cæl. lib. 7. cap. 17.

Acrātos, [*ἄκρα]τος* Ital. Intemperato, puro. Gall. Pur, non meſlé Hiſ. No templado, no mezelado. Ger. Vnmäſſig, vnſüberlich, item vnuermiſchet.] Purus, merus, intemperatus: ab *ἀ* priuatiuo, & uerbo *κεράω, κεράννυμι*, quod eſt tempero. Hinc Acratum, *ἄκρατον*, abſolutè ponitur pro mero, hoc eſt uino non diluto. Vnde *ἀκρατοποτεῖν* dicunt Græci, pro eo quod eſt meracius potare: & qui meri auidiores ſunt, uinumq; non diluunt, Acratopotæ, *ἀκρατοπόται* dicuntur: uitiumq; ipſum Acratopoſia, *ἀκρατοποσία* appellatur.

Acrātŏphŏrum, pen. cor. [*ἀκρατοφόρον*. Ital. Orcinolo. Gal. Cuche, coquemart, broc. Hiſp. El arcaduz para ſacar uino. Ger. Ein Kübel.] Vrceolus Latinè dicitur. Cic. 1. de Fin. Et tamen puto concedi nobis oportere ut Græco uerbo utamur, ſiquando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potius quàm *ὑποκυμίοις*, & *ἀκρατοφόροις* concedatur.

Acrēdo, f. t. pen. pro. acredinis, *ἀκριμύτης*, propriè eſt qualitas illa mordax, quæ eſt in pipere, porro, allio, & ſimilibus quæ linguam ſimul mordicant & calefaciunt: cuiuſmodi ſapores ſuprà docuimus Acres uocari, ab iis qui ex profeſſo de ſaporibus tractant. *παραχρηστικῶς* tamen hanc uocem uſurpari uidemus pro acore, ſeu aciditate, uel etiam pro acerbitate, ſiue auſteritate. Idem indicendum eſt de reliquis derivatis adiectiui Acer, qualia ſunt Acrimonia, Acritas, & ſimilia.

Acrēdŭla, f. p. pen. corr. [*φιλομήλα*. Ital. Roſignuolo. Gall. Roſſignol. Hiſp. Ruyſeñor Ger. Ein Nachtgall.] Putant Luſcinia auis, ſiue (ut aliis placet) auis illa quam uulgò Rauatinum uocamus. Cic. de Diuin. Et matutinis acredula uocibus inſtat.

Acrībŏdicæ, *ἀκριβοδίκαιοι*, teſte Budæo, ab Ariſtotele appellantur luriſconſulti: qui neglecta æquitate, ſummo iure, hoc eſt uerbis ipſis nituntur, ſic dicti, quòd nimirum exactè legis rigorem, quem uocant, obſeruarent. Et ſtrictum illud ius Acribodicæon, *ἀκριβοδίκαιον* appellatur.

Acrifolium, Arbuſcula eſt, quæ à Macrobio inter arbores infelices numeratur. *Λωτός*. Creditur eadem eſſe quæ Lotos alio nomine, à Gallis autem *Alyſa*, uel *Alyſerum*, uocatur. Vide Ruellium.

Acrimonia, Vide Acer adiectiuum.

Acriſia, *ἀκρισία*, Eſt abſentia iudicii, uel delectus. Budæus in Comment.

Acriſionēus, a, um, adiectiuum, *ἀκρισιωνεῖος*. Verg. 7 Aeneid. - hanc dicitur urbem Acriſioneis Danaë fundaſſe colonis.

Acriſioniades, Acriſioniadæ, penul. cor. Patronymicum maſculinum. *ἀκρισιωνιάδης*, Perſeus Acriſii ex Danae nepos. Ouid. 4. Metamorph. Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Medoſa Acriſioniades, adigitq; in pectus.

Acriſione, *ἀκρισιώνη*. penult. prod. Patronymicum fœm. ab Acriſio deductum, quo ſignificatur Danae filia Acriſii, & Perſei mater.

Acritas, Acritudo, Acriter, Vide Acer adiectiuum.

Acroama, Mos erat apud ueteres qui hodie nullus eſt, ut in fabulis agendis, actionem hiſtrionum muſica ſymphonia commendaret. Vnde illud. Tibis dextris & ſiniſtris, aut, paribus & imparibus, aut, Serranis & Phrygiis. Erat igitur in uoce hiſtrionum actio, erat in muſica ſymphonia quod Acroama dicebatur: inde ſcilicet, quòd fabulæ pars auribus perciperetur, & auditio quædam eſſet, animum leniente muſico concentu, ſicut illa quæ ad actionem hiſtrionum pertinebat, ſpectantium oculos oblectabat. Atque hanc fuiſſe Acroamatis ſcantionem, loci demonſtrant quos in antiquorum ſcriptis obſeruauimus. Nam in oratione pro Archia, dixit Orator inter acroama & uocem, id eſt cum qui fidibus, & cum qui uoce caneret. Cum (inquit) ab eo quæreretur, quòd Acroama, aut cuius uocem libentiſſimè audiret? Reſpondit, eius à quo uirtus optimè prædicaretur. Et in Verrem, Acroama pro homine potius quàm pro re, planè conſtat eſſe uſurpatum. Sunt enim hæc uerba: Hic quo ſi feſtiuum acroama, ne ſine corollario diſcederet, emblemata uellenda curauit. Sed nuſquam apertiùs quàm apud Macrobium quod acroama ſit, intelligitur, eſt enim certè is qui fidibus, non is qui uoce delectat. Saturnal. lib. 11. inquit: Delectatus inter cœnam erat Auguſtus pueris ſymphoniacis Turionii Flacci mangonis, atq; eos frumento donauerat, cum in alia acroamata fuiſſet liberalis nummis, eoſdemq; poſtea Turonius æquè inter cœnam quærenti Cæſari ſic excuſauit. Ad moles ſunt. In oratione autem pro Sextio, de P. Clodio Ipſe ille maximè Ludius, non ſolùm ſpectator, ſed actor & acroama. Quod ideò dixit Cicero, quia Clodius utrumque munus, & hiſtrionis & muſici, obiret.

Acrŏāmăta, *ἀκροάματα*, n. t. Græci auditiones, ſiue auſcultationes uocant. *Ἀκροᾶσθαι* enim audire eſt, ſeu auſcultare. Ariſtoteles Acroamata nominauit commentationes ſuas, quas diſcipulis tradebat, in quibus Philoſophia remotior ſubtiliorq; agitabatur. Huic diſciplinæ, quæ Acroamatice dicitur, tempus dabat in Lyceo gymnaſio matutino. Alii appellant Acroamata, feſtiuas recitationes, Judicraſq; narrationes. Quod ſignificat Cic. Ver. 6. Hic quaſi feſtiuum acroama, ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, ibidem conuiuis inſpectantibus, emblemata uellenda curauit. Et Suetonius de Auguſto ſcribit: Acroamata, hoc eſt, narrationes recitationeſq; ludicras & mimicas ab Auguſto interponi ſolere conuiuiis, ad conuictores oblectandos. Lampridius accipere uidetur pro ipſis hominibus acroamata recitantibus,

ber, quem ait in Alexandro. Alexandrum nanos, & nanas, & mortiones, & vocalcis exoleros, & omnia acroamata, & pantomimos populo donaſſe. Similiter Plinius in Epiſt. Interdum, inquit, audiebamus acroamata, interdum iucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur.

Acroamaticus, ca, cū, ldē quod auſculatorius. *ἀκροαματικὸς*. Ariſtot. in epiſt. quadam ad Alexandrum logos acroamaticos appellat libros de recondita Peripateticorum diſciplina editos. Gel. lib. 20. cap. 5. & Budæus.

Acrochordon, [*ἀκροχορδών*. Ital. Porro che naſce per le mani, Bruchio. Gal. Verrue, cor. Hiſp. Vn genere de berruga que dueze. Ger. Vnärtzen die vnden auff der haut als klein ſnad mic ein ſeitlin.] Tubercula ſunt in cute excreſcentia, dura & exigua, ima ſui parte adeò anguſta, ut veluti chordarum nexu ſumma in cute ſuſpendi videantur: unde & nomen habent. A quibuſdam Verrucæ penſiles appellantur. Vide Galenum Methodi libro 3. capite 11. & Manard. Epiſt. libro 7.

Acrocōmus, pen. corr. Longas comas habens. *ἀκρόκομος*.

Acrocomum, Bulbi ſpecies eſt. Plin. libro 19. capite 5. *ἀκρόκομον*.

Acrodrya. Caius hoc nomine omnem fructum arborum ſignificari dixit: proprie tamen Acrodrya vocantur fructus arborum, qui ligneoſos cortices habent: quales ſunt caſtaneæ, glandes, amygdalæ, iuglandes, & ſimiles. *ἀκρόδρυα*. Quod genus appellatione nucum, apud Latinos continetur. Et contrà, Opera dicuntur quæ molli ſunt putamine. *ὀπώρα*. Vide Ruel. lib. 1. cap. 97. & Budæum.

Acronychæ, *ἀκρονύχια*, Stellæ veſpertino tempore orientes, quam ſol vergit ad Occaſum. Nam *ἀκρόνυξ* à Græcis dicitur, quod nos Crepuſculum veſpertinum vocamus. Vide Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 5.

Acrōpŏlis, f. r. Arx dicitur ſupra oppidum in edito loco ſtructum: quemadmodi olim Athenæ habuerunt, Minervæ delubro inſignem. *ἀκρόπολις*.

Acroſtichis, idis, penult. cor. Dicitur quum primis aliquot verſuum literis nomen alicuius, vel alia quævis dictio aut oratio exprimitur. *ἀκροστιχὶς*. In hoc genere Plautus luſit aliquot argumenta Comœdiarum, quæ primis literis fabulæ nomen indicant. Sic Cic. lib. de Diuinat. citat Acroſtichida Sibyllæ, quæ adhuc in libris Sibyllinis extat. Cæl. Rhod. Antiquæ lect. lib. 21. cap. 19.

Acroſtŏlĭa, orum, Ornamenta erant proræ in nauibus, quæ Bayfius eadem cum noſtris credit. *ἀκροστόλια*.

Acrotēri a Dicuntur pinnacula in ſummitate ædificiorum prominentia. Item in corpore humano extremitates etiam Acroteria dicuntur, quales ſunt in manibus & pedibus illæ partes digitorum, quæ ſub unguibus latent. *ἀκρωτήρια*. Vide Bud. in Comment.

Acrŏtĕtus, pen. prod. Dicitur, quod ad ſaltationis menſuram non reſpondet. *ἀκρότης*. Vnde Athen. lib. 11. ſermones intempeſtivos, & nihil ad rem pertinentes, *ἀκρότητα* ἀδόλεσχα vocat.

Acrothinia, Primitiæ frugum ſunt, quæ de ſummo acervo tolli vocant. *ἀκροθίνια*. Κορυφὴ enim ſummum ſonat, *ἄκρον* autem frumentorum acervi dicuntur. Vnde *ἀκροθινιάζειν* Græci dicunt, pro eo quod eſt Summa delibare, vel primitias conſecrare.

Acſi, ac ſi, tanquam ſi, pro eo ac ſi, quaſi perinde, quaſi ſimile ac ſi, iuxta ac ſi, non ſecus ac ſi.

Acta, à præpoſitiuum nomen, & Græcum, ultima deprehenſa accentu, [*ἀκτή*. Ital. Lito. Gall. Le bord & rivage de la mer. Hiſp. La ribera del mar, ò tierra cerca della. Ger. Ein geſtad das luſtig iſt.] Litus ſecretum & amœnum. Vergil. lib. 5. Hæc eadem in ſola ſecreta Troades acta Anchiſen flebant. Ita Seruius.

Acti, orum, Vide Ago.

Actæa, Herba eſt, ſiue frutex, grani foliorum odore, caulibus nigris, geniculatis, ſemine nigro, ut hederæ, baccis mollibus. Naſcitur in opacis & aſperis, & aquoſis. Hæc Plinius lib. 24. cap. 7. Ruellius hanc eandem eſſe putat, aut certè ſimillimam illi, quæ à Dioſcoride *χαμαιάκτη*, à Latinis ebulum vocatur.

Actæa, Vide Acaſta.

Actæus, a, um, id eſt Atticus. *ἀκταῖος*. Ouid. 1. Metam. Sepes ut ianios Actæis Phocis aruis.

Acte, Frutex arboreſcens, quem Latini Sambucum vocant, [*ἀκτή*. Ital. Sambuco. Gal. Sureau ou ſuſeau. Hiſp. Sabuco. Ger. Holderſtaud.] Vnde Chamæacte, *χαμαιάκτη*, dicitur, quod Ebulum à Romanis appellatur, quaſi pumila ſambucus. Vide infrà in dictione Sambucus.

Actius, a, um, & Actiacus, a, um, *ἀκτιακός*. Verg. 3 Aen. Actiaſq; Iliacis celebramus littora ludis. Sappho ad Phaonem, Cur non Actiacas miſeram me mittis ad oras?

Actia, *ἄκτια*, Stephano, ludi erant in Actio Epiri promontorio quinto quoq; anno celebrari ſoliti in honorem Apollinis, qui & ipſe Actius cognominabatur. Hos ludos vetuſtiſſimos fuiſſe conſtat, ut pote quorum & Callimachus meminerit. Summo tamen apparatu ab Auguſto inſtaurati fuerunt, poſtquam Antonium & Cleopatram nauali prælio ante Actium ſuperaſſet: cura eorum deinceps Lacedæmoniis mandata. Hæc Strabo lib. 7. Stephanus tertio quoq; anno celebratos fuiſſe tradidit: tribuſq; certaminibus fuiſſe inſignes, gymnico, equeſtri, & nauali. Horum meminit & Seruius in illud Vergil. 3. Aeneid. Actiaſq; Iliacis celebramus littora ludis.

Actio, Vide Ago.

Actito, Actiuus, Actor, Vide Ago.

Actuarius, Actuoſus, Actum eſt, Actus adiectiuum & ſubſtantiuum, Vide Ago.

Actutum, Vide Age.

Aculĕus, m. d. Spiculum, uel res pungens, & proprie uespae rum eſt & apum, & ſimilium [*κέντρον*. Ital. Pungolo, ago. Gal. Pointe ou aguillon. Hiſp. El agution de la aueia ò abiſpa. Ger. Ein ſpitz oder angel der Vueſpen vnd Byncn.] Columel. lib. 1. Nec paludem quidem uicinam eſſe oportet ædificiis, nec iunctam ſalutarem uiam: quòd illa caloribus noxium uirus eructat, & infeſtis aculeis armata, culices, muſcas, tabanos, quæ in nos denſiſſimis agminibus inuolant. Cic. 5. de Fin. Veſpas aculeis uti uidemus. Idem 2. Tuſculan. Quum liqueſcimus, fluimusq; mollitia, apis aculeum ferre non poſſumus. ¶ Dicuntur & in herbis aculei, ſpinulæ quædam in foliis, caule, aut flore eminentes: ut in cardno, tribulo, leucacantha & ſimilibus. ¶ Cicer. de Optimo dicendi genere, tranſtulit ad orationem: Horum oratio, inquit, neque nervos, neq; aculeos oratorios ac forenſeis habet.

Aculeolus, diminutiuum, quo utitur Martialis Epigram. lib. 8. *κεντρίδιον*.

Aculeatus, ta, tum. Quod aculeum ſiue acutum quiddam aculei inſtar habet. [*κεντρωτός*. Ital. Chi ha tal ago. Gal. Poinctu, picquant. Hiſpan. Coſa que tiene punta ò aguijon. Ger. Spitzig, ſtachechtig.] Plin. libro 11. cap. 26. de cicadis, Sine ore eſt: pro eo quiddam aculeorum linguis ſimile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. ¶ Per translationem quoque oratio, aut epiſtola aculeata dicitur, quæ veluti aculeis quibuſdam munita, animum quodammodo mordet, ac pungit. Cic. ad Attic. libro 14. Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi.

Acuncula, Vide Acus.

Acŭo, acuis, acui, acutum, Aciem induco rei alteni, ut falci, cultro, & huiuſmodi ferramētis [*ἀκονάω, ἀκόνη, ἀκόνημι*. Ital. Dare il filo, affilare, aguzzare. Gallicè, Aguiſer en trenchant, affiler, faire agu. Hiſp. Aguzar. Germ. Scherpffen, wetzen, ſpitzen.] Columel. lib. 3. Quoties falcem acueris, pelle aciem detergito, atque ita putare incipito. ¶ Per translationem Terent. in Adelph. opibus adhibuit, quum ait, Attentiores ſumus ad rem omnes, quàm eſt: Quod illos ætas acuerit id eſt docebit. Vergil. 1. Georgic in ſimili ſignificatione animo tribuit, Curis acuens mortalia corda. Cicer. in Topicis uiris appoſuit, In excitando autem, & in acuendo plurimum ualet, ſi laudes illum, quem cohorteris. Et lib. 3. Offic. Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium, & ſolitudo, id eſt incendebant. Verg. 7. Aeneid. in malam partem accipit, pro inſtigare, incendere, irritare. Poſtquam, inquit, uiſa ſatis primos acuiſſe furores. Dicimus & acuere ingenium, pro Excitare. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Exacuo, quod eſt, Valde ſeu perfectè acuo. Vergil. lib. 1. Georg. Exacuunt alii uallos furcaſq; bicornes. Idem libro 3. Georg. Dentes q; Sabellicus exacuit ſus. Præacuo, Prius acuo, uel anteriorem partem acuo. Cato. cap. 41. Vitam teneram præacuito.

Acūtus, ta, tum, Propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene ſecatrici opponitur Hebes uel obtuſum. [*ὀξύς*.

Ital. *Acuto & apuntato.* Gal. *Agu, aguiſé.* Hiſp. *Coſa aguda ò aguzada.* Ger. *Spitzig, ſcharpff.*] Plaut. in Mil. Vide, ut tibi ibi ſit acutus Carlo culter probè. Item quod in mucronẽ, ſiue acumen deſinit, ut Acutus palus, Acutus angulus, Acutum roſtrum. ¶ Per metaphoram autem ponitur pro ſubtili uel acriter, Acutum ingenium, Acutus ſophiſta, Acuta uox, *ὀξυφωνία*. Item Acuti oculi, id eſt clarè cernentes, *ὀξὺς ὀφθαλμὸς*. Acutùm cernere, Horatius *ὀξυδερκῶς*. Acutæ aures, Horatius, *ὀξεῖα ἀκοή*. Acuti cibi, *οἱ ἀφειμένοι χύμοις καὶ ὀξεῖς*, Xenoph. Leuiora ſtudia, ſed tamen acuta. *ἐλαφρότερα μὲν, ὀξέα δ' οὖν ταῦτα* Gaza ex Cicerone.

Acutè, aduerbium. [*ὀξέως*. Ital. *Acutamente*, ingenioſamente. Gall. *Agument*, ingenieuſement. Hiſp. *Agudamente*, ingenioſamente. German. *Spitzfündiglich*, ſubteylig.] Quod quamuis primò de acie ferri dicatur, ſæpius tamen ad animum refertur, idemq; ſignificat quod ingenioſè, uel ſubtiliter. Cic. pro Cælio, Si mihi acutè, argutèq; reſpondetit. Idem in Lælio, Multa reſponſa acutè ferebantur. Interdum de uoce, dicitur, ita ut habeat antitheton Grauiter: ut, Vox acutè ſonans, apud Cicer. de Somnio Scipionis. Nonnunquam & de uiſu, pro Clarè, perſpicaciter. Pro quo etiam legimus Acutum, ut Horat. lib. 1. Serm Sat. 3. Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum uitiis tam cernis acutùm?

Acutulus, diminutiuum, Idem quod ſubacutus, [*ὑπόξυς*. Ital. *Alquanto*, acuto ò ſottile. Gall. *Aucunement agu ou ſubtil*. Hiſp. *Vn poco agudo ò ſotil*. Germ. *Ein wenig ſubtyl oder ſcharpff.*] Cic. 1. de Natur. deor. Breues & acutulas concluſiones.

Acúmen, pen. prod. Idem quod aculeus, ſeu cuſpis. [*αἰκίλωμα*. Ital. *Acutezza, acume*. Gall. *Pointe ou aguillon*. Hiſp. *Agudeza ò aguzadura*. Ger. *Ein ſpitz.*] Cicero in Arati Phænomenis, Tergaq; Centauri, atq; negat portat acumen. ¶ Accipitur & pro ingenii perſpicacitate. [*ἰσχνοτροπία*. Ital. *Cautela, aſtucia*. Gal. *Subtilité, fineſſe, aſtuce, cautele*. Hiſp *Agudeza ò aſtucia de ingenio*. Ger. *Scharpffſinnigkeit, geſchwindigkeit.*] Idem de Nat. deor. Epicurus, homo ſine acumine, ſine ullo lepõre. Colum. in præfatione, Facillimam eſſe, nec ullius acuminis ruſticationem, quòd quæ in acutum termi nent, interius magis penetrent: quomodo ſolent perſpicacia ingenia penetrare.

Acumino, nas, pen. cor. act. p. Acutum facio. [*ὀξύνω*. Ital. *Aguzare*. Gall. *Aguiſer, faire agu*. Hiſpan. *Aguzar, ò hazer agudo*. Ger. *Spitz oder ſcharpff machen.*] Lact. de Opific. In quadrupedibus autem contextum ſpinæ à ſummo capite deductum, lõgius extra corpus edoxit, & acuminauit in caudam.

Acúminátus, a, um, Quod acumen habet. [*αἰκίλωτος*. Ital. *Aguzzo*. Gal. *Agu, pointu*. Hiſp. *Coſa hecha aguda*. German. *Scharpff gemachet oder geſpitzet.*] Plin. libro 11. cap. 1. Ita reciproca generauit arte, ut fodiendo acuminatum, ſorbendo; fiſtuloſum eſſet.

Acupĕdĭus, Dicitur, cui præcipuum eſt in currendo pedum acumen. *ὀξύπους*. Feſtus.

Acupictores, m. t. Qui acu pingunt [*ἐριγώνιοι οἱ ζωωτῶν ἐργάται*. Ital. *Ricamatori*. Gal. *Brodeurs ou rapiſsiers*. Hiſ. *Bordadores ò bosladores*. Ger. *Seydenſticker.*] Alio nomine Phrygiones appellantur, à Phrygia, regione Troiæ, ubi primum inuenta hæc ars dicitur.

Acus, aci, generis maſc. Genus piſcis, qui & Acicula dicitur. Mart. lib. 10. Et ſatius tenues ducere credis acus. Hic etiam Belone dicitur. [*βελόνη*. Ital. *Anguſigolo*. Gall. *Eguille*. Hiſp. *Aguia paladar peſcado*. Ger. *Ein langer Meerfiſch.*] Plin. lib. 9. cap. 11. Acus ſiue Belone, unus piſcium, debiſcente propter multitudinem utero parit.

Acus, aceris, generis neutri, Purgamentum frumenti. [*ἀκύλαλον, ἄχυρον*. Ital. *La loppa, è mondatura di grano*. Gall. *Paille ou balle*. Hiſp. *Las grancas ò ahechaduras de pan*. Germ. *Spreüwer.*] Colum. lib. 8. Nam in ſuburbanis lactens porcus acere nutriendus eſt.

Acero, aceras, acerare. pen. cor. Palcis inficere. *ἀχυρόω*.

Acĕrátus, adiect. Acere plenus, aut permiſtus. [*ἀχυρώδης*. Ital. *Licè, Pieno di paglia*. Gal. *Pailleux, comme le pain bis*. Hiſp. *Grancoſo, embuelto en grancas de pan*. Ger. *Das voll ſpreüwer oder kleyen iſt.*] Inde, Lutum aceratum, autore Feſto, quod paleam habet admiſtam.

Acerōſus, adiect. Idem. ut, Panis acerōſus, qui confectus eſt ex frumento parũ purgato, acereq; nõ ſatis diligenter excreto.

Acus, quarta declinat. generis fœminini, Inſtrumentum eſt quo neſtes ſarciuntur. [*ἀκίκη, βελόνη*. Ital. *Ago*. Gallicè, *Eguille, à coudre*. Hiſ. *Aguia para coſer*. Ger *Ein Nadel.*] Plautus in Menæch. Acum credo inuenisſes, ſi acum quæreres. Prouerbialis hyperbole de re diligenter ueſtigata. Item, quo ornatrix utitur ad diſcernendos capillos. [*καλαμίς*. Ital. *Scriminale*. Gall. *Poinſon d'atourneresſa à grilles les cheueux & faire les paſſefillons*. Hiſpan. *Aguia para hazer la crencha*. Ger. *Ein Scheitelſpinleu.*] Iuuen. Satyr. 2. Ille ſupercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. Mart. Figat acus tortas, ſuſtineatq; comas. ¶ Purgamenta quoq; leguminum Acus dictas inuenimus à Columel. lib. 2. cap. 10. ubi ſic ſcribit de fabarum tritura, Nam ſemina excuſa in area iacebunt: ſuperq; ea paulatim eodem modo reliqui faſciculi excutientur, ac duriſſimæ quidem acus reſectæ ſeparatæq; erunt à cudentibus: minutæ uerò, quæ cum ſiliquis de faba reſederunt, aliter ſecernentur. ¶ Similiter ceter citus inſtructio, Acus dicitur, quòd ea militum pars uehementiſſima ſit ad hoſtem uulnerandum acumine telorum. Perottus.

Acuncula, diminutiuum ab acu: qua utuntur mulieres ad ſe ornandum. [*ἀκίκη*. Ital. *Picciolo ago*. Gall. *Petite eguille*. Hiſp. *Pequena agula*. Ger. *Ein ſpitziger ſtriembd oder ſpinlen, mit dem man das haar vnderſcheidet.*] Huiuſmodi eſt diſcerniculum, quod capillis diſcriminandis eſt accommodatum.

Acuſtĭci, Sunt auditores: quales erant diſcipuli Pythagoræ. Ille enim à ſuis auditoribus, ut minimum, biennium exigebat, quo illis tantùm audire, non etiam loqui licebat. *ἀκουσμοί*.

Acutè, Acutus, Acutulus, Vide Acuo.

Acylonion, lichnis coronaria. Dioſcor.

Acylon, ſeu potius Acylos, *ἄκυλος* Suidæ. Fructus eſt ilicis fœminæ, Plin. lib. 16. cap. 6. Ilicis glans utriuſq; breuior, & gracilior, quam Homerus Acylon uocat: eoq; nomine à glande diſtinguit. Maſculas ilices negant ferre. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cuiuſdam, quæ mediam quandam naturam obtinet inter ſuber & quercum, quæ ob id Phellodrys uocatur. Vide Ruel. lib. 1. cap. 89.

Acyrŏlŏgia, *ἀκυρολογία*. Latinè impropria locutio, qualis eſt illa Verg. 4. Aeneid. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Vbi Sperare, pro Timere dixit: quum propriè ſperemus bona, timeamus aduerſa. Ab aliis dicitur dictio minus conuenienter elata, uel non propriis dictionibus obſcurata ſententia: ut, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Ibi enim nullus ſignificatur ignis, ſed meretrix. Dicta eſt autem Acyrologia, quaſi *ἄκυρος λόγος*, hoc eſt, improprius ſermo.

A ante D

Ad, [*πρός, κατὰ παρά*] cum accuſatiuo. Ital. *Appreſſo*, uerſo. Gal. *Aupres, uers*. Hiſp. *Cerca de lugar ò de perſona*. Ger. *Zů oder bey.*] Præpoſitio accuſatiuo ſeruiens, proximitatem ſignificat, eamq; frequentiſsimè coniunctam cum motu ad locum, uel ad perſonam. Cicer. ad Vatinium, Veniſti ad tertium per Mauritaniam. Terentius in Andria, Venit ad me Chremes poſtridie. In hoc itaque differt à præpoſitione Apud, quòd hæc nunquam motum neque ad locum, neq; ad perſonam importet: Ad, uerò frequentiſſimè motui ſeruit, ſæpe etiam quieti, ut infrà oſtendemus. ¶ Differt à præpoſitione In, quòd hæc ingreſſionem termini ſignificet: Ad uerò, tantummodo acceſſum ad terminum. Vnde rectè dixeris, Iudicem, uel Prætorem in tribunal ſe conferre, Litigatorem autem ad tribunal. Sic ad Vrbem olim accedebant Imperatores, qui ob res proſperè geſtas triumphum ſibi decerni cupiebant: quibus tamen Vrbem ingredi, niſi poſitis faſcibus, & abiecta triumphi cura non licebat. ¶ Sæpe etiam, ut diximus, ſine ullo ponitur motu, ut idem ſit quod Apud, *παρά* cum datiuo. Cicero pro Cælio, Habes hortos ad Tyberim. Idem pro Flacco, Qui produ&ti, tabulas ſe publicas ad ſpeluncas perdidiſſe dicebant. Ita etiam aliquando cum accuſatiuo perſonæ, quo locus citra motum denotatur. Cicero in Verr. Act. 1. Decem fiſci ad Senatorem relati. Idẽ Act. lib. 9. Dionyſius ad me ſolt bene manè. Hoc eſt, domi Senatoris, domi meæ: accuſatiuus perſonæ pro loci accuſatiuo. ¶ Multiplex præterea huius præpoſitionis eſt uſus: ut quum pro In, ponitur. Cic. in Piſo. Deprehenſus denique cum ferro ad Senatum eſt. Cæſ. bel. Gal. 5. Totam hyemem ipſe ad exercitũ manere decreuit. ¶ Pro Circa. Cic. Att. Ad quæ tempora te expectem, facias me certiorẽ uelim. ¶ Pro Circiter. Terent. Heaut. Talenta ad quindecim coẽgi. ¶ Pro uerſus: ut, Ad Orientem, Ad Meridiem. Sic, Ad ſidera, Ad cœlũ tendere manus,

manus, ſine oculos. Vergil. 8 Aeneid. Duplices tendens ad ſidera palmas. ¶ Pro Præ. Terent. in Eunuch. Eſt ne, ut fertur, forma? P. Sanè. CH. At nihil ad noſtram hanc. ¶ Pro poſt. Cic. Attic. 12. Neſcio quid interſit, utrum illuc nunc ne nam, an ad decem annos. ¶ Pro propter. Propertius Eleg. lib. vlt. Pandituꝛ ad nullas ianua nigra preces. Liuius ab Vrbe. Inde quum alia boues quædam ad deſiderium (ut ſtabulatorum mugiſſent, id eſt, propter deſiderium, uel præ deſiderio. ¶ Interdum etiam idem ualet quod Pro. Terent. Argentum dabitur ei ad nuptias. id eſt, Nuptiarum cauſa. Cicero 1. Verr. Qui ad ſtatuam pecuniam contulerunt.

¶ Pro Antecæt, Ad limina expectare. Virgil. 9 Aeneid. Reginam thalamo conſtantem ad limina primi. Pœnorum expectant. Ad pedes ſe abiicere. Cicero Attico libro 2. Clodius abiecta toga, ſe ad genu pedes abiecit. ¶ Pro Præter. Terent. in And. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Pro Secundum, ſimilitudinem ſcilicet ſignificans: ut, Ad arbitrium, ad nutum alterius. Plautus Merc. Ad iſtam faciem uirum quæro. Pro Quantum ad. Cicer. 3. Verr. Vidi ſimul cum populo Romano forum, comitiumq; adornatum ad ſpecem magnifico ornatu: ad ſenſum cogitationemq; acerbo & lugubri. Id eſt, Quantum ad ſpeciem, Quantum ad ſenſum. Pro Vſq; ad, uel Vſq; in. Cice. Ad multam noctem contenderunt. Cæſar, Ad horam nonam in anchoris expectauit. Liuius, Ad lucem acerrimè pugnatum eſt. ¶ Aliquando ſignificat rei uſum. Cic. 4. Verr. Quo ſolitus erat uti ad feſtos dies, & ad hoſpitum aduentum. ¶ Aliquando officium. Vnde Ad manus ſeruus dicitur, qui & A manu, ſine Amanuenſis, de quo antè. Sic Ad cyathos ſtare, dicuntur pincernæ uini adminiſtratores. Ad limina cuſtos, qui eſt ualuarum. ¶ Iungitur & cum gerundiis in dum: ut, Iuit ad bibendum. Terent. in And. Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ. ¶ Sunt alia quoque huius præpoſitionis locutiones: ut, Ad pedes deſilire, Cæſ. pro, de equo deſcendere. Ad dextram, ad ſiniſtram, ſcilicet manum. Terent. in Adelph. Ad ſiniſtram hac recta platea. ¶ Ad extremum, Ad poſtremum, Ad ultimum, quæ aliquando ordinis ſunt, uel temporis. & pro Denique, uel poſtremò, uel tandem accipiuntur: aliquando nullius ſunt ordinis. Ad ſummam, & Ad ſummum, uide in Summatim. ¶ Ad uerbum, idem eſt quod De uerbo ad uerbum. Cicero, Fabellas Latinas ad uerbum de Græcis expreſſas. Plinius, Ad uerbum translata ſententia. Ad unum, idem quod nullo excepto. Liuius 2. ab Vrbe, Quos Conſul Romanus in Algido conſequutus, ad unum omnes occidit. Sic Ad lyram canere, Ad lucernam ſtudere. Et Cic. Ad cum nuntium commoti ſunt omnes. id eſt, audito eo nuntio. Ouid. Mortua, crede mihi, tamen ad tua uerba reuixi. ¶ Cæterùm notandum quòd Ad, in compoſitione quum iungitur dictionibus incipientibus à c f g l n p r s t, mutatur d in literam ſequentem: ut Accurro, Affero, Aggrego, Allego, Annumero, Appono, Arrogo, Aſſibo, Attribuo. Excipiuntur Agnoſco, in quo d abiicitur, aut in g mutatur, ſicut in Agnatus, euphoniæ cauſa: ſimiliter Adſum, ubi d remanet, ſicut ſuo dicetur loco. Sed ſi componatur cum a b d e h i o u, ſemper d integra manet: ut, Admoueo, Adbibo, adbrevio, adduco, adeo, adhibeo, adimplo, adoleo, adnoco. Si uerò cum q, d mutatur in c, ut Acquiro. Anquiro autem ab An ſit, quod ſignificat circum, ut ſuis ſuo loco dicetur. In notis antiquorum, AD. auditor. ADE. ad exactorem, uel effectorem, uel extortorem. AD. F. bum. AD. L. ad locum. ADIAB. Adiabenicus. ADI. adiutor. ADI. P. Adiutor prouinciæ, uel patriæ, uel pop. A N D. ſine pos. ADP. uel ADOP. Adoptiuus. Ad. Q. S. R. ad quorum. A. D. P. ad diem Pridie. AD. D. ad Diſcoridem, uel ad diſcordiam, uel ad diſcendum. Adeſt. AD. F. ad Frontem. ADLR. adulteravit. AD. P. XII. ad pedes duodecim.

Adquè, ſignificat Peræquè, pariter, æqualiter. [*ἰσοτιμεὶ.* Ital. Parimente. Gal. Pareillement, autant. Hiſpan. Yguálmente. Ger. Gleychlich.] Plaut. in Caſ. Neq; eſt, ne fuit me ſenex quiſquam amator adæquè miſer. Apul. libr. Hæc plores numero inuenes aduciuint, quot inconſtantiæ adæquè latrones arbitrêre.

Adæquāre, Idem proprie quod æquare, hoc eſt complanare. [*ἰσοῦσθαι.* Ital. Vguallare, ſpianare. Gallicè, Egaler, faire egal. Hiſp. Ygualar una coſa à otra. Germ. Ebnen, eben machen.] Cic. de Vniuerſ. Vt Deorum uitam poſſint adæquare. Idem, Adæquare cum uirtute fortunam. Liu. 1. ab Vrbe, Romanos paſſim publice, priuatìq; omnia tecta adæquaſſe ſo in Bud. in Epiſt. & Comment.

Adæro, as, are, pen. prod. ab ære dedoctum, ſignificat Aere æſtimare, ἀξιογρεῶσαι, Bud. Annot. 2. In lege annonæ, de reg. milit. annonæ, libro 12. Species reſiſtentes non aliter adæcentur, niſi ut in foro rerum uenalium diſtrahuntur. Senſus eſt: Species, quæ militibus ſtellaturæ cauſa penduntur à Prouincialibus, ſi pecunia permutetur, æſtimari tanti debere, quantum eſt fori pretium. Species autem reſiſtentes intelligo, reſtantes, quæ ex præterito debentur. [Ital. Stimare à contanti. Gal. Apprecier à argent, adenerer. Hiſp. Eſtimar ò apreciar con dineros. Germanicè, Zů gelt anſchlahen, oder ſchetzen.]

Adæſtuo, as, aui, are, [*προσανωμαίνω, ὑπερζ.* Ital. Hauer gran caldo, ondegiare. Gall. S'enfler d'ondes & flots. Hiſpan. Mucho hervor, reboſſar. Ger. Vor vngeſtüme auſlauffen, überlauffen.] quod eſt extra æſtuo, exundo incremento. Vergil. Fundoq; exæſtuat imo. Iuſtin. libro 1. Quæ materia in his locis paſſim è terra exæſtuat. Sueton. Foſſas omnes in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa uetuſtate, militari opere deterſit.

Adaggĕro, ras, penul. cor. [*προσεπιχωννύω.* Ital. Accumulare, ammaſſare. Gal. Acumuler, amonceler. Hiſpan. Amontonar. German. Zůſammen hauffen.] Quum uer appetit, terram adaggerato bene. Columel. libro 5. cap. 18. Plin. libro 16. capite 12. Compoſitum ex ad & Aggero, quod ab Agger, eris, derivatur.

Adăgĭă, æ. f. p. modò uetula recentis partus dicitur, modò ad agendum apta.

Adăgĭum, gii, & apud antiquos Adagio, onis, Eſt ſententia breuis, rebus temporibuſq; accommodata, tectum latentemq; in oratione ſenſum obtinens. [*παροιμία.* Ital. Adagio. Gall. Vn prouerbe, une rencontre, une attache. Hiſp. El refran. Ger. Ein Sprüchwort.] Dictum Adagium, quaſi cir cum agium, quòd teſte Varrone, paſſim per hominum ora obambulet.

Adălligo, as, are, a. p. Ad aliquid ligo. [*προσδέω.* Ital. Legar' à qualche coſa. Gal. Allier à quelque choſa. Hiſpan. Atar una coſa à otra. Ger. Zubinden.] Plin. lib. 10, cap. 21. Quin & ſemen tritum adalligant brachio.

Ădămas, pen. cor. [*ἀδάμας.* Ital. & Hiſpan. Diamante. Gal. Diamant. Ger. Adamant.] Lapis maximi inter gemmas omnes pretii, ab *ἀ*, priuatiua particula, & *δαμάω*, domo, quaſi indomabilis, quòd duriſſimus credatur, & nulla ui domabilis: quod tamen falſum eſſe ſæpius compertum eſt. Nulla tamen re facilius, quàm hircorum calido ſanguine diſſoluitur. Sunt autem adamantum genera quatuor: ſcilicet, Indicus, Arabicus, Macedonicus, & Cyprius. Qui in India naſcitur, æquè magnus eſt ac nucleus auellanæ: cui ſimilis eſt Arabicus, ſed aliquantò minor. Qui in Macedonia in Philippico auro inuentus eſt olim, cucumeris ſeminis par eſt magnitudine. Cyprius colorem æreum repræſentat, & in medi camine plurimum ualet. Eſt etiam Adamas cognomine, Siderites, quòd ferrei ſit ſplendoris, cæteris adamantum generibus ponderoſior, ſed diſſimili natura, utpote qui frangatur facilius, & adamante alio perforetur, nempe eo qui Cyprius eſt. Volãt quidam in adamante Indico (qui omnium pretioſiſſimus eſt) tantam ineſſe uim, ut iuxta magnetem poſitus, ferrum ab eo abſtrahi non patiatur, aut abſtractum ad ſe rapiat. Venena præterea, lymphationes, metuſq; uanos abigit ex hominum mentibus. ¶ Huius lapidis incredibilis duritiæ prouerbio locum fecit, quo hominem inexorabilem, durum & infatigabilem, imò quicquid inuictum atq; inexpugnabile Adamantinum uocamus. Heſio. Ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κραδίην ἠνορέην τε θυμόν. id eſt, Durus at his animus ſolido ex adamante creatus. ¶ Eſt etiam hoc nomine herba, quæ & Hyoſcyamus & Apollinaris uocatur. Vide Dioſcor. lib. 4. cap. 69. & Plin. lib. 27. cap. 4. Eſt & Adamas nomen ſinus Indici, in quo Adamas lapis reperitur. Plin. libro 37. capite 4.

Ădămantĭnus, a, um, penultima corr. Quod eſt ex adamante. [*ἀδαμάντινος.* Ital. Diamantino, duro come diamante. Gal. Fait de diamant, adamantin, dur comme diamant. Hiſpan. Coſa de diamante. Germ. Von Adamant gemacht, oder als hart als ein Adamant.] Horat. libro 1. Carm. ad Agrippam, Quis Martem tunica tectum adamantina Digne ſcripſerit?

Adamanteus, a, um, pen. pro. *ἀδαμάντινος*, Idem quod Adamantinus, Ouid. 7. Metamor. Fecit adamanteis Vulcanum mentibus eſſent.

Adamantis, idis, *ἀδαμαντίς*, Herba quædam eſſe traditur à Magis Armeniæ Cappadociæq; alumna, qua admota leones reſupinari ferantur ictu laxo. Nominis ratio-

nem

nera Idem hanc tradunt, quòd ceteri nequeat, quemadmodum nec adamas. Vide Plin. lib. 14. cap. 17.

Adămo, mas, penult. corr. Amatorie amo, ut placet Vallæ, [ἐπιῤῥιλέω. Ital. Amare teneramente, fortemente, honestamente, amorevolmente. Gall. Aimer fort, aimer ardemment. Hisp. Amar como enamorado Ger. Fast oder heftig lieb haben.] Quint. Me quidem, marite, si quis interroget, omnes mares liberos suos, tanquam adamauerint, amant. Adamare interdum est honestè, ac valde amare, & de quacunq; re dicitur. Cic. lib. 3. de Orat. Deinde ab Antisthene, qui parlen etiam & doctrinam in Socratico sermone adamarat. ¶ Adamare temerè Prouerbiali forma dicitur in eum qui ita diligit quempiam, ut non patiatur uel leuissimis incommodis à quoquam affici.

Adăpĕrĭo, eris, pen. cor. adaperui, adapertũ, [πρόστυλόγω. Ital. Aprire. Gall. Ouurir. Hispan. Abrir. Ger. Zuſtchũn, öffneo.] Idem quod aperire, seu patefacere. Liu. 7. bel. Pun. Qui improuiso adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ. Plin. libro 2. cap. 47. Vnde nubes discussæ adaperuere cælum.

Adapto, Vide Apto.

Adăpertus, a, um, Idem quod apertus. [ἀνεῳγμένος. Ital. Aperto. Gal. Ouuert. Hisp. Abierto. Ger. Zuſtgethon.] Adapertilis, Adiect. προσανοίκτος. Quod est apertum uel aperto facile. Ouid. de Trist. 3. Eleg. 11. Aspicis à dextra latus adapertile tauri. Ouid. 1. Amor. Eleg. 7. Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ.

Adăquo, quas, pen. cor. ex Ad & Aquo: Id est Aquæ reficio. [ποτίζω. Ital. Adacquare, inaffiare le herbe. Gal. Abreuuer, ou arrouser d'eaue. Hisp. Regar los arboles ò ortaliza. Germ. Wäſſeren oder trincken.] ut, Adaquare arbores. Plin. libro 17. ca. 10. Ternas simul serendas trianguli ratione, palmo inter se distantes, denis diebus adaquari, donec grandescant. Suet. in Galb. cap. 7. Ita decreuit, ut ad locum ubi adaquare solebat, iumentum duceretur capite inuoluto.

Adarces, f. p. Dioſc. ἀδάρκης, Salsugo quædam gelata, palustribus in locis, iisdemq; humidis, prouenies, quibus exiccatis condensari solet, atq; arundinibus, adhærere. Plin. lib. 31. cap. 10. & 36. lib. 12. cap. 20. & lib. 22. cap. 24. Adarcam uocem Latinam agnoscit: traditq; nasci in cortice calamorũ, sub ipsa coma, ex spuma aquæ marinæ cum dulci commista: & à nonnullis καλαμοχόην, hoc est arundinis cream lanuginem uocari. Vide Hermol. in Plinium, & Marcel. Virgil. in Dioscorid.

Adārĕo, res, rui, pen. corr. a. f. Idem quod arere, siue exarere. [ξυράνθαι. Ital. Seccarſi. Gall. Deuenir sec, assecher. Hisp. Secarse. Germ. Verdorren, dürr werden.] Vel Adaresco. Verbum est rarum, quo utitur Cato de Re rust. cap. 98. Amurcam decoquito ad dimidium, & ea ungito fundum arcæ, & extrinsecus pedes & angulos: ubi ea adaruerit, uestimenta condito.

Adassint, siue (ut Festus legit) Adaxint, ueteres dixerũt pro Adigant, Plaut. Vtinam diui adassint ad suspendium.

Adasus, Species tunicæ, sic dictæ, quòd ab humeris nõ erat consuta. Perottus.

Adāugĕo, es, xi, [ἐπαύξω. Ital. Aomentare, accreſcere. Gall. Augmenter, accroistre. Hisp. Acrescentar. Germ. Sich fast mehren.] Idem est quod simplex Augeo. Cic. lib. 1. de Inuen. Per quem facti utilitas aut honestas adaugetur. Terent. Heaut. Duritia adaucta.

Adaucto, as, ἐπαύξομαι, are, frequent. idem quod augere. Accius Aenead. Quibus rem summam, & patriam nostrã quondam adaucta uir pater. Ex Nonio.

Adaugesco, adaugescis, ἐπαυξάνομαι, augeri, crescere. Lucret. lib. 1. Nam neq; adaugescit quicquam nec deperit inde. Cic. 1. de Diuin.

Adauctus, us, ui, uerbale, ἐπαύξησις. Lucret. lib. 2. Nam quæcunq; uides hilari grandescere adaucta, id est incremento.

Adbĭbo, is, adbibi, adbibitum, n. t. Largiùs bibo. [ἐπινίνω. Ital. Bere oltra misura. Gal. Boire un peu plus, s'abbreuuer. Hispan. Beuer sin medida, ò beuer prouocando à otro. Ger. Zutrincken, zů vil on nottursft trincken.] Teren. in Heaut. Is mihi, ubi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora. Plaut. in Sticho. Euge, quando adbibero, alludiabo. ¶ Accipitur & pro imbibere per metaphoram. Horat. 1. Epist. —— nunc adbibe puro Pectore uerba puer.

Adcorpŏro, as, a. p. adiungo, admisceo. Solinus, Et cæsim tenaciter adcorporatur.

Addax, m. t. Animalis quoddam genus est in Africa, quod cornua habet erecta, rugarumq; ambitu contorta, & in lanæ fastigium exacuta, ita ut lyræ dicties. Ξυρικέρωτα Græci contortis cornibus appellant. Hæc ferè Plin. lib. 11. cap. 17.

Addecet, ĭnĭsĭtum, idem quod decet. Plaut. Amphit. Eius studio seruire addecet.

Addĕphăgia, [ἀδηφαγία. Ital. Auidità di mangiare, insatiabile. Gal. Appetit de manger, insatiable. Hisp. La gargantez a. Ger. Vnersetliche begird zuessen.] Inexplebilis edendi auiditas, παρὰ τὸ ἐδωδίμου ἄδην, hoc est ab auidius edendo dicta. Hæc apud Siculos pro dea colebatur: ubi etiã templum habebat sibi peculiariter dedicatum. Vide Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 11.

Addĕcĭmo, mas, a. p. decimam partem accipio.

Addensĕo, es, si, ex Ad & Denseo, teste Seruio, significat Densum facere, stipare, siue constipare. [συνηθῶ. Insteet, Inspeſſiret. Gall. Espessir. Hisp. Espessar. German. Dicht machen.] Vergil. 10. Aeneid. Extremi addensent acies. Verbum rarissimum.

Addenso, as, are, Idem quod Addenseo. Plin. libro 16. cap. 31. Mirum, aquam, radice ea addita, addensari sub dio, atque lasteſcere.

Adnecto, is, xui, a. t. Cic. 1. Tusc. quæst. Nauem ut horrisono freto noctem patentes, timidi aduectant nautæ.

Adnitor, Cicer. de Amicitia, Natura solitarium nihil amat, semperq; aliquid tanquam adminiculum adnititur.

Adno, as, Est natãdo aliquò peruenire. *προσνήχομαι*. [Ital. Natare ad ò inuerso in luogo. Gal. Nagar tusques à quelque chose. Hisp. Nadar hazia otra cosa. Ger. Herzúschwimmẽ.] Cæs. 2. Bell. Ciuil. Quibus rebus accidit, ut pauci milites patresq; familiæ, qui aut gratia, aut misericordia ualerent, aut naues adnare possent recepti in Siciliam incolumes peruenirent. Liu. 8 Belli pun. Multiq; adnantes nauibus. Virgil. 6. Aeneid. Paulatim adnabam terræ.

Adnato, adnatas, frequentatiuum. *προσνήχομαι*. Idem quod primitiuum Adnare. Plin. lib. 8. ca. 25. Itaq; ei uni insulæ crocodili non adnatant.

Adnoto, Vide Annoto.

Adnuntio uide Annuntio & Nuntio.

Adnicto, as, *ὀφθαλμιάω, ὀφθαλμέω*. [Ital. Cennare, far cenno con gli occhi ad alcuno. Gall. Ciller à quelcun, luy faire signe des yeux. Hisp. Hazer senal con los ojos. Ger. Herzúwincken oder winckẽ mit den augen.] Fest. Adnictat sæpe, & leuiter, oculo annuit. Næuius in Tarentilla, Alii adnutat, alii annictat, alium amat, alium tenet.

Adnŭbilo, as, pen. cor. *προσεπιχλιάω* [Ital. Nuuolarsi. Gallic. Sobscurcir de nuees. Hisp. Anublar, ò hazer anublado. Germ. Trüb, wolckechtig oder finster wetter werden.] Stat. lib. 5. Sylu. Et uelis adnubilat aura secundis.

Adnutrio, is, ire, a. c. q Iuxta aliquid nutrio. *ἐπιτρέφω*. [Ital. Nutrire appresso. Gal. Nourir pres. Hisp. Criar cerca. Germ. Ernceren, aufferzichen bey etwas.] Plin. 17. cap. 23. Singulis denas sæpe adnutriũt uites, id est iuxta singulas arbores.

Adobruo, act. t. Idem quod obruo. *καταχέω* [Ital. Sotterrare. Gal. Courir du tout, & quasi enterrer. Hisp. Enterrar. Ger. Vberfallen oder bedecken.] Col. lib. 2. ca. 11. Minimis aratris proscindunt, atq; ita iaciunt semina, & farculis adobruunt.

Adŏleo, les, pen. corr. adoleui, & adolui, adultum, (ut Nonius scribit) uerbum propriè sacra reddentium, quod significat uotis aut supplicationibus numen auctius facere, cremare, & quasi odorem diis præbere. *θυμιάω, κατάκαω*. [Ital. Cremare, crescere, aumentare. Gal. Faire croistre, mettre au feu, bruster. Hisp. Encender, ò crescer. Germ. Zuzünden, mit feür vfopferen. Item wachsen.] Virg. in Pharmaceutria, Verbenasq; adole pingueis, & mascula thura. ¶ Quoniam uerò sacrificiũ igni fieri consueuit, Adolere pro urere, siue igni imponere capitur, *καίειν*. Var. Quum intestina ea doleuissent, partim diis obtulerũt, partim ipsi cõsumpsere.

Adŏlesco, is, adolui, & adoleui, adultum: ab Adoleo, significat ætate augeri, id est ætate crescere. *αὐξάνομαι*. [Ital. Crescere in età. Gal. Croistre & deuenir grand. Hisp. Crescer. Ger. Zuwachsen, groß werden.] Cic. in Sal. Adolescentia demonstrata, facilè intelligitur, quàm petulanti puericia tam impudicos & procax adoleueris: id est ad adolescentiam perueneris. Virgil. 12. Aen. Cum matura adoleuerit ætas. ¶ Et non solùm de hominibus, sed de brutis quoq; & stirpibus dicitur. Cic. de Senect. Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. Virg. pro In sacrificiis incendi posse, Adolescunt ignibus aræ.

Adŏlescens, Homo dicitur, quandiu in longitudinem corporis crescit, & primã lanuginem producere incipit: id quod fit ab anno 12. usq; ad uicesimumprimum: quo tempore Ephebus dicitur, & quum percreuit, Adultus, siue Ex ephebis cessisse. *ἔφηβος, μάρξ*.] Ital. Giouanetto. Gall. Jouuenceau. Hisp. Moço ò moço mientres crece. Ger. Ein Jüngling.] Ter. in Andr. Nam postquam ex ephebis excessit. Cic. etiam in fœm. gen. extulit. pro puella, quæ nondum peruenit ad iustũ incrementũ Publii (inquit) Africani filia adolescens,

Ado-

Adolescentulus, & Adolescentula, diminutiua. τὸ μεράκιον, ἐνεάνις. Cicer. 1. de Nato. Deor. & Terent. in Andr. act. 1. scen. 1. fortè unam aspicio adolescentulam.

Adolescentia, est prima ætas post pueritiam. ἡβηδία. [Italic. Adolescentia. Gal. Adolescence, ieune age. Hispan. Mocedad. Germ. Jugent.] Cic. de Senectu. Qui enim citius adolescentia senectus, quàm pueritia adolescentia obrepit? Adolescentia, flos ætatis. Cic. in Topic.

Adultus, Qui creuit ad iustam staturæ suæ altitudinem. ἀνὴρ ἡβηδών. [Ital. Cresciolto. Boccacio, un giouanaccio cresciuto. Gall. Parceu. Hisp. Crescido. Germ. Vfgewachsen, erwachsen.] Vnde iuuenes dicuntur Adulti, qui in flore ætatis sunt positi. Item uirgo adulta, quæ uiro matura est, & plenis nubilis annis. Cic. de Clar. Orator. Eamq; tuemur, ut adultam uirginem, castè. Virg. 4. Georg. de apibus, - aliæ spem, gentis adultos Educunt fœtus. Vbi Seruius, Educunt adultos, hoc est educendo adultos faciunt. Transsumitur etiam ad inanimata. Cic. de Clar. Orator. Thucyd. & Pericles qui iam non nascentibus Athenis, sed adultis fuerũt. ¶ Adultus item participium pro crematus, πεπυρωμένος. Annius in 74. Ed omnes hostiæ, uitulli 27. coniecti: & ita omnia exulta sunt. Ex Prisc. lib. 9.

Adolescentior, tiaris, Significat luxurio, τρυφερεύομαι. Varro. Id quidem ut facias cẽseo, quoniã tu quoq; adolescentiaris.

Adolescentario, Adolescentium more facio, siue in adolescentiam redeo μειρακιεύομαι. Laberius. Incipit adolescenturire, & nescio quid nugarum facere. Verbum est nouum, ut pleraq; alia à Laberio adiuuenta.

Adolescholia, ἀδολεσχία, Garrulitas dicitur, uel futilis loquacitas ἀδολεσχεῖν enim nugari significat, & multa imporrunè deblaterare.

Adolescholus, ἀδολεσχός, uel ἀδολέσχης, nugator dicitur.

Adonai, ἀδωναί. Nomen Dei apud Hebræos, quod generaliter interpretatur Dominus, quòd dominetur creaturæ cunctæ, alij uertunt sustentator.

Adonia, Adoniorum, ἀδώνια, Festa Adonidi dicata: Ammianus lib. 22. Hist. Euenerat ijsdem diebus annuo cursu completo Adonia celebrari, ritu ueteri, amato Veneris (ut fabulæ canunt) apri dente ferali deleto. Adonia cum planctu celebrabantur à mulieribus, Veneris planctum imitantibus. Quod non obscurè innuit Ouid. 10. Metam. - luctus monimenta manebunt. Semper Adoni mei: repetitaq; mortis imago Annua plangoris peraget simul anima nostri.

Adonium, ἀδώνιον, Species est abrotoni, quod in testis, turribusue cadorum uiui radice seri solet: quo pacto Adonidis hortulis eiusmodi conserendis sit idoneum. ¶ Quidam hanc herbam esse, quam ex Adonidis sanguine ortum tradit Poëta fabulantur, atq; inde Adonium appellatum putauerunt. Quod tamen falsum esse, Nicandri & Theophrasti testimonijs facilè conuincitur, qui herbam illam Anemonem esse ostendunt: ut suprà attigimus in dictione Adonis. & latius infrà dicturi sumus, quum de Anemone agemus. ¶ Sumitur etiam Adonium pro Adonidis simulacro, & pro luctu sacro quo mulieres ad Adonium fluuium, & Byblum oppidum Adonidem plangere solebant.

Adŏpĕrio, is, ui, ertum. Idem quod operire. ἀποκρύπτειν, καλύπτειν. Ital, Coprire. Gal. Couurir. His. Cobrir ò tapar. Ger. Zudecken, verdecken.] Liu. 1. ab Vrbe, Transmisso per uiam tugillo, capite adoperto.

Adŏpinor, aris, pen. prod. d. p. Idem quod simplex opinor. δοξάζω. [Ital. Pensare, giudicare. Gal. Penser, ioger. Hisp. Pensar ozgar. Germ. Meinen, achten.] Lucr. Deinde adopinamur de signis maxima paruis.

Adŏpto, ptas, act. p. Est in filii locum adsciscere. ὑοθετέω, τεκνοποιέω. [Ital. Adottare. Gall. Adopter. Hispan. Adoptar en lugar de hijo, haijar. Germ. In Kindsstatt vffnemmen.] Fiebat autem adoptio (teste Gellio) duobus modis. Vno modo per Prætorẽ: quæ propriè Adoptio dicitur: altero per populum, rogante tribuno: quæ Arrogatio dicebatur. Cæterum Iurisconsultus aliter distingoit Adoptionem ab Arrogatione. Pandec. li. 1. de Adopt. & Emancipat. ut Adoptio sit, quando is qui sui iuris non est, apud magistratum in alienam transit familiam: Arrogatio autem, quando princeps interrogat adoptamus eos, qui iam sui iuris sunt. Illi enim rogabantur, id est interrogabantur, an uellent adoptatori iuberum filiorum loco esse: similiter & is qui adoptabat rogabatur, an uellet eum, quem arrogaturus erat, inst i bi filii loco esse. Cicer. 1. Offic. Qui hunc Paulo Aemilio natum adoptauerat. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. Plaut. Cistel. Socia, te mihi adopto ad meam salutem. Cicero 1. Verr. Quem sibi ille defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum, actorem totius causæ adoptauit. Ouid. nouistè ad arborum insitiones transtulit, lib. 1. de Remedio amoris, ubi sic habet Veneris insitio: fac ramum ramus adoptet.

Adŏptātĭtius, Qui in adoptionem uenit. νοητὸς θετός. [Ital. Colui chi diuenta figliuolo adottiuo. Gall. Adoptif. Hisp. El hijo del adoptado, ò adhijado. Ger. Der an Kinds statt angenommen ist.] Plaut. in Pœn. Siquidem Antidamarchi quæris adoptatitium.

Adoptiuus, Qui in adoptionem uenit. ὑόθετος, ἀσυντός. [Ital. Adottiuo. Gall. Adoptif. Hisp. Cosa adoptada ò adhijada. Germ. Ein erwelter oder an Kindsstatt angenommener Sun.] Gell. lib. 5. cap. 19 Id etiam eum culpauisse, quòd filius adoptiuus patri adoptatori, inter præmia patrum prodesset. ¶ Adoptiua sacra, quorum ius per adoptionem acquirimus. Cic. pro Domo sua, Tu neq; Fonteius es, qui esse debebas, neq; patris hęres, neq; amissis sacris paternis, in hęc adoptiua uenisti.

Adoptitius, ex adoptato filio natus.

Adoptio, per syncopem ex Adoptatio, uerbale. ὑοθεσία. [Ital. Adottatione. Gall. Adoption. Hisp. Adopcion. Germ. Erwelluug] Cic. pro Domo, Quod est pontifices, ius adoptionis, nempe ut is adopter qui neq; procreare iam liberos possit: & quum potuerit, sit expertus. Gel. li. 5. cap. 19. Quod per prætorẽ fit, adoptatio dicitur: quod per populũ, arrogatio.

Ador, nomen indeclinabile, Frumenti genus significans, quod & Far appellatur, olim Edor dictum ab edendo, ut Festo placet: eò quòd populus Roma. ex omnibus frumenti generibus trecentis annis solo farre usus fuerit: ut etiam ex Varrio refert Plin. lib. 18. cap. 7. ¶ Alij ab aderendo dictum putant, quòd torreri soleret, ut scribit Festus, antequam ex eo mola salsa conficeretur in usum sacrorum. ¶ Hoc etiam Adoreum appellabatur, siue Semen adoreũ, non nunquam etiam Far adoreum. ὁ χόνδος. Plin. lib. 18. cap. 8. Vulgatissima frumenti genera, Far quod Adoreum ueteres uocauere, siligo, triticum. Colum. lib. 2. cap. 6. Prima & utilissima sunt hominibus frumenta, triticum, & semen adoreũ. Varro rei rust. li. 1. In loco humido far adoreum potius seritur, quàm triticum. Colum. 9. adorei enumerat species, Clusinum, Vermiculũ duplex, & Trimestre, quod & Alicastrum dicitur. Vide ipsum loco paulo antè citato.

Adōrĕa, f. p. Idem est quod gloria, proprietq; ea, quæ ex rebus militiæ præclarè gestis comparatur. δόξα στεφηφόρος. [Italic. Gloria della uittoria. Gall. Gloire & triomphe de victoire. Hisp. Gloria y fama de la victoria. Ger. Lob und ehr die man im Krieg inlegt.] Nomen ductum est ab adoreo frumenti genere, quòd apud ueteres summo in honore habitum foit, propterea quòd alio frumenti genere Populus Rom. trecentis ab Vrbe condita annis non uisitarit. Vnde etiam Imperatores re bene gesta hoc frumenti genere à populo solent donari. Virg. 7. Aeneid. Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas Subiiciunt epulis &c. Plin. lib. 18. cap. 8. de farre, Primus antiquis Latio cibus, magno argumento in adoreæ donis. Idem eodem lib. cap. 3. Gloriam denig; ipsam à farris honore Adoream appellabant Festus. Adorea, laus, quia gloriosum parabant, qui farris copia abundabat.

Adoreũ, siue Semen adoreum. Vide suprà in dictione ADOR.

Adordior, iris, adorsus, d. p. Incipio. ἄρχομαι. [Ital. Commiciare. Gall. Commencer. Hisp. Comencar. Ger. Anheben, anfahen.] Ambr. lib. 1. Offic. Postea nunquam, nisi consulto Domino bellum adorsum est.

Adorsus, a, um, Participium, ab Adordior, id est incipio, ἀπὸ τοῦ ἄρχομαι. Gel. lib. 1. cap. 2. Adorsi erant tyrannum interficere. Et Ouid. 1. de Ponto. - Et nullam maius adorsa nefas Quidam contendunt his duobus in locis legi debere Adorti & Adorta, ab Adortior, quod etiam incipere declarat.

Adŏrtior, adoriris, d. q. & t. adoreris, adortus, est repentè, & ex insidiis aliquem inuadere, aggredi: ab eo quòd corpora aggredientium exorgant subitò, atq; increscant: atq; hoc modo, maximè ad rem bellicam pertinet. ἐπιτίθεσθαι, ἐπιχειρεῖν [Ital. Assaltare. Gall. Assaillir. Hisp. Arremeter. Germ. Anfallen, schnell angreiffen oder anfaren.] Liu. li. 1. Timor deinde incessit, ne ciuitatem sine imperio uis aliqua externa adoriretur. ¶ Differunt tamen, ut inquit Donatus, Adorior & Aggredior, quòd hic ad pugnam, ille ad quodlibet opus pertinet.

rior & Aggredior: quia aggredimur de longinquo, adorimur de proximo. Cic. 7. Ver. Poſtremam enim quanq; nauem piratæ primam adoriebantur. ¶ Adoriri aliquando eſt Dare operam, atq; aggredi aliquid per uim, ſiue incipere. Lactantius lib. 4. Antequam præclarum hoc opus mundi adoriretur. Cicero de Orato. Ne conuellere adoriamur ea quæ non poſſunt commoueri. Gel. lib. 19. cap. 9. Iulianum Rhetorem lacceſſere inſectarique adorti ſunt.

Adorno, as, p. Idem eſt quod Orno. *ἐπινοσμίω, παρασκευάζω.* [Ital. *Adornare*. Gal. *Orner accouſtrer*. Hiſpan. *Afeytar, hermoſear* Ger. *Zieren, zierlich zů machen.*] Liu. libr. 1. ab Vrbe. Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit, inſignibus eum ueſte, & curuli regia ſella adornauit. ¶ Interdum ſignificat præparare. Plaut. in Epid. Tragulam in te inijcere adornat. Cic. pro Cluent.

Adōro, ras, act. p. pen. prod. ex Ad, & Oro, Significat oro, uenor, precor, ſupplico, religione placo. *προσευχόμαι.* [Ital. *Adorare*. Gal. *Adorer, faire reuerence*. Hiſp. *Adorar, ô hazar reuerencia*. Germ. *Anbeten.*] Priſcianus, ab Ador, hoc eſt frumento ſacrificijs deſtinato deriuat. In eadem ſententia eſt & Nonnius: hæc ſunt uerba: Ador frumēti genus, quod epulis & immolationibus ſacris pium putabatur: unde & Adorare, propitiare religiones, poteſt dictum uideri. Verū Adorare ſine ope, hoc eſt ſine uoce, fit. hinc muris etiam adorare datur. Elephas enim & Pœnis Solem adorare dicuntur. Supplicare uerō ore tm̄ideoq; ſolis hominibus competit. ¶ Adoraturi ſedeant, *καθῆσθαι, προσευχόμενοι.* Hoc prouerbium Plutarchus adſcribit Numæ: quo ſignificatur, Vota certa concipere oportere, & in iis quæ ſunt opima perſeuerare. Quidam arbitrantur alium ſenſum eſſe, quòd oporteat eos qui ſacris dant operam, non obiter ac aliud uelut agentes hoc facere, ſed uacuos, totosq; rei ſacræ & orationi deditos. Vnde ut Plutarchus idem tradit, quum Pontifex ſacra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea uox horrabatur, ut qui ſacra adirent, reuerenter & attentè id agerent. ¶ Quandoq; ſignificat alloqui. Apul. lib. 1. Intoſa aqua populum ſic adorat.

Adōratio, *προσκύνησις.* [Ital. *Adoratione*. Gall. *Adoration*. Hiſp. *Adoracion*. Germ. *Anbättung.*] Plin. lib. 28. cap. 2. Cur & fabulationibus adoratione peculiari occurrimus?

Adoxia, Eſt nominis & famæ obſcuritas, ignominia, infamia, *ἀδοξία.* Vnde *ἄδοξοι* dicuntur ingloriti & obſcuri. ¶ Adoxiæ materiæ *ἀδόξους ὑποθέσεις* à Gellio uocantur, quæ à Ciceronе infames, ab aliis inopinabiles, quæ ingenii exercendi cauſa ſolent excogitari: cuiuſmodi eſt apud Iſocratem Buſiridis encomium, apud Platonē Iniuſtitiæ, ex perſona Glauconis, apud Phauorinum Febris quartanæ, apud Lucianum Muſcæ, & apud Eraſmum Moriæ.

Adpeto, Vide Appeto.

Adpleuum, Vide Pleuus.

Adpoſco, is, *προσαιτέω*, idem quod ſimpex poſco. Horat. li. 1. Epiſt. 1. Si plus adpoſcere uiſus.

Adprecor, penult. corripitur, as, d. p. *προσεύχομαι*, idem quod precor. Horat. 4 carmin. Rite Deos prius adprecati. Id eſt inuocantes. Acron.

Adprime Adprobus. Adpromiſſor, Adpropero, Adpropinquo, Vide A ante P.

Adpugno, as, are, *προσμάχομαι*, contra pugnare, ſeu oppugnare. Tacit. lib. 2. Interim Piſo claſſem haud procul oppetente manu adpugnare ſuadentibus tenebat. Idem lib. 4. Ariſ caſtra Romana adpugnarent.

Adſpatior. Vide Appello, is.

Adſquo. Id eſt quouſq;. Afranius, Ve ſcire poſſis ad quo te expediat loqui.

Adrado, is, *ξυρίζω, ἐπιξύω.* [Italicè. *Radere baſſo*. Gallicè. *Raire pres, racler*. Hiſpanicè. *Raer cerca*. Germ. *Zůſchaben, abſtretzen.*] ex ad & Rado. Col.

Adrachne, *ἀνδράχνη*, Arbor eſt bifera, arbuto ſimilis, in montibus naſcens, cacumine ſemper uirenti, quæ detracto in orbem cortice non offenditur. ¶ Andrachne autem (ne quis nominis uicinitate fallatur) herba eſt, quam Latini Portulacam uocant. Vide Plinium libro decimotertio, capite uigeſimoſecundo.

Adramyttenus, adiectiuum, ſiue Atramyttenus, penul. prod. *ἀδραμυττηνός, ἀτραμυττηνός*: ut, ſinus Adramyttenus, *ἀδραμυττηνὸς κόλπος*, qui & Iudæus appellatur: ut eſt

ruchor Strabo libro decimotertio.

Adrepo, pis, pen. prod. Ad aliquid repo. *προσέρπω, ἐφέρπω.* [Ital. *Appiccarſi à qualche coſa*. Gall. *Grauir uers, rampar à quelque choſe*. Hiſp. *Ir gateando hazia otra coſa*. Ger. *Herzů kriechen.*] Plin. lib. 11. cap. 10. Ad martis morientis ex uoluere mammam adrepens infans. ¶ Per metaphoram, pro ſenſim ſe inſinuari, & paulatim accedere. Cicer. in Verr. Quibus rebus non ſenſim atq; moderate ad iſtius amicitiam adrepſerat.

Adrobolon, uide Hadrobolon.

Adriaticum mare, *ἀδριατικὸν πέλαγος*. Eſt ſinus ille maris, inter Lacinium extremum Italiæ, & Acroceraunium primum Epiri promontorium irrumpens, quod & Superum mare appellatur, ſiue quòd Italiam ab Oriente alluat, ſiue quòd urbe eò rendētibus Apenninus ſuperandus ſit. Hoc primùm Atriaticum dicebatur, ab Atria nobili oppido à Tuſcis ad Padum cōdito, quod poſtea Atriana paludes hanc ſeruantes inde unius literæ mutatione Adriaticum dici cœpitum docent Cato in Orig. & Plin. lib. 3. cap. 16. Pro eodem etiam dicimus, Mare Adrianum & Adriacum. Cic. in Piſo. Brunduſium uitauit, & ultimas Adriani maris oras petiuit. Horat. lib. 1. Carm. Siue mari libet Adriano. Propert. lib. 3. Ergo ego nunc rudis Adriaci uehar æquoris hoſpes.

Adrodo, Vide ARRODO.

Adrogo, Vide ARROGO.

Adrumo, as, pen. prod. teſte Feſto, Rumorem facio, ſiue, Cōmurmuro: quod à rumine quidam, id eſt parte gutturis, putant deduci. *κύμαν, κλύζεσθαι.*

Adroſpharum, uide Hadroſpharum.

Adruo, is, Ex Ad, & Ruo, ſeruat Ad, in compoſitione propter euphoniam: & ſignificat arando ſobruo. *ἀναστρέφω.* Colum. lib. 2. cap. 2. Diſiectum deinde protinus ſimum inarari, & adrui conuenit.

Adſcio, Adſcior, Adſentio, Adſequor, Adſero, Adſeruo, Adſuefacio, Adſicco, Adſideo, Adſigno, Adſilio, Adſimilis, Adſumo, Adſiſto, Adſolet, Adſtringo, Adſtruo uide in A, ante S.

Adſpicio, ſiue Adſpiſcere, Significat Adiungere. *αἰρέομαι.* [Ital. *Aggiungere*. Gall. *Ioindre*. Hiſp. *Ayuntar una coſa à otra*. Ger. *Zůfügen.*] Colum. in Præfat. Comm. Et hanc adſpicimus quaſi agriculturæ partem.

Adſcribo, Adſcriptor, Adſcriptio, Vide Aſcribo.

Adſeſtrix, tricis, fœmininū eſt ab eo, quod eſt Adſeſſor *παρεδρεύω.* Afranius in Fratribus, Dimittit adſeſtricem, me ad ſeſe uocat. Nonius.

Adſignifico, as. p, idem quod ſonum ſimplex, Significo. *σημαίνω, προσσημαίνω* [Ital. *Dinotare*. Gal. *Signifier*. Hiſ. *Significar*. Ger. *Bedůten, anzeigen.*] Varr. 1. de Re ruſt. Olim tonſores non fuiſſe, adſignificant antiquorum ſtatuæ.

Adſpernere & Præſpernere. *προσπτύνω* & *πρασπτύνω*, dicebant Antiqui à ſpiendo, ſicut nos quoq; modò, dicimus ab Æquo iniquum, à Quærendo inquirere. Hæc Feſtus.

Adſitus pe. cor. participiū ab Adſero, iuxta ſatus. *παραφυτευθείς* Varro, ut uitis adſita ad olus facere ſolet. Budæus.

Adſpuo, is, adſpui, utum, pen. prod. *προσπτύω.* [Ital. *Spuzzare contra alcuno*. Gall. *Cracher contre*. Hiſp. *Eſcupir contra alguno*. Ger. *Speůwen gegen einem ding.*] Plin. lib. 22. ca. 9. Aut ſi dormiens ſpectetur infans à nutrice terra adſpui.

Adſtipulor, Adſtituo, Vide A ante S.

Adſum, adeſ, adfui, Significat præſens ſum, uel propè ſum. *πάρειμι.* [Ital. *Eſſer preſente*. Gall. *Eſtre pres, eſtre preſent*. Hiſp. *Eſtar cerca de lugar*. Germ. *Da ſein, gegenwirtig ſein.*] Nam Adeſſe etiam dicitur, quod paulò pòſt futurum eſt, aut quod aduenit. Vnde dicimus, Adeſt Scipio, quum iſ in itinere eſt, uel non longè abeſt: ſed præſens eſt id, quod iam uenit. Cic. 1. Offic. Inter hominem & belluam hoc maximè intereſt, quòd hæc tantum, quantum ſenſu mouetur, ad id ſolum quod adeſt, quodq; præſens eſt, ſe accommodat: id eſt propè eſt. ¶ Conſtruitur etiam cum dativo, uel ablatiuo mediante In. Cic. in Philip. Omnibus his pugnis Dolabella adfuit. Idē ad Ser. Sulp. Ego uerò, Serui, uellem, ut ſeribis, in grauiſſimo meo caſu adfuiſſes. ¶ Adeſſe, aliquando eſt fauere, uel præſidio eſſe: cui contrarium eſt Deeſſe. Liu. lib. 1. ſecundi Bel. Pun. Sed pueri, fœminæq; ſuper animi cor periſq; uires adſunt, pugnantibus telaq; minitrant. Sic Adeſſe ca-

se cause dicuntur aduocati, & amici. *συνηγορεῖν*. Cicer. 5. Phil. Semper enim absenti adfui Deiotaro. ¶ Sic, Adsint Dij beati, *σὺν ϑεοῖσι μάναξες*. Sermo est bene animantis in re quapiam aggrediunda. Adagium est, usurpari solitum à thapsodis, id est carminum Homericorum recitatoribus, & interpretibus. ¶ Adesse animo, uel animis prouerbiali forma est faucre ei rei cui intersis, atq; attentum esse. Cicer. pro P. Scylla, Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quo rum ego frequentia magnopere lætor, erigite mentes, aureſq; uestras. Hoc modo attentionem captat auditorum. Sic Iuuat in Prolog. Andr. ¶ Sumitur & pro accedere, præsertim in secunda persona. Terent. And. Adesdum, paucis te uolo. Virg. Aeglo. 9. Huc ades ò Galatea. & Aegl. 7. Huc ades Meliboe, caper tibi saluus & hœdi. Sciendum quod in Adsum seruatur d, triplici ratione: scilicet differentiæ causa ab Assis, a. um. Euphoniæ causa, quòd plenius soner, adsum, quam assum. Postremò, quòd ipsa uerbi declinatio d reposcit, tanquam in suum naturale principium reuertens. Vetere tamen assum dicebant, unde asses dicebant nutrices, teste Nonio, quòd adsint his quos nutriunt, nec ab eis uel exigao tempore diuellantur. Plaut. Nulphio assum apud te eccū. ¶ Adesse pro aduenire. Virg. 2. Aeneid. Iamq; aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus. Idem 9. Aeneid. Ergò aderat promissa dies. ¶ Interdum etiã pro subsisto accipitur, siue maneo. Plaut. in Aul. Istic Adesto, si hercle tu ex isto loco Digitum crassum transuersum, aut unguem latum excesseris.

Adrampus, Vide Tempus.

Adsummam, Vide Summa.

Adsuo, Vide Assuo.

Adtabernalis, Habitator cõtionæ tabernæ, *παροικος*: quod genus domicilij antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. Vnde etiam tecta castrensia quamuis pellibus contegantur, tabernacula tantum dicuntur. Hæc Festus. Alii scribunt Attibernalis.

Adtondeo, Vide Attondeo.

Aduehо, his, aduexi, aduectũ, *εἰσάγω, ἐπαγω*. [Ital. Portare, condurre à carico, portare sopra giomenti ò in carro. Gall. Apporter, amener par chariot ou sur quelque autre chose. Hisp. Traer à lugar como quiera. Ger. Bringẽ zůreo.] Cicer. 3. Offic. Si quis profectus Rhodum, magnum frumenti numerum aduexerit. Liu. 5. bello Pun. Impositoq; quem secum Macerat, milite, Romam uenerat.

Aduectio uerbale, *ἐπαγωγή*. Plin. lib. 9. cap. 54. Nuper excogitatum famem longæ aduectionis à Brundusio, compascere in Lucrino.

Aduectus, us, Idem Tacit. lib. 12. Hęc de origine & aduectu Dei celeberrima.

Aduecto, as. *ἐπάγομαι*, frequentatiuum ab Aduecho. Tacit. lib. 1. Additis quibus è prouinciis & quanto maiorẽ, quàm Augustus rei frumentariæ copiam aduectare.

Aduelo, as, auit. p. *περικαλύπτω*. [Ital. Velare, coprire con uelo. Gall. Couurir d'un voile, ou autre chose. Hisp. Cubrir con velo ò otra cosa. Germ. Zůdecken.] Idem quod uelo. Virgil. 5. Aen. Viridiq; aduelat tempora lauro.

Aduena, pen. corr. com gen. Qui non est ciuis, aut inquilinus sed externus *πάροικος*. [Ital. Forestiere. Gall. Estranger. Hisp. Aduenidizo, estrangero. Ger. Ein frömbdling, vberlender.] Et propriè qui ex uno lõginquo loco in aliquod eundem ueniunt, Aduenæ dicuntur: Cõuenæ, qui ex pluribus locis. Terent. in Heaut. Est è Corintho hic aduena anus mercatrix.

Aduenio, Cic. 2. de Legib. pellex aduena. Ouid. 9. Epist. *Hęc ait, & Valde & ex animo uenerari. εἰσέρχομαι*. [Ital. Venire. Gall. Venir & arriuer. Hisp. Venir ò arribar. Ger. Herzů kommen.] Terent. in Eunuch. Si fortè huc aduenerit. Ad aduentum prouinciam, Cicer. 11. Philip. ¶ Aduenire pro accidere. Cicer. 11. Philip. Est enim sapientis, quicquid hominem accidere possit, id præmeditari, ferendum modicè, si aduenerit, esse.

Aduenticius, Qui non est loci illius quem habitat, & qui ea-

su in aliquem locum uenit, non morandi gratia, nec; consulto. *ἐπήλυς, ἐξωτικος*. [Ital. Venuto di nuouo, d'altrone de. Gall. Qui uient d'ailleurs, forain. Hisp. Que viene de lexos. Ger. Frömbdling, der anderswohar kompt.] Vnde aduentitia bona quæ non ex recta successione, puta patris aut aui, sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis aduenerint. *τυχηρὰ, ἢ τὰ ἐξωτικὰ ἀγαθά*. Arist. Cic. 3. Verr. Homo Ligurem accusare cœpit, qui in re aduentitia atq; hereditaria, tam diligens, tam attentus esset. ¶ Aduentitio opponitur innatum, & insitum. Cicer. Top. Species autem comparantur, ut anteponantur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud: & ut innata atq; insita, assumptis & aduentitiis: integra contaminatis. ¶ Aduentitius morbus, qui fortè, & nulla nostra culpa uenit. *συμβεβηκὸς*.

Aduento, tas. Accedo, appropinquo. *προσέρχομαι, χρηνιάω*. [Ital. Approssimarsi, auuicinarsi. Gall. Approcher pres. Hisp. Allegarse elque viene, acercarse. Ger. Zůhin kommen.] Cic. Curiosi, Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. hoc est, ueniendo proximum esse. Idem ad Attic. lib. 4. Aduentare & propè adesse iam debes.

Aduentores, m. r. Qui propè peculiariter frequentant officinam quampiam, aut tabernam. *πλανοπάλιδες*. [Ital. Auuentori. Gall. Suruenans. Hisp. Estrangeros. Germ. Die offt an ein ort kommen.] Plaut. in True. Si æquum facias aduentores meos non incuses. Dicti Aduentores, ab adueniendo.

Aduentorius, a, um, Quod aduenienti cuipiam offertur. *εἰσόδιος*. Vnde Aduentoria epistola apud Martial. in præfat. lib. 11. quæ aduenienti amico mittitur obuiam. Cælius Antiq. lect. lib. 17. cap. 3.

Aduentus, tus, m. q. uerbale: & propriè expectatorum, necessario omnis dicitur. *ἐπιλυσία, παρουσία*. [Ital. Venuta. Gal. Venue, arriuement. Hisp. La uenida. Ger. Zůkunfft.] Terent. in Eunuc. Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur. Aduentus & discessus contraria. Cic. ad Attic. lib. 12. Ve in me leuarat tuus aduentus: sic discessus affixit.

Aduerbero, as, Vehementer uerbero. *μαστιόω*. Stat. 9. Theb. Et auratis aduerberat unguibus armos.

Aduerbium, n. 2. *ἐπίρρημα*, Quasi iuxta uerbum dicitur: quia in oratione prope uerbum ponitur. Nec enim potest uerbis satis significanter exprimi, nisi iungatur aduerbium: ut Dico, & Nauigo, non plenæ significationis sunt, nisi adijciantur aduerbia: ut, Bene, uel malè dicit: Feliciter nauigat. Vnde Donatus Aduerbium scripsit esse partem orationis, quæ adiecta uerbo, significationem eius explanet atq; impleat. ¶ Fiunt autem aduerbia quandoq; à nomine: ut à Bonus, Bene. A uerbo, ut à Traho Tractim. A nomine & uerbo, ut Pedetẽtim, à pede & tento. A participio, ut ab Insignitus, Insignitè. Apronomine, ut Hic, Illic, ab, Hic & Ille. A præpositione, ut ab Ex, Extra, & à Sub, Subtus. Ab aduerbiis etiam, ut à Propè, Propius.

Aduersus, sa. sum, Contrarius, repugnãs, aduersans. *ἐναντίος*. [Ital. Contrario, repugnante Gall. Contraire, opposite. Hisp. Contrario. Germ. Vuiderig, streydig, widerwärtig.] Terent. in And. Eorum obsequi studiis, aduersus nemini. ¶ Aduersum absolutè, pro aduersa, & improspera, Ter. in Heaut. Hic si quid fortè aduersi euenerit. Ponitur quoq; aliquando pro quacũq; re, quæ ab anteriori parte apparet: ut, Aduersa uulnera, quæ à fronte accepimus. Cicer. pro Arusp. resp. Accepris à forti aduersario uulnerib. aduersis. Et in hac significatione antithetũ habet Aduersus. Idẽ 2. de Orat. Tu & aduersus, & auersus impudicus es. ¶ Interdum idem est quod oppositus, obiectus, è regione situs. *ἀντικείμενος*. Idem 2. de Diui. Eodemq; equo aduersam conscendit ripam. Idem de Somn. Scip. Intueri solem nequitis aduersum.

Aduersus, uel Aduersum, præpositio. *κατὰ, πρὸς* [Ital. Contra. Gall. Contre. Hisp. Contra. Ger. Zůwider.] Significat inimicitias, dissidia, contrarietatemq;, sicut Contra: ut, Aduersus, uel Contra hostes, bellum gerit. ¶ Aliquando Erga, in meliorem partem. Terent. in And. Et id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. Cicer. 1. Offic. Adhibenda est etiam quædam reuerentia aduersus homines.

Aduerso, as, antiquè dictum, pro Aduersor. Plaut. in Rud. Animo aduersaui sedulò, ne herum unquam præterirem.

Aduersor, d q. Contrarius sum. *ἐναντίωμαι*. [Ital. Contrapor si, cõtrastare. Gall. Estre cõtraire, impugner. Hisp. Cõtradezir à alguna cosa. Ger. Zůwider sein, widerston.] Cicer. 7. Verr. Hãc Cleomenes uir amabat: uerũtamen huius libidini ad-

uersari non poterat, nec audebat. Tacitus accusatiuo iunxit lib. 1. Annal. Sua facinora aduersari deos lamẽtabatur, & li. 17. duobus in locis. Construitur autem cum datiuo. Terent. in Hecyr. Nec tux libidini aduersabor.

Aduersabile, quod aduersum est & contrarium homini: Aduersabile uerò quod aduersari debemus, & hostiliter cauere.

Aduersans, antis, participiũ *ἀντιτύπου*. Cic. 2. de Orat. Sed tantũ uim habet illa, quæ recte à bono Poëta dicta est flexanimia, atq; omnium regina oratio, ut non modò inclinantem erigere, aut ꝛitem inclinare, sed etiã aduersantem, & repugnantem, ut Imperator bonus ac fortis, capere possit.

Aduersarius, a, um, Idem quod contrarius, uel commodis nostris obsistens aduersus, *ἐναντίος*. Cic. pro Cecin. Vis ea, quę iuri maximè est aduersaria. Idem pro Plancio, Ea res in hoc iudicio aduersaria est Cuio Plancio. Construitur autem cum datiuo, quam Aduersarius substantiuũ, uel genitiuum habeat, uel sine casu ponatur.

Aduersaria, orum, n. ſ. Dicuntur rumuleuariæ quædam tabulæ quę ante codicis confectionẽ perscribebantur, ne memoria rerũ excideret, & ex ijs postea tabulæ iustæ & æternæ fierent. Graeci *ὑπομνήματα*. [Ital. Giornale, libro de ricordi. Gall. Bordereaux, papiers brouillars, minutes. Hisp. El borrador de cuentas, ò mayual, uocant. Ger. Verzeichnũg, wiler dingẽ on ordnung zů der gedächtnus in ein Buch oder Tafflen, ein Gedächtnuch.] Latini etiã Diaria. Exactores aũt rationum tabulas, Codicem appellabant. Cicer. pro Qu. Roscio, Quòd si eandem uim, diligentiam, autoritatemq; habẽt ad uersaria, quam tabulæ, quid attinet codicem instituere?

Aduersarius, m. ſ. *ἀντιστρατηγὸς* [Ital. Auuersario. Gall. Aduersaire, partie aduerse. Hisp. Contrario, que contradize Germ. Ein widersächer, der einem widerpart haltet.] ab Aduersor, pro repugno: nã Aduersarij dicũtur sibi inuicẽ repugnãtes, ac proprie sunt ij, qui aduersus nos litigant in iudicio: quos alias Partem aduersam uocãt. Ter. in Phor. Verũm sci entem, tacitum, causam tradere aduersartis, etiámne id lex cogit? ¶ Aduersaria etiam genere fœminino dici potest mulier, quę aduersus nos iudicio contendit. Et extra personam. Cicer. Famil. 2. ad Curionem, Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio.

Aduersator, m. r. Qui aduersatur. *ὁ ἀνταγωνιστής*. Vnde fit Aduersatrix. Terent. in Heaut. Vtiamne ego rem unquam uolui, quin tu in ea te mihi aduersatrix fueris, Sostrata?

Aduersitas, f. c. denomin. ab Aduersus, sa, sum, Cõtrarietas & repugnãtia. *ἀνταγωνία* [Ital. Cõtrarietà. Gal. Cõtrarieté. Hisp. Cõtrariedad. Ger. Vnderwertigkeit.] Plin. li. 11. ca. 25. Magnã aduersitatẽ cũ scelionib. putant esse. De scorpionib. loquor.

Aduersitores, m. ſ. ab Aduersum, id est, obuiam eundo, Serui sunt, qui dominum deducunt, & reducunt, *οἱ ἀπαντῶντες δοῦλοι*. Terent. in Adel. Nec seruulorum quisquam qui ad uorsum ierant. Vbi ait Donatus, propriè loquutum Terentium esse, dicendo Aduorsum: nam inde aduersitores dici.

Aduersio, onis, Vide *AVERSIO*.

Aduerto, is, ti. Ad aliquem locum uerto. *ἐπιστρέφω* [Ital. Volgersi ad alcuna parte. Gal. Tourner uers quelq; chose. Hisp. Boluerse hazia otra cosa. Ger. Zůhinkeren.] Terent. in Eunuch. Illa sese interea commodum huc aduerterat in hanc nostram plateam. ¶ Transfertur quoq; ad Animum: ut, Aduertere animum apud Terent. uel Aduertere animo apud Plautum, *ἐφιστάναι τὴν γνώμην*. In qua significatione etiam absolutè positum inuenitur pro animaduerto. Cicer. Attico lib. 2. De libratiis, si me amas, diligẽter aduerte. ¶ Ponitur etiam impersonaliter. Cicer. Lent. Nam aduertebatur Pompeii familiares assentire Volcati. ¶ Plinius quoq; eleganter epist. 10. pro eo quod est, ad se uertere, & allicere spectatores. Multa in Euphrate sic eminent, & relucent, ut me diuertat quoq; doctos aduertant, & afficiant.

Aduespẽ, aſcit, Vespertinum tempus appetit. Sen. aduentat. *ἑσπέραν γίνεσθαι* [Ital. Farsi sera. Gall. Il vient sur le soir, il se fait nuit. Hisp. Hazerse tarde ò anochecer. Ger. Es wirt abẽt es facht an spaat werden.] Cic. 6. Verr. Quum iam aduesperaſceret, discessimus.

Adſigilo, as, n. p. Diligenter uigilo. *ἀγρυπνέω* [Ital. Vigilar diligentemente, dar' opera à qualche cosa. Gal. Veiller soigneusement à quelque chose. Hispa. Velar para hazer obra. Ger. Fleyssig machen, wachen vnd mit fleiss etwas thůn.] Translatè pro alicui rei incumbo, operam do. *ἐπαγρυπνέω*. Terentius in Andria. Nam satis credo, si aduigila-

ueris, Ex unis geminas mihi conficies nuptias.

Aduiuo, pen. pro. quaſi adhuc uiuo. *ἐπιζάω*. Plin. lib. 15. ca. 18. Eadem autem fortuito saru aduiuit medio foro. Sic legit Hermolaus, quum alia exemplaria habeant, uiuit.

Adulor, pen. prod. Idem est quod assentari, hoc est blandiri siue uoce, siue gestu, omniaq; ad uoluntatẽ alicuius & loqui & agere, non ad ueritatẽ. *κολακεύω, ἀνατείνω*. [It. Adulare, lusingare. Gall. Flater, ablandir, & faire feste comme les chiens de leur queue. Hisp. Lisongear, ò mouer la cola. German. Schmeichlen, flattieren, liebkosen.] Cic. de Amic. Apertè adulantẽ nemo non uidet, nisi admodũ sit excors. Idẽ 2. de Diuin. Nec adulatus, nec admiratus sum fortunam illius. Valla lib. 5. ca. 29 Adulari, inquit, est inseruire, & adniti ut tanquam emereamur quoquo modo, uel uoce uel gestu. Est q; tractũ *ἀπὸ τῶν ἄκρων*, quod seruũ ſignificat. Est enim sanè quàm seruile, hominẽ q; ingenuo minimè dignum. ¶ Festus ab alludendo deductum putat, paucis literis transpositis. In qua sententia Nonius quoq; fuisse uidetur, qui Adulationẽ propriè cauũ blandimentũ esse interpretatur, consuetudine ad homines traductum. Dicuntur enim canes adulari, cũ corporis gesticulatione, & caudæ motu nobis blandiuntur. In qua significatione usus est hoc uerbo Ouid. li. 14. Metamorph. Quinetiam blandas mouere per aera caudas, Nostraq; adulantes comitant uestigia. ¶ Veteres etiam dicebãt Adulo, actiua uoce. Lucret. li. 1 Longè alio pasto gannitu uocis aduląt. Huius passiuo usus est Cic. li. 1. Off. Cauendũ est, ne assentatoribus affectemus aures, neúe aduiari nos simus. ¶ Inuenitur apud uetustissimos pro lĩbo, siue cibo. Cic. 2. Tuscul ex Accii Prometheo, Pinnata cauda nostrum adulant sanguinem.

Adulatio, uerbale, Actus ipse adulandi. *ἀλαζονεία*. [Ital. Adulatione. Gall. Flaterie, blandissement. Hisp. Lisonia. Germa. Schmeicheley, schmeichelred.] Cic. in Lael. Nullã in amicitiis pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditiam, assentationẽ. Idem 2. de Nat. Deor. Canũ uerò tã fida custodia, tamq; amans dominorum adulatio. Plin. lib. 10. ca. 14.

Adulator, Qui ficto amore & obsequio, gratiam ac fauorem captat *κόλαξ* [Ital. Adulatore. Gall. Flateur, amadoueur. Hisp. Lisoniero. Ger. Ein schmeichler, ein flatterer.] Autor ad Herẽ. Nolo esse laudator ne uidear adulator. Est igitur adulatori contrarius uerus amicus: nempe qui nihil simulat apud eũ quẽ amat, sed liberè ex animo facit ac dicit omnia. Adulatur uerò qui ad alterius non modò sensum, sed etiam uultum atq; nutum cõuertitur. ¶ Hinc apud Phocyonem ad Antipatrum Adagium. *Οὐ δύνασαί μοι ἅμα φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι*: Non potes mihi simul & amico uti & adulatore.

Adulatrix, Quæ adulari solet. *λαλακὶς*.

Adulatorius, adiect. *λαλακευτικός*. Tacit. lib. 5. Vitellius formidine C. Cæsaris, famil. Claudij turpe in seruitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorii dedecoris habetur.

Adulter, *μοιχὸς*. Adultera. *μοιχαλὶς* [Ital. Adultero, ò adultera. Gal. Adultere, celuy ou celle qui viole son mariage. Hispan. Adultero de casada, ò adultera muger casada. Ger. Ein ebrächer oder ebrächerin.] Cic. in Sallust. Tu omnium mensarum adfecta, omnium cubiculorum in ære pellex, & idem postea adulter. Componi uidentur ex Ad & Alter, seu Altera: quòd ille ad alteram, & hæc ad alterum te confetat. Ouidius prima Epistola, Obrutus insanis esset adulter aquis.

Adulterium, *μοιχεία*. Ital. Adulterio. Gall. Adultere. Hispan. Adulterio de casados. Germ. Ebruch.] Quod propriè commuptra committitur, ut Valla scribit lib. 6. Ci. 3. de Orat. Quem existimas eũ, qui in adulterio deprehensus sit? tardum. Quint. li. 7. ca. 4. Non commissi adulterium. ¶ Transfertur aliquando ad alia: ut, Adulteria naturæ, pro operibus nõ uerè naturalibus, Adulteria mercis, pro fraude. Adulteria arborum, pro insitionibus, apud Plin.

Adultẽro, as, pen. corr. n. p. Adulterium committo. *μοιχάομαι*. [Ital. Commetter adulterio. Gall. Commettre adultere. Hisp. Ayũtarse con muger agena, adulterar los casados. Ger. Die Ebrächen.] Gell. li. 10. ca. 23. In adulterio uxorem si deprehendisses, sine iudicio impunè necarestilla te, si adulterares, non auderet digito contingere. ¶ Est etiam adulterare, arte aliqua quippiam pro uero assimilare, atq; ita rem synceram corrumpere *λαθραλεύω*. Plin. li. 12. ca. 7. Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino sinapi. Inde etiam Adulterare iudicium, Adulterare tabulas, &c. apud Cicer.

Adulte-

Adulmor,aris,deponens. Idem Cicer.1.de Offic. Lattocinari, fraudare, adulterari, turpe eſt.

Adulteror,aris,Paſſiuè,*μοιχεύομαι*. Horat. Epod 16. Mirus amor,iuuet & tigres ſubſidere cerais. Adulteretur & colum bo mutuo. hoc eſt per adulterium à mutuo ineatur.

Adulteratus,a,um, Quod alienæ rei commiſtione corruptum eſt,ut, Adulteratum gemmi,*ἐψευδωμένος*. Plin.lib 19.cap. 3. Hoc opponitur Synceratum.

Adulterátus,a,um,pen. prod. Nothus, quaſi ex adulterio procreatus,*νοῖχνος*,*ψευδάλογος*. [Ital. *Baſtardo*. Gall. *Faux*, contrefait, baſtard. Hiſp. Falſo, baſtardo, contrahecho. Ger. *Ein Baſtard*, vorelich.] Plin.lib.10 cap.3.de aquilæ pullo, Secum nouercam fœtemq; animaduerrit, præcipitat è nido, pelut adulterinum & degenerem. Vnde per metaphoram, *Adulterina* figura, dicuntur, quæ ſunt falſa, atq; imitatoriæ auctoris falſi. Cicer.pro Cluen. Teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum, ſignis adulterinis obſignatum. Sic, Adulterinæ *litteræ* & Adulterinæ claues, quæ pro veris ſubſtituuntur. Item, Nummus adulterinus apud Cic.1.Offic.

Adultus, Vide *ADOLEO*.

Adumbro,as,act.p. Vmbram adhibeo, ſiue umbram regendo facio.*ἐσκιαγράφω*. [Ital. *Adumbrare*, ſittare. Gall. Contrefaire pour faire umbre, faire les premiers traits de quelq; choſe. Hiſp. Hazer ſombra, trazar ó debuxar rayando ó trançando. Ger. *Schatten machen*, *überſchattigen*.] Col.li.5.cap.5. Suborto canicularis paſtinacis, regentibus uiucas adumbrabat. Item li.11. ¶ Adumbrare etiam eſt lineari pictura umbrati lq; aliquid fingere & imitare. Quint.lib.9.cap 11 Quis pictor omnia quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit? Cic. Tuſcol. Eſt enim gloria, ſolida quædam res, & expreſſa non adumbrata, id eſt, non leuiter, ſed expreſſa, id eſt ſcalpta. Adumbrare & Exprimere, cõtraria. Cic. pro Cæl per multa maximarum non expreſſa, ſed adumbrata uirtutũ. ¶ Adumbrare pro imitari Cic.5. de Orat. Idipſum ſumus in eorum ſermone adumbrare conati. Idem 2.de Orat. Qui non heroum ueteres caſus fictos, & luctus ne ſolem imitari atq; adumbrare dicendo, &c.

Adumbratio,nerbale.*ἐσκιαγραφία*. Cicer.de Perf.Orat. Nulla eſt enim ullo in genere laus oratoris, cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, at conatus tamen, & adumbratio.

Adumbratim,aduerbium, Subobſcurè, non apertè. Lucret.li.4. Non tamen ut cotam quæ ſunt, uereq; rotunda,
Sed quaſi adumbratim paulùm ſimulata uidentur.

Aduncus,a,um,p.ab Vncus, ſignificat curuus, *ἐπικαμπής*.

Adunco,as,a p.ab Vncus, ſignificat curuo, *ἐπικαμπύω*.

Adunco,as,nerbum inuſitatum. Aduncus Curuus, tortuoſus. *λαμπύλος*. [Ital. *Piegato*. Gal. *Tortu & crochu contre bas*, recroquillé, courbé. Hiſp. Coſa corua y retornada. Ger. *Krum oder das ein hácken hat*.] Cic. pro Cluen. Serrula aduncæ ex extima parte dentium, & tortuoſa. Idem 2.de Nat. deor. Corpuſcula curuata, & quaſi aduncæ. Virg.11.Aen. illa haud minus urget adunco luctantem roſtro, &c.

Aduncitas,Ipſa (ut ſic dicam) incurualitas, *λαμπυλότης*. ut, Aduncitas roſtri. Plin.lib.8.cap.27.

Ad unguem. *Ἀπ' ὄνυχος*, *ἐξονυχισμένος*. [Ital. *A punto*. Gall. *Exquiſement, auec toute diligence*. Hiſp. *Derecha y yguala mente*. Germ. *Bey einem nägely, gantz fleiſsig*.] ſignificat ad perfectionem. Translatio ſumpta à marmoratiis qui iuncturas marmorum tunc abſolutas exiſtimant, quum unguis ſuperdoctus nihil offendit: nec quum iunduræ ita exactæ ſunt, ut Seueros (ſicut ait Perſius) excludant ungues: ſic ab iis qui magna diligentia magnoq; iudicio aliquid agentes, inter cogitandum ungues mordere ſoleut. Horat. lib.1. Serm. Fonterius ad unguem factus homo: hoc eſt omni ex parte perfectus.

Aduno,as,act.p pen.prod. Congrego *ἑνόω* [Ital. *Adunare*. Gallicè, *Aſſembler en un*. Hiſp. *Ayuntar diuerſas coſas en uno*. Ger. *Vereinigen, eins machen*.] Plin.lib.19.cap.1. Vulnera faſcibus in acerno aduuatum uideo.

Aduuati, Simul congregati.

Aduuum. *μετὰ ἑνός*. [Ital. *Tutti*. Gall. *Tous*. Hiſp. *Todos*. Ger. *Bey einem, das iſt, Alle*.] aduerbialiter ſumptũ, ſignificat omnes nullo excepto. Cort. Omnes ad unum periere.

Aduoco,as,act.p pe.cor. Adhæc uoco. *προσκαλέομαι*. [Ital. *Chiamare à ſe*. Gall. *Appeler à ſoy*. Hiſp. *Llamar para alguna coſa*. Ger. *Zů ihm berůffen*.] Cice. pro Quinc. Viros bonos cõſiliarios aduocat. Vocare pro conſiliorũ auxiliiue cauſa ami cos accerſere, ponitur. Ter. in Phorm. Amicor aduocabo, ad hanc rem qui adſint. Huic opponitur Auoco. *ἀποκαλέω*.

Aduocati,m.i. Dicũtur qui alteri aduſunt in cauſa. *συνήγοροι*. [Ital. *Aduocati*. Gal. *Aduocats*. Hiſ. *Abogados para accuſar ó defender*. Ger. *Beyſtender am rechten*. *Aduocaten*, *Fürſprächer*.] Plaut. in Cat. Stultus contrſus dic, Dũ adſto aduocatus cuidã cognato meo: Quẽ hercle litem adeò perdidiſſe gaudeo. Ne me nequiquã ibi hodie aduocauerit. ¶ Inter Aduocatũ & Patronum hoc intereſſe Valla exiſtimat, quòd Aduocatos non tantũ ſignificet eũ, qui alterius cauſam agit (quem proprie Patronum dicimus) uerum etiam quicunq; adeſt alteri in cauſa, officii gratia, Aduocatus appellatur, etiamſi nihil dicat, neq; agat, ſed tantum paratus ſit defendere. Patronos propriè, qui agit cauſam, ſed accuſati, non accuſantis. Cic. Trebat. Epiſt.lib.7. Quod ſi ſcribere obſtitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent.

Aduocatio,nerbale, f. *συνηγορία*, *παράκλησις*. [German. *Ein beyſtand am Rechten*.] Qua eſt amicorum coactorum, ad opẽ fauorem q; præſtandã facta coitio, aut cœtus ipſe patronorũ & conſidicorũ, aut ipſa cauſę defẽſio. Cic. in Epiſt. Fam. ad Trebatiũ, In re militari multò es cautior, quã in aduocationibus. ¶ Aduocatio à Cic. dicitur, quã conſultationẽ dicimus 5. Verr. Quò ſæpenumero ſenatus conuocatur, quò maximarũ rerũ quotidie aduocationes fiunt. Bud.

Aduolo,las,pe.cor. Iuxta, uel ad aliquẽ locũ uolare. *προσπέτομαι* [Ital. *Volar ad alcuna parte*. Gall. *Voler à ou uers quelque choſe, s'y tranſporter en diligẽce*. Hiſp. *Volar ó correr hazia alguna coſa*. Germ. *Zůhin fliegen*.] & conſtruitur cũ accuſatiuo, præpoſito Ad, uel In, & aliquãdo datiuo. Plin. Ac in agrũ Volaterranũ palumbiũ uis è mari quotannis aduolat. Idẽ lib 10. cap 40. Platea nominatur aduolans ad eas, quæ ſe in mari mergũt. Ibidẽ Capratũq; uberibus aduolant. ¶ Aduolare translatũ ad homines. Cic. ad Brut. li.10. Quãobrẽ aduola obſecro. Idẽ ad Caſſiũ li.12. Sed ſi inſulã Britanniã ecpere cogitare, eius *ἄβολον* mihi aduolabit ad pedes.

Aduolatus,tus, Actus aduolandi. *προσπτήσεις*, *ἐπιπτήσεις*. Cicer.1 Tuſc. Triſti aduolatu aduncis lacerans unguibus.

Aduoluo. *προσκυλίω*. Quaſi uolucdo adduco. Virg.3 Geor.
congeſtaq; robora totas Aduoluere focis ulmos, igniq; dedere.

Aduolutus genibus, Liuius *πεσὼν ἐπὶ γόνατα*.

Aduorſor, *ἀναντίομαι*. pro Aduerſor: & Aduerſorem, pro Aduerſarium ueteres dixerũt, teſte Feſto. Sic Aduorſum, & Aduorſo, pro Aduerſum, & Aduerſo.

Ad uotum. *κατὰ γνώμην*. [Ital. *Secondo il ſuo deſiderio*. Gall. *A ou ſelon ſon ſouhait*. Hiſpan. *Segun ſu voto ó deſſo*. Ger. *Nach dem wunſch, nach der begird*.] id eſt, ex ſententia. Quint. Habẽne uxorem ex animi tui ſententia? Et alibi, Ad uotum omne fluente fortuna laſciuit otium.

Adurgeo,es,ere, Vehementer Vrgere, *ἐπείγω*, *ἐπισπίχω*. Celſus, Is quoniam natus eſt dens in locum prioris quotidie digito adurgendus eſt.

Aduro,act.r,pen,pro. Idem eſt quod ſimplex Vro. *καίω* [Ital. *Abbroſciare*. Gall. *Bruſter, bauir, haſler*. Hiſp. *Mucho quemar*. Ger. *Faſt brennen, beſengen*.] Cic.1.Offic. Quid enim cenſemus ſuperiorem illum Dionyſium, quo cruciatu timoris angi ſolitum, qui cultros metuens tonſorios, candenti carbone ſibi adurebat capillum?

Aduſtio,onis,uerbale. *καῦσις*. Plinius libro decimo quarto, cap.20. Vitia præter ſupradicta, cor, aut fumidum uinum: picis autem aduſtio.

Aduſque, id eſt Vſque ad, *μέχρι*. [Italicè, *Fin'á*. Gallicè, *Juſques à* Hiſpanicè, *Haſta a*. Germanicè, *Biſs dahin*.] Virgil. 11.Aeneid. Arridet Protheſi Menelaus aduſq; columnas Exulat. Gell. lib.15.capit.2. Cæterum uini libidine aduſque ludibria ebrioſus.

Adynamum, *ἀδύναμον*. Vini factitii genus, quod fiebat ex muſto albo, dimidia parte aquæ addita, quod adustum igni decoquebatur, donec aquæ mẽſura exareſceret. Vide Plin. lib.14.cap.16 Dictum Adynamum, *ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας*, propterea quòd eſſet imbecille & ſine uiribus: ideoq; ægris dabatur, quibus uini uoram metuebant.

Adỹtum media correp. *ἄδυτον*. Locus eſt ſecretior templi, ad quẽ nulli eſt aditus, niſi ſacerdoti: ab *ἀ* priuatiuo & *δύω* ingredior, quaſi inacceſſibile. Virg.1.Aen. Iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat.

A ante E.

Ae, diphthongus, communis error per multa secula, & male scribitur, dum ex duobus corporibus fit unum æ, aut signatur æ caudatum pro ę, & malè pronunciatur, dū solum e sentitur in prolatione. Scribi debent seiunctim hæc duo elementa, & utrunq; proferēdo audiri. In notis antiquorū, AEDIL. ædilis. AEDIL. ædiles. AEDIL. CVRVL. ædilis curulis. AED. PL. ædilis plebis. AEG. æger. AEQ. P. æqualis persona. AER. ærarium, uel ærarii. AER. COL. ære collato. AER. P. ære publico AE. D. ædem dicauit. AED. S. ædem sacrauit, uel ædibus sacris. AED. IN. M. ædes inscripsit Meridie. AER. ST. ærario Saturni.

Aea, Αἰαία, Circe dicta ab aspernantium uoce, propter celebratas illic corporum mutationes: ut placet Seruio in illud Virgil. 3. Aeneid. Aeæq; insula Circes. Verisimilius tamen est Aeæam dictam ab Aea Colchorum ciuitate, quemadmodum & Cyzis, siue Cyzea dicta est Λυζαντις, ἢ Λυζαντία, à Cyzo eiusdem regionis oppido. Quod etiam ab Apollonii interpretibus annotatum est.

Aeæus, Αἰαῖος, Denominatiuum est ab Aea Colchidis peninsula, & urbe eiusdem nominis, in qua nata creditur Circe Solis filia, unde peculiari epitheto Aeæa appellatur. Virg. 3. Aen. Inferniq; lacus Aeæq; insula Circes.

Aeæe, siue Aeæa Αἰαίη insula fuit in mari Tyrrheno, non modico olim freto ab Italia dirempta, hodie continens, ita tamen ut paludibus circumquaq; cincta, insulæ speciem præ se ferat. In hac Homer. Circes sedem collocauit, sic scribens lib. 10 Odyss. Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ', ἔνθα δ' ἔναιε. Κίρκη ἐυπλόκαμος, &c. Huius meminit & Virg. lib 3. Aeneid Infernique lacus, Aeæq; insula Circes. Tametsi Seruius ibi tres diphthongos uidetur agnoscere, ut si Aeæa Circes. Latini quoq; locum hunc à Circes domicilio Circeum, uel Circeos appellant: ibidemq; antiqui Latii terminum constituunt. Vide Plin. lib 2. cap. 87. & lib. 3. cap. 5.

Aeacides, Αἰακίδης Suidæ, Patronymicum masculinum quo significatur filius uel nepos uel aliquis ex posteris Aeaci. Virgil. 11. Aen. Sanus ubi Aeacide telo iacet Hector. Hoc est, telo Achillis, Aeaci ex Peleo nepotis. ¶ Aeacides item Pyrrhus, Aeaci ex Achille pronepos. Virgil. 3. Aeneid. Coniugio Aeacidæ Pyrrhi sceptrisq; potitum. ¶ Pyrrhus item Epirotarum rex ab Aeaco trahens originem, Aeacides dictus. Virg. 6. Aen. Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas. Ipsumque Aeacidem genus armipotentis Achilli.

Aeacideius, a, um, adiect. sex syllabarum. Ouid. 7. Meta. Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.

Aeacidinus, a, um, ab Aeaco Achillis patre Plaut. in Asin. Siquidem hercle Aeacidinis minis animisq; expletus incedit. Iratus si me tetigerit, tratus uapulabit. Non sine prouerbii specie dictum fuit, pro atrocibus & superbissimis minis.

Aeaneus, Αἰανεύς, Nomen gentile. Vide Stephanum.

Aeanites, Αἰανίτης. Gentile.

Aedēpōl. penult. corr. νὴ πολυδεύκην, Aduerbium iurandi, quod est quasi per ædem Pollucis. Item Pol, & Perpol, quæ idem significant Per pol, quàm pauci, apud Terent. in And. per tmesin dictum puto, pro, Pol perquàm pauci. Erat aūt Aedepol teste Gell. lib. 11. cap. 6. iuramentum tā uiris, quàm mulieribus commune. Per Herculem autem mulieres nunquam iurabant, neq; uiri per Castorem.

Aedes, ſt. Tā in singulari, quàm in plurali numero, pro templo uel sacratio, sed ferè semper cum adiectione, ut Aedes sacra, uel Aedes sacræ, Aedes Iouis, Aedes deorum, Aedes pacis & huiusmodi. ναὸς, οἶκος [Ital. Il tempio, la chiesa. Gallic. Temple. Hispan. Templo. German. Ein Tempel, Kirchen, Hauß.] Cic. 2. Ver. Aedes Minervæ in fano Apollinis. Idem 1. Phil. Ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus. Valer. Max. lib. 1. Ea Pontificum admonitione effectum est, ut Marcellus ædibus separatis Honoris ac Virtutis simulacra statueret. Ouid. in Epist. Didūs, pro sepulchro posuit, quum ait: Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus Nam & sepulchra, ut scribunt Iurisconsulti de Sepul. & relig. inter loca sacra habentur. ¶ Pro ædificio profano, nix aliter quam plurali numero utimur. οἶκος, οἰκία. [Ital. Casa. Gal. Maison. Hisp. Casa.] Cic. 2. Verr. Quæ uir egregiæ apud istum in ædibus Idem de Clar. orator. Ex testudine quadam exiit in ædes. Non tamē inuis inficias eam in singulari numero id hac significatione inueniri: uerūm id usui receptū aduersari contendimus. Curtius de gest. Alex. Excubabant principum liberi seruatis noctium uicibus, proximi foribus ædis, in qua Rex acquiescebat. Vbi Aedem pro cubiculo dixisse uidetur. Idem alibi eodem in numero pro cœnaculo posuit, quum ait, Stabat ad fores ædis eius, in qua Rex uescebatur. ¶ Tantæ curæ nobis debent esse ædes nostræ, ac his neglectis alia minimè curanda sint. Hinc locus Adagio, Aedibus in nostris quæ prauа aut recta gerantur. Ὅτι τὰ τῆς μεγάρου ἕκαστος ἐκείνῳ τ' ἀγαθὸν ἔστ' ἐπιτηδές. Scribit Gell. hunc Hom. ex Odyss. uersiculum uice prouerbii semper in ore fuisse. Alii tribuunt Socrati. Diocles adscribit Diogeni, ut refert Laertius. Quo uersu admonemur ut ea potissimū quæ ad nosipsos pertinent, curemus: externa atq; aliena ne inquiramus. ¶ Dicitur autem Aedes (ut scribit Seruius) ab Edo, quòd in ea sacrificantes edere consueuerint. Nam quædam sunt nomina, quæ initio diphthōgum recipiunt, quamuis à uerbo monophthongo deriuentur, ut Aedes, Aeſculus. Var. lib. 4. de ling. Lat. ab aditu fieri putat, quòd scilicet plano pede adibant: unde etiam prima syllaba diphthongum accepit. Festus, Aedes quod in edito poni soleret. Alii Aedem dici existimant, quòd in ea æuū degatur, quod Graeci αἰῶνα uocant. ¶ Aedis, in nominatiuo singulari, Varro de uita popu. Roma. lib. 1. Hæc ædis quæ nunc est, multis annis post facta fit, &c. Hoc etiam ex diminutiui formatione uidetur consequi, ut Aedis in recto dicamus, non Aedes. Nam ut Apicula fit à nominatiuo Apis, uidetur analogiæ ratio exigere, ut Aedicula fit ab Aedis. Nam ab eo quod est Aedes, potius fieret diminutiuum Aedecula, ut à Vulpes Vulpecula.

Aedicŭla, f. p. Parua domus. οἰκίδιον [Ital. Picciola casa. Gal. Maisonette, logete. Hisp. Casa pequenna. Germ. Hüttlin, Kammerlin, oder ein Capell.] Aliquando pro cellula in ædibus. Plaut. in Epid. In ædiculam seortum isthæc eat, iube. ¶ Aliquando pro sacello, quod est edis sacræ appendix. Liuius, iisdem diebus ædiculā Victoriæ uirginis, prope ædem Concordiæ M. Portius dedicauit. ¶ Aliquando pro loculamento simulachri Plin. lib. 36 de Venere Cnidia, Aedicula eius tota aperitur, ut conspici possit undiq; effigies deæ. Aedicula, ædicularum, parua ædes, id est, parua domus. Terent. in Phorm. Aedicula ita sunt ob decem alias. Aedicula, templum sacrum est apud Iureconsl. ad lul. pecul. l. sacrilegii.

Aedĭfĭco, a. p. Propriè idem est quod domum struo; quod etiam indicant partes compositionis. οἰκοδομέω. [Ital. Edificare, fabricare. Gall. Édifier, bastir, maisonner. Hisp. Edificar. Germ. Bauwen.] Nam ab æde, uel ædibus faciendis dictum est. Et ita ferè absolutè ponitur sine casu. Cic. ad Qu. Frat. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Horat. 1. Epistol. Dirnit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Martial. in Gellium, Poscēti nummos ut dicere possit amico. Hoc unum uerbum Gellius, Aedifico. ¶ Quoties uerò accusatiuum ad iunctum habet, Idem ualet quod Struo. Cic. pro lege Manilia, Qui quū maximas ædificasset, exornassetq; classes. Idem pro Sylla, Ad illius pœnam carcer ædificatus est. Idem 1. Offic. Vrbes sine hominum cœtu, nec ædificari potuissent, nec frequentari. Idem, Qui quum ędificasset in Palatio domum plenam dignitatis. Quo in exemplo accusatiuus DOMVM additus facilè indicat, Aedificare, simpliciter ibi accipi pro struere: nam alioqui redundaret. Cic. 1. de Nat. deor. Quibus enim oculis animi intueri potuit uester Plato Fabricam illam tanti operis, qua constructa à Deo, atq; ædificari mundum facit? Huius composita sunt, Coædifico, Exædifico, Inædifico, in loco aliquo ædifico. Liu. lib. 1. Et ut libera cæteris religionibus ara esset tota Iouis, tēplisq; eius quod ingdificaretur, exaugurare fana, sacellaq; statuit. Proędifico: unde Proædificatum ueteres dicebant, teste Festo, quod ex priuato loco processerat in publicum solum. Reædifico, rursus ædifico. Superædifico, Hieron. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, &c.

Aedĭfĭcātio, f. t. Ipse ædificandi actus, οἰκοδομία. [Ital. Edificio, fabrica. Gall. Bastiment, edifiement. Hisp. Obra de edificar. Germ. Ein baw, erbauwung.] Cic. ad Attic. Aedificatio me non mouet.

Aedĭfĭcātiuncŭla, οἰκοδομημάτιον. Parua ædificatio. Cic. ad Qu. frat. Quæsiuiq; ex eo, quid de illa ædificatiuncula Lucretii, de qua mecum locutus es, mandauisses.

Aedĭfĭcātor, uerbale, m. t. ὁ οἰκοδόμος. [Ital. Edificatore. Gal. Bastisseur, edifieur. Hisp. El que edifica. Ger. Ein Bawer.] Cato, De bono ędificatore melius emetur.

Aedĭfĭcĭum, n. s. Aedis constructio, & ponitur pro omni structura [οἰκοδόμημα. Ital. Edificio. Gal. Edifice. Hisp. Edificio. Germ. Ein gebäw.] ¶ Aedificij quoq; appellatione non so-

lum

Idm ſuperficiem ſignari, ſed ſolum quoq; ipſum, cui ædificiũ ſuperpoſitum eſt. Vlpianus putat. Plin lib. 16. cap. 6. Minos utilis ædificiis. Cæſar bel. Gal lib. 1. Omnibus uicis, ædificiisq; quò adire poterant, incenſis.

Aediles, m. t. ἀγορανόμοι, pen. prod. dicti ſunt ab eo, quòd ædes ſacras & priuatas procurarent, teſte Varrone lib. 4. de lin. Lat. Primò ex plebe duo creati ſunt Aediles: deinde progrediente tempore duo ex patriciis adiũcti ſunt, qui à ſolio eburneo, quod eis datum eſt, Curules dicti ſuot. Officium Aedilium erat, ludos publicos exhibere, & ſacras priuatasq; aedes procurare, totam urbem tueri, ut cloacæ, & aquæductus, & quæq; publica ædificia munda & integra eſſent: locare theatro aſſignare. Si quiſpiam ſeruum, aut iumentum maleficum, uitioſumue, pro integro, ſanoq; uendidiſſet, edicto Aedilium emptori ſuccurrebatur: ideoq; Edictum ædilicium. Iudicabatur, ſiue Edictiones ædilitiæ. Cicer. 3. de legib. ex lege xij Tabul. Suntoq; Aediles curatores urbis, annonæ, ludorumq; ſolẽnium: oliſq; ad honoris amplioris gradum in primus aſcenſus eſto. Erant & alii Aediles, qui frumento præerant, à Cæſare primùm creati, & à Cerere Cereales nominati, ut ſcribit Pomponius. His cura ponderum, ne quæ fraus fieret, & menſurarum commiſſa erat.

Aedilitas, tis, f. c. Ipſa dignitas. ἀγορανομία. Plaut. in Stycho, Suæ populi ſuffragio tamen ædilitatem hic quidem gerit. Prouerbialis eſt figura, ubi quis imperioſioria alieno negotio aut in ædibus alienis. Cic. 1. Offic. Craſſus cum omniũ hominum moderatiſſimo Qu. Mutio munificentiſſima ædilitate functus eſt. Suet. in Cæſa. Siquidem ante paucos dies quàm ædilitatem iniret. Liu. lib. 7. ab urbe, Annus hic ludis nouis duobus magiſtratibus. Prætura, & Curuli ædilitate: hos ſibi patricii quæſiuere honores, pro cõceſſo plebi altero Conſulatu.

Aedilitas, on. q Idem quod Aedilitas ἀγορανομία.

Aedilitius, tia, tium, ἀγορανομικός. Nomen poſſeſſiuum ab Aedilitio: Comitia ædilitia, in quibus creabantur Aediles: & Aedilitium munus: hoc eſt officium ad Aediles pertinens. Cicer. de Offic. libr. 2. Sed quid ego Aedilitias repulſas colligo? Homo Aedilitius. Cic. pro Cluent. Et illum hominem Aedilitium, iam Prætorem opinionibus hominũ con firmarem, &c.

Aedilitius, tij. qui Aedilitate functus eſt, quemadmodũ & eũ ſimiliter, qui Conſulatum geſſit, & Prætorius, qui Præturam adminiſtrauit. Cic. in Bruto, Sed omnia is ſumma ſperans, ædilitius eſt mortuus.

Aedituus, m. ſ. pen. cor. Qui ædibus præeſt. νεωκόρος. [Ital. Sacreſtano, gardiano di chieſa. Gal. Secretain, garde du tẽple, marguillier. Hiſp. El ſacriſtan, guardador del templo. Ger. Kirchner, Sigriſt.] Cicero in Topic. Gellius libro duodecimo, capite decimo. Ait Aeditimus dici ea forma, qua finitimus, legitimus. Verùm pro eo nunc utimur Aeditimo, ut Var. lib. 1. de Re ruſt. ait, Et ſemeſtribus feriis in ædẽ Telluris uenerat rogatus ab ædituno, ut dicere didicimus à patribus noſtris: ut corrigimur à recentibus urbanis, ab æditimo.

Aedititius, index quem una pars elegerit. Cicero pro Planco, Neq; enim quicquam aliud in hac lege niſi ædititios iudices exſecutus.

Aeditimor, & Aeditimor, Aedem tueor, νεωκορέω Gell. lib. 12. capite. Qui poſtquam tibi adparco, atque ædi timor in templo.

Aeditimus, Idem quod Aeditimus, Sacræ ædis tutor, id eſt curã gerens ad ædibus ſacris, quas tuetur. νεωκόρος. Cic. Illi nocturna mano, armatiq; ueniunt: fores ædis effringunt: æditimi cuſtodesq; maturè ſentiunt. Lucretius pro ædituis dixit Aedicuentes, ut eſt apud Gellium, Hoſpitibus loca, quæ occuparent ædicuentes.

Aetheria, æ, f. ἀιθρία, altus & fortis dicitur Hora. In Ser. Vitellio ferocior credebat ut in grege taurus. Et ædita hora dicunt hanc eſſe ædentia, id eſt oſtendentia. Scribiturq; cum e ſecundo, ut differat ab Edo pro comedo. Sic & Comminiſcor putatur tamen efficax ratio, cum in coniugando tempora differant ædo compoſitum, & edo ſimplex. Nec poſſit ædam ab edo deductum uideri.

Aegilia, æ, f. Aegilia dicta, ἀπὸ τοῦ αἰγίλωπος ἴλιος, Aegineta appellat, quæ circa ædificanda naſcuntur. Nam αἰγίλωπα Græci uocant, quæ nos uocamus.

Aegilops, ὀπος, m. g. Haba penul. ἀιγίλωψ. Anis eſt, quæ aliis nominibus & Ptolomeia, & Luſitania dicitur: dicta Aegilops ἀπὸ τῆς αἰγὸς ἕδεσθαι, hoc eſt à perpetuò cædo, quòd etiam tunc canat, cum reliquæ uolucres ſileant. Virgil. de cantu Syre. Quodq; leues calami, quòd ſuauis cantat ædon.

Aegæum mare, αἰγαῖον πέλαγος, ἢ αἰγαῖος πόντος, Volgò Archipelago. Stephano, & Suidæ. Ampliſſimus eſt maris me diterranei ſinus, à parte Oriẽtali Iſthmi Corinthiaci (ut Plinio placet) aut certè à Sunio Atticæ promontorio (ut tradit Ptolomæus) ad ipſum uſq; Helleſpontum extenſus, alia aliis in locis à regionibus, quas abluit, nomina ſortitus. De ratione nominis uaria traduntur à ſcriptoribus. Nonnulli (in quibus eſt Suidas) ad Aegæum Theſei patrem referunt, quem in hoc mare ſeſe præcipitẽ dediſſe ferunt, cũ nauim filii, qua ille in Cretã ad Minotaurũ uectus fuerat, nigro cũ uelo (quod tibi cum nauclero amiſſi filii ſignum conuenerat) redeuntem uideret. Alii ab inſula quadam, ſeu uerius ſcopulo deductum putãt, in hoc mari inter Tenedum & Chium ſito quem à capræ ſimilitudine, αἴγα, Nautæ appellãt. In hac ſententia eſt Plinius, ſic ſcribens lib. 4. cap. 11. Aegæo mari nomen dedere ſcopulos inter Tenedum & Chium, uerius quàm inſula Aex nomine, à ſpecie capræ (quæ ita à Græcis appellatur) repentè in medio mari exilientis. Cernunt eum à dextra parte Andrum nauigantes, ab Achaia dirum & peſtiferum. Idem ſentit & Solinus, cuius uerba, quòd parum diſcrepent à Plinianis, ſupernacuum eſſet hic adſcribere. Strabo autem li. 8. ab Aegis Euboeæ oppido, Aegæum appellatum exiſtimat: tametſi idem lib. 13. παρὰ τὴν Αἰγὰν hoc eſt, ab Aega Aeolidis promontorio dictum nolit, quod ſuo ſeculo Canam, ſiue Canas fuiſſe appellatum. Hæc cùm diuerſitas facit ut nec orthographiæ ratione idem omnes ſentiant. Græcorum tamen codicum conſenſus, in eam me adducit ſententiam, ut Aegæum potiſſimùm per æ diphthongum ſcribendum exiſtimem. ¶ Hoc mare cæteris eſt periculoſius ob frequentes ſcopulos. Vnde locus Prouerbio apud Aelianum. Aegæum nauigat, τὸν Αἰγαῖον πλεῖ, ut ſub andias κίνδυνον. Quadrabit in eum qui in maximis uerſatur difficultatibus. In hominem quoq; ob lucri ſtudium nihil omnino periculi recuſantem. ¶ Vtitur & Lucianus in ſcitis alio Adagio ab hoc mari tracto, Virgulta ſcapula Aegæum tranſmittere, ἐπὶ ξύλου τὸν Αἰγαῖον διαπλεῦσαι. In eos dicitur, qui rẽ ſupra modũ arduã leui opera cõficere tentãt.

Aeger, ra, rum, ab Ago, agis, per contrarium, (ut quidam opinantur) eò quòd ægri non probè fungantur ſuis actionibus ſiue quòd qui morbo correptus eſt, grauius agitetur. νοσῶν λυπηρός. [Ital. Infermo, debole. Gal. Dolent, faſché, enuyé, malade. Hiſp. Enfermo ò paſſionado del alma. Germ. Kranck, bekümmeret, unmögend.] Et tam de animo dicitur, quàm de corpore: quamuis Donatus eam ſe. erit differentiam, ut Aegritudo ad animum, Aegrotatio ad corpus referatur, quod omnino uerum non eſt. Saluſt. in Catil. Antonius pedibus æger. Gell. lib. 1. cap. 16. Quom M. Frontonem Conſularem pedibus ægrum uiſeret. Cic. Atti. 7. Tyronem Patris ægrum reliqui. Idem pro Cel. Medea animo ægra. Λεδυμός, amore ſæuo ſaucia. Per metaphoram Cice. In Verr. 3. Mihi uideor magnam, & maximè ægram, & propè depoſitam Reipublicæ partem ſuſcepiſſe.

Aegreſco, is, eſcere, n. t. ἀνάδυμαι. [Ital. Infermare, attriſtarſi. Gal. Deuenir malade, encontrir maladie, faſcherie ou ennui. Hiſp. Eſter enfermo, ò apaſſionado de alma. German. Kranck oder ſchwach werden.] à nomine Aeger derioatũ, ſignificat, ægriorem fieri: & propriè refertur ad animum. Virg. 11. Aeneid. -Exuperat magis, ægreſcitq; medendo. Significat etiam Aegrotare. Plin. libr. 10. Corni ante Solſtitium generant. Item ægreſcũt ſexagenis diebus ſiti maximè, antè quàm fici coquantur Autumno. Idem Aegreo uerbũ obſoletum.

Aegrè ſignificat moleſtè, dolenter, Iniquo animo. Terentius in And. Redeo inde iratus, atq; ægrè ferens. ¶ Aegrè, malè, difficulter, uix. χαλεπῶς, ἀνιαρῶς. [Italic. Moleſtamente, mal uolontieri. Gal. Grienement, al peine, auec grande difficulté. Hiſp. Apaſſionadamente, ò con difficultad. Ger. Kümmerlich, ſchwerlich.] Virg. 3. Georg. Ergo ægrè raſtris terras rimantur. Neq; ſolùm cum uerbo Ferre, ſed cum aliis etiam uerbis iungitur: ut, Careo ægrè, Suſtineo ægrè. Et Cice. Atti. Ab haſta ea ægrè me tenui. ¶ Aegrè eſt mihi, frequens eſt apud Plautum, pro dolet mihi, aut malè me habet: ut in Cal. Quid tibi ægrè eſt? ¶ Aegrè facere alicui, pro eo quod eſt, aliquẽ ægritudine, uel moleſtia afficere. Teren. Eunuch.

Voluit facere contrà huic ægrè. ¶ Aegrius, & Aegerrimè, pro difficilius, & difficillimè. Plin. lib. 16. cap. 10 Fragosus fidunt, ægrius reuelluntur. Cæsar. 1. Belli Gal. Aegerrimè cõ fecerant, ut flumen transirent. Aegrè ferre, uitiosè scribitur coniunctim, cum sint duo dictiones, pro eo quod est molestè ferre.

Aegritudo, f. t. Est animi ægri affectio. λύπη, πάθος [Italic. *Dolore d'animo*, fastidio, maleuenoria. Gallic. Douleur, ennuy, facherie. Hispa. Enfermedad, aquella passion de l'anima. German. Kranckheit, bekümmernuss, vnmůt.] Terent. in Andr. Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Hanc Cicer. 4. Tusculanarum sic definit: Aegritudo est animi aduersante ratione contractio. Terent. in Heautonti. Prouerbiali figura dixit, Diem adimere ægritudinem. Sic Cicer. 3. Tusc. Quæst. Quod ita esse dies declarat, quæ præcedens ita mitigat, ut ipsdem malis maneutibus non modò leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Terent. in Phormione pro corporis morbo usurpauit. Matrem ipsam ex ægritudine, miseram mors consecuta est. ubi Donatus, Ex Aegritudine, inquit, hoc est, ex infirmitate & morbo. Sic & Plin. li. 8. capit. 1. Vitiis sunt fatis ægritudine, quando & illas molestæ infestant morbi.

Aegrimõnia, penult. cor λύπη. Idem quod ægritudo, abstractũ ab Aeger, factũ ex forma quæ ab Acer Acrimonia. Plaut. in Rud. Tantisper dũ absedat à me hæc ægrimonia. Cicer. ad Attic. 12. Ferrem grauiter, si nouæ ægrimoniæ locus esset.

Aegrõtus, a, um, νοσῶν. ἄῤῥωστος [Ital. *Infermo*. Gal. *Malade*. Hisp. Enfermo. Ger. Kranck.] Denominatiuum, ab Aeger, Sero. Aeger & corpore & animo dicitur: Aegrotus, corpore tantùm, Horat. 1. Epist. Non domus aut fundus, non æris acerrimus & auri Aegroto domini deduxit corpore febres. ¶ Aegroto dum anima est, spes est. Sententia prouerbialis admonens ne in afflictissimis quidẽ rebus abiiciendã esse spem. Cic. ad Atticũ lib. 9 Vt ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare nõ desiti. Prouerb. quadam specie Terent. dixit, Facilè omnes quom ualemus, recta consilia ægrotis damus: si hic sis, aliter sentias. ¶ Terent. in And. ad animum transtulit: Animũ ægrotum pleruncp ad partem deteriorem applicat.

Aegroto, as, n. p. Aegro corpore sum, morbo afficior. νοσέω. [Ital. *Infermarsi*. Gall. Estre malade. Hisp. Enfermar. Germ. Kranck vnd schwach sein.] Cic. pro Cluen. Is ibi in morbũ incidit, ac satis uehementer, diuq; ægrotauit. Idẽ de Sen. Adolescentes facilius in morbos incidunt, grauius ægrotant, difficilius curantur. ¶ Transfertur etiam ad animum. Cic. 4. Tus. Vt ea res, ex qua animus ægrotat, curetur. Sic Adagii forma dicimus, Animo ægrotanti medicus est oratio ψυχῆς νοσούσης ἰατρὸς ἐστι λόγος. Ex Plut. ad Apoll. ab Aegroto, fit & Coægroto. Hiero. Quòd si ipsa languerit, coægrotandum est, & nunquam ab eius lectulo cedendum.

Aegrotatio, f. t. uerbale, quod & ipsum propriè de corpore dicitur. νοσεμα. [Ital. *Malatia, infirmità*. Gal. *Maladie, infirmité*. Hisp. Enfermedad. Ger. Kranckheit.] Cic. 3. Tusc. Sed propriè, ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Per metaphoram tamen aliquando de animo dicitur, quemadmodum & uerbum à quo descẽdit Cic. Tusc. 4. Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, &c.

Aegialus. αἰγιαλὸς [Ital. *Lito*. Gal. *Le bord, de la mer*. Hisp. *La libera de mar*. Ger. *Das gstad des meers*.] Latinè dicitur littus. Vnde Achaia propter urbes in littore dispositas, ante αἰγιαλὸς uocata est teste Plin. lib 4. cap. 5.

Aegilips, ipis. αἰγίλωψ Stephano, Dicitur locus arditus & penè inaccessus. Lat. sonat relictum à capris, hoc est, locus tam arduus, quẽ ne ipsæ quidem capræ queant ascendere. ¶ Est etiam hoc nomine urbs Epeiri in prærupta rupe sita, unde & nomen inuenit. Autor Stephanus.

Aegilõps. Fistula parua, nomen à capris sumpsit: αἴξ enim capram significat, nec aliud αἰγίλωψ Græcis, quàm captinũ oculũ, non colore aut figura, sed uitio & labe hæc quæ huic animali propria & frequens est.

Aegilops, opis, αἰγιλὸψ [Ital. *Squala*. Gal. *Coquiole, auron*. Hisp. *Vna fuerta d'auena montesina*. Ger. *Vuilder haberen, tauber haberẽ, hasenbrot*.] Herba est folio, uerno tempore, piloso, ut lolium, hordeum enecans, quæ & Festuca dicitur, quod messis tempore, quum semen iam decideritq; uacuum reperiatur, in modũ festucæ. Plin. lib. 18. c. 17. Est herba quæ ciceri enecat & eruum, circumligãdo se: uocatur orobanche: triticum simili modo ira: ordeum festuca, quæ uocatur ægilops. Hæc Plin. Virg. 1. Georg. Latinè uertit sterilem auenam, in hoc uersu, Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. ¶ Est præterea ægilops, abscessus inter nares, & magnum oculi angulum, qui si incuriosè tractetur (ut inquit Aegineta) in fistulam uertitur. Dictus Aegilops, quasi oculus caprinus, quod capræ huic uitio peculiariter obnoxiæ sint. Huic malo medetur Aegilops herba, teste Plinio lib. 25. cap. Vnde & ipsa nomen accepisse uidetur.

Aeginea, orum, dicuntur grandiora omnia, aut rerum uenalium onera miscellanea, id est, farcinæ complectentes uarias merces. Vnde Aeginopolæ, id genus mercium uenditores Ex Cæl. Antiq. Lect. li. 11. c. 6. & Eras. in Chiliad.

Aegineta. αἰγινήτης, Gentile. Vnde Paul. Aegineta medicus clarissimus.

Aeginiticus, a, um, αἰγινητικὸς, ut, Aeginiticum æs, quod in hac insula non gignebatur quidem, sed optimè temperabatur, ut est autor Plin. lib 34. ca. 8.

Aegipos, cicuta apud Dioscor.

Aegirinon, αἰγίρινον, Vnguenti genus est, teste Ruellio, ex nua populi arboris confectum, ἀπὸ τῆς αἰγείρου, quam alii album, alii nigram populum credunt.

Aegis, idis, f. t. αἰγὶς, Munimentum pectoris æneum à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore numinis sit, Aegisti in corpore hominis, sicut in antiquis imperatorũ statuis uidemus. Lorica dicitur. Virg. 8 Aen. Aegidaq; horrifera, turbatæ Palladis arma. Hæc ferè Seruius. ¶ Aegis apud Græcos uaria significat, Peliceũ tegmen quod gestant Atri. præterea maris intumescentis undas, ac uentorum procellas & turbines. Alii malunt esse rete ex coronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Aegidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent uxores. Vnde factum prouerbium, Aegis uenit. Quod Suidas indicat olim solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Vide Erasm. in Chiliad. ¶ Est præterea Aegis, scutum Iouis, & Palladis, Iliad. 4 & 5 in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus uice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox uertebantur in lapides: ut apud Ouid. 4. Metam. habetur. ¶ Est etiam Aegis, lignum dentum, medullæ simile, in larice tœmina nascens, melici coloris, ex quo pictoriæ tabulæ fiebant, & codicilli, immortali penè materia, nullisq; rimis aut fissuris obnoxia. Autor Plin. lib. 16. cap. 39.

Aegithalos, αἰγιθαλὸς, Auis est apud Aristotel. quæ à Theodoro Patus uertitur. Hermolaus in Plinium.

Aegithus. αἰγιθὸς, Auiculæ nomen est, irreconciliabiles cũ asino simultates exercens, quòd nidus eius, quẽ ferè in cardibus struit, ab asino dissipetur. Contrà ægithus quoniam alia parte nocere non potest, asini ulcera erodit. Plin. lib. 10. cap. 24.

Aegitis, penult prod. αἰγῖτις. Herba est Dioscoridi, quæ nostrum nomine Anagallis dicitur.

Aegloga. αἰδύλλιον, pen. cor. Caprarum seu rerum pastoralium sermo dicitur, quasi αἰγῶν λόγος. At Eclega ἐκλογὴ, sine diphthongo, electio uel explanatio, siue elegantia dicitur, ut inquit Plin. lib. 4. Epist. & Euseb. lib. 4. Eccl. hist. contra Tortellium.

Aegocephalus, αἰγοκέφαλος, pen. cor Auis est liene carens. Vide Arist. lib 2. de Animal. & Plin. lib. 11 c 37.

Aegoceros, ōtis, αἰγόκερως, Signum cœleste est, quod à nobis Capricornus dicitur: quod sol ingrediens, Solstitiũ hyemale efficit. Fuere q; fabulantur hunc ex Amalthea nympha capra natũ fuisse, & eodem lacte cum Ioue educatum: qui postea cœli imperio potitus, uterem collactaneum inter astra collocauit. Inueniuntur etiam accusatiuus Aegoceronta tertiæ declinationis Græcorum, à nominatiuo αἰγόκερως pro, paruũ Lucianus, Aegoceron, Cancrumq; tenet. ¶ Est etiam Aegoceros, αἰγόκερος Dioscoridi, siue (ut apud Plin. legitur) Aegoceras, herba, quæ notiore nomine Fœnum græcum appellatur: ita dictum, quod semẽ habet in siliquis caprino cornu similibus. Vide Plin. lib. 24. cap. ult.

Aegon, ōnis, pen. genitiui prod. αἰγὼν, Idem quod caprile, hoc est, stabulum caprarum.

Aegõlethros, m. f. αἰγόλεθρος Herba in Ponto alba, ex cuius flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum, uel Ponticum uocatur, dictum à capris interimendis. αἴξ enim capra, & ὄλεθρος, pernicies.

Aegonomus, m. f. pen. cor αἰγόνομος. [Ital. *Pastor di capre*. Gal.

Gal. Cheurier. gardeur de cheures. Hiſp. Cabrero, cabretizo. German. Ein geitshirt.] Caprarum ductor, qui & Aegolus, αιγολος, dicitur, quaſi αἰγας νεμων, id eſt, capras paſcens.

Aegonychon αἰγόνυχον. Dioſcoridi herbam illam eſſe docet Ruell. quæ in officinis Milium ſolis appellatur. Alio nomine Lithoſpermon uocatur.

Aegophthalmos, à Plin li 37 c.11. gemma quædam appellatur, quæ caprini oculi ſpeciem præ ſe ferit.

Aeger, Aegreo, Aegreſco. Aegritudo, Aegritudo, Aegrotus, Aegrotu, Aegrotatio, Vide Aeger.

Aegypanes, & Aegipas, αἰγυπανες ψ ῦπας, Græci uocant, quos Latini uultures.

Aegyptiacus, pen. cor. adiectiuum. Plin. lib. 6. cap. 28. Ad mare Aegyptiacum, litus q; Aegyptiacum.

Aegyptius, adiectiuum, αἰγυπτιος, Syl. Ital. lib. 13. - Aegyptius ſenex. Cic. in Pison. Nomen ad dignitatem impetu regi Aegyptio occidit. ¶ Admirabiles adeo fuere in neſtendis machinis Aegyptii, ut hinc tractum fuerit prouerbium, Nectûr ſupendas ma. huas Aegyptii. Δαναοὶ πλεκτὰς μηχανὰς Αἰγυπτίους. De uerſutis, &, ut ait Plau. conſutis dolis dictatum. Torqueri poteſt & in perplexas ſophiſtarum argutias, ac ſyllogiſmorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in Sycophantas & delatores, qui uera falſis permiſcendo, nectûr calumnias.

Aegyptia præterea, quòd geſtandis oneribus quæſtum non ſatis honeſtum facilitare conſueuerint, unde & αἰχθοφόροι dicti, in iocum prouerbialem abierunt, hoc Adagio quos non tolleret centum Aegyptii. Οὐς οὐκ ἄρασι ἂν ἑκατὸν Αἰγύπτιοι. De moleſtis dici ſolitũ ac moribus intolerandis ſeu ſæuis præturgidis. Refertur adagium ab Eudemo, à Suid. & ab Ariſtoph. in Ranis. ¶ Huic affine eſt, Aegyptius lateriſex. Αἰγύπτιος πλινθοφόρος. Ariſtoph. in Anib. Quadrare uidetur in ſordidum atq; infimæ ſortis hominem. Aut in eum qui moleſtis negotiis premitur.

Aelon, per quatuor ſyllabas αἴλων dicuntur, quib. duæ ſorores nuptſerunt. Vide Cæl. Rhod. lib. 29. c. 14.

Aelæ, æ, p. αἴλαι Græcè, Latinè procellæ, turbo.

Aelon, αἴλων Græcè, ſuauitas Latinè dicitur.

Aelurus, m. ſ. pen. pro. αἴλουρος, Latinè catus, & felis dicitur. Arift. de Anim. Ichneumones tot numero pariunt quot canes. Aelian Hiſt. Anim. lib. 7. Aelurorum mas quidẽ libidinoſiſſimus eſt: fœmina autẽ amantiſſima prolis, fuerit coitum cum maribus, quoniam ſemen emittunt calidiſſimum, & quaſi ignẽ genitalia adurens. Hoc cernens mas, cõmunem fœtum dilaniat: illa uerò prolis deſiderio, maris libidine ardentes adit rurſus. Gel. li. 10 ca. 7 Aelurorũ quoq; oculi ab eiſdem uicciis Lunæ, maiores fiunt aut minores.

Aemon, onis, gentile, αἵμων, Stephano, & fœmineũ Aemonis, idis, αἱμωνὶς. Et poſſeſsiuũ A monius a, um. Ouid. in Ep. Laodamiæ ad Protheſilaũ, Aemonia, A monio Laodamia uiro. ¶ Aemonia item, Oppidũ eſt Norici, apud Plin. li. 3. c. 24.

Aemulor, aris, d. p. Ab Aemulus, cũ accentu in bouam partẽ accipitur, p imitari, & quaſi æſſequi, ζηλόω, ζηλευτέον. [Ita Imitar à concorrenza. Gal. Imiter, taſcher à faire auſſi bien qu'on autre. Hiſp. Remedar en bien. Germ. Nit yẽr eyfferen, Nachfolgen] Cic. pro Placc. Omnes eius urbis inſtituta laudare facilius poſſumus, quàm æmulari. Terent. in prol. And. Quorum æmulari exoptat negligentiam Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam. Hor. lib. 4. Car. Pudarum quiſq; ſtudet æmulari. ¶ Interdũ ſine caſu. Plaut. in Mer. Æmulari quia non licet, inuidet. ¶ Accipitur & in bonam partem, pro inuideo, φθονέω. [Ital. Inuidiare amazzare con deſio di hauere lo altrui. Gal. Eſtre marry qu'on a ce qu'a un autre. Hiſp. Auer embidia, remedar en mal. Ger. Vergönen, Vergünſtigen] & ſic ferè cum dativo æmulatur. Cic. 2. Tuſc. Obtrectare alteri, aut illa uitioſa ęmulatione, quæ ſimilitati ſimilis eſt, æmulari, quid habet tanti? Et paulo pòſt. Quumq; corporis facibus inflammari clamus ad omnes ferè cupiditates, eoq; magis incendimur his æmulemur, qui ea habent, quæ nos habere cupimus, &c.

Aemulatio ζῆλος, ζήλωμα [Ital. Il contrafare. l' imitare altri in qualche opera inuidioſamente. Gallic. Enuie d'enſuiure quelqu'un, imitation. Hiſp. Remedamiẽto en bien ò en mal, embidia. Germ. Nachfolgung. Yfer, Item: Vergunſt.] quæ (ut Cicero Tuſcul. 4. ſcribit) dupliciter dicitur, ut in laude & in uitio nomen hoc ſit, ſicut æmuler. Nam, inquit, imitatio uirtutis, æmulatio dicitur: & eſt æmulatio egritudo, ſi eo quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat.

Aemulator, oris, Idem quod Aemulus. Cicero ad Atticum libro primo, Seruilius æmulator Catonis, ζηλωτὴς.

Aemulus, m. ſ. inuidus, φθονερὸς. [Ital. Imitatori della altrui opera, inuido. Gallicè, Imitateur, enuieux. Hiſpanicè, Embidioſo en bien y mal. Germ. Nachfolger eines dings, Vergünſtig] ot, æmula ſenectus, apud Virgil. Aeneid. Quæ qua ſi inuidere nobis uidetur iucundioris ætatis felicitatem. ¶ Item eiuſdem rei ſtudioſus, uel ſectator, atque imitator. ζηλωτὴς. Cicer. Attic 6. Licebit eum ſolus ames, me æmulum non habebis. ¶ Eiuſdem muſæ æmulus, pro eiuſdem artis ſtudioſo, uſurpatur à Gellio prouerbii uice.

Aemulus, la, lum, qui æmulatur. Terent. Miles uerò putare ſibi adductum ante oculos æmulem.

Aemulum Solis & Lunæ, ſydus Veneris. Plin. lib 2. c. 8. Æmula labra dixit Martialis lib. 1.

Aenẽus, a, um, pen. cor Idem eſt quod æreus, χάλκεος. [Ital. Coſa fatta di bronzo. Gal. Qui eſt de cuiure ou d'erain. Hiſpan. Coſa de alambre ò cobre. Germa. Ehrin, was von ertz gemacht iſt.] Colum lib. 12. ca. 20. in coctura æruginẽ remittunt ęnea uaſa. Cic. 6. Ver. Lectos æratos & candelabra ænea. Diæreſim quandoq; patitur, & interponitur aſpiratio firmioris ſoni gratia. Horat li. 1. Epiſt. Hic murus ahenæus eſto. Pro eodem etiam legitur, Ahenus, a, um, ut ahena turris, apud eundem. Vide Aheneus.

Aeneatores, Dicti ſunt tibicines, ab ænea tuba. σαλπιγκτὰς. [Ita. Trombetti. Gal. Trombeteurs. Hiſ. Tanedores de trompeta. Ger. Trommeter.] Ammian. lib. 19. Quum ſuperueſſet exiguum noctis, æneatorum clangore ductores urbem, ut mox cæſuram, terribili corona cinxerunt. Et lib 24. Aeneatorum accentu ſigno dato progrediendi ad pugnam, ad arma concurſum eſt. Suet in Cæſare Dicta. cap. 11.

Aentenſis, gentile, quo utitur Plin. lib. 4. cap. 9. & Aenian, anis, αἰνιὰν Strab. ſicut Acarnan, anis.

Aenianicus, denominatiuũ: ut Aenianicus ſinus, αἰνιανικὸς κόλπος.

Aenigma, atis, n. t. αἴνιγμα. [Ital. Enigma, allegoria oſcura. Gal. Enigme, Sentence obſcure & couuerte. Hiſ. Sentẽtia obſcura. Ger. Ein rätter ſchen.] Obſcura allegoria, uel quæſtio obſcura, quæ difficilè intelligitur, niſi aperiatur, ab αἰνίσσω, obſcurè loquor, innuo. Innuitur enim quiddã, quod pluribus explicandum eſt. Huiuſmodi eſt illud libri Iudicum. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Gel. li. 12. c. 6. Quæ Græci dicunt æniginata, hoc genus quidam ex noſtris ucteribus ſcrupos appellarunt.

Aenigmaticus, a, um, αἰνιγματικὸς, Obſcurus, & ænigmatib. inuolutus.

Aenigmatiſtes, αἰνιγματιστὴς. Qui ænigmata facit, ſeu proponit. Hieronym. contra Iouin. Sed quid ad noſtrũ ænigmatiſten, cuius libros multò difficilius eſt noſſe, quàm uincere?

Aeniochi, Vide Heniochi.

Aenum, n. ſ. genus uaſis, ab ære, quod & cacabus ſine caldaria dicitur, χαλκεῖον. Diuiditur quandoq; diphtongus per diæreſim, & tunc, ut (Seru. docet) aſpiratio interponitur, ut apud Hor. Sub noctẽ geluatã lignis calefacta ahenũ. Verg. Aut foliis undam tepidi deſpumat aheni.

Aenus, adic. idẽ ſignificat quod æreus. Verg. 2. Aen. Et luce coruſcus ahena. Quẽ Verg locũ Gel. li. 2. c. 3. teſtatur ſe uidiſſe in uetuſtiſſimo exẽplari, & Verg. (ut ipſe credebat) archetypo: ubi aſpiratio in dictione ęna nõ interpoſita erat literis, quemadmodum nunc ſcribimus: ſed Græcorũ more literis ſuperpoſita.

Aeoniloo, genus mucum, apud Dioſc.

Aeon, onis, m. t. αἰὼν, æuum Latinè dicitur.

Aepolium, lii, n. Latinè αἰπόλιον, caprarum grex.

Aepolus, li, m. ſ. αἰπόλος, caprarius.

Aeolicus, a, um αἰολικὸς: ut, lingua Aeolica. una ex quinq; Græcorum dialectis.

Aequabilis, Vide Aequus.

Aequæuus, Aequalis, eiuſdẽ ætatis, ab æqualitate ætatis ἰσήλιξ. [Italicè, Della medeſima età. Gallicè, D'un meſme aage. Hiſpanicè, Coſa de yguales edad. Ger. Gleiches alters] Virgil. 2.

Aen-

Aeneid. Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi Vitam exhalantem. Nomen est propriè poeticum: nam Aequalis oratorium est. Plinius tamen hac uoce est usus libro sexto capite 24.

Aequãmentum, Aequatio est: quod & Libramentum dicitur, æqua utrinq; portione propendente. ῥάθμωσις. Sic enim uertit Gaza locum Aristot. de Animalib.

Aequănimis, & hoc Aequanime, & Aequanimus, a, um, qui est æqui animi, qui nec prosperis extollitur, nec aduersis frãgitur ἐυγνώμων. [Italic. Quella che è d' animo temperato. Gal. Qui prend bien les choses qui luy uiennent sans se facher & ennuyer. Hisp. Paciente y sufrido. Ger. Gedultmüttig.] Ausonius, Aequanimos fiam te iudice, siue legenda, Siue legenda putes carmina quæ dedimus.

Aequănimĭtas, Fauor, & propitius animus. εὐγνωμοσύνη [Ital. Temperanza d' animo. Gal. Patience. Hisp. Patientia y sufrimiento. Ger. Gedultmüt.] Terent. in Adelph. Facite æquanimitas uestra Poetæ ad scribendum augeat industriam.

Aequanimiter, Moderatè, paticter, æquo animo, εὐγνωμόνως.

Aequātio, Vide Aequo, Aequus, in Aequus.

Aequātor, toris, Circulus in cœlo, spheram diuidens in duas partes æquales, parem utrinq; uersus polos mundi distantiam relinquens: in quẽ quum sol inciderit (quod bis contingit in anno: semel in principio Arietis, atq; iterũ in principio Libræ) dies fiunt æquales nocti in toto orbe terrarum. ἰσημερινὸς.

Aequè, ut de Aequus.

Aequidĭale, n. t. Dictum ab antiquis, quod nunc dicimus æquinoctiale, quia nox diei potius, quàm dies nocti annomerari debet. ἰσημερινὸν. Sic etiam Aequidium. ἰσημερία, quod nunc Aequinoctium. Festus.

Aequilatatio, f. t. τὸ ἰσοπλατὲς, &c. Nomen duriusculè compositum ex æquo & latum, quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio. Vitruuius lib. 1. c. 8. Tunc ab centro deducto Circino ad lineam plantiæ, æquilatatio fingetur.

Aequilānium, n. f. uidetur ex æquus & lana compositum. Festus: Aequilanium significat ex toto dimidium, dictum à lanatione lanæ, quæ dicitur æquilanio redire, quum dimidiũ decidit sordibus. Scribitur in nonnullis codicibus, Aequilauium, ut sit ab æquo & lauo, lauas.

Aequilibralitas, ἰσορροπία. Cic. 2. de Nat. deo. Etsi alii legunt æquabilitas, alij æqualitas.

Aequilĭbrium, Aequatio libræ ἰσορρόπια. [Italic. Giustezza dalla billanza che non pende qua ò là. Gal. Pareil poix, entre deux fers. Hisp. Peso que yguala à otro tanto peso. Germ. Gleiche der waag, wann die waag gleich instadt.] quod & æquamentum & Libramentum dicitur, & Trutina, quum pro bilancis seu stateræ lingua ſumitur. ῥοπὴ. Gel. Nũc cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem uelit, quæro an efficere possit rũpendi pariter membri æquilibrium.

Aequilibris, & hoc bre. pen. prod. om. t. Ex æquus & libra compositum, propriè significare uidetur, quod ad libram æquali constat pondere: ut si dicas, Hi nũmi sunt æquilibres. Id est æquali pondere. ἰσορρόπως. [Ital. Di ugual peso. Gallic. Tout d' un poix, d' un mesme poix. Hisp. De peso ygual. Ger. Gleichgewichtig.] Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitru. li. 5. c. 11. Sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ, quæ suprà scripta est. hoc est omnino æquales, quasi ad libram æquati, uel quasi æqualiter librati.

Aequilibritas, atis. ἰσορροπία. Cic. li. 1. de Nat. deo. Cõtingis ad æquilibritatem: sic enim ἰσορροπίαν (si placet) appellemus.

Aequimānus, pen. cor. Idem quod ambidexter.

Aequimentum, ait Nonius: sed melius Equimẽtum: de quo uide suo loco.

Aequinoctium. n. f. Ab æqualitate noctiũ dicitur: quòd tunc dies & nox horarũ spatio æquales sint. ἰσημερία. [Ital. Equinottio. Gal. L'equinoxe. Hisp. La ygualdad del dia y de la noche. Ger. Die zeit, so tag und nacht gleich sind.] Cic. ad Att. Nunc quidẽ æquinoctiũ nos moratur, quod ualde perturbatum erat. Duo sunt aũt æquinoctia, Vernale scilicet Autumnale. Vernale fit quarto Id. Martias, uel circa octauũ Calend. April. & in octaua parte Arietis conficitur. Autumnale 18. Cal. Octob. ante Vergiliarũ occasum, dieb. quadragiuta. Annum enim olim in duas tantùm partes diuidebant, hoc est æstiuum, & hyemale solstitium.

Aequinoctialis, adiectiuum, ἰσημερινὸς. [Ital. Cosa pertinente all' equinottio. Ga. Equinoxial. Hisp. Cosa de aquella yguala dad. Ger. Das zů der tags und nachts gleiche ghört.] Iur. Tẽpus æquinoctiale, & Horæ æquinoctiales, quarũ 24. exæquãt diem naturalẽ. Plin. li. 2. c. 75. Sic fit, ut uario lucis incremẽto in Meroe longissimus dies 14. horas æquinoctiales, & octo partes unius horæ colligat. Catul. Iam uer egelidos refert tepores, Iam cœli furor æquinoctialis, Iucundis Zephyri silescit auris.

Aequipāro, as, a. p. pe. cor. Significat cõparo, uel æquo. ἰσάω. [Ital. Agguagliare. Gal. Egaler, parangonner. Hisp. Ygualar una cosa à otra. Ger. Vergleichen.] Cic. 5. Tusc. Nemo est qui factis me æquiparare possit. Virgil. 5. Aegl. Nec calamis solũ æquiparas, sed uoce magistrum.

Aequiparābilis, & hoc le, om. t. Quod æquari uel comparari cum aliquo potest. ἰσαστὸς. [Ital. Cosa che si può comparare. Gal. Equirable, digne d' estre egalé. Hisp. Cosa que se puede ygualar. Germanicè, Gleichlich, Das mol zůuergleichẽ ist.] Plautus in Trin. Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles uestras cum nostris factiones, atq; opes.

Aequiparatio. f. t. ἰσωσις, συμβολησις. [Ital. Comparatione, parragone. Gal. Egalement, cõparaison. Hisp. Ygualdad. Ger. Vergleichung.] Gel. lib. 19. c. 5. Aequiparatio ipsa pleriq;, & paritas uirtutum inter se consimilium.

Aequīpōlleo, les, per duplex ll., Parem potestatem habeo. ἰσοδυναμέω. & Aequipollentia, æquiualentia. Perottus.

Aequĭpondium, n. f. ex adiectiuo Aequum, & Pondus. Ponderis æqualitas. σύνωμα. [Ital. Cõtrapeso giusto. Gal. Egal poix. Hisp. Peso que yguala à otro tanto peso. Ger. Gleichgewichte.] Vt si dicas, Aurũ dedi ad argenti æquipondium. Legitur hoc nomen apud Vitruu. lib. 10. c. 8. apud quem & Sacoma pro eodem.

Aequitas, Aequo, æquus, Vide Aequus.

Aequĭtŏlĕo, es, pe. cor. Item quòd æquipăro, assequor, quasi tantudem ualeo. ἰσοῤῥοπέω. [Ital. Poter parimente. Gallic. Valoir autant. Hisp. Valer otro tanto. Ger. Gleich vermögen, gleich gelten.] Ouid. de Philomela, Nam quamuis aliæ uolucres modulamina tentent, Nulla potest modulis æqui ualere tuis.

Aequĭtŏcum, à Martiano uocatur Plurinocũ, quando pluribus rebus eadem est appellatio: ut Aries. Nam & machinamentum quo muri expugnãtur, & sidus in cœlo, & animal in terris Aries uocatur. ἐμβόλιμον.

Aequor, oris, m. r. Mare dicitur ab æquare, pro planũ facere, quod æquam superficiem habeat, siue planũ sit, nullis iam à tempestate fluctuantibus procellis. πέλαγος. [Ita. Mare, planura. Gal. Vne plaine, le plan de la mer. Hisp. Llanadura del mar ò del campo. Germ. Das meer.] Cic. Acad. Quæst. Quid tam planum quàm mare? ex quo etiam æquor illud poëtæ uocant. Virg. Aeneid. 1. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere! idẽ Geor. 3. At prius ignotum ferro quàm scindimus æquor. Cic. de Diu. 2. Sic enim Aegiptii, sic Babilonii in camporum patentium æquoribus habitantes, quum ex terra nil emineret, quod contẽplationi cœli officere posset, omnẽ curam in siderum cognitione posuerunt. Quãdoq; pro aëre. Idem 2. Aen. Aspice bis senos lætantes æquore cygnos.

Aequŏrĕus, a, um, Quod ad æquor pertinet. πελάγιος. Mart. li. 3. Hic scarus æquoreis qui uenit obesus ab undis. Virg. 4. Aen. Et genus æquoreum, pro piscibus.

Aequus, a. um, In quo nihil eminet, nihilq; est inæquale. ὁμαλὸς, ἰσος. [Italicè, Voguale, piano, giusto. Gallicè, Plain & uni, egal. Raisonnable, equitable. Hispanicè. Cosa ygual, ò iusta, ò iusticiera. Germanicè, Eben, gleichlich.] Cic. pro Cecina, Sed ne æquo quidem & plano loco. ¶ Per translationem ponitur pró integro, & iustitiæ dedito, quiq; nullam in partem se inclinet. Cicero sexta in Verrem, Prætor æquus, & sapiens dimitti iubet senatum. Germanicè, Ein billicher, ein gerechter. ¶ Ponitur aliquando pro fauente, uel suffragante: & hoc interdum cum dativo: ut, Te mihi æquũ præbere debebis. Cic. ad Atti. Consequeris, ut eos ipsos, cõtra quos statuas, æquos placabilesq; dimittas. Ad rẽ quoq; aliquãdo refertur, ut æqua conditio, æqua lex, æqua postulatio. Teren. Eun. Quare æquum est nos cognoscere,

ture, & ignoſcere. Aliquando æquus, pro æquali legitur, ſic æquè magno. Terentius in Eunucho, O Thais, Thais, vtinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum. Virg. 2. Aen. Sequatur̃q; patrem non paſſibus æquis. ¶ Aequum neut. gen. Idē quod æquitas, τὸ ἐπιεικὲς. Virg. 2. Aen. Cadit & Rhipeus iuſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui Eſt̃q; naturalis quædam moderatio, quæ in pectoribus hominum reſidet, nec ſatis legi præſcribi poteſt. Definitur alter abſoluta bonitas, & æquitas, & viri medulla, germanáq; iuſtitia. Item ius non lege compreh enſum, id eſt legitimum, ſed legitimi iuris emendatio, Græce δικαίον. Aequus iudex, quem vulgus non ſuſpectum iudicat.

Æqui bonique facio, In bonam partē accipio. ἐπαινῶ, συγγνώμην τινί [Italice. *Pigliare in buona parte.* Gal. *Prendre en bõne part.* Hiſp. *Tomar en buena parte.* Ger. Zů dem beſten the I ſuchen auf vnd verſtan.] Poteſt etiam accipi pro Non magni pendo, εὐλογιστῶ πρὸς τί. Terent. Cæterum equidem illúc Chremę, æqui bonique facio. Liu. ne ſeparatius contagio malis, nos æqui bonique faciamus. Cic. ad Att. ſine copula dixit. Hæc loquendi formula à iuriſperitis eſt proiecta. Illi enim Aequum bonum appellant, quando non ſtricto & ſummo iure, ſed ſecundū æquitatis dictamen, quæ eſt legitimarum moderatrix, negocium deciditur. ¶ Ex æquo & bono ſtatuere, arbitrari, cenſere, æſtimare. ¶ Aequum & bonū impetrare, id eſt, ius ſuum obtinere, rem ſuā recipere, quod æquum erat auferre.

Aequabilis, m. r. Idem quod æqualis. ἴσος, ὁμαλὸς, ἰσόρροπος. [Ital. *Vguale.* Gal. *Egal, bien proportioné.* Hiſ. *Coſa tambien, vgual, y amigable.* Ger. Gleich.] Cic Offic. 1. Sed hoc colendum eſt æquabile, & temperatum orationis genus: hoc eſt quod à uno tenore incedit, nec multis figuris & affectibus variatur, ſicut ſolet orationum ſtylus. Idē pro Cecina, Quod æquabile inter oēs, & omnibus unum eſſe poſſit.

Aequabilitas, ſ. f. ἰσονομία, ὁμαλότης [Ital. *Vgualita.* Gal. *Egalité.* Hiſ. *Ygualdad.* Ger. Gleichförmigkeit.] Idem ferè quod æqualitas, hoc eſt, certus quidam rerum modus, & conſtantia: nec tibi conſtans, & nulla parte in vitium inclinans ratio: Aequabilitas uitæ, in qua nulla eſt perturbatio, nec varietas, aut diſcrepantia. Cic. 1. Offic. In liberis uerò populi, & in iuris æquabilitate exercenda etiam eſt facilitas. Ibidem, Aequabilitas tum uniuerſæ uitæ, tum ſingularum actionum, maximè decora eſt.

Aequabiliter, ad uerbium, Aequabiliter, ὁμαλῶς, ἰσονομικῶς. Idē de Ora. Genus facetiarum æquabiliter in omni ſermone fuſum. Idem 2. de Natur. deorum. Tactus autem toto corpore æquabiliter fuſus eſt.

Aequalis, om. r. Par, æquè magnus. ἴσος, ὁμαλὸς. [Ital. *Piano, eguale.* Gal. *Pareil, egal.* Hiſ. *Coſa ygul à otra coſa.* Ger. Gelect.] Cic. 1. de leg. Paupertatem diuitiis etiam inter homines æqualem eſſe uolumus. Idē 1. de Orat. Et Cretici æqualis Paon qui ſpatio par eſt, ſyllaba longior ¶ Interdum accipitur pro ſimili. ἔμοιος Plin. Quum & ipſe æqualem fortunā experius fuiſſem. ¶ Referitur & ad ætatē: dicunturq; Aequales, ἥλικες, qui pares ſunt ætate, & æquè multos numerāt annos. Coætanei uerò, ἡλικιῶται, dicuntur qui ætate eadē numerant, etiamſi alter altero annis multis fuerit maior. Sic Cicer. & Auguſtū coætaneos fuiſſe dicimus, æquales uerò æquæquam. Cic. in Catone, Nec cum æqualibus ſolùm, qui pene admodum reſtant. Idē de Clar. Orat. Liu. Ennio æqualis fuit. ¶ Prouerbialiter dicimus, Aequalis æqualem delectat, ἥλικα ἥλιξ τέρπει. pares enim facillimè congregātur. Iam prima familiaritatis conciliatio proficiſcitur ab æqualitate, quam Græci uocant ὁμηλικίαν. Ad quod alludens Horat. Od. 6. ait, Ἀτὰρ ἡμῖν ὁμήλικες ἀμφὶς, id eſt, Quin tam ſumus æquales. Vide Ariſt. 2. Rhetorico.

Aequalitas, Similitudo, paritas, ſeu æquabilitas ὁμαλότης. [Ital. *Vgualità.* Gal. *Egalité.* Hiſ. *Ygaldad.* Ger. Gleiche.] Cic. Top. Multa autem ſunt quæ æqualitate ipſa comparantur. Ita in 10. c. 31. Carnes̃q; quæ excreſcunt, ad æqualitatē reſtituuntur exempler quoq; & ad cicatricem perducit. ¶ Pythagorica eſt, Amicitia æqualitas, Amicus alter ipſe, Τὸ φίλον ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχήν. Τὸν φίλον, ἕτερον ἑαυτόν. Neq; enim quicquam non cōmune, ubi fortunarum æqualitas: neq; diſſenſio, ubi idem animus: neq; diuortium, ubi coagmentatio duorum in unum. Vide Ariſt. Magnor. Moral. 2. & Plat. de Leg. 6. ¶ Huic prouerbio eſt illud ſimile, Aequalitas laud parit bellum, τὸ ἴσον φίλιμον ὂν ποιεῖ. Aequalitate enim continetur concordia, inæqualitas diſcordiarū eſt mater. Solonis eſt apophthegma in Plutarcho.

Aequaliter, ſimiliter, pariter, ex æquo ὁμαλῶς, ἴσως [Ital. *Vgualmente* Gal. *Egalement, pareillement.* Hiſp. *Ygualmente.* Ger. Gleichlich.] Cic. 4. Acad. Aequaliter omnibus abrogatur fides: hoc eſt, tam his abrogatur quàm illis.

Aequè, aduerbium, Significat iuſtè. δικαίως. Ital. *Giuſtamente, Vgualmente.* Gal. *Iuſtement, pareillement, ieſtement.* Hiſ. *Ygualmante ò por tambien, ò iuſtamẽte.* Ger. Billigklich.] Seneca, Iudex qui parte inaudita altera aliquid ſtatuit, etiā ſi æquè ſtatuerit, haud æquus fuit. ¶ Nonnunquam idem quod Ex æquo, uel æqualiter, ἴσως, ὁμαλῶς. Cic. 1. Offic. Benevolentia Ciuium non æquè omnes egent. Idē Fam. 13. Literæ utriq; noſtrum propè æquè gratæ erant. ¶ Interdum ſignificat Tam, uel Tantum uel Similiter, ὁμοίως, & admittit Ac, uel Atq, uel Vt. Suet. in Cæſ. Nihil æquè, ac iudicis acerbitas profuit. Terent. in And. Miſer æquè atq; ego. Cic. Att. Simul quòd æquè ea quæ ſunt, ut ea quæ certè futura ſunt, uidere non poſſum.

Aequitas, f. f. [Ital. *Pianura, giuſtitia.* Gal. *Egalité, equité, moderation de droit.* Hiſpanic. *La iuſtitia que tiempla lo derecho.* Germanicè, Billigkeit.] Modò planitiem ſignificat, ὁμαλότητα: modò iuſtum, quodq; rationi conſentaneum eſt: modò paritatem quandam inter homines, quam Cic. æqualitatem uocat, quum omnes coæquamur, ἰσοτιμίαν. Nam Deus, qui homines generat, & inſpirat, omnes æquos, id eſt, pares eſſe uoluit, eandemq; conditionem uiuendi omnibus poſuit, omnibus immortalitatem ſpopōdit: nemo apud Deum ſeruus, nemo dominus. Vbi non ſunt univerſi pares, æquitas non eſt, & excludit inæqualitas ipſam iuſtitiā, cuius uis omnis in eo eſt, ut pareis faciat eos, qui ad huius uitæ conditionem pari ſorte uenerūt. Huiuſmodi æquitate, quam Græci ἰσοτιμίαν uocant, ad iudicandas res maximè opus eſt, ut nullo perſonarū delectu iudex moueatur, nullāq; aut gratia aut malevolentia à uero honeſtoq; deflectat. Sæpenumero autem accipitur Aequitas, pro perfecta quadam ratione, quæ leges, ſtrictumq; ius interpretatur, & emendat, nulla Scriptura comprehenſa, ſed ſolùm in uera ratione conſiſtens. Cicero pro Cecinna, Omnino iam bene agis: à uerbis enim recedis, & æquitate uteris. Idē pro Planc. Fugiſti ſententiam legis, æquitatem omnem reieciſti. ¶ Pro eodem etiam dicimus Aequum & bonum. Idem pro Cecinna, Ex æquo & bono, non ex callido uerſutoq; iure rem iudicari oportet. ¶ Aequitas animi, eſt conſtantia quædam ac moderatio, quum æquo animo, patiēterq; omnia ferimus, & in bonam partem accipimus. ἐυγνωμοσύνη. Cicero 2. ad Att. Perſpice æquitatem animi mei. Idem de Senectute, Noui enim moderationem animi tui & æquitatem. Pro eodē etiam legitur Aequitas abſolutè. Idem in Piſonem, Quo in ſpectaculo mira reipublicæ æquitas erat, uter eorū periſſet, tanquam laniſta. Cicero in Partitio. duplicem uim conſtituit, cuius altera directi, & ueri, & iuſti ratione conſtet: altera ad ulciſſitudinem referendæ gratiæ pertineat, quæ in beneficio Gratia, in iniuria Vltio nominatur.

Aequo, as, aū. p. Aequum, ſiue æqualē facio, plano. ὁμαλίζω. [Ita. *Spianare.* Gal. *Aplanir, egaler, faire uni.* Hiſ. *Ygualar una coſa à otra.* Ger. Eben machen, gleich machen.] Plin. Aequato deinde pauimento intunditur oleum. Cicer. Verr. 6. Quo in ſummo eſt æquata agri planities, & æquæ perennes. Et hæc propria eſt huius uerbi ſignificatio. ¶ Per translationem autem ſignificat æqualiter diuidere. Virgil. 1. Aeneid. operumq; laborem Partibus æquabat iuſtis. Aliquando cōtinuare. Idem 9. Aeneid. felix ſi protinus illum Aequaſſet noctis ludum. Accipitur etiam frequenter Aequare, pro eo quod dicimus, Aequalem uel parem alicui facere, uel etiam quempiam, aliqua in re aſſequi. Atque ita interdum conſtruitur cum præpoſitione Cum. Cicero de Legibus 3. Inuentum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus ſe æquari poſſint. Interdum cum dativo. Idem Offic. primo. Vt non ſolum orationes meas, ſed hos etiam de Philoſophia libros, qui ſe iam illis ferè æquarunt, ſtudioſè legas. Interdum abſolutè. Cæſar belli Gallici primo, Vt æquato omnium periculo ſpem fugæ tolleret. Huius compoſita Adæquo, Coæquo, Exæquo & Peræquo, quæ ſecundum uim præpoſitionum ſignificant.

Aequa-

Aequatio, verbale, Aequalitas. ὁμαλότης. [Ital. Pareggiamento, equalità. Gal. Zplaniſſement, egalement. Hiſp. Obra de ygualar una coſa à otra. Ger. Ein ebne, gleiche.] Liu. 4. ab Vrbe, Nec excellere unum aut alterum ordinem in ciuitate, ſed æquationem ad dignitates fore credidit, &c. Deinde etiam apud Matth. æqualis motus Planetarum ad inæqualẽ reductio.

Aër, m. r. ἀήρ. [Ital. Aere, aria. Gal. L'air, un des quatre elemens. Hiſp. Ayre elemento. Ger. Der luffr.] Propriè dicitur mediũ ſpacium inter elementum ignis & terram, plus multò habens raritatis, quàm inferiora elementa. A Virg. etiam inane uocatur, in Sileno, Nanq; canebat uti magnum per inane coacta ſemina. Dictus Aër (ut quidam autumant) ἀπὸ τῦ ἀείρειν, ab eo quod ferat terram, uel quòd feratur. Sed credo potius dici, ab ἄημι, id eſt, ſpiro: unde prodoceit ultimam. Luc. li. 1. Aër & longi uoluent Titana labores. Qui corrumpiunt. Claudiani deprauata lectione falluntur, dum ſic legũt, Lucidus umbroſo miſcebitur aër Auerno. uera ſiquidem lectio non habet Aër, ſed Axis. Alioqui neq; quantitatis ratio conſtaret, neq; ſenſus conueniret. Hic autem aër partim ad terrenam, partim ad cœleſtem materiam pertinet. Nam illa ſubtilis, ubi uentoſi ac procelloſi motus non poſſunt exiſtere, ad cœleſtem pertinet partem: iſte uerò qui uolucribus permeatur, & ſtadiis quadraginta (ut Poſſidonius ait) à terra diſtat, quũ ſit turbulẽtior & exhalationib. humidis corporeſcat, terrę deputatur, atq; ex ſe multas ſpecies reddit. Nam cõmotus, uentos facit: uehementius concitatus, Ignem & tonitrua: contractus, nubila: cõſpiſſatus, pluuiam: congelatis nubibus, niuem: turbulentius congelantibus denſioribusq;, grandinem: diſſẽtus, ſerenum efficit. ¶ Prouerbiali figura dicimus, In aëre piſcari, & in mari uenari. Vſurpatur à Planto in Aſinaria, quadrabitq; ſimpliciter in eos qui fruſtra moliuntur τὰ ἀδύνατα: aut qui præpoſtere ibi quærunt aliquid, ubi ne ſperari quidem poſſit. Vt ſiquis in magiſtratibus quærat tranquillam, in uoluptatibus beatam, in opibus felicem quærat. ¶ Aliquando Aër dicitur uentus, ſpiritus, uel flatus modicus. Virgi. Aëra dimouit tenebroſum, & diſpulit umbras. ¶ Aliquãdo dicitur ſonus. Varro, Anima ut concluſa in ueſica, quando eſt arctè ligata, ſi pecueris, aëra reddet. Eſt aër omniũ rex & morborũ cauſa. Hippoc. lib. de Flat.

Aëripes, quatuor ſyllabarum, penult. corr. Celer, quaſi Aerios pedes habens. ἀερίπους. Virg. ſynæreſim facit. Fixerit Aeripi dem cernam licet.

Aerius, adiectiuum quatuor ſyllabarum, aut Aerius, ἀέριος. [Ital. Fatto di aria. Gal. De l'air, qui eſt de l'air. Hiſp. Coſa altoſa. Ger. Luffig, oder was in dem luffte iſt oder lebt.] Propriè ſignificat quod in aëre fit aut in aëre uiuit. Cic. in Topic. Deinceps aërii uolatus auium atq; cantus. Virg. 4. Geor. Protinus aërii mellis, cœleſtia dona. Mel aërium uocat, quia ex rore colligitur, qui ex aëre defluit. ¶ Aliquando altum ſignificat. Virgil. Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo. Et alpes aërias. Idem 3. Georg. Arces aërias 1. Aenoid. Diuinatio ex aëre.

Aëromantia, pen. pro. ἀερομαντεία, Diuinatio ex aëre.

Aes, æris, n. t. p. Numeri nota erat in moneta, qua eius precium deſignabatur. Lucilius, Hæc eſt ratio peruerſa, æra numeri ſubducta improbè. Aſtrologi quoq; tẽporis initium, à quo ſupputationes incipiunt, Aeram uocant. Vide Cel. Rhod. lib. 10 cap. 2. ¶ Aera, ἄῖρα, Herba triticum enecans, quæ apud nos lolium dicitur, ut inquit Dioſcor. Plin. lib. 18. cap. 17. Eſt herba quæ cicer enecat, & eruum, circumligando ſe: uocatur orabanche: triticum ſimili modo æra.

Aereus, a, um. Quod ex æra factum eſt. Plin. Panis uerò cum melle & aerinea farina. id eſt, loliacea.

Aerica, Piſcis eſt, carnivorus, qui unus inter omnes piſces pediculis ſub branchiis innatis infeſtatur γαλκὶς. Ariſtot. Chalcidem uocat, ſi Gazæ credimus, qui li. 8. Hiſt. anim. Aericam uertit, quem Ariſtot. Chalcidem appellat.

Aerinus, a, um. Siue (ut alii legunt) Aerineus, idem eſt quod Loliaceus. Vnde Farina ærina, uel æriuea, quæ fit ex Lolii ſemine. Plin. lib. 22. cap. 25. Aerina farina magis cæteris purgat ulcera uetera. Vide Aera.

Aerizuſa, f. p. ἀερίζουσα. Gemma eſt ex Iaſpidum genere, ab aëris colore nomen habens. Nam ἀερίζουσα, eſt aërem imitari. De hac Plin. lib. 37. cap. 8.

Aerõmĕli, ἀερόμελι, Liquor eſt in Syria præcipuè & Arabia ſereno cœlo ex aëre defluens ſub exortum Vergiliũ, plantiſq; adhærẽſcens, & deinde duritiem quandam colligens. A quibuſdam ros Syriacus, à recentioribus Manna dicitur. Vide Ruellium lib. 1. c. 24.

Aerugo, pen. pro. ginis, f. t. Idem quod rubigo, & propriè in ære, uel argento, quum uirideſcit. ἰὸς χαλκοῦ. [Ital. Ruggine. Gal. Le rouil ou la rouillure du cuiure ou crain ou d'autre choſe. Hiſp. El moho de cobre. Ger. Roſt des ertzs, oder des ſilbers.] rubigo uerò in ferro, & ſegetibus, ἰὸς σιδήρου. Quanquam & Rubigo pro æris uitio poſitũ inuenitur. Plin. lib 14. c. 9. Aera exterſa celerius rubiginẽ trahunt, quàm neglecta, niſi oleo perunguntur. ¶ Transfertur ad ſegetũ rubiginem, ut eſt apud Theophraſt. lib. 4. de Cauſis plantarum, appellat enim Græcè ἐρυσίβην. Eſt autẽ Aerugo incidentis ſegetibus humoris, putrefactio, quo uitio ſpicæ marcida fiunt, & in puluerem fœtidũ contriſtiles. Apud Hor. & Iuuenalem accipitur Aerugo pro pecunia, quæ ex ære fit.

Aerũginõſus, a, um. [Ital. Pieno de rugine. Gal. plein de rouil, rouillé. Hiſ. Coſa mohoſa. Ger. Roſtig.] Quod eſt æruginę plenum. Seneca lib. de Bre. uitæ, Maiorem dierum partem in æruginoſis Iamellis conſumit.

Aerumna, f. t. ἀπὸ τῦ ἀείρω, Leuo, tollo: nam propriè Aerumnæ, & per diminutionem Aerumnale dicuntur furcinulæ, quibus uiatores ſarcinas ſuas religatas, tabella interpoſita ferre conſueuerunt: quæ à Mario earum inuẽtore Muli Mariani poſtea uocatæ ſunt: de quibus ſuo loco. Hinc factũ eſt, ut labores onoroſi, Aerumnæ dicantur. ὀϊζύς. [Ital. Gran fatica. Gal. tribulation & une facherie pleine de trauail. Hiſp. Trabajo conſtan. Ger. Trübſälickheit, beſchwerd, arbeitſäligkeit.] Cic. lib. 2. de Fin. Labores non fugiendos, ærumnas nominarunt. Vnde Labores Herculis, Aerumnæ ſunt appellatæ. Plaut. in Perſa, Superauit æruumis ſuis æruumnas Herculis. Auſonius, Prima Cleonæi tolerata æũna laboris. Cic. lib. 4. Tuſc. Aerumna eſt ægritudo laborioſa. Breuiter, Aerumna dicitur miſeria, calamitas, infelicitas.

Aerumnoſum dicitur, quod eſt laboribus, ac miſeriis afflictũ. ὀϊζυρόν. [Ital. Carico di miſerie & diſgratie. Gal. fachè, & affligé extremement. Hiſp. Apaſſionado. Ger. Arbeitſälig, mit ellend beladen.] Cic. 5. Tuſ. Nec tam æruumoſo nauigaſſem ſalo. Apud Plau. in Capt. etiam inuenitur Aerumnatus adiectiuum, Tũ igitur ego æruumnatus, deartuatus ſum miſer.

Aerũnabilis, pe. cor. ὀϊζυτικὸς, Aerũnis plenus. Luc. li. 6. Illud in his rebus miſerandũ magnopere uinũ Aerumnabile erat.

Aerũmnalis, adiectiuum: ut, Labor æruumnalis. ὀϊζυρὸς. Apul. lib. 1. de Aſin. Mox in urbe Latia aduena ſtudiorum Quiritũ indigenam æruumnali labore aggreſſus excolui.

Aerũſcãre, n. p. ueteres dixerũt pro, pecunias undiq; fallaciis colligere. ἀγυρτίζω, χαλκολογέω. [Italic. Buſcare denarii. Gal. Queſter, mendier auec menſonges & tromperies, belliſtrer. Hiſ. Buſcar dineros per todas partes. Ger. Gelt mit betrug hin vnd wider überkõmen.] Gel. li. 9. c. 2. Aeruſcãti cuipiam id genus & philoſophum ſe oſtentanti, dari iuſſit mille nummũm.

Aeruſcator, pen. pro. ἀγύρτης. Qui malis artibus æs, i. pecuniam, corradit undiq; : quales ſunt mimi, præſtigiatores, arioli. Gel. lib. 14. c. 1. Sed id præſtigiatũ, atq; offuciarum genus cõmentos eſſe homines æruſcatores, & cibum quæſtumq; ex mendaciis captantes.

Aes, æris, n. t. Propriè ſpecies eſt metalli rubro colore, primũ in Cypro reperta. χαλκὸς. [Ital. Rame. Gal. Erain, cuiure, leton. Hiſ. Cobre. Ger. Ertz.] Deductũ nomen putant alii ab auri ſimilitudine, alii à Græco, ἄια, terra, Varro ab æſſe. Et quia primũ maximo in pretio fuit, adeò, ut pecuniã quoq; iacente auro, ex eo ſignarent, factum eſt, ut pro ipſa pecunia accipiatur. Ouid. in Faſt. Aera dabant olim: melius nunc omen in auro eſt, Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ. Cat. Fundũ ærib. ſuis emptũ poſſidebant. Serui. Rex primus poſt Vrbem conditam ſignare æs cœpit, cuius in altera parte meta fuit Ianus geminus: in altera roſtrũ nauis. Hęc Plin. 33. Merobius antè primùm æs à Iano ipſo ſignatum fuiſſe tradidit, eo tempore quo Saturnus, filiũ fugiens, primùm in Italiam uenit. Hócque à Iano tributum exiſtimat aduenæ bene de ſe meriti memoriæ, quòd rudis illa Aborigenum gens monſtrato agriculturæ uſu, ab illo ad meliorem uitæ cultum eſſet traducta. Quare etiam à Iano in portionem regni eſt receptus. Et quoniam naui fuerat aduectus, in ſignando æri ex una quidem parte, ſui capitis effigiem, ex altera nauis roſtrum

from impreſſit, ut quantum in ſe eſſet, Saturni memoriæ conſuleret, ne accepti beneficij immemor eſſe uideretur. Ponitur etiam quandoq; pro tubis, quoniam ex ære fiunt. Virgil. 6. Aen. Aere ciere uiros. Vnde Aeneatores, tubicines dicuntur. ¶ Aes alienum, Idem quod debitum. χρέ@, ὀφείλημα. [Ital. El debito fatto. Gall. Debte, les deniers d'autruy. Hiſp. La deuda de dineros preſtados. Germ. Geltſchuld.] ut, Aes alienum meum, æs alienum tuum, æs alienum ſuum, id eſt quod ego, quod tu, quod filius contraxit, & debet. ¶ Hinc prouerbiali quadam ſpecie dicimus cum in ere noſtro eſſe, quę nobis officijs obſtrictum ſignificamus, nec tam totus cerroq; noſter ſit. Quo eleganter uſus eſt Cic. Famil. 13. Et me herculeſ ſemper ſic in animo habui, te in meo ære eſſe, propter L. Lamiæ noſtri, coniunctionem, id eſt inter amicos meos eſſe. Idem ad Caſſium lib. 15. In ære enim meo eſt, idem eſt quod meum, & in bonis meis eſt, atque in eratu meo. Sic, In ære alieno nullo eſſe, idem quod nihil debere. Cic. 4. Verr. At hominem uideo auctionem feciſſe nullam, uendidiſſe præter frustus ſuos nihil unquam, non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis ſemper fuiſſe. ¶ Dicitur etiam Aes noſtrum, τὸ χρεωφειλόμενον, quod nobis alij debent. ¶ Aes militare dicebatur, quod tribunis erariis attributum erat, ut militibus redderetur. χρέα μετὰ τραπεζιτικά. Plautus in Aul. Cedit miles, æs perit. ¶ Aes ductile, Quòd facilè ducitur, attenuaturq́ue in laminas. χαλκὸς ἐλατός. Hoc & Regulare uocat Plin. lib. 34. ca. 9. Aes caldarium, Quod funditur tantùm, & malleis fragile eſt. χαλκὸς χυτός. Plin. lib. 34. cap. 9. ¶ Aere diruti milites uocabantur, quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur. Cicer. in Verrem, Aleatoris caſtra, in quibus quam frequens eſſet, ære tamen diruto eſt.

Æramentum, ti, n. ſ. Opus ex ære confectum, ut Ferramẽtum, ex ferro. χάλκωμα, χαλκούργημα. [Ital. Coſa fatta di rame. Gall. Ouurage de cuiure ou d'erain, dinanderie. Hiſp. El labrabre. Ger. Erinwerck, das auſs ertz gemacht iſt, ertzin geſchir.] Plin. lib. 11. ca. 8. Lora etiam ac corta omnia, & calcea minas, axesq; decocta ungi, atq; æramenta contra æruginem.

Ærarium, Aeris repoſitorium, hoc eſt nummorum, ſimilium q́æ rerum pretioſarum, atq; opum, quæ utilitatem Reipublicæ allaturæ erant. σκεῦοφυλάκιον. ταμεῖον. [Ital. Dóue ſe ripone il theſoro. Gall. Le treſor public ou lieu ou il eſtoit. Hiſp. El theſoro publico. Germ. Schatzkammer, Das ort da ein gemein gůt jr gelt hinbehalten] Sic dictum, quòd æra in illud principaliter inferebantur. Romanorum autem ærarium in æde Saturni fuiſſe conſtat, propterea quòd auro illo ſeculo nullum factum eſſe forum creditur. Cic. 1. Tuſcul. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, uerbis tamen defendebat ærarium. ¶ Diſtinguitur autem Aerarium à Fiſco, quòd Aerarium ſit ciuitatis, fiſcus principis.

Ærarios præfectos, hodie (ut arbitror) uocare poſſumus, quos Generales financiarum dicunt: qui etiam Quæſtores uocitari poſſunt: quod munus olim Prætores, Prætorijs obibãt. [Ital. Theſorieri, camerlinghi. Gall. Generaux des finances. Hiſp. Theſoreros. Ger. Seckelmeiſter, Schatzmeiſter, die über den gemeinen ſeckel verordnet ſeind] Tribunos uerò erarios, ἀπομοιρ[ε]ῖς, quos Receptores generales appellant. Dicti autem (ut Varro ſcribit) tributa erat pecunia, quam tributus redderent: idq́ue quod attributum erat, dicebatur Æs militare. ¶ Aerarii milites, dicti ſunt ab ære, quòd ſtipendium facerent, μισθοφόροι.

Æreus, a, um, Quod eſt æris, ſiue ex ære. χάλκεος. [Ital. Coſa fatta di rame. Gall. Qui eſt fait d'erain ou de cuiure. Hiſpan. Coſa de materia de cobre. Germ. Das zů dem ertz gehört] Plin. lib. 33. Laudationem eandem in ærariis metallis, & pro mam argentarij is fieri compertum eſt. ¶ Aerarius ſubſtan qui ærea opera fabricat χαλκεὺς. χαλκουργός. [Ital. Chi opera di rame. Gall. Qui ouure en erain ou cuiure, chaudronnier, dinandier ou maignen. Hiſp. Official que la bra metal. Ger. Kupfferſchmid, Ertzſchmid] Plin. lib. 16. cap. Aerariorũ tantũ officinis cõpendio. ¶ Aerarios fieri dicebatur, qui plebeios à Cenſoribus in centũ tabulas referebantur, ac per hoc nõ eſſe in albo centuriæ ſuæ denoſabant, ut ciuis, ſed tantũmodo, ut pro capite ſuo tributi nomine æra pẽderet. Hæc Bud. ferè ex Aſconio. κατάδικοι, ἀπὸ ψηφισμάτων. Vnde Aerarium facere, & inter æra rios, ſiue æ rarios referre, pro codẽ leguntur: hoc eſt ea ignominia quempiã afficere: quod ius propriè ad Cenſores pertinebat. Lio. li. 4. ſecund. Bell. Pon. His ſuperioribuſq; illis equi adẽpti, qui publicũ equũ habebãt, tribuſq; moti, ærarii oẽs facti.

Æratus, Adiectiuũ, Quod ære tectũ eſt. κεχαλκωμένος. [Ital. Coperto di rame. Gall. Couuert d'erain ou de cuiure. Hiſp. Coſa de fuera cubierta de cobre. Ger. Verlůpffert, mit kupffer überzogen und bedeckt.] Plin. li. 34. cap. 1. Quòd ærata oſtia haberet in domo, & triclinia ærata, abacoſq; & monopodia. ¶ Aeratus homo, ære alieno obſtrictus: qui oſtratus dicitur Obæratus. Cic. Attic. lib. 1. Tribuni non tam ærarij, quàm, ut appellantur, ærati. Plaut. pro pecunioſo poſuit in Moſtel. Ferocem facis, quia re æratus amat.

Aere diruti milites dicebantur, quibus propter Ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur.

Aereus, a, um, Quod eſt ex ære factũ. χάλκεος. [Ital. Coſa fatta di bronzo. Gall. D'erain ou de cuiure. Hiſp. Coſa de materia de cobre. Ger. Ertzin, das auſs ertz gemacht iſt.] Virg. 1. Aen. Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nexiq; Aere trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.

Aerifer, pen. cor. Adiectiuũ, χαλκοφόρ@, i. æs ferẽs. Ouid. 3. Faſt. Iamq; erat Rhodopen Panaiq; fluminа uentũ. Aeriferq; comitũ cõcrepuere manus. Id eſt, crepitacula ærea ferentes.

Aerificium, Quod ex ære factum eſt. χάλκωμα. Varro, Politæ enim quaſi artificio uidebantur.

Aeripes, trium ſyllabarum, Aeneos habens pedes. χαλκόπους. Ouid. 6. Epiſt. Narrat & æripedes Martis arare boues. Hoc eſt habentes pedes ære munitos. Idem 12. Epiſt.

Aeriſõnus, a, um, adiect. Aeris dans ſonũ. χαλκόφων@. Stat. li. 1. Theb. melius uotis Marcotia ſumat Captos, & æriſoni lugentia flumina Nili. Aeriſoni Nili, hoc eſt, dantis ſonum æris, propter ſiſtra, quibus in Iſidis ſacris utebantur.

Aero, as. Significat æs miſceo, ære adultero, ſiue ære orno. χαλκόω. [Ital. Coprir di rame. Gall. Couurir d'erain. Hiſp. Cobrir de cobre. Ger. Mit ertz vermiſchen, oder mit ertz zieren] Vnde Aerata ſores apud Virg. Priſcianus, A metallorũ quoq; nominib' ſolent naſci uerba: ut ab auro, Auro, auras: ab ære, Aero, æras. Vnde Auratus, & Aeratus. Cic. 3. Verr. Lecti ærati, candelabra aurea. ¶ Holus uerbi compoſita ſunt Oboro, Subæro, & Adæro: de quibus uide ſuis locis.

Aerõſus, a, um, Quod ære abundat. χαλκώδης. [Ital. Pieno di rame. Gall. Plein d'erain, miſtionné auec force erain ou cuiure. Hiſp. Coſa que tiene mucho cobre. Ger. Voll ertz, oder Kupffer.] Vnde Cyprus æroſa dicta eſt, quòd in ea æris plurimum naſceretur, uel quòd primùm ibi æs fuerit repertum. ¶ Aurum æroſum, quod multum æris habeat admiſtum. Plin. lib. 33. cap. 4. Ediuerſo aurum æroſum contrahit ſe, hebetaturq; & difficulter ferruminatur. ¶ Lapis æroſus, ex quo æs excoquitur, quem & Cadmian, καδμείαν, appellari teſtatur idem Plin. lib. 34. cap. 1.

Aeſtlon, αἴσχλον, pen. cor. Genus accipitris, quod ſolum toto anni tẽpore noſtris in regionibus apparet. Reliqua enim accipitrum genera ſub hyemem abeunt. Plin. lib. 9. cap. 8.

Aeſchylus, αἰσχύλ@, pen. cor. Poëta tragicus Athenienſis. Horat. lib. 2. Epiſt. Idem in Arte Poëtica. Poſt hunc perſonæ, pallęq; repertor honeſtæ Aeſchylus, & modicis inſtruxit pulpita tignis. Et docuit, magnũq; loqui, nitiq; cothurno. Val. Max. lib. 9. cap. 12. eũ appellat originem & principiũ fortioris tragœdię. Hic Athenis excedens in Siciliã uenit. Quumq; monitus eſſet, in fatis eſſe ut ex ictu ſupero è prouentente mori eũ oporteret: teſtũ uitans ſub dio manebat aperto capite. Itaq; mœnibus orbis, in qua morabatur, egreſſus, aprico in loco reſedit: ſuper, quẽ aquila teſtudinem ferens, elapſa ſplendore capitis (erat enim capillis uacuum) perinde atq; lapidi eam illiſit, ut fractæ teſtudinis ueſceretur: eoq; ictu extinctus eſt anno ætatis LVIII Ex Valer. & Volater. Vide Plinium lib. 10. cap. 3. Quintil. lib. 10. cap. 1. & Cic. 1. Tuſcul.

Aeſchylus Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & facето uerborum genere uſus eſt. Cic. in Bruto.

Aeſchyleus, pen. corr. adiect. αἰσχύλ@. Proper. 2. lib. 2. Eleg. ult. Deſine & Aeſchyleo componere uerba cothurno.

Aeſculanus Deus, & Argentinus, dicti ſunt dii æris, & argenti, id eſt locupletandorum hominum poteſtatem habentes. Bud. lib. 5. de Aſſe.

Aeſculus, αἰσχύλ@, pen. cor. Vide Eſculus.

Aeſtas, fœmin. gener. declin. tert. θέρ@. [Ital. Eſtate. Gallicè, Eſté. Hiſpanicè, Eſtio. Germanicè. Der Sommer.] Anni pars incipiens ab æquinoctio uernali, & finem accipiens

picus æquinoctio autumnali: conſtatq; ſenis menſib. Nam totus olim annus in æſtatem tantùm & hyemem diuidebatur. Poſtea tamen anno in quatuor partes diuiſo, cœpit Aeſtatis nomine uocari trimeſtre illud ab ingreſſu Solis in Cancrum, uſque ad æquinoctium autumnale, quod fit ſole ingrediente Libram. Ita enim deſtinguuntur quatuor anni partes, ut Sole ingrediente Arietem, incipiat Ver: in Cancro Aeſtas, in Libra Autumnus, in Capricorno Hyems principium ſumat. Varr. 4. de ling. Lat. Ab æſtu Aeſtas: hinc Aeſtiuũ, niſi forte à Græco αἴθω dicitur. Virg. 1. Aenei. -nam te iam ſeptima portat Omnibus errantem terris, & fluctibus æſtas. ¶ Aeſtati opponitur hyems, unde quum admonendi quidam ſunt, ut omnia ſuo tempore agant, in eos quadrabit hæc prouerbialis formula, Alia æſtate, alia hyeme. Sic Theocri. in Idyl. λ. Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεϊ, τὰ δ' ἔαρι γίγνεται ἄλλα μάλ' ἄλλοις. Id eſt, Verùm alia æſtiuo atque hyberno tempore fiunt. ¶ Ad eundem ferè ſenſum pertinet & illud ex Heſiodo in libro qui inſcribitur, Opera & Dies, Οὐκ ἀεὶ θέρεος τοῖος ἔσεται, πεπιθοὺς κελεύω. Aeſtas non ſemper fuerit, compos mentis nidos. Hoc dictum oportuit adoleſcentum pileis inſcribi, neque enim tantum admonet parandam eſſe rem in ſenectam, uerùm etiam eruditionem, uirtutem, honeſtam famam, quæ præſidia ſunt optima ſenecturis.

Aeſtiua, orum, pluraliter, n. ſ. Dicuntur loca umbroſa, nemoroſa, in quibus per æſtatem uitatur Solis ardor. τὰ θερινά. [Ital. Ombria, meriggio. Gal. Lieux pour ſe mettre à l' umbre en eſté. Hiſp. Lugar freſco, para tener el eſtio. Ger. Sum merhauſs, ſummerlaubẽ, Ein ort da man im ſummer iſt.] Statius, Et umbroſi patuere æſtiua Lycæi. ¶ Quandoq; ponitur pro ipſis gregibus in æſtiuo commorantibus: uel cõtrà pro ipſis locis, in quibus æſtate ſunt armenta & greges. Virgil. lib. 3. Georg. -nec ſingula morbi Corpora corripiunt, ſed tota æſtiua repente. ¶ Aeſtiua caſtra dicuntur, in quibus æſtate milites degunt, quemadmodum Hyberna, in quibus hyemem tranſigunt. Cic. Epiſt. lib. 1. Mihi erat in animo, quum primum æſtiua attigiſſem, militaremq; rem collocaſſem, decedere ex Senatuſconſulto. Idem Attic. libr. 2. Cicerones noſtros Deiotaros filius ſecum in regnum duxit dum in æſtiuis nos eſſemus.

Aeſtiuo, as, are, penult. prod. n. t. Propter æſtum euitandum alicubi morari: quemadmodum Hyberno hyemem aliquo in loco tranſigo. τὸ θέρος διάγειν. [Ital. Ombreggiar per foggire il caldo. Gal. Paſſer l' eſté, faire ſon eſté en quelque lieu. Hiſp. Tener el eſtio en algun lugar. Germa. Das ſum merlẽger habẽ, Ein einem ort den ſummer verſchleiffen.] Plinius lib. 18. Intra ſepem eam æſtiuant paſtores, opacam pariter & munitam uallo arboris. Varro 2. de Re ruſt. cap. 2. Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æſtiuabant.

Aeſtiuus, ua, uum, penultima producta. Quod eſt æſtatis. θερινός. [Ital. De æſtate. Gal. D' eſté, appartenant à l' eſté. Hiſpan, Coſa de eſtio. German. Sümmerlich.] Licet ab æſtus, non ab æſtas formatum ſit: ut Aeſtiui menſes, Aeſtiui dies, Aeſtiuæ nubes. Cicero ad Quin. Fratrem, Vnus æſtiuus dies. ¶ Aeſtiuæ fruges, dicuntur milium, panicum, & cæteræ id genus, quæ ante Vergiliarum exortum ſerũtur: quemadmodum Hybernæ, quæ circa Vergiliarum occaſum ſatæ, per hyemem terra nutriuntur. Vide Plinium libr. decimooctauo capite 7.

Aeſtimo, as, penul. cor. act. p. Significat conſiderare. τιμάω μαι. [Ital. Iſtimare, taſſare. Gal. Priſer, eſtimer. Hiſpan. Eſtimar, appreciar. German. Schetzen, ermäſſen, achten.] Sicut Exiſtimo, iudicare: ut Val. uult lib. 5. cap. 10. Hinc ponitur pro Appretio, taxo, τιμῶ. Habet autem accuſatiuum cũ genitiuo horum nominum, tanti, quanti, quantiuis, tantidem, quanticunq;, magni, parui, pluris, maioris, maximi, plurimi, nihili, & ſi qua huiuſmodi reperiantur. Cic. 1. de finibus. Magni æſtimabat pecuniã. Si tamen hæc nomina adiectiuè accipiantur, hoc eſt, ſi habeant aliud ſubſtantiuum adiunctum, debent poni in ablatiuo. Non enim rectè dixeris, Non æſtimo hoc parui pretij: ſed, paruo pretio: quanquam etiam ſine ſubſtantiuis inueniuntur in ablatiuo poſita Cicero ibidem. Næ ego iſtam glorioſam uirtutem non magnam æſtimandam putẽ. Sic etiam cum aliis ablatiuis. Idem 4. Verr. Hæc pecunia æſtimari non queunt. Seneca, Data magno æſtimas, accepta paruo. Liuius utrunque caſum complexus eſt, Mancipia minora annis uiginti, quæ poſt proximum luſtrum decem millibus æris, aut pluris ue niſſent. Perſæpe tamen ſubintelligitur accuſatiuus, & tunc exprimitur genitiuus, uel ablatiuus. ¶ Interdum ſuo ablatiuo, aut genitiuo, cum accuſatiuo ſolum: quale eſt illud Ciceronis in Verrem, Deinde crimen ſine accuſatore, ſententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione, æſtimate harum rerum omnium pretia. Similem ſignificationem habent, pendo, facio, curo, eſt, intereſt, & refert, quum pretiũ iungitur: quia eiuſdem ferè ſunt ſignificationis. ¶ Interdum habet accuſatiuum cum ablatiuo, & præpoſitione Ex: & tunc ſignificat perpendere, metiri. Cicer. pro Roſc. Vulgus ex ueritate, pauca: ex opinione, multa æſtimat. Valla arbitratur hoc uerbum componi ex Aes, æris, & nomine Græco τιμή, hoc eſt pretium: ut Aeſtimo, ſit idem, quod æris pretio taxo. Qua in re ſibi permittit quod in aliis reprehendit, ut dictio aliqua ex Græca, & Latina dictione componatur. Malim itaq; ſcribere Extimo: ut per Syncopen dictum ſit ab Exiſtimo: uel ut totum Græcum ſit, compoſitum ex præpoſitione Græca ἐξ & τιμή. ¶ Aeſtimare item, eſt quod uulgò dicitur Taxare expenſas, τίμημα ἐπιγράφειν τοῖς δίκαις. Vnde lis æſtimata uocabatur, (ut Budæus ſcribit) pecunia moleſtatitia, & nummaria ſententia. ut hodie quum iudices actorum diſpendia & incommoda, certa ſumma æſtimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. ¶ Et æſtimata pœna, τίμημα, quę certo ære cenſebatur, ut ouis decuſſis, id eſt decem aſſibus: bos centuſſis, id eſt centum aſſibus.

Aeſtimator uerbale, Qui æſtimat, & conſiderat. τιμητής, λογιστής. [Ital. Preggiatore, ſtimatore. Gal. Eſtimeur, priſeur. Hiſp. Eſtimador, appreciador. Germ. Schetzer, überſchlaher, entſcheider eines handels. Cicer. 5. de Fin. Et quia te aptiſſimum habeo eorum ſtudiorum, quæ mihi communia tecum ſunt, æſtimatorem & iudicem.

Aeſtimabile, Quod facilè æſtimari poteſt, τιμητόν. Cuius contrarium eſt, inæſtimabile, ἀτίμητον. [Ital. Coſa da eſtimare. Gal. Eſtimable, digne d'eſtre priſé. Hiſpan. Eſtimable, Coſa de precio. German. Zchetzbarlich, oder das leichtlich zů ſchetzen iſt. Cic. 5. de Finib. Aeſtimabile eſſe dicitur, quod pondus habeat æſtimatione dignum.

Aeſtimatio, ſ. t. ab Antiquis Aeſtimia dicebatur. τίμημα. [Ital. Iſtima. Gal. Valeur, eſtimation. Hiſp. Aquella obra de eſtimar ò appreciar. Germ. Schetzung, achtung.] Cic. de Finib. Quod pondus habeat dignum æſtimatione.

Aeſtiuus, Vide Aeſtas.

Aeſtus, us, m. q. Calor nimius & feruor, flagrantia Solis. πάνυ σφοδρὸς καὶ ἔκπυος θάλπος. [Ital. L' ardor del ſole. Gal. Ardeur ou grande chaleur. Hiſp. La fiesta ò calor de la fiesta. German. Groſſe werme, hitz.] Virg. Georg. 3. Aeſtibus in mediis umbroſam exquirere uallem. ¶ Aliquando pro motu & agitatione fluctuum Cic. de Orat. 3. Vudiq; omnes uenti eiumpunt, ſæui exiſtunt turbines, feruet æſtu pelagus. Græcè, κλύδων. [Ital. La rouigna & tranaglio del mare. Gallic. Le flot & reflot de la mer. Hiſpa. La crecience ò tempeſtad del mar. German. Vngeſtüme des meers, der anlauff vnnd ablauff des meer, dicitur.] Plaut. in Aſin. Quò magis te in altum capeſſas, tam æſtus te in portum referet. ¶ Ab hoc ſignificato oritur prouerbialis & frequẽs apud Autores metaphora. Secundo æſtu procedere, Κατὰ ῥοῦν προχωρεῖν. Sompra à nauris, quibus facilior curſus quum flumen aut etiam maris æſtus ſecundus eſt. Lucian. in Ioue Tragœdo, & Aeſchylus in Perſis. Ab utraq; etiam ſignificatione, ducta metaphora, ponitur pro uariis animi ægritudinum generibus: cupiditate, amore, libidine. Cic. de Orat. 3. Repentè te quaſi quidam æſtus ingenii tui procul à terra abripuit. Idẽ in Bruto, Hunc quoq; abſorbuit æſtus quidam gloriæ. ¶ Sic apud Plin. Ion. pro ſcrupulo ponitur, & dubitatione uoti mediocri: Explica, inquit, æſtum meum, audio me malè legere, dontaxat uerſus: orationes enim commodius.

Aeſtuã. In. n. λίμναι χύσεις. [Ital. Stagni, lagune. Gal. Lieux par ou l' eaue flõte & reflote. Hiſpan. El eſtero del agua del rio ò mar. German. Ein arm des meers, ein ſumpff oder graben des meers.] Loca dicuntur per quæ mare uicißim tum accedit, tum recedit: ſiue quæ maris aquis referta ſunt ex inundationibus pelagi, ut docet Strabo lib. 3. Plin. lib. 3. Illyrici ora mille amplius inſulis frequentatur, natura uadoſi maris, æſtuariis tenui aluco intercurſantibus. Cæſar, Pedeſtria eſſe itinera coneiſa, æſtuarijs nauigationem impediri.

Aeſtuo, as, n. p. Feruo. Ζέω, κάομαι. [Ital. Bollire. Gallic. Auoir ou ietter grand' chaleur, boullir. Hiſpan. Heruir ò auer

ser calor. German. Hitzig ſein, groſſe hitz haben.] & opponitur algendi ſignificato. Cic. 2. Tuſcul. Itemq; Lycurgi, moribus eruditum iuuentutem, uenando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando Idem 1. Acad. Ille quum æſtuaret, umbram ſequutus eſt. ¶ Per metaphoram ponitur etiam pro angi, & dubitatione torqueri. Cic. 4. Verr. Itaque æſtuabat dubitatione, uerſabat ſe in utranq; partem. Idem pro Flacc. Hunc æſtuantem & tergiuerſantem iudicio ille proſequitur. ¶ Aliquando æſtuare eſt fluctuare, agitari, κυμαίνεσθαι, ἀλγυνέειν. Vergil. 6. Aeneid. Turbidus hic cœno, uaſtaq; uoragine gurges Aeſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. Huius compoſitum eſt Exæſtuo, ἐκζέω, quod eſt extra æſtuo, exundo, incremento. Vergil. Fundoq; exæſtuat imo. Iuſtinus lib. 1. Quæ materia in his locis paſſim ex terra exæſtuat. Suet. Foſſas omnes, in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa uetuſtate, militari opere deterſit. ¶ Æſtuatio, uerbale. ἀναθερμασία, κύμανσις. Plin. lib. 18. cap. 1. Quorum æſtimatione & gaudio nos quoq; relictis æſtuationibus ſuæ iſtis hominum turbis, pergamus excolere uitam: id eſt, uehementibus deſiderijs & gaudijs.

Æſtuoſus, a, um, Quod eſt calore plenum. πυρώδης. [Ital. Pieno di caldo. Gall. Plein de grande chaleur, fort chaud. Hiſp. Coſa caluroſa. Germ. Hitzig, voll hitz.] Colum. lib. 2. Cœlum neq; nimiæ uineæ, nec rurſus æſtuoſum deſiderat. Cic. Att. lib. 2. Iter conficiebam æſtuoſa & puluerulēta via.

Æſtifer, a, um, Quod æſtum, id eſt calorem affert. Verg. πυριφόρος. Verg. lib. 2. Georg. Hoc ubi hiulcis ſiti findit Canis æſtifer arua. Æſtifer canis, quòd æſtū afferat. ¶ Æſtiferum etiam dicitur quod æſtum fert, & patitur. Luc. lib. 1. -ſicut ſqualentibus herbis Æſtiferæ Libyes uiſo leo comminus hoſte Subſedit dubius, totam dum colligit iram.

Ætas, ab ἀεὶ ὤν Græco nomine deductum, ab hoc enim Aeuum, Aeuitas, & per ſyncopen Ætas. ἡλικία [Ital. Eta, eta de. Gall. Aage. Hiſp. Edad, ſiglo. Germ. Ein jedes alter.] Generaleq; nomē eſt ad infantiā, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem & ſenectutem pertineus. Varro quinque gradus facit. In primo uſq; ad annum decimum quintum, Pueros dicit: quòd ſint puri, id eſt, impuberes. In ſecundo ad annum trigeſimum. Adoleſcentes, ab adoleſcēdo nominatos. In tertio uſq; ad annum quadrageſimum Iuuenes appellatos, eo quòd Rempublicam in re militari iuuare poſſent. In quarto autem gradu, uſque ad ſexageſimum annum, Seniores nuncupatos, quòd tunc corpus ſeneſcere incipiat: inde uſq; in finem uitæ uniuſcuiuſq; quintum gradum factum, in quo qui eſſent, Senes appellatos, quòd ea ætate corpora iam ſenio laborarent. Horum tamen ſinguli tripartiam diuidēbant: ut prima pars uiridis ſit, deinde adulta, poſtea præceps. Vnde Virg. Viridiſq; iuuenta. ¶ Alij aliter diuidunt ætates. Aetas præterea mundi prima, ab Adam uſq; ad Noē numerabatur: ſecunda à Noē uſque ad Abraham: tertia ab Abraham uſque ad Dauid: quarta à Dauid uſq; ad tranſmigrationem Iodæ in Babyloniam: quinta deinde uſq; ad aduentum Seruatoris in carne: ſexta quæ nunc agitur uſque quo mundus iſte finiatur. ¶ Interdū Aetas accipitur pro anno. Virgil. Vbi quarta acceſſerit ætas. Varro. Aetatem uix ad meum egreſſus. ¶ Interdum pro triginta annorum ſpatio ponitur. Cic. Tertiam iam ætatem hominum uiuebat. Plutarchus Aetatem oſtendit eſſe ſpatium triginta annorum ſecundum Heraclitum. ¶ Interdum pro centum annis. Ouid. 12. Meram. -uixi Annos bis centum, nunc tertia uincitur ætas. ¶ Ponitur & pro quouis tempore humanæ longiſſimo. Graci Aetates γενεὰς dicunt. ¶ Aetas mala, dicta eſt ſenectus. Plaut. Conſitus ſum ſenectute, omnigeno corpore, uires reliquerunt, ut ætas mala eſt. Et mala eſt. Econtrariò, Bona ætas, Iuuenta appellatur, ἡλικία ἀγαθή. Cicer. Quòd ſi ipſis uoluptatibus bona ætas datur Iuuentius, primùm paruulis fruitur bonis. ¶ Aetas tertia uocatur illa, quæ eſt inter iuuentā & ſenectam: quā Græci uocant ætatem pulchritudinis, ἀκμὴ τῆς ἡλικίας, quæ incipit à trigeſimo uſq; ad quadrageſimum annum. Eam dicitur Aetas conſiſtendi, ἡλικία στατική, in qua Hippocrates Aphor. 2. facilè inediam ferri dicit. ¶ Ab ætate petuntur ex prouerbiales loquēdi formulæ: prima eſt, Aliam ætatem decent. nec enim eadem deceut canum quæ adoleſcentes. Iuuenem. Teren. in Andr. ſic ait: Nunc ætas eum uiram adfert, alios mores poſtulat. ¶ Alterā. Ætate prudentiores reddimur. Congruet quum negabimus, nobis eadē probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis inſcitiam arriſerunt, ſed uſu rerum auctam prudentiam.

Ætatem, aduerbium temporis, ſignificat diu. ἐπ' ἀϊδίου. [Ital. Lungamente. Gall. Longuement. Hiſpan. Luengo tiempo. Germ. Lange zyt.] Plaut. Vt tibi ſuperſtes uxor ætatem ſit. Terent. Iandudum ætatem lites ſunt inter eos. Idem, Iandudum ætatem abij. Idem in Hecyr. Nam neq; ille hoc animo erit ætatem. Plaut. Aetatem uelim ſeruire, Litanum modò ut conueniam.

Ætatula, f. p. diminutiuū, Aetas modica & tenerior puerorū ætas. νηπίου ἡλικία. [Ital. Eta tenera. Gall. Petit aage, bas aage. Hiſp. Edad tierna. Germ. Klein alter, oder zart alter.] Cicero de Finib. Facilè eſt hoc cernere in primis puerorum ætatulis. Idem de Aruſp. reſpon. Qui primam illam ſoam ætatulam ad ſcurrarum locupletum libidines detulit. Plaut. in Pſeud. In munditijs, mollitijs, deliciúſq; ætatulam agitis.

Aeternus, m. ſ. Perpetuus, quaſi ſuiternus, à quo Sempiternus, quaſi ſemper æternus. ἀΐδιος ἀϊδιότης. [Ital. Eterno, perpetuo. Gal. Æternel, durable à iamais, perpetuel. Hiſp. Coſa que ſemper dura y uiue. Germ. Ewig.] Cic. 1. Tuſcul. id ait eſſe æternum quod per ſe moueat. Saluſt. in Catil. Virtus clara æternaq; habetur. ¶ Differunt tamen Aeternum & Sempiternum: quòd Sempiternum dicunt Deum eſſe, qui ſemper fuit, erit q;: Aeternos homines, qui principium quidem habuerunt, & tamen animo ſunt immortales atq; perpetui. Aeternùm, frequenter pro aduerbio temporis accipitur. ἀϊδίως, ἀϊδίως. [Ital. Eternalmente. Gall. Eternellement, à iamais. Hiſp. Siempre. Germ. Ewiglich.] Verg. lib. 6. Aeneid. -ſedet æternumq; ſedebit Infelix Theſeus. Loquitur de pœnis Inferorum. Idem, Manet, æternumq; manebit. ¶ Sic Aeternò. Idem Plin. lib. 2. cap. 107. Videt æternò hunc fontem igneum contexens fraxinus.

Aeternitas, f. t. Perpetuitas, quæ nulla temporis quātitatemen ſurari, nullo temporis ſpatio deſignari poteſt: quum omne contineat æuum, & contineatur à nullo. ἀϊδιότης. [Ital. Eternità Gall. Eternité, perpetuité. Hiſpan. Aquella duracion ſin comienco y fin. Germ. Ewigkeit.] Plin. lib. 11. cap. 7. Materiæ uerò ipſi æternitas. Idem lib. 2. cap. 7. Nec mortales æternitate donare. Cic. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circunſcriptio temporū metiebatur.

Aeterno, as, act. p. Perpetuō facio. ἀποθανατίζω. [Ital. Perpetuare. Gall. Æternizer, perpetuer. Hiſpan. Durar para ſiempre ſin fin. Ger. Ewig oder unſterblich machen.] Varr. Rerum human. lib. 2, Literiſq; ac laudibus æternare. Verbum eſt antiquum. Horat. 4. Carm. Quæ cura patrum, quæue Quiritium, Plenis honorum muneribus tuas Auguſte uirtutes in æuum Per titulos memoresque faſtos Aeternet.

Aethālīones, ἀιθαλίωνες. [Ital. Cicale. Gal. Cigales. Hiſp. Cigarras. Germ. Heuſchrecken.] Cicadæ dictæ, παρὰ τὸ αἰεὶ διάττειν ὑπὸ τῆς ἡλίου: hoc eſt, propteres quòd à ſole aduranur. Cælius ex Theocriti interprete lib. 17. cap. 6.

Aether, ἀιθήρ. [Ital. Sfera del fuoco. Gal. Air ſupreme ou l'element du feu. Hiſp. Cielo del huego. Germ. Der himmel, oder das element des fewrs.] Ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. Ariſtoteles uerò de Mundo, hoc nomine ſignificari ait, cœli, ſyderumq; ſubſtantiam, hoc eſt, totā ſyderum, & cœli, & ſtellarum compaginem, non quòd ignita flagret ἀπὸ τῦ ἀιθεῖν, ſed quòd ſemper motu ſuo circunda ſtili currat, & curſibus rapidiſſimis roterur, ἀπὸ τῦ ἀιθεῖν, quum ſit, inquit, illud elemētum à quatuor illis diuerſorum diuinum, tū interitu expers. Hodie quoq; Philoſophi duas præcipuas mundi conſtituunt partes, Elementa & Aetherem, ſine (quod in unum recidit) mundum elemētarem & Aethereum: elementorum nomine Terram, Aquam, Aerem & Ignem intelligentes: Aetheris autem nomine complectentes quicquid eſt ſupra elementum ignis. Alij Aetherem accipiunt pro ære. Apuleius, Aqua, tellus, æther, ignis. Virg. Reſonatq; fragoribus æther. ¶ Ex quo ſignificato oritur hoc Adagium, Tranquillum æthera remigat, ἀιθέρα νήνεμον ἐρέσσει. Apud Zenodotum refertur de incaſſum laborantibus. Perinde eſt quaſi dicas, Aērem diuerberas, remigantium more. ¶ Lucret. lib. 1. Aethera poſnit pro Ioue, Poſtremò pereunt imbres: ubi eos pater Aether In gremium matris Terrai præcipitauit.

Aethera, æ, ἀιθήρ, generis fœminini, nominatiuus eſt Latinus, deductus à Græco accuſatiuo ἀιθέρα, idem ſignificans

quod Aether: tametſi in eodem genere apud Homerum & Pindarum etiam legatur.

Aethĕrius, a, um, *αἰθέριος*, Quod eſt ætheris. Virg. 12. Aeneid. Aetheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto Turbabat cœlo.

Aethiopis, idis, *αἰθιοπὶς*, Herba eſt lactucæ folio, in Aethiopia naſcens, uel in Meroe Nili inſula (à qua etiam Merois dicitur) cuius tactu (ſi Magorum uanitati credimus) clauſa omnia aperiuntur, amneſq; etiam & lacus exareſcunt. De hac Plin. lib. 26. cap. 9, & lib. 27. cap. 4.

Aethra, æ, f. p Splendor ætheris, & pro aere ponitur. *αἴθρη*. Virg. lib. 3, Nam neq; eſant aſtrorũ ignes, neq; lucidus æthra Syderea polus. Vbi Seruius per Aethram ſydeream, intelligit ſplendorem ætheris. ¶ Nam æther eſt ipſum elementũ, æthra uerò ſplendor ætheris.

Aetia, orum, *αἴτια*, Callimachus poeta librum ſuum inſcripſit, quem de cauſis & rationibus ſacrorum edidit, eodem penè argumẽto, quo Ouidius Faſtos conſcripſit. Opus hoc temporum iniuria interceptum ad nos non peruenit.

Aetiŏlŏgia, *αἰτιολογία*, Cauſæ redditio, compoſita dictio *ἀπὸ τῆς αἰτίας καὶ λόγου*. Quint. lib. 1. cap. 15. Sententiæ quoq; & chriæ, & æthiologiæ, ſubiectis dictorum rationibus, apud Grammaticos ſcribantur, quia initium ex lectione ducunt. Quorum omnium ſimilis eſt ratio, forma diuerſa: quia Sententia, uniuerſalis eſt uox: Aetiologia, perſonis continetur.

Aetion, *αἴτιον*, Cauſa, principium, origo. Vnde Aetia Callimachus librum ſuum inſcripſit, quo cauſas & origines ſacrorum Græcanicorum eſt complexus, quemadmodũ Ouidius in Faſtis Romanorum Latinorumq; ſacrorum initia cauſaſq; eſt perſecutus.

Aetites, m. t. pen. prod. *ἀετίτης*, Lapis eſt colore ſubrufo, quẽ ſi concutias, alium lapidem, quem ueluti prægnans in utero gerit, intus audis ſonantem. Inueniuntur bini in aquilarum nidis: feruntur q; aquilæ ſine iis oua parere non poſſe. Quam ob cauſam nomen illis impoſitum creditur. Mulierum quoq; partus, femori alligatus aëtites, faciles reddere putatur. Quatuor autem ſunt aëtitæ ſpecies, quas enumerat Plin. lib. 36. cap. 23. Eſt & aëtites, gemmæ nomen, impoſitum à colore aquilæ candicante cauda. Vide eundem li. 37. capite 10.

Aetnæus, a, um, *αἰτναῖος*, Denominatiuum. Virg. 8. Aen. Cyclopum exeſa caminis Antra Aetnæa tonant. Accipitur interdum pro magno, inſtar Aetnæ montis, ut annotauit Cælius Antiq. lect. lib. 21. cap. 23. In qua ſignificatione Virgilius quoq; uſurpaſſe uidetur lib. 3. Aen. Cernimus aſtantes nequicquam lumine toruo Aetnæos fratres. ¶ Et prouerbialiter, Aetnæus cantharus, *Αἰτναῖος κάνθαρος*. De magnis & fœdis. Eſt enim cantharus ſiue ſcarabeus inſecti genus fœdum, quod ut è ſtercore naſcitur, ita paſcitur. Ariſtophanes in Pace.

Aetolus, a, um, ſiue Aetolius, *αἰτωλός*, Verg. lib. 11 Aen. Non erit auxilio nobis & Aetolus, Arpi. Aetolius heros, Diomedes. Tydæi Aetoliæ regis filius. Ouid. 14. Metam. ¶ Aetoli, *αἰτωλίται*, dicti ſunt olim ioco prouerbiali, qui iuxta mores Aetolorum peraces eſſent & improbi. Alluſum eſt ad nocem: Aetoli namq; dicti uidentur, quòd omnia petant, *παρὰ τὸ ὅλον αἰτεῖν*. Meminit Stephanus. Dicitur & Aetolicus. Liu. 4. Decad. li. 7. Aetolicum magis ad Termopylas bellum, quàm regiũ fuit. Iterum lib. eod. Aetolica ueſtis. Plaut. in Pœnul. Aetolicus ager.

Aetos, ti, m. ſ. *ἀετός*. Aquilæ genus.

Aeuum, n. ſ. *αἰών*. [Ital. Longa etade, tempo longo. Gall. Temps perpetuel, l'aage que peut uiore un homme. Hiſp. La edad, ò ſiglo que uiue un hombre. Germ. Lange zeit, ewigwärende zeit.] Propriè tempus, & ætas longa, ſiue perpetua, à Græco *αἰών*, u litera interiecta, ut inquit Apuleius. Virg. Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas. Pro ætate. Idem 1. Aen. - uos ò quibus integer æui Sanguis, ait. Inde Aeuitas, & Aeuiternus ſecundum Priſcianum, quod per ſyncopam Aetas, & Aeternus dicitur, pro ſenectute, longæuitateq;. Hinc deducũtur Coæuus, Aequæuus, Grandæuus, Longæuus, & Primæuus.

Aeuĭtas, f. t. Antiqui pro ætas, uel annoſitas dixerũt. [Ital. *Età*, uecchiezza. Gall. Aage, vieilleſſe. Hiſp. Edad, uejez de muchos anos. Ger. Alter.] Varro Tithono, Extima attigit metam æuitas. Gell. li. 20. cap. 11. Si in ius uocat, ſi morbus æuitasq; obſtat, quin in ius uocabit, iumentum dato. Hic pro annoſitate. Sunt autem uerba ex lege XII. Tab.

Aexones, *ἄξονες*. Prouerbii ſpecie dicuntur conuitiatores, ab Aexonibus Atticæ regionis populis, dicacitate & morda ci uirulentia famoſis. Cæl. Ant. lect. lib. 18. cap. 25.

A ante F,

Afer, aut potius Apher, *Λίβυς*. Vide in Africa.

AF. In notis antiquorum, alio facto. A F P R aptum fide Publii Rutilii: uel, antè factum, pòſt relatum: uel, Aemilius fecit, plectitur Rutilius. A F B. R ad foſſabarum.

Affabilis, Vide Affor.

Affabrè, pen. corr. aduerbium, Significat artificioſè, ſcitè, ſicut Infabrè, ſine artificio. *Ἀκαλλέως*. [Ital. A penello, artificioſamente. Gal. Artificieuſement, elegamment. Hiſp. Artificioſamente, lindamente. Germ. Vuerklich, künſtlich, zierlich.] Cic. 2. Verr. Deũ deniq; nullũ Siculis, qui ei paulò magis affabrè, atq; antiquo artificio factũ uideretur, reliquit. Pacuuius, Barbaram peſtem noſtris nauibus obtulit, noua figura factam, commiſſam infabrè Gell. lib. 7 cap. 7.

Affabrum, pro Affabrè factum, dixêre ueteres *περιεργοτεχνικῶς*. Perottus.

Affabŭlatio, f. t. Dicitur breue documentum, quod fabulis ſubnexum, earum explicat utilitatem, *ἐπιμύθιον*.

Affaniæ, arum, Sunt nugæ, uerba futilia, ac mera mendacia: à fando inclinatũ nomẽ *ὑβλήματα*. [Ital. Ciancie, parole uane, bugie. Gal. Gourdes, parolles uaines. Hiſp. Los deſuarios de uanas palabras. Ger. Eytele tädung, vnnützе reden] Apul. lib. 4. Hæc & alias ſimiles affanias fruſtrà oblatrantes, eo retrorſum adducunt pagani.

Affatim, aduerb. prima, nõ media acuta, ut Quint. lib 4. docet, ſignificat abũdè, largè. *ἀφθόνως*. [Ital. Abundeuolmẽte, largamentè. Gal. Largement, à foiſon, en abondãce. Hiſp. Copioſamẽte. Ger. Reichlich, gnügſamlich, vberflüſſig.] Cic. lib. 1. ad Attic. Puto me Dicæarcho affatim ſatisfeciſſe. Item de Nat. deor. lib. 1. Iiſdemq; ſeminibus homines affatim ueſcuntur. Vide de hoc Gell. lib. & cap. 7. & Vallam lib. 3.

Affectare, Affectatio, Affectatus, Affectio, Affecto, Affectus, Vide Afficio.

Affĕro, compoſitum ex Ad & Fero, ſignificat Apporto. *ἐπιφέρω, προσφέρω*. [Ital. Reccare, portare. Gall. Aporter. Hiſp. Traer à lugar. Germ. Herzübringen. Terent. in Eunuc. Hic quoq; bonã magnamq; partẽ ad re attulit. Idem in Andr. Et puerũ ut afferret ſimul. Atq; huius ſignificationis infinitus ferè eſt uſus. ¶ Inter cætera ſignificat quod uulgò dici ſolet, legare & adducere. Cic. An ætatem adferet id eſt, in cauſam, uel excuſationẽ adducet. Idem, Addere. Cic. Att. li. 16 Magnã attulit acceſſionẽ tua uoluntas erga me. ¶ Aliquando nuntiare. Cic. Att. li. 8. Caius Miſſius familiaris tuus, aliiq; complures attulerunt, Cæſarem iter habere Capuam. ¶ Afferre alicui manũ, eſt uim alicui inferre *ἐπιφέρειν τινὶ χεῖρας*. Cic. 1. Offic. Qui iniuſtè impetũ in quẽpiã facit, is quaſi manus uidetur afferre ſocio. ¶ Sibi manus afferre, eſt ſeipſũ interimere. Cic. Octauio, Ego ipſe Senatũ ſibi manus afferre coegi.

Allatus per duplex ll, Apportatus, participium ab Afferor. *προσπεπτωκὼς*. [Ital. Portato arrecato. Gal. Aporté. Hiſpan. Traydo. Ger. Herzügebracht.] Plaut. Allata pegrè epiſtola.

Afficio, is, pen. cor. ex ad & facio, ſignificat affectionẽ quandam, ſine diſpoſitionẽ induco. *Διατίθημι διάθημα*. [Ital. Diſponere. Gall. Emouuoir, diſpoſer. Hiſp. Aficionar à otra coſa. Germ. Ein anfächtung machen, bemegen.] Et tã ad animum quàm ad corpus refertur: & tã in bonã, quàm in malam partem accipitur, conſtruiturq; cũ accuſatiuo & ablatiuo. Cic. pro Mil. Milo, Pop. Rom. maxima lætitia affecit. Idem Attic. Studium tuum curaq; de ſalute mea nulla me noua uoluptate affecit. Affici doloribus pedum. Ibid. Quatandem pœna afficietur. ¶ Inuenitur quandoq; abſolutè poſitum. Cic. Attic. Literæ tuæ ſic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium uiderer, ſed accipere. Celſus. Pulmo totus afficitur, id eſt maceratur, læditur, corrũpitur. ¶ Quandoq; cum præpoſitione Ad. Cic. in Top. Ducuntur etiã argumenta ex rebus, quæ quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur: id eſt adiunctæ, aut affines.

Afficior, paſſ. quaſi animor, id eſt, iſtius animi ſum, *διάκειμαι, διατίθεμαι, πάσχω*. [Ital. Eſſer diſpoſto ò iſmoſſo. Gal. Eſtre eſmeu, ou diſpoſé. Hiſp. Eſtar diſpueſto, y mouido. Ger. Beſinnet ſin, bemegt werden. Cic. in Lælio, Vt eodẽ modo erga amicum affecti ſimus, quo erga noſmet. Poſtea ſequitur, Vt

m, Vt quemadmodũ in ſe quiſq; ſic in amicũ ſit animatus.

Affectus, a, um. participium, quum abſolutè ponitur, ſumitur pro languente. πνρεκτικός, καμπαθὴς. [Ital. Affannato. Gall. Mal diſpoſé, languiſſant, Hiſpan. Flacco con dolentia. Germ. Bewegt ſein in dem gmůt oder leib.] Propere, Iuppi ut affectæ tandem miſereſcere puellæ. Liu. lib. 5. Vires corporis affectæ. Affecta ædificia, κατεργασμένα, & cætera huiuſmodi dicuntur, quæ propè ſunt confecta, ſed non ad finem deducta. Cic. in Prouinc. conſul. Bellum affectum uidemus, & ut ueré dicam, penè confectum.

Affecta termina (inquit Feſtus) uel in bonam partem dicitur, adeò honorata, σεμνὰ, uel in malam, ad extremum periculum adducta.

Affectus, us, m. g. Idem quod Affectio. πάθος. [Ital. Affetto, affermone, paſſione. Gall. Affection, diſpoſition, paſſion. Hiſp. Paſſiõ del anima. Ger. Ein ſchnell bewegung des gmůts.] Auguſt. de Ciuit. Quæ ſunt ſententiæ philoſophorum de his animi morbis, quos Græci πάθη, noſtri autem quidam, ſicut Cicero, Affectiones, uel Affectus. quidam uerò de Græco expreſſius Paſſiones uocant. ¶ Interdum accipitur pro ſtudio, cupiditate, uel deſiderio. Iuuen. Si res ampla domi ſimulq; affectibus eſſet.

Affectio, onis, f. c. Eſt quiuis animi motus, ſiue paſſio: ut amor, odium, uerecundia, inuidia, timor, lætitia, ſpes, & ſimiles. πάθος. [Ital. Affettione. Gall. Diſpoſition, affection. Hiſp. La paſſion del anima. Ger. Ein jede bewegung des gmůts, als freud, forcht, zorn, &c.] Cic. de Inuent. Impetus & quædam commotio animi, affectioq; Interdum & latius ſumitur, ut etiam ad corporis mala extẽdatur. Vnde ſic definitur à Cic. lib. de Inuent. Affectio, eſt animi aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio: ut lætitia, cupiditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas, & ſimilia.

Affecto, as, act. p. Significat cum affectu & anxiè quæro, pronũ animum ad aliquid faciendũ habeo, appeto, nimis exquiro. ἐπιθυμῶ, μνῶμαι, μνηστεύομαι, σπουδάζω. [Ital. Deſiderare, cercare cõ cõſentẽ. Gal. Affecter, auoir vn deſir merueilleux de quelque choſe. Hiſp. Codiciar. Germ. Mit groſſer anmůtung einẽ ding nachſtellen, embſig begárẽ.] Virg. 4 Georg. -Viamq; affectat Olympo. Cicero pro Roſc. Amer. Nunc uerò quàm uiam munitet, quod iter affectet, uideris: ſic in Rhet. ad Heren. ¶ Affectare, pro eo quod eſt, conſultò aliquid facere. Vlpian. in Lquod ait lex. Ad legem Iuliam de adulteriis. ¶ Aliquãdo affectare eſt afficere. Plaut. in Bacc. Tua flagitia, aut damna, quibus patrẽ, & me, teq; amicosq; omnes affectas tuos.

Affector, depoens, ſed obſoletum. ἐπιτίθημι. Varro, Affectatum eſt regnum. ¶ Ab Affector, fit Affectatus nomen & participium: ut, Affectata caſtitas. Plin. Iunior in Paneg. Affectata alius caſtitas, ubi ingenita & innata. ¶ Affectata oratio, φρυγματώδης λόγος, quæ nimis anxiè & curioſè quæſita eſt, & ex nimio cultu quandam reſipit nouitatem.

Affectè, id eſt curioſè. περιέργως, κατασκευαστικῶς. [Ital. Curioſamẽte. Gal. Curieuſemẽt. Hiſp. Curioſamẽte. Ger. Zů vil fleiſſlich on not, forgfeltiglich.] Iur. Affectatè ſcribere.

Affectatio, form. t. uerbale, Affectu nimio quæſita diligentia. περιεργία. ζῆλωσις. [Ital. Deſiderio diſordinato. Gall. Deſir deſordonné. Hiſp. Codicia con diligentia. Germ. Ein überi gr fleiſs oder begird.] Plin. lib. 11. cap. 37. Tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoq.

Affigo, gis, xi, ctum, act. p. Ad aliquid figo. προσκόπτω, προσηρείδω. [Ital. Attaccare, appiccare, ficcare. Gall. Fichier à quelque choſe, attacher. Hiſp. Hincar à otra coſa. Germ. An heften.] Cic. de Nat. deor. Mineruæ, cui talaria affigunt. Per translationem de incorporeis dicitur. Plin. li. 30. cap. 1. Hunc enim ſummè affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat: id eſt, tenaciter impreſſiſſe.

Affingo, is, Idem quod fingẽdo accommodo, ſiue addo. προσπλάττω, προσποιέομαι. [Ital. Contrafare, trouare inuentioni. Gal. Contrefaire & feindre. Hiſp. Componer ò fingir. Ger. Darzů thůn, darzů erdichten vnd ſetzen.] & propriè eſt figulorũ, quũ uaſis anſas, uel aliã quamuis particulã addunt. Quanquã etiam latius accipitur, pro efformo, ſiue addo Cic. 1. de Orat. Nullã partẽ corporis ſine aliqua neceſſitate affixã, totamq; formam quaſi perfectã reperies. ¶ Sumitur etiam pro eo quod eſt rem aliquam inter narrandum incidentis augere. Idem 2. Phil. Qui boni aliquid uolunt affingunt, affingunt aliquid, quo id efficiãt, quod nuntiãt, lætius.

Affictitius, a, um, uerbale, Quod rei alicui affingitur, ſiue additur. ἐπίπλαστος. [Ital. Fittitio. Gal. Brouſté. Hiſp. Anadido, contrahecho. Ger. Zůhin geſetzt, zůhin erdicht.] Varro lib. 5. de re Ruſt. cap. 11. Sequitur, inquit Appius, actus ſecundi generis, affictitius ad uillam qui ſolet eſſe ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatum.

Affines, com. c. In agris uicini ſunt, προσοροι: in hominibus, qui nõ conſanguinitate, ſed per propinqui alicuius nuptias ſunt coniuncti. προσήκοντες κατ' ἐπιγαμίαν. [Ital. Parenti per conto di matrimonio. Gall. Prochains par lignage, alliez par mariage. Hiſp. Pariẽtes por caſamiẽto. Ger. Schwẽger getreundete.] Neq; ſolũ de uiris dicitur, uerũ etiã de mulieribus. Cic. Poſt red. in Sen. Tu affinẽ tuã, meã filiã, ſuperbiſs. & crudeliſs. uerbis à genibus tuis repulisti. Dicuntur aũt ab eo, q duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: ex Ad, & Finis. Terent. in Adelp. Hegio is eſt cognatus proximus, affinis nobis. Idem in Heaut. Imò gener & affines placent. Vbi Donat. ait, Vxoris cognati, ſunt affines mariti. Vnde multi gradus ſunt, & ueluti rami propinquitatis in affinitate & cognatione diſpoſiti. Nomina eorũ hæc ſunt, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Nouerca, Priuignus, Priuigna, Leuir, Glos, Ianitrices. Et quidem uiri pater uxoris q; Socer: mater eorum, Socrus appellatur: Filii uxor, Nurus: filiæ uir, Gener. Vxor, liberis ex alia uxore natis, Nouerca dicitur. Matris uir ex alio uiro natis, Vitricus appellatur. Eorum uterq; natos aliunde, Priuignos, Priuignasq; uocat. Virî frater, eſt Leuir: uiri ſoror, dicitur Glos. Duorum fratrum uxores, Ianitrices dicuntur. Sed de ſingulis horum uide ſuis locis copioſius.

Affinis adiectiuum, Idem eſt quod uicinus, uel coniunctus: & tam genitiuo, quàm datiuo iungitur. πρόσορος. [Ital. Vicino, coniuncto. Gal. Voiſin, proche, bain. Hiſp. Coſa Comarcana. Germ. Nachbawr, anſtoſſer.] ¶ Affinis culpæ, uel ſceleris, dicitur is, in quem cadit culpæ uel ſceleris ſuſpicio: uel qui eſt culpæ ſceleris particeps. Cic. in Catil. Huic ſceleri ſi paucos putatis affines eſſe, uehemẽter erratis. Idem pro Sylla, Vbi neq; homines fuiſſe putantur huius ſuſpicionis affines. Idem, Circunſpicite paulìſper mentibus noſtris homines, qui huic affines ſceleri fuerunt.

Affinitas, tatis, f. c. Propinquitas ex cognati nuptiis contracta, uel hominum affinium inter ipſos coniunctio. συγγένεια. [Ital. Parentela per conto di matrimonio. Gall. Affinité, alliance par mariage. Hiſp. Parentesco por caſamiento. Germ. Schwagerſchafft, hipſchafft.] Cic. 4. Ver. Quo quiſq; te maximè cognatiõe, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat.

Affirmo, as, a. p Aſſeuero. κατάφημι, διορίζομαι. [Ital. Affermare. Gall. Affirmer, acertener Hiſp. Mucho affirmar alguna coſa. Ger. Beſtándig ſagẽ, gwüs etwas ſagẽ.] Cic. 4. Acad. Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc intereſſe?

Affirmatio, ſiue nuntiatio alicuius de aliquo. κατάφασις. [Ital. Affirmatione, accertamento. Gall. Acertemẽt, affirmation. Hiſp. Afirmation. Germ. Beſtátigung, gwüſſe bezũgung.] Cic. 3. Offic. Eſt enim iuſiurandum affirmatio religioſa.

Affirmatiuè, aduerbium. κατηφατικῶς. [Ital. Affermatamente. Gall. En affirmant qu'il eſt vray. Hiſp. Afirmadamente. Germ. Gwüſslich, eigentlich.] Cic. 3. Offic. Quod autem affirmatè, quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt.

Afflator, Vide Afflo.

Affleo, es, eui, etum, n. 1. Lachrymor. ἐπιδακρύω. [Ital. Piangere. Gal. Larmoyer. Hiſp. Plorar. Ger. Mit einẽ weynen.] Plaut. in Perſa, Sed longè ab Athenis eſſe ſe natam autumet, Et ut afflet, quum ea memoret.

Affligo, is, xi, ctum. prod. compoſitũ ex Ad & Fligo, antiquo uerbo, propriè eſt proſterno & terræ allido. προσκρούω, προσπίπτω. [Ital. Metersi ſot to i piedi, abbaſſare, atterrare. Gal. Ruer & acabler par terre. Hiſp. Derribar por el ſuelo. Germ. Nider vff den boden werffen.] Cic. in Piſon. Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare in loco celeberrimo nõ luerunt, ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur, affligunt, comminuunt, diſſipant. Idem pro Cælio, Qui Catuli monumentum affixit, meam domum diruit. Plin. li. 9. cap. 40. Ingruit aſſultans, contrahq; bellum aſſurgens, hinc & illinc artifici dimicatione, qua maximè opus eſſet, infeſtans atq; coitans, donec aſſidua rotarum uertigine afflixit, ad caſum eius tellure concuſſa. Cæſ. 6. Bell. Gall. Accipitur pro opprimo, malè multo, dolore afficio, perdo. πάσχω. [Ital. Ester

mentare, affligere. Gall. Tormenter, affliger. Hiſp. Atormentar, afligir. Germ. Plagen, engſtigen, bekümmern] Cic. Act. lib. 4. Vt mos ieoarat tous adiuncos, ſic diſceſſus affixit. Cic. in Piſon. Afflictus luctu ac mœrore.

Afflictus, 2, um. Propriè idem quod proſtratus, iacens, & rebus aduerſis oppreſſus. *πρόσπαχθής.* [Ital. *Afflitto.* Gall. Affligé Hiſp. Affligido. Germ. Zů boden geworffen: item, bekrüot, geplaget.] Cic. pro lege Manil. Diffidentem rebus ſuis confirmare, afflictum erigere, perditumq; recreare. Idē Poſt reditum: Qui mihi afflicto & iacenti dextram porrexit.

Afflictio, uerbale, actus ipſe affligendi. *λύπησις.* [Ital. *Afflittione*, trauaglio. Gall. Affliction, vexation, torment. Hiſpan. Afligimento. Germ. Trübſal, bekümmernuſs.] Cic. 4. Tuſc. Moleſtia, affluctio, deſperatio. Sic 3. Tuſc. Alii ubique legunt Afflictatio.

Afflictatio, *λύπησις, πρόσπαξις.* Idem Cic. 4. Tuſcul. Afflictatio ægritudo cum uexatione corporis.

Afflictus, us, Idem. Cic. 2. Tuſc. Effeminata animus afflictu occidit.

Afflictor, aliud uerbale. Qui affligit, uel afflixit. *λυπητὴς, λυπητικός.* [Ital. Chi affligе, tormentatore. Gall. Tormenteur, qui affligе. Hiſp. Atormentador. Ger. Ein plager, durchächter, bekümmerer.] Cic. in Piſon. Age, Senatus odit te (quòd cum te facere iure concedis) afflictorem, & proditorem non modò dignitatis, &c.

Affligo, as, frequentatiuum. *προσθλίβω.* [Ital. *Affligere* frequamente. Gal. *Fort* affliger & tormenter. Hiſp. Afligir mucho. Germ. Streng vnd hefftig plagen, vexieren vnnd bekümmeren.] Cæſ. 4. Bell. Gall. Et onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempeſtas afflictabat. Ibidem li 3. Tac. lib. 13. Cic. 4. Tuſc. O te infelicem, quàm te afflictarem, niſi iratus eſſem. Idē ad Att. li. 1. Hic tu me accuſas, q̃ me afflictem.

Afflo, as, aß, p. Ad aliquid ſpiro. *ἐπιπνέω.* [Ital. *Spirare* à qual che coſa. Gall. Souffler ou aſſauer vers ou contre quelque choſe. Hiſp. Sopar hazia otra coſa. Germ. Anblaſen, anſuchen, anwäyen.] Liu. Afflabat uis frigoris acrior. Cic. de Senectute: Odores afflantur è floribus per translationē. Virg. 1. Aeneid. - Namq; ipſe decoram Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentę Purpureum & Lætos oculis affarat honores: Id eſt, afflando dederat. Laſtant. li. 7. Odor ille ſapientiæ tam ſuauis, tam iucundus afflauerit.

Afflatus, us, uerbale, Actus afflandi. *ἐπίπνοια.* [Ital *Vento.* Gall. Vent. Hiſp. Viento. Germ. Anblaſung, anwäyung.] Plin. lib. 10. cap 11. Perdices concipiunt ſuperuolantium afflatu. Cic. 1. de Diu. Oracula quæ inſti ictu diuino afflatuq; fundantur.

Affluo, is, n. 1. Abundo. *ἐπιῤῥέω, ἐπισπελάζω* [Ital. *Abondare*, correre verſo qualche luocho. Gallicè, Abonder, couler vers quelque choſe. Hiſpan. Abundare ò correr lo liquido. Germ. Herzů flieſſen, vberflüſſig ſein.] Propriè ad aliquid fluere. Colum. Ne quum à uertice torrens imbribus conceptis affluxerit, fundamenta conuellat. Plin. lib. 2. cap. 97. Bis inter duos exortus Lunæ affluunt, bis q̃ remeant. De maris æſtibus loquitur. Cicero tranſlatè uſus eſt, 1. de Fin. Nam ſi ea ſola uoluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicã, & ad eos cum ſuauitate afflueret & illaberetur. Tanquam de liquore dixit, affluceret: id eſt, leuiter flueret.

Affluens, partic. *περιεκτικὸν.* Liu. 5. Bell. Maced. Quotidie affluente multitudine ad famã belli. Idem 4. Bell. Pun. ¶ Affluens, abundãs. Cic. pro Arch. Verbis eruditiſſimis hominibus liberaliſſimisq; ſtudiis affluẽs. Idē contra Rull. Opibus & copiis affluens. Idem Offic. 1. Omnium rerũ affluentibus copiis ditari. Sic Affluus, abundans, diues.

Affluentia, Abundantia. *ἐπιῤῥοὴ, ἐυπορία.* [Ital. *Abondanza*, copia. Gal. Abondance. Hiſp. Abondamiento. Germ. Vberflüſſigkeit, genůge.] Cic. de lege Agr. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primùm nata eſt arrogantia.

Affluenter, aduerb. Copioſè. *ἐύδυσ ἀκολάστως.* [Ital. *Abondamente.* Gall. Copieuſement, largement. Hiſp. Abondaſamente. Ger. Vberflüſſiglich, gnůglamlich.] Cic. 5. Tuſc. Quoq; affluentius uoluptates hauriat.

Affŏdio, is, ffodi affo ſum, Fodiendo adiungo. *παροράττω.* [Ital. *Cauar vicino, zappãdo aggiongere.* Gall. Fouir auprez, ou fouiſſant adioindre. Hiſp. Echar lo cauado ſobre cauado. Germ. Mit graben, zůſammen fügen] Plin. lib. 2. cap. 68. Furtoq; uicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus.

Affor, aris, atus ſum, d. p. ex Ad & Fari compoſitũ, ſignificat Alloqui. *προσλογεύω, προσφωνέω.* [Ital. *Parlare.* Gal. *Parler à quelqu'vn.* Hiſp Hablar. Germ. Zureden, anſprechen.] Cic. 2. Phil. Quis locus eſt aut tam deſertus, aut ſi inhumanus, qui illos, quò acceſſerint, nõ affari atq; appetere uideatur. Virg. Aen. 2. Tunc ſic affari, & cura his demere dictis.

Affabĭlis pen. cor. ex Ad & Fabilis. In ſermone iucundus & gratus, uel comis, lenis, facilis. *ἐυπροσήγορος.* [Ital. *Affabile.* Gal. Affable, gratieux en parolles. Hiſp. Cortés, y bien hablado. Germ. Gelpräch holdſelig in reden.] Cic. 1. Offic. Et in omni ſermone omnibus affabilem & iucundum ſe eſſe uellet. Terent. in Adelp. Meditor eſſe affabilis. Virgil. Aen. 4. Nec uiſu facilis, nec dictu affabilis ulli.

Affabilĭtas. *ἐυπροσηγορία.* [Ital. *Affabilita*, correzia. Gall. Cortoiſie en parlant aux gens. Hiſp. Corteſia y buena habla. Ger. Freündtlich die leüt anzůreden.] Cic. 1. Offic. Quantopere conciliet animos comitas affabilitaſq; ſermonis.

Affabilĭſſimè, aduerb. Gell. lib. 16. cap. 3. Hæc tum Phauorinus, multaq; eiuſmodi alia affabiliſſimè dicebat.

Affŏre, pen. cor. *παρεῖσθαι, προσφωνεῖσθαι.* Eſt uerbum ita defectiuum, ut ipſum uerbum Fore. Cic. ad Pap. lib. 9. Non mehercule ſuſpicatus ſum illam affore. Cæſ. 6. Bell. Gall. Hiſ affore biduo. Virg. 1. Aen. Atq; utinam ipſe Noto compulſus eodem Afforet Æneas.

Affŏrmido, as, are, 1. p. Idem quod ſuũ ſimplex. *περιφοβῶμαι.* [Ital. *Temere.* Gal. Craindre dauãtage. Hiſp. Temer demaſiadamente. German. Groſſe forcht han, ſich vbel förchten.] Plaut. Bacchid. Magis q̃ afformido, ne is pereat.

Affrango, is, ãß. 3. Ad, huc iuxtà frango. *προσάγνυμι.* Stat. li. 1. Theb. - aut exiccata fatiſcet Mater Achillea hyemes affrangere buſtis.

Affrĭco, as, penult. corr. Ad aliquid fricare. *προσῤῥίβω.* [. Ital. *Fregare* à quelque coſa. Gall. *Froter* à, ou contre quelq choſe. Hiſp. Refregar vna coſa à otra. Germ. Zuriben.] Plin. lib. 8. cap. 27. Marathro herbæ ſeſe affricans. Idem lib. 19. cap. 6. Colum. li. 7. cap. 3. Aut arbori affricant. Subauditur ſeſe.

Affrĭctus, us, uerbale. *πρόσῤῥηξις.* [Ital. *Fregamento* contra qualche coſa. Gall. *Frotement* contre quelque choſe. Hiſp. Refregamiento de vna coſa à otra. Germ. Die anreybung, oder das aniucken.] Plin. lib. 31. cap. 6. Spumaq; aquę affrictu uerrucas tollit.

Affrĭto, as, ex Ad & Frio, Digitis terendo aliquid aſpergo: & propriè de rebus iis dicitur, quæ facilè & modico tritu comminuuntur, & in puluerem rediguntur, ut reſina inter digitos. *ἐπιτρίβω.* [Ital. *Rompre* ò tritar minutamente una coſa intra vn' altra. Gall. *Efmiter* ou briſer menu quelq choſe ſur ou ſuccenue autre. Hiſp. Deſmenuzar como entre dedos. Ger. Etwas zerriben.] Varro 1. de re Ruſt. Item alius aliud affriat, aut aſpergit, ut Calcidicam, aut Caricam cretã, &c.

Affulgeo, *ἐπιλάμπω, ἰλλαμπρύνομαι.* [Ital. *Reſplendere* contra qualche coſa. Gal. Reluire & reſplendir contre quelque choſe. Hiſp. Reſplendaces hazia otra coſa. Ger. Anſcheinen, anleüchten.] Sil. lib. 8. Affulgere uultu nitenti. Et. Huic ardium parti ratò ſol affulget. Et prouerbialiter, Lux affulſit, dicimus, ubi melior rerũ ſpes oſtendi cœperit. ¶ Translatè etiam Refulgere dicitur, quòd animum nobis erigit atq; excitat. Liu. 7. Bell. Punic. Prima ſpes morte nunciata Marcellĩ affulſit. Idem. lib. 10. Et mihi talis aliquando fortuna affulſit.

Affundo, is 3. t Aſpergo *ἐπιχέω* [Ital. *Verſare*, allegare. Gal. Eſpandre & faire couler quelq liqueur cõtre quelq choſe. Hiſp. Derramar ſobre otra coſa. Ger. Angieſſen, zuſchütte.] Plin. lib. 16. cap. 44. Vinumq; illi affundere. ¶ Affundi fluuiis quoq; & maris dicuntur iis locis quæ alluunt, aut præterlabuntur. Idem lib. 5. cap. 1. Affunditur huic autem æſtuarium è mari flexuoſo meatu. ¶ Affundo pro infundo. Tacit. lib. 11. Frigida in aquas affunditur uenenum. Idem lib. 3. Effuſa urbs mari: pro, Effuſum mare urbi. Plin. lib 3. cap. 5.

Affuſus part. *προσχυθὴς.* Plin. Exprimitur ſolùm ſuccę molliſ ſimis, in pila fuſis, affuſo paulatì uino auſtero. Ouid. & Luc.

Aforis, adu. pen. cor. A' parte exteriori, *ἐξωθεν* [Ital. *Di fuori.* Gal. *De dehors.* Hiſp. De fuera. Ger. Von auſſen här.] Plin. li. 18. cap. 24. In ulcus penetrat omnis aforis iniuria. Sunt qui diuiſim ſcribant, à foris, & melius, meo quidem iudicio.

Afer, afra, um, *λίβυς*, Adiectiuum. Armentarius Afer. Virg. 3. Georg. Murice Afro tinctæ lanæ. Horat. 2. Carm. ¶ Afra uis. Prouerbialiter *λιβυκὴν ὄρνιθα.* Refertur à Suida de rebus prægrandibus, quòd ex ea regione deportentur aues immanis magnitudine. Horat. de prælauta uſurpauit, Non Afra auis deſcendat in uentrem meum Iucundior quàm lecta de pinguiſſimis. Olina ramis arborũ. Nam gallinas prægrandes alicas

illa mittebat Africa, quas eas dē Numidiæ syluis appellāt. Ideo uidetur de struthione scripsisse, quæ & ipsa syluestria esse corporis esse fertur. Non inpertè tacendum hominem peregrino cultu notabilē. Et Plaut. Pœnul. Pœnum aiunt ob mauticas alarum in barbaria penitus. Prouerbium erat in Auibus Aristoph. lucrum indicat conuenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim pergrandes terre struthiotæ. Terent. Hic nebulo magnus est. Ex Adag Chiliad.

Afer, afra, um, qui est ex Africa. Duus Afer. Horat. 4. Carm. Sitiens Afri. Virg. 1. Aeg. Est enim Africa calidissima regio.

Africus, a, um, λιβυκός: ut, Africa bella, apud Syl. lib. 17.

Africanus, a, um: ut, Gens Africana, Gallinæ Africanæ. Varro de re Rust. lib. 3. cap. 9. Gallinæ Africanæ sunt grandes, uarię, gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci.

Africanæ, Feræ sunt in Africa copiosæ, ex genere pantherarū, quæ & Variæ appellantur, à macularum uarietate. παρδάλεις. P. in. lib. 8. cap 17. Senatusconsultum fuit uetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere.

A ante G.

AG. agit, uel agil, uel Agrippa, uel Agro. **AG.** ago, uel agro. **AGT.** agitur. **AGO.** agor. **A. G.** Aulus Gellius.

Agăgŭlō, m. s. dicitur uanus fornicator.

Agălăctă, pascua nuncoparunt ueteres medici, lacti minus accommoda: nam herbis lactis aliquo modo naturam immutari, traditum est.

Agallochum. ἀγάλλοχον. [Ital. *Legno aloe.* Gall. Ø ignum aloes. Hisp. Lin aloe. Germ. Holtz aloes.] Lignum est Dioscoridi thyiæ ligno simile, maculis quibusdam distinctum, odore iucunditissimo, gustu subamarō, oris graueolentiæ maximē conducens. Græci recentiores ξυλαλόην appellatūr, nostræ ætatis sceptrarii imitati, Lignum aloes uocarunt.

Agalma, n. id est, figura, uel speculum præclarum. Ponitur etiam pro cœlo.

Agamemnonis hostia, Ἀγαμέμνονος θυσία, in duros & pertinaces difficiles dicitur. Inde natū, q. Agamemnone rem diuinam in Troia factoro, bos effugerit, uixq; multo negotio comprehensus, reductus est. Quadrabit etiam in eos qui nolentes & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis ac uolens adstaret. Quòd si retrocesserat tunc profugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & huc posse referri, quòd Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificauit: sed admodum inuitus. Recensetur à Zenodoto.

Agamemnonius, adiect. Virg. li. 6. Aen. Eruet illa Argos Agamēnonias Mycenas. ¶ Agamemnonii putei, Ἀγαμεμνονιακὰ φρέατα proueribialiter de admirādis operib. dicebātur. Aiūt enim & circa Aulidē & passim in Græcia puteos effodisse, ne per æstū aquarū inopia laborari posset. Autor Zenod.

Agămus, pen. cor. Latinè dicitur cœlebs, ἄγαμος, hoc est, sine uxore, seu uxore: γάμος enim nuptiæ sunt.

Aganippeus, a, um, denominatiuum, ἀγανιππαῖος. Propert. Par Aganippææ ludere docta lyræ.

Aganippis, ἀγανιππὶς, patr. fœm. Ouid. 5 Fastor. Dicite quæ tantos Aganippidos Hippocrenes Grata Medusæi signa tenetis equi.

Agăpe, ēs. f. ἀγάπη, habet duo nomina apud Latinos, charitatem, scilicet & dilectionē. Augustin. de uerbis Domini loquens de epulone diuite, contra raptores, qui amore Dei alienas facultates tribuunt, dicit in persona talium: Ego similis illius nolens, non sicut agapes facio. Agape, in Decret. Pontif. xlii. distinct. C. si quis accipicit, sumatur pro eleemosyna. Prisci Christiani conuiuiola sua appellabāt Agapas: atq; hinc quo casacram ac mysticam Domini nostri Iesu Christi cœnā. Locus tamen citatus in Decret. aliter legitur ab aliis: nam ne agapes legunt eclapinas.

Agăpētă, f. p. pen. prod. Ancilla Dei, quæ pro Christo nubere nolit. Dicitur quoq; Agapeta, uel petes, lenocinator, seu cum terminis illicitè conuersatur.

Agaricon. ἀγαρικὸν [Ital. & Hisp. *Agarico.* Gal. *Agaric.* Ger. *Feuschwam.*] pen. corr. Fungus est aut certè radix, fungi more in arboribus nascēs, sapore initio dulci, sed mox in amaritudinem declināte. Nascitur citra Bosphorum Cimmerium iuxta fluuiū Agarū, & in Galatia. Duo eius sunt genera, mas & femina. Vide Plin. lib. 27. cap. 9. & Ruel. lib. 3. cap. 1.

Agaricum, Radix laserpitio similis, sed facie summa soluetur, & fungosa cota, innascitur arboribus. Dioscor. Plin. Suid.

Agnitudo, inspirium, uel anxietas,

Agaruę, cursor, pedester.

Agăsō, pen. prod. m. t. Equorū uel asinorū doctor. ἐπιλάτης, [Ital. *Aiutante, mulattiere.* Gall. *Palefrenier,* qui nettoye les cheuaux, & les pense. Hisp. *Harriero,* o que agoza asnos. Ger. *Ein pferchreiber, Eselreiber, oder Rossknecht.*] Plin. lib. 35. cap. 11. Pinxit & in una tabula, quā maxime mirabatur, agasonē cum equo. Liuius, Acceptos ab agasonibus equos, quū Rex ascensurus erat, admonebant. Persius Sat. 1. Trallis Agaso dixit pro homine, qui omnibus est contemptui.

Agasyllis, ἀγασύλλις, Frutex est, quē iuxta Cyrenē Africæ gignit, ex quo succus profluēs in subiectas arenas decidit, quē Ammoniacum uocat. Vide Dioscor. & Ruel. lib. 3. cap. 77.

Agathides, Maiorana Dioscor.

Agăthŏs, thi. m. f. Bonus Latinè dicitur, inde dicitur Aga.

Agaticia, Herba quædam.

Agasyrtus, ἀγάσυρτος. [Ital. *Sordido, scallido.* Gall. *Ord, sale.* Hisp. *Suzio.* Ger. *Vnflätig, vngradten.*] Apud Latinos squalidum sonat, & sordidum: unde Pittacus Mitylenæus Philosophus Agasyrtus est dictus, quòd neglecto corporis cultu uideretur sordidior.

Agē, Aduerb. adhortantis: & singularem numerū desiderat. Agite pluraliter. Agedū utrunq; admittit. ἄγε, φέρε Att. [Ital. *Horsu, horuia.* Gal. *Or sus, or auant, corage.* Ger. *Vuolan.*] Quint. Agedum si uidetur, extra portas prospicite. Cic. pro Syll. Agedum, conferte nunc eū illis uitā P. Syllæ. ¶ Dicimus & Agitedum, sed in plurali semper. Liu. lib. 1. Agitedū, ite mecū. ¶ Interdum est corripientis. Terent. in Adelph. Age, scis quid loquar? Pecunism in loco negligere maximū interdum est lucrum. ¶ Interdum pro Dic. Terent. in Adelp. Age, unui tuum animum, quasi iam usquam tibi sine uigiuti minæ. Vbi Donatus: Age nunc uerbum est, significās Dic: quia iam propè est, ut consentiat persuadēti. ¶ Interdum consentientis. Terent. in Adelph. Age, age, traducarut Bacchis. ¶ Interdum excitandi: & plerunq; post Nunc, apud Poetas ponitur. Virg. Georg. 4. Nūc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse Addidit, expediam.

Agĕă, penult. prod. s. p. Via in naui, dicta, quòd in ea maxime quæ res agi soleant, διαπράγματα. Ennius, Multa foro ponens, ageaq; longa repletur. Vsitatius Foros uocamus.

Agea, orum, plur. dicuntur ultimæ, quæ pro rebus agendis offerebantur.

Agĕlăstus panis. ἀγέλαστος ἄρτος, Dicitur à Græcis, qui à nostris Cibarius dicitur, ex farina parū benè cribrata constans. Vide Cæl. lib. 9. cap. 16. & Ruel. lib. 2. ca. 19.

Agĕlastus, ἀγέλαστος ab ἀ & γελάω. [Ital. *Mesto, che mai nō ride* Gal. *Qui ne rit iamais.* Hisp. *Que non rie ò burla en algun tiempo.* Ger. *Trawrig, der nit lacht.*] Latine mœstus & sine risu. Quo nomine dictus est Crassus, auus Crassi à Parthis interempti, quē tradūt semel tantùm in uita sua risisse quod factū est, quū uidisset asinū carduos comedentē, dixisseq; ob id, Similem habēt labra lactucam. Factum hoc, dictumq; festiuissimum risus subsecutus est. Cic. 1. de Fin.

Agellus, Vide Ager.

Agĕma, atos, pen. prod. ἄγημα. [Ital. *Squadra.* Gal. *Certaine legion de gens de guerre.* Hisp. *Muchedumbre ò compana de gente.* Germ. *Ein hoff, oder rott.*] Idem quod agmē. Arrianus scribit, alam equitū fuisse, quæ dicebatur ἄγημα. quanquā & de pedibus dici agema, idē testatur Arrian. Liu. 1. Decad. Delecta inde, & uiribus, & robore ætatis ex omni exercitatorum numero 2. ctāt agemata: hāc ipsi legionē uocabāt.

Agĕnŭă ăgĕnŏs, ti, com. s. ἀγενεαλόγητος, Latinè sine nuptiis dicitur, imò uilis generis.

Agĕnĕtos, ti. m. f. significat increatum ingeniom.

Ager, m. s. [Ital. *Campo.* Gal. *Vn champ.* Hisp. *Campo que se labra.* Germ. *Ein acker, ein feld.*] ab Ago, is, quòd in eo aliquid agatur, uel (ut Donatus inquit) quòd in eo multa sint agenda. Quint. autem lib. primo scribit, Græcum esse: nam ἀγρὸς Latinè rus dici potest. Significatq; ager quandoque circumiectum territorium alicuius urbis, seu prouinciæ, χώρα. Salust. in Catil. Reliquos Catilina per mōtes asperos in agrū Pistoriensem abducit. Vnde dicimus, Ager Campanus, ager Brixianus. Et includit in se nemora, saltus, pascua, lacus, flumina, & omnia quæ in territorio illo sunt, & in ea significatione nix unquā reperitur pluraliter. ¶ Quandoque significat partem quandā ipsius territorii urbis, quæ priuatim ab aliquo possidetur, & esse uidetur res, in quo [illegible]

mus, & omnia alia quę in agro ſunt, generaliter cõtinẽtur: quæ pro captu ipſius partis eſſe poſsũt, Vnde Terẽ. in Eun. Ex meo ꝓpinquo rure hoc capto cõmodi. Et ſequitur: Neq; agri, neq; urbis odiũ me unquã percipit. Vbi ſatietas cœpit fieri, commuto locũ. Idem in Heaut. Agrum in his regionibus meliorẽ, neq; pretij maioris nemo habet. Et paulo pòſt: Talenta duodecim coẽgi, agrum hunc mercatus ſum: hic me exerceo. Ex his ſanantur ſub Agri nomine & domum, & omnia alia quæ in agro continentur comprehendi, idemq; eſſe Agrũ, Rus, & Poſſeſſionẽ. Sunt tamẽ qui ab Agro Rus, Prædium, Poſſeſſiones, ſicut & Fundum hoc differre aſſerãt: ut, Poſſeſſiones agri dicãtur latè patentes, publici priuatiq;, quos initio nõ mancipatione, ſed quiſq; ut potuit, occupauerit. Fundi autẽ dicti ſunt, q̃ in iis fundetur, uel ſtabiliatur teſtimoniũ. Prædia uerò quæ ex omnibus patrisfamiliãs maximè prouidentur, uel q̃ antiqui agros quos bello ceperant, ut prædæ nomina habuerint. Rura uerò incultos agros, ſylvas & paſcua. ¶ Notandum tamen, q̃ nec rus, nec ager uilla eſt, ſed uilla in rure, ſiue agro dicitur eſſe. Ex hoc ſignificato ducitur pærœmia, Nihil ex agro dicis, οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις. Id eſt, nihil humile neq; triuiale loqueris. Meminit Suidas. ¶ Quandoq; ager ſignificat locum in rure, quẽ colimus, ſiue arando, ſiue conſerendo: & ſingulariter, pluraliterq; numerum habet. Colum. lib. 1. cap. 3. Vergilii prouerbialem ſententiam explicans: Quippe, inquit, acutiſſimam gentẽ Pœnos dixiſſe conuenit, imbecilliorẽ agrum, quàm agricolã eſſe debere: quoniã quum ſit colluctandum cũ eo, ſi fundus præualeat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat latus ager nõ rectè cultus, quàm anguſtus eximiè. Conueniet in eos, qui ſtudent imperio proferendo, quũ hoc ipſum qd̃ habent non poſſint adminiſtrare. Aut qui ſuſcipiunt munus, cui gerendo ſint impares. Et lib. 4. Peſtilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerunq; fit, excepit. ¶ Ager colonus. Cic. de Lege agrar. Cognoſcerent qui ager colonus eſſet, quò milites ueterani deducti eſſent, qui, &c. Videtur eam agri partẽ ſignificare, quæ propriè ad arandum accõmodata eſt, & alio nomine Aruum dicitur. ¶ Agrorum nomina multa ſunt, Compaſcuus, alluuius, arciſinius, noualis, ſqualidus, uliginoſus, ſubſeciuus. Cõpaſcuus ager dictus, quia diuiſoribus agrorũ relictus eſt ad paſcendũ communiter uicinis. Alluuius ager eſt, quem paulatim fluuius agrum reddit. Arciſinius ager dictus eſt, quia certis linearum menſuris nõ continetur, ſed arcẽtur finesq; eius obiecto fluminum, montium, arborũ: unde & in his agris nihil ſubſecuorum interuenit. Noualis ager eſt primùm proſciſſus, ſine qui alternis annis uacat, nouandarũ ſibi uirium cauſa. Noualia enim ſemel cũ fructu erunt & ſemel uacua. Squalidus ager, quaſi excolidus, q̃ iam à cultura exierit, ſicut exconſul, quod ex cõſulatu diſceſſerit. Vliginoſus ager eſt ſemper humidus: nam humidus dicitur, qui aliquando ſiccat: uligo enim humor eſt terræ naturalis, ab ea nunquam recedens. Subſecius ſunt propriè quæ quæſtor de materia præcidens, quaſi ſuperuacua abiicit. Inde & ſubſecui agri, quos in practica diuiſos recuſãt, quaſi ſteriles aut paluſtres. ¶ Agrorum qualitates Iulius Frontinus de Limitibus agrorum his uerbis perſecutus eſt: Agrorum qualitates ſunt tres: una agri diuiſi & aſſignati: altera, menſura per extremitates comprehenſi: tertia, arciſinii, qui nulla menſura continetur. Ager diuiſus aſſignatus, eſt coloniarum, hic habet conditiones duas: unam, qua plerunq; limitibus continetur: alterã, qua per proximos poſſeſſionum rigores aſſignatus eſt, ſicut in Campania, Sueſſa, Aruncæ: quicquid autẽ ſecundũ hãc conditionem in longitudinẽ eſt delimatum, per ſtrigas appellatur: quicquid per altitudinem per ſcamna. Ager ergo limitatus, hac ſimilitudine decumanis & cardinibus continetur, ager per ſtrigas & per ſcamna diuiſus & aſſignatus eſt, more antiquo in hac ſimilitudine, qua in prouinciis arua publica colontur. Ager eſt menſura comprehẽſus, cuius modus uniuerſus ciuitati eſt aſſignatus, ſicut in Luſitania Salmaticenſibus, aut in Hiſpania citeriore Palatinis, è complu ribus prouinciis, tributarius ſolus per uniuerſitatem populi eſt definitus, eadem ratione & priuatorum agrorum menſuræ aguntur, hunc agrum multis locis menſores, quamuis extremum menſura comprehenderint, in formam, in modum limitum condiderunt. Ager eſt arciſinius, qui nulla menſura continetur, finitur ſecundum antiquam obſeruationem, fluminibus, foſſis, montibus, riis, arboribus, antemiſſis, aquarum diuortiis, & ſi qua loca: hoc eſt, quæ autè à poſſeſſore potuerũt obtineri: nã ager arciſinius, ſicut ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt appellatus: qui poſtea interuẽtu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cepit.

Agellus, diminutiuum, m. ſ. Significat parũ. grum. γήδιον, ἀγρίδιον. [Ital. Campicello. Gall. Petit champ, petit territoire & poſſeſſion. Hiſp. Campo bequenno.] Terent. in Adelph. Agelli eſt hic ſub urbe paulũ, quod locitas foris. Huic demus, qui fruatur. ¶ Hinc fit aliud diminutiuum Agellulus. Ambroſ. Qui fidei exercet militiam, ab omni uſu negotiationis abſtinere debet, agelluli ſui contentus fructibus.

Agrārius, a, um. ἀγρεινός. [Ital. Coſa apertenente à campi. Gall. Choſe des champs. Hiſp. Coſa perteneciente al campo. Germ. Das zů dem aẽcker oder feld gehört.] Quod ad agros pertinetur, Lex agraria, νόμος ἐλληρχικὸς γῆς ἀναδαστὸς, quæ ferebatur de agris populo diuidendis. Liuius li. 1. Tum primùm lex agraria promulgata eſt.

Agrarius, rii, ſubſtantiuum, Legis agrariæ ſuffragator, aut qui agros publicè diuiſos poſſidet. Cic. 11. Philip. Nam ruſticos probos ducuriabit? nam ſolicitabit ruſticos agrarios?

Agreſte, dicitur quod ruſticũ eſt, & ad agros pertinet, quodq; in agris, nõ in hortis naſcitur. ἄγριον. [Ital. Villeſco. Gall. Agreſte, roral, ruſtique, champeſtre. Hiſp. Coſa del campo. Germ. Bewriſch, wild.] Virgil. Ceretem pubes agreſtis adoret. Idem, Dicendũ & quæ ſint duris agreſtibus arma. ¶ Item Agreſtis dicitur, qui ſylueſtrem uitam agit, & ferarum quem & Græci ἄγριον dicunt. Vnde in compoſitione Onager dictus eſt aſinus ferus. ¶ Agreſtis ſubſtantiuum, pro homine ruſtico. Virg. 9. Aeneid. Lydorumq; manum, collectos armat agreſtes.

Agricŏla, pen. cor. Ex ager & colo. Cultor agri. γεωργὸς. [Ital. Lauoratore della terra. Gall. Laboureur, ruſtique, villageois. Hiſp. Larbrador del campo. Germ. Ein ackerman, oder bauman.] Virg. 1. Georg. O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint, Agricolas. Cic. 1. Tuſc. Arbores ſeret diligens agricola. Eſt autẽ nomen generale: nam agricolarum alii Aratores, alii Vinitores, nonnulli Arboratores, multi etiã Paſtores, quales erant apud antiquiſſimos. Nec ſolùm ruſtici, & agreſtes dicuntur Agricolæ, ſed multi etiam oppidani: quod genus uitæ olim in maximo pretio fuit, atq; honore, præſertim apud Romanos. Cato de re Ruſtica, cap. 1. Bonus agricola, bonus q; colonus. Ita laudabãt antiqui uirum bonum. ¶ Prouerbialiter dicitur, Semper Agricola in nouum annum diues. Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος. De iis dictitatum, qui ſpe futuri compendii diuites ſunt, ac ſibimet expectatione rerum amplarum blandiuntur.

Agricŏlātio, onis, Idem quod agricultura. γεωργία. [Ital. Lauoramente di campi. Gall. Labourage. Hiſpan. La labranca. Germ. Ackerbaw, arbeit des feldes.] Colum. li. 1. cap. 9. Minus in hoc officio, quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

Agricultor, Idem quod Agricola. Liuius 6. Bel. Pun. Seruos agricultores Remp. abduxiſſe.

Agricultura, æ, Cultus agrorum. γεωργία. [Ital. Lauoramento ò coltiuamento di campi. Gall. Labourage labour de la terre. Hiſp. La labranca. Germ. Ackerbaw, bauẽ werck.] Cic. 1. Offic. Nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.

Agripetæ, pen. cor. ἀγρίπεται. Qui petunt ex agrorũ diuiſione portionem, quæ uiritim dabatur. Cic. ad Attic. Seruulos autem dicere cum & agripetas electos à Buthrotiis.

Agrĭăton, ἀγρίαστον, Herba eſt ad duorum palmorum altitudinem excreſcens, ſimilis origano, florem ferens bullis aureis non abſimilem: ita dicta, quòd nec facilè marceſcat. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

Agrĭătos, ἀγρίαστος, Lapis eſt, quo coriarii olim utebãtur in poliendis coriis: cuius loco hodie utuntur maſſa uitri. Meminit huius lapidis Galen. lib. 9. Simpl.

Agĕſis, aduerbium excitandi, compoſitum ex particula Sis, pro ſi uis, quæ uerbis imperatiui modi apud ueteres addebatur. ἄγε δῦ, ἄγε δῆτα. Lucretius lib. 1. Nunc ageſis, quoniam docui nil poſſe creari De nihilo.

Aggemo, is, Vide Adgemo.

Agger, ris, per duplex g, maſc. gen. tert. decl. Significat propriè lapidum, aut terræ congeriem, quæ fixis pallis aggeritur, caſtrorum alterius ue loci muniendi gratia. χῶμα. [Ital. Argine. Gal. Amas, ou monceau & tas de quelq; choſe. Hiſp. Monton de tierra ò baluarte. Germ. Ein ſchütte ode wal, ein zůſammen beſtung des erdtreichs, ein damm.]

Solen-

bant enim Romani milites uallos, hoc eſt, palos ſecum circumferre, quoties caſtra mutabãt, eoſq; quoties conſidebãt, humi defigere, tertamq; illis aggerere, ut tuti eſſent ab hoſtium irruptionibus. Impropriè dicitur cuiuſlibet rei coacernatio, quæ foſſæ aut ualles implere poſſunt. ¶ Quin & meros & munimẽta aggerẽ dici uoluit Seruius in illud Virgilii 10. Aen. Quin inter portas atq; ipſis prælia miſcent Aggeribus murorũ. ¶ Dicitur etiã Agger media uiæ eminentia, et aggeratis lapidibus ſtrata. Idẽ, Qualis ſæpe uiæ deprehenſus in aggere ſerpens. ¶ Agger item dicebatur tumulus extra urbem, ubi ex materia cõgeſtus ad oppidi uel arcis cuiuſpiam oppugnationem. Cic. Attic. lib. 2. Oppidum cinximus uallo & foſſa, aggere maximo. Item 7. Phil. Græciam per translationem uocat Aggerem oppugnandæ Italiæ, quòd ea aptiſſima eſſet, ex qua, tanquam ex loco ſuperiore, bellum Italiæ poſſet inferri. Græcia, inquit, uel receptaculum eſſet pulſo Antonio, uel agger oppugnandæ Italiæ.

Aggero, as, pen. cor. act. pri. Significat accumulo. *περιοικοδομῶ, χόω, σωρεύω*. [Ital. *Accumulare*. Gal. *Amonceler, accumuler*. Hiſp. *Amontonar una coſa ſobre otra*. Germ. *Zuſammen hauffen*.] Vnde Arbores aggerare, uel Aggerare circa arbores terrã dicimur, quum poſt hyemem, æſtate iam inſtante, terrã circunfundimus, & ueluti circummunimus, ne calore nimio radices exareſcant: pro quo etiã dicimus, Arbores operire, uel adobruere. Colum. Omnes arbores fructiferæ circunfoſſæ aggerari debent. ¶ Et per metaphorã Aggerare pro augere & aggrauare ponitur. Virg. 11. Aen. Onerat dictis, atq; aggerat iras. ¶ Hinc fiunt compoſita, Adaggero & Exaggero, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Aggĕro, is, pen. cor. ſi, ſtum, act. 3. luxtã gero. *ἐπιφορῶ*. [Ital. *Porre à coſto*. Gal. *Amaſſer, apporter en un tas*. Hiſp. *Anadir ò traer una coſa à otra*. Germ. *Vñben, etwas tragen, herzů tragen*.] Plin. li. 17. cap. 4. Nec fluminibus aggeſta ſemper laudabilis. ¶ Item, Ad aliquem gerere, *προσφέρω*. Plaut. in Rud. Siquidem mihi ultrò his aggerenda eſt etiam aqua.

Agglĕmĕro, Implico, adiungo. *συνάγω*. [Ital. *Inuoltare, inghiamare*. Gall. *Mettre du fil en plottõ, deuuider & liceler*. Hiſp. *Embolner una coſa à otra*. Germ. *Herzů fügẽ, wickeln an ein fugel*.] à Glomero, quod à Glomus ſeu Glomer deducitur. Virgil. 2. Aen. Et lateri agglomerant noſtro. Idem 12. Aen. - Denſi cuneis ſe quiſq; coactis Agglomerant.

Agglūtino, penul. cor. act. p. Ad aliquid glutino, copulo. *προσκολλῶ*. [Ital. *Coniungere*. Gall. *Coller enſemble*. Hiſp. *Engrudar ò pegar una coſa à otra*. Ger. *Anleimen, an einander kleiben*.] Plaut. in Aul. Ita mihi ad malũ malæ res planè ſe agglutinant. Cic. Attic. lib. 16. Itaq; ſtatim nouũ proœmiũ exaraui, & tibi miſi: tu illud deſecabis, & hoc agglutinabis.

Aggrāuo, as, penult. cor. act. p. Valde onero: uel, Valde grauis ſum. *ἐπιβαρύνω*. [Ital. *Aggrauare*. Gall. *Agraver, apeſantir*. Hiſp. *Agrauiar, ò apeſgar*. Germ. *Beſchwáren*.] à quo Aggraueſco, quod eſt, Valde grauis fio. Liu. bel. Pun. 2. lib. 8. Nihil aliud ab ſuis relatũ eſt, quàm inopia aggrauari ſocios. Plin. lib. 22. cap. 17. Odor aggrauans capita, ſed citra dolorem.

Aggrauĕſco, is, ex ad & nomine grauis factum uerbũ, Grauius fieri, aggrauari. Terent. Hecyr. Malè metuo ne Philumenæ magis moribus aggraueſcat: id eſt, grauior fiat: quia morbi graues dicti. Sic Aggraueſcens uulnus. Cic. 1. Tuſcul.

Aggrĕdior, com. r. Ad aliquem gradior, & hoc aliquando in bonam partem, idq; uel cum accuſatiuo ſolùm. *προσέρχεσθαι, παραγίνομαι, ἐπιχαρῶ*. [Ital. *Aſſalire* in buona & in mala parte. Gal. *Aſſaillir, aller vers quelqu'vn, s'auancer ſur luy*. Hiſp. *Acometer, ò arremeter*. Germ. *Zů einẽ gon*.] Cic. pro Cecin. Quid agat, quomodo aggrediatur iudicẽ, non habet. Virgil. 4. Aen. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. ¶ Vel cũ accuſatiuo, & præpoſitione Ad. Cic. de Nat. deorum: Antequam aggrediar ad ea, quę à te diſputata ſunt. ¶ Vel cũ infinitiuo. Idem Offic. 2. De quibus dicere aggrediar. ¶ Aliquãdo in malã partẽ, pro adoriri, inuadere, quaſi palàm, & uelut ex inſidiis adire, quo pacto ſolent gladiatores. Germ. *Einen angreiffen, anfallen*. Saluſt. Ex latebris ceteros aggreditur. Iuſtin. Quos ex improuiſo aggreſſus faciles inuadit. ¶ Sumitur etiã nõ rarò pro incipere. Cic. 1. Offic. Omnibus autem in rebus, prius quàm aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligẽs. ¶ Aliquando pro tentare. Saluſt. in Iugur. Omnes aſperitates ſuperuadere, naturã etiam loci ſimulate aggreditur. Hæc autẽ uerba, Aggredior, Alloquor, & ſimilia, Ad præpoſitione eis adiuncta, cum accuſatiuo ſolo elegantius ponuntur, quàm ſi ſimplicis eorum accuſatiuo, Ad præpoſita iungantur: ut, Aggredior hominem, non, Gradior ad hominem. ¶ Rem nouam quis prouerbiali ſpecie aggredi dicitur, quum rem arduam ac nouã molitur, & alias adhuc intentatam. Ex Homeri uerſu, Odyſ. χ'.

Aggreſſio, uerbale, Actus ipſe aggrediendi. *ἐπίθεσις, ἐπιχείρησις* [Ital. *Aſſalto, aſſaltamento*. Gal. *Abordement, aſſaut*. Hiſp. *Acometimiento*. Germ. *Anfal, angriff*.] Cic. in Orat. Quumq; animos prima aggreſſione occupauerit, infimabit, excludetq; contraria.

Aggrĕgo, as, pen. cor. act. p. Congrego, quaſi in unũ locũ gregem contraho. *ἐπισυναθροίζω*. [Ital. *Congregare*. Gall. *Aſſamaſſer en vn troupeau, aſſembler*. Hiſp. *Ayuntar como ganados*. Germ. *Zuſamen ſamlen*.] Cic. in Catil. Quòd ſi eodem cæteros undiq; collectos naufragos aggregauerit. ¶ Translatè pro adiungere, apud Cæſarem 6. bel. Gall. Qui ſe ad eorum amicitiam aggregauerant. Opponitur uerbo Abgrego.

Aggreſſura. Vlpian. Sed & ſi quid, ait, ex peculatu, uel ſacrilegio quæſitum erit, uel ui, aut clam, aut latrocinio, aut aggreſſura, hoc non uidetur.

Aggrĕtus, Apud antiquos legitur pro Aggreſſus, ut apud Ennium, Aggretus fati, &c.

Agilis, pen. cor. Leuis, dexter, qui ſe facilè agit, hoc eſt, qui leui & expedito eſt corpore: uel, pronus, aut uoluntarius ad agendum. *ἐλαφρός*. [Ital. *Deſtro, leggiero*. Gall. *Agile, abile du corps, viste*. Hiſp. *Ligero para hazer alguna coſa*. Germ. *Schnell, hurtig, bering*.] Horat. Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi, Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi. Colum. Malo unſus agilem induſtriam, quàm decem homines negligentem & tardam operam.

Agilĭtas, Dexteritas, corporis celeritas. *ἐλαφρότης, ἐνεργεία*. [Ital. *Agilità, attitudine, deſterità*. Gall. *Agilité, ſoupleſſe de corps*. Hiſp. *Ligereza de hazer alguna coſa*. Germ. *Behendigkheit, beringe*.] Cic. Attic. lib. 1. Nam ſi ita eſſe ſtatueris, & ſi ritabiles eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles: & eſſe hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiemq; naturæ. Hic eſt à corpore ad animum translatio. Colum. lib. 1: Eiuſdem agilitatis homo frugi melius quàm nequã faciet.

Agiliter, agilius, agilimè, id eſt, cum agilitate. *ἐνεργῶς*. [Ital. *Agilmente, prontamente*. Gal. *Legierement, vitement*. Hiſp. *Ligeramente*. Ger. *Fertiglich, behendig*.] Colum. lib. 2. cap. 2. Detq; requiem in ſumma, ut ſpe ceſſandi, totum ſpatium bos agilius eniteatur.

Agina, penult. producta, f. p. Eſt in qua inſeritur ſcapus trutinæ: id eſt, in quo trutina agitur, & uertitur, ab agendo dicta. Feſtus.

Aginator, qui paruo lucro mouetur, nomẽ ab Agina tractum, quæ minimo pondere huc aut illuc impellitur. Feſtus.

Aginatores, Aurigæ ſunt, qui in ludis Circenſibus curuli certamine ſe exercebant.

Aginor, pen. prod. Vilia negotior.

Agitatio, Agitator, Agito, agitas, Vide Ago.

Agite, Agitedum, Vide Ago.

Aglăophōtis, pen. prod. f. t. *ἀγλαοφωτὶς*. Herba eſt iucundiſſimi coloris, qua magi utuntur ad euocandos dæmones. Naſcitur in marmoribus Arabiæ: unde & Marmoritidem quidam appellant. Plin. lib. 27. cap. 17.

Aglaſpis, f. r. Nomen legionis. Liu. 5. Decad. li. 4. Interuallum quod inter cetratos, & phalanges erat, impleuit legio, atque aciem hoſtium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem aduerſus clypeatos habebat, Aglaſpides appellabantur.

Aglidia, orum, *ἀλγίδια*, Dicuntur ſegmenta illa in capitibus allii, quæ alio nomine Agilthes dicũtur. Ruel. li. 1. cap. 21

Aglȳphos, m. f. *ἄγλυφος*. pen. cor. Latinè, Non ſculptus: nam *ἀ* ſine *γλύφω*, ſculpo.

Agmen, n. t. Significat multitudinẽ. *πλῆθος, λόχος, τάγμα*. [Ital. *Molitudine, ſcadra ordinanza*. Gall. *Vne compagnie de gendarmes, bende*. Hiſp. *Muchedumbre ò compañia de gente*. Germ. *Ein ſchaar volcks, ein zeũg*.] Virg. 7. Aen. Vocat agmina ſæua ſororum. ¶ Interdum ordinatam multitudinem, ut eſt exercitus incedentis. Idem 8. Aen. - It clamor, & agmine facto Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum. Cic. 1. Tuſc. Cum æſtu magno agmen ducebat, laborabat Marius. ¶ Interdum impetũ, ut apud Virgil. Et leni fluit agmine Tybris. Et 2. Aeneid. - Illi agmine certo Laocoonta petunt.

Agminalis, lis, le, adiect. *ταγματικός*. Vnde Agminales equi, qui agmẽ exercitus ſequuntur ad conuehenda impedimenta. Bu-

ta. Budæus in Annotationibus posterioribus.

Agna, æ, Vide Agnus.

Agnascor, eris, sci, d. t. compositū ex ad & nascor. προσφύω. [Ital. Nascere. Gal. Naistre aupres. Hisp. Nacer. Germ. Herzů geboren werden] Cic. 1. de Orat. Nunquis eo testamento, quod paterfamilias antè fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo: quia constat agnascendo rumpi testamentum. ¶ Agnasci præterea dicuntur, quæ in re aliqua nascuntur ad eius perfectionem minimè necessaria, nihilq; utilitatis habentia, ut sextus in manu digitus, & fungi in arboribus. παραφύεσθαι. Vide Adnascor.

Agnātio, f. t. verbale, id est, Agnatorum consanguinitas. πρὸς πρωτεῖα, ἀγχιστεῖα. [Ital. Parentela. Gal. Lignage, ou parentage du coste du pere. Hispan. Parentesco de parte del padre. Ger. Die freundtschafft von dē vatter hár.] Cic. 1. de Leg. Ex quo uerè uel agnatio nobis cū cælestibus, uel genus, uel stirps appellari potest. Et paulò pòst: In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status.

Agnati, m. f. pen. prod. ἀγχιστεῖς, οἱ πρὸς ἀνδρῶν εἶναι. [Ital. Parenti da lato di patre. Gal. Parens du coste du pere. Hisp. Parientes de parte del padre. Ger. Gefreündte von den vátteren hár.] Dicuntur qui per uirilis sexus personas cognatione coniuncti sunt, quasi à patre congeniti (inquit Caius Iurisc.) geniti frater eodē patre natus, filius fratris, nepos ex eo. ¶ Inter Agnatos & Cognatos συγγενεῖς, hoc interest, q̄ in cognatis continentur agnati, in agnatis non utiq; cognati: ut puta frater patris, id est, patruus, est agnatus & cognatus: matris uerò frater, id est, auunculus, cognatus est, sed non agnatus. Gentilitas uerè & agnationē & cognationem complectitur. ¶ Prouerbiale antiquis fuit, quū furere aliquem, aut mente captum esse significare uolebāt, ut dicerent, ad agnatos & gentiles deducendum esse. Varro de Re rust. lib. 1. cap. Qui salubrē locum negligit, mente captus est, atq; ad agnatos & gentiles est deducendus. Cic. 1. de Inuent. Si furiosus existet, agnatorum gentiliumq; in eo, pecuniæq; eius potestas esto. Iustin. lib. 1. Iustit. Budæus. ¶ Agnatum dicimus quicquid ultra debitū natum est: hoc est, quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad eius perfectionem minimè requisitum. Vnde agnascentia & agnata membra appellantur, παραφύαδες, ἃ παραφυάδιά ἐστιν. Plin. Membra animalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus hominis semper digitus.

Agnellus, Agninus, Vide Agnus.

Agnigłossa, herba quædam, quæ & Agnilingua dicitur.

Agnōmen, n. t. pen. prod. Dicitur quod est extrinsecus alia qua ratione uel casu quæsitum: ut, Africanus, Asiaticus, Achaicus, & similia, ἐπωνυμία. [Ital. Cognome di una famiglia. Gall. Surnom d'vne famille Hisp. El renombre. Germ. Zůnam, der nam von geschlächt.] Cic de Inuent. Nomen quum dicimus, cognomen quoq; & agnomen intelligatur oportet.

Agnomones, Equi dicuntur uetuli, ex quorum dentibus ætas amplius dignosci non potest. ἀγνώμονες. Vide Cæl. Rhodiginem Antiq. lect. lib. 12. cap. 9.

Agnoſco, s. t. Ex ad, & noſco, euphoniæ causa, d̄ mutata in g. Propriè est noscere id quod nobis olim aut usum fuit, aut alia quauis ratione cognitum. ἐπιγινώσκω. [Ital. Cognoscere, recognoscere. Gal. Reconnoistre. Hisp. Recognoscer lo ante conoscido. Germ. Vnder erkennen.] Varr. Vereor, ne me quoq; dum reuertero, præter canē agnoscat nemo. Virgil. 5. Aen. Agnoscit q̄ suos, lætosq; ad mœnia ducit. Atq; hæc potissimùm ratione differt à uerbo Cognosco, quod propriè dicitur de rebus antea nunquā cognitis. Idem 4. Aegl. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. ¶ Interdum idem est quod admittere, recipere, approbare, ἀποδέχεσθαι. Cic. pro Milone: Quum tota Italia facti illius gloriam libenter agnosceret.

Agnitio uerbale, Actus ipse cognoscendi. ἐπίγνωσις. [Ital. Recognitione. Gal. Reconnoissance. Hisp. Reconoscimiento, Germ. Erkantnus.] Cic. 1. de Nat. deor. Quæstio de Natura deorum ad agnitionem animi pulcherrima est. Plin. lib. 10. cap. 7. Pisces soi cadaueris agnitionem fugientes.

Agnus, m. f. Fœtus est ouis, qui annū nōdū egressus sit. ἀρνός. [Ital. Agno, agnello. Gall. Agneau. Hisp. Cordero, ò borrego dentro de anno. Ger. Ein lamb.] Cic. de Senect. Villa abundet porco, hœdo, agno. Plaut. Pœnul. Lupo agnū eripere postulant, nugas agunt. Vbi species quædā est prouerbii, quum quis frustrà conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. ¶ Obiicere canibus agnos prouerbialiter dicuntur, qui imbellem & litium imperitū calumniatoribus & exercitatis exponūt. Refertur à Diogeniano. Nomen habere putatur ἀπὸ τῆς ἁγνείας: hoc est, à puritate, sine castitate, ut & nonnullis Hagnus, per aspirationē scribendum uidetur. Est etiam Agnus ἄγνος. Dioscoridi frutex arborescens, quem Latini à uinciendi usu Viticem appellant. Dictus agnos, quasi ἁγνός, id est, castus, quòd mulieres in Thesmophoriis, hoc est Cereris sacris, pudicitię conseruādæ causa hunc sibi fruticē substernerēt. Alii Agnum per syncopen dictum putant, quasi ἄγονον, quòd calore & siccitate seminis genitorū dissipare putetur. Vide de hoc nonnulla in dictione Vitex.

Agnellus, diminut. ὁ ἀμνίσκος, τὸ ἀρνίον. [Ital. Agnello. Gal. Agnellet. Hisp. Pequeno cordero. Ger. Ein lámblin.] Plaut. in Asin. Agnellum hœdillum me tuum dic esse.

Agninus, Quod ex agno est, aut ad agnum pertinet. ἀρνεῖος. [Ital. Cosa di agnello. Gall. D'agneau. Hisp. Cosa de cordero ò borrego.] Plaut. in Pseud. Pol quia qua opera credam tibi una opera alligem fugitiuū canē agninis lacibus. Plin. lib. 29. cap. 4. Muris aranei morsus sanatur coagulo agnino inūcto potu. Prouerbium est. Nam qui canem alligat intestinis agninis, is non modò canē amittit, uerùm & prædam ultrò dederit, fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit, & frustra habet obligatum eum qui non est soluendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

Agna, æ, f. p. Mensuræ genus in agrorū dimensione. Colum. li. 5. cap. 16. Actus quadratus undiq; finitur pedibus 120. hoc duplicatum facit iugerum, & ab eo quod erat iunctum, nomen Iugeri usurpauit: sed hunc actum prouinciæ Baticæ rustici agnam uocant.

Ago, gis, gi, ctum, a. t. ἄγω. [Ital. Fare, operare, trattare. Gall. Faire, besongner. Hisp. Hazer lo que no queda. Germ. Thůn, handlen, werckẽn.] multa significat: nam Agere est operari. πράττειν. Plaut. in Amph. Dum hæc agantur. Cic. lib. 2. Epist. Hic quæ agantur, quæq; acta sint, ex te literis multorum cognoscere arbitror. ¶ Quandoq; inducere, seu impellere. Lact. lib. 16. Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido. ¶ Quandoq; audire. Terent. in Andr. Hoccine agis? an non? id est, audis, uterponit Donat. Sic Plaut. Vos agite spectatores. ¶ Quandoq; dicere. Idem in Adelph. Sed ecquæ hic ipsus, de quo agebam? ¶ Quandoq; pronuntiare, ὑποκρίνεσθαι. Cic. de Opt. gen. dicendi: Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, ut iam nō sine causa Demosthenes tribuerit primas, & secundas, & tertias partes actioni, ὑποκρίσει. ¶ Quandoq; cogitare, πρὸς τινὰ ἐνθυμεῖσθαι. Virg. Aegl. 9. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse uoluto. ¶ Quandoq; effingere. ὑποκρίνεσθαι: ut, Ago stultum: id est, fingo, siue præsentem me stultum. Vnde Actores comœdiarum, ὑποκριταὶ, dicūtur, qui diuersorum hominū gestus agunt in scena. Cic. pro Q. Roscio: Roscium lenonē Ballionem qui agit, agit Chæream. ¶ Quandoq; ire, incedere, uiuere, διάγειν: ut, Nudus ago. Pomp. Mela: Exercent bellando animos, corpora ad consuetudinem laborū, maximè ad frigora: nudi agunt antè quàm puberes sint. ¶ Agere bonū ciuem, est fungi boni ciuis officio. Cic. lib. 4. Epist. Dum mihi pacis mandata das ad Cæsarem, mirificū agis ciuē. Sic Agere consulem, uel senatorem, est facere ea, quæ propria sunt consulis, uel senatoris. Cuiusmodi orationes Val. Maximus aliquādo nouē per nominativum extulit, ut quum ait, Experiri uolui, an scires consul agere: id est, fungi consulis officio. Idem, Publ. Rutilius, nomen publicanus in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit. ¶ Quandoq; agere, significat extendere, porrigere: ut, Vera gloria radices agit, atq; etiam porrigit. ῥιζοβολεῖν, ῥίζοῦσθαι. ¶ Agere testitudinem, est admouere, uel applicare, teste Seruio in illud Virg. 2. Aen. Obsessumq; acta testitudine limen. Sic Agere uineas & turres. Cæsar Bel. Gal. 4. Quibus fortiter resistentibus, uineas turresq; egit. ¶ Item agitare. Plaut. Aedepol eam agam uerberibus. Virg. 6. Aen. Prodigiis acti cælestibus ossa piabant. ¶ Agere cū aliquo dicimur, quū quippiam ab eo impetrare, uel aliquid ei persuadere conamur. Cic. Attic. libr. 1. Is egit mecum accuratè multis uerbis, ut tibi, responderem. Idem in Lælio: Quum enim sæpe mecum ageres, ut de amicitia aliquid conscriberem. ¶ Benè uel præclarè

præclarè agi nobiſcum, dicimus, quum res nobis feliciter ſuccedunt, nihilq; habemus, de quo magnopere queri poſſimus, *ἐυπλοίᾳ φέρεσθαι*. Cic. de Amicitia, Cum illo quidem actum optimè eſt, mecum autem incommodius. Ibidem, Cum illo quis neget actum eſſe præclarè? Idem in Verrem, Actionem. ¶ Hæc conditio fuit aratorum, ut ſecum præclarè agi putarent, ſi uacuos agros Apronio tradere liceret. ¶ Agitur res noſtra, uel, De re noſtra agitur: hoc eſt, ad nos pertinet, uel res noſtra in diſcrimen adducitur. Cicero pro Sext. Roſcio: Tua quoq; res permagna agitur. Idem pro Lege Manilia: Agitur enim ſalus ſociorum, aguntur certiſſima populi Rom. uectigalia, aguntur bona multorum ciuium. Idem de Amicit. In quibus eorum de capite agitur, aut fama. ¶ Agere cum aliquo de tabulis obſignatis, eſt eum conuincere teſtimonio literarum ſuarum. Teſtimonium eſt apud Cic. 5. Tuſc. Agere & ferre, *ἄγειν καὶ φέρειν*, triſtiſſima quidem, ſed tamen prouerbialis eſt figura. Dicitur enim de hoſtibus agros noſtros excurrentibus, Agunt & ferunt *ἄγουσι καὶ φέρουσι*, pro eo quod eſt, hoſtili more populantur aut uexant. Id ſi traducatur ad animum, nõ paulò fiet feſtiuius: quemadmodum Ariſtoph. in Nebul. ¶ Actum eſt, uel Res acta eſt: hoc eſt perit, uel deplorata eſt, *πέπραται, οἴχεται*. Terent. in Heaut. Vxorem ei cœnam atq; eius comitibus dedi: quòd ſi iterum mihi ſit danda, actum fiet. Idem, Acta hæc res eſt, periit: prouerbialiter his uerbis deſperationem ſignificamus. ¶ Actum agere, id eſt, nihil agere, *τὸ πραχθὲν πράττειν*. Idem in Phor. Actum, aiunt, ne agas. *τὸ πραχθὲν μὴ πράττε*. Forma Adagii eſt à iudiciorum conſuetudine ſumpta, qua admonere fas non eſſe iterum agere cauſam de qua iam ſit pronuntiatum. Sic Plaut. Actum agis: id eſt, incaſſum laboras. Quod enim iure ſemel iudicatum fuerit, reſcindi, & iterum agi non poteſt. ¶ Aliud agere, uel Alias res agere, eſt nõ eſſe intentum iis quæ aguntur. Cic. pro Sext. Roſc. Vtq; adeò animaduerti, iudices, cum iocari, atq; alias res agere. ¶ Ponitur interdum agere pro uertere. Virg. Ipſe ter adductã circum caput egit habena. ¶ Pro urgere, perſequi. Idem. Paſtor agens telis. ¶ Pro regere. Virg. 1 Aen. Tros, Tyriuſue mihi nullo diſcrimine agetur. ¶ Pro ante nos pellere. Idem 1. Aegl. En ipſe capellas Protinus æger ago. ¶ Pro uehere, ducere. Varro, Non hos Paſtolus aureas undas agés, ciperet unquam è miſeriis. ¶ Pro foras pellere, fugare: ut, Membris agit atra uenenum. ¶ Agere etiam ad lites pertinet: unde emerſerunt innumeræ penè loquẽdi formulæ: ut, Furtum agere, hoc eſt, actionem furti intendere. Agere cauſas, Agere ex ſyngrapha, Lege agere ex ſponſo, de quo infrà in dictione Sponſio. ¶ Agere reum, *ἀντιγράφειν*: hoc eſt, accuſare. ¶ Peragere reum, *ἀγῶνα τὸν ἀληθῆ*, eſt agendo perficere ut reus condemnetur. ¶ Agere gratias, hoc eſt, uerbis oſtendere nobis aliquid fuiſſe gratum. Nam gratias habere, *χάριν εἰδέναι*, pertinet ad animum, quum memorem acceptæ beneficii mentem animumq; habeo, & inuicem gratificandi uoluntatem. Referre uerò gratiam, *ἀποδόναι χάριν*, eſt facto acceptum beneficium remetiri, ut ſi à me ſuo bienarus aliquo beneficio, & uiciſſim aliquo modo me ſubleuaueris, gratias retuliſti, reddidiſtiq;. Et licet Seneca nolit malas gratias referri poſſe, ſed reddi. Cicero tamen in Salluſtium ait, Quòd iſta inuſitata rabie in uxorem & filiam meam inuaſiſti, quæ ſe facilius mulieres abſtinuerunt à uiris, quàm tu uir à uiris, ſatis docte ac perite feciſti. Non enim tenebi me mutuam tibi gratiam relaturũ, ut uiciſſim tuos expilarem. Terent. in Eunuch. Illis crucibus quæ nos, no ſtro q; adoleſcentiam habent deſpicatui. Nunc referam gratiam, atq; eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. Referre igitur gratiam, tam in malum, quàm in bonum dicitur, quum hoſtile beneficium, aut iniuriam acceptã compenſare. Refert hoc uerbo ſingularem accuſatiuum Gratiam, iungitur, quàm pluralem Gratias. Et contrà, melius dicimus, referre fabulas. Habere gratias, quàm gratiam: nunquam autẽ, uel raríſſimè, Agere gratiã: ſed ferè ſemper, Agere gratias. Liuius, Socerus tandem complexu filii: Renuntiate, inquit, gratias me acere, referre gratiam aliam nunc non poſſe, quàm ut maiorem nõ antè in aciem deſcendar, quàm in caſtra me miſiſſe audierit. Cic. Cui pro me Senatus gratias agẽdas putaui, ego à me gratiam referendam non putem? Pro eodem eum dicimus: Reſpondere officiis. Plancus Ciceroni: Immortales tibi ago gratias, agamq; dum uiuam: nam relatum me affirmare nõ poſſum: tantis enim tuis officiis non uideor mihi reſpondere poſſe. ¶ Agere cũ populo, eſt populum rogare, ut ſuis ſuffragiis quid iubeat, aut uetet. *ἐν τῷ δήμῳ χρηματίζειν*. ¶ Cuniculos agere, eſt ſpecus ſubterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiet aditus. Cic. 3. Offic. Quòd ſi fana pater expiler, cuniculos agat ad ærarium. ¶ Agere uiam, eſt uiã ſibi aperire per loca inuia. Virgil. 3. Aen. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe uias ſubter mare. ¶ Denique agere, pertinet ad omnes actus humanos, *ἐνεργεῖν*. Nã qui ſedet, qui ſtat, qui cogitat, qui facet, qui moritur, aliquid agere dicitur: ita, ut nullus, q modò uiuat, eſſe unquã poſſit ſine actiõe. ¶ Hinc fit, ut & agere dicamus pro uiuere: pro quo etiam dicimus, Vitam agere *βιοῦναι*. Terent. in Andr. Primùm hæc pudicè parcè ac duriter agebat. ¶ Item annum uigeſimum, uel triceſimum agere. Annum agere, Senectutem agere, & ſimilia. Annus, uel mẽſis uigeſimus agitur: hoc eſt, currit, uel in curſu eſt. Teren. in Hec. Tum poſtquã ad te uenit, menſis iã hic agitur ſeptimus. ¶ Agere animã, eſt mori, uel morti proximum eſſe. Cic. Epiſt. li. 4. Q. Hortenſius, quũ hæc ſcripſi, animã agebat. ¶ Componitur Ago cũ ad, ut adigo: cum ab, ut abigo: cũ am, ut ambigo: con, ut cogo: circũ, ut circumago, quod eſt circunduco: de, ut dego: ex, ut exigo: per, ut perago: pro, ut prodigo: re, ut redigo: ſub, ut ſubigo, à quo fit profubigo: trans, ut tranſigo. ¶ Sunt etiam qui putẽt caſtigo, inſtigo, mitigo, lænigo, litigo, & nego compoſita eſſe uerbi ago: ut ſit caſtigo, caſtè ago: mitigo, mitem ago: lænigo, lenẽ ago, id eſt, planum: fuſtigo, fuſte ago: litigo, lite ago: ſed cùm ſint primæ coniugationis, habentq; quædam i productam, non uidentur ab Ago compoſita. Agon' uictimarũ uerbum, pro agóne Ouid. lib. 1. Faſt. Qui calido ſtrictos tinguturus ſanguine cultros Semper agãtue rogat: nec niſi iuſſus agit. Et Senec. lib. 3. Contr. Carnifex manum tollet: deinde reſpiciat ad patrem, & dicat, Agón? quod fieri ſolet in uictimis. Vnde prouerbialiter Agones dicti contratores, qui ſemper deliberant, neq; quicquam aggrediuntur.

Agito, as, pen. cor. Crebrè facio, factito. *πράττω, ἐνεργῶ*, ũ. [Ital. *Agitare*, far' ſpeſſo. Gall. Agiter, demener fort & ſouuent. Hiſpan. Hazer muchas vezes. Germ. Flyſſig thun, offt handlen. Item, Bewegen hin vnd wider.] Saluſt. in Iugur. Ita uariè per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atq; gaudia agitabantur. ¶ Item Stimulare, compellere, *ἐλαύνειν*, quo pacto agi ſolent equi, quum eos calcaribus urgemus. Plaut. Nam iam agitabo quadrupedẽ calcari. ¶ Item Obſeruare. Virg. lib. 1. Georg. Ipſe dies agita: feſtos. ¶ Item Perturbare, moleſtare. Cic. de Legib. Furiæ agitant inſectanturq; improbos. Plaut in Curc. Tum te igitor morbus agitat hepatarius. ¶ Item inſectari. Cic. lib. 3. Offic. Sãtne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiamſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? Ipſe enim feræ nullo inſequente ſæpe incidunt. ¶ Item exercitare. Lactant. Niſi uirtus agitetur, proficimus parum. ¶ Agitare uiam, idem quod agere, uel ducere. Saluſt. in Proœm. Bell. Catil. Etiam cũ uita hominũ agitabatur ſuæ cupiditate. Item Cruciare, ut apud eundem: Agitabatur magis magisq; in dies ferox animus inopia rei familiaris, & conſcientia ſcelerum. ¶ Item Sæpe adminiſtrare. Idem. In pace uerò beneficiis magis, quàm metu imperiũ agitabant. ¶ Item Sæpe conſiderare, cogitare, recogitare. Idem, Sed ea quæ mente agitari, omnes iam antea audiſtis. Terent. in Phorm. Ego quoq; id quidem agitans mecum ſeduló, inueni (ut opinor) remedium huicce rei. ¶ Agitare ferociter, eſt ſeſe ferociter gerere. Saluſt. in Catil. Minari interdum ferro, niſi obnoxia foret: poſtremò, ferocius agitare, quàm ſolebat. ¶ Agitare lætitiam, eſt lætitiam præ ſe ferre, & re ipſa gaudium oſtendere. Ibidem, Ciceronem ad cœlum tollere, & ueluti ſeruitute erepta, gaudium, & lætitiam agitabat. Huius compoſitum eſt Exagito.

Agitatio, uerbale, Ipſe agitandi actus. *ἡ δόνησις, κίνησις*. [Ital. Smouimento, commotione, agitatione. Gal. Emouement, eſmotion, agitation. Hiſp. Obra de acoſſar, aguijadura. Germ. Bewegung, tryb.] Cic. 2. de Nat. deor. Nec enim ille ſeternus & aduentitius habendus eſt lepor, ſed ex intimis naturæ partibus agitatione excitatur.

Agitator, Qui eſt equorum currúmue rector. *ἡνίοχος, ἱππεύς, ἱππηλάτης*. [Ital. Chi ſpinge & mena caualli à aſini. Gall. Qui conduit & chaſſe cheual, aſne ou autre choſe. Hiſp. Aguijador ò acaſſador de animales. German. Ein roßtreiber, fahrer, fürmann.] Cicero ad Attic. libro decimo tertio: Nec eſt melius quicquam, quàm ut Lucullus ſuſtineat

cursum, equo, aut bonus sæpe agitator.

Actus, a, um, Completus. *πεπραγμένος.* [Ital. Fatto perfetto. Gall. fait, parfait. Hisp. Hecho. Ger. Gar schon vberhin vnd volbracht ist.] Virgil. lib. 6. His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ. Vnde Actum agere, prouerbio dicitur, pro Nihil agere. Quod enim (inquit Donatus) in iure semel iudicatum fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. ¶ Ponitur etiam Actus pro Adpulsus. Idem li. 7. Siue errore uiæ, seu tempestatibus acti. ¶ Pro Admotus. Idem lib. 9. Accelerant acta pariter testudine Volsci. ¶ Pro Coactus, territus. Idem lib. 6. Prodigiis acti cœlestibus ossa piabunt. Alia significata quære in dictione Ago.

Actum est, Semper in malam partem accipitur: ut, Actum est de Republica: id est, extincta, desperata, perdita est, *σέσηπται, πέπραπται.* Terent. in Andr. Quid ego audio? actum est, si quidem hæc uera prædicat.

Acta, orum, *πράξεις.* [Ital. Atti publici registrati. Gall. Faits & actes publiqs, les registres publiqs. Hisp. Los hechos publicos de cada dia. Germ. Handlungen, geschichten.] Generaliter dicuntur, quæcunq; aguntur, siue publicè, siue priuatim, siue in iudicio, siue extra iudicia. Cic. de Orat. Consilia primùm, deinde acta, postea euentus. ¶ Propriè tamè actorum nomen collectionè quandà importat, accipiturq; pro quadam rerũ actarum congerie, in tabulas uel commentarium redacta: uel etiã pro ipsis commentariis, in quibus perscripta sunt ea quæ aguntur. Cic. Trebonio lib. 10. Epist. 28. Res urbanas, actaq; omnia ad te perferri arbitror. Idẽ in prima Antonisna: An in libellis & chirographis acta Cæsaris firma erunt? Acta & Actitata Cornucopiæ ita distinguit. Acta sunt, quæ extra iudicium fiunt. Actitata, ea quæ in iudicio. Putem & Acta & Actitata utrobiq; fieri, sed Actitata frequentiam denotare. Valla li. 4. ca. 9. Acta à gestis distinguit: ut hæc sint eorũ duntaxat, quæ in administratione magistratus, & in rebus maioribus, & ad Rempubl. aut ad plures spectantibus gerunturue, Gesta Alexandri, gesta Cæsaris. Acta uerò etiam rerum priuatarum & minorum, ac familiarium, quam quam etiam de rebus grauibus ardnisq; dicuntur. Frequentissimè enim Cicero Acta Cæsaris appellat, in quibus tamè & agrorũ diuisiones, & donationes regnorum continebantur. Neq; soldm de rebus priuatis, uerdm etiã publicis, Acta dicũtur. Cic. 1. Phil. In publicis actis nihil est grauius, in priuatis firmissimum est testamẽtum. ¶ Legitur etiã Actum, acti, singulari numero. Idem 1. Phil. Nihil est, quod tam propriè dici possit actum eius, quàm lex. ¶ Acta circundocere, est antiquare & delere. Paul. l. Acta. ff. de re iud. Acta apud se habita, si partes consentiant, & iudex hoc permiserit, potest iubere eadem die circunduci. ¶ Acta diurna, quæ in singulos dies conficiuntur. Græci *ἐφημερίδας* uocãt. Latini Diaria. Suet. in Cæs. Inito honore primus omnium instituit, ut tam senatus quàm populi diurna acta conficerentur. ¶ Referre in acta, est inter acta præscribere. Iuuenal. Sat. 2. - Liceat modo uiuere, fiunt, Fient ista palã, cupient & in acta referri.

Actus, us, generali uocabulo, dicitur omne quod agitur, aut dicitur. *πρᾶξις.* Cic. in Salust. Si de mea uita atq; actibus huic conuiciatori respondero. Idem 1. de Legib. Non solùm in rectis, sed etiã in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. ¶ Dicuntur præterea Actus, partes fabularũ, inter quas modi fieri solent. Hos in omni fabula quinque exigit Horat. in Arte poet. Nẽue (inquit) minor quinto, neu sit productior actu Fabula, quæ posci uult, & spectata reponi. ¶ Vnde prouerbiali figura dicimus, Supremum fabulæ actũ addere, pro eo quod est, Extremum finem imponere. Cic. in Catone transfert ad uitã peractã: Hi mihi uidentur fabulam ætatis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. ¶ Per translationem Actus dicuntur diuersæ uitæ humanæ partes, in quibus nõ secus atq; histriones in Comœdia, alias atque alias quodam modo induimus personas. Ibidem, Naturam optimam ducẽ sequimur, à qua non ueriũmile est, quum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremũ actum, tanquam ab inerti poeta esse neglectũ. ¶ Item Actus, dicitur spatium in agro 120. pedum, quòd in eo boues agerẽtur, quum araretur uno impetu iusto, ut inquit Plin. lib. 18. cap. 3. Triplices autẽ reperiuntur Actus: minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus 4. pedes habet latitudinis, longitudinis pedes 120. quod spatium in agris erat inter uicinos. Quadratus undique 120. pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus lugerum præstat. ¶ Rursus Actus (ut Modestinus de Seruitute prædiorũ rusticorum scribit) est ubi armenta trahere, & uehiculum ducere licet, *ἱλαύα*, hoc est, uia, qua quis pedes uel eques commeare potest. Vide Institut. Iustiniani lib. 2. tit. 3. Actus etiam olim agrestis mensuræ genus fuit.

Actiuus, *ἐνεργητικός,* Qui agit. Denominationem est à nomine Actus, siũ à Grammaticis: ut, Actiua significatio, & uerbum actiuum, quod (teste Prisciano lib. 8.) semper actum significat, & facit ex se Passiuum.

Actãsus, ab actu etiam descendit, Qui in actibus, præsertim in gestibus corporis abundat, & multum se exercet. *ὑπερπρακτικός, πραγματικός.* [Ital. Attuoso, pronto ne' gesti del corpo. Gal. Qui represente bien les mines & contenances. Hisp. El que haze gestos y visages. Germ. Der vil gebárden vnd seltzamer weisen treibt.] Iur, Actuosi homines, qui motu corporis maxime exercẽtur, ut histriones & saltatores. Et Actuosus ignis apud Senecã. Actuosa uita, quæ in actione & labore uersatur, nõ in studio & contemplatione. Et hæc actiuè: passiuè autẽ quũ accipitur, significat rem, in qua multũ sit laborandum: ut, Actuosa comœdia. Donat. in Terent. Hæc scena actuosa est, magis in gestu quàm in oratione constituta.

Actuosè, aduerb. *πραγματικῶς, δραστικῶς.* Cic. 1. de Orat. Quid petã præsidii? quàm leniter? quàm remissè? quàm nõ actuosè?

Actio, f. t. uerbale, idem significans quod Actus, uel operatio, uel administratio. *πρᾶξις.* [Ital. Attione. Gal. Action. Hisp. Obra, hechura. Germ. Handlung.] Cic. 1. Offic. Virtutis enim laus omnis in actione consistit. Apud Rhetores autem significat pronunciationem, *ὑπόκρισιν.* Cic. in Orat. Est enim actio, quasi corporis quædã eloquentia, quum constet è uoce atq; motu. Quid autẽ sit Pronunciatio lib. 1. ad Heren. explicatur: Pronunciatio, est uocis, multus, gestus moderatio cum uenustate. ¶ Quandoq; Actio pro accusatione, siue petitione accipitur, *διαδικασία*, quemadmodum Actor, pro accusatore, *διαδικάζεται*: ut, Ciceronis actiones in Verrẽ. Quintil. lib. 7. Cuius actionem equidem solam in hoc tempus emiserã. ¶ Quandoq; dicitur defensio, siue oratio, pro causæ defensione, aut alicuius rei, de qua agitur. *ἀπολογία.* Cic. Quint. Valerio: Actionem meam C. Cæsar primo suo Consulatu lege in Agraria comprobauit. ¶ Est etiam Actio, Ius, quod sibi debebatur, in iudicio persequendi, *δίκη*: ut autor ad Heren. lib. 1. Et à causa cadit is qui agit, nisi habeat actionem. Dicimus etiam Gratiarum actionem pro beneficii accepti confessione, & grata uerborum redditione. Cicer. Planco: Quanquam gratiarum actionem à te non desiderabam.

Actito, as, pen. corr. frequentatiuum, oriundum, nõ ortum ab Ago, sed ab Acto, sicut Scriptito à Scripto: Lectito, à Lecto: & propriè Actitare dicitur in causis. *ἀγωνίζεσθαι.* Plin. Iunior ad Marcum. Magis miraberis, si scieris illum aliquandiu causas actitasse. Cic. de Clar. orator. Etiam M. Pontidius municeps noster multas priuatas causas actitauit. Vide & Gell. lib. 9. cap. 6.

Actor, Dicitur omnis qui aliquid agit. *ὁ πράττων.* [Ital. Operatore. Gal. Exploictteur. Hispan. El que haze. Germ. Ein thãter, ein verhandler.] Cic. pro Sest. Cato & dux, & autor & actor illarum rerum fuit. ¶ Item is qui in iudicio causam agit, *συνήγορος.* Cic. de Clar. Orat. Eodem anno Miloni Rhodio Romæ dedimus operã, & actori summo causarũ & magistro. ¶ Apud Iurisconsultos Actoris uocabulum ferè semper accipitur pro accusatore, seu petitore: hoc est, pro eo qui actionem in iudicio intendit aduersus reum. *διαδικάζεται.* Vlpianus l. quæ omnia. ff. de procur. & defensor. Quæ omnia nõ solùm ex parte rei, sed etiã in persona actoris obseruabuntur. ¶ Actor etiam dicitur histrio qui fabulam agit, *ὑποκριτής.* Cic. ad Q. Fratrem: Poetæ boni, & actores industrii in extremo actu solent esse diligentissimi. ¶ Item, Actor dicitur uillicus, qui nostras res curat, quẽ Factorem solemus appellare, de quo Colum. li. 1. cap. 7. Ita fit, ut & actor, & familia peccent, & ager sæpius infametur.

Actuarius, Qui acta describit uelociter stylo, eaq; scripta deinde recitat, Notarius, *γραφεύς.* [Ital. Notaio. Gal. Notaire. Hisp. Aquel que escriue lo que otro dize. Ger. Ein Notari, so die bandel schnell vnd in eyl schreibt.] Suet. in Cæs. Quam nõ immeritò Augustus æstimabat magis ab actuariis exceptã, malè subsequentibus uerba dicentis, quàm ab illo editam.

Actuarius, a, um, *ἐνεργός.* Idem quod agilis, uelox & facilis, ad circumagendum: unde & Naues actuariæ, *ταχέαι* dicuntur, quæ leuiores sunt, agiliores, quaq; huc illuc quamam

nullo negotio fleƈti poſſunt. Liu.4.Decad.lib.8. Tradito à naues,armentaq; earum,néue plures quàm decem,naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. ¶ In eadem etiam ſignificatione Actuarium legimus neutro genere. Cic.Attic.lib.16. Recordor enim æſtate eum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans, quàm fuerim ſolicitus,qui duro anni tempore actuaria fore cenſes?

Actuariolum,diminutiuum, τὸ μικρὸν λιμπάριον. Cic. Attic. lib.11. Hæc ego conſcendens è Pompeiano tribui actuariolis decem ſcalmis: id eſt, remigibus earum nauiculariũ, quæ uocantur actuaria,uel actuariola.

Actum, pen. pr. aduerb. temporis, ab actu, id eſt, celeritate demuſtũ. Significat enim cõfeſtim,ſine dilatione. αὐτίκα. [Ital. Di ſubito,di fato,incontinẽte. Gall. Toſt,incontinẽt. Hiſp. Preſto,luego. Germ. Geſchwind,flux,eins wegs.] Cic. 11.Philip. Ego mortem actutum ferendam puto. Terent.in Phorm. Aggredere actutum

Agiæ,ἀγωγαί,ἀγωγοί, Foſſæ ſunt in metallis auratis,per quas aqua aurum trahens ducitur,ulice frutice,qui illis inſeni ſolet,aurum retinente. Vide Plin.lib.33.cap.4.Hermolaus Iulices uocari tradit.

Agilum,pen.cor.n.ſ.Paſtoralis baculus,quo pecudes agontur. λαγίβολον. [Ital. Baſtone de paſtore. Gall. Baſton de paſteur. Hiſp. Cayado ò bordon de paſtor. Germ. Ein hirten ſtäcklen.] Feſtus.

Agon, ἀγών. [Ital. Agone. Gall. Tout exercice de combat, comme luictes, iouſtes & autres. Hiſp. Contention, porfia. Ger. Kampff, vbung zům ſtreit.] Græcis idem eſt quod certamen,ſtudiũ,contentio,labor cũ difficultate coniunctus. Accipitur & pro loco ipſius certaminis: Vnde locus Romæ iuxta Tyberim,qui Circus Flaminius dicitur, etiã Agon appellatus fuit, q̃ in eo curule certamen ſoleat exhiberi. Fuit quoq; propriũ uiri nomen ex Teo, de quo Plin.lib.33.cap.1. Summæ apud exteros licentiæ fuerat, Agonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clauis ſuffigere crepidas.

Agonia, ſ.p. ἀγώνια. Feriæ erãt Romæ mẽſe Ianuar. celebrari ſolitæ,poſtea Agonalia appellata. Ouid.1.Faſt. Et prius antiquis dicebat Agonia ſermo. Vide in dictiõe Agonalia. ¶ Agonias quoq; antiqui hoſtias appellabant, teſte Feſto,nomine ab agendo deducto. Sterilitatem quoq; & impotentiam generandi, Agoniam Græco uocabulo ἀγονίαν uocamus. ¶ Agonia antepen.prod. ἀγωνία, extrema eſt conturbationis ſpecies, quam Latini Trepidationem uocant. Quam nonnullam etiam Lucę Interpres ſeruauit,cap.11. Et factus(inquit) in agonia prolixius orabat.

Agonisma, atis, ἀγώνισμα. Græcis eſt palma, ſiue præmium certaminis.

Agonium. Dies appellabatur, quo Rex ſacrorum agonias:hoc eſt, hoſtias immolabat. Autor Feſtus.

Agoniſta, ἀγωνιστής. Qui in agone contendit,certator,pugil.

Agonius, ἀγώνιος. Dicebatur Deus,qui præſidebat rebus gerendis:in cuius honorem Agonalia inſtituta fuiſſe exiſtimat Feſtus.

Agonizo, ἀγωνίζομαι, neutrum, Agonizor deponens,ſignificat dimico,contendo. Hieron.in Eccleſ. Agonizare pro anima tua,pro iuſtitia. Cyprian.ad Moyſen:Omnis qui agonizatur,in omnibus continens eſt.

Agonomus, m. ſ. princeps, quaſi per actionem nominatus & uocatus.

Agonotheſia, agonotheræ munus,ἀγωνοθεσία.

Agonotheta, m. p. ἀγωνοθέτης. [Ital. Soprastante a giuochi & feſte. Gall. Le maiſtre capitaine ou preſident aux ieux de tournoy. Hiſp. Maeſtro de torneos juegos. Ger. Ein hauptman der zů geſetzter der kämpffe ſchulen, der jnen die beloonung ſoll theilen.] pen.cor.ab ἀγών & τίθημι, Munerarius, Agonis diſpoſitor, ſeu præfectus, qui præmium certãti bus quolibet ludorum genere proponit: qualis Achilles apud Homerum in funere Patrocli, & Aeneas apud Virgil. idem,Spartianus in Adriano. Pro agonotheta reſedit.

Agonothetæ, Dicebantur qui ſacris certaminibus præerant, eaq; decernebant, ut ſcribit Iul.Poll. Prædia quæ his iam emeritis diſtribuebantur, Agonothetica dicentur, ſicut ea quæ ab Agonothetis athletis adiudicantur.

Agoraeus, ἀγοραῖος, Nundinarius uilis emens: ab ἀγορά, ma. ἀγορὰ enim forum uenalium dicitur:quamuis etiam pro Gratia ac, pro Pretio rei, pro Re uendita, & pro Foro iudiciali quandoque ponatur.

Agoræus panis,ἀγοραῖος ἄρτος, dicitur qui in foro rerũ uenalium uenundatur:de quo uide Ruell.lib.2.cap.14.

Agoranomus,m.ſ.ἀγορανόμος,pen.cor. prorſus eiuſdem ſignificationis eſt,cuius & Aedilis:de quo in ſuperioribus ſatis. Dictus Agoranomus, à foro rerum uenalium, cui regulam præſcribit. Plaut.in Cap. Miramq; adeò eſt, niſi hunc ſe ceruat ſibi agoranomum Aetoli.

Agorammatus,dicitur illiteratus.

Agragantinus, idem quod Agrigentinus. Luc.lib.2. Quorũ Agragantinus cum primis Empedocles eſt. Vide Agragas.

Agraphos,ἄγραφος, pen.corr. Latinè Non ſcriptus dicitur, uel,Non pictus. Sic Agraphum ius dicitur,quod non eſt ſcriptum,ſed conſuetudine receptum,& à maiori populi parte approbatum.

Agrarius,Agreſtis, Vide Ager.

Agredula,ſ.p. Dicitur parua rana,quæ in agris inuenitur.

Agre,ἄγρη,Ciuitas eſt Lydiæ, apud Stephanum.

Agria,ἄγρια, Scabies quædam eſt,ſtatis anni temporibus reuertens,curatu adeò difficilis,ut nulla penè arte ſanari poſſit:unde & nomẽ habet. ἄγριος enim idem eſt, quod immitis,uel ferox. Celſus Feram ſcabiem appellat.

Agriacantha,ἀγριάκανθα ἢ ἄκανθα ἀγρία. Spina eſt ſylueſtris,cardui ſimilis,denſis horrens ſpinis. Autor Dioſc.

Agricola, Vide Ager.

Agriolea,ἀγριελαία,Oles ſylueſtris,quam Latini uocant Oleaſtrum.

Agrigentinus,a,um,ἀκραγάντινος, poſſeſſiuum,pen.prod. ut, Tyrannus Agrigentinus, & Sal Agrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua uel liquore alio crepitat, quaſi torreator. Plin.lib.31.cap.7. Agrigentinus ſal ignium patiens,ex aqua exilit.

Agriocardamum,ἀγριοκάρδαμον, Herba eadem eſſe creditur cum ea, quæ alio nomine Hiberis dicitur, & Lepidium Galeno. Vide Ruell.lib.1.

Agrimonia,herba quædam, quæ præcipuè abundat in agris.

Agrion nardum,ἀγρία νάρδος. [Ital. Valeriana. Gal. Valeriane. Hiſp. Hierua benedicta. Germ. Baldrian.] Herba eſt folio oleris atri,quã Dioſc. Phu,φοῦ: nõnulli etiã Nardũ Creticum appellarunt. Recentiores uocãt Valerianam maiorẽ.

Agriophagitæ,homines,qui ſoldm ferarum carnes edũt. Hi Cyclopes dicuntur,uel monoculi,quia unum habent oculum in media fronte ad modum cycli. Hos India gignit.

Agriophyllon,ἀγριόφυλλον. [Ital. Peucedano. Gal. Fenicule porcinum. Hiſp. Heruatum. Germ. Baarſtrang,oder ſeuw fenchel.] Herba eſt, alio nomine Peucedanum dicta. Vide Dioſcor.

Agrioſelinum,ἀγριοσέλινον, Herba eadẽ cum Hippoſelino Dioſcoridis.

Agripeta, Vide Ager.

Agrippæ,quaſi Aegrippæ,ab ægro partu(ut docet Gellius)dicuntur, quorum in naſcendo non caput, ſed pedes primi exierunt, qui partus difficilimus & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedibus appellati. Confixos autẽ pueros eſſe in utero Varro ſcribit,capite infimo nixos, ſurſum pedibus elatis,non ut hominis natura eſt,ſed ut arboris. Nam pedes cruraq; arboris appellant ramos: caput,ſtirpem atq; radicẽ. Quando,inquit,contra naturã fortè conuerſi in pedes,brachiisq; plerunq; didu ctis retineri ſolent,ægrius tunc mulieres enituntur. ¶ Fuerunt autẽ multi ſic appellati,quorum unus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphauit,& populum qui à patribus ſeceſſerat,in gratiã reuocauit,narrato apologo de membris aduerſus uentrẽ conſpirantibus. Hic tam pauper deceſſit,ut collatis in ſingula capita ſextantibus publico ſumptu elatus ſit. ¶ Alter Syluius Agrippa duodecimus Latinorum rex, cuius meminimus paulò antè. ¶ Item M.Agrippa,Auguſti gener, nauali victoria contra Sext Pompeium inſignis. De quo Virg.lib.8. Parte alta uentis & diis Agrippa ſecũdis. ¶ Item Herodes Agrippa,ſecundus Galilæorum Tetrarchus. Herodis primi Iudæorum regis filius,qui Chriſtum illuſum remiſit ad Pilatum. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Artiſtobuli filius,quem à Tiberio in uincula conjectum Caligula ſoluit,regemq; Iudæorum conſtituit. Vide Ioſephum, & ea quæ intrà annotauimus in dictione Herodes.

Agrippum

Agrippum, Lacones oleam ſylueſtrem uocant. Vnde Adagium. Sterilior Agrippo. ἀκαρπότερος Ἀγρίππου: de iis qui extremæ ſunt paupertatis, neq; quicquam poſſident. Quadrat & in ignauos nulliusq; inductrix homines. Autores Zenodotus & Suidas.

Agriſis, Herba tum precipua dulcedine, tum hominibus ac iumentis utilis in primis uſus: ea potiſſimum Aegyptii uectebantur Diodor Sicul. lib. 2. cap. 1.

Agriōtes, ὁ ἀγριώτης, Phalangi ſpecies, apud Nicandrum.

Agrōſtis. ἄγρωστις. [Ital. Gramigna. Gal. Dent de chien. Hiſpan. Grama.] Herba eſt geniculatis per terram ramulis ſerpens, folia habens oblonga & acuminata, in modum paruæ arundinis, qua boues iumenta q; paſcuntur. Latini Gramen appellant. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 26.

Agyia, ἀγυιὰ Stephano, Vide Agyieus.

Agyrtæ ἀγύρται, Præſtigiatores ſunt & circulatores circumforanei. Nam ἀγυρτεύω inter cætera ſignificat, Præſtigium exerceo.

A ante H & L

Ah, ſiue Aha, αἲ, ἀὶ, interiectio eſt moltorum affectuum ſignificatiua. Nã modò dolentis eſt, ſiue commiſerantis. Virgil. 1. Aegl. Spem gregis, ah, ſilice in nuda connixa reliquit. ¶ Modò admirantis, ut apud Plaut. Ah, quid ais? ¶ Aliquando dehortantis, in qua ſignificatione crebrò occurrit apud Ieremiam & Ezechielem prophetas. ¶ Ah, indignantis, ſiue increpantis ſeipſum. Terent. Andr. Ah, oix tandē ſenſi ſtoli dus. Virg. Aegl. 2. Ah, Corydon, Corydon, quæ te demētia cepit? ¶ Ah, deſiderantis. Plaut. in Aſin. Ah, quanto amplius ualere, ſi hic maneres? ¶ Ah, factum alterius reprehendentis. Terent. in Andr. Nã quid ego dicã de patre? Ah, tantāne rem tam negligenter agere? ¶ Ah, obiurgantis. Ibid. Ah, quanto ſatius eſt te id operam dare, qui iſtum amorē ex animo amoueas tuo. ¶ Ah, abnegantis. Ibid Ah, ne me obſecra. ¶ Ah, reclamantis, aut contradicētis. Terent. in Hecy. Meum receptas filium ad te Pamphilum. Bacchis: Ah. Laches: Sine dicam. Vbi Donat. Ah, quod falſum eſt reclamauit meretrix ſtatim, & noluit contradicere, ſi permitteret ſenex. ¶ Ah, ah, ſuſpirantis. Plaut. in Milite: Habe bonum animum. Pamph. Ah, ah. Quum uenit in mentem, mores mihi mutādi ut ſĕt. ¶ In notis antiquis, A H. Alius homo.

Ahenum, n. ſ. Vas eſt, in quo aqua ad lauandum calefit. χαλκεῖον. [Ital. Caldaio. Gal. Chauderon ou coquemar. Hiſp. Caldera de Cobre. Germ. Ein keſſel.] Pau lin L. Quum de lanionis. de inſtruct. & inſtrum. legat. lib. 33. Paud Nec multum refert inter cacabos & ahenum, quod ſupra focũ pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. Virg. 1. Georg. Et foliis undam tepidi deſpumat aheni. ¶ Ahenum dicimus per h interpoſitam inter a & e, non æ̃num, ut ſonus ſit uiuidior uegetiorq; : teſte Gell. lib. 2. cap 3. ¶ Ahenum ſæpenumero capitur pro ampliſſimo uaſe in quo tingitur purpura. Vnde multa habet epitheta ex iis locis in quibus claruit uſus purpuræ: ut Agenoreum ahenum, id eſt Tyrium, uel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyros & Sidon urbes purpura nobiles. Mart. lib. 10. in Caium Amyclæum ahenum. Ouidius lib. 2. de Remed. amor. & alia id genus.

Ahenus, a, um, Idem quod Aereus. χάλκεος. [Ital. Coſa di bronzo. Gall. Choſe de cuiure. Hiſp. Coſa de materia de cobre. German Ehrin, kupferin, das von ertz oder kupfer gemachet iſt.] Virg. Et luce coruſcus ahena.

Aheneus, a, um, Idem Horat. 1. Epiſt. Hic murus aheneus eſto.

Aherræ, uocãtur duæ uenæ quæ ab umbilico & matrice per pectinem tranſeunt infra renes.

Ahu, Interiectio animi perturbati ſignificatiua, ἰώ. Terent. Ahu, tace obſecro.

A. I. In notis antiquorum, à Iudice. AIC. MT. actione mãdati.

Alianea, dicitur ultimus calor in coitu, quo omne corpus concutitur.

Aichryſon, herba, ſemper uiuum Dioſc.

Aigleucer, αἰγλεύκης, Vini genus eſt, quod muſti dulcedinem nõ amiſerit a dictum, quòd ſemper muſtum uideatur, quale eſt uinum, quod in lacu nunquam deferbuit. Plinius lib. 14. cap. 9.

Aio, ais, ait, aiunt, Præteritum imperfectũ habet integrum, perfecti ſolũm ſecundas perſonas. In imperatiuo Ai. In futuro Optatiui, Aias, aiat, aiamus, aiant. Participium habet unum Aiens. Reliqua omnia tempora deſiderantur: & ſignificat idem quod Dico φημί. [Ital. Dire, affirmare Gal. Dire, affermer Hiſp. Dezirò, afirmar. Germ. Sagen, oder reden.] Cic. de Orat. Et docebo ſus (ut aiunt) Oratorem, &c. Plaut. in Aſin. Me unicè unum ex omnibus, atq; illam amare aiebat. ¶ Aliquando accipitur pro affirmo: & habet antitheton Nego. Næuius, An nata eſt ſponſo prægnans? uel ai, uel nega. Cic. de Fin. bon. Quaſi ego id curem, quid ille aiat, aut neget. Gell. lib. 6. Siue aias, ſiue neges, hæreo is in captione. Priſcian. Aiamus dixit lib. 2. de Conſtruct.

Aiuga, Herba, quæ Græcè Camæpitys. χαμαιπίτυς dicitur. [Ital. Iua, camepitio. Gall. Iue muſcate. Hiſp. Pinillo. Germ. Feldcypreſſen.] cuius tres ſunt ſpecies, quas uide apud Plin. lib. 24. cap. 6. Alii legunt Abiga, adducti uerbis Plinii, qui eam ab abortu nomẽ habere affirmat.

Aizoon, ἀείζωον. [Ital. Sempre uiua. Gal. Ioubarde. Hiſp. Yerua puntera, ſiempre uiua. Ger. Hauſswurtz, Fatzen trewbel.] Herba eſt folio carnoſo, læui, oblongo, & ſemper uirente: unde & ἀείζωον à Græcis, & à Latinis quibuſdã Sempreuiuum appellatur. Plin. lib. 27. cap. 11. duo eius conſtituit genera. Maius in ſtillibus naſculs ſcritur, quod aliqui Buphthalmon, id eſt, bouis oculum à ſimilitudine uocãt. Alii Zoophthalmum, id eſt, animalis oculũ: ambitu enim effigiẽ oculi imitatur. Alii, quòd amatoriis cõueniat, Erogeuton. ἔρως enim græce ἔρως amor. Alii hypogeſon, quoniã ferè in ſubgrundiis naſcitur. Græci enim parteis tecti prominentes γείσα uocãt. A' Latinis etiã Sedũ maius, aut Digitellus appellatur. ¶ Aizoon minus, quod & Sedũ minus à Latinis, à Græcis etiã τριβόλιον appellatur, quòd ter quotãnis floreat. Vulgò Vermicularis, à ſimilitudine foliorũ, quæ figura oblonga & propemodum ouali, uermiculorũ ſpeciẽ referunt. Naſcitur in petris, & parietibus uetuſtis. Hiſce à Dioſc. tertium additur Aizoi genus, folia habẽs pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedentia, ſed hirſuta, breuioreq; cacumine. Herbarii Vermicularem minorem uocant.

A ante L

Ala, ſ. p. prior prod. qua aues uolant. πτερόν. [Ital. Ala. Gal. Aile. Hiſ. El ala del aue ò coſa que buela. Ger. Flügel, fäcke] Virg. 1. Aen. Vt reduces illuditur ſtrudentibus alis. Alas addere alicui, dicitur prouerbiali figura qui uerbis alicui addit animum, & in ſpẽ bonã erigit. Græci ἀναπτερῶν aiũt. Ariſtoph. in Auib. ¶ Cicadã ala corripuiſti, τέττιγος πτερὸν συνείλησας, proueruialiter dicitur in eos, qui quempiã prouocant minimè ex uſu: nã ſi cicadã natura garrula ala prehendas, clarius obſtrepit. ¶ Interfectionis ala, φόνου πτερόν, de ſubito interitu dici ſolitũ. Sumpta metaphora ab alatis iaculis, quæ repẽtè mortẽ afferũt. Vel περιφραστικῶς, quòd ipſa mors ſit alata. Zenod. ¶ A' cuius ſimilitudine Ala etiã dicitur locus ille cõcauus ſubter brachiũ in homine, quia in eo pili quaſi pennæ naſcuntur. ἀ μασχάλη. [Ital. Aſcelle. Gal. Aiſcelle qui eſt ſous le bras. Hiſp. Sobaco Germ. Die Vchſen.] Plin. lib. 11. cap. 40. Elephas tantũ ſub armis, duas (ſcilicet mammas) nec in pectore, ſed citrà in alis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Hor. Epod. 12. Grauis hirſutis cubat hircus in alis. ¶ Pro eodẽ etiã axillã dicimus: cuius uocabulo antiqui ſoldum utebãtur. Nã Alæ appellatio recentior eſt, fuga naſtioris literæ ex Axilla affictæ. Malè itaq; credidit Priſcian. Axillã ab ala factã eſſe per diminutionẽ: ut ſatis docet Cic. in Orat. his uerbis: Quinetiã uerba ſæpe contrahuntur, non uſus cauſa, ſed auriũ. Quomodo aũt ueſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ naſtioris? quã literã etiã è maxillis è taxillis & uexillo & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. Præterea Ala dicta eſt equitum turma, q̃ pedites tegãt alarũ uice. Nã in equitũ ordinibus circũ legiones dextra ſiniſtraq;, tanquã alæ in unium corporibus, locantur. τὰ πτερὰ τοῦ ἱλοῦ. [Ital. Ale di una ſquadra. Gall. Les aisles d'vne armée. Hiſp. Ala dele gente de cauallo rendida. Ger. Ein geſchwader reuter, oder reiſiger.] Cic. 1. Offic. Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. ¶ Alæ etiam nauium dicuntur: ut, Velorum pandimus alas. In notis antiquorum, A. L. AE. arbitrium litis æſtimandum. A L. alia lex. A III L. almæ tertiæ legationis. A L. Arbitrium liti examinandæ uel exiſtimandæ, uel æſtimandum. ALAL. Galia lege & uel legione. ALXA. Alexander.

Alãtis, alare, denominatiuum ab Ala, & Alarius adiectiuum, pro eodem: ut, Equites alarii, & Cohortes alariæ. πτερωτός.

Ital.

[Ital. Chi è dell' ala d'vn exercito. Gall. Qui eſt des ailes. Hiſpan. Hombre de aquella ala derecha, ante de caualio tendida. Germ. Der vñ einem flügel einer ſtirn, ordnung iſt.] Liu. Ibique ab Vibe, Cum cohortibus alaribus idem. Qui præerat alæ equitibus. Cæſ. 2. Bellicu. Cohortes circiter viginta alarum addidit.

Almus, a, um, ab ala avium. Quod habet alas. πτερωτός [Ital. Che ha ale, alato. Gal. Qui a ailes. Hiſpan. Coſa que tiene alas para volar. Germ. Geflügiet, was flügel oder fäſſen hatt.] Mercurius alatus. Virgil. lib. 4 Aen. Vt primùm alis tetigit magalia plantis. Alati equi ſolis. Ouid. 1. Faſtor. Verba alata proverbialiter dicũtur, q facilè evolent at revolare neſciãt.

Alifer, Alatus, πτερωτός. Ouid. 4. Faſtorum; - & alifero tollitur ale Ceres.

Aliger, m. r. Alatus. πτερωτός. [Ital. Alato. Gall. Qui a aller. Hiſp. Que viene alas para volar. Germ. Der flügel hat.] Vnde Cupidinem alatum & aligerum Poetæ vocant. Virgil. 1. Aen. Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

Alipes, com. r. pen. corr. Velox, quaſi alas in pedibus habens. πτερόπους. Virg. 12. Aen. Alipedumq; fugam curru tentauit equorum. Sil. Ital. lib. 7. Alipedem planta curru premit.

Alipilus, li, Alarum pilos in balneis vellens. Seneca lib. 8. Epiſt. ad Lucilium: Alipilum cogita, tenuem & ſtridulam vocem, quò ſit notabilior, ſubinde exprimentem, nec unquam tacentem, niſi quum alas vellit, & alium pro ſe clamare cogit. Cæl. lib 30 cap. 19.

Alabandus, ἀλαβανδινὸς, gentile. Cic. 2. de Nat. deor. Alabandi Alabandum conſecrarunt.

Alabandicus & Alabandiacus, ἀλαβανδικὸς, ἡ ἀλαβανδικὴ roſa, poſſeſſiuè, Roſa Alabandica, apud Plin. lib. 21. ca. 4. Quæ folia habet albicantia, & inter viliora roſarum genera connumeratur.

Alabanda, dicitur lapis pretioſus.

Alabarches, Vide Halabarches.

Alabaſtrites, ἀλαβαστρίτης. [Ital. & Hiſp. Alabaſtro. Gal. Albaſtre. Germ. Ein weyſſer ſtein, getheilt mit mancherley farben, welchen man aus hölez zů ſalbbüchſen.] Lapis humani unguis candorem referens: unde & Onyx appellatur: dictus Alabaſtrites, quòd alabaſtra ex eo fieri ſoleant. Vide in dictione Alabaſtrum. ¶ Eſt etiam Alabaſtrites, gemma quædam, candorem habens variis coloribus intercinctum, quæ cremata cum foſſili ſale ac trita, graunitatem oris & dentium extenuat. Plin. lib. vlt. cap. 10.

Alabaſtrum, n. ſ. ἀλάβαστρον, ἡ ἀλάβαστρος. [Ital. & Hiſp. Vaſo d'Alabaſtro. Gall. Vaiſſeau d'albaſtre. Germ. Ein glat ſtone büchſen.] Vaſis genus erat ex Alabaſtrite lapide tornatum excauatum, ad conſeruanda unguenta maximè idoneũ. Martialis. Quod Colmi redolent alabaſtra, ſocíq; deorum. ¶ Dicitur etiam in maſculino genere, Alabaſter. Cic. lib. 2. Acad. Quibus etiam Alabaſter plenus unguenti putere viſcera. Prouerbiali figura hæc Cicero dixit, pro, optima pro peſſimis diſplicent. ¶ Alabaſtrites autem ex quo vaſcula huiſmodi fieri conſueuerunt, autore Plin. lib 36. cap. 8. Lapidis genus eſt, colore candido, quem Onychem à colore humani unguis nominabant. Alabaſtrita autem nomen ab alabaſtris deductum eſt, quæ ex eo fieri ſolebant. Alabaſtrum verò dictum uidetur ab ἀ primitiua particula, & λαμβάνω. Erant enim vaſcula ſine anſis, quæ propter ſummam lævitatem vix comprehendi, teneríue poſſent. ¶ Eſt etiam Alabaſtrum Aegypti oppidum. Plin. lib. 5. cap. 9.

Alabes, ἀλαβὴς, Piſcis eſt Nilo peculiaris: inde dictus, quòd in arbicitatem manibus comprehendi non poſſet. Meminerunt Strabo lib. 17. Plin. lib. 5. cap. 9. Alabetem vocat.

Alueum, n. Dicitur inſtrumentum quo fila vertuntur. Fit enim à colo ducitur infuſum, defuſo in alabrum, hinc in apſidem, deinde in glomicellum, hinc in pannum, poſtea in veſtem.

Alacer, acris, & hoc alacre: vel hic & hæc Alacris, & hoc alacre, penultima correpta. Qui viget ſenſibus vniuerſis (ut inquit Asconius) quod eſt indicium erecti animi, atque ſubitæ ἐκφυσήσεως, ἐυθυμίας. [Ital. Vigoroſo de ſenſi allegro Gall. Gay, & delibere, prompt, alaigre. Hiſp. Ligero, con alegria. Germ. Mũtig, friſch, dapfer.] Nam è contrario Lacer, truncatis in corpore membris, hoc eſt, auribus naſo, manu. Quæ ad animum ſæpe transferuntur, quòd plerumque ſit de animo, ſenſibus non vtimur erectis. Sic Alacer dicitur is, cui omnis ſenſus in loco ſuo quiſque degit: Lacer verò, qui ſic affectus eſt, ut nullo indicet adeſſe animum nõ ſyncerum ſenũbus ſuis. Qua re cognita, illud quoq; intelligitur, aliud eſſe Alacrem, aliud Lætum. Sunt qui Alacrem feſtinantem & properum dici putant, quaſi alis acrem. Hæc Asconius Ped. Donatus in illud Terent. Quid tu es triſtis? quidúe alacris? ſcribit alacrem pro ἑλκηρὸν, id eſt, non triſtem, litera l pro d poſita, dici.

Alacritas, Vigor, & animi erectio, nec non lætitia geſtiens: quæ ſecundum Donatum, proprie eſt mutatio quædam nullius geſtientis in ſpem aliquam: & media eſt inter lætitiam atq; triſtitiam. φιλήρατος. [Ital. Allegraſſa, prontezza, cuor deliberato. Gall. Gayeté de cœur, courage deliberé. Hiſp. Ligereza con aligria. Germ. Freudigkeit, lichtſinnigkeit.] ¶ Interdum dicitur voluntaria celeritas, ſeu promptitudo, ardorúe. προθυμία. Livius libro 3 Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus (quod bene nertat) geſturum ſe illis morem: poſteroque die in aciem deducturum affirmat. Cicero lib. 1. Tuſcul. quæſtion. Pro lætitia geſtiente, quæ in malis habenda ſit, accepit. Vir igitur (inquit) temperatus, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate, nulla libidine vexatus.

Alacriter. προθύμως, φιλοτίμως. [Ital. Allegramente, prontamente. Gal. Gayement, alaigrement, de cœur delibere. Hiſp. Allegre y ligeramente. Germ. Burtiglich, dapferlich, häſſlich freudig.] Plin. li. 20. cap. 11. Secuta ætas alacriter defendit. ¶ Et alacrè, pro alacriter. Plaut. in Amph. Verũm quidem è loco compellemus alacrè.

Alãpa, pæ, f. p. Idem quod colaphus. λίλαφος. [Ital Guanciata, moſtacione, punzone. Gall. Vne iouée, vn ſouffler, vn coup de poing. Hiſp. Boſetada. Germ. Ein backen ſtreich, ein ſchlappen.] ſed alapa Latinum eſt, colaphus Græcum. Autor Valla in Raudenſem.

Alapathus, ἀλάπαθος. [Ital Lombice. Gal. Doque, pareille ou patience. Hiſp. Labaca.] Herba eſt Theocrito, quam Lapathon Dioſcorides, & Latini Rumicem appellant, deitcien de alui uim habens: unde & nomen inuenit. Græci enim ἀλάπαθα purgationes vocant.

Alaris & Alarius, Vide Ala.

Alaſtor, ἀλάστωρ, A Græcis dicitur animos ſit malè conſcius, ſiue (ut ita dicam) conſcientiæ remorſus, vel etiam malus genius hominem crucians: ἀλαστέω enim apud Græcos crucior ſignificat, vel graue aliquid patior. ¶ Numeratur etiam Alaſtor inter equos Plutonis, quorum nomina Claudianus recenſuit his verſibus: Orphneus crudele micans, Aethonq; ſagitta Ocyor, & Stygii crudelis gloria Nyſæus Armenti, Ditisq; nota ſignatus Alaſtor.

Alãternus, Arbor, ſiue frutex, nullum ſemen aut fructum ferens, cui folia ſunt media quadam ſimilitudine inter ilicem & oleam. Plin. lib. 16. cap. 16. Colum. lib. 7. cap. 6.

Alatus, Vide Ala.

Alauda, f. p. Auis, quæ olim Galerita vocabatur, quia apicẽ habet, hoc eſt, plumam elatam in capite, ad ſimilitudinem galeri, ſiue galeæ. λιφυλλάς. [Ital. Aladola, allodeta. Gall. Alouẽtte. Hiſp. Cogujada. Germ. Ein lerch.] Varro appellat Galericum. ¶ Alauda legionis nomen, quam Cæſar Dictator in Gallia conſcripſit. Plin. lib. 11. cap. 37. Atq; ab illo Galerita appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni dederat alauda. Cic. ad Attic. Antonius cum legione Alaudarum ad urbem pergit.

Alaudius, teſte Budæo, à laudando, hoc eſt, à nominando dictum, quòd qui prædia eo iure habent, laudare, hoc eſt, nominare autorem ſuum nemini teneantur. Vox eſt recentioribus duntaxat Iuriſconſultis cognita.

Alãzõnia, pen prod. ἀλαζονία. [Ital. Superbia, arroganza. Gall. Orgueil, fiereté. Hiſp. Soberuia ò altiueza. Germ. Hochfart, ſtoltzheit.] Superbia eſt, vel, arrogantia: quum quis plura pollicetur, quàm poſſit præſtare. ἀλαζονεύεσθαι enim ſuperbire eſt, vel mentiri, vel ſibi plus æquo arrogare. Vlp.

Alba ſpina, ἄκανθα λευκή, Herba eſt aculeata, folia habens chamæleontis, albi familia, quam officinæ Belgarum appellant. Vide ſuprà Acantha.

Albarium, Vide Albus.

Albatenius, Medici nomen qui Galeni libros primus in Arabicum conuertit idioma, teſte Iohanne Serapione. Idem ſcripſit Commentarios in Ariſtotelem.

Albatus, Vide Albus.

Albedo, Vide Albus.

Albegmina, Partes extorum, quæ diis immolabantur: à colore eorum dicta. Festus.

Alberga̅riæ, census sunt, seu pactiones, quæ debentur pro commestionibus, de hoc gl. in C. præterea de iure pact.

Albēsia, Scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, usi sunt. ¶ Hæc eadem Decumana uocabantur, q̃ essent amplissima: ut, Decumani fluctus, qui cæteris longè maiores & periculosiores creduntur. Festus.

Albeus, λιβός, per diminutionem Albeolus, tabula lusoria. Cic. de Finib. bonorum: Aut Albeolum poscere, aut quærere quempiam ludum. Plin. M. Messalla consul, pridie Cal. Octobris diem natalis sui egit. Transtulit albeum cum tessaris lusorium, è gemmis duabus, latum, pedes tres.

Albicerāta ficus, Pediculo minimo, latissima. Plin. li. 15. cap. 18. Sudration Ἀσυπερίτευ appellat.

Albico, Abidus, Vide Albus.

Albo, as, Vide Albus.

Albōgālerus, Pileum capitis, quo flamines Diales utebātur. Fiebat enim ex hostia alba, Ioui cæsa. Festus.

Albor, oris, Vide Albus.

Albesia, Vide Albea.

Albucum, n. s. ἀσφόδελος. [Ital. Asphodello. Gall. Aphrodille. Hisp. Gamones. Germ. Weiss aphrodillen, goldwurtz.] Herba est scapum habens capitalem, radicem similem mutis napis simul coacervatis. Alio nomine Alphodelon, siue Hastulam regiam uocant.

Albutis, f. t. Vuæ genus. Plin. lib. 14. cap. 2. Albuelis summis arboribus est fertilior.

Albugo, pen. pr. f. t. Macula est in oculo. τὸ λευκὸν τῦ ὀφθαλμῦ, λεύκωμα, λεύκωσις. Plin. li. 21. Qua alligata oculo albugines tolli dicūtur. Idem Albuginem uocat album in uno.

Albula, ὕβρις, pen. prod. Fluuius, ab albo colore aquæ, qui postea Tyberis, à Tyberino Syluio Albanorum rege ibi extincto, dictus est. Liu. Pax ita conuenerat, ut Hetruscis Latinisq̃ fluuius Albula, quæ nunc Tyberim uocant, finis esset. ¶ Albulæ (interprete Galeno, lib 8. Methodi) dicuntor aquæ aluminosæ, cutè lauantium mirum in modum adstringētes, & uulneribus medentes: cuiusmodi Strabo nō paucas esse tradit in agro Tiburtino. Matt. lib. 4. Quod siccæ redolet palus lacunæ, Crudarum nebulæ quod albularum. Plin. li. 31. cap. 2. Albulæ aquæ iuxta Romam uulneribus medentur, egelidæ hæ: sed Cutiliæ in agro Sabino gelidissimæ.

Albūmen, pen. prod. n. t Quod est in ouo album. λεύκωμα. [Ital. Chiaro deli' ouo. Gall. Albin dœuf, le blanc dœuf, la claire. Hisp. Lo blanco, ò claro del hueno. Germ. Das weiss in dem ey, eyerklaar.] Vitellius uerò, quod croceum. Plin. li. 26. cap. 8.

Albūnus, hastula regia, Asphodelus Dioſc. Plin. Asphodeli radicem uocauit.

Alburnum, n. s. Adeps arboris. τέκαρ δένδρου. [Ital. Rasa ò grasso dell' arbore. Gall. L'aubour, l'aubier d'un arbre. Hisp. Albura ò blanco de la madera. Germ. Das hartz, oder gummi so vñ dem baum flüsst.] Plin. li. 16. cap. 18. Humor & cortici arborum est, qui sanguis eorum intelligi debet. Est enim in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nerui, uenæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex, humor sanguis, proximi pleriq̃ adipes. Hi uocantur à colore alburnum. Hinc Exalburno, as, quod est Alburnum detraho. Idem lib. 16. cap. 40. Et reliquis arboribus siccissima lotos, deinde robur exalburatum, cui nigricās color. Solent autem robora exalburnari: hoc est, alburno suo spoliari, eo quòd ea pars materiæ sit inutilis, propterea quod facillimè cariem sentiat: eo autem detracto quod reliquum est, aduersus omnem corruptionis iniuriam se præbet inuictum. Id nonnulli esse existimant, quod à Theophrasto μελάνδρυον appellatur: quanquam ille hoc nomine potius quandam roboris speciem uidetur designasse.

Albus, a, um, Nomen coloris notissimi, quòd à candido ita differt, ut Album pallori commodum sit, quale est plumbum: candidum uerò splendori, qualis est in niue. λευκὸς, κὴ, κόν. [Ital. Biāco. Gal. Blanc. Hisp. Blāco. Ger. Weiss.] Albo opponitur Atrum, Candido nigrum. Festus nult album à Græco ἄλφον esse appellatum. Alii ab eo, quod Sabini Alpum dicunt. Vnde credi potest Alpium nomen à candore niuium esse derivatum. ¶ Albus an ater sis nescio: tolet dici de homine ualde ignoto. Cic. a Philip. Et quidem ut de quàm te amarit in, qui albus aterne fueris ignorans, fratris filium præterierit. Vide Quintil. lib. 11. Catull. & Apul. ¶ Nouit quid album, quid nigrum, Οἶδε τὸ λευκὸν τὸ μέλαν. Duplicem in sententiam accipi potest: aut, Nouit discrimen rectis pranisq̃: aut, Nouit id quod nemo nel indoctus ignorat, Nam euidētius est albi nigriq̃ discrimē, quàm ut quisquam non uideat. Aristoph. in Equit. ¶ Interdum per metaphoram Albus ponitur pro bono aut felici: sicut è contrario Niger pro malo aut infelici. Cic. pro Cecin. de te ste Sex. Clodio Phormione: Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio. Persius, Per me equidem sint omnia protinus alba. Horat. Hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Album, substantiuum, n. s. Dicitur quod Græci uocant λεύκωμα, Tabula gypsata. λεξιαρχικὸν, κὴ γραμματεῖον. [Ital. Tauola ingessata. Gall. Tablettes enduites de blanc pour y escrire ce qu'on veut, rolle. Hisp. Tabla blanca en que se escriuen las cosas publiquas. Germ. Ein geweissete tafel.] in qua iudices notari, prætorumq̃ iura scribi solebant. Si quis uerò album corrupisset, puniebatur: quia Prætoris maiestas contempta uidebatur. Paulus, Si familia alicuius album corruperit, non similiter hic edicitur ut in furto. Iudex (inquit Seneca lib. 3. de Benefic.) ex turba selectorum, quem census in album & equestris hæreditas misit. Hinc locus factus prouerbio. Non eras in hoc albo: Non eras in hoc numero. Plinius in Præfatione Historiæ mundi: Quum hanc operam condiceretem, nō eras in hoc albo: hoc est, non eras ex eorum numero, quos hæc lecturos credebam. Hoc & Pytation dicitur: ut in Alexandro Cæsare Lampridius, uulgò Matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur Album, in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo, proponebaturq̃ domi eius, ut potestas esset populo cognoscendi. Hîc nunc Annales maximi nominantur, ut autor est Cic. lib. 2. de Orat. ¶ 13 & Album decurionum & citharœdorum. Nam in Digestis titulus est, de Albo scribendo: ubi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat. Vide Pytatium. ¶ Ponitur etiam Album absolutè pro arbore. Virgil. in Bucol. Sparsis etiam nunc pellibus albo. Idem lib. 3. Georg. Nec mihi displiceat maculis insignis & albo.

Albārium, n. s. Dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non est, quod fit ex calce. κονίαμα. [Ital. Et bianco da embiancare le case. Gal. Blanchissage ou crepissure de chaux. Hispan. La blanqueadura de la pared. German. Weissge, mit dem man die wend weiss machet.] Plinius libro 35. capite 16. Eademque lacte diluta, & tectoriorum albaria interpollantur. ¶ Albarium opus. Plinius libro 36. capite 25. Contrà in albario opere: ut macerata calx, cum glutinum hæreat.

Albātus, a, um, Ab albus: ut, Albatus homo, id est, uestibus albis ornatus: cui contrarium est, Atratus. Antiqui autem festos dies albati ferè agebant. λελευκιμένος. [Ital. Vestito à bianco. Gall. Vestu de blanc. Hispan. Vestido de vestidura blanca. Germ. Weiss gekleidet, in weiss anthon.] Cic. in Varin. Quum ipse epuli dominus albatus esset, tu in templum Castoris rem cum C. Fidulo atrato, cæterisq̃ tuis furiis funestum intulisti.

Albēdo, Albitudo, f. t. pro candore accipiuntur. λευκότης. [Ital. Bianchezza. Gall. Blancheur. Hispan. Blancura. Germ. Weisse farb.] Plaut in Trin. Et item alterum ad isthanc capitis albitudinem, Caliclem aiebat uocari.

Albeo, es, n. s. Albus sum. λευκὸς εἰμι, λευκαίνομαι. [Ital. Essar bianco. Gall. Estre blanc. Hispan. Ser blanco. Germ. Weiss sein.] Virgilius 12. Aeneidos: Campique ingentes ossibus albent.

Albēsco, Albus fio, λευκαίνομαι. [Ital. Imbianchire, diuenir bianco. Gall. Deuenir blanc. Hisp. Emblanquecerse. Germ. Weiss werden.] Virgilius libro 1. Georgicorum: Flammarum longos à tergo albescere tractus. Huius compositum est Exalbesco.

Albico, as, penult. cor. n. p. Albesco, aliquantulum albus sum. ὑπολευκαίνομαι. [Ital. Biancheggiare. Gall. Estre aucunement blāc, deuenir blāc & chenu. Hisp. Blanquearse. Germ. Weisslächtig sein.] Plin. li. 22. Solidum fumē coniectatur in oculū, nec turbat, sed in se caliginē contrahit: mutat colorem, &

ex nigra albicãte incipit & tumeſcit. Horat. Nec prata canis albicant pruinis. Idem cenſendum eſt de uerbis ſimilis terminationis: qualia ſunt, Veilico, Fodico, Candico, Nigreo, Nutrico, & pleraq; alia: quæ omnia diminutionẽ important actionis ſuorum primitiuorum.

Albidus, a, um, penult. corr. quod eſt aliquantulum album. λευκαντῶ. [Ital. Aliquãto bianco. Gal. Blanchaſtre, tirant ſur le blanc. Hiſpan. Blanquezino, ò blanco vn poco. Germ. Vnreiflächtig.] Ouid. li. 3. Meram. Spumaq; peſtiferos circumuomit albida rictus. Colum. li. 1. cap. 9. Quod extrinſecus albidum, intus etiam conſpicitur candidum, leue, &c. Auguſtinus lib. 21. de Ciuit. pro albo poſuit. Lapides igne candente percocti, & ipſi fiunt candidi. Et quamuis ille magis rubeat, illi albido colore nitescant: congruit tamẽ illi luci, quod album eſt, ſicut nigrum tenebris. Hinc ſubalbidus, parum, ſiue aliquantulum albidus. Plin. Ramos habet candidos, folia ſubalbida.

Albo, as, act. pas. Album facio, λευκόω, λευκαίνω: cuius paſſiuũ Albor, aris, Albus fio. Vnde & Dealbo eiuſdem ſignificationis Curius Ciceroni, Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Albor, oris, m. g. Albedo. λευκότης. [Ital. Albore, bianchezza. Gal. Blancheur. Hiſp. Blancura. Ger. Vnreiſſe.] Verbale eſt ab Albeo, ſicut Candor à Candeo. Varro, Qui uident alborẽ eius, admirantur. ¶ Alborem etiã Apitius uocat, quod eſt albem ouo, quod Plinius Albuginem appellat: medici Albumen.

Albi calculi, λευκοὶ ψῆφοι, dicebantur, quibus Cretenſes dies lætos, quos in uita agerent, numerare ſolebant: nam candidos lapillos ad hoc officium eligebant: quemadmodum e contrario infelices, atq; infauſtos dies, nigris lapillis ſignabant, & ex candidorum numero uitæ tempus metiebantur: malos enim dies in annorum numeros nõ redigebant. Huc alludit Horat. in Epiſtol. Hunc Macrine diem ſigna meliore lapillo.

Albus ſpinus, à uulgo Gallorum appellatur frutex, ſiue arbuſcula ſpinoſa, pruni magnitudine acinis: quum pubeſcent, uiridibus: quum maturuerunt, rubris. Vide Ruellium lib. 3. capite 12.

Albeolus, pro Alueolus. Cic. de Finibus: Aut albeolum poſſeret, aut quærere quempiam ludum.

Alce, ſ. p. Leo dicitur: ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, hoc eſt, à fortitudine, quòd eandæ incitamento ad fortitudinem excitetur. Celius li. 7. cap. 29.

Alcaicum carmen, ἀλκαϊκὸν μέτρον, Quod poſt duos dactylos trochaicam habet ſyzygiam: quale eſt illud apud Horatium, Heſperiæ mala luctuoſæ. Nomen autem accepit ab Alcæo inuentore.

Alcali, dicitur acetum ualeus ad alchimiam.

Alcarmes, ſiue Carmes Punica lingua, dicitur coccus, ſeu uermiculus, ex quo fit coccineus ille color, quem inde Carmeſinum uocant.

Alce, Nomen meretricis. Vide Gell. lib. 4. cap. 11.

Alcea, ſ. p. ἀλκέα. [Ital. Malua ſaluatica, buon uiſchio. Gall. Mauue ſauuage ou ruſtique. Hiſpan. Malua de Vngria, malua montesina. Germ. Sigmars wurtzen.] Herba eſt ſylueſtrium maluarum generi aſſignata, folia habens uerbenacea. Plin. lib. 27. cap. 4. Alcea folia habet uerbenaceæ, quæ & Peſonion cognominatur.

Alcedines, ſ. f. Sunt quædã aues, dictæ quaſi algedines quòd hyemis temporibus in mari pariant, ἀλκυόνες. Plaut. Nam hercle tu periſti, niſi illam tranquillam facis, quàm mare ſit, quum alcedo pullos educit ſuos. Dicta eſt à Græcis ἀλκυών: uel, ἀλκυὼν, ὀνος, παρὰ τὸ ἰν ἀλκύειν: ab eo quòd in mari fœtus excludat. Ambroſ. li. Hexam. Halcyone enim maritima, quæ in litoribus fœtus ſuos edere ſolet: in his arenis oua deponat medio ferè hyemis: nã id temporis fœcundis habet deputatum partubus, quando maximè algor mare, littoribusq; uehemẽtior fluctus illiditur, eò magis repẽtinæ placiditatis ſolennitate auis huius eluctetur gratia. Nanq; ubi undoſum fuerit mare, poſitis ouis ſuis intrepefcit, & omnes cadunt uentorũ procellæ, flatuſque maximi quieſcunt, ac placidum uentis ſtat mare, donec ouum pariat halcyone ſua. Septem dies fœtus ſunt, quibus decem incubat pullos. Hinc alios ſeptem adiungit dies, quibus mollibus pennis ſuos, donec incipiant adoleſcere. Tantam auibus gratiam minuſcula auis diuinitus indultam habet, ut hos quatuordecim dies nautici præſumptæ ſerenitatis obſeruent, quos & Halcyonidas uocant, quibus nullos motus procelloſæ tempeſtatis horreſcant. Hinc poetæ anſam fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Aeoli fuiſſe, qui in gratiam filiæ, dum illa in littore ouа parit, & fœtus educat, uentos incluſos ſeruat. Ferunt hanc autem paulò maiorem eſſe paſſere, pennis purpureis, candidis admiſtis, collo gracili & procero, roſtro ſubuiridi, longo & tenui, raro uiſam. Ariſtot. lib. 8. de Animal. Halcyonum duplex genus eſſe ſcribit: alterum uocale, arundinibus inſidẽs: alterum mutum, ampliori corpore. ¶ Ab Halcyone fit Halycionius, a, um: ut, Halcyonii dies, ἀλκυονίτιδες ἡμέραι, tũc à Græco ἅλς, quod mare ſignificat: unde etiam per aſpirationem ſcribendum uidetur Halcyon, quum Alcedo Latinis ſine aſpiratione notetur, eò quòd ab algedine originem habere exiſtimetur. Euſtatius tamen contra etymi rationem ἀλκύων tenui ſpiritu notandum tradidit, adiecto etiam generali canone, quo negat uocabulum ullum eſſe aſpirandũ, quod initium ſumat ab ἀλ, ſubſequente κ.

Alcedonia, ἀλκυονίδες, ἢ ἀλκυονίτιδες ἡμέραι, Dies ſunt hyberni ferè quatuordecim, quibus alcedo ouа parit in mari, & excludit, quo tempore ſumma uentorum eſt tranquillitas. ¶ Dicti ſunt autem Alcedonia ab alcedine, quemadmodum & à Græcis Halcyonides ab Halcyone appellantur. Plaut. Tranquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum.

Alce, iumento ferè ſimilis beſtia, in Aſia & Africa, ni proceritas aurium & cernicis diſtingnat. Plinius libro octauo, capite decimoquinto.

Alces, is, f. t. ſeu Alces, æ, ſiue Alce, es, ἄλκη Pauſaniæ, Animal Galliæ Tranſalpinæ, figura, colore & quantitate mulæ ſimilitudinem prætendens: ſed labium ſuperius adeò protenſum habet, ut niſi retrogradè incedẽs, herbas in terra carpere non poſſit. Eſt inuentu rarum, olfactu è longinquo uenatorem ſentiens, ſtatimq; in ſpecu & latibula ſe condens, media inter camelum & ceruum ſimilitudine. Sed mares ex his in ſupercilijs habent cornua. ¶ De his animalibus Cæſar libro 6. capite 15. Septentrio ferè & equorum greges ferorum, ſicut & aſinorum Aſia & Africa: præterea Alcem, ni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat, iumento ſimilem.

Alchech, Arabicè eſt animal quod multi Arabici Lynca uocant. Naſcitur ex leone & pardo, & nimium ferox eſt.

Alchimia, ſcientia docens facere aurum uel argentũ ex pulueribus metalli, uel aurum quoq; à cupro ſeparare.

Alchimiſta, qui hanc artem callet ſeu profitetur.

Alcibiacum, Echio Dioſcoridi.

Alcibias, ſtechas. Dioſcoridi.

Alcibiadion, n. ſ. ἀλκιβιάδιον Dioſcoridi, Herba ſic dicta, quòd uti ea ad formam conciliãdam ſolitus ſit Alcibiades, magnis foliis & aſperis, radice rufa, oblonga, naſcens præcipuè in aridis & arenoſis locis. Notiore nomine uocatur Anchuſa. [Ital. Anchuſa. Gal. Organette Hiſp. Soxgem. Germ. Ein gattung der roten Ochſenzung.]

Alcibion, ἀλκίβιον, Herba aduerſus ſerpentum morſus remedium habens.

Alcida, æ, (ut Diodorus fabulatur) Fera fuit immẽſæ magnitudinis, ignem ore uomens, quo regiones omnes per quas faciebat iter, exuſſit, donec Pallas humani generis miſerta, partim uiribus, partim ingenio feram interfecit.

Alcippus, ἄλκιππος, Lacedæmonius ciuis fuit, inter ſuos maximæ autoritatis, patriæq; ſtudioſiſſimus, qui ab inimicis contrarias in Republica partes fouentibus, in exilium actus fuit. Huic uxor fuit nomine Damocrita: quæ quum uirum in exilium euntem proſequi prohiberetur, filiæque iam uiro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur, ne quis ex illis iniuriæ auo illatæ ultor naſceretur, concepit animo facinus ſupra omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex more fœminæ urbis primariæ ad noctурnum ſacrum in andronem quendam conueniſſent. Damocrita à filiabus adiuta, magnã uim lingorum, quæ ad ſacrificia parata erant, ad fores congeſsit, iguemq; iniecit, ut intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio uiris, illa filias primùm, deinde ſeipſam interfecit. Ex Plutarchi narrationibus amatoriis.

Alea, æ, penult. corr. f. p. idem quod teſſera, uel ipſe ludus teſſerarum, κυβεία λίθος. [Ital. Gioco di ſorte, come dadi & carte. Gall. Ieu de hazard. Hiſp. Qualquier juego

de ſuer

de fortuna, como dados. Ger. Brett ſpyll, aller würffel ſpyl ſo man waager.] Hor. in Epiſt. Quẽ damnoſa Venus, quem præceps alea nudat. ¶ Accipitur etiã pro quouis ludo, qui caſo potius quàm arte gubernatur. Martial. in Diſtyc. Alea paruæ nuces, & non damnoſa uidetur: Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates. ¶ Per translationem ponitur pro quauis fortuna, ſiue periculo, ſiue etiam periculi dubitatione: dicturq; Aleam omnem iacere, *ῥίπτειν πάντα κύβον*, qui ſe periculo fortunæq; committit. Cic. de Diuin. Non perſpicitis aleam quandam ineſſe hoſtiis deligendis? Liuius, In dubium imperii ſeruitiiq; aleã imus. C. Cæſar ad Rubiconem (qui fluuius Italiam à Gallia diſterminat) pauliſper ſecum hæſitans, animoque reputans, quam arduam rem moliretur. poſteaquam oſtẽto animus eſt additus: Eamus, inquit, quò deorum oſtenta, quò inimicorum iniquitas uocat. iacta eſt o alea. Plutarchus in Apopht. ad hunc modum dixiſſe refert, *πᾶς ἀνὴρ ἐρρίφθω κύβος*, Omnis iacta ſit alea. Ad quod alludens Lucan. -cadat alea fati Alterutrum merſura caput. Huic contrarium eſt, Extra omnem aleam eſſe. De iis qui eò altitudinis proceſſerint, ut inuidiam gloria ſuperarint.

Alĕător, m. t. Qui ſæpe alea ludit. *λυδευτής*. [Ital. Giocatore. Gall. Joueur ordinaire. Hiſp. Iugador ò tahur de aquel iuego. Germ. Ein ſpiler der es waagt, ein brett ſpyler.] Cic. in Catil. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudiciq; uerſantur. Idem 2. Philip. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aleo, aleonis, idem quod aleator, teſte Feſto. Næuius, Peſſimorum peſſime, audax ganeo, lurco, aleo.

Alĕātōrĭum, n. ſ. Apud Sidonium pro ludo alex. *λυδευτήριον*. [Ital. Luogo di gioco. Gall. Berland. Hiſp. Lugar de iuego. Germ. Ein ſpyl mit würffen.] Ait enim, Atq; illic aleatoriũ laſſis conſumpto ſphæriſterio faciat. Suetonius uocat Aleatorium forum.

Alebria, ſ. p. ueteres dixerunt, pro bene olentibus. Feſtus.

Alec, ſiue (ut apud Plinium legitur) Alex genus eſt liquaminis, quod ex piſcibus quibuſdam conficiebatur. Matt. li. 11. Cui portat gaudens ancilla, paropſide rubra Alecem, ſed quam protinus illa uorat. Horat. 2. Serm. Sat. 4. in neutro genere collocauit: Ego, inquit, fæcem primus & alec inueni. Theodorus quoq; ex Ariſtotele Alecem uertit, pro piſciculo quẽ ille *μαινίδα*, Cic. Mœnam appellat. Sunt qui per aſpirationem ſcribant Halec, ſiue Halex.

Alecula diminutiuum ab Alec, ſiue Alex, Parua Alec, ſiue mœna. *μαινίδιον* Colum. lib. 8. cap. 17. Itaq; præberi conuenit tabentes aleculas, & ſalibus exeſam chalcidem. Idem lib. 9. Datur cammarus & rinalis alecula, uel ſi qua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia.

Alec & Alecula. Vide Halec.

Alĕctŏrĭa, ſ. p. *ἀλεκτορίας*, Gemma quæ in uentriculo galli inuenitur. Gallus enim Græcè *ἀλέκτωρ* dicitur. de qua Plinius lib. 17. cap. 10. Alectorias, inquit, uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotoniẽſem uſum in certaminibus, inuictum fuiſſe uideri uolunt.

Alectŏrŏlŏphos, *ἀλεκτοροφόλοφος*, Herba eſt tuſsiẽtibus utilis, foliis galli gallinacei criſtæ ſimilibus, caulem tenuẽ, ſemenque nigrum in ſiliquis habens. Latinis Criſta dicitur, teſte Plin. lib. 27. cap. 1.

Aleptyrion, *ἀλειπτήριον*, unctuarium, locus in balneis idoneus, Iul. Poll.

Ales, huius alitis, dicitur quælibet uolucris, ab alis gerendis. Et tã maſculino, quàm fœminino genere profertur *οἰωνὸς*, *ὄρνις*. [Ital. Vccello, augello. Gal. Oyſeau grand, comme geline, oye, grue, & autres. Hiſp. Auc, ò arra coſa que buela, como ſaeta. Germ. Ein groſſer vogel.] Virg. Namq; uolans ſol uos Iouis ales in æthra. In genitiuo plurali Alitũ & Alitũm, per epentheſim, ſecundũ Priſcianum. Virg. li. 11, Alituum pecudumq; genus ſopor altus habebat. ¶ Auis eſt quæ parit oua, & pennis prædita, *ὄρνεον*. ¶ Volucris aũt ſignificatio latius patet. Nã de omni eo dicitur, qđ uolat, ſiue pẽnas habeat, ſiue non. Vnde ueſpertilio volucris eſt, nõ tamen auis.

Ales, Adiectiuum omnis generis, ponitur à poetis pro uelociter, *ταχὺς*, *ὠκύς*. [Ital. Veloce, alato. Gal. Leger, uitte Hiſp. Ligero. Germ. Schnell, flux.] Silius, Alite uectus equo. Virg. li. 8. Aen. Ignis & alitis Auſtri. ¶ Ponitur & pro Alato, hoc eſt, alas habẽte. Cic. 2. de Inu. Angues ingẽtes, alites, iunctã iugo-

Alesco, ſcis, n. t. Antiquum uerbum, ab Alo, alis: idem q; adeſco *αὐξάνω*. [Ital. Creſcere. Gal. Croiſtre. Hiſp. Creſcer ò mantenerſe. Germ. Wachſen, zunemmẽ.] Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 44. Quæ nata ſunt, in fundo alescunt, adulta concipiunt. Idem cap. 1. Quemadmodum quicquã teri, aut alescere, aut meti poſſit. ¶ Inde Coalesco, pro Concreſco.

Aletudo, apud Feſtum, Verbale ab alendo, corporis pinguedinem ſignificat. Obſoletum eſt.

Aleuron, ri, n. g. *ἄλευρον*, Farina propriè tritici: Alphiton uerò hordei: hinc apud Ruell. lib. 1. cap. 14. panis aleurites.

Alex, cis, fœm. geo. Genus eſt liquaminis, quod Plinius muriæ uitium appellat, li. 31. cap. 8. ſic ſcribens: Laudatur & Clazomene garo, Pompeiiq; & Leptis, ſicut Muria Antipolis ac Thuriatiam uerò & Dalmatia. Vitium huius eſt alex, imperfecta, nec colata fex. Eſt etiam Alex, ſiue Alec, piſcis nomen, interprete Theodoro, qui ab Ariſtot. Mænis, *μαινὶς*, appellatur. Vide ſupra in dictione Alec.

Alexĭcăcon, n. ſ. *ἀλεξίκακον*, Remedium quod ſit ad depellenda mala. hoc & Amuletum dicitur.

Alexicacus, *ἀλεξίκακος*, In malis adiutor, malorũ depulſor, Herculis & Apollinis epitheton. Pauſan. in Attica, Alexicaci Apollinis ſimulacrum effinxit Calamis. Id Apollini nomen inditum aiunt, quòd quum peſtilentia bello Peloponneſiaco in Attica graſſaretur, oraculo Delphis reddito tanta calamitate populum liberauit. ¶ Alexicaci dæmones dicebantur, qui nocumẽta & diras amoliri exiſtimabantur, qui & Apopompæi, & Apotropæi, Lyſii quoq;, & Phyxii appellabantur. Budæus & Cælius lib. 2. cap 11.

Alexĭpharmăca, n. ſ. *ἀλεξιφάρμακα*, Sunt (ut Suidas ait) medicamenta auxiliatoria, quæ ſcilicet uenena, incantationes, & execrationes pellunt, prohibentq; ne iis nobis nocere poſſit. Plin. lib. 21. cap. 10. Nec magis alia herba conuenit medicamento, quod Alexipharmacon uocant.

Alexĭtēria, *ἀλεξητήρια*, Eadem quæ Alexipharmaca.

Alga, Herba, quæ naſcitur in aquis marinis: dicta ab algore aquæ, ſiue quòd pedes alliget, quia craſſa eſt, foliis ex parte ſupernatantibus. *φύκος θαλάσσιον* [Ital. Alga. Gal. Herbe croiſſant en la mer, Algue. Hiſp. Las ouas ò yeruas del mar. Germ. Kraut oder graſs das in dem meer wachſet.] Virg. li. 7. Lateriq; illiſa refunditur alga. ¶ Algenſes Pelagiæ, Purpuræ genus uiliſſimum, nomen habens ab alga, qua nutritur. Plin. lib. 9. cap. 17.

Algōſus, a, um, Alga abundans *φυκώδης*. Plin. lib. 32. cap. 9. Acernantur muricum modo, uiuuntq; in algoſis.

Algana, dicitur ſummitas uel altitudo.

Algatilis, hirundinis genus. Plin. lib. 10. cap. 33.

Algidenſis, adiectiuum, ut Raphanus Algidenſis, qui circa Algidum naſcebatur longus & translucidus. Plin. li. 19. cap. 4.

Algeo, es, alſi, uel alxi, altum, n. ſ. à Græco *ἀλγέω*. Doleo, patior frigus, frigidos ſum. *ψύχομαι*. [Ital. Patir freddo. Gall. Auoir grand froid, geler de froid. Hiſp. Enfriarſe. Germ. Vbel frieren, groſſe froſt oder kelte erleyden.] ¶ Opponitur huic uerbum Æſtuo. Cic. Tuſc. 2. Itemq; Lycurgi laboribus eruditur inuentorem uenandi, currendi, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando.

Algĭdus, a, um, adiect. Frigidus. *ψυχρός*, *λιμνερός*. [Ital. Freddo. Gal. Fort froid. Hiſp. Coſa fria, friſca con frialdad. Germ. Kalt.] Catul. Ego uiridis algida Idæ nine amicta loca colã, Algida nine, hoc eſt, frigida.

Algĭfĭcus, quaſi Algefaciens. *ψυχροποιός*. [Ital. Infreddante. Gall. Qui fait qu'on tremble de froid. Hiſp. Coſa que haze frio ò friſcura. Germ. Der kelte oder froſt macher.] Gell. li. 19. ca. 4. Quòd timor ſit omnibus algificus, i. frigus inducẽs.

Algor, oris, m. t. ab algeo. Idem quod frigus, & propriè frigus uehementius. *ψῦχος*, *ψυχός*. [Ital. Freddo. Gal. Froid ure grande, grand froid. Hiſp. Frio ò friſcor. Germ. Kelte, froſt. Plin. li. 19. cap 2. Æſtu magis, quàm algore uexantur. Saluſt. in Catil. Corpus pariens inediæ, uigiliæ, algoris.

Algus, gi. Idem quod algor. Lucretius lib. 3. Solicitè uolitant morbis, algoq; fameq;.

Algus, us, ui. Idẽ Plaut. in Rud. Vel ſuda, uel peti algu, uel etiã ægrota. ¶ Per translationẽ ponitur pro dolore & triſtitia.

Algoriſmus, mi, m. ſ. *λογιστικὴ*, ipſa ſupputandi peritia.

Algoriſta, æ, m. p. *λόγιστος*, peritior ſupputatiuæ artis.

Alguaſen, herba ſimilis lilio, & dicitur Lilias. Confert morſuræ rabidi canis, propter quod Græcè Alguaſen dicitur.

Alſius

Alhandal, Colocynthis.

Alſius, *κρυωδέστερος*, Comparationum ab Alſus: unde & Alſoſus. Cic. Att. lib. 4. Nihil quietius, nihil alſius, nihil amœnius. Idem ad Quint. Frat. lib. 3. Iam apodyterio nihil alſius, nihil muſcoſius.

Alſoſus pen. prod. adiect. *κρυώδης*. [Ital. *Freddoloſo*, aghiacciato. Gal. *frilleux*, ſubiet à froid. Hiſp. *Coſa fria ò freſca*. Ger. *Froſtſam*, Das bald erfroren iſt.] Quod naturæ eſt frigeſcentis, & facilè à frigore lædituri. Plin. lib. 20. cap. 13. Alſoſis crudam dederunt in cibo. Idem lib. 27. cap. 10. Abrotonum & adonitum alſioſa admodum ſunt. Varr. 1. de Re Ruſt. cap. 3. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, ſi pectat quod eſt alſioſum.

Alius, Alibi, Vide Alius.

Alibantes, *ἀλιβαντες*, Mortui dicuntur, *παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα*, hoc eſt eò, quòd humido illo naturali deſtituti ſint. Cæl. lib. 3. cap. 12.

Alica, pen. cor. f. p. Ex tritici generibus eſt (ut inquit Galenus lib. 1. de Facul. aliment.) aut certè fratris genus tritico ſimile, ſuccum tamen lentiorem habens, quàm triticum, ſive in aqua cocta cum muſto, aut vino, ſive cum oleo ſalſo & fricta ſumatur. *χόνδρος*. Plin. lib. 18. cap 7. Tunicæ frumento plures. Hordeum maximè nudum, & alica, ſed præcipuè avena. Nomen autem Alicæ ab alendo Feſtus deduxit, quòd vehementer nutriat. ¶ Eſt præterea Alica, confectio quædam ex frugum quarundam farina, aliis in locis aliter præparata. ita dicta (ut ex Aegineta colligi poteſt) quòd primùm ex frumento, ſive farre, cui Alica nomen eſt, fuerit confecta. Poſtea tamè magis receptum fuit, ut ex zea conficeretur. Plures autem fuerunt apud veteres alicæ confciendæ rationes, quas omnes exequitur Plin. lib. 18. ca. 11. Palladius quoque libro 6. docet quo pacto ex hordeo confici poſſit.

Alicancaloo, Nic. interpretatur bonum nunclum, ſed quare, non video. Fuerunt Sophiſtæ illi inopes linguæ, ut ne nomina quidem idonea habuerint, quibus id exprimerent quod volebant.

Alicariæ, Meretrices in Campania appellatæ, quòd ſolitæ eſſent circa piſtrina alicariorum verſari. Feſtus.

Alicaſtrum, n. ſ. Genus farris eſt, ea forma ab Alica deriuatũ, qua Siliqua ſtrum à Siliqua. Colum. lib. 2. cap. 6. Semen trime ſtre quod dicitur Alicaſtrum, idq; pondere, & bonitate præcipuum eſt.

Alienigenus, a, um, pen. cor. nomen compoſitum à nomine Genus, vel à verbo Gigno, & ſignificat quod eſt externum, vel alieni generis, vel inter alienos genitum. *ἀλλοδαπὸς*, *ἀλλόφυλος*. Valerius lib. 1. Adiici noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurdè poſſunt.

Alienigena, communis generis, vel ſecundum Probum, omnis generis, ſumitur in eodem ſignificato cũ Alienigenus, *ἀλλόφυλος*. [Ital. *Foreſtiere*. Gal. *Eſtranger*. Hiſp. *Eſtrangero*. Ger. *Ein frömbdling, vſzlendiger*.] Gell. lib. 2. cap. 23. Neque vino alienigena, ſed patrio vſuros. Sic & alia compoſita à Gigno: ut Agmen Troiugena.

Alierus, genus avis aquilæ ſimilis, vel paulo maius.

Alifer, Aliger, Vide Ala.

Alima, *ἄλιμα*. Medicamenta dicuntur quæ famem aut ſedant, aut prohibent obrepere: quemadmodum Adipſa dicuntur quæ ſiti reſiſtunt. Vtrorunque meminit Plutarch. in Symp. ſeptem Sapientum.

Alimentum, Alimentarius, Alimonia, alimonium, Vide Ala.

Alimma, Emplaſtra, quæ ex medicamentis non pinguibus conficiuntur. *ἀλιπαίνω*. Nam *λιπαίνω* idem eſt quod impinguo. Celſus lib. 5. cap. 19.

Alipsion, caro quæ pinguedine caret.

Alipsil. de Ala.

Alitrunus, dicitur parvus cyphus, parvum habens foramẽ ad modum nitri gutturati, quo ad alendos infantes nutrices uti ſolent.

Alipilus, Vide Ala.

Alipterium, *ἀλειπτήριον*. Locus erat in balneis, in quo loti ungebantur. Celius lib. 16. cap 47.

Aliptes, *ἀλείπτης*, Dicebatur magiſter athletarum, qui eos exercentes inungebat, eaſq; curabat, quæ ad corporis robur attinebãt. Dictus *ἀπὸ τῦ ἀλείφειν*, quod eſt inungere. Hac voce uſus eſt Cicero in Epiſtola ad Lentulũ, Qui homines quòd me ſaluum voluerunt, eſt gratiſſimum. Sed vellem non ſoldm ſalutis mex, quemadmodum medici, ſed etiam ut aliptæ, uirium & coloris rationem habere voluiſſent. ¶ Dicuntur præterea Aliptæ, chirurgi, qui & ipſi oleis, pinguibusq; malagmatibus foris adhibitis, vulneribus, morbisq; exterioribus medentur. Celſus lib. 1. ca. 1. Sanus homo & qui bene valet, nullis obligare ſe legibus debet, ac neque medico, neq; aliptæ egere. Vbi tamen nonnulli legunt Iatraliptæ. ¶ Eſt etiam Aliptes, fontis nomen apud Epheſum.

Aliqua, vide Aliquis.

Aliquammulti, Aliquandiu, vide aliquantus.

Aliquantiſper, vide Aliquantus.

Aliquãdo, *ποτέ*. [Ital. *Alcuna volta*, tal'hora. Gal. *Quelques fois, aucunes fois, une fois entre autres*. Hiſp. *En qualque tiempo*. Ger. *Etwan ein maal, underweylen*.] ſecundũ Priſcianũ, cum accentu in antepenultima, quãuis in carminatione poſitionis ſemper producatur. Aliud enim eſt ſyllabæ quantitas, aliud accentus. Habet autem tria tẽpora, præſens, præteritum & futurum: & ſignificat idem quod Nonnunquam, Interdum, Quondam vel aliquo tempore, vel Tandem. Cic. Valerio, Aliquando nos reuiſas.

Aliquantus, adiect. ex alius & Quantus, *ποσός*, *ποσός τις*. [Ital. *Alquãto grande*. Gal. *Aucunemẽt grand, de quelque grandeur ou quantité*. Hiſp. *Coſa alguna tanto tal, tamãno*. Ger. *Etwas groſs*.] Idem penè quod mediocris ſignificat. Saluſt. in Iugu. Timor aliquantus, ſed ſpes amplior.

Aliquãtum, *ἐπί ποσόν*, *ὀλίγον*. [Ital. *Alquãto*. Gal. *Vn peu, quelque peu*. Hiſp. *Algun tanto tal*. Ger. *Etwas ein wenig*.] Modò nomen eſt, ut apud Ciceronem pro Cluentio, Aliquantum agri in medio relictum eſt. ¶ Modò aduerbium ſignificans Paulũ, Nonnihil, Leuiter, Pauliſper, Neſcio quid, Aliqua ex parte. Plin. lib. 3. cap. 3. Aliquantum uetus forma mutata eſt.

Aliquantũlum, diminut. ab Aliquantum, Idem ſignificant quod Paululum, *ὀλίγον*. [Ital. *Pocheto, picolino*. Gal. *Vn bien peu, on tantimet*. Hiſp. *Poquillo*. Ger. *Ein klein wenig*.] Cic. lib. 2. de Inuen. Et de natura licet aliquantulum ducere ſuſpicionis, Idem pro Quint. Quum eris alieni aliquantulum relictum eſſet.

Aliquantillum diminutionum, ab aliquantulum. *πολλοστημόριον*, *πολλοστὸν μέρος*. [Ital. *Pochiſſimo, poco*. Gal. *Tant, ſoit peu, le moins du mõde*. Hiſp. *Muy poquillo*. Ger. *Gar ein klein wenig*.] Plaut. in Capt. Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat.

Aliquandiu, aduerbium temporis: Aliquo tempore, non ãũt longo admodũ. *ἐπί χρόνον*, *ἐπί τινα χρόνον*. [Ital. *Alquãto tempo*. Gal. *Quelque temps, par l'eſpace de quelque temps*. Hiſp. *Algũ tiempo*. Ger. *Etwan ein zeyt lang*.] Cic. 1. Acad. Ariſtum Athenis audiuit aliquandiu.

Aliquammulti, pro aliquot. Cic. 6. Verr. Sunt neſtrũm aliquãmulti, qui L. Piſonem agnouerunt.

Aliquantiſper, aduerb. ad temporis breuitatem refertur, ut ait Valla: idemq; ſignificat, quod aliquãdiu, *ἐπί χρόνον*. [Ital. *Aliquãto tẽpo*. Gal. *Por quelq; peu de tẽps*. Hiſ. *Por algun tiẽpo*. Ger. *Ein wyl, ein kleine zyt lang*.] Terent. in Heaut. At certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper.

Aliquis, aliqua, aliquod, quaſi Alius quis, & habet uim pluralem, quamuis ſingulariter dicatur: non enim eſt aliquis, niſi de multis. Vnde & apud veteres vario genere numeroq; proferebatur. *τίς* [Ital. *Alcuno, Qualch'uno*. Gal. *Aucun, Quelqu'un*. Hiſp. *Alguno*. Ger. *Etwan einer, Iemãdes*.] Terent. Aperite aliquis actutum oſtium. Idem eſt dicendum de Quiſquam, Quiſpia, & Vllus. ¶ Aliquis etiam, ut Græcis *τίς*, capitur pro homine non obſcuro, & non nullius pretii. Cic. Attic. Itaque fac, ut me velis eſſe aliquem: quoniã qui fui, & qui eſſe potui, iã eſſe non poſſum, id eſt: Velis eſſe me non prorſus obſcurum & abiectum. Iuuenal. Sat. 3. Aude aliquid breuib. Gyaris, & carcere dignum, Si vis eſſe aliquis.

Aliquid, ſubſtantivum eſt: ut, Aliquid utile. *τί*. Cic. Attic. Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam.

Aliquiſpiam, Idem prorſus eſt quod Quiſpiam, *τίς*, Cic. pro Seſtio, Aliquapiam vi pelleretur.

Aliquò, adverb. per aliquem locum. *πῦ* [Ital. *Per qualche luoco*. Gal. *Par quelque part, par quelque lieu, par quelque voie*. Hiſp. *Por algun lugar*. Ger. *Etwã durch ein ort oder*

τάξ.] Cic.5.Verr. Capere aliquã euolare, ſi poſſet.

Aliquatẽnus, pen. cor. ſignificat Vſque ad aliquam partem, ſine ex aliqua parte, aut Aliqua ratione. *μεχρίτινος, ἐπί τινος, ἐφ' ὁπωσ.* [Ital. *Ad alcuna parte.* Gal. Juſques à quelque quantité, juſques icy ou là. Hiſ. En alguna manera. Ger. Biß off ein theil, etlicher maaß.] Quint. Verum hoc aliquatenus temporũ mutatum eſt cõditione. Plin. li. 27. ca. 12. Caulibus plumbus ab una radice aliquatenus rubentib.

Aliquò, ad aliquem locum. *πρός, ἐφ' ὁποῖον.* [Ital. *A qualche luoco.* Gal. En quelque lieu. Hiſp. A algun lugar. Ger. Ein hin.] Terent. Heaut. Aliquò profugiet militatum. lb. d. m, In angulum aliquò ab eam.

Aliquorſum, Verſus aliquem locum. *ἐπί τινα τόπον.*

Aliquòt, *τινὲς ἐνιοι* [Ital. *Aliquãti.* Gal. Quelques uns, quelque nombre, je ne ſay combien. Hiſp. Algunos en numero. Ger. Etlich, etwan vil.] numero tantum plurali teſte Donato, ſignificat idem quod Nec multi, nec pauci. Terent. in Andr. Aliquot me adiere. Cic. de uniuerſitate, Diſciplina Pythagorica aliquot ſecula in Italia, Siciliáq; uiguit.

Aliquotfariam, *ἐφ' ἱκανὰς.* Varro de Re ruſt. li 1. ca. 2. In eo agro aliquotfariam in ſingula iugera dena culea uini fiunt.

Aliquõtiens, ſeu Aliquoties, ſine n, ſignificat aliquot uicibus. *ἐνιοτὲ, ἐφ' ἱκανὰς.* [Ital. *Alcune uolte, aliquãte uolte.* Gal. Quelques fois, je ne ſay quantes fois Hiſp. Algunas uezes. Ger. Etlich maal, nit eineſt.] Cic. 4. Verr. Aliquoties ad ſocios literas de iſtius iniurijs miſerat. Idem pro Quintio, M. Iunius, qui hanc cauſam aliquotiens apud re egit.

Aliſi, Hetruſcorum lingua, flos eſt purpurei coloris, quem Graeci *Ἀνθὸς ἁνθῶν*, hoc eſt, Iouis florem, Latini paradiſi florem. Galli del oculum, ruſtici Goccolurdam appellant.

Aliſma, atis, n. ſ. *ἄλισμα.* Dioſcoridi, Herbę eſt nomen, quam nonnulli fiſtulæ paſtoris, alij Plantagini aquaticæ eandem faciunt.

Alitors, Vide Alo.

Alius, alia, aliud, genitiuo alius, pen. prod. quamuis in carmine ſit indifferens, idem eſt quod diuerſus. Olim faciebat genitiuum & datiuum ſicut cætera adiectiua primæ & ſecundæ declinationis. *ἄλλος* [Ital. *Altro.* Gal. Autre, un autre qui que ſoit. Hiſp. Otro, algun otro. Ger. Ein anderer.] Cic. de Nat. deor. Quibus beſtijs erat is cibus, ut alij generis beſtijs ueſcerẽtur. Alij generis inquit, pro Alius. ¶ Accedit quandoq; ad nim comparationis, Quintilianus. At quanto alius fuit ille infœliciſſimi iuuenis affectus? Quomodo autem differat ab Alter, illic uideas. ¶ Alias res agis, Id eſt nõ intendis ad id quod dicitur, aut nugatorias res agis. *πως ἐμὲ ἀπολυρεῖς.*

Alias, aduerb. ſignificat Alio in loco, uel Aliter, uel Alio tẽpore. *ἄλλοτε.* [Ital. *Altra uolta, in altro luoco.* Gal. Une autre fois. Hiſp. En otro tiempo, ò en otro lugar. Ger. Ein ander maal, ſonſt etwan.] Terent. in Andria, Quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nuptias? Cic. Sed de hoc aliàs. Idẽ Trebatio lib. 7 Sed plura ſcribemus aliàs. ¶ Ponitur & pro aliquando, uel interdum: & tunc ferè geminatur. Cic. 3. de Orat. Aliàs ita loquor, ut neceſſum eſt, aliàs ut neceſſe eſt. Idem Ver. Aliàs reuocabat, aliàs decernebat.

Alibi, Alio loco *ἀλλαχῦ.* [Ital. *Altroue.* Gal. Ailleurs, autre part. Hiſp. En otro lugar. Ger. Anderſwo.] Virg. Geor. 1. Hic ſegetes, illic ueniunt fœlicius uuæ: Arborei fœtus alibi Terent. in Hecyr. Habebam alibi animum amori deditum.

Alicubi, In aliquo loco, uſpiam, uſquã. *ἐνιαχῦ.* [Ital. *In qualche luoco, in alcun luoco.* Gal. En quelque lieu, en quelque part. Hiſp. En algun lugar. Ger. Etwan an einem ort.] Cic. Attic. lib. 9. Ita ut ſi ſaluus ſit Pompeius, & conſiſtere alicubi.

Alicunde, Ex aliquo loco. *πόθεν.* [Ital. *De qualche luoco.* Gal. De quelque lieu, de quelque part. Hiſp. De algun otro lugar. Ger. Etwan här.] Terent. in And. Venit meditatus alicunde. Vide in dictione Aliquò.

Alienus, a, um, Quod eſt alterius, ſiue quod ad aliũ pertinet. *ἀλλότροπος, ἀλλότριος.* [Ital. *Alieno.* Gal. Aliené, qui eſt à autruy Hiſ. Ageno, enagenado. Ger. Frömbd.] Cic. 1. Offic. Difficilis eſt cura rerum alienarum. ¶ Alienum quoq; aliquando dicimus, qui nullo nobis neceſſitudinis uinculo eſt deuinctus. Idem Epiſt lib. 1. Tantum enitor, ut neq; amicis, neque alienioribus opera, conſilio, labore deſim. ¶ Interdum idem quod auerſus, uel abhorrens. Cic. 3. Verr. Letillus homo nõ alienus à literis. ¶ Nonnunquam idẽ ſed alienatus, hoc eſt immutatus, & ex amico inimicus factus. Idem lib. 1. Epiſt. Sin ille à me eſt alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. Idem pro Deiotaro, Quum is tu te ita non eſſet alieno. Idem de Diuinat. Neque hoc dij alienum ducunt maieſtate ſua.

Alièno, nas, act. p. Alienum facio, uel ex noſtro dominio in alienum transfero. *ἀλλοτριῶ, ἐφίστημι.* [Ital. *Alienare, uendere.* Gal. Aliener, eſtranger. Hiſp. Agenar, enagenar Germa. Entrömbden, Eußeren.] Cic. de Lege Agraria, Vanire res noſtras proprias, & in perpetuũ alienari. Idem 5. Verr. Nam turpitudinem ſummam eſſe arbitrantur referri in literas publicas, pretio paruo ea quæ acceperint à maioribus, uendidiſſe, atque alienaſſe. ¶ Paulus Iuriſcõſultus, Alienationis uerbo uſucapionem contineri putat. Vix eſt enim, inquit, ut non uideatur alienare, qui patitur uſucapi. Eum quoq; alienare dicimus, qui non uẽdo amittit ſeruitutes. ¶ Accipitur & Alienare, pro immutare, & ex amico inimicum, ſiue ex beneuolo maleuolum reddere. Cic Epiſt lib. 1. Hominem adoleſcentulum non tam alienare uolui, quàm alienatæ nolui Ibidem, Qui & te nonnunquam à me alienarunt, & me immutarunt tibi.

Alienans, pen. prod participium. *ἀλλοτριούμενος* [Ital. *Alienando.* Gal. Aliené Hiſp. Agenado Ger. Entrömbdet, geuſſeret] Cic. in Læl. Propter diſſenſionem autem, quæ erat in Repu. alienatus eſt à collega noſtro Mercello. ¶ Alienatus ſenio animus, id eſt, ſic immutatus, ſic dimotus ac deiectus à ratione, ut nihil rectum ſentiat. Liu. 1. Ab orbe. Sic. Alienatus ſenſibus, Liu. 7. Bell. Pun. Item, Alienatus mente. Plin. lib. 28. cap. 2. Alienatus animus & offenſus. Cic. ad Att. li. 1.

Alienatus, nomen ex participio, *ἀλλοτριωτὸς.* Vt Alienata mens. Liui 9 Bell. Pun.

Alienátio, nerbale *ἀλλοτρίωσις.* [Ital. *Alienatione, ſperatione.* Gal. Alienation, eſtrangement. Hiſp. Agenamiento. Ger. Entrömbdung, Eußerung.] Cic. in Orat. An quibus uerbis ſacrorum alienatio fiat, dubitare licentiam eſt, quippe ipſa ſacra retineri defendiq; poſſint, non honeſtum eſt. ¶ In alia ſignificatione dicitur Alienatio quaſi ſeparatio atque diſiunctio cuiuſpiam ab alio, hoc eſt quum aliũ quis alienat animum, ſtudium, amorem aut uoluntatem. Cæſ. 2 Bel. Ciuil. Caſtrorum autem mutatio quid habet, niſi turpem fugam, & deſperationem omnium, alienationem exercitus? Cic. in Læl. Ne non ſtatim alienatio diſiunctioque facienda ſit. ¶ Alienatio mentis, eſt tanta commotio, Per quam turbatio rationis, ut homo non ſit compos ſui. Plin. lib. 22. ca. 22. Cor. Celſ. lib 4. cap. 2.

Alioquin, & Alioqui (utroq; enim modo dicitur) habent penultimam productam: accentus tamen eſt in antepenultima, ne uideantur duæ dictiones, ſignificantiq; Aliter, ſeu alio modo, uel Quòd ſi nõ, uel præter hoc. *ἄλλως, εἰ δὲ μή.* [Ital. *Altrimẽte.* Gal. Autrement, ſans ce, ſinon. Hiſp. En otra manera. Ger. Sünſt, anders. Cic. 3. de Legib. Minima olim fuit iſtius rei cupiditas, alioquin multa extarent exempla maiorum. Idem 3. de Oratore Quorum ab Oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur: alioqui quomodo ille in ſuis hæreret bonis? Alioquin non rarò pro in alijs uſurpatur.

Aliorſum, uerſus alium locum. *ἄλλοσε.* [Ital. *Verſo altroue.* Gal. Vers autre lieu, coſté, part. Hiſp. Hazia otro lugar. Ger. Anderſwohin.] ut, Aliorſum ire, apud Plautum. ¶ Hẽ in aliam partem. Teren. in Eunu. Vereor ne illud grauius Phædria tulerit, neue aliorſum atq; ego feci, acceperit.

Aliouerſum, Idem. Plaut. Aulul. Atq; igitur Antrax aliouerſum, dixeram, Non iſtud quod tu raſimulas.

Aliter, aduerbium, ſit ab Alis, huius alis, pro alius, ſicut declinabant antiqui, & ſignificat, alio modo *ἄλλως.* [Ital. *Altrimẽte.* Gal. Autrement. Hiſ. En otra manera Ger. Anderſt.] Virgil. Dijs aliter uiſum. Cic. 7. Verr. Aliter decernere in eadem cauſa non potuiſti.

Aliubi, compoſitum ex Alius, & ubi, idem ſignificans quod Alibi. *ἄλλοτι, ἀλλοθι, ἀλλαχῦ.* [Ital. *In altro luoco.* Gall. Ailleurs, en autre part, & lieu. Hiſp. En otro lugar. Ger. An einem anderen ort, anderſwo.] Plin. nec uſquam aliubi cãdida naſcuntur.

Aliunde, Ex alio loco. *ἀλλαχόθεν.* [Ital. *D'altro luoco.* Gal. D'autre part. Hiſp. De algun otro lugar. Ger. Anderſwo här, von einem anderen ort här.] Plin. libro 17. capite 19 Inde repertum, ut allata aliunde, & inter ſe colligatæ, inijcerentur ſico.

Aliuſmodi,

Aliſmodi, Quaſi alteriuſmodi. Cæſar, Vno enim excepto, quem Aliuſmodi, atq; omneis, natura finxit, ſuos quiſque habebat charos.

Aliter, ueteres pro aliter ſcripſiſſe manifeſtum eſt, ex Græco ἄλλως, uel ἄλλως transferentes. Hinc eſt illud in legibus Numæ Pompilij, Siquis aliuta faxit, ipſius Iouis ſacer eſto. Feſtus.

Allabor, d.t.pen prod. Ioxtà fluo, ſiue appellor. προσρέω. [Ital. Scorrere uicino. Gal. Couler ſus oo aupres. Hiſp. Deſlizarſe hazia otra coſa. Ger. Zů hin fallẽ, zů hin rinnen, herbeylieffen.] Claudianus, Siculis allabitur oris. Cic. 1. de Diuinat. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectorijs uidemus.

Allaborare, Eſt alicui rei per laborem aliquid adiicere. ἐπεργάζω. [Ital. Affaticarſe grandamente. Gal. Laboorer fort ils'efforcerer. mettre grand'peine. Hiſ. Trabaiarſe afanando. Ger. Etwas darzů mercken, hefftig arbeitẽ ob einem ding.] Horat. 1. lib. Car. Simplici myrto nihil allaborẽs. Significat etiam idem quod adnitor.

Allæuo, aũ. p. pe. pro. Idẽ eſt quod Læuo, hoc eſt Planũ facio. ἐπιλειάνω. [Ital. Pianare, polire, Gal. Polir, aplanir. Hiſpa. Aliaſar, llanar. Ger. Glatt, oder eben machen.] Colum. lib. 1. cap. 2. Nam ea plaga, quæ ſic fit, uno ueſtigio allæuatur.

Allambo, is, ere, a. t. Idem quod ſimplex lambo, & per metaphoram leniter attingo. ἐπιλιχμάω. [Ital. Lingere, leccare. Gal. Lecher, atroucher legerement & dulcement. Hiſpa. Lamer, ò lãber. Ger. Lecken, ſanfft anrüren.] Quintil. Scitis ipſi quo exequiarum die labore extracta ſit, quandiu filium tenuerit allambentibus flammis.

Allatro, as, are, a. p. προσυλακτέω. [Ital. Latrare, abbaiare ad alcuno Gal. Abbaier à quelqu'un. Hiſp. Ladrar contra alguna coſa. Ger. Anbellen.] Aduerſus aliquem latrare. Et ad canes proprie pertinet, ſicut latrare. Dicimus enim, Allatrauerunt cum canes: &, Allatratus eſt à canibus. ¶ Allatrare aliquem per metaphoram, eſt per inuidiam criminari. Liu. 6. Bel. Maced. Qui uiuo quoq; eo allatrare eius magnitudinẽ ſolitus erat. Colum. in præfat. li. 1. Sed ne cantuum (ſicut dicere ueteres) ſtudium præſtãtius locupletiſſimum, quemq; allatrandi.

Allatus, Vide Affero.

Allaudo, as, are, act. p. Poëticum uerbum pro Laudo, ἐπαινέω. Plaut. in Merc. Agit gratias mihi, atq; ingenium allaudat meum.

Allecto, ctas. & Allector Vide Allicio.

Allectus, Vide Allego, allegis.

Allego, gas, pen. prod. a. p. Aliquò mitto, uel ad aliquem locum mitto. πρεσβεύω, ἐπιπρεσβεύομαι. [Ital. Allegare, mandare ad alcun luoco. Gal. Enuoier en quelq; lieu. Hiſp. Embiar perſona à algun lugar. Ger. Etwan hin mit befelch ſenden oder ſchicken.] Plaut. in Caſin. Quin ea ipſa me allegauit, qui iſtam accerſerem. Proprium autem, cum hoc uenuſtiſſimum uerbum hoc locum obtinet, quom rei alicuius impetrandæ gratia ad aliquem mittimus eos, quos aut gratia, aut autoritate apud illum ualere exiſtimamus, quiq; uelut legatorum officio fungentes, noſtram apud illũ cauſam agant. Cic. pro Sext. Roſcio, Homines nobiles allegat in, cui peterent, ne Syllam adirent. Idem 3. Verr. Petit à me Rabirius. & amicos, allegat: facilè impetrat. Idem 4. li. Epiſt. fam. Extremum illud eſt, ut Philoſophiam ad te allegem. Vſurpatur etiam pro Citare, Hoc Adducere, ἐπάγειν, προσφέρειν παράδειγμα. Plin. Tum multa allegauit, quæ ad rem propoſitam pertinere minimè uidebantur. Budæus, Δικαιολογεῖσθαι ſua iura allegare, & in iure diſceptare: quod Cauſari. Plaut. dixit. Cic. etiam, & Cauſari, & proferre. Quinctilianus conſulti Allegare appellant.

Allegio, onis, Verbale. παραγγελία, ἐπιπρεσβεῖαι. [Ital. Ambaſciata. Gal. Enuoy, brigue par amis. Hiſpa. Aquella obra de embiar. Germa. Botſchaffe an ein ander ort.] Cic. 5. Ver. O dij immortales quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationẽ expugnauit. Id eſt, amicorum interceſſionibus, & uelut legationibus.

Allego, gis, a. t. pen. corr. Aſſcribo, deligo, deligendo addo, coopto. ἐπιλέγομαι, προσπαλλέω. [Ital. Aggiongere alcuno ad une compagnia. Gal. Adiouſter de nouueau à une compagnie, Hiſp. Elegir para ſu compania. Ger. Herzů nemmen, Zů ein geſellſchafft vßnemmen.] Vnde apud Iulium Capitolinum ſcribitur, M. Antonium philoſophum multos ex amicis in Senatũ allegiſſe cum Aedelitijs ac Prætorijs dignitatibus. Liu. lib. 10. Cæterùm quia de plebe allegebantur, eandem ægrè paſſi Patres.

Allecti dicebantur, qui ad augendum numerum Senatorum ex equeſtri ordine aſſumebantur: qui etiam Conſcripti uocabantur, προσηρημένοι, προσπαρελεγμένοι. Nam patres dicebantur, qui erant Patritij generis.

Allegoria, ἀλληγορία, cum accentu in penultima, Figura eſt, quæ à Quintiliano dicitur Inuerſio, quum aliud uerbis aliud ſenſu oſtenditur. Naſcitur autem hæc figura ex continuata, perpetuaq; metaphora. Eiuſmodi eſt illa apud Virgi. 2. Aeglog. Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt. Id eſt, Deſinite iam plora canere, quia ſatis audiuimus.

Alleluiah, Duæ dictiones ſunt quibus ſignificatur, Laudate Dominũ. Alleluia enim (ut Auguſtinus ait) imperatiui modi eſt, & ſignificat, Laudate: Iah uerò Vniuerſalem, uel Vniuerſaliter, ſcilicet Dominum. Eſt dimidiatum nomen à Tetragrammato Iehouah, quod ſolius Dei proprium eſt. Hieronymus, Iah apud Hæbræos nuũ eſt de decem Dei nominibus. Et in illo Pſalmo ubi legimus Laudate Dominũ, quoniam bonus eſt pſalmus: in Hebræo eſt Allelu-iah. ſunt autẽ duæ partes Hebraicè iunctæ per muraph. Scribitur Hæbraicè ſic הַלְלוּ יָהּ

Allẽuo, as, a. p. pen. corr. In altum tollo, erigo, & quod humi iacet, ſurſum leuo. ἐπαίρω. [Ital. Leuare in alto. Gal. Eleuer, alleger. Hiſp. Aliuianar ò ſoliuiar. Ger. Aufheben in die höhe lupfen.] Quintil. Vidi multos, quorum ſupercilia ad ſingulos uocis conatus alleuarentur. ¶ Accipitur item Alleuo, pro leuius reddo κουφίζω. Cic. pro Sext. Roſcio, Hoc onus ſi uos aliqua ex parte alleuabitis, feram, ut potero. ¶ Transfertur etiam ad animum, pro eo quod eſt recreare, uel dolores mitigare. ἐπικουφίζειν. Cic. de Clar. Orat. Quod aliqua ex parte ſolicitudines alleuaret meas. Sic dicimus, Alleuare afflictum, hoc eſt ſubleuare, & calamitate exemere. Quintil. Non petit, ut afflictum alleuetis, niſi & probauerit ſe infœliciorem.

Alleuatio, f. t. uerbale, Doloris mitigatio, ſiue diminutio. ἀνακούφισις. [Ital. Alleggiamento. Gal. Allegeance, alleges ment. Hiſ. Aquella obra de alliuianarò ſoliuiar. Ger. Leychterung.] Cicer. Famil. 4. Etſi tot, tantiſq; rebus urgemur, ut nullã alleuationẽ quiſpiã non ſtultiſſimus ſperare debeat.

Alleuamentum, n. ſ. Idem. Cic. pro Sylla. Et in aduerſis ſiue ullo remedio, & alleuamento permanere.

Allex, uel allux, cis, m. t. dicitur pollex ſcandens proximum digitum, quòd uelut inſilijſſe in alium uidetur.

Alliãtum, Vide Allium.

Allicio, cis, a. t. pen. cor. allexi, allectum, ex Ad & Lacio, ſignificat blanditijs attrahо, ſiue potius Induco, atq; inuito. Δυμαγωγῶ, ἐπάγομαι, ἐφέλκομαι, ἐπισύρομαι. [Ital. Lusingare, Indorre, inuitare, conlusinghe. Gal. Attraire, allicher, affriãder, attirer par beau. Hiſ. Atraer conhalagos. Ger. Zůhin reitzẽ, zůhin locken.] Cic. pro Plan. Allicere uolũtates alienas, retinere partas. Idẽ pro Murena, Cato negat uerũ eſſe, bene uolẽtia cibum allicere. ¶ Inuenitur & præteritũ Allicui, ſicut ab Elicio, elicui. Piſo li. 1. Hiſt. Aulus unius præmio multorum allicuit animos. Id tamen admodum rarum eſt.

Allecti, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in Senatus ſunt numerum aſſumpti. Bud. in Annot.

Allector, oris, uerbale, m. t. Qui allicit. ἐπαγωγέυς. [Ital. Attratore. Gal. Attrayeur, allechaur, amadoueur. Hiſp. Atraedor con halagos. Ger. Zů hin reitzer, anreizer, Col. lib. 8. ca. 10. Quaſi allectores ſint captiuorum.

Allecto, ctas, Frequent. ab Allicio, Significat, per blanditias attraho. ἐπάγω. [Ital. Allettare con luſinghe. Gal. Attraire par le menu, amadouer, allicher par pluſieurs fois. Hiſp. Atraer con halagos. Germ. Zů hin locken mit ſchmeichlerey vnd ſüſſen worten.] Colum. lib. 2. Ad aquam duci oportet, ſibiloſq; allectari, quo libentius bibant.

Allĭcĭo, făcio, cis, a. t. Idem eſt quod allecto. ἐπάγω. [Ital. Allettare, adeſcare. Gal. Allicher, attirer par quelque moyen. Hiſp. Atraer con halagos. Germ. Zů hin reitzen, mit locken zů hin bringen.] à quo Allicefio. Suetonius in Vitel. Pronus uerò ad cuiuſq; & quacunq; de cauſa necem atq; ſupplicium: nobiles uiros condiſcipulos & æquales ſuos, omnibus blanditijs tantum non ad ſocietatem imperij allice-

factos, uario genere fraudis, occidit.

Allido, dis, pen. pro. a. t, Impingo, quod est, interficiēdi causa contra aliquid iacio, uel ad saxū, durúmue aliud corpus comminuo. *ἐπερείδω, προσπρήθω, κατάρίπτω.* [Ital. *Percuotere insieme.* Gal. *Heurter contre, froisser en heertant.* His. *Herir una cosa à otra.* Germa. *Anstossen, an ein hart ding schmätteren.*] Lactant. lib. 4. Et in conspectu suo uexari acerbissime coniuges suas cernerent, uiolari ac prostitui uirgines, diripi pueros, allidi paruulos. Cæsar 3. Bel. Ciuil. Et ex magno remigum propugnatorumq; numero pars scopulos allisa interficeretur. ¶ Allidi aliquis per metaphoram dicitur, pro damno affici. Gel. lib. 1. cap. 3. Quoniam quū sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Cic. ad Qu. Frat. Sed hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perluben te Seruius allisus est: cæteri concidunt.

Alligo, pen. cor. act. p. propriè ad aliquid ligo. *ἀπαρτῶ, ἐξαρτῶ, περιάπτω.* [Ita. *Allegare, legare à qualche cosa.* Gal. *Allier, lier à.* His. *Atar alguna cosa à otra.* Ger. *Anbinden, anknüpfen.*] ut Alligare uitem palis, uel ad palos. Col. lib. 2. Arbustiuā uitem antequam putes, alligare diligenter oportet. ¶ Per translationem Alligare, est obstringere, obnoxiū facere. Terent, in Eunuch. Hic forti se alligat, *ἰσχυρὰ πλοκῇ.* Cl. pro Rabirio Posthumo, Lex ubi omnes mortales alligat, sic loquitur. ¶ Accipitur & pro suo simplici. Idem de Diuinat. Alligandi essent omnes, qui cubitum irent. Idem 3. de Orat. Neq; uerba alligata sint, quasi certa aliqua lege uersus. ¶ Alligari quoq; rei quis dicitur cui ita est addictus, ut diuelli ab ea abesse non possit. Sic adulescentulos scortis alligatos dicimus, qui meretricis amoribus ita sunt irretiti, ut non nisi ægrè ab ijs possint diuelli.

Alligatio, f. t. Ipse actus alligandi. *περίδεσις.* [Ital. *Legamento.* Gal. *Liaison, lien.* His. *Atadura.* Ger. *Anbindung.*]

Alligator, m. t. Qui alligat. *περιδετής.* [Ital *Ligatore.* Gal. *Lieur, rellieur.* His. *Atador.* Ger *Anbinder.*] Colum. lib. 4. ca. 23. Deinde sequitur alligator, cuius officium est, ut rectam uitem producat in iugum.

Alligatura, f. p. *ἐπίδεσις, περίαμμα* Idem de arboribus cap. 8, infra insitionem, & alligaturam falce acuta leuiter uitem uulnerato.

Allino, is, Ex Ad & Lino, Inungo, & linendo rei alicui indico. *ἐπιχρίω.* [Ital. *Vngere.* Gal. *Oindre, fretter en oignant.* His. *Vntar una cosa à otra.* Ger. *Anstrichē, ansalben.*] Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, coq; dentem allinant.

Allium, Herbæ genus satis notum, non dissimile porro, grauissimi odoris, quod tamen lassitudini mederi creditur, & serpentes fugare. *σκόροδον.* [Ital. *Aglio.* Gal. *Ail.* His. *Ajo.* Ger. *Knoblauch.*] Vnde etiam messoribus solet esse in deliciis, Virgil. in Bucolicis, Thestylis & rapido fessis messoribus æstu, Allia serpillumq; herbas contundit olentes. Horatius eius odorem infectatur festiuo carmine: Parentis (inquit) olim si quis impia manu Senile guttur fregerit, Edat cicutis allium nocentius. ¶ Ne allia comedas & fabas, *ἵνα μὴ φάγῃς σκόροδα, μήδὲ κυάμους.* Prouerbiali uidetur ænigmate dictum, pro eo quod est, Ne bellis, néue in iudicijs adsis. Nam in bellum inferebantur allia cōmeatus militaris: in iudicijs fabas ferebant ne obdormiscerent. Suidas. Eras. putat referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur, suffragia. ¶ Ego tibi de allijs loquor, tu respondes de cepis. *Ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυα ἀποκρίνει.* Quū aliud respondetur quam rogaris: uel contrà, quum ineptè respondetur inepte scisciranti. Confinia enim sunt inter se cepe & allia. ¶ Ne allij quidē caput. Subaudi, ledit uel apposuit, uel aliquid simile. Prouerbialis est hyperbole, qua usus est Aristophanes in Vespis. Conueni et in sordidum & impendiò parcum. ¶ Allium in retibus *σκόροδον ἐν δικτύοις.* De sordido cōmeatu, dicebatur. Hinc natū quòd Attici nauigationē aut expeditionē adornātes p cibo allia in retibus impositi secū ferebant. Locus erit adagio, si quē admoneas, ut Philosophiæ studiū aggressurus paret se ad frugalem uitam, ad uigilias & labores, sine quibus nō paratur eruditio.

Alliatus, ta, tum. *σκοροδισμένος* [Ital. *Cosa con aglio, agliato.* Gal. *Qui est aillé, qui sent les aulx.* His. *Aiado, ion ajo.* Ger. *was knoblauch hatt, oder dauon schmeckt.*] Plaut. Sine me alliato fungi, fortunas meas. hoc est, permitte me quē allium olere & fœtere dicit.

Allobrogicus, a, um, adiect. *ἀλλοβρογικὸς* ut apud Celsum li. 4. cap. 1. Vinum Allobrogicum.

Allo, m. t. lapis est rotundus, quo fabri instrumenta sua account.

Allōdium, res libera, & propria alicuius, ex quo præstatur tributum. l. at si quis. parag. inter dū. ff. de relig. & sum. fun. dicitur etiam hæreditas, quum uendere uel donare possum. Deductum putat Alciatus à laudo, & allaudium laudandum dictum, qui pleno iure ad possessionem pertinent, pro quo nullum alicui laudatiuum præstandum est.

Allŏphylŏs, la, lum, dici potest alienigena, alterius tribus, Nam *ἄλλο* significat aliud, & *φῦλον* genus, gentem, nationem. Ambros. lib. Offic. aduersarios suos Hæbrei Allophylos, id est, alienigenas Latino appellant uocabulo. Hoc nomine dicti sunt Palestini, qui & Philistæi, φ in π mutato, ut testatur D. Hieronymus.

Allœōtheta, f. p. *ἀλλοιόθετα*, Figura est syntaxin concernēs, quum scilicet contra uulgatos constructionis canones aliquid uariamus. Vnde & Variatio à Prisciano interpretatur. Confundit autem numerum: ut, Pars in frusta secant. uel Casum, ut, Tu mihi quodcunq; hoc regni, pro, Hoc regnū. uel genus: ut, Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis. Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas. Ad dulce enim quod est neutrum, tam masculina, quam fœminina reddidit.

Alloquor, d. t. *προσαγορεύω, προσλαλέω.* [Ital. *Parlare.* Gal. *Parler à quelqu'un.* His. *Hablar à alguno.* Ger. *Anreden, ansprechen.*] Autor ad Her. Te nunc alloquor, Africane. Plaut. Amphitry. Alloqui perparcè licebat obsecro. Varr. 5. de ling. Lat. Alloquutum mulieres ire aiunt, quum eunt ad aliquem loquutum, consulendi causa.

Alloquium, ii, *προσφθεγμα.* [Ital. *Parlamento cō uno altro.* Gal. *Parolle auec un autre.* His. *Habla à alguno.* Ger. *Anredung, das ansprechen.*] Verbale. Id est alloquutio. Liu. 1. ab Vrb. Et ipse quoq; fortunam benigno alloquio, comitate inuocandi, beneficijs quos poterat sibi conciliando adiuuabat. Plin. lib. 26. cap. 2. Hospitali regis clementia sex mensiū tempore imbutus alloquio. ¶ Durus alloquijs, *ἄτεγκτος ἀνθρωπος προσαγορεύμασιν.* Prouerbiali figura dicitur is qui est inexorabilis.

Allŏscĕrŏdĕn. *ἀλλοσκέροδον.* [Ital. *Cappare.* Gal. *Capres.* His. *Alcaparra.*] Herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Capparis appellatur.

Allūbĕsco, scis, sine Adlubesco, Lubens facio, obedio, fauco, consentio. *ἑκὼν εἶμι.* [Ital. *Far uolentieri.* Gal. *Estre agreable.* His. *Hazer à gana.* Ger. *Etwas anfahen gelieben, etwas gütwillig zuo thun werden.*] Plaut. Hercle uerò iam mihi adlubescit primulum.

Alluceo, es, ere, alluxi, compositum ex ad & lucco. *ὑπολάμπω*, Plau. Tibi fortuna faculam lucrificam allucere uult.

Ambio, bis, ambiui, uel ambii, ambitum, pen. prod. ex Am, & Eo, is, permutatione e, in i, & b interpoſita. Significat propriè undiq; cingo, circumeo, concludo. κυκλόω, περιβάλλω. [Ital. Girare. Gal. Enuironner. Hiſ. Rodear y cercar. Ger. Vmgon, vmgeben.] Virg. 7. Aeneid. Quæ rapidus flam mis ambit torrẽtibus amnis. Iulius Firmicus, Pompeij poſt tot triumphos ad Nili fluminis ripam cernices inuictas, & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat. ¶ Per translationem uerò Ambire ponitur pro blandiri, interpel lare, παραγγέλλω, circumeunte, μετέρχω. Virg. libro 4. -quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu. ¶ Quoniam uerò Romani, dum honores & magiſtratus quæ rerent, circumire ſingulos ſolebant prenſare dextras, roga reiq; ut ſe ſuffragijs adiuuarent: factum eſt, ut Ambire capia tur pro honores quærere, φιλοτιμέομαι. Cic. 11. Phil. Quòd ſi comitia placet in ſenatu habere, petamus, ambiamus, tabula modo noua detur nobis, ſicut populo da ta eſt. ¶ Interdum etiam ſignificat ſimpliciter deſiderare, μνηστεύω. Hieron. ad Damaſum, Nihil aliud ambimus, quã ut autoritate communionis noſtræ ſulti, treis hypoſta ſeis cum antiquo ſenſu prædicent. Aug. lib. 8. Confeſ. Quæ ſo te, omnibus iſtis laboribus noſtris quò ambimus perue nire, quid quærimus?

Ambītio, Circuitio, f. t. περιοδ@. [Ital. Aggirata, ambi tione. Gal. Enuironnement, ambition, appetit d'honneur. Hiſpa. Rodeo, Codicia de honras. Germa. Ergeytſeit.] Ambro. Sinus in quo Chriſtus requieſcit, non cor poris gremio præparatur, nec ueſtimentorum ambitione componitur, ſed uirtutum operatione colligitur. ¶ Sumi tur & pro rerum magnarum, honorum, & imperiorum ſci licet immoderata cupiditate. Cicer. 2. Tuſcul. Quid de no ſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? Ide m 1. Offic. Miſerrima eſt omnino ambitio, honorum q; contem-

contrarie. φιλοτιμίαν Græci appellant.

Ambitiosus, Qui immoderatè appetit honores. φιλότιμος. [Ital. Ambitioso. Gal. Ambitieux, qui brigue & pourchasse honneur. Hisp. Codicioso de honras. Ger. Ehrgeytig, Der nach ehren stellt.] Cic. in Sallust. Si fortè fuit in honoribus petendis nimis ambitiosus. Idem pro Flacco, Qui ita ambitiosus est, ut nos omnes quotidie persalutet. ¶ Dicitur etiã Ambitiosus, qui habitu, sermone, cultu, denique modis omnibus misericordiam captat. Quint. li. 1. Non sum ambitiosus in malis, nec lacrymarum causas augere volo: utinã essentiã minuendi. Ouid. lib. 3. de Ponto, Sed tamen hoc facto adiunge prioribus unum Pro nostris ne sis ambitiosa malis. ¶ In propria sua significatione significat quod magni ambitus. Plin. lib. 5. cap. 5. Amnis amœnus, & quantum locorum situs patitur, ambitiosus.

Ambitus, ta, tum, pen. prod. participp. Circundatus. περιλήμμενος. Ouid. 2. Metamorph. Iussit & ambita circundare littora terræ.

Ambitus, bi, tu, pen. cor, nomen, Propriè circuitus. περίβολος. [Ital. Giro. Gal. Vn cercle, circuit ou tour. Hisp. Rodeo. Ger. Vmbgang, vmkreis.] Cic. de Vni. Quum se octo ambitus, confectis suis curribus, ad idem caput retulerint. ¶ Ambitus ædium dicebatur locus inter ædificia relictus, pedum duorum & dimidiati: ab ambiendo dictus, quòd domum ambiret, vel quòd per eum domus posset circunquaque ambiri. Cic. in Top. Qu. Scævola id esse solum ambitus ædium dixit, quantum communis parietis tegendi causa tectum projiceretur. ¶ Et quoniam, qui honores petebant, si virtuti aut meritis diffiderent, tribus circumire solebant, eas{q} aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum est: ut Ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati: quod severissimis apud Romanos legibus coercebatur. Cic. 2. de Orat. Rarò illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atq{ue} largitione seiungere. Idem ad Qu. Frat. Senatusconsultum factum est de ambitu, in Afranij sententiam. ¶ Capitur interdum Pro captione misericordiæ, quum habitu, cultu, gestu, & oratione, perículum commiserationem sucupamur. Quintil. Si innocentissimos, iudices, uti vellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare nobis amissam in oculis omnium cogitationum temeritatem, id est misericordiam captare, ex commemoratione malorum. ¶ Est item Ambitus, prolixior verborum circuitus, ex colis, hoc est membris, & commatibus constans: Græci περίοδον vocant. Cic. de Clar. Orat. Comprehensio, & ambitus ille verborum, si sic Periodon appellari placet. Idem in Orat. Arguti, certi{q}, & circunscripti verborum ambitus.

Ambrothridion, ἀμβροθρίδιον. Pharmacum abortum faciens.

Ambo, m. & n. f. fœm. Est ambæ, arum, p. Ex Græco ἄμφω videtur deductũ, & non dicitur nisi de duobus, quæ præcesserint. [Ital. Amendue, l'uno & l'altro. Gal. Tous deux ensemble. Eux deux. Hisp. Der iuntamente en numero. Germ. Beidsampt.] Plato & Arist. ambo philosophi. Ter. in prol. Andr. Qui utramvis rectè norit. ¶ Vel cum hac dictione Duo: ut, vidi duos homines ambos mihi amicos. ¶ Vel cum de his loquimur, quæ tantũmodo sunt duo: ut, Perdidi ambos oculos, & ambas manus. Cic. 1. de Div. Quorum amborum generum una ratio est. Ambabus manibus haurire, ἀμφοτέραις, sobaudi χερσὶν. De iis dici consuevit, qui summo conatu quippiam agunt. Itidem Aristophanes in Equitibus.

Ambracides, & Ambraciotes: sive Ambraciota, ἀμβρακιώτης. Hinc urbe originem traxit Theombrotus, Ambraciota dictus: qui quum Platonis librum de æternitate animarum legisset, præcipitem se dedit in mare.

Ambrica, pen. corr. Sunt tegulæ, quæ transuersæ asseribus & triplis interponuntur, ut inquit Festus. Vbi per asseres cameros etiam intelligimus. Imbrices verò tegulæ, quibus insana domus tegitur.

Ambrosia, ἀμβροσία, Latinè immortalitas dicitur, ab α. priuatiua, & βροτὸς mortalis: vel quia mortales ea comedunt, vel quia qui comederant, efficerentur immortales: sed μ. interponitur ob euphoniam. Fabulæ ferunt esse deorum cibum, nectareque potionem. Ex quo illud Martialis, Iupiter ambrosia fertur est, & nectare vivit. Cic. libro 1. Tusc. quæst. Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut luventate poculo ministrante, lætari arbitror. ¶ Dioscorides Ambrosiam scribit Romanis nocari Caprum sylvaticum, aliis Botryn, aliis Apium rusticum. Plinius herbam esse scribit odore nõ iniucũdo, nagi nominis, & circa varias herbas fluctantem. ¶ Ambrosia alendus, prouerbiali figura dicitur, qui est egregius & velut dijs æquandus, quum Ambrosia deorum cibo meretur ali. Vsus est Cic. lib. 2. de Orat.

Ambrosius, sia, sium, adiect. Pro Immortali, diuino, odorifero, fragranti. Vir. 1. Æn. Ambrosiæq{ue} comæ diuinum vertice odorem Spirauere.

Ambãbaiæ, Sunt (Porphyrione autore, mulieres vagæ, ac ineptæ, quibus nomen ab ebrietate balbutientium verborum videtur esse inditum. Nonnulli Ambubaias, tibicinas Syriacæ linguæ putant dici. Hor. Ambubaiarum collegia, &c.

Ambrũm, gemma est nigri coloris.

Ambãbēia, Herba est, quam alii ambugiam, alii intubum agrestem, & notiori nomine Cichorium appellant. κιχώριον.

Ambŭlo, las, Re, incedo, gradior. βαδίζω, περιπατέω. [Ital. Andare. Caminare. Passegiare. Gal. Aller, cheminer, se pourmener. Hisp. Andar, passearse. Ger. Vuandlen, Gon, spatzieren.] Cic. Attic. Si enim rectè ambulauit is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Plin. lib. 10. cap. 60. Mures Aegyptij bipedes ambulant, ceu Alpini. ¶ Aliquãdo Ambulare, est animi causa se exercere, περιπατέω. Plautus, abiit ambulatum: id est Abiit ut se exercerat animi causa. Idẽ in Menæch. Conuiuæ ambulant ante ostium. ¶ Transferrur etiam ad alia, ut quum dicimus, Ambulare manu, Cic. 2. de Finib. Ambulant naues. Cato de Re rusti. Ambulant aues, Plin. lib. 10. cap. 18. ¶ Huius composita sunt. Antambulo, ante alios ambulo: à quo Antambulones περιπάμπονες, dicti sunt stipatores, & satellites, qui honoris gratia comitando principem, solent præcedere, Suet. in Vespas. Dum eum itidem per contumeliam antambulonem fratris appellat. Martial. lib. 3. Sum comes ipse tuus, tumidiq{ue} antambulo regis. Deambulo, vide alibi. Inambulo, spatior. Et propriè Inambulare est Peripateticorum, qui deambulantes disputare consueuerunt. Obambulo aduersus alios ambulo, & quasi ambulanti me oppono, ascendo. Perambulo, per aliquid, siue ad finem usq{ue} ambulo.

Ambulātio, ōnis, f. t. βάδισις, περίπατος. [Ital. Passeggiamento. Gal. Allée, pourmenement. Hi. Aquella obra de andar passeandose. Ger. Spatzierung.] Ipse actus est ambulandi. Cic. 5. de Finib. Constituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. ¶ Est & locus ad ambulandum, idem & quod ambulacrum. Vitru. lib. 5. cap. 9. Circa theatra sunt porticus & ambulationes. Cicer. ad Qu. fratr. epist. 17. Sed tamẽ nihil ei reliquum erat, præter balnearia, & deambulationem & auiarium.

Ambulatiuncula, diminutiuum. Cic. ad Cæl. Cum una mehercule ambulatiuncula, atq{ue} uno sermone nostro omnes fructus prouinciæ non confero. μικρὸν περίπατον. [Ital. Passeggiamẽto picciolo. Gal. Petit pourmenoir. Hisp. Pequenno lugar para se passear. Ger. Ein gängle.]

Ambulātor, m. t. Qui huc, & illuc ambulat. περιπατητικός. [Ital. Caminatore. Gal. Qui aime à se pourmener, un coureur. Hisp. El que anda como passeãdose. Ger. wandler, spatzierer.] Col. lib. 5. cap. 8. Villicus (ut ait Cato) ambulator esse non debet.

Ambulatrix, περίπατος. Cato cap. 134. Ad cenam ne quò eat, neue ambulatrix siet.

Ambulatorius, a, um. περιπατικὸς, περιπατητικός. [Ital. Passeggiante, che Passeggia. Gal. Qu'on fait marcher & aller ca & là. Hisp. Cosa para andar. Germ. Das gadt, spaciert oder bewegt wirt.] Qui ambulat aut monetur: ut Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad urbes oppugnandas, ut scribit Vegetius. Hirt. de bell. Alex. Quæq{ue} partes urbis inferiores erant, has altissimis turribus denorũ tabulatorum munierant: præterea ambulatorias totidem tabulatorum confecerant. Plin. lib. 21. cap. 14. Operculum à tergo esse ambulatorium.

Ambulacrum, penultima producta u. f. Est locus ad ambulandum, ubi commodè ambulari potest animi causa, περίπατος. [Ital. Loggia, cortile. Gal. Pourmenoir, galerie, lieu à se pourmener. Hisp. ice El lugar para se passear. Germ. Ein ort da man spacieret. Spatzierplatz]

Festus

Feſtus. Ambulacra, ambulationes. Plinius. Tam fora atque gymnaſia, & pro tuis exemplo porticib. ambulacra miremur.

Amburbiale, uel Amburbium, Sacrificij genus erat, quo ciuitas luſtrabatur: ita dictum, quòd uictima, antequam immolaretur, urbem ambibat: unde & ipſæ uictimæ Amburbiales dictæ ſunt, eadem forma, qua Hoſtiæ ambarualeſ, quę circum arua ducebantur, antequam caderentur, ut fruges feliciùs prouenirent.

Amburo, pen. prod. a. t. Circumuro. περιφλέγω. [Ital. Bruſciar d'ogni parte. Gal. Bruſler au tour, demi bruſler. Hiſp. Quemar en derredor. Ger. Zů ring, vmb an brennē.] Plaut. in Epidi. Nam ille quidem Vulcani irati eſt filius: quaquà tangit, omne amburit.

Amburtus, ta, tum, Circumuſtus. περιπεπαυμένος. [Ital. Abbruſciato d'intorno, ſcottato. Gal. Bruſlé autour, ou à demi. Hiſp. Quemado al derredor. Ger. Vmgebrant.] Cic. pro Domo ſua, Qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias ſuas domos comportari iuberent. Plinius lib. 10. cap. 31. Hirundinum pulli ad cinerem ambuſti multis morbis medentur.

Ambuſtio, onis, f. t. uerbale περίκαυσις. [Ital. Scottatura, arſura. Gal. Bruſlure, eſchaudure. Hiſp. Quemadura al derredor. Ger. Ein brant.] Plin. lib. 23. cap. 4. Myrteum oleū medetur cruptionibus, & ambuſtionibus.

Ambūrūs, Clematis Dioſcoridi.

Amecum, & Amecam, Pro amico & amica antiqui dicebant. Laberius. In lacu Auerno mulierum fuiſſe amecabundam, ſcripſit, hoc eſt Amantem.

Ameles angulus, ἀμελὴς γωνία, id eſt neglectus angulus, de eo dicebatur, qui ſupinus & oſcitabundus deſideret, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt in Libya locum eſſe, qui ἀμελὴς γωνία, hoc eſt ſecurus angulus uulgò dictus ſit: ob id fortaſſe, quòd neglectus & incultus iaceret, ſcriptum reperitur & ἀμελὲς γωνίας id eſt, negligentis angulus. Recenſent Zenodotus & Hetychius.

Amella, Herba quæ naſcitur iuxta Mellam Galliæ fluuium, à quo nomē accepit Amellus flos eius. Vide Serui. in illud Virgil. 4. Georg. Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello Fecere agricolæ.

Amen, אמן, ἀμήν, Dictio Hebræa, Verè aut ueritas: particula ad confirmādum aliquid. Deute. 27. 16. Reſpondebitq; uniuerſus populus, אמן Amen, id eſt uerè, uel ueritas, erit hoc. Aquila interpretatus eſt Fideliter, Septuaginta, Fiat: quòd ea quæ ſupra dicta ſunt uera ſint. Vnde in fine librorū (in quinq; ſiquidem Pſalterium apud Hebræos diuiſum eſt) Fiat, tranſtulerunt, quod in Hebræo legitur, Amen, Amen, quòd ea uerè quæ ſuprà dicta ſunt, maneant. Vnde Apoſtolus aſſerit, non poſſe aliquem reſpondere Amen, ad ea quæ dicta ſunt, niſi intellexerit medicationem.

Amens, o. t Qui à mente ſua diſceſſit, hoc eſt qui ſine conſilio, animoq; eſt, quo ſapimus. ἄφρων. [Ital. Furioſo, pazzo. Gal. Inſensé, hors de ſens, forcené Hiſp. Sin ſeſo Ger. Vnſinnig, toub.] Cic. 1. de Fin. An me tam amentem putas, ut apud imperitos iſtos modo loquar? Quidam Dementem ab Amente ita diſtinguunt, quòd Demens ſit, qui non cogitat quid agat, aut loquatur: Amens, qui prorſus inſanit.

Amentatus, a, um. Cicer. de Orat. Amentatas haſtas ab aliquo accipere.

Amentia, ἄνοια. [Ital. Pazzia. Gal. Forcenement. Hiſ. La perdida del ſeſo ò la locura. Ger. Vnſinnigkeit.] Terent. in And. Cur meam ſenectutem ſolicito huius amentia? Cic. 3. Tuſc. Nec minus illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem nominauerunt amentiam, eandemq; dementiam.

Amentum, n. ſ. Omne ligamen, ueluti lorum, quo media haſta religatur, ut iaci longius poſſit. λῶρον. ἄγκυρον, ἄμμα. [Ital. Ogni ſorte di legame. Gal. Lien courroye, comme de quoy on lie un ſoliet ou un dard pour le getter plus roide. Hiſ. Amiento para tirar. Ger. Ein Jedes band, ein Rimē.] Silius lib. 14. Haſta iuuatur amento. ¶ Hinc Amentatæ ſoleæ, & Amentata iacula dicuntur. Cic. de Orat. Amentatas haſtas ab alio accipere, easq; Oratoris uiribus, lacertisq; torquere Metaphoricè dixit p argumētis aliūde petitis, quaſi telis, quibus utatur Orator. ¶ Et Amentare apud Lucanum pro iacere, aut circundare, aut amento munire, iaculum amentauit habena.

Amēſi, Colum. ſemen ulmi. Plin. Gamariam uocant.

Amēſo, uide Ammi.

Amētimnon, ἀμήριμνον [Ital. Sempre uiua. Gal. Joubarbe. Hiſp. Hierua puntera. Ger. Hauſswurtz.] Herba eſt quæ alio nomine Aizoon maius appellatur. Autor eſt Plin. libro 25. cap. 11. Nomen habet ab eo, quòd curam & ſolicitudinem leuare poterit. ἀμέριμνος enim idem eſt quod ſolicitudinis expers.

Amētina, Species eſt ſalicis arboris, quæ & Sabina appellatur Plin. lib. 24. cap. 9. Amerinæ nigræ ſemen cum ſpuma argenti pari pondere philothrum eſt.

Amēs, amitis, maſcul. generis. t. Pertica aucupalis. Horatius in Epodo, Aut amite leui rara tendit retia. Pallad. lib. 9. cap. 11. Nunc in amitibus apparet aucupium noctuæ.

Amēthȳſtus, ἀμέθυστος, Gemma eſt diluto uiolæ colore, fulgore purpuræ, non prorſus igneo, ſed in uini colorem deſinente: ita dicta ab ἀ priuatiuo, & uerbo μέθυσκω, quod eſt inebrior: ſiue quòd ebrietati credatur reſiſtere, ut Ariſtoteli cum Magis conuenit: ſiue (ut Plinio placet) quòd uſq; ad uini colorem accedens, prius quàm eum degouſtet, in uiolam deſinat. Plin. li. 37. ca. 9. quinque enumerat amethyſti ſpecies, ex quibus palmam tribuit Iudicio. ¶ Amethyſtus quoq; à nonnullis uocatur uua quædam ſpecies, uinum tam infirmarum, ut nullo modo inebrier: unde Plin. lib. 14. cap. 2. eàm ſua ætate Inerticulam appellatam fuiſſe teſtatur. ¶ Ab amethyſtus fit adiect. Amethyſtinus, a, um. quod ex amethyſto conſtat, aut quod amethyſti colorem refert. ¶ Item Amethyſtinatus, amethyſtino colore ornatus. ſicut purpuratum dicimus ueſte purpurea exornatum. Martia. li. 2 Hic quem uideris greſſibus uagis lentum, Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.

Amēthyſtizontes carbunculi, ἀμεθυσίζοντες, ἀνθρακίτας. Optimum carbunculi genus, cuius extremus igniculus in amethyſti uiolam exit. Plin. lib. 37. cap 7.

Amiā, Piſcis eſt pelamidi ſimilis, cuius incrementum ſingulis diebus intelligitur. Plin. lib. 9. cap. 15.

Amētria, f. p. ἀμετρία, Immodeſtia, uel immoderatus exceſſus, ab ἀ priuatiua, & μέτρον. unde τὸ μέτριον.

Amiāntus, ἀμίαντος, Lapis eſt fruticoſus in modum lanæ, alumini ſciſſili adeò ſimilis, ut pro eo à Sepiariis ſupponatur. Vulgus Gallorum uocat Alumen plumoſum, falsò exiſtimans ſpeciem eſſe aluminis. Ex hoc lapide textores conficiunt cellychnia, propterea quod ab igne non cōſumatur. Texitur quoque in ueſtes & mappas: quæ ſordidatæ, igni purgantur. Diſcernitur ab alumine ſciſſili, quòd hoc aquæ innatet: amiantus autem mergetur. Guſtu quoq; dignoſcitur: nam alumen ſciſſile ſubſtantiæ tenuitate linguam mordicat, & tandem exulceret, amiantus uerò acrimoniæ omnis, mordacitatisq; expers eſt. Adhæc Amiantus in ignem coniectus, perpetuò durat: alumen autem liqueſcit, bullaſq; excitat.

Amicinum, pen. prod. n. ſ. Veris pediculus, ex quo uinū diffunditur. Feſtus.

Amicio, cis, pen. corr. ciui, amictum. a. q. ἀμπίχω, ἀπαναβάλλω [Ital. Veſtire. Gal. Veſtir, affubler. Hiſ. Veſtir. Ger. Bekleiden, anthůn.] Vnde amictus. ¶ Eſt autem Amicire, ueſtire. Horat. Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. Suet. in Veſp. Dum ſalutabatur, & calciabat ipſe ſeſe, & amicichat. ¶ Veteres Amicibor dicebant pro amiciar. Plaut. Subnixus alis me inferam, atq; amicibor gloriosè.

Amictorium, n. ſ. Veſtimentum puellare, candidum, & ſubtiliſſimum, ex lino. ἀμπεχόνιον. [Ital. Boccaſino. Gal. Drap de fin lin ſeruant aux filles. Hiſp. Veſtidura de lino. Germa. Ein rein weyß überkleid der dochteren.] De quo Mart. in Diſtichis. Mammoſas metuo, teneræ me tradere puellæ, Vt poſſint niueo pectore lina frui.

Amictus, ūs, ūum, participium. Idem quod ueſtitus. ἀμφιεσμένος. [Ital. Veſtito. Gal. Veſtu, couuert. Hiſpa. Veſtido. Germa. Bekleider, anthon.] Cicero 2. Philip. Sedebat in roſtris collega tuus amictus toga purpurea, in ſella aureis coronatus.

Amictus, us, m. q. ἱματισμὸς. ἀναβολὴ, ἐπίβλημα, ἀμπεχών. [Ital. Sopraueſte. Gal. Veſtemēt, habit. Hiſp. Veſtidura. Ger. Kleidung, überkleid.] Veſtis, quæ ſupponitur aliis ueſtibus, quaſi pallium. Cic. 5. Tuſc. Mihi amictui eſt Scythicū regmē.

Tibul-

Tibul. Irrita ſi [illegible] mutantur amictus. ¶ Pro [illegible], Contra nos tela illa tua [illegible] repellimus non ſecus quã mu[illegible]

Amictus, amicti, [illegible]enti, autore Feſto, à circumie[illegible]. Manto. Gal. Manteau. Hiſpa. Cam[illegible] Ger. Ein Kleid das mã über andere anlegt.] Cic. ad Diuin. Vitus eſt in tomnis amictæ eſſe amictus ami[illegible]. Mart. Detracto etiam Ioui Olympio magni põdus aëtro amictu, iniecto q; ei laneo pallio. ¶ Inde Amictatus, amicto indutus.

Amicitia, æ, Quam quis amat inhoneſtè ἐρωμένη. [Ital. Amicitia. Gal. Amitié. Hiſp. Amiſtad. Ger. Ein liebe.] Horat. Epiſt. 1. Vt nox longa quibus mentitur amica, dies q; Terent. in Andr. Sine illa uxor, ſiue amica eſt, grauida Pamphilo eſt.

Amicula, diminutiuũ ab Amica. τὸ ἐρώτιον. [Ital. Amichetta. Gal. Amiette, petite amie. Hiſp. Pequeña amiga. Germ. Ein liebe.] Plin. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam. Suet. in Calig. Quoties uxoris uel amiculæ collum exoſcularetur.

Amicus, ſubſtantiuum, Benevolus, neceſſarius, qui honeſto amore aliquem complectitur, & indiſſolubili familiaritatis iure ei eſt coniunctus. φίλος. [Ital. Amico. Gal. Amy. Hiſp. Amigo. Ger. Ein freund.] Paulus Iureconſultus, Amicos appellare debemus, non leui notitia cõiunctos, ſed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. ¶ Huius contrariũ eſt Inimicus. ¶ Amica quando ad uirum refertur, inhoneſta res eſt, quaſi cõcubina: tu uerò non amicus es, ſed amator eius: quoniam amator eſt, qui ad tẽpus & uenereè amat: & amor huiuſcemodi Amatio dicitur. Plaut. Nimis penè inepta, atq; odioſa eius amatio eſt. Donatus, Amicus animi eſt, Amator corporis: amator ad tempus, amicus in perpetuum. Cic. 5. Ver. Potuitne Alba tuus antiquiſſimus non ſolum amicus, uerũetiam amator abſoluere? ¶ Mores amici noueris, non oderis. φίλα τρόπως γίνωσκε, μισέοις δὲ μή. Porphyriõ in Horatũ hũc uerſum prouerbialem fuiſſe ait: quo admonemur, in amicorum moribus quædam uitia diſſimulanda, tic ut intelligantur quidem, ſed tamen tolerentur, ne ſeuerior & acriatior in obſeruandis amici malis ſubuertas amicitiam. ¶ Amicorum communia omnia, τὰ τῶν φίλων, κοινά. Ex hoc Prouerbio Socrates colligebat, omnia bonorum eſſe uirorum non ſecus quàm deorum. Deorum, inquit, ſunt omnia. Boni uiri deorum ſunt amici: & amicorum inter ſe cõmunia ſunt omnia. Bonorum igitur uirorum ſunt omnia. refertur apud Euripidem in Oreſte, in Phœnic. & in Andromacha: apud Terent. in Adelph. apud Cic. 1. Offic. & 1. de Leg. Citatur ab Ariſto. li. Moral. 8. & à Plat. de Leg. 5. ¶ Amicus certus in re incerta cernitur. M. Tull. in Læl. Senarium hunc ex Ennio citat prouerbij ſpecie. Quo ſignificatum eſt amici fidem in rebus aduerſis explorari. ¶ Nihil homini amico opportuno amicius. Gratiſſimum eſt officium quod præſtatur in tempore: contrà intempeſtiuum officium plerunque moleſtum eſſe ſolet. ¶ Viri infortunati procul amici. Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἄπιστοι φίλοι. Paræmia notat mores amicorũ uulgariũ, qui hirundinũ ritu, prima tempeſtate temporũ aduolant ac deuolãt, ingruẽte rerũ tẽpeſtate. ¶ Felicitas multos habet amicos. εὐτυχία πολλοὺς φίλους. Notior eſt ſententia, quã ut requirat interpretẽ. Hinc natũ illud prouerb. Tẽpore fœlici multi numerãtur amici, Dẽ fortuna perit, nullus amicus erit. ¶ Amicus magis neceſſarius quã ignis & aqua. Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατός ἐστι φίλος. Hyperbole prouerbialis, admonens neminem eſſe tam diuitem aut potentem, quin opus habeat amicorũ officio. Ob id ipſum Latini amicos neceſſarios uocant, ut amicam neceſſitudinem. Cic. ad hoc alludens ait in Læl. Hoc uulgus indoctum habet in ore quod eſt ueriſſimum, Tenuibus mini ſine pecunia quàm ſine amicis. ¶ Nouos parare amicos, ne obliuiſcere ueterum. Νέους φίλους ποιοῦ, μὴ τῶν παλαιῶν μὲν ἐπιλανθάνου. Torqueri poteſt & ad morum ſtudia, ad quę conuenit nonnunquam reſpicere, cui poſteaquã diuerſæ te addixeris diſciplinæ. Hermol. Barbar. in Epiſt. quadã ad Picũ Mirand. ¶ Mendico ne parentes quidẽ amici, Πτωχῷ φίλοι οὐδ' οἱ γεγῶτες. Diuitiæ conciliant amicos: paupertas nec illos habet amicos, quos natura conciliauit. ¶ Vnus Deus, & plures amici, Εἷς Θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι. Heſiodo tamen nõ probatur πολυφιλία, neq; ruſtum ἀξενία. ¶ Amicos tragœdos æmulatur, τοὺς ἑταίρους τραγῳδὸς ἀγωνίζεται. Suidas è Didymo citat, addens dici ſolitum de iis qui ſeſe accommodarent, & morum ſeueritatẽ ſumerent, ad æmulationẽ aliorũ. Sumptũ ab histrionib. ¶ Amico amicus. Terent. in Phormio. Solus eſt homo amico amicus. Apollodorus in Phormione ſic legit: μόνος ἐπὶ γαῖαν φιλεῖν τοὺς φίλους. Sic Ariſtoph. apud Athenæũ. Quadrabit in eos qui nullum officium refugiunt, modò gratũ faciant amicis. ¶ Lingua amicus. ἀπὸ γλώττης φίλος, qui uerbis oſtendit, non re præſtat beneficiũ. Aut qui nõ amat ex animo, ſed benevolentiã oratione præ ſe fert. ¶ Cũ amico nõ certandũ æmulatione. Cũ amico & benemerito nõ eſt ſuſcipiendũ certamen, nequid obſcuretur amicitia propter æmulationẽ huiuſmodi comitẽ cõtentionũ. Id innuit Homer. in Odyſſ. δ'. τίς, ἄρ φιλέοντι μάχεται, id eſt, quis nanq; benigno cum hoſpite pugnet? ¶ Pereant amici, dum unà inimici intereant. Verſiculus refertur à Cic. in Oratore pro Deiotaro ut prouerbio iactatus. Congruet in illos qui nec inimicis parcunt, nec amicis, modo quod impensè cupiunt aſſequantur. Verſus aũt eſt immanis: quum humanitatis ſit & inimicos multos finere, ne lædas amicos. ¶ Neq; nullis ſis amicus, neq; multis. Carmẽ illud Heſiodi, ſcitu & alia plera q; ceſſit in prouerbiũ: Μήτε πολύξεινον μηδ' ἄξεινον καλέσθαι, id eſt, Nec multis, aut nec nullis dicaris amicus. Ariſto. li. Moral. 9. tanquã prouerbio iactatũ citat, quòd prorſum citra ullius amici conſuetudinẽ uiuere, ferinũ atque iniucundum eſſe uideatur: rurſum nec uehementer amare poſſumus ſimul multos, nec plurib. morem gerere. Diuerſa tamen ſentit Cicer. in Lælio, & Plutar. in commentario περὶ πολυφιλίας. ¶ Vbi amici, ibi opes. Plaut. in Truculẽto: Verum eſt uerbum quod memoratur: Vbi amici, ibidem opes. Citatur & à Fabio Prouerbij uice, lib. Orat. Inſt. 5. Sensus eſt, potiores eſſe amicos quàm pecuniam, & ad uitæ præſidium plus habere momenti amicos citra pecuniã, quàm abſq; amicis opes. ¶ Valeat amicus cum inimico. Ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. Quadrat in eos qui tori ad ſe ſpectant, nec amici magis quàm inimici rationem habent, cuiuſmodi fertur Timon ille Miſanthropos. ¶ Vſq; ad aras amicus, μέχρι τοῦ βώμου φίλος εἰμί. Hoc reſpondit Pericles amico cuipiã, qui eum rogauerat ut in cauſa quadã falſum deieraret. Admonet Adagiũ, nonnunquã quo cõſulamus amicorũ cõmodis, eorumq; uoluntati morẽ geramus, fas uideri paululũ à recto deflectere: uerum catenus, ne propter hominem amicũ numinis uiolentiã uiolemus. Gel. Noct. Attic. li. 1. cap. 3. & Plutar. in libello περὶ ἀνωνίας. ¶ Verborenus amicus. In eum qui ſimulat oratione benevolentiã, cæterũ longè diuerſa paratus in animo, quadrabit illud ex Hom. Odyſſ. ε'. ἄλλα μὲν κραδίῃ μελέτω πόλεμόν τε μάχην τε, νῆας δέ οἱ ἄλλα μελήσει. id eſt, Animum præmollibus iſte Lenibat dictis, at mens diuerſa parabat.

Amiculus, m. ſ. Diminut. ab Amicus. φιλίσκος. [Ital. Amichetto. Gal. Petit amy. Hiſp. Pequeño amigo. Ger. Ein freũdlin.] Cic. 1. Ver. Decimus amiculus meus. Horat. in Epiſt. Diſce docendus adhuc, quæ cenſet amiculus. Amiculus dulcis. Catul. Hęc diminutiua plena blãditiarum, & amoris. accommodata ſunt.

Amicus, a, um, adiect. Benevolus, amicitia coniunctus. φίλος. [Ital. Coſa ligata in amicitia. Gal. Allié par amitié, agreable. Hiſp. Coſa amiga ò amigable. Ger. Lieb, angenãm, mit freund ſchafft verbunden.] Cic. Attic. Mihi nemo eſt nec amicior, nec iucundior, nec charior Attico. Idem ad Qu. Frat. Prætores habemus amiciſſimos. ¶ Iunctum cum re inanimata, ſignificat utile, ſiue gratum: ut, Amicus pratis humor. Amica frugibus æſtas. Amicum plantis ſydus. ¶ Si tibi amicũ, nec mihi inimicum, Plato in Theæteto, Ἀλλ' εἴ τοι, ὦ Θεόδωρε σοὶ φίλον, ἐμοὶ ἐχθρὸν, φαῖεν εἰ παρεσκευασόμενοι, id eſt, ſi iſtud tibi amicũ, Theodore, nec mihi eſt inimicum. Vſus erit, quoties alienæ obſequimur uoluntati.

Amicè, adverbium, Cum amore & benevolentia. φιλοφρόνως, προσφιλῶς. [Ital. Amichevolmente. Gal. En amy, amiablement. Hiſpa. Amigablemente. Germa. Freũdtlich.] Cic. in Lælio, Qui mihi tantum tribui dicis, quantũ ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amicè. Idẽ de Fin. 2. Quos tu paulò antè, cum memoriter, tum etiam erga nos amicè, & benevo-

benevolè collegisti. ¶ Amiciter, aduerb. pro Amicè. Plaut. Perſ. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiã Dabunt, &c.

Amicabilis, lis, le, φίλος. [Ital. Conueniente ad amico. Gal. D'amy, amiablement fait. Hiſp. Coſa digna de amigo. Ger. Das zur frũndtſchafft gehört.] Plaut. Mil. Vos modò porrò ut occepiſtis, operam dare amicabilem. Hoc eſt, quam de re debet amicus.

Amico, as, are, Concilio, propitium reddo. προσσάγομαι, συνάγω. [Ital. Far amico. Gal. Faire amy. Hiſp. Hazer amigo. Ger. Frũnde machen.] Stat. 3. Theb. Ac prior Aeclides ſolita prece numen amicat.

Amicitia, f. p. φιλία. [Ital. Amicitia, amiſtà. Gal. Amitié. Hiſp. Amiſtad. Germa. Freundtſchafft.] ab Amicus, eſt ſtudiorum omnium voluntarumq; conſenſus. Cic. in Læl. Eſt autem amicitia nihil aliud, niſi omnium diuinarum, humanarumq; rerum cum benevolentia & charitate ſumma conſenſio. Cuius contrarium eſt Inimicitia. Ennius, Amicitiam in fronte promptam gero. Sed in frequentiore uſu inimicitiæ dicuntur plurali tantùm numero. ¶ Ollæ amicitia, χύτρης φιλία: &, Feruet olla, uiuit amicitia, Ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία. In amicos iſtos uulgares quadrabit, quos patina, non benevolentia conciliat. ¶ Amicitiæ perſonam detrahere, τὸ προσωπεῖον ἀφιλεῖν τῇ φιλίᾳ, dicimur, quũ apertè quæ ſentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos, & quicquid in pectore clauſum eſt, id præ nobis ferimus. Vultus enim ab animo diſcrepans, perſona uerius eſt quàm uultus. ¶ Amicitia ſtabilium, felicitas temperantium. Ariſtot. Moral. Eudem. 7. Ὅ ῥᾳδῶς λέγεται, ὅτι ἡ φιλία τῶν βιβαίων, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονία τῶν αὐτάρκων. Quo admonemur, Amicitiam quidem uirtute (quæ ſola eſt ſtabilis, fortunæq; ludibrijs non obnoxia) conciliari oportere: felicitatem uerò hominis non in facultatibus ſitam eſſe (quæ cupiditatem animi non explent, ſed irritant) uerùm in hoc ut ſuam quiſque fortunam bene conſulat. ¶ Amicitias immortales eſſe inimicitias mortales eſſe oportet: T. Liuius uice prouerbij ſumi refert lib. 10. de bell. Maced. & Aſiatico. ¶ Multas amicitias ſilentium diremit, πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. Admonet adagium aſſiduo conuictu ac frequentius alloquijs neceſſitudines ali, intermiſſione & abſentia diſſolui. Meminit huius Adagij Ariſt lib. Moral. 8.

Amilla, flos apud Græcos authores, aliqui autumant eſſe anthemidis, id eſt, Chamemilæ.

Aminæum, n. ſ. Genus uitis: unde Aminæa uua, & Aminæ uites. Virgilius, Sunt & aminææ uites firmiſſima uina. A regione autem ita uocabantur: & Aminæi fuerunt, ubi nũc Falernum eſt, ut Macrobius teſtatur. Quod facit ut mirer Seruium tantum Grammaticum ſcripſiſſe Aminæum dictum quaſi ſine minio, hoc eſt ſine rubore, quoniam natura album eſt. Alij Amineum ſcribunt, geminato m, pen. cor. Vnde & uerſum Virgilij ſuprà citatum ſic reſtituerunt, Sunt etiam Ammineæ uites, &c.

Amiſtides, lapis eſt, quem qui ſecum geſtauerit, inebriari non poterit.

Amis, itis, eſt lignum bifurcatum, per quod uenatores expãdunt retia, ad capiendas feras.

Amita, penult. corr. ſ. p. Theop. Patris mei ſoror, quaſi à me tertia ſit, atq; auia uideri poſſit, uel quia à parte meo amata eſt. πατραδέλφη, ἡ πρὸς πατρὸς θεία. [Ital. Zia. Gal. Tante dũ coſté du pere. Hiſp. La tia, hermana de mi Padre. Germa. Des vatters ſchweſter.] Nam plus ſorores à fratribus, quàm fratres diligi ſolent, propter diſſimilitudinem perſonarum: quæ ideo minus diſſenſionis habent, quo minus æmulationis. Maior amita dicebatur, aui & auiæ amita: ſicut & Maior auunculus, aui & auiæ auunculus. Liuius, Adoleſcens inde ſe ad Eburiam amitam contulit.

Amiternus, adiect. ut, Amiterna cohors apud Sil. Ital. lib. 8. Ità Amiternus ager. Mar. lib. 13. Nos Amiternus ager fœlicibus educat hortis.

Amĩtini, pen. prod. m. ſ. autore Nonio dicuntur ii, quorum alter ex fratre, alter ex ſorore eſt genitus. οἱ πρὸς τῇ ἀδελφῇ, ἢ τῆς ἀδελφῆς ἀνέψιοι. [Ital. Figlioli di fratelli & ſorelle, cugini germani. Gal. Couſins germains, les fils du frere & de la ſœur. Hiſp. Primos hijos de hermanos. Germa. Geſchwiſterten kinder.] Duorũ autem fratrum filii Patrueles, ſororum uerò liberi Conobrini appellantur.

Amitto, is, ſi. Dimitto, ſeu abire permitto. ἀποπέμπω. Ter. Heaut. Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit, Prius proditorum te cuam uitam & prius pecuniam omnem, quàm abs te amictas filium, Hui, &c. Plaut. in capt. ¶ Item Amittere ſignificat perdere. ἀποβάλλω. [Ital. Perdere. Gal. perdre Hiſp. Perder. Ger. Verlieren.] Saluſt. Iampridem equidem nos uera rerum uocabula amiſimus, quia bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo uocatur. ¶ Item ignoſcere Idem in Eunucho, Vnam hanc noxam amitte, ſi aliam admiſero unquam, occidito. ¶ Itẽ adimere. Plaut. in Aſi. Cur ergo minitaris te tibi uitam eſſe amiſſurum?

Ammi, los, ἄμμι Dioſcorid, Herba eſt caule rotundo, ſorculis, multis & exiguis, folio oblongo, anguſto, per ambitum inciſuris diuiſo, flore paruo & candido, umbella anethi, ſemine multo exiliore, quàm cuminum, guſtu organum præ ſe ferente, acri nimirum & ſubamaro, radice candida & capilloſa, à nonnullis Pipercula dicitur. Apud Plinium li. 20. cap. ult. legitur genitiuus Ammi, tanquam à nominatiuo Ammium. Anethi, inquit, & fœniculi ſeminis, & aniſi, & ammi. Officinis uocatur Ameos.

Ammiraldus, pro littorum curatore, ſiue maris præfecto, ne ſcio cuius linguæ uerbũ eſt, inquit Eraſ. Quod genus ſunt & illa, Mariſchalcus, Seneſchalcus, Baro, quæ uidentur unà cum Barbarico imperio inuaſiſſe. Quibus quidem uocabulis, aut utendum cenſet, aut uetus aliquod uocabulũ ſubijciendum, quod nouo reſpondeat. Id ut commodius fieri poſſit, ipſe indicat in li. de Conſcribendis. 5. Epiſt.

Ammochryſus, Gemmæ nomen ἀμμόχρυσος. Plin. lib. 37. ca. 11. Arenarum ſimilitudo eſt in ammochryſo, uelut auro arenis miſto.

Ammodites, ἀμμοδίτης, Serpens eſt uiperæ ſimilis, arenoſi coloris, unde & nomen accepiſſe uidetur. A nonnullis Cenchrias dicitur, quod caudam habeat duram inſtar milij. Aet. lib. 13. cap. 15.

Ammõniacum. ἀμμωνιακόν. Eſt gutta ſiue lachryma ferulæ in Libya naſcẽtis, quæ à Dioſcoride Agaſyllis, à Plinio Metopion appellatur. Nomen habet ab arenis, quas Græci ἄμμους appellant, propterea quòd ab arbore ſua deſtillans, in ſubiectas arenas decidat, atq; in iis in grumos quoſdam thuris more concreſcat. Aut certè ab Ammone Ioue, qui in deſertis Libyæ locis arenoſis templum habebat, circa quod hoc ferulæ genus præcipuè naſcebatur. Plin. Ammoniaci lacrymam uocat, eo (opinor) conſilio, nequis homonymia deceptus, Ammoniacum ſalem intelligeret, qui ab Ammoniaci gutta omnino eſt diuerſus. Vide Dioſc. lib. 3. & Plin. lib. 12. cap. 23.

Ammoniacus ſal, ἀμμωνιακὸν. Dioſcoridi, Terræ ſalſugo eſt in Libyæ arenis creſcente luna efferueſcens, alumini ſciſſili non diſſimilis, glebis oblongis, uenisq; in longitudinem rectis. Inuenitur potiſſimùm in tractu Cyrenaico, & iuxta Iouis Ammonis templum, ubi ab accolis effoditur, terræ tumorem, ueluti certiſſimum indicium, ſequentibus. ¶ Ammoniaci igitur nomen ſortitus eſt, aut ab arenis ſub quibus inuenitur, aut ab Ammonia regione Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, circa quam præſtantiſſimus erui perhibetur. Vide Plin. lib. 31. cap. 7. & Dioſc. lib. 5. Hodie nativo, uerọ Ammoniaco ſale caremus. nã qui à Sephaſiarijs nobis oſtenditur, factitius eſt.

Ammones, Coronopæus, Dioſc.

Ammõnis cornu, ἄμμωνος κέρας, Gemma eſt aureo colore, arietini cornus effigiem repræſentans, quæ ſomnia uera afferre perhibetur. Autor Plin. lib. ult. cap. 10.

Ammonitrũ, ἀμμόνιτρον, Maſſa eſt conſtans ex arena mollis trita, & tertia parte nitri: ex qua recocta fit nitrum purum & candidum. Plinius libro trigeſimoſexto capite uigeſimoſexto.

Amnenſes, Amnium accolæ. περιποτάμιοι. [Ital. Quelli ch' habitano appreſſo i fiumi. Gal. Ceux qui demeurent pres des rivieres. Hiſpa. Moradores cerca del rio. Ger. Die bey den bächen wonen.]

Amneſtia, f. p. ἀμνηστία. [Ital. Dimenticanza, oblio. Gal. Oubli, oubliãce. Hiſ. Olvidãca. Ger. Vergäſſung.] Cũ accẽtu in penul. Latinè præteritorũ in perpetuũ oblivio dicitur, quaſi lex oblivionis; ab ἀμνηστέω: id eſt immemor fio, obliviſcor.

Cic.

Cic. Phil. Ieci fundamenta pacis, Athenienſiumq; renouatores exemplum, Græcum etiam uerbum ἀμνηστίαν ut ſerpſi, quod tum in ſedandis diſcordijs uſurpauerat ciuitatula, atque omnem memoriam diſcordiarum perpetua omnoue delendam cenſui.

Amnis, ἀμνία. apud Euripidem interior pars uuluæ.

Amnis, ποταμός. [Ital. Fiume. Gal. Fleuue, riuiere. Hiſp. El rio. Ger. Ein fluß, ein bach.] Fluuius: ab Am, circũ, & No, fluo, quoniam flexuoſo meatu labitur, uel ab Ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideoq; cornuta pinguntur. Nec deſunt, qui à Græco ἀμνὸς deduci malint, quod ea eſſe Suidæ fluuium interpretatur. Hinc etiam ἀμνιοίδας νύμφας Callimacho dici putant, pro amnicis. Sic enim habet ille in Hymno Dianæ, Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους ἀμνιοίδας, ἅσσαι νύμφαι. Hoc eſt, Da mihi famulas Amniſidas ſeptem Nymphas. Verum hoc potius deductum uidetur ἀπὸ τῆς ἀμνισοῦ, quod proprium nomen eſt fluuii in Creta, ut Suida quoque commemoratum: quod etiam Callimachi interpres annotauit his uerbis: ἀμνισὸν ποταμὸς Κρήτης, ἀφ' οὗ ἀμνισίδες, Κρητικαί. Id eſt, Amniſus fluuius Cretæ, à quo Amniſidas, hoc eſt Creticas. Virgil. 1. Georg. Atque alius latam cunctis ſub ueberat amnem. Plin. li. 20. ca. 23. Halcyones habent & in amnes. ¶ Ponitur & pro torrente. Virgil. 4. Aen. Ruunt de montibus amnes.

Amnicola, æ, ὁ περίποταμος. [Ital. Quello ch' habita appreſſo'l fiume. Gal. Qui habite pres de riuiere. Hiſp. El morador que mora cerca del rio. Ger. Der bey einem fluß wohnet.] Amnis accola. Ouid. 10. Meta. Amnicolæq; ſimul ſalices, & aquatica lotos.

Amnicus, a, um, Significat fluuiale. ποταμικός. [Ital. Di fiume. Gal. De riuiere. Hiſ. Coſa perteneciente al rio. Ger. Was den fluß oder bachs iſt.] ut Stips amnica, apud Apuleũ. Plin. lib. 3. cap. 17. Inſula in Sao Matrobartis, amnicarum maxima.

Amnites, gemma eſt uitro ſimilis, ſed durior.

Amo, amas, amare, a p. maioris uis eſt, quàm diligere φιλῶ. [Ital. Amare. Gal. Aimer. Hiſp. Amar con affection. Germ. Liebhaben, lieben.] Cic. Dolabellæ, Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere tam diu tamen acceſſit, ut mihi denique nunc amare uidear, antè diligere. In eodem ſenſu idem Cicer. ad filium. Sed tamen ut ſcirem cum non à me diligi ſolum, uerumetiã amari. Terentius tamen contrarium poſuiſſe uidetur, quũ inquit, Non pol, quòd plus quenquam amem, aut plus diligam, eò feci. Quòd ſi Amo abſolutè ponatur, capitur pro Amore captos ſum: hoc eſt, eſſe in amore. Plautus, Amat filia certum eſt. Compoſita huius uerbi ſunt Adamo, Deamo, Redamo, penultima correpta. Sic & peramo, quod eſt valde, uel uſque ad finem amo. Cic. lib. 1. de Legibus, Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicos peramatur toto pectore.

Amabò πρὸς θεῶν. [Ital. Di gratia. Gal. Pour. Dieu mon amy, s'il vous plait. Hiſp. Por mi amor. Ger. Ey lieber.] Interteſtio blandientis, Comicis ualde familiaris. Plaut. Noli, amabò uerberare lapidem, ne des manum. ¶ Quidam exponunt, Gratum erit. Gell. lib. 11. Amabò mi fili quieſcas. ¶ Solet etiam habere additum accuſatiuum. Cic. ad Attic. Cura amabò te, Ciceronem noſtrum.

Amans participip. Significat eum uel eam, qui uel quæ amat, ſæpè uel impudicè. ἐρῶν, ἐρῶσα. [Ital. Amante, inamorato. Gal. Aimant, amoureux. Hiſp. El que ama, amador. Ger. Ein liebhaber, oder ein liebhaberin.] Cicero, Nihil eſſe amanti puto. Amo autem, & ſemper amaui nimiũ hedia & mores tuos. ¶ Cum genitiuo conſtructum, habet in nomen: ut, Amans quieris, φιλόνυχος. ¶ Interdum ſubſtantiuè accipitur in eadem ſignificatione, qua amator, ἐραστής. Ouid. 2. de Arte, Palleat omnis amans: colorẽ hic aptus amanti.

Amanter, aduerbium, Significat benevolè, uel cum amore. φιλικῶς. [Ital. Amareuolmente Gal. Amoureuſement, en amoureux. Hiſp. Amoroſa y amigablemente. Ger. Früdlich, mit liebe.] Cic. Attic. Valde hoc uelim amanter diligenterq; cõſtes. Plin. in Epiſt. Nos, ut amicos paternos, & amanter & uerecũdè complectebatur.

Amans, tis. Amor Veneteus ἔρως. Plaut. in Pœnu. Acerba amans eſt. Idẽ in Merc. Cũ tua hac amica, cum q; amationib.

Amator, m. s. ἐραστής. [Ital. Amatore. Gal. Amoureux. Hiſp. Amador. Ger. Ein liebhaber.] & in bonã & in malam partem accipitur. In bonam Cic. de Viuer. Qui ſapientiæ amatorem ſe profiteor. Cicer. ad Attic. Bibliothecam tuam cane cuiquam despondeas, quamuis acrem amatorem inueneris. ¶ In malam: ut, Amator mulierum. Terent. in Eunuch. Amatores audieram eſſe mulierum eos maximos. Cicer. 3. Tuſc. Aliud eſt eſſe amatorẽ aliud amantem. ¶ Sunt qui ita diſtinguant inter Amatorem, & Amantem, ut Amator dicatur, qui multis ſe amoribus implicat, naturaq; ad amandum eſt prochiuis: Amans, qui ex cauſa amat, etiamſi alioqui natura ſua in amorem non admodũ ſit propenſus. Amator item fingere poteſt in amante nihil eſt ſimulati.

Amatorculus, m. s. diminutiuũ, ἐρωτύλος. Plaut. Nam quæ ſedulò mundiciter nos habemus, uix ægrè amatorculos inuenimus.

Amatoriè, aduerbium. Quod eſt ad ſimilitudinem amantis, ἐρωτικῶς. [Ital. Amatemente. Gal. Amoureuſement, en amoureux. Hiſp. Amoroſa y amigablamente. Ger. Liebhabender weyſs nach.] Cic. 2. Phil. Erat enim amatoriè ſcripta epiſtola. Amatorios quoq; nonnulli unam ex Muſis eſſe uoluerunt, quæ Græcis Erato dicitur, decepti nimirũ corrupto Ouidii uerſiculo ex Epiſt. Sapphus ad Phaonem, quẽ ſic legit, Vilis Amatorie, Vilis mihi cãdida Clio. Quẽ Ouidii locũ ſi quis propius expendat, facilè deprehẽdet, nõ de Erato & Clio eſſe intelligendũ: ſed de Amynthone & Cydno Lesbiis mulierculis, quibus illa ad pœnitendam libidinẽ aburebatur. Subdit enim, Quas non ſine crimine amauit: Quod, quã rectè conueniat Muſis uirginib. quiuis facilè intelligat.

Amatorius, a, um, ſubſtan. Quod ad amorem inflammandam impellit, φίλτρον: ut amatorium poculum. Sic amatorium uirus, apud Plin. lib. 8. cap. 12. & lib. 13. ca. 17. Quintil. lib. 7. An amatorium uenenum ſit nẽne.

Amatorius, ria, rium, Quod ad amorem pertinet, ἐρωτικός. Gic. 3. Tuſc. Anacreontis tota poëſis eſt amatoria.

Amabilis, le, gen. Digno de ſer amado, ἐραστός. [Ital. Amabile, degno d'eſſer amato. Gal. Digne d'eſtre amé, aimable. Hiſpa. Digno de ſeu amado. Ger. Liebelich. Das man billich lieb zu haben.] Plaut. Comparat labella labellis amabilia, atque amabilis. Cic. ad Attic. Fidem tuam tibi iam Romæ inuidam eſſe gaudeo: eamque qua ego nunquam uidi, tamen & amo, & amabilem eſſe certò ſcio. Cuius contrarium eſt Inamabilis. Mart. Inamabilis ſciurus & frequens phœnix.

Amabilitas, ſ. f. φιλότης, φιλοφροσύνη. [Ital. Amorevolezza. Gal. Amiablecté. Hiſp. Amiſtad. Ger. Holdſeligkeit.] Morum comitas, formæue uenuſtas, animos ametem alliciens. Plautus in Stic. Si amabilitas tibi noſtra placet, ſi tibi ambo accepti ſumus. Idem in Pœnul. Qui amabilitati animum addiceret.

Amabiliter, aduerb. ἀγαπητῶς ἐραστικῶς. [Ital. Amorevolmente. Gal. Amiablement. Hiſ. Amigablemẽte. Ger. Holdſeliglich.] Anto. ad Cic. in Epiſt. ad Attic. Sed mehercule ſi humaniter & ſapienter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profectò præbebis.

Amabundus, a, um, qui abunde amat. Copiam enim in bundus terminata denotant.

Amodò, cum accentu in antepenultim. Significat Poſthac, ἀπὸ τότε. [Ital. Da hora innanzi. Gal. Doreſenauant, et ſa pres. Hiſp. Deſpues ò adelante. Germ. Von letzo an, fürthin, fürbas.] Apul. Nemo me amodo ſam mane egredientem ſolum uidebit. Siue ab hoc tempore, ut in Euangelio, Si me cognouiſſetis, & Patrem meum agnouiſſetis, & amodò cognoſcetis eum.

Amœbæus, m. ſ. ἀμοιβαῖος, in penult. cũ æ, & in antepenult. cum œ, diphthongo, Genus carminis, in quo qui canunt, uicenturæquali numero uerſuum, & ita ſe habet ipſa reſpõſio, ut aut malus, aut contrarium aliquid dicat, ut eſt apud Virg. in Buc. Ab Ioue principium Muſæ, Iouis omnia plena, Ille colit terras, &c. Nomen deductum ἀπὸ τῆ ἀμοιβαίας, quod inter cætera ſignificat alternis ἀνταίνω. reſpondere.

Amœno, nas, a p. Delectatione afficio. ἀναπαύω. [Ital. Dilettare, aggradire. Gal. Deleter, recreer. Hiſp. Deleytar. Ger. Beluſtigen.] Cypria. ad Dona Eam in arbores & uites, quas uidemus oblectante proſpectu, oculos amœnamus, animũ ſimul & auditui inſtruit, & paſcitur obtutus.

Amœnus, a, um, cum œ diphthongo, iucundus aſpectu. ἡδὺς, ἀγαθός. [Ital. Ameno. Gal. Plaiſant, recreatif. Hiſp. Natural mente delectable. Ger. Luſtig, lieblich. Vnd hũ[illegible]

ruſáhen.] Componitur ab A, id eſt ſine, & munus, quòd ſit res in grata, uel ſine fructu. Vel (ut inqt Seruius) à Mœnio, munio, uel fructum capio. Vnde qui nihil præſtant, Immunes uocantur. Feſtus ab Amo deriuat, quum ait, Amœna loca dicuntur, quæ ad ſe amanda alliciunt. Virg. 6. Aeneid. & amœna uireta Fortunatorum nemorum. Cic. de Orat. Nec amœnum nec ſalubrem locum cenſeo. Idem Acti. Prædiola noſtra bellè ædificata & ſatis amœna. Plin. Amœnus circa ripas gramine.

Amœnitas, iucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. τερψιφρότης, ψυχαγωγία. [Ital. Giocondita, piacevolezza. Gal. Plaiſance recreation. Hiſp. Deleyte. Ger. Luſtbarkeit.] Cic. 2. de Legib. Præſertim hoc tempore anni & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor. Plin. lib. 11. cap. 1. Gelidi fontis amœnitate.

Amœniter, aduerb. pro Amœnè. ἁβρῶς, τερψιφρῶς. Gel. li. 20. cap. 7. Annianus Poeta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus uindemiam hilarè atque amœniter.

Amŏlior, liris, d. p. Ex A & Molior, quod eſt à mole. Significat amouco, & proprié de ijs dicitur, quæ cum magna difficultate ſubmouentur. ἀπελαύνω, ἀπωσπουδάζω, ἀποτρίβομαι. [Ital. Rimouere. Gal. Chaſſer & oſter de quelque lieu auec grand' peine. Hiſp. Gparrar, arredar. Ger. Dannen thůn mit arbeit.] Plin. lib. 11. ca. 10. Amoliuntur omnia è medio. Terentius per translationem in Andr. pro recedo poſui, Proinde hinc uos amolimini: nam mihi impedimento eſtis. ¶ Accipitur & pro refellere. Quintil. li. 5. cap 11. Videndum etiam, an ſimul nobis plura aggredienda, an amolienda ſingula.

Amōmis, pen. prod. ἄμωμις. Herba eſt, reſte Plinio, amomo ſimilis, minus tamen uetoſa, & durior, minusq; odorata.

Amōmum, n. ſ. ἄμωμον, pen. prod. Frutex eſt, ex ligno ſe cõuoluens in racemi modum, flore paruo, ceu candido uioleo, foliis uitis albæ ſimilibus. ¶ Eſt autem triplex, Armeniacum, Medicum, & Ponticum. Aetius ſcribit, amomum uiribus eſſe acoro ſimile, ſed ſiccius (ξηρότερον,) acorum digeſtiuum uerò magis (πεπτικώτερον) amomum.

Amor, m. t. ἔρως. [Ital. Amore. Gall. Amour. Hiſp. Amor. Ger. Liebe.] Plus eſt, quàm beneuolentia, licet plerunque pro eodem accipiantur. Ex amore enim naſcitur benenolentia, ſicut oſtendit Cic. Amor enim (ex quo amicitia nominata eſt) princeps eſt ad benenolentiam coniungendã. Differt autem Amor à Charitate: quòd Amor ſit genus, Charitas ſpecies. Ille ad omneis pertinet animantes, hæc ad homines tantùm. ¶ Eſt autem Amor (ut inquit Auguſt. lib. de Amicitia) animæ rationalis affectus, per quem ipſa aliquid cum deſyderio quærit, & appetit, ad fruendum, per quem & fruitur eo, & cum quadam ſuauitate interiori amplectitur, & conſeruat adeptum: ut, Amor quietis, φίλυσυχία. ¶ Amor ſingulari numero plerunque honeſtus eſt: ut, Amor fraternus. Amor patris in filium. Cic. Incenſus ſum amore incredibilium uirtutum tuarum. Poteſt tamen & in uenereã partem accipi: & tunc (ſecundum Auguſtinum) cupiditas aut libido uocatur. Virg. omne adeò genus in terris hominumq; ferarumq;, Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; uolucres In furias igneſq; ruunt: amor omnibus idem. ¶ Amor (inquit Plautus) melle & felle fœcundiſſimus eſt, guſtu dulce dat, amarum ad ſatietatem uſque aggerit. Amor formæ (ait Seneca) rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus, fœdum minimè conueniens animæ ſoſpitii uitium: turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. ¶ Amores uerò plerunque laſciui ſunt. Cic. pro Cælio, Mulier amorum turpiſſimorum quotidie fœdera feriens. Idem 4. Tuſc. Atq; horum omnium libidinoſos eſſe amores uidemus. ¶ Nonnunquam tamen etiam honeſtos amores dicimus. Idem lib. 1. Offic. Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti uides, quæ ſi oculis cerneretur, admirabiles amores ſui excitaret. ¶ Amor item pro Cupidine (quem ueteres Deum amoris eſſe putauerunt) accipi ſolet. Proper. Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit amorem.

Amorgine, ἀμοργίνη. [Ital. & Hiſp. Parietaria, Vitreola. Gal. Paritare. uocant.] Herba eſt quæ notiore nomine Helxine dicitur. Dioſcor. lib. 4.

Amŏuco, ues, pen. cor. a. ſ. id eſt abigo, ſiue remouco, ἀπελαύνω [Ital. Rimouere, Gal. Oſter. Hiſ. Quitar alguna coſa de otra. Ger. Hinweg thůn, dannẽ trybẽ.] Plaut. in Amphitryone, per translationem dixit, Amoui è foribus curam molestiam, id eſt abegi, ſiue abire compuli: quia prius diuerat, Abigam ego iam hunc uenientem ab ædibus. Quo itẽ modo Terentius in Adelph. uſus eſt, Ego hunc amouebo. Cic. ad Attic. Et nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue.

Amotio, f. t. amouco, ut amotio doloris. Cic. lib. 2. de Finib. Augendæ uoluptatis finis eſt doloris omnis amotio.

Ampĕlŏprāſon, ἀμπελόπρασον. Herba eſt foliis porri, ſed anguſtioribus, flore candido, radice bulboſa. Naſcitur in uineris, unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 24. cap. 17. Vulgus Porrum uinearum uocat.

Ampelitis, dis, ἀμπελίτις, Terra eſt bitumini ſimilis, circa Seleuciam Syriæ naſcens, qua ruſtici uites illinere ſolent, ad necandos uermiculos, oculos illarum depaſcentes, quos lepas, ſiue Scinipas uinitores appellant. ¶ Eadem & Pharmacitis φαρμακῖτις dicitur, quòd uitium morbo medeatur. De hac Dioſc. lib. 5. & Gal. lib. 9. Facult. Simpl. med.

Ampĕlŏdēſmos, ἀμπελοδεσμός, Plin. li. 37. ca. 23. Herba eſt, qua uites religari ſolent apud Siculos: qui quamuis ſalicib. abundent, quia tamen earum uincula duriuſcula ſunt, malunt eam ad rem ampelodeſmo uti.

Ampelos melæna, ἄμπελος μέλαινα, Vitis nigra, herba eſt foliis ſmilacis, ſed maioribus, clauiculis quibuſdam obuia quæq; complectens. Semen habet racemoſum, initio herbaceum, ſed ubi maturuerit, nigrum. Radicem foris nigram intus buxei coloris. Vitis nomen inde nacta uidetur, quòd ſerpat in modum uitis, quòdque arbores, fruticesq; clauiculis ſuis, uelut pedamenta, apprehendat. Nigræ autem cognomentum à radicis, ſeminisq; nigredine uidetur eſſe ſortita.

Ampelos, ἄμπελος, à Græcis dicitur, quam nos uitem appellamus. ¶ Eſt & nomen ciuitatis Macedoniæ, apud Pli. lib. 4. cap. 10. ¶ Ptolemæus quoq; Ampelon urbem in Creta collocat, Stephanus aliam in Cyrenaica regione. ¶ Eſt præterea Ampelos, ſiue Ampelos, promontorium Samiinſulæ è regione Drepani Icariæ inſulæ. Autor Strabo lib. 14.

Ampelos leuce, ἄμπελος λευκή, Herba eſt, quæ aliis nominibus Bryonia, Philothrum, & à Latinis Vitis alba dicitur. Vitis quidem, non quòd re uera ſit uitis, ſed quòd ad eius ſimilitudinem accedat: nam & ſarmenta habet & folia, & capreolos, ſativæ uiti ſimilia, omnia tamen hirſutiora. Alba uerò, à radicis colore dicta putatur.

Ampelos agria, ἄμπελος ἀγρία, Labruſca, id eſt uitis agreſtis. Plin. lib. 23. cap. 1.

Amphēmĕrinos, ἀμφημέρινος, Febris ſpecies eſt, quã quartanam exquiſitam uocant medici. Fit ex pituita extra naſa putreſcente.

Amphĭbĭa, ἀμφίβια, Animalia tam in terris, quàm in aquis uiuentia. Amphibion Græci dicunt, quod eſt duplicis uitæ. Colum. lib. 9. Venio nunc ad aues, quas Græci uocãt ἀμφίβια, quia non tantùm terreſtria, ſed aquatilia quoque deſyderant, ab ἀμφί, καὶ βίος, quòd in ambobus elemẽtis degant. Varr. 4. de lin. Lat. Græci ea quæ in aqua, & in terra poſſunt uiuere, uocant amphibia. Hæc Cic. Ancipites beſtias uocat lib. de Natur. deor. 1. Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in utraque ſede uiuentes.

Amphibolia, ἀμφιβολία, Ambiguitas.

Amphĭbŏlŏgia, ἀμφιβολογία, Dubium dictũ, ſermo dubiã ſententiam indicans. Figura quæ fit uitio compoſitionis, quum in ambiguo poſita eſt ſententia. Et modò fit per duos accuſatiuos à uerbo infinito rectos: ut, Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. ¶ Modò per uerbũ cõmune: ut quũ dicimus, Cato iniuſtè criminatur: incertũ eſt enim, an ipſe ab alio criminetur, an ipſe alium. ¶ Modò per participiũ: ut, Vidi ſtatuam auream haſtam tenentem. ¶ Modò per homonyma: ut ſi quis dicat Aciem, nec exprimat oculi, uel gladii, uel exercitus. Poteſt etiam fieri alijs modis.

Amphĭbŏlon, n. ſ. ἀμφίβολον, Ambiguum dicitur, quaſi utrinque percutiens, ἀπὸ τῦ ἀμφὶ, καὶ βάλλεσθαι.

Amphilogus, ἀμφίλογος, ſimiliter ſermo dubius dicitur.

Amphĭbrăchus, m. ſ. ἀμφίβραχυς, pen. cor. Pes eſt ex prima & ultima breuibus, media producta: ſic dictus, quod in utraque

trque parte brevem habeat, ut Timæe. *Ab ἀμφὶ*, utrinq; & *ἴμας*, brevis. ¶ Huic opponitur Amphimacrus, qui brevem habet syllabam inter duas longas, ut Aequitas.

Amplicaulis, *ἀμφικαυλὶς*, Hordeum montanum, quod *κριθὴν* Græci vocant. Vide Ruellium.

Amplicyrtos, *ἀμφίκυρτος*, à Græcis appellatur quod est utrinq; declive & gibbosum. Hinc fit ut & Lunæ *ἀμφίκυρτον* vocitus peculiari epitheto, quum nõdum semiplena est, circa decimum scilicet aut duodecimum à coniunctione diem: tunc enim cornua & connexitatem quandam oculis nobis exhibet. ¶ Est & Amphicyrton, lignum quoddam incurvum quo onera gestari solent, non dissimile illi, quo amphoræ quibusdam locis aquam gestitant, æqualibus utrinq; funiculis propendentibus.

Amphidoxion, cuius contrarij frequenter contingi solet.

Amphimacrus, & Amphimacer, m. g. *ἀμφίμακρος*, pen. cor. ex tribus syllabis constans, prima & ultima longis, media correpta: ut, Pallidi. Sic dictus, quòd utraque parte longam habeat syllabam, *ἀμφὶ* enim utrinq; sonat, & *μακρὸν*, longum. Est autem contrarius Amphibracho.

Amphimalla, *ἀμφίμαλλα*. [Ital. Veste peloſa di amendue le parti. Gal. Habit velu de deux coſtez. Hiſp. Veſtidura velloſa dẽtro y fuera. Ger. Ein haarechtig oder forzechtig. Kleid zů beyden ſeyten.] Erant tunicæ gausapinæ, ex utraque parte pilos habentes, quæ & Gausapia dicebantur. Plin. lib. 8. cap. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla noſtra, ſicut villoſa etiam neutralia. Quæ nerõ ex altero tantùm latere villos habebant, Heteromalla dicebantur.

Amphimaschalli, *ἀμφιμάσχαλλα*, Veſtes erant ingenuorum & liberorum, duas habentes manicas: Heteromaſchala autem, quæ ſervorum veſtes erant, unam tantùm habebant manicam. Utraque nomen acceperunt ab axillis, quæ à Græcis vocantur *μασχάλαι*. Author Iul. Pollux.

Amphippi, *ἀμφιπποι*, Milites, qui duobus equis in bello utuntur. & ex feſſo in recentem tranſiliunt. Lio. li. 2. belli Punici Deſultores vocat: & equi ipſi Deſultorij appellãtur.

Amphitanè, *ἀμφίταν*, Gemma, quæ alio nomine dicitur Chryſocolla. Invenitur in ea Indiæ parte, in qua formicæ erunt aurum, colore auri, figura quadrata, traditurq; natura eius eadem, quæ magnetis, niſi quòd aurum quoque trahere dicatur. Hæc Plin. lib. 37. cap. 10.

Amphitapa, f. p. *ἀμφίταπος*. [Ital. Veſte peloſa di amẽdue le parti. Gal. Habillement velu, de deux coſtez. Hiſp. Veſtidura velloſa dẽtro y fuera. Ger. Ein forzechtig, locchechtig kleid oder decke zů beiden ſeyten.] Athenæo, veſtis genus tenuq; villos habens. Varro, Alterum bene acceptum dormire ſub amphitapa bene molli. Lucilius, Pluma, atq; amphitapæ, & ſi quid aliud deliciarum. ¶ Vitur hoc vocabulo Vipianus in l. veſtis. ff. de auro & arg. leg. Pro eodem etiã legimus Amphimallon.

Amphithalămus, Cubiculi genus eſt, quaſi duplex thalamus. Vitruvius lib. 6. cap. 9. In proſtadis autem dextra & ſiniſtra cubicula ſunt collocata, quorum unum Thalamus, alterum Amphitalamus dicitur.

Amphitheatrum, *ἀμφιθέατρον*. [Amphitheatro. Gal. Amphitheatre Ger. Ein rond hauſs der ſchawſpylen.] pen. prod. Ædificium erat rotundum, velutì ex duobus theatris (quæ hemicycli figura erant) compoſitum, circunquaq; ſpectandi uſum præbens, Martialis lib. 1. Omnis Cæſareo cedat labor amphitheatro.

Amphitheatralis, le, adiectivum, Ad amphitheatrum pertinẽs: ut, Ludi amphitheatrales: Amphitheatrale ſpectaculũ. Plin. lib. 8. cap. 14.

Amphitheatrica, charta, ita dicta à loco confectura, cui quæ vocabulum tribuitur à Plin. lib. 13. cap. 12.

Amphithètum, *ἀμφίθετον*, Pocoli genus eſt, quod utrovis ex parte poteſt. Eraſmus in Proverbijs, ex Heſychij ſententia, credit eſſe poculum, quod ob magnitudinem ambabus tollitur & reponitur, quod genus Hollandi Buſam vocant. Neq; abſurdum fortaſſis foerit dicere, eſſe poculi genus cir cum medium, quorum clauſum eſt, ventricoſum, utrinq; bacam habens cui inſiſtat: quod ſi aperias, dividitur in duo æqualia pocula, in ſeſe, ſi claudas, cõcuntia. Qua etiam forma ſolent fieri conſueverunt, & hac tempeſtate etiam pocula ex auro & argento fiunt. Quicquid id eſt, conſtat certè magnũ fuiſſe poculum, quo uti ſolebant, quum ſtrenuè potare volebant: unde manſit proverbium, Ex amphithero bibiſti: quum aliquem ad ebrietatem uſque bibiſſe volumus indicare.

Amphŏra, f. p. *ἀμφορεὺς*. [Ital. Anfora. Gal. Vaiſſeau à vin tenant la huittiéme partie d'on muy. Hiſp. Cantara ò arroua. Germ. Ein krůg. oder lauten mit zweyen örinen, Ein weyngſchier.] pen. cor. Vaſis fictilis genus, duas habens anſas: unde & nomen accepit, quòd ſcilicet anſis utrinq; apprehenſis ferretur: ab *ἀμφὶ*, *καὶ φέρω*. Horat. in Arte, amphora cœpit Inſtitui, currente rota cur urceus exit? Erat autem hoc vaſis genus vino aſſervando in primis accommodatum. Idem 3. Carm. Nec Læſtrygonia Bacchus in amphora Langueſcit mihi. ¶ Erat præterea Amphora, menſuræ genus, capiens congios octo, hoc eſt quadraginta octo ſextarios. Alio nomine Quadrantal dicebatur, à menſuræ eius figura, quæ omni ex parte pedẽ habebat quadratum. Cicer. pro Fonteio, Itaq; Titurium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorij nomine exegiſſe. Idem in Verrem, Iam non quæro, unde quadringentas amphoras mellis habueris.

Amphorālis, le, Quod eſt unius amphoræ capax. *ἀμφορῶδες*. Plin. libro 37. capite ſecundo. Idem Xenocrates autor eſt, uas amphorale viſum, & aliqui ex India cryſtallum ſextariorum quatuor.

Amphŏrārius, m. ſ. *ἀμφορεφόρος*, Qui mercedis gratia amphoram portat.

Amphoterodexios. *ἀμφοτερόδεξιος*, id eſt ambidexter.

Amphoteroplon, fœnus nauticũ eſt, cum fœnerator & commeatus & remeatus periculum ſuſcipit, Heteriplon cum commeatus tantùm, notat Bud. in l. nihil intereſt. de nat. fœm.

Amplant, pro amplificant ex Nolo.

Ampicurare, præſul dicebatur in exultationibus Saliorum pro motus edere.

Amphryſius, a, um, *ἀμφρύσιος*. Virgil. 6. Aeneid. Quæ contrà breviter fata eſt Amphryſia vates. ¶ Item Amphryſiacus, ca, cum. Papinius, Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi. Eſt & nomen duarum urbium. Vide ſuprà Ambryſus.

Amplector, ctĕris, amplexus, Idem eſt quod circunnectere, circumplicare. *περιπλέκομαι*, *περιβάλλω* [Ital. Abracciare. Gal. Embraſſer. Hiſp. Abracar. Ger. Vmbfahen, vmbfaſſen, vmbgreyffen.] Plaut. in Ciſtellaria, Anus ei amplexa eſt genua. ¶ Ponitur & Amplecti pro amare. Eos enim amplecti ſolemus, quos vehementer amamus. Cic. Epiſt. Famil. li. 5. Libenter amplector talem animum.

Amplexus, us, ui, nomeo, m. q. Ipſe amplectendi actus. *περίπτυξις*. [Ital. Abracciamento. Gal. Embraſſement, Hiſpa. Abracamiento. Germanice, Vmfabung.] Cicero, primo de Diuinat, Puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.

Amplexor, aris, d. p. *περιπλέκομαι*, amplexari, frequentationũ ab amplector, ferè pro primitivo ponitur. Cic. 1. Academ. Quas mirificè Plato amplexatus erat. Idem Epiſt. Inimicum meum ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic fouebant, ſic me præſente oſculabantur: ut, &c. ¶ Amplexo uetuſtè pro Amplexor. Accius Alemæone, Poſtremò amplexa: fructum, quem, dii dent, cape. Ex Nonio.

Amplus, a, um, Dicitur magnum, ſpatioſum, quod latè patet, & per multa diffunditur. *πλατὺ*, *τέλεον*. [Ital. Ampio, ſpacioſo. Gal. Ample, ſpacieux. Hiſp. Ancho. Ger. weit breit, groſs.] Ad Herennium, Loci præter modum ampli vagas imagines reddunt. Virg. 1. Aen. Vocemq; per ampla voluptãt Atria. ¶ Eſt item Amplus, idem quod Græcis *ἄξιος*, hoc eſt, dignitate multa, & autoritate præditus. Cic. pro Sext. Roſcio, Is mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum pervenit. Idem de Amicitia, Suosq; omnes ſeſe eſſe ampliores volebat.

Amplè, adverbium, Copioſè, magnificè, *ἐυρέως πλάτεως*. [Ital. Ampiamente. Gall. Amplement. Hiſpa. Anchamente. Ger. Herlich. gröſslich.] Cic. 2. de Finib. Si ne hæc quidem ſatis amplè, ſatis honeſtè dici putas. Idem 6. in Verr. Exornat amplè, magnificeq; triclinium. ¶ Amplius, vide infrà. ¶ Ampliſſimè: ut, Ampliſſimè gerere honores, hoc eſt, cũ ſumma amplitudine & dignitate. Cic. 4. in Verrem.

Ampliter, adverbium, pro amplè: ut, Ampliter acceptus, hoc eſt cũ magno apparatu, & copia. Ampliter ſumptum facere.

Amplius, adverbium, ſignificat Plus. *πλέον*. [Itali. p. d. Gall.

plus largement, dauantage. Hiſ. Mas. Ger. [Mehr weyter.] Et quandoq; iungitur abiatiuo. Cæſar Comment. 7. Ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. ¶ Quandoq; accuſatiuo. Virgil. 1. Aeneid. noctem non amplius unã Falle dolo. ¶ Quandoq; nominatiuo. Cæſar Comment. 5. Amplius octingẽtæ, quæ uno erant tem pore, à litore diſceſſerant. ¶ Ponitur etiam pro Præterea, πρὸς ſine caſu. Cic. de Aruſp. reſpon. Quid enim ſi illi inimiciſſimus eſſet, amplius ad eius laudem minuendam facere potuiſſet?

Amplitúdo, f. t. ut Cic. lib. 2. de Inuent. ſcribit, Eſt potentiæ, aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. [Ital. Amplitudine, ampierezza, Gal. Longueur, & largeur, mateſté & dignité. Hiſp. Anchurahonra Ger. Gröſſe, herrlicheit, groſſmechtigkeit.] Idem ad Lentulum, Tux ſapientiæ magnitudinis q; animi eſt, omnẽ amplitudinem, & dignitatem tuam in uirtute, atq; in rebus geſtis tuis, atq; in tua grauitate poſitam exiſtimare. ¶ Amplitudo corporis. Plin. in Epiſt. Nam mentus animæ, quæ illi propter amplitudinem corporis grauior & fonantior erat

Ampliuágus, ga, gum, penul. corr. πολυπλανὴς, πολύχωρος. Quod in amplũ agatur. Autor ad Heren. lib. 4. Ampliuagas imagines reddunt.

Amplio, as, act. p. Augeo, protraho, dilato. πλατύνω, μεγεθύνω. [Ital. Ampliare, amplificare. Gal. Amplifier, accroiſtre, augmenter. Hiſp. Enſanchar ò eſtender. Ger. Voiterẽ, Groſs machen.] Vt, ampliare ætatis ſpatium, Martial. lib. 10. Ampliare uires, Plin. lib. 23. cap. 2. Ampliare plagam, Celſus lib. 8. cap. 5. ¶ Pertinet etiam hæc uox ad iudicia. Ad Heren. lib. 4. Nam quid fuit iudices, quare in ſententijs ferendis dubitaueritis aut iſtum hominẽ nefarium ampliaueritis? Liu. lib. 4. ab Vrbe con. ſcribit Poſthumiam uirginem Veſtalem amplia tam, deinde abſolutam pro collegij pontificũ fuiſſe ſententia, hoc eſt per ampliationem in ſecundam actionem interpoſita dilatione protractam, ut ſcilicet bis cauſam dicere poſſet. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. Nam aut ſtatim ſententia dicebatur à iudicibus, ſi abſoluẽdus eſſet reus: aut amplius pronuntiabatur, ſi cauſa obſcurior eſſet: & tunc duabus hiſce literis N. L. iudices ſignificabant ſibi non liquere quid eſſet ſtatuendum, cauſamq; denuò eſſe dicendam. ¶ Hinc Ampliatio naſcebatur, ἀναβολὴ, ὑπέρθεσις. quæ appellata uidetur, quaſi amplius diẽdi pronuntiatio. Quia qui ampliabatur, interpoſita dilatione, rurſus ad agendam cauſam redibat. De hac ampliatione intelligit Cicero tertia in Verrem actione, quum ait: Etſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti ſibi turpe exiſtimẽt non primò iudicare. Differt autem Ampliatio à Comperendinatione, quòd Ampliatio certum numerum actionum non habebat: Comperendinatio, iteratam actionem in tertium diem. Cic. in Verr. Act. 2. Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus: antea uel iudicari primò poterat, uel amplius pronuntiari.

Amplifico, as, a. p. Augeo, Amplius reddo, extollo. αὔξω. [Ital. Amplificare Gal. Amplifier, agrandir. Hiſp. Mucho honrar ò enſanchar. Ger. Groſs machen, Ehr weyteren.] Cic. 1. de Natu. Deor. Eamq; facultatem amplificauit Academia. Idẽ 3. Tuſc. Nam attrectatu ſuauum amplificatis dolorem. Idem pro Domo ſua, A populo ſemper ſum defenſus, amplificatus, atq; ornatus.

Amplificator, uerbale. ἐπαυξητής. [Ital. Chi augmenta. Gal. Elargiſſeur, agrandiſſeur. Hiſp. Enſanchador. Ger. Ein mehrer, Zůhin thůger, der ein ding groſs macht.] Qui rem aliquam, aut perſonam malorem aut ampliorem reddit. Idem 3. Tuſc. Pythagoras non ſoldm nominis inuentor, ſed etiam rerum ipſarum fuit.

Amplificátio, onis, f. t. augmentatio. αὔξησις, [Ital. Aumento, accreſcimento. Gal. Accroiſſement, amplification. Hiſp. Enſanchamiento. Ger. Mehrung, Groſsmachung.] Cic. 1. Offic. Nec uerò amplificatio rei familiaris uemini nocens, uituperanda eſt. ¶ Apud Rhetores autem amplificatio (de ſtuente Cicerone in Partitione) eſt grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.

Amplúſtre, Vide Apluſtre.

Amprou, onis, m. s. ἄμαρον, Latinè funiculus, qui per iuga iumentorum tenditur: aut quo trahi ferriue ſolent à iumentis onera. Verbum autem ἀμαρεύειν propriè ſignificat iter curru facere. Per abuſionem uerò tranſlatum eſt ad uectum iumentaq;.

Ampulla, gen. fœ. li, Vaſis genus ex citro, aut alia materia, ad ſeruandum oleum in balneis, item in menſa ad aquam, uel potionem aliosq; uſus accommodatum. λήκυθος. [Ital. Ampolla. Gal. Fiole, boteille. Hiſ. Ampolla ò redoma de uidro. Germ. Ein Glatteren von glass. Ein Krug, Ein gſchirr das ein weyten buch hatt.] Apul. in Floridis, Hippias prædicauit ampullam quoq; olearium, quam geſtabat ſemet ſibi fabricatam. Cic. lib. 4. de Finib. Si ad illam uitã quæ cum uirtute degatur, ampolla aut ſtrigilis accedat, ſumptorum ſapientem eam uitam potius cui hæc adiecta. Erat autem hoc uaſis genus turgidum, ueluti uenue inflatum: unde per translationem dixit Horatius: Proiicit ampullas & ſeſquipedalia uerba: pro eo quod eſt uerba turgentia & ſufflata abiicit. Vtebantur etiam Romani ampulla ad hauriendas potiones. Sueto. in Domit. Prandebatq; ad ſatietatem, ut non temere ſuper cœnam præter Martianum malum & modicam in ampla potiunculam daret. ¶ Eſt etiam Ampulla, tumor inflatus, quem & Bullam nocamus, Græci modò πομφόλυγα, modò φύσημα appellant.

Ampullarius, rii, m. f. ſubſtantiuum, Artifex ampullarum. λητυθοποιός [Ital. Artefice di ampolle Gal. Faiſeur de teiles fioles. Hiſpa. El que haze ampollas. Germ. Der die gläſer macht mit weyten bũchen.] Plaut. Rud. Ni erit tam ſyncerum, ut quiuis dicat ampullarius, Optimum eſſe opere faciundo corium, & ſyncerißimum.

Ampullarius, a, um, adiectiuum. λητυθώδης. ut, Ampullaria unctiones. Plautus Stic. Vel unctiones Græcas ſudatorias, Vel alias malis malacas ampullarias.

Ampullãceus, a, um, Quod ex ampulla eſt. λητυθώδης. [Ital. A foggia di ampolla. Gal. Enflé comme une boteille. Hiſpa. Coſa hinchada como ampolla Germ. Das vfblaſen iſt wie ein gutteren.] Vt, Fruſtum ampullaceum. Colum. lib. 8. ca. 2. Plaut. in Menæch. uidetur uocare mulierem magnificè cultam, ampullaceam.

Ampullaces pyra, Quæ ab ampullæ forma nomen habent. Plin. lib. 15. capite.

Ampullor, laris, d. p. ab Ampulla, pro ſuperbio, turgeo. [Ital. Inſuperbire, gonfiare. Gal. Deuenir gros & enflé, empouler. Hiſp. Ampollarſe ò hincherſe. Germ. Aufblaſen oder ſtoltzeiren.] quo uerbo uſus eſt Sueton. in Domitiano. & Horat. 2. Epiſt. An tragica deſæuit, & ampullatur in arte.

Ampũto, tas, pen. cor. act. p. Circumputo, abſcindo, ſeu aufero. ἀποκόπτω, περικαθαίρω, ἀπαρρίπτω. [Ital. Potare, mozzare. Gal. Rongner, coper à l'entour. Hiſp. Cortar en derredor. Ger. Abhawen beſchneyden.] Cic. 5. de Fin. Quæ ſit ſcientia atq; ars agricolarum quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.

Amſanctus, Seruius ex omni parte ſanctus interpretatur apud Vergil. 7. Aen. Amſancti ualles, denſis hunc frondibus atrum. Sed malè meo iudicio eſt interpretatus, cum non ſit nomen adiectiuum, uerùm nomen proprium. Cumq; non absq; Solœciſmi commiſſione (ut ita Virgilij locus accipiẽdus foret) amſanctos ualles poeta dixiſſet. Quid aũt Amſanctus ſit, uide in Onomaſtico.

Amſageres, dicuntur quorum ager uiam tangit. Feſtus.

Amũla, pen. corr. Genus naſculi ad aquam geſtandam, quod religionis & expiandorum malorum gratia geſtabatur, περιῤῥαντήριον, dictum quaſi amola, ab amoliendis periculis. Huius diminutiuum Amulula.

Amũletum, penul. prod. n. f. Omne genus remedii aduerſus cuncta mala medicamentum, & præſertim contra ueneficia. ἀλεξιφάρμακον, περίαμμα. Plin. Infantibus alligatur ſuccinum amuleti ratione, formam naſculi habens. Græci etiam ἀποτροπαῖα hæc uocant, ἀπὸ τῦ ἀποτρέπω, quod eſt amoliri, ſummouere, depellere. Dictio hæc frequens eſt apud Plinium.

Amurca, f. p. ἀμόργη. [Ital. ece d' oglio Gal. Lie d' huille. Hiſp. Alpechin de azeyte. Ger. Oltrũſen oder hefen.] Sordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ ſequuntur, Fæces uocantur. Virgil. Georg. 1. Et nigra perfundere amurca. Hoc nomẽ per c, ſcribitur, ſed profertur per g: aut ſit in Caius, & Cneus. Amurca contra culices & limaces uim habet maximam. Hinc examurcatus, ſordibus purgatus.

Amurcaria dolia, in quæ amurca infunditur. Cato de Re ruſt. cap. 10. Dolia, queis uinacea conſtat, decem, amurcaria decem. πίθοι ἀμοργικοί.

Amũſcum,

Amſum, n. ſ. Ventis diſcernẽdis excogitatum organũ, ut ait Celsus Vitru. li. 1. ca. 6. Collocetur ad libellam marmoreum amuſum mediis mœnibus: aut locus ita expolietur ad regulam, ut amuſium non deſyderetur.

Amuſis, hoios amuſis, fœm. gen. t d per duplex ſs γάδμα [Ital. Archipendolo, ſquadra. Gal. Le cordeau ou la ligne des charpentiers, ſquierre. Hiſp. Derecha ò ygualmente Ger. Ein richtſcheit, ein ſenchelſchnur, nonchtſchnur welche die zimmerleũt brauchen.] Filũ eſt quod fabri materiarij rubrica oblinunt aut alio colore. Scholiaſtes. Feſtus autem regulam vocat, ad quam aliquid æquatur ut ſunt labrorum lapicidarum regulæ quibus ad rectangula ligna ſaxaq; utuntur. Ex quo videtur innuere & Amuſſim & Normam idem eſſe. Latè tamen pro omni ordine ponitur.

Adamuſim, ab inductibium, & ab eo compoſitum, Adamuſsim ἀμαγάδμων. [Ital. A punto Gal. Auec toute diligence, à plomb, à eſquierre. Hiſp. Derecha ò ygualmente Ger. Gar eben, rechtlig.] ut, Iudicium adamuſſim factum apud Gellium. ¶ Et Examuſſim id eſt rectè, callidè, regulariter. Plaut. in Amph. Si vera hæc loquor, examuſſim eſt optima.

Amuſitata, alba, λίθων γάδμα, hoc eſt nullo delectu ac citra diſcrimen. Gell. in Noct. Attic. Nanque illi omnes & eorum maximè Græci, multa & varia lectitantes in quas res cunque incideriẽt, alba, ut dicitur, linea tinc cura diſcriminis, ſolam copiam ſectati conuertebant. Plutarch. in Commẽtario περὶ τῆς ἀδολεσχίας. Nonnulli ſic efferunt Adamuſitatum in albo lapide amuſſis alba. Vritur Plato in Charmide, ubi Socrates ait ſe ergà eorum oſos adoleſcẽtes perinde eſſe, ut oliõ amuſſim in albo lapide, propterea quòd neq; diſcernere ſatis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Dicitur ſæpe vel in eos qui nullo ſunt iudicio, vel in ſtupidos, vel in eos qui incertis probant vel ſignificant incerta.

Adamuſim, Examuſſim, & Amuſitatim, frequens eſt apud autores pro eo quod eſt exquiſita diligentia atque exactiſſima cura. Gell. lib. 1. cap. 9.

Amuſitata opera dicuntur, quæ adamuſim facta ſunt γαδμάτια ἔργα. Plaut. in Mil. In hos amuſitata ſua ſibi ingenia inſodies Nonius.

Amuſus pro, ἄμουσος. [Ital. Indotto Gal. Qui eſt ſans lettres, ignorant. Hiſ. No enſennado, no elegante. Ger. Vngelert, ungeſchickt &c.] Inelegans, & indoctus: hoc eſt à Muſis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur ſine muſica: unde apud Comicos, qui literas ſe didiciſſe negant, aiunt ſe non didiciſſe muſicam. Vitru. lib. 1. capit. 1. Nec muſicos, ut Ariſtoxenus: ſed non amuſus.

Amytus, vide Auxytus.

Amygdalinus, a, um, adiectiuum ἀμυγδαλῖνος.

Amygdala, f. p. ἀμυγδάλη. [Ital. Mandorlo. Gal. Amandier. Hiſ. Almendro. Ger. Ein mandelbaum.] Arbor, amygdala, hoc eſt nuces Græcas proferens. Colu. li. 6. ca. 19. Amygdala, ſi parum ferax erit, ſorata arbore lapidem adiicito. ¶ Hinc Amygdalinus, na, num, pen. corr. Serenus, Fertur amygdalinæ ſuccus nocitè ſi bibendus. Amydalinum oleum Plin. lib. 15. cap. 4. Dicitur & hæc arbor Amygdalus. Amygdaleum folium, Plin. lib. 24. cap. 11.

Amygdala, æ, ἀμυγδάλη. [Ital. Mandorla. Gal. Amande. Hiſ. Almẽdra. Ger. Mandelnuſs, mãdelkern.] pericor. Nux Græcanica & Thaſia dicitur. Plin. Intus nucleus amygdalæ eſt. Amygdalũ ἀμυγδάλου, etiã noſtro genere dicitur manducatum. Palladius Græci aſſerũt naſci amygdala ſcripta, ſumta teſta nucleũ ſanũ tollas, & in eo quodlibet ſcribas, lorum, uitro, & porcino ſtercore inuolutum reponas.

Amygdalites, ἀμυγδαλίτις Dioſcori. Herba eſt genere ſuma, à ſimilitudine foliorum amygdali, quæ & Communis dicitur, & Platyphyllos à latitudine foliorum. Lib. 2. cap. 8.

Amylum, ἄμυλον. [Ital. Amido Gal. Amidon. Hiſ. Almidon Ger. Amelmãl.] Placẽtæ genus quod ex tritico fiebat: ſed ſigne ſæpiſ cloratitia diſtũ quòd ἀπὸ τῆς μύλης, hoc eſt à mola fieret. Macerabatur enim ſæpius quotidie madefactus ſigo donec ita molleſceret, ut cremor exprimi poſſet, qui deinde in ſole ſiccabatur. A nullo Scriptorum ante Plinium nomine tacta. Amylon vocatur Rationem confi ciendi amyli, uide apud Plin. lib. 18. ca. 7. & apud Catonem de Re ruſt. cap. 87.

Anadema, atis, ſpecies, & cognomen, aliquibus dictum dum molitur, digitis cedit, more maſticher.

Amyris, genus arboris eſt, ut inquit Hyeron. quod Latini putantes myrrham dictum, unguenta interpretati ſunt. De cuius arboris notitia hoc ſolũ ad nos peruenire potuit, quòd odorẽ ſuũ habeat ſuaue, nullũ tamen afferat fructũ.

Amyron, atractilis, Dioſcor.

Amyſtis, f. t. ἄμυστις, Strenuæ potationis genus erat apud Thracas, quum potus ingurgitabatur, ut uinum in doliũ infunderitur, neque ſpiritu reciprocato, neq; ore contracto. Vnde ἀμυστίζειν, Græci dicunt, pro ingurgitare, & ſine reſpiratione affatim bibere. Horatius lib. 1. Carm. Baſſum Threicia uincat amyſtis. ¶ Alij Amyſtidem poculi ſpeciẽ interpretantur, quo Thraces utebantur, quoties ἀμυστί, καὶ ἀπνευγί, hoc eſt circa labiorum contractionem, & ſpiritus reciprocationem, potare uolebant. Vt, Germani potatores aiunt, Ein ſchnauben vnd bartwüſchen.

A ante N.

An, aduerbiũ interrogandi, & pro Nonnquid ponitur, ἢ, μήτι: Cicero, An uerò Romulus ille, aut paſtores, aut conuenas congregaſſe uidebuntur? ¶ Sed aliquando tranſit in uim coniunctionis ſi, ei, quum ſæpe dubitatiuus eſt: & tunc ferè ſubiũctiuo iungitur: ut, Neſcio an pater uiuat. ¶ An diuerſis in locis collocatur. Primo loco Cic. 2. Philip. An tu Narbonæ in mẽſas hoſpitũ quum uomeres. Dolabella pro te in Hiſpania dimicaret? Secũdo loco. Ci. 7. Ver. Erruit, an potius inſaniuit Apronius? Et hic & in ſimilibus ſubaudis An uel utrum. ¶ An ter repertum. Cic. in Orat. In quo quæritur eſt in toróne circuitu illo orationis, an in principijs ſolũm, an in extremis, an in utroq; parte numerus tenendus ſit. ¶ An quater reperitum. Cic. 3. de Orat. Refert etiam qui audiant. Senatus, an populus, an iudices: frequẽtes, an pauci, an ſinguli. ¶ An & Ne coniungi ſolent pro An Terent. Audi. A nunc ſtultus Pamphilus? Cice in Piſonem. Annegeſto. An & Ne interpoſitis aliquot dictionib. Cic. li. 1. de Fin. An partus ancillæ ſtene in fructu habẽdus? Notis antiquorũ A N Annios A N N. ante noſtram A N. Mutationem mandat. ANN uel AN. uel A annis. ANT. ante uel antea. AN. T. T. C. ante terminum conſtitutũ. ANG. Pangel⁹ percuſſit. ANM. animo. ANN. SEN. Anne⁹ Seneca.

Ana, eſt etiam uox barbara, qua Medici noſtri temporis utuntur in ſuorum medicamentorum compoſitionib. pro Latinis nocibus ſingulorum partem ſeu partes, uel quod idem, uniuſcuiuſq; ſpeciei

Anabãſis, f. t. ἀναβάσεως. Dioſcoridi, Herba quæ Equiſetum Latinè dicitur, à Græcis Hiſpuris. [Ital. Coda di cauallo, aſprella. Gal. Queue de cheual, aſprele ou prele. Hiſp. Cola de mula, rabo de mula. Ger. Schafftheum.] Plin. li. 20. ca. 13. Recentiores Caudam equinam uocant.

Anabãſius, ἀναβάσιος. Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem diſſeminaturus, qualem Triptolemum fuiſſe in fabulis legimus, quem ſemina per orbem ſparſurum, Cereriſq; beneficia annuntiaturum, à dea rapidiſſimo curru emiſſum fabulantur. Nomen deductum eſt ἀπὸ τὸ ἀναβαίνειν, hoc eſt, ab aſcenſu, curruum ſcilicet, uel equorum. Hieronymus contra Rufinum, Ideircõne ceteris & anabaſij tui per diuerſas prouincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent?

Anabathra, n. ſ. ἀναβάθρα, Scalæ, polpitæ, gradus ſuperiores ſcanſiles, aut inſtrumenta ſcabellorum, aut ſubſellia: ab ἀναβαίνω, id eſt ſurſum aſcendo. Iuue. Satyr. 7. Et quæ conducto pendet anabathra tigillo.

Anaboläglium, ἀναβολαγίου: uel Anaboladium, ἀναβολάδιον, Sindonis genus eſt, quo humeri operiuntur: dictum ἀπὸ τὸ ἀναβάλλεσθαι, quod interdum Iudoo ſignificat, interdum Reiicio. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere & quum uſum eſſet, reijcere.

Anabola, læ, f. put ſcribit Plinius, animal Æthiopicum cap. cameli, collo equi, curribus bouis prætendens ſimilitudinem, per totum corpus nitentem habens rubedinem, albis maculis immiſtam. Eſt & miri decoris, longo collo & alris anterioribus & poſterioribus cruribus.

Anãnas, æ, ἀνανάς, βίβλου, λωτός. A uulgo Græcorũ arbos ſcula quædam appellatur, teſte Actio, quæ Homero Lotos dicitur: Gal. Alyſam & Alyſarum nominãt. Fructus quoq; eodẽ Actio teſte, à ſecẽtioribus Græcis Anacacabon appellatur;

tur: Latini uocant Fabam Græcam. Vide Ruel. lib. 1. ca. 91.

Anacampſeros, otis, *ἀνακαμψίερος*, Herba eſt, cui à Magis reuocandi amoris uis tribuitur: ita dicta ab *ἀνακάμπτω* reflecto, & *ἔρως* amor, Plin. lib. 24. ca. 17. Anacampſerotē celeber arte Grammatica paulò antè, cuius omnino tactu redirent amores, uel cum odio depoſiti.

Anacardium, *ἀνακάρδιον*, Arbor Indis familiaris, fructu auiculæ corculo non diſſimili: unde nomen putant inditū, rubente intus cruore, quo ueluti ſanguine ſcatet. Ruellius lib. 1. cap. 17.

Anacephalæōſis, f. t. *ἀνακεφαλαίωσις*, pen. prod. Breuis rerū capitulatio, in qua repetitio rerum ſummatim fit. Quint. lib. 6 cap. 1. Rerum repetitio, & congregatio, quæ Græcè dicitur *ἀνακεφαλαίωσις*, à quibuſdam Latinorum Enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam ſimul cauſam ponit ante oculos iudicis. Græcè *κεφάλαιον*, caput dicitur in ea ſignificatione, qua nōnulli capituli appellatione utuntur.

Anachites, *ἀναχίτης*, Gemma eſt omnium pretioſiſſima, quā notiore nomine adamantem uocamus: ita dicta quod uanos motus, animiſq; lymphationes credatur abigere, & aduerſū uenena habere uim antidoti. Vide Plin. li. ulti. ca. 4.

Anachōrētēs, *ἀναχώρητης*. Eremus, ſeceſſus: unde monachi eremum incolentes, & quicunq; procul ab hominibus ſeceſſerint, *ἀναχώρηται* uocantur. Caſsianus in Col. Cuius anachoritæ, id eſt ſeceſſores meritò nuncupantur, eò quod nequaquam contenti hac uictoria, qua inter homines occultas inſidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifeſto conflictu dæmonibus congredi cupientes, uaſtos eremi receſſus penetraſſe non timeant.

Anaclinterium, n. f. *ἀνακλιντήριον*. [Ital. Letticiolo, matarazzo. Gal. Lit de matlas pour ſe repouſer ſur iour. Hiſ. Lugar para dormir. Ger. Ein gutſchen, eiu rūwbettly, lotterbett.] Lectulus, ſuper quo quieſcimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuſcanica: & apud Lampridium in Heliogabalo, Accubita: à quibuſdam quoq; Scibadia dicuntur. Spart. in Celonio Commodo, Nam lectum eminētibus quatuor anaclinterijs fecerat, minuto reticulo undique incluſum. Deſcendit ab *ἄνω* & *κλίνω*.

Anacollia, uocantur quorum lachryma incommodantes pilos corrigit. Aetius.

Anacŏlūthos, *ἀνακόλουθος*, Latinè inconſequens, unde Anacoluthō figura eſt, quum non redditur quod ſuperioribus reſpondeat, ut ſi in oratione ponatur *μέν*, & non ſequatur *δέ*. Aut è contrario, quum particula quæ, non niſi poſteriori loco poni conſueuit ſola, ponitur ſine ea quæ ſolet præcedere: ut ſi, uerbi gratia, relationum ponatur ſine antecedente. Virg. 1. Aen. Millia quot magnis nunquam uenere Mycenis. Vbi Seruius Anacoluthon eſt: nam dicit Quot, quum non permiſerit Tot.

Anacriſis, *ἀνάκρισις*. [Ital. Eſamina. Gal. Examen, information, queſtion. Hiſp. Examen, ò queſtion. Ger. Befragung eines übelthäters er ſey mit marter oder on marter.] Quæſtio de reo habita, ſiue ea per tormenta fieret, ſiue ſine tormentis. ¶ Item interrogatio teſtium, quam uulgus Informationem uocat. Vide Budæum in Commentarijs.

Anacŏtorion, *ἀνακότριον*, Herba eſt, quæ notioribus nominibus *ξιφίον* Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioſc. libro quarto.

Anadema, *ἀνάδημα*, pen. prod. Corona, ſertum, aut ſimile capitis ornamentum. A uerbo *ἀναδέω*, corono, uel circūligo, Luc. l. 4. Et bene parta patrū fūt anademata mitræ.

Anadendrădes, pen. corr. *ἀνάδενδράδες*, uocantur à Græcis uites arbuſtiuæ, quæ ſcilicet arboribus ſulciuntur.

Anadendrŏmăche, *ἀνάδενδρομαλάχη*, Malua arborea ſcēs, quā Galenus 4. Therapeuticæ eadē facit cum Althæa.

Anădiplōſis, *ἀναδίπλωσις*. pe. pr. Dici poteſt reduplicatio. eſt enim dictionis in ultima parte præcedētis uerſus ſitæ, in prima ſequētis repetitio. Vir. Aeg. 8. Certēt & cygnis uluæ, ſit Tityrius Orpheus, Orpheus in ſyluis, inter Delphinas Arion.

Ana dyomenē, pen corr. *ἀναδυομένη*. Participium fœminiū eſt uerbi *ἀναδύομαι*. Latinè reddi poteſt Emergens. Hoc nomine Appellis opus dictum eſt, quod Venerem habebat è mari emergentem. Vide Plin. lib. 35. cap. 10.

Anagallis, *ἀναγαλλίς*. [Ital. Anagallo. Gal. Mouron ou mereline. Hiſp. Muruges. Ger. Gauchheil.] Herba eſt quam Morgelinam, uel Gallinæ morſum uulgò uocari, Ruellio credimus. Duæ eius à Plinio traduntur ſpecies floris colore diſtinctæ. Mas enim florē habet Phœniceū, fœmina cæruleū.

Anaglypha, n. f. *ἀνάγλυφα*, [Ital. Coſe di releuo. Gal. Choſes taillées en boſſe ou releuées. Hiſp. Vaſos labrados de buril ò finzel. Ger. Ein *v*ſgetribē *werck*, *was* tribē, trucket oder *v*ſgeſtochen iſt, das es bilder hatt.] pen. corr. Dicuntur uaſa, aliāue opera, ſculpturis aſpera, quæ ſcilicet ita ex ſculpta ſunt, ut in eis imagines emineant: ita dicta ab *ἀνα*, quod ſurſum ſignificat, uel ſuprà, & *γλύφω* ſculpo: eò quòd ſculpturæ in ſuperiori parte emineāt. Vnde & à Gallis Releuata dicuntur. Eadem & Anaglypta inuenimus appellata. Plin. lib. 33. cap. 11. Nunc anaglypta in aſperitatemque inciſa circa linearū picturas quærimus. Mar. l. 1. Nec deſunt tibi uera Glaniana, Nec Menſis anaglypta de paternis.

Anaglyptes, *ἀναγλύπτης*. [Ital, Scultore. Gal. Taillaur, inſculpteur. Hiſp. Platero que labra por finzel. Ger. Ein meiſter der getribne arbeit mit bildwerck machet. Bildhawer.] Sculptor, qui ita quippiam exſcalpit, ut in eo imagines promineant.

Anaglyptice, ſiue Anaglyphice. f. t. *ἀναγλυφική*, *ἢ ἀναγλυπτική*. [Ital. L' arte da ſculpir di releuo. Gal. L' art de tailler. Hiſp. La arte de labrar de buril ò finzel. Ger. Die kunſt des bildwercks, durch getribne oder getruckte arbeit.] Ars & ratio ita ſculpendi, ut in opere imagines emineant. Huic opponitur Diaglyphice, *διαγλυφική*, quum imagines ſuperficie operis ſunt depreſſiores, & ita excauatæ, ut eminentes imagines ceræ, alteriūe corpori molli poſſint imprimere: cuiuſmodi ſunt annuli & ſigilla tam publica, quā priuata, quibus literæ, & diplomata obſignantur.

Anagnoſtes, m. t. *ἀναγνώστης*. Latinè lector dicitur. Nam *ἀναγνώσκω*, lego, *ἀνάγνωσις* recognitio, lectio. Cicc. Att. Nā puer feſtiuus anagnoſtes noſter Soſiſtheus deceſſerat.

Anagoge, es, f. t. *ἀναγωγή*, Latinè receſſus dicitur, ſubtilis, ſiue excelſa, aut ſuperior intelligentia, ab *ἀνὰ τὸ ἄγω, ὁ ἐστιν ἀναγωγή*, reductio.

Anagryphe, deſcriptio, ut Ci. Vel ut uulgus, inuentarium.

Anagyris, *ἀνάγυρις*, Herba eſt grauiſſimi odoris, quæ ob id à ruſticis lignum putidum uocatur. Huius folia, uirgasq; ſiquis decerpſerit, fœdiſſimo odore manus imbuit, quo nō niſi frequenti lotione poteſt liberari. Hinc factus eſt locus prouerbio, ut qui ſibi offutura commoueat, *ἀνάγυριν κινεῖν*, hoc eſt, Anagyrin mouere dicatur.

Analecta, n. f. *ἀνάλεκτα*. [Italicè. Immondicie della tauolla. Gal. Cequi tombe ſous la table, miettes. Hiſp. Los relieues del manjar que ſobra. Germ. Zůſamen *w*ůſchen, *was* von dem tiſch falt ſo man zůſamen liſet vnnd vſſchüttet.] Purgamēta cœnarum, & quiſquiliæ ciborum ſub menſam cadentes, quæ manu colligi ſolent & extra triclinium efferri. Mart. lib. 7. Colligere longa nec turpe putat dextra Analecta, quicquid & canes reliquerunt: Dicta Analecta, *ἀπὸ τοῦ ἀναλέγεσθαι*, hoc eſt à colligendo, propterea quòd manu colligerentur, non ſcopis euerrerentur. Inuentis enim lithoſtrotis, cæteriſq; id genus pretioſioribus panimētis, ceſſauit uſus ſcoparum. Illa enim, quòd ex minoribus teſtulis conſtabant, ſcopas non admittebant: unde etiam Aſarota dicebantur, quòd non uerrerentur: ſed quod manu purgamenta colligi ſoleant, & pauimenta ipſa ſpongijs lauari. Mart. li. 14. In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe, Otia ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

Analectes, æ, *ἀναλέκτης*. [Ital. Chi raccoglie le auanzature di tauola. Gal. Qui recueilit les miettes & autres reliquas. Hiſp. El que barre los relieues. Ger. Ein zůſamen läſer der tüſchlachē ſchütte.] Qui colligit, aut uerrit analecta. Dicitur etiam per tranſlationē, teſte Cælio Rho. li. 13 cap. 31. qui multa lectione exercitatus, memoria eſt firmiſſima, ita ut quicquid unquā legerit, uel audierit, habeat ad manū. Nomen deductū eſt à uerbo *ἀναλέγεσθαι*, quod inter cætera ſignificat, *ἀναμιβάλλω ἔχειν*, *ἢ ἐννοεῖσθαι*, hoc eſt memoria concipere, & firmiter tenere. Seneca, Suaſit illi Satellius Quadratus, ut Grammaticos haberet analectas.

Analectides, *ἀναλεκτίδες*. Dicuntur, quibus è xylino, uel quauis materia, puellæ tanquā puluillis conſtipant ſcapulas prominentes, ut uideri habitiores poſſint. Ouid. 3. de

Arte

Anæmia. Conueniunt tenues ſcapulis analectides alteis, Angulum citra faſcia pectus eat. Cæl. lib. 14. cap. 11.

Anætia, æ. f. p. dicta eſt eò quòd ſanas partes capitis ſenſu priuet. Fit, uel naſcitur ex negligentia, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria aut potu frigido bibendo, uel nimium cognando, uel ex indigeſtione ciborum.

Analógia, ἀναλογία. [Ital. Proprietà, cõuenienza. Gal. Analoge, proportion, conuenance. Hiſ. Propriedad, conueniencia. Ger. Gleych förmickeit, anlikeit.] accentu in pen. Proprietas, proportio, conuenientia, ſimilitudo. Ci. Quod analogiam Stoici, nos appellemus conuenientiam, ſi placet Quint. li. 1. Analogia præcipuè, quam proximè ex Græca transferentes in Latinum, Proportionem nocauerunt. Hæc eſt eius uis, ut id quod dubium eſt, ad aliquid ſimile & quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet: ut ſi quæratur, funis maſculini, an fœmin generis ſit, ex eius diminutiuo cognoſcitur, qa funiculus generis maſculini eſt

Analogiſmus, ἀναλογισμός. A dialecticis nocatur firmiſſimum illud argumẽti genus, quod à cauſa propinqua ducitur. Cui opponitur Epilogiſmus, qui ſolet ſumi ab effecto, aut certè à cauſa remota. Dicitur autem Analogiſmus à uerbo Græco, ἀναλογίζομαι, quod inter cætera ſignificat ratiocinari, & firmiſſimis argumentis aliquid colligere.

Analogiſtæ, tutores qui non tenentur rationem reddere mercis adminiſtratæ.

Analogos, ἀνάλογος, Proportione reſpondens.

Analýtica, orum, n. ſ. ἀναλυτικὰ. Nomen eſt duorum librorum Ariſtotelis, quibus ille iudicandi, ſiue (ut alij loquuntur) argumenta reſoluendi, partem exequitur. Nomen deductum eſt à uerbo ἀναλύειν, quod reſoluere ſignificat, nonnunq; etiã diiudicare. Budæus in Com. linguæ Græcæ.

Analphabeti, ἀναλφάβητοι, A Græcis dicuntur, qui ne elementarias quidem literas nouerũt, quos Fulgentius Abecedarios appellat, in 3. Mythologicõn. Budeus in Pandectis.

Anamnéſis, ἡ, ἀνάμνησις, Latinè commemoratio dicitur.

Anancæon, n. ſ. ἀναγκαῖον Neceſſarium Latinè dicitur: Figura quam uolumus oſtendere neceſſitudinem naturæ, aut temporis, aut alicuius perſonæ: quale eſt illud Demochatis: Nihil ualebat aſſidua pro fratre ac miſericors deprecatio, quum iudicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturæ neceſſitudinem extinguebat. Rutilius Lupus li. 1.

Anánchites, anánchitidis, ἀναγχίτης Gemma, de qua ſic Plin. lib. 37. cap. 11. Anachitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum.

Anangites. Rubus Dioſcoridi.

Anantapódoton, ἀνανταπόδοτον. Schema eſt, quo Græci frequentius uruntur quàm Latini, quũ ſcilicet oratio alicuo membro deſtituitur.

Anantia, arum, capilli à fronte dependentes.

Anapæſtus, m. ſ. ἀνάπαιστος, Pes ex duabus ſyllabis brevib. & ex tertia longa componitur ἐκ ἀνά re. & παίω ferio, eò quòd repercutiat dactylum ſono reciproco. A Græcis ἀντιδάκτυλος dicitur: quaſi dactylo contrarius. Cic. lib. 3. Tuſcol. Non adhibetur ulla ſine anapæſtis pedib. exhortatio.

Anaphalis, ἀναφαλίς, Herba eſt, quæ notiore nomine Gnaphalium & à quibuſdam Centunculus appellatur.

Anáphora, f. p. ἀναφορά, ſeu Epanaphora, ἐπαναφορά pen. corr. Figura quam nos Relationem ſeu Repetionem dicere poſſumus, quæ fit, quoties in principio ſingulorum uerborum, aut uerſuum eadem pars orationis repetitur, hoc modo: Verres colũniatores apponebat, Verres de cauſa cognoſcebat, Verres pronũtiabat. Virg. 1. Aen. Nate meę magnã potẽtia ſalue, Nate patris ſummi. ¶ Anaphora etiã ſcanbones ſeu aſcẽſiones ſignorũ uocabãtur, ab Oriente cæleſti ad occaſum mũdi quotidiano motu, ex inclinatione cęleſtia, nũc maiores, nũc minores. Firmic. ſed iſtis tãdiu non laborabit, quoad ſignificatus fuerit anaphora cõpleta.

Anapodégetos, ἀναπολόγητος, Latinè inexcuſabilis.

Anarchos, ἀνάρχος, Sine principe, uel principio. Ambr. lib. Hexã. Dedit ergo principiũ mũdo, dedit etiã creaturæ inferiori, ne anarchõ, id eſt principio carẽtem, crederemus.

Anarrhinon, ἀνάρρινον, Quod & Antirrhinum, herba eſt anagallidi ſimilis, radice nulla aut peresigua, ſemine nitidas nares imitante: unde & nomen habet. Galenus Bucranion appellat. Galli Oculum cati. Vide Plin. lib. 25. ca. 10. & Ruellium lib. 3. cap. 13.

Anas, atis, pen. genitiui corr. f. c. Anis notiſſima ex genere amphibiorum: ita dicta ab aſſiduitate natandi. νῆττα. [Ital. Anitra. Gal. Cane ou conart. Hiſp. Anade. Ger. Ein ánt.] Martial. lib. 13. Tota tibi ponatur anas, ſed pectore tantũm, Et ceruice ſapit: cætera redde coquo.

Anaticula diminutiuum eſt, νηττάριον. [Ital. Picciola anitra. Gal. Petite cane ou petit canar. Hiſp. El anadino ò anadina. Ger. Ein ántle, ántvögelin.] Ci. 5. de Fin. Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti uidemus boues.

Anatinus, na, num, pen. prod. νηττινός. [Itali. Coſa di anitra. Gal. De Cane ou canar. Hiſp. Coſa pertenicientes à las anades. Germ. Das zů der ánten gehórt.] Plaut. in Rudente, Vtinam fortuna anatina nunc uteret: ut quum exiſſem ex aqua, arẽrem tamen.

Anatarius, Qui anates cuſtodit, paſcitue, νηττοφύλαξ.

Anātĭnus, a, um, Quod ex anate eſt: ut, Anatariæ plumæ: ſiue quod ad anates pertinet: ut, Anataria aquila, νηττοφόνος ἀετός, quæ anates uenatur. Plin. lib. 10. cap. 3.

Anaſphoros, ἀνάσφορος. A quibuſdam nocatur Herba, quã Græci πτερίδια, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus. Quidam uerò hoc ut pleraſq; alias herbarũ nomenclaturas apud eundem inter notha referre malunt.

Anaſtŏmōſis, ἀναστόμωσις, A medicis appellatur apertio uenarum, quando ſcilicet uenarum orificia amplius æquo aperiuntur: quod fit aut propter uaſorum imbecillitatem, aut propter ſanguinis ad orificia affluentis copiam. Gal. lib. 4. & 7. Methodi. Eſt autem nomen hoc deductum à uerbo Græco ἀναστομόω, quod Latinè foueo aperio.

Anaſtrŏphe, ἀναστροφή, inuerſio, uel peruerſio dicitur. Eſt enim (ut docet Diomedes) duorum uerborum ordo prepoſteros: ut, Italiam contra, pro contra Italiam.

Anăthēma, n. ſ. ἀνάθεμα. [Ital. Scomunica. Gal. Excommunication, excercitation. Hiſ. Deſcomunion. Germa. Ein fluch, ein verbannter] Idem quod Deteſtatio, uel execratio. Item donarium, quod dijs ſuſpenditur in columna, uel pariete templi ἀπὸ τῦ ἀναθέναι, hoc eſt à ſeponendo, uel ſuſpendendo: aut certè ab eo, quòd nefas eſſet ea loco mouere. ¶ Homines quoque ſacri, quorum capita deorum alicui dicata, Anathemata appellantur. Vide Budæum in Comment. Linguæ Græcæ.

Anăthēmătizo, zas, Denouco, deteſtor.

Anătŏciſmus, m. ſ. ἀνατοκισμός. [Ital. Rinouamento d'uſure, quando l'uſura acquiſtata entra nel principale & fa uſura. Gal. Renouuellment d'uſure, quand les arrierages ſe baillent encor' à uſure & ſortiſſent nature de ſort & principal. Hiſp. Renouamiento de uſura, uſura ſobre uſura. Ger. Der wúcher da man zinſs anlegt, das die ſelbigen wider zinſs tragend, zinſs von zinſen.] Eſt uſuræ uniuerſaria reuolutio, & quas uſuras uſurarum uocant. Cicer. ad Attic. Interim quum in edicto tranſlatitio centeſimas me obſeruaturum haberem cum anatociſmo anniuerſario.

Anătŏmē, mes, ἀνατομή, Diſſectio, uel conſectio, quum ſcilicet humanum corpus diſſecatur, ut uenæ, nerui, & cætera à medicis conſpici poſſint.

Anarrĕtum, ἀναρρῖτον, Apud Dioſcoridem lib. 3. legitur inter nomenclaturas Gnaphalij herbæ. Quanquam non deſunt, qui & hoc malint inter notha referre.

Anaxyris, ἀναξυρίς. Herba eſt notiſſima, quam & Oxalidem Græci, & Latini Rumicem appellant. Ita dicta, quòd folia eius calceorum ſolea imitentur, quæ & anaxyrides quandoq; Græcis appellantur.

Ancæſa, n. ſ. dicta ſunt ab antiquis uaſa, quæ cælata nocamus, quòd circumcædendo talia fiant. Ipſum quoque Cælare uerbum ab eadem cauſa dictum eſt, d cum l permutata, Feſtus.

Anceps, ancipitis, om. c. Quod utrinq; acutum eſt, ἀμφίγομφος. Anceps (inquit Feſtus) ſignificare uidetur, quod ex utraq; parte caput habet, ut ſecuris, bipẽnis. Sed magis à capiendo, quod ex utraq; parte æquè capiatur, appellatum eſt. Lucil. Vecte, atque ancipiti ferro cffringam cardines. ¶ Accipitur pro dubio, ſiue ambiguo, ἀμφίβολος, ἀπαμφοτερίζων. [Ita. Dubio. Ga. Doubteur, incertain. Hiſ. Dudoſo. Ger. Zweifelhafftig.] Ci. pro Marcel. Incertus eſt exitus,

& anceps fortuna. Idem 1. de Natur. deor. Beſtiæ quaſi anciptes, in utraq; ſede viuentes.

Ancetum, ſyluestris cucumer, apud Dioſco.

Anchites, Lege Anachites.

Anchŏra, pen. corr. Ferreum inſtrumentum, quo naues retinentur, quod & Græcis ἄγκυρα vocatur. unde & Latini vocem hanc procul dubio mutuārunt, α tenue in ſuam aſpiratam, & υ in ο commmutantes. [Ital. Anchora. Gall. Ancre. ou croc de fer dequoy on retient les nauires. Hiſp. Ancla ò ancora de la naues. Germ. Ein ancher, Oder groſs eylin hacken an dem man in dē meer die ſchiff behalter.] Cicer. 7. Ver. Vela fieri præcidi anchoras impetrauit. ¶ Et quia nautæ tempeſtate iactati, quando feliciter nauigandi nulla ſpes ſupereſt, ad anchoram confugiunt, qua erecta nauim eodem in loco retinent. donec fœlicius nauigandi ſe offerat occaſio: factum eſt ut Sacram anchoram prouerbialiter dicamus pro extremo profugio. Vnde etiam prouerbiali figura apud Euripidem Hecuba Polydorum famili æ, gentiſq; ſuæ anchoram nominat, Ὃς μοι σὺν ἄγκυρα ἐμῶν. Qui iam ſolus generis ſupereſt anchora noſtri. Dicemus itaq; Anchora domus pro refugio & columna domus. ¶ Præuertit anchoræ iactum Deus, Ἀλλ' ἀντὶ πασῶν τῶν ἐν ἄγκυραις θεός, dicimus quū res præter ſpē euenit. Traductū à nautis quib. accidit ſæpenumero, ut quum nitantur anchoram iacere, id portum appulſuri, repellantur à uentis, & in mediam tempeſtatem reuocentur. ¶ Duabus anchoris fultus, ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖ, Duabus nixus in portu, ſubaud. anchoris. De firmis & immotis, & qui rem ſuam probè conſtabilierunt. Meminit Ariſt. in Pathh. Huic ſimile eſt, Bonū eſt duabus niti anchoris. ¶ His contrarium eſt, Rupta anchora, de his qui repente tanquā magnum quiddam facturi prodiſſent: deinde falſa omniū expectatione turpiter & indecorè ſe geſſiſſent in negotio. ¶ Sacram anchoram ſoluere, ἱερὰν ἄγκυραν χαλάσαι, prouerbialiter dicitur, quoties ad extrema refugia confugitur. Translatum à nautis qui maximam ac ualidiſſimam anchoram, ſacram uocant: eamq; tum demum mittunt, quum extremo laborant diſcrimine. Vide Lucia. in Ione, & in Drapetis, & Euripidem in Hecuba. ¶ Anchoras tollere dicitur à Varrone non ſine prouerbiali ſpecie, pro moliri diſceſſum.

Anchorarius, m. ſ. ἀγκυράτης, Qui curam anchoræ habet, ut eam uel demittat, uel eleuet.

Anchorarius, a, um, Quod ad anchorā pertinet: ἀγκυρᾶιος. ut, Funes anchorarij. Hircius, Storias autem ex funibus anchorariis tres fecerunt.

Anchoralis, lis, le. adiect. ἀγκυρ[α]ικός. Plin. lib. 16. cap. 8. Vſus eius anchoralibus maximè nauium piſcantiumq; tragulis. Anchoralis tractus. Liu. 7. belli Maced.

Anchuſa, f. p. ἄγχουσα, Herba eſt lactucæ foliis, radicem habens digitali craſſitudine, colore ſanguineo, æſtate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt. Galli uocant Orchanettam.

Anciſē, per ſimplex l. pen. prod. n. t. ἀγκύλαστρον, [Ital. Scudetto, brochiero. Gal. Vn eſcuſſon court ou bouclier. Hiſpa. Eſcudo redondo. Ger. Ein ronder ſchilt den mā im krieg brauchet, ein rondelen.] Scutum breue erat, autore Feſto, ita ex utroq; latere reciſum, ut nullos angulos uideri poſſet, & ſummum infimumq; eius latus medio pateret. Dictum ab Am & Cæſum, quaſi Anciſum: uel ab ἀγκῶν, quod eſt cubitus: uel ab ἀκὼ remedium, quoniam peſtilentiæ remedium fuit. Ferunt Numæ Pompilij tempeſtate de cœlo deciduiſſe, unaq; editam uocem, omnium Potentiſſimam fore ciuitatem, quandiu in ea manſiſſet. Itaq; facta ſunt eiuſdē generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cæleſte poſſet. De hoc Ouid. lib. 3. Faſtorum, Ecce leui ſcutum uerſatum lenitèr aura Decidit: à populo clamor ad aſtra uenit. Et paulò pòſt, Idq; ancile uocat, quod ab omni parte reciſum eſt. Quemq; notes oculis, angulus omnis abeſt. Liu. lib. 1. Salios item duodecim Marci gradiuo legit, tunicæ pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicā, æneū pectori tegmen: cæleſtiaq; arma, quæ ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, ſolennique ſaltatu iuſſit. Horat. lib. 3. Carm. hoc Ancilium declinauit, quū ait, Ancilium nominis, & togæ: Iuuenalis uerò adiectiuum poſuit, quum dixit, clypeis ancilibus.

Ancile, inciſsio eſt, tendinum circa collum uel articulos, propter quam impeditur functio. Galen. de Definit.

Ancilla, f. p. ἀμμά. [Ital. Fante, ſerua. Gal. Chamberiere. ſeruāte. Hiſ. Sierua eſclaua, ò moca de ſeruicio. Ger. Ein dienſt magt, dienſt iūgfram.] Mulier ſerua. Nomē deductū putauit Feſtus ab Anco Martio, q is in bello magnū feminatū numerū ceperit. Siue quòd antiq Ancularе dicebāt miniſtrare. Ex quo dij quoq; ac dex feruntur coli, quib. nomina ſunt Anculi. & Anculæ. Plin. lib. 2. ca. 65. Terra mortalium ſemp ancilla. ¶ Quæ ſemel ancilla, nunquā hera. Vt uulgò iactatum refertur in Græcis Epigram. Μήποτε δεσπόσσα γυνή, δούλειαι γένοιτο. Εἰ δὲ παφθενικήν, id eſt, Siqua ancilla ſemel fuit haud unquam dominetur, ut prouerbium habet. Videtur ideo dictum quòd qui ex humili fortuna ſubuchuntur ad res amplas, ſoleant eſſe cæteris inſolētiores, minusq; tolerabiles quàm qui felices naſcuntur.

Ancillula, διεκπαιδίου, Diminutiuum ab ancilla. Terent. in Eunu. Nónne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam, &c. Cice. 1. de Orat. Iuris ſcientiam eloquentiæ, tanquam ancillulam pediſequamq; adiunxiſti.

Ancillaris, adiect. quod ad ancillā pertinet. Δούλιος, Δουλικός. Salu. in Ciceronē, Cui inſidias in ciuitate feciſti ancillaris.

Ancillariolus, ancillæ addictus, qui ancillam amat. Δουλοφιλανδρικός. Mart. lib. 12. Ancillariolum tua te nocat uxor, & ipſa Lecticariola eſt: teſtis Alauda pares.

Ancillor, laris d. p. διακονέω. [Ital. Miniſtrare. ſeruire. Gal. Seruir, s'aſſugettir à quelqu'un comme ſon ſeruant. Hiſ. Seruir como eſclauo ò moca. Ger. Ein dienſt magt ſein, Dienē.] Miniſtro uel dedico me adminiſtrandū, ac ſeruiendū, more ancillarū, quæ ſuis miniſtrāt ac ſeruiunt heris, Ci. in Saluſtium, Non enim uni priuatim ancillatus ſum.

Anclabra. Vaſa ſunt quib. ſacerdotes utebantur, Anclabris (inquit Feſtus) eſt mēſa miniſterijs apta diuinis. Vaſa quoq; in ea, quibus Sacerdotes utuntur, anclabra appellantur. Sunt q legāt Antlabra ἀπὸ τῦ ἀντλεῖν, hoc eſt ab hauriēdo

Anclare, lege Antlare.

Ancones, Vaſa ſunt cubitalis. Paul. de fundo inſtructo. I, tabernæ, inquit, Doliaria uaſa, ancones, calices, trullæ.

Anconiſci, ἀγκωνίσκοι, Inſtrumenta tortoria. ¶ Item ferramenta oneribus ſuſtinēdis idonea, quæ à Gallis corruptè Angones uocantur: cuiuſmodi in cellarum uinariarum columnis uidemus, quibus incumbunt ligna, quæ dolia ferunt. Dicta à ſimilitudine cubiti, quem ἀγκῶνα Græci appellant. Nam & plerique dormientium cubitis, ita hiſce ferramentis onera innituntur.

Anctеres, ἀγκτῆρες, Vincula ſunt, quibus uulnerum labra conſtringuntur, ne latior fiat cicatrix. Gal. 5. Therapeut. Itē pars colli, ſuffocationi maximè obnoxia. ἀπὸ τῦ ἄγχειν. Vide Cælium Rhod. lib. 4. cap. 2.

Ancylas, & Ancyclopes nunc apare ſolent articulorum detentiones, originem ad denſitatem, obſtructionemq; uel nerualem quampiam extenſionem referentes.

Ancuriſma, Vinoſi uaſis enecuatio, uel ſpiritalis materiæ ablatio per diapeſin ſolutæ.

Ancyloglоſſum, ἀγκυλόγλωσσον, Vinculū nerueſum ſub lingua, in pueris præſertim, quod Filum Vulgò appellatur. Eximitur autem inſtrumento, quod ἀγκυλότομον appellant. Vide Paulum Aeginetam lib. 6. cap. 19.

Anculi, Et Anculæ, dii, deæq; ancillarum putabātur. Feſtus.

Ancyromachus, m. ſ. ἀγκυρόμαχος. pen. corr. Genus nauigij eſt, ita dictum, quòd anchoris, & reliquis nauigij inſtrumentis uehendis ſit aptum.

Andabatæ, [ἀνδαβάται. Combatenti à la cieca.] Gladiatores erant, qui oculis clauſis digladiabantur Cic. Trebatio, Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. De Andabatis ſic ſcribit Eraſmus: Andabatæ fuerint ne populi clauſis oculis ſoliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clauſis oculis tenderēt in aduerſarios, an potius ludus genus, ut propemodum ex Seneca licet coniicere, nondum (ut ingenuè fatear) ſatis compertum habeo.

Andinus, adiectiuum: ut Andinus uates: cantus Andinus. Silli. lib. 8. Mantua muſarum domus, atq; ad ſydera cantu Euecta Andino, id eſt, Virgiliano. (ea dicitur.

Andrachnē, f. t. ἀνδράχνη. Herba eſt, quæ à Latinis Portulaca

Andrachne agria, ἀνδράχνη ἀγρία, Herba eſt maiori ſem-

perui-

prime ſimilis, ſed foliis minoribus. quæ à Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca ſylueſtris. Vide Ruel. li. 1. ca. 140.

Andrógynus, Et. *ἀνδρόγυνος*, pen. prod. Mulier animum uirilẽ habens, *ἀπὸ τῆ ἀνδρὸς καὶ γυναικός*, Latini Viraginem uocant.

Androdámas, m. t. *ἀνδροδάμας*, Lapis eſt ex genere hæmatitarum, colore nigricante pondere ac duritia inſignis, qui uultus coti ſuccum reddit ſanguineum. Vide Plin. lib. 36. cap. 10. ¶ Eſt præterea Androdamas, gemmæ nomen, quæ argenteum nitorem habet: ut adamas, quadrata & ſemper mollis ſimilis cui Magi putant nomen impoſitum ab eo, quòd imperatus hominũ & tracũdias domet, *ἀπὸ τῆ δαμάζειν τὰς ἀνδρας*, hoc eſt à domãdis uiris. De hac Plin. li. 36. c. 10.

Andrógynos, m. ſ. *ἀνδρόγυνος*, pen. corr. Qui utrunq; habet ſexum, & maris fœminæ: cuiuſmodi Hermaphroditum fuiſſe Poëtæ fabulantur, Mercurij & Veneris filium, *ἀνὴρ* & *γυνή*. Cic. de Diuin. Quid ortus Androgyni nõne ſatale quoddam monſtrum fuit?

Andron, m. t. *ἀνδρὼν*. A quibuſdam putatur eſſe locus in ædibus, parietibus undiq; ſeptus, ſed fere ſine tecto. Plin. in Epiſt. Tam alti abditiq; ſecreti illa ratio eſt, quòd interiacens andron parietem cubiculi hortiq; diſtinguit, atq; ita eorum ſonum medij inanitate diſtinguit. Feſtus locũ eſſe in ædibus longitudine anguſtiorẽ, in quo uiri plurimũ verſantur, ut *γυναικεῖον* in quo mulieres. Solebant enim uiri publico ſcito in conuiuijs maximè à mulieribus ſeiungi, ne illorum moribus accumberent. Suidas quoq; Andronem interpretatur locum in ædibus, in quem uiri ſolent cõuenire. Dicebatur huiuſmodi locus etiã Andronitis: quòd in eo uiri ſine interpellationibus mulierũ uerſarentur, ut ſcribit Vitruuius lib. 6. ¶ Eſt etiam Andron (ſicut ſcribit Ptolemæus) oppidum inferioris regionis Nili.

Androniũ, Medicamẽtũ eſt unũ, quę in fine faueũ naſci ſolet, curãdæ utile. Et cõfectionẽ uide apud Celſũ li 5. c. 14.

Androſæmõ, *ἀνδρόσαιμον*. Herba eſt ſimilis Hyperico, cauliculis tamen maioribus, ac magis rubentibus. Florẽ habet luteo coloris, qui digitis attritus, ſuccum emittit ſanguini ſimilem: unde & nomen habet, *Αἷμα* enim apud nos ſanguinem ſignificat. De hac herba uide Plin. lib. 26. cap. 7.

Androſaces, *ἀνδρόσακες*, Herba eſt in martimis Syriæ locis copioſiſſimè proueniens, alba, carens foliis, folliculos in cimis habens, & in folliculis ſemen. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

Anecloglíſti, orum, m. ſ. *ἀνηκλόγιστοι*, apud Vipian. in. l. ita autem intelligendi: qui rationibus reddendis ſoluti.

Anellus, m. ſ. *μικρὸς δακτύλιος*. [Ital. Anelletto. Gal. Anelet. Hiſ. Pequenno anillo. Ger. Ein ringly.] diminutiuũ ab Annulo. Horati⁹ in Ser. ſæpe notatos Cõ trib. anellis, modo læua Priſcus inani. Ci. Cuius imaginẽ nõ modò in rabulis noſtris familiares, ſed etiã in poculis, & anellis habebãt.

Anémõe, pen. prod. *ἀνεμώνη*. [Ital. Anemone, Gal. Coquelourdes ou paſſefleur. Hiſ. Amapellas de flor chiquita: Ger. Klein oder groſs Klapperroſen.] Herba eſt florem habens eiuſdem nominis, caduca leuitate ſtatim euaneſcentem quem poetæ fabulantur ortum eſſe ex ſanguine Adonitis ab apro interempti. Galli uocant Herbam uenti, quòd ſtatim ut uẽto floribus ſuis ſpolietur, quos illi Coquelordes appellãt. Meminit huius herbæ Nicãder in Theriacis & Theocritus in Bucol. Flos eſt purpureus, aſpectu ſatis amœnus, ſed nullã odoris gratia commendatus. Vnde ortum eſt prouerbium *ῥόδον ἀνεμώνη συγκρίνες*, hoc eſt, Roſam cum Anemone confers. Conuenit in eũ qui uehementer imparia in ſe componit. Dicta putatur Anemone, quòd niſi uentoſum ne (quem *ἄνεμον* uocant Græci) non aperiatur.

Anemoſphãros, *ἀνεμόσφαιρος*. Herba eſt ex naporum genere, quæ receptiore nomine Bunion appellatur.

Anethum, n. ſ. *ἄνηθον*. [Ital. Anethio. Gal. Anet. Hiſ. Eneldo. Ger. Dill.] Genus herbæ boni odoris, etiam hodie in cibis nomẽ retinẽs, ructus mouens, tormina ſedans, & ſingultus cohibens. Plin. lib. 20. cap. 18.

Anfractus, m. q. Dicuntur obliqui uiarum flexus, in ſeſe recurrentes, Ab Am & frango, quod recta uia crebris meandris undiq; ſic interrupta. *περιόδους*. [Ital. Rottura & uolta de uia. Gal. Vn deſtour en rond ou deſtour de rue. Hiſ. Rodeo de camino aſpero. Ger. Krümb rund vmbgang der wägen, vmbwendung oder rauch wie Inn den Schencken ſind.] Cæſar. Oppidi mœnia ab planitie, atq; initio aſcenſus, recta ratione, ſi nullus anfractus intercederet, M C C. paſſuũ aberat. ¶ Tranſfertur & ad alia, accipiturq; ſimpliciter proquouis circuitu. Ci. de Partit. Orat. Oratio circũſcripta lõgo anfractu. Idẽ de Diuinat. Iã uerò quid opus circuitu & anfractu? ¶ Legitur & Anfractũ neutro genere apud ueuſtiſſimos. Accius Euryſace, citante Nonio, Super Oceani ſtagna alta patris terrarũ anfracta reuiſam.

Angári, *ἄγγαροι*, teſte Suida, Nuntii erant regij apud Perſas, qui & *ἀγγάρηλαι* uocabantur. Quod tamen nomen poſtea latius uſurpari cœpit, p quibuſuis qui ſeruorũ aut inmentorum onera baiularent. Horum diuerſoria, in quæ peracto diei penſo diuertebant, Angaria, *ἀγγαρεῖα*, uocabãtur, Quod etiam annotauit Cælius Rodig. lib. 18. cap. 8.

Angária, *ἀγγαρεία*. [Ital. Angaria, grauezza. Gal. Charge, cõtrainte. Hiſ. Duana ò ſeruidumbre. Ger. Ein genõtigter dienſt, zwang.] pen. prod. Dictio Perſica, ut inquit Suidas, Propriè ſeruitus coacta. Vnde ſiquis cogitur plus ſoluere publicanis quàm licear, angaria eſt. Inde *ἀγγαρεύω*, cogo. ¶ Budæus ſic habet, Apud Perſas erat *ἀγγαρεῖον ἀρίσημα*, curſus pernicioſiſſimus equitũ, ut ſcribit Herodot. in 8. unde nomẽ Angariæ, & Perangariæ in libris iuris lectitatum manauit: eſt enim nomen Perſicũ. Noſtrates Poſtas, quaſi poſitos collocatoſq; in certis locis, & ſemper in procinctu excubantes, appellant.

Angélus, m. ſ. *ἄγγελος*, Latinè nuntius: nam officii nomen eſt, non naturæ. Semper enim ſpiritus ſunt: ſed quum mittuntur, uocantur Angeli. Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuntijs aptum.

Angina, Vide Ango.

Angẽ, genus ſerpentis, qui eruciator & expatbarius dicitur. Eſt & nomen fluuij in Illyrico.

Angíportus, quarti ordinis: & angiportum, n. ſ. Via eſt exitũ non habens: uel uicus anguſtus & flexuoſus in modum anguis: quaſi anguſtus ad portam aditus: ab angendo & portu. *στενωπός*. [Ital. Via ſenza capo, angiporto. Gal. Rue ſelle, ou qui eſt ſans iſſue. Hiſ. Calle angoſta ò ſin ſalida. Ger. Ein eng gäſslin das nit durchgengig iſt.] Vlp. Angiportũ à portu dictũ eſt. Portus uerò, concluſus & munitus locus eſt, quemadmodum & ſtatio: ab in portandis, exportandis q; mercibus nomen habens. Teren. in Adelph. Id quidẽ angiportum non eſt peruiũ. Cic. 4. in Verrẽ, Vt omnib. in angiportis prædonis improbiſſimi ſtatuę ponantur. Idẽ 1. de Diuin. Ex horreis direptũ effuſumq; frumentũ uias omnes angiportuſq; cõſtrauerat. ¶ Alij à Græco *ἀγχί*, quod ſignificat ꝑpè, deductũ uolunt, quòs nõ lõgius extenditur.

Ango, angis, anxi, ſine ſupino uſitato, a. t. *ἄγχω*. [Ital. Affannare, anſiare, anſare. Gal. Eſtrangler, tormenter, engoiſſer. Hiſp. Angoſtiar ò congoxar. Ger. Tringen, trucken, engſtigen.] Idẽ eſt quod cruciare, ſuffocare, premere, uexare. Et modò ad animum, modò ad corpus, modò ad utrunq; promiſcuè pertinet. ¶ Ad animum. Ci. Epiſt. fam. li. 16. Audite animo angi. Gellius, Chilo præſtabilis homo ſapientiæ, quònam uſq; debuerit contra legem, contraq; ius pro amico progredi, dubitauit eaq; res in fine quoq; uitæ ipſo animum anxit. ¶ Ad corpus Col. lib. 9. Cauendum eſt ut tenerior ſeparetur à ualidioribus, quia robuſtus angit imbecillũ. ¶ Ad utrumq; promiſcuè. Gell. Dum Pyrrhos rex intra Italiam eſſet, & unam atq; alteram pugnam proſperè pugnauiſſet, ſatisq; angerentur Romani, & pleraq; Italia ad regem deſciuiſſet. Plaut. pro abſumo poſuit in Aulul. Tum. anxiſſe aquã ſiquis petet. Deducitur *ἀπὸ τῆ ἄγχω*, quod eſt ſuffoco, ſtrãgulo: à quo Synanche morbus faucium acutus, ut dictum eſt in dictione Angina. Dicimus autem, Angor animi, uel animo, *ἀνθυμεῖν*, *ἀνθυμῶς ἔχειν*

Angor, oris, m. t. Corporis uel animi cruciatus. *ἀθυμία*. [Ital. Affanno, doglia. Gal. Angoiſſe. Hiſ. Angoſtia, anſia, ò cõgoxa. Ger. Angſt bekümmernuſs.] Ci. Toſ. Angor, eſt ægritudo premẽs. Idẽ 1. de Fi. Sic robuſtus animus & excelſus, omni eſt liber cura & angore, quòſi & mortem contemnit. Anxietas & anxietudo. Ci. lib. 2 de Rep. Quantaq; anxietudo prona ad luctum, & mœrens, ſemper ſeipſa ſolicitans.

Angina, pen. pro. f. p. *συνάγχη*. [Ital. Langinanzia. Gal. Squinance. Hiſpa. Eſquinancia. Ger. Geſchwulſt im halſs oder der kälẽ, ſo die loffrör verhinderet zäpflywee.] Genus morbi acutiſſimi, quo fauces anguntur ac ſtrangulantur. Imperitum uulgus medicorum Squinantiam uocat. Dicta angina, quòd angat guttur, uiamq; ſpiritui præcludat. Plautus, Vellem me in anginam uerti, ut hoc anicolæ faucis

præoccuparem. ¶ Festus Pompeius indicat loco iactatum in eos qui uino præfocantur, laborare uinaria angina, quã *συνάγχην* possis dicere.

Anguillæ, f. p. Piscũ solæ exanimes non fluitant, quas non ouo, non coitu procreari scribit Aristoteles. *ἐγχέλεις*. [Ital. *Anguille*. Gal. *Angoilles*. Hisp. *Anguillas*. Ger. *Ael*.] Dictæ anguillæ, quod specie anguem repræsentent. Plin. lib. 9. ca. 51. Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta uiuiscunt, nec alia est earum procreatio. Plaut. in Pseu. Anguilla est, elabitur. ¶ Canda tenes anguillam, *ἀπ' ὀρᾶς τὴν ἔγχελυν ἔχεις*. Prouerbium est, in eos aptè dici solitum quibus res est cum hominibus lubrica fide perfidisq; : Aut qui rem fugitiuam atq; incertam aliquam habent, quam tueri diu nõ possint. ¶ Huic diuersum est illud, *τῷ ὄφεϊ τὴν ἔγχελυν*, Folio ficulno anguillam, subaudiendum, tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, quàm ut possit elabi. ¶ Anguillas capere, *ἐγχέλεις θηρᾶσθαι*, Quadrabit in eos quibus tranquillo Reip. statu nihil est emolumenti: Proinde seditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum in suum priuatum uertant commodum. Inde ducta similitudine, quòd quũ aqua stat immota, nihil capiunt qui captant anguillas: quum uerò sursum ac deorsum miscent ac perturbant aquam, ita demũ capiunt. Prouerbium extat apud Aristoph. in Equitibus.

Anguis, Tam fœminini quàm masculini generis, serpentis genus est satis notum, & propriè illud (ti Seruio credimus) quod in aquis degit *ὕδρις*. [Itali. *Serpente*. Gall. *Serpent, couleuure*. Hispa. *Culebra* ò *serpiente*. Ger. *Ein schlang*.] Frequentissimè tamen etiam de terrestribus dictum inuenitur. Virg. 5. Aeglog. Frigidos, ò pueri, fugite hinc latet anguis in herba. Valerius lib. 1. Sylla consul, sociali bello, quũ in agro Nolano ante prætorium immolaret, subitò ab una parte aræ prolapsam anguem prospexit. Cornc. Tacit. Vnã omnino anguem in cubiculo uisam narrare solitus est. Frequentius tamen masculino genere profertur.

Anguĭculus, m. *ὀφίδιον*. [Ital. *Serpentello*. Gal. *Serpente au, petit couleuure*. Hisp. *Pequeno serpiente*. Germ. *Ein schlángle ein kleine schlang*.] Diminutiuũ ab Anguis, ut apud Cic. 5. de Finib. Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Anguĭfĕr, penul. corr. Signum cæleste, quod à Græcis dicitur *ὀφιοῦχος*. Colum. Anguifer quum mane occidit, tempestatem significat. Ci. 2. de Nat. deor. Atq; hæc quidem à tergo: propter caput autem Anguitenens.

Anguĭnĕus, a, um, adiectiuum, Quod anguium est, aut quod ex anguibus constat. *ὀφιώδης*. [Ital. *Cosa da serpente*. Gal. *De serpent*. Hisp. *Cosa de serpiente*. Ger. *Das von der schlángen ist, oder zů der schlangen gehört*.] ut, Anguineæ comæ Medusæ, apud Ouid. 4. Tristium: & Anguineus capillus Eumenidum, apud Catullum, ¶ Item quod ad anguis similitudinẽ accedit: ut, Anguineus cucumer. Columel. li. 2. ca. 9. Hoc est oblongus, & ad anguis similitudinem cõtortus. Plin. dicitur Erraticus, lib. 20. cap. 1.

Anguinus, a, um, Idem: ut Anguina uernatio, *χῦρας ὄφεως*, pro pelle quam uerno tempore angues exeunt. Plin. lib. 10. cap. 5. Anguinum ouum. Plin. lib. 29. cap. 3. Præterea est ouorũ genus in magna Galliarũ fama, omissum Græcis. Angues innumeri æstate cõuoluti, saliuis faucium corporũq; spumis artifici cõplexu glomerantur: Anguinũ appellatur.

Anguitia, tiæ, uide Angitia.

Anguimanus, ni, Elephãtorum epitheto est, propterea quòd proboscis eorum quę manus uocatur, in omnem partem anguium more facilè flectitur, & uertitur. Lucr. lib. 5. Anguimanos belli docuerunt uulnera Pœni Sufferre, & magnas Martis turbare catervas.

Anguipedes, A pœtis dicti sunt Gigantes, quasi loripedes, quod pedes tortuosos habuisse fingantur, ficut angues se tortuosos faciunt. *ὀφιπόδες*. Ouid. 1 Metam. qua centũ quisq; parabat Inijcere anguipedum captiuo brachia collo.

Angŭlus, pen. corr. A geometris dicitur, id quod resultat ex duabus lineis in idem punctum desinentibus. *γωνία*. [Ita. *Angolo*, ò *cantone, canto*. Gal. *Angle, coing*. Hispa. *Rinco*. Ger. *Ein eng, winckel*.] ¶ In ædificijs item anguli dicuntur, ubi duo parietes coeunt. ¶ Item in agris & regionibus, ubi duo latera conueniunt, atq; in acutũ desinunt, angulus appellatur. Cæsar 5. belli Gall. Huius lateris alter angulus, qui est ad Cautium, &c. ¶ Et quoniam anguli in ædificijs reliquis partibus ferè sunt obscuriores, & sentiores, factũ est, ut angulus accipiatur pro loco quouis secreto & abdito. Terent. in Adelph. Interea in angulum aliquò abeam. Cic. in Catil. Nemo non modò Romæ, sed ne ullo quidem in angulo totius Italiæ fuit, &c.

Angellus, li, *γωνίδιον*. Paruus angulus, Lucr. lib. 2. Sed magis angeliis paulum prostantibus.

Angŭlātus, a, um, *γεγωνιωμένος*. [Ital. *Fatto à cantoni*. Gal. *Fait à angles*. Hisp. *Hecho à rincones*. Ger. *Geeckt*.] Cic. de Nat. deor. Esse corpuscula quædam læuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata.

Angŭlōsus, Habens plures angulos. *γωνιώδης*. [Ital. *Di pie cantoni*. Gal. *Qui à plusieurs coings*. Hisp. *Lleno de rincones*. Ger. *Das vil eck hatt*. *Eckáchtig*.] Plin. li. 37. ca. 11. Figura oblõga maximè probatur, deinde quæ uocatur lẽticula, postea clypeodes & rotunda, angulosis minima gratia.

Angularis, & hoc, lare, Quod habet angulos. *γωνιαῖος*. Cato de re Rust. cap. 18. Pilas ex lapide angulari.

Angulatim, *κατὰ γωνίας*, Aduerb. significans per angulos.

Angustus, a, um, ab angulus. *στενός*. [Ital. *Stretto*. Gal. *Estroit, serré*. Hisp. *Angosto, y estrecho*, ò *apretado*. Ger. *Eng*.] Arctus, eò quòd anguli semper coarctentur: ut, Angusta domus. Cic. 1. de Finib. Angustissimæ fauces, Cæsar 1. bel. Ciui. Angustioribus foliis. Plin. lib. 13. cap. 21.

Angusto, as, id est stringo. *στενοχωρέω*. [Ital. *Strignere*. Gal. *Estrecir*. His. *Angostar, estrechar*. Ger. *Eng machen*.] Luc. lib. 5. Quã maris angustat fauces saxosa Carystos.

Angustans, Angustatus, Angustandus, participia. Catul. Cuius iter cæsis angustans corporum aceruis. Ci. Somn. Scip. Omnis enim terra quę colitur à nobis, angustata uerticib. lateribus latior. Seneca de Tranquil. uitæ, Angustanda certè patrimonia sunt, ut minus ad iniurias fortunæ simus expositi.

Angustè, aduerbium. *στενῶς*. [Ital. *Strettamente*. Gal. *Estroitement, serrément*. Hisp. *Estrechay apretadamente*. Germ. *Eng*.] Cæsar 3. bel. Ciu. Ad rem frumentariam expedicandam, qua angustè utebantur.

Angustĭa, æ, f. p. Locus arctus, & minimè amplus, cuiusmodi sunt montium fauces. *στενοχωρία*. [Ital. *Angustia, strettezza*. Gal. *Destroit, destresse*. Hisp. *Angostura, estrechura*. Ger. *Enge eines orts*.] Cæsar 3. Bel. Gal. Tamen angustijs uiarũ quàm maximè potest, contrà it. Idem, Qui prior has angustias occuparit, ab hoc hostem prohiberi nihil esse negotij. Transfertur & ad alias res: ut, Angustia orationis. Angustias erarij, Angustia etiam corporis & animi. Cæsar. Neminẽ, qui ei in tot rerum angustijs subueniret habebat.

Angustĭæ, as, uetus nomen, pro Angustia, Actius, Sed angustiatem inclusam, ac saxis squalidam. Nonius.

Anhēlo, as, pen. prod. n p. ex An, & Halo, m, in n, mutata, significat ægrè halo, quum uidelicet ex cursu, aut alio quouis labore uehementi, crebris quasi singultibus spiratur, ac respiratur. *ἀσθμαίνω*. [Itali *Spirare, fiatare ansare*. Gall. *Haleter, halener, souffler*. Hisp. *Acezar* ò *sospirar desseando*. Ger. *Keichen mit arbeit athmen*.] Colum. lib. 1 cap. 5. Sed antè ad præsepia boues religari non expedit, quàm sudare, atq; anhelare desierint. ¶ Vnde, & p ardẽter cupio per trãslationem poni consuevit. Cice. in Cat. Tandem aliquãdo, Quirites, Catilinam furẽtem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, &c.

Anhēlātor, m. r. Qui est suspitiosus & pneumaticus, quod uitium consistit in spirandi difficultate. *ἀσθματικός*. [Itall. *Chi ansa & spande grosso fiato*. Gal. *Qui a son vent & haleine, à grãd peine*. Hisp. *El que mucho sospira* ò *acezo*. Ger. *Keichig, der mit arbeit vñ engbrüstikeit oder süst athmet*.] Plin. 22. Anhelatoribus, & in tussi uetusta cum porro ex aceto datur.

Anhēlatus, participiũ. *ἐκπνευσθείς*. Ouid. in Epist. Medea ad Iasonem, Isset anhelatos non præmedicatus ad ignes.

Anhēlatio, onis, spirandi difficultas. *πνιγμώδωσις*. [Ital. *Affanno, difficultà di respirare*. Gal. *Difficulté d'auoir son haleine*. Hisp. *Acezo* ò *sospiro*. Ger. *Das keichẽ, das schwár athmẽ*.] Pli. li. 11. c. 21. Prodest & orthopnoicis, & anhelationi.

Anhēlĭtus, us, pe. cor. Ipse spiritus, uel respirãdi actus. *ἄσθμα*. [Ital. *Fiato*. Gal. *Haleine, ou difficulté d'halener comme quãd quelqu'un à couru*. Hisp. *Acezo* ò *sospiro*. Ger. *Der athẽ*.] Plaut. in Epid. Animo malè est, accipiã anhelitum.

Anhēlus,

Anhelus, a, um. Idem quod anhelans, ægrè anhelitum ducẽs. ἀσθμαίνων, πνευματτώδης. [Ital. Che spira con difficultà. Gal. Qui à peine peut avoir son haleine. Hisp. El que mucho suspira ò aceza. Ger. Der schwärlich athmet, seycher.] Virg. 1. Georg. Nosq; ubi primus equis Oriens afflauit anhelis. Idẽ 1. Georg. Senib. medicitur anhelis: id est suspiriosis.

Anicetum, ἀνίκητον. [Ital. Anisо. Gal. Anis. Hisp. Anis. Ger. Anis.] A quibusdam appellari semen, quod notiore nomine Anisum nocamus, autor est Plin. lib. 20. cap. 17. propterea quòd appetentiam excitet. A Græcis, quæcunq; orexim faciunt, ἀνίκητα dicuntur, quasi inuicta. Non aliam etiã ob causam Dioscorides eandem appellationem anetho tribuit, li. 3. ca. 60. Vide ea quæ ibi annotauit Marcellus Virgi.

Anciana, later pyrorum genera reponuntur. Vide Colu. li. cap. 10. & Catonem cap. 7.

Anicularis, Vide Anus.

Anilis, Anilitas, Aniliter, uide Anus.

Anima, s. p. ψυχή. [Ita. Alma, anima, fiato, aria. Gal. L'ame, la vie, l'aer que nous respiroos. Hisp. Anima, ayre. Ger. Die seel.] Corporum viuentium, hoc est stirpium, & animaliũ tam rationalium, quàm ratione carentium, pars nobilior, qua unumquodq; illorum viuit, alitur, sentit, aut ratiocinatur. Ea in stirpibus simplex est, quam Altricem appellãt, qua scilicet illæ alimentum attrahunt, retinent, & in universas sui partes distribuunt, illisq; assimilant: & quod in alimoniam uerti non potest, excernunt. Brutis uerò animantib. anima duplex est, quæ à nobiliori sua actione Sensus appellatur, sub se comprehendens altricem, non secus atq; in tetragono trigonus comprehenditur. Longè autẽ nobilissima homini est anima, quæ à ratione, qua solus homo utitur, Rationalis appellatur. Hæc re quidẽ una est, ex triplici aũt actione tria sortitur nomina, modò altrix fit ac Vegetatrix, modò Sentiens, modò Ratiocinatrix appellata. ¶ Accipitur item Anima, pro animo, pro uita, pro spiritu: de quibus uide testimonia in dictione Animus. ¶ Anima & uita, Ζώη, καὶ ψυχὴ, de re supra modum suaui. Proverbium natum in cubilibus, atq; inde deductũ in cõmunem sermonem: quo utuntur Iuuenalis & Martialis. ¶ Anima debet, τὴν ψυχὴν ὀφείλει: Donatus in eo loco Phormionis Terent. Quid si animam debet? admonet Proverbium esse de eo qui immodico ære alieno teneatur, ut plus quã omneis facultates debeat, ac denique seipsum debeat. ¶ Simili figura, Omnia præter animam tradita, dicuntur qui nihil non dederunt aut debent præter animã: quo usus est Cic. pro Rosc. Amer.

Animula, s. p. ψυχάριον. [Ita. Animetta. Gal. Petite ame, vie mõdrette. Hisp. Pequeña anima. Ger. Ein kleinfüge seel.] Diminutiuum ab Anima. Seruios Solp. ad Cic. lib. 4. In uni us mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere commoueris?

Animal, n. t. ab anima. Est substantia animata sensibilis. ζῶον, ἐμψυχον. [Ital. Animale. Gal. Vn animant, ce qu'a vie ave sens, cõme les hommes & les bestes. Hisp. Animal, que tiene anima. Ger. Ein thier, was das läben hatt vnnd empfind.] Plin. lib. 10. cap. 65. Bipedum solus homo animal gignit. Cic. 1. de Legib. Animal prouidum & sagax homo.

Animalis, & hoc animale, om. t. Quod est ex animali, siue qd habet in se animam. ψυχικός. [Ital. Vitale. Gal. Viuant & animant, aiant ame. Hisp. Cosa de vida.] Vnde ueteres Animales deos dixerunt, qui de animalibus essent facti, ut Penates. ¶ Animalis item dicitur spiritualis. Cic. lib. 5. Tusc. Sensili animi sint animales. Huius contrarium est Exanimis qui non est animal, uel qui sine anima est. Plaut. in Asin. Nam neq; Bellona mihi unquã, neq; Mars creduat, Virum exanimalem faxo, si conuenero, Niue exhæredem suo patri faxo.

Animalis hostia, Dicebatur quæ ob eam solum causam mactabatur, ut eius anima Deo alicui offerretur. θυσία ψυχική. Deo enim (ut inquit Macrobius) erant hostiarum genera duum, in quo uoluntas Dei per exta disquiritur, Altera, in quo sola anima Deo sacratur: quas Aruspices animales hostias idcirco appellant.

Animalis, le, adiect. πνευματικός, πνευματικὸς. Qui animum & spiritum habet. Cicer. 2. de Natura deorum. Principio enim terra sita in media parte mundi, circumfusa undiq; est hac animabili spirabiliq; natura, cui nomẽ est aer.

Animalitas, Pro ipsa animali essentia, τὸ ψυχικόν.

Animãduerto, n. t. Id est animum aliquò uerto, siue sensus in illud quod fit, intendo, cogito, intueor, considero. βάλλομαι εἰς νῦν προσέχω τὸν νῦν, κατάσκεμαι. [Ital. Cõsiderare. Gal. Auiser, prendre garde, apercevoir. Hisp. Mirary estar atento hazia alguno. Ger. Vnarnemmen, fleyssig mercken.] Plaut. Animaduerte hominem subalbidum. Cicer. 1. de Diuin. Experrecta nutrix animaduertit dormientem circumplicatum serpentis amplexu. ¶ Cum accusatiuo mediante præpositione In, significat punire. κολάζειν. [Ital. Punire. Gal. Punir, chastier. Hisp. Punir y castigar alguno. Ger. Straffen.] oppugnare, uerberare, iram exercere. Cicer. in Verr. Act. 1. Tu qui statueras animaduertere in eos qui perperam iudicassent. ¶ Interdum sine præpositiõe. Idem in Verrem, Act. 2. Atq; ea sunt grauiter animaduertenda peccata, quæ difficilè præcauentur. ¶ Inuenitur etiam ablatiuo iunctum, in eadem significatione mediante præpositione A, uel Ab. Terent. in And. Ea primum ab illo est animaduertenda iniuria, id est castiganda & uindicanda.

Animaduersio, s. t. Quod modo considerationem significat. ἐπίγνωσις, ἐπιλογισμός. [Ital. Considerazione. Gal. Considération. Hisp. Aquella obra de mirar hazia alguno. Germa. Vnaarnemmung, Aufmercken.] Cic. 1. de Finib. Interesse enim inter argumentum, conclusionem q; rationis, & inter mediorum animaduersionem. Modò punitionem, quã κόλασιν, Græci uocant. [Ital. Punitione. Gal. Chastiment, punition. Hisp. Punicion, castigo. Ger. Straaff.] Idem 1. Offic. Omnis autem & animaduersio, & castigatio contumelia uacare debet.

Animaduersio, m. t. Punitor. κολαστής, [Itali. Chi punisce. Gal. Qui punit, chastieur. Hisp. Castidor. Ger. Ein einstraffer.] Cic. 1. Offic. Si acres ac diligentes esse uolumus animaduersores uitiorum, magna sæpe intelligimus ex paruis. Apuleius, Exponam breuiter, quid animaduersor meus fecit.

Animaduersus, Perspectus, cognitus. διανοιβές. [Ital. Conosciuto. Gal. Conneu. Hisp. Conoscido. Ger. Verstanden, gemerckt.] Cæsar, Hac re animaduersa, Cæsar iubet signa cõuerti. ¶ Item animaduersus, qui supplicio affectus est. κολασθέις. [Ital. Punito. Gal. Chastié. Hisp. Castigado. Ger. Gestraafft.] Paulus Iurecon. Corpora animaduersorum, quibuslibet petentibus, ad sepulturam danda.

Animæquus, a, um, moderatus, tolerans, minimè querulus in aduersis: denique omnia æquo animo ferens, ἐυγνώμων.

Animæquior, com. t. qui est animo æquiore & tranquilliore, ἐυγνωμονέστερος.

Animus, &, Anima, in hoc differunt, quòd anima sit uitæ, animus consilij. Nam anima, in homine est, qua uiuimus, & sentimus, & mouemur: ita ut contineat uim uegetandi, mouendi, & sentiendi: quæ omnia communia sunt nobis cum cæteris animantibus. Nam ipsa aluntur, crescunt & gignunt, mouentur præterea, & sentiunt. ¶ Animus, ἀνδρεῖα, [Ita. Lo spirito humano. Gal. Ame, esprit, corage. Hisp. Anima rational con que entendemos. Ger. Das gemüt.] uerò est, quo homines sumus, quo sapimus & intelligimus. Quæ uis non est educta de potentia materiæ, sed à Deo immortalis de nihilo creatur eodem tempore, quo & infunditur in corpus nostrum. Cic. lib. 1. Tusc. sic differit: Animum autem alij, animam etiam ferè nostri declarant nominari. Nam & Agere animam, & Efflare animam dicimus, & Animosos, & Bene animatos, & Ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima est dictus. Sciendum tamen est, animum pro anima plerunq; sumi, ut apud eundem in Catone, Qui si in hoc erro, quòd animos immortales credam, libenter erro. Et iterum, Sic mihi persuasi, sic sentio, quum tanta celeritate animarum, &c. Eius contrarium est Inanimis, qui anima caret. Similiter Exanimus, siue Exanimis, Semianimos, qui semiuiuus est, ἡμιθνής. ¶ Plautus in Mostel. Prouerbialiter dixit, Nihil est miserius, quàm animus conscius. Conscientia enim mille testes. ¶ Aliquando accipitur pro uoluntate siue affectu & delectatione. ψυχαγωγία. Plaut. in Edi. Captiuã adulescentulã de præda mercatus est. Quid ego ex te audio? T. Hoc qd fabulor. E. Cur eã emit? T. Animi causa. F. Quot ille animos habet? Hinc fit Vnanimis, ὁμόψυχος, qui unius est animi, id est uoluntatis. ¶ Munerum animos optimus, ἥνιον δὲ τι θυμὸς ἄριστον: Græcis hemistichium Heroicum pro

uerbiale, quo significatur, in amicorũ muneribus non esse spectandum rei missæ pretium, sed mittẽtis potius animũ. ¶ Volens nolente animo. Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. Hemistichium Homer. Iliad. lib. Δ. dicendum ubi quis fingit se nolle quod cupit: uel contrà. Nonnunquam de ambigente, animiq; incerto dicitur, ut apud Eurip. in Hecuba. ¶ Animus habitat in auribus, ἐν τοίσιν οἰκεῖ τῶν ἀνθρώπων ἑκὰς θυμός. Herod. in Polym. Cuius Adagii is est sensus, quòd ex ijs quæ audimus, maximè placatur aut irritatur animus. ¶ Quandoq; pro spiritu, siue fletu, ac uento: unde anima uel animus nomen accepit. Nam ἄνεμος Græci dicunt, quem nos Ventum. Cic. 1. Tusc. Si anima animus est, fortasse dissipabitur. Teren. in Adel. Animum recipe, id est respira. Pro eodem etiam legitur Anima: & (ut opinor) frequentius quàm Animus. Cic. de Vniuer. Inter ignem & terrã aquã Deus, animamq; posuit. Virg. 8. Aen. Quantũ ignes, animæq; ualent. ¶ Ponitur etiam Animus pro animositate, siue fortitudine, & animi alacritate. Cic. Attic. lib. 2. Nostris animus accessit: timor hostibus iniectus est. Idẽ lib. 3. Labieni aduentu noster Cneus multò animi plus habet. ¶ Animus heptaboeus, Θυμὸς ἑπταβόειος, de forti dictũ. Epithetum sumptũ à clypeo Aiacis, quẽ Homerus ἑπταβόειον appellat, quod septem boum tergoribus esset obductus atq; obid impenetrabilis. Ouid. dominus clypei septemplicis Aiax: Somptum est Adagiũ ex Ranis Aristoph. ¶ Aut minus animi, aut plus potẽtiæ, ἢ φρονεῖν ἐλάσσω, ἢ λύκου δεῖ μεῖζον. Conuenit in feroces, quorũ arrogantiæ non suppetant uires: Aut, qui non timent irritare quẽ uincere non possint. Vtitur Plutarch. in Lacon. ¶ Mulieris animos γυναικὸς φρένες. Dogenianus ostẽdit dici solitũ in stultos. Videtur aũt magis quadrare in imbelles & incõstantes. ¶ Non abijcit animum: De eo qui ne afflictissimis quidem rebus, spem aut consilium abijcit. ¶ Recipere animum. Conuenit, quum quis re subitaria consternatus, postea recipit sese. ¶ Animos quoq; plurali numero, eleganter dicimus, pro feroci quadã animositate, quæ scilicet habeat arrogantiæ nonnihil coniunctum. Cic. pro Flacco, Remittant spiritus, cõprimant animos, sedent arrogantiã. Idẽ pro Cluentio, Notatis animos eius & spiritus Tribunitios. ¶ Legitur etiã animus pro Memoria, ut annotauit Seruius in illud Vir. 9. Aeg. Omnia fert ætas, animũ quoq;. ¶ Frequenter etiã anima pro uita accipitur. Salust. At nobis est damnum pia, foris res alienum, mala res, spes multò asperior: denicq; quid reliqui habemus præter miserã animã? Iuuenalis, Iunonem, & uentis animã committe, dolato Confisus ligno, digitis à morte remotus Quatuor aut septem, si sit latissima teda. ¶ Animã quoq; pro animo positam legimus, hoc est pro mente. Macrobius, Tunc enim anima libera est, & nulla corporis cogitatione impedita. ¶ Item pro uento, ut suprà ostendimus. ¶ Sæpe etiam pro halitu oris, siue spiritu. Plaut. in Asin. Dic, amabo, an fœtet anima uxoris tuæ? Virg. 3. Georg. animas & olentia Medi Ora fouẽt illo. Terent. Hoc ubi audiui, ad fores suspenso gradu placidè ite pertexi, accessi, astiti, animã cõpressi, aurẽ admoui. Plautus, Ne quid emittat animæ dormiens. ¶ Pro eodem etiã Græci ψυχὴν dicunt, à uerbo ψυχάω, quod est refrigero. Nam quæ plus æquo calent, anima, hoc est spiritu, refrigeramus. ¶ Anima item accipitur pro ira. Idẽ, Animam comprime. ¶ Hinc animosus, & Animatus, pro iracũdo: de quibus infrà. ¶ Varro posuit Animã pro sono. Et Phrygias audire animas. Virg. pro ipso homine: Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriã peperere suo, &c. In homine aũt quatuor animas esse constat: Vitalem scilicet quæ in uermibus est, qui tantum mouentur: Sensualẽ, ut in brutis animalibus, in quibus est sensus & timoris & gaudij: Intellectualem, quæ est in hominib. tantũ, qui & cogitare & iudicare possunt: & quæ infrà omnes est Physicã, hoc est, naturalem, ut ea quæ est in arboribus & herbis, quæ etsi non mouentur, ultam tamen habent, cum nascantur, crescant & pereant.

Animulus, diminut. θυμίδιον. Plaut. in Cas. Mi animule, mi Olympio, mea uita.

Animo, as, a. p. Fortem reddo: & quasi animum induco, siue animũ incito: & fit ab Animus descendit. παθαρσύνειν, προθυμίαν ἐμβάλλειν. [Ital. Incorare, inanimare. Gal. Donner corage, enhardir. Hisp. Esforcar, dar coracon. Ger. Mũtig vnd gehertzt machen.] Claudia. li. 3. Qualis pestifera animare ad prælia taxos Torua Meiera ruit. Macrobius, Animati sunt ergo uereres ad faciendam discretionem. ¶ Aliquando animare est animam inducere, & uiuificare. ψυχόω. [Ital. Mettere l'anima. Gal. Bailler vie ou ame viuante & sentant. Hisp. Dar anima y uida. Ger. Das lében gében.] tunc ab anima, siue ab animo, quũ pro anima capitur, deducitur. Col. lib. 9. Diebus quibus animantur ova, & in speciem uolucrum conformantur.

Animans, substant. fœm. uel neut. generis, ferè pro animali accipitur, quod Græci ζῷον uocant. [Ital. Animale, animante. Gal. Vn animant, qui à vie & sens. Hisp. Animal. Germ. Ein thier, oder was ein lében hatt.] Cic. de Nat. deor. Animantium aliæ corijs tectæ, aliæ uillis uestitæ. Idem 1. de Legib. Nam quom cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominẽ erexit. Inuenitur & genere masculino. Horat. 2. Sermo. sed hic stylus haud petet ultrò Quemquam animantem. Cic. de Vniuersi. A quo enim animante omnes reliquos cõtineri uellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua omnes reliquæ formæ concludantur. ¶ Nonnunquã latius extenditur Animantis appellatio, præsertim in neutro genere, ad omnia scilicet, quæ habent animã: ut sunt arbores, frutices, & herbæ, quibus animam alentem inesse cõstat, quã philosophi recentiores Vegetatiuã appellant. Itaq; uiuere & mori illa dicimus: nec animalia tamẽ, sed animãtia nuncupãtur, ut docet Senec. li. 2. Epistol. moral. ¶ Animans uerò adiecti. ἔμψυχος. Idẽ est quod animã habens. Autor ad Herennium lib. 4. Sed inuentio similium facilis erit, siquis sibi res omnes animantes, & inanimãtes frequẽter ob oculos poterit ponere.

Animatus, ab animo fit, sicut à tunica, Tunicatus, à galea, Galeatus: & significat idẽ quod Animo, aut uoluntate aliqua affectus. Διακείμενος. [Ital. Disposto nell'animo ad una impressa. Gal. Qui à cœur, ou courage. Hisp. De animo y uoluntad. Ger. Gearter gesinnet.] Cic. D. Bruto. Ita paratus, seu animatus esse debes, ut nihil facias nisi iussus. Id est eã uoluntatem habere debes.

Animatus, participi. Qui habet animã. ἔμψυχος. Cic. Tusc. 2. Animatum quod est, id motu cietur interiore & suo.

Animitus, pen. breui, Significat animotenus, uel tanquam ipsum animum, ψυχεθεν, quemadmodum Occulitus & Medullitus.

Animatio, f. t. uerbale, ab animando. ἐμψύχωσις. [Ital. Riempimento di vita. Gal. Don d'ame, don de vie. Hisp. Obra de dar anima. Ger. Lábend machung.] Cic. de Vniuer. Erant sitæ animantium genera quatuor, quorum unũ diuinum, atq; cæleste: alterum pennigerum, & aerium: tertium terrestre: quartum diuinæ animationis.

Animatus, us, uerbale nomen, Idem quod animatio. ἀνάπνευσις. Plin. li. 11. ca. 3. Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipso spiritu uiuentia docuimus.

Animosus, Habens in se uehemẽtiam animi, siue qui est elati spiritus, quiq; ad iracundiam est procliuior. θυμώδης, θυμοειδής. [Ital. Ammoso. coraggioso. Gal. Corageux, hardi, de grand cœur. Hisp. De grande animo y esfuerco. Ger. Ge hertzt, mütig, vnerschrocken, herzhafft.] Ouidius, Pyrrhus Achilleides animosus, imagine patris. Ci. in Cat. Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia. Virgilius, Quos animosi Euri assiduè frãguntq; ferũtq;. Ex quo animæ potentia, qua ad iram inciteamur, Animosa θυμικὴ appellatur. ¶ Inuenitur etiam Animosus, pro nodoso per translationem positum. Virg. 1. Georg. Luxuriatq; toris animosum pectus. Vbi Seruius Animosum interpretatur nodosum: nõ malè tamen Animosum pectus intelligere possumus, quod animositatis indicium est.

Animosè aduerb. θυμοειδῶς, ἐμψύχως. [Ital. Animosamente, con gran core. Gal. Corageusement, de grand cœur. Hisp. De animo y de coracõ. Ger. Manlich, dapferlich.] Magno animo. Cic. 4. Phil. Nec soldm id animosè & fortiter, sed cõsideratè etiam, sapienterq; fecerunt.

Animõsitas, f. t. Est uehementia, & impetus animi, sedẽ habẽs in corde, quã Speusippus definit esse impetũ uiolẽtũ partis animæ irrationalis, absq; ratione & ordine mẽtis. θύμωσις. [Ital. Animosità, coraggio. Gal. Corage, grand cœur. Hispa. Grandeza de animo y esfuerco. Ger. Hertzhafftikeit, manlikeit, Dapferkeit.]

Anienus, na, num, Propertius. Sive Aniena tuos tinxerit unda pedes, Anieni nomen indidit Anius rex Hetruscorũ, qui insequens Cethegum filiæ raptorem, quum eum assequi non

non pollet, in flumina infilijt, ibiq; extinctus, vt Anio nocuerit, effecit.

Anisum, ἄνισον. [Ital. *Aniso*. Gal. *Anis*. Hisp *Matalohuga*. Ger. Eniss.] Herba est, caulem, folia, & flores habens fœniculo similia: unde etiam à quibusdam Fœniculum Romanum appellatur. Semen fert in umbellis, cibis condiendis in primis utile, herbæ suæ nomine Græcis, Latinis, Germanis, & Gallis cognitum. Plin. lib. 20. cap. 17. Anisum à Pythagora inter pauca laudatur, siue crudum siue decoctum. Ité, Vinde anisum omnibus quæ condiuntur, quæq; intinguntur, desyderatum: fœtorẽ tollit manducatũ, mox uino consũtũ uultum iuniorẽ præstat: appetentiã ciborũ facit.

Annascor, d. t. Iuxta nascor, προσφύομαι. Gellius, Denteis quos in septem primis mensibus, & septenos ex utraq; par te gigni, & cadere annis septimis, & genuinos annasci annotauere bis septenis. Hinc Agnatus, Agnatio in quibus subauditur n, quæ pro d ponebatur, & mutatur in g.

Annales, Annalis, Annarius, Vide Annus.

Annauigo, as pen. co. προσπλέω. [Ital. *Nauigare* fino à qual che loco. Gal. Nauiger iusques à quelque lieu. Hisp. Nauegar hazia algo. Ger. Zůhin schiffen, anlenden.] Ad aliquẽ locum nauigare, ex ad & nauigo. Plin. lib. 16. ca. 18. Sanè conspicuè undiq; annauigantib. sitæ sunt in parte Africæ.

Annecto, is, annexi, annexum, a. t. προσσείρω. [Ital. *Attaccare* ò ligare à qualche cosa. Gal. Attacher ou lier à quelque chose. Hisp. Trauar una cosa à otra. Ger. Zůbindẽ anknüpfen.] Annectere. Simul nectere, alligare. Plin. lib. ca. 17. Epistolas annexis eorum pedibus Celsus lib. 4. ca. 5. Morbus qui modò caput scapulis, modò mentum pectori annectit. Cicero 2. de Nat. Deo Paulo supra, quam ad linguam stomachus annectitur. Plin. lib. 28. cap. 9. Cor annexum in lana ouis nigræ.

Annexus, huius annexus, ἐπιπλοκή. Igitur numero colonos rum opportunitate fluminum uber agri annexu connubiisq; genitum, adolemit floruitq;

Annitor, pen. pro. eris, d. t. Conor intentius, & incumbo ad aliquid agendum. φιλοτιμῶμαι. [Ital. Sforzarsi, fare sforzo. Gal. S'efforcer à faire quelque chose. Hisp. Esforbar Ger. Sich ernstlich zůthun underston.] Salust. Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro prætore missus est, annitente Cratio, qui eum infestum inimicum Cn. Pomponio nouerat. Cum Lælio, Sic natura solitariũ nihil amat, semperq; ad aliud, tanquam adminiculum, annititur, quod in amicissimo quoq; dulcissimum est.

Annisus, & **Annixus**, ἐπιχείρησις, κατείσοδος, ἀναμίν. Liu. 1. ab Vrbe, Et patres reficere intercessores legis annisi sunt. Idem lib. 4 Patres summa ope annixi sunt.

Annisurus, & Annixurus. Liu. 2. ab Vrbe, Annisurum, ut apparere exilio sibi iratos, non fractos animos esse. Idem lib. 1. Quòd annixurus pro se quisq; sit προσνομαχίαν.

Annomi. ătio, Est (inquit autor ad Heren. lib. 4.) quum ad idem verbum & nomen accedit commutatione uocũ, uel additione unius literæ, aut literarum: aut syllabæ, aut syllabarum, aut quum ad res dissimiles similia uerba accõmodantur. A Græcis uocatur παρονομασία.

Annonarius, nos, a, um, pen. pro. quod ad annonam pertinet, σιτηγικός, ut Naues annonariæ, quibus annona comportatur. ut apud Cæsarem in Comment.

Annoto, as pen. cor. a. p. Iuxta siue ad aliquid noto, inscribo, signo. ἐπισημαίνομαι, ἀποσημαίνω. [Ital. *Annotare*. Gal. Noter marquer. Hisp. Notar ò senalar sobre otra cosa. Ger. Zů zeichnen, aufzeichnen, auffschriben.] Last. lib. 6. Et nouem libros suos nefarios, ac Dei hostes annotare. ¶ Annotare etiam dicitur, qui memoriæ causa aliquid refert in commentarium suum. Colum. lib. 11. cap. 3. Scire unde data sit, meminisse, atq; annotare, quid, & quando, & cui detur. ¶ Annotare etiam pro decernere. Sueto. in Caligula cap. 27. Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum nocentes cõparari crebrò annotaret, ex noxijs laniandos annoscu. Budæus. ¶ Annotare reos absentes. Et, annotati requirendi rei Marcel. de Requir. reis. Anni spatium ad occupanda bona eius, qui requirendus annotatus est, pertinet.

Annotator, oris, m. t. σημάντωρ. Qui aliquid annotat. Plin. in Præfa. Nam cuius ante medium diem distentus solitudine, spectator, annotatorq; conuiuis tuis imminet? Parcit obseruator, ut uidelicet notet, & obseruet quàntũ quisq; aut edat, aut bibat.

Annũătim, Quotannis, seu singulis annis. κατ' ἔτος. [Ital. Ogn'anno. Gal. Par chacun an. Hisp. Cada un ano. Ger. Jerlich.] Qua uoce usus est Hieron. referẽs Plinium prodidisse, singula millia talẽtum thuris annuatim pensitasse Arabas regibus Persarum. Locus Plinij, quem citat Hieronymus, est libro 12. cap. 17. ubi tamen Annua legitur, non Annuatim.

Annũlus, li, uide Anulus.

Annũmĕro, as, pen. cor. a. t. προσαριθμέω. [Ital *Aggiongere* ad un numero, annomerare. Gal. Annombrer, adiouster, au nombre, conter & patier. Hisp. Contar una cosa sobre otra. Ger. Da zů zellen, zů der zaal thůn.] Propriè significat numero aliquid addere, uel ad numerũ aliquid adiungere. Cicero 1. de Diui. Atq; his libris annumerandi sunt sex de Rep. ¶ Interdum idem est quod simpliciter numerare. Cic. 1. de Nat. Deor. Vt eorũ molestũ sit annumerare sententias. Idem de Optim. gen. Orat. Annumerare uerba lectori.

Annuntio, as, are. προσαγγέλλω. [Ital *Annontiare*. Gal. Annoonter, porter nouelles. Hisp. Denunciar ò traer nueuas. Ger. Verkünden.] Idem quod Nuntiare. Plin. lib. 7. ca. 52. Animam relicto corpore errare solitam, uagamiq; è longinquo multa annuntiare. Cicero Attic. Eiq; interea, ut scribis, salutem annuntiabis.

Annuo, is, ere, n. t. Propriè est nutu, id est capitis signo, assentior. προσνεύω. [Ital. *Assentire* acennar de il cel capo. Gal. Faire signe de la teste qu'on est contente s'accorder & consentir à quelque chose. Hisp. Otorgar inclinando la cabeca. Ger. Mit dem haupt winckẽ oder zeichen gåben, Verwilligen.] Cicero prima Verr. id mihi significasse & annuisse uisus est. Idem de Orato. Id quoque toto capite annuit. Virgil. 9. Aeneid. Annuit & totum nutu tremefecit Olympum. Annuere, pro affirmare. Plaut. Bacchid. Ego autem ueterum annuo.

Annus, Tempus est 365. dierum, & horarum circiter sex, quo Sol cursum suum conficit. ἐνιαυτός, ἔτος. [Ital Anno Gal. An, année. Hisp. Ano. Ger. Ein Iar.] Nominis ratio uaria traditur. Quidam enim dictum existimãt ab Am, circũ, & No, fluo. Seruius ab annulo deducit, quòd in se redeat, quasi annulus. Ad quam originem etiam Virgilius alludere uidetur, quũ ait: Atq; in sua per uestigia labitur annus. Nam mensibus in se currentibus uoluitur. Sol enim per duodecim Zodiaci signa excurrens, annum conficit. Vnde apud Aegyptios, ante inuentas literas dracone picto suam mordente caudam iudicabatur. Alij à uerbo Græco ἀνανεόω deriuant, quod significat renouo, quia semper renouatur. Alij à Græco ἴνω, unde & τρίννυον dicũ, quod nos Trimum. Triplex autem olim fuit annus. Lunaris, triginta dies habens: Solaris, qui duodecim continet mẽses, qui dicitur Solis anfractus, quum peractis trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante, ad eadem syderum loca redit: qui etiam Annus uertens dicitur. Item Magnus annus, quem esse uoluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus. Et hoc fit secundum Ciceronis Hortensium, post annos duodecies mille, nongentos, quinquaginta quatuor solares. Anni uerò quatuor sunt tempora, diuisa in ternos mensis. Ipsorum quoq; temporum faciunt talem discretionem ut primo mense Ver nouum dicatur, secundo Adultum, tertio Præceps uel extremũ. unde est, Extremæ sub casum hyemis. Idem quoq; de æstate, autumno, & hyeme dicendum est. Annum primò Eudoxis, pòst Hipparchus, deinde Ptolemæus, ad ultimũ Cæsar deprehendit. ¶ Annus Saturni (πρὸν ἐνιαυτός) à quibusdã dicitur, qui est quadraginta annorum. ¶ Annus Arcadum trimestris fuit. Aegyptij Lunæ senio annum terminabant, apud quos etiã singula millia annorũ quidam uixisse prodantur. ¶ Prouerbiali schemate dictum à Iuuenale in uetulã iam ἐξωρον quidẽ & ad Veneris lusus prorsum inẽpestiuam, sed quæ uerborum nequitijs puellam etiam dũ ageret. Facies tua cõputat annos. Hoc est frontis rugæ numerũ annorũ tuorũ præferunt: quanquã libido nondũ in te consenuit. ¶ Magnum os anni, μεγα στόμα τῦ ἐνιαυτῦ. Dicebatur quoties uberior rerum prouentus, aut uilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim rustici magnificentius loqui, largiusq; polliceri spe prouentus uberioris. ¶ Anno senior fio. Quoties aliquid nobis magnopere molestũ significamus, senescere nos etiam uulgò dicimus. Aristoph. in Ranis,

¶ Sem-

¶ Semper ſuperioris anni prouentus melior, *Κὰτὰ πέρυσι βελτίω*. Quum præſentia diſpliceant, & anteferuntur anteacta. Diogenianus. Sẽper metaphora ab agricolis, qui ſemper de præſentis anni fructibus queruntur apud dominos.

Annales, m. t. Dicuntur res geſtæ, quæ de anno in annum in hiſtorias redigũtur: noſtriq; temporis eſſe poſſunt. *ὑπομνήματα*, *ἐνιαύσια*. [Ital. *Annale*. Gal. *Anales*, chroniques. Hiſ. Cronica de tiempos. Ger. Jarbücher, Chronichen in welche man verlauffne ding verzeichnet.] unde Virg. 1. Aen. Et nacer annales noſtrorum audire laborum. Hiſtoria res geſtas narrat, & ab ætatis noſtræ memoria remotas. Cic. lib 2. de Orat. Erat enim hiſtoria nil aliud niſi annalium confectio. Gellius ſic habet, Rectè annaleis hiſtorias appellaueris, ſed non continuò quicqbid hiſtoria fuerit, annales appellare poſſis. ſunt enim utrq; rerum geſtarum narratio. Earum proprié rerum ſit hiſtoria, quibus gerendis interfuit is qui narrat: Annales uerò quum res geſtæ plurium annorum, ſeruato cuiuſq; anni ordine, memoriæ traduntur. Quum autem non per annos ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur, Diarum, *ἐφημερὶς*, uocatur. Præterea hiſtoria non ſolùm res geſtas longo ordine explicat, ſed & conſilia quibus geſtæ ſunt, exponit, & conciones facit, & acies inſtruit, & ſitus locorum deſcribit. Annales ſingulorum annorum geſta breuiſſimè notant. Vnde Annales Piſonis, & Saluſtij hiſtorias dicimus.

Annalis, & hoc Anuale, m. t. Quod ad annos pertinet *ἐνιαύσιος*. [Ital. *Annale*, annuale. Gal. Annuel. Hiſp. Anal. Ger. Das zů dem Jar gehört.] Vnde Legem annalem dixerunt, quæ præſcribebat legitimam ad petendum magiſtratum ætatem. Cicer. de Legib. Ciuitatem annali lege ſeruanto. ¶ Dicitur & tempus annale, quod eſt unius anni. Varro, Et quoniam tempora duorum generum ſunt: unũ annale, quod ſol circuitu ſuo finit: alterum menſtruum, quod luna circumiens comprehendit.

Annarius, a, um. Idem quod annalis: ut, Lex annaria ab antiquis dicebatur, qua finiuntur anni magiſtratus capiendi, ut inquit Feſtus.

Annellus. Cic. 7. de Finibus, Epicurei imaginem non modò in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis & in annellis habent.

Annicerij. Cicero tertio. Offic. Anniceri philoſophi ab Ariſtippo.

Anniculus. Quod eſt unius anni: ut, Anniculus puer, Annicula puella. Anniculum iumentum. *ἐνετὲς*, *ἐνιαύσιος*. [Ital. D' un' anno. Gal. D' un an. Hiſ. Coſa pequena de un ano. Ger. Járig, das eins Jars alt iſt.] Nec de animalibus tantùm, ſed etiam de inanimatis: ut. Anniculæ uites. Plin. lib. 15. Ergo plantaria inſtituunt, anniculasq; transferunt, & iterum bimas. De pueris tamen magis dicitur per diminutionem, & ijs omnibus quæ adhuc incremẽtum accipere poſſunt. Vide Vallam Eleg. lib. 1. cap. 5.

Annifer. adiect. *ἐνιαυτοφόρος*. Plin. lib. 19. cap. 7. Quædam & radice & ſemine, ut cæpa, allium, bulbi, & ſiquorum radicem annuorum relinquunt.

Annilis, hoc annile, omn. t. penul. prod. dicitur quaſi ſenilis & ætate grandi, *πολιητὶς*. Col. lib. 2. Parentem omnium terram ſicut muliebrem ſexum ætate annili confectã, progenerandis eſſe fœtibus inhabilem. Quanquam in caſtigationibus exemplarib. non annili legitur, ſed anili, quod etiam comparationi illi, quam ibi Columella ab ætate muliebris ſenio effœtæ, ad terræ ſterilitatem transfert, multò eſt accommodatius. Satius itaq; erit, niſi aliud teſtimonium afferatur, ab hac uoce abſtinere. Nam apud Columellam proculdubio anilis legendum eſt unico n. Eſt autem anilis, denominatiuum ab anus, idem ſignificãs quod ad anũ pertinens, ut anilis fabula: anilis ætas, *γραώδης*.

Anniuerſalis, & hoc anniuerſale, om. t. Anni circulus, *ἐνιαύσιος*.

Anniuerſārius, a, um, Quod ſingulis annis ſtatuto tẽpore reuertit ur, ſicuti Sacra anniuerſaria. *ἐνιαύσιος*. [Ital. Quelche ſi fa una uolta à l' anno. Gal. Qui ſe fait tous les ans. d' un an en an. Hiſp. Coſa de cada un ano. Ger. Das vff beſtimpte zeit jårlich wider kompt. Jarzeyt.] Cic. in Verr. 6. Mercurius ſacris anniuerſarijs colebatur. Scribit Valerius Maximus quòd aut pater Sidonius poeta, omnibus annis, uno die natali tantùm corripiebatur febre, quæ idcirco anniuerſaria dici poterat. Sueronius de Auguſt. Quaſdã & anniuerſarias, ac certo tempore recurrentes experiebatur.

Anno, as, n. p. annum ago, à quo fit perenno, quod ſignificare annum perficio.

Annona, æ, pen. prod. Ab anno inclinari uidetur. *βίος* [Ital. La uiuanda ò uittouaglia di uno anno di ogni coſa. Gal. Prouiſion de uiures pour un an, uiures ou lautres choſes de prouiſion pour un an. Hiſp. Pan, trigo, cenada y cada coſa para uiuir, uitualla. Ger. Järliche früchr.] Hoc enim nomine non ſolùm fruges cõprehenduntur, uerùm etiã omnia quæ annus ſuppeditat ad alimoniam noſtram Colum. lib. 9. Vel lactis annona permittit. Cic. lib. 2. de Diuin. Putrem annonam in macello cariorem fore. Iuuen. His opibus nunquã cara eſt annona uenenì. Abuſiuè pro ipſo uictu capitur. Annonam etiam ueteres mẽſuram uel annuã mercedem ac ſtipendiũ nominauerunt. Vegetius de Re militari: Torques aureus ſolidæ uirtutis præmium fuit, quẽ qui meruiſſet, præter laudem duplas conſequebatur annonas. Annona etiã pro pane capitur, ſicut panis quoq; pro annona, præſertim apud Iuſtinianũ in Aut. de nõ alien. Pragr. hæc ergo. Idem lib. 10. C. de iure dot. l. hac edicta li. pragr. his illud C. de ſecundis nuptijs. ibi fit mentio de annona ciuili, & de pane ciuili. Hinc Annonatinus, a, um,

Annonārius, a, um, Quod ad annonam pertinet. *σιτηρέσιος*. [Ital. Coſa pertinẽte al uiuere di uno anno. Gal. De uiures. Hiſ. Coſa perteneciente à uitualla.] ut Lex annonaria, *τροφὴς νόμος*, quã Clodius tulit, & ſummè populatis fuit. Vegetius Annonarias expenſas uocat, eas frugum pabuliq; ſpecies quas prouinciales militibus expendunt.

Annōtinus, a, adiect. ab annona, qđ ad annonã pertinet: ut naues annotinæ quib. annona cõportatur, *σιτηγοὶ ἢ σίτου γεμίζοντες*. Cæſar 5. Bell. Gall. Multitudine nauiũ perterrita, quæ cum annotinis priuatiſq; quas ſui quiſq; cõmodi cauſa fecerat, amplius octingentæ uno erant uiſæ tẽpore. Quidam legunt Annonarias, ſed mendosè.

Annōſus, a, um, Quod eſt uetuſtum, quaſi multorum annorum. *πολυέτὴς*. [Ital. Annoſo, carico d' anni. Gal. Vieil, fort uiel. Hiſp. Viejo de muchos annos. Ger. Alt, wolbetagt.] ut Annoſa mater, Col. lib. 6. ca. 18. Annoſum Falernum, Marti. lib. 6. Annoſa ornus, Virg. 3. Aen. Annoſo degit anno, Plin. lib. 4. cap. 12.

Annotinus. *ἐνιαύσιος*, *ἐνιαῖος*. [Ital. D' un' anno. Gal. D' un an. Hiſ. Coſa de un ano. Ger. Járig.] Quod eſt unius anni. Columel. libro 4. cap. 14. Vuguis cuſtodum annotinos reſecato.

Annua, bima, trima die, explicat iureconſ. qui noret de annuo leg. l. ſi legatum. Aliqui exiſtimant ſignificare anno biennio, triennio, de manumiſſ. teſt. l. ſi ita.

Annuus, a, um. Quod unius anni ſpatio cõtinetur. *ἐνιαύσιος*, *ἐνιαύσιος*. [Ital. Coſa d' un' anno. Gal. Qui dure un an, annuel. Hiſp. Coſa de un anno. Ger. Das ein Jar lang wäret.] ſicut Diuturnum, quod diei, Cic. Caſſio, lib. 15. Ad hanc prouinciam quam & ſenatus, & populus annuam eſſe uolunt. ¶ Annuum quoq; dicimus quod ſit ſingulis annis. Virgil. 1. Georg. -atque annua magnæ Sacra refert Cereri. ¶ Annua abſolutè, dicuntur alimenta in ſingulos annos luuen. Sunt quæ tortoribus annua præſtent. Sueton. de Tibe. Peculio conceſſo à patre, præbitiſq; annuis fraudauit per ſpeciem publici iuris.

Anōdios, *ἀνώδυνα*, A medicis appellantur Pharmaca dolorem ſedantia, quæ cruciatus quidem minuunt, partem autem affectam non ſanant, ſed ſenſum eius obſtupefaciunt. Ab *ἀ* priuatiuo, & *ὠδίνω*, doleo: *ν* litera euphoniæ gratia interiecta.

Anōmālia, ſ. p *ἀνωμαλία*. [Ital. Diſegualita. Gal. Inequalité. Hiſp. Irregularidad, deſigualdad. Ger. Vngleychheit] Inæqualitas: & eſt Analogiæ contraria. Gel. lib. 2. cap. 25. In Latino ſermone, ſicuti in Græco, alij Analogiam ſequendã putauerunt, alij Anomaliam. ¶ *Ἀναλογία*, eſt ſimilium ſimilis declinatio: quam quidam Latinè Proportionẽ uocant, *ἀνωμαλία* eſt inæqualitas, declinationum conſuetudinem ſequens.

Anomalum, pen. cor. n. ſ. *ἀνώμαλον*. [Ital. Diſeguale. Gal. Inegual. Hiſp. Deſigual. Ger. Das ungleych iſt.] Dicitur inæquale: ab *ἀ* ſine, & *ὁμαλὸς*, æqualis. ¶ Anomalum etiam dicitur aſperum, uarium.

Anõnis

Anonis,pen.prod,quæ & Ononis,ἀνωνὶς,ἡ ὀνωνίς.[Ital.Bonaga.Gal.Bugrates & bugrindes.Hiſ.Gatillos, gattinnos, Ger.Ochſenbrech, hawhechel, Stallkraut.] Herba eſt è genere aculeatarum, quam recentiores herbarij Reſtam bouis appellant. Vide Dioſc.lib.4.

Anonymos,pro nomine arboris,uide Enonymos.

Anónymum,pen.corr.n.ſ.ἀνώνυμον. Sine nomine & obſcurum. ¶ Legimus antè populos eſſe in Africa Atlantes dictos, qui ſunt anonymi, hoc eſt ſine propriis nominibus qui in uniuerſum Atlantes tantùm uocitantur. Horum meminit Plin.lib 5.ca.8.

Anóphytus, ἀνώφυτος, Latinè dicitur deſuper natus, ab ἀνω,ἐπὶ τὸ φυτὸν.

Anormis, me, Sine norma, qui aliorum normam non ſequitur.ἀνώμαλος.[Ital.Senza regola.Gal.Dé regle, demeſuré.Hiſpa Irregular.Germ.On ordnung,on aller maaſs.] Hora.1.Ser.Ruſticus anormis, ſapiens,craſſaq; Minerua. Vide Abnormis.

Anquina,pen.prod.f.p. Funis nauis,quo ad malum antenna conſtringitur. De qua Cinna,Atq; anquina regit ſtabilem fortiſſima curſum.

Anquiſitio.Antiquum eſt uerbum.ἀμφίζητεῖν.[Ital.Inforſmatió,far'inquiſitioni.Gal. Faire information ou enqueſte,s'informer.Hiſp.Buſcar pro informacion.Germ.Nach trag habē,nachhin ſúchen,erforſchen.]Liu.lib.4.bel.Pun. Seu legibus,ſeu moribus maller,anquireret.Id eſt ut uulgò loquimur,faceret inquiſitionem,ſiue informationē: quod Ciceronem Quærere,cum inquirere in aliquem dicit.Bud.

Anſa,f.p.Vaſis auris,utrinq; prominens, quæ ſcilicet manibus tenere ſolet.λαβή [Ital.Manico d'ogni uaſe. Gal.Anſe de un coſtroye, par laquelle on tient quelque uaiſſeau ou autre choſe.Hiſ.Aſidero ò corchete,macho y hembra.Ger. Ein handthabe, ôre an einem gſchirr.] Virgil. in Sileno, Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. ¶ Anſa quoq; Manubriū,uel quicquid omnino à toto corpore exit. Vnde penitur quandoq; pro fibula, ſeu fixula quæ calceis inſuitur, περόνη. Tibullus, Anſaq; compreſſos alligat arta pedes. ¶ In catenis quoq; Anſæ uocantur annuli ex quorum connexione tota conſtat catena. ¶ Prouerbiali figura dicetur,In eaſdem anſas ueniſti,εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐμπέπτωκας,in eum qui ſe irretitus eſt, ut quocūq; ſe uertat, teneatur,nec expliceare ſe poſſit.Plato in Phæd & Lucia.in Hermotimo. ¶ Per translationē Anſa ponitur pro occaſione.Cic.de Amicit.Quinetiā neceſſe erit cupere, ut quā ſæpiſſimè peccet amicus,quò plures det ſibi tanquā anſas ad reprehendendū.Idē pro Planc.Si locus habet reprehenſionis anſam aliquā. ¶ Hinc Prouerbialiter dicitur,Anſam quærere,λαβὴν ζητεῖν,pro captare occaſionem.Plaut.Per ſe,Anſon uides hunc anſam quærere. Sic, Anſam præbere, λαβὴν παρέχειν. Ariſtoph.in Lyſiſtrat.& Plat.li.de Leg.3.

Anſilla diminut.ab Anſa.f.p.βρόχος.[Ital.Anella della catena.Gal.Anſette ou petite couroye pour tenir quelque choſe.Hiſp.Eslauon de cadena.Ger.Ein kleine handt habē.] quo uſus eſt Auguſt.lib.6.Confeſ.pro annulo quo fiunt catenæ,licet per translationē.Ex uoluntate(inquit)peruerſa facta eſt libido.& dū ſeruitur libidini, facta eſt cōſuetudo:& dū cōſuetudini nō reſiſtitur,facta eſt neceſſitas:quib.quaſi anſibus quibuſdā ſibimet innexis (unde catenā appellant) tenebat me obſtrictum dura ſeruitute. ¶ In calceamentis quoq; Anſulæ uocantur fibulæ, quibus ligantur.Vale.li.6. cap.1. Mirificè & ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à Venere de crepida & anſulis paſſus, de cetere cum diſputare incipientem,ſupra plantam aſcendere uetuit.

Anſatus,adiect. Quod anſam habet.ὠτώεις. [Ital. Coſa di ma manico Gal. Qui à anſe par là on puiſſe prendre.Hiſp. Coſa con aſas ò aſideros ò corchetes.Ger.Das ein ôre oder ein hand habe hatt.] ut, Vas anſatum, Col. lib. 9. cap.15. Anſatus homo, Plautus Perſa. Subnixis aliis me inferam,atque amicibor gloriosè. T. Sed quis hic anſatus ambulat? Anſarum hominem ioco dixit,qui incedit utroq; brachio anſarum in modum ad latera applicato:ſine, ut ipſe loquitur,qui ſubnixis aliis ſeſe infert.

Anſarium,n.ſ. cultellus ſutoris,quo pelles purgat.

Anſer,m.t. Auis eſt nota.χὴν. [Ital. Oca, papero. Gal.Oye ou iars.Hiſp.Anſar ò pato ò ganſo.Ger.Ein Gans.] Hæc noctурnas excubias celebrat. uigilias enim ſuas clangore teſtatur. Anſeres olim publicè in Capitolio alebantur, quòd cuſtodibus omnibus ſopitis, Romanos ad defenſionem arcis excitauiſſent,& arcem ſuis ueluti excubijs à Gallorum ui ſeruaſſent.Anſerum autem alij domeſtici, alij agreſtes,de quibus Plin.lib.10.cap.22. ¶ Anſer item nomē poëtæ, quem Ouidius procacem nocat lib. 2. Triſt. Cinna quoque hic comes eſt, Cinnaq; procacior Anſer.

Anſerinus,a,um, Quod eſt Anſeris.χήνειος.[Ita.Coſa di oca, Gal.D'oye. Hiſpa.Coſa de anſar. Ger. Das zů der ganſs gehört.] Plinius, Tubera,& quæcunq; emoluri opus ſit, efficaciſſimè anſerino adipe curantur.

Anſerculus,li,diminutiuum. χηνάριον. [Ital.Vn papero, pollo di oca. Gal. Oyſon, petite oye.Hiſp.Pequeno anſar. Ger.Ein gánſsle.]Col.lib.8.ca.14. Ne noceri poſſit exculſis anſerculis,quos enecant urticæ.

Antăcæi,ἀνταῖοι,Piſces ſunt delphinos magnitudine æquantes,quos ad Mæotin & Boryſthenis oſtia,in glacie effodi autor eſt Strabo lib.7.Eorum naturam uide apud Aelia.lib.13.cap.7.

Antăchātes,ἀνταχάτης,Gemma,ex Achatæ generibus,myrrham redoleus quum uritur, & ob id mulierib. grata. Plj. lib.37.cap.10.

Antæ,arum,tantùm pluraliter.f.p.Oſtiorum latera dicuntur,παραστάδες,à quibus Antepagmenta dicuntur ornamenta ualuarum,quæ antis appiguntur, hoc eſt affigūtur. Feſtus. ¶ Antes ſunt extremi ordines uinearum:unde etiā nomen trahunt Antæ,quæ ſunt latera oſtiorum Idem,Antes ſunt quadraturæ, unde & Antæ dictæ ſunt quadræ columnæ. ¶ Anta in ſingulari legitur apud Vitruuium: & Antarius,apud eundem lib.10. cap. 1. His explicatis antarij fiues ante laxi collocentur.

Antăcclăſis,f.t.ἀνταπόκλασις, ad uerbum transferri poteſt,Ex aduerſo refractio. Figura, quum id quod ab altero dictum eſt, non eo mente, qua dictū eſt, intelligitur: ſed in aliam,aut contrariā accipitur. Vide Quint.lib.8.cap.3.

Antapocha,uide Apocha.

Antăpŏdŏſis,f.t.pen.cor.ἀντιπόδοσις.Figura eſt, quū media primis,& ultimis reſpondent:ut, Veſtrum hoc factum reprehendo. P. C. non meum,ac pulcherrimum quidem factum,uerum (ut dixi) non meum,ſed ueſtrum.

Antarcticus circulus, ἀνταρκτικὸς κύκλος, qui Arctico ex diametro opponitur, terrāq; obiectu à nobis cerni non poteſt.Huius circuli centrum Polus antarcticus appellatur, qui Arctico polo oppoſitus eſt,& alio nomine Auſtralis appellatur.

Antărium bellum,quod ante urbem geritur.

Antĕ,Modò aduerbium,modò præpoſitio eſt. [Ital.Prima, innanzi. Gal.Parauant, au parauant.Hiſp.Ante,delante. Ger.Vorhin, zůuor.] Aduerbium, quando nulli deſeruit caſui,& ſignificat Antea,πρότερον. Virg Aeg.1.Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui. Hoc enim accidit multis præpoſitionibus. Nec mirum, quando aduerbijs etiā quibuſdam licebat nim præpoſitionis aſſumere:ut, Pridie Calēdas,pridie Nonas. ¶ Itaq; Apud,Circum,Ante,Poſt,& reliquæ, tunc præpoſitiones iure appellantur, quando caſibus adiunctæ tranſitionem facere oſtendantur, quod eſt proprium ipſarum: quando uerò ſine caſibus ponuntur ſunt aduerbia. ¶ Sciendum quòd Ante & Poſt,quum caſibus præponuntur, accuſatiuum exigunt: ut, Ante multum,Poſt multum:quum uerò caſibus ſubijciuntur, ablatiuum.Plaut.in Aſin. Vix anno pōſt exegi.Niſi malis dicere,Pōſt ibi eſſe aduerbium. ¶ Ante præpoſitio, πρό,extra compoſitionem,quandoq; perſonam, quandoque locum, quandoq; tempus denotat:ut,Ante ora parentum,Ante tēplum,Ante duos annos. ¶ Compoſita plerunq; ſignificat ſicut ſonat, & componitur cum dictione incipiente ab A: ut,Anteambulo:d,ut Antecapio:e,ut Anteeo:f,ut Antefero:g.ut antegradior:l,ut Antelucanus:p,ut Antepono:ſ, ut Anteſto. ¶ Ab Ante fiunt deriuatiua,Antica,Anticum, Antes,Antenna,& huiuſmodi.

Ante,id tempus notat quod actū præcedit,poſt,quod ſubſequitur,cōmunis doctorū opinio quæ ſentētia in actu mō tanco expeditū intellectum habet, ſed in actu tractum habente.idem eſt,ut cum dicimus rem ante bellum factum, intelligitur ceptum Legatur Alc.in l.ff.St.cert.pet.

Antea,aduerbium eiuſdem ſignificationis cum Ante,componitur ex Ante,& ea,ut oſtendit Priſcianus,quāuis,tantē tempus

tempus denotet, πρότερ. [Ital. Innanzi, prima. Gal. Par el deuant, deuant ce temps là. Hiſp. Antes ò delante. Germa. Voranhio, vor der zeyt] Horat. Epiſt 11. Pecti, nihil me, ſi cur antea, iouat Scribere uerſiculos amore perculſũ graui.

Ante alios, Plus aliis, prius aliis, uel præter alios, πρὸ τῶν ἄλλων. Virg 11. Aen. Ille mihi ante alios fortunatuſq; laborum Egregioſq; animi. Idem 3. Aen. O felix una ante alias Priameia uirgo.

Antĕactus, participium ex ante, & Actus, Præteritũ ſignificat: ut Anteacta uita. [Ital. Coſa fatta innãzi. Gal. Fait deuãt. Hiſ. Coſa hecha delãte. Ger. Zůuor volbracht, vergangẽ.] Cic. p M. Marcel. Ille quidẽ fructũ omnis anteactæ uitæ hodierno die maximũ capit. Idẽ 5. Verr. Nihil putas ualere in iudicijs cõiecturã, nihil ſuſpicionẽ, nihil anteactæ uitæ exiſtimatio-

Antĕambŭlo, as, præcedo prægredior, προπέμπω. (nẽ.

Antĕambŭlo, pen. cor. anteambulonis, προπέμπ&. [Ital. Scudiero che camina auanti al ſuo ſignore. Gal. Eſcuier allant deuant ſon Seigneur. Hiſp. Eſcudero que anda adelante. Ger. Ein knecht der vor ſeinẽ herren anhin reytet oder gadt.] ab ante & ambulare, qui aliquem ſuperiorem honoris cauſa præcedens comitatur. Marr. lib. 10. Anteambulones & rogatulos inter. Centum merebor plumbeos die toto. Sueto. in Veſpaſ. Dum eum identidem per contumeliã anteambulonum fratris appellat.

Antĕcānis, à Cic. de Nat. deor. dicitur ſydus illud quod à Græcis πρόκυων: inde nomen habens quòd ante maiorẽ Canem exoritur. Hic, teſte Higino, in lacteo circulo eſt defixus, pedibus æquinoctialem circulum tangẽs. Spectat ad Occaſum, utpote qui inter Geminos & Cancrum ut conſtitutus. Tres tantùm habet ſtellas. Ab aliquibus Abticanis appellatur, ſed illorum error ex Græcæ dictionis compoſitione facilè deprehenditur.

Antĕ.căpio, a. t Præuenio, anticipo. προλαμβάνω. [Ita. Preuenire, anticipare. Gal. Preuenir, anticiper, preoccuper. Hiſp. Venir delante. Ger. Vorankin nẽmen, für kommen.] Saluſt. Conſul optimum factu ratus, noctem quæ inſtabat, antecapere, nequid eo ſpatio nouaretur. Tacit. lib. 12. Quia pontem Moſæ fluminis anteceperat.

Antecaptus, participium, προλημφθεὶς Liu. lib. 5. ab Vrb. Nõ loco caſtris antecapto, non præmunito uallo. ¶ Antecæptus etiam legitur ſi locus mẽdo uacat. Cic. 1. de Nat. Deo. Quam appellat πρόληψιν Epicurus, id eſt, anteceptam animo rei quandam informationem.

Antĕcēdo, pen. prod. n. t. Præcedo, anteuado, & conſtruitur tam cum accuſatiuo, quàm cum datiuo. προέρχομαι. [Ita. Precedere, andare innanzi. Gal. Aller deuãt, preceder. Hiſ. Ir ò eſtar delante. Ger. Voranhingon.] D. Brutus Ciceroni, Biduo me Antonius anteceſſit, itinere multo maiore fugiens, quàm ego ſequens. Cic. pro Archia, Celeriter antecedere omnibus ingenij gloria contigit.

Antecedens, participium. πρόειμι. Pli. Antecedens annus. Cic. Antecedens dignitate.

Antecessor, oris, m. t. Qui antecedit. πρόδρομος, προηγητής. [Ital. Quel che corre ò camina innanzi. Gal. Auant-coureur. Hiſp. Anteceſſor. ò que eſta delante. Ger. Vorgenger, vorleuffer, vorbott.] Suet. in Vitel. Irruperant iam agminis antecessores, & ſingula rimabantur.

Anteceſsio, onis, προλαμψις. πρόοδος. Cic. 1. Offic. Cõſequẽtia cernit, cauſas rerum uidet, earumq; progreſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat.

Anteceſſus, ſiue Anteceſſum, Dicitur id quod prius datur, ut pòſſit aliquid recipiatur, πρόδομα. Seneca li. 4. de Benefic. Vnde apud me iſtæ expenſorum, acceptorumq; rationes diſtinguuntur. Ego quòd cui debeam ſcio, alijs poſt longam diem repono, alijs in anteceſſum eſt. Et alibi, Sed non ero difficilis, bene credi tibi ſcio: itaq; in anteceſſum dabo.

Antecello, Idem eſt quod præcello. ὑπερέχω. [Ital. Auanzare, uincere. Gal. Exceller, eſtre plus auancé. Hiſ. Sobrepuiar ò otro, adelantarſe. Ger. Fürtreffen, übertreffen.] Cicer. pro Corne. Qui eloquẽtia cæteros antecellis. Idem Offic. 1. Omnes participes ſumus rationis, præſtantiæq; eius, qua antecellimus beſtijs.

Antecellens, tis, participium. ὑπερέχων. Cicero pro Murã. Quint. Catullum humanitate, ſapientia, integritate antecellentem.

Antĕcœnium, n. ſ. Cibus, qui ante cœnã ſumitur: unlgò Merenda. τὸ μετ' ἄριστον. [Ital. Merenda. Gal. Le reciner où gouſter. Hiſp. Mes enda ò comida ante dela cena. Ger. Vor abendteſſen, abendbrot.] Apul. li. 2. Prorſus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antecurſor, m. t. Qui præcurrit: ab Ante, & Curſor, πρόδρομος. [Ital. Chi corre innanzi, ſtafficre. Gall. Auant coureur. Hiſp. Corredor, ò ataiador del cãpo. Ger. Vorleuffer.] Cæſar 1. Bell. Ciuil. Ibi cum antecurſoribus Cæſaris prælio commiſſo. Idem 7. Bell. Gall. Hora circiter tertia ab antecurſoribus de Craſſi aduentu certior factus.

Antĕdico, is, ere, Prædicere. πρόφημι. [Ital. Indouinare. Gal. Predire, dire deuant. Hiſpa Dezir delante. Ger. Vorſagen, weyſſagen.] Cic. 2. de Diuin. Hæc qu. antedicuntur, quam rationem ſequantur, uides.

Ante eo, n. q. tam datiuo, quàm accuſatiuo iungitur: & ſignificat antè uado, præcello. πρόειμι, ὑπερέχω [tal. Andare innanzi. Gal. Aller deuant, preceder. Hiſ. Ir delante. Ger. Vorgon, voranhingon.] Ci. 2. Offi. Barbarum diſtricto gladio iubebat anteire. Plaut. in Amphitry. Virtus omnibus rebus anteit Cic. Offi. lib. 2. Cæteros uirtute antecunt. Saluſt. in Iug. Et quum omneis gloria anteiret, omnibus tamen charus erat.

Ante expectatum, ſue Antexpectatum, una dictione (ut Seruio placet in illud Virgilij, Antexpectatum potiris ſtac in agmine caſtris) ponitur pro aduerbio temporis, & idem eſt quod Antè uel citius, quàm expectabatur. πρὸ τῆς προσδοκωμένης, ἀπροσδοκήτως.

Antĕfĕro, pen. cor. act. incon. Antepono. προτιμάω. [Ital. Anteporre. Gal. Preferet, priſer plus. Hiſp. Poner delante. Ger. Höher halten oder ſchetzen.] Cic. Cecin. Quum uel iniquiſſimam pacem iuſtiſſimo bello anteferem.

Antelatus, partici. προτιμηθείς, προηρημένος [Ital. Preferito, più ſtimato. Gal. Preferé, eleué ſur les autres. Hiſp. Antepueſto, pueſto delante. Germa. Höher gehalten, fürgeſchetzt, für andere leut.] Cic. de Prouinc. Conſ. Qui ipſe cæteris omnibus eſſet omni honore antelatus. ¶ Antelatum. Horat. 2. Epiſt. Te noſtris ducib. te Grais anteferendo.

Antefixa Dicuntur quę ex opere figulino ſub tectis affiguntur ſub ſtillicidio. Feſtus.

Antĕgĕnĭtus, priore loco genitus, πρωτότοκος. Hinc

Antĕgĕnĭtalis, penul. prod. adiectiuum, πρωτογενικός. Plinius lib. 7. cap. 11. At quanto facilius certiuſq; ſibi quenque credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento?

Antĕgrĕdior, Antecedo. προκατάρχω, πρεπάρχω. [Ital. Andare innãzi. Gal. Marcher deuant, preceder. Hiſp. Andar delante. Ger. Vorgon, voranhintretten.] Cic. 1. Offic. Quicquid eſt quod deceat, id tum apparet, quũ antegreſſa eſt honeſtas. Idem de Nat. deor. Lucifer Latinè dicitur, quũ antegreditur ſolem.

Antĕhăbeo, Idem eſt quod Præfero. προτιμάω. [Ital. Anteporre. Gal. Preferer, eſtimer plus. Hiſp. Poner delante. Ger. Höher halten.] ſicut contra Poſthabeo, poſtpono. Tacit. lib. 4. Ne diuulgata atq; incredibilia anidè acceptaueris, neque in miraculum corruptis, antehabeas.

Antĕhāc, Non modò ſignificat Ante hoc tempus. πρότερ. [Ital. Per adietro, pel paſſado. Gal. Par ci deuant, au parauant. Hiſ. Adelante. Ger. Vor der zeyt, vormaalen.] Terent. in And. Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet, id eſt Ante hoc tempus, ſiue hactenus, uel uſq; modò. Sed etiam, Ante illud tempus: ſicut Poſthac, non tantũ poſt hoc, uerumetiam poſt illud tempus. Saluſtius. Sic erat accenſa libidine, ut ſæpius peteret uiros, quàm peteretur, ſed ea ſæpe ante hac fidem prodiderat. id eſt Ante illud tempus.

Antĕlăpides, ſunt qui utrunq; latos oſtii muniunt.

Antĕloquor, d. t. prius loquor, προφθέγγομαι, à quo

Anteloquium, προτολογία, primus in loquendo locus, ſeu principatus loquendi. Macrob. Huic aſſenſi omnes, præterato anteloquium detulerunt. Id eſt, primas loquendi uices, ait Budæus.

Antĕlūcānus, a, um, Quod eſt ante lucẽ. ἀμφιλυκής, λυκαυγής. [Ital. Nantigiorno. Gall. Qui eſt ou eſt fait deuant le iour. Hiſp Ante dela luz del dia. Ger. Das frü vor tag iſt.] Cic. M. Catoni, Ex antelucano tẽpore uſq; ad horã decimã magna multitud ne hoſtiũ occiſa. Sic & Antelucanæ cœnæ. ¶ Antelucani fratus, ἀμφιλυκαὶ ἀκτῖνες, Vbi ſunt di-

lucu lo

lum'eſſantes,uetuo præſertim tempore, ſole antẽ inuane ſcere cadẽtes. Oriuntur ex uicinis fluminib. aut conual-lib.aut ex tenu aliquo, neq; ultra terræ conſpectũ ferũtur.

Antelúco,as,n p.pen.prod. ſine antelucor, ſignificat ante lucem uigilo,ἐγρήγορα.

Antĕlucĕ, &

Antelucŭlo,aduerb.quaſi ante lucem.λυχναγῶς. [Ital.Nan ti giorno. Gal. Deuant iour, Hiſp. Delante el luz. Ger. Vor tagers.] Apul.lib.1. Optimum itaq; factu uiſum eſt, antelucŭlo furtim euadere.

Antemĕridiánus,προμεσήμβρινος. [Ital. Nanti mezzo di. Gal.De deuant midi. Hiſp. Coſa antes del medio dia. Ger. Vormittag.] ab antẽ,& Meridies, Quod eſt,uel fit ante meridiem. Plin.lib.16.cap.17. Antemeridiano Ludorũ ſpectaculo edito. Cic. Attic.lib.3. Antemeridianis tuis literis ſtatim reſcripſi.

Antenna, malus hortenſis, quod nomen Pythagoras illi indidiſſe fertur.

Antēnnárum,byphen eſt,id eſt,ſubnunio, quia ſub uno accentu duæ dictiones proferũtur. Eſt enim unitas quaſi cõpoſitio, nam ſignificat præteritorum malorum. Sic apud Terent. Semper lenitas, pro perpetua lenitas. Verg.1.Aenei. Neq; enim ignari ſumus antemalorum.

Antenna,ſ p.πτερύξ. [Ital. Antenna. Gal. Le bo's qui trauerſe le maſt du nauire,à quoy eſt lié le uoile. Hiſp. Antena de la nao. Ger. Die ſägelſtang in einẽ ſchiff.] per duplex nn, Lignum per tranſuerſum in malo poſitum, in quo uelum alligatur,à circumtenendo dicta. Plin.lib.1. Non antennas ſolum,uerũm ipſa nauigia contorta frangens. Virg.5.Aen. Cornua uelatarum obuertimus antennarum.

Antĕócŭlos,πρὸ ὀφθαλμῶν. Minus eſt, quàm Corã. Nam Coram proximitatem ſignificat. Ante oculos poteſt etiam de remotiore loco intelligi, modò extra conſpectum non ſit. Terẽt.in Eunuc. Quæ mihi hic ante oculos amatorem eorum adduxti tuum.

Antĕoccŭpo,anteoccupas.pen.cor.προλαμβάνω. [tal Preuenire, preoccupare. Gal. Preuenir, anticiper. Hiſ. Tomar de primero. Germa. Zů vorcinnemmen, fürkommen.] Cic. in Orat. Vt anteoccupet quod putat opponi. Fortaſſis rectius legeretur diſiunctim.

Antecoccupatio, onis, Cic.in Orat. Erroris inductio, in hilari tatem impulſio, anteoccupatio.

Antepágmenta,n.ſ. Sunt ualuarum ornamenta, quòd ante ualuas appingantur, id eſt affigantur uel quòd appingantur antis, ſeu ualuis.προσήγματα. Cato cap.14. Eullonicã unam,antepagmenta, uaſa, torcula duo. Sunt qui legant Antipagmenta.

Antĕpĭlani, m.ſ. In Romana militia ſecundæ aciei milites erant,ſcutati omnes, robuſtioris ætatis, qui, quòd ferè ex optimatibus eſſent, & armis maximè inſignes, etiam principes ſunt appellati. Dicti autem ſunt Antepilani, quòd ante Pilanos, hoc eſt ante Triarios, qui pilis pugnabant, præliũm capeſſerent. Ita enim apud Romanos, teſte Liuio, acies inſtruebatur, ut primo loco hoſtes aggrederentur manipuli haſtatorum ex flore iuuenum pubeſcentium collecti: quibus hoſtem propulſare non poſſent, ſenſim retrocedentes à principibus ſcutatis, quos Antepilanos uocari diximus, interualla ordinum recipiebantur, principesq; in eorum locum ſuccedebant: haſtati autem poſt eos ſubſequebantur. Si à principibus quoq; non ſatis feliciter eſſet pugnatum, à prima acie ad Triarios paulatim referebantur, tuncq; facto agmine, iam nulla ſpe poſt ſe relicta, unà omnes in hoſtem procedebant. Ex his itaq; Triarij, qui nouiſſimi præliũm ineibant, Pilani dicti ſunt, quòd pilis præcipuè in bello uterentur. Erat autem Pilum teli genus longũ pedibus quinq; & ſemis, Romanis familiare: quemadmodũ Sariſſæ Macedonibus, & Geſa Gallis. Principes uerò ſcutati, qui nec hos in acie conſiſtebãt, Antepilani dicti ſunt. Hæc ſunt Liu. lib.8. ab Vrb. cond.

Antepóno, nis, a.t. Proprièeſt, appono, uel ante aliquem pono.προτίθημι. [Ital. Anteporre. Gal. Mettre deuant. Hiſ. Poner delante. Ger. Voranhinſetzen.] Plautus in Curcul. Quid antepones Veneri è ienaculo? ¶ Sæpe etiam accipitur pro præferre.προτιμῶν. Cic. in Læl. Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

Antequam,pen. cor.πρὶν ἄν,πρὶν ἤ. [Ital. Auanti che,prima che. Gal. Deuant que, auant que. Hiſp. Anteſque. Ger. Ee dann.] Aduerbium temporis, quod modo iunctum legitur, modo diſiunctum, aliquo ſcilicet interiecto. Iunctũ conſtruitur cum ſubiunctiuis. Cic.5.Philip. Antequam de Repub. P. C. dicam. Diſiunctum cum indicatiuis. Virgil.4. Aen. Ante pudor quàm te uiolo, &c. Autor eſt Diomedes. Illa tamen differentia (niſi forte corrupta ſunt Autorũ loca) nõ ſemper obſeruatur. Ci. pro Mura. Antequã pro Muræna dicere inſtituo Idẽ Acti. Antequã diſcedimus. Virgi. in Georg. Ante nouis rubeant, quã prata coloribus. Cic. pro Rab. Quæ cauſa antè mortua eſt, quàm tu natus eſſes.

Antĕrĭãs, Antehac uel prius ἐμπροσθεν. Fit enim ab antes ſicut à poſt, Poſterius, & à Sub, Subterius, quo uſus eſt Boethius. Sido. ad Domitium, Quæná potiſſimũ anterius cantibus noſtris culina fumaret.

Antermĭni, m.ſ. Qui circum terminos proximè habitant. Feſtus.περίοικοι.

Antĕrōtes,ἀντιρῶτες. Gemmæ ſunt ex generibus amethyſtide quibus Plin lib 37.cap 9.

Antes,m. t. Nomen eſt ab Ante deductum, quo ſignificantur eminentes lapides, ſiue ultimæ colũnæ quadratæ, quibus ſuſtinetur fabrica. παραστάται. Hinc dicti uidentur Antiani magiſtratus in urbibus, qui ſemeſtrẽ magiſtratum exercent: qui, uelut antes columnæ, totius urbis onera ſibi incumbentia ſuſtinent. ¶ Antes etiã dicuntur primi ordines uitium: ſic dicti, quòd anteſtent, & ſe primos offerãt. Virg. lib.8. Geor. Iam canit extremos effœtus uinitor antes.

Antĕſignánus,m.ſ. Signorum, hoc eſt uexillorũ propugnator, ſiue defenſor.προμαχῶν. [Ital Capitano di baudiera, Gonfaloniere. Gal. Qui marche en bataille deuant le Port' enſeigne ou le guidon. Hiſp. Alferez. Ger. Der vor dem fändlin oder panier fächt vnd ſtreytet.] Nam ſignum pro uexillo militari ponitur. Liu. 4. Signa nunc reſiſtentia deſeruntur ab anteſignanis, nunc inter ſuos manipulos, recipiuntur. Siguifer eſt, qui uexillũ fert. Liu. ibidẽ. Ita primo ſtatim prælio, quum Dictator equitatu immiſſo anteſignanos hoſtium turbaſſet, legionum inde ſigna inferri propere iuſſit, ſiguiferumq; ex ſuis unum cunctantem occidit.

Antĕſto,as,n.p. Cum dativo conſtruitur, ſignificatq; antecello.προίσταμαι. [Ital. Stare innanzi, Gal. Eſtre deuãt, eſtre plus auancé. Hiſp. Eſtar delante. Ger. Den vorgang haben, fürtreffen.] Cic. de Inuent. Omnibus corporum uiribus anteſtetерunt. Gel. lib.9. Qui & uiribus & magnitudine, & adoleſcentia, ſimulq; uirtute ceteris anteſtabat, id eſt antecellebat. Sed hoc per trãslationem: nam propriè ſignificat ſicut ſonat. Vnde Antiſtes, & Antiſtita, de quibus infrà.

Anteſtor,aris,d.p.teſte Budæo. Verus eſt Iuriſconſultorum uerbum, ſignificãs accipere in teſtem. Apud ueteres enim qui aduerſarium in ius pertrahere uolebat, prius aliquẽ de præſentib. anteſtabatur, hoc eſt anteſtabatur, uel teſtem capiebat, eios attingens auriculam, & ſic interrogans: Licétne anteſtari? illo aũt reſpondẽte, Licet: tum iniecta manu aduerſariũ in iudicũ rapiebat. Solos aũt liberos anteſtari fas erat: ſerui aũt teſtes eſſe non poterãt. Ad hoc alludit Hora. lib.1. Serm. Sat.9. quũ ait, quò tu turpiſſime? magna Exclamat uoce, & licet anteſtari? ego uerò Oppono auriculam: rapit in ius. Hanc etiã iuris ſolennitatem elegãtiſſimè depinxit Plaut. in Perſa, Age (inquit ibi Saturio) ambula in ius leno. Dorp. Quid me in ius uocas? Sat. Illic dicam apud Prætorem: ſed ego in ius uoco. Dorp. Nónne anteſtaris? Sat. Tuãn' ego cauſa carnifex cuiquã mortali libero aureis atteram? Quare autem anteſtantes teſtium aures apprehendamus, docet Plin. lib.11. cap.45. Eſt (inquit) in aure ima memoriæ locus, quem tangentes atteſtamur.

Antĕuĕnio, Præuenio. προφθάνω. [Ital Venire innanzi. Gal. Anticiper, uenir deuant un autre. Hiſp. Venir delante. Ger. Fürkómen.] Salu. in Iug. Ac per tramites occultos exercitũ Metelli anteuenit. Plau. in Trin. dativo iunxit, pro Coràm, ſiue obuiam uenio: Tempori huic hodie anteueni.

Anteverto,n.ſ. Præcedo, præuenio, anticipo. φθάνω. [Ital. Anticipare, trapaſſare chi camina. Gal. Deuãcer, anticiper. Hiſp. Preuenir ò anticipar. Ger. Fürlauffen, fürkommen.] Cic. in Læl. Idipſum quum tecum agere coniter, Fannius anteuertit, id eſt præuenit.

Antĕvŏlo,as,προίπταμαι. [Ital. Volare auanti. Gal. Voler deuant. Hiſ. Volar delante. Ger. Voranhin fliegẽ.] Virgil. 9. Aen. Anteuolans tardum præceſſerat agmen.

Anteuŏ-

Anteurbānus, a, um, Quod eſt urbi propinquū πρόαστος. Vnde Anteurbana prædia dicūtur, urbi propinqua. Feſtus.

Anteſpectatum, Vide, Ante expectatum.

Anthālium, ἀνθάλιον, Malum eſt rotundum, magnitudine meſpili, in locis Aegypti arenoſis naſcens non procul à Nilo, quod bellariorum uicem in ſecundis menſis apud Aegyptios obtinet. Vide Plin. lib. 10. cap. 15. Theophraſtus Anthali malum uocat, ab Anthalo planta, in qua naſcitur, Quam Plinius cyperi folia habere tradit.

Anthēdon, pen. prod. ἀνθηδών, Meſpili arboris genus, pomum ferens minus cæteris, ſed odore præſtantius, & quod diutius ſeruetur. Flos amygdalæ flori ſimilis, folium magna ex parte fiſſum, quod anteq̄ decidat, ualde rubeſcit. Nō fuit in Italia hęc arbor Catonis tēpore. Vide Plin. li. 15. ca. 20.

Anthēmis, f. t. ἀνθεμίς, Herba eſt fœniculi folio: quam nōnulli Leucāthemida, alij Leucanthemum, nonnulli Melāthemon uocant. Hanc medici recentiores barbarè Comomillam uocant. Ruellius lib. 3. ca. 68. & Plin. lib. 22. cap. 21.

Anthēricum, n. f. ἀνθερίκιον, Balſami genus tenui & capillacea coma. Antherices enim Ariſtæ dicuntur.

Anthērīcus, ἀνθέρικος, Scapus eſt, ſiue caulis Aſphodeli herbæ: quam Haſtuliam regiam quidam hodie appellant. Vide Plin. lib. 21. cap. 2. ¶ Huius herbæ caules Herodotus antherices uocat, teſte Suida: quos & tenaciores ait eſſe, quàm ut frangi queant. Hinc locus factus, Prouerbio, Antherícum metere, Ἀνθέρικον θερίζειν. Quadrat in eū qui laborem inanem ac ſterilem caperet.

Anthias, ἀνθίας, Piſcis nomen eſt, qui circa Chelidonias Aſiæ inſulas capitur: cuius naturam uide apud Plin. lib. 9. cap. 19. Et Oppianum in Halieut.

Anthilion auricula muris apud Dioſcoridem.

Anthinum mel. ἀνθινὸν μέλι, uocatur, quod Vere factum eſt, quoniā ex floribus faui conſtruuntur, quos Græci ἄνθη appellant. Mel uerò æſtiuum uocatur ὡραῖον, quòd Græci omnes fructus æſtiuos nominant ὡραίους, quoniam id tempus per excellentiam Horam uocant.

Anthirrinon, alia ab Hypogloſſo, de qua uide Dioſcoriden.

Anthrax, ἄνθραξ. [Ital. Carbone, carbonchio. Gal. Charbon ou anthrach. Hiſp. Carbon ò carbonclo. Ger. Ein Kolen.] Latinè carbo. ¶ Eſt & anthrax, gemmæ nomen pretioſiſſimæ, rubræ & translucidæ: ita dicta ab igniti carbonis ſimilitudine: unde & à Latinis Carbunculus dicitur. ¶ Hoc præterea nomine medici uocant ulceris genus (teſte Gale. lib. 6. de Compoſit. medic. ſecundum genera) celeriter cruſtam faciens, cum uehementi totius circunſtantis particulæ inflammatione.

Anthracītes, ἀνθρακίτης, Gemma eſt, in qua ueluti ſcintillæ ignis diſcurrere uidentur. Plin. lib. 37. cap. 7.

Anthracinus, m. f. ἀνθράκινος, Color niger, à carbone, quòd carboni ſimilis ſit, ſiue quòd huiuſmodi color fiat ex tritis in mortario carbonibus. Varro de Vit. paſt. Propinquæ adoleſcentulæ, etiam anthracinis, proximo amiculo nigello, capillo demiſſo ſequuntur luctum.

Anthriſcum, ἄνθρισκον, Herba eſt ſcandici adeò ſimilis, ut eadē uideri poſſet, niſi tenuiorib. & odoratiorib. foliis ab ea diſtingueretur. Peculiaris eius laus eſt, q̄ fatigato uenere corpori ſuccurrat, iamq̄ ſenio marceſſentes coitus excitet, & alba fœminarū ſiſtat profluuia. De hac Plin. li. 20. c. 15.

Anthrōpōgrāphus, ἀνθρωπόγραφος, Dictus eſt Dionyſius quòd nihil aliud quàm homines pinxerit. Plin. li. 35. cap. 10.

Anthrōpōmorphon, ἀνθρωπόμορφον, à Pythagora dicta eſt herba quædam ſomnifera, quā alio nomine Mandragoram appellamus: ab humana nimirum forma impoſito nomine, quam radix eius utcunq̄ uidetur imitari.

Anthropomorphitæ, ἀνθρωπομορφῖται, Dicti ſunt, qui ſimplicitate ruſtica Deum ἀνθρωπόμορφον eſſe, hoc eſt humanam formam, & membra habere arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitica hæreſis.

Anthus, ἄνθος, Auis eſt, quæ aduentu equorum herbæ pabulo puſa, ut iniuriam ulciſcatur. hinnitum irridendo imitatur. Plin. lib. 10. cap. 42.

Anthypōphora, ἀνθυποφορά, Figura eſt apud Rhetores, quā Quintilianus Subiectionem uocat, quum tacitæ aduerſariorum obiectioni occurrimus, eorumq̄ nobis dicta, ſententiasq̄ proponimus, in hoc tantùm, ut illis reſpondeamus. De hac Iul. Rufinianus li. 1.

Anthyllīs, ἀνθύλλιον, Herba eſt lenti ſimillima, quæ in uino pota, ueſicam uitijs liberat, & ſanguinē ſiſtit. Plin. li. 26. ca. 7.

Anthyllis, ἀνθυλλίς, Herba eſt chamæpityos ſimilitudine, flore purpureo, graui odore, radice intybi. Plin. li. 26. cap 8.

Antia lex, Dicebatur quam Antius Reſtio tulit: quæ licet optima eſſet, luxuriæ tamen obſtinatione nullo abrogante oblitterata eſt: propter quod Reſtionem ipſum tradunt, quandiu poſtea uixit, foris non cœnaſſe, ne legem à ſe latā contemnere uideretur. Vide Marcob. lib. 3. cap. 17.

Antiæ, ſunt muliebres capilli, in frōte demiſſi, quòd ante faciē ſiti ſint, πρόκομον. [Ital. Capelli de dōne. Gal. Cheueux de femmes. Hiſp. Copete, de los cabellos. Ger. Der Weyberen haarlōch vornen an der ſtirnen.]

Antiades, ἀντιάδες à Paulo Aegineta dicuntur tonſillæ, quum in tumorem obduruerunt, cibi, potusq̄, & ſpiritus uiam præcludentes.

Antiāxōna, quaſi contra axem poſita, ἀντὶ enim contra, ἄξων, axis, Græcis ἀντιάξονα.

Antibacchius, ἀντιβακχεῖος, Pes Bachio contrarius. Cōſtat ex duabus longis & ultima breui: ut, Natura.

Antica, Vide in dictione Poſtica.

Anticenantharus, ἀντικάνθαρος, à quibuſdā appellatur flos, quem Romani Lilium agreſte uocant.

Anticanis, Vide Antecanis.

Anticategōria, ἀντικατηγορία, Latinè dici poteſt Recriminatio, ſiue mutua accuſatio: & eſt genus controuerſiæ iudicialis. Quint. lib. 3. ca. 11. Adiecerunt quidam numero motuam accuſationem quæ ἀντικατηγορία uocatur.

Anticātōnes, ἀντικάτωνες, Dicti ſunt duo libri, quos Cæſar contra Catonem ſcripſit. Sueton. Reliquit & de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. Iuuen. Sat. 6. quæ pſaltria penem Maiorem quàm fiut duo Cæſaris Anticatones, Intulerit: Nomen eſt compoſitum ex Græco & Latino. Nā (ut Quintilianus inquit) ex peregrino & noſtro componuntur dictiones: ut, Epitogium, & Anticato.

Anticellium, Herba eſt lenti ſimillima, quę & Anthyllion dicitur. Plin. lib. 22. cap. 29.

Anticīpo, as, a. p. Ante capio, prœuenio. προλαμβάνω. προλαμβάνω. [Ital. Anticipare. Gal. Anticiper, s'auancer de prendre, occuper deuant. Hiſp. Venir delante. Ger. Vor nemmen für kommen.] Virgil. in Roſis, Strictior eos præceſſerat aura iugales, Aeſtiuum ſuadens anticipare diem. Cice. Attic. Quod igitur proficiſcis, qui anticipas eius rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis?

Anticipatio, onis, f. t. uerbale. πρόληψις. [Ital. Anticipatione. Gal. Anticipation. Hiſp. Obra de uenir delante. Germ. Für kōmung.] Cice. 1. de Nat. Deor. Quę eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus?

Anticyricon, ἀντικυρικόν, Seſamoidis herbæ ſpecies, ſimilis Erigeronti, quæ in Anticirā inſula creſcit

Antidōra, penult. prod. ἀντίδωρα. [Ital. Remuneratione, guidordone. Gal. Recompenſe d'un don, la pareille. Hiſpa. Galardon. Germ. Vnder geltūg, Ein Gegen ſchenckle.] Sunt remunerationes, aut quæ à nobis pro acceptis muneribus redduntur. Vulpianus titul. de petitio. hæredita. Planè ſi antidora acceperunt, dicēdum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, uelut genus quoddā hoc eſſet permutationis.

Antidōſis, pen. co. ἀντίδοσις, Latinè retributio ſignificat. n. quicquid ex aduerſo datur, ab ἀντιδίδωμι, retribuo.

Antidōtārius liber in quo de antidotis tractatur.

Antidōtum, pe. co. n. f. ἀντίδοτον. [Ital. Rimedio cōtra l'ueneno. Gal. Contrepoiſon, drogue, breuuage cōtre un antre. Hiſ. Medecina cōtra ponçōna. Ger. Artzney wider gifft.] Remedium, ſiue medicamentū quod contra uena datur. Nam & ipſa antidota ferè ueneno ſunt: ut ſit antidotum, quaſi uenenum datum contra uenenum, ἐξ ἀντὶ καὶ δίδωμι, id eſt Contra & Do. nam contraria contrariis curātur. Quint. li. 7. Tyrānus ſuſpicatus à medico ſuo datū ſibi uenenū. torſit eū. Et quū id dediſſe ſe negaret, accerſit alterū medicum. Ille datum ei uenenum dixit, ſed ſe antidotū daturum. ¶ Dicitur & Antidotus, genere fœminino. Gell.

lus4. Huius regis antidotus celebratissima, quæ Mithridatios nocatur.

Antifera, bona sunt, quæ à marito uicissim loco dotis adsignantur in matrimonium. Nam φερὴ dotem significat, unde & Parapherna uocantur bona quæ mulier ultra dotẽ sibi habet.

Antigério, Veteres pro Valde, & pro Statim utebãtur, quasi antequam res gereretur. Festus.

Antigráphus, ἀντιγραφεὺς. [Ital. Contrascrittore. Gallicè, Contrerolleur. Hispan. El que debuxa sacanda de otra cosa. Ger. Zinßschreiber, Kráchenschreiber.] Dicitur, cui id muneris iniunctum est, ut obseruet pecuniam, quam in usum principis, uel ciuitatis collegerunt exactores. Hos Cic. Custodes appellat, in oratione pro lege Agraria contra Rullum, & de Reditu suo. Et Vlpian. li. 3. de administ. tutor. Budæus in annotationibus.

Antigráphum, ἀντίγραφον, Dicebatur Antigrapheorum non, siue diuersum exemplar.

Antilèa, f. p. πρωτηδιλον. [Ital. Pettorale. Gal. Poitral de cheual. Hisp. Pectal de bestias. German. Ein brustriemen.] Qua pectus iumenti cingitur: sicut Postilena, quæ sub cauda ponitur.

Antilépsis, ἀντίληψις, Græcè dicitur, quam Latini interiectionem, uel interiectionem nominant.

Antilógia, f. p. ἀντιλογία, Dici potest contradictio, refragatio, uel quasi contraria oratio.

Antimaron, Græcum sit an Hebræum nescitur: Nicolaus tamen interpretatur contra mortem.

Antimórion, ἀντίμηλον [Ital. Mandragora. Gal. Mandragore. Hisp. Mandragola.] Herba est Dioscoridi, quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antimutábile, f. t. ἀντιμεταβολὴ, Latinè dici potest Ex aduerso mutatio. Figura qua uerba declinata repetuntur: ut, Non ut edam uiuo, sed ut uiuam edo.

Antinómia, ἀντινομία, Est quum duæ leges casu colliduntur, & eueniunt, ut inquit Budæus. Quintil. lib. 7. cap. 8. Proximũ est de legibus contrariis dicere: quia inter omnes artifices scriptores constat, in antinomia duos esse scripti & uoluntatis status &c.

Antipagmenta. Vide Antepagmenta.

Antiparístasis, f. t. ἀντιπαράστασις, Figura est frequens Demosthenis & Ciceronis, habens confessionem quandam coniunctam cum maiore inficiatione. Sic Demosthenes aduersus Leptinem, ubi docuit etiam apud maiores in usu fuisse, ut uiris fortibus præmia persoluerentur. postea ostendit, se sine causæ detrimento, eius contrarium posse confiteri. neque ex eo sequi, immunitates illa ætate uiris de republica bene meritis cõcessas, siue manifesta aliqua culpa esse eripiendas, nisi ostenderet aduersarios, idem quoq; à maioribus esse factitatum. Sic enim Cicer. in Orat. pro Rabirio Posthumo, ubi ostendit falsum esse, Rabirii manu occisum esse Saturninum, subdit, Si integrum ibi esset, libentissimè se hoc cõfessurum, & meritum eo nomine præmium petiturum, quòd cinerem seditiosum è medio sustulisset.

Antipates, ἀντιπατὴς, Gemmæ nigræ species, non translucentis, quæ in lacte decocta, id myrrhæ simile facit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Antipáthia, f. t. ἀντιπάθεια, Naturalis rerum differentia siue repugnantia: ad uerbum sonat contra passionem, cui opponitur Sympathia, συμπάθεια, quæ mutuam quandam inter se cognationem significat. Plin. li. 32. c. 1. Quod ἀντιπαθειαν rerum attinet, quam Græci antipathiam uocant, nihil est uenenatius usquam quàm in mari pastina eadem lib. 24. cap. 17. A rubigine uindicatur cerussa & gypsum liquida pice. Hæc est temperatura, à Græcis antipathia dicta. Est igitur antipathia inter ea, quæ ueluti naturalem quandam odio inter se dissident: ut brassica antipathiam quandam habet cum uite. Contrà ostrea & concha sympathiam habent, quòd plenilunio plenæ sint: & decrescente luna decrescant.

Antipelargûs, pe. prod. siue Antepelargia. ἀντιπελάργησις. [Ital. Retributione de benefici. Gal. Recompẽce, la pareille. Hisp. Retribution del bien hecho. Ger. Vuidergeltung der empfangnen gutthaten.] Est mutua acceptorum beneficiorum compensatio. Græci enim ἀντιπελαργεῖν uocant, de bobus bene meritis officiorũ ulcisitudine respondere. Sumpta est metaphora à ciconiis, quas illi πελάργους uocant. Illis enim naturalis quædam pietas insita est, qua parentes senio defectos aluunt, & quum sub hyemem mutanda sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficientes alis sustinẽt. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconiare uocant.

Antiperístasis, f. t. ἀντιπερίστασις. Latinè circumobsistentia, reciprocatio, compressio undiq; circumfusa: per quam ubi calidum est, inde frigus expellitur. Hinc putei per hybernum tempus calent, quia illo se calor contulit, cedens frigori superiora possidenti.

Antiphõna, pen. pro. ἀντίφωνον, Vox reciproca, duobus choris alternatim psallentibus. Antiphonas Græci primi composuerunt, & apud Latinos S. Ambrosius instituit. Exhinc in cunctis regionibus Occiduis usus increbuit.

Antiphrasis, ἀντίφρασις, pen. cor. Sermo per cõtrarium intelligendus: ut, Parcæ, quia nemini parcũt. Sic Manes, quòd non sint boni: Manum enim antiqui bonum dicebant. Bellum quia minimè bellum, i. iucundum.

Antiphrates, gemmæ species, quæ in lacte decocta, id myrrhæ simile facit.

Antipocha, Chirographum, confessio quam debitor creditori facit, in præstationibus annuis oppido necessarium.

Antipophora, uide Anthypophora.

Antiptõsis, pe. pro. ἀντίπτωσις, Figura est quando casus pro casu ponitur: ut, Vrbem quam statuo, uestra est. Componitur enim ex ἀντὶ pro, πτῶσις casus, à πίπτω, cado.

Antiquus, Idem quod uetus siue priscus: ab Ante & Aeuũ, ut Varroni placet. ἀρχαῖος. πρέσβυς. [Ital. Antico. Gallice. Ancien, antique, uieux ou uieil. Hispan. Antigono ò uieio. Ger. Alt.] Virg. 2. Geor. antiquasq; domos auium. ¶ Quoniam uerò quæ antiquiora sunt, ferè meliora esse consueuerant, ut mores, uinum & similia: factum est, ut antiquum pro probo, bono, & simplici dicamus. Terent. in Andr. Pol Critò hospes, antiquum obtines. Cicer. pro Sext. Roscio, In qua muliere uestigia antiqui officii remanent. Sic & antiquios dicimus, pro meliore, chariore, potiore, πρεσβύτερον. πρεσβυτικώτερον. Cic. ad Att. li. 1. Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. Idem 1. de Inuent. Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. ¶ Prouerbialiter dicimus, per antiquum diem, Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας! de re admodũ absoleta priscaq;. Refertur à Diogeniano. Finitimum illi quod hodie nõ inscitè iactatur in scholis philosophorum, Magno Platonis anno.

Antiquárius, a, um, Qui uerba ab usu remota, & commentarios Pontificum, & uetustissima fœdera, & exoletos scrutatur autores, ut ex his contrahat, quæ non intelligantur, uitq; quædam solus uideatur. φιλάρχαιος [Ital. Amator de la antiquità. Gal. Curieux de l'antiquité. Hisp. Amador de las antiquidades. Ger. Der mit fleiß alte wort braucht, die niemandts verstath.] Iuuen. Ignotosq; mihi tenet antiquaria uersus. Sueto. in Augu. Cacozelos, & antiquarios pari studio spreuit.

Antiquitas, f. r. pro uetustate. ἀρχαιότης. [Ital. Antiquità, uecchiezza. Gal. Antiquité, ancienneté. Hisp. Antiguedad ò uejez. Ger. Die ältе.] Cic. 1. de Finib. Quod quàm magnum sit, fictæ ueterum fabulæ declarant, in quibus tam fabulis multis, tamq; uariis ab ultima antiquitate repetitis, tria uix amicorum paria reperiuntur. ¶ Antiquitas, pro ipsis antiquis. Plin. lib. 12. cap. 19. Cinnamomũ & casias fabulosa narrauit antiquitas. ¶ Item in alio significatu accipitur apud Sallustium, Seru. teste, Tantum antiquitatis, curæq; maioribus pro Italica gente fuit. Id est, antiquit & præcipui amoris siue charitatis, ab eo quod est antiquum pro charo.

Antiquitus, ἀρχέως, πάλαι. [Ital. Per illo passato & antichamente. Gal. Anciennement, d'ancienneté. Hisp. Antiguamente, y uiciamente. Ger. Von alter hár, Von alten zeyten hár.] Idem quod olim, uel tempore antiquorum. Cæsar lib. 6. Bel. Gal. Quòd summa autoritas antiquitus erat in Heduis.

Antiquo, as, a. t. Euacuo, aboleo, abrogo, irritum facio. ἀναρχαιωτηρίω. [Ital. Votare, francellare, indebilire, tornare. Gal. Abolir, mettre hors d'vsage, deleuer. Hisp. Quitar de uso lo antiguo. Ger. Abthun, hinweg thún. Vnderstoßen machẽ.] Vnde legem antiquatam dicimus, quæ, quum populus suffragiis suis improbauisset, nec potenti passus est. Antiquatã autem dicimus legem, quæ quum abrogata fuerat, & prolata, postea contrario lege fuerit soluta. Liu. Omnium rerũ uobis antiquãdas censeo istas rogationes. Cic. 3. de Leg. Vos

item,ut uideo,legem antiquastis sine tabella.

Antiquatio,onis,Verbale,Abolitio,abrogatio.ἀπεπαλαίωσις.[Ital.Scancellamento.Gal.Decriement,abolition.Hisp.Quitamiẽto del antiguo.Ger.Abſtellũg,caſſierung.]Gell. Facta mox eſt antiquatio legis.

Antiquè,aduerb.Hoc eſt ad morem antiquorũ:ut, antiquè dicam.παλαιῶς.[Ital.Anticamente.Gal.Antiquement,à la maniere antique.Hiſp.Antigua y uſadamente. Ger. Auff alte gattung,Altfrendeſch.]Horat.2.Epiſt. Si quædam minus antiquè,ſi pleraq; durè Dicere credat eos.

Antirrheſis,ſ.t.ἀντιῤῥησις,Latinè contractio dicitur.

Antirrhinum,ἀντίῤῥινον,Herba eſt eadem cum illa, quam ſuprà Anarrhinon appellauimus,de qua uide Plin.lib.27.c. 10 & ea quæ ſupra annotauimus in dictione Anarrhinon.

Antiſcorodõ,ἀντισκόροδον,Herba eſt ex generibus allii,quæ & Vlpicum,& allium Cyprium appellatur. Vide Plin.li.19. cap.6.

Antiſophiſtes,æ,ἀντισοφιστὴς.Quin.Vrbaneq; Virginius interroganit de quodam ſuo antiſophiſte, quot millia paſſuũ declamaſſet.

Antiſpaſis,ſecundum Hippoc.eſt auerſio materiæ morbi in contrarium.

Antiſpoda, ſiue Antiſpodia,ἀντίσποδα Dioſcoridi,ἀντισποδίαι Galeno,uocantur à medicis omnia ea quæ candẽ cum ſpodio habent facultatem, quæq; in ſpodii inopia pro eo poſſunt ſupponi.Quid aũt ſit Spodos,ſiue ſpodium, uide ſuo loco.

Antiſmos,quid hic correptè legebatur,uide Atticiſmos.

Antiſtes,itis,Ex ante,& ſto,tam fœminini, quàm maſculini generis,à uerbo antiquo antiſto,pro anteſto, quòd cæteris anteſtet,id eſt,excellat.πρωτάτης,ἡ πρωτάτις.[Ital.[Antiſte,preſidente.Gal.Premier entre les autres,prelat, preſidẽt. Hiſ.Prelado,preſidente.Ger.Ein vorſtender, ein Prelat.] Et erant primarii templorum ſingulorum ſacerdotes, qui ſacris præerant,deiq; futuris reſponſa dabant.Ouid.4.de Pon. Non ſunt illa ſui uanas antiſtitis unquam Eſſe preces.Liui. 1.ab urbe,Potitii ab Euandro edocti,antiſtites ſacri eius per multas ætates fuerunt.Vale.lib.1.Ne dex uetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes.¶Per translationem uerò antiſtes dicitur,qui in re aliqua excellit,atq; principatum tenet. Vnde Sero.Sulpitius,Quintil.teſte lib.11.c.1. Iuris antiſtes appellatus eſt.Item Plato ſapientiæ antiſtes.

Antiſtita,æ,πρωτάτις [Ital.Abadeſſa,ò prioreſſa.Gal.Abeſſe, qui a charge des choſes ſaintes.Hiſp. Magar prælada.Germ. Ein vorſtenderin,als ein Priorin, oder Aptiſſin.]Gel.lib. 11.cap.19.Sacerdotes quoq; fœminas M.Cicero antiſtitas dicit:Sacerdotes,inquit,Cereris,atq; illius fani antiſtitæ.

Antiſtitium, Excellentia, & apex, & quaſi antiſtitis dignitas, πρωτασία [Ital.Excellenza.Gal.Eminence,excellence.Hiſ. Prelacia.Germ. Fürtreffenheit.]Martianus Capella,Antiſtitio præminebat Athanaſia.

Antiſtitor,pe.cor.Præſes,præfectus,quaſi anteſtator. ἐπιστάτης.[Ital.Preſidente,.preſetto.Cal.Le magiſtre de l'œuure.Hiſp.Prelado,preſidente. Germ Ein fürgeſetzter, Vorſtender.]Columell.lib.9. Neq; enim ſingulis totidem antiſtitores poſſit dare,qui obſeruent,quiq; præcipiant, ne acerbæ uuæ demetantur.

Antiſto,as,are,n.p antiquum uerbum pro Antiſto,id eſt,anteceſſo.πρωτάκω.[Ital.Eſſere preſidente. Gal. Preſider. Hi.Ser preſidente en alguna dignidad.Ger. Ein fürgeſetzter oder vorſtender ſein.]Cato ca.156.Braſſica eſt, quæ omnibus oleribus antiſtat.Lucret.lib.5.Herculis antiſtare autem ſi facta putabis, Longius à uera multò ratione ferêre.

Antiſtœchon,ἀντιστοιχον,Literarũ permutatio,quum ſcilicet litera pro litera collocatur:ab ἀντὶ,pro,& στοιχεῖον,elementũ:ut Sella p ſadda,& Magalia p Magaria,l pro r. nam Magal pro Magar dicitur,quod Pœnorum lingua deſignat.

Antiſtrophe,ſ.t.ἀντιστροφὴ, Dicitur quum inter coniuncta duo,quæ à ſeſe mutuò pendeant, fit alterna conuerſio:ut, Seruus domini,& Dominus ſerui. ¶Lyricis autem Poetis Antiſtrophe eſt ſaltationis genus, quo modò in dexteram, modò in ſiniſtram choros agerent,ac reuocarent.

Antiteſion,Xanthion uel Lappa à Dioſc.

Antithẽſis,ἀντίθεσις,pen.cor.Color rhetoricus, quum contraria contrariis opponuntur.Quinti.Contentionẽ uocat.

Antithẽton,n.ſpe,cor,ἀντίθετον,Figura eſt, qua contrariis opponuntur contraria,ut apud Ouid.1.Metamor.Frigida pugnabant calidis,humentia ſiccis, Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.Perſius, -crimina raſis Libræ in antithetis,doctas poſuiſſe figuras Laudatur.Cic.ad Brutum. Semper hæc quæ Græci antitheta nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorum ne ceſſitate ipſa efficiunt.

Antitỹpum,n.ſ.ἀντίτυπον,pen.cor.Latinè exemplar.ſimilis formæ,uel contrarium.

Antlare,ἀντλᾶν, Veruſtiſsimi dicebant pro haurire,uerbo à Græcis mutuato.Liu.Andronicus,Florẽ antlabãt liberi ex carchefiis. ¶Hinc Exhantlare,de quo infrà.

Antlia,ę,ἄντλία.[Ital Iuſtromento con che ſi caua acqua. Gal.Vn engin à tirer de l'eaue.Hiſ.Auoria para ſacar agua. Germ.Ein inſtrument damit man waſſer ſchöpffet.] Machinula ad hauriendam aquam excogitata. Nam ἀντλᾶν, Latinis haurire eſt. Mart. li. 9. Curua laboratas antlia tollit aquas.Et Feſt. Antiare,haurire: à Græco ἀντλάω, i. haurio.Liu.Florem antlabant liberi ex carchefiis.

Antonomaſia,ſ.p.ἀντονομασία,Dici poteſt.pro nomine, id eſt,uice nominis poſitio.Diomed.Antonomaſia eſt uocabulum,quod ſine nomine poſitum,loco eius fungitur: ut eſt, Arma,uirumq; cano:ubi intelligitur Aeneas. Fit autem tribus modis:Ab animo,ut,Magnanimus Anchiſiades,id eſt, Aeneas:à corpore:ut, Ipſe ardens,i.Polyphœmus. Extrinſecus: ut, Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli,hoc eſt Troilus. ¶Inde Antonomaſticũs,hoc eſt,per Antonomaſiam.

Antopyrites panis,idem quod ἀρτόπυρος.

Antra,arum,autore Feſto,Dicuntur cõualles, uel arborum interualla.

Antrum,n.ſ.ἄντρον,ſπήλαιον.[Ital.Antro, ſpelonca. Gal. Foſſe ſous terre,cauerne,creux.Hiſp.La cueua. Latinè ſpecus uel cauerna.Ger.Ein hülle.]Virg.6.Aen. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.Mart.lib.13. Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris.

Anũblas,adis,ἀνυβιάς,A quibuſdam dicitur herba,quæ notiore nomine Conyza appellatur, & uulgo Cimicaria, ſeu Pulicaria.Legitur hæc uox in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus: quam tamen à peritioribus inter nomenclaturas nothas,falſoq; Dioſcoridi attributas uideo numerari.

Anulus, m.ſpro digitorum ornamento à circuitu uocatus eſt,ſiue à rotunditate,quaſi annus.Græci à digitis δακτύλιον appellauerunt.[Ital.Anello.Gal.Aneau, une uerge à mettre au doit.Hiſp.Anillo.Ger.Ein Engerring.] Cicer.5. Verr.Sæpe enim noſtri imperatores ſuperatis hoſtibus,optimè Republic.geſta,ſcribas ſuos annulis aureis in concione donarunt. ¶Fuerunt homines tam inepti,qui anulos etiam digitos à Latinis uocari crederent, adducti autoritate Plauti in Pœnulo. Atq;,ut opinor,digitos in manibus non habent A G.Quid iam? M I L. quia incedunt anulatis auribus.Sed hi profectò nimis pueriliter deliranr, neq; Poetæ ioco aſſequũtur. Irridet enim ibi poeta Pœnorum morem, qui,ac ſi digitos in manibus non haberent, anulos à manibus ad aures transferebãt.Apud nos priſci Vngulum & Vnguinum uocabant,poſtea & noſtri & Græci, Symbolon dixere. Nam Symbolum,nota eſt & ſignum.Anuli autem equeſtris ordinis notæ erant. ¶Condulum quoq; & Condalium ueteres anulum nuncupauere,teſte Feſto. Plautus in Triu.In thermodolio condalium ei oblitus.Mos fuit neceſſarium gerere anulum in digito ſiniſtræ manus, qui eſt minimo proximus. Eius rei duplex redditur ratio à Macrob.Prior,quia in eo digito gemma anuli ab omni læſione eſſet tutiſſima:altera,quia diſſectis humanis corporibus,repertum eſt,neruum quendam tenuiſſimum(ut credi uult) ab eo digito ad cor hominis peruenire.Et ideo uiſum eſt uenereibus ut ille digitus anulo,tanquam corona,circundaretur.Vide hac de re Gel.lib.10.c.10. ¶Primus Prometheus ferrur circulum ferreum, incluſo lapide, digito circundediſſe: qua conſuetudine homines uſi, anulos habere cœpérunt.Anuli autem per diminutionem dicti à circulis & anis, qui ſunt circum brachia & circum crura.Anulos homines primùm geſtare cœperunt quarto pollice digito, quòd eà uena quædam ad cor uſq; pertingat, quam notandam ornandamq; aliquo inſigni ueteres putauerunt. Apud Romanos anuli de publico dabãtur, & non ſine diſcrimine: nam dignitate præcipuis uiris gemmati dabantur,cæteris ſolidi. Anulum aureum neque ſeruus, neque libertinus geſtabat in publi-

cuſed annulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, ſer uiferro. Apud ueteres ultra unum annulum uti, infame habitum uiro. Gracchus in Mæuium, Conſiderate Quirites ſiniſtram ciuis ea, cuius autoritatem ſequimini, qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier eſt ornatus. Craſſus qui apud Parthos periit, in ſeneſtute duos habuit anulos, cauſam præferens, quòd pecunia ei immenſa creuiſſet. Fœminæ non uſæ ſunt anulis, niſi quos uirgini ſponſus miſerat: neq; amplius quàm binos anulos aureos in digitis habere ſolebant. Inter genera anulorum ſunt, ungulus, Samothracius, Tyrius. Vngulus eſt gẽ natus, uocatuſq; hoc nomine: quia fœminæ ungula carni, ita gemma anuli auro accingitur. Samothracius aureus eſt quidẽ: ſed capitulo ferreo, à loco ita uocatus. Tyreus purus eſt, primùm in Bithynia fabricatus, quem olim Tynam uocabant. Flaccus, Lugente mea uita nec ſmaragd⁹ beryllusq; mihi Flacce nec nitentes per cãdidã margaritam quæro, nec quos Tyrica lima poliuit anellos nec iaſpios lapillos. Iſidorus de Etymologiis. ¶ Arctum anulum ne geſtato, *μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον*. Hoc eſt interpretẽ D. Hieronymo, Ne uixeris anxiè: & ne temet in ſeruitutem conũcias, aut in eiuſmodi uitæ inſtitutum, unde te nõ queas extricare. Siquidem quiſquis angoſtum geſtat, is ſibi quodammodo uincula iniecit. ¶ In anulo Dei figuram ne geſtato, *ἐν δακτυλίῳ Θεὸν εἰκόνα μὴ περιφέρειν*. Fortaſſe admonet nõ paſſim admiſcendam Dei mentionẽ. ¶ Per medium annulum traharis oportet, *διὰ δακτυλίου δεῖ σε διανοίγειν*. In eum quadrabit, qui ſit uehementer extenuato graciliq; corpore, ſeu morbo, ſeu cura, ſeu ſtudio, ſeu qua alia re. Ariſtoph. in Pluto, *Διὰ δακτυλίου μέν γ' ἐμὲ γ' ἂν ἀπολύσειεν*. id eſt, Itaq; profectò per anulum me traxeris. Verba ſunt anus nolentis ſe uideri uſq; adeò maceratam atque exhauſtam dolore, ut per anulum trahi poſſet. Equidẽ opinor adagiũ eſſe ſumptum à loſa, quo onum aceto maceratum per anulũ trahitur. Cuius rei meminit Plin. li. 10. c. 16. ¶ Anulus, item Fluuius eſt Mauritaniæ, in quo elephantes luna noua apparente ſe abluunt. Plin. lib. 8. cap. 1. Autores ſunt, in Mauritaniæ ſaltibus, ad quendam amnem, cui nomen eſt Anulo, nitenſcente luna noua, greges elephantum deſcendere, ibiq; ſe purificantes, ſolenniter aqua circumſpergi, atq; ita ſalutato ſydere in ſyluas reuerti.

Anularius, m. ſ. *Δακτυλοποιὸς*. [Ital. Orefice, chi fa anella. Gal. Orfeure qui fait anceaux. Hiſp. Platero que haze los anillos. Ger. Der die ring macher.] Artifex qui anulos facit. Cicer. 4. Acad. An tibi erit quærẽdus annularius aliquis, quoniam galinariũ inueniſti, Deliacum illum, qui ouа cognoſceret?

Anularis, re, Quod anuli eſt: ut Digitus anularis dicitur, qui proximus auriculari. *Δακτυλικὸν*. Quare autem ueteres in hoc potiſſimùm digito anulos geſtauerint, uide Macrobium lib. 7. Satur. cap. 13.

Anulatus, *Δακτυλιωτὸς*, Anulis ornatus. Plaut. in Pœnulo, Quid iam? quia incedunt cum anulatis auribus.

Anus, us, generis fœminini, & prima correpta, Vetula dicitur, ab annorum multitudine ita uocata, quum antiqui cõſonantem non geminarent. *γραῦς*. [Ital. Vecchia. Gal. Vieille. Hiſp. Vieia. Ger. Ein alt weib, ein vettel.] Vel ab *ἀ* & *νῶς* ſenſus, intellectus: quòd iam deliret, & quodammodo mente careat. Cic. 1. Tuſcul. Quæ eſt anus tam delira, quæ timeat ea quæ nos uidelicet, ſi phyſica non didiciſſetis, timeretis? Anus bacchatur, *γραῦς βακχεύει*, in eos dici ſolitum ſuperare ætatem indecorè laſciuiunt. ¶ Anus hircoſſans, *γραῦς τραγῳδοῦσα*, de anu adhuc intempeſtiua libidine, pruriente, ut ait Plaut. catullienti. Ariſtoph. in Plut. ¶ Anus temulat, *γραῦς παθυπτοιμένη*, De uetulis indecore laſciuientibus. *Καθύειν* enim temulentum ſignificat: Inde factum uerbum *καθυπτοίζειν*. ¶ Anus hircum olet, *γραῦς ἀναθυᾷ*. De uetula libidinante: propterea quòd alarum ac reliquarũ partium odor excitator ad libidinem incenſis. ¶ Anus ſaltat, *γραῦς χορεύει*. In eum conuenit, qui indecorè quippiã facit uel ſi ſenex ludat nucibꝰ: aut ſi theologus rhetoricis fucatis laſciuiat: aut princeps exemplo Neronis muſicetur. ¶ Expecta anus meum filium te ſuauiaturum, *εἰς γραῦς ἐμὸν υἱὸν, παῖδα φιλήσεντα*. Nam priuſquam ſe dediſcat puer, illa deceſſerit. Vtimur quum ſera ſpes oſtenditur. ¶ Anus uelut equus profundam habebis foſſam, *γραῦς, ὥσπερ ἵππος, τὸν βαθὺν βόθρον ἕξεις*. De iis qui penitus abiiciuntur, tanquam prorſus inutiles. ¶ Præſtat anum irritare quàm canem *μᾶλλον θάρσει ἐγείρειν ἐρεθίσματα γραὸς ἢ κύνα*. Refertur ex Menandro.

Anicula diminutiuum. *γραΐδιον*. [Ital. Vecchierella. Gallicè, Vieillotte, uieille radotée. Hiſ. Viezuella, ò pequẽna uieia. Ger. Ein alts weible.] pro uetula. Cic. pro Flac. Aniculæ mi nimè ſuſpicioſæ purgant ſe. ¶ Aniculatum deliramenta, *γραώδη ῥᾳθυμήματα*. De nugis inanibus, cuiuſmodi ſolent effutire uetulæ, quum iam ſexus uitio uitium ætatis accedens nugacitatis morbum couduplicat. Extat prouerbium apud Plat. in Theæteto.

Anilis, & hoc anile, Quod eſt anus, uel quod ad anum pertinet. *γραϊκὸς*. Virg. 4. Aen. Illa gradum ſtudio properabat anili.

Aniculariſ, & hoc aniculare, Idem eſt quod Anilis. *ἀρχαῖος*. Aug. Delirare tibi uideor, anuare, quum hæc loquor: anicularia tibi uidentur hæc uerba.

Anilitas, atis, Senectus. *τὸ τῶν γραῶν γῆρας* [Ital. Vechiezza di uecchia. Galli. Vielleſſe des femmes. Hiſp. Viez de la uieia. Ger. Das grauw oder weyſs alter der weiberen.] Catul. Vſque dum tremulum mouẽs Cana tempus anilitas, Omnia omnibus annuit.

Aniliter, aduerbium, *γραϊκῶς*. Cic. 3 de Nat. deor. Neq; id dicitis ſuperſtitioſè atque aniliter: ſed phyſica conſtantiq; ratione.

Anus, ui, Generis maſculini, & prima producta, pars poſterior, uerenda. *πρωκτὸς*. [Ital. El buco, donde eſce el porgamento del uentre. Gall. Le trou par ou ſe purge le uentre. Hiſp. El culo. Ger. Der arſs.] Cic. Præto. Anum appellas alio nomine: cur non ſuo potius? ſi turpe eſt, ne alieno quidem. ſi non eſt, ſuo potius. Dicitur & alio nomine Podex.

Anxius, a, um, Solicitus, mœſtus, ab *ἄγχω*, *περιαλγὴς*. [Ital. Anxio, ſolicero. Gall. Chagrin, qui eſt en grande facherie & ſoucy. Hiſp. Congoxoſo ò diligente. Ger. Angſthafftig, ſorgfeltig.] Propriè tamen quid ſit. Cic. 1. Tuſc. oſtendit his uerbis. Itaq; dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, non quia ſemper ſunt, ſed quia ſæpe ſint: alii ad metum, alii ad aliam perturbationem procliues. Ex quo in aliis anxietas, unde anxii: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Eſtq; aliud iracundum eſſe, aliud iratum: ut differe anxietas ab angore. Neq; enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, neq; anxii ſemper anguntur.

Anxiè. aduerbium. Solicitè curioſè. *φροντιστικῶς*. [Ital. Anxiamente, con affanno di cuore. Gall. Auec ſoing, facherie & chagrin. Hiſp. Congoxoſamente. Germ. Angſthafftiglich, Sorgfältiglich.] Saluſt. in Iugurt. Nobis ſatis comperũ eſt, illum magis honore Marii, quàm iniuria ſua excruciatum: neq; tam anxiè laturum fuiſſe, ſi adempta prouincia alii, quàm Mario, traderetur. Plin. li. 11. c. 52. Ne in ſe quiſq; ſit auguria anxiè quærat.

Anxiẽtas, & Anxietudo. f. r. *ἀθυμονία*. [Ital. Anxietà, affanno di cuore. Gal. Chagrin & ſoucy. Hiſp. Congoxa. Ger. Angſthafftigkeit, Sorgfältigkeit.] Cic. de Repub. ut citat Nonius, Quartaq; anxietudo prona ad luctum, & mœrẽs ſemper. Plin. lib. 7. cap. 51. Quem cuenti anxietate diximus mortuum. Iuuenal. Sat. 13. Perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat.

Anxĭfĕr, pe. cor. Quaſi angorẽ, anxietatemq; ferens. *ἀλγεινός*. Cic. lib. 2. Tuſcul. Nunc nunc dolorum anxiferi torquent uertices. Ibidem 1. de Diuin. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

A ante O.

A. O. In notis antiquorum, alii omnes. AO. P. auro puro, uel auro poſito.

Aonius, *ἀόνιος*, a dictiuum. Ouid. 1 Metam. Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.

Aonis, idis, *ἀονὶς*, Patronimicum fœminini: quo Poetæ frequentiſſimè utuntur pro ipſis Muſis. Iou. Sat. 7. aptuſq; libendis Fontibus Aonidum.

Aorta, *ἀορτὴ* Arteria eſt omnium maxima, ex ſiniſtro cordis uentriculo exoriens, ſpiritum uitalem in totum animantis corpus deferens, natiuumq; calorem per diaſtolen & ſyſtolen temperans. Hęc ubi primùm à corde emerſit, impatibus ſectionibus bifariam diuiditur: quarum altera, quæ minor eſt, ſurſum fertur, omnibus, quæ ſunt ſupra cor partibus, uaſorũ propagines præbitura. Altera, quæ maior eſt, fertur

deorſum, partibus omnibus inferioribus arterias immittens. Ex Galeno de diſſectione arteriarum, & libro 10. de Vſu partium.

A ante P

AP. in notis antiquorũ, apud. AP. IVD. apud iudicẽ. APP. Appius. APP. appellat. A. P. Q. Aulus, uel Auli Publii Quint. A. P. R. C. anno poſt Romam conditã. AP. N. apud nos. APPN. appellantur. APPS. CLV. Appius Claudius. AP. CLN. ad pedes columnæ.

Apăgẽ, ἄπαγε. [Ital. Leua uia, leuate uia. Gal. Oſtez, oſtez, ſe riere de la, retire toy. Hiſp. Quita d'ay'. Ger. Hinweg mit, dannen mit, heb dich.] & Apagete, dictio Comica, ducta à uerbo Græco ἀπάγω, quod ſignificat abduco, abigo, remoueo. Plau. in Curcul. Apage hoc caniculã. Apuleius, Apagete factorem extremæ latrinæ. Vatin. ad Ciceronem, Apagete cum noſtro Sex. Scruillio, nam mehercule ego illum quoq; amo.

Apăgĕſis, pe. cor. (quod & ipſum frequens eſt apud Comicos) Familiariter conſipientis eſt, & ſignificat Aufer, uel remoue ſi uis. ἄπαγε σὺ. Apul. Apagesis iam cruentos deos. Vel etiam abſolutè, pro Abi ſi uis. Plaut. in Pœnulo, Apagesis, negotii in muliere quantum una eſt.

Apălæſtri, ἀπάλαιστροι, Græci uocant ignaros palæſtræ, hoc eſt qui ſeſe in lucta exercuerunt.

Apalon, unum, i. tenerum.

Apanthropia, f. p. ἀπανθρωπία, Latinè inhumanitas dicitur.

Apanthropos, m. f. ἀπάνθρωπος. Latinè inhumanus.

Aparctias, ἀπαρκτίας, Ventus ab Arcto flans, hoc eſt à Septentrione.

Apărine, ἀπαρίνη, Lappæ genus, quod alio nomine Philanthropos appellatur, quòd ueſtibus hominum adhærens eos amare uideatur.

Apate, ἀπάτη, Genus intybi apud Theophraſt. quam Theodoros fraudem conuertit, eo quòd guſtantes amaritudine decipiat.

Apăthes, ἀπαθὲς. [Ital. Senza paſsione, & perturbatione. Gal. Sans paſſion. Hiſp. Soſſagedo, ſin turbation. Ger. Ohn anfechtung vnd betrübnuß, Vnbewegligkeit am gemüt.] Latinè dicitur ſinepaſſionibus, ſine ulla animi perturbatione, quaſi impaſsibilis, quem Stoici uolebant eſſe ſapientem. Negabant enim ſapiẽtis eſſe aut dolore, aut uoluptate, aut metu, aut odio, aut miſericordia commoueri. Plin. lib. 7. ca. 10. ſcribit quoſdam ſapientiæ ſectatores torpitate quadam naturæ dura & inflexibili præditos, humanis affectibus caruiſſe, qui & ipſi Apathes nominantur. ¶ Vnde Apathia ἀπάθεια Animi tranquillitas, nullis affectuum motibus obnoxia.

Apator, ἀπάτωρ, Dicitur ſine patre: quo nomine à Poetis Vulcanus dicitur, quem illi fingunt à Iunone ſine patre eſſe editum. Sacræ etiã literæ Melchiſedech ἀπάτωρα uocant. Dicuntur etiã ἀπάτορες, qui incerto patre nati ſunt, quos Latini & Spurios uocant. Vide Plut. in Problem.

Apedes, uide Apodes.

Apĕlĭōtes, te, pen. prod. ἀπηλιώτης, Ventus eſt ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subſolanum uocant.

Apella, m. p. Dici poteſt ſine pelle. Λεπίδιμος. [Ital. Circõciſo. Gal. Circoncis Hiſ. Circoncidado.] Quo nomine uocati ſunt Iudæi circuncili. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 5. - credat Iudæus apella, Non ego.

Apella, apellæ, maſc. gen. aut potius com. gen. Λεπέδιμος. Nomen fictum ab à priuatiua particula & nomine Pellis. Dicitur autem de Iudæis: qui, ut notum eſt, circuncidi ſolent. Horatius primo Serm. Saty. 5. - Credat Iudæus Apella.

Apelleus, a, um, adiectiuum. Sat. lib 5. Syl. Vt uel Apelleo nullus ſignata colore.

Apello, lis, apuli, apulſum, ex a, & pello. Significat amoneo ἀπωθῶ, ut, Apulſus ab urbe, id eſt, amotus. Sunt tamen qui putant Aſpello, non Apello ſcribi debere, & componi ex abs, ſeu ab, b, in ſ mutata, ne ex AD compoſitum uideatur. Nam ita in Captiui Plauti legitur, Hic eſt ille dies, quũ nulla uitæ ſalus ſperabilis eſt mecum, Neq; exilium exitio eſt, neq; adeò ſpes, quæ mihi hunc aſpellat. Cic. 1. Tuſc. Sed longè à læto numine aſpelior, Iouis.

Apenninigena, qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino uerſatur: ut, Apẽninigenæ paſtores. Claudia. Apenninigenis cultas paſtoribus aras.

Apenninicola, Idem. Verg. 11. Aeneid. Apenninicolæ bellator filius Auni.

Apepſia, æ, ἀπεψία, Ventriculi uitium eſt, quod Latini Cruditatem appellãt: quũ ſcilicet cibi in uentriculo, nõ in mutantur: ſed tales ferè egeruntur, quales ſunt ingeſti. Quomodo autem differat à dispepſia, & à tertia ſpecie, quam Græci βραδυπεψίαν uocant, uide in dictione Dyſpepſia.

Aper, m. ſ. Porcus ſylueſter, à Græco κάπρος, remota prima litera. [Ital. Porco ſaluatico, cinghiale. Gal. Sanglier, porc ſanglier. Hiſp. El iauali, puerco montes. Ger. Ein Eber, ein wildſchwein.] Iuuenalis, - quanta eſt gula, quæ tibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum. Varr. de ling. lib. 4. Apri ab eo, quòd in locis aſperis uerſantur: niſi à Græcis deductum malis, qui hos κάπρους uocant.

Aprinos. παπρεῖος [Ital. Cinghiarino, coſa di cinghiale iuuali. Gal. De porc ſanglier. Hiſp. Coſa de puerco iauali. Germ. Das zů dem wildtſchwein gehört, oder daruon kompt.] ab Apro deducitur: ut, Aprina caro. Sic ſcribi quidem debet ſecundũ analogiam. Antiqui tamen ſcribebant Aprugnus. Plin. lib 8. cap. 51. Catonis Cenſoris orationes aprugnum ex probrant calium. In tres tamen partes diuiſo apro, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.

Apĕrĭo, s. q ex Ad & Pario (ut inquit Priſcianus) abiecta d, (quia d, ſequente p, nonnunquam abiicitur,) Significat patefacio. ἀνοίγω [Ital. Aprire. Gal. Ouurir. Hiſp. Abrir lo ſerrado. Ger. Aufthůn, öffnen.] Terent, Fores aperi. Habetq; a, correptam. Iuue. Prorulit, ut mos eſt, & aperta palluit agna. ¶ Quandoq; detego. Hinc Macrobius ait, iuuiores ſolitos eſſe non tam honoris, quàm ualetudinis cauſa, maioribus caput aperire. Statius, - ſic fatus aperto Enſe uocat ſocios. ¶ Per translationẽ aperire ponitur pro exponere. Plaut. Age iam & hoc ænigma aperi nobis. ¶ Item, pro nudare. Cæſ. Verentur enim, ne ſi quo caſu acciderit, ut partes corporis quædam aperiantur, aſpiciantur non decore. ¶ Item pro uulnerare. Iuuen. Fuſte aperire caput, candelam opponere ualuis. ¶ Aperire feneſtram, ianuam, repagula, & ſimilia, prouerbialiter dicitur, pro, occaſionem ac uelut anſam miniſtrare. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Adaperio, quod eſt, ualde aperio. A quo adapertile, penultima correpta. ἀνοιγτὸν, quod aperitur, uel aperiri poteſt: ut Verſatilis axis, qui uerſat ur, uel uerſari poteſt. Ouid. de Triſt. Aſpicis ſi dextra latus hoc adapertile tauri. Exaperio fons uel ualde aperio.

Apertè, aduerbium, clarè, manifeſtè. φανερῶς. [Ital. Apertamente. Gal. Apertement, clerement. Hiſp. Claramente. Ger. Offentlich, heiter.] Cic. Attic. Quæ uerba apertè indicant, poſſe rationem haberi etiam abſentis. ¶ Hinc apertius, & apertiſſimè. Idem pro Q. Roſc. Planius, & apertius dicam. Idem Attico. Lætitiam apertiſſimè tulimus omnes.

Apĕrtĭo, onis, uerbale ſ. t. ἀνοῖξις [Ital. Apertura, Gal. Ouerture Hiſp. Obra de abrir. Varro 1. de Re ruſt. cap. 49. ſub terra qui habent frumentum in ils, quos uocant ſyros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibuſdam interclusa ſit anima.

Apertum, ius clarum & indubium eſt. Autor Cic & Quint. Sicut uarium, quod uagatur in opinibus. Iurecons. controuerſum autem. i. contrarietate opinionum.

Apertus, a, um, Patens, manifeſtus, planus, ante oculos poſitus.

Apertura, æ. ἀνάοιξις. Idem. Vitruu. lib. 5. c. 5. Contraq; eas cellas relinquentur aperturæ inferiorũ graduum cubilibus &c. Idem lib. 10. c. 9. Circa frontem eius fingunturtabulæ, relictis ſemipedalibus aperturis, ad aquam intrò concipiendam.

Apes, uel Apis, in nominatiuo ſingulari. f. t. μέλισσα. [Italic. Ape Gal. Mouche à miel, Hiſ. Abeia. Ger. Ein Ymbe, oder Bynn.] Columa. lib. 10. Nam quanto gradior apis atq; rotundior, tanto peior. Ouid lib. 15. Metamorph. Non apis inde tulit collectos ſedula flores. ¶ Hoc nomen compoſitum exiſtimant pleriq; ab à ſine, & pes, quod ſine pedibus naſci uideantur, dicente Vergilio, Dronca pedum primo. Sed quum non ſeruet analogiam, ſicut cætera compoſita, Bipes, edis, Tripes, edis, Compes, compedis, magis ſimplex ita dicendum eſt. Creantur apes ex boum ſimo, ſicut crabro ac-

ueræ equorum, fuci ex mulorum, oeſpæ ex aſinorum excremẽtis. ¶ Neq; mel, neq; apes, *μήτε μέλι, μήτε μελίσσας.* Ineos dici ſolitum, qui recuſant incommodum ferre quod ſecum commodo quopiam coniunctum. Veluti ſi quis apes, quod ſint aculeatæ nolit perpeti, is nec melle quidem quod opetæ fruetur. Tryphon ex Sappho poetria Lesbia. In apes iruiſti, *εἰς μελίττας ἐπώμοσας.* Vbi quis præter ore pronũc in ingens agmen, uelut examen malorum, immergitur quemadmodum euenire ſolet iis qui imprudentes in apum nidos incidunt.

Apecula ſiue apicula diminutiuum, Parua apes, *μελίττιον.* Plin.lib.7. Quadrigam ex eadem materia, quam muſca integumentis, fabricatam, & nauem quam apicula pennis abtenderet.

Apiárium, n.ſ. Locus ubi apes conſidunt, hoc eſt ubi alueolapum tenentur. quod Mellarium, ſiue alucarium nominant. *μελισσῶν.* [Italic. Luoco doue ſtanno l'apſ. Gal. La ruche, lieu ou ſe nourriſſent les mouches à miel. Hiſp. El colmenar Ger. Ein ymben heüſslin, ein ymbenbanck.] Colu. lib 10. Non eſt dubitandum, quin in ædificio inuctum apiarium maceria circundemus, ſed in ea parte, quæ terris latrantibus ſeiunctaque ſilentio, & balneo odoribus libera eſt. Idem lib.8. capite 14. Nos ſimiliter appellamus apium cubilia, apiaria.

Apiarius, m.ſ. Qui curat, ſiue qui poſſidet apeis, *μελιτουργός.* [Ital. Conernatore ò poſſeditore dell' api. Gal. Celuy qui à la charge, & gouuernament des mouches à miel. Hiſp. Colmenero. Ger. Der ymben hat, mit den ymben vmgadt, zů den ymben ſorg treget. Plin.lib.31. Prouentum enim ſperãt apiarii largè floreſcente thymo.

Apiaſtrum, *μελισσόφυλλον,* Herba eſt qua apes mirum in modum delectantur: unde & Meliſſophyllon, & per ſyncopen Meliphyllon appellatur: Vulgò Meliſſa. Vide latius in dictione Meliſſophyllon.

Apiaſtra, *μελισσοφάγος,* Auis dicitur, quę apeis comedit Alio nomine Merops dicitur: de quo uide infrà ſuo loco.

Apiátus, a, um, ab apibus: ſicut à uermibus uermiculatus. Dicitur quod apiũ impreſſam habet ſimilitudinem: ut, Apiata menſa, apud Plin.lib.13.cap.15. ubi de menſis cedrinis loquitur.

Apex, icis, m.t. Propriè uirga in ſummo Flamminis pileo, in cuius extremo modica lana eſt: quod primum conſtat ad Albam Aſcanium inſtituiſſe *περὶ τὴν ἀκροτηρίαν.* Hodie pontificum inſula hoc nomine appellari poteſt. Valer.lib.1. At Sulpitio inter ſacrificandum à capite apex prolapſus, eidem ſacerdotium abſtulit. ¶ Plerunq; tamen ſumitur pro ſumma uerticis parte, quòd longè ſit à pedibus, & pro cuiuſcunque rei ſummitate acuminata. [Ita. La ſommita di qualche coſa Gal. La pointe ou ſommet de quelque choſe. Hiſ. El altura ò cumbre de qualquier coſa. Ger. Ein ſpitz, das auſſerſt oder oberſt theil iedes dings.] Colum. lib.5. Eiuſq; nelat apex pronus imminens uocatur. Cic. uerò tranſtulit ad ſummam rei alicuius dignitatem: Apex, *κελεφών,* inquit, ſenectutis eſt authoritas, quanta fuit in Marco Cælio Metello.

Apiculus, m.ſ. diminutiuum, paruus apex. *πυρεῖον,* quod & aspiculum dicitur. Feſtus, Apiculum, filum eſt quo Flamines uictarum apicem gerunt.

Apiũm, onis, Inteſtinũ ſanguine plenum, admiſto pinguiſcedine, ſic dictum, quòd in ſummitate quiddam, quaſi in capite apicem habet. Var.lib.4. de ling. Lat.

Apluca, æ, ſiue aphace, ces, *ἀφάκη,* Herba eſt in aruis naſcẽs, ſed altior lente, foliis admodum tenuibus, terna aut quina ſemina nigra in ſiliquis ferens. Hæc Plin.lib.27.cap.5. Ixchus eandem eſſe putat cum ea, quam uulgus Viciam eandem appellat.

Apocheſis, pen.cor. *ἀφαίρεσις,* Dici poteſt abſciſſio. Figura eſt in principio dictionis literam uel ſyllabam aufert: ut, Ponemetum, pro depone. Ex *ἀπὸ καὶ αἱρῶμαι.*

Aphéctoria, *ἀφετήρια.* [Ital. Moſſe. Gal. La barriere ou le lieu duquel partoient les cheuaux pour courir. Hiſp. La cuerda que empareia los caualios. Ger. Schrancken in welche mã die roſs laſst, ſich mit lauffen zů vben.] Græci dicunt carceres, unde equi emittuntur ad curſum. ¶ Sunt & aphetetia, ut inquit Suid. organa ad expugnandas urbes cõmodata.

Aphracta, *ἄφρακτα,* Sunt aperta, inteſtaq; nauigia. Cic. ad Att. Nos Rhodiorum aphractis tanquillitates aucupaturi eramus. Idem ad Tironem, Noſti aphracta Rhodiorum, nihil eſt quod minus fluctum ferre poſſit. ¶ Legitur & Aphractus maſcul. gen. Cic. ad Attic. lib.6. Nos Eteſiæ uehementiſſimè tardarunt: detraxit uigiuti ipſos dies etiam aphractus Rhodiorum.

Aphrõdiſia, *ἀφροδίσια,* Dicuntur Veneris feſta, uel Venereæ uoluptates.

Aphronitrum, n.ſ. *ἀφρόνιτρον.* [Ital. Schiuma di ſalnitro. Gal. Eſcume d'une ſorte de ſalpetre. Hiſp. Alatron. Germa. Schum des ſalpeters.] Spuma nitri: de qua Plin.li.31.c.10. Mart.lib.14. Ruſticos ei è neſcis quid Græco nomine dicatẽ Spuma nocor nitri, Græcus es? Aphronitrum. Aphron Plin herba eſt ex generibus papaueris (ſi propius intuearis) paſſerũ ſpeciem repreſentantibus, radicem habens in ſumma terræ cute, ſemine ſpumeo A Dioſcoride *μήκων ἀφρώδης,* Hoc eſt ſpumeum papauer, appellatur. De hoc Plin.lib.20.cap.19.

Aphroſcorodon, *ἀφροσκόροδον,* Genus eſt allii maioris incrementi, quod à Plin. Vlpicum uocatur. Nominis ratio diuerſa traditur. Nam Colum. ab Aphris nomen ſumpſiſſe exiſtimat. Vlpicum (inquit) quod quidam allium Punicum uocant, Græci Aphroſcorodon. Plin. à ſpuma dictum exiſtimat, quam gignit in pulmentariis quibus adhibetur: ita enim habet li.19 ca.6. Vlpicum quoq; in hoc genere Græci appellauerunt allium Cypriũ, præcipuè Aphrice celebratũ inter pulmentaria toris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increſcat ſpuma.

Aphrõſelenos, *ἀφροσέληνος,* Lapis alio nomine Selebites dictus, *διὰ τὸ γεγενῆσθαι αὐτὸν γνησίως μιγέντων ἐν τῇ τῆς σελήνης παραυξήσει.* Naſcitur in Arabia, colore candido, pellucidus & minimè ponderoſus. A Latinis etiam Lunaris lapis appellatur. Vide Dioſc. lib. 5.

Aphrogala. Idem quod cremor lactis.

Aphren. Cicuta apud Dioſc.,

Aphrodiſia, *ἀφροδίσια,* Dicuntur Veneris feſta, uel Venereæ uoluptates.

Aphthæ, *ἄφθαι.* Exulcerationes ſunt in ſummo ore, infantibus peculiares, prouenientes uitio lactis quo nutriuntur, calido humore corrupti Oriuntur & in ætate prouectioribus, quũ ora illis intumeſcunt, rubeſcunt q;, calidis humoribus eò commeantibus. Vide plura apud Cælium Rhodi. li. 9. cap. 10.

Aphya, *ἀφύη,* Piſcis genus, candidum, molle, ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde Prouerbiũ Aphya ad ignem: in ea quæ celeriter intereunt, aut conſumuntur. Piſcis huius meminit Ariſtoteles li. de Animalib. Theodorus Apuam uertit. Athenienſes *πλωχικὸν ὄψον,* hoc eſt, mendicorum opſonium uocare ſolent ob nimiã rei uilitatem. Cic. Att. lib. 4. Aphyam populi uocat ſententiam, & ſordes populi Quare (inquit) ut homini curioſo, ita perſcribere ad me quid primus dies, quid ſecundus, quid Cæſares, quid Appius, quid illa populi aphya, deniq; etiã quid de te fiat, ad me uelim ſcribas. Vid Cæl. lib.5.c.19.

Aphyracora, electri ſpecies.

Aphythacoras, Cteſias (referente Plin.) arbores quaſdam eſſe uoluit iuxta Hypobarum Indię fluuium, electrũ ferentes: nocęq; hac prædulcem ſuauitatem ſignificari tradidit. Vide Plin.lib.13. c.1.

Apiánus, na, num, Quod apes auidæ ſumunt, *μελισσεύσασθαι.* Vnde Apianæ uuæ dictæ ſunt, quas muſcæ infectant: nunc uulgò à muſcis, Muſcatellæ dicuntur Plin.lib.13.ca 4. Apianæ, apes dedere cognomen, præcipuè earum auidę. Colum.lib.12.c.19. Paſſum ſi ex uua Apiana facere uoluerit, unam Apianam integram legito. Idem lib.1.cap.2. Magois etiam dotibus tres Apianę commendãtur, omnes feraces, iugo q; & arboribus ſatis idoneæ: generoſior tamen una, quæ nudis foliis eſt. Nam duæ lanatæ quamuis frondibus, & palmitum pari facie fluxuræ, qualitate ſunt diſpariles, quum tardius altera recipiat cariem uetuſtatis. Pingui ſolo feraciſſimæ, mediocri quoq; fœcundæ, præcoqui fructus. Ideoq; frigidis locis aptiſſimæ, uini dulcis, ſed capiti, neruis, uenisq; non aptæ. niſi maturè lectæ. Pleuiis uentisq; & apibus afferunt prædam, quarum nocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Apia, *ἄπιος,* A Græcis arbor dicitur, quã Latini Pyrũ uocant.

Apicæ oues, Dictæ ſunt, quæ non amplo corpore ſunt, nec

multam lanam habent circa corpus totum, ὀφιμώδη πρόβατα. [Ital. Pecore che non hanno molta lana. Gal. Brebis pelées sous le ventre. Hisp. Las ouejas que tienen el vientre lampino. Ger. Schaaff die nicht wol bei leib sindt, vnd wenig wollen hand, Dürre vnd blutte schaaff.] Plin. lib. 8. cap. 48. In ipsa oue satis generositatis ostenditur breuitate cruru, uentris nestitu: quibus nudus esset, Apicas uocabat, damnabantq. Idem scribit Var. lib. 2. c. 2.

Apicula, uide Apes.

Apiculus, uide Aper.

Apina, æ, f. p. ἄπινα, arbor quasi minimè pinus: quæ pinus picea dicitur, quòd pice potius quàm pino similis est.

Apinæ, pen. cor. f. p. Nuces uocantur (inquit Perottus) quæ cutem uerius, quàm putamen, adeò mollem habent, ut simul mandatur. Apud Plin. tamen li. 15. c. 20. unde Perottus hæc ad uerbum descripsit. Sapigenum hoc nucis genus, nõ Apinam, nominatam inuenimus.

Apionia mala, maiora apiis, aliter Melappia: dicta à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Apiria, f. p. ἀπειρία, Inexperientia. Cic. de Fin. uertit Infinitionem. Quarum, inquit, incursionem non soldm uidemus, sed etiam cogitemus infinitionem ipsam, quam aperian uocant.

Apiscor, eris, Cuius præteritum uolunt esse Aptus sum, idē est, quod acquiro. τυγχάνω. [Ital. Acquistare. Gal. Recouurer, iouir. Hisp. Alcancar lo desseado. Ger. Vberkommen, erlangē.] Verbum est penè obsoletum, quod non nisi apud antiquissimos legitur. Luc. li. 1. Nec ratione animi, quā quinis apisci. Idem lib. 6. Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci. Ex aliis alios suidi contagia morbi. Huius composita sunt adipiscor & indipiscor: de quibus suis locis.

Apistos, (Quod hactenus hic perperam pro gemmæ nomine lectum est) lege Aplistos.

Apithanon, ἀπίθανον, Latinè Impersuasibile.

Apium, n. f. Herba est hortensis. σέλινον. [Ita. Petroselmolo. Gal. Persil. Hisp. Perexil.] Ex hac fiebant apud antiquos coronæ victoribus in Nemæorum sacris certaminibus. Iuu. Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita fastu Prostitui, Graiisq. apium meruisse coronæ. Quidam hoc nomen ab apice deducunt: quia antiqui apicem capitis apio coronabant: unde est illud dictum, Quòd aper hoc ferre solebat Victoris, ne terum fieret dum more triumphus, Ipse sibi talem prior imposuisse coronam Dicitur Alcides. Alii hoc nomen ab apibus deductum putant, quæ illo præcipuè delectari putãtur. ¶ Ne inter apia quidem suor, ὁ δ' ἐν σελίνοις ἀσὶν: pro eo quod est, Ne ingressum quidem, aut initiũ rei attigerunt. Sumpta metaphora ab iis qui hortos ingrediuntur. Nam antiquitus extremus ille hortorum ambitus apio conserebatur, quem qui nondum præteriissent, uelut in horti limine adhuc esse uidebantur. Aristoph. in Vespis. ¶ Apio opus est, τὸ σέλινα δεῖται. Ita loquebantur quoties morbum capitalem innuebãt, & ultæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarc. in Sympoſiacis.

Apium montanum, Herba est cicutæ foliis, quæ Apium agreste uocatur, in montibus ferè, locisq. petrosis nascens: unde & nomen habet, ὀρεοσέλινον. [Italic. Petrosemolo agreste. Gal. Persil de montagne. Hisp. Perexil montesino. Ger. Ein wilder eppich.]

Apium palustre, Herba est appio satiuo maior. sic dicta, quòd in paludibus, & aquosis locis proueniat, ἑλεοσέλινον. [Ital. Petrosemolo della acqua. Gallicè, Persil de marets. Hispa. Perexil del agua. Ger. Oſtürzen eppich.]

Apium saxatile, Herba est semen proferens ammeos seminal non dissimile, sed odoratius: quæ quoniam in Macedonia optima nascatur, uulgo Petroselinum Macedonicum uocari cœpit. πετροσέλινον. Nascitur in petris: unde & nomen accepit. Pro hoc officinæ hipposelinum perperam substituunt, quæ est herba à petroselino omnino diuersa, quam Latini Olusatrum appellant. Vide suo loco.

Aplanes, pen. prod. Dicitur non uagus, inerrabilis, ἀπλανής. Macro. li. 1. de Som. Prima illa stellifera sphæra, quæ proprio nomine dicitur cœlum, Aplanes apud Græcos uocatur, continens & arcens cæteras.

Aplustre, n. t. & in num. plur. Aplustra, uel aplustria, Nauis est ornamentũ in summitate mali, & omnino scribendũ est absq; m. quia apud Poetas inuenitur prima corr. quæ si per m, scriberetur, ratione positionis necessariò produceretur. Cic. in Arat. Nauibus assumptis fluitantia quærere aplustra. Fest. utroq; modo scribi posse existimauit. Aplustra, inquit nauiũ ornamenta: quæ quia erant amplius, quàm essent necessaria usui, etiam Amplustra dicebantur. Hæc ille. Nos contrà putamus, non ab adueribio Amplius, hoc nomen deduci, sed ab ἀ, priuatiua, & uerbo πλέω, quod ad nauigationem non sit necessarium.

Aplystæ, ἀπλυσίαι, Illotarias uertit Theodorus, Spõgiarum genus uilissimum, maximas habens fistulas, & reliquã partem admodũ spissam: ita dictum, quòd non elui possit. Vide Plin. lib. 9. c. 41.

Apŏcha, ę. pen. cor. f. t. Schedula est, qua fatemur nobis de pecunia esse satisfactum. ἀποχή. [Ital. Quitanza. Gal. Quitance. Hisp. Almala de paga y fin y quito. Ger. Ein quittierung, ein quittantz.] Vulgò quittantiam uocant. ¶ Antapocha uerò est, quam debitor dat creditori. ¶ Acceptilationis autem nomen generalius est, quàm apocha. Illa enim quamuis liberationem continet, etiamsi nulla præcesserit numeratio. Apocha autem soldm dicitur, quum pecunia soluta est. Vlpian. de Acceptil. Si acceptolatum.

Apŏcŏpe, f. s. ἀποκοπή, Amputatio ex ἀπὸ quæ Re uel Ab significat, & κόπτω, scindo, amputo. Figura, quando ultima litera, uel syllaba tollitur, ut Peculi pro peculii.

Apŏcŏpi m. s. ἀπόκοποι. [Ital, Castrati. Gal. Castrez. Hisp. Castrados hombres. Ger. Verschnittne.] Dicti sunt à Iulio Materno castrati, quasi excisi & spolati.

Apocrisis, f. p. ἀπόκρισις, responsum.

Apocrisiarii, non Apochrysarii, nec non Ipochrysiarii, quamuis perinde barbarũ, ut hæc esse uideatur: attamen illud relinat ab ἀπαντίσιμαι, quod respondeo significat, dicitur. Est aũt apocrisiarius, ut quidã putant, Responsalis & Legatus Episcopi, inde dictus, quòd aliquando pro Episcopo respondere cogatur. Vsi sunt hac uoce Pontifices. Melius tamẽ alii qui aiunt, Apocrisiarios dictos, uelut locum tenentes Episcoporum, ut res Ecclesiæ gubernarent, negotia singulorum audirent, referrentq. ad Episcopos.

Apŏcrŏtus, m. f. Idem quod durus, asper, rigidus, ἀπόκροτος. Firmicus lib. 7. Nascentur serui: miseri, apocroti, oligochronii, & infelices.

Apocryphus, a, um, pen. cor. ἀπόκρυφος. [Ital. Ascoso, secreto, non prophato, non autentico. Gall. Apocryphe, caché, sans auteur. Hisp. Escondido, cosa que no tiene autoridad. Ger. Verborgen, heimlich.] Latinè absconditus, secretus, ex ἀπὸ quę exaggerat rem, & κρύπτω, abscondo. Illa uerò scriptura dicitur Apocrypha, cuius occulta origo est, & in qua licet inueniatur aliqua ueritas, tamen propter multa falsa, non habet scripturæ canonicæ pondus. Qui uerò sint apocryphi libri, quære in Decre. dist. 15. cap. Sancta Romana ecclesia.

Apŏctŏon, n. t. ἀπόκτονον, Officulum in ranæ sinistræ latere, quod si dejectum fuerit, statim ferueræ ferũt: amorem eo & iurgia, si in potionem adiatur concitari: multaq; præterea alia de hoc tradit magica uanitas. Sic dictum, quoniam canum impetus eo cohibentur. Vide Plin. lib. 32. c. 5.

Apŏdes, f. t. pen. cor. ἀπόδες. Aues quædam, ex genere hirundinum, ita dictæ quòd careant usu Pedum: Alio nomine Cypselli dicuntur, uolant plurimũ, nidificant in scopulis atq; in editioribus domibus. Quies eis nisi in nido nulla: aut pẽdent, aut iacent. Plì. lib. 10. Plurimũ uolant, quæ Apodes uocantur, quia carent usu pedum.

Apŏdixis, f. t. Euidens probatio, demonstratio, siue experimẽtum ἀπόδειξις. [Ital. Proua euidente, demõstratione chiara. Gall. Preuue euidente, demonstration claire. Hisp. Fuerte demonstration. Ger. Ein gewüsse anzeigung vnd bewãtũg eines handels.] Vnde Apod. xes grammaticas Quinti. uocat potentissimas Geometrarum demonstrationes.

Apŏdos, m. f. pen. pro. scribitur enim per ω, ἀπῳδός. Est uox galli intempestiua, siue immatura: & uox, quæ neq; choro, neq; fidibus concordat.

Apodŏsis, pen. cor. Schema iucundissimum, quum præcedẽtium membrorum singulis singulæ particulæ respondent. ἀπόδοσις. Exemplum eius est apud Terentium in Andria, Adeón' me ignauum putas? Adeón' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, ut neq; me consuetudo, neq; amor,

neq;

neq; pudor Commoueat, ut ſeruem fidem? Ibi enim conſcendo ueritati, amor inhumanitati, pudor ingratitudini reſpondet Latinè redditionem ſonat.

Apodectæ, Athenis dicebantur, qui collationibus & uectigalibus præerant, quorum iudicio quicquid controuerſiæ erat, in publicis collationibus decernebatur.

Apŏdÿterium, Spoliatorium. Locus in quo loturi, aut ſudatu meſſes deponebãt, quas captarii ſeruabant. ἀποδυτήριον. [Ital. Luoco da laſciare i drapi quando ſi ua in ſtuffa, ſpoliatorio. Gal. Le lieu ou on laiſſe les habillemens, quãd on uient entrer dens les eſtuues. Hiſ. Lugar donde ſe ponen los deſpoios Germanicè, Ein abziechſtuben. Ein ort in dem bad da die kleider abgezogen vnnd bewart werden.] nam exuere ἀπόδυσιν dicitur. Plin. ad Apollin. Inde apodyterium balneatorum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum atq; opacum.

Apogæum, n. ſ. ἀπογαῖον, uocant Aſtronomi ſuprema orbiũ Eccentricorum & Epicyclorum in Planetis puncta, in quibus cum exiterint, à centro mũdi ſunt remotiſſima. Contr. Perigeum, ſeu Hypogæũ. Vide Cęl. Rhod. lib. 2. c. 21.

Apogæi, Venti ſunt à terra flantes. ἀπόγαιοι. [Ital. Venti da terra. Gal. Vens de terre. Hiſ. Vientos di la tierra. Germ. Die windſo võ dem erderich aufgond.] Plin. lib. 2. c. 33.

Apogoni. uide Epigoni.

Apographum, n. ſ. Exemplum & deſcriptio libri & imago tabulæ. ἀπόγραφον. [Ital. Eſſemplare. Gal. Copie ou double, tranſcrit ou extrait. Hiſpa. El dechado para labrar ò pintar. Ger. Ein abgeſchriffe, ein copey, ein auſzug] Latinè deſcriptum, & exſcriptum dicitur. Vnde Cic. libros ſuos philoſophicos Apographa uocat, quaſi ſcriptorum Græcorum imagines & exempla Plin. lib. 35. cap. 11. Huius tabulæ exemplar, quod Apographon uocant, Luc. Lucullus duobus talentis emit.

Apolactizo, as, ἀπολακτίζω, Calcibus inuado. Per translationẽ Parui facio, contemno. Plaut. in Epid. Auxilia mihi, & ſuppetiæ domi ſunt: apolactizo inimicos omnes.

Apŏllĕti, m. ſ. ἀπόλλητοι. Senatores erant, ſanctiusq; concilium, quod ex delectis uiris conſtabat: ita dicti παρὰ τὸ ἀπολέγεσθαι, eo quòd ex multis ſolerent delegi. Liu. lib. 6. belli Maced. Vbi quum in concilio delectorum, quos apolectos uocant, Phaneas & quæ imperarentur, & quæ ipſis propè ac eſſent, expoſuiſſet. Ibidem, Concilium quidem uniuerſæ gentis Aetoli poſt dimiſſos Romanos non habuerunt: per apolectos autem (ita uocant ſanctius cõcilium, quod ex delectis conſtat uiris) id agitabant, quomodo res in Græcia noua rentur. ¶ Eſt & genus piſcis, ex Pelamidũ genere. Plin. li. 9. cap. 17. Pelamides in apolectos, particulatimq; conſectæ in genera cybiorum diſpartiuntur. Idem lib 32. capite undecimo, Pelamis earum generis maxima, apolectus uocatur, dunor tritone.

Apŏlis, idis, ἄπολις. [Ital. Bandito. Gal. Banni, eſtranger. Hiſpan. Deſterrado, ò fuera de ſua tierra. Ger. Ein bandit, der aus ſeiner ſtatt vnd heimet vertriben iſt.] Latinè extorris dicitur, qui caret ciuitate, quales ſunt exules, aut deportati, aut in metallum damnati, quibus ciuitatis ius ademptum eſt. Martian. l. Quidam. de pœnis. ¶ Item quidam apolides ſunt, ut ſunt in opus publicum perpetuò dati, & in inſulã deportati.

Apollĭneus a, um, adiectiuum. φοίβειος. Vt Apollinea ars, pro arte medica Ouid. lib. 3. Triſt. Nullos, Apollinea qui leuet arte malum, eſt. Et ars Apollinea, pro arte uaticinãdi, Ouid. eodẽ libro. Apollinea clarus in arte ſenex. Tireſiam intelligit.

Apollinares Ludi, Qui in honorẽ Appollinis fiebant: de quorum inſtitutione uide Liu. ἀπολλώνια. Cic. ad Att. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium grauiter inuectus eſt. Vide de his plura librum de Legib. Iouis ab Aldo in lucem emiſſum.

Apŏlŏgia, æ, f. p. ἀπολογία. [Ital. Apologia, difeſa. Gal. Apologie ou defenſe. Hiſ. Reſpueſta, eſcuſacion. Ger. Ein verantwortung, beſchirmung, gegenantwort.] Reſponſio uel ſatisfactio, defenſio ſeu excuſatio, quæ & Apologeticon, & Apologema, ἀπολόγημα dicitur: unde Apologeticus liber, quo nos expurgamus, aut aduerſario ſatis facimus.

Apŏlŏgus, m. ſ. pen. cor. ἀπόλογος. [Ital. Fauola. Gal. Fable. Hiſ. Ficcion, ò nouela fingida. Ger. Ein fabel, ein gedicht, facteed.] Fabula in qua bruta animalia loqui introducuntur, ad quæ ex humilib. rebus cõpoſita forma ac ſpecies accõmodata ad ridendum, quæ & Apologia dicitur. Cic. 2. de Orat. & ad hoc genus adſcribamus etiam narrationes apologorum. Vide Quint. lib. 5. c. 11.

Apologo, as, Poſtulo. ἀπολογῶμαι. Senec. Epiſt. 47. Et ſæpè illum inuicem apologauit, Gal. dicitur Brocarder.

Apologatio, onis. ἡ μυθολογία. Quint. lib. 5. c. 11. Noſtrorum quidam, non ſanè recepto in uſum nomine, Apologationẽ uocant. De fabulis loquitur.

Apŏmĕli, itis, ἀπόμελι, Portus confectus ex maceratis aquatanis, medium inter muſſam & oxymeli locum obtinens: cuius plurimus eſt uſus circa Peloponeſum: ut ſcribit Gal. lib. 2. Method.

Apŏphăſis, f. t. ἀπόφασις, Negociatio, abnuẽtia, depulſio. ab ἀποφημί. Vide de hac figura Quint. li. 9. c. 2. ¶ Apophaſis etiam dicitur catalogus & index bonorum: qualis ferè fieri ſolet à morte alicuius. Iuriſperiti ſuo quodam more uocãt Inuentarium. Dicitur autem apophaſis in hac ſignificatione ab ἀποφάσκω, quod eſt, in ratione tutelæ reſpto.

Apophlegmatiſmi, ἀποφλεγματισμοὶ, uocantur remedia, quæ in ore retenta, uel manducata, aut linguæ ſubdita, noxios quoſq; humores ex capite detrahunt. Fit à uerbo Græco ἀποφλεγματίζω, quod eſt capitis pituitas expurgo,

Apŏphyades, ἀποφυάδες, Latinè Appẽdices uocari poſſunt, quæ ſcilicet rei alicui agnaſcuntur. Vnde & Auctor. ἀποφυάδας uocat inteſtinorum appendices, quæ & ἐπιφυάδες dicuntur.

Apŏphŏrēta, pen. prod. ἀποφόρητα. [Ital. Mancia. Gal. Eſtrenes. Hiſp. Coſas que ſe dan como preſente Ger. Schenckinen zů dem gůten jhaar.] Munera quæ dari ſolebant Saturnalibus: quem morem hodie quoq; ſeruamus menſe Decẽbri, in natali Saluatoris die. ¶ Munuſcula quoq; quæ à cœna conuiuis dabantur domum auferenda, etiam Apophoreta dicebantur: ita dicta à uerbo Græco ἀποφέρειν, quod auferre ſignificat. Suet. in Domit. Dabat ſicut Saturnalib. ceteris apophoreta, ita per Calend. Mart. fœminis.

Apŏphthĕgma, atis, n. t. ἀπόφθεγμα Breuis & acuta ſententia, ſiue argutum dictum, non cuiuslibet, ſed illuſtrium tantum uirorũ. Vnde Plut. Apophthegmata. Cic. 1. Offi. Multaq; multorum facetè dicta, ut ea quæ à ſene collecta ſunt, quæ uocãt ἀποφθέγματα [Ital. Sentenza ouero detto breue. Gal. Apophthegme breue parole ſentencieuſe. Hiſp. Dicho graciozo y ſentencioſo Ger. Ein kurtzer aber ein weyſer ſpruch vnd ſententz.

Apoplĕctici, m. t. ἀποπλεκτικοὶ, Sunt quorum uidelicet & corpus, & mens ſtupet ictu fulminis, aut morbo. Celſus lib. 3. ca. 26 uocat Attonitos.

Apoplexis, f. p. ἀποπληξία [Ital. Cocciola. Gall. Apoplexie, quand on eſt entreprins de tous les membres. Hiſp. Apoplexia enfermedad. Ger. Der ſchlag, der tropff ab welchem alle glider erſtarren.] ſiue Apoplexia, Eſt ſtupefactio neruorũ totius corporis cum priuatione ſenſus & motus. Ita dicta à uerbo Græco ἀποπλήττω, quod eſt percutio, affligo, attonitum reddo. Celſus lib. 6. cap. 26. Attonitos quoq; rarò uidemus, quorum & corpus & mens ſtupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Idem capite primo ſequenti: At reſolutio neruorũ frequens ubiq; morbus eſt: ſed interdum tota corpora, interdum partes infeſtat. Veteres autores illud Apoplexian, hoc Paralyſin nominauerunt, nunc utrunq; paralyſin appellari uideo.

Apŏpthŏſis, cum pili palpebrarum decidunt.

Aporior, aris, uerbum ex Græco ἀπορέω tractum, quo Vetus interpres Teſtamenti noui uſus eſt 2. ad Cor. cap. 4. Significat autem modò hæreo, & conſilii inops & perplexus ſum: modò ad ſummam anguſtiam redigor: modò indigeo.

Aporia, æ, ἀπορία, Indigẽtia, uel dubitatio, & conſilii inopia.

Apŏrŏn, ἄπορον, Controuerſiæ genus inexplicabile, cuius exemplum proponitur à Gel. lib. 9. cap. 12.

Aporrŏgas, ἀποῤῥῶγας, Græci uocant deflexus quoſdã ærios, qui ad terram labentes, ſtellarum caſus imitantur.

Aposĭōpēſis, f. c. ἀποσιώπησις, pen. prod. à Cicerone dicitur Reticentia, à Celſo Obticentia, alii interruptionem appellant. Nam eſt quaſi interceptum ſilentium. Figura indignãtibus familiaris, in qua uerbum extrinſecus ſubintelligitur. Virgil. 1. Aeneid. Quos ego! deeſt enim Poniam, uel quid ſimile. Quintilianus libro nono Omne in quo aliquid

deeſt, Apoſiopeſis poterit appellari.

Apóſtata, æ, cor. m. p. *ἀποστάτης*, [Ital. Sfratato, ribelle, Gal. Apoſtat, rebelle. Hiſp. Coſa rebelde ò que rebela. Ger. Ein abtrinniger, ein abfelliger.] Defector, fuga deſertor: ut qui à duce ſuo ad hoſtes tranſfugit, aut à Chriſtianis ad Ethnicos, uel Iudæos. Monachos quoq; qui ab inſtituto ſuo reſiliunt, Apoſtatas, uocamus. Huiuſmodi autem defectio, Apoſtaſia *ἀποστασία* appellatur.

Apoſtăto, as, pen. cor. n. p. *ἀποστατέω* [Ital. Ribellare. Gal. Rebeller, ſe reuolter. Hiſp. Rebelar. Germ. Abfallen, abtrinnig werden, ſich widerſetzẽ.] Rebello, abſilio, & oppugno quod antea defendebam, Cyprian. ad Corn. Eos qui uelut apoſtatauerunt, & ad ſeculum, cui renunciauerunt, reuerſi, genti liter uiuunt, uel ad hæreticos tranſfuga facti, contra Eccleſiam pernicialia arma ſuſcipiunt.

Apoſtaſion, repudii libellus.

Apoſpaſmata, l. auulſiones. Apoſtematis quoque ſpecies eſt, ſed cuius nomẽ nunc ſuccurrit, ubi phlegmoni harena innaſcitur, ligna, carbones, amurca, fæces, ſetæ porcinæ, calculi quiſquiliæ, & id genus alia quædã quæ malis medicamẽtis fieri, inſana uulgi arbitratur crudelitas. fit autem, ut inquit Galenus, inueteratis abſceſſibus ob uarias humorum qualitates, materiam in huiuſmodi quiſquilias, & iſtiuſmodi formam conuertentes.

Apoſtemata, deſquammationes.

Apoſtēma, atis, pen. prod. n. t. *ἀπόστημα*. [Ital. Poſta, poſtema. Gal. Apoſtume. Hiſp. Botor. Ger. Ein geſchwär, ein böſe beul.] Eſt tumor præter naturam, quum pus ex phlegmone, reſolutum in quendam quaſi ſinum colligitur. uel etiã nulla præcedente plegmone, quum humor quidam acris ſtatim ab initio in parte aliqua colligitur, ſpatiũq; ſibi moliens uel inter duas tunicas, uel ſub certis membranis, nimia diſtentione eam excoriat. Tria autem præcipua horũ ſunt genera, quorũ ſingula propriã appellationẽ ſunt ſortita à rebus in ipſis contentis. Nam ſi quiddam melli ſimile contineant, Meliceridas *μελικηρίδας* appellantur. Si pingue quippiam in motum ſæui, Steatomata *στεατώματα*. Quòd ſi pultis ſimilitudinem referat quod in iis continetur, Atheromata *ἀθερώματα* dicuntur. Dicitur autem Apoſtema à uerbo Græco *ἀφίσημι*, quod eſt abſcedo: unde & Latini uerbum ex uerbo exprimentes, Abſceſſum appellarũt. Celſ. lib. 4. c. 1. Abſceſſus corporis, quæ Apoſtemata Græci nominant. Plin. li. 20. c. 23. ſuppurationem interpretatur: Caro (inquit) eius interior clauis pedum & ſuppurationibus medetur, quæ Græci uocant Apoſtemata.

Apōſtŏlus, *ἀπόστολος*, Lanuẽ miſſus, ſiue nũtius dicitur, ab *ἀποστέλλω* mitto. Apoſtolorum autem quatuor ſunt genera. A Deo miſſi, non per hominem, ut Moſes: à Deo, ſed per hominem, ut Ieſus Naue: per hominem tantũm, ſicut noſtris temporibus multi fauore uulgi in ſacerdotium ſubrogati ſunt: ex ſe autẽ, ſicut ſunt ipſi pſeudo-pphetæ. ¶ Apoſtoli etiam dicebantur literæ dimiſſoriæ: de quibus Alciatus de Rerum & uerborum ſignifi. ¶ Athenis quoq; Apoſtoli, magiſtratus quidam erant, quorum officium erat rectè atq; ordine curare atq; inſtituere claſſem.

Apāſtrŏphē, ſ. f. *ἀποστροφή*, dici poteſt converſio: Figura quã ſermonem à iudice uel auditore ad abſentem aliquem conuertimus. Te nunc alloquor Africane, cuius mortui nomẽ ſplendori ac decori eſt ciuitati. *ἀποστρέφω* enim averto.

Apoſtrophus, m. ſ. *ἀπόστροφος*, Collifionis nota, in fine alicuius dictionis, denotans uocalem præcedentis dictionis eliſam propter hiatum, ut *ἀφ' ὅ*, pro *ἀπὸ ὅ*.

Apŏtĕlĕſma, n. t. *ἀποτέλεσμα*, Effectus horoſcopi, hoc eſt, quicquid cælum ex aſtrorum cõpoſitione & aſpecto mutuo affectum, in natali hora cuiuſq; efficit. ¶ Hinc Apoteleſmatici, *ἀποτελεσματικοί*, poſt Homeri ætatẽ dicti ſunt, qui nunc mathematici & Chaldæi uocantur: quorum curioſitas nihil reliquit, quod planetarum non ſubiiceret poteſtati: ut in 1. lib. Iliad. annotauit Euſtath.

Apŏthēca, *ἀποθήκη* [Ital. Canneua, bottega. Gal. Bottique, lieu ou on ſere quelque choſe pour la garder. Hiſp. Bodega ò tauerna ò tienda. Ger. Ein weinkeller, ein iedes orth darinn man etwas behalter.] Cella uinaria, ubi uinum & conſeruatur & uenditur. Plin. tantum pecuniarum detinent uini apothecæ: nec alia res maius incrementum ſentit. Idem, Uino in apothecis Canis ortu mutantur. Dicitur etiam Apotheca ſtatio, in qua uenales exponuntur.

Apŏthĕōſis, ſ. t. *ἀποθέωσις*. [Ital. Conſecratione & deificatione. Gal. Deification, conſecration. Hiſp. Contagration. Ger. Ein vergöttung. Da man ein menſchen zů einẽ gott ſetzet vnd aufrichtet.] Conſecratio, ſeu deificatio, relatio in numerum diuorum: quæ quibus cæremoniis apud Romanos fieri ſoleat, elegantèr ſcribit Herodian. lib. 4.

Apŏtŏmĭa. *ἀποτομία* Malor pars ſemitonii, quæ à Latinis diſciſſio dici poteſt: à uerbo Græco *ἀποτέμνω* quod eſt abſcindo.

Apŏxўŏmĕnos *ἀποξυόμενος*, Signum æneum Lyſippi, quod à M. Agrippa ante thermas ſuas dedicatum Tiberius Cæſar detraxit, & in cubiculum ſuum tranſtulit: quod tamen, populi clamoribus adactus, poſtea repoſuit. Erat autem imago diſtringentis ſe: ita dicta à uerbo Græco *ἀποξύεσθαι*, quod eſt, diſtringi.

Apōzēma, n. t. *ἀπόζεμα* [Ital. Acqua cotta con varii condimenti. Gal. Apozeme, decoction. Hiſp. Cozimiento de muchas coſas. Ger. Ein tranck, waſſer das man mit ſpecereyen vnd kreüteren kochet vnd zůtrůncket.] Aqua cocta cum uariis condimentis, decoctum ex herbis. A uerbo Græco *ἀπόζεω*, quod eſt defæuefco.

Apparatus, & Apparitio, uide Apparo.

Appărĕo, es, n. ſ. *φαίνομαι* [Ital. Apparire. Gal. Apparoiſtre, eſtre ueu. Hiſp. Aparecer. Ger. Erſcheinen.] Significat Videor. Virgil. l. Georg. Apparet liquidò ſublimis in æthere Niſus. Eſt etiam de improuiſo ſe oſtendere. Cicer. Quum equites Antonii apparuiſſent. Item obedire, & præſtò eſſe ad obſequium, *παρίσταμαι*. Virgil. lib. 12. Hæc Iouis ad Solium, ſæuis ad limina Regis Apparent. ¶ Apparere, comparere. Teren. in Eunuch. Ille autem bonus uir nuſquam apparet. Plin. In Epiſt. Interceptus ne ſit à ſuis, an cum ſuis, dubium, certè non ipſe, non quiſquam ex ſeruis eius apparuit.

Appărĭtĭo, ſ. t. Oſtenſio dicitur. *ἐπιφάνια* [Ital. Apparitione. Gal. Apparition, aſſiſtence. Hiſp. Apparecemiento. Ger. Ein erſcheinung.] Et apparitio, pro præſtatione officii, ſeu præſentia ad obſequendum, cuiuſmodi ſoler eſſe Apparitorum erga magiſtratus. Cicer. ad Thermum, Ego quum antè ſtudioſè commendabam Marcilium, tum multò nunc ſtudioſius, quòd in longa apparitione ſingularem, & propè incredibilem patris Marcilii fidem, abſtinentiam, modeſtiãq; cognoui.

Appărĭtōres, m. t. Dicti ſunt quòd appareant, & præſtò ſint ad obſequium, *ὑπηρέται, ἀκροάται, σύνταξις*. [Ital. Apparitori, birri. Gal. Apparitеur, commeſſergeans, huiſſiers & bedeaux. Hiſp. Que eſtan en pie para ſeruir à otro. Ger. Ein diener der da warten vnd auffſehen ſoll wo man im etwas befelhe] qui & Stratores dicũtur, ut ſunt ii qui magiſtratibus circumſtant, parati ad obſequendum. ¶ Quandoq; apparitores tabellariorum officio fungebantur. dabãtur enim omnes magiſtratibus, qui & ſalarium à Repub. licet paruum, accipiebat. Cic. in Ver. Act. 1. Tuus apparitor parua mercede populi conductus.

Apparitura, ſ. p. Ipſum miniſterium, *παράφασις*. Scribit Suet. lib. de Grãmaticis, Orbilium apparituram feciſſe magiſtratibus: ſignificans eum fuiſſe apparitorem miniſtrumq; magiſtratuum, quod Græci uocant *παρίσταται*.

Appăro, as, pen. cor. 2. p. Paro, comparo, præparo, cum magnificentia quadam & ſplendore adorno, *παρασκευάζω, ἑξαρτύω*. [Ital. Apparare, apparare, apparechiare. Gall. Appareiller, appreſter faire appreſt. Hiſp. Appareiar con mucho aparado. Ger. Zůbereiten, zůrůſten.] Cic. 3. Philip. Facilius apparabitis ea quæ neceſſitas poſtulat. Idem pro lege Manilia. Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte Vere ſuſcepit, media æſtate confecit. Idẽ ad Q. Fratrẽ, Ludos apparat magnificentiſſimos, ſic inquã, ut nemo ſumptuoſiores.

Apparatus, *παρασκευή* [Ital. Apparecchio. Gal. Appareil, appreſt. Hiſ. Aparaio. Ger. Ein zůbereitung, ein aufrůſtung.] Apparatio, præparatio, & propriè cum quadã magnificẽtia. Cic. 3. Philip. Quid prandiorum apparatus proteram?

Appărātio, ſ. t. Idẽ quod apparatus *παρασκευάσμα*. Cic. 2 Off. Eſt. n. multus in laudãda magnificẽtia, & apparatione populari munere. lcẽ 1. de Inuen. Propterea q ex his ſuſpicio quædam apparationis, atq; artificioſæ diligentiæ naſcitur.

Apparatè, aduerbiũ, cum apparatu. *παρασκευασμένως*. [Ital. Con gran aparechio. Gal. Auec grand appareil. Hiſ. Con mucho aparcio. Ger. Mit groſſer rüſtung, prachtig.] Cic. Attic. lib. 9.

Inq; & edit, & bibit ἀ Ἀσῶς, & incūdè, optpare ſanè & appa-
ratè. Liu. l. bell. Maced. Ludi magnificè, apparatèq; facti.

Appello, as, a. p. Nomino ὀνομάζω, προσαγορεύω. [Ital. Nos
mmare, appellare. Gal. Nomer, appeller. Hiſp. Llamar ò apel-
lidar con vozes. Ger. Nennen, mit nammen anſprechen.] Cic. 1. Offic. Pub. Scipione, qui primus Africanus appella-
tus ſit. ¶ Item Appellare, eſt comiter ſeu familiariter com-
pellare, alloqui, vocare. ἐυφυχάνειν, ἡσυχολογεῖσθαι. Cicer.
pro Cluentio, Appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut
blandiſſimè poteſt. ¶ Hinc etiam Appellare, teſte Vlpiano
Ictorum, eſt blanda oratione alicuius pudicitiam attenta-
re. ψιλῶς λόγοις προσφέρεσθαι περὶ συνουσίας. ¶ Interdum
ſignificat accuſare. Livius, Blaſtius Daſium de proditione
appellabat. ¶ Item auxilii, vel teſtimonii gratia quempiam
implorare. Cic. pro Sexto Roſcio, Te nunc Publi Scipio ap-
pello. ¶ Appellare debitorem, eſt rem nobis debitam à debi-
tore exigere. Quintil. Appellabatur à creditoribus, ut ſolue-
ret debitum. Interdum etiam eſt poſt ſententiam, tanquam
iniquam, ad ſuperiorem iudicem provocare. ἐπικαλεῖσθαι
τὴν δίκην ἐφίεναι, ἐπικαλεῖσθαι. [Ital. Appellare da un gi-
iudice ad un' altro. Gal. Se pourter pour appellant, appeler
d'vn iuge vn autre iuge. Hiſ. Apelar de un iuez para otro. Ger.
Appellieren, eines anderen Richters nach gefallnem Sen-
tenz vnd Vrtheil begeren.] Vlpianus, Qui appellat, mato-
rem iudicem debet appellare. Dicimusq; Appello principē,
& ad principem. ¶ Appellare ex aduerſo, Eſt nomina per an-
tiſtrophen imponere. καλέιν κατ' ἀντιφρασίν. Vt qui her-
bam illam omni duritia carentem ἁλόγιον vocauit, quaſi
rotam oſſeam.

Appellator, oris. nerbale, m. ſ. Qui appellauit, hoc eſt qui ab ali-
quo iudice ad alium provocauit. Cic. 6. Verr. Quo quidem
die nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quàm ut ma-
nus ab illo appellatore abſtineretur.

Appellito, as, are. frequentatiuum. Vide Feſt. Appellitauiſſe,
pro appellauiſſe.

Appellatio, ſ. t. Idem quod compellatio, allocutio, πρόσρημα
προσφώνησις. Interdum idem quod nominatio. Cicer. pro
Domo ſua, Regum appellationes vsitatæ erant. ¶ Apud Iu-
riſconſultos Appellatio ſignificat provocationem, quum ob
ſententiam iniquam, maioris iudicis auxilium imploramus.
Vide ſuprà in verbo Appello.

Appello, lis, appuli, appulſum, Applico, admouco. προσορμί-
ζω. [It. Attuare, giugnere, accoſtarſi. Gal. Aborder, arriuer,
mener à bord. Hiſ. Empuxar bazia otra coſa, venir. Ger. Zů-
fügen, mit macht herzů treybē, ankommen, Landen.] Cic.
2. Verr. Quum Perſæ mille numero nauium claſſem Delum
appuliſſent. Idem Attico, Quum ad villam noſtram nauis
appelleretur. Virg. 1. Aen. Hinc me digreſſum veſtris Deus ap-
pulit oris. ¶ Legitur etiam appellere abſolutè & ſine caſu,
pro accedere. Cicer. 2. de Diuinat. Viſus eſt in ſomnis paſtor
ad me appellere. Hinc Appulſus, us, Pro acceſſu pecoris ad
aquam. κατάγωγα, προσβολή. Iureconſultus, Totum cor-
rumpat pecoris ad aquam appulſum. ¶ Appellere animum
ſignificat animum ad aliquid agendum intendere, προσέ-
χειν τὴν νοῦν. Teren. in Prolog. And. Poëta quum primum as
animum ad ſcribendum appulit. ¶ Interdum idem quod ad
eam, compello, cogo. Plaut. in Aūl. Argenti viginti minæ
eum ad mortem appulerunt, id eſt adduxerunt.

Appendeo, es, n. ſ. Iuxta ſeu ad aliquid pēdeo. πρόσκρεμαμαι.

Appendo, is, di, ſum, a. t. Suſpendo, quaſi ad aliquid pendo.
προσκρεμάω. [Ital. Soſpendere, attaccare. Gallic. Pendre à
quelque choſe. Hiſp. Colgar una coſa à otra. Ger. An hen-
cken, eines anders heneken. Iut. Appendi unam ad ri-
gam. Atq; vuas iam maturas ad ſolem appendere. ¶ Eſt
item Appendere, ad ſtateram, lancemq́ue ponderare,
ζυγάζω. [Ital. Peſare. Gal. Poiſer, bailler à pois. Hiſp. Pe-
ſar. Cic. in Anto. Vt iam appendatur pecunia, non nume-
retur. ¶ Item Appendere, adiungere: unde Appendix.

Appenſus, participium. Suſpenſus. κρεμαμένος. Cicer. 5.
Tuſc. In hoc medio apparato fulgentem gladium è lucana-
re equina appenſum demitti iuſſit. ¶ Appenſum aurū,
Liu. ab vrbe.

Appenditius, tia, tium, quod ab alio pendet.

Appendix, ſ. t. Dicitur quod alij adiunctum eſt, quaſi ex alio
pendeat. ἀπόφυσις, προσθήκη. [Itali. Pendice, giunta. Gall.
Dependence, acceſſoire. Hiſ. Lo que cuelga à otra coſa. Ger.
Ein anhang.] Cic. in Horten. Vidit, quod videndū fuit, ap-
pendicē animi eſſe corpus. ¶ Eſt & Appēdix genus ſpinæ, ita
dictū, quòd baccas puniceas habeat de ſe pendētes, quę &
ipſæ Appendices nominantur. De hac Plin. li. 24. cap. 11.

Appendicula. μικρὰ προσθήκη. Cic. pro Rabir. Eſt enim hæc
cauſa, quòd ea pecunia peruenerit, quaſi quædam appendi-
cula cauſæ iudicatæ, atq; damnatæ.

Appēto, is, pen. corr. a. p. Auide cupio. ἐρίζομαι, ὀργῶ ἐρίσ-
μαι, ἱεμαι. [Ital. Appetire, deſiderare. Galli. Conuoiter, deſi-
rer ardemment. Hiſp. Deſſear. Ger. Begären.] & tam in bo-
num, quàm in malum, ſicut Expeto, capitur, niſi quòd in Ex
pero maior vis eſt propter Ex, quæ maximam in ſe vim con
tinet. Curtius, Hærebat inter cupiditatē pudoremq;, & quo
modeſtius quod expectabat appeteret, eo pervicacius obla-
turos eſſe credebat. Fallunturq; itaq; qui differentiam hanc aſ
ſignant inter Appetere & Expetere. Expetere cum ratione eſ
ſe, Appetere qualitercunq; & Experi bona, planeq; honeſta:
Appeti verò inhoneſta & mala. ex quo Appetitus, quę eſt im
moderata cupiditas. quod cōſtat falſum eſſe. Nā Appeto ad
bona atq; honeſta autores vſi ſunt, & Expeto ad inhoneſta
atq; mala Cic. Caſ. Tu puer me appetiſti, ego aūt ſenē et or-
namento te mihi fore duxi, Idē lib 4. Tuſc. Quoniā ut bona
natura appetimus, ſic & à malis natura declinamus. Quòd
aūt Expeto etiam ad voluptates, & quandoq; ad maximum
malū pertineat, Cic. oſtendit li. 1. Off. Expetuntur diuitiæ cū
ad vſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. Ad
maximū malū. Cic. in Piſonem, A me quoidē etiā pœnas expe
tiſtis, quibus coniuratorū manes mortuorū expiaretis, id eſt
requiſiſtis, ſiue flagitaſtis. ¶ Conſtruitur frequenter cū abla
tiuo intercedente præpoſitione, ſicut apud Quint. lib. 9. Ex
cognitione rerum, exemplorumq;, quibus imprimis inſtru-
ctus debet eſſe Orator, ne omnia teſtimonia experat à litiga
tore. ¶ Aliquando tamē pro requiro, ſiue deſydero, ſolo ac-
cuſatiuo contentū eſt. Plaut. in Caſſina Prologo, Nos poſt-
quā populi rumore intelleximus ſtudioſè expetere nos Plau
tinas fabulas. ¶ Appeto verò, præter eā, quā prædiximus, ſi-
gnificationem, ponitur pro Adeo: quia ſicut dicimus Adeo
Prætorē, ita Appeto Prætorem. ¶ Interdū Appetere ſignifi-
cat inſtare, appropinquare, ἐγγίζω, ἐνίσταμαι: unde. Appetit
dies, dicimus, Appetit nox, veſpera, &c. ¶ Interdū pro Ag-
gredi, βάλλειν. unde dicimus appetere vitā alicuius, pro eo
quod eſt, Mortē alicui moliri. Ci. pro Sext. Roſc. Filii vita in
feſta, ferro atq; inſidiis appetita. ¶ Itē Apperere oculos, pro
Inuadere. Liu. li. 7. Leuans ſe alis, os, oculosq; hoſtis roſtro &
unguibus appetit. Hieronymus ad Vital. pro Amare poſuit,
quum inquit, Impendio precor, ut in amore quo nos appe
tere cœpiſti, ad finem uſq; perdures. ¶ Ab Appeto fiūt Ap
petitor, ἐπιθυμητής, Appetitus, & Appetentia, Appetitio,
pro deſydreio, ὄρεξις. Plin. li. 19. A ſtomacho faſtidium au
ferunt, cibiq; appetentiam faciunt lactucæ.

Appetens, Nomen ex participio. ἐπιθυμητικός. [Ital. Deſide
roſo. Gal. Apetant, convoiteux. Hiſpa. Deſſeoſo. Ger. Begy-
rig.] Idem quod rei alicuius auidus. Sall. in Catil. Alieni ap-
petēs, ſui profuſus. Cic. de Amiç. Nihil eſt appetentius ſi-
milium ſui.

Appetitio, tionis, ſ. t. Motus eſt & impetus animi, quo ad ali-
quid agendū impellimur. ὁρμή. [Italic. Appetito, deſiderio.
Gall. Apetit, deſir. d'avoir quelq; choſe. Hiſ. Deſſeo. Ger. Ein
ernſtliche begärung, wunſch.] Ci. de Fin. Appetitio animi,
quæ Græcè ὁρμὴ dicitur. ¶ Accipitur & pro appetētia cibi,
quā Græci ὄρεξιν vocant. Gel. l. 16. ca 3 Quod quū antehac
ſemp edūdi fuerit appetēs, nūc poſt imperatā inediā tridui,
omnis ei' appetitio priſtina elāguerit. ¶ Itē p conatu aliqd
apprehēdendi. Cic. de Diui Nā ſi dormiēti ei Sol ad ſenes
uſus eſſet, ter eū ſcribit fruſtra appetiviſſe manib, cū ſe con
voluens Sol elaberetur, & abiret: eiq; Magos dixiſſe, ex tripli
ei appetitione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum
portendi.

Appetētia, Idē quod appetitio, ſeu cupiditas. motūſue animi,
quo ad aliquid agendū impellimur. ὁρμή. [Ital. Appetitio.
Gall. Apetit, deſir. Hiſ. Deſſeo. Ger. Begird, begärlig.] Cic. 4.
Tuſc. Vt ægritudo quaſi morbum aliquem doloris efficiat,
motus receſſum quēdam animi & fugam, lætitia profuſam
hilaritatem, libido effrenatam appetentiam. ¶ Appetentia
cibi, ὄρεξις. Pli. n. Cibi appetentiam lactucæ.

Appetitus, us, m. q. Concupiſcentia, impetus animi, quo ad
rem aliquam impellimur: cuius ſedem Philoſophi cōſtitue-

runt in lecore.ὁρμή. Cic. 3. Offic. Duplex eſt animorum uis atq; natura. Una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc atq; illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet, & explanat quid faciendum, fugiendumue.

Appianum, ni, Coloris uiridis genus, apud Plin. lib. 35. ca. 6.

Appingo, egi, actum, compoſitum eſt à Pango, Idem ſignificans quod addo, uel adiungo. προσγίθημι. [Ital. Aggiuntare Gal. Ajouſter. Hiſp. Annadir à otra coſa. Ger. Zůhinthůn zůhinſetzen.] Cic. ad Attic. lib. 1. Epiſtolam ſuperiorem reſtitue nobis, & appinge aliquid noui. ¶ Alterum eſt Appingo, xi, ctum, compoſitũ à Pingo, quod ſignificat ioxtà pingo. Hora. in Art. Poët. Delphinũ ſyluis appingit, fluctibus aprũ.

Appia uia, ὁδὸς ἀππία, Via erat Romæ ſaxo quadrato ſtrata per portam Capenam, Capuam, uel, ut alii uolunt. Brunduſium uſq; ducens, ab Appio Claudio Cæco ſtrata. Cicer. pro Cælio, Appius Claudius Cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquã adduxit, uiam muniuit.

Appiana poma, ἀππιανὰ μῆλα, ab Appio ex Claudia gente cognominata: odor his maximus eſt, ferè coroneorum, magnitudo non multò inferior. Plin. li. 15. ca. 14.

Appioſus, morbus in pecudibus uocatur, cum noxius ſanguis membranam cerebri, & ex una parte perfoderit, & eandem colore nimio ceperit prægrauare, eius & mens & uſus hebetatur.

Applaudo, n. t. Significat Allido. ἐπιπροτίθ. Apule. lib. 9. Incuſſis in eam poſteriorum pedũ calcibus, protinus applaudo terræ. ¶ Aliquãdo Applaudere, eſt manuum, uel pedum plauſu fauorem oſtendere, [Ital. Applaudere. Gal. Fraper les mains l'une contre l'autre en ſigne de faueur. Hiſ. Dar fauor. Germ. Frolocken, die Hend vor freuden zůſammen ſchlahen.] Plaut. Pſeud. ſi multis applaudere, Atq; approbare hunc gregem & fabulam, in caſtrimum uos uocabo. Cicer. pro Sext. Quid ego nunc dicam, quibus uiris, aut cui generi ciuium maximè applaudatur?

Applauſor, oris, uerbale. Qui applaudit. ἐπιπροτητὴς. [Italic. Chi applaude co'lbatter delle mani. Gall. Frapant ſes mains en ſigne de faueur. Hiſp. El que da fauor. Ger. Frolocker, der auſs fröuden die Hend zůſammen ſchlacht.] Pli. in Paneg. Idem ergo populus ille aliquando ſæuici Imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in Pantomimis quoq; aduerſatur.

Applauſus, a, um. participium, ἐπικιπροτημένος. Ouid 4. Metamorph. Ille cauis uelox applauſo corpore palmis Deſilit in latices.

Applauſus, us, nomen. κρότος. ἐπικρότησις. [Ital. Applauſo co'lbatter delle mani. Gall. Applaudiſſement. Hiſp. Obra de dar fauor à otro. Germ. Frolocſung, das Hend zůſammen ſchlahen.] Cic. 2. de Diuin. Ennius qui magno applauſu loquitur, aſſentante populo, &c.

Applico, as, pen. corr. aui, atum, & applicui, applicitum, a. p. Significat appello, κατάγω, προσορμίζω, ἐνορμίζω, Adiungo, annecto, ἐπέχω, προσαρμόζω, προσάπτω, παραβάλλω, & conſtruitur cum datiuo, uel accuſatiuo mediante Ab. [Ital. Applicare, accoſtare, aggiungere. Gal. Faire arriuer, accommoder, apliquer. Hiſp. Arrimar una coſa à otra. Germ. Zůhinfůgen, herzůlegen.] Virg. 1. Aen. Quæ uis immanibus applicat oris. Cic. Appio Pul. Omnes uires ciuitatis ſe ad Põpeii ductum applicauerunt, id eſt adiũxerunt. Lib. 1. ad Heren. Qui in itinere ſe tam familiariter applicuerit, id eſt ſe ſocjauerit. Terent. in Andria, Tum ille egens fortè applicat primùm ad Chryſidis patrem ſe, id eſt confert uel recipit.

Applicatio, uerbale, f. t. Actus ipſe applicandi. ἐφαρμογὴ, προσπείωσις. [Ital. Applicatione. Gall. Applicatiõ. Hiſp. Arrimadura à otra coſa. Ger. Zůfůgung.] Cicer. 1. de Orat. Cui Romæ exultare ius eſſet, ſi ſe ad aliquẽ quaſi patronũ applicuiſſit, inteſtatoq; eſſet mortuus, nõne in ea cauſa ius applicationis obſcurũ ſanè & ignotũ, patefactũ in iudicio, atq; illuſtratũ eſt patrono? Idẽ in Lælio, Quapropter à natura oriri mihi potius, quam ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi cum quodam ſenſu amandi, quàm cogitatione, quantum illa res utilitatis eſſet habitura.

Applicatus, & Applicitus, Partic. προσεσχεδὼς, ἐφηρμοσμένος. Cæſ. 3. Bel. Ciu. Applicatiſq; noſtris ad terrã manib. Pli. in Epiſt. Applicitũ eſt in cubiculo hypocauſtum perexiguũ.

Applõdo, is, pe. pro. Omnino idẽ eſt quod Applaudo. ἐπιπροτίω. Veteres. n. Plodo dicebãt, quod nos Plaudo. ¶ Applodere fulgetris, apud Pli. eſt faucre, teſtariq; honorẽ illo motu

Applõro, as, are, n. t. Deponere apud aliquẽ ſuos fletus. προσπρωδύρω. [Ital. Piangere appreſſo alcuno. Gall. Plorer aupres. Hiſp. Llorar cerca. Ger. Bey einem weynen.] Horat. lib. 3. Carm. Contrahq; lucrum nil ualere candidum Pauperis ingenium, querebar applorans tibi.

Appluda, pe. pr. f. p. Antiquis idẽ ſignificabat quod furfur, ut docet. Gell. li. 11. ca. 7. πυρίβιον. Pli. li. 18. ca. 10. docet appludã nocari purgamenta milii, & panici, & zizaniæ, quum in frumẽto palea dicatur. Dicta Appluda ab applodẽdo, quòd propter tenuitatẽ, quia minutiſſima eſt, ſpiritu deiiciatur. Næuius, Ne hercle appluda eſt hodie, quam tu, leuior.

Appluere, προσομβρίζω. [Ita. Piouere uicino. Gal. Pluuoir aupres. Hiſ. Llouer cerca. Ger. Nach bey einẽ ding rägnen, zůhin rägnen.] ex ad & pluere: idẽ quod pluere uel iuxta pluere. Pli li. 9. ca. 16. Quippe & harundines quamuis palude prognatæ: non tamen ſine imbre adoleſcunt, & aliàs ubi cunq; piſces id eadẽ aqua aſſidui, niſi appluat, exanimãtur.

Applumbo, as, n. p. προσομολυβδόω. [Ital. Impiombare. Gal. Plomber. Hiſp. Soldar con plombo. Ger. Verbleyen, mit Bley überziehen.] Applumbare, idẽ quod ſimplex plũbare. Vipian. in l. 2. de ſepulcr. violat. Idem quærit, ſi ſtatua neq; applũbata fuerit, neq; affixa, an pars monumenti affixa ſit, &c.

Appõno, apponis, pen. prod. Appoſui, appoſitum, pen. corr. προσγίθημι, παραβίβημι, προσάπτω, προσβάλλω, ἐπιβάλλω. [Ital. Mettere appreſſo. Gall. Mettre aupres, appoſer. Hiſp. Anadir una coſa à otra. Ger. Zůbinthůn, herzůſetzen.] Cic. 1. Philip. Ariſtarch. qui notam apponebat ad malũ uerſum. Idẽ 1. Verr. Reticulumq; ad nares ſibi apponebat plenũ roſæ. Ouid. 1. Amor. Eleg. 7. Appoſui medio membra leuãda toro.

Appoſitus, a, um, Quod eſt iuxtà, uel ad aliquid poſitum. προσκείμενος. [Ital. Poſto appreſſo, atto, accommodato. Gall. Mis aupres, apoſé, ajoint. Hiſ. Anadido à otra coſa, ido neo y attauiado. Ger. Herzůgethon, zůhingeſetzt.] Cic. de Inuen. Gladium propè appoſitum è uagina eduxit, & illum alterum occidit. ¶ Aliquando ſumitur pro eo, quod eſt conueniens ad propoſitum, ἐπιτήδειος, Idem ibidem. Eam ipſam ſcripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus partibus pertentare, ſiquid aut ad id appoſitum ſit, quod nos interpretemur: aut ei quod aduerſarius intelligat, aduerſetur.

Appoſitè, aduerbium, Conuenienter, aptè ἐπιτηδείως. [Ital. Acconciamente, propiamẽte. Gal. Bien & prepremẽt, cõuenablement. Hiſpa. Conuenientemente. Germ. Kömlich, füglich, fein wol.] Cic. Attic. lib. 8. Cætera appoſitè tibi mandabo. Idem de Inuent Officium eius facultatis uidetur, dicere appoſitè ad perſuaſionem.

Apportigo, apportigis, pen. co. exi, apportectum, παρατείνω. [Ital. Porgere appreſſo. Gall. Eſtendre au pres. Hiſ. Eſtender cerca. Ger. Zůhinſtrecken, zůhinbieten.] apportigere, iuxta porrigere. Ouid. 2. Metamorph. Infantemq; uident apportectumq; draconem.

Apporto, προσφέρω [Ital. Portare, condurre. Gal. Aporter, amener. Hiſp. Traer algo. Ger. Herzů tragen, zůhinbringẽ] apportare, Idem quod afferre ſignificat: & ei contrarium eſt Aſportare. Sæpius tamen pro aduehere accipitur. Plaut. Stich. Magnasq; apportauiſſe diuitias domum. Cice. 5. Ver. Lapis aliquis cædendus, & apportandus fuit machinis ſua. ¶ Apportare, Nuntiare. Terent. Andr. Quidnam apportas? hoc eſt, quidnam nuntias? quid affers noui?

Appoſco, is, appopoſci. προσαπαιτέω. [Ital. Dimandare oltre quello che ci uiene. Galli. Demander deuantage, ou par deſſus. Hiſ. Demandar ſobre lo demandado. Ger. Darzů fordern, noch mehr darzů begerẽ.] appoſcere, ex ad & poſco, Inſup poſcere. Tere. Hea. Porrò hæc talẽta dotis appoſcẽt duo.

Appõtus, Valdè potus, qui multum potauit. εἰνόλαπτος. [Ital. Chi ha ben beuuto. Gal. Qui a bien beu, yure. Hiſ. Elque beuio demaſiadamente. Germ. Der wol trencket iſt, wol beſoffen.] Plau. in Curcul. Poſtquam cœnati, atq; appoti, talos poſcit in manum. Idem in Amphi. Credo equidem dormire Solem, atq; appotum probè.

Apprehendo, a. t. & in carmine Apprẽdo, Significat attrecto, capio, uel ad me traho. λαμβάνω, ἅπτω. [Ital. Apprendere. Gall. Prendre auec la main, empoigner. Hiſ. Tomar ò Prender. Ger. Ergreyffen, ermütſchen.] Ci. de Nat. deo. Vites clauiculis adminicula, quaſi manibus apprehendunt. Virgil. 2. Aen. Quò res cunq; loco Panthu? quam prendimus arcem?

Apprehenſio, aſſimulatur traditio, l. pœnale. de uſuc, pro legato, qua

to, qua ratione Parag. Hoc autem amplius de rerum domi

Apprimè, pen. prod. aduerbium, Significat In primis, egregiè, valdè. *εἰς τὰ πρῶτα.* [Ital *Sopra tutto*, in prima, grandemente, molto. Gall. Grandement, excellentement. Hisp Primera y principalemente ò señaladamente. Germ. Hefftig sonderlis.] Terent. in And. Nam id arbitror apprimè in uita esse utile. ¶ Fit ab antiquo nomine Apprimus, quo ueteres utebantur pro longè primò, ut Gell. li. 7. ca. 1. citans illud ex Liuii Odyss. Ibi denique uir summus apprimus, Patroclus.

Apprimo, is, ere. ex Ad, & Premo. *πρεσπιέζω, προσθλίβω.* [Ital *Premere*. Gal. Presser ou serrer. Hisp Apretar. Ger. An einen zůsammen truckẽ.] Plin. lib. 14. ca. 9. Sedare uentris dolorem asseueranit impositam, ita ut tunica cinctuq; corpori apprimeretur.

Approbus, pen. cor. Valde probus. *πρόλιαν ἐσθλός.* [Ital. *Molto buono*. Gall. Bon & honneste. Hisp. Mucho bueno. Ger. Gar fromm.] Gellius, Et in uersu est Cæcilii poëtæ comici, Hierocles hospes est mihi adolescens approbus.

Approbo, as, are, a. p. Idẽ quod simplex probo, uel etiã uehementer probo. *λιανικαίζω.* [Ital. *Laudar grandamente*, approbare. Gall. Approuuer, trouuer bon. Hisp. Aprouar alguna cosa por buena. Germ. Hefftig loben, für gůt gåben, bezåugen.] Cicer. 4. Acad. Nec tamen ego is sum, qui nihil unquam tàlũ approbem. Idem Appian. Quicquid feceris, approbabo.

Approbatio, uerbale. *λιανικαία.* Cic. 2. Tus. Effectus eloquentiæ, est audientium approbatio.

Approbator, oris, uerbale, Qui aliquid probat. *λιανικαγὸς.* Cicer. Attic. Quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ: approbator certè fuisti.

Appromitto, is, a. t. Pro altero promitto. *ἐγγυῶμαι.* [Ita. *Promettere per un altro*. Gall. S'obliger pour un autre, promettre pour luy. Hisp. Prometer per otro. Ger. Für ein anderen sich versprechen, vmb das so er verheissen hatt.] Cicer. Attico. De Oppido factum est ut uolui: & maximè quòd DCCC appromisisti: quæ quidem ego utiq; uel uersura facta solui uolo.

Appromissor, oris, uerbale, *ἐγγυητής.* Vlpianus, Appromissorem uocat fideiussorem l. In omnibus. ff. de solutionibus.

Appronare in genua, dictum est, pro eo quod est ingenicularì, ut antiqui dicebant. *ἀνατερνιάδαι.* [Ital *Inginocchiarsi*. Gall. S'agenoiller. Hisp. Arrodillar. hincar las rodillas. Ger. Sich neigen, buckẽ.] Apul. li. 1. Planiore in ripę margine implicitus, in genua appronat se, auidius affectans pomum. Videtur esse compositum ex Ad præpositione & nomine Pronus: unde gemino p, scribendum est.

Apprŏpĕro, as, are, Idem quod propero, uel ualde propero, accelero. *σπεύδω.* [Italicè. Affrettare. Gallicè. Se haster, s'auancer. Hisp. Apresurarse ò allegarse en uenir. Germ. Herzů eylẽ] Terent. in And. -postquam ante ostium Me audiuit stare, appropĕrat. Cic. Att. Quare appropera, & ualdè. ¶ Appropĕratum opus, id est acceleratum. Liu. 4. ab Vrb. Cœptumq; opus adeò appropĕratum est, ut Sole orto, &c.

Appropinquo, as, are, a. p. Propinquum fieri aut loco, aut tẽpore. *ἐγγίζω.* [Ital. *Accostarsi*. Gall. Aprocher, uenir pres. Hisp. Acercarse ò allegarse. Ger. Sich nåheren.] Cæs. 1. Bel. Gall. Heduos finibus Bellouacorum appropinquare cognouerat. Cic. ad Qu. frat. Sed dies rei maturitas neq; dum uenit, & tamen iam appropinquat.

Appropinquatio, uerbale, f. t. Cicer. de Senec. *πρεσπέλασις.* [Ita. *Auicinamento*. Gall. Aprochement. Hisp. Acercamiento, allegamiento. Germ. Die nahung.] Quarta restat causa, quæ maximè angere, atq; solicitam habere nostram animam debebat, appropinquatio mortis.

Apronis, coronarium quoddam satiuum, apud Aristoph. poëtam, ut Grammaticus Aristoph. interpretatur, Athenis in Academia nasci solitum.

Aprícus, a, um. penul. prod. *πρόσηλος, ἡλιῶδης, προσήλιος.* [Ital *Esposto al sole*, aprico. Gal. Tourné vers le Soleil, ou le Soleil bat, abri. Hispan. Cosa abrigada, que esta al abrigo. Germanic. Ein Sonnechtig ort, ein ort das vil Sonnen hat.] Idem quod Soli expositus, quasi *ἀντιφρίκης*, hoc est *ab horrore*, φ, aspirata in π, suam tenuem conuersa. Virgi. 1 Georg. Minis in apricis coquitur uindemia saxis. ¶ Apricus horno, uel Aprica auis, quæ Solem gaudet. Idem 7. Aen. Apricis statio gratissima mergis.

Apricor, apricissimus. Col. li. 11. ca. 3. Nonnulli hãc eandẽ locis apricioribus à Calend. Martias deponunt. Idem lib. 9. cap. 14. Dum adhuc autumni reliquiæ sunt apricissimo die purgatis domicilijs.

Apricari, d. p. Est in aprico loco esse, hoc est in loco Soli exposito uersari. *ἡλιοθερεῖν, ἡλιάζεσθαι.* [Ital. *Essere in luogo aprico, stare al sole*. Gall. Estre en l'abri, se tenir au Soleil. Hispa. Abrigarse en lugar abrigado. Cer. An der Sonnẽ sein, sich an einẽ Sonnechtigẽ ort haltẽ.] Varr. in ministeriis, Licet uidere multos quotidie in hyeme in Sole apricari. Plin. lib. 36. de columbis, Apricantur aliæ scalpentes sese. Cic. in Catone, Vbi enim potest illa ætas aut calescere, uel apricatione melius, uel igni, aut uicissim umbris aquisue refrigerari salubrius.

Apricatio, onis, *ἡλίκεσις.* [It. *Aprico*. Gal. Abri. Hisp. Abrigo. Ger. Vnonung oder haltung in der Sõnen.] uerbale. Cic. Art. Sibi habeat suã fortunã, unã mehercule tecũ apricationẽ in illo Lucretino tuo sole malim, quã omnia istiusmodi regna

Apricitas, atis, Est hybernus ille repor in Solis apricis. *ἡλίκια.* Colum. lib. 8. ca. 15. Cum apricitate diei gestiunt aues. Idem lib. 7. cap 7. Si diei permittit apricitas. Plin. lib. 2. cap. 16. Apricitatis nactyæ regio.

Aprilis, m. t. Mensis dictus est, quasi aperilis, quòd terram aperiat. *ἀπρίλιος, ἀπρίλις, ἀφρηλίων* [Ital. *Aprile*. Gallic. Le mois d'Auril. Hispanic El mes de Abril. Ger. Der Monat Aprell.] Nam uerna temperie plantarum germina aperiuntur. Vel dicitur Aprilis, quasi aphrilis *ἀφρὸς* spuma, quòd Venus, cui hic mensis sacer est, ex spuma maris fingitur nata. Horat. 4. Carm. -Idus tibi sunt agendæ, Qui dicto mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. ¶ Accipitur præterea adiectiuè: ut Nonis Aprilibus. Cic. ad Len. Quinctiam Marcellino, & Philippo Consulibus, Nonis aprilibus mihi est senatus assensus.

Apronia, Herba est, quam alii Vitem nigram, alii Bryoniam, alii Chironiã, alii Gynecanthẽ uocãt. *ἀμπελόμελαινα.* Plin. lib. 23. cap. 1.

Aprosopos, *ἀπρόσωπος.* Latinè impersonale dicitur, *τὸ ἀπρόσωπον*, persona Græcè appellatur.

Apsendes, homo est minimè fallens.

Apsychos, *ἄψυκτος.* Gemma est nigra & ponderosa, rubentibus uenis distincta: ita dicta quasi irrefrigerabilis. Nam semel igni excalfacta, septem diebus calorem seruat. Autor Plin. libro 36. cap. 10.

Apsychon *ἄψυχον*, Inanimatum, quod est sine anima, & spirare non potest.

Aptŏtum, aptoti, pen. prod. Interpretatur sine casu. Sunt enim aptota nomina, quæ neq; per casus, neq; per numeros declinantur: ut Frugi, Nihili, Nequã, Fas, Nefas. Autor Donatus in 2. Editione. Hæc alio nomine dicitur Indeclinabilia.

Aptus, ta, tum, Dicitur quod ad aliquid accommodatum est. *ἐπιτήδειος, ἁρμόττων, προσφιλὴς.* [Ital. *Atto*, accommodato, acconcio. Gal. Bien sortable, convenable, propre. Hisp. Cosa idonea y atuiada. Ger. Geschickt, bequem, gemlich.] Pers. Sat. 1. Si forte quid aptius exit. ¶ Interdum Apti dicitur necessarij. Cic. li. 3. de Fin. Itaq; natura sumus apti ad totius consilia ciuitatis. ¶ Interdũ elegans, ut apud eundem li. 2. de Orat. Ita porrò uerbis est aptus & pressus, ut nescias utrũ sententię oratione, an uerba sententijs illustretur. Idẽ 1. Offic. Vt enim pulchritudo corporis apta e cõpositione mẽbrorum monet oculos. ¶ Interdũ connexum. Virg. li. 2. Georg. -Ipsos è torquibus aptos, Iunge pares. Huius compositum, & contrarium est Ineptus. ¶ Est etiam Aptus participium ab Apiscor, idem significans quod Adeptus. Varro Ea omnibus ostentat, quæ bello est aptus.

Aptè, *ἁναμέσως, ἐπιτηδείως* [Ital *Propriamẽte, acconciamente*. Gall. Conuenablement, proprement. Hisp. Conuenientemente. Ger. Geschicklich, bequemlich, fůglich.] adeerbium qualitatis, aptius, aptissimè. conuenienter & accommodatè. Cic. de Fin. Quum inciderit, quid aptè fieri possit. Plin. lib. 16. cap. 25. Ratio aptius redditur ab hoc tertio uolumine. Idem lib. 19. cap. 5. Parilicus tamen aptissimè. ¶ Aptè dicere Cic. 1. Offic. Quod est oratoris proprium, aptè, distinctè, ornatè dicere. Idem 1. de Orat.

Apto, as, a. p. Conuenienter aliquid rei alicui iungo, seu accõmodo. *προσάπτω.* [Ita. *Adattare*, accõmodare. Gal. Apparier, accõmoder, aiacer. Hisp. Atauiar ò ayũtar uno cõ otro. Ger. Zůsammen fůgen, oder ordnen] Construitur cũ dativo uel accusa-

accuſatiuo mediante Ad. Cic. in Philip. Cuius deniq; fortunæ ſtudia tantæ laudi & gratulationi tuæ ſe non aptarint? Idem 1. de Orat. Hoc uerbum eſt ad id aptatum, quod antè dixerat. ¶ Huius compoſita ſunt Adapto, & Coapto.

Aptitudo, fœmin. r. Eſt conuenientia, pulchritudo, elegantia, *εὐμορφία*. Vnde fit Aptè aduerbium, &c.

Apũa, æ, fœm. p. Piſciculus eſt minimus & uiliſſimus, quem Græci, quòd ex pluuia naſcatur, *ἀφύην* uocant. Vide Plin. lib. 32. ca. 8. & ea quę ſuprà annotauimus in dictione Aphya.

Apud, præpoſitio eſt, quæ nunquam compoſita reperitur: appoſita uerò caſibus, quandoq; locum denotat. *παρά, πρός*. [Ital. *Appo*, appreſſo, preſſo. Gall. *Aupres*, chez, deuant. Hiſ. *Cerca*. Ger. *Bey*.] Ut, Apud Mantuam hæc ſcripſi. ¶ Quandoq; perſonam: ut, Apud Regem. ¶ Quandoq; loci & perſonæ coniunctionem: ut, Cœnaui apud Pompeium. Sed cum ad perſonam refertur, plerunque familiaritatem ſignificat, non dominium: ut, Fui apud te, id eſt tecum, uel domi tuæ. Penes uero & poteſtatem, & perſonam, & dominium, (*ἐπί* cum datiuo.) Ouid. li. 1. Faſt. Me penes eſt unum uaſtis cuſtodia mundi. Quanquam etiam ſine dominii ſignificatione aliquando inueniatur: ut latius docebimus ſuo loco. ¶ Apud aliquando accipitur pro In: ut apud Terentium in Andria, De Dauo modò apud forum audiui. ¶ Apud ſe dicitur eſſe qui omiſſis negotiis ſe in receſſum recipit. Cic. lib. 1. de Orat. Marcus uerò Scaurus, quem non longè rurſi apud ſe eſſe audio. Magis tamen uidetur Apud ſe, in hoc Ciceronis loco accipi pro, Domi ſuæ: quemadmodum frequenter apud Terent. *Apud nos*, pro Domi noſtræ.

Apus, odis, uide Apodes.

Apyrinon, *ἀπύρηνον*, Genus eſt mali Punici dulciſſimi, ita dictum, quaſi *ἄνευ πυρήνος*, hoc eſt, ſine nucleo: non quod prorſus nucleis careat, ſed quòd eos habeat minus lignoſos. Quo fit, ut & acinos habeat blandiores & minus amaros. Plin. lib. 13. cap. 19. Mart. lib. 13. Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis, Et uernæ tuberes: quid tibi cum Libycis? ¶ Legitur & adiectiuum Apyrinus, a, um: ut Apyrinus fructus, hoc eſt dulcis, nucleiſq; minus lignoſis, quales habent apyrina. Col. lib. de arboribus cap. 21. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuis annis fructum uinoſum: poſtea uerò etiam dulcem, & apyrinum facier.

Apyrum ſulphur, *ἄπυρον θεῖον*. Plin. lib 33 cap 15 uocat ſulphur uiuum, quodq; ignem non eſt expertũ: *ἄπυρον* enim Græci uocant incoctum, & quod igni non eſt admotum. Vnde & Apyri tripodes *ἄπυροι τρίποδες* dicebantur, qui ignibus intacti erant, ut qui non culinario uſui, ſed domorum templorumq; ornatui dicati erant.

Apỹrotus, *ἀπύρωτος*, Gẽma igniti carbonis ſimilitudinem referens, quam Ouid. 2. Metam. Pyropum uocat, Latini Carbunculum: inde Apyrotus dicta, quòd ignem non ſentiat. Plin. li. 37. ca. 7. Principatum habent Carbunculi, à ſimilitudine ignium appellati, quum ipſi non ſentiant ignes: ob id à quibuſdam Apyroti uocati.

A ante Q.

Aqua, componi uidetur ex à & qua: quaſi à qua uinamus. *ὕδωρ* [Ital. *Acqua*. Gall. *Eaue*. Hiſp. *Agua*. Ger. *Waſſer*.] Vnde aqua & igni interdici ſolebat damnatis. Aquam & ignem ſumebant nuptæ, & qui funus perfecerat, redeuntes ignes ſupergrediebantur aqua aſperſi. quod purgationis genus uocabant ſuffitionem. Hoc elementum cęteris omnibus uidetur imperare. Terras enim deuorant aquæ, flammas necant, ſcandunt in ſublime, & ipſum quoq; ſibi uendicant cœlum. Quid eſſe mirabilius poteſt, quàm ſtare in cœlo aquas? At illę non modò in tantam altitudinem, ſed ſecum quoq; piſcium examina, & lapides rapiunt. Exdẽ dentes omnium terra naſcentium causa fiunt: froges, arbores, frutices, iuuant: migrant in cœlum ut uitalem animam deferant herbis. Præterea alibi calidæ ſunt, alibi frigidæ, alibi tepidę, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliæ ſulphuris, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris. Aliæ acidæ ſunt, aliæ ſalſæ, & cunctæ hominum tantùm cauſa uidentur eroſſe. Generatim neruis proſunt omnes: aliæ exinaniunt aluos, aliæ ſanant uulnera, aliæ capiti auribuſq; & oculis priuatim medentur: aliæ ſterilitatem mulierum, & uirorum infamiam abolere produntur, nonnullæ iuuant calculoſos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollunt uitiligines, aliæ podagris proſunt, aliæ tertianas febres diſcutiunt, aliæ dentes ſiſtunt, aliæ unguias etiam iumentorum indurant, aliæ ſobriletes faciunt ſenſus, aliæ memoriam auferunt, aliæ oblitionem inducunt, aliæ canoras uoces faciunt. Hęc Perottus ex Plinio quibus illud præterea addit, ſe deduxiſſe aquas in agro Viterbienſi, quæ lethargicos, & hydropicos & colicos curant, luxatos ſtatim ſanant, dentes ea collutos ſiſtunt, ſcabiem, lichenas, uitiligines mira celeritate tollunt, famem omnino ſublato faſtidio inducunt, fœcunditatem mulieribus afferũt, Venerem debilitatam excitant, calculorum nitia diſcutiunt. Hæc ille. Aqua apud Ioreconſ. alimentorum appellatione continetur. l. 1. ff. de alim. leg. Aqua paluſtris, aquæ pertractio. Aqua pluuia & cœleſtis eadem eſt. Aqua uiua, quæ uſui eſt. l. is qui poteũ. ff. quod ui aut clã. Aqua oculi, oculorũ uitiũ, ubi immodicè humores lenti defluũt, cõgelati inter corneam, & chriſtaloidem. Alij aquam, quaſi æquam, hoc eſt, æqualem dictam uolunt, ablato e, quòd aqua, niſi mentis agitetur, nihil ſit æqualius. ¶ Aſperſiſſe aquam prouerbialiter quis dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Plau. in Bacch. Euax aſperſiſti aquam. Idem Trucul. Aſperſiſti aquam, iam rediit animus. Mutuo ſumptum ab iis qui in deliquio, quam Græci *ἀναθυμίαν* appellant, aſperſa in faciem aqua ad ſui ſenſum reuocantur. ¶ Aquam bibent nihil boni pariat, *ὕδωρ δὲ πίνων χωρὸν οὐδὲν ἂν τέκοις*: Cuius prouerbii ſenſus eſt, à poëtis nihil præclarum aut uenuſtum proficiſci, ſi biberint aquam, hoc eſt, ſi pauperes fuerint, & tenui uictu. Demetrius Halicarnaſſ. ¶ Inaniter aquam conſumis. *Ἄλλοις ἀναλίσκεις ὕδωρ* In eos quadrabit, qui fruſtra ſuadent. A priſco more iudiciorum ſumptum, in quibus ad clepſidræ modum dicebatur. ¶ In aqua hæret. In eos competit qui ſic implicantur negotio quopiam, ut ſe nequeant extricare. Cic. 3. Offic. de Epicuro. Dicit ille quidem multa multis locis, ſed aqua hæret, ut aiunt. Translatum apparet uel à fluitantibus: uel certè ab Oratorum clepſydra. ¶ Aquam cribro haurit, *πυκνίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ, ἢ ἐπὶ ῥέθρα*: In aqua ſcribis, *ἐπὶ ὕδατος γράφεις*: In aqua ſementem iacis, *εἰς ὕδωρ σπείρεις*: Aquam in mortario tundere, *ὕπερθε πλύνεις*, & ſimiles paræmiæ, in eos quadrant qui laborant inaniter. ¶ Ad aquam malus, *Ἐφ' ὕδωρ πανὸς*. In infimæ ſortis homines olim dicebatur, ac ſordidiſſimis quæſtibus addictos: propterea quòd antiquitus infames habebantur, multoq; omnũ contemptiſſimi, qui litigantibus aquam ſubmini ſtrare cõſueuerunt. ¶ Aquam igni miſcere, *πῦρ ὕδατι μίγνυναι*: inter prouerbia quibus *ἀδύνατον* ſignificamus, referendũ eſt. Pugnat enim aqua cum igne Plutarch. in libello *περὶ πρώτου ψυχροῦ*. ¶ Mitte in aquam. *βάλλε εἰς ὕδωρ*, hoc eſt aufer è medio. Dicitur uel in hominẽ uel in rẽ exitio dignã. Tractũ à ſupplicio quorũdã q in profluentẽ aut mare mittebãtur. ¶ Aquã è pumice poſtulas, p eo q eſt, fruſtra ab alio petere, cui ipſe, à quo petas maximè ſit indigus. Cœno puræ aquã, turbãs, nũquã inuenies potũ, *βόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μεῖναι, ὑποβὰς ἰχθὺς πόθεν*. Dici ſolitum, ubi quis ea quę ſunt per ſe pulcherrima, contaminat, amiſſis iis quę ſunt turpiſſima.

Aquula, f. p. dim. ab aqua. *ὑδάτιον*. Cic. li. de Orat. Quæ mihi uidetur nõ tã ipſa aquula, quæ deſcribitur, quã Plat. oratione creuiſſe. Et li. 2. Vbi nõ ſecluſa aquula tenetur, ſed unde uniuerſum flumẽ erũpat. ¶ Eſt & Aquula Ptol. oppidũ Hetruriæ: unde Aquulẽſes, quos Aquenſes uocat Plin. li. 3. ca. 5.

Aquæductus, us, ui. m. q. ab aqua ducenda. *ὑδραγωγία*. [Ital. *Acquedatto*. Gallicè. *Conduite d'eaue*. Hiſpanicè, *Aguaducho para traer agua*. Germanicè, *Waſſerleitung, waſſergraben, waſſerfurt*.] Eſt enim aquarum deductio, hoc eſt, quum alicunde aqua deriuatur, ut per cuniculos impoſitis canalibus alió inducatur, ſiue ad bibendum, ſiue ad irrigandum: ut eſt uidere apud Iulium Frontinum in libro de Aquæductibus Romanorum. Erat autem apud ueteres duplex ratio docendæ aquæ. Nam ut per ſubterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Veriſque generis etiam hodie Romæ non pauca extant ueſtigia. Vlpian. de Seruit. ruſt. præd. Seruitutes ruſticorum prædiorum ſunt hæ, Iter, actus, uia, aquæductus.

Aqualicũm, n. ſ. Dicitur quum aqua' pluuialis remedijs quibuſdam elicitur: quod in magis ſiccitatibus aliquando factum creditur.

Aquæ niales, menſæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebam-

quebantur ut eſſent ſalubriores. ὕδατα τηράσιμα. Poſtea co leniurio & ſacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Aquigium, quaſi aquæ agium, Idē quod aquæductus, ὑδραγωγεῖον, ὑδραγωγός, ἀγωγιον. Pomp. l. hoc iure. de aqu. quotid. Dum ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deteriùs faciat.

Aqua intercus, Morbus eſt, quem Græci Hydropen appellāt: quō inter cutem aqua colligitur, qua corpus turgeſcit. ὑδρωψ, ὑδρικός. Nonius Aqua intercus, hydrops morbus, quā aqua inter cutem. Cic. 1. Offic. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. A Celſo Aqua inter cutem appellatur. Ita enim habet ille lib. 3. cap. 21. Longus ue rō ſim poteſt morbus eorum, quos aqua inter cutem malē habet. Plin vocat Aquam ſubter cutem fuſam.

Aqualicus, pe. cor. Alvus, quo ſordes defluūt. Iē genus quoddā lati inteſtini, ex quo farcimina fieri ſolēt. Apicius, Reple aqualicum, ſic ut laxamentū habeat, ne diffluiat in coctura.

Aqualiculus, u. ſ. diminutiō eſt ab aqualicus, Vas eſt in quo porci ſorbent. γάστρων. [Ital. Albio, albuolo da porci. Gall. Auge ou mangent les porceaux. Hiſp. Bazo ò barriga, Dorado donde comen los puercos. Germ. Ein Seutrog.] Per tranſlationem pro uentre ſiue aluo ſumitur, tam occulta, quàm apparente, in quam ſordes fluunt. Perſius Sat. 1. nugarus, quem tibi calue Pinguis aqualiculus propenſo teſquipede extet.

Aqualis, gen. maſcul. Genus uaſis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & Matellio dicitur, teſte Varrone. ὑδρία. [Ital. Vrna. Gall. Eguiere, pot à eaue. Hiſp. Iarro de agua para beuer. Ger. Ein Waſſergeſchirr, ein Gieſsfaſs.] Plautus in Cure. Date iſti ſellam ut ſedeat, & aqualim cum aqua.

Aquanola, æ. f. Dicūtur lotrinæ, in quas lotura proiicitur: nec in culina tantùm, ſed & in triclinijs, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia ſiunt.

Aquarioli, m. ſ. Dicuntur mulierum impudicarū ſordidiſſimi adiutæ Feſtus. πραγωγεῖς, μαγρωνοί. [Ital. Roffianelli. Gal. Maquereaux. Hiſp. Alcahueres. Ger. Hūring, hurenfürer.]

Aquanolum, ſiue aquarium, ὑροδοχεῖον. Locus in quem ſordida aqua demittitur, qui & Lauatrina dicitur à lauando, et per ſyncopen, Latrina.

Aquarium, ij. Locus in flumine, aut alia quauis aqua, ad quem animalia potum aguntur. ὑδρεῖνος, ὑδρεῶν. [Ital. Luoco da abbeuerare. Gall. Euier, abreuoir. Hiſp. Abreuadero donde beuen beſtias. Ger. Ein ort da ſich das waſſer verſamlet, vnd das Vich darob trencket, Brunntrōg.] Cat. cap. 1. Si poteris, ſub radice montis ſiet, in meridiem ſpectet, loco ſalubri, operariorum copia ſiet, boumq; ibi aquarium.

Aquarius, a, um, Quod ad aquam pertinet, ὑδατικός: ut, Cas aquaria, Res aquaria. Gell. Re aquaria defectos. Plin. lib. 14. Quippe quum in exacuendo oleare cotes, & aquariæ differant, oleo deteriorem ei fiat acies.

Aquarius, rij, m. t. Vndecimum ſignum Zodiaci, et proximum Capricorno, quod oritur XV. Calend. Februar. ὑδροχόος. [Ital. Acquario. Gal. Vn des douze ſignes du ciel. Hiſ. Agua dor. Ger. Waſſermann.] Fabulantur Poëtæ hunc fuiſſe Ganymedem, quē Iupiter, eius pulchritudine captus, ab aquila in cœlum raptum, miniſtrum ſuum feciſſe exiſtimatur.

Aquarius ſulcus, Qui aquam educit. ἄῤῥηξ ὑδατικός. Colu. Ita Crebroſque ſulcos aquarios, quos, & nonnulli Elices uocant.

Aquaticus, ca, cum, Qui in aqua degit, ἔνυδρος, ſicut Terreſtris qui in terra uiuit. Plin. Terreſtres & aquatici piſces.

Aquatilis, pe. cor. om. Idem quod aquaticus. ὑδατικός. Plin. lib. 9. cap. 12. Aquatilium tegmenta plura ſunt. Cic. 1. de Nat. deo. Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliquaſi ancipites, in utraq; ſede viuentes.

Aquatio, onis, d. p. uerbum caſtrenſe eſt, Aquam, haurio, ſiue aquatu ito, ad uſum exercitus, uel alterius rei. ὑδρεία, ὑδρευσις. [Ital. Caual'acqua, andar per acqua. Gal. Prendre eaue, ſe fournir d'eaue. Hiſ. Ir por agua para el Real. Ger. Waſſer ſchöpffen, ſich mit waſſer verſahē.] Curtius, Cum magni aquarum profectus eſſet. Virg. Sub mœnibus urbis aquantur. Vide in dictione Adaquo.

Aquatio, onis, f. t. uerbale, Actus aquandi, hoc eſt aquam ad ea ſtra ſeruendi. ὑδρεῖα. [Ital. L'annaeequare, l'andare à piglar acqua. Gall. Puiſement d'eaue ou aporte. abreuement. Hiſp. El traer del agua para el real. Ger. Waſſer ſchöpffung, ein waſſerholūg.] Cæſ. 4. bel. Gal. Tamē ſeſe non longius milibus paſſuū quatuor aquationis cauſa proceſſurū eo die dixit.

Aquator, oris, m. t. Qui aquandi miniſterium, præſertim in exercitu, facit. ὑδροφόρος. [Ital. Chi va per acqua per fornire eno exercito. Gal. Porteur d'eaue, celuy qui fournit d'eaue au camp. Hiſ. Aguador del real. Ger. Der ein Läger mit waſſer verſihet, waſſer ſchöpffer.] Gell. 1. noct. Ciu. Hęc conſul tantibus, eis nūtiatur aquatores ab equitatu premi noſtro.

Aquatus, ta, tum, Aqua infuſus. ὑδρωμένος. [Ital. Adacquato, acquoſo. Gall. Diſtionnē d'eaue, ou on à mis de l'eaue. Hiſp. Aguado. Ger. Vnaſſerechtig, mit waſſer vermiſchet.] ut Aquatū vinum. Interdum idem quod aquoſus: ut, Lac aquatum. Plin. l. 28. ca. 9. Omne autem uernū aquatius eſtiuo.

Aqueus, a, um, Quod ex aqua eſt. ὑδρώδης. ut, Color aqueus.

Aquōſus, ſa, ſum, Quod copiam aquæ habet. ὑδατώδης. [Ital. Acquoſo, abondante d'acqua. Gallic. Plein d'eaue, aqueux, fort humide. Hiſp. Lleno de agua. Ger. Gewäſſeret, das vil waſſer hat.] ut, Hyems aquoſa. Colum. lib. 4. de ficis, Locis, inquit, frigidis, & autumni temporibus aquoſis præcoces ſerito. ¶ Huius compoſitum, & contrarium eſt Inaquoſus. ἀνυδρος.

Aquoſus ſanguis, uocatur Gall. libro 3. de Symptomatum cauſis, excrementi ſpecies, ſanguis uidelicet ſimilis aquæ in qua ablutæ fuerunt carnes, uel ſimilis aquæ cruentæ, quam ejaculatę gorgitat.

Aquifōlia, Species eſt illicis, meſpilum foliis referens, πρατὴ γυμνὴ πρατὴ γυνή. Theophr. unde & Meſpilus ſylueſtris, μέσπιλος ἀγρία à nonnullis appellatur. Vide Plin. l. 24. cap. 13 & lib. 27. cap. 8.

Aquila, æ. p. ἀετός. [Ital. Aquila. Gal. Aigle. Hiſp. Aquila. Ger. Ein Adler.] Regina auium, quam poëta Ioois alitem, eiuſdem armigeram appellant, & fulmina ei ſubminiſtrare fabulantur. Cui fabulæ occaſionem dedit aquilæ natura, quia ſola auium & fulminis ictu non lædituꝛ, & Solis fulgorem oculis inconniuentibus poteſt aſpicere. ¶ Sex autem aquilarum genera enumerantur à Plinio, Melanætos, quæ & ualeria: Pygargus: Morphnos, quam & Percnon Homerus, Latini Planum, & Anatarium uocant: Percnopterus: Oneſios, Haliæetus. ¶ Aquila non captat muſcas, ἀετὸς οὐ θηρεύει τὰς μύας. quo ſignificatur, ſummos uires negligere minutula quæpiam. Animus enim excelſus res humiles deſpicit. Aut egregiè docti nonnunquam in minimis quibuſdam laburtur. Et maximis occupati negotiis ad puſilla quædam conueniunt. Effertur & citra negationem adagium. ἀετὸς μύας θηρεύει. Aquila uenatur muſcas, quoties magnis minima ſunt curæ. ¶ Aquila nubibus. ἀετὸς ἐριτιθλαται? plerig interpretantur de re magna quidem illa, ſed quam non facilè aſſequaris: alii de iis qui longe reliquis præcellunt. Ariſtoph. in Equit. ¶ Iupiter aquilam delegit, Ζεὺς ἀετὸν ἔλαβε. ubi quis aſciſcit ſibi præclaros, ſuiſq; rebus accommodos. ¶ Aquilam cornix prouocat, ἀετὸν κορώνη ἐριτιθλᾷ. Locus fuerit adagio, ſi quando leuiuſculus quiſpiam homuncio, qui neq; prodeſſe queat, neq; lædere, maximis uiris allatrat. ¶ Aquilæ ſenectus, αἰσὶς γύπος. In ſenes dicebatur bibaces magis quàm edaces. ¶ Aquila thiaſpa aſpiciens, ἀετὸς θρίνακα ὁρῶν. De magnis qui puſilla negligunt. Eſt enim θρίν auicula minutiſſima, aut uermiculi genus. ¶ Aquilam teſtudo uincit. Accipi poteſt per itoniam: aut ſimpliciter, ubi quis potentiorem arte uincit: & quod uiribus non poteſt, aſſiduitate conficit. ¶ Aquilam uolare doces, ἀετὸν διδάσκεις πέτεσθαι. In eos competit qui monere quempiam conantur in ea re, in qua cum ſit ipſe exercitatiſſimus, nihil eget doctore. ¶ Aquila prætexta, ſydus cœleſte eſt, cuius ala dextera circulū æquinoctialem attingit, ſiniſtra autem non longè à capite Ophiuchi uidetur figurata. Roſtrum eius à reliquo corpore diuidit circulus à Cancro ad Capricornum perueniens. Exoriente Leone, occidit: exoritur autem cum Capricorno. Habet in capite ſtellam unam, in utraq; ala unam, & unā in cauda. ¶ Eſt etiam Aquila, piſcis nomen ex genere planorum, quem & Græci ἀετὸν appellant: teſte Plin. lib. 9. cap. 24.

Aquilinus, a, um. ἀετινος. [Ital. Aquilino. Gall. D'aigle. Hiſp. Aguilēno, coſa de aguila. Ger. Das zū dē Adler gehört.] ut Aquilinę ungulę. Plau. in Pœn. An tu inuenire poſtulas quē quā coquū, Niſi ſit mihi nis, & aquilus ungulis? Vbi Aquilinas ungulas dixit, p manibus rapacibus, quales ſunt ungues aquilū.

Aquili-

Aquiliferi,m.f.Dicti sunt signiferi in Romana militia, ἀετοφόροι: ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriè dicauit: fuitq; tanquam princeps totius legionis signum Cæsar.5.bell. Ciuil. In eo prælio quum graui uulnere esset affectus aquilifer. Habuerunt & Romani alia quatuor signa,uidelicet lupos, minotauros,equos,apros,quæ singulos ordines anteibant. Item & dracones:unde Draconarii. Postea tamen, repulsis cæteris, unam seruauerunt aquilam.

Aquilegiũ,n.f.Aquæ collectio,& aquæductus.λιμνάς. Plaut. Si pluet,aquilegio iuuabo.

Aquilex,pen.corr.Qui aquam colligit,ducit,& propriè qui signis quibusdam fontes nouit inuestigare.ὑδροσκόπος. [Ital.Colui che raccoglie l'acqua. Gall. Maistre fontanier. Hispa. El que coje agua derramada,ò el que conoce donde ay agua. Germ. Der die Brunnen erfindt, Brunn meister.] Varro.At hoc pacto utilior te Tuscus aquilex. Plin. Subesse aquas credunt,& hoc habent signum aquileges.

Aquilo,pen.cor. Ventus Septentrionalis,frigidus & siccus, ita dictus à uehementissimo uolatu instar aquilæ. βορέας. [Ital.Aquilone.Borea. Gall. Le uent de Bise,uent de Septentrion. His. Regannon,uiẽto entre Norte y Solano. Ger. Der Nortwind, der Byser, der Schindtenhengst vonn Mitnacht.] De hoc scribit Ouid.lib.6.Metamor.

Apta mihi uis est,qua tristia nubila pello,
Et freta concutio,nodosaq; robora uerto,
Indoroq; niues,& terras grandine pulso.
Idem ego quum fratres cœlo sum nactus aperto,
(Nam mihi campus is est)tanto molimine luctor,
Vt medius nostris concursibus insonet æther,
Exiliantq; cauis elisi nubibus ignes.
Idem ego quum subii conuexa foramina terræ,
Suppositiq; ferox imis mea terga cauernis,
Solicito manes,totumq; tremoribus orbem.

Flat autem hic uentus, teste Plin.lib.2.cap.47. inter Septentrionem & ortum solstitialem,è regione Cauri.

Aquilonaris,re,adiect.βόρεος. Cic.de Nat.deor.Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris,tum Australis.

Aquilonius,a,um, ut Loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin.lib.17.ca.1. Omnes uerò herbæ uehementiores effectu uiribusq; sunt in frigidis locis,ut in Aquilonijs.

Aquilus color,Fuscus & subniger,Ab aqua.ὑδατώδης χρῶμα. [Ital. Fosco, alquanto negro. Gall. Brun,tirant sur le blanc & sur le noir. Hisp.Vn poco negro. German. Braun dunckle farb.] Nam quum antiqui duos omnino naturales colores nosceret, album scilicet & nigrum, interuenit is quoq; qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat:quem potissimùm ab aqua nominauerũt, cuius incertus est color. Plaut.in Pœnul. Statura haud magna,corpore aquilo.Sueto.in August.Nasum à summo eminentiorem,& ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumq́ue.

Aquōmināri, Dicuntur omnia uasa deferendis aquis deputata.ὑδρεῖα. Florentinus Iurisconsultus li.34 Digest. Nam & pelues argenteas, & aquinarios argenteos in suppellectili esse non dubitatur.

A ante R.

ARM.P.In notis antiquorum,arma publica. ARM. E.arma eius. ARC.arca ARG.argentum.

Ara,f.p.Quasi ansa,ut Varroni placet, dicta est à tripodibus, quòd sacrificantes ansas tenebant:uel potius, quia precantes manibus aras apprehenderent.βωμός. [Ital.Altare. Gal. Autel. Hisp.Ara,ò altar. Germ. Ein Altar.] Hinc Virg.4.Aeneid. Talibus orantem dictis,arasq; tenentem. Primò ergo Aulæ dictæ,deindè commutatione literarum,aræ. Sunt qui aras ab ardendo deriuent, quod in his uictimæ adolerentur. Alii ab ἀράομαι,quod est oro, (unde & ἀρὰ oratio dicitur,)quod in sacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Vnde celebratur nobilis illa Periclis sententia, Ad aras usq; me amicum esse oportet: qua significatur, neminem amici causa aut peierare,aut quippiam inhonestum facere oportere. ¶Quibus nec ara neque fides. Aristoph. ἐν ἀχαριτόσιν,οἷσιν οὔτε βωμός,οὔτε πίστις,οὔθ' ὅρκος μέτεστι. id est, Queis nec ara nec fides nec ulla durant fœdera: De uehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides. ¶Tanquam ad aram confugere, prouerbiali figura dicimus,quum extremum refugiũ intelligi uolumus.Inde sumptum, quod olim qui extrema necessitate urgebantur,ad aras deorum solerent confugere,un de nefas erat quenquam extrahere. Cic.usus est hoc prouerbio,in Orat.p Rosc.li.1.de Nat.deo.& 4.act.in Verr.& Plau. Mostel. ¶Pro aris focisq; dimicare dicimur quũ nobis de re chara seriaq; certamẽ est ineundum,fortiq; animo pugnandũ. ¶Est etiã Ara ciuitas,Arabiæ regia,necnõ & insula Arabiæ adiacẽs,ut scribit Ptol. Habet aũt hoc nomẽ priorẽ syllabã productã. Hara aũt cũ eandẽ corripit, & significat porcorũ,seu auiũ stabulũ,συφόρβιον. Oui.in Ep.Penelopes ad Vlyss. Terti° immũdę cura fidelis harę. De hoc plura suo loco.

Ara,sydus cœleste Cicero de Natur. deinde Nepæ cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri.

Arãbarchès,m.t.ἀραβάρχης, (ut pulchrè ostendit Alciatus lib.1.Prætermissorum.) Dicebatur publicanus, qui præerat exigẽdo uectigali de pecoribus,quę ex Arabia in Aegyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia ἀραβαρχία uocatur.Soper hac re extat Constitutio Val. Grac. Theod. Imp.in hæc uerba: Vsurpationem totius licentiæ submouemus circa uectigal arabarchiæ, per Aegyptum atq; Augustaneam constitutum,nihilq; super translationeanimalium uendicari permittimus.Hinc facilè intelligi potest sententia horum uersuum apud Iuuenalem. Atq; Triumphales inter quos ausus habere Nescio quis titulos Aegyptius,aut Arabarches. Iuuehitur enim in T. Alexandrum natione Aegyptium,quem Arabarchen uocat,hoc est Aegyptium publicanum.

Arabs,bis,ἄραψ. Gentile nomen est,quo is significatur,qui ex Arabia ortum traxit.Virg.8.Aen. omnis eo terrore Aegyptus,& Indi,Omnis Arabs,omnes uertebant terga Sabæi.

Arabius & Arabicus,ἀραβικός, adiectiua, ut Arabicus odor. Plaut.Merca.Virg.li.1. Hircanisúe Arabisúe parant. Propert. Nec si qua Arabio lucet bombyce puella, ubi metri causa legendum est Arrabio. ¶Arabius tibicen Ἀράβιος ἀλαστής aut,Arabius nuntius,Ἀραβικὸς ἄγγελος. In eos dicitur,qui à semel cœptis nunquam desistunt.Adagium hinc natum existimant,quòd olim soia mancipia muricam exercerent, quæ plerunq; ex Arabia producebantur, Citatur ex Menandro,illiusq; meminit Iul.Pollux.

Arabicè,Aduerb.ut Arabicè olere, id est bene olere, & odoribus Arabicis,ἀραβικῶς ὄζειν.

Arabilis,vide Aro.

Arachnoides, tunica tenuissima in oculo:ea media subfidet, coqúe cauo continetur quiddam, quod uini similitudine hyaloides apellatur à Græcis, idq; neque liquidum, neque aridum est,sed quasi concretus humor, ex cuius colore pupilli color,uel niger est uel cæsius, cùm summa tunica tota alba sit:id autem superueniens,ab interiore parte membranulæ includit. Sub his gutta humoris est oui albi similis,à quo uiuendi facultas proficiscitur.ὑαλοειδής,Græcis nominatur.

Arachnium,olearum morbus est apud Theophrast. libr. 4. capite 17.

Arange,spondylion apud Dioscor.lib.3.cap.36.

Aranea ficus,Dicuntur albæ,pediculo minimo,latissimæ,de quibus Plin.lib.15.cap.18.

Arãnea,æ,f.p.ἀράχνη [Ital Tela de ragni,ragnatela. Gall Toile d'araigne,araignée. Hisp. La telaranna que haze el aranna. Ger. Ein Spinnwupp.]fœminino genere. Tela seu rete aranearum. Ouid.4. Meta non illud opus tenuissima uincant Stamina,nec summo quæ pendet aranea tigno. ¶Reperitur quandoq; tamen Aranea pro ipso animali. Virgil. 4. Georg. Laxos in foribus suspendit aranea casses. Ouid.6. Metam. Stamen & antiquas exercet aranea telas.

Araneus,nei,Animalculum ex genere insectorum,quod Græci ἀράχνιον appellant.[Ital. Ragno,aragna. Gall. Araignee. Hispanicè Aranna. Germanicè, Ein Spinn.] Huius multa sunt genera: unum tamen præcipuum,nulliq; incognitum, quod miro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. Plaut. in Asin. Iustin' columnis deiici opera araneorum:Idem in Sticho, Vt operam omnem araneorum tergam,& texturam improbè, deiiciamq; eorum omnes telas. ¶Sunt & ex araneorũ genere Phalangia,Italiæ ignota (ut scribit Plin. li.29.ca.4.) quorũ noxii morsus,corpus exiguũ,uarium & acuminatum.Hæc rursus in multas secantur species, quas uide apud eundem loco iam citato.

Sunt

sunt & alia aranearum genera, quæ latius explicat idem Plin.lib 11. ca.24. ¶ Aranearum telas texere, τὰ ἀράχνια ἐργάζεσθαι, est in re friuola, nullíusq; frugis infinitum atq; anxium capere laborem. Refertur à D.Basilio initio enarrat. Hexamer. ¶ Est præterea Araneus, uitium peculiare uitibus & oleis, quum ueluti telæ inuoluunt fructũ, & absumunt. De hoc Plin. lib.17. cap 14. ¶ Est etiam piscis quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiam in dorso spinam ferens: de quo Plin.l.b.9.cap.48 & li.32.cap.11. ¶ Araneus mus animal cinereum, ore mustellarũ, morsu uenenato: quod si orbitam uulnerat, statim emoritur. μυγάλη. De hoc Plin.lib.8.cap. 55 & Solinus lib.8.cap 19.

Aranéolus, cum accentu in antepenol. diminut. est ab Araneus, ἀραχνίδιον. Virg in Cul. Atq; ut arancoli tenuem fore meditantes orsum.

Aranéosus,a, um, Aranearum faciem habens. ἀραχνοειδής. [Ital. Pieno de ragni, simile à tele diragno. Gall. Araigneux, pera d'araignes, semblables aux toiles d'araignes. Hisp. Lleno de aranas ò telaranuas. Germ. Das den Spinnwüppen gleichet, oder von Spinnwüppen ist.] ut Araneosus caulis. Plin.li.21.ca 17. Huic similis est spina illa quam Græci Acanthion uocãt, minoribus multò tolis aculeatis per exue mirates, & araneosa lanugine obductis.lib.24.cap 12.

Arare, Aratiuncula, Arator. Aratro, Aratrum, Vide Aro.

Ararat, interpretatur maledictio tremoris.

Arcella arcula, Id est pingoedo corporis Festus.

Arbiter,tri,pen.cor.m f. Iudex nõ à lege datus, sed ab iis qui litigant, lectus qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando id est existimando. Διαιτητής. [Ital. Giudice arbitro Gall. Arbitre. Hisp. El juez arbitro ò arbitrario. Germ. Ein Schey dmann.] Eius enim officium est iudicare, non pronuntiare sit, sed prout ipse æquum esse existimet. Iudex ue rò ex officio dictus est. Terent. in Heaut. Simo & Crito uicini hic ambigunt de finibus, Me cœpere arbitrum. Cæs.3.bel. Ciuil. De his rebus quum ageretur apud Cæsarem, ipse maximè uellet pro communi amico atq; arbitro controuersias regem componere. ¶ Legitur & fœmininum Arbitra. Ambrosius lib.1. Offic. Conscientia uera atq; incorrupta, pœnarum, præmiorumq; arbitra.

Arbitramentorum, n f. Idem quod arbitrium, hoc est, arbitri sententia, Δίαιτα.

Arbitrium, n.f. Dicitur quod alicuius arbitrio est relictum: ita dictum ab arbitrorum more, qui totius cõtrouersiæ suo arbitrio finiendæ potestatem habent. τὸ ἐφ' ἑαυτῷ. [Ital. & Hisp. Arbitrario Gall. Arbitraire Ger. Vnillkõmlich, das einẽ gefallen heimgestellet ist.] Illi enim non ad summũ iuris rigorem, sed quod ipsis æquissimum uideretur, solent de cædere. Vnde Arbitraria pœna dicitur, quæ nõ lege statuta est, sed iudicis arbitrio relicta. Martianus. Quam celebrem cupressum, sub arbitrariis uariabat Plaut. in Amph. Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium.

Arbitrium, ui m.q Arbitrũ, uoluntas, opinio. βούλημα. [Ital. Parere uolontà. Gall. Arbitrage, auis & opinion. Hisp Parecer, Voluntad. Germ. Ein will, gůtdunckẽ.] Plaut. Amph. Hanc, ubi tratu tuo iusurandum dabo. Cic.in Læl. Cuius ego arbitrium sententias memoriæ mandaui, quas in hoc libro reposui meo arbitratu.

Arbitratù, siue Arbitratiè, aduer. κατὰ δίαιταν. Idem quod ex arbitrio. hoc est pro uoluntate. Plaut. Pœn. Nunc pol ego eam certò, haud arbitratiè.

Arbitrátus, tri, n.f. Sententia est quæ ab arbitrio statuitur. Δίαιτα. [Ital. Sentenza arbitraria. Gall. Sentence d'arbitre. arbitrage. Hisp. Sentencia des juez arbitrario. Ger. Vnillkõrlich entgẽgner entscheid, ein will.] Interdum dicitur potestas data. Vnde Arbitrium suscepisse dicitur, qui partes iudicis suscepit. Cic.in Proœmio Offic. Iudicio, arbitrioq; tuo, quantũ quoquo modo uidebitur, hauriemus. ¶ Interdum idem est quod opinio siue uoluntas. γνώμη τὸ αὐτὸ σημαίνουσα, Omnia pro meo arbitrio facio, id est ut mihi uidetur, & ut opinor faciendum. Cic.1.de Fin. ad arbitrium tuum scribere.

Arbitror,aris,pen.corr.d.p. Existimo, censeo. ἡγοῦμαι. [Ital. Credere, pensare, existimare. Gall. Arbitrer, donner sentence, arbitrage, penser, cuider, estimer. Hisp. Iuzgar como arbitro, pensar. Ger. Vrtscheiden, achten, schetzen, meinen.] Cic 6. Verr S. hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, succedam ego uicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. Terent: Hecy. Nec enim quenquam esse arbitror. ¶ Interdum accipitur pro speculari, διατανομεῖν, & inquirere, seu auscultare. Plaut. in Aul. Hinc ego huc & illuc potero, quid agant arbitrarier. ¶ Apud Iurisc. Arbitrari, pro iudicare ponitur, & litẽ arbitrio finire: quod & Διαιτᾶν à Græcis dicitur. Vlpian. de receptis arbit. Siquis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quò minus arbitretur, pœna committetur.

Arbor,oris,f.t. notæ significationis nomẽ: cuius appellatione continentur plantæ maiores, & dissoluto contumaces, quę simplici caudice, ramisq; brachiorum more porrectis assurgunt: cuiusmodi sunt olea, uitis, quercus, & similes. Ἄρβορ, ἡ Δένδρον. [Ital. Albero, arbore. Gall. Arbre. Hisp. Arbol. Ger. Ein Baum.] Plin.in proœm.li.12. Summoq; munus hominũ datũ, arbores, syluæq; intelligebantur. ¶ Dicitur & Arbos in nominatiuo. Virg. 2 Georg. Obulaq; hospitiis teneat frondentibus arbos. Hinc Festus, Arbosem pro arbore antiqui dicebant, & Robolem pro robore. ¶ Arbores ici, ficus Arborem ficum dici posse, ostendit Colum.li. 4 quum ait: In scrobem fici arbusculam deposito. Ibidem, Tum arborem fici detrunca. Cicer. pro Flacco, Hominis enim Phrygi, qui arborem fici nunquam uidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Quod est contra Laurẽtium Vallam. ¶ Arborem arborem transplantare, γεράνδρεον μεταφυτεύειν. In eos dicitur, qui sero atq; exacta iam ætate conantur discere quibus diu iuuenes assueuerint. Aut simpliciter de iis quę frustra molimur. ¶ Post folia cadent in te arbores. Quoties admonebimus, leuiores iniurias si quis ferat, sequi atrociores: Veluti arborum decidua folia negliguntur: uerùm aliquando fit, ut ipsæ arbores putres in caput subiecti decidant. Plaut. Menæch. ¶ Arbore deiecta quiuis ligna colligit. Δρυὸς πεσούσης, πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. Siquem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, quisque quod potest, diripit: iam enim sibi putãt impunè fore. ¶ Generosioris arboris statim planta cum fructu. Quo id innoui uidetur, egregia beneq; nata ingenia, statim maturescere, & ad frugem peruenire.

Arbŏres, resinam sudantes, sunt sex: pinus, pinaster, picea, abies, larix, teda: quibus addi potest & septima, pinaster in Hispania. Quarũ singulatem descriptionẽ, lege suis in locis.

Arborideus ramus dicitur, qui alitur ut arborescat, hoc est, ut arbor fiat, & arborea magnitudine adolescat. Colum. libro 3. cap. 4.

Arborarius,a,um, adiectiuũ. Δενδρικός: ut, Arborarius picus, δρυοκολάπτης, qui in arboribus ædificat. Plin.li.30.ca.16. eo usq; qui arborarii pici rostrum habeant. Arboraria falx, apud Catonem cap 11.

Arbŏrátor, m.t. Nomẽ uerbale, ab Arboro, ras, quod significat eum qui arbores putat: qui & Frondator dicitur. Δενδροτόμος. [Ital. Potatore d'alberi. Gall. Celuy qui plante, esmonde & cultiue les arbres, iardinier. Hisp. El que corta los arboles Germ. Ein Bóum seuberer, der die Bóum erhaumet.] Plin li.18. Frondem medio die arborator ne cædito. Col. lib. 11. ca.3. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus sossor, aut fœnisector, nec minus arborator & uinitor.

Arborescere, Arborem fieri, uel in arborem crescere. Δενδρῶδες. [Ital. Farsi albero. Gall. Deuenir arbre, croistre en arbre. Hisp. Hazerse poco à poco arbol, arbolecer. Ger. Zů einem Baum werden.] Plin. lib. 19. Tradunt autores, in Arabia malum septimo mense arborescere.

Arbŏrētũ, n.f. Δενδρών. Vide paulò pòst in dictione Arbusta.

Arboreus, rea, reum, Quod est arboris. Δενδρῶδες. [Ital. D'arbore. Gall. D'arbre. Hispan. Cosa de materia de arbol. Germ. Das des Baums ist.] Virgilius lib. 1. Georg Arborei fœtus alibi.

Arbuscula, dim. ab Arbor. Δενδρύλλιον. [Ital. Arboscello Gal. Arbrisseau, petit arbre Hisp. Pequeño arbol. Ger. Ein böumle] Varr. li.1. de Re rust. In eo arbusculas esse oportet, quæ ferat glandem. ¶ Significat etiam machinulam, quæ Græcè ἀμαξοπῆγε dicitur, in qua uersantur rotarum axes concluſi laminis ferreis: de qua Vitruu. li.10. ca.17. ¶ Arbuscula prætea nomen est mulieris cuiusdam mimæ. Horat.1. Sermo. Satyr. ulti. -nam satis est equitem mihi plaudere, ut audax, Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit.

Arbusta, n. f. Loca consita arboribus uitiferis, hoc est ulmis, populis

populis, uel similibus, in quibus uites extendi solent, uel ipsæ etiam arbores uitibus maritatæ, & in ordinem digestæ. *δένδρεσι λιπαρῶνται.* [Ital. *Luoghi dove sono molti alberi, arborate, bruoli.* Gall. *Boscage, ou bosc, lieu plãté d'arbres ou se nourrit & croit la vigne appuyée d'iceux, pepiniere.* Hisp. *Arboledas de arboles.* Germ. Ein ort da Bäum stond, ein ort mit Bäumen an welchen die Räben auffzogẽ seind.] Col. lib. 5. cap. 5. Qui uineam uel arbustum constituere uolet, seminaria prius facere debebit. Docet etiam Plinius quo modo arbustum sit faciendum. ¶ Rursus arbustum, Locus est in quo arbores sunt ad fructum consitæ, sicut Salictum, uel Salicetum, in quo sunt salices. Hoc & Arboretum aliqui uocant. Gell. lib. 17. capite 2. Conualles, inquit, & arborea magna erant. ¶ Arboreta ignobilius uerbum est, Arbusta celebratius.

Arbustiuus, a, um, adiectiuum: ut, Arbustiuæ uites, quæ arboribus applicantur, & in sublime procedunt. *ἀνεκδενδράδες αἱ ἀναβρίτιδες.* Pallad. Locum, quem arbustiuis uitibus destinabis implere. Col. de arboribus cap. 16. Arbustiuam uitem, quàm putare, tam alligare diligenter oportet.

Arbusto, stas, n. p. Agrum arboribus consero ad maritandas uites. *ἀνδροφυτέω.* [Ital. *Piantar' alberi per sostegno delle uiti.* Gall. *Complanter d'arbres, garnir d'arbres pour soustenir la vigne.* Hisp. *Plantar arboles para uinas.* Germ. Bäum zweigen vnd pflantzen, die Räben daran zů auffziehen.] Plin. lib. 17. cap. 15. Transpadana Italia, præter supradicta, cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino, arbusta agros.

Arbūtus, penu. cor. f. f. Arbor folio citro similis, sed raris frõdibus, cuius fructus Arbutũ, seu unedo uocatur. *μέμαχε.* [Ital. *Corbezzolo, albatro.* Gal. *Arbosier.* Hisp. *Madrono, arbol conocido.* Ger. Ein Baum der frucht bringt wie roth Kirsen.] Hæc arbor in Arabia excrescit in altitudinem 50. cubitorum. Virgil. Aegl. 7. Et quæ nos rara uiridis tegit arbutus umbra.

Arbutum, Pomum rubrum syluarum, quod Plinius unedonem uocat, quòd asperitate sua plura edi non possint. *μέμαχεν* [Ital. *Corbezzolo.* Gall. *Arbouſſe, fruit d'rabosier.* Hispanic. *Madronno.* Ger. Die frucht von disem Baum.] Virg. lib. 2. Georg. Dant arbuta syluæ. Duo eius traduntur esse genera, Comaron, & Memecylon. De quo uide plura apud Plin. cap. 24. lib. 15.

Arbūtĕus, a, um, Ex arbuto factum. *μεμάχεον.* [Ital. *Cosa fatta di corbezzolo.* Gall. *Qui est d'arbosier.* Hisp. *Cosa, de madronno.* Ger. Das aus solchem Baum als vorgemelt gemacht wirt.] ut, Arbutea crates, & Arbutea uirga. Virgil. 1. Georg. Arbutea crates & mystica uannus Iacchi. Idem 11. Aeneid. & molle pheretrum Arbuteis texunt uirgis.

Arca, cæ, f. p. Scrinium, capsa. *λαβωτός.* [Ital. *Arca, cassa.* Gall. *Coffre, huche, arche.* Hisp. *Arca ò caxa de guarda.* Germ. Ein Kist, ein Trog, Kast, ein Sarch.] ab arcendo dicta (ut inquit Varro lib. 4. de ling. Latin.) quòd ab ea clausa arceantur fures. Cicer. in Parad. Animus hominis diues non arca, appellari solet.

Arca camerata, id est; arcuata & conformicata. Vlp. in l. si inquilinus. Locati. Vide in hunc locum Bud.

Arcălia, pro fisci quodam iure particulari. Reliqua (inquit Theodosius) tam arcaliam, quàm utriusq; ærarij, usq; ad incipientem primam indictionem, iubemus ad indulgentiam pertinere, id est, remitti.

Arcūla, diminutiuum, f. p. Parua arca. *λαβώτιον.* [Ital. *Cassetta.* Gall. *Cassetin, petit coffre ou bahu.* Hisp. *Arquilla, ò pequena caxa.* Ger. Ein Kistlin, Tröglin, Kästlin.] Cic. 2. Offic. Præmittebat & de stiparoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, & ne quod in uestimentis telum occultaretur, exquirerent. ¶ In auspicijs quoq; Arcula dicebatur, testa fictile, auis, quæ aliquid fieri uetabat: ab arcendo nomen habens, quòd consulentem à re aliqua aggrediunda arceret hoc est prohiberet. ¶ Est & arca urbs Cœlesyriæ, antiquum adhuc nomen inter Barbaros retinens: cuius meminit Iosephus lib. 5. Antiq.

Arcadicus, ca, cum, *ἀρκαδικός.* Quod est ex Arcadia: ut, Arcadici mores, Arcadicum pecus, Arcadicum germen. *Ἀρκαδικὸν βλάσημα.* De grandibus & ignauis dici solitum. Arcades enim olim malè audierunt ob stuporem ingenii.

Arcas, cadis, *ἄρκας* Nomen Iouis filii ex Calisto, à quo Arcades originem ducunt. ¶ Est & gentile ab Arcadia. Ouid. 1. Fastor. Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur. ¶ Arcadas imitantes, *Ἀρκάδας μιμούμενοι.* Zenodotus indicat dictum in eos qui aliis, non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quod comœdias à se conscriptas aliis edendas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quòd Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis suoq; titulo nunquam hostem ullum superarunt: uerùm alii suppetias ferentes, persæpe. Vnde illud illis fatale uidebatur, aliis uincere, non sibi.

Arcadius, a, um: ut, Arcadius Deus, pro Pane, apud Propertiũ. Arcadium sydus, Vrsa, uel Arctos. Senec. in Oedipo.

Arcānum, Dicitur secretum, absconsum, occultum, ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent. *ἀπόῤῥητον.* [Ital. *Secreto.* Gall. *Vn secret, chose secrette.* Hisp. *Secreto y guardado.* Germa. Das heimlich vnd verborgen, ein verholen ding.] Potest & ab arce dici, quæ tutissima pars urbis est. Virgil. 1. Aeneid. Longius & uoluens, fatorum arcana mouebo. ¶ Qui continent arcanum. Conuenient in eum qui celat arcanum sibi commissum, neq; cuiquam effutit. Sumptum est ex Homeri uerso, Odiss. φ. *--τῷ οἱ ἀπήνεϑ' ἑπάλξεως μῦϑος*, id est, huic pennis dicta carebant. ¶ Arcanè, & Arcanò, aduerbia, *ἀπορρήτως, κρυφιαίως.* Columel. lib. 3. ca. 2. Sed de hac sententia, quanquam & ipse paulò antè id censuerim, quid tamẽ arcanius iudicem, suo loco mox dicam. Cæsar. 1. beli. Ciuil. Ipse arcanò cum paucis familiaribus suis colloquitur.

Arcanus, a, um, adiectiuum. *ἀπόῤῥητος, κρυφιαῖος.* [Ital. *Secretto.* Gall. *Secret, caché.* Hisp. *Cosa secretta y guardada.* Germ. Heimlich, verborgen, Secret.] ut Arcanus homo, qui quæ audit, tacet, & continet optimè. Plaut. Caue sic dixeris me dixisse hoc. p. Dixisti arcano satis. Arcanus sensus Virg. 9. Aeneid. -solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

Arcadus, Vide Arquatus.

Arcārius, est qui pecuniam publicam adseruat. Scæuola de Fidei commiss. lib. 11. Thais Stichum (inquit) rationibus redditis, manumiss. uolo. Stichus arcarius, probante domino, nomina fecit. Et in C. Iustin. est, de Susceptoribus, & prę positis, & arcariis.

Arcarii, & Atriarii à Iureconsultis inter seruorum species numerantur. Ea refert Alex. Neapolit. cap. 15. tertii Gen. dier. & Pyrrhus lib. 2. Quæst. magist.

Arcella, f. p. Videri potest diminutiuum ab Arcera, de qua in fin. Vnde Arcella uitis quæ in formam arcerę disposita est. Colum. lib. 3. cap. 12. de distinctis generibus uitium loquens. Hinc pares his baluolæ respondent, illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ basilicæúe conueniunt. Fortassis arcellatæ legendum ut cap. 2. Vnam etiam præcocem uitem, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca consuetudine Draconion uocari competimus, quæ fœcunditate incunditatéue arcellatæ, basilicæq;, & Biturigæ comparari possit, generositate uini, Aminææ. Et paulò antè, Omnium quas cognouimus, copiosissima arcellata.

Arceo, es, cui, n. f. Sine supino usitato. (Nam arcitum non dicimus: licet in compositis Exercitum dicamus, & Coërcitum) Idem ferè est quod propulso, abigo, & proprié, prohibeo ne accedas. *ἀμύνω, ἀπερύκω.* [Ital. *Scacciare, rimuouere, impedire.* Gall. *Garder d'approcher, chasser, empescher.* Hisp. *Constrennir, arredrar, apartar de lugar.* Germa. Einwäg treyben, weeren, hinderhalten.] Cic. in Catil. Tum tu Iupiter hunc à mœnibus urbis arcebis. Idem 4. Philip. Brutus illum non ut consulem recepit, sed ut hostem arcuit. ¶ Aliquando legitur pro stringo, siue coërceo. Virg. 2. Aen. Teneras arcebant uincula palmas. Differunt autem inter se Arcere, Prohibere, Inhibere, Abigere, & Vetare. Nam *Arcere* uim hostium, est uim ui propulsare, & operam dare ne noceant. Liu. 1. ab Vrbe. Ad arcendam uim adnexarum, armati ex urbe atq; agris concurrunt. ¶ Arcere aquam pluuiam. Idem pro Muræna. Ille scit ut hostium copiæ, ita ut aquæ pluuiæ arceantur. ¶ Ab arceo fiunt Arx, arcis, Arctus, a, um, & Artus pro membris: de quibus infrà suo loco.

Arcesso, sis, a. q. ab Arceo nascitur, & significat accuso, siue ad accusandum eo. *κρίνω, ἐπεύχω* [Ital. *Accusare.* Gall. *Accuser.* Hisp. *Accusar.* Germ. Ein verklagen.] Etenim accusare alium, est à maleficiis eum arcere. Et hoc modo construitur cum genitiuo, & aliquando cum ablat. Libro 1. ad Herennium, Arcessitur Capio maiestatis. Cicero lib. 2. Officio. Atq; etiam hoc præceptum efficit diligenter retinendum est, ne quem

ne quem unquam innocentē iudicio capitis arceſſas. ¶Eſt & Arceſſo, aduoco, ſiue ad uocandum do. *μεταπέμπω*. [Ital. Chiamare. Gall. Mander, appeler. Hiſ. Llamar. Ger. Berůffen, ein holen oder reichen.] ab Adcio, d, in r, mutata. Antiqui enim (teſte Priſciano) d, literam mutabant in r, nos in c. Plautus in Amphit. Blepharonem arceſſat, qui nobiſcum prandeat. Cicero pro Roſc. Ameri. Quum ab aratro arceſſebantur, qui Conſules fierent. ¶Interdum arceſſere eſt præoccupare, uel ante tempus diſtrahere. Cicero, Quando arceſſemus quo genere uecturæ?

Arceo, ſui, n. p. frequentatiuum eſt formatum ab Arctum, in uim ſupino uerbi arceo, idem ſignificans quod conſtringo. *γυιόω*. [Ital. Stringere. Gal. Serrer pres, eſtreindre, eſtre en Hiſp. Eſtrechar, Eſtrenir ò apretar. Ger. Eng machen, zůſammen zwingen.] Colum. lib. 11. cap. 41. Nonnulli adiecto denuo, contenti ſunt transuerſas pertícas arctare. Plin. lib. 17. capite 15. Quando contineri debet nimine non arctari. ¶Eſt autem Arctare, anguſtius facere. Plin. libro 17. capite 6. Enumerat angustias eas arctantibus inſolis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur. Martial. atriáque immodicis arctat imaginibus.

Arctus, ta, tum, Angustus, ſtrictus, ab arcendo, id eſt conſtringendo. *γυιός*. [Ital. Stretto Gall. Serré, eſtroit. Hiſpan. Eſtrecho. Ger. Eng zůſammen gezogen.] Cic. 1. Verr. Mihi credite, arctioribus apud Populum Romanum laqueis tenebitur. Arctè adverbium, *γυιῶς*. Col. li. 3. In tribetum fictile uel cornu arctè inſerito.

Arcera, Ab arca deducitur, & ſignificat plauſtrū tectum undique ex tabulis, quaſi arca quædam magna, ueſtimentis infrata, ut inquit Aſconius, quo uehiculi genere & ſenes & ægroti cubantes ueſtabantur. *ἁρμάμαξα*. [Italicè, Lettigha. Gallicè, Chariot couuert de tous coustez comme un litriere ou chariot branslant. Hiſp. Andas. Germ. Ein hangender wagen, ein Senffte, ein Roſsbaar.] Gell. libro decimo, capite primo.

Archaísmus, m. ſ. *ἀρχαισμός*, Latinè Antiquitas dicitur. Figura eſt, uetuſtè aliquid dictum ſignificans. Ter. Acn. Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli. Vbi Donatus, Plerique omnes pro una parte orationis dixere uetercs. Ibidem, Illein factum. Vbi Donatus, Inſtat factum, *ἀρχαισμός*, uetuſtè id eſt inſtat dicere factum eſſe.

Archárius, m. ſ. Præfectus & moderator dicitur. *οἰκονόμος*. [Ital. Soprastante. Gall. Recteur, gouuerneur. Hiſp. Regidor Antepuesto. Germ. Ein Oberſter ein Regent.] Paulus ad Romanos: Salutat uos Erastus archarius ciuitatis. *ἀρχή* à noſtris principium, à quo *ἄρχω*, impero, præſum.

Archetypus, m. ſ. *ἀρχέτυπος*, pe. corr. adiectiuum, Eſt quod cuncta ita primùm fabricatum eſt, ut exemplar reliquis ſit. Martial. lib. 8 Archetypum Myos argentum ſe dicit habere. Idem lib. 3. Sic tanquam tabulas, ſcyphoſq; Paule. Omnes archetypos habet amicos. ¶Eſt & Archetypum ſubſtantiuum, quo ſignificatur primum exemplar quod quis ſibi imitandum proponit. [Ital. Modello. Gall. Le patron, l'exemplaire premier. Hiſpan. El original de donde ſe ſaca el exemplo. Ger. Ein Vorbild, ein Exemplar das einer für ſich nimpt vnd nach dem ein anders machr.] Plin. Iunior ad Antonium. Vt pictores pulchram abſolutamq; faciem, raro nisi in pinis effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. ¶Dicuntur etiam Archetypa, ſigna, ſtatuæ, uaſa, & tabulæ, non ad aliorum ſimilitudinem effictæ, ſed à nobili quopiam artifice primùm confectæ. Martial. li. 8. Archetypis uetuli nil ridiculoſius Auli.

Archezostis, *ἀρχέζωστις*, Dioſc. Herba quam Latini uitem albam uocant, Græci etiam *ἀμπελολεύκην*, ſatiuæ uiti foliis, ſarmentis, & pampinis ſimillima. Vide Plin. lib. 23. cap. 1. & lib. 3. cap. 111.

Archiater, & Archiatrus, tri, m. ſ. *ἀρχίατρος*, Medicorum princeps. *ἰατρός* enim medicus, *ἀρχός* princeps dicitur. Hic uulgò Protomedicus appellatur. Archiater dictus eſt Aeſculapius, tanquam præſes deusq; medicorum. ¶In codice Imperatorio legimus, priuilegiis Imperatoriis archiatros decorari. Caſſianos archiatros, ſalutis magiſtros uocat.

Archibelion, anchuſa apud Dioſc. li. 4 ca. 26.

Archicanchus, cubiculariorum Regis princeps.

Archigerontes, *ἀρχιγέροντες*. Latinè Principes ſeniorum, ſeu ſummi ſenes. Alciatus de epiſc. & cler. C.

Archigrammatei, *ἀρχιγραμματεῖς*. [Ital. Gran cantelliere. Gallicè, Chanceliers. Hiſ. Chancilleres. Ger. Die Oberiſten vnnd fürnempſten Schreyber, die Cantzler, die Statſchreiber.] Dicti ſunt ſcribarum principes. Vnde ſcribit Plutar. Eumenem Cardianum fuiſſe archigrammatea, Alexandri magni. Vulgò Cancellarij dicuntur.

Archigubernus, gubernator, princeps, ſiue claſſis præfectus compoſitum nomen ex *ἀρχός*, Græco, & Latino gubernus, quod perrarò fit. Iabolen. ad Senatuſcon. Trebel. l. eius. Saturnius, inquit, Archigubernus ex claſſe Britannica.

Archimágirus, pen. prod. *ἀρχιμάγειρος*. [Ital. Maſtro de cuochi. Gall. Maiſtre cuiſinier, maiſtre queux. Hiſp. Maeſtro cozinero. Ger. Kuchenmeiſter.] Princeps & magiſter coquorum, qui coquinæ præeſt: *μάγειρος* enim Latinè coquus, Iuuen. Finxerunt pariter librarius, archimagiri.

Archimándrita, m. p. pen. prod. *ἀρχιμανδρίτης*. [Ital. Abbadi, priori, gardiani, Generali Gall. Abbez, prieurs, Prouinciaux Hiſpan. Prelados de monges y ſemequante dignidad. Ger. Ein Abt, ein Prelat.] Dicuntur præpoſiti conſectaneæ turbæ, haud longè diſſimiles ab epiſcopali dignitate: ita dicti quòd principes mándræ & agminis ſint. Mandræ quoque ſignificant ſpeluncas, in quibus greges ſolent ſtabulari. Hinc Epiſcopi archimandritæ à Græcis dicti poſſunt uideri, non diſſimili ratione, ab ea, qua à nobis dicuntur paſtores. ¶Alciatus ſcribit Archimandritam id ſignificare, quod dicimus Abbatem. Priſci enim monachi eremos colentes, *ἐν ταῖς μάνδραις*, id eſt, in ſpeluncis, & cauis montium habitabant.

Archimimus, mi, *ἀρχίμιμος*. [Italic. Principe de buffoni. Gall. Le maiſtre de ſoueurs de farces Hiſpa. Maeſtro de momos. Ger. Der oberiſt boſſentreiber.] Mimorum princeps. Sunt autem Mimi, qui in ſcena geſtus eorum, quos uolunt irridere, exprimunt & imitantur, *ἀπὸ τὸ μιμεῖσθαι*, quod eſt imitari. Tranquillus in Veſpaſiano, Fauo archimimus perſonam eius ferens, ſuſtinensq; (ut eſt mos) facta & dicta uiri, &c. Vtitur etiam hac uoce Iulianus de operis liberto rum. l. patronus. Nam ſiquis (inquit) archimimum, uel pantomimum, &c.

Archine mandragora apud Dioſc. lib. 4. ca. 79.

Archiotæ, uide Architum.

Archipirata, tæ, Prædonum dux. *ἀρχιπειρατής*. [Ita. Capitano de Corſali. Gall. Le capitaine de courſaires & eſcumeurs de mer. Hiſp. Principe de Coſſarios. Germ. Ein oberiſter der Meer räuberen.] Cic. 7. in Ver. Archipiratam ipſum uidit, nemo de quo ſupplicium ſumi oportuit. Idem 2. Offic. Ille qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut occiditur à ſociis aut relinquitur.

Archippócomus, pen. cor. *ἀρχιππόκομος*. Dicitur hippocomorum præfectus. Hippocomi autem dicuntur equorum curatores, ab *ἱπποκομία*, uerbo neutro, quod ſignificat equos curo. ¶Eſt itaq; Archippocomus quē Galli Magnum ſcutarium uocant.

Architéctus, m. ſ. *ἀρχιτέκτων*. [Ital. Architetto, Soprastante alle fabriche. Galli. Maiſtre ouurier, maiſtre charpentier ou maſſon. Hiſp. El maeſtro de obra para edificar. Ger. Ein Vberſter meiſter, ein Bawmeiſter.] Nomen compoſitum ex *ἀρχός* princeps. & *τέκτων* faber: Principalis faber, fabricandi artem habens, uel qui ſtructoris ædificiorum præeſt, & qui fabricanda præſcribit. Architectus (ut inquit Plato li. de Regno) magno miniſterio non utitur, ſed utentibus præſidet. Fabri autem, qui aliquid manu faciunt in ædificijs, alij fungantur ingenio, alij opera ualent. Cic. Varr. Siquis adhibere uoluit non modò ut architectos, uerumetiam ut fabros ad ædificandam Rempublicam, poterimus & nos libēter accurrere. Martial. lib. 7. Si dura puer ingenij uidetur, Præconem facias, uel architectum.

Architecton, onis, m. r. Idem quod Architectus, Plautus Pœn. Me dolis iam ſuperat architectonem. Idem Moſtel. Nam ſibi laudaſſe ædis ait architectonem Neſcio quem eſſe ædificatas ſanè bene.

Architectonicus, a, um, adiectiuum. *ἀρχιτεκτονικός*, Ad architectonem pertinens. Vitru. li. 9 ca. 4. Et qua per rationes architectonicas, circiniq; deſcriptiones eſt inuentus effectus in mundo.

Architector, aris, d p. Construo, fabricor. *ἀρχιτεκτονέω*. [Ital. Fabricare. Gal. Deuiſer & baſtir l'ordonnance de quelque baſtiment, baſtir, edifier. Hiſp. Obrar por artificio. Ger.

Bawen, ein werck machen.] Vitru. lib. 9. ca. 4. Namq; in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt, collocauitq; cardines, tſquam centra. ¶ Translatè ponitur à Cic. 1. de Fin. Cur tandem ſapientia tantopere laudatur? an quòd ita callida eſt, ut optimè poſſit architectari uoluptates? id eſt formâ & rationem fruendarum uoluptatum cõmonſtrare & præſcribere: quemadmodũ architecti opera minoris ſumptus & magnifica ingenti ratiocinatione architectari ſolent. Bud.

Architectonice, es, fœmini gener. ἀρχιτεκτονική [Ital. Architettura. Gallicè. Architecture. Hiſpa. Arte de edificar. Germ. Die kunſt des Bawens.] Ars ipſa architectandi. Quint. li. 2. Alia quoq; artes minores habent multiplicem materiam, uelut architectonice: namq; in omnibus quæ ſunt in ædificio utilia, uerſatur.

Architectura, Ædificandi ſcientia, Græcè ἀρχιτεκτονική. Architectonice dicitur. Hoc nomine Vitruuius opus ſuum inſcripſit, quod de ædificandi ratione conſcripſit. Cic. li. 1. Off. Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honeſtarum.

Architriclinus, pen. pr. Qui præeſt triclinio ἀρχιτρίκλινος. [Italicè, Scalco. Gallicè. Sommelier. Hiſpanicè, Reſtolero. Germa. Ein Trockſeſs, ein Hoffmeiſter.] Erat autem Triclinium, cœnaculum tribus ad accumbendum lectis ſtratum. Iuuenalis, Tertia ne uacuo ceſſaret culcita lecto. Architriclini erat curare, ut edulium uariorum fercula ſeriatim & in tempore conuiuis exhiberentur, utq; rectè omnia diſpoſita eſſent.

Archium, n. ſ. ἀρχεῖον [Ital. Cancelaria. Gallic. Le lieu ou ſont ſerrez les uieux regiſtres, papiers ou chartres. Hiſpanic. Libreria de los originales. Ger. Ein Cantzley, ein ort da ein Statt jre Brieff, Bücher behaltet, &c.] Armarium librorum, ſeu locus publicus, in quo acta urbis & ciuium recondi conſueuerunt Romani Tabularium dicunt: Græci Chartophylacium. Budæus.

Archiõtæ, pen. prod. ἀρχιῶται, Dicebantur qui publico archiuo præerant. In ſcholijs Græcis traditum eſt, aulam locum eſſe, in quem ſontes ducerentur, cumq; à lanioribus ἀρχὰν appellari. Alciatus.

Archæuochus, pincernarũ, ſiue ut D. Hieronymus ſub finem Quæſt. in Geneſ. interpretatur, uinariorum princeps.

Archon, ontis, m. t. ἄρχων, Summus principatus Athenis, ſicut Suffes apud Carthaginẽſes, Romæ Dictator. Fuerunt enim, teſte Suida, Archontes nouem, quorum ſex Teſmothetæ, hoc eſt legislatores dicebantur, unus Rex, unus Polemarchus, & præter hos unus qui per excellentiam Archon dicebatur. De hoc magiſtratu ſic ſcribit Budæus: Archontes qui fuerint non planè conſtat. Suidas nouem fuiſſe autor eſt: & inter eos numerat Theſmothetas: rectè, ut opinor, quum idem ſentire uidetur enarrator Demoſthenis: quippe qui Archontas etiam Teſmotheras appellet. Sed ex his unus erat princeps collegii & præfectus, qui & Hegemon & Prytanis nocabatur. Prytanes autem erant numero quinquaginta, de cimam partem conſilii & curiæ quinquagenariæ efficientes in orbem περυτανεύοντες, hoc eſt magiſtratum eum gerentes, & in ſingulos menſes uices mutantes. Verùm is, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, ſimili etiam ratione Prytanis dictus eſt. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat, atq; ideo quæſtionis iudex dictus eſt, & quæſitor: ita hic Archon Athenis iudicibus præſidebat. Cic. de Fato, Morietur Epicurus, quũ duos & ſeptuaginta annos uixerit, archonte Pytharato.

Archontici, ἀρχοντικοὶ, Hæretici quidam à principe appellati, qui uniuerſitatem, quam Deus condidit, opera eſſe principum dicebant, & negabant reſurrectionem carnis.

Archos, maſcul. ſecun. ἀρχὸς. Latinè princeps dicitur. A quo fiunt multa compoſita: ut, Monarcha, patriarcha, patrum princeps.

Arciſinius ager dictus eſt, qui certis lineatum menſuris, non continetur, ſed arcentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum: unde & in his agris nihil ſubſeciuorum interuenit. Sic in li. uariorum autorum de limitibus. Siculos ait Flaccus, Occupatorii, inquit, agri, quos quidam arciſinales uocant: ii autem arciſinales dici debent, quibus agris uictor populos occupando nomen dedit. bellis enim geſtis uictores populi terras omnes, ex quibus uictos eiecerunt, publicè atq; uniuerſaliter territorium dixerunt, intra quos fines ius dicendi eſſet: deinde ut quiſq; uirtute coleni occupauit, arcẽdo uicinum, arciſinalem dixit. Hæc apud Frontinum leguntur. Ager arciſinius, ſicut ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt appellatus: qui poſtea, interuentu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit, in his agris nullũ ius ſubſeciuorum interuenit. Arciſinales agri, & Arciſinii dicuntur, quorum fines deprehendi non poſſunt.

Arcĕo, arcis, arcui, arcitum, pro Indere, & adigere accepiſſe uidetur. Cato de Re ruſt. cap. 40. Surculum aridum, præcutum, inter librum & ſtirpem arcito primores digitos duos. Et paulò pòſt, Surculum aridum, quem arcueras, eximito: eoq; arcito ſurculum, quem inſerere uolet: libro ad librum uorſum facito, arcito uſq; adeò, quo præcueris. Antiquum eſt uerbum.

Arcima, Genus modici plauſtri, quo homo geſtari ſolet. Feſtus, ἅμαξις.

Arcitenens, adiectiuũ. Apollinis epitheton, ab arcu tenẽdo, quod ſemper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. τοξοφόρος. Virg. 3. Aen. Quam pius arcitenens oras & littora circũ Errantem Myconе celſa, Gyaroq; reuinxit. Ouidius 1. Metamorph. Hunc Deus, arcitenens, & nunquam talibus armis Antè, niſi in damis, capreiſq; fugacibus uſus Perdidit, &c.

Arcenicum, uide infrà in dictione Arſenicum.

Arcephthalmon, ἀρκεόφθαλμον. A quibuſdam appellatur herba, quæ Chryſogonon Dioſcoridi dicitur. Eſt autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioſcoridis à doctoribus numerantur.

Arcophyton, ἀρκεόφυτον, Ex iis nomenclaturis, quæ Bechio ſeu, Toſſilagini herbæ in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus tribuuntur.

Arctomys, ἀρκτόμυς, Animal habens ſimilitudinem muris & urſi.

Arctophylax, penul. corr. ἀρκτοφύλαξ, Sydus inter maiorem Vrſam, alio nomine Bootes. Cicero in Phænom. Arati Arctophylax uolgò qui dicitur eſſe Bootes. Latinè Vrſæ cuſtodem interpretari poſſumus: nam uelut cuſtos quidam Vrſæ adhibitus, à tergo eam ſubſequitur. Simili etiam ratione Bootes appellatur, quod in modum bubulci plauſtrum ſequatur: ruſtici enim Septentriones Plauſtra uocant. Fabulantur autem poëtæ, hunc eſſe Caliſtûs ex Ioue filium, cui nomen Arcadi fuit.

Arctos, ἄρκτος, Apud Græcos urſum, uel urſam ſignificat. Quo fit, ut pro duobus ſignis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Vrſæ appellantur. ¶ Sunt autem Arcti duo Septentrionali polo, uelut axe quodã, nixæ, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatæ, ut utraq; reſupinata, alterius cõtegat caput: ſed caput eius quæ ſuperior eſt, ad caudam inferioris cõrendat. Alteram maiorẽ Vrſam ſiue Elicen: alteram minorem Vrſam, ſiue Græcorum lingua, Cynoſuram, id eſt canis caudam nominant. Illam Græciæ populi notare ſoliti, hanc Sidonii obſeruant inter nauigandum. Ouid. Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura uocatur Sidoniis, Elicen Graia carina notat. Elicem ſcribit Heſiodus Caliſto Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuiſſe. Hanc ſtudio uenationis inductam, relicto patre, ſeſe in ſyluas contuliſſe, factumq; unam ex comitibus Dianæ, à qua quum mirificè amaretur, quodam die ſolam in ſyluis inuentam, à Ioue compreſſam fuiſſe. Quod facinus quum aliquandiu celaſſet, tandem ioſſum cum cæteris uirginibus lauari, rumore uteri crimen detexiſſe. Quamobrem indignatam deam, in Vrſæ effigiem eam cõmutaſſe, quæ Græcis ἄρκτος appellatur: in ea ſpecie nõ multò pòſt filium peperiſſe, quem Arcada nominauit: à quo poſtea dicta eſt Arcadia Peloponneſi regio. ¶ Ab Arcto oritur Arctous, Arcticus, & Antarcticus.

Arcticus, a, um, adiectiuum, ἀρκτικός: ut, Polus arcticus, hoc eſt Septentrionalis, cui oppoſitus eſt Antarcticus polus, hoc eſt Meridionalis.

Arctõus, ἀρκτῶος, pen. prod. adiect. ab Arcto, Idem quod Septentrionalis. Marc. lib. 10. Fœlices quibus urna dedit ſpectare coruſcum Solibus arctois, ſydenbusq; ducem. ¶ Arctous orbis, Lucan. libr. 1. Arctoa ſedes, & arctous polus, Seneca in Hercule Oetæo.

Arctũrus, ἀρκτοῦρος, Stella in ſigno Bootæ poſt caudam maioris Vrſæ, cuius ortus & occaſus tẽpeſtates facit: dictus Arcturus παρὰ τὴν τῆς ἄρκτου οὐρὰν, hoc eſt ab Vrſiæ caudæ ſimilitudine. Virg. 1. Geor. At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum Arcturum, tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.

Arcula

Arcula, Vide Arca.

Arculum, Circuli qui è farina in ſacrificiis fiebant. Feſtus.

Arcus, huius arcus, quarta tantum declinationis, maſc. Inſtrumentum eſt notum, è quo ſagittæ eiaculantur. *τόξον.* [Ital. & Hiſpanicè, *Arco.* Gall. Arc. German. Ein Bogen.] Ouid. 1. Metam. -figat tuus omnia, Phœbe, Te meus arcus, ait. Cic. de Senect. Appius animum intentum, tanquam arcum habebat. Dictus eſt autem arcus ab arcendo, quòd emittens arcet hoſtem, non comminus propulſet, quemadmodum enſis aut haſta. ¶ Eſt præterea Arcus, curvatura in ædificiis, quę alio nomine Fornix appellatur. Ita dictus ab arcēndo, hoc eſt continendo, uel contringendo ædificio, *καμάρα ge.κίρτωμα.* Cic. Iam enim arriſam, & arcus duos abſolueram. ¶ Arcus item, ſiue (ut Nonio placet) Arquus, *ἶρις*, accipitur pro arcu cœleſti, quem pluuio tempore uariis coloribus expreſſum in nubibus conſpicimus. Hor. in Arte, Cum ſonoro Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus. In hac aũt ſignificatione, etiam per ſecundam declinationẽ inflexũ legimus. Cic. 2. de Nat. Deor. Cur autem arci ſpecies in deorum numerum non reponitur? Ennius genere fœminino protulit. Formatur autem arcus cœleſtis hoc modo: Dum enim Sol in nubibus rareſcentibus ex aduerſo refulſerit, radios ſuos directa ſtines humori nubilo transfundens impreſſerit ſit repercuſſio ſplendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicans, arcus ſpeciem format. Sicut enim impreſſa cera annuli imaginem exprimit, ſic nubes ex aduerſo ex rotunditate Solis figuram ſumentes, orbem efficiunt. & arcus effigiem fingunt. Apparet aũt hoc non ſemper, ſed quum rareſcunt nubila cœli. Nam rurſus quum coëunt in ſe nubes atque denſantur, confeſtim arcus forma reſoluitur. In nubem enim denſitate, arcus imperfecto gyro complectitur. Denique ſine Sole & nubibus nunquam apparet arcus. Quadricolor aũt eſt, quia ex omnib. elementis in ſe rapit ſpecies. De cœlo enim trahit igneũ colorem, de aquis purpureum, de aẽre albũ, de terris colligit nigrũ. Nonius hoc diſcrimen ſtatuit inter Arcum, & Arquum, ut Arcus dicatur fornix ſuſpenſus: Arquus autem nouniſi qui in cœlo apparet, quem Iridẽ poẽtę dixerunt. Vnde etiam Arquatos dictos uult, quibus color & oculi uirent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Verùm eam differentiã non uſquequaq; obſeruari, abundè magno illud eſt argumento, quòd & arquatum dicimus pro camerato, & Arquites pro ſagittariis.

Arculus, Diminutiuum ab arcus, *τοξάριον*, à quo fit aliud diminutiuum Arcellus. ¶ Arculus præterea, teſte Feſto, dictus eſt Deus, qui tutelam gereret arcuum. ¶ Item Arculus, ut idem Feſtus teſtatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad ſuſtinenda commodius naſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienſes, poſtea ad alias quoq; nationes translatus, ut uirgines nobiles Dianæ ſacra capite gererent in caniſtris, (unde Canephoræ *λαριφόρια* dictæ ſunt) circulis quibuſdam ſuppoſitis, ut fir mius inhæreret: hoc ipſo Dianæ fidem facientes, ſe uirginitatis pertæſas cupere exautorari.

Arcuo, as, are. In modum arcus curuare. *διάμπτειν, καμπύλλειν, κυρτοῦν.* [Ital. *Piegar'* in modo d'arco, inarcare. Gall. *Faire en voulte, courber en forme d'arc.* Hiſ. Encoruar. Ger. Bogen, als ein Bogen krũmmen.] Plin. lib. 19. cap. 6. Illam uerem, quæ non arcuatur, Sepa Græci uocant, alij Scolopendram.

Arcuatus, a, um, partic. Curuatus in modum arcus. *κεκυρτωμένος* [Ital. *Inarcato.* Gal. *Voulté, courbé en forme d'arc.* Hiſp. Encoruado. Ger. Gebogen, gewölbt.] Liu. 1. ab Vrbe. Mil ſacrarium Flamines bigis curru arcuato uehi iuſſit. Plin. in Epiſt. Sicut initio tentatũ erat arcuato opere. ¶ Dicimus item Arcuatus, correptus ictero, hoc eſt morbo regio: quo uide infrà Arquatus.

Arcuum, aduer. In modum arcus. *ἀγκυλοειδῶς, κεκυρτωμένως* [Ital. *A foggia di arco.* Gall. *En façon d'arc.* Hiſ. A guiſa de arco. Ger. Vnie ein Bogen.] Plin. lib. 19. cap. 6. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt è uermibus terræ, pilioſum, multis pedibus arcuatim repens, tractuq; contrahens ſeſe.

Ardeates, pen. prod. *Ἀρδεάτται* Populi ſunt Ardeæ incolæ.

Ardeatis, adiect. Cic. 1. de Nat. Deor. Cui in Agro Ardeati rẽ diuinam facere ſolemne. Legitur & Ardeatino.

Ardĕa, æ, pen. Auis quædam, quaſi ardua, quoniam uolando alta petit. *ἐρωδιός* [Ital. Hieron. Gall. *Heron.* Hiſp. Garça. Ein Reiger.] Virg. 1. Geor. Atq; alcem ſopra uolat ardea nubem. Huius diminutiuum eſt Ardeola. Ardearum tria genera ponuntur ab Ariſtotele: Leucon, ab albedine dictum: Areſtias à fulgore aſtrorum: & Pelos, ab aduerbio *πέλας*, quod propè ſignificat, quoniam hoc tertium non ita altè uolat.

Ardelio, m. c. Homo inquietus, & huc atq; illuc ſemper uolitans, ſaliens, & omnibus negotiis ſeſe immiſcens. *πολυπράγμων.* [Ital. *Inquieto, che uorrebbe fare ogni coſa.* Gal. *Qui de tout ſe mesle.* Hiſp. Hombre ligero, ſin holgança, ò perdido por glotonias. Ger. Ein vnruwiger menſch, der ſich allerley ſachen vnderzeucht.] Mart. ad Attu. Vis dicam quid ſis magnus es ardelio.

Ardĕo, ardes, arſi, arſum, n. ſ. ſignificat Concremor, flagro, de flagro. *διάϊσσομαι, πυρόομαι.* [Ital. *Ardere.* Gal. Ardre, bruſler. Hiſp. Arder. Ger. Brẽnnen.] Virgil. 5. Aeneid. Namque nolans liquidis in nubibus arſit arundo. ¶ Per translationem Ardere ponitur pro ardenter, ſeu impatienter amare, ſiue alicuius rei cupiditate, uel ſtudio teneri: & ſic modò cum accuſatiuo, modò cum ablatiuo conſtruitur. Virgil. 2. Aeglog. Corydon ardebat Alexim. Horat. in Epod. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Barillo Anacreonta Teium. Cicer. Quoniam nimio uidendi te deſyderio ardebam. Et cum infinitiuo, Virgil. Parcæq; mori pro mœnibus ardent. Plin. Ardeo te uidere. c. ¶ Interdum pro feſtinare, *σπεύδειν.* Vnde Ardens, pro feſtinante, ingenioſo, acutoq; ponitur, quòd inſtar ignis omnia penetret: aut e contrario Segnis dicitur tardus, quaſi ſine igne. Virg. 1. Aeneid. Inſtant ardentes Tyrii. ¶ Interdum pro fulgorem emittere *αἴθω.* Idem 4 Aeneid. Tyrioq; ardebat murice læna. Vnde & ardens, *αἴθων*, pro fulgido, ſeu flammeo. ¶ Interdum furere, uel iraſci, ut apud eundem li. 10. Proxima quæq; meris gladio, latumq; per agmen Ardens item agit ferro, te Turne ſuperbum Cæde noua quærens. Huc pertinent illa Ardere bello, auaritia, cupiditate, cura, dolore, flagitio, iracundia, inuidia, &c. ¶ Huius compoſita ſunt, Exardeo, *ἐφάπτομαι*, Inardeo, & Perardeo, in quibus præpoſitio auget uim ſignificationis.

Ardeſco, ſcis, Ardens fio: iterum atque iterum ardeo, ardorem concipio. *φλέγομαι, ἐνάπτομαι.* [Italice. *Diuenire ardente.* Gall. *S'alumer, s'embraſer.* Hiſ. Hazerſe ardente. Ger. Brũnend werden, einbrũnſtig werden.] Virgil. 1. Aeneid. Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo. ¶ Inde Exardeſco, & Redardeſco. Ouid. de Remed. Flamma redardeſcit, quæ modò nulla fuit.

Ardens febris, eſt feruor qui cum inflammatione multa nullam quieſcendi remiſſionem corpori præbet: hæc linguam reddit aridam & nigram, & frigidæ cupiditatem atque ſitim ingerit.

Ardens, nomen ex participio. *πυρπολής.* [Ital. & Hiſp. *Ardente.* Gall. *Ardent.* Germ. Brũnnend.] ut, Ardentiſſimæ diei horæ. Plin. libro 31. cap. 3. ¶ Ardentiſſimus color. Plin. lib. 21. capite 4. Addidere alii Mileſiam, cuius ſit ardentiſſimus color.

Ardenter, aduerb. *πυρπολῶς.* Plin. libr. 12. cap. 19. Auſtros ibi tam ardenter flare, ut aſtatibus ſyluas accendant.

Arſuros, participium futurum. Ouid. 14. Metam. Luridaq; arſuro portabat membra pheretro.

Ardor, oris, m. c. Vehemens calor, & incendium. *καῦμα*, [Ital. *Ardore.* Gall. *Ardeur, uehemente chaleur.* Hiſpa. Ardor, calor eſtranno. Germ. Brunſt, groſſe hitz.] Cicer. quarto, Academi. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. libro decimoquarto, capite decimoſexto, Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores.

Ardum, Veteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius, citans illud Lucilii ex libro 17. Ardum miſerrimum, atq; infœlix lignum ſabucum uocat.

Ardŭus, a, um, Altus & aſcenſu difficilis. *ἀνάντης, ἀνωφερής.* [Ital. *Arduo*, alto, difficile, malageuole. Gallic. Haut & mal-aiſé à attaindre. Hiſp. Alto y arriſcado. Ger. Hoch, ſtorrig.] Ouid. 2. Metamorp. Ardua prima uia eſt. ¶ Per metaphoram accipitur pro difficili, laborioſo, & Moleſto. Saluſt. in Catil. At mihi quidem tametſi haudquaquam par gloria ſequitur ſcriptorem, & autorem rerum: tamen in primis arduum uidetur res geſtas ſcribere. Quod uerbum exponens Gell. lib. 4. cap. 17. inquit: Sed arduum, Saluſtius non pro difficili tantùm, ſed pro eo quoq; ponit, quod Græci *ἀυχε-*

ρὶς, aut χαλεπὴν appellant, quod eſt cùm difficile, tum moleſtum quoque & incommodum, & intractabile. Plinius lib. 2. capit. 40. Tam arduas inuentu perquirere, inter bella præſertim & infida hoſpitia. ¶ Hinc naſcitur proverbium in arduis conſtanter agendum, quo admonemur, in arduis ac periculoſis negotiis non eſſe præcipitandum conſilium.

Arduitas, atis, Altitudo. ὑψηλότης [Ital. Altezza. Gall. Dauteur difficile à monter. Hiſpa. Altura atriſcada. Germanicè, Höhe.] ut, Montium arduitas atq; aſperitas. Varro 1. de Re ruſt. cap. 10.

Arĕa, f. p. Propriè dicitur Locus purus in urbe ſine ædificio, quem Græci πλατεῖαν dicunt. ἄλως vel ἀλωὴ. [Italice. Aia, piazza. Gallicè. Aire, place ſans baſtiment. Hiſpanicè. Era. Germanicè, Ein Ort oder Platz on ein gebew, ein Boffſtatt.] Dicta Area, quod ardore ſolis ſit facta arida, & non poſſit quicquam generare. Quidam ab Ara deducunt, quòd ſicut ara pura eſt: ita areæ in urbe, ſine uico, loca pura ſunt, id eſt ſine ædificio. Vel quòd ſicut aræ flammis, ita areæ ſolis ardore torrentur. ¶ Valla, Campus, eſt planities ampla & grandis, ideoq; ſpatioſæ plateæ areæue, campi nomen accipiunt. Vnde Romæ campus Martius: nam locus huiuſmodi uocatur area. Cicer. in Paradoxis. Ereniin ſi callidi iſti rerum æſtimatores, prata & areas quaſdam magni æſtimant, quòd ei generi quaſi nocere nihil poteſt. Suet. tamen in Cæſare poſuit Aream pro loco puro accommodato foro extruendo, cum inquit: Forum de manubiis inchoauit. cuius area ſuperſeſſertium millies conſtitit. ¶ Item area dicitur ſolum terreum, ſeu planities glabra, id eſt locus purgatus, coæquatusq; & cylindro conſolidatus, plateis amplitudine ſimilis ubi frumenta areſcunt & teruntur. Virgil lib. 1. Georg. Area tum primùm ingenti eſt æquanda cylindro. Colu. lib. 2. Area quoq; ſi terrena erit, ut ſit ad tritoram ſatis habilis, primùm radatur. ¶ Prouerbiali figura dicimus, In area latitas. Ἐν ἄλῳ δρᾶκοντίζεις. De eo qui in eo uerſatur negotio, ut non poſſit non eſſe conſpicuus. Aut, qui ſic latitat, ut à nemine tamen non conſpiciatur. nam in area nullæ latebræ. ¶ Item area, & per diminutionem Areola, eſt terra probè ſubacta, atq; ſata, ſeu ſerenda: quales ſunt in hortis quadrata quædam & bene ſubacta, & coæquata ſpatia, in quæ mox ſemina iaciantur. Columel Areæ ſic informandæ ſunt, ut facilè runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. ¶ Apud Geometras Area ſumitur pro ſpatio uacuo in aliqua figura, ut in triangulo, uel quadrangulo. ¶ Item Area morbus eſt capitis cum profluuio capillorum ita dictus quòd areas quaſdam. hoc eſt loca capillis nuda in capite efficiat. Celſus lib. 6. ca 4. Arearum genera duo. commune utriq;, quòd emortus ſumma pellicula, pili primùm extenuantur, deinde decidũt. Ea quę ἀλωπεκία appellatur, ſub qualibet figura dilatatur: fit & in capillo, & in barba. Id uerò, quod à ſerpentis ſimilitudine ὀφιάσις appellatur, incipit ab occipitio, & duorum latitudinem non excedit. Hęc ille. ¶ Area præterea à quibuſdam nominatur ſpecies uel imago ſiderea claritatis, illuſtrata undique, quæ & ἄλως à Græcis dicitur: differens ab iride, quòd hæc aduerſo ſole appareat: area uerò totum ſidus ambitu ſuo cingat. Vide Commentarium de Mundo, qui Ariſtoteli adſcribitur.

Arenoſa, diminutiuum ab Area. ἀλώνιον. Columel. libro 6. Cũ tertiũ bene ſubegeris, areolas facito. ¶ Aliter accipitur à Geometris, pro ſpatio ſcilicet in figuris uacuo inter lineas.

Arĕator, m. r. Qui aream purgat, & in ea frumentum triturat, ἀλωνιστής. Col lib. 2 ca. 21 Atq; hoc ſupremum areatoris emolumentum percipiendorum ſeminum, quæ terræ crediderat. hæc Calepinus Mea tamen ſententia, Aratoris hic, non Areatoris legendum eſt.

Arĕna, f. p. Tenuiſſimus pulvis & aridus, ideoq; ab ariditate deductum nomen quidam exiſtimant. ἄμμος. [Ital. Arena ſabbione. Gall. Sable, arene, ſablon. graue. Hiſp. Arena. Ger. Sand.] Carer enim omni humore & ſocco, unde & plurimum aquæ ebibit: & ita ſine aſpiratione ſcribi debet. Nec quenquam mouere debet, quòd Arena habeat primam brevem, Areo uerò productã, quum derivatiua non ſemper primitiuorum naturam ſeruent. Alii per aſpirationem ſcribunt, uoluntq; dici ab hærendo, quòd ſibi invicem propter tenuitatem cohæreat: uel quòd cum calce parietibus inhæreat, ſicut in fabricis uidemus. Eius uerò tres ſunt ſpecies: ſcilicet Foſſilis, fluuiatilis, & marina, inter quas craſſior ſabulon, ψάμμος, nuncupatur. ¶ Littoris arenas furari pro uerbialiter dicitur qui rem ab omnibus neglectam & incuſtoditam tollit. Ouid. in Amor. Ille poteſt uacuo furari lintea arenas, Vxorem ſtulti quiſquis amare poteſt. ¶ Ex arena funiculum nectis, Ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις. In ſtultè fruſtraq; conantem dicebatur: aut ubi quis ea connecteret laboret quæ nequaquam cohærent. In ſumma quadrabit in quidvis ἀδύνατον καὶ ἄπορον. ¶ Quandoq; tamen Arena ponitur pro loco, in quo pugnabant gladiatores. Sueton. in Aug. Quodam autem muneris die Parthorum obſides tunc primùm miſſos, per arenam medium ad ſpectaculum induxit. ¶ Hinc arenarii dicti ſunt gladiatores, qui in arena depugnabant. ¶ Per translationem Arenam dicimus, pro foro, quia illic ſic depugnant actores cauſarum, ut in arena gladiatores digladiabantur. Seneca, Hoc ita habitum eſt, ſcholam quaſi ludum eſſe, forum arenam. Hinc Plinius Arenam ſuam appellat Centumuiros: quoniam in iudicio centumuirali certabat frequenter telis oratoriis. Hoc nomen licet raro pluralem numerum haberat, Virgil. tamen dixit, Quàm multæ Zephyro turbantur arenæ. ¶ Ab hac ſignificatione oritur adagium, In tua ipſius arena. Hoc eſt in tua arte, neque enim parum gladiatorum referebat, nota an ignota dimicarent arena.

Arenăcĕus, cea, ceum. Quod ex arena eſt. ἀμμώδης. [Ital. Di arena. Gall. De ſabloo. Hiſ. Coſa de la materia de arena. Ger. Sas von Sand iſt Sandechtig.] Plin. lib. 17. cap. 7. Eſt enim alba, rufa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. Idem li. 11. cap. 17. Inueniuntur in cornuculis, cochlearum arenaceæ duritiæ.

Arenārius, ria, riũ, Quod ad arenam pertinet. ἀμμώνιος. [Ital. Pertinente all' arena. Gall. Appartenant à ſablon. Hiſpa. Coſa perteneciente à la arena. German Das zů dem Sand gehört.] ut Iupiter arenarius, quem Græci Ammonẽ dicũt.

Arenarius, ſubſtantiuum, Qui in arena depugnat. Calliſtratus, Nec ſi meretrix manumiſſa fuerit, eaſdem operas patrono præſtare debeat: nec arenarius manumiſſus tales operas: quia iſtæ ſine periculo uitæ præſtari non poſſunt.

Arenāria, arũ, Fodinæ in quibus foditur arena. ψαμμαθῆκαι. [Ital. Doue ſe caua l'arena. Gall. Sablonieres. Hiſp. El lugar de donde ſe ſaca la arena. Germanicè, Sand grůb.] Cicero pro Cluentio, In arenarias quaſdam extra portam Eſquilinam productos occiditur. Varro, Neque lapicidinæ, neq; arenariæ, ad agriculturam pertinent.

Arenātus, ta, tum, Quod arena miſtum eſt. ψαλυρὸς τις, Calx arenatus. Cato de Re ruſtic. capit. 18. Poſtea cæmentis minutis, & calce arenato, ſemipedem unam unumquodque corium ſtruito.

Arenātum, ſubſtantiuè, pro eo quod ex arena factum eſt: ficus Marmoratum, quod ex marmore. ἀμμοδωτὸν, ψαμμωτὸν. Vitruuius. Quæ autem tectoria fundata arenati & marmorati ſoliditate ſunt. Varro de Re ruſt. Vbi libraueris de glarea & calce, arenatum primo corio facito. Plin. In Græcia tectoriis etiam arenatum quod ducturi ſunt, prius in mortario lignis ueſtibus ſubigunt. Arenatum alio nomine Intritam uocamus: Barbari etiam Mortarium: nonnulli & Cæmentum, ſed perperam. Nam cæmenti appellatione lapides ſignificantur impoliti, uel potius lapidum fruſtra, quæ arenato coniunguntur: ut latius docebimus ſuo loco.

Arenōſus, ſa, ſum, Quod arena abundat. ψαλυρὸς, ψαμμαθώδης. [Ital. Arenoſo, pieno d'arena. Gall. Sablonneux, plein de ſable. Hiſp. Coſa llena de arena. Germ. Voll Sand, ſand echtig.] Plin. Litus non arenoſum, ſed alga, & fluuiorũ foribus plenum. Virgilius quarto Aeneid. Litus arenoſum Libiæ.

Arenula, diminutiuum ab Arena. ψαμμάθιον. [Ital. Minuta ſabbia. Gallicè, Menu ſablon. Hiſpanicè, Arena delgada. Germanicè, Klein Sand.] Arena tenuiſſima. Plin libro 30. c. 5. Arenulæ, quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ ſtatim liberant dolore.

Arenōſum, id eſt, furfuroſum.

Arĕō, res, rui, n. ſ. Aridus ſum. αὐαίνω. [Italicè, Eſſere ſecco. Gallicè, Se ſecher. Hiſpanicè. Secarſe. Germanicè, Dürr] Plautus in Rud. Vtinam fortuna nunc anatina uterer, ut quum exiſſem ex aqua, arerem tamen. Plinius libro 13. capite 4. In totum arentes Thebaides. Quidam hoc uerbum à ara deducunt, in qua quæ diis immolabantur, torreri ſolebant. Alii uerò per contrarium ſenſum, ἀπὸ τοῦ ἀρδεύειν, quod ſignificat irrigare, quòd aridum minimè ſit irrigatum.

Huius

huius compoſita ſunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo, & Subareo: de quibus ſuis locis.

Arefacio, Aridum facio. ξηραίνω, ἀναίνω, σκληρύνω, [Italice, Seccare. Gall. Secher ou deſecher quelque choſe. Hiſpanicè, Secar oura coſa. Germanicè, Dürr machen, derren.] Cato de Re ruſtica capite 69. Poſtea amurcam eximito, & are facito. Plin. libro 15. capite 12. Quidam caulem incidunt per meſſes, & in ipſa exarant radice, quo ſuccus confluat, inſectumq; tollunt. ¶ Huius paſſiuum eſt Arefio, ξηραίνομαι, pro exiccor.

Areſco, ſcis, n. t. Aridus fio, ξηραίνομαι, μαραίνομαι, ἀναίνομαι, ξηραίνομαι, σκληρύνομαι. [Ital. Seccarſi. Galli. Deuenir ſec, ſe ſecher. Hiſpa. Hazerſe ſeco. German. Dorr oder Trocken werden.] Autor ad Heren. lib. 2. Nihil lachryma citius areſcit. Idem in Part. Citò areſcit lachryma, præſertim in alienis malis. ¶ Huius compoſita ſunt Adareſco, idem quod areſco. Cato de Re ruſtica. Veſtimenta ne tinea tangat, amureâ decoquito ad dimidiũ, & vngito fundum intus, & extrinſecus, & pedes, & angulos: ubi ea adaruerit, veſtimenta condito. Inareſco, intus, ſiue penitus areſco. Colum lib. 1. Deinde quum prædictum rectorium inaruerit, H eſt, aridam intus, penitusue factum eſt. Obareſco, circum uel omnino areſco. Pararesco, ualde areſco. Exareſco, hoc Exareo. Aridus ſum uel fio. Vide tamen ſuis in locis.

Aridẽs, da, dum, penultim. corrept. Siccum, quod naturalem humorem amiſit, αὖος, ξηρὸς, σκληρὸς, ἀπίσκληνος. [Ital. Secco. Gall. Sec, aride. Hiſp. Seco, enxuto de toda humidad. German. Das dürr iſt, verdorret, auſstrocknet.] ut, Fons aridus. Catull. Atqui corpora ficciora cornu, Aut ſiquid magis aridum eſt. ¶ Interdum ponitur pro puro & lucido. Plaut. in Rudẽ. Argento arido. ¶ Interdum pro horrifico, acuto, quum de ſono loquimur: quia ea quæ arida ſunt, quum frangi cœperint, nimium atque horrificum ſonum edunt. Virg. libro primo, Georg. & aridus altis Montibus audiri fragor. Huius diminutiuum eſt Aridulus.

Aridĩtas, quæ & Aritudo dicitur, f. t. Siccitas. ξηρασία, ξηρότης. [Ital. Aridità, ſiccità. Gallicè, Secheresſe. Hiſpanicè, Secura. Germanicè, Dürre, Trócknes.] Plin. libro 11. cap. 15. Sitit enim araneus, & omnem humorem abſorbens aridita tem ampliat. Varr. de Reruſt. lib. 1. cap. 12. Quòd & beſtiolæ propè naſcuntur, & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.

Arnudo, pro parſimonia apud Plaut. in Rud. Qui ſemper ſernas gloriam aritudinis.

Arepennis, apud Gallos menſura eſt dimidii iugeri, qua illi agros ſuos metiuntur. Col. li. 5. ca. 1. Galli Candetum appellant in arcis urbanis ſpatium cẽtum pedum: in agreſtibus autem pedum CL quod aratores Candetum nominant, ſe minuerum quoq; Arepennam uocant.

Aris, Græcè ἄρης, quatuor ſignificat, ferrum, interdum bellum, aliquando uulnus, ſæpius uerò Martem, quo nomine eos & ferrum, & bellum, & uulnus ſignificamus, ab Ἄρης, Aries quaſi Martialis, ſicut à Marte Martius. Nam ea tam Mathematici dicunt, Martis eſſe domum Arietem & Scorpionem, ut etiam ob conueniẽtiam influxus dicatur Aries à Marte, à Græcis in deducendo Marte dicũt Ares. Anomen poëtæ, ſed Græci.

Arbitrum, ἄρτωρ, Vaticinator, Latinè ſonat placitum, à uerbo ἀρτάω placeo. Hinc factum eſt, ut ſententiæ Præfecti Prætorio, quæ appellatione reſcindi non poſſunt, Areſta dicantur Iuſtiniani.

Arretalogus, penultim. correp. ἀρεταλόγος. [Italicè, Garrulo, ciarlatore, ciarlatore, ciancatore, anantatore. Gallicè, Jongleur de moralitez, farceur, plaiſantant. Hiſpanicè, Compoſtor de nouelas fingidas, el que parla vanamente. Ger. Lachmerzman, der ſich ſeiner Tugenden vil berümpt] Porphyrione teſte, garrulus & loquax dicitur in oſtentatione uirtutis: unde nomen deducitur: ἀρετὴ enim uirtus eſt, & λόγος ſermo. Suet. in Aug. Frequentius aretalogos & fictos & ſolennes, nonnunquam tantùm oculariter celebrabat. Iuuen. Satyr. 15. ſiſum fortaſſe quibuſdam Moueat, ut mendax Aretalogus. ¶ Aretalogus etiam dicitur, qui in fingendis mendaciis auditores mouet arte uerborum. Sed nunc contra Porphyrionem ab ἀρέσκω placeo ſcitet, ut ſit Aretalogus, facetus, urbanus, qui ſermonis leporẽ oblectat auditores.

Arẽte, ἀρετὴ, Latinè uirtus. Vnde Philaretus proprium nomen, & ſignificat amatorem uirtutis.

Arferia, æ, f. p. Aqua quę inferis libabatur, ſeu uas uini quod adhibebatur ſacris, & à Fero deducitur. Feſtus.

Argagarion, medicamentum quo utebantur olim aduersùs elephantiaſin, author Celſus Aurelianus li. 4. cap. 1.

Argẽma, atis, penult. breui, ἄργεμα, Morbus eſt oculorum, quum ſcilicet albidum quoddam ulcus oculi infeſtat circulum, quem Irim Græci dicunt: quod mali genus affine eſt illi, quod Latinis Albugo uocatur, Græcis etiam λεύκωμα. Plin. lib. 29. cap. 6. Eadem uis eſt in gallinacei felle alligato ad argema & albugines. Apud eundem (niſi fortè uitiata ſit lectio) legitur & Argema, æ, per primam nominum declinationem: ut libr. 20. cap. 5. Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas inunxere. Item cap. 9. libri eiuſdem, Folia trita cum oleo argemas iumentorum ſanãt. Quibus tamẽ in locis nonnulli legunt Argemos. A Græcis certè ἄργεμα, ατος, & ἄργεμον, ου, indifferenter effertur.

Argẽmon, Herba eſt apud Plin. li. 24. ca. 19. quæ Ioppa cenaria dicitur.

Argẽmõnẽ, es, pen prod. ἀργεμώνη, Herba eſt ſyluestri papaueri omnino ſimilis, ita dicta ab effectu, quòd oculorum albugines, quæ argemata appellantur, ſanet. Vide Dioſc. li. 4. cap. 169. Plin. Argemoniam appellat, lib. 27. cap. 9.

Argentum, n. ſ. Metallum eſt poſt aurum pretioſiſsimum, quod gignitur (ſi chymiſtis credimus) ex argento uiuo, & ſulphure albo. ἀργύριον, ὃ ἄργυρος. [Ital. Argento. Gallic. Argent. Hiſp. La plata. Ger. Sylber.] Eius ſpuma uulnera ſanat, neq; ſinit ſuperfluas carneis excreſcere, & ſordeis cordis mundificat. ¶ Argentum factum dicitur, quod elaboratum eſt, & in uaſa, aliamue ſuppellectilem fabricatum: Græci ἀργυρώματα appellant. Pompo. ff. de auro & argen. legat. Argento facto Quo. Murius ait, uaſa argentea contineri, neluti trullas, paropſides, peluer, & his ſimilia. ¶ Huic opponitur Argentum infectum, hoc eſt rude & nondum laboratum. ¶ Argentum ſignatum, ab eo dicitur pecunia argentea, quod ſignum principis, uel magiſtratus habeat impreſſum. ἀργύριον. Seneca 1. de Benefic. Libentius donabo argentũ factũ, quàm ſignatũ. ¶ Interdũ etiã Argentũ abſolutè poſitũ legimus, pro argento facto, ſiue ſuppellectili argentea. Plaut. Tu eſto lectiternator, tu argentum eluito. Cicer. Quum eſſent triclinia ſtrata, argentumq; expoſitum in ædibus. ¶ Item pro argento ſignato, hoc eſt pecunia argentea. Ter. in Phor. Emunxi argento ſenes. Idem in Heaut. Argentum cudo. ¶ Argentum primò ſignatum eſt anno Vrbis 485. Quinto Fabio Conſule, quinq; annis ante bellũ Punicum primum. Nota argenti biga & quadriga fuerunt in de Bigati, & Quadrigati nummi appellati ſunt. Aureus uerò nummus 61. anno poſt argentum percuſſus eſt, in quo primò Conſulum, deinde Imperatorum capita imprimi cœperunt, & ab iis ſæpe nomina accepere. Argenti uenæ, ἀργυρίτιδες φλέβες. ¶ Argentum puſtulatum, uide infrà ſtatim poſt dictionem Puſtula. ¶ Argentum ſublimatum nuſquam apud antiquos reperiri traditum eſt. Planè uenẽni eſt, quod ſemihora & minuri ſpacio exedẽdo interficit. Nam omnia intrinſeca, & præſertim præcordia uelut ignis urit. ¶ Argentum accepi, imperiũ uendidi, Plaut. prouerbij quadam ſpecie, in Aſinaria dixit. Nihil hac ſententia decantatius, Qui accipit beneficium, perdit libertatem. ¶ Argenti fontes loquũtur, Ἀργύρου πρῶνα λαλεῖν. Hoc adagio notabantur ij qui ſtolidè quidem atq; indoctè, ſed arroganter tamẽ & confidenter loquerẽtur, opibus uidelicet ſuis freti.

Argentarius, rii, m. ſ. ſubſtantiuè, Qui argentum exercet, hoc eſt apud quem pecuniam deponimus, quamtempore locõ uel alio nobis reddat. τραπεζίτης, ἀργυρομοιβός. [Ital. Caſſiere, banchiere. Gall. Banquier, changeur. Hiſpa. Cambiador ò banquero publico. Ger. Ein Wechsler.] Plaut. in Curcul. Habent hunc morem plerique argentarii, ut alius alium poſcant, reddant memini. Eundem etiam Trapezitam & Menſarium appellamus. Idem ibidem, Ibi interrogat, Ecquem in Epidauro trapezitam Lyconem nouerim. Cic. pro Flacco, Ciuitas, in qua nummus nullus moueri poteſt, ſine quinq; Prætoribus, tribus Quæſtoribus, quatuor Menſariis. ¶ Propriè autem Argentarii dicuntur (ut docet Iureconſ. ff. de eden.) maiores menſarii qui multorum pecunias acceptas cuſtodiunt, quum opus fuerit, reddituri, & quorum officium aut miniſterium publicam habet

cauſam:hiſq; rationes conficiunt. Autor eſt Seneca, argentarios præeſſe publicis actionibus. Minutuli illi numularii campſores, uulgò dicti, Græci argyrognomonas nocãt, quos ſi pecuniæ ſpectatores, & collybiſtas, & ἀργυρομεσιβεῖς, publicam cauſam habere, non iam dentur, nec rationem accepti expenſiq; facere, ut argentarii illi, & menſularii, qui non tam pecuniarum permutationem quàm maiorem negotiationem exercent, quibus olim moris fuit pecunias cuſtodiendas dari, fœnerato interdum, interdum gratuitò. Vide Budæi Annotationes in Pandectas.

Argentarius, ria, rium, adiectiuum. ἀργύριος, ἀργυρικός. [It. Coſa d'argento ouero ch'appartiene all'argento. Gall. D'argent, apartenant à argent. Hiſ. Coſa pertenecientè à la plata. Ger. Das zů Sylber gehórt.] Quod eſt argenti, aut ad argentũ pertinet: ut, Argentaria metalla. Plin. li. 33. ca. 5. Laudationem eandem in aratiis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt. Ratio argentaria, id eſt pecuniaria. Cato de Re ruſt. cap. 2. Rationem putare argentarium & frumentarium. ¶ Auxilium argentariũ. Plaut. in Pſeud. Spero alicundè hodie me bona opera, aut mala, tibi inuentorum eſſe auxilium argentarium.

Argentaria, riæ, Menſa, taberna hæc argentarii, uel etiam officina, in qua argentum cuditur, aut præparatur. ἀργυρεῖον, ἀργυροποιεῖον. [Ital. Banco, zecca, ò bottega doue ſi batte l'argento. Gallic. Bontique ou forge ou on bat ou forge l'argent. Hiſpan. Plateria, ò la coſa de la moneda. Germ. Vuechſelbanck, oder ein Sylberſchmitte.] Plautus in Epidi. Per myropolia & lanienas, circumq; argentarias. ¶ Significat & Argentaria officium ſeu functionem argentarii. Vlpianus tit. de eden. Sed & quod ſolui conſtituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria uenit.

¶ Argentariam facere uel exercere, ἀργυροπραπηλικὴν ἐργάζεσθαι. Idem eodem titulo, Is etiam qui deſiit argentariam facere, ad editionem compellitur, ubi argentariam exercuit.

Argentatus, ata, atum, Argento tectus. ἀργυρικός. [Ital. Coperto d'argento. Gall. Argenté, couuert ou veſtu d'argent. Hiſp. Coſa plateada por defuera. Germ. Vberſilberet.] Liu. 9. ab Vrbe, Tunicæ auratis militibus uerſicolores, argentariis lineæ candidæ.

Argenteus, a, um, Quod eſt ex argento. ἀργύρεος. [Ital. Fatto d'argento. Gallicè, D'argent. Hiſpanicè, Coſa toda de materia de plata. Germanicè, Syliberin.] ut, Argenteus denarius, & Argenteæ ſphæræ, apud Plinium. Argenteum ſolium, argenti ſplendorem referens, apud eundem lib. 16. cap. 18. Argentea amica, quæ argento uendita eſt. Plautus, in Pſeud. Quid ego ex te audio? amicam tuam eſſe factam argenteam. ¶ Argenteis haſtis pugnare, Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι, dicuntur qui, quum negotium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum quod pecunia non expliceretur. Oriam ſiunt Paræmiam ab Oraculo quodam Apollinis, qui Philippo regi conſulenti quo pacto poſſet victoria potiri, reſpondit ad hunc modum: Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, πάντα γὰρ ἐλεύσεαι, id eſt, Argenteis pugna telis, atque omnia uinces. ¶ Bos in quadra argentea, βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ. In eos qui perſonam ſuſtinent officium aliquod egregium pollicentem, nec illi tamen ſunt uſui, niſi ad uoluptatem aut faſtum.

Argentõſus, Cui immiſtum eſt argentum. ἀργυρομιγής. [Italicè, Che tien d'argento. Gallicè, Pleio d'argent, argenteux. Hiſpa. Coſa que eſta mezclada con plata. Germ. Das mit Sylber vermiſcht iſt.] ut, Aurum argentoſum. Plin. libro 33. capite 5. Ita ferruminatur aurum quod argentoſum uocant.

Argentifõdina, næ, f. p. Vbi foditur argentum, quam argenti minam uocamus. ἀργυρεῖον, ἀργυρωρυχία. [Italicè, Miniera d'argento. Gall. Mine d'argent. Hiſpa. Minero de donde ſacan plata. Germ. Ein Sylbergrub.] Plin. lib. 33. cap. 6. Odor ex argentifodinis inimicus eſt omnibus animalibus, ſed maximè canibus.

Argentum uiuum, Genus eſt metalli liquidi, argentum colore, fluida uerò conſiſtentia aquam referens: unde & nomen accepit. ὑδράργυρος, Ariſtoteles ἄργυρον χυτόν, hoc eſt, fuſile, ſeu liquidum argentum uocat. [Italicè, Argento uiuo. Gall. Vif argent. Hiſp. Azogue. Germ. Queckſylber.] Huius duæ ſunt ſpecies, Natiuum, ſeu Foſſitiũ, & Factitiũ, quod ex minio excoquitur. Vtrumq; Hydrargyros Dioſcoridi dicitur. Plin. Hydrargyron ab argento uiuo diſtinguit, quod foſſile eſt & natiuum, Argentum uiuum, quod ex minio purgatur, Hydrargyron appellans. Sic enim habet lib. 5. cap. 3. Aes in aurati argenti uiuo, aut certè hydrargyro legitimum erat. Vtraq; ſpecies peſtilentem exhalat odorem, auramq; planè exitialem.

Argentangina, Vocabulum eſt Latinum, ex Græco ἀργυράγχα effictum: quo ſignificatur angina ex argenti, hoc eſt pecuniæ cupiditate proficiſcens. Vnde Argentangina laborare dicuntur, qui pecunia corrupti retinent ea quæ ad Reipublicæ commoda iudicãt pertinere. Vide infrà in dictione Argyranche.

Argeſtes, m. t ἀργέστης. [Vento di maeſtro] Ventus flans ab occaſu æſtiuo qui à Latinis Corus & Caurus dicitur. Plin. li. 2. ca. 47. Ab occaſu æquinoctiali Fauonius, ab occaſu ſolſtitiali Corus: Zephyron & Argeſten uocant.

Argenos, ἀργινός, ſignificat uelocem & candidum, ſplendidum & ſtrenuum.

Argilla, f. t ἄργιλος. [Ital. Creta, terra. Gall. Argille. Hiſpan. Barro ò arzilla. Ger. Vuicht Erdrich, weicher Leim oder Lette.] Terra credoſa, & candida, qua figuli utuntur ad uaſa faciendo. Cic. in Piſo. Quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus? Horat. 2. Epiſt. idoneus arti Cuilibet, & argilla quiduis imitabitur uſu. Sunt qui unicol ſcribant, quod etiam conuenire uidetur cum Græca origine: contrà tamen uſus obtinuit.

Argillãceus, a, um, ἀργιλλῶδης. [Ital. Coſa fatta di creta. Gallic. Choſe d'argille, ou giuant & prenant comme argille. Hiſp. Coſa de materia de barro. Ger. Das vñ Leim iſt, Lettechtig, Schlipperechtig.] Quod ex argilla eſt, aut quod tenax eſt in modum argillæ. Plin. lib. 17. cap. 7. Eſt enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.

Argilloſus, a, um, ἀργιλλώδης. [Ita. Abondante di creta. Gal. Argilleux, pleio d'argille. Hiſp. Lleno de barro. Germ. Das Lettechtig oder Leimechtig iſt.] Abundans argilla: ut, Loca argilloſa. Plin. li. 21. ca. 4. Seri nec pinguibus uult, nec argilloſis colis. Colles argilloſi. Colo. Olea maximè collibus ſiccis, & argilloſis gaudet.

Argion, Capillus Veneris, apud Dioſc. li. 4. ca. 157.

Argiros, Linozoſtis uel Mercurialis apud Dioſcoridem libro 4. capite 101.

Argis, ἰνάργα, aduerbialiter in loco. Plin. li. 26. Argis etiam olea durare dicitur.

Argo, generis fœminini, ἀργώ. Prima nauis fuiſſe creditur, qua Iaſon, una cum flore inuentutis Græciæ, in Colchida nauigauit, uellus q; aureum, à Medea edoctus, in Græciam reportauit. Volunt autem hanc nauem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus, ad chorum Tritonia deuoluat Argum. Moliri hunc puppim iubet, & demittere ferro Robora. Diodorus à uelocitate dictam putat: nam ἀργὸν inter cetera ſignificat uelocem. Alii ab Argiuis, qui in ea uecti fuerunt, malunt appellatam. Quod ſentire uidetur Cic. lib. 2. Tuſcul. quæſt. quum ait: Et eas anguſtias, per quas penetrauit ea, quæ eſt nominata Argo, quia Argiui in ea delecti uiri uecti, petebant pellem inauratam arietis. Eſt & Argo, ſignum cœleſte, quod & Nauis appellatur. Oritur pridie Idus Martij.

Argonautæ, ἀργοναῦται. Dicti ſunt heroes illi qui cum Iaſone in Cholchos profecti ſunt numero amplius quinquaginta: ex quibus præcipui fuere Caſtor & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hylas puer. Sic cognominati à nauí qua nauigauerunt. De his Orpheus lib. 1. & Apollonius in Catal. heroum, & Flaccus in Argonaut.

Argiuus, pe. pr. adiect. ἀργεῖος, id eſt Græcus. Virg. 2. Aen. Argiua phalãx. Ci. 2. de Orat. Argiuus orator. ¶ Argiua calumnia, ἀργεία, ῥᾳδιουργία, de calũniioſis & delatoribus dici ſolitũ. Nã Argiuos olim notauit Antiqtas, tanquã ſycophãtes & litiũ auidos. Euſtath. ex Panſan. & Diogen. in collectaneis. ¶ Argiui fures. Ἀργεῖοι ῥᾴδιοι. De palã improbis. Nã Argiui furacitatis infamia laborabãt antiqtᵘ. Extat & hoc apud Suid. Argiuos qui des, Ἀργεῖα ὀφθαλμῶν, i. ſtupẽtib. & attonitis oculis.

Argolicus, ca, cum, ἀργολικός, Idem quod Argiuus: ut Virg. 1. Aen. Argolicis excindi Pergama telis.

Argolis, idis, fœ. gen. ἀργολίς, Is eſt Argiua. Ouid. 9. Metam. Et longis anxia cutis Argolis Aldmone.

Argous, a, um, ἀργῶος, Idem quod Argolicus. Horatius in Epod. Non

pd. Non huc Argoo contendit remige pinus.

Arguo argis, argui, argutum, n. t. Imputo siue accuso, reprehendo. ἐλέγχω. [Ital. Imputare, riprendere, accusare. Gall. Reprendre, conuaincre. Hisp. Redarguir y reprender. Ger. Schelten, straffen, anklagen.] Et genitiuo sæpius, quã abliuo iungitur. Curtius, Ordinem modò asperitas, interdum & defectionis arguebat. Plaut. in Amphit. Et eccum uideo qui me miserã arguit stupri dedecoris. Si uerò id quo quis arguitur non exprimitur, accusatiuum tantùm habet Lact. lib. 1. Tui ergo te liberi arguunt. ¶ Propriè tamen Arguere est ostendere. Virgil. 4. Aeneid. Degeneres animos timor arguit. ¶ Aliquando in discrimen uocare. Festus, Argutum iri id est in discrimẽ uocari. Huius composita sunt, Coarguo, & Redarguo. ¶ Sciendum est, quòd licet Arguo, Argutum supinum faciat, ex quo Argutus, participium tamen futuri temporis est Arguiturus. Salusti. libr. 1. histor. Quos aduersum multi ex Bithynia uolentes occurrere, falsum arguituri. Nam, ut docet Priscianus, quædam sunt uerba in ũtũ supinũ formantia, quorũ participia futuri terminatio iturus, & uerbalia in itio, ut Arguturus, arguturus: Tuturus, tuiturus: Sputum, spuiturus: Pluturus, pluiturus, pluitio.

Argūtus, ta, tum, partic. passiuum ab Arguo, Idem significãs quod accusatus, uel reprehensus, ἐλεγχθείς. Plaut. in Pseud. Argutos malorum facinorũ. ¶ Quandoq; uerò est nomen idem significans quod subtilis & acutus. ἰσχνὸς, ὀξὺς νοερός. [Ital. Argouto, sottile. Gall. Subtil, ingenieux. Hisp. Agudo o ingenioso. Germanicè, Bescheidt, Spitzfündig, oder Lustig.] Plin. in Epist. Vtassem iamdudum, ne uideret argutior, nisi proposuissem omnes angulos tecum epistola circuire. ¶ Interdum pro canoro resonantiq; κανορός: ut Arguta hirundo, & Arguti homines, qui multum & celeriter loquantur. Virg. Aeg. 9. Argutos interstrepere anser olores. ¶ Interdum pro exili, breui, & quasi acuto. Idem lib. 3. Georg. Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga.

Argūtŭlus, τυμπάλη, ἰσχναμμάτιον, Diminutiuum ad contemptum derivatum, & non blandiendi causa, ut Homuncalus, & Homolus.

Argutus, ta, tum, f. p. Dicuntur acutè & malitiosè dicta uel facta, σοφίσματα. [Ital. Argouo, Sottiglieze. Gall. Subtilitez, & finesses Sophisticles. Hisp. Gratias, sotilezas ò malicias. Ger. Klüge, bescheidt, spitzfündige wort oder werck.] Plaut. in Mostel. Exi à culina, fis foris mastigia. Qui mihi in terpatinas exhibes argutias. Cic. Sed nihil est, quod illi non sequantur suis argutiis.

Argutiola, æ, dimin. Gell. li. 2. ca. 7. Argutiola quippe hæc frivola atq; inanis est. λεπτολόγημα, σοφισμάτιον.

Argŭtor, taris, pen. pro. depon. ab Argutus fit, & significat pro cacter loquor, tefte Nonio. σοφίσομαι, λεπτολογῶ. [Ital. Parlare argutamente. Gall. Jaser, trop subtilement arguer. Hispan. Parlar agudamente. Ger. List vnd spitzfündigkeit, in der red brauchen, schwetzen.] Nonius, Quandoq; ad ludos uenit, alii quum tacerent, totum diem argutatur, quasi cicada. ¶ Est & argutari, subtilire. Titinnius in Fullonia, ut citat idem Nonius, Terra hæc est nouæ, quasi ubi tu solitus argutari, pedibus crectam dum compescis, uestimẽta q; lauas.

Argŭto, as, ἐλέγχω, Propertius. Illa mihi totis argutat noctibus ignes, id est argutè obiicit.

Argutatio, onis, f. Strepitus. ἀυσχήμων, ἀυσχήματα, ἀντιλογία. [Ital. Parlamento importuno. Gall. Jaserie, caquet. Hispa. Obra de mucho hablo y demasiado parlar. Germa. Geschwetz.] Camil. Pulsamus q; per uias, & hic & illic Attritus, tremulisq; quassati Argutatio, inambulatio q;.

Arguter, oris, uerbale. σοφιστὴς, σοφιστής. [Ital. Sofista. Gall. Jaseur, sophiste. Hisp. El que mucho, ò demasiadamente parla. Germ. Ein geschwinder Sophyst.] Gell. li. 17. ca. 2. Successit autem arguitor: isti fortasse reprehensio. Arguitorẽ pro sophista argutolo, uel argumentatore accipit.

Argumentum, ni, n. ἐπιχείρημα, πίστις. [Ita. Argomento. Gall. Argument. Hisp. Argumento. Germ. Ein anzeigung. Ein bewärung eines zweyfelhafftigen dings.] Quintil. est ratio probationem præstãs, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. ¶ Sumitur interdum etiam pro materia, quæ aliquo in opere tractatur: quam Græci ὑπόθεσιν uocant. Cic. Quoniam nullam scribendi argumentum mihi relictum est. Sic decimus Argumentum Comœdiæ, quod Græci Periocham uocant, id est summam totius Comœdiæ, paucis uersibus expressam. ¶ Interdum pro coniectura. Idem in Catil. Certissima argumenta, atq; indicia sceleris. Idem 2. Verrin. Quæ res pertenui nobis argumento iudicioq; patefacta est. Item pro sententia, ab Arguo, pro demonstro. Cic. lib. 1. Of fic. Tabulæ uerò nouæ quid habent argumẽti, nisi ut emas meis pecuniis fundum? Argumentum præterea pro ingenioso artificio ponitur. Idem 6. Verr. Ex ebore diligentissimè perfecta erant ædificia in naualis. Sic alibi legimus Argumenta rotarum, & Argumentosa opera, pro ingeniosis.

Argumentum, est ficta res, quæ tamen fieri potuit. Cic. de Inuent. 1. Argumentum est probabile inuẽtum ad faciẽdum fidem. Idem de Part.

Argumẽtum est ratio quæ rei dubiæ facit fidẽ. Cic. in Topic. Ad probandum duplex est subiecta Oratori materies: una rerum earum quas non excogitat Orator, sed in re proposita ratione tractantur: ut tabulæ, testimonia, pacta, conuenta, quæstiones, leges, senatusconsulta, res iudicatæ, decreta, responsa, & reliquæ si quæ sunt quæ non ab Oratore prætractantur, sed ad Oratorem à causa atq; à reis deferuntur. Altera est quæ tota in disputatione & argumentatione Oratoris collocata est. Cic. in Orat. 1. Propriæ notæ argumentum quod nunquam aliter fit, certumq; declarat, ut fumus ignem. Cic. in Part.

Argumentor, aris, d. p. ἐπιχειρῶ, συλλογίζω. [Ital. Argumentare. Gal. Argumenter, amener raisons pour prouuer quelque chose. Hisp. Argumentar. Ger. Etwas mit gůten anzeygungen vnnd gründen beweren.] Rationibus nitor ad aliquid probandum. Cic. 1. Verr. Nónne argumentamur, quò ista pecunia peruenerit? Idem de Fin. 1. Sed & argumentandum, & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de uoluptate & dolore disputandum putauit.

Argumentandi duo sunt genera: quorum alterum ad finẽ directè spectat, alterum se inflexit ad motum. Dirigitur, cum proposuit aliquid quod probaret, sumpsitq; ea quibus mõstretur: atq; his confirmatis, ad propositum ipse retulit, atq; conclusit. Illa autem altera argumentatio, quasi retrò & cõtrà prius sumit quæ uult, eaq; confirmat. Deinde id quod proponendum fuit permotis animis facet ad extremum.

Argumẽtatio, f. t. Est rei propositæ, per argumenta probatio. ἐπιχείρημα. [Ital. Argumẽtatione. Gal. Probatiõ ou preuue par raison ou obiection. Hisp. Argumẽto luengo. Ger. Bewärũg, beweysung.] Autor ad Heren. li. 1. Argumẽtationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellãt. Cic. 2. de Or. Altera est, quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. Idem lib. 1. de Inuent. definit hoc modo: Argumentatio, est inuentum ex aliquo genere, rem aliquam, aut probabiliter ostendens, aut necessariò demonstrans. Necessariò demonstrantur ea quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt, hoc modo. Si peperit, cum uiro concubuit hoc genus argumentãdi, quod in necessaria demonstratione uersatur, maximè tractatur in dicendo, aut per complexionem, aut per enumerationem, aut per simplicem conclusionem. Cic. 1. de Inuent.

Argumentationis uitia. Ipsum autem genus argumentationis uitiosum his de causis ostenderur. Si autem in ipso uitium erit, aut si non ad id quod instituitur, accommodabitur. Atq; in ipso uitium erit, si omnino totum falsum erit, si cõmune, si uulgare, si leue, si remotum, si mala definitio, si controuersum, si perspicuum, si non concessum, si turpe, si offensum, si contrarium, si inconstans, si aduersum. Aduersum est quod ipsi causæ aliqua ex parte officit, ut si quis hostium uim & copias, & felicitatem auget, cum ad pugnam milites hortetur. Commune est, quod nihilomagis ab aduersarijs quàm à nobis facit. Contrarium est, quod contra ea dicitur, quæ ii, qui audiunt, fecerunt: ut si quis apud Alexandrum Macedonem, contra aliquem urbis expugnatorem diceret, nihil esse crudelius, quàm urbes diruere, cũ ipse Alexander Thebas diruisset. Controuersum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia causa adfertur. Definitionẽ malam uide in litera D. suo ordine. Falsum est, in quo perspicuum mendacium est. Inconstans, quod ab eodem de eadem re diuersè dicitur: ut si quis dixerit, qui uirtutem habeat, eum nullius rei ad bene uiuendum indigere: neget posse sine bona ualetudine bene uiuere: aut se amico adesse propter benuolentiam, sperare tamen aliquid commodi ad se peruenturum. Leue est, quod aut potè tempus dicitur: aut perspicue rem turpem leuiter tegere uult defensione. Non concessum est, cum id quod agitur in controuersia est: ut si quis cum Vlyssem accuset, in hoc maximè

commoretur, indignũ esse ab homine ignauissimo virum fortissimum, Aiacem necatum. Offensum est, quòd eorum qui audiunt, uoluntatem læderet: ut si quis apud equites Romanos cupidos iudicandi Cæpionis legem iudiciariam laudet. Perspicuum est, de quo non est controuersia, ut si quis cum Orestem accuset, planum faciat ab eo matrem esse occisam. Remotum est, quòd ultra quàm satis est petitur. Turpe, quod aut eo loco in quo dicitur, aut eo homine qui dicit aut eo tempore quo dicitur, aut iis qui audiunt, aut ea de re qua agitur indignum propter inhonestam rem uidetur. Vulgare est, quod in aliam quoq; rẽ non probabilem, si nunc concessum sit, transferri possit. Cic. de Inuent. 1.

Argumentosus, sa, sum, Quod est factum magno argumento, hoc est artificio. ἐπιχώδης. [Italicè, Argomentoso, ingenioso. Gallic. Artificiel, ingenieusement fait. Hispan. Lleno de argumentos, sutil. Germanic. Das vil bewärung hatt, Künstreich.] Quintil. lib. 1. cap. 10. Vulgo q; paulò numerosius opus, dicitur argumentosum, id est nimis argumentorum mole refertum. In picturis quoq; Argumentosa opera uocamus, id est ingeniosa.

Argyrãuchẽ, es, f. t. ἀργυραύχη. A Græcis dicitur, quam Latinorum quidam uerbum ex uerbo exprimentes, Argentanginam appellauere, cuius uocabuli hæc traditur fuisse origo. Milesiorum legati Athenas missi, quum Demosthenem postulatis suis magnopere aduersari uiderent, pecunia eum corrumpunt, nequid in posterum commodis ipsorum obsisteret. Postridie itaq;, quum res denuo apud populum ageretur, Demosth. collum fasciis obnoluit, anginaq; se se laborare simulauit. Qua re audita, quidam ex populo, cui fucus subolebat, non synanchem illam, sed argyrãchen esse excla mauit. Hinc prouerbio locus factus est, ut argyrancea laborare dicantur, qui pecunia muri redditi sunt, eaq; supprimunt, quæ ex Reipublicæ usu esse nouerunt.

Argyraspides, m. f. ἀργυρασπίδες, dicuntur, qui argẽtea scuta ferunt. Sic Chrysaspid. ab aureis clypeis nominati Lapr.

Argyritæ, arum, pen. pro. ἀργυρῖται, Agones quidam dicebantur, ab argenteo, pecuniariõue præmio. Budæus.

Argyritis, ἀργυρῖτις, [Ital. Sciuma d'argento. Gall. Escume d'argent. Hispa. Espuma de plata. Germ. Sylberschaum.] Spuma argenti dicitur. Plin. lib. 33. cap. 6. Fit in ijsdem metallis & quæ uocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin uocant: secunda, quam argyritin: tertia quam molybditin.

Argyrocopus, m. f. ἀργυροκόπος. [Italic. Banchiere, ò colui che intaglia l'argento. Gall. Changeur ou qui ouure en argent. Hisp. Cambiador ò Esculpidor y entallador de plata. Germ. Ein Wechsler, oder der das Sylber aussrichtet oder Stempffet.] à Græcis appellatur numularius, cãpsor, uel ipse etiam argenti sculptor. παρὰ τὸ διατρῆσαι τὸν ἄργυρον, hoc est ab incidendo argento.

Argyrõlõgus, m. f. ἀργυρολόγος. [Ita. Camerlengo. Tesoriere. Gall. Treforier Hisp. Contador mayor. Ger. Ein Seckelmeister, dem der Gemein Seckel befolhen ist.] A Græcis uocatur, quem Latini Quæstorem appellant, cuius officium est, ut argentum, hoc est pecuniam colligat, & in ærarium, siue fiscum redigat.

Argyrõdãmas, m. t. ἀργυροδάμας, Lapillus argẽti nitorem habens, ut adamas, de quo Plin. li. 37. ca. 10. addubitat, sitne idem cum eo quem Androdomanta uocant, quoniam imperus hominum & iracundias domat.

Argyrogũomones, ἀργυρογνώμονες. [Itali. Banchiere. Gall. Banquiers. Hispanicè, Los cambiadores. Germanicè, Wächsler.] Vocantur à Græcis pecuniæ permutatores, quos Latinè Campsores uocamus, quasi pecuniæ spectatores dicas.

Aria. ἀρία, Arbor est, apud Theophrastum, hyemis initio frondificans, materiæ tam dura, ut necesse sit, priùs quàm terebretur, aqua eam macerari.

Arianis, ἀριανὶς. Herba ignei coloris, cuius tacto Magi trahunt ligna oleo perunda accendi. Nascitur apud Arianos: qua est Scythica gẽs, Gedrosijs finitima, à quibus & nomen accepit. De hac. Plin. lib. 24. cap. 18.

Arcinum nemus, Erat iuxta Ariciam urbem, in quo Aegeria Nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem.

Aricinus lacus, erat iuxta Ariciam urbem, qui Speculum Dianæ uocabatur: in quo nunc quoq; insulæ proceris arbo ribus nobiles conspiciuntur.

Arida, ἴχιον. [Ital. Bugloſſa saluatica. Gall. Bugloſſe sauuage ou herbe à bouc. Hisp. Hierua de la biuora.] Herba est, quæ & Echium, & Alcibiadion dicitur, de qua Dioſc. lib. 4.

Aries, tis, pen. cor. m. 1. Mas ouium, & dux gregis, qui integer est: & tenetur ad generandam sobolem. κριός. [Italicè Montone. Gall. Mouton, belier, belin. Hisp. Carnero. Ger. Ein Vuider.] Verues uerò, cui inuersũ uel adempti sunt testiculi. Ab ara dictus est aries, quòd aris imponi ad sacrificia soleret. Virg. 3. Aeglog. Ipse aries etiam nunc uellera siccat. ¶ Arietem emittit, Ἀ γραῦς προσαλλᾶ. In rixæ pugnæq; cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi, fecialem mittebant qui arietem adductum, in hostium fines immitteret: hoc significans pacto, ciuitatem & agros illorum hostibus cõpascuos fore. Autor Diogenianus. ¶ Aries cornibus lasciuiens, κριὸς ἀσελγαινόμενος, Diogenianus ostendit conuenire in magnos ac lasciuos. Pruriunt cornua arietibus bene pastis. ¶ Arietis ministerium, κριοῦ δίκη νοεῖται. Suidas & Zenodotus sic referunt, quasi dicti solitum de officio in ingratos collocato. Siquidem aries cornibus ferit pascentem. Hesychius ita refert, quasi congruat in eos qui spe cuiusuis præmioli inseruiunt indignis. Quum pueros inuitamus ad ministerium, pollicemur aliquid, puta talos, aut nuces. ¶ A cuius similitudine bellica machina Aries appellatur. Veget. lib. 4. cap. 14. Materia ac tabularis testudo contexitur, quæ ne flammis exuri possit, corio sine cilicio uestitur. Intrinsecus recipit trabem, quæ si adunco præfigitur ferro, falx uocatur, ab eo quòd incuruata est, ut ex muris lapides extrahat. Si uerò caput ipsius ferro regitur, aries appellatur, quòd instar arietini capitis fieri soleret: uel quòd habet durissimam frontem, qua subruat muros: uel quòd more arietum retrocedit, ut uehementius feriat. Cæsar lib. 7. bell. Gall. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Cic. 1. Offic. Quamuis murum aries percusserit. Liu. 1. ab Vrbe, Quum effractis portis, stratisue arietemuris. Plin. lib. 7. cap 56. Equum, qui nunc Aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Troiam ferunt inuenisse. Eadem & Testudo dicitur, à similitudine naturæ testudinis: quia sicut illa modò reducit caput, modò profert ita eiusmodi machina interdum reducit caput, interdum effert, ut uehementius feriat. ¶ Est & Aries cœleste signum, primum in Zodiaco. ¶ Aries etiam marinus piscis, siue marina belua est, candore tantùm cornibus assimilatis. De hoc Plin. li. 9. ca. 44. Grassatur (inquit) aries, ut latro: & nunc grandium nauium in salo stantium occultatus umbra, si quem nandi uoluptas inuitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piscantium cymbas speculatur, occultusq; adnatans mergit.

Arietarius, ria, rium, Quod ad arietem pertinet, seu quod arietis habet similitudinem. κριώδης. Vitruuius, Constitue batur autem in ea arietaria machina.

Arietinus, na, num, pen. prod. Quod est ex ariete. ὁ τῦ κριοῦ. [Ital. Di montone. Gall. De belier. Hisp. De carnero. Germ. Das von dẽ Vuider ist.] Pli. Arietinũ iecur ad id utile est.

Arieto, as, pen. corr. Percutio, delicio. κριόπαλω. [Ital. Percuotere, cozzare Gall. Heurter des cornes, cotir, ietter par terre. His. Dar en nayuen, ò topetar. Germ. Zů boden stossen, wie ein Vuider mit den Hörneren.] Tractum ab arietum similitudine, cuius firmissimum caput & solidissima cornua faciunt, ut magno impetu quicquid obieceris percutiant & deijciant. Plaut. in Truc. Quis proterue nostras ædes arietat? Curtius, Macedo gladium corperat stringere, quem occupatum complexu, pedibus repente subductis, Dioxippus arietauit in terram.

Arinca, Gallicum est uocabulum, quo, teste Plinio, significatur frumenti genus, quod Græci Olyram, Latini Siliginem uocant. ὄλυρα. Vide Ruellium lib. 2. cap. 21.

Ariolus & Ariolor, Vide Hariolus.

Arisaron, ἀρίσαρον, Herba est exigua, radicem habẽs oliuæ magnitudine, maiore acrimonia, quam Aron. A Plin. Aris appellatur.

Arista, f. p. Ab ariditate dicitur, q; sit omnino arida. ἄθερα, ἀθέριξ, ἀνθέριξ. [Ital. Spiga Gall. La barbe de l'espi de blé, ou l'espi. Hisp. Raspa. Germ. Das spitzlin an den ähren.] Sunt enim Aristæ, extremæ spicæ partes, quæ primæ arescunt, quæ uelut aculei quidam, siue spinæ, frumentũ ab

uolum

A R I

nium minorum morsu tuentur. Cicer. in Catone, Fundit fragem spicæ ordine structam, & contra animum minorum morsus munitur callo aristarum. ¶ Apud Poetas quandoq; accipitur pro ipso frumento. Virgil. 1. Georgico. Chaonam pingui glandem mutauit arista. ¶ Nonnunquam etiam pro ipsa ætate. Idem 1. Aeglo. Post aliquot mea regna videns, mirabor aristas. hoc est, post aliquot ætates, siue aliquot annos.

Aristocratia, ἀριστοκρατία. Optimatum principatus, ubi optimates Rempub. tractant: quasi ἡ τῶν ἀρίστων πρᾶξις, qualis etiam hodie est apud Venetos.

Aristologhia, ἀριστολοχία. [Ital. & Hisp. Aristologia. Gal. Aristologe ou serrasine. Germ. Ronde, osterluecy, oder holtzwurtz. Herba est etiam hodie nomen seruans: cuius duæ sunt species, alia longa, alia rotunda. Aurium sordes emundat cum melle mista, si in aures instillata fuerit, auditum iuuat.

Aristolochia cretica, tertium eius genus, radice lõgissima, flore purpureo, colore buxeo, bacculas ferens ut capparis.

Aristophontes, ontis, m. t. ἀριστοφόντης, quasi optimatum occisor.

Aristophorum, n. s. pen. cor. ἀριστοφόριον, Vas quo prandium defertur: Lat. discus, ἄριστον enim prandium dicitur, φορῶ porto.

Arithmetica, f. p. ἀριθμητική. Numeralis scientia, quæ tractat de numeris & supputandi ratione. Hæc inter disciplinas Mathematicas prima esse dicitur, quoniam ipsa nulla alia indiget disciplina: Musica autem, & Geometria, & Astronomia istius auxilio egent. Plin. lib. 37. cap 10. Sed prim' in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmeticè & Geometricè. Dicta arithmetica ἀπὸ τὸ ἀριθμεῖν, hoc est à numerando.

Arithmus, ἄριθμος, Latinè numerus: inde Arithmetica.

Aritudo, uide Areo.

Arma, n. s. ab armis dicuntur, id est humeris, à quibus depẽdent, ut inquit Fest. ut scutũ gladius, tela, & ea quibus prælimur. ὅπλα. [Ital. Arme, & armi. Gal. Armes, armeures, harnois. Hisp. Las armas para armar. Germ. Waaffen, Geweer vnd harnisch.] Seruius docet arma esse, quę armos tegunt. Varro ab arcendo Arma dicta existimat, quòd his armamus hostes: ut fustes, lapides, & huiusmodi. Quidam à verbo Græco deriuant, ἁρμόσαι, id est conuenire. Inutilia enim sunt arma, nisi ita quadrent corpori, ut neq; ampliora sint, neq; angustiora: ut neq; corpus lædatur angustia, neque amplitudine impediatur. Sed re uera non solùm hoc nomine bellica, sed etiam omnium ferè artium instrumenta intelliguntur. Vnde rusticorum arma uocamus, rastra, ligones, & huiusmodi. Virg. 1. Geor. Dicendũ & quę sint duris agrestib. arma. ¶ Arma coquinaria sũt, lebes, patella, tripos, olla. Plaut. Quã elegãter instructũ coquinariis armis. Arma studiosorũ, stylus, pugillares, libri. Pli. Cuius arma erant, & nos uenabulum, & lancea, sed stylus & pugillares. ¶ Nautarum quoq; pistorum instrumenta arma dicuntur. Virgil. 5. Aen. Colligere arma iubet, validisq; incumbere remis. Et lib. 1. cerealiaq; arma Expediunt. ¶ Quandoq; Arma capiuntur pro bello, sicut toga pro pace: ut, Cedãt arma togæ. ¶ Fraudes quoq; & consilia, Arma dicũtur. Virg. 2. Aen. Et quærere conscius arma. ¶ Quandoq; dicuntur insignia, περίπυρα, κόσμια, quale nonnulli intelligunt illud Ver. Arma, Amaly fixit Troia. Consueuerunt etiam antiqui suspendere arma in postibus antiquorum. ¶ Omnibus armis præditus dicitur, qui prorsus omni consilio. quod & indicabimus hoc uersu, qui est Iliad. 9. Ἴσασι δ' ἐτὸς κέρβες τε καὶ ἀκοιδὸς ὃς ἔχει ἐγχος. id est, Hyeus simul & galea nudatus & hasta. ¶ Bis interimitur, qui suis armis perit. Mimus est prouerbialis, incertus auctor. Senecæ titulo celebratur, sed falsò, hoc est, Magis dolent incommoda quibus ipsi dedimus occasionẽ.

Armatura, f. p. Habitum armorum, uel ipsa arma significat. ὁπλισμός, ὅπλα, παναπλία, σκευή. [Ital. Armatura. Gal. Armure. Hisp. Armadura. Ger. Rüstung, waaffen.] Cic. Attic. Lib. 6. Habet autem cohortes quadragentarios, nostra armatura, id est, similibus, quibus nos armati, armis. Veget. li. 1. capite 14. Tertius ordo disponitur de armaturis uelocissimis, de sagittariis iuuenibus. Leuis armatura, Cicero γυμνητία, Thucyd.

Armatura, conceptus, uide suprà, Abigas.

Armifer, a, um, adiectiuum, Arma ferens. ὁπλοφόρος. Sillius libro 6. Queis cedat toga, & armiferi genus sacra Quirini. ¶ Armifera dea, periphrasis Minerux, Ouidius ad Liuiam. ¶ Armiferum aurum. Senec. in Medea.

Armiger, armigeri, pen. cor. m. s. Qui lanceã, scutum, galeamq; ferens, armatum equitem in prælio sequitur. ὁπλοφόρος, ὁπλίτης. [Ital. Scudiero. Gal. Escuyer di lancia, scudiero. Gal. Celuy qui porte les armes apres son magistre. Hisp. Seruidor que trae armas, ò escudo. Ger. Ein waaffentrager, ein troßbub.] Et planè apud antiquos Armigeri tuerũt summi uiri, ut Patroclus fuit armiger Achillis, & Achates Aeneæ. Pli. li. 35. Pinxit Apelles Glycerum equo ad bellum festinantem, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem.

Armipotens, om. t. Armis ualens. κρατερὸς, αἰχμητὴς. [Ital. Potente nell' armi. Gal. Puissant en armes. Hisp. Poderoso en armas. Ger. Mächtig mit waaffen.] Vnde Pallas siue Bellona, armipotens dicitur. Cicero, Antequam iret in exilium, Nam ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, teq; particeps connubii, socia regni, regia Iuno, teq; Tritonia armipotens, Gorgonia Pallas Minerua. Virgil. 2. Aeneid. Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram Procombit.

Armisonus, nomen significationis, ut Pallas armisona. Virgil. 7. Aeneid. - tum numina sancta precamur Palladis armisonæ.

Armitenens, om. t. ὅπλα ἔχων, qui arma tenet.

Armo, mas, a. p. Armis induo, seu munio ὁπλίζω. [Ital. Armare. Gal. Armer, equiper. Hisp. Armar. Germ. Bewaaffnẽ, waapnen, mit waaffen anthũn.] Virgil. 8. Aene. Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset. Plancus ad Cic. Qui quidem quum in fraudem se deductum uideret, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Liu. lib. 1. de bello Pun. Itaq; & mori reficiebantur, & propugnaculis armabantur. ¶ Composita sunt, Dearmo, quod est armis exuo, ἀποπλίζω. Idem lib. 4. consul triumphãs in orbem, Ciuilio Volscorum duce ante currum acto, prælatisq; spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub iugo misit. Exarmo, idem significat Suetonius in Domitiano, Negantemq; ultra se tueri posse, quòd exarmata esset à Ioue. Exarmatas autem feras dicimus manufactas. Lampridius de Heliogabalo, Habuit Leones & Leopardos exarmatos, quos edoctos per manuetarios, subitò ad secundam & tertiam mensam iubebat accumbere. Obarmo, Circumarmo. Horatius libro tertio Carminum, Mos unde deductus per omne tempus Amazonia securi Dextras obarmet. Perarmo, perfectè uel pulchrè armo. Curtius. Hoc modo instructo exercitu, & perarmato Babylone copias mouit.

Armati, dicuntur non solùm, qui scutis telisq; parati sunt, sed etiam qui glebis, aut saxis, aut fustibus instructi. ὁπλοι. [Ital. Armati. Gal. Armez. Hisp. Armados. Germa. Gewaaffnete, die waaffen antragen.] Cic. pro Cecin. Armatos, si Latinè loqui uolumus, quos appellare possumus? opinor eos qui scutis reliquisq; parati ornatiq; sunt. Idem pro dom. sua, Incredibili armatus audacia. Idem 11. Philip. Quid legati egerint nondum scimus: at uerò erecti, citati, armati animis esse debemus. ¶ Armatos Virgil. substantiuè dixisse uidetur pro Militibus, Arduus armatos mediis in mœnibus adstans Fundit equus.

Armator, m. t. ὁπλιστὴς, & armatrix, uerbalia sũt ab Armo. 1.

Armatus, huius armatus, m. q. Idẽ quod armatura. ὁπλίτης. Liu. 7. bel. Macedon. Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. Hoc est paribus & similibus armis induti.

Armamẽta, n. t. Armorũ congregatio. ἁγυρλαῖα, σκεύη. [Ital. Monitione di armi & cose simili. Gal. Vtensilles & instrumens seruans à quelque chose que ce soit. Hisp. Ayuntamiento de armas. Ger. Allerley rüstzeüg, oder werckzeüg.] Vnde nauium instrumenta uel munimenta sic ut funis & uela, Armamenta dicuntur. Colum. lib. 4. Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec consummata periode instruunt armamentis, ministrisq;. Dicuntur tamen etiam de aliis rebus. Nam Plinius etiam Vinitorum instrumenta, armamenta uocat.

Armamentaria, Repositoria armorum sunt, & ferè naualium, quæ Armamenta uocari, paulo antè ostendimus. ὁπλοθῆκαι, σκευοθῆκαι. [Ital. Luogo da riporr l' armi, luogo da munitione, arcenale. Gal. Lieux ou on serre toutes sortes d' utensilles. Hispan. Almazen para guardar armas. Germanicè,

Ein zeug hauß, Ein ort da man allerley rüſtung zů dem krieg behaltet, harniſchkämer.] Armamentum inſigne Athenis Philon fabricauit, mille, (teſte Plinio) capax nauium. Liuius de bello Maced. Conflagrarunt & horrea regia, armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum. Viſitur etiam hodie ampliſſimum armamentarium Venetijs, quod illi ſua lingua Arcenale uocant.

Armarium, rij, n. ſ. ab armis, Locus ubi cibaria, libri, & ſimilia reconduntur. ἄβαξ. [Ital. Armaro. Gal. Armoire. Hiſp. Armario para guardar coſas. Ger. Ein ort da man allerley ding hin behaltet, ein kefterlin.] Plaut. in Capt. Cellas refregit omneis intus, recluſitq; armarium. ¶ Huius diminutiuum eſt armariolum, ἀβάκιον, parorum armariũ. Plaut. in Truc. Aut lectus diſpilis, aut armariola Græca.

Armenius, a, um, adiectiuum. Quod eſt ex Armenia. Horatius 1. Epod. Cantabet Agrippæ, Claudi nirtute Neronis Armenius cecidit. Virgil. 3. Aeglog. Armenias curru ſubiungere tigres.

Armeniacus, a, um, ut, Mala Armeniaca. μῆλα ἀρμενιακά. Prima ſunt medium quendam locum obtinentia inter perſica & pruna. Sunt enim minora perſicis, ſed citius matureſcunt. Oſſibus ad prunum, carne ad perſicum quàm proximè accedunt. Dioſcorides alio nomine Præcocia uocari teſtatur. Galenus uerò lib. de Aliment. facult. & lib. 7. Simpl. medica. Armeniaca diſcernit à præcocib. hæc illis multò præſtantiora eſſe teſtatur. Illud tamen fatetur, uetus Armeniacorum nomen ſua etiam ætate in uſu eſſe deſiiſſe, & utranque ſpeciem nullo diſcrimine præcocium nomine appellari cœpiſſe.

Armẽtum, n. Linquit Feſtus, id genus pecoris dicitur, quod eſt idoneum ad opus armorũm: ut ſunt equi & boues ἀγέλαι. [Ital. Armento. Gal. Haras, troupeau de gros beſtail. Hiſp. Ganado mayor, como buey ò cauallo. Ger. Ein herd groſs vich, als ochſen vnd roß.] Nam equis in bellum curritur, clypei uerò boum copijs armantur. Varro autem boues, Armenta uocari uoluit, quaſi Aramenta, tertia littera ſublata, quòd eorum præcipuè opera in arandis agris utamur. Vnde Columel. lib. 7. Iumenta & armenta nomen à re traxere, quòd noſtrum laborem uel onera ſubueſtando uel arando, iuuarent. Propriè itaq; Armẽta boues dicuntur & equi: quanuis etiam alia maiora animalia eo nomine dici poſſint, quamuis ſint ad arandum, aut ad geſtanda arma inutilia. Nam cerui, qui ad hoc non ſunt idonei, inter armenta comparantur à Virg. lib. 3. quum ait: Hos cota armenta ſequuntur. De hoc uide plura in dictione Grex.

Armentalis, le, Quod eſt ex armento, ἀγελαῖος. Virg. 11. Aen. Hic natum in dumis interq; horrentia luſtra, Armentalis equa mammis, & lacte ferino Nutribat teneris immulgens ubera labris.

Armẽtãrius, rii, m. ſ. Armenti cuſtos. ἀγελάρχης. [Ital. Cuſtode de l'armento. Gal. Gardeur de gros beſtail comme nacher, boonier. Hiſp. Gardadero de ganado mayor. Ger. Ein viehhirt, als ochſenhirt, kühirt, roßhirt.] Virg. lib. 1. Georg. omnia ſecum Armentarius Afer agit, tectumq; laremq;. Lucr. lib. 6. Præterea iam paſtor, & armentarius omnis.

Armentoſus, Armentis abundans. ἀγελώδης. [Ital. Ricco ò abondante di beſtiami. Gal. Plein ou abondant en gros beſtail. Hiſp. Lleno de ganado mayor. Ger. Viehreych.] Gel. lib. 11. cap. 1. Quòd Italia tone eſſent armentoſiſſima.

Armentinus, na, num. Quod eſt ex armento. ἀγελαῖος. [Ital. Coſa di armento. Gal. Du troupeau de gros beſtail. Hiſp. Coſa de aquel ganado. Ger. Das von dem groſſen vich iſt.] Plin. lib. 28. cap. 17. Fimi genera ſunt, maximè ſubulonis, ſed & bubulo: de armentinis loquor, &c.

Armentitius, a, um. Idem ſignificat. Varro lib. 2. de Reruſt. ca. 10. In alimonijs armentitium pecus ſic continendum.

Armilla, æ, f. [Ital. Abbigliamenti militari, come braccialetti d'oro & ſimili. Gal. Braſſelets. Hiſp. Manillas ò manillas del eſcudo ò braço. Ger. Arm zierd.] Sunt ornamenta in circulorum modum, quæ uiri militares ab Imperatoribus donata, in ſiniſtra brachij parte gerere conſueuerũt. Hæc Priſcianus brachialia nocat: quòd à modũ Græci βραχιονιστῆρας. Dicuntur aũt Armillæ ab armis, quòd antiqui humeros cũ brachijs armos nocabant, unde arma ab his dependentia armillæ ſunt nocata. Liu. lib. 1. Additur fabulæ quòd Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo gemmatoſq; magna ſpecie annulos habuerunt. Quod Galli uulgò Blaſon, Budæus Armillã nocat. unde Armillati curſores, quos poſtas dicimus: uidelicet quia id inſigne gerunt, quod poteſt armilla aut ſpinter dici.

Armillatus, Dicitur qui armillas habet, ψελλιστός. Propertius, Arcq armillatos colla Moloſſa canes. ¶ Fuit & Armillatus nomen uiri, qui ſub Nerone & Domitiano uixit.

Armille, neutri generis, Inſtrumentũ, & apparatus uerſutiarũ, ab armis, pro dolis & fraudib. Apul. li. 6. Ad armille redit.

Armilagrion, dracontium maius.

Armillum, uas uinarium in ſacris, ita dictum, quòd ab armo, id eſt humero deportaretur. Varro de uita pop. Rom. li. 1. Etiam nunc pocula, quæ nocant Capulas, & Capides, quod eſt poculi genus: item armillum, quod eſt urceoli genus uinarij.

Armomantia, diuinatio quæ fit in armis, hoc eſt, ſcapulis beſtiarum.

Armoo, Plin. lib. 19. ca. 5. Rhaphani ſylueſtris genus Pontica lingua dici oſtendit, quod Latini Armoracion uocant.

Armõracea, cex, f. p. ἀρμοράφανον, teſte Palladio, Agreſtis Rhaphanus eſt. Plin. Armoracium uocat, ſic ſcribens lib. 19. cap. 5. Erãmum unum ſylueſtre Græci ἄγριον uocant, Pontici Armon, alii Leuce, noſtri Armoracion, fronde copioſus, quàm corpore. ¶ Eſt & hoc nomine fluuius, qui de montib. Arabiæ deſcendens in ſtagnum Aſphaltiten erumpit, diuidens Moabitidem & Ammonitidem. Ioſeph. lib. 4.

Armus, m. ſ. Homerus. ὦμος. [Ital. Homero, ſpalla, Gal. L'eſpaule ou l'extremité à icelle. Hiſ. Eſpalda. Ger. Ein ſchulteren, ein ſpalen.] Virg. lib. 3. Georg. Denſa iuba & dextro iactata recumbit in armo. Differt tamen Armus ab humero: Nam humeri propriè eorum ſunt, qui recti in cælũ ſpectant. unde homini ſoli humeros eſſe dicimus. Virg. 4. Aeneid. Os humerosq; deo ſimilis. Armi uerò ſunt brutorum: (quamuis & de hominibus quandoq; dicantur.) Horat. Saty. 4. Hæcum di leporis ſapiens ſectabitur armos.

Arnabo, ungendi ſpecies apud Paulum & Actium, ſed exoletum planè.

Arnoglossum, ἀρνόγλωσσον. [Ital. Plantagio. Gal. Plantein. Hiſ. Llanten. Ger. Schaffzũg, wägerich.] Latinè Lingua agni, uulgò Plantago dicitur. ἄρνον enim Græci agnum dicunt, γλῶσσαν linguam. Hæc alio nomine dicitur Heptapleuros, id eſt, habens ſeptẽ coſtas: nam in folio eius ſunt ſeptem coſtæ. Sunt enim ſeptem nerui inſtar coſtarum animalium. Vide Ruellium li. 3. cap. 10. & lib. 2. cap. 18.

Arnon, interpretatur exultans.

Aro, aras, n. p. propriè ſignificat terram iam proſciſſam rurſus uomere cœrto. ἀρόω. [Ital. Arare. Gal. Arer, labourer, la terre. Hiſp. Arar y labrar latierra. Ger. Ein das feld, Zů acker gon.] Plin. In Arando magnopere ſeruandum eſt Catonis oraculum. Quid eſt primum? Agrum bene colere. Quid ſecundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. ¶ Alienum arare fundum, ἀλλοτρίαν ἄροσιν ἀρόσαι, prouerbiali metaphora dictum eſt pro eo quod alienum eſt agere negotium, aut cum alienis uxoribus habere rem. Plaut. Fundum alienum arat: incultum, familiarem deſerit, id eſt alienas mulieres ſubagitat, uxorem ſuam deſerit. ¶ Compoſita huius uerbi ſunt Dearo, Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro. Plinius. Sunt qui iam natas inarare ſegetes.

Arãtio, onis, f. t. Ipſe arandi actus, ἄρσις. [Ital. Aratione. Gal. Labourage, labour. Hiſp. Aquella obra de labrar la tierra. Ger. Das eren, die zůacker faarung.] Plin. lib. 18. cap. 20. Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur. ¶ Citra arationem citraq; ſementem, quæ citra operam noſtram caſu nobis eueniunt, ἀπαρατκεύαστα ἀνήροτα contingere dicunt Græci. ¶ Nonnunquam ſumitur pro ipſo agro culto. Nam (ut recte inquit Valla) nomina quæ poſitionem habent, in io, latius ſignificare ſolent: nec actionem modò, ſed rem etiam & corpus ſignificant. Cic. 5 Ver. Quũ dederint Apronio quod poſceret, relinquent arationes, relinquent latem familiarem ſuum? Plin. lib. 17. cap. 8. Naſcitur in arationibus.

Arationcula, læ, diminutiuum. ἀρόσιον. [Ital. Picciola terra da arare. Gal. Petite terre labourable, petit labourage. Hiſp. Pequeña tierra para arar. Ger. Ein acherbeumle] Plautus in Trucul. Malè uortit res pecuaria mihi apud uos: nunc uicissim uolo habere arationculam pro copia apud uos. A. Non arous hîc, qui arari ſolear, ſed paſcuus eſt ager.

Arãtor, m. t. Qui arat. ἀρότης. [Ital. Aratore. Gal. Laboureur

de

dente. Hiſ. Gannan que ara la tierra. Ger. Ein ackerman, einer der die acker ereet.] Et ſumitur tam pro bone, quàm pro homine bouem ducente, Virg. Ecl. 4. Robuſtus quoq; iũ iuuenis iuga ſoluet arator. Plin. lib. 18. ca. 19. Arator niſi incuruus, prauaricatur. Quod prouerbii ſpeciem habet. præcipit enim Plinius ut arator aruum primùm rectis ſulcis proſcindat, mox & obliquis ſubigat. Id fieri uix poteſt niſi toto cor pore incumbat labori, unde & Virgilio dictus eſt curuus arator. Cæterùm prauaricari eſt à recto ſulco diuertere. Conuenienter igitur in negotiũ quod abſq; magnis ſudoribus perfici non poteſt.

Arabilis, le, uerbale, Quod arari poteſt ἀροτὸς, Plin. li. 17. ca. 3. Contrà in Byzantio Africæ illum centena & quinquagenafrage fertilem campus, nullis, quum ſiccus eſt, arabilẽ nouis.

Aratro, as, pen. pro ſine Artro, litera una per ſyncopen ablata quaſi arando itero. ἀροτριάω. [Ital. Soueſciare. Gal. Labourer la terre pour la ſeconde foys. Hiſp. Arroyar, ò tornar à arar lo ſembrado. Ger. Vnderumb eeren.] Significat autem ſegetes iam natas rurſus arando proſcindere, quod impingandi cauſa fit. Plin. lib. 18. cap. 20. At illi meſſes duplicare docuerunt, quod nunc uocant arrare, id eſt, ararrare, ut credo nunc dictum. Hoc fit uel incipienti calamo, quum iam bis bina uel terna emiſerit folia.

Aratrum, tri, n. ſ pen. prod. ἄροτρον. [Ital. Aratro. Gal. Vne charrue, une araire. Hiſp. Arado para arar. Ger. Ein pflũg.] dictum ab Aro uerbo, ſicut à Lauo Lauacrum, & à Simulo Simulacrum. Inſtrumentum eſt quo aratur. Virg. 7. Aenei. Et terram centum uertebat aratris.

Aromata, n. p. ἀρώματα. Sunt quæ uulgò ſpecies dicuntur, uel alia etiam odoramenta. Colum. lib. 12. cap. 20. Deinde quum uidebitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contuſa, & cribrata paulatim inſperges.

Aromaticus, a, um, adiectiuum, ἀρωματικὸς. Odorem habens aromatum.

Aromatopõla, ἀρωματοπώλης. [Ital. Aromatario, ſpeciale. Gal. Eſpicier, uendeur de drogues. Hiſ. Eſpeciero. Ger. Ein wurtzkrämer, der gewürtz vnd ſpecereyẽ verkauffe, ein pulverkrämer.] Qui aromata uendit, quem nos Aromatarium dicimus.

Aromarites, ἀρωμαρίτης, Gemma, quæ in Arabia gignitur: in dicta, quòd myrrhæ odorem habeat. Plin. lib. 37. c. 10. Aromarites & ipſa in Arabia traditur gigni: ſed & in Aegypto circa Piſas, ubiq; lapidoſa, & myrrhæ coloris, & odoris, ob hoc regnis frequentata. ¶ Eſt item Aromarites, uinum aromaticis conditum. Plin. lib. 14. c. 13. Lautiſſima erant apud priſcos uina myrrhæ odore condita. Ideo quidam aromatites delectatos maximè credũt. Hoc uini genus quo pacto cõficiſolerat, docet Dioſc. lib. 5.

Aron, ἄρον, Herba eſt è bulborum genere, teſte Plin. lib. 19. c. 5. ſcillæ proximum amplitudine, follis lapathi, caule recto duorum cubitorum, baculi craſſitudine, radice mollioris naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoq; eius in aceto decocta maduntur. Officinæ corrupto, ut ſolent, nomine Iarũ appellant. Quidam ex Vulgo Pedem uituli, alii Serpentariã minorem uocant.

Aromon, ſemper uinum apud Dioſc. lib. 4. c. 91.

Arpe, genus teli falcati, quo utebatur Mercurius.

Arquatus, a, um, ſiue arcuatus, adiectiuum. ab Arcus. Dicitur quicquid arcus figurã ullo modo imitatur. ἁψιδωτὸς. [Ital. Incurato. Gal. Courbé en forme d'arc, voulte. Hiſp. Arcabuzado. Ger. Gebogen, gekrümmet.] Qui. 11. Metam. Dixit, & arquato cœlum curuamine tignans. ¶ Vnde ea illa quibus aqua duci ſolet, Arquata dicuntur, quòd ea arcubus æqualiter diſtantibus fulciantur. ¶ Arquatus morbus eſt, quem regium nominant, ſic dictus à colore cutis arcus, quem poëtæ Irim uocant. Nam Antiqui per Q Arquus ſcribebant, quod nos per C. arcus. Celſus lib. 3. c. 9. Æquè notus eſt morbus quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Plin. lib. 2. cap. 59. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam cutis eius ſit Regius autem dicitur, ut ait Ouid. Molliter ex eius quoniam curetur in aula. ¶ Dicitur etiam Arquati, quos Graeci ἀκτερικοὺς uocant, quòd uirentibus oculis arqui exiſtis colorem imitentur. Et dicimus Arquatum pecus, quod morbo icterico, id eſt regio, laborat. Colu. lib. 7. Bilis aſſiro tẽpore nõ minima pernicies, potione depellitur humana ueteris urinæ, ¶ ipſa remedio eſt etiã pecori arquato.

Arquites, Dicebant antiqui arcu pugnantes, quos nunc ſagittarios uocant. τοξόται. [Ital. Sagittari, arcieri. Gal. Archers. Hiſp. Archeros ò flecheros. Ger. Bogenſchützen.] Vide ſupà in dictione Arcus.

Arreptitius, Qui à dæmone rapitur, qui etiã abreptitius dicitur, ἀναρπαγὸς. Veteres Arreptitium dicebant larnatũ, quaſi à laruis arreptum. Perottus.

Arrha, rhæ, f. p. & Arrhabo, onis, pen. cor. ἀρραβὼν. [Ital. Arra, caparra. Gal. Arres, denier à Dieu. Hiſp. Senal de la compra. Ger. Ein haffgelt, ein Gottspfenning.] utrunq; ſumitur pro eo quod datur ſolet ad confirmationem contractus. Plin. lib. 33. cap. 1. Argumento eſt conſuetudo uulgi, ad ſponſiones etiamnum annulo exiliente, ab eo tẽpore quo nondum erat arrha uelocior. Tere. Ea relicta arrhaboni eſt. Hinc Arrho, rhas, à quo Subarrho, quod eſt arrhã facio. Ambroſius: Annulo ſuo ſubarrhauit me dominus meus. Eſt præterea oppidum Arabiæ. Sunt & qui ſcribunt ſine aſpiratione.

Arrha, id eſt, quod datur in emptione & uenditione in teſtimonium uel ſignum uenditionis. Sũt & arrhę ſponſalitiæ, quam utrunq; ſponſus & ſponſa mutuo dant in ſignũ contrahendi matrimonii.

Arreſtare, uulgò eſt aliquem, uel bona ſua, per mandatũ iudicis impedire, ne moueatur à loco, donec conquirenti reſpondeat. Arreſtum pro ſequeſtro, uerbum quoque barbarum eſt.

Arridĕo, es, n. f. Ridendo applaudo, uel riſu lætitiam oſtẽdo. προσγελάω. [Ital. Ridere uerſo alcuno. Gal. Rire à quelqu'un, ſoubrire. Hiſp. Reir à la riſa de otro que ſe rie. Ger. Anlachen, fröligkeit mit dem lachen erzeigen.] Cicer. de Somnio Scipionis, Hic leniter arridens Scipio. ¶ Accipitur & pro placeo. Idem Attico, Inhibere illud tuum, quod ualdè mihi arriſerat, uehementer diſplicet.

Arrigo, is, pen. cor. arrexi, arrectum, arrigere, Ex ad & rego cõpoſitum, ſignificat erigere. ἵστημι, τείνω. [Ital. Arrizare, rizar ſu. Gall. Dreſſer en haut. Hiſ. Enheſtar lo caido. Germ. Aufrichten, aufrecken.] Virg. 10. Aeneid. Comaq; arrexit. ¶ Arrigere aliquem, ſiue alicuius animum, per metaphorã. Saluſt. Eos non paulo Marius oratione ſua arrexerat. ¶ Arrigere aures alicui ſermone aliquo. Plau. Rud. Suo mihi hic ſermone arrexit aures. Vnde prouerbii loco à Diogeniano refertur, Auribus arrectis, Ὠσὶν ἐγηγερμένοις. Quadrat in illos qui ſitienter atq; auidè auſcultant quæ dicuntur, aut expectant quid dicendum ſit.

Arrectus, Participium. Virg. 4. Aenei. Arrectaq; horrore comæ. ἐρθωμένοι, ἐγηγερμένοι. [Ital. Dirizato. Gal. Dreſſé, droit, eſleué. Hiſp. Enheſtado. Germ. Aufgerichtet, aufgereckt.]

Arrectarius, adiectiuum à participio Arrectus. ὀρθὸς. Quod eſt arrectum. Vt aſſer arrectarius in creatitio pariete, qui arrectus eſt: ſicut Tranſuerſarius, qui in trãſuerſum ponitur. Vitruuius lib. 2. cap. 8. Etiam qui ſunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrectariorum & tranſuerſariorum diſpoſitione.

Arripio, is, ui. t. Ad me rapio, attraho, apprehendo. προσαρπάζω. [Ital. Tor' per forza. Gal. Empoguer rudement, rauir & prendre ſoudain. Hiſpanicè, Arrebatar. Germanicè, Ergreiffen, ertzũtſchen] Cicero in Catonem, Non cani non rugæ repente auctoritatem arripere poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas fructus capit autoritatis extremos. Idem pro Seſtio, Qui cognomen ſibi ex aliorum imaginibus arripuit. Idem ſecundo de Natura deorum, Quærit apud Xenophontem Socrates, Vnde animam arripuerimus. ¶ Aliquando ſignificat uehementer ad me rapio. Liuius libro primo, Tum Tarquinius, neceſſitate iam cogente, ultima audere. ipſe multo & ætate & uiribus ualidior, medium arripit, clamoq; è Curia, in inferiorem partem per gradus deiicit. ¶ Aliquando ſubitò eundo. Plaut. in Curcul. Vix me foras arripui. ¶ Aliquando celeriter rapere, inuadere. Virgilius ſecundo libro Aeneidos, Hanc arripe uelis.

Arrõdo, dis, penulti. product. a, arroſi. Idem quod rodere, uel circumrodere ſignificat. κατατρώγω, ἐντρώγω. [Italicè, Rodere acanto. Gallic. Ronger à l'entour. Hiſpan. Mucho roer ò en derredor. Germanicè, Begnagen, Vmbgnagen] Plinius lib. 11. capite trigeſimo, Semina arroſa condunt formicæ, ne rurſus in fruges exeant è terra. ¶ Arrodere Rempublicam, per translationem. Cicer. pro Seſtio, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis

extrae

extracta nitedula Remp. niteretur arrodere.

Arrŏgo, as, pen. cor. a. p. Assumo, uendico, plus satis mihi tribuo, arrogăter præsumo. ἀναιτίμως ἐπαγῶ, ἀλαζονίζομαι. [Ital. Attribuirsi troppo. Gal. S' attribuer trop. Hisp. Attribuyr se, ò attribuyr à sí lo que no tiene. Ger. Jhm selbs zůmessen, Zů vil jm selbs zů schreiben.] Huic opponitur Derogo. Cic. pro Sex. Roscio. Non. n. tantum mihi derogo, (tametsi nihil arrogo) ut te coptosius putẽ, quàm me posse dicere. Hieronymus in Prologo Esdræ, Interrogent Hebræos, & ipsis autoribus translationi meæ uel arrogent uel derogent fidem. Cic. 7. Philip. Ego itaq; pacis (ut ita dicam) alũnus, qui quantuscunq; sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace ciuili certè non fuissem. ¶ Item arrogare, ἀσποιοῦμαι. [Ital. Adottare uno per figliuolo. Gal. Adopter & prendre à fils. Hisp. Adoptar al emancipado. Ger. Einen zum Kind oder hausgenossen aufnemmen.] Est in filiũ ac familiarem asciscere: à quo fit Arrogatio, quæ est, quum is qui asciscit aliquem in filium, interrogatur an uelit illum iustum sibi filium esse: & is qui asciscitur rogatur, an id fieri patiatur. Vel ideo Arrogatio dicitur, quòd per populi rogationem fiat. Vide Anium Gell. libro quinto capite decimonono.

Arrogans, com. t. Qui sibi temerè atq; insolenter tribuit, quæ in eo non sunt. ἀλαζών. [Ital. Arrogante, presuntuoso. Gal. Arrogant, presumptueux, outrecuidé. Hisp. Soberuio, El que se attribuye lo que ni tiene ni merece. Germ. Vermässen, der vil auff im selbs haltet, stoltz.] Cæsar 1. bell. Ciu. Statuerat enim hos prius iudicio populi debere restitui, quàm suo beneficio uideri receptos: ne aut ingratus in ferenda gratia, aut arrogans in præripiendo populi beneficio uideretur. Arist. in Ethicis, Arrogans præclara, & ea quæ non insunt, & maiora quàm insint, sibi fingit. Dissimulator uerò, aut inesse sibi negat, aut imminuit.

Arrŏgantia. f. p. Per quam temeritas atq; imprudentia nanam sibi comparat autoritatẽ. ἀλαζονεία. [Ital. Arrogantia, presuntione. Gal. Arrogance, presumption, outrecuidance. Hispan. Presuncion y soberuia. Ger. Vermässenheit, übermütigkeit.] Cæs. 1. bell. Ciu. Accidisse igitur his quod plerunq; hominibus nimia pertinacia atq; arrogantia accidere solet, uti eò recurrant, & id cupidissimè petant, quod paulo ante contempserint.

Arroganter, Superbè. ἀλαζονικῶς. [Italicè, Arrogantamente, presuntuosamente. Galli. Arrogamment, presumptueusement. Hisp. Presuntuosa y soberuiamente. Ger. Vermässenlich, übermütiglich.] Aduerbium. Cic. 1. de Ora. Si asperè, si arroganter, si turpiter, si sordidè, si quoquo animi uitio dictum esse aliquid uideatur.

Arrhōstema, atis, n. t. uel Arrhostia, æ, ἀῤῥώστια, ἀῤῥώστημα. [Ital. Malatia. Gall. Maladie. Hisp. Enfermedad. Ger. Kranckheit.] Latinè ægrotatio, ab ἀῤῥωστέω, ægroto. ¶ Arrhostos, ἀῤῥωστος, ægrotus. Cic. 4. Tusc. Deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, bisq; itẽ oppositæ contrariæ offensiones.

Arrugia, Cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum. χρυσωρυχία. [Ital. Fossa donde si cava l'oro. Gal. Mine d' or, lieu sous terre d'ou on tire l'or. Hisp. Mina dedonde se saca el oro. Ger. Goldgrůb.] Vide Plin. lib. 33. c. 4.

Ars, f. t. τέχνη. [Ital. & Hisp. Arte. Gal. Art, science, mestier, industrie. Germ. Ein kunst.] Multipliciter dicitur. Nam quædam est ars, quæ in speculatione tantùm consistit, ut Astrologia: & hæc Theorice, id est, speculatiua dicitur, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta. Quædam in agendo, quæ actu perficitur: & Practice, id est, actiua dicitur, ut saltatio. Quædam in effectu, quæ operis, quod oculis subiicitur, consummationem, finem accipit, qualis est pictura: & sic definitur: Ars est recta ratio rerum faciendarum. Dicta ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est à uirtute, quàm Græci uniuscuiusq; scientiam uocant. ¶ Est etiam Ars, quæ constat ex præceptorum collectione, ab Arcto, cas, quòd artis præceptis, id est, angustis & breuibus cõcludatur, ut est Ars Seruii, ars Donati, ars Prisciani. ¶ Ars etiam astutia, siue fit in uirtute, siue in uitio, dicitur, qua quis non facilè falli, sed magis alios fallere potest, quæ Græcè quoq; dicitur τέχνη. Virg. 2. Aen. Dolis instructus, & arte Pelasga.

Ars, est similium comprehensionũ congeries, quæ ad finem quendam uitæ commodum referri possunt. Vel sic: Ars est comprehensionum similium adiectio, quæ ad finem unum referuntur. Galen. de Definit.

Ars, earum rerum est, quæ sciuntur. Cic. 2. de Orat.

Ars medica, ab Hippoc. in li. de Arte, sic definitur, medicini hoc nomine appellante, ut sit quæ à morbis & ægritudinibus liberet affectos, & laborantes grauiter, & uehementiores morborũ impetus sedat, & ne malefactis admolliamur, moneat scientes, hæc omnia medicinam præstare posse. Sit & alii non pauci, qui sic definierunt: Medicina est ars non minus sanitati inuandæ, atq; morbis sanãdis accommodata. Galen de Definit. ¶ Ab ars fiunt cõpositæ, Iners, Solers, Artifex, & diminutiuum articula, τεχνίον, τεχνάδιον. ¶ Caput artis est decere quid facias. quo utitur Quintil. lib. Institut. Orator. 11. Id usurpare licebit nõ soltim ubi quid fiet parùm decorè, uerùmetiam quum negabimus quibuslibet quiduis esse decorum. ¶ Duodecim artium, ἀωδεκαμίτεχνον, appellabant callidum, uersutum, uersipellem, uafrum ac uariis instructum dolis. ¶ In dolio figularem artẽ discere, ἐν πίθῳ κεραμεικὴν μανθάνειν. De iis qui protinus maximis in rebus artificii sui capiunt experimentum quũ paulatim à minutis ad summa proficisci conueniat. Neq; enim figulus statim à dolio, id est, uasc maximo artem auspicatur, sed à pusillis quibusdam uasculis, in quibus non sit graue dispendium, si quid secus accidat. ¶ Quam quisq; norit artem, in hac se exerceat. Locus est Cic. Tusc. Quæst. li. 1. quo admonemur, ut quarum rerum sumus periti, in his duntaxat disputandis, tractandisq; uersemur: quarum uerò sumus rudes, eas doctioribus cõcedamus, neq; professionem alienã nobis uindicemus, neq; in messem alienã mittamus falcem, neue sutores ultra crepidã iudicemus. ¶ Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus, λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἄνθρώποις τέχνη. hoc est, Vnicũ confugiũ in egestate est ars. ¶ Simile huic est, Artẽ quæuis alit terra, τὸ τέχνην πᾶσα γαῖα τρέφει. Quo significatum est, certissimum uiaticum esse eruditionem aut artificium aliquod.

Artifex, om. t. Qui artem aliquam exercet, aut nouit: dictus quòd arte quippiã faciat. δημιουργὸς, τεχνίτης. [Ital. Artefice. Gall. Ouurier. Hisp. Hazedor de alguna arte ò obra. Germ. Ein künstler, ein handtwercksmann.] Cic. 4. Acu. Quam si subtraxeris, quî distingues artificem ab inscio? Quint. li. 2. c. 14. Artifex est, q percipit artem. Festus, Artifices dicti, quòd scientiam suam per artus exercẽt, siue quòd aptè opera inter se artent, quæ ex causa etiam artes appellatæ sunt.

Artificium, n. t. Ars & scientia, τέχνη. [Ital. Artificio. Gal. Artifice, finesse, ruse. Hisp. Arte para hazer alguna cosa. Ger. Ein kunst, ein handtwerck.] Cæsar. 7. Bell. Gall. Neq; acie uicisse Romanos, sed artificio quodam, & scientia oppugnationis. Cic. pro Cluent. Nisi fortè hæc causa est, quòd medici nihil præter artificium, oratores etiam autoritatem præstare debent. ¶ Artificium pro fraude, dolo. Cic. Att. Quorum artificiis effectum est, ut Respu. in hunc statum perueniret. Idẽ 4. Ver. Audit hæc etiam Vertes, & primo illo suo leniore artificio Heraclitum aggredi conatur.

Artificiōsus, a, um, Plenus artificio. ἐντεχνος. [Ital. Artificioso. Gal. Artificieux, ingenieux, fait de main de maistre. Hisp. Cosa mucho hecha por arte. Ger. Künstreich.] Cic. 1. de Fin. Epicurus aũt, ut opinor, nec non uult, si possit, planè & apertè loqui, nec de re obscura, ut physici aut artificiosa, ut mathematici, &c. Sic artificiosa eloquentia, apud eundẽ, de Inuẽtione. Dicitur & Artificiosus, qui aliquid arte facit. Cic. 2. de Nat. deo. Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum.

Artificiosè, aduerbium. τεχνικῶς. [Ital. Artificiosamẽte. Gal. Artificieusement, auec art. Hisp. Artificialmẽte. Ger. Künstlich, meisterlich.] Cic. 1. de Orat. Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta, generatim componerent.

Artificialis, le, Quod arte factũ est. τεχνικὸς. [Ital. Artificiale. Gal. Fait d' art, artificiel. Hisp. Cosa que se haze ò que se puede hazer por arte. Ger. Das mit kunst gemachet ist.] Huius compositum, & antithcton est Inartificialis, Qui arte caret. ἄτεχνος. Quintil. lib. 5. ca. 5. Aliis probationibus æquè inartificialibus soluitur.

Artificialiter, aduerbium, Artificiosè, τεχνικῶς, cui opponitur Inartificialiter, ἀτέχνως, hoc est sine arte. Idem lib. 2. c. 18. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter gerat.

Artitus, pen. prod. Dicitur bonis artibus instructus. Festus.

Arsacus,

Arſura, rtmus cancri.

Arſa, argemones ſpecies ſecunda.

Arſemathon, glichon uel polegium, apud Dioſc. libro tertio, cap. 34.

Arſenicum, ci, ἀρσενικὸν [Ital. *Arſenico*, Orpimento. Gall. Orpin, arſenic. Hiſp. Oropimente. Germ. Opermeut.] Genus eſt coloris lutei, quod à Plinio auripigmentum uocatur, eò quòd in picturis auri colorem referat. Duo eius ſunt genera, natiuum & factitium. Natiuum rurſus eſt duplex, alterum cruſtoſum & in ſquamas ſciſſile, aureo colore micans, nullius materiæ permiſtum. Hoc à nonnullis uocatur ſolidum. Huius generis magnam uim Caius princeps auri auidiſſimus, excoqui iuſſit, & fecit planè aurcum excelliẽs, ſed tenuem exiguum, ut detrimẽtum ſentiret. Alterum genus glaebis ſtigie, pallidius, & colore ſandaracham referens. Hoc ignobilius eſt, nullumq; ex eo excoquitur aurum. Sepe in eodem inuenitur gleba cum ſandaracha: à qua ſolo colore differt & coctione, uim alioqui eandem habens. Ex hac ſpecie fit Arſenicum factitium: quod quo pacto fiat, uide apud Dioſc. lib. 5.

Arſenocœtes, æ, ἀρσενοκοίτης, Græci uocant pueros concubinos, catamitos.

Arſenogonon, ἀρσενόγονον, Herba ferens ſemen teſtibus ſimile ita dicta, quòd uino in quo macerata eſt, eporo, mares generari credantur, quemadmodum Thelygono fœminæ. Autor Plin. lib. 26. cap. ult.

Arſis, ſ. f. ἄρσις, Latine uocis elevatio: ſicut & *θέσις* poſitio uocitatur. Armatur, elevatio eſt: ma, poſitio. In his duobus per diuiſionem pedes legitimi colliguntur.

Arſeuerſe, auerte ignem ſignificat. Tuſcarum enim lingua Arſe, auerte: Verte ignem conſtat appellari. Vnde Afranius ait, haſcribat aliquis in oſtio arſe uerſe Feſtus.

Artaba, æ, ſ. p. ſiue Artabe, es, ἀρτάβη. Menſura eſt frumenta apud Perſas capiens Atticum medimnum, & chœnices tres. Autor Herod. lib. 1.

Artemiſia, ſ. f. herba iuſignis, abſinthii modo fruticoſa, ramoribus foliis, pinguioribusq; cuius duo ſunt genera, alterũ latioribus foliis, alterum minoribus & tenerioribus, nõ niſi in locis maritimis naſcens. [Ital. *Artemiſia*. Gal. Armoiſe. Hiſp. Artemiſa. Ger. Beyfuß, Buckeo.] Nomen accepiſſe putatur ab Artemiſia regina, quam antea Parthenis dicebatur. Alii ab Artemide cognominatam putant, quoniam primatim medicatur fœminarum malis. Vide Plin. libr. 25. capite 7.

Artemon, monis, m. t. ἀρτέμων. Quid ſit inter eruditos non ſatis conuenit. Bayfius credit eſſe uelum maximum in naui, eo argumento freturs, quod etiam hodie Veneti maximũ nauis uelum hoc nomine uocant. Alciatus uerò credit eſſe uelum additicium, quod ſcilicet maiori uelo additur & aſſumitur dirigendæ nauis cauſa. Nam Græci ἀρτάω dicunt ſtruere, uel appendere: ἄρτημα, appendicem. Alii uerò non loquuntur eſſe nauis antennam, ex qua uelum ſuſpẽditur. Vitruuius libro 10. docet Artemonem eſſe, quam noſtri Trochleam, Græci ἐπάγγυτα uocant. Hac autem in nauibus funes ductarii trahuntur, & armamenta explicantur, ut meritò additamẽtum magis, quàm pars nauis eſſe uideatur. Ait idẽ ſcriptor, machinas id genus tractorias ad onerandas naues eſſe accommodatas, fieriq; his trochleis nauium ſubductiones.

Arteria, æ, ſ. p. ἀρτηρία [Ital. *Arteria*, la canna della gola, ſtrozza. Gal. Artere. Hiſ. Dõde paſſa el ayre. Ger. Ein pulſader.] Latinè ſignificat uenam uitalem, ſeu ſemitam, in qua eſt uis ſpiritus. Plin. lib. 11. cap. 17. Inter hos latent arteriæ, id eſt ſpiritus ſemitæ. Gel. lib. 5. cap. 10. & lib. 17. cap. 10. Arteria eſt, inquit, concepiaculum ſpiritus naturalis miſti confuſiq; cum ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt & minus ſanguinis, cuius ictu atq; pulſu habitum & modum febrium demonſtrat. ¶ Antiqui Arterias uocant Pulſus. Super arterias locatur uena, præterquam in dorſo, in quo magna eſt arteria poſita ſuper uenam. Læduntur arteriæ, ſi antequam uox leue permulſa eſt, acri clamore compleantur. Ergo interualla cogionibus uti cõuenit, recreatur enim ſpiritu uox, & uirtus reticendo acquieſcunt. ¶ Ponitur quandoq; uena pro arteria. Perſius. Tange miſer uenas, & pone in pectore dextrum. Nil calet hic. Neq; enim uenas ægrotorum, ſed arterias perscrutamur. Celſus lib. 1. Si protinus uenæ concidêrint, & ſæpius eodem die: ſi inter plures acceſſiones uis penitus corporis deeſt. Dicta eſt autem Arteria ab eo, quòd aër, hoc eſt, ſpiritus in ea ſeruetur, quaſi τὸν ἀέρα τηροῦσα. ¶ Aſpera arteria, τραχεῖα ἀρτηρία. Eſt fiſtula exterior colli, ab ore protenſa ad pulmonem, per quam ſpiritus attrahitur & emittitur.

Arteſis, dicitur arteuum morbus. Prudent. Nodoſa quos podagra diſtorquet, & arteſis.

Arteticus, qui illo morbo laborat.

Arthritis, tidis, ἀρθρῖτις [Ital. Enfermità ò dolor di gionture. Gal. Goutte. Hiſ. Enfermedad de los arteios ò articulos. Ger. Die kranckheit vnd ſchmertzen in gleichen, das Zipperle.] Morbus articularis, ita dictus, quòd τὰ ἄρθρα, hoc eſt articulos & iunctiuras infeſtet.

Arthriticus, ἀρθριτικὸς, ὁ ἀρθρητικός. [Ital. Gottoſa. Gal. Goutteux. Hiſp. Enfermo de los arteios. Ger. Der das Zipperle, oder Podagram hatt.] Qui laborat arthritide, hoc eſt, morbo articulari. ἄρθρον enim apud Græcos articulum ſignificat. Cicero ad Patrum, Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere.

Arto, as, uide ſupra Artto.

Artŏcŏpus, penult. cor. ἀρτοκόπος. [Ital. Piſtore, Panatiere, forozio. Gal. Boulengier, fournier. Hiſp. Hornero que cuezen horno el pan. Ger. Ein brotbeck.] Piſtor, ſeu factor panis, quanquam & pro diſpenſatore accipitur, cui panis diſtribuendi officium incumbit. Iuu. Satyr. 5. Salua ſit artocopi reuerentia.

Artocreas, æ, ἀρτόκρεας. [Ital. Vinanda di pane & di carne. Gal. Paſté de chair. Hiſp. El paſtel de carne. Ger. Ein paſtet, ein ſpeyß von brot vnnd fleiſch.] neutr. gen. ſicut ſimplex κρέας, ατος, Cibi genus eſt ex pane & carne minutim conciſa confectum. Quod quo pacto fieri conſueuerit, uide in eo libello, qui Apicii nomine circunfertur. Sunt qui inflectant per primam inflexionem: an rectè, ipſi uiderint: certè apud Apicium legitur nominatiuus Artocreas. Ita etiam uidetur exigere ratio analogiæ, quam habet cum ſimplici. Neq; obſtat Perſii autoritas Satyr. 6. . oleum artocreis po pello Largiem an prohibeas: Nam doctorum omniũ iudicio Artocreas ibi eſt accuſatiuus ſingularis neutri generis.

Artolãgănus, ni, pe cor. m. ſ. ἀρτολάγανος, Panis genus delicatiſſimi, quod cum paſillo uino, lacte, oleo, & pipere coquebatur, ut placet Ruel. lib. 2. c. 14. Plin. lib. 18. c. 11. Panis ipſius uaria genera perſequi ſuperuacuum uidetur: aliàs ab opſoniis appellati, ut oſtreati: aliàs à deliciis, ut artolagani. Cic. Pet. lib. 9. Epiſtolar. Dediſcendæ ſunt tibi ſportellæ & artolagani tui.

Artopta, ſ. p. ἀρτόπτης. [Ital. Femina che cuoce il pane, ouero iſtrumento da cuocerlo. Gal. Boulengiere ou fourniere, ou on cuit & roſtit le pain. Hiſp. Hornera que cuezen horno el pan. Ger. Ein brotbeckin, ein pfiſterin.] A quibuſdã dicitur mulier, quæ coquit panem in clibano uel in furno: ab ἐπτάω, coquo. Erat n. id officium mulierũ: neq; ante bellum Perſicum (teſte Plin. lib. 18. c. 11.) Romani piſtores ſuos habuerunt. Plaut. in Aulul. Ego hinc artoptam ex proximo utendã peto. At Pollux dicit eſſe inſtrumentũ artocopi, in quo panes torrebantur. Alii accipiunt pro uaſe in quo farina ſubigitur.

Artotipius panis, m. ſ. Qui ex fermento duriore cõficitur, tot retorq; in artopta. Plin. lib. 18. c. 9 Siliginem farinæ modus Gallicè, uiginti duas libras panis reddit: Italicè duabus tribũſue amplius in artopitio pane. Nam furnaceis binas adiciunt libras. Vide Ruell. lib 2. c. 14.

Atredines uocantur, quæ ab apib. ſunt minores, harũ meminit Ariſt. qui inter crabrones collocat, etiamſi in ueterib. exemplaribus teuthedron corruptè legatur, pro atredon.

Artus, artuũ, artubus, pluralis tantũ num. m. q. ἄρθρα, μέλη. [Ital. Nodi. Gal. Membres. Hiſp. Nudos, ò miembros del cuerpo. Ger. Glyder.] Propriè dicuntur nodi in corpore animalis, ex duorum oſſium coeuntibus extremitatibus reſultantes, ita dicti ab arctandis, hoc eſt continendis, & colligãdis oſſibus. Virg. lib. 5. Et magni membrorum artus. Quicã ſic diſtinguunt Artus à membris, quòd artus oſſa cum neruis & uenis: Membra autem propriè uocemus carnem artus regentẽ. Vnde Membrana, ſuperior Mẽbri pars, hoc eſt, pellis. Sed hæc ſæpenumero cõfundantur. ¶ Apud Plaut. in Menæch. Artus dicuntur, à nominatiuo Artu, ita mihi imperas, ut ego huius membra atq; oſſa, atq; artus Comminuã illo ſcipione quem ipſe habet.

Artuo, as, a. p. ab Arcuo fit. ἀπαρθρόω, à quo Desartuo, quod

eſt

eſt per artus diuiſo. Materno libro 1. Vt ſic artoatis viſcerum partibus, membra omnia crudelis artificii præſidii proferantur.

Articulus, m. l. diminutiuum ab Artus, & ponitur pro iũctura ſiue nodo uel parte membri. ἄρθρον. [Ital. Nodo, giontura. Gall. Ioincture, nœud. Hiſ. nudo, artejo, articulo. Ger. Gleich.] Articulis membra diſtinxit. ¶ Sed & in uite dicuntur articuli, nodi ex quibus gemma erumpit. Cic. in Catone, Itaq; ineunte Vere, in iis quę relicta ſunt, exiſtit tanquã ad articulos ſarmentorum, ea quę gemma dicitur. ¶ Articuli etiam in montibus dicuntur. Plin. in calce operis. Etenim contigit recurrentis Italiæ poſitio in partem utiliſſimam, & inter ortus occaſuſq; mediam, aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, ſoli fertilitate, pabuli ubertate. Vbi montium articulos uidetur accepiſſe pro colliculis, & clinis molliter ſurgentibus, qui editioribus mõtibus, ueluti corpori mẽbra, ſunt annexi. Sic articulos fidei, tanquam membra religionis noſtræ dixerunt. ¶ Interdum ponitur pro digito, ut apud Ouid. lib. 2. de Ponto, At reditus ſam quiſq; ſuos amat, & ſibi quid ſit Vtile ſolicitis ſupputat articulis. ¶ Interdum pro momento. καιρός, & tempeſtiua rerum faciendarum hora, ſiue punctę, κυμὴ, ſeu alicuius rei aut temporis particula. Terentius in Adelphis, Vide ut in ipſo articulo (ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ) oppreſſit eam. ¶ Item Articulus membrum eſt periodi, quod etiam à Græcis κῶλον appellatur: de quo Autor ad Herennium libr. 4. Articulus habetur, quum ſingula uerba interuallis diſtinguuntur caſa oratione, hoc modo: Acrimonia, uoce, uultu aduerſarios perterruiſti. Ictũ, Rem, famam, parentes, amicos, Deum amiſiſti. Facit ad acrimoniam orationis, nam crebris ueluti uulneribus animum ferit. Pocẽ Aſyndeton uocant. Vide Fabium. ¶ Simſiliter Articulus, ἄρθρον, à Grammaticis dicitur particula, quæ in declinandis nominibus diſcernendi generis cauſa præponitur: cuiuſmodi ſunt apud Latinos Hic, hæc, hoc: apud Græcos ὁ, ἡ, τό Quanquam eſt & aliud genus articulorum apud Græcos, quos illi ſubiunctiuos uocant, eundem uſum præſtantes, quem relatiua apud Latinos, ὅς, ἥ, ὅ.

Articũlaris, & hoc re, Quod ad articulos pertinet. ἀρθρικός. [Ital. Pertinente à giouture. Gall. Appartenant aux ioinctures. Hiſp. Perteneciente à artilos ò articulos. Germ. Das zů den gleichen gehörr.] ut Articularis morbus, ἀρθρῖτις: ita dictus, quòd per omnes artus uagetur. Hoc morbo Ennius laborãſſe fertur Serenus, Si uerò articulos tabes inimica per omnes Hæſerit, ex ficu baras cum melle fugabis, Vel pelagi latices, ſimul & Bacchela dona Sumere curabis, nimio ſed parcito uino. Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua, Hoc uitio tales fertur meruiſſe dolores.

Articularius, a, um, Idem Plin. lib. 21. cap. 20. Articularios morbos ſedat, canisq; morſus. Idem lib. 20. ca. 9. Podagræ autem, morbiſq; articulariis illini cum rutæ, coriandri, & ſalis mica hordeæ farinæ.

Articularius, rii, ſubſtantiuum, Qui articulari morbo laborat. ἀρθρικός [Ital. Gottoſo. Gall. Goteux. Hiſp. Gotoſo. Germ. Der ein gleichẽ ſchmertzen hatt, als Lãme, Krampff, Podagra &c.] Plaut. Mere. Nec podagricus, nec articularius eſt quem rus ducunt pedes.

Arti. ulatim, Significat per articulos. ἀρθρηδόν. [Ital. Per le giouture, à pezzo à pezzo, di punto in punto, diſtinctamente. Gall. Par les ioinctures, de point en point, diſtinctemẽt. Hiſp. De articulo en articulo, diſtinta y partidamente. Ger. Von gle ch zů gleich, ſtuckechtig.] Plau. in Epid. Hem iſtic homo te articulatim occidit ſenex.

Articulatè, Idem. Inde dicimus Articulatè pronunciare, id eſt diſtinctè & quibuſdam ueluti articulis. Interdum ponitur pro clarè, apertè. Cic. Att. Valebis igitur, & puellæ ſalutem articulatè dices.

Artĩculatio, onis, ἄρθρωσις. Plin. lib. 16. ca. 25. Clareſq; & tunc cernitur excreſcentium cacuminum Articulatio.

Articuloſus, a, Plenus articulis. ἀρθρώδης. [Ital. Articuloſo. Gallicè, Plein pe ioinctures & de nœuds. Hiſpanicè, Lleno de nudos. Germanicè, Voll gleich oder knöpff.] Plin. libro 24. capite 16. Alii radice longa, ueluti ſignata, articuloſaq; monſtrauere, tribus omnino calculis. Quintil. lib. 4. capite 5. Euitanda etiã maximè conciſa nimium, & uelut articuloſa partitio.

Arulca, genus frumenti.

Aruina, penult. prod. fœmin. p. Durum plagæ inter cutem, ut autor eſt Seruius. λίνθος, τό. [Ita. Graſſo, lardo. Gal. Greſſe, ſeing doux. Hiſpanicè, Graſſa que eſta pueſta ſobre la carne. Germanicè, Schmár, Feiſte.] Virgilius libr. ſeptimo, Pars lauetis clypeos, & lucida ſpicula tergent Aruina pingui.

Aruncus, a, um. Virg. 7. Aeneid. Atq; equidem meminit (fama eſt obſcurior annis) Aruncos ita ferre ſenes. Idem lib. 10. occurrit Halæſus Auruncaq; manus. Rectius ſcribitur Auruncæ, & Auruncus.

Aruncus, m. l. Villus eſt à caprarum mento dependens. αἰγίνθος. [Italicè, Barbetta della capra. Gallicè, Barbe de chieure. Hiſpanicè, La barua de las cabras ò cabriones. Ger. Geisbart.] Plin. lib. 8. cap. 10. Dependet omnium mento villus, quem aruncum uocant.

Arundo, fœmin. t. Aquaticus frutex. κάλαμος [Italicè, Canna. Gallicè, Canne, roſeau. Hiſpanicè, Canna. Germanicè, Ein Rot.] Liu. 7. bell. Punic. Erant autem pleraque ex cratibus, aut tabulis facta, alia arundine texta, ſtramento intecta. ¶ Et quoniam ex arundinibus fiebant ſagittæ, quandoque Arundo ponitur pro ſagitta. Virgil. libro 7. Aeneid. -- aſtaq; multo Perque uterum ſonitu, perque ilia uenit arundo.

Arundineus, nea, neum, Quod eſt ex arundine. καλάμινος. [Ital. Di canna. Gall. De canne ou roſeau. Hiſpanicè, Coſa tota de canna. Ger. Das von dem Rot iſt.] Plin. lib. 16. ca. 19. Addite in tranſuerſas labias, fronde arundinea. ¶ Scipioni arundineo inniti, apud Hebræos in prouerbio fuiſſe uidetur 4. Reg. cap. 18. Iſai. cap. 36. Ezechiel. cap. 29. De eo qui ſpes ſuas figit in his, qui non ſolùm non poſſunt eſſe præſidio, uerum etiam nocent deſituro. Siquidem arundineus Scipio non modo non ſuſtinet innitentem, uerùm etiam manum penetrat ac uulnerat.

Arundinaceus, a, um, Similis arundini. καλαμώδης. [Ital. Coſa che ha forma di canna. Gall. Semblable à une canne ou roſeau. Hiſp. Coſa ſemeiante à la canna. Germa. Einem Rot gleich.] ut Folium arundinaceum. Plin. li. 18. ca. 7. Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti.

Arundinetum, penul. prod. n. ſ. Locus arundinibus abundans. καλαμών [Ital. Luogo done ſono molte canne, canneto. Gall. Le lieu ou croiſſent cannes ou roſeaux. Hiſp. El canna ueral, lugar donde naceu canas. Germ. Ein ort da vil Rot wachſen.] Sicut Salictum & Oliuetum dicimus, pro locis in quibus magna eſt copia ſalicum, & olearum. Plin. lib. 10. ca. 32. Minores halcyones in arundinetis cauunt.

Arundinoſus, a, um, adiect. Abundans arundinibus. καλαμώδης. [Ital. Pieno di canne. Gall. Plein de roſeaux ou de cãnes Hiſp. Lleno de cannas. Ger. Rorecht, das vil Rot hatt.] Catull. Quarę Ancona, Cnidumq; arundinoſum Colis.

Arundifer, adiect. Ferens arundines. καλαμοφόρος. Ouid. 5. Faſt. Tybris arundifetum medio caput extulit alueo.

Aruſpex, Vide infrà in dictione Haruſpex, εἱτροσκόπος.

Aruum, ui, ab arando dictũ, n. ſ. Ager aratus, necdum ſatus, qui tamen ſementi datur. ἄρουρα. [Italicè. Campo. Gallicè, Champ, labouré, terre labourée, ſemẽe ou à ſemer. Hiſ. Campo que ſe labra y ſiembra. Ger. Ein Feld das ſchon zů dem ſäyen gerüſtet iſt.] Varr. 1. de Re ruſt. cap. 19. Aruum, quod aratum, nec ſatum eſt. Saluſt. Quia Numidæ pabulo pecoris magis, quam aruo ſtudent. ¶ Pro eodem etiam dicitur Ager aruus. Plaut. Truc. Non aruus hic, qui arari, ſoleat, Sed paſcuus eſt ager.

Aruales fratres, dicti ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit, ſeque inter illos duodecim, fratrem appellauit, ut aruis fruges ferrent. Quorum inſigne erat infula alba, & corona ſpicea.

Arx, ſ. c. Ab arceo, quia arcet, id eſt, prohibet hoſtes accedere. ἀκρόπολις, ἄκρα. [Italicè, Fortezza, caſtello, difeſa. Gallicè. Forteresſe, chaſteau de defenſe, haute tour. Hiſpanicè. Forteleza roquera, ò acaçar de ciudad. Germanic. Ein Schloß, ein Feſte, ein Burg.] Eſt enim locus urbis in monte ſitus natura munitus. Inde etiam ſummitates montium & cuiuſcunque altitudinis, ex quibus facilè poſſunt de pelli hoſtes, Arces dicuntur. Vel (ut Sollinus inquit) ab Arcadibus dicta eſt Arx, qui munitiſſimos quoſque colles ſub

Ixandro

Laudro tenuerunt. Virg. 2. Aen. Quo res ſumma loco Pan theu? quam prendimus arcem? Cic. in Parado. Hoc opus in apertum ut proferas, nihil poſtulo: non eſt tale, ut in arce poni poſſit, quaſi illa Minerua Phidiæ: ſed tantùm ut ex eadem officina exiſſe appareat. ¶ Translatè hac uoce utimur quam tutiſſimum ac validiſſimum præſidiũ ſignificamus. Cic. in Verr. actí. 6. Idem ad uos priuatim, iudices, confugit, uritur hac lege qua iudicium eſt communi arce ſociorum. Roſcio in eadem: Hic locus eſt igitur unus quo perfugiãt, hic portus, hæc arx, hæc ara ſociorum. Idem pro Roſc. Comœd. item pro Sylla. Idem in Epiſt. Famili. ad Lentul. quod eius cauſa præcipuum, arcem uocat: Non potuit, inquit, magis in arcem cauſa illius inuadere. ¶ Arcem ex cloaca facere, prouerbialiter dicuntur, qui rem hominẽmue ni hilbudibus magnificis attollunt. Cic. pro Cn. Plan. Nunc uenio ad illud extremum quod dixiſti, dum Planeii in me meorum uerbis exollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è ſepulchro uenerari pro Deo. neq; enim inſidiarũ periculum ullũ neq; mortis tuiſſe in eorum uerbis & illud pro uerbii figuram habet, Lapis è ſepulchro, de homine nullius potentiæ.

A ante S.

AS. TT. In notis antiquorum, à ſupra tecto. ASL. à ſua lege fecit. AS. à ſois.

As, aſſis, m. r. Libra, à Græcis *μνᾶ*, Mna, Mina à noſtris, inter poſitione i literæ: quæ ex nonaginta ſex drachmis conficitur, ſiue duodecim unciis *ἀσσάριον*, Uncia uerò ab uno dicitur *ὐγγία*. ¶ Sextans, Unciæ duæ, quaſi ſexta pars aſſis, *ἑξαμόριον*. ¶ Quadrans, Unciæ tres, quarta pars aſſis qui & Trunacium dicitur. *τετραμόριον*. ¶ Triens, Quatuor unciæ, tertia pars aſſis. *τριημόριον*. ¶ Quincunx, Unciæ quinq. ¶ Semis, uncia ſex, dimidium aſſis, ſiue ſelibra, id eſt media pars libræ quaſi ſemias, *ἡμιλίτριον*. ¶ Septunx. Unciæ ſeptem. ¶ Bes, Unciæ octo, dempto tricute ab aſſe, quaſi Des *δεμορία*. ¶ Dodrans, Unciæ nouem, ab aſſe dempto quadrante, quem & Nonuncium dicimus. *τριμορία*. ¶ Dextans, Unciæ decem, dictus, quòd aſſi deſit ſextans, hoc eſt, unciæ duæ. ¶ Deunx, Unciæ undecim, quaſi unica dempta ex aſſe uncia. ¶ Aeris autem minima pars Sextula dicitur, quòd ſit ſexta pars unciæ. ¶ Semuncia, Dimidia pars unciæ. ¶ Sicilicum, Semunciæ dimidium, ita dictum, quòd ſemunciam ſecet. Siliciæ enim antiqui dicebant, quod nos Dimidere: unde etiam Siciliæ nomen manſit. Et ſciendum, quòd ueteres uolentes aliquid diuidere in partes æquales, ut hæreditatem & quidquis ſimile, id aſſem appellauerunt, & partes unclas. Vnde illud Plin. de luna li. 2. cap. 14. Haud dubium eſt lucere dodrantem ſemuncias horarum ab ſecunda adiicientem uſq; ad plenũ orbem. ¶ Vnde etiam habemus, Ex aſſe hæredem fecit, *ἐξ ὅλης κλήρου*, id eſt totius hæreditatis. Suetonius in Cæſare, Nouiſſimo teſtamento tres inſtituit hæredes ſororum nepotes, Octauiũ ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante. ¶ Interdũ etiam As dicitur numus æreus libralis, quòd eſſet unius libræ, ita dictus ab ære. Horatius, Quem ſi diminuas, uilem redigatur ad aſſem. Valebat autem as (inquit Budæus) quatuor denarios noſtros, paulò pluris. Inde depondius ex duobus libris. Et Seſtertius, duorum librarum & ſemiſſis. Interdum Triens, Quadrans, Quincunx, & ſimiles partes aſſis apud poëtas accipiuntur pro calicibus, aut menſura polorum. Propertius. Quum fuerit multis exacta triẽtibus hora Martialis, Te conuiua leget mixto quincunce. ¶ Cõponitur autem As cum eo quod eſt Tres, & fit Treſſis. Perſius. Hic Dama eſt, non treſſis Agaſo. ¶ Exodo & As, in Oſſuſſis. Horatius, Quanti empta? Parui. Quanti ergo? Octõſſibus. Et ſic per omnes numeros uſque ad centum, in Centuſſis. Perſius, Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

Aſſarium, rii, n. *ἀσσάριον*, numus ſiue genus ponderis. Ioſeph. Quatuor drach. uenderetur aſſarius.

Aſarum, pen. cor *ἄσαρον* [Ital. *Aſaro*. Gal. Cabaret. Hiſp. Aſa fræbacera. Germ. Haſelwurtz.] teſte Plinio lib. 2. cap. 13. Herba eſt folia habens ſimilia hederæ, rotundiora tamen & molliora, florem purpureum, radicem Gallici nardi, ſemẽ acinoſum, ſaporis calidi & uinoſi. Hæc herba etiam hodie, (ut Ruellio ei edimus) Gallorum lingua Aſarum appellatur, Baccara. & Cabara. Id certum eſt uel Dioſcoridis teſtimonio eandem herbam eſſe cum ea, quæ alio nomine Baccar ſiue Baccaris ſine aſpiratione dicitur: at Baccharis aſpiratè alia herba eſt, quam deſcribit Dioſcor. lib. 3. ca. 31. quæ in coronis expetebatur.

Aſărōtum, pen. prod. n. *ἀσάρωτον*, Pauimentum picturæ arte elaboratum, à Græcis inuentum: ſic dictum, quòd uerri non debeat. Nam deducitur ab *ἀ* priuatiua particula, & *σάρω*, uerro, ſcopo. Scopæ quoq; à Græcis *σάροι* dicuntur. Solebãt quippe pergamenta cœnarum, quæ *ἀνάλεκτα* uocantur, è pauimento uerri, dum ſubtegulanea pauimenta in uſu erant. Poſtea aſaroris inuentis, ceſſauit uſus ſcoparũ, manibuſq; colligi pergamenta cœperunt, pauimenta uerò ſpongiis mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis aſaroris, quæ miro artificio, paruulis teſtulis in uarios colores tinctis, & imagines pictis ſtraute. Nam Pergami in Aſaro columbam effecit bibentem, quæ aquam capitis umbra offuſcabat, alia ſibi eſcam eripiente. Papinius lib. Sylurum, uarias ubi picta per artes Gaudet humus, ſuberátq; nouis aſarota figuris. De hoc uide plura apud Plinium lib. 36. cap. 25.

Aſbeſtinum, n. *ἀσβεστινὸν* [Ital. Lino che non ſi abbrugia. Gal. Une ſorte de lin qui ne bruſle point. Hiſp. Cierto lino que no ſe quema. Ger. Ein gattung deſs flachs, der von dẽ feür nicht mag verzeret werden.] Genus eſt lini, quod ignibus non abſumitur. Viuum id uocant, ardentesq; in ſociis conuiuiorum ex eo uidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplẽdentes igni magis, quàm poſſent aquis. Vocatur autem à Græcis Aſbeſtinum ex argumento naturæ. Hæc Plin. lib. 19 cap. 1.

Aſbeſtus, *ἄσβεστος* [Ita. Coſa che non ſe puo ſpegnere. Gal. Choſe qu'on ne peut eſteindre. Hiſp. Coſa que no ſe puede apagar. Germ. Vnerlöſchlich.] Latinè inextinguibilis: & nomen lapidis eſt, ferrei coloris, in montibus Arcadiæ naſcentis, qui quum ignem non habeat proprium, tamen ſic ardet, ut non poſſit extingui. De hoc Plin. lib. 37. c. 10.

Aſbitæ, uide Gasbitæ.

Aſbolus Numeratur ab Ouid. 5. lib. Metamorp. inter canes Actæonis. Nomen eſt fictitium, dictum à colore pilorum fuliginem referente. *ἀσβολὸς* enim apud nos fuliginem ſonat.

Aſcălăbōtes, æ, *ἀσκαλαβώτης*, Animal uenenatum, ex genere ſtellionum, lentigine plenum, acerbi ſtridoris, diuerſum ab eo, quod Itali ſua lingua Tarantulum uocant. Vide Plin. lib. 29. capite quarto. Dictus autem putatur Aſcalobotes, *παρὰ τὸ ἀσκαλᾶν, τὸ ἀνύχειν, ἢ τὸ βαι, ἢ πλατυκεφάλῳ τὸ σ.*

Aſcălōnia, ſiue Aſcalonium, *ἀσκαλώνιον πρόμμυον*. [Ital. Scalogna. Gal. Eſcalottes, une ſorte d'oignon, appetit. Hiſpan. La aſcalonia, cebolla para ſemicure. Ger. Ein gattung der zwybelen.] Capæ genus, quòd in Aſcalone plurimùm naſcatur. Plin. lib. 19. cap. 6.

Aſcarides, *ἀσκαρίδες*, Vermes ſunt exigui ex genere lumbricorum: de quibus Galen lib. ult. Methodices.

Aſcendo, dis, Ex Ad & Scando, ſed d ablicitur. Significat ſurſum, ſiue ad aliquid ſcando. *ἀναβαίνω* [Ital. *Aſcendere*, ſalire, montare. Gal. Monter. Hiſp. Subir arriba. Ger. Zoffleigen, aufhin gehen.] Terent. in Adelph. Nauem aſcendit. Aſcendere in concionem, hoc eſt, in eum locum unde oratio ſolet haberi ad populum. Cic. ad Attic. Tum ſubitò ille in concionem aſcendit, quam Appius ei dedit.

Aſcenſio & Aſcenſus, pro aſcendendi actu *ἀναβάσεις*. Cicer. pro Domo ſua, Homines audaces ab eius templi aditu atq; aſcenſu prohibuiſti.

Aſcētēria, *ἀσκητήρια*, Vocantur monaſteria in Codice Iuſtinianæo, à uerbo *ἀσκῶ*, quod eſt mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum.

Aſcia, æ, Fabri ligniarii inſtrumentum eſt, quo fabricæ materiæ dolantur. *ἀξίνη* [Ital. *Aſcia*. Gal. Voe coignée ou hache, douloire. Hiſp. El ſeguron ò açuela para dolar. Ger. Ein beihel, hobel.] Plin. lib. 16 cap. 40. Molliſſima tilia, eadem uidetur & callidiſſima: argumentum affert, quòd citiſſimè aſcias retundat. Huius diminutiuum eſt Aſcíola.

Aſcio, n. p. Aſcii exdo. *πελεκίζω*. [Itali *Aſciare polire*. Call. Doler, hacher auec une congoée. Hiſp. Dolar. Ger. Behauwen, Zimmeren.] Vitru. lib. 7. cap. 2. Sumatur aſcia, & quẽadmodum materia dolatur, ſic calx in lacu macerata aſcietur. Sic Exaſcio, as, unde Exaſciatum opus dicitur à Plauto pro polito, perfectoq;, *λαξευτὸς*.

Aſcis

Aſciſco, ſcis, aſciui, aſcitum: uel etiam (ut quibuſdã placet) Aſcio, is, ſignificat, aduoco, aliunde ſumo, accerſo, expeto, aſcribo, adiũgo. *ἐπάγομαι, προσάγομαι, εἰσάγομαι, προσκαλοῦμαι.* [Ital. *Attribuire*, chiamare ad ſe. Gal. Prendre ou appliquer à ſoy, s'attribuer, uſurper & prendre pour ſoy. Hiſpan. Attribuyr, llamar ò traher de lexos. Ger. Zuſnemmen, zu ſich nemmen, zů ſich beruffen.] Accuſatiuum poſt datiuum fermè poſtulat. Quint. lib. 8. Quo in genere idem præcipuè cuſtodiendum, ne id quod ſimilitudinis gratia aſciſcimus, aut obſcurum ſit, aut ignotum. Cic. pro domo ſua, Iſtam ſapientiam mihi non aſciſco, Lactan. lib. 4. Et illos qui temere ſapientium ſibi nomẽ aſciuerunt, erroris ſtultitiæq; damnarunt. Cic. pro Arch. Quod ſi mihi à uobis tribui, concediq; ſentiam, perficiam protectò, ut Aulum Licinium nõ ſegregandum (quum ſit ciuis) à numero ciuium, uerumetiam, ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe, id eſt donandũ ciuitate. ¶ Huic contrarium eſt Deſciſco. *ἀφίσταμαι*, quod cum ablatiuo ſemper conſtruitur A, uel Ab, & ultra ablatiuum aliquando habet accuſatiuum mediante Ad: &, ut, Valla ſcribit lib. 5. cap. 29. ſignificat ſe ab imperio ductuq; alterius ſubtrahere, ut milites à duce, populi à domino, diſcipuli à magiſtro, ad alterius ſcilicet uel imperium, uel ſcientiam ſe conferentes. Liu. lib. 1. Præneſte à Latinis ad Romanos deſciuit. Gellius, Poſuit eam rem Cæcilium nõ inconſideratè diciſſe, nempe temerè à Menandro, atq; à multorum opinionibus deſciuiſſe. Lactan. lib. 4. Deſciuerunt à te, & abiecerunt legem tuam.

Aſcites, *ἀσκίτης*. Hydropis ſpecies eſt aquæ ſubter cutem fuſæ, in qua plus ſeſe humoris promit, ſpiritus autem minus. Cui opponitur Tympanites, in quo plus ſpiritus eſt, quàm aquæ. Vide Celſum lib. 3. c. 21.

Aſclẽpias, adis, *ἀσκληπιάς*, Herba eſt, ramos oblongos, & hæderæ folia habẽs, & radices numeroſas: ita dicta ab Aſclepio inuentore. De hac Dioſcorides libro 3. & Plinius libro 26. cap. 5.

Aſcopẽra, f. t. *ἀσκωπήρα*. [Ita. Sacchetto, borſa di cuoio. Gal. Vne pouchette ou ſachet de cuir. Hiſp. Sacco pequeño, ò coſtal de cuero. Germanicè, Ein lãderſäcklie, ein lãderiner ſeckel.] Sacculus pelliceus, marſupium: dictum ab *ἀσκὸς* & *πήρα*. Sueton. in Nero. Alterius collo aſcopera deligata. Ex quo datur intelligi, cullei ſymbolum fuiſſe deligatum Neronianæ ſtatuæ: quoniam matricida fuit.

Aſcræus, a, um, adiectiuum. *ἀσκραῖος*. Virg. 2 Georg. Aſcræumq; cano Romana per oppida carmen. Et Ouid. 6. Faſt. Aſcrææ oues.

Aſcribo, pſi, ptum, a. t ex Ad & Scribo, Significat ſubſcribo, hoc eſt ad ſcriptum aliquod, nomen uel ſententiam meam ſubiungo, *προσγράφω, προσκατατίθημι*. [Ital. Sottoſcriuere, attribuire. Gall. Bouſter à ce qui eſt eſcrit, attribuer. Hiſp. Eſcriuir matriculando, attribuyr, y eſcriuir perſona para alguña coſa. Germ. Herzůſchreiben, zůmeſſen.] Cic. de Leg. 1. Aſcribito me fratris ſententiæ. & de Opt. genere Ora. Qui Thucydidem laudauit, adſcribet ſuæ noſtram ſententiam. Idem Attico, Nam quòd me nõ eſſe aſcriptum uides, id eſt, nomen meum. Sic ad Q. fratrem, In qua primũ erat, quòd antiquior in tuis foiſſet aſcripta literis, quàm in Cæſaris. Idẽ ad Attic. Igitur tu quoq; ſalutem utriq; aſcribito. ¶ Significat quoq; aſciſco. Cic. pro Archia, Venit Heraclea, quæ quũ eſſet ciuitas antiquiſſimo iure ac fœdere, aſcribi ſe in eam ciuitatem uoluit. id eſt ciuis fieri uoluit, & aliis natis ciuibus adiungi. ¶ Dicimus autem aſcribere ciuitati, in ciuitatem, uel in ciuitate. ¶ Item Aſcribere, eſt attribuere, adiungere, uel aſſignare. Cicero, Quòd uulgò hominum opinio ſociũ me aſcribat tuis laudibus. Vbi cũ datiuo poſiti uides. ¶ Cũ præpoſitione uerò In uel Ad, Idem Offic. libr. 3. Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit ut ſe in amicitiam tertium aſcriberent. Et ad Q. fratrem, Hunc ad tuum numerum libenter aſcribito. ¶ Et in malam partem, pro imputare. *προσγίβαζω, ἀντίθημι* Cicero, Neque mihi negligentiam uelim aſcribas. ¶ Ab Aſcribo, Aſcripti dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent, ut cæteris coloni adderentur. ¶ Item Aſcripti milites, qui ſupplendis legionibus aſcribebantur: quos etiam Accenſos dicebant, quòd ad legionum cenſum eſſent aſcripti. Et uelatos, quia ueſtiti inermes ſequebantur exercitum. Et Ferentarios, quia fundis præliaturi, ea modò ferrent, quę in hoſtes iacerent. Et Rorarios, quòd id hominum genus antequam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicarent.

Aſcriptitius, n. ſ. Allectus, qui ad aliquam rem aſcriptus eſt. *παράγραπτος, προσγεγραμμένος*. [Ital. Colui che è ordinato à qualche choſa. Gal. Enregiſtrè, aſcrit, comme un officier nouuellement créé & aiouſté au nombre ancien. Hiſ. Perſona eſcrita para alguna coſa. Germ. Eingeſchriben angenommen.] ut qui uulgò in collegiis magiſtratuum Extraordinarii uocantur. ¶ Et Dii aſcriptitii, qui diis maiorum gentium opponuntur: de quibus Budæus in Pandectis. ¶ Item ciues aſcriptitii, quod natis ciuibus adiuncti, ſe iam in alterius imperium dediderunt.

Aſcriptor, oris, m. t. Qui rei alicui nomen ſuum aſcribit, alteriuſue acta approbat. *προσγραφεύς*. Cic. pro Domo ſua, De nicq; ille nouitius ligur uenalis aſcriptor, & ſubſcriptor tuus, quem M. Papirii ſui fratris eſſet teſtamento & iudicio improbatus, mortem eius ſe uelle perſequi dixit. Idem ad Qu. poſt red. Itaq; is fuit non modo ſalutis defenſor, uerum etiam aſcriptor dignitatis meæ.

Aſcriptiuus, idẽ eſt, quod Aſcriptitius, apud Plaut. in Menæch. Idem iſtuc aliis aſcriptiuis ad legionem ſolet.

Aſiacus, a, um, *ἀσιακός*, Poſſeſſiuum ab Aſia formatum. Ouid. 11. Metamorphoſ. Ecquid, ubi Aſiacas caſuras aſpicis arces? Ingemis?

Aſiaticus, a, um, *ἀσιατικός*. Idem quod Aſianus, uel Aſiacus. Cicero de Claris Oratoribus, Genera Aſiaticæ orationis duo ſunt. Sic Aſiaticæ pecuniæ, apud eundem pro lege Manilia.

Aſianus, a, um, *ἀσιανός*. Denominatiuum ab Aſia formatum: unde Aſiani oratores dicti ſunt, qui inflato & redundanti orationis genere utebantur, cuiuſmodi ferè fuit oratio eorum, qui in Aſia aut nati erant, aut inſtituti.

Aſis, idis, Poſſeſſiuum fœmininum, patronymica forma ab Aſia deductum, *ἀσίς, ἀσιάδος*. Ouid. 9 Metam. celeriq; carina Aegeas meritis aquas, & in Aſide terra Mœnia conſtituis.

Aſilus, pen. prod. m. ſ. *οἶστρος*. [Ital. Tafano, ò tauano. Gallicè, Taon, une mouſche fort' picante qui moleſte fort les bœfs, les uaches. Hiſpan. Moſcarda que ahuyenta las facas ò raſes. Germanicè, Ein brem, ein roſsmuck, fliegen.] Muſcæ genus gregibus maximè infeſtũ: unde etiam à Græcis Oeſtros appellatur. Hoc infeſto luno pellicem Io mutatam in iuuencam adegit ad inſaniam. De hoc Virgilius lib. tertio Georgicon:

Et lucos Siluri circa, ilicibuſq; uirentem
Pluribus Alburnum uolitans, cui nomen Aſilo.
Romanum eſt, œſtrum Graii uertêre uocantes,
Aſper, acerbà ſonans, quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta.

Naſcitur è latiuſculis quibuſdam beſtiolis, quæ in fluuiis ſupernatant. Vnde circa aquas magna aſilorum copia, ubi id genus beſtiolarum eſt.

Aſina, Aſella, uide Aſinus.

Aſinus. m. ſ. *ὄνος*, ὁ [Ital. *Aſino*. Gal. *Aſne*. Hiſpan. Aſino, animal domeſtico. Germanicè, Ein Eſel.] Animal notum, cuius fœmininum eſt Aſina, *ὄνος, ἡ*. M. Varro de Re roſt. lib. 2. cap. octauo, Ex equa enim & aſino fit mulus: cõtrà ex equo & aſina hinnus. Aſini in Achaia optimi ſunt Arcadici, in Italia Reatini: ut tradit Plin. libro octauo, cap. quadrageſimo tertio. ¶ Ab equis ad aſinos. *Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους*, prouerbiali figura dicimus ubi quis à ſtudiis honeſtioribus ad parum honeſta deflectit: aut ubi qui à conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius Sophiſta in Epiſtola quapiã, *τὸ δὴ λεγόμενον, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μεταβεβήκαμεν*, id eſt, iuxta prouerbium, Ab equis ad aſinos tranſiimus. ¶ Huic diuerſum eſt illud Plaut. in Aulular. Ab Aſinis ad boues tranſcendere, pro eo quod eſt, ex humiliore conditione ad ditiorum partes tranſire. ¶ Ab aſino delapſus, *ἀπ' ὄνου κατακιὼν*, in eos dicitur qui inconſultè quippiam aggrediuntur & imperitè: aut in eos qui à præſentibus commodis, quibus ob inſcitiam uti neſciunt, excidunt. Vtuntur hoc adagio Plato libro de Legib. 3. Plutarchus in Grylio, & Ariſtophanes in Nubibus. ¶ Aſinus ad lyram *ὄνος λύρας*, ſubaudi *ἀκροατὴς*, auſcultator. In eos qui propter imperitiam nullo ſunt iudicio, craſſiſq; auribus. Rectè etiam torquebitur in eos qui indecorè tentant artificium cuius ſunt imperiti, & à quo natura abhorrent. ¶ Germanum huic eſt, Aſinus ad tibiam, *ὄνος πρὸς αὐλὸν*. Dicendũ ubi

ubi quis ea quæ ſcitè dicentur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. ¶ Aſinus, aſino, & ſus ſui pulcher, Ὄν@, ὗς κάλλιγνρ, ὑὸς ἐν τῷ συί, Id eſt, ſimile ſimili placet. Conuenit ubi inter inhoneſtos ſimilitudo morum & inſtitutum conciliat benevolentiam: veluti cùm miles placet militi alator, alatori, potator, potatori, ſophiſta ſophiſtæ. Aſinus balneatoris, ἅσπερ ὄν@ βαλανείου. Dictum eſt in eos qui ex ſuis laboribus ipſi nihil fructus caperent. Plutar. in libel. περὶ τῆς φιλοπλουτίας. ὀλίγῳ ἐν πάσχων, ὥσπερ ὄνος βαλανείου. ξύλα τὴ φρύγανα κατακομίζων, ἀεὶ καπνῷ τὴ ἴζηρα ἀναπιμπλάμενος, λύτρα ἢ μὴ μετέχων, μηδὲ ἀλίσκεται, μηδὲ καθαίρεται τοῦτο, id eſt, Nihil inde capiens commodi, edit aſinus balneatoris qui ligna & ſarmenta defert, ſemper fumo ac ſordibus oppletus, nunquam autem particeps balnei, neq; lepidus, neq; mundiciei. Loquitur de diuite parco & ſordido, qui quum ſit onuſtus diuitiis, non utitur tamen. ¶ Aſini caput ne lauet nitro, Ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ. Ne multum ſumptus operaſue impendas in rem nihil ac ſordidã. ¶ Aſini mandibula, Ὄνου γνάθ@. Conuenit in edaces, alioqui ſtolidos & ignauos. ¶ Aſini mortes, Ὄνου θανάτου, ſubaudiẽdum narrat. Dicebatur in eos qui narrarent abſurda, ridicula & dictu. Suid. ¶ Aſinus ſóplitur, Ὄν@ ὕπτιος. Dicitur in eos qui maledictis nihil omnino commouerentur. ¶ Quemadmodum aſinus ob cutis duritiem adeò pluuia nihil offenditur, ut nix etiam fuſtem ſentiat. ¶ Aſinus eſuriens fuſtem negligit, Ὄν@ πεινῶν ῥοπάλης ἀμελῆ. In eos conuenit qui uentris compendiũue gratia quamuis contumeliã perferunt. Refert Ariſtot. lib. 3. Mortal. ¶ Aſinus in paleas, Ὄν@ εἰς ἄχυρα, ſubaudiendum, incidit. Dici ſolitum ubi cuipiã fortuna lautior præter ſpẽ obtigerit, aut nactus forte fortè aliquis quo uel præcipuè gaudeat. Conueniet & in hunc uſum ubi quis inſcitia rem contaminat, ueluti ſi barbarus & illiteratus bonum autorem malis commentariis inquinet. Adagium ab euentu natum nemo non nouit. ¶ Aſinus inter ſimias, Ὄν@ ἐν πιθήκοις. Vbi qui incidit in homines naſutos & contumelioſos, ipſe ſtolidus, à quibus impunè rideatur. Gel. li. 1. cap. 15. ¶ Conſimilem habet eũ proximo ſenſum, Aſinus inter apes, Ὄν@ ἐν μελίτ]αις. Dici ſolitum ubi quis infeliciter incidit in homines improbos atque importunos. ¶ Aſinus in unguento, ὄν@ ἐν μύρῳ. Quum delicijs adhibentur iis quos bauda quaquam decent, neq; qui nel uti norunt illis, nel delectantur. ¶ Aſinus ſtramenta mauult quàm aurum. Ariſtot. Moral. Nicomachi 10 diſputans non eandem omnibus eſſe uoluptatem, quum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, aliis homo, citat Heraclitum qui dixerit, Ὄνοι σύρματ' ἂν ἐκλέξαιντο μᾶλλον ἢ χρυσόν· τροφὴ γὰρ χρυσὸς τοῖς ὄνοις, id eſt, Aſines ſtramenta malle quàm aurum: quòd aſinis pabulum auro ſit iucundius. ¶ Aſinus portans myſteria, ὄν@ ἄγων μυστήρια. In eum dicebatur qui præter dignitatem in munere quopiã uerſabatur: Ariſtoph. in Ran. ¶ Rex aut aſinus, Βασιλεὺς ἢ Ὄν@. hoc eſt, aut victor aut victus. Eustathius Odyſſeæ ſextum enarrans librum oſtendit metaphoram ductam ab iis qui ludunt ſphæra, quibus qui uicit, rex appellabatur: qui uictus fuiſſet, huic aſino nomen imponi. Vtitur Plato in Theæteto. ¶ Aſinum ſub frenum currere doces, hoc eſt, doces indocilem. Infelix operã perdit, ut ſi quis aſellum in campum doceas patentẽ curſu ire freno. ¶ E tardigradis aſinis equus prodiit, ἐξ ἀργοκόνων ἵππος ἐγένετο. Quum clarus euadit quiſpiam obſcuro genere natus: aut quoties ab indocto præceptore proficiſcitur diſcipulus eruditus. ¶ Ab aſino lanam, παρὰ ὄνου ἔριον. De iis qui ſtultè quærunt ea quæ adipiſci non ſunt. Ariſtoph. in Ran. ¶ Eundem ſenſum habet, τίλλειν ὄνους, Aſinum tondes. De iis qui rem abſurdam aut inutilem aggrediuntur, propterea q aſinum neq; pecten poſſis propter uillos: neq; tondere, quũ lanam nõ habeat. Ariſtoph. in Ran. ¶ De aſini umbra, Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς: pro eo quod eſt, de re nihili. Soph. Ariſtoph. & Plut. in uita Demoſt.

Aſellus, m. ſ. diminutiuum ab Aſinus. ὀνάριον. [Ita. Aſinello. Gall. Aſnon, aſnerchon, petit aſne. Hiſpa. Aſnillo, perquenno aſno. Ger. Ein eſele.] Mart. lib. 6. Hunc uerò acuto capite, & auribus longis, Quæ ſic mouentur, ut ſolent, aſellorum. ¶ Aſellus etiam eſt nomen piſcis, ſic dicti, quòd ſit colore cineritio, ſicut aſinus: quẽ unlgò Merluſſũ nocamꝰ. De quo uide Plin. lib. 9. c. 17. ¶ Eſt & nomen duarum ſtellarum in ſigno Cancri. Plin. lib. 18. c. 25. Sunt in ſigno Cancri duæ ſtellæ paruæ Aſelli appellatæ.

Aſella diminutiuum ab Aſina. ὀνίσκη. [Ital. Aſinella. Gallic. Petite aſneſſe. Hiſ. Aſnilla, pequẽna aſna. Ger. Ein eſelin.] ſicut Aſellus, ab Aſinus. Ouid. 3. de Arte, Ve rudit à ſcapra turpis aſella mola.

Aſinārius, adiectiuum, Quod ad aſinos pertinet. ὀνικὸς. [Ita. Coſa pertenente ad aſino. Gal. D' aſne, apartenant à un aſne. Hiſp. Coſa que perteneſce à aſno, de aſno. Ger. Das zů dem eſel gehört.] ut, Mola aſinaria, quam circumagit aſinus. Et Aſinaria Plauti comœdia, ita dicta, quòd de Aſinorum uenditione tractet.

Aſinarius, rii, m. ſ. Qui aſinos paſcit uel cuſtodit. ὀνηλάτης. [Ital. Aſinaio. Gal. Aſnier Hiſpa. Aſnero. Ger. Ein eſelhirt, ein eſeltreyber.] Cat. de Re ruſt. c. 10. Operarios quinq; bubulcos tres, ſubulum unum, aſinarium unum, Suc. in Aug. Apud Aſinum deſcendenti in aciem, aſellus cum aſinario occurrit.

Aſininus, a, um, adiectiuum. Quod eſt aſini. ὄνειος. [Ital. Di aſino. Gal. D' aſne. Hiſp. Coſa de aſno. Ger. Das des eſels iſt.] ut, Pullus Aſininus. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 8. ¶ Lac aſininũ. Plin. lib. 28. cap. 10. Aſinino lacte poto uenena reſtinguũtur.

Aſio, onis, ὠσίς, Aſis eſt ex genere noctuarum, minor bubone, plumas erectas habens aurium modo. Plin. li. 10. cap. 15. Otis bubone minor eſt, noctua maior, auribus palmeis eminentibus: unde & nomen illi: quidam Latinè Aſionem uocant.

Aſōmātos, ἀσώματος. [Ital. Senza corpo. Gal. Sans corps. Hiſp. Lo que no tiene cuerpo. Ger. Ein ein leib.] Id eſt, ſine corpore, & impalpabilis. Cic. 1. de Nat deo. Quòd uerò ſine corpore ullo Deum uult eſſe, ut Græci dicunt, ἀσώματον, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt. Sic è contrario Origenes σωματικὸν appellat id, quod ſolidum & palpabile eſt.

Aſmātŏgrāphi, ἀσματόγραφοι, Dicti ſunt Poetæ, qui ad barbiton, citharam, aliúſue muſicum inſtrumentum cantica conſcribebant: cuiuſmodi fuere Automedes, Demodocus, & Lares Corcyræi, & Ithacenſis Phemius: ut poſt Demetriũ Phalereum refert Cæl. Rodig. lib. 7. cap. 4.

Aſonch, Aegyptiacè plantago.

Aſōtia, ἀσωτία. [Ital. Incontinenza, luſſuria. Gal. Intemperance, luxure. Hiſp. Superfluidad. Ger. Vnmäſſigkeit, můcwill, verſchwenderey.] Poſinatio, incontinẽtia, luxus Gell. Cedere equidem nobis debui, ut in tali aſotia, id eſt, luxu, prodigalitate, atque nequitia, artium nos uinceretis. ex ἀ καὶ σάω, ſoluo.

Aſōtus, m. ſ. pen. prod. ἄσωτος. [Ital. Laſciuo, prodigo. Gallic. Laſſif, prodigue. Hiſp. Prodigo, gaſtador. German. Ein vnmäſſiger, vergeůder, verſchwender.] Laſciuus, prodigus, popino, helluo, Cic. 2. de Natu. deorum, Poſſe aſotos ex Ariſtippi, acerbos ex Zenonis ſchola exire. ¶ Inde Aduerbiũ. Aſōtus, ἀσώτως, idem ſignificans quod incontinenter & nequiter. Martialis, Viuis aſōtus, id eſt, laſciuè, incontinenter.

Aſpălăthus, f. ſ. ἀσπάλαθος. [Ita. Legno aloes da Rodes. Gal. Bois d' aloe de Rhodes. Hiſp. Arargoez. German. Rhodiſs holtz.] Spina eſt candida, teſte Plin. lib. 12. cap. 14. magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cuius radix unguentis experitur. Putatur idem eſſe cum eo, quod hodie officinæ Lignum Rhodium appellant. Vide Ruel. lib. 1. cap. 18.

Aſphaltion, ἀσφάλτιον, Species eſt trifolii, apud Dioſcoridem lib. 3.

Aſpărăgus, gi, pen. cor. ἀσπάραγος. [Ital. Sparagi. Gal. Aſperges. Hiſp. Eſparagos, ò Eſparraguera. German. Spargen.] Herba eſt fœnicoli folio, baccisq; quum maturuerint, rubris: etiam hodie tam in ſeplaſiorũ officinis, quàm uſu uulgi, indubitata ueteris nomenclaturæ ueſtigia retinens. Duo eius ſunt genera: alterum ſatiuum, ſiue altile, quod propriã ſibi aſparagi appellationem uendicauit. ¶ Alterum ſylueſtre, quod peculiari uocabulo Corrudam nocauerũt. Plin. lib. 19. cap. 4. Sylueſtres fecerat natura corrudas, ut quiſque demeteret paſſim: ecce altiles ſpectantur aſparagi. ¶ Dicitur autem aſparagus, quòd qui in his præcipui non ſeruntur, ut Athenæus dixit. Huius herbæ ſumma priuſquam du-

reſcant, leuiter coquuntur, tantum ut cruditas abſit. Hinc locus tractus prouerbio, Citius quàm aſparagi coquuntur. De re uehementer properata. Suet. in Tranquil.

Aſpello, is, p.t. Amouco, abigo, arepo, *ἀπωθέω*. [Ital. Rimouere. Gal. Repouſſer, chaſſer arriere de ſoy. Hiſp. Echar de ſi gun lugar. Ger. Dannen treiben, hinderſich ſtoſſen.] Plaut. in Cap. Neq; exilium exitio eſt: neque adeò ſpes, quæ mihi hunc aſpellat. Cic. 3. Tuſcu. Sed longè à læto numine aſpellor Ionis.

Aſper, ra, rum. Quod niſu uel guſtu, uel tactu, alioue ſenſu læſuue eſt, ut inquit Sipontinus. *τραχύς*. [Ital. Aſpro, uiſoſue. Gal. Aſpre & rude à poir, ouir, gouſter & toucher, raboteux. Hiſp. Aſpero Ger. Rauch, herb, unlieblich.] Videtur *deductum* à Græco *ἀσπερές*. Hinc aſperam arteriam uocat Plinius, atque adeò medici omnes, quam Græci *τραχεῖαν* propter multorum ſemicirculorum aſperitatẽ. ¶ Lene & Aſperũ cõtraria. Cic. 2. de Fin. ſenſus iudicat dulce amarũ, lene aſperum, propè longè, &c. ¶ Leuis & Aſper contraria. Cicer. in Part. orat. In locis autem & illa naturalia, leues an aſperi, ſalubres an peſtilentes, &c. ¶ Aſpera ſignis pocula. Virgil. 8. Aeneid. Cymbria q̃ argento perfecta, atque aſpera ſignis Pocula. *ἀνάγλυφα*. ¶ Transfertur & ad alia quæ dura ſunt, *σκληρός*. Tere. Aſperum patet hoc eſt, aliud ſodes para. Vnde & pro nocente quãdoq; capitur. Virgil. 1 Geor. Aſper, acerba ſonans. ¶ Et pro iniquo. Idem 1. Aeneid. Quia aſpera Iuno. Cic. pro Cn. Plan. Eodemq; adiungas, quos natura putes aſperos, atq; omnibus iniquos. ¶ Pro faſtidioſo & ingrato. Virgil. 8. Aeneid. Rebusq; ueni non aſper egenis. ¶ Aſpera & horrida oratio. Cic. in Orat. Quod ipſum alii aſpera, triſti, horrida oratione, neq; perfecta, neq; concluſa, &c. ¶ Aſpri pro Aſperi, ſynæreſis uſitata Poetis. Virg. 2. Aene. Improuiſum aſpris ueluti qui ſentibus anguem Preſſit.

Aſper nummus dici putatur, qui recẽter cuſus ſignaturiq; eſt, q̃ pluſculũ habeat aſperitatis, quàm ille qui iam manibus tritus eſt. Perſ. quid aſper Vile nũmus habet. Suet. in Ner. Exigitq; ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum.

Aſperitas, tis, ſ. c. contraria lenitati. *τραχύτης* [Ita. Aſprezza. Gall. Aſpreté, rudeſſe, auſterité. Hiſpa. Aſpereza. Germanicè, Herbe, Reũhe, Vnmildtigkeit.] Cicer. 4. de Finibus, Quam illorum triſtitiam atq; aſperitatem fugiẽs Panætius, nec acerbitatem ſententiarum nec differendi ſpinas probauit. ¶ Aſperitas animi uel animæ, pro difficultate ſpirandi Plin. lib. 22. c. 24. Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ, dulciore ſucco mitigatur.

Aſperè, aduerb. Durè, & inſolenter, *τραχέως, χαλεπῶς*. [Ita. Aſpramente. Gal. Aſpremẽt. Hiſp. Aſperamẽte. Ger. Rauchlich, unlieblich.] Cic. de Amic. Vt igitur & monere, & moueri, proprium eſt uerę amicitiæ: & alterum liberè facere, & aſperè: alterum patienter accipere: non repugnanter: ita, &c. Idem 1. de Orat. M. Cato Galbæ grauis atq; acer inimicus, aſperè apud populum Romanum, & uehementer eſt loquutus.

Aſperiter, pro eodem apud Næuium in Pullis, ubi tu nequaquam cubares aſperiter. Nonius.

Aſpĕro, as, pen. cor. a p. Aſperum facio. *τραχύνω*. [Ital. Inaſprire. Gal. *Faire* aſpre & rude. Hiſp. Aſperear, hazer aſpero. Ger. Rauch vnd grob machen.] Colum. lib. 9. Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperantur, ne ſint uolantibus lubrici. Virgilius pro Coagulo, ſine durum facio, poſuit, Aen. 3. Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas.

Aſpredo, pen. prod. Idem quod Aſperitas. *τραχύτης*. Celſus libro quinto, capit. uigeſimoſeptimo, interdum ſimile his, quæ uocant Græci *παχυλώματα*, aſpredine quadã, & magnitudine ſua.

Aſpretudo, inis, f. t *τραχυσμός*. Celſ. lib. 6. c. 6 Atq; alia quoq; utilia ſunt, quæ ad extenuandam aſpretudinẽ fiunt, de qua protinus dicam.

Aſprētum, ti, n. ſ pen. pro. Locus aſper & abruptus. *τραχώρ*. [Ital. Luogo aſpro. Gal. Lieu aſpre & mal uni. Hiſ. Lugar aſpero, ſpinal. Ger. Ein rauch orth.] Liu. 9. ab Vrb. Ad hæc ſaxa erant, & temerè iacentia, (ut fit) in aſpretis. Idem 5. bell. Maced. Tabernacula ſtatuere in aſpretis, & inæquabili ſolo difficile erat.

Aſpergo, gis, ſi, ſum, 3. t. ex Ad & Spargo, quaſi ad aliquid ſpargo, uel aliquantum madefacio. *ἐπεπάσω, λίπω, βρέχω, ἀνηρέω*. [Ital. Spargere, ſpruzzare. Gall. Arrouſer, aſperger. Hiſ. Derramar ò rociar. Ger. Anſprützen, beſprengen.] Regit autem uel accuſatiuum ſolum. Plaut. Aſperſiſti aquã iam rediit animus. ¶ Vel accuſatiuum cum Dativo. Virgil. lib. 1. Geor. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ, Peſtis acerba boum, pecoriq; aſpergere uirus. ¶ Vel accuſatiuum cum ablatiuo. Plaut. in Epid. ah, guttula pectus mihi ardens aſperſiſti. ¶ Vel accuſatiuum cum præpoſitione Ex, Cic. Fam. 6. Quæ eſt igitur (inquies) ſpes ab irato, eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus.

Aſperſio, onis, f. t *ῥαντισμός*. [Ital. Spruzzo. Gal. Aſperſion ou roſement. Hiſ. Aquella obra de dedarramar ò rociar. Ger. Beſprengũg.] Cic. 2. de Le. Nam illud uel aſperſione aquæ, uel dierum numero tollitur.

Aſpergo, inis, f. t. Significat actum ipſum aſpergendi, uel madefactionem *ῥαντισμός*. Virg. Aen. li. 3. Salſa ſpumant aſpergine cautes. Plin. lib. 36. c. 22. Aſpergine & gelu prainiſq; rumpuntur ſũ tectas.

Aſperſus, huius aſperſus. nomen *ῥάντισις*. Plinius libro 22. capite 23. Quæ infecta appellauimus, omnia oleo aſperſu nocentur.

Aſpergillum, *περιῤῥαντήριον*. [Ital. Aſpergolo. Gal. Aſpergeoir ou gueppillon. Hiſp. Rociadero. Germa. Ein ſprützmadel.] Inſtrumentum, quo aqua nos aſpergere ſolemus. Sipontinus.

Aſpernor, āris, d. p. compoſitum à Sperno, recuſo, auerſor, non agnoſco, faſtidio, *καταφρονῶ*. [Ital. Sprezzare. Galli. Deſpriſer, reiecter, contemner. Hiſpa. Menoſpreciar. Germ. Verachten, verwerffen.] Tere. in Phorm. Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.

Aſpernabilis, em. c. Qui eſt dignus ut aſpernetur, *ἐπαξίως γελᾶσθαι*. [Ital. Degno d' eſſere ſprezzato. Gal. Deſpriſable, refuſable. Hiſ. Digno de ſer menoſpreciado. Ger. Das verachtens wärt iſt.] Gelli. Nonnunquã apud meipſum ſoleo res eiſmodi paruas quidẽ minutaſq;, & hominibus non bene eruditis aſpernabiles, &c.

Aſpernatio, contemptos. *καταφρόνησις*. Ital. Diſpreglamento. Gal. Deſpris & reiectament. Hiſpa. Menoſprecio. Germ. Verachtung.] Cicer. quarto Tuſculan. Quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis euenient.

Aſphăltĭtes, Hieronymus Herbarius, pro berberis ſpina interpretatur, non rectè, non eſt enim noſtri climatis, aut orbis arbor uel ſpina ſed Rhodi & Græciæ: nec uideo cur hodie uerum poſſimus habere theriacam, cum tamẽ de rebus ipſis quæ ingrediuntur, non conſtet. Sed hic planè de Alphalato quicquid tamen ſomniant diuinatores, qui ex ſuis ſuſpicionibus hodie docent cognoſcere herbas, & in ſuo ſenſu egregiè ſibi ſapientes uidentur.

Aſphaltion, trifolium apud Dioſc. lib. 3. c. 122.

Aſphaltitis, trifolium, ibidem.

Aſphaltitis Poligonium, apud Dioſc. lib. 4. c. 5.

Aſphŏdēlus, li, *ἀσφόδελος*. [Ita. Aſphodello. Gal. Aſphodille. Hiſp. Gamonito. Ger. Goldwurtz.] Herba eſt, quã alio nomine Anthericon uocant, qua Lucian. fingit manes ueſci apud inferos. Eius duæ ſunt ſpecies ſexu diſcretæ. Marem albucum nominant, fœminam haſtulam regiam: quòd, dum floret, regii ſceptri effigiem referat. Vide Plin. lib. 20. c. 17. & Ruel. lib. 2. cap. 99.

Aſpĭcio, is, p. t. Ex Ad & Specio, antiquo uerbo, (teſte Varrone) e in i mutata. Intueri, oculos in rem aliquam intendere. *ἐφορᾶν, βλέπειν*. [Ital. Vedere, guardare. Gal. Regarder. auiſer. Hiſp. Mucho mirar. Ger. Anſehen, anſchawẽ.] Plaut. in Aſin. Si quem alium aſpexerit, cæca continuò fiet. Tere. in And. interea inter mulieres, Quæ ibi aderant, fortè unam aſpicio adoleſcentulam.

Aſpectus, us, m. q. Viſus & intuitus cuiuſcunq; animalis. *ὄψις, ἐπίφασις*. [Ital. Aſpetto, neduta. Gal. Regard, ueuë. Hiſ. Aſpecto ò viſta. Ger. Angeſicht, anſchawũg.] Virg. 1. Aen. - teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Cic. 1. Tuſc. Quod iis ſæpe uſu uenit, qui quum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectũ omnino amitterent: ſic mentis acies ſeipſam intuens nonnunquã hebeſcit. Idẽ de Vniuer. Quæ ex coniunctione cœlum ita aſtum eſt, ut ſub aſpectũ & tactum cadat. ¶ Atticus aſpectus, *Ἀττικὸς βλέπων*, pe. inde

eſt, quaſi dicas os impudens. In eos dicebatur, qui multo ipſo praſe ferebant impudentiam, dicendiq; confidentiã. Nam hoc uitio notati ſunt Atticorum mores. Ariſtoph. in Nubib. ¶ Titanicus aſpectus, *Τιτανώδες βλέπειν*, id eſt. Titanicũ tueri, hoc eſt, multo titanico obtineri. Titanicũ autem rorum uocant ac coloſſmodi fuiſſe feruntur ueteres illi Titanes. Lucian. in Timone.

Aſpecto, as, a p. Sæpe, aut fixè aliquem intueor *ἐφορᾶν*. [Ital. Guardar fiſſo. Gal. Regarder ſouuent. Hiſ. Mirar à menudo. Ger. Ꮵben vnd mit fleyſs ſehen.] Plaut. in Amphy. Cœlum aſpectat, obſeruabo quam rem agat. Virg. 1. Aeneid. Auerſaq; aſpectat deſuper arces.

Aſpectabilis, le, om. t. Dignũ qd aſpiciatur. *περιβλεπτός*, *ἐπόπτευτος*. [Ital. Coſa degna di eſſer mirata. Gal. Digne d'eſtre mis à regardé. Hiſ. Digno de ſer mirado Ger. Wool ſchauwens würt.] Cic. de Vniue. Deus animal unum aſpectabile, in quo omnia animalia continentur, effecit. ¶ Interdũ id quod uideri poteſt. Idem de Vniu Corporeum, atq; aſpecta bile, itemq; tractabile omne neceſſe eſt eſſe quod natum eſt.

Aſpidion, alyſſon. Dioſc. lib 3. c. 104.

Aſpidion, attractilis, apud Dioſc. lib. 3. c. 106.

Aſpidiſci, *ἀσπιδίσκοι*, Brevia ſunt ſcuta, & in ſcuti modum orbicularia ornamenta. Cæl. lib. 11. c. 16.

Aſpilates, *ἀσπιλάτης*, Gemma eſt ignei coloris, quã Democritus tradit in Arabia gigni, & in anium quarũdã nido inueniri: traditq; eam ex cameli pilo ſplenetici s alligatam, mala illorum mederi. ¶ Eſt & altera eodem nomine argentei coloris, lymphatis utili. Vtriuſq; meminit Plin. lib. 37. ca. 10.

Aſpiro, ras, pen. prod. Idem quod Aſſlo, ex Ad & Spiro, ſed d abiicitur. *ἐπνέω*. [Ita. Spirare, fauorire Gal. Souffler, aſpirer. Hiſp. Dar aliento y fauor à otro. Ger. Ꮵblaſen, anhauchen, anwäyen.] Virg. Aſpirant auræ in noctem. Habet autẽ uel datiuum, uel accuſat. cum præpoſitione Ad. Et per metaphoram ponitur interdum pro Auxiliũ præbere, fauere, *ἐπαρήγειν*, *ἐπαρήγω*. Virgil 2. Aen. Aſpirat primo fortuna labori. Tractum à nauigantibus, quibus ſpirantes auræ fauent. ¶ Interdum pro incumbere, & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, *ἐφίεσθαι*: ut Scipio aſpirat ad Conſulatum. ¶ Interdum pro iuxtà accedere, ſeu propè tangere. *ἐφίεσθαι* Gel. lib. 1. Ad horum autem ſyncerit atem ueritatemq; uerborũ an aſpirauerit Cæcilius, conſideremus. Cic. Trebatio, Vltro etiam accerſitum ab eo, ad quem cæteri nõ propter eius ſuperbiam, ſed propter occupationem aſpirare non poſſunt.

Aſpiratio, onis, uerbale, Actus ipſe aſpirandi, hoc eſt inſpirandi, nempe dum aërem in corpus intromittimus. *ἐπίπνοια*. [Ital. Aſpiratione, ſoffio. Gal. Aſpiration, ſouffliement. Hiſ. Obra de dar aliento ò fauor. Ger. Ꮵblaſung, anwäyung.] Cic. 2 de Nat. deor. Animantes autem aſpiratione aëris ſuſtinentur. Cic. de Diuin. Nam ſi obſcurior, quaſiq; caligino ſa tella exiterit, pingue & concretum eſſe cœlum, ut eius aſpiratio grauis & peſtilens futura ſit. ¶ Eſt item aſpiratio, ſpiritus aſper, quo literæ quaſdã uegetiore ſono efferimus. *δασεῖα*. Cic 3 de Ora Maiores noſquam niſi in uocali, aſpiratione utebantur.

Aſpis, idis, f. t. *ἀσπίς*. [Ital. Aſpe, aſpide Gal. Serpent nommé Aſpic. Hiſp. Biuora Ger. Ein ſchlang Aſpis genannt.] Serpens parua, rari uiſus, tam præſens habens uenenum, ut nullam ſit mortis remedium, niſi ut patres læſæ confeſtim imponãtur. Huic animali tantus eſt amoris affectus, ut uix unquam ſine compare uagetur. Itaq; ſi quis alterum interemerit, tanta eſt alteri ultionis cura, ut interfectorem perſequatur: nonnũq; cum 10 quantouis hominum agmine agat mandatum: perrumpit omnes difficultates, permeat ſpacia nec niſi armoribus arcetur, aut præceleri fuga. Hæc Plin. libro 8. Aſpis, ſi Lucano credimus, in ſola Africa naſcitur quarum & in noſtrũ orbem auaritia inuexerit. Ita enim de mari lib 9. Ipſa caloris egens gelidũ non tranſit in orbẽ Sponte ſua. Nilo q; tenus metuit arenas. Sed quis erit modus inhiberi pudor? inde petuntur Hue Libycæ mortes, & fecimus aſpida mercem. Sũt aũt plures aſpidũ ſpecies, diſparesq; effectus ad nocendũ: de quib. uide Aelia. lib. 9 à 10. cap. uſq; ad 15. cap. ¶ Eſt & Aſpis, Inſula, in mari Lycio, de qua Plin. lib. 5. c. 27. ¶ Eſt item Aſpis, promontorium in littore Africæ, forma clypei dictum, urbem habens eiuſdem nominis, quæ à Latinis clypea dicitur Silius, In clypei ſpeciem curuatis curribus Aſpis. Strab. lib. 6. Coſura inſula eſt ante Aſpidem ſita, Carthaginienſem urbem, quem clypeam uocant.

Aſplenos, hedera apud Dioſc. lib. 2 c. 199.

Aſplenum, ni, pen pro. *ἀσπλήνιον*. [Ital. Scolopendria. Gall. Ceterach. Hiſp. Doradilla. Ger. Hirtzenzung.] Herba ita dicta, quòd lienem imminuat: de qua Plin. lib. 27. c. 5. Hanc alii Scolopendrion, uel Scolopendram uocant: Arabes Ceterach: quod nomen uulgus pharmacopolarum adhuc retinet. Quam autem pharmacopolæ falſò Scolopendram uocant, eſt ea quam Dioſc. Phyllitim appellat.

Aſportare, a. p. Auferre, quaſi hinc aliò portare. *ἀποφέρειν*. [Ital. Leuar da un luogo, & portar à un' altro. Gal. Transporter d' un lieu en un autre. Hiſp. Leuar de algun lugar. Ger. Hinwäg tragen, an ein ander orth tragen.] Tere. in Phor. Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. Cic. in Parad. Multa de ſuis rebus ſecum aſportarent. Virg. 2. Aen. Nec comitem te aſportare Creuſam. ¶ Huius contrarium eſt, Importare, *εἰσφέρειν*, quod eſt, aliunde portare. Cæſ. Ac plerunq; utuntur frumento importato.

Aſportatio, onis, uerbal. Aſportandi Actus, *ἀποπομιδή*, *ἐξαγωγή*. [Ital. Il portare una coſa da un luoco ad un altro. Gallicè, Tranſport d' un lieu en autre. Hiſpanicè, Obra de leuar de lugar. Germanicè, Hinweg tragen.] Cicero 6. Verrina, His poſt hritudo periculo, amplitudo ſaluti fuit, q eorum demolirio atq; aſportatio difficilis uidebatur.

Aſſa uox, ut Nonius ſcribit, ore tantum prolata, nullis tibiarum, aut aliorum organorum uocibus admiſtis Cato de libe. educand. Melos alterum in cantibus eſt bipartitum: unum, quod eſt in aſſe uoce: alterum, quod uocant Organicum. Bud. in Pand.

Aſſa, in neutro genere, uel aſſæ carnes eadem ratione dictæ ſunt, qua uox aſſa. *ἀπλαί*, *ἀπλαῖαι*. Aſſum. u. apud ueteres ſolũ ſignificat, uel merũ: uel qd ſolo igne ſine aliquo liquore, uel q ſine condimento aliquo, aut adiumento alicui ſaporis ſolent edi. Eadem etiam figura, Merum dicimus, ni num ſolum & purum, quod nihil aquæ habeat admiſtum. Sic etiam uox aſſa dicitur, uox ſola quæ nulla organorum ſymphonia adiuuatur.

Aſſamenta, orum, neutrum plura. decl. ter. *τὰ σανιδώματα*. [Ital. Tauola da ſegare. Gal. Ais de bois de ſente mẽbrures. Hiſp. Entabladura. Ger. Dilen, laden, bretter.] Tabulæ ſunt ſectiles, quæ aſſes ſiue potius aſſeres aliis dicuntur, non abſimiles ſcandulis, quibus tecta regularum uice aliquando tegi ſolent. Plin. lib. 16. c. 4. Ob id cardinibus, aſſamentisq; portarum utiliſſima.

Aſſaratum. Autore Feſto, Potionis genus erat ex uino & ſanguine temperatum, quod Latini Priſci Sanguinem Aſſir uocabant.

Aſſecla, com. p. Ab aſſequendo nomen deductum, quod ſignificat eum, qui alicuius incommodi ipe alterum aſſectatur, eiq; ad nutũ præſto eſt *ἀκόλουθος*. [Ital. Seguitatore. Gall. Page ou ſeruiteur allant apres ſon ſeigneur, ſuiuant. Hiſ. Aquel que acompanna ſeguiendo. Ger. Der auff einen wartet vnd im nachreitet.] Liu. lib. 5. Et ideò deuolui rem, ut aut Patricii, aut Patriciorum aſſeclæ habendi Tribuni plebis ſint. Cic. in Saluſt. Sed tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem poſtea adulter.

Aſſentio, tis, ſi, ſum, a. q & aſſentior, iris *συντίθεσθαι*, *συγκατατίθεσθαι*, *συναινέω*, *ἀρέσκομαι*. [Ital. Conſentire Gal. Conſentir, s' acorder. Hiſ. Conſentir con otro. Ger. Verwilligẽ, mitſtimmen, einer meinung ſein.] Idem quod conſentio, ſiue in eadem ſum ſententia. Cic. Lentul. lib 1. Epiſt. Nam aduertebatur, Pompeii familiares Volcatio aſſentire. Idem. de Ora. Tibi Senatus breuiter impoliteq; dicendi maximis eſt de rebus aſſenſus.

Aſſenſus, us, uerbale, Approbatio, conſenſus. *συγκατάθεσις*. [Ital. Conſentimento. Gal. Conſentement, acord. Hiſ. Conſentiemento con otro Ger. Verwilligung, mitſtimmung.] Cic. 4. Acad. Quare qui aut uiſum, aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit è uita.

Aſſenſio, onis, aliud uerbale eiuſdem ſignificationis. Cic. 4. Acad Neq; peccare quenquam, niſi aſſenſione. Idem lib. 1. Acad Sed ad hæc quæ uiſa ſunt, & quaſi accepta ſenſibus, aſſenſionem adiungit animorum, quam eſſe uult in nobis poſitam & uoluntariam.

Aſſenſor, m. t. Qui alicui aſſentit. *σύμψηφος*. [Ital. Chi conſente. Gal. Qui conſent. Hiſp. El que conſiente Germanicè,

Ein verwilliger, Der etwas zů ſein willē vnd ſtimb gibt.] Cic. Torian. Quotidie commemorabam, te in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, & me tibi.

Aſſentor, aris, d.p. *κολακεύω*. [Ital. *Adulare*. Flater-Hiſp. Halagar y liſongear. Ger. Schmeichlen, flatierē.] Significat (ut ſcribit Valla lib. 3. cap. 08.) inſidioſē, & concilianda alicuius utilitatis gratia, effuſius, & plerūq; falſo, quempiam laudo. Et propriè aſſentamur uoce, adulamur geſtu, blandimur ta ctu. ¶ Ponitur autem aliquando abſolutē. Cic. Ne aſſentari uiderere. ¶ Aliquando cum dativo. Idem in Bruto, Cur ita ſentiam, non dicam, ne me tibi aſſentari putes. ¶ Aliquando cum accuſativo. Teren. in Eun. Poſtremò imperaui egomet mihi Omnia aſſentari.

Aſſentatio, onis, verbale, f.p. Actus aſſentandi. *κολακία*.] Italic. *Adulatione*, lusingha. Gal. Adulation, flaterie. Hiſp. Halago, lſonia. Germ. Schmeichlung.] Liu. 1. bel. Mace. Aſſentatione immodica pudorem onerauit. Cicer. de Amicitia, Semper auget aſſentatio id quod is, cuius ad uoluntatem dicitur, nulti eſſe magnum.

Aſſentatiuncula, diminutiuū, *ἀκαιρολογία*. Cic. ad Lucceiū, Vereor, ne aſſentatiūcula quadam occupari tuam gloriam uidear.

Aſſentator, oris, m.s. Qui aſſentatur. *κόλαξ*. [Ital. *Adulatore*. Gal. Flatteur, amadoueur. Hiſ. Liſongero. Ge. Ein ſchmeichler Flatierer, Sellerſchlecker.] Cic. 1. Offic. Non benefici, neq; liberales, ſed pernicioſi atque aſſentatores iudicandi ſunt.

Aſſentatorie, aduerbium. *κολακευτικῶς*. [Ital. Con adulatione & lunſighe. Gal. Par flaterie, flatteuſement. Hiſpa. Con halagos y liſonia. Ger. Schmeichlerlich mit liebkoſen vnd flatieren.] Cic. ad Qu. fr. Dubitare te non aſſentatorie, ſed fraternè uero.

Aſſequor, eris, d.t. Nanciſcor præuertem, ad eum quem ſequor, peruenio. *ἐπιπαραλαμβάνω*. [Ital. Giungere, arriuare, acquiſtare. Gal. Suiure & atteindre, paruenir iuſques à quelque choſe. Hiſ. Conſeguir y alcançar. Ger. Ein nachfolgen, einen erlauffen, ertzeylen, erlangen.] Cic. Attic. lib. 1. Ad te quid ſcribam, neſcio. Si enim ei Romæ, iam me aſſequi non poteris. ſin es in uia, quum me fueris aſſecutus, coràm agemus. ¶ Per translationem accipitur pro æquare. Cicero 3. de Legibus. Quem imitaris, quoquam aſſequere. Idem Lentulo, Nullam partem tuorum erga me meritorum uideor aſſequutus. ¶ Quandoque pro acquiro. *ἐπιτυγχάνω*. Idem, Poſt reditum ab exilio, Veſtios denique honores, quos eramus gradatim ſingulos aſſequuti.

Aſſector, aris, d.p. Alteri honoris gratia aſſiduè comitatum præſto. *παρακολουθέω*. [Ital. Seguire, ſeguitare. Gal. Suire, ſouuent aucun, le connoier. Hiſp. Acompanar ſeguiendo. Ger. Einen beleiten, Offt einem nachfolgen.] Cic. de Orat. Quum ædilitatem Craſſus peteret, eumq; maior natu & Conſularis Sergius Galba aſſectaretur, quod Craſſi filiam Cn. filio ſuo deſponderat.

Aſſectatio, onis, f.s. *παρακολούθησις*. [Ital. L' acompagnare, il ſeguire. Gal. Suite ordinaire, accompaignement, conuoy. Hiſ. Obra de aſſi acõpannar. Ger. Nachfolgung, beleitūg.] Cic. pro Mur. Hanc in noſtris petitionibus operam atq; aſſectationem, &c.

Aſſectator, oris, m.s. Qui aſſiduè comitatum præſtat. *ἀκόλουθος*. [Italic. Chi acompagna uno per camino ò per la cita. Gal. Qui fait compagnie à un autre par le chemin ou en la ville. Suiuant Hiſ. Aquel que aſſi acompanna à otro. Ger. Ein nachfolger, Der von geſellſchafft wegen mit einem gehet.] Cic 7 Ver Quum ab eo uetus quidam aſſectator ex numero amicorum non impetraret, ut, &c.

Aſſeres, m.s. Tabulæ ſectiles, dicti ab aſſi endo, quòd admoueantur, hæreantq; parietibus, trabibusq; *σανίδες*. [Ital. Tauole da ſegare. Gal. Ais, membrures de bois fendu ou ſcié. Hiſp. Tablas corradas. Ger. Dilen, taffen, bretter.] Huius nominatiuus ſingularis eſt Aſſis aſſens, ſicut puluis, ſine etiam aſſer. Plin. Vernisq; aſſeribus contabulare pauimenta oportet. ¶ Hinc Aſſo, as, de quo infrà. Pallad. aſſeres quernos dixit. ¶ Aſſerum ſtructuram Coaſſationem uocamus, ut à tabulis Tabulationem. ¶ Interdum Aſſeres accipiuntur pro lignis, quibus utebantur lecticarii. Sueton. in Cal. Ad primum tumultum lecticarii cum aſſeribus accurrerunt. ¶ Dicitur & aſſis, is, pro eodē: unde & diminutiuum Aſſiculus. Col. lib. 6. c. 18. Aſſibus roborcis compingitur ſolum. Et paulo pòſt, Nec exire alia parte prohibētibus aduerſis Aſſiculis. ¶ Hinc fit aſſula diminutiuum. ¶ Aſſiculus aſis diminutiuū eſt ab Aſſe, ris. *σανίδιον*, Col. lib. 12. c. 50. Itaq; quum lacus extruxeris, aſſiculos inter ſe diſtantes, ſeſquipedalibus ſpatiis ſupra ſolum ponito.

Aſſĕro, ris, pen. cor. aſſeui, aſſitum, n.t. Iuxtà ſemino, uel iuxtà planto. *προσφύτευω*. [Ital. Seminar appreſſo. Gal. Semer, planter ou antes aupres. Hiſpa. Sembrar cerca algun lugar. Ger. Einen zů ſäyen, einen bey pflantzen.] Cat. de Re ruſt. Arbores tacito, uti benè matori ſint, uiteisq; uti ſatis multæ aſſerantur.

Aſſĕro, ris, aſſerui, tum, a.r. Significat affirmo, approbo. *διαβεβαιόμαι*. [Ital. Affermare, approuare. Gal. Aſſeurer, affermer, acertener. Hiſ. Affirmar porſiando. Germ. Beſtätigen, Für gewüs ſagen.] Cic. Offic. 3. Quòd ſi qui proſcribunt nullam nouam (ut ipſi aſſerunt) bencficiam ædificatam. ¶ Aſſerere item iuris uerbum eſt, idē ſignificās quod uendicare, ſuūq; eſſe dicere. *προσποιεῖσθαι*, *ἀντιλαμβάνεσθαι*. ¶ Vnde aſſerere in libertatem, eſt affirmare aliquem, qui ſeruus creditur, eſſe liberum. *ἐξαφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν*. Contrà Aſſerere in ſeruitutem, eſt aliquem qui pro libero ſe geſſit, tanquā ſeruū ſuum uindicare. Liu. lib. 3. ab Vrbe condit. M. Clodio clienti negotium dedit, ut uirginem in ſeruitutem aſſereret, hoc eſt, uindiciarum iudicio pro ſerua uindicaret. ¶ Sic etiā dicimus, Aſſerere ſe ab iniuria mortalitatis, aut oblionis, p eo quod eſt, rerū geſtarū, aut ſcriptorum monumentis, à quadā oblionis, aut mortalitatis ſeruitute, cui alioqui ſumus obnoxii, ſe uindicare. ¶ Frequens etiam locutio eſt apud ueteres, Aſſerere manu, pro eo quod eſt, in libertatem uindicare. Terent. in Adelp. Nam ego illam liberali cauſa manu aſſero. Vbi Donatus: Verba, inquit, ſunt iuris. Nam & Aſſertores dicuntur uindices alienæ libertatis: & ipſa cauſa liberalis dicitur, quæ actionē in ſe continet libertatis. Itē apud Plaut. in Curcul. Memento promiſiſſe te, ſi quiſquam hanc liberali cauſa manu aſſereret, mihi omne argentum redditum iri. ¶ Legimus etiā Aſſerere ſe, abſolutē dictum, pro uindicare ſe in libertatē. Ouid. lib. 3. Amor. Sed licet aſſerui iam me, fugiq; catenas.

Aſſertor, *βεβαιωτής*, dicitur is qui aliquem in ſeruitutem, aut etiam in libertatem uindicat. Prioris exemplum eſt apud Liu. lib. 3. ab Vrbe condit. Aſſertor nihil opus multiendine concitata ait, ſe iure graſſari. Vbi aſſertorē intelligit M. Claudium, qui ab Appio Claudio ſubmiſſus, uirginem in ſeruitutē petebat. Poſteriorie exempla paſſim occurrunt. Marr. lib. 1. Aſſertor uenias, ſatisq; præſtes. Item alibi, Qui Curios loquitur, aſſertoresq; Camillos. Vocat aūt Camillū aſſertorem, hoc eſt, publicæ libertatis uindicem, q populū Romanum à Gallorum ſeruitute in libertatem uindicauerit. Cōtrarium eius eſt Deſertor, qui patriam, principem, aut cliētem in periculo deſerit.

Aſſertio, f.r. Ipſe aſſerendi actus, hoc eſt affirmatio. *διαβεβαίωσις*. Cic. 1. Acad. Quibus de cauſis nihil oportere neq; pro ſieri, neq; affirmare quenquam, neq; aſſertione approbare. ¶ Inuenitur nonnunquam poſitum pro ipſis uindiciis, ſiue liberali iudicio. Fabius lib. 3. cap. 8. Sitne liber, qui in aſſertione eſt.

Aſſervio, is, ire, n.q. Idē quod Inſervio, obſequor. *ὑπηρετέω*. [Ital. Seruire. Gal. Seruir à quelq; choſe, s'y adonner. Hiſp. Seruir en fauor de otro. Ger. Dienen, Mitdienen. Cic. 4. Tuſc. Qui uolunt exclamare magis, toto corpore contentioni uocis aſſeruiunt.

Aſſervo, as, a.p. Seruo, cuſtodio. *φυλάττω*. [Ital. Conſeruare, cuſtodire. Gal. Contregarder, garde. Hiſp. Guardar. Ger. Behalten, bewaren.] Cic. 3. Verr. Tum iſte imperat, dum res iudicaretur, hominem ut aſſeruarent. Idē pro Archia, Quū Appii tabulæ negligentius aſſeruatæ eſſe dicerentur.

Aſſeuĕro, as, a.p. Conſtanter & ſeuerè affirmo, in affirmatione perſiſto. *διαχυρίζομαι*, *διαβεβαιόμαι*. [Ital. Affermare, approuare. Gal. Aſſeurer, affermer, aſſeurer, acertener. Hiſp. Affirmar porfiando. Ger. Beſtätigen, Etwas gewüs, und beſtendiglich ſagen.] Cic. 1. Acad. Nemo ulla de re poteſt contendere, neq; aſſeuerare, ſine certa aliqua eius rei & propria nota. Idem de Claris Orat. Magni interest, coram uidere, quemadmodum adoriatur, de quaq; re aſſeueret.

Aſſeuĕror, paſſiuum, Cic. 4. in Verr. Quę eſt iſta defenſio? ut aſſeuerator in hoc aut tentator?

Aſſeuĕranter, & Aſſeuĕratè aduerbia. *βεβαίως*. [Ital. Affermamente. Gal. Aſſeurément, en affermant. Hiſp. Con affirmation.

mation potiendo. Ger. Veſtiglich, gewiſslich] Cicer. ad Att. Scatius ſcripſit ad me, loquutũ tecum eſſe Q. Ciceronem ualde aſſeuerantèr, ſe hæc ferè non poſſe. Idẽ 9. Acade. Multò etiã aſſeuerantius, in Syria, quũ eſſet mecum, & paulò antè quàm eſſet mortuus. Gel. lib. 17. c. 5. Tragœdias Poetarum nobilium ſcitè atq; aſſeuerantè actitauit.

Aſſeueratio, uerbale, Affirmatio. *βεβαίωσις.* [Ital. *Affirmatione*. Gal. Affirmation, aſſeurance. Hiſ. Obra de affirmar. Ger. Ein beſtätigung.] Quint. li. 4. c. 2. Quum præſertim quorũ dam probatio ſola ſit in aſſeuerationè & perſeuerantia, &c. Plinius lib. 9. capit. 4. Tanta authorum aſſeuerationè commendatur.

Aſſeco, as, a. p. Diligenter ſicco. *ξηραίνω.* [Ital. Seccare. Gall. *Faire ſecher* diligement. Hiſ. Secar Ger. Fleiſſig trócknen.] Colum. lib. 12. c. 17. Tum rurſus in ſole caſſicauit.

Aſſeſco, is, Siccũ fieri. *ξηραίνομαι, ἀποξηραίνομαι* [Ital *Seccarſi*. Gal. Deuenir ſec, ſe ſecher. Hiſp Secarſe. Ger. Trocken werden] Colum. lib. 12. c. 9. Expreſſos in cratibus pandere, dum aſſideſcant.

Aſſeſſa, Menſæ ad quas ſedentes Flamines ſacra faciebant Feſtus.

Aſſideo, aſſides, pen. cor. n. ſ. compoſitum eſt à Sedeo, Idem ſignificans, quod iuxtà ſedeo. *παρεδρεύω.* [Ital. Sedere, aſſidere. Gal. Eſtre aſſis au pres ou ioignant. Hiſ. Aſſentarſe cerca de otro, como por da conſeio. Ger. Beyſitzen.] Verbum eſt neutrum, ſicut ſuum ſimplex. Cic. pro Planc. Huic aſſident, pro hoc laborant. ¶ Habet etiam interdum accuſatiuum uirtute præpoſitionis, ex qua componitur. Saluſt. in Iugurth Adherbalem dextra aſſedit. Quanquam hoc aliqui uelint eſſe ab Aſſido. ¶ Saluſt. teſte Priſciano, paſſiuè protulit, Oppidum amiſſum aſſideri, eodem modo ſicut dicimus, Obſideri & Circunſideri: quod certè tariſſimum eſt. ¶ Aſſideo etiam accipitur pro ſimilis ſum. Horat. Parcus ob heredis curam, nimiumq; ſeuerus, Aſſidet inſano, id eſt, ſimilis eſt inſano.

Aſſeſſio, onis, uerbale, ſ. t. *παρεδρεία.* [Ital. *Aſſiſtenza*. Gallice Aſſiſtence. Hiſ. Obra de eſtar aſſentado cerca de otros. Ger Beyſitz] Cicer. Mario. Quæ tua fuerit aſſeſſio, oratio, confirmatio animi mei, &c.

Aſſeſſor, nomen uerbale, ab Aſſideo, cuius officium eſt aſſidere Prætori atq; cõſulere in cauſis, cognitionibus, poſtulationibus libellis, edictis, decretis, epiſtolis. *πάρεδρος.* [Italice. *Aſſeſſore*. Gal. Aſſeſſeur ou conſeiller. Hiſp. Aſſeſſor que ſe ceria de otro ſe aſſienta como por dar conſeio. Ger. Ein beyſitzer in den radtſchlägen.] Cic. 1. de Diuin. Lacedæmoniis regibus ſuis Augurem aſſeſſorem dederunt.

Aſſeſſura, ræ. Vlpianus de proxenetis, Facilius quod Græci *ἰσοτελείαν* appellant, peti apud eos poterit, ſi quis fortè conditionis uel amicitiæ, uel aſſeſſuræ, uel alicuius alterius huiuſmodi proxeneta fuerit.

Aſſeſſrix, formin. uerbale, Quæ iuxtà ſedet. *παρέδρος, ἡ* Afranius, Dimittit iam aſſeſtricem, me ad ſeſe nocat. Nam uerbalia formina ſi formentur à ſupinis in Sum deſinentibus, aſſumunt literam r, ut Expultrix, Tonſtrix, Aſſeſtrix: & non temerè aliud inuenias uerbale in Trix, præter hæc tria, cuius maſculinum terminetur in ſor.

Aſſido, dis, pen. prod quemadmodum & ſuum ſimplex. Sido ait Idem penè ſignificat quod Aſſideo, ſed cum motu modi, ut ſit quaſi, ad aſſidendum me demitto. *καθέζομαι.* [Ital. Porſi à ſedere. Gal. S'aſſeoir, ſe mettre aupres. Hiſ. Poſarſe ò cerco ò lugar. Ger. Zůhin ſitzen] Caret proprio præſenti & ſupino. Capit aũt præteritũ à uerbo aſſideo, propter ſignificationis affinitatẽ, & temporũ ſimilitudinẽ quę in declinatione, quã accentu, dignoſcas. Vnde in illo Saluſtiano Adherbalem dextra aſſedit, Priſcian. uult eſſe præteritũ Aſſidi: non propriũ tamen, ſed mutuatũ à uerbo Aſſido. Neſcio quid hîc ſomniarint qui hoc uerbũ Aſſido à barbara Sido actiu. eſſe uoluerũt: quibus ſignificationis ratio refragatur. Nihil n. aliud ſignificant, quàm ad ſedendum, uel aſſidendũ, deſcendo. Neq; ſtatim ſequitur, ſi Aſſido neceſſar. habere inueniatur, eſſe uerbũ actiu. quũ etiã ac eodẽ ratione eſſet uerbũ actiu. Hoc enim fit ex natura ducturæ præpoſitionis. Neq; etiã leuius peccauerunt qui primi horum uerbi corripi uoluerũt: quod certè falſum eſt, quũ & ſimplex & reliqua cõpoſita eandẽ producant. Virg. 1. Aen. Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt. Oui li. 1. Metamorphoſi. Iuſſit & extendi campos, ſubſidere ualles. Multa alia hoc in loco congeſta erant, quæ quòd partim falſa eſſent, partim inutilia, omnia reſecuimus.

Aſſiduus, lugis, continuus: quòd in ea re, quam quis frequenter agit, conteditſe uideatur. *προσλαμβάνειν τὸ συνεχὲς.* [Itali. *Aſſiduo*, continuo, frequente. Gal. Aſſidu, continuel. Hiſ. Coſa continua y acoſtrumbrada. Ger. Fleiſige, empſige, on vaderlaſs.] Liu. lib. bel. Macedon. Accedebat, quòd alter decimum iam propè annum aſſiduus in oculis hominum fuerat. ¶ Aliquando aſſiduus dicitur frequens. ¶ Aſſidui etiã dicebantur, qui locupletes erant, & facilè, quum id tempus poſtulabat, munera populo præſtabant. Cic. in Top. Lex Aelia iubet uindicem aſſiduũ eſſe. Vide Gel. lib. 16. c. 10. Et Aſſiduus qui aſſe ſuo, id eſt, ſua pecunia, & ſine ſtipendio militabat. Et tunc ab aſſe, id eſt, ære dando deducitur.

Aſſiduitas, ſ. t. Diligentia. *τὸ συνεχὲς.* [Ital. Aſſiduità, diligenza. Gal. Aſſiduité, diligence. Hiſp. Continuacion y diligencia. Ger. Fleiſs, empſigkeit.] Cic. 1. Acad. Quam partim exercitationis aſſiduitate, partim ratione formabant. Cic. 1. de Natura deorum.

Aſſiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſuescũt animi: neq; admirantur, neq; requirunt rationes earum rerum, quas ſemper uident. Econtrario Deſides dicuntur ſegnes & otioſi.

Aſſiduè, frequenter *ἐνδιαλείπτως, συνεχῶς.* [Ital. Aſſidoamente, diligentemente. Gal. Continuellament, ordinairement. Hiſp Continuamente. Ger. Empſiglich, onunderlaſslich, Fleiſſiglich,] Virg. 2 Aegi. Tantum inter denſas, umbroſa cacumina, fagos Aſſiduè ueniebat. Teren. in Heaut. Quid te futurum cenſes, quem aſſiduè exedent. Cic. de Clar. Ora. Aſſiduiſſimè autem mecum fuit Dionyſius.

Aſſiduò, idem quod aſſiduè. Plaut. Mil. Dum tale facies, quales aſſiduò edes, Communicabo te ſemper menſa mea.

Aſſigno, as, a. p. Attribuo, conſtituo. *περιτίθημι.* [Ital. Aſſegnare. Gal. Aſſigner, bailler par aſſignation. Hiſp. Aſſignar ò conſtituyr. Ger. Zůgeben, zůordnen.] Cic. pro Domo ſua, Inferiorem ædium partem aſſignauit genti ſuæ Clodiæ. Idẽ Verr. Hoc quoq; attendite, apparitores, à Prætore aſſignatos habuiſſe decumanum. ¶ Interdum idem quod imputare, tribuere. Autor ad Here. li. 1. Sed ſi tardius hęc quàm ſtudes abſoluetur, tum rerum magnitudine, tum occupationibus aſſignare debebis.

Aſſignatio, uerbale, ſ. t. Idẽ ſignificans quod attributio. *πρόθεσις, ἀπόδοσις.* [Ital. Diſtributione, aſſegnatione. Gallic, Diſtribution, aſſignation. Hiſp. Obra para aſſignar. Ger. Zůgebung, verordnung.] Cic. Rutil. Quum Cæſar Syllanas conditiones & aſſignationes ratas eſſe uelit, quò firmiores exiſtimentur ſuę. Sic aſſignationes agrorum, apud eundem 4. Philip. & de lege Agraria.

Aſſilio, lis, pen. cor. aſſilui & aſſiliui aſſultum, ex Ad & Salio, Salto ad rem aliquam me confero. *ἐπιπηδάω.* [Ital. Aſſalire, aſſaltare. Gal. Saillir contre quelque choſe. Hiſp. Saltar haiaza alguna coſa, acometer cõ impeto. Ger. Zůhin ſpringen.] Cic. 1. de Orat. Nec aſſiliendum eſt ſtatim ad illud genus. ¶ Accipitur pro Oppugno, inuado, aggredior. Ouid. lib. 11. Metam. Quum ſæpe aſſiluit defenſæ mœnibus urbis. ¶ Etiam aſſilire dicitur de Animalibus, quum feminas ineunt. Col. lib. 7. Nam niſi prius ea marẽ conciuit aſſilientẽ, admiſſarium calcibus proturbat.

Aſſultus, us, oi, uerbal. m. q. Actus aſſiliendi. *εἰσπήδησις.* [Ital. *Aſſalto*. Gal. Aſſaut. Hiſ. Obra de ſaltar aſſi, ò acometer con impeto. Ger. Ein herzůſpringung. Aufſprung] Virgilius quinto Aeneidos, Nunc hos, nunc illos aditus, omnémq; pererrat Arte locum, & uarijs aſſultibus irritus urget.

Aſſulto, as, are, frequentatiuũ. *ἐπαπηδάω.* Plin. lib 9 c. 42. Aſſultant illi protinus. Idẽ lib. 8. c. 40. Mox ingruit aſſultãs, contrarq; belluam exurgens.

Aſſultim, aduerb. Per ſaltus, uel more ſalientium. *κατ' ἐπιπήδησιν, ἐπιπηδώντων.* Plin. lib. 11. c. 24. Phalangia ex his appellantur, quorum noxii morſus, corpus exiguum, uariũ, acuminatum, aſſultim ingredientium.

Aſſimilis, le, omn. t. ex Ad & Similis, Prorſus ſimilis. *ὅμοιος.* [Ital. *Simile*, aſſomegliante. Gal. Fort ſemblable, moult reſſemblant. Hiſ. Semeiante. Ger. Gar geleich] Cic. 2. de Nat. deor. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. Plaut. Mer. Quaſi tu nunquã quicquam aſſimile huic facto feceris.

Aſſimiliter, aduerb. Similiter ὁμοίως. [Ital. Similmente. Gal. Semblablement. Hiſ. Semejantemente. Ger. Gleichförmlich.] Plaut. Bacchid. Aſſimiliter hodie mihi obtigit.

Aſſimilo, las, a p. Similem facio, uel compare. ὁμοιόω. [Italic. Aſſomegliare, Gal. Comparager, parẽgonner, rendre ſemblable. Hiſp. Semejar. Ger. Vergleichen.] Cic. 4. Verr. Literæ, Hiarchæ oēs aſſimilatæ & expreſſæ, de tabulis in libros transferuntur. Ouid. 1. de Triſt. Aſſimilemq; ſui longa aſſuetudine fecit, Grandia ſi paruis aſſimilare uelis.

Aſſimŭlo, las, a. p. Fingo aliquid eſſe, quod re uera non eſt. ὑποκρίνομαι, προσποιοῦμαι. [Ital. Simulare, fingere. Gal. Simuler, feindre ce qui n'eſt point, contrefaire. Hiſpan. Fingir lo que no es. Ger. Gleiſsnen, Der gleichen thun als ob etwas wäre das nit iſt.] Tere. in And. Nunc tuũ eſt officiũ, has bene ut aſſimules nuptias. Cic. 1. Off. Vlyſſes furorem aſſimulauit, ne quò iret. ¶ Aſſimulari paſſiuè. Terent. Eunuc. Tũ pol ego is eſſem uerè, qui aſſimulabar.

Aſſimilatio, uerbale, προσποίησις, ὑπόκρισις. Plin. li 11. c. 49. Contra mulierum paucis prodigioſa aſſimulatio.

Aſſipitum, idq; Arabicè uocant Ziribergi, dulcis cibus, factus de carnibus, ſpeciebus & melle, ſeu ſaccharo, ſeu aceto, etiã ſi addi id interdum poſſit. Vtitur eo uocabulo ſubinde in dictis ſuis author Tacuin.

Aſſipõndium, Põdus unius aſſis, ſiue libræ. λίτρα. [Ita. Il peſo d'una libra. Gal. Le poix d'une liure. Hiſ. Libra entera de doze onças. Ger. Ein gewicht eines pfunds.] Varr. de ling. Lat. Quod unum pondo, Aſſipondium dicebatur, id ideo, quòd as erat libræ pondus.

Aſſis, is, m. 1. Tabula ſectilis. σανίς. [Ital. Tauola aſſe. Gallic. Vn ais. Hiſp. Tabla ò ripia ò cabrio. Ger. Ein dilen, raflen, brett.] Plin. Querenis q; aſſibus contabulare pauimenta oportet. Vide ſupra in dictione Aſſeres.

Aſſula, f. p. diminutiuũ ab aſſis. Tabella. σανιδάλιον. Plau. in Merc. Ac etiam ceſſo ſonibus facere his aſſulas?

Aſſulatim, Id eſt minutatim. κατὰ σανιδάλια. [Ital. Minutamente. Gal. Par eſclats, en menues pieces. Hiſp. Aſtilla à aſtilla. Ger. Stucklechtig, oder wie dilen.] Plaut. in Men. Faciam quod iubes, ſecurim capiam ancipitem, atq; hunc ſenem exoſſem reddam: dedolabo aſſulatim uiſcera.

Aſſuloſè, aduerbium, Idem quod aſſulatim. Plinius Calamus melior qui aſſuloſè potius, quàm rhaphani more frangitur.

Aſſŭla, Plin. Vitruu. & aliis honeſta uox eſt, qua primi ſignificant, quæ marmorei in cædendo marmore fragmenta diſſecant, & quæ in frangendis aliis rebus in longitudinem magis q; in latitudinem fragmenta diſſiliuntur. Item Dioſcoridis interpretes ſignificatori radicũ concidionem, utuntur ea uoce, σανιδώμασι, quod eius ſcilicet radices interdũ aſſuloſè, ſiue aſſulatim iubeant concidi.

Aſſiſto, is, n. t. Adſto, præſentem me exhibeo. παρίσημι, παρίσταμαι. [Ital. Stare, eſſere preſente. Gal. Aſſiſter, eſtre aupres, Hiſp. Eſtar cerca de algũa coſa. Ger. Beyſtou, zůgegẽ ſtehen. Tere. in Adelph. Hic propter hunc aſſiſte. ¶ Aliquãdo ſignificat patrocinari, quod priſci Adeſſe dicebant. Sic enim eleganter dicimus, Tibi adſum: &, tibi aſſiſto, pro eo quod eſt Aduocatus ſum cauſamq; tuam defendo.

Aſſo as, n. p. Tabulis ſterno, uel operio. σανιδόω. [Ital. Intauolare. Gal. Planchet ou pauer d'ais. Hiſp. Entablar, aſſar. Ger. Täflen, mit dilen überſchieſſen oder bedecken: item, Braaten.] à quo coaſſo pro contabulo. Vitruu. Quum aſſatum fuerit, ſuper altera coaſſatio ſtruatur, clauisq; fixa, duplicem præbeat contignationi lorication em. ¶ Item aſſare etiam utimur pro cibum ad ignem torrere. Vnde inaſſare. Plin. lib. 30. cap. 10. Alii in cibo, in ligneis uerubus inaſſatum.

Aſſarius a, um, Idẽ quod aſſus ſiue aſſatus. ὀπτὸς, ὀπτικός. [Ital. Arroſtito. Gal. Roſti. Hiſp. Aſſado. Ger. Gebraaten.] Cato de Re roſt. cap. 132. Daps Ioui aſſaria pecunia, uina ui ni Iunoni caſtæ.

Aſſatura. Carnes aſſæ ὄπτημα. Flauius Vopiſcus ſcribit Aurelianum Imperatorem conuiuium de aſſaturis maximè dediſſe.

Aſſŏcio as, are, Socĭũ ſe adiungere. συνάπτω, συνοιόω, κοινόω. [Ital. Accompagnare. Gal. Aſſocier, coupler, ioindre pour compagnon. Hiſp. Acompanner al ygual. Ger. Zůgeſellen.] Stati. 1. Theb. Aſſocer tibi cura futuri Amphiarẽ datur: iuuatq; Amythaone creatus Aſſociat paſſus. ¶ Significat & adaptare, & coniungere. Claudianus, Cornua ſummis Aſſociant malis.

Aſſŏlet, n. ſ. pen. cor. Idem quod ſimplex Solet. ἔωθε, φιλεῖ. [Ital. Suole. Gal. La couſtume eſt, on a de couſtume. Hiſ. Mucho acoſtumbra, ſuele. Ger. Man iſt alſo gewont, es iſt breüchig.] Legitur autem in tertiis tantum perſonis, & ferè imperſonaliter. Cic. de Amic. Quum in hortos D. Brutî commentandi cauſa (ut aſſolet) uenifſemus. Liuius 1. ab Vrbe, Vbi illuxit, paratis omnibus ut aſſolet, uocati ad concionem utrumq; exercitum iubet. Cic. 2. de Nat. deor. Gracchus ad Senatum retulit, Senatus ad quos aſſoleret, referẽdum cenſuit. Nonnunquam etiam perſonaliter. Terent. in Andr. Adhuc Archillis, quæ aſſolent, quæq; oportet. Signa ad ſalutem eſſe omnia, huic eſſe uideo.

Aſſŏno, nas, n. p. pen. cor. Sonitum reflecto, uel ſono reſpondeo. πάχω. [Ital. Ribombare. Gal. Reſonner, retentir, ſonner auec. Hiſp. Hazer retumbar y reſurtir la uoza. Germ. Zůſtimmen. ζυτόνεω.] Perſius Satyr. 1. Euoe ingeminat, reparabilis aſſonat Echo. Ouid. 3. Metam. Planxerant Dryades, plangentibus aſſonat Echo.

Aſſueſco, is, ex Ad, & Sueſco compoſitum, n. t. Eſt uſu diſcere, & enim longa conſuetudine aliquid facere. ἐθίζομαι, κατεθίζομαι. [Ital. Auezzarſi, aſſueuarſi, Gal. S'acouſtumer, de duire, auoir de couſtume. Hiſpan. Acoſtumbrarſe. Germ. Gewonen mit langem brauch.] Cicer. 5. de Finib. Quo in loco ad fluctum, aiunt, declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret noce uincere. Virg. 8. Aeneid. ...tos cernere fluctus Aſſueſcat.

Aſſuetus, Vir atus σύνηθες, συνήθης, ἐθάς. [Ital. Aſſuefatto, auezzo. Gal. Acouſtumé, uſité & duit. Hiſpan. Acoſtumbrado. Ger. Gewonet, oder gewennet.] Ab Aſſuefco, ſcis. Plinius, Aſſuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis. Cicero pro Plancio, Vicinitas non aſſueta mendaciis.

Aſſuetŭdo, f. t. Conſuetudo. συνήθεια. [Ital. Vſanza, conſuetudine Gal. Acouſtumance, uſage. Hiſp. Coſtumbre. Ger. Gewonheit.] Ouid. 1. de Arte, Nihil aſſuetudine maius. Idem 1. de Triſtib. Aſſimilemq; ſui longa aſſuetudine fecit. Tacit. lib. 18. Degenerabat à labore ac uirtute miles aſſuetudine uoluptatum, & contemptu ducis.

Aſſuefăcio, cis, n. t. ex Ad præpoſitione, & duobus uerbis, nempe Suco, ſues, & Facio compoſitum: Eſt uſu docere. ἐθίζω. [Ital. Aſſuefare, auezzar. Gal. Acouſtumier, duire. Hiſ. Acoſtumbrar à otro. Ger. Gewennen.] Cicer. de prouin. Conſ. Imperio populi Romani parere aſſuefecit. ¶ Huius paſſiuũ eſt aſſuefio. Cic. 3. de Orat. Quorum ſermoni aſſuefacti qui erunt, non poterunt non laudatè loqui. Liu. 28. bell. Puni. Ea ſecretis uiri alieni aſſuefacta ſermonibus.

Aſſũmo, mis. pen. pro. a. t. Modò ſignificat accipio, προσλαμβάνω. [Ital. Aſſomere, prendere. Gal. Prendre uers ſoy, retirer uers ſoy, s'attribuer. Hiſpan. Tomar à ſucargo. Germ. Zůjhm nemmen, annemmen.] Cicer. Neq; id onus inuitus aſſumpſi. ¶ Modò tribuo, attribuo, arrogo. περιποιέομαι, ἀφορίζομαι. Idem 1 Off. Si id mihi aſſumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare.

Aſſumptio, onis, uerbale, f. t. A ceptio. πρόσληψις. [Italicè, Preſa. Gallicè, Priſe. Hiſpanicè, Tomamiento. Germanicè, Ein annemmung, auſoemmung.] Cicero tertio de Finibus, Artes etiam ipſas propter ſe aſſumendas putamus, tum quia ſit in his aliquid dignum aſſumptione, tum, &c.

Aſſumptiuus, uerbale, Quod aſſumit. Cicero primo de Inuẽtione. Ac iuridicialis quidem ipſa in duas diſtribuitur partes, abſolutam, & aſſumptiuam. Et paulò pòſt, Aſſumptiua eſt, quæ ex ſe nihil firmi dat ad reprehenſionem, &c.

Aſſum, uide Aſſus.

Aſſuo, aſſuis, pen. cor. aſſui, aſſutum, n. t. pe. cor. περιῤῥάπτω. [Italicè, Cucire una coſa all'altra. Gallicè, Coudre l'un ſus un autre, rapetaſſer, empiercer. Hiſpanicè, Coſer una coſa à otra. Germanicè, Zůhinflicken, anſetzen.] Sueuado annecto. Hor. in Arte poët. Purpureus latè qui ſplendeat unus & alter Aſſuitur pannus.

Aſſurgo, gis, rexi, n. t. Eſt honoris uel benenolentiæ cauſa ſurgo, uel erigor. ἀναστημαι, ἐφίσταμαι. [Italicè, Leuarſi. Gallicè, Se leuer, ſe dreſſer contre, ſe leuar deuant quelqu'un. Hiſpanicè, Leuantarſe à otro, por honrarlo, ò leuantarſe. Germanicè, Aufſtehen, einem eher entbieten mit aufſtehen.]

ftehen.] simpliciter. Virgil. 5. Aeglog. Vtq; uiro Phœbi chorus assurrexerit omnis. ¶ Ponitur figuratè pro cedere. Ausonius, Assurgit Musæ nostra Camœna tuæ. Virgil. 2. Georg. Tmolos & assurgit quibus & rex ipse Phanæus. ¶ Accipitur item pro excrescere, & altum fieri. Virg. 3. Georg. Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu latè, septemq; assurgit in ulnas. ¶ Sic etiam plantas dicimus assurgere, quum crescunt, & in altitudinem accipiunt incrementum. ¶ Colles quoq; assurgere dicuntur, qui non ardui sunt, sed acclines: quiq; paulatim in altitudinem tendunt. Columell. libr. 2. Collem molliter assurgentem, montem sublimem & asperum, sed nemorosum & herbidum maximè probauerunt.

Assius, um, ἄσιος, adiectiuum ast ab ea urbe deductum: unde Assius lapis, quoddam sarcophagi genus, in quo condita cadauera, intra dies quadraginta, unà cum ossibus, solidentibus exceptis consumuntur, ut etiam dictum est. Vide Plin. lib. 36. c. 17.

Assus, a, um, Idem est quod Torrefactum, eo quòd igni assu dicit, (ut Varroni placet lib. 4. de lingua Latina.) Sudendo enim assum distillat ob calorem ὀπτός. [Italic. Arrosto, arrostito. Gal. Rosti. Hispan. Cosa assada. Germ. Das gebraaten ist.] Vel dicitur assum (ut Nonius tradit) quasi solū: (quemadmodum merum, solum dicimus) quoniam in opsoniis sine pigmento saporis alicui atq; carnes inferebãtur. Vide Assa.

Ast, Coniunctio est, qua poetæ carminis gratia utuntur, pro At, siue Sed. αὐτάρ. [Italic. Ma. Gallicè, Mais. Hispanic. Mas. German. Aber.] Virgil. 1. Aen. Ast ego quæ diuûm incedo regina Iouisq;.

Astaci, ἀστακοί, Ex genere sunt cancrorum, apud Plin. lib. 9. cap. 31.

Astandæ, Regum in Perside nuncios Angaros nuncupatos, à doctis obseruatum est, atq; illarum gentium esse uocabulum Herodoto uidetur. Sicuti Astandæ ferè notionis eiusdem, hoc est, grammataphori siue tabellarii, qui certis itinerum spaciis permutarentur. Plutar. libro de Alexandri fortuna scribit, Darium Persarum regem fuisse quandoq; regis Astandam.

Astaphylinos, Pastinaca syluestris, quæ & Staphylinos dicitur. Vide Ruel. lib. 3. c. 41.

Astaphis, idis, f. t. ἀσταφίς. [Ital. Vua passa. Gall. Raisin confit, passes, passerilles. Hisp. Vua passa ò passada. Germ. Weertrauben.] A nobis uua passa uocatur. Plin. li. 23. c. 1. Vua passa, quam Astaphida uocant, stomachum, uentrem, interranea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nucleï essent. ¶ Viri senis astaphis caluaria, ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον, id est, uiri senis uelut uua passa craniū. Admonet adagium, inualidū & flaccidum esse senile corpus exhausto succo carnibusq; adesis.

Astaphis agria, ἀσταφὶς ἀγρία. [Ita. Staphusaria, semenza de frati. Gal. Staphis agria. Hisp. Auarraz. Ger. Staphisagria, Leüsssamen.] Herba est cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ: fert folliculos uerius, quàm acinos, uirides, similes ciceri: hæc à Romanis, teste Dioscoride, Pedicularis herba dicebatur, eò quòd nucleos haberet phthiriasi curandæ utiles. Vocatur & Sthaphis agria, prima uocali à capite sublata. Nam quam ἀσταφίδα Attici, reliquiq; Græci σταφίδα appellant. Quinetiam hodie ab Officinis Staphis agria dicitur.

Astiphás, significat aquam è tenebris profluentem.

Astismos, m. f. ἀστεϊσμός. [Ital. Gentilezza, urbanità, ciuilità. Gal. Gentilesse, ciuilité, courtoisie. Hisp. Noblezza, hidalguia, ciuilidad. Germ. Hofligkeit, statligkeit.] Latinè urbanitas: & est tropus multiplex, numerosæq; uirtutis. Nam hic nos putatur quicquid rustica simplicitate caret, & satis urbanitate exponitur, ut apud Virgil. 3. Aegloga, Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui. Id est, pro poena ei contingat, ut diligat, Maeuium peiorem poetam. Atque idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Id est, faciat ea quæ contra naturam sunt. Nam ἀστεῖος, urbanus. ἀστεΐζομαι, urbanus sum.

Aster, m. f. & astrum, ἀστὴρ ἢ ἄστρον. [Ital. Stella. Gal. Estoille. Hisp. Estrella ò planeta. Ger. Ein stern.] hoc modo inter se differunt: quòd hoc congregationem significat stellarū, uel signum ex stellis coactum, ut est Leo, Libra, &c. Illud uero unã tantū in stellam. Apud Græcos etiã eadem obseruatur differētia, ἀστὴρ enim apud illos unicã tãtùm stellã, ἄστρον sydus totum significat. Suid. Ἀστὴρ ἄστρου διαφέρει. ὁ μὲν ἀστήρ ἕν τι ἐστὶ τὸ δὲ ἄστρον ἐκ πολλῶν συντέθειται, ὃ καὶ ἀστροθέτημα καλεῖται. Cic. Quum autem uer esse cœperat, cuius initium ille non à Fauonio, neq; ab aliquo astro notabat, &c. Idem de Vniuers. Has igitur ob causas nota sunt astra.

Asteriscus, m. f. ἀστερίσκος, diminutiuum est, Signum est ad paruæ stellæ similitudinem, quo utimur quum aliquid in scribendo omissum est, uel quum uariant exemplaria. Hieronymus, Qui editioni antiquæ Theodotionis, miscuit asteriscos & obelos. Pingitur sic *.

Astrifer, ri, Ferens astrum, ἀστροφόρος. [Ital. Che porta le stelle. Gal. Qui porte astres ou estoilles. Hisp. Cosa que tiene en si estrellas. Ger. Sternentrager.] Martia. lib. 8. An tua multifidum numerauit lana Timauum, Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit.

Asterchillos, Achillea, apud Diosc. lib. 4. c. 19.

Aster Samius, ἀστὴρ σάμιος, Species est terræ cuiusdã ad multos medicinæ usus conducentis, quæ in Samo insula effoditur: ita dicta à stellæ imagine quæ illi imprimi sigillo consueuit. Huius terræ meminit Galen. lib. 9. Simpl.

Aster Atticus, ἀστὴρ ἀττικός, Herba est Plini. quæ quòd præsens est inguinum remedium, à Romanis Bubonium dicitur, & uulgò Inguinalis. Vide Plinium libro uigesimoq; in to, capite 5.

Asterias, ἀστερίας, Auis ex genere ardeolarū, à fulgore astrorum. Plin. lib. 10. c. 60.

Asteriscum, ci, ἀστερισκόν. Herba est ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, & Vrceolaris herba, eò quòd uitreis urceolis detergendis in primis sit idonea. Nascitur in tegulis, parietinisq;: unde & Parietaria, & Muralis herba uulgò dicitur. De hac Plin. lib. 22. c. 17.

Asteriscus, ἀστερίσκος, Vide Aster.

Astrale, adiect. ἀστῷον, quod ad astra pertinet. Vnde Astralia facta dicta sunt ab August. lib. 5. de Ciuit. Dei.

Asterion, rii, ἀστέριον, Species est aranei, cuius morsu genua labefactantur, ut tradit Plin. lib. 29. c. 4. ¶ Est & Asterion herba quæ & Spondylium dicitur, quòd semen habet Asterii animalculi figura. Vide Diosc. lib. 3. in descriptione Spondilii.

Asterno, is, ere. astraui, astratum, a. t. Iuxtà sterno. προσκαταβάλλω. [Ital. Distendere. Gall. Coucher & estendre au pres. Hisp. Derribar algo hazia otra chosa. Ger. Zůhin streüwen, Neben etwas legen.] Ouid. utitur eius passiuo 2. Metam. Noctesq; diesq; uocant, asternunturq; sepulcro.

Asthmaticus, cum h, m. f. ἀσθματικός. [Ital. Chi spira con difficulta, chi ha l'asmo. Gallic. Poussif, qui à son aleine à grand difficulté. Hisf. Cosa quæ tiene difficil respiratiõ. Ger. Ein feichiger, der schwärlichen vnd mit keichen athmet, Ein engbrüstiger.] Anhelus & spirosus dicitur: quum scilicet spirare sine sono & difficultate quispiam non potest. ¶ Id autem morbi genus Asthma ἆσθμα uocatur, hoc est spirandi difficultas.

Astipŭlor, pen. cor. d. p. Assentior. προστίθεμαι, ἐπιψηφίζω, συγκατανεύω. [Ital. Consentire. Gal. Consentir à quelq; chose. Hisf. Consentir con otro y otorgar. Ger. Verwilligē, ubereinkommen.] Liu. 9. bel. Mace. Non pendere ex alterius uultu ac nutu, nec alienis momentis animi circumagi, astipulatibus irato Consuli Tribuniq; plebis.

Astipŭlātio, f. t. Assensus συγκατάθεσις, συγκατάνευσις. [Ita. Cōsentimento, accordo. Gal. Consentement & acord. Hisf. Consentimiento. Ger. Verwilligung, mitstimmũg.] Pli. lib. 29. c. 1. Qa de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio.

Astipulatus, us, Attestatio, uel Assensus. Plin. lib. 7. c. 47. Consecratus est uiuus, sentiensq;, oraculi eiusdē iussu, & Iouis deorum summi astipulatu.

Astipulator, oris, m. f. Qui assentitur. συγκατανεύων. [Ital. Chi s'acorda ò cōcorra in opinione cō alcūo. Gal. Qui s'acorde à aucū & est de son opiniõ. Hisf. El que assi cōsiēte con otro. Ger. Ein verwilliger, mitstimmer.] Cic. 4. Aca. Sed illud falsum esse & Stoici dicunt, & eorum Astipulator Antiochus.

Astitŭo, is, astitui, astitum, a. t. compositum ex Ad & Statuo, Iuxtà statuo, præsentem exhibeo. παρίστημι. [Ital. Colloccare. Gal. Renger, agencer. Hisf. Establecer. Ger. Zůhin setzē, neben etwas stellen.] Autor ad Herenn. lib. 1. Aegrotum in

lecto cubantem faciemus, & reum ad lectum eius astituemus. ¶ Est item Astituo, Suo in loco colloco. Plautus in Capt. Iuben', an non iubes astitui aulas, patinas eius?

Asto, as, astiti, astitum, n. p. Significat præsens aut firmus, seu erectus sto. παρίστημι. [Ital. Esser presente, estar fermo in piede Gal. Estre pres, assister, estre debout pres quelque chose. Hispan. Estar en pie cerca de otro. Ger. Beystehen, Zů gegen stehen. Vůaben etwas stehen.] ¶ Ponitur interdum absolutè. Plautus in Capti. Ego miser vix asto præ formidine. Idem in Cistell adolescens asta, atq; audi. ¶ Interdum cum dativo. Idem in Cas. Stultus contriui diem, dum asto aduocatus cuidam cognato meo. ¶ Interdum cum præpositione In. Idem, Continuò in genua astanti. ¶ Et cum Ad. Cic. pro Archia, Quum in Sigeo ad Achillis tumulũ astitisset, ¶ Aliquando significat Simpliciter sto. Virgilius, Arrectisq; auribus astant. ¶ Interdum Sum, quum de rebus loquimur quæ cadere non possunt: ut quum dicimus terram astare.

Astorgion, uel asterion, ἀστέριον, genus aranei quod latè pũgit. Barb. in Corol.

Astrăgălus, m. i pen. cor. ἀστραγαλός. [Ital. Tallone Gal. Vn osselet qui est au talon, ou au bout d'une esclanche de mouton, duquel on ioue au lieu de dez. garignon. Hisp. Carnicol. Ger. Knoden: item, Ein spyl mit würffen.] Os est pedis animalibus quibusdam supra calcaneum, quod à Latinis Talus dicitur. ¶ Astragalus item ludi genus erat, in quo astragalis, hoc est, talis utebantur, tàm ex naturalibus, aut ad earum similitudinem ex ebore, aliúue materia effictis: de quo ludi genere uide plura in dictione Talus. ¶ Astragali quoq; dicuntur septem spinæ uertebræ, quibus collum incumbit, quos σπονδύλους τῦ τραχήλου Suidas appellat. Vide Hom. lib. 10. Odyss. Eipenorem traditin Circes ædibus de scalis delapsum, astragalos tregisse. ¶ Est item Astragalus, ut ex Dioscoride colligit Ruellius) herba quam Montanũ uel rusticum cirer appellamus. ¶ In ædificiorum quoque columnis Astragalus erat cælaturæ quoddam genus, ab herba fortasse huius similitudine dictũ, cuius meminit Vitru. quum ait, Astragali faciendi sunt octauæ partis.

Astrăgălizo, n. p. ἀστραγαλίζω. [Ita. Giocare à dadi, Gal. Iouer au garignon ou au dez. Hisp. Iugar al carnicol. Germ. Mit würffen spilen.] Græcum est uerbum, idem significãs quod talis ludo. Vnde Astragalizontes, ἀστραγαλίζοντες, talis ludentes, quo nomine dictum fuit opus nobilissimum Polycleti ex ære, quod duos habebat pueros, talis ludentes: de quo Plin. lib. 34 c. 8.

Astrapias, ἀστραπίας, Gemma est colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radios in medio habens discurrentes. Vnde & nomen accepit. De hac Plinius libro ultimo, cap. undecimo.

Astringo, s. x. Vnio, coniungo, cõtraho, coarcto. προσέλλω, [Ital. Stringere, ligare. Gal. Serrer, Estreindre, lier, contraindre. Hisp. Apretar mucho. Ger. Zůsamen ziehen, zů enander zwingen.] Columel. lib. 3. Quum omnes surculos, quos arbor paueret, dimiseris, libro ulmi uel uimine arborem astringito. Virg. 1. Georg. Seu durat magis, & uenas astringit hiantes. ¶ Per translationem Astringere ponitur pro obligare, ἐνέχειν: & sic genitiuo iungitur, sicut Cellius notauit Sabin. scripsisse, Qui alienum tacens lucrificãdi causa sustulit, furti astringitur, siue ficus scit cuius sit, siue nõ scit ἐνεχόμενος κλοπῆς. ¶ Quãdoq; pro promittere: quia promissa uincula fidei dicuntur. Terent. in Eunuch. Meam astringo fidem. ¶ Est item astringere, σίφειν, medicorum uerbum, quod significat Dẽsare, & poros, siue meatus contrahere.

Astrictio, uerbal. στῦψις, σύσφιγξις. [Ital Stringere, asprezza. Gallicè, Restriction, astreré. Hispanicè, Apretamiento, aspreza. Germanicè, Zůsammen ziechung, oder bindung.] Actus siue facultas astringendi Plinius Gustus amari cum astrictione.

Astrictorius, a, um. Quod astringit, στυπτικός. [Italice Cosa che tale per stringere. Gall. Qui restreint ou dent restreindre Hispa. Cosa para mucho apretar. Ger. Das eng mache, zůsammen zeüchr.] Plin. lib. 24. cap. 13. Paluri folia astrictoriam uim habent.

Astrictè, aduerbium. ἀπὸ προσεσταλμένως, σφιγκτῶς. [Italicè, Strettamente. Gallicè, Estroitement, ferréement. Hispanicè, Apretadamente, estrechamente. Germanicè, Enge.

nachzůsammen.] Cicero tertio libro de Oratore, Qui parat orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodò non astrictè, sed remissius, numerosam esse oportere.

Astrion, otis, Gemma crystallo propinqua, quæ si altris opponitur, fulgorem eorum rapit & regerit. Plinius libro 37. capite 9.

Astrŏbŏlismus, ἀστροβολισμός, Arborũ ictium est, quum Canicularis æstu (quã Theophrastus peculiariter ἄσηρον appellat) humore absumpto arescunt. Latinorum nonnulli Siderationem interpretantur. ¶ Transfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipsis etiam ossibus exarescit: quod malè genus στρεπτλισμὸν à Galeno appellatur.

Astroites, ἀστροείτης, Gemma quæ oculis piscium similis esse perhibetur. Autor Plinius libro trigesimoseptimo, capite nono.

Astrŏlăbium, ἀστρολάβιον, Instrumentum ex quo astrorũ motus colliguntur, aliàs Planisphærium appellatur.

Astrŏlŏgia, f. t. ἀστρολογία, Scientia tractans de cognitione & motu astrorum, quæ & Astronomia dicitur: quanquam non desunt, qui hæc ita distinguũt, ut Astronomia sit, quæ de motu astrorum differit: Astrologia autem, quæ de iudiciis agit ad uitã fortunamq; pertinẽbus. Verùm hæc differentia non obseruatur. Cicero de Senectute, In astrologia C. Sulpitium audiuimus. Idẽ 3. de Diuin. Eudoxus in astrologia facilè princeps.

Astrologus, siue Astronomus, m. ἀστρολόγος, ὁ ἀστρονόμος, Qui astrologiæ, siue astronomiæ guarus est. Cic. 2. de Diuin. Quid astrologus? cur stella Iouis aut Veneris coniuncta cũ Luna ad ortum puerorum salutaris sit, Saturni, Martisue contraria? Astrologorum prædictiones, apud eundem, ibidem.

Astrum, ἄστρον, uide in dictione Aster.

Astruo, is, x. t. Iuxtà struo, & ædificium ædificio iungo, προσκατασκευάζω. [Ital. Fabricare appresso, fortificare, confirmare. Gal. Bastir & edifier loignant autruy. Hispa. Fabricar, affirmar ò confirmar. German. Zůhin bauwen.] Columel. libro primo, Nam cum ueteri astruitur recens ædificium, quasi surgenti reluctans, oneri cedit. ¶ Hinc per translationem pro affirmare sumitur. Plinius libro decimooctauo, capite 11. Periti rerum astruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c.

Astŭ, aduerbial. pro astutè ponitur, πανούργως. Terent. in Eunu. Quòd si astu rem tractauit, dii nostram fidem Quantam & quàm ueram laudem capiet Parmeno?

Astus, adiect. uidetur finxisse Plaut. Trucu. Si uenerit Ne istũ ecastor hodie astis confertum fallaciis.

Astur, ris, ἄστυρις, Gentile nomen est, eum significans, qui ortus est ex Asturia Tarraconensis Hispaniæ regione. Martialis pro possessiuo usurpauit, Asturem equum dicens, pro Asturico, siue Asturiensi. Ita enim habet in Distichis: Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues, Vênit ab armiferis gentibus Astur equus. ¶ Est item Astur, Herrusci cuiusdam proprium nomen, qui Aeneæ suppetias tulit aduersus Turnum: de quo Virg. lib. 10. Aene.

Asturi, ἄστυρις, Sũt Hispaniæ populi memoratissimi, Gallæcis, Artabris, Vardulis, & Cantabris proximi, aurifodinis & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus non uulgaris in curso gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. Pli. lib. 8. Meminit Asturum multis locis lib. 3. Silius, Eorum tractus, Asturiæ nomen habet.

Asturica Augusta, Hispaniæ Tarraconensis urbis in finibus Asturiæ. Ptolem.

Asturcones. Equi ab Asturia regione Hispaniæ ita appellati, quibus nõ uulgaris in curso gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est: ut tradit Pli. lib. 8. c. 42. Silius lib. 3. His parous sonipes neq; matri notus: at idem Aut inconcusso glomerat uestigia dorso, Aut molli paratu celer trahit essęda collo. Talem egressum Græci ἐυδρομεῖν, à bonitate cursus. Lati. dicunt tolutarios equos à tollendis pedibus, & tollutim glomerandis.

Astus, us, masculini generis q. de. πανουργία idem quod astu, uel astutia, à Græco ἄστυ, quod Latinis oppidum sonat. Nã qui in urbibus frequentes sunt, solent esse callidiores. Silius lib. 16. Non arx aut astus belli, uel dextra deerat. Callidi astus, Seneca in Troade. Acris astus, Valer. 1. fin. 3on.

Astu-

Astus, ta, tum, adiect. Versutus, cautus. πανοῦργος. [Italic. Astuto, malitioso. Gall. Fin, caut, ruse, malicieux. Hisp. Astuto y cautelosso. Germ. Listig. Geschcid.] Seruius, Propriè astutos malitiosos uocamus. Cic. 2. Verr. Ita fiet, ut tua ista nos existimetur astuta, meum hoc consilium necessariũ. Idem 1. Officio. Certè non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non uiri boni, sed uersuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, usfri. Plaut. Cato. Nec fallaciam astutiorem ullus fecit poëta.

Astũtia, tiæ, s. p. Calliditas, malitia. πανουργία. [Ital. Astutia, calidita, malitia. Gall. Ruze, finesse, astuce, cautelle. Hispa. Astucia, cautela. Germ. Listigkeit, Geschcydikeit.] Cic. 1. de Inu. Quibus abest ad præcauendum intelligendi astutia. Terentius Eunuch. - nunc opus est tua. Mihi ad hanc rem ex prompta memoria atq; astutia.

Astũtè, aduerb. Callidè, uersutè. πανούργως. [Italicè. Astutamente. Gallicè, finement, cautelensement. Hispanicè, Con astucia. Germanicè Listiglich.] Cicero ad Quint. Fr. Nihil tamen nec temerè dicere, nec astutè reticere debeo.

Astylis, idis, ἀστυλὶς, Lactucæ lationis genus sine caule, quæ ob insignem frigiditatem Veneri maximè creditur resistere. Idem & Eunuchion, & Spadonion à nonnullis est appellatum. Vide Ruell. li. 1. ca. 10.

Astyla. Herba est, qua sibi pecora medentur, siquando anagallidem fœminam imprudẽter gustauerint. Latini Ferum oculum appellant, teste Plin. lib. 26. cap. 13.

Asylum, n. ἄσυλον. [Ital. Luogo priuilegiato & inuiolabile. Gall. Temple ou il y a franchise, lieu d franchise. Hispan. Lugar priuilegiado para los malhechores. Germ. Ein Frey heit ein ort da einer frey ist.] Templum, alimue quiuis locus inuiolabilis, & consecrationis lege totus à direptione, ad quem confugientes sine summo piaculo auelli non possunt. Dictum Asylum ab ἀ, priuatiuo, & uerbo συλάω, quod est rapio, prædor, & sacrilegio polluo. Seruius tamen Asylum dictum manet, quasi ἄσυρον, à uerbo σύρω. quod est trahere: propterea quòd inde auelli quempiam nefas esset. ¶ Asylum autem primùm Athenis sibi constituerunt Hercules, ueriti nimirum eorum, qui ab illo fuerant uexati. Statius in Thebaidos. Fama est, defessos acie post busta paterni Naminis Herculeos sedem fundasse colonos. ¶ Hoc deinde imitatus Romulus, & ipse Romæ asylum constituit inter Capitolium & Palatum in sacro luco, quod Querceum dicitur. Vnde Ouidius, Totus populus Romanus in principio tres fuerunt tribus: Tatienses una, à Tatio rege: Ramnes altera, à Romulo: Luceres tertia, à Lucomone, siue à luco, quem locum Asylum uocauerat Romulus. De hoc Virg. li. 8. - hinc locum quem Romulus acer Asylum Retulit. Scribit Liu. lib. 1. bel. Maced. Templum Apollinis Delphicum esse Asylum atq; sacra templa à Græcis uocari Asyla. ¶ Ad asylum confugere, prouerbialiter dicimus, quum extremum refugium intelligere uolumus. Cicer. actione in Verrem 1. Se quæstorem prohibitum esse dicebat quominus è fano Dianæ seruum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret.

Asylia, æ, ἀσυλία. Ius libertatis, immunitatis & uenię, quod is consequebatur, qui ad asylum confugiebat: quod immunitatis genus etiam hodie obseruari uidemus in iis, qui ad eccleasticorum templa confugiunt. Budæus in Annotationibus in Pand.

Asyli dicuntur à Græcis, homines à uiolentia tuti, ut ex sacrosancti, quos attingere sine periculo non licet, nec rebendere: quales erant Tribuni plebis apud Romanos, & Consecratores.

Asymbolo, ás, ἀσυμβολέω. [Itali. Franco da pagare lo scoto. Gall. franc d'escot. Hisp. El que bome y no escota. Germa. Der kan Zeren gibt, Zächtfrey.] Qui symbolum non dedit, hoc est collectione accessit ad cõessationẽ. Ter. in Phor. Terentius symbolum uenire, atq; lautum è balneis &c.

Asymphonia, ἀσυμφωνία, Latinè inconsonantia, ἀσύμφωνος, discors.

Asyndeton, n. ἀσύνδετον, siue Asynthetos, ἀσύνθετος, Dicitur est, incompositum, uel disiunctum. Est enim figura quum ulla sine coniunctionis uinculo proferuntur: ut Veni, uidi, uici.

Asyntheta, ἀσύνθετα, Plin. appellat crystalla, quæ pura sunt & sine nitio.

Asystaton, ἀσύστατον, Idem quod instabile, aut adeò repugnans, ut subsistere nõ queat. Vnde genus quoddam philosophiæ quod Arcesilas introduxit ignorantiæ magister, à Gellio Asystaton appellatur. Affirmabat enim Arcesilas, se hoc unum scire, quòd nihil scire posset. Cuius assertionis ueritas subsistere non potest. Nam si hoc scias, nihil scire posse: sequitur aliquid esse quod sciatur. Sic inducitur dogma sibiipsi repugnans, seseq; dissoluens.

Asystatos, i. nõ consistẽs status. Africanus hac uoce usus est in 1. q quadragesima ad Leg. Falcid. ut uulgati habẽt codices: sed in Not. tex. τὰ ψευδόμενα legatur iuxta Alciat, uerũq; lectio uidetur posse defendi, nisi q altera ad Rhetores, altera ad Dialecticos pertinet. Vide eum cap. 8 lib. Parerg.

A ante T.

AT. In notis antiquorum, aut A. TE à tergo. A. T. M. D. O. aio te mihi dare oportere. ATQ. atq. A. TREB. Aulus Treboni us. ATR. authoritas uel author. A. TP. annuo tẽpore. A. TT. ante titulum. A. TR. TP. ad torrem Tarpeiam. A. T. AB. adolescentis testiculos abscidit.

At, Particula principijs apta, præsertim quum aut indignationẽ, aut dolorem exprimere uolumus, ut ita actum, aut querelas significantius ostendere ualeamus ἀλλά. [Italic. Ma. Gall. Mais. Hisp. Mas, empero, peromas. Germ. Aber.] Virg. 1 Aeneid. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis Dii (siqua est cœlo pietas, quæ talia curet) Persoluant grates dignas. Terent. At tibi dii digna factis exitium duint. Quandoq; superiorum dictorum discretiuum est: ut apud eundem in Andria, At mihi Scrupulus unus restat. Quandoq; rerum differentiam denotatur, Scipio est bellator, at Cato Orator. ¶ Quandoq; ponitur pro Saltem, γέ. Ouid. Crudelis somni quid me remouistis inertem? At semel æterna nocte premẽda tui. Et apud Virg. 1. Aeneid. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, At sperate deos memores fandi atq; nefandi. ¶ Quandoq; aduersationem. Virgil. 4. Aeneid. At regina graui iamdudum saucia cura. Nam quum Aeneas quiesceret, Regina turbabatur, quod est contrarium. ¶ Componitur cũ Enim, ut, Atenim, ἀλλά γάρ, νὴ Δι' ἀλλά. Est autem hæc particula antihypophoris in primis accommodata. Cic. 2. de Natur. deor. Atenim minora dii neglexerunt: sic enim dicitis. Idem in Diuin. in Verrem, At eorum istum soli Siculi persequuntur, ciues Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt.

Atat, Interiectio est paulatim percepti atq; intellecti mali. ἀτὰ, ἀὶ ἀτὰ. Terent. in Eunuch. Atat, dare hercule uerba mihi sunt? Seruius in Arte. Atat, est aliquid de improuiso deprehendentis. Quandoq; est interiectio timoris. Terent. in Eunuch. Atat mi homo formidolosus es?

Atauus, pen. cor. m. f. Est abauus, uel abauiæ pater. ἀβιππάπος. [Ital. Terzo auolo. Gall. Tayeul ou pere grand du bisayeul. Hisp. Tercero abuelo. Germ. Vrãe des gross Vatters, oder der Grosmůter.] Terent. in Phorm. - memoriter Progeniem uestram utq; ab auo atq; atauo proferens. Cice. pro Cæl. Non patrem tuum uideras, non patruũ non auum: pro auum, atauum audieras Consules fuisse?

Atechnia, pen. corr. ἀτεχνία, Ruditas, imperitia. Quintil. li. 2. cap. 21.

Ater, a, um, Obscurum, nigrum, ab atterendo dictum, quòd quæ atterũtur, liuorẽ contrahant. μέλας. [Ital. Nero, oscuro Gall. Noir, obscur. Hispan. Negro obscuro y no lympio. Germ. Schwartz Finster.] Cic. 5. Tuscul. Alba & atra discernere non poterat Democritus luminibus amissis. Terent. in Adelph. Tam excoctam reddam atq; atram, quàm carbo est. ¶ Atra bilis, succus est frigidus & siccus, qui ex multa adustione atrum colorem contraxit: Græci μελαγχολίαν uocant. Cic. 4. Tuscul. Hanc enim insaniam, quę iuncta stultitiæ patet latius, à furore disiungimus. Græci uolunt illi quidẽ, sed parum ualent uerbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi uocant. Quasi uerò atra bilis solum mentem, ac nõ sæpe uel iracundia grauiore, uel timore uel dolore mouetur. ¶ Interdum Atri capitur pro funesto: unde Atri dies, aduersi, & infausti dies uocabantur quibus Romani insignem aliquã cladẽ accepissent: ut dies ante quartum Calend. Nonas, uel Idus, ater habetur, quòd ante quartũ Calen. Sextiles clades ad Cannas creditur accepta. Gell. li. 5. ca. 17.

Atratus, a, um, Adiectiuum ab ater. μελανείμων. [Ital. Fato to nero. Gall. Norici, portantle deueil. Hisp. Hecho negro ò uestido de uestidura negra. Germanicè, Gefchwertzt,

ſchwartz gemacht.] ut, Atratus Fluuius, atro colore tinctus. Cic. 2. de Diuin. Quid, q̃ fluuius atratus ſanguine fluxit? ¶ Atratus itẽ ueſte lugubri indutũ ſignificat. Cic. in Vatin. Cedò quis unquã cœnauit atratus: ita enim illud epulũ eſt funebre, ut munus ſit funeris, epulq; qdẽ ipſe dignitatis.

Atrĭtās, ātis, f.t. Nigredo, *μελανότης*. [Ital. *Norezza*, negrezza. Gall. *Noirceur*. Hiſ. Negror, negrura. Ger. *Schwertze*.] Plautus in Pœn. Ita replebo atritate, ut atrior multo ſiet Quã Aegyptii. ¶ Aliquando pro immanitate capitur. Gell. Atrorem dicere maluit, lib. 2. cap. 26. Rubidus autem eſt rufus, atrore nigroreq; multo miſtus.

Ator, oris, m.t. pro Atritate. Gell. lib. 2. ca. 26. Rubidus autem eſt, rufus, atrore, nigroreq; multo miſtus.

Atrum olus, quod Graeci *ἱππομάραθρον*, & *ἀγριομάραθρον*, id eſt, equi apium, ſiue agreſte apium dicũt: altitudine reliquum apium ſuperat.

Atrāmēntum, n. ſ. Ab atro colore dicitur. *μέλαν τό*. [Italic. *Inchioſtro*. Gall. *Encre*, peinture noire. Hiſp. Tinta para eſcriuir, ò tinta delos çapateros. German. *Schwartze farb*, *Dinten*.] cuius duo ſunt genera, ſcilicet Scriptorium, *μέλαν χαρτικόν*, Herm. quod & Librarium dicitur, quòd librarii in tranſcribendis libris eo uterentur: & Tectorium à tectoribus, quo pictores utebantur. Cic. ad Qu. Fr. Calamo, & atramento temperato, charta etiam dentata res agitur. ¶ Ebur atramento candefacere, dixit Plautus, pro, genuinæ formæ cultum atq; ornatum externum inducere, quo decus illud natiuum obſcurerur magis quàm illuſtretur. Proinde lena puellæ naturali forma præditæ, tamen ceruſſam, ad oblinẽdas malas poſtulanti, una, inquit, opera ebur atramento candefacere poſſules. ¶ Eſt & Sutorium atramentum, quod in inficiẽdis pellibus ſutores coriarii uſurpant. *χάλκανθος*. Volgò hoc à uitri ſimilitudine Vitriolum nominant. Plin. lib. 34. cap. 11. Graeci cognationem æris fecerunt nomine & atramento Sutorio: appellant enim Chalcantum. Cic. lib. Epiſt. 9. ad Patum, Iam pater eius accuſatus eſt à M. Antonio: Sutorio atramento abſolutus putatur! Subeſſe uidetur prouerbiũ. Sentit opinor, hominem abſolutum fuiſſe iudicum corruptela, nõ citra infamiam. ¶ Atramentum pro ſanguine eſt ſepiis. Plin. li. 9. ca. 29. Vbi ſenſere ſe apprehendi, effuſo atramento, quod pro ſanguine his eſt, infuſcata aqua abſconduntur.

Atramentarium, Vaſculum, quo atramentum continetur. *μελανοδοχεῖον*. [Ital. Calamaro doue ſe tien l'inchioſtro. Gall. Gornet à encre. Hiſp. El tintero de tinta para eſcriuir. Germ. *Dintenfaſs*, *Dintenhorn*.

Atĕrāmna, n. ſ. *ἀτέραμνον*. A Theophraſto appellantur legumina coctu contumacia: cuiuſmodi Plato ea eſſe tradidit, quæ per bonum cornua ſerendo in terram ceciderunt. Graecis enim *ἀτέραμνον*, idẽ eſt quod incoctilis, & indomitus. Vide Ruell. lib. 2. cap. 18.

Athăcus, ci, m. ſ. g. nus uoluceris gradiens ſuper quatuor pedes, longoraq; retro cruta habens, de quo fit mentio apud Leuiticum.

Athanaſia, quemadmodum herbis à diuerſis rebus & eucntibus impoſita ſunt olim nominatita ex compoſitis medicamentis, quemadmodum eſt id cernere in libro compoſitionum Nicolai, ex quibus eſt & hæc Athanaſia ab immortalitate, quia perpetuò ualentes reddit ægrotos ſic dicta. De ſcriptionem eius lege apud Nicolaum.

Athamāntiades, id eſt Phryxus, Melicertes, uel Learchus Athamantis filius. ¶ Athamas etiam eſt Theſſaliæ mons, ut habet Plin. lib. 4. ca. 8. ¶ Iſti etiam fluuii nomen, qui decreſcente luna ligna ibi admota incendit, ut autor eſt Ouidius. 15. Metam. Admotis Athamántis aquis incendere lignum Narratur minimos quum Luna recellit in orbes.

Athănātos, gen. ec. ne. cor. *ἀθάνατος*. [Ital. *Immortale*. Gal. *Immortal*. Hiſ. Coſa que no puede morir. Ger. *Vnſterblich*.] Nicetur immortalis, quod nomen Deo opt. max. conuenit. ¶ Fuit item Athanatus, uir incredibili corporis robore, quippe quem thorace plumbeo quingentorum pondo, & cothurnis totidem pondo indutum, per ſcenam ambulantem Plin. ſe uidiſſe teſtatur lib. 7. cap. 20.

Athăra, *ἄθαρα*, Medicamentum ex olyra, ſiue ſiligine, infantibus utiliſſimum: quo tamen & adultos illinunt. Vide Plinium lib. 22. cap. 25.

Atharatrion, compoſitum uidetur ab athara & trion, quod placentæ genus eſt apud Plautum, ductum à foliis fici, quibus circundatur.

Athenienſis adiect. *ἀθηναῖος*. Cicer. pro Flacco, Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras diſtributæ putantur. ¶ Athenienſium inconſulta temeritas, Ἡ τῶν Ἀθηναίων ἀνοβουλία. Quadrat in eos quibus malè conſulta uertunt bene. Nam id olim uulgo tributum eſt Athenienſibus, quòd ipſi quidem ſocorditer conſultarent, parumq; proſpicerẽt, uerũm Minerua ciuitatis præſes illorum malè inſtituta bene uertere conſueuit.

Athĕos, *ἄθεος*, Impius, qui negat Deum eſſe.

Athĕrōmăta, *ἀθηρώματα*, Tubernacula ſunt ex genere apoſtematum: ita dicta, quòd humorẽ pulti ſimilem in ſe continent. Nam *ἀθήρα*, Graecis pultis genus eſt ex olyra ſiue ſiligine confectum. Vide Galen. lib. ult. Methodi.

Athĕr, eris, *ἄθηρ*, In hordeo dicitur ſumma ſpicæ cuſpis: ut ex Galeni autoritate docet Ruell. lib. 1. cap. 2.

Athlēta, m. p. pen. pro. *ἀθλητής*. [Ital. *Maeſtro di lotta*. Gal. *Vainqueur*. Hiſp. *Luchador*. Germ. *Ein Fechter*, *ein Ringer Kempffer*.] Pugil & luctator dicitur: ab *ἀθλέω*, quod eſt certo. Pollux hoc nomine Gymnicos omnes intelligit, *πυγμὰς*, *ἀγωνιστὰς*, *πάλας*, *διαυλοδρόμους*, *καὶ ἀθλητάς*, hoc eſt, luctatores, curſores, pugiles, item diſco & ſaltu certantes. Cic. 2. Tuſcul. Faciunt idem quum exercentur, athletæ.

Athlētĭca, f. p. Abſolutè dicitur pro arte certandi. *ἀθλητική*. Vnde apud Iuriſconſultum legitur, ignominioſos non eſſe qui athleticam uirtutis gratia exercerant.

Athlēticus, a, um, *ἀθλητικός*, Quod athletarum eſt: ut, Athletica certamina.

Athlēticè, Id eſt optimè & formoſiſſimè. Plaut. in Bacchid. Benènè uſq; ualuitè. Pancratiè, atq; athleticè.

Athlŏthĕtes, m. t. *ἀθλοθέτης*, Certaminum index: quo uerbo utitur Suetonius. Athlothetæ in gymnicis ludis erant: hoc eſt curatores, conſtitutoresq; certaminum, iidem qui *βραβεῖται*, & Agonotheræ. Horum erant lictores maſtigophori, id eſt flagriferi, ad ſummouendam turbam, & cohibendas ſeditiones. Budæus.

Athŏpia, uocatur etiã paruitas oculi totius, & pupillæ cum uiſus imbecillitate.

Atīmus, a, um, *ἄτιμος*, Ignobilis, & ſine honore.

Atinis, is, Genus ulmi, tariſsimam ferẽs ſameram (ita enim ulmi ſemen uocant) eamq; inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem. Colum. li. 5. ca. 11.

Arizōēs, *ἀριζόης*, Gemmæ ſpecies argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad leuticulæ figuram, odoris iucundi. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Atlanticus, a, um, *ἀτλαντικός*: ut, Atlanticum mare, id eſt ea pars Oceani, quæ Mauritaniam ab Occidente alluit: ita dictum ab Atlante monte qui eam Oceani partem reſpicit. Cicero de Somnio Scipionis, Omnis terra quæ colitur à uobis, parua quædam inſula, circumfuſa illo mari quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terra. Mar Oceano.

Atlanteus, a. um, pe. pr. Horat. 1. Carm. Atlanteusq; finis Continetur. Pleiades Atlantæ, apud Ouid. 3. Faſtorum.

Atlantides, æ, & per epentheſim Atlantiades, *ἀτλαντίδης*, *ἀτλαντιάδης*. Patronymicum maſculinũ: quo Poëtæ utũtur pro Mercurio Maiæ filio & nepote Atlantis. Ouid. 4. Metamor. Venit Atlantiades poſitis caduceſer alis.

Atlantis, idis, ſiue Atlantias, adis, *ἀτλαντὶς*, *ἀτλαντιάς*. Patronymicum fœmininum, ſignificans filiã uel neptẽ Atlantis. Virg. Aen. 8. Electra Atlandite cretus. Silius li. 16. Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora ſororum. Vbi Atlantiades ſorores uocat Pleiades: de quibus ſuprà. ¶ Atlantides, *ἀτλαντίδες*, Vergiliæ dictæ ſunt: Atlas enim ex Pleione Oceani filia, ut ait Higinus, (ut alii, Deucalionis,) habuit quinde cim filias, quæ uno uocabulo Atlantides dicuntur. Verũm quinq; ex his Hyades ſunt nominatæ, à fratre Hyante à ſororibus plurimum dilecto: reliquæ Pleiades à matre dictæ. ¶ Vergiliæ dicuntur, quia cum Vere exoriuntur. Et ſunt ſeptem, quarum ſex clariſſimè apparent: ſeptima uerò, quia Siſypho nupſit, non uidetur. Cicero ait Hyadas à pluendo dictas. Noſtri Suculas uocant à ſuibus, quoniam ſues luto gaudent. Indicant enim pluuias.

Atlantios nodos, Primus ſpinæ articulus uocatur à Plin. lib. 28. capite 8.

Atnĕpos, is, m. t. Filius abnepotis, uel abneptis. *ἀνεψιόγονος*.

[Ital.

[Ital. Nipote di mio nipote per dritta linea. Gall. La nepu de mon nepueu en droitte ligne. Hiſpanicè. El tercero nieto ò nieto del nieto. Germanicè, Der Enckel meines Enckels.

Atneptis, Filia abneptis, uel abneptis. Inſtit. lib. 3. ἀπεγγόνη. [Ital. Figliuola della nipote in terza generatione. Galli. La niepce de ma niepce en droitte ligne. Hiſ. La tercera nieta nieta de la nieta. Germ. Die Tochter meines Kinds Tochter.

Atocion, ἀτόκιον, Dicitur omnis medicina quæ cœptum abigit, hoc eſt ſpem partus intercipit. Plin lib. 29. cap. 4. Terrarum genus eſt eodem phalangii nomine araneus lanugine ſua grandiſſimo capite: quo diſſecto inueniri dicuntur intra cerebrum duo, adalligatiq; mulieribus ceruinis peliceis ne ſolis ortum, præſtant, ne concipiant. Vis ea annua eſt, quam ſolam ex omni atocio dixiſſe ſat ſit: quoniam aliqua non fecunditas plena liberis tali uenia indiget. Eſt & Atocon tychuis agria, Dioſc. lib. 3. cap. 114.

Atomos, uerarum album apud Dioſc. li. 4. ca. 151.

Atomos, hyoſcyamos. Dioſc. li. 4. ca. 72.

Atomum, thus, thuris, fragmentum.

Atomus, pen. corr. gen. fœm. ἄτομος. [Ital. Atomo indiuiſibile. Gall. Choſe ſi petite qu'on ne la ſaurit partir. Hiſp. Coſa no partible en partes, que no ſe puede partir. Germanicè, Ein ding das man nit theilen kan zertheilen.] Corpuſculum minutiſſimum, quæ τομὴ, id eſt ſectionem non recipit. Nam atomos inſecabilis dici poteſt, ab ἀ, & τέμνω, diuido, ſeco. Vnde & Atomi dictæ ſunt, quas Lucretius minutiores dixit eſſe illis corpuſculis, quæ infuſis per feneſtram radijs Solis uidemus. Vnde Epicurus ex ſuis atomis mundum ſtruxit, & uniuerſa conformat, & earundem diſſolutione diſſolui. Cic. 1. Acad. Quid eſt enim magnum, quum cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, de corpuſculorum (ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loquis? ¶ Sunt etiam atomi in corpore, ut lapis quum diuiditur uſq; ad minutiam quæ diuidi & ſecari non poſſit. ¶ Dicitur etiam eadem ratione Atomus, minimum, & inſecabile temporis momentum. ¶ Similiter in numeris unitas.

Atquè, Coniunctio connexiua eſt. *Iuxtà*. [Italice *Inſiemente*. Gall. Et meſmes, enſemblément. Hiſp. Semejantemente. Germ. Vnd auch.] Virgil. -genus unde Latinum, Albanique patres, atq; altæ mœnia Romæ. ¶ Quandoq; aduerbium, quod pro Quàm, poni ſolet, ὅ, ὡς: ut Perſius, -qui tam pauciſſimi exis. Atque hic Suetonius in Cæſar. Velut grauius atque ipſe ſenſiſſet. Cicero in Catil. Simulachrum Ioui contrà, atque antea fuerat, ad Orientem conuerſum. Idem de Somnio Scipionis, Stellæ erantur uerſantur remotæ contrario modo, atque cœlum. Idem Attico, Hoc ad offenſionem meam æquè, atque ullam rem pertinet. ¶ Quandoq; pro celeriter & ſtatim, ταχὺ, αὐτίκα. Virg. Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. ¶ Quandoq; pro feſtinatè, & impedè geminatum inuenitur. Ennius, Atque atque aſcendit ſuper muros Troiana iuuentus. ¶ Quandoq; pro Potiùs. Plau. in Amphit. Neq; ſe Luna mutat quoquam neq; exorta eſt ſemel. ¶ Atque adeò, particula eſt augmentatiua quæ utimur, quum ſignificantius grauiusq; uerbum ponimus quàm ſimplicius. Cic. pro Sext. Roſc. Hoc conſilio, atque ratione amentia impulſi. Idem Arc. lib. 1. Ego princeps in meritis, atq; adeò ſecundus fui.

Ast, Sed, ſed enim, at enim, ἀλλὰ, ἀλλὰμὴν, ἀτὰρ. [Ital. Mà certamente, perioche Gal. Mais toutesfois. Hiſp. Mas, empero mas. Ger. Aber.] Terent. in Adelph. Atqui ex me hunc eſſe natum, ſed ex fratre. Cicer. pro Milone, Atqui ex eo loco ſuperiorem ſe fore putabat Milo.

Astuta, id eſt, astra bili obnoxia corpora.

Astylis, ἀστράγαλος. [Ital. Specie di cardo. Gall. Eſpece de chardon qu'on appele ſaffran bastard. Hiſpa. El cardo bobo. Ger. Ein gattung einer diſtlen mit rören.] Spina eſt, ex qua olleretur colus faciebant, unde & nomen habet. Eius ſunt ſpecies, quarum unam Carthamum agreſtem eandem Cardouum benedictum uocant officinæ. Vide Plinium lib. 21. ca. 17. & Ruellium lib. 3. cap. 11.

Astures, pen. corr. ἀστυροὶ, Populi ſunt Aetoliæ, quibus non procul abeſt Astus fluuius per agrum eorum in mare Ionium labens, teſte Plinio lib. 4. cap. 2.

Astycis, ἀστυκὶς, Gentile fœmininum ab Astacibus deductum. Aetoliæ populus ut etiam ab Astace Theſſaliæ ciuitate. Vnde Ouid. Hippodamium Pirithoi uxorem Astacidem nocauit. Astacis (inquit) ambiguos traxit, in arma uiros.

Astacius, a, um, ἀστάκιος, Poſſeſſiuum deductum ab Astacia Aetoliæ regione: ſiue ab Astace Theſſaliæ oppido. Vnde Astacium artè Statius appellauit Magiam, quæ apud Theſſalos plurimum uigeit. Sic enim habet ille lib. 1. Thebaid. -qualis per nubila Phœbes Astacia rubet arte color.

Astrabicæ ueſtes, χιτῶνες, ἀστρίβατοι. Veſtes eiãt coloris xerampelini, hoc eſt ſiccatis uitium frondibus ſimiles, quæ apud Astrabates optimè fiebant. Suid. Astrabaricas uocat, alii Astrabapticas, à coloris ſcilicet nigredine. Vide Col. Rhodig. lib. 16 cap. 10.

Astreus, a, um, ἀστρῶος, A dict. eſt, trium ſyllabarum. Stati. 8. Theb. Precor, Astrei liquid tibi ſanguinis unquam.

Atrides, æ, pen. prod. ἀτρείδης, Pluraliter Atridæ, arum, Astrei filij, Agamemnon & Menelaus. Virg. Aen. Atridas. Priamumq; & ſeuum ambobus Achillem. Atrides minor, & maior. Ouid. 12. Metam. Non ſol. Atridæ amant uxores. Dici ſolitum, quoties ſignificabimus ſuam curæ dolere iniuriam, contumeliam aut damnum nec oportere quenquam impune laedi Hom. Iliad. 1. Ἦ μάλα φίλεαι ἀλόχους, μετὰ καὶ σοὶ ἄνωγε Ἀτρεΐδαι. id eſt, Num ſolis hominũ Atridis affectus amorq; Vxorum eſt?

Atridies, Vide ſuprà in dictione Ater.

Atricapilla, μελαγκόρυφος, Auis eſt ex ficedularum genere. Feſtus, Melancoryphi, genus auis, quæ Latine nocantur Atricapillæ, eò quòd ſummæ earum capita nigra ſint.

Atrifer, a, um, Μελανθρηνίμος, dicitur quoniam ſemen nigrum ferat, tunci ſpecies eſt.

Atrium, trii, n. ſ. αὐλὴ. [Ital. Cortile, corte de la caſa. Gallicè, Premiere ſale d'une maiſon, l'entrée de la grand'ſale. Hiſ. El portal dentro de caſa, primera parte de la caſa. Ger. Ein Vorhof eines hauſes.] Prima pars domus, quæ continet mediam aream in quã collecta ex omni tecto pluuia deſcendit, & in qua priſci (ut ait Cato) aperto oſtio epulabantur, ubi etiã pecunias & cætera pretioſiora ſeruabant: ſeruis quibus tanquã honorarioribus earũ rerũ cuſtodia committebant. Atrienſes appellebant. Vitru. li. 6. In orbe atria proxima ianuis eſſe debent. Gell. lib. 6. ca. 5. Animaduerti enim quoſdã haud quaquã indoctos uiros, opinari ueſtibulũ eſſe partẽ domus primorẽ, quam uulgus Atriũ uocat. Dictum Atrium ab Atriatibus Hetruriæ populis, ut inquit Varr. li. 1. de lingua Latina, quos id genus ædificij Atriæ primũ in Hetruria fic inſtituiſſe: uel quòd à terra oriatur, quaſi Arterium uel quòd atriũ eſſet ex fumo culinæ. In atrio enim tres erant habitacula: neſtibulum, locus ſportularũ, qui & ipſe Sportula dicebatur, ubi proponebãtur eo die quæ dono dandæ erant: & culina, quanquam Veſtibulũ proprie locus ſit ante ædes. Vide ſuo loco.

Atriolum, n. ſ. αὐλίδιον, Paruum atrium. Cic. ad Qu. fr. Quo in loco te in porticu ſcribere aiſti, ut atriolum ſtatim mihi, ut eſt, magis placebat, neq; n. ſatis loci eſſe uidebatur atriolo.

Atrici, m. ſ. αὐλεὺς. [Ital. Portinari, portieri. Gall. Portiers, huiſſiers de ſale. Hiſ. Los porteros de la caſa. Ger. Pförtner, Thürſchlieſſer.] A lureconſultis dicuntur, qui excubant ad atrium, qui & ad limina nocantur, & Atrienſes.

Atrienſis, om. c. αὐλεὺς. [Italice. Maeſtro, ò portinaro di ſala. Gal. Huiſſier de ſale, portier. Hiſp. Portero de la caſa. Germ. Hoffmeiſter, der zu dem Vorhoff thorg regr.] Is erat, cui credebatur cura atrii: eſt autem ſeruus præpotens in familia. Cic. in Piſo. Serui ſordidi, qui miniſtrant, nonnulli etiam ſenes, idem coqui, idem atrienſes. Col. li. 12. ca. 3. Tum ſtibadia atrienſibus, ut ſuppellectilem exponant.

Atrilicium, eam atrii partem ſignificat, in qua olim licia etiam texebantur, teſte Aſcon. Pepian.

Atriplex, ſ. c. ἀτράφαξις, Dioſc. Herba eſt ſylueſtris & hortenſis, frigidæ & humidæ ſubſtãtiæ. [Ital. Arnola, trapeſe, teppeſe Gal. Arroches, bõnes dames. Hiſpa. Los armuelles, yerua. Ger. Jltiẽ oder Jltiẽkraut.] Alnũ mellit & ictericis præſtat ab atro colore, ut quã aliæ, q̃ horis liuidas & decolores faciat. Macer. Atriplicẽ tritã cũ nitro, melle & aceto, Dicunt appoſitam calidam ſedare podagram. Accuſatur hæc herba à Pythagoræ q̃ hydropicos homines faciat, et regium morbum inducat. Atreplexum ueteres dixere, teſte Feſto.

Atrox, o. r. Aſper, crudelis, quòd qui atro uultu ſunt, aſperitatẽ & ſæuitiẽ præ ſe ferunt. ἀπηνὴς. [Ital. Auoce, crudele, aſpro.

aſpro. Gall. Cruel, felon, outrageux, ſans pitié. Hiſp. Inhumano, terrible, y cruel Germ. Grauſam, grimm, erſchröcklich.] Terent. in Hecyr. Incredibili re, atq; atroci percitus. Virg. 1. Georg. Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras Inſequitur Niſus. Feſtus à Græco nomen hoc deriuat, quòd illi ἀτρώπια appellant, quæ cruda ſunt: ſiue ab eo quòd atroces nihil de ſe timeant: τρὼς enim ſignificat timere. Vnde & pro conſtanti quandoq; ponitur. Horat. lib. 2. Carm. Ode 1. Et cuncta terrarum ſubacta, Præter atrocem animum Catonis.

Atrocitas, atis. f. t Crudelitas. ὠμότης, ἀπάνθρωπία. [Ital. Atrocità, crudeltà. Gall. Felonie, cruauté, outrage. Hiſp. Inhumanidad y crueldad. Germ. Grauſamkeit, grimme.] Cicero 6. Verr. Donec populus, atq; uniuerſa multitudo atrocitate rei, miſericordiaq; cõmota, ſenatum clamore coëgit, &c

Atrŏciter, aduerb ὠμῶς. [Ital. Crudelmente, atrocemente. Gall. Cruelement, felonnement. Hiſpa. Inhumana, y cruelmente. Ger. Grauſamlich, grimmiklich.] Crudeliter. Cic. pro Roſc. Amer. Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri uidemus, aut audimus, etiam qui natura mitiſſimi ſumus, aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Atrŏphia, æ, ἀτροφία, Macies uel totius corporis, uel alicuius tantum partis, prouenies ex una uel pluribus naturalis facultatis partibus nutritiis: ut ſi contingat, exempli cauſa, partis alicuius facultatem attractricem adeò eſſe imbecillam, ut alimentum ſuum attrahere non poſſit, neceſſe erit eam partem nutrimento ſuo deſtitutam, macie extenuari & ueluti exarefcere. Idem cenſendum eſt, ſi alia quæ uis ex facultatibus munus ſuum exequi non queat. Qui autem hoc morbi genere laborant Atrophi, ἄτροφοι, appellantur. Vide Galen. in tractatu de Symptomat. differen. & Celſ. li. 3. cap. 22.

Attăcco, ces, cui, ex ad & taceo, ſimul taceo. Cic pro Flac. Liceat hæc nobis ſi obliuiſci nõ poſſumus, attacere: liceat mihi potius de leuitate Græcorum queri.

Attæ, m. p. Teſte Feſto, dicti ſunt, qui per uitiũ crurum, aut pedum, plantas à terra non ſubleuãt, & atterunt magis terram, quàm ambulent: quod cognomen fuit Quintio poëtæ. Horat. li. 2. Epiſt. ad Auguſtum, Rectè, nècne crocum, floreſq; perambulet Attæ Fabula, ſi dubitem clament periiſſe pudorem. Cuncti penè patres ea quorũ reprehẽdere coner Quæ grauis Æſopus, quæ doctus Roſcius egit.

Attăgen, pen. corr gen. maſcu. & Attagena, æ, ἀτταγᾶς Suidæ, Auis Aſiatica inter nobiliſſimas habita, maximè uerò quæ in Ionia naſcitur, & inter eſculentiores, aues præcipuo ſapore cenſebatur. [Ital. Vccello detto Francolino. Gal. Oiſeau nommé Francolin. Hiſpan. El francolin aue preciosa. Germ. Ein Haſelhun.] Plin. lib. 10. cap. 48. Attagen maximè Ionius celebratus, uocalis aliàs, captus uerò obmutescens, quondam exiſtimatus inter raras aues. Martial. Inter ſapores fertur alitum primus Ionicarum guſtus attagenarum. ¶ Attagen, Ἀτταγᾶς, Suid. indicat hoc cognominis prouerb ioco dici ſolere in ſeruos ſtigmaticos: quòd hęc auis plumas habeat uariis colorum notis diſtinctas. Ariſtophan. in Auibus,

Attămen, Coniunctio eſt compoſita ex Ad & tamen, idem ſignificans quod Veruntamen. ἀλλ' ὅμως. [Ital. Nondimẽno. Gall. Neantmoins, mais toutesfois. Hiſp. Empero. Ger. Aberdoch, Jedoch.] Cic in Epiſt. Attamen ne mirere unde hoc acciderit. ¶ Aliquando etiam legitur diuiſa. Idem 1. de Orat. Atq; ei ſi nequaquam parem eius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio, meritam gratiam referre debemus.

Attamino, σπιλόω, ut de ind. & alia Cotamino.

Attĕgia, arum, ſ. p. Id eſt mapalia, & tuguria. σκηνοδρία, ἀττηγία. [Ital. Campanne. Gall. Maiſonnete à berger, loge, cabanne. Hiſpa. Chozas, cabannas ò caſas pobres. German. Hütten. Hirten Hüttlin.] Iuuen. Dirue Maurorum attegias caſtella Brigantum.

Attegrare, Veteres dixerunt pro Integrare, ſiue augere. Feſt.

Attĕlăbus, ἀτταλαβός, Paruæ locuſtæ ſpecies eſt, quæ alis caret. Vide Plin. lib. 29. cap. 4.

Attellanus, a, um, adiect. Cic. Cluuio, Loquutus ſum de agro uectigali municipii Attellani.

Atellanius, a, um, aliud adiectiuum. Cic. 2. de Diuin. Totum omnino fatum etiam Attellanio uerſu iure mihi eſſe irriſum uidetur.

Atellanæ, ἀτταλικαὶ ἀφάμυθοι, Latinæ ſunt fabulæ quæ ab Atella Oſcorum ciuitate ſumptæ fuerunt, in quibus ridiculæ perſonæ inducebantur, & argumentis dictiſq; iocularibus reſpondebant ſatyricis fabulis Græcis. Propriè aũt Atellanicum dicebatur exordium. Lin. li. 7. Iuuentus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta uerſibus factitare cœpit, quæ exordia poſtea appellata, conſertaq; fabellis potiſſimùm Atellanis ſunt: quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit iuuẽtus.

Attempĕro, as, Idem eſt quod Adapto. προσαρμόζω. [Ital. Accommodare. Gall. Addreſſer uers quelq; part. Hiſp. Atraniar. Germanicè, Etwar zůhin fügen.] Senec. Epiſt. 30. Sic gladiator, tota pugna timidiſſimus, iugulum aduerſario præſtat, & errantem gladium ſibi attemperat.

Attemperatè, aduerbium, Idem ſignificans quod Tempeſtiuè. εὐκαίρως. [Ital. Temperamente, con modeſtia. Gal. En temps & lieu, tout à point. Hiſ. Abuen tiempo. Ger. Eben recht, zů rechter zeit.] Terent. in Andr. Itáne attemperatè uenit hodie in ipſis nuptijs?

Attendo, n. t. Aduerto, cogito, conſydero, & quaſi animum intendo. προσέχω, διατείνομαι. [Ital. Attendere, conſiderare. Gall. Eſtre attentif, eſtendre ſes yeux ou ſon eſprit uers quelq; choſe. Hiſp. Conſiderar, eſtar atento. Germa. Vuarnemmen, auffmercken.] Ponitur autem interdum abſolutè. Cic. 2. de Inuent. Si diligenter attendimus, hæc apta eſſe inter ſe intelligemus. ¶ Nonnunquam cum accuſatiuo. Ibidem, Hoc autem in horum locorum expoſitione oportebit attendere. Idem pro Archia, Quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attendiſtis. ¶ Aliquando accuſatiuus mutatur in ablatiuum. Terent. Nunc quid petam mea cauſa, æquo animo attendite. ¶ Suetonius iunxit datiuo, inter liberales diſciplinas attẽdit & iuniid eſt operam dedit. ¶ Ponitur quoq; cũ præpoſitione Ad. Tere. in Adelph. Nimiũ ad rem in ſenecta attenti ſumus. ¶ Dicimus animũ etiam attendere, pro intendere, & mentem in re aliqua fixam habere. Cic. 3. Offic. Et quum animum attenderis, turpitudinem uideas adiunctam. προσέχειν τὸν νοῦν. ¶ Hinc Attentos, φιλομύθους, dicimus, auditores, qui ad ea quæ dicuntur, intendunt animum. Cic. 3. de Nat. deor. Præbebo igitur me tibi uicißim attẽtum contra Stoicos auditorem. ¶ Et attentum patremfamiliãs, id eſt conſyderatum, prudentem. Cic. pro Quintio, Quintius fuit P. Quintii huius frater, ſanè cæterarum rerum paterfamiliãs & prudens & attentus: una in re minus conſyderatus, qui, &c. Et Attentam uitam, pro diligente & curioſa. Cic. pro Roſc. Amer. Tamen ne hæc attentata uita & ruſticana, relegatio, atque amandatio appellabitur.

Attentio, ſ. t. ut Speuſippus inquit, Eſt intentio animi ad diſcendum. προσοχὴ. [Ital. Attentione. Gal. Attẽtion, ſoing d'ouir ou faire quelq choſe. Hiſp. Attencion. Germ. Auffmercken, waarnemmung.] Cicer. 3 de Orat. Reliqua quæ ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, &c.

Attentè, adoerbium, Id eſt animo intento. φιλομύθως. [Ital. Attentamente. Gall. Atentiuement, ſoingneuſement. Hiſpanic. Con attencion. German. Fleyſſiklich. Verſuchen.] Cicero ad Catonem, Scis enim, quàm attentè te audire ſoleam.

Attẽnto, as, ex Ad & tento, a. p. πειράω. [Italicè, Tentare. Gall. Attenter, eſſaier, eſprouuer. Hiſpan. Tentar. German. Vnderſton.] Plin. in Præfat. lib. 6. Nemo apud nos quidem qui attentauerit. Cic. in Orat. Melius eſt præterire quàm attentatum deſerere.

Attĕnŭo, as, a. p. Significat ſubtilem facio, minuo. ψιλόω. [Ital. Attenuare, aſſottigliare. Gallicè, Amenuſer, atenuer, apetiſſer, amoindrir. Hiſ. Adelgazar lo groſſo. Ger. Kleineren, ringer, kleiner vnnd ſubtiler machen.] Ouid. 4. Triſt. Cũcta poteſt igitur tacito pede lapſa uetuſtas. Præterquàm curas attenuare meas.

Attenuatè, aduerbium. λεπτυσμένως, ψιλῶς. [Ital. Attenuatamente, ſottilmente. Gal. Petitement, ſobrement, chichement. Hiſp. Adelgazamiente. German. Geringerter weyſe.] Cicero de Clatis orator. Oratorum bonorum duo ſunt genera: unum attenuatè, preſſeq; alterum ſublatè, ample q; dicentium.

Attĕnŭātio, onis, uerbale, ſ. t. λεπτυσμός. [Ital. Attenuatione, diminutione. Gall. Amoindriſſement, diminution. Hiſpa. Adelgazamiento. Germanicè, Minderung, Kleinerung.]

Autos

Actor ad Herenn. li. 2. Defensoris narratio simplicem expositionem debet habere cum attenuatione suspitionis.

Antro, attrivi, attritum, 3. t. Est rem aliquam ad aliam terendo, & quodammodo confricare aut, Atterere gladium cotidie. περιτρίβω. [Ital. Fregare. Gall. frotter l'un à l'autre, fraier l'vn contre l'autre. Hisp. Gastar vsando la cosa, fregar. Ger. Zu reyben, zerreyben.] Plin. li. 9. ca. 1. Anguillæ atterunt se scopulis. ¶ Significat & comminuere. Colum. lib. 1. ca. 6. Nam demissum ex eo palmitem germinantem inferior atterat, & frustum decutiat. Virg. 4. Georg. - aut errans bucula campo Decutiat torrem & surgentes atterat herbas.

Attritus, trior, trissimus, παρατριβείς. [Ital. Vsato, consumato, frollo. Gall. Vsé, consumé, frotté, fraié. Hisp. Gastado vsando. Germ. Zerriben, Zerschlissen.] Nomen ex participio. Cicer. 6. in Verr. Vt ridus eius, ac mentum paulò frictius: quòd in precibus & gratulationibus nõ solùm manu teneratur, uerumetiam osculari solet. Attrita opes, apud Liuium, pro imminuta.

Attritus, us, pen. prod. uerbale. m. q. ἔριψις, παράτριψις. [Ital. Trito, consumamento, consumamento. Gal. frottement, vsure. Hisp. Gasto por vso. Ger. Zureibung, zerschleissung.] Plin. lib. 9. ca. 17. Contactos pisces, attritu petræ scalpentes prurigo, inuadit.

Attestor, aris, ari. In testem accipio. μαρτύρομαι. [Ital. Accertare per testimonio, affirmare. Gall. Prendre ou appeler à tesmoing, prester, tesmoigner. Hisp. Tomar per testigo, ò dar testimonio. Germ. Bezeugen.] Cicer. pro Mil. Is qui ita natus est, & ita consuevit, te Magne tamen attestaretur. Plinius li. 11. ca. 37. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur. Pro eodem veteres dicebant Antestor. Vide suo loco. ¶ Ponitur etiam nonnunquam pro testimonium dicere, uel affirmare. Plin. in Præfatio. lib. 9. Hoc attestabatur uel inimico iudici se approbari posse.

Attestationes, dicta testium sunt, uel testimonia, ordine Iuris scripto deducta.

Attexo, is, ere, attexui, attextum, Addo, adiungo. περιτίθημι. [Ital. Tessere appresso, aggiungere. Galli. Tistre auec, ioindre auec. Hisp. Texer sobre otra cosa, anna dir. Germa. Zumäben, zuhinsetzen.] Cicer. de Vniuers. Vos autem ad id quod erit immortale, partem attexite mortalem. Varro lib. 2. ca. 1. Nos interea secundum actum de maioribus attexamus. Cæsar, Pinnæ, loricæq; ex cratibus attexuntur.

Atticus, ca, cum, ἀττικός, Quod ex Athenis est, uel quod ad Athenas pertinet aut, Regio Attica, ἀττικὴ. ¶ Atticus aduersus, Ἀττικὸς πάροινος, In violentos & feroces uicinos dicebatur. Doris apud Zenodotum ait ex Atticorum moribus natum, quòd olim finitimos è sedibus suis exigere consueuerint. Cæterum inde manasse putat quòd Athenienses, cum Samum missi fuerant, indigenas expulerint. Arist. lib. Rector. 3. Proinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuper humanus aliquod asciti sunt, ut superiores eiiciant. ¶ Attica bellaria, Πέμματ' Ἀττικά: de lautitiis & cupediis. Tum sæpe potest ad rem quamcunq; maiorem in modum suauem ac iucundam. Plat. Polit. lib. 5. ¶ Lepos Atticus, Attica eloquentia, pro summa. Terent. in Eunuch. Dixin' hæc Atticam esse eloquentiam? ¶ Huius finitimum est, Attenuata, Ἀττικὴ μίσις: pro nouata lepida & oratione. Nã inter dicendi genera laudatur in primis Atticum. ¶ Atticissare. Ἀττικὸν ἀφορτυ, legitur in Collectaneis Diogeniani pro probatissimo atq; incorruptissimo teste. Quod si ego per ironiam torqueat in testem unum, non inconsulte dixerit. ¶ Attica fides, Ἀττικὴ πίστις, legitur apud eosdem de minimè uana minimeq; periuria: inde natum, quòd apud Atticos templum esset Fidei dex constructum, cuius etiam meminit Plaut. in Aulolaria. ¶ Atticus in portu, Ἀττικὸς εἰς λιμένα: In eos dicebatur qui illic uitro nauem tenere soleant ubi tutum est, atq; ubi nihil opus. A portu Atticis sumptum, qui portum ingressuri, ostentandæ gratia, magnificè sese gerebant in ipsa re, hoc est in prolatandi, non perinde strenui.

Atticè aduerb. ἀττικῶς: ut, Atticè loqui, hoc est lingua Attica. Cic. de Clar. orat. Nam siquis eos, qui nec ineptè dicunt nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere, is rectè nisi Atticum probat neminem.

Atticismus, ἀττικισμὸς, Est quædam peculiaris Attici sermonis elegantia. Cicer. de Clar. orat. Et ille Latinus Atticismus quotidianis regustandus.

Atticisso, as, Atticè loquor, ἀττικίζω. Plau. Non atticissat, sed Sicilissat. Nam quemadmodum Attici inter Græcos omnes ornatissimè loquebantur, ità Siculi omnium pessimè. Vide etiam Cic. Q. Cæcilium irridet, quòd linguam Græcorum non Athenis, sed in Sicilia didicisset.

Attigo, fine n, act. p. Idem quod Attingo: nam sicut Tango, ita & Tago dicimus. Plautus in Mostel. Abscedite, telis ne attigant.

Attiguus, Proximus, ab Attingendo, sicut Contiguus à Contingendo. προσαφὴς. Apul. lib. 4. Contra proclive montis attigui, fuga me liberaui.

Attilus, penu. prod. Pisces satis grandis, qui in Pado inertia pinguescens ad mille aliquãdo libras captus est, catenato hamo, nec nisi boum iugis extractus. Plin. li. 9. ca. 17.

Attineo, attines, attinui, n. t. ἐπιτηρέω. [Ital. Ritenere. Gallic. Retenir. Hispanicè, Retener. Germanic. Behalten.] Idem & Teneo: Idem significat quod Tenere. Plaut. Capt. Nunc iam cultros attinet. Tacit. lib. 1. Ni proximi prehensam necem ui attenuissent.

Attinere, Pertinere, decere, conuenire, προσήκειν, δεῖν, [Ital. Pertenere, conuenire. Gall. Il apartient, il conuient, il est besoing. Hispa. Aleuer ò pertenecer algo. Ger. Gehören, anrtreffen, gezimmen, zuthun.] Terent. in Adelph. Iam nemine uis dicere, quod ad te attinet? Aliquando significat iuxtà, siue in manibus tenere. Plaut. in Capt. Nam senex est in tonstrina, nunc iam cultros attinet.

Attingo, gis, attigi, attactum, 3. t. Leuiter tango: minus est enim quàm tango, ut inquit Donatus. ἅπτομαι, ἐπιψαύω. [Ital. Toccare legiermente. Galli. Attoindre, toucher tant soit peu. Hisp. Alcançar tocando alguna cosa. Germ. Zurühren.] Terent. in Adelph. Tetigine tui aliquid? AE. Si attigisses, ferres infortunium.

Attactus, us, uerbale. m. q. ἅπτω. [Ital. Toccamento. Gallicè, Atouchement. Hisp. Tocamiento. Germ. Zurührung.] Virgil. 7. Aeneid. Ille inter uestes, & leuia pectora lapsus Volitur attactu nullo.

Attollo, is, 3. t. Eleuo, erigo. ἐπαίρω. [Ital. Eleuare, inalzare, togliere. Gal. Leuer haut, esleuer. Hisp. Alçar ò quitar. Ger. Erheben, aufheben.] Liu. Quum q; te quisq; attollere, aleuare uelles. ¶ Aliquando ponitur pro Aufero. Pacuuius, Custodite istum uos, ne eum quis attollat, neúe quis attingat. ¶ Aliquando pro Affero. Plaut. in Casina, Quid si propius attollamus, fiamus q; obuiam? Hoc uerbum facit præteritum Attuli. Diomedes, Affero, attuli, quoniam & à fero Tuli dicimus: quanquam & id perfectum quod est attuli, ex alio uerbo proficisci reperimus apud ueteres, ex eo quod est Attollo.

Attondeo, es, attondi, attonsum, 2. t. ξυρέω. [Ital. Radere, tondere à fatto. Gall. Londre tout au tour, raire. Hisp. Mucho tresquilar. Germa. Gar beschären.] Tondere, omnino tondere. Plaut. Casin. Sed utrum strictim nè attonsurum dicam esse an per pectinem, Nescio. ¶ Attondere aliquem auro per metaphorã. Plaut. Bacch. - is me scelus Auro usq; attondit doctis indoctum dolis.

Attondens, particip. ξυρέω. Virg. 2 Georg. - eurno Sator ni dente relictam persequitur uitem attondens.

Attonsus, particip. ξυρήσαμένος. Celsus li. 4. ca. 3. Neq; inutile erit caput attonsum habere. Cic. 1. Tusc. ut Epaminõdas, Consiliis nostris lana est attonsa Lacænum.

Attõno, attonas, attonui, attonitum, ἐκπλήσσω. Verbũ rarissimè lectum quod stupefacere uideatur significare. Ouid. Epistol. 4. Aut quas semideæ Dryades Faunique bicornes Numine contactas attonuere suo.

Attonitus, m. f. Consternatus fulmine, aut morbo stupefactus. ἐκπλαγείς. ἐμβρόντητος. [Ital. Sopreso, attonito. Gall. Estonné, Esbay, Espedo. Hisp. Atronado, espantado. Ger. Erstaunet, erzitteret, erschrocken.] Saturnius Attonitos dicitur, cui casus uicini fulminis, & tonitrus tonitrum dant stupori. Virgil. 3. Aeneid. Talibus attonitus uisis ac nocte deorum.

Attonitè, aduerb. ἐκπληκτικῶς ἐκπεπληγμένως. Plin. lib. 30. ca. 1. Britannia, hodieq; eam attonitè celebrat tantis cæremoniis, ut dedisse Persis uideri possit.

Attrãho, his, 3. t. Ad me traho, allicio. ἕλκω. [Ital. Allettare. Gall. Attirer, attraire, tirer à soy. Hisp. Traer à sí. Ger. Zuhinziehen, ansich ziehen.] Cic. Attico, Quum id malem; quod nitare poteras, uitro accersas, atq; attrahas.

Attractio

Attractio, Verbale, *ἕλκυσμός*. Attractionem apud Quintil. legimus pro eo poſitam, quod Donatus aduerbia congregandi uocat: qualia ſunt Summatim, Viritim, Oſtiatim & id genus ſimilia. Eius uerba ſunt lib. 1. cap. 4.

Attractus participium, *ἑφελκόμενος*: ut, Attractus ſpiritus. Virg. 3. Geor. Tum uerò ardentes oculi atq; attractus ab alto Spiritus, interdum gemitu grauis. Intelligit difficilem reſpirationem.

Attrecto, a. t. Significat manibus tracto, palpo. *μεταχειρίζομαι, ψηλαφάω*. [Ital. Maneggiare. Gal. Manier, taſter, toucher doulcement. Hiſp. Tratar ſobaiando la coſa. Ger. Betaſten, betaſtẽ, angreiffen.] Plaut. in Perſa, Ne me attrecta ſubigatrix. Liu. ab Vrbe, Quòd id ſignum more Hetruſco, niſi certæ gentis ſacerdos, attrectare non eſſet ſolitus. Sic Cic. de Aruſp. Reſpon. Attrectare contaminatis manibus. Et Virgil. 1. Aen. Attrectare ſacra. Cic. pro Cælio, Eſt enim dictum ab illis, fore qui diceret uxores ſuas à cœna redeuntes attrectatas eſſe à Cælio.

Attrectatus, us, uerbale. *ψηλάφησις*. [Ital. Maneggiamento. Gall. Maniement, attouchement par pluſieurs fois. Hiſp. Souaiamiento. Ger. Betaſten, oder angreiffen.] Ci. 2. Tuſc. Nam attrectatu, & quaſſu ſæuum amplicatis dolorem.

Attrẽmo, is, ere, n. t. Ad uocem alicuius contremiſcere. *ἐπιτρομέω*. Stat. 8. Theb. Dixerat, atq; illi iamdudum regia tristis Attremit oranti.

Attribuo, is, 3. t. Impono, committo, aſsigno, aſcribo, deſtino, tribuo. *προσάπτω, ἀνατίθημι, προσνέμω*. [Ital. Aſſegnare, attribuir. Gall. Attribuer, bailler, aſſigner. Hiſp. Atribuir à alguno ò dar. Germ. Zůgeben, zů neiſen.] Liu. Cretorum curam tuendorum C. Flaminio Quæſtori attribuit. Cæſar. lib. nou. Noſtri ſicut ſuperioribus diebus, ut cuiq; erat locus attributus, ad munitionem accedunt. ¶ Vnde Attributæ pecuniæ, quas nunc aſſignationes dicimus *ἀποτεταγμέναι, χρήματα*. Varro de Lingua Latina: Tributum, inquit, dictum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Ab hoc ea quæ aſſignata erat, Attributum dictum. Ab eo quoq; quibus attributa erat pecunia ut militi reddant, Tribuni æratii dicti. Id quod attributum erat, Aes militare dictum.

Atypos, pi, *ἄτυπος*. Dicitur, qui non ſatis expedito plectro linguæ utitur: quaſi aërem non feriens, uel quaſi non ſatis uerba exprimens, conformansue Gell. lib. 4. capit. 2. Balbus autem, inquit, & atypos uitioſi magis, quàm morboſi ſunt. Huius uitii meminerunt & Iuriſconſ. de Aedil. edict.

A ante V.

AVG. In notis antiquorum, Auguſtus, uel augur. AVG. Auguſtus. AVG. N. Auguſtus noſter. AVR. Aurelius, A V T. uel AVTS. uel AVG. auctoritas, uel auctoratus, uel auctor. AVT. PR. R. author prouinciæ Romanorum.

Au. Interiectio eſt conturbatæ mentis. Terent. in Andr. Dia. Curaſne quod rogo? M. Au. D. Concede ad dextram. Au interiectionem eſſe ſilentiũ ininngentis, docet Linacer ex Terent. Eunucho. Au, ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Quod tamen rectius Hau, per aſpirationem legitur.

Auārus quaſi auidus æris, *φιλάργυρος, φιλοχρήματος*. [Ital. Auaro, auido, ingordo. Gallic. Auaricieux, chiche, conuoiteux de biens. Hiſpan. Auariento, ò codicioſo. German. Geytzig, karg.] Dictio compoſita eſt (ut Nigidius uoluit, referente Gellio) ſiue (quod Gelliomagis placet) ſimplex nomen eſt, ab auendo dictum: & ſemper in reprehenſione eſt. ¶ Auidus uerò ab auendo, etiam in laude ponitur. Saluſt. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Horat. 1. Epiſt. Semper auarus eget. Terent. in Eunuch. Ab meretrice auara Auara terra dicitur, quum id, quod in ſe recipit, ampliore fœnore non reddit.

Auaritia, uox ab Alc. obſeruata in codice Theodoſiano functionis nomen, etiam quæ collocatione luſtrali exigebatur de rebus promercalibus & uenalitiarijs, eam ſuſtulit Iuſtinianus lib. 11. Codicil.

Auāritia, f. p. Cupiditas *φιλαργυρία*. [Ital. Auaritia. Gallicè, Auarice, chicheté, conuoitiſe de biens. Hiſp. Auaricia ò codicia. Ger. Geytz, geytikeit.] Cic. 4. Tuſc. Auaritia eſt opinatio uehemens de pecunia, quaſi ualde expetenda ſit, inhærens, & penitus inſita. Terent. in Phormio. Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens, Negligitur ipſa: uide, auaritia quid facit.

Auarities, tiei, f. quinta. Idem Lucretius, Deniq; auarities, & honorũ cæca cupido, Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fines Iuris.

Auarè, aduerb. Tenaciter *πλεονεκτικῶς*. [Ital. Auaramente. Gall. Chichement, auaricieuſement, eſcharſement. Hiſ. Auarienta y codicioſamente. Germ. Geytiglich.] Cic. 1. Offic. Nihil tamen auarè, nihil iniuſtè, nihil libidinosè, nihil incontinenter eſſe faciendum.

Auariter, aliud aduerbium eiuſdem ſignificationis: quod nonnunquam etiam accipitur pro auidè. Plaut. Cur. Hoc uide, ut ingorgitat impura in ſe merum auariter.

Auceps, aucupis, cõ. t Qui uel quæ aues capit. *ἑρπετοθήρας*. [Ital. Vccellatore. Gall. Oiſeleur, preneur d'oiſeaux. Hiſpa. Caçador delas aues. Ger. Ein Vogler, oder ein Voglerin.] Col li. 8. ca. 10. Qui ab aucupib. in hunc uſum nutriti, quaſi allectores ſint captiuorum. Plaut. Aſin. Auceps quando concinnauit arenam, effundit cibum, aues aſſueſcunt.

Aucūpium, & Aucupatio. Auium captio. *ἑρπετοθήρα*. [Itali. Vccellagione. Gall. Oiſeleire, chaſſe aux oiſeaux, priſe d'oiſeaux à la glu ou autrement. Hiſp. Caça de aues. Ger. Vogler, Vogelfahung.] Plaut. in Aſin. Hic noſter quæſtus aucupii ſimillimus eſt. ¶ Per translationem accipitur pro illecebris. Cic. de Oratore, Sic minimè animaduerteretur de lectationis aucupium.

Aucūpor. pen. corr. depon. p. Aues capio. *ὀρνιθοθηρῶ, ἰξεύω*. [Ital. Vccellare, cercare. Gallic. Chaſſer aux oiſeaux, tendre aux oiſeaux, tendre à quelque choſe. Hiſp. Caçar aues, Buſcar. Ger. Vogeln, vögel fahen.] ¶ Per translationem uerò ſignificat artificio quodam & ſolertia quæro. *θηρεύομαι*. Aucupari gratiam alicuius. Cic. ad Lucceium lib. 1. Non me teror, ne aſſentiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear. ¶ Aucupari rumuſculos imperitorum hominum. Cic. li. 3. de Leg. ¶ Reperitur etiam Aucupo, as, noce actiua. Plaut. Moſtel. Circumſpice, dum nunquis eſt Sermonem noſtrum qui aucuper. Idem in Aſinaria, - paulìſper mane, Aucupemus ex inſidiis clanculum quam rem gerant.

Aucupatorius, a, um, Quod ad aucupiũ pertinet. *ἰξευτικός*. [Ital. Coſa che appartiene à pigliare uccelli. Galli. Apartenant à prendre oiſeaux. Hiſp. Coſa perteneciente à caçar aues. Germ. Das zů dem Voglen gehöret.] Vnde aucupatorii calami uiſcati, quibus utimur ad capiendas aues. Plin. li. 16. ca. 36. Cum igitur anno permanſerit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoq; amplitudinem.

Audeo, audes, auſus ſum, n. ſ. Significat fidentem eſſe. *τολμῶ*. [Ital. Ardire, Eſſere audace. Gall. Oſer. Hiſpan. Oſar. Ger. Dörffen.] Plaut. Vir domo egredi audet. ¶ Iungitur aliquando cum accuſatiuo. Ouid. li. 6. Metam. Et nihil eſt, quod nõ effræno captus amore Auſit: nec capiunt incluſas pectore flammas. ¶ Aliquando temere præſumere. Virg. 12. Aen. - hæc præmia, qui me Ferro auſi tentare ferunt.

Audens, participium, Non timidus. *τολμήων, ὤν*. Virg. 10. Aen. Audentes fortuna iuuat.

Audens, nomen ex participio. *θαρσαλέος*. Quint. li. 9. Illa ad hoc audentiora & maiorum (ut Cicero exiſtimat) laterum quæ proſopopœiæ dicuntur. Virg. 6. Aen. Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito.

Audendum, *τολμητέον*. Tibul. 1. Eleg. Audendum eſt, fortes adiuuat ipſa Venus.

Audenter, aduerbium, Idem quod audaciter. *θρασέως, τολμηρῶς*. [Ital. Audacemente. Gall. Hardiment. Hiſpan. Oſadamente. Germ. Frävenlich, dapfferlich.] Tacit. lib. 4. Quidam audentius apertis in collibus uiſebantur.

Auſus, a, um, participium, *τολμήσας*. Liuius, Exules, obærati, auſi capitalia plerìq. Ouid. 3. Triſt. Conſcia percuſſit meritorum pectora Colchis Auſa, atque auſura multa nefanda manu.

Auſum, auſi, nomen ſubſtantium. *τόλμημα*. Silius lib. 5. Fundit or unanimo uiſu, & concordibus auſis Pilorum in Pœnos nimbus. Virg. 6. Aeneid. Auſi omnes immane nefas, auſoq; potiti.

Audax, ou. t. modò fidens dicitur. *τολμητίας*, uel quod *δεῖλ πόνηρον* eſt, *τολμητής*. [Italicè, Audace, ardito, temerario. Gallicè, Hardi, temeraire, audacieux, aduenturoux. Hiſpanicè, Atreuido, oſado, ſin prudencia. Germanicè, Frävel, Dapffer, Kühn, Keck.] Virgilius quinto Aeneidos, Quiq́ue nedum curſu ualet, & qui uiribus audax. Modò

temerario

tmmrtes. Plautus, Pergin' audax hoc facinus perſequi?

Audiculus, m. ſ. diminutiuum. Gell. Aderat reprehenſor audiculus uerborum.

Audacia, ἀρδος. [Ital. Audacia, ardire, temerità. Gall. Audace, preſumption, temerité. Hiſpa. Oſadia, Attuimiento. Germ. Frᵛeuelheit, vermeſſenheit.] inquit Spenſippus, eſt fecunditas qua quis malum neq; futurum expectat, neq; præſens horreſcit. Et ferè accipitur in malam partem pro nimia confidentia, qua quis ſine ullo aut periculi metu, aut pudoris reſpectu rem aliquam temere aggreditur. Cicero, Nec uires eis, nec audacia tela defuere. Salluſtius, Audacia pro uiro habetur.

Audacter, & Audaciter per ſyncopen, ἀρσίως. [Ital. Audacemente. Gall. Hardiment, audacieuſement. Hiſp. Oſadamente. German. Frᵛeuelich.] Cicero pro Roſc. Multa ſceleratè, multa audacter, multa improbè feciſti. Idem de Caſar. Orat. Magis audaciter, quàm paratè uerebatur ad dicendum.

Audio, audis, audiui, auditum, a. q. Propriè ſignificat ſonum auribus accipio, ἀπὸ τῆς αὐδῆς, id eſt à uoce, cuius proprium eſt ut audiatur ἀκούω. [Ital. Vdire. Gal. Ouir, eſcouter. Hiſp. Oyr. Germ. Hören. Loſen.] Virg. audiendi uocabulum etiam ad ea tranſtulit quæ auribus & ſenſu carent, quum ait lib. 1. Georg. & fruſtra retinacula tendens Fertur equis auriga, neq; audit curſus habenas. ¶ Aliquando Audire eſt intelligere, aduertere. Virgil. 1. Aeneid. Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audieras. ¶ Interdum eſt audita petenti concedere. Virgil. 9. Aen. Audijt, & ſuperos cœli de parte ſiniſtra Intonuit leuum. ¶ Interdum credere, accedere. Cic. in Tuſcul. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait. ¶ Interdum præcipienti parere, ὑπακούω, πείθομαι: & hoc tam cum accuſatiuo, quàm cum datiuo. Cicero, Audies me, id eſt auſcultabis tibi. Nam audire præcepta alicuius dicimus, cũ eis paremus. ¶ Cum ſatiro. Idem. Et audiens eſſet huic ordini, id eſt obediens. ¶ Inſeritur & Audio cum aduerbio bene, quod ſignificat commendo ſeu laudo. καλῶς ἀκούω, Ariſtophanes. Terent. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Exaudio, Inaudio, bene uel perfectè audio. Plaut. Inaudiſſe, inquit, pro Valde audiſſe. Cicer. Panæ, pro ſimplici poſuit. Quorum etiamſi illa nox, de qua ego ex te primum inaudieram. Inauditũ tamen dicitur pro eo quod nunquã auditum eſt, ἀνήκοος, ἀκήκοτος. Res inaudita. Cic. pro Ligario, Rem certè nouam & ante hunc diem inauditam. Et Inauditum quandoq; dicitur, quod non audit ἀνήκοον. Varro, Animalia aliud alio ſenſu caret, quædam enim à natura gignũtur aut inodorata, aut inaudita. ¶ Obaudio etiam ueteres dixerũt pro non obedio: & Subaudio, quod modò parum audio ſignificat, modò intelligo.

Audimo, f. t. Ipſe audiendi actus. ἀκρόασις. [Italicè, L'udire, Gallicè, L'ouir. Hiſp. Obra de oyr. Germ. Hörung.] Cic. 5. de Fin. Dantq; ſe ad ludendum, fabellarumq; auditione dantur. Audientia, pro eodem. Plaut. Exurge præco, fac populo audientiam, hoc eſt, fac ut populus audiat. Cic. 1. Verr. Quantum denique audientiam orationi meæ improbitas illius habere ſit. ¶ Hinc auditiuncula, diminutiuum. Gell. 13. cap. 18. Auditiuncula quædam de Catonis familia ipſius eſt.

Auditium, n. ſ. Locus ubi auditur præceptor, aut Orator. ἀκροατήριον. [Ital. Auditorio. Gall. Auditoire, parquet d'audience. Hiſp. Lugar para oyr. Germ. Ein ort da man einem zuhören.] Quintil. lib. 2. cap. 11. Sed cuius rei ſpectaculum ſit auditorium. ¶ Per metonymiam accipitur ipſa auditorum turba. Plin. in Epiſt. Nam proximè ſenatui auditorio inter ſe coram multi ordinis noſtri clamitabant. ¶ Auditorium etiam pro foro & tribunali Pomponius Paul. in l. contra de re iud. Is qui ad maius auditorium uocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruerit, contumax non uidetur. ¶ Significat etiam Auditorium propriè ſchola Rhetorum, Grammaticorum, aut Philoſophorum, in qua diſcipuli præceptorem audiunt, aut certè diſputationes aut declamationes ibi ſeſe exercent: atque ita foro opponitur. Quintilian. libr. 10. cap. 1. Sed alia ratio eſt litium & diſputationum, fori & auditorij, præceptorum & perlectorum.

Auditor, oris, verbale, m. s. Diſcipulus, qui profeſſorem audit aut Rhetorem declamantem, aut Poëtam carmina ſua recitantem. ἀκροατής. [Ital. Auditore. Gall. Auditeur. Hiſp. Oydor. Germ. Ein zuhörer.] Cicer. Attic. lib. 16. Sed notentur Eclogarii, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat. Inuen. Satyr. 1. Semper ego auditor tantum.

Auditus, tus, m. q. ſenſum audiendi ſignificat, hoc eſt potentiam illam, qua ſoni percipiuntur. ἀκοή. [Ital. Vdito. Gall. Ouye. Hiſp. El ſentido de oyr. German. Gehör.] Plin. lib. 10. cap. 69. Auditus cui bonorum primo negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus. Cic. pro Marc. Veteor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atq; ego ipſe cogitans ſentio.

Aue, Verbum defectiuum: in ſecunda perſona ſingularis Aue, & plurali Auete: in infinitiuo Auere, teſte Diomede lib. 1. χαίρε. Martial. lib. 5 Eptimere, Roſſe, fidiculæ licet cognat Aue Latinum χαίρε non poteſt Græcum.

Auehо, is, x. 1 Abduco, ſiue aliò ueho. ἀπάγω [Ital. Condurre altroue. Gall. Charier ou porter d'vn lieu en autre. Hiſp. Traer algun lugar. Germ. Dannen führen, hinweg führen.] Suet. in Cæſ. Stipendiarium quoq; pronuntiatum, & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultauitq; apud ſe diu, & mox ex prætextura proficiscens in Hiſpaniam, inter officia proſequentium facesq; lictorum lectica ſua auexit. Terent. in Adelph. Is uenit, ut ſecum auehat.

Auellana, æ, f. p. λεπτοκάρυον. [Ital. Noccinola, noſella, noſchia. Gall. Noiſette, aueline, noix de haie. Hiſp. El auellano. Ger. Ein Haſelnuß.] Nux eſt coryli arboris, quæ alio nomine dicitur nux Pontica, quod in Aſiam, Græciamq; primò è Ponto uenerit: eadem & Præneſtina dicitur, quòd Præneſtini his abundent, ſiue (ut Macrobio placet) quòd Præneſtini ab Annibale obſidione cincti, his nucibus famem tolerauerint. Primùm autem dictæ ſunt Abellinæ ab Abellino Campaniæ oppido, quod à Virgilio appellatur Abella, à Silio Auella. Plin. lib. 15. cap. 22. Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt: at in auellanis, & ipſo nucum genere, quas antea abellinas uocabant.

Auello, lis, auelli, & auulſi, auulſum, a. t. A loco uello, abſtraho, aufero. ἀποσπῶ [Ital. Sbarbicare, ſtirpare à forza. Gal. Arracher, retirer à force, oſter bon gré mal gré. Hiſp. Arrancar de lugar. Ger. Abreiſſen, dannen reiſſen.] Cicer. de Sen. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, ui auelluntur. Virgil. 2. Aeneid. Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo Palladium. Terent. in Andr. Ita magnæ, ut ſpetem poſſe auelli id eſt abduci, diuungi.

Auulſor, m. t. ἀποσπαστής, & Auulſio, ἀποσπασμός, uerbalia. Plin. li. 17. ca. 10 Aut enim ſemine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulſione. Idem lib. 9. cap. 47. Vbi auulſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur.

Auena, æ, pen. prod. f. p. Herba eſt nota ex frumentaceo genere, equorum præcipuè pabulis naſcens, tritico ſolùs & culmo ſimilis, ſemen habens eiuſdem nominis, è ſummo pendens culmo, locuſtarum quandam ſimilitudinem referẽs, duplici cute dimaricatarum. βρόμος. [Ital. & Hiſpani. Auena. Gallic. Auoine. German. Haber.] Nomen accepiſſe putatur ab eo, quòd ad fructum non ueniat. Numerantur enim inter uitia ſegetis, uelut quidam frumenti aborſus. Solis enim cœliq; uitio interdum accidit, ut triticum, hordeumue in auenam degeneret. Nonnunquam etiam idem euenit uitio ſeminis, ſi illud aut imbecille illum fuerit, aut carioſum. Vide Plin. lib. 18. cap. 17. ¶ Eſt & alterum auenæ genus, quæ Auena Græca à Plinio uocatur, & à Græcis αἰγίλωψ, quòd morbum curet eiuſdem nominis. Hæc in hordeo naſci gaudet, ut lolium in tritico, multiplicibus radice ſolum emacians, illi præripiat alimentum. ¶ Ponitur interdum Auena, pro calamo, ſiue culmo ſegetis, ex quo paſtores ſibi fiſtulas conficere ſolent: quod ſit, ut & pro ſtylo, ſiue charactere bucolico accipiatur. Virg. 1. Aeglog. Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena.

Auenaceus, a, um, Quod ex auena confectum eſt. ὁ ἐκ βρόμου. [Ital. Di auena. Gall. D'auoine. Hiſp. Coſa de materia de auena. Germ. Das von Haber iſt.] Plin. lib. 18. Vel cum farina hordeacea, uel auenacea.

Auenaria, f. p. Cicadæ ſpecies eſt, quam nonnulli Frumentariam uocant, quoniam ſimul cum frumentis ſeſcentibus apparet. Autor Plin. lib. 11. cap. 27.

Auentinus, na, num, a dict. ut Arx Auentina, apud Ouid. 6. Faſt. Et Auentinum lucum, apud eundem li. 3.

Aula,

Aueo, es, a. f. Verbum defectiuum ſine præterito, & ſupino, Significat concupiſco. γλίχομαι. [Ital. Deſiderare, appetire. Gall. Souhaiter, deſirer, conuoiter. Hiſp. Codiciar. Ger. Begären, etwünſchen.] Cic. li. 1. Offic. Itaq; quum ſumus negotiis cunctis uacui, tum auemus aliquid audire, & diſcere. Idem ad Attic. lib. 1. Valde aueo ſcire quid agas. ¶ Auere etiam à nimia cupiditate, pro gaudere ponitur. Vnde ſi lætans quoq; Aue, χαῖρε, dicimus, id eſt gaude & lætare.

Auens, participium. Horat. 1. Serm. - non eſt mihi tempus auenti Ponere ſigna nouis præceptis.

Auernus, a, um, adiectiuum. Ouid. 10. Metam. Ne flectat retro ſua lumina, donec Auernas Exierit ualles. Virgil. 1. Georg. Tyrrhenuſq; fretis immittitur æſtus Auernis.

Auernalis, le, adiect. ut, Aquæ Auernales, Horat. 7. Epod. Auernales nymphæ, Ouid. 5. Metamorph.

Auertuncare, Idem eſt quod Auerto, uel depello, quod putatur à truncando deductum eſſe. ἀποτρέπω, ἀποπέμπω. [Ital. Diſcacciare, rimouere. Gall. Oſter & deſchaſſer, pouſſer & chaſſer ce qui nuiſt. Hiſ. Roçar, ò arrancar raizes. Ger. Außreuten, hinwegthun.] Eſt autem runcare, herbas uel frutices noxios, ex agro eruere. Liu. 8. ab Vrbe, Placuit ad auertruncandam Deûm iram, uictimas cædi. ¶ Inde Auertruncaſſo, pro eodem, Lucilius lib. 26. Dij maluerint me liora, atq; amentiam auertruncaſſint tuam.

Auertæ, tarum, f. p. Sunt lora (ut Budæus ſcribit in Anot. Poſt.) latiora, quæ per terga equi iugalis excurrunt, ſub alis eius ſuccincta. Accurſius Auertam, equorum pectorale uult eſſe, ita dictum, quòd auerſum collocetur: ſicut Poſtilena Plauto incuruum illud corium dicitur, quod à ſella in caudam definit: ab eo, quòd poſt ſellam ſit. Alciato placet, hoc uocabulo ornamentum capitis intelligi, quo habenæ figuntur: & id quoq; ab auertendo, quòd equi per eam uertantur, prout ſeſſori uiſum eſt.

Auerto, is, r. t. Aliò uerto, amouco. ἀποτρέπω. [Ital. Rimouere, uolgere altroue. Gall. Detourner, tourner d'autre coſté. Hiſp. Boluer empuxar de algun lugar. Ger. Abwenden danen keeren.] Virg. 1. Aeneid. Nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem. Plautus in Amphitryone, - te uolo uxor colloqui. Quò te auertiſti nunc? ¶ Huius antitheton eſt Aduerto. Vnde Aduertere oculos, uel mentem dicimus, pro eo quod eſt, ad rem aliquam aciem oculorum uel mentis intendere. ¶ Auertere autem eſt remouere, & aliorſum flectere. Cic. de Amicit. Tu uelim animum parumper hinc auertas, Lælium loqui ipſum putes. ¶ Eſt item Auerto nonnunquam idem ferè quod Interuerto, hoc eſt intercipio, & efficio ne res ad eum perueniat, cuius eſt. Cic. 5. in Verrem, Is auerſa pecunia publica ſufugit. Et paulò antè: Hic in Quæſtura pecuniam publicam Cn. Carboni Coſ. da tam auertit. Idem in Frumentaria, Frumentum auerſum à Republica abreptum ab aratoribus.

Auerſus, a, um, Qui faciem à nobis auertit, tergumq; oſtendit. ἀπεστραμμένος. [Italice. Quello che uolge le ſpalle uerſo noi Gall. Qui a le dos tourné, détourné, tourné d'autre coſté. Hiſpan. El que boulue las eſpaldas. German. Das abgewendet eſt.] Cuius antitheton eſt Aduerſus, ἐναντίος, qui faciem, anteriorem q; corporis partem nobis obiectam habet. Cic. 3. de Orat. Aduerſus, & auerſus impudicus es, hoc eſt ab anteriore parte, & à poſteriore. ¶ Sic hoſtes aduerſos aggredi dicimur, quum eos à fronte inuadimus, auerſos autem, quum fugientes à tergo adorimur. ¶ Per metaphoram Auerſum uocamus iratum, iniquum, contrarium, & malè cupientem. Cic. ad Attic. lib. 8. Deos eſſe à ſalute populi Romani. Idem eidem libr. 7. Ille auerſiſſimo à me animo eſt. Virgil. 4. Aeneid. Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur. Vbi Seruius, Auerſa, inquit, hoc eſt irata. Nam ſi intueretur, quomodo auerſa, niſi irata. ¶ Auerſa Venus, dicitur præpoſterus coitus, qui infandus eſt, & execrandus. ἀκατανυγεσίνη. Iul. Capitol. de Clodio Albino, Mulieratus fuit inter primos amatores, auerſæ ueneris ſemper ignarus, & talium pertæſus.

Auerſor, oris, m. e. ἀποστρεπτής. Cic. 7. Verr. Verres ille uetus proditor Conſulis, translator quæſturæ, auerſor pecuniæ publicæ.

Auerſio, onis, fœm. t. Verbale: ut In auerſione emere, In auerſione uenire, per auerſionem uendere, per aduerſionē conducere, Auerſione locare, Modeſtinus. l. Qui officij. de contrahenda emptione & uendit. Res in auerſione empta, ſi non dolo uēditoris factum ſit, ad periculum emptoris pertinebit, etiam ſi res aſſignata non ſit. Vlpian. in l. Siquis una. de periculo & comm. rei uend. Si in auerſione uinum uenit, cuſtodia tantum præſtanda eſt. Legitur emendate à Budæo Auerſio, quòd uenditor periculum à ſe in emptorem auertat.

Auerſor, aris, d. p. Deteſtor, abominor, ab aliqua re, quam odio habeo, uultum auerto, ut illam repellere uideri poſſim ἀποστρέφομαι, ἀποστρεπτίζομαι. [Ital. Abominare, uolgere il uolto in altra parte. Gallic. Tourner le dos, détourner ſa face, ne daigner regarder, reiecter. Hiſpanic. Deteſter, mal agorar. German. Sie Augen abwenden, ein grewel vnnd vnwillen haben.] Ouidius in Faſt. Officioſq; leuem non auerſatus honorem. Columella. Nam nec rubos auerſatur capra.

Auerſatio, uerbale. ἀποστροπίασις, ἀποπομπή. Quintil. lib. 8. ca. 3. Ego certè mihi cernere uideor eorū qui aderant tantam auerſationem, ac timidam uerecundiam.

Auertor, eris, deponens, tertiæ. Idem quod Auerſor, hoc eſt contemno, uel ſperno, ἀποστρέπομαι, à moribus, & conſuetudine hominum ducta ſignificatione. Ab iis enim quæ nobis ſunt contemptui, faciem noſtram auertimus. Boëthius. Heu heu, quàm ſurda miſeros auertitur aure, id eſt ſpernit, dedignatur. ¶ Aliud eſt Auertor paſſiuum ab Auerto: à quo fit Auerſus, de quo ſuprà.

Aufĕro, aufers, abſtuli, ablatum, act. inconſeq. ex Ab, & Fero compoſitum, (teſte Cicerone in Oratore) ſignificat tollere. ἀποφέρω, ἀφαιρέω. [Ital. Togliere, rapere. Gall. Oſter, emporter, prendre. Hiſpanic. Quitar alguna coſa de lugar. Germ. Hinweg nemmen] Terent. in Andr. Vos iſthæc intrò auferte. Cic. 1. de Fin. Comment. quoſdam, inquam Ariſtotelicos, quos hîc ſciebam eſſe, ueni ut auferrem, quos legerem dum eſſem otioſus.

Ablatus, particip. ἀφαιρεθείς. Val. Flac. 6. Argonaut. nec ablatam ſequitur, quærit be ſororem.

Aufŭgio, is, pen. corr. n. t. Aliò fugio. ἀποφεύγω. [Ital. Fuggire altroue. Gall. S'enfuir, eſchaper. Hiſpanicè, Huyr à lugar ò de lugar. Germanicè, Hinweg flichen.] Terent. in Heaut. - deoq; hercle aufugerim Potius, quàm redeam, ſi eo mihi redeundum ſit. ¶ Inuenitur aliquando accuſatiuo iunctum, quemadmodum ſimplex Fugio. Cicer. 1. de Natur. Deor. Andromeda aufugiens conſpectum mœſta parentis. ¶ Sæpe etiam abſolutè, & ſine caſu. Idem in Epiſtol. ad Vatinium, Dionyſius, quum multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impunè latorum putaret, aufugit. ¶ Interdum cum ablatiuo mediante præpoſitione A, Ab, uel Ex. Liuius, Iam aliquantum ſpatij ex eo loco, ubi pugnatum eſt, aufugerat.

Augeo, es, xi, auctum, a. f. Maius facio, amplifico, addo, acceſſionem facio, cumulo, multiplico. αὔξω, συναύξω. [Ital. Accreſcere, far maggiore. Gallicè, Croiſtre, augmenter, multiplier. Hiſpan. Acrecentar. German. Mehren, Gröſſer machen.] Et tam ad res, tum ad perſonas refertur. ¶ Ad perſonas. Cicer. ad Atticum Auctus Antonij beneficio ſum. ¶ Ad res. Idem in Verrem, Nam locupletiſſimi cuiuſque cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant. Brad Quint. Frat. Cæſaris in nos amorem, quibuſcunque poterimus rebus, augebimus. ¶ Hinc componitur Adaugeo & Exaugeo. ¶ Ab Augeo fiunt Auctio, as: Auctus, a, um, αὐξηθείς: Auctus, us, Auctor & Augeſco, ſcis. ¶ Augifico, non nulli ex antiquis dixerunt. Ennius, Et tabes numeros augificabit ſuos.

Augeſco, ſcis, n. t. Creſco, incrementum accipio. αὐξάνομαι. [Ital. Accreſcere, aumentarſe. Gall. Croiſtre, prendre accroiſſement, ou croiſſance, deuenir plus grand ou plus gros. Hiſpan. Acrecentarſe. German. Gröſſer werden, Zůnemmen.] Sumitur enim paſſiuè, & ſemper intranſitiuè ponitur. Plinius libro undecimo, Augeſcunt corpora dulcibus, atq; pinguibus, & potu: minuuntur ficcis & aridis, & ſiti. Cic. in Cat. Quæ & ſucco terræ, & calore ſolis augeſcēt, primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit.

Auctus, us, uerbale, m. q. αὔξησις. [Italicè, Accreſcimento. Gall. Accroiſſement, multiplication. Hiſ. Acrecentamiento. German. Zůnemmung.] Liu. 4. ab urbe, Cuius rei præmium ſit in ciuitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere. Plin. Epiſt. 97. Fontis mira natura: ter in die ſtatis auctibus & diminutionibus creſcit, decreſcitq;. Plin. li. 4. ca. 12. Auctu immenſo aquarum.

Auctum,

Auctum. Vocabatur ſp. cium circi, quod ſuper definitum modum ſortitæ adiungebatur. Feſtus.

Auctus, ūs, m. t. Nomen ab Augeo. Significat augmentum. *αὔξησις*. Vnde etiam ponitur pro uenditione, quæ fit per augmentum pretii. *πρᾶσις*. [Ital. Vendita all'incanto. Gallic. Vente de biens au plus offrãt & dernier encherisseur, criée au plus offrant, encant. Hiſpan. Almoneda à quien da mas. Germ. Ein verſtoſſung an einer Handt, da einer mehr gibt dann der ander.] quum fit publica rerum priuatarum uenditio, & res traditur plus offerenti. Iuuenalis, Si comgis auctio fiat. Plautus in Stich. de auctione parasiti ita loquens: Nũc auctionem, inquit, facere decretum eſt mihi *διαπρᾶσθαι*. ¶ Auctio uero haſtæ, Eſt uenditio publica bonorum eorum, qui damnati, proſcriptiq; fuerunt. Nec haſtæ ſubiiciebant ea, quæ publicè uenundabantur, ſicuti bello capta. Inde haſtam Cæſaris refixiſſe ſcribit Cicero, qui alibi ait: Bis iam uidimus haſtam in foro ponere, & bona ciuium uoci ſubiacere præconis.

Auctionor, penult. prod. d. p. Per auctionem uendo. *Δημοσίᾳ πράσεως, ἀποπέμπω, τὰ πατρῷα, λαμπρυνόμενος*. [Italicè, Vendere all'incanto. Gall. Vendre publiquement au plus offrant, uendre à l'encant. Hiſp. Almonedear, uender en almoneda. Germ. Verganten.] Cic. pro Quintio. Næuius homines multis uerbis deterret, ne auctionetur.

Auctionarius, m. ſ. adiect. ut, Auctionaria atria, *τὰ πωλητήρια*, in quibus auctio fiebat. *ὁ τῶν δημοσίων πράσεων*. Cic. de Leg. Agr. Vt in atriis auctionariis potius, quàm in triuiis rerũ compitis auctionentur.

Auctio, as, a. p. Frequentatiuũ eſt uerbi Augeo. *αὐξάνω*. Plau. in Amph. Et ut res, rationesq; ueſtrorum omnium Bene ex pecore uoltis, peregreq; & domi Bono atq; amplo auctare perpetuò lucro. ¶ Huius compoſitum eſt Adauctio. Accius, Quibus rem ſuam, & patriam noſtram quondam adauctarit pater.

Auctito, as, frequentatiuum ab Auctor: ut, Auctitare pecunias fenore, apud Tacitum. *ἐπαύξανω*.

Auctum, i. i, n. ſ. Quod ſuper mẽſuram uel pondus iuſtum additum eſt, ut, cumulus in modio. *ἐπίμετρον, προσθήκη, ἐπίθεμα, περίθημα*. [Ital. Accreſcemento. buon peſo, buona miſura. Gall. Surcroiſt, le pardeſſus qu'on donne outre le poix, nombre ou meſure. Hiſp. Colmo de la medida, ò ſobreual. Germ. Ein zůgab, ein zů Maſſle, was man einem zů dem Kauff darzů gibt.] Idem quod ad iuſtum pretium adiicitur. Plaut. Auctarium adiicito uel mille nummũ, plus quidm poſcet.

Auctor, m. t. nomẽ uerbale ab Augeo: Pro eo qui auget: cuius rei femininum eſt Auctrix. *αὐξητής*. [Ital. Accreſcitore. Gall. Qui donne accroiſſement. Hiſp. Creſcedor. Germ. Ein Mehrer.] ¶ Autor uero, quem Græci *αὐτουργὸν*, & *αὐθέντην* dicunt, ſine c, ſcribendum eſt. Videtur enim fieri à Græca *αὐτοῦ ἀρχὴ*: quo is ſignificatur, qui per ſeipſum, ſuoq; arbitrio aliquid perficit. [Ital. Autore. Gall. Autheur, inuenteur. Hiſp. Autor, que da autoridad à alguna coſa.] Cic. Cl. Apud Homerum optimum autorem nulla talis rei Veſtis ſuſpitio. Legitur & in fœminino genere. Ouid. Faſt. Optima rerum proprij nominis autor eris. Figuratèq; pro auctore, ſicut alia uerbalia in or deſinentia, neutris ad ſignificandum. Virg. lib. 10. Italiam petiit fatis autoribus, eſto. Eſt autem Autor, quaſi operis factor. Vnde poëtæ, cæteriq; operum auctores dicuntur Autores. Valla lib. 4. capit. 32. & Ennius. Neq; ſoldm qui opus aliquod facit, ſed qui principium exprimus iubet ut aliquid fiat, aut inductor, perſuaſorq; fuit Autor uocatur: ut ſiquis populum ad bella concitauerit, aut concordiam perſuaſit, belli uel cõcordiæ autor fuiſſe dicitur. Cic. lib. 3. Offic. Atq; huius deditionis ipſe poſthumus mancipatur, ſuaſor, & autor fuit: quaſi diciſſet, ſuaſor & perfector. ¶ Autor etiam ſignificat promiſſorem, ut apud Liuium. Autores ſumus totam ibi maieſtatem Romani nominis fore. ¶ Item primum propugnatorem ſiue defenſorem ſignificat. Idem, Sed ut inuentor legis Volero, ſic Flaccus collega eius autor cùm recentior, tum acrior erat in eam, cui quis fidem habet. Idem, Agitatus deinceps fuit ex omni parte aſſentiẽdo multis autoribus tres menſes. ¶ Item primum denuntiatorem. Idem, Iiſdem autoribus cognitum eſt Aequos, Volcoſq; ſumma ui belli apparare. ¶ Similiter approbatorem. Idem lib. 1. Multi mirari, qui mollius conſultum dicerent, quòd legum ab eis latarum patres autores fuiſſent. ¶ Is etiam in quo eſt ius, poteſtas, dignitas, nec ab alio pendet, poteſt dici Autor: à quo Autoritas *αὐθεντία* eſt appellata. Vnde illud apud Liuium: Decreuerunt, ut quum populus regem iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres autores fierent, hoc eſt, ſi autoritatem ſuam interponerent, & ratum haberent. ¶ Autores ſententiæ ſunt, quorum ſententiam ſequimur. ¶ Autores pupilli in quorum adminiſtratione res eius ſunt. Paulus Iureconſultus, Etiam ſi non interrogatus tutor, autor fuit, valet autoritas eius: quum ſe probare dicit quod agitur, id eſt autorem fieri.

Auctificus, pen. corr. adiect. Quod auget, quódue momẽtum aliquod affert ad incrementum. *αὐξητικός, αὐξητικός*. [Ita. Quello ch'accreſce. Gall. Qui fait croiſtre, qui donne croiſſance. Hiſp. El que haze acreſcentamiento. Germ. Das zů der meerung hilfft, das gröſſer macht.] Lucret. li. 2. Nec portò rerum genitales, auctificiq; Motus, perpetuò poſſunt ternare creata.

Augmen, inis. *αὔξησις*. [Ital. Accreſcimento. Gal. Augmentation, accroiſſement. Hiſp. Acreſcentamiento. Germ. Ein meerung, zůuemmung] Idem quod augmentum. Lucr. li. 3. Perfectum corporis augmen. ¶ Augmine donare, pro augere. Idem li. 2. Vnde abeunt, minuunt. quò uenère, augmine donant.

Augmento, a. p. *συναρμόζω*. Idem quod augeo. Ci. in Lel. Sed uiuendi eſt finis optimus, cùm integra mente exterisq; ſenſibus, opus ipſa ſuum quæ augmentauit natura diſſoluit. Coagmentor, uide infra in coagmento.

Augur, auguris, *οἰωνιστής, οἰωνοπόλος, ὁ ἐπ' οἰωνοῖς μαντευόμενος*. [Ital. Augure, indouinatore. Gallic. Deuin ou Deuine par le chant, uol ou autre geſte des oyſeaux, augur. Hiſp. El que adeuina por agueros. German. Ein Vogelſager vñ dem fliegen, ſchreyen, oder weiden der Vöglen.] Qui ex uolatu, paſtu, aut cantu auium futura diuinat: ita dictus, teſte Feſto, ab auium garritu, ſiue à geſtu earũ, quem augures ſolent obſeruare. Cic. in Catone, Augurij quum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro Reip. ſalute gererentur.

Augũralis, le, Ad augurem pertinens. *οἰωνοσκοπικός*: ut, Auguralis cœna, quæ & Adlicialis dicitur. Varr. 3. de Re ruſt. capit. 2. Primos hos Q. Hortenſius auguralì cœna poſuiſſe dicitur. Cic. ad Gall. In eas quum incidiſſem in cœna auguralì apud Lentulum. Augurales libri. Auguralis inſignia. Porta auguralis, Tacit. l. 2. Nocte porta egreſſus auguralì, peroculta, & uigilibus ignara, uno comite, &c.

Augurale, Inſigne augurum. Senec. de Tranquil. ultæ, cap. 11. Quæ dignitas, cuius non præterram, & augurale, &c. Vir Auguralis. Cic. de clar. Orat. Auguralis uirga *οἰωνοσκοπικὴ ῥάβδος*, Baculus erat breuis, qui & Lituus appellatus eſt, in ea parte qua robuſtior erat, incuruus.

Augũrium, n. ſ. Pro ipſa diuinatione, quaſi auigerium dictum, uel Auigarium: pro quo antiquiſſimi etiam Augurum dixerunt per tres ſyllabas, ut Accii teſtimonio confirmat Nonius. *οἰωνοσκοπία*. [Ita. Indouinamento, diuinatione. Gal. Augure, diuination ou deuinement par les oyſeaux. Hiſp. Diuinacion por agueros. Germ. Ein Vogelſagung von den Vöglen genommen.] Erãt autem tria diuinationis genera in auibus. nam aliæ uolatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illæ quidem Præpetes, iſtæ Oſcines dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum paſtu, quum pullis gallinaceis è cauea depromptis eſca porrigebatur. Si enim ita auidè edebant, ut cibus ore excidens terram raperet, hoc eſt ferirer, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nũntiabatur, et fœliciter ceſſorum quicquid ille animo cõcepiſſet: contra omnia infauſta portendebantur, ſi eſcam non caperẽt. Qua propter infœlicem cõflictum à Numantinis in Mancinum illatum prædixerunt pulli, qui eſcam non ceperunt, ſed ex cauea euolarunt. De auguribus, auguriisq; uide Alexãdrum ab Alexandro, & Budæum in Pandectas. ¶ Sumitur etiam latius Augurij nomen pro quauis diuinatione, ſiue coniectura. Cic. 4. Philip. O mea ſemper fruſtra ueriſſima auguria rerum futurarum.

Augũrãculum, raculi, n. ſ. Veteres dicebant, quem nos arcem uocamus, quod ibi aues publicè auſpicarentur. *οἰωνοσκοπεῖον*. Feſtus.

Augurius, a, um, Idem quod auguralis. *οἰωνοσκοπικός*. Cic. Epiſt. lib. 2. Quum ipſam cognitionem iuris augurii conſequi cupio.

Auguror, pen. corr. Proprie eſt ex auium cantu, geſtu, uel paſtu futura diuino *μαντίνομαι, οἰωνοσκοπῶ*. [Ital. *Augurare*, indouinare. Gall. Deuiner par les oiſeaux. Hiſ. Adeuinar por agueros. Germa. Vueyſſagen vñ der Vöglen fliegen, ſchreyen, vnnd dergleichen.] Quanquam etiam latius accipitur, pro quouis modo coniicio. ¶ Regit autem uel accuſatiuum. Cicer. de Deuinat. 1. Calchas ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. ¶ Vel ablatiuum. Idem ad Atticum, Etenim quantum coniectura auguramur. ¶ Item cum præpoſitione De. Idem in Bruto, Sed quid de illo auguret, iubet dicere. ¶ Et cũ ex. Idem Cecinnæ, Non igitur ex alitis uolatu, nec ex cantu ſiniſtro oſcinis nec è tripudiis ſoliſtimis, aut ſomniis tibi auguror.

Auguro, as, Idem quod auguror. *οἰωνίζομαι*. Virg. lib. 9. Et ſi quid ueri mens augurat opto. ¶ Hinc Inauguro, & Exauguro compoſita contrariæ ſignificationis. Nam inaugurare eſt per augurium conſecrare. ¶ Exaugurare autem, quod inauguratum erat, contrario augurio profanare. Cic. de Antonio Cæſaris Flamine, Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem: uide, qui te inauguret. Liuius. 1. ab. Vrb. Et ut libera à cæteris religionibus area eſſet, tota Iouis templique ęcius, quod inædificaretur, exaugurare fana, ſacellaq; ſtatuit.

Auguratò, aduerb. *οἰωνιστικῶς*. Per augurium: ſicut Auſpicatò, per auſpicium. Liu. 1. Decad. li. 1. Accitus Numa, ſicut Romulus auguratò in urbe condenda regnum adeptus eſt, de ſe quoq; deos conſuli iuſſit.

Auguratus, us. Scientia, uel dignitas auguris. *οἰωνοσκοπική*. Cicero. 1. de Diuinat. Cuius quum tenerem ſcientiam auguratus, dixit ei cogitare ſe quicquam. Ibidẽ, Quid litous iſte ueſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus, unde nobis eſt traditus?

Auguratio, onis, Ipſe augurandi actus. *οἰωνοσκοπία*. Cicero tertio de Diuinat. Quæ tandem iſta auguratio eſt ex paſſeribus?

Auguſtus, a, um, Dicitur ſanctus, & dignus, quem religioſa quadam ueneratione obſeruationeq; colimus. *σεβάσμιος, σεμνὸς, ἱερός*. [Itali *Auguſto*, uenerando per religione, degno di riuerenza. Gallicè, Conſacré ou ſaint, uenerable, reuerend, magnifique. Hiſpanicè, Rando, religioſo, que deue ſer honrado. Germa. Heylig, Ehrwirdig, vnd Maieſtat.] Vnde Auguſta templa, & imaginachra, auguſta forma, & auguſta dignitas, &c. Ouid. 1. Faſt. Sancta uocãt auguſta patres auguſta uocantur Templa ſacerdotum, ritè dicata manu. Cice. 1. Tuſculan. Ex hoc igitur Platoni, quaſi quodam ſancto, auguſtoq; fronte, noſtra omnis manabit oratio. Sed & Octauius Cæſar primum, indeq; reliqui ab illo Cæſares, Auguſti, *σεβαστοὶ*, cognominati ſunt, cum ob ſingularem eorũ uirtutẽ meritaq; in Rempublicã maximã, tũ ut cæteri tã auguſto, ſplendidoq; nomine ſibi adepto, ad eaſdem egregias uirtutes inuitarentur. ¶ Item quia menſe Sextili Octauius Cæſar primum Conſulatum iniit, triumphos in urbem intulit: Ægyptus quoq; hoc menſe in poteſtatem populi Romani redacta, & finis ciuilibus bellis impoſitus eſt, placuit Senatui, ut qui ante Sextilis, deinde Auguſtus appellaretur, ut qui imperio feliciſſimus fuerit. [Italic. Meſe di Agoſto. Gall. Le mois d'Aouſt. Hiſpa. El mes de Agoſto. Ger. Der Augſtmonat.]

Auguſtè, aduerbium, Sanctè, piè, religioſè, & cum quadam ueneratione. *σεβασμίως* Cicero 2. de Natur. deor. Hunc dico Liberum Semele natum: non eum, quem noſtri maiores auguſtè ſanctèque Liberum cum Cerere & Libera conſecrauerunt. ¶ Dicere de religione auguſtius. Cicero de Claris orat.

Auguſtale, is, n. t. Domus principis uel magiſtratus, à recentioribus appellata fuit, quæ à ueteribus dicebatur Prætorium. *πρωτατήριον*. In caſtris quoq; Imperatoris tabernaculum, Auguſtale dictum legimus.

Auguſtales, teſte Vegetio li. 2. Rei militaris, appellabantur qui primos in bello ordines ducebant: ita dicti, quòd ab Auguſto ad id munus eſſent delecti.

Auguſtei reimini dicebantur in locis montanis poſiti, rotundi: quòd Auguſtus eos recenſuit, & ubi fuerunt, lapides alii quos conſtituit, omnemq; terram ſuis temporibus temenſurari uoluit, ac ueteranis militibus aſſignari.

Auidus, Cupidus, ab anendo, hoc eſt à cupiendo. *πλεονέκτης*. [Ital. *Auido*, ingordo, deſideroſo. Gall. Conuoiteux, de greux, cupide Hiſpan. Codicioſo y auariento. Germa. Begirig.] Terent. in Heaut. Sed habet patrem quendam auidum, miſerum, atq; aridum. Plin. lib. 11. cap. 1. Vt eſt natura hominum nouitatis auida.

Auiditas, atis, *πλεονεξία*. [Ital. *Ardente*, appetito. Gal. Conuoitiſe, deſir aſpre & ardent, auidité. Hiſp. Codicia y auaricia. Germa. Begird, begirlikeit.] Cice. de Senect. Habeoq; ſenectuti magnam gratiam, quæ mihi ſermonis auiditatem auxit, potionis & cibi ſuſtulit. Idem tertio, de Finib. Erat enim, ut ſcis, in eo inexhauſta auiditas legendi, nec ſatiari poterat.

Auidè, aduerbium, *ἐπιθυμητικῶς*. [Ital. *Auidamente*, ficramente. Gallic. Ardemment, aſprement, de grand affection. Hiſpa. Codicioſamente. Germ. Begirlich.] Cic. de Senect. Græcas literas ſenex didici, quas quidem tũ auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. De hoc etiam in Actione Auarus.

Auis, i. t. Volucris omnis, quæ oua parit, & pennis decorata eſt. *ὄρνεον*. [Ital. *Vccello*, augello. Gall. Oiſeau. Hiſpa. Aue que pone y faca huenos. Germa. Ein Vogel.] Ita dicta (ut quibuſdam uidetur) ab auiis, hoc eſt, locis ſecretioribus, quibus aues maximè delectantur. Autor ad Heren. li. 4. Auium dulcedo ducit ad auium. Volucres autem *πτηνὰ* dicuntur, quæcunq; uolare poſſunt. Vnde apes, ueſpæ, muſcæ, & papiliones, uolucres quidem ſunt, non tamen aues. Veſpertilio quoq; à quibuſdam inter aues non numeratur, eò quòd pennatus non ſit, ſed pennarum loco alas habeat membranaceas, & quatuor pedes contra auium naturam: quo fit, ut media quædam ſpecies inter auem, & murem eſſe uideatur: tametſi Valla ab auium genere eum nõ excludat. ¶ Alba auis, *λευκὸν ὄρνις*, prouerbialiter à M. Tullio in Epiſt. Fam. lib. 7. dicitur pro re noua atq; auſpicata. Quadrabit & in rem admodum raram & inuſitatam, quòd aues per pauca ſint hoc colore. ¶ Bonis aut malis auibus dicimus, quum rem feliciter aut ſecus cedere ſignificamus. Ab augurum obſeruatione ſumptũ. ¶ Auis ex auibus, *ὄρνις ἐκ τῶν ὀρνίθων*, prouerbii forma dictus eſt Ariſtophanes per ironiam uir nobilis, quaſi bonus ex bonis prognatus. ¶ Muſarum aues, *μουσῶν ὄρνιθες*, non abſq; prouerbii ſpecie Theocritus in Thalyſia appellat Poëtas, quòd Luſciniarum in morem aſſiduè canant ſua poëmata. ¶ Meliores nanciſci aues, *ἀμείνονα εἰκτῶν τυγχάν*, dicuntur quibus poſt res aduerſas ſuccedunt proſperiora. ¶ Niſi ſiqua uidit auis, *πλὴν εἴτις εἶδεν ὄρνις*. Hyperbole prouerbialis, de re uehementer occulta. Ariſtoph. in Auib. *Οὐδεὶς ἐδέν ἑωρακὼς τὸν ἐμὸν πλὴν εἴτις ἄν ὄρνις*, id eſt. Nemo meum uidit theſaurum, niſi forſan ſiqua auis uſquam. Vide Suid.

Auicula, diminut. Parua auis. *ὀρνιθάριον*. [Ital. *Vccellino*, augellino. Gall. Oiſelet, petit oiſeau, nouſſin. Hiſp. Auezilla, ò pequenna aue. Germa. Ein Vögelin.] Gellius libro primo, Auicula eſt parua, nomen eſt Caſſita, nidulaturq; in ſegetibus.

Auiarium, auiarii, n. ſ. *ὀρνιθών*. [Ital. *Luogo da tenere uccelli & uolatili*. Gall. Voliere, lieu ou on nourriſt oiſeaux, cage muen. Hiſp. Lugar, donde ſe crian aues. Germ. Ein Vogelhefy.] Locus in quo aues nutriuntur, uel claudontur, uel cuſtodiuntur, uel quòd ſe aues recipiunt: ita dictum ab auibus, ſicut Apiarium ab apibus. Cic. Quinto fratri, Nihil reſtabat, præter balneatia, & ambulationem, & auiarium. Col. lib. 8. ca. 1. Quæ nos ſimiliter appellamus, apum cubilia apiaria, uel nantium uolucrum, quæ ſtagnis piſcinisq; lætantur, auiaria: uel etiam pecudum ſylueſtrium, quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur, uiuaria. ¶ Auiaria quoq; à Virgilio dicuntur loca nemoroſa, & ſecreta, quæ auibus abundant. Sic enim habet 2. Georg. Sanguineis inculta rubent auiaria baccis. Vbi Seruius, Auiaria ſecreta nemorum quæ aues frequentant.

Auiarius, m. i. Qui curam auium gerit. *ὀρνιθοφύλαξ*. [Ital. Colui che tiene cura d'uccelli. Gall. Oiſelier qui penſe les oiſeaux en volieres ou cages. Hiſp. El que cria ò guarda aquellas aues. Germa. Der die Vögel verſihet, der mit Vöglen vmb gaht.] Col. li. 9. de Gallinis, Sic tamen ut illuſtria ſint loca, quo cõmodiꝰ habitet auiarius. Dicitur & Auicularius.

Auilla, quaſi ouilla. Agnus recentis partus. Feſtus.

Auius, a, um, Quod longius diſtet à uia, aut quod eſt ſine uia. *ἄβατος*. [Ital. Senza uia, ſfuiato, diſuiato. Gall. Sans chemin ne noie, eſgaré, Hiſpan. Deſcaminado. Germa.

Quæ rudg] Virg. li. 1. Georg. Auia tum resonant auibus [illegible] Salust. in Iugurt. Ipse nocturnis, anis itin[illegible] gnoratus, cepere Romanos palantes aggreditur. Item Auia per dū peragro loca, nullius antè Trita solo. Item Auius à uera longè ratione uagaris.

Auiaque olea, arborum genus: quomodo contrahant, uide apud Theophrast. lib. 4. cap. 15.

Aula, æ. p. Propriè est principium domus uentis perflatile, ut annotauit Athenæus. αὐλή. [Ital. Palazzo, corte de principe. Gal. Vne sale, la cour du prince, maison roiale. Hisp. Palacio de los grandes. Germ. Ein Hoff, ein Saal.] Vnde apud Hom. loca subdialia hoc nomine intelligūtur. Verūm quoniam principum ædes habere solent amplissima hypæthra, factū est ut aula pro regia ponatur. Seneca, Notissima uox est eius, qui in cultu regū consenuerat, quū quidā illum interrogaret, quomodo tantillimam rem in aulis cōsequutus esset, tenesmutē: Iniurias, (inquit) accipiendo, & gratias sæpe agendo. ¶ Antiqui Aulas dicebāt, quas nos Ollas, Matt, uasa figulina, quib. cibaria coquūtur. Plaut. in Amph. Optimo iure infringatur aula cineris in caput. ¶ Huius diminutū est Aulula, à qua Plauti comœdia Aululatia uocata est, hoc est parua olla. ¶ A quo rursus fit aliud diminutiuum Auxilla, ut est autor Festus.

Aulicus, ca, cum, denominatiuum. αὐλικός. [Ital. Di corte. Gal. De cour, de sale. Hispanic. Cosa de palacio de grandes. Germ. Hoffisch, was zū dem Hoff gehört] ut, Aulicus apparatus. Et Aulicus, substātiuē. Qui aulę sectator est assiduus. Suet. in Nerone. Nā fortè accidit, ut in publica fama Alexandrina nauis nūtiaretur, pulueré lustratorib. aulicis adesse.

Aulæum, auleī, n. g. uel (quod magis in usu est) Aulæa, orū, pluraliter, αὐλαῖαι ἢ τὰ αὐλαῖα. Sunt uela picturata, & uersicolori textura spectabilia, quæ à Græcis περιπετάσματα, & περιρραίμματα nominantur, quibus in splēdido aliquo spectaculo parietes obtēduntur. [Ital. Panno d'arazza, Razza. Gall. Tapis, tapisserez. Hisp. Manta de pared con figuras. Ger. Teppich, schöne Heydnischwercke Tücher.] ¶ Dicta Aulæa, ab aula Attali, Asiæ regis, in qua primùm inuenta sunt. Vnde etiā Attalica aulæa uocantur. Propertius, Nobilis aulæis porticus Attalicis. ¶ Beluata tapetia, ϝωτά, dixit Plaut. à textura belluarum, quæ in aulæis interuntur. Singularis numerus legitur apud Cic. in Orat. pro Cæl. De hac scabella conctepit, aulæum tollitur. ¶ Legitur & Aulea fem. gen. apud Q. Curtium: Nec quicquam (inquit) eorum quæ inuicem iactata erant, Rex ignorabat, quū post initium, quæ lectos abduxerat, staret.

Aulæus, pen. prod. αὐλητής. [Ita. Suonatore di piffaro, cantore. Gall. Chantre ou ioueur de fleuste, menestrier. Hispan. Tannedor de tiantas. Germ. Ein Pfeiffer, ein Schwegler.] Latinè dicitur Tibicen, à Græcis etiam Aulœdus. Cic. pro Muræna, pòst quū id assequi non potuissent, isthuc potissimū sunt delapsi, ut aiūt in Græcis artificibus, eos aulæos esse qui citharœdi fieri non potuerint: sic nōnullos uidemus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studiū deuenire. Hinc locus factus prouerbio, Aulœdus fit qui citharœdus esse nō possit. ¶ Fuit & Auletes cognomen Ptolemæi, patris Cleopatræ, qui præter reliquam uitæ mollitiem etiam choraulam exercuit: unde & nomen nactus est. Hic ab Alexandrinis regno exactus, ad Pompeium cōfugit: à quo Senatui commendatus est, & à Gabinio in regnum restitutus. Autor Strabo lib. 17.

Auleticus, ca, cū, pe. cor. αὐλητικὸς τοῖς αὐλοῖς. Hoc est tibiis similis: ut Auleticus calamus. Plin. li. 16. c. 36. Orchomenius est unius foraminis peruius, quem Auleticon uocant.

Aulætris, Mulier tibicina est. nam αὐλὸς tibia est.

Aulicoqua, æ. f. Antiqui dicebant, quæ in aulis, hoc est ollis coquuntur. Vnde Aulicoquæ exta dicuntur, in ollis elixa. Item Festus.

Aulos, αὐλός, ut scribit Hieron. cannulę aut chordulę sunt, quæ à tergino resonāt. Aulę tibia & calamus tibialis, auleticus dicitur, utpote tibiis utilior. Ille uerò qui fistulis est ac nōnodosus, syrinx appellatur, ficut scribit Plin. li. 16. Dicitur & hic Aulos, auli, pro tibia, inde Chorauli tibicen.

Auloedus, m. f. αὐλῳδός, Qui tibiis canit, quas Græci αὐλοὺς uocant. Cic. pro Muræna, In Græcis artificibus eos aulœdos esse aiunt, qui citharœdi fieri non possent. Emendati codices legunt auletas non aulœdos.

Aulico, as, a. p. pen. corr. Aliò uoco. ἀποκαλέω. [Ital. Chiamare altroue. Gall. Rappeler, retirer. Hispa. Llamar à lugar. Ger. Hinwegberüffen, an ein ander Ort berüffen.] & per translationem Abstraho, distinguo, auerto. ἀποτρέπω. Lactant. lib. 1. Et ad studia pacis à rebus bellicis auocauit. Cicer. pro Roscio Amer. Non necesse est omnes commemorare Curtios, Marios, denique Mamercos, quos iam ætas à prœliis auocabat.

Auocamenta, ne. ἀναγωγὰ ἀπὸ τῶν λυπῶν ἀσχολήματα. Sunt negotia iucundiora, siue solatia, animum à mœrore auocantia, id est reuocantia. Plin. in Epist. Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere auocamenta, & cicatricem pati possit. Budæus.

Auolo, as, pen. corr. n. p. Aliò uolo, siue aliò subitò discedo. ἀφίπταμαι. [Ital. Volar altroue. Gallice S'en voler, se partir uiste. Hisp. Volar de lugar. Ger. Hinweg fliegen.] Cicer. ad Attic. Experiar certè ut hinc auolem.

Aura, f. p. αὔρα. [Ital. Aura, uento piacevole. Gall. Vn petit vent doux, l'air. Hisp. Aire, viento, sotil ò resplandor. Germ. Ein sanffter Lufft.] Ventus lenior, teste Seneca in Natura libor. quæst. Virg. li. 4. Aen. - at illi Dulcis compositis spirabat crinibus aura. ¶ Interdū ponitur pro splendore. Idē in 6. Discolor unde auri per ramos aura refulsit. ¶ Interdum pro afflatu & fauore: quia cum flat aura æstate, uidentur æstuantibus fauere. Idem ibidem, Iā quoq; nunc nimiū gaudens popularibus auris. ¶ Horat. per translationem potuit pro uenustate, & illecebris mulierum, & quodā quasi philtro, quo illę amantes ad se alliciūt. Sic enim habet 2. Carm. Ode 9. Te suis matres metuunt iuuēcis, Te senes parci, miseræq; nuper Virgines nuptæ, tua ne retardet Aura maritos. ¶ Metaphora sumpta est à nauigantibus, quorum cursum aduersi uentorum flatus sæpe remorantur. Hinc Cic. prouerbii specie dixit, in Verrem actio. 6. Video quid egerim: erigit se, sperat sibi auram aliquam posse affare in hoc crimine: id est ostendi spem. Fit autem (ut quidam uolunt) Aura ab aëre, quòd motus aër & splendorem faciat & uentum: & proculdubio Græcum est. Suidas, ἄυρα, ἔστι πνεῦμα. Aura, inquit, id est spiritus, uel; si mauis flatus.

Aurata, f. p. χρυσόφρυς. [Ital. Orata. Gall. Dorée. Hisp. Doradilla. Ger. Ein Goldtfarber Fisch.] Pisces, qui ab auri colore nomen accepit: cuius amator Sergius, Orata cognominatus est, ut refert Macrobius, quasi Aurata: sicut Plostrum pro Plaustrum. Mart. lib. 13. Non omnis pretium, laudemq; aurata meretur.

Aurea Alexandrina, Alexandri cuiusdam nobilis compositio ab excellentia aurea dicta, describitur à Nicolao proposito in Antidotario suo, sunt qui ab loco sic inscriptā uolūt.

Aurę, Sunt frœni, qui circa aures equorum religantur, imò pars habenæ, quæ circa aures ponitur. παρώτιτες. [Ital. Testiere. Gall. Chanfrain. Hisp. Frenos. Ger. Das theil an dem Zaum das vmb die Ohren ist.] Festus.

Auris, huius auris, fœm. gen. ὦς, ὠτός. [Ital. Orecchia. Gallicè Oreille. Hisp. Oreia. Ger. Ein Ohr.] ab hauriendo dicitur aspiratione detracta, quòd uocem accipiat, & quasi haurire uideatur: teste Lactantio libro de Opificio Dei, cap. 8. Hinc Virgil. 3. Aen. - Vocemq; his auribus hausi, hoc est intellexi. Terent. Phorm. Astit, animam compressi, aurem admoui. ¶ Alii à Græco αὐδὴ deduci malunt, quod uocem significat, quæ solo aurium instrumento percipitur: aut certè à uerbo Audio: ut Aures dictæ fiant, quasi audes. Intelliguntur autem hoc nomine tam cartilagines foris promicūtes, quàm ipsa foramina. Lucret. lib. 6. Solicitæ porrò, plenæq; sonoribus aures. ¶ Aures item dicuntur in rebus inanimatis, quibus rem aliquam apprehendimus, quas alio nomine Ansas uocamus. Virg. 1. Georg. Binæ aures, duplici aptātur dentalia dorso. ¶ Hinc lauris, ἰμάβιον, & Auritus, οὐτάμενος: de quibus infrà. ¶ Auribus prouehi, ὠσὶ πρόεσθαι, dicitur, quando audientes aliquid delectabile, laborem pedum non sentimus, tanquam aures nos uehant. Apuleius. Me usq; ad istam ciuitatis portam meis auribus prouecto. ¶ Adambas usq; aures, μέχρι τῶν ἀμφωτίδων, impleri dicuntur qui supra modum ingurgitant se. Sumpta metaphora à uasculis ad ansas usq; impletis. Extat apud Suidam. ¶ Cæcus auribus & mente, τυφλὸς τὰ τ' ὦτα, τὰ τέ τε νῶ, τὰ τ' ὄμματ' εἶ, id est, Tu simul & aure, & mente & oculis cæcus es. Quadrat in hominem planè stupidum. ¶ Auris dextra tinnuit. Quo significatur alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude. Idq; Plinius re-

teſtatur, vulgò quondo ſ creditum fuiſſe, ut qui laudaretur abſens, ei dextra tinniret auris: qui uitoperaretur, ſiniſtra. Lucianus in dialogo Meretricis. ¶Ad Deorum aures peruenit, Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν. Vbi facinus aliquod clanculum patratum, reſciſcitur ab iis, qui poſſunt uel remunerari rectè factum, uel punire ſecus admiſſum. Simile eſt, Iouis auribus ſeruare. ¶Procul auribus nuncius ueniat, ἀπὸ ὠτὸς ἄγγελος ἴλθοι, id eſt procul abſit nuncius ante. Sermo deprecantis male auſpicatum. Suidas ex Callimacho citat. Homer. item Iliad. ε. ¶Purgatis auribus, pro attentis & uacuis, prouerbium reſipit. Plaut. in Milite, Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. ¶Ne ad aures quidem ſcalpendas otium eſt. Prouerbialis eſt hyperbole, quum ne minimum quidem otii ſupereſſe ſignificamus. Lucianus in bis accuſato, Οὐδὲ ὑπορυήσασθαι τὸ ὦς, φασὶ, σχολὴν ἄγων, id eſt, Ac ne tantiſper otioſus, ut aurem, ſicut aiunt, ſcalpere uacet. ¶Aurem uellere, Veteres dicebant pro admonere, à priſco ritu ſumpta figura, quo in iuſtitiam quempiam, aurem uellicabant, atteſtantes eum quaſi teſtem memiuiſſe uolebát. ¶In utramuis dormire aurem, eſt animo otioſo, ſecuro, uacuoq; eſſe. Terent. Heaut. Vtuntur eo & Baſilius in epiſtola quadam, ſed malam in partem, ita ut ſupinam ſecuritatem intelligi uelit. Menander in Plocio apud Gell. Ἐπ' ἀλφονίφαν, ἵν' ἑπίπλευρος ᾖ, μέλλω καθεύδειν, id eſt, In aurem utramq; quando quidem dotata eſt, cubet. Eodem ſenſu dixit Plinius, In dexteram aurem.

Aŭrĭcŭla, f. p. quamuis diminutiui formam habeat, non tamen paruam aurem ſignificat, ſed exteriorem auris partem aut certè mollem illam particulam, quæ etiam infima, uel ima auris appellatur. λοβὸς, ὠτίον. Cic. Qu. frat. Ad inimicitias res uenieſſet, ſi cum Eſermino Samnite Pacidianus comparatus uidereturauriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet: cum Clodio quidem certè rediiſſet in gratiam. Adagium eſt, quod conuenit in eum qui quamuis indigne tur, magis cupiat quàm poſſit lædere. ¶Martialis tamen pro tota aure poſuiſſe uidetur, quum ait libr. 1. Auriculam Mario graniter miraris olere: Tu facis hoc: gattis Neſtor in auriculam. ¶Demittere auriculas uulgò dicuntur qui ſua ſpe fruſtrantur: & qui deiecto ſunt animo, auriculas ſuper humeros habere ait Plato l. 3. de Rep. 10. τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες, id eſt, Auriculas ſuper humeros habentes, hoc eſt animis delectis & ægris Flaccus, Demitto auriculas ut iniquæ mentis aſellus, Quum grauius dorſo ſubiit onus ¶Auricula infima mollior, hyperbole Prouerbialis in homines minimè iracundos, lenisq; ingenio præditos. Nihil eſt enim in humano corpore mollius aut flexibilius lentiusq; quàm ea auriculæ pars, quæ nec oſſe rigeat, neq; cartilagine dureſcat, neq; neruis intendatur. Cic. ad Qu. Frat. li. 2. Tu quem admodum me cenſes oportere eſſe in republica & in noſtris inimicitiis, ita & eſſe & fore auricula infima ſcito molliorem. Vide Ammian. lib. 19.

Auricula muris, Alſine apud Dioſc. lib. 4. cap. 89.

Auriculam muris quoq; pingit Plin. lib. 27. cap. 11.

Auricularis, 3, um, ὠτικός. [Ital. Coſa' pertinente all' orecchia. Gal. Des oreilles ou des apartenances des oreilles. Hiſp. Coſa perteneſciente à la orcia. Ger. Das zů den Ohren gehört.] Quod ad aures pertinet. Vnde Auricularius ſpecillũ chirurgorũ inſtrumentũ, quod curandis purgandiſue auribus adhibetur. Pro eodem etiam dicimus Auricularis, & hoc auriculare: ut Vermicularia auricularis, quum putridæ aures uermibus ſcatent. Et auricularis digitus, Paruus, quo aures mundantur.

Auriſcălpium, n. ſ. Inſtrumentum quo aures purgantur. ὠτοτεχνυρὶς. [Ital. Il cura orechie. Gall. Vn curecreille. Hiſp. Inſtrumento para limpiar las orcias. Germanicè, Ohrengrůbel.]

Auritus, a, um. pen. prod. ὠτώας. [Itali. Chi ha grandi orecchie, buona udita, & attente ad udire. Gall. Qui a grandes oreilles, bonne ouye, & attentif à ouir. Hiſpa. Coſa de grandas orcias, ò que las enhieſta, ò que oye mucho. Germ. Der groſs Ohren hatt.] Qui magnas habet aures. Virg. 3. Aeneid. Auritosq; ſequi lepores. ¶Auritus item dicitur, qui bene audit. Hora. lib. 1. Car. Doctus auritas fidibus canoris Ducere quercus. ¶Auritus populus, apud Plautum in Aſin. id eſt, auret intentas habens.

Aurichalcum, Vide Orichalcum.

Aŭrīga, pen. prod. & gen. com. ſecundum Priſcianum, Qui uel quæ currum regit. ἡνίοχος. [Ital. Carratiero. Gal. Chartier ou rouller. Hiſp. Carretero, ò el que rige el carro. Germ. Ein Karrer, ein Fůrman.] Quæ uox ab aureis egendis dicta uidetur. Sed aurem Aurea (ut ſuprà ex Feſto docuimus) lora quædam, quæ circa equi iugalis aures religantur. Virgil. 12. Aeneid. Circumſtant properi aurigæ, manibusq; laceſſunt Pectora plauſa cauis.

Aŭrĭgo, as, currum rego. ἡνιοχῶ. [Italic. Menar, o guidare le carrete. Gall. Charier, mener & gouuerner une charette. Hiſpan. Regir el carro. German. Karren, ein Vuagen fören.] Suet. in Cali. Nec ullis, niſi ex Senatorio ordine aurigantibus. Idem in Neron. Mox & ipſe aurigare, atq; etiam ſpectari ſæpius uoluit.

Aŭrĭger, ĕra, ĕrum. p. Moderor, rego. ἡνιοχέω, Varro Medio, Nasturs aurigatur, non neceſſitudo.

Aŭrĭgātio, onis. f. t. uerbale. ἡνιοχεία, ἡνιόχησις. [Ital. L'eſſercitio di menar carro. Gall. Conduitte de charette. Hiſp. Obra de regir ò gouuernar carro. Ger. Die Vuagen fürung, das Karren.] Gell. lib. 17. cap. 8. Quibus uerbis delphini amœnitis, & pueri non abhorrentis, conſuetudines, luſus, geſtationes, aurigationes refert.

Aŭrĭgārius, ἁρματοπηγός. [Ital. Carratiero. Gall. Chartier. Hiſpan. Carretero. Ger. Ein Karrer.] uidetur uſurpari à Sueton. in Nero. cap. 5. pro eo qui curam habet inſtruendi aurigas in ſpectaculis. Perfidiæ uerò, inquit tantæ, ut non modo argentarios pretiis rerum coemptarum, ſed & in præmia mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

Aŭrīgo, ginis, pen. pr. f. t. Morbus regius: à colore auri, quem mobilis per totum corpus diffuſa repræſentat. ἴκτερος. [Ital. Pretericia, morbo regio, di color dioro. Gal. Maladie qu'on appelle iaunice. Hiſp. La itericia, dolencia de los oios. Germ. Gelſucht.] ¶Hinc Auriginoſus, ἰκτερώδης dicitur, qui eo morbo laborat.

Auripigmentum, ti, n. ſ. ἀρρενικόν. [Ital. Oprimento. Gall. Orpin, arſenic. Hiſp. Oropimente. Ger. Operment, Arſenick.] Genus eſt coloris quod in Syria inuenitur in ſumma tellure, auri ſplendore, ſed fragile, lapidum ſpecularium ſimilitudine. Vide Plinium libro trigeſimotertio capite 4. Duo autem ſunt auripigmenti genera: quæ nidis ſuprà in dictione Arſenicum.

Aūrōra, æ. pen. prod. f. p. Prima diei lux, qua ſub ſolis aduentum ætr illuſtratur. ἠώς. [Ital. L'aurora. Gal. L'aube du iour, le point du iour. Hiſpa. El alua que antecede el dia. Ger. Die Morgen Röte, die zeit ſo es anfacht Tagwerden.] Item tempus ipſum, hoc eſt prima pars diei, qua lux quædam dubia in Oriente cernitur aduenientè ſole. Varro 6. de lingua Latina Aurora dicitur ante ſolis ortum, abeo, quòd ab igne Solis aureo ætr aureſcit. ¶Poëtæ fingũt Auroram deam eſſe Tithoni coniugem, & matrem Memnonis, quæ quòd maritum habeat ſenem, relicto eius cubili, ortum ſolis antecurrit.

Aurum, ri, n. ſ. χρυσός. [Ital. & Hiſp. Oro. Gall. Or. Germ. Gold.] Pretioſiſſimum omnium metallorũ ab aura, hoc eſt à ſplendore ita appellatum: aut certè à Græco αὐρὸς, quod diuitem & potentem ſignificat. Plin. lib. 33. cap. 1. Vtinam poſſet è uita in totum abdicari aurum, ſacra fames, ut celeberrimi autores prodidere, proſciſſum commitiis ab optimis quibusq;, & ad perniciem uitæ repertum. ¶Aurum factum, χρυσὸς ἐργασμένος dicitur, quod artificis manu aliquem in uſum eſt laboratum. Vlpian. l. Qu. Mutius. ff. de auro & arg. leg. Cui aurum uel argentum factum legatum eſt, ſi fractum uel colliſum fuerit, nõ continetur. Seruius enim exiſtimat, aurum, uel argentum factum id uideri, quo commodè uti poſſumus. ¶Huic opponitur Aurum infectum, hoc eſt rude, & non laboratum. Virg. 10. Aeneid. Sunt auri pondera facti, Infectiq; mihi. ¶Aurum ſignatum, eſt pecunia ex auro cuſa. Vlpia. Si autem aurum, uel argentum ſignatum legatum eſt, id paterfamiliãs uidetur teſtamento legaſſe, quod aliqua forma eſt expreſſum. ¶In eadem etiam ſignificatione legimus aurum abſolutè, & ſine ulla adiectione poſitum. Plaut. in Aulul. Effodio aulam auri plenam. ¶Ponitur item Aurum pro ornamentis muliebribus, ex auro confectis. Terent. in Eunuc. Interea aurum ſibi clàm mulier demit, dat mihi ut auferam.

¶Au-

¶Aurum coronarium, quod Imperatori triumphaturo in coronam decernebatur. Triumphalis enim corona, quæ antiquitus incorruptis adhuc Romanorum moribus ex lauro fiebat, postea ex auro fieri cœpit. ¶Aurum igni probatum, χρυσὸς τῷ πυρὶ δοκιμασθείς, dicitur is cuius fides rebus aduersis explorata spectataq; est. Vtitur hac similitudine M. Tull. in Epistol. Famil. Pindarus item in Nemeis hymno 4. plutarchus alii probatissimi autores. ¶Auro habet suppetum solum, Prouerbiali figura dixit Plau. in Bacch. de prædonite, cui tanta suppetat auri vis, ut pedibus calcet.

Auro, as, p. χρυσόω, aurum superpono, à quo Deauro, & Lauro inde auratum, inauratum, deauratum.

Auratum, um, Quod in superficie habet aurum. διάχρυσος χρυσόπαστος. [Ital. Dorato, indorato. Gall. Doré. Hisp. Dorado por parte fuera. Germ. Vergülder, übergüldet.] Cicer. Post reditum sen. Lentuli beneficio excellenti atque diuino non solùm reducti sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi uiri, sed equos insignibus, & curru aurato reportati. Suet. in Neron. Piscatus est reti aurato, purpura, cocco q; funibus nexis. Abusiuè tamen Auream domum, & auream portam dicimus pro aurata. Milites aurati. Liu. 9. ab Vrbe. Tunicæ auratis militibus uersicolores.

Auramentum, n. s. Videtur instrumẽtum esse effodiendo aut purgando auro accommodatum χρύσωμα. Plin. lib 33. ca. 1. Hispania frigiles uocat auri paruulas massas, quod super omnia solùm in massa auramento capitur, quum cæteri in metallis reperta igni perficiantur.

Aurarius, a, um, adiect. ὁ τὰ χρυσᾶ ἐγχρυσῶν. [Italic. Di oro. Gall. D'or. Hisp. Cosa perteneciente à oro. Germ. Von Gold, oder was zum Gold gehört.] ut Aurariæ metalla. Plin. lib. 37. cap. 12. Aurarium negotium. Plaut. in Bacchid. Aurariæ fodinæ, Vbi foditur aurum: quæ & Aurifodinæ dicuntur, χρυσωρυχίαι. [Ital. Miniera da cauare oro. Gal. Miniere ou mine d'or. Hisp. El minero de donde se saca el oro. Germ. Von Gold, oder was zũ gold gehört.] Plin. lib. 33. cap. 4.

Aurarii, m. i. Aurifices, qui aliqd ex auro conficiunt, aut insuunt χρυσοχόοι. [Ital. Orefici. Gall. Orfeures. Hisp. Platero que labran en oro. Germ. Goldschmid.] ¶Aurarii etiam fautores dicuntur, teste Seruio, à nomine Aura, quod nonnunquam pro fauore accipitur.

Aureos, subst. tantum, Nummus est ex auro dusus, χρυσοῦς. Plin. lib. 37. cap. 10. Immane tabulæ pretium accepit, aureos mensura, non numero.

Aureus, a, um, Quod ex auro est confectũ. χρυσοῦς, χρύσεος. [Ital. Cosa fatta d'oro. Gall. D'or, fait d'or. Hisp. Cosa de oro toda maciça. Ger. Guldin, was von Gold gemacht ist.] Cic. 4. Philip. Sedebat in rostris Cæsar, in sella aurea coronatus. ¶Item quod auri colorem habet. Virg. 3. Aegleg. Aurea mala decem misi: cras altera mittam. ¶Interdum enim idem quod pulchrum. Idem 10. Aeneid. Sat non Venus aurea contrà Pauca refert. ¶Aureo piscari hamo dicuntur, qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt, ut maximarum rerum faciant iacturam. Fit enim nonnunquam ut piscis hamum etiam ipsum secum auferat. Commemoratur inter facetè dicta Octauij Cæsaris à Suetonio. ¶Aureos montes polliceri, χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι, Prouerbialis hyperbole, de iis qui immensa promittunt, spectacula ampliſſimos ostentant: à Persarum arrogantia ducta, qui propter auri uenas montes aureos iactabant. Plaut. & Ennius. ¶Aureæ compedes, χρυσαῖ πέδαι, Proverbiali metaphora dicitur seruitus splendida, & amabilis: qualis est auricomorum uita. Diogenes in epistola quadam scripta reliquit, Aristippum in aula regia, aureis teneri compedibus, ne posset auolare. Horat. de amica formosa, teneaq; grata Compede uinctum.

Aureolus, a, um, diminut. ab adiectiuo Aureus, Aureolũ colorem referẽs. Varroni 3. de Re rust. ca. 9. Aureo in lexibus Cic. 4. Acad. Malum aureolum, Catullo.

Aureus, subst. tantum, dimin. ab Aureo numo. Mart. lib. 5. Qui cupat aureolos, forsitan unus erit. Idem lib. 10. Aureo loculus quatuor ipse petit.

Aurisco, is, Varro de lingua Lat. Auroram splendorem solis existimant, seu matutinum splendorem, eò quòd ab igne solis, aut auro aër arescit.

Auricomus, pen. corr. Qui aureos crines, seu auream comam habet χρυσόκομος. [Ital. Biondo. Gall. Qui a les cheueux iaunes comme fin or. qui a le chef doré. Hisp. Lo que tiene cabelladura de oro. Germ. Das Guldin Haar hatt, oder Goldgál.] Vnde Phœbus uocatus est Auricomus. Batauus auricomus, Silius lib. 3.

Auriferus, a, um, Quod fert aurum. χρυσοφόρος. [Italic. Che produce oro. Gall. Portant or. Hisp. Cosa que tiene ò trae oro. Germ. Das Gold tregt.] Vnde Aurifera flumina dicuntur, Tagus in Hispania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in Asia, Ganges in India. Aurifera arbor. Cic. 2. Tusc. Auriferũ nemus. Plin. li. 3. c. 1. Aurifera terra, Mart. l. 10.

Aurifex, ficis, m. f. Faber aurarius, qui auri laborandi artifex est. χρυσοχόος. [Ital. Orefica. Gall. Orfeure, ouurier d'or. Hisp. Platero que labra oro. Germ. Goldschmid.] Cicer. 1. Orat. Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. Plin. Velut aurificum arte alterni inter folia candicantibus margaritis.

Aurificina, pen. prod. Pro aurificis officina.

Aurifur, com. r. qui furatur aurum, χρυσοκλέπτης. Plaut. Et mihi hoc aurifur est.

Auriger, ra, rum, adiect. χρυσοφόρος. ut auriger taurus. Cic. 2. de Diuin. Aurigeris diuũmplacantes numina tauris. Arbor aurigera, Valerius 8. Argonaut.

Aurilegus, pen. corr. Qui aurum legit, id est furatur, χρυσολόγος. χρυσοκλέπτης.

Aurescо, is, χρυσόομαι, χρυσαγῶ. Var. de ling. Lat. li. 6. Aurescit aër dixit.

Aurum coronarium, dicebantur triumphales coronæ aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittebantur. Vide Corona.

Aurugo, dicitur morbus regius.

Auscaripedam, Dixerunt ueteres pro uermiculo pilosо, qui solet in fronde nasci cum multis pedibus, teste Varr. lib. 6. de Lingua Latina.

Auscularі, Veteres pro osculari dicebant. Et ab osculo, hoc est paruo ore deducitur, quod auscultum dicebant. Festus.

Auscultо, n. p. Cum accusatiuo significat Audio, & diligenter attendo. ἀκροάομαι. [Ital. Auscultare, udire, star attento. Gall. Ouir, escouter. Hispan. Oyr escuchando, escuchar. Germ. Zůlosen, zůhören, auffmercken] Hinc illud Catonianum, Auditos enim, non auscultatis, tanquam pharmacopolam. ¶Auscultа & perpende, ex Homero. Cõueniet quoties significabimus nos aliquid dicturos quod ad rem pertineat, quodq; ratum ac certum futurum sit. ¶Aliquando obedio. sed cum dativo. πείθομαι, προσέχω. Terent. in And. Pĥilũmne adiuté, an auscultẽ seni. ¶Itẽ Aspicio, cerno. Afran. Privigno, (ut citat Nonius) Ludos hinc auscultans procul. ¶Hinc Auscultatio, ἀκρόασις, & Auscultator, ἀκροατής, uerbalia.

Ausim, ausis, ausit, ponitur neut. defect. pro Audeam, audeas, audeat, τολμῶμι. Liu. in Prooem. li. 1. ab Vrbe, Nec si scirem, dicere ausim. Virg. 1. Georg. Ausim uel tenui uitem cõmittere sulco.

Ausio, Ausus, & Ausum, ἀποτολμήσω, τόλμημα. pro temere præsumpto accipiuntur. Maro: Hoc tibi pro meritis & talibus imprecor ausis.

Ausonium mare, αὐσόνιος πόντος, ἢ αὐσόνιον πέλαγος; Ionij maris pars est, quæ ab Orientali Siciliæ parte usq; ad Salentinos extenditur, in tres diuisa sinus, ut ex Polybij sententia tradit Plin. li. 3. ca. 7 & 10. Strabo li. 7. alio nomine Siculum mare uocari testatur. Ausonium autem dictum putatur, ab Ausonibus populis, qui eo in tractu primùm habitarunt autore Plin. lib. 3. ca. 10. quod tamen loco iam citato negat Strabo. Festus ab Ausone quodam Vlissis & Calypsus filio mari huic nomen factum existimat.

Auspex, icis, com. t. Propriè dicitur qui ex auium uolatu, cantu, aut pastu futura diuinat: quem & Augurem appellari, suprà ostendimus. οἰωνίσπος. [Ital. Pronosticatore. Gall. Pronosticateur, Augure. Hispa. Adeuino de agueros de aues. Germ. Ein Vogelsager vñ waarnemmung der Vögten.] Cic. ad Attic. lib. 1. Latores & auspices legis curiatæ. ¶Auspices etiam dicebantur νυμφάγωγοι, παράνυμφοι, qui nuptiis contrahendis præerant, à parte sponsi adhibiti, quemadmodum pronubæ à parte sponsæ. Ita dicti ab auspicando, quòd de nuptiarum successu auspicia sumerent. Vnde apud Suetonium legimus, Sportum puerum Neroni nuptisse, dote inter auspices conjugata. ¶Auspicem præterea uocamus, cuius ductu, et autoritate rei aliquid gerimus. Horat. lib. 1. Carm. Ode 7. Nil desperandum est Teucrо duce, & auspice Teucro.

Auſpicialis, le, em. r. Quod ad auſpicium pertinet. *auſpicialis vir*. Liu. ut, Auſpicialis piſciculus, qui aliquid portendit, aut ſignificat futurum. Plin. lib. 32. cap. 1.

Auſpicium, cii, n. ſ. Augurium, diuinatio ſumpta ex geſtu uel cătu auium: cuius inuentionem Tireſix Thebano aſſignat Plin. lib. 7. cap. 56. *auſpicium, auſpicamentum*. [Ital. *Auſpicio*. Gallic. Conſideration des choſes à venir par contempler & obſeruer le uol ou cri d'oiſeaux ou telles choſes. Hiſ. El aguero, tonado de las aues. Ger. Ein Vogelflugung die mann nimpt ab den gebärden der Vöglen.] Dictum Auſpicium quaſi auſpecium, ab auibus ſpectandis: quemadmodum Augurium, quaſi auigarrium, ab auium ſcilicet garritu, quem auſpicantes obſeruabant. Cic. 2. de Diuin. Nihil publicè fine auſpiciis neq; domi, neq; militiæ gerebatur. Auſpiciorum duo fuiſſe genera Dion narrat: unum ſine obnuntiatione: alterum cum obnuntiatione. Vtroq; genere poteſtas agendi cum populo tollebatur: primo, uel ſi nulla omnino ſigna de cœlo mõſtrarentur, nec obnuntiaretur quidquam altero quum cœleſti aliquo ſigno uiſo, quod publicam calamitatem portendere uideretur obnuntiaret is, qui auſpicabatur, ei, qui agere cum populo uellet. Vtrumq; genus, lege Ælia, ſuſtulit P. Clodius Trib. Pleb. Ciceronis inimicus: de quo ſic in oratione pro Sext. o. Iidem Conſulibus ſedentibus, atq; inſpectantibus, lata lex eſt, ne auſpicia ualerent, ne quis obnuntiaret: ne quis legi intercederet. Ex Commentariis Asconii in orationem pro Sextio. ¶ Sumitur etiam latiùs, ut ad alia diuinandi genera extendatur. Cic. 1. de Diuin. Fulmen optimum auſpicium habetur, ſi ſiniſtrum fuerit. ¶ Ponitur & pro ductu, fortuna, & auctoritate. Virg. 6. Aen. En huius nate, auſpiciis illa inclita Roma Imperium terris animos æquabit Olympo. ¶ Nonnunquam etiam pro Imperio & poteſtate. Idem 4. Aen. Commouem hunc ergo populum, paribuſq; regamus Auſpiciis. ¶ Dicimus & Meis auſpiciis, pro meo arbitrio, meo Marte, meis q; præſidiis. Virgil. 9. Aen. Quod ſi fata meis paterentur ducere uitam Auſpiciis, & ſponte mea componere curas.

Auſpicor, aris, d. p. Auſpicia ſumo, de cœlo ſeruo, ex auium cantu geſtuq; futura diuino, de rei euentu augeo conſulo. *auguramentum*. [Ital. *Augurare*, *comminciare*. Gall. Conſiderer par les oiſeaux, diuiner, encommencer. Hiſp. Adeuinar por agueros, començar. Ger. Der Vöglen achtung tragen, vnd etwas weyſſagen.] Cic. 1. de Nat. deor. Grachus quum pomerium transiret, auſpicari eſt oblitus. ¶ Et quoniam ueteres nihil niſi auſpicatò gerebant, fit ut Auſpicari dicamus pro incipere, & negotiũ aliquod aggredi. Suet. in Aug. Militiam auſpicantibus non tribunarum modò legionum ſed etiam præfecturas alarum dedit, id eſt militiam incipientibus & ſcilicet auſpicio inchoantibus Collat. 2. Poſſit ab Idibus Ianuariis auſpicari cuiuscunq; officii.

Auſpico, as. Antiqui dixerunt pro Auſpicor. Plaut. in Perſa. Ego auſpicare in hunc diem. Idem in Rud. Non hodie iſti auſpicauit rei. Nonius.

Auſpicato, aduerb. *εὐτύχως*. [Itali. *In buono hora*. Galli. *A la bonne heure, de bonne fortune*. Hiſp. *Con buena dicha y aguero*. Ger. *Mit zůſtimmung der Vöglen, glückluch zů einer gůten ſtund*.] Idem ſignificans quòd Augurato, hoc eſt bono auſpicio, auibus ad dicendum. Cic. 2. de Diuin. Romulus urbem auſpicato condidit. Idem pro Deiotaro, Nihil Deiotarus, niſi auſpicatò gerit. ¶ Sumitur nonnunquam pro Fœliciter. Terent. in Andr. Haud auſpicatò me huc appuli. Huius compoſitum eſt inauſpicatò, hoc eſt, infeliciter, uel ut alio auſpicio prouio.

Auſter, Ventus meridionalis: ab hauriendis aquis dictus, licet non aſpiretur in principio. *νότος*. [Ital. *Vento auſtro*. Gall. *Vent de midi*. Hiſp. *Viento de medio dia*. Germ. *Der Sudtwind von Mittag*.] Nam nebulosus atq; humectus eſt: unde etiam Græcè eadẽ ratione *νότος* appellatur, quoniam *νότος* Latinè humor dicitur. Virg. 4. Georg. Frigidus ut quondam ſyluis immurmurat Auſter. ¶ Ventus hic ob uiolentiam floribus eſt inimicissimus, hinc locus factus prouerbio apud Maronem in carmine Bucolico, Floribus auſtrum, fontibus apros immiſi, ubi quis optat nocitura. ¶ Auſtrum periculi, id eſt, operâ luſiſſe apud Plaut. in Epid. ¶ Ab Auſter fiunt duo adiectiua, Auſtralis, & Auſtrinus, *νοτίος*. Cic. de Som. Scip. Duo ſunt habitabiles, quorum Auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt, aduerſa nobis urgent ueſtigia. Plin. lib. 16. ca. 16. Pyrus & amygdala, etiã ſi non pluat, ſed flat auſtrinũ cœlũ, atq; nubilũ, florem amittunt.

Auſtre, as, Humecto, *νοτίζω*. Plaut. Auſtrati ad ignem ſtãt.

Auſtērus, a, um, pen. prod. *αὐστηρός*. [Ital. *Auſtero, aſpro*. Gal. *Auſtere, aſpre, rude, ſeuere*. Hiſ. *Aſpero en lo que toca al guſto*. Germ. *Rauch, streng, ernſthafftig*.] Immitis, ſubacerbus, qualis eſt ſapor fructuum, qui nondum plenam maturitatem ſunt conſequuti. Differt autem ab Acerbo, (ut docet Plato in Timæo, & Gal. lib. 3. de Fac. Simpl.) tanquam minus à maiore. Vtraq; enim guſtata aſtringunt & contrahunt linguam: minus tamen exaſperant, quæ auſtera ſunt. ¶ Hinc Auſterum uinum dicimus, quod uulgus uiride appellat. ¶ Per translationem accipitur pro duro, aſpero, graui. Horat. in Serm. Molliter auſterum ſtudio fallente laborem. Propert. li. 3. Eleg. Qui uolet auſteros arte ferire uiros.

Auſtēritas, atis, Contraria ſuauitati. *τραχύτης*. [Ita. *Auſterita, aſprezza, ſeuerità*. Gall. *Auſterité, aſperté, rudeſſe*. Hiſpa. *Aquella aſpereza tocante al guſto*. Ger. *Rauhe, herbe, ſtrenge*.] Quint. lib. 2. cap. 2. Non auſteritas eius triſtis, non diſſoluta ſit comitas.

Auſtērè, aduer. *αὐστηρῶς*. [Ital. *Auſteramente, aſperamente, duramente*. Gall. *Auſterement, aſprement, rudement*. Hiſ. *Aſperamente*. Ger. *Rauch, ernſtlich, mit ſaurẽ ſehen*.] Cic. pro Mure. Attamen agit mecum auſtere & Scitè Cato.

Auſtrum, uide Haustrum.

Aut, Coniunctio ſeparatiua. *ἤ*. [Itali. *Ouero, oueramente*. Gal. *Ou*. Hiſp. *O*. Ger. *Oder*.] Virg. 1. Aeneid. Aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. ¶ Aliquando dubitationis: ut, Aut librum uolo, aut pretium. ¶ Si ſemel ſubiiciatur, diminutiua eſt: ut apud Virg. 1. Aen. - aut age diuerſas (quod enim grauiſſimum erat, Iuno primùm optabat, ut ſcilicet ſubmerſas puppes obrueret): aut ſi id grauius uideretur, ut ſaltem in partes diuerſas eas diſiiceret. ¶ Aliquando coniunctiuum: ut apud eundem 9. Aen. - nec primam abſumite ferro, Aut ea magne pater diuûm miſerere.

Autem, Præpoſitiua, ſed, ſue, uerùm, Coniunctio eſt tantùm ſubiũctiua. *δέ, αὖτε*. [Ita. *Ma*. Gal. *Mais*. Hiſ. *Mas*. Ger. *Aber*.]

Authenticum, n. ſ. *αὐθεντικόν*. [Ital. *Autentico, approbato*. Gall. *Authentique & approué par gens d'autorité*. Hiſ. *Coſa que tiene autoridad*. Ger. *Das durch gil angenommen vnd bewäret iſt, Glaubwirdig*.] Dicimus, Græcos ſecuti, quod Latinè Authoratum diceremus. Hinc lex authentica & decretum authenticum, quod à multorum authoritate comprobatum eſt.

Authepſa, *αὐθέψα*, Olla ænea fuit genus, ita dictum, quaſi per ſeipſum coquens, quòd tam artificiosè factum eſſet, ut minimo ſuppoſito igne facilè bulliret. ¶ Meminit huiuſmodi ollæ Cic. pro Sexto Roſcio Amerino: cuius tantum pretium fuiſſe dicit, ut præterentes audito pretio totum fundum uenire arbitrarentur.

Author, Lege in nomine Auctor, in Augeo.

Authŏritas, ſ. f. Eſt pondus & eminentia quædam, uitæ probitate, ſcientia, ætate, meritis, potentia, uel honoribus parta, cuius gratia dictis factisq; cuiuſpiam plurimum deferimus. *τὸ κῦρος, κῦρος, τὸ ἀξίωμα, αὐθεντία*. [Ital. *Autorità, podestà, grauità, forza, credito*. Gallic. *Autorité, dignité, credit, pouuoir*. Hiſp. *Autoridad*. Germa. *Anſehen, gewalt, wirdigkeit*.] Cic. 2. de Diuin. Hunc ego antepones Platoni? qui ut ratione nõ redderet, authoritate tam è hos minutos philoſophos uinceret. Idẽ li. 2. Epiſt. Fam. Nos eo minorẽ in causa authoritatẽ habemus, q tibi debemus. Liu. li. 2. ab Vrbe, nec antè mouerunt de ſententia Conſulẽ quàm Tribuni ſe in antheritate Patrũ futuros eſſe policiti ſunt. Cicer. Philippica prima, A nobis peto, ut ſi ſequi minus audebitis orationẽ atq; authoritatem meam, benignè me tamẽ, ut ſe ciſſit, adhuc audiatis. Melius fortaſſe ſcriberetur ſine aſpiratione, à Græco nomine *αὐτός*. Vide ſupra in Auctor.

Authŏrāre, a. f. Eſt aliquem aut ſacramento aut præmio obligare: & habet o producta. *ὑποσπονδίζω, ὑπισχνέομαι*. [Ital. *Obligar'alcuno col ſacramento*. Gallicè, *Obliger pour quelq; bien fait, ou par ſerment fait & gages receuez, comme gendarmes*. Hiſ. *Obligar alguno con juramento*. Germ. *Ein verbinden, verpflichten*.] Suetonius, De legendo, uel authorando milite, ac legionum, & auxiliorum diſcretione. Cic. in Epiſt. Famil. Quis quum depreſſus in lucũ, bis gratis depugnaſſet, authorari ſeſe uolebat, & ad populum confugerat.

Authŏrāmentum, n. ſ. Sumitur pro obligatione, uinculo ac re

Ipſi ſtipendio, pretioq; eius qui ſit authoratus, id eſt, obligatus. *μισθός.* [Ital. Premio, guiderdone, obligo, per lo qual ſe alcuno ſi mette à fare qualche impreſa. Gallic. Guerdon ou le bien fait par lequel on eſt eſmeu & quaſi obligé à faire quelque choſe. Hiſp. Obligation de alguno, entrepueſto juramiento, ò otra coſa. Ger. Die Beſoldung oder Lon, dardurch einer verbunden wirt etwas zů.] Cic. lib. 1. Offic. Mercedem ait eſſe authoramentum ſeruitutis. Vbi authoramentum capitur, pro illa obligatione, qua mercenarius accepta mercede, cogitur ſeruire. Seneca, ad finem operis, Magno authoramento labor peruenit.

Authoratus, m. ſ. Authoramento obligatus, mercede conductus: quod nomen ad gladiatores refertur, qui uitam ſuam ſeruiendam habent, ullíq; mercede ad apertiſſima periculi aleæ addicunt, *ὑπεσχημένος.* ¶ Huic opponitur Exauctoratus, hoc eſt authoramento ſolutus. Plin. lib. 14. Vnde maiorē authoratū dixit, hoc eſt mercede conductū, & ſub hamate uitis periclitantē. Idē li. 16. populū Romanum Authoratū appellat, in ſpectaculis periclitantē, inſtar gladiatorum. A Liuio Authoratus proditor dictus, quaſi obligatus. Manilius. 5. Aſtronomicōn, miniſtros perpetuo quaſi epimicto Authoratos uocat, tanquam perpetuos mercenarios obligatoſq; dominis, à quibus mercede comparantur: ſic enim ait, Atq; authoratos in tertia iura miniſtros. Sic Seruius dixit ſolos parentes habere poteſtatem authorandi.

Autochthones, *αὐτοχθονες*, Epitheton eſt Athenienſium, & aliorum nonnulliorum populorum: quaſi indigenæ, & in eodē nati ſolo quod incolant, eiuſq; terræ primi cultores, ut quæ illis ſedes eadē ſit & origo. Cic. Attic. li. 7. Curtius aūt ipſe ſeruīt quantum uellet à me diligi, & eo ſum admodum delectatus & mehercule eſt, quum facilè diligas, *αὐτοχθων*, in homine urbanitas: id eſt ingenita, nativa.

Autocineton, n. ſ. *αὐτοκινητον*, ſeipſum mouens, & quod non ab alio mouetur.

Autodidactos, m. ſ. *αὐτοδίδακτος*, Qui ſeipſum magiſtrū habet, qualis fuit diuus Auguſtinus Eccleſiæ doctor eximius.

Autographum, n. ſ. *αὐτόγραφον.* [Ital. Eſcritto di propria mano. Gall. Eſcrit de la main de celuy qui en eſt autheur. Hiſpan. Eſcritura de ſu prodria mano. Germ. Eigne Handgeſchrifft.] Dicimus propria manu ſcriptū. Vnde Autographa epiſtola, *αὐτόχραφος ἐπιστολή*, apud Suet. in Auguſto, ipſe manu ſcripta ſignificatur. Antigrapha uerò, reſcripta.

Autoleçythus, pen. corr. *αὐτολήκυθος*, Mendicus, Scurra. Nam *λήκυθος*, eſt urceolus olei, *αὐτὸς* ipſe: quoniam non aliud poſſidet, ait Suidas. Vide Eraſmi Adagia.

Automăta, n. ſ. *αὐτόματα*, Sunt inſtrumenta arte mechanicā ita ſubtiliter fabricata, ut ſua ſponte, nullaq; apparente cauſa moueantur: qualia ſunt horologia, machinæq; uerſatiles. *αὐτόματον* enim interpretatur ultroneū, & ſuæ ſponte. Scribit Vitruuius hydraulicas machinas & aquarum ex pulſiones Automatas à Teſibio primò reperras fuiſſe.

¶ Mors naturalis & fatalis dicitur à Demoſt. *αὐτόματος*: quæ ex ſponte, & nulla extrinſecus ui coacta.

Automolia, ſiue Automoli, *αὐτομολοι*, A Græcis dicuntur profugi. Pompon. ſcribit, Aethiopū alios uocari à uita ſpatio Macrobios: alios, quia ex Aegypto aduenere Automalas enim Græci profugos appellant.

Autonomia, *αὐτονομία*. Libertas uiuendi ſuis legibus.

Autonomos, pen. cor. *αὐτονόμος*, Qui uiuit ſuis legibus.

Autopharos, pen. prod. *αὐτόφωρος*, A Iureconſultis nocatur manifeſtus, qui ſcilicet in ipſo furto, aut cum re furtiua quàm (quò deſtinauerat) pertuliſſet, eſt deprehenſus. Veteriſtimi enim Græci *φῶρα* nocauerunt, quem recentiores *κλέπτην* uocant.

Autopyros, pen. co. *αὐτόπυρος*, Epitheton panis, ex quo furfures ſunt ſublati, quaſi totum in ſe triticum non immiſtum habens. Celſus lib. 2. cap. 17. Firmius eſt triticum quàm miliorum: id ipſum, quàm hordeum: & ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimilla: deinde cui nihil adēptū eſt, quod autopyron Græci uocant: infirmior eſt ex pollinc: infirmiſſimus cibarius panis. Celſi uerbis ſatis conſtat, non eandem eſſe panem putopyron cum eo, quem Cicero Cibarium uocat. Autopyros enim (qui & *σιτυρίτης* à Galeno appellatur) is eſt, ex quo nihil neque pollinis neque furfuris excretum eſt. Cibarius uerò dicitur, cui bona pars pollinis dēpta eſt, quiq; magna ex parte furfuraceus eſt, quem Paulus Aegineta *ὑπαχὸν* uidetur appellare.

Autoſchedios, *αὐτοσχέδιος*, adiectiuum eſt, idem ſignificās quod extemporalis, rudis ſiue impræmeditatus: à uerbo *αὐτοσχεδιάζω*, quod eſt ruditer, ex tempore, & impræmeditatè aliquid ago.

Autumnus, m. ſ. *ὀπώρα, φθινόπωρον.* [Ital. Autunno. Gall. L'autonne. Hiſpani. Otonno. Germanicè, Der Herbſt.] Vna ex quatuor anni partibus, inter æſtatem & hyemem media, qua uindemia fit, & arborum fructus colliguntur. Vnde etiam ab augendo quidam autumnum dictum putant, quòd eo tempore coactis fructibus, agricolarum opes maximè augeantur. Virgil. 1. Georg. Quid tempeſtates Autumni, & ſydera dicam ipſum? & 2. Aeneidos Quàm multa in ſyluis Autumni frigore primo Lapſa cadunt folia. ¶ Pulchrorum etiam autumnus pulcher eſt, *τῶν καλῶν ἡ ὀπώρα καλή*, Metaphora prouerbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem qui iam pubeſcentem atque exoletum Agathonem in conuiuio ſuauiabatur. Quadrat igitur in ea, quæ quum naturā ſint egregia, ne tum quidem faſtidienda uidentur quum maturuerint.

Autumnitas, Autumni tempeſtiuitas: ſicut Oliuitas, quando olea legitur, *ὀπωρισμός*. Cato de Re ruſt. cap. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Idem capite 156. Prima autumnitate, quum pluuia eſt, tum maximè ab aqua periculum eſt.

Autumnus, a um, ut Aequinoctium autumnum, Plin. libro 19. cap. 6.

Autumnale, adiectiuum, *ὀπωρινός*: ut, Tempus autumnale. Varr. libro primo capite 19. Nonnè uidemus alia florere uerno tempore, alia æſtiuo, neque eadem autumnali, quæ hyberno?

Aūtūmo, as, pen. cor. n. p. Exiſtimo, cenſeo, affirmo. *ὑπολαμβάνω* [Ital. Stimare, penſare, credere, & affermare. Gallic. Gall. Eſtimer, iuger, penſer, croire & affermer. Hiſp. Iuzgar ò penſar creer. Germ. Achten, Schetzen, meinen.] Cicer. in Topic. Bene quam meritam eſſe autumas, dicis malè meritam. Plautus, Nam ſi hoc ita factum eſt, perinde ut factum eſſe autumo, non cauſam dico, cum quin ſimules probri. Vide Gellium lib. 17. cap. 1.

Autургia, *αὐτουργία*, manualis operatio.

Aὐτουργὸς, Auturgos, artifex per ſeipſum faciens.

Auus, m. ſ. *πάππος*. [Ital. Auolo Galli. Ayeul, pere grand. Hiſp. Abuelo. Germanicè. Groſs Vatter.] Patris, uel matris pater, ab auo nominatus, quòd patre antiquior ſit: uel à Græco *αὐὼς*, quod ſiccum ſignificat & aridum. Aurora certè à uerbo *αὔω*, quod inter cætera ſignificat clamo, ſtrepo. Eſt enim ætas illa clamoſa, & impēdio loquacior. Hīc Proauus, *πρόπαππος*, Aui paterni uel materni pater, quod ſit prope auum. Abauus, *ἀπόπαππος*. Proaui paterni uel materni pater, quòd ſit iam procul ab auo. Attauus, Qui eſt abaui, uel abauiq; pater. Tritauus, quaſi Tetartauus, quòd quartus ſit ab auo. Poſt tritauum, maiores, *πρόγονοι*, *προγενέστεροι* dicuntur.

Auunculus, m. ſ. Non eſt diminutiuum, quia non ſeruat ſignificationem integri, ſed eſt matris meæ frater. *θεῖος πρὸς μητρός*, *μητρὸς ἀδελφός*. [Ita: Zioda lato di matre. Gal. L'oncle du coſté de la mere, le frere de la mere. Hiſp. Hermano de la madre. Germanic. Vleiner Mütter Brůder.] ſic dictus, quòd æ què tertius à me, ut auus eſt, ſed non eiuſdem iuris: ideoq; uocabuli facta diminutio eſt, perinde ac minor auus. Vel dicitur Auunculus, quòd aui locum teneat, & proximitate tueatur ſororis filios: quemadmodum frater patris, à Patre Patruus. *πατρὰδελφος, θεῖος πρὸς πατρός* appellatur, quòd ſit quaſi alter pater. Vnde & ipſi fratrum ac ſororum filii, nepotes ex fratre & nepotes ex ſorore dicuntur. Cic. 5. de Finib. Etiamſi controuerſiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo, diuinoæ ſingulari uiro. ¶ Auūculus maior, *θεῖος ὁ μείζων* ut Theophilo, eſt auiæ materteræ frater. Perſius, Maior auunculus exit.

Auia, æ, ſ. p. Patris uel matris mater. *μάμμη.* [Italic. Auola ò paterna, ò materna. Gall. La mere grad. ſoit du coſté de pere ou de la mere. Hiſp. Abuela de padre ò de matre. Germ. Groſsmütter.] Cicer. de Aruſp. reſponſi. Tete Cn. Lentulo, cuius ab auis Mater deum manibus eſſet accepta, ſpectatorem eſſe noluit.

Autūs,a,um,pen.prod. Quod ab auo,aut auia ad nos peruenit.πατρῷος,προγονικός. Cic.in Verr. Act.1. Nulla res cuiusquam tam patria,atq; auita fuit,quę non ab eo imperio illius abiudicaretur.

Auxiliatio,lii,n.f. Subsidium,adiumentum, quam & opē Latinē dicimus.βοήθεια. [Ital.Aiuto,aita. Gal. Aide,secours. Hisp. Ayuda. Germ. Hilff, Beystand.]Cicero in ea oratione quam habuit antequam iret in exilium, In meis miseriis diuinum aliquod auxilium,& numen ostendit. Idē pro Rabi. Dij quorū ope & auxilio hæc respub gubernatur. ¶Accipitur & pro ipsis militibus, qui alicui auxilio mittebantur. Cicer.6.Philip. Non ut ex ea acie auxilium haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. ¶In qua tamen significatione frequentius utimur plurali numero. Idem in Parad. Magna equitum & peditum auxilia. Idem pro Deiotaro, Et imperatoribus nostris auxilia mitteret. Dictum autem putatur Auxilium ab Augendo, quòd uires eius augeat, cui accedit. ¶Post bellum auxilium. μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Quoties serius adhibetur remedium. Refertur à Suida.

Auxilior,aris,d. p. Adiuuo, auxilio sum,& datiuo construitur.βοηθῶ. [Ital. Aiutare,aitare. Gall. Aider,secourir,donner aide,confort & secours. Hisp. Ayudar ò traer gente para ayuda. Ger. Helffen handreichung thůn]Terent. in Adelph. Vesi omnes cuperent, nihil tibi posſent auxiliari.

Auxiliaris,& Auxiliarius, Opifer, medicinalis, suppetias ferens.βοηθὸς,ἐπίκουρος,συμμαχικός. [Ital. Aiutatore d'altri. Gal. Secourable, qui aide. Hisp. Ayudador. Germ. Behülfflich,der da hilff beweiſet.]Plin.li.23.ca.1. Vinum & acetum ex his factum ,auxiliarium contra eandem uim habent. Afinius Pol. Cicer. Mittetem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi. ¶Auxiliaria cohors, apud Ciceronem de Prouinciis consularib.

Auxina maior, periclymenon, apud Dioſc.li.4.ca.16.

Auxillam, Ollam paruulā Antiqui dicebant, ut inquit Feſt.

Auxillaris Vena, iecoraria ramuſculus.

A ante X.

A.x, In notis antiquorum, annis X.

Axamenta,n.f. Carmina quæ à Saliis in uniuersos homines componebantur. Festus.

Axāre, Antiqui pro nominare posuerunt. Festus.

Axilla,μασχάλη.f.p. Locus concauus subter brachium, ubi nascuntur pili, Quidam putauerunt diminutiuum esse ab Ala. Cicero tamen in Oratore author est, Alam potius ex Axilla cōrrahi, sublata asperitate litetæ x: ut ex Maxilla Malam, & ex Paxillo Palum.

Axim, pro egerim Pacuuius Peribœa, Vt quæ egi,agam, uel axim uerruncem bene. Nonius.

Axinōmantia, ἀξινομαντία, Genus magicæ diuinationis, per dolabellas securesq; quas Græci ἀξίνας uocant. Plin. L. 30. capit. 19. de agate lapide: Hoc dicuntur uti Magi in ea, quam uocant axinomantiam.

Axiōma,n.e. ἀξίωμα. [Ital. Dignità,sentenza,parlar perfetto & intero. Gal. Autorité,dignité,une maxime. Hisp. Dignidad,sentencia. Germ. Vnwiderleglich, herdigkeit, oder ein Gloubwirdiger vnd vngezweyfelter Spruch.] pen.pro. Dignitas,& amplitudo propter honores gestos, aut magistratum: uel etiam auctoritas, quam δύναμιν Græci uocant. Dictum Axioma,à uerbo Græco ἀξιόω,quod inter cętera significat dignum iudico. ¶Axiomata item à Dialecticis dicuntur disciplinarum principia, & propositiones quædam demonstrabiles,quæ in communi sensu conceptū; uersantur, neq; ulla egent probatione,sed per seipsas fidem faciunt:cuiusmodi est illud, Quæ sunt æqualia eidem inter se quoq; æqualia esse necesse est. ¶Accipitur itē Axioma,pro oratione perfecta, ueri aut falsi significatiua,quam Cicero nunc Pronuntiatum, nunc effatum, Varro Profatum & Proloquium appellat: nonnulli ex recentioribus Propositionem nominant:cuiusmodi sunt, Annibal Pœnus fuit:Scipio Carthaginem deleuit. Gel.li.6.ca.8. Et omnino quicquid ita dicitur plena atq; perfecta uerborū sententia,ut id necesse sit aut uerum,aut falsum esse,id à Dialecticis ἀξίωμα appellatum est. ¶Est præterea Axioma, quod alii Adiunctum, alii Connexum dixere, συνημμένον ἀξίωμα,nonnulli ex recentioribus Propositionem hypotheticam appellauere. Cuius generis sunt hæc, Si Plato ambulat, Plato mouetur. Si dies est,sol est super terram.

Axis,m.t. ἄξων. [Ital. Asse,cardine,polo. Gall. Axe bois rond autour du quel les roues tournent. Hisp. Exe de carro ò de carreta,tabla,tipio,cabrio. Ger. Ein Achs zu einem Karren oder Wagen.] Propriè significat lignum illud teres, circa quod rota currus uertitur:ita dictum ab agēdo,quòd rota circa illud agatur,hoc est, moueatur. Virgil.3. Georg. Pòst ualido nitens sub pondere faginus axis. ¶Nonnunquam tamen figuratè pro toto curru ponitur:ut apud Iuuenalem, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. ¶In cœlo item, Axem uocant mundi diametron,hoc est lineam quandam imaginariam, quæ ab uno mundi cardine in alterum tendit. ¶Alio modo pro ipsis polis accipitur, qui & Cardines dicuntur, quòd circa eos rotari orbis uideatur.

Vnus Australis, siue Antarcticus ἀντάρκτικος appellatur, Arctico oppositus, qui terræ obiectu à nobis cerni non potest:alter Septentionalis, siue Arcticus, siue Arctous, aut Boreus, ἀρκτικὸς βόρειος, qui nunquam occidens, semper cōspicitur. Virg. 1.Georg. Hic uertex nobis semper sublimis,at illum Sub pedibus Styx atra uidet, manesq; profundi. Cic. 1.Tusc. Tum globum terræ eminētem è mari, ficum in medio mundi uniuersi loco, duabus oris distantibus habitalem & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, unde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives. ¶Altera Australis ignota nobis quam uocant Græci ἀντάξονα. ¶Item Axis dicitur totum cœlum. Virgil.9 Aene. -ubi maximus Atlas Axem humero torquet,id est cœlum sustinet. ¶Item axes, tabulæ sectiles sunt, inquit Festus, quæ & à Græcis Axones appellantur, cuiusmodi erant Athenis, quæ leges Solonis habebant insculptas. Gel.lib.2.ca.12. In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt. ¶Axis quoq; fera est in India ,hinnuli pelle, plumbus candidioribus q; maculis,sacra Libero patri,ut est autor Plin.li.8.c.21.

Axiōsi,à ueteribus dicti sunt factiosi,q uū plures unā quid agerent:facerentq;. Autor Festus.

Axōna. Græci uocant secundam cernicis uertebram,quòd sit immobilis quasi axis.

Axos,flos est spinæ eiusdem nominis,uenenatus, de qua ui de Dioſc. lib.6.cap.13.

Axungia,f.p. στέαρ ὕειον Dioscoridi, ἄξυγγον Aeginetæ. [Ital. Sogna, sogia. Gall. Oing ou vieil oing. Hisp. Vento ancio, como para untar exes. Germ. Barren Salb, Schweinen schmär.] Interior porci pinguedo inueterata: ab axe plaustrorum unguendo dicta, ut facilius circa cū rota uertatur. Hæc quanto uetustior, tanto utilior est, & multas uires habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus nescitur. Vide Plin.li.28.cap.9.

A ante Z.

Azania,æ.ἀζανία Stephano, Regio est Arcadiæ:ita dicta,à mōte editissimo, cui Azan nomen est(ut Stephano placet) ab Arcadia quadam muliere, quæ Azano dicebatur,ut dictum est. ¶Azanæa mala Ἀζαναῖα μῆλα. Dici solitum ubi quis in re perdifficili & infrugifera, plurimum fumeret laborſs aut ubi res esset cuipiam cum homine difficili, morosо, intractabili,tenaci. ¶Huius regionis incolæ Azanes dicti sunt.ἄζανες. Arcades enim, eodem Stephano teste, olim in tres præcipuos diuisi erant populos. Parrhasios, Azanes, & hisce recentiores Trapezuntios. ¶In hac regione fons fuit,cuius aquam gustantibus tantum deinceps aquarum oboriebatur fastidium, ut ne odorem quidem earum ferre possent. Non me latet, plerosq; in ea fuisse sententia, Azanij fontis aquas, uini, non aquæ fastidium generare: quorum iudicio quo minus subscriberem, fecit Eudoxii ipsius autoritas, cuius uerba ex sexto de terræ circuitu libro refert Stephanus hunc in modum. Ἐγγύς ἐστι τῆς Ἀζανίας, ἣ τὸ γευσαμένους τὸ ὕδατος ποιεῖ μὴ ἡδὺ τὸν ὁμοῖον τὸ ὕδωρ τοῦτο ἀνέχεσθαι. Huic fonti contrariam uim obtinet, qui in agro Clitorio est, cuius aquas qui gustauerit, abstemius redditur, ut tradit Plin.lib.31.ca.2.& Ouid.15.Metamorph.

Azotius,a,um, adiect. ἄζωτος; ut, Viri Azotii, ἄζωτοι, qui Azotum habitant.

Azymus,a,um. ἄζυμος. [Ital. Senza leuato, ò fermento. Gal. Sanz leuain. Hisp. Cēcenno ò sin leuadura. Ger. Vngeheffelt. vngeseuret.]Sine fermēto: unde Azymi panes, hoc est, infermētati. ¶Per translationem accipitur pro syncero, & non elato. Nam infermentata consperſio non attollitur.

B Litera

Litera mutata eſt, quæ non in ſonũ ſuum, ſed in ſonum e literæ fluitur. Hanc Græci *βῆτα* nominant. Non modò impeditus & obſcurus eius eſt ſonus, ſed nullus apparet: dumq; ſibi exitum parat, irrito laborat conatu: & omnino incaſſum niteretur, ſi uocalis deſtitueretur adminiculo. hæc enim, uelut cæteri mancipatum & uinctum eripit, ac ſoluit: quo morbi uitio laborant & cæteræ mutæ. Dum profertur, incipit à labiorũ compreſſione, & E uocalem ſibi ſociam aſſumens, diducuntur labra, & exit. Gerit uirtutem & poteſtatem mediam inter p, & ph. Quare nos ob literarũ affinitatẽ dictiones Græcas tradentes, nonnunquam p, & ph, in illam conuertimus, ut quam apud Græcos *πῦξ* & ſcribatur, apud nos buxus: & eodẽmodi *ἔμφρων*, nos ambo tranſcribimus. ¶ At è contra, quod illi per b ſcribunt, nos in ph, commutamus: ut *βραβεῦς*, triumphus. ¶ Conuertitur quandoq; b in o, euphoniæ, uel differentiæ cauſa, idq; in duobus tantum uerbis, teſte Cicer. Aufero, pro Abfero: Aufugio, pro Abfugio. ¶ Tranſit etiam in f: ut, Sufficio: in c, ut Occulo: in g, ut Suggero. in m, ut Summitto: in p, ut Nubo, pſi. ¶ Sonum eius & auget, & minuit ratione loci, qualitate antecedentium, aut ſubſequentium uocalium, aut conſonantiũ ſimpliciũ, geminatarum, aut diuerſarum eorundem inter ſe hac ſola ratione, b amat m ante ſe: quod m terminat in labiorum compreſſu, in quo b incipit. In fine cuiuſcunq; dictionis ſyllabam corripit. In notis antiquorũ B bonos, uel Bratus, uel bene uel balbus. B Balbius, uel bonæ, uel bene. B A. bonã actionem, uel bonis auſpiciis, uel bonis auibus, uel bonus amabilis, uel bonam actionem, uel bonis auguribus. BB. bona. B ARA. bona aurea. B. A. bonorum. B. C. bonorum conceſſum.

Babæ *βαβαί*, aduerb. Græcũ: pro quo nos interiectione admirantis Papæ utimur. Plaut. in Pſeud. Babæ, nunc demũ mihi animus in tuto eſt loco.

Babylonia *βαβυλωνία*, Regio eſt maioris Aſiæ, à Septentrione Meſopotamiæ partem ſpectans, ab Ortu Suſianam, à Meridie Sinus Perſici partem, & ab Occaſu Arabiam deſertam: in dicta à Babylone urbe ſplendidiſſima, quæ olim Aſſyriorum regio fuit, & Chaldæa totius caput.

Babylonicus, a, um, *βαβυλωνικός*. Poſſeſſiuũ à Babylone formato. unde Babylonicæ teſtes, & Babylonica ſtragula dicta ſunt, quæ diuerſos colores habebant, intextos: quod genus Babylone maximè celebratum fuit, teſte Plin. lib. 8. ca. 48. ¶ Eadem & Babylonica ſubſtantiuè dicuntur. Plinius locorum citato, Mercilius Scipio Babylonica tricliniaria ſeſtertiũ octingentis millibus uæniſſe, in criminibus Capitonis poſuit.

Babylonius, *βαβυλώνιος*, Gentile nomẽ à Babylone formatum Cic. 2. de Diui. Nam quod aiunt, quadringenta ſeptuaginta millia annorum in periclitandis experiundiſq; pueris quicunq; eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fallunt. Babylonius, a, dictiuum. Lucan. lib. 6. Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Babylonica ſubſtantiuè, ſunt uela uarijs coloribus intexta, quoniam Babylon ea intexuit primùm.

Bacæ, geminato c, & ſine aſpiratione, continent intra ſui mem is ambitum fructus diuerſorum generum, lauri, oliuarum, myrti, & aliorum huiuſmodi. *τὰ ἀκρόδρυα*. [Frutti minuti d'alberi come le chiocciole. Gallicè, Beere qui croiſt aux arbres, ou menu fruit, cõme de laurier d'ollier. Hiſpanicè, El fruto menudo como azeituna. Germanicè, Kleine früchte, als da ſind die beere.] Differunt ab Acinis, quòd Acini denſius naſcantur, ut in uuis: Bacæ dilatius & rarius. Vide Plin. libro decimoquinto, cap. 14. Varro lib. 1. cap. 14. Cicero primo Tuſcul. Ergo arbores ſerens diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquam. Idem primo de Diuinat. Vt agricola quum florem oleæ uidet, baccam quoque ſe uiſurum putat. ¶ Bacæ egregiæ oleo, *τὰ γέμοντα λιπαρὸν ἐλαίου*. De re abſurda & incredibili. Neque enim credibile eſt, illi opus eſſe oleo, qui naſcitur oleum. E baccis autem oliuarum exprimitur oleum. Eſt & Bacca, Gemma candida, & baccæ more rotunda, quam & unionẽ dicimus. *μαργαρίτης*. Virg. in Culice, ac Indi Conchea bacca maris pretio eſt.

Baccifer, Ferens baccas, Plinius libro decimoſexto, capite decimo, Ex omnibus ſola baccifera. Seneca in Oedip. Hedera baccifera.

Baccũla diminutiuum, Parua bacca. Plin. lib. 15. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, ut cappares.

Baccatus, a, um, Gemmatus, unionibus ſeu margaritis ornatus. *διάλιθος*, Virgilius 1. Aeneid. . collo q; monile Baccatum.

Baccalia, Lauri ſpecies eſt, à baccarum fertilitate dicta. De qua uide Plinium libro decimoquinto, capite trigeſimo.

Baccharis, is, f. t. *βάκχαρις* Dioſcoridi, Herba eſt radice odorata, folio aſpero, magnitudine inter ulolam & uerbaſum, angulo ſo caule, quæ coronis admiſceri ſolet. Ruſtici in Gallia Diuæ Mariæ chirothecas appellant, ut tradit Ruell. lib. 3. cap. 37.

Bacchus, maſc. ſe. *βάκχος*, Iouis ex Semele filius, putatus eſt deus uini, & pro ipſo uino poni conſueuit. Hic multinomius fuit. nam primùm Dionyſius, deinde, Liber pater dictus eſt, & poſtremo Bacchus, ut D. odoro placet, à Bacchis mulieribus, quas *βακχεύοντας*, hoc eſt, inſanientes, & immodeſtè ſe gerentes, in Indiam expeditionem parans, multas ſecum habuiſſe fertur. Idem & Oſiris dicitur, & Bromius, & Lenæus. A Græcis etiam *διμήτωρ*, quòd bis natus fuiſſe, & duas quaſi matres habuiſſe fingatur. Ferunt enim Semelen ex Ioue iam grauidam, quum ab amatore deo (qui ſe illi daturum quicquid petiiſſet, per Stygiam paludem iurauerat) Iunonis dolo ſibi hoc munus rogaſſet, ut talis ſecũ, qualis cum Iunone ſolebat, nocte una concumberet, fulmine fuiſſe exuſtam, puerumq; utero exemptum, Iouis fœmori fuiſſe inſertum: quem ille poſtea maturo partus tempore, more grauidæ mulieris eſt enixus. Hic orbem ferè terrarum peragrauit: multas nationes domuit: Indos debellauit, & primus omnium triumphauit, uectus Indico Elephanto, ut ſcribit Diodorus. Primus emere ac uendere inſtituit, & diadema regium ac triumphum inuenit. Dictus etiam Bacchus fertur, *ἀπὸ τοῦ βαχεῖν*, hoc eſt à uociferando & ululãdo, addicta litera *κ*, quo uaſtior ille Mænadũ ſonus in ipſo Dei nomine redderetur. ¶ Ciceronis Bacchus *ἰσοβινθοδιόνυσος*. De re uehementer contempta. Sumptum adagium à potu ex leguminibus confecto, qui uinum immitatur. ¶ Crudelis Bacchus, *ὠμηστὴς Διόνυσος*. Baccho quondam uiuos homines ſacrificare mos erat: inde increduleles conuenit, ſine quòd temulentia feroces reddat & imites. ¶ Nihil ad Bacchum, *οὐδὲν πρὸς Διόνυσον*. Vbi quis ea negatur quæ ad rem præſentem nihil attinent: quæ oppidò quàm eleganter dicimus *ἀκηρεδιόνυσα*. ¶ Multi thyrſigeri, pauci Bacchi, *πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι*, id eſt, plureis thyrſigeros paucos eſt cernere Bacchos. Carmen hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo ſignificatum eſt, complurib us moralium eſſe uirtutis inſignia, aut etiam famam, qui tamen uera uirtute uacent.

Baccha, baccha, *βάκχη*, *μαινάς*, Bacchi ſacrificula, quæ & Mænas, & Thyas, & Baſſaris appellatur. Mulieres etiam tertio quoq; anno ad Citheronem montem catervatim cum Thyrſis conuenientes, ut ubi Bacchi Orgia magno cum ululatu celebrarent. Bacchę dicebantur. Ouid. 3. Metamorph: Vtq; tuo motæ, proles Semeleia Thyrſo Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchę. Cic. Fab. li. 7 Bacchis uerò ubi eſt apud me locus? At pulchellæ ſũt, noui optimè, & ſæpe uidi: ¶ Bacchæ more, *βάκχης τρόπον*. De tetricis ac taciturnis dictitari ſolitũ, q eſſent huiuſmodi Mænades illę, Bacchicè affectæ furore: Autor Diogenia. At Iunen. retulit ad uitã intemperantem. Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia uiuũt.

Bacchanal, uel Bacchanale, n. t. *διονύσιον*, *βακχεῖον*, Locus in quo Bacchi feſta celebrantur. Plau. in Aulu. Ad Bacchas ueni in Bacchinal conquinatum Bacchanalia, quæ & Dionyſia, *διονύσια*. Bacchi feſta in quibus uiri per noctem fœminis & tenera ætati turpiter miſcebantur per dolum. Vnde eſt illud apud Iuue. Satyr. 2. Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia uiuunt. Hæc à multis Græciæ urbibus triennio quoq; celebrabantur. ¶ Eſt autem hoc nomen pluralis numeri tantùm: facitq; genitiuũ Bacchanalium, uel Bacchanaliorum: quod & in cæteris feſtorũ nominib. obſeruatur.

Bacchari,d.p.βακχίνομαι [Ital Impazzire,furiare. Gal. Turonner,eſtre fol & enragé,viure diſſoluement. Hiſp. Enloquecerſe,embriagarſe. Germ. Wuͤten,toben,ſchreyen als die trunckne,halb vnſinnig ſein.] Propriè eſt Baccharum quæ furore quodam correptæ,magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant:quanquam & latius ſumitur pro furere,inſanire,& clamoribus,tumultuq; omnia implere. Virg. 4.Aen. Sæuit inops animi, totamq; incenſa per urbem Bacchatur:qualis commotis excita ſacris Thyas,vbi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusq; vocat Citharon.

Bacchatus,partic. Virgil.10.Aen. Medias Italûm bacchata per urbes. ¶ Legitur Bacchatus,in paſſiua ſignificatione,pro eo quod eſt à bacchantibus frequentatos, aut peragratus. Virg.2.Georg. virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Vbi Taygeta bacchata,dixit ea forma,qua alibi, Terra æterni regnata Lycurgo. Sed hoc rarius.

Bacchans,antis,aliud particip. Cicer.4 in Catil. Verſatur mihi ante oculos aſpectus Cethegi,& furor in ueſtra cæde bacchantis.

Bacchatio,onis,nerbale,f.t βάκχευσις. Cic.3 Ver. Scribitur de nocturnis eius bacchationibus ac Virgilius. Huius uerbi cõpoſitum eſt Debacchor.

Bacchatim,aduerbium ſignificat,More bacchantium βακχικῶς. Apul. Quin igitur furor huius primum bacchatim diſcerpimus?

Bacchēis,idos,βακχεῖς,Denominatiuum fœmininum à Bacchus formatũ. Stat.4.Syl. Qualis ſi iubeas Ephyren Bacchēidos altum Culmen ab Inoo ferre ſemita tecta Lecheo.

Bāchĕus,a,um,per tres Syllabas,quarum penultima producitur.βακχεῖος,Poſſeſſionem à Bacchus deductum. Colu.lib. 10. per omiſſa ſilentia Muſis Pierii nemoris Bacchēia uocem frementem. Virgilius ei diphthongum deridens, ſed quatuor ſuas exeuiit,lib.2.Geor. Quid memorandum æquè Bacchēa dona tulerunt?

Bachicus,a,um,βακχικός. Poſſeſſiuũ à nomine Bacchus deductum. Ouid.1. Triſt. Deme meis hederas Bacchica ſerta comis.

Bacchides,pe.cor.βακχίδης, Patronymicum maſculinum, à Baccho formatum,quo ſignificatur Bacchi filius uel nepos. ¶ Fuit & Bachides nomen unius ex ſatrapis Aſſyriorũ, qui à Demetrio Seleuci filio à uerſus Machabæos miſſus, ab illis eſt interfectus.

Bacchium,ſiue Bacchēum,pen prod.βακχεῖον, Genus uaſis ornati, quo in ſacrificiis Bacchi utebantur. Quin ipſum etiam Bacchi templum à Græcis hoc nomine appellatur.

Bacchius,ſubſtantiuum,Genus pedis ex tribus ſyllabis conſtans,quarũ prima breuis eſt,reliquæ duæ lõgæ,βακχεῖος: ut,Honeſtas. Hoc pedis genere utebantur in carminibus ſacrorum Bacchicui contrarius eſt Antibacchius, conſtans ex duabus longis & ultima breuiore, Fortuna.

Bāccĭi,βάκκιοι, Ab Auguſto dicti ſunt ſtulti, teſte Suetonio. à Baccho quodam Eunucho, (ut Alcia. credidit) qui corpore quidem procerus fuit, ſed adeò ſtolidus, ut ceſſerit in prouerbium. , κατὰ Βάκκιν ἀνόητος εἶ, id eſt. Baccho ſtupidus,& Bacchus es. Incinctos ac parum uiros dictum, ſed animo ſtupidos.

Bacrionem. Dicebant genus nauis longioris manubrii, quod alii truliam appellant. Feſtus. De uſu autem huius nauis, uide infrà in dictione Trulla.

Bācŭlus,li,maſcu.gen. Feſtis,ſtipes,ſcopio:pro quo legitur & Baculum neut.gen. βάκτρον βακτηρία [Ital Baſtone. Gall. Baſton Hiſp. Cayado ò bordon. Ger. Ein ſtab.] Ouid.1.b. 15.Metam. Baculum q; tenens agreſte ſiniſtra. ¶ Aſq; baculo nec it gredior.ἀστὶ ξύλῳ μὴ βαδίζω. Inermis ne ſinueris ſemper ad manum ſit quo depellas ſi quis forte quærat lædere. ¶ Vero ſenis maxilla baculus,γέροντος ἀληθὲς γνάθος βακτηρία. Dici ſolitum de iis qui ob defectas ætate uires,lautiore patiter & copioſiore uictu coguntur uti, quo quod tenella deterit,uetus q; ſarciatur cibo.

Bacillum,neutri generis diminutiuum τὸ βακτήριον. [Ital. Baſtoncello. Gal. Baſtonnet, petit baſton. Hiſp. Pequenno cayado ò bordon. Ger. Ein ſtablin.] Cic.lib.2.de Fin. bo. Bacillum aliud inflexum & incuruatum,aliud ita natum. ¶ Bacillus in maſculino genere in uſu non eſt:à quo tamẽ uidetur manaſſe compoſitum Imbecillus,a,um,& Imbecillis,imbecille. Vnde Imbecillitas pro infirmitate.

Bādius color,is eſt quem & Phœnicum uocamus,à colore dactylorum,quas φοίνικας uocãt Græci. φοινικοῦν χρῶμα. Idem & Spadix dicitur,& Baius:ab eo quòd terminitem unà cum fructu à palma reuulſum, Græci appellant. σπάδικα,καὶ βαῖον, Vide Thyleſii libellum de coloribus.

Badizare,βαδίζειν,Significat ire. Plaut. in Aſinar. Demam berele iam de hordeo,tollutim ni badizas.

Bæticola,æ,penult.corr. Accola Bætis fluuii. Silius lib.3. & uulgus Iberum, Bæticolasq; uiros ſpatiis agitabat iniquis.

Bæticus,ca,cum,adiect βαιτικός, ut Bæticus color, obiecurus,qui & pullus dicitur,& Hiſpanus, & Natiuus. Nam in Bætica Hiſpaniæ regione uellera natura pulla ſunt, ex quibus tenuiores ſibi ueſtes conficiunt,quæ fidelſſimè colorẽ ſuum ſeruant,neq; facilè maculis inficiuntur.

Bæticatus,a,um,aliud adiectiuum,Pullatus. Mart.lib.1. Et bæticatus,atq; leucophæatus.

Bærylus,i,βήρυλλος,dicitur ſaxum illud faſcelis obiectum, quod pro Ioue deuorauit Saturnus, ut teſtatur & Heſychius. Vnde locus factus prouerbio, Etiam bærylum deuorares,καὶ βήρυλλον ἂν κατέπιες.In uoracem & omnia cum coquentem.

Bāiŭlo,as,a.p.βαστάζω,[Ita. Portare Gal. Porter ſur ſes eſpaules Hiſ Lleuar ò traer carg a ueſtas. Ger. Tragen.]Plaut. in Aſinaria,Ego baiulabo,tu,ut decet dominum, aute me tetto manis. Quintilianus libr.6.cap.1. Ego te baiulare non poſſum.

Bāiŭlus,pen.cor m.ſ. Operarius, & propriè qui uectoras onerum corpore ſuo, uictus quærendi gratia portat. φορτηγὸς βάστης, φορτηγός, ὁ βαστάζων. [Ital. Facchino, baiulo. Gal. Portefais, crocheteur, gaignedenier. Hiſ Baſtaſe ò ganapan. Ger. Ser ſchwäre burdinẽ tregr.] Cic in Parad Virum potius de bonis eſt quærendum quid baiuli atq; operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint. Idem in de Orat. Rem ipſam aliquem,aut baiulum nobis oratorem deſcripſerat.

Baius,color,Idem eſt cum ſpadiceo, ſiue badio, in equis in primis laudatus, φοινικοῦν χρῶμα. [Ital. Baio. Gal. Baye, bayard. Hiſpanic. Vayo Keſſenbraune farb.] Ita dictus eſt παρὰ τὸ βάειν, quo nomine Græci appellant palmæ terminem unà cum fructu auulſum, qui huius eſt coloris.

Bāĭæ,æ. Vaſtiſſima maris belos,ex genere ceterorum. quam Plinius tradit in Oceano Indico ad quaternum iugerum magnitudinem creſcere. Græcis φάλαινα dicitur,παρὰ τὸ εἰς βυθὸν ἁλίσθαι. Vnde & Latini Balænam appellarunt, aſpirata in β. mediam ſuam conuerſa. Vide Plin. lib 9. cap. 3.6. [Ital Balena peſce. Gal. Baleine. Hiſ Ballena. Ger. Ein wallfiſch.]

Bālănus,i,m.pen.cor gen ſum.ſcc. dec. βάλανος, Generale nomen eſt, omnia continens, quæ apud nos Glandis uocabulo comprehenduntur. Præcipuè tamen hoc nomine dactylii appellantur,& oliuæ,& ſi qua ſint alia, quæ nucleos intus habent. ¶ Balanus myrepſice.βάλανος μυρεψική, Dioſcor. Fructus eſt arbuſculæ,myricæ ſimilis,magnitudine nucis auellanæ,ex cuius cortice odoriferus liquor exprimitur, quem uocant Oleum balaninum. Sunt qui credant eſſe glandem eam,quam uulgò nucem muſcatam uocant:quibus tamen non arbitror adhibendam fidem, quum deſcriptio ei non conueniat. Conſtat enim glandem myrepſicam lignoſo intus eſſe oſſe,quod nux odorata non habet. Satius ito q; Ruellio credideriim nucem odoratam, quam nos Muſcatam uocamus,ueteribus fuiſſe incognitam. Glandẽ autem myrepſicam Plin. uno nomine uocat Myrobalanũ, quaſi dicas glandẽ unguentariam. Ita enim de eo ſcribit. Iuxta eas Myrobalanũ,Troglodytis, & Troglodytis, & Thebaidi & Arabiæ,quæ laudatam ab Aegypto deſterminat,commune eſt,naſcens unguento,ut ipſo nomine appareat. Quo rem indicatur,glandem eſſe arboris,heliotropio,quam dicemus inter herbas,ſimili folio. Fructus, magnitudine auellanæ nucis Haſtenus ille. Myrobalanũ Celſus uidetur accepiſſe p unguẽto illo, quod ex glandis myrepſicæ cõpoſito liquore conficitur. Ita nanq; ait libr.4.cap 9 Fit ex unguento & palmula,quod Myrobalanon uocãt. Ad hanc etiã ſignificationẽ alluſiſſe uidetur Mart.li 14 Quod nec Virg.nec carmine dixit Hom. Hoc ex unguento cõſtat,& ex balano Nã ſi de glande ipſa intelligas,non uideo quo dicat Myrobolanum

cor-

uellare ex balano & unguento. ¶ Balanus etiam à Græcis uocatur extrema membri uirilis pars, quã etiam Latini Glandem uocamus. ¶ Hoc etiã nomine dicuntur, quæ à pharmacopolis uocantur Suppositoria, quæ ad subducẽdum aluum podici inseruntur: ita dicta, quòd figura glandis similitudinem referant.

Balanites, huius balanitæ, βαλανίτης, Gemma subuiridis, & Corinthio similis æri, secante mediam flammea uena. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Balanitis, idis, f. t. βαλανῖτις, Genus castaneæ rotundius, & maximè purgabile, & sponte prosilions: à rotunda glandis effigie ita appellatum. Plin. lib. 15. cap. 23.

Balanatus, ta, tum, adiectiuum, Hoc est balanino oleo perfusus. Persius Satyr. 4. Tu quum maxillis balanatum gausape pectas.

Balaninus, na, num, aliud adiectiuum, Ex balano factum: ut, Balaninum oleum. Plin. lib. 23. Balaninum oleum repurgatur. Idem lib. 13. cap. 1. Increuit deinde Mendesium, balani corticosa mista.

Balare, n. p. Proprium est ouis ouis, aut hœdi. βληχᾶσθαι. [Ital. Belare. Gal. Beeller. Hisp. Balar las ouejas ò corderos. Ger. Blärren, schreyen wie ein schaaff oder geyss.] Quint. lib. 1. cap. 5. Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter dicemus, ac non indicio neceſſitatis interemur. Ouid. 6. Fast. Tactæ fumanti sulphure balent ouis. Silius li. 17. cui mille sub altis Lanigeræ balant stabulis.

Balito, as, frequentatiuum. Plaut. in Bacch. Pastor hanc dormit, quum ex eunt Sic à pecu balitantes.

Balatus, us, nomen m. c. βλῆχη, βλῆχημα. [Ital. Voce di pecora ò di agnello. Gal. Beellement, cri de brebis. Hisp. El balido de ouejas ò corderos. Ger. Das blärē eins schaaffs.] Plin. Coitatum à pecore, capriso balatum concitat.

Balaria, lychnis coronaria Dioscoridis. lib 3. cap. 313.

Balatrones, m. r. inquit Festus, & Blateas, antiqui appellabãt, bullas luti ex imbribus, aut quod de calceamentorum soleis raditur. ¶ Balatrones pro nihili hominibus, & nullius precii uidetur accepisse Varro de Re rust. lib. 2. cap. 1. quum inquit: Videbo iam uos balatrones, & huc afferam meum rorem, & flagra. ¶ Dicti autem putantur Balationes à balatu & uaniloquentia, ut annotauit Porphyriõ in illud Horatii in Ser. Sat. 1. Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne metuunt, ac solicitum est cantoris morte Tigelli.

Balaustium, n. f. βαλαύστιον. [Ital. Flor di pomo granato. Gal. La fleur d'vn grenadier. Hisp. Flor del granado. Ger. Granatöpffelblůe.] Flos mali punici, utilis non modò medicinæ, sed etiam tingendis uestibus, quas sibi concolores faciunt. Propriè autem hoc nomine appellatur syluestris punicæ flos, sativæ Cyrinus dicitur. Balaustinus, a, um, pen. corripta ut Balaustinus color, à floris huius similitudine dictus.

Balausus, βάλαυσος, herba non multum dissimilis narcisso.

Balbus, m. f. Qui uitio linguæ nõ bene potest exprimere uerba & obscurè loquitur. ψελλός. [Ital. Balbo. Gal. Begue. Hisp. Tartamudo. Ger. Stämler, staggler.] Persius Satyr. 1. Iracundulum quiddam balba de nare loquutus. Cicer. 1. de Orat. Quum ego, ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studerem, primam literam non posset dicere, &c.

Balbe, adverbium, Obscurè, imperfectè, blæsè, Nonius ex Varrone.

Balbutio, tis, n. q. Imperfectè loquor, quadam linguæ hæsitatione & confusione trepido. ψελλίζω, ψιλῶ, ψιλεύομαι. [Ital. Balbettare. Gal. Begueyer, parler mal & indistinctemẽt. Hisp. Tartamudear. Germ. Stämlen sich heffig an der red hin. Horat. in Serm. Balbutit scaurus prauis fultus male tibris. Cicer. 1. Tusculan. Peripatetici, Me quidem autore etiam ceteresque Academici balbutire desinant aliquando.

Balbutiari, significat lingua balba loqui, sicut senes, ψιλαίνειν, ψιλιᾶσθαι.

Balteus, aurum est nondum purgatum, nec adhuc in massam redactum. Græcè χρυσαμμίτης dictum, quasi ab eo quòd sit aurum imperfectum: uerbum non Latinum, sed Hispanum. Plin. lib. 33. Hispani, inquit, aurum quod mixtum est, ballucam uocant.

Balaucium, uinum quod in Sicilia nascitur, saporem multi referens.

Balearicus, ca, um, ut, Balearica funda. Ouid. 1. Metam. Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum Funda iacit: nolat illud, & incandescit eundo. ¶ Balearica uina. Plin. lib. 14. cap. 7. Balearica uina ex insulis, conferuntur Italiæ primis. Balearicæ cochleæ, quæ herbæ non uiuunt, sed unæ modo inter se cohærent, à terræ cauis non prorepentes: unde & canaticæ à Balearibus appellantur. Autor Plin. lib. 8. cap. 19.

Balineum, n. f. βαλανεῖον. [Ital. Bagno. Gal. Baing ou estuues. Hisp. Banno. Ger. Bad.] & Balneæ, arum, Idem quod Balneæ, arum. Cic. Attic. lib. 1. Balinaũ calefieri iubebo. Plaut. Pœnu. Nũmnam in balneis circumductus Pallio? Plin. Epistis. Quid balineum, quod plurimus sol implet, & circumit? Dictum autem putatur Balineum, ἀπὸ τῶν βαλάνων, hoc est à glandibus, quæ in balneis succendi solent. Scribit enim Suidas glandes hominibus apud antiquissimos, cortices uerò earum igni alimenta præbuisse.

Bălius color, βαλιὸς χρώς. [Ital. Bajo. Gal. Bay, bayard. Hisp. Vayo. Germ. Rostbraune farb.] In equis laudatissimus est, à quo Homerus unum ex equis Achillis Balium, siue Balium appellauit. Nonnulli uarium interpretantur, maculisq; multis distinctum. Thyleſius autem in libello de columbis, eundem esse existimat cum eo qui & Spadiceus, & Sarus, & Badius, & Phœniceus appellatur.

Ballaria, æ, A Romanis appellata est herba, quæ à Dioscoride λευκὴ στεφανωματικὴ, hoc est Lycnis coronaria, & à Gallorum uulgo Candelaria dicitur. Vide Ruel. lib. 3. ca. 77.

Ballinus, pro præside. Ballia, seu Ballinatus, pro pronuncia, uocabula sunt omnino peregrina. Vides in quam uocum spurcitiem degenerarint interpretes, paulatim recedẽtes à puritate Latini sermonis ueterum lucubratorem.

Ballista, f. p. gemino ll, à βάλλω, Iacio: Machina est, qua saxa torquentur, uel sagittæ. De saxa iacente (quæ & maior ballista appellari potest.) Valer. Max. lib. 2. Quum. telorum ictu perforari nequiret (intelligit serpentem ab Attilio Regulo interemptam) ad ultimum ballistarum tormentis undiq; petitam, filicum crebris & ponderosis ictibus procubuisse, &c. Et siue trabs, quæ uersilis appellatur, fuerit, siue alterius generis, modò saxa maiora & grauiora iaciat, hoc nomine intelligitur. ¶ De sagittas iacente (quæ & minor) Lucan. li. 4. Torta q; per tenebras uallis transire sagittæ Lacertis Multifidas inculata facem. Et D. Hieronymus contra Iouin. Ballista quanto plus retrahitur, tanto longius emittitur. Hanc Græci βάλιστραν. Ita. Balestra. Gal. Balestre, instrument de guerre à ietter pierres ou autres choses. Hisp. Trabuco ò ingenio, ballesta. Ger. Ein gwehr, ein instrument mit dem man schiesset, ein schlegeren.] dicunt, quã & Phœnices inuenisse Plinius tradit lib. 7. cap. 56. aliis Saturnum à Ioue pulsum & in Græciam profugum ballistarum usum docuisse scribentibus.

Ballistarium, Locus ubi sta est ballista Plautus, Intenta est ballista probè, quam ego haud multò pòst emittam è ballistario. Vbi etiam Ballistam accipere uidetur pro telo.

Ballistarius, m. f. qui ballista utitur.

Ballotæ, βαλλωτὶ. [Ital. Marrobio nero. Gal. Marrubin noir. Hispa. Marrubios negros. Ger. Stinckender andorn.] Herba est marrubio similis, quæ & Melanprasion à Græcis appellatur. Officinæ Marrubiastrum uocant, aut Marrubium nigrum. Vide Dioſc. lib. 3 Plin. li. 27. cap. 8. & Ruelli. lib. 3. cap. 78.

Balluca, Vide Balux.

Balneæ, erant bina ædificia coniuncta, alterum ubi uiri, alterum ubi mulieres publicè lauantur. author Varro.

Balneum, n. f. βαλανεῖον. [Ital. Bagno. Gal. Baing ou lesues. Hispa. Banno. Germanicè Bad, badstuben.] & in plurali numero Balneæ, arum, uel Balnea, orum, loca sunt publica uel priuata, in quibus aut sanitatis, aut abstergendarum sordium causa lauamur. Cicero Terentiæ uxori, Labrum si in balneo non est, facias. Idem Attico, Balneum calefieri iubebo. Idem pro Sest. Rosscio. Occiditur ad Balneas Palatinas redeuns à cœna Roscius. Illud autem ferè obseruatur à scriptoribus: ut Balneæ, uel Baluea in plurali numero de publicis tantùm dicantur: Balneum in singulari, locus in domo nostra, ubi priuatim lauamur. Ratio huius diuersitatis uidetur, quòd in publicis balneis plura ad lauandum fuerint loca, habebant enim mulieres

mulieres lauationes suas à uiris separatas. Erant preterea in balneis tria uelut cœnacula, (utsi regiones malis appellare) quorum summum plenum erat aëris calidi, qualia hodie sunt Germanorum hypocaustа: hæc balneorum pars Laconicum uocabatur. In medio cœnaculo erant aquæ calidæ: in imo, frigidæ. Ex his facilè ostendi potest, quid sit discrimiuis inter Balneas, & Thermas. Balnea enim tantùm dicuntur, in quibus lauamur. Vnde summa illa balneorum pars, quam Laconicum uocari diximus, & cryptæ quædam siccæ in littore Baiano calidi aëris plenæ, balneorum appellatione non ueniunt: quæ tamen Thermæ sprè dici possit. Thermæ enim dicuntur quæcunq; loca calida, sine illa sicca sint, siue calidis lotionibus accommodata. Frigidem itaque balneum sub Thermarum appellationem non uenit. Nam θέρμη calorem significat. Valla in Raudensem huiusmodi ponit differentiam, ut Thermæ dicantur quæ naturaliter calidæ sunt, Balnea etiam quæ calefiunt igni. Quod non omnino uerum esse cõstat multis tum Martialis, tum aliorum testimoniis, qui Neronis & Titi balnea Thermas uocarunt, quæ certè igni calefiebant. Vnde autem dicatur balneum, uide suprà in dictione Balineum. ¶ Teneri calidis balneis, ἁπαλοῖς θερμολοῦσι: In molles & luxu diffluentes dicebatur. nam antiquitas calida balnea deliciarum nomine taxata fuisse uel Homerus testis est, Odyss. β. inter uoluptarias uitæ delicias ea commemorans. ¶ Herculana balnea, ἡρακλεία λέτρα. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Aristoph. in Nebulis. ¶ Quid cani & balneo τί χοιρίῳ νύν καὶ βαλανείῳ; Quadrabit in eos qui ad rem quampiam prorsus sunt inutiles: ut in balneo nullus est omnium canum usus. Hoc Adagio utitur Lucianus aduersus ineruditum, & in Parasito.

Balnĕŏlum, diminutiuũ est. Iuue. Satyr. 7. quum iam noti celebresq; pĕtæ Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos Tentarent.

Balnearis, ore, Es pars uillæ, siue ędium, in qua balneæ sunt, & nonnunquam etiam ipsum balneum. τὸ λέτρον, τὸ βαλανεῖον. [Ital. Luoco da bagni ò stuffe. Gal. Le lieu ou la maison ou sont les bains & estuues. Hisp. El lugar donde ay bannos. Germ. Das orth im hauss, da die badstub oder das bad ist.] Cic. ad Qu. Fratr. lib. 3. Sed tamen nihil ei restabat præter balnearia & ambulationem, & aluearium. Ibidem: In balnearijs, assa in alterum apodyterii angulum promoui. Columel. lib. 8. primo, cap. Balnearia, Occidenti æstiuo obuertantur, ut sint post meridiem, & usq; in uesperum illustria.

Balnearius, a, um, siue Balnearis, re, Quod ad balneum pertinet βαλάνειος. [Ital. Cosa pertinente à bagni ò stuffe. Gal. Estant du baing, ou estuues. Hisp. Cosa del banno. Germ. Das zů dem bad gehört.] ut, Vestis balnearis, Seruus balnearius: Item, Balnearia instrumenta, cuiusmodi sunt strigiles, ampulla, olearia, lintea. Pro quibus etiam Balnearia absolutè dixit Apul. lib. 3. Milonem iussit cum balnearibus assequi.

Balnĕātor, m. t βαλανεύς. [Itali. Maistre de bagno, stuffaro. Gal. Maistre des baings ou estuues. Hisp. El bannador. Ger. Ein bader.] Qui curam habet balnearum. Cic. pro Cæ. Familiaris facta erat balneatori. Plaut. Truc. Omnes amatores balneatores fient. ¶ Huius fœmininum est Balneatrix, βαλανεύς. Mulier cui balnei curandi cura incumbit.

Balneatorius, a, um. ¶ Balneator, βαλανεύς. Id nominis uulgato conuitio detorquebatur in hominem alienarum rerũ plus satis curiosum. Propterea quòd huiusmodi genus hominũ, quoniam in otio uiuit, neq; suis negotiis distinctur, aliena curare consuevit. Quod ad balneum pertinet βαλανευτικὸς. Martianus Iureconsul. Instrumento balneatorio legato balneatores continentur: quoniam sine his balneæ usum suum præbere non possunt.

Balsamenta, Euphrasia, apud Dioscor. lib. 3. c. 157.

Balsămĭta, ut inquit Dioscor. alba uiolæ, lilii autem pyreæ thæ magnitudine conspicitur, folium rutæ proximum, atq; longè candidius perpetuò uirens. In Iuda solùm quadam ualle, & Aegypto nascens, his differens modis: scabritia, proceritate, gracilitate: quod igitur tenui & capillacea coma est Theristũ uocant, quasi demessile. Fortasse quoniam ob gracilitatem facilè demetatur. Plura Plin. lib. 12. c. 25. Theoph. lib. 9. cap. 6.

Balsamode, uide infrà Casia.

Balsămum, neutri generis, βάλσαμον. [Ital. & Hisp. Balsămo. Gal. Baume. Ger. Balsam.] Arboscula uni terrarum lodęę quondã concessa, oliti similior quã myrto. Virg. Geor. Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaq; & baccas semper frondentis acanthi? Seritur maleolis, ut uitis, & collesimplet uinearũ modo, sustinẽs sese sine adminiculis. Intra tertium annum est fructifera: proceritas intra bina cubita substitit. Præfertur omnibus odoribus. Inciditur ultro, lapide, ossiue cultellis, & succum emittit eximiæ suauitatis, quem Opobalsamum dicunt. Nam ὀπὸς Græcis succus est. Summa Opobalsami probatio est, ut lac coagulet, & in ueste maculas non faciat. Lignum quoq; eius in pretio est, Xylobalsamum appellatum, quod officinæ unguentariorum p succo substituebant. Carpobalsamum, fructus balsami: καρπὸς enim Latinè fructus. Vide Plin. lib. 12. c. 25.

Balsamelæon βαλσαμέλαιον. Succus est oleo persimilis, qui ineunte autumno, ex imis balsami frutices partibus scarificatis profluit: ut post Aetium refert Ruel. lib. 1. cap. 35.

Balsamĭnus, na, num, adiectiuum, pen. cor. ut, Balsaminum oleum βαλσάμινον. Plin. lib. 23. c. 13. Balsaminum longè pretiosissimum omniũ, ut in unguẽtis diximus, contra omnes serpentes efficax.

Balteus, & Balteum in singulari, in plurali neutrũ tantùm. ζωστὴρ. [Ital. Correggia, cinta da spada. Gal. Baudrier. Hisp. Vanda de Caualliero. Ger. Ein ladderer gürtel mit eysen beschlagen.] Militare cingulum, uel zona bullis ornata. Virg. 11. infelix humero quo apparuit alto Baltens. Varro, Qui gladiatores balteum cingulũ è corio habebant. Liuius lib. 9. Auratæ uaginæ, aurata baltea illis erant.

Balux, lucis, Minutior auri particula. Ab Hispanis dicitur, cuiusmodi in arrugiis, aut puteis penè puræ inueniuntur, nullaq; opus habentes coctione. A Græcis χρύσαμμος, quasi aurea arena dicitur. Hispani, Oro de tibar no aparado no cant. Plin. lib. 33. c. 4. Aurum arrugia quæ fit rum non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massæ. Necnon in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras, Hispani, alii Palacranas: iidem, quod minutum est, Balucem uocant.

Bambăcĭon, βαμβάκιον βάμβαξ, ακος βαμβακίνος, Suidæ, Lanæ genus candidissimum, in exiguo nascens frutice, quem nonnulli Gossipion, plures Xylon appellant, teste Plin. lib. 19. cap. 1. Fert hic frutex fructum barbaræ nuci non dissimilem, quæ dehiscens uelut inculcatum lanæ glomum detegit, ex qua deinde uestes fiunt, quæ à nonnullis bambacinæ appellantur, è peritioribus Xylinæ, uel Gossipinæ. Vulgus Coronũ uocat, à similitudine fortasse illius lanuginis, quæ foris in malo coronco gignitur. Vide Ruellium libr. 2. capite 150.

Bambilio, uocabulum est ignominiosæ appellationis. Cicero Philip. 1.

Babilius m. animal uolatile quod uulgò Barbellus dicitur, de quo Amb. lib. Hex. Fertur hic corniger uermis conuerti primũ in speciem caulis, atq; in eam mutari naturã, inde processu quodã fieri bambilium, nec eam tamen formam figuramq; custodit: sed laxis & latioribus foliis pinnas uidetur assumere. Ex his foliis mollia illa Seres depectunt uellera, quæ ad usus sibi proprios diuites uendicarent.

Bănausus βάναυσος. [Ita. Mecannico, artigiano, artiere. Gal. Mecanicq, artisan. Hisp. Suzio, Hazedor de alguna arte ò obra. Ger. Ein handwercksman, der ob dẽ sůnd in dẽ ofen sein arbeit machet.] Propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quibus opera sua igni conficit. βαῦνος enim Peloponnesiis caminus est, & αὔω, incendere. Per translationem tamen latius sumitur ad uiliores omnes operas, quæ manuũ opificio uictum quærũtur. Id quod & Hieronymus annotauit lib. 1. aduersus Pelagium. Aristo. in Poli. inter seruum & banausum hoc unum interesse ait, quòd ille natura seruit, Banausus mercede.

Banchus, o. ὁ βάγχος. Pisces marini genus, quem & Myxona uocari autor est Plin. lib. 32. c. 7. ¶ Est & Banchus inter mugiles minimus, quem Aristot. Chelonem uocat.

Bannum, exilii species, quæ antiquis dicebatur Proscriptio. Hinc Banniri dicebantur qui carebant iure togæ, quibus aqua & igne interdictum erat. C. de Episc. & cler. in no.

Băphĭa, pen. prod. f. p βαφεῖα. [Ital. Tintoria. Gal. Tenturerie, le lieu ou on teind. Hisp. Tintoreria, lugar de tintores. Ger. Die fărbe, ein orth da man fărbet.] Dicuntur loca tincturæ

tinctare, in quib. tinguntur panni: nos Tinctoria dicimus. Lampridius in Alexand. ſcribit Probũ fuiſſe baphiis præpoſitũ. Bapſ enim tinctura dicitur: unde Dibapha, bis tincta.

Baptes, βάπτης, Gemma eſt mollis, ſed præſtantiſſimi odoris. Plin. lib. 37. cap. 10. Eſt etiam fabula Eupolidis Comici.

Baptiſmus, & Baptiſmũ, m. n. ſ. βαπτισμὸς, & Baptiſma, atis, βάπτισμα, Latinè immerſio uel intinctio dicitur, à βάπτω, [Ital. Battesimo. Gallic. Bapteſme, Hiſp. Baptiſmo. Germa. Touff.] Gregorius, Βάπτισμα Græco eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo Spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat, efficitur. Primum enim ſordes animæ deformitate peccatorum, in ipſa tinctione recedunt: pulchri dealbatione uirtutum.

Baptiſterium, βαπτιστήριον. [Ital. Lauatoio. Gal. Cone, ou on mettoit dedans le quel on ſe laue, lauoir. Hiſp. Lauadero, ogar do ſe lauan. Germa. Tauffſtein, badſtein, badzũber.] Eſt ueluti lacus quidam, ex ligno aut lapide ædificatus, quo lauandi gratia mergi ſolent. Hoc in cellis, id eſt, in locis ſecretioribus ſolet conſtitui: quarum aliæ Caldariæ ſunt, in quibus calida lauamur: aliæ Frigidariæ, in quibus lauamur frigida: aliæ Tepidariæ, in quibus tepida aqua ablauamur. Plin. Iun. ad Apollinarem, Cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum, atq; opacum. ¶ Hæc eadem piſcinæ dicuntur Latinè, & natoria, & natationes. Si de piſcina, ſeu Græcari uolumus, βαπτιστήριον.

Barathro, m. r. Luxurioſus dicitur, uel guloſus, qui in barathrum gulæ inſumit totum patrimonium.

Barba ſ. p. utroq; numero, non ſolùm hominũ, ſed & brutorũ quadrupedũ eſt, πώγων. [Ital. & Hiſ. Barba. Gal. Barbe. Germa. Ein bart.] Plautus Bacchi. Cano capite, atq; alba barba. Virgil. 2. Aeneid. Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines. Horat. lib. 1. Serm. Vtq; lupi barbam uarie cum dente colubræ. Plin. lib. 28. Afferunt & magi ſua commenta: primum omnium, rabiem hircorum, ſi mulceatur barba, mitigari. Silius numero plurali etiam de homine dici poſſe oſtendit lib. decimotertio, Indociles nunc prope exis in pectora barbis Verrere humum. Huius nominis compoſita poſſunt declinari ſecundum tertiam & ſecundam declinationem: ut Imberbis, & hoc imberbe: & Imberbus, a, um, quod eſt ſine barba. ¶ Ante barbam docet ſe nec, πρὶν τὸν γενειὰδα διδάσκειν τὸν γέροντα. Quum imberbis maiorem natu docet. Eſt autem figura prouerbialis, quod ait Perſius Ante pilos. ¶ Barba non facit philoſophum, ὅτι φιλοσόφους πώγωνοτροφία ποιεῖ. Plutarch. Conuenit in eos qui barba pallioq; philoſophos ſe profitentur, quũ cæteri cultui nõ reſpõdeant. ¶ προνόμα πώγωνος. De prælonga barba dicebatur. Ariſtophanes in concionatricibus. ¶ Barba tenus ſapientes, Ἓν πώγωνος σοφοί, Ἀπὸ πώγωνος σοφιστὴς, Ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι. id eſt, Barba tenus ſapientes & ſophiſtæ & philoſophi. Vſurpatur apud Plutarchum. Hoc alluſit Horatius, quum ait, -iuſſit ſapientum paſcere barbam. ¶ τὸν πώγωνα τίλλειν. Sumptum ſigno, quo ſummum contemptum ac ludibrium ſignificamus.

Barbula, læ, diminutiuũ. πωγωνάριον. [Itali. Picciola barba. Gal. Barbette, petite barbe. Hiſ. Perquenna barua. Ger. Ein kleins bärtlin.] Cic. pro Cælio, Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt barbatis illis: non hac barbula, qua iſta delectatur, ſolet.

Barbas, m. ſ. Dicitur qui barbam habet. ἐπώγων. [Ital. Barbuto. Gal. Barbu. Hiſ. Barbado, con barba. Ger. Gebartet, Der ein bart hatt.] Vnde illud, Si promiſſa facit prudentem barba, quid obſtat Barbatos, poſſit quin caper eſſe Pan Cic. 1. de Natur. deorum. Iſto enim modo dicere licebit ſenem ſemper barbatũ. Barbati prouerbialiter loco apud Romanos dici conſueuerunt, homines priſcis ac ſimplicibus moribus, ruſticanisq; ueritatis: quòd illic ſero receptũ ſit barbam radere aut tondere. Plin. lib. 8. cap. 59. Cicer. 4. de Finibus.

Barbatulus, diminutiuũ: ut Barbatuli iuuenes, & Mulli barbatuli. πωγωνιαῖος. Cic. in Parad. Barbatulos mullos excepere de piſcinis. Idẽ ad Att. lib. 1. Concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ.

Barbiger, ra, rum, adiect. Qui barbam gerit. πωγωνοφόρος. [Ital. Chi porta barba. Gal. Qui porte barbe. Hiſp. Coſa que trae ó trae barbas. Germ. Der ein brat treget.] Vt Barbigeræ pecudes. Lucret. lib. 5. Quippe ni dere licet plangueſcere ſæpe cicuta Barbigeras pecudes: homini quæ eſt acre nenenum.

Barbitium, n. ſ. Ponitur pro barba. Apuleius, Hircino barbitio philoſophum mentiebatur.

Barba Iouis, Chryſocome apud Dioſc. lib. 4. c. 58.

Barbapetra, τραγοπώγων, herba eſt, uulgò ſic appellata, à quibuſdam Barbula hircina, in aceteriis laudatur.

Bărbărĭſmus, ſ. t. βαρβαρίσμος, Figura, quia dictionem bare baram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiſcemus orationi: ut Gaza & Magalia, apud Virgil.

Bărbări, m. ſ. βάρβαροι. [Ital. Rozzi nel parlare, mal conſtumati di lingua & prouincia eſterna. Gal. Barbares, qui ne ſont point de noſtre langue, eſtrangers, inciuils, mauſadez. Hiſp. Peregrinos en lengua y coſtumbres. Germ. Die rauhe vnd grobe ſprach haudt, Auſslender mit frömbden ſprachen.] Factitio nomine, inquit Strab. lib. 14. dicti ſunt abinitio, qui difficulter, atperè, atq; duriter loquebantur, quaſi duriloqui, & craſſilingues: quemadmodum blæſi atq; balbi dicuntur, qui lingua impediti ſunt. Dicti Barbari à βάρβαρ abſono uocis, in quã peregrini homines Athenas aduentantes, quum primùm Græcè loqui conarentur, idem ſidem incidebant. Omnes igitur qui craſſe loquuntur, Barbari dicuntur: quales olim habiti ſunt omnes gentes, præter Græcos. Vnde Plautus Nouium poëtam Latinum, Barbarum dixit. Nunc etiam ab hoc nomine exempti ſunt Latini, quòd hi mitiorem linguam habeant ac magis cultam. Quinetiam inter hos, ſiquis non rectè proferat, barbarè loqui dicitur. In ſumma, Barbari dicũtur illiterati, malis moribus, feri, crudeles. Cic. pro Fonteio, Immanis, ac barbara conſuetudo hominum immolandorum. ¶ Barbarus ex trinio βάρβαρ & ὁ τρισύλλ. In hominem dicebator extremæ humilitatis ac prorſum nullius pretii: perinde quaſi dicas, extremum ac nilem ſeruulum alicunde è triuiis emptum non dono datum aut domi natum. Lucianus.

Barbarè, aduerbium, βαρβαρικῶς βαρβαρικῶς. ut, Barbarè loqui. Cic. 2. Tuſc. Vt enim ſi Grãmaticum ſe profeſſus quiſpiam, barbarè loquatur.

Bărbărĭcus, a, um, pen. cor. βάρβαρος. Eiuſdem ſignificationis eſt cum Barbarus, hoc eſt, ferus, & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus. Virgilius, Barbaricum aurum dixit, pro multo, aut ex Barbaria aduecto. Aen. 2. Barbarico poſtes auro, ſpoliiſq; ſuperbi Procubuere. ¶ Barbarica pauimenta, quæ & Subtegulanea dicebantur, ex teſtis tuſis, rudere, & calce conſtantia, & fiſtucis pauita: de quibus Plin. lib. 36. c. 25. ¶ Cœnum barbaricum, βόρβορος βαρβαρικὸς, pro uehementi ſtupore mentis apud Plat. de Rep. lib. 6.

Barbaricum, neut. gen. Clamor exercitus dicitur: quòd eo uociferando genere Barbari utantur. Feſt.

Barbaricarii, m. ſ. Textores artifices q; barbaricæ ueſtis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominũ & animalium exprimuntur. Aliter Phrygiones dicuntur. Alciat.

Bărbărĭes, βαρβαρότης. [Ital. Barbaria, inciuilità, crudelità: Gal. Barbarie, Inciuilité, ignorance, mauſadeté Hiſ. Barbarie, fierezza, crueldad Ger. Grobheit, vngeſchickligkeit.] Ad imitationem pertinet, & ſignificat inciuilitatem teritatemq; Cic. pro Corn. Balbo, Inueteratã quandã barbariem ex Gaditanorum moribus diſciplinaq; delenit. Accipitur etiam pro ipſis barbaris. Idem 1. de Nat. deor. Aegyptii & Syri, & fere cuncta barbaries. ¶ Item pro uitioſo, & inquinato ſermone. Idem de clar. Ora. Sed omnes tum ferè qui nec extra urbem hanc uixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, rectè loquebantur.

Barbariſmus, m. ſ. βαρβαρισμὸς, Eſt cõtra Romani ſermonis legem, aut ſcripta, aut pronunciata uitioſè dictio. Fitq; duobus modis, ſcripto & pronunciatione: & quadrifariam, adiectione, detractione, mutatione, tranſpoſitione literæ, ſyllabæ, temporis. Adiectione literæ, ut, Relliquias Danaũm, pro reliquias: ſyllabæ, ut Manors pro Mars: temporis, ut Italiam fato profugus. ubi prima ſyllaba quum corripi debeat, producitur. Detractione literæ, ut Argyripa, pro Argyrippa. apud Virg. 11. Aen. ſyllabæ, ut Salmentum. pro Salſamentum: temporis, ut Ferueræ Leucaten, auroq; effulgere fluctus. Mutatione literæ, ſic barbariſmus, ut Olli, pro illi: ſyllabæ, ut Pernuties, pro pernicies: tẽpore, ut Vorus ob noxã. Tranſpoſitione literæ, ut Tymbre, pro Tymber: temporis, ut dominus, penult. producta.

Barbitos, βαρβιτὸς, pen. cor. gen. masc. Instrumentum musicum quod pulsatur plectro uel calamo. Horat. lib. 1. Carm. ode 32. Age dic Latinum barbite carmen, Lesbio primùm modulate ciui. Fœminino autem genere usus est Ouid. in Epistol. Sapphûs ad Phaonem, Nec facit ad lachrymas barbitos illa meas. ¶ Dicimus etiam Barbiton in neutro genere. Ausonius in Philomusum, Hoc genere & chordas & plectra & barbita conde.

Barbo, genus piscis, uide Mullus.

Barcæi, βαρκαῖοι, Regionis huius incolæ. Virg. 4. Aen. Hinc deserta siti regio, lateq; furentes Barcæi. ¶ Est item Barcæ promontorium in occidua Africæ parte, Oceano imminẽs: cuius meminit Plin. lib. 5. c. 1.

Bardocucullus, m. s. Genus uestis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare soliti erant imbrium tempore in castris milites, & in agris rustici. Martial. Gallia Santonia uestit te bardocucullo. Cercopithecorum pennula nuper erat. ¶ Sunt qui dicant Bardocucullum esse tegmen capitis nil iosum, cuius usus translatus sit à populis Galliæ, qui dicuntur Bardi.

Bardus, m. s. Stolcus, à tarditate ingenii. βλαξ. [Ital. Stolto, pazzo, grosso. Gal. Sot, ne, lourdant, estourdi. Hisp. Grossero, Bouo, que poco sabe. Germa. Ein narr, ein düppell, vnuerstendiger.] Cicer. pro Cecinn. Nimis audacem, nimis q; bardum. Idem de Fato, Stupidum esse Socratem dixit, & bardum, q; iugula concauata nõ haberet Bardi etiam apud Gallos uates erant, aut philosophi, qui utrorum fortium laudes decantabant: de quibus Lucanus, Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Bariõa penult. prod. dictio Syriaca, qua significatur filius Columbæ.

Baripetes, gemma nigra, cum sanguineis & albis notis.

Baris, βαρὶς, apud Aegyptios dicebatur cymba, qua cadauera uectabant ad sepulturam. Propert. libro tertio, Baridos & contis rostra Liburna sequi. ¶ Est item Baris Pamphiliæ oppidum, in præfectura Pisidica: cuius meminit Ptol. lib. 5. cap. item 5.

Baros, inquit Erasm. Græcè nõnunquam factum significat, & Latinè graues utros dicimus eximios, magnæq; autoritatis, unde suspicor & nulgò nunc dici Barones, qui generis ac uirtutum autoritate cæteris præeminent.

Barones, pro uiris fortibus, quidam putant esse Latinum, et tantq; Cicer. ad Attic. lib. 5. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posuit. Quum tamen uariet lectio, sintq; qui legant Patrones, id est, Epicureos: alii Varrones.

Baroptenos, Plin. lib 37. ca 10 gemma est nigri coloris, sanguineis & albis notis distincta.

Barrus, ri, m. s. ἐλέφας. [Ital. Elephante. Gal. Elephant. Hispa. Elefante, animal conocido. Ger. Elephant.] Maximum animalium terrestrium, quod Elephantem uocant Græci pariter & Latini. Horat. in Epod. Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris? ¶ Hinc Ebur ductum putant elephanti dentes, quòd sit è barro.

Barritus, us. pen. prod. ἐλέφαντος βρύχημα. [Ital. La uoce dell' elephãte. Gal. Le cri d'un elephãt. Hisp. Bramido de los elephantes. Germ. Das geschrey der Elephanten.] Vox elephantis. ¶ Barritus etiam dicitur Romanorum clamor militum, qui fit, quum utraq; acies se iunxerint. autor Vegetius.

Basalites, æ, βασανίτης, Genus est marmoris ferrei coloris, & duritiæ, ab Aegyptiis in uicina Aethiopia inuentum: cuius generis longè maximũ Vespasianus Cæsar in templo pacis dedicauit, Autor Plinius libro trigesimosexto, capite septimo.

Basanites, tis, m. t. βασανίτης, Lapis ex quo fiunt cotes. Plin. lib. 36. c. 20 Experimentum eius esse in cote, ex lapide basanite. Dictus basanites ἀπὸ τῆς βασανίζειν, quod est explorare, uel examinare: unde & βάσανον dicunt Græci pro indice, cuius attritu exploratur aurum.

Bascauda, Vas Britannicum, postea in Romanorum usum receptum. Iuuc. Satyr. 11. Adde & bascaudas, & mellè escaria. Mart. lib. 14. Barbara de pictis uenit bascauda Britannis: Sed me iam mauult dicere Roma suam.

Basilcus, ci, m. s. βασιλεὺς, rex tãquam populum sustentans, βάσις sedes, & λαὸς populus. Quantè enim quis magis præponitur, tanto amplius pondere laborum grauatur.

Basilica, æ, f. p. βασιλικὴ. [Ital. Luogo publico dove se fanno le facende d'importanza, Palazzo. Gal. Maison royale, maison magnifique, maison de prince, Hostel de ville. Hisp. Casa real, palacio. Ger. Ein pallast, ein schön herlich rund weit hauss, dz gemeinen händlen bestimbt ist, als ein Radthauss.] Principiò dicta fuit domus ampla & spaciosa, causarum cognitioni destinata: dicta ab eo, quòd principes ed ad ius dicendum conuenirent: aut rectè, quòd Græci τῷ βασιλέως appellatione etiam iudicem intelligerẽt, ut Hesiodo, qui ἀκηροφάγους appellat βασιλῆας, hoc est doniuoros iudices, interprete Budæo. Plin. in Epist. Descenderam in Basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam. Erat autẽ basilica templo perfimilis, ambulationibus amplissimis instructa, ad quam multi tota ex urbe, alii causas agendi, alii consultandi, alii aliud agendi gratia confluebant. Vnde ne nusum in primis est illud Cicer. ad Attic. lib. 2. Basilicam habeo, non uillam, frequentia Formianorum. Postea etiam basilicæ ædificatæ fuerunt in usum negociatorum, eáq; in locis calidissimis, foroiq; proximis: ut haberent mercatores quò se hybernis mensibus subitò ingruẽte tempestate possent recipere. Vide Vitru. lib. 5.

Basilicus, a, um, βασιλικὸς. [Ital. Regale da re. Gal. Royal, magnifique, sumpteneux, grand. Hisp. Real, ò perteneciente al rey. Germ. Königlich.] Regius siue regalis. Plaut. in Cap. Basilicas ædificiones, atq; imperiosas habet. Et in Pœn. Basilicus status, & basilicus uictus, id est, regalis & excellens, & Basilica facinora, hoc est, regia. ¶ Basilica nux, siue Basilicõ absolutè, βασιλικὸν κάρυον, Iuglandis genus optimum, quod & Persicum dicitur, quòd ex Perside primùm fuerit aductum. Dictum autem uidetur Basilicon, siue à præstantia, quòd inter nuces principatum obtinere uiderentur: siue à regibus, qui eas primi à Perside in Græciam transtulerunt: ut non obscurè iunxit Plin. lib. 15. c. 22.

Basilicè, aduerbium, βασιλικῶς. Regiè, magnificè, splendidè, egregiè. Plaut. in Pœnulo, Basilicè ornatus incedit, & affabrè ad fallaciam.

Basilinda, βασιλίνδα, Ludi genus est, quo Rex sorte creatus, negotii aliquid ministro similiter sorte creato imperat.

Basiliscus, quæ alio nomine Gentiana dicitur.

Basiliscus, βασιλίσκος. [Ital. & Hisp. Baselisco. Gall. Vn serpent pommé Basilic. Germ. Ein Basilischt.] Genus serpentis, quod (teste Plin. lib. 8. c. 21.) in solitudinibus Africæ habitat, candida in capite macula, uelut quodam diademate adornatum. Acutissimum habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem uergentem. Reliquos serpentes sibilo fugat, ut solus regnare uideatur. Lucan. lib. 9. Sibilaq; effundens terrentia pectus Ante uenena nocens, late tibi submouet omne Vulgus, & in uacua regnat Basiliscus arena. Latinorum nonnulli Regulum uocant. Basiliscus nomine cottius animal, quàm uilis, Cyrenaicæ pars. Emum prouinciæ 12. non amplius digitorum magnitudine, candida in corpore macula, ut quodam diademate insignitibilo reliquos omnes fugat serpentes, nec ut reliqui serpentes corpus impellit, sed celsius & in medio erectus incendens, frutices & herbas necat, & non contactu solum, sed & afflatu: huius tamen tali monstro mustelarum uirus exitio est. Plin. lib. 8. cap. 21.

Basio, as, uide Basium.

Basis, is, t. βάσις. [Italicè, Basi, sostegno. Gallicè, Vn soubassament de colomne ou d'autres choses, soustennement. Hispanicè, El pie de la colomna, y otra cosa. Germanicè, Ein vndersatz, stod oder saul, darauff etwas stehet, dass es nicht falt.] A nostris dici potest Sustentamentum. Sunt enim bases, fulcimenta, & quidam ueluti pedes columnarum, statuarum, seu fabricarum, quæ à fundamento consurgunt, & superpositæ fabricæ sustinent pondus. Cicero quinto Tusc. Animaduerti columnellam non multum è diuinis eminẽtem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri: quò quum patefactus esset aditus, ad uniuersam basim accessimus: apparebat epigramma exesis posterioribus partibus perfi colorũ. A qua similitudine orbiculi illi, quibus uasa in mensis collocantur, ne torulla polluantur, uocari solent bases. Trebatius Iureconsult. de legat. lib. 1. Cui Corinthia uasa legata essent, & bases huic quoq; horũ uasorũ collo-

vellendorum cauſa paratas, deberi reſpondit. ¶ Eſt & Baſia, ſegeta in narrationibus, quum omnia pedetentim inſinuandi gratia proferuntur, ut apud Terentium Eunu. Matri mercator dono dedit, mater ubi accepit, &c.

Baſium, ſij, Idem quod oſculum uel ſuauium, *φίλημα*. [Ital. Bacio. Gal. Vn baiſer. Hiſp. El beſo, como de enamorado. Germ. Ein kuſs.] Martial. lib. 2. Baſia dimidio quòd das mihi Poſthume labore, Laudo, licet demas hinc quoq; dimidium. Donatus tria ponit oſculandi genera, Oſculum, Baſium & Suauium. quæ ſic diſtinguit, ut oſcula ſint officiorum, baſia pudicorum affectuum, ſuauia libidinũ uel amorum. Quæ differentia aut nulla eſt, aut certè non obſeruatur. Latius infra oſtendemus in dictione Oſculum. Hic ſatisfecerit hoc oſtendere, baſia ſæpenumero impudicorum affectuum eſſe. Catullus ad Lesbiã, Da mi baſia mille, deinde centum. Idem paulò pòſt, Ne tãtum ſciat eſſe baſiorum. Horat. Tam te baſia multa baſiare, Vatano ſatis, & ſuper Catullo, Quæ nec pernumerare curioſi Poſſint nec mala fascinare lingua. Idem ad Inuentium, Nũquam iam poſthac baſia ſurripiam.

Baſio, baſiare, *φιλέω*. [Ital. Baſciare. Gal. Baiſer. Hiſp. Beſar como enamorado. Germ. Küſſen.] Martial. lib. 7. Et totam lingua baſiare Romam. Baſiare baſia Catul. lib. 7.

Baſiatio, uerbale, *τὸ φίλημα*. [Ital. Baſciamento. Gal. Baiſement. Hiſp. Obra de beſar. Germ. Das küſſen, küſſung.] Martial. lib. 6. Hybernas Line baſiationes. Idem lib. 7. Quæris quot mihi baſiationes Tuæ Lesbia ſint ſatis ſuperq;.

Baſiator, *φιλητὴς*, uerbale, Martial.

Baſilica munus ferendi res neceſſarias ad exercitum.

Baſilicarii erant, qui neceſſaria militibus portabant: ut quod in bello calones, in priuata familia mediaſtini, in militia palatina faciant Baſilicarii, à Græco uerbo *βαστάζω*, quod portare ſignificat. Idem etiam uernacula Italorum lingua Ciſtellam Baſton dicunt, quòd onera portet atq; ſuſtineat.

Baſterna, Genus uehiculi. Seruius in Virgilii octauũ librum Æneidos.

Bat, Vox eſt qua uti ſolemus quum quempiam corripimus, iubemusq; eum tacere. Plaut. Pœnul. Quid opus eſt? *P.* Potulã, aliam rem ut cures. *C.* at. *P.* bat. *C.* crucior. *P.* cor dura. *C.* Non poſſum. *P.* fac poſſis.

Bathynoon, *βάθυνον τὸ*, profundum.

Bathyrhoos, profundus, nam *βαθὺ* profundum ſignificat, & *ῥέω* fluo, habeo.

Batauus, a, um, pen. indifferente. Lucanus lib. 1. Vangiones, Baſiniq; truces, quos ære recuruo Striden tes acuere tubæ. Cornelius Tacitus de ſitu Germaniæ, Omnium harum gentium nitidiſſimi ſunt Batauorum, non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni colunt. Cattorũ quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperii eſſent. Manet honos & antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec Publicanus exigit. Exempti oneribus & collationibus, & tantùm in uſum proeliorum ſepoſiti, uelut tela atq; arma bello reſeruantur. Fuerunt autem Bataui olim craſſitiæ, & ſtoliditatis notatiquo fit, ut Auris Batauæ, prouerbio de craſſa & ſtupida, & nullius iudicii homine. Vide Erasmi Adag.

Batiola, f. f. *βάτιον*, Vaſis genus, quo uinum, è cado hauſtum in menſam ferebatur. Plaut. in Colace, ut citat Nonius, Batiolam auream octo pondo habebat.

Batillum, n. f. *πύρεθρον*. [Ital. Badile. Gal. Vne pallete à feu. Hiſp. Badil, ò la pala de hierro. Ger. Ein feürſchafel, Ein ſchüfelen.] Ferreum inſtrumentum eſt ſimilitudine palæ, cui roſtra colligitur: primũ Batalum dictum, quaſi patulum, à quo deinde diminutiui forma deductum eſt Batillum. Feſtus lib. 11. cap. 8. Batillis ferreis, candentibus, ramento aſperſo impoſito, quod candidum permanet, probatur. Apicius ſæpe ſæpius Ebur mille illius candenti batillo uris, & ſic conteges. ¶ Batillum etiam ruſtici uocant ferreum inſtrumentũ, quo ad ſulcos, illices, foſſaſq; in agris faciſdis utuntur. Varro 1. de Re ruſt. cap. 6. Itaq; paſtorem earum cũ batillo circuire oportet, ac ſtercus tollere ac conſeruare: quod & ad agri culturam idoneum eſt. ¶ Eſt item Batillũ ſacrorum inſtrumentum, quo Picentes utebantur. Idem 1. de Re ruſt. cap. 10. Altero modo metunt, ut in Piceno: ubi Igneum habent incuruum batillum, in quo ſic extremo ferula ferreo hanc quum comprehendit, faſcem ſpicarum deſecat & ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit, ut poſtea ſubſecentur.

Batiocus, maſculini generis, prima breui, *τὸ βάτιον*. [Ital. Il bocale. Gal. Baiſſeau à vin, un broc. Hiſpanicè, Vn genero de uaſo para tener uino. Germ. Ein kanten, ein gefchirr mit welchem man den wein auß dem keller auff den tiſch tregt.] Genus uaſis à quo uinum è cado hauſtum ad menſam fertur. Plaut.

Batis, idis, uel Batus, ti *βατὶς, ἀπὸ βάτου*. Piſcis mollis & delicatiſſimi ſpecies eſt, quẽ Plin. lib. 32. c. ult. enumerat inter eos qui mari peculiares ſunt. ¶ Hinc *βατιλοιχάνας* homines delicatos, & gulæ proceres Græci appellant. Huius piſcis fel recens quidem, ſed uino inueteratum auribus medetur, teſte Plin. lib. 32. c. 7.

Batis, herba eſt ruſticoſa, pingui folio in medium portulacæ, ſed craſſiore, latiuſculo, & guſtu ſalſo, floribus candidis, & ſemine libanotidis, quam Dioſcorides *λιβάνωτον*, ſiue *λιβάνωτον* appellat. [Ita. Finochio marino, herba di ſan Pietro. Gal Creſte marine, bacille, percepierre. Hiſp. Perexil de lamar. Ger. Bacillen.] Eius duo ſunt genera, quorum alterum in locis petroſis & marinis naſcens, ad nos defertur ſale & aceto conditum. Hoc officinæ Cretam marinam appellant. Alterum in hortis naſcitur, quod Plinius à quibuſdam Aſparagum Gallicum uocari tradit. Columella Olus chordum appellauit, quaſi ſerotinum, quemadmodum & Fœnum chordum dixit Varro, quod autumnali demum tempore colligitur. Vulgus Bacillas uocat, quaſi baticulas. Vide Dioſcoridem libro ſecundo, & Ruellium libro ſecundo, capit. 61.

Batos. *βάτος* Frutex ſpinoſus, lentis habens flagella per terram ſparſa quem Latini Rubum appellant: de quo Dioſcorides lib. 4. c. 40. Diuerſas eius ſpecies uide apud Ruell. lib. 3. cap. 91.

Batrachites, *βατραχίτης*, Lapis ranæ nitidi ſimilis, colore atque effigie. Plin. lib. 37. c. 10.

Batrachium, pen. cor. *βατράχιον*, Coloris ſpecies, quo ante inuentas perſonas faciem obungebant. Vnde apud Athenienſes, Pauſania autore, forum Batrachium erat, à coloribus denominatum. ¶ Eſt & genus herbæ, quam & Latini Ranunculum uocant, de qua Plin. lib. 27. c. 11. ¶ Eſt & Batrachium chymiſtis chryſocollæ quoddam genus, ex diuerſo, quem uocant, latice proueniens, cui tanta ineſt uenenum, ut uel ſolo halitu incautum interficiat. Vide Cel. Anti. lect. lib. 18. c. 9.

Batrachomyomachia, *βατραχομυομαχία*, Ranarum & murium pugna: quo titulo elegantem Homerus conſcripſit libellum.

Batrachus, chi, pen. cor. m. f. *βάτραχος*, medicis eſt tumor quidam ſub lingua naſcens cum inflammatione, quam ranulam uocat Auicenna. ¶ Eſt item Batrachus piſcis marti peculiaris, apud Plin. lib. 32. c. 11. ¶ Fuit præterea nobilis hoc nomine ſtatuarius ex regione Laconica, qui unà cum Scauro, Octauiæ templa Romæ extruxit porticibus incluſa: de quo Plin. lib. 36. c. 5.

Battologia, f. p *βαττολογία* Verborum redundantia, eiuſdẽ rei nitioſa repetitio. Nomen deductũ eſt à Batto quodã inepto Poeta, qui in carmine ſuo eadem ſæpius repetebat, eandemq; iterum atq; iterum occinebat cãtilenam. Huic opponitur Laconiſmus, quum Lacedæmoniorum more ſermonis ſtudemus compendio.

Batuo, is, Verbero. *ἀλωάω*. [Ital. Battere. Gal. Batre, meurdrir. Hiſpanicè, Batir ò ſobaiar. Germanicè, Schlahen.] Plautus in Calina, Quid quæſo potiur, quàm ſculponias, quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime? Suetonius de Calig. Mirmillonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica. Cicero Pœto, tranſtulit ad rem obſcœnam, quum inquit: Equidem iam etiam non obſcœna uerba pro obſcœnis ſunt. Batuit enim impudenter, Præcidit, multo impudentius. atqui neutrum eſt obſcœnum.

Batus, ti, *βάτος*. Hebraicæ menſuræ genus fuit teſte Ioſepho Antiquitatum libro octauo, quæ continebat ſextarios ſeptuaginta duo, ut docet Budæus in Commentario de Aſſe.

Baubari, deponens, *βαΰζω*. [Italicè. Abbaiare. Gallicè, Abayer. Hiſpanicè, Ladrar, ſpecialmente los cachorros. Germanicè, Bellen.] Fictitium uerbum à uoce canum quum latrant. Lucill. libr. 1. Et quum deſerti baubantur in ædibus omnes.

Bau-

Baucalis, uas est quo æstate utimur refrigerandis in aqua cyathis. Alc. autor in præcermissis.

Baxeæ, f. p. *κρηπῖδες, αἷς ἐγχῶνται οἱ φιλόσοφοι.* [Ital. Pianelle, zoccoli. Gall. Vne maniere de pantoufles ou ſouliers, de quoy uſoiẽt les philoſophes. Hiſ. Chinelas ò alcorques. Ger. Ein gattũg der ſchůh oder pantoffel, wie es die geleertẽ tragen.] Sunt crepidæ & calciamenta: & propriè calcei philoſophorum, ut oſtendit Apuleius in libro de Aſino aureo, qui ait: Ne quid pallio, baculoq; & baxeis & hircino barbitio Philoſophorum fingeret. Plaut. in Menæch. Quis is eſt pedulus? qui extergentur baxeæ?

B ante D

B. D. in notis antiquorum bonum datum, B. F. bona fide, uel bona fides, uel fortuna, uel filia, uel fœmina. B. F. beneficiũ, uel bonum factum, & aliquando beneficit. B. F. C. beneficium uel beneficit. B. F. C. B. FI. C. B. F. C. T. bona fide contractum, bonæ fidei contracti. B. F. L. bonorum filius. B. F. P. bonæ fidei poſſeſſor. B. F. R. bona fortuna. B. GR. bona gratia. B. H. bonus homo, uel bona hæreditaria. B. H. S. L. bona hic ſita inuenies. B. H. T. S. bonorum hæreditas.

Bdellium, n. *ſ. βδέλλιον*, Arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod & ipſum Bdellium uocatur. Maximè commendatur quod in Bactriana naſcitur: quanquam & in Arabia, & in India, & Media, & Babylonia proueniat. Galenus lib. 6. Simpl. duo bdellii conſtituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigrius eſt, magiſq; reſinoſum: Arabicum tranſlucidius & ſiccius. Vide plura de hoc apud Plin. li. 12. c. 9. & Dioſc. lib. 1. c. 69.

A ante E.

Bĕātus, a, um. Fœlix, fortunatus, qui ita eſt ſua ſorte contentus, ut eam cum nullo uelit commutare. *μακάριος.* [Ital. Beato. Gal. Heureux, bienheurouz, bien fortuné. Hiſ. Bienauenturado y perfecto. Ger. Sälig, Glückhafftig.] Qui ſint dicendi beati, Seneca lib. 6. Epi. declarat his uerbis: Hoc nos docet, beatum non eum eſſe, quem uel uulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit: ſed illum cui bonum omne in animo eſt, erectum & mirabilia calcantem: qui neminem uidet, cum quo ſe commutatum uelit: qui hominem ea ſola parte exiſtimat, qua homo eſt: qui naturæ magiſtra utitur, ad illius leges componitur: ſic uiuit quomodo illa præſcripſit: cui bona illis nulla uis excutit: qui mala in bonum conuertit: certus iudicii, inconcuſſus, intrepidus: quẽ ſi aliqua uis mouet, nulla perturbat: quẽ fortuna quũ in eũ qđ habuit telũ nocentiſſimũ ui maxima interſit, pẽgit, nõ uulnerat. Sed talem hactenus uidere haud licuit. Neminẽ. n. ſũma illa beatitudo, niſi exuto corporis impedimẽto, poteſt contingere: adeò ut ueriſſima uideatur Solonis illa apud Platonem ſententia, ſcilicet ultima ſemper Expectãda dies homini eſt, dicíq; beatus Ante obitum nemo ſupremúmq; funera debet. Cic. lib. 5. Tuſc. Hos exiſtimo beatos, qui ſint in bonis nullo adiuncto malo. ¶ Accipitur & pro diuite: quæ ſignificatio ex uulgi opinione tracta eſt, quòd ſolos diuites fœlices exiſtimat. Iuuenal. Sat. 12. optima ſummi Nunc uia proceſſus uetulæ ueſtra beatæ. Hor. lib. 2. Car. Ode 4. Neſcias, an te generum beati Phyllidis flauæ decorent parentes. ¶ Transfertur & ad alia. Vnde beatam nocẽ dixit Quintil. pro ſonora, & rata, cuíq; ad perfectionẽ nihil deſit. ¶ In beato omnia beata, *ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.* Theocr. Vſu erit ſi dicas, ab homine docto omnia doctè fieri, à pio piè, à rege regaliter. ¶ Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat. Senec. lib. Epiſt. Famil. 16. Senſus eſt, haud eſſe ſatis ut adſit felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Huc alludẽs Virgil. O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint, Agricolas. ¶ Nihil eſt ab omni parte beatum. Horat. in Odis Prouerbialem habet ſententiam, quam Græci ſic efferunt, *Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἄνευ πόνου κτᾶται*, id eſt. Felix per omnia nullus eſt mortalium. Hanc ſenarium citat Ariſtoteles lib. Rhetor. 1.

Bĕārĭus, pe. co diminutiuũ *πλάταξ, τύπτω ἐγείρω.* Perſ. Sat. 1. tandemq; beatulus alto Compoſitus lecto.

Beatè, aduerbium *μακαρίως, εὐδαιμόνως.* [Ital. Beatamente. Gal. Heureuſement, bienheureuſement. Hiſp. Bienauenturada y perfectamente. Germanicè, Sälicklich, Glückſelich.] Fœlicter, & ſine mali alicuius contagione. Cicer. 1. de Finib. Quoniam igitur omnis ſumma philoſophiæ ad beatè uiuendum refertur. Idem in Paradox. Profectò nihil eſt aliud beatè quàm uiuere, niſi honeſtè & rectè uiuere.

Beatitas, & beatitudo. f. t. *μακαριότης.* [Ital. Beatitudine. Gal. Beatitude, felicité. Hiſpan. Bienauenturança. Germanicè, Säligkeit, Glückhafftigkeit.] Ciceronis ſeculo nocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putauit uſu fieri poſſe mollia. Sic enim ſcribit lib. 1. de Natur. deo. At iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo dicenda ſit, (utrunq; enim durum, ſed uſu mollienda uerba ſunt) uerùm ea quæcunque eſt, cur aut in Solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam figura membris corporis uacuam, cadere nõ poteſt?

Beo, as, a. p. Beatum facio, & per translationem conſolor. *μακαρίζω.* [Ita. Beatificare, beare. Gal. Faire heureux, donner felicité. Hiſpan. Hazer bien auenturado, ò beatificar. Germ. Sälig oder glückhafftig machen.] Plaut. in Truc. Hoc me beat ſaltem, quoniam perduelles uicit, & domum compos laudis reuertit. Terentius in Andr. O factum bene, beaſti, metui à Chryſide. Hinc beatus, beatior, beatiſſimus: de quibus paulo antè.

Bebriacenſis, ſe, adiectiuum: ut, Agnes Bebriacenſes, ita dictæ ex eius pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonẽ & Vitellium commiſſa eſt, primùm in Italia apparuerunt. Plin. lib. 10. c. 49. Venére in Italiam Bebriacenſes bellis ciuilibus trans Padum, externæ & nouæ aues, (ita enim adhuc uocantur) torduũ ſpecie, paulùm infra columbas magnitudine, ſapore gratæ.

Bebrycius, a, um. *βεβρύκιος*, Poſſeſſiuum à Bebrycia, Aſiæ regione. Virg. 1 Aen. qui ſe Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat.

Bechion, *βήχιον*, Herba eſt, Latinè Tuſſilago dicta, quia tuſſim ſedat. Vnde etiam Bechion à Græcis dicitur *παρὰ τὸ τὴν βῆχα διαχωνύναι*, hoc eſt, à tuſſi ſananda. Plinius libro decimoſexto, capit. 6. Officinæ Vngulam caballinam uocant.

Bechica medicamenta *βηχικὰ φάρμακα*, à medicis appellantur quæ tuſſi medentur. *βῆχα* enim Græci tuſſim appellant.

Belbiton, (quod hic corruptè legebatur) Vide dictionem Bolbiton.

Belbus, quæ & byrus, *θαῦμα*, Ferarum omnium aſtutiſſima, quæ imitatur ſub noctem humanos gemitus, ut homines pietate motos, & ad ſuccurrendum egredientes deuoret.

Beleci, legumina apud Ariſtophanem, ſic enim dicitur *βελέκινοι*, Græcè.

Belenium, *βελένιον*, Ariſtoteli, (ſi modò Ariſtotelis opus eſt, quod de plantis nomine eius circumfertur) olim deliberatorium in Perſide uenenum erat: translatum autem in Aegyptum & Paleſtinam, ſine periculo mundi cœpit. Putatur idem eſſe quod Crateias medicus Helenium Aegyptium uocat. Vide Ruell. lib. 2. c. 12.

Belgicus, a, um, adiectiuum: ut, Eſſedum Belgicum, Currus quoddam genus, apud Belgas primùm inuentum. Virgilius tertio Georgicon. Bellica uel molli melius feret eſſeda collo.

Belgium, gii, apud Cæſarem 1. bel. Gal. Oppidum eſt inter Belgas, aut certè ipſa Belgarum regio.

Bellon, *βέλλον*, Herba quæ à Dioſcoride *πόλιον ὀρεινὸν*, hoc eſt, Polium montanum appellatur. Eſt autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioſcoridis à doctioribus numerantur.

Bellāria, orum, plu. nu. n. Fructus, & cibi ſaccharo aut meſle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & Secundæ menſæ appellantur, *τραγήματα, ἐπιδορπίσματα, πέμματα, τραγήματα.* [Ita. Frutti & cõfettioni doppo paſto. Gal. Le dernier mets ou la deſſerte de table. Hiſp. La meſa delos frutas. Ger. Schlãckhafftige ſpeiſs, die man zů dem nachtiſch auffträgt, als leckůchen, zuckerladen, latwergen.] Macrobi. in Saturn. Adhuc dicente Furio, ſecundæ menſæ illata bellaria nouo ſermoni principium dedere. ¶ Vina quoq; dulciora eſt inuenire in comœdiis antiquioribus hoc nocabulo appellata, dictaq; eſſe ea Liberi bellaria. Gel. lib 3. c. 12.

Bellator, Bellatrix, Bellax, uide Bello.

Bellatulus, bellè, belliſſimè, bellitudo, bellulus, uide Bonus.

Bellĭca, æ, Dicebatur columnella illa ante templum Bellonæ, ſuper quam iaciebant haſtam quum bellum indicerent. Feſtus.

Bellis

Bellicum, ci, n. s. substantivum, τὸ πολεμικὸν. [Ital. Suono della trombetta, quando suona à larme. Gall. Le son de la trompe quand on sonne à larme. Hisp. Sonido de bozina para acometer pelea. Germ. Das aufblasen zům streyt im krieg, ein lerman.] Sonus tubæ, quo signum dabatur militibus incundæ pugnæ. Vnde Bellicum canere, propriè est militibus tubæ cantu ad prælium animare. Per metaphoram accipitur pro instigare, seu inflammare ad dissidium. Cic. 2. Philip. Atq; iidem bellicum me cecinisse dicunt. Idem 3. de Orat. Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. Idem pro Murana: Simulatque mors aliquis nouus bellicum canere cœpit.

Bellonarii, sacerdotes bellonæ, qui lacertos humeros; concidebant, sanguine suo Bellonæ sacrificantes. Acron.

Bellum, propriè est discordia hostium, armis sibi mutuò inferendis: cui opponitur Pax. πόλεμος. [Ital. & Hispan. Guerra. Gall. Guerre, bataille. Germ. Krieg.] Item totum il lud tempus, quo hostes in armis sunt. Prælium autem est conflictus ipse, & hostium congressio, quę & pugna dicitur, & certamen: quanuis hoc etiam nudis verbis peragi possit. Hæc differentia non obscurè colligitur ex Liuio, quum ait, Populum Romanum nullo bello, multis verò prælijs fuisse superatum. Item ex eo loco Virgil. 11. Aen. Iuuentem fugientem media inter prælia belli Excitat exilio comitẽ. ¶ Aliquando tamen bellum capitur pro prælio. Salustius, In eo bello trecenti milites desiderati. Dictum bellum (ut Priscianus sentit) per antiphrasim, quod minimè bellum sit. Alii à bono deducunt: non tamen per contrarium, sed quòd boni gratia bella olim susciperentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam iniuriam, pacemq; parandam. Alii à duello deriuant, abiecto d, & digamma in b conuerso. Festus à bellua, quòd belluarũ sit mutuo se laniatu conficere. ¶ Dulce bellum inexpertis, γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. Elegans quum primis & multorum literis celebratum adagium. Citatur ex Pindaro. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quarum habeant discrimina ac malorum, non intelligas nisi facto periculo. ¶ Multa in bellis inania, πολλὰ κενὰ τῶν πολέμων. De inani suspicione aut pauore fine causa abortiuo, quem Græci κενεωθὲν ἐν ὕπνοις ἀλλ' ἐν πολέμῳ. In rebus periculosis non tutum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite: nec est secundo errori locus. Vel quòd in bello (quia cuncta tumultu peragantur) non detur spatium reuocandi rectè mandata, si quid perperam fit instituntur. ¶ Initium belli, ἀρχὴ πολέμου. ubi quis prior lacessit iniuria, seu conuicio. ¶ Talia gignit bellum, τοιοῦτος πόλεμος ἐξεγείρεται: id est, Similia bellum calamitosum perficit. Seruius est M. Tulii epistol. ad Q. Fratrem, lib. 1. quo sentit, è dissidiis eorum qui Rempubl. administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad priuatam discordiam pluscolum habebit gratiæ. ¶ Bello parta, ἐν πολέμοις. ubi quis immodicè insumeret. Solemus enim celerius ac temerè profundere, si quid hostibus sit ereptum.

Belum recuperatorium, Quod scilicet ob recuperationem rerum ablatarum infertur. Defensorium verò, quòd videlicet necessariæ defensionis gratia non intermisso, sed ex contenti suscipitur. Verum hoc non propriè belli nomẽ meretur, sed potius defensionis censetur facultas, cuilibet omnino ipsoque rationis ductu permissa, quandoquidem vim atq; iniuriam propulsare ius gentium permittit. leg. ut vim. ff. de Iust. & iur. cum simul annotatis per dictum Bartum loco allegato. Bellum offensiuum, Bellum defensiuum, ut vulgò loquuntur, in Barbarorum schola nota sunt vocabula.

Bellicus, a, um, adiectiuum, Quod ad bellum pertinet: ut, Bellica disciplina. πολεμικὸς. [Ital. De guerra. Gall. Bellique, seruant la guerre. Hisp. Cosa perteneciente à la guerra. Ger. Darzů dienet krieg gehört.] Cic. 2. de Nat. deor. Bellica cornua, quæ bellatoribus militibus dabatur. Plin. li. 16. cap. 4. Ouid. 3. Fast. Dea bellica Pallas.

Bellicosus, a, um, Fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus. πολεμικὸς. [Ital. Feroce. Gall. Belliqueux, nailant en guerre. Hispan. Mucho guerreador. Germ. Kriegisch, streytbar.] Sallustius in Iugurtha, Libyes quàm Getuli, minus bellicosi erant. Liuius nono ab Vrbe: Cepisse enim eos non Romam, sed quod multò bellicosius fuerit, Romanam virtutem, fecisse quæ.

Bellicosè, aduerbium, Fortiter, ferociter, ut illum bellicosum decet. πολεμικῶς [Ital. Ferocemente, gagliardamente, belicosamente. Gal. Vaillamment, belliqueusement. Hisp. Brauamente, ò bellicosamente. Germ. Kriegisch, off wyss wie dapffere kriegsleut.]

Bellicrepa, genus ueteris saltationis à Romulo institutæ, in qua cum armis saltabant.

Bellifer, a, um, Bellicosus, ad bellum gerendum idoneus. πολεμικὸς, πολεμοφόρος. Claud. in Rufin. Quid belliferam communibus urunt Italiam malis?

Belliger, a, um, Ad bellum gerendum idoneus. πολεμικὸς, πολεμοποιός. [Ital. Chi guerregia. Gall. Qui fait la guerre. Hispan. Cosa que haze ò trae guerra. Germ. Der geschickt ist ein krieg zů füren.] Martial. lib. 11. Hermes belligera superbus hasta.

Belligĕro, as, n. p. Bello, bellum gero. πολεμῶ. [Ital. Guerregiare. Gall. Guerroyer, faire ou mener guerre. Hispan. Guerrear. Germ. Ein krieg füren, kriegen.] Cic. pro Fonteio: C. Marius, qui isti par in belligerando esse potuit. Ennius apud eundem lib. 1. Offic. Non cauponantes bellum, sed belligerantes. Liuius 1. lib. tertii Belli Punici. Et cum Gallis tumultuatum magis, quàm belligeratum.

Bellipŏtens, pen. corr. Qui bello pollet. ἐνόπλιος, ἀλκίφρων. Stat. Thebar. 2. Bellipotens cui torua genas horrore decoro Cassis, & aspersa crudescit sanguine Gorgon. Cicero 3. de Diuinitate: Aeacidæ bellipotentes magis sunt quàm sapientiæ potentes.

Bello, as, n. p Oppugno, bellum gero, confligo. πολεμῶ. [Ital. Combattre, guerreggiare. Gall. Guerroyer, mener ou faire guerre. Hisp. Guerrear, hazer guerra. Germ. Kriegen.] Plinius lib. 5. cap. 1. Romana arma primùm Claudio principe in Mauritania bellauere, Ptolemæum regem à C. Cæsare interemptum ulciscente liberto Ademone. Cic. pro lege Manil. Fuit propriũ pop. Rom. longè à domo bellare. ¶ Est & Bellor, aris, deponens. Virgil. 11. Aen. Et pictis bellantur Amazones armis. ¶ Composita sunt, Debello & Rebello: de quibus infrà suis locis.

Bellator, oris, m. r. Bellicosus, uel qui bellũ gerit. πολεμιστής. [Ital. Combattitore, guerriere. Gal. Guerroyeur, homme de guerre. Hisp. Mucho guerreador. Ger. Ein krieger, kriegs mã, kriegs fürer.] Cic. 4 Tusc. An accusatori maiores nostri præmia quàm bellatori esse uoluerunt? ¶ Dicitur etiã de brutis animalibus. Vide Virg. lib. 10. equũ animosum & ad prælium incitatum, Bellatorem uocat, quum inquit: Et inter Bellatoris equi caua tempora conicit hastam.

Bellatrix, tricis, f. t. Mulier quæ bellum gerit, seu bellicosa. πολεμιστρία. [Ital. Guerriera. Gall. Guerriere femme qui aime la guerre. Hisp. Guerreadora. Ger. Ein kriegerin, ein kriegisch weyb.] Virg. 1. Aen. Aureæ subnectens exsertæ cingula mammæ Bellatrix.

Bellax, acis, adiect. Idem quod bellicosus, uel belli appetens. πολεμικὸς, μαχητικός.

Bellos, Vide Bonus.

Bellosus, a, um, Vetustum est nomen, idem significans, quòd bellicosus. πολέμιος. Cælius apud Nonium: Tantum bellum suscitare conati aduersarios contra bellosum genus.

Bĕlŏne, βελόνη per simplex l, Piscis est, qui alio nomine dicitur Acus: utroq; nomine à tenui, recta, & oblonga figura deducto, qualem ferè in acu sartoris cernimus. De hoc Plin. li. 9. cap. 11. Acus, inquit, siue belone, unus piscium dehiscente propter multitudinem utero parit: à partu coalescit uulnus: quod & in exilibus serpentibus traduur. Vulgò Anguigula dicitur.

Bĕlos, eos, βέλος, Sagitta, tela. ἀπὸ τῦ βάλλειν, quod significat iacere. [Ital. Saetta. Gal. Sagette, flesche. Hisp. Saeta, ò ora, ò flecha. Germ. Ein pfeyl.] Caius de Verb. sig. Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eoq; nomine uulgò quidem id significatur, quod ab arcu mittitur.

Bĕlua, æ, f. p. siue (ut alii malunt) Bellua, ingeminato ll. Immanis fera. θὴρ, θήριον. [Ital. Bestia. Gall. Beste cruelle & sauuage. Hisp. Bestia comun à tierra ò à mar. Ger. Ein grausam thier.] A Bello, hoc est, bono, uel pulchro, ἀντιφρασιν (ut quidam existimant) dicta: aut (ut aliis placet) à substantiuo Bellum, quòd Bestiarum sit, bellum sibi mutuò inferre, quibus natura ad hoc ipsum arma uidetur concessisse. Terentius in Eunucho: Eo'ne es ferox, quia ha-

bes imperium in beluas? ¶ Belua etiam per conuitium dicitur in hominem. Terent. in Phor. Sed quid pertimoi autem belua? Idem in Eunucho: Age nunc belua, credis huic quid dicat?

Beluata tapetia, Dicta sunt à Plaut. in Pseud. beluarum figuris picta intextaq; ζωωτά.

Bēlŭinus, a, um, Quod est beluæ: ut, Beluina rabies. θηριώδης. [Ital. Bestiale. Gall. De beste, bestial, cruel. Hisp. Bestial, cosa de bestia. Germ. Das des thiers ist, zum thier gehört.] Ambrosius, Tum ipsa habitudo corporis suauis & grata, ut neque beluina vastitas horrori sit, nec gracilitas infirmitati.

Beluosus, a, um, siue Belluosus, Quod abundat beluis. θηριώδης. Vnde Oceanus dictus est beluosus, κητώδης, à beluarum multitudine & magnitudine, quæ ibi sunt: nam inter beluas marinas numerantur balenæ, pristis, physeter, & orca. Horat. 4. Carm. Te beluosus qui remotis Obstrepit Oceanus Britannis.

Belides, huius Belidæ, βελίδης, pen. long. Patron. masc. quo significatur filius, seu aliquis de genere Beli. Virg. 2. Aeneid. Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures Belidæ nomen Palamedis, &c.

Belis, huius Belidis, βηλίς, Patronym. fœm. quo significatur filia, uel neptis Beli. Vnde Belides dictæ sunt quinquaginta filiæ Danai, Beli filii: quas quũ Aegisthus Danai frater (quẽ alii Aegyptum uocant) totidem filiis suis peteret uxores, Danaus despondere noluit: didicerat enim ex oraculo, se à genero interfectum iri. Sed postea coactus à fratre, promisit se Aegisthi petitioni satisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias subornauit, ut eãm se cultris armarent, & uiros iam uino luxuriaq; sopitos iugularent. Virgines itaq; patri obedientes captato tempore necarunt uiros, unaquæq; suum, excepta sola Hypermnestra, quæ Linceo, seu Lino uiro suo pepercit, qui postea occiso Danao, regnum apud Argos inuasit. ¶ Hæ & Danaides appellantur, à patre Danao. Vnde Danaidum dolium, prouerbio celebratur, pro barathro quodã inexplebili, & insatiabilis cupiditatis homine. Fingunt enim à Poëtis, Danai filiæ apud inferos eo supplicii genere perpetuò damnatæ esse, ut dolium quoddam pertusum aqua conentur implere: unde tantum effluat, quantum illæ possint infundere. Ouid. 4. Metam. Molitiq; suis lethum patruelibus ausæ, Assiduè repetunt, quas perdant, Belides undas. Vide Belus.

Beli oculus, Gemma est albicans, Belo Assyriorum deo dicata, pupillam pingens nigram è medio aureo colore lucentem. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Bendidia, βενδιδεῖα, Sacra fuisse apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originem sumpsêre. Vide Cæl. Rhod. Lect. antiq. lib. 18. cap. 25.

Bene, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, Vide de Bene in Bonus.

Benna, æ, teste Festo, lingua Gallica, genus est uehiculi. Vnde Combennones, in eadem benna sedentes. Cato de Re rust. cap. 25. Bennæ emantur, oleæ caducæ saliantur.

Berecynthius, a, um, adiect. βερεκύνθιος: ut, Corus Berecynthius, apud Horat. 1. Carm. hoc est, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecynthiæ sacerdotes. ¶ Tibia Berecynthia: Idem 3. Carm.

Berbena, aliàs Verbena.

Berberion, uel Berberi, conchæ genus ex qua unliones & margaritæ uelluntur, author Barbar. in Corol. Chamarion lib. 2.

Berilion, anemome.

Bero, Saccus, quasi pero, à pera dictus. Vide priores Budæi Annotationes.

Berenices coma, λόμη βερενίκης, Sidus ad caudam leonis situm, ex septem constans stellis, trigoni figura collocatis: ita dictum à capillis Berenices Ptolemæi Philadelphi filiæ, & Euergetæ fratris sui uxoris, quos quum illa uoti soluendi gratia deposuisset, & postridie nusquã apparerent, in hasce stellas creditum est esse commutatos. Vide latius paulò antè in dictione Berenice.

Berillus, Vide Beryllus.

Bēryllus, βήρυλλος, Gemma est subuiridis, & transparẽs, uix alibi unquam quàm in India reperta: cuius nouem enumerantur species apud Plin. lib. 37. cap. 5. Probatissimi tamen sunt ex iis, qui uiriditatem puri maris imitantur. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebescunt, ni color sordus repercussu angulorũ excitetur. Propertius lib. 3. Et solitum digito beryllon adederat ignis.

Bes, bessis, masc. gener. compositum est ab Asse, octo significans uncias, ἀπὸ μορίας. Festus, Bes appellatus est, quòd bis trieus sit: quamuis dura compositio fiat bessis ex triẽte. Cic. ad Attic. Fœnus ex triente factum erat bessibus. Plin. lib. 18. cap. 11. Græci in binos semodios farinæ sacris esse besses fermenti constituere. ¶ Legitur & nominatiuus Bessis apud Festum, modò emendata ut lectio: Bessis, inquit, uncię octo, trieus quatuor. ¶ Bes etiã est Geometrarum mensura, continens octo partes iugeri in duodecim partes diuisi. Vide Colum. lib. 5. cap. 1.

Besasa, semen rotæ, ut placet Aetio, Serm. 8. cap. 47.

Bestia, f. p. Crudelitatem uidetur exprimere, ἀπὸ τοῦ βιάζεσθαι. [Ital. Bestia. Gall. Beste. Hisp. Bestia, animal bruto y fiero. Germ. Ein thier.] Belua, magnitudine, & quasi monstrositatem, Fera opponitur cicuri. Vlpian. Bestias accipere debemus magis ex feritate, quàm ex animalis genere, quæ proprio morsu uel unguibus sæuiunt: ut pardi, leones, tigrides: à uastando. ¶ Bestiæ Ciceroni etiam pisces & uolucres appellantur, 5. Tuscul. Namq; alias bestias nantes, aquarum incolas esse uolui: alias uolucres cœlo frui libero: serpentes quasdam esse gradientes. Idem de Amic. Quòd si hæc apparent in bestiis uolucribus, agrestibus, nantibus, &c. ¶ Bestia quoq; prænomine Lucii, commemoratur à Salustio inter eos, qui cum Catilina aduersus Rempub. conjurarunt. ¶ Bestia bestiam nouit, ἴγνωκε δὲ θὴρ, θῆρα: Nouit profectò fera ferã. Aristoteles lib. Rhet. 2. Congruet ubi conuenit inter duos pariter improbos. ¶ Ne bestiæ quidem ferre possent. Prouerbialis hyperbole est apud Marc. Tullium actione in Verrem 5. Postremò ut odor Apronii terreremus oris & corporis, quẽ, ut aiunt, ne bestiæ quidem ferre possent, uni isti suauis & iucundus uideretur.

Bestiola, læ, diminutiuum, θηρίδιον. Plin. lib. 11. cap. 6. Apes alueum illinunt amaricoribus succis, contra aliarum bestiarum auiditates.

Bestiarii, m. f. Dicebantur qui cum bestiis depugnare damnati erãt. θηριομάχοντες. Hinc à Seneca ludus bestiariorum nuncupantur, quo bestiarii depugnabant. Cic. pro Sestio: Præclara ædilitas, unus leo, ducenti bestiarii. Idem in Vatinium: Milonem dicas gladiatoribus & bestiariis obsedisse Rempublicam.

Bēta, tæ, f. p. Herba est notissima, etiam hodie nomẽ retinẽs, quæ, quòd insipida sit, fatua peculiari quodam epithero appellatur. σεῦλον. [Ital. Beta, betiola. Gal. Porée, iotte, bette. Hisp. Aselgas. Germ. Mangolt, oder Kol.] Martial. lib. 13. Ve sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, O quam sæpe petes ulna piperiq; coquus? ¶ Betæ quoque à Diogene appellabantur homines molles & ciuædi. Vnde & Betizare dixit Augustus, pro languere & effœminari. Vide Cælium libro 15. capite 11.

Betanomantia, f. p. (quod in quibusdam editionibus huc perperam fuit ingestum) Vide Botonomantia.

Bathycatos, Vide Bœtis.

Bethisalca, Vitis nigra apud Dioscor. lib. 4. cap. 195.

Beto, is, Vado, quasi bene ito. Varro, Mulierem quòd parere posset, foras betere iussit. Plaut. Culcul. Si illa ad me beret.

Bētŏnica, f. p. λιθόσπερμον Dioscoridi. [Ital. Betonica. Gall. Betoine ou vetoine. Hisp. Betonica. Germ. Betonien.] Herba Gallis dicitur, quæ ab Italis Serratula, teste Plinio lib. 25. cap. 8. ¶ Est & altera Betonicæ species, teste Aegineta, herba unicaulis, ramulos habẽs pulegii, sed tenuiores, & gustu fatuos, quæ à superiore specie differt, non effectu.

Betulla, gemino ll. σημύδος, Arbor est uirgis aptissima, cortice candidissimo: quam Romani ex Gallia in Italiam transtulerunt, & ex ea fasces conficiebant, qui Magistratibus solebãt præferri. Huius meminit Plin. lib. 25. cap. 8.

B ante I.

B. I. In notis antiquorum, Bonum iudicium. B. I. I. Boni iudicis iudicium.

Bixon, βίξων, Vini factitii genus erat, ualetudinis causa excogitatum. Fiebat ex uuis ad solem siccatis, & aqua marina. Dictum est à cura, quia multũ in eo condendo laboris adhibebatur: siue quia uiolentum esset & efficax cõtra morbos: siue à festinatione atq; impetu. Plin. lib. 14. cap. 8. Apud Græcos clarissimũ nomen accepit, quod appellauerunt Bixon, ad plurimas ualetudinũ usus excogitatum. Fit autem hoc modo:

modo: Vuæ paulùm ante maturitatem decerptæ ſiccantur actiſole, ter die uerſatæ per triduùm, quarto exprimuntur: dein cadis ſole inueterantur.

Biarchi, *βιάρχοι*. Qui præſunt commeatibus, uitæq; neceſſarijs comparandis. *βίος* enim Græcis non modò uitam, ueruetiam uictum ſignificat.

Biblia, orum, plur. num. *βιβλία*, Libri: quo nomine Libri ſacri per excellentiam appellantur.

Bibliographus, *βιβλιογράφος*, Librarius, *παρὰ τὸ βιβλίον, καὶ γράφω*.

Bibliolathas, à Demetrio Trœzenio dictus eſt Didymus Grãmaticus, quoniam ſuper ter mille quingentos libros conſcripſit Vide Cæl. lib. 19. cap. 9.

Bibliopala, m. p. *βιβλιοπώλης*. [Ital. Libraio, uenditore de libri. Gall. Libraire, vendeur de liures. Hiſp. Librero. Germ. Ein bůch fürer, ein bůch trager, der do bůcher verkauffe.] pen. prod. Qui libros uendit. Mart. Non habeo, ſed habet Bibliopola Tryphon. Plin. Iun. Bibliopolas Lugduni eſſe non putabam: ac tanto libentius ex literis tuis cognoui uendinari libellos meos. Componitur autem ex *βιβλίον*, quod eſt liber, & *πωλῶ* uendo, per *ω* in prima.

Bibliotaphi, *βιβλιοτάφοι*, Ab eruditis appellantur, qui ut ſoli ſapere uideantur, librorum aliquid inſignium nacti, neminì eorum copiam faciunt, ſed in arca, uelut in ſepulchro quodam, incluſos aſſeruant.

Bibliothéca, pen. prod. f. p. *βιβλιοθήκη*. [Ital. Libraria. Gall. Librairie, eſtude, chambre aux liures. Hiſp. Libreria. Ger. Ein bůcherey, ein ort do man die bůcher by ein ander behaltet.] Tam librorum per ſe magnus numerus, quàm locus ubi libri ſunt, appellatur, ut lib. 32. Digeſt. ſcribit Vlpian. Cic. ad Sulpit. Dionyſius ſeruus meus, qui meâ bibliothecam multorum nummorum tractauit, quũ multos libros ſurripuiſſet, &c. Latinis Libraria dicitur. Gell. Fortè in libraria ego, & I. Paulus poeta, uir memoria noſtra doctiſſimus, conſedera mus. ¶ Eſt & bibliotheca titulus, ſiue inſcriptio, qua Diodorus hiſtoriam ſuam nominauit. Plin. in Proœmio operis, Apud Græcos deſit nugari Diodorus, & Bibliothecæ hiſtoriam ſuam inſcripſit. Bibliothecæ (ut ſcribit Vitruuius) ad Orientem ſpectare debẽt. Vſus enim librorum matutinum expoſtulat lumen

Bibliothecalis, le, Quod eſt bibliothecæ: ut apud Martianum, Bibliothecalis copia.

Biblo, is, uerbum eſt factitium, à ſimilitudine ſoni, qui fit in uaſe, Nœuius: Biblit amphora. Feſtus.

Byblos, *βύβλος*, fœm. gen. Ionicum ſignificat, item Aegypti arborem, quæ & Papyrus, cuius cortice ad chartas, ligno autẽ ad nauigia utebantur. Lucan. lib. 3. Nondũ flumineas Memphis contexere byblos Nouerat.

Bibo, bis, bi, bitum, n. t. Potum haurio, humorem attraho. *πίνω*. [Ital. Bere. Gall. Boire. Hiſp. Beuer. Germ. Trincken.] Plaut. in Stic. Vide quot cyathos hos bibimus. Virgil. lib. 11. Enim his adiunxit, qui uim attrahendi humoris nullam habent, Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hæſit, uirgaque altè bibit acta cruorem. ¶ Bibere etiam accipitur pro auſcultare, ſeu ſtudioſè audire. Horatius libro Carm. 2. Pugnas, & exactos tyrannos Denſum humeris bibit aure uulgus. Inuenitur etiam paſſiuum huius uerbi Bibo in tertia perſona. Iuuenalis, - Sed nulla aconita bibuntur fictilibus.

Bibax, acis, & Biboſus, oſa, oſum. Qui eſt bibẽdi auidus, uel nimius potor. *πότης, ποτικός*. [Ital. Beuitore, cinciglione. Gall. Grand beueur, qui boit beaucoup. Hiſp. Gran beuedor. Ger. Ein trincker, ein ſauffer, der vil trinckt.] Gell. lib. 2. cap. 22. Bibacem idem P. Nigidius in Commentariis Grammaticis humen & biboſum dicit. Laberius. Non mammoſa, non aſtuto nec biboſa, non procax. ¶ Biboſus tamen (ſi Gellio credimus) uocabulum eſt nouum, & à Labetio uocum inuentore confictum. Nomina enim in oſus, potius fiunt à nominibus, quàm à uerbis.

Bibaculus, diminutiuum, à nomine Bibax, Qui largius & frequentius bibit, *φιλοπότης*. ¶ Item nomen fuit poetæ, quẽ Hieronymus in Chronicis Cremonæ natum ſcribit, paulò minorem Cicerone.

Bibacitas, atis Naturalis propenſio ad largius bibendũ. *φιλοποσία*. [Ital. Exceſſiuo beuere. Gal. Goiuerie exceſſiue. Hiſp. Embriaguez y obra de mucho beuer. Germ. Das vbermåſſig trincken.]

Bibeſia, æ, Vocabulum eſt à Planto cõfictum, pro nimia bibendi auiditate. *φιλοποσία*, quemadmodũ & Perediam idem dixit pro fame, & uoracitate. Feſtus.

Bibulus, a, um, Quod facilè ſorbet. *πότης, ποτικός*. [Ital. Che beue volontieri. Gall. Qui boit volontiers. Hiſp. Qui ſe paſſa come papel. Germ. Das gern trincke, oder auffſuptfet.] Virg. ad Meſſal. Inuerſo bibulum reſtinguens lumen olino. Lumen enim bibit oleum, id eſt, ardendo conſumit. ¶ Vnde & bibulorum cognomẽ ductum eſt, & Bibula papyrus, quæ ſorbet atramentum. Lucanus, Conficitur bibula Memphitis charta papyro. ¶ Hinc fit Meribibulus, de quo alibi. ¶ Horat. paſſiuè dixit Bibulum Falernum:

Potores bibuli media de nocte Falerni.
Oderunt porrecta negantem pocula.

Biceps, Bicliuium, Bicolor, Bicornis, Bicorpor, Bicubitalis, Vide Bis.

Bilis, f. t. *χολή*. [Ital. Colera. Gal. Colere, fiel. Hiſp. Colera hyel. Germ. Die gall.] Nomen eſt commune duobus præcipuè humani corporis humoribus: quorum alter, qui calidus eſt & ſiccus, ab aureo colore Flaua bilis appellatur. Alter, qui frigidus eſt & ſiccus: quoniam nigræ fauillæ colorẽ imitatur, Atra bilis dicitur. Vtrũq; genus turſus in duas primarias ſpecies finditur: in naturalem ſcilicet, & non naturalem. ¶ Bilis flaua naturalis (quæ bilis appellationem ſibi peculiariter uendicauit) rurſus duplex eſt. Quædam enim apta eſt nutritioni, quæ unà cum ſanguine miſcetur in uenis: partim ut ille hoc ueluti uehiculo commodius penetret in uenas exiliores, partim ut alat partes naturæ ſuæ affines, hoc eſt, calidas & ſiccas. Deinde munere ſuo functa, quod reliquum eſt, unà cum ſudoribus foras effluit per poros. Hæc tenuis humoris permiſtione mutatur in bilem pallidam, quæ & ipſa à naturali quàm minimum recedit. ¶ Altera excrementitia eſt, & inepta nutritioni, quæ à ſanguine expurgata recipitur in ueſiculam bilis, quam *χολοδόχον* Græci appellãt, & inde proprio meatu in inteſtina delabens, deiectione ſtimulat, & tingit excrementa. ¶ Non naturalis iterum in quatuor diſtinguitur ſpecies, in uitellinam, *λεκιθώδη*, quæ fit ex bile pallida, acrimonia caloris non naturalis uſta: in porraceam *πρασοειδῆ*: in æruginoſam *ἰώδη*, & in eam quæ cæruleo colore glaſtum imitatur: unde *ἰσατώδης* à Græcis appellatur. Tres hæ poſteriores ſpecies potiſſimùm fiunt in uentriculo, ex alimentis acribus, ut porro, ſinapi, & ſimilibus: ex quibus primùm fit porracea bilis, deinde æruginoſa, & poſtremò cærulea. Nonnunquam etiam in iecinore ex uitellina uehementius uſta, ut accidere ſolet in morbis ardentiſſimis. ¶ Atra bilis & ipſa in Naturalem diuiditur, quam propriè *μέλαινα χυμόν*, id eſt atrum ſuccum, ſiue ſuccum melancholicum medici appellant, & Non naturalem: & Naturalis rurſus in aptam nutritioni, quæ miſcetur ſanguini in uenis, alitq; partes frigidas & ſiccas, oſſa ſcilicet, & cartilagines: & in Excrementitiam, quæ nihil aliud eſt quàm excrementum ſanguinis, quod à iecore lien ad ſe allicit eiusq; tenuiſſima parte alitur, reliquum per propriũ meatum (quẽ & Stomachum uocãt) in uentriculum regurgitãs, ut illum aſtringat & roboret: ubi munere ſuo functa, unà cum excrementis per inteſtina deiicitur. ¶ Non naturalis autẽ (quæ propriè Atra bilis dicitur) in triplici eſt differẽtia. Alia enim fit ex ſucco melancholico, putredinis aut caloris ui in cinerem quodammodo conuerſo. Alia ex bile uitellina, primùm in porraceã, deinde in æruginoſam, & poſtremò in cæruleã mutata. Alia ex pituita in uenis putreſcente, & uehementius uſta. Hæc tam exactè diſcutere, ad medici forſan officiũ magis attinebat: uerùm quoniam hic tam craſſè impegiſſe uidebamus, Dictionarii huius conſarcinatores, ut atram bilem eam eſſe traderent, quæ à ueſicula fellis excipitur: flauam autẽ bilem inteſtinorum uitium interpretarentur, uiſum fuit hæc paulò altius repetere, ut intelligerent uel rel medicæ imperiti, aliud eſſe ſpecioſis doctorum titulis lectori fucum facere, & putria ſalſamenta (quod dici ſolet) origano condire: aliud ex fumo lucẽ præbere, & præter ſummam fidem & diligentiam, iudicii etiã nonnihil ad opus aliquod afferre. ¶ Accipitur item bilis pro ira, quæ à bile excitatur. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. - Tantum maledicit utrique, uocando Hanc Furiam, hîc aliud, iuſſit, quod ſplendida bilis. ¶ Ineſt & formicæ & ſerpho bilis. *Ἐνεστι καὶ μύρμηκι καὶ ὄφει χολή*. Admonet adagium non eſſe contemnendũ inimicum quempiam, nec ullum temerè laceſſendum: quandoquidem nullum animal tam minutum aut imbecillum

qui d infestum nō excandescat ira. Quadrabit & in homunculos nullis præditos viribus, tamen vindictam molientes, Ita ut solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal non dissimile formicæ.

Bilioſus, a, um. In quo bilis abundat. χολώδης. [Ital. Colerico, chi facilmente si corruccia. Gall. Bilieux, colere, facile à courroucer. Hisp. Melancolico ò colerico. Germ. Zu dem vilgalleo, oder bitterkeit ist, zornmütig.] ut, Sanguis bilioſus. Sputum bilioſum, apud Coe. Cellium.

Bilis apud Afros appellatur ſemen humanum, humi profuſum. Feſtus.

Bilures. Lege Belures.

Biothānātos. [Ital. Vccisо violentemente. Gall. Occis violentement. Hisp. Matado ſuercoſamente. German. Der vnzeytig tod, der tod ſo mit gwalt einem anthon wirt.] βιοθάνατος, ex βία violentia, & θάνατος mors: id est, violenter mortuus: ut est, qui ferro, uel alia ui interficitur, & non ſua, id est, naturali morte moritur, quæ naturaliter contingit: & mors ipſa Biothanata dicitur, quæ per vim infertur. De qua intellexit Virgil. quum dixit: Nam quia nec fato merita nec morte peribat, Sed miſera ante diem. Scribit Lampрid. prædictum fuiſſe Heliogabalo ipſum Biothanatū futurū. Iul. Firm. Si luna, inquit, applicuerit ſe Saturno, deficiēs lumine, faciet matres biothanatas interire. Servius ait, Biothanatorum animas non recipi in originem ſuam.

Bis, adverb. Duabus vicibus. δίς. [Ital. Due fiate. Gall. Deux fois. Hisp. Dos vezes. Germ. Zwey mal.] Cic. de Amic. Bis unā Conſules. Plin. Ve alliquę bis die pariāt. Multa habet compoſita, de quibus modò dicemus.

Bi-ceps, itis, om. t. Qui habet duo capita. διπρόσωπος. [Ital. Coſa che ha due capi. Gall. Ayant deux testes, ou deux ſommitez. Hisp. Coſa que tiene dos cabecas. Germ. Zweykōpffig, dz zwey hōupter hatt.] Plin. lib. 10. cap. 62. Serpentes coëunt complexu, adeò circunvolutæ ſibi, ut non exiſtimari biceps poſſit. Cicer. n. de Diuinatione: Et ſi puella nata biceps eſſet.

Biclinium, n. ſ. Locus ubi duo lecti ſunt: ſicut Triclinium, ubi tres. Διπλίνιον. [Ital. Luogo douue ſtanno due letti. Gall. Chambre où il y a deux litz dreſſez. Hisp. De dos lechos ò meſas. Germ. Ein ort da zwey bett ſtond.] Eſt autem hæc dictio ex Latino & Græco compoſita: nam Bis Latinum eſt, & κλίνη Græcum, quod lectum ſignificat. Plaut. in Bacchid. In Biclinio cum amica ſua uterq; cubitum eatis.

Bicŏlor, adiectiuum, com. t. Duorum colorum. δίχρως. [Ital. Di due colori. Gall. De deux coleurs. Hisp. Coſa que tiene dos colores. Germ. Das zweyerley farben hatt.] Plinius libro 10. capite 52. Intus omne ouum uoluerum bicolor, Ouidius 11. Metamorph. Myrtea ſylua ſubeſt bicoloribus obſita baccis.

Bicornis, ne, Quod habet duo cornua. δίκερως. [Italic. Di due corna. Gall. Ayant deux cornes ou deux fourchons. Hispan. Coſa que tiene dos cuernos. Germ. Das zwey hörner hat.] ut, Bicorne ferramentum. Columel. lib. 10. cap. 1. Bicornes furcæ. Virgil. 1. Georgic. Exacuunt alii vallos, furcaſq; bicornes.

Bicorpor, διπλασιόσωμος. [Italic. Di due corpi. Gallic. Ayant deux corps. Hisp. Coſa que tiene dos cuerpos. Germ. Das zwen leyb hatt.] Omnis generis. Duorum corporum. Cic. 2. Tuſc. Hæc bicorporem affixit manum.

Bicubitalis, le, Quod duorum eſt cubitorum. δικύιος. [Ital. Di due cubiti. Gall. Qui a deux codes de long. Hispan. Coſa que tiene dos codos de medir. German. Das zwo elenbogen lang iſt.] ut, Bicubitalis caulis, Plinius libro 20. capite 13.

Bidental, n. t. Locus erat, aut ædificium fulmine tactum: ita dictum ab oue bidente, quæ ad prodigii procurationē à ſacerdote immolata, ibi ſepeliebatur. Horat. Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental Moverit incestus: certè furit, ac velut urſus. Nonius Marcel. Bidental dici vult, quòd binæ pecudes maſtarentur.

Bidentes, ſ. n. Quidam intelligūt oues, aut alia pecora, quæ per ætatē duos dentes altiores habent. Nam Higinus dicit: Quæ bidens hoſtia oportet dentes habeat octo, ſed ex his duos cæteris altiores, per quos appareat ex minore ætate in maiorē transcendiſſe. Alii hoſtias bimas, id est, duos annos habentes hoc nomine intelligunt, quòd in commentariis ad ius Pontificum pertinentibus legatur Bidentes primò dictas, d, litera ex ſuperfluo interiecta (ſicut in Redeo) ad hiatum duarum vocalium præcauendum. Ergo bidentes primæ dictæ ſunt, quaſi Biennes: poſtea autem vocabulo longo uſu loquendi corrupto, quæ prius Biennes dicebantur: poſtea bidentes ſunt dictæ. Vide Gell. lib. 10. cap. 4. Virg. 6. Aeg. Torſidem lectas de more bidentes. ¶ Item Bidens, ὄμμνον. Pollux, ubi περὶ τῶν γεωργικῶν ἐργαλείων, inſtrumentum rusticum foſſorium, quod duos dentes habeat. Iuuen. Viue bidentis amans, & culti uillicus horti.

Blax, com.t. *βλαξ*. [Ital. Troppo delicato, pazzo. Gall. Luxurieux, delicat. Hiſp. Luxurioſo, delicado, bono. Germ. Ein thor, düppel, vnflat.] Stolidus, mollis, delicatus, laſciuus, qui neſcit res diſcernere, & qui ſe inaniter iactat. Feſtus.

Blechnon, *βλέχνον* Dioſcoridi, Herba eſt notiſsima, quam Græci *πτερίδα*, Latini Filicem appellant. Vide Plin.li.27. cap.9.

Blechon, *βλῆχον*. Plinio ſylueſtre eſt pulegium, ſimile eſt origano, minoribus foliis quàm ſationum: quod à pecore guſtatum, balatum excitat: unde etiam literæ unius commutatione *βλῆχον* appellatum eſt *ἀντὶ τοῦ γλῆχα*, ſic enim Græci Pulegium uocant. Vide Plin.lib.20.cap.14.

Blennos, Stultos eſſe Plaut.in Bacchid. indicat, qui ait, Stulti, fatui, fungi, bardi, blenni, bucconeſ. Feſtus.

Blephăro, *βλεφαρώδης*, Dicitur ſupercilioſus homo, qui habet ſupercilia magna. Plaut. in Amph. Raptant pro mœchis Blepharo captus arbiter.

Bleſi, quibus extorſum ſunt eruræ, ſicut rhodi, quibus intorſum ſunt, author Poll.

Bléſus, ſeu Blæſus eſt, qui literam aliquam exprimere non poteſt, camq; non quamlibet, ſed certam. Budæus.

Bletes, ſpecies calceamenti dicta, quòd pedes offendat.

Blĭtŕi, *βλίτρα*, appellare ſolent Græci, offendentia præſertim pedes.

Blettus, Herba, Vide Blechnon.

Blitum, uel Blitus, uel Bletum, indifferenter dicitur Græcè & Latinè, erumpit ocyoſiſſimè blitum ſemen, ut bletæ, corticeum copioſum, racemoſumq; attriplici, radice non una craſſa in rectum tendente, ut betha & lapathon, & maxima pars olerum, ſed continua, multipliciſ, ac prolixa inſipidum & ſine acrimonia, duorum generũ habetur, rubrum & candidum. Nullum in morbis aut ſanitate uſum habet, in aliquibus tamen locis uulgari plebeculæ edendo eſt.

Blitum, *βλίτον* Dioſcoridi, *βλίτη* Suidæ. [Ital. Biedoni, blito. Gall. Blete. Hiſp. Bredos. Germ. Ein gattung fól oder mangolte.] Olus eſt betæ foliis, teſte Hermolao, iners, nulliuſque ſaporis aut acrimoniæ. ¶ Inde Blitcum dicitur, quod uile eſt & nullius pretii. Vnde apud Menandrum, teſte Plinio libro 10. capite 21. uxores per conuitium Blitæ uocantur à maritis, & apud Plautum in Truculento, Meretrix blitea.

B ante O

B.O. In notis antiquorum Bene, optimè. E N. E M. Bonorum emptores. B. P. Bona poſſeſſio, uel Bonorum poſſeſſor. B.P. Bona paterna. B.P C. Bona pecunia. B.P. Bonum publicum, uel Bona paterna, uel Bonorum poteſtas. B.Q. Bona quæſita.

Boa, æ, Serpentis genus eſt, quod in miram magnitudinem excreſcit: ita dictum, quòd lactis bubuli ſucco primùm alatur. De hac ſic ſcribit Plinius libro 8. cap. 14. Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ, in tantam magnitudinem excuntes, ut diuo Claudio principe, occiſæ in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primò bubuli lactis ſucco: unde & nomen traxêre. Hæc ille. ¶ Eſt etiam Boa morbi genus, quum corpora pabularum multitudine rubent, à ſimo bubulo, cuius litu maximè tollitur, ita dictum. Plin.lib.28. cap.18. Boas ſimus bubulus abolet: unde & nomen traxêre. Idem lib.20.cap.11. Ebuli folia contrita, & è uteri uino impoſita, boam ſanant: id eſt, rubentes pabulas. Creditur hic morbus eſſe, qui pueros præcipuè infeſtat, quẽ Rubellam uocant.

Boalia, Boarios, Vide Bos.

Boaria, lappa, Herba nota, cuius radix è uino pota, articulis mirificè prodeſt.

Bŏcat, inquit Feſtus, Genus piſcis, à boando, id eſt, clamãdo, appellatum. Hæc ille. *βῶκες* (ut ex Speuſippo annotauit Hermolaus) ſunt leucomænides, hoc eſt, mœnæ candidiores, quas nos Girros, ſiue Girrulos uocamus.

Bodellion, neutr. ſ. (quod hic perperam legebatur, ut pleraque alia ex Bruntelſii Onomaſtico huc translata) Vide Bdellion.

Bœotius, a, um, adiectiuum. Cicer. 1. de Diuin. Quod & ſomniantibus ſæpe contingit, & nonnunquam uaticinantibus, ut Bacis Bœotius, & Epimenides Cres. ¶ Bœotia auris, *βοιώτειον οὖς*. In pingui iudicio hominem quadrat. Bœotorum

rum ſtoliditas complurib⁹ prouerbiis locum fecit. Simillimum illi, Auris Batana. Diogenianus meminit Adagii. ¶ Bœoticum ingenium, *βοιωτικὸς νοῦς*, pro ſtupido & ſtolido. Quicquid enim inſulſum eſſet ac ſtolidum, id Bœoticũ dicebatur. Lucianus in Ioue Tragœdo: *Ἀγροικόν τοῦτο ἔργον καὶ ἀληθῶς βοιωτικόν*: id eſt, Iſtud quod dixiſti prorſus agreſte eſt, & vehementer Bœoticum. Horat. in Epiſtol. Bœotum in craſſo iurares aere natum. ¶ Eundem ſenſum habet, Bœotica fas, *ἡ βοιωτία νύξ*. Veteſtiſſimum adagiũ. Qui enim priſcis temporibus Bœotiam regionem incolebant, *ἄγριοι* appellabantur, gens barbara & agreſtis: proinde qui dam depraua⁹ uoce, pro *ὕαγρας*, *ὕας*, id eſt, ſues appellabant. Idq; ſcomma ceſſit in prouerbium. ¶ Bœotica cantilena *βοιωτιακὸν νόμον*, dicebatur ſi quibus rerum initia tranquilla ac proſpera fuiſſent, poſteriora turbulenta ac triſtia. Narrat ex hiſtoria: nam Bœotii primùm liberã ac pacatam agebant uitã: deinde mortuo Lato in varias calamitates incurrerunt, ut illorum cantilena à lato ioitio in luctum deſiſſe uideatur. Citatur à Zenodoto. ¶ Bœotica ænigmata, *βοιωτικὰ αἰνίγματα*, dicebantur obliquè atq; obſcurè dicta, quæq; perdifficilè percipi poſſent.

Bœotus, a, um, adiect. Ouid. 12. Metam. Bœotiq; tellus Aulide pręcola puppes tenuiſſet ituras.

Boethi, *βοηθοί*. [Ital. Coadiutori. Gall. Qui donnent ayde, ſecourables Hiſp. Los que ayudan, ayudadores. Ger. Ein mit helffer.] à Græcis adiutores dicuntur, *ἀπὸ τὸ βοηθεῖν*: hoc eſt ab adiuuando. Vnde Scribarum adiutores Boëthi uocantur ab Imperatore in l. Vsicuique. Cod. de Prox. ſacr. ſcrin. Hinc etiam Seuerin. Boëthius dictus eſt, non Boëtius, ut uulgò ſcribitur.

Boiæ, arum, *βοῖαι*, Genus uinculorum tam ligneorũ quàm ferreorum, teſte Feſto, ſeu torquis damnatorum, quòd quaſi iugum in boue ſit. Plaut. in Aſin. Carceres, numellas, pedicas, boias, torresq; acerrimos.

Bolbiton ti, *βολβίτου*. [Ital. Letame di bue. Gall. Fiens de bœuf. Hiſp. Eſtiercol de buey. Germ. Rinder miſt, kũ miſt.] Græcis ſimum ſignificat, & propriè bubulum: unde Imbui bitare dictum putat Feſtus, pro eo quod eſt, puerili ſtercore inquinare. Plin. lib 28. cap. 17. Fimi ceruini, maximè ſubulonis, ſed & bubuli. de armentiis loquor (quidam Bolbiton uocant) cinis, cochlearium trium in mulſi hemina bouis heminæ in mulieribus efficax, & ex altero ſexu in uiris.

Bolenia, ſ. p. Gemma, quæ nimbo inuenitur glebæ ſimilitudine. Plin. lib. 37. cap. 10.

Bolętus, m. ſ. *βωλίτης*. Aegineæ genus fungi: inter omnes õptimi: de quo abundè Plin. lib. 22. cap. 22. Iuuen. Vilibus abſcpites fungi ponẽtur amicis Boletus Domino, ſed qualem Claudius edit.

Bolis, idis, ſ. t. *βολὶς*. [Ital. Dardo. Gall. Vn flambeau comme vn dard apparoiſſant en l'air. Hiſp. El tiro, que ſe lança ò embia. Germ. Ein ſchäfelin, ein pfyl.] A Græcis dicitur Haſta miſſilis, iaculum: *παρὰ τὸ βάλλω*, iacio. Ad cuius ſimilitudinem faces quædam igneæ bolides uocantur, quæ in ſupremo aeris regione gignuntur. Plin. lib. 2. cap. 26. Duo genera earum: lampades uocant, planè faces: alterum bolidas, quæ in Motinenſibus malis uiſum eſt. Diſtant, quòd faces neſtu longa faciunt, proiire ardente parte: bolis uerò perpetuo ardens, longiorem trahit limitem. ¶ Bolis *λιθοπώματος μολίβδου*. [Ital. Vn piombo ò peſo legato ad una corda per trouare & caſtare il fondo della aqua. Gall. Vn poix attaché à une corde, qu'on iette en la mer pour ſauoir ſi on eſt loing ou pres de la terre, vne ſonde. Hiſpan. La ſolda ò ſonda para medir el agua. Germ. Ein blũmlotz an ein ſchnur gebunden, mit dem man die tieffe des meers ergründet.] etiam eſt terræ diculum nauticum: hoc eſt, funis cum plumbeo aut ferreo pondere annexo, quo nauæ maris altitudinem explorant. Horũ meminit Lucas in Actis Apoſtol.

Bŏlis, penult. product. *βῶλος*. [Ital. Boccone. Gall. Vn mouceau, vne bouchée. Hiſp. Pedaço ò parte delo entero. Germ. Ein ſtuck von einem jeden ding.] Cuioſq; rei fruſtum: unde Bolum terræ, glebam dicimus: Bolum argenti, maſſam argenteam. Terentius in Heautont. Crucior, bolum tantum multi ereptum tam ſubitò è faucibus. Quod dici ſolet, inquit Eraſmus in Chiliadibus, quoties cõmoditas, quæ iam propemodum tenebatur, inopinatò præripitur: translationes (ut ait Donatus) ab animalibus ſumptæ, quibus auferetur præda. ¶ Ne bolus quidem relictus, *Οὐδ' ἴγμαρ ἐλλείπειν*: hoc eſt, nec uel pauxillum. ¶ Tribus bolis. Plaut. in Curcul. Si uis tribus bolis, nelim clamydem. Tribus bolis dixit, pro compendiò, quaſi tribus uerbis. Nam bolum Terentius accipere uidetur pro eo quod Græci uocant *βλωμόν*. Quod autem continuò deuorator, tribus bolis eſſe dicitur. ¶ Bolus autem penultima breui, iactum ſignificat, uel rete ipſum piſcatorium, quod Fundam uocamus, Plautus in Rudent. O Neptune lepide, ſalue. Nec te aleator ullus eſt ſapientior: profectò Nimis lepidè ieciſti bolum, periurum perdidiſti. Verba ſunt Trachalionis ſerui ad Neptunum exiſtimantis leonem naufragio periiſſe. Perdere autem, perimere & euerrere interdum ſignificat: unde iocus reſultat. Aleatores enim & piſcatores bolum iaciunt. Perdidiſti igitur Neptune hominem perditiſſimum, id eſt, leonem maximè perdendum, propteres Neptune aleam pulchrè leciſti, pulcherrimum iactum feciſti. Hæc ex Budæo in Pandectis.

Bolus Armenia, *βῶλος ἀρμενία*, Gleba eſt terræ, quæ inuenitur in ea Armeniæ parte, quæ Cappadociæ contermina eſt, colore ochræ, miram ad deſiccandum uim habens. Hæc hodie apud nos admodum rara eſt inuentu. Nam quam Sepia fictili hodie pro bolo Armenia uendunt, aut ex Hiſpania, aut ex Normannia aduehitur, penè ad rubricam accedens.

Bombax, A' ueteribus uſurpatum eſt pro aduerbio contemnentis, uel negligentis. Plaut. in Pſeud. Fur. B. babæ. P. fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. planiſſimè.

Bombilo, Bombilatio, Vide Bombus.

Bombina, Lege Bembina.

Bombochylon, mandragora apud Dioſcoridem libro 4. capite 79.

Bombus, m. ſ. *βόμβος*. [Ital. Ribumba. Gall. Son de trompette, qui n'eſt cler, ou bourdonnemẽt de mouches à miel. Hiſpan. Zumbido, ò ſonido ronco. German. Der bomb, oder das brommlen einer trommeten.] Sonus tubarum tanquam, nec ualde acutus: uox mixta ab ipſo ſonitu, ſicut mugitus boum. Perſius, Torua Mimalloneis implerũt cornua bombis. ¶ Eſt etiam Bombus ſonus apum.

Bombilo, las, n. p. penultima correpta. *βομβέω*. [Ital. Ribumbare. Gall. Bourdonner ou bruire comme font les mouches à miel. Hiſpan. Zumbar como las abeias. Germ. Rauſchen, oder brumen wie die ymmen.] eſt bombum emitto, & propriè eſt apum. Autor carminis de Philomela, Bombilat ore legens munera mellis apis.

Bombilatio, f. t. Sonus apum *βόμβος*.

Bombylius *βομβύλιος*, Apis quoddam genus obſtrepetum, à bombo, quem edit, appellatum: ingens, ſed ad mellificium inutile: fauos ſibi nectit è luto. Hinc prouerbiali figura, Homo bombylius, *βομβύλιος ἄνθρωπος*, dicitur uerboſus, multiq; ſtrepitus, cæterum inutilis.

Bombylis, Vermis genus eſt ex quo necydalus, & deinde bombyx procreatur. Plinius libro 11. cap. 22. Eſt & alia bombycum origo è grandiori uermiculo, gemina protendens ſui generis cornua. Hi erucæ ſunt. Fit deinde, quod uocatur Bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in ſex menſibus Bombyces.

Bombyx, maſc. tert. *βόμβυξ*. [Ital. Verme da far la ſeta, bigatto. Gall. Ver à ſoye. Hiſp. Guſano de la ſeda ya perfecto. Germ. Ein ſeyden wurm.] per y. Vermis genus eſt ſimilis erucæ, qui apud Indiam Aethiopicam, & Seres in aranearum morem tenuiſſima fila ducit ad ueſtem faciendam. Primùm bombylis, deinde necydalus, demùm bombyx appellatus. De hoc Ariſtoteles & Plinius ferè idẽ tradunt. ¶ In ſex menſibus bombyces telas araneorum mundè texunt, ad ueſtem luxumq; fœminarum, quæ bombycina appellantur. Primò eas in filum torquere, & rurſus texere inuenit mulier Pamphila Latoi filia.

Bombycina, orum, n. ſ. *βομβύκια*. Veſtes ſunt tenuiſſimæ, ex bombyce confectæ. Martial. Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus.

Bombycinus, a, um, pen. cor. *βομβύκινος*. [Ital. Fatto di ſeta. Gall. Fat de ſoye de vers. Hiſp. Coſa de ſeda ò de ſirgo. Germ. Seydenwaat, ſeydenmeel, was auß der wurm seyden gemacht iſt.] Quod ex bombyce eſt confectum: ut, Panniculus bombycinus apud Iuuen. Saty. 6. Quarum Delicias & panniculus bombycinus urit.

Bōmŏlŏchus, pen. corr. βωμολόχος, Dictus eſt apud Græcos, qui facilis, atq; idem homilis, omnia loci gratia perfert iocando, cauillandoq;, quales apud nos Scurræ appellantur, qui ut ſumptuoſioribus cœnis interſint, à nullo ſcurrilitatis genere ſe continent. ¶ Sed proprie qui altari inſidiantur ut furẽtur oblata, quaſi περὶ τὸν βωμὸν λαχόντες. Vide Cœl. Rhodig. Antiq. lect. lib. 10. cap. 6.

Bona caduca, Bona dea, Bonæ fidei poſſeſſor, Bonæ frugi hominem, Bona hæreditaria, Bona uenia, Boni conſulere. Vide Bonus.

Bonariam (Cæſar μαλακτίαν, Malaciam) matris tranquillitatem uulgus mali ominis uitandi gratia nominat, cum fluctus quieſcunt.

Bŏnaſus, βόναξ, pen. prod. Fera eſt, quæ, ut ſcribit Ariſtoteles, in monte Meſapo, qui Pæoniæ ac Mœſiæ limes eſt, inuenitur, cuius meminit & Plin. lib. 8. cap. 15. Habet caput taurinum, corpus uerò & iubas equi: latiore tamen corpore eſt quàm bos, ſed pilo molliore quàm iuba equina, & compoſitiore, color pili totius corporis flauus, iuba prolixa & ad oculos uſq; demiſſa. Cornua aduncа, multo flexu in ſe recuruata, & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: nocem ſimilem boni emittit: caret ſuperiore dentium ordine, crura hirſuta habet, & pedes biſulcos. Ab Aeliano Monops appellatur. Meminit eius & Solinus, qui circa Lydiam & Phrygiam bonaſum naſci tradit.

Bŏnus, na, num. Dicitur qui opponitur malo. ἀγαθός. [Ital. Buono. Gall. Bon. Hiſp. Coſa buena generalmentè. Germ. Gůt.] Cic. 1. Offic. Vir bonus innumerabilibus officiis & laudibus continetur. ¶ Bonum abſolutè à Philoſophis appellatur, quod ſui cauſa expetitur. Vnde Ariſtoteles τ' ἀγαθόν: hoc eſt, bonum appetitus ſenſitiui obiectum facit. Idq; duplex eſt, Verum & Apparens. Voluptas enim corporis tanquam bonum expetitur, non quòd re uera bonum ſit, ſed quòd eiuſmodi appareat. Summum autem bonum appellabant, quod eſſet rerum omnium expetendarum extremum: quod Stoici in uita naturæ conueniente, Epicurei in animi uoluptate, ſiue indolentia, Cyrenaici in uoluptate corporis, alii aliis in rebus collocabant. Peripatetici triplicia conſtituunt bona, animi, corporis, & fortunæ. Quò fit, ut opes & facultates à noſtris etiam Bona, ὐσία, χρήματα appellentur. Cic. pro Cecin. Ad incertum reuocari bona, fortunas, poſſeſſiones q; omnium. Idem in Topicis. Mulier, cui uir bonorum ſuorum uſumfructum legauit. ¶ Bonum item dicitur, quod exequitur officium ſuum, quodque actiones ſuas probè obit. Hinc ſi uirum bonũ dicimus: intelligimus probum: ſi bonum militem, fortem: ſi bonũ Imperatorem, prudentem: ſi bonum Grammaticum, literatum: ſi bonum Oratorem, facundum: ſi bonum Iudicem, iuſtum. Sic econtrario, Malum generale eſt nomen, & turpia ſimul, & detrimentoſa complectens. Vnde malum uirum dicimus flagitioſum: malum militem, imbellem: & ſic de reliquis. ¶ Ali quando Bonum ſumitur pro bonitate: ut quum dicimus, Ex æquo & bono iudicare. ¶ Aliquando pro magno. Salluſtius, Bona pars militum inde diſceſſerat. ¶ Aliquando pro non uili, quia (ut Donatus ait) Boni non ſunt uiles. Terent. in Phorm. Illam ciuem eſſe Atticam bonam, bonis progna tam. ¶ Aliquando pro utili: ut, Bonum eſt pecuniæ parcere. ¶ Item pro otio & quiete: ſicut Malum pro labore. Seneca, Delicatus, & bono ſemper aſſuetus. ¶ Item pro miti & fauente. Statius, - Tu corda parumper Huc aduerte libens, atq; has bonus accipe uoces. ¶ Item pro polchro: Vnde forma, apud Terent. in Andr. ¶ Item pro apto & idoneo. Virg. 2. Georg. - Et bona bello Cornus. ¶ Item pro docto. Horat. Quandoq; bonus dormitat Homerus. ¶ Bona caduca, Facultates quæ hæredem non habent, uel quæ non habent firmitatem, quales ſunt res damnatorum. ¶ Bona dea, quam ueteres Faunam, ſiue Fatuam, ſiue Sentam dixêre, ἀγαθὴ θεός. Hanc Varro ſcribit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illam, dum uixit, præter uirum, mas uiderit, nec nomen eius audierit, propter quod illi in operto mulieres ſacrificabant, & Bonam deã appellabant. Vide Alexand. ab Alexand. lib. 6. cap. 8. ¶ Bonæ fidei poſſeſſor, eſſe uidetur, qui rem poſſidet non ſuam, quam tamen ſuã eſſe putat, & cum qui uendidit: ius uendendi habuiſſe: putà procuratorem, aut tutorẽ fuiſſe. ἐπίτροπον ἐπιτηδεῖον. Contrà uerò Malæ fidei poſſeſſorem dicimus, qui nec rem ſuam poſſidet, & eam ſcit ſuam non eſſe. ¶ Bona fides, ἐπιείκεια, χρηστότης: & Bona fide, ἀναπλεκόμενος. ¶ Bonæ frugi hominem, dicimus cum laudamus: hoc eſt, utilem & bonũ. χρηστόν. Apul. lib. 4. Statui iam dolis abiectis aſinũ me bonæ frugi dominis exhibere. Hæc loquendi formula uetus admodum uidetur, & penè obſoleta: frequentius tamen apud Plaut. & ueteres luſiſconſultos occurrit, quàm ut librariorũ culpæ debeat aſcribi. Illud tamen dubium non eſt, ofitatius dici Bonæ frugis hominẽ, quàm Bonæ frugi. Ad bonam frugem redire: hoc eſt, ad bonos mores, probitatẽq;. Reliqua olde infrà in dictione Frugi. ¶ Bona hæreditaria, ex patrimonio prouenientia. ἰδιάρρυτα. ¶ Bona uenia, Dicimus quod eſt ſine ira, ſine indignatione. ἵλεως καὶ πρᾶος. Terent. in Phorm. Adoleſcens, primùm abs te bona uenia peto. ¶ Boni conſulere: hoc eſt, Benè ſtatuere, in bonã partẽ, ut aiunt, accipere. εὐγνωμονεῖν. [Ital. Pigliare in buona parte. Gall. Prendre en bonne partie. Hiſpan. Tomar en buena parte. Germ. Für gůt auffnemmen.] ¶ Boni ad bonorum conuiuia ultrò accedunt, Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν: id eſt, ſponte bonis mos eſt conuiuia adire bonorum. Hexameter prouerbialis, tũc uſurpandus, ubi uir bonus fiducia uirtutis & amicitiæ, quæ generalis inter omnes probos intercedit, ad ſui ſimilem accedit, non expectatis uulgaribus iſtis inuitatiunculis. ¶ Bona Cilicon, Ἀγαθὰ Κιλικῶν. Subaudiendum facis, aut habet. Conuenit ubi quis malefactis ac fœdis artibus ſibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cillicon quidam, natione Mileſius, qui prodita Prienenſibus Mileto patria ampliter quidem, ſed fœdè ditatus eſt. Is quum proditionem moliens rogaretur quid'nam eſſet facturus, reſpondit, πάντ' ἀγαθά, id eſt, omnia bona. ¶ Ego ex bono in bonũ traductus ſum, Ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ ἰατροῦ εἰς ἰατρὸν μετέπεσον. Suidas indicat dici ſolitum de iis, qui bonũ inſtitutum bono commutarunt. Innuit autẽ natum à quodã, qui ex bono citharœdo factus ſit poeta tragicus. ¶ Bonum malum ſit tempore haud datum: ſuo, ἰατρὸν τὸ παλὸν, ἤν τι μὴ ἐκαιρῷ τύχῃ. Nihil gratũ quod intempeſtiuum. Pharmacum in tempore datũ ſaluti etiam ſecus datum, mortem affert. ¶ Bonorum myrmecia, ἀγαθῶν μυρμηκιά. De immẽſis opibus: nã Myrmecia Græcè ſignificat cauernam aut agmen formicarum. ¶ Eodem ſenſu dicimus, Bona terræ, τὰ τῆς γῆς ἀγαθά, de bonis & immenſis, & omnigenis: quaſi dicas, quicquid terra progignit, omnium rerum parens.

Melior, & hoc melius, Comparationum à Bonus. ὁ καὶ ἡ ἀμείνων, βελτίων, καὶ τὸ ἀμεῖνον, λῷστος βέλτιον. [Ital. Migliore. Gall. Meilleur. Hiſp. Meior.] Cic. Attic. Hirtium per me meliorem fieri uolunt. Idem pro Flacc. Phrygem plagis fieri meliorem. Idem de Aruſp. meliore loco eſſe. Deteriore ſtatu eſſe, contrario.

Melioreſco, is, Melior fio. βελτιῶμαι. [Ital. Diuenir migliore. Gall. Deuenir meilleur. Hiſp. Meiorarſe. Germ. Beſſer werden, ſich beſſeren.] Colum. lib. 1. cap. 10. Napus deueram amat & ſiccam, tenuiq; propiorem terram, atq; fabulofis, glareoſiſq; aruis melioreſcit.

Optimus, Superl. eſt à Bonus. ἄριστος, λῷστος, βέλτιστος. [Ital. Ottimo, perfetto. Gall. Treſbõ. Hiſp. Muy mucho bueno, perfecto. Ger. Der aller beſt.] ¶ Optimo iure prædia eſſe dicũtur, eſſe immunia prorſus ſunt: id eſt, ut nũc loquuntur, alaudialia. Cic. de Lege agr. Optimo enim iure ea ſunt profectò prædia, quæ optima conditione ſunt. Quintilianus in Proœm. lib. 1. Optima facere quàm promittere maluerunt.

Optimè, aduerb. ἄριστα, λῷστα, μάλιστα, πάνυ εὖ. [Ital. Ottimamente. Gall. Treſbien. Hiſp. Muy bien. Germ. Gar wol, zů dem aller beſten.] Cic. ad Q. Fratr. Si perficiunt, optimè, ſi minus, &c. Idem Epiſt. Fam. Sed hæc tu melius uel optimè omnium. ¶ Ponitur aliquando pro opportunè. Terent. in Eunuch. Adeſt optimè frater.

Optĭmĭtas, atis, Vtilitas, commodum. ἐυχρήστημα. [Ital. Vtilità, commodo. Gall. Vtilité, commodité. Hiſpan. Prouecho. German. Nutzbarkeit, Fomlicheit.] Plaut. Maximas optimitates, gaudioq; offertiſſimas Suis heris ille unà mecum pariet.

Optimas, huius optimatis. communis gen. οἱ ἄριστοι, οἱ ἐν τῶν ἀρίστων ἐπιλεγόμενοι. [Ital. Primai, nobili. Gall. Les principaux d'vne communauté, les plus nobles perſonnages. Hiſp. Hombres buenos y nobles. Ger. Der höchſt, fürnembſt, oberſt.] Optimates dicũtur, ut ait Perottus, qui prã mũ in ciuitate locũ tenẽt: uel quòd opulentiores ſunt, & in maiori

maiorſ terſa, uel quòd in primis opem ferre poſſunt oppreſſis Cicero pro Seſtio ſic dicit: Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt eorum qui uerſari in Republ. atq; in ea excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe uoluerunt. Qui ea quæ faciebant, quæq; dicebant, iucunda uolebant eſſe, populares. Qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuiq; probarentur, optimates habebantur. Ibidē: Omnes optimates ſunt qui neq; nocentes ſunt, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti. Præterea in 5. Optimates ſunt, qui defendunt Senatores: populares, qui defendunt populum. Cic. Attico lib. 10. Vide, ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit eligas. ¶ Optimates matrōnæ. Cic. ad Trebat. lib. 7.

Bellus, a, um, per duplex ll. diminutiuū eſt à bonus *λωψίτ.* [Ital. Bello, buono. Gall. Bon, beau, gentil, honneſte. Hiſp. Bello y bueno. Germ. Güt fein lieblich.] Varro, Ita tū eris bellum geras, ut bella omnia domum auteras: id eſt, bona omnia. Idem, Venio nunc ad ultimum teſtamentum, quod dicitur Phyſicon, in quo Græci belliores, quàm Romani ſunt. ¶ Et quoniam bonum quandoq; pulchrum ſignificat, (ut apud Terentium, Forma bona fortaſſe.) Bellum quoq; pro pulchro accipitur: ut, Bellus puer, Bella puella, Bellum corpus. Martial. Bellates, nouimus, & puellarum eſt. Hinc Belli homines alii quando boni & prudentes: aliquando ſordidi atq; elegantes, & feſtiui dicuntur.

Bellior comparatiuum, de quo paulò antè citauimus ex Varrone: cuius nonum *λωψ. τερ.*

Belliſſimus, ſuperlatiuum, Idem ſignificās quòd optimus, uel pulcherrimus, *κομψοτάτ.* Terent. Adelph. Ego iam proſpectum mihi, atque unum quodq; quod erit belliſſimum Carpam.

Bellulus, a, um. Vocabulum blandientis eioſdem ſignificantiæ cum Bellulus. Plautus, Cur ergo non imus cubitum bellula bellatula?

Bellus, a, um, Diminutiuum formatū à bellus, Idem quod pulchellus. Plaut. in Mil. Ascepoli equidē bellula es. A quo aduerb. bellulè. Plaut. Nam nutrus bellulè ſe habet.

Bellulus, a, um, diminutiuum formatum à Bellus. Idem quod pulchellus. *λωλλίαν, ὑπόκλαλ.* [Ital. Bellino. Gall. Joliet, tout gētil. Hiſp. Bello vn poco. Ger. Ein fein hüpſch, fein, holdſelig.] Plautus in Milit. A depol equidem bellula es, A quo aduerbium Bellulè. Plautus, Nam nutrus bellulè ſe habet.

Bellulus, a, um, adiect. Idem quod Bellulus. Plaut. in Rudent. Hem tibi aquā mea tu bellula. Sunt tamen qui hoc in loco bellula legēre malint, quàm Bellata.

Belle, aduerb. Idem quod pulchrè. *λαλῶς.* [Ital. & Hiſp. Bellamente. Gall. Gentiment, coliement, bien. Ger. Wol, fein.] Plaut. Trucul. Qui ſtat buccas tam bellè purpuriſatas habeat. Dolabella Ciceroni: Terentia minus belle habuit: ſed certum ſcio iam conualuiſſe eam. Cic. Terentiæ: Belliſſimè te mecum, uel in noſtris prædiis eſſe poteris.

Bellicrudo, inis. Ornatus, pulchritudo. Feſtus. *λαλάγ.ſε.*

Bellitas, tatis. Capitur pro uirtute & honeſtate, atque iuſtitia. *ἀγαθότης* [Ital. Bontà. Gall. Bonté. Hiſpan. Bondad. Germ. Gütigkeit, güte [Cic. 1. Offic. Quum enim fidē aliqui boni tacitoq; laudant, dignum eſſe diuinent, qui cum in tenebris eſſent. Huic contraria eſt malitia. Frequentius tamen Bonitas pro benignitate, & quadā ingenii ſimplicitate ponitur. Plenus, Bonitas & ſimplicitas uoxoris, Malitia econtrariò prouerſurias: unde Malitioſum, callidum ac uerſutum dicimus. Cicero, Virtutis contraria eſt uitioſitas: ſic enim malo, quàm malitiam, appellare, quam Græci *κακίαν* appellant. Nam Malitia certi cuiuſdam uitii nomen eſt, Vitioſitas omnium. ¶ Eſt & alia Bonitas, non ex induſtria, ſed ex natura proficiſcentes. Idem in Offic. Quæ & bonitate ingenii multi adſequuntur, id eſt, excellentia & dote ingenii. Huic ſimiliter contraria Malitia eſt. Plinius, Quod modo cuiq; modò tota malitia facit.

Bene, aduerb. Ital. Bene. Gall. Bien. Hiſpan. Bien ò buenamente. Germ. Wol.] Aduerbium, à bonus formatum. Terent. in Andr. O factum benè. ¶ Aliquando ponitur pro commodè aut. Benè habito. Cic. 2. Offic. Domus bene & ratione ædificata. ¶ Interdum feliciter ſiue proſperè. Cic. 1. de Diuin. Quæ autem deorum inconſtantia eſſet, primus nimentur eam bene promittant ſecundis? ¶ Nonnunquam pro nimis. Idem de Lege agrar. contra Rullum: Adoleſcens non minus benè nummatus, quàm benè capillatus. Idem, de Oratore, Habetis ſermonem benè longum. ¶ Bene cogitare, *εὐφρονεῖν*, uel malè cogitare, *κακὰ φρονεῖν*, referuntur ad alterum, ſignificantq; beneficium, aut perniciem. Plinius, Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem & liberaliorem reddes. Cic. de Senect. Carthaginem diu malè cogitantem non prius timere deſinā, quàm exciſam cognouero. ¶ Bene de te mereor, *εὖ πάσχω*, id eſt, bona in te contero, aut bene tracto. ¶ Bene uertere, *κακῶς φέρεσθαι*, Eſt in utilitatem uertere: ſicut Malè uertere, eſt in perniciem. Bene uolo tibi, amo. *εὐνοικῶς ἔχω εὐνοίᾳ.* Hinc Benevolus, *εὐνοικὸς*, & bene uolentia, quæ eſt inclinatio animi cum deſiderio benefaciendi.

Benēdico, act. c. *εὐλογέω, εὐφημῶ.* [Ital. Laudare, benedire. Gal. Bien dire d'aucun, le louer, en parler en bien. Hiſpan. Dezir bien de alguno. Germ. Güts reden, loben, ſegnen.] Bene loquor, duæ ſunt ſeparatæ dictiones: & conſtruitur cum dativo. Cic. pro Seſt. Cui bene dixit unquam bono? bene dixit imò quem, &c. Nonnunquam una eſt dictio, quæ in ſacra Scriptura accipitur pro laudo, quod non temerè inuenias apud ueteres, teſte Valla lib. 1. cap. 11.

Benedicta, *εὐφημίαι*, Bona uerba, placida, & benevolentia plena: quibus opponuntur Maledicta. Terent. in Phorm. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. ¶ Bene dicta etiā diuiſis dictionibus dicimus, pro iis quæ commodè, prudēter, & appoſitè dicta ſunt. Cic. de Nat. deor. lib. 2. Bene dicta, malè interpretari. Idem de Claris Orat. Philoſophia maret omniū bene dictorum, benequè factorum.

Benedicè, pen. cor. aduerb. *εὐφήμως* Plaut. Aſin. Aliam, atque olim, quam illiciebas blandè ad te & benedicè.

Benedicus, ca, cum, *χρηστολόγ.* Qui benedicit, & laudat, & quo aduerbium.

Bēnēfā. ſo, n. r. Rectè, & quæ me decet, facio *καλῶς πράττω.* [Ital. Ben fare. Gall. Faire bien, faire du bien. Hiſp. Bien hazer. Germ. Wol thun, oder bemeyſen.] Terent. in Eunuch. Benefacis, meritò te amo. Vbi Donatus, Benefacis, non indicantis, ſed gratias agentis eſt. ¶ Benefacio cum dativo, eſt beneficium in aliquem confero, de aliquo bene mereor. Cicero 2. de Inuentione, Ab iis quibus beneferimus malè tractari.

Benefactum, n. ſ. ſubſtantiuum, Beneficium. *εὐεργέτημα.* [Ital. Ben fatto, beneficio. Gall. Bien fait, benefice. Hiſpan. El bien hecho, ò beneficio. Germ. Ein gütthat.] Liuius 3. belli Punici. Reſpondit, nū plura per annos quinquaginta bene facta Hieronis, quàm paucis his annis maleficia eorum, &c. Cic. 1. Officior. Benefacta malè collocata, malefacta arbitror. ¶ Bene facta item diuiſis dictionibus dicuntur, quæ rectè atque ordine geſta ſunt. Idem 4. Tuſcul. Omnia enim benefacta in luce ſeu collocari nolunt. Idem de Senect. Multorum benefactorum recordatio iucundiſſima eſt.

Benefīcus, m. ſ. Liberalis, qui beneficium præſtat. *εὐεργέτης.* [Ital. Benefico, chi fa beneficio. Gall. Liberal, qui fait uolontiers plaiſir & ſeruice. Hiſpan. Bien hechor y franco. Germ. Gütthätig, der geneigt iſt güts zů thun.] Cicero primo de Natura deorum, Vt enim omittam uim & naturam deorum, ne homines quidem ceſſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos, & benignos fuiſſe. ¶ Comparatiuum habet, beneficentior & ſuperlatiuum beneficentiſſimus. Cicero. ibidem, Iupiter optimus, id eſt, Beneficentiſſimus. ¶ Legitur tamen & Beneficiſſimus apud antiquos: ut apud Marcum Catonem, De Ptolemæo rege optimo & beneficiſſimo.

Bēnēficiārius, m. ſ. Qui beneficium accepit *εὐεργέτης.* [Ital. Quello che ha riceuuto beneficio. Gall. Qui a receu plaiſir ou bienfaict d'autruy. Hiſp. El à quien ſe da el beneficio. Ger. Der güthat en empfangen hat.] Vnde à ueteribus Beneficiarii dicti ſunt illi, quos Imperator ſuo beneficio promouiſſet in militia. Cæſar libro 1. belli Hiſpanici, Petreius uerò non deſerit ſeſe, armat familiam: cū hac, & Prætoria cohorte certamē init, barbaroſq; equitibus paucis, beneficiariis ſuis.

Beneficium, n. ſ. Meritum *εὐεργέτημα.* [Ital. & Hiſp. Beneficio. Gal. Benefice. Germ. Ein güthat.] Cic. Plancio lib. 10. Quod ſi erit factum, & Reſpub. diuino beneficio affecerit, & ipſe æternam gloriam conſequēre. Terent. in Eunuch. Vt ſolidem parerem hoc mihi beneficium Chærea. Ibidem, Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Beneficentia, æ, f. g. Benignitas, beneficiorum collatio. *εὐεργε-*

τία. [Ital.

εἶα. [Ital Beneficenza. Gall. Largeſſe, liberalité, vouloir de bien faire à quelqu'vn. Hiſpan. A quella obra de bien hazer. Germ. Gůtthätigkeit.] Cic. de Nat. deor. Quid eſt melius aut præſtantius bonitate aut beneficentia?

Bĕnĕuŏlens, Idem eſt quod benevolus. Plaut. in Capt. Ecquem alium benevolentem videris. Idem in Mercat. Non ſum moleſta, ſed benevolens.

Benevolus, a, um, adiectiuum. Benè cupiens alicui. εὐμενής. [Ital. Benivolo. Gall. Bien volant, portant bonne affection à quelqu'vn. Hiſp. Amigable, y bien quiſto. Germ. Gůtwillig.] Terent. in Hecyra: Facilem, benevolumque linguæ tuæ iam tibi me reddidit. Cicero in Verrem: Benevolo animo me, ne magnopere caverem, præmonebat. ¶ Benevolus trucidator, ἔνυδρος ὀφάλης, proverbiali figura dicitur, qui quum ſummam adfert perniciem, tamen benevolentiæ ſpeciem admiſcet.

Benevolè, adverbium, pen. corr. Benignè, amicè. εὐμενῶς. [Ital. Benignamente. Gall. D'vn bon vouloir. Hiſp. Bienquiſta y amigablemente. Germ. Gůtwillig, fründtlich.] Cicero de Amicitia: Et hæc accipienda amicè, quum benevolè fiunt.

Benevolentior, oris, comparativum à Benevolus, ſive ab antiquo Benevolens: quo Plautus identidem utitur, ut paulò antè oſtendimus ſuo loco. Cic. lib. 1. Epiſtol. Benevolentior tibi quàm fueram, nihilo ſum factus. Idem alibi: Nam benevolentior quàm ſemper fui, eſſe non poſſum.

Bĕnĕvŏlentia, æ. f. p. Studium, favor, amor, εὐμένεια. [Ital. Benivolenza. Gall. Benevolence, amour & bon vouloir envers quelqu'vn. Hiſp. Amiſtad y buena querencia. Ger. Gůter will, gunſt, gů willkeit.] Cic. 1. Offic. Benevolentia beneficiis capitur maximè. Idem 3. de Orat. Hæc omnia benevolentiam maximè conciliant. ¶ Intempeſtiva benevolentia nihil à ſimultate differt. Ἄκαιρος εὐνοϊκὸν ἐχθρᾶς διαφέρει: id eſt, per odio importuna benevolentia. Scuarius eſt Græcis proverbii nice celebratus. Quadrabit in eos qui dũ officioſi ſtudent eſſe, non habita temporis ratione, nocent, aut moleſti ſunt ſedulitate.

Bĕnignus, m. f. Liberalis, munificus, à bene gignendo, ut quibuſdam videtur. εὐεργετικὸς, ἐλευθέριος, εὐπινὴς. [Ital. Benigno, liberale. Gall. Courtois, benin, liberal, gratieux. Hiſp. Franco y liberal. Germ. Gůtig, grůn.] Vode Benignam terram dicimus, fructus abunde reddentem. Plinius de Aegypto: Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feracior. Cic. 2. de Nat. deor. Ne homines quidem, niſi imbecilli eſſent, futuros benignos, & beneficos fuiſſe. Plaut. Rud. Quando ergo tibi benignus fuit.

Benignè, adverbium. Liberaliter, amicè, benevolè. ἐλευθερίως, εὐμενῶς. [Ital. Benignamente. Gall. Courtoiſement, liberalement, gratieuſement, benignement. Hiſp. Liberalmente. Germ. Grůnlich, freygebiglich.] Cic. 1. Officiorum: Nam aut oper. benignè fit indigentibus aut pecunia. Idem pro Flacco: Ita civitas neque ſeverè Flaccum oppugnavit, neq; benignè defendit. Idem in Verr. Act. 4. Frumentum (inquit) me abs te emere oportet. Optime. Modium denario, Benignè, ac liberaliter.

Benigniter, Idem quòd Benignè: apud Tritiniũ in Geminis, ut citat Nonius: Nimium te patrocinari cenſeo benigniter.

Benignitas, tatis, f. p. Liberalitas, munificentia εὐεργεσία, ἐλευθερότης. [Ital. Benignità, beneficenza. Gall. Courtoiſie, liberalité, benignité. Hiſp. Largueza, liberalidad. Germ. Gůtigkeit, grům, fründlichkeit.] Terent. in Eunucho: Nunquàm meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? Vbi Donatus: Benignitas eſt in quantitate rerum, aut in facilitate præſtantis. Nam plerunque ingrata dona ſunt, in quibus facilitas non apparet. Cic. 1. Officior. Ne maior benignitas ſit quàm facultas.

Boos, Vide Boa.

Borago, Herba, quæ alio nomine Buglóſſum. Vide in dictione Buglóſſum.

Bŏrĕas, æ, m. p. βορέας. [Ital. Borea. Gall. Vent de biſe. Hiſp. Regannon, viento entre Nortey Solano. Germ. Nortwind von Mitternacht, der ſchinden hengſt.] Ventus frigidus & ſiccus, ſpirans inter Septentrionem, & exortum ſolſtitialem, teſte Plinio, lib. 2. cap. 47. à quo Hyperborei montes nomen traxerunt. ¶ De hoc in dictione Aquilo. ¶ Dictus Boreas, κατὰ τὸ βοᾶν καὶ ῥεῖν: quoniam ut violenti flatus eſt, ita etiam ſonori. Virgilius 1. Georgic. Aut Borea penetrabile frigus adurat. ¶ Fuit item hoc nomine Thrax quidam Strymonis filius, raptor Orithyiæ, Erichthonii Athenarum regis filiæ: unde poetis fabulandi occaſio ſubminiſtrata eſt, Orithyiam à Borea ventoſuiſſe raptã, eiq; Zethen & Calain peperiſſe.

Bŏrĕus, a, um, penul. prod. βόρεος. [Ital. Settentrionale. Gall. Septentrional. Hiſp. Coſa de aquel viento. Germ. Mitnächtiſch.] Idem eſt quod Septentrionalis: ut, Axis Boreus, qui & Polus arcticus dicitur. Ouid. 4. Triſt. Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo eſt.

Borex, Gemmæ ſunt ex lapidum generibus, cœlo autumnali matutino ſimiles: unde & Acrizoæ appellantur. Vide Plinium lib. 37. cap. 8.

Borlycites, Plin. lib. 37. cap. 11. Gemma eſt, in nigro ramoſa candidis aut ſanguineis frondibus.

Borypetes, Gemma nigra, ſanguineis & albis nodis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Borith, Herba fullonum, quæ iuxta ritum provinciæ Paleſtinæ in oleribus & humectis locis naſcitur, & ad lavandas ſordes eandem vim habet quam nitrum.

Boryſthenidæ, βορυσθενίται Stephano, Populi ad Boryſthenẽ amnem, Olbiam urbem incolẽtes, quæ & ipſa Boryſthenes, ſive Boryſthenis appellatur. Propert. Gloria ad hybernos lata Boryſthenidas.

Boryſthenios, a, um, adiect. Ouid. 4. de Ponto: Cumq; Boryſthenio liquidiſſimus amne Dyaſpes.

Bos, bovis βοῦς. [Ital. Bue. Gall. Bœuf. Hiſp. Buey. Germ. Ein rind.] Generis communis, datiuum & ablatiuum pluralem Bobus, per ſyncopem facit, & more veterum Bũbus. Colum. libro 1. Nil dubium, quin equis melius quàm bubus res conficiatur. Cic. de Natur. deorum: Quid de bubus loquar? Idem de Senectute: Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe Milo dicitur, quum humeris ſuſtineret bovem vivum. ¶ Hinc fiunt adiectiva, Bovinus, a, um: cuius diminutiũ eſt Bovillus, Bubulus, Buccus, ta, tum, & Boarius, a, um: unde Forum Boarium, ubi vendebantur boves. ¶ Dictus bos, ἀπὸ τοῦ βόσκω, quod eſt paſco, quòd homines paſcat laboribus ſuis. ¶ Iuvenci autem in bubulo genere dicuntur iuniores, qui iam vituli eſſe deſierunt, ſecundo ſcilicet ætatis annorũ ita dicti à iuventute, teſte Varrone lib. 2. de Re ruſtica, cap. 5. ubi quatuor ponit ætates in genere bubulo: ut prima ſit vitulorum, ſecunda iuvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. ¶ Bos ad præſepe βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. In emeritos dici conſuevit, quique iam ob ætatem ocio nitaque molliori indulgent. Effertur ad hunc modum, βοῦς ἐν αὐλείῳ, Bos in ſtabulo. Congruit & in eos qui nullis negotiis exercẽtur, ſed turpi ocio atq; abdomini ſervitũt. ¶ Bos apud ſe ipſum pulverem movet, βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ λοπιᾶται. Vbi quis ad ſuum ipſius malum volens lubensq; ducitur. Nam boves ut ſunt manſueti, facilè ſe præbent vinciendos, neq; gravatim obtemperant iugo. ¶ Si bovem nõ poſſis, aſinum agas, εἰ μὴ δύνασαι βοῦν ἐλαύνειν, id eſt, ſi non potes ut vis, utcunq; potes facito. Autore Suida. ¶ Volentem bovem ducito, τὸν θέλοντα βοῦν ἐλαύνε. Vtere illorum opera, qui ex animo faciunt. Refertur ab interprete Theocriti. ¶ Ex ipſo boue lora ſumere, Ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν dicuntur, qui quo lædant quempiã, id ab ipſo quem lædunt accipiunt. ¶ Expectat bos aliquando herbam, μένει βοῦς ποτὲ βετάνην. Dicendũ ubi quid ſero contingit. Laborat enim bos in agricolando, ſed aliquando guſtatura herbam enatã. ¶ Boves meſſis tempus expectantes, βόες ἀμᾶν τὸν ἐπιτηδείως. Dici ſolitũ, ubi quis ingentiũ emolumentorum ſpe laborẽ ſomeret. ¶ Immolare boves, βουτεῖν, tanquã proverbialiter dicebãtur, qui amplos magnificosq; ſumptus facerẽt. ¶ Bos in civitate, βοῦς ἐν πόλει. Dicitur ubi quis ad novos honores evehitur. Lyſias bovis imaginem æream in arce collocavit Athenis. ea res in vulgi iocũ ceſſit. nam in agris boũ uſus eſt, non in urbibus. ¶ Bouẽ in fanci bus portat, βοῦν ἐπὶ γνάθοις φέρει. In edacẽ olim dicebatur, ut indicat Zenod. & Suid. ¶ Bos in lingua, βοῦς ἐπὶ γλώσσης. In eos qui non audẽt quod ſentiunt dicere. Translatum vel à robore animantis, quaſi linguã opprimens non ſinat eam eloqui: vel hinc quòd Athenienſibũ nummiſma quondã bonis obtinuit figurã. ¶ Bos alienus ſubinde foras proſpectat,

βοῦ

ἵστ ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἴδιος βλίτυρα. De his qui apud alios non ſatis ex animi ſententia tractantur, eoſq; ſæpius deſiderant.

Bouia, βοφορία, apud antiquos Atticos, quæ & Bupetia, ſiue Bupetii dicuntur. Ludi boum gratia inſtituti. In eo enim feſto ſolennis boum & taurorũ uenatio fieri ſolebat, quemadmodum nunc quoq; Venetiis, & ferè per totam Italiam fieri ſolet eo die, qui Quadrageſimæ proximus eſt.

Bóuius, a, um, adiectiuum. Quod ad bouem pertinet: ut, Boarium forum Romæ dicebatur locus, in quo uendebantur boues βοῶν ἀγορά. Huius meminit Plinius lib. 28. cap. 2. & lib 34. cap. 2.

Boo, as, p. Mugio, clamo, à βοάω, uel à boum mugitibus, μυκάομαι. [Ital. Mughiare, ribombare. Gall. Beugler, ou mugir, mier en bœuf ou toreau. Hiſp. Reſonar, bramar el buey ó toro. Germ. Rüyen, ſchreyen.] Plaut. in Amph. Tela frangunt, boat cœlum tremitu uirũm. ¶ Boo, bois, boere, eiuſdem ſignificationis, uerbum antiquum. Vario Parmenone, ut citat Nonius, Exeunt citi, ſtrepunt, bount. Pacuuius Medea apud eundem: Clamore & ſonitu reſonantes bount. ¶ Boare dicuntur boues, quũ uocem emittunt, teſte Varrone lib. 4. de Lingua Latina: uerùm boare magis eſt in uſu. ¶ Hinc Reboo, as.

Boſtar. Locus ubi boues ſtare conſueuerunt. βόσκαδμον.

Boatim, Ad ſimilitudinẽ bouis. Nigid. Figul. apud Nonium: Sunt etiam aſſimilanter dicta hæc, Canatim, Suatim, Bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

Boudia, n. ſ. Dicuntur loca, in quibus boues morantur. βοϊλασία. [Ital. Stalle de buoi. Gall. Eſtable à bœufs. Hiſp. Torillos paraganado vacuno. Germ. Ein ochſen ſtelle, rinder ſtall.] ſicut Ouilia, in quibus oues. Colum. lib 8. Domitis armentis, duplicia bouilia ſunt: hyberna atq; æſtiua. Eadem etiam Bubilia dicuntur. Plaut. Perſa, - Enim metuo ne poſſim in bubile reiicere, ne uagentur. Cato cap. 4. Bubilia bona, beneq; ædificata, &c.

Bouillus, a, um. [Ital. Di bue. Gal. De beuf. Hiſp. Coſa de buey. Germ. Das zů rinderen gehört.] Idem eſt quod Bouinus, licet ſit diminutiuũ. Plin. Bouillæ carnis iure facilè curatur. In eadem ſignificatione dicimus & Bubulus.

Bouinor, aris, penul. prod. d. p. Conuitior, & quaſi in aliquem magio. λοιδορέομαι. Vnde Bouinatores dicti ſunt, λοίδοροι, quos deriſores dicimus: & Bouinatio, λοιδορία, conuitium. Hæ tamen dictiones ab Aulo Gellio libro 11. capite 7. numerantur inter obſoletas & deſitas: eaſque (iuxta ſententiam Cæſaris) non minus quàm ſcopulum præcipit eſſe fugiendas.

Bubequa, penul. corr. com. p. Bubulcus qui boues ſequitur. βουκόλος. [Ital. Gardiano di buoi, uaccaro. Gall. Bouuier, vacchier. Hiſp. Vaquero ò boyero. Germ. Ein ochſen oder rinder treyber.] Sidonius ad Eutropium: Si relinquate inter ſubſequas ruſticanos ſubulcoſq; truncates, tunc eſt tibi ſumma uotorum beatitudo.

Bubilcus, m. ſ. Qui bobus arat, ſiue qui boues fundi aratoris paſcit. βουκόλος. [Ital. Bifolco, boaro. Gall. Bouuier. Hiſpan. Boyero. Germ. Ein rinder hirt.] Cic. de Nat. deor. Hoc ne illi quidem ſomnio commotorum, manè bubulco præſtò ad portam fuiſſe: quaſiſſe ex eo quid eſſet in plauſtro.

Bubulcitor, aris, pen. corr. d. p. Bubulci officiũ facio. βουκολῶ. [Ital. Fare officio di biolci. Gall. Traiter les bœufs, faire office de bouuier. Hiſp. Hazer officio de boyero. Germ. Ein rinder hirt, oder ein hirt ſein.] Plaut. in Stel. Decet me amare, & te bubulcitarier.

Bubulus, a, um, pen. cor. adiectiuum à bouc formatum. Idem ſignificans quod Bouinus. [Ital. Bouino. Gall. De bœuf ou vache. Hiſp. Coſa de bueyes ò vacas. Germ. Rinderin.] Plin. Stomachum exulceratum lactis aſinini ac bubuli potius recreat. Colum. lib. 7. Deficiari bubula urina conuenit. Pro eodem dicimus & Bouillus.

Buceria, æ, Boum armentarii, ſiue bubuli generis grex. Lucret. lib. 1. Lanigeræ pecudes, & equorum ducllica proles Buceriq; greges.

Bucerus, penultima correpta, βούκερως, Bubuli generis epitheton, idem ſignificans quod bubula habens cornua, ἀπὸ τῶν βοῶν, καὶ τῶν κεράτων. Ouidius in Metamorp. Armentaq; boceros pauit.

Bucolica, orum, βουκολικά. Paſtorale carmen ita dictum ἀπὸ τῶν βουκόλων: hoc eſt, à bubulcis, quod paſtorum genus apud ruſticos maximo habetur in pretio.

Bucõlicon, βουκολικὸν, Genus eſt Panacis, quod ex Macedonia affertur, ita dictum, quòd armentarii ſuccum eius ſponte profluentem excipiant. Vide Plin. lib. 25. cap. 4.

Bucũla, per ſimplex c, diminutiuum eſt à boue, uaccam iuuenem, & adhuc teneram ſignificans. [Ital. Vacherta. Gall. Bouneau, ou bouillon, geniſſe ou geniſſon. Hiſp. Pequeña vaca. Germ. Ein kälbelen, ein junge ků.] Plin. Eidem morbo buculæ iecur contritum prodeſt. Virg. lib. 1. Georg. - Aut bucula cælum Suſpiciens patulis captauit naribus auras. ¶ Item Buculus maſculinum, paruus bos. Colum. lib. 6. cap. 2. Quum deinde buculos comprehenderis, perducito ad ſtabulum, & ad ſtipites religato.

Boſchis, idis, Volucris eſt (teſte Colum. li. 8. cap. 15.) quæ clàm ſe paſcitur, quemadmodum anates, & coturnices.

Boſmoros, teſte Strabo lib. 15 frumenti religioſi genus eſt, tritico miqus, apud Indos inter amnes proueniens, quod excuſſum, protinus torretur, iuramentoq; adigũtur meſſores, non aſportaturos prius quàm coxerint, ne ſemẽ in alias terras transferri poſſit. Apud Diodorum Boſphoron uocatum legimus, corruptis (ut uidetur) exemplaribus.

Boſphoranus, & Boſphorius Cic. pro lege Man. Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet. Ouid. 2. Triſt. Egerit Ionio, Boſphorioq; mari. ¶ Eſt item Poſphorus Stephano, duarum urbium nomen: quarum alteram ad Sinum Cimmerium, & fretum eiuſdem nominis collocat: quæ & Boſphoropolis dicitur: alteram in India conſtituit.

Boſtrychites, βοστρυχίτης, Gemma crinibus mulierum ſimilis. Plin lib. 37. cap. 10.

Boſtrychus, βόστρυχος, Dicitur capillus plexus, & cæſaries in modum muliebris comæ ornata, Firmicus lib. 3. Venus criſpos crinium facit, & boſtrychis comatos, id eſt, capillis muliebribus cæſariatos.

Bõtãnõmantia, βοτανομαντία, Magiæ ſpecies, quæ fit per herbas, qua Circem & Medeam excelluiſſe Poetæ prodiderunt.

Bothrydn, oculi ulcus arctum & purum, quaſi foſſulam duxerit. Auicenna Annulum uocat: eſt in cornea oculi.

Bothrus, tri, Vua, racemus: à Græco βότρυς, quod ὡραὶ τὸ βῶ, τὸ πατῶ, Moſchopulus deduci arbitratur. [Ital. Grapa polo, racemo. Gall. Grape de raiſin. Hiſp. Gaio en que ſe ſun tan las uuas. Germ. Ein wein traub.]

Botryo, onis, βοτρύων. Botrus, uel uua, præſertim conditicia. Mart. lib. 11. Nec toto dignam ſe bothryone putet.

Botrytis, Cadmiæ ſpecies, quæ teſtudini æratiarum fabricarum unq; modo adhæret: unde & nomen habet. Vide Galen. lib. 9. Simpl.

Botrypes, (quod hic pro nomine gemmæ corruptè legebatur) Vide Boryptes.

Bothrys, βότρυς Dioſcoridi, Herbæ genus, quod alio nomine Ambroſia, & à quibuſdam Artemiſia uocatur: ita dictum, q circa imum caulem ſemen habeat in ramulis, uuarum modo dependẽs, odore uinoſo. βότρυν enim Græci racemum uocant. Plin. lib. 26. cap. 4. Hinc Botrytillus, paruus Botrus.

Botrytes, βοτρύτης, Gemma, quæ incipienti uuæ ſimilis eſt, alia nigra, alia pampinea. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Bõtẽllus, ſiue Botellus. [Ital. Salciccia. Gall. Sauciſſe, boudin, andouille. Hiſpan. Morcilla, ò longaniza. German. Ein wurſt.] Farciminis genus, ex carne ſuilla: à bolis, id eſt, fruſtulis carnis, ut quidam putant, appellatus. Martial. libro 7. Et pultem niueam premens botellus. Idem lib. 14. Qui uenit borulus medio tibi tempore bruma, Saturni ſeptem uenerat ante dies.

Bouinalis, paronychia, frutex apud Dioſcoridem libro 4. capite 57.

Box, ocis, βώξ, Genus piſcis marini, à boando, ut putatur, dictum: cuius meminit Plinius lib. 32. cap. ultimo. Vide ſuprà Bocas & Boces.

B ante R.

BR. In notis antiquorum, bonorum. BR. SI. bonorum ſerui. B. R. Bonorum rector. BRITANNIC. Britannicus. B. RP. N. bono Reipublicæ nato. BRT. Britannicus. BS. bene ſatis fecit, uel bona ſua. B. T. bonorum tutor.

Brãbeũtæ, βραβευταὶ, à Græcis dicuntur iudices ſpectaculorum, qui victoribus in certamine exhibent præmium & coronas.

coronas: qui uerò præfectus eſt certaminis, ἀγωνοθέτης dicitur. Græci (authore Philoſtrato) ludis Olympicis decē iudices præficere ſolebant. Suet. de Ner. Nec aliter certamine gymnica Græcia tota ſpectauerat, quàm Brabeutarum more in ſtadio humi aſſidens. Suidas, βραβευτὴς, ἀγωνιστὴς, ληρωτὴς, ἐρετὴς, καὶ βραβεῖον ἐπινίκιος ἀμοιβή. Sunt & Brabeutæ funebrium pomparum curatores, quos etiam Latinè Deſignatores nocamus: qui ſcilicet cuiq; incedendi ordinē præſcribunt. Vide Annot. Budæi.

Brabium, pen. prod. n. f. & per literam b, in ſecunda ſyllaba, βραβεῖον, Dicitur victoria, uel certaminis præmium.

Brabyla pruna apud Theocr. id eſt, Damaſcena.

Bracæ, f. p. περισκέλη, ἀναξυρίδες. [Ita. Braghe. Gal. Braies. Hiſpan. Las bragas. Germ. Vngeſchorne Kleider, die vilerley farb hand.] A quibuſdam accipiuntur neſtes floxæ, intonſæq; ac uarii coloris, quibus utebantur frigidioris plagæ gentes, ut inquit Diodorus lib. 6. & à quibus Braccata Gallia nō cata eſt Narbonenſis prouincia, quòd neſtes ferret intonſas, & uarii coloris. Braccis uſos fuiſſe Scythas, docet Ouid. ſcribens: Pellibus, & laxis arcent mala frigora braccis. Vide Alexandrum ab Alexandro li. 5. cap. 18. & Gell. li. 10. cap. 21. Pomponius Mela: Braccati ſunt, inquit, totum corpus Sarmatæ, & niſi, quà uidēt etiam ora neſtiti. Suet. in Cæſ. Idem in curia Galli braccas depoſuerunt, latum clauum ſumpſerunt. Cornel. Tacit. lib 8. ſic ait: Ornatum Cecinnæ municipia, & coloniæ in ſuperbiam trahebant, quòd uerſicolori ſagulo braccas, barbarum tegmen indutus, togatos alloqueretur. Alii ſcribunt, Brachæ per h, ſed ſine ratione: fit enim à Græco ῥάκος, unde braccæ, quaſi ῥάκεα.

Braccarii, Braccarum neſtium cōfectores. Lamprid. Ob quod Alexander imperator, neſtigal inſtituit braccariorum, linteonum & pellionum.

Braccatus, m. ſ. braccis indutus. Cic. pro Font. Si exiſtimatis eos hic ſagatos, braccatoſq; uerſari animo demiſſo, atq; humili, ut ſolent ii, qui affecti iniuriis ad opem iudicum ſupplices inferioresq; confugiunt. ¶ Braccatam Galliam, Plinii teſtimonio, conſtat dictam eſſe Galliam Narbonenſem, Romanorum prouinciam, à braccis genere neſtis, quo eius regionis homines præcipuè utebantur. Hæc Alpibus ab Italia diſcernitur, & Varo amne. Reliqua autem Gallia à ſtudio nutriendæ comæ, Comata dicta eſt.

Brachium, βραχίων, ονος. [Ital. Braccio. Gall. Bras. Hiſp. Braco. Germ. Ein arm.] Aliquando totū membrum cum manu comprehendit. Virg. lib. 5. Et cunctis excellit brachia palmis. Aliquando ab humero ad cubitū: id eſt, pars ſuperior, quæ Armus dicitur. Nam armos humeros cum brachiis, ſed non econtrario dicimus: à cubito uerò uſq; ad uertebram, manus, Lacertus nuncupatur. Ouidius libr. 01. Metamor. -Laudat digitosq; manusq; Brachiaq; & nudos media plus parte lacertos. ¶ Molli brachio & leni brachio, aliquid fieri dicimus, quom indiligentem operam ſignificamus. Cic. lib. Epiſt. ad Attic. 1. & 4. Transfertur interdum ad meris & montium ſinuoſos flexus. Ouid. 1. Metam. - Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Brachiolum, li, dimin. βραχιόνιον. Catull. Mitte brachiolum teres, Prætextate, puellulæ.

Brachiale, n. r. περιβραχιόνιον, λαμπὸς Theodoro. [Ital. Giontura dell mano, & manile. Gall. Braſſelet ou mancheron, ornement de bras. Hiſp. Munneca de la mano: bracal ò manilla. Germ. Das gleich, oder der knopff, an welchem der arm vnnd hand zůſamen kommen, oder armzierd.] Dicitur nodus quo manus cum brachio iungitur coarctaturq;. Vel ſic, Brachialia, περιβραχιόνια, Brachiorum ornamenta, & tegumenta, ſicut Ventralia uentris, Frontalia frontis, Tibialia tiblarum. Plin. lib. 18. Lais & Salpe canum rabioſorum morſus, & tertias quartanaſq; febres aiunt leniri, menſtruo ſa la na arietis nigri, & argenteo brachiali incluſo.

Brachiatus, ta, tum, Quod eſt ad brachiorum modum factum & ad uites præcipuè pertinet. βραχιονιαῖος. Colum. Alii capitatas uineas, alii brachiatas magis probant, quibus cordi eſt in brachia uitem componere.

Brachiconiſter, eris. βραχιονιστὴρ, dici poteſt armilla.

Brāchȳcatălēction, βραχυκαταλῆξις, Breuis terminatio uerſus, cui deſunt in fine ſyllabæ. Nā in eo, ut perfectus ſit, deeſt integer pes. Vnde & metrum Brachycatalecticum dicimus.

Brachylogia, f. p. βραχυλογία, Breuiloquium, Laconiſmus. Vide Quintil. lib. 9. cap. 3.

Bractea, f. p. & Lamina, (ut ſcribit Valla lib. 4. cap. 57.) ſic differunt, quòd Lamina craſſior eſt, ex qua armatura conficitur, & qua incenſa olim homines torquebantur. Poteſt autem eſſe ferrea, ærea & argentea, electrea, orichalcea, plumbea, autea, lignea, cornea, ſiue ex alia materia. Bractea tenuis magis eſt, & ſua ſponte plicabilis, quæ crepitat. τὸ μέταλλον, ἐλαμνες τὸ ἀργύρου ἢ χάλκου ἢ τινος ἄλλου μετάλλου. [Ital. Foglietta d'oro ò d'argento, ò di altro metallo ben ſottile. Gall. Fueille dor ou d'argent, ou dautre metail. Hiſp. Chapa ò hoia de metal. German. Ein blech, oder ein blat von einem metal.] Virgilius libro 6. Sic leni crepitabat bractea uento. Bracteis inaurari ſimulachra ſolebant, ſed unguibus plerunq; auferebantur. Martial. An magis aſturi derāſa eſt unguis miniſtri Bractea. Et ſeruus qui bractea deraſerat (apud Sueton.) damnatus eſt. Dicta Bractea ἀπὸ τῦ βράχειν, hoc eſt, à reſonando.

Bracteola, dimin. τὸ μεταλλίδιον. Foliorum auri, alteriuſue metalli. Iuuenal. Qui bracteolam de Caſtore ducat.

Brāctĕātor, m. r. Idem quod Bractearius. ὁ τῶν μεταλλων πεπλατυκώς. [Ital. Battitore di tai fogli. Gal. Batteur d'or ou d'argēt. Hiſp. El batihola. Ger. Ein blech macher, oder der die dünnen bletter von denn metallen ſchnydet.] Firm. Quicunq; habuerit horoſcopum in xvii parte Scorpii, erit aurifex, inaurator, & bracteator.

Bractearius, Qui bracteas facit: cuius ars Bracteatria: & Bractea tum, quod bracteis gignitur. Bud. in Pand. μεταλλικός.

Branchiæ, arum, f. p. βραγχιαί. [Ital. Branche, barbole di peſce. Gall. L'ouye, ou l'oreille des poiſſons. Hiſpan. Las agallas de peſce propriamente. Germ. Viſch oren.] Dicuntq; in pēſcibus, ſecundum cernicem follium morchiantes partes, quibus anhelitum reddere, ac per uices recipere exiſtimantur. Plin. lib. 9. cap. 18. Branchiæ nō ſunt balænis, nec delphīnis. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorſo.

Branchus, βράγχος, Raucedo, & aſperæ arteriæ paſſio, quum humor ad guttur deſcendit, ita ut maudente interiore pellicula uox raurefcat. Vnde & arteriacum hoc uitium appellant, quòd aſperam arteriam peculiariter infeſtet. Contingit etiam interdum citra humoris defluxum, nimia uociferatione, uel frigidi aēris inſpiratione, ut & Aegineta aſſerit, & experientia ipſa confirmat.

Braſſica, pen. corr. πράμβη. [Ital. Cauoli. Gall. Choux. Hiſp. Verca generalmente. Germ. Kōl.] Herba eſt uulgò caulis nomine nota: ita dicta, quaſi Præſeca, teſte Varrone, quia ex eius ſcapo, quē maximum habet, folia minutatim præſecantur. Cato de Re ruſt. cap. 156. & cap. 157. Braſſicatum tria facit genera: unum extenſis foliis, caule magno: alterum craſpo folio, quam Apianam uocant & Selidana: tertium minutis caulibus. Huic herbæ tantū traditur eſſe cum uite diſſidii, ut uitis, ſi prope ſe ſit ſata braſſica, in diuerſam refugiat partem. Cic. de Nat. deor. Iam uerò uites ſic clauiculis admi nicula, tanquam manibus apprehendunt, atq; ita ſe erigunt ut animantes: quinetiam à caulibus braſſicisq;, ſi propè ſata ſint, ut à peſtiferis, & nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere.

Braſſica ruſtica, Apocynon apud Dioſcor. lib. 4. ex capite 84.

Braſſica ſyluestris, maritimis præruptis locis gignitur, ſatiuæ ſimilis, ſed candidior hiſpidiorq; & amara.

Braſſica marina, à ſatiua præcipuè abhorret, quòd folia ferat rotundæ ariſtolochiæ prælonga, tenuia, ſingula à ramis rubentibus exeunt ſingulari, ut hederæ ſtylo, habet lacteū ſuccum, ſalſo guſto, & aliquantum amaro, pingui compage.

Brauium, Vide Brabium.

Bregma, βρέγμα, à Medicis propriè appellatur pars anterior capitis ſupra frontem capillis tecta: quæ & Sinciput à Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Græcos pro toto capite poſitum inuenitur.

Brenthiæ, radices quædam, quibus mulieres nonnullæ genas rubrificāt, quas nonnulli ſuccum aut anchuſam interpretantur.

Brephŏtrŏpia, βρεφοτροπεῖα, Latinè paruulorum hoſpitalia: quibus infantes expoſititii aluntur. Βρέφος enim infans nominatur, τροφὴ educatio. De quibus in Decretis 21. quæſt. 2.

Brĕuis, & hoc breue, om. t. Dicitur quod opponitur lōgo, βραχύς. [Ital. Breue, corto, piccinlo. Gall. Bref ou bref, courte. Hiſp. Coſa breue ò corta. Ger. Kurtz.] Cic. p Arch. Quid eſt quod

quòd in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui, tantis nos laboribus exerceamus? Horat. 4. Carm. -Sed Cynaræ breues Annos fata dederunt.

Breui, aduerb. *ἐν βραχεῖ*. [Ital. Breuemente. Gall. En brief, en peu de temps, incontinent. Hiſp. Breue y cortamẽte. Germ. In einer kürtze, in einer kurtzen zeyt.] Quod ſignificat paucis uerbis, ſiue breuiter, ſiue breui tempore. Cic. Curioni: Breui tamẽ ſic habeto, in eum ſtatum temporum tuum rediturum incidere. Poteſt eſſe & ablatiuus, ut ſubintelligatur Tempore. Cic. in Verrem: Breui poſtea mortuus eſt. Idem ad Terentiam ſuam ſcribens cum tempore coniunxit, Etiam illud uerendum eſt, ne breui tempore fames in urbe ſit. Et ad Octauium poſuit cum præpoſitione In: O miſeram, & in breui tam celerem & tam uanam Reip. commutationem. Aliter Gel. lib. 13. cap. 17. Fuit autem, inquit, Aeſchylus non breui antiquior Euripide: hoc eſt, non multo tempore ante Euripidem.

Breuio, as, are, *βραχύνω*. [Ital. Abbreuiare, accortare. Gall. Abreger, acourcir. Hiſp. Abreuiar, acortar. Germ. Kürtzen, kürtzer machen.] Quint. lib. 1. cap. 19 Qua & breuiare quædam, & exornare, ſaluo modò Poetæ ſenſu, permittitur.

Breuis, um, *βραχέα* Thucydidi. Vadoſa loca ſunt in mari, nauibus inſidioſa. Virg. Aen. 1. In breuia & Syrtes urget.

Breuiarium, n. ſ. Compendium, ſummarium, opus cõciſum: *ἐπιτομή*. [Ital. Sommario. Gall. Abregé, ſommaire. Hiſp. Libro abbreuiado. Ger. Ein ſummary, ein kurtzer begryff.] Plin. lib. 18. Verùm ut pariter omnis cultura breuiariũ petagatur. Succ. in Auguſt. Fecit & breuiarium totius imperii, quantum militum ſub ſignis ubiq; eſſet, quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & nectigaliorum reſiduis.

Breuiloquens, tis, om. t. *βραχιλογίων*. [Ital. Chi parla breue mente. Gall. Qui dit en peu de parolles ce qu'il veut. Hiſp. El que habla breuemente. German. Kurtz redend.] Cic. ad Atticum libro 7. Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit.

Breuiloquentia, ſeu Breuiloquium, *βραχυλογία*. [Ital. Il parlar breue & corto. Gall. Brief & court parler. Hiſpan. El hablar abbreuiado. German. Ein kurtze red.] Cicero de Republica ex Gellio, libro 11. capite 1. Breuiloquentiam in dicendo colat.

Breuiloquus, Qui aliquid paucis ſcribit, aut dicit, *βραχύλογος*.

Breuitas, tis, f. t. Vt breuitas arboris, Breuitas dieì. *βραχύτης*. [Ital. Brevità. Gall. Briefueté. Hiſp. Brevedad ò cortedad. Germ. Kürtze.] Cic. Offic. li. 1. Breuitatis cauſa uno exemplo contenti erimus.

Breuis item, & Breue, maſcul. & neut. generis, à quibuſdam dicuntur in eo ſignificato, quo uulgus uſurpat Breue Apoſtolicum, *ἐπιστολή*. Lampridius, Milites ſuos ſic ubiq; ſciuit, ut in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militantium. Flauius Vopiſc. in Aurel. Breue nominum conſcripſit. In Annot. prior. Bud.

Bría. æ, Vinaceorum maſſa, ex qua uini uel aquæ affuſione fit uinum ſecundarium. Colum. lib. 12. cap. 19. Poſtea uinaceos calcare, adiecto recentiſſimo muſto, quod ex aliis uuis factũ fuerit, quas per triduũ inſolauerit: tum permiſcere, & ſubactam briſam prælio ſubiicere, paſſumq; ſecundarium ſtatim tuſa oblinitis includere, ne fiat auſterius.

Britannicus, a, um, *βρεττανικός*. [D'inghiltera, ingleſe.] Poſſeſſum eſt à Britannia deductum. Iuuen. Sat. 7. Quantum delphinus balæna Britannica maior. Cic. 1. de Nat. deor. Qui ædus maritimi, uel Hiſpanienſes, uel Britannici, eorumque certis temporibus uel acceſſus, uel receſſus, ſine Deo fieri nemo poſſunt.

Britannica, f. p. Plin. lib. 25. cap 3. Herba eſt foliis oblongis, & nigris, radice item nigra, neruis & dentibus ſalutaris, & contra anginas, & ſerpentum morſus efficax remedium habẽs. Hiems flores Vibones uocantur, quibus ante tonitrua degustans, milites aduerſus fulminum ictus prorſus ſecuri reddebantur. Scribit Plin. loco iam citato, promotis à Germanico trans Rhenum caſtris, in maritimo tractu fontem fuiſſe lucratũ aquæ dulcis, qua potu intra biennium dentes decidere, compagesq; in genibus ſolueretur. Ei autem malo Britannicam herbam auxilio fuiſſe, à Friſiis Romano militi commoſtratam.

Brocarda, materia dicitur, quæ eſt contrariarũ opinionum per caſum involuta.

Brochus, adiectiuum eſt, idem ſignificans quod Brocus. Vide ſuo loco.

Bronchon, Arbor eſt nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, ex qua Bdellium manat. Hanc aliqui Malachram, alii Maldacon appellant. Autor Plin. lib. 12. cap 9.

Bromos, *βρῶμος*, Herba eſt folio & culmis tritico ſimilis, in ſummo ſemen habens ſimile locuſtis duplici crure diuaricatis, iumentorum potius quàm hominum naſcens pabulo. Latini Auenam appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. ultimo.

Bronchus, *βρόγχος*, Corpus quoddam eſt cartilagineum, Galeno ſecundum aſperam arteriam, quod & *βρογχίον* appellatur: ita dictum, *παρὰ τὸ βρέχεσθαι ἐν τῷ πίνειν, τοῦ ὑγροῦ*. ¶ Accipitur & pro gutture: unde *βρογχοκήλην* dixerunt, pro gutturis tumore.

Bronci, (ut Nonius ſcribit) Dicũtur qui producto ore, & dentibus prominentibus ſunt. Plin. lib. 11. cap 37. Labra, à quibus Bronci Labeones dicti. Lucil. in Satyr. Broncus nouit Lanius dente eminulo. Hic eſt Rhinoceros. Varro de Re ruſtica lib. 1. non Bronchos, ſed Brochos canum nocat. Ex eo, inquit, enatis duobus dentibus, dextra & ſiniſtra paulò emi nulis ſuperioribus, directis potius, quàm brochis & acutis. ¶ Hinc Brochitas. Plin. lib. 11. cap 37. Senectus in equis & cæteris uterinis, intelligitur dentium brochitate, ſuperciliorum canitie.

Bronchŏcēla, *βρογχοκήλη*, Tumor magnus & rotundus in ceruice inter cutem & aſperam arteriam, qua modò caro hebes, modò humor aliquis includitur: interdum etiam minutis oſſibus pili immiſti. Creditur gigni hoc uitium aſſiduo potu aquæ, quæ ex niuibus reſoluitur: unde iis præcipuè peculiare eſt, qui Alpibus ſunt uicini: Sabaudis ſcilicet & Pedemõtanis. Qui hoc uitio laborãt, Gutturoſi dicũtur.

Brontæum, pen. prod. *βροντεῖον*. Machina erat ſub ſcena, æneum habens uas, in quod decidentes calculi & in eo circumacti, tonitrui ſonum imitabatur, quod genus Claudiana tonitrua Feſtus appellauit, à Claudio Pulchro inuẽtore.

Brontia. æ, *βροντία*, Gemmæ nomen, quæ cum tonitruis cadere creditur, teſtudinis capiti ſimilis. Vide Plin. li. 37. ca. 10.

Brũchus, m. ſ. *βρῦχος*. [Ital. Ruga che mangia le herbe. Gall. Chenille, une vermine qui mange les herbes. Hiſp. El oulgon que roe las vinnas. Germ. Ein raup, hew ſchrecke käfer.] Genus uermis è locuſtarum genere, ſine alis tamen herbas & arborum frondes erodens: unde & nomen accepit, *παρὰ τὸ βρύειν τὸ ἐσθίειν*.

Bruma, f. p Dicitur dies ſolſtitii hyemalis, qui eſt ad 18. Calend. Ian. quo die fit in Capricorno hyemale ſolſtitium, *χειμερινὴ τροπή*. [Ital. I minori di di tutto l'anno. Gall. Les plus courts iours de l'an, le milieu de l'hyuer. Hiſp. Los menores dias de todo el anno. Germ. Der kürtziſt tag im winter.] Cic. 2. de Diuinit. Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum floreſcere brumali ipſo die. Et ponitur quandoq; pro hyeme, aut rectè pro frigidiſſima illa hyemis parte, qua dies breuiſſimi ſunt. Virgil. Georgic. Frigida ſub terra humidum quem bruma tegebat. Mart. lib. 1. At quum December canus, & bruma impotens Aquilone rauco mugiet. ¶ Inde Brumalis, adiectiuum: ut, Brumale tempus, & Brumalis dies, apud Cic. de Diuin. Dicta bruma, quaſi *βραχύμερον*, id eſt, breuis dies.

Brũmālia, à Romanis dicebantur Bacchi ſacra, quæ & Liberalia dicebantur, quę bis quotannis celebrabantur, ſemel xi. Calendas Martii, atque iterum xviii Calendas Septembris *Διονύσια*. Plin. Priora & poſteriora Vinalia appellat Bruma lia autem à Brumo dicebantur, quo nomine Romani Bacchum appellabant. Vide Cæl. Rhodig lib. 28. cap. 27.

Bruſcum, n. ſ. Tuber eſt aceris arboris intortius criſpũ: nam quod ſimplicius ſparſum eſt, Molluſcum dicitur. Author Plin. lib. 19. cap. 19.

Bruta, Arbor eſt ſoli Orienti cognita, cupreſſo fuſæ ſimilis, albicantibus ramis, odore cedri, circa Paſitigrin naſcens, in Zagro monte. Vide Plinium libro 12. capite 17. ¶ Sunt qui hanc arborem hodie in Europa paſſim naſci exiſtiment, eamdemque eſſe cum ſecundo ſabinæ genere. Vide Ruellium lib. 1. cap. 59.

Brutianæ parmæ, Dicta ſunt ſcuta, quibus Brutii utebantur.

Brutiani, à Romanis dicebantur, qui officia ſeruilia magiſtratibus præſtabant, nomine tracto à Brutiis: qui quòd primi

Annibali

Annibali adhæſiſſent, & cum eo perſeuerasſent, donec ex Italia diſcederet, hac ignominia à Romanis notati ſunt, ut uiliſſima quæq; munia per illos obirent. Vide Alexand. Geniadier. lib. 1.

Brutius, a, um, aliud adiectiuum, à Brutiis Italiæ populis: unde Brutia pix, ſecundus liquor qui ex tæda excoquitur, & aceto coagulatur: doliis, aliisque uaſis illinendis utilis, ab alia pice leuatore differens. Primus autem tædæ liquor Cedrium appellatur, quo Aegyptii defunctorum corpora incorrupta conſeruabant. Vide Plinium lib. 16. cap. 11. Huiuſmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur: unde & nomen accepit.

Brutus, a, um, adiectiuum. *ἀνόητος*. [Ital. Graue, tardo, inſenſato. Gal. Inſenſé, ſans raiſon, beſtial. Hiſp. Bruto, beſtial y ſin ſeſo. Germ. Vnuernünfftig, toll, vngeſchickt.] Dicitur ſtupidus, grauis, tardus, hebes, inſenſatus, cui ſapiens opponitur. Cyprian. ad Demetr. Nullos effectus offert lumen cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto: quum nec ſentire brutus poſſit, nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire. Horat. li. 1. Carm. Brutam tellurem dixit, pro graui & tarda, quod terræ perpetuũ eſt. ¶ Inde bruta animalia pro tardis, & irrationalibus. Plin. lib. 11. cap. 37. Bruta exiſtimantur animalia, quibus cor durum riget: ubi bruta animalia accipit pro hebetioris, tardioriſq; intellectus. Inde Iunii Bruti cognomen, qui ſe ſtolidum ſimulauit.

Bryа, bryæ, ſ. p. Pumilus quidam frutex in Achaia appellatur, quem Dioſcorides *μυρίκην*, Romani Tamaricem appellãt, Vulgò Tamaricè. Gal. Briere, dequoy on fait les berges à nettoyer les habillemens. Hiſp. Tamaritz, ò tarſe. Germ. Tamariſck.] Eius duo ſunt genera, ſatiuum, fructum ferens gallæ ſimilem: & ſylueſtre, nihil ferens præter muſcoſum florem. Vide Plin. lib. 13. cap. 21.

Bryon, *βρύον*, Villoſum quiddam eſt, in quercu præcipuè, in cedro, & in populo naſcens, quod Latini muſcum arborum appellarunt. Vide Dioſcor. lib. 1. cap. 10. Eſt & Bryon herba quædam quam Plinius Lupum ſalictarium, officinæ Lupulum appellant: cuius flore Galliæ aliquot & Germani populi ceruiſiæ ſuæ ſaporem commendant. Vide Ruellium libro 1. cap. 141.

Bryon marinum *βρύον θαλάσσιον*, Herba eſt marina, lactucæ foliis, rugoſa, & ueluti contracta ſine caule, exeuntibus è radice foliis. Naſcitur in ſcopulis maximè, teſtisq; terra comprehenſis. Vide Plin. lib 27. cap. 8.

Bryonia, *βρυωνία* Herba eſt, ſarmenta, capreolos, & folia habens ſatiuæ uiti non diſſimilia: omnia tamen hirſutiora. Alio nomine Vitis alba à noſtris, & à Græcis *ἄμπελος λευκὴ* appellatur: à nonnullis etiam Pſilothrum, quòd acinos ferat rubentes, quibus coriarii ad tergora depilanda utuntur. Vide Plin. lib. 23. cap. 1. & Dioſc. lib. 4 cap. 161.

Bryton, *βρύτον*, Potionis genus ex hordeo, cuius meminerunt Sophocles in Triptolemo, & Aeſchylus in Lycurgo: Ariſtoteles *πῖτυρον* uocat.

B ante V.

Bu, *βῦ*, Particulam ſolebant magnis & amplis rebus præponere, à magnitudine ſcilicet bouis. Hinc Bupædas, magnos pueros: Bupodas, magnos pedes: Bulimiam, magnam famam dixere.

Bua, f. p. Puerorum infantium potio eſt, *βρῦν* Ariſtophani. Varro, Quum cibum ac potionem Pappas & Buas nocent, & matrem Mammam, & patrem Tatam. Lucil. li. 8. Quum uinolentas diceret, uini buas deſignauit.

Bubălus, pen. cor. *βούβαλις*. [Ital. Bufolo. Gall. Buffle, bœuf ſauuage. Hiſp. Bufalo, animal conocido. Germ. Ein büffel.] Animal eſt ſimile boui: uel ſylueſtris bos, colore niger, fortiſſimis cruribus, & breuibus, reſpectu ſui corporis: cornua habet longa & inflexa nigraq;, parui pili, & paruę caudæ, præterea eſt magnæ uelocitatis. Plinii ætate bubali Romæ erant ſolo nomine noti: unde nõ mirum uideri debet, ſi cerui aut uituli figura eſſe dixerit. Primi autem bubali creduntur ex Africa eſſe aducti: nunc autem tanta eorum in Italia copia eſt, ut unx alio animali ad agriculturam ueniant.

Bubălinus, a, um: ut, Thorax Bubalinus. [Ital. Corazzo ò corazzina di bufalo. Gall. Vn cuuler de buffle. Hiſp. Iubon de bufalo. Germ. Das ein büffel gehört, oder von dem büffel gemacht iſt.] Bubalina ſtragula à ueteribus dicta ſunt, quæ equis inſterni ſolebant: ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus ſtragula ad equos. Bayfius.

Bubetis, Vide Bupetis.

Bubile, Vide Bos.

Bŭbino, as, ãui. p. penul. prod. Menſtruo mulierum ſanguine inquino: cuius compoſitum eſt imbubino. Lucil. apud Nonium: Hæc te imbubinat: at hic contrà te imbulbitat. Nam imbulbitare, *βολβιτίζειν*, eſt pueri ſtercore fœdare. Tractũ à ſimo, quod *βόλβιτον* Græci uocant.

Bŭbo, onis *βύας*. [Ital. Alocco. Gall. Chauant, hibou. Hiſp. buho. Germ. Ein eul, ein huw.] generis maſculini & fœmini ſecundum Priſcianum, Auis teralis, debilis ad uolãdum, in cauernis commorans, à bouis mugitu, quem imitari uidetur, ita appellata. Ouid. li. 8. Metam. Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Virg. lib. 4. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. ¶ Bubones *βουβῶνες*, tumores quidã ſunt præter naturam, in quacunq; corporis parte prominentes, ſed maximè circa inguina: unde & nomen acceperunt. Nam & inguina ipſa Græci *βουβῶνας* appellant. ¶ Bubo canit luſciniæ. *Κὰξ ἰρίων τοὶ συῶνις ἀηδόσι γηρύσεται*: id eſt, Et bubo montanus philomelis occinat ipſis. Quum infans ſoa dere conatur eloquẽti, aut ineruditus docere doctiſſimum.

Bŭbonium, *βούβωνιον*, Herba eſt, quæ alio nomine Aſter Atticus dicitur à capitulis quibuſdam, quæ in eacumine habet, ſtellæ in modum radiata. Latinis etiam Inguinalis appellatur eadem ratione qua à Græcis Bubonium, quòd ſcilicet præſentaneum ſit affectorum inguinum remedium. Vide Plin. lib. 27. cap. 7.

Bŭbonocēle, *βουβωνοκήλη*, Teſte Manardo, herniæ ſpecies eſt, quum inteſtinum aut omentum nõ intra ſeroti deſcendit, ſed in inguine retentum, ipſum tumefacit. Latini Inguinis ramicem appellant.

Bucardia, *βουκαρδία*, Lapillus bubulo cordi ſimilis, in Babylone tantùm naſcens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Bucca, cæ, f. p. Oris concauitas intra malas à mento ad oculos, quæ ſpiritu à pulmone reuocato, & oppreſſis labiis retento inflatur. *λοφὸς, γνάθος*. [Ital. Bocca. Gall. Bouche. Hiſp. Boca. Germ. Die höle des munds die man aufblaſen kan.] Horat. lib. 1. Serm. Quid cauſæ meritò quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Plaut. in Truculento pro maxillis exterioribus poſuit, Quæ iſtas buccas tam bellè purpuriſſatas habes: id eſt, ipſas malas. ¶ Et ſonus ille qui ex inflatione buccarũ erumpit, fictitio nomine Scloppus dicitur. Perſius: Nec ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas. ¶ Buccas inflare, eſt *τὰς γνάθους φυσᾶν*. & apud Lucian. *διατραγῳδεῖν*. Quicquid in buccam uenerit ſcribere aut loqui dicimus: pro eo quod eſt, Quicquid in mentem uenerit, ex tempore & impræmeditatè, *αὐτοσχεδιαστῶς*. Cic. ad Attic. Si rem nullã habebis, quod in buccã uenerit ſcribito. ¶ Item Bucca, tuba dicitur. Iuuenal. Sat. 6. Et Phrygia neſtitur bucca tiara. Hinc Buccina.

Buccones, m. t. qui tumidioribus ſunt buccis, & pro ſtultis accipiuntur. Plaut. Bacch. Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, ſolus ego omnes anteeo ſtultitia. Hi à Phyſionomis habentur leues & futiles.

Buccŭlentus, a, um, om. ſ. Qui magnam habet buccam. Plautus in Merc. Ego dicam tibi canum, uarum, uentroſum, buculentum.

Buccŭla, per duplex cc, diminutiuum à bucca, oris parte: id eſt, puſilla bucca. *τὸ γόμφιον*. [Ital. Bocchina. Gall. Petite bouche, boucherte. Hiſp. Pequenna boca. Germ. Ein kleine höle des munds, ein mũle.] Apul. lib. 6. de Aſin. Tunc Iuppiter perpreſſa Cupidinis buccula, manuq; ad os ſuum relata combaſiauit. Quandoque ponitur pro parte Caſſidis, per quam mittitur ſpiritus, ita dicta, quòd buccam regat: unde & buccarum tegmẽ à Cæſare appellatur. Caſſis enim caput, buccula autem barbatas partes armat. Aut certè pro ſummo galeæ cono, in quo defiguntur criſtæ, quòd buccæ paruæ habeat ſimilitudinem. Iuuenalis, Lorica, & fruſta de caſſi de buccula pendens.

Buccella, diminutiuum à bucca. *γόμφιον*.

Buccea, cæ, f. p. A bucca, fit pro ore, & ſignificat fruſtulum alicuius rei eſui aptæ, quantum ſcilicet bucca commodè capit: quod & Bolus dicitur. *ἔνθεσις, γομφὶς, βλωμός*. [Ital. Bocone. Gall. Bouchée, mourceau. Hiſp. Bocado que cabe en la boca. Germ. Ein mumpffel, ein mund vol.] Auguſtus Cæſar ad Tiberium: Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter ſabbathis id ieiunium ſeruat, quàm ego hodie ſeruaui, quæ

uisi, qui in balneo demum post horam primam noctis, duas buccas manducaui priusquam ungi inciperẽ. Martial. lib. 7. Buccas dixit pro Bucceas, uel Buccellas: Buccis (inquit) placentæ sordidas linit nappas.

Buccellarij, Gallogræci uocabantur: & Buccellariorum regio Gallogræciæ ut est apud Suid citante Alciato. Sunt & buccellarij equites cataphracti per Orientem qui suberant magistro militum, ut legitur in Breuiar. Scoti ad Theo. Imp. Alberico latrones sunt, qui ponunt in ore captiuorũ lignum, ut non clament.

Buccellatum panis, castrensis & frumentacei genus, *ἐμψυχον μυστικον*. [Ita. Pã biscotto, pan biscottato, biscoto. Gal. Biscuit, pain biscuit His. Vizcocho. Ger. Brot das zwey maal gebachẽ ist, als má es etwã im krieg braucht.] de quo Spartianus scripsit, Pescenniũ Imperatorẽ prohibuisse pistores mercitũ sequi, ac iussisse milites omnes buccellato in locis paratis accepto esse contentos: Ammianus uerò scribit, Vigiuti dierum frumentum, ex eo quod erat in sedibus cõ fumendum, ad usus diuturnitatem excoctum, buccellarũ, ut uulgò appellant, humeris imposuit libẽtium militum. Vbi buccellatum accipere uidetur pro pane nautico, quẽ uulgus Bis coctum appellat. Dictum est ex eo, quod in buccellas, & quasi tessellata frusta confectum sit. In Codicis uo lumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum, carnem uerueccinam accipere debere.

Buccellatum, dicitur à bucca, quod est frustulũ panis quantum commodè buccella capere potest. August. ad Tranq. Post horam primam noctis duas buccas manducauit. Inde fit buccella. Marc. in l. i. C. de erog. mil. li. 12.

Buccina, næ, pen. corr. f. p. Propriè est cornu recuruũ, quod tubæ modo inflatur: ita dictum à bucca: quum tubam significet. *σάλπιγξ. βυκανιστήριον*. [Ita. Corno, tromba. Gal. Bo cornet. His. Bozina para tanner. Ger. Ein zinckhorn, on horo mit welchem man aufblaset als mit einer trommetẽ.] Hieronymus ad Dar. Bucca uocatur tuba apud Hebræos: deinde per diminutionem Buccina dicitur. Varro, Orpheo uocari iussit: qui quum eò uenisset, cithara cantare iussus, buccinam inflauit. Ouidius, Caua buccina sumitur illi Tortilis in latum ¶ Est quoq; buccina pastoralis, qua oues, & porci appellantur. Colum. li. 7. Ad quem satur pabulo libenter, recurrunt, quum pastorali signo quasi receptui canitur. nam id quoq; semper crepusculo fieri debet, ut ad sonum buccinæ pecus, si quod in syluis substitetit, septa repetere consueuerit. ¶ Buccinas à tubis nonnulli sic distinguũt, quod illæ ex recuruis animaliũ cornibus: tubæ ex ære, argentóue cõfici soleant, ad animos militũ & equorum inflammandos. Apulcius certè lib. 1. Florid. buccinam manifestè à tuba secernit, quum ait: Siquidem uox hominis & tuba rudiore toruio, & lyræ concentu uariatior & tibiæ questu delectabilior, & fistulæ susurro iucundior, & buccinæ significatu longior. Sæpe tamen Buccinnã pro tuba positam inuenimus, aut certè pro instrumento tubæ simili. eundem in bello usum habente. Cicero pro Mur. Te gallorum, illum buccinarum cantus excitarit: tu actionem instituis, ille aciem instruit.

Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia, cuius meminit Dionysius, quo nomine etiam dicta est, insula, Pontiani pontificis exilio, & more clara.

Buccino n. p. pe. cor Buccina cano *σαλπίζω*. [Ita Sonare di trombetta. Gal. Corner. His. Taner con squella bozina. Ger. Zinblaasen.] Varro 1. de Re rustica, Primũ quũ inclusêris, quum buccinatum est, aperiunt, ut exire possint, &c.

Buccinator, m. r. Qui buccina canit, ad incitandos ad prælium animos. *σαλπικτὴς βυκανιστὴς*. [Ital. Sonatore di corno. Gal. Coneur, trompeteur ou trompette. His. Tanedor de bozina. Ger. Ein hornblaaser, zinckenblaaser.] Cæs. 2 Bell. ciui. Quæ re admaduersa, Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speculandum castrorum in tabernaculis relictis, de tertia uigilia silentio exercitum in oppidum reduxit. ¶ Per translationẽ nunc Buccinatorem pro laudatore ponimus. Cicero Tironi. Quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id, constantiq; animo facias.

Buccinum, ni, Idem quod Buccina, hoc est cornu, recuruũ, quod tubæ modo inflatur, *σάλπιγξ, βυκανιστήριον*. ¶ Buccinum item concha genus purpura minus, quod petris adhæret, & circa scopulos legitur. Plin. lib 9 cap. 17. uno in loco utrunq; significationem expressit. Buccinum est, inquit, minor concha, ad similitudinem eius buccini, quo sonos editur: unde & causa nominis, rotunditate oris in margine incisa.

Bucca, per simplex c, Folliculus grani fabæ interior, qui albus est.

Bucentaurus, *βουκένταυρος*. Bucentoro, Venetiis, composita dictio à *βοῦς*, quod magnum quiddam signat, & Centaurus, id est magna nauis Centauro insignita. Veteres enim solebant magnis rebus *βοῦς* syllabam præponere, à magnitudine scilicet bouis.

Bucentes, *βουκέντης*. [Ital. Tafano. Gal. Taon. His. Moscarda que abuyentà las uacas ò reses. Ger. Brámen, hornauss.] Tabanus à pungendis bobus. *κεντεῖν* enim pungere significat. Latini hoc infesti genus Asilum uocãt. Græci alio nomine *οἰστρον*. Non dissimile est apibus, quãuis maiore corpore, armentis præcipuè infestum. De quo ita Vergilius in Georg.

Est locos Silari circa, ilicibusq; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Asilo
Romanum est, œstrum Graij uertere uocantes.
Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta. Vide Asilus.

Bucentrum, *βούκεντρον*, Stimulus quo boues agitantur.

Bucephalus, m. f. *βουκέφαλος*, pen. cor. quasi bouis caput: quo nomine dictus est equus Alexandri, ab aspectu toruo, seu ab insigni taurini capitis armo impressi. In cuius demortui memoriam, Bucephalam Indiæ urbem condidit. ¶ Est etiam Bucephalus herba eadem cum tribulo: ita dicta, quòd bubuli capitis imaginem referat duobus cornib. & rictu. Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem.

Bucĕras, *βουκέρας*, Herba est Theophrasto, quæ notiore nomine Fœnugræcum appellatur: ita dicta à figura seminis, quod corniculorum similitudinem quandam præ se fert. Vide Plin. lib 24. cap. ult.

Bucranium, *βουκράνιον*, Herba est, Galeno alio nomine Autirrhinon appellata. Vide Ruellium lib. 3. cap. 111.

Bufo, m. r. *μύσκος*. [Ita Botta, rospa. Gal. Crapaut. His. Capo ò escuerco. Ger. Ein krott.] Rana terrestris uenenata. Virgil. 1. Georg. Inuentusq; canis bufo, & quæ plurima terræ Monstra ferunt.

Buglossum, siue Buglossos, *βούγλωσσον*. [Ital. Borrana, borragine. Gal. Bourroches ou bugloſſe. His. Borraia, yerua nota. Ger. Borretsch oder ochsenzung.] Herba est officinis & herbariis Boragini nomine nota: diuersa ab ea quã uulgus hodie bugloſſam uocat. nam ea Cirsion est, siue Buglossum maius. Dictũ aut est Buglossum à linguæ bubulæ similitudine. ¶ Alio nomine Euphrosynum dicitur, propterea quòd in uinum deiecta animi hilaritatem gignere credatur. Vide Plinium libro uigesimoquinto capite octauo.

Bugones, m. f. *βουγονοί*, à Græcis dictæ sunt apes: quoniam ex bone putrefacto nasci perhibeantur. Varro de Re rusti. lib. 2. cap. 5.

Bŭlăpăthum, *βολαπάθον*, Herba est ex Lapathi generibus, ab oxylapatho sola radicis altitudine differens. Vide Plin. lib. 20. cap. 21. & Ruellium lib. 2. cap. 49.

Bulbine, es, teste Plin. lib. 20. cap. 9 Herba est, porraceis foliis, rubicundo bulbo, quæ uulneribus mirum in modum utilis est. Officinæ Maurorum uocabulo Bubigerim appellant, teste Ruellio lib. 20. cap. 100.

Bulbito, as, penultima correpta, *βολβιτίζω*, Puerili fœcore fœdo. Vide in dictione Bubino.

Bulbus, a. p. *βολβός*. [Itali. Cipolla maligia. Gall. Eschalote. His. Vn cierto genero de cebolla. Ger. Eschilouch.] Latinè Allium agreste, siue Allium marinum, caulem & folia habent lilio similia: cæpeq; genus est non absimile Ascaloniæ, quod Venerem impendiò excitat. Martialis libro 14. Quum sit anus coninux, quum sint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis quàm farur esse potes. Columel. libro 10. Quæq; uiros acuunt, armantq; puellas, Iam Megatis ueniant genitalia semina bulbi. ¶ Generaliter uerò apud idoneos autores bulbi sunt radices rotũdæ mẽbranis suis tunicatæ, siue pluribus capitulis coagmẽtentur, uno folliculo omnes ambiente, siue quadantenus distinctæ separentur cuiusmodi sunt croci, narcissi, colocasiæ, scillæ, & ariſidnum. [Ital. Scalogni che nascono cõ piu cipolette attaccate insiemet. Gal. Toute racine ronde ayant plusieurs tayes

& pelores l'one ſur l'autre comme lis, ſafran, oignon. Hiſ. Qualquiera raiz como de cebolas. Germa. Allerley ronde wurtzlen die vil ſchelffen übereinanderen hannd.] Pallad. Nunc & liliorũ bulbos ponemus, uel lilia antè habita ſarriemos ſumma diligẽtia, ne oculos circa radices naſcẽtes, & minores bulbos ſauciemus, qui à matre ſubtracti, atq; in alios digeſti ordines, noua lilieta formabunt. Idem, Violarum plantæ, & croci bulbi ſerendi ſunt. Varro & Apicius ita ſcribunt, Aqua decoquant bulbos, qui ueneris uſum quærũt. ¶ Ex bulborũ genere Cato maximè celebrauit Megaricos: ita dictos, quòd è Megaride Attici agri regiuncula mittebantur. Alij Scillam nobiliſſimam faciunt medicamenti, & aceto exacuendo natã. Vide Plin. li. 19. ca. 5. ¶ Bulbos querit, βολβὸν ζητᾶ. locus prouerbialis in eos, qui iuxta Perſium, Obſtipo capite defigunt lumina terræ.

Bũlbõſus, adiect. m. ſ. βολβώδης. [Ital. Pieno di picciole coperte nella radice. Gal. Ayant pluſieurs petites teſtes cõme oignons en la racine. Hiſpa. Coſa que tiene mucho de talrayz. Ger. Rõdlecht wie ein rõde knopfechtige wurtzel.] ut radix bulboſa, in qua bulbi cõſpiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plinl. lib. 21. cap. 17. Semipedali radice bulboſa, molli, cribus aut quatuor agnatis.

Bũlẽuta, tæ, m. p. βουλευτής. [Ital. Conſigliere, Senatore. Gal. Conſeiller de ville, eſcheuin. Hiſ. Cõſciero. Senador. Germ. Ein radshere, Radtgeb.] Latinè dicitur conſiliarius, ſenator, decurio. à βουλὴ, Senatus, conſilium. Plini. in Epiſt. Claudiopolitani quoq; in depreſſo loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiũt magis quã ædificant, & quidem ex ea pecunia, quã Buleutæ addũt beneficio tuo.

Bũlẽutẽrion, βουλευτήριον. [Ital. Luogo ò ſala doue ſi fanno i conſigli, corte. Gal. Senat, Cour. Hiſ. Senado, lugar donde eſta el conſeio. Ger. Raadthauſs, Richthauſs.] Græci uocant ædificium amplum, conſilijs publicis deſtinatũ. Latinè Curiam uocare poſſumus. Cic. 4. Ver. Deinde ut in curia Syracuſius, quê locũ illi Buleuterion uocant. Plin. lib. 36. ca. 15. inſigne buleuterion. Cyzici fuiſſe tradit, ſine ferreo clauo, ita diſpoſita contignatione, ut eximerentur trabes ſine fulturis, ac reponerentur: quod item Romæ in ponte Sublicio religioſum fuit, poſteaquam Coclite Horatio defendente ægrè reuulſus eſt.

Bulga, gæ, ſ. p. autore Feſto Sacculus erat ex corio, aut alia materia confectus, quo circumferebant peregrinantes peconiam, aut alia uiæ neceſſaria: à Græcis equis, quibus ferebatur, ἱππικὰ πήρα appellabatur. ἀιρματίνη πήρα. [Ital. Bolgia, beſaccia. Gal. Bougete de cuir. Hiſ. Bolſa de cuero. Ger. Ein bulgen wetſchger.] Lucil. Sat. lib. 6. Cui neq; iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes ullus, Bulgam, & quic quid habet numerorum, ſecum habet ipſe: Cum bulga cœnat, dormit, lauit: omnis in una Spes hominis bulga: hac deuincta eſt cætera uita.

Bũlimia βουλιμία, ἡ βούλιμος. [Ital. Gran fame. Gal. Grand' faim. Hiſ. Grande hambre. Ger. Groſſer honger, Vnmäſſige begir.] Immodica appetentia interpretari poteſt, quũ ſcilicet cibo quantolibet ſumpto fames non extinguitur. ¶ Cõponitur ex βῦ particula quæ magnũ quid indicat in compoſitione, & λιμὸς fames. ¶ Eſt & Bulimia, ſiue Bulimos, Galeno 2. Aphor. orificij uentriculi morbus, & caſus appetẽtiæ, ex frigiditate exteriore, qui à fame quidẽ inchoauit, ſed non habet eam amplius adiunctam. Et in hoc differt ab appetentia canina, quæ perpetuò cibum appetit, ſumptumq; ſtatim euomit.

Bulla, βόλλα, Inſigne erat, triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remedijs, quæ crederẽt aduerſus inuidiã ualẽtiſſima. Hinc deductus mos, ut prætexta, περιπέρφυρος, quæ magiſtratuũ erat, etiam in uſu puerorum nobilium uſurparetur ad omen & uota cõcilliãdæ uirtutis, ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. Erat hæc bulla rotunda (ut Macrobius ſcribit) in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, ut bullã inſpicientes, ita demũ ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarent. Romani depoſita adoleſcentia eam exuebant. ¶ Dicta eſt autem Bulla, teſte Macrobio, παρὰ τὴν βολὴν hoc eſt à conſilio: quòd effrenis illius ætatis impetus, conſilio præcipuè eſſet regendus. Primus autem Tarquinii Priſci filius, quòd ſe in bello utiliter geſſiſſet, bulla aurea donatus eſt, & toga prætexta. Deinde omnibus pueris facta eſt communis, quorum parentes Curulem magiſtratum geſſiſſent. Libertinorum uerò filij, loriã in collo pro bullæ decõre geſtabant. Aſcon. Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcorteã, quaſi communiens pectus puerile. A cuius rei ſpecie (Plutarcho autore in Problem.) dicta bulla, πομφολυξ. [ital. Ampolla, ſonaglino d'acqua. Gal. Bouteille, ou bouillon, s'eſteuant ſur l'eaue quand il pleut ou autrement. Hiſp. Bar buia ò ampolla. Ger. Ein blaateren des waſſers.] tumor quidam excreſcens tam in aqua quam bullit, quàm in urina quam ſpumam facit, & repente euaneſcit. Ex quo etiã prouerbialiter apud Varronem dicitur, Homo bulla, quòd ſcilicet ſimilis bullæ uita hominis ſit fluxa, & momento ea duca. Plaut. in Aſin. accepit bullam pro capite clauorum, luſiſti in ſplendorem dari bullas bas foribus noſtris? Nam clauorum capita more bullæ quaſi turgẽtia formata ſunt, & ſplendent ad fores decorandas. Sic Cic. tradit Verrem bullas aureas, ex ualuis templi magnificentiſſimis abſtuliſſe. ¶ Bullæ etiam dicuntur ornamenta, quibus cingula decorãtur. Calphur. in Buco. Alterna uitreas lateralis cingula bullas. ¶ Apud Apuleium lib. 6. accipitur pro ornamentis illis orbiculatis extuberantibuſq; quibus tanquam oculis ephippia equorum, & Pectoralia, & habenæ exornari ſolent: ait enim, Bullis multis aureis inoculatum, ueluti ſtellis relucentem.

Bullari, uerbum barbarum, quo tamen Accurſiani utuntur pro eo quod Imperat. Conſtantinus in l. ſi quis in metallum. C. de pœnis translatè, nec omnino ineleganter dixit in facie ſcribere.

Bullula, diminut. Parua bulla. φυσημάτιον. Celſ. lib. 2. de Vrina. Aut ſi quaſdam, inquit, maculas repræſentet, ut ſi bullulas excitet.

Bullatus, ta, tum, Bulla infigunitus. ὁ κάλυξι πεποιημένος. [Ital. Ornato di bolle. Gal. Reſſamblant aux bouillons ou bouteilles d'eaue, orné de bagues. Hiſp. Coſa llena de bollones ò chatones. Ger. wolgeziert mit bullen, als mit biſemknöpfen, &c.] Veſtis bullata, in qua erat bulla. ¶ Accipitur pro inani, tumido, & inflato. πεπομφολυγωμένος, πομφολυγώδης. Perſius, Non equidem hoc ſtudeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgeſcat. Bullatas nugas prouerbij ſpecie appellans inanem perſtrepentium uocum congeriem, in quibus nihil ſubeſt ſolidioris ſententiæ.

Bullio, is, ui, itũm q. ἐναβράσσω, ἐπεγείρω. [Ital. Bollire. Gal. Bouillir. Hiſp. Bullir como lo que hierue. Ger. Siedẽ, wellen, ſtrudlen.] Significat feruere, dictum à bullis, quas in aqua feruida uidemus. Celſus lib. 5 cap. 28. Aut ſpumæ argenti ſelibra, ſ. olei hemina, & aquæ marinæ altera, coſta donec bullire deſierit, cui paulum ceræ ſit adiectũ. ¶ Huius compoſitum eſt Ebullire ἐκφυσᾶσθαι, efferueſcere, & inter bulliendum effundi, ſicut aqua in aheno calefacta bulliens, non ſeiptam capit, ſed intumeſcit & effunditur. Per metaphoram accipitur pro lætare, uel oſſentare. Cic. 1. de Finibus. Dixerit Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem, quod quidem ſolet ebullire nonnunquam. Idem. 3. Tuſc. quæſt. Qui ſe uirtutes ebullire uolent & ſapientias, nihil aliud dicent.

Bullo, as, Idem quod Bullio. ἐκφυσᾶσθαι. Cato de Re ruſt. Vinũ Græcũ ſic facito: Muſti quadrantalia uiginti in aheneũ aut plumbũ infundito, ignem ſubdito, ubi bullabit ut nunc, ignem ſubducito. Plin. Magna ſigna ſunt urinæ bullantis, & craſſæ. ¶ Sic Ebullo, id eſt erumpto, crepo. Perſius, O ſi ebullet patrui præclarum funus.

Bumamma, fœc (ut apud Macrob. lib. 3. Saturnal. ca. 3. legitur) Bumammia uua, eſt eadem quæ & Bumaſtos dicitur. Vide in ſequenti dictione.

Bumaſtos, βύμαστος, fœm gen. Vox generis, craſſioris mammæ cuiuſdã modo intumeſcẽtis: à βῦ augmentatiua particula, & μαζὸς mamma: quaſi magnam mammam dixeris. Plinius libro 19. capite 1. Tument mammarum modo bumaſti.

Bũmẽlia, ſ. p. βυμελία, Fraxini ſpecies in Macedonia amplißima & lentiſſima, cuius folia contra ſerpentes ſuccreſſo ad potum, & impoſita ulceribus maximè proſunt. Plin. lib. 16. cap. 13.

Bunias, adis, βουνιὰς, Napi ſpecies eſt, diuerſa à Bunio. Plin. lib. 20. cap. 4. duas napi ſpecies facit, quarum altera Bunion, altera Bunias uocatur. Bunion autem angoloſis foliorũ caulibus eſſe tradit, eiusq; decoctũ purgationibus

fœminarum

ſeminarum, & ueſicæ, & urinæ utile eſſe: idq; Dioſcorides à Romanis Scopam regiam uocari aſſerit. ¶ Buniada autem idem Plinius rhaphano, & rapo ſimilem facit, cuius ſemen antidotis, quæ contra uenena fiunt, admiſceri tradit. Hodie Bunias napi nomine nulli nõ cognita eſt. ¶ Bunion autem id eſſe, quod uulgus Gallorum Carpẽtariam herbam uocat, pleriq; ſuſpicantur. Vtriuſq; autem generis appellatio à tumente radicis figura tractum uidetur. Nam colles, terræq; tumores *βοῦνοι* Græci appellant. Napum autem Buniadis nomine ne Columella quidem ignorauit, qui ſic ſcribit li. 10. Atq; Amiterninis defertur bunias aruis.

Bunion, Vide Bunias.

Bupedas, com. t. *βωπαίδας*, Magnos pueros dicunt Græci qui fecerunt finem excreſcendi. Latini uocant Exoletos.

Bŭphonum, n. ſ. *βούφονον*, Genus herbæ, quæ à bobus deuorata mox eos procreat, eosq; necat. Græcè quippe *φόνος*, dicitur mors. Hanc herbam quidam Camelæontã uocant: alij Cynozolon, quòd fœtore eius ricini é canum auribus decidant, *κύων* enim canis, *ὄζειν* fœtere. Vide Plin. lib. 22. cap. 8. ubi tamen Vlophonum legitur, non Buphonum.

Buphthalmos *βούφθαλμος*, Herba eſt, quam Romani Boarn appellauere, cauliculis teneris & ſubtenuibus, foliis fœniculi floribus luteis maioribus quàm anthemidis, & bubulorum oculorum ſimilitudinem referentibus: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 25. cap. 8. ¶ Buphthalmos etiam apud Dioſcoridem recenſetur inter appellationes Sedi, ſine Sempernini maioris.

Bupleuron, n. ſ. *βούπλευρον*, Herbæ nomen, quam ſic deſcribit Plin. lib. 22. cap. 22. Bupleuron in ſponte naſcentium herbarum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis, longis, capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate in Medicina, Glaucone & Nicandro.

Buprestis, f. t. *βούπρηστις*, ut ſcribit Plin. lib. 30. cap. 4. Animal eſt ex genere cantharidum, ſcarabeo longipedi ſimile, uenenatum, rarum in Italia: fallit inter herbas bonè maximè, unde & nomen inuenit. Apud Iureconſul. Titulo ad legẽ Corneliam, ſcribitur, Si cui temerè pigmentarii dederint pyriocampas, aut buprestes, quæ ambo uenenata ſunt, reneri pœna legis Corneliæ de ſicariis & ueneficis. ¶ Eſt & Buprestis herbæ genus, quã in laudibus ciborũ habuere. Vide Ruellium lib. 2. cap. 127.

Bura, ſine Buris, Pars aratri poſterior, quæ manu bubulci tenenda dicta, quaſi *βοὸς ἄρα*, quòd ad ſimilitudinem bubulæ caudæ ſit incuruata. *ἰχίτλη*. [Ita. Manico dell' aratro. Gall. Le bous de la charroe, le manche. Hiſp. La manga ò cola del arado. Ger. Die Geitzen hinden an dem pflug.] Varro. lib. 1. de Re ruſtica, Et ſæpe fracta bura relinquunt nomeres in aruo Virg. li. 1. Georg. Continuò in ſyluis magna ui flexa domatur In Burim.

Burdo, m. t. Dicitur qui ex equo & aſina natus eſt, *ἡμίονος*. [Ital. Mulo nato di cauallo & aſina. Galli. Mulet né d' un cheual & d' une aſneſſe. Hiſp. Turdegano, hijo de cauallo y aſna. Germ. Ein mauleſel, der von einem roſs vnnd einer Eſlin geboren wirt.] Vtitur hac uoce Vlpianus Iurecon. lib. de Legat. iii. Litem legato.

Burgi, quorum mentio in titul. C. de. Fund. rei priuatę. qui muro, uel curię, uel burgis cęteris q; corporib. ſeruierit. Ita Althan. Vir eruditus præcipuusq; Germaniæ illuſtra tor Rhenani noſtri ſententias firmãs, à Græco pyrgo deductum putat, colligitq; haud abſurdè ab hac uoce eos qui turres, munitionibus, & turritis mœnibus habitant. Burgi quod ciues ſignificat, quaſi dicat pyrgios, & Burgrauius appellatum præfectum atq; Comitem & arcis & caſtri Conſtans autem eſt opinio à Burgis, Burgõdiones Germaniæ populos eſſe.

Barbaricum, genus uaſis, Feſto.

Burbaia, Genus potionis, lac ſapa miſtum, à rufo colore nomen ductum. Feſtus.

Burbus, m. ſ. [Ita. Roſſo. Gal. Rouge, uermeil. Hiſp. Roxo ò bermejo. Ger. Rotfarb.] Color à ueteribus dicebatur, qui hodie Rufus dicitur. Græci enim *πυῤῥὸν* rubrum ſeu rufum uocant. unde qui ex priuarga potatione rubeſcunt, Burbi, ſine Byrrhi ſunt appellati: & Burrhæ, ueſtes ruſſæ oris.

Burbinum, *βουβῖνον*. Herba eſt ſatiuo apio ſimili, ſolãq; cauli breuitate, & rufa radice ab eo differens. Autor Plin. lib. 20. cap. 12.

Buſicon, *βούσικον*, Ficus erat præcipuæ magnitudinis, ſed fatuo ſapore, quæ alio nomine Mariſca dicitur. Ex Feſto.

Buſtŭarii, m. ſ. Gladiatores dicti ſunt, qui ante ſepulchra in honorẽ defuncti digladiabantur. *ἐπιτύμβιοι*. [Ital. Spadacini. Gal. Spadacins, ioueurs d' eſcrime deuant le ſepulcre a l' honneur des morts. Hiſpa. Eſgremidores de eſpada. Ger. Fechter die vorzeyten mit ſchwerteren vor den greberen tochten, zů ehren den abgeſtorbenen.] Cic. In Piſon. Si mihi cum illo buſtuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuiſſet.

Buſtum, n. ſ. Propriè dicitur locus, in quo mortui cadauer combuſtum eſt, & ſepultum. *τύμβος*. [Ital. Tomba, Sepolcro, Sepoltura. Gal. Sepulcre, tombeau, lelieu ou l' on bruloit les morts. Hiſpa. La Sepultura. Sepolcro. Germa. Ein grab.] Dicitur q; Buſtum, quaſi bene uſtum. Hęc Feſtus. Seruius uerò in 11. Aen. Pyra, (inquit) eſt lignorum congeries: Rogus, quam arderet cœperit dicitur: Buſtum verò, iam exuſtum uocatur. Quem ordinem ſeruat Poëta dicens: Conſtituẽre pyras. Item, ſubiectiſq; ignibus atris, Ter circumaccenſos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos. Item poſtea, ſemiuſtaq; ſeruant Buſta. Liu. quoq; li. 1. ſcribit locũ fuiſſe iuxta Aequimelium, nomine Buſta Gallica, quoniam illic aceruatos cumulos ſuorum defunctorum ex peſtilentia aſſerant. Gal. Cic. uerò lib. 1. de Legibus, Buſtũ appellauit tumbam, aut monumentum: Pœna (inquit) fuit Solonis lege conſtituta, ſi quis buſtum aut uiolaſſet, aut deiecciſſet. Suet. in Cæſ. Iudæi, qui etiam noctibus continuis buſtũ frequentarunt. Ci. ad Atti. Vnas uideo à te nõ eſſe redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad Buſtum Baſilij uulneratus, & deſpoliatus eſt.

Buteo, t. m. Ex accipitrum genere auis eſt, quam Græci à numero teſtiũ *τριόρχην* uocant, *ὄρχις* enim teſticulus dicitur. Huic aui Phœmonoë Appollinis filia in augurijs principatũ dedit. [Ital. Sorte di uccello di rapina. Gal. Buſard. Hiſp. Vn genero de aue arrebatadora. Germ. Ein Buſs, iſt ein raubvogel auſs dem geſchlecht der habbichen.] ¶ Buteonum item nobilis Romæ familia fuit, ita dicta à buteone aue, quæ proſpero auſpicio in Fabij ducis naue conſedit, referente Plin. lib. 10. cap. 8.

Buthўſĭæmi, f. p. *βουθυσίαμ*, magnũ ſacrificium appellauere, qualis eſt Hecatombe, & immolatio magnarum hoſtiarũ. Suet. in Nero. Inter Buthyſiæ apparatum barbam primam poſuit. Deducitur à *βοῦ* augmentiua particula, & *θυσία*, quod hoſtiam, uel ſacrificium ſignificat. Plautus Buthytas appellat ſacerdotes.

Butomum, *βούτομον*, Frutex in paludibus naſcens, folia ferens iridis proxima, ex una radice non ſingulos ſcapos, ſed plures ueluti uirgas emittens, ad uitilium nexus utiles. Frondibus autem bones maximè oblectantur: unde & nomen accepit. Vulgus hodie Iuncum cabacinum appellat. quod ex foliis eius ſportulæ texantur, quibus ficus & uuæ paſſæ ad nos afferuntur. Vide Ruellium lib. 2. cap. 127.

Butŏbacta, Veteres uſurpauerunt pro eo quod ungatorium eſt, & nullius ualoris. Feſtus ex Nęuio.

Bŭtўrum, n. ſ. *βούτυρον*. [Ital. Butiro: Venetiis, Onto ſottile: Alibi, Smalzo. Gal. Beurre. Hiſ. Manteca. Ger. Anckẽ, butter.] Portio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione, à ſero ſeparatur: dictum, quaſi *βοὸς τυρὸς*: hoc eſt bubulus caſeus. Fit enim (teſte Plin. lib. 28. cap. 9.) ex lacte bubulo ut plurimum. Habet aũt penultimam ſyllabam indifferentẽ, quanuis apud ueteres poëtas non temere inuenias. Macer & Serenus corripuerunt: Sidonius uerò, alijq; nonnulli produxerunt.

Buxus, fœm. ſ. *πύξος*. [Ital. Boſſo. Gal. Bouys. Hiſ. Boꝺ. Ger. Buchſbaum.] Arbor exigua, ſemper uirens & conſilis. Producit ex ſe uiſcum, & ſemen, ſeu granum, quod Cartegon dicunt, omnibus animalibus inuiſum. Lignum habet adeò durum, ut cariem non ſentiat, & tam ponderoſum, ut in aqua ſubſidat. Hoc Buxum appellatur. Nam in pleriſq; nominibus arbores ſunt fœminini generis: fructus uerò & ligna neutri. Virgil. Dant arbuta ſyluæ: Cruentaq; myrta, & Cerea pruna: Volubile buxum. Quandoq; tamen Buxus dicitur pro ligno. Virgilius libro nono, Buxoq; nõ cat Berecyntia mater. Ex Buxo fiunt tibiæ multiforatiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad uſus plurimos.

Buxeus, a, um, Quod ex buxo eſt, uel quod buxi colorem imitatur. πυξινος. [Ital. Di boſſo. Gal. De bouys. Hiſp. Coſa de madera ò de color de box. Ger. Buchsbömen, Aus buchs bäumen gemacht.] Martialis, Et res ſunt tibi Maximina dêtes, Sed planè pleciq, buxeiq.

Buxetum, n. ſ. Locus buxis conſitus. πυξιών. [Ital. Luogo done ſono molti boſſi. Gal. Bocage de bouys. Hiſp. Boxedal. Lugar de aquelos arboles. Ger. Ein ort da buchsbäum wachſen.] Martia. Non otioſis ordinata myrtetis, Viduiq, Platano, tõſiliq buxeto Ingrata lati ſpatia detinet campi.

Buxoſus, a, um, Quod buxo ſimile eſt. πυξοειδής. [Ital. Pieno de boſſi, ſimile alboſſo. Gal. Plein de bouys, ou ſort reſſamblant à bouys. Hiſpa. Lleno de box, ò ſemeiante al box. Ger. Vas dem buchs gleych iſt.] ut Ligũ balſami buxoſum. Plin. lib. 12. cap. 25. Ex hoc buxoſum eſt optimũ, quod eſt odoratiſſimum.

Buxifer, Ferens buxum, πυξοφόρος. ut, Buxifer Cytorus, Catullo.

Byrſa, βύρσα. [Ita. Coolo. Gal. Cuir. Hiſ. Cuero, Ger. Leder.] Corium ac tergus Græcis dicitur: unde & βυρσίκα coriarium appellarunt. Hinc arx in media Charthaginienſium urbe Byrſa appellata. Dido enim quum fratrem fugiens in Africam peruenieſſet, emit ab Iarba rege tantum ſoli, quantum taurino tergore poſſet circundare. Diſſecto deinde tergore in munitiſſimas lamiſas, tantum loci eo circũdedit, quantum arci extruendæ ſat eſſet. Ad hãc fabulam alludit Virgilius, quum ait:

Mercatiq, ſolum facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſet circundare tergo.

Byſſus, βύσσος. [Ital. Biſſo. Gal. Creſpe, ſin lin. Hiſp. Cierto genero de lino muy delicado. Ger. Boſtlicher vnnd reiner linwaat.] Tenuiſſimi lini genus, proximam ab aſbeto dignitatem obtinens, ex equo ſubtiliſſimæ fiunt ueſtes, quæ mulieribus olim præcipuè in deliciis erant. Plin. circa Elim Achaiæ naſci credidit: Pollux uerò ex India & Aegypto gigni prodidit. Philoſtratus autor eſt, byſſum ex quadam arbore naſci, quæ altitudine populos æquat, foliis autem ſalicibus æquiparatur. Quam quum uidiſſet Appollonius gauiſus eſt, quòd fuſco amictui, quẽ geſtabat, non diſſimilis admodum eſſet.

Byſſinus, a, um βύσσινος. [Ital. Che è di tal lino. Gal. De creſpe ou de fin lin. Hiſpa Coſa de materia de aquel lino. Ger. Vas auſ boſtlichem vnnd reinem linwaat gemacht iſt.] Quod ex byſſo confectum eſt: ut, Byſſinæ ueſtes, quæ lutei coloris erant, & fulgore aurum imitabantur: quanquam poſtea inuenta eſt ratio byſſum quouis colore inficiendi.

Byzantius, a, um, adiectiuum: ut, Littora Byzantia, Ouid. 1. Triſt. Byzantii exules, Cic. pro Domo ſua.

C



Tertio loco ponitur à Latinis, nariato à Græcis & Hebræis ordine, Medium eſt inter G & C H. Vnius horum cognita natura, facilè noris reliquarum duarum. Dum profertur, extremæ linguæ pars anteriores dentes percutit, ſitq, ex eo repercuſſu obtuſior ſonus. Diuerſæ regiones diuerſimodè pronunciant, aliæ ita profe-ſunt, ut magis ad ſonum S uideatur accedere: aliæ uerò nõ nihil de ſono Gadmixtum habent. Sed nil mirum, quando nulla apud nos eſt recta elementorum pronuntiatio, ut facilè percipi poteſt. Sed diffuſius ubi de elemento H uerba fecerimus. Auget hæc litera ſonum & minuit eadẽ ratione qua & B. Nam & ipſa Litera muta eſt, quæ ante n, ſequente uocali in eadem ſyllaba ponitur, ſed profertur ſub uoce g, ob cognationem literarum, ut Cnidius, Cneus. Tranſit etiam per compoſitiones & deriuationes in g, ut Quadringenti, pro quadrincenti. In ſ, ut Parco, parſi. In x, Duco dux, Noceo noxa. In fine dictionum producit ſyllabam, præterquam in donec, nec & lac, quæ corripiuntur. In notis antiquorum C. comitia. comitialem diem. C. cauſa. cauſar, centum, con, contra, cum, coruibus, condemno, condemnatio, Caio. C. uel C A. A M. cauſa amabilis. C B. Corymbus. C con Caia. C. C. calumniæ cauſa. C. C. E cauſa conuenta eſt. CC. circum. CCC. DP tercentum duplex. CCC. T. P tercẽtum terræ pedes. C. C. F. Caius Caii filius. CS. cauſa, CA uel CAM. Camillus. CAE. Cęſar. CAES. AVG uel A. Cæſar Auguſtus. CAES. AVG. Cæſaris Auguſti. CAES. AVGG. Cæſares de tribus. CAR. COSV. chariſſimæ coniugi. CARIS. chariſſimus. C. B. commune bonum, ciuis bonus. CC. ducenti. C. CL. R. cauſam dara regi: C. CR. contrarius. C. C. conſilium cepit, uel ceſſet, calumniæ cauſa contractus. CS. cuius. C. D. Quadringentis condemnatus. CD. condignum.

Caballitio ſeu Caballatio, onis, f. t. in Conſtitutionibus munus alendi equos publicos. à caballis dicta, Feſtum author habet Alciatus, unde apparet exemplaria in hoc uariare.

Căballus, m. ſ. Equus, ἵππος. [Ital. & Hiſp. Cauallo. Gal. Cheual. Ger. Ein Roſs ein caball, ein hengſt] Lu li. 2. Succuſſator tetri, tardiq caballi. Varr. in Parm. Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. Seneca Epiſt. 87. O quantum erat eius ſeculi decus Imperatorium, triumphalem, Cenſoriumq ſuper omnia, hoc eſt Catonem, uno caballo eſſe contentum.

Caballus ab equo diſtat, quòd caballus fere nunquam ſine deriſione dicitur: equus uerò ſemper de apto & probato. Pomponius de Fund. inſt. l. Si ita caballos, ait, qui in peſtrinis eſſet, tanquam dicat malos.

Căballinus, a, um, pen. prod ἱππειος. [Ita. Di cauallo. Gal. De cheual, apartenant á cheual. Hiſ. Coſa de cauallo. Ger. Vas zů dem roſs hört,] ut, Caballina caro, Plini. lib. 28. cap. 10. ¶ Caballinus fons, eſt in monte Helicone Bœotiæ, quam Pegaſus in eo loco ſaxum ferions, aperuit. ἱππουκρήνη. Vade & Pegaſeus uocatur. Autor Strabo. Vide infrà in dictione Helicon.

Cabus, frumentaria eſt menſura: unde Cabaſi, qui expiari nequeunt.

Căcăbo. as, pen. corr. n. p. Proprièeſt uocis perdicum. κακκαβίζειν, κλυβίζειν. [Ital. Cantar de ſtarne. Gal. Chanter cõme la Perdris. Hiſp. Cantar de la perdiz. Ger. Küttelen wie ein rebhũn.] Ouid. de Philomela, ſi modò carmen Ouid. dicendum ſit) Cacabat hinc perdix, hinc graciat improbus anſer.

Cacabos lingua Pœnorum Solanum ſomniferũ, apud Dioſc. lib. 4. cap. 74. cacabulum.

Căcŭbus, pen. corr. Vas æneum in quo pulmentarium coquimus. κάκκαβος. [Ital. Laueggio, calderone. Gal. Chaudiere ou chederon, marmite. Hiſpa. Caldera para cozer al huego. Ger. Ein keſſel.] Plin. lib. 21. cap. 6. Succus in cacabo nouo coquitur mellis craſſitudine. Paulus Iurisconſul. Inter ahenum quod ſupra focum pendet, & cacabum non multũ intereſt. Nam hoc pulmentariũ coquitur, in illo aqua ad potandum caleſcit. Antiqui enim calidam & frigidam cœnis adhibebant. Apicius, Capita porrorum ſimul elixabis in cacabo nouo, ut aqua ad tertiam deferuear.

Cacalia, κακαλία, Herba eſt, quæ & leontice uocatur, in mõtibus fere naſcens, folia ferens candida, & magna, inter quæ ſemen dependet eiũdem nominis minutis margaritis ſimile. Autores Plin. lib. 27. cap. 11. & Dioſc. lib 4. cap. 108. Officinis Carui agreſtis uocatur, teſte Ruellio lib. 3. cap. 28.

Căcephăton, κακέφατον, uel Cacophaton, κακόφατον, Durior in oratione ſonus, ex mala ut plurimum compoſitione naſcens: quale eſt illud. Numerum cum nauibus æquat. Idem illud, O fortunatam natam me conſule Romam. ¶ Huic contraria eſt Euphonia. ἐυφωνία.

Căchĕxia, ſ. p. καχεξία, A medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur: quod fit, quum longo morbo uitiata corpora, etiam ſi illo nacant, alimentum tamen in ſui ſubſtantiam non conuertunt. Qui hoc uitio laborant, Cacectici καχεκτικοί appellantur.

Căchinnus, m. ſ. Solutus riſus, à ſono riſus uitium nocabulum. καχχασμός. [Ital. Riſo immoderato. Gal. Ris demeſuré, moquerie, riſée à pleine gorge. Hiſp. Riſa con carcaiada. Ger. Vas vnzimlich lachen, ſitteren, dass gaffien.] Iuuenalis. Sed facilis cuius rigidi cenſura cachinni. Perſius, Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Hinc Seneca præcipit, ut riſus ſit ſine cachinno, nox ſine clamore. Apud antiquos non de riſu tantum dicitur, ſed & de quouis alio ſono uehementiore. Catullus, Procedunt, leuiterq; ſonant clangore cachinni.

Cachinnor, aris, deponens: & Cachinno, as, neutrum, Immoderatè rideo. καχχάζω [Ital. Ridere immoderatamente. Gal. Rire à pleine gorge ou demeſurément. Hiſp. Reir, de maſiadamente, ò dar carcaiadas de riſa. Germ. Vnzimlich über die maſs lachẽ.] Ci. 5. Verrina, Ridere cõuiuæ, cachinnari

ipſe Apronius: niſi forte exiſtimatis eum in uino ſe lum non riſiſſe, qui nunc in uentriculo ac exitio ſuo riſum tuere non poſſit. Lucret. lib. 4. Quũ famulæ multæ fugitant, furtumq; cachinnant. ¶ Dicitur & de alio quouis ſo uo schemeatiore. Accius, Sæua ſonando crepitu clangen tu cachinnant.

Cachinnatio, f.t. Diſſolutior riſus. καγχασμός. [Ital. Riſo diſſoluto. Gall. Grandris riſee. Hiſ. Reir demeſiado. Ger. Sar gelſen, das vomáſſig vnflátig laché.] Cic. 4. Tuſc. Vt ride re conceſſum ſit, uituperetur tamen cachinnatio.

Cachla, Plin. lib. 25. cap. 8. Herba eſt, quæ alio nomine Buphthalmos appellatur. Vide ſuprà.

Cachryes, κάχρυες, Sunt oblongæ pãniculatum modo nucamenta, quæ ſquamatim compacta propendent è ramis, Creſcunt hyeme, Vere dehiſcunt in flauentes ſquamulas, & folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiete, pice, cæriſq; id genus arboribus conſpiciuntur. Vide Plinium lib. 16. cap. 7.

Cacia, f. p. κακία. [Ital. Aſtutia, uitioſità. Gal. Aſtuce, malice. Hiſ. Malicia, aſtucia. Ger. Boſsheit, Böſslichkeit.] Græcum dictio in Latinorum uſum non recepta, quam Cicero uitioſitatem interpretari mauult, quàm malitiam: quum Vitioſitas nomen ſit generalius ad omnia uitia pertinens, Malitia ſpecialius. Apud ueteres Malitia inter adiaphora, hoc eſt indifferentia connumerabatur, quaſi ſit & bona, & mala: ut dolus bonus & malus. Vnde apud Plautum dicitur cum laude, Te cinerem ſumma omni malitia.

Cæco, n. p. Alnum exonero, uentris onus depono, excerno. χέζω. [Ital. Cacar. Gal. Chier, aller à la ſelle. Hiſ. Cagar. Ger. Scheyſſen, ſein nodturfft thún.] Martialis, Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro: Baſſe bibis uitro, carius ergo cacas.

Cæcatus, a, um, Excrementis fœdatus. καταχεσμένος. Cæſius, Annales Voluſi cæcata charta.

Cæcãrio, ris. u. q. Deſyderatiuũ à Caco. χεζητιάω, χεζείν. [Ital. Hauer uoglia diandar del corpo. Gal. Auoir faim de chier, uouloir aller à ſelle. Hiſp. Auer gana de cagar. Germ. Scheyſſeren, einem zůſcheyſſen not thůn.] Martia. lib. 11. in Vacer. Cæcaturit Vacerra, non cæcaturit.

Cacochyla, ſiue Cacochyma. κακόχυλα, ἡ κακόχυμα. Dicũtur illa quæ malum ſuccũ habent: quibus contraria ſunt Euchyla, εὔχυλα, & Euchyma, εὔχυμα.

Cæcõdæmon, κακοδαίμων. [Ital. Spirito notturno, ſpirito maligno. Gal. Eſprit maling. foullet, phantoſme. Hiſpani. Fantaſma que parece de noche. Angel malo. Ger. Einböſer geiſt, ein böſs geſpenſt.] A noſtris Larua, aut malus genius interpretatur.

Cacœthes, Dictio tetraſyllaba, neutrius generis, & pen. pro. κακοήθες. [Ital. Carriua creanza, mala conſuetudine. Gall. Mauuaiſe nourriture, mauuaiſe couſtume. Hiſ. Mala coſtũbra. Ger. Ein böſe gewonheit, Böſe ſitten.] Mala & præpoſtera conſuetudo. Nam κακὸν malum, & ἦθος morem uel conſuetudinem ſonat. Iuuenalis pro ambitione ſumpſiſſe uidetur per translationem, quæ quum ſemel animo inſederit, nõ facilè amoueri poteſt. tenet (inquit) inſanabile multos Scribendi cacoethes. Hermolaus in Caſtig. Bud. in Pandect. Politianus Miſcel. ca. 49. ¶ Cacoethes præterea à medicis appellantur ulcera maligna, quæ quum omnia rectè atq; ordine feceris, non tamen curantur: quia in ipſo uteris loco. Galeno teſte, ineſt malignitas, ſanari ea prohibens, quum in aliis ulceribus malorum humorum infamus aliunde recipiatur.

Cacothia, æ. f. p. malignitas, aut mala conſuetudo.

Cacologus, gi. m. f. adiect. κακολόγος, maledicus.

Cacologia, æ. f. p. κακολογία, maledictio.

Cacos κακὸς, modò malus, modò deformis, modò timidus dicitur. Et barbara eſt dictio, ut ait Theodorus Gaza libro 3. Iliados.

Cacos, Iris ſylueſtris apud Dioſc. lib. 4. cap 18.

Cæcõſtomachos, κακοστόμαχος. [Ital. Quello che ha debole ſtomacho. Gal. Qui a mauuais eſtomac. Hiſp. El. que tiene eſtomago enfermo. Ger. Der ein blöden vnnd böſẽ magen hatt.] Qui malum ac debilitatum ſtomachum habet, hoc eſt uentriculum. Os enim uentriculi, qui ſtomachus dicitur, pro ipſo uentriculo ſumi ſolet. Cic. ad Tironem, De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio: ſed planè curationes eius non probo: ius enim dandũ tibi non fuit, quum κακοστόμαχος eſſet.

Cacoſynthẽton, κακοσύνθετον. Mala, ſeu deformis compoſitio: ut apud Vigilium, Terga fatigamus haſta.

Cacotechnia, κακοτεχνία, Ars mala interpretatur, & ad pernicicm inuenta. Quintilian. lib. 2. ca. 20. Cacotechniam quidam nominauerunt artis prauitatem.

Cacozælia, κακοζηλία, Dicitur mala & indecora affectatio, quoties inſcitè uirtutem aliquam imitantes, in uitium labimur. Veluti ſiquis Atticiſmum affectans, ieiunus fiat & aridus: aut contrà copiæ ſtudens, in ineptã incidat loquacitatem. Cacozeliæ genere peccare. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Cacozelus, pen. prod. κακόζηλος, Ineptus imitator.

Cactos, κάκτος, Herba eſt, teſte Plinio lib. 21. cap. 16. In ſola Sicilia naſcens: quæ caules habet è radice emiſſos, & in terra ſerpentes, quos etiam Cactos uocant. Athenæus eã eſſe credit, quæ Latinis Cardnus, Græcis cinara uocatur.

Cacubalum, Herba acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis Strychnos, à Latinis uerò, quòd ſtrumis medeatur, ab effectu Strumum appellatur. Vide Pli. lib. 27. ca. 8.

Cæcŭlo, pen. corr. f. p. Militis ſeruus, fuſilibus, clauiſq; ligneis armatus ad tutelam dominorum. τὸ στρατιώτου ἀκόλουθος. [Itali. Ragazzo, ſeruitore, maſsimamente in guerra. Gall. Vn gouiart d' home de guerr. Hiſp. Moco à rapaz del eſcudero. Cer. Ein gwardyſmecht. ein troſsbůb.] Dictus ἀπὸ τῶν κάλων, hoc eſt à lignis quæ ferebat. Plaut. Video caculam militarem me futurum.

Cæcũmen, pen. prod. n. f. Summitas cuiuſq; rei. κορυφή. [Ital. Cima, ſommità. Gall. Sõmet ou coupeau de quelque choſe. Hiſpa. Combre ò altura. Germ. Ein gipfel. Das oberſte theil eines leden dings.] ut, Cacumina montium, cacumina arborum. Cæſar 7. Gall. Ita q; truncis arborum aut admodum firmis ramis abſciſſis, atq; horum delibratis atq; præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ ducebantur. Virg. 6. Aene. dehinc ſumma cacumina linquũt.

Cæcũminare, Acutum reddere. ἀποξύνω. [Ital. Far' acuto, acuto, apuntato. Gal. Faire poinctu ou agu. Hiſp. Enctibrar, ò alcar, ò empinar. Germ. Spitz machen]. Ouidi. 3. Metamorph. Dat ſpatium collo, ſummaſq; cacuminat aures. De Actæone loquitur in ceruum mutato.

Cacuminatus, a, um, adiectiuum. ἀποξυνθείς. [Itali. Acuto, puntuto. Gal. Agu, poinctu. Hiſp. Agudo, empinado. Ger. Geſpitzt.] Plin. lib. 10. cap. 52. Anium ouа ex calore fragilia, ſerpẽtium ex frigore lenta, piſcium ex liquore mollia, aquatilium rotunda, reliqua ferè faſtigio cacuminata.

Cædauer, pen. prod. n. t. Corpus motum, à cadendo (inquit Hieronymus) ab eo quòd poſt mortem ceciderit, Sic Hebræi נבלה à radice נבל, cecidit, & Græci πτῶμα παρὰ τὸ πίπτειν, cadere, deducunt. τὸ πτηρὸν, ἢ τὸ πτηρὸς, τὸ πτῶμα. [Ital. Corpo morto. Gall. Vn corpus mort, charonge. Hiſp. Cuerpo de anima muerto. Ger. Ein todter cörpel.] Cæſar 7. bell. Gal. Quid hominum millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, conſanguineiſq; noſtris animi fore exiſtimatis, ſi penè in ipſis cadaueribus prælio decertare cogentur? ¶ Transfertur & ad alia, ut etiam de oppidis ſolo æquatis quandoq; dicatur. Ser. Sulp. Ciceroni, Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Seruius etiam à Carendo deducit. ¶ Viuum cadauer, ἔμψυχον πτῶμα. Prouerbiali figura dixit Sophocles in Antigone. ὃ τί θιμ' ἐγὼ Ζῶν τῶνδ', ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι πτῶμ'. id eſt, hunc ego uiuere Haud arbitror, uiuum aut cadauer iudico. In eos dicitur, qui ſic uiuunt ut nihil dignũ uita agant.

Cadaueroſus, a, um, πτηρώδης. [Ita. Pieno de carogne. Gall. Pourri comme charongne, hideux. Hiſp. Coſa ſemeiante è cuerpo muerto. Ger. Das einẽ cörpel gleych iſt.] Quod cadaueris ſimilitudinem habet: ut, Cadaueroſa facies, apud Terentium in Hecyra.

Cadiſcus, Vaſculum quo ſuffragia colligunter. Græce καδίσκος, diminutiuum à cauus. ¶ Fuerunt autem duo apud ueteres cadiſci, in quos calculos mittebant iudices, alterum νίφιον, in quem condemnationis, alterũ ἄπυρον, in quem abſolutionis calculos proiiciebant. Hic καδίσκος ἐλέης, id eſt, miſericordiæ uocabatur, in quem οἱ οἰκτίρμονες mittebantur, alter θανάτου, hoc eſt, mortis erat, priore loco poſita. Bud. Com. Eſt etiam Cadiſcus mons Cretæ Plin. lib. 4. cap. 12.

Cadmites, καδμίτης, Gemma, quam Cærulei, interdū bullæ cingunt.

Cadmeus, a, um, Idem est quod Thebanus: Stat. Pudeat Cadmea inuentus. ¶ Cadmea victoria, καδμεία νίκη, hoc est Thebanorum victoria: quod prouerbij uim habet, quoties significare uolumus, tam magno constitisse victoriam, ut non ita multum interfit inter victoris sortem, & uicti. Tractum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Erasmum in Adagijs. Stephanus autor est, ipsam etiam Carthaginem olim Cadmeam fuisse appellatam.

Cadmia, καδμία, Corpus est metallicum: cuius duo sunt genera: alterum, quod in riuis & montib. reperitur earū regionū, in quibus æris sunt matellæ: idq; Cadmiā lapidosam uocat Gale. lib. 9. Simpl. Nam re uera nihil aliud est quàm pyrites æroſus, ex quo excoquitur æs. Atq; hoc quidem cadmiæ genus etiam Plinio cognitum fuit: qui eius sic meminit libro 34. capite primo. Fit & æs è lapide æroſo, quem uocant Cadmiam. Item capite 10 eiusdem libri, Nāque ipse lapis, ex quo fit æs, Cadmia uocatur. ¶ Alterum est genus cadmiæ, quod in erarijs officinis inuenitur: idq; rursus duplex. Nam quod ex fuligine siue fauilla, quæ ex fornace perpetuò egeritur, seorsim colligitur, altioribusq; ædium partibus, in quibus æs excoquitur, adhæreſcit, Botryitis appellatur, quòd uuæ quandam imaginem repræſentet. Alterum in fornacibus ipſis inuenitur supra diphryges, cruſtæ similitudine: unde & Placitis appellauere. Vide Galenū libro nono Simpl. & Agricolam de metallica.

Cadmeius, a, um, per quatuor ſyllabas, καδμηΐος, ut Aemon Cadmeius. Stat. Theb. 8. Ienius Cadmeius Aemon Tela rotat.

Cadmeis, idis, fœm. gen. patronymicum à Cadmo. καδμηΐς. Ouid. 4 Metamorph. Acquora diſtringunt ſummis Cadmeides alis.

Cădo, is, cecidi, caſum, n. t. Propriè ſignificat corruere, uel præcipitari, uel labi. πίπτω. [Ita. Cadere, morire, caſcare. Gallicè. Cheoir, tomber. Hiſpanicè Caer, morir y acõtecer, Germanicè Fallen.] Cicer. in Orat. Si ſemel conſtiterit, nunquam cadet. Ponitur autem cum damno. Plaut. in Men. Quid clamas, quin taces? Quot eras annos natus quũ te pater à patria auehit? Men. Septennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum. Plinius libro 16. capite 22. Cadunt plurimis autumno. de foliis loquitur, quæ maximè illo tempore arbores amittunt. ¶ Cum præpoſitione Ab. Plinius libro 18. capite 18. de auibus, Impingi putes aliquas, aut rurſus ab alto cadere has, illas ſalire. Cicero per aduerbium dixit: Magnum tamen periculum non adibit: altè enim cadere non poteſt. ¶ Cum præpoſitione De. Cicer. de Fato, Si Daphitæ fatum toſit de equo cadere, atq; ita perire. ¶ Cum præpoſitione Ex. Plinius libro 37. capite 10. Perfringi ſolum debet ſuprà ex Nouemb. menſe in Februarium: quo ſolutæ, ſponte cadunt ex arbore, atq; ſubnaſcuntur. Habet hoc uerbum multas egregias & uenuſtas tranſlationes, locutionesq;. Terentius in Adelph. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum: Virtutes narro. Ccs. meas? Sy. tuas. hominī illico lachrymæ cadunt. Quaſi puero, gaudio. Virgilius. Aeglo. Et iam ſumma procul uillarum culmina fumant, Maioresq; cadunt altis de montibus umbræ. Idem, Cadit & Ripheus iuſtiſſimus: pro Occidit, moritur. ¶ Item Cadere commodè, opportunè, optatè: pro euenire, contingere. ¶ Cadere in ſuſpicionem, in cogitationem, in deliberationem, in offenſionem, pro Incidere, uenire. ¶ Cadere cauſa, uel à cauſa: pro Amittere litem. ¶ Cadere formula: Pro Rem ipſam per formulas non rectè explicare. ¶ Cadere animum, cadere oculos, uultus, uerba, &c. pro Frangi, debilitari, opprimi, perire. Et Cicer. in Orat. Quòd uerba melius in ſyllabas longiores cadunt. pro Terminari, deſinunt. Idem ad Atticum, Accedit illud, ſi maneo, & illum commitatum optimorum & clariſſimorum ciuium defero, cadendum in unius poteſtatem: pro Venire, redigi, poni. Tracta eſt metaphora à ludo talorum. Tunc enim talus fœliciter cadere dicebatur, quum in ſummitate Venerem, hoc eſt numerum ſeptenarium oſtenderet, aut etiam ſenionem: contrà ſiniſtrè uel infœliciter cadere dicebatur, quum unionem, quem illi Caniculam uocabant, in ſummo latere oſtenderet. ¶ Hinc etiam res nobis fœliciter cadere dicuntur, quoties aliquid nobis pro uoto obtingit. Ci. ad Att. Nihil mihi fœlicius cadere potuit. ¶ Cadere in curſu M. Tullius libro de Clar. Ora. dixit pro eo quod eſt, expetita laude fruſtrari. Metaphora ſumpta eſt à publicis certaminibus pedibus aut equis currentium. ¶ Huius compoſita ſunt, Accido, Decido, Excido, Iocido, Intercido, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido, quæ habent penultimam correptam. ¶ Deriuatiua ſunt, Caſa, Caſo, as, & Caſito, de quibus infrà.

Cāsŭs, us, m. q. propriè idē quod ruina, à cadendo. πῶσις. [Ital. Caſo, fortuna, ruina. Gallicè, Cheute, ruine, cas, fortune. Hiſpanicè, Caſo y fortuna, ò cayda. Germanicè Ein faal, oder glückhfaal.] Curtius, In opinato thedæ caſu oppreſſus. ¶ Interdum idem quod fortuna, uel inopinatus euentus. σύμπτωμα, τύχη. Ci. de Am. Vt ſi in eiuſmodi amicitias ignari caſu aliquo incíderint. ¶ Modò calamitas & infortunium. σύμβαμα. Virgilius 2. Aen. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. ¶ Caſus temerarius à Græcis αὐτόματον dicitur: à Cicerone Temeritas. ¶ Item caſus dicuntur uocabulorum formæ, quibus in aliam atq; aliam cadunt effigiem. Hinc etiam ueteres Caſcum, antiquum dicebant, quaſi iam cadentem.

Caſo, ſas, are, Frequenter cado: à quo fit aliud frequentatiuũ Caſito, as, πολλάκις ἐ πυκνῶς πίπτομαι. [Ita. Cádere ſpeſſo. Gal. Cheoir ſouuent, cheoir parle meno. Hiſp. Caer muchas uezes. Ger. Stätig fallen, Offt fallen.] Paul. Iureconſul. de ſeruit. urb. prædio. l. Seruientes, Si antea in tabulato, uel ex alia materia caſitare non poteſt.

Caſura, æ, ſ. p. πίπτωμα, caſus ſeu cadendi actus. Hieron. Totum amiſit in caſura, quod erat ædificatum in ſabulo.

Cădūcus, a, um, penul. pro. Non ſolùm momentaneum ſignificat, quod facile cadit, ſed & id quod cadere facit. πτῶτικός. [Ital. Caduco, mortale, fragile. Gal. Caduque, corruptible, ruineux, allant en decadente. Hiſp. Debil, que ligeramente puede caer. Ger. Hinfellig, zerbrüchlich, zergencklich.] ¶ Vnde Caducus morbus, quòd correptum faciat cadere. Firmic. libro 7. Si luna in horoſcopo fuerit inuenta, ſtultos, lentos, fatuos & caducos efficiet. Plinius lib. 17. In drupis quoq;, quæ matureſcentes tunc ſunt præcipuè caducæ, id rignis magis euenit, etiam ſi non ceciderint, fatidiendis. ¶ Quandoq; Caducus mortuus dicitur. Virgil. libro ſexto. Hinc multum fleti ad ſuperos, bello q; caduci Dardanidæ. ¶ Caduca hæreditas dicitur, quũ hæredes ceciderunt, hoc eſt quæ legitimum hæredem non habet. ¶ Caducarij, qui huiuſmodi hæreditatem accipiunt. ¶ Caducum, quod ſub aliqua conditione legatum eſt. Iouen. Legatum omne capis, nec non & dulce caducũ. ¶ Caduca auſpicia ueteres dicebant, quum aliquid in templo excidit, ueluti de manu uirgæ. ¶ Caducæ literæ γράμματα ἐπικατάπτωτα, quæ obſcuriores ſunt, & uiſum promptius fugiunt. Plinius libro 23 capite 12. Scabritia leuigatur dente, conchaſue, ſed literæ caducæ ſunt.

Caduciter, aduerbium antiquum, teſte Nonio, Idem ſignificans quod præcipitanter. πρεπτῶς. Varro, Frigidos nimbos aqua iſta caduciter ruentes, pertimuerunt aquatiles querquedulæ natantes.

Cădŭus, penul. pro. Quod per ſe cecidit ἐπικατάπτωτος. [Italicè Caduto da per ſe. Gallicè Qui Cheoit ayſeément & de luy meſmes Hiſpanicè, Coſa que por ſi ſe cae como fruta. Germanicè Das von im ſelbs hinfalt.] unde Caduca poma dicuntur, quæ non manu collecta ſunt ſed ſua ſponte in terram cecidere: & Caduus folia, quæ per ſe ex arboribus cadunt. Plinius, Colligi mala poſt æquinoctium autumnale, caduus ſeparari, ſtramentis, ſtorijs, paleiſue ſterni.

Cădūceum, n. ſ. Mercurii uirga fuiſſe fertur, qua ille ad diſſidia & diſcordias tollendas utebatur: à cadendo dicta, quòd contentiones & bella cadere faciat. κηρύκειον. [Ita. Una uerga picciola che portauano gl'ambaſciadori & mediatori di pace. Galli. Vne uerge blanche que portoyent ceux qui alloyent en embaſſade paſſade pour la paix. Hiſpanicè, del Ambaxador. Germanicè Ein ruten oder ſcepter des Mercurij, mit welchem er die ſtreytigen befridiget hatt.] Nam quemadmodum per Feciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebãtur. Non immeritò itaq; Mercurio qui orationis deus & deorum nuntius habebatur, aſsignatum eſt caduceum, quòd diſſidentium animi oratione præcipuè ſedentur. Caduceum Aegyptii in

inſpeciem duorum draconum: maris & fœminæ figurare runt, qui parte media ſui uoluminis, nodo quem Herculeum uocant, ſibi alligantur, primiſq; partibus reflexi, in modum circuli oscula iungunt. Hanc uirgam Appollo dicitur inuenisse & Mercurio donauisse, lyra uicissim ab illo accepta. De draconibus autem caduceo additis hanc afferunt rationem. Mercurium, quum hanc uirgam manu tenens in Arcadiam proficiscereturꝰ duos serpentes pugnantes inuenisse, uirgaq; interposita dicto citius prælium diremisse. Ad cuius rei memoriam posteri caduceum duorum draconum similitudine fecerunt, qua etiam in palæstra reliquis certaminibus tollendis usi sunt. ¶ Hasta caduceum, *δόρυ κηρύκειον*. Dici solitum, quoties aliquis simul & minaretur & ad concordiam inuitaret.

Cādūcātor, m. t. dicitur legatus qui pacem petebat à caduceo quem manu gestabat. *κήρυξ*. [Italicè. Ambaſciadore. Gallicè Ambaſſadeur de paix. Hiſpanicè Embaxador. Germa. Ein frydbott, ein Legat ſo man auſſchickt fryden zů machen.] Cato, Caduceatori nemo homo nocet. Liu. 6. bel. Aſdrubal, ne in arcto res eſſet, caduceatorem miſit &c.

Cādūcifer, nomen quo Mercurius uocitatus est. Quū enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septichordē ad Atlantidum numerum inſtituiſſet, quòd Maia mater eius ex illarum numero eſſet: ac non multò pòſt deprehenſus furtiſſet ab Apolline boues ſuas abigere, quò facilius ueniam ab eo impetraret, Apollini traditur conceſſiſſe, ut lyram à ſe primò inuētam deq; dicaret. Quamobrem Apollinem ferunt uirgam quandam Mercurio dediſſe: quam quum manu tenens, in Arcadiam proficiſceretur, inuenisse ab eo fuiſſe dracones duos ſimul ligatos, & inter ſe mutuò pugnantes: quo uiſo, uirgam interpoſuiſſe, & dicto citius prælium diremiſſe. Qua re conſpecta, huiuſmodi uirgam pacis gratia creditum eſt eſſe conſtitutam. ¶ Vnde factum eſt, ut legati pacis Caduceatores dicerentur, poſteriq; eius rei exemplo Mercurio uirgam deinceps duorum draconum ſimilitudine ubiq; affinxerint. Huius uirgæ poteſtatem deſcribit Virgilius Aeneid. 4.

Quum uirgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentes: alias ſub triſtia tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitq;, & lumina morte reſignat.
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat Nubila.

Cādurcum, Tentorium, ſiue culcitra, qua merces tegūtur: à Cadurcis Galliæ populis, ut inquit Plin. apud quos lini præſtantia palmam obtinet in culcitris. Iuuenalis, Inſtitor hybernæ tegetis, niueiq; caduci. Sunt qui putent eſſe uela illa penſilia, quæ lecto obtendūtur: aut etiā regmē quoddam quadratum, quale eſt illud, ſub quo principes in ſolenioribus: pompis nobi uidemus. Iuuen. uiolato pœna caduceo.

Cādus, m. ſ. *κάδος* [Ital. Barile, botta. Gallicè Vne caque. Hiſpanicè, Vaſija de uino. Germanicè, Ein weynfaſs.] Vas uinarium, quo uinum conditur, ut uult Abron, cuius prima corripitur. Martialis, In Vaticanis condita muſta cadis. Continet congios decem: uel (ut alij uolunt) duodecim. Primi in Alpib. ruſtici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt.

Cæcias, *καικίας*, Ventus qui ita flare dicitur ab Ariſtotele, ut non nubes propellat, ſed ut ad ſe uocet. Flat inter Aquilonem & eorum Aequinoctialem. Plin. lib. 2. cap. 47. Natat & in Ponto Cæciam in ſe trahere nubes. De hoc uide noſtra Apud Eraſm. in Adagijs.

Cæcilia, æ. p. Genus ſerpentis cæci, unde & nomen accepiſſe uiderur. Colomel. libro 6. Eſt & magnorum animalium ueneni uirus. Nam & uipera, & cæcilia ſæpe quum in paſcuis boues improuidè ſupercubuerit, laceſſita onere morſum imprimit.

Cæcubum, *καικύβον* Straboni. Vinum generoſiſsimum: ſic dictum à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos naſcitur. Plin. li. 4. Setini & Cæcubi obtendūtur agri. His iungitur Falernus, Calenus Martial. lib. 13. Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis.

Cæcus, m. ſ. Oculorum uſu carens, quaſi oculis captus. *τυφλός*. [Ital. Cieco. Gal. Aueugle. Hiſp. Ciego. Ger. Blind.] Quandoq; idem eſt quod inſidioſus, occultè malus, latens nocens, qui uideri non poteſt. *ἐνδομυχῶν*. Colomel. libro 1. Ex quibus ſæpe contrahuntur cæci morbi, quorum cauſas ne medici quidem perſpicere queunt. Cicero contra Rullum, Cur hoc eſt tam obſcurum atq; cæcum? Idem de Orat. Res cæca, & ab aſpectus iudicio remota. Sic Virgilius etiam Vada cæca, & Cæcos ſcopulos uocat: qui ita ſub aquis occultantur, ut oculos fallant. ¶ Transferrur etiam ad animum: ut quum aliquem Cæcum eſſe auaritia, furore, amore, aut odio dicimus. Cicero pro Sexto Roſcio, Ipſos cæcos reddit cupiditas, atq; auaritia. ¶ Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non uidemus. ¶ Veſtigia quoque cæca dicuntur, quæ in obſcura aut incognita uia uerſantur. Virgil. 6. Aeneid. Cæca regens filo veſtigia. ¶ Idem Locus cæcus dicitur in quo non uidemus. Cæca foſſa, cæci aditus, qui ſunt obſepti. ¶ Cæcum uallum, in quo præacuti pali affixi herbis uel frondibus occultūtur. ¶ Itē Cæcum inteſtinum, quod inter ileon, & colon ſitum, paruo oblongoq; uentri ſimile eſt: cæcum appellatum ab eo, quod ingreſſum exitui aduerſum nōn acceperit, ſed hoſtā uicinos habeat, ut pleriq; in unum coire, & exitu carere uideatur. ¶ Vel cæco appareat, prouerbialis hyperbole frequens apud autores, de re uehementer perſpicua. ¶ Cæcus cæco dux, *τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός*. Adagium euangelicis quoq; literis celebratum. quo uti licebit, quoties indoctus indoctum docere, inconſultus imprudenti conſilium dare conabitur. Alluſit ad prouerbium M. Tullius lib. de Finib. ultimo. ¶ Cæci præſcriptio, *τυφλὸς παραγελάσεως*, dicitur abſurda, quoties ipſe qui præſcribit, non intelligit quid dicat. Socrat. apud Platonē in Theæteto. ¶ Huic prorſus ſimile eſt Cæca ſpeculatio, *ἀλαζονεία*. ¶ Neq; cæcum ducem, neq; amentem conſultorem, *μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν, μήτε ἀνόητον σύμβολον*. Subaudiendū, adhibeas. Diſce, ſed à doctis: Conſilium pete, ſed à conſultis. ¶ Quid cæco cum ſpeculo? *τί τυφλῷ καὶ παλέπτρῳ*; Citatur à Stobæo uerſiculus ex Epicharmo, *τίς γὰρ παλέπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνίη*, id eſt, Luminib. orbato cum ſpeculo quid eſt rei? Quorſum opus eſt libris illiterato: quò regnum inueni ſtulto? quò diuitias ei qui neſcit uti?

Cæculus, diminutiuum à Cæcus. ¶ Eſt & nomē propriū filii Vulcani: huius mater quum iuxta ignem ſederet, fortè fortuna ſcintilla quædam eiuſdem greminum euoluit. ex qua mulier concepit: peperitq; filiū, quē poſtea ob oculorum paruitatem Cæculum uocauit: à quo Cæcilios ortos putant, quorum familia Romæ nobiliſſima fuit. Hic collecta multitudine, poſtquam diu latrocinatus eſſet, Præneſtinam ciuitatem in montibus condidit: & quum ad ſuos uicinos populos inuitaſſet, cæpit eos admonere ut ſe cum habitarent, & pro gloria iactare ſe filiū Vulcani: Quod quum illi non crederent, inuocato Vulcano ut ſe filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus eſt flamma circundatus. Quo facto commoti omnes, ſimul habitarunt, & Vulcani filium eſſe crediderunt. Hæc Seruius in illud Virgilii lib. 7. Aeneid. Nec Præneſtinæ fundator defuit urbis: Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem Inuentumq; focis, omnis quem credidit ætas, Cæculus, &c.

Cæcitas, atis, f. t. Tam ad corpus, quàm ad animum refertur. *τυφλότης*. [Ital. Cecita, l' eſſe cieco. Gal. Cecité aueuglement. Hiſp. Ceguedad. Germ. Blindtheit.] Cic. de Aruſp. reſp. An tibi luminis obeſſet cæcitas plus, quàm libidinis? Idem pro Dom. ſua. Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis eſt conuerſa.

Cæcigēnus, ni, m. ſ. Qui cæcus natus eſt. *τυφλογενής*. [Ital. Nato cieco. Gal. Aueugle né. Hiſp. Nacido ciego. Ger. Ein geborner blinder.] Lucret. lib. 2. Nam quum cæcigeni, ſolis qui lumina nunquam Aſpexere tamen, cognoſcant corpora tactu.

Cæco, as, æ, p. Cæcum facio. *τυφλῶ*. [Ital. Accecare. Gal. Rēdre ou faire aueugle. Hiſp. Cega à otro, hazer ciego. Germ. Blind machen, Blend.] Plin. lib. de uiris illuſtrib. Potitios Herculis ſacerdotes pretio corrupit, ut ſacra Herculea ſeruos publicos edocerent: unde cæcatus eſt. Cic. 4. Philip. Sed ſpes rapiendi atq; prædandi cæcat animos eorum. Idē pro Domo ſua, Argenti & ſuppellectilis meq; cupiditate eſſe cæcatum. Cuius compoſita ſunt, Excæco, quod eſt ualde, ſeu perfectè cæco. Plini. lib. Vt quum lauatur, ſi oculos attingat, excæcet. Obcæco, de quo infrà.

Cæcūtio is, n. q. Parū uideo. *ἀμβλυώττω*. [Ital. Veder poco, eſſer hornio. Gal. Eſtre aueugle, ne uoir goutte, ou ne uo-

oir pas clair. Hi. Cegar ò ceguciar. Ger. übel oder nur ein wenig ſähen, ein blód vnd abnémend geſicht han.] & Cæcutiés, quaſi ſemicæcus. Varr. Vtrum oculi mihi cæcutiunt, an ego uidi ſeruos in armis contra dominos? Hieronymus ad Paul. Verarus ſit, qui non earum cæcutiat lectiones.

Cæculto, as, Obtuſum uiſum habeo, & quaſi cæco ſimilis ſum. ἀμβλύωπέω. [Itali. Veder poco, contrafare i ciechi. Cal. Ne uoir pas fort cler, Auoir les yeux comme esbloys. Hiſp. Contrahazer à algun ciego. Germa. Ein blód vnnd ſchwach geſicht han.] Feſtus, Cæculare, eſt cæcos imitari. Plaut. Nímnam mihi oculi cæculant? éſtne hîc noſter Hermio?

Cæditiæ taberæ, Dictæ ſunt à Cæditio quodam, qui eas in uia Appia ædificauit.

Cædo, is, cæcidi, pen. prod. cæſum, uerbum actiuum, Percutio, ferio, uerbero πλήσσω, τύπτω, παίω. [Ital. Percuotere. Gal. Frapper, couper, trencher, tuer. Hiſpa. Herie ò matar à hierro. Ger. Schlahen, ſtreychen.] Terent. in Andr. Verberibus te cæſum in piſtrinum Dauo dedam. ¶ Interdum idem quod aputo uel abſcindo. Cic. 3. de Diui. Arbores ſimul cum luna ſenescentes tempeſtiuè cædi. Et paulo pòſt, Qui robur illud cecidit, dolauit, inſcripſit. ¶ Item Occido. Virgil. 2. Cen. Cæduntur uigiles. ¶ Ponitur quandoque pro immolare: ut apud eundem, Cædunt binas de more bidentes. ¶ Item pro frangere. Cice. 3. Verr. Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro. ¶ Cædi teſtibus, apud eundem ad Qu. fratrem, eſt teſtium multitudine urgeri, premi, conuinci. ¶ Huius compoſita ſunt, Abſcido, Concido, Circuncido, περιτέμνω, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Præcido, Recido. & Succido. quorum pen. prod. ¶ At Cedo ſine diphthongo, ceſſi præteritum, & ſupinum ceſſum facit, multaq; ſignificat. χωρέω. [Ital. Ritrarſi, dar luogo, accordarſi con alcuno. Gall. Se retirer, donner lieu, ceder, obeir. Hiſp. Ir. dar lugar libre. Ger. Weychen.] Nam quandoque Cedere ſignificat abire, & locum uictori dare. ἥκειν. Cic. Coi quid exercitus noſtri, imperatores q; ceſſerunt. ¶ Quandoq; diſcedere, euitare atq; ſubtrahere. Plau. Cedamus imbri. Hinc Cedere iræ. ὑπείκειν τῷ θυμῷ, dare locum iræ, & quaſi ab ira diſcedere. ¶ Cedere bonis, Diſcedere à bonis, & quicquid noſtrum erat, tradere creditori, ἐκχωρεῖν τῶν ὄντων. ¶ Cedere iuri, diſcedere à iure, ius quod habemus, alteri tradere: quod & De iure cedere, dicimus. ¶ Cedere item, Eſt in ios alicuius uenire: ut, Cedunt mihi ea bona, id eſt in ius meum ueniunt. ¶ Et cum accuſatiuo mediante In. Hier. ſuper Mat. Ita fiebat, ut oblatio liberorum ſub occaſione templi & Dei, in ſacerdotum lucra cederet. ¶ Et cum ablatiuo, Omnia ex ſententia cedunt. In magnopere fortunatos, quibus & rectè & ſecus inſtituta feliciter cedunt. ¶ Rurſus cedere ponitur pro dare. Enn. Saluete optima corpora, cedite manus ueſtras, meas q; ¶ Pro concedere, obſequi, non repugnare. παραχωρεῖν. Virg. Aen. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuſo. ¶ Pro ſuccedere, ſeu in ſortem cõtingere. Idem, Ceſſerit Auſonio ſi fors uictoria Turno. ¶ Pro incidere. Plaut. Aul. In hoſtem abſolutus cedas. ¶ Inuenitur & Cedò imperatiuum, Dic, φέρε δὴ εἰπέ: nec habet aliam perſonam, niſi tantum Cedite pluraliter, habetq; primam correptã. Ter. in And. Cedò, cuium puerum apposuiſti hîc ante ianuam? Cic. in Cato. Cedò, quî noſtram Remp. tantam amiſiſtis? id eſt, dic. Ter. in Phorm. poſuit pro Da. Quin tu mihi argentum cedó? Phor. imò uxori tu cedó. ¶ Cedere diẽ, χωρεῖν τὴν ἡμέραν, inquit Vlpianus, ſignificat incipere debere pecuniam: ſicut Venire diem, ſignificat eum diem uenisse, quo pecunia peti poſſit. ¶ Cedere è uita, eſt mori. Cic. de Clar. Orat. Hortenſius è uita ceſſit. Huius uerbi compoſita ſunt, Abſcedo, Accedo, Antecedo, Concedo, Decedo, Diſcedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, ἀμφίσχημα. Retrocedo, Secedo, & Succedo, quæ habent penultimam productam.

Cæſus, particip. à Cædo. κεκομμένος. [Ital. Tagliato, battuto. Gall. Taillé, batu, tué. Hiſpa. Coſa herida ò muerta. Ger. Geſchlagen.] ut, Cæſis copiis. Cic. ad Brut. li. 10. Cæſis uictimis, Idem ad Attic. lib. 2. Cæſas arbores, Plin. lib. 16. cap. 12.

Cæſum, Vide Cæſa.

Cæſura, æ, f. p. propriè Inciſura, διαίρεσις. [Itali. Taglio. Gall. Coupe, taillade, inciſion. Hiſ. Cortadora, Ger. Ethawung, beſchneydung.] Plin. li. 17. Ante Calẽdas Martias creſcit ad bruman uſq; definitq; quum dureſcere incipit. Hoc ſignũ, quod tempeſtiuam habet cæſuram. ¶ Cæſura item in carmine dicitur, quum in medio uerſus nox pronuntiatus quaſi inciditur, pedis alicuius principio finem dictionis terminãte. Hæc quadrifariam diuiditur, alia Penthemimeris dicitur, ſiue ſemiquinaria, alia Hepthemimeris, ſiue Semiſeptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. ¶ Penthemimeris eſt, quum poſt duos primos pedes ſuperans ſyllaba inuenitur, quæ dictionem terminet: ut, Arma uirumq; cano. &, Italiam fato: habet enim ex quinque dimidium. ¶ Hepthemimeris eſt, quum poſt tres pedes ſimiliter ſyllaba dictionem terminans inuenitur: ut, Arma uirumq; cano Troiæ. Continet enim ſeptenarij medietatem. ¶ Trochaica eſt, quum poſt duos pedes trocheus partem orationis perficit: ut, Nil noſtri miſerere. ¶ Bucolica, quum poſt quator pedes ſyllaba ſuperat in partem orationis deſinens, & inuenitur trocheus partem orationis terminans: ut, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

Cæſuratim, Significat Succinctè, breuiter, per cæſuras commata. συντόμως, [Ital. Succentamente, brevemente. Gall. Succinctement. Hiſp. Cortando, brevemente. Germ. Beſchneydig, kurtz, behaulich.] Vtitur hac uoce Sidonius in Epiſtola quadam ad Claudianum.

Cæſim, aduerbium ſignificat cædendo, ſiue per incisionem gladii, ἐν παραφορᾷ, κοπτικῶς τμήδην. [Ital. A pezi, à minuto, á bravo, di taglio. Gal. Par membres. Hiſp. Cortido, à cuchilladas, de miembro. Ger. Durch beſchneiden oder hauwẽ.] ſicut punctim ἐν διαλήψεως, pũgendo. Liu. bell. Pun. Hiſpano punctim magis quàm cæſim aſſueto petere hoſtem. Colum. lib. 5. Maior autem pars operis in uineam ductam potius quàm cæſim facienda eſt, id eſt cum maturitate potius, quàm uno impetu. ¶ Ceſſim uerò gemino ſſ, & ſine diphthongo aliud ſignificat: de quo uide infrà ſuo loco.

Cæſio, onis, f. t. uerbale, Idem ſignificans quod inciſio. τμῆσις. [Ital. Tagliatura. Gal. Coupeure. Hiſp. Cortadura. Ger. Ethawung.] Colu. li. 4. ca. 11. Et poſt quinquennium ceſſa, more ſaliũ recreator, atq; in pallum formata, ferè uſq; in alteram cæſionem perennat.

Cæſitium, tij. n. ſ. Linteolum erat purum & candidum: dictũ quòd cædendo ad candorẽ peruenirent: uel quòd oras circunciſas haberet. Plau. in Epid. Linteolũ cæſitiũ. Ex Nonio.

Cædes, dis, f. t. Mors ferro, aut alia uiolenta, præſertim ab eo qui occidere, aut ferire uolebat. φόνος. [Itali. Vccisione, morte violẽta. Gal. Meurtre, tuerie. Hiſ. Muerte con fuerca, ò matanca à hierro. Ger. Todtſchlag mord.] Ci. in Bruto, Nam quum in ſylua ita facta ſua cædes eſſet. Ouid. 8. Metamorph. modo uulnera fratrum Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago. Plin. lib. 19. cap. 1. Inuenimus inter exempla Mecenij uxorem, quod uinum bibiſſet è dolio, interfectam fuſte à marito, eumq; cedis à Romulo abſolutum. ¶ Inde dicimus aliquem cõmiſiſſe cædem. ¶ Huius diminutiuum eſt Cædicula,

Cædua, adiectiuum, κοπτικός, de Cædua ſylua quæ ſcilicet religioſa non eſt, ſed quoties opus eſt, ad ignis uel ædificiorum uſum cæditur. κειρόμενη ὕλη, ὑλοτόμια, ὑλοτόμεια. [Ital. Boſco da tagliare. Gal. Taillis. Hiſ. Boſque que ſe corta ò puede cortar. Ger. Ser zuhawen iſt.] Plin. lib. 16. cap. 9. Cædua palmarum ſylua. ¶ Contrà Incidua ſylua dicitur quæ non cæditur.

Cælatura, Vide Cælo.

Cælebs, generis communis, Vir ſine uxore, aut mulier ſine marito uiuens. ἄγαμος, ἀνδρόγυνος. [Ital. Huomo ouer donna non maritati. Gal. Qui n'eſt point marié, ſans femme. Hiſ. Varon ſoltero ò muger ſoltera. Ger. Der oder die auſſerhalb dem eeſtand Ehe, ein man on ein weyb, ein weyb on ein man.] Dictus cælebs (ut inquit Hieronymus) quòd cælo digná uitá agat, qui coitu careat. Auguſt. Cælebs qui nõ habet uxorẽ, uel quæ nõ habet maritum: qualia ſunt numina in cælo, quæ abſq; cõiuge ſunt, ſi agapetas nõ attẽdamus. Hi accipiũt Cælibes non tã pro uxore carentib quã pro caſtis & omni uenere abſtinentibus. Sed propriè dicitur Cælebs, qui uxorem non habet, etiam ſi concubinas habeat. Nam Cælebs & Maritus contraria ſunt. Mart. libro. 12. Corrumpis ſine talione cælebs. Hoc eſt corrumpis alienas uxores, quum ipſe uiuas in cælibato, nec habeas uxorem, quã illi uicißim poſſint corrumpere. Quin. Nam clarus, an obſcurus: magiſtratus, an priuatus: ciuis, an peregrinus: liber

an

ſeruus: maritus, an cælebs: parens liberorum, an orbus ſit. Inde Legib. Cœlibes eſſe prohibendo. Inde dicimus Torum cælibem, & uitam cælibem, aſtam in cælibatu. Ouid. Quæ ſi non fuerat, cælebs te uita deceret.

Cælibatus, ui. m. q. Pro uita, quæ agitur ſine uxore. *ἀγαμία.* [Ital. *Lo ſtato di caſtità ò di non eſſer maritato.* Gal. *Eſtat d'vn homme non marié.* Hiſp. *Soltura de noſter caſado.* Ger. *Der ledig ſtand auſſerthalb der ee.*] Mart. Conſtituit Mercurius pellere cælibatum. Sueton. Verùm amiſſa uxore Lepida, duobuſq; ex ea liberis, manſit in cælibatu.

Cælia, porus genus ex frugibus confecti: cuius meminit Pli. lib. 22. cap. 25.

Cælibaris haſta dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occiſi ſtetiſſet, ut ſicut illa contacta fuerat cum corpore gladiatoris, ſic cum uiro noua nupta eſſet copulata. Feſtus.

Cælo, as. n. p. ſculpo. *γλύφω.* [Ital. *Scolpire, intagliare.* Gal. *Graver, ou eſtoffer.* Hiſp. *Labrar de buril ò finzel, finzelar.* Ger. *Graben, ausſtechen, Getruckte arbeit machen.*] Cic. de Diuinat. Hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento, & noſter expreſſit Archias uerſibus. Virg. Cælataq; in auro fortia facta uirũ. ¶ A quo Cælata uaſa dicuntur, quæ uetera Anceſa uocabant, quòd circuncidendo fiãt: & Cælum, *γλυπτήριον*, ipſum inſtrumentum, quo quippiam cælatur. Plin. lib. 11. conſtruxit hoc uerbum inſtar eorum, quæ pretium ſignãt. L. Craſſus, inquit, orator duos ſcyphos habuit Mentoris artificis mano cælatos, ſeſtertiis cẽtum: cõteſſus eſt tamen, nunquam ſe his uti propter uerecundiã auſum.

Cælatura, f. pri. Ars eſt cælandi, aut ipſa ſcalptura & inciſio. *γλυφή.* [Ital. *Intagliamento, l'arte di tal lauore.* Gal. *Grauure ou eſtoffeure, meſtier de grauer.* Hiſp. *Obra de finzel ò la arte de finzelar.* Ger. *Die kunſt des ausſgrabens, ausſſtechens, oder bildwerck zu machen.*] Plin. lib. 19. cap. 4. Superq; purpurarum operibus, & cælaturis uincere. Idem li. 37. cap. 11. Qui plaſticen matrem ſtatuariæ, ſculpturæq; & cælaturæ eſſe dixit.

Cælator, oris. *γλυπτής.* [Ital. *Scultore, intagliatore.* Gal. *Graueur ou eſtoffeur.* Hiſ. *El que labra de zinzel.* Ger. *Ein ausſgraber, Ausſſtecher.*] Quin. li. 2. ca. 4. Cælator cælũ deſyderat, & pictor penicilla. ¶ Argenti cælatores. Plin. lib. 14. cap. 8.

Cælamen, inis, Idem quòd cælatura, *γλυφή.* Ouid. 13. Metamor. neq; enim clypei cælamina nouit Oceanum, & terras, cumq; alto ſydera cælo.

Cælo, cælis, diphthonga, & gemino ll ſcriptum, Verbum antiquum, & quo ſoldm in compoſitis utimur, ſignificat percutio, aut frango. *πλήττω, τύπτω.* Præteritum facit Cecali, uel cecidi, & ſupinum Cæſum. ¶ Hinc fiunt compoſita Percælla, & Recælio: Percello, idem eſt quod percutio, pello, frequenter ad animum transfertur. Terent. in And. percelliſt illicò animũ. Procello idẽ eſt quod propello, uel euerto. Inde Procella: de quo ſuo loco dicemus. Item Recello idem quod reclino. Eſt & Cello, ſine diphthongo ſcriptum, de quo uide ſuprà.

Cæles, is, m. t. eſt inſtrumentum ad ſculpendum aptũ. Quidam à cælo, alii à cæſo deductum putant.

Cælõã, oculus in oculi cornea ruuica, latius quã bothryũ, ſed profundum minus. Auicenna Lilimie uocat.

Cælus, uide Celſus.

Cæſar, ris. Inſtrumentum, quo utuntur argentarii, dum exſculpunt, aut quo ſculptores, aut ſtatuarij utũtur in lignis, aut lapideis ſimulachris ſcalpẽdis. *γλυπτήριον, γλυφανὶς.* [Ital. *Scalpello.* Gal. *Burin ou autre inſtrumẽt à grauer.* Hiſ. *Sinzel ò buril.* Ger. *Ein ausſſticher, ein ſchrotteyſen, ein grabmeiſſel.*] Vnde eſt illud, Cælo fabricata Myrõis

Cælum, *οὐρανός.* [Ital. & Hiſp. *Cielo.* Gal. *Le ciel, les cieux.* Ger. *Der Himmel.*] Vno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ eſt ſupra elementũ ignis, quam philoſophi Aetheram appellant: ita dictũ à cælando, hoc eſt occultando: quòd interiora omnia cæleat, & tegat: ſiue à ſtellarum imagine quæ in eo quodammodo cælatæ apparent. Ambroſius lib. Hexã. Cælum quòd impreſſa ſtellarum lumina habeat, quaſi Cælatum appellatur: ſicut argentum, quod ſignis eminentibus reſulget, cælatum dicimus. Varro Cælũ, quaſi *κοῖλον*, hoc eſt cauum, dictum putat: & ſic per œ, diphthongum ſcribendum uidetur. Cic. pro Pomp. Pompeium omnes, ſi cui aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de cælo lapſum uenentur. ¶ In cælum ferre uel tollere, Eſt ſummis hominibus afficere. *ἐξαίρειν τινὰ εἰς τὸν οὐρανόν.* Ci. Attic. lib. 3. Salaminii non in cælum decreris ſuis ſuſtulerunt. ¶ De cælo detrahere, Eſt de ſummo honoris gradu deturbari. Cic. 4. Philip. Collegam de cælo detraxiſti. ¶ Philoſophi, decem cælos eſſe dixerunt, quorum ſeptem à planetis appellauere: octauum ſydereum, ſeu ſtellarum: nonum uerò quum neſcirent cuius conditionis eſſet, uocauerunt cælum æquum, cryſtalli nũmue, nõ à frigiditate, ſed tranſparentia, quòd per illud ſydera appareant & pellucẽat. Decimum locum ſibi uendicat cælum illud, quod ultimum philoſophi putantes, Primum mobile uocauerunt. Vndecimum cælum beatorum ſedes, ab Ethnicis philoſophis ignoratum: quod idcirco Theologi Empyreum uocauerunt, non quòd calore, ſed ſplendore & claritate cæteris antecellat. ¶ Sunt igitur undecim cæli, ſcilicet cælum empyreum, primũm mobile, cælum cryſtallinum, cælum ſtellarum, cælum Saturni, cælum Iouis, cælum Martis, cælum Solis, cælũ Veneris, cælũ Mercurij, & cælum Lunæ. Hæc fuſius tranctantur in lib. de Cælo ab Ariſtote. Cic. 4. Tuſcul. Cælum hoc in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur, quod & humidum, & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ. ¶ De cælo ici, eſt fulmine afflari. Cic. lib. 2. de Diuin. Summanus de cælo ictus. ¶ De cælo ſeruare, Eſt cæli ſtatu obſeruato, auſpiciis obnũtiare. Auſpicia enim non niſi ſereno cælo, rata erant: contrà fulmine aut pluuia turbabantur. Cic. in Vatiniũ, Quòd eo die ſcires de cælo eſſe ſeruatum. Idem Attico lib. 2. Milo proſcripſit ſe per omnes dies comitiales de cæli ſeruatu. ¶ Plin. lib. 11. cap. 37. cælum capitis, cranium uidetur appellaſſe, eo quòd caput totum eo tegatur, ut inferiora hæc cælo: Hoc (inquit) eſt miſcerum excelſiſſimum, proximũq; cælo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. ¶ Interdum cælum ſumitur pro aere. Virgil. 1. Aeneid. Maria ac terras, cælumq; profundum. Idem Georg. 1. & uarium cæli prædicere morem. Vbi Seruius cæli, id eſt aeris. Lucret. In hoc cælo qui dicitur Aer. Plin. lib. 2. Et hoc cælum appellauere maiores, quod alio nomine Aera. Hinc grandines ſunt, & pruinæ, imbres, procellæ, turbines uentorum. ¶ Cælum *ἐρανὸν* antiquiſſimum deorum fingunt Poetæ, qui terra ſorore in matrimonium ducta, Saturnum, Bœtillum, Doganam, & Atlanta genuit. A cuius nomine formoſiſſimum ſupremum corpus Cælum dicunt fuiſſe appellatum. ¶ A cælo ad terram, *ἀπὸ ἐρανοῦ μέχρι γῆς.* Prouerbialis figura, perinde ualens ac ſi dicas, quacunq; de re, ab extremo initio uſq; ad ſupremum finem. Plaut. in Perſa. ¶ Neq; cælum, Neque terram attingit, *Οὔτε γῆς, οὔτε ἐρανοῦ ἅπτεται.* De re uehementer abſurda atque aliena, quæq; nulla alicinitate pertineat ad id de quo agitur: Lucian. in Pſeudomante. ¶ Cælum digito attingere, prouerbiali hyperbole dicuntur qui longè ſupra mortalium conditionem, ac dijs proximi eſſe uidentur: Cicer. ad Attic. libro 1. ¶ In cælo eſſe aliquem, prouerbiali hyperbole dicimus, qui eſt ſupra modum fortunatus ac glorioſus. Cic. ad Attic. libro 2. ¶ In cælum expuis, *εἰς ἐρανὸν πτύεις*, id eſt, Facis quod in tuum ipſius recidat caput. Aut, obloqueris iis qui facilè poſſint lædere. ¶ In cælum lacularis, *εἰς τὸν ἐρανὸν τοξεύεις.* Eſt apud Zenodotũ & Suidam, de iis qui fruſtra laborant: aut qui audent eos laceſſere, quos nõ poſſunt lædere. nihil enim ferire poteſt qui in cælum ſagittam torquet, niſi quòd diuos uideri petere. ¶ Cælo ac terræ loqui prouerbii ſpecie dicuntur, qui fruſtra uociferantur. Sic enim ſolent, qui diffidunt hominum præſidiis, exclamare, ô cælum, ô terra. Theognetus apud Athenæum. ¶ Mare cælo miſcere. Prouerbialis hyperbole, pro eo quod eſt, omnia perturbare, nihilq; non facere. T. Liuius, Quid eſt quòd cælo terram, terræ cælum miſceant? Lucian. in Dialogo Promethei & Mercurii. ¶ Cælum terrifrat. Prouerbialis hyperbole apud Virg. & cælum terrifrat armis. Conuenit in minaces & feroces, Thraſonesq; magniloquos. ¶ Toto cælo errare, prouerbium eſt, in eos qui uehementer aberrant. quod uſurpat Macrobius Saturnal. lib. 1. ¶ Adhuc cælum uoluitur. Prouerbium quo uti licebit, quoties ſignificabimus adhuc ſupereſſe ſpem, & nondum omne tempus, quod melioris fortunæ ſolet occaſionem adducere, exactũ eſſe. Theocr. in Charitib. *Οὔπω μῦνες ἄγαν ἐπὶ κμ' ἐρανὸς, οὐδ' ἐπιπωλῆς*, id eſt, Nondum defeſſus prouolutus deſiit æther Menſes atq; annos. Quod enim unus annus negat, alter ultro defert.

Cæleſtis, ſte, Diuus, diuinus, è cælo exiſtẽs. *ἐράνιος.* [Ital. Ceſ

leſte. Gal. Celeſte, de lair, du ciel, diuin. Hiſp. Celeſtial. Ger. Himmeliſch.] Virg. lib. 1. Aen. Tantæne animis cœleſtibus iræ? Liu. 4. ab Vrbe, Siccitate eo anno plurimum laboratũ eſt: nec cœleſtes modò defuerunt aquæ, ſed terra quoq; ingenito humore egens. ¶ Cœleſtes etiam ſubſtantiuè dicimus pro cœlitibus, & diis ſuperis. Cic. 6. Philip. Quid eſt, quod de uoluntate cœleſtium dubitare poſſimus? Idem 2. Offic. Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in cœleſtium concilio collocauit.

Cœlĭcŏla, Qui uel quæ cœlum habitat. οὐράνιος. [Ital. Habitatore del cielo. Gal. Celeſte, qui habite au ciel. Hiſp. Morador del cielo. Ger. Eynwoner deſs himmels.] Virgi. 1. Aeneid. Me ſi cœlicolæ uoluiſſent ducere uitam.

Cœlĭcus, a, um, οὐράνιος, Idem eſt quod Cœleſte: ut, Cœlica regna.

Cœlifer, Athlantis epitheton eſt, quem poetæ ob inſignẽ Aſtrologiæ peritiam ſuſtinere cœlũ, οὐρανοφόρος. Virg. 6. Aen. ubi cœlifer Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Cœlites, cœlitum, pen. cor. co. 1. Dij cœleſtes, qui cœlum inhabitant. οὐράνιοι. [Ital. Dei celeſti. Gal. Celeſtes, habitans au Ciel. Hiſp. Los dioſes ò ſanctos del cielo. Ger. Die im himmel ſind, die himmeliſchen.] Cœlum autem appellabant uetereſ, illam mundi partem, quã nos Aethera, ſiue Aethereum mundum uocamus: hoc eſt omne illud, quod eſt ſupra elementum ignis. Vnde Solem & Lunã, & cæteros planetas inter deos cœleſtes numerabant. Cic. 2. de Diuin. Ego deũ genus eſſe ſemper dixi, & dicam cœlitũ. Idem in Som. Scipion. Et grates, inquit, tibi ago ſumme Sol, nobiſq; reliq cœlites. ¶ Legitur & apud Ouid. 3. de Ponto, ſingulare Cœlite: Quale tamẽ potui de cœlite, Brute, recenti Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi. Vbi uocat Auguſtum Cœlitẽ.

Cœlĭtŭs, pen. cor. aduerb. Significat è cœlo: ſicut Diuinitus, à Deo. οὐρανόθεν. Hieronymus, Tandem cœlitus inſpiratus præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit.

Cæmentum, n. ſ. χάλιξ. [Ita. Pietre & ſimile materia da murare. Gal. Boelon, bocaille. Hiſp. Cimiento ò pared de piedra manpueſta. Germ. Allerley ungewercke ſteyn zũ dem mauren.] à Cædo, ut quidam putant. Sunt enim Cæmẽta, omnis rudior materia, qua ædificia conſurgũt: quales ſunt rudes lapides nulla arte ad ædificium accõmodati aut poliri, ſed quales inueniũtur temerè congeſti. Fodinas quoq; ruſtici Campaniæ Cæmentarias appellant. Liuius, Nec erat difficile murum ſubruere, quòd cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere. Col. lib. 9. Sub porticibus quadratæ hæc cæmentis, uel etiam laterculis extruuntur. ¶ Aliquando ponitur pro ipſo opere, id eſt ædificio, quod ſtructo lapide erigitur. Plinius, Pallidus lapis in cæmento rarò utilis: licet enim contra iniurias fortis, ad ſtructuram tamen infidelis eſt. ¶ Interpres utitur in Bibliis pro calce, aqua, fabuloſq; fermentata. Habuerunt lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento

Cæmentarii, m. ſ. χαλικοδόμοι. Dicuntur Cæmẽtorum, hoc eſt ædificiorum, quæ ex lapidibus ſunt, ſtructores, quos Fabros murarios appellant.

Cæmentitius, a, um. Quod ex cæmento eſt, χάλινος. [Ital. Fatto de rotamedi calce. Gal. Fait de moelon. Hiſ. Coſa edificada de tal manera. Ger. Von allerley zuſamen geläſmen ſteinen gemacht.] ut, Parietes cæmentitij. Vitru. lib. 2. ca. 8. Itaq; pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ.

Cænos, καινὸς, nouum, unde cænodoxia, καινοδοξία, noua gloria.

Cæpe, gen. neut. & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur: unde & prima uocalis diphthongum accepit. κρόμμυον. [Ita. Cipolla. Gal. Oignon. Hiſp. Cebolla. Ger. Zwyblen.] Plin. lib. 19. cap. 6. Ergo omnibus annis ſeparatim ſemen cæpe cauſa ſeritur, ſeparatim cæpe ſeminis. ¶ Dicitur & Cæpa, cæpe Ouid. 4. Faſt. Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis. ¶ Cæparum plura ſunt genera, nobiliſſima Aſcalonia, ab Aſcalone oppido ludææ. Nam ut refert Strabo li. 16. Aſcalonienſium regio præcipuè fert cæpas. Columella, Põpeiam uel Aſcaloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Cæpa oculos mordet, unde à Græcis nomen impoſitum κρόμμυον, quaſi pupillam oculi comprimi cogeret, ſicut ſcribit Ariſtoteles in Problematibus. Vnde Lachrymoſa dicitur à Columella. ¶ Cæpas edere aut olfacere, κρόμμυα ἐσθίειν, dicebãtur ioco prouerbiali qui lachrymarum derentur. Dictum eſt hinc prouerbium, quòd cæparum odor ut eſt acris, conſueuerit lacrymas oculis excutere. ¶ Quis uſus cæpis putridis? τίς χρεία σαθρόμυα κρεμμύα. De rebus aut etiam hominibus reijciendis, & quorum uſus nuſquam eſt uſus. Etenim quum cæpe ſit herba per ſe uiliſſima ſimul atq; computruit, nihil eſſe poteſt abiectius.

Cæpŭla, diminut. à Cæpa. Pallad. Hoc menſe cæpulas ſeris.

Cæpĭtius, a, um, & Cæpĭtium ſubſtantiuum, Secundum Priſcianum, pro eo quod eſt ex genere cæparum.

Cæpĕtum, pen. prod. κρόμμυον, Gel. li. 20. ca. 7. Cæpetum re uireſcit, & congerminat decedente luna. Quo loco legitur & Cæpitium, id eſt, teſte Priſciano, cæpe.

Cæpina, pen. prod. eſt locus cæpis conſitus, uel ipſarum cæparum uno in loco conſitarũ multitudo. ὁ κρομμυών, κρομμύων πλῆθος. [Ita. Luoco ſeminato de cipolle. Gal. Le lieu ou croiſſent les oignons, oignõniere, ciues, cinors, oignõs. Hiſp. Cebollino, ò ſimiente de cebollas. Germ. Ein zwibel garten. Ein ort da vil zwibeln ſtond.] Col. lib. 11. cap. 3. Cæpina magis frequenter ſubactam poſtulat terram, quã alius conueſam. Et paulò pòſt, Sed Cæpina uel ſapios, certè non minus debet quàm quater ſarriri.

Cæpus, facit ſatyro ſimilis, cætera inter canem & urſum, naſcitur in Aethiopia. Strabo lib. 17.

Cæra, & eius derinata, uide Cera.

Cærago, liquor uel ſuccus ex fauorum concaultatibus, ſaporis amari, Græci ærithicem dicunt.

Cæremoniæ, pen. corr. θρησκεῖαι, τελεταί. [Ital. Cerimonie. Gal. Cerimonie. Hiſp. Las Cerimonias. Ger. Allerley heilige brũch, Kirchen gepräng.] uel ab oppido Cære, uel à carendo dictæ ſunt. Nam Vrbe à Gallis capta, quũ Veſtales uirgines ſimulachra deorum ex hoſtibus erepta traducerent, in oppidũ Cære potiſſimũ conuenere, ubi benignè fuerũt hoſpitio ſuſceptæ, donec à Gallis ciuitas per Camillum liberata foit. In cuius beneficij memoriam Romani præſtiterunt, ut omnis diuinus cultus Cæremoniæ à Cære dicerentur. Liu. lib. 5. ſcribit, L. Albinum de plebe uirũ, uirgines ſacerdotes, ſacraq; plaſtro Cære inueniſſe: unde Cæremoniis ſit enatum nomen. Macrob. lib. 1. cap. innuit Cæremonias à carendo dictas. Seruius Sulpitius (inquit) Religionem eſſe dictam tradidit, quæ propter ſanctitatem aliquam remota & deſpoſita à nobis ſit: quaſi à relinquendo dicta, ut à carendo Cæremonia. In quo exemplo illud notandum eſt, dici etiam Cæremonia in ſingulari. Cæſar 7. bello. Gal. Quod more eorum grauiſſima cæremonia continetur.

Cærete, uide Cære.

Cærŭlĕus, a, um, Quod cœli pari, & nubibus uicini colorem imitatur: quaſi cœluleus. κυάνεος. [Ital. Color uerdone ò d'azurro. Gal. De couleur blegem comme le ciel. Hiſp. Color uarde ò azul eſcuro. Ger. Himmelblaw.] Vnde & mare, quòd à cœlo colorem ſuum accepit, proprie Cæruleum dicimus. Virgil. 12. Aeneid. Fontesq; fluuioſq; uoco, quorũ ætheris alti Religio, & quæ cæruleo ſunt numina ponto. Sic etiam Cicer. lib. 1. de Nat. deor. Neptuni oculos dixit eſſe cæruleos, ad maris nimirum colorem reſpiciens.

Cærŭlus, a, um, pen. corr. Idem eſt quòd Cæruleus. θαλασσαγενής. Catullus, Cærula uerrentes abiegnis æquora palmis. Et apud Virg. lib. 10. Aen. Freta cærula.

Cærŭlum, ſubſtantiuum, ſeu potius in plurali numero Cærula, pro mari frequentiſſimè accipitur apud poëtas. Virg. 5. Aeneid. Adnixi torquent ſpumas & cærula uerrunt.

Cærŭleum, Aeneæ genus eſt, quæ in auri atq; argenti metallis naſcitur pictorum uſui: cuius tria ſunt genera, Aegyptium, Scythicum, & Cyprium. Vide Plin. libro 33. capi. 12. & 13.

Cæſa, quæ & inciſa uocantur, ſunt particulæ orationis, quæ Græci κόμματα uocãt: differuntq; à membris, quæ κῶλα. Membrum enim eſt pars periodi ex pluribus uerbis abſolutè aliquid ſignificans, hoc modo: Et ſi uereor, iudices, ne turpe ſit pro fortiſſimo uiro dicere incipientem. Cæſum aũt pars oratiõis ex duobus aut plurib. uerbis nondũ quicquã abſolutè ſignificãs, hoc modo: Et ſi uereor, iudices, ne turpe ſit. Cæſa oratio dicitur quũ non efficiũtur mẽbra ex cõnexione uerborũ, ſed ſingula uerba aliquid ſignificãtia p ferũtur, hoc modo: Quis eſt ille Gellius? Armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis, cõcitator tabernariorũ, latrator fori.

¶ Vetes

Veteres etiã Cæſa nocabant, quę poſtea Gæſa dicta ſuntique erant tela Gallis peculiaria, ſicuti Romanis pila, & Macedonibus ſariſſæ. Varro, Qui gladijs cinctũ ſine ſcutis, cum binis cæſis eſſent.

Cæſale, (quod hic corruptè legebatur,) uide Caſeale.

Cæſareus, a, um: ut Domus Cæſarea. Ouid. 1. Triſt. eleg. 1. Voltus Cæſarei. Idem 2. de Ponto, eleg. 8.

Cæſarianus, a, um, Cic. ad Att. lib. 16. Facilè me ille eſſet aſſequutus: aiunt enim eum Cæſarianã uti celeritate.

Cæſaries, riei, f. q. Coma. A crebra cæſione: ideoq; propriè uirorum eſt. κομὴ, πλοκή. [Ital. Zazzera. Gal. Perruq. Hiſp. Cabelladura. Ger. Das haar der mannsperſonen, welches man offt abſchneydet.] Plaut. in Mil. Vide cæſaries quàm decet. ¶ Cæſaries promiſſa, id eſt lõga, apud Liu. bel. Pun. 8. ¶ Vnde Cæſariati, comati dicuntur. Plaut. in Mil. Qui miles admoliretur cæſariatus.

Cæſio, Cæſim, Vide Cædo.

Cæſius color, Oculorum proprius eſt, quem & Felineum à ſuis oculis nonnulli appellauerunt. γλαυκὸν χρῶμα. [Ital. Color del cielo, azurro. Gal. De couleur du ciel, pers. Hiſp. Turqueſado, color de cielo. German. Himmelblawe farb der augen beſonders.] quemadmodum & Graci γλαυκὸν, quod noſtrinorum oculorum ſimilitudinem repræſentet. Eſt autem hic color ſubuiridis, igneo quodam ſplendore intermicans: qualem in leonis oculis poriſſimũ conſpicimus. Huiuſmodi oculos Mineruæ Poetæ tribuerũt bellorum præſidi, utpote præferocis animi indices: unde & γλαυκῶπις à Græcis, à noſtris Cæſia peculiari epitheto appellatur. Eſt autem hic color diuerſus à cæruleo, manifeſtos diſtinguente. Cic. 1. de Nat. deor. ubi ſic habet, Apollinem ſemper imberbem, cæſios oculos Mineruæ, cæruleos Neptuni.

Cæſones, pen. pro. m. t. Qui cæſo matris utero nati ſunt Plinius lib. 7. cap. 9. Primusq; ex Cæſarum familia, à cæſo matris utero dictus: qua de cauſa & Cæſones dicti.

Cæſpes, gen. maſc. tert. à Cædo fit, & ſignificat terram cum herba euulſam, ſeu in modum lateris cæſam. βῶλος. [Ital. Ceſpo, ceſpite, zoppa. Gal. Motte de terre, glazon, blere de terre herbue. Hiſ. Ceſted, tierra con rayzes. Ger. Ein raſen, ein graßboſch.] Virg. 1. Aegio. Pauperis & tuguri congeſtum cæſpite culmen. ¶ Ex cæſpite ager caſtrenſis fit. Luca. lib. 1. Et ſubitus rapti munimine cæſpitis agger Præbet ſecuros non tentoria ſomnos. Docet Veget. lib. 3. qua altitudine, ac latitudine cæſpes circuncidi debeat.

Cæſpitius, a, um, Quod fit ex cæſpitibus. ὁ ἐκ τῶν βώλων πεποιημένος. [Ital. Fatto di terra & di herba. Gal. Fait de motes de terre. Hiſ. Coſa hecha de ceſpedes. Ger. Das auß raſen gemacht iſt.] Vnde Tribunal cæſpititium, uocatur ſuggeſtum ex cæſpitibus factum, Flauius Vopiſcus, Deinde concurſus ad cæſpititium tribunal. ¶ Ara cæſpititia, ex cæſpite congeſta. Iulius Capito, Centum aræ uno in loco cæſpitiq; extruuntur.

Cæſpito, as, a. p. pen. cor. παραίφορος ἔκδιδμι. [Ital. Scapuciare, inciampare. Gal. Broncher, trebucher. Hiſp. Tropeçar andando. Ger. Stürchiẽ, Sich mit den füſſen ſtoſſen.] Pede aliquo id percutio, quo quaſi ruere cogar: ut ſit Cæſpite, quaſi ad cæſpitem offendere, uel in cæſpitem ferri.

Cæſpitatores equi, qui ſæpe in cæſpitem, uel lapidem, aut aliquid huiuſmodi impingunt.

Cæſtrum, n. ſ. Inſtrumentum, quo ebur cauatur. Plin. lib. 35. ca. Tabula Cyzicena perpetua uirgo M. Varronis inuenta, & per illo Romę pinxit, & cæſtro in ebore imagines mulierum maximè, &c. Ibidem. In encauſtice pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, & in ebore cæſtro, id eſt, uncula, donec claſſes pingi cœpêre.

Cæſtus, us, m. q. Genus cinctus pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens, quo Daretem & Entellum pugnaſſe legimus cædendo dictum. πυγμή. Virg. lib 5. Sin crudo fidit pugnam committere cæſtu. ¶ Ceſtus uerò ceſti, ſine diphthongo ſcribitur pro cingulo, & zona illa uirginea, quam mantos prima nocte diſſoluebat: & eſt fœmi. gen. quamuis & maſculini reperiatur: à nariis punctis ſic dicta: ναύσσειν enim pungere eſt, & picturare. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipſa Martem & Iuno Iouem conciliabãt, à Poetis Ceſtus, κεστὸς dicitur Martialis, Vt Martis redeat tibi mater, ſummiſq; te nauis, A te Iuno petit ceſtus, & ipſa Venus. Vnde ceſtum Veneris, τὸν κύπριδος κεστὸν, habere dicuntur qui nouis modis quemlibet in amorẽ ſui pelliciunt. De Veneris ceſto uide multa apud Homerum lib. 14. & eius interpretem Euſtathium. ¶ Sed & lorum, aut opus interpunctum, acúue pictum, commune ornamentũ fœminarum, Ceſtron Græci uocant. [Ital. Cintura di donne. Gal. Ceinture d'eſpousée. Hiſp. Correa ò cinta de la muger. Ger. Allerley hüpſche band ſo die weyber zů der zird branchen.] ¶ Proinde Celtus Africanus, contra quẽ ſcripſit Origo. 24. libros edidit, quos à rerum uarietate κέστους appellauit. Hinc Inceſtus: & ceſtilus diminut.

Cæſuliæ, A uetuſtiſſimis dicti ſunt, qui cæſis ſunt oculis. Festus.

Cæſum, Cæſi, uide Cædo.

Cæſura, Cæſuratim, Cæſus, Vide Cædo.

Cæterũ, ceterum, abſq; recto maſculino in ſingulari numero uſitato, ex Græco, κοὶ ἕτερος, id eſt & alius. [Ital. Il reſto, l'altre coſe. Gal. L'autre, la reſte. Hiſp. Lo reſtante. Ger. Das überig.] Terent. in Heeyr. Quàm fortunatus cæteris ſum rebus. Cicer. 4. Acad. Cætera ſeries deinde ſequetur. Idem 6. Verr. Argentum illi cætera purum appoſuerat. ¶ Cætera doctus, figurata locutio, deriuata à Græcis, qui κατὰ præpoſitionem frequenter ſubaudiunt. Cicer. 2. de Nat. deor. Non ſolùm enim poeta ſuauis, uerumetiam cætera doctus, ſapiensq; traditur. Martialis uiſceribus bonus eſt, cætera ui le ſapit, id eſt quantum ad cætera. ¶ Nominatiuo ſingulari Cæterus in maſculino genere uſus eſt Cato de Re ruſtic. cap. 11. ubi ſic habet: Cæterus ornatus domi Pompeiis emptus eſt.

Cæterò, aduerb. τὸ λοιπὸν, εἰς τὸ λοιπόν. [Ital. Quanto al reſto. Gal. Au reſte, au demeurant. Hiſp. Allende de eſto. Ger. Sonſt das überig.] Plin. lib. 10. cap. 52. Palumbes fœmina incubat, poſtmeridiana in matutinum, cæterò mas: hoc eſt quod reliquum eſt temporis.

Cæteroquin, pro Alioquin. ἄλλως τε, εἰ δὲ μή. [Ital. Altramẽte, oltre di queſto. Gal. Sans cela, autrement. Hiſp. En otra manera. Ger. Sunſt.] Cic. de Orat. Illam aũt concinnitatem adhibet quidem hic ſubtilis: quẽ, niſi quòd ſolum, cæteroquin rectè quidam uocant Atticum.

Cæterùm. μέντοι. [Ital. Ma, quanto al reſto, Gal. Toutesfois, neantmoins. Hiſp. Mas. Ger. Aber.] coniunctio, ſine aduerbium, pro Sed, ſine id quod dicere ſolemus, Quod reliquũ eſt. Plaut. Pœn. Dehinc cæterùm ualete.

Cæterù, etiam quandoq; aduerbialiter capitur pro Deinceps, τ' ἄλλα. Virg. 9 Aen. Cæterù parce puer bello. Curtius, Cæterù optimam præſtare fore. Id eſt in poſterum.

Caia, Caianus, Vide Celus. (Caiano.

Caianus, a, um, Statius lib. 4. Syln. Emptum plus minus eſſe

Cala, teſte Seruio, à maioribus dicebantur fuſtes, quos portabant ſerui ſequentes dominos ad prælium: unde etiam Calones dicebantur. Nam conſuetudo erat militis Romani, ut ipſe ſibi arma portaret, & pallum: uallum autem dicebant Calas. Lucil. Scinde calam, ut caleas. id eſt ſcinde lignum, & focum accende, ut caleßas.

Calabra curia, Romæ erat proxima caſæ Romuli, à calãdo, id eſt uocando dicta, quòd ibi ante faſtorum cognitionem Pontifex conuocata plebe pronunciabat, quot dies inter Calendas & Nonas intercederent. ¶ Hinc Curia ipſa, teſte Macrob. lib. 1. cap. 15. Calabra dicta eſt, quòd in ipſam populus calaretur.

Caladrius, pro auis nomine, uide Chaladrius.

Calămus, i, ſ. p. eſt haſta ſeu ſpica ipſius frumenti. Dicta ἀπὸ τοῦ κάλου, quod eſt lignum, uel ἀπὸ τῆς καύσεως, ſic appellatum. Suidas.

Calaber, bri, Calabriam incolens. ¶ Calaber, bra, brum. Ouid. lib. 3. de Arte, Ennius emeruit Calabris in montibus hortos. Dicitur ἀπὸ τῆς καλὸς, καὶ βρίθω, quòd ſit regio in primis fertilis, in qua arbores fructibus mirum in modum onerantur.

Calabricus, a, um: ut, Calabrica olea. Col. lib. 12. cap. 49. Verum tamen habetur præcipua in hos uſus olea Calabrica, quam quidem propter ſimilitudinem, oleaſtellum uocant.

Calabri, καλαβροὶ, Calabriæ populi in ſuib. Italiæ, quorũ regio Calabria eſt, fructib. in primis abundans: quos quoniã hoſpitib. obtrudebant, ſibi alioqui nulli uſui futuros, factũ eſt ut Dona Calabri hoſpitis in proverb. ceſſerint, pro nullius pretij muneribus, quæ donanti oneri magis ſunt q̃ uſui.

Calama-

Calamagroſtis, *καλαμαγρωστις*, Gramin's genus, foliorũ magnitudine ad arundinem penè accedens, iumẽta apud Babylonem, (ubi iuxta uias copiosè naſcitur) enecans. Latini Græcorum imitatione Gramẽ arundinaceũ appellãt.

Călămārium, n. ſ. *καλαμοθήκη*. [Ital. Pennaiuolo. Gal. Calamar, ou eſcritoire. Hiſp. Caza de eſcriuanias. Germa. Ein ſchreybzüg, ein tãderror.] Theca, id eſt repoſitorium calamorum: quod & Theca calamaria dicitur.

Călămētha, pen. prod. apud Col. lib. 4. cap. 27. ponuntur pro fragmentis ueterum calamorum, hoc eſt pedamentorum, quæ ex calamis, hoc eſt ex arundine fiebant.

Calamintha, æ, *καλαμίνθη*. [Ita. Nipotella. Gal. Pouliot ſauuage, ou l'herbe anchat. Hiſp. Laneuada. Ger. Bergmüntz, Stein müntz.] Herba eſt montib. familiaris, folia habens ocymi incana, ſurculos aridos, caules angulosos, & florem purpureum. Hoc autem calaminthæ genus officinæ, ſeroti propemodum antiquo appellatione, Calamentum uocant. ¶ Sunt & aliæ duæ Calaminthæ ſpecies: quarum altera pulegio eſt ſimilis, & figura & odore, licet aliquanto maior ſit: unde & pulegium ſylueſtre à uulgo appellatur. ¶ Altera menthaſtro ſimilis, foliis oblongioribus, caule & ramulis maioribus, quàm ſuperior. Vide Dioſc. lib. 3. cap. 34. & Ruel. lib. 3. cap. 30.

Calamiſtrum, n. ſ. *καλαμὶς, ίδος*. [Ital. Ferro da increſpare i capelli. Gal. Vn inſtrument ou fer pour griller ou frizer les cheueux. Hiſp. Hierro para encreſpar los cabellos. Ger. Ein pfriembd mit dem man daſs haar krauſs machet.] generale eſt, *κάλαυλος*. Acus maior, qua calefacta, & adhibita, criſpãtur capilli. Cicero poſt Redi. Non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus, non frons calamiſtri notata neſtigijs, in eam cogitationem adducebat? ¶ Vnde Calamiſtratus puer, *καλαμιδοτὸς*, pro criſpulo. citrato, qui anulatos capillos habet. Cic. ibidem, Cur in helustionibus huius calamiſtrati ſaltatoris, tam eximia uirtus tandiu ceſſauit? Plautus in Aſin. Quiſnam iſtuc tibi accredat, cinæde calamiſtrate? Varo refert calamiſtrum parari ob ornatũ, quod calefactũ in cinere capillos ornet. Qui aũt calamiſtrũ adminiſtrat, à cinere Cinerarius, & Ciniflo uocatur

Calamochnus, *καλαμόχνη, ἀλόφυτος*. Eſt falſa quædam lanugo in locis paluſtribus calamis tenuioribus adnaſcẽs, ex aqua dulci & marina, ubi ſe miſcent. ¶ Alio nomine Adarca dicitur. Vide Plin. lib. 22. cap. 10.

Calamita, f. p. *καλαμῖται*. [Ital. Ranocchi piccioli. Gal. Petites grenoilles. Hiſp. Ranas pequennas que ſe hallam enel canaueral. Ger. Ein laubfroſch.] Ranæ minimæ ſunt, & ui ridiſſimæ, quæ à quibuſdam Dryopetæ uocantur: ſic dictæ quòd inter calamos uerſentur. Plin. lib. 32. ca. 7.

Călămites, m. t. Gemma, à Calamo nomen habens, quòd plures ſimul iunctæ inueniãtur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Călămus, m. ſ. *κάλαμος*. [Ital. Canna ſottile, penna da eſcriuere. Gal. Roſeau ou canne, tuyau de blé, chaume, chalumeau, gluot. Hiſp. Cana, ò paia como de trigo: canna para eſcriuir ò otra. Ger. Ein ror, ein ſchreybfäder.] pen. cor. Arundo magis minuta, habens internodia longa & tecta, ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebãt. Virg. Aeglo. 3. quũ Daphnidis arcum fregiſti, & calamos. Plin. lib. 16. Calamis populi Orientis bella conficiunt. ¶ Eſt & Calamus, quo ſcribi ſolet. Primi enim calami ex arundine conficiebãtur. Martialis in diſtichis, Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus: Texantur reliqua tecta palude tibi. ¶ Eſt & calami genus concauum & fiſtulis, quas Syringas uocant, conficiendis accommodatum. Ad quod uidetur alludere Virg. Aeglo. 6. Nec calamis ſolùm æquiparas, ſed uoce magiſtrum. Huius primum inuentorem fuiſſe Pana uolunt poetæ. Idem Aeglo. 2. Pan primus calamos cera coniungere plures inſtituit. ¶ Calamus item eſt uirga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos piſces: ſimiliter uirga ad capiendas aues uiſco illita. Martialis, Galbula decipitur calamis, & retibus ales. ¶ Aliquando accipitur pro ſtipula, & pro quocunq; re tereti, ac fiſtuloſa ad ſimilitudinem arundinis. Vnde arborum quoq; ac uitium calamos dicimus, id eſt tenetes particulas & uirgas ad ſerendum in terra aptas. Plin. Qui ſi longius efferantur pomorum calami, rapit infixos optimè cuſtodire ſuccum arbitrabantur. ¶ Eſt etiam Calamus menſura ſex cubitorum & palmi. ¶ Calamus odoratus, *κάλαμος μυρσινίτης*. Dioſcoridi, arundini ſimilis eſt aſpectu multis geniculatus nodis, caſiæ ſapore, tactu mollis, & quum frangitur, ſciſſilis, intus arenoſus, locũ in quo naſcitur, ſuauiſſimo replens odore. Prouenit in Arabia, India, & in Syria iuxta Libanum montem. Vide Plin. lib. 12. cap. 20. ¶ In officinis appellationem retinet.

Călămitas, tis, f. t. Grãdo, quòd comminuat calamos, hoc eſt culmos, & ſegetes. *χάλαζα*. [Ital. Grandine, Calamità, miſeriã Gal. Calamité, malencontre, perte, malheur, miſere, proprement greſle qui rompt le tuyau de blé Hiſp. Danno que haze la tempeſtad, generalamente danno, ò deſaſtre ò perdida qualquiera. Germ. Ein hagel der die ſaat zerſchlecht, Arbeitſälicheit, Jamer, Not.] Plaut. Caſi. Profectò herclè non fuit quicquam olerum. Niſi quicquid erat calamitas profectò attigerat nunquam, Teren. in Eunuc. Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Sed translatio in hoc exemplo eſt. Ibi enim calamitas pro infortunio & miſeria accipitur, ſine arumna. *συμφορά*.

Călămĭtōſus, pen. pro. adiectiuum, *ἀξυφής*. [Itali. Rouinato dalla tempoſta, dalla gragnola & mali tempi. Gal. Subiet. a greſle & a eſtre gaſtré par le mauuais temps. Hiſp. Perdido por dano que haze la tempeſtad. Ger. Das vom hagel mag zerſchlagen werden.] Quod calamitate læſi ſolet Plin. lib. 18. cap. 7. Hordeum ex omni frumento minimè calamitoſum: quia tollitur antequam triticum occupet rubigo. Calamitoſus ager apud Catonem: & calamitoſum ex lum cap. 1. & cap. 35. ¶ Calamitoſus etiam, aruumoſus eſt, malis calamitibus pregnatus, inquit Nonius. *πλούσιος πόνων, πολυώδυνος, ἄλγιος*. [Ital. Pieno di miſerie, diſgratie, auerſità. Gal. Miſerabile, poure malheureux, calamiteux, affligé d'ennuis & facherie. Hiſp. Coſa. perdidoſa ò diſaſtrada. Ger. Ellendhafft Arbeitſälig, Jamerhafft, Vnot beſchwert.] Ci. 2. Ver. Et honoris ampliſſimi puto eſſe & accuſare improbos, & miſeros, calamitoſos defendere.

Calamitoſè, aduerbium, *Miſerè, ἀνυχῶς, ἀθλίως*. [Ital. Meſchinamente. Gal. Malheureuſement, miſerablement, piteuſement. Hiſp. Perdidamente. Ger. Arbeitſälichlich, Jämerlich.] Ci. 3. Offi. Nam quod aiunt, minima de malis, id eſt ut turpiter potius. quàm calamitoſè: an eſt ullum malus malum turpitudine?

Calantica, f. p. Tegmen muliebre, quod capiti innectitur. *τανία*. [Ital. Coffia di donna. Gal. Sorte de couurechef ou chaperon de femme, calore en Champaigne. Hiſp. Vn cierto tocado de mugeres que ſe dize coſia. Ger. Ein tüchle der weyberen ſchlyer.] Cic. in Clod. Tũc, quũ uincirẽ tur pedes faſcijs, quũ calanticam capiti accõmodares, &c.

Calaritani, Sardiniæ populi, ad Meridiem ſiti: quibus calaris oppidum nomen fecit: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 108. Vulgò. Caller.

Calaritanum. Sardiniæ promontorium Africam ſpectans: apud Plin. lib. 5. cap. 7.

Calaſis, autore Feſto, Veſtis genus fuit apud ueteres, quod Graeci *κολόβιον* uocant. Sunt qui dicant tunicæ muliebris nodum, eſſe, quo circa cervicem connectitur.

Calata comitia, Vide in dictione comitium.

Călăthus, pen. corr. ab aliquibus Qualus, & Quaſillus ab aliquibus Fiſcella. Vas ſimineum, ſecundum Porphyrionem. in quo mulieres penſa uel tramam reuoluunt: aut in quo flores, uel fructus, aut aliquid id genus ferunt. *κάλαθος, τάλαρος*. [Italicè Sesto, paniere Gallicè Panier. de cliſſe ou di oſier. Hiſ. Canaſta de varas. Ger. Ein korb, ein zeinen auss weyden oder gertẽ geflochten.] Virg. in Alexi. tibi lilia plenis Eſce ferunt Nymphæ calathis. Ouid. lib. 4. Faſtorũ. Hæc implet calathos lento de uimine neros: Hæc greminum, lanos degrauat illa ſinus. Erat autem calathi forma ſupernè latior, paulatim in angustum deſinens, qualem etiam in turbine conſpicimus. Accipitur interdum pro calice ad ſacrificium apto, Virgilius in Daphnide. Vina nouum fundã calathis Ariuiſia nectar. Seruius ait eſſe uas æneum, in quo lac, uel recens caſeus diſtrahitur.

Calathiſcus, diminutiuum, *καλάθιον*. Parous calathus. Catullus, Antepedes autem cadentis mollia lanæ Vellera, uirgati cuſtodiebant, calathiſci.

Calathiana uiola, Flos eſt præter uiolarum naturam Autumno prouenions, lutei coloris foliis minutis, ſine odore, à calathi figura ita appellatus. Vide Vide Plin. lib. 21. cap. 8.

Calatores, *κλήτορες*. Dicebãtur ſerui, *ἀπὸ τῦ καλεῖν*, quod eſt uocare, q ſemp uocari poſſẽt, ob neceſſitatẽ ſeruitutis.

Calbei, Autore Feſto, dicebãtur apud ueteres armilli, quibus

hierophantes utebantur, & milites ob uirtutem donabantur.

Calceadis, Feſto, conchæ genus eſt.

Calcifraga, æ, Herba eſt in maritimis petris ferè naſcens, à calculis frangendis ita dicta: *λιθοτρυφὲς*: de qua uide Plin. lib. 27. cap. 9. & Ruellium lib. 2. cap. 129.

Calculi, (quid hîc corruptè legebatur) uide Carfioli, & Carſcoli.

Calco, & calceus, uide Calx.

Calculus, m. ſ. Lapis breuis terræ admiſtus: ſic dictus, quòd moleſtiam calcantibus exhibeat: uel, quòd calcem, hoc eſt pedem offendat. *ψηφὶς, λιθίδιον*. [Ital. Saſſo picciolo. Gal. Petite pierre, grauois, la pierre ou gravelle, mereau ou getton à conter ou iouer. Hiſp. Pedrezita. Ger. Ein ſandſteinlin.] Virgil. 2. Georg. Tenuis ubi argilla, & indumoſis calcibus aruis. Cicer. 1. de Orator. Demoſthenes coniectis in oreulculis ſumma uoce uerſus multos uno ſpiritu pronunciabat. ¶ Eſt item Calculus, Lapillus in renibus, aut ueſica generatus, meatum urinæ prohibens, aſperrimumq; ſignum cruciatus: quod morbi genus Græci *λιθίασιν* appellant. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, & ſetarum capillamenta. ¶ Qui autem eo morbo laborant, Calculoſi dicuntur. Plin. lib. 20. ca. 21. Hic & calculoſis, & inflationi, & tormínibus illinitur. Celſus lib. 7. cap. 26. de curatione calculoſorum. A Græcis *λιθιάσεις, λιθιῶντες*. Plin. lib. 21. Venatur ad alopecias, lithanicos, opiſtotonicos. ¶ Item Calculus *ψῆφος* dicitur, quem Latronem ſeu Latrunculum antiqui appellauerunt, uulgus Scacum uocat. Martialis, Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto: Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Quoniam autem calculis ſubdocere rationes ſolemus, calculus pro ipſis rationibus ponitur. Hinc Reuocare, ſiue Reducere ad calculũ, eſt aliquid exactius ſupputare. Ci. de Amicitia, Hoc eſt quidem nimis ſingulariter & exiliter ad calculum reuocare amicitiã, ut par ſit ſemper acceptorum & datorum. Idem. Itaq; tibi concedo, ut ſi te alicuius dari penitet, ad calculum reducas. ¶ Calculis item olim ſuffragia colligebant, candidis abſolutionem, nigris condemnationem ſignificantibus, unde factũ eſt, ut Calculum pro ſuffragio, ſententia, & iudicio ponamus. ¶ Hinc; prouerbialiter, Album calculum addere, *λευκὸν ψῆφον προσθεῖναι*, pro approbare, ſubinde legimus apud doctos. ¶ Comæ calculus, *Κόμης ψῆφος*. In hominem aut rem nihili, nulliuſq; momenti Proverbium manauit à Cõma quopiam citharœdo. ¶ Calculo mordere, *ψῆφῳ δάκνειν*, dicuntur qui ſuffragio lædunt aut diſcruciant hominem. Ariſtoph. *ἐν ἀκαρνέυσι*. ¶ Plurimũ calculos uincit, *τῶν πολλῶν ψῆφους νικᾷ*. Quoties in cõſilio cedit multitudini.

Calculo, as, are, n. p. *ψηφίζομαι*, rationem facio. Inde Calculator, à Calculis, id eſt, lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant, *λογιστὴς*. Mart. li. 10. nec calculator, nec notarius uelox Maiore quiſquã circulo coronetur.

Calculator, A Calculus, id eſt lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant. *λογιστὴς*. [Ital. Chi fa conto, calculatore. Gal. Calculeur, conteur, meſſeur de conte. Hiſ. Contador como con'contante. Ger. Ein Rächen meiſter.] Mart. li. 10. Nec calculator, nec notarius uelox Maiore quiſquam circulo coronetur.

Calculoſus, a, um, Calculis plenus. *λιθώδης, λιθιάρης*. [Ital. Pieno di pietruccie. Gal. Pierreux. Hiſp. Pedregoſo. Ger. Von ſteinlichen.] Columella, Locus aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat. Et apud Plin. lib. 35. cap. 14. Calculoſum ſolum.

Calendæ, f. p. *καλάνδαι*. Plutarcho, Primus dies menſis: à καλέω uoco. Tunc enim Pontifex calato, id eſt uocato populo quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent, pronuntiabat. Confluere autem Nonarum die in Vrbem populus ſolebat, ut addiſcerent quid eo menſe in diuinis, humanisq; rebus facto opus eſſet. ¶ Hinc Nonas quidam dictas putant, quaſi nouæ initium obſeruationis: uel quòd ab eo die ad Idus nouẽ putentur dies. Apud Thuſcos Nonæ plures habebantur, quòd nono quoq; die Regem ſuum ſalutarent, & de ſuis conſulerent negotiis. ¶ Sciendum quum dico Tutio Calendas, certum ſemper diem me ſignificare: Ad tertium uerò Calendas, etiam incertum, ut qui eſt circiter tertium Calendas.

Calendarii, æ, Quod ad Calendas pertinet, ut Iuno Calendaris dicta, quòd Calendarum dies ei ſacer eſſet. Macrob. lib. 1. cap. 15. Idus, inquit, Ioui dedicatæ, Calendæ Iunoni: unde Laurentius, Calendarem Iunonem appellauêre.

Calendarius, a, um, Idem eſt ut, Calendarius lib. 1. *ἀπογραφὴ, ἐφημερὶς*.

Calendaria, Dicebantur tabulæ, ab obſeruatione ſingulorum menſium: ut Diaria, à ſingulorum dierum ratione obſeruata. ¶ Accipitur etiam Calendarium apud Iuriſconſultos pro negotiatione nominum faciendorum. Vlpianus, Calendarij quoq; curatio & quæſtura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, ſed perſonale munus eſt Africanus, Itaq; ipſæ pecuniæ ſi adhuc calendario, id eſt nominibus faciendis deſtinatæ eſſent, fideicommiſſo cedere ſolent. Budæus.

Calenus, a, um, *καλανὸς*, poſſeſſiuum, à Calibus, ſiue Caleno Campaniæ urbe deductum. Horat. lib. 1. Carm. Ode 20. Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes uuam.

Caliculus, uide Calix.

Caliendrum, Ornatus eſt muliebris capitis, uel certè comæ aſcititia, ut interpretatur Acron in illud Horat. 1. Serm. Altum Saganæ caliendrum Excidere, atq; herbas, atq; incantata lacertis Vincula cum magno riſuq; ioco; uideres.

Cãliga, pen. cor. f. p. *καλίγαι*. [Ital. Armatura dalle gambe, gambiere, calze. Gal. Chauſſe, botine & chauſſure de guerre ioſques à my iambe garnie de clous. Hiſp. Calca ò cierta armadura ò veſtidura de piernas. Ger. Stiffel, hoſen biſs auff die waden.] Tegumentũ tibiarũ: cuius diminut. eſt Caligula. Cic. 2. Phil. Cum caligis & lacerna cucurriſti. Plin. li. 7. cap. 48. Quanquam Maſſurius autor eſt, bis in triumpho ductum. Cicer. Mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe: plurimi iuuentã inopem in caliga militari toleraſſe. ¶ Caliga Maximini, uulgò dictitatum eſt in homines inſolitos & immodicæ proceritatis. Id adagii refert Iulius Capitolinus In uita Maximini imperatoris.

Cãligatus, ta, tum, adiect. *ὑποδεδυμένος*. [Ital. Calzato di taliealze. Gal. Portant botines, chauſſé de telle chauſſure. Hiſp. Coſa armada de aquella armadura. Ger. Mit ſolchen hoſen oder ſtifflen angethon.] ut miles caligatus Iuuenalis, Veniam caligatus in agros. ¶ Dicebantur autem milites caligati, tenuiſſimæ ſortis, & poſtremarum claſſiũ milites. Nam primæ & ſecundæ claſſis milites ocreas æneas geſtabant. Autor eſt Liu. lib. 1. ab Vrbe condita.

Caligarius, a, um: ut, Caligarius clauus. *ὁ τῶν ὑποδεδυμένων γόμφος*. [Ital. Che ſerue à tali calze. Gal. De botines, ſeruãt aux botines. Hiſp. Coſa para aquella armadura. Ger. Zu ſolcher hoſen oder ſtifflen iſt.] Plin. lib. 10. ca. 18. In quibus piſces omnibus annis Virgiliarum ortu exiſtunt ſquamis conſpicui crebris atq; præacutis, clauorum caligariorum effigie. Idem lib. 14. Aliud breuitate ſola placet, clauiſq; caligarijs.

Caligaris, & hoc caligare. Idem Plin. lib. 22. cap. 22. Si enim caligaris clauus, ſi ferri uel chalybis aliqua rubigo, &c.

Cãligo, penul. prod. f. t. Tenebræ, obſcuritas, opacitas, aeris ſpiſſitudo. *ζόφος*. [Ital. Nebia folta. Gal. Obſcurité, tenebroſité, esblouiſſement. Hiſp. Eſcuridad ò ceguedad. Ger. Finſternuſs, Dunckle.] Virg. 4. Aen. Quis globus ò ciues, caligine uoluitur atra?

Cãligoſus, a, um, *γνοφώδης, ζοφώδης*, pro obſcuro dicitur. Cic. 1. Tuſc. Vt penetret & diuidat omne cælũ hoc, in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur, quod & humidum, & caliginoſum eſt, propter exhalationes terræ.

Cãligo, as, Cæcutio. *ἀμβλυώττω* [Ital. Oſcurarſi. Gal. Eſtre esblony, ne voir gueres clair. Hiſp. Eſcureſcerſe, ò cegarſe. Ger. Finſterſichen, Dunckle augen haben.] Plin. li. 20. ca. 22. inungunt quoq; ſcabras genas, aut caligantes oculos cum melle. ¶ Caligare in ſole apud Quin. lib. 1. cap. 2. legitur, ut elegantèr, ita & proverbialiter dictũ, pro eo quod eſt in re clariſſima cæcutire: idq; ſolet accidere uitioſis oculis qui nihil uident in luce quã maximè perſpicua, uidelicet ſenſum debilem obrucente ui ſplendoris.

Cal gans, particip. *ἀμβλυώττων*. Virg. 4. Geor. Et caliganti nigra formidine lucum Ingreſſus.

Caligatio, onis. f. t. uerbale *ἀμβλυωπία*. [Ital. Offuſcatione. Gal. Esblouiſſement. Hiſp. Eſcuridad ò ceguedad. Germa.

Perſius

Verſuſterung, verdüncklung.] Plin.lib.20.cap.6. Aquilæ miſto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ, & caligationes, ſuffuſionesq; oculorum.

Calim, Veteres pro Clàm uſurparunt. Autor Feſtus.

Calix, κύλιξ. [Ital. Calice. Gal. Calice, coupe, hanap. Hiſp. Vaſo, como de uidro, parabeuer. Ger. Ein trinckgeſchier, ein Kelch, ein becher.] Genus poculi quo bibimus: ita dictũ quòd eo calidam biberent: nam & calidam, & frigidam communis uteres adhibebant. Plautus in capti. Aulas caliceſq; omnes confregit, niſi quæ modiales erant. ¶ Quandoq; ponitur pro maiori uaſe. Cic. 1. Tuſc. Quid? hunc calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. ¶ Quandoq; pro uaſe in quo legumina & olera coquuntur. Ouid. lib. 4. Faſt. Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. Varro, Calix à caldo, quòd in ea calida puls apponebatur. ¶ Multa cadunt inter calicẽ ſupremaq; labra. πολλὰ μὲν ταξὺ πίλυ πύλυ & χείλυ & ἄκρυ. Adagiũ eſt, quo monemur, nihil tam certum ſperari, neq; quicquam tam eſſe uicinum, quod non repentinos aliquis caſus queat internertere, adeoq; non eſſe tutum uenturis, fidere, ut uix etiã illa ſint certa, quæ manibus tenemus.

Caliculus, li, Diminutiuum à Calice deductum, quũ uas potorium ſignificat. κυλίκιον. [Ital. Calicetto. Gal. Gobelet, petit hanap. Hiſp. Pequeno uaſo. Ger. Ein trinckgeſchierlẽ.] Cato de Re ruſtica cap. 108. Vinum ſi uoles experiri, duraturum ſit, nène, polentam grandem dimidium acetabuli in calliculum nouum indito.

Calla, Herbæ genus eſt aro ſimile, in ſtationibus naſcens, uſuſq; eoſdem habens quos arum. ¶ Eſt & altera callæ ſpecies, quam Anchuſam nonnulli, alij Rinocliſiam appellãt. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

Callai, κάλλαιοι, Gallinaceorum barbæ dicuntur, eò quòd colorem purpureum, quem κάλλαιον, Græci dicunt, imitantur. Vide Cœlium Rhodig. lib. 11. cap. 16.

Callais, idis. καλλαΐς, Gemma eſt ex uiridi palleſcens, oculi figura exuberans, leuiterq; adhærens petris, non ut aguata, ſed ut eiſdem appoſita. Naſcitur in finibus Indiæ, amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa, & ſordium plena. Vide plura de hac gemma apud Plin. lib. 37. cap. 8.

Calleo, Callens, Vide Callum.

Callarias, Piſcis eſt mari peculiaris, ex aſellorum genere, ni minor eſſet. Vide Plin. lib. 32. cap. ult.

Calliblẽpharon, καλλιβλέφαρον, Medicamen accommodatum uitijs oculorum, præſertim quũ palpebræ cohæreſcũt, & ulcera oculorum malè curata ſunt. Plin. lib. 25. cap. 4.

Callicia, Herba, qua Pythagoras aquam congelaſci tradidit. Vide Plin. lib. 24. cap 17.

Callielæa, καλλιέλαια, Olea ſatiua. Vide Ruel. lib. 1. ca. 104.

Callidus, Callidè, Callidĩtas, uide Callum.

Calligõnon, καλλίγονον. Herba eſt (quam nonnulli Sanguinariam dicunt) à multitudine ſeminis, & denſitate fruticis ſic dicta. Plin. lib. 27. cap. 11. Dicitur & Polygonon.

Callimus, m. ſ. κάλλιμος, Lapis eſt ex genere aetitarum: de quo Plin. lib. 37. cap. 21.

Callion, κάλλιον, τρίχυος ὑπνοτικὸν. Herba eſt, quam aliis nominibus Solanum ſomniferum, Halicacabum, & Veſicariam appellant. Vide Plin. lib. 21. cap. 31.

Callĩõnymos, καλλιόνυμος. Genus piſcis, cuius fel cicatrices ſanat, & carnes oculorum ſuperuacuas conſumit. Plin. lib. 32. cap. 7.

Calliſcere, Vide Callum.

Calliſtẽphãnos, καλλιστέφανος, Genus eſt oleaſtri, quo uicto res Olympiorum coronabantur: unde & nomen accepit. Autor Pauſanias.

Calliſtruthia, ψυλλάγια, Ficorum omnium frigidiſſima. Plin lib. 15. cap. 18.

Callitrichon, καλλίτριχον, Herba eſt, quæ alio nomine Polytrichon dicitur, quòd multos & pulchros crines nutriat. nam in uino cocta cum ſemine apij, adiecto oleo copioſè, & fluere capillum prohibet & criſpum denſumq; facit. Dioſcorides Adiantum appellat: quo nomine & Plin. utitur lib. 22. cap. 21. Aliud (inquit) adianto miraculum: æſtate uiret, bruma non marceſcit: aquas reſpuit perfuſum, merſumq; ſicco ſimile eſt: tanta diſſociatio deprehenditur: unde & nomen à Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam Callitrichon uocant, alii Polytrichon: utrunq; ab effectu Hæc ille. ¶ Legitur & nominatiuus Callitrix. Idem lib. 26. cap. 14. Aſtragali radix in puluerem trita, humidis ulceribus prodeſt. item callitrix decocta in aqua.

Callitrix, icis, καλλίτριξ, Animal eſt ex genere ſimiarum, à pili pulchritudine ita dictum. Plinius libro 8. cap. 54. Callitriches toto penè aſpectu à ſimijs differunt: barba eſt in facie: cauda latè diffuſa primori parte. Hoc animal negatur uiuere in alio, niſi Aethiopiæ, quo gignitur, calo.

Callitrix, icis, f. t herba quę decocta in aqua, humidis ulceribus prodeſt. Plin. lib. 27. cap. 14.

Callius, mas Tripolicum, Dioſc. lib. 4. cap. 136.

Callŏs, κάλλος, pulchritudo, honeſtas.

Callus, in maſcul. genere, & Callum, li, (utroq; enim modo dicitur:) Eſt cutis labore uiæ pedibus, aut alio opere in manibus, parteue alia corporis denſior facta, cuiuſmodi eſt in ſuis roſtro, cernice bouis, animalium plantis, & durities illa quæ in manibus ex labore naſcitur. τύλος, τύλλω. [Ital calicè Callo, picciola durezza nelle mani per lauorate, ò nei piedi per caminare troppo. Gal. Cal, durillon, quand la peau eſt endorcie, comme és mains par trop labourer, & aux pieds par trop cheminer. Hiſpan. El callo de pie ò mano ò de otra parte. Germa. Harte, dicke oder ſchwülechtig haut, die von vil gon oder vil arbeit erhartet.] Plautus in Perſa, Plus calleo quàm aprognum callum callet. Eſt autem Callum aprognum caro agri calloſior, & obſi ſaporis iucundioris. ¶ Et in Captiuis, Quanta ſummi abſumedo? quanta callo calamitas? ¶ Vnde Callum obducere dolori, uel labori, per metaphorã dicimus, pro eo quòd eſt, longa aſſuetudine ita nos comparare, ut laboris, uel doloris moleſtiam non admodum ſentiamus. Cic. li. 9 Epiſt. Famil. Conſuetudo dioturna callum iam obduxit ſtomacho meo. Idem 2. Tuſc. Et ipſe labor quaſi callum quoddã obduxit dolori, τυλοῖ.

Callus, eſt ſubſtantia lapidoſa & rigida, compacta quæ alba atq; expiratione priuata caro. Vnde etiam dolorẽ non ſentit: quippe cum neq; uena neq; neruus ipſam pertingat. Curationem eius, uide apud Paulum lib. 6. cap. 77.

Calloſus, adiectiuum, Durus, callis plenus. τυλώδης. [Ital. Pieno di calli. Gal. Plein de cals & durillons, dur comme un cal, rabouteux. Hiſp. Coſa llena de callos. Ger. Das hart vnd dicke iſt.] Col lib. 3. cap. 1. Humido loco ſciet non rectè mandari fructus teneri & amplioris acini, ſed calloſi, & anguſti. Autor carminis ad Piſonem, quod Ouidio à quibuſdam tribuitur, Humida calloſa quum pinſeret hordea dextra.

Callẽo, les, lui, n. f. Propriè calloſus ſum. τυλόω. [Ital. Far il callo: Gal. Auoir de cals & durillons. Hiſp. Hazer callos. Ser calloſo ò tener callos. Ger. harte oder ſchwülechtige haut haben an henden oder füſſen.] Plau. in Pſeud. Neq; ego homines magis aſinos unquam uidi: ita plagis coſtæ callent quos dum ferias, tibi plus noceas. ¶ Transfertur & ad animum. Cicer. Sulpitio, Atqui in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. ¶ Interdum Callere, eſt perfectè ſcire. ἐπίστασθαι. [Ital. Sapere perfettamente. Gal. Sauoir par experience quelque choſe. l'entendre bien. Hiſp. Saber muy bien. Ger. Ein ding wol kõndtẽ, eines handels wol bericht ſein.] quòd ſicut pes uel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quẽdam rerum, in quibus uerſatur. Et ſic neutrum tranſitiuũ eſt. Perſius, Dicenda, tacendaq; calles. Horat. in arte, Legitimumq; ſonum digitis callemus & aure. ¶ Huius compoſitum eſt, Occalleo: à quo Occalleſco. Plautus in Aſin. Quã latera conterã tua, quæ occalluere plagis? Occalluit animus apud eundem per translationem, pro obduruit, & longa conſuetudine confirmatus eſt.

Calleus, nomen Plinio libro uigeſimoprimo capite trigeſimoprimo. Hallicacabi radicem bibunt qui ſunt uaticinãdi calentes.

Calliſcere ueteres dixerunt pro calleſcere, ſiue occalleſcere. Cat. Aures nobis calliſcunt ad iniurias, id eſt occalluerũt. Nonius.

Callĭdus per duplex ll. Aſtutus: differtq; à uerſuto, quòd callidus ſit ille (ut ſcribit Cicero) cuius animus uſo, ut magnus opera cõcalluit: Verſutus, cuius mens celeriter uerſatur. πανοῦργος. [Ital Scaltrito, aſtuto. Gal. ſin, caut, rusé, bien apprins, prudent. Hiſpanicè. Aſtuto y recatado. Germanicè. Klug, Geſchwind, liſtig.] Cicero quarto Academi-

Audemi. Ego enim, ut agitator callidus priuſquam ad finem perueniam, equos ſuſtinebo.

Callidè, aduer. Aſtutè, vafrè, malitioſè. *πανουργῶς* [Ital. *Aſtutamente*, accortamente. Gal. *Finement*, par ruze. Hiſ. Aſtutamente y recatadamente. Ger. *Liſtiglich*, behendiglich.] Cic. 3. de Orat. Callidè, argutè dicere. Idem 2. de Finib. Sed omnia callidè referentem ad utilitatem.

Calliditas, atis, f. t. Vafritia, aſtutia. *πανουργία*. [Ital. *Accortezza*, aſtutia. Gal. *Fineſſe*, ruze. Hiſp. Aſtucia y recatamiento. Ger. *Geſchwindigkeit*, *Liſtigkeit*.] Cic. 1. Offic. Scientia, quæ eſt remota ab iuſtitia, calliditas potius quàm ſapientia appellanda eſt.

Callis, is, m. t. Via callo perdurata. *τρίβος*. [Ital. *Calle*, ſtrada. Gal. *Chemin frayé*. Hiſ. *Camino hõdo y eſtrecho*. Ger. *Ein gebouet weg*.] Virgi. li. 8. Rara p occultos ducebat ſemita calles. Idem 4. Aen. prædamq; per herbas Conuertant callesq; ſuetos.

Calo, as, *καλέω*, *καλῶ*. [Ital. *Chiamare* Gal. *Appeler*. Hiſp. *Llamar*. Ger. *Rüffen*, *nẽnen*.] Idem eſt quod uoco. Hinc dies ſunt Comitia calata, quæ pro collegio Pontificum habere ſolent, aut Regis ſacrorum, aut Flaminum inaugurandorum cauſa. Dicta autem ſunt Calata comitia, quòd claſſes per ordinem calarentur, hoc eſt nocarentur. Equites enim uocabãtur primi octoginta: deinde primæ claſſis cẽturiæ, & deinceps ſuo ordine cæteræ inferiores claſſes. Bud.

Calator, pen. prod. Feſt. Calatores ſerui *ἀπὸ τῦ καλᾶν*, quia ſemper ob neceſſitatem ſeruitutis uocari poſſent.

Calones, m. *Lunλόποδια*, calcei ex ligno facti. Feſtus. [Ital. *Zoccolo di legno*. Gal. *Sabot ou galloche*. Hiſp. *Sabato hecho de madera*. Ger. *Holtzſchuch*.]

Calones, pen. prod. *σκευοφόροι*. [Ital. *Seruitori di gente d'arme*. Gal. *Les gouiards des gendarmes*. Hiſp. *Los lenadores que llevan lena al real*. Ger. *Troſsbůben*.] ſerui militũ caſtra ſequentes dicuntur, qui claues ligneas & fuſtes gerebant, uel qui militibus ligna ſubminiſtrabant, *καλοφόροι*. Horatius, Hunc perminxerunt calones atq; caballi. Liu. 5. Bel. Pun. Impedimenta ſubſequi iuſſit, calones, lixaſq;, & inualidos milites uallum ferre. Quidam tamen Calones à calando derinant, quòd ad miniſterium aduocarentur: alij à calendis, quòd Calendarum die cibaria caperent pro toto menſe.

Calophanta, m. p. *καλοφάντης*, Deriſor. Plautus in Curc. Calophantam, ac ſycophantam.

Calopodium, *καλοπόδιον*, Calceamenti ligneigenus eſt, quod alio nomine dicimus Soccum, & per diminutionẽ Socculum.

Calpus, *καλπὸς*, Animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans, auſterum ac uelox, cornibus longis, quibus arbores dejicere fertur.

Calor, & Caliditas, f. t. *θέρμη*, *ἀλέα*. [Ital. *Calor*. Gal. *Chaleur*. Hiſp. *Calor naturali ò defuera*. Germ. *Vuerme*, *hitz*.] Idem ſignificant: à calendo, Plaut. in Mil. nam mihi nimius calor Comburebat gutturem.

Caldor, doris, Idem quod Calor *θέρμη*. Var. lib. 1. de Re ruſt. cap. 55. Olea lecta, ſi nimium diu fuerit in aceruis, caldore faceſcit, & oleum fœtidum fit.

Caldus, a, um, à calore fit. Modò fermentẽ ſignificat. *θερμός*. [Ital. *Caldo*. Gal. *Chaut*. Hiſ. *Caliente*. Ger. *Vuarm*.] Virg. Aeneid. 9. Volutur ille nomẽs calidum de pectore flumen. ¶ Modò ferocem, inconſultum, Pacuuius, Cane fis: ne nimis calidè loquaris, & turbam cõciet. ¶ Modò uelocem. Varro, Quum hæc diſſet, ecce calidus quidam nauicularius irrumpit in curiam. ¶ Dicitur & Caldus per ſyncopen. Martialis, Frigida non deerit calda petenti.

Caldarium, Aheneum quo aqua calida hauritur: uel in quo aqua igni admouetur *λέβης*, *ἐπιλέβης*. [Ital. *Caldiaio*. Gal. *Caudiere*, Hiſp. *Caldera*. ¶ In balneis item Caldarium erat locus in quo calida lauabantur: quemadmodum Frigidarium, in quo frigida: & Tepidarium, in quo tepida.

Caldarius, a, um: ut, Caldaria cella, in qua frigida lauabantur. Plin. lib. 5. Epiſt. Frigidariæ cellæ connectitur media: cui ſol benigniſſimè præſto eſt caldariæ magis: prominet enim. ¶ Caldarium as, ex quo caldaria, hoc eſt ahena fiebant. Plin. lib. 34. cap. 8.

Calio, les, lui, per ſimplex l, Feruco, calidus ſum. *θέρμαι*. [Ital. *Scaldarſi*. Gal. *Eſtre chaut*. Hiſp. *Eſcalentarſe*. Germa. *Heyſs oder warm ſein*.] Plaut. in Rud. Os tibi calet. Virgi. 8. Aen. Centum calent æræ. ¶ Calere dicitur res per tranſlationem, dum adhuc recens eſt, Plaut. Pœn. Atenim nihil eſt, niſi dũ calet, hoc agitur. Tracta metaphora à fabris ferrarijs, qui ferrum candens ſimul ac igni exemerunt, ſtatim cudunt, ne mora interpoſita durum fiat, & intractabile. ¶ Aliter tamen calere res apud Cicer. accipitur 5. in Verrem, Poſteaquam ſatis calere res Rubrio viſa eſt: quæſo (inquit) Philodame, &c. id eſt ubi uidit eos inflammatos & accenſos multa comparatione. ¶ Compoſita ſunt Concaleo, & Incaleo. ¶ Calerur imperſonale à Caleo.

Caleſco, ſcis, n. t. Calidus, uel calidior fio. *θερμαίνομαι*. [Ital. *Scaldarſi*. Gal. s'eſchaufer, deuenir chaut. Hiſp. *Eſcalentarſe*. Ger. *Heiſs oder warm werden*.] Plin. lib. 20. cap. 21 Succoſq; tribus modis exprimitur in ſictili, caleſcitq; in eo in ſole modicè. Ouidi. 6. Faſt. Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo. ¶ A quo Concaleſco, & Incaleſco.

Cãlẽfacio, & Calfacio, calidum reddo. *θερμαίνω*. [Ital. *Scaldare*. Gal. *Eſchauſer*. Hiſp. *Calentar à otra coſa*. Ger. *Vuermen*, *heiſs oder warm machen*.] Plin. lib. 21. Chryſochomæ radix calefacit, & ſtringit. Cice. 2. de Natu. deor. Partim ad calfaciendum corpus igni adhibito. ¶ Transfertur & ad animum. Cic. ad Qu. fr. lib. 3. Eodem die Gabinium ad populum luculentus calefecerat Memmius: id eſt nexarat, exagitarat. Hinc excalfacio: à quo Excalfactorius, a, um, *θερμαντικός*. Idem excalfactorias habet uites. Cõcalfacio, calidum reddo, *συνθερμαίνω*. Cicer. Et ait idem, quum brachium concalefecerit, tum ſolere pugnare.

Calefactus, partici. *θερμανθείς*. [Ital. *Scaldato*. Gal. *Eſchauſẽ*. Hiſp. *Eſcalentado*. Ger. *Gewermbt*, *warm gemacht*.] Ouid. in Ibin. Vtq; perit primò plenum flauentis arenæ Nondum calfacti uelitis haſta ſolum.

Calfactus, us, nomen. maſc. p. *θέρμανσις*. [Ital. *Scaldamentò*. Gal. *Eſchauſement*. Hiſp. *Eſcalentamiento*. Ger. *Erwermung*, *erhitzigung*.] Plin. lib. 29. ca. 3. Cibo quot modis iuuent, notum eſt, quum tranſmeent faucium tumorẽ, calfactuq; obiter foueant.

Calfacto, as, are, *θαλύνω ἐν προσαγωγῆς*. Horat. 2. Epiſt. Sub noctem gelidam lignis calfactat ahenum.

Caleſio, Calidus fio, ſub uoce neutrali paſſiuam habet ſignificationem. *θάλπομαι*. [Ital. *Scaldarſi*. Gal. *Eſtre eſchauſé*, deuenir chaut. Hiſp. *Ser eſcalentado*. Ger. *warm werden*.] Cic. ad Attic. lib. 1. Balneum caleſieri iubebo, A quo Concalfio, & Excalfio.

Calorificus, a, um, Quod calorem facit. *θερμοποιός*. [Ital. *Coſa che ſcalda*. Gal. *Choſe q eſchaufe*. Hiſ. *Coſa que haze calor*. Ger. *Das hitz oder werme macht*.] ſicut à Frigorificus *Καλὸς λιμὴν*, Id eſt bonus portus: ita Græci nominarunt (à re ſcilicet, ut ſolent frequentiſſimè) Scythiæ Europæ portum in Boxino ſuper Tauricos. Pompo. lib. 1.

Calotechnus, *καλότεχνος*, bonus artifex, cuius contrarium eſt cacotechnus, *κακότεχνος*, malus artifex.

Calpar, *κάλπη*, Dolium, & uini genus, quod ſacrificij cauſa è dolio emittebatur, prius quàm degustaretur. Varro lib. 1. de Vita populi Romani, Quia antequam nomen dolij prolatum eſſet, quum etiam id genus uaſorum Calpar diceretur, id uinum Calpar appellatum. ¶ Feſtus docet eſſe genus uaſis fictilis.

Caltha, *κάλθη*, Viola eſt lutei coloris, Virg. in Bucol. Mollia luteola pingit uaccinia caltha. Vide latius apud Plin. li. 21. cap. 6. Vulgus Gallorum Solſiam uocat, quaſi ſolſequiam.

Calthula, læ, Veſtis à caltha uiola coloris lutei. Plautus, Indu fiatam, patagiatam, calthulam, ac crocotulam.

Calua, æ, f. p. Dicitur os capitis, ubi capilli eſſe conſueuere. *κρᾶνιον*. [Ital. *Creppa*, oſſo della teſta. Gal. *Le reſt de la teſte*, ce qui couure le cerueau. Hiſp. *La calauerna*. Ger. *Ein haupteſchüdel*.] Martialis, Pilotro faciemq; lauas, & dropace caluam.

Caluaria, Totum caput carne nudum: & tam de brutis, quã de hominibus dicitur, *τὸ βρέγμα*. Caper Caluam uocat. Palladius, Equæ caluaria, ſed non uirginis, intra hortum ponenda eſt, uel potius afinæ. ¶ Caluariæ deſcriptionem uide apud Celſum lib. 8. cap. 1. ¶ Et caluariæ, loca ſepulturæ publicæ, *κολωνάριαι*, ſeu loca in quibus ſupplicio afficiebantur damnati.

Caluaſter, Subcaluus, cui capilli partim decidêrit. *ἀναφαλαντίας*.

Caluata uinea, In qua uites quidẽ ſunt, uerùm paucæ, rarèq;,

atq;

ut in caluitio capilli. Plin. lib. 17. cap. 22. Cato de Re ruſt. cap. 11.

Caluities, ei. q. & Caluitium, Defluuium capillorum à capite: ſeu locus capitis, ex quo iam capilli defluxerũt *φαλάκρα, φαλακρότης*. [Ital. Calnezza. Gal. Chauueté Hiſp. Caluеza de cabellos. Germa. Kaalheit des houpts von deſ haars auſfallen.] Sueton. in Cæſa. Caluitij uerò deformitatem iniquiſſimè ferebat, ſæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus: ideò deficientem capillum reuocare à uertice cõ ſueuerat. Cic. 1. Tuſc. Proinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur.

Caluĕo, es, n. ſ. Caluus ſum. *φαλακρόω*. [Ital. Eſſer caluo. Gal. Eſtre chauue. Hiſp. Encaluarſe. Ger. Kaal ſein.] Plin. lib. 11. cap. 37. Et quædam animalium naturaliter caluent, ſicut ſtruthiocameli, & corui aquatici. ¶ Hinc componitur Recaluco, *ἀναφαλαντίαμαι*, quod eſt rurſus in caluitiem reuertor.

Calueſcere, Eſt caluum fieri. *φαλακρίαμαι*. [Ital. Diuenir caluo. Gal. Deuenir chauue. Hiſp. Encaluecer. Ger. Kaal werden, ein glatt kopf überkommen.] Plin. lib. 11. Propriũ huic calueſcere omnibus annis, quum ſeritur rapa. ¶ Dicitur & de agris. Col. lib. 5. Propter mures atq; talpas ſæpe nouel la caſtaneta calueſcunt, id eſt rareſcunt.

Caluefio, fis, Caluus fio. *ἀναφαλαντίας γίνομαι*. Varro de Re ruſtic. lib. 1. cap. 17. Ego iſta etiam, inquit Agrafius, non ſoldm in ouibus tondendis, ſed in meo capillo à patre acceptum ſeruo, ne decreſcente luna tondens caluefiam.

Caluo, as, a. p. Caluum facio: à quo Decaluo, & Recaluo. Primum ſignificat Valde caluo: ſecundum, Ab anteriore capitis parte caluco.

Caluo, uis, a. q Decipio, Fruſtror, *παλαισφίζωμαι*. [Ital. Ingãnare. Gal. Fruſtrer, tromper. Hiſpa. Enganar, faltar en lo prometido. Germa. Betriegen.] cuius paſſiuum eſt Caluor: tractum à caluis militib. qui omnibus ſolent eſſe fruſtratui. Saluſtius in 3. hiſtoriarum, Contrà ille calui ratus. Hoc eſt decipi.

Caluor. deponens. Plautus in Caſt. Nam ubi domi ſola ſum, ſopor manus caluitur, id eſt decipit.

Caluus, m. ſ. Dicitur à cuius capite capilli defluxerunt, ſine qui ſine capillis natus eſt. *φαλακρός*. [Ita. Caluo. Gal. Chauue. Hiſpa. Caluo de cabellos. Ger. Kaal, glatrechtig.] Vnde Plin. lib. 11. docet eſſe gentes naturaliter caluas: quales Myconij, qui capillo carentes gignuntur. Sueton. in Cæſare, Vrbani ſeruate uxores, mœchũ caluum adducimus. ¶ Caluus comatus apud Martialem haud dubiè figura prouerbiali dicitur: conueniet; in eum qui ueris bonis nudus, aſcititijs ſe uendicat. Veluti ſi quis indoctus aliena pro ſuis ederet: aut ſi quis diſſimulet eſſe ſe quod eſt. ¶ Caluũ uellis, *φαλακρὸν τίλλεις*. Vbi inanem operam quis ſumit, aut ubi quis auferre conatur quo uacat is à quo petitur. Veluti ſi quis à paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto literaturam.

Calumnia, Vexatio alicuius in litibus per fraudem, & fruſtrationẽ: aut rei alicuius malitioſa interpretatio. *διαβολή* [Ital. Calumnia. Gal. Calon, me. Hiſp. Accuſacion falſa, calumnia. Ger. Ein ſchmaachred, Ein falſche anklagung.] Nonius malitioſam & mendacem infamationem interpretatur. Cic. 1. Offic. Exiſtunt ſæpe iniuriæ, calumnia quadã nimis callida, atq; malitioſa iuris interpretatione. Idem in Saluſt. Sed eſt quædam calumnia, quam unuſquiſq; noſtrũm, teſtante animo ſuo fert de eo qui falſum crimen bonis obiectat.

Calumnior, aris, d. p. Significat per fraudem & ſubdolam rationem cauſa uincendi, in litibus, mendacijs alios uexo: uel falſa crimina intendo. *διαβάλλω, συκοφαντέω*. [Ital. Calumniare Gal. Calomnier, deſguiſer la uerité pour blaſmer quelqu' un. Hiſp. Acuſar falſamente, calumniar. Ger. Schmähen, leſteren, falſche nachreden treyben.] Cic. ad Varronem, Nam quòd antea te calumniatus ſum, indicabo malitiam meam. ¶ Domeſticum theſaurum calumniaris, *τὸν οἰκεῖον θησαυρὸν διαβάλλεις*. hoc eſt, tua ipſius carpis lacerasq; Conueniet & in illos qui ſua ipſorum arcana non celant.

Calumniator, m. t. Qui Calumniã facit, id eſt qui falſum crimen obiicit. *συκοφάντης*. [Ital. Calumniatore. Gal. Calomniateur. Hiſ. Calõniador, falſo accuſador. Ger. Ein ſchmäher, leſterer.] Vnde in lege duodecim Tabularum, Calumniator idem patiatur quod reus, ſi conuictus fuerit. Cicer. pro Cluent. Eſt hic Ennius egens quidẽ calumniator mœcenarius Oppianici.

Calumnioſus, Qui calumniam inferre ſolet, *συκοφαντικός*. Auguſtinus, Nemo illic calumnioſus tendiculam uerborum requirit.

Calumnioſè, aduerbium. *συκοφαντικῶς*.

Caluo, caluus, Vide Calus.

Calx, dub. t. pro calcaneo, extrema pedis parte ponitur, qui & pes imus appellatur, à calcãdo dictus. *πτέρνα, σφυρόν*. [Ital. Calcagno. Gal. Le deſſoubs du talon. Hiſp. Calcanar, ò coce, golpe del pie ò del calcanno. Ger. Die Verſen des fůſs.] Virg. 5. Aen. Calcemq; terit iam calce Diores. ¶ Vnde & pro fine metaphoricè ponitur: ut, A uertice ad calcem. Cicero, Quoniam ſumus ab ipſa calce eius interpellatione reuocati. ¶ Ad calcem peruenire, pro eo quod eſt, ad metam finemq;. Prouerbialem habet figuram quoties ad aliud quippiam deflectitur quàm ad corpus humanũ. Cic. lib. de Amicit. Vt quum æqualibus poſſis uiuere, cum quibus tanquam è carceribus emiſſus, cum iiſdem ad calcem, ut dicitur peruenire. Simile huic reperitur apud eundem lib. de Senect. Nec uerò uelim quaſi decurſo ſpatio à calce ad carceres reuocari. ¶ Aliquando pro ictu calcis, & percuſſione pedum, plagaq;. *λάκτισμα*. Terent. in Phor. -nam quæ inſcitia eſt, Aduorſum ſtimulos calces. Iuuenalis, Aut dic, accipe calcem. ¶ Et tam pro calcaneo, quàm percuſſiõe, modò maſculino, modò fœminino genere uſurpari ſolet. Silius, Iam compos uoti ferrata calce cruentat Cornipedem. Virgilius, Cornipedemq; citum ferrato calce fatigat.

Calcar, caris, pen. prod. n. t. Ferreus ſtimulus ad urgendos equos, ſic dictus, quòd ad calcem alligetur. *πλάκτρον, κέντρον*. [Ital. Sprone. Gal. Vn eſperon. Hiſp. Eſpuela de hierro. Ger. Ein ſporen.] Ouidius, Non opus eſt celeri ſubdere calcar equo. Cl. de Orat. Quod dicebat Iſocrates doctor ſingularis, ſe calcaribus in Ephoro egere: contrà autem in Theopompo frænis uti ſolere. ¶ Currenti calcar addere, prouerbialis metaphora, pro eo quod eſt, eum qui ſua ſpõte ad rem aliquam ſatis incitatus eſt, uehementius adhuc inflammare. *τὸν τρέχοντα κεντρίζειν*. ¶ Tolle calcar. *ἆρε πλάκτρον ἀμυντήριον*, id eſt, tolle calcar ultoriũ. Ariſtoph. in Auib. *ἆρε πλάκτρον, εἰμάχου*, tolle calcar: ſi pugnas. In eum dici ſolitum, qui iam ultionem parat.

Calcanĕus, & Calcaneum (utroq; enim modo dicitur) Pars poſterior pedis imi. *πτέρνα*. [Ital. Calcagno. Gal. Le talon, le derriere du pié ou ſe mettent les eſperons. Hiſpa. Calcanar. Ger. Die verſinen.] Virgi. in Moreto. Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

Calceus, m. ſ. à calce. Pedis indumentum, quod fit ex pellib. animalium. *ὑπόδημα, καλτίνιον*. [Ita. Scarpa. Gal. Souliers. Hiſp. Capato. Ger. Ein ſchůch.] Cic. lib. 1. de Inuent. Si multos erat in calceis puluis, ex itinere eum uenire oportebat. Plaut. in Truc. Iam quos capiã calceos? ¶ Dextrũ pedem in calceo, ſiniſtrum in peluium. *δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν, εἰς πεδίνην*. Subaudi uerbum ad ſentẽtiam accommodum, Mittit, aut ponit. Suidas ex Ariſtopha ne citat, aiq; dici ſolere eos qui ſe norunt commodè ad rei præſentis conditionem applicare, proq; loco, tempore, negotijs, aliam atque aliam ſuſtinere perſonam. ¶ Ne ſupra pedem calceus, *μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα*, id eſt ne maiora uiribus ſuſcipias: aut ne magnificentius te geras, quàm pro tua conditione. Lucian. in imagin. & in Gallo.

Calceolus, diminut. à calceus, m. *ὑποδημάτιον*. [Ital. Picciola ſcarpa. Gal. Petit ſoulier, ſcarpin. Hiſ. Capatillo. Ger. Ein ſchůchle.] Cic. 1. de Natu. Deor. Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

Calcearium, ij, n. ſ. in ſingulari numero pluralis nim habet: quemadmodum & ueſtiarium: *ὑποδήματα, ὑποδύσεις*. Nã quum alicui calcearium, aut ueſtiarium legatum dicimus, non calceum unum, non ueſtem unam ſignificamus, ſed tantum ueſtium, aut calceorum, quantum illi corpori honeſtè tegendo, pedibuſq; armandis fuerit ſatis. Vlpia. de Alim. leg. Diarijs, uel cibarijs relictis, neq; habitationẽ, neq; ueſtiarium, neq; calcearium deberi palàm eſt.

Calceolarius, m. ſ. Qui calceos conficit. *ὑποδηματοποιός*. [Ital. Calzeolatio. Gal. Cordonnier. Hiſ. Capatero. Ger. Ein ſchumacher.]

ſchůmacher.] Plaut in Aul. Prepolæ, linteones calceolarij.

Calceamen, & Calceamentum pro ipſo calceo. ὑπόδημα. [Ital. Scarpe, ò altro veſtito del piede. Gal. Chauſſure Hiſp. capato ò qualquier calcado. Ger. Geſchůch.] Plin. lib. 19. Hinc calceamina, & paſtorum veſtis. Cic. 5. Tuſcul. Mihi amictus eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra.

Calceatus, us, m. q. Idem quod calceamen. Plinius, Itaq; longo interuallo ſine calceatu attenuatur pedes. Idem lib. 11. cap. 41. Pectinus veſtigio carnoſa: qua de cauſa in longiore itinere ſine calceatu fathiſcunt.

Calcio, & Calceo, as, a. p. Calceos induo. ὑποδέω. [Ital. calzare, ò ferrar muli, ò caualli ò aſini. Gal. Chauſſer. Hiſp. Calçar los pies, ò herrar las beſtias. Ger. Schůch anlegen.] Et modo accuſatiuum habet eius rei, qua quis calceatur, modo ablatiuum. ¶ Accuſatiuo iunxit Plin. 36. cap. Arceſilaum quoq; (inquit) magnificat Varro, cuius ſe marmoream habuiſſe lectam tradit, aligeros ludentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calciarent ſoccos omnes ex uno lapide. ¶ Ablatiuo autem idem iunxit lib. 7. cap. 20. Nos quoque uidimus Arbanarum nomine, prodigioſæ oſtentationis, quinquageuario thorace plumbeo indutum, corthurnoſq; quinquagenorum pondo calciatum per ſcenam ingredi. Itē Cæl. Die feriato runcis & lacernis induros, & gallicis calceos. ¶ Calciari item equi dicuntur, quum pedes eorum ad ſerſos ſaxorum iniurias ferramentis muniuntur. Teſtimonium uide apud Suetonium in Veſpaſiano. ¶ Huius compoſitum eſt, Excalcio Suetonius in Vitellio: Pro maximo munere à Meſſalcino petijt ut pedes præberet ſibi excalceandos.

Calcitro, as, pen. corr. Pede percutio. λακτίζω. [Ital. Trare di calci. Gal. Ruer des pieds, regimber. Hiſp. Acocear. Germ. Mit den füſſen hinderſich ſchlahen, Scharren, ſtampfen.] Plin. lib. 30. cap. Mulas non calcitrare quum uinum bibunt. ¶ Hinc calcitrones dicti ſunt equi, qui calcibus inſultant. ἵπποι λακτιστικοί. [Ital. Caualli ò muli che tranno di calci. Gal. Cheuaux qui ruent & regimbent. Hiſ. Caualloacoceadores.] Gell. lib. 4. cap. 2. Equus mordax aut calcitro minaſius, non morboſus. ¶ Huius compoſitum eſt Recalcitro.

Calcitratus, us, m. q. nomen uerbale, Actus ipſe calcitrandi. λακτισμός. [Ital. Percoſſo con calci. Gal. Regimbement, ruade. Hiſp. Obra de acocear. Ger. Das hinden ausſchlahen oder ſcharren mit den füſſen.] Plin. lib. 8. cap. 45. Mulæ calcitratus inhibetur uini crebriore potu.

Calcitrator. Qui ſæpe calcibus ferit. λακτιστής. [Ital. Solito à calcitrar. Gal. Qui à ne couſtume de ruer & regimber. Hiſ. Coſa acoceadora. Germ. Der gern mit den füſſen hinden ausſchlecht.] Columel. libro 2. Iouencumq; teſte tractum, calcitratum reddit.

Calco, as. Proprie ſignificat pede comprimo. πατέω, γιβέω. [Ital. Premere co'piede, calcare. Gal. Fouler aux pieds, mettre le pied deſſus. Hiſp. Hollar ò acocear con los pies. Ger. Tráttra mit füſſen.] Virgil. lib. 12. Aeneid. Miſtaq; cruor calcatarena. Idem 4. Triſt. Dorum calcauimus æquor. Plinius ferratis uectibus calcari ſolent, parietesq; ſimiliter. Carbones calcare, ἀνθρακιὰς βλίβειν. Calcare ſolum, terrā, πατέω. Pedibus calcare. λακτίζειν. Terra animantum ueſtigijs calcata, ἡ γῆ ὑπὸ τῶν πατουμένων. Transfertur item ad animum: ut idem ſignificet quod contemno. Asper carminis ad Piſonem, Rarāq; non humilem calcat fabula cothurnum. ¶ Sic dicimus, Calcare uoluptates, aut alia huiuſmodi paſſiones. ¶ Compoſita ſunt, conculco, Inculco, & Proculco. ¶ Tu magis ſolo terram calca. Adagium eſt, quo admonemus ſuipſum, ut in ſuo loco ſe contineat, neq; ſeextollat in noſtra. Theocrit. in Hodœpo. τὰν σαυτῆ μὴ τὰν ἐμὰν, γᾶν τὰς ἄρους. id eſt, Qui in propriam caleant terrā, extera teneto. Conuenit ubi parum fidemus alicui, nec uolemus in domeſticam recipere cōſuetudinem.

Calx, cis, feminini generis, Lapis uſtus, ex quo arenę admiſtione fit inuicta: ita dictus à calcando, nam ita lapides fieri putauerunt. ἄσβεστος. [Ital. Calcina. Gal. De la chaux. Hiſp. La cal. Ger. Kálch.] Cl. Pro Mil. Percute lynxtribus in cam inſolam marcam, calcem, cæmenta, atq; arma conuerit. Palladius. Calx quæ erit ex ſpiſſo & duro ſaxo, ſtructuris conuenit: ex filuloſo uerò, aut molliore lapide, tectorijs adhibetur utili⁹. Vide Plin. li. 36. c. 25.

Calcaria fornax, In qua calx coquitur. κάμινος ἀσβέστου. [Ita. Fornace da calcina. Gal. Fouournaiſe à chaux, chaufour. Hiſ. Calera dōde ſe cueze la cal. Ger. Kálchofen.] ſicut Sulphuraria, in qua ſulphur. Plin. lib. 17. cap. 9. Nuper repertū, oleas gaudere maximè cinere à calcarijs fornacibus. ¶ Eſt autem adiectiuum Calcarius, a, um. ¶ Calcarius uerò ſubſtantiuè, qui præeſt fornaci calcariæ. γυψοποιός. [Ital. Chi cuoce la calcina nelle fornaci. Gal. Qui fait, la chaux chaufournier, Hiſp. El calero que haze la cal.] Cato de Re ruſt. Calcarius ligna confecit ad fornacem.

Calcata ædificia, Dicuntur calce contecta: τετριγωμένα: quam artem Loricationem & Tectoriam appellant, & præcipuè ſi læue politumǫe fuerit, ut ſuperiuduci poſſit penicolus uel albarium uel pictura, uel aliud quippiam ad uenuſtandam ſtructuram.

Calcatorium, n. ſ. apud Palladium lib. 1. cap. 18. uidetur eſſe ſemita quadam editior in cella uinaria, inter duos lacus: uerba eius ſunt hæc: Cellam uinariam Septentrioni debemus habere oppoſitam, ita inſtructā neceſſarijs, ut non uitetur à fructu: ſic autem diſpoſitam, ut baſilicæ ipſius forma calcatorium habeat altiore loco conſtructum: ac quod inter duos lacus, qui ad excipienda uina hinc inde depreſſi ſunt, gradibus tribus tertè, aut quatuor aſcendatur. Et paulò poſt. Quòd ſi cupis, locum ſuum deputabimus: is locus ad calcatorij ſimilitudinem, podijs breuibus, & teſtaceo pauimento ſolidetur. ¶ Dictum autem uidetur Calcatorium, ſiue à calcando, hoc eſt eundo: ſiue ab opere calcato, hoc eſt torica quo conficiebatur.

Calydonius, a, um, & Calydonis, dis. Ouid. lib. 8. Metamor. Plangunt ſe matres Calydonides.

Calyptra, æ, καλύπτρα. Genus veſtimenti, quo mulieres capita tegebant: à καλύπτω, tego.

Calyx, m. r. κάλυξ. [Ita. Goſcio ò pelle di qualche frutto come di noce ò mandole, bottone ò boccolo di roſa, cioè quelle parti che tengono chiuſe prima che ſpaniſca. Gall. Bouton de roſe ou autre fleur ou la petite peau ou pelure qui couure le fruit, comme une noix ou amande. Hiſp. El erizo como de caſtana ò bellota. Ger. Die hůlſen hen oder die haut einer Jeden frucht, als der nuſſen, mandel eſtenen.] Significat folliculum, quo primum flos, & deinde ſemen herbarum, uel fructus arborū coopertitur, ut amygdalæ, nuces, & caſtaneę habent ſuos calyces, παρὰ τὸ καλύπτειν, hoc eſt à contegendo. Plin. lib 15 cap. 22 Necnon & honor his naturę peculiaris gemino protectis operimento, puluinati primùm calycis, mox liquei putaminis.

Calycolos, diminutiuum. Plin. lib. 16. cap. 44. Quod uerò in ſpina ſollonia gignitur hypophæſton, calycolis inanibus, folijs paruis.

Cama, lecti quoddam genus breue & circa terram. D. Ambroſ. in Offic.

Cambades, Vide Chambades.

Cambio, is, pſi, Commuto. μεταλλάττομαι. [Ita. Cambiare. Gal. Changer. Hiſpa Cambiar, ò troca.. Ger. Verrauſchen, wechslen.] Apud Antiquos uerò Cambire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere: à quo Campſo, as, quod eſt iter flecto.

Camella, Genus uaſis eſt apud Ouidium lib. 4. Faſtorum, ubi ſic habet: Dum licet, appoſita, ueluti cratēre, camella.
Lac uiuum potes purpureaq; ſapam.

Cāmēlōpardalis, καμηλοπάρδαλις. [Ita. Graff. Gal. Giraffe, beſte reſſemblant au chameau & panthere Hiſpan Giraſa, animal, raro Ger Ein Greyff.] Animal eſt cameli procritate, colore panthēræ, maculis ueluti florentibus uariegatum: poſtremæ intra aluum partes humi ſubſident, ſicut in leonibus uidemus, humeri pedesq; priores, atq; item peſtus præter cæterorum membrorum rationem procera, tenuis cerui: camelo capite ſimile, pedibus & cruribus bouj. Plin. lib. 8. cap. 18.

Cāmēlus, m. ſ. ſimplici l, κάμηλος. [Ital. Camelo, Gal. Chameau. Hiſp. Camello. Ger Ein kamelthier.] Animal quadrupes, quod crura prolixa, collum oblongum habet. Sitim per triduum tolerat, ſed cū inuenit aquam, tantum bibit, ut & præteritę & futuræ ſiti ſatisfaciat. Bactri camelos mittunt & Arabes, ut ſcribit Diodorus: ſed in hoc differūt, quòd Arabici in dorſo bina habent tubercula, (hos Dromedarios uocant) Bactriani ſingula. De camelis multa Plinius.

lio.8.cap.18.Cic.1.de Nat.deor. Cameli adiuuantur procritate collorũ.Horat.2.Epiſt. Diuerſum confuſa genus panthẽra camelo. ¶ Camelus uel ſcabioſa complurium aſinorum geſtat onera, *κάμηλος, παρὰ τὸ ψωρώδης πολλῶν ὄνων ἀναπίβασιν φορτία.* De iis qui uſq; adeò præcellunt quoſdam, ut etiam ſenes, aut alioquin ægroti, præſtantiores tamen ſint illis integris: aut de iis qui rebus parum proſperis, tamen plus ualent ob priſtinæ fortunæ reliquias, quàm alii rebus integris, Vius eſt Synceſius. ¶ Eſt & Camelus funis nauticus, quo anchoræ religantur. De quo aliqui intelligũt illud in Euangelio, Facilius eſt Camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cælorum.

Camelinus, a, um, adiect. *καμηλεος*. [Ital. Di camelo. Gall. De chameau. Hiſ. Coſa de camellos. Ger. Das vom kamel thier iſt.] ut Camelinũ lac. Plin.lib.28.ca.9. Dulciſſimum ab homine camelinum, efficaciſſimum ex aſinis.

Camelarius, ii, maſcu. gen. *καμηλίτης*. [Ita. Gardiano di cameli. Gal. Celuy qui meine les chameaux. Hiſp. El que cura los camellos. Ger. Ein kamelhirt, ein kamel treyber.] qui cuſtodit, paſcitq; camelos, Budæ.

Camelaſia, ſiue Camelaria, curatio eſt camelorũ, & Camelarij ipſorum camelorum curatores. Arc. de Muo. l. munerum, Camelaſia, ait perſonale munus eſt. & ibidẽ de Camelario.

Camelopodium, *καμηλοπόδιον*. Herba eſt quibuſdam, quã Dioſcorides *πρέσιον*. Latini Marrubium uocant.

Cămĕra, penul. corr. e p. *καμάρα*. [Ital. Volto. Cal. Voulte, berceau, comme celuy qu'on fait aux iardins pour ſouſtenir la vigne en treille. Hiſ. Boueda. Ger. Ein gwelb.] Arcus ædificium ſuſtinens, reſtumiq; deuexũ & incuruatũ: quod & Formix & Teſtudo à Latinis appellatur. Seruius deductũ existimat ab abiectiuo Camurus, quod curuum ſignificat & inflexum. Cic. ad Qu. Fr. Cameras quaſdam non probaut, mutariq; iuſſi. Saluſt. in Catil. Eum muuiſt undiq; parietes, atq; iuſuper camera lapideis formicibus iuncta, ſed inculta tenebris.

Camerarius, a, um, adiect. *καμαρικός*. [Ita. Di pergola ou uolto. Gal. De treille ou berceau. Hiſpa. De boneda. Ger. Das deß gwelbs iſt.] Plinius loquens de cucurbitis, lib. 19. ca. 5. Inde hæc duo prima genera, camerarium & plebeium, quod humi repit. Camerarium, genus cucurbitæ uocat, quod in Pergulas arrepit in hortis, non quod humi ſerpit.

Camero, as, are, n. p. *καμαρῶ*. [Itali. Ed. ficare in uolto. Galli. Voulter. Hiſ. Edificar de boueda. Ger. Vuelben, ein gwelb machen.] Cameram, id eſt formicẽ & teſtudinem facio: à quo Concamero. Plin. lib. 14. Dinocrates architectus Alexandri. Ariſtonoes templum concamerare inchoauerat.

Cameratus, a, um: unde Concamerata loca dicimus teſtudinea, hoc eſt quæ formicibus conſtant. [Ital. Fatto in uolto. Gal. Voulté. Hiſ. Coſa hecha de boueda. Ger. Gewelbet.] ¶ Camerata uehicula, quæ Græci *καμαρωτὰ* uocant, quia ſunt penſilia, quibus matronæ geſtantur: cuiuſmodi etiam hodie fiunt carrio contecta.

Camertes appellati ſunt Umbrię populi, in montibus Picenis conterminantium quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. & Strabo lib. 5. Cicero Cornel. Balbo. Neque Folginarium, neq; Camertium tandere eſſe exceptum. Rectus ſingularis eſt Camers Silius lib. 8. Et armis uel caſtris laudande Camers. Adjectiuum eſt Cicer. pro Syll. In agro Camerti, Picæno, uel Gallico.

Camertinus, a, um. Cic. pro Caec. Bal. Is igitur M. Annius Appius fortiſſimum uirum, ſingulari uirtute præditum, ciuitate donauit, quum Camertinorum fœdus ſanctiſſimum, atq; æquiſſimum ſciret eſſe.

Camillus. Proprié puer ingenuus, qui flamini dialis ad ſacrificia miniſtrabat. Antiqui enim Camillos & Camillas uocabant miniſtros & miniſtras impuberes in ſacris. Vnde Mercurius Hetruſca lingua Camillus, quaſi deorum miniſter dictus eſt.

Cămĭnus, *κάμινος*. [Ital. Fornace, camino. Gal. Fourneiſe. cheminée. Hiſp. Horno. à chemínea. Ger. Ein ofen, ein camin.] pen prod. Latinè fornax dicitur. Virg. lib. 3. Aen. Rupeis flammam expirare caminis. Inue. Satyr. 10. Iam ſtridũt ignes, iam follibus atq; caminis Ardet adoratum populo caput. ¶ Eſt etiam ſtructura quæ fumum excipit, uel locus, in quo ignis ſtruitur. Cic. ad Attic. Luculento camino utendum ceuſeo. Suet. in Vitel. Nec antè in prætorium rediit, quàm flagrante triclinio ex concepto caminí.

Camino, as, are. a. p. *καμινεύω*. [Ital. Far una fornace. Gal. *Faire fourneiſe ou en facon de fouenaiſe.* Hiſp. Hazer horno à chemínea. Ger. Etwas wie ein ofen oder camin machen.] Facere in modum fornacis. Plin. lib. 16. cap. 8. Acerue conferris taleis recentibus luto caminantur. Idem lib. 17. cap. 17. In prunis palmo amplius, & ubiq; caminata fuſſura ore compreſſione ſint.

Cammaron, *καμμαρον*, Herbarum nenenoſiſſima, quæ notiore nomine Aconitum appellatur. Cammaron autem dictum exiſtimant à radicis flexura, quam Dioſcorides ſcorpionis caudæ aſſimilat. ¶ Mandragoram item herbam nonnulli Cammaron appellant.

Cammarus, pen. cor. *κάμμαρος*. [Ital. Gambarro. Gal. Eſcreuiſſe de mer. Hiſ. Elcamarõ. Ger. Ein gattung der krebſen im meer.] Piſcis eſt ex cancrorum genere, molliorem teſtã habens pro cute. Vide Plin. lib. 32. cap. 8. Mart. lib. 2. Conculor in noſtra cammare lance rubes.

Cămœnæ, cum œ diphthongo, Muſæ, Iouis & Memoriæ filiæ à cantus amœnitate ita dictæ. Varro autor eſt, ab antiquis Carmœnas, & Caſmœnas dictas fuiſſe, quæ poſtea abſceſſo r, uel ſ, Camœnæ appellatæ ſunt. Aliter Feſtus, Camœnæ (inquit) à carminibus ſunt dictæ, uel quòd canunt antiquorum laudes uel quòd ſint caſtæ mentis præſides. Virgil. 8. Aeglog. Aeternis dicetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Dicimus etiam Camœna numero ſingulari. Perſius Satyr. 1. ubi nunc hortante Camœna Excutienda damus præcordia. Seneca in Med. Ille uocali genitus Camœna.

Campana, næ, ſ. p. *κώδων*, in Pruniciũm notum ad pulſandum idoneum, à qua Campanula. Hieronymus ad Euſtoc. Quouſq; campanula in claustro pulſabitur. Malleus cũ pane dicitur Rhopalum, *ῥόπαλον*, eſt etiam inſtrumentum quo pulſatur oſtium.

Campanus, a, um, adiectiuum: ut, Vrbs Campana. Virg. 10. Aeneid. Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Litus Campanum, Statius 3. Syl. Morbus campanus, Horat. 1 Ser. Campanum ob morbũ in faciem permulta iocatus. ¶ Cãpana ſuperbia, dici ſolet pro intoleranda arrogantia. Cicer. in oratione pro Rull. alijsq; locis ubi colonos capuæ in domicilio ſuperbiq; atq; in ſedibus luxuriæ ait eſſe collocatos.

Campẽ, *κάμπη*, plur. num. tantùm & neut. gen. Vermis genus hortenſis, & herbas & arborum frondes infeſtans, à uerbo Græco *κάμπτω*, quod eſt flectere: eò q; flexo oblisquis tractibus corpore progrediatur. Colum. lib. 10. Nec ſolùm teneras audens erodere frondes Implicitus conchę limax hirſutaq; campe. ¶ Hinc Hippocampæ piſces, qui & equi appellantur, à flexu caudarum, quæ piſcibus eſt.

Campſor, oris, qui ex pecuniæ permutatione lucrum facit. *κολλυβιστής*.

Campus, m. ſ. Eſt grande atq; amplum ſpatium terræ planæ, ut platea, areaq; *πεδίον*. [Ital. Campo. Gal. Vn champ, une plaine. Hiſpa. Campo raſo, à uega para labarar. Ger. Ein feld.] Oppius 3. bell. Ciuil. Sed quum eſſet inter bina caſtra campus circiter millium paſſuum ſex, Domitius caſtris Scipionis aciem ſuam ſubiecit. Virgil. uilius ardens haud ſecius æquore campi Exercebat equos. ¶ Dictus Campus à capiendo, quòd animalium, ſeu rerum aliarum multitudinem facilè capiat: ſeu quòd uberes ex agro tantum plano capiebant fructus. Solet tamen accipi pro qualibet re, in qua quis ſtudium habeat. Cic. 4. Acad. Quum ſit enim campus in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta cogimus? Latiſſimum dicẽdi campum alio loco dixit Cicero, pro ubertate materiæ, quam uocant. ¶ Martis campus, *Ἄρεος πεδίον*. Suidas ex Alexandrinis Piſandro. In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi uiderentur, quiq; rem ui non iudicio gererent: & quibus ius eſt in armis, quos Heſiodus elegantèr compoſita uoce *χαροπολίτας* uocat. Cæteri in quo quis ualet, id Græci campum illius uocant. ¶ Obliuionis campus, *λήθης πεδίον*. Dicetur uel de uehementer obliuioſis, uel de rebus commentitijs, ac friuolis quæ nuſquam ſunt. Ariſtoph. ¶ Fumi campus, *καπνοῦ πεδίον*. In ciuitate dicitur ingenti fame preſſas. Eſt autem locus quiſpiam hoc nomine. ¶ Venti campus, *ἀνέμου πεδίον*. In hominem inſtabilem, leuem & inconſtantem dicebatur. Refertur à Diogeniano. Nam in planitie uenti liberius hùc atq; illùc diuagantur, nullo coërciti obſtaculo.

Campeſtris, ſtre. denominatiuũ à Campo formatũ, *πεδινὸς*: ut, Campeſtres operarij, qui in campo Martio ſeruilẽ operam

rum candidato impertiebantur. ¶ Campeſtria, Loca plana, à Campo deductum nomen. *πεδιναὶ χωρίαι*. ¶ Campeſtris item dicuntur genitalium ſuccinctoria, eò quòd ludentes in campo ueſtibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant ſolis campeſtribus tecti uirilia. *περιζώματα*. [Ital. Le braccbe. Cal. Des brayes a luicter. Hiſp. Bragas marineras. Ger. Ein bruch, ein ſcham decke.] Horatius, Penula ſolſtitio, campeſtre nivalibus auris. Vnde qui ita ſuccincti ſunt, Campeſtratos uulgus appellat.

Camur, a, pen. pro. Vaſis genus, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utenſilia. Feſtus.

Cămūrus, a, um. Idē quod inflexus, ſeu cornus. *ἐπικαμπὴς, κεκαμμένος*. [Ital. Torto, piegato. Gal. Courbe ou courbé, camus, recroqueuillé. Hiſ. Retuerto ò de boueda. Ger. Gebogen, krumb.] Virgil. 3. Georg. Camuris hirtæ ſub cornibus aures.

Camus, mi, m. f. Genus uinculi, *κάμος, ῥίμα*. [Ita. Laccio, nœc. Gal. Frein, bride ou licol. Hiſ. Lazo, cuerda. Ger. Ein band, ein ſtrick, ein halfftter.] Plautus in Caſ. poſuit pro funequo damnati alligantur furcæ, quum ait: Cammam & furcam feras. ¶ Item equorum retinaculum, frænum, & muliebre ornamentum. ¶ Græcis etiam Cadum indicialem ſignificat, coni figuram referentem, in quem iudices calculos conjiciebant. ¶ Eſt & genus tibiæ, pabuli, & lilij, & quædam herba. ¶ Item mechanicum inſtrumentum ligniferum. ¶ Chamos aſpiratum, idolum eſt, quod alio nomine dicitur Beelphegor, ut inquit Hieronymus.

Cănabis, Vide Cannabis.

Canalicolæ, pen. cor com. p. Forenſes homines pauperes: dicti quòd circa canales fori conſiſterent. Feſtus.

Cănālis, pen. prod. & tam maſculini quàm fœminini generis, à cāna fit, una littera detracta. Eſt autem Canalis ligneus ad canaæ ſimilitudinem cauatum, quo aqua deducitur. *αὐλὸς*. [Ital. Cannale, condotto. Gal. Canal, conduit, eſuier, tuyau. Hiſpa. Canal. Ger. Ein kānel.] Feſtus, Canales per quos aqua confluit in uiis lapide ſtratis, Virg. 3. Geor. Greges ad ſtagna iubeto Currentem illigois potare canalibus undam. ¶ Dicitur & hoc Canale. Statius lib. 1. Syl. Flumina demerſo trahit intemerata canale.

Canaliculus, diminutiuum à Canalis in maſculino genere. *αὐλάκιον*. [Ita. Picciolo cannale. Gal. Petit canal, petite eſuier, anger. Hiſpa. Canno pequenno. Ger. Ein kleiner kānel.] Colu. lib 9. Largiore cibo celerius pingueſcit: ſemper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur.

Canalicula, diminutiuum, Parua canalis. *αὐλάκιον*. Gel. lib. 7. cap. 11. Ipſum autem Eraſiſtratum dicere duas eſſe quaſi canaliculas quaſdam, ſeu fiſtulas, &c.

Canaliculatus, a, um, Quod eſt in canalis modū factum. *αὐλακοειδὴς* [Ital. A foggia di cānale, Gall. Fait en facon de canal ou tuyau. Hiſp. Coſa acannalada. Ger. Gemacht wie ein kānel.] Plinius lib. 19. Quibuſdam anguſta & canaliculata, ut cumino: paucis foliacea & lata, ut atriplici.

Canalitius, a, um, adiectiuum *αὐλητικός*. [Ital. Di cannale. Gal. De canal ou tuyau. Hiſ. Coſa de canno. Ger. Das zum kānel gehört,] ut. Canalitium aurum, dicitur in puteis effluſum, quod uenarum canalibus per ſaxa uagatur huc atque illuc, & per latera puteorum. Plin. lib. 33. cap. 4. Quod puteis fodicur, canalitium uocant: alij Canalienſe, marmo tralucere inhærens.

Canaan, *Χαναάν*, Syriæ regio à Canaam filio Cam, qui eā regionem, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, à ſe Cananæam nuncupauit.

Cananitis, dis, *Χαναανῖτις*, pen. corr. poſſeſſiuum eſt patronymicè fœminini formæ deductum à nomine Canaan, ut Rege Cananitis.

Cănārīa, Herba eſt quam uernacula lingua etiam Herbam canis uocamus, quòd canes ægroti ea præſentem uomitum faciant Plin. lib. 24 cap. 8. ¶ Inuenerunt & canes canariā, ea inſidiarum deducunt, eamq; in noſtro conſpectu mandant: ſed ita, ut nunquam intelligatur quæ ſit: etenim depaſta cernitur. Ruell. humilem eſſe herbolam oſtendit, folia tritici multò minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodijs tibiarū more inſe inſertis, quę tracta ſuis eſt uaginulis exeruntur: cauadam ſpicæ loco paniculam habēs: denīq; folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitans.

Canatius, Canatim, uide Canis.

Canatius, ab Apulejo dicitur in Flor. pro clara ſeu præconis uoce. Canatius inquit lunam dabo, ut per omnes provincias eat. Sed hoc à canando, id eſt, Calido uidetur dictum. Nam Varro ſcribit conſuetudinis fuiſſe, ut claſſicus in arce circumq; muros canatum iret.

Cancanos, *κάγκανον*, Herba eſt Galeno, quæ Dioſcoridi & Plinio, Calcalia dicitur, & Leontice. Vide Ruellium libro 3. cap. 118.

Cancelli, lorum, m. f. Ligna aut ferramenta, modicis interuallis iñ tranſuerſum inſtar retis inuicem annexa, quibus ſcenæ, & tribunalia atq; feneſtræ muniri ſolent, aditusq; eorum præcludi. *κιγκλίδες, ἱμάντωσις*. [Ital. Gelofie ferrate. Gall. Treillis, claires voyes. Hiſpa. Rexas ò uerias de hierro para apartar. Germ. Gitter oñs holtz oder eyſen.] Et apud priſcos ferè ſemper fuerunt æreî, quorū multi extant per baſilicas diſtributi, ad lignorum ſimilitudinem fabrefacti, quorum lineolæ altrinſecus in quincuncem ſuperpoſitæ foramina linquunt, quibus quum aër aſpectusq; admittatur prohibetur acceſſus ſeruatq; uſus eiuſmodi clauſtra uineis pro ualuis, foribusq; apponi. Cicero pro Seſtio, Tantus eſt à fori cancellis plauſus excitatus. ¶ Cancellos alicui circundare, per translationem dicitur pro eo quod eſt, limites quoſdam anguſtos cuipiā præſcribere, extra quos nō licear euagari. Idē pro Quin. Si extra hos cancellos, quos mihi ipſe circundedit, declinauero. ¶ Sunt & cancelli loca cācellatim, hoc eſt teſſellatim tranſuerſarijs lignis accommoda ſeſſui. Ouidius, Cancellis primos impoſuiſſe pedes. ¶ In ſacris literis Cancelli uocantur ſpecilia foraminibus plena, & tranſuerſim plagulis feneſtrata, quas uulgus Zelotypias uocitat. Vnde in prouerbijs, De feneſtra domus meæ per cancellos perſpexi iuuenem cancellos. Hos diliciosos, Cice. lib. 2. de perfecto genere dicendi, appellat Tranſennas ab oculoſū uidelicet & foraminū tranſitu: ait enim, Quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpicimus.

Cancello, as, are, a, pr. Colum. lib. 4. cap. de uite loquens: Hæc autem quæ toro proſtrata corpore, quum inferius ſolum quaſi cancellauit atq; irretiuit, cratem facit, & plurimis rādicibus inter ſe connexis agitur, nec aliter quam ſi multis palmitibus granata, deficit. ¶ Aliquando ſignificat Concido, dilanio, diſpungo, erado, deleo. *διαιρῶ, ἀμαυρῶ*. [Ital. Cancellare, caſſare, torre uia. Gal. Canceller, rayer, caſſer. Hiſpa. Truncar, caſſar ò borrar como la eſcriptura. Ger. Vergätteren, oder zerreyſſen, auſſtratzen.] Nam ſicut ex tranſuerſo ducuntur ligna in cancellis, ita delendis ſcripturis trāſuerſo calamo notæ, lineæq; atramentariæ. Iurecōſ. tit. De his quæ in teſtamento delentur. Cancellaret quis teſtamētum, uel indoxerat.

Cancellatus, a, um, adiectiuum, Quod cancellorum figuram imitatur. *κιγκλιδωτός*. [Ital. Fatto in geloſa. Gall. Fait en facon de treillis ou de rez. Hiſpa. Coſa apartada con rexas. Germ. Das der gätteren form hatt.] Plin. lib. 3. cap. 10. Duriſſimum dorſo tergus, uentres molles, ſetarum nullū tegumentum: ne in cauda quidem præſidium abigendo tædio muſcarum (nanq; id & tanta naſtitas ſentit) ſed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo quum extenti recepere examina, arctātis in rugas repente cancellis, comprehenſas enecent, Vbi Cancellatam cutem appellat, quibuſdam cancellis diſtinctam, hoc eſt teſſellatim quadratam, & in modum capſularum factam.

Cancellatim, Ad ſimilitudinem cancelli. *δίκην κιγκλίδων*. [Ital. A foggia de geloſia. Gal. En facon de treillis, en maniere de rez. Hiſp. Apartadamente. Ger. Nach weyſs vnnd form der gätteren.] Plin. lib. 11. ca. 37. Terreſtrium aliis uenter denticulatæ aſperitatis, aliis cancellatim mordacis.

Cācellarii, m. ſ. *ἀρχιγραμματεῖς* [Ita. Scriuani, cācellieri. Ga. Cancelliers. Hiſp. Chancilleres. Ger. Cantzler.] Degenerante iam tum paulatim lingua Latina, dicti ſunt ſcribæ principum, quorum opera illi in conficiendis, examinandisue diplomatib. utebantur. Vtitur hac uoce Flauius Vopiſcus, ſcribens à Carino Imperatore eſſe factum præfectum urbis unum ex Cancellarijs ſuis.

Cancer, cri, *καρκίνος*. [Ital. Gambaro. Gal. Eſcreuiſſe. Hiſpa. Cangreio. Ger. Ein krebs.] Piſcis genus eſt mollem teſtam habens pro tegumento, cuius multæ ſunt ſpecies, quas uide apud Plin. lib. 9. cap. 31. ¶ Eſt itē Cancer unum ex duodecim Zodiaci ſignis, à quadam cancri piſcis ſimilitudine ita dictum: eo quòd Sol menſe Iunio ſignum hoc peram-

bolans, paulatim incipit à nobis recedere, & cursu retrogrado ferri, in modum cancri. Refert Higinus, hunc fuisse cancrum, qui à Iunone in Herculem, cum Hydra Lernæa pugnanté, immissus fuit: qui quũ pedẽ eius momordisset, ab Hercule occisus est, & à Iunone inter sidera collocatus. ¶ Cancer item, *καρκίνωμα*. [Ital. Cancaro infermita. Gal. Chancre. Hispa. El cancer ò caratan enfermedad. Ger. Der krebs, ein krankheit die vmbsich frisst.] morbus est ab atra bile efferuescente proficiscens, cùm alias corporis partes, tum mulierum mammas in primis infestans, quæ menstruo non purgantur. Dictus Cancer, vel quòd paulatim serpat cancri piscis similitudine: vel quòd venas circa se habeat extensas, instar brachiorum cancri: vel quòd pertinaciter hæreat, ut solet cancer, siquid chelis apprehẽderit. Est autem & in hac significatione, uti in duobus præcedentibus, masculini generis & secundæ declinationis. Cato de Re rustica. Eadem brassica vulnera putrida, cancrosq; purgabit, sanosq; facit. ¶ Grammaticorum nonnulli in hac significatione neutri generis esse tradiderunt, & tertiæ declinationis, deceptí Ouidij loco, quem opinionis suę corroborandæ causa solent adducere: Vtq; malũ latè solet immedicabile cancer Serpere, & illæsas vitiatis addere partes. Qua in re nimium profectò pueriliter falluntur, non animaduertentes, adiectiuum immedicabile, non cum nomine Cancer, sed cum dictione Malum, cohærere. ¶ Cancros Ouidius dixit Apuleius, pro faucibus, & tenacibus stationibus, quasi cancellos. Cancer est tumor inæqualis, asper, fœdus, sublimis, dolore infestans, absq; ulcere interdum, quem etiam latentem nonnunquã appellauit Hippocrates, qui scilicet & curatione potius irritatur, interdũ cum ulcere prouenit. Paulus lib. 6. cap. 41. ¶ Cancros leporí cõparas, *καρκίνος ἀκτύπολι συγκρίνεις*. De supramodum dissimilibus. Etenim ut leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota est. ¶ Cancer leporem capit, *καρκίνος λαγῶόν αἱρεῖ*. De re nequaquam verisimili, dictúque absurda, velut si quis dicat, ab indoctissimo superari doctũ. ¶ Cancrum rectò ingredi doces, *καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις*. De eo qui docet indocilem. Refertur in Platonis Collectaneis: pertinetq; ad genus *ἀδυνάτων*. Huic finitimũ est quod ait Aristopha. in pace *Ὅταν ποιῇσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν, Ὁ νοῦς ἐπὶ τῷ πρωκτῷ ποιήσεις ἔχειν ἀεί*. Id est, Ambulat ut cancer rectà, haud effecueris unquam: Nec quicquam efficies ubi res erit antè peracta. Hoc uelut oraculum pœta facetus pronunciat, Quod à natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam Cancris genuinum, obliquè ingredi.

Canchrys, *κάγχρυς*, Libanotidis fœcunda semen est, Dioscoridi lib. 3. cap. 70.

Candãrium, Lapithon. Laphat species est, quam Oxalida uocant, uerus ramex.

Candaulus, *κάνδαυλος*, Opsonii genus fuit ex carne elixa, pane, & caseo Phrygio, cũ anetho, & pingui iure. Vide Cæliũ Rhod. lib. 10. cap. 14.

Candefacio, Vide Candeo.

Candela, f. p. A Candore luminis dicitur. *Λύχνος, πυρός*. [Ital. Candela. Gal. Chandelle, roche, cierge, ou relle chose esclarante. Hisp. Candelay candil. Ger. Ein kertz.] Iuuen. Satyr. 9. Candelam apponere maluit. Plin. lib. 33. cap. 11. Lapidem fuisse quadratum circiter in medio, arctè uinctũ candelis quoquouersus. Loquitur de Lapide in quo reperti sunt lib. Numæ. Hermolaus. Candela, inquit, sunt quæcunque materia, scirpis, tæda, feno, cera: uti mirum non sit, libros Numæ candelis inuolutos tradi. Candelas febare, Columel. lib. 1. cap. 22.

Candelábrum pen. prod. *λυχνίον, κηροπήγιον*. [Ital. Candeliero. Gal. Chandelier. Hispa. El lugar donde se pone el candil. Ger. Ein kertzstock, ein liechtstock.] dicitur, quòd in eo candelæ figantur, autore Festo Cice. 6. Verr. Iam uerò lectos aureos & candelabra aurea. Cic. 4. Verr. Martia. de candelabro Corinthio. Nomina candelæ nobis antiqua dederunt: Non norat parcos ornata lucerna patres.

Candeo, es, ui, n. 2. Candidus sum. *Λευκαίνω ἐμί*. [Ital. Essere bianco. Gal. Estre blanc. Hisp. Emblanquecerse. Ger. Weyss sein.] Virg. 4. Aen. Candẽtis nacex media inter cornua fundit. Ouid. 11. Metam. Candida de nigris & de cãdentibus atra. ¶ Significat etiam Ignitum esse. *πύρειν, ἐπυρῶδαι*, [Ital. Diuenir de fuoco. Gal. Estre embrasé, ou reluire & estre blanc de force d'eure embrasé & cuit au feu. Hisp. Encenderse. Ger. Glühend sein, feurig sein.] Cic. 1. Offi. Qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum. Composita, Excandeo, & Incandeo, à quibus Excandesco, propriè uehementer incendor, inflammor. Cato de Re rustica. Nam si sub tecto coquas, cum bitumen & sulphur additum est, excandescet, hoc est, incenderur, & inflammabitur. Trãsferũtur etiam ad iram, *θυμοῦσθαι*. quòd ea est, uelut ignis animum incendens, & uultum hominis quodam candore perfundens: uel quia, ut sol quantò candidior, tantò ardentior, ita animus, dum concitatus est, in flammatus, incensus & candescens dicitur, ut tanta mentis commotio significetur. Cælius Cic. Id postquã resciit, excanduit, & me causam inimicitiam quærere clamauit. i. ira uehementer incensus est. Hinc Excandescentia, quæ est (ut Cicero quarta Tusculana inquit) ira nascens, & sine modo existens, *θύμωσις*. Incandesco, candens, & ignitus fio. Metam. lib. 7. Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbũ Funda iacit: uolat hoc, atq; incandescit eundo: Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes. Est & Recandeo, à quo Recandesco, quod est rursus candesco: & Accipitur pro calefacio. Ouid. li. 1. Metam. Ergo ubi diluuio tellus lutea tepenti, Solibus æthereis alitoq; recanduit æstu.

Candesco, ignitus fio, igneſco. *πυροῦμαι*. [Ital. Diuenir di fuoco. Gal. S'embraser, deuenir feu. Hisp. Encenderse. Ger. Glühend oder feurig werden.] Ouid. 2. Metamorph. Currusq; suos candescere sentit. ¶ Candescere etiam album fieri significat. Tibullus lib. 1. Liceatq; caput candescere canis.

Candetum, Galli appellant in aceis urbanis spatium centum pedum, quasi Centeatum: in agrestibus autem pedum centum quinquaginta quadratorum instum Candetum uocant. Ex libello uariorum autorum de Limitibus.

Candor, oris, m. c. Albedo splendori coniuncta. *Λευκότης*. [Ital. Biancheżza, candora. Gal. Blancheur, lueur, pureté, bõne foy. Hispa. Blancure con lustre. Ger. Weysse glitzerechte.] Plautus in Men. O, solem uides, itatim ut peccatus est, præ huius corporis candoribus. Plin. lib. 11. cap. 14. Thus probatur candore Cic. 1. de Nat. deor. Nam solis calor & cãdor illustrior est, quàm ullius ignis: quippe qui immenso mundo tam longè lateq; illucet. Dicitur & per metaphoram candor animi à Cicerone multis in locis, pro syncerítate & puritate animi.

Candefácio, a. 1. Candidum facio. *Λευκαίνω* [Ital. Imbiancare. Gal. Faire blanc, blanchir. Hisp. Emblanquecer. Germa. Weyss machen, weyssgen.] Plau. in Mostel. Vna opera ebur atramanto candescere postules. ¶ Aliquando etiam Candefacere, *ἐμπυρίζειν*. [Ital. Scaldare tal'hor ente una cosa che ti paia bianaa. Gal. Eschaufer tellement quelque chose qu'on la reluisance & comme blanche. Hispa. Encender. Ger. Glüyend machen.] Est candentem, hoc est ignitum reddere. Plin. lib. 34. c. 8. Vbi inter lapides cãdefactos funditur. Hinc excandefacio, Candens & ignitum facio: unde Ferrũ excandefactum, hoc est candens & ignitum. Per translationem accipitur pro ira inflammare, *θυμοῦν*.

Candĕo, as, pen. corr. 2. Cand. p. Candorem habeo, sub eandidus sum. *ὑπολευκαίνομαι*. [Ital. Essere un poco bianco. Gal. Estre blanc, tirer sur le blanc. Hisp. Ser. blanco por de fuera. Ger. Weyss glitzerechtig sein.] Plin. lib. 8. Insigne ei in dextro latere candicans macula.

Candicantia, æ, pro albedine *Λευκασμός*. [Ital. Biancheżza. Gal. Blancheur, couleur blãchastre, tirãt sur le blanc. Hisp. Blancura. Ger. Weyssle.] Plin. li. 37. Fictitia sacrificationis candicantiam fugiunt.

Cãndidãtus, *λευκανθής, λευχείμων*. [Ital. Vestito di bianco. Gall. Vestu de blanc, blanchi. Hispa. Cosa uestida de ueste blanca. Germ. Mit weyssen kleideren angethon.] Alba ueste indutus. Plaut. Rud. Ergo uos æquius erat candidatas uenire, hoſitatis. Item qui luce quadam nitente perfusus est. Vnde Lactantius immortalitate nos uelut cãdidatos esse eleganter dixit. Candidati etiam dicebantur, qui ad alicuius magistratus, aut dignitatis petitionẽ aspirabant, *οἱ παρασκευὴν ἔχοντες τῆς ἀρχῆς, οἱ διϊσχυριζόμενοι*, à toga candida, quam per id tempus induebant, siue ad denotandum integritatẽ, quòd solus hic color syncerus ac purus, & minimè inquinatus est: siue, ut perspici ab omnib. posset, eos pecuniam non habere, qua ciues corrumperent. Ire autem candidati per comitia solebant, suadendo, rogãdo, submitten-

ſubmittēdo ſe omnib. & nudato etiā corpore, cicatrices oſtendēdo. Ci. pro Murœna, Nec cādidatis iſta benignitas admenda eſt, quæ liberalitatem magis ſignificat, quā largitionem. Inde per translationem aliarū quoq; rerum petitores, Candidati dicuntur, ſicut à Quintiliano, Cādidatus eloquentiæ, & à Plinio in Paneg. Candidatus gloriæ, & immortalitatis: ab Hieronymo, Candidatus fidei. Ex quibus oſtenditur Candidatus conſtrui cum genitiuo: ut ſit Candidatus Conſulatus, Præturæ, Quæſturæ, qui petit Conſulatum, Præturam, Quæſturam.

Candidus, da, dum, λευκὸς, ἀργὸς [Ital. Candido, bianco. Gal. Blanc, reluiſant, reſplendiſſant. Hiſp. Glanco con luſtre. Ger. Vuiſs, gleyſſend.] Propriè dicitur, quod lucentē quandā habet albedinem: unde niuem candidam, & Cygnū Candidum magis propriè dixeris, quàm album in 1. Geor. Aliud eſt candidum eſſe, id eſt quadam nitenti luce perfuſum: aliud album, quod pallori conſtat eſſe vicinum. ¶ Sumitur etiam Candidum, αἴθων, pro igneo: unde Ferram candidum vocamus, quum accenſum eſt & igneum. ¶ Et quia inter colores candidus puriſſimus eſt, accipitur etiam Candidū pro puro, & ſyncero, & minimè fucato. Horat. 1. Epiſt. Albi noſtrorum ſermonū candide iudex. Et candidus ſermo, λευκὸς λόγος. Græcis dicitur oratio dilucida perſpicuaq;, à colore qui inter cæteros plurimum habet lucis. ¶ Interdum candidus ponitur pro fœlici: tractū à Thracibus, qui diem fortunatum, albo, aduerſum nigro lapillo deſignarūt. Catullus, Fulſere quondā candidi tibi ſoles. Horat. li. 1. Ser. huccine ſolem tam nigrum eſſe mihi? id eſt triſte & exitioſum.

Candidè, Idem ſignificans, quod purè, ſyncerè & benignè, εὐγενικῶς. [Ital. Da huomo da di bene, puro cuore. Gal. Il a bonne foy, ſimplement. Hiſ. Simple y puramēte. Ger. Einfeltich, trewelich one betrog. gantz lich.] Cælius Ciceroni, Cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter, & candidè poſſitiſſe inimicitias uidearis.

Candidulus, a, um, diminutiuum. λευκύτερος Ci. 5. Tuſul. Cādiduli dentes, uenuſti oculi, color ſuauis.

Candido, as, a. p. Candidum facio λευκαίνω. [Ital. Imbiancare. Gal. Blanchir, blanc faire. Hiſp. Emblanquecer. Ger. Vueyſs gen, weyſs machē.] Pompo. Veſtē lixiuio candidās. Plinius, Cuius radice utuntur ad candidandos capillos.

Candificio, as, Idem, λευκόω. Naeuius, Polleus ſeſe, & ſuccis herbarum candificans cutem.

Candidatorius, a, um, πυραγγελτικὸς: ut, Candidatorium munus. Cic. ad Attic. lib 1. Nos in omni munere candidatorio fungēdo ſummam adhibemus diligentiam.

Candoſoccus, in uitibus quid dicatur, docet Col. li. 5. ca. 4. his uerbis: Nonnullos tamen in uineis characatis animad uerti, maximè heluenaci generis, prolixos palmites, quaſi propagines ſummo ſolo adobruere, deinde rurſus ad arundines erigere, & in fructum ſummittere, quos noſtri agricolæ Mergos, Galli Candoſoccos uocant.

Canella, uulgò Cinnamomum, idq; Italico idiomate, & à mercatoribus.

Caneo, Vide Canus.

Caenatas, Capitis ornamenta ueteres dixere. Feſtus.

Canēphŏra, pen. corr. f. p. κανηφόρος. Virgo dicitur, quæ more Attico ſacra in ciſtulis repoſita capite ſuſtinebat, κάνεα enim Græci dicunt, quæ nos, Caniſtra, per diminutionem Caniſtella. Cic. 6. in Verrem. Habe Canephoras, deorum ſimulacra reſtitue.

Cangræna, Vide Gangræna.

Cani, canorum, Vide Canus.

Canis, e, Vrticæ ſylueſtris genus. Plin. lib. 22. ca. 15 Et in ſylueſtri quæ dicitur Canis, acrior, caule quoq; mordaci, ſimbriatis foliis.

Canice, f. p. Furfures ab antiquis dicebantur, teſte Feſto, eo quòd canes iis paſcerentur. Vnde Canicaceū panem, furfuraceum dicimus. Pacuuius, Qui apud te, quaſi ſeruus, eſt canicaceum panem.

Canicēps, Genus animalis faciem caninam habens. κυνοκέφαλος Plin. li. c. 2. tradit in Aſiæ montib. genus hominū eſſe canino capite, pro uoce latratum edentium, quos uocat κυνοκεφάλους: nos etiam Canicipites uocare poſſumus.

Canicula, Vide Canis.

Caninus, Vide Canis.

Canis, gen. com. tert. κύων. Ital. Cane Gal. Chien, ou chienne. Hiſ. Can, perro. Ger. Ein hūd] Animal latrabile: piſcis marinus: & ludi talaris ſignū, quod unum duntaxat punctum continebat: ideò damnoſus canis appellatur. Propertius, Semper damnoſi ſubſiluere canes. Canis animal à canendo dicitur, quod noctu in cuſtodia, & in uenando ſignū uoce det. Ter. in Phor. Introiit in ædes aret alicuius canis. De hoc Colu. li. 7. c. 12. Quis hominū clarius, aut tanta uociferatione beſtiā uel furem prædicat, quā ille latratu? quis famulus amātior domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt uigilantior? quis denique ultor aut uindex cōſtantior? De genere autem & natura canum, uide Pli. li. 10. ca. 61. & Xenophontem in opere de Venatione. Vir. 12. Aen. Venator curſu canis, & latratibus inſtat. ¶ Canis ad cibum, κύων ἐπὶ σῖτον. De iis qui in ſuum properant exitium. Qui canem uolunt occidere, cibo oſtenſo alliciunt. ¶ Teipſum non alens, canes alis, αὐτὸν δὲ τρέφων, κύνας τρέφεις. In eum dicebatur, qui quum per inopiam ſibi quæ ſunt ad uitam neceſſaria, ſuppeditare non poſſet, conaretur aut equos aut famulos habere domi, ſplendidiſq; ueſtibus indui. ¶ Cum cane ſimul & lorū, σὺν τῷ νίνι καὶ τὸν ἱμάντα. Eudemus indicat dici quoties ſimul omnia pereunt, ut nihil omnino ſit reliqui, ne ſpes quidē recuperandi quod periit. ¶ Cani das paleas, aſino oſſa, κυνὶ μὲν ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστᾶ. Quū res præpoſterè diſtribuitur: neluti ſiquis indocto munus mittit literariū, erudito floſculos & gladiū, baltumue, militi librū. ¶ Canis ad proprium nomen, κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξήγημα. Quadrat in eos qui relabūtur in eadē flagitia, à quibus aliquando ſunt expiati. Refertur in Epiſt. D. Petri. ¶ Digna canis pabulo, ἄξια κύνων τῶν βρωμάτων. Fermè perinde valet ac ſi dicas, Dignus operarius mercede ſua. Refertur & Suida. Quadrabit in hominem non uſquequaq; relegendum atq; utilem. ¶ Canem excoriatū excoriare, κύνα ἐκδαρμένον ἐκδέρειν. Suidas ait dici ſolere de iis qui iterum ea patiuntur, quibus aliquādo fuerunt afflicti. Ariſtophanes in Lyſiſtrate. Diogenianus ait conuenire in eos qui fruſtra ſumunt operam. Sunt qui putāt magis quadrare quū quis affligit afflictum. ¶ Canis feſtinans cæcos parit catulos, κύων σπεύδουσα τυφλοὺς τίκτει. In eos iaciebatur, qui nimio feſtinādi ſtudio, rem parum abſolutā edunt: ut ſi quis operis parum elimati præcipitet editionem. Galenus li. de Semine. ¶ Canis præſepi, κύων ἐν τῇ φάτνῃ. In eos dicitur, qui nec ipſi fruuntur re quapiam, neq; reliquos item ſinunt uti. Quemadmodum canis in præſepi nec ipſe neſcitur hordeo, & equū uetat ueſci. Lucian. aduerſus indoctum. ¶ Obiicere canibus agnos, προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας, dicebatur qui imbellē & litium imperitū calumniatoribus & exercitatis exponeret, quòd agnus ſit animal omniū maximè imbelle. Refertur à Diogeniano. ¶ E canis podice, ἐκ κυνὸς πρωκτοῦ. Dictū uidetur à Luciano pro eo quod eſt, rebus anxiis atq; anguſtis, quòd ea pars arctior ſit huic animanti, quamobrē & excernunt difficilius. ¶ Canis ſæuiens in lapidem, κύων εἰς τὸν λίθον ἀγανακτήσασα. Competit in eos qui mali ſui cauſam imputant non ipſi autori, ſed alteri cuipiam. Plato de Rep. & Pacuuius apud Nonium. ¶ Inuitis canibus uenari. Hoc adagio Plautus in Sticho ſignificare uidetur non ſat feliciter ſuccedere quod à nolentibus extorquetur. ¶ Canis uindicta κυνὸς δίκην. Macedonicū adagium in eos qui præter expectationē pœnas dant ils quos aliquando læſerunt. Natum ab Euripidis tragici poëtæ interitu, qui à canibus fuit diſcerptus. ¶ Canis ſydus leporē fugientem ſequitur: habet in lingua ſtellam unam, quę propriè appellatur Canis magnā quidem & ſplendidam: in capite alteram, quam nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo canes in cælo, maior ſcilicet & minor: ſed Canem dicendo maiorē intelligimus. Minor enim canis Canicula dicitur: quæ quia integrum diem in ortu atq; occaſu Canem præcedit, à Græcis προκύων uocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur. Cic. Antecanem, Procyon Graio qui nomine fertur. Oritur XVII. Calen. Auguſtin. Occidit, ſed non tota, poſt dies quadraginta: id q; dierum ſpatium. Dies caniculares appellamus, eò quòd ſydus hoc iis diebus in medio cæli centro ſit, coniunctūq; cum Sole duplicet calorem, quo diſſoluuntur corpora, & euaporantur. Dicta Canis, quod corpora morbo afficiat, & nimio calore mordere uideatur.

Canis, Plī.li.8.c.40. Caramantem regem canes ducendi ab exi lio reduxere, prælientes cõtra reſiſtentes. Propter bella Colophonij. Caſtabalenſesq; cohortes canũ habuere & primæ dimicabant in acie, uamq; detractantes, hæc erãt fidelisſima auxilia, nec ſtipendiorum indigna. Pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus. Fideliſſimi, ut inquit Plin. ante omnia homini ſunt canes. Col.li.7. cap.12.

Canicula, f.p. diminutiuũ à Cane, quum eſt fœm. gen. *κυνίδιον*. [Ital. Una picciola cagna. Gal. Petite chienne. Hiſp. Perra pequenna, perrita. Ger. Ein hündlin.] Cic.3. de Nat. deor. At illud non modò non arrogantis, ſed potius prudẽtis: intelligere ſe habere ſenſum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro ſigno cæleſti, *ὠρίωνος*. Col.li.10, Quumq; peracto ſolſtitio uſq; ad ortum Caniculæ, qui fere dies triginta ſunt. ¶ Hinc Caniculares dies, *αἱ ἀμφὶ τὸν κύνειον ἡμέραι*. ¶ Dicebatur præterea, hoc nomine tali latus, quod unitatem oſtẽdebat, in quod conuerſo talo, deponebatur ab eo qui iactauerat, numus unus, aut quantũ inter ſe pacti fuerant, ſine aliquo lucro: idcirco damnoſa canicula uocabatur, Perſius, - damnoſa canicula quantum Raderet. ¶ Canicula item genus piſcis marini, apud Plin. lib.32.cap.11.

Caninus, a, um, Quod ex cane. *κυνικὸς*. [Ita. Di cane. Gal. De chien, des apartenances des chiens. Hiſp. Coſa de can ò perro, perruno. Ger. Hündiſch, was vom hũd iſt.] Plī. Sanguine canino nihil contra loxica præſtantius eſt. Vnde Canini dentes, poſt primores: de quib. in dictione Dens. Et Caninũ prandium abſteminum, in quo nihil uini potatur, quoniam canis uinũ non bibit. Vide Aulum Gellium li.13.c.19. Canina cœna, Idem. Plaut. in Caſ. Hæc ibo, caninam cenã ſpero meliorem fore. Et canina facundia Saluſtius apud Nonium Marcellum. in dictione Rabula canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. Hieronymus ad Ruſticum monachum Pompeium ferculis procedunt in publicum, ut caninam exerceant facundiam.

Canarius, a, um, Quod ad canem pertinet. *κυνικὸς*. [Ital. Canino cagneſco. Gal. De chien. Hiſp. Coſa de cã ò perro, perruno. Ger. Das zum hund gehört.] ut. Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canarium. Plin. lib. 18. cap. 1. Augurio canario agendo dies conſtituatur, prius quã frumenta uaginas exeant, & antè quàm in uaginas perueniãt.

Canatim, aduerbiũ ſignificãs ad ſimilitudinem canis, *κυνιδίως*. [Ital. Cagneſcamente, in cagneſco. Gal. En chien, en facon de chien. Hiſ. En manera de cã ò perro. Ger. Auf hũdiſche weyſs.] Sicut Bouatim, ad ſimilitudinẽ bouis, Coigidus Figulus in Comment. Grammat. ut citat Nonius, Sunt etiam ſimilanter dicta hæc Canatim, Suatim, Boatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

Caniſtrum, n.c. & Caniſter, *κάνεον*. [Ita. Caniſtro, ceſto, paniere. Gal. Panier ou corbeille faite d'oſier. Hiſ. Caniſtro. Ger. Ein korb.] Fiſcella, ciſta uimineæ: à Græco *κάνεον*, *ε*, in *ι*, mutato. Virg. Cereremq; caniſtris Expediunt. Pallas dius, Salygnis caniſtros fieri debere uirgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. ¶ Hinc fiunt diminutiua Caniſtellum & Caniſtellus, *κανέϊον*, *κανίσκιον*.

Canna, f.p *κάννα*, *ἄννης*. [Itali Canna. Gall. Canne, roſeau Hiſ. Cãa. Ger. Ein ror.] Arundo, licet minor ſit, & maior calamo, Ouid. Et pigram uelabat canna paludẽ. Col.lib.5. de arundineto, Ea eſt autem ſenectus, quum uel exaruit ſitu, & inertia plurium annorum: uel ita denſarum eſt, ut gracilis, & cannæ ſimilis arundo prodeat. Strabo ſcribit in Africa ad cubitos quinos longas, craſſitudine uerò digiti minoris cannas naſci.

Canneus, a, um, adiectiuum. Quod ex cannis conficitur *καλάμινος*. [Ital. Di canna. Gal. De canne ou roſeau. Hiſ. De canna. Ger. Röria das vſs rot gemacht iſt.] Vnde Col. Canneas tegetes uocat, ſtorias ex cannis confectas, quæ ad excipiendum oliuam arboribus ſubſterni ſolebant. Sic enim ait lib 12. cap. 50. Vrei quibus oleum progenitor, cannea tegentes, quibus oliua excipitur.

Cannetum, n.c. Vbi cãnarum copia eſt *καννών*. [Ital. Canneto. Gal. Lieu ou croiſſen leſcannes ou roſeaux. Hiſ Cannaueral, Lugar donde naecn yannas. Ger. Ein ort da vil rorwachſen.] Palladius, Liliera, canneta ponenda ſunt.

Cannãbis, ẽ f. *κάνναβις*. [Ital. Canapo. Gal. Du chanure, chenevis. Hiſp. El cannamo. Ger. Hanff.] pe. cor. Herba eſt, ex qua fiunt chordæ. Perſius, Tun' mare tranſliaſſe tibi torta cannabe ſolto Cœna ſit in tranſtros? Dicitur & Cannabũ. Palladius lib.3.cap.6. Hoc tempore cãnabum ſeris.

Cannabaceus, a, um, & Cannabinus, a, um, Quod eſt ex cannabe. *κανναβίνος*. [Ital. Di canape. Gal. De chanure. Hiſp. Coſa de cannamo. Ger. Hänffin. Das aus hanff gemacht iſt.] Col.li.7, Cannabinisq; funib. cornua iuuẽcorũ ligato.

Cannenſes, Populi Cannas inhabitantes, Cotinenſib. & Collatinis uicini, teſte Plī.li.4.cap.11. Pugna Cannenſis, Propertius lib.3. Cannenſis calamitas, Cicero de clar. Orat.

Canitiæ cameræ, Dicuntur in agreſtibus ædificiis ex cãnis conſtructæ. *καλαμῶνες*, *καμάραι*, ut eſt apud Palladium lib.1. tit.11.

Cãno, is, cecini, cantum: ſed eius compoſita faciunt præterítum in ui, diuiſis ſyllabis, ſignificatq; propriè cancre, uoce modulari. *ᾄδω*. [Ital. Cantare. Gal. Chanter. Hiſp. Cantar. Ger. Singen.] Plī. lib 10. cap. 29. Merula canit æſtate, hyeme balbutit. Cic. 4 Acad. Quum cornix cecinerit ¶ Hinc canere poëtæ dicuntur: quoniam uerſus rhythmica ratione compoſitos, cantando pronunciare conſueuerunt, Virg. 1. Aeneid. Arma uirumq; cano. ¶ Canere etiam is dicitur, qui fides, organaue pulſat, aut qui tibias in ſtat. Cic.1. Tuſ. Igitur Epaminondas, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisſe dicitur. Idem 1. de Orat. Quẽadmodum tibicen ſine tibijs canere, ſi orator ſine multitudine audiente eloquens eſſe non poteſt. ¶ Canere receptui, *τῇ σάλπιγγι ἀνακαλεῖσθαι*, *ἀνακλητικὸν σημαίνειν*, ſignificat poſt conflictum milites à pugna reuocare, quod fit cantu tubarum & clangore. Liu. 6. bel. Pun. Legionum ardor ingens ad hoſtem inſequendum fuit: Flaccus receptui cani iuſsit. ¶ Contra, Canere bellicum, *μάχιμα σημαίνειν*, *τὸ πολεμικὸν σημαίνειν*, Eſt milites tubæ clangore, ad bellum accendere. Ci. in Orat. Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicè. ¶ Sed quia uetercs laudare, & uaticinari uerſibus ſolebant, factũ eſt, ut Canere pro laudare capiatur. Virg. 7. Aeued. Regemq; canebant. Et pro uaticinari. Idem 7. Aen. Ipſa canas oro. Et pro prædicare, & cum quodam, ut exaudiri poſſit, canore proferre. Martialis, Quicquid fama canit, donat arena tibi. ¶ Canere eadem cantilenam dicitur is, qui moleſtus eſt, ſæpius eadem inculcans. Teren. in Phorm. Cantilenã eandam canis. ¶ Iutus canere dici ſolet is, qui priuati communi ſtudioſus, quicquid agit, id omne ad domeſticã fert utilitatem. Cic. in Rullum aduerſus legem agrariam. Atque hoc carmen hic Tribunus plebis non uobis, ſed ſibi intus canit. ¶ Haud canit paternas cautiones, *ἀ πατρικὰ αἴλει μέλη*. De eo iactatum, qui à paternis moribus degeneraret. ¶ Canis, *κύων ἄδει ἴχνη*, pro nugatis, ineptis, fruſtra loqueris: etenim qui canunt non uidentur rem ſeriam agere. ¶ Fruſtra canis, *ἄλλως κύων ἄδει*. De iis qui fruſtra ſuadent. ¶ Sibi canere, *ἑαυτῷ ψάλλειν*, dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quidpiam, ſed animo obſequẽs ſuo. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Accino, quod eſt ad aliquid, uel iuxta cano, *προσάδω*, *προσαυλῶ*, *ἐπαυλῶ*. Concino, ſimul cano.

Intercino, inter agendum cano. Occino, ſiue Occano, *κατάδω*, conuitium facio, Percino canendum perſeuero.

Procino, cãendo profero. Præcino, prædico, prædiuino, & antè cano. Recino, rurſus cano. Horatius lib.1. Carmin. quem deũ cuius recinit iocoſa Nomen imago. Interdũ ſignificat in contrariũ cano. Inde frequentatiuum Recantare, idẽ ſignificãs, quod retractare, & quod ſemel à nobis malè aut dictũ aut ſcriptũ eſt, reuocare & corrigere: qđ Græci eodem modo dicunt *παλινῳδεῖν*. Item li 1. Carmin. Nũc ego militib. Mutare quæro triſtia, dum mihi fias recantatis amica Opprobrijs. Et ſuccino, quod eſt ſummiſſa uoce cano. Et omnia habent penultimam correptam.

Cantio, onis, f.r. Idem quod cantus. *ᾆσμα*. [Ital. Canto, cantazone. Gal. Chant, chanſon. Hiſp. Canto, ò concion. Germa. Ein geſang.] Plautus in Sticho, Lepidam & ſuauem aliquam cantionem occipito.

Cantiuncula, diminut. *ᾀσμάτιον*. Cicer. 5 de Fin. Vidit Homer. probari fabulam non poſſe, ſi cantiunculis tantus nit irretitos teneretur.

Cãnor, oris, m.r. Cantus, & elegantia quædam, ac conſonantia. *μέλος*. [Ital. Canto, concento, elganza. Gal. Son acordant. Hiſp. Canto acordado, lindeza, gala ò gentileza. Ger. Ein lieblicher zůſamen ſtimmender thon.] Ouidi. li. 5. Metamorph.

Mnemorph. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures. Virgil. 4. Georg. nanq; morantes Martius ille æris rauci canor increpat.

Cănōrus, a, um, adiectiuũ, Vocalis, ſonorus, λιγυρὸς, φωνήεις, μελίφωνος. [Ital. Sonoro, canore. Cal. Reſonnãt, dous & acordant. Hiſpa. Coſa que mucho ſuena ò reſuena. Ger. Vnolt̃nend, wolſingend.] Plau. in Pœn. Canora hic nocte nunire temperent. Cicero de Senect. Omnino canorum illud in nocte ſplendeſcit. Virg. 6. Aeneï. Threicia fretus citharæ, fidibuſq; canoris.

Canoroſus, a, um, Idem. Gellius, Collectam coactamq; nocẽ, & magis claros, canoroſosq; ſonitus facit.

Cantilena, f. p. Carmen, canticum. μελῳδία, ᾆσμα. [Ita. Canzone. Gal. Chanſon. Hiſp. Cancion, canto. Ger. Ein geſang, ein lied.] Cic. 1. de Orat. Neq; ex ſcholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro uerborum iactatione, denuntiatione, & rumore. Brutus ad Cice. lib. 11. Nam de tuo periculo hæredi mihi, iactatione uerborum, & denuntiatione periculi, ſperare eos, te pertimefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi præmia: & totã iſtam cantilenam ex hoc pendere, ut quàm plurimum lucrifaciam. ¶ Cantilenam eandem canis, τὸ αὐτὸ ᾄδεις ᾆσμα. De eo qui moleſtus eſt ſæpius eadem inculcans, nihil enim odioſius quã quod ſemper idem eſt. Dorio in Phormione Terentii.

Canticum, n. ſ. Propriè eſt elegans & laſcivus cantus. ᾠδή. Quintilianus, Sit poëtæ lectio cũ ſuauitate quadã grauis, & non quidem proſæ ſimilis (quia carmen eſt, & ſe poetæ canere teſtantur) non tamen in canticum diſſoluta.

Cantor, m. t. & Cantrix, f. t. Verbalia qui uel quæ cantus exercet, ψάλτης, ᾠδικὸς. [Ita. Cantore. Gal. Chantre. Hiſ. Cantor. Ger. Ein ſenger oder ſengerin.] Plaut. Trin. Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, raptores panis & pent. Cic. 1. de Orat. In & tibi iuriſconſultus ipſe per ſe nihil, niſi leguleius quidam cantus & acutus, præco actionum, cantor formularũ aucupſyllabarum. Mentiuntur multo cantores, πολλὰ ψεύδονται ᾠδικοί. In eos quadrabit qui ad gratiam loquũtur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quod cantores hoc modo ſpectantes ut delectent ac placeant, pleraq; canunt in laudem auditorum falſa. Ariſtor. lib. 1. Metamor.

Cantus, us, m. q. à Cano, Eſt inflexio uocis, & pro cantione cuiuſq; rei dicitur. μέλος. [Ita. Canzone. Gal. Chant, chanſon. Hiſp. Cancion. Ger. Ein geſang.] Virgil. 8. Aen. Tum Salij ad cantus incenſa altaria circum Populeis adſunt euincti tempora ramis. Cic. de orat. 2. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri poteſt? ¶ Cãtus etiam pro incantatione, ſeu magicis carminibus accipitur. Tibull. . nempe hæc eadem ſe dixit amores Cantibus, aut herbis ſoluere poſſe meos.

Canto, as, p. frequentatiuum à cano. ᾄδω. [Ita. Cantare. Gal. Chanter. Hiſ. Cantar. Ger. Singen, eins ſingen.] Plï. lib. 11. cap. 16. Mares cantant in utroq; genere. Ter. in Eun. Cantarum pronocemus Pamphilam. Plaut. in Epid. Conducta uenit, ut cantarem fidibus ſeni. ¶ Item Cantare pro incantare. Virgil. in Pharmaceutria, Frigidis in patris cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius, Cantẽdo, dum incantatur. Nam gerundiuus modus ab omni uerbo ſimiliter procreatur: unde modo Cantando à paſſiuo, ait, quoniam ſuprà ab actiuo dixerit, Cantando tu illum. ¶ Cantare item pro celebrare, tollere laudibus, ἐγκωμιάζειν. Cic ad Attic. Nam, ut ſcis, iam pridem iſtum canto Cæſarem. Ab hoc uerbo fiunt Cantatio, ᾠδὴ. ¶ Compoſita ſunt Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

Cantito, as, pen. cor. frequentatiuum à Canto frequentatiuo formatum. τιρατίζω, κρίνω. [Ital. Cantar ſouente. Gal. Chãter ſouuent. Hiſp. Cruert muchas uezes. Ger. Offt ſingen, Vnderläſslich ſingé.] Teren. Adelph. Factũ credo, ut habeas qui cum cantites. Cic. de Clar. Orat. Vtinam extarent illa carmina, quæ multis ſeclis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata à ſingulis conuiuis, &c.

Cantatus, participium. ᾄδεις. Statius 2. Syl. Aſtris & Battis totam cantata per urbem.

Cantitor. Qui conſueuit canere. ᾠδικὸς, μαντεῖος. [Ital. Cantore. Gal. Chantre. Hiſp. Cantor. Ger. Ein ſenger.] Martial. lib. 4. Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Cantatrix, ψάλτρια. [Ital. Cantatrice. Gal. Chantereſſe, chãtereſſe. Hiſp. Cantatora. Ger. Ein ſengerin.] Claudia. Impioret citharas, cantatrices q; choreas.

Cantamen, inis, n. t. pro incantatione accipitur, γοητεία. [Ital. Incantamento, incanto, incanteſimo. Gal. Enchantement, chanchon. Hiſpa. Obra de encantar de palabras, encantacion. Ger. Verzauberung.] Propert. O utinam magicæ noſſem cantamina Muſæ.

Canocerſea, Helxine apud Dioſcor. lib. 4. cap. 42.

Cănon, κάνων. Tributum erat frumentarium, quod Aegyptus, Africa, & Sicilia ſtatum populo Romano quotannis pendebant. Aſconius Pædianus tria facit tributorum genera. Canonem, ut in portorijs & uectigalibus: Oblationẽ, ut in uini diſtractione: & Indictionem, quæ & Collatio: & Collecta dicitur à Cic. li. 2. de Oratore.

Canon, onis, pen. gen. cor. m. t. κανών. [Ita. Regola. Gal. Regle. Hiſp. Regla: Ger. Ein regel, ein richtſcheyt.] Latinè regula. Cic. ad Tiron. Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorũ ſerum prorum ſoles, unde illud tam ἄκυρον, ueletudini fideliter inſeruiendõi Plin. lib 19. ca. 8. Fecit & quẽ canona artifices uocant, lineamenta artis ex eo petentes, uelut à lege quadam. ¶ Canon etiam lorum ſcuti, in quod brachium immittitur.

Canonicus, a, um, Regularis. κανονικός. Inde Canonici & Rituales libri ſunt Decreta priſcorũ ſacerdotũ, quib. doctrina iuris pontificij cõſtare debet. Vide Feſtũ in uerbo Rituales.

Canonizo, as, a. p. ad regulam examino, regula & regulamẽta, κανὼν καὶ κανονισμα[τα].

Canor, Canorus, Canoroſus, Vide Cano.

Canopitæ, pen. prod. Qui Canopum habitant.

Canopicus, a, um, poſſeſſiuum à Canopo. Varro, Nobis Sarpedõ uidemur, quum ſimus Canopici.

Canta, pro cantata ueteres uſi ſunt. Feſtus.

Cantabrius, a, um: ut, Cantabria gens.

Cantabricus, a, um: ut, Cantabricum bellum, & Cantabrica herba: de qua Plin. lib. 25. cap. 8.

Cantarus, Vide Cantharus.

Cantes, pluralis numeri tantum, & fœm. gene. Fiſtulæ ſunt organorum.

Cantator, Cantatrix, Cantatio, Vide Cano.

Cantharias, Gẽmæ ſpecies, quæ ſcarabeorũ effigiem habet: quippe Græci κανθάρους uocant ſcarabæos. Plin. 37. ca. 11.

Cantharis, cantharidis. κανθαρὶς. [Ital. Cantarella uerde & lucida come otro, che ſi paſce ſu i roviſtici. Gal. Cãtaride, uer ou mouſche uerde & uenimeuſe. Hiſp. Abadeio, animal pequenno ponconnoſo. Germ. Cantarides ſind grüne kefer.] Vermis terrennus uiridis, auri colore ſuperlucens: in ſummitate ramorum fraxini & oliuæ naſcens: cuius ſuccus in uenas ingreſſus, & uenenum interimit, & huthano corpori applicitus, ueſicas plenas humore facit. Ouidius, Cantharidum ſuccos dãte parente bibat. Plin. lib. 29. ca. 4. in cantharidibus magna quæſtio: quoniam ipſæ uenenoſunt potæ, ueſicæ cum cruciatu præcipuo. Cic ad Patum, lib. 9. Caius accuſante L. Craſſo cantharidas ſumpſiſſe dicitur. ¶ Cantharis etiam à quibuſdam appellatur herba, quæ καπνὸς Dioſcoridi, Latinis Fumaria, & Officinis Fumus terræ dicitur.

Cantharus, κάνθαρος, penu. corr. Poculum quod Baccho tribuitur, ſicut Scyphus Herculi. à cãtharo, nauigij genere. Plin. libro 33. cap. 11. C. Marius poſt uictoriam Cimbricam cantharis potaſſe Liberi patris exemplo traditur. Virgilius Aeglo. 6. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Vulpinus ſcribit Cantharos eſſe, per quos aquæ ſaliunt. ¶ Et Cãtharus, piſcis nomen eſt apud Plin. lib. 25. ca. 11. Colu. lib. 8. Nã & halecula modò capta, & cantharus, exiguuſq; gobio. ¶ Eſt item Cantharus, Græcis quem Latini ſcarabæum uocant, ex genere inſectorum, qui circa animalium ſimum ferè uerſatur, pilulas ex eo conficiens, auerſiſq; pedibus uolutans. De hoc multa Plin. lib. 11. cap. 28 & Ariſtophanes, in Cantharo, Vide Cælium lib. 8. cap. 5. ¶ Aeneus cantharus, Κεντρίνος κάνθαρος. De magnis & fæcis. Ariſtoph. ¶ Cantharus pilulam. Adagium eſt in eos qui caſtigati ſæpius, nihil proficiunt: ſed quod pertinaciter ſemel arripuerunt, pertinacius fouent. Quod enim eſt animali ingenitum, nulla prorſum arte uicceris. Ductũ adagium à pilularum, id eſt, orbicularium ſtercorum illa uolutatione, quæ eſt cãtharis admodum familiaris. Cælius lib. 8. cap. 5. ¶ Eſt item cantharus, cæleſte ſignum in Aquario, ex tribus conſtans ſtellis. ¶ Cantharus itẽm Comicus Athenienſis fuit, cuius ſcripta memorantur à Suida.

Cantherium, *κανθήριον*, Vehiculi genus, de quo Seneca Epist. 87. M. Cato Celtorius cātherio uchebatur Aethiopico.

Cantherius, *κάμηλος τὴν χώραν λαβ*[Ital. Cantherio. Gal. Chantier ou cheuron. Hispa. Percha dela parra. Ger. Ein gehelt der reben.] Genus iugi in uinea, de quo Colu. lib. 4. cap. 18 Itaq; aut ucteres, ne nouæ radicem agant, arundines binas singulis uitib. applicabimus: aut ſi regionis conditio permittit, uetera deponemus baſtilia, quibus annectuntur ſingulæ tranſuerſæ perticæ, in imam partem ordinis: quod genus iugi Cantherium uocant ruſtici. ¶ Cantherius equus, *ἵππος τομίας ἀκτομίας*. [Itali. Cauallo caſtrato. Gal. Cheual chaſtré, bongre. Hiſp. Cauallo caſtrado. Germ. Ein roſs dem verſchnytten iſt, ein mönch.] Cui teſtes amputati ſunt, ut fiat manſuetior. Varro, Et ideò quòd ſemine carent ij, Cantherij appellantur, diſtat ab equo, ſicut capus à gallo. ¶ Cantharij item dicuntur qui ſubijci ſolent à fabris materiarijs, dum moles arborum ſecant. Volgus Caballos uocat. ¶ Item Cantherii tigna dicuntur. Vitruu. lib. 5. Et Cantherij promiuentes ad extremam ſuggrūdationem. Supra cantherios templa. ¶ Item Cantherius, ut autor eſt Varro, mons eſt in Sabinis.

Cantheriolus, diminutiuum, pro paruo pedamento. *κλιμάκιον μικρὸν ἐπιχειρήσιον* Colum. lib. 11. ca 3 Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quaſi Cantheriolis interpoſitis, rigorem ſtylorum conſeruato, &c.

Cantherinus, a, um, adiectiuum. Plau. in Menæch. Certè hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat. Solent enim equi ſtantes ſomniare, autore Plin. lib. 10. cap. ult. ¶ Cantherinū hordeum. Columel. lib. 2. cap. 9 Proximus eſt his frumenti uſus hordei, quod ruſtici hexaſticum, quidam etiam cantherinum appellant. ¶ Cantherinū lapathum, Latini Rumicem appellant. Plin. lib. 20. cap. 21.

Cantheriatus, a, um, Columel. lib. 1. Quæ pedaminibus adnixæ, ſingulis iugis imponuntur, eas ruſtici cantheriatas appellant.

Canthus, thi, m. ſ. *κανθός*. [Ital. Il ferramento che va intorno à una ruota. Gal. Le ferdu tour d' une rouë, les bandes d' une rouë. Hiſpa. Cincho dela rueda de carreta. Ger. Ein eyſen ſchinen de rederen.] Ferrum quo rotæ extremitates uiociuntur. Perſius. Vertentem ſeſe fruſtrà ſectabere canthum. ¶ Canthos etiam Græci angulos oculorum uocāt.

Cauticum, Cantilena, Cantio, Cantito, Vide Cano.

Cantor, Cantus, Vide Cano.

Cānus, a, um, Cui canent, ſiue albent capilli præ ſenectute. *ψωλιός*. [Ital. Canuto bianco. Gal. Chenu, griſon, qui a les cheueux blancs. Hiſpa. Blanco, ò cano de cabellos. Germa. Grau. Der meyſse oder grawe haar hatt von ſeines alters wägē.] Plau. in Aſin. Cano capite cuculum uxor ex luſtris rapit. Idem in Bacc. Cano capite, atq; alba barba. ¶ Transfertur & ad alia: ut, Cani montes, albi ex niue. ¶ Cana fides. Virgil. 1. Aen. Cana fides & Veſta. Vbi Nonius, Canam fidem, ueterem, & antiquam interpretatur. ¶ Cana ueritas. Varro in Eude. Et eccè improuiſo ad nos accedit cana ueritas, Atticæ philoſophiæ alumna.

Cani, orum, ſub ſtantiuè, pluraliter tantùm. *ψωλιά*. [Itali. I canegli cauuti Gal. Blancs cheueux, griſons, chenus. Hiſp. Las canas dela cabeca. Ger. Die grawen haar.] Capilli albi in capitibus ſenum. Cic. de Senect. Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre poſſunt.

Cāneo, es, ui, n. ſ. Propriè de capillis dicitur in ſenibus, quum albeſcunt. *ψωλιῶ* [Ital. Venir canuto. Gal. Griſer, griſonner, deuenir chenu & blanc. Hiſpa. Encanecer. Ger. Grawen werden.] ¶ Per translationem de alijs etiam rebus quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbæ, hoc eſt albæ ſunt, matutino rore aſperſæ, Virg. 1. Georg. Lucifero primo quū tydere frigida rura Carpamus, dū mane nouū, dū gramina canent. Idē 2. Geor. Et glauca canentia fronde ſalicta.

Caneſco, is, n. t. Canus fio & propriè de ſenibus dicitur, quū capilli eorum in albedinem uel gunt. *λινπαίνομαι τὴν τρίχα*. [Ita Diuenir canuto. Gal. Griſonner, deuenir chenu & blāc. Hiſ. Encanecer. Ger. Grau oder meyſs alters halb werden.] ¶ Per translationem autem accipitur pro ſeneſcere. Cicero 1. de Legibus. Quercus huic loco deeſt, quæ Marina dicatur: eaq; (ut ait Scæuola) de fratris mei Mario, caneſcet ſenilis inumerabilibus. Idem de Clar. Orator. Quumq; ipſa oratio iam noſtra caneſceret, haberetq; ſuam quandam maturitatem & quaſi ſenecturem.

Canities, f. q. & Canitudo, m. t. Capillorū albedo, qualem in ſenibus conſpicimus *πολιότης*. [Ital. Biácherza, canutezza. Gal. Blanchiſſure de cheueux, blāche uieilleſſe, quand l'homme eſt chenu & griſon. Hiſpa. Canas delos cabellos. Germanicè. Graüe des haars von elter beſonder.] Plinius Et ipſa iam canitie uenerabilis. Idem libro 11. capite 37. Canities homini tantùm, & equis. Plautus, Stultus eſt aduerſus ætatem & capitis canitudinem. Varro Aboriginum, Sed neque uultus cantherius, quàm nouelles, melior: nec canitudini comes uitus.

Canuſinatus. Dicitur qui eſt indutus Canuſina ueſte. Mart. lib. 9. Vt canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

Capacitas, Vide Capio.

Capaceus, a, um. adiectiuum terraſyllabum, penultima producta, *καπάκης*: ut, Capanea pinus apud Statiū 8. Theb. capaneáq; pinus Iam procul Aonijs uolet agnoſcenda cateruis.

Capancius, a, um, aliud adiectiuum. Statius 12. Thebaid. Aut ſa ante alias Capancia connox.

Capax, Vide Capio.

Capēdo, inis, Vas amplum & capax, à capiendo dictum. *ἐυρύχωρία* [Ital. Vaſo da ſacrificii. Gal. Vn grand vaiſſeau, qui n'eſtoit de grand valeur, & ſeruoit aux ſacrifices. Hiſp. Vaſo para ſacrificar. Ger. Ein groſs weyt geſchirr.] Plin. li. 17. cap. 2. Sed Nero, ut par erat, principes uicit omnes, quadringentis ſeſtertiorum millibus capedinem unam parando. Cic. in Paradox. Minūſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuiſſe, quàm delicatas aliorum pateras arbitrabamur.

Capeduncula, diminut. *ἐκπωμάτιον ἰυτελές*. Cic. 3. de Nat. deor. Docebo meliora me didiciſſe de colendis dijs immortalibus iure pōtificio, & more maiorum, capeduncula, quas Numa nobis reliquit.

Capella, Vide Caper.

Capenas, atis, pcn. pro. Fluuius qui Feroniam præterlabitur. Silius lib. 13.

Căper, pri, m. ſ. Mas caſtratus in genere caprino. *τράγος*. [Ital. Capron. Gal. Vn bouc chaſtré. Hiſp. El cabron ò chibo caſtrado. Ger. Ein Geilbock.] Martialis, Dum iugulat hircū, factus eſt ipſe caper. Nam Virgil. impropriè Capronem pro hirco poſuit, quum dixit, Vir gregis ipſe caper: ſicut etiam impropriè brutum animal Virum appellauit. ¶ Dicitur Caper ſiue Capra à carpēdis uirgultis: rodit enim omne uirgultum, & in primis uites propter quod Baccho immolari caper ſolebat.

Capra, f. p. quaſi carpa, quòd uirgulta carpat: uel quod capiet aſpera: uel à crurum crepitu. Vnde & Crepas eas antiqui uocabant *αἶξ*. [Ital. Capra. Gal. Cheure. Hiſpa. Cabra. Ger. Ein geiſs.] Pallad. de Re ruſt. lib. 2. cap. 3. Studioſæ enim de agreſtibus fruticibus paſcuntur: atq; in locis cultis uirgulta carpunt: itaque à carpendo Capræ nominatæ. Matris ut capra dicitur, *τῆς μητρὸς ὡς αἶξ καλεῖται* In ſpurios dictum uidetur, quorum pater incertus eſt, eáq; gratia à matre denominantur. Dictum ab hædis qui in caprilibus à matre dignoſcuntur: nam à partibus haudquaquam poſſis. Poteſt & in iocum uerti prouerbium, ueluti ſiquis per luſum neget ſe patrem agnoſcere, matrē ſcire, *τῆς μητρὸς ὡς αἶξ καλῶμαι*, id eſt, Matris uelut capra uocor. ¶ Capra, ad teſtum, *αἶξ εἰς τὴν ἑορτὴν*. Dici ſolitum ubi quis in tēpore ad negotium aliquod accederet: Aut ubi quis commodè in ſuam perniciem offert ſeſe. Nam in feſtis, maximè Bacchi, capram immolabant. Refertur à Plutarch. ¶ Libera capra ab aratro, *ἐλεύθερα αἶγες ἀρότρου*. Hemiſtichion eſt heroici carminis prouerbiale, dictum olim ab iis qui ſe ab onere quopiam aut moleſtia liberatos gloriarentur. ¶ Eſt etiam Capra ſignū cæleſte, quæ (ut poëtis placet) Amalthee capra fuit, cuius lacte educatus eſt Iupiter: quare poſtea rerū potitus, inter alia eam collocauit. Colum. li. 11. cap. 2. Decimo Calend. Ian. Capra occidit manè, tempeſtatem ſignificat. ¶ Capram cæleſtem orientem conſpexerunt, *αἶγα τὴν ἀριστερὰν κατὰ νύκτα τελέσαντο*. Hoc dici ſolitum in eos quibus omnia fœliciter, æque animi ſententia ſuccederent, propterea quòd antiquitus opinione uulgi comprobatum eſt, qui capram illam Iouis altricem, & ob id in ſiderum relatam numerum, conſpexiſſent, quicquid uotis concipierent, eius compotes futuros.

Capella,

Capella, æ, f. dimin. à Capra. χίμαιρα. [Ital. Capretta. Gal. Cheuerette, petite cheure. Hiſp. Cabra pequenna. Ger. Ein geiſslin, ein gitzlin.] Colu. lib. 7. ca. 6. Annicula, uel bima capella (nam utraq; ætas partum edit) ſubmitti hœdũ nõ oportet. Vir. Aeg. 3. Tityre paſcẽtes à flumine, reice capellas.

Caprarius, m. f. Cuſtos, exercitorq; caprarum. αἰπόλος, αἰγοβοσκός. [Ital. Capraio. Gall. Gardeur de cheures, cheurier. Hiſp. Cabrerizo que garda cabras. Ger. Ein geiſshirt.] Var. 2. de Re ruſt. cap. 1. Is enim quum in ſuburbano haberet agrum ingerũ mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad urbẽ, denarios ſibi in dies ſingulos dare audiſſet, &c. Colum. lib. 8. cap. 10. ¶ Caprarius in actu, αἰπολικὸς ἐν πάθει. In hominem inſatiatæ aut etiam intempeſtiuæ libidinis dicitabatur. Nam his horis caprarii, diu ſeductis gregibus in umbra latitant, laſciuire ſoliti ſcribuntur. Autores Zenodotus, & Suidas.

Caprè, pen. cor. à. p. ἀφηκὸς ἀπὸ τῆς ἀίρκης, id eſt à uidẽdo. [Ital. Capra ſaluatica. Gal. Cheure ſauuage. Hiſp. Cabra mõtes. Ger. Ein Reech, ein reechbock.] Animal ſylueſtre, nõ ſolum uidens, ſeu perſpiciens acerrimè, ſed & aliis uiſum præbens. ¶ Aſſerũt enim medici huic animali intra uiſcera humorem quendam ineſſe, qui caliginem depellat oculorum, & obtutiores quoſq; uiſus exacuat. Martialis in diſtichis, Pendentem ſumma capream de rupe uidebis: Caſuram ſperes, decipit illa canes. Caprearum genera uide apud Plin. ¶ Eſt & Caprea uitis, dicta (ut inquit Varro) quòd pariat caprecolum. ¶ Nec caprea contra leonem, μὴ πρὸς λέοντα ἀίρηκε, hoc eſt, ne longe inferior cum potentiore decerto. Diogenia. & Suidas.

Capriõlus, i. dimin. à Capreus. ἀφηκάδιον. [Ita. Capriolo. Gal. Petit cheureul ſauuage. Hiſp. El hijo dela cabra montes. Ger. Ein rechböcklin, ein ſteinböcklin.] Virgil. Aeglog. 2. Præterea duo, nec tuta mihi ualle reperti Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo. ¶ Sunt etiam Capreoli, clauicu lorum in uitibus, & uelut quidam cincinni in tenerioribus pampinis apparentes, quibus uitis, uelut manibus quibuſdã, adminicula complectitur. αἱ ἕλικες ἀμπέλων. [Ital. Viticci, cioe tralci con che le uiti ſi legono à i pali & intrãno. Gal. Les petis tenons des vignes dequoy elles ſe tiennent, lient & entourrillent, entour quelque choſe pour s'aider à monter plus haut. Hiſp. Carcillos ò tijeretas de la uid. Ger. Die gablen ſo an den weynrãben wachſen.] Præterea Capreolus, Inſtrumentum ruſticum eſt bicorne. [Ita. Inſtrumento à modo d'una zappa condutti denti da cauar à piedi delle uiti. Gal. Inſtrumẽt de fer qui a deux cornes pour mouuoir & rompre la terre. Hiſp. Acada de dos dientes para cauar. Ger. Ein hauſt.] Colu. lib. 11. cap. 3. Vere deinde primùm quidem ceperit germinare, capreolis (quod genus bicornis tormenti eſt) terra commouetur.

Caprigenus, a, um, pen. corr. Quod eſt ex caprarum genere. αἰγογενὴς. [Ital. Di ſpecie di capra. Gal. Qui eſt du genre des cheures. Hiſ. Coſa de linaje de cabras. Ger. Von dem geſchlecht der geiſsen.] Plautus in Epid. Caprigenum hominum non placet mihi, neq; pantherinum genus.

Caprile, is, n. p. αἰγεῖον. [Ital. Caprile. Gal. Le lieu & eſtable ou les cheures logent, parc à cheures. Hiſp. Chibital ò apriſco de cabras. Ger. Ein geiſs ſtall.] pen. prod. Locus ubi capræ ſeruantur (ut Ouile, ubi oues. Plin. lib. 28. cap. 10. Atque interdum difficilius ſe recolligentes à ſerpentum ictu, in caprilibus optimè conualeſcunt.

Caprimulgus, Idem, αἰγοβόσκος. Idem quod Caprinus, ſicut ab ouibus Opilio ſit, Stercus caprillum & ouillum.

Caprimulgus, Dicitur qui capras mulget. αἰγοβόσκος, αἰγοκόμος. [Ital. Quello che mulge capre. Gal. Lette cheure. Hiſp. Ordenador ò chupador delas cabras. Ger. Ein geiſs melcher.] Catul. Suffenus unus caprimulgus aut toſſor Fortis uidetur. ¶ Caprimulgi, Aues ſunt mulcis aſpectu, ſi quando grandiores, fures nocturni, interdiu non uidentur nec ipſi uident: intrant paſtorum ſtabula, caprarumq; uberibus propter ſuccum laſtis aduolant, qua iniuria emoriuntur ubera. Hoc Ariſtoteles à caprarum mammis, αἰγόθηλας uocat. Plin. lib. 10. cap. 40.

Caprinus, a, um, Idẽ, quod caprens. αἰγεῖος. [Ital. Caprigno, di cheura. Gal. De cheures, des apartenentes de cheure. Hiſp. De cabras. Ger. Geiſsin. Iun. Caprinus grex, Lucr. uel Caprina pelles. Cic. de Nat. deor.

Capripes, pen. cor. capripedis, αἰγίπους, αἰγίποδος. Qui pedes caprinos habet. Propert. li. 3. Eleg. 17. Capripedes calamo panes hiante canent.

Capricornus, Vide ſuo loco.

Caprificus, Vide ſuo loco.

Căpĕro, as, pen. corr. Frontem rugis contraho, & aſperitatẽ multus oſtendo. συρίττω τὴν ὄψιν. [Ital. Creſpar la fronte. Gal. Rider, refrongner. Hiſp. Rugar la frente. Ger. Die ſtirnen rümpfen, Saur und ſcheurzlich ſähen.] quod à criſpis caprorum frontibus, uel à cornuum caprinorum ſimilitudine tractum eſt. Vnde & Caperatum, rugoſum dicitur. συνηγμένον. Plautus. Quid illud eſt, quòd tibi caperat frons ſeueritudine?

Capeſſo, Vide Capio.

Caphareus, a, um, adiect. tetraſyllabũ fit, Saxa Caphareа, Propertius libr. 3. Saxa triumphales tregere Caphareа puppes, Naufraga quum uaſto Græcia tracta ſalo eſt.

Capharnaum, ſeu portus Capernaũ, καπερναοῦμ, totius Galilææ metropolis fuit, multis Chriſti Seruatoris miraculis nobilitata.

Caphura, κάφουρα, Actio, & Actuario Indiæ arbor eſt tantæ magnitudinis, ut ſub ſingulis hominum centuriæ poſſint quieſcere. Naſcitur in montibus mari uicinis, materie leui, & ferulaceа: gummiq; exudat eiuſdem nominis, quod à recentioribus unguentis admiſcetur. cuius longè maximus eſt prouentus, quum cælum fulgetris coruſcat. Officinæ Camphoram appellant.

Capidulum, Genus ueſtimenti (inquit Feſtus) quo caput tegebatur.

Căpillus, m. f. Quaſi capitis pilus. πῶμα. [Ital. Capello. Gal. Cheueul ou perruque, poil. Hiſp. Cabello de la cabeça. Ger. Haar des haupts.] Cic. in Piſonẽ, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorũ fimbriæ. Quanuis & pro omni pilo ſumatur. ἔριξ. Plin. lib. 7. cap. 3. Oſſibus humanorum capitum bibere, contra uis cum capillo pro mantilib. ante pectora uti. Gellius capillum pro lucrino pilo poſuit, quũ ait, Nam ſi ouium lacte hirdi, aut caprarum agni alerẽtur, conſtat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Capillorum eſt. plus nouem iunt, ſcilicet: Contorſio, decoloratio, quaſſatio, fractio, nutrimenti penuria, ἀτροφία, canities, alopecia, ſeratio. Contorſio in extremitate eſt capillorum: habitus & connexio indiuiſibilis, adeò ut non poſſint augeſcere crines. Conquaſſatio autem hæc eſt, inæqualis crinium diſſideutia, quæ fit forcipib. cõbinatis, aut tonſis non diſſimilis. Atrophia id eſt, nutrimẽti indigentia, & uehemẽs ex defectu gracilitas, propter quã non poſſunt crines creſcere: ξηρασία aũt eſt cũ lanuginoſa eſt crinium ſuperficies, ſimilis his qui ſunt puluere diſciſci & diſſoluti. Defluxio capillorũ eſt decidentia ſequens pleroq; deficientes, aut qui ex morbo longo conualeſcũt. Canities eſt mutatio crinium in alborem ante matorum ætatis tempus. Alopecia mutatio crinium eſt in candorẽ, cũ crinis ueteres radicitus excidunt. Ophiaſis eſt mutatio coloris, ſimilis ſuprà dictis, at multo deformior, etiam cũ tunc tortuoſi fiunt, & caput diuiditur.

Capillaceus, Adiect. τριχοειδὴς. [Ital. Di capello, ſottile come capelli. Gal. De cheueux. Delie & menu cõme cheueux. Hiſp. Coſa de cabellos. Ger. Härin, von har gemacht.] Plin. lib. 12. cap. 25. Balſamum tenui & capillacea coma, quod uocant entheriſton.

Capillo, as, are, n. p. Eſt capillos facere. τριχοποιεῖν. [Ital. Mettere capegli. Gal. Faire auoir cheueux, produire cheueux. Hiſp. Hazer cabellos. Ger. Har machẽ.] Plin. li. 27. cap. 11. Polyclitus in uiridi capillatur, ſed de fluuia comatã facere dicitur.

Capillatus, a, um, Qui crines longiores habet. τριχωτός. [Ital. Capigliato, dilonghi capelli. Gal. Cheuelu, qui porte longs cheueux, qui à groſſe perruque. Hiſ. Coſa de luengos cabellos. Ger. Harechtig, der vil oder lang har hatt.] Gel. de lege Agr. Nõ minus bene nũmatus, quã bene capillatus.

Capillamenta, neut. ſ. Dicuntur ipſi capilli. τριχώματα. [Ita. Crini. Gal. Cheuelure, perruq. Hiſp. Los pelos. Germa. Die haar.] Apul. lib. 2. de Aſin. Tanta eſt capillamenti dignitas, ut quanuis auro, ueſte, gemmis, omniq; cætero mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſſit uideri. Plin. libro 21. Herba croci eſt folio anguſto, penè in capillamenti modum. ¶ Transfertur quoque ad herbas & arbores. Columel. libro quinto Qui non ſolùm in eo errabant, quòd primi anni capillamenta

ſeminum inteſta patiebantur, &c.

Capillare, huius capillaris, neut. gen. *τριχάνιον, ἡ μάτρα.* [Ital. Reticella. Gal. Vne coiffe. Hiſp. El aluanega, ò capilleio de muger. Ger. Ein haarhauben.] Reticulum muliebre, quo capillos inuoluunt. Marc. lib. 3. Non erubeſcit murice aureo nobis Diuidere mœche pauperis capillare. ¶ Capillaris, & Capillata arbor appellabatur, in qua tonſum capillum adoleſcentes ſuſpendebant, quando deponebant comam, deo eam ſacrantes. Erat & in urbe Roma, teſte Feſto, arbor antiquiſſima, quam ſupra trecentos & ſeptuaginta annos duraſſe compertum eſt, quæ capillata appellabatur, quòd Virginum Veſtalium capillos ad eam deferre mos erat: cuius arboris meminit & Plin. lib. 16. cap. 44.

Capillitium, n. Idem quod capillamentum *κόμη.* Sic enim à Capillo Capillitium dicitur, ut à famulo Famulitium, à ſatellite Satellitium. ¶ Capillitium flauum. Apul.

Capillus Veneris, Herba ſic dicta, quòd delapſos poſt alopeciam capillos recreat: ſiue quòd capillorum fluores coerceat, *ἀδίαντον.* [Ital. Capel uenere. Gal. Capilli ueneris. Hiſ. Culantrillo de pozo. Germ. Murrrauten die man nennet frawenhaar.] Plin. Adiantum, Polytrichon, & Callitrichò appellat.

Căpio, is, cepi, captum, 3. t. ſignificat Accipio. *λαμβάνω.* [Ital. Pigliare. Gal. Prendre, cõtenir, comprendre, tenir. Hiſ. Tomar. Ger. Nemmen, entpfahen, faſſen.] Virg. li. 4. Geor. Cape ſacra manu, cape robora paſtor. Sed differunt: quia Capere eſt cum affectu: Accipere quum quis non ſic accipit, ut habeat. Ideo, ut Vlpianus ſcribit, non uidetur quis capere, quod eſt reſtituturus. Et Capere eſt ſponte, uel non ſponte. Accipere tantùm ſponte. Vnde dicimus, Cepi labores, Cepi moleſtiam, Cepi, ſuſcepi inimicitas: Accepi calamitatem, cladem, contumeliam, uulnus. Valer. Maxi. Vt non coactus enſem accipere, ſed ſua ſponte ſumere uideretur. Habet interdum reciprocum uſum: ut idem ſic, Cepi uoluptatem: &, Cepit me uoluptas, Cepiſti dolorem, *ἐδύνην ἔλαφες,* Cepit te dolor, *ἐδύνη σε ἔλαφε.* ¶ Quandoq; ſignificat facere. Teren. in And. Non ſi capiundos mihi ſciam inimicos homines omnes. Quandoq; delectare, *τέρπω,* inescare, irretire, ex translatione ferarũ, uenatusq;. Horat. 2. Serm. te coniunx aliena capit, meretricula Dauſi. ¶ Quandoq; propitiari. Lucr. lib. 2. Nec bene promeritis capitur, nec frangitur ira. ¶ Quãdoq; decipere, *πλανάω.* Virg. 2. Aen. Captiq; dolis, lachrymiſq; coactis. ¶ Quãdoq; eligere, *αἱρέω.* Terent. in Hecyr. Quum illum gratum cepimus. ¶ Quandoq; perpeti: ut apud eundẽ in Heauton. Dum abs te abſum, omnes mihi labores quos cepi, fuere leues. ¶ Quandoq; tenere, *χωρεῖν:* ut in Eunucho, Dii boni quid turbę ædes noſtræ uix capient. ¶ Quandoq; inuadere, occupare, *χειρόω.* Cic. Nauem quandam piratarũ præda onuſtam cepere. Varro. Quid hic uenator non capit? Hinc Vincti, Captiui dicuntur, quòd non ſui iuris ſint, ſed in poteſtatem aliorum redacti. *αἰχμαλωτοί.* Quoniam autem qui ita capti ſunt, non ſunt amplius ſui iuris, ſed libertate priuati, ideo Captos quandoq; pro priuatis, ſine impeditis accipimus. ¶ Mente capti, amentes, hoc eſt qui mentis compotes non ſunt. Capti oculis, *πεπηρωμένοι,* qui officio oculorum priuati ſunt. ¶ Aliquãdo Capere, eſt amore accendere: unde Capti amantes dicuntur. Lucilius, Ne aſpectu & forma capiare aliena. ¶ In ſumma hoc uerbum ſua habet ſignificata pro diuerſitate rerum, cũ quibus iungitur: ut, Capere manu, eſt comprehendere: Capere oculis, uidere: Capere auribus, audire: Capere mente, intelligere: Capere conſilio, eligere: Capere aſtu uel dolis, decipere: Capere cantu aut uoluptate, delectare. Virg. 4. Georg. Carmine quo captæ dum fuſis mollia penſa Deuoluunt. ¶ Capere conſilium, eſt deliberare, *συμβούλιον λαμβάνειν.* Cicero, Quum autem conſilium hoc princeps cepiſſet. ¶ Capere rationem, eſt modum inuenire, *μέθοδον εὑρεῖν.* Plautus, Rationem cepi, ut & amanti obſequerer, & patrem non offenderem. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Accipio, à quo Præaccipio, Concipio, Decipio, Excipio, Incipio, Intercipio, Percipio, Præcipio, Recipio, Suſcipio & Vſurpapio, quæ antepenultimam correptam habent. ¶ Deriuata ſunt quæ ſequũtur Auceps, Forceps, Princeps, Municeps, Particeps. Capere uerbum ad affectum acquiſitionis magis refertur, quàm accipere. Nam plerunq; accepiſſe dicitur qui tamen adhuc acquiſiuit, l. Naturalis. Paragr. 1. de præſc. uerb. Quanuis etiam capere dicimus eum qui rapit, uel ſimpliciter aufert. l. Fid. tut. Sunt & qui accipere de manu alterius, capere uerò propria authoritate intelligant. Sed hæc confundi aliquando monuit iam antea Alciatus: Attamen fas eſt, capere quàm accipere. l. aliud eſt capere de uerb. ſignif.

Captus, us, m. q. Cõprehenſio, capacitas, intelligẽdi facultas. *κατάληψις.* [Ital. Capacità, la potenza d'alcuno à fare ò intendere qualche coſa. Gal. Capacité & portée. Hiſp. El tomo de algo para hazer ò entender alguna coſa. Ger. Das ergreyffen des verſtands.] Cic. lib. 2. Tuſc. Græci homines non ſatis animoſi, ſed prudentes, ut eſt captus hominum: quaſi diceret, tam prudentes, quàm capax prudentiæ eſt hominum natura. Apuleius dixit, ſupra captum cogitationis: pro eo quod eſt ſuprà quàm quiſpiam cogitatione capere & complecti poſſit. ¶ Accipitur item Captus pro ſorte & conditione. Terent. in Adelph. Præterea (ut captus eſt ſeruorum) non malus: hoc eſt, ut ſe habet ſeruorum cõditio, ſicut exponit Donatus.

Captũra, æ. f. p. Actus ipſe capiendi feras, aues, aut aliquid eiuſmodi. *ἄγρα, λῆψις.* [Ital. Præſaglia. Gal. Prinſe, proye, gaing. Hiſp. El tomo. Ger. Ein fahung.] Plin. lib. 19. cap. 2. Ad piſcium & alitum capturam. ¶ Interdum præda, quæ capitur. Idem lib. 10. cap. 10. Platea nominator aduolans ad eas quæ in mari ſeſe mergunt, & capita earum morſu comprimens, donec capturam extorqueat. ¶ Accipitur & pro quæſtu. Suet. in Calig. Ex ſeruiorum diurnis quæſtib. parte octaua, ex capturis proſtitutarum, quantum quæq; uno cõcubitu mereret.

Captio, ſ. t. Ipſe actus accipiẽdi, ſeu id per quod quis capitur. *ὑπαγωγή.* [Ital. Aquel atto da pigliar. Gal. Prinſe. Hiſpa. Aquella obra de tomar, aſſechanca. Ger. Ein fang.] Cic. de Clar. Orator. Quanta eſſet in uerbis captio, cùm in cæteris rebus, tum in teſtamentis, &c. ¶ Captio, deceptio. *δόλος, ἀπάτη.* [Ital. Fraude, inganno. Gal. Deceptiõ, fraude. Hiſ. Engaño. Ger. Ein betrũg.] Plautus Epid. Verùm ſi plus dederis, referã: nulla in ea re captio eſt.

Captio, id eſt, deceptio. l. ſi fundo. ff. de Act. empt. Hanc in cõtractibus, inſidias uerò extra eos fieri receptum eſt. l. 1. ff. de minoribus. Captio item pro captatione bonorum. l. magiſtratus. ff. de Mun. & honor. cum ſum. l. Sed pro captura uſurpator, ut indicat Albertus.

Captiuncula, diminutiuum. Gell. *τὸ ἀπαίδευτον.* Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc eſſe neceſſum eſt.

Cappacorania buphthalmus. Dioſcor. lib. 3. capite decimoſeptimo.

Captiõſus, a, um, Quod capit, ſeu decipit, & dolis plenũ eſt. *ἀγρευτικός.* [Ital. Captioſo. Gal. Plein de tromperie, trõpeur, amadoueur. Hiſp. Enganoſo con aſſechanca. Ger. Betrũglich, voll liſt vnd betrug.] Gell. Non eſſe captioſis quæſtionibus reſpondendum. Cic. prò Quint. Roſcio. Quo nihil captioſius, neq; indignius dici poteſt.

Captioſè, aduerb. *ἀπατηλῶς, δολιευῶς.* [Ital. Ingannevolmẽte, aſtutamente. Gal. Finement, trompeuſement, par fineſſe & tromperie. Hiſp. Enganoſamente. Ger. Betrũglich durch liſt.] Cic. 4. Acad. Sic me, inquit, antè ſuſtinebo, nec diutius captioſè interroganti reſpondebo.

Captiuus, m. ſ. Qui in bello captus eſt, & in hoſtium poteſtate detinetur. *αἰχμαλωτίς* [Ital. Cattiuo, prigione, Gal. Captif, priu des ennemis. Hiſp. Captiuo, priſionero. Ger. Ein gefangner.] Cic. 8. Philip. Diutius ſeruitutem perpeſſi ſumus, quàm captiui frugi & diligentes ſolent. Virg. 9. Aeneï. Præterea bis ſex genitor lectiſſima matrum Corpora, captiuoſq; dabit.

Captiuitas, ſ. t. Ipſa detentio. *αἰχμαλωσία.* [Ital. Captiuità. Gal. Captiuité, ſeruitude aux ennemis. Hiſpa. Captiuidad. Germanicè Gefencknus.] Tacitus, Quocunq; oculos Romanus intenderet, captiuitatem, cædemq; & dira omnia oculis obuerſari.

Capto, 1. p. frequentat. à Capio: licet à primitiui ſignificatione nonnihil deflectat. *θηρεύω, θηρεύω.* [Ital. Cercar uia & modo da pigliar per inganno. Gal. Guetter & taſcher à prendre, chercher le moyen d'auoir quelq; choſe. Hiſp. Aſſechar para tomar. Germa. Mit begir nemmen, Ein ding nachſtellen.] Idem eſt quod blanditiis & illecebris aliquid uenor: ut, Hic obſequendo captat auram populare. Cic. in Piſ. Inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta

penè

pueri puerorum, captare plauſus, uehi per urbem, conſpici uelle. Martial. Capto tuam (podet heu) ſed capto, Maxime, coenam: Tu capeas alias, iam fumus ergo pares. ¶ Aliquando Captare, eſt conari, decipere. *ἐπιβάλλειν, ἀπατᾶν.* Terent. in Hecyr. Iniurium eſt autem ulciſci aduerſarios: aut qua uia capiant te illi, eadem ipſos capi? Martial. libro 9. Dum me captares mittebas munera nobis, Poſtquam cepiſti, das mihi Rufe nihil. ¶ A Capto rurſus deducitur Captito, aliquid frequentatiuum.

Captatio, f. t. Venatio. *θήρα, θήραυσις.* [Ital. Luſinghe, piacevolezze fatte per hauer qualche coſa. Gal. Le ſoing ou guet de pourchas qu' on fait pour auoir quelque choſe. Hiſpa. Aſſechanca. Ger. Das laſteren etwas zů vberkommen.] Plinius in Proœm. li. 14. Poſtquam cœpit eſſe captatio in quæſtu tertiſſimo.

Captator, m. t. *ἐπηρεστής.* [Ital. Chi luſinga, adulatore per hauer qualche coſa. Gal. Pourchaſſant & faiſant le guet pour auoir quelque choſe, amadoueur. Hiſp. Aſſechador para tomar algo. Ger. Ein nachlager eins dings.] Cic. Captator il le popularis auræ.

Captatorius, a, um, *κολακευτικός.* [Ital. Fraudolente. Gall. fraudulent, deceueur. Hiſp. Enganoſo. Ger. Das da gehört zů dem nachſtellẽ einem ding mit betrůg.] ut, Captatoriæ ſcripturæ, & captatoriæ inſtitutiones: id eſt adulatoriæ, ut interpretantur Papinianus & Caius Iuriſconſulti: quæ ſcilicet ideo factæ ſunt ut uiciſſim hæres ſcribaris, aut ſaltem legatum conſequaris ab eo, quem inſtituiſti. Nam captare, proprie eſt illecebris, donis, obſequio, & maiorum ſpe aliquid aucupari.

Capeſſo, is, ſiui, itum, ſecundum Priſcianum, uerbum actiuũ, Idem quod capio, ſiue ad capiendũ eo. *ἐφικνοῦμαι, ἐπιχειρῶ, ἐπιβάλλω, ἀντιλαμβάνομαι.* [Ital. Capire, pigliare. Gal. Prendre, empoigner. Hiſp. Tomar Germ. Annemmen ergreyffen.] Salluſt. lib. 2. Hiſtor. Diuerſa, uti ſolet, rebus perditis capeſſiuit. Liu. li. 1. Ergo ut ſegregaret pugnã, capeſſit fugam. Similiter Apuleius. Dum ſimul illi & gratias agerẽ, & dona capeſſerem. ¶ Virgilius poſuit pro Exequendum ſuſcipio, Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Cic. 1. Offici. Capeſſere Rempub. *ἅπτεσθαι πολιτικῆς.* ¶ Plaut. in Aſin. pro Immitto, recipio. Quò magis te in altũ capeſſis, tam æſtus te in portum referet. Idem in Amph. Nunc pergã hera imperium exequi, & me domum capeſſam.

Capax, acis, om. gen. t. Quod capit, ſeu continet, aut contine re poteſt. *δεκτικός, δεκτός.* [Ital. Capace. Gal. Capable, contenant. Hiſ. Coſa en que mucho cabe. Ger. Fähig. Das etwas faſſen oder begreyffen mag.] Plin. lib. 10. ca. 33. Hirundines utero capaci Idem lib 11. cap. 1. Capax quindecim conuiorum triclinium Cic. in Orato. Tamen non ſemper implere ſores meas, ita ſunt auidæ, & capaces, & ſemper aliquid immenſum, infinitumq; deſyderant.

Capacitas, tatis, f. t. *χώρησις, ἐυρυχωρία.* [Ital Capacità. Gal. Capacité grandeur de lieu ou il peut beaucop de choſes. Hiſp. Aquella capacidad de caber. Ger. Vueyte, das etwas faſſen mag.] Locus qui capere & continere poteſt. Cic. 1. Tuſc. Verum capacitatẽ aliquam in animo putamus eſſe, quo tãquã in aliquo uaſe, ea quæ meminimus infundatur?

Capis, idis, f. t. *ποτήριον κελυχανδές.* Poculi genus eſt à capiendo. Liu. lib. 10. ab Vrbe, Qui Iouis Opti. Maxim. ornatu decoratus, curru aurato per urbem uectus in Capitolium aſcenderit, ſi conſpiciatur cum capide & lituo, capite uelato uictimam cædat. Huius diminut. eſt Capidula.

Capiſterium, n. ſ. Genus nauis ruſtici, quod tamen (ut Georgius Merula inquit) Scaphiſterium melius dicitur, *σκαφίς.* Col. lib. 2. cap. 9. Quicquid exteretur, capiſterio expurgandum erit: & ſemper quod propter magnitudinem ac pondus in imo ſubſederit, ad ſemen reſeruandum.

Capiſtrum, Capiſtro, capiſtras, Vide Caput.

Capitium, Capitellum, Capitium, Capito, Capitulatũ, Capitolatim, Capitolium, Vide Caput.

Capnias, *καπνίας.* Gemma eſt ex Iaſpidum generib. quodã oduſi fumo infecta, unde & nomen accepit. Plin. li. 37. ca. 9.

Capnion. Vide Capnos.

Capnitis, *καπνῖτις,* Herba eſt eadem cum fumo terræ. ¶ Eſt item Capnitis Cadmiæ ſpecies tenuiſſima, quæ è fornacib. flamma atq; flatu egeſta, cameris, lateribusq; fornacũ adhæret. Vide Plin. lib 34. cap. 10.

Capnos, m. ſ. *καπνός.* [Ital. Fumo. Gal. Fumee. Hiſp. Humo. Ger. Ein rauch.] Fumus. Hinc *ἄκαπνα,* dicta ſunt ligna ſicca, quæ ſine fumo ardent. Et, Vinum Capnias, *οἶνος καπνίας,* hoc eſt fumoſum. ¶ Capnos etiam, ſiue Capnion, *καπνός.* Dioſcoridi, Herba eſt, quæ & Fumus terræ uocatur: naſcitur in ſegete hordeacea. Hæc lachrymas ut fumus prouocat. Plin. lib. 18. cap. 7. & lib. 27. cap 11.

Capnomantia, *καπνομαντία,* Diuinationis genus, quod fiebat ex fumi diſſectione, qui è thure in ara acceuſo emanabat. Qui uerò hoc augurii genere utebantur, Capnomantes dicti ſunt.

Capo, Vide Capus.

Cappa, *κάππα,* Nomen literæ Græcæ, pro qua Latini utuntur c. Græci (ut Suidas docet) quũ malum hominẽ uolãt prouerbio ſignare, non cappa: quũ peiorem, duo: quũ peſſimum, tria habere cappa dixerunt, uolentes eum intelligi eſſe Cretenſem, Cilica, Cappadoca: qui ſingularis fuiſſe improbitatis exiſtimantur. Vide Eraſmum in prouerbio, Tria *κάππα* peſſima, *τρία κάππα κάκιστα.*

Cappadocus, a, um. poſſeſſiuum. Mart. lib. 10. Nec de Cappadocis eques caſtris.

Cappadocius, cia, ciom, apud Apuleium.

Capparis, f. t. *κάππαρις.* [Ital. Caparri Gal. Des capres Hiſp. Alcaparra. Ger. Kappren.] pen. cor. Frutex eſt firmioris ligni, ſenticoſus, & humilis, baccis oleæ, ſed minoribus, quibus fathiſcentibus emicat flos roſeus, cãdidus, odoratuſq; : qui poſtquam decidit, glans exuberat oblonga, ſeminis acinoſi plena. Naſcitur præcipuè in parietinis, hoc eſt muris ueteribus, & ſplenecticis prodeſt: feritur quoq; in locis ſiccis, area circum effoſa, parietibq; ex lapidibus circunducto, ne latius euagata, ſteriles reddat agros. Flos & baccæ in eiborum condimentis laudantur, eò quòd & expetentiam excitent, & lienem laxent, & pituitam per aluum exigant. Colo. Capparis, & triſtes inulæ, ferulæq; minaces. ¶ Dicitur & Cappar. Pallad. Hoc menſe menta & paſtinaca, thymum, & origanum, & cappar.

Capricornus, m. ſ. *αἰγόκερως.* [Ital. Capricorno. Gal. Capricorne, un ſigne au ciel de ung eſtoille. Hiſp. Vn ſigno del cielo. Ger. Ein Steinbock.] Cæleſte ſignum, quod Pana fuiſſe exiſtimant, qui in Aegypto repentino aduentu Typhonis gigantis perterritus, poſteriorem partem in effigiẽ piſcis, priorem uerò in formam hirci commutauit: cuius ingeniom admiratum Iouem ferunt hanc figurã in cælum tranſtuliſſe. ¶ Alii uolunt Capricornum Iouis fuiſſe collactaneum. Amalthea enim, cui Iupiter nutriendus datus erat, quũ ipſa lac non haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hœdos, quos Iupiter unà cum matre in cælũ tranſtulit. Stellam habet in naſo unã, in pectore duas, in pede duas, inter ſcapulas ſeptem, in uentre ſex, in cauda duas. Cic. 2. de Nat. deor. Tum gelidum ualido de pectore frigus anhelans Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe.

Caprificus, ci, pen. prod. Ficus eſt ex ſylueſtrium genere nõ quam matureſcens: ſed quod ipſa non habet, aliis tribuẽs, *ἐρινός.* [Ital. Ficara ſeluatica. Gal. Figuier ſauuage. Hiſ. Cabrahigo Ger. Ein wilder feygen baum.] Gignit enim cultores, qui ad ficus alias aduolantes, ipſis maturitatem conferunt. Vide Plin. lib. 15. cap. 19. Dictam autem uoluunt Caprificum à carpendo, quòd parietes & macerias, atq; adeò ſaxa ipſa ſibi obſtantia diſcerpat. Martialis, Marmora Meſſalæ ſcindit caprificus.

Caprificari, Ficuum proprium eſt, quum culices ex caprifici fructu, (quas Groſſos appellant) ad ipſas aduolantes, lacteũ humorem in eis contentum abſumunt, easq; ad maturitatem perducunt. *ἐρινάζειν.* Plin. lib. 16. ca. 27. In Cea inſula caprifici triferæ ſunt. Primo fœtu ſequẽs cuocatur: ſequenti tertius: hoc eſt fici caprificantur.

Caprificatio, onis. f. t. *ἐρινασμός, συκασμός* (ut haſtenus interpretati ſunt, quotquot Onomaſtico huic manus ſunt admoliti) in arboribus dicitur, quoties illarum cortex cultello finditur, ut commodius prorumpant, & creſcant, ſimilitudine caprifici, quæ ruptis muris intumeſcens exit. Quæ in re quã longè à ueritate aberrarint, ſatis docebunt Plinij uerba lib. 15. cap. 17. quæ hîc ſubiecimus: Caprificus (inquit) culices parit: hi fraudati alimento in matre, putrilem eius tabe, ad cognatã uolant. morſuq; ſi eorum crebro, hoc eſt auidiore paſtu, aperientes ora earum, atque ita penetrantes, intus ſolem primò ſecum inducunt, cerealeſq;

auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc eſt infantiam pomi abſumunt: quod ſit & ſponte. Ideoq; ficetis caprificus permittitur ad rationem uenti, ut flatus euolantes in ficus ferant. Inde repertum, ut illatæ quoq; aliunde, & inter ſe colligatæ, iniiceretur fico: quod in macro ſolo & aquilonio non deſyderatur: quoniam ſpõte areſcunt loci ſitu, rimiſq; eadem, quæ culicum opera, cauſa perficit: necnon ubi multus puluis, quod euenit maximè frequenti uia appoſita. Nanq; & pulueri uis ficcandi, ſuccumq; lactis abſorbendi: quæ ratio puluere, & caprificatione hoc quoq; præſtat, ne decidant, abſumpto humore tenero, & cum quadam fragilitate ponderoſo. ¶ Ex quibus Plinii uerbis conſtat, Caprificationem nihil aliud eſſe quàm rationem quandam perficiendi, ut culices è groſſis enati ad ficus aduolent, humoreq; earum lacteo conſumpto, ad maturitatem eas perducant. Id autem ſolet fieri duobus modis: aut enim circum ficeta ita ſolebant diſponi caprifici, ut uentorum flatu culices è groſſis enati ad ficus ferrentur: aut groſſi aliunde petitæ, & colligatæ, in arborem iniiciebantur.

Caprificialis dies, Vulcano ſacer fuit, quo Attici æſtiui mellis uindemias auſpicabantur. Vide Plin. lib. 11. cap. 15.

Caprigenus, Caprille, Caprimulgus, Caprinus, Vide Capra.

Capronæ, arum, lobæ, ſeu comæ in fronte demiſſæ, quaſi à capite pronæ, προκόμιον. [Ita. Capelli che ſono nella fronte, come delle donne. Gal. Les crins qui pendent au deuãt du front, le touffet qui pend deuant les yeux, comme des cheueux. Hiſp. Los copetes, cabellos de la frente. Ger. Das haar ſo vornen in die ſtirnen hangt.] Lucil. lib. 7. Satyr. (ut citat Nonius) Aptari caput, atq; comas fluitare capronas Altas, frontibus immiſſas, ut mos fuit illis. Hæ alio nomine dicuntur Antiæ, Ex Feſto, & Nonio.

Caprunculum, Vas fictile, ſic dictum quòd capax ſit. Feſtus.

Capſa, ſ. p. Ciſta & repoſitoriam, à Capio, quòd res in ſe recõditas capiat: uel à κάπτω, quod eſt curuo. κάψα, κυβωτός. [Ital. Caſſa. Gal. Coffre, caſſe, layete, boiſte. Hiſp. Caxa ò arca. Ger. Ein kaſt, kiſt.] Cicer. in Diuinat. in Verr. Mihi quàm multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero.

Capſula, diminut. à quo Capſella, κυβάτιον. Plin. lib. 30. ca. 11. Stellionem incluſum capſulis ſubijciunt capiti. Catull. Huc una è multis capſula me ſequitur.

Capſarius, m. ſ. κυρωτοφόρος. [Ita. Caſſiere, chi porta la caſſa ò libri. Gal. Qui porte les caſſetins, paniers ou coffres. Hiſ. El que lleua la caxa, ò el libro al eſcuela. Germ. Ein diener welcher im bad vmb lohn die kleider in den kiſten verhütet.] Qui mercedis gratia, ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipit, cuſtos capſarum. Sueto. in Nerone. Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſariis uno prandio pariter necatos. ¶ Item Capſarius, qui portat libros, inquit Vlpianus. Quidam Capſari legunt.

Capſaces, pen cor. Vas olearium. λήνθος. [Ital. Boccale da l'oglio. Gal. Bouteille à huille. Hiſp. Cangilon para tener azeite. Ger. Ein Oelkůg, oder ſunſt ein geſchier in das möl thůt.] Cyprianus lib. 2. Epiſt. Fidelia fratris non deficiet, & capſaces olei non minuetur.

Capſis, Antiqui dicebant pro eo, quod eſt Capeſſis: ſicut Sodes, pro ſi audes. Capſit, prehenderit. teſte Feſto. Obſoletum uerbum à Capio, quod eſt prehendo.

Capſoldum, barbara nox ſic à uulgo conficta, qui de ſolido, id eſt, integro capiatur, autor Alciat. Capſoldum non diſſimilem collybo deductionem Salicetus de ſtipendiis Iuris profeſſorum deduci non poſſe docuit. l. priuilegia. C. de ſacroſancta Eccleſia.

Capſus, Carruca undiq; tecta.

Captatio, Captator, Captatorius, Captio, Captiuncula, Captioſus, Captiuus, Captiuitas, Capto, Captatura, Captus, Vide Capio.

Căpŭla, ſ. p. λαβίδιον. [Ital. Vaſo longo da bere per tenere in mano con i manichi. Gal. Long vaiſſeau pour boire ou pour oſter l'huille d'vn autre vaiſſeau, auec manches. Hiſ. Vaſo de dos aſas. Ger. Ein meynfas, oder ein läg hölzin geſchirr mit welchem man die ölfas, oder geſchier füllet.] Vas uinarium, quo ueteres utebanturtita dictum, quòd facilè capi poſſet. Varro, Capis, & minores capulæ à capiendo nominantur, quòd anſatæ ſint: uel à Græco, quòd Calpim & Calpium, digitator, anſatos q; craterας, Erythris ſingi ſolitos Philemon, & Pamphilus ſcripere. ¶ Capulis item utebantur in uaſis olearijs deplendis, χαίνω, unde & uerbum Copulare manauit: de quo poſtea.

Capulator, m. t. Qui capulis oleum deplet. Col. lib. 12. cap. 50.

Capulo, as, are, χαυνόω. [Ita. Votare orci ò altri uaſi d'oglio, cauar l'oglio. Gal. Deſemplir les vaiſſeaux d'huille, puiſer huille & la tirer & mettre de vaiſſeau en autre. Hiſp. Traſſegar el azeite del alpechin. Ger. Mit einem gerze ein ölgeſchirr füllen.] Dolia olearia capulis deplere. Cato de Re ruſtic. cap. 67. Ligna in torculario ne cædat, oleum frequenter capulet.

Căpŭlus, m. ſ. & Capulum, à capiendo, Id quo mortui efferuntur. νεκροφόρον, δύμβος. [Ital. Il cataletto da portar i morti, ſepolcro. Gal. Vn ſarcueil ou vne biere ou on met vn corps mort. Hiſp. Las andas ò lechiga de muerto, ſepulcro. Ger. Ein todtenbar, Oder der ſchragen vff welchem man die todten bar tregt.] Itẽ ipſe ſarcophagus, quòd corpora capiat. ¶ Et Capulus item. κώπη, λαβή. [Ital. Manico di ſpada ouer pugnale. Gal. Vn manche par lequel on tient quelque choſe. Hiſ. El cabo ò empunadura del cuchillo. Ger. Ein handthaben oder heffte an einem ſchwert.] Manubrium gladij, quòd manu capiatur, Virgi. 2. Aen. Capulo tenus abdidit enſem. Suet. in Calig. Veniam, inquit, ueniam, & hic mecum: capulum gladii crebrò uerberans, quo cinctus erat.

Capularis, re, adiect. ut, Capularis ſenex, id eſt morti contiguus, & mox capulo efferendus. τυμβογέρων. [Ital. Il uecchio che ha gli piedi nel cataletto. Gal. Vieillard, qui eſt ſur le bord de ſa foſſe. Hiſp. Vieio cercano ala muerte. Ger. Der auf der grůben gadt.] ¶ Reom item capularem dicebant, quòd capulo dignus eſſet. ¶ Stamen capulare, pro uita breui etiam capulo uicina. Plaut. in Aſin. Tam capulari ſtamine tibi diu uideor uiuere.

Capus, pi, & Capo, onis, ἀλιπτρύων ἐκτομίας. [Ita. Capone. Gal. Chapon, coq chaſtré. Hiſ. Capõ. Ger. Ein kappaun.] Gallus cui teſtes ſunt auulſi. Varr. 3. de Re ruſt. Villaticæ gallinæ, mares galli, capi ſemimares, quòd ſunt caſtrati. Idẽ, Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus. Sipõtinus, Galli quibus teſtes auelluntur, libidinis abolendæ cauſa, ut magis pingueſcant, capi uocantur: quum meritò Galli à ſimilitudine ſacerdotis Matris deũm dici poſſe uiderentur. Itaq; à contrario ſenſu Gallos appellatos quidam exiſtimant.

Căput, tis. n. t. κεφαλή. [Ita. Capo, teſta. Gal. La teſte, le chef. Hiſp. Cabeca. Ger. Ein kopf, ein haupt.] Dicitur totũ illud quod collo ſuſtentatur: inde dictum quòd ab eo initiũ capiunt nerui, per quos totum in corpus diſtribuitur ſenſus & motus. In ſummo enim à natura collocatum eſt, quòd in eo regimen totius animantis reſideret. Alii ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, quod eſt caput, uel ἀπὸ τῆς κάρας, eiuſdem ſignificationis. Terent. in Adelph. Colaphis tuber eſt totum caput. ¶ Partes capitis diſtinguuntur: nam eminentior pars Vertex appellatur. Tũ corona capitis diuiditur in Frontẽ anteriorẽ, & Occiput poſteriorẽ partem: media uerò ſunt Tempora, quibus aures inhærent. ¶ Aliquando Caput dicitur origo & principium. ἀρχή. Cic. pro Flacco. Caput eſt omnium Græcorũ concitãdorũ Heraclides ille Temnites. ¶ Aliquãdo quod eſt in re quapiã præcipuum, & ad quod unum reliqua omnia conferuntur, caput proverbio nocamus. Terent. in Adelph. Te eſſe huic rei caput. Sic à capite arceſſere, Cic. 2. de Orat. 1. de Legib. in Topic. & Tuſcul. ¶ Aliquando pro uita ponitur: ut, Capitis res eſt, id eſt de uita periculũ eſt. Plaut. in Trinum. Ei nimirum crederem, cui ſi capitis res ſiet, nummum nunquam credam plumbeũ. ¶ Capitis aliquẽ arceſſere, Ci. θανάτῳ τινὶ τιμᾶσθαι, Plato. ¶ Capitis cauſam dicere, Cice. ἀπολογήσασθαι θανάτου δίκην. Thucyd. ¶ Capitis damnari, capitis cõdemnari, Cicero, θανάτου δίκην ὀφλισκάνειν, Laertius. ¶ Aliquãdo pro ſumma prima in pecunia à qua fœnus aut alius quæſtus ſit, ueluti rei principium: quam & Sortem dicunt. ἀρχαῖον. [Ital. Principale, le premier argent ou denier qu'on baille à vſure, leſort. Hiſ. El caudal en la vſura. Ger. Ein haupt ſumma gelts, daſs man zũ wücher anſiyhet.] ¶ Capita item initia parua in libris, quæ capitula apud uulgares dicuntur Gell. Quod in capite ſuperiore à Critolao ſcripũ eſſe dicimus. ¶ Caput facere dicitur de ſuppurationibus, quũ apoſtemata fruuntur. Pli. de furunculis. Remedio

dia ſunt quæ diximus folia trita cum polenta, ſi non caput ſecenbit. ¶ Capite cenſi, dicebantur eiuſmodi qui in plebe Romana per quàm pauco, aut nullo ære cenſebantur, *οἱ τὸ λατινὸν τιλλόντες*. Budæus, de cenſione capitum, quòd ſolis capitibus cenſerentur. Horum opera Romani in bello non utebantur: quòd opes ciuium obſidum loco ducerent, metuerétq; ne infimæ ſortis homines, qui nihil quod amittere poſſent, in Vrbe reliquiſſent, aut ſegniter pugnarent, aut facilè ſpe lucri ad hoſtes deficerent. ¶ Proletariorum autem conditio paulò erat honeſtior: nam his rebus aſperis in militiam admittebantur, armaq; illis ſumptu publico præbebantur. Horum cenſus erat ad mille quingentum æris: Capite cenſi autem non amplius 375. æris cenſum deferebant. Dicti autem ſunt Proletarii, à munere officioq; prolis edendæ, quòd quum re familiari parum minus poſſent Reipublicam iuuare, ſobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent. ¶ Capitis diminutio, *κατ' ἀφαίρεσιν ἐναλλαγή*. Eſt prioris ſtatus permutatio: cuius tria ſunt genera (ut ſcribit Paulus) Maxima, minima, media. Tria enim ſunt quæ habemus, libertatem, ciuitatẽ, familiam. Igitur quum hæc omnia amittimus, maximam eſſe capitis diminutionẽ, ut eſt deportatio: quũ uerò amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam eſſe capitis diminutionem: ut eſt in colonias Latinas tranſportatio. Quum libertas, & ciuitas retinetur & familia tantùm mutatur, minimam eſſe capitis diminutionem conſtat, uelut eſt adoptatio. ¶ Caput demulcere, allegoria prouerbij nice recepta, pro blandiri: ſumpta ab aduliatium geſtu: in eundẽ ſenſum uſurpauit Lucilius Scabere caput, apud Nonium. ¶ Quos tenere amamus, capite geſtare dicimur. Plato de Repub. 10. Translatum apparet à matribus ac nutricibus, quæ infantulos cunis impoſitos capite portant. ¶ Quoties in autorem mali malum retorquetur aut recidit, Græci dicunt, *εἰς τὴν αὐτῶν κεφαλήν*, In ſuum ipſius caput. Demoſthenes. ¶ Nec caput nec pedes. Negotium ita perturbatum, ut neſcias quo pacto uel expedias uel amittas, ueteres dicebant nec caput habere nec pedes. Cicero Curioni. ¶ Nudo capite, *γυμνῇ κεφαλῇ*, tacere quæpiam dicuntur, qui palam ac citra pudorem omnẽ faciunt. Qui rem pudendam faciebant, iis mos erat centonibus caput operire. Plaut. Capt. Cyrillus interpretans Ioannis Euange. & D. Chryſoſt. in encomio Babylę martyris. ¶ Sine capite ſermo, *ἀκέφαλος μῦθος*, dicitur imperfectus ac mutilus. Plat. de Leg. 6. ¶ Caput ſine lingua. Compertum eſt in eos qui in conſultationibus aut diſceptationibus ipſi quidem nihil habent quod dicant: nec rem aliorum ſententijs annuunt. Laber. Caput ſine lingua, pedaria eſt ſententia. ¶ Caput: pro ipſum cerebro. *ὦ εἰκῆ κεφαλή, ἢ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχεις*, O quale caput, & cerebri nõ habet. De iis qui corporis ſpecie præcellũt, ingenio carẽtes. Nam ex apologo Æſopi.

Capŭ, pen. corr. capitalis, penul. prod. *ἀπὸ τοῦ, κεφάλαιον*, quòd ſacerdotum læ etiam nunc in capite ſolent habere. Hæc Varr. de ling. Lat. Feſtus autem capital, inquit, linteũ quod dum quo ſo ſacrificijs utebantur.

Capĭtālis, le, adiectiuum. *κεφαλικός*. [Ital. Capitale, mortale. Gal. Capital, criminel. Hiſp. Criminoſo, digno de muerte. Germ. Das den tod verſchuld hatt.] Quod capitis ſupplicium meretur: ut, Capitale crimen. Ci. 7. Verr. Primùm inimulatio eſt repẽtina, capitalis, atq; inuidioſi criminis. ¶ Capitale crimen non ita planè eſt intelligendum quòd ita primaretur is qui crimine capitali damnatus erat: ſed ideo capitale, quòd eum qui damnatus erat, capitis pœna ſequeretur. Capitis autem pœna uel libertatis, uel ciuitatis amiſſio dicebatur, quam utranq; capitis diminutionem uocabant. at capitis diminutio cum triplex eſſet, maxima, media, minima, non omnis tamen pœna fuit, ſed tantùm duæ priores: maxima, quæ libertatis ademptione, & media, quæ ciuitatis, minima, quum familia mutaretur, beneficium potius quàm pœna fuit: quod ſi cui magiſtratus adimeretur, capitis ea diminutio non fuit, ut Inſtit. li. 1. legimus: ſicuti capitis diminutio fuit manente magiſtratu ex in mancipatione filij: quod lib. XLVIII. de capite minoris traditum eſt. quociũ autem in crimine uel maxima uel media capitis diminutio ſequeretur, capitale illud eſſe crimen dicebatur. Ex libro quem edidit Manutius de Legibus Romanis. ¶ Capitalis homo nõ ſolùm pro ſcelere qui eſt dignus puniri capitis *ἐγκλήματος ἢ μοιχείας ἄξιος*: ſed etiam qui promptus eſt ad eadem, *φονικός*. Cic. in Antonium, Capitalem & peſtiferũ M. Antonii reditum à Brundiſio expectabamus. ¶ Capitalis oratio, *ὀλέθριος λόγος*. Cic. lib. 1. Offic. Capitalis oratio eſt ad æquationem bonorum pertinens. ¶ Capitalis ira ab Horatio dicitur pro mortifera. ¶ Capitale odium, *ἔσχατον μῖσος*. ¶ Capitalis mortibus, quòd caput & uitam hominis petat. ¶ Capitalis locus dicebatur, ubi ſiquid uiolatum erat, capite uiolatoris expiabatur. ¶ Capitale factum, capitale uitium, id eſt propter quod debeat quis ad pœnam capitis peti.

Capital Subſtantiuum, dictum eſt capitis periculum. Plautus Mænæch. Nunquã ædepol fugiet, tametſi capital fecerit.

Capĭtāliter, aduerbium. *κεφαλικῶς φονικῶς* [Ital. Mortalmente. Gal. Mortellement, à mort. Hiſp. Morttalmente, à muerte. Ger. Tödtlich.] Pli. Epiſt. Præterea remittere ei dãtur, quẽ Capitaliter meipſum apud Centumuiros laceſſiſſet.

Capĭſtrum, n. i. Capitis uinculum, quod equis, & huiuſmodi animalibus adhiberi ſolet, ne fugiant. *κημός*. [Ital. Capeſtro, legame, fame. Gal. Licol, brihe ou cheueſtre. Hiſp. Xapuima ò cabeſtro. Ger. Ein band daſs man dẽ roſſen vmb den kopf legt.] Martialis, Paret purpureis aper capiſtris. ¶ Colu. lib. 1. utribus attribuit, quum inquit: Quare quũ ad ſummum palum recta uitis extenta eſt, capiſtro cõtrungitur: ne fœtu grauata ſubſidat, curuetur. ¶ Et Capiſtrũ dicitur, qd circa os brutorũ inuoluitur, ne cibos decerpãt.

Capiſtro, as, act. p. Capiſtrum impono. *κημόω*. [Ital. Incapeſtrare, incauezzare. Gall. Encheueſtrer, lier par la teſte, emmuſeler. Hiſpa. Encabeſtrar beſtias. Ger. Ein halfteren anlegen, Zobinden.] Plin. li. 18. ca. 19. Si inter arbores, uiteſque aretur, Eſcellis capiſtrari boues opertet, ne germinum tenera decerpant. Colum. lib. 11. cap. 2. Vt iuga uincis impoũantur, & capiſtrentur.

Capĭtātio, onis, Tributum, quod in capita ita diſtributum erat, ut Iugatio in iuga boũ. Immunitates, & l. ſeq. C. de agric. & cenſ. lib. 11. ¶ Capitatio item pro Annona, in tit. C. de Annonis & capitatione. Budæus.

Capĭtātus, a. um, Quod in caput latius creſcit. *κεφαλώδης*. [Ital. Chi ha te haſta. Gall. Teſtu, alaut teſte. Hiſp. Coſa de grande cabeça. Ger. Der ein kopf oder haupt hatt.] Vnde Capitatum porrum. Columel. lib. 12. Cultus autem porri capitati aſſidua ſarritio & ſtercoratio eſt. ¶ Item Capitata uinea ab eodem dicitur, ſicut & Brachiata, lib. 5. cap. 5. Nãdum ſpecies huius quoq; culturæ ſunt: alli capitatas uineas, alii brachiatas magis probant.

Capĭtellum, li, n. ſ. diminutiuum eſt à Capitulum, quod ſignificat paruum caput, id eſt craſſiorem ſummitatem cuiuſcunq; rei. *κεφαλίς, κεφάλιον*. [Ital. Capitello. Gal. De ſtelete, petite teſte. Hiſpa. Capitel, como de columna ò pilar. Germa. Ein höuptlin. Oder ein capitel vnnd vnderſcheyd in einem buch.] Plin. Inde ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes. ¶ Item Capitellum dicitur Epiſtylium, id eſt, caput columnarũ: nam Baſis, inferior pars eſt: hoc & Capitulum uocatur. Plin. libro 36. capite 11. Spiræ ſubdita, & capitella addita. ¶ Recentiores inſuper medici Capitellum ſumunt pro uaſe illio duplici, in quo reponuntur herbæ, aromata, & ſimilia, ut igni ſuppoſito ex eis aqua exprimatur.

Capĭtium, n. ſ. interprete Nonio, Capitis tegumentum eſt. *κάλυμμα τῆς κεφαλῆς*. [Ital. Capello, bereta. Gal. Chaperon ou cape que les femmes portent aut rẽps de pluye. Hiſp. Bonete, ſombrero. Ger. Ein hautpdecke, als ein hůr, lapp, barret.] Contrà Varro non obſcurè innuit muliebre tegumentum fuiſſe, quo illæ pectus uinciebant: & à capiẽdo, id eſt comprehendendo, non à capite eſſe deductum. Capitium (inquit lib. 4. de Ling. Lati.) quod pectus capit, id eſt comprehendit. Idem lib. 4. de Vita pop. Rom. ut citat Nonius, Neq; id ab orbita matrum familiãs inſtituti, quòd ex pectore & lacertis eſſent apertis, ne capitia habebant. Vl. l. Veſtis. Vlp. l. Veſtis. ff. de aur. & argent. leg. Muliebria ſunt ueluti ſtolæ, pallia, capitia, zonæ.

Capĭtones, m. t. Dicũtur duri, q nunquam de ſua ſententia immutantur, ut apud Plaut. in Perſa. *ἀτέραμνοι*. [Ita. Teſtarecci, di ſuo capo, oſtinati. Gal. Teſtus, groſſes teſtes, opiniaſtres. Hiſp. Porfiados, confirmados, hombres de cabeça. Ger. Hartkopf, ein tõnig, die non item kopf oder meinũg nit abweychen mõllen.] ¶ Dicitur & Capito qui magnum habet caput. Cicero primo de Natu. deo. Redeo ad deos, ecquos inſigni nota ſtrabones, aut petulos eſſe arbitramur, ecquos unuum habere, ecquos, ſilos, flaccos, frontones,

capito-

capitones? ¶ Eſt item Capito, piſcis apud Catonem de Re ruſt. cap. 158.

Capitoſus, a, um, κεφαλώδης. Qui magnum caput habet. ¶ Interdum dicitur qui eſt duri capitis, qui & ceruicoſus appellatur.

Căpitŭlātum, Dicitur quod in ſummo craſſum quiddam habet in morem capitelli, κεφαλωτόν. Plin. folia bonis linguæ ſimilia, minora, ſubcándida, & in cacumine capitulata.

Capitulatim, aduerb. per capita. [Ital. Per capitoli, per parti. Gal. Par petis ſommaires & articles. Hiſp. De capitulo en capitolo. Ger. Durch die Capitel, vñ capitel zů capitel.] Pli. lib. 1. cap. 12. Nunc confeſſa de iiſdem breuiter atq; capitulatim attingam.

Capĭtŭlŏ, as, a. p. capitulũ appono uel per capita diſtinguo, κεφαλαίῳ. Vnde & Recapitulare, ἀνακεφαλαιῶσθαι, eſt breuiter quæ dicta ſunt, per capita recenſere.

Capitulum, diminut. Significat paruum caput. κεφάλιον. [Ital. Picciol capo. Gal. Teſtelette, petite teſte. Hiſp. Pequẽna cabeça. Ger. Ein höuptlin, köpflin.] Plaut. Curc. Vbi quid ſurripuere, operto capitulo caldum bibũt. Eſt & nox blandientis. Idem, Meum capitulum, meus ocellus. Terentius, O lepidum capitulum. ¶ Aliquando dicitur initiũ ſententiæ, quod per metaphoram etiam caput uocatur. κεφάλαιον. Cic. 1. de Leg. Nec uerò ferent, ſi audierint rem primũ capitulum optimum prodidiſſe in quo ſcripſit, Nihil curare Deum, nec ſui, nec alieni. ¶ Itẽ Capitulũ dicitur caput columnarum. Pli. lib. 36. cap. 23. Quoniam capitulis Corinthiorum eadem eſt altitudo, &c. ¶ Eſt præterea Capitulum urbs Italiæ propter Bonillas, & Calatias.

Capitulum Martis, Eryngion apud Dioſc. lib. 3. cap. 23.

Cara, Radix eſt herbæ eiuſdẽ nominis, qua lacti admiſta Hircius ſcribit Cæſaris exercitum diu inopiam leuaſſe.

Carabus, pen. corr. κάραβος, Genus cancri. Plin. lib. 9. cap. 31. Cácrorũ genera carabi, aſtaci, maiæ, pagari, heracleotici, leones, & alia ignobiliora. Carabi à ceteris cáncris cauda diſtant. In Phœnice ἵπποι uocantur tantæ uelocitatis, ut eõ ſequi non ſit.

Caracalla, læ, Indumẽti genus fuit ad talos uſq; demiſſum, ab Antonio Imperatore populo datum: unde & Caracallæ agnomen inuenit. Autor Sextus Aurelius in Antonio.

Caralitanum, & Caralitani, (quæ huc perperam ingeſta erant) Vide Calaritanum, & Calaritani.

Carbas, λίψ. [Ital. Garbino. Gal. Garbin. Hiſp. Viento abrego. Ger. Der wind ſo von der Sonnẽ nidergãg deſs winters har wäyet.] A Vitruuio appellatur uentus ab occaſu brumali flans, quem uſitatiore nomine Africanum uocamus. Itali Carbinum uocant, nomine à Carba (ut uidetur) deducto.

Carbăſus, pen. cor. κάρβασος, λίνον λεπτόν. [Ital. Lino fine. Gal. Fin lin. Hiſ. Vn genero de lino precioſo. Ger. Ein ſchöne linwaat.] in ſingulari frequentius fœminini generis, interdum etiam maſculini, in plurali uerò neutri. Papinius in Achilleid. Nec mora iam dextras Ithaceia carbaſos auras Poſcit. Propert. Exhibuit uiuos carbaſus alba focos. Apud Valerium Maximum in maſculino genere inuenitur. Ita enim ait lib. 1. Quum carbaſum, quem optimum habebat, foculo impoſuiſſet, ſubitò ignis emicuit. Eſt autem carbaſus genus lini miræ tenuitatis in Hiſpania primùm repertum, ut ſcribit Plin. lib. 19. cap. 1. Ex carbaſo fiebant uela nauium, quæ & ipſa Carbaſa, ἐρμίνα, dicuntur. Virg. 3. Aen. & aurę Vela uocant, tumidoq; inflatur carbaſus Auſtro. Nonius docet Carbaſum eſſe pallium, quo fœminæ amiciuntur opulentiæ cauſa, ut ſerico, aut tenui lino. Virgi. 8. Aen. eum tenuis glauco uelabat amictu Carbaſus.

Carbaſeus, a, um, Ex carbaſo factus, ὁ λίνος. [Ital. Fatto di lino. Gal. De fin lin. Hiſp. Coſa de aquel lino precioſo. Ger. Das auſs ſchöner oder reiner linwaat gemacht iſt.] Cic. 7. Verr. Tabernacula carbaſeis intẽta uelis collocabat. ¶ Carbaſei uenti. Tibul. lib. 1. Poſt hæc carbaſeis humorem tollere uentis.

Carbaſinus, a, um, ut Carbaſina uela, apud Plin. lib. 19. cap. 1. λίνεα καλύμματα. Quint. Curtius, Carbaſinis ueſtib. Indi & Arabes corpora uelant, quæ ſunt auro, purpuraq; diſtincta.

Carbaſineus, a, um: Idem Varro de Vita pop. Roman. libro 4. Eadem poſtea barbaſineo magis, ut pellibus tegerentur togæ.

Carbatinæ, καρβατίναι, Calceamenti ruſtici genus, ex rectiore corio bubulo: unde Carbatinæ crepidæ, apud Catullum. Ariſtoph. libro 1. de Animalibus, ſcribit camelos calciari carbatinis, nec ſcilicet in exercitu longiore itinere fatiſcant.

Carbo, onis, m. t. Propriè dicitur, quum extincta fuerit prunæ, ἄνθραξ. [Ita. Carbone. Gal. Charbon. Hiſp. Carbon. Ger. Ein kolen.] Perſius, Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti. Terent. Adelph. Tam excoctam reddam, atq; arram, quàm carbo eſt. ¶ Aliquando dicitur Carbo, quum eſt ignitus. Plin. li. 18. Et quum cinis in foco concreſcit, & quaſi carbo uehementer perlucet.

Carbuncŭlus, m. t. dimin. Paruus carbo. ἀνθράκιον. [Ita. Picciolo carbone. Gal. Petit charbon. Hiſp. Pequenno carbõ. Ger. Ein kölele.] Plaut. in Moſt. Amburetur miſero ei corculũ, ut carbũculus. Ad Herẽ. li. 4. Ipſe à uicinis cũ teſta ambulans carbunculos corrogaret. ¶ Eſt item Carbunculus, tumor præter naturam, ſine ulceris genus celeriter cruſtam faciens, cum uehementi partis inflammatione: ita dictus à carbonis ignitì ſimilitudine. ἄνθραξ. [Ital. Carboncello. Gal. Apoſtume de charbon. Hiſ El caruoncol. Ger. Ein böſs gifftig geſchwär, Ein Carfũncel oder blaateren.] Eius hæ notæ ſunt: Rubor eſt, ſuperq; eum non minimum puſtulæ eminent, maximè nigræ, interdum ſubliuidæ, aut palliſq. In his ſanies eſſe uidetur, infrà color eſt niger, ipſum corpus aridum & durius quàm naturaliter oportet. Plin. lib. 25 ca. 4. Nomas repurgant, carbunculos rumpſit. Eſt item Carbunculus, Gemma igniti carbonis ſimilitudinem referens, ipſiſq; etiam noctibus lucens, & quibuſdam quaſi radijs refulgens: quæ apud Indos, & Garamantas inuenitur: ἀνθρακίτης. [Ital. Pietra preciosa detta carbuncolo. Gal. Pierre precieuſe appelee eſcarboncle. Hiſpa. El caruoncol piedra. Ger. Ein Carfunckelſtein der zůnacht ſcheynt.] Pli. lib. 37. ca. 7. Principatum habent carbunculi, à ſimilitudine igniũ appellati, quum ipſi non ſentiant ignes: ob id à quibuſdã Apyroti uocati. ¶ Sumitur quandoq; Carbunculus, pro terra, ubi teſſellæ ſapideæ, & nigræ reperiuntur. Palladius, In Ianuario menſe carbunculus, niſi ſtercoretur, macras uineas reddit. Pli. li. 16. Maximaq; ſabulum humidum, aut carbunculum, aut tophaceam formam. ¶ Hinc Carbunculoſus ager dicitur, in quo id genus carbunculi abundant. Col. lib. 3. cap. 11. Nam carbunculoſum agrum niſi ſtercorent imues, macras uineas efficere dixerunt. Plin. lib. 31. cap. 3. Sabulum maſculum, & arena carbunculoſa certas promittit uenas, ſtabilesq; & ſalubres. ¶ Carbunculus præterea in uitibus & arboribus dicitur, quum earum flores adurantur, & ad carbonis ficcitatem nigredinẽmque rediguntur. φρυγιλισμός. Plinius lib. 17. cap. 24. Syderatio tota è cælo conſtat: quapropter & grando iis in cauſis intelligi debet, & carbunculatio, quod pruinarum iniuria euenit. Hæc enim Verno tempore inuitatis, & erumpere audentibus ſatis mollibus inſidens, adurit lacteſcentes germinum oculos: quod in flore carbunculum uocant.

Carbunculo, as, a. p. neut. abſolutum, & Carbunculor, aris, deponens, pro eo quod eſt, carbonis ſimilitudine aduro, ſeu inflammo. φρυγιλίσω. [Ital. Eſſere inflammato come carbone. Gal. Eſtre enflambé & rouge comme un charbõ. Hiſp. Ahornagarſe la tierra. Ger. Brennen oder entzünden wie kolen oder wie ein glůt.] Plin. lib. 15. cap. 1. Succus eorũ carbunculantibus circa oculos ulceribus, & puſtulis, procidentiq; pupillæ efficax. Idem lib. 18 ca. 7. Verum & his ſua iniuria eſt, atq; cæli intemperie carbunculantur, ſuntq; ſemina caſſa, & inania. Idem lib. 18. cap. 28. In hoc temporis interuallo res ſumma uitium agitur, decretorio uuis ſydere illo, quod Caniculam appellauimus: unde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exuſtę.

Carbonarius, ſubſtantiuum, m. ſ. Qui carbones conficit. ἀνθρακεύς. [Ital. Carbonario. Gal. Charbonnier. Hiſpa. Carbonero. Ger. Der da kolen macht, koler.] Plautus in Caſt. Sine modò rus ueniat, remittã ad te uirum Cum ſorca in urbem, tanquam carbonarium.

Carbonarius, a, um, adiectiuum. ἀνθρακικός. [Ital. Di carbone. Gal. De charbon, des apartenantes de charbon. Hiſp. Coſa perteneciente à carbon. Ger. Das zů kolen gehört.] ut, Fornax carbonaria. Carbonarium negotium exercere. Plin. de Viris illuſt. Nam pater eius, quamuis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.

Carcer,

Carcer, ceris, m. ſ. Locus in quo ſeruantur noxii: uel unde cuiq; quis exire prohibetur: quaſi Coarcer, à coercendo, ut docet Varro: quod uincti in eo cuſtodiri prohibeantur. *εἱρκτὴ, φυλακή.* [Ital. Carcere, prigione. Gal. Priſon Hiſp. Carcel, lugar de priſion. Ger. Ein kercker, ein gefencknüß.] Liu. lib. 1. Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ, media urbe, imminens foro ædificatur. Cic. 7. Verr. Cur carcer ædificatus? cur tot ſupplicia in improbos more maiorũ conſtituta? ¶ Vnd & in circo, unde emittebantur equi. Carceres ſunt appellati, quòd coerceátur equi, ne inde exeát, antequam magiſtratus ſignum miſerit. *βαλβίδες, κάγκελλα.* [Ital. Luoco donde ſi partono i cauallí per correre al pallio, le moſſe. Gal. La barriere, ou le lieu duquel partoient les cheuaux pour courir en ieux de prix publiques. Hiſ. La cuerda que emparcia los cauallos. Ger. Schrãcken in welchen die roſs gehaltẽ werden ee dass man sy herauss laist zů dem rennen oder anderem schowſpyl.] Terminum aũt ad cãpi finem, ubi curſum ſiſtunt, Metã dicimus. Hinc metaphoricũs Carceres pro principio, Metã, pro fine ponimus. Et licet quidam dicant in ſingulari tantum ſignificare cuſtodiam publicam, in plurali currentium equorũ repagula, uel funes, qui equis ad metam currere uolentib. opponuntur, Cicero tamen utrunq; indifferenter poſuit. Nam in Catone ſic inquit: Nec uerò uelim quaſi decurſo ſpatio, ad carceres à calce reuocari. Et lib. 4. ad Heren. Quaſi equis ad Olympiacum curſum uenerit, & ſteterit ut emittatur, impudentes q; illos dicat eſſe, qui currere cœperint, ipſe intra carcerem ſtet. ¶ Hinc dicimus, A carcere. *ἀπὸ βαλβίδων*, pro ab ipſo rei principio. Et, A carceribus, *ἀπὸ βαλβίδων*, pro eodem. ¶ Carceres interdum pro furibus, ſeu captiuis poni ſolent: Græcè *δεσμώτας*. idq; per metonymiam, continens pro contentis: quemadmodum etiã Ergaſtula ſæpe accipimus pro iis, qui ergaſtulis ſunt inclu ſi. Cic. in Epiſt. Quacunq; iuit, ergaſtula ſoluit.

Carcerarius, a, um, Quod ad carcerem pertinet. *εἱρκτικὸς, ὁ ἐν τῷ δεσμῷ, ὁ ἀπὸ τῆ δεσμωτηρίου.* Plaut. in Capti. Aegrè mihi eſt, hunc quæſtum facere carcerarium.

Carchedonius, *καρχηδόνιος, σμαραγδίτης.* Genus interminalis æris repertum, uiliſſimum, minimum q; idem fragile, & colore incertum: ac uirẽtium in caudis pauonum, columbarum q; collo plumis ſimile. Alio nomine Smaragditis dicitur. Vide Plin. lib. 17. cap. 5.

Carchẽſium, *καρχήσιον*, Poculi genus. Virgi. 5. Aeneid. Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho. Tradunt Iouem, quando cum Alcmena concubuit, in pretium ei concubitus carcheſium aureum dediſſe. ¶ Eſt autem id uaſis genus procerum, ac circa mediam partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus. ¶ Eſt præterea Carcheſium in nauib. ſuprema pars malo, à qua ueli latera, quæ Cornua uocantur, utrinq; diffundantur: à cuius figura Aſclepiades, referente Macrobio, naſcula eiuſdem nominis dicta arbitratur. ¶ Mali autem nauium in tres omnino partes diſtinguuntur: quarum infima Perna uocatur, media *τραχηλός*, ſuprema Carcheſium. Plura de hoc uide apud Macrobium, Critilũ, & Baytium.

Carchoquios, genus ranunculi, cænulentum in dorſo, habẽs in uentre croceas maculas.

Carcinethron, *καρκινήθρον*, Genus herbæ, quod Græci Polygonon uocant: cuius ſuccus naribus infuſus ſupprimit ſanguinem: & cum uino potus cuiuslibet partis profluuiũ excretiones q; eruentas inhibet. Geniculatam Latini uocant. Plin. lib. 27. cap. 12.

Carcinias, *καρκινίας*, Gemma eſt marini cineri colore. Pli. lib. 37. cap. 11.

Carcinodes, Vide Carcinus.

Carcinõma, penul. prod. n. t. *καρκίνωμα.* [Ital. Cancro. Gal. Chancre, maladie es parties ſuperieurs. Hiſp. Cancer ò canrum. Ger. Der krebs ein krancheit.] Cancer morbus: de quo Plin. lib. 20. ca. 9. Cato de Re ruſt. Et ſiquid in mammis ulceris natum, & carcinoma, braſſicam tritam apponito, ſanum facies. Celſus tria facit eius genera: primum Cacoethes, quum ulcus quidem preſſum eſt, ſed quæ circa ſunt, intumeſcunt: ſecundum ſine ulcere: tertium quod Thymum uocat. Vide plura in dictione Cancer.

Carcinus, pen. cor. m. ſ. *καρκίνος.* [Ital. Gambaro, granchio, Gal. Vn cancre. Hiſp. Cangreio. Ger. Krebs des thier.] Cancer animal, & ſignum cæleſte. Vide in dictione Cancer. Lucan. lib. 9. Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens, Humidus Aegoceros. ¶ Eſt itẽ Carcinus, *καρκίνος*, duorũ poetarũ Tragicorum nomẽ, quorum alter Athenienſis fuit, alter Agrigẽtinus: quorũ ſcripta enumerat Suidas.

Carcinodes, neut. gen. *καρκινῶδες*, Vitium, ſeu morbus, cancri naturam imitans, ſimiliq; modo ſerpens. Plinius libro 20. cap. 17. Narium quoque carcinodes conſumit illitum ex aqua.

Cardaces, Apud Perſas appellabantur, qui ex rapto uiuebant: nam Carda apud eos bellicoſum, & uiolentum ſignificabat. Autor Strabo lib. 11.

Cardamine, *καρδάμινη.* [Ital. Balſamita, menta aquatica. Gal. Mente aquatique. Hiſp. Hierua buene dela agua. Ger. Bachmintz.] Siſymbrij genus eſt, quod Officinæ Naſturtium aquaticum uocant. Vide Dioſc. lib. 2. cap. 117. & Ruel. lib. 2. cap. 60.

Cardãmõmum, *καρδάμωμον*, Frutex eſt amomo ſimilis, odoratus, oblongo ſemine & angulo ſo: metitur eodem modo quo amomum. Vide Plin. lib. 12. cap. 13.

Cardamon, *κάρδαμον.* [Ital. Agreto. Gal. Creſſon alenois. Hiſpa. Naſturcio, malpica. Ger. Brunnen kreſſig.] A Græcis uocatur herba, in hortis paſſim prouenies, quam Latini Naſturtium hortenſe uocant. Cardamum autem dictũ putatur *ἀπὸ τῆς καρδίας*, quòd cor foueat, & in ſyncope illa, quam Cardiacam uocant, plurimum ualeat. Alii diuerſa ratione uſũ, ſic dictum arbitrantur, quòd caput edomet, quaſi *καρδάμωμον*. Nam arcem mentis obſidens ſuo ferit acremento, & ignea ui præditum caput tentat. Capitis tamen uitia purgare creditur: unde ortum eſt prouerbium, *ἔδοις κάρδαμον*, hoc eſt Edeſt naſturtium: in eos dici ſolitũ, quibus ſanum non eſt cerebrum.

Cardax, *κάρδαξ*, ſaltatio obſcœna & Comica, inquit Budæus.

Cardia, *καρδία.* [Ital. Cuore. Gal. Cœur. Hiſp. Coracon. Ger. Das hertz.] Latinè Cor: quanquam etiam à priſcis medicis, teſte Galeno, pro ſuperiori uentriculi orificio ponebatur: quo pacto ipſum etiam Hippocratem aliquãdo loquutum eſſe oſtendit. Hinc factum eſt, ut Cardiacus morbus dictus ſit, non qui cor, ſed ipſum infeſtet uentriculũ: quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & uenenatis, in uentriculo congeſtis, nimio q; dolore ſyncopen afferentibus, quam Cardiacam appellant.

Cardiacos, aci, Pro illo qui cardiaco morbo tẽtatur. *καρδιακός.* Cic. 1. de Diuin. Ego autem haud ſcio an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis. Iuuen. Cardiaco nunquam cyathum miſturus amico. ¶ Eſt & cardia nomẽ urbis in Thracia, ad Melanem ſinum, à cordis ſimilitudine nocata, teſte Plin. lib. 4. cap. 11.

Cardialgia, *καρδιαλγία*, Dolor cordis, & mentis triſtitia. Itẽ uentriculi eroſio, quæ & Cardiogmos dicitur. Vide infrà.

Cardinum, (quòd hic pro naſturtio hortenſi perperam legebatur) uide Cardomum.

Cardiõgmus, mi, *καρδιωγμὸς.* Morbus eſt uentriculi, ortũ habens ex humoribus acribus & mordacibus ipſum uentriculi orificium (quod priſci Græci, teſte Galeno, etiam *καρδίαν* appellarunt) intolerabili punctione eroſione q; infeſtantibus, nonnunquã etiam ſyncopen inducentib. Ea enim pars corporis exactiſſimo tactus ſenſu eſt prædita, propter inſigne par neruorum ad eam à cerebro tranſmiſſum. Quo fit ut dolores ea in parte ſint maximi, quibus quũ uires ferendis pares non ſint, ſolet ſubſequi ea ſyncope, quam ſtomachicam uocant.

Cardiſce, *καρδίσκη*, Gẽma eſt, quæ fit ex draconis cerebro, uiuenti abſciſo: alio nomine Draconitis dicta. Plinius libro 17. capite decimo. Draconites, ſiue draconitis è cerebro fit draconum: ſed niſi uiuentibus abſciſo nunquam gemma naſcit, inuidia animalis mori ſe ſentientis. Igitur mos eſt, ut morientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatur, E Cardiſce.

Cardo, inis, dub. t. Ferramentum circa quod fores uertuntur. *γίγγλυμος, στρόφιγξ, στροφεύς.* [Ita. Gamghero. Gal. Le gond d' un huis ou porte, le piuot d' une porte, le tenon qui ſe met en une mortaiſe. Hiſ. El quicio ſobre que ſe buelue la puerta. Ger. Der angan der thür.] Virg. 1. Aen. Foribus cardo

cardo ſtridebat ahenis. Plaut. in Amphit. Penè effregiſti, fatue, foribꝰ. cardines. Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, ſiue Cardinea, quæ cardinib. præerat, quaſi Cardina. ¶ Cardines etiam dicuntur duæ exili partes immobiles ſibi mutuò oppoſitæ, quarum altera eſt ad Septẽtrionem, altera ad Auſtrum: Græci πόλους uocant: unde etiam ſtella Borealis polo proxima, quæ eſt in cauda minoris Vrſæ, Polaris ſtella uocatur: non quòd ſit polus ipſe, ſed quòd ſua circumuolutione circulum minimum efficiat, cuius polus eſt centrum. Linea autem illa recta, quam Aſtronomi ab uno cardine ad alterum imaginantur, propriè Axis appellatur. Sæpe tamen Coſmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas exili regiones intelligunt, Ortum, Occaſum, Septẽtrionem, & Meridiem. ¶ Cardo etiã in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à Meridie ad Septentrionem: ſicut Decumanus uocatur limes ille, qui ſecat agrum ab Exortu ad Occaſum, ut inquit Plinius, & Columella. ¶ Ponitur interdum Cardo pro opportunitate, καιρὸς, καιρός. Virg. 1 Aen. Haud tanto ceſſabit cardine rerum. Quod Seruius inde tractum exiſtimat, quòd in prouerbio dicitur, Res in cardine eſt. &, Circa id uerti cardinẽ dicimus, in quo ſumma rei eſt.

Cardinatus, a, um, ἐπίλαγος, ἔρυλος: ut Tignum cardinatũ. Vitru. li. 10. ca. 11. Coniuncta capitib. tranſuerſario cardinato tigno, & altero mediano inter duos ſcapos cardinato.

Cardinalis. & Cardineus, Adiectiua ſunt à cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli uſi ſunt pro præcipuo ſeu principali.

Cardinales ſu põtificio iure dictos opinatur Alciat. exemplo ciuilium Magiſtratum. In lib. Off. Theodoſii præfecti. Cardinales appellantur præfecti prætorio Aliani, quòd maiores cæteris eſſent.

Cardopos, κάρδοπος, [Ital. Caſſa dal pane. Gal. Coffre au pain. Hiſp. Caxa del pan. Ger. Brotkaſten, brotkorb.] Significat arcam panariam.

Cardũlis, ἀκανθὶς. [Ital. Cardarollo, Cardellino. Gal. Chardonneret, ou chardonerette. Hiſp. Sirguerito aue. Ger. Ein diſtelfinck, ein diſtelvogel.] Auis parua, capite rubro, alis luteis, albo nigroq; diſtinctis: dicta quòd carduorũ ſemine paſcatur. Plin. li. 10. ca. 29. Minimæ auium cardueles imperata faciunt: nec uoce tantùm, ſed pedib. & ore pro manib.

Cardũus, Herba uulgò nota, à qua Cardueli auis appellata, σκόλυμος. [Ital. Cardo. Gal. Chardon. Hiſp. El cardo generalmẽte dicho. Ger. Ein lede diſtel.] Virg. 1. Geor. Segnis horreret in aruis Carduus.

Care, Vide Carus.

Carectum, Vide Carex.

Cãreo, es, carui, & Caſſus ſum, & caritum, & caſſum, n. ſ. ſecundum Priſcianum, eſt rem deſyderatam non habere: & propriè de eo dicitur, teſte Cicerone, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus. στερῶμαι. [Ital. Mancare, eſſer ſenza. Gal. Auoir faute de ce qu'on uoudroit bien auoir. Hiſp. Carecer. Ger. Manglen.] ita enim ait Tuſcul. lib. 1. Triſte eſt nomen ipſum Carendi, quia ſubijcitur hæc uis, Habuit quis, non habet, deſyderat, requirit, indiget. Et mox, Carere igitur hoc ſignificat, egere eo quod habere uellit: nec eſt enim uelle in carendo, niſi quum tanquam in febri dicitur, alia quadam notione uerbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, quum aliquid non habeas, & non habere te ſentias: etiam ſi id facilè patiare. Hactenus Cicero. Ex quo patet, Carere nõ modò de iis rebus dici, quæ ad noſtrum uſum, naturamq; accommodatæ ſint, ſed etiam de aliis: ut, Carere febri, Carere dolore, Carere moleſtia, & his ſimilia. ¶ Conſtruitur autem hoc uerbum aliquando cũ genitiuo. Terent. in Heautont. Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, Quos cepi, leues, præterquam cui carendum quòd erat. ¶ Aliquando cum accuſatiuo. Plautus in Cur. Sed quid eſt, quòd luber perditum dicere te? P. H. Quia id, quod amo, careo. ¶ Sæpius uerò cum ablatiuo: ut, Carere domo, patria. Cicero pro Milone, Comprehenſus eſt in templo Caſtoris ſeruus P. Clodij, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat: extorta eſt confitenti ſica de manibus: caruit foro poſtea Pompeius, caruit publico: id eſt in forum non uenit, in ſenatu nõ fuit, in publico non uerſatus eſt. Idem de Finib. lib. 1. Itaq; non placuit Epicuro medium eſſe quiddam inter dolorẽ & uoluptatem: illud enim ipſum quod quibuſdam mediũ uidetur, quum omni dolore caret, non modò uoluptatem eſſe, uerumetiam ſummam uoluptatem. Et Epiſtol. Famil. lib. 6. Aegypta ad me uenit pridie idus Aprilis: is etſi mihi nuntiauit te planè febri carere, & bellè habere, tamẽ quòd negauit te potuiſſe ad me ſcribere, curam mihi attulit. Quod autem Plaut. in Curcul. dixit, Caruiſne febris te heri, uel nudiuſtertius? hypallage quædam eſt, & præpoſtera omnino loquutio. ¶ Aliquando ponitur pro abeſſe. Cic. Attic. lib. 9. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimùm togam puram dedi.

Caricus, a, um, pen. cor. καρικὸς. Quod eſt ex Caria: ut Carica charta. Statius 4. Syl. Chartæ Thebaicæque. ¶ Caricus hircus, καρικὸς τράγος. Diogenianus indicat dictũ de uilibus & contemptis. Plato καρικὸν ἀνθρώπιον, Caricũ homuncionem, dixit pro uili nihilq;. ¶ Sic More Carico, σχήματι καρικῷ, fieri dicebatur quod ſordidè incompoſitèq; fiebat, præſertim in rebus obſcœnis. ¶ Carica muſa, καρικὴ μοῦσα. De lugubri aut ruſtica, atq; indocta ſeu moleſta cantione dici ſolitum. Quadrabit in poetam aut oratorem indoctum. ¶ Caricum ſepulchrũ, καρικὸς τάφος. De re magnifica ſumptuoſaq;. Sumptum à Mauſoli ſepulchro quod eſt apud Caras.

Careum, ſiue Carium, Plinio, κάρος. Dioſcoridi, Herbæ genus eſt, gentis ſuæ cognomento ita appellatum, ſemen habens eiuſdem nominis. Athenæus Paſtinacam maiorẽ interpretatur, uulgata paſtinaca multò præſtantiorem. Officinæ Carui appellant. Vide Ruell. lib. 3. cap. 91.

Cărex, fœm. gen. Herba & acuta & duriſſima, ſimilis ſpartho, uliginoſis & paluſtrib. locis plurima naſcens. Ἄκαρις. Virg. 4. Georg. Et carice paſtus acuta. Col. lib. 11. ca. 2. Felix quæq; aut carex obiecuq; naſcitur, Auguſto menſe rectè extirpatur: melius tamen circa Idus Iul. ante Caniculæ exortum.

Carectum, cti, Locus caricibus plenus, Ἀκανών. Virg. 3. Aen. Tu poſt carecta latebas. Col. lib. 6. cap. 11. Melius nemorib. herbidis, & fruteris, & carectis, quam lapidoſis locis durantur ungulæ.

Cariatis, uide Caryatis.

Cãrica, æ, f. p. Genus fici, à loco ſic dictum. Plin. lib. 13. ca. 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores in ficorum genere, caricas, & minores eius generis, quæ coctona uocant. Cic. 1. de Diuinat. Quum M. Craſſus exercitum Brundunii imponeret, quidam in portu caricas Canno aduectas uendens, Canneas clamitabat.

Carico, as, pen. cor. βαρύνω, φορτίζω. Idem eſt quod onero. Hieronymus, Origenes maiora cogitans, propriumq; ingenio ferre non ſufficiens, oneribus maioribus caricabat ſe: & quum ſic incedere non poſſet, ruina magna dejectus eſt.

Cãries, riei, f. quin. Putrilago ex uetuſtate. ἰχώρ. [Ital. Tarlo. Gal. Pourriture de bois & uermoliſſure, moiſiſſure. Hiſ. Carcoma de madera ò de otra coſa. Ger. Schimmel und feule ſo von der elte eines dings kompt.] Lucil. lib. 4. Ne ſæ riculam obſidat caries, ne uermiculiq;. Auſon. Ideas, cariemq; pati te charta neceſſe eſt. Propriè autem Caries in lignis dicitur, quum à uermiculo, qui à Græcis σὶς dicitur, eroduntur. Col. lib. 12. Omnis materia in ædificia ſuccidi debet luna decreſcente, ab undecima uſq; in trigeſimã, quia ſic cæſa iudicatur carie non infeſtari. Plinius, Cedri oleum perunctæ materies nec tineam, nec cariem ſentit. Idem li. 13. Celeriter ea cariem ſentit.

Cãriõſus, a, um, Quod eſt carie plenum. ἰχῶδης. [Ital. Roduto, corrotto da tarli. Gal. Fort uermoulu, pourri & corrompu. Hiſ. Coſa carcomida de carcoma. Ger. Schimlecht rig, wurmſtichig.] Col. lib. 4. Alia ſummouendæ, quæ uel carioſa, uel iuſto breuiora ſunt. Ouid. 1. Amor. Quid precer iratus? niſi uos carioſa ſenectus Rodat. Colum. lib. 1. cap. 4. Quam terram ruſtici uariam, carioſamq; appellant. Vide Catonem cap. 14. & Plin. lib. 17. cap. 5.

Cãrĩna, æ, pen. prod. f. p. Pars nauis eſt, quam aluũ, aut uentrem uocant, hoc eſt ipſa nauis concauitas. τρόπις, γάστρα. [Ita. Il fondo della naue. Gal. Le fond du nauire, la carine. Hiſp. Carena, el hondo dela naue. Germa. Der boden oder bauch des ſchiffs.] Eſt & iuſtima trabs, cui inædificatur nauis, quæq; illi eſt pro fundamento. Ouid. 14. Metamorpho. mediiſq; carina Subdita nauigiis, ſpinæ mutatur in uſum. Idem lib. 2. de Pon. Dum mea puppis erat ualida fundata carina. Cæſar. 2. bel. Ciuil. Carinæ primùm, ac fluminum ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium ſimilibus

contextum

contextum corlis integebatur. Poëtæ καθ' συνεκδοχὴν Carinam pro tota accipiunt naui. Virgilius 1. Georg. Quum iam portum cetigere carinæ. Idem 4. Aene. Huc cursum Iliacas uento tenuisse carinas.

Carinare, Est in modum carinæ formare. τρόπιν δίκην διατίθημι, κυτῶ. [Italicè Fabricare ò foggia di fondo di naue. Gallicè Former en maniere di fond de nauire, caner. Hispanicè, Dar carena al lado de la naue. Germanicè Jn ein gstalt eines schiffbodens machen.] Plinius libro nono, Saliunt pectines, & extrà uolitant, sese & ipsi carinant, id est sua sibi concha instrumentorum porrigunt ad nauigadum, & ceu carinam quandam ex testa efficiunt. ¶ Aliquando Carinare est probra obijcere, quòd qui se mutuis probris infectantur, fiat infimæ sortis homines, sicut & carina nauis pars est infima.

Carinatus, a, um, adiectiuum est à carina deductum, idem significans quod concauus, & in carinæ modũ incuruatus. κυβαῖος, κυκλωτικός. [Italicè, Fatto come un fondo di naue. Gal. Caué & fait en facon de fond de nauire. Hispani dẽ, Hecho ò gaisa de hondo de naue. Germanicè Gebogẽ wie ein schiffboden.] Plinius libro 11. capite 37. Pectus homini latum, tantùm reliquis carinatum, Idem lib. 9. ca. 30. Concham esse acuti modò carinatam.

Carinum, Significat ad similitudinem carinæ.

Carioſos, Vide Caries.

Caritas, Vide Carus.

Cariot, Vide Caryotæ.

Cariſium, antiqui pro uafro usurpabant, & nonnulli à carne deductam putauerunt.

Carmen, n. t. quasi canimẽ à canendo. dicì potest quicquid est metricè scriptum. ὕμνος. [Italicè Verso Gallicè, Chanson, uers, rithme, poesie. Hispanicè El cantar, cancision, uerso. Germanicè Ein gsang, oder gedicht.] Vnde Virgilius tertio Aeneid uersum unum carmen dixit, & rem carmine signo, Aeneas hæc de Danais victoribus arma. Et duos similiter, in Daphnida, tumulo superaddite carmen. Daphnis ego in syluis, &c. Tota insuper Aeneis, heroicum carmen dicitur: item Aeglogæ uniuersæ, carmen bucolicum. ¶ Quandoq; Carmen dicitur incantatio, ἐπῳδὴ, ut, Carmine de cœlo possunt deducere lunam. ¶ Dicebantur etiam Carmina apud ueteres, formulæ quædam conceptis uerbis in solennitatem aliquam compositæ. Vnde Iurisconsulti illi uetustissimi dicuntur habuisse carmina quædam excogitata, à quibus non licebat recedere. Cicero pro Mure. Prætor interea, ne pulchrum se, ac beatum putaret, atq; aliquid ipse suæ sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cum cæteris rebus absurdum, tum uerò nulli usui, Istam uiam dico, inite uiam, &c. ¶ Erant & Saliis sua carmina, quæ Saliaria uocabant, Martì peculiariter dedicata. ¶ Habebant & Feciales suum quoddam carmen ad res repetendas, & bellum indicendum destinatum. ¶ Habebant & Patres patrati sua carmina, quibus ad ferienda fœdera utebantur: quorum formulam depingit Liu. libro primo ab Vrbe cond. ¶ Erat aliud carminis genus in urbium obsidionibus solenne, quo dii tutelares, ne cum Illis quoque bellum susceptum uiderentur, solent euocari. Hoc, teste Macrobio, ferè his uerbis constabat: Si deus, si dea est, cui populus, ciuitasque Carthaginiensis est in tutela: tuq; maximè qui huius urbis tutelam recepisti, precor, uenorq; que, ueniamque à nobis peto, ut eos populum, ciuitatemq; Carthaginiẽsem deseratis: loca sacra, templa, urbẽmque eorum relinquatis: absque iis abeatis, eique populo & ciuitati metum iniiciatis, proditique Romam ad me, meosque ueniatis: nostraque uobis loca, templa, sacra, urbs acceptior, probatiorq; fit mihi populoq; Romano, militibusque meis præpositis fitis, & sciamus Intelligamusque. Si ita feceritis, nouo uobis, templa ludosque facturum. Erat & aliud carminis genus, quo hostium exercitus solent deuoueri, cuius formam Macrobius tradit Saturnal. libro 1. cap. 9.

Carmino, as, are, a. p. Est pectere, & lanas ab immunditiis repurgare. πτίσσω, διαξαίνω. [Itali. Pettinare. carminare. Gallicè, Carder ou peigner la laine. Hispanicè Carmenar ò cardar lana. Germanicè Die wollen streychen, oder scübren.] Plinius libro 19. capite primo, Iustum est è quinquaginta taſciculis libris quinos denos carminari. Idem libro nono capite 18. Quinis lana porat horis, rursusq; mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem.

Carminatio, s. t. uerbale, πτισμὸς, διάξανσις. Plinius libro 11. Hanc ab his quoq; gigni, subigiq; unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

Carminatores dicti sunt, qui lanas pectunt, easq; ab adhærentibus sordibus repurgant.

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificium, Carnarij, Carnoſus, Vide Caro.

Cāro, nis, f. t. Propriè mortuorum animalium est, quòd cæ rẽt ánima, inquit Donatus. κρέας, σάρξ. [Italicè, & Hispanicè Carne. Gallicè Chair. Germanicè Fleisch.] At Hieronymus inter Carnem & Polpam sic distinguit, ut caro sit quæ sanguine, uenis, ossibus, nerusq; constringitur: pulpa, quæ manducatur, cò quòd palpetur, & concidatur. Plinius libro sexto capite 40. Agriophagi, pantherarum & leonum carnibus maximè uiuentes: Pamphagi, omnia mandentes: Anthropophagi, humana carne uescentes. ¶ Et nõ solùm de animalibus, sed etiam de piscibus pomisq; Caro dicitur. Plinius libro nono capite 17. de mullis piscibus: Et aliorum piscium carne. Idem libro 16. capite 18. Atque in toto corpore arborum cutis, sanguis, caro, nerui, uenæ, ossa, medullæ. Quidam hoc nomen à Græco derivant: κρέας, à quo fit Creo uerbum.

Carnarius, Qui carnes uẽdit: ac etiam qui carne delectatur. κρεοπώλης. [Italicè Beccaio. Gall. Boucher, ebertier. Hispanicè Carnicero, amador de carne. Germani. Ein metzger.] Mart. libro 11. Carnarius sum, pinguarius sum. Hoc est, carnosa muliere delector, pingui non delector.

Carnarium, n. s. τὸ κρεῶον. [Itali. Carnaio. Gallicè, Salloir. boucherie. Hispanicè Lugar donde guarda la carne. Germanicè Ein fleischkamer, ein ort da mã dass gesaltzen fleisch auffhencket oder hinlegt.] Propriè locus, ubi caro salsa suspenditur, seu reponitur. Plinius Quippe è macello, aut carnario uiuendum est. Plautus in Capt. Aduenienis modò de turbauit totum cum carne carnarium. ¶ Quãdoq; etiam dicitur locus ubi carnes tantummodo uenduntur. κρεοπώλιον. Plaut. Cœnam è carnario emi, iam factus satur. Varro Tabernam carnariam uocat. ¶ Interdum Carnarium accipitur pro ipsa carne, sicut Cibarium pro cibo. Plautus Qui mihi carnarium parauit, ridiculus, ad ientandum. ¶ Carnarium item instrumentum dicitur cum pluribus uncis, quibus succidiæ, hoc est carnes solitæ appenduntur.

Carnarius, a, um, Quod ad Carnẽ pertinet. σαρκικὸς: ut Carnaria taberna, ubi carnes uenduntur.

Carneus, a, um, Quod ex carne est. σαρκώδης. [Ital. Di carne. Gallicè De chair. charnel. Hispanicè Carnal, cosa de carne. Germanicè Fleischin.] Cors. Gallus, Carnis ad officium carnea membra placent.

Carnifex, m. t. Qui carnes ex hominibus facit. δήμιος. [Italicè Boia, manigoldo. Gallicè Boucher, bourreau, meurtrier. Hispanicè Sayon. ò verdugo delos hombres. Germanicè Ein nachrichter, ein henckter.] Cic. 7. Verrina Aderat janitor carceris carnifex Prætoris, mors terrorq; sociorum, & ciuium lictor. ¶ Hinc Excarnifico, as, pro excrucio. Terentius in Heaut. Huiusmodi semper comminiscere, uti me ex carnifices.

Carnificina, æ, f. p. penult. produ. Locus publicus, in quo iussa magistratus homines sontes à carnificibus occiduntur. κολαστήριον. [Italicè, Luogo. della giustitia. Gallicè Lieu ou on fait mourir les malfaicteurs, gibbet, rueric. Hispanicè Lugar donde atormentan los hombres. Germanicè Ein Richtstatt, Ein mallstatt da man die vbelthäter ertödet.] Plautus, Quid si desperatis rebus carnificinam petat? Suetonius de Tiberio, Carnificinæ eius ostenditur locus Capreis, unde damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari coram se in mare iubebat. ¶ Carnificina item dicitur ipsa excarnificatio, & cruciatus. Plautus in Capti. Vel carnificinam hanc facilè possunt perpeti. Cicero pro Sestio, Non ea est medicina, sed carnificina, atq; crudelitas. Cato, Carnificinas dixit plurali numero, pro tormentis & crudelitatibus. βάσανοι. Vbi societas (inquit) ubi fides malorum, insignitas iniurias, plagas, uerbera, ubices, eos dolores atq; carnificinas per dedecus atq; ignominiam te facere ausum esse? Plautus in Ciste. singulari usus est: Credo ego amorem primum apud homines carnificinam cõmentum. Cicero 2. Tuscul. per translationem usus est, Nã quum omnis perturbatio misera est, tum carnificina est

egritudo, quia inſtar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum excarnificatum atq; conficit.

Carnificium, n. ſ. Ipſe actus carnificis, quod & Carnificina dicitur. ¶ Carnificium cribrum, adiectiuè legitur apud Plautum in Moſtel. O Carnificium cribrũ quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per uias Stimulis.

Carnifico, as, aũ.p. Corpus humanum in fruſta diſſeco, more carnificis, σχίζω, ἀνατίμνω. [Italicè Stracciare, sbrenare. Gallicè Tuer en bourreau, faire mourir. Hiſpanicè Deſpedacar. encarnicar. Germanicè Eines menſchen leyb in ſtuck zerhawen] Liu. 4. bell. Pun. Quod ubi tribuni militũ Graccho nuntiauerunt, neminem ſtantem iam uulnerari hoſtem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladijs humana capita eſſe, ſignum dari properè iuſſit.

Caruiuõrus, penultima corre. Carnes uorans, σαρκοφάγος. [Ital. Deuoratore di carni. Gal. Qui deuore & mange chair. goulu de chair. Hiſpanicè Tragador de carne. Germani. Fleiſchfreſſer.] Vnde dicimus aquilam carniuoram, quòd carnibus uescatur. Plin. lib. 10. Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

Carnoſus, a, um, Carne, ſeu muſculis abundãs: ut Carnoſum femur, Carnoſum palatum. πολύσαρκος. [Italicè Carnoſo, graſſo corpulento, pieno di carne. Gallicè Charnu. Hiſpanicè Coſa de mucha carne, carnuda. Garmanicè Fleiſchecht ig.] Plinius libro 11. capite 17. Sed in guſtatu linguæ uice carnoſum aquatilibus palatum.

Carnulentus, Adiectiuum, Idem quod Carnoſus. Solinus capite 62. Sunt enim illis reciprocis quibuſdam pulmunculis ueſtigia carnulenta. De camelis.

Carnoſitas, Muſculorum plenitudo, qualis in obeſioribus eſſe conſueuit, πολυσαρκία.

Caruncula, A Caro diminutiuum eſt. σαρκίον, πρόσλιον. [Italicè Carnicina. Gallicè Vn peu de chair un morcelet de chair. Hiſpanicè Carne poca ò pequenna. Germanicè Ein fleſchlin fleiſch]. Carnicula uerò à Carnis nominatiuo antiquo Cicero 2. de Diui. An tu, inquit, caruncula ui tulinæ manis, quàm Imperatori ueteri cedere? Celſus, Si uuina craſſa caruncular quaſdam exiguas, quaſi capillos habet.

Caromemphitæ, Vide Caricon.

Caton, Athenæus paſtinacam maiorem eſſe putauit, & multo præſtantiorem ſapore, quàm paſtinacam uulgarem lib. 9. Dipnoſoph.

Caros, κάρος. Crapularis redundantia: à καρόω pertorbo, uexo, agito: ſeu à κάρηνον, quod eſt capite aggrauor, obliuior uelut ab oppreſſura capitis & ingenij offenſione. ¶ Apud Medicos Caros eſt ſomnus iuſto profundior, prouenit ex humore frigido, cerebrum, & præcipuè anteriores eius uentriculos occupante, ſenſumq; pariter & motum ad tempus impediente, ſpiratione tamen integra relicta. Hæc Gal. lib. De locis affectis cap. 1.

Caros, κάρος Dioſcoridi lib. 3. ſemen eſt exiguum, aniſo proportione reſpondens, cuius radix paſtinacæ modo Eſtur, ab Edo. Plaut. & Ouid. eſtur Plin. Careũ, ſiue Carium dicitur, Officinis Carui.

Cărõides uenæ, καρωτίδες φλέβες, Circa colli iugulum ſunt, quæ & σφαγιτίδες Ariſtoteli, id eſt iugulares dicuntur. Carotides appellatæ, quòd iis uehemẽtius compreſſis Caros morbus gignatur.

Carpa, piſcis Cyprinus, alijs quibus Carpano.

Carpathon, periclimenon. Dioſcoridi libro quarto cap. 14.

Carpentum, n. ſ. Vehiculi genus, ita dictum, quaſi Carmentum, à Carmẽta Euandri matre. ὄχημα. [Italicè Cocchio, carretta. Gallicè Vn chariot branlant. Hiſpanicè Vn cierto genero de carro. Germanicè Ein gatteung der wagen, ein rollwagē.] Ouidius libro primo Faſt. Nam prius Auſonias matres carpenta uehebant: Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor. Plinio de uiris illuſt. A qua luſſa turba recedere, quum domum redire, uiſo patris corpore, molionem cuntantem ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit.

Capentarius, naſc. ſ. Faber qui carpenta facit, faber lignarius. ἁμαξουργός. [Italicè Legnaiuolo. Gallicè Charpentier. Hiſpani Carpintero Germani. Ein wagner.] Hieronymus, Carpentarius artifex fecit ſcamnũ. ¶ Carpẽtarius equus, qui carpentum ducit. ¶ Carpentarium opus, quod ad fabrum lignarium pertinet.

Carpheorum, Thuris genus puriſſimum & candidum, quod autumno legitur ex parte æſtiuo. Autor Plinius lib. 12. cap. 14.

Carphos, Herbæ genus, quæ alio nomine Fœnogræcum dicitur, & Bucaras à ſimilitudine cornuum bouis: à nonnullis etiam ęgoceras quòd ſemen eius caprarum cornibus ſimile ſit Græci τῆλιν nominãt. Plinius lib. 24. capite 19. Nec fœnogræco minor autoritas, quod Telin uocant alij Carphos. [Italicè Fien Græco. Gallicè Senegrè Hiſpanicè. Alforuas, alholuas. Germanicè Griechiſch hów in der Apotec.]

Carpinus, penultima corr. ſύγα, Arbor nota de acerum genere Columela lib. ſexto Quinetiam cornus, & carpinus, & ornus, nonnunquam & ſalix à plerisq; in hoc ipſum diſponitur. Palladius, Carpinus ultima arbor.

Carpineus, a, um, Ex Carpino factum. Plin. lib. 17. cap. 41. Hygnus manubria ruſticis carpinea fieri iubet.

Carpio, onis, m. r. à Benaci lacus accolis appellatur piſcis uni huic lacui peculiaris, quę aureis arcnulis uictitare traduntur. Cane autem accipias pro illo piſce, quem Carpam uulgò dicimus: nam longè ab eo diuerſus eſt. Vocatur autẽ Carpa à quibuſdam Cyprinus.

Carpo, pis, carpſi, ptum, Decerpo. ἁρπάσω. [Ital. Torre, carpire, pigliar ſenza uiolenza. Gallicè Cuillir, prendre doucement, tier & oſtre ſans uiolence. Hiſp. Tomar ſacar ſin uiolencia, coier. Ger. Nemmen, Abbrechen, ergreyffen.] Virgilius. Aeglo. 9. Inſere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes. Idem 3. Georg. Lucifer primo cum ſyderi frigida rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina carent. ¶ Item eligere. Terentius in Adelph. Vnumquodq; quod erit beliſſimum carpam. ¶ Item reprehẽdere, διασύρω. Martialis, Carpere uel noli noſtra, uel ede tua. ¶ Ab hac ſignificatione ortum eſt Adagium, Carpet citius aliquis, quàm imitabitur, μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Apte dicitur de re quapiã artis abſolutæ atq; inimitabili. nã res egregias multò procliuius eſt carpere quàm æmulari. ¶ Item ædere: ut Carpit enim uires paulatim, uritq; uidẽdo Fœmina. ¶ Carpere uiam, eſt ambulare. ¶ Carpere nitales auras, eſt haurire ſpiritum. ¶ Carpere lanam, eſt pectere, attenuare, ξαίνειν ἔριον. Virgilius libro 1. Georg. Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſciuere hyemem. ¶ Carpere linum, eſt euellere. ¶ Carpere cibum, eſt paſci. ¶ Compoſita ſunt, Decerpo, Excerpo, & Diſcerpo. de quibus uide ſuis locis.

Carptim, aduerbium, Hinc atq; illinc carpendo, non ipſam ſeriẽ ſequendo. ἀκροτιχῶς. [Ital. Per particelle, ſegliendo di qui & di là. Gall. Par ci par la, en recueillant & prenant çà, & par parlacelles. Hiſp. A pedacos. Ger. Hin und wider on alle ordnung abgebrochen oder genommen.] Saluſt. in Catil. Statui res geſtas populi Rom. carptim, ut quæq; memoria digna uidebuntur, perſcribere.

Carptus, huius carptus, m. q. & Carptura, ræ, ἁρπάγη, ἁρπαγμός. [Ital. Scarpimento. Galli. Cueillement. Hiſpa. Obra de coger, cogimiento. Germa. Abbrechung, Abzwickung.] Ipſe decerpendi actus, & nonnunquam id quod decerpitur. Plin. lib. 14. cap. 10. Flos cuiuſq; generis trium digitorum carptu, dyſenterias & aluum citam emendat, in uino auſtero bis die potus, hoc eſt quantum tres digiti decerpere poſſunt. Var. 1. Re ruſt. cap. 16. Nec non etiam aliud diſcrimen ſequantur in carptura &c.

Carptor, oris, m. r. uerbale διασυρτής. [Ital. Carpitore. Galli. Repreuner. Hiſpa. Reprehendedor. Germ. Ein ergreyffer.] Qui reprehendit. Gellius libro 19. capite ſeptimo Quale illud eſt, quod uitoperones ſuos, ſubducti ſupercilij carptores appellauit.

Carpobalſamum, n. ſ. καρποβάλσαμον. Balſami fructus eſt. Nam καρπὸς Græcis fructum ſignificat. Vide Plini. libro 12. cap. 25.

Carpŏphŏrus, penultima. correp. καρποφόρος. Latinè fructifer. Hieronymus ad Euſt. de morte Paulæ: Saluę Ephesina regio uberrima, atq; καρποφόρα, cuius ſterilitas Deus eſt. Fuit etiam Carpophorus proprium nomen cuiuſdam ex familiaribus Domitiani Cæſaris, cuius in conficiendis feris dexteritatem extollit Martialis in Amphitheatro.

Carptim,

Captim, Carptus, Carptura, Carptor. Vide Carpo.

Carophyllon, li, *καρυόφυλλον*, Genus lauri, non niſi in montibus naſcēs, foliis mollioribus: unde etiam ad opera topiaria longè aptiſſimum perhibetur, & ad coronas conficiendas accommodatiſſimum: de quo Plinius libro 15. cap. 30.

Carpos, finis oſsis parapechii. Plinius uocat Brachiale, oſsibus compactum octo, cui quod præiacet, Procarpion uocant.

Carrago, à quibuſdam uſurpatur pro curribus, reliquiſq; caſtrorum impedimentis, quæ Galli etiam Carragium uocant.

Carrus, & Carrum, Currus quatuor rotarum, cuiuſmodi erāt quibus exercituum impedimenta uehebantur: à ſono, ut quidam putant, & rotarum ſtridore dictus, *ἅρμα, ἅμαξα*. [Ital. Carro. Gal. Char ou chariot. Hiſ. Carro ò carreta. Germa. Ein karren.] Cæſar, Inter Carros, impedimenta q; prælium commiſerunt. Hirtius lib. 6. Pompeius eo die per angustias carra cōplura, multoſq; laniſtas retraxit, Cæſ. bell. Gal. lib. 1. Alteri ad impedimenta & carros ſuos ſe contulerunt.

Carruca, pen. cor. f. p. Genus uehiculi duas habēs rotas, quod à Ciſium dicitur. *Δίτροχον, ἁμάξιον*. [Ita. Carrucola. Gal. Petit char ou charior. Hiſ. Carreta para llenar cargos. Ger. Ein karren mit zweien rederen.] Martial. lib. 5. Nec feriatus ibat ante carrucam. Plin. lib. 33. cap. 11. At nos carrucas etiam gemino cælare inuenimus.

Carrucarius, *ἁμαξεπαγής*. [Ital. Charetiere. Gal. Charetier. Hiſp. Carretero. Germa. Ein karrer.] Qui carrucam regit. Vlp. in l. Item quæritur. in princ. ff. locat. Si ciſiarius, id eſt carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit.

Carrucarius, a, um, *ἁμαξικός*, Quod ad carrucam pertinet. Pompon. Pleraſq; mulas carrucarias tales eſſe, ut tranſiungi non poſſint.

Cartallus, li, m. f. *καρταλλος*, Græca dictio ſignificans canaſtrum.

Carteſius, a, um, ut Litus Carteſium, in quo freti angustiæ ſunt.

Carthegon, Pœni granum eſt, Plin. lib. 17. cap. 30.

Cartilago, inis, f. t. Pars ſimilaris corporis ex ſpermate geniti, quæ tamen neq; oſs eſt, neq; caro, ſed quoddam intermedium, qualis eſt tota auris, & extremæ partes oſſium motorū. *χόνδρος*. [Ita. Cartilagine, tenerume, come è quel de l'orechie. Galli. Cartilage, tendron ou tendrillon, cõme celuy de l'oreille ou du nez. Hiſp. Ternilla. Ger. Knorpelbein.] Plin. lib. 11. cap. 4. Inſecta non uidentur habere cartilaginem. Idem lib. 9. cap. 24 Planorum piſcium alterum eſt genus, quod proſpina cartilaginem habet.

Cartilagineus, a, um, Quod ex cartilagine conſtat. *χονδρώδης*. [Ita. De cartilagine. Gal. De cartilage. Hiſ. Coſa de ternilla. Germa. Von knorpeln oder knorpelbeinen.] Plin. lib. 11. cap. 37. Sed auriculæ omnibus, exceptis quæ cartilagena appellauimus.

Cartilaginoſus, a, um, *χονδρώδης*. Plin. lib. 12. cap. 25. Quod maximè laudant cartilaginoſum, purum, ad ſimilitudinē ammoniaci, minimeq; lignoſum.

Caryl. Thymalus apud Dioſc. lib. 4. cap. 168.

Carunculæ, Vide Caro.

Carus, a, um. Idē eſt quod gratus, dilectus, ineſtimabilis, *τιμιώτατος*. [Ital. Caro pretioſo, dilecto. Gal. Cher, precieux, Hiſp. Acariadecido, caro en precio. Germa. Lieb, angenehm, theūr, köſtlich.] Virgilius quarto Aeg. Cara deum ſoboles. Cicero poſt reditum ad Quirites. Mihi uero propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, uitæ ſunt meæ cariores. ¶ Et quia quod omnib. gratū eſt, magno pretio ſolet uendi, hinc eſt factū ut Carum etiam ſignificet quod magno conſtat. Cicero ſecundo de Diuin. Futuram annonam in macello cariorem fore. Sunt qui ita diſtinguant, ut Charus per aſpirationē, ſignificet idē quod dilectus. Carus ſine aſpiratione, quod magno uenditur. Hanc tamen differentiam non eſſe ueram, uel ex eo ſolū offenditur, quod alterum ſignificationem ex altera uidemus eſſe deflexam. Satius itaq; erit utrūq; ſine aſpiratione ſcribere, quum dictiones ſint prorſus Latinæ. Nam iis qui à Græca dictione *χάρις* deduci uolunt, refragatur primæ ſyllabæ quantitas, quæ in dictione Carus producitur, quum *χάρις* eandem corripiat.

Carè, aduerbium à Carus, *τιμιώτατα*. [Ital. Caramente, de gran pretio. Gal. Cherement, à grand pris. Hiſp. Mucho preciando. Germa. Theūr, in groſſem werd.] Magno pretio, & pluris quàm pro rei ualore: ut, Carè æſtimare, Carè uenire. Ci. ad Brutum, Valde carè æſtimas tot annos, quot iſta ætas recipit. Varro, Quæ pingues, uenerunt carè.

Cāritas ſine h, à careo, ſignificat exuberans rei alicuius pretium ex penuria ferè & raritate prouenientis. *τιμιότης*. [Ital. Careſtia, inopia. Gal. Charté, grand pris. Hiſp. Careſtia ò careza de precio. Ger. Theūre, koſtlikeit.] Ci. 5. Verrina, Biēnio prouinciam obtinuit, quū alter annus in utilitate, alter in ſumma caritate fuerit. Liu. lib. 22. Caritas primùm erat annonæ. Differunt autem Caritas & Inopia, quòd Caritas ſit rerum penuria, quæ adhuc extant: Inopia earum, quæ non extant. Cic. pro Domo ſua, Qua ex re primùm caritas nata eſt, deinde inopia.

Caryatides, Statuæ muliebres in ædificiis, ut ait Vitruuius, ſicut uiriles, quæ mutulos, aut columnas ſuſtinent, Telamones à noſtris, *ἀτλάντιες* à Græcis appellatæ. Nam cuerſa Caria Peloponnenſi ciuitate, & interfectis uiris, matronæ in ſeruitutem adductæ fuerunt: nec paſſi ſunt uictores eas ſtolas deponere, ut æterno ſeruitutis exemplo graui contumelia preſſæ, pœnas pendere uiderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc architecti fuerunt, earum imagines ædificijs publicis deſignauerunt oneri ferendo, ut etiā poſteris pœna Caryatidum memoriæ traderetur.

Caryca, pen. corr. *καρύκη*. Genus edulii ex ſanguine & uariis condimentis conſtans, quod & *καρύκευμα* à Græcis dicitur. Vide Cæl. Rhod. lib. 2. capite 23. ¶ Carica uerò per i noſtrum ficus genus eſt, ut ſuprà docuimus ſuo loco.

Caryites, per tres ſyllabas, media producta, Tithymalli ſpecies, foliis myrti acutis & pungentibus. Vide Plin. libro 26. cap. 8.

Cārȳon, neut. genere *κάρυον*, Quamuis Græcis generale ſit ad omne nucis genus uocabulum, unde *κάρυον μυξωτὸν* auellanam, & *κάρυον βασιλικὸν*, iuglandem appellant; peculiariter tamen, *κατ' ἐξοχήν*, hoc ſibi nomen iuglandes uendicarunt. Plin. li. 15. ca. 22. Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum.

Caryneus, a, um, adiectiuū: ut, Caryneum oleum. Idem libro 23. capite quarto, E nuce uerò iuglande oleum, quod caryneum appellauimus alopecijs utile eſt, & tarditati auricum infuſum.

Cārȳōpos, pi, *καρύοπος*, Genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plinius libro 12. capite 18. In Syria gignitur & cinnamon, quod Caryopon appellant. Hinc eſt ſuccus nuci expreſſus, multum à ſurculo uerè cinnami differens, uicinis tamen gratia.

Caryotæ, ſiue Caryotides, *καρυωτίδες*, Palmulæ genus eſt in Iudæa præcipuè circa Hiericuntem naſcens: ita appellatū à capitis grauedine, quam gignit. Plinius libro 13. cap. quarto, Ab his caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidē, ſed & ſucco uberrimæ: ex quibus precipua uina Orienti, Iniqua capiti: unde pomo nomen. Varro libro ſecundo, Non ſcitis palmulas caryotas Syriam parere, inuectas in Italiam non poſſe? Papin. in Sylnis, Prægnantes caryotides cadebant.

Caryum, Vide Carya.

Cāſa, f. p. Domus ruſtica: ita dicta, quaſi cana, ut non nulli exiſtimāt, eò quòd primi agricolæ in Cauis montib. habitarint: eſt in antris ſolerēt habitare *καλιάν*. [Ita. Coſa. Gal. Logette, maiſonnette, tente. Hiſp. Coſa pagiza à choca. Germ. Ein ſchlechts bauweren heuſslin, ein hütten.] Alij à caſu, id eſt ruina deductum malunt: propterea quod ruſtica ædificia, quum ex leuiore ferè materia conficiantur, minus ſint diuturna, magisq; ruinæ obnoxia. Virgilius ſecunda Aeg. Atq; humiles habitare caſas, & figere cerros. Hirtius libro ſexto, Et harpagones ad caſas, quæ ſtramentis ab noſtris hybernorum cauſa ædificatæ erant diuuendas. Varro ſecundo de Re ruſt. capite 10. Qui autem ſunt in ſaltibus, & ſylueſtribus locis paſcunt, & non in uilla, ſed caſis, repentinos imbres uitant. ¶ Fores habet tritas, ut paſtorum caſæ *τὴν θύραν ἔχα τετριμμένην ὥσπερ αἱ ποίμναι*. Ironia prouet

bialis in homines inhoſpitales, aditu difficiles, ſibi nocentes, ſemper occluſis foribus: quòd paſtores procul ab hominum commercio ſemotos uix unquam quiſquam interuiſat. Diogenianus.

Caſula, pen. corr. *καλυβάλιον* diminut. Plin. lib. 35. cap. 10. Caſula Protogenes contentus in hortulo ſuo,

Caſabundus, Crebrò cadens, *πτωτικὸς*. Feſtus.

Caſaria, Dicitur mulier quæ caſam cuſtodit *κλωστὶς*. Feſtus.

Caſcus, ca, cum, *κάσιος*. [Ital. Vecchio. Gal. Vieil, ancien. Hiſp. Coſa muy antigua. Ger. Alt.] Significat uetus: cuius uerbi origo Sabina eſt. Ennius, Quàm primùm caſci populi genuere Latini. Refert Varro Manilij nomine celebratâ fuiſſe hanc ſententiam, Caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt, id eſt uetulam nupſiſſe ſeni. Vide Eraſmi Adagia.

Cāſeus, m. ſ. A cocundo, uel (ut inquit Varro) à lacte coacto dicitur. *τυρὸς*. [Ital. Formaggio. Gal. Fourmage. Hiſp. Queſo. Ger. Käſs.] Nam fit ex lacte coagulato, hædino in primis, uitulinóue coagulo. Virgil. in Buco. Pinguis & ingratæ premeretur caſeus Vrbi. Cice. de Senectu. Villa quæ tota locuples eſt, abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. ¶ Caſeus mulſeus, id eſt recens & mollis, qui magis alibilis, quàm uetus & aridus. Caſeus oxygala lacticus commendatur à Galeno, dicitúrq; quaſi acetoſum lac. nam Græci *τὸ ὀξὺ* acetum uocant, & *γάλα* lac. ¶ Caſeorum uaria genera uide apud Plinij lib. 11. cap. 42. Herm. Barb. in Corol. lib. 1. & prox. Supra Caſeus Gallicus. Laus apud priſcos erat præcipua Caſeo Nemauſenſi (Sic enim à ciuitate Galliæ nominatur) cuius meminit Plin. lib. 11. qui ſcribit: Caſeo Nemauſenſi fuiſſe commendationem, ſed muſteo tantùm & recenti. Vide Colum. lib. 12. cap. 16. Caſeus ex quibus fit, deq; eius natura, uide Dioſcoridem lib. 2. ¶ Si caſeum haberem, non egerem opſonio. *Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἰδιώμην ὄψον*. Dicendum ubi quis minimis nilúſimiſq; cõtentus. Refertur apud Plutar. in Laco.

Caſeale, lis, neutri generis, Locus aluo exonerandæ deſtinatus: quam Sellam familiarem uocat Varro, Col. lib. 2. cap. 15. Nam ubi greges quadrupedum uerſantur quædam quotidie, ut culina, & caſeale: quædam pluuijs diebus, ut bubilia & ouilia debent emundari. ¶ Sunt tamen qui exiſtimãt Caſeale declarare locum in quo aut fit, aut ſeruatur caſeus, *τυροκομεῖον, τυροφορεῖον*. locumq; Columellæ ſic intelligi debere, ut caſeale: hoc eſt locus confidendi caſei) ſicut & culina quotidie purgetur.

Caſearius, a, um, adiectiuum, A caſeo formatum: ut Taberna caſearia. Vlpia. l. ſicuti paragraph. Ariſto. ff. ſi ſeruit. uend. Ariſto Cerelio Vitali reſpondit, non putare ſe, ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ædificia iure immitti poſſe, niſi eius rei ſeruitutem talem admittat, *τυροκομεῖον, τὸ τυροπάλιον*.

Cāſſa, unico ſ. quamuis apud Græcos *κασσία* gemino *σσ*, ſcribatur, Frutex ab Theophraſto, ſalicis amerinæ magnitudine, multis ſurculoſiſq; brachiatus ramis, craſſiore quã cinnamomum, ſarmento, ſoloq; cortice commendatus. Virgilius ſecundo Geo. Nec caſia liquidi corrumpitur uſus oliui. Dioſc. lib. 1. tria facit præcipua caſiæ genera: unum ex nigro purpuraſcens, & roſæ odorem referens. Zyget appellatum: alterum longius & anguſtius & fiſtulis plenum, aromatum & uini miſtum odorem repræſentans: quod Arabum lingua Lada, ab Alexandrinis autem mercatoribus Daphnitis dicitur. ¶ Tertium genus, ſuperioribus paulò uilius quod Rubum moſylicum nocitarunt. ¶ Hyginus autor eſt, à Latinis Caſiam appellari cocci Cnidij fruticem, quem Græci Cnecorum uocant, & Thymelæam: cuius folia & in coronamenta ueniunt. Vnde eſt illud apud Virg. 2. Aeglo. Tum caſia, atq; alijs intexens ſuauibus herbis, quanquam ibi caſiam herbam quandam, non fruticem uidetur deſignare. ¶ Caſia fiſtularis, *κασσία συριγγώδης*. à recẽtioribus medicis appellatur, quam ex doctoribus nonnulli Siliquam Aegyptiam malunt nominare. Eſt autem ſiliqua oblonga & teres, concretum atramentum continens, non una coaleſcens ſerie, ſed ex interuallis ligneſis tenuibuſq; membranis ſeptum, oſſiq; quædam habens immerſa, non diſſimilia iis, quæ noſtra præfert ſiliqua.

Caſignẽte, *κασιγνήτη*, Herbæ genus eſt, apud Plin. libr. 14. cap. 17. ita dictum, quòd ſui generis herbis tantùm naſcatur. Eandem & Dionyſio nymphantem appellant, quòd nimio mire conueniat.

Caſmar, Senex dicitur, Oſcorum lingua. Feſtus.

Caſo, as, are, A cado, frequentatiuum. Vide Cado.

Caſſis, huius caſſis, maſculini generis, tert. decl. Rete præſertim uenatorum, quòd caſum, hoc eſt rarũ ſit *ἀπάτημα*. [Ital. Rete. Gall. Vne rez à uenerr. Hiſp. La red. Ger. Ein garn oder Jegeren.] Vnde & à raritate dictũ. Ouid. 1. de Arte. Incidit in caſſes prædas petita meos. Virg. 4. Georg. aut in uiſa Mineruæ in foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.

Caſſiculus, diminutiuum à Caſſis, Pro reti *ἀκρυστὸν*. [Ital. Picciola rete. Gal. Petite rez. Hiſp. Pequenna red. Ger. Ein klein garn oder netz.] Hieronymus, Nequaquam aranearũ mihi opponas caſſiculos. ¶ Dicitur & Caſſiculum neutri generis. Feſtus. Caſſiculum, reticulum, à caſſibus per diminutionem dictum.

Caſſis, huius caſſidis, fœmin. generis, tert. decl. Galea, quòd uacua ſit ad caput recipiendum *κέρυς*. [Ita. Elmo, elmeto. Gal. Heaume, armet, teſtiere, ſalade, baſſinet. Hiſpa. Capacete. Ger. Ein helm, ein eyſen hůt.] Plaut. in Trinum. Mihi & pharetrã & ſagittas ſumpſero, caſſidem in caput. Iuuenalis, Fracta de caſſide boccula pendens. Cæſar 7. Bell. Gal. Mulionesq; cum caſſidibus, equitum ſpecie, ac ſimulatione circumuehi iubet. ¶ Dicitur & Caſſida, 2. Propertius, Aurea cui poſtquam nodauit caſſida frontem. Virgil. 11. Aeneid. Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea uati Caſſida. Vbi Seruius. Caſſida, accuſatiuus Græcus pro nominatiuo Latino Caſſis.

Cāſſita, pen. prod. ſ. p. Auis, quam alii Alaudam, alii Galeritam dicunt. *κορυδαλός*. [Ita. Lodola. Gal. Alouette. Hiſpa. Copado o ceguiada, aue conocida. Ger. Ein lerch.] Plini. li. 10. ca. 37. Vide apud Gellium apologum de caſſita, lib. 2. cap. 29.

Caſſiteros, penul. corr. *κασσίτερος*. Latinè plumbum albũ dicitur. Plin. lib. 34. cap. 16. Plumbi duo genera, nigrum atq; candidum. Pretioſiſſimum candidum à Græcis appellatũ caſſiteron. ¶ Vnde Caſſiterides, *κασσιτερίδες*, inſulæ decem in Oceano, ex aduerſo Celtiberiæ, in quibus plumbũ album effoditur. Pli. lib. 4. cap. 16. Ex aduerſo Celtiberiæ cõ plures ſunt inſulæ, Caſſiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi.

Caſſitias, Viſci genus in ablete & latice naſcens, Sipõrinus.

Caſſo, as, Vide Quaſſo.

Caſſus, a, um, Quod eſt inane uacuũ, & fragile, atq; omni re carens. *φρῦδος*. [Ital. Caſſo, uacuo, uoto. Gal. De nulle ualeur, vain & frivole. Hiſ. Vano, uazio. Ger. Lär, ůffollend, vergäbenlich.] Iut, Caſſa nox à Plauto & Horatio dicta. Lucanus, Caſſa fraude parat. Plaut. in Aul. Virginem habeo grandem, dote caſſam, atq; illocabilem. Virgi. Lumine caſſum: & Aethere caſſos, dixit pro uitra priuatos & uacuos. Vnde & Caſſis, & per diminutionem Caſſiculus. ¶ Hinc Incaſſum, aduerbium *εἰκαιρὸν*.

Caſtaldia, f. p. gubernatio dicitur, qua domini res gubernãtur. Caſtaldi Gubernatores uel Vice domini. Zaſ. de Feu. de generant. Itaq; erat Caſtaldio non abſimilis procuratori & actori poſſeſſionũ domini, cuius ſit mẽtio in l. ult. C. Quod cum eo qui in alien. poteſt. Secundũ Alnarat. & ſecundum Gloſſ. erat uelut œconomus quidam, cui res dominica gubernanda cõmittebatur, inſtar œconomi eccleſiaſtici, arg. l. inbemus nulli. C. de Sacroſ. eccleſ. ex comment. feudalibus Baron à Tautenberg.

Caſta mola, Diebatur ſacrificij genus, quod Veſtales uirgines faciebant. *ἀγνὸν ἄλευμα*.

Caſtãnea, *κάσταναι*. Ital. Caſtagna. Gall. Chaſtaigne ou chaſtaigner. Hiſ. Caſtanna, à caſtanno arb. ol. Ger. Ein keſtenẽ, oder keſtenba um.] A Caſtano Magneſiæ urbe, ut putatur, dicta: tam fructum, quàm ipſam arborem ſignificat. Vir. 2. Aeg. Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Plin. lib. 16. cap. 10. Caſtanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus perdurandi pernicacia.

Caſtanetum, *ὁ καστανών, τόπος τοῖς διὸς βαλάνοις φυτευθείς*. [Ital. Caſtagneto. Gall. Chaſtaigneraye, lieu planté de chaſtaignes. Hiſp. Caſtannar, lugar de caſtanas. Germ. Ein keſtenenwald.] Locus caſtaneis conſitus. Colu. lib. 9. cap. 15. Propter quæ ſæpe nouella caſtaneta calueſcunt.

Caſtaneum oleum, ex caſtaneis factum.

Caſtẽ, Vide Caſtus.

Caſtellũ, Caſtellanus, Caſtellani, Caſtellatim Vide Caſtrũ.

Caſtẽria,

Caſtia τὸ ναυφωνητήριον, Significat locum, ubi quum nauigatio conquieſcit, remi & gubernacula reponuntur. Plaut. Quin ſi pol repoſui remũ ſola ego in caſteria, Vbi quieto Caſtantio dicitur pertica, quam in naui hortator remi tenet, quaſi incaſſerit, remiges non deſinunt: ũ depoſuerit, ceu quieſcunt à labore.

Caſtificus. Vide Caſtus.

Caſtigo, as penul. prod. act. pr. Proprie uerbis reprehendo, quaſi caſtum, id eſt honeſtum, παιδεύω, σωφρονίζω. [Ital. Caſtigare. Gal. Chaſtier, corriger, reprehendre. Hiſpa. Caſtigar ò corregir. Germa. Straffen, Verbeſſeren.] Virg. 5. Aeneid. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. ¶ Quandoq; Caſtigare eſt uindicare, punire, κολάζειν. Idem lib. 6. Caſtigatq; dolos ſubigitq; fateri. ¶ Hinc Caſtigatus dicitur correctus, emendatusq; κολασμένος. Cice. 1. Toſcu. Videſne, ut obmutuerit, non ſedatus corporis, ſed caſtigatus animi dolor?

Caſtigatio, caſtigationis, f. t. uerbale. κόλασις. [Ital. Caſtigamento Gall. Chaſtiment, reprehenſion. Hiſp. Caſtigo y correction. Ger. Straff, züchtigung.] Actus caſtigandi. Cice. 1. Offic. Animaduerſio, & caſtigatio omni contumelia uacare debet.

Caſtigator, oris, m. t. ἐπανορθωτὴς, ἐπιτιμητής. [Ital. Colui che caſtiga & riprendre. Gal. Chaſtieur Correcteur. Hiſ. Caſtigador y corrigedor. Ger. Ein ſtraffer, ſchelter, züchtiger.] Qui reprehendit, & obiurgat. Plau. in Truc. Ibo ad meũ caſtigatorem. Horatius in Arte, Diffcilis, querulus, laudator temporis acti Se puero: cenſor, caſtigatorq; minorum.

Caſtimonia, Caſtus, Vide Caſtus.

Caſtor, m. t. κάστωρ, Animal exgenere amphibio, quod Latine fiber Ponticus appellatur: ex cuius teſticulis medicamẽtum conficitur, quod Caſtorium, καστόριον, medici appellant. Hic comprehenſa hominis parte, non antè, quàm fracta concrepuerint oſſa, morſum reſoluit. Habet caudam piſcium, cætera ſpecies lutræ, pilus molliot pluma. Et licet ſunt qui dicant caſtora caſtrare ſe, ne à uenatoribus capiatur, quòd ſciat ſe expeti propter teſticulos, qui medicinis adhibẽtur: Seſtius tamẽ diligẽtiſſimus medicinæ cõditor, negat teſtes amputari ab ipſo caſtore, quũ capitur: quinimò paruos eſſe ait, ſubſtrictoſq;, & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine animalis uita poſſe: uerũm folliculos geminos eſſe ex uno nexu dependentis, qui amputentur, quorum uis medica ſit. Plinius libro 32. capite tertio Spectabilis natura potentia in his quoq; quibus & in terris & in aqua uitus eſtificat & fibris, quos Caſtores uocant.

Caſtoreus, a, um, adiectiuum: ut, Caſtoreus odor. Plinius libro 12. capite 29. Aſpalathi probatio eſt in colore rufo uel igneo, tactuq; ſpiſſo, & odore caſtoreo, hoc eſt fœtido & puti, uel acuto. ¶ Caſtoreum item appellatur pharmaci genus, ex caſtoriis nouellis teſticulis (ut creditur) cõpoſitum. Idem lib. 26. cap. 11. Clauos pedum extrahit ladanum cum caſtoreo, & uerbenaca ex uino.

Caſtorea, orum, autore Plinio libr. 32. cap. 3. uocantur teſtes caſtoris.

Caſtrameror, Vide Caſtrum.

Caſtrata, Saliginis genus eſt apud Plin. lib. 18. cap. 9. quod in Campania prouenichat Piſano magis rufum.

Caſtrenſis, Vide Caſtrum.

Caſtro, as, are, a. p. Proprie eſt uirilia amputare. ἐκτέμνω, ἐνσχίζω, ἐξαιρῶ, ἐξοτομίω [Ital. Caſtrare. Gall. Chaſtrer. Hiſp. Caſtrar. Germa. Aus hawen, München.] Iuuenal. nullus Sophebum Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus. Plinius libro 10. capite 32. Verres, iuuencos, arietes, hœdos, decreſcente luna caſtrato. ¶ Licet & de quacunq; truncatione, ſine priuatione quandoq; dicatur. Paccuuius, Vt eſſet aliquis qui linguam eius caſtraret. ¶ Caſtrare alueraria. Eſt alueos fauis ſpoliare, & mellis uindemiam facere: quod qua ratione faciendum ſit, docet Columella libr. 9. cap. 15.

Caſtratio, uerbale, ἐνσχισμὸς, ἐξαίρεσις. [Ital. Caſtramento Gal. Chaſtrement. Hiſpa. Caſtradura, caſtrazon. Germa. Aus ſchneydung des heimlichen glyds.] Virilium amputatio. Col. lib. 16. cap. 26. Id optimum genus caſtrationum quod adhibetur teneræ ætati.

Caſtrator, tr, Idem ἐκτομέυς. Plin. lib 18. cap 9 Iuſtum eſt è grano Campanæ (quam uocant caſtratam) è medio reddere ſextarios quatuor ſiliginis, uel è gregali ſine caſtratura ſextarios quinq.

Caſtrum, numero ſingulari, n. t. Locus eſt muris munitus. ἕρυμα. [Ital. Caſtello. Gal. Chaſteau, un fort, bourg. Hiſpa. Lugar ò villa cercada de muralla, ò adarue caſtillo. Germa. Ein burg, ein ſchloſs oder gemaurter flech.] dictus à caſa, quòd ſit coniunctio quædam caſarum. Cicer. ad Catonem li. Epiſt. 15. Vallo & foſſa oppidum circundedi: ſex caſtellis, caſtriſq; maximis ſepſi.

Caſtra, plurali numero, appellãtur loca in quibus milites tẽtoria fixerunt, uel ipſa tentoria in quibus milites diuerſantur. στρατόπεδον. [Itali. Campo, allogiamento. Gallicè Le camp, le fort. Hiſpa. Real dela hueſte. Germ. Kriegsläger.] Cic. ad Atti. Quum Cæſar ad oppidum caſtra haberet. Vnde & de nauibus Virgilius dixit: Nos caſtra mouemus. quoniam in illis milites eſſent. Cæſar 7. Cell. Gall. Atq; iis imperat, ut coactis omnibus copijs, caſtra naualia de improuiſo adoriantur, atq; expugnent. Dicta à caſtri ſimilitudine, quòd foſſa, uallo q; quaſi muro circundari ſolent.

Caſtellum, n. ſ diminutiuum à Caſtro. Paruus uicus muris circundatus. ἐπιτείχισμα, φρούριον, προβολή [Itali. Caſtello. Gall. Petit chaſteau, forte place, bourg Hiſpa. Caſtillo. Germa. Ein caſtell, ein kleiner fleck ombmauret.] Cicero pro Cecin. Ecce ipſe Ebutius in caſtellum uenit. Cæſar, Cũ iis oppidis, caſtellisq; deſertis. ¶ Dicebantur etiam Caſtella, quędam in aquæductibus receptacula, ex quibus ad omnes uiarum anfractus, aqua per uncias & digitos diuidebatur. Frontinus, Omne plumbum, & omnes impenſæ ad aquæductus, & caſtella, & lacus pertinentis, inde erogantur. ¶ Qui autem eiuſmodi caſtellis præerant, Caſtellarij dicti ſunt.

Caſtellanus, a, um: [Ita. Coſa de caſtello. Galli. De chaſteau. Hiſpa. Coſa de caſtillo ò villa. Germa. Das zũ dem caſtell gehört.] ut Caſtellanus triumphus, id eſt caſtello capto actus. Cicero de Claris oratorib. Malim mihi L. Craſſi unam pro M. Curio dictionem, quàm caſtellanos triũphos duos.

Caſtellani, dicti qui caſtellũ habitant. κωμῆται. [Ital. Habitatori de caſtelli. Galli. Qui demeurẽt au chaſteau, ou qui en ont la charge. Hiſpa. Los que moran en los caſtillos, ò que los gardan. Germani. Die in bürgen wohnen, Burgvöge, Schloſsheren.] Liuius 9. bell. Macedo. Decem millia populariũ cũ caſtellanis agreſtibus in armis habuit. Saluſt. in Iugur. Iter caſtellanorum anguſtum, undiq; præciſum. Dicti autem ſunt Caſtellani à caſtello ea forma qua ab oppido Oppidani, & à Vico uicini. Eſt & caſtellanus, qui caſtelli curam & defenſionem ſuſcipit, φρούραρχος.

Caſtellatim, aduerbium, Quaſi turmatim per caſtella. κατὰ φρούρια. [Ital. Di caſtello in caſtello, Gal De chaſtea en chateau. Hiſ. De caſtilo en caſtillo, de uilla en uilla. Ger. Von einer burg oder veſte zů der anderen.] Liu. lib. 7. Vt hoſteis, & nocturno pauore attonitos, & circa collem caſtellatim diſſipatos, aggrederentur.

Caſtrãmẽtor, pen. prod. d. p. Caſtra loco, ſiue pono. στρατοπεδεύω. [Ital. Accampare, attendare. Gall. Camper aſſeoir le camp. Hiſp. Aſſental real. Ger. Das lägerſchlahen.] Liu. 9. ab Vrbe. Eò conſules cum ualido exercitu uenerunt: & primò circa ſaltus, quum utrinq; ad hoſtem iniqua uia eſſet, cunctati, caſtrametatiq; ſunt.

Caſtrenſis, & hoc caſtrenſe, Quod ad caſtra pertinet. στρατικός. [Ita. Coſa di campo. Gal. Du camp, des apartenances du camp. Hiſpa. Coſa de real ò de la hueſte. Ger. Das zů dẽ Läger gehört.] Vnde Caſtrenſes Vigiliæ, quæ in caſtris diſponuntur. ¶ Caſtrenſe peculium, eſt quòd à parentibus uel cognatis in militia agenti donatum eſt: uel quod ipſe filiusfamiliãs in militia acquiſiuit: quod, niſi militaret, nõ acquiſiturus fuiſſet. ¶ Et Caſtrẽſia bona dicũtur, quę licet in militia filiofamiliãs non acquiruntur, ita tamen fiunt ipſius, acſi acquiſita in militia fuiſſent: ut ſunt ea quæ ex officiis acquiruntur. ¶ Ordo caſtrenſis, qui in caſtris ſeruatur pro uniuſcuiusq; officio. Milites enim Centurioni parebant, Centuriones, Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Conſuli, & Magiſter equitum Dictatori.

Caſtŭla, læ. f. p. Palliolum quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro, Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula Hæc & περιζώνιον, & Præcinctorium appellatur.

Caſtus, a, um, Purus, continens, & à libidinis labe immunis. ἁγνὸς, σώφρων. [Ita Caſto, immaculato. Ga. Chaſte, qui n'

eſt point corrompu. Hiſpa. Caſtò ò religoſo. Ger. Keuſch, rein.] Plau. in Pœnu. Eo ſumus gnatę genere, ut deceat nos eſſe à culpa caſtas. Virgil. 2. Georg. Caſta pudicitiam ſeruat domus. Vnde dicimus Vxorem caſtam, & Caſtum cantũ, in quo nihil eſt laſciuiæ: & Caſtam manum, quæ ſe ab alienis continet. ¶ Item pro pio & religioſo. Virg. 6. Ae. Quiq; ſacerdotes caſti, dum uita manebat.

Caſtus, huius caſtus, per quartam declinationem. Idem quod caſtitas. Varro. Et religiones & caſtus id poſſunt, ut ex periculo eripiant noſtro.

Caſtè, caſtius, caſtiſſimè, id eſt pudicè, continenter. ἁγνῶς. [Ital Caſtamente. Gal. Chaſtement, purement. Hiſp. Caſtamente. Ger. Keuſchlich. zůchtiklich.] Ci. pro lege Manil. Caſtè integreq; uerſatus eſt labor meus in priuatorum periculis, Idem de Aruſp reſpon. Quod quum Deiotarus religione ſua caſtiſſimè tueretur.

Caſtitas, f. t. & Pudicitia paria putantur: quum ſit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera: caſtitas & ab his continens eſt & remota, præterea & religioſa mundities & puritas. σωφροσύνη, ἁγνότης. [Itali. Caſtitade, pudicitia. Gall. Chaſteté. Hiſpan. Caſtidad. Germa. Keuſchheit, reinnikeit, zucht.] Cic. 2. de Legib. Et colendæ uirgines præſint, ut aduigileatur, facilius ad cuſtodiam ignis, & ſentiant mulieres in natura fœminarum omnem caſtitatem pati.

Caſtimonia, f. p. Caſtitudo, Idem ſignificant quod caſtitas. ἁγνότης. Liuius libro nono bel. Macedon. Decem dierum caſtimonia opus eſſe Accius, Ibi fas, ibi cunctam antiquã caſtitudinem.

Caſtificus, a, um. ἁγνιστικός. Seneca in Hippol. Expelle facinus mente caſtifica horridum. id eſt, quæ te caſtum faciat.

Catabaſis, κατάβασις, Inferior ſolirmeatus, uel deſcenſus.

Cătăchrēſis, pen. prod. f. p. κατάχρησις, Tropus, quem nos Abuſionem, uel Vſurpationẽ dicimus, quum alienis abutimur perinde ac propris, quum propria deficiunt: ut, quum piſcinam dicimus pro natatione, in qua nulli ſunt piſces. Simile eſt illud, Faciesq; ſimillima lauro: nam Facies propriè hominis eſt. Dicta Catachreſis παρὰ τὸ καταχρᾶσθαι. quod eſt abuti.

Catacliſta, κατακλιστός. Veſtis undiq; clauſa: dicta à uerbo κατακλείω, id eſt undiq; claudo.

Cataclyſmus, m. f. κατακλυσμός. [Ital. Diluuio. Gal. Deluge d'eaue. Hiſpa. Diluuio, reboſſadora. Germani. Ein groſſer waſſerguſs wie der ſündt fluſs.] Diluuium & inundatio dicitur. Varro ſecundo de Re ruſti. capite primo, Cheba, quæ ante cataclyſmum Ogygi conditæ dicuntur. Frequens eſt cataclyſmi mentio apud ueteres philoſophos, Illi enim magnum quendam annum imaginabãtur, cuius hyems eſſet Cataclyſmus, Ecproſis uerò æſtas.

Catacriſis, κατάκρισις. [Itali Condennaggione, Gall. Condemnation. Hiſ. Condenacion. Ger. Verdamnuſs.] Condẽnatio, decretum, ſanctio: à uerbo Græco. κατακρίνω, quod eſt condemno, ſtatuo, ſancio, Vtitur hac uoce Cic. in Epiſt. ad Atticum.

Cătădrŏmus, penul. correp. κατάδρομος. [Itali. Vn luogo ò piazza de correre. Gall. Lice, eſpace à courir. Hiſpa. Carrera ò lugar donde corren. Ger. Ein louff oder rennplatz.] Latinè decurſorium κατάδρομιον enim decurro. Sueton. in Nero. Notiſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens, per catadromum decurrit, id eſt per ſtadium, in quo equites decurrere ſolebant imaginato prælio, ut ſit ſæpe in Gallia, principe ſpectante: Licias uocant. ¶ Eſt etiam, teſte Vitruuio, machinæ genus hoc nomine, qua architecti utuntur ad ſubleuanda uel demittenda onera: quę apud Iuriſconſultos Catadromus χειράνα uocatur, quaſi dicas De curſorium grus, à figura fortaſſis, quòd collum haberet ex tẽſum more gruis: quales machinas etiam hodie uidemus in maritimis emporijs, ad exonerãda nauigia accommodatas: quas etiam hodie Grues uocamus. ¶ Fuit & alius catadromi uſus, cuius meminit Iulius Pollux libro 4. cap. 19. quum ex ſublimi theatri parte per machinam quis dilapſus aliquem rapit, & ſecum ſurſum aſportat: ut quũ Aurora Memnonem rapiebat, aut Iupiter Ganymedem, aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere uidentur intelligenda eſſe uerba Pauli Iuriſconſulti, lege pen. de Actionibus.

Cataguomicum, eſt ſignum ex quo cognoſcitur effectus interiorum & exteriorum.

Catagraphe, f. p. κατάγραφή, Futuræ picturæ deliniatio eſt, quam & deſcriptionem uocant Latini. ¶ Catagrapha autem in picturis obliquæ imagines dicuntur, ex uno tãtùm latere ſeſe oſtendentes interprete Plin. lib. 35. cap 8.

Catalecticum metrum, καταληκτικόν, Dicitur cui una tantùm deeſt ſyllaba, ut apud Horatium, Mea renidet in domo lucunar. Eſt enim ſenarium Iambicum perfectum, una ſyllaba minus. Acatalectiçũ ἀκαταληκτικόν dicitur. quod legitimo fine claditur, cuiq; ad perfectionem nihil deeſt: ut, Nec fonte labra prolui cabalino. Eſt enim Iambicum ſenarium perfectum.

Catalepſis. f. p. κατάληψις, Occupatio, comprehenſio, cognitio. Cicero quarta Acad. & libro tertio de Finibus. Cognitiones autem, uel ſi hæc uerba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet. ¶ Eſt præterea Catalapſis medicis, affectus cerebri, & potiſſimũ poſterioris eius partis, procedens ab humoribus trigidis, cerebri uentres, præcipuè poſteriores, occupantibus, reſpiratione tamen integra manente, oculisq; ut in uigilia, apertis.

Catălŏgus, pen. cor. maſc. ſec. κατάλογος. [Ital. Catalogo, tauola. Gall. Vn rollo ou roller. Hiſp. Matricula do eſcriuẽ muchos. Ger. Ein regiſter, ein rodel.] Sermo uel ſcriptura quæ numerum, uel ordinem recenſet. Plautus in milite. Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum fiet. ¶ Vltra catalogum uiuit, ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ. De eo dicebatur, qui multum ætatis uiueret, ut iam præſcriptum illum annorum numerum præteriiſſe uideretur. Eſt, ni fallor, apud Lucianum. Refertur à Suida.

Cătămĭdiare, a. p. Verbum Græcum eſt, ad Latinam declinationem deflexum, quo labaſcente iam tum linguæ Latinæ puritate, nonnulli uſi ſunt pro deridere. κατ]αμειδιᾶν [Ital. Beffare, dileggiare. Gall. Infamer quelqu'un publiquement. Hiſp. Poner ala uerguença. Ger. Einem ein offne ſchand ſpott oder ſchmach anthun.] Spartianus de conſtitutionibus Adriani loquens, Decoctores bonorum ſuorũ, ſi ſuæ autoritatis eſſent, catamidiare in amphitheatro, & dimitti iuſſit: id eſt, deridendos omnibus per theatrum præberi: à Græco καταμειδιάω, quod deridere, & ludibrio habere ſignificat. Vnde id propemodum ludibrij genus eſſe ſuſpicor quo polygami afficiuntur, id eſt qui multis uxoribus aburuntur, quum mitellati in ſcalario ſuggeſtu laſciuientis plebeculæ ſcurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas coguntur: mitrare id appellant. Cui non diſſimile eſt illud, quod Traducere Latinè dicitur. Budæus.

Cătămitus, pen. prod. Puer, quo quis ad præpoſteram uenerem abutitur, πόρνος: μισθὸν Græci mercedem dicunt, quaſi κατ]ὰ μισθὸν, id eſt pro pretio. Cic. 2. Philipp. O hominem nequam: quid enim aliud dicam? magis propriè nihil poſſum dicere. Ergo ut te catamitum nec inopinatò quum oſtendiſſes, præter ſpem mulier aſpiceret. Auſonius, Aut Iouis Elyſij tu catamitus eris.

Catangelos, rubus apud Dioſ. lib. 4. cap. 147.

Catanance, κατανάγκη Dioſcoridi, Herba eſt, qua ad amorẽ uenefícia Theſſalæ mulieres utebantur: unde & Theſſalam herbam nonnulli appellarũt. Eius duo ſunt genera. Alterũ folia habet longa cornicis pedi ſimilia, radicem gracilem, iunceamq; capitula autem ſex aut ſeptem, in quibus eruo ſimile ſemen eſt, quod quum ſiccatur, ad ſpeciem unguiũ exanimati milui contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam, oliuæ magnitudine: folia autem figura coloreq; oleaginis ſimilia. Poſterius hoc genus Officinæ Biſtortam appellarunt: nam ſuperius Herbarijs noſtris eſt incognitum.

Cataphyſis, κατάφυσις, Herba eſt pulicaris, quæ Pſyllio Dioſcoridi dicitur. Eſt autem ex ijs nomenclaturis, quæ ueluti nothæ à doctoribus ex Dioſcoride abiectæ ſunt.

Catanchuſa, idem quod Anchuſa apud Dioſco. libro 4. capite 26.

Cătaphractus, m. f. κατάφρακτος. [Ital. Armato d'ogni parte Gal. Gendarme armé de toutes pieces. Hiſp. Hombre armado de todo. Ger. Ein halben mit gwer vnnd wafen wol bewart, ein lãnſſer.] Vndiq; munitus à nerbo Græco κατ]αφράττω, quod eſt obſepio, & munio. Vnde Cataphractæ

hæc naues dicuntur, quas nos cõstratas, aut tectas dicimus. Seruius in 11. Aenei. Cataphractis equites, qui & ferro muniti sunt, & equos similiter munitos habẽt. Saluſtius, Et iequebantur equites cataphracti. ¶ Eſt etiam Cataphracta, κατάφραξις, lorica, ſiue thorax militaris. Vnde Vegetius ſcribit exercitum Romanum pedeſtrem cataphractis & galeis fuiſſe munitum. Et Liu. lib. 37. Pedites loricatos cataphractos uocat.

Cataphractarij, Qui cataphractis muniti ſunt. Lampridius de Alexandro, Cataphractarios, quos illi clibanarios uocãt, decem millia in bello interemimus.

Cataplaſma, atis. n. t. κατάπλασμα. [Itali. Empiaſtro. Gall. Emplaſtre. Hiſp. Emplaſtro. Ger. Ein pflaſter.] Malagma quod conſtat ex floribus, eorum ſurculis, & axungia. Plin. lib. 20. cap. 16. Dalion herbarios parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum opio.

Catapõtia, n, ſ. κατατόπια [Ital. Pilole. Gal. Pillules & autres medecines qu'on auale ſans macher. Hiſpa. Pildoras que ſe tragan, Ger. Pillulen, oder andere artzney die man iſst oder trincket.] Pilulæ dicuntur, ἀπὸ τῦ καταπίνειν, quod eſt deuorare, uel bibere propriè: quoniam neq; eſtur, neq; lingitur id genus, ſed deuoratur. Plin. lib. 26. cap. 8. Eſt & ſemen in uſu cum melle decoctum ad catapotia, ſoluendę alui gratia.

Catpoios, κατάπλους, nauigatio.

Catpotes, κατατότης, dicitur guttur.

Catpyxis, cicuta apud Dioſc. lib. 4. 2. cap. 8.

Catapulta, æ, κατατάλτης, Machina bellica, qua tela, aut ſaxa excuti ſolent. Plaut. in Curc. Atq; ita te neruo torquebo, ut catapultæ ſolent Cæſar ſecundo bel. Ciui. Centones inſuper iniecerunt, ne aut tela tormentis emiſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis lateritium diſcuterent.

Catapultarium pilum, hoc eſt ſagitta, ſiue iaculum, quod ex catapulta emittitur. Plaut. Curc. Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

Cataracta, oculorum uitium, humorum effuſio lentorum inter corneam & cryſtalloidem congelatorum.

Cataracta, f. p. ſiue cataractes, ſiue etiam geminato r, Catarrhacta, uel Catarrhactes, κατατράκτης, ἢ καταράκτης, Locus eſt abruptus, & præceps in flumine, unde aqua ruit potius quàm fluit. Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo flumine, Veſtus ... is properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi ... nantur, nouiſſimo cataractæ inter occurſantes ſcopulos ... fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. Dictæ autem ... cataractæ à uerbo Græco καταράττω, hoc κατατρέχω, quod inter cætera ſignificat, cum impetu decido. ... nantur item Cataractæ, portæ quædam ex funib. aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti poſſunt, cuiuſmodi ... rubium portis uidemus, ad hoſtium irruptionẽ propulſandam accommodatus: item in fluminibus quibuſdam mittendæ, uel retinendę aquæ idoneas. [Ital. Le Sarracine ſerratoie porte. La cataratte che ſe tirrauno ſu quando ſi dà l'acqua à i molini ò à i prati. Gall. La herſe ou le gril de la porte d'une ville qu'on monte & laiſſe on cheoir quand on veut. Hiſp. La compuerta de la ciudad ò forteleza. Ger. Ein ſtarcke gatter den man auf zücht und abhin laſst.] Liuius, Pendentes & decedenteis portas cataractas. Idem, Porta cataracta detecta clauſa erat: eam partim funibus ſeducunt in teſtudinis altitudinis, ut ſubire rectè poſſent. ¶ Eſt item Catarrhactes, Pamphyliæ fluuius poſt Olbiam, ... ὄρους, quòd magno cum impetu deſluat. Strabo libro 14. Poſt Olbiam eſt qui Catarrhactes appellatur, amnis magnus, & torrentis more rapidus ab alta petra deſcendens, adeò ut longiſſimè ſtrepitus audiatur. Memi nit huius fluuii & Pomponius Mela libro ſecundo in deſcriptione Pamphyliæ. ¶ Sunt præterea Cataractæ, aues quædam fulicis ſimiles, ſed dentatæ, oculoſq; habentes coloris igni, cætero corpore candido, quæ nuſquam terrarum apparent, niſi in inſula Apuliæ adiacenti. Diomedis tumulo nobili: ubi & adonas Barbaros clangore infeſtant, Græcis tantùm adulantur, miro diſcrimine, ueloti genere Diomedis hoc uiduatos. Vide plura de iis apud Plin. lib. 10. cap. 49.

Catarrhus, n ſ. καταῤῥοος ῥέω. [Itali. Catarro. ſcefa. diſceſa Gall. Reume, catarrhe. Hiſp. Romadizo. Ger. Ein Inwendiger fluſs des haupts ſo in dem ſchlund abhinfalt.] Latinè fluxio, ſiue deſtillatio. Differt à Coryza, & Branchо; κόρυζα enim dicitur, quum pituita nares tantùm obſidet, Grauedo Latinè dicta: Catarrhus uerò, quum fauceis, palatumq; at βράγχος quõ & guttur, & arteria corripitur: ob id & Arteriacum quandoq; id uitium appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas uocat, noſtri Deſtillationes, quia Græcè καταῤῥοαὶ nominãtur in commune. Dicitur autem Catarrhus à καταῤῥέω, deſluo, deſtillo.

Catarrhitus, pen. corr. καταῤῥύτος. [Ita. Bagnato, acquoſo. Gall. Baigne, arroſé Hiſp. Regado. Ger. Gemäſſeret. betrenchtiget.] Latinè irriguus, à uerbo Græco καταῤῥέω. Vnde etiã Plinius libro quinto, capite quarto Hipponem Africę oppidum Catarrhytum nocatum fuiſſe tradit propter aquarum irrigua.

Cataſcopium, n. ſ. κατασκόπιον. [Itali. Fregata. Galli. Vn brigantin, petit nauire pour eſoier & deſcouurir pais. Hiſp. Naue para atalayar. Germa. Ein ſpächſchifflin.] Genus nauigij exploratorij, quòd circunquaq; ſpeculetur. Cic. ad Attic. Aphracta Rhodiorum, & dicrotum Milyleuarorum habebam, & Aliud cataſcopium.

Cătaſcŏpus, n. ſ. κατάσκοπος. [Ital. Spia, ſpione. Gal. Eſpie, eſpion. Hiſpa. Atalaya, uaron que atalaya. Germ. Ein Auſſpächer, [Latinè ſpeculator. Eſt enim σκοπὸς ſpeculari.

Cataſta, τὰ βάθρα Luciano, Locus erat ubi uenales ſerui exponebantur, à κατατάω uerbo Græco, quod ſignificat expono. Tibullus lib. 1. Eleg. 1.

Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

¶ Eſt & Cataſta machina ligneа, & longæ & magnæ compedis forma, qua ſeruli uincti tenebantur. Plin. lib. 33. ca. 18. Talem in cataſta uidere Chryſogonum Syllæ.

Cataſtrõma, penultima producta, κατάστρωμα, Nauis partem ſignificat, per quam nautæ diſcurrunt. Latini Trãſtra uocant.

Cataſtrum, extimum his qui Latinas non callent literas.

Catăſtrŏphe, κατατροφή, Latinè ſubuerſio, uolumen, ἀπὸ τῦ στρέφειν, id eſt à conuertendo. Vnde etiam extrema pars fabulæ κατατροφὴ appellatur, quòd in cares turbas lentæ in lætum conuertantur exitum, ut in Comœdiis fieri ſoleat: aut contrà res lætæ triſtem ſortiantur exitum, ut in Tragœdijs. ¶ Tranſumitur etiam pro cuiuſuis rei exitu. & pro ipſa etiam morte ponitur, quæ eſt extremus noſtræ uitæ actus.

Catatypoſis, f. p. κατατύπωσις, Figura eſt, quæ fit quum aliquid ad typum, hoc eſt formam alterius deſcribitur, ut apud Virg. lib. 4. Aen. Omnia

Mercurio ſimilis, uocemq; coloremq;
Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

Catax, à Veteribus dictus eſt, teſte Feſto, qui hodie Claudus.

Catẽchеſis, pen. prod. f. t. κατήχησις, Dicitur inſtitutio, uel inſtructio rerum ſacrarum. quæ uiua uoce tradi ſolet iis, qui ſacris myſterijs initiabantur: Nam Aegyptij theologi (à quibus hic ritus fluxiſſe creditur) nefas arbitrabantur arcana ſuæ religionis ſcripto committere: ſatiosq; illis uiſum eſt, eos qui illorũ myſterijs uellent initiari, uiua uoce inſtitui, & ita religionis ſuæ cæremonias ueluti per manus ad poſteros propagari. Ad hunc etiam modum in primitiua Eccleſia, qui ad Baptiſmum admitti cupiebãt, prius fidei Chriſtianæ myſteria ab Apoſtolis uiua uoce accipiebant. Huiuſmodi inſtitutionis genus κατήχησιν appellabant, ἀπὸ τῦ κατηχεῖν, quod eſt uiua uoce inſtruere. Illi autem qui ad hunc modum ſacris myſteriis initiabantur, κατηχούμενοι dicebantur.

Catechizo, as, a. p. κατηχίζω, inſtruo, doceo, erudior.

Catechumenus, pen. corr. κατηχούμενος, Qui ſacris nondũ eſt initiatus, ſed adhuc imbuitur elementis religionis, nec dum ad ſacra ſpectanda introductus: cui myſteria fidei uiuæ uocis miniſterio concredebantur. Budæus.

Cătēgŏrēmăta, κατηγορήματα, Prædicamenta. Cicero quarta Tuſc. Diſtinguitur illud etiam, ut libido ſit earum rerũ quæ dicuntur de quodam, aut de quibuſdam, quæ κατὰ τὰ γορήματα. Dialectici appellant: ut Habere diuitias Capere honores.

Cătēgŏria, f. p, κατηγορία, æ. [Itali. Accuſa. Gal. Acuſation' Hiſ. Accuſatiõ Ger. Zuclagũg.] Accuſatio, à κατηγορέω,

Accuſo: unde & κατηγορῶ, Accuſator. ¶ Categoriæ item ſiue Categoremata Ariſtoteli dicũtur prædicamenta. Quin & poſitiões quædã à Dialecticis Categoriæ nominãtur. quas prædicatorias Latinè dicere poſſumus: à κατηγορεῖν, prædicare. Sunt aũt decẽ prædicamẽta, circa quæ verſari videtur omnis quæſtio, Οὐσία, id eſt eſſẽtia, Qualitas, Quãtitas Ad aliquid, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas uerò Categorias conſtat (ut inquit Auguſtinus in Dial.) propterea quòd non poſſunt niſi à ſubiectis agnoſci. Quis enim, Quid ſit homo poſſit agnoſcere, niſi ſibi hominem ponat ante oculos, quaſi ſubiectum homini?

Cãteia, Vox eſt Barbara ut Gaza, ut Magalia, qua uſus eſt Vir. Aene. 7. Teutonicorum ſoliti torquere cateia. Dicitur autẽ Perſarum lingua eiuſmodi teli genus, quòd proiectum retrahi poteſt. Legunt alia exemplaria, Catelas.

Catella, diminutiuum à catena, Vide Catena.

Catellus, Vide Catulus.

Cãtena, f. p. Vinculũ eſt ferreũ, quo uel ſeruos, uel captiuos, uel animalia irretimus, ne effugiant. σειρά. [Ital. Catena. Gal. Chaiõa. Hiſ. Cadena hecha de eslauones Ger. Ein ketten.] Ita dicta, quòd ſe capiendo teneat, quia in ea anulus anulum capit. Liuius primo ab Vrbe, Iunctæ Turno catenæ. Cicero ſeptima Verri Iſte hominibus miſeris, innocentibuſq; iniici catenas imperat. ¶ Tranſumitur etiam ad incorporea. Seneca ad Lucil. Vna eſt catena quæ nos alligatos tenet, amor uitæ. Cicero pro Sextio, Hanc terram immanem q; beluam uinctam auſpicijs, alligatam more maiorũ, conſtrictam legum ſacratarum catenis ſoluit ſubitò legũ Conſul, &c. Hinc Cateno, a. p. idem quod ligo, à quo Concateno & participp.

Cãtenatus, a, um, πεδήτης. [Itali. Catenato. Gall. Enchainé. Hiſp. Encadenado. Ger. In ein ketten gebunden.] Cel. ad Ciceronem, Vellem quidem Venere prognatos tantum animi habuiſſet in Veſtro Domitio, quantum ipſe catenatas in hoc habuit. Martial. libro 7. Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis. ¶ Catenati labores, per translationẽ hoc eſt ſeſe uiciſſim ſequentes. Martial. lib. 1. Expectant curæq; catenatiq; labores.

Catenatio, ſ. t. διάπλωσις, συζυγία. [Ital. Congiontione, ligamento. Gall. Coniunction liaiſon. Hiſp. Encadenamiento de cadenas, atadura. Ger. Ein zůſamenfůg, ein vůt.] Pro cõiunctione & arctatione ſtricta trabium uel aliarum rerum inter ſe. Vitruuius libro 2. capite 9. Et in commiſſuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firma recipiunt catenationes.

Catenarius, a, um. ἁλυσιδητός, δεμώτης. Sene. li. 3. de Ira, Iraſceris catenario cani, & hic, quum multum latrauit, obiecto cibo mãſuefcit. Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur cauſa cuſtodiæ.

Catenula, diminutiuum à catena. ἁλυσείδιον. [Ital. Catenel la. Gal. Chaînete, petite chaine. Hiſ. Cadenille ò Pequenna cadena. Ger. Ein kettenle.]

Cãtella, uel Catellum, aliud diminutiuum. ἅλυσιον. Liui. 9. bel. Maced. Quintius alter Præter ſuos equites catellis & fibulis donauit Plaut. Curc. Delicatum te hodie faciam, cũ catello ut acubes ferreo. Horat. 1. Epiſt. Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam.

Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis.

Cãterua, ſ. n. Propriè Gallorum legio. στίφος. [Ital. Compania. Gal. Vne bande degendarmes, vne multitude de gens. Hiſp. Companna Germ. Ein ſchar frigsleuten] ſicut Phalanx Macedonum: eáq; certo numero conſtabat. Nam autore Vegetio lib. 2. cap. 2. in caterua erant ſena militum millia Horat. 1 Epiſt. Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq; cateruæ. Plerunq; tamen pro quauis multitudine ſumitur. Cic. 1. Tuſculanarum, Cateruæ contradicentium. Idem pro Muræna, Poſthumius obuiam cum bene magna caterua ſua uenit. Virgilius 2. Aeneid. Magna comitante caterua.

Cateruarii. m. ſ. Cateruatim conglobati. οἱ συμφερεῖς [Ital. Venti infforta. Gall. Vnis en compagnie. Hiſpa. Aiontados en compannia. Ger. Die auſs den ſcharen ſind, Oder en ordnung mit ſcharen zůſamen geloſſen.] Suetonius in Auguſto, Sed & cateruatos oppidanos inter anguſtias uicorũ temere & ſine arte pugnantes. Cateruarios uocat uulgare, & non diſpoſitos.

Cateruatim, aduerbium, Per uarias cateruas. λαδόν. [Ital. In frota. Gall. Par bandas. Hiſp. Cecompanna en compagnia. Ger. Scharechtig, hauffechtig, võ ſchar zů ſchar.] Plin. lib. 10. cap. 24. Sturnorum generi proprium cateruatim uolare, Liuius bell. Pun. 5. Iam primi conſeruerant manus, quum alij cateruatim conterrent. Gallice, par bandes. Columella libro tertio capite 19. Sed illud etiam dicẽdum eſt, an plurium generum uites habendæ ſint, eáq; ſeparatæ, diſtinctæq; ſpecialiter, an confuſæ & miſtæ cateruatim.

Catharmata, n. t. καθάρματα, Hoſtiæ, quæ pro peſte, alicuius morbo expiando immolabantur diis. Romani Piacula uocabant. ¶ Erat autem interdum hoſtia humana, interdum ex brutorum genere, in cuius caput mala omnia, quæ ciuitati imminebant, ſeſe credebant auertere.

Catharticus, a, um. καθαρτικός. [Ita. Pugatoio. Gal. Purgatif. Hiſp. Purga para purgar. Germ. Das reiniget oder purgiert.] Quod purgat: unde Medicamentũ catharticum dici poteſt, quod nos Purgationem uocamus. Celſus, Sed medicamenta ſtomachũ ferè ledunt: ideoq; omnibus catharticis aloe miſcenda eſt.

Cãthĕdra, dræ, f. p. καθέδρα. [Ita. Sedia. Gal. une chaire, un ſiege. Hiſpa. Catedra à filla. Germ. Ein ſtůll, ein hoher ſtez ab welchem man lyſet oder prediget.] Propriè eſt ſella ſublimior profeſſorum, recitatorum, aut declamatorũ. Martial. libr. 11. De cathedra quoties ſurgis Iuuen. Cuius apud molles minima eſt lactura cathedras. Horat. 1. Serm. Sat. 10. Diſcipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Cathedrarios, Philoſophos uocat Seneca, umbratiles illos, quibus ſatis eſt de uirtute in cathedris garrire. οἱ ἀπὸ καθέδρας φιλόσοφοι.

Cathedralitij, orum: ut, Cathedralitij ſerui, qui in cathedra herſi deſernnt, οἱ ἐκχαίροντες τὸν κύριον ἑαυτῶν ἐπὶ τῆς καθέδρας. Martialis,

Quum cathedralities portet tibi rheda miniſtros,
Et Libys in longo puluere ſudet equus.

Cãthŏlicus. m. f. καθολικός. [Ital. Catolico, uniuerſale. Gal. Vniuerſel. Hiſp. Vniuerſal. Germ. Allgemein.] Dici poteſt uniuerſalis, quaſi circa omne uerſetur. ſit enim ex κατὰ id eſt circa & ὅλον totum. ¶ Inde etiam Catholicon medicamentum, quod omnibus humoribus ſimul nocuandis utile eſt. Idem præcepta uniuerſalia, uel perpetua, catholica uocant, ait Quintil. lib. 2. cap. 13.

Catillus, Catillones, Catillatio, Catillo, Vide Catinus.

Cătĭnus, m. ſ pen. prod quod & Catinum dicitur, Vas immenſum eſcarium: quo pultem aut turulenti quid ponebant à capiendo appellatum. τρίβλιον [Ital. Catino, conca. Gal. Vn Plat ou eſcuelle Hi. Plato, ò eſcutilla. Ger. Ein napf, Ein groſſe blatten oder ſchüſſlen.] Perſius Satyr. 1. -poſitum eſt algente catino durum olus, & populi cribro decuſſa farina. ¶ Catinos item dicebatur uas, in quo metalla purgabantur. Plin. lib 34. cap. 44. Quæ è catino iactatur ſpurcitia, in omni metallo uocatur ſcoria. ¶ A Catinus fit diminutiuum Catillus: à Catinum Catillum, uel Catinulum, πυρνίδιον. Colu. lib. 12. cap. 57. Hanc miſturam quum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. Vide Bayſium de Vaſculis.

Catillus, m. f. ſiue catillum, diminutiuum, τρυβλίδιον, Paruum uas eſcarium. Columella lib. 12. cap. 50 Hanc miſturam quum in catillo compoſueris oleum ſuperfundito. ¶ Eſt etiam pars ſuperior molæ, ſicut meta pars inferior. τὸ ἐπιμύλιον. [Ital. Macigno ſorano. Gal. La deſſus d' une meule de moulin. Hiſp. Muela de encima Para moler. Ger. Das oberiſt theil auf der mal mũle.] Paul. in l. Quum de lanionis. paragraph. idem conſultus ff. de fundo inſtructo.

Catillones, m. t. Qui catillos lingunt, & pro goloſis accipi ſolent. λίχνοι λιμβοί, ἢ λιχνοί. τρυβλία λείχοντες. [Ital. Quelli che lechano i piatti. Magngioni, ingordi. Gal. Lecheplatz garmas friens Hiſp. Goloſos, los que lamen los platos. Ger. Blatten vnnd ſchüſſlen ſchlecher, freſſig leut.] ¶ Catillones etiam dicebantur lupi Tyberini, inter duos pontes capti, quòd ſtercora circa ripas catillarent, id eſt deuorarent. Vide Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 16

Catillo, as, are, Catinos lingere. λιχνεύω. [Ital. Leccare i piatti. Gal. Lecter les plats. Hiſp. Lamer los platos. Ger. Blatten ſchlecken.] Plaut. in Caſ. Operam uxoris polliceor foras, Quaſi catillatum.

Catillatio, ſ. t. Grane opprobrium obiiciebatur hominibus generoſis,

gnerosis, siquî prouincias amicas populi Romani expoliarint, quòd eorũ bona ligurisse uiderẽtur. λιχνείαι. Festus.

Catoblepas, κατωβλέπας, Fera genus est, solis Aethiopibus cognitum, solo uisu hominem interficiens. Plin. lib. 8. ca. 21. Est apud Hesperios, Aethiopes fons Nigris, Nili, ut plerique existimant, caput. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæterisq; membris iners, caput tantum prægraue ægrè ferens, idq; deiectum semper in terram: adhibitaq; internecio humani generis, omnibus, qui oculos eius uidere, confestim expirantibus. De eadem uide & Aeliani lib. 7. cap. 1. apud quem κατωβλέπων dicitur.

Catoche, f. t. κατοχή, Morbus est ueterno sim. ilis, ex melancholicis & billosis humoribus proueniens, cerebrum occupantibus, perpetuosq; sopores inuehentibus. Latini Vigilantium soporem interpretẽtur. Differt à catalepsi, quòd in ea oculi maneant aperti, in catoche autem claudantur.

Catocelia, καταικίλια, alnus, inferior uenter, in quo excrementum diutius remoratur.

Catochus, detentio seu captio insensibilis animæ cũ puncti one totius corporis. Species autem huius sunt tres. Vna somniculosa cui lethargus inest. Alia uigilans, huic adest tetanus. Tertia autem species, quã neq; perperam, neq; inusitatè Catochon Phreniticon aliquis dixerit. Fit autem ex mistione aggregatio Catochi, & Phrenetidis, quemadmodum tiphonia, quæ aut lethargus, aut suffocans, aut lethargicus affectus dicitur. Gal. de Defluit. Græcorũ medici uetustiores uocauerunt, ἀπὸ τῦ κατέχεσθαι. quod est detineri & occupari, & in eo malo constitutos. κατεχομένους, nuncupauerunt, Recentiores uerò fœmin. genere, sed non dissimili significato, κατοχὴν καὶ καταληψιν, quasi detentionem & deprehensionem dicat aliquis nominauerunt. Paul. lib. 3. cap. 10. uide suprà Catalepsis.

Catochites, κατοχίτης, Gemma Corsicæ insulæ, impositam manum uelut gummi retinens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Catogeum, κατάγειον, Domicilium subterraneum.

Catoptromantia, κατοπτρομαντία, Diuinatio quæ fit per speculum: de qua uide infra in dictione Magia.

Catopyrites, καταπυρίτης, Gemma, quæ ex Cappadocia uenit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Catorthõma, pen. prod. κατόρθωμα, Opus uirtutis rectum. Cicero, Perfectum officium interpretatur, & Rectè factum.

Catorthosis, κατόρθωσις, Recta effectio, κατορθόω, Egregiè cum uirtute aliquid facio. Cic. 3. de Finibus, Quæ nos aut recta, aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellant, καθορθώματα, omnes numeros uirtutis continet.

Catulus, pen. cor. Propriè significat caniculum, hoc est minorem, uel iuniorem canem: ab antiquo nomine catus, quod sagacem significat. σοφόν. [Ital. Cagnolo, picciol cane. Gal. Vn petit chien ou un petit de quelque autre beste. Hisp. El cachorro. Ger. Ein Jung hündlin.] Varro, Catulus à sagaci sensu & acuto. Cic. 2. de Nat. deorum. Bene igitur idem Chrysippus, qui similitudines adiungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: ut in equo, cui in equulo: in cane, quàm in catulo: in uiro, quàm in puero. ¶ Sed ponitur largè pro fœtu omnium animalũ, præterquam auium, siue immanium, siue mitium: unde de celebro Virgilius, Catulos tectis atq; ouа relinquens. Et de leonibus Plinius, Raptor appropinquante tigridis fremitu, abigit unum ex catulis. Idem, Simiæ gestant catulos, cum manſuefactæ intra domos peperere. Idem, Murium quoq; catuli ostentum faciunt. Idem delphinum catulos nominat. Lacertarum quoq; & cæterorum serpentium soboles Catuli dicuntur. ¶ Accipitur quandoq; Catulus pro ipso cane. Apuleius, Catulos secum ducens uenaticos, atq; sagaceis. ¶ Interdũ pro quodam uinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plaut. Faciam te delicatum, catulo ut accubes ferreo.

Catellus, & Catella, diminut. à Catulus, Paruus canis, uel canicula. σκυλάκιον. [Ital. Cagnolino, cagnoletto. Gal. Vn fort petit chien. Hisp. Perrillo, ò perro pequenno. Ger. Ein cur Jung hündlin.] Plaut. in Stic. Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi sat est loci. Cic. de Diuin. Erat autem uernus catellus eo nomine.

Catulinus, a, um, Quod est ex catulo. σκυλακινέν. [Ital. Di cagnolino. Gal. De petit chien. Hisp. Cosa perteneciente à cachorro perro nueuo. Ger. Das von einem hündlin ist.] Vnde Plinius Catulinam carnem esitauisse Romanos ostendit lib. 29. cap. 4. Genito manè catulo res diuina fit: & in cœnis Deũ etiamnum ponitur catulina.

Catulire, n. q. Est gestire, & coitum maris appetere. σκυζάω. [Ital. Domandare il maschio con gesti, essere in caldo. Gal. Demander le masle. Hisp. Cachonda estar la perra, y rodos otros animales. Germa. Läuffig sein, ist der hunden oder fennen.] & propriè de canibus dicitur: quanuis etiam ad alia transferatur. Varro, Fœturæ principium admittendi faciunt Veris principio, tum enim dicuntur catulire, id est naturæ instinctu in uenerem rapi. Plaut. Quin meam uxorem uidi catulientem.

Catulitio, f. t. Propriè dicitur de canibus, quum statis annis tẽporibus ad uenerem incitantur. σκυζάμενος. [Ital. Quando lacagna brama il cane. Gal. Apetit du masle. Hisp. Quando la perra esta cachonda. Ger. Das lauffen der hunden aufs samens begird.] Plin. lib. 10. cap. 21. ad terram transtulit, Catulitionem (inquit) uocant, gestiente natura semina accipere, eaq; animam inferente omnibus satis.

Catulaster, tri, m. s. Catuli imitator, sicut ab Antonio Antoniaster. Catulaster etiam significat ipsum catulum, hoc est, paruum canem, siue filium.

Cãtus, a, um, Veteribus idem erat quod callidus, & sagax. σοφὸς γνώμων. [Ital. Accorto, sagace. Gal. Caut, fin, rusé, acord. Hisp. Astuto y recatado. Ger. Bescheid, behůtsam.] unde etiam Catuli dicti sunt, teste Varrone Horatius lib. 1. Carm. Qui feros cultus hominum recentum. Voce formasti catus, & decoræ More palæstra. Idem in Serm. Post hæc ille catus, quamquamuis rusticus ibit.

Catos, συνετῶς. [Ital. Cautamente, prudentemente, scaltritamente. Gal. Cautement, finement, acortement. Hisp. Cautelosamente, astutamẽte. Ger. Bescheidlich, fürsichtlich.] Idem quod cautè, astutè. Plaut. Menæ. Sic decet dari facetè uerba, custodi Catè. Catum enim ueteres acutum dicebãt, teste Varrone de lingua Latina.

Caua, æ, f. p. τρωγλὴ. foramen, in quo aues nidificant. Plin. Multò tamen efficacissimè, ripariarum pulli, ita uocant ripariarum canis nidificantes.

Cauædium, dii, n. s. (ut Plinius Iunior in Epist. dictione mutilata) siue Cauum ædiũ (ut Varro duabus integris dictionibus) Locus est sub dio uacuus, cinctus undique porticibus, ad communem omnium usum. [Ital. Corte, chiostro. Gall. Vne basse cour. Hisp. Cerradura à encerramiento, corte. Germa. Ein hof in einem hauss, der under dem blossen himmel ist, aber mit gmachen vnd gengen vmbgeben.] Huius tria sunt genera, Tuscanicum, Corinthiũ, Tetrastylon displuuiatum, & testudinatum. Plin. Epist. 41. A tergo cauædium, porticum, aream, &c.

Caucalis, lis, Genus herbæ fœniculo similis, breui caule, flore candido. Plin. lib. 21. cap. 22.

Caucon, καύκων, Herba est, quæ etiam Ephedra, & Anabasis appellatur. ¶ Nascitur uentoso ferè tracto, scandens arborem, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt inuci geniculati, radice pallida. Hæc Plin. lib. 26. cap. 7. Vulgus Prelam appellat: qua mulierculæ utuntur ad purganda uasa culinaria. ¶ Est etiam Caucon Triphyliæ fluuius, à quo uicini populi Caucones appellati sunt. Autor Strabo lib. 8.

Cauda, fœmin. prim. quam ueteres etiam Codam dicebant. οὐρά. [Italicè Code. Gallicè Queũe. Hispanicè Cola. Germanicè Ein schwantz.] Cicero de Orator. Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. Virgilius tertio Georgic. extremæq; agmina caudæ Soluuntur. Vnde Caudati, & Codati, πεφυκότες dicuntur, qui caudas habent. ¶ Interdum Cauda ponitur pro uirili mẽbro, Horat. in Serm. Accidit ut quidam testes, caudamq; salacem Demeteret ferro. ¶ Cauda blandiri, πέρνᾳ σείειν, dicuntur qui spe commodi cuipiam blandiuntur. Aristophanes in Equit. ¶ Ne gustaris quibus nigra est cauda, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. Interpretator Plutarchus in Commentariis, De liberis instituendis, Ne commercium habeas cũ improbis, & iis qui sunt nigris ac infantib. moribus. ¶ Cauda de uulpe testatur, πέρνᾳ δὲ τὴν ἀλώπεκος μαρ

τυχεῖ. In eos dici ſolitum qui puſilla in re coniſmodi ſint declaraut. Eſt autem uulpi cauda pro corpore maior ac pilioſior ut non ſit facilè celare.

Caudacus, a, um, ſignificat ſuauem & manſuetum.

Caudecę. Ciſtellæ appellatæ ſunt ex iunco, ad ſimilitudinẽ caudæ equæ factæ. Feſtus.

Caudex, uel Codex, m. g. κορμὸς, ξύλον. [Ital. Corteccia, ſcorza. Gallicè Le tronc d'un arbre. Hiſpa. Tronco de arbol. Germanicè Der ſtam eines baums.] Dicitur in fruticibus & arboribus, id quod à radice ſupra terram ſimplex aſſurgit: ſine in quod fruticis uel arboris à radice detertur alimẽtum: differtq; in hoc à caule, ut caulis ad herbas, caudex uerò ad frutices, & arbores pertineat. Lactantius, Caudice dejecto lachrymat ſua gaudia palmes. Virg. 2. Georg. Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu) Tunditur è ſicco radix oleagina ligno. ¶ Eſt præterea Caudex plurium tabularum contextus, unde tabulæ Codices dicũtur, quaſi caudices: & naues quibus commeatus ſubuehuntur, Caudicariæ appellantur. ¶ Sic etiam Appius Claudius Caudex cognominatus eſt, quoniam primus Romanis perſuaſit nauem conſcendere. Seneca de Breu. uitæ, Claudius is Caudex fuit ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus, Caudex apud antiquos uocatur. ¶ Ponitur & pro duro ſedili, ſeu pro ſede meretricia, quæ plerunq; ex truncis fieri ſolet. Iuuenalis, Horrida qualе facit re ſidens in codice pellex. ¶ Hominem præterea ſtultum, metaphoricẽ, Caudicem appellamus. Terent. in Hecy. Quæ ſunt dicta in ſtultũ, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. ¶ Apud neoteres Caudex & Codex pro eodem leguntur, ſicut Plauſtrum & Ploſtrum. Et certè utriuſq; eadem debet eſſe ſignificatio: quandoquidem hodie Codicem frequẽtius pro libro, Caudicem pro trunco accipiamus.

Caudeus, a, um, ξύλινος. [Ital. Fatto di tronco d'albero. Gal. Fait du tronc d'un arbre. Hiſp. Coſa hecha de tronco de Arbol. Ger. Das von dem ſtammen eines baums iſt.] Quod eſt ex caudice. Plaut. in Rud. Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto uidulo.

Caudicalis, com. t. ξυλικὸς. [Ital. Coſa atta à fendere legna. Gal. Propre à fendre bois. Hiſpa. Seguron para hender lenna ò madera. Ger. Das da gehört zũ dem zerſchneyden der ſtammen.] Ad caudices ſcindendos idoneus. Plaut. in Pſeud. Tecum ſecuri caudicali præſicio prouinciæ, id eſt præpono te oneri ſcindendorum lignorum: quæ caudicis nomine appellantur.

Caudicarius, a, um: ut, Caudicariæ naues, quæ commeatus per Tyberim ſubuehunt: quòd ex lignis graſſioribus cauatis fierent. Fitq; à caudice, dum pro trunco ſeu tabula ponitur: quæ & Codicariæ dicuntur.

Cauea, Vide Caueæ.

Cãueo, es, cautum, n. ſ. Significat cautionem. hoc eſt diligentiam adhibere, prouidere, conſulere, proſpicere, ne aliquid præter ſpem accidat. εὐλαβοῦμαι. [Ital. Schiffare, prouedere cautamente. Gal. Se contregarder, eſcheuir pourvoir & donner de garde Hiſ. Huir, prouoir à alguna coſa. Ger. Hüten, Vorſichtigkeyt ſich fürſehen, Sorg haben.] Varia huius conſtructio eſt. Interdum abſolutè ponitur, Plautus, Caue nemo id intelligat. Interdum cum dativo. Cicer. Famil. libro 7. Tu qui cæteris cauere didiciſti, in Britannia abeſſe debetis ne decipiaris, cauето. Quo in loco Cauere uerbũ proprium eſt Iuriſconſultis & patronis. Illi enim dicebantur cauere ſuis clientibus, quum proſpiciebant nequid illis damni inferretur. Cic. in Proœmio Topicorum ad Trebatium, Etenim quum tu mihi, meiſq; multa ſæpe cauiſſes, ueritus ſum, ne ſi grauarer, aut ingratum id, aut ſuperbum uideretur. Terent. in Eunucho, Iſthuc eſt ſapere: ut hoc ſee inſtruxit, ipſe ſibi cauit loco. ¶ Cum dativo & accuſativo. Plaut. in Bacchid. Hæc ita me orat, ſibi qui caueat aliquem ut reperiam hominem, Iſthoc milite ut ubi emeritum ſibi ſit, ſe reuehat domum: id, amabo te, huic caueas. P. Quid iſti caueam? &c. Et Cato de Re ruſtica capite quinto, Scabiem pecori & iumentis cauето, id eſt uideto ne ſcabie inficiantur: ¶ Cum dativo & ablativo mediante præpoſitione ab. Plautus in Pſeud. hercle, quin ut tu prædicas, Cauendum eſt mihi abs te irato. ¶ Cum accuſativo. Terent. in Eunuch. Quod cauere poſſis, ſtultum eſt admittere. Cicero ad Attic. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut cauеret inſidias. Sunt aliæ quoq; in hoc genere loquendi formæ: ut, Caue facias, pro Caue ne facias. Caue faxis, pro Caue ne feceris, μὴ ποιήσῃς, μὴ ποιήσοις. Caue ne ſpoponderis, pro Caue ne reſpondeas. Quæ omnia ſine Vt, aut Ne, Latinè dixeris, aut etiam cum illis. Terent. in Andria. Tum id cauit, ne unquam infamiæ ea res ſibi eſſet. Cũ Vt. Plautus in Bacchidibus, Quid iſti ut caueam? ¶ Quin & in iure uſus eſt huius uerbi, quam ſcilicet (ut tradit Aliciatus) ſignificat ſecurum facere. Is autem ſecurus eſt, cui uel pignore, uel fideiuſſione conſultum eſt. Ad hanc ſignificationem huiuſmodi locutionis genera referuntur: ut, Cauere capite, pro Capitis periculo ſe obligare, & alium ſibi eodem uinculo obſtringere. ¶ Cauere teſtamento. Cicero de Finib. lib. 2. Sed ut ſit, etiamne poſt mortem coletur, idq; teſtamento cauebitis, qui nobis quaſi oraculum ediderit, nihil ad nos poſt mortem pertinere? Idem in Bruto. At uerò (inquam) tibi ego Brute, non ſoluam, niſi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturum: id eſt niſi à te ſpõdente ſatis accepero. ¶ Sic, Cauere obſidibus de pecunia, eſt dare obſides, quoad pecunia diſſoluatur. Cauere ſibi obſidibus ab aliquo, pro acceptis obſidibus ſe ſecurum facere. Et, Cauere alicui obſidibus, pro obſides dare. ¶ Hinc cõponitur Præcaueo, quod eſt diligenter cauco. Terentius, Hoc tempus præcauere mihi me moner. ¶ Inuenitur & Cano, is, in eadem ſignificatione. Horat. in Serm. Vade, uale, caue, ne titubes, mandataq; frangas. Vbi, ne, ſyllabæ breuitas ſatis arguit tertiæ conjugationis imperatiuum eſſe, non ſecundæ, quæ neceſſariò produceretur.

Cautor, m. t. προφυλακτικὸς, ἐγγυητής. [Ital. Quello che diffende gli altri. Gal. Celuy qui garde & enſeigne qu'on ne ſoit trompé. Hiſp. El que defiende los otros. Germ. Verhüter, Sorg trager.] Qui cauet, & prouidet aliis: quales erant Iuriſconſulti & patroni, qui conſultoribus aut clientelis ſuis cauere ſolent, & prouidere nequid cauſa eorum detrimenti acciperet. Plaut. in Epid. Iam cautor ipſe captus eſt. Cicero pro Seſtio, At ille ſceleratiſſimus, ex omnium ſcelerum colluuione natus, parum ſe fœdus uiolaturum arbitratus, niſi ipſum cautorem alieni periculi ſuis propriis periculis terruiſſet, &c.

Cautio, onis, f. t. εὐλάβεια, προφυλακή. [Ital. Cautione, figurtà. Gal. Caution, ſeurte, prouoyance, aſſeurance. Hiſpan. Caucion ò cautela. Germani. Behütſamkeit, Fürſichung ſorgſame.] Prouidentia quædam, qua auertimus, & uitamus ne quid mali nobis accidat. Cic. 4. Tuſc. Quoniam & ut bona natura appetimus, ſic à malis natura declinamus: quæ declinatio quum ratione fit, Cautio appellatur: eaq; intelligitur in ſolo eſſe ſapiente. Idem de Amicitia, Omnino omnium horum uitiorum atq; incommodorum una cautio eſt, atque una prouiſio, ut ne nimis citò diligere incipiamus, neue non dignos. ¶ Cautio eſt, loquutio frequens eſt apud Comicos, pro cautione eſt opus, ſiue, Caueẽdum eſt. Terentius in Andria, Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio eſt. Plaut. Pſeud. Ne quiſquam pertundat crumenam, cautio eſt. ¶ Cautiones etiam à Iuriſconſultis uocantur fideiuſſiones. aut aliæ etiam ſtipulationes quibus nobis cauemus, id eſt ſecuros nos reddimus. ἐγγύησις. Vlpian. l. Ita autem paragra. Iulian. ff. de adminiſtratione tutelæ. Nemo enim ius publicum remittere poteſt huiuſmodi cautionibus.

Cautionalis, le, adiectiuum: om. t. προφυλακτικὸς, ἐνλαβητικός: ut, Cautionales ſtipulationes Prætoriæ, apud Vlpianum de Præt. ſtip. lib. 46. Digeſt. Prætoriarum ſtipulationũ tres uidentur eſſe ſpecies, Iudiciales, Cautionales, Communes. Et paulò pòſt, Cautionales autẽ ſunt, quæ inſtar actionis habent.

Cautus. m. ſ. Prudens, circunſpectus & qui ſibi ſcit cauere. εὐλαβὴς. φρόνιμος, πεφυλαγμένος. [Ital. Cauto. prouidẽte, ſicuro, ſcaltritto, accorto. Gal. Caut, fin, prudent, bien auiſé. Hiſpanicè Cauteloſo, aſtuto y recatado. Ger. Behütſam, fürſichtig, geſchwind.] Terẽ. in Phormione, Vt cautus eſt, ubi nihil opus eſt. ¶ Nonnunquam pro re cui cauetur. Cicero pro Cecinna, Quo res mulieri eſſet cautior. ¶ Vnde Incautus, qui neſcit ſibi cauere. ἀδόλωτος, ἀπλοῦς. Liuius libro 3. In incautum hoſtem decumana porta erupit.

Cautè, aduerb. Prudẽter, callidè πανούργως, πεφυλαγμένως [Ital. Cautamẽte, prudentemẽte, ſcaltritamente. Gal. Cautement, finement, prudemment. Hiſp. Cauteloſamente, aſtutamen-

ſtantemente. Ger. Bchůtſamlich, Fůrſichtiglich] Plaut. in Curcul. Cautè ut incedas uia.

Cautim, idem eſt quod Cautè. Terent. in Heaut. Sed hæc ita, ut ſunt, cautim & paulatim dabis.

Cautela, æ, pro Cautione. προφυλακή. Paulus in l. Si defunctus, paragraph. qui ad communi. ff. de procurat. Qui ad communi diuidundo iudicium datus eſt, ad agendum idem, & defendendum uidebitur datus, duplici cautela interponenda. Pomponius in l. Quamuis conuenit. ff. de pig. act. Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præſtanda.

Cauerna, Cauernoſus, Caueroula, Vide Cauus.

Cauiares hoſtiæ, quæ & Cauæ. Erant partes hoſtiæ caudatenus, quæ in ſacrificio pro collegio Pontificum quotannis ponebantur. Feſtus.

Cauilla, læ, f. p. & Cauillor, ris, Irriſio quædam iocoſa. σκῶμμα. [Italicè Scherzo, Galli. Moquerie ionyenſe, brocard, ionyenſe mocterie. Hiſpanicè Mote laſtimero, eſcarnio. Germanicè Ein ſpottwort, ſchertz.] Plautus in Aulul. Ponehoc ſic, auſer cauillam: non ego nunc nugas ago. Idem in Trucul. Quid id eſt, amabò iſthæc ridicularia, cauillationes uis, Opinor, dicere, ita ut pauxillum differat à cauillis.

Cauillor, aris, deponens, à Cauo, is, teſte Nonio, ſignificat iocari, ſiue etiam irridere. σκώπτω, παίζομαι [Italicè Scherzare, beffare, inganoare. Gallicè Semoquer, brocader. Hiſpa. Motear, burlar, ò eſcarnecer, uſar de malicias. Germanicè Spcyttcn, ſchertzen, Jn ſchimpf ein vexieren vnd verlachen.] Cicero 2. de Orat. Vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Idem ad Quintũ Fratrem libro ſecundo. Præterea togam ſum eius prætextam, quam erat adeptus Cæſare Conſule, magno hominum riſu cauillatus. Cicero 4. de Natura deorum. Atque etiam in eo cauillatus eſt, æſtate graue eſſe autem amiculum, hiemẽ frigidum. Eſt & Cauillari, in diſceptationibus fallacia & dolo uti. σοφίζεσθαι. Hinc Cauillatio, ſubdola (ut Caius Iuriſconſultus definit) ratio, quam conſcii nobis mendacij, uincendi tamen cauſa proferimus. Vnde Boethius ſuper Topic. ſcribit, cauillationẽ partem quandam Logices eſſe, quum inquit, Colligendi facultas triplici diuerſitate tractatur. Aut enim ueris & neceſſariis argumentationibus diſputatio decurrit: & Diſciplina uel Demõſtratio dicitur. Aut tantum probabilibus: & Dialectica dicitur. Aut apertiſſimè falſis: & Sophiſtica, & Cauillatoria perhibetur. Sic Seneca & Cicero Cauillationes diuerſorum, quæ Græcè, σοφίσματα nuncupãtur. Vlpianus in l. Naturã. ff. de uer. & rer. ſignificat. Cauillationis natura, quam Græci σοφιστικὴν appellauerunt, hæc eſt, ut ab ueritate ueris, per breuiſſimas mutationes diſputatio tranſducatur. ¶ Eſt item Cauillatio argutа irriſio, quam Græci παίζομίαν, uel σκώμματα appellant. Cicer. 2. de Orat. Quum duo (inquit) ſint facetiarũ genera, alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breue, ſuperior Cauillatio, altera Dicacitas nominata eſt. Sueton. in Veſpa. Et maximè tamen dicacitatem in deformibus locis affectabat, ut inuidiam aliqua cauillatione diuerteret, transferretq; ad ſales.

Cauillator, m. r. φιλοπαίζεμων, φιλόγελως. [Ital. Troffatore, trouatore di qualche fallo. Gal. Moqueur, gaudiſſeur. Hiſp. Bufador, que uſa de malicias. Ger. Ein ſpeyvogel, fatzer.] Cicero ad Attic. lib. 1. Conſul autem ipſe paruo animo, & prope tamen cauillator, &c. Plautus, Cauillator facetus, uel commodus item ero.

Caulæ, ῶν ἑπαύλεις, ἑρκάνη. [Ital. Stalla. Gal. Eſtable, retz, bergerie. Hiſp. Hato, ò aprisco de ganado. Germanicè Ein ſchaaffſtal.] Latinè ſtabulum dicitur, in quo oues recondunturr addita c, ad αὐλὴ, (ut quidam putant) quod non ſolum atrium uel aulam, ſed etiam ſtabulum, & omnia ſepta deſignat. Feſtus à Cauo Caulam deriuat, quòd antiquitus ante uſum tectorum, oues in antra ducebant. Sed Varro ἀπὸ τῶν καυλῶν, nam etiam nunc fiunt ex uimine cauleæ. Virgil. 9. Aen. Ac ueluti pleno lupus inſidiatus ouili, Quum fremit ad cauſas. A ueteribus uerò Caula pro hoſpitio receptaculo accipiebatur. Lucretius li. 6. Diſperat animas per caulas corporis omnes.

Caulis, huius caulis, maſcul. gen. r. In herbis dicitur ipſum caule, ſiue ſtipes, id eſt ea herbæ pars, unde ſe producunt folia aut ramuſculi. καυλός. [Ital. Il gambo de l'herbe. Gallicè La tige d'une herbe, le gros. Hiſpani. Tallo de la yerua ò planta. Germanicè Der ſtengel an den kreuterẽ auff welchen die bletter wachſen.] Plin. lib. 19 cap. 8. Satiui autem differentiæ in folio denſo, criſpo, aut rariore, & leuiore: itẽ caule tenuiore aut craſſiore. Idem lib. 19. cap. 7. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis diſtinctum internodiis. Similiter in arboribus & in uite Caulis dicitur, ad quem alimentum defertur, quicq; ſupra terram exurgit. Radix autem plantæ eſt, unde alimentum attrahitur à terra: Ramus, quod à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Varro. Ex ſarmento caules qui nati ſunt, de his plurimum ualent. Virgil. lib. 12. Puberibus caulem foliis. Ponitur & pro quibuſcunq; oleribus Iuuen. Sat. 1. Caules miſeris atq; ignis emendus. ¶ Caulis item in uolucrum pennis dicitur calamus extra cutem eminens: è quo plumea illa lanugo erompit. Plin. libro 11. cap. 19. Pennarum caules omnium auium præciſi non creſcunt, uulſi autem renaſcũtur. ¶ In animalium quoq; caudis caulis dicitur illud unde pili naſcuntur. Idem lib. 11. Boum caudis longiſſimus caulis, atq; in ima parte hirtus. ¶ Quandoq; (ſicut docet Seruius) ſumitur pro uirili membro: quandoq; pro ferro, & pro quolibet haſtili. ¶ A Caulis fiunt compoſita, Vnicaulis, & Multicaulis. Idem libro duodecimo, Eſt & illa differentia, quòd quædam in his multicaulia, ramoſaq; ſunt, ut carduus.

Caulias, liæ, καυλίας. Succus ex caule laſerpitii, qui in uas cõiectus, admiſto furfure, ſubinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur. Plin. lib 19. cap. 5.

Cauliculus, m. ſ. diminutiuum à Caulis. καυλίσκος. Plinius. Hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior, teneriórque cauliculus.

Caulẽſco, is, In caulem exereſco, caulẽ produco: καυλέομαι. [Ital. Creſcere nel gambo & nelle foglie. Gal. Produire ſa tige. Hiſp. Creſcer el tallo. Ger. Strengel vberkommen.] Licet quandoq; ponatur pro folia producere. unde & Decauleſcere contrarium, quod ſignificat ſine foliis fieri. ἀποκαυλίζεται. Plin. lib. 19. Raphanus uti iocundior detractis foliis antequam decauleſcat.

Caulinum uinum, iuxta Capuam prouenientes, ab agro ita nominatum Plio. lib. 14. cap. 6. Campania excitauit nuper nouis nominibus autoritatem ſine cura, ſine caſu, ad quarum à Neapoli lapidem Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, & in ſuo agro Trebulanis.

Caulõdes, καυλώδης, Braſicæ ſpecies eſt, lata habens folia, è caule exeuntia: unde & nomen accepit. Autor Plin. li. 20. cap. 9.

Cauma, atis, neut. t. καῦμα, Latinè calor, ἀπὸ τῦ καίνομαι, quod eſt uror. [Ital. Calore. Gallicè Chaleur. Hiſpa. Calor. Germa. werme.]

Cauma, καῦμα, aliàs Siriaſis, infantium nũc diſtillatio, nũc adуſtio. uide Siriaſis.

Caunia, ſiue Cauneæ, καυνία, Fici genus minutum, quod è Cauno maritima Cariæ urbe aduehebatur. Cicer. 2. de Diuinatione, Quum M. Craſſus exercitum Brundiſii imponeret, quidam in porta caricas Cauno aduectas uendẽs, Cauneas clamitabat.

Cauo, Cauas, Cauatus, Caues, Vide Cauus.

Caupo, onis, maſc. gener. t Eſculentorum poculentorumq; uenditor. καπηλεῦς, οἰνοπώλης. [Italicè Hoſte, hoſtiere, taueriere. Gallicè Tauernier, qui uent en detail. Hiſpanicè Tauernero ò uentero. Germanicè Ein wirt, Der ſpeyſe vnd tranck verkauffe.] Vlpian. in l. 1. paragra. caupones autem. ff. nauta, caup. ſtab. Caupones autem & ſtabularios æquè nos accipiemus, qui cauponam uel ſtabulum exercent, inſtitoréſue eorum. Martial. lib. 1. Non potes, ut cuperes, uendere caupo metum. Cic. 2. de Diuin. Quum duo quidam Arcades admodum familiares iter unà facerent, & Megaram uenissent, alterum ad cauponẽ diuertiſſe, ad hoſpitem alterum, &c.

Caupõna, pen. prod. Vocatur tam mulier, quæ uinum & eſculenta uendit, quàm ipſa taberna uinaria. καπηλίς. [Italicè Hoſteria, tauerna. Gallicè Tauerne, ou boutique ou on uẽt en detail. Hiſpanicè Tauernera ò uentera, tauerna ò uenta. Ger. Ein wirts frau, Item ein wirts hauſs, weyn hauſs.] Cic. in Piſonem. Nónne tibi nox erat pro die non ſolitudo pro frequentia? caupona pro oppido.

Caponula,

Cauponula, dimin. *καπηλία, καπηλίδιον.* Cic. 2. Phil. Delituit in quadam cauponula, atq; ibi se occultans, perpotauit ad uesperum.

Cauponaria, cauponariæ, fœmin. prim. Ars cauponandi, *καπηλική.*

Cauponius, a, um, Quod ad cauponem pertinet, *καπηλικός.* [Ital. Cosa che apartenga à l'hoste. Gal. De tauerne, des apartenences de tauerne. Hispa. De tauerneca ò uenta. Germanicè Das zum wirt gehört.] ut Ars cauponia. Iustinianus lib. 1. Iussitq; cauponias, & ludicras artes, & lenocinia exercere, Martianus de fund. instr. & instr. leg. l. pictoris. Et instrumento cauponio institorum.

Caupono r, cauponaris, penultima producta, d. p. Cauponariam exerceo, uel re aliqua lucri causa ad quæstum abutor. *καπηλεύω.* [Itali. Vendere a l'hosteria. Gall. Tauerner, uendre en detail, debiter. Hispani. Vender en tauerna, andar por tauernas. Germani. Wirtschafft treybē, Grem plen.] Bonius apud Ciceronem de Offic. lib. 1. Nec cauponantes bellum, sed belligerantes.

Cauſia, *καυσία.* Regium capitis tegmen apud Macedones. Valerius Maximus libro 7. Quemadmodum Antigonus ea pud Pyrrhi texit cauſia, qua uelatum caput more Macedonum habebat. Alibi etiam tenuiores cauſia uſos legimus. Plautus Perſa, Tunicam, atq; zonam, & chlamydem aſſerto: & cauſiam.

Cauſon, uel Cauſo, *καῦσος, ἡ καύσων.* [Italicè Ardore, calore exceſſiuo. Gallicè Ardeur extreme. Hiſpanicè Ardor, calor eſtranno. Germanicè Brunſt vnd groſſe hitz.] Aeſtus ſeu ardor. Inde ab Hippocrate Cauſon febris æſtuãs appellatur.

Cauſa, f. p. *αἰτία.* [Itali. Cauſa, cagione. Gallicè Cauſe, raiſon. Hiſp. Cauſa ò el echaque ò la occaſion. Germani. Ein Vrſach.] Propriè dicitur id, ex quo, uel propter quod, uel à quo aliquid fit. Cicero de Fato, Cauſa eſt, quæ id efficit, cuius eſt cauſa: ut uulnus, mortis: cruditas morbi: ignis ardoris. Et paulò pòſt, Nulla igitur earum eſt cauſa, nulla earum rerum ſua ui efficit id, cuius dicitur cauſa. Differt autem Cauſa à Ratione: quòd Cauſa dicitur impulſus ipſe ad aliquid agendum: Ratio uerò ordo gerendorum ex cauſa uenientium. ¶ Eſt & illud frequens bonis autoribus, Quid cauſæ eſt? *τίνος ἕνεκα:* id eſt, negarēne quiſquam poteſt, uel cauſam aliquam afferre? &, Cauſam haud dicam, id eſt per me licet, non recuſabo. Quatuor autem cauſarum genera ſcripſit Ariſtoteles. Materialem, ex qua aliquid fit: Formalem, per quam aliquid tale fit: Efficiētem, à qua aliquid fit: Finalem, cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem Deum, cauſam cauſarum eſſe affirmat. ¶ Per translationem tamen Cauſa dicitur omnis actio quam in ſenatu uel in foro habemus. *Alius.* Vnde tria eſſe cauſarum genera ſcribit Cicero, Demonſtratiuum, *τὸ ἐπιδεικτικὸν εἶδος.* Deliberatiuum, *τὸ συμβουλευτικὸν:* & Iudiciale, *τὸ δικανικόν,* de quibus in ſequentibus. Ex his tamen magis propriè cauſa dicitur, quæ iudicialis eſt: unde & cauſam pro lite ac controuerſia ponimus: ut, Cicero diligenter egit cauſam Milonis. Cicero ſecundo de Orator. Atque in ciuium cauſis, diſceptationibusq; diuerſantur. ¶ Interdum Cauſa dicitur occaſio. *ἀφορμή.* Terentius in Eunucho, Iam diu aliquem cauſam quærebat, quamobrem aliquid inſigne faceret. ¶ Interdum dicitur excuſatio, *ἀπολογία:* ut, Honeſta eſt cauſa mei diſceſſus. ¶ Interdum ratio, *λόγος.* Ouidius libro 1. Faſtor. Tempora cum cauſis Latium digeſta per annum. ¶ Interdum origo, *ἀρχή.* Vnde & quidã cauſam à caſu dictam exiſtimant, quòd initia & origines rerum, quæ cauſæ ſunt, Caſu eueniant. Nonnulli à Chaos, detracta aſpiratione, quòd confuſa illa materia prima omnium cauſa fuerit. Alii à Græco *καῦσις,* quod ardorem, ſeu incendium ſignificat, quòd cauſa ſit quæ nos accendit ad aliquid agendum. ¶ Alij à cauendo, quòd ea ſit quæ cauet ut aliquid agatur, aut nõ agatur. ¶ Cauſa item pro partibus accipitur. Lucanus libro primo Victrix cauſa deis placuit, ſed uicta Catoni. ¶ Cauſa deſerta, *ἔρημα δίκη,* dicitur quum nemo repugnat, Tralatum à iudiciis, ubi nonnunquam altera pars cedens tradit cauſam aduerſario. Itaque deſerta cauſa uincere, eſt uincere nullo contrà pugnante. ¶ Huic ſimillimum eſt, Hetæromalia cauſa, *ἑτερομάλη δίκη, ἀπὸ τῆ τὸν ἑτερομαλῶν λέξη,* quòd alter duntaxat accedat. Vſurpabitur non inelegãter ubi quis damnat abſentem. At quoniam cauſſa aliter à philoſophis, aliter à medicis, aliter à Iureconſultis, aliter à Rhetorib. conſideratur, uiſum eſt hic operæpretium, ſingulorum cauſſas ſeorſum recenſere: præter quàm philoſophorum, quæ prius erant appoſitæ.

Medicorum.

Cauſſa, alia eſt procatarctica, id eſt euidens, alia ſynectica, id eſt coniuncta, ſiue continens: alia præcedens, ſiue interna. Procatarctica eſt, quæ dum aduerſam ualetudinem creauit, ſeparatur: ut canis mordens, ſcorpio pungens. Cauſſa coniuncta eſt, quæ cũ præſens eſt, eius quoq; effectus adeſt: cum uerò deſinit, etiam effectus euaneſcit: ut lapis in uelica, unguis in oculo. Præcedens cauſſa eſt, quæ à procatarctica præparatur & adiuuatur. Vel eſt, qua ablata augetur, & qua ſublata aufertur effectus. Perfecta, quæ eundum in ſeipſa finem facit. Cauſſæ abditæ in medicina uocantur, in quibus requiritur, ex quib. principiis corpora noſtra ſint, quid ſecundum, quid aduerſam ualetudinem faciat. Celſ. lib. 1. Cauſſæ euidentes in medicina uocantur, in quibus quæritur initium morbi, calor attulerit an frigus, fames an ſatietas, & quæ ſimilia. Cauſſas omnium morborum lege apud Hippocratem lib. de Flatibus. Cauſſæ morborum ſunt, ſpiritus, & aer eodem. Cauſſa eſt, ad quam aliquid ſequitur. Ad eam uerò aliquid ſequi, eſt ex ea, per eam, ab ea, aut ex eius gratia aliquid fieri. Cauſſa in actu, quę ſimul cũ effectu exiſtit. Cauſſa in potentia, quæ non ſimul cum potentia exiſtit. Cauſſa efficiēs uocatur, à qua aliquid fit. Cauſa finalis eſt cuius gratia aliquid fit. Cauſſa formalis eſt, per quam res habet eſſe. Nam dat eſſe rei, & eam conſeruat in eſſe. Ipſa nanq; præſente res eſt, & ipſa fugiente perit. Cauſa per ſe uocatur, cum aliquid ſuapte natura ſit, cauſſalitatis nomine pariter eſt expreſſa. Cauſſa per accidens, quæ ad effectum eam non ordinatur, aut cauſſalitatis nomine minimè eſt expreſſa. Cauſſa materialis, ex qua cum aliquo aliquid fit, uel ex qua cum forma ſit compoſitum, uel in qua aliquid, ut in ſubiecto. Cauſſa propinqua eſt quæ particulari nomine deſignatur: aut inter quã & effectũ haud multæ interiacent cauſſæ. Cauſſa remota, quę nomine communi deſignatur, aut inter quam & effectum multæ interiacent cauſſę.

Iureconſulte.

Cauſſa, uerbum generale eſt, quod comprehendit principium negocij cum proponitur, & cum quis deliberat, & proponit ut litiget. Cum uerò diſcutitur, iudiciũ eſt, quod accipitur non ſolum cum ipſum factum diſcutitur, ſed etiam tractantur ea, quæ præparatoria dicimus ipſius diſcuſſionis. At ubi iudicatum fuerit, dicitur facta Iuſtitia, quia tum ius unicuiq; eſt redditum. Alciat lib. 1. Diſpunct. cap. 14, l. Lis. Vnde Cauſſa Vlpiano facta eſt unde obligatio oritur, quod Rhetores *αἴτιον* uocant. Idem in libro 9. ff. Sicer. Et cauſſa tranſitiuè, dicitur omnis actio, quam in ſenatu, uel in foro habemus. Et Cauſſidici patroni dicuntur, qui in cauſſis iudiciisq; uerſantur, ubi lites & controuerſiæ, id eſt, cauſæ iudiciales agũtur. Cauſſa dicitur id ex quo, uel per quod, uel à quo, uel propter quod aliquid fit. Differtq; hoc à Ratione, quòd Cauſſa eſt impulſus ipſe ad aliquid agendum: Ratio uerò, ordo gerendorum ex cauſſa uenientium. Cauſſa ius reſpicit, Occaſio factum. Cauſſa dominii quæ proxima ſit, item quæ remota. Gloſ. explicat in l. poſſidere, parag. neteres. ff. de Acquir. poſſ. Cauſſa & Factũ interdum pro eodem uſurpantur. l. plurimum. ff. de Iur. & facti ignor. l. ſi ex plagis. parag. in cliuo. ad Leg. Aquil. Cauſſarum tria genera eſſe notum eſt. Demonſtratiuum, Deliberatiuum (quod & Concionale appellatur) & Iudiciale. Ex iis tamen propriè cauſſa dicitur, quę Iudicialis eſt. Vnde Cauſſam pro lite & controuerſia ponimus. Quanuis nonnulli ita diſtinguant, ut controuerſiam ſeu litem dici uelint, poſtquam conteſtatum eſt: Cauſſam autem, & ante & poſt cõteſtationem. Cauſſæ definitionem, quam refert Gl. in Rub. ff. de Cond. & demon. Bart. improbat, qui ait: Cauſam eſſe quid præteritum uel inſtans, quo quis impellitur ad aliquid diſponẽdum. Cauſſa criminalis dicitur maior, Ciuilis minor. Aut. Vt omn. obed. Iud. prou. parag. ſi igitur fuerit. Cauſſa efficiens eſt eius, ex quo res ipſa fluit, ut Ius ciuile, turelæ: Teſtator, teſtamentariæ. Lex, legitimæ: & Magiſtratus, dativæ. Ius gentiũ emptionis, locationis, mutui, commodati, depoſiti, &c. Ius ciuile ſtipulationis, contractus emphyteutici, & cætera. Cauſſa fauorabilis non ea eſt (ut exiſtimat uulgus) fauore digna, ſed quòd fauoris ple

ripa domus eſt, & propemodũ hæ ſunt cauſſæ teſtamentũ matrimonii, dotis, legitimationis, pupilli, eccleſiæ, viduarũ, & aliarũ miſerabilium perſonarũ. Cauſſa fontica, quę cuiq; de qua agitur, nocet atq; prohibet, ne quis in ius veniat. Cauſſa ſuperior quæ iuri communi fundata eſt, vel ius apparentium. Cuius contrarium eſt, cauſſa inferior. Vnde Budæus in poſteriore de Origine.

Rhetorum.

Cauſſa eſt, ut dicit Hermagoras, res quæ habeat in ſe cõtrouerſiam in dicendo poſitam, cum perſonarum certarũ interpoſitione. Cic. de Inuent. 1 Cauſſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus cẽtinetur, aut in omnibus, aut in pleriſq; eorum. in Topic. Cauſſa ea eſt, quæ id efficit cuius eſt cauſſa, ut pulnus, mortis: eruditas, morbi: ignis, ardoris. De Fato. Cauſſam appello rationem efficiendi, cuentũ id quod eſt effectum. In Parti. Chryſippus cauſſarũ genera diſtinguit: Cauſſarum enim, inquit, aliæ ſunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. De Fato, Cauſſarũ genera duo ſunt. Vnum quod ui ſua id quod ſub ea ſubiectũ eſt, certè efficit, ut ignis accendit. Alterũ quod naturã efficiendi nõ habeat, ſed ſine quo effici nõ poſſit, ut ſi quis ex cauſſam ſtatuę nolit dicere, quòd ſine eo nõ poſſit effici. Huius generis cauſſarũ ſine quo non efficitur, alia ſunt quales, nihil agentis, ſolida quodãmodo, ut locus, tẽpus, materia. Alia aũt percurſionẽ quandã adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per ſe adiumenta etſi nõ neceſſaria, ut amori cõgreſſio cauſſam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere cauſſarum ex æternitate pendentiũ Fatum à Stoicis nectitur. Sunt aliæ cauſſæ, quæ planè efficiant, nulla re adiuuante: aliæ quæ adiuuari uelint, ut ſapientia efficit ſapientes ſola per ſe. In Topic. Cauſſa ſimplex, quæ abſolutam continet quæſtionem. De Inuention. 1. Cauſſa coniuncta ex quæſtionibus pluribus, in qua plura quærũtur. Ibidem, Cauſſa ex comparatione, quãm per contentionem, utrum potius, aut quid potiſſimum ſit quæritur. Ibidem. Cauſam facere dicitur, quo ſublato, controuerſia ſtare non poteſt. De Orat. 2. Tria ſunt genera cauſſarum, iudicii, deliberationis, exornationis. Ariſtoteles tribus in generibus rerum uerſari rhetoris officium putauit, demonſtratio, deliberatio, iudicialis. In Part. Cauſſæ communi quæſtione ſeiunctæ partim in iudiciis uerſantur, partim in deliberatione. Eſt etiam genus tertium quod in laudandis aut uituperandis hominibus ponitur. Hæc tria genera uide ſuo ordine. De Oratore. Genera cauſſarum ſunt quinq; Honeſtum, admirabile, humile, anceps, obſcurum. De Inuen. 1. Honeſtum cauſſæ genus eſt cui ſtatim ſine oratione noſtra auditoris faueat animus. Admirabile eſt, à quo alienatus eſt animus eorum qui auditori ſunt. Humile, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum uidetur. Anceps, in quo aut iudicatio dubia eſt, aut cauſſa & honeſtatis & turpitudinis particeps, ut beneuolentiam pariat & offenſionem. Obſcurum, in qua aut tardi auditores ſunt, aut difficilioribus ad cognoſcendum negotijs cauſſa implicata eſt.

Cauſarius, adiect. num: ut Cauſarii milites, *ἀπέμαχοι, οἱ ἐξ αἰτίας τινὸς ἀπολυόμενοι*, dicuntur à Liuio lib. 7. qui propter honeſtam cauſam, puta ualetudinem, à militia ſoluũtur, quaſi ualetudinarii, ſiue fontici, aut qui omnino cauſſam & miſſionem habebant ex morbo, ſeneſtutéue: Tertius inquit, exercitus ex cauſariis ſenioribuſq; à L. Quintio conſcribatur, qui urbi mœnibuſq; præſidio ſit. ¶ Sic cauſſata miſſio dicitur, per quam milites ſoluuntur à ſacramẽto militari. Vlpian. Cauſaria inquit, miſſio eſt, quæ propter ualetudinem à laboribus militiæ ſoluit.

Cauſariè, aduerb. Martianus in l. Milites agrum, parag. is etiã fidei re nihil. Ideo & ad eum, qui cauſariè miſſus eſt, poteſt dici pertinere, quum huic quoq; præmium præſtetur. *ἀπόμαχος γενόμενος, ἐκ τοῦ πολέμου γενόμενος*.

Cauſia, æ min. à Cauſa. *Aniclet.* Cic. in Orat. Sed quia & primarias ille pleraſq;, & eas ipſas altis, & paruarum rerum cauſulas ſcripſit, uidetur eſſe ieiunior.

Cauſor, aris, deponens, ſignificat rei geſtæ cauſam offero ſeu tego, & excuſationẽ adduco. *προφασίζομαι*. [Ital. Eſcuſarſi. Gall. Alleguer ſes raiſons ou excuſes. s'excuſer. Hiſp. Traer cauſas. Ger. Ein urſach anzeigen, Ein entſchuldigung darthũn.] Plaut. in Aul. non cauſſicor, quin ego illam habeam potiſſimum. Cauſſicari eſt etiam iura allegare, & in iure diſceptare. Aſconius.

Cauſatio f. t. Prætextus, excuſatio, uel color: quandoq; ponitur pro uitio interiore, & ægritudine. *πρόφασις* [Ital. Eſcuſatione Gal. Excuſe. Hiſp. Aquella obra de traer cauſas, excuſation. Germ. Entſchuldigung. Ausred.] Pallad. lib. 1. Si ſaluo capite in pulmonibus ac thorace, aut nulla eſt, aut rara cauſatio.

Cauſidicus, pen. cor. m. f. Dicitur patronus, qui in cauſis iudiciis uerſatur. *δικανικὸς ῥήτωρ*. [Ital. Auocato. Gal. Aucocat, celuy qui plaide. Hiſp. Abogado de pleitos. Germ. Ein fürſprech in rechtshandlen.] Cic. 1. de Ora. Non enim cauſidicum neſcio quem, neq; proclamatorem, aut rabulam, cõquirimus. Iuue. Satyr. 10. nec unquam Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.

Cauſtica medicamenta, Sunt quæ habent uim cauſticam, id eſt uſtionem. *καυστικὰ φάρμακα*. Plin. libro 2. capite 9. Stirpium braſſicæ aridorum cinis, inter cauſtica intelligitur. Martialis, Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Cauſton, *καυστὸν*. Latinè dicitur Vſtile. Plin. Quartum cauſtum ad ellychnia.

Cautè, Cautela, Vide Cauco.

Cautères, *καυτῆρες*, idem cum cauteriis, quos Palladius habendos eſſe in inſtrumento ruſtico præcipit.

Cautẽtum, rii, *καυτήριον*. [Ital. Ferro da cremare. Gal. Vn cautere ou fer chaut. Hiſp. Hierro para quemar. Germ. Ein eyſen mit welchen man ein zeichen brennet.] Inſtrumentum eſt, quo notæ imprimuntur, & morbi altoqui inſanabiles inuij ſolent. Plin. lib. 22. cap. 23. Tempeſtiuè etiam datum cauterij uim obtinet: aſſuetis etiam utilius, quãm expertibus: Præterea cauterium in pictorum inſtrumentis cõtinetur, quo binominationes, & ſortiores quæq; conglutinationes cõcoquuntur: maximè in ea pictura, quæ *ἐγκαυστικὴ* appellatur, quæ fit carbonib. inuſtis, reſolutis igne ceris. Martianus titulo De fundo inſtructo, ſic refert: Pictoris inſtrumento legato, cæræ, colores, ſimiliſq; horum legato cedunt: item penicili, & cauteria, & conchæ.

Cauteriatus, a, um, Quod eſt cauterio notatum. *κεκαυτηριασμένος*. unde ab Apoſtolo Cauteriata cõſcientia dicta eſt.

Cautes, huius cautis, fœm. gen. t. Saxum aſperum & abruptum. *ῥαχία*. [Ital. Saſſo aſpero & grande. Gal. Vn rocher ou une roche. Hiſp. Piedra aſpera. Ger. Schrofen, ein rauher felſs.] Virg. 6. Aen. Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. Plin. lib. 2. cap. 69. Iuxta Harpaſa oppidum Aſiæ, cautes ſtat horrenda, uno digito mobilis: eadem ſi toto corpore impellatur, reſiſtens. Cæſar 3. bell. Gall. Et ab æſtu derelictæ, nihil ſaxa & cautes timerent. Cautè loquacior, *ῥαχίας λαλίστερος*, prouerbialis hyperbole in hominẽ immodicè & permoleſtè garrulum. Sumpta metaphora à canibus, quæ quoniam aſſiduis fluctibus tunduntur, multo reſonant fragore.

Cautor, Cautio, Cautionalis, Cautus, Vide Cauco.

Cauus, a, um, Proprié concauum, uacuum: à Chaos, quod quaſi uorago quædam erat inanis. *κοῖλος*. [Ital. Voto, cauato, concauo. Gal. Caué, creux. Hiſ. Profondo, hondo, ó hueco. Ger. Hol.] Virgil. 5. Aen. dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta Aere cauo. Ouid. 4. Metam. quæ ſanguine miſta recenti Coxerat æra cauo.

Cauus, ſiue Cauum, Locus cauatus, ſeu concauus *κοίλωμα*. [Ital. Luogo cauato, buco. Gal. Creux, trou, raniere. Hiſp. El hoyo ó agujero. Ger. Ein hol ort, Ein hũle, loch.] Varr. Facere his cauos oportet laxiores, ubi pullos parere poſſint. Col. lib. 8. Deinde cauũ quem feceris, ſurculo obturato. Idẽ ſcribit cauum eſſe locũ, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus ut eſſet. Horat. 1. Epiſt. Macra cauum repetet

arſtum,

arctum quem macra ſubiſti. Plin.lib.10.ca.18. Pullos in canis educant auium ſoli.

Cauaticus, a, um, *ξυλόλιθος*: ut, Cauaticæ cochleæ. Plin.li.30. cap.6. Sunt Balearicæ, quas cauaticas uocant, quoniam in ſpeluncis naſcuntur.

Cáuo, as, act.p. Euacuo, cauum facio. *κοιλόω, κοιλαίνω*. [Ita. Cauare, uotare. Gal. Cauer, creuſer. Hiſp. Cauar. Ger. Höſs hólen, hol machen.] Plin.lib.36. In Syphno lapis eſt qui cauatur, tornaturq; in uaſa coquēdis cibis utilia. Liu.1. bel. Pun. Itaq; ingens coacta uis nauium eſt, lintriumq; temere ad uicinalem uſum paratarum: nonaq; alias primùm Galli inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus. Ouid.1.de Arte, Saxa cauantor aqua. Virg.3. Georg. cauatq; Tellurem, & ſolido grauiter ſonat ungula cornu. ¶ Huius compoſita ſunt, Concauo, Excauo, & Recauo, pen.cor. Ouidius libro ſecundo Metamor. Eſt locus, in geminos ubi brachia concauat arcus.

Cauator, oris, uerbale. *κολαπτής*: ut, Cauator arborum picus Martius. *ἀρνοκολάπτης*. Plin lib.10.cap.18.

Cáuea, cauea, à cauo ſit, ſignificatq; ſpecum, uel antrum ſubterraneum, *ἄντρον*. [Ital. Caua ſotterra. Gal. Caue. Hiſpa. Cueua. Ger. Ein hüle vnder dem erdtrich.] Sed quoniam in huiuſmodi locis eſſe conſueuerunt ferarum cubilia, cauea pro ipſis ferarum receptaculis uſurpamus. Apul. Beſtiam immittimus cauex. Suetonius, Beſtiarum more qua drupedes cauea coercuit. ¶ Et ab harum ſimilitudine pro ſeptis ex ligno, ſiue ex ebore, aliſue materia factis, in quibus auiculas tenemus. *ὀρνιθοτροφεῖα, ὀρνιθία*. [Ital. Gabia. Gal. Cage. Hiſpa. Iaula para las aues. Ger. Ein vogelkefy.] Plaut. in Carcul. Quia enim cauea ſi forent concluſi, itidem ut pulli gallinacei. ¶ Item Cauea, eſt area in medio theatri, in qua equitum ſubſellia conſtituta eſſe conſueuerunt, quòd uelis tecta cauex ſimilitudinem haberent. *θεωρητήριον*. Plaut. in Amphitryone, Vt cōquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caueam ſpectatoribus. ¶ Quandoq; ponitur pro populi conceſſu. Virg.5. Aen. Hic totum cauex cōceſſum ingentis, &c.

Cáuerna, næ, ſ.p. Specus, uel antrum ſubterraneum, uel terræ concauitas. *ἄντρον*. [Ital. Spelonca, cauerna. Gal. Cauerne, creux. Hiſp. Cueua, concauidad. Germanicè. Ein hüle vnder dem erdtrich.] Cicer.1.de Nat. deorum. Quòd magnas uis terræ cauernis continetur caloris eaq; hyeme ſit denſior. Virg.2. Aen. Inſonuere cauæ, gemitumq; dedere cauernæ. Cic.2.de Nat.deor. Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam.

Cauernoſus, a, um, Pro loco paſſim uacuo, & ueluti cauernis pleno. *ἀντρώδης*. [Ital. Pieno di cauerne. Gal. Ayant pluſieurs grandes cauernes, fort creux. Hiſp. Coſa llena de cuenas. Ger. Grübechtig. Voll löcheren, oder hölinen.] Plin. li.16.ca.8. Radix in uſu, piloſa, coloris intus herbacei craſſitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſa, ceu poliporū cirri, ſubdulces, & in petris naſcens.

Cauernula, læ. diminutiuum. *μυκί*. Plin. libro 17. capite 11. Ipſi quò pediculis adhærent, cauernulas habent, & intus ſemen.

C ante E.

CEL. In notis antiquorum Celeres. CEN. PP. uel CENS. uel CHS. Cenſor perpetuus. CEN.A. Cenſoris arbitratu. CENT. Centuria, uel Centurio, uel cententrio. CENTV. centuriones. C.F. Caii filius.

Ce, Syllabica adiectio eſt: de qua uide infrà in particula Met.

Cecryphalea, *κηκρυφάλεια*, Promontorium, ſeu inſula Peloponneſi, iuxta quam Athenienſes ab Aeginetis prælio ſuperati fuerunt. Stephanus.

Cecubum, Vide Cæcubum.

Cedilia taberna, Aedificia quædam Romæ ita dicta à domini nomine, qui Cedilius uocabatur.

Cedo, cedis, ceſsi, ceſſum, *παραχωρῶ*. & Cedò, cedite. Vide Cædo.

Cedratus, Vide Cedrus.

Cedrelate, tes, fœm.gen. *κεδρελάτη*, Genus Cedri. Plin.lib. 24. capite quinto. Cedrus magna, quam Cedrelatem uocant. dat picem, quæ Cedria uocatur, dentium doloribus utiliſſimam.

Cedria, ſ.p. *κεδρία*, Pix eſt, quæ ex cedrelate, hoc eſt ex maiore cedro defluit. Plin.lib.29 capite 3. Scabiem corporum, ac pruritum oleo & cedria miſtis tollunt. Vide Ruellium libro 1. capite 62.

Cedroſtis, ſ.t. *κεδρωγίς*, Vitis alba, quam nonnulli Ampeloleucen, alii Ophioſtaphylon, alij Melothron, alii Pſilothrō, alij Archezoſtin, alii Cedroſtin, alii Madon appellant. Hæc & Brionia à Dioſcoride appellatur.

Cedrus, *κέδρος*, Arbor eſt perpetuò uirens, iunipero non abſimilis, radicibus raris, per ſumma terræ diſperſis, folio duro, acuto mucrone capillato, & ſpinoſo, ligno contorto, nodoſo, medulla rubente odorata, baccis myrti flauis, odoratis & eſculentis, nouo fructu per autumnum cum anniculo pendente. Laudatiſſima in Creta naſcitur, item in Africa & Syriæ montibus. ¶ Cedro æterna materies, cariē non ſentiens, unde claſſibus & domorum tectis ædificandis in primis eſt idonea. Vnde prouerbialiter Digna cedro dicuntur quæ promerentur immortalitatem, & ciuſmodi iudicantur ut poſteritati conſecrari debeant. Horat. in Arte poetica, - ſperamus carmina fingi poſſe linenda cedro. Perſius item & cedro digna loquutus: Plinius duo cedri facit genera, maioris & minoris diſcrimine: minorem rurſus in duas ſecans ſpecies: quas Lyciam appellat, & Phœniciam utranq; iuniperi ſimilitudine, ſed foliis differentem. Nam quæ acutum, ſpinoſum, & durum habet folium, Oxicedrus nominatur. Altera odore præſtat. Maioris item cedri duo facit genera. Nam quæ floret, fructum non fert: fructifera non floret, ſed in ea antecedentem fructum nouus occupat. ¶ Cedrus in Cypro maxima naſci traditur centum triginta pedum longitudine, craſſitudine autem ad quinūm hominum complexum. Vide plura de hac arbore apud Plin. libro 13. capite 5. Virg.2. Georg. Dant alios alia fœtus, dant utile lignum Nauigijs pinos, domibuſq; cedrum, atque cupreſſos. Vitruuius libro 2. autor eſt, ex cedro oleum naſci, quo libri, aliæue res prunctæ, à tineis & carie non lædantur. Ad quod pertinere uidetur illud Perſii, Satyra prima, - & cedro digna loquutus. Item illud Ouidii primo Triſtium, Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Cedratus, a, um, *κεδρωθείς*, Cedrino oleo perunctus. Plin. lib.13.cap.13. Et libros cedratos fuiſſe, propterea arbitrantur tineas non tetigiſſe.

Cedrinus, a, um, nomen poſſeſſiuum, Quod eſt ex cedro. *κεδρεάτης*. Plin.lib.13.ca.5. Cedrinos eſt Romæ in delubro Apollo Soſianus, Seleucia adductus.

Cedrium, n. ſ. Pix liquida, & primaria quæ ex tæda excoquitur. Plin.lib.16.cap.11. Pix liquida in Europa è tæda coquitur naualibus muniendis, multoſq; ad alios uſus. Lignum eius conciſum, fornis undiq; igni extrà circundato, ut primus ſudor aquæ modo fluat in canali. Hoc in Syria Cedrium uocatur, cui tanta uis eſt, ut in Aegypto corpora defunctorum eo perfuſa ſeruentur.

Cedrides, pen. corr. *κεδρίδες*, Fructus Cedri, ſicut Daphnides, fructus lauri. Plin. libro 24. cap.5. Cedrides, hoc eſt fructus cedri, tuſſim ſanant, urinam ciunt.

Celatim, Vide Celo.

Celaſtrus, ſ.f. Theophraſto, Arbor eſt æterna frondis coma, cultura degenerans, & omnū tardiſſimè fructus ſuos perficiens: uſus eius ad baculos & ſcipiones accommodatus. Vide Ruellium lib.1.cap.63.& 138.

Celebris, & hoc celebre, uel Celeber, bris, bre, pen.cor. *διάσημος, περιβόητος, ἐνδοξότατος*. [Ital. Famoſo, celebre. Gallicè Renommé, hanté. Hiſpanicè Famoſo, glorioſo. Germanicè Vetrümpt, fürnemmen.] Diſtinguitur à frequenti, quòd Frequens dicatur creber, ſiue de loco, ſiue de re animata: ut, Frequens miles, frequens Senatus, id eſt creber, copioſus, multus. Frequentes domus, id eſt crebræ, multæ. ¶ Aliquando dicitur quod ab alijs frequentatur: ut, Frequens templum, in quod multi conueniunt. Vnde & infrequens, parum frequentatum: ut, Infrequens forum, id eſt quò pauci uel rari conueniunt. Phœnix infrequens auis, id eſt quæ rara reperitur. Cic. ad Quin. Fratrem, Som Romæ infrequens. ¶ Celebris uerò, Idem eſt quod Clarus, & famigeratus, & qui in omnium ore uerſatur. Cicero de Diuin. Nunquam illud oraculum tam celebre, aut tam clarum fuit. Idem in Verrē, Clara res eſt, tota Sicilia celebertima atq; notiſsima. ¶ Sæpe etiam accipitur pro frequenti, & hoc paſsiuè tam ad rem, quā ad perſonam

perſonam relatum. Autor ad Herennium li. 2. Locus quæritur celebriſne ſit, an deſertus, id eſt qui celebratur

Celebritas, f. t. frequẽtia & hominum cœtus. πολυπλήθεια. [Ital. La frequentation. Gal. Aſſemblée de gens d' honneur, bon bruit, grande renommée, frequentation. Hiſp. Compañia de hombres. Germ. Ein groſſe menge vnd verſamlung des leüts.] Cic. ad Atti. Odi celebritatem, fugio homines, lucem aſpicere vix poſſum. Idem pro domo ſua, Nullis unquam comitiis cãpus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. Interdũ Celebritas idem eſt quod fama claritas, qua apud multos innoteſcimus. εὐδοξία. [Ital. La fama, il buon nome, l' honoranza. Gal. Grande aſſemblée d' hommes & de femmes. Hiſ. Glorioſa fama. Ger. Verrumpter nam mit herrlichem lob.] Idem pro Arch. Hic tanta famæ celebritate quum eſſet abſentibus notus, Romam venit Quintius, ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Republica viuendum eſt, ne ſueſcat à puero non reformidare homines. Cic. 1. Offic. Itaq; nos, qui in maxima celebritate atq; in oculis quõdam ciuium viximus, nunc fugientes conſpectum ſceleratorum hominum, &c.

Celebro, as, a, p. Frequento. πυκνάω. [Italicè Celebrare, frequentare. Gallicè Frequenter. & hanter. Hiſpanicè. Hazer muchas vezes alguna coſa, ò andar muchas vezes à un lugar. Ger. Embſig begon.] Varro, Cui non tam cura erat, ut templa deorũ, quàm ut popinas celebraret. Cic. 3. de Orat. Qu. Mutii ianua maxima quotidie ciuium frequentia celebratur. ¶ Eſt item Celebrare, idem quod prædicare, & illustrare, ἐπιφανὴ ποιεῖν. [Ita. Honorare, innoblare. Ga. Solenizer par aſſemblée de gens, louer & faire eſtime. Hiſpa. Divulgar por fama y gloria. Ger. Loben, erleuchtmachen, Ehren.] Cic. pro Rab. Hæc mira laus eſt, quæ non poetarũ carminibus, non annali ſi monimentis celebratur, ſed prudentium iudicio expenditur. ¶ Hinc celebrare laudibus: ἐπιφημίζειν, δοξάζειν: & uirtutem celebritatẽ, ἐυφημίαν, ἐπιφάνειαν dicimus. ¶ Item Celebriorem, Celeberrimum, pro illuſtriore, & illuſtriſſimo. ¶ Celebrare ludos, eſt cum celebritate quadam ludos facere. Cic. 6. Philipp. Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati. ¶ Celebrare diem feſtum, eſt feriari. ἑορτάζειν. Idem in Catil. Quapropter Quirites celebratote illos dies cum coniugibus & liberis veſtris.

Celebratio, onis, verbale, ἑορτασις. ἐπιφημισμὸς. Celebrandi actus. Cic. ad Attic. lib. 15. De celebratione ludorum Bruti nihil affentior. Plin. libro 14. Quę domus, quæ celebratio, cuius familiaris dignitas, quæ ſtudia amicorũ, quæ ex quoquo ordine multitudo?

Celebratus, nomen ex participio, ἐυφημισθεὶς. Cicer. 2. Philipp. Scio me in rebus celebratiſſimis ſermone omnium perfari.

Celebreſco, Celebris ſio. ἐυδοκιμῶ. Accius, Ex qualiſcunque ama celebreſcat tua. Ex Nonio.

Celer, celeris, ere, r. Idem eſt quod uelox. ταχὺς. [Ita. Preſto, veloce. Gal. Vitte, ſoudain, leger. Hiſ. Ligero. Ger. Schnel, geſchwind, behend.] Cic. ad Octauium, O miſeram, & in tanta tam celerem, & tam uariam Reipub. commutationẽ. Horat. lib. 1. Epiſt. Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi, Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi. ¶ Hinc Celerimus ſuperlatiuum: pro quo uetuſtiſſimi dicebant Celeriſſimus. Manilius in Iliade apud Priſcianũ, Celeriſſimus Manilius in Iliade apud Priſcianum. Celeriſſimus aduolat Hector. Celeres dicebantur milites CCC. quos Romulus ad cuſtodiam corporis ſui delegerat, à celeritate dicti, quòd pro belli neceſſitate, tum equites, tum pedites expediti expugnabant. Caſ. in l. ii ff. de Origine.

Celerisculus, a, um, aliquantum celer.

Celero, celeras, pe. cor. act. p. Celeriter aliquid facio. ταχύνω. [Ital. Far preſto, affrettare. Gal. Haſter, auancer. Hiſ. Preſto y ligeramente traer. Ger. Etwas ſchnell thũn, Eylen.] Virg. 9. Aen. Tum celerare fugam, patriisq; excedere ſuadet. Idem 8 Aeneid. Ergo iter incœptum celerant rumore ſecundo. ¶ Hinc accelero compoſitum: de quo ſuprà ſuo loco.

Celeritas, atis, f. t. Velocitas. ταχύτης. [Ital. Preſtezza, velocità. Gal. Legerete, viteſſe, ſoudameté. Hiſpa. Ligereza. Ger. Schnelle, Behendikeit.] Cic. 7 Verr. Hæc centuripina nauis erat incredibili celeritate. Idem 1. Acad. In pedib celeritatem, in manibus uim ponebant. ¶ Celeritas in malis optima, Sophocles in Antigona, βράχιστα γὰρ πράσσειν κακὰ πόνοις κρατεῖ, id eſt, Vrgentibus malis celeritas optima eſt. Nihil enim moleſtius quàm diu animo diſcrutiari.

Celĕritudo, f. t. Idem ſignificat. Varro 3. de Re ruſt. Lucius Aelius putabat dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes eſſet.

Celeripes, pedis, com. t. Qui leuis eſt pedibus. ὠκύπους. [Ital. Veloce. Gal. Leger de pié. Hiſpa. Coſa que tiene ligeros los pies. Germa. Schnel zů fůſs, Ringfertig.] Cicero ad Attic. lib. 9. Venit autem eo ipſo die ille celeripes, quem Salvius dixerat.

Celeriter, celerius, celerrimè, adverb. Velociter. ταχὺ. [Ital. Velocemente. Gal. Vittement, legerement, ſoudainement. Hiſpa. Preſtamente, ligeramente. Germa. Schnel, flux, geſchwind.] Cæſar lib. 1. de bell. Gall. Illi imperata celeriter fecerunt. Cicer. de Finibus, Celerrimeq; multa ſimul agitantem.

Celeranter, idem quod celeriter. Accius apud Nonium, Sed quis eſt, qui matutinum cursum hunc celeranter rapit?

Celeratim, aliud aduerbium, pro celeriter. Siſen. hiſtor. lib. 1. ut citat Nonius, Quo magis celeratim poterat, in inſidias ſuos diſponit.

Celetes, pen. prod. m. t. κέλητες, Vocantur equi, qui ad curſum ſoli adhibentur, ſine bigis, uel quadrigis. Latinè dicũtur Deſultorii, quòd ex his facilè deſiliatur. Plin. lib 14. cap. 1. uidetur Celetas poſuiſſe pro ſtatuis equeſtribus. Equeſtres (inquit) ſtatuæ Romanam celebrationem habent, orto ſine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantùm dicebant in ſacris victores: poſtea uerò & qui bigis & quadrigis uicíſſent. ¶ Celetes item dicebantur nauigia actuaria, quæ unico remorum ordine agebantur. Latini Celoces appellant.

Celetizontes, κελετίζοντες, à Græcis dicuntur equitantes, & equum celerem regentes. Qua uoce uſus eſt & Plin. lib. 34. cap. 8. Hegiæ (inquit) Minerua, Pyrrhusq; rex laudator, & celetizontes pueri.

Celeuſma, n. t. κέλευσμα. [Ital. Grido unito di più perſone. Gal. Cry de pluſieurs perſonnes, chant des matiniers. Hiſp. Canto de marineros. Ger. Das zůſammen ſchreyen wan mã einanderen ermanet etwas zů thůn.] Clamor nautarum & aliorum, quum uno aliquid iubente, omnes uniformiter respondent, quaſi ſibi inuicem iubentes. Martial. li. 1. Quorum per uada tarda nauigantes Lentos figitis ad celeuſma remos.

Celeuſtes, celeuſtæ, maſc. gen. κελευστὴς, Qui remiges hortatur, quaſi nauigatiõis moderator: qui à Plauto Latinè Hortator appellatur, quòd ea hortamẽta faciat, quæ uerbo Græco Celeuſmata dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

Celia, Potus ex frugibus confectus, qui Hiſpanis præcipuè in uſu erat, ſicut ceruiſia Gallis. Plin. lib. 22. cap. ult. ¶ Eſt item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum, non procul ab Egnatia, cuius meminit Strabo lib. 6. & Ptolemæus lib. 3. cap. 2. Volgò Celia in terra de Barri.

Cella, f. p. Dicta eſt, quòd in ea celentur, quæ eſſe uolumus occulta. [Ital. Cella, gardaroba, diſpenſa, camera. Gal. Celier, gardemanger, depence, chambre. Hiſp. La celda ò camara de bodega. Ger. Ein keller, Ein ſpeyſskammer.] Græci ταμεῖον dicunt, in qua res eſculentæ, & poculentæ reponuntur. quanuis proprié ταμεῖον cella uinaria ſit. Cic. Att. lib. 14. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam illam, cellamq; tradidi. Capit autem Cella ſignificationem, pro ratione adiectiuorum, quæ illi iunguntur: ut, Cella uinaria, οἰνὼν. Cella olearia, ἐλαιὼν: Cella farinaria, Cella pomaria, Cella lignaria, Cella libraria, Cella caſearia. Deniq; omnis locus, in quo quid reponitur, Cella dicitur. Cicero de Senect. Semper enim boni aſſiduiq; domini referta eſt cella uinaria, oleraria, mellaria, & pomaria. Terenti. in Adel. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Virgil. item 4. Georg. fauorũ caueruas Cellas uocauit, quum ait: Diſtendunt nectare cellas. πυτίσκους. ¶ Item loca quibus lauamur, aut ungimur in balneis, Cellæ dicuntur. Vnde Caldariam cellam, frigidariam, & tepidariam dicimus. ¶ Cella item pars templi erat ſacratior, in quam ingredi cuiuis fas nõ erat. ἄδυτον. Vnde apud Gellium legitur, Scipionem in Capitolium ſæpe uenisse, inſiſſeq; cellam Iouis aperiri, ibiq; ſolum demorarum fuiſſe. Liu. lib. 3. In cella Iouis Optimi Maximi habitaret exul.

Cellula,

Cellula, æ, diminut. à cella, τὸ μικρὸν ταμεῖον, οἰνίσκη. Terent. in Eun. Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Colum. lib. 8. cap. 9. Receptacula non tanquam columbis loculamenta, uel cellulæ cauatæ efficiuntur.

Cellaria, f. p. Locus ubi conditur uinum, οἰνών. [Ital. Cantina, canoua del uino. Gal. Celier. Hiſ. Cilla para uino. Ger. Ein weyn keller.] Plaut. in Mil. Ego eijciar cellaria. ¶ Et Cellaria, ταμίαι Homero, Quæ præeſt cellæ. Plaut. in Mil. Iampridem, quia nihil abſtulerit, ſuccenſet cellaria. [Ital. Donna che garda la diſpenſa. Gal. Deſpanſiere, qui a la charge du boire & du manger. Hiſp. Deſpenſera, botillera. Germ. Ein kellerin.]

Cellarius, m. ſ. Qui in cella præpoſitus eſt penui promendo uel condendo. ταμίας. [Ital. Prepoſto alla menſa, diſpenſiere. Gal. Deſpenſier, maiſtre d'hoſtel, qui a la charge du boire & du manger. Hiſp. El cillero, botillero. Ger. Ein kellermeiſter, ſpeyſmeiſter.] Colu. Vt cibus & potus ſine fraude, à cellariis præbeatur. Plaut. in Capt. Prome quodnis, te facio cellarium. ¶ Hunc etiam Promum condum appellabant. Plaut. in Pœn. Promus & condus ſum, procurator peni. Auſon. Promus, quàm condus magis.

Cellarium, rii, n. ſ. ταμεῖον. [Ital. Ripoſtiglio. Gal. Celier. Hiſ. Cilla. Ger. Ein keller oder ſpeyskammer.] Videtur ea figura dici, qua Granarium Penarium, ut pro cella ac repoſitorio accipiatur. Hanc & Cellam promptuariam ſeu Promptuarium appellant, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad victum neceſſaria. Plin. lib. 16. cap. 15. Quorum agri quoq; minorem modum obtinuere, quàm iſtorum cellaria. Idem & Penarium, & Penaria, ſeu penaria cella à penu nuncupatur. Cic. in Verrem. M. Cato ſapiens cellam penuariam Reipublicæ noſtræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliã nominauit. Huius diminutiuum eſt Cellariolum.

Cellaris, re, adiect. ὁτῦ ταμίου, ut Columbi cellares. Col. li. 8. cap. 8. Hæc eadem ratione palumbes, columbosq; cellares, pinguiſſimos facere contingit.

Cello, is, ſine diphthongo, Antiquiſſimis in uſu fuit pro excedo: nunc compoſitis tantum utimur, Excello, & Præcello, quæ ſignificant Excedo, & antecedo. Vide in dictione excello.

Celo, as, a. p. Abſcondo, clàm habeo. ἀποκρύπτομαι, ἀποκρύπτω. [Ital. Aſcondere, coprire. Gal. Cacher, celer, tenir ſecret. Hiſp. Encubrir ò eſconder. Ger. Verbérgen, heimlich halten, verhâben.] Conſtruitur modò cum uno duntaxat accuſatiuo. Cicer. 1. de Nat. deor. Nec tu me celas, ut Pythagoras ſolebat alienos. Lactant. lib. 1. Vtrúmne profitebitur fugitiuum ſe, uel peſtilentem domum uendere, an celabit emptorem? ¶ Modò cum duobus. Plaut. in Bacch. Ae depol feciſti furtum ætati malum, quum iſthæc flagitia me celuiſti, & patrem. Eodẽ modo Græci ἀποκρύπτομαί τινα τὸ ἀπόῤῥητον. ¶ Interdum loco unius accuſatiui habet datiuum. Terentius in Phormione, Si hoc celetur patri, in metu ſum. ¶ Modò cum ablatiuo mediante præpoſitione. Cicero Trebatio, Sed Baſſus noſter de hoc me libro celauit. ¶ At quum paſſiuè ponitur, res ſine perſona quum quis aliquem celauit, ponitur in nominatiuo. Terent. in Eunucho, Vbi eſt, diu celari non poteſt.

Celatus, partic. ἀποκεκρυμμένος. [Ital. Naſcoſto. Gal. Caché, celé. Hiſp. Eſcondido, encubrido. Ger. Verborgen.] Terent. in Andr. Ibi tum exanimatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat. Cic. pro Cluentio, Non eſt protẽdõ de illo veneno celata mater: nihil eſt ab Oppianico ſine conſilio mulieris cogitatum.

Celatim, aduerbium. Idem ſignificans, quod Clàm, uel abſcõditè. κρυβδὸν. [Ital. Aſcoſamente, celatamente. Gal. Secretement, couvertement, en cachete. Hiſp. Eſcondidamente. Ger. Verborgenlich, heimlicher weyſs.] Gell. lib. 11. cap. 15. Siſennam citans lib. 6. Hiſtoriarum, Quàm maximè celatim poterat, in inſidiis duo diſponit.

Celox, f. t. Nauigii exigui genus fuit, quod uno remorũ ordine agebatur: à celeritate nomẽ habens, κέλης, κελήτιον. Plautus in Aſin. Quò hanc celocem conferam. Apuleius libro de Republica, Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Eam Rhodii inuenerunt.

Celſus, celſa, celſum, Altus, ſublimis, excellens. ὑψηλός. [Ital. Alto ſublime, eccellente. Gal. Haut, eſleué. Hiſp. Coſa alta. Ger. Hoch.] Plin. libro 13. capite 24. Firmiores, celſioresq; infantes fore. Cicer. 2. de Nat. deor. Quæ primùm cui homo excitatos, celſos, & rectos conſtituit. Deduci quidã uolunt hoc nomen à Cello antiquo uerbo. Feſtus à Græco κέλης, quòd qui equo uehuntur, ſublimes ſint.

Celſitudo, inis, f. t. pro excellentia. ἐξοχή. [Ital. Eccellenza, grandezza d'animo. Gal. Hauteur eſleuement. Hiſp. Alteza ò grandeza de animo. Ger. Hoheit.] Valla in Herodoto.

Celſitas, tatis, Altitudo, excelſitas. ἐξοχή. Cic. in Officiis, Celſitas animi, & magnitudo.

Celtis, Eſt arbor inſignis, magnitudine pyri, in Africa, & potiſſimum circa Syrtes naſcens, quę Lotos appellatur. λωτός. Inciſurę in foliis crebriores faciunt ne ilices uideantur: fructui magnitudo fabæ, color croci, Tam dulcis ibi cibus eſt, ut nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Plin. lib. 13. cap. 17.

Celydros, Lege chelydros.

Cemẽs, Græcè νεμάς, binnulus, cerua, ſine idem quod νεβρὸς, quanquã νεμάδα uolunt progredi in paſcua Cemã Græcè ἀρέσθαι, Ariſtoteles, & ideoci ferè omnes à cerno non diſtinguunt. Alij primogenitos tantùm cernos procul uocant. Ab hoc animali proconneſos quoq; appellata eſt. Nam Ophion quod Sardinia quondam ferebat, interiiſſe creditur. Cernus non erat, ſed animal pilo ac dentib. ſimile, cerno minus Barb.

Cẽmos, νεμός, Herba eſt apud Plin. lib. 27. cap. 8. cuius deſcriptionem ſe idcirco prætermittere ait, quòd ſolis in amatoriis uſum habeat. Dioſcorides lib. 4. eandem eſſe oſtẽdit cum leontopodio. ¶ Cemus autem uidetur appellata ex floris, ſiue calycis figura: quoniam pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam ſuffragia in ſubiectum uaſculum, quod Cadiſcum uocabant, demitti conſueuerant. Vt de Roellium lib. 1. cap. 110.

Cenchrẽmides, κεγχρεμίδες, Ficorum grana, ita dicta à milii ſimilitudine, quod Græci κέγχρον uocant. Plin. lib. 15. cap. 19. frumenta appellat, Ficis mollis omnibus exſtus: maturis frumenta intus.

Cenchris, huius cenchridis, f. t. κεγχρίς, Auis ex accipitrũ genere, quam Ariſtoteles lib. 8. de Animal. lib. ſolam ex eadem eo genere, quaternos, & eo plura oua parere dicit. Plinius lib. 29. cap. 6. Turturis ſimus albugines extenuat: item cochlearum cinis, & ſimus cenchridis. Dicta Cenchris, quaſi miliaria, Latini à tinnitu uocis Tinnunculum appellant. ¶ Eſt item Cenchris ſerpens maculis plena: Thebano marmori ſimilis. Lucanus lib. 9. Et ſemper recto lapſurus limite cenchris, Pluribus ille notis, uariatam tingitor aloum. Plin. li. 20. cap. 21. Serpillum aduerſus ſerpentes efficax, maximè cẽchrin, & ſcolopendras.

Cenchrites, κεγχρίτης, Gemmæ ſpecies, quæ uelut ſparſo milij grani diſtincta uidetur. Plinius libro trigeſimoſepti mo cap. 11.

Cenchros, Adamantis genus eſt, quòd ſit milii magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plinius libro 37. capite quarto.

Cenos, Latinè uacuus, κενός, unde Cenodoxia, inanis gloria.

Cenotaphium, κενοτάφιον. [Ital. Sepolchro, uello, depoſito uacuo. Gal. Vne repreſentation de ſepulchre, un ſepulcre ou il n'y a rien dedans, mais ſeulement ſert de montre. Hiſp. Sepulchro uazio y uano. Ger. Ein Lär grab.] Vacuũ ſepulchrum. κενὸς enim uacuus dicitur, & τάφος ſepulchrũ: à θάπτω ſepelire. Eſt enim ut capſa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. Virg. 3. Aen. deſcribit Cenotaphium ſic:

Solennes tum fortè dapes, & triſtia dona
Libabat cineri Andromache, manesq; uocabat
Hectoreum ad tumulum: uiridi quem cæſpite inanem
Et geminas, cauſam lachrymis, ſacrauerat aras.

Quo loco Seruius tumulum inanem cenotaphium eſſe dicit. Cenotaphiorum autem uſum adinuenit ſuperſtitioſa ueterum opinio, qui credebant defunctorum animas, ſi honore ſepulchri carerent, ſtygiam paludem tranare nõ poſſe. Vnde à ſacerdotibus inuentum eſt exequiarum genus, quod Terræ iniectionem uocabant: ut etiam iis qui naufragio periſſent, aut quorum corpora haberi non poſſent, iuſta perſolorentur. Tumulum itaq; ex cæſpitibus, aut alia materia congerebant. ubi abſente defuncti cadauere, tanquam præſente, ſolenni quodam ritu exequiæ peragebantur.

gebantur. Huiusmodi autem sepulchrum, id quod nullæ illatæ erant reliquiæ, Cenotaphium, hoc est inane sepulchrũ nocabatur. Suetonius Honorarium tumulum appellat, in Claudo: Cæterum, inquit, exercitus honorarium ei tumulum exstruxit: circa quem deinceps statos die quotannis miles decurreret, Galliarumq; ciuitates publicè supplicarent. Quibus uerbis significat cenotaphium Drusо in Germaniã extructum, quum corpus eius Romam deuectũ esset. Sic nocari possunt hodie, quas repræsentatiõcs in anniuersarijs exequijs uocamus. Budæus.

Censeo, censes, censui, censum, pen. corr. n. f. Significat existimo, puto, arbitror. ἀξιόω, τιμάω. [Ita. Estimare, pensare, giudicare. Gal. Penser, estimere, opiner, estre d'auis. Hisp. Estimar, iuzgar ò pensar. Ger. Schetzen, achten, meinen.] Terent. in Eunucho, Censeri, posse me obtirmare, &c. Liu. libro 1. Bell. Pun. Censent eò uenturum obuiam Pœnum, ¶ Item constituere, deliberare, sententiam dicere, ἀποφαίνεσθαι γνώμην. Nam senator censet, quum sententiam dicit de eo, quod sibi uidetur: assentitur, quum alienam approbat, Cice. in Catil. Quid senatus censuerit, exponam. Idem pro Flacco, Cuius patrem armis pellendũ à suis mœnibus censuissent. ¶ Item Censere, succensere significat Varro. Ne uobis censeam, si ad me retetretis. ¶ Est item Censeri, æstimatis facultatib in censum redigi, τιμᾶσθαι. Boët. in Top. Quoniam faciendi liberi tres sunt partes: una quidem, ut censu liber fiat. Censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Censeri aũt dicebantur, quum bonorum suorum censum, hoc est ualorem apud Censores profitebantur: quorum etiam nomen à censu deductũ est, Cic. pro Flacc. Verum esto, gloriosus fuisti, uoluisti magnum agri modũ censeri, & illius agri: qui diuidi plebi Romanæ non potest. ¶ Legitur & Census sum uel fui, in actiua significatione, tanquam à deponente Censeor. Idem ibi dicit, Censuere municipia Amynteæ. ¶ Composita à Censeo sunt, Accenseo, Percenseo, Recenseo, & Succenseo.

Census, adiectiuum: ut, Censui agri, qui emi & uxuire iure ciuili poterant. Festus.

Censio, onis, f. t. Castigatio. τίμησις. [Ital. Castigatione, correttione. Gal. Punition & reformation, estimation, taxe. Hisp. Castigamiento y corregimiento. Ger. Ein straff.] Vnde Censionem facere dicebatur Censores, quum mulctam cuipiam irrogabãt, uel equiti equum adimebant, uel senatorem senatu mouebant, uel quempiam ex plebe æratium faciebant. Plautus in Rud. Assume quidem, ne censionem semper facias: ¶ Censio hastaria nocabatur, quum militi mulctæ nomine, ob delictum militare indicebatur, ut hastas daret.

Cẽsor, oris, m. t. uerbale ab antiquo uerbo Censio, is, quartæ declinationis. Idem quod cẽsor. Vl. in l. Forma. paragraph. illam æquitatem. ff. de censib. Illam æquitatẽ debet admittere censitor, ut officio eius congruat.

Censor, oris, m. t. Qui censuram gerit τιμητής. [Ital. Censore, correggitore. Gall. Censeur, un reformateur de meurs & de la police. Hisp. El iuez de los censos y costumbres, corregidor. Ger. Ein scherzer, ein straffer.] Censores magistri morũ erant, à cẽsendo, id est arbitrando dicti, quòd illis summum arbitrium erat aliorum morum. Vel à censu, quòd quinto quoq; anno populi Rom. censum agerent. Var. Censor ad cuius censionem, id est arbitrium censeretur populus Ci. 3. de Leg. ex Legib. xii tabul. Censores, populi æquitates, soboles, familias, pecuniasq; censento: urbis templa, uias, aquas, æratium, uectigalia tuento. Fest. Censores dicti, quòd quisq; tanti suã æstimaret, quantum illi censuissent: quod non absurdum uidetur, quia & rerum & morum cẽsores erant. Vnde Plutarchus in Aemelio. Censura maximę omnium magistratuum renitentiæ, plurimæ potestatis, tũ in alijs rebus, tum maximè ad morum emendationem. Nam senatores è senatu remouere potest, equitibus equos adimere, ex plebeis æratios facere, notare infamia, censum agere, lustrũ condere. Erant autem duo Censores, qui quinto quoq; anno creabantur. Vide Liuium lib. 4. Decadis 1. ubi docet, Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos.

Censorius, ad hominem relatum, Eum significat, qui aliquã do censura fuerit functus, τιμητικός: quemadmodum Cõsularem, & Prætorium nocamus, qui aliquando aut Consulatum gesserit, aut Prætoram. Cicero secundo de Orator. Quid enim poterat dicere? Consularem se esse hominem & Censorium. Et paulò pòst, Id autem committere, uide quã sit homini turpe Censorio. ¶ Frequenter tamen iungitur rebus, ut Censorium dictum, quod est censoris, seu quod ad censorem pertinet, & Censoria uirgula. Quinti. lib. 1. cap. 1. Veteres Grammatici non uersus modò censori quadam uirgula notare, & libros, qui uiderentur falsò inscripti, tanquã subdititios submouere familia permiserunt sibi, &c. ¶ Censorium non est. Cic. pro Cluent. Hominum delictum fortunæ iudicio committere, minimè censorium est. ¶ Censoriæ uestes dicebantur, quibus Censores meritò uti possent. ἱματία τιμητικά. ¶ Censoriam uirgulam tritissimum est ab eruditis appellari iudicandi autoritatem, præsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptum.

Cēnsūra, æ, Censoris dignitas, sicut à Prætore Prætura. τιμητεία, τιμητικὴ ἀρχή. [Ita. Dignità di Censore. Censura, reprehensione. Gall. Reformation, censure, l'office d'un cẽseur. Hispa. La iudicatora de aquel Censor, corregimiento. Ger. Das ampt des schetzen oder straffens.] Plinius li. 29. cap. 4. Catonem ille primus, triumpho & censura super cetera insignis. Liu. lib. 4 ab Vrbe, Alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram grauem esse. Accipitur interdum pro seueritate, correctione, decreto, & lege. Plinius in Paneg. Nam uita principis, censura esse, eaq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur. Apud Græcos cẽ sura genus, λογιμασία.

Cēnsus, us, m. q τίμημα, [Ital. Censo, intrata, rendita, tributo. Gal. Taxe & estimation, rauenu, rente. Hisp. Pecha, cõtima. Ger. Schatzung die man einẽ nach seinem angezeigteo gũt auferlegt. Steũr.] Dicebatur æstimatio rerum & bonorum facta secundum quam tributa pendebantur. Vnde, Censum agere, est recensere hominum facultates. Liuius 1. ab Vrbe, Censum instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio. ¶ Census item, annuus reditus, & quicquid fortunarũ quis habet, ἰδία τιμητόν. Iuuenalis, Protinus ad censum, de moribus ultima fiet Quæstio. Ci. 2. de Legib. quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinq; usq; ad minam. Vnde qui centum millia æris in professionem detulissent, Censi dicebantur. Census equestris constabat ex sestertijs quadringẽtis. Vide Additiones P. Manutij.

Cēnsus, ūs, m. f. Significat cum de cuius bonis factus est census, τιμητός. Cicero pro Archia, Eum qui sit census, ita se gessisse iam tum pro ciue. ¶ Capite census, uide suprà suo loco.

Cēnsuālis, le. Vlpi. l. Forma. ff. de Censi. Forma censuali cauetur, ut agri sic in censum referantur. Vincula censualia. Idem ea. l. paragraph. siquis inquil. Siquis inquilinum uel colonum non fuerit professus, uinculis censualibus tenetur.

Centaurēa, æ, f. p. Hoc Centaurion, rii. κενταύριον. Dioscoridi, Herba est, quæ à Chirone Centauro nomen accepit, qui eã curatus dicitur, quum Herculis hospitis sui arma pertractanti, sagitta decidisset in pẽdem. Eius duo sunt genera, maius, & minus. Maioris radix, quæ sola in usu est, in Officinis pro Rheo Pontico magno errore ostẽditur. [Ita. Reu pontico. Gal. Centaure ou erronée. Hisp. Ruipontico. Ger. Tausent guiden kraut.] Minus uerò Centaurion (quod à Plinio Centaurion repton dicitur, & à nonnullis Limnesion, propterea quòd rigua amet loca) etiam hodie in Officinis nomen retinet: tametsi à quibusdam Febritugia, & Felterræ dicitur. [Ital. Biondella. Gall. Fiel de terre. Hispa. Hiel de tierra.] Virg. 4. Geor. Centaureum appellauit, pen. prod. Cecropiumq; thymum, & graueolentia Centaurea. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

Centauris, Plinio, Tertia est centauri species, cognomento Triorches, eò quòd eam secat, à triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. lib. 25. cap. 7.

Centenarius, Centenus, Centesimus, Centesimare, Centiceps. Centimanus, Vide Centum.

Centifŏlia, Rosæ genus, in Campania potissimum prouenies: à foliorum multitudine appellatum: de quo uide Plin. lib 21. cap. 4.

Centigrānum, Genus tritici, dictum quòd ferat centum grana. Plin. lib. 18. cap. 10.

Centinodia, Vide Polygonon.

Centipēda, Vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim re-

pens, ab aliquibus Multipeda, ab aliis Millepeda dictus. ἐνίοις. Differt à ſcolopẽdra, quæ & minor eſt, & pernicioſior neq; arcuatim ſerpens, Autor. Plin. lib. 29. cap. 6.

Centipellio, onis. Plin. lib. 28. cap. 9. de cervis, Teſtes quoq; eius inueterati, uel genitale maris ſaluteriter dantur in uino: item uentres qui centipelliones uocantur.

Centipes, comm. t. Piſcis eſt alio nomine Scolopendra dictus, ἑκατόμπους, dicitur à terreſtris ſcolopendræ ſimilitudine. Hic hamo devorato omnia interanea euomit, donec hamum egerat: deinde reſorbet. Autor Plinius lib. 9. capite 41.

Cento, onis, m. t. Velum laneum, lana, aut tomẽ confertũ, qualibus olim in bello uti ſolent, ad machinas obtegendas, ne tormentorum miſſilibus perfringerẽtur. κέντρων, ἐπίσκυμα, σύρραμμα. [Itali. Schiauina. Galli. Vne choſe faitte de pieces ramaſsées, amas de pluſieurs pieces & morceaux. Hiſp. Veſtidura ò obra de remiendos. Ger. Ein wollin zůſamen blätzete decke, oder fürhang.] Cæſar, Centonesq; iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationẽ perfringerent, aut ſaxa ex catapultis lateritium diſcuterẽt. Siſen. lib. 1. Hiſtoria. Aceto madefactis centonibus integuntur. ¶ Quidam Centonem capiunt pro Stragulo genere, quod cubantibus inſterni ſolet. Cato de Re ruſt. cap. 10 & 11. Culcitras octo, inſtragula octo, pulvinos ſexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris ſex. Similiter & Macrobius dum ſcrophã ſub centonibus iacére ſcribit, ruſticum ſtragulum eſſe declarat. Fieri autem centones conſtat ex pannis diuerſorum colorum, uel lanis in unum condenſatis atq; conſutis. Vnde ad earum ſimilitudinem, Centonem uocant carminis genus ex diuerſis carminum fragmẽtis hinc atq; illinc accerſitis, contextum, quaſiq; conſutum: Græci κέντρωνας uocant. ¶ Extant ad hoc Homerocentones, Ὁμηροκέντρωνες. & Virgilio cẽtrones, à proba falconia conſuti: item alij ab Auſonio, qui etiam centonum legem præſcribit his uerbis, Variis (inquit) de locis, ſenſibuſq; diuerſis quædam carminis ſtructura in unum ſolidatur uerſum, ut cocant, aut cæſi duo, aut unus, & ſequens cum medio: nam duos iunctim locare ineptum eſt. ¶ Vnde proverbialiter dicimus farcire centones. Plaut. Epid. Quin tu, inquit, alium quæras, cui centones farcias. id eſt, quem tu glorioſis mendacijs & conſarcinatis fabulamentis expleas.

Centunculus, m. ſ. dimi. à Cento, pro uili ac ſordido ſtragulo. ἐπισκυμάτιον. Senec. lib. 11. Epiſt. Diurnum accipit, in centunculo dormit. ¶ Accipitur & pro uiliori operimenti genere, quod clitellis ſubſterni ſolet, Liu. 7. ab Vrbe, Mulis ſtrata detrahi iubet, binis tantũ centunculis relictis. ¶ Cẽtunculus item, teſte Dioſc. à Romanis uocatur herba, quã Græci Gnaphalion, & Chamæzelum uocant. ¶ Ratio nominis tracta uidetur à molli follorum lanugine, qua ad inferciendos centones tomẽti inopia ſuppleri poſſet. Vide Dioſcoridẽ, libro tertio capite 112. Plinius autem libr. 24. cap. 15. autor eſt, Centunculum Italis appellatum fuiſſe tertium clematidis genus, roſtratis foliis, ad ſimilitudinem capitis penularum iacens in aruis.

Centonalis, Ruta ſylueſtris apud Dioſcoridẽ, libro tertio cap. 51.

Cendonicum, id eſt, Abſynthium marinum. Dioſc. libro. 3. cap. 26.

Centrinæ, Culices in ficubus, ſucis apum ignauis militiaq; ſimiles.

Centrum, n. ſ. κέντρον. [Ital Centro Cal. Centre, le poinct ou milieu d'une choſe ronde Hiſ. Centro. Ger. Ein mittel punct.] Punctum ſphæræ, aut orbis medium. Apuleius in coſmographia, Cardinem, inquit, mſidi (ſic enim dixerim centrum) habet tellus. Cicero prima Tuſcula. Perſuadent enim Mathematici terram in medio mundo ſitam ad uniuerſi cæli complexum, quaſi puncti inſtar obtinere, quod Centrum illi uocant. ¶ Centra in marmore, ſunt quidam uelut duriores nodi, ad claui ſimilitudinem, inimica ſerris: qui in intima etiam lignorum parte inueniuntur. Plinius libro decimoſexto cap. 19. ¶ Inueniuntur & in quibuſdam arboribus, ſicut in marmore, centra, id eſt duritia clauo ſimilis, inimica ſerris. Et quædam ſortè accidunt, lapide recepto, aut comprehenſo in corpus, aut alterius arboris ramo. ¶ Eſt item Centron cryſtalli quoddam uitium, durum, & fragile, quod & Salem appellant. Plinius libro 37. capite ſecundo, Infeſtantur cryſtalli plurimis uitiis, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, occulta aliquando uomica, præduro fragilique centro, & ſale appellato.

Centralis, adiectiuum, κεντρικός. Plin. lib 2. Quindecies & pluribus ſuberit, quàm terra centralis interueniat.

Centroſus, a, um, κεντρώδης, ut, Centroſa ſcobs, id eſt limatura admodum dura, uelut centrum quod in marmore, uel iunipero inuenitur. Plin. lib. 17. cap. 7. Adulterantur uitro ſimillimæ, ſed cote deprehenduntur, ſicut aliæ gemmæ factitiæ: mollior enim materia & fragilis, & centroſa, ſcobe deprehenduntur, & pondere, quod minus eſt mitteis, aliquando puſtulis argenti modo relucentibus.

Centum, Numen numerale & indeclinabile. ἑκατόν. [Ital. Cento. Gal. Cent. Hiſp. Ciento. Ger. Hundert] Cicer. pro Mil. Hi centum dies penes accuſatorem quum fuiſſem, ab eo ipſo accuſatore producti ſunt. ¶ Accipitur aliquando Centum indefinitè pro pluribus. Sic, Cẽtum greges apud Horat. 2. Carm. Ode 16. & Centum iuuenci apud eundem, libro Epod. Centum puer artium, 9. Carm. ¶ Compoſita tamen uariantur, ut, Ducenti, tæ, ta, Trecenti, Quadringenti. Quingenti, Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Nongenti.

Centenus, a, um: Centena millia. Sic Ducentenus, Trecentenus, quadringẽtenus, Quingẽtenus, Sexcentenus, Septingẽtenus, Octingẽtenus, Noningentenus, Centuplus, Ducẽtuplus, Trecẽtuplus, & reliqua. Centeſimus, & deinceps.

Centies, aduerbium ἑκατοντάκις. [Itali. Cento uolte. Galli. Cent fois. Hiſp. Cient uezes. Ger. Hundertmal.] ut, Centies circunſpicere prius quam, &c. Plaut. Rud Centies HS reliquit. Cicer. 1. Phil. Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties.

Centenarius, ἑκατοντα[ετὴς]. [Itali. Di cento anni, di cento libre & coſe ſimili. Gall. De cent ans, de cent livres: ou telles choſes. Hiſp. Coſa de numero de ciento. Ger. Das von hundert iſt, es ſigend pfund, Jaar vnnd dergleychen ander.] & ſimilia in arius, denotant non multiplicationem ſui, ſed numerũ aliarum rerũ quæ non nominãtur: ut, Lapis centenarius, non quòd Centuplus ſit, ſed centum librarũ. Homo centenarius, non quòd ſit centum geminus, ſed quòd habeat centum annos. Centenarius numerus gregũ, Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. ἑκατοντὰς ποιμνίων. ¶ Centenariæ cœnæ dicebantur in quibus lege Licinia non plus centeſſibus, hoc eſt centum aſſibus impendebatur, qui erant nummi breues ex ære. Feſtus.

Centenus, a, um, ὁ τῶν ἑκατόν. [Ital. Di cẽto. Gal. De cent. Hiſp. Cada uno ciento. Ger. Das zů hundert gehöret.] Pli. lib. 11. cap. 37. Iecur maximæ uetuſtatis patiens, centenis de rare annis, obſidionum exempla prodidere, hoc eſt centũ. Idem lib. 33. cap. 19. Non erat apud antiquos numerus ullus centum millia: itaq; & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena millia, aut ſæpius dicantur. Virg. 10. Aen. It grauis Auleten, centenaq; arbore fluctum Verberat aſſurgens. hoc eſt centum ingentibus remis.

Centeſimus, a, um. Propriè ordinis numerus eſt, ſignificans poſtremũ, uel unũ & centenario. ἑκατοστός. [Ital. Centeſimo, cento per uno. Gal. Centieſme. Hiſpanicè Ciento puesto en orden. Ger. Der hundertiſt.] Plaut. in Mil. haud cẽteſimam Partem dixi: neq; otium ſi ſit, poſſem expromere. ¶ Interdum multiplicandi uim habet, & pro centuplo accipitur: ut quum dicimus, Centeſimum fructum ager attulit, hoc eſt centies tantum quantum ſementis acceperat. ¶ Centeſima fruges, idem Plinius libro 5. cap. quarto Ita appellatur regio C C L. M. paſſuũ fertilitatis eximiæ, cũ cenſima fruge agricolis fœnus reddente terra. ¶ Centeſimas Calendas, Iuriſconſulti uocant centeſimũ menſem: unde Centeſimis Calendis aliquid dare, hoc eſt intra annos octo, & menſes quatuor: ut annotauit Alciat. in Parerg.

Centeſima, æ, Genus uſuræ, quæ centeſimo menſe explet ſortem, utpote quum centum librarum ſors ſingulis menſibus libram unam uſuræ parit, hoc eſt duodecim libras ſingulis annis. ἑκατοστή. Vide Budæum de Aſſe. Cic. ad At. lib. 1. Nam à Cæcilii propinquis minore centeſimis nummum mouere non poſſum. Plin. Epiſt. 107. Proinde primaq; occaſione mitte, appoſitis quidem uſuris, quas ego (non poſſum parcius) centeſimas computabo.

Centeſimare, & Decimare exercitum, caſtrenſia uerba ſunt,

pro

preco quod eſt centeſimum, uel decimum militem ſupplicio afficere. Solent enim Imperatores, quũ grauius quid quàm milites deliquiſſent, eam moderationem adhibere, utq; uniuerſum exercitum delerent, neq; facilitate ueniæ alios ad ſimilia inuitarent. Connocatis itaq; uniuerſis, crudimum, aut (ſi uideretur) decimum quẽq; ſorte prodùm ſecuri percutiebant, cæteros q; metu liberabant.

Centiceps, pitis, com. r. Qui centum habet capita. *ἑκατόγκεφαλος*. [Ital. Di cento capi, Gal. Qui a cent testes. Hiſp. Cuẽ que tiene ciento cabeças. Germa. Hundertköpfig, das hundert houpter hatt.] Horat. 2. Carm. Ode 13. Illis carminibus ſtupens Demittit atras bellua centiceps Aures.

Centimanus, m. q. Qui centum habet manus. *ἑκατόγχειρ*. [Ital. Di cento mani. Gal. Qui a cent mains. Hiſp. Et quẽ tiene ciento manos. Germ. Der hundert hend hatt.] qualem fuiſſe Briareum gigantem. Virg. 6. Aen. refert. Ouid. 1. Metamor. Nec quo centimanum dilecerat igne Typœa. Centimanus Gyges, Horat. 2. Carm. Teſtis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

Centumuiri, Magiſtratus Romæ, qui res iudicabant. [Itali. Il magiſtrato de cent, huomini. Gal. Cent perſonnes ou plus qui anciennement à Rome iugeoyent des cauſes ciuiles. Hiſ. Collegio era en Roma de cient varones. Ger. Hundert und zwölff Richter vorzeyten zu Rom.] Nam quũ eſſent Romæ triginta quinq; Tribus, quæ & Curiæ ſunt dictæ, ternæ ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, & Centumuiri appellati: qui licet quinq; ſupra centum fuerint, tamen qui facilius nominarentur, Centumuiri dicti ſunt. Ita Cic. pro Cæcin. Et hoc loco Scæuolam diuiſi eam ſimul a Centumuiris nõ tenuiſſe. Idem 1. de Orat. Quid quæ de re inter Marcellos & Claudios patritios Centumuiri iudicarunt?

Centumuiralis, rale, Quod ad centumuiros pertinet: ut, lodi centumuiriale. Cicero primo de Orat. Quid quod itẽ in centumuirali iudicio certatum accepimus? Centumuirales cauſæ, & Centumuiralia iudicia, & Centumuiralis hæres, &c.

Centuplex, icis, com. r. *ἑκατονπλάσιων*. [Ital. A cento doppi. Gal. Centuple, double cent fois. Hiſ. Ciento tanto. Ger. Hundertfeltig.] Plaut. in Perſa. Hæc niſi inde abierit, centuplex morosq; rebus ſeruandis parus eſt.

Centuplicato, aduerb. *ἑπταπλασίως, ἑκατονπλασίως*. [Ita. Raddoppiato cento volte. Gal. En cent doubles, au double cẽt fois. Hiſ. Cient vezes tanto. Ger. Doppler hundertfeltig.] Plinius libro ſexto capite 23. Quæ apud nos centuplicato uenerant.

Centuplus, a, um, Idem quod Centuplex.

Centuſſis, m. r. Pecuniæ genus fuit apud Romanos, centum aſſes, (ſeu centoni in idem recidit) quadraginta ualens ſeſtertios. Perſius, Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

Centum capita, *ἑκατονκέφαλος*, Herba eſt ex aculeatarum genere, quæ alio nomine Eryuge alba, ſiue Eryngiũ dicitur *ἤρυγγιον*. caule & radice in cibos è Græcis recepta. Plin. lib. 22. cap 8.

Centumpondium, n. ſ. Pro immani pondere legitur, etiam ſi centum pondo excedat. Plaut. in Aſin. Ad pedes quando alligatus es, æquum Centumpondium. Cato cap. 13. Cellas duas trarimam unam, centumpondiũ incertum unum, & pondera certa.

Centunculus, Vide Cento.

Centuria, ſ. p. *ἑκατοντάς, τάξις, ἑκατοστύς*. [Ital. Cõpagnia di cent' huomini. Gall. Centeine, bande de cent hommes. Hiſ. Compenna de cient hombres armados. Germa. Ein rott hundert Kriegsleuten.] In re militari centum continet homines, qui ſub uno Centurione ſunt, quorum centenarius ſimilius eſt numerus. Cicer. 2. de Diuinat. Primùm uide ne cum diuerint, qui rogator centuriæ fuiſſet. ¶ Centuriæ agris, dicebantur ducenta iugera. Centuria à Centũ iugeribus uocabatur, ſed mox duplicata nomen retinuit, ut ait Colu. lib. 5. Sicut tribus dictæ, primùm à partibus populi tripartitò diuiſi, quæ tamen nunc multiplicatæ, primum nomen poſſident.

Centuriæ, nomen (ut air Siculus Flaccus) ex eo datum eſt, cum antiqui Romani agrum ex hoſte captum, victori populo per bina iugera partiri ſunt, centenis hominibus duo centena iugera dederunt: & ex hoc facto Centuria iuſſè appellata eſt. P. Manut. in Ad.

Centurio, m. t Dicitur qui centum peditibus præeſt. *ἑκατόνταρχος, τάξιαρχος*. [Ital. Centurione, capitano di cento ſoldati. Gall. Centenier, ayant ſous ſoy & en ſa charge cent hommes. Hiſp. Capitan de cient hombres armados. Germ. Houptman über hundert tüſſ knecht.] Cicer. pro Marcello, Nihil ſibi ex iſta laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. In exercitu autem ut Cẽturioni, Centurio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus, Cõſuli obediebat: ſed deorſum Magiſter equitum ſoli dictatori obtemperabat. ¶ Centurio autem primæ cohortis dicebatur Primipilus, teſte Plinio. Veteres quum uiderent cõmiſſo prælio, aciem facilè turbari, ut hoc incommodum euitarent, cohortes in centurias diuiſere, & ſingulis centuriis ſingulos centuriones præfecerunt, qui primò Centurioni uocabantur, quem admodum Decuriones Decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in ſingulis legionib. ſed prima, quæ reliquas & numero militũ & dignitate præcedebat Aquilam habebat, quod præcipuum erat ſignum Romanorum. Centuriones huius cohortis cæteris centurionibus digniores habebantur. Prima centuria Primipilum nocabatur, quòd circa ſigna grauis armaturæ cõſtituta erat. Centurio ipſe: primipili cẽturio dicebatur, & Primipilus: hic non modò Aquilæ præerat, ſed quatuor cẽturias, hoc eſt quadringentos milites in prima acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita conſequebatur & commoda. Martialis, Grata pedens meriti tu lerit quum præmia pili;

Centurio, centuriare, a. p. In centurias ordino. *κατατάττω, κατὰγράφω, κατατίμω*. [Itali. Ordinare ſoldati à cento à cento. Gal. Mettre par centeine, diſtribuer par bandes. Hiſpani. Ordenar los hombres armados de ciento en ciento. Ger. Solche rotten ordnen deren ein Yede hundert perſonen halter.] Cicer. ad Quirites poſt reditum. Ego quum homines in tribunali Aurelio palàm conſcribi, centuriatiq; uidiſſem. ¶ Ager centuriatus, qui in ducenta iugera definitur erat: Romulus enim centenis ciuibus ducenta iugera diſtribuit. Et milites Centuriati: qui in centurias ordinabantur. *τεταγμένοι*. Liuius lib. 29. Scipio poſtquam in Siciliam traiecit, uoluntarios milites ordinauit, centuriauitq. ¶ Centuriata comitia, ut Aſconius ſcribit, dicuntur, quum ab omni ſexo & ætate ferrur ſuffragium: quòd per centenas turmas diuiſus erat populus Romanus. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati, dicuntur milites non primæ, ſed ſecundæ centuriæ, ubi ad inſidiandum maximè collocabantur. Vnde Succenturiatus dicitur, quaſi in inſidiis poſitus. Terentius in Phorm. Nunc prior adito tu, ego in inſidijs ero hîc ſuccentoriatus, Si quid deficiet. Propriè autem Succenturiare ſignificat explendæ centuriæ gratia militum numerum ſupplere, uel in locum occiſorum, uel exauctoratorum militum, alios ſubſtituere. Gellius eleganter ad cibos tranſtulit, quum in locum ciborum qui auferrẽtur, alij ſtatim ſubſtituuntur.

Centuriatus, us, nomen, Dignitas & officium centurionis. *ἑκατοντάρχια*. Cicer. pro lege Manil. Quem enim poſſus mus Imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu uxeant centuriatus, atq; uenerint? Liu. 2. bel. Pun. Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenirent. Cic. in Piſon. Quid centuriatus palàm uenditos?

Centuriatim, Significat per centurias. *κατὰ τάξις, καθ' ἑκάστην ἑκατοντάδα*. [Ita. Per centenaia, à cento à cento. Gal. Par centeines. Hiſp. De batalla en batella. Ger. Von einer rott welche hundert haltet zů der anderen, Durch die rotten.] quemadmodum Tributim, per tribus. Cic. pro Flac. Diſtributis partibus, tributim, & centuriatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus.

Centurionus, ab antiquis dicebatur, teſte Feſto, qui poſtea Cẽturio appellatus eſt, ſicut Curionus, & Decurionus, qui nunc Curio & Decurio nuncupantur.

Cepe, Plinio, Herba eſt ſimilis portulacæ, nigriore radice, ſed inutili, naſcens in litoribus arenoſis, guſtu amara.

Cepe, ſiue Cepa. Vide Cepa.

Cephalalgia, *κεφαλαλγία*, Generale nomen eſt ad omnes capitis dolores: continetq; ſub ſe Hemicraniam, Cephalæã, & ſimiles.

Cephalæa, ſ. p. *κεφαλαία*, Diuturnus, & inueteratus capitis dolor, à ſono, ſplendore, uel odore uehementiore, & non nunquam à meri potu proueniens. Differt & ab hemicra-

nis, quòd ea dimidiam tantùm capitis partem infestet, Cephalea totum caput occupet. Plin. lib. 20. cap. 8. Lenit autẽ capitis dolores pota cum uino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si uerò sit cephalea, cum farina ordeacea, uel aceto. Sed & Celsus Cephaleam cautum quoddam pestilensque malum appellat.

Cephiaticum medicamentum, quod caruem producit.

Cephalicum emplastrum, sic dictum quòd capiti fracti cõuenit. Celsus lib. 10.

Cephaline, linguæ portio. cui gustus potentia inest.

Cephalocrustes, m. p. *κεφαλεκρύστης*. Vermis, qui in foliis persici involuitur.

Cephalos, daphnoides apud Dioscoridẽ, libro quarto capite 149.

Cephalotos, thymos apud Dioscoridem libro secundo, capite 24.

Cephalotus, porrum capitatum, sic dictum, quòd maiorem uim habet. Est & quod festiuum porrum uocant.

Cephalus, m. s. *κέφαλος*, Pisis est metu caput occultans, totum se absconditum existimans: cephalus dictus à capitis magnitudine.

Cephaleus, cephalea, um, ut: Caro cephalea. Luc. li 2. Saty. Abdomina, thinnia uenientibus priua Dabo, cephaleáq; carnem. Vide Gel. lib. 10. cap. 10.

Cephas, כֵּיפָא Iohann. 1. Non est (ut quidam nugãtur) uox Græca *κεφαλὴ*, sed ut rectè docet D. Hieronymus Syriaca quæ interpretatur Petrus, id est, rupes seu lapis uel petra. Cognomen est Simonis Petri Apostoli, illi à Christo inditum. Quo etiam illum Paulus Galat. 2. & 1. Corinth. 15. & alibi.

Cephenes, *κηφῆνες*, Recentes fucorum fœtus, quum formã cernere cœperint. Plin. lib. 11. cap. 16. Rex apum statim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus: neq; uermiculus, sed statim penniger, Cætera turba quõ formã capere cœperit, nymphæ uocantur, ut fuci sirenes atq; cephenes. ¶ Cephenes item fuerunt Asiæ populi, qui postea à Perseo Iouis & Andromedes filio Perse appellati sunt. Autor Herodotus lib. 7.

Cephus. Animal est apud Aethiopes, pedes posteriores humanis pedibus, & priores hominis manibus similes habẽs. Hoc animal à Pompeio, quum ludos faceret, in theatro fuit ostensum, & postea Romæ non uisum. Plinius, libro 8. capite 19.

Cepedines, saxa prominentia. Festus.

Cepina, siue potius Cæpina, *κρέμμυον*. Columella libro 11. capite tertio, Herba est hortensis, eadem cum cæpa. Cæpinã (inquit) magis frequenter subactam postulat terram, quàm altius conuertam. Et Paulò pòst: Sed cæpina uel sæpius, certè non minus debet quàm quater sarriri.

Cepionides, Gemmæ cæsitalini nitoris, quæ imagines reddunt, ut speculum. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cepites, siue Cepocapites. Gemma candida est, uenarum notis cœuntibus candore imaginem referens. Plin. lib 37. cap. 10.

Cæpũtica, m. s. *κηπαρικὰ*, Græci appellant, quæ nostri hortẽsia, olera scilicet, quæ in horto seruntur. Vnde Sabinus Tiro librum Sepuncũ scripsit, hoc est hortensium, quem Mæcenati dicauit.

Cera, *κηρός*. [Ital. & Hisp. Cera. Gal. Cire. Ger. Wachs.] Satis nota significationis est, nempe illud quod melle ex fauis expresso remanet. Plinius libro 21. capite 14. Cera fit expressis fauis, sed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili. ¶ Eadem ceræ, *τὸ κήριον*, idem fauus, dicebantur prouerbiali figura, qui uno ore idem affirmarent: aut qui inter se conspirassent. Ductum à fauorũ cellulis inter se connexis: siue quòd cera tenax, fibiq; hærens: siue quòd olim in ceratis tabellis scribebant. Vnde & Horatius, Cera laudator eadem. ¶ Limis ceris radere, pro eo quod est delere penitus, sic ut nullum omnino memoriæ pristinæ uestigium extet. ¶ Ceram auribus obdis, *κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφεις*. In eos qui recusant audire uel æqua uel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas ac sociorum aures obturat, apud Homerum aduersus Sirenarum cantilenas. ¶ Cera tractabilior, *κηρὸς εὐπλαστότερος*. De uehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabiliq;, & in quemuis habitum sequaci. Horatius, Persius. ¶ Cera etiam ueteres ante inuentum papyri usum, pugillares suos obducere solebant: unde etiam pro epistolis & pugillaribus positum inuenitur. Iuuenal. Nõne libet medio ceras implere capaces Quadrimio? Plin. Epist. lib. 1. Erat in proximo non uenabulum aut lancea, sed stylus & pugillares meditabar aliquã, annotabamq; uti si manus uacuas, plenas tamen ceras reportarem. ¶ Hinc profectæ sunt illæ loquẽdi formulæ, quæ sæpe apud ueteres occurrunt, In prima cera, In secunda cera, Ima cera, & Extrema cera. Romani enim sua testamenta in tabulis ceratis perscribebant. Suet. in Cæs. Qu. Pedium ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera, hoc est in ultima parte testamenti. ¶ Inter ceras optima creditur Punica candidissima, proxima maximè tulua.

Cerula, læ, diminutiuum, *τὸ κήριον*. Cic. ad Attic. lib. 16. Cerulas enim tuas miniatolas illas extimescebam.

Cero, ras, Idem est quod cera obduco. *κηρόω*. [Ital. Incerare. Gall. Cirer, encirer, enduire ou couurir de cire. Hisp. Encerar. Ger. Vermachsen: mit wachs vber ziehen.] Colu. lib. 12. cap. 50. Sexto quoq; oliuitate dolia cerari oportere, antiqui dixerunt. Hinc Tabulæ ceratæ dicebantur, cera superinductæ. ¶ Hinc fit compositum Incerare. Iuuenalis, Genua incetare deorum.

Cerificare apes dicuntur, quum ceram faciunt, *κηροποιεῖν*. [Ital. Far cera. Gal. Faire cire. Hisp. Hazer cera. Ger. Wachs machen.] Plin. lib. 9. cap. 18. Quum cerificauere fluxos habent succos. Quædam tamen exemplaria hoc in loco habent, fœtificauere.

Ceratores, rum, s. p. Ipsi ceratio. *κήρωσις*. [Ital. Ceramento. Gall. Cirement, cirure. Hisp. Enceramiento. Ger. Wachsung.] Col. lib. 12. ca. 10. Cætera non ediderim, propter olei fucum, ceraturam pati.

Cerãtum, siue Cerotum, n. s. *κήρωτον*. [Ital. Ciroto. Gal. Cerot. Hisp. Ceroto. Ger. Ein pflaster von wachs gemacht.] Malagmatis genus, quod uulneribus solet superimponi: cõstat ex rebus siccioribus, & igni appositum mollescit, sed corpori admotum durescit, & pertinacius hæret. Dictum uidetur à cera, quæ ferè omnibus ceratis adhiberi solet. Plin. lib. 11. cap. 22. Faciemq; inuadunt ignes sacri, ob id cerato prius illinunt.

Cerarium, n. s. Apud Cicero. quinta Verri. uidetur accipi pro eo quod cera nomine pẽditur: cuiusmodi est quod etiam hodie pro diplomatum sigillis exoluimus. Cicero quinta Verri. Ex omni pecunia quam oratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primùm pro spectatione, & collybo, deinde nescio pro quo cerario.

Cẽreus, a, um, Quod ex cera fit. *κήρινος*. [Ital. Fatto di cera, ò di color di cera. Gall. De cire, fait de cire, ou de couleur de cire. Hisp. Cosa hecha de cera ò de color de cera. Ger. Wachsen. Das von wachs gmachet ist.] Ior, Imago cerea. Cicero tertio de Nat. deor. Vt enim si omnis cera commotabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari nõ posset. ¶ Sumitur quandoq; pro molli, facili, & flexibili. Horatius, Cereus in uitium flecti, monitoribus asper. ¶ Item pro flauo. Virgil. 2. Aeg. Addam cerea pruna, à ceræ uidelicet colore. ¶ Inde ficedulæ pingues ab Accio cereæ uocantur, translucente nimirum per cutem flaua pinguedine. Quandoque pro nullo. Martialis. Cerea si pendet lumbis, & trita lacerta.

Cereus, m. s. substantiuum, *κηρὸς, τὸ κήριον*. [Ital. Cereo, torchio. Gal. Vn cierge, ou chandelle de cire, torche. Hisp. Cirio. Ger. Wachs fertz.] Est funale, uel candela ex cera cõfecta. Martialis, Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.

Ceroferarii, m. s. *κηροφόροι*, dicti sunt à deportandis cereis in sacris.

Cerofarium, instrumentum, quo cereus fixus continetur. In Decretis Cano. distin. 24. Acolythus accipias ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda lumina mancipare.

Cereolos diminutiuum. Hieronymus, Magnum honorẽ præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant huiusmodi cereolis illustrandos.

Cerinus, a, um, Quod ceræ simile est: *κήρινος, κηροειδής*. [Ital. Simile alla cera. Gal. Resemblant à cire, de couleur de cire. Hisp. Cosa semejante à lacera. Ger. Das dem wachss gleych ist.] ut cerinus color. Plinius, Sunt & nigra ac laudatiora cerina, atq; purpurea. Cerini smaragdi: apud eundem libr. 37. cap. 5. Plau. in Epid. Cumatile, aut plumatile, aut cerinũ subintellige.

ſubintellige veſtimentum: quod & Melinum ab eodem dicitur à melis colore, quod *μέλι* Græci appellant.

Cerolos, 2, um, Quod ceram admixtam habet. *κηρόεις*. Vnde mel cerosum dicitur, nondum ſatis expurgatum. Plin. Liquore aduri mellis cerosi.

Cerachates, *κηραχάτης*, Gemma eſt ex acatæ generibus, ceræ colorem præ ſe ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceraitis *κεραῖτις*, A quibuſdam appellatur herba, quæ Græcis *κέλις*, Latinis Fœnugræcũ dicitur. Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis ſimilem.

Ceramites, Gemma eſt teſtæ colorem habens, unde & nomen accepit: nam *κέραμος* teſtam, vel tegulam ſonat. Meminit huius gemmæ Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceratium, Vide Cera.

Ceras Amalthææ, *κέρας ἀμαλθείας*. Dicitur cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quæ (ut fabulantur Poëtæ) Iouem caprino lacte nutriuit. Vide infrà Cornucopiæ.

Cerasbola, *κερασβόλα*, Semina ſunt, quæ tempore ſemẽtis bubula cornua ſi attrigerint, ea ceteres crediderunt neque igni conſumi, neq; facilè coqui. Vnde *ἀκατέργαστα* nominat Plutarch. in Sympoſiacis, quaſi incoctilia. ¶ Hinc homines duri, & contumaces non inuenuſta metaphora *κερασβόλοι* appellantur.

Ceraſcomion, Oenanthe, Dioſcorides libro quinto, capite 114.

Ceraſphoros, *κερασφόρος*. à noſtris coringer dicitur.

Ceraſconia, paſtinaca tylueſtris, Dioſcorides libro quarto capite 57.

Ceraſa, arbor quæ ſit requiſe ex Theophraſto, libro octauo, capite 18.

Ceraſtes, *κεράστης*, Genus eſt ſerpentis, quod teſte Plin. lib. 9. cap. 21. quadrigemina cornua præfert, ſimillima ſuetum, unde & nomen habet. Nam *κέρας*, *ατος* Cornu dicitur Lucan. Spiraq; uagi torquente ceraſtæ.

Cerăſus, ſi pen. corr. f. t. *κέρασος*, [Ital Ciregio arbore. Gall Ceriſier. Hiſ. Ceroſo arbol conocido. Ger. Ein kirſsbaum.] Arbor nota, à Ceraſunte Ponti ciuitate ſic dicta: quam quũ Lucullus deleuiſſet, inde illam Romam tranſtulit, & à ciuitate Ceraſum appellauit, Sanè arbor Ceraſus dicitur, fructus uerò Ceraſum. *τὸ κέρασιον*. [Ital. Ciriegia frutto. Gal. Ceriſe. Hiſpani. Cereya fruta. Germa. Ein kirſe.] Ouid. de nuce. Audiat hæc ceraſus. ſtipes inanis erat. Plin. lib. 15. ca. 25. Ceraſorum Apronianæ maximè rubent. Et paulo pòſt, inter Ceraſa Principatum obtinet Duracina, Gall. libro 2. de Alimen. *πυρηνία* uocat. Ceraſa Aquitanica dici poſſunt, quæ Galli uocant des Guiſnes, quòd ab Aquitania quæ ab Ab illis Guienne appellatur, primùm ſint aduecta. ¶ Dicitur & Ceraſum pro arbore. Colom. Ceraſa & rubetes & armeniacas, & amygdalas, quæ primæ florent, poſſunt ſatis commodè. Sunt & alia genera Siciliana, rotunda, Iuliana, Poracina, Campanica, Laurea, Amaraſia, Viſola, Germanica, Gallica, Macedonica. Plura alia uideri poſſunt apud Plinium libro 15. capite 25. libro 17. capite primo libro 18 cap. 19. Theophraſt. lib. 1. cap 14. Dioſc lib. 1 Aegineram lib. 6. Serapio. cap 147. Gal. 7. ſim. cap. 18. & Alimentorum lib 2. cap. 11.

Ceraſa, æ, f. p. Genus herbæ, de qua Plin. libro 26. cap 8. Cerat a uno folio, radice nodoſa & magna, in cibo cœliacis & dyſentericis medetur.

Ceratias, Comæ genus, *ἀπὸ τοῦ κέρατος*, hoc eſt à cornu, cuius ſpeciem habet. Plinius lib. 2 cap. 25. Ceratis cornus ſpeciem habet, qualis fuit quum Græcia depugnauit apud Salamina.

Ceratinæ, *κερατίναι*, apud Quintilianum uocantur argumentationes quædam ſophiſticæ inexplicabiles, quæ à Latinis etiam argumenta cornuta uocantur: dictæ à cornibus, hoc eſt à materia ipſa qua uterẽtur uerborum: cuiuſmodi eſt, Quod nõ perdidiſti, habes: cornua nõ perdidiſti: cornua ergo habes.

Ceratis, corniculatum papauer, apud Dioſcor. lib. quarto capite 62.

Ceratium, *κεράτιον*. Minimum pondus, quod apud nos Siliqua dicitur: tres uerò ſiliquæ conficiunt obolum. ¶ Cerationem item Græcis appellatur arbor ſiliquas ferens cornicu-culorum ſimilitudine: unde & nomen habet. Latini Siliquam Græcam appellant. Columel. lib. de Arbo. capite 27. Siliquam Græcam, quam quidam *κερατίαν* uocant, deinde perficum ante brumam per autumnum ſerito.

Cĕrātōnia, *κερατωνία*. Galeno arbor eſt, quæ Latinis Siliqua dicitur, cuius fructus etiam Græco nomine Ceration appellatur, propterea quòd corniculorum ſimilitudinem referat.

Ceratum, Vide Cera.

Cĕraunŏbolus, *κεραυνοβόλος*. Dicta eſt Appellis tabula, in qua tonitrua, fulgetra, & fulgura pinxit: ita dicta, quaſi *τὸν κεραυνὸν βάλλων*, hoc eſt fulmen torquens. Plin. li. 35. capite 10.

Ceraunia nix, Gemma eſt candida, Plin. lib. 37. cap. 9. Eſt inter candidas & quæ Ceraunia nocatur, fulgorem ſydereũ rapiens.

Ceraunium, Tuberis genus, in Thracia naſcens. Plin. li. 19. capite 3.

Cereeraphron, Anagallis ab Dacis ſic uocata.

Cercitam, *κέρκιτιν*, Pauſanias Grammaticus ait nocari remonis genus, à populis inuentoribus qui Cercitæ appellantur in terra Iadia.

Cercius, qui & Circius dicitur, Ventus eſt uiolentiſſimus Galliæ Narbonẽſi peculiaris, reliquis cœli partibus ignotus. Vide Aulum Gell. libro ſecundo capite 22. & Plin. libro 2. capite 47.

Cercops, Græci appellant lucri undique cupientem, quaſi *κέρδωψ*, quem nos quoque lucrionem uocamus. Feſtus.

Cercŏpithēcus, pen. prod. *κερκοπίθηκος*. [Ital. Catto mammone. Gal. Vn marmot, une eſpece de ſinge ayant queuë. Hiſp. Gato paus. Ger. Ein merfatz.] nomen compoſitum ex *κέρκος*, quæ dicitur cauda, & *πίθηκος* ſimia, quaſi ſimia caudata, quam marmonem uulgò dicimus. Plin. lib. 8. Cercopitheci nigris capitibus, pilo aſinino, & diſſimiles cæteris uocẽ ſunt. Martial. lib 11.

Callidus emiſſas ſiccdere ſimius haſtas.
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Cercor, (quod hic pro accipitris genere corruptè legebatur.) Vide Circos.

Cercūrus, *κέρκουρος*, Nauis Aſiana prægrandis, autore Nonnio, à Cypriis inuenta, teſte Plin. lib. 7. cap. 56. Plautus in Sticho, Cercurum, quo ego me maiorem non uidiſſe cenſeo. Eſt item Cercurus, uilliſſimi oleris genus: unde natum eſt illud Græcorum prouerbium, *κακὸς κέρκουρος ἐν λαχάνοις*. id eſt, Eſt & cercurus inter olera.

Cerdiſtos, *κέρδιστος*. Latinè ſignificat aſtutiſſimum, perinde ac prudentiſſimum.

Cerdoſyne, es, f. t. *κερδοσύνη*, aſſutia maxima quæ fallit.

Cerdo, m. t. Artifex ſordidus, & qui arteis illiberaleis quæſtus gratia exercet, quales ſunt ſutores ueterũ calceorum, qui à Sueronio Vateramentarii appellantur. *βάναυσος*. [Ital. Artiere uile, che ſolamente attende al gadagno. Galli. Cordonnier. ſauetier ou corroieur artiſan. Hiſp. Official de algun arte de ganancia. Germa. Ein vnfletige handwercf treybt vmb gerings willen.] Mart. lib 3. Ebrius esſe enim faceres hoc ſobrius unquam. Vt uelles corio ludere cerdo tuo. Cicero primo de Natu. deo. Orpheum poëtam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe, & hoc Orphicum carmen Pythagorei fecit cuiuſdam fuiſſe cerdonis. Dicti autem ſunt Cerdones, à Græco *κέρδος*, quod lucrum ſignificat, unde & Lucriones à Latinis appellantur. ¶ Cerdo etiã nomẽ fuit hæretici, à quo Cerdoniani, qui Chriſtum nec natum è fœmina, neq; habuiſſe carnẽ, nec uerè mortuum, uel quicquam paſſum, ſed ſimulaſſe paſſionem dicebat.

Cere, Vide Cæte.

Cerealis, Vide Ceres.

Cĕrebrum, n. ſ. Inquit Plinius, eſt Viſcerũ excellentiſsimũ, proximumq; cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. *ἐγκέφαλος*. [Ital. Ceruello. Gal. Cerueau, ou cerueille, Hiſp. Meollo de la cabeca. Ger. Das hirne.] Hîc habet ſenſus arcem, hîc culmen altiſſimum, hîc mentis eſt regimen Cic. 1. Tuſc. Aliis pars quædam cerebri uiſa eſt animi principatum tenere. Aliis nec cor ipſum placet, nec cerebri quandam partem eſſe animum: ſed alii in corde, alii cerebro dixerunt animi eſſe ſedem & locum. A cerebro profiſcitur,

ciſcitur ſomnus. Quæ cerebrum non habent dormiunt.

Cerebellum, n. ſ. dimin. *ἐγκεφάλιον*. [Ital. Ceruellino, picciol ceruello. Gal. Petit cerueau. Hiſp. Pequenno meollo dela cabeça, ò la nuca del meollo. Ger. Das hinrle.] Plin. lib. 10. cap. 5. Morſis à cane rabido, ne rabioſi fiant, cerebello gallinaceo occurritur. Medici cerebelli nomine intelligunt poſteriorem cerebri partem, quam *παρεγκεφαλίδα* Græci appellant, à reliquo cerebro duplicatis meningibus ſeclusam, eoq; duriorem & ſicciorem: cuius pars extrema per ſpinæ fiſtulam illapſa, in oſſis ſacri imum traiſcitur: à qua duriores nervi, ut ex arboris caudice rami proferuntur.

Cerebroſus, m. ſ. Cui nitiatū eſt cerebrum, quiq; præceps fertur in iram, totuſq; ſuo conſilio hæret, & obſtinatus à nemine perſuadetur, & iracundiæ obtemperās, ſine ratione fertur. *αὐθάδης, παράλογος*. [Ita. Cerueil leggiero, oſtinato. Gal. Cerueleux, fort cholere, cuertueux, obſtiné & rigoreux. Hiſp. Loco, como fin meollo. Ger. Blaterkopf, hitzwütig.] Horat. libr. 1. Ser. Donec cerebroſus proſiliit unus. ¶ Dicitur & de brutis. Col. lib. 2. Quod eo tempore ſatum pecori ſit noxium, & præcipuè bobus, quos pabulo ſuo cerebroſos reddit.

Ceria, æ, Potionis genus ex frugibus confectum, quo utuntur Hiſp. Plin. lib. 18. cap. 17.

Cerinthe, es, f. p. uel Cerintha, æ, *κηρίνθη*, Genus herbæ eſt, mellis cum cera miſti ſaporem habens. Virgilius. 4. Georg. Cerinthæ ignobile gramen. Habet folium candidum, incanum, capite concauo, cuius florum apes ſunt auidiſſimæ. ¶ Dicitur & Cerinthus *κήρινθος*, & à Dioſcoride Ceranthe, ab Ariſtotele Erithace. Vulgò eam uocare ſolent Carbinam, in Hetruria præſertim & Liguria: quia flatu Africi naſci creditur, quem (ut inquit Vitruuius) Carbā nauta, uel Carbinum cognominant.

Cerinus, Vide Cera.

Cerion, *κηρίον*, Vlceris genus achoribus ſimile maioſculis foraminibus, in quibus ſanies melli ſimilis, inſtar faui apum continetur, unde & nomen accēpit, nam *κηρίον* Græcis fauum ſignificat. Pli. lib. 20. ca. 1. Sanat radix ulcera cōcreta in modum faui, quem Cerion appellant. Idem lib. 23. cap. 7. Com melle item ulceribus, quæ Ceria uocantur, illi nuntur.

Cerites, penu. prod. *κηρίτης*, Gemma eſt cerei coloris: cuius meminit Pli. lib. 37. cap. 10.

Ceritus, pen. prod. quaſi cereritus, hoc eſt Cereris ira & indignatione necatus, *κυμφόλαπτος*. Nam in Cereris ſacris furore corripiebantur. Et ſicut à Baccho Bacchantem dicimus, ſic à Cerere Ceritum. Horat. in Serm. Ceritus fuit, aut commotę crimine mentis: id eſt inſanus & furioſus. Plau. in Amph. Tu certè latuatus es, aut ceritus. Idem, tobe hāc pro cerita circunferri.

Cerno, is. creui, cretum, Video. *βλέπω* [Ital. Vedere. Gallic. Veoir, regarder. Hiſ. Mirar, ò uer con los ojos. Ger. Sehē, lūgen.] Virgil. 3. Aeneid. Cernimus aſtantes nec quicquam lumine torno Aetnæos fratres. Et 2. Aeneid. Ardentes clypeos atq; æra micantia cerno. ¶ Transfertur & ad ſenſus interiores, ut idē ſit quod animaduertere, ſiue conſiderare. Cicero in Topi. Verecundè tu quidem, ut omnia, ſed tamē ut facilè cernerem te ardere ſtudio, mecum, ut tibi illa traderem, egiſti. Idem lib. 3. Epiſt. Cerno iam animo, quanto omnia uberiora futura ſint. ¶ Quandoq; iudicare, ſtatuere, deliberare, *κρίνειν* Cice. de Legi. Quotcunq; Senatus creuerit, populuſue iuſſerit, tot ſunto: regio imperio duo ſunto. Lucilius, Poſtquam præſidium caſtris educere cēſſit. Pacuuius, Et æquum & rectum eſt quod poſtulas, iurari cernant. ¶ Quandoque diuidere, ſecernere, cribrare. *διακρίνειν, σήθειν*. [Ita. Criuellare, uagliare. Ga. Crible, ſaſſer, tamiſer. Hiſpan. Acriuar, carandar, cernar. Germa. Vnderſcheyden, reyteren, Abtheilen.] quod & Incernere dicitur: unde & Incernicula cribros uocamus. Plin. lib. 18. cap. 11. Rurſus quæ tranſit, arctiore cernitur. Vnde & Crines dicti ſunt, quòd ſint diſcreti. ¶ Quādoq; dimicare, *κίνδυνον ὁπλίζειν, ἀγωνίζεσθαι*. [Ital. Contendere, combattere. Galli. Se faſcher, combatre. Hiſ. Contender y pelear, Ger. Streyten. Kempfen.] Plaut. Pro patria Amphitryo dum cernit. ¶ Quandoq; adire, unde Cernere hæreditatem filij parentum dicti ſunt. *ἀγχιστεύειν τινί, ἐμβατεύειν εἰς τὴν κληρονομίαν, ἐ ὄσιαν*. Cicc. ad Dolabellam, A te peto, ut hāc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ finas cernere. Compoſita huius uerbi ſunt Concerno, Decerno, Diſcerno, Excerno, Incerno, Secerno, Succerno, quorum ſignificationes inde ſuis locis.

Cretio, onis, f. t. uerbale, Solennitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Cic. ad Att. lib. 11. Galeonis hæreditatem creui. Deco enim cretionem fuiſſe ſimplicem, quoniam ad me nulla miſſa eſt. Varro 5. de Ling. Lati. Facito ui deant te hæredem: itaq; in cretione adhibere iubent teſtes. Theodoſius Imper. libro ſexto, C. tit. de iure deliber. Cretionum ſcrupuloſam ſolennitatem hac lege penitus amputare decreuimus, *ἢ εἰς τὴν ἀρχὴν ἐμβάτευσις, ἢ τὴν κλῆρον ἐμβάτευσις*.

Cernuus, a, um, Propriè Inclinatus, quaſi qui terram cernat. *ἐπικυφής*. [Ita. Chino, inchinato. Gal. Penchāt, enclité uers la terre. Hiſp. El que mira la cabeça baxa. Germ. Vnder gebogen. Dogechtig.] Vig. lib. 10. Erectoq; incumbit cernuus armo. Vbi Seruius. Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quaſi in eam partem qua cernimus. Vnde & pueri quos in ludis uidimus, ea parte quæ cernunt ſtantes, Cernui uocantur: ut etiam Varro in ludis theatralib. docet.

Cerōma, ſ. p. *κήρωμα*, Oleum quo ſeſe athletæ perungere ſolent, adhibito quodam terræ genere. Cælius libr. 4. cap. 11. uocat *κάſτορ*: cui ſi ſudor acceſſiſſet, *κονίσκλος* uocabatur ab iis, qui nimis Attici uideri uolebant, ut inquit Galenus. Arenam aūt qua Athletæ ſe aſpergebant, poſt huiuſmodi unctionem *κόνιν* uocabant. Martialis, Et ſtaneſcit haphe. Fiebat aut ceroma ex oleo, terraq; nec ex omni terra ſed ex quibuſdam generibus, quibus robuſtiora fieri corpora, & ad tolerandos æſtus, atq; algores reddebantur firmiora: & erat albida quædam terra pertenuis, ex Albano agro, & rubrica, & Balanus puluis. Adhibebatur autem oleum, tum ad agilitatem præſtandam, ut corpora lubrica fierent tum quòd natura olei eſt, repetacere membra, & contra algores munire. Terra uerò ad indurādos magis artus, & aduerſus æſtum firmandos admiſcebatur. Stati. de Palæſtris Poſtquā oleo gauſa cutis, petit æquor uterq; Procurſu medium, atq; hauſta ueſtitur arena, Tū madidos artus alterno puluere ſiccant. ¶ Ponitur & pro loco in quo palæſtris ungebantur, quem Vitruuius *κονιστήριον* uocat. Plinius, Iidem palæſtres athletarum imaginibus, & ceromata ſua illuſtrant.

Ceromaticus, a, um, Quod ceromate perunctum eſt. Ia. Sat. 3. Et ceromatico fers niceteria collo.

Cerōſtrōtum, penu. pro. *κηρόστρωτον*, Compoſitum è *κήρα* cornu, & *στρωτὸς* ſtratus: & eſt picturæ genus, quum ex cornibus ramenta tinguntur variis coloribus: deinde uermiculatim ligno inſeruntur. ¶ Principiò hoc ex ligni bracteis fieri cœptum: poſtea cœpere tingi animalium cornua, dentes elephātorum ſecari, lignumq; ebore diſtingui, mox totum operari Plin. lib. 11. Nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ Ceroſtrota, picturæ genere dicuntur. Propriè tamen dicuntur Coroſtrata, cornibus ſtrata: ſicut Lithoſtrota, lapidibus ſtrata.

Cerotum, Vide Ceratum in Cera.

Cerri, piſcium genus, de quibus Dioſc. lib 2.

Cerrus, f. f. Arboris glandiferæ ſpecies eſt, cuius glande ſuilla caro firmior redditur. *αἴγιλωψ*. Plinl. libro 16. capit. 6. Glans optima in querceto atq; grandiſſima, mox æſculo: nō robori paruæ. Cerro triſtis, horrida, echinato calyce, ceu caſtaneæ.

Cerrinus, a, um: ut, Cerrinus calix. Plinius libro trigeſimo capite 10. Quidam pectus eius bibendum cenſent, & in cerrino calice.

Cerreus, a, um: ut, Cerrea glans. Plinius libro decimoſexto capite ſexto de glande fagina loquens. Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem carnem, ſed duram.

Certè, Vide Certus.

Certo, as, n. p. Aliquando rei bellicæ conuenit, pro pugno, ſeu prælior. *ἀγωνίζομαι*. [Ital. Cētendere, combattere. Gal. Debattre auec quelqu'un. combatre. Hiſpa. Contender y pelear. Ger. Streytē, kempfen.] Tacitus lib. 11. Miſſus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certauit. ¶ Aliquando extra hanc ſignificationem, eſt omni re contendo: & tam in bonam partem, quàm in malā accipitur.

¶ Cum

¶ Cum dativo. Virgi. Aeglog. 7. Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas. ¶ Cum ablativo. Terentius, Benedictus ſi certaſſet audiſſet bene. ¶ Cum ablativo & præpoſitione De. Livius, Arcini atq; Ardeates de ambiguo agro quum ſæpe bello certaſſent. ¶ Cum præpoſitione Cum. Saluſt. Sed ut mos eſt illius gentis, equitare, iaculari, curſu cum æqualibus certare. ¶ Cum præpoſitione Inter. Cicer. Reliquum eſt, ut officiis certemus inter nos. ¶ Et cum adverbijs Mecum, Tecum, Secum. Plin. Iun. Nam mihi ſatis eſt certare mecum. ¶ Hinc componuntur Decerto, & Cõcerto.

Certámen, a. n. Cõflictus, qui fit inter duos aut plures *ἀγὼν, ἆθλον, ἀμφισβήτησις*. [Ital. Battaglia, abattimento, contraſto. Gal. Debat, combat, eſtrif. Hiſp. Pelea, contencion y porfia. Ger. Streyt, kampf.] Ouid. 10. Metamor. Mors premium tardis: ea lex certaminis eſto. ¶ Interdum res ipſa de qua certatur, ſcilicet uter columbam ſagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Virg. 5. Geor. Vulcis iaculi certamina ponit in ulmo. ¶ Græca certamina celebratiſſima hæc fuerunt, Olympia, Pythia, Iſthmia & Nemæa, in quibus Græci magnos honores conſtituerunt victoribus athletis. Nam Olympia, iuxta Olympiam Elidis ciuitatem quinto quoq; anno in honorem Olympij Iouis celebrabitur: & qui uicciſſet corona ex oleaſtro, qui Philoſtephanus dicitur, donabatur: inſtituta; ſunt anno mundi quadringentéſimo ſupra quatuor millia: in eoq; certamine Hercules primus coronatus eſt. ¶ Pythia, Appollini ſacra erant, in memoriam Pythonis ſerpentis ab Appolline occiſi inſtituta. Vnde & nomen tenuerunt. Ex hoc certamine victor coronam lauream cum malis reportabat. Nam quòd Ouidius Pythiorum victori æſculeam coronam uidetur tribuere lib. 1. Metamorph. (quum ait:

Nec operis famam poſſet delere uetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunq; manu, pedibuſue, rotaue
Victerat, æſculea capiebat frondis honorem)

id non animi ſententia affirmat, ſed ut commodiorem faceret tũ fictum ad fabulam Daphnes. Subdit enim: Nondum laurus erat. ¶ Iſthmia, ab Iſthmo Peloponneſi, ubi celebrantur in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum dicunt, in quibus qui uicciſſet, coronam ex pino reportabat. ¶ Nemæa, à Nemea ſylua in memoriam Archemori Lycurgi filij fiebant, quorum victores apio coronati abibant. De his quatuor ſacris Græciæ certaminibus extat etiam hodie nobile Archiæ poetæ Græcum epigramma:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἕλλαδα τέσσαρες ἱροί.
Οἱ δύο μὲν βροτῶν, εἰ δύο δ' ἀθανάτων,
Ζηνὸς, Λυκείοιο, καλοὶ μὲν ἑκάτερος, ἀλλὰ δὶ τῶν,
Πύθιος, Ἰσθμιόνικος, μᾶλλον, εἰλίνου, πίτυος. Id eſt,

Quatuor Argiuis certamina ſacra feruntur,
Bina hominum natis, bina q; cœlitibus:
Phœbo, ipſiq; Ioui, Archemoro & paruo Melicertæ.
Poma, oleaſtra, apium præmia, pinus erant.

Hæc certamina etiam Ludi plurali numero dicuntur, & ſpectacula. ¶ Certamen ſignificat etiam priuatam contentionem. Saluſt. Diu magnum inter mortales certamen fuit, uine corporis, an uirtute animi res militaris magis proderet. ¶ Certamen, prælium. Cicero quarto de Finib. Sed ut magnum, & difficile certamen ineuntem, quum ſibi cum capitali aduerſario dolore depugnandum uideret, excitat omnes rationes fortitudinis & patientiæ, Plancus Ciceroni, Aut ipſe à certamine belli tam neceſſarij me remouiſſem. ¶ Certamen non accipit excuſationes, *ἀγὼν ἀδίκημα οὐκ ἔφης*. Plat. lib. de Legib. *ἀλλὰ γὰρ ἀγὼνα προσφάσεις ἀνὴρ ἀνδρὶ μὴ δέχεσθαι φάσθω*. Id eſt, Verùm aiunt certaminem admittere cauſationes. Locus erat prouerbio, quum quis in magno præſentaneoq; periculo, uelit tergiuerſari, & occaſionem expectare.

Certamen Chryſantianum, ab aureo flore præmio uictoris ſæpenumero, *ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ*, id eſt, ab auro & *ἄνθους* flore.

Certatio, onis, f. t. Actus contentioſq; certantium *φιλονικία*. [Ital. Contreſa. Gal. Debat, combat. Hiſp. Cõtencion y porfia. Ger. Das ſtreyten oder kempfen.] Cicero 3. de Nat. Deor. Sed nequaquam iſtuc ſibi: magna eſt certatio. Idem 2. Legib. Ludis publicis (quod ſine curriculo, & ſine certatione corporum fiat) popularem lætitiam in cantu, & fidibus & tibijs moderanto.

Certatim, aduerb. Cum certamine, contentione, & æmulatione. *φιλοτίμως*. [Ital. Agara, a chi ſa più preſto. Gal. L'enuy l'un de l'autre, à qui mieux mieux. Hiſp. Concencioſa y porfiadamẽte. Ger. Mit ſtreyt, in kampfweyß.] Virg. lib. 8. Tunc lecti iuuenes certatim, arasq; ſacerdos Viſcera roſta ferunt, tantorum. Suet. in Aug. Senatus & in funere ornando, & in memoria honorando eo ſtudio certatim progreſſus eſt.

Certatus, us, ui, nomen, m. q. Idem quod certamen. Sta. libro tertio Syl. . riderẽq; benigna Parthenope gentile ſacrum, nudóſque uirorum certatus, & parua ſuæ ſimulachra coronæ.

Certus, a, um, Clarus, & indubitatus, à Cerno pro uideo, quia ea quę cernimus, clara & dubitata ſunt. *κρῖνω, δῆλος*. [Ital. Certo, chiaro. Gal. Certain & aſſeuré Hiſp. Cierto, no dudoſo, claro. Ger. Gewüß.] Plautus. Mercur. Quid illud ſit negotij, lubet ſcire me, ex hoc ut ſim certus mero. Gelli. Certi ſumus non ignorare te quid una appellatur. ¶ Interdum Certus dicitur conſtitutus, hoc eſt tantus & talis, quantum ac qualem uolumus. Vnde Certum uolnus feciſſe aliquem dicimus, quum nec plus nec minus fecit, quàm uoluit. Martial. O quam certa fuit librato dextera ferro. ¶ Interdum diſcretus, *ἀφωρισμένος*. Hinc certos ferè plurali numero dicimus pro eo quod eſt Proſectũ quaſi à cæteris diſcretos. Cicero. Is enim cum certis aliis ad Cæſarem miſſus, paulò antè diſceſſerat. Saluſt. Apud Iuteria certos lacuit. ¶ Item Certus, a, um, non uacillans *βέβαιος*. Ouidius. Da mihi quod petitur certo contingere telo. ¶ Et Certum dicimus deliberatum, in quo plerunq; diiungitur dativus cum infinitiuo: ut, Certum eſt mihi in Aſiam nauigare. *Δέδοκται μοι*. Virgil. in Gallo, Certum eſt in ſyluis inter ſpelea ferarum Malle pati. Terentius, Si ita certum eſt tibi, *εἰ οὕτω δέδοκταί σοι*. ¶ Certo certius, prouerbiali tropo dicimus quod prorſus indubitatum haberi uolumus. Vlp. Pandect. lib. 22. Titu. de Teſtam. tutel. Teſtamento dari ſponſores non eſſe cogendos ſatisdare rem ſaluam fore, certo certius eſt.

Certifico, pro hoc uerbo ceu reprobato, pleriq; ponũt, certũ aut certiorem facere ſeu reddere, licet etiam eũ certiorem facere dicimur, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit, atq; ſic obtinuit frequentior uſus ſcribendi, tamen aliter à Cicerone poſitum libro nono Epiſt. Fami. Inſulanus obſeruauit.

Certior, & Certius: comparatiua, pro compertiore, & exploratiore, & peritiore. Sene. in Hipp. loquens de Cupidine, Ipſumq; Phœbum, tela qui neruo regit, Figit ſagitta certior miſſa puer. Facere certiorem, *δηλῶ, παρηγγύηκε*. eſt notũ facere, indicare, & dicere ita eſſe. Cic. 6. Verr. Adſunt Segeſtani clientes tui, ſocij populi Romani atq; amici: certiorẽ te faciunt P. Africanum Carthagine deleta, &c. Plaut. in Caſ. Face me certiorem quid meus uir me uelit. Terent. Phorm. Quantum potes, me certiorem face.

Certioro, as, a. p. Certiorem facio. *δηλῶ, παρηγγύηκα*. [Italicè, Certificare. Gal. Certiorer, faire ſauoir, auertir. Hiſ. Certificar y auiſar. Ger. Zuwiſſen thũn.] Quod uerbum non temere alibi reperias, quàm apud Iuriſconſultos. Qui utuntur pro certifico. Vlpianus, de eo qui pro tutore. l. j. Sed neceſſarios pupilli non certiorauit. Idem l. j. ff. de Actt. empt. & uendit. Hæc ita uera ſunt, ſi emptor ignorauerit ſeruitutes: quia non uidetur eſſe celatus qui ſcitum nec certiorari debuit qui non ignorauit.

Certiſſo, certiſſas, Certus ſio. Pacuuius apud Nonium, Vocãt cocos, unde certiſſent.

Certitúdo, f. t. à certus, *ἀσφάλεια, πλεροφορία*. [Ital. Certezza. Gal. Certitude, aſſeurance, ſeureté Hiſpanicè, Certidumbre. Ger. Gewiſſe eins dings, Sicherheit.] Vnde Incertitudo, pœne ſignificationis.

Certò, aduerbium affirmãtis. *ἀμέλα, νὶ δία*. [Ital. Certo, certamente, ficuramente. Galli. Certainement, aſſeurement, ſans doute. Hiſp. Ciertamente, affirmando. Ger. Vurlich, Ja. fürwar. Eigentlich.] Cicero de Finib. tertio, Satisne hoc concluſum uidetur? certè. ¶ Interdum idem quod certò, *σαφῶς*: hoc eſt clarè, & manifeſtè. Cicero Qu. Fratri, Certè enim ſcio, te feciſſe cum cauſa. Idem Attico, Quod te moleſtè ferre, certè ſcio. ¶ Interdum idem eſt quod ſaltem. Cicero pro Marcello, Victi ſumus igitur

aut ſi alnel dignitas non poteſt, certè fracti, & abiecti.

Certè, Clarè, Inquidè, σαφῶς [Ital. Chiaramente. Gal. Clairement. Hiſp. Claramente. Ger. Gwüſslich, Ou alles fálè.] Terentius in Eunuch. Hoc certò ſcio, Rhamnuſium ſe cũ uiebat, Cic. in Epiſtolis, Et ſi certò ſcio, &c.

Cerus, Ceruarium, Vide Ceruus.

Cerũchus, pen. prod. m. ſuperl. κηρύχ. [Ital. Cernuto. Gall. Cornu. Hiſpa. Cerui. Coſa que tiene cuernos. Ger. Gehörner.] Latinè dicitur Cornutus: quaſi κέρατα ἔχων. In manibus autem Cerychi dicuntur rudentes antennarum cornua firmantes, ſuasq; habentes in puppe anſas, ad quas religantur. Flaccus 1. Argon. Temperet ut tremulos Zethes, fraterq; cerychos. Heſychius Cerychos uocat, quaſi τὴν κεφαλὴν ἔχοντας.

Cerui, Vide Ceruix.

Cerui, m. f. Animalia ſatis notatita dicta quòd magna cornua gerant, quaſi gerui, g in c mutata. ἐλαφοι Vel ἀπὸ τῶν κεράτων. hoc eſt à cornibus, quæ primùm bimis oriuntur, ſimplicia quidem & recta ad ſubularum ſimilitudinẽ: quamobrem Subulones per id tempus appellantur. [Itali. Cerui. Ga. Cerfs. Hiſ. Cieruos, animales conocidos. Ger. hirtzen.] Plin. libro octauo, capite 32. Ceruis quoq; eſt ſua malignitas, quanquam placidiſſimo animalium. ¶ Cerui itẽ dicuntur furcæ, quæ ad caſæ ſuſtentationem ſingũntur, ad ſimilitudinem cornuum cerui Virgilius ſecunda Aeglog. Atq; humiles habitare caſas & figere ceruos. ¶ Ceruus canes trahit, τὸς κύνας ὁ ἔλαφος ἕλκει. Adagium eſt inter ea quibus ὑστερότερον ſeu præpoſterum quippiam ſignificamus. Præpoſterum eſt enim ut ceruus uenetur canes.

Cerua, uæ, fœminino n. Plinius libro 27. capite octauo, Simplicius ceruæ monſtrauere elaphopoſcon, de qua diximus.

Ceruarius, a, um, adiectiuum à ceruo deductum, ἐλαφος. Vnde Lupus ceruarius. [Ital. Lupo ceruiero. Gal. Loup cervier. Hiſpa. Lobo ò gato cerual. Germanicè, Ein luchs.] (ἴσως Ariſtoteli, ſi Theodoro credimus) dicta eſt fera, lupi effigiem habens, & Pantheræ maculas nomine (ut opinor) à ceruina peruicitate impoſito. Plin. lib. 8. ca. 22. de lupis, Sẽt in eo genere qui ceruarij nocantur, qualem è Gallia in Põpeii Magni arena ſpectatum diximus. ¶ Ceruarium uenenum, Plin. lib. 26. cap. 11. Limeum herba appellatur à Gallis, qua ſagittas in uenatu tingunt medicamento, quod uenenum ceruarium uocant.

Ceruinus, a, um, Quod ad ceruum pertinet. ἐλαφος. [Itali. Di ceruo. Gal. De cerf. Hiſp. Coſa perteneciente al ciervo. Ger. Aus zů dem hirtzen gehört.] ut, Ceruinum cornu. Var. 3. de Re ruſt. Circum caucas eorum incendendũ cornu ceruinum, nequa ſerpens accedat. Ceruinus color, qualis eſt pellis cerui, uel caſtaniæ. Palladius lib. 1. cap. 13. Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, ruſſeus, murteus, ceruinus, giluus, &c. Pellis ceruina. Horat. 1. Epiſtol. uenaticus ex quo Tempore ceruinam pellem latrauit in aula, Militat in ſyluis catulus. ¶ Ceruinus uir, ἐλαφος ἀνὴρ, olim dicebatur formidoloſus, & fugæ fidens magis quàm uiribus, Ceruus enim animal curſu peruicaciſſimum, & in uenatu pedibus quærit ſalutem.

Ceruiſia, f. p. ſubſt. [Ital. Cernogia. Gal. Cervoiſe. Hiſpa. Cerueza. Ger. Bier.] Potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipue ex hordeo madefacto, & rurſus elibanis ſiccato, addito lupi ſalſtariiſque potus generè etiam hodie pleraq; Galliæ, & Germaniæ loca, Britanniaq; univerſa, uini inopiam ſupplent. Plin. li. 22. ca. 25. Ex iiſdem fiunt & potus, zythus & in Aegypto, celia, & ceria in Hiſpania, ceruiſia & plura alia genera in Gallia.

Ceruix, f. t. Poſterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad ſpinam, ἰνωμὶς, αὐχὴν. [Ital. Coppa. Gall. Chaignon du colle col. Hiſpa. Ceruiz del cuello. Ger. Der nack, das genick.] Quæ autem anterior eſt, Gula dicitur. Ceruicis hęc cõmoditas eſt, ut ad dextram, ſiniſtrãue, prorſum, retrorſumq; nectatur. Conſtat enim ex oſſibus orbiculatim uertebratis, ex quibus fit ad circũſpectum facilis. Hinc eſt quòd qui nec flecti, nec cogi poſſunt, ceruicis duræ perhibeantur. Vnde dicimus hominem duræ ceruicis, quaſi Indomabilem, hinc inexorabilem, atq; contumacem: qui & Ceruicoſus dicitur ἀντερώμων. Antiqui uerò (ut Quintilianus ait) Ceruices pluraliter dicebant, primusq; Hortẽſius Ceruicem dixit. Cic. in Ver. Inflato collo, tumidis ceruicibus inſiſti. Cato, Si caput aut ceruices dolent, ea lotio calido lauito:

Ceruicula, diminutiuum. τὸ αὐχένιον, ὁ μικρὸς αὐχὴν. Ci. 5. Ver. Tamẽne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturũ, & populo ſe ad coronam daturum?

Ceruicale, & per apocopen Ceruical. pen. prod. Significat cerricis ſuſtentamentum, & munimentum, cui ſcilicet dormientis caput, & ceruix innituntur. προσκεφάλαιον. [Ital. Guanciale. Gal. Cheuet ou trauerſam, couſſin de lit, ou oreiller. Hiſp. El almohada ò cabecal para la cabeca. Germ. Ein houpt küſſin.] Iuuenalis Conducit comites, ſcilam, ceruical, amicas. Mart. Tinge caput nardi ſolito, ceruical olebit. Plin. li. 20. ca. 20. Sunt qui ante ſolis ortũ ceruicalibus ſubiici efficaciter putent.

Ceruicoſus, ponitur pro duro & inexorabili.

Ceru*, Vide Cerrus.

Cerula, Vide Cera.

Ceruſſa, pen. prod. f. p. Plumbo in acuto aceto ſoluto comparatur. ψιμμύθιον. Itali. Biacca. Gall. De la ceruſſe, fard. Hiſpa. El alualyalde. Ger. Bleiweiſs.] Vitruuius docet quomodo fiat, dicens: Rhodii in doliis farmenta collocanter, aceto ſuffuſo ſupra farmenta collocant plumbeas maſſas deinde ea operculis obturant, ne ſpiramentum obturata emittant, poſt certum tempus aperiẽtes, inueniunt è maſſis plumbeis ceruſſam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes efficiunt ęruginem. Ceruſſa uerò quum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur Sandaracha. Id autem incendio factum ex caſu didicerunt homines, ex eo multò meliorem uſum præſtari, quàm quæ de metallis per ſe nata foditur. Veruntamen igitur ita ceruſſa comparetur, neq; acutum, neq; lancinans quicquam habet, neque diſtrahens, ſed emplaſticum, ac refrigerans. Vſta autẽ, inquit Aetius pura ceruſſa mutatur in id quod Syricũ nominatur. medici Sandyca nocant. Vide Gale. lib. 9. Simpli. & Plin. lib. 34. cap. 8.

Ceruſſatus, a, um, ψιμυθιωθείς: ut, Ceruſſatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia Ceruſſa utuntur. Mart. lib. 1. Ceruſſata timet Sabella ſolem. Ceruſſata cutis, Ceruſſatæ buccæ, Mart. lib 7. Cic. in Piſonem.

Ceryx, f. t. κήρυξ. Latinè præco & caduceator: unde Euſebius ſcribit à Nerone Cerycas fuiſſe certamine ſuperatos. Seneca ad Serenum. Non uis niſi Conſul aut Prytanis, aut Ceryx, aut Suffes adminiſtrare Rem. hoc eſt, caduceator & magiſtratus ad Rẽmp. gerendam.

Ceſpes, Vide Cæſpes.

Ceſſio, onis, f. t. Cic. Top. Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.

Ceſſim ire, ἀναχωρῶν, ſignificat regredi, retrocedere, Iuſtinianus libro 2. Commiſſo prælio ire ceſſim, inhibere remos, & à bello diſcedire. Et apud legis conſul. tit. ad legem Aquil. Interim ſuperius planſtrum ceſſum ire cœpit. ſit autem à cedo.

Ceſſo, as, n. p. Abſtineo, ab opere uaco. παύομαι. [Ital. Ceſſare, indugiare, abſtinere. Gal. Ceſſer, eſtre tardif. Hiſp. Ceſſar, tardarſe ò abſtener. Ger. Aufhören Ablaſſen.] Virg. 7. Aeg. Et ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub umbra, id eſt (inquit Seruius) ſi potes breue otium tibi perſuadere. ¶ Dicimus autem Ceſſare in re aliqua, & Ceſſare à re. Cic. Neq; unquã in ſuo ſtudio atq; opere ceſſauit. Liui. Nec ex quo caſtris caſtra collata ſunt, ceſſatum à leuibus prælijs eſt. ¶ Itẽ Ceſſare, ὀκνεῖν, ῥᾳθυμεῖν, ἀργεῖν, tardare, remorari, diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere. Vir. 6. Aen. Ceſſas in uota, precesq; id eſt tardus es in uota facienda. Terentius in Eun. Paululum ſi ceſſaſſem, Pythia, Domi non offendiſſem, ita iam adornabat fugam. Idem in Adelphic. Aeſchinus odioſè ceſſat, prandium corrumpitur. ¶ Et Ceſſare dicimus eos quorum officium deſyderamus. Gellius in fabula caſſitæ. Amici iſti magnam in partem ceſſatores ſunt, ὀκνηροί. Breuiter ſic accipe, quòd Ceſſare interdum ſignificat nihil agere, uacare interdum conquieſcere, uel reſpirare, & hic duobus modis abſolutè ponitur, ut apud Cic. de Nat. deor. Cur tam multos deos nihil agere, & ceſſare patitur? & apud Terent. in Eunu. & Adelph. ut dictum eſt. Quum uerò pro intermittere, deſiſtere, deſinere, uel finem facere ponitur, habet aliũ ſecum Infinitiuum. Cic. ad Qu. fratrem, Si te quoq; inimici uexa-

dicere coperint, ne ceſſaris me certiorem facere ut accerſam. Terentius in Andr. Ceſſas alloqui, & in Phormio. Aſcendi tibi te indignas, ſeq; dignas contumelia, nunquam ceſſauit hodie dicere, id eſt toto die nihil aliud quã conumelias locutus eſt. ¶ Huius compoſitum eſt Conceſſo.

Ceſſator, oris, m. t. uerbale à Ceſſo, as, Cunctator, otioſus, qui ceſſat & nihil agit. μελλητὴς, σχολαῖος. [Ital. Indugiatore, otioſo. Gal. Ceſſeur, muſard, oiſeux, faictard, lache en beſongne. Hiſp. Tardio, eſpacioſo. Ger. Seumig, Müſſig, Der etwas zů thůn auß gehört hatt.] Gell. Amici iſti magnã in paruam ceſſatores ſunt. Cice. Pæto lib. 9. Hæc tibi antea nõ ſcripſi, non quo ceſſator eſſe ſolerem, præſertim in literis: ſed quia, &c.

Ceſſatus, a, um, participium ſine uerbi origine, ſicut Regnatus, & ſimilia: nam Regnor, aut Ceſſor non dicimus. ἀτελεσλαμβάτος. ¶ Hinc Ceſſata area, id eſt neglecta, & non culta. Ouid. 4. Faſtor. Largaq; prouẽnit ceſſatis meſſis in aruis.

Ceſſatio, onis, uerbale, f. t. μέλλησις, σχολαιότης. [Ital. Indugio. Gal. Relache, oiſiueté, lacheté. Hiſp. Tardanca. Germa. Zuſchöbung, Müſſiggang.] Cic. 1. de Natu. deor. Profecto Epicurus, quaſi pueri delicati, nihil ceſſatione melius exiſtimat. Col. lib. 2. cap. 1. At econtrario ſeu ſponte, ſeu quolibet caſu deſtituta humus, quum eſt repetita cultu, magno fœnore ceſſationis colono reſpondet.

Ceſticillus, autore Feſto, Circulus eſt quem mulieres impoſunt capiti, quò commodius onera ferant.

Ceſtreus, m. ſ. Paruum cingulum, κεγχρὸς μικρὸς.

Ceſtrolphendona, κεστροφενδόνη, Telũ erat ſemicubitale, bipalme ſpiculum infixum habens digiti craſſitudine, cui adlibramen pinuæ tres, ueluti ſagittis ſolent, circundabantur. Nomen inuenit à figura, & uſu, quorum utrunq; medium habet inter telum & fundam. κεγχρὶς enim Græcis teli genus eſt, Perſico bello inuentum, σφενδόνη autem id eſt quod Latini fundam uocant: nam funda modo librabatur. Inuentum autem fuit hoc teli genus, autore Liu. in bello Macedonio.

Ceſtreus, duabus tantùm ſyllabis. κεστρεὺς. Piſcis genus, qui & Cephalus, & mugil uocatur, publicis adulterorum ſupplitiis deſtinatus apud Athenienſes. Vide Cæl. Rhodig. libro uigeſimoſeptimo capite 4. ¶ A cuius natura tractum eſt adagium. Ceſtreus ieiunat, Κεστρεὺς νηστεύει, De fameliciis & noxiis dici conſuenit. Vnde & qui fame oſcitãt, νηστεῖς dicuntur, & κεστρεύειν.

Ceſtrum, n. ſ. κέστρον, Inſtrumentum quo cauator ebur. Sui das putat eſſe genus teli Perſico bello inuenti. Latini Viticulum appellant. Iulius Pollux pro ſtimulo, ſiue ſtylo, accipit. ¶ Eſt & Herba Ceſtron, quę & Betonica dicitur, à uaria remediorum, & efficacia nomine impoſito. Plin. libro uigeſimoquinto capite 8. Quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis Ceſtron, aut Pſychotrophon.

Ceſtus Veneris, uide in dictione Cæſtus, & Politian. Miſc. cap. 11.

Cetani, Vide Cetus.

Cetra, træ, f. p. Scutum, breue loreum, quo utuntur Afri, & Hiſpani. ἀσπίδια, τὸ πέλτον. [Ital. Targhetta, brocchiero. Gallicè, Vne petite targe & bouclier dequoy uſoyent les Eſpagnols & ceux d'Afrique. Hiſpa. El adarga ò eſcudo de cuero. Ger. Ein ſchilt, wie man ſy in Hiſpanię vnd Africa brauche.] Virg. 7. Aeneid. Læuus cetra tegit. Liu. 1. bel. Pun. Hiſpani ſine ulla mole in utres neſtimentis conjectis, ipſi eorum ſuperpoſitis incubantes, flumen tranſnatauere. ¶ Hinc Cetrati dicti ſunt milites cetris muniti, quos Pelti alii uocant. πελτοφόροι, πελτασταὶ. Cæſar bell. Ciuil. libro 1. Erat legiones Afranii tres, Petreij duæ, præterea ſcutatæ cohortes Gallicæ prouinciæ, & cetratæ ulteriores Hiſpaniæ cohortes circiter octogintà. Liu. lib. 1. bel. Maced. Noſte cetratos, quos Peltaſtas uocant, loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat.

Cetus, m. ſ. κῆτος. [Ital. Ogni ſorte di peſci i ſmiſurati & grandiſſimi. Gal. Grand poiſſon de mer, comme dauphin, marſouin, baleine & ſemblables. Hiſp. Pece muy grande, como ballena. Germa. Ein groſſer Meerfiſch, beſonders aber die andere fiſch vonn Jnen gebären, als Wallfiſch, Delphin.] Nomen eſt maioribus omnibus marinis piſcibus commune, iſs præſertim qui animal pariunt, non ouum: cuiuſmodi ſunt balenæ, orcæ, priſtes, thynni, & ſimiles. ¶ Vnde Cetarii appellantur, teſte Nonio, qui maiores in mari piſces capiunt. Plin. lib. 32. cap. 1. Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe tradit Iuba, pinguiq; eius negotiatores & omnium piſcium adipe camelos perungi in eo ſitu, ut aſilos ab his fugent odore. Dicimus & Cete pro iiſdem plurali tantum numero, nullaq; caſuum inflexione. Virg. 5. Aeneid Immania cete.

Cetarius, m. ſ. Qui cetos hoc eſt marinos piſces maiores capit, aut uendit. κητοπώλης. [Ital. Venditore ò peſcatore di groſſi peſci. Gal. Poiſſonnier qui uend de grands poiſſons de mer. Hiſp. Peſcador ò uendedor delas almadranas. Germanicè, Ein fiſcher welcher da fahet die groſſen meerfiſch oder die ſelbigen verkaufft.] Colum. lib. 8. Salſamentorum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis euerruntur, præberi conuenit. Varro, Aduertis cetarios, quum uidere uolunt in mari turmas, aſcendere in malum altè, ut penitus per aquam perſpiciant.

Cetariæ, arum, f. p. Loca iuxta mare ſtagnante lacu, in quibus thynni & alii huiuſmodi piſces capiuntur & ſaliuntur. τὰ κητοτροφεῖα. [Ita Peſcaria de gran peſci. Gal. Poiſſonnerie de grands poiſſons de mer. Hiſp. Almadrana de atunes. Germa. Groſſe gräben bey dem meer in welchen man die groſſen fiſch fahet oder fatzet.] Plin. lib 17. cap. 1. Ferunt & in ea inſula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis.

Ceu, aduerbium ſimilitudinis, Idem ſignificans quod Tanquam, uel Quaſi: magisq; eſt Poetarum, quàm Oratorum, ſed quo multi, & præſertim Plinius, utuntur. οἷον, ciceró. [Ital. Come. Gal. Comme, quaſi, tout ainſi que. Hiſpa. Aſsi como. Germa. Gleych als, Eben wie.] Virgil. 2. Aen. Aduerſi rupto ceu quondam turbine uenti Confligunt. Plin. lib. 9 cap. 16. Incremento terga ceu quodam incitamento flagellantur.

Ceus, a, f. p. Genus uuæ humilioris. Columel, libro ſexto, capite uigeſimotertio. Melius etiam in hos uſus altinæ uuæ probantur, quas eius regionis incolæ Ceuas appellant. Ea ſunt humilis ſtaturæ, lactis abundantes: propter quod remotis earum fœtibus, generoſum pecus alienis educatur uberibus.

Ceuere, σαυλοπρωκτιᾶν, παλαιωνίζειν, πτερυγίζειν. Ariſtophani in Auibus, σαίνειν, penulti. prod. Eſt clunes mouere, quod fit adulando, ut in canibus uidemus. Perſius: An Romulæ ceues?

C ante H.

CH. In notis antiquorum, cuſtos hæredum.

Chære, id eſt, Salue. Mart. lib. 5.

Charophyllon, χαιρόφυλλον. Herba eſt, paſtinacæ erraticæ, ſiue dauci folio, aliquanto tenuiore, radicula candicante, ſubamara. Veteres Gingidion appellarunt. Nam charephylli nomen recentius eſt, à comæ luxuria, & aſpectus iucunditate (ut uidetur) impoſitum. Hodie à uulgo herbariorũ Charefolium appellatur, Græca & Latina uoce in unam coaleſcentibus.

Chalaſis, f. t. χάλασις, à medicis appellatur laxatio articulorum, quũ ſcilicet ex laſſitudine nimióue labore, aliáue ex cauſa euenit ut laxatis uinculis membrum excidat, ut ſi radius in brachio à cubito ſubmouetur: ita ut locus quidã in medio uacuus relinquatur.

Chalaſis, penult. prod. Tunicæ genus, quod & Græci χάλασαν uocant, à laxitate: uel (ut quidam dicunt) nodus tunicæ muliebris, quo cõnexa circa ceruicem tunica ſubmittitur.

Chalaza, fœmin. prim. χάλαζα. [Italicè, Chiandola, natta. Gallicè, Glande, glandule. Hiſpanicè, Granizo. Germanicè, Ein böſe trüſs oder bültz vnnder der haut.] Collectio ſub cute, & buboni, & Aegyptiæ fabæ ſimilis, dolorem, ſi tangatur, afferens: à Latinis grando dicitur.

Chalazias, χαλαζίας, Gemma, quæ grandinum colorem, & figuram habet adamantinæ duritiæ. Plin. libro 37. capite undecimo.

Chalazion, χαλάζιον, Tuberculum eſt in oculorum palpebris, non diſsimile illi, quod à Græcis κριθὴ appellatur: diuerſæ tamen figuræ, & mobile, ſi huc atq; illuc pellatur. Recentiores medici Grandinem appellant.

Calcanthũ, n. ſ. χάλκανθος. [Ital. Vetriolo. Gall. Vitriol, couperoſe. Hiſ. Caparroſa. Ger. Vitriol oder ſchůmacher ſchwertze.] Corpus eſt metallicũ, quòd à Latinis, Atramẽtum ſutorium appellatur. ¶ Eſt autem duplex, foſſile & factitium. Foſſitium aliquando eſt cæruleum, aliquando pallidum, aliquando candidum & pellucidum in morem uitri: unde & Vitriolum à uulgo appellatur. ¶ Factitium uerò ex aqua pluuia fit per metalla defluẽte in lacunam, quæ inde ab iis, qui ad metalla ſunt dãnati, in uaſa ampla fictilia perfertur, in quibus paucis diebus concreſcit. Dictum Chalcanthum, quaſi flos æris. Atramenti autem ſutorii nomen accepit, quòd ex eo aqua diſſoluto corium denigretur. Vide de hoc plura apud Dioſc. lib. 5. & Apud Plin. lib. 34. cap. 11.

Chalceos, Herbæ genus eſt, apud Plin. lib. 21. cap. 18. ſpinoſos habens aculeos.

Chalcetum, Herbæ etiam genus eſt apud eundem libro 26. capite 7. Item herba Chalcetum à uineis contrita imponitur.

Chalceutice, χαλκευτικὴ, Aeraria fabrica. Nam χαλκεὺς, Faber æraríus eſt, quem exculſorem Quintilianus interpretatur.

Chalcis, chalcidis, χαλκὶς, ίδος. Serpentis uenenoſi genus eſt è genere lacertarum, quaſdam ærei coloris lineas in tergo habens: unde & nomen habet. Plin. lib 32. cap. 3. Quippe aduerſus ſcorpiones ex uino bibuntur, aduerſus phalangia & araneos ex muſto: aduerſus chalcidas cum myrtite. Idem lib. 29. cap. 5. Lacertæ, quam hi ſepa, alii Chalcidem appellant. Chalcidis lacertæ meminit & Ariſtoteles de Animalibus. ¶ Eſt & Chalcis Homero auis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila gerens. Plin. lib. 10. cap. 8. cymindin uocat. ¶ Eſt & Chalcis, piſcis quidam ex genere chombrorum, apud Plin. libro 32. capite 11.

Chalcites, χαλκίτης, Gemma æræi coloris, ſed nigrioris. Plin. lib. 37. cap. 11.

Chalcophõnos, χαλκόφωνος, Gemma, quę illiſa, æris tinnitum reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chalcoſmaragdos, χαλκοσμάραγδος. Gemma ex genere ſmaragdorum, æreis uenis turbida. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chalcus, m. ſ. Exiguum põdus erat apud Atticos, quod decies ſumptum, Obolum conficiebat. Plinius libro 31. capite ultimo. Drachma Attica denarii argentei habet pondus: eadẽmque ſex obolos pondere efficit: obolus decem chalcos.

Chalepi uerſus, χαλεπὰ μέτρα, Dicuntur duri, aſperi, ac prolatu difficiles, qualis eſt uerſus Virgilianus, Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Chalix, μικρὸν λιθίδιον, lapidis genus, ex quo deducitur ignis.

Chama, à Græcis χαμὰι, ſpecies ſunt concharum, Allud in mari uidetur piſcis eſſe genus chamæ, quas Hiarolas quidam interpretãtur, habentes uulnũ, ſicut qui & Erichthyni, hoc eſt, Rubelliones dicuntur. Chamarum duo reddũtur genera, ſcilicet Trachea, hoc eſt, aſperæ, mali ſucci, quas & oſtrea coguominant, & in Macedonia Corycos, & Athenis Crios. Alterum leues multò meliores & craſſiores: ob id Pelorides & Pelorinæ à quibuſdam & Baſilicæ nocantur, & ab Helio Spartiano Lioſtria, id eſt, Lithroſtrea, ſi mendoſè legatur.

Chamæacte, ες. χαμαίακτη. [Ital. Ebolo. Gal. Herbe appelée hiebles. Hiſp. Hiexgo. Ger. Ettich.] Sambuci genus eſt humilius, quod à Latinis Ebulum appellatur. Plin. lib. 24. cap. 8. Sambucus habet alterũ genus magis ſylueſtre quod Græci Chamæacten, alij Helion uocant, multò breuius.

Chamæcerati, χαμαικέρατοι. Ex ceraſorum genere humillimæ, terna rarò altitudinis cubita excedentes. Plinius libro 13. capite 21. Sunt & Macedonica paruæ arboris, raroq; tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice chamæceraſi.

Chamæcypariſſos, χαμαικυπάρισσος, Herba quæ ex uino pota, contra uenena ſerpentium omnium, ſcorpionumq; pollet. Plin. lib. 24. cap. 15. Ruellius docet, pumilionem eſſe fruticem, in hortis ſeri ſolitum, foliis incanis, cupreſſi arboris folia odore & figura referentibus. Vnde & à uulgo Cypriſſus appellatur.

Chamæciſſos, χαμαίκισσος, Genus hederæ, quæ nunquam ſe ab humo attollit. Compoſita dictio ex χαμαὶ, quod humi ſiue ad terrã ſignificat & κισσὸς hedera. ¶ Sic Chamæplatani, uocantur humiles platani, & coactæ breuitatis.

Chamædaphne, ſ. p. χαμαιδάφνη, Plinio, [Ital. Chamedaphne. Gal. Laureole. Hiſp. Laurel bazo, laureola. Ger. Vuindẽ lraut, ſonſt auch Lorberkreuter.] Herba eſt in hortis ſeri ſolita in funiculi modum ſeſe porrigens, & uicina quæq; uincíens, unde & Vinca peruinca ab eodem appellatur. Folia habet lauro ſimilia. ideo chamædaphne, hoc eſt, parua laurus appellatur: florem autem uiolæ ſimilem. de hac Plin. lib. 21 cap. 11. Dioſcoridi κληματὶς δαφνοειδὴς dicitur. ¶ Eſt & Altera Chamædaphoes ſpecies, cuius idem Plin. meminit lib. 24. cap. 17. Chamædaphne (inquit) unico ramulo eſt, cubitali ferè, folio tenui, lauri ſimilitudine: cuius ſemen rubens admiſtum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani Lauteolam aut Lauraginem appellant: Dioſcorides autem, & Galenus hanc ſolam chamædaphnes nomine nouerunt.

Chamædracontes, χαμαιδρακόντες, genera ſerpentium.

Chamædrops, chamædrys apud Dioſc. lib. 3. cap. 111.

Chamædrys, χαμαίδρυς. [Ital. Querciuola, chalamandrina. Gal. Germandree. Hiſp. Camedrios. Germa. Klein Bathẽ gel.] Herba eſt Plin. lib. 24. cap 15. quæ Latinè Trifſago dicitur. Aliqui etiam Chamædropen, alii Teucrion appellauere. ¶ Dicitur autem chamædrys quaſi humilis & terreſtris quercus, Vulgò Sarratula appellatur, teſte Ruel. libro 3. cap. 56.

Chamælæa, ſ. p. χαμαίλαια, Herba quæ ſimilitudinem foliorum oleæ habet Plin. lib. 21. cap. 7. Multum infra hunc ſuccum eſt, qui in Gallia fit ex herba Chamælea, granũ coccí ferente. Idem lib. 24. cap. 17. Chamælæa ſimilitudinem foliorum oleæ habet: ſunt autem amara, odorata, in petroſis, palmum altitudine non excedente. Vulgus à foliorum ſimilitudine Oliuellam uocat.

Chamæleon, chamæleonis. χαμαιλέων, Herba eſt ex genere aculeatarum: ita dicta à uarietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem. hic niger, illic uiridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Quibuſdam in locis uiſcum gignit ſub aliis foliorum: unde & Ixia appellatur. Eius duo ſunt genera, album, & nigrum, radicis colore diſtincta. Albũ Latini Carduum ſuarium, quòd ſues enecet, officinæ Cardopatium appellant. [Ital. Cardo maria, cardo maculato. Gal. Chardouſſe. Hiſpa. Cardo pinto. Germa. Klein oder weyſs Eberwurtz.] Nigrum Latini Vernilagium, uel Carduum nigrũ. [Ital. Cameleone nero. Gal. Chardonnette dequoy on fait prendre le lait à faire fromages. Hiſp. Cardo pinto negro, cardo aliogero. Ger. Bloſs oder ſchwartz eberwurtz.] Vide Plin. lib. 22. cap. 18.

Chamæleon, tis, m. ſ. χαμαιλέων, Quaſi paruus leo, animal eſt diuerſa uarietate conſpersum, ut pardus, & ad colores quos uidet, cõuerſione facillima uariatur, præter ad rubrũ & album. ¶ Ab hac colorum mutatione oritur paræmia, Chamæleonte mutabilior χαμαλέοντος ἐυμεταβολώτερος. Comperit in hominem uerſipellem, ſiue inconſtantẽ, ac pro tempore ſeſe uertentem in omnem habitum. Naſcitur in India, figura & magnitudine lacertæ, niſi quod crura habet recta & excelſiora. Latera uentri iunguntur, ut piſcibus, & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum ſimile ſuillo, cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe uiperinis orbibus: ungues aduncí, motus tardior, ut teſtudini, aſperum corpus, ut crocodilo: habet oculos corpori concolores, nunquam eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quã aeris alimento: latet hyeme, ut lacerta. Vide plura de chamæleonte apud Plin. lib. 28. cap. 8.

Chamæleuce, χαμαιλεύκη, Herba quæ Tuſsilago dicitur: naſcitur circa fluuios, folio populi, ſed ampliore. Plinius libro nigeſimoquarto capite decimoquinto. Vulgus uocat Vngulam Caballinam. Barbarus Populaginem & Bechium.

Camæmelon, χαμαίμηλον. [Ital. Chamemilla herba. Gal. Herbe qu'on appele chamomille. Hiſp. Mancanilla yerua conoſcida. Ger. Camillen.] Herba eſt nulgò nota, ab odore mali

ramali ſic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatur. Medici recentiores Chamomillam barbarè uocant. Eius ma ſunt genera, floribus tantum diſtantia, Leucanthemon, Chryſanthemon, & Eranthemon: de quibus latiùs ſuis locis.

Chamæmelon, parthenicum. Dioſc. libro tertio cap. 156.

Chamæmelon, inter alias linguas Siculorum cognomentum unius ſpeciei Ariſtolochiæ, ut inquit Dioſc. lib. 3. cap. 5.

Chamæmyrſine, ſ. p. χαμαιμυρσίνη, Frutex ex quo ſcopæ fiunt, aliàs Ruſcus. Nonnulli ſylueſtrem myrtum uocant, ex quo fit oleum chamæmyrſinum. Vide Plin. libro 23. capite nono.

Chamæpeuce, ſ. p. χαμαιπεύκη, Herba eſt folia habens laricis foliis ſimilia, lumborum & ſpinæ doloribus propria. Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæpitys, yos. χαμαιπίτυς. [Ital. Chamepitio. Gall. Iue ſauuage. Hiſp. Pimillo. Ger. Feld cypreſſen.] Herba eſt Pli. li. 25. cap. 6. à Latinis Aiuga, ſiue (ut alij legunt) Abiga uocatur, ab aborſu ſcilicet, quem facere creditur, Alio nomine Thus terræ dicitur. Eius tria ſunt genera: unum ſeſquipedalibus ſarculis, flore & odore pinus: alterum breuius, & incanum: tertium foliis ſcabris, digitali caulis craſſitudine. Vulgus Iuam appellat.

Chamæplatani, coactæ breuitatis platani. Plinius libro 12. capite 2.

Chamærhyten, lege Strutium.

Chamerops, opis, ſ. t. χαμαίρωψ. Herba eſt myrtheis cireæ caulem geminis foliis, capitulis Græculæ roſæ, quæ ex uino potæ, lateri, renibus conuulſis, & ruptis medetur. Autor Plin. lib. 26. cap. 8. Ruellius eandem eſſe exiſtimat, quam à Mithride inuentore Mithridation appellant.

Chamæripes, χαμαίριπες. Arbores ſunt ex ſpecie dactylorum, quæ & in Creta & in Sicilia naſcuntur, folio latiore, ac molli, & ad uitilia utiliſſimæ. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.

Chamæſice, χαμαισικὴ, Herba eſt lentis folia habens nihil ſe attollentia, in aridis petroſiſq; naſcens. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæteræ, quæ & Chamæteridæ, χαμαιτερίδες, à Græcis dicuntur, humiles & depreſſæ imagines: quales ſunt ſeruarum & pediſequarum, quæ ferè humi ſedentes fingantur. χαμαὶ enim Græcorum aduerbium Latinè ſignificat Humi. Scribit Pli. lib. 35. cap 3. Scopam feciſſe Apollinem Palatinum, Veſtam ſedentem laudatam in Seruilianis hortis duasq; chamæteras circa eam.

Chamæzelon, χαμαίζηλον, Herba eſt teſte Plin. libr. 27. cap. 10. quam quidam eandem eſſe credunt cum gnaphalio, cuius folia ita alba, & mollia ſunt, ut planè uideantur tomentum, & pro tomento uſurpentur. ¶ Eſt & aliud Chamæzelæ genus, quod & Pentaphyllon à Græcis, & à Latinis Quinquefolium appellatur: cuius meminit idem Plinius lib. 25. capite 9.

Chamelopardalis, & Chamelus, Vide Camelopardalis & Camelus.

Chamſa, Crocodoli apud Aegyptios nocantur.

Chanoni, ad eſt, placenta.

Chaos, χάος. [Ital. Confuſione, chaos. Gal. Confuſion vnie vtterlie de toutes choſes gouffre & tenebres & profondeur ineſtimable. Hiſp. Confuſion, mezcla, chaos German. Ein vermiſchung. Verwirrung.] Heſiodus in Theog. omnium rerum initium uocat, quòd ante omnes deos, deasq; natũ ſit: de quo & Orpheus ioitio Argonaut. Alij appellant materiam cæli & terræ confuſam atq; informem, quæ primũ ex nihilo facta eſt. De qua poſtmodum omnia ſigillatim per ſpecies uarias, formasq; proprias prodierunt: de qua Scripturæ loquitur, Qui feciſti mundum de materia informi. Lactantius uerò ſic habet, Nemo quærat ex quibus iſta materia, tã magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiẽdi ſunt poetæ, qui aiũt Chaos in principio fuiſſe, id eſt confuſionem rerum atque elementorum: poſtea uerò Deum diremiſſe omnem illam cõgeriẽ, ſingulisq; rebus ex confuſo acerno ſeparatis, in ordinemq; deſcriptis, inſtruxiſſe mundum pariter & ornaſſe. Eſt autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione Contractorum, hoc modo, τὸ χάος, τοῦ χάους, τῷ χάει, τὸν χάον. Apud Latinos tantum in uſu eſt Chaos, & in ablatiuo Chao, quamuis Priſcianus per ſecundam declinationem declinauerit Chaus, Chai &c. Virgil. lib. 4. Georg. Atq; Chao denſos diuũm narrabat amores, Ouid. lib 14. Metam. Et noctem, noctisq; deos, Erebo q; Chaoq; Conuocat. Dictũ Chaos à χέω fundo, q fuerit fuſio, id eſt confuſio elementorum omnium. ¶ Antiquior quàm chaos χάος ἀρχαιότερος. De re nimium priſca & abſoleta.

Chaos, Vide Chaus.

Characatus, adiectiuum à Græco χάραξ, ακος, quod inter cætera uallum ſignificat, ſiue pedamentorum, cui uitis alligatur. ¶ Vnde Characata uitis: quæ quo pacto fieri ſolear, docet Columel. lib. 3. cap. 4. Mox (inquit) quæ defixis arundinibus circummunitæ, per ſtatumina calamorum, materiis ligatis, in orbiculos, gyroſq; flectuntur, eas nonnulli characatas uocant.

Characias, χαραείας, Plin. lib. 26 cap. 8. primum eſt tithymali genus, ramos habens digitali craſſitudine, cuius ſemẽ cum melle decoctum, in uſu eſt ad catapotia, hoc eſt pilulas faciendas, ſoluendæ alui gratia. Hanc officinæ corrupto uocabulo Cæputiam uocant. ¶ Alia quoq; Characias eſt, (Vulgò Charãcia) quæ ſepti modo in hortis feneſtriſq; per cancellos topiario opere digeritur. Sed de hac ueteres nihil. Hermolaus Corol.

Character, m. t. χαρακτὴρ. [Ital. Carattere, ſegno, figura, forma. Gal. Charactere, marque, ſigne. forme, facon. Hiſp. Forma, eſtilo de dezir, ſenal. Germa. Ein form Zeichen, bildnuß.] Latinè dicitur ſignum, inſigne, ſiue figura & forma. Col. lib. 11. cap. 2. Nec minus maiora quadrupedia characterе ſignari debent. ¶ Item character, Genus & figura dicendi. Gel. lib. 7. cap. 14. Et in carmine, & in ſoluta oratione genera dicendi probabilia ſunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας uocant. Cic. in Orat. Sed iam ipſa forma reſtat, & character ille, qui dicitur.

Characteriſmos, χαρακτηρισμὸς, Latinè deſignatio: figura, qua orator uitas eorum de quibus loquitur, deformat: ut eſt apud Iuuenalem, Et caluo ſeruiret Roma Neroni, id eſt Domitiano.

Charadrius, m. ſ. χαραδριὸς, Auis maritima magna, & inglutioſa, quam aſpicientes iſterici morbo liberantur, teſte Aelia. lib. 17. cap. 26. ¶ Alio nomine Iclerus appellatur, & à Latinis Galgulus, ut exiſtimat Plin. lib. 30. cap. 11. ¶ Charadrium imitans, χαραδριὸν μιμούμενος, dici ſolitum de diſſimulante, ac rem utilem occultante.

Charax, adminiculum uitis.

Charcharí, piſces ſunt.

Charientiſmos, χαριεντισμὸς. [Ita. Piacenolezza, ciuiltà nel ragionare. Gal. Plaiſanterie & grace à parler. Hiſp. Hermoſura y gracia en donaire. Germ. Höflicheit, holdſeligkeit vnnd freundtlicheit in der red.] Eſt urbanitas, lepos, & uenuſtas ſermonis à uerbo Græco χαριεντίζομαι, quod ſignificat iocor, facetè cauillor. ¶ Sumitur etiam pro figura illa, quæ alio nomine ἐυφημισμὸς à Græcis dicitur, qua ſcilicet dura dicta mitiùs & gratius proferuntur: ut ſi roganti, An ſe quiſpiam quæſierit, reſponderes, Bona fortuna: item ſi uixiſſe dicas, quem mortuum eſſe uelis ſignificare.

Chăris, charitis, χάρις, Latinè gratia, feſtiuitas, beneficium, munus. ¶ A quo Chariſma, χάρισμα, in eadem ſignificatione.

Chariſticon, pro remuneratione apud Calliſtratum in l. diuus Adrianus. de bo. damnator. Sed debent ad ea ſeruari, quæ iure præſidium ſolent erogari: ut puta Chariſticõ quibuſdam officialibus, &c.

Chăriſtium marmor, (quod hic ut nitioſè ſcriptũ erat, ita perperam interpretatum) Vide Caruſtium.

Chariſtia, χαρίστια neutri generis, & numeri pluralis, Feſta uocabantur quibus cognati conueniebant, & munera mutuò mittebant. Ouid. lib. 2. Faſt.

Proxima cognati dixere Chariſtia chari:
Et uenit ad ſocios turba propinqua deos.

Valer. lib. 2. Conuiuium etiam ſolẽne maiores inſtituerũt, idq; Chariſtia appellauere, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur.

Chariſtia pro annona graui & difficili imperitè ſumitur.

Chármāſýnũ, ni. n. ſ. genus ſerici, ex eo quod aſpicientes dèlectet.

Charmel, idem quod carmel.

Charitas,

Charitas, & Charus, uide Caritas & Carus.

Chărŏpus, pe. cor. χάροπος [Ita. Amabile, placenole, gracioſo. Gal. Aimable, plaiſant & gracieux. Hiſ. Hermoſo, gracioſo à uer. Ger. Fründlich, lieblich, holdſälig.] Latinè amabilis blãdus, gratioſus dicitur, à χάρις, & ὄψ, ὀπός, aſpectus. Vnde Charopus color, χάροπον χρῶμα, qui dilutam habet uiriditatem, igneo quodam ſplendore intermicantẽ: qualem in leonum oculis conſpicimus.

Chărta, ſ. p. χάρτον. [Ital. Carta. Gal. Carte, papier, liure, ou feuillet de liure Hiſp. La carta ò hoja del libro. Germ Papyr.] Cum ch aſpiratione, Papyrus in qua ſcribimus, propriẽque ea quam ueteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant, cuius ſpecies, uariaq; nomina, & præparandi rationem uide apud Plin. lib. 13. cap. 11. 12. & 13. Quanquam etiam latius Chartæ nomen poſtea cœpit extendi, ut etiam de ijs dicatur quæ ex membranis, linteis, aut alia quacunq; materia conficiũtur. Suetonius in Nerone, Plumbeam chartam ſupino pectore ſuſtinuit. Plin. lib. 13. cap. 11. Chartam Alexandri Magni uictoria repertam, autor eſt M. Varro, condita in Aegypto Alexandria: autẽ non fuiſſe chartarum uſum: palmarum foliis primò ſcriptitatum, deinde quarundam arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris. ¶ Charta uirgo, quæ nunquam peperit, hoc eſt quæ nondum tranſcripta eſt, dicitur à Martiale, Cuſtodit ipſe uirginis pater chartæ. Parere enim dicuntur chartæ, quum ex illis exempla ſumuntur. ¶ Item Charta, urbs Tyri dicta eſt, ex qua & Dido orta fertur, & ab eius nomine à ſeſe conditam urbem Chartaginem appellaſſe

Charteus, Chartulanus, & Chartaceus, a, um, quod eſt ex charta, ὁ ἐκ χάρτου. [Ital. Di carta. Gal. Fait de carte. Hiſp Coſa de carta. Germanicè, Papyrin, Das von papyr gemachet iſt.] Vlpian. de Leg. tertio. Quòd ſi in codicibus ſint membranæis, uel chartaceis, uel etiam eboreis, uel alterius materiæ.

Chartarius, a, um, ὁ τῆς χάρτης: ut, Chartariæ officinæ. Plinius libro decimooctauo capite 10. Hoc erariæ officinæ, chartariæq; utuntur.

Chartula, dimin. χαρτίον. Hieron. Volo in chartulis meis ineptias ſcribere.

Chărtŏphylacium, n. ſ. χαρτοφυλάκιον, Serinium eſt, uel cõclaue, uel ipſa etiam domus, in qua chartæ aſſeruantur. Latini Tabularium uocãt, nam φυλακὴ cuſtodia eſt, φυλάττω, cuſtodio.

Chartoprati, Chartarum & papyri uenditores ſunt, χάρτα enim chartam ſonat, & πιπράσκω, uendo. Nunc Papyropolæ nocantur. Hegetl. in Tit. C. de coll. & chart.

Chartulatii, m. ſ. ſunt Iuſtiniano qui tabulis nomina recepta & impenſa deſcribebant. Ex Pyrrho.

Chartilago, uide Cartilago.

Charus, a, um. Vide Carus.

Chaſtanon, Xanthion, uel Lappa apud Dioſc. lib. 4. ca. 139.

Chaſma, tis, n. t. χάσμα. [Ital. Feſſura, apertura. Gal. Grande ouuerture comme un abiſme ou gouffre. Hiſp. Hendedura, ò abertura como de boca. Germa. Ein groſſer ſpalt, ein Kluffe.] Latinè hiatus, fiſſura, rictus, à χασμάω, Hio. Fit autem Chaſma non ſolùm in cælo, ſed etiam in terra. Vnde ait Iureconſultus de cenſibus l. Forma paragra. quare ſi. Si agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem reuelari. Ammianus eleganti nocabulo Chaſmaticum appellat terræmotum, quo patefactis ſubitò noratrinis, terrarum partes per hiatum abſorbentur.

Chăus, λυκοπάνθηρ. [Ital. Lupo cerualo. Gal. Loup cervier. Hiſp. Lobo cerual. Ger. Ein thier wolff, iſt ein gattũg der luchſen.] Lupi ſpecies eſt, pardorum maculas habentis, quem alio nomine Lupum cernarium uocant. De quo Plin. lib. 8. cap. 19. ita ſcribit. Pompeij Magni primum ludi oſtenderunt chaon, quem Galli Rhaphium uocant, effigie lupi, pardorum maculis. Et paulò pòſt eodem lib. ca. 21. Sunt in eo genere qui Cernarij uocantur, qualem è Gallia in Pompeij Magni arena ſpectarum diximus.

Chedra, hippuris altera Dioſc. lib. 4. cap. 5.

Chelæ, arum, ſ. p. χηλαί. [Ital. Branche di gambari ò di granchio. Gal. Les bras & parties de dant du Scorpion. Hiſpa. Bracos de ſcorpion ò de gangrejo. Ger. Die ſchären oder arm der krebſen vnd ſcorpionen.] Scorpiorum & cancrorum brachia ita dicta à forficulis denticulatis, quos Graci χηλὰς uocant. Virgil. 1. Geor. Quà locus Erigonem inter chelasq; ſequentes. Ambroſius de cancro loquens, Et periculoſum eſt, inquit, ſi chelam eius includas.

Chĕlidŏnia, ſ. p. ſiue Chelidonium χελιδόνιον, Herba, ab hirundinibus appellata, quæ Græcè χελιδόνιον dicuntur. Ea enim ſuum genere adueniente, naſcitur, & diſcedente extinguitur. Fertur etiam hirundines oculos pullis ſuis excæcatis ea herba reſtituere. Plin. lib. 8. cap. 27. & lib. 25. cap. 8. ¶ Chelidoniæ duæ ſunt ſpecies, quarum maior etiam hodie in officinis nomen retinet. [Ital. Celidonia. Gal. Chelidoine. eſclere. Hiſpa. Celidueuua. Ger. Schellwurtz oder groß ſchwalben kraut.] Minorem autem, quòd ſtromis medetur, quas Scrophulas nonnulli uocant, hoc quod ſtrumoſam habeat radicem, Scrophulariam appellant. [Ital. Fauoſcello. Gall. Herbe aux eſcrouelles, couillons de preſtre. Hiſ. Scrofularia menor. Ger. Ein gattung des Storc kenſchnabels ſo man heiſſt, Gottes gnade.] ¶ Chelidonia item nocatur Fauonius uentus, à die ſexto ante Februarias Idus, uſque ad VII. Gal. Martias: eò quòd iis diebus hirundines primùm conſpici incipiant. Autor Plin. lib. 2. ca. 47. ¶ Eſt etiam Chelidonia, gemma non altera parte purpurea, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis: unde & nomen accepit. De hac Plin. lib. 37. cap. 10. ¶ Item genus aſpidis, ut Galenus autor eſt. ¶ Chelidonia præterea inter ficorum genera recenſetur Plin. lib. 15. cap. 18. & Col. li. 10. Purpureaq; chelidoniæ, pingueſq; maliſcæ.

Chelŏnia, χελωνία. Gemma eſt Indicæ teſtudinis oculo ſimilis, quam Magorum uanitas tradidit linguæ impoſitam, futurorum diuinationem præſtare. Autor Plin. lib. 37. ca. 10.

Chelonium, Vide Chelus.

Chĕlydros, ſ. t. χέλυδρος. [Ital. Teſtudine marina. Gal. Tortue de mer. Hiſp. Galapago dela mar. Ger. waſſer oder meerſchnecke.] Eſt teſtudo marina. Nam χέλυς teſtudinem Græcis, & ὕδωρ aquam ſignificat: quaſi teſtudinem aquaticam dixeris. ¶ Sunt qui etiam pro ornamento muliebri accipi putent, citantes illud Iuuenalis, Donant arcana chelydros. Quo tamen in loco alii cylindros legere malunt.

Chĕlys, ſ. t. χέλυς. [Ital. Teſtudine. Gal. Vne tortue. Hiſp. Galapago. Ger. ſchnecke.] Propriè eſt teſtudo animal, quãuis etiam pro inſtrumento muſico accipitur, quod & Latini Teſtudinem appellant. Nam ex teſtudine prima facta eſt cithara à Mercurio, conſumpta iam carne, ſed ſuperſtitibus neruis. Ouid. ad Piſon. Pulſatur manibus Phœbea chelys. Canora chelys, Seneca.

Chĕlōnium, n. t. χελώνιον. [Ital. La ſcorza diſopra la teſtuggine. Gallicè, La couuerture & coquille d' une tortue. Hiſ. La cubertura del galapago. Ger. Die Schal oder das heuslin des ſchnecks.] Budæus, teſtudinis tegumentum eſt. Nẽ teſtudinem Graci χελώνην appellant.

Chemites, ſepulchri ſpecies eburi ſimilis, in quo Darium conditum ferunt.

Chemoſis, oculorum morbus, quando ex timore uehemẽti utrãq; palpebræ conuertuntur, ut uix liceat conniuere, & album ſupra nigrum attollitur, ac rubeſcit.

Chenălōpex, es. χηναλώπηξ, ex anſerum ſunt genere, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni. Vide Plin. libro 10. cap. 22. Eſt autem nomen ἀπὸ τῆς χηνὸς, καὶ ἀλωπηξ, hoc eſt ex anſere, & uulpe compoſitum: unde & Vulpanſerem Aeliani interpres tranſtulit. Anſerem enim ſpecie, uulpem calliditate refert, Aquilæ & felis iniuriam facilè propulſat. Aucupi ad nidum accedenti obuiam prodit, ut interim pullis elabendi ſpatium præbeat. Vide Aelianũ lib. 15. cap. 21.

Chēniſcus, m. ſ. χηνίσκος, Latinis anſerculus eſt. Vnde & puppis extremum, quod ornatus gratia ad anſeris ſimilitudinẽ effictũ erat. Cheniſcum appellarunt. Apuleius, Puppis intorta cheniſco. Lucianus in eo Dialogo, qui πλοῖον, ἢ εὐχαί inſcribitur, Ὧ τᾶς δὲ ἡ πρύμνα μὲν ἐπάνω ἦρται κἀμπύλα χρυσᾶν χηνίσκον ἐπικειμένην καλλιτεχνᾶ δὲ ἄλλοθεν ἡ πρῷρα ὑπερβεβηκὼς ἐς τὸ πρόσω ἀπεμιμήνατο τὴν ἐπώνυμον τᾶς νεὸς διὰ ἔχθρας τὴν ἐπιμήκεα βίβ. Hoc eſt, Vt uerò ipſa quidem puppis paulatim aſſurgit

inflexo

laſciuo aureo cheniſco ornata (hoc eſt, inflexa, atq; aureũ in oculũ ſuperne habens impoſitum) è regione aũt æqua proportione prora prominet in anteriorem partem longè puerilia, cognominem naui deam, Iſidem uidelicet utrinq; additam habens. Idem in ueris narrationib. Ὥστε γὰρ ἐν τῇ πρώρᾳ χηνίσκος ἄφνω ἐπεφύκει, καὶ ἀνεβόησε. hoc eſt, Cheniſcus enim (ſiue anſercolus) qui ad puppim erat, repente alis plaudere cœpit, & clãgorem edere. Formã cheniſci uide apud Bayfium de re nauali.

Chenobóſcion, pen. prod. χηνοβοσκεῖον, Locus ubi anſeres, aliaq; id genus nantes uolucres alũtur: nam χὴν, χηνὸς, anſer dicitur. Columella libro octauo capite decimoquarto, Qui uerò greges nantium poſſidere ſtudent, chenoboſcia conſtituant.

Chenóm?con, Herba, ad cuius aſpectum expaueſcunt anſeres. Aliis nominibus Nyctegretum dicitur, & Nyctilops, eò quòd noctibus luceat. Vide Plinium libro uicesimo capite 11.

Chenópus dis, m. f. χηνόπους, Latinè anſeris pes dicitur: quo nomine dicta eſt & herba, quæ habet effigiem anſerini pedis. Plin. lib. 11. cap. 8. Ceras ex omnium arborũ ſatorumq; floribus confingunt, excepta rumice, & chenopode.

Chenotróphia, æ, pen. prod. f. p. χηνοτροφεῖα, Nantium nolerum auiaria.

Cheramídes, Genus lapilli pretioſi, qui (ut Strabo libro ultimo refert, Mauritaniæ campeſtribus naſcitur. Plinius libro trigeſimoſeptimo, capite decimo. Cheramide eadem eſſe, quam Oſtraciten uocant, niſi quòd hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt.

Cheria, A quibuſdam appellatur Raphanus ſylueſtris, quẽ Latini Armoraciam appellant. Vide Ruellium libro 2. capite 113.

Cherérnaon, hipporis apud Dioſcoridẽ libro quarto, capite 40.

Chernites, χερνίτης, Lapidis genus eſt eburi ſimillimi, in quo defunctorum cadauera condebantur. Plin. lib. 36 cap. 17. Melior eſt autem conſeruandis corporibus, nec abſumendis, chernites eburi ſimillimus: in quo Darium condi rum ferunt.

Cherſina, æ, f. p. Genus eſt teſtudinis terreſtris, in aridiſſimis Africæ deſertis, roſcido humore uiuens. Autor Plin. lib. 9. cap. 10.

Cherſydros, χέρσυδρος, Serpens, qui tam in aquis, quàm in terris moratur: nam componitur ex χέρσος terra, & ὕδωρ aqua, quaſi uiuens in terra, & in aqua.

Cherydra, χερύδρα, propriè terræ ruina, ſiue fiſſura, quam aqua pluuia, torrens, aut terræmotus efficit.

Chia terra, χία γῆ, Terra eſt albida, ſiue cinericia, Samiæ ſimilis quæ cutem erugat, totumq; corpus amabili coloris bonitate commendat. Autor Dioſcorides libro quinto capite 101.

Chia ficus, ſiue Chia abſolutè, σῦκον χῖον, Fici ſpecies eſt, grato quodam ſapore palatum pungens, uinis ueteris, ſalſis ſaporem referens. Martial lib. 7. Infanti melimela dato, fatuaſq; mariſcas:

Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia placet. Idem lib. 13.

Chia ſeui ſimilis Baccho, quem Setia miſit:
Ipſa merum ſecum portat, & ipſa ſalem.

Chibis, Herba eſt, quam alii Scortanam uocant.

Chílias, χιλιάς, Numerus qui mille continet. Chilia enim mille à Græcis dicitur.

Chíliarchus, m. ſ. χιλίαρχος. [Ital. Colonello di mille fanti. Gal. Colonnel de mille hommes. Hiſ. Capitan de mil hombres. Ger. Ein herr oder houptman über tauſent.] Qui præeſt mille hominibus. A Græcis tamen ſcriptoribus, quoties de Romanorum militia ſermo eſt, Chiliarchus accipitur pro Tribuno militari, quemadmodum in ciuitate Demarchus, δήμαρχος, pro tribuno plebis: nam autore Ioſepho, ordo in Romanorum militia hic erat: ut milites ad Centuriones, illi ad Tribunos, quos Græci Chiliarchos uocant, manè conuenirent ſaluratum, Hecatõtarchi autem dicebantur Centuriones, qui centum militib. præerant. Pentecoſiarchi, qui quingentis, Decarchi, qui & à Latinis Decuriones, qui decem militibus præerant.

Chiliophyllon, χιλιόφυλλον, Herba eſt, quæ notioribus nominibus Achilles, & Militaris herba, στρατιωτικὴ, dicitur. Chiliophylli nomen accepit à multitudine foliorum.

Chimerine, Aizoum minus apud Dioſcorid. libro quarto cap. 91.

Chiliodynamis, χιλιοδύναμις Dioſcoridi, Chiliodyname Plinio, Herba eſt quæ alio nomine Polemonia dicitur, à regum certamine, qui eius inuentionem ſibi certatim uendi cauerunt. Chiliodynamis autem à Cappadocibus nominata eſt, propter uarios in medicina uſus. Vide Plin. libro 27. capite 6.

Chilónes, χειλῶνες. Quibus immodica ſunt labra, qui: & à Latinis Labeones dicuntur. Nam χεῖλος Græcis labrum eſt.

Chimaſtrum, n. ſ. χειμαστρον, Veſtis eſt ruſticorum, qua hyeme utuntur, ἀπὸ τοῦ χειμαίνειν, quod nobis ſonat, hyemare.

Chimérinos, pen. cor. χειμερινὸς, Græcis idem eſt quod byberous, ſiue hyemalis. Martialis de Eurino.

Si daret autumnus mihi nomen, Oporinos eſſem:
Horrida ſi brumæ ſydera, Chimerinos. ¶ Hinc Capricorni Tropicus, ad quem accedente ſole, dies breuiſſimi ſiunt, à Græcis Chimerinos appellatur: quemadmodũ & à nobis Brumalis. Plaga quoq; Auſtralis habitabilis, à Coſmographis Chimerine appellatur. Duæ enim ſunt plagæ orbis habitabiles: quæ à nobis incolitur, ἐμερὴ nominatur: altera quam incoluunt Antichthones, Chimerine, à nobis Hyemalis: quæ quòd ad Auſtrum deflexa ſit, Auſtralis quoque nuncupatur, quum noſtra Septentrionibus ſuppoſita ſit.

Chiragra, pen. cor. f. p. χειράγρα. [Ital. Gotta di mano. Gal. Douleur & goutte aux mains. Hiſp. Gotta, dolencia delas manos. Ger. Das zipperle der henden.] Morbus articularis manus infeſtans. Martialis. Sed nil patrono porrigit, hęc chiragra eſt.

Chiraget, & Chirագricus, χειραγρῶν, Qui chiragram patitur.

Chíræ, in pedibus quæ ſunt ruptoræ, unde ita affecti Chiropedes nuncupati, Rhagopedes.

Chiremból um, χειρέμβολον. Vlpian in l. i Naut caup. ſtab. Quanquam ipſe uel nauicularius, uel magiſter id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant. Significat hæc uox manus immiſſionem, ut Alciatus in Parerg. refert, qui arbitratur χειρέμβολον, dici ſignum quod magiſter in prora ſedens dat, cum nautis imperat, ut aliquid faciãt, ſeu aliquẽ recipiant. Verùm cum hæc nox à ſe nuſquam alibi lecta ſit admonet amplius quærendum.

Chiridóta, f. t. χειριδωτὸς, Tunica prolixa ultra brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira dicitur. Vnde Scipio Gallo homini delicato obiecit quòd cum chiridota tunica, id eſt manicata, accubuerit. Has ueſtes Plautus uocat manuleatas. Dicta eſt autem chiridota ἀπὸ τῶν χειρῶν, hoc eſt à manibus quas tegebat.

Chirográphum, n. ſ. χειρόγραφον. [Ita. Scritto di mano. Gal. Eſcrit ſigné ou cacheté de ſa main, ſeing manuel. Hiſpan. Eſcriptura de propria mano. Ger. Ein handſchrifft.] Eſt quod noſtra manu perſcripſimus in fidem alicuius. Aſconius ſcribit Chirographa dici, in quibus tantum quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent. In ſyngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria uoluntate hominum ſcribi ſolet. Ioueu. Vana ſupernacui dicunt chirographa ligni. Cic. 3. de Natur. deor. Id quoq; L. Labienus fecit, quum chirographum ſex primorum imitatus eſt.

Chirographárius, m. f. adiectiuum: ut, Debitor chirographarius: qui ſuo chirographo ſcripſit ſe debitorem in codice. Vlpian. in l. Si ut certo. parag. Idem deniq; ff. Commodati. Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographarium debitorem tuum cauere feceris, &c.

Chirogýlius, hi, m. ſ. echinus terreſtris, ut eſt apud Leuiticũ cap. 11.

Chiromántia, f. p. χειρομαντία, In manibus diuinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus ſunt, inſpectione fieri ſolet, à μαντεία καὶ χείρ.

Chirónion, χειρώνιον, Tertiũ panacis genus, ab inuentore Chirone Centauro, ita dictum folium lapathio ſimile, flo-

rem

rem autem, radicem parua habens. Plin. lib. 27. ca. 7. ¶ Est præterea Chironium herba eadem cum centaurio maiore: ita dicta à Chirone Centauro qui ea curatus esse dicitur, quum Herculis arma pertractando telum in pedem decidisset. Vide supra in dictione Centaurea.

Chirónia uitis, χειρώνιος ἄμπελος, Herba est smilacis foliis, clauiculis suis arbores uitis modo cõscendens, pro semine acinos habens uuæ modo dependentes, initio herbaceos, postea nigricantes, radice foris atra, intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra, ἄμπελος μέλαινα, appellatur. Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

Chirónomus, m. s. χειρονόμος. [Ital. Giuocatore di mano, danzatore di moreche commenate di mano. Gal. Joueur de moresques, ou celuy qui sprent à mouuoir les mains & à faire la contenence. Hispa. El que danca por personajes. Ger. Der im tantz mit den henden wunderbare vnd viler ley bossen treybt.] Propriè qui inter saltandum manibus gesticulatur: quanuis etiã ad reliqui corporis gestus transferatur. Iuuenal. Sat. 6. Chironomen Ledam molli saltante Batillo, Tuccia uesicæ non imperat. ¶ Inde χειρονομῶν. Græcis idem est quod manibus gesticulari: cuius uerbi participio usus est idem Iuuenalis Satyr. 7.

Structore interea (nequa indignatio desit)
Saltantem spectas, & χειρονομοῦντα uolanti
Cultello, donec peragat dictata magistri.
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur. Vbi

χειρονομοῦντα dixit, quasi manibus gesticulantem, & certo quodam manuum gestu esset diuidentem.

Chironomia, f. p. χειρονομία. [Ital. Moresche con menare di mano. Gal. Science de faire gestes des mains, mores. Hisp. Danca per personajes. Ger. Das seltzam posseu treyben mit den hendẽ, Oder ein abentheuriger bossechtiger tantz.] Manuum gesticulatio inter saltandũ, uel saltationis quoddam genus, quod manuum gesticulationem habebat adiunctam: cuiusmodi olim fuit Pyrrhica. Quinctilio lib. 1. cap. 19. legem gestus interpretatur: ἀπὸ χεὶρ manus, & νόμος lex: sunt enim manuum motus quidam præcepti, quibus saltantes utuntur: quod potissimum in Græcorum usu fuit. Apud Romanos autem, integris adhuc urbis moribus, saltatio in solo theatro exercebatur, & maximè pyrrhica.

Chirotheca, f. p. χειροθήκη. [Ital. Guanto. Gal. Gant. Hispa. El guante. Ger. Handschůch.] Manuum uagina, quæ etiam Manica dici solet. Cic. in Phil. Soleat enim citò ipse accipere manicas. Græci etiam Dactylotheca uocant.

Chirúrgus, m. s. χειρουργός. [Ital. Cerusico. Gal. Cirurgié. Hisp. Cirugiano que cura con manos. Germa. Ein wundartzet.] Medicus uulnerarius, à manuum operatione sic dictus. Martialis libro secundo, Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diaulus.

Chirurgicus, a, um, χειρουργικός: ut Ars chirurgica, Instrumẽtum chirurgicum.

Chirúrgia, f. p. χειρουργία. [Ital. Cirurgia. Gal. Cirurgie. Hisp. Aquella arte de curar con las manos, cirugia. Germa. Die kunst der wundartzney.] Licet nomen generale sit ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cum cognitione coniunctam: proprie tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sectione, uel ustione, aut alia quauis ratione, quæ manu administretur, morbos curat. Cicero ad Atticum Sed ego dicta curari incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Eadem & Chirurgice appellatur. Celsus in proœmio lib. 1. Medicinæ, iisdemq; temporibus in tres partes medicina deducta est, ut una esset quæ uictu, altera quæ medicamẽtis, tertia quæ manu mederetur. Primam Dieteticen, secundam Pharmaceuticem, tertiam Chirurgicen Græci nominauerunt. Chirurgia est scientiæ medicinæ altera pars, quæ per consuetas tum sectiones tum aduſtiones, & quæcunq; alia manu fiunt, humana corpora restituit. Chirurgia cum sit uetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quàm à prioribus excolta est, deinde posteaquã deducta ab aliis, habere professores suos cœpit, in Aegypto quoq; excreuit, Philoxene maximè authore, qui pluribus uoluminibus hanc partem diligentissimè comprehendit: Gorgias quoque & Soltratus & Hieronym. & Apollonij duo, & Hammon. Alexandr. multiq; alij uiri, singuli quædam reperierunt. Ac Romæ nõ mediocres professores, maximeq; nuper Tryphon pater & Euelpistus, & ut ex scriptis eorum intelligi potest, eruditissimus magis quibusdam in melius mutatis, aliquantum rei disciplinæ adduxerunt. Hactenus Cels.

Chlãmys, ydis, f. c. χλαμύς. [Ital. Sopraueste militare. Gall. Manteau ou cape, habit de gendarme au temps passé. Hispanicè Vestidura redonda como manto. Germanicè Ein kriegskleidung.] Propriè uestis militaris, pallio brevior multò, ac strictior. Virgil. 1. Aeneid. ipse agmine Pallas In medio chlamyde & pictis conspectus in armis. Plautus, Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornatum militis ait opus esse chlamyde, machæra, & petasio. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamydas. Iureconsulti uerò inter uestimenta puerilia numerant chlamydes, A Numa Romanorum rege chlamydem repertam Suidas autor est. Quidam deducunt à χλαίνα, tepefacere.

Chlamydatus, adiect. Qui est chlamyde indutus, χλαμυδωτός. Plaut. in Pseud. Quis hic homo chlamydatus est? aut quem quæritat?

Chlamydula, diminut. χλαμύδιον, Idem, Tu sume chlamydulam.

Chlæna, æ, f. p. χλαῖνα, Vestimenti genus, quod palliis, hyberno præsertim tempore, superinduebatur. Latinis Læna appellatum. Vnde natum est apud Græcos prouerbium, ἐνδύεται τὴν χλαῖναν κατὰ τρίβωνος, ubi τὴν μὴ κατ' ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρωμένων. Hoc est, Aestate lænam detoris. In eos dici solitum, qui alieno tempore rebus necessariis abutuntur. ¶ Dicta est autem Chlæna, ut putatur, ἀπὸ τοῦ χλαίνειν, hoc est à calfaciẽdo, propterea quòd densitate sua & pondere gestantes calefaceret.

Chlõion, χλόιον. Anis est lutei coloris, perpetuas cũ corpore inimicitias exercens, altero alterius ouis insidiante. Vide Plin. lib. 10. cap. 29. & 74.

Chlãrites, χλαρίτης, Gemma est herbacei coloris, quæ in scylle anis uentre inueniri creditur. Hanc Magi ferro includi iubent, tanquam ad prodigiosa quædam miracula utilem. Vide Plin. lib. ult. cap. 10.

Choa, siue Chus, χόα, ὁ χοῦς, Mensuræ genus fuit apud Græcos, Romanum capiens congium, hoc est sextarios sex, siue cotylas Atticas duodecim. Vide Budæum de Asse.

Chãaspites, χοασπίτης, Gẽma est uiridis, auri fulgore interemicante: ita dicta à Choaspi fluuio in quo inuenitur. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Chœnix, chœnicis, χοῖνιξ. Nomen mensuræ duos capiens sextarios. Hac mensura sernis olim frumentum in cibum admetiebantur domini. Vnde Pythagoricum æniγma est, Super chœnice non sedendum, hoc est per inertiam & otium alienum cibum non esse sectandum, sed suæ quemq; industriæ sibi uitæ necessaria debere parare.

Chœnix, quæ & maior libra apud Athenienses uocatur, fuit mensura tritici, quantum quisq; uno die comederet: pendebat earum drachmas C L. hoc est, VII. & XX. uncias Græcas, nostra autem mensura sesquilibram. Eius Chœnicis dimidium drachmarum L X X V. libra seu libella dicebatur, cuius fit mentio in l. iudices. C. de Episc. aut qua iubent. Imp. Honor. & Theodor. duas libellas & Chœnicem uictualis substantiæ custoditis præstari.

Chœnicion, χοινικιον, Instrumẽtum est chirurgorum, quo minora ossicula exscant. Latini Modiolum uocant. Celsus lib. 8. cap. 3. Exciditur uerò os duobus modis: si paruulum est, modiolo: si spatiosum, terebris.

Cœrades, χοιράδες. [Ita. Scrofole. Gal. Escrouellos. Hispanicè Lamparones. Germ. Kröpf.] Nihil aliud sunt quàm indurati adenes, in collo præcipuè, in alijs, & inguinibus nascentes. Latino uocabulo Strumæ appellatæ. Cherades autem dictæ uidentur, ἀπὸ τῶν χοίρων, hoc est à suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

Cholas, Lapis est ex genere smaragdorum, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis inclusi, referente Plin. lib 37. cap. 5.

Chŏlera, choleræ, χόλερα. [Ital. Colera. Gal. Cholere. Hisp. El humor colera. Germa. Ein krancheit die von der Gallen har kompt.] Morbi genus est præcipitis, in quo & uomitus, & deiectio simul fiunt. Cornel. Celsus libro quarto cap. 11. Primò facienda est mentio choleræ, quia communis id stomachi atq; intestinorũ uitium uideri potest. Nã simul

&

& deiectio & nomitus eſt, præterq́ hæc inflatio, inteſtina torq́ns: bilis ſurſum erumpit, primum aquæ ſimilis, deinde ut in ea recens cato lota eſſe uideatur: interdum alba, nonnunquam nigra uel uaria. ¶ Accipitur & pro bile, χολή. Lamprid. Alexander, inquit, Cæſar iudices, qui fortorum fama laboraſſent, ſi caſu aliquo uideret: commotione animi & ſtomachi choleram euomebat. Cholera eſt paſſio peracuta, moleſta atq́ grauis, quæ ſtatim hominem ad Catarrhum adducit, cum uomitu & uentris deiectione multa, & in tormina, inteſtinorumq́ dolorem, deinde in febres recidit. Vel Cholera eſt paſſio acuta cum uomitibus biliоſis, atque immodica uentris exinanitione, & etiam conturbantur ſuræ cruorum, infrigidanturq́ corporis partes extremæ: pulſus in ipſis minores fiunt & imbecilliores. Cholera quid & quotuplex, Galenus de atra bile folio 33. Cholera rubea, tenuem propè ſanguinis ſubſtantiam oſtendit, & quia non concreſcibilis quoque uocatur. Galenus eodem folio. Cholera phæon quam nos ſubnigram. Definitionem Choleræ, uide apud Galen. in definitionibus ſuis.

Chŏliambi, χωλίαμβοι, Qui & Scazontes dicuntur, dicti quaſi claudi iambi. Græci enim χωλὸν claudũ dicunt. Verſus ſunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis diſtãtes, quòd in quinta ſede ſemper habeant iambum, in ſexta uerò ſpondęum.

Cholobetenus, Gentile eſt, χολοβητικός. Stephanus.

Choleppon, Abrotonon, apud Dioſc. lib. 3, cap. 27.

Chŏma, atis, neut. gen. χῶμα. Agger, ſiue tumulus. Budæus in Pandectas. Chomata ſunt aggeres, qui terra aggeſta facti ſunt, quibuſq́ Nili aqua coerceretur. Vlpian. de extraor. crimi. Sacularii, In Aegypto qui chomata rumpit.

Chondros ziphoides, χονδρῶδες ξιφοειδὲς, A medicis appellatur corpus quoddam cartilagineũ, quod ab extremo pectoris oſſe dependet, uentriculi orificio ſuperiori reſpondens: ita dictum quòd acuminatum ſit, & gladioli figurã quodammodo imitetur.

Chondros, χόνδρος. [Ital. Cartilagine, tenerume, come è quel de l' orechi. Gal. Cartilage, tendron ou tendrillon. Hiſpan. Tenilla. Ger. Kroſpelbein.] Græcis pars eſt ſimilaris, in corpore animalis, ex ſemine generata, mediam inter oſſa & carnem duritiem obtinens, quam Latini cartilaginem uocant.

Chondroſyndeſmon, uocant conſtitutionem illã quæ eſt ligamentis & cartilaginibus in homine. Gal. 1. de Temperamentis à fine.

Choramor, appellant utroſq́ linguæ ſinus & cauitates.

Chŏrăgium, Choragos, Choraules, Vide Chorus.

Choramnei, χοραμνεῖς. Genus quoddam hominum ſylueſtre in Perſide, tantæ uelocitatis, ut cernos comprehendat curſu. Stephanus.

Chŏrdus, da, dum, Quod ſerotina fœtura natum eſt, ὑστερογόνος. Chordi agni, qui poſt tempus debitum naſcuntur: quos uulgus uocabulo inde deducto, Chordiſcos uocat. Varro lib. 2. de Re ruſt. ca. 1. Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in uolis intimis: uocant χόρια: unde chordi dicti. Plin. lib. 8. cap. 47. de quibus loquens, Gerunt partum diebus C L, poſtea concepti menſibi. Chordos uocabant antiqui poſt id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus: unde plerique ſerius nati Chordorum cognomen traxerunt. ¶ Vnde chordi cuiuſdam Cornerii meminit Sueronius: item alterius Iulius Capitolinus in uita Gordianorum. Quintilianus quoq́ lib. 1. à diligenti præceptore exigit, ut nominum origines curioſè ſcrutetur: cuiuſmodi ſunt Agrippa, Opiter, Chordus & Poſthumus. ¶ Transfertur & ad inanimata: unde chordũ ſœnum dicitur, quod autumno ſecatur. Col. lib. 7. cap. 1. Alantur autumnali fœno, quod Chordum uocatur. ¶ Sic & Chorda frumenta dicuntur, quæ ſerò matureſcũt. ¶ Apud plerosq́ anima ducerimus Cordum ſcribi ſine aſpiratione quæ tamen ſcriptura repugnat etymo, quod paulò antè è Varrone adduximus.

Chŏrda, dæ, ſ. p χορδή. [Ital. Corde de gli inſtrumenti muſicali: Gal. Corde a inſtrument de muſiq. Hiſ. Cuerda. Ger. Ein Seiten.] Funiculus in inſtrumento muſico, qui Latino uocabulo fides dicitur. Cic. 3. de Orato. Nam uoces, ut chordæ, ſunt intentæ, quæ ad quęq́ tactum reſpondeant, acutæ, graues, citæ, tardæ, magnæ paruæ. Ouid. 11. Metamor. Calliope querulas prætentat pollice chordas, Atque hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis. ¶ Eadẽ oberrare chorda, prouerbialiter dicitur, qui uel in ſimili re crebrius peccat, uel culpam eandem iterum atq́ iterum committit. Horat. in arte poet. & citharœdus Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem.

Chordapſus, m. ſ. χορδαψός. [Ital. Dolor de uiſcere, di fianco. Gal. Iliaque paſſion. Hiſp. La colica dolencia. Germa. Die krancheit des krimmens in den därmẽ.] Morbus eſt inteſtinorum, quem Latini ab ilibus Iliacum uocant. Eadẽ etiam ratione Græci χορδαψὸς uocauere, ὡσεὶ τὴν χορδήν: ita enim inteſtinum uocant, quod peculiariter hoc morbo infeſtatur.

Chordum, fœnum dicitur quod ſerò naſcitur.

Chorea, rex, Choraules, Choreuma, Vide Chorus.

Chŏriambus, m. ſ. χοριαμβος, Pes ex prima & ultima productis, duabus mediis breuibus: ut, filiolis. Dictus Choriambus, quòd ex choreo, hoc eſt trochæo conſtet, & iambo.

Chorius, ſiue Choreus, m. ſ. χόρειος, Pes, qui alio nomine dicitur Trochæus conſtans ex duabus ſyllabis, prima longa & ſecunda breui: ut, Muſa.

Chŏrŏbătes, χοροβάτης, pen. corr. Eſt regula longa circiter pedes x x. quæ habet tranſuerſaria aquarum librationibus dicata, ut eſt uidere apud Vitru. lib. 8. cap. 6.

Chorocithariſta, Chorodidaſcalus, Choroſtates, Vide Chorus.

Chorodanon, Spondylon, apud Dioſc. lib. 3. cap. 88.

Chorroci, interpretantur furores.

Chortos, ti. m. ſ. χόρτος, gramen in commune ſignificat, ſed præcipuè fontium.

Chŏrographia, f. p χωρογραφία, Regionis alicuius particularis deſcriptio. Geographia uerò, eſt totius terrarum orbis deſcriptio. ¶ Hinc fit Chorographus, regionis alicuius deſcriptor.

Chŏrus, ri, m. ſ. χορός. [Ital. Coro, Moltitudine di quelli che cantano ouero ſaltano. Gal. L' aſſemblee des danſes. Hiſpa. Corro, compañia de perſonas que dancan ò bailan. Germ. Ein vile deren die ſingen oder rantzen.] Propriè multitudo eſt canentium, aut ſaltantium. Nam multorum uocib. & concentu conſtat, ut Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priſcos ex ſeruis ſymphoniacis comparabatur. Vnde apud Iureconſultos lib. 3. de Legatis, Si chorus legetur, perinde eſt ac quaſi ſinguli homines legati ſint. ¶ Et à χαρὰ (ſecundum Platonem lib. 2. de Legibus) quæ eſt lætitia, deducitur. Feſtus à corona deriuat, habetq́ primam correptã. Virg. 6. Aen. Illa chorum ſimulans, euantes orgia circũ Ducebat Phrygias. Vbi Seruius, Chorum, hoc eſt multitudinẽ in ſacra collectam. Idem 1. Georg. Omnis quem chorus, & ſocii comitantur euantes. Vbi rurſus ſeruius, Chorus propriè eſt coeuorum cantus, atq́ ſaltatio. ¶ Tranſumitur & ad res incorporeas, ſumiturq́ pro conſentienti rerum aliquarum multitudine. Cic. 1. Offic. Poteſt igitur quicquam utile eſſe, quod ſit huic talium uirtutum choro contrariũ? Hieronymus ad Dardanium ſcribit Chorum eſſe muſicũ inſtrumentum ex ſimplici pelle, cum duabus cicutis creis, quod per primam inſpiratur, & per ſecundam ſonus emittitur. ¶ Inertium chorus, ἀργόντων χορός. De cœtu laſciuientiũ dicebatur. ¶ In alieno choro pedem ponere, ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεσθαι: eſt ſeſe miſcere negotiis alienis, & aliorum ſibi uendicare partes. ¶ Extra chorum ſaltare, ἐκτὸς χορεῦ ὀρχεῖσθαι, dicitur qui dicit aut facit à re quam propoſuit alienũ aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certiſq́ numeris adſtricti mouentur, ut liberum non ſit quò libet euagari.

Chŏrăgium, gii, n. ſ. χορήγιον. [Ita. Ornamẽto, apparecchio da repreſentate comedie ò tragedie. Gal. Le lieu ou eſt l' equipage des joueurs de farces, comedies ou tragedies, leur ornement & apareil. Hiſp. Cierto inſtrumento para la danca. Ger. Daſs ort, der platz, oder die ruſtung, zů einẽ rantz oder ſchouſpyl.] Propriè ædificium amplũ poſt ſcenam, unde promebantur omnia ad ludos neceſſaria. Vitru. lib. 5. Poſt ſcenã porticus ſunt conſtituendæ, uti quũ imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò ſe recipiat ex theatro: choragiaq́ laxamentũ habeant ad chorũ parandũ, uti ſunt Porticus Pompeianę. ¶ Feſtus Choragiũ interpretatur, ipſum ſcenicum inſtrumentum, quo ſcena

inſtruitur

inſtruitur & apparatur: cuius præfectus dicitur Choragus, χορηγός. Plautus in Trinummo, Ipſa ornamenta à Choragio hæc ſumpſit ſuo periculo. ¶ Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatum. Autor ad Herennium lib. 4. Aut aliquod fragile falſæ choragium gloriæ comparetur. Apulcius libro quinto de Aſin. Iam feralium nuptiarum miſerrimæ virgini choragium ſtruitur. ¶ Dictum Choragium à verbo Græco χορηγῶ, quod eſt ſuppedito, ſubminiſtro.

Chŏrăgus, gi, χορηγός. [Ital. Chi a cura di giuochi publici, chi mena la danza. Galli. L'entrepreneur des jeux publiques, celuy qui fournit tout, & meine la dance. Hiſpanicè El guiador de corro ò danca. Germanicè Der ein offen ſpyl oder dantz türet vnd regiert.] Dux chori & ſuppeditator inſtrumenti ludicri, & expenſarum, inquit Budæus. Plaut. in Perſa, Sed τὸν θέσιν ornamentaſ T, abs choragō ſumito. Suetonius in Auguſto,

Quum primum iſtorum conduxit mensa choragum,
Sexq; deos uidit, Mallia ſexq; deas.

Chŏrăules, uel etiam Choraula. com. g. χοραύλης. [Ital. Sonatore de inſtromenti come piffari. Gal. Celuy qui ſonne de la fleuſte aux jeux, menestrier, qui fait dancer au ſon de la fleuſte. Hiſpanicè El que tanne enel corro ò en la danca. Germanicè Ein ſpylman, der zů dem tantz pfeyffet.] A choro & tibiis dicti ſunt, qui modulantur ad choros, uel qui in choro fiſtulas inflant. χορὸς nanq; chorum, & tripudium ſignificat, αὐλὸς uerò fiſtulam, ſeu tibiam: unde Choraulę dicti, quòd tibiis ad choreas canunt. Martial. lib. 11. Non ſit quum citharœdus aut choraules. Plin. lib. 37. cap. 1. Præterquam Iſmeniam choraulem, multiſq; fulgentibuſq; uti ſolitum. Apulcius. Erat quidem inuenis ſatis corpulentus, choraula doctiſſimus. Iuuena. Saty. 6. Accipis uxorem, de qua citharœdus Echion, Aut Claphyrus fiat pater, Ambroſiuſq; choraules monumentarii, ἐπιτάφιοι αὐλητὰι, ſunt, tibicines, qui ad ſepulcra defunctorũ canebant, quales priſci Siticinas uocant, qui apud ſitos, id eſt defunctos canunt.

Choraula, χοραύλης, appellatur ars tibicinum. Vnde Strabo culpat Ptolemæum Aegypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chŏrēa, rę. χορεία. [Ital. Ballo Gal. Dance. Hiſpan. Danca ò baile. Germa. Ein tantz.] penultima indifferente, à χορεύω ſalto, pro ipſa ſaltatione uſurpatur. Virg. 6. Aen. Pars pedibus plaudunt, choreas, & carmina dicunt. Idem, Immemores noſtri feſtas dixere choreas

Chorcutes, χορευτής, Quilibet ex choro uocatur. Budæus.

Choreuma. χόρευμα, à Platone uocatur canticum, quod à choro canitur & ſaltatur.

Chŏrĭŏcĭthărĭſta, com. p. χορικιθαριστά. [Ital. Quelli che cãtano & ſuonano in coro. Gal. Chantres ou menetriers qui chantent, ou ſonnent aux dances. Hiſpa. Los tanedores de corro ò danca. Germa. Die auff den tántzen die harpfen ſchlagen.] Qui in choro citharizant: ſicut pſallocithariſtæ, qui pſallunt, id eſt canunt ad citharam. Suetonius in Domit. Certabatur etiam & proſa oratione, Græcè, Latinęq; ac præter citharœdos chorocithariſtæ quoque & pſallocithariſtæ.

Chŏrŏdĭdăſcălus, li, m. g. χορωδιδάσκαλος. [Ital. Maeſtro di coro. Gal. Maiſtre de cœur ou de la chapelle. Hiſp. Maeſtro de danca. Germ. Ein Spylmeiſter. Der die perſonen des ſpyls anfüret, vnderweyſet.] Magiſter eſt chori, Platoni & Ariſtoteli. Budæus.

Chorostates, χοροστάτης, Chori præcentor, eſt quem nulgus Intonatorem uocat, qui ſcilicet chorum ſymphonicum moderatur.

Chrēſis, f. t. χρῆσις, Latinè uſus dicitur. Vnde Catachreſis, κατάχρησις, abuſio.

Chreſton. χρηστὸν, Intubi erratici ſpecies, quæ Aegyptio nomine Cichorium, Romana Ambubeia appellatur. Chreſton appellatur ab inſigni utilitate, teſte Plin. libro nigeſimo capite 8.

Chrĭa, χρεία, f. p. Eſt commemoratio alicuius dicti uel facti, uel utriuſq; ſimul, celebrem habens demonſtrationem: ut Iſocrates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus uerò dulces. Eſt autem una ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tradandas præcipit. Aphthonius in Progymnaſm. definit χρείαν hoc modo: χρεία ἐστὶ λόγος πεμνημόνευμά τινος σύντομος, ἐνήκων ἐπί τι πρόσωπον ἀναφερόμενον. hoc eſt, Chria breuis eſt commemoratio commodè ad perſonam aliquam relata. ¶ Chriæ uſum & genera latius exequitur Celius Rhodig. lib. 16. cap. 27. Dicta Chria quòd maximè ſit utilis & neceſſaria χρεία enim, & uſum & neceſſitatem ſignificat.

Chriſma, atis, n. t. χρίσμα, Vnguentum, ſiue unctio: à uerbo χρίω, ungo: unde & Chriſtus, χριστὸς, unctus.

Chrōmăta, n. t. χρώματα, Præter uulgatam illam apud Græcos ſignificationem, qua colores denotantur, quæ propriè uiſus ſunt obiecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & leuioribus artium, qui & Colores à Latinis appellãtur. ¶ Vnde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur una earũ tribus Muſicæ partibus, quæ ob nimiam molliciem infamiæ nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuiſſe traditur.

Chrombus, Genus piſcis eſt, cuius tres enumerantur ſpecies, Cyprinus, Chalcis, & Cobio. Plin. lib. 32. cap. 11.

Chronia. orum, χρόνια, Saturni feſta.

Chromis, apud Plin. lib. 32. cap. 11. Piſcis eſt in aqua nidificans. ¶ Fuit etiam hoc nomine Herculis filius: de quo Papinius, Ic Chromis, Hippodamusq; alter ſactus Herculi magno.

Chrŏnĭca, orum, gen. neut. τὰ χρονικά. [Ital. Cronica, annali. Gal. Chroniques, annales Hiſpa. Cronica ò hiſtoria de tiempos. Germa. Geſchichtbücher, Cronicken.] ab Chronica, ex, (ut indocti uſurpant) Annalis, ſiue hiſtoria, temporum memoriam conſeruantes, quibus ſcilicet res geſtæ ſeruato temporum ordine digeruntur. ¶ Inuenitur & Chronicus, ca, cum. Gel. lib. 17. cap. 21. Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruerint Græci, ſimul atq; Romani uiri. ¶ Chronici, qui de tẽporibus ſcribunt. Plin. lib. 11. Quod & ipſius Timagoræ carmine uetuſto apparet, Chronicorum errore non dubio.

Chroniſſo, as, χρονίσω. Græcum uerbum eſt, idem ſignificãs quod moror, ſubſiſto, & ex itinere identidẽ quieſco. Quo uerbo uſus eſt Lucretius lib. 2. Et ſatiati agni ludunt, blandęq; chroniſſant.

Chrŏnos, χρόνος. [Ital. Tempo. Gal. Temps. Hiſp. Tiempo. Germa. Die zeyt.] Latinè tempus dicitur. Cic. 1. de Nat. deorum. Saturnum autem cum eſſe uoluerunt, qui curſum & conuerſionem ſpatiorum ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipſum nomen habet: κρόνος enim dicitur, qui eſt idem χρόνος, id eſt ſpatium temporis. Hinc factus eſt locus fabulæ, Cronon, hoc eſt Saturnum, filios ſuos deuorare, & eoſdem rurſus euomere: qua nihil aliud ſignificatur, quàm temporis ſucceſſu omnia gigni & rurſus conſumi.

Chrўsălis, dis, χρυσαλὶς, Erucæ genus eſt ex rore naſcẽs, quæ rupto cortice, cui incinditur, fit papilio. Vide Plin. lib. 11. cap. 21.

Chrўsănthĕmon, χρυσάνθεμον, Genus eſt anthemidis ſiue chamæmeli, luteis per ambitum foliis à leucanthemo diſtinctum, de quo ſeparatim agit Dioſc. lib. 4. Meminit Chryſanthemi & Plin. lib. 26 cap. 8.

Chryſaſpides, χρυσάσπιδες, Appellati ſunt milites armati clypeis auro cælatis.

Chryſei ſtellæ radios aureos emittere apparentes.

Chrўſĕlĕctrum, χρυσήλεκτρον, Electri ſpecies in colorem luteum declinans, de quo Plin. libro trigeſimoſeptimo capite quarto.

Chrўſĕndĕton, pe. cor. χρυσήνδετον, Vaſis genus aureis cruſtis illigatum. Martialis li. 6. Si uidere potes miſeri chryſendeta Cionæ.

Chryſippea, pe. r, Herba à Chryſippo inuentore dicta: cuius meminit Plin. lib. 19. cap. 9.

Chryſiceptrum, Chamæleon albus Dioſcoridi libro tertio capite 9.

Chryſites, χρυσίτης, Gemma eſt in Aegypto naſcens, quæ alio nomine Philogynos dicitur, oſtreæ ſimilis Attica. Plin. lib. 37. cap. 10. Numeratur item Chryſites inter genera lapidis mortariorum, à Plin. libro trigeſimoſexto capite uigeſimoſecundo.

Chryſitis, χρυσῖτις, quæ dicatur, docet Plin. lib. 33. cap. 6.

his

his verbis: Fit (inquit) in iisdē metallis & quæ vocatur ſpuma argenti: genera eius tria: optima, quā Chryſitin vocant: ſecunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditin. Et plerunque omnes hi colores in iiſdem tubulis inueniuntur. Probatiſſima eſt Attica, ſecunda Hiſpanienſis. Chryſitis ex ipſa uena fit: Argyritis, ex argento: Molybditis plumbi ipſi uſtura, quæ Puteolis fit, unde & nomen habet. ¶ Eſt item Chryſitis herbæ genus, quæ alio nomine Chryſocome appellatur: de qua uide paulò pòſt in dictione Chryſocome.

Chryſoberilli, χρυσοβήρυλλοι, Berylli quidem pallidiores, ſed colorem aureum fulgore præ ſe ferentes. Eſt autem Beryllus, gemma proxima ſmaragdis. Plin. lib. 37. capite quinto.

Chryſitis, Mercurialis, Dioſcorides, libro quarto, capite 201.

Chryſocōlis, χρυσοκόλις, A quibuſdam vocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Eſt autē ex iis nomenclatoris, quæ inter nothas Dioſcoridis à doctioribus reiiciuntur.

Chryſocarpum, χρυσόκαρπον. Hederæ ſpecies eſt, ab aureo acinorum colore ita appellata. Autor Plinius libro 17. capite 14.

Chryſocolla, χρυσοκόλλα, Humor qui in metallis per uenas deſluit, craſſeſcente humore, rigoribus hybernis, uſque in duritiem pumicis. Laudatiſſima eſt in ærarijs, metallis: proxima in argentarijs: tertia in aurarijs, deterrima in plumbarijs. In omnibus autem iis metallis fit & cura, multùm ipſa naturalem, immiſſis in uenam aquis leuiter hyemem, uſque in Iunium menſem, deinde ſiccatis in Iunio & Iulio ita ut planè intelligatur, nihil aliud eſſe chryſocollā, quàm uenam putrem. Natiua autem ab hac duritia multum diſtat, quam luteam uocant. Tingitur tamē & factitia herba quadam quam luteam appellant, ut natiuam ementiatur. Hæc autem duo genera in uſu ſunt pictoribus. ¶ Eſt & tertium chryſocollæ genus, quod aurifices ſibi uēdicant ad glutinandum aurum: unde & nomen accepit. Tēperatur autem Cypria æruginē, & pueri & impubis urina, addito nitro. [Ita. Borras. Gal. Colle à or, ſouldure d'or, borax. Hiſp. Borras à atincar Ger. Burris mit welchem die goldſchmid löten.] Vide plura de hac re apud Plinium lib. 33. cap. 5.

Chryſō ōmē, ſ. p. χρυσοκόμη, Herba eſt, quæ alio nomine Chryſitis appellatur. Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex auſticio dulci, in petroſis opacíſque naſcens.

Chryſocōmus, pen. cor. χρυσοκόμης, Comas aureas habens: eo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, quæ comæ ſunt ſolis aurei.

Chryſogonum, χρυσόγονον, Herba eſt folio querno, flore corymbi uerbaſci, radice rapi, uehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & impoſita cum aceto, mirè araneī morſibus auxiliatur. Autor Dioſcorides libro quarto, cap. 48. Nomen autem accepit ab aurei ſeminis colore.

Chryſolachanon, χρυσολάχανον Dioſcoridi herba eſt eadē cum arriplice. [Ita. Armola, trapeſe, repeſe. Gal. Herbe nōnette Arroche, ou Bonnes dames. Hiſp. Armuelles Germa. Melde milten. Schiſsmilten.] Plin. verò lib. 27. capite 8. duo facit Chryſolachani genera: unum in pineris naſcēs, lāceæ ſimile, alterum flore aureo & foliis oleris.

Chryſolampis, χρυσόλαμπις, Lapillus in Aethiopia naſcēs, nullo ignei coloris, licet die palleſcat, Plinius libro 37. capite 10.

Chryſolechtrum, Vide Chryſolechtrum.

Chryſolithus, χρυσόλιθος, pen. cor. Lapis pretioſus, aureo nitore translucens. χρυσὸς aurum, λίθος lapis quaſi aureus lapis. Ouid. 2. Metam. Per iuga chryſolithi, poſitíq; ex ordine gemmæ. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Chryſma, atis χρίσμα, Græci uocant, quod nos aurum factum, quod ſcilicet in uaſa, aut alium uſum laboratum eſt.

Chryſomallos, χρυσόμαλλος, Epitheton eſt arietis illius, eo Phryxus trans Helleſpontem uectus eſt: ab aureo nimirum uellere, quod illi Poëtarum fabulæ tribuerunt. Nāmαλλὸς uellus ſignificat, ſiue lanam.

Chryſomela, χρυσόμηλα, Mala ſunt ex genere cydoniorum, ad auri colorem inclinantia, & inciſuris quibuſdam criſpata: eadem, ut opinor, cum iis quæ Virg. Aurea mala appellat. Vide Plin. lib. 15. cap. 11.

Chryſos, Piſcis aurei coloris, cuius Ouidium in Halieuticis meminiſſe autor eſt Plin. lib. 32. cap. 11. ¶ Sunt qui ſuſpicētur eundem eſſe, quem nunc Auratam dicimus.

Chryſopaſtus, χρυσόπαστος, Auro aſperſus. πάσσω enim ſpargo ſignificat.

Chryſoprāſus, penultima corre. χρυσόπρασος, Gemma eſt ex genere topaziorum, à porracea uiriditate nonnihil in aurum declinans. πράσον enim Græci porrum uocāt. Inde Praſinus color, id eſt porraceus. Vide de hac gemma Plin. lib. 37. cap. 8.

Chryſoſpermon, χρυσόσπερμον, A quibuſdam appellatur herba, quæ notiore nomine Semperuiuum maius appellatur. Dioſc. lib. 3. cap. 91.

Chryſtulion, Pſylleum. Dioſc. lib. 4. cap. 73.

Chryſulca, aqua illa eſt, qua mixta metalla diduconntur. Vulgò Aqua fort, cuius uim ignoraſſe ueteres, colligit Alciat. ex Vlpiani uerbis in l. Idem Pomponius ſcribit uerſus ſed ſi diduci. de rer. uen.

Chus, χοῦς, ſiue Choa, Genus menſuræ humidorum apud Atticos. Romanum cōgium capiens, nempe ſex ſextarios, ſiue corylas Attinas duodecim. Budæus.

Chymos, χυμός, quamuis apud Græcos quemuis ſuccum ſignificet, à medicis tamē peculiariter accipitur p maſſa ſanguinea, quæ fit in hepate ex chylo é uētriculo per meſenterium attracto: quæ deinde exactius in uenis excocta, & per earum orificia ad uniuerſas corporis partes delapſa, uertitur in illarum alimentum, inſtauratq; quod à colore naturali fuerat diſſipatum.

Chytra, ſ. p. χυτρά. [Ital. Pentola Gal. Vn pot. Hiſp. La olla Ger. Ein hafen.] & Chytron, uel etiam Chutron Latinè olla. Inde Chytropus, odis, Olla quæ habet pedes, uel inſtrumētum ferreum, ſuper quod olla apud ignem collocatur, χυτρόπους. [Ital. Pentola con i piedi. Gal. Pot à trois piez. Hiſ. Olla con ſus pies para cozer. Ger. Ein tryfůs.] Cato, Vbi in chutra feruefeceris id lotium, ſub ſellam ſupponito pertuſam.

C ante I.

CI In notis antiquorum centum millia. CIC. Cicero. C.S.C. Caius Iulius Cæſar. C. III. IN. Cubitus tres inueniens. C.S. CIPP. cippus, id eſt, terminus, ut ad rectium cippum, ſeu lapidem. CIV. Ciuis uel ciuitas. C.I.V. Cauſa iuſti C.II.IV.P. cubitos duos inueniens plumbum.

Cibale. Cibarium, Cibo, Vide Cibus.

Cibārium, n, ſ. κιβάριον. Dioſcorides, interpretatur utricularios quoſdam in faba Aegyptia (quam & Colocaſiam uocat Plin.) neſparum fauis ſimiles, in quibus fabæ ſunt bullarū modo emergentes. Idem & Cibotium appellari teſtatur, quaſi ſcriniolum: propterea quod ſeratur faba hæc indito in madentem glebam ſemine, ſicq; in aquam proiecto. Habet autem faba Aegyptia folia latiſſima, petaſi, ſiue galeri ſimilitudine, quibus Alexādrini pro poculis & cariuis utebantur, teſtibus Plin. lib. 20. cap. 17. & Strabone libro 17. ¶ A quorum etiam ſimilitudine, poculi quoddam genus Ciborium, ſiue Ciborium uocari autor eſt Athenæus. In qua etiam ſignificatione uſus eſt hac uoce Horat. libro 2. Carm. Ode 7. Obliuioſo lætus Maſſico ciboria exple.

Cibus, m. ſ. Omne id quo ueſcimur. σιτίον, κρέας. [Ital. Cibo. Gal. Viande. Hiſp. Ceuo, mantenimiēto, manjar Ger. Speyſs.] Cicer. de Senect. Tantum cibi & potionis adhibendū, ut reficiātur uires, non opprimātur. Donatus cibū diſtinguit à uictu, quòd cibus etiam delicatis præbeatur. Victus in paruis, aridiſq; alimonijs conſtiturus ſit. Terent. in Andria. Lana ac tela uictum quærirans. Idem in Eunu. Videō' otium & cibus quid faciat alienos. Ibidem. Cibum nonnunquam capiet cum ea. ¶ Deorum cibus. Θεῶν τροφὴ. De prælautis epulis dicebatur, propterea quod Homerus fingit Deos nectare atque ambroſia uictitare, nec ob id unquam ſeneſcere. Sueton. in Nerone. ¶ Cibum in matellam ne immittas, σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. Interpretatur Plutarchus, ne ſermonem urbanum immittas in animū hominis improbi. Nam oratio cibos eſt animitis corrumpitur & putreſcit ſi in animum inſincerum incidet. ¶ E flamma cibum petere, Terent. in Eunuch. dixit in

parasitum, pro quiduis cibi causa pati ac facere.

Cibo, as, a. p. Cibum infero, alo, nutrio. σιτίζω. [Ita. Nodrire, cibare. Cal. Nourrir, seruir de viande, bailler manger. Hisp. Criar, y mantener. Ger. Speyssen.] Columel lib. 6. Atque ea genera, quæ intra septauillæ cibantur, ferè persequuti sumus.

Cibaria, orum, Alimenta non modò hominum, verumetiã quorũuis animaliũ. ὁ βίος, τὰ ἰδώδιμα, ἡ διατροφή. [Ital. Nodrimento, cibo, Galli. Nourriture, viande, pension, despence, viures. Hispa. Mantenimiento, ceuo. Ger. Allerley speys der leüten vnnd dess Viehs.] Cicero ad Attic. libro sexto, Respondi, me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem usus. Cicero pro Sext. Rosc. Ascribus cibaria publicè locantem, Cato de Re rust. capite 10 Bubus cibaria annua in iuga singula supini modios cxx. &c.

Cibarius, a, um. Quod ad cibũ pertinet. τροφίμος, σιτικός. [Ital. Chosa che appartien al cibo. Gal. Apartenant à nourriture, bon à manger. Hisp. Cosa de mantenimiento. Germa. Das der speys zugehörig ist.] Macro. li. 3. Satur. Sylla mortuo, Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam. Cato enim sumptuarias leges, cibarias appellat. ¶ Cibarius panis, μυναρὸς ἄρτος Aeginetæ, dicitur panis secundarius, qui fit ex farina secundaria ex qua flos antè excussus est. Cornelius Celsus libro secundo, capit. decimoseptimo Frumentum est triticum quàm milium: idipsum quàm hordeum & ex tritico firmissima siligo: deinde simila: deinde cui nihil ademptum est, quod ἀπύρηνον Græci uocant. Infirmior est expolline: infirmissimus cibarius panis. Hæc ille. Cic. libro primo Tuscul. Cui quum peregrinanti in Aegyptum, comitibus non sequutis, cibarius in capsa panis datus esset, nihil usum illo pane iucundius. [Ital. Pane grosso, secondario. Gal. Gros pain de mesuage, pain bis duquel on n'a rien tiré. Hisp. Pan baco. Ger. Rauchschwärtz brot.] ¶ Cibarium uinum, pro ignobili. Var. Potos meus uinum cibarium. ¶ Sic & cibarius homo, ab eodem dicitur pro sordido & plebeio: ait enim, Tuus frater cibarius fuit Aristoxenus. ¶ Cibariũ oleum. Col. li. 12. ca. 50. Cauendum est itaq; ne ex ea fiat oleum cibarium.

Cibatus, huius cibatus, m. q. Idem ferè quod Cibus. σιτίον, βίος. Ita. Cibo, reficiamento. Gal. Nourriture, mangeaille. Hisp. Mantenemiento, ceuo. Ger. Speysung.] Plini. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. Plautus in Mil. Interclude inimicis commeatum: tibi muni uiam, Qua cibatus commeatusq; ad te & legiones tuas Tutò possit peruenire.

Cibalis, & hoc cibale, Quod ad cibum pertinet. ἰδώδιμος. Varro, est enim lac omnium rerum, quas cibali causa cupimus, liquentium maximè alibile, & id ouillum, inde caprinum. Sic enim hactenus lectum est in omnibus, quotquot uidere contigit, Dictionarij huius editionibus, quũ tamen in emendationibus Varronis exemplaribus, Cibi causa legator, non cibali. Locus Varronis est de Re rust. li. 2. cap. 11. quem ideò indicare uisum est, ut & lectori diligẽtiæ nostræ fidem faceremus, & ne quippiam, animi potius nostri somnio, quàm optimorum exemplarium fide freti, uideremur emendasse.

Cibilla, æ, [Ital. Mensa. Gal. Table ronde. Hisp. Mesa redonda. Ger. Ein tisch auf dem man isset, Ein scheybtisch.] teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina, Mensa erat escaria à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & postea rotunda. ¶ Festus item Cibillam interpretatur mensæ rotundæ genus: apud quem tamen Cillibam corruptè legi putauerim pro Cibilla.

Cicada, τέττιξ. [Ital. Cicala. Gal. Cigale. Hisp. Cigarra ò chicharro. Ger. Ein thierlin dass im Sommer auf dem bõmen singt, Etlich nennen es hõuschreck.] Insecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorem lambit, non nisi æstuis mensibus apparens: unde & Cicadam qui iam dictam nolunt, quasi citò cadentem, hoc est euanescentem. Virgilius tertio Georg. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Idem Aeglog. 2. At mecum raucis (tua dum uestigia lustro) Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Plin. lib. 11. cap. 26. autor est, cicadam ex omnibus quæ uiuunt, fine ore esse, pro eo aculeatum quiddã in pectore habere linguæ simile, quo rorem lambit, & pectus ipsum fistulosum, quo uocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ proueniunt, & nobilissimæ pereunt: maiores, quæ canunt, uocantur Achetæ. ¶ Cicadæ apem comparas, τέττιγι τὴν μέλιτταν συγκρίνεις. Conuenit in res supra modum impares, propterea quòd cicada cùm mator, tum canora, quum sit non modò minuto corpusculo, uerum etiam pene muta. Lucianus. ¶ Cicadis pleni, τεττίγων ἀνάπλεως. In gloriosos ac fastu tos olim dicebatur, aut obsoletis ac iam desitis utentes. Antiquitus enim Atticis moris erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere. ¶ Cicada uocalior, τέττιξ ἐυφωνότερος. Dici solitum in hominem impendio garrulum aut admodum musicum: propterea quòd hoc insectum rore duntaxat uiuens, cantu potissimum delectetur.

Cicatrix, cis, f. c. Proprièest signum uulneris obducti, quasi circa cutem, uel quasi occæcatrix. οὐλή. [Ital. Il segno della ferita ò piaga. Gal. Cicatrice, la marque qui demeure apres la plaie. Hispa. Senual que queda de la herida. Germa. Ein mund mal, ein schramm, Ein zeichen einer verwachsnen wunden.] Est enim callosa caro pro cute inducta, ubi hiatus uulneris, quod iam coluit, fuerat. Terentius in Eunuch. Neq; pugnas narrat, neq; cicatrices suas ostentat. Cic. Phi. Luculentam ipse plagam accepi, ut docet cicatrix. ¶ Hinc Cicatricare, teste Festo, pro eo quod est cicatricẽ ducere. ¶ Cicatrix refricari dicitur, quum dolor temporis spatio iam mitior, renouatur: Cic. in Rullum, Ne aut refricare obductam Reip. cicatricem uideret.

Cicatricosus, Cicatricibus plenus οὐλώδης. [Ital. Pieno di segni de ferite. Gal. Plein de cicatrices. Hisp. Lleno de sennales de heridas. Ger. Voll wundẽ, mälerẽ.] Col. de Ar. ca. 11. Tum etiam uitis minus cicatricosa fit. Quinti. lib. 4. cap. 2. Turbari memoria, uel continuandi uerba facilitate destitui, nusquam torpius: quum uitiosum proœmium possit uideri, ut cicatricosa facies.

Cicatrix, Romanè coronopus fortè, quia cicatricem facit.

Cicatrix oculi, idem quod oculi albugo & nebula.

Cicerum, Dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est in malo punico uelut cellularum discrimen. Festus, Cicerũ membrana tenuis malorum punicorum.

Cicer, ris, n. t. Genus legminis ἐρέβινθος. Ita. Cece. Gall. Pois ciche. Hispani Garuanco. Germani, Kicheren.] Plin. lib. 18. cap. 12. Ciceris natura est gigni cum salsilagine: idem solum urit, nec nisi madefactum pridie, seri debet. Vide ibidem plura ciceris genera, Horat. 2. Serm. Saty. 6. inde domum me ad porri, & ciceris refero, laganique catinum, Idem in Arte poët. dixit, Ciceris & nucis emptor, pro infimæ sortis homine, deque ima plebe quempiam significans.

Cicer arietinum aliud à sativo vulgari. Vide Dioscor. lib. 2. Plin. li. 18. Theoph. lib. 9. Paul. lib. 6.

Cicer erraticum, serpillum.

Cicerbita, Leonicenus dicit illam esse, quam Dios. Soncon appellat.

Cicera, æ, f. p. [Ital. Cicerole, un sorte de pois ciches. Hisp. La galgana, legumbre. Germ. Schwartzlecht Kicheren, grawerbs.] Legominis genus, à Columella inter pabula annumeratum, à cicercula solo differens colore. Est enim obsoletior & nigro propior. Garcis ὠχρὸς dicitur, si Theodori uersioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnunquam & eruillam uertit.

Cicercula, æ, Leguminis genus ciceri non dissimile, sed minutis, inæquales angulos habens, ueluti pisum. λάθυρος. [Ital. Cicerchia. Gal. Cerres, pois corres. Hisp. Cicercha. Ger. Kleine Kicheren.] Plin. li. 18. ca. 12. Est & Cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens, ueluti pisum. Colũ lib. 2. cap. 10. Cicercula, quæ piso est similis, mẽse Ianuario, aut Februario seri debet, loco, ex loco humido.

Cicerculum: neut. gener. Genus sinopidis. Plin. lib. 35. cap. 6. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras tredecim denarij. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Eius, quæ ex Africa uenit, octoni asses: Cicerculum appellant.

Cichórium, pen. prod. κιχώριον Dioscoridi. Herba est, quæ alio nomine Intubum erraticum uocant. [Ital. Cicoria, ridichio. Gal. De la cichorée. Hisp. Chicoria, verua conocida. Ger. Wegwey, sonnenwirbel.] Plin. lib. 20. ca. 8. Cichorium refrigerat in cibo sumptum. Idem lib. 19. cap. 8

Est &

Eſt & erraticum intubum, quod in Aegypto Cichorium vocant. Horatius dictionis huius penultimam ſyllabá produnt, corripuit autem antepenultimam, perinde acſi apud Graecos κιχώριον ſcriberetur, Me (inquit) paſcunt oliuæ, Me cichoria, leues malux. Poſterior uerſus eſt Dactylicus Alcmanius Acatalecticus, conſtans duobus dactylis, & duobus ſpondeis.

Cici, νεοτ, ὁ πρότυπ, Frutex eſt paruæ ſici magnitudine folia habens platano ſimilia, maiora tamen nigrioraq, & maiore laeuore mollia, ſemen autē in racemis aſperis. quod cortice nudatum ricino uermi ſimile eſt: ex quo colligitur id, quod Riciminum oleum uocant, lucernarum lumi nibus, & emplaſtris utile. Ab huius ſeminis ſimilitudine Romani ipſum etiam fruticem Ricinum appellant, quem admodum & Graeci κρότωνα. Vide Dioſc. li. 4. cap. 145. & Plin. li. 15. ca. 7. Vulgus herbariorum hodie Cataputiam maiorem uocat.

Cicinus, a, um, a dictionum mor, Oleum cicinū, κίκινον ἔλαιον Dioſcoridi quod & Ricininum appellari, paulò ante docuimus Plin. li. 15. cap. 9. Oleum cicinum bibitur ad purgationes uentris cum pari caldæ menſura.

Cicira, (quod hic pro aue noſturna legebatur) Vide Cicuma.

Ciciadēla, f. p. pen. pro. πυρολαμπίς. Ariſt. [Ital. Moſca pioccicia detta iocio, che luce di notte. Gal. Ver ou mouſche luiſante de nuict, au temps que les blés ſont meurs ou ſciés Hiſ. La luciernega. Ger. Ʒ] Nätzle oder Liferle die zů nacht ſchyent.] Genus muſcarum quod noctu lucet ignium modo, laterum & ciuium colore: à Graecis λαμπυρὶς dicta. Quidam Noctiluam, alij Nitedulam uocant. Non ante matura pabula, aut poſt deſecta conſpicitur: nunc pennarum hiatu refulgēs, nūc compreſſu obumbrata. Ab hac lychnus penſilis, quem Vulgò Lampadem uocant, Cicindela appellatur, quæ noſte tota ſeruatur accenſa, & lampyridis inſtar lucet.

Cicina, parua & gracilis ſerpens, Italia fere ueneno caret.

Ciconia, f. p. Auis quæ ſerpentibus pullos nutrit, teſte Plin. libro 10. cap. 23. πέλαργος. [Itali. Cicoga. Galli. Cigoigne. Hiſp. Cigueña. Ger. Ein Storck.] Iuuen. Satyr. 14. ſerpente ciconia pullos Nutrit, & iuuenta per deuia rura lacerta. Ouid. 6 Metamorph. ſumptis quin candida pēnis Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro. ¶ Quo etiam nomine ab Hiſpanis uocatur lignum roſtratum, quo è puteis haurit aqua ſolet: quod & Telonē agricolæ uocant. ¶ Item Ciconia menſuræ genus eſt, ſiue inſtrumenti, quo rudera ſulcis & foſſis ducendis, ne qua pars alijs re fundior eſſet aut latior. Col. lib. 4: Sed huic operi erigēdo, quaſi quandam machinam commenti maiores noſtri regulam fabricauerunt, in cuius latere uirga prominens, ad tam altitudinem, qua deprimi ſulcum oportet, contingit ſummam ſtipæ partem. Id genus mēſuræ Ciconiam uocant ruſtici.

Cicuma, æ, Auis eſt noſturna, teſte Feſto. Calius libro decimo ſeptimo, capite undecimo, nyctiocoracem interpretatur.

Cicur, icuris, pen. corr. a dictionum, ſignificans, quod ex feritate factum eſt manſuetum, τιτασώμ. [Ital. Animal di ſela natico fato domeſtico. Gal. Apriuoiſé, priué, qui hāte auec les hommes. Hiſp. Coſa domeſtica, ducuda y manſa Germ. Zam gewonnet.] ut aper, ceruus, leo, & quicquid cicurari, id eſt manſuefieri poteſt. Quod enim à fero diferetum eſt, id Cicur dicitur. Cic. 5. Tuſcul. Earum ipſarum partim ſolitarias, partim congregatas, immanes alias, quaſdam autē cicures, nonnullas abditas, tectaq, tectas. Cicur ingenium dicitur mite, ac manſuetum. Varro de Lingua Latina libro ſexto.

Cicūrare, Manſuefacio, uerbum uetus: quod alio uerbo dicitur Mitigo. τιτασόω. [Ital. Domeſticare. Gall. Apriuoiſer. Hiſp. Amanſar los animale fieros. Ger. Zam machen.] Varro de Lingua Latina.

Cicūta, æ, pen. prod. f. p. κώνειον. [Ita. Cicuta herba. Gal. Cigue, herbe venimenſe Hiſp. La cecuta planta nota. Ger. Schierling.] Herba uenoſa, teſte Plinio lib. 25. cap. 13. caule uiridi & geniculato, altior cubitis, in cacuminibusq, nouis, foliis coriandri tenuioribus, graui odoratu, ſemine raſſo craſſiori, radice concaua, nullius uſus: nam ſemini tantum & foliis refrigeratoria uis eſt. Cicutæ famam Athenienſes auxerunt, ſucco eius capitali iudicio damnatis necem inferentes. Iuuen. Satyr. 7. hunc inopem uidiſtis Athenæ, Nil præter gelidas auſæ conferre cicutas. ¶ Eſt item Cicuta (ut Seruius docet) in cannis, calamiſue, quod interceptum eſt inter duos nodos. Virg. 2. Aeg. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula.

Cicutaria, Mirrhis, Dioſcoridi.

Cidāris, ris: penul. corr. κίδαρις. Tegumentum capitis, quo Perſarū reges peculiariter utebātur, albis maculis in cærulei coloris faſcia intermicantib? Qu. Curtius li. 3 Cidarim regum capitis uocant inſigne. Hieronymus item autor eſt, Hebræorū Pontifices cidari uti ſolitos, in qua Dei nomen habebant inſcriptum.

Cidonium malum, idem quod Cotoneum. Hinc Cidonium uinum, ex eius mali ſucco cōfectum. Vlpian. & trit. leg. ſi quis Cidonia, inquit, ſi qua alia ſunt uina quæ non ex uinea fiunt.

Cīeo, es, Cio, is, ambo ciui, citum faciunt: ſed à Cieo, es, fit Citum, penu. corr. à Cio uerò producitur. Ouid. lib. 1. Metamor. Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis, Idem libro primo, Accitus toties in genus omne ioci. ¶ Et Cieo quidem ſignificat turbare, commouere. ἐξορμάω, κινέω. [Ital. Mouere, turbare. Gal. Prouoquer eſmouuoir. Hiſp. Mouer, turbar y llamar. Ger. Bewegē, Betrübē.] Vir. 9 Ae. Tonitrū cęlū omne ciebo. ¶ Cio uerò, uoco propriè. Propriè autē dixi, quoniā Cire aliquando monere eſt: ficut & Ciere uocare, adeò ut alterum pro altero quandoq, ſumi poſſe uideatur. Virgilius, 6. Aeneid. Miſenum Aeolidē, quo non præſtantior alter Aere ciere uiros, Martemq, accendere cantu. Colu. libro ſeptimo, capite quinto, Cio, is, poſuit pro commoueo. Nullo (inquit) tempore, & minimè æſtate utile eſt, boues in curſum concitari: nam ea res ciealuum. Liu. libro primo, Principes utrinque pugnam ciebant. Similiter a Cieo fiunt concieo, & Excieo, & ſi qua ſunt alia compoſita. Primùm ſignificat commoueo uel conuoco. Liu. Galli, quos prædę populationumq, concinerat ſpes. Secundum, foras moueo & excuto. A Cio fit Excio, euoco. Statius li. 4. Theb. ſuos excit in arma Antiqua Tirynthæ Deus. Accio ſiue Arcio: de quibus ſuprà præcio, prouoco. Percio, pulſo, tango, percutio, malè cōmmouco. Cōcio, ſimul uoco, congrego. Hinc Concio, nis, quod tria ſignificat, autore Gellio: Populum ipſum qui ad audiendum cōuenit: orationem ipſam, quæ coram multitudine habetur: & locum, ſiue ſuggeſtum, ex quo habetur oratio. A Concio, Excio, Procio, rurſus fiunt, Cōcito, Excito, Procito, frequentatiua. Porrò quòd præterita & ſupina eadem amborum ſimplicium ſunt, itemq, compoſitorum, orta eſt non parua interpretādi ea uerba difficultas. Nam Cito, as frequētatiuum eſt amborum primitiuorum, Cio & Cieo, idcò aliquando uocito, aliquando frequenter moueo ſignificat, Pro uocito, ἐπάγομαι. Cic. in Ver. Act 4. Citatur reus cauſa agitur. Pro crebrò moueo. Colu. lib. 8. Ne immaturis herbis citetur aluus. Igitur non ſomniculoſè ſpectanda ſunt frequentatiua, compoſita, præterita, participiaq, compoſitorum, ut quæ connocationis magis proprietatem habēt à Cio. quæ uero notionis, è Cieo ſumantur.

Citos, m. f. Celer, uelox, ἐξύς. [Ital. Veloce. Gal. Soudain, uite, Hiſ. Muy ligero. Ger. Schnel, behend.] Liui 6. bel. Pun. Eques citus ab Roma uenit. Saluſt. Modò citus, modo tardus inceſſus eius. ¶ Hinc Citior, citiſſimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quàm famē reor. Citiſſimus omnium rediit. ¶ Eſt & Citus participiū à Cico, pro citatus uel agitatus. Virg lib. 9 Aene. Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant.

Citò, aduerbium. ὀξέως, ταχέως. [Itali. Subito, toſto, preſto. Gal. Toſt, ſoudāmement. Hiſpa. Preſto ò ligeramente. Ger. Geſchwind, bald, fluchs.] Tere. in Eun. Citò hunc deduci ad militē. Cic. Varr. lib. 4. Quid ergo potiſſimum ſcribam: quod uelle te puto, citò me ad te eſſe uentorum.

Citius, comparatiuum. Terenti. in Hecyra, Qua me propter exanimatum citius educi foras. Virg. Aen. 1. Hæc ait, & dicto citius tumida æquora placat.

Citiſſimè, ſuperlatiuum. Plinius lib. 16. cap. 9. Citiſſime aſcias retundit.

Cito, as, f. p. frequentatiuum à Cico, quod eſt uoco. προσκαλέω, προσφέρω. [Ita. Citare, chiamare. Gal Apeler, baſtier, faire auancer. Hiſpa. Llamar. Ger. Beruffen, citieren.]

Et modò eſt Iudiciale uerbũ pro In ius uocare, iubere adeſſe, & diem alicui dicere: modò uerò extra forum, pro fidem autoritatemq; alicuius obteſtari, & (ut nonnulli) allegare, ſiue (quod Latinis magis probatur) laudare ponitur. ¶ De primæ ſignificationis genere Cicero pro Cluentio, Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum, ut re ſemel atq; iterum præiudicata, condemnatus in iudicium uenerit. Et in Verrem 4. Citat reum, non reſpondet: citat accuſatorem, citatus accuſator M. Pacilius, neſcio quo caſu, non reſpondit, non adfuit. ¶ De altera ſignificatione. Idem de Natu. deor. libro primo, Tu ipſe paulò ante quum tanquam Senatum philoſophorum citares, ſummos uiros deſipere dicebas. ¶ Citare etiam incitare, prouocare. παροξύνειν. [Ital. Incitare, iſmouere. Gal. Inciter, prouoquer. Hiſpa. Mouer. Ger. Bewegen, nötigen, treyben.] Cæſar 1. bell. Ciuil. protinusq; equo citato, Lariſſam contendit. Liui. lib. 1. ab Vrbe, Age ſanè omnes citatis equis aduolant Romam. Colum. lib. 8. Ne immaturis herbis citetur aluus. Alia Compoſita ſunt concito, quod eſt ad iram prouoco. Item, Excito, ſuſcito &c.

Citatus, participium, ſiue nomen ex participio, Idem quod acceleratus uel citus, aut uelox. ὠκύς. [Ital. Chiamato, citato, ueloce. Gal. Æſmeu, haſté, auancé, leger, uitte. Hiſp. Llamado. ligero. Germ. Schnell, behend.] Apuleius, Citato, non teſtudineo greſſu. Liuius libro 9. Bell. Punic. Citato, gradu in hoſtem ducebant: Idem, Citato uadere equo. Liu. 7. bel. Pun. Nero ea nocte quæ ſequuta eſt pugnam, citatiore quam inde uenerat agmine, die ſexta ad ſtatiua ſua atq; ad hoſtem peruenit. Ibidem lib. 1. Quàm citatiſſimo poterant agmine ſeſe abripuerunt.

Citatus, a, um, participiũ idem quod uocatus, προσκεκλημένος.

Citatim, aduerbium, ταχύ. [Ital. Preſto. Gal. Haſtiuement, uitement. Hiſp. Preſtamente, præſto. Ger. Schnell, flüch, Eylends, Bald.] Celeriter. Hirtius de bel. Afri. Ipſe cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

Cilici, termini dicti ſunt à Cilicio Saturni centurione, cohortis ſeptimæ & uiceſimæ, qui terminationem facit.

Cilicium, cii, n. ſ. à Cilicibus populis dictum eſt, apud quos (ut inquit Varro ſecundo, de Re ruſti. capite undecimo,) Cilicia primùm confecta ſunt κιλίκιον, διφθέρα. [Italicè & Hiſpanicè, Cilicio. Gallicè, Vne haire, una eſtamine. Germanicè, Ein Heid daſs aus bocks hat oder geyss har gemacht iſt.] Cicero tertia in Verrem, Quum iſte ciuitatibus frumentorum, coria, cilicia, ſaccos imperaret. Fiunt autem ex pilis hircorum atq; caprarum: adhibenturq; (ut Vegetius inquit) ad excipiendum impetum ſagittarum. ¶ Aſconius ſcribit Cilicia tecta eſſe ex pilis, in caſtrorum uſum atq; nautarũ. ¶ Inde Cilicina ueſtis, quæ ex Cilicio eſt, uel ei ſimilis. ἱμάτιον ἢ τριχινὴ ἐσθής. [Itali. Veſtimento teſſuto di pili diuerſi animali. Gallicè, Vne haire, veſtement de poil de cheure ou bouc. Hiſ. Veſtidura depelos como de cabras y otros animales. Ger. Ein härin kleid.]

Cilium, n. ſ. [Ital. Ciglio. Gall. La peau qui couure les yeux deſſus & deſſous en les clinant. Hiſp. La peſtanna ò parpado del oio. Germ. Die höhe oder der reyſs ob den angliderẽ] teſte Plinio libro nono, capite 17. Antiqui nocauerunt, extremum ſuperioris genæ ambitum: unde & Supercilia. Genas autem intelligit Plinius folliculos quibus oculus integitur, & à quibus palpebræ, hoc eſt pili dependent. ¶ Alij Cilia intelligunt folliculos ipſos quibus oculos integitur. Nam quos Græci uocant βλεφαρίδας, Theodotus Cilia uertit. Lactantius quoq; de Opific. oculos ciliorũ tegminibus occultatos ſcribit. ¶ Cilium (inquit Feſtus) folliculus, quo oculus tegitur: unde & Supercilium. ¶ Idem alibi, Supercilium dicitur quòd ſupercilium ſit, id eſt integumentum oculi ſuperius.

Cillibæ, pen. cor. Vide Cibilla.

Cilleo, Antiqui uſurpauerunt pro moueo. κινῶ. [Itali. Mouere. Gal. Mouoir. Hiſpa. Mouer. Germanicè, Bewegen.] unde etiam Furcillæ appellatæ ſunt. Autor Seruius libro 1. Georg.

Cillibantes, κιλλίβαντες, Inſtrumenta erãt tribus pedibus ſulta, quibus in bello ſcuta imponebant fatigati, ut ex Ariſtophane annotauit Celius lib. 8. cap. 16.

Cillabantum, Vide Cylibantum.

Cilónes, φακοί, Dicti ſunt quorum capita oblonga, & compreſſa ſunt: uel quib. frons eminentior eſt, ita ut à dextra ſiniſtraq; reciſa uideatur. Cic. in Sal. Quicquid impudicorũ, cilonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in urbe, &c.

Cima, Vide Cyma.

Cimacia, Vide cymatia.

Cimeliarchium, locus eſt, ubi reponitur theſaurus. Vnde Cimeliarcha, cuſtos uaſorum & aliarum rerum eccleſiæ.

Cimex, m. t. Vermiculus eſt odore fœdus, ex ligno naſcens, chartiſq; & palcis. κορίς. Martial libro undecimo, Nec togæ me locus eſt, nec tutus cimice lectus. Plin. libr. 27. cap. 9. Folia cimicem necant. Idem lib. 29. cap. 4. Veluti cimicum animalis fœdiſſimi, & dictu quoque faſtidiendi natura, contra ſerpentum morſus, & præcipuè aſpidum, ualere dicitur.

Cimolia creta, Vide Cimolus.

Cinædi, Lapilli, qui inueniuntur in cerebro cinædi piſcis, maris habitum colore præfagientes. Plinius libro 37. cap. decimo.

Cinædus, a, ũ, cũ æ diphthõgo, m. ſ. κίναιδος, παλλακός, Qui muliebria patitur. παρὰ τὸ κινεῖν τὰ αἰδοῖα. Catullus Epigram. 21. Cinædus mollior cuniculi capillo, uel anſeris medulla, uel mola mollicella. Gellius, Nihil intereſt, quibus membris cinædi ſitis, poſterioribus, an prioribus. ¶ Alii Cinædos, quaſi pudore uacuos appellant. κινὸς enim uacuus, αἰδὼς pudor. Alii interpretantur ſaltatores, uel pantomimos, ἀπὸ τοῦ κινεῖν, quod libidine omnibus anteirent, qui choros ducebant & nimia agilitate ſe exercerent. Hos alio uocabulo Petauriſtas uocant, eò quòd ſaltibus lasciuioribus mouerentur, ut nulla duritiei in corpore uideretur. Plautus in Aul. In fuſtibus ſum mollior magis quã ullus cinædus. ¶ Cinædus etiam genus piſcis, de quo Plin. libro 32.

Cinædicus, ca, cum, pen. corr. adiectiuum κινηδικός. Plaut. in Sticho, Lepidam & ſuauem cantationem aliquam occipito Cinædicam.

Cinara, Vid Cinyra.

Cinaræ, Cardui ſunt maiores, qui primùm ab Italis, mox etiam à Gallis inter præcipuas menſaram delicias habiti ſunt. κάλαμοι. [Ital. Carciofoli. Gal. Artichaox. Hiſp. Cardos que ſe labran y comemos. Ger. Klein meſſ. h diſtelen die kein ſtachlen hand.] Columell. lib. 10. Hiſpida ponatur cinaria, quæ dulcis lacchо Potanti ueniat, nec Phœbo grata canenti, &c. Nominis originem referunt ad Cinaram puellam in herbam ſui nominis mutatam. Alii à cinere deductum putant, quòd cinere in primis hæc herba gaudeat ſtercorari.

Cinciualis, Enygron. Dioſcor.

Cincinni, per duplex nn, m. ſ. κίνναροι. [Ital. Capelli creſpi. Gall. Cheueux entortillés & frizes ou regrillés, paſſefillons. Hiſpa. Guedeja de los cabellos. Ger. Gekrauſſete haarlöcher.] Sunt crines intorti, qui etiam Calamiſtrati dicuntur. Iuuenalis. Altior hic quare cincinnus? Hos capillos Martialis Anulos nocauit: ait enim, Vnus de toto peccauerat orbe comarum Anulus. Varro, Is eſt colliculus uiteus intortus, ut cincinnus. Solent autem cincinni oleo perungi. Cicero in Piſonem. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cincinnatus, adiecti. qui capillos intortos geſtat. βοστρυχοδὴς, ὁ κατακόμης κατακομμιῶν. [Itali. Con capelli ricci. Gal. Teſtonné, & aiant les cheueux regrillés. Hiſpa. Coſa con aquellas guedejas. Ger. Der krumbe oder krauſse haarlöcher tregt.] Cicero poſt reditum in Senat. Quo uultu cincinnatus ganeo non ſolum ciuium lachrymas, uerumetiã patriæ preces repudiauit? Plautus Capt. Subrufus aliquantũ, criſpus, cincinnatus. ¶ Hoc cognomen fuit L. Quintio, qui ab aratro ad Dictaturam uocatus, Aequos uictos ſub iugum egit, & decimoſexto die, à quo magiſtratum acceperat, Dictatura ſe abdicauit.

Cinclus, κίνκλος Suidæ. [Itali. Codatremola. Gal. Oiſeau qui touſiours remue la queue. Hiſpan. Vna cierta aue que ſiempre mueue la cola. Ger. waſſerſteltz.] Auis eſt exigua, perpetuò caudam mouens, unde & motacilla à nonnullis appellatur. Hanc poſteriore ſoi parte tam debilem eſſe aiũt, ut nidum ſtruere non poſsit: ſed in alienis nidis oua pariat

nit. Quæ res fecit locum prouerbio, ut omnium rerum inæqualiter laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. Autores Suidas & Aelia. lib. 15. cap. 18.

Cinctus. Vide Cingo.

Ciner, Ciniflones, Vide Cinis.

Cingo, is, xi, ctum, a. t. Notæ ſignificationis eſt, & cum accuſatiuo ablationum habet *ζώννυμι*. [Ital. Cingere. Gal. Ceindre, enuironner, entourer. Hiſpa. Ceñir. Ger. Vmbgürten, Vmgeben.] Ouid. 1. Faſto. Sustulit hoc Nymphe, cinxitq; decentibus armis, Idem 2. de Ponto, Vos ego complectar, geticis ſi cingar ab armis. Cic. 3. de Nat. deor. Diligentius q; urbem religione, quàm ipſis mœnibus cingitis. ¶ Per trãſlationem Cingere ponitur pro circuire, & circunſepire, *περιβάλλω*. Liu. lib. 1. Nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, quã non dum munierat cingere parat. ¶ Aliquando tamen accoſa quo ſolo cõtentũ eſt. Plin. Quum eum ſaltum uenatores cinxiſſent. Dictum cingo, quaſi circum ago. Huius cõpoſita ſunt, Accingo, Circumcingo, Diſcingo, de quibus ſuis locis. Incinctus, idem quod cinctus. Liu. 16. Incinctum Gabino cinctu ſuper telum ſtantem. Intercingo. Pli. Thebaicos intercinctus auricis guttis inueniuntur in Africæ parte. Præcingo, idem quod cingo, *διαζώννυμι*. Plaut. in Bac. Inde de hippodromo, & palæſtra ubi reuenieſſet domũ Cinctulo præcinctus, in ſella apud magiſtratum aſſideres. Interdũ præcingere, eſt præparare, *παρασκευάζω* unde Præcinctus, *ὑπλισμένος*, ſtrenuos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo procinctus apparatus bellicus. Vnde dicimus, aliquid nos feciſſe in procinctu, quum ad expeditionem, aut ad iter eſſemus parati & accincti. Ouid. Hæc in procinctu carmina facta puta. Pli. Vinum curas, uigoremq; animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta claſſis uocabatur, quum exercitus cinctus erat confeſtim pugnaturus. Recingo, quod cinctum erat diſcingo. Ouid. 1. Met. Velantq; caput tunicas recingunt, Subcingo, ſubtus cingo, & ad cingulum alligo. *παραζώννυμι, ὑποζώννυμι*. Cice. 2. Philip. Serg. Galbam eodem pugione ſuccinctum quo in caſtris uideris. Et ſuccingere, id eſt, cinctu ueſtes ita colligere, ut breuiores uideantur, fiatq; homo ad agendum promptior. Vnde & ſuccinctam orationem, breuẽ dicimus, & ſuccinctè, breuiter, *συντόμως*. Hinc ſuccingulum, balteũ dicimus *ζωστῆρα*. Succinctorium ueſtis genus breuiſſimæ, quo uenter & uerenda tegebantur: quod & ſemicinctium uocatur, quod medium hominem cingat, id eſt, ueſtiat.

Cinctus, participium *ἱματίῳ περιβεβλημένος*. [Italicè, Cinto. Gal. Cient enuironné. Hiſpa. Cennido. Ger. Vmgeben, Vmgürtet.] Cic. pro Flac. Equidem exiſtimo in eiuſmodi regione atq; prouincia, quæ mari cincta partibus diſtincta, inſulis circundata eſſet, &c. Gellius, Scuto pedeſtri & gladio Hiſpanico cinctus contra Gallum conſtitit.

Cingulum, i, n. q. A cingo, ſicut Cingulum. *διάζωμα*. [Itali. Cinto, cintola. Gal. Ceinture. Hiſp. Cinto, cennidura. Ger. Gürtel, gürtel, Vmbgürtung.] Var. de Lingua Latina, Cinctus, & Cingulum à cingendo: alterum uiris, alterum mulieribus attributum. Feſtus. Cingulo noua nupta præcingebatur, quod uir in lecto ſoluebat. ¶ In cælo quoq; Cingula dicuntur, quæ & zonæ. Cicero in Somnio Scip. Cernis autem terram eandem, quaſi quibuſdã redimitam & circundatam cingulis. ¶ Quandoque pro annulo ponitur, quod digitum circuit.

Cingula, læ, f. p. Qua cinguntur iumenta. *ζῶμα*. [Ital. Cinga. Gal. Ceinture pour ceindre les beſtes. Hiſpa. Cincha del albarda. Ger. Gurt der thieren.] Ouid. de Reme. Et noua ne lœdat cingula lædat equum.

Cingrię. Tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores eſſent, ſubtilioribus tamen modis inſonabant.

Cinis, cineris, ab antiquo nominatiuo Ciner, hodie maſc. gen. olim etiãm fœmin. *τέφρα*. [Ital. Cenere. Gall. Cendre. Hiſp. Ceniza. Ger. Eſch.] Puluis, in quem materia uſta reſoluitur. Statius lib. 3. Thebaid. - ueteris quum regia Cadmi Fulmineum in cinerem mentis Iunonis iniquæ Conſedit. Idem 10. Aeneid. Non ſatius cineres patriæ inſediſſe ſupremos? Idem 6. Aeneid. Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit. ¶ Sumitur & pro manibus & reliquiis funerum, ſiue memoriæ. Cicero tertia in Verrẽ, Homo importuniſſime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo feciſti? cur hunc dolorem cineri eius atq; oſſibus inuſiſti? Virg. 4. Aeneid. Nec patris Anchiſæ cineres, manesue reuelli. ¶ Antiqui hoc nomen etiam fœminino genere efferebant. Calnos apud Nonĩ, Quum iam fulua cinis fueris. ¶ Minuiſſe in patrios cineres, olim dicebatur qui in temperiis agere tur, cuiq; cuncta cederent infeliciter, acſi monumentum patris uiolaſſet. Horat. in Arte poët. ¶ Ne cinerem uitans, in prunas incidas, *μὴ τέφραν φεύγων, εἰς ἀνθρακιὰν πέσῃς*. Nec ſic diſfugias malum hoc aut illud, ut in aliud longè maius incurras.

Cinèràceus, a, um, Cineris colorem referens *ὑπόπυρρος, πεφρώδης*. [Itali. Di color dicinere. Gallicè, Cendreux. Hiſpa. Coſa de ceniza. Ger. Eſchfarb.] Pli. lib. 35. Terra eſt alia roſa, aliàs cineracea.

Cinereus, a, um, Quod è cinere eſt, uel quod cinerem refert colorem.

Cinerarius, rii, pro ciniflone. Catullus, Nunc tuum cinerarius Tondet os: miſer, ah miſer Concubinę nuces da.

Cinericius, a, um: ut, Panis cinericius, *ἐγκρυφίας ἄρτος*, qui coctus eſt ſub cinere.

Cinèfăcio, cinefacis, cinefacere, Eſt in cinerẽ reducere, *σποδόω, τεφρόω*. A quo Cinefactus, a, um, In cinerem diſſolutus, *τεφρωθείς*. [Ital. Ridotto in cenere, incenerito. Gallic. Reduit ou mis en cendre. Hiſ. Hecho cenza. Ger. Zũ eſchẽ machen.] ¶ Figuratio eſt (inquit Nonius) ut, Tepefactum, & Labefactum. Luc. li. 3. At nos horrifico cinefactum te propè buſto Inſatiabiliter deflebimus.

Ciniflones, m. t. qui & Cinerarii dicti ſunt, qui calamiſtris in cinere calefactis capillos criſpabant. Horat. Cuſtodes lectica, ciniflões, parauit. *οἱ τὴν παλαμίδα σποδίσοντες, ἢ ἐπὶ τοῖς σποδοῖς θερμαίνοντες*.

Cinera, nomen eſt oleris, cui inditum uidetur nomen à cinere, quoniam huic herbæ id genus ſtercorationis eſt aptiſſimum. Plura in hortis. Col. lib. 11. cap. 3.

Cinnabari, ſiue Cinnabarim, *κιννάβαρι*, Plin. lib. 33. ca. 7. ſaniem putauit eſſe draconis eliſi elephantorum morientium pondere, permiſto animalis utriuſq; ſanguine. Quod tamen falſum eſſe manifeſtius eſt, quàm ut debeat refelli. Dioſcorides à minio diuerſum eſſe oſtendit, quòd Cinnabari ex Lybia, minium ex Hiſpania afferretur: quid tamen re uera eſſet, non indicauit. Hoc tantùm teſtatur, tam exiguam eius copiam afferri ſolere: ut uix uariandis in pictura lineis pictoribus ſufficeret. Quod autem hodie Cinnabriũ uocant, ex ſulphure & argento uiuo ſimul uſtis conficitur.

Cinnámomum, n. (κιννάμωμον. Frutex eſt in Aethiopia Troglodytis contermina, humilis & ſurculoſus, duorum cubitorum altitudine, omnem in cortice dotem habens: nam lignum eius, quod Xylocinnamomum uocant propter quandam origani acrimoniam in faſtidio eſt. ¶ Cinnamomum etiam hodie in officinis nomen retinet: Vulgus à quadam canalium figura Canellam appellat.

Cinnamomum, Frutex duorum cubitorum altitudine; amplißimus, palmiq; minimos, quatuor digitorum craſſitudinis, ſtatim à terra ſex digitis, ſurculoſos, arido ſimilis. cũ uiret nõ odoratus, folio origani, ſiccitate gaudens, ſterilior imbre, ceu dirę naturæ. Gignitur in planis, ſed denſißimis in aſperis robuſtiq;, difficilis collectu. Plura apud Plin. li. 12. cap. 19. Theophraſtum libr. 9. capi. 47. Genera eius plura eſſe inquit Dioſco. lib. 1. patrium ſibi nomen uendicantia. Præfertur tamen Moſyllion, quod Caſiæ, cui moſylliti nomen eſt, aliquam refert effigiem. Plura loco citato. Malumus enim hæc ex fontibus ipſis petas, & ne nos librum immenſum grauemus. Barbaris tamen Corollarium, quoniã rem ferè omnem in compẽdio explicat, adſcripſimus. Cinnamomum in partes quinq; concidunt, præcipua bonitas tenuißimis ad longitudinem palmis, paulóne ampliorib. Secunda proximis brieuiore menſura. Vtiliſſimæ, quæ radicem antecedunt, quoniam ibi minimum corticis, in quo ſumma gratiæ, qua de cauſa præferuntur cacumina ubi plurimus cortex. Ipſe frutex duorum cubitorum altitudine ampliſſimus, palmiq; minimus, quatuor digitorũ craſſitudinis. Statim à terra ſex digitis, ſurculoſus, arido ſimilis. cum uiret, non odoratus, folio origani, ſiccitate gaudens, ſterilior imbre, ceu contraria æterni. natura Gignitur quidem in planis, ſed denſißimis in aſperib. robuſtiq; difficilis collectu. Verior ſententia eſt, nasci in Aethiopia. Troglodytis conuubio permixta. Non ut Herodotus, quo ſitu Liber pater educatus eſſet. ex iuuijs rupib. anfractiq; nidis peti, & priuatim Phœnicis. Neq; ut alij, in Arabia. Igitur mercantes illi à confiniis uergunt per maria uaſta ratib. ſine gubernaculo, ſine remis ac uelis, ſed hyberno per brumam. Euris tum maximè flantib. Primus his portus Gebẽnitarũ Ocila, ſiue Acila, ut Strabo, Ptolemæus Ocelis, Producuntur uix quinto anno reuerti mercatores, & interire multos. Contrà tenebant uitrea, & uaſa, ueſtes, fibulas, cũ armillis ac monilib. Ipſum ligaũ in faſtidio eſt propter Origani acrimoniam. Xylocinnamomum uocatur, Pretium in libras 10. Quidam Cinnami (nam & Cinnamum dicitur) duo genera tradidere, candidus, nigricantiq;. Et quondam præferebatur candidũ. Nunc contrà, nigrum commẽdatius, authore Plinio: atq; uario etiã præſertim candido, certiſſimo argumento, ſi ſit ſcabrum: atq; ut inuicem tritũ contumaciter frietur & inhorreſcat. Improbatur molle in primis, aut cui albicat cortex. Ius eius à Gebennitarum rege ſolo proficiſcitur. Is, edicto mercatu uẽdit. Pretio quondam fuere in libras denariorum mille. Auctum id parte dimidia eſt, incenſis (ut ferunt) ſyluis ira barbarorum: aut etiam forté fortuna, quoniam Auſtri tam ardentes ibi affla re ſolent, ut æſtatibus ſyluas accendant. Coronæ ueteribus fiebant ex Cinnamomo, inter ſtrili auro incluſæ. Radicem eius magni ponderis aureæ paterę impoſitam uidiſſe. Plinius meminit, ex qua guttæ editæ, annis omnibus in grana durabantur. Pſeudocinnamomum, Galenus Cinnamomidã quoq; appellari ſcribit.

Cinnãmum penultima correpta, κίνναμον, Frutex, ſine arbuſcula, naſcens apud Gebanitas, in finibus Troglodytarum, præſantiſſimum exudans odoramentum, quod & ipſum Cinnamum dicitur. Vide Plinium lib. 12. cap 19. Ouidium 5. Faſto. Cinnama tum primùm captiuaq; thura dediſti.

Cinnaris, f. t. Herba eſt, autore Plinio, quæ cerui aduerſus uenenatã pabula eſt remedio. Plin. lib. 8. cap. 27. Cerous herba cinnare uenenatis pabulis reſiſtit.

Cinnos, per duplex nn, Eſt plurimarum rerum, præſertim liquidarum, commiſtio: nam ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus contectum putatur, quòd κυκεῶνα. Grat appellant [Ital. Vna meſcolanza ò meſcuglio di piũ coſe. Gal. Entortillement de cheueux, ou meſlange de pluſieurs choſes. Hiſpa. Mezcla ò compoſicion de coſas diuerſas. Ger. Ein vermiſchung von vilerley dingen.] Cicer. de Orator. Cinnus utriusq; particeps, uel utriusq;, ſi uerum quæritis, expers. Et elegãter Picus Mirandula ad Angel. Polit. Tu ita utrunq; imples ut utrum magis, haud ſatis cõſtet, qui & Græcam, & noſtram Minervam pulchrè ample ſtaris, quaſi cinnus utriuſq; linguæ: ut quæ inſitia ſit, quæ genuina, non facilè diſcerni poſſit.

Cinnilligium, gii, n. ſ. quo nouæ nuptæ præcingebatur.

Cinnomyron, unguentum Liliorum.

Ciperum, (quod hic corruptè legebatur) Vide Cyperos.

Cippus, Columnam ſignificat, quæ cum inſcriptione ad cõſeruandam rei alicuius memoriam ſoleat erigi. γύλα. cuiuſmodi etiam in defunctorum monumentis erigi conſueuerunt. Horat. 1. Ser. Saty. 8. Hic miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum, Pitholabo ſcurræ, Nomentanoq; nepoti Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrũ. Hic dabat, hæredes monumentum ne ſequerētur. ¶ Cippus item inſtrumentum erat ligneum, quo ſeruorum & captiuorum pedes colligabantur.

Circa, præpoſitio eſt accuſatiuo ſeruiens caſui, Idem ſignificans quod iuxta περί. [Ital. Intorno. Gall. Entour, prez. Hiſp. En derredor. Ger. Bey oder vmb. Jn ring meyſ.] Cicer. de Lege agrar. contra Rullum. Quum Rullus Capuã & urbes circa Capuam occupariit. Idem tertia in Ver. Aiebat multa ſibi opus eſſe, multa caminibus ſuis, quos circa ſe haberet. ¶ Ponitur & pro circiter, ut tempus denotet. Plinius libro nono, capite 18. Nec amplius, quàm circa eũ menſem uiſuntur. ¶ Inuenitur etiam aduerbialiter poſitum, & ſine caſu. Cicero ad Atti. lib. 2. Noſtram ambulationẽ, & ea quæ circa ſunt, uelim, quam poteris, inuiſas. ¶ Hinc fiunt compoſita. Quocirca, & Circumcirca: de quibus ſuis locis.

Circanea, Auis dicitur quæ uolando circuitũ facit. Feſtus.

Circæa, ſ. p. κιρκαία. Herba eſt ſtirpi huic ſatiuæ ſimilis, ſed nigro & puſillo, ſemine milij magnitudine, naſcẽte in quibuſdam cornicolis, radice ſemipedali. Autor eſt Plinius lib. cap. 13. ¶ Fuerunt qui eandem crederent cũ Circæio, quod tamen falſum eſſe ex utriuſq; deſcriptione facilè deprehenditur.

Circæum, n. ſ. Herba quæ & Mandragora dicitur. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Circenſes ludi, uel Circenſes, ſine adiectione, Certaminis equeſtris genus erat, in honorem conſi conſiliorum deorũ inſtitutorum: ἱπποδρομίαι: ita dictum, quòd in circo peragerentur, non autem ab enſibus (ut Seruius negatur) in circuitu diſpoſitis. Liuius. Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca Patribus. Equitibuſq; urbis, ut ſpectacula ſibi quiſq; faceret. Virgi. 5. Aeneid. Nec procul hinc Romam, & capras ſine mora Sabinas Conſeſſo cauęq; magnis circenſibus actis Abdiderat. ¶ Circenſium ludorum, ſeptem erant curricula ſolennia. Gellius libro tertio, capite decimo, ex Varrone. ¶ Circenſe tomentum dicitur quod ſit ex ſummitatibus arundinum mollibus, lanæ ſimilibus. Mart. lib. 14. Tomentum conciſa palus circenſe uocatur: Hoc pro Lingonico, ſtramina paupper emit.

Circerus, penultima, prod. Nauis Aſiana prægrandis, ut inquit Nonius. Plautus in Stich. Quum percunctor portitores, ecquæ nauis uenerit ex Aſia negant uenijſſe. Conſpicatus ſum interim circerum, quo ego meliorem non uidiſſe cenſeo.

Circinus, penu. correpta, m. ſ. Inſtrumentum quo circuli ueterdo deſignantur. διαβήτης. [Itali. Seſto, compaſſo. Gal. Cõpas. Hiſp. El compas. Ger. Ein Circkel.] Plinius. 2. cap. 21. Omnia autem hæc conſtant ratione circini ſemper indubitata.

Circino, as, pen. cor. a. p. Rotundum facio. περιάγω. [Ita Ritondare, compaſſare, circuire. Gall. Circuir, eſtendre en rond, tournoyer à l'entour, faire un cercle auec le compas. Hiſ. Rodear ò cõpaſſar con cõpas. Ger. Circkeln.] uel Circino circulum facio. Plin. lib. 16. cap. 38. Cætera menſarum genera eſſis arboribus circinantur in pulpam. ¶ Significat etiam Circumiteur. Circinare auras apud Ouid. 2. Met. Sic ſuper Actæas agilis Cillenius arces Inclinat curſus & eaſdẽ circinat auras.

Circinatio, onis, uerbale. περιαγωγή, περιπύλωσις. [Itali. Circuitione, circuita. Gal. Entournement, enuironnemẽt, tour, circuition de compas. Hiſp. Rodeo obra de rodear ò cõpaſſar. Ger. Ein circkelung oder vmbgang des circkels.]

Plinius

Plinius & Budæ. ut circinatio ſolis.

Circinatò, aduerbium γυροειδῶς, κυκλοδόν. [Ital Circonda tamente. Gal. En rond. tournoyant en roud. Hiſ. En rodeo en coriilo. Ger. In circkels weyſs.] Plinius.

Circiter, à Circa fit, Idemq; ſignificat: & refertur modò ad tempus. περί, ἀμφὶ, περίπου. [Ital. Intorno. Gall. Enuiron, pres ou enuiron. Hiſp. Cerca, poco mas ò poco menos. Ger. Vmb, herumb.] Plaut. in Moſt. Redito huc circiter meridiem. Cæſar 1. bell. Gall. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt. Cicer. ad Atti. Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pomp. Modò ad numerum. Saluſt. in Catil. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militari bus armis inſtructa. Modò ad locum. Plaut. in Ciſtel. Loca hæc circiter excidit mihi. ¶ Circiter aduerbium. Cicer. ad Attic. Verùm in Arpinati ad ſextũ circiter Idus Maias nõ deſiderabimus Caſſius Hemina, Lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arce iunctum.

Circiter ad tempus ſolum pertinere Priſcianus exiſtimauit. Contra Valla (quod uerius eſt, nec latuit etiam interpretes noſtros) ad numerum frequentius refert. Adrian. Card. de Offic. ord. libro ſexto. & Specul. de Diſpu. & Alleg. para. quarto.

Circites, pen. cor. Circuli ex ære facti, teſte Feſto. Eſt & genus olei apud Colu. lib. 5. cap. 7.

Circius Ventus nulli uiolentia inferior: ſic dictus, quòd omnia turbet, ac circumuertat. Hic peculiaris eſt Galliæ Narbonenſis: de quo Gellius, Galli uentũ ex ſua terra flantem, quem ſæuiſſimum putant, Circium appellant à turbine, opinor, eius uertigine. Lucan. ſolus ſua litora turbat Circius, & tuta prohibet ſtatione Monœci. Ventus circius, quum loquare, buccam implet: armatum hominem, & plauſtrum oneratum percellit. Cato Cercium, nõ Circium appellat. ¶ Eſt item Circius Tauri montis pars apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Circitores, Vide circuitores.

Circos, κίρκος, Auis eſt ex Accipitrum genere, altero pede claudo, proſperrimi augurij in nuptialibus negotijs, & re pecuaria Autor Plin. lib. 10. cap. 8.

Circueo, ablato m, uel circumeo. περιέρχομαι. [Ital. Andare intorno. Gall. Aller à l'entour, enuironner, circuir, tournoyer. Hiſp. Andar ò cercar en derredor. Germa. Rings weyſs vmbgen.] Circumambulo, ambio. Cic. Attic. libro 4. Antonij conſilia narrabat illum circuire ueteranos. Rectius ſcribitur per m: quæ tamen inter pronũciandum eliditur. Vide Circumeo.

Circuitor, Circulto, Circuitus, Vide Circumeo.

Circulator, Circulo, Circulus, Vide Circus.

Circum: Præpoſitio, περί. [Ital Intorno Gal. Al'entour, ad tour. Hiſp. En derredor. Ger. Vmb, herumb.] & componi ſolet, & ſeparari. Separata locum tantùm ſignificat, ſicut & compoſita: ut, Circum theatrum. ¶ Quandoq; loco aduerbij ponitur. Virgil. 4. Aeneid. Anne uides toto properari litore circum? Componitur uerò cum dictionibus abſq; inci pientibus, ut Circumago: a, ut. Circuncido: d, ut. Circumduco: c, ut, Circumeo. f, ut, Circũfluo: i, ut, Circũiacio. d quo Circumiectus: l, ut, Circunlinio: m. ut, Circumminuo: n, ut, Circunnaſcor: p, ut, Circumpono: q, ut, Circunquaq;: ſ, ut, Circunſcribo: r, ut, Circunrotul: u ut, Circũuenio. Verum iuncta uocalibus integra ſcribi, ſed non proferri debet. ut circumago, circumeo ſcribantur, ſed proferantur circuago. circueo. Vnde Priſcianus ait, Circumeo, & circumago, & ſimilia non paterentur elisionem in pronuntiatione, ſi tranſiret in ſequentem ſyllabã m. Si uerò iungantur cum c, d, f, q, r, mutatur m, in n: ut, Circuncido. Circundo, Circunfero, Circunquaq, Circunrotali. Cum alijs remanet m, integra: ut, Circumſcribo, Circumuolo.

Circumaggero, ar, a p. περιχωνύω ἀ περιχώνυμι. [Itali. Adunare, amochiare. Gall. Aſſembler autour, amoncelar à l'entour. Hiſp. Amontonar en derredor. Ger. Vmbſchũrten, vmbſchantzen, zũ rings herumb verbollwercken.] Plin. lib. 19. ca. 5. Terra minuta, ſimoq; circumaggeratas tenuiſſe ſere frigori radices.

Circulatrix, icis, f. c, ἀγυρτις. [Ital. Donna che va ballando, ò attezzãdo per guadagno. Gal. Baſteleuſe, femme qui va d'un coſté & d'autre comme un baſteleur. Hiſp. La que anda en corrillos. Ger. Ein abentheurerin, die ſich erneret mit ſingen, tantzen oder märle vnd fablen zůſagen.] Quæ in foro, hominumq; circulis uerſatur, ſpectatores aut ſaltando, aut canendo, aut laſciuiorib. fabulis remorans, eaq; ſibi ratione victum quærens. Mart. lib. 10. Linguam circulatricem dixit pro petulanti & maledica. Vernaculorũ (inquit) dicta, ſordidum dentem, Et ſurda linguæ probra circulatricis, Poeta quidam clancularios ſpargit.

Circulatorius, a, um, Quòd ad circulatorem ſpectat. ἀγυρτικός. [Ital. Coſa pertinente à buffone, à ciarlatano. Gal. De baſteleur. Hiſp. Coſa para los corillos y chalatan. Ger. Das zů einem ſolchen abentheurer gehórt.] Vnde Quintilianus præcipit nobis parandam uim orandi, non circulatoriam uoluptatem ſectandam, hoc eſt garrulam. Iam circulatorum feſtiuitatẽ non eſſe aucupandam. Idẽ Quintil. lib. 2. cap. 4. Extemporalis garruliras, nec expectata cogitatio, ex nix ſurgẽdi mora, circulatoriæ uerè laſtationis eſt.

Circulatim, Significat per circulos. κατὰ κύκλους. [Ital. Circondamente. Gal. Tout autour. Hiſp. De corillo en corillo. Ger. Von ring zůring.] Suet. in ſummo publico luctu, externarum gentium multitudo circulatim ſuo quæq; more lamentata eſt.

Circulo, as, are, a. p. pro circundare legitur. περιβάλλω. [Ital. Cerchiare, circondare Gall. Enuironner. Hiſ. Cercar hazer cerco. Ger. Vmbgeben als mit einem circkel kreyſs.] Col. lib. 12. Iſis debebit antè circulari foſſula, quæ repleatur lapidibus & calce. Cic. de Clar. Orato. poſuit pro in circulũ caput circunferre: Videt (inquit) oſcitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem.

Citis, κέρκις. [Itali. Lodola. Galli. Alouette. Hiſp. Cuguiada. Ger. Ein lerch.] Eſt auis, quam alio nomine Alaudam dicimus. Hanc poëtæ fabulantur fuiſſe Scyllam Niſi regis filiã, quæ quum patrem fatali crine ſpoliatum Minoi prodidiſſet, mutata eſt in auem Citim. Nominis etymon Ouidius deducit à Græco uerbo κείρω, quod eſt tondeo: alludẽs nimirum ad fabulam, qua Scylla purpureũ Niſi patris crinẽ fertur totondiſſe. Sic enim ait lib. 7. Metamor. plumis in auem mutata nouatur

Ciris, & in tonſo eſt hoc nomen adepta capillo.

Cirnea, æ, Vas uinarium. nam κερνὰ miſceo ſignificat. Plaut. in Amph. Inde impleui cirneam.

Cirracus, balſami genus, ſcabro aſpectu incuruum, fructuoſum, odoratum.

Cirri, m. ſ. à quibuſdam appellãtur capilli contorti, ac perinde criſpati, quales picus Martius, & alauda, & grues in capitibus gerunt. βόστρυχοι, πλόκαμοι. [Ital. Capelli creſpi. Gal. Une rouffe de cheueux retorez les un cõtre les autres. Hiſp. La guadeia delos cabellos. Ger. Harzópf.] Oſtreorũ etiam capillamenta dicũtur Cirri. Mart. li. 7. Et oſtreorum rapere liuidos cirros. ¶ Alii cirros capillos capitis attonſos putant, à κείρω attondeo, incido. Cato, De liberis educandis. Itaq; Ambraciq; primùm puerilem dentem, item cirros ad Apollinem ponere ſolent.

Cirratus, id eſt capillatus. βόστρυχωμένος. [Ita. Chi ha rizzi i capelli. Gal. Qui a les cheueux crepes & par rouffeaux. Hiſp. Qui tienne creſpos los cabellos. Ger. Der vmbrãdyee har oder ſolche zópf hatt.] Perſius, Tén' cirratorem centũ dictata fuiſſe Pro nihilo pendas? ¶ Inde Cirratos uocat pueros, qui comam nutriunt, quam Veneri conſecrent detonſam.

Cirſi, κιρσοὶ, ab Hippocrate uocantur uarices, hoc eſt tumores pedum, & nonnunquam circa imam partem uentris, atq; adeò circa ipſos teſtes. Ariſtoteles ἰξῖας uocat.

Cis, κὶς, Vermiculus in tritico præcipuè & ordeo naſcens, ſeminaque illa cuſpide ſua exiguis foraminibus penetrans à cuius ſimilitudine etiam pumex lapis κισηρὶς Græcis appelatur, q̃ fiſtuloſus ſit & multis foraminib. pertuſus. Cis, & Citra, ἐντὸς, ἐν τάδε, ἐπιβάτερα μέν. [Ita. Di qua Gal. Deca. Hiſ. Aquende. Ger. Hiediſsẽd.] differunt, quòd

Cis magis propriis nominibus fluminum uel montium præponi ſolent: reliquis magis Citra: ut, Cis Rhenum, Cis Padum, Cis Alpes, ἐπὶ τάδε τῶν ἄλπεων. Citra forum, citra templum, hoc eſt ab hac parte templi, aut fori. ¶ Harum duarum præpoſitionum ſignificationi opponitur Vltra, quod ſignificat Trans, uel ab alia parte ut, Vltra Apenninum, Vltra Padum. Hæ autem particulæ Citra, Intra, Vltra, ut docet Gell. apud ueteres ſingulis ſyllabis appellabantur Cis & Vlbs. Dicebatoriq; Cis Tyberim, & Vlbs Tyberim: mox dici cœptum eſt, Citra Tyberim, & Vltra Tyberim, & intra Calendas, Citra Calendas. ¶ Cis etiam per compoſitionem nominis montium, uel fluuiorum coniungitur: ut, Ciſalpinus, Ciſpadanus. Et quanuis habeat uim localẽ, per tranſlationem tamẽ, & in tempore, & in aliis rebus uti poſſumus: ut, Cis definitum tempus ueniſti: ſicut, Vltra tempus à nobis datum ueniſti. Cis naturæ leges, hoc eſt minus quam patiantur naturæ leges. ¶ Citra etiam quandoq; pro Sine χωρὶς ponitur. Columella, In agriculturæ uoluntas facultasq; citra ſcientium ſæpe magnam domino afferunt iacturam. Sueto. in Cæſ. Alii citra Senatus, populiq; autoritatem, id eſt ſine autoritate. Quint. lib. 1. Tum neque citra Muſicen Grammatice poteſt eſſe perfecta. Plin. lib. 2. Citra faſtidium nominentur. Quandoq; ponitur pro Ante: ut, Citra calendas: id eſt ante Calendas. Sueton. in Auguſt. Solebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſi quando quid inuſitatum, dignumq; cognitu, &c. ¶ Fit autem Citra à Cis.

Citĕrĭor, à Citra, uel à Citer, nocabulo obſoleto. ἐγγύτερος. [Ital. Più uicino ultimo. Gal. Qui eſt plus proche de nous. Hiſp. Coſa de mas aquende. Ger. Der hiediſſend iſt.] Cic. ad Attic. lib. 12. Hircius ad me ſcripſit, Sextum Pompeium Corduba exiſſe, & fugiſſe in Hiſpaniam citeriorẽ. Aetas citerior. Vale. li. 8. ti. de ſtudio & induſtria. Citerioris ætatis metas, ſed nõ parui tamẽ ſpatii Chryſippi uiuacitas flexit. Hoc eſt ad recentiorem noſtrãq; propiorem ætatem peruenit. Quæ enim nobis proxima ſunt, citima appellantur. Cic. de Vnio. Hãc autem citimam è mediana linea detexit ad læuam, ſed principatũ dedit ſuperiori. Idem in Somn. Scip. ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

Citĭmus, pen. corr. ſuperlatiuum à Cis. uel Citra, uel potius ab antiquo nomine Citer. Idem eſt quod proximus nobis. Vnde Citima nocantur, quæ in cælo infima ſunt, & nobis proxima. ἐγγύτατω. [Ita. Multo più diquà, più propinquo à noi. Gal. Treſprochain de nous. Hiſpa. Coſa de muy mas aquende. Germ. Der zů dem aller nechſten hiediſſend beyuns iſt.] Cic. in Somn. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris luce lucebat aliena.

Ciſibilites, genus uini eſt, in Galatia naſcens, quod ſaporem mulſi præbet.

Ciſium, n. ſ. Genus uehiculi, duas habens rotas. δίτροχον. Ital. Vn certo carro che ha doe rote. Gal. Vn certain chariot à deux roues a porter gens. Hiſpan. Vn genero de carro à andas. Ger. Ein karren mit zweyen rederen.] à quo Ciſiarij, qui ciſium regunt. Cic. Deliuit in quadam cauponula atq; ſe ibi occultans, perpotauit ad ueſperum: inde ciſio celeriter ad urbem uectus, domum uenit capite inuoluto.

Ciſiarius, m. ſ. Ciſi moderator ſiue auriga. ὁ ἐν τῷ διτρόχῳ ἡνίοχος. [Ital. Carratiero. Gal. Chartier & meneur de chariot à deux roues. Hiſp. Carratero, el que rige aquellas andas ò carro. Ger. Ein karrer.] Iureconſ. li. 29. Digeſt. Si ciſiarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium cuertit, & ſeruum quaſſauit, uel occidit, puto ex locato eſſe in eum actionem.

Ciſpello, is, ere, apud ueteſtiſſimos inuenitur pro eo quod eſt in citeriorem partẽ pellere. Plaut. in Amphi. Inde optimè ciſpellam uirum.

Ciſſamĕlos, helxine apud Dioſc. lib. 4. cap. 91.

Ciſſanthemos, pen. cor. κισσάνθεμος, Altera cyclaminii ſpecies eſt, quam uulgus hodie (teſte Ruellio) Diuæ Mariæ ſigillum uocat.

Ciſſĭbĭum, n. ſ. Lignum poculum ex hedera, quod Græci κισσίβιον ἢ κισσύβιον, uocant. Meminerunt Theocritus & Homerus, Poliux: ait poculum illud paſtorale ſic dictum, quòd hedera circundatum ſit: nam κισσὸς, hederam ſignificat.

Ciſſites, κισσίτης, Gemma eſt ad ſimilitudinem folii hederæ candicans. Plin. lib. 37. ca. 11. Ciſſites in cãdido collucet, hederæ foliis, quæ totam tenẽt. Et apud eundem eiusdem lib. 10. Ciſſites circa Copton naſcitur candida, & uidetur intus habere partum, qui ſentiatur etiam ſtrepitu.

Ciſſus, κισσὸς. Hederæ genus eſt, quæ ſola ſine admiculo ſubſiſtit, nec arboris aut muri, alteriuſue pedamenti eget ſuſtentaculo, unde etiam Orthociſſus à Græcis dicitur, quaſi recta hedera. Fabulantur Græci ciſſum Liberi patris puſionem in hanc herbam conuerſum, ei nomen feciſſe.

Ciſta, ſ. p. κίστη. [Ital. Ceſta, Paniero, canestro. Gal. Panier, corbeille, coffre ou bahu. Hiſp. Ceſta. Ger. Ein korb, zemẽ, ein kiſt.] Genus uaſis uiminei, apud Col. lib. 12. cap. 52. Oui. 2. Metam. Clauſerat Actæo tecta de uimine ciſta. ¶ Fit etiam Ciſta ex aſſeribus in qua conduntur & pecuniæ, & alia uſui noſtro neceſſaria. Cicer. 5. in Verr. Quaternos H S, quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in ciſtam tranſferam ex fiſco. Iuuen. Nanq; uetus Græcos ſeruabat ciſta libellos.

Ciſtŭla, κιστὶς. [Ital. Piccol paniero. Gal. Petit panier, petit coffre ou bougette. Hiſ. Ceſtilla. Ger. Ein kleins körblin oder kiſtlin.] Mart. li. 1. Parcæ ciſtula nõ capax olivæ. ¶ Hinc aliud diminutiuum Ciſtella. Terent. in Buun. Ciſtellã Pythia domo effer cum monumentis. ¶ A quo rurſus Ciſtellula. Plau. Rud. Vbinam ea fuit ciſtellula? Autor ad Heren. lib. 1. Ciſtellen pro uaſe poſuit, quo ſuffragia populi in Creandis magiſtratib. legibusq; ferendis colligebantur, quum ait, Saturninus legẽ ferre cœpit, collegæ intercedere. ille ni hilominus ciſtellam detulit.

Ciſtĭfer, a, um, ὁ κιστοφόρος. Qui fert ciſtam. Martia. Nopſiſti Gallia ciſtifero.

Ciſtellatrix, icis, ἡ κιστοφόρος. Plaut. Trin. Nox datur, ducitur familia tota. Cantrices, ciſtellatrices, nuntii reuentui, raptores panis & peni. Videtur ſignificare ancillam, quæ canistrum fert hederæ.

Ciſterna, ſ. p. Locus in quo colligitur aqua pluuia per cuniculos & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos, ad imbres ſuſcipiendos. ὑδροφύλαξ, τὸ ὑδατοφυλάκιον. [Ital. Ciſterna. Gal. Ciſterne, lieu à recueillir l'eaue de pluie pour la garder. Hiſ. Ciſterna à algibe de agua. Ger. Ein ciſtern, Ein ort dahin das regenwaſſer zůſamen lauffe.] Vlp. l. prima ff. de fonte. Ciſterna aquam uiuam non habet. Et quidem Ciſternæ imbribus concipiuntur, ſed per glaream immiſſam in ſpõgias purificaris. Idem l. Vulgaris paragra. Sed & ſi de nauſ. ff. de fonte. Et quidẽ ſi ciſterna uiui ſit, quid dices? aut aquæ ciſternæ?

Ciſterninus, a, ũ, ὁ τῆς ἐκ τῆς ὑδροφύλακος. [Ita. Di ciſterna. Gal. De ciſterne. Hiſp. Coſa de ciſtierna ò algibe. Ger. Zů der Ciſternen zugehört.] Col. lib. 12. cap. 41. Tota deinde naſa in aqua fontana, uel ciſternina ponderibus impoſitis mergi.

Ciſthus, κιστὸς. [Ital. Ciſto. Gal. Ciſte. Hiſp. Cergacos. Ger. Ciſtus iſt ein ſtaud.] quẽ & Cittaron uocant, ſiue Ciſtaõ. Eſt frutex maior thymo, foliis ocymi: cuius duo ſunt genera, floris colore diſtincta. Maſculus enim florem habet roſaceum, fœmina album. Vide Plin. lib. 24. ca. 10. Vulgus Roſaginem, ſiue Roſam caninam appellat. Sub hoc frutice naſcitur hypociſthis: de qua ſuo loco.

Ciſtŏphŏrus, m. ſ. κιστοφόρος. Numi ſpecies, ſic dicti à Canephoris Palladis Atticæ uirginibus miniſtris, quarum imaginem habebat impreſſam. Cic. ad Attic. lib. 11. Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertia bis & uicies. Huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facilè præbere. Idem pro Domo ſua, Vt ſi in Aſia ciſtophorum flagitaret.

Ciſtŭla, Vide Ciſta.

Citatus, Vide Cito, citas.

Citĕrĭa, Appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa uehi Romæ ſolebat. Cato in M. Cæcilium, Quid ego cum illo decertem amplius, quem ego denig credo in pompa uectitatum iri ludis pro citeria, atq; cũ ſpectatoribus ſermocinatum? Feſtus. Citeriæ itaq; conuitium in homines impendio loquaces olim iactatum eſt. Vnde ſpecies Prouerbij habebunt orationes huiuſmodi. Citeria loquacior: &, per hoc mutam dicas citeriam: unus cum multis citeris certare poſſit.

Citerior, Citerius, Vide Citra.

Cithăra, pen. corr. fœm. t. κιθάρα. Ital. Cetera. Gal. Vne harpe. Hiſp. Harpa, inſtrumẽto. Ger. Ein harpff.] Inſtrumẽtũ muſicum,

neſcem alio nomine Lyra appellata, quam Hieronymus ſubit effici in modum Δ literæ, cum Chordis viginti quatuor, & per digitos uariis uocibus, tinnulisq; ictibus in diuerſis modis concitari. Plin. lib. 7. cap. 56. Citharam Amphion aut alii Orpheus: ut alij Linus inuenit. ¶ Citharam Virgilius pro ipſa muſica & harmonia accepit. 12. Aen. Augonum citharamq; dabat: celeresq; ſagittas. Quin. lib. 1. ca. 8. Nam ſicut cithara, ita oratio perfecta non eſt, niſi ab imo ad ſummum omnibus intenta neruis conſentiat. ¶ Non omnes qui habent citharam, ſunt citharœdi. Varro de Re ruſt. lib. 2. Quo ſignificatum eſt, compluribus mortalium adeſſe uirtutis inſignia, aut etiam famam, qui tamen uera uirtute uacent.

Citharœdus, m. ſ. κιθαρῳδός. [Ital. Chi canta ſu la cetera, citariſta. Gal. Harpeur, ioueur de harpe en partie. Hiſp. El que tanne la harpa. Ger. Ein harpfen ſchlaher oder welcher da zů ſingt.] Qui cithara canit: & propriè (ut Moſcopulus annotauit) qui & citharam pulſat, & ore accipit. Iuuc. Accipis uxorem, de qua citharœdus Echion. Aut Graphyrus fiat pater. Cic. 1. Tuſc. At uocem citharœdi non audiunt.

Citharœdicus, ca, cum, κιθαρῳδικός: ut Citharœdica ars, apud Plin. lib. 9. cap. 8. & Citharœdicus habitus. Sueton. in Nerua, Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

Citharœdus, com. p. κιθαρῳδός, qui citharam tantùm pulſat, non etiam accinit: quam is (teſte Moſcopulo) propriè dicitur Citharœdus. Cic. 3. Verr. At etiam illum Aſpendium citharœdum, de quo ſæpè audiſtis id, quod eſt Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia iutus canere dicebant, ſuſtulit.

Cithariſtria, f. p. κιθαρίστρια. [Ital. Quella che canta in ſu la cetera. Gal. Femme qui ioue de la harpe. Hiſ. La muger que tanne la harpa. Ger. Ein harpfen ſchlaherin, oder welche darzů ſingt.] Quæ cithara canit, ſicut à tympano tympaniſtria. Terent. Phorm. Continuò quandam nactus eſt puellulam Cithariſtriam. Ibidem Terentius eandem uocat Fidicinam. Ille, qui illam amabat fidicinam. ¶ Sunt autem Citharœdes, & Cithariſtria, uerbalia, à Græco uerbo, κιθαρίζω, quod eſt cithara cano.

Citinus, V. de Citra in Cis.

Citorus, uide Cytorus.

Citra, præpoſitio, ἐντὸς. Vide in dictione Cis.

Citre, Vide in dictione Vltro.

Citrus, ſ. f. Arbor eſt duorũ generũ: quarũ altera lauri folio perpetuo uirens, cadẽ eſt cũ malo medica, quæ ciſtiũ malũ gignit, oris grauiolentiã emendẽs & ueſtiũ cõmendãs odore, eaſdemq; à tineis conſeruans. ἡ μηλέα περσικὴ, uel μηδικὴ, uel ἡ περσικομηλέα. [Ital. Citronaro. Gal. Citronier, arbre qui porte les citrons. Hiſp. Cidras, madera mas precioſa que oleraze. Ger. Citrinboum.] Altera ſylueſtri cupreſſo ſimilis eſt, & caudice & folio, & odoratu, in Mauritania præcipuè naſcens: unde in Italiam ad pretioſiſſimarum menſarum materiam aduehebatur, quæ & Cedrinæ appellantur à Plinio lib. 13. cap. 15. Hæc arbor ab Homero Trogette, aquonidam etiam Thya appellatur, præcipuam in radicis craſſitudine dotem habens. ¶ Citrũ, neut. gen. citri arboris lignum. Varro de ruſt. ca. 2. Nuncubi hic uides citrũ, aut aurum? Mart. lib. 9. Et teſtudinum menſus quater hexadynon, Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo. Idem lib. 10. & ciuum uetus, Indicoſq; dentes.

Citreus, a, um. Quod ex citro confectum eſt. Cicer. 6. Ver. Tu maximam & pulcherrimam menſam citream, à Qu. Lutatio Diodoro (qui Qu. Catuli beneficio à L. Silla ciuis Romanus factus eſt) omnibus ſcientib. Lilybæi abſtuliſti. Citream menſam cum Aurea comparat Martialis in Diſtichis, Accipe fœlices Atlantica munera, mẽſas: Aurea qui deſerit dona, minora dabit.

Citrinus color, A citri ſimilitudine dictus. Plin. li. 19. ca. 1. de cucumere loquens. Creſcunt, qua cognoſcitur, forma, in Italia uirides, & quàm minimi: in prouinciis quã maximi, & citrini, aut nigri.

Citreus, a. um, adiectiuum, ut Citrea malus, quæ & Medica, μηδικὴ, nominatur. Arbor eſt toto anno pomifera, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis ſubnaſcentibus pomis. Folia habet lauri, interuſantibus ſpinis, fructum uere aureo colore, & odore grauiſſimo, quem Virgil. 2. Georg. ſua laudib. celebrauit, ibi. Medica fert triſtes ſuccos, tardemq; ſaporem Felicis mali. Præcipuæ mali huius dotes ſunt, oris grauiolentiam commendare, & ueſtes à tineis illæſas cõſeruare. Varia citrei mali genera uide apud Ruel. lib. 1. cap. 69. & Amatum Luſitanum in Dioſcoridem cap. de citreis.

Citta, κίτθα, Deprauatus mulierum prægnantium appetitus, quum inutiles cibos appetunt: quod ferè contingere ſolet ſecundo aut tertio à conceptu menſe, ex alimento in uentriculo corrupto, fœtu exiſtente tam imbecilli, ut nutrimentum conſumere non poſſit. Hinc fit, ut copioſa in uentriculo redundantiæ accumulentur, quæ uariam abſurdamq; gignunt appetitum, ut carbonum, cretæ, & ſimilũ. Eam ob cauſam Græci malum hoc μηλέαν, hoc eſt pecam, appellauere, ab auis eius uarietate ſumpta ſimilitudine.

Citrampelos, πυξάμηλος. Herba eſt quæ Dioſcoridi Helxine, & officinis Parietaria dicitur, Vtitur hac appellatione Paul. Aegi. lib. 6.

Cittõtis, πυξωΐς, Vuarum uitium eſt, quum acini à racemis dilapſi pereunt. Vide Cæl. Rhodig. Antiq. lect. lib. 6. capite primo.

Ciuis, huius ciuis, com. 2. Vrbis colonus, à cœcundo (ut Ciceroni probatur) quòd uinculo quodam ſocietatis ciues in unum eocant cœtum, & ſub iiſdem legibus uiuant. πολίτης, ἀστός. [Ital. Cittadino. Gal. Citoyen ou citoyenne. Hiſp. Ciudadano. Ger. Ein burger oder burgerin.] Cic. in Catil. Serui me hercule mei ſi mihi iſto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendã putarem. Idem 1. de Finib. Debeo profectò, quantumcunq; poſſum, in eo quoq; elaborare, ut ſint opera, ſtudio, labore meo, doctiores ciues mei. ¶ Ciuis & Peregrinus opponuntur. Cic. 6. Verr. Apud Segeſtanos repertum eſſe iudices ſcitote neminem, neq; liberum, neq; ſeruum, neq; ciuem, neq; peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere. Idem. Colebatur à ciuibus, ab omnibus aduenis uiſebatur.

Ciuitas, f. 2. Propriè eſt collecta ciuium multitudo, ad eodem iure uiuendum. πόλις. [Ital. Città. Gal. Cité, bourgoiſie, aſſemblée de ville, amas de citoyens. Hiſp. Ciudad, compania de ciudadanos. Ger. Ein burgerſchafft oder Statt.] Cic. de Somn. Scipi. Nihil enim eſt illi principi Deo, qui omnem hunc mũdum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia cœtuſq; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. Idem pro Seſtio, Tum cõuenticola hominum, quæ poſſet ciuitates nominare ſuas. ¶ Ciuitas, & Vrbs in hoc differunt, quòd incolæ dicuntur ciuitas, urbs uerò complectitur ædificia. Cic. 4. Academi. Ariſtoteles & Xenocrates, quos Antiochus ſequi uolebat, non dubitauiſſent quin & prætor ille eſſet, & Roma urbs, & eam ciuitas incoleret. Idem pro P. Sylla, Etenim in qua ciuitate res tantas geſſerim, meminit, & in qua urbe intelligo. ¶ Aliquando Ciuitas dicitur ius ciuium: unde Ciuitate donare, πολιτείαν δίδόναι. Vſurpatiõ tamen dicitur urbs, hoc eſt ipſa mœnia, & ædificia. ¶ Capere ciuitatem, Plat. in Dialogo, qui Sophiſta inſcribitur, Proverbialiter dixit, pro rem difficilem aſſequi. Neque enim ciuitas primo ſtatim impetu capitur. ¶ Magna ciuitas magna ſolitudo, ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ μεγάλη πόλις. Quadrabit in Vrbes aut domos, agros aut hortos, aut aliud id genus quidpiam amplum quidem & ſpatioſum, ſed parum excultum: Aut in librum ingentem quidem illum, uerum impolitum & illimatũ. ¶ Seruorum ciuitas, ἀνδρῶν πόλις. De cœtu cõuictuq; hominum improborum, furacium aut ignobiliũ dici poteſt.

Ciuilis, & hoc ciuile, om. 2. Quod eſt ciuium, ſeu quod ad ciues pertinet. πολιτικός. [Ital. Ciuile. Gal. Politic, ne, appartenant aux citoyens. Hiſp. Coſa de ciudad, ciuil. Germa. Burgerlich, oder das den burgeren zůgehöret.] ut ciuilis mos, Ciuile ius, Ciuile odium, Ciuile bellum, Ciuilis homo, qui eſt peritus eorum quæ ad adminiſtrandam Rempub. pertinent. Cic. 2. Phil. Itaq; ego ille, qui ſemper autor pacis fui: cuiq; pax, præſertim ciuilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. Idem ad Att. lib. 2. Genus belli quod ſit, uides: ita ciuile eſt, ut non ex ciuium diſſenſione, ſed ex unius perditi ciuis audacia natum ſit. ¶ Vndæ ciuiles, id eſt curæ, & ſolicitudines. Hor. 1. Epiſt. Nunc agilis fio, & uerſor ciuilibus undis Studia ciuilia. Cicer. pro Font. Si inimico teſti credi non oportuit, inimicitior Marcello Craſſus, & Fimbriæ Scaurus, ex ciuilibus ſtudiis, atq; obtrectatione domeſtica, quàm huic Galliæ

Ciuilior,

Ciuilior,& Ciuilius, πολιτικώτερος,ερ, cõparatiua. Ouid. 4.Triſt.Eleg.4.Ipſe pater patriæ,quid enim ciuilius illo?

Ciuilitas,ſ.t.τὸ πολιτικὸν. [Ital.Ciuilta.Gal.Ciuilité,honneſteté,police.Hiſp.Ciuilidad ò policia.Ger.Burgerliche vnnd erbarliche zucht.] Comitas,facilitas & moderatio quædam atq; modeſtia, magis ciui hominiq; politico,quã Imperatori conueniens,quam Auguſto tribuit Suetonius cap.51.Clementiæ ciuilitatisq;,inquit,eius multa & magna documẽta ſunt.Iulius Capitolinus laudat Antoninum Pium,quòd imperatorium faſtigium ad ſummam ciuilitatem deduxerit.

Ciuiliter,aduerb.πολιτικῶς [Ital.Ciuilmẽte,cittadinescamente Gal.Ciuilement. Hiſpa. Ciuilmente, polidamente. Ger.Burgerlich,Stadlich] Cic.1. Offic. Vt enim quum ciuiliter contendimus,aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi competitor:cum altero certamẽ honoris & dignitatis eſt, cum altero capitis & famæ.Iuue.Satyr.5. Poſcimus ut cœnes ciuiliter:id eſt ut tibi ſit panis idẽ qui aliis conuiuis. iſdẽq; ferculis utaris:non ut tyrannico more, aut regio cœnes.Ouid.12.Metam. Exercet memores pluſquam ciuiliter iras.

Ciuicus,a,um,pen.cor.πολιτικός. [Ital.Cittadinesco, ciuile.Hiſp.Ciut.de Ciuidad.Ger.Burgerlich.]Idem quod ciuilis: ut, Ciuica corona, quam ciuis ciui,à quo ſeruatus fuiſſet in prælio, teſtem uitæ dare ſolebat, ex fronde querna,quoniam ciibus antiquiſſimus è quercu capi conſueuerat Cic.pro Planc.At id etiam gregarii milites faciunt inuiti,ut coronam dent ciuicam, & ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur.

C ante L.

CL. In notis antiquorum Claudius. C L. V. clariſſimus uir. C L.F.clariſſima filia,uel fœmina,CLI Claudius.C.LDBL. cauſam laudabilem C L. Caij libertus,uel Caios Libertus. CL.cõlibertus C.L.uel L.uel L.Caia liberta.CL.Caiæ libertæ C.LSB.Caij libertus,uel liberorũ.C L B.C L.conliberta clariſſimæ.C.MAR.P.caput margine pleno. C M. Comit. C ML.centum milia.CMS.Comit.C M.ciuis malos.C.M. uel CA.M.cauſa mortis,uel C. Marius. COM uel CO.comitia obdurata C.M.T.cauſa mali tui.CM.T.crementum multum. C M L. XII. camelos duodecim.

Clabũla,Vide Clauoſa.

Cadẽs,ſ.t.κῆλξ,ἔλεθρος. [Ital. Calamità, uccifione. Gall. Deſconfiture de guerre perte en bataille, diſtoire perdue. Hiſp. El eſtrago ò mortandad à hierro. Ger. Ein niderlag, verderbung, Jã nerlicher ſchadt.]Strages,cedes multorũ, calamitas ſiue detrimentum in prælio aut alio modo acceptum,παρὰ τὸ κλάω,ut quidam exiſtimant,quod eſt amputo,ſiue frango:aut certè, ἀπὸ τῦ κλαίειν,hoc eſt à flẽdo ſiue lugendo:quanquam non deſunt, qui à cadendo cladẽ dictam exiſtimant,aut à calamis comminuendis, quaſi Calamidem. Plin lib.16.cap.12. A quo deinde tempore maieſtas populi Romani reſurrexit,quæ antè uaſtata cladib. fuerat.Cic.de Clar.Orator. Curſum ingenii tui Brute,præmit hæc importuna clades ciuitatis.Virg.12.Aen. & ſubita turbaret clade Latinos.

Clam,prepoſitio ablatiuo caſui ſeruiens.λάθρα,κρύφα [Ita. Celatamente,di naſcoſo. Gall. En cachette,ſecrettement. Hiſp.Occulta y eſcondidamente. Ger. Heimlicher weyſs, verborgenlich.] Idem ſignificat quod ſecretò, ſine latẽter: ut,Clàm patre egiſti.Plaut in Amph.Is amare occœpit Alcumenã clã uiro. ¶ lũgitur aliquãdo & Accuſatiuo.Plau. Caſ.Bona multa faciam clam meam hanc uxorẽ.Cic.in Salluſt. Timens ne facinora eius clam uos eſſent. ¶ Quãdoq; reperitur loco aduerbii poſita.Virgil.1 Aen.Clàm ferro incautum ſuperat,ſecurus amorum Germanæ. ¶ Hinc compoſitum Perclàm,quod eſt ualde occulte.

Clanculum,diminut.eſt à Clam. λαθραίως,κρύβδην. [Ital. Di naſcoſo,celatamente. Gall. Secrettement,en cachete. Hiſp. A eſcondidillas.Ger. Heimlichen.]Terent.in Eunu. In cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.Ibidem,Veniſſe clanculum per impluuium. ¶ Clanculum accuſatiuo iunxit Terent. in Adelph.poſtremò alij clanculum Patres quæ faciunt,quæ fert adoleſcentia:Ea ne me celet,conſuefeci nlium.

Clanculãrius,a,um,Occultus,latens.κρυπτὸς,κρύφιος [Ita. Occulto,ſegreto.Gal Secret,caché.incognu.Hiſp.Eſcondido,ſecreto.Ger.Verborgen.] Marr.lib.10.Vernaculorũ dicta,ſordidũ dentem Euſcæda linguæ probra circulatricis, Poeta quidã clancularius ſpargit.Et nulc uideri noſtra,&c.

Clandeſtino,pen.prod. Occultè, ſecretò, latenter.κρύβδα, κρύβδην,κρύφα.[Ital.Secretamente,occultamente. Gall. En cachette,ſecrettement.Hiſp Eſcondidamente, à eſcondidillas.Ger.Heimlich,verborgenlich.] Lucilius. Atenim dicis,clandeſtinò tibi,quod commiſſum fuerat.Plau. in Mil.Nam hoc negotij clandeſtinò ut agerem, mandatur mihi.

Clandeſtinus,a,um,pen. pro. Occultus,ſecretus.κρυφαῖος. [Ital.Occulto ſecreto,Gal Secret,caché.Hiſ. Eſcondido, ſecreto.Ger Heimlich,verborgen.] Liu.4. ab Vrbe,Quũ patres clandeſtina denuntiatiõe reuocari ad diem certam. Manlius lib.1.Et clandeſtinis ſurgentia fraudib. arma. Sili. lib.7.Ceu clandeſtinò traherentur fœdere bellum.

Clãmor,m. t. Vox intenſa, & maiore cum impetu prolata. κραυγὴ,βοή.[Ital.Grido.G l Clameur,cri,huyement Hiſ. Clamor ò uoz grande.Ger.Ein geſchrey]Plin.in Epiſt.Turbidoq; clamore poſtulauerat ſimul & oppreſſerat.Cic.4.in Verr.Interea ex clamore fama tota urbe pererebruit, expugnari deos patrios.Virg.7. Aen. te ſonat clamoribus æther. ¶ Antiqui etiam Clamos dicebant,ſicut Arbos.

Clamo,as,are,n p.Eſt nociferari βοᾶν,κλάειν. [Ital.Gridare,chiamare.Gal Crier,huyer,braire.Hiſ.Llamar dando uozes.Germ. Schreyen.] Plautus in Merc. Nec tolerant, ut æquum eſt, patres:ſed clamant, indecenter obſtrepunt.Cicer.ad Attic.lib.7. Id clamare omnes qui aderant,nihil impudentius, &c. Terent.in Adelph Clamant omnes,indigniſſimè factum eſſe. ¶ Clamare item pro dicere,& affirmare accipitur.Cic.3.in Verr.Quum tantores H S L X X X. millibus ad opus, ad illius hominis iniquiſſimi arbitrium ſe effecturos eſſe clamarent. ¶ Quandoque uocare. καλεῖν,φωνεῖν Virg.4.Aeneid.Per medios ruit,ac morientẽ nomine clamat. Ouid 2. Metamor. Aſcreit hanc,uiſamq; uocat, clamata refugit. Idem 6. Metamorph.Ipſa uidebatur terras ſpectare relictas,Et comites clamare ſuas. ¶ Clamare,conqueri. Teren.in Adelph. Mihi quidem non placent: Et clamo ſæpe, Lio.3.ab Vrbe. Clamant fraude fieri, quòd ſortis teneantur exercitus.Cic.pro Cluen.Quum & de ſuo, & de uxoris interitu clamaret,teſtamentumq; mutare cuperet,&c. Huius compoſita ſunt, Acclamo, Conclamo,ut Vaſa conclamo,ἀναβοᾶν σημαίνω.Item Declamo,Exclamo,Proclamo,Reclamo,& Succlamo, quæ habent penultimam productam.

Clamito,as,are,n p.frequenta.κραυγάζω,συχνῶς καὶ πολλάκις κράζω.[Ital Gridare ſpeſſo.Gal Crier ſouuent,ou dire à haute uoix.Hiſ.Llamar dando bozes muchas uezes. Ger. Hefftig oder offt ſchreyen.]Teren.in Andr.clamitent Meſycophantam,hæreditatem perſequi Cicero ſecundo Tuſculan. Nam quum ex renibus laboraret, ipſo in ciulatu clamitabat falſa eſſe quæ antè de dolore ſenſiſſet ipſe. Terentius in Adelph. Venit ad me ſæpe clamitans, Quid agit, Mitio.

Clamator uerbale.m.t.κράκτης,κεκράκτης. [Ital. Chi grida à chiama alcuno. Galli, Vn crieur ou criard, braiard, celuy qui crie. Hiſpanicè, Strepitoſo. pieno de gridi.Llamador Germanicè, Ein ſchreyer,rüffer] Qui clamat.Cicer. 3. de Orat. Quare Coracem iſtum noſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido,qui euolent clamatores odioſi ac moleſti. Mart.lib.12. Non uenit ablatis clamator uerna lacernis.

Clamatorius,a,um.κραστικὸς: ut, Clamatoria auis,in auguriis dicebatur, quæ alio nomine Cluina, & Prohibitoria appellabatur, ab eff. ẽu impediendorum auſpiciorum. Hanc Plin.libro 9. capite 17. numerat inter aues ſeculo ſuo incognitas Clamatorium genus.Cicer.ad Quint. Fratrem libro 3.

Clamoſus,a,um,à nominatiuo Clamor, quod clamore obſtrepit,nociferaturq;.κραυγαστικός.[Ital.Strepitoſo,pieno de gridi Gal.Criard,plein de crierie.Hiſp.Gritador.Germ. Schreyig,prallechtig.]Iuuenalis. Securum iubeant clamoſo inſiſtere circo. Quint.Non turbidus,non clamoſus ſit altercator.

Clango,is,xi, uel gui, neut.tertiæ. Tuba cano, uel increpo. κλάγγω. [Italicè, Trombettare, ſonare dii tromba. Gallicè. Faire retentir, reſonnar comme fait une trompette. Hiſpanicè. Sonar la bozina à trompeta. Germanicè, Trommeten, Erclingen.] Valer.Flac.ter inhorruit æther,

ber, Luſtificum clangentem tuba. ¶ Clangere item dicuntur anſeres, ut eſt uidere apud Col. lib. 8. cap. 14. ¶ Aquilis item clangorem tribuit autor Philomela apud Ouidiũ, Dum clangunt aquilæ.

Clangor, m. r. Sonus tubarum eſt. κλαγγή. [Ital. Il ſono delle trombe. Gal. Son de trompette. Hiſp. Son, ò ſonido de trõpeta. Ger. Der Trommeten ſchall.] Virg. 2. Aen. Exoritur clamorq́ uirũm, clangorq́ tubarum. Licet etiam dicatur de ſono anſerum, & aliarum rerum clarè ſtrepentium. Cic. 2. Tuſc. de Prometheo, Iouis ſatelles (intelligit aquilam) paſtu dilaniat fero, Tũ iecore opimo tarta & ſatiata affatim, Clangorem fundit uaſtum. Columella de anſeribus lib. 8. ca. 14. Eiuſq́ generis anſer præcipuè ruſticis gratus eſt, quod nec maximam curam poſcit, & ſolertiorem cuſtodiam præbet, quàm canis: nam clangore prodit inſidiantem.

Clareo, Clarifico, Clarigo, Claritas, Vide Clarus.

Clarium oraculum, Ioniæ fuit iuxta Clarum oppidum, non procul à Colophone: à quo Clarius Apollo dictus eſt: ibi enim ſpecus fuit & lacuna, cuius potu mira oracula reddita ſunt, breuiore tamen uita bibentium. κλάριον μαντεῖον. Huius Plin. libro 2. cap. 103. & alicubi Macrobius meminerunt.

Clārus, a, um. Propriè dicitur quod eſt lucidum, non obſcurum. λαμπρός. [Ital. Chiaro, lucente. Gal. Clair. Hiſp. Claro. Ger. Heiter und ſchön.] ut, Clara dies. Cic. in Somn. Scip. Offendebat autem Carthaginem de excelſo, & pleno ſtellarum, illuſtri, & claro quodam loco Virgil. 1. Georg. Et claro ſyrtas cernes Aquilone moueri. ¶ Figuratè tamen pro inſigni atque excellenti accipitur, ἐνδοξος, ἐνδοκιμος. [Ital. Nobile, illuſtre. Gal. Manifeſte, noble, qui agrand' renommée, illuſtre. Hiſp. Nobley eſclarecido en fama. Ger. Berrũmpt, namhafftig] & eo, qui ueluti fulgore quodam famæ reſplendet, qui & Inclytus dicitur: quamuis plus ſit Inclytus, quàm Clarus, propter In, quæ ibi auget. Cic. 1. de Finib. Claris & fortibus uiris commemorabilis. Plaut. in Trin. In occulto iacebis, quum te maximè clarum uoles. ¶ Item quoniam quæ clara ſunt, ab omnibus cernuntur, clarum etiam pro aperto, & manifeſto ſumitur. ἐναργής. Cic. 7. in Verr. Res erat clara, neq́ ſolùm argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur. Idem 4. in Verr. Vt in re tam clara, tam teſtata. ¶ Interdum ponitur pro audibili aut ſonoro: ut Clara uox. ἐῦφωνία. Cicero pro Syl. Atque ut idem omnes exaudiant, clariſſima uoce dicam.

Clarè, aduerbium. ἐῦ. [Ital. Chiaramente. Gal. Clairement. Hiſp. Claramente. Ger. Klar und heiter.] Terent. in And. Vadeſt? die clarè. Cic. ad Attic. lib. 1. Varietas in re nulla ſit, apertéq́ loquantur, & iam clarè gemant. Cælius Cic. li. 8. Et quo propius ea contentio, quàm fieri neceſſe eſt, accedet, eo clarius in periculum apparet.

Clārĭſŏnus, a, um. ἐῦφωνος. [Ital. Di chiaro ſuono. Gal. Qui ſonne clair. Hiſp. Coſa que ſuena claro. Germ. Das hell tõnet] ut, Voces clariſonæ. Catul. Clariſonas imo fudiſſe è pectore uoces. Cic. in Arat. Hunc à clariſonis auris Aquilonis ad Aſtrum Condens.

Claritas, ātis. Claritudo, γλυκύτης, λαμπρότης. [Ital. Chiarezza, ſplendore. Gal. Clarté, ſplendeur. Hiſp. Clareza ò eſclarecimiento de fama. Ger. Klarheit, heitere.] ut, Claritas ſolis. Plin. lib. 2. cap. 8. Claritatis tantæ eſt ueſper. Idẽ lib. 18. cap. 11. Emicantq́ fontes Oraxi oculorum claritati. ¶ Aliquando excellentia & ſplendor, ἐυπλεκεια. ut, Claritas generis, Claritas rerum geſtarum. Cic. 1. Offic. Facilior & tutior, & minus aliis grauis, aut moleſta uita eſt otioſorum: fructuoſior autem hominum generi, & ad claritatem amplitudinemq́ aptior, eorum qui ſe ad Rempublicam, & ad res magnas gerendas commodauerunt. Idem ad Sulp. Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentiſſimè ex tuis literis cognoſcam. ¶ Interdum facilitas, perſpicuitas: ut, claritas orationis.

Clāritudo, dinis. Idem quod claritas, Feſto ac Nonio teſtibus. Salluſt. Quum præſertim tam multæ, uariæq́ ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur. ¶ Claritudo uocis. εὐφωνία. Gell. lib. 7. cap. 5. Hiſterio in terra Græcia fuit fama celebri, qui geſtu & uocis claritudine, & uenuſtate ceteros antecellebat.

Clārō, ās, p. Λαμπρύνω. [Ital. Far chiaro. Gal. Monſtrer, manifeſter, declarer. Hiſp. Eſclareſcer y aclarar, hazer claro. Germanicè. Hell vnd heiter machen. Erläutern.] Auſonius, Pollat Ariſtides, ueteres qui clarat Athenas. Cicero 1. de Diuin. ex antiquo poeta, Iuppiter excelſa clarabat ſceptra columna. Horat. - illum non labor iſtimius Clarabit pugilem. Lucret. lib. 4. Multaq́ in his rebus quærendum, multaq́ nobis Clarandum eſt, planè ſi res exponere auemus. ¶ Hinc Declaro, as.

Clāreo, es, ui, n. ſ. Clarus ſum, uel manifeſtus, ſeu notus ſum. εὐδοκιμέω, φαίνομαι. [Ital. Eſſer chiaro illuſtre, noto manifeſto. Gal. Eſtre clair, auoir bruit & renommée. Hiſ. Eſclarecerſe, hazerſe eſclarecido ò famoſo. Ger. Klar oder heitere ſein, oder wol berümpt ſein.] Ennius apud Cic. 3. Officio. Ergo poſtq́ magiſq́ uiri nunc gloria claret. Idem de Scene. Turpilius Padio, cuius aduẽtu inſula hodie claret Cypros. ¶ Claret lumen Enoius Telamone (ut citat Nonius) Nã ita mihi Telamõis patris, atq́ facies præaui Iouis grata eſt, atq́ hoc lumen candidum claret mihi. ¶ Clareſco, ut eſt apparere. Cic. in Arato, Propterea quòd ad ætatis primordia clarent. ¶ Claret, pro clarum eſt. Lucr. lib. 6. quod in primo quoq́ carmine claret. ¶ Claret mihi, id eſt intelligo. Claud. in Paneg. uentura poteſtas Claruit Alcanio, ſuorita quum luce comarum iunonius flagraret apex.

Clareſco, ſcis, ἐναργίνομαι. [Ital. Farſi chiaro, manifeſto. Gal. Deuenir clair & manifeſte. Hiſp. Eſclarecerſe. Ger. Heiter vnd ſcheynbar werden, Oder berümpt werden.] Clarus, uel clarior fio. Quinc. lib. 6. ca. 3. Neq́ tantum hoc ipſis monitoribus clareſcit: quidam taciunt apertè quòd tixemus. Virg. 2. Aen. Clareſcunt ſonitus, armorumq́ ingruit horror. ¶ Hinc fit compoſitũ Inclareo, quod eſt ualde clareo: à quo fit Inclareſco, quod eſt ualde clarus fio, περιφανίνομαι.

Clārĭfĭco, as, a. p. Clarum facio, illuſtro. λαμπρύνω. [Ital. Far chiaro. Gal. Clarifier, eſclarcir. Hiſp. Eſclarecer y aclarar otra coſa. Ger. Heiter vnd ſcheynbar machẽ.] Plin. lib. 20. cap. 11. Alterum eſt nigrius, quod capitis uitia purgat, uſum clarificat.

Clārigo, as. pen. cor. act. p. Res clarè repeto, Bellum indico. σημαίνω τὸν πόλεμον. [Ital. Intimate la guerra. Gal. Denoncer la guerre aux ennemis s'ils ne veulent faire raiſon. Hiſp. Demandar lo robado. Ger. Ein ding heiter vnd offentlich wider erforderen, Item heiter einem krieg vnd vnfryd anſagen laſſen.] A uocis claritate dictũ, quaſi clare ago, ſicut Litigo litem ago: Læuigo, læue ago: Mirigo, mire ago. Plin. lib. 22. Hac ſemper & legati quum ad hoſtes, clarigatum q́ mitterentur, uſi: id eſt res raptas clarè repetitum. Erat autem Romanis in more, quum bellum indicere alicui uolebãt, ut Paterpatratus proficiſceretur ad hoſtium exercitum, & præfatus quædam ſolennia uerba, clara uoce diceret ſe bellum indicere ob certas cauſas, quòd ſcilicet pecus abegiſſent, nec reddidiſſent, quòd noxios receptaſſent, quòd agrum uaſtaſſent, quòd ſocios læſiſſent, aut aliquid ſimile

Clārigātio, ſ. n. παράκλησις πρὸς τὸν πόλεμον πρὸς τοὺς ἀδικήσαντας ἄγων μονήν. [Ital. Generale conceſsione di pigliare prigioni, & farli pagare pena ò taglia, intimatione di guerra. Gal. Denoncement de guerre à ceux qui ont tait tort, s'ils ne veulent venir à raiſon. Hiſp. Aquella demanda de lo robado. Ger. Ein heitere, vnd offentliche abſagung. Item ein offentliche freybüg ſo einẽ wider ein ſchuld ner zůzůuemmen zů gelaſſen iſt.] Belli denuntiatio, ut ex uerbo Clarigo ſatis apparet. ¶ Accipitur & pro exactione nummaria maximè quæ principis, uel Reipub. edicto conceditur. Liu. lib. 8. In Veliternos ueteres ciues Romanos, quòd toties rebellaſſent, graniter ſeuitum, & muri deiecti, & Senatus inde abductus, iuſſiq́ trans Tyberim habitare: ut eius, qui eis Tyberim deprehenſus eſſet, uſque ad mille paſſus 200. pondo clarigatio eſſet: nec prius quàm ære abſoluto, is qui cepiſſet, extra uinicula captum haberet.

Clāſsis, ſ. f. Aequi uocum eſt, ſignificat enim nauium multitudinẽ. στόλος, ἀπὸ τῶν πλοίων, hoc eſt à lignis, uel potius rudentibus uoti, quamuis abuſiuè pro una tantum naui ponatur. Virgil. lib. 6. Lyciæ ducẽtem claſſis Orontem. ¶ Significat & ciuium partes pro cenſus ratione diſtributas. τιμήματα. Nam Liuius de Ser. Tulli rebus geſtis ſcribit, urbem in quinque claſſes diuiſam, ceo ſumq́ ab

eo inſtitutum fuiſſe, rem ſaluberrimam tanto fuiſſe imperio, quo pacis bellique munia, non uiritim, ut antea, ſed pro habitu pecuniarũ fierent. Tum claſſes centuriasque ad hunc ordinem de cenſu deſcripſit. Qui centum millia æris, aut maiorem cenſum haberent, inter primarios numerabãtur, & ſub primæ claſſis titulo. Ex his 80 fecit centurias, 40. ſenũ, 40. iuuenum. Seniores, ad urbis cuſtodiam: iuniores, ut foris bellum gererent. Arma his, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære hæc, ut tegumenta corporis eſſent. Præterea tela in hoſtem, haſtæ, & gladius. Additæ ſunt fabrorum duæ centuriæ, quæ ſine armis ſtipendia facerent: datum munus, ut machinas in bello ferrent. ¶ Hinc claſſici, huius primæ tantũm claſſis homines dicebantur, qui (ut docet Gel. lib. 7. cap. 13.) centum & uiginti quinq; millia æris, ampliſſue, cenſi erant. ¶ Hinc etiam claſſici teſtes, hoc eſt aſſidui & locupletes: qui (ut inquit Feſtus) ſignandis teſtamentis adhibebantur, hoc eſt primæ claſſis homines, quaſi primæ auctoritatis, & idonei ueritatis cenſores. ¶ Et metaphoricῶς Claſſicos autores uocat Gel. lib. 19. cap. 8. Quaſi primæ notæ ſcriptores, Latinæq; elegantiæ teſtes idoneos, cuiuſmodi ſunt, Cicero, Cæſar, Saluſtius, Virgilius, Ouidius, Horatius, T. Liuius. ¶ Ex iis uerò qui intra centum ad ſeptuagintaquinq; millia erant cenſi, uiginti ſeniorum, & totidem iuniorum centurias conſcripſit, quibus pro ſcuto clypeus & reliqua omnia arma, præter loricam, ſunt imperata. ¶ Tertia claſſis à ſeptuaginta quinq; ad quinquagina quinq; millia. Arma, ut in ſuperiore, præter ocreas. ¶ In quarta claſſe à quinquaginta ad uiginti quinq; millia, centuriæ uiginti ſeniorum, uiginti iuniorum. Arma mutata, nihil præter haſtam, & uexillum datum. ¶ Quinta claſſis centurias triginta habuit, fundas lapidesq; miſſiles gerentes. Et homines quintæ claſſis, pro teſtibus, & minimæ auctoritatis dicuntur, *οἱ τοξοτικὸν τελοῦντες*. In his erant accenſi, cornicines tibicines in tres centurias digeſti, qui non ultra undecim millia cenſebantur. ¶ Et infra claſſem, &, extremæ claſſis uiros infimæ notæ licebit appellare. Creata eſt præterea una centuria quæ fuit immunis militia. Infra claſſem autẽ eſſe dicebantur, ſecundæ claſſis, cæterarumq; omnium claſſium, qui minore ſumma æris, quàm claſſici illi, cenſebantur. ¶ Significat & Claſſis, equitum ordines. Virgilius 5. Aeneid. Scio me Danais è claſſibus unum. Vnde & Claſſis proiecta, *παρεκτεταμένη φάλαγξ*, dicitur exercitus inſtructus. ¶ Apud antiquos Claſſes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus uocamus. ¶ Claſſes quoq; in ſcholis ſunt ordines diſcipulorum. Quintil. lib. 1. cap. 2. autor eſt, à præceptoribus ſuis pueros olim in claſſes diſtributos, ordinemq; diſcendi ſecundum uires ingenii datum. ¶ Latinus in ſua claſſe manere dicuntur, qui non deſerunt uitæ inſtitutum: &, Claſſem ſuam deſerere, qui mutant.

Claſſicus, a, um, Quod eſt claſſis, uel quod ad claſſẽ pertinet. *κανονικός*: ot, Claſſicum belli, bellum nauale. Proper. lib. ſecundo. Et canerem Siculæ claſſica bella fugæ. ¶ Et claſſici *οἱ ὑπατικοὶ, οἱ τελοῦντες, οἱ ἐν τιμήματι*, primæ tantum claſſis homines, de quibus mox. ¶ Etiam Claſſici dicebantur Præcones, *κήρυκες*, Qui tuba uel cornu iuſſu magiſtratuũ ex arce, uel circum muros populum ad comitium uocabant. dicti à Calando, id eſt, uocando, ſiue à clangore. Vnde Claſſica pro ipſis tubis, *σάλπιγξ, λοιπὸν πολεμικόν*. Virgil. lib. 7. Claſſica nanq; ſonant. Vbi Seruius, Claſſicum dicimus & ipſam tubam, & ſonum. ¶ Claſſicum autem eſt flexilis tuba. Liu. lib. 5. Vocatis claſſico ad concilium militibus. ¶ Claſſicum item iuncturæ pugnæ ſignum appellatur, quod tuba dari ſolet: unde claſſicum canere, *σημαίνειν τὴν ἔφοδον*, hoc eſt ſignum dare, quo milites pugnam ineant. Contrà, Canere receptui, *ἀνακαλεῖν*, eſt à pugna reuocare. ¶ Accipitur etiam Claſſici uocabulum pro quouis tubæ ſono, qui prodeunte imperatore, aut eius iuſſu in caſtris fieri ſolet. Cæſar 3. bell. Ciuil. Pompeius paucis poſt diebus in Theſſaliam peruenit: ſuum cum Scipione honorem partitus, claſſicumq; apud eum cani, & alterũ illi iubet prætorium tendi. Virgilius ſecundo Georgic. Necdum etiam audierant inflati claſſica.

Claſſiarii, m. I Propriè dicuntur claſſis milites, qui ſcilicet in claſſe ſtipendia merent *ἐπιβάται*. Hirtius lib. 3. bell. Ciuil. Item q; per equites diſpoſitos aqua prohibere claſſiarios inſtituit Sueton. in Galba. Nam quum claſſiarios, quos Nero ex remigibus iuſtos milites fecerat, ad priſtinum ſtatum redigere cogeret. Apulcius uſurpauit pro tubicine, aut eo qui claſſicum canit, quum ait: Et laudum eius claſſiarius, ubi aſſidunus præco. Vbi pro eodem penè uidetur accepiſſe Pierconem laudum & Claſſiarium. Quo in loco Perottus mentem Apulei non ſatis aſſequutus, arbitratur claſſiarios pro potentioribus accipi, quos alio nomine uocabant aſſiduos.

Claterna à Pomponio Mela lib. 2. numeratur inter oppida Piceni.

Clathrus, & **Clathrũ**, utroq; modo dicitur. *κλεῖθρον* à *κλείω*, claudo [Ita. Stãga. Gal. Barre, barreau, treillis, claie. Hiſp. La red ò reza ò ueria parà cerrar lugar. Ger. Das holtz daraus mã die gätter machet, Gätter.] Sunt autem Clathri, ligna quibus tranſuerſis aliquid munimus, ſepimẽtue, ut feneſtræ, quæ Vulgò Ferratæ dicuntur. Horat. Obiectos caueæ ualuit ſi frangere clathros. Columella poſuit pro lignis cancellatim compactis, quibus glebæ contunduntur. Hirpicem Varro appellat.

Clathro, as, ſignificat clathris claudere. *κλειδόω*. [Ital. Stangare, mettere la ſtanga. Gal. Barrer, fermer de barres ou treillis. Hiſp. Cerrar lugar con rexas ò uerias. Ger. Vergätteren, verſchrancken.] Colum. lib. 9. Satis eſt autem uacuum inter pedes octonos deligere, ſerisq; tranſuerſis ita clathrare, ne ſpatiorum laxitas quæ foraminibus intercenit, pecudi præbeat fugam. ¶ Hinc Feneſtra clathrata apud Plau. in Milite. Nam certò neq; ſolarium apud nos eſt, neq; hortus ullus, neq; Feneſtra, niſi clathrata.

Claua, f. p. Feſtis teres ad claui ſimilitudinem captatus. *κάλαμος, κορύνη, ῥόπαλον*. [Ital. Maza. Gall. Vne maſſue. Hiſp. La porra. Germ. Ein kolb.] Cic. 6. in Verrem, Qui primo quum obſiſtere ac defendere conarẽtur, male mulctati, clauis ac fuſtibus repelluntur. Idem de Senect. Sibi igitur habeant alii arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauum, ſibi pilã, &c. Plinius de lino, Interdum deinde in filo politur, illiſum crebrò in ſilice ex aqua, rectumq; rurſus rũditer clauis, ſemper iniuria melius. ¶ Hinc claua Herculis, qua ille utebatur. quam quis Herculi extorquere prouerbialiter dicitur, qui ſibi uendicare conatur quod alius iam potentior occupauit.

Clauator, m. t. Qui huiuſmodi claua utebatur, inquit Feſtus: ſeruus ſcilicet, qui claua armatus dominum comitabatur. *κορυνήτης, κορυνηφόρος*. Plaut. Merc. Ego met mihi comes, clauator, eques, agaſo, armiger. Idem Rud. Ad eapol eccum clauator aduenit.

Clauiger, Qui clauam fert. *κορυνηφόρος*. Ouid. 7. Metam. Clauiger inuidit Vulcani incumbere prolem. Idem 15. Metam. illic lauãre Bimembres Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clauatius, uide Clauis.

Clauatus, uide Clauus.

Claudico, uide Claudus.

Claudiana tonitrua dicebantur, quæ Claudius pulcher inſtituit, ut ludis feſtis poſt ſcenam coniectus lapidum ita fieret in circumactum peluim, ut ueri tonitrui ſpeciem tenuemq; ſonitum referret. Vide ſupra Brontheum.

Claudo, is, ſi, ſum, e. t. Obſtruo, obſero, includo. *κλείω*. [Ital. Chiudere, ſerrare. Gall. Clorre, ſerrer. Hiſp. Cerrar. Ger. Beſchlieſſen.] Virg. lib. 3. Geor. Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruat. ¶ Interdum ponitur pro Circuire, ſiue circũdare, *περιλαμβάνω*: ita enim interpretatur Nonius illud Virg. Aeglog. 6. Dictæ Nymphæ nemorum iam claudite ſaltus. ¶ Interdum pro obſiſtere, arcere: apud eundem lib. 10. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Vlpian. l. Si quis grani. parag. ſubuenitur autem. ff. ad Senatuſconſ. Sylla clauſos, *ἐρχθέντας*, pro uinctis accipit, ſi modò uincti ſint, ut omnimodo erumpere non poſſint.

Clauſus, a, um, *ὁ κεκλεισμένος, ὁ κλεισθείς*. [Ital. Chiuſo, ſerrato. Gal. Clos, fermé. Hiſp. Cerrado. Ger. Beſchloſſen.] Cic. Act. 1. in Verr. ſtatuerunt ſe nihil tam clauſum, neq; tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati aperiri & promi poſſit. Vlpian. l. Si qui grani. parag. ſubuenitur autem. ff. ad Senatuſconſult. Sylla clauſos (*ἐρχθέντας*) pro uinctis accipit, ſi modò uincti ſint, ut omni modò erumpere non poſſint.

Clauſus, recondituſ ſub ſigno & clauſtris ſuppoſitis, anchiton patens, apertus, promptus, expoſitus.

Clauſum, ſubſtantiuũ, pro tecto, ſiue loco cõcluſo. *κλεῖθρον*. [Ital. Luoco chiuſo, fermato, ſtabile. Gall. Enclos, un clos, lieu

ken ſermẽ, ou toiſt. Hiſp. Lugar cerrado. Ger. Ein beſchloſſenorth.] Columella lib. 9. cap. 8. Nam diebus requies danda eſt, & infundẽdi grati apibus liquores, quibus intra clauſum alantur. Virg. 4. Geor. Sic poſitum in clauſo linquunt.

Clauſtrũ, n. ſ. Clauſura, ſiue quo aliquid clauditur. κλεῖθρον. [Ital. Chioſtro, clauſtro. Gal. Cloſture. Hiſp. Cerradura ò encerramiẽto. Ger. Ein ſchloſs damit mã etwas beſchleüſt.] Plaut. in Curc. Nam ſonitum & crepitum clauſtrorum audio. Virg. 7. Aen. - portarum ingentia clauſtra. Cic. pro Flac. Omnes ſinus, promõtoria, littora, inſulas, orbes maritimas clauſtris imperii noſtri contineri. ¶ In plurali tam maſculini quàm neutri generis eſt. Apud antiquos Cloſtra pro Clauſtris dicebantur.

Clauſtrum, impropriè eſt Cœnobium, ſiue Monaſterium, ut impura ſunt, quantum ad Latinitatem attinet, Canoniſtarum ferè omnia.

Clauſtrarius, m. ſ. Qui ſepta, & cætera ad claudendum opera facit. κλειθροποιός.

Clauſtra, ſ. p. Dicitur id quod aliquid claudit, hoc eſt finit. τὰ πέρατα, ἀντὶ τοῦ τὸ ἔσχατον. [Ital. Choſe che chiude, ſiue. Gal. La fin. & acheuemẽt de quelque choſe. Hiſ. Cerradora. Germ. Das end, das ein ding beſchleüſt, Beſchluſs.] Plin. lib. 11. c. 4. Vngues, qui clauſtra nerucrum ſummæ exiſtimantur, omnibus his, quibus & digiti. ¶ Item pro exitu. Cic. pro Cælio, Mimi ergo eſt iam exitus, nõ fabulæ: in quo quũ clauſula non inuenitur, fugit aliquis è manibus: deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur. ¶ Hinc etiã clauſula pro ſententia accipitur, quam Græci περίοδον dicũt, in dicta, quòd ſententiam claudat. ¶ Nonnũquam etiam accipitur pro ſententia, quæ epiſtolam uel carmen claudit, quam nos igitur Concluſionem nocamus. Cic. Famil. 5. Quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum eſt, utar ea clauſula, qua ſoleo.

Claudus, m. ſ. quaſi pedibus clauſus, id eſt, impeditus, qui ex pedibus, aut cruribus femoribuſue uitiatis, æquis paſſibus incedere non poteſt. χωλός. [Ital. Zoppo. Gal. Boiteux. Hiſp. Coxo. Germanicè, Hincfend.] Vnde etiam Appius Claudius, à quo Claudia familia originem traxit, primùm Appius Clauſus dicebatur. Plautus in Aulul. Quaſi claudi ſenex domi ſedet totos dies. Cic. in Piſ. Iſte claudus (quo modo aiunt) pilam retinere. Idem 1. de Nat. deor. Claudum igitur habemus deum, quoniam de Vulcano ſic accepimus. ¶ Si iuxta Claudum habitaris, claudicare diſces, κὰν χωλῷ πλησιάσῃς, ὑποσκάψαι μαθήσῃ. Pluta. de liber. educand. Prouerbium admonet, pernicioſam improborũ morum conſuetudinem, propterea quòd cùm corporis, tũ maximè animi uitia contagio ſerpant in uicinũ. ¶ Claudi more tenere pilam, prouerbialiter in Piſonem dixit Cic. eo nullo delecti nullo iudicio tenere ac ſequi quicquid doctum indoctumq; fit. ¶ Claudus optimè uirum agit, ὀρθὸν χωλὸν εἶρε, ſiue, ut alii legunt, ἔχει. Dici ſolitum ubi quiſpiam ſuam ſortem uel parum egregiam anteponit alterius, tametſi præſtantiori.

Claudico, as are, n. r. alterum tantùm pede incedo, uel alterũ pedem infirmum & inſtabilem, aut curtum habeo, aut uacio. χωλαίνω. [Ital. Zoppicare, andar zoppo. Gal. Clocher boiter. Hiſp. Coxquear Germ. Hincken.] Cic. lib. 1. de Orat. Num quod Spu. Carulio graniter claudicanti ex uulnere reip. Reipublicæ accepto, & ob eam cauſam uerecundanti in publicum prodire, &c. ¶ Translatè dicitur de omni eo, quod ſuis partibus rectum non eſt. Cic. 1. de Finib. Quinerentur, ne ſi amicitiam propter noſtram uoluptatẽ expendam potemus, tota amicitia quaſi claudicare uidea tur. Liuius 1. bel. Pun. Si altera parte claudicet Reſpublica malis conſiliis ac bonis, idem iuris & poteſtatis erit.

Claudicatio, uerbale. ſ. r. χωλότης. [Ital. Eſſo andar zoppo. Gal. Boitement, clochement. Hiſp. Coxedad. Ger. Das hincken.] Colum. lib. 6. cap. 12. Sanguis demiſſus in pedes, claudicationem affert. Cic. 1. de Nat. deor. In quo ſtante atq; ueſtito, leuiter apparet claudicatio non diſformis.

Claditas, idem: hoc eſt ipſum claudicandi uitium. κωλότης. Plinius, Repulſo durioris materiæ clauditatem illico affert.

Clauicula, Clauiculus, uide Clauus.

Clauis, ſ. f. Eſt quo oſtia, arcuæ, & id genus multa, & claus dunt & aperiuntur κλεὶς. [Ital. Chiaue. Gal. Clef. Hiſpa. la laue. Germ. Ein ſchlüſſel.] a Clãm quòd quæ celare uolunt, hac claudere ſoleamus. Cato de Re ruſt. cap. 14. Seriã oleariam unam, clauem torcularem unam. Cic. pro Domo ſua, Scilicet tu heluoni ſpurciſſimo, omne frumentum priuatum & publicum, omnes prouincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claues lege tua tradidiſti. Habet & clauim in accuſatino. Plau. in Moſt. Clauim mihi harumce ædium nunc iam lubet afferri. ¶ Vnde cõ clauis, loca quæ ſub una eademq; clauc clauſa ſunt: & Con clauatus, una clauc clauſus. Clauem Theodorus Samius primò monſtrauit: à qua Faber clauicularius κλειδοποιός. ¶ Clauc findere ligna, & ſecuri fores aperire conaris, τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζειν, τῇ δ' ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρᾶσι. Quum res præpoſterè geritur, ueluti quùm quis metu libertos ſtudeat emendare, ſeruos beneficiis ſibi adiungere.

Clauicula, diminutiuum à clauis, uel à claua uirga. κλειδίον. [Italic. Capelli della uite con i quali s' appiglia à quello che incontra. Gal. La uille ou tendon de la uigne dequoy elle ſe lie & s' atachie à ce qu' elle rencontre. Hiſp. El cercillo ò ſiſerata dela uid. Ger. Ein ſchlüſſely.] ¶ Dicitur quoq; Clauicula capreolus, ſiue pampinus in uite. Cic. de Senect. Vitis quidem, quæ natura & caduca eſt, & niſi ſulta ſit, fertur ad terram, eadem, ut ſe erigat, clauiculis ſuis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta, complectitur.

Clauicularius, m. ſ. Qui clauiculam, id eſt, uirgam & clauem gerit. κλειδοῦχος.

Clauarius, Appellatus eſt Suetonii pater, ab eo quòd præfectus fuerit donatiuo Imperatorio inter milites diſpertiendo. Vnde Cornelius Tacitus ſcribit, Clauatium donatiui nomen eſſe, qui ait: Seditioſq; militũ uoces terrebant Clauatium: Donatiui nomen eſt.

Clauola, læ, Surculus arboris uel frutticis utrinque præciſus, & plantationi aptus: quam & Talcam uocant Latini. ζυλάριον, ζυλάκιον, κλειδάριον. [Ital. Calamo. Gal. Vn plantõ ſcion, ietton ou greffe d' oliuier. Hiſp. El eſtaca propria para plantar. Ger. Ein ſchoſs das man zweygen will.] Varr. lib. 1. de Re ruſt. c. 40. Demum in oleagineis ſeminibus arboris uidendum, ut ſint de tenero ramo ex utraq; parte æquabiliter præciſa, quas alii clauolas, alii talcas appellant, ac factũ circiter æquales.

Clauſtrarius, Clauſtrum, Clauſula, uide Claudo.

Clauus, m. ſ. dictus eſt quod claudat, figat atq; contineat à claudendo. natus ideò clauum figimus, ut claudat ſeu contineat aliquid ἧλος. [Ital. Chiodo. Gal. Clou ou coing. Hiſ. Clauo Ger. Ein nagel.] Cæſar 3. bel. Gal. Tranſtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clauis ferreis, digiti pollicis craſſitudinem. ¶ Clauum clauo pellere, ἧλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν. Lucianus in Philopſeude, εἰ ἧλῳ, φασὶν, ἐκκρούεται τὸν ἧλον, id eſt, Et clauo, quod aiunt, ex tundis clauum. Locus erit prouerbio, non modo quum ulcium ulcio, malum malo, dolum dolo, uim ui, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: uerùm etiam quoties rem utcunq; moleſtam diuerſa moleſtia profligamus: ut quum libidinum incitamenta laboribus obruimus, curam amoris aliis maioribus curis domamus. ¶ Clauus item nauis eſt gubernaculum, ſiue remo, quòd eã dirigat, rectamq; teneat. πηδάλιον. Cic. in Catil. Ille autẽ clauum tenens, quietus ſedet in puppi. Hinc prouerbiũ, dũ clauũ rectũ tenẽs. Significat aũt nõ imputandũ euentũ proſperũ artifici, modò is præſtiterit quæ artis eſt. Quint. li. 2. Inſtit. ¶ Vinũ caret clauo, τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον. Quo ſignificatur ebrietatẽ nihil cõſultè, neq; moderatè uel dicere uel facere. Obruitur. n. ratio, quæ claui uice ſobrios moderatur ac gubernat. ¶ Purior clauo, ἀγνότερος πηδαλίου. Cõparatio puerbialis de re uehementer inculpata aut moribus undequaq; integris, & incõtaminatis. Clauus. n. nauticus aſſiduis fluctib. ablatur, ut nihil ſordidũ poſſit hærere. Adagiũ refertur à Suid. Itẽ Clauus genus tuberculi, quæ & ἧλος Græc. appellãt, rotũda ſpecie, coloris albi: fit in plãtis digitis pedũ maximè: ſic appellati, qa ita pũgit, ut quaſi clauus ferreus infixus uideatur. Nã caro duteſcit in callũ ſemper ferè pungentẽ. ¶ Alii clauũ intelligunt, quẽ λοβὸν Græci, Celſ. Furunculũ appellat, ſola duritie à phymate differentẽ. Aegin. definit eſſe tumorẽ cũ abſceſſu, à craſſis humoribus genitũ, qui in carnoſis præcipuè locis conſiſtit, mitis alioqui, niſi profundior ſitnã tunc malignitatẽ habet coniunctam. Eo morbo Silius Italicus interiiſſe fertur, Pli. Epiſt. 31. Erat illi natus inſanabilis clauus, cuius tædio ad mortẽ irreuocabili conſtantia decurrit. ¶ Fiunt & calloſa quædã

in ꝛ an lido oculi tubercula, quæ Claui nominantur oculorum ¶ Arbores quo ꝓ clauũ huiuſmodi patiuntur, quæ & Fungos, & Patella dicitur, ut inquit Plin. lib. 17. c. 24 Idẽ ferè bitumen clauos innaſci natib. & purgari ſucco pyxacanthi. ¶ Sũt & Claui caligares, à caligis militaribus quibus ſuffigebantur. Idẽ li. 9. c. 8 In quibus piſces omnib. annis Virgiliarum exortu exiſtunt, ſquamis conſpicui crebris atq; præacutis, clauorũ caligariũ effigie. ¶ Præterea Clauus eſt veſtimenti genus, veluti quibuſdã clauis aureis diſtinctum: quod & à palmarũ ſimilitudine Palmatũ vocabatur, & à uerrucis clauis ſimilib. Verrucata veſtis: ꝙ Latior ipſa veſtis erat, Latus clauus dicebatur πλατύσημον. Hac ſoli Senatores & Patricii induebantur. Hor. lib. 1. Serm. & latũ demiſit pectore clauũ. ¶ Vnde Laticlauos appellari Senatores legimus. Sueton. de Neron. Alaticlauo, cuius uxorẽ attrectauerat, exſul. Vide Latuſclauus. ¶ Ad Ouid. Clauus ſimpliciter dicitur ꝓ Senatoria dignitate, illo uerſu: Curia reſtabat, claui menſura coacta eſt. Suet. de Aug. Clauo nec lato, nec anguſto.

Clauãtus, a. um, Quod eſt aculeis clauorũ modo prominentibus circundatũ. κλωτὸς Nam & clauatæ veſtes, πλατύσημα ἱμάτια, hinc uocãtur: quas uulgus à uerrucis clauo ſimilibus, Verrucatas appellat, etiam ſi non ex auro, ſed aut ex cocco, aut aliis coloribus uerrucas habeant. Lampr. in Alex. Conuiuiũ neq; opimũ, neq; nimis parũ, ſed nitoris ſummi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur ſæpius cocco clauata, aurata uerò nunquã. Hinc etiã Clauata, dicuntur veſtimẽta clauis intexta, uel calciamẽta clauis cõfixa. Et clauati ſocci, quibus habẽt clauis intexti. Clauata uerò ſũt veſtimẽta quæ ex auro, aut ex cocco, aut aliis coloribus & ornatus habent. Quæ aũt cũ auro, Auroclauata dicũtur, & Auroclauatæ veſtes, à textura aureorũ clauorũ. ¶ Clauus annalis, quæ fingebatur in parietibus ſacrarũ ædium, ꝓ annos ſingulos, ut per eos nomer' colligeretur annorũ. Apud Liui. ſcribitur Dictatorẽ creatũ fuiſſe cauſa ſtantem ligandi claui ad peſtilentiam ſedandã. Hinc claui trabali beneficiũ figere, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod eſt, alias mentes beneficiũ reponere, & ineratiguibili memoriæ cõmẽdare: de quo uide infrã in dictione Trabalis. ¶ Præclauiũ, pars veſtis quæ ante clauum texitur. Afranius apud Nonium, Tertium diem præclauium unum texere.

Clauator, appellatur ſeruus, qui ad tutelam domini faſtibus clauis armatus eſt.

Clauſcãlus, m. ſ. diminut. ũ à clauo. γεμφίον. ¶ Significator etiam hoc nomine Capreolus in uite, qui ἑλιξ Græcè, Pampinus à noſtris dicitur.

Clauiculatus, a, um, Clauiculis inſtructus. ἑλιγματώδης, ἑλικοειδὴς.

Clẽma, κλῆμα, Herba eſt tithymali generibus aſſignata, Cypariſſix non abſimilis quæ Dioſcor. Piryuſa, Officinis Eſula dicitur. Vide Dioſc. lib. 4. c. 148. & Ruel. lib. 3. c. 140. ¶ Clema ità Plin. inter nomẽclaturas polygoni herbæ cõmemorator.

Clẽmãtis daphnõides, f. c. πλήματις ἀκρωνυχία. [Ital. Prouenca. Gal. Prouenche. Hiſ. Peruinca Ger. Jagrũn, mägtpalmen] Herba eſt ſarmenta habens prælonga, iunceæ craſſitudinis, folia aũt laurinunde & Daphnoides cognominata eſt. Notiore nomine Vinca peruinca dicitur, quæ & clematis Aegyptia appellatur. ¶ Vnde locus factus prouerbio Clematis Aegyptia πλήματις αἰγυπτία. Phalereus Demetrius refert id loco dici ſolitũ in eos qui corpore præter modũ procero atq; atro colore eſſẽt. ¶ Eſt & altera Clematis, ramis rubentibus, quibus ſe arboribus circumuoluit, ut ſmilax, unde ab Officinis Volubilis maior appellatur. [Ital. & Hiſ. Flammola. Gal. Viſeron Ger. Vueyſs winden, zanuglecken.] ¶ Cõmemorator & tertia Clematis ſpecies à Plin. li. 24. c. 13. Iuba Cenſiculus appellata, eadem fortaſſe cum ea, quam Dioſcorides Gnaphalium appellat.

Clemens, tis, om. t. Lenis, mitis, manſuetus, humanus, qui remittit de eo quod poſſit perſequi. πρᾶος, ἵλεως. [It. Clemente, piacevole, liberale, manſueto. Gall. Doux, humain, ſupportant ce dieux paſſible clement. Hiſ. Mite, manſo, y templado. Ger. Sanfftmütig, milt, barmhertzig] Cic. 2. de Fin. Eſt ſaris clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſ. i. Differt à Placido. ꝙ Clemens ſit etiã recte agentes. Placidus circa delinquentes: & clementis eſt nullos ledere, placidi arridere omnibus: clemens animo, placidus uultu. Teren. in Adelph. Ille ſuam ſemper egit uitam in otio, in conuiuiis, clemens, placidus, nulli ædere os, arridere omnibus.

Clementia, f. p. Quæ eſt illius qui nunquam iraſcitur, πρᾳότης, ἱλάτεια. [Ital. Clemẽza, benignità. Gal. Clemẽce, douceur, quand la perſonne ne ſe corrouſſe pas aiſement. Hiſp. Aquella manſedumbre y templança. Ger. Sanfftmütigkeit, miltigkeit, gütigkeit.] Cic. de Inuent. Clementia eſt, per quã animi temerè in odium alicuius inuectionis concitari, comitate retinentur. Teren. Adel. Facilitati nihil homini eſſe melius, neq; clementia. Cic. 7. Ver. Illam clementiam, manſuetudinemq; noſtri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemq; eſſe conuerſam.

Clementer, aduer. Modeſtè & moderatè. πράως. [Ital. Benignamente. Gal. Doucement, ſans courroux, gracieuſement. Hiſ. Manſa y templadamente. Ger. Gütiglich, ſanfftmütiglich.] Cic. 6. Verr. Leuiter hominem, clementerq; accepit. ¶ Clementer, & moderatè ius dicere, apud Cæſ. bel. Ciuili. contraria ſunt, Inclemens, Inclementia & Inclementer.

Clẽpo, is, pſi, ptum. [Ital. Rubare, furare. Gal. Deſrober, oſter & deſtourner ſecretement & en cachette. Hiſp. Hurtar. Ger. Stälen, rauben] Furor, furto ſurripio: tractũ à uerbo Græco κλάπτω. unde Clepsam, furto ſubtractũ. Liu. Siquis clepſit, ne populo ſcelus eſto, néue cui clepsum erit. Plaut. Rapere, clepere, harpagare. Cic. de Rep. Non modò ut Sparta rapere, ubi & pueri clepere diſcunt.

Clepſydra, pe cor ſ. p. κλεψύδρα. [Ital. Horologio di acqua. Gall. Vn certain uaiſſeau lequel petit à petit iettoit l'eau par bas, duquel on ſe ſeruoit pour horlege. Hiſp. El relox de agua que antiguamẽte. Ger. Ein waſſerſtund, wie die y vns gemeinlich die ſanduren.] Vas quoddam uitreum graciliter fiſtulatum, quod æqualibus dimenſionibus ſignatas horas oſtendebat. Ad cuius etiã fundum erat foramẽ quod aquam guttatim emitteret, & ita horæ per aquæ diminutionem, quot eſſent, uideri poterant. Dicta eſt autẽ Clepſidra ab aquæ furto, ꝙ aquã aut celet, aut furetur. Cic. 3. de Orat. Ad hunc nõ declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat. Martialis lib. 6 Septẽ clepſydras magna tibi uoce petenti Arbiter inuitus Cæcilianꝰ dedit. ¶ Conſimilia ſunt hoc tempore clepſydris uaſcula illa apud nos uſitatiſſima, quæ in medio inſtar duorum turbinũ coarctantur: ex quibus puluiſculus per foramen minutũ ſenſim delabitur ex parte ſuperiore ad inferiorẽ, atq; ita legitimũ temporis horæ metitur. Apud ueteres oratoribus actoris cauſas forenſes præſcribebatur tẽpus dicendi datis clepſydris, quib. exhauſtis, amplius dicere uetabantur. Plin. in Epiſt. Dixerã horis penè quinq; nam tribus clepſydris, quas ſpatioſiſſimè accepérã, ſunt additæ quatuor. ¶ Eſt itẽ Clepſydra aſtronomicũ organũ, ſydera demetiens Martian. Clepſydris lunæ magnitudo cognoſcitur. ¶ Eſt itẽ Clepſydra nomen fontis, in arce Meſſeniorũ, in Arſinoen alterũ fontẽ influens. ¶ Fuit & Athenis in arce eiuſdẽ nominis fons, ita dictus, ꝙ ſtare inciperibus Etheſis abundet, iiſdemq; deficientibus exareſcat. Vide Cæl. Rodig. lib. 18. c. 9.

Clerõmantia, æ, κληρομαντία, Diuinationis genus, quod fit per ſortes.

Clerus, m. ſ. κλῆρος, Vermiculus eſt, teſte Ariſt. in alucerum pauimentis naſcens, quo exeſcente, uelut aranea obducitur alueus, & faui carie pereunt, ipſis ſcilicet und cum fœtu putrefactis: quod uitii genus Cleri quoq; eruditiores appellant, hoc eſt faui fœtoris putrefactionẽ. Plin. lib. 11. c. 9. Cleri interpretatur apum abortũ, & quandã amaræ cereæ duritiẽ, quã inde fœtũ apes non eduxerint, morbo impeditæ, aut infœcunditate naturali. ¶ Græcis itẽ κλῆρος ſortẽ ſignificat, uel hæreditatẽ: unde Cleronomus, κληρονόμος, hæres: & Cleronomia, κληρονομία, hæreditas.

Clibanus, ni, m. ſ. [Ital. Teghia, teſto. Gal. Vn four. Hiſ. Horno. Ger. Ein ofen] Inſtrumentũ placentis potius, & id genus cibis quàm pani coquẽdo dicatũ, quod antiquitus ex teſta, ſeu opere Ægulino fieri ſolebat, poſtea etiã ex ferro, uel ære. Colum. li. 1. Scrobẽ clibano ſimilẽ eſſe debere, ut imus, quàm ſummus, patentior ſit, ut latius radices agantur. Plin. lib. 19 Cortices quoq; decuſſi clibanis & furnis præbent uſum. Differt aũt Clibanus à furno, ꝙ hic maior ſit, & immobilis: Clibanus aũt minor, ut quocunq; uiſum fuerit, poſſit transferri. ¶ Hinc κλιβανίτης ἄρτος à Græcis appellatur, qui non in furno, ſed in clibano coctus eſt: quẽ Vart. lib. 4. de Ling. Lat. Teſtuatiũ appellat, quod ſcilicet in calido teſto (ſic enim clibanum teſtaceum appellat) coquerentur.

Clibãtarius, maſ. ſ. Qui bene ferro & armis munitus certamen init, παταφράκτης, Nazianz. in Panegyrico ad Constant.

ſunt. Operimento ferri, equi, atq; homines obſepti: clibanus iſte in exercitu nomẽ eſt. Dicti Clibanarii, quoniã more teſtudinis arcuatis armis (quæ clibani forma eſt) utebantur. Ammian. Marcellin. Clibanarios eoſdem eſſe tradit, cum iis, qui Græco nomine appellantur Cataphracti.

Clíolum, κλείολον, Thynni iugulus eſt, qui præcipuè in recenti hoc piſce cõmendatur. Plin. lib. 9. c. 15. Thynni membrum cæli ceruice, & abdomine commendantur, atq; clidio, recenti duntaxat, & tũ quoq; graui ruſtu: cætera parte pleni polpamentis ſale aſſeruantur.

Clídichus, κλειδῖχος, Græcis clauigerũ ſignificat. ἀπὸ τῆς κλειδὸς, hoc eſt, à claue. Plin. li. 34. c. 8. Fecit & quadrigas, bigaſq;, & clidichon eximia forma.

Clíens, ẽntis, c. t. Qui ſub tutela & patrocinio alterius eſt: & eſt correlatiũ Patroni, πελάτης, ὑπερασπιστὴς. [Ital. Cliente. Gal. Vaſſal de de quelq; ſeigneur, celuy qui s'eſt mis en la protectiõ & defenſe d'un autre. Hiſ. Ecu commẽdado à algũ ſeñorado. Ger. Das vnder einẽ vogtman iſt, vnd eines andern ſchirm, ein vogtkind.] iam Patronus defenſor cauſæ eſt dictus, quaſi parens: Cliens ſũæ defenſione indigens, id eſt, litigator, qui patronũ colit & ſequitur, ut ab eo defendatur. Sed ut rectius vim vocabuli intelligas, ſcito quemadmodũ Bodenus in Pand. ſcribit, moris fuiſſe apud antiquos, ut pauperiores & ſocii populi Romani in clientelã ſeſe darent potentibus Romanis, quos patronos ſibi adoptabant, non modò publicè, ſed etiam priuatim: q; ut clientes eorum dicerentur, inter ſe uerò hoſpites. Ferebat aũt id huiuſmodi neceſſitudo, ut clientes perpetuò patronorũ ſuorũ patrocinio corpora ſua fortunas ſuas tuerentur: uiciſſimq; ipſi patrones ſeruorum obſeruantia atq; obſequio colerent, & uenerarẽtur Cic. in Dom. i. in Verr. Clariſſimi uiri noſtræ ciuitatis tẽporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimũ pulcherrimumq; duxerunt, ab hoſpitibus, clientibuſue ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia pop. Rom. dimonẽq; eſſent, iniurias propulſare, eorumq; fortunas defendere. Quinetiam (ut idem ſcribit) quos Vaſallos uocare ſolent, Clientes appellare poſſemus: & Clientelam, obſeruantiã ipſam: & obſequiũ, quod Homagiũ dicunt, Clientelaris officii ſponſionẽ, agitionẽq;.

Clíens, tis, fœ. quo uſus eſt Plaut. in Mil. Habeo eccillã clientã meã, meretricẽ adoleſcentulã. Idẽ in Rud. Iã cliẽtas reperi.

Clientela, æ. f. p. Clientũ multitudo, qui potentẽ aliquem ciuẽ, principémue fauore proſequũtur, & cuius dignitatem faſtumq; tuentur, ducti aliqua mercede, uel beneficio. κλιεντεία. [Ital. Sicurta, clientela. Gal. Le domaine, la protection & ſauuegarde des ſeigneurs enuers leurs vaſſaux & ſuiets. Hiſ. Aquella encomendacion y ſecuridad. Ger. Vilen vogtkindern, das iſt deren die ſchirmvögt hand.] Cic. ad Att. li. 14. Scis quàm diligam Siculos, & quã illã clientelã honeſtã iudicem. ¶ Itẽ Clientela dicitur clientũ officium erga patronos: unde Cõmittere, uel conferre ſe in clientelã alicuius, eſt ſeſe alterius clientem profiteri, & eius patrocinio, hoc (ut Gallorũ uulgus loquitur) Saluegardiæ ſe committere. Terent. Eun. Thais patri ſe cõmendauit in clientelam & fidem.

Clíma, ătis, n. t. κλίμα. [Ita. & Hiſ. Clima. Gal. Climat, regiõ, mit de pais. Ger. Ein climat, ein auſsgezeichnet theil des himels oder erdbodẽs.] Græca dictio ¶ ſpatiũ ſignificat duobus reſpondens parallelis, quo dies longitudo ad dimidiam horam uariatur. Vitruu. lib. 1. cap. 1. Diſciplinam uerò medicinæ noniſſe oportet propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt.

Clímax, ăcis, f. [Ital. Scala. Gal. Eſchele, degré Hiſp. Eſcalen. Ger. Stägen, leiterey.] Latinè ſcala uel potius ſcalæ: eſt figura, quæ dicitur Gradatio: qua paulatim ueluti per ſcalas aſcẽdimus: ut apud Ouidiũ, Viderat hanc, uiſamq; cupit, potitur q; cupita.

Climactéricus, ca, cum, κλιμακτηρικὸς, Latinè dici poteſt ſcalaris, ἀπὸ τῶν κλιμακτήρων, quo nomine Græci ſcalarum gradus ſignificant. Vnde numerus climactericus dicitur, ad quem per gradus, & ueluti ſcalas quaſdam paulatim aſcendimus: qualis eſt numerus, qui ex nouem nouenarijs reſultat. Nam unitas ter ſumpta conficit ternarium. Ternarius in ſe ductus, nouenarium. Nouenarius autem noties ſumptus conficit nouem & octoginta, qui eſt numerus Climactericus. Hunc autem numerum in humanæ uitæ annis maximè formidabilem eſſe, à ueteribus proditum: quippe qui rarò ſine uitæ, aut fortunarum periculo ſolet tranſmitti. Hoc enim anno ætatis Plato philoſophus, Diogenes Cynicus, Dionyſius Heracleotes, Eratoſthenes geometra diem ſuum obierunt: alij annum ætatis ſexageſimum tertium in primis periculoſum indicarunt, qui cõſtat ſepties tribus ter multiplicatis, quem etiam Climacteram uocabant. Vnde Auguſtus Caium nepotem ſuum ætatis ſuæ annum ſexageſimum tertium, quem ille ſuum natalem diem ſuum celebrare iubet, quòd annum illum omnibus ſenibus periculoſiſſimum cenſerat. Fuerunt etiam qui annum undequinquageſimum maximè formidarent: partim quòd ſit numerus quadratus, quem potentiſſimũ credidit antiquitas: partim etiam quòd ex ſeptenario ſepties multiplicato reſultet: cui inter omnes numeros ueteres plurimum detulerunt: adeò ut per omnem uitam ſeptimum quenq; annum periculoſum & criſimum eſſe uoluerint, ſed quum præcipuè qui per ternas hebdomadas aſcenderet, qualis eſt annus primus & uigeſimus, qui ex tribus ſeptenarijs conſtat: item quadrageſimus ſecundus, & ſexageſimus tertius, & omnium maximus octogeſimus quartus.

Clingo, Veteres pro Cingo uſurparũt: à Græco κλείω. Feſt.

Clínice, es, κλινικὴ, Medicina, quæ uictu, & pharmacis corporibus medetur. Diuiditur enim Clinice in duas partes, in Dietericen, quæ victu medetur: & Pharmaceuticẽ, quæ medicamentis curat. Plin. li. 29. cap. 1. Is quum fuiſſet mos, liberatos morbis ſcribere in templo Dei, qui auxiliatus fuiſſet, ut poſtea ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe ea traditur atq; (ut Varro apud nos credit) iam templo cremato, inſtituiſſe medicinam hanc, quæ Clinice uocatur.

Clinícus, m. ſ. pen. corr. κλινικὸς, Medicus qui diæta curat, aut medicamentis: dictus à lectis ægrorantium, quos frequentare ſoler, quaſi lecticularios. Martialis, Sotericus filia clinici, id eſt medici. ¶ Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti ſunt, ut ſurgere è lecto non poſſint, nullaq; amplius de eorum ſalute ſpes ſit. Plin. lib. 11. cap. 5. Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, uertigini, melancholicis, ſtomachicis, ſpaſticis, clinicis, &c.

Clíno, as, κλίνω. [Ital. Chinare. Gal. Incliner. Hiſ. Inclinar, ò abaxar. Ger. Neigen, Biegen.] Græcum eſt, idem ſignificans, quod inclino: & licet non ſit in uſu, eius tamen compoſita uſurpantur, quæ ſunt Acclino, Declino, Inclino, & Recline: de quibus ſuis locis.

Clinámen, ĭnis, neut. gen. tert. decl. ἡ κλίσις. [Ital. Inclinatione. Gal. Deſtournement, & inclination à coſté Hiſp. Inclinacion. Ger. Neigung.] Idem quod inclinatio, ſiue propẽ penſio. Lucretius de inclinatione elementorũ & primorũ corporum, ſed ne res ipſa neceſſum lateſtinũ habeat cum eis in rebus agendis, Et deuicta quaſi coactus ferre, pariter: Id facit exiguum clinamen principiorum, Nec regione loci certa, nec tempore certo.

Clíne, es, κλίνη, Latinè lectus, lectica menſa. ἐξάκλινον, torus diſcubitorius qui ſex capiebat. Martial. Et teſtudinem meæ ſuus quater hexaclinon.

Clinédion, κλινίδιον, lectulus.

Clinopódium, κλινοπόδιον, Herba eſt ſerpillo ſimilis, foreuloſa, palmi altitudine. Naſcitur in petroſis, orbiculato florum ambitu, ſpeciem lectipedum præbens: unde & nomẽ accepit. Hæc Plin. li. 24. cap. 17. Putatur eſſe eadem quam Officinæ Pulegium montanum appellant.

Clinopále, les, ſ. p. κλινοπάλη, palæſtra lecti dicitur, πάλη, Græcè lectus, κλίνη. Palæſtra ſiue luſta. Suet. in Domit. Aſſiduitate concubitus uelut exercitationis genus clinopalẽ uocabat. Sic Verg. nocturna bella uocat colluctationes uenereas: & ab Apuleio militia armatoria dicitur. Clinopale immodica fruitio, & uenerearum rerum uſus, apud Paulum lib. 1. cap. 17.

Clitéllæ, arum, f. p. Dicuntur, quibus farcinæ colligatæ mulis, & id genus ueterinis, portantur, qui uulgò Baſti uocantur. ἀνάφορα, ἐπισάγματα, ἀγρόβια, γαυλάρια. [Ital. Baſti. Gal. Le bas qu'on met ſur un mulet, aſne ou autre beſte pour porter faix. Hiſ. Las albardas ò enſalmas. Ger. Sammẽ ſattel, ſind dorauff die maulthier ſchmäre ſäck tragen.] Horat. in Sat. Hinc muli clitellas tempore ponũt. Cic. ad Att. lib. 5. Clitellæ boni ſunt impoſitæ: hoc eſt homini inepto & nequaquã idoneo delegata eſt prouincia. uide Eraſmi Adagia. ¶ Hoc etiam nomine ſignificatur locus Romæ, teſte Feſto, propter ſimilitudinem clitellarum, & in uia Flaminia loca quædã deuexa ſubinde, & accliuia. ¶ Item quoddam tormenti genus, teſte eodem.

Clitéllarius, m. ſ. Qui clitellis utitur. ἐπιτηκτικὸς, σαγμα-

φόρῳ. [Ital. Che porta la barba. Gal. Qui porte faix dessus son dos auec un bas. Hisp. Cosa de albarda. Ger. Der mit einem solchen sattel schmäre burdinen trege.] Vnde clitellarij mouli dicuntur, qui neq; ephippiati sunt, nec desultorij: nec bigas, aut quadrigas aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera Plaut. in Most. Molliones, multos clitellarios habent, ego habeo homines clitellarios: Magni sunt, oneris quicquid impunas, uehunt.

Clitorīū, muliebre pudendū, quod & Scandrus dicitur.

Cluius, a, um, adiectiuum, Difficilis, arduus: ut, Cluia auspicia, αἱ δυσπάντητοι οἰωνοσκοπίαι, quæ aliquid (inquit Festus) fieri prohibebant. nam & omnia difficilia & ardua nomina dabant Cluia: unde & Clui.

Cluiana auis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine uocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à cluis auspiciis dicta, quæ teste Festo, dicebantur aduersa, quominus q; aliquid fieri prohibebatur. Hanc auem suo seculo fuisse incognitā, autor est Plin. lib. 9. cap. 15.

Cluius, ui, m. f. Est locus molliter arduus, & pro colle ponitur. χειλοφόρος. [Ital. Secsa da una montagna all' ingiu, pēdente, collina. Gal. Vne petite mōtaigne qui n'a pas grād' pente, la pente & descente d'une montaigne. Hisp. La cuesta arriba, ó la cuesta abaxo. Germ. Ein bühel, Ein ort das schin langsā haldecht oder slōzig ist.] Vir. 9. Aegl. qua se subducere colles Incipiūt, mollīq; iugō demittere cluo. ¶ Cluus Capitolinus. Cic. ad Att. li. 12. Quē ego in cluo Capitolino tē signifero à principe collocaram. ¶ Huius compositi possunt esse tam secundæ quām tertiæ declinationis: unde cluosus, a, um, & Accliuis, & hoc accliue. Declivus, & Declivis: Proclivus & Proclivis: quæ habent penultimam producitam. Dictus Cluius à clino pro inclino. Vide Vallā lib. 3. cap. 48.

Cluōsulus, a, um, à Cluus. γειλοφόρος. [Ital. Picciol collina. Gal. Vne petite mōtaignete, un petit tertre. Hisp. Pequeña cuesta. Ger. Ein reinly oder bühely.] Col. lib. 6. cap. 30. Duos parietes aduerso cluosulo inædificatos habet.

Cluōsus, a, um adiect. Frequenter habens cluos. βαναύδης. [Ital. Pendente (monta. Gal. Qui à plusieurs montaignettes, inegal, ayent plusieurs pentes & descentes. Hisp. Cosa llena de cuestas. Ger. Vol vil bühel oder rein hatt.] ut Cluosa loca. Col. de Arborib. ca. 4. Curandum aūt est, ut locis aridis & cluosis altius uites deponantur, quām si humidis & planis. Virg. 2. Georg. Nam ieiuna quidem cluosi glarea rutis Vix humiles apibus casias, roremq; ministrat.

Cloāca, pen. prod. Locus cauus, siue illud publicū sit, siue priuatū, quò sordes confluūt. ἀποδρώς. [Ita. Cloace, Chioche. Gal. Vn esgout, par ou s'en vont les immondices de quelque lieu. Hisp. El albanar à do acudē las priuadas. Ger. Ein dolē, ein ort darein sich aller vnflaat versamlet.] Vnde Arcem facere ex cloaca, dicit Cic. in Orat. pro Plauco, pro eo quod est, rem humilē & nullius ferē momenti supra modum extollere. Fistulæ quoq;, foūs & uiæ illæ subterraneæ parietibus in modū aquæ ductus munitæ, perquas aquæ pluuiæ extra urbē uel in tenuiū ædibus receptæ, urbis sordes secum rapiunt. Cloacæ dicuntur, χωνοὶ q urbē immunditiis purgant. ¶ Dicta est aūt Cloaca, (ut putatur) à colluendo, quasi colluaca. Festus à Cloacēdo, hoc est, inquinādo derivat: quāquam perius contrā. Cloacare uerbū à cloaca deductū videtur Cic. pro Cecin. Qui de fossis, de cloacis, de minimis aquatū, itinerumq; controuersiis interdicit. Plaut. uerò in Cure stomachū immundæ uetulæ & aluum, Cloacam nouam inauit. Age, inquit, cfunde hoc citò in barathrum, properē prælue cloacam.

Cloacale, Fumen. Cato dixit, pro cloacarum omnium colluuie, ut annotauit Fest.

Cloāre, loquimur. κελύνω. [Ita. Imbrattare, machiare. Gal. Souiller. Hisp. Ensoziar o manzillar. Ger. Besudlē, verunreinigen.] unde Cloacam dictam putauit Fest.

Cloāster, πλοκάριον, Latinè filum uel nexus.

Cloāstrum, n. f. Idem quod claustrū, πλεῖθρον. Cat. de Re rust. c. 14. Trullas ligneas duas, clanes cum cloāstris.

Clora, Ptolomæo, Aestuarium maris in Britannia insula, exiguo terræ spacio à Bodotria altero æstuario diremptū. Cor. Tacit. in uita Agricolæ Gloram uocat.

Clādo, is, n. f. Idem quod claudo: quo uerbo ueteres utebantur. κλείω. [Ital. Chiudere. Serrare. Gal. Clorre, enclorre, enuironner, entourer. Hisp. Cerrar. Ger. Beschliessen.] Cic. de Nat. deor. Ipsum autē mare terram sic appetens litoribus cludit. Martial. lib. 11. Sed mors uetus iter properauit cludere blandē. In uetustis quoq; numismatibus legimus, lanū cluūt.

Cluēo, es, ere, n. f. Perhiberi, putari, nominari. κλέω. [Ital. Essere stimato, nominato. Gal. Estre reputé, auoir le bruit. Hispa. Ser estimado y nombrado. Ger. Genennet oder geachtet werden.] Plaut. in Tri. Ita sis, ut nomen cluet. Idem in Epid. Senatui qui columen cluēt, id est habentur, & reputantur columen Senatus. Idem in Pœn. Vt uoluptē est homini mea soror, si quod agit, cluet uictoria, id est uictoriæ tribuatur. ¶ Dicimus etiam Cluo, is, per tertiam inflexionem, qd sæpe pro splēdeo accipitur. Prudentius. Qui patria uirtute cluit. Cic. de clar. orat. Tum duo Capiones multum cluentes consilio, & lingua, plus autoritate tamen & gratia subleuabant. ¶ Interdum etiam pro purgare. Plin. lib. 17. c. 19. Depositis armis in eo loco, qui nunc signa Ventris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.

Clūnæ, f. p. Sunt folliculi hordei. Festus ἐλύτρα, ἄχυρα.

Clunadū, Culter sanguinarius: quòd ad clunes dependeat, uel quia clunes hostiarum diuidat. Autor Fest.

Clūnis, is, sæpius in plurali Clunes, clunium, m. t. Nates sine natū tumor: tam masculini quām fœminini generis πυγαί. [Ital. Natiche. Gal. La fesse. Hisp. Las nalgas. Germa. Der arsbacē.] Iuuenalis, Tremulo deseēdunt clune puellæ. Plau. Quasi lupus ab armis galeo, clunes infractos gero. Horat. Quòd pulchrè clunes, breue quòd caput, ardua cernix. ¶ Hinc Simias clunas appellatas uolunt, quòd clunes tritas gerant.

Cluniculus, diminutiuum τὸ πυγίδιον. Cell. Cæterarū auiū aræ altilium nisi tantum apponatur, ut à cluniculis inferiore parte saturi fiat, conuiuium putabant inopia sordere.

Clusinum far, Adorei, siue farris genus est candidius: ita dictum à Clusio Hetruriæ urbe. Colum. lib. 2. c. 6. Adorei autē nidimus in uiu plerunq; genera quatuor Far, quod appellatur Clusinum, candoris uiridi. Far, quod nocatur uermiculum, rutilūq; atq; alterum candidum: sed utrunq; maioris pōderis, quàm Clusinum. Semen semestre, quod dicitur Alicastrum.

Clusios, Galli nominant dæmones quosdam, quos nonnulli existimant spiritus esse elemento aēreo compositos.

Clymenos, siue Clymenon, κλύμενον, Herba est fabæ caulē ferens, quadratum folis plantaginis, folliculis supra caulē in se inflexis, ut in polyporum cirrhis. Ita dicta à Clymene rege, teste Plin. lib. 27. c. 7. Vulgus hodie partim Cyprian. partim Saponalem appellat.

Clўpēus, m. f. & Clypeū, siue Clupeus. y, in u, cōuerso. ἀσπίς. [Ital. Scudo. Gal. Bouclier, targe, rondelle. Hisp. Escudo ó panes. Ger. Ein schild dē mā im krieg zū schirm brauchte.] Scutorum maius, & tantùm peditum, sicuti Scutum equitū, Seruio autore. Liu. lib. 6 Clypeis antè Romani usi sunt: deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Dicti Clypei ἀπὸ τῆ καλύπτειν, quòd celent totum corpus: uel à clepere, quod est forari ab ictibus. Plin. lib. 37. ca. 3. ἀπὸ τῆ γλύφειν, hoc est sculpendo, cælandoq; deduxit: ut dicatur clypeus quasi γλύπτος, id est sculptus, g, in c, mutata. Scutis, inquit, qualibus pugnatum est apud Troiam continebantur imagines. Vnde & nomen habuerunt clypeorum: non ut peruersa Grammaticorum subtilitas uoluit à cluendo. ¶ Clypeum quoq; (ut Festus scribit) Antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiōrum cum Romanis fuerat descriptum.

Clўpēatus, m. f. Clypeo munitus. ἀσπιδοφόρος, ἀσπιδοβλήχες. [Ital. Armato di brocchiero. Gal. Garni de bouclier. Hisp. Escudado, armado de escudo. Ger. Der mit einem schild bewaret ist, ein schiltman.] Plaut. in Curcul. Clypeatos elephantum ubi machæra dirigit. Sic apud Virg. 7. Aeneid. Clypeata agmina. Iosequitur nimbus peditum, clypeataq; totis Agmina densantur campis.

Clysmus, πλυσμός, Latinè purgatio, siue lotio dicitur. Vnde Cataclysmus, de quo suprà.

Clyster, eris, m. t. pen. prod. πλυστήρ, quod & Clysterium, πλυστήριον dicitur, ἀπὸ τῆ πλύειν, quod est abluere: nam clystere aluum ægrotārium lauare, seu purgare solemus. [Ital. Clistero. Gal. Clystere. Hisp. Clystel. Ger. Ein cristier.] Plin. Cucurbita infusa clysteribus, intestinorum omnium uitiis medetur. Macer tamen huius nominis penultimam corripit.

ne. Appositis digitis aut intus clystere fossis: quem ea in re non imitabimur. ¶ Accipitur item Clyster pro ipso instrumento, quod ad proluenda uentris recrementa fedi interiora, quodq; intestinorum (ut ita dicam) lauamentum aluo iniicitur. V. prau. Item si obstetrix ad leg. Aqui. S. quis per eam, uel per suasum alicui medicamentorum infudit, uel ore, uel clystere ¶ Orticularius clyster Celsus lib. 7. cap. 27. Idem humor rota maxime in ipsum nullus orticulario clystere agendus est.

C ante N, & O.

CN. In notis antiquorũ, Caeus, uel C. Neuius. C. N. EF. CC. creamus non esse causam cognitam. C. N. Caius noster, uel Cæsar noster, uel ciuis noster. CN. ARR. Caeius Arrius. CN. L. Caeli libertus.

Caeleon, κνίωρον, Quibusdam herba est, quam notioribus nominibus Sampsuchum, & Amaracum uocamus: quanquam non desunt qui hanc nomenclaturam adulterinam existimet, & inter eas numerandam, quas inter Dioscori. ratio reiiciunt doctiores.

Caelion, κνίωρον, Est tex est coronarius, cuius duo sunt genera, nigrum & candidum: utrumq; germinat post æquinoctium autumnale, diuiq; floret. Hygnus Casiam interpretatur. Vide Plin. lib. 21. c. 9. Dioscoride hyemalem herbã Cucotam, & Cneitrum appellat.

Caeus, uel Caecus, κνικος Dioscoride nonnullis κνῆκος, Herba est, oblonga habens folia, incisuris diuisa, aspera & aculeata: ex cuius ramulis diuulsis sanguineus effluit liquor. Ruellio Carthamum factum uocat.

CO Iunonis antiquorum, coniungi. C. O. ciuitas omnis. CO. coheredes. COM. OB. comitia obtinuit, uel obtinuerat, uel obtinuit. CON. consulatus. COM. Sen. E. OR P. Q. R. Consulto Senatus eq; restris ordinis, populiq; Romani. CONS. uel CS Consiliarius. COL. uel CL. Colonia, uel coloniæ, uel coloni. COLL. collegæ, uel collegia, uel collegiũ. COL. collegæ, uel colonia, uel columen. COLL FABR. collegium fabrum uel fabrorũ COH cohors. CONIV. coniunxit. CONIVGIS QVE. coniugi obsequentissimæ. CONIVG M. coniugi Mercurii. CONX. coniunx CONLIB. conlibertos, uel coniuberna. CONTVB cõtubernalis. COR Corneli⁹. CORP. corpus. C NEN R. F. Cornelia regis filia. CORN. AVRS. cornuas aureas. COS. cõsul COS. QVAR. uel IIII consul, quartũ uel quartò. COS TER. consul tertiũ uel tertiò. COSS. DESIG. consules designati. COSS. Consules, uel consiliarii. COS. DES consul designatus C P. ciuis publicus. CPS. capsa C. P. T. causa petitionis, uel causam posuit. CPRSS. cupressi.

Coa uestis, sine substantiuo Coa in plurali numero, subtilissimum erat uestis genus ex bombyce, adeò tenue, ut corpus pelluceret, βομβύκινον ἱμάτιον. Dictum à Coo insula, Volgò Lango, in qua & bombycem nasci solere scribit Plinius. Vide Plin. lib. 11. c. 21. Ouid. De Arte amandi, Siue erit in Tyrio, Tyrios laudabis amictus. Siue erit in Coïs, Coa dece tegent. Fecerunt quidam Cois in nominatiuo dici putarunt pro hac uestis, decepti autoritate Horatii in Satyr. Alterum nil obstat. Cois tibi penè uidere est. Vt nodum Qui profectò error nimium est puerilis, quum Cois ibi nõ nominatiuus sit, sed ablatiuus. Eodem & Cea uestes dicuntur, à Cea insula, in qua Pamphila Latoi filia prima rationem inuenit bombycum telas retorquendi, easq; rursum texendi: ut testatur Plin. lib. 11. cap. 22.

Coacerto, das, simul accedo. συνεπεισέρχομαι, συναγωνίζομαι. [Ital. Accostarsi insieme. Gal. Aprocher auec les autres, ẽtre mis auec. Hisp. Allegarse, ò acercarse iuntamente. Ger. Sampt anderen herzů kommen.] Plaut. Curc. quia de illa Leucadia uirginem Triginta minis, uestem, aurum, & decem probis coaccedunt minæ.

Coaceruo, nas, a. p. Cumulo, congero, addo. ἐπισωρεύω, συμφορέω. [Ital. Accrescere, congregare, ammassare, raunare. Gal. Entasser, ensemble, amonceler monceau sur monceau, accumuler. Hisp. Amontonar ayuntar. Ger. Zůsamen hauffen.] Lucret. ab Vrb. Armorum q; cumulos, ut mos illis est, coacervare Cœpit bel. Gal. His decertis, & coacervatis cadaueribus. Cæsar lege Agr. Antè pecunia cognitor, & coaceruantor, quam gleba ouis emitur.

Coacervatio, onis, f. r. συναθροισμὸς, συνάθροισις. [Ital. Accumulatione ammassamento. Gal. Entassement & amoncelement ensemble. Hisp. Amontonamiento. Ger. Zůsamẽ hauffung.] Cic. in Part. Atq; hæc quidem utrique, maximè in peroratione faciendæ, alteri frequentatione argumentorum, & coacervatione uniuersa, alteri si planè causam redarguendo explicarit.

Coacesco, n. t. ex Con, & Acesco, sed a ablicitur, significat simul seu totum acidum fieri. συνεξόξω. [Ital. Diuentar acido. Gal. S' enaigrir, deuenir aigre. Hisp. Azedarse. Germ. Gantz herb oder saur werden.] Cic. in Cat. Vt enim non omne uinum, sic non omnis ætas naturæ uetustate coacescit.

Coacum, emplastrum nigrum: quanquam legendum suspicatur Cæsarius Choacon, aut Chiacum, ut apud Georg. Val. de Cura oculi. Nisi malis Choacon, quòd inter Hippocratis opera liber haberur, qui inscribitur, de Coacis præuotionibus. Inde nomẽ deductũ uideri potest. Cel. li. 4. c. 19.

Coactilia, Inuoluera dicuntur, uestibus inuoluendis, circumferendisq; idonea. Vlp. l. argumento, de Auro & argento leg. Aristo. etiam coactilia uesti cedere ait, & tegumenta subselliorum, huic legato cederur.

Coacto, Coactura, Coactor, Coactus, uide Cogo.

Coaddo, Simul addo. προσδίδωμι. [Ital. Aggiongre insieme. Gal. Aiouster auec, mettre ensemble. Hisp. Ayuntar en uno. Ger. Zů hin anderen herzůthun.] Cat. c. 40. Sumito tibi furculum durum, eum præcuito: falicem Græcã discindito, argillã, uel creta coaddito.

Coadunato, a. p. In unũ cogo. ἑνόω, συνάγω. [Ital. Adunare. Gal. Assembler ensemble, faire tenir l'un à l'autre. Hisp. Ayũtar diuersas cosas en uno. Ger. Vereinigẽ. zůsamen fügen.] Plin. de uir. illustrib. Ipsi coadunaris pastoribus, ciuitatẽq; condiderunt. Brachium statuæ coadunatæ, Iulian. in l. Tigni appelatione, paragra. idem est. ff. ad exhib.

Cœdificare, a. p. ædificare, ædificiis frequentare. συνοικοδομῶ. [Ital. Fare insieme piu edificii. Gal. Edifier ensemble, aiouster bastiment pres l'un de l'autre. Hisp. Edificar iuntamente. Ger. Engbaumen, oder in einanderen bauwen.] ut, Coædificatus locus, cui opponitur Vastus Cic. in Partit. Caleri, an inculti: celebres, an deserti: condificati, an uasti.

Coæquo, as are, a. p. Idem quod æquare, ἐξισάζω. [Ital. Agugliar. Gal. Egaler. Hisp. Ygualar una cosa con otra. Ger. Vergleychen, Gleych machen.] Salust. Sed quoniã coæquare gratiam omniũ difficile est. Colum. lib. 3. c. 13. Duabusq; gẽmis supra terram eminere passi, repositæ humo cætera coæquant.

Coæqualis, le, Idem quod æqualis. ἰσος, ὁμαλὸς. [Ital. Vguale. Gal. Egal, pareil. Hisp. Ygual. Ger. Gleich.] Col. li. 8. c. 14. Atq; ubi se paulũ confirmauit, in gregem coæqualiũ cõpellitur.

Coæquus, a, um, Idem quod æquus. ἰσος, ὁμαλὸς. Plin. lib. 6. c. 29. Miromq; dicto, ex innumeris populis pars coæqua in commerciis, aut lattociniis degit. Quo tamen loco in castigationibus exemplaribus, Aequa legitur, non Coæqua.

Coæuus, Eiusdem ætatis. ὁμῆλιξ. [Ital. D' un istessa età. Gal. D' un mesme aage. Hisp. Cosa de una mesma edad. Ger. Eines, oder gleyches alters.] Cic. in Vati. Hunc tu mortem ignorabas? nunquam epulum uideras? nunquam puer, aut adolescens inter coæuos fueras?

Cœtanei, m. f. Qui eadem ætate uixerunt. ἡλικιῶται. [Itali. D' una medesima età. Gal. D' un meisme aage. Hisp. Cosa de una mesma edad, y tiempo. Ger. Die eines alters sind, oder zů einer zeyt geborẽ sind.] Porcius Latro in decla. in Catil. Merco siquidem Catoni, aut Scipioni Coætaneo suo. Vide supra in dictione Aequalis.

Coagitatio, onis, Agitatio. συγκίνησις, κίνησις ἐνδιάληκτος. [Ital. Smouimento. Gal. Emotion & demenement de l'un auec l'autre. Hisp. Obra de acoßar ò aguijar. Ger. Bewegũg.] Cic. de Nat. deor. Anima coalescit primũ ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum.

Coagmento, as, a. p. Coniungo, & compares coniunctiones cogo, ac stringo. συνάπτω, συναρμόζω, κατακροτῶ. [Ital. Cõiungere. Gal. Assembler & ioindre l'un auec le autre. Coller ensemble. Hisp. Trauar uno co otro. Ger. Zůsamen fügen, aneinanderen setzen.] Cic. in Catil. Viuendi finis est optimus, quũ integra mente, certisq; sensibus, opus ipsa suum, eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit. ¶ Et uanilatẽ, apud eundem de Orat. Verba enim uerbis quasi coagmentare neglegat. id est, nimium diligens sit in uerbis coniungendis. ¶ Plin. passiuum protulit, Mox plutibus coagmentatur nucleis, & his separatim uestitis.

Coagmenta, n. f. Coniunctiones artæ, & cõpares, à cogendo, id est, stringendo. συγκόλλησις, συγκρίματα, συγκόματα. [Itali. Coniuntioni. Gal. Assemblements, assemblees. Hisp. Aquellas

trauzones, Ger. Enge zůſamenfůgungen etlicher dingen] Plaut. Moſt. Viden' coagmenta in toribus?

Cōagmentatio f. t. *συναφεία*. [Ital. Volonne, aſſembramento. Gal. Aſſemblement, aſſemblage, collement. Hiſ. Engrudamiento, trauzon. Ger. Zůſamentfůgung.] Cic. 1. de Nat. deor. Quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis?

Cōāgŏlo, as, a. p. Cogo. conſtringo *πήγνυμι*. [Ital. Far'attaccare & appigliare inſieme. Gal. Faire pendre auec preſſure. Hiſp. Coaiar con cuaio. Ger. Zůſamen tringen, Dick machen.] Gel. Semen in utero mulieris primis ſeptem diebus conglobatur, coagulatur, ſicq; ad capiendam figuram idoneum. Plin. lib. 11. c. 37. Summa probatio eſt, ut lac coagulet.

Coagulatio, verbale. f. t. *ἐμπηκτικὴ μίξις, πῆξις*. [Ital. Preſa, congiontione. Gal. Prinſe & coniunction, congelation, eſpoiſſiſſement. Hiſ. Aquella obra de cuiar con cuaio, cuaiamiento. Ger. Zůſamen wallung.] Plin. lib. 18. c. 10. Nam id quoq; ne nequit eſt in prima lactis coagulatione.

Cōāgŭlum, n. ſ. à cogendo, id eſt denſando, ſiue ſtringendo, dicitur illud quoad denſandũ lac utimur. *πυτία*. [Ital. Caligarino, coagolo, conaglio. Gal. Preſſure. Hiſ. El cuaio Germ. Die rennen, Gerintzen, lůppe.] Tibul. Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte. Oui. 3. Metam. Lac mihi ſemper adeſt niueum: pars inde bibenda Seruatur, partẽ liquefacta coagula durant. ¶ Per metaphoram, quicquid connectit ac contingit, Coagulum dicitur. Gel. Vinculum illud coagulum animi, atq; amoris.

Cōălĕo, les, Cohæreo, concreſco. *συνίσημι, συμφύομαι*. [Ital. Creſcere, aumentare. Gal. S'aioindre & coupler auec quelque choſe, ſe nourrir & croiſtre auec. Hiſ. Crecer una coſa cõ otra. Ger. Zůſamen wachſen.] Plin. lib. 17. c. 1. Ve niſi pinguiſſimo ſolo coalere nõ poſſit. Gel. lib. 11. c. 1. Cuius in corpore cuiuſq; ex ſanguine concretus homo & coalitus ſit. Tacitus, Vetuſtate impetii coalita audacia.

Coalĕſco, is, coalui, concreſco. *συνίσημι, συμφύομαι*. Colum. de Arborib. Sic interpoſito triennio coaleſcet ficus oliuæ. Liu. lib. 1. Vocata ad conſilium multitudine, quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re, præterquã legibus, potuit, iura dedit. Saluſt. Hi poſtquam cõuenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alii alio more viuẽtes, incredibile memoratu eſt quã facile coaluerint ¶ Eius ſimplex protulit Var. lib. 1. de Re ruſt. Quemadmodum quæcunq; feri, aut coaleſcere, aut meti poſſit.

Coalluere, eſt, per alluuionẽ aliquid angere Pom. de Aquæ. poſſ. l. ergo paulatim aliquid coalluẽdo locum eminentem ſupra alueum fuſi, & cum alluendo auxerit.

Coamicus, i. m. ſ. *σύμφιλος*. [Ital. Amico del'amico. Gall. Amis enſemble, qui s'entreaiment. Hiſ. Amigos iuntamente con otros Ger. Ein miterfründ.] Cic. de Amic. ex Comœdia quadam antiqua, Hodie me ante omnes coamicos ſtultos ſenes Verſatis atq; luſeris lautiſſimè.

Coangusto, as, a. p. *στενοχωρίω*. [Ital. Stringere. Gal. Eſtrecir, reſtraindre & faire plus eſtroit. Hiſ. Iuntamente y con otros eſtrechar. Ger. Zůſamen zwingen oder tringen.] Cic. 1. de Legib. Atq; hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam poteſt.

Coangustior, aris, paſſiuum. *στενοχωρέομαι*. Cel. lib. 7. ca. 27. Quò facilius clandator, uel certè coangusterur.

Coarctare, cõprimere, intro cohibere *ἀντιπερίστημι*. [Ital. Stringere, cõprimere. Gal. Eſtrecir, enſerrer, preſſer enſẽble. Hiſ. Iuntamente eſtrechar, enſanoſtar Ger. Zůſamen tringen, einzwingen.] Cic. 1. de Orat. Sed tu hoc nobis da Sexte, & perfice, ut Craſſus hæc quæ coarctauit & perangustè referſit in oratione ſua, dilatet nobis atq; explicet.

Coarctatio, f. t. *ἀντιπερίστασις*. [Ital. Stringimento. Gal. Eſtreciſement, enſerrement. Hiſp. Eſtrechamiento ò angoſtura. Ger. Einzwingong, zůſamen tringung] id eſt cohibitio & compreſſio undiq; circufuſa: dictio frequẽs apud Phyſicos. Liu. 7. bel. Pun. Coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat.

Coarguo, is, a. t. Reprehendo, redarguo, indico *ἐλέγχω*. [Ital. Riprendere, manifeſtare. Gal. Reprendre conuincre. Hiſ. Redargoir, deſcobrir lo ſecreto. Ger. Straffen, ſchelten.] Cicero de Inuen. Aut aliis quoq; conſtitutionibus factum coarguetur Liu. 2. ab Vrb Sed eam occaſionem, ut literæ legatis darentur, quæ deprehenſæ rem coargueré poſſent, expectabat. Plin. lib. 11. c. 16. Quam probabilem aliàs ſententiam furorum euentus coarguit.

Cōſpernor, naris, atus ſũ. d. p. *ἀμαυροῦμαι, ἀπογρίφομαι*. [Ital. Sprezzar con altri. Gal. Deſtriſer auec les autres. Hiſ. Menoſpreciar cõ los otros. Ger. Sampt andern verachtẽ.] Taci. lib. 17. Laudata olim & militari fama celebrata ſenectas eius augebat coſpernantes veterem diſciplinam.

Coaſſo, as, a. p. per duplex ſ, quod & coazo dicitur pro coætabulo. *σανιδόω*. [Ital. Intauolare, tauolare. Gal. Aſſembler ais, entabler. Hiſpani. Entablar, con tablas. Germanicè, Zůſamen tãfelen, bretter zůſamen fügen.] Vode coaxatio, *σανίδωσις*, cõtabulatio, ab axibus: quamuis reuera aſſeres tabulæ non ſint, teſte Vitruu. ſed craſſior & angusta in modum parmæ trabis materia: ab aſſidendo parietibus atq; tignis appellari, ut inquit Feſtus. Plin. li. 36. c. 17. Neceſſarium binas per diuerſum coaſſationes ſubſterni. ¶ Eſt & coaxare proprium vocis ranarum, *κοαξεῖν*. Autor carminis de Philomela, Garrula limoſis rana coaxat aquis.

Coaxo, Coaxatio, vide Coaſſo.

Coblo, Piſcis quidam ex genere chromiorum. Plin. libr. 32. c. 8. Chromborum genera Cyprinus, Chalcis, cobio.

Cobion, Septima tithymali ſpecies eſt apud Plin. lib. 26. c. 8. quæ *δενδροειδὴς*, hoc eſt, arboreſcens Dioſcoridi cognominatur.

Coccum, ci, n. ſ. uel etiam Coccus *κόκκος*. [Ital. Grano, cocco. Gal. La graine dequoy on fait l'eſcarlate. Hiſp. La grana para tenir. German. Ein körnlin daraus man rot teibt den Scharlach.] Eſt granum ex arbuſcula ilici ſimili, uel ex rubenti gramine naſcens: Vulgò granum dicitur: quod ad purpuram tingendam adhibetur. Plinius libr. 11. capite octauo, Luxuria, neſtibus quoq; prouocauit eos flores, qui colore commendantur Hos animaduerto tres eſſe principales: unum in cocco, qui in roſis micat, gratius nihil tradi tor aſpectu, & in purpuras Tyrias, dibaphasq;, ac Laconicas. ¶ Coccum à Dioſc. oride *κοκκος βραφικὸς* dicitur, hoc eſt, granum tinctorium. Frotez eſt fullonius, cui adhærent grana, quibus fit color lanarum præcipuus: cuius inopia ſumma in ea parte Hiſpaniæ, quæ Tudertana appellatur: ut eſt autor Strab. lib. 10.

Cocceus, ſiue Coccineus, a, um, Quod coccl, hoc eſt, granitinctorii colorem habet: *κοκκοβαφὴς, κόκκινος*. [Italicè, Di grano, granatino. Gal. D'eſcarlate. Hiſpanicè Coſa de grana. Germanicè, Das die rote ſ. harlachs farb hatt.] Ve, Coccineum acini, apud Plinium, & Coccea indumenta, apud Lampridium.

Cŏccĭnum, tub. tantũum, n. ſ. penulti. corr. Veſtis coccinea. *κόκκινος χιτὼν*. Martialis. Coccina famoſæ donas & iaſthina mœchæ. Idem, Si fuerit ſæuus, coccina quid faciunt?

Cŏccĭnātus, m. ſ. Dicitur qui coccineis neſtibus eſt indutus. *ὁ κόκκινον περιβεβλημένος*. [Ital. Veſtito cõ habito di ſcarlato. Gal. Veſtu d'eſcarlate. Hiſ. Coſa neſtida de grana. Ger. Mit ſcharlach bekleidet.] Mar. li. 5. Clamat coccinat' Euclio.

Cŏccĭnus, a, um, pe. cor. Quod cocco tinctũ eſt, ſiue quod coccl colorẽ refert *κόκκινος*. [Ital. Di grano, granatino, di ſcarlato. Gal. D'eſcarlate. Hiſ. De grana Germ. Das eintweders auis rot ſcharlach berẽ gefärbt iſt, oder im gleich ſicht.] Hic Color exoberantiam quandam ac ſplendorẽ ruboris oſtendit, qui & Spadiceus, & Phœniceus, & Roſeus vocatur. ¶ Coccina neſtis, cocco infecta.

Coccineus, a, um, aliud adiect. *κόκκινος, ινος*. ut, Coccinei acini. Plin. li. 11. c. 31. Quos inuitat hederæ florũ ſimilitudo, in duobus eius generibus: quorũ alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, haliecabũ uocant. Coccineum autem colorem non eundem eſſe cum purpureo, oſtendit Vlpi. l. Si cui lana. de leg. 3 Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: ſed coccũ non continebitur: buccinum, & ianthinum continebitur.

Coccyx, cis, m. t. *κόκκυξ* [Ita. Cucco. Vo oiſeau appelé coccu. Hiſ. Cadillo. Ger. Ein guckguuch.] Auis eſt ex genere accipitrum, quãuis aduncis unguib. careat, uerno tẽpore præcedens, & ſub Canicula exortũ ſeſe occultans. Lat. Cuculũ appellãt. Ouã paris ſingula in alienis nidis, & maximè palumbium: cuios rei cauſa putatur, q; ſciat ſe reliquis auibus eſſe inuiſum. Vide Plin. lib. 10 c. 9 Hinc *κοκκύζειν* Græci dicunt pro eo quod eſt coccycis more eandẽ ſemper ingerere cantilenam, quã & *κοκκυσμὸν* appellant. ¶ Aſtutior coccyce, *μηχανικώτερος κόκκυξ*, dicebatur qui aſtu ſibi conſuleret. ¶ Eſt & Coccyx, piſcis cuiuſdã nomen, apud Græcos, quem & Latinorũ nonnulli Cuculum uertunt.

Coccix, pars ex laterib. ſacri oſſis, apud Gal. lib. 2. Anatomiæ.

Cocce-

Cocetum, Edulii quoddam genus, ex melle & papauere cõfectum: ſic dictum, quòd ad ignem coquatur.

Cochleæ. Dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem. Feſtus. Vide in ſequenti dictione.

Cochlea, f. p. λοχλος, ὁ κοχλιας. [Ital. Lumaca, bumbo. Gal. Vn limaſſon auec coquille, ou coquille de limaſſon, Eſcargot. Hiſp. Caracol. Ger. Ein Schneck oder Schnecken huſſle.] Ex genere eſt limacum, & proprie is qui teſtam habet. Nam limax, quamuis aliquãdo generis nomen ſit, proprie tamẽ de iis dicitur qui teſta carent. Cochleæ autem nomen iis proprium eſt quæ domicilium ſuum circumferũt (ſiue ex terreſtres ſint, ſiue aquatiles) bina prætẽdentes cornua, quibus iter explorant, quòd oculis ſint deſtitutæ. Plautus in Pœn. Viciſti cochleam tarditudine. Idem in Cap. Quaſi quum caletur, cochleæ in occulto latent. Plin. lib. 11. cap. 37. Limaces naſcuntur in uicia, & aliquando è terra cochleæ minutæ erodentem eam. ¶ Cochleæ uitæ, λοχλιβος. De iis qui parcè parcoq; uiuunt, aut contracti à negotiis loceq; forenſi ſemoti. Plutarch. ¶ Cochlea etiam in torculari uocatur lignum erectum, ſtrias habens paulatim aſcendentes, quod dum uertitur, attollit trabem prelo, aut demittit. Galli ſua lingua Viſam uocant. ¶ Eſt præterea Cochlea hauſtorium organum, quod Vulgò Pompam uocant: cuius machinæ conficiendæ rationem Vitruuius. lib. 10. ca. 11. deſcribit, ſic inquiens: Eſt autem cochleæ ratio, quæ magnam uim haurit aquæ, ſed non tã altè tollit quàm tota. ¶ Cochleæ etiam eſt genus oſtii. Varr. 3. de Re ruſt. Oſtium habere humile, & anguſtum, & potiſſimum eius generis quod Cochleam appellant, ut ſolet eſſe in cauea, in qua tauri pugnare ſolent. ¶ Cochleæ etiam lapides ſunt ex flumine, rotundi ad cochlearum ſimilitudinẽ, quæ & Cochleæ, λοχλιδες, ὁ κοχλιας dicuntur. ¶ Similiter Cochlea. ſiue Cochlis, idis, turris dicitur, ſiue ſcalæ rotundæ, ad cochlearũ ſimilitudinẽ, qb. in editiorẽ partẽ ædiũ p circuitũ conſcẽdimus: quemadmodũ & torcularia inſtar cochlearũ facta, Cochleæ nominãtur. Huiꝰ dim. eſt cochleola.

Collēgium, n. ſ. Quod eſt proprie collegarum ſocietas. συνὶς δρια, σύλλογος. [Ital. & Hiſpan. Collegio. Gallic. College, compagnée, aſſemblée, congregation. Ger. Verſamlung.] Tres numero collegium facere exiſtimauit Horatius Priſcus, quod magis ſequendi affirmat Marcellus, quàm quòd pleriq; obſeruarunt, maiorem ad id numerum neceſſarium eſſe. Plautus in Menæch. Captum ſit collegium augurum. Cicero 5 Verr. Tum ex amplißimo collegio decemuiralj, &c. ¶ Collegium item congregationem, & ſocietatem quorumcunque hominum ſignificat. Plin. in Epiſtol. Tu domum ne deſpice, an inſtituendum putes collegium fabrorum decoratæ hominum CL. ego attendam, nequis niſi faber recipiatur.

Collegia artifices, ut Alciatus, ca. fin. li. 1. Pareg. ſcribit, dicebantur, quòd in Collegia, ſeu Decurias diſtincti eſſent. Hi ut alicui muneri diligentius deſeruirent, uaria priuilegia conſequebantur: erantq; ex ipſius urbis fece, ut idem teſtatur, in ea re maximè illi numeros, quos in Nouellis Iuſtin. Lectores, ſeu Decanos appellat: ad hos cura Libitinæ pertinebat: id eſt exequias, ſepulturarumq; defunctorum procurâdi, ferendi. Varius autem eorum fuit numerus, donec Iuſtin. mille centum ergaſteria ſolùm illis attribuit, quæ ad maiorem eccleſiam pertinerent, imò omnia ea mutauerat Leo, qui ſub præterito. C. de ſacroſanct. eccl. Ceteros uero Munifices eſſe iuſſit, nec hoc nomine excuſari. Vide quæ idem annotauit, cap. 11. lib. 2. Parag. eiuſdem operis. Erant opificum collegia ex quatuor hominum generibus, è ſeruis, ex inopi uetere ciuium Romanorum plebe, ex manu mißis ciuibus, ex iis, qui cum proximè in urbem uenerant, cenſi nondum erant.

Collēno, as, a p. Leuius reddo, mitigo. συνεπιπαρίημι. [Ital. ic. Minuare, far lieue. Gall. Soulager, aleger. Hiſpa. Amenguar ò aliuiar. Germ. Erleichteren.] Plin. lib. 23. cap. 1. Prodeſt ea uenis, lecinori, & interaneis uelicæ: colleuat enim ea. De cibo loquitur.

Colliberti, m. ſ. dicuntur, qui ab eodem domino, cuius ſerui fuerunt, libertate donati ſunt. συναπελεύθεροι. [Italicè Serui uno iſteſſo patrone, & poi francati. Gal. Compagnons en ſeruitude & liberté. Hiſp. Los que de ſieruos fueron juntamente libres. Ger. Die miteinanderen von eines Herren dienſtbarkeit ledig worden ſeind.] Plaut. in Pœn. Quin hercle collibertus meus fazo eris. Paul. in l. duo, Parag. duo ſi pro ſocio. Duo colliberti ſocietatem coierunt, &c.

Collubet, uel Collubet, In tertijs tantùm perſonis, idem eſt quod Libet, aut placet. συνδοκεῖ. [Ital. Piace, è grato. Gall. Il plait, il vient à gré. Hiſp Autoriſe ò plazer algo. Germ. Gefallen, gelieben.] Saluſtius in Ciceronem, An non ita à puerilia uixiſti, ut nihil flagitioſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet? Horat. 1. Sermo. Si collibuiſſet, ab euo Vſque ad mala citaret, Io Bacche. Plaut. Amphitruo. Vtcunque animo collubitum eſt meo. Cicer. ad Craſſum libro 15. Vt ſimulac mihi collibitum ſit de re cogitare, illud occurrat.

Collīcia, f. p. interprete Feſto. regulæ ſunt, per quas aqua in uias defluere poteſt. Soient & in agris humidioribus collicias conſtitui, per quas aqua in foſſas eliceretur. εἰ χαραὶ, αἱ ὑδροχόαι. [Ital. Solchi, per in qua l'acqua ſi ſcola da i campi. Gall. Foſſés & grans raions és teries par ou s'eſcoulent les eaues, rates. Hiſp. Los ſulcos maiores en que acuden los menores. Germ. Rond hol Ziegel, oder waſſer runnſen auff den Ackeren.] Plin. lib. 18. cap. 19 In uia eſt, & collicias interponere, ſi ita locus poſcat, ampliore ſulco, quæ in foſſas aquam deducant. Colum. Colliquias uocat, lib. 2. ca. 2. Sed quamuis (inquit) tempeſtiuè lementis confecta erit, cauebitur tamen, ut patentes ſint, crebroſq; ſulcos aquarios, quos nonnulli helices uocãt, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atq; inde dextra ſegetes derimemus.

Collīdo, is, penult. product. a p. Simul percutio, συμβάλλω, συντρίβω, συγκρούω [Italicè, Percuotere inſieme Gall. Fraper l'vn contre l'autre, choquer, heurter contre. Hiſpa. Herir una coſa con otra. Germ. Zuſammen ſchlahen, Einander ſtoſſen, oder ſtoßen.] Cicer. 1. de Natur. deor. Humor ita mollis eſt, ut facilè premi collidiq; poſſit. Quint. lib. 2. capite 13. Iam collidere manus, terram pedem incutere, pectus, femur, frontem cedere, multùm ad pallatum circulum facit. Columel. libro duodecimo capite 15. Ne inter ſe pondere ſuo preſſa colligantur. Lactant. de Ira. Deiſſimi rigoris materiæ ſi ictu uehementiore collidantur, ignis excutitur.

Collīſio, ſ. n. Quæ eſt duorum, aut plurium corporum motus contrarius. περιρρήξις, συγκρουσμὸς, σύγκρουσις [Italicè, Il battere inſieme piu cole. Gall. Froiſſure de deux choſes l'vne contre l'autre, choc l'vn à l'autre. Hiſpa. Herida de vna coſa con otra. Germa. Das an einander ſtoſſen zweyer dingen, Zuſpũrſchung.]

Colliſus, huius colliſus. Idem Plin. li. 9. ca. 35. Ceu ſono quoq; & colliſu ipſo margaritarum.

Colligo, is, penultima correpta, a. t. In unum redigo. συναμίζομαι, συλλαμβάνω, συλλέγω [Ital. Coglierie, ridorre ad uno. Gall. Cueillir & mettre enſemble, amaſſer. Hiſpanicè, Coger ò concluir. Germanicè, Zuſammen leſen.] Virgil. libro 5. Aeneid. Colligere arma iubet, validisq; incumbere remis. ¶ Quandoque aufero, Lucilius. Rois huc & colligis omnia torrim. ¶ Quandoque lego, decerpo. Virgil. in Roſis. Collige virgo roſas. ¶ Quum uerò dicimus. Colligo me, colligis te, tunc pro reficere, & quaſi dilapſum ſpiritum recipere ponitur. ἀναλαμβάνω, ἀναζωπυρέω. Cicil. 2. de Orat. Craſſus colligendi ſui cauſa ſe in Tuſculanum contulit. Idem lib. 4. Tuſcul. Quid eſt autem ſeipſum colligere niſi diſſipatas animi partes rurſus in ſuum locum cõgerere? Quòd ſi alium caſum addamus, ut colligit ſe in arma, idem eſt quod parantur, muniuntq;. ἀνελόμενος. Colligit ſe in iram, id eſt excitat. Virgil. lib. 12. Aen. Suſtulit Aeneas, & ſe collegit in arma.

Colligere rationem, λογίζομαι. Dicitur reſtè computare, ita ut quæ colligenda ſunt, colligantur: & quæ deducẽda, hoc eſt detrahenda, detrahantur.

Collectio, onis, uerbale, fœmin. t. συλλογὴ, συγκομιδή. [Italicè Raccolta, ammaſſamento Gall. Collection, amaſſe Hiſpani, Ayuntramiento, cofecha. G. t. Das zuſammen leſen, ſamlung zů einandren.] Cicero pro Pompeo. Vt eo uim collectio dif-

clio diſperſa celeritatem perſequendi retardaret. ¶ Collectiones etiam dicũtur tumores præter naturam, ex humoribus in partem aliquam corporis defluentibus collecti. Plin. li. 20. c. 8. In cibo ſumptum, & illitum, collectiones, ſuccuſq; decocti ventrem ſoluit. Idem li. 27. ca. 8. Præcipua ſiccandi ei, ſpiſſandiſq; uis, & collectiones omnes, inflammationeſq; cohibendi. De hyo herba.

Collecta, æ, ſ. p. Quæ à pluribus colligitur: Symbolum aliàs dicitur: *σύμβολον*. [Ital. *Ragunanza*, raccolta. Gall. Cueille lette, cotte, quand chaſcun contribue & baille ſa part. Hiſpan. La coſecha. German. Ein Samlung, in Yrte.] & unlgò Scotum, Gallicè, *L'eſcot*. Cic. 4. de Orato. Quoniam collectam à conuiuis Craſſe exigis.

Collectãneus, nea, neum. Quod miſtum eſt, & ex diuerſo uſu conflatum: ut Aes collectaneum. *συλλογιμαῖος*. [Ital. Coſa aduunata. Gall. Ramaſſé & recueilli. Hiſp. Coſa cogediza. German. Das hin vnd hár zůſammen geleſen iſt.] Plinius lib. 34. cap. 9. Maſſa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio eris collectanei. ¶ Vnde Collectanea, orum, dicuntur ſcripta, quæ ex pluribus excerpta locis, in unum lecta ſunt.

Collectarij, in lure coactores dicuntur, qui in auctionibus reliqua publicanorum ſolẽt emere, quæ illi uel ob grauiores curas, uel ob debitorum procraſtinationem nequiuerunt exigere: I quiquis C. ſi cert. per. Vide argumentarij, & quæ adiecti Commentatores in Ligurinum.

Collectiuus, a, um, *συλλογιστικός*. Quod colligit. Quintil. libro ſeptimo capite 2. Ratiocinatiua atque collectiua quæſtio orietur.

Colligo, as, a. p. penult. corr. ſimul ligo. *συνδέω*. [Ital. *Legare ad uno*. Gall. *Lier enſemble*. Hiſpan. *Atar en uno*. German. *Zůſammen binden*.] Plautus in Amphitr. Neq; eum colligare quiuit quiſquam in cunabulis. Teren. in Eunuch. Colligauit primùm eum miſeris modis. Cic. pro Rabir. perduel. Lictor, colliga manus. ¶ Colligare ſe cum alijs, per translationem. Cicer. ad Patrum lib. 9. Quid faciat tamen non habet, ita ſe cum multis colligauit. Id eſt impedijt, & irretiuit. Cic. in Orato. Annorum ſeptingentorum memoriam uno libro colligauit. Id eſt complexus eſt.

Colligatio, uerbale, ſ. t. *σύνδεσμος*. [Ital. *Legamento di più coſe inſieme*. Gallic. *Liaiſon enſemple*. Hiſpan. *Atadora en uno*. Germanicè *Zůſammen bindung*.] Cicer. 1. de Orat. Quin colligationem cauſarum omnium perſpiciat animo, &c. Idem. Offic. Arctior uerò colligatio eſt ſocietatis propinquorum.

Colligatum, ſubſtãtiuum: ut, Omne colligatum ſolui poteſt. *τὸ δεθὲν πᾶν λυτὸν*. Cic. de Vniuerſi.

Collimare, a. p. Oculorum proprium eſt, quum eos in angulum retorquentes obliquè aliquid aſpicimus, penitusq; in rem aliquam deſigimus: quemadmodum ſagittarij ſolent, quum aliquid ſibi ad ictum deſignant. *στοχάζεσθαι, τύπτειν χεῖρ*. [Ital. *Trare à mira*. Gallicè, *Tirer à quelque choſe, tirer au blanc, toucher au blanc*. Hiſpanicè *Tirar à mirada*. Germanicè, *Auff ein ding überzwerch die Augen ſetzen, wie ein Schütz zů ſeinem Zweck*.] Plaut. Collimatis oculis ad umbram meam. Cic. 1. de Diuin. uidetur poſuiſſe pro eo quod eſt, ſignum oculis deſtinatum ferire. Quis eſt (inquit) qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? Quinquam non deſunt, qui Collineet, ubi malint legere, quam Collimet. Gell. libro nono capite 1. Ars ſi in editiora mittas, & ad percutiendum ſupernè aliquid, manum & oculos collineſ; quo modus à te datus fuerit, eò telum ibit, quod iecteris.

Collimitor, aris, ari, *ὁμορέω*, ex eum & limitor. Sol. cap. 25. Celonis Agathyrſi collimitantur.

Collimitatus, pen. prod. ad ictium: Solin. cap. 11. Ipſa phrygia Troadi ſuperiecta eſt, Aquilonia parte Galatiæ collimitata.

Collimitium, ĭ, *ὁμορεσμός*, Coitio limitum. Solin. capite 62. Hoc eſt collimitium, in quo limes Perſicus Scythis iungitur.

Collineo, as, a. p. Ad rectam lineam dirigo, oculos in ſcopum intendo, & non nunquã rem deſignatam iaculo contingo. *στοχάζεσθαι, τυγχάνειν*. [Italicè. *Vedor dritto, dare in brocca*. Gallicè. *Eſter droit au blanc, fraper dedans le blanc*. Hiſpanicè. *Trier à mirada*. Germanic. *Stracks, oder Stracks auff ein ding ſehẽ, oder die Augẽ wenden*.] Cic. lib. 3. de Finib. Vt ſi cui ſit propoſitum collineare hastam aliquò, aut ſagittam. Idem 2. de Diuina. Quis eſt enim qui totum diem iaculans non aliquando collineet? Quam collectionem eruditis magis uideo probari, quàm quæ ſit in uulgatis editionibus occurrit. Collimet.

Collino, collinis, pen. corr. collini, collitui, colleui, collitum. *παλαχρίω, συναλείφω*. [I. Stropicciare dolcemẽte di più coſe inſieme, come fa chi unge qualche coſa. Gall. *Oindre & frotter de quelq; choſe*. Hiſp. *Vntar iuntamente*. Germani. *Bestreychen*. Inſalben.] Idem quod linere. Columel. lib. 6. capit. 17. Paſſimaceq; agreſtis ſemina & ſuccus armoracea cum melle collinita oculorum ſedant dolorem. Quo in loco legitur Collinita: quæ uox eſt à Collimio, collimis, penult. correpta colliniui, collinitum, collinire ſiquidem à Collino, collitum eſſet. ¶ Collinere item Conquinare. Plaut. Moſtel. Pulchrum ornatum turpes mores cœno collinunt. ¶ Crines puluere collinere, Horat. 1. Carmin. Ode 17.

Collinus, Vide Collis.

Colliphium, uide Cyliphium.

Collinio, *κατασχοινογραμμῶ*. dirigo, propoſitum aſſequor, ad lineam rectum facio. Auguſt. Cor tortum quam diu prauum & diſtortum, non poteſt colinearis rectitudine Dei.

Colliquario, uocatur, cum per uentrem quiddam excernitur, quod non ab accepto cibo aut potu prodit, ſed ab humoribus ex corpore in uentrem defluentibus, ſimulatuſq; ei quæ tum per uomitum reijcitur, tum interdũ procedit flauæ bili: differt autem ab eo tum grauedine, tum quòd flauus quodam modo excrementum apparet, ſtrigmentiſmoq; craſſitudinem habet: aliquando uerò oleoſum & adipoſum exiſtit. Acti. Sermone, 9. capite 19. Vocatur & Syntaxis.

Colliquẽſco, ſcis, n. t. Idem quod liqueſco. *συντήκομαι*. [Ital. *Diuenir liquido*. Gall. *Se ſoudre enſemble*. Hiſp. *Derretirſe*.] Columel. lib. 12. cap. 12. Vſq; eo, dum ea quæ addideris in pice colliqueſcant. ¶ Colliquefacere *συντήκω*. Cicero pro Cluent. In pane datum uenenum facilius & potuit, quam in poculo latentius potuit additum, in aliqua parte panis quàm ſi totum colliquefactum in potione eſſet.

Colliquiæ, arum, Vide Coliciæ.

Collis, per duplex l, m. t. Minor mons, à colendo dictus. *βουνὸς, λόφος*. [Ital. Colle, collina, monticello. Gallic. *Tertre, couſtau ou coſte, montagnette, de petit hant d'une montaigne*. Hiſp. *El cerro ò collado del monte, pequeño monte*. Germ. *Ein Bühell*.] Varro, Quòd primùm ex agro fructus capiebant. Campus dictus eſt: poſtea quam ſuperiora loca colere cœperunt, à colendo, Colles appellauerunt. Cicer. 5. Verr. Quos ego campos antea, colleſq; nitidiſſimos uiridiſſimoſq; uidiſſem. Idem pro Cluent. Quum quædam in collibus, ut ſolet, controuerſia paſtorũ orta eſſet. ¶ Colles Romæ ſeptem fuerunt: unde & Septicollis dicta eſt: Palatinus, Celicer, Quirinalis, Auentinus, Cœlius, Viminalis, Exquilinus, & Tarpeius, ſiue Capitolinus. ¶ Colles item dicuntur doſſi eminentiæ, utrinq; à ſpina (quæ in medio deprẽſſa, quandam uallecula ſpeciem referre uidetur) colliculorum modo extantes.

Colliculus, m. ſ. per duplex ll, Significat paruum collem. *λόφος, γιώλοφος*. Apuleius libro 1. Flor. Colliculus ſepimine conſeptatus.

Collinus, a, um, penulti. prod. *ὁ ἐν τῷ βούνῳ*, uel *ὁ ἐν τῷ βουνῷ*. [Ital. Coſa di montagna, di colle. Gall. *De petite monteigne, de coſte ou couſtau*. Hiſpan. *Coſa de tal cerro ò collado*. Germanicè. *Das zů dem Bühel gehört, oder vonn dem Bühell kompt*.] ut. Collina uinea, quæ in colle plantata eſt. Columel. lib. 12. cap. 21. Eius defruti ſextarius in duas urnas muſti adijcitur, ſi muſtum ex uineis collinis eſt: ſed ſi ex campeſtribus, &c. Collina uina, in collibus nata. Collina aqua. Col. li. 1. ca. 1. Tertia putealis uel collina, uel quæ non infima ualle reperitur.

Collobium, ii, n. ſ. *κολλόβιον* genus tunicæ, quo antiqui Romanorum utebãtur: ſic dictum, quòd ſine manicis eſſet ac mutilatum. Nam *κολλόβον* breue, mutilatum, truncum ſignificat. Hæc cataclyſta ueſtis dicitur.

Collõco, as, are. a. p. Pono *τίθημι*. [Ital. *Collocare, riponer*. Gall. *Colloquer, mettre & poſer, aſſeoir*. Hiſp. *Aſſentar*. Ger. *Setzen, an ein ort ſtellen*.] Cic. 7. Verr. Vbi iſte per eos dies tabernaculis poſitis caſtra luxuria collocarat. Idem 1. Officiorum

ſciorum: Quamobrem melius apud bonos, quàm apud fortunatos, beneficium collocari puto. Idem ad Brutum: Maximo clamore atq; plauſu in roſtris collocatus ſum.

Collocatio, uerbale, ſ.t. θέσις, τάξις. [Ital. Collocatione ripoſamento. Gall. Aſſiete, collocation, poſement. Hiſp. Aquel aſentamiento de vno con otro. Ger. Setzung, ſtellung.] Cic. 1 de Orat. Sequitur continuatio uerborum, quæ duas res maximè, collocationē primùm, deinde modum quendam, formamq; deſiderat.

Collocŭpleto, as, are, a. p. Idem quod ſimplex locupleto. πλουτίζω. [Ital. Arrichire. Gall. Enrichir, fare plus copieux & plus riche. Hiſpan. Enriquecer à otro. Germ. Reych machen.] Terent. Heauton. Dum propter te cerās patria careo domus, tu interea loci Collocupletaſti te Antiphila. Ad Herenn. lib. 2. Exornatio eſt, qua utimur rei honeſtandæ & collocupletandæ cauſa.

Colloquor, eris, colloqui, d. p. Simul loqui. συνομιλῶ. [Ital. Ragionare, parlare. Gall. Parlementer enſemble, deuiſer, parler enſemble. Hiſpan. Hablar vno con autro, parlar. Germ. Mit einander reden, geſpräch halten.] Terent. Eunuch. Videbit, colloquetur, aderit unà in unis ædibus. Cic. 2 de Oratore: Hoc uno præſtamus uel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus.

Colloquo, uerbale, ſ.t. συνομιλία. [Ital. Parlamento, parole hauute inſieme. Gall. Deuis, parlement enſemble. Hiſp. Habla vno con otro. Germ. Ein geſpräch, ein red die man mit einander eins haltet.] Cic. 2. Tuſc. Nec uerò id colloquio hominum, aut conſenſus efficit.

Colloquium, qui, n. ſ. Idem quod collocutio. συνομιλία, διαλογία. Livius 1. ab Vrbe, Priuſquam dimitterent opus eſſe colloquio. Cic. 2. Philip. Amicorum abſentium colloquia epiſtolæ. Plin. lib. 10. cap. 49. Sanguinem quiſquis edentium eſſe uerus ſit autum colloquia.

Colluceo, es, cere, n. ſ. Idem quod ſimplex luceo. φέγγω, λάμπω, φαίνω. [Ital. Lucere, riſplendere. Gall. Reluire. Hiſp. Luzir, ò reſplandecer. Germ. Scheynen.] Virg. lib. 7. Aen. Quæ iam intelleris Eliſæ Collucent Pamuits. Cic. 2. de Nat deor. Nam ſolis calor & candor illuſtrior eſt, quàm ullius ignis, quippe qui immenſo mundo tam longè lateq; colluceat.

Colluco, as, pen. prod. a. p. apud Catonem ſignificat profanæ ſylue ramos officientes lumini decido. διλαδέω, διλαδητέον. [Ital. Sboſcare, tagliare rami di ſelua ombroſa. Gall. Ebrancher, eſſarter, couper d'vn arbre les branches qui offuſquent. Hiſp. Podar los arboles. Germ. Jn einem ſaſtren wald die bäum erhauwen, das er heiter werde.] Columella lib. 2. cap. 22. Neq; arborem ferris collucare permittitur.

Colludor, aris, d. p. Simul ludor. συμπαλαίω. [Ital. Giocare alla lotta, lottare inſieme. Gall. Luiſter enſemble. Hiſp. Luchar vno con otro. Ger. Mit ringen.] Plin. li. 27. cap. 2. Cum eo ſolo colluctatur, uelut pari lotus inuento.

Colluctātio, uerbale, ſ.t. συμπαλαισμός. [Ital. Lotta, giuoco della braccia. Gall. Luicte contre vn autre. Hiſp. La lucha de vno con otro. Germ. Mitringung.] Colum. li. 6. cap. 2. Ne in colluctatione alter alteri noceat.

Colludo, dis, dere, n. t. Simul ludere. συμπαίζω. [Ital. Scherzare, burlare inſieme. Gall. Se iouer enſemble. Hiſp. Jugar vno con otro. Germa. Mit ſchertzen, oder mit anderen ſchimpfen.] Cic. 4. Verr. Niſi tecum colluſiſſet, & tux ponos exiſtimationi ſeruiſſet quàm ſux. Virgil. lib. 1. Georg. Aut iuuenes nantes in aqua colludere plumas. ¶ Colludere apud Iuriſconſultos dicuntur inter ſe litigantes, quum alter & reus litem inter ſe ſimulant, alterq; ſe patitur ſuperari, ut tertio cuipiam præiudicium afferatur: uel quum alter ex procuratoribus cauſam domini prodit: & quum nitere poſſet, patitur tamen ſe condemnari. συγκαταχέω, συντιθέμαι. [Ital. Ingannar l'vn l'altro, quando due partiſi concordano per ingannare vn terzo. Gall. Quand les deux parties qui plaident, ou leurs procureurs s'entendent entr'eux, & colludent ou font trompet vn tiers. Hiſp. Hazer colluſion entre el pleyto. Germ. Wann jren zween am rechten ein gefaren mitt ein anderen hand, vnnd ſy es mit einander anfangen, das ſich der ein theyl vnderwinden laſſt, vff das der ander theyl betrogen werd.] Vlpianus l. Eleganter. ff. de do malo. Si dolo malo procurator paſſus ſit uincere aduerſarium meum, ita ut abſolueretur, puto actionē de dolo non competere, ſi paratus ſit reus transferre iudicium in ſe ſub exceptione hac, Si colluſum ſit.

Colluſio, ois, uerbale, ſ.t. Colludendi actus. συμπαιγνία, συντίχνασμα. [Ital. Eſſo litigare ouero giuocare inſieme per ingannare vn terzo. Gall. Colluſion, quand les parties s'entendent enſemble. Hiſpan. Aquelle colluſion enel pleyte. Germ. Schimpff, ſchertzung, oder ſolche mitt heilung an einem Rechts handel.] Cic. 5. in Verrem, Quum uerò uerbo iudicium fit in edicto, re quidem uera rumorum comitum hominum nequiſſimorum colluſio cum Decumanis ſociis tuis, atq; adeò procuratoribus: tamē audes illius iudicii mentionem facere.

Colluſor, oris, m. t. Qui cum altero ludit. συμπαίκτωρ. [Ital. Chi giuoca con vn altro. Gall. Qui ſe ioue auec vn autre, qui fait colluſion. Hiſp. El que haze aquella colluſion, jugador. Germ. Ein ſchimpfer, der mit eim anderē ſchertzet.] Cic. 2. Phil. Hunc tu compranſoribus tuis & colluſoribus diuidebas.

Colluſorie, adverb. συγκαπνυστικῶς. Vlpian. l. ſi ſeruus plurium. ff. de legatis primo. Si hæreditatis iudex contra hæredem pronunciauerit non agentem cauſam, uel colluſoriè agentem, nihil hoc nocebit legatariis.

Collum, per duplex ll. n. ſ. Pars corporis caput ſuſtentans: à Colo, is, quia hæc præcipuè pars torquibus ac monilibus ornati cōſueuit. τράχηλος, δειρή. [Ital. Collo. Gal. Le col. Hiſp. El cuello. Ger. Der hals.] Cic. 5. in Verrem. Hæc cloſtra mulieri redimiculum præbeat, hæc collum, hæc crines. ¶ Hinc Decollo, & Subcollo, de quibus ſuis locis. ¶ Legitur & collus apud Plautum in Captiuis, Collus collaria caret. Collum obſtrictum, τράχηλος περιστράμμενος, ſeu collum obtortum, uerbum eſt iuris: nam in ius collo conſtricto rei trahebātur. Plaut. in Curc. Collum obſtringe, abdque iſtum in malam crucem Hieronymus, Obtorto me in ius trahit. Vnde qui ui compellitur, obtorto collo trahi dicitur. Cicero pro Cluentio, Nec quicquam prius eſt factum, quàm ut illum perſequeretur, & collo obtorto ad ſubſellia reduceret, ut reliqua poſſet perorare. Idem 6. Verrina.

Colluo, luis, idem eſt quod lauo. νίπτω. [Ital. Lauare. Gall. Lauer auec quelque choſe. Hiſp. Lauar, ò lauar iuntamente. Germ. Vuetſchen.] ut colluere os, colluere dentes dicimus: colluere gurgu apud Perſium. Item colluere amphoram, apud Catonem de Re ruſt. cap. 89. Amphoram deſicato colluito: puram impleto aqua pura. Plin. lib. 30. cap. 6. Vel ſi decocta aqua colluantur.

Colluſtro, as, are, a p. Circunſpicio, περιοπτῶ. [Ital. Guardare intorno. Gall. Eſclairer ca & là. Hiſp. Mirar en derredor. Germ. Allenthalben wol beſichtigen.] Virg. Aeneid. Omnia colluſtrans, hanc primùm littore claſſem Conſpexi uenientem. Cic. 1 Tuſc. Ego autem quum omnia colluſtrarem oculis, animaduerti columnellam, &c. Idē in Oratore, In picturis alios horrida, inculta, abdita & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant.

Colluuiēs, ei, fœm. gen. quint. decl. Sordes aut immunditiæ quæ ex concurſu alicuius rei contrahuntur. συγγύης. [Ital. Sporchezza, ſporcitia, bruttura. Gall. Amas d'ordures & fanges. Hiſp. Suzio, ſuziedad. Germ. Vnflat, můſt.] Plinius lib. 24. cap. 19. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in colluuiem potoris, uel ex lacte & uino. ¶ Colluuies per translationem apud Ciceronem ad Atticum lib. 9. Et te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ perſpicitur futura, colluuie regnare.

Colluuio, onis, f.t. Idem, Et per translationem. Cic. pro Sest. Ille nefarius ex omnium ſcelerum colluuione natus. Colluuio rerum, pro permiſtione & confuſione. Livius lib. 3. Necui in colluuione rerum contumeliæ maieſtatem ſuam offerrent.

Colluuiāria, orum, n. ſ. Dicta ſunt in ductibus aquarum, per quæ colluuies & immunditiæ eiectantur, ἐκτικοί. Vitruu. lib. 8. Etiam in uentre colluuiaria ſunt facienda, per quæ uis ſpiritus relaxetur.

Colluuiaris porcus dicitur, qui in colluuie nutritur, cibo permisto. Festus.

Collybus, bi, penult. cor. m. ſ. λόλλυβος. [Ital. Il cambio, perdita de laggi. Gal. Change, tare du dechet de l'or ou argent, ſoit pour le change ou autremẽt. Hiſp. Lo que gana el cambiador couel cambio. Germ. Verlorſt in verwechſlung des gelts.] Id detrimentum pecuniæ eſt quod in ratiocinijs Emptionem auri appellant, & nulgò Cambium dicitur, quum pecunia ad exteras nationes exportanda eſt, & apud numularios aliis ſpeciebus commutãda. Vt ſi argentea moneta, aureis mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiata in vna prouincia, alio quo genere permutanda ſint rato, receptoque, & promulgato in ea prouincia: id idem, quod ex ſumma apud numularium deciditur, & ueluti deperit, Collybus uerbo Græco appellatur. Cicero 3. in Verrem, Ex omni pecunia quam araroribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primùm pro ſpectatione & collybo: deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia ludices, non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt uocabula: nam collybus eſſe quî poteſt, quum utantur omnes uno genere numorum? Vbi Collybum appellat pecuniæ permutationem, & numorum quaſi interrimentum. Collybus, inquit Pollux, ἀργυρίου ἀλλαγή, id eſt, pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus in Pandectis. Cicero ad Atticum, De Cello, uide quæſo ne qua lacuna ſit in auro: ego iſta non nouiſ; ſed certè tu collybo eſt detrimentũ ſatis, &c.

Collybiſtes, ſtæ, ſine Collybiſta, com. pr. λολλυβιστής. [Ital. Banchiere. Gal. Changeur, banquier. Hiſpan. El cambiador que trueca moneda. Germ. Vuechſler.] Numularius, qui ex pecuniæ permutatione quæſtum facit.

Collyra, penul. cor. λολλύρα, Panis triangulus & modicus, quem Itali Torram uocant. Plaut. in Perſa, Collyræ facite ut madeant. Cælius lib. 2. cap. 10.

Collyrium, n. ſ. λολλύριον. [Ital. Medecina da occhi. Gall. Apareil pour les yeux. Hiſ. Medecina propria de los jos. Germ. Ein artzney der augen.] Medicamentum oculorum. Horat. 1. Serm. Sat. 7. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinire. Celſus lib. 7. Nec ignoro multis placuiſſe linamentum in modum collyrii compoſitum, tractum melle demitti. ¶ Non tamen ſolis oculis collyrium adhiberur, ſed aluo quoq; ſubiicitur in cura equorũ & boum, ut autor eſt Columella, qui lib. 6. cap. 6. ſcripſit: Salis ſextãs cum decem cepis conteritur, & admiſto melle decocto, collyria immittuntur aluo, atq; ita citatus bos agetur. ¶ Hoc etiam nomine peculiariter nocatur quoddam terræ Samiæ genus, diuerſum ab aſtro Samio, propterea quòd præcipuus eius uſus ſit in collyriis. Vide Dioſcoridem libro quinto.

Cõlo, as, priore prod. a. p. κόλω. [Ital. Colare. Gal. Couler, paſſer par vn ſaz, ou eſtamine. Hiſp. Colar como por coladero. Ger. Seihen.] Manilius, Et colare uagos induſtis retibus amnes. Eſt autem colare pauxillatim liquorem aliquem, ſtillatimq; emittere, uel rem aliquam per colum purgare. Apuleius libro Flor. de Gymnoſophiſtis: Non illi norunt aruum colere, uel aurum colare, uel equum domare. Vnde & Cola dicta, per quæ liquor emittitur. κῶλοι. Virgilius in Georg. Colaq; prælorum famoſis diripe tectis. Inde compoſita Percolo, κολάω. Excolo, ἐκκολάω. Colum. li. 8. Nam maximè refert primo quoque tempore ferrum percolari. Vide ſuo loco.

Cõlo, lis, colui, cultum, act. t. Adoro, uneneror. σέβομαι λατρεύω, θεραπεύω. [Ital. Adorare, riuerire. Gall. Honnorer, auoir en reuerence. Hiſp. Adorar ò hazer reuerencia. Ger. Vereeren, eer entbieren.] Virgil. lib. 9. Aen. Summe deũm ſancti cuſtos Soractis Apollo, Quem colimus. ¶ Hinc Cultus & Cultura, quam Græci λατρείαν uocant. Colimus item pares amore & officio, ut minores humanitate & beneficijs, hoc eſt, proſequimur amore, officio, & ſimilibus. Plaut. Ciſt. Quia me colitis & magnificatis. Terent. Adelp. Et nos coluit maximè. ¶ Item Colere, exercere, κακῶς ἐν πονεῖν. Liuius li. 1. Abi, nuncia Romanis, Cœleſtes ita uelle, ut mea Roma caput orbis terrarum ſit: proinde rem militarem colant. ¶ Item habitare, οἰκεῖν, οἰκεῖσθαι. [Ital. Habitare. Gall. Habiter, demourer. Hiſp. Morar. Germ. Vuohnen.] Plautus in Aulul. Hanc domum iam multos annos ego poſſideo & colo. Virgil. 8. Aeglog. - Pallas quas condidit arces Ipſa colat. Vnde & Cœlicolas dicimus, quòd cœlum colant, id eſt, habitent, tanquam quidam cœli coloni. ¶ Item diligere, φιλεῖν. [Ital. Amare con honore. Gall. Aimer auec honneur. Hiſp. Amar con honra, honrar. Ger. Einen liebẽ vnd zů ereen halten.] Terent. in Heaut. Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt. ¶ Item decere, διαίνειν. Virg. lib. 3. Georg. Hanc olim ueteres uitam coluêre Sabini. ¶ Item arare, ſeu quoquo modo terras aptare. γεωργεῖν. [Ital. Lauorare. Gall. Labourer. Hiſp. Labrar la tierra. Germ. Das feld bauwen.] Colum. lib. 1. Nam ubi ſedulò colitur ager. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & Colonus, de quibus ſuis locis. ¶ Item ornare, διακοσμεῖν. Plaut. Quin tu te colis, antequam exeas domum? Cicero, Erat enim non tam grauis, quàm elegans & facetus, & culta oratio. ¶ Huius compoſita ſunt Accolo, Circuncolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo, penult. corr.

Cultus, cultior, cultiſſimus, adiect. διακεκοσμημένος, τιθηπευμένος, γεωργούτατος. Colum. li. 8. cap. 8. Nam quanto eſt cultior, tanto latior auis conſpicitur. Idem lib. 1. cap. 1. Nam is demum cultiſſimum rus habebit qui & colere ſciet, & poterit, & uolet. Animus cultus, Cic. 2. Tuſcul.

Cultus, tus, m. q. uerbale eſt à uerbo Colo, unde etiam totidẽ penè habet ſignificata, quot ſuum primitiuum. Interdum enim Colo ſignificat terram ad ſuſcipiendum ſemen præparãt. Inde Cultus, eſt huiuſmodi terræ præparatio. γεωργία. [Ital. Lauoro. Gall. Labourage, labeur, cultiuement. Hiſp. La labranca. Germ. Ein feldbaw.] Cic. 2. de Leg. Nullius agricolæ cultu ſtirpes tã diuturnæ ſeminantur. ¶ Cultus idem quoq; ſignificat quòd ornatus, ſiue curatio. διακόσμημα, σκευή. [Ital. Ornamento. Gall. Ornament. Hiſpan. Honra y acatamiento al mayor. Germ. Zierd.] ut, Cultus corporis, cultus animi. Cic. 1. Offic. Ob eas q; cauſas ſtudeat parare ea quæ ſuppeditent & ad cultum, & ad uictũ. Plin. lib. 11. cap. 1. Fabricarem etiam deũm fibulas, & alia muliebris cultus. ¶ Cultum etiam deorum dicimus: hoc eſt, ueneracionem. Græci λατρείαν uocant. Cic. 1. Tuſcul. Hæc (philoſophiam intelligit) nos primùm ad illorũ cultum, deinde ad ius hominum erudiuit.

Coltio, onis, f. t. Idem quod cultus. Cic. 5. in Verr. Quid eſt enim Sicilia, ſi ei agri coltionem ſuſtuleris?

Coltum, ti, ſubſtantiuum: ut, Pinguia culta. Claudian. in lau de Stiliconis.

Coltor, oris, uerbale, m. t. λατρευτὴς, ἐργάτης, θεραπευτής. Liuius 4. ab Vrbe, Famem coltoribus agrorum timentes. Cic. 2 de Nat. deor. Quid ſum de hominum genere dicam, qui quaſi coltores terræ conſtituti, nõ patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, &c. Idem 1. Offic. Sunt his alii multum diſpares, ſimplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex inſidijs agendum putẽt, ueritatis coltores, fraudis inimici.

Coltrix, uerbale fœm. θεραπευτρία, ἐργάτις. Cic. 5. de Finib. Eorumq; augendarum & alendarum quandam coltricem eſſe, quæ ſit ſcientia, &c.

Coltura, rx, f. p. Idem quod Coltus. ἐργασία, θεραπεία. ut, Coltura agri. Cic. 7. in Verr. Deinde quum audierit eas res, quibus fundi fructus & coltura continentur, &c. Idem 2. Tuſcul. Ager, quò magis fertilis, ſine coltura fructuoſus eſſe non poteſt.

Cõlonus, ni, m. ſ. à colẽdo, id eſt, habitãdo, ſiue ab agrorũ coltura. ἄποικος. [Ital. Contadino, habitatore. Gal. Fermyer, laboureur, fermier, celuy qui habite en certain lieu ou il a eſté ennoyé par ſon ſuperieur hors du pais. Hiſp. Poblador nueuo de algun lugar, morador, ò labrador de la tierra. Germ. Ein bawrs man, oder ein jawoner.] duo ſignificat: nam aliquãdo coloni dicuntur, qui à metropoli (ſic enim ciuitas dicebatur, quæ coloniam emittebat) in alium locum habitandi cauſa deducebantur: iiſq; non propriis, ſed metropolitanorum uiuebant legibus. Cic. 1. de Nat. deorum. Quanquam Circen quoque coloni noſtri Circeienſes religioſè colunt. Virgil. 1. Aen. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni. Aſcribere colonos nouos, Cic. 2. Philip. Aſſignare agros colonis. Cic. 2. de Lege agrar. Deducere colonos, Cic. 2. de Lege agrar. ¶ Quandoq; uerò Coloni, agrorum coltores dicuntur γεωργοί. Cicero pro Cecinna, Qui colonis habuit conductum de Ceſennia fundum. Virgilius primo Aeneid. Vt quamuis auido parẽtur arua colono. Co-

lumella

lamella libro 1. Comiter agat dominus cum colonis, facilemq; ſe præbeat.

Colona, æ, Dicitur coloni, hoc eſt, agricolæ uxor. Ouid. de nuce, Et condit lectas parca colona nuces. Idem 4. Faſtorum, Habebat Rus breue cum duro parca colona ſuo.

Colonus, a, um, adiect. Quod culturæ idoneum eſt. γεωργικός. [Ital. Coſa da lauorare, ò affitata. Gall. Bonne à quelqu'vn pour labourer. Hiſpan. Coſa para labrar. Germ. Das ackerbauwes iſt.] Cicero 5. Philipp. Vti Caius Panſa, A. Hircius Conſules, alter, ambóue cognoſcerent qui ager colonus eſſet.

Cŏlōnia, f. p. Gens ad habitandum aliquam terram miſſa: ab incolendo, hoc eſt, inhabitando terram dicta. ἀποικία. [Ital. Colonia, habitatione. Gal. Detairie, cenſe, lieu où on à enuoyé gens pour habiter. Hiſp. Puebla, ò publacion, de algunos eſtrangeros. Ger. Ein zal der leüten die man in ein ort hin auſſſendet doſelbs zůwohnẽ, oder das ort der wohnung ſelbs.] Cæſar 8. Bel. Gal. In Togatam Galliam mittit ad colonos ciuium Romanorum tuendas. Cicero de Lege agraria contra Rullum, Hoc in genere, ſicut in cæteris Reipublicæ partibus, eſt operæpretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias ſic idoneas in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, ſed propugnacula imperii eſſe uiderentur. Idem 1. Officiorum, In alias domos, tanquam in colonias exeunt. ¶ Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ ciuium Romanorum dictæ ſunt, aliq; ex utriſque conflatæ: nonnullæ ex peditibus uel equitibus, quam in agrum bello captum ſtirpis augendæ cauſa mittuntur. Bononia, Latina colonia eſt: Mutina & Parma, ciuium Romanorum. ¶ Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo trans Padum traduxerat. Non enim nouis colonis eas conſtituit, ſed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut poſſent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ, id eſt, ut ius petendi magiſtratus in ciuitate Romana adipiſcerentur. ¶ Erant præterea coloniæ, quibus ius Italiæ dabatur. Coloniarũ autẽ huiuſmodi ratio erat: Quum in urbe Roma multos ex ueteribus, nonnunquam incolis, paupertate premi intellectum erat, adeò ut cenſui ſoluendo non ſufficerent, Triumuiri à Senatu creabantur, qui locis primùm conſideratis, in quibus Reipubli ex expediret propugnaculum conſtitui, noua edicta proponebãt, danda eſſe nomina ab illis qui nouam coloniam deduci uellent: ſicq; urbs pauperibus exonerabatur, & re familiaris pondere grauati, ad nouas quibus indigerent, diuitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor, ſex, aut ſeptem agri iugera, & quandoq; plura. ¶ Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officium, à colenda terra. Paulus, Seruos qui coloniæ aſcriptus eſt, ad periculum coloni pertinebit. Græcè, ἐργαζομένων γῆ. Plaut. in Pſeud. Det nomen ad molarium coloniam.

Colonicus, ea, cum, Quod eſt coloni, ſeu quod ad colonum pertinet. γεωργικός. Varro, Atque etiam leges colonicas tollis.

Colonicum pecus, Dicitur hirſutum, quũ molle dicatur tectum. Plin. li. 8. cap. 47. Ouium ſumma genera, duo tectum & colonicũ: illud mollius, hoc in paſcuis delicatius, quippe quum tectũ rubis uelcatur. ¶ Cohortes colonicæ. Cæſar, Cohortes duas, quæ colonicæ appellabantur, quum eò eas emiſſent, ruendi oppidi cauſa apud ſe retinẽt. ¶ Decuriones colonici. Suet. in Auguſt. Excogitato genere ſuffragiorum, quæ de magiſtratibus urbicis Decuriones colonici in ſua quiſq; colonia ferrent.

Cŏlŏcăſia, f. p. κολοκασία, Faba Aegyptia, latiſſimis habens folia, ex quibus Alexandrini ſibi pocula conficere ſolebant. Pallad. Hoc menſe colocaſiæ bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maximè irriguum. Frondere propẽ ſemper poſſunt, ſi tanquam cirrata tegumentis defendantur à frigore.

Colocaſium, neutro genere dixit Virgil. in Poll. Miſtaque ridenti colocaſia fundet acantho. Vide ſuprà in dictione Cibouum.

Cŏlŏcynthis, idis, fœm. tert. κολοκυνθίς. [Ital. & Hiſpan. Coloquintida. Gall. Courge ſauuage, coloquinte. Germ. Coloquinte.] Sylueſtris cucurbitæ genus eſt, ſatiua minus, medicinis pilæ magnitudine fructum ferens, purgationibus ita accommodatum. Vide Plin. li. 20. cap. 3. Vulgus herbarum Coloquintam uocat.

Colomeſtrum, neutr. ſec. decl. Romani appellauerunt ſecundam Aconiti ſpeciem, teſte Dioſcoride, quam idem & Cynoctonon, & Lycoctonon, à canibus & lupis necandis cognominat.

Cŏlon, penultima producta. κῶλον. [Ital. Vno inteſtino & budello che cingne i fianchi ſotto i regnoni, & paſſa inuer ſo il fondo dello ſtomacho. Gal. Vn inteſtin ou boyau depois le roignon dextre, iuſques au ſeneſtre, paſſant ſur le fond de l'eſtomach. Hiſp. La tripa ancha. Germ. Der groſs darm.] Eſt craſſius inteſtinum, tabulatum, ex quo excrementa cum accipiunt colorem, quo egeruntur, plurimas cellulas atque cauernas habens, ad renem ſiniſtrum religatum. Gellius libro 17. capite 11. aluum uocat: Ac deinde, inquit, aridiora ex iis incrementa in aluum conuenire, quod Græcè κῶλον dicitur. Celſus libro 1. capite 8. Laxius inteſtinum uertit: Et ſi, inquit, laxius inteſtinum dolere conſueuit, quod κῶλον nominant, quum id nihil niſi genus inflationis ſit, id agendum eſt, ut concoquat aliquis, ut lectione & aliis generibus exerceatur: utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis: denique omnimodo frigus euitet: itemq; dulcia omnia, legumina q; ue, & quicquid inflare conſueuit. ¶ Eſt autem Colon, quintum in ordine inteſtinorum, medium inter Cæcum & Rectum locum obtinens. Primùm per iecoris caua obrepit, ubi folliculum bilis attingens: illiq; nonnunquam annexum, amarorem coloremq; luteum contrahit: indeq; paulùm exorgens, uentriculi fundo inſeritur: & rurſus ad ſiniſtrum hypocondrium contendens, lieni accumbit: poſthæc in poſteriora demergitur, cohæretq; reni ſiniſtro: à quo demum laxius apud coxam ſiniſtram eminet. ¶ Serenus dictionis huius priorem ſyllabam contra artem corripuit, quum ait: Quum colon inuiſum morbi genus intima carpit, Mande Galeritam uolucrẽ quam nomine dicunt, Aut pauidi leporis madefacta coagula pota. Niſi quis fortè Colum ibi malit legere, Latina terminatione, ut poſterior ſyllaba per ellipſim abſumatur. ¶ Eſt item Colon Græcis, quod Latinè Membrum uocamus: unde per translationem etiam membra orationis Cola nuncupantur, quòd ex iis, ueluti membris, conſtet periodus. Cic. de Claris Orat. Comprehenſio & ambitus ille uerborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci uocant, diſpertiebat orationem libentius. Hinc Monocholon carmen dicitur, quod unimembre eſt: hoc eſt, ſimplex, & ex uno tantum carminis genere conſtans. Dicolon: hoc eſt bimembre, quod ex duobus uerſuum generibus conſtat, & ſic de aliis.

Colicus, ca, cum, adiectiuum, κωλικὸς: ut, Colicus dolor, qui in colo generatur: & Colicus homo. Plin. lib. 20. cap. 4. Praxagoras & iliosis dandos cenſet: Pliſtonicus, & colicis. Colicon medicamentum ad dolorem inteſtini plenioris. Celſus lib. 1. cap. 14.

Colonus, Colonia, Vide Colo.

Cŏlŏphōnĭa, nix, f. p. κολοφωνία, Herba eſt, uotiore nomine Scammonia appellata, ſuccum habens eiuſdem nominis. Colophonia dicta à Colophone Ioniæ urbe, unde laudatiſſima aduehebantur. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 152.

Cŏlor, oris, maſc. tert. Obiectum proprium uiſus, corpora omnia nobis conſpicua reddens. χρῶμα. [Ital. Colore. Gall. Couleur. Hiſpan. El color. Germ. Ein farb.] Cicero 1. de Legibus, Color autem albus præcipuè decorus Deo eſt, quum in cæteris, tum maximè in textili. Terent. Eunuch. Color uerus, corpus ſolidum, & ſucci plenum. Ibidem, Qui color, nitor, ueſtitus. Cicero 3. Verr. Iſti color mutatus eſt, uultus, oratio, mẽs. Duo ſunt principes colores, Albus ſcilicet & Niger: alii non dicuntur colores: niſi per participationem. ¶ Nullius coloris, prouerbialiter à Plauto in Pſeudolo, is dicitur qui modis omnibus ignotus eſt. ¶ Colores item appellantur ipſa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant: cuiuſmodi ſunt cretula, purpuriſſum, cæruleum, auripigmentum, ceruſſa, ſinopis & ſimilia. Plinius lib. 35. cap. 6. Sunt autem colores auſteri aut floridi: utrunq; natura aut miſtura euenit. Floridi ſunt, quos dominus pingenti præſtat, minium, armenium, cinnabaris, &c. Et paulò pòſt, capite 17. Sed & in officina imperitè multa differenti ſilentium comiter ſuadebat, rideri cum dicens à pueris, qui colores tererent. ¶ Colores etiam apud Rhetores dicuntur ornamenta orationis, id eſt, figu-

ta, quæ à Græcis σχήματα dicuntur, & τρόποι. Nam (ut ſcripſit Cicero) ſunt actori, ut pictori, colores ad narrandum. ¶ Hinc aliquem ſuis pingere coloribus eſt talem deſcribere qualis eſt. Cic. ad Atticum lib. 5. Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, ſubitò deformatũ, non ſine magno dolore uidi. Horat. in Arte, Nec ſic enitar tragico differre colori, Vt nihil interſit, Dauuſne loquatur, An audax Pythias. ¶ Accipitur itẽ Color pro uelamẽto, fuco, ſiue prætexto, quo ueritas obſcuratur, aut culpa excuſatur. Iuue. Satyr. 6. Sed iacet in ſerui complexibus, aut equitis: dic, Dic aliquem ſodes, dic Quintiliane colorem. Hæremus Dic ipſa. Olim conuenerat, inquit, Vt faceres tu quod uelles, nẽcnõ ego poſſem Indulgere mihi. ¶ Dicitur & Colos, ſicut Arbos & lepos.

Cŏlōro, ras, pen. prod. a. p. Colorem induco. σχηματοποιῶ, ἐπιχρωματίζω, χρώννυμι. [Ital. Colorare, dar colore. Gal. Colorer, bailler & donner couleur. Hiſp. Colorar de alguna color. Ger. Farben.] Cuius contrarium eſt Decoloro. Cic. 1. de Nat. deor. Formare, fucare, colorare, animare non poſſent. Decoloratur id, cuius color mutatur, nõ mutatur. παραχροεῖ. ut eſt uidere in facie ægroti, quę pallorem contrahit, aut liuorẽ: coloratur id cuius alia fuit, quàm ſit, facies. ¶ Colorare, pro inducere prætextum. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 2. Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. ¶ Coloratæ uuæ. Col. li. 11. cap. 2. Quũ coloratas & perlucidas uuas animaduertiſſent. Colorata oratio, coloribus oratoriis decorata & ornata Cic. de Claris orato. Quòd nõ eſt eorum urbanitate quadam quaſi colorata oratio. ¶ Coloratus, Pro fucato. Seneca Epiſt. 15. Quę ſcribit unde uenierint, ſcio: non ſunt ficta, nec colorata. ¶ Coloratior. Plin. li. 16. ca. 18. Quidam arbitrantur in montoſis copia præſtantiorem fieri ac coloratiorem.

Colorificus, a, um, πρωματοποιὸς, quod colorem facit.

Coloritus, a, um, adiect. ut, Colorię ueſtes, quæ ex lana non tincta, hoc eſt natiuo colore factæ ſunt. Valla lib. 6. ca. 13.

Colorꝰ, latinè camarus. Apitius lib. 2. Vel, camarum deſtrũmittas, quod Romani coloram uocant.

Cŏlos, κῶλος, Fera eſt Scythiæ peculiaris, magnitudine inter ceruum & arietem, albicante corpore, eximiæ leuitatis ad curſum, naribus potum attrahens. Autor Strabo libro ſeptimo.

Cŏlŏſſus, u. f. κολεσσός. [Ita. Coloſſo, ſtatua grande. Gal. Statue demeſmément grande. Hiſp. Eſtatua grande. Ger. Ein groſſes bild oder ſaul.] Dicebatur ſtatua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete Lyſippi diſcipulo ex ære, altitudine LXX. cubitorum. Vnde etiam inter ſeptẽ orbis miracula numeratur. ¶ Hinc Coloſſi magnitudine, κολοσσιαῖος τὸ μέγεθος. Prouerbialis apud Lucianum hyperbole, in homines prægrandi corporis mole.

Coloſſeus, adiect. κολοσσιαῖος, ὑπερμεγέθης. [Ital. Di forma di gran ſtatua. Gal. Enormement grand, de grandeur enorme. Hiſp. Coſa aſſi grande Ger. Das in eines groſſen bildſtocks form gemacht iſt.] Quę ſignificat altum, & ad coloſſi formam factum Plin. lib. 37. cap. 7. Nero princeps iuſſerat ſe coloſſeum pingi CXX. pedum in linteo. ¶ Pro eodẽ etiam legimus Coloſſicus. Plin. lib. 34. ca. 8. Item duo ſigna quę Catulus in eadem ædę poſuit palliata: & alterum coloſſicum nudum.

Coloſinus color, κολεσινὸν χρῶμα, à Coloſſe Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens, & purpuram. Vide Thyleſium in libello de coloribus.

Cŏlōſtrum, & Coloſtra, æ, Spongioſa lactis denſitas à partu prima. τροφαλὶς. [Ital. Capo di latte, fior di latte. Gal. Caillé ou caillebot, lait eſpois, comme le premier qui vient aux mammelles, lait troublé. Hiſp. Coloſtro de leche nueua. Ger. Die erſte milch nach der geburt.] Martial. lib. 13. Surripit paſtor, quæ nondum ſtantib. hœdis, De primo matrum lacte coloſtra damus. Palladius. Coloſtrã uocant paſtores illud exiguum lactis in quo eſt ſpiſſior natura.

Coloſtratio, tionis, f. t. Morbus eſt quo lactentes tentantur, ſi biduo à partu maternum lac guſtauerint, denſato in caſei modum lacte. Ideò infantibus ſtatim à partu nutricis non matris lac exhibere conuenit, quia matris exitioſum eſt. Plin. libro undecimo capite quadrageſimoprimo. Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe lethale eſt. ¶ Genus mali uocatur coloſtratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Coloſtrati dicuntur. Plin. libro 28. capite 9.

Cŏlŏtos, κῶλωτ⊙, uel Colotes, κωλώτης, penu. prod. Ariſtoteli lacertæ genus eſt, quod Latini Stellionem uocant, Itali Tarantulam. Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

Colpos, κόλπ⊙, à rei anatomicæ peritis appellatur ea uberum pars quę in ſe, tanquam in ſinu quodam lac continet, unde & nomen accepit. ¶ Nam κόλπον Græci ſinum uocant, hoc eſt litoris obliquitatem, quibuſdam, ueluti brachijs mare amplectentem. Vide Cælium lib. 4. capite 4.

Cŏlŭber, penultima correpta. m. t. Serpens qui umbras nemorum incolit ὄφις. [Ital. Serpe, ſerpente, biſcia. Gal. Couleure. Hiſ. Culebra. Ger. Ein ſchlang.] Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra ſerpit: Draco, templi: ſed ſæpe confunduntur. Plin. lib. 32. cap. 5 Coluber eſt in aqua niuens: huius adipem & fel habentes, &c. Ouid. 15. Metamorph. niueis⊙ frequens Sinueſſa colubris. Hieronymus ad Præſid. Coluber ad bibendum ueniens, in aqua uenenũ deponit, ne eum uenenum aqua concretum occidit. Nudũ hominẽ rimet, ueſtirum perſequitur, caput tamen ſuũ celat, ubi ſcit eſſe mortem ſuam. Serpens quidem ſi ſemel calamo percutiatur, moritur: ſin uerò item percutiatur, confirmatur: Brumali tempore infirmior efficitur, & à ſoricibus uincitur. Igitur ante hyemem circa ſe colligit ſegetes, ut illæ ſibi eſcam præbeant. ¶ Colubrum in ſinu fouere, ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν, dicitur qui complectitur amore ſtudioſ⊙ perſequitur hominem ingratum, & aliquando per occaſionem nociturum. ¶ Colubram fœminino genere dici probat Nonius ex Lucil. lib. 10. Satyr.

Iam diſtrumpetur medius, iam ut Marſes colubras.
Diſtrumpit cantu, uenas quum extenderit omnes.

Cŏlum, penult. prod. u. f. Vas eſt ex uiminibus contextum, ad uinum colandum aptum. κώμος. [Ita. Colatio. Gal. Vn couloir. Hiſpa. Coladero para colar coſa liquida. Ger. Ein ſeechten, Ein geſchirr durch welches man ſeihet.] Virgilius 2. Georg. Colaꝰ prelorum fumoſis diripi tectis. Columinarium, uas eſt lapide ſpongioſo factũ ad colãdas niues. ¶ Colum etiam eſt genus morbi, quem primus in Italia ſenſiſſe Tiberius princeps dicitur, quũ prius ignotũs eſſet. Plin. lib. 26. cap. 1.

Cŏlumbus, & Columba, Auis nota. περιστερά. [Ital. Colombo, colomba. Gal. Coulon ou pigeon. Hiſp. Palamo. Germ. Ein Taub.] Virg. 5. Aenei. Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Martial. Nec uioles teneras præduro dente columbas Vatro libro 3. capite. 7. duo facit Columbarum genera, quæ in periſteotrophio eſſe ſolent: unum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus uillæ, à quo appellarę columbę, quę propter timorem naturalem ſumma loca in teſtis captant: alterum columbarum genus clemẽtius, quod cibo domeſtico intra limina' paſcitur. Columbæ agreſtes à colore Liuiæ dicuntur, quaſi liuidæ: domeſticę uerò, Cellares. Ex columbo agreſti, & columba domeſtica, uel econtrario naſcitur genus tertium columbarum: à noſtris Miſcellæ dicuntur, ob duorum generum commiſtionem. Columbos eſſe in tutela Veneris ideo factum putant, quia fœtui ſemper indulgent. Diſtinguuntur autem columbæ à palũbis, quòd hi feri & maiores ſint, & in arboribus aut ſepibus nidificent: columbæ minores, & manſuetiores. ut quæ cibo domeſtico intra limina paſcantur. Vnde prouerbialiter dicimus, Mitior colũba περιστερώτερ⊙ περιστερᾶς, de homine incredibili manſuetudine prædito. Huic ſimile eſt, Sedens columba, ἡμένη περιστερά. Nam columbæ quum uolant, fallunt cęteras pernicitate uolatus: quum ſedent, nihil mitius aut ſimplicitius. ¶ Sunt præterea palumbes columbis longæ uiuaciores: uiuunt enim (ut quidam tradiderunt) in trigeſimum, & quadrageſimum annum, quum columbarum uita octo fere annorum ſpatio ſit concluſa. Vide Plin. libro 10. capite 34. & 35.

Columbārius, rii, m. f. Qui Columbas curat. περιστεροτρόφ⊙. [Italicè. Chi ha cura di columbi. Gallicè Qui a la charge des colons ou pigeons. Hiſpanicè El que cria las palomas. Germanicè Der mit Tauben vmbgadr.] Varro 3. de Re ruſti. cap. 7. Ipſę propter pulios, quos habent, utique redeunt, niſi à coruo occiſæ, aut accipitre intercepæ quos columbarij ſolent interficere.

Columbārium, rii. n, ſ. Locus ubi habitant columbæ. περιστερεών,

περιστερῶν, περιστεροτροφεῖον. [Ital. Palumbaia. Gall. Colombier, ou bougeotte où chaſque pigeon loge. Hiſp. Palomar, lugar donda cria las palomas. Germ. Ein taubhauſs.] Palladius. Columbarium poteſt accipi ſublimis una turricula in prætorio conſtituta, lenigatis & dealbatis parietibus. Proprié tamen columbarium, oculamentum in peristerotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. capite 7. Singulis paribus columbaria fiant rotunda, in ordine crebra, Columbaria ſingula eſſe oportet, ut os habeant, quo introire & exire poſſint. Columella libro 8. capite 8. Paxillis adactis tabulæ ſuperponantur, quæ uel loculamenta, quibus nidificent aues, uel fictilia columbaria recipiant, præpoſitis ueſtibulis, per quæ ad cubilia perueniant.

Columbinus, a, um, Quod eſt ex columbis, περιστερώδης. [Ital. Coſa de colombi. Gall. De pigeon. Hiſp. Coſa de palomar. Germ. Das von den tauben iſt.] Plin. Columbinus fimus in aqua decoctus. Columbinum ouũ. Horat. 2. Ser. Sat. 4. Pulli columbini. Varro 3. de Re roſtica, Qui ſolent ſaginare pullos columbinos, quo pluris uendant, ſecludunt eos, quum iam pluma ſunt tecti.

Columbaris, re. adiect. Idem quod Columbinus. περιστερικός: ut, Columbare ſtercus, & Columbaris cella. Colum. li. 9. Cæterùm cibos iuxta parietem cõuenit ſpargi: quoniam turè partes hæ columbari carent ſtercore.

Columbatim, aduerb. Ad ſimilitudinem columbæ. περιστερηδόν. Vnde Columbarim oſcula iungere frequens eſt apud Catullum.

Columbar, n. t. Genus uinculi. Plaut. in Rud. Illic in columbam credo leno nortitur. Nam in columbari collus haud multò poſt erit.

Columella, Vide Columna.

Columnellares dentes, Caninis proximi. οἱ γόμφιοι τῶν ἔπανω ὀδόντες οἱ ἐντὸς οἱ πλατεῖς. Vart. lib. 2. de Re ruſtic. cap. 9. Incipientes quartum agere annum, itidem eiiciunt, & totidem proximos eorum quos amiſerunt, & incipiunt naſci, quos uocant Columellares.

Commination, uerbale, f. t. ἀπειλή. [Ital. Menaccia. Gall. Menace, commination. Hiſpan. Obra de amenazar, amenaza. Germ. Trówung.] Plin. lib. 7. cap. 4. Tauris in aſpectu generoſitas, torua fronte, auribus ſeroſis, cornibus in procinctu dimicationem poſcentibus, ſed tota commination prioribus in pedibus ſtat, ira gliſcente alternos replicans ſpargensq́ in altum arenam, & ſolius animalium eo ſtimulo ardeſcens. Cic. 3. de Orat. Orationis autem ipſius tanquam armorum eſt, uel ad uſum cōminatio, & quaſi petitio, uel denūciatio ipſa tractatio.

Comminuo, nuis, a. t. συντρίβω, διαῤῥήγνυμι. [Ital. Minuire. Gall. Briſer, gruger, mettre en pieces, deminuer. Hiſpan. Deſmenuzar. Ger. Zu ſtück zerbrechē, zermalen.] Plaut. in Bacchid. Niti manuitis fores & poſtes comminui ſecuribus. Plinius libro 20. capite 4. Satini uerò decocti, manè potui ad ternos cyathos, comminuunt, & eiiciunt calculos.

Comminus. Vide Cominus.

Commiſceo, ſces, ſcere, n. ſ. Idem quod permiſcere. συμμίγνυμι. [Ital. Meſchiare, meſcolare. Gall. Meſler enſemble, marioner l'vn parmi l'autre, brouiller. Hiſp. Mezclar. Ger. Vermiſchen, ein ding vnder das ander miſchen.] Plaut. Piſa, Commiſce muſſum, ſtruthea, colutea q́ apparet. Cicero 1. de Natura deorum. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptiſſimæ, & in mare, & in fœmina commiſcendorum corporum libidines.

Commiſtus, participium, συμμικτὸς συμμιγής. [Ital. Meſcolato. Gall. Meſlé, mixtionné. Hiſp. Mezelado Ger. Vermiſchlet.] Virgil. 2. Georg. Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

Commiſereſco, ſcis, ſcere, n. t. Idem quod miſereſcere. οἰκτίζω. [Ital. Hauer miſericordia. Gall. Auoir pitie & compaſſion. Hiſpan. Auer miſericordia Germ. Mit einem erbármd vnnd mit leyden tragen.] Terent. in Hecyra, Ibi demum ita ægrè tulit, ut ipſam Bacchidem, Si adeſſet, credo ibi eius miſereſceret.

Commiſeror, ratis, rari, d. p. Idem quod miſerari, ſeu miſeri cordiam mouere, οἰκτείρω. Cic. 1. in Verrem, Quid quum commiſerari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te tralicere cœperit.

Commiſeratio, uerbale. κατοίκτισις, οἴκτος. [Ital. Pietà, compaſſione. Gall. Pitie & compaſſion qu'on a d'aucun. Hiſp. Aquella miſericorda. Germ. Die erbermd ſo einer mit dem anderen tregt.] Cic. 1. de Orat. Quid de Quæſtoris commiſeratione dicam.

Commiſſus, Commiſſura. Vide Committo.

Commiſtor, à Commiſceo, Vide Miſceo. συμμίσγω.

Commitigo, as, peu. cor. a. p. Significat mitigare. καταπαύω λέσω. [Ital. Mitigare. Gall. Adoucir, amollir. Hiſp. Amanſar ò ablandar. Ger. Sanftigen, begütigen.] Terent. in Eunuc. Tibi uti commitigari nidea ſcandalo caput. Vbi Donatus, Commitigari, eſt tundendo deprimi atq́ deponi.

Committe, Compoſitum. Pompon. Præcone poſteriore. Si ſeram quid uelis, quaſi ſeruo committis: Nonius.

Committo, ris, act. rect. Alicuius fidei trado. ἐπιτρέπω, πιστεύω. [Ital. Commettere, dare in guardia. Gall. Donner en garde, commettre. Hiſp. Encomedar, confiar. Germ. Zůſamen laſſen, einem treuw befelhen vnnd vbergeben.] Committimus, inquit Donatus, quæ cum magno periculo uolumus ſeruata. Vlpian. de Off. præd. urb. l. 1. paragr. eum ut bem noſtram fidei tuæ commiſerimus. Terent. in Eunuch. Quem lupo commiſiſti. Idem in Andr. Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Ibidem, Nec ſatis digna cui committas primo partu mulierem. Quandoq́ Committere, eſt iniungere aliquid faciēdum, & quaſi commendare, ἐπιτάττω. Cic. li. 6 Epiſt. fam. Neq́ te impedio, quominus ſuſceptum negotium pro tua fide & diligētia ex uoluntate Cæſaris, qui tibi rem magnam difficilemq́ commiſit, gerere poſſis. Idem pro domo ſua. Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem ſunt commiſſa. ¶ Quandoq́ peccare, πλημμελεῖν. Cic. 1. in Verr. Ego etiam, quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum. Virg. 1. Aen. Quid meus Aeneas in te cōmittere tantū? Quid Troes potuere. Quándoq́ ſociare, cōiungere, συνάπτω. Virg. 3 Aen. Delphinum caudas utero commiſſa luporū. ¶ Quandoq́ facere, perpetrare, ἐπιδείκνυμαι. Saluſt. in Catil. Scemonia, quæ multa ſæpe uirilis audaciæ commiſerat. ¶ Quandoq́ incipere, εἰσβάλλεσθαι, πιθίχεσθαι. Virg. lib 5. Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos. Saluſt. Quibus dictis, mox prælio cōmiſcere, πέλαιον πιθίχετο. ¶ Quandoq́ idem quod permittere, uel occaſionē præbere, πρὸς εἶεσθαι, idq́ ferè negatiuè, ſubſequente particula Vt. Cicero ad Atticum libro primo, Non committam poſthac, ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis. Idem ſexta Philippica, Ego nolo ciuem committere ut morte multandus ſit. Aliquando etiam ſine negatione. Idem libro ſecundo Officiorum, Periculoſum eſt ipſi, tum etiam ſordidum ad famam, committere ut accuſator noſ moueatur. ¶ Quandoque in contentionem deducere, συμβάλλειν, συνηρέσιν, συῤῥηγνύναι. Suetonius in Caligula, Nec ceſſauit ex eo crimināri alterum alteri, atque inter ſe omnes committere: id eſt, in certamen mittere. ¶ Committere prælium, eſt præliari. μάχεσθαι. Cicero libro quarto Epiſtol. Famil. Sed ut rationem iniro, quo die prælium Panſa commiſit, eodem die à Gadibus naues profectæ ſunt. ¶ Propriè tamen ratione præpoſitionis Con, ſignificat ſimul mittere, ſiue ſimul iungere, συνάπτω.

Gellius

Colluuiaris porcus dicitur, qui in colluuie nutritur, cibo permisto. Festus.

Collybus, bi, penult. cor. m. s. *λύλλυβος*. [Ital. Il cambio, perdita de laggi. Gal. Change, tare de decher de l'or ou argent, soit pour le change ou autremẽt. Hisp. Lo que gana el cambiador couel cambio. Germ. Verlorst in verwechslung des gelts.] Id detrimentum pecuniæ est quod in ratiocinijs Emptionem auri appellant, & vulgò Cambium dicitur, quum pecunia ad exteras nationes exportanda est, & apud numolarios aliis speciebus commutãda. Vt si argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiata in vna prouincia, alio quo genere permutanda sint rato, receptoque, & promulgato in ea prouincia: id idem, quod ex summa apud numularium deciditur, & veluti deperit, Collybus verbo Græco appellatur. Cicero 7. in Verrem, Ex omni pecunia quam araroribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula: nam collybus esse quî potest, quum utantur omnes uno genere numorum? Vbi Collybum appellat pecuniæ permutationem, & numorum quasi interrimentum. Collybus, inquit Pollux, *ἀργυρίου ἀλλαγὴ*, id est, pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus in Pandectis. Cicero ad Atticum, De Callo, uide quæso ne qua lacuna sit in auro: ego ista non noui: sed certè in collybo est detrimenti satis, &c.

Collybistes, æ, siue Collybista, com. pr. *λυλλυβιστής*. [Ital. Banchiere. Gal. Changeur, banquier. Hispan. El cambiador que trocca moneda. Germ. Vuechsler.] Numularius, qui ex pecuniæ permutatione quæstum facit.

Collyra, penul. cor. *λυλλύρα*, Panis triangulus & modicus, quem Itali Torram uocant. Plaut. in Persa, Collyræ facite ut madeant. Cælius lib. 2. cap. 10.

Collyrium, n. s. *λυλλύριον*. [Ital. Medecina da occhi. Gall. Apareil pour les yeux. Hisp. Medecina propria de los ios. Germ. Ein artzney der ooxen.] Medicamentum oculorum. Horat. 1. Serm. Sat. 7. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. Celsus lib. 7. Nec ignoro multis placuisse linamentum in modum collyrii compositum, tractum melle demitti. ¶ Non tamen solis ocolis collyrium adhiberur, sed aluo quoq; subiicitur in cura equorũ & boum, ut autor est Columella, qui lib. 6. cap. 6. scripsit: Salis sextãs cum decem cepis conteritur, & admisto melle decocto, collyria immittuntur aluo, atq; ita citatus bos agetur. ¶ Hoc etiam nomine peculiariter uocatur quoddam terræ Samiæ genus, diuersum ab astro Samio, propterea quòd præcipuus eius usus sit in collyriis. Vide Dioscoridem libro quinto.

Cŏlo, as, priore prod. s. p *κόλω*. [Ital. Colare. Gal. Couler, passer par vn sac, ou estamine. Hisp. Colar como por coladero. Ger. Seihen.] Manilius, Et colare vagos inductis retibus amnes. Est autem colare pauxillatim liquorem aliquem, stillatimq; emittere, uel rem aliquam per colum purgare. Apuleius libro Flor. de Gymnosophistis: Non illi norunt aurum colere, uel aurum colare, uel equum domare. Vnde & Cola dicta, per quæ liquor emittitur. *κῶλοι*. Virgilius in Georg. Colaq; prælorum fumosis diripe tectis. Inde composita Percolo, *διύω*. Excolo, *ἐκπλύω*. Colum. li. 8. Nam maximè refert primo quoque tempore ferrum percolari. Vide suo loco.

Cŏlo, lis, colui, cultum, act. 1. Adoro, veneror. *σέβομαι λατρεύω, θεραπεύω*. [Ital. Adorare, riverire. Gall. Honnoret, auoir en reuerence. Hisp. Adorar ò hazer reuerencia. Ger. Vereeren, eer entbieten.] Virgil. lib. 9. Aen. Summe deûm sancti custos Soractis Apollo, Quem colimus. ¶ Hinc Cultus & Cultura, quam Græci *λατρείαν* uocant. Colimus item pares amore & officio, ut minores humanitate & beneficiis, hoc est, prosequimur amore, officio, & similibus. Plaut. Cist. Quia me colitis & magnificitis. Terent. Adelph. Et nos coluit maximè. ¶ Item Colere, exercere, *ἀσκῶ in neutro*. Livius li. 1. Abi, nuncia Romanis, Cœlestes ita uelle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit: proinde rem militarem colant. ¶ Item habitare, *οἰκῶ, οἰκέω*. [Ital. Habitare. Gall. Habiter, demourer. Hisp. Morar. Germ. Vuohnen.] Plautus in Aulul. Hanc domum iam multos annos ego possideo & colo. Virgil. 2. Aeglog. - Pallas quas condidit arces Ipsa colat. Vnde & Cœlicolas dicimus, quòd cœlum colant, id est, habitent, tanquam quidam cœli coloni. ¶ Item diligere. *φιλέω*. [Ital. Amare con honore. Gall. Aimer auec honneur. Hisp. Amar con honra, honrar. Ger. Einen liebẽ vnd zu ereen halten.] Terent. in Heaut. Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt. ¶ Item curare, *διάγω*. Virg. lib. 3. Georg. Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini. ¶ Item arare, seu quoquo modo terras aptare. *γεωργέω*. [Ital. Lauorare. Gall. Labourer. Hisp. Labrar la tierra. Germ. Das feld bauwen.] Colum. lib. 1. Nam ubi sedulò colitur ager. Hinc Agricoltor, Agricultura, Agricolatio, & Colonus, de quibus suis locis. ¶ Item ornare, *διακοσμέω*. Plaut. Quin tu te colis, antequam exeas domum? Cicero, Erat enim non tam grauis, quàm elegans & facetus, & culta oratio. ¶ Huius composita sunt Accolo, Circumcolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo, penult. corr.

Colens, coltior, coltissimus, adiect. *ἀσκητικός, τελεσμένος, γεωργικός*. Colum. li. 8. cap. 8. Nam quanto est coltior, tanto latior auis conspicitur. Idem lib. 1. cap. 1. Nam is demum cultissimum rus habebit qui & colere sciet, & poterit, & uoler. Animus cultus, Cic. 2. Tuscul.

Cultus, tus, m. q. uerbale est à uerbo Colo, unde etiam totidẽ penè habet significata, quot suum primitiuum. Interdum enim Colo significat terram ad suscipiendum semen præparò. Inde Cultus, est huiusmodi terræ præparatio. *γεωργία*. [Ital. Lauoro. Gall. Labourage, labour, cultiuement. Hisp. La labranca. Germ. Ein feldbaum.] Cic. 2. de Leg. Nolius agricolæ cultu stirpes tã diuturnæ seminator. ¶ Cultus idem quoq; significat quòd ornatus, siue curatio. *διακόσμησις, στολή*. [Ital. Ornamento. Gall. Ornament. Hispan. Honra y acatamiento al mayor. Germ. Zierd.] ut, Cultus corporis, cultus animi. Cic. 1. Offic. Ob easq; causas studeat parare ea quæ suppeditent & ad cultum, & ad usũ. Plin. lib. 11. cap. 1. Fabricarem etiam deûm simulas, & alia ludicebris cultus. ¶ Cultum etiam deorum dicimus: nos est, ne nerationem. Græci *λατρείαν* uocant. Cic. 1. Tuscul. Hæc (philosophiam intelligit) nos primùm ad illorũ cultum, deinde ad ius hominum erudiuit.

Coltio, onis, f. t. Idem quod cultus. Cic. 7. in Verr. Quid est enim Sicilia, si ei agri cultionem sustuleris?

Coltum, ti, substantiuum: ut, Pinguia culta. Claudian. in Iam de Sirenæ.

Coltor, oris, uerbale, m. t. *λατρευτὴς, ἐργάτης, θεραπευτής*. Liuius 4. ab Vrbe, Famem coltoribus agrorum timentes. Cic. 2. de Nat. deor. Quid iam de hominum genere dicam, qui quasi coltores terræ constituti, nõ patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, &c. Idem 1. Offic. Sunt hi alii multum dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putẽt, veritatis coltores, fraudis inimici.

Coltrix, uerbale fœm. *θεραπευτρία, ἐργατὶς*. Cic. 5. de Finib. Earumq; augendarum & alendarum quandam coltricem esse, quæ sit scientia, &c.

Coltura, rx, f. p. Idem quod Coltus. *ἐργασία, θεραπεία*. ut, Coltura agri Cic. 7. in Verr. Deinde quum audierit eas res, quibus fundi fructus & coltura continentur, &c. Idem 2. Tuscul. Ager, quò magis fertilis, sine coltura fructuosus esse non potest.

Cŏlonus, ni, m. s. à colẽdo, id est, habitãdo, siue ab agrorũ coltura. *ἄποικος*. [Ital. Contadino, habitatore. Gal. Metayer, laboureur, fermier, celuy qui habite en certain lieu ou il a esté ennoyé par son superieur hors du pais. Hisp. Poblador nueuo de algun lugar, morador, ò labrador de la tierra. Germ. Ein bauwrs man, oder ein jowoner.] duo significat: nam aliquãdo coloni dicuntur, qui à metropoli (sic enim ciuitas dicebatur, quæ coloniam emittebat) in alium locum habitandi causa deducebantur: iiq; non propriis, sed metropolitarum uiuebant legibus. Cic. 3. de Nat. deorum, Quanquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiosè coluot. Virgil. 1. Aen. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni. Ascribere colonos nouos, Cic. 2. Philip. Assignare agros colonis, Cic. 1. de Lege agrar. Deducere colonos, Cic. 2. de Lege agr. ¶ Quandoq; uerò Coloni, agrorum coltores dicuntur *γεωργοί*. Cicero pro Cecinna, Qui colonis habuit conductum de Cesennia fundum. Virgilius primo Aeneid. Vt quamuis auido parerent arua colono. Co-

lumella

ſumella libro 1. Comiter agat dominus cum colonis, facilemq; ſe præbeat.

Colona, næ, Dicitur coloni, hoc eſt, agricolæ uxor. Ouid. de nuce, Et condit lectas parca colona nuces. Idem 4. Faſtorum, Habebat Rus breue cum duro parca colona ſuo.

Colonus, a, um, adiect. Quod culturæ idoneum eſt. γεωργικός. [Ital. Coſa da lauorare, ò affittata. Gall. Donné à quelqu'vn pour labourer. Hiſpan. Coſa para labrar. Germ. Das der acſerbauwes iſt.] Cicero 7. Philipp. Vti Caius Panſa, & A. Hircius Conſules, alter, ambóue cognoſcerent qui ager colonus eſſet.

Cōlōnia, f. p. Gens ad habitandum aliquam terram miſſa: ab incolendo, hoc eſt, inhabitando terram dicta. ἀποικία. [Ital. Colonia, habitatione. Gal. Detairie, cenſe, lieu où on à enuoyé gens pour habiter. Hiſp. Puebla, ò publacion, de algunos eſtrangeros. Ger. Ein zal der leüten die man in ein ort hin auſſſendet doſelbs zuwohnē, oder das ort der wohnung ſelbs.] Cæſar 8. Bel. Gal. In Togatam Galliam mittit ad colonos ciuium Romanorum tuendas. Cicero de Lege agraria contra Rullum, Hoc in genere, ſicut in cæteris Reipublicæ partibus, eſt operæpretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias ſic idoneas in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, ſed propugnacula imperii eſſe uiderentur. Idem 1. Officiorum, In alias domos, tanquam in colonias exeunt. ¶ Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ ciuium Romanorum dictæ ſunt, aliq; ex utriſque conflatæ: nonnullæ ex peditibus uel equitibus, quum in agrum bello captum ſtirpis augendæ cauſa mitterentur. Bononia, Latina colonia eſt: Mutina & Parma, ciuium Romanorum. ¶ Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeios Strabo trans Padum traduxerat. Non enim nouis colonis eas conſtituit, ſed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut poſſent habere ius quod ceteræ Latinæ coloniæ, id eſt, ut ius petendi magiſtratus in ciuitate Romana adipiſcerentur. ¶ Erant præterea coloniæ, quibus ius Italiæ dabatur. Coloniarū autē huiuſmodi ratio erat: Quum in urbe Roma multos ex ueteribus, nouiſque incolis, paupertate premi intellectum erat, adeò ut cenſui ſoluendo non ſufficerent, Triumuiri à Senatu creabantur, qui locis primùm conſideratis, in quibus Reipubli ex expediret propugnaculum conſtitui, noua edicta proponebāt, danda eſſe nomina ab illis qui nouam coloniam deduci uellent: ſicque urbs pauperibus exonerabatur, & re familiaris pondere grauati, ad nouas quibus indigerent, diuitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor, ſex, aut ſeptem agri iugera, & quandoq; plura. ¶ Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officium, à colenda terra. Paulus, Seruus qui coloniæ aſcriptus eſt, ad periculum coloni pertinebit. Græcè, ἐργαζομένου γῆ. Plaut. in Pſeud. Det nomen ad molariam coloniam.

Colonicus, ea, cum, Quod eſt coloni, ſeu quod ad colonum pertinet. γεωργικός. Varro, Atque etiam leges colonicas tollis.

Colonicum pecus, Dicitur hirſutum, quū molle dicatur tectum. Plin. li. 8. cap. 47. Ouium ſumma genera, duo tectum & colonicū: illud mollius, hoc in paſcuis delicatius, quippe quum tectū rubis ueſcatur. ¶ Cohortes colonicæ. Cæſar, Cohortes duas, quæ colonicæ appellabantur, quum eò eam uenſſent, euendi oppidi cauſa apud ſe retinēr. ¶ Decuriones colonici. Suet. in Auguſt. Excogitato genere ſuffragiorum, quæ de magiſtratibus urbicis Decuriones colonici in ſua quiſq; colonia ferent.

Cōlocāſia, f. p. λωλοκασία, Faba Aegyptia, latiſſimis habens folia, ex quibus Alexandrini ſibi pocula conficere ſolebant. Pallad. Hoc menſe colocaſiæ bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maximè irriguum. Frondere propè ſemper poſſunt, ſi tanquam citreta tegumentis defendantur à frigore.

Colocaſium, neutro genere dixit Virgil. in Poll. Miſtaque ridenti colocaſia fundet acantho. Vide ſuprà in dictione Cibotum.

Cōlōcynthis, idis, fœm. tert. λωλοκυνθίς. [Ital. & Hiſpan. Coloquintida. Gall. Courge ſauuage, coloquinte. Germ. Coloquint.] Sylueſtris cucurbitæ genus eſt, ſatiua minus, medicatis pilæ magnitudine fructum ferens, purgationibus ſi accommodatum. Vide Plin. li. 20. cap. 3. Vulgus herbarum Coloquintam uocat.

Colomeſtrum, neutr. ſec. decl. Romani appellauerunt ſecundam Aconiti ſpeciem, teſte Dioſcoride, quam idem & Cynoctonon, & Lycoctonon, à canibus & lupis necandis cognominat.

Cōlon, penultima producta. λῶλον. [Ital. Vno inteſtino & budello che cinque i fianchi ſotto i regnoni, & paſſa inuer ſo il fondo dello ſtomacho. Gal. Vn inteſtin ou boyau depuis le roignon dextre, iuſques au ſeneſtre, paſſant ſur le fond de l'eſtomach. Hiſp. La tripa ancha. Germ. Der groſs darm.] Eſt craſſius inteſtinum, rabulatum, ex quo excrementa cum accipiunt colorem, quo egeruntur, plurimas cellulas atque cauernas habens, ad renem ſiniſtrum religatum. Gellius libro 17. capite 11. alnum uocat: Ac deinde, inquit, aridiora ex iis incrementa in alnum conuenire, quod Græcè λῶλον dicitur. Celſus libro 1. capite 8. Laxius inteſtinum uertit: Et ſi, inquit, laxius inteſtinum dolere conſuenit, quod λῶλον nominant, quum id nihil niſi genus inflationis ſit, id agendum eſt, ut concoquat aliquis, ut lectione & aliis generibus exerceatur: utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis: denique omnimodo frigus euitet: itemq; dulcia omnia, legumina q; ue, & quicquid inflare conſuenit. ¶ Eſt autem Colon, quintum in ordine inteſtinorum, medium inter Cæcum & Rectum locum obtinens. Primùm per iecoris cauæ obrepit, ubi folliculum bilis attingens: illiq; nonnunquam annexum, amarorem coloremq; luteum contrahit: indeq; paulùm exurgens, uentriculi fundo inſternitur: & rurſus ad ſiniſtrum hypocondrium contendens, leni accumbit: poſthæc in poſteriora demergitur, cohæretq; renі ſiniſtro: à quo demum laxius apud coxam ſiniſtram eminet. ¶ Serenus dictionis huius priorem ſyllabam contra artem corripuit, quum ait: Quum colon inuiſum morbi genus intima carpit, Mande Galeritam uolucrē quam nomine dicunt, Aut pauidi leporis madefacta coagula porta. Niſi quis fortè Colum ibi malit legere, Latina terminatione, ut poſterior ſyllaba per ellipſim abſumatur. ¶ Eſt item Colon Græcis, quod Latinè Membrum uocamus: unde per translationem etiam membra orationis Cola nuncupantur, quòd ex iis, ueluti membris, conſtet periodus. Cic. de Claris Orat. Comprehenſio & ambitus ille uerborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quædam, quæ λῶλα Græci uocant, diſpertiebat orationem libentius. Hinc Monocholon carmen dicitur, quod unimembre eſt: hoc eſt, ſimplex, & ex uno tantum carminis genere conſtans. Dicolon: hoc eſt bimembre, quod ex duobus uerſuum generibus conſtat, & ſic de aliis.

Colicus, ca, cum, adiectiuum, λωλικός: ut, Colicus dolor, qui in colo generatur: & Colicus homo. Plin. lib. 20. cap. 4. Praxagoras & iliosis dandos cenſet: Pliſtonicus, & colicis. Colicon medicamentum ad dolorem inteſtini pleniotis. Celſus lib. 1. cap. 14.

Colonus, Colonia, Vide Colo.

Cōlōphōnia, oix, f. p. λιολεφονία, Herba eſt, notiore nomine Scammonia appellata, ſuccum habens eiuſdem nominis. Colophonia dicta à Colophone Ioniæ urbe, unde laudatiſſima aduehebantur. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 151.

Cōlor, oris, maſc. tert. Obiectum proprium uiſus, corpora omnia nobis conſpicua reddens. χρῶμα. [Ital. Colore. Gall. Couleur. Hiſpan. El color. Germ. Ein farb.] Cicero 1. de Legibus, Color autem albus præcipuè decorus Deo eſt, quum in cæteris, tum maximè in textili. Terent. Eunuch. Color uerus, corpus ſolidum, & ſucci plenum. Ibidem, Qui color, nitor, ueſtitus. Cicero 3. Verr. Iſti color mutatus eſt, uultus, oratio, mēs. Duo ſunt principes colores, Albus ſcilicet & Niger: alii non dicuntur colores: niſi per participationem. ¶ Nullius coloris, prouerbialiter à Plauto in Pſeudolo, is dicitur qui modis omnibus ignotus eſt. ¶ Colores item appellantur ipſa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant: cuiuſmodi ſunt cretula, purpuriſſum, ceruleum, auripigmentum, ceruſſa, ſinopis & ſimilia. Plinius lib. 35. cap. 6. Sunt autem colores auſteri aut floridi: utrunq; natura aut miſtura euenit. Floridi ſunt, quos dominus pingenti præſtat, minium, armenium, cinnabaris, &c. Et paulò pòſt, capite 17. Sed & in officina imperitè multa differenti ſilentium comiter ſuadebat, rideri eum dicens à pueris, qui colores tererent. ¶ Colores etiam apud Rhetores dicuntur ornamenta orationis, id eſt, figu-

ra, quæ à Græcis σχήματα dicuntur, & τρόποι. Nam (ut ſcripſit Cicero) ſunt actori, ut pictori, colores ad narrandum. ¶ Hinc aliquem ſuis pingere coloribus eſt talem deſcribere qualis eſt. Cic. ad Atticum lib. 7. Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, ſubitò deformatũ, non ſine magno dolore uidi. Horat. in Arte, Nec ſic incipias, ut ſcriptor cyclicus olim: Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum. Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu? Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Quam bene qui cœpit, & nihil interſit, Dauuſne loquatur, An audax Pythias. ¶ Accipitur itẽ Color pro uelamẽto, fuco, ſiue prætexto, quo ueritas obſcuratur, aut culpa excuſatur. Iuue. Satyr. 6. Sed iacet in ſerui complexibus, aut equitis: dic, Dic aliquem ſodes, dic Quintiliane colorem. Hæremus Dic ipſa. Olim conuenerat, inquit, Vt faceres tu quod uelles, nec nõ ego poſſem Indulgere mihi. ¶ Dicitur & Colos, ſicut Arbos & lepos.

Cŏlōro, ras, pen. prod. a. p. Colorem induco. σχηματοποιῶ, ἐπιχρωματίζω, χρόννυμι. [Ital. Colorare, dar colore. Gal. Colorer, bailler & donner couleur. Hiſp. Colorar de alguna color. Ger. Ferben.] cuius contrarium eſt Decoloro. Cic. 1. de Nat. deor. Formare, fucare, colorare, animare non poſſent. Decoloratur id, cuius color uitiatur, nõ mutatur. παραχροεῖ. ut eſt uidere in facie ægroti, quę pallorem contrahit, aut liuorẽ: coloratur id cuius alia fuit, quàm ſit, facies. ¶ Colorare, pro inducere prætextum. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 2. Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. ¶ Coloratæ uocem. Col. li. 11. cap. 2. Quũ coloratas & perlucidas uuas animaduertiſſent. Colorata oratio, coloribus oratoriis decorata & ornata. Cic. de Claris orato. Quòd nõ eſt eorum urbanitate quadam quaſi colorata oratio. ¶ Coloratus, Pro fucato. Seneca Epiſt. 115. Quę ſcribit unde ueniant, ſcio: non ſunt ficta, nec colorata. ¶ Coloratior. Plin. li. 16. ca. 12. Quidam arbitrantur in montoſis copia præſtantiorem fieri ac coloratiorem.

Colorificus, a, um, πρωματοποιὸς, quod colorem facit.

Colorius, a, um, adiect. ut, Colorię ueſtes, quæ ex lana non tincta, hoc eſt natiuo colore factæ ſunt. Valla lib. 6. ca. 13.

Color, latinè camarus. Apitius lib. 1. Vel, camarum defrutũ mittas, quod Romani coloram uocant.

Cŏlos, κῶλος. Fera eſt Scythiæ peculiaris, magnitudine inter ceruum & arietem, albicante corpore, eximiæ leuitatis ad curſum, naribus potum attrahens. Autor Strabo libro ſeptimo.

Cŏlōſſus, u. ſ. κολοσσός. [Ita. Coloſſo, ſtatua grande. Gal. Statue demeſmeément grande. Hiſp. Eſtatua grande. Ger. Ein groſſes bild oder ſaul.] Dicebatur ſtatua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete Lyſippi diſcipulo ex ære, altitudine LXX. cubitorum. Vnde etiam inter ſeptẽ orbis miracula numeratur. ¶ Hinc Coloſſi magnitudine, κολοσσιαῖος τὸ μέγεθος. Prouerbialis apud Lucianum hyperbole, in homines prægrandi corporis mole.

Coloſſeus, adiect. κολοσσιαῖος, ὑπερμεγέθης. [Ital. Di forma di gran ſtatua. Gal. Enormement grand, de grandeur enorme. Hiſp. Coſa aſſi grande. Ger. Das in eines groſſen bild-ſtocks form gemacht iſt.] Quod ſignificat altum, & ad coloſſi formam factum. Plin. lib. 35. cap. 7. Nero princeps iuſſerat ſe coloſſeum pingi CXX. pedum in linteo. ¶ Pro eodẽ etiam legimus Coloſſicus. Plin. lib. 34. ca. 8. Item duo ſigna quę Catulus in eadem ædę poſuit palliata: & alterum coloſſicum nudum.

Coloſſinus color, κολοσσινὸν χρῶμα, à Coloſſe Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens, & purpuram. Vide Thyleſium in libello de coloribus.

Cŏlōſtrum, & Coloſtra, æ, Spongioſa lactis denſitas à partu prima. τροφαλὶς. [Ital. Capo di latte, fior di latte. Gal. Caillé ou caillebot, laict eſpois, comme le premier qui vient aux mammelles, lait troublé. Hiſp. Coloſtro de leche nueua. Ger. Die erſte milch nach der geburt.] Martial. lib. 13. Surripit paſtor, quæ nondum ſtantib. hœdis, De primo matrum lacte coloſtra damus. Palladius. Coloſtra uocant paſtores illud exiguum lactis in quo eſt ſpiſſior natura.

Coloſtratio, tionis, f. t. Morbus eſt quo lactentes tentantur, ſi biduo à partu maternum lac guſtauerint, denſato in cæſei ſpeciem lacte. Ideò infantibus ſtatim à partu nutricis non matris lac exhibere conuenit, quia matris exitioſum eſt. Plin. libro undecimo capite quadrageſimoprimo. Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe lethale eſt. ¶ Genus mali uocatur coloſtratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Coloſtrati dicuntur. Plin. libro 28. capite 9.

Cŏlōtos, κῶλως]ωτος, uel Colotes, κωλώτης, penu. prod. Ariſtoteli lacertæ genus eſt, quod Latini Stellionem uocant, Itali Tarantulam. Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

Colpos, κόλπος, à rei anatomicæ peritis appellatur ea uberum pars quę in ſe, tanquam in ſinu quodam lac continet, unde & nomen accepit. ¶ Nam κόλπον Græci ſinum uocant, hoc eſt litoris obliquitatem, quibuſdam, ueluti brachijs mare amplectentem. Vide Cælium lib. 4. capite 4.

Cŏlŭber, penultima correpta, m. r. Serpens qui umbras nemorum incolit ὄφις. [Ital. Serpe, ſerpente, biſcia. Gal. Couleure. Hiſ. Colebra. Ger. Ein ſchlang.] Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra ſerpit: Draco, templi: ſed ſæpe confunduntur. Plin. lib. 32 cap. 5 Coluber eſt in aqua niueus: huius adipem & fel habentes, &c. Ouid. 15. Metamorph. niueisq; frequens Sinuoſſa colubris. Hieronymus ad Præſid. Coluber ad bibendum ueniens, in aqua uenenũ deponit, ne eum uenenum aqua concretum occidit. Nudũ hominẽ timet, ueſtitum perſequitur, caput tamen ſuũ celat, ubi ſcit eſſe mortem ſuam. Serpens quidem ſi ſemel calamo percutiatur, moritur: ſin uerò iterũ percutiatur, confirmatur: Brumali tempore infirmior efficitur, & à ſoricibus uincitur. Igitur ante hyemem circa ſe colligit ſegetes, ut illæ ſibi eſcam præbeant. ¶ Colubrum in ſinu fouere, ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν. dicitur qui complectitur amore ſtudioq; perſequitur hominem ingratum, & aliquando per occaſionem nociturum. ¶ Colubram fœminino genere dici probat Nonius ex Lucil. lib. 10. Satyr.

Iam diſrumpetur medius, iam ut Marſes colubras.
Diſrumpit cantu, uenas quum extenderit omnes.

Cŏlum, penult. prod. n. ſ. Vas eſt ex uiminibus contextum, ad uinum colandum aptum. ἠθμός. [Ita. Colatio. Gal. Vn couloir. Hiſpa. Coladero para colar coſa liquida. Ger. Ein ſeechteo, Ein geſchirr durch welches man ſeihet.] Virgilius 2. Georg. Colaq; prelorum fumoſis diripi tectis. Columinarium, uas eſt lapide ſpongioſo factũ ad colãdas niues. ¶ Colum etiam eſt genus morbi, quem primus in Italia ſenſiſſe Tiberius princeps dicitur, quũ prius ignotus eſſet. Plin. lib. 26. cap. 1.

Cŏlumbus, & Columba, Auis nota. περιστερά. [Ital. Colombo, colomba. Gal. Coulon ou pigeon. Hiſp. Palamo. Germ. Ein Taub.] Virg. 1. Aenei. Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Martial. Nec uioles teneras præduro dente columbas Vatru libro 3. capite. 7. duo facit Columbarum genera, quæ in periſterotrophio eſſe ſolent: unum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus uillæ, à quo ſpellarę columbę, quę propter timorem naturalem ſumma loca in teſtis captant: alterum columbarum genus clemẽtius, quod cibo domeſtico intra limina paſcitur. Columbæ agreſtes à colore Liuiæ dicuntur, quaſi liuidæ: domeſticę uerò, Cellares. Ex columbo agreſti, & columba domeſtica, uel econtrario naſcitur genus tertium columbarum: à noſtris Miſcellæ dicuntur, ob duorum generum commiſtionem. Columbos eſſe in tutela Veneris ideo factum putant, quia fœtui ſemper indulgent. Diſtinguuntur autem columbæ à palũbis, quòd hi feri & maiores ſint, & in arboribus aut ſepibus nidificent: columbæ minores, & manſuetiores. ut quæ cibo domeſtico intra limina paſcantur. Vnde prouerbialiter dicimus, Mitior colũba περιστερᾶς περιστερᾶς, de homine incredibili manſuetudine prædito. Huic ſimile eſt, Sedens columba, ἡμένη περιστερά. Nam columbæ quum uolant, fallunt cæteras pernicitate uolatus: quum ſedent, nihil mitius aut ſimplicius. ¶ Sunt præterea palumbes columbis longæ uiuaciores: uiuunt enim (ut quidam tradiderunt) in trigeſimum, & quadrageſimum annum, quum columbarum uita octo fere annorum ſpatio ſit concluſa. Vide Plin. libro 10. capite 23. & 35.

Columbārius, rii, m. ſ. Qui Columbas curat. περιστεροτρόφος. [Italicè. Chi ha cura di columbi. Gallicè Qui a la charge des colons ou pigeons. Hiſpanicè El que cria las palomas. Germanicè Der mit Tauben vmbgadt.] Varro 3. de Re ruſti. cap. 7. Ipſę propter pullos, quos habent, utique redeunt, niſi à coruo occiſæ, aut accipitre intercepte quos columbarij ſolent interficere.

Columbārium, rii. n, ſ. Locus ubi habitant columbæ. περιστερεών, περιστερών,

περιστερῶν, περιστεροτροφεῖον. [Ital. Palombaia. Gall. Colombier, tric ou bougeorte où cuasque pigeon loge. Hisp. Palomar, lugar donda cria las palomas. Germ. Ein taubhaus.] Palladius. Columbarium potest accipi sublimis una turricula in prætorio constituta, læuigatis & dealbatis parietibus. Proprié tamen columbarium, oculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. capite 7. Singulis paribus columbaria fiant rotunda, in ordine crebra, Columbaria singula esse oportet, ut os habeant, quo introire & exire possint. Columella libro 8. capite 8. Pastillis adactis tabulæ superponantur, quæ uel loculamenta, quibus nidificent aues, uel fictilia columbaria recipiant, præpositis uestibulis, per quæ ad cubilia perueniant.

Columbinus, a, um, Quod est ex columbis, περιστερεώδης. [Ital. Cosa de colombi. Gall. De pigeon. Hisp. Cosa de palomar. Germ. Das von den tauben ist.] Plin. Columbinus fimus in aqua decoctus. Columbinum ouũ. Horat. 2. Ser. Sat. 4. Pulli columbini. Varro 3. de Re rustica, Qui solent saginare pullos columbinos, quo pluris uendant, secludunt eos, quum iam pluma sunt tecti.

Columbaris, re. adiect. Idem quod Columbinus. περιστερικός ut, Columbare stercus, & Columbaris cella. Colum. li. 9. Cæterùm cibos iuxta parietem cõuenit spargi: quoniam turè partes hæ columbari carent stercore.

Columbatim, aduerb. Ad similitudinem columbæ. περιστερηδόν. Vade, Columbatim osculæ iungere frequens est apud Catullum.

Columbar. n. t. Genus uinculi. Plaut. in Rud. Illic in columbum credo leno uortitur. Nam in columbari collos haud multò pòst erit.

Columnella, Vide Columnæ.

Columnellares dentes, Caninis proximi. οἱ ὑέμφυτες τῶν ἐπὶ τῶν ὀδόντες οἱ ἐντὸς οἱ πλατεῖς. Varr. lib. 2. de Re rustic. cap. 7. Incipientes quartum agere annum, itidem eiiciunt, & totidem proximos eorum quos amiserunt, & incipiunt nasci, quos uocant Columellares.

Cŏlūmen, n. r pen. cor. à Columus, id est, Culmus, significat culmen, uel columnam. γύλος, ἕρεισμα. [Ital. Colmo, testo, sommità de alcuna cosa. Gall. Support & appoy, sur quoy est soustenue & appuyee quelque chose. Hisp. Cumbre de cosa alta. Germ. Ein saul, understütz.] Varro 1. de Re rust. cap. 7. Quod habetur in turribus, ac columinibus uilla. ¶ Per translationem accipitur pro sustentatione, ornamento & salute. Terent. in Phorm. Bone custos salue, columen uerò nostræ familiæ, Cui commendatus filium hinc abeus meum. Vbi Donatus, Columen familiæ, sustẽtatio, decus: unde Columnæ dictæ. Plaut. in Cast. Sed eccum egreditur senati columen, præsidium populi.

Cŏlumis, me, pen. cor. Sanus, integer. σῶος. [Ital. Sano, salno. Gal. Sain, entier. Hisp. Entero, sano, y rezio. Ger. Frisch, gsund.] Plaut. in Trin. Neq; ita ut sit data, columen resistè scilli & detraxisse aurum ent. Inde incolumis pro eodem: quod est uiuatius. Cic. lib. 1. ad Heren. Casu & fortuitò nauis in portu incolumis delata est. Hinc Incolumitas & Incolumitas pro salute, σωτηρία. Idem Trebat. Itaq; si quis erit mihi aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, quæ sunt omnia agenda. Et li. 3. ad Heren. Dicebat nullam uirtutem esse incolumitate.

Cŏlumna, f. p. Dicta est, quòd culmina sustineat. [Ital. Colonna, pilastro. Gall. Colonne, pilier, pilastre. Hisp. Columna, pilar. Germ. Ein saul, oder stud.] Pilarca uulgò à nostris uocatur. Inter columnas, διάστασις, & Pilas, γύλας, hanc differentiam esse uolunt, quòd columnæ uno scapo constare aut lapideæ, aut cementitiæ, aut lateritiæ. Non ratò tamen etiam structiles columnas apud ueteres legimus. ¶ A columna fit Intercolumnium, μεσογύλιον, quod est spatium inter columnas. Lib. 4. ad Heren. Aedes, intercolumnium, angulum, fornicem. Columnarum tria sunt genera: Teretes, quadrangulæ, striatæ. Quę superponuntur columnis, Epistylia, hoc est, Capitella, quæ supponuntur, Bases, siue Spiræ dicuntur. Ipsum autem columnæ corpus Scapus uocatur, teste Budæo. Antiqui, teste Quintiliano, Columã dicebant, detracta n litera, pro Columna. Vnde per diminutionem Columella dicitur, pro Columnella. Cæsar 2. bell. Gall. Primùm trabes in solo æquè longè distantes inter se pedes quatuor, collocantur: in⁊ eis columellæ, pedum in altitudinem quinque, defiguntur, &c.

Columnatus, adiectiuum, Columnis sustentatus. γυλωδὴς. Varro 3. de Re rust. cap. 5. Inter eas piscinas tantummodo accessus semissa in tholum qui est ultrà rotundus, columnatus, ut est in æde Catulli, si pro parietibus feceris columnas.

Cŏlūmella, pen. prod. f. t, diminutiuum à est à columna. γυλίδιον, λιονικός. [Ital. Colonnella. Gal. Petite colonne. Hispan. Pequena columna. German. Ein seul.] Cicero primo de Legibus, Nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus digitis altam. Cato capite 10. Trapeti columellam ferream, quæ in milliario stat. ¶ Est & cognomen Lucii Moderati, genere Gaditani, qui de agri cultura tam uersu, quàm prosa elegantissimè scripsit. ¶ Appellatur præterea Columella à medicis quædam ueluti pellicula, in fine palati dependens, ut in hiante homine conspicitur: quæ si inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram, Columella, λιτωρ: si uerò rotundam, Vua γαργυλὰ appellatur.

Columnătio, f. t. Columnarum extructio. γύλωσις. Apuleius lib. 1. Florid. Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio? proscenii contabulatio? scenæ columnatio.

Columnelli, Volunt quidam Columnellos dici dentes illos, quos caninos appellamus, quòd rotundi ac ad instar columellarum extent, & eminent.

Colŭmus, A ueteribus dicebatur, qui nunc Culmus.

Cŏlurnus, a, um, λεπαίνω, Dicitur qđ est ex materia coryli, teste Seruio in illud Virgilii, Pinguia⁊ in uerubus torrebimus exta columis. Festus tamen à corno arbore deduci ait, his uerbis: Columa hastilia, ex corno arbore facta potios, quàm ex colyro.

Cŏlŭri, m. r. Duo sunt circuli in sphæra, sese mutuò ad angulos rectos sphærales dispescentes circa polos mundi, Zodiacumq; ita intersectantes, ut unus eorum per principia Arietis, & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta sui conuersione, quippe Græci λείπουργον imperfectum uocant: nunquam enim integri apparent: nam pars in Antarcticum uergens, nostris se non ingerit obtutibus. Boethius de Arith. li. 2. & Macrob. in Somn. Scip. ¶ Colora quoq; animalia sunt eadem oõ habentia, uel mutilam caudam habentia, quæ in sacrificiis non offerebantur.

Colus, li, masc. generis, Tormenti genus, quod fit ex corio: sicut scribit Festus.

Cŏlus, li, fœm. generis, tam quartæ, quàm secundæ declinationis, Instrumentum quod pensa continet, à quo fusa ducuntur, habetq; penult. corr. ἠλάκατη, ἀτρακτυλὶς. [Ital. Rocca da filare, conocchia. Gall. Vne quenoille. Hisp. Ruecca para hilar. Germ. Ein kunckel.] Ouidius libro 4. Metam. Et colus, & fusus digitis cecidêre remissis. Cic. 2. de Orat. Quid tu Aegilia mea, Quando ad me uenis cum tua colo, & lana?

Cŏlūtea, f. pr. λευτία Theophrasto, Arbor syluestris apud Theophrastum 3. de Plantis, fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri Magni ætate haud temerè alibi quàm in Liparia insula nascebatur: hodie etiã in Gallia passim prouenit, Bagenandæ nomine uulgò nota. Vide Ruellium libro 1. cap. 70. ¶ Coluteum autem neutro genere Plautus in Persa uidetur appellasse quoddam mali genus: Commisce (inquit) mulsum: struthea, coluteaq; appara.

Colyca, rum, Specus quædam, in quibus aphronitrum inuenitur, teste Plin. lib. 30. cap. 10.

Cŏlymbădes, κολυμβάδες. [Ital. Oliue condite. Gal. Olives confittes, qui nagent en saumure. Hisp. Azeitunas. Germ. Ein gebeytzet oliuen.] Vocabantur oliuæ quædam conditæ, ἀπὸ τῦ κολυμβᾶν, quod innatare est: propterea quòd propter suam lenitatem salsilagini innatabant. Plinius libro 23. capite tertio, Colymbades sordida ulcera purgant, inutiles difficultatibus urinæ. Qua autem conditura ratione hoc oliuæ genus soleat parari uide, apud Ruellium lib. 1. cap. 104.

Cŏma, æ, λῆμα. [Ital. Chioma, zazzera. Gall. Perroque, ou cheuelure. Hisp. Cabella dura. Germ. Das haar.] Capillus

interprete Feſto, aliqua cum cura compoſitus. ἀπὸ τῦ λοῦσθαι: hoc eſt, ab ornando dictus: unde & Comere Latini dedoxerunt. Cic. 1. Tuſcul. Scindens dolore identidem intonſam comam. Ouid. 1. Metam. Permulcetq; comas, chlamydemq; ut pendeat apte Collocat. ¶ Circuntondere comam, περιπαρεῖναι τὸν πλοκάμον, Græcis in prouerbio eſt, pro eo quod eſt, ludibrio habere. Nam id luſus gratia fieri ſolet ſtupidis, ut eis non ſentientibus, cæſaries circumtondeatur. Lucian. ¶ Seruus quum ſis, comam geris, ἀδλ' οὐ κόμην ἔχεις. De eo qui præter decorum q̃ippiam faceret. Ariſtoph. in Anibus, & Suidas. ¶ Coma metaphoricῶs etiam de arboribus, frutticibus, arundinibus, atq; etiã herbis dicitur. Virgil. 4. Georg. Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi. Ouid. 2. Amor. Frigidaq; arboreas molleat aurea comas.

Comans, comantis, participium ſine uerbo, qui longiorem habet comam. κομῶν. Plinius l. 6. cap. 63 Equæ comantes gloria ſuperbiunt. Virgilius 2. Aeneid. - Sic fatus, deinde comantem Androgei galeam, clypeumque inſigne decorum Induitur. Equorum colla comantia, apud Virg. 12. Aeneid.

Cōmātus, a, um, participium ſine uerbo, Qui longiorem habet comam. κομώμενος. [Ital. Capelluto, con gran chioma. Gall. Cheuelu, ayant long cheueux. Hiſp. Coſa de luengos cabellos. Germ. Der vil haar hatt, mit langem haar.] Mart. lib. 1. Caluus quum fueris, eris comatus. Sylua comata. Catullus Epigr. 4. Vnde

Comatulus, penul. cor. m. ſ. diminutiuum à Comatus. Vnde Hieronymus Comatulos pueros dixit.

Cōmōſus, a, um, Item aliud adiect. κεκομώσθαι. [Ital. Capelluto, con gran chioma. Gall. Fort cheuelu, ayant force branches & rueilles. Hiſp. Coſa de luengos cabellos. Ger. Baarechtig.] Plin. lib. 16. cap. 6. Hemeris uocatur, breuior & in orbem comoſa. Idem lib. 29. cap. 16. Comoſiſſimum ex omnibus maximè cauliculis.

Cōma, atis, κῶμα, Morbus grauem ac diuturnum inducẽs, ſomnum, quem Latini Veternum interpretantur. ¶ Eſt & altera Comatis ſpecies, quam Vigilantem ſoporẽ nonnulli appellant, quũ neq; lumina, urgente ſomno, attollere, neq; tranquillè dormire poſſumus, aliis atq; aliis imaginationibus ſomni tranquillitatem identidem interpellantibus, Autor Galen. in eo Commentario, quem de Comate nominatim inſcripſit.

Como is, Vide ſuo loco.

Comagene, Herbæ nomen, de qua in dictione præcedente.

Cōmāros, κόμαρος. [Ital. Corvezzolo. Gall. Arboſier. Hiſp. Madrouno arbol conocido.] Arbuti genus eſt, cuius etiam pomũ Græci κόμαρον appellant, Latini Vnedonem. Plin. lib. 15. cap. 22. Duobus unedonem nominibus appellant Græci, Comaron & Memecylon. Ex quo apparet totidem eſſe genera & apud nos.

Combennones, Interprete Feſto, dicti ſunt in eadem benna ſedẽtes. Benna autem uehiculi genus fuit, Gallis præcipuè uſitatum.

Combĭbo, bis, n. r. Simul bibo, compoto συμπίνω. [Ital. Bẽ bere in compagnia. Gall. Boire enſemble. Hiſp. Beuer juntamente. Germ. Mit einander eins trincken.] Plin. li. 17. ca. 11. Vt ſolem plumasq; combibant. Colum. li. 12. cap. 10. Quę quũ uus combiberit, ſimili miſtura uas ſuppleatur. Ouid. Epiſt. 11. Et cogor lachrymas combibere ipſa meas. ¶ Combibere artes, per translationem. Cic. 1. de Finib. Sed tamen inficì debet his artibus, quas ſi, dum eſt tener, combiberit, ad maiora uenìet paratior.

Combĭbo, onis, maſc. gen. rect. decl. Compotor. συμπότης. [Ital. Compagno à bere. Gall. Compaignon à boire. Hiſpan. Bevedor con otro. Germ. Ein trincker, zechgeſell.] Lucil. lib. 6. Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis. Cic. Pæto, lib. 9. In his controuerſiis quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Combĭno, as, pen. prod. Coniungo, conglutino, συνδεῖν. Sipontinus.

Combinatio, quam Græci ἐπίζευξιν uocant, quum in oratione eadem dictio ſine medio duplicatur. Virg. 9. Aen. Me me adſum qui feci.

Combretum, Herba eſt baccari ſimilis, ſed procerior, foliorũ exilitate uſq; in fila extenuata. Autor eſt Plin. lib. 21. cap. 6.

Comburo, is, aſt. r. pen. prod. ex con & uro, b. interpoſita, ſimul cum aliis uro: uel, ut ſuum ſimplex, uro, cremo, exuro. ἐμπρήθω, πυρπολέω. [Ital. Abbruſciare, conſumare. Gall. Bruler tout, faire ardre enſemble. Hiſpan. Quemar, ò quemar juntamente. Germ. Verbrennen.] Cic. pro Cluentio, Puer ante noctem mortuus, & putridus antequam luceret, combuſtus eſt. Idem de Nat. deor. Libri Pytagoræ in concione combuſti. Et ad Quint. fratrem lib. 1. Fomo ut combureretur, tota plaudente prouincia. ¶ Et per translationem Plaut. in Mil. - Nam mihi nimis calor Comburebat gutturem.

Combuſtilia, ſunt quæcunq; meatus habent huiuſmodi, ut ignem introrſus admittant: atq; in hiſce meatibus, qui per rectum diſpoſiti ſunt, minus ualentem quàm ignem continent humorem. 3. Meteor.

Come, ſ. r. Herba eſt, quam Barbam hircinam uocant: à comæ ſimilitudine, quòd folia in circuitu ſpargat. τραγοπώγων. Plin. lib. 21. cap. 15. & lib. 27. cap. 13.

Cōmĕdo, is, pen. cor. m. r. & Comedo, comes, comeſt, in infinitiuo Comedere, uel Comeſſe, Idem ſignificat quòd ſuũ ſimplex Edo. φαγεῖν, ἐσθίειν. [Ital. Mangiare. Gall. Manger. Hiſp. Comer. Germ. Eſſen.] Martial. Scæuola tu comedis apud omnes, nullius apud te. Plautus in Trin. Quod ebibit, quod comeſt, quod facit lumpti. Cic. Sed ad extremũ pollicetur prolaturum ſequę comeſt. ¶ Sapinum Comeſum & Comeſtum. Saluſt. Comeſa matrimonia. Comeſa patina. Vbi translatè ponitur pro conſumere, diſſipare.

Comedim, pro Comedam, ſcripſerunt ueteres: quod & Nonius obſeruauit. Plautus in Bacchid. Quod dem ſcortis, quodque in luſtris comedim, congeraer pater. Cic. ad Pætum, Cura, ſi me amas, ut ualeas: ne ego te iacẽte, bona tua comedim.

Cōmĕdo, onis, m. r. & Comedus, di, penul. corr. Qui bona ſua conſumit, ut interpretatur Feſtus. καταφάγων. [Ital. Vn gran magiatore, diuoratore, chi mangia tutto ad vn tratto. Gall. Goulu, glouton, qui deſpent tout ſon bien. Hiſp. El comilon ò tragon. Germ. Ein fraſs, ein ſchlemmer.] Varro apud Nonium, Putat fore hoc quod hinc comedonibus conuenit uſu. quibus, nota uoluptate quum edunt, dantur gula gaudet.

Comeſſor, aris. d p. κωμάζω. [Ital. Banchettare, far conuiti. Gall. Banger & banqueter diſſoluement. Hiſp. Comer como en boda ò confradia y demaſiadamente. Ger. Praſſen, ſchlemmen, zächen.] Comeſſari, poſt cœnam epulari Suetonius in Domitian. Conuiuabatur frequenter & largè, ſed penè raptim, certè nõ ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea ut comeſſaretur. Liuius lib. 40. Bell. Maced. Demetrium poſt cœnam, qua ſodales acceperat, dixiſſe: Quin comeſſatum ad fratrem imus? Intromittere comeſſatum, Cicero & Terentius.

Comeſſans, tis, com. r. Idem quod Comeſſator. ἐπίκωμος, κωμαστής, κωμάζων. [Ital. Chi fa banchetti. Gall. Banqueteur, diſſolu, & à heure indeuë. Hiſp. Comilon. Germ. Ein praſſer, ſchlemmer.] Curtius lib. 9. Si quid uictis ſaltem aduerſus comeſſantes animi fuiſſet mille hercle uiri modò ſobrii, ſeptem dierum crapula graues in ſuo triumpho capere potuerunt. Modo comeſſantium aliquid agere. Liuius 3. ab Vrbe.

Comeſſationes, f. r. Conuiuia ſunt nocturna poſt cœnam, & alia intempeſtiua: ſicut Merenda, cibus qui ante cœnam ſumitur, & Ientaculum ante prandium. ἄκρατοι, κῶμοι. [Ital. Mangiamento. Gall. Banqueterie diſſolue comme apres ſouper, & heure indeuë. Hiſp. Comida demaſiada. Ger. Schlaaffrünck, ſchlemmereyen, freſsmäler.] Comeſſari enim, eſt poſt cœnã cibũ & potũ ſumere, & laſciuè intemperanterq; agere. κωμάζειν. Quod uerbum à Como deducunt, comporationum nocturnarũ, uitæq; generalis præſide. Suet. in Vitell. Epulas tripariam ſemper, interdum quadripariam diſpertiebat, in ientacula, prandia, cœnas & comeſſationes. Liuius lib. 40. refert Demetrium poſt cœnam, qua ſodales acceperat, dixiſſe, Quin comeſſatum ad fratrẽ imus? Cic. in Catil. Quòd ſi in uino & alea comeſſationes ſoldm & ſcorta quærebat, eſſent illi quidem deſperãdi. ſed tamen eſſent ferendi. Legitur hic & Comeſſatores. Idem pro Cælio.

Comeſſ. bundi & Comeſſatores. Qui comeſſationibus indulgent. ἐπικωμαστής, κωμαστικός. Cic. pro Cælio, Non idem in

dicam

dicum comeſſatorumq́ conſpectus. Liuius 9. ab Vrbe, Temulento agmine comeſſabundus inceſſit. Habet autē hoc nomen primam productam. Martial. Non Albana mihi ſit comeſſatio tanti.

Cōmes, itis, com. g. t. Qui uel quæ ſequendo aliquē ſe maiorem comitatur. ἀκόλουθος, συνοδοιπόρος, ὁπαδός. [Ital. Compagno. Gall. Compaguon de chemin, celuy qui tient ou fait compagnie, comme l'inferieur au ſuperieur. Hiſp. Compañero menor que ſigue à otra mayor. Germ. Ein geferte, ein geſell.] Cic. de Amicit. Neq́ ſe comitem illius furoris, ſed ducem præbuit. Lucan. lib. 6. Scire Senatus auct, miles te Magne ſequatur, An comes. ¶ Aliquando tamen comitum appellatio paribus conuenit, ut quum plures idem iter arripientes, ſibi mutuò comitatum præſtant. συνίμενοι. Plaut. Epid. Age, age, abſolue, atq́ argentum numera, ne comites morer. Autor ad Herennium, Qui quum ante lucem ſurrexiſſet, comitem ſuum inclamauit. Prius enim dixerat, Et ſecum aliquantum numorum ferentem eſt comitatus. ¶ Differt autem Comes à Socio & Sodali, quod Comes dicatur, qui quouis modo alterius ſequitur ductū: Socius plerunq́ in negotiis ſeriis q́ rebus, & fortunæ arbitrio ſubiectis. Sodalis ἑταῖρος & in leuioribus, ac ſæpe uoluptuoſis, utpote qui eiuſdem erant collegii, unaq́ epulabantur. Vnde Cicero Norbanum Quæſtorem ſuum appellat Sodalem. Idem de Senectute, Epulabar cum ſodalibus omnino modicè. ¶ Comes uerò pro dignitate, etiam generis communis eſt, quamuis apud uulgus ſeruitus Comitis ſubeatur. ¶ Ab Ammiano Largitionum comes dictus, qui præerat largitionibus imperatoris. ¶ Alii pro dignitate Comarchum παιμάχην uſurpant. Comes domorum, in Iuſtiniano dicitur, qui in domeſticos Principis præfecturam habebat. Comes horreorum, cuius & mentio eſt in poſteriorib. Ciceronis libris, priſtinæ Principis curator fuit, habuitq́ mancipia quædam purgandis horreis aſcripta, coquendoq́ pane Principis comes laborū, qui & præpoſitus laborum, cui mediaſtini omnes, aliiq́ domus Imperatoriæ artifices atque opifices ſubditi erant. Comes Andreas medicus citatur ab Aetio Serm. 10. cap. 5. Comes rerū priuatarum, procurator erat Cæſari, cui omnis res familiaris commiſſa, qui quicquid egiſſet, ratum apud Cæſarem erat. Comes ſacrarum largitionum, olim is erat, per quem Cæſares ſtipendia militibus erogauerunt. Comes Sacri patrimonii erat is, qui præerat patrimonio Cæſaris. Comites Palatini, cur à Principibus conſtituantur doctiſſimus Vigilius explicat in Inſtitut. de exhared. lib. Comites Scholarum, qui & Tribuni Scholarum, à Scholis Palatinis atque militaribus dicti: duorum munus in tribus poſterioribus libris Cod. deſcribitur: ut ſint qui præſint epulis imperatoris, & bello & pace, obſequia curent: quod tamen Pyrrho mirandum uiſum eſt. Comitem Strabuli, uoce etiam à luſtitiano uſurpata, nonnulli cum intelligūt, qualis olim fuit magiſter militū. Iuſtin. Item Conſtabularium, Magiſtrum militū nocat. Procopius, uti Pyrrhus refert, Protopatarium appellari dixit. Comitem Labeo definit eum, qui frequentandi cuiuſq́ cauſa, ut ſequeretur, deſtinatus fuit. Nunc uerò dignitatis nomen eſt, uel quod ipſe Regē comitetur, uel quòd eum multi comitētur: ut Pyrrho uiſum eſt, Iureconſulto noſtra tempeſtate ualde docto, nec infanti. Nonnulli ſi comitate, nec etymum deſideret, appellatum uolunt. q comitem eſſe debeat. Calliſtratus in Loberuandum. de Offic. præſid conſuit, ut præſes in adeundo quidē facilem ſe præbeat, ſed contemni ſe non patiatur.

Cōmitor, pen. corr. depon. pr. Sector, aſſector, comitem me exhibeo. συμπαραμαχῶ. [Ital. Accompagnare. Gall. Accompagner, ſuiure, tenir ou faire compagnie à quelqu'un. Hiſp. Acompañar al mayor. Germ. Beleyten, das geleyt geben.] & propriè eſt minorum erga maiores. Plin. Quicunq́ eum comitati fuerant. Idem, Funerantium more comitantur exequias. ¶ Pro eodem & Comiro, as, actiuè dicitur. Ouid. lib. 2. de Pont. Quem pia nobiſcum prouincia comitat eundem. Et lib. 14. Metam. Noſtra quoq́ adulans comitantur ueſtigia. Idem 8. Metam. Et noſtros comitare gradus, & ſis ardua montis leuemſul. ¶ Comitor etiam in paſſiua ſignificatione nonnunquam inuenitur. παρακολουθοῦμαι: unde non malè inter uerba communia poteſt numerari: quòd etiam ex participio præteriti temporis Comitus poteſt deprehendi, quod tamen cum ſignificat, qui alterum honoris aut officii cauſa deducit, quidam cum qui deducitur. Cic. 2. de Inuent. In itinere quendam proficiſcentem ad mercatū eſt comitatus. Idem in Catil. Moleſtè fero, quòd parum exierit ab urbe comitatus.

Comitātus, participium, à Comitor, actiuè & paſſiuè accipitur. παρακόμψας, καὶ παρακομφθείς. [Ital. Accompagnato. Gall. Acompaigné. Hiſpan. Acompanado. Germ. Beleitet.] Actiuè: Plinius, Quicunque eum comitati fuerant. Paſſiuè: Cicero Inuectiua ſecunda in Catilinam, Illud etiam moleſtè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Virgilius 1. Aeneid. Ipſe uno graditur comitatus Achate. ¶ Idem in Epiſtolarum paſſiua Incomitatus poſuit, quum ait:

Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat.

Comitātus, comitatior, comitatiſſimus. Cicero 5. Tuſculan. Puero ut uno eſſet comitatior. Plinius libro decimo, capite 17. Eſt enim ars illis, inter ſe blandiri, & corrumpere alias, ſortiq́ comitatiores reuerti. ¶ Sic Comitatiſſimum hominem dicimus, quem uulgò benè aſſociatum dicunt. Budæus.

Cōmitātus, us, m. q. παρακολούθησις, συμπερίφορά. [Ital. La compagnia, il ſeguito. Gallice. Compaignée, accompaignement, train. Hiſp. El acompaniamento. Germ. Beleitung, gūte geſellſchafft.] Ipſi comites dominum, uel patronum, uel alium quemuis officii uel honoris gratia ſubſequentes. οἱ παρακόμποντες. Cicero ad Lepidum, Eius Falernum mihi ſemper idoneum uiſum eſt diuerſorio: ſi modò tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. Saluſtius in Catil. L. Valer. Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat, ut in ponte Miluio per inſidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. 1. de Legib. Auſpicia, ut multos inutiles comitatus probabiles impedirent moræ, quaſi ſæpe comitia populi temerè eſſent coacta, obnuntiatione Augurum diſturbata fuerunt.

Comeſſatio, Comeſſator, Comeſſabundus, Vide Comedo.

Cōmētes, uel Cometa, pen. prod. generis maſculini, Stella crinita. κομήτης. [Ital. Comete. Gall. Vne comete. Hiſp. Cometa del cielo. Germ. Ein comet.] Lucanus lib. 1. Ignota obſcuræ uiderunt ſydera noctes, Ardentemq́ polum flammis, cœloſq́ uolantes Obliquas per inane faces crinemq́ timendi Syderis, & terris minitantem regna cometen. Cic. 1. de Nat. deor. Tum facibus uiſis cœleſtibus, tum ſtellis his, quas Græci cometas, noſtri cincinnatas uocant, quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ. Virg. 1. Georg. Nec diri toties arſēre cometæ. ¶ Eſt etiam nomen proprium unius ex Argonautis apud Val. Flacc. pater Aſterionis.

Comicus, ci, Vide Comœdus.

Comidrys, Pſyllium lingua Siculorum. Dioſcorides lib. 4. cap. 73.

Cōminus, aduerb. ἔσω, ἐγγύς. [Italicè, Da preſſo. Gall. De pres. Hiſp. Cerca y quaſi con las manos. Germ. Von nahen. in die nähe.] Non eſt idem quòd propè, ſed (ut ſic dicam) à propè: quemadmodum Eminus, à longè: ut, Cominus te interficiebant lapidibus: hoc eſt, è propinquo loco. Cic. 2. de Diuin. Nunc cominus agimus, experiamurq́, &c. Idē pro Cecin. Neq́ conflictu corporum, neq́ ictu cominus, neque coniectione telorum. ¶ Significat etiā ſtatum, ſine intermiſſione. Virgil. lib. 2. Georg. Quid dicam iacto qui ſemine cominus arua Inſequitur.

Cominia, Genus Oliuæ apud Plin. lib. 35. cap. 3.

Comis, com. terr. Humanus, benignus, facilis, & ſuauis, qui non grauatē aliis inſeruit. συμπεριφορός. [Ital. Benigno, facile, piacevole, humano, ſoaue. Gal. Doux, gracieux, courtois, affable, humain. Hiſp. Cortes, tratable, humano. Ger. Lieblich, freūndtlich, holdſelig.] Cic. 2. de Finibus, Quaſi quis illum neget & bonum uirum, & comē & humanum fuiſſe. Idem pro Coel. Balbo, Comes benigni, ſuaues, facetiſſimi homines dicuntur.

Comitas, Humanitas, & morū ſuauitas. φιλοφροσύνη. [Ital. Gratioſità, piacevolezza, corteſia. Gal. Douceur, gracieuſeté, courtoiſie, humanité. Hiſp. Humanidad, corteſia. Germ. Freündtlichkeit, holdſeligkeit.] Cic. de Amic. Sed amicitia remiſſior eſſe debet, & liberalior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemq́ procliuior.

Comiter, ſuauiter, manſuetè. φιλοφρόνως. [Ital. Corteſemente, piacevolmente, affabilmente. Gal. Gratieuſement, courtoiſement

toiſement, doucement, humainement. Hiſp. Cortes y humanamente. Germ. Freundlichen.] Comiter ac benignè appellare aliquem. Liuius 2. ab Vrbe Ouidius 2. Faſtor. Comiter excipitur: ſanguine inoctus erat.

Cŏmitia, orum, plurali numero, a ſ. Conuentus populi, qui fiebat, quando magiſtratus creabantur: à ſimul itaque ſic appellata. ἀρχαιρεσίαι, αἱ τῶν ἀρχαιρεσιῶν. [Ital. Congregatione, conſiglio, ragunanza. Gall. Aſſemblees ou congregation du peuple ou magiſtrats pour conſulter & deliberer de quelque choſe. Hiſp. Los dias que ſon para elegir dignidad. Germ. Keyſerlichtag, landtag, verſamlungen wann man oberkeiten erwölen will, oder ſunſt etwas zů rathſchlagen hatt.] Ex comitiis autem alia erant Conſularia, alia Prætoria, alia Quæſtoria, alia Tribunitia, alia Aedilitia: quibus ſcilicet Conſules, Prætores, Quæſtores, Tribuni, aut Aediles creabantur. Illæ enim coitiones populi ad creandos magiſtratus, & ad leges ferendas, dicebantur Comitia: quæ ſũ alia Calata erant, alia Centuriata, alia Curiata. ¶ Calata comitia vocabantur, quæ pro collegio Pontificum haberi ſolebant, aut regis ſacrorum, aut flaminum inaugurandorum cauſa. ¶ Curiata (ſimile eſt apud Græcos λεὼς κατὰ φυλάς) quæ ex curiis, id eſt, tribubus, quæ triginta quinque erant, & ex cenſu & ætate per lictorem curiatim prædicari, id eſt, conuocari ſolebant. ¶ Centuriata, quæ hoc tempore in creandis Conſulibus, quorum centuriatim, id eſt per ſingulas centurias calculus unus pro ſuffragio ferebatur. Et hæc per cornicinem ex regionibus & locis diuulgabantur. Dionyſius lib. 7. Hiſtor. ſcribit in comitiis curiatis omnem poteſtatem creãdi magiſtratus fuiſſe penes populum, in centuriatis penes diuites. ¶ Comitium, ſingulari numero, locus erat Romæ intra forũ & curiã, ita dictus à coeundo (teſte Varrone) eò q populus ſũ litium, tam curiatorum comitiorũ cauſa eo ſoleat conire. Cic. in Verr. Quid? hoc ferendum cuiquã putas? huius argento domus veſtras, huius ſignis & tabulis forũ, comitiũ ornari? Idem pro Seſtio, Quum forum, comitium, curiã multa de nocte armatis hominibus ac ſeruis plenis occupauiſſent, impetum faciunt in Fabritium. Tempus comitiorũ habendorum id erat quod augures deſignabant. ¶ Antiqui prætereà commune & amplißimum concilium, Comitium appellabant. Vnde eſt illud in xii. tabulis, De capite ciuis, niſi per maximum comitium, ne ferunto. Ex Cic. de Legibus.

Cŏmitiãlis, le. Quod ad comitia pertinet. ἀρχαιρεσιακός. [Ital. Pertinente al aſſembramento. Gall. Des apartenances des aſſemblees du peuple ou des magiſtrats. Hiſp. Coſa perteneciente à telles dias ò congregaciones. Germ. Das zů ſolcher verſamlung eines reychs oder landts gehört.] ut, Dies comitialis, qui comitiis gerendis aptus, ſiue dictus eſt, quòd cum populo agi liceat, ut inquit Macrobius, & quo populus Romanus cõuenire ſolebat ad ſuffragium ferendum. Cic. ad Quint. frat. Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat. Ioue autem tonante aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. ¶ Comitialis morbus ἐπιληψία. [Ital. Mal caduco. Venetis. La brutta. Gall. Maladie, qu'on appelle vulgairement, le mal Sainct Iehan, epilepſie, mal caduc. Hiſp. Gota coral, ò morbo caduco. Germ. Die fallend ſucht.] Qui cum totius corporis conuulſione principes cerebri operationes tollit, toto cerebro, uel duobus eius ventriculis affectis. Gignitur ex craſſis humoribus, ſpiritus meatum cerebri ventriculis obſtruentibus, neruorum principio ſeipſum concutiente, ut quod noxium eſt, excutiat. ¶ Dictus Comitialis, quòd comitia uitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidiſſet. Cato. Quod comitia prohibere ſolet, nec id quidẽ mihi uitiũ fuit. Serenus, Eſt ſubitus ſpecies morbi, cui nomen ab illo, Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat. Sæpe etenim membris acri langoore caducis Concilijſ populi labes horrenda diremit. Ipſe Deus memorat dubia per tempora lunæ Conceptum, talis quem ſæpe ruina profudit. ¶ Hic morbus alio nomine dicitur ſacer, & morbus maior, propter grauitatem: quoniam homo ſubitò concidit, & ſpuma ore mouetur. Docet etiam Ariſtoteles hunc morbum à priſcis Herculeum fuiſſe nominatum, quia Hercules laborauiſſe ſo dicitur ex atra bile pleriſq; contingere tradit. Plato & Apuleius diuinum nuncupauerunt, quòd animi partem rationalem, quæ longè ſanctiſſima eſſe uidetur, obſideat. Cic. [illegible] morbo Græco ἐπιλαμβάνεσθαι, quòd ſenſus comprehendat & uincat, ita ut eo correpti à mortuis non magnopere differre uideantur. ¶ Comitialis homo ἐπιληπτικός, qui hunc morbum patitur. Plinius, Fel teſtudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitque. ¶ Plautus tamen Comitiales homines in Pœnulo appellat litigioſos, qui in comitio propter lites quaſi habitare uidentur, inquietantes tribunal Prætoris, qui ſi nihil eſt litium, litem ſerunt.

Comitialiter, aduerbium, ἐπιληπτικῶς. Plin. lib. 22. cap. 22. Folia heliotropii contractionibus medentur, etiamſi id comitialiter accidat: id eſt, etiamſi contractiones fiãt ex morbo comitiali.

Comitiarius, adiect. ἀρχαιρεσιακός: ut, Comitiaria ſtatio, quæ in modum comitiorum celebratur. Liuius 3. bel. Pun. In hac comitiaria iam duorum exercituum ſtatione, principes Nolanorum nuntiant Marcello, noctурna colloquia inter plebem & Pœnos fieri.

Comitiatus, us, m. q. ἀρχαιρεσία. Dicitur populi in comitio congregatio. Cic. 3. de Legibus, Tum leges præclariſſimæ de duodecim tabulis tralatæ duæ: quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari, niſi maximo comitiatu, uetat.

Comitiani Tribuni militares, qui dicuntur. docet his uerbis Aſconius Pædianus in 1. contra Verr. Tribunorum militarium duo genera. Primum eorum qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari ſolent. Alteri ſunt comitiani, qui Romæ comitiis deſignantur.

Comito, & Commitor. Vide Comes.

Comma, atis, n. [Ital. Incoſtione, taglio, diſtinctione. Gall. Inciſion, coupeure. Hiſp. Cortadura, medio punto en la eſcriptura. Germ. Zerbrechung, endung, herdung.] per diplosin, διπλωσις incido: à κόπτω, incido, minutiſſima diſtinctionis genus eſt quod Inciſum à Latinis dicitur, à Cicerone etiam Caſum, eò quòd incidat Cola & Periodos. Conſtat enim periodus omnis ex commatibus & colis, tanquã partibus. Ex his cola, dicuntur partes maiores periodi: cùm ſcilicet oratio penè eſt perfecta, ita tamen, ut animus audientis nondũ conquieſcat. Commata verò dicuntur minimæ periodi particulæ, in quas cola toruſus, uelut partes diſſecantur. ¶ Commata etiam dicuntur aquarum conſtructa, & incila, primùm in Aegypto ad hoc inuenta fruſtula, ut pro arbitratu accolarum. Nilus ubi ſatis adultus in campos arcuales, aut intra alueum continetur. Vlpian. de extraord. crim. Saccolarii Commatarii (quos quidam) & Diacopi, qui in aggeribus ſiunt. ¶ Comma præterea (teſte interprete Ariſtophanis in Pluto) eſt genus nili ſimi nominatis. Vnde ortum adagium, Mali commatis, κακοῦ κόμματος. Subaudiendum ἀνθρώπου, homo. Dicebatur de improbo contempto, & reiiculo homine. Ariſtophanes in Plut. Κόμμα δ' ἀνὴρ τί κακοῦ κόμματος; id eſt, Videtur eſſe non probati commatis.

Cŏmmăculo, las, āſſ. pr. Idem quod maculo. μιαίνω. [Ital. Macchiare. Gall. Se macculer de tout, ſouiller. Hiſp. Enſuziar. Germ. Vermaaſigen, vermůſſen, verſudlen.] Commaculare ſe ambitu, metaphoricõs. Cic. pro Cælio. Nunquam enim tam Cælius amens fuiſſet, ut ſi ſe iſto infinito ambitu commaculaſſet, ambitus alterum accuſaret. ¶ Commaculare manus ſanguine alicuius. Virgil. de Medea, Argo. Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem Commaculare manus. id eſt, polluere nece filiorum ſuorum.

Cŏmmădĕo, des, n. ſ. Idem quod ſimplex madeo. βρέχομαι, ὑγρός εἰμι. [Ital. Eſſere humido. Gall. Eſtre trẽpé ou moüillé tout outre. Hiſp. Molarſe. Ger. Naſs ſein.] Caro cap. 124. Coquito uſquedũ ea commadebit bene, aquã defundito.

Cŏmmandũco, is, n. 3. Dentibus molere, quod Cic. Mandere dicit. μασάομαι. [Ital. Mangiare, maſticare. Gall. Mascher fort & tout enſemble. Hiſp. Comer ò maſchar. Germ. Zerkeũwen.] Plin. lib. 29. cap. 8. Quum priores obtriuiſſent eam minus è commanducarent. Valerius, Protinusque dentibus abteriſſam, & commanducatam linguam in cum expuit.

Commanducatus cibus, dicitur à Plinio lib. 20. cap. 1. multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quem Manſum Quintilianus uocat. βεβρωμένον μέρημα.

Commanducatur, depromus, apud Lucilium in libro 6. legitur pro comedit, uel deuorat. Aſſentatur (inquit) nec opinantem, in caput inſilit, ipſum commanducatur totum complexum.

Commandu-

Cómanducatus, us, m. q. *διαμάσησις*. [Ital. Il masticamẽto ista i denti. Gall. Maschement entre ſes dens. Hiſp. Maſcadura ò comida. Germ. Verkäwung.] Plin. lib. 24. cap. 9. Vlcera commanducatu, impoſitúq; efficaciſſimè ſanari.

Commánipălo, onis, Miles eiuſdem manipuli, apud Spartianum. Budæus.

Commédĭtor, aris, d. p. Idem quòd ſimplex méditor. *μελετᾶ*. [Ital. Penſare, Imaginare. Gall. Penſer diligemment à quelque choſe. Hiſp. Penſar, imaginar. Germ. Betrachten, nachhin ſinnen.] Autor ad Herennium lib. 1 Quare placet & ex ordine locos cõparare, & locos quos aſſumpſerimus, egregiè commeditari oportebit, ut perpetuò nobis hærere poſſint. Lucret. li. 6. Et fragiles ſonitus chartarum commeditarunt eſt, exercet, facit, reddit.

Commemĭni, Idẽ quòd ſimplex memini. *μέμνημαι*. [Ital. Mi è ſouenuto. Gal. Jay encor' ſouuenance. Hiſp. Recordar ſe. Germ. Ich bin jngedenck.] Cic. 1. Tuſc. Ego autem non commemini, antequàm ſum natus, me miſerum. Idem 1. de Orat. Idem Q. Seruium Galbam (quem hominem probè noſſe & commeminiſſe ſe aiebat) pergrauiter reprehendere ſolebat.

Commĕmŏro, pen. cor. a p Commonefacio, in memoriam redúco. *ἀπομνημονεύω, ὑπομιμνήσκω*. [Ital. Ricordare, ridurre in memoria. Gall. Faire memoire & mention, raconter, ramentevoir. Hiſp. Recordar. Germ. Erzellen, widerẽfern, wider in gedechtnuſs bringen.] Cic. in Catil. Pythagoreorumq; more, exercendæ memoriæ cauſa, quid quoq; die dixerim, audierim, egerim, commemoro veſperi. Idem pro Quintio, Nam quid hoc indignius, aut iniquius dici, aut commemorari poteſt?

Commemŏrātio, Verbale, *ἡ ὑπόμνησις*. [Ital. Ricordanza. Gall. Mention, recit. Hiſp. Recordacion. Germ. Erzellung, widerẽrzelung, widergedechtnuſs.] Terent. in Andr. Nam iſthæc commemoratio Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.

Commemŏrābilis, le, om. t. Dignus qui commemoretur. *ἀξιομνημόνευτος, ἀξιόλογος*. [Ital. Degno de cui ſene faccia memoria. Gall. Digne de memoire, ou à eſtre raconté. Hiſp. Digno de ſer recordado. Ger. Der wirdig iſt das man ſein gedencke vnd meldung thüche.] Cic. 2. de Nat. deor. Multa quæ alia in aliis locis commemorabilia proferre poſſunt. Plautus Pſend. Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.

Commendo, ar, a. p. ex Con & mando. Idem quòd laudo. *ἐπαινῶ*. [Ital. Laudare, racommandare. Gall. Recommander, louer, bailler en garde Hiſp. Encomendar ò alabar. Ger. Befehlen, loben.] & ſic duobus ferè conſtrui ſolet modis. Nam quandoq; accuſatiuum tantum habet. Cic. poſt reditum, Quum cum, præter ſimulatam triſtitiam, nulla res commendaret. Valer. Maximus lib. 10 Quapropter non ludicram artem commendauit. ¶ Quandoq; ultra accuſatiuum conſtruitur cum alio accuſatiuo mediante Apud, aut huiuſmodi præpoſitione: ut, Commendaui te apud patrem. ¶ Quandoq; poſt accuſatiuum iungitur datiuus, & ſignificat, quaſi charum quid committo. *ἐπιτρέπω*. ſed non recedit à ſignificatione uerbi Laudo. Semper enim fit cum charitate & laude eius, qui commendatur. Cicero Q. Fratri, Quàm multos mecum egiſſe putas, ut ſe Statio commendarem? Plautus, Qualiſne amico mea commendauit bona? Probo & fideli & fido. Cicero 3. de Finib. Quorum uterq; tibi teſtamento liberos ſuos commendauit. Terentius in Eunuch. Ego me tuæ commendo & committo fidei.

Commendātus, a, um, participium, Idem quòd commiſſus, laudatus, aut fidei alicuius concreditus. *ἐπαινετός*. [Ital. Laudato, tenuto in gran ſtima Gal. Recommandé & loué. Hiſp. Encomendado y alabado. Germ. Befolhen, oder gelobt, einem anderẽ vertrauwet.] Cic. pro Roſc. Amer. Cui fama mortui, fortunæ tibi commendatæ ſunt atq; concreditæ. Plancus Ciceroni, Meam dignitatem commendatam habeas rogo.

Commendātus, Nomen ex participio. *ἐπαινετός*. Cic. pro Corneł. Balb. Quis eſt enim noſtrũm, cui non illa ciuitas fœdiſſimo ſtudio, cura, diligentia, commendatior? Idem ad Brutum, Quum ipſi per ſe tibi commendatiſſimi ſint.

Commendātio, onis, uerbale. *ἔπαινος*. [Ital. Recommandatione. Gal. Recommandation, louange. Hiſp. Encomienda. Germ. Befelhung.] Cic. ad Lent. lib. 2. Noſtra, ceterorumq; amicorum commendatione gratiſſimus in prouincia fuit. Idem. Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Conſulatus tui.

Commendator & Commendatrix, *ὁ συστατικὸς, ἡ συστατική*. Qui, uel quæ commendat aliquem alteri. Cic. 1. de Legibus, Sed profectò ita ſe res habet, ut quoniã uitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemq; uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur.

Commendatĭtius, a, um: ut, Commendatitiæ literæ, in quibus aliqui commendantur. *συστατικὴ ἐπιστολή*. [Ital. Lettre di recommandatione. Gall. Lettres de recommandation. Hiſp. Letras de encomedar. Germ. Fürdernuſs brieff.] Cic. Antonio lib. 5. Etſi ſtatueram nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias.

Commendabĭlis, le, Dignum quod laudetur. *ἐπαινετός*. [Ital. Che è degno di eſſere laudato. Gall. Digne deſtre loué. Hiſp. Digno de ſer encomendado y alabado. Ger. Das fürderens oder befelhens wirdig iſt.] Columella lib. 5. cap. 6. Sed ut denſum arbuſtum commendabile fructu & decore eſt, ſic ubi, &c.

Commentā, ōrum, li. n. ſ. (inquit Feſtus) Virgæ, quæ in ſacris utebantur ad ſacrificia euntes, ut à ſe obuios homines amouerent.

Commentus, Vide Commetior.

Commentor, Commentātus, Commentum, Vide Comminiſcor.

Commĕo, as, n. ſ. ex Con & Meo, aliquò ſe conferre, animo redeundi abire, alterò citroq; ire. *φοιτῶ*. [Ital. Andare, uenire. Gall. Aller & faire vn voiage, paſſer d'vn lieu en autre, voiager. Hiſp. Paſſer por algun lugar, ir, y venir. Germ. Etwan hin gon der meinung wider zů kommen.] Columel. lib. 3. cap. 3. Qui libentius commeaturus ſit, ſi uexationem uiæ non reformidet. Plaut. in Rudent. Eum ad carnificem eſt æquius, quàm ad Venerem commeare. ¶ Inde Commeatus dari dicitur, id eſt, tempus quòd ire & redire commodè poſſis. Lactan. lib. 3. Quid ergo interfuit, quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſſimam commearet? Terent. in Hecyr. Nam ſenex rus abdidit ſe, huc rarò in urbem commeat.

Commeatilis miles dicitur, qui in ſtipendii partem accipit alimenta ex commeatu: id eſt, ex alimento publico, iuxta priorem ſignificationem uocis, Commeatus Iuſtin. de Præſect. præt. Aphr. Quas Deo. Nullum audeant Decem uel Tribuni commeatilem de ipſis dimittere: ne dum ſibi lucrum ſtudent conficere, cuſtoditas noſtras relinquũt prouincias. Et infrà, Non de commeatilibus militũ, aut eorum ſtipendiis lucrum facere.

Commĕātus, tus, m. q. Facultas abeundi, ſiue quod dicitur Saluus conductus, quem dat Imperator militi, præfixus inferiori, eundi quò uelit ad præſcriptum diem reuerſuro. *ἐξουσία, ἐφόδιον*. [Ital. Licenza, ſalvocondotto. Gall. Congé de s'on aller, ſauffconduit. Hiſp. Licentia para paſſar por algun lugar, ſalvoconducto de principe, ò capitan. Germ. Ein geleit, erlaubnuſs hinweg zů gon.] Autor ad Herenn. Ille qui ad diem commeatus non uenit, quòd eum aquæ interclauſiſſent. Liuius ll. 23. Magna pars hinc commeatibus dilabebatur. ¶ Aliquando accipitur pro cibariis ad alimoniam exercitus, aut Reipubl. aut multitudinis, uel etiam priuati alicuius. *τροφὴ, ὁ σιτισμὸς τὰ σιτία*. [Ital. Vettouaglia. Gall. Viures pour paſſer quelque temps. Hiſp. Las vitualles. Germ. Profiand, oder narung zů erhaltung eines kriegs volcks.] Cic. pro lege Manilia, Iam commeatu & priuato, & publico prohibemur. Cæſar 1. Bell. ciuil. Reliquas merces commeatuſq; ad obſidionem urbis, ſi accidat, reſeruant. ¶ Vnde, Trium dierũ commeatus dicitur, quum inſtare paupertas extrema ſignificatur. Ariſtop. in Acharn. *οὐ μ' ὑπερῇρε σιτίων μέτρ' ἐς τρίτην*, id eſt, mihiq; ut referuem commeatum triduo. ¶ Aliquando pro tranſitu multitudinis. Apul. lib. 6. Sed concatia ſtipato commeatu difficultates tranſ'bi mus.

Commercor, aris, dep. p. Idem quòd mercari, uel multas res ſimul mercari. *ἀγοράζω*. [Ital. Comperare Gall. Marchander ou acheter enſemble. Hiſpan. Mercar, ò mercar intramente. Germ. Kramen, vil ding zůſamen kauffen.]

Plautus Capt. Pater captiuos commercatur alios, tantdm ſudeus ut uatum recuperet.

Commercium, n. ſ. Eſt libera commeandi contrahendiq; facultas, conceſſa iis qui merces ultrò citroq; conuehunt. *ἐμπορία.* ¶ Aliter commercium eſt uicißitudo dandi & accipiendi: à Coo, & Merces: mercium commutatio, quæ victus cauſa inuẽta fuit, *συνάλλαγμα, ἀλλαγή, ἐπιμιξία.* Plin. in Paneg. Diuerſaſq; gentes ita commercio miſcuit, ut quod genitum eſſet uſquá, id apud omnes gentes natũ eſſe uideretur. ¶ Accipitur & pro uſu & cõſuetudine *κοινωνία*, & tunc præpoſitioni Cum, iungitur. Cic. de Senect. Nec habet ullum cum uirtute commercium. Plautus in Bacch. Quid tibi commercii eſt cũ diis damnoſiſſimus? Idem in Aulul. Quid tibi mecum eſt commercii ſenex?

Commĕrĕo, res, n. Luci Commercor, reris, Committo, malè ago, delinquo, pecco. *ἁμαρτάνω.* [Ital. Errare, meritare. Gall. Meriter, deſeruir, faillir. Hiſp. Pecar, merecer. Germ. Etwas verſchulden, oder verdienen, ſündigen, etwas vnrechts begon.] Terent. in Andr. Quid feci? quid cõmerui? aut peccaui pater? Vbi Donat. Commerui, maioris culpæ eſt: Peccaui, multò minoris, uel leuioris. Idem in Phorm. Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe, arbitrabitur Commeruiſſe culpam: id eſt (inquit Donatus) commiſiſſe. Idem in Hecyr. Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim? Quæ nunquam quicquam erga me commerita eſt pater, Quod nollem: & ſæpe quod uellem meritam ſcio. Vbi Donatus, Aduerte (inquit) proprietatem Commerendi & Merendi. Mereri bona dicimus, Commereri mala, id eſt, delinquere, peccare. Ergo hîc Meritam, pro præſtitiſſe dixit. Cic. de Orat. Interrogabatur reus, quá quaſi æſtimationẽ commeruiſſe ſe maximè diceret. ¶ Interdum etiam in bonam partem accipitur, pro mereri. Plaut. in Moſtel. Quid grauaris, quaſi gratiam non commeream?

Commĕtior, iris, d. q Idem quòd metiri, *μετρέω.* [Ital. Miſurare. Gall. Meſurer & compaſſer. Hiſp. Medir. Germ. Mäſſen.] Cic. 1. de Inuent. Nam ſæpe oportet commetiri cum tempore negotium, & uidere, quæ tempus aut magnitudo negotii aut multitudo rerum in eo tranſigi tempore.

Commenſus, us, ui, m. q. Symmetriam ſignificat. *συμμέτρησις, συμμετρία.* [Ital. Miſura. Gall. Meſure, meſurement. Hiſp. Medida. Germ. Ein formeckliche abmäſſung.] Vitruuius lib. 3. cap. 1. Reliqua quoq; membra ſuos habent commenſus proportionis, &c.

Commĕto, as, pen. cor. Veteriſſimi dixerunt pro commeo: hoc eſt, eo, aliquò me confero. *φοιτῶ.* Nœuius, Quum ad lupam noſtram tam multi crebrò commeant lupi.

Commigro, as, n. p. Idem eſt quòd migro, & habitationem in locum aliquem transfero. *μετοικῶ.* [Ital. Andar ad habitar altroue. Gall. Aller loger, demourer ou habiter en autre lieu. Hiſp. Mudar caſa en otro luger. Germ. Ein wohnung an ein ort hin verenderen.] Terent. in Andr. Mulier quædam abhinc triennium commigrauit huic uicinia. Liuius 1. ab Vrb. Quid ſi non Galli hoc, ſed ueteres hoſtes veſtri Acqui, Voſci ſue faciant, ut commigrent Romam. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. Sed, ut ſpero, paucis menſibus poſt Calendas Quintiles in tuam commigrabis.

Commilĭtones, m. ſ. Dicuntur qui ſimul militant. *συστρατιῶται.* [Ital. Compagni alla guerra. Gall. Compaignons d'armes & de guerre. Hiſp. Companeros en la guerra. Ger. Spieſs gſellen.] Suetonius in Cæſare, Nec milites ſuos pro concione, ſed blandiore nomine commilitones appellabat, tanquam & ipſe unus eſſet ex numero militum. Cicer. pro Deiotar. Hic uerò adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Gratia commilito fuit.

Commĭles, tis, com. t. *ὁ συστρατιώτης.* [Ital. Compagno di guerra. Gall. Compaignon de guerre. Hiſp. Companero en la guerra. Germ. Mit kriegs man, geſell im krieg.] Cæſar Bel. ciuil. Commilitesq; nonnulli grauiores ſermones militum uulgò duriùs accipiebant.

Commilĭtium, neutr. gen. Ipſa belli ſocietas. *συμμαχία, συστρατεία* Ital. Compagnia di guerra Gall. Compagnie de guerre, ſocieté en la guerre. Hiſpan Compannia en la guerra. Germ. Geſellſchafft im krieg] Iuſtinian. lib. 1. Deinde cogitatione legum ſacratum, rum uetuſti per tot bella commilitii, orat miſereatur ciuium exulum. Tacit. lib. 1. Chauci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt. ¶ Apud Apuleium etiam Commilitia legitur, fœminino genere.

Commĭnĭſcor, depon. tert. Fingo, uel excogito: ab antiquo uerbo Meminiſcor: unde & Reminiſcor. *συμπλάττω, μηχανῶμαι.* [Ital. Fingere, imaginare. Gall. Controuuer, excogiter, forger. Hiſpan Penſar ò fingir. Germ. Erdichten.] Terentius in Hecyra, Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali. Cicero 4. de Finibus, Ille enim occurrentia neſcio, quæ comminiſcebatur. Liuius 7. Bell. Maced. Nihil aduerſus talem machinationis genus parate aut comminiſci oppidani conabantur.

Commentus, participium actiuæ ſignificationis. [Ital. Che ha trouato. Gall. Controuueur, forgeur, qui a excogité. Hiſpan. Fingidor. Germ. Der erdichtet hatt.] Cicero 2. de Natura deor. Monogrammos deos & nihil agentes commentus eſt Epicurus.

Commentus, paſſiuè. *συμπλασθείς.* [Ital. Feinto, fimulato. Gall. Feint, controué. Hiſp. Fingido, falſo. Ger. Der erdichtet iſt.] Ouid. 6. Metam. Dat genitus fictos, commentaque funera narrat.

Commentari, frequentatiuum eſt à Comminiſcor, Cogitare, agitare, tractare, mentionem facere, diſputare. *διαλαμβάνειν, πραγματεύεσθαι.* [Ital. Trattare, diſputare, dichiarare. Gall. Penſer & ſonger à quelque choſe, inuenter & controuuer. Hiſp Penſar, diſputar, tratar gloſa libros. Ger. Sinnen, betrachten, ſich mit einem anderen vnderreden.] Cic. ad Attic. lib. 4. Veruntamen idipſum mecum in his locis commentor, ut iſta improbem. Idem in Lælio. Quum in hortos D. Bruti commentandi cauſa (ut aſſolet) uenitſſemus: hoc eſt, tractandi, uel diſputandi. ¶ Interdum ſignificat comminiſci, confingere fallaciam. *πλάττειν.* Plautus in Caſin. Vt citò commentatus eſt, ecquid te pudet? ¶ Interdum commentarium ſcribere, ſcribendo aliquid componere. *ὑπομνηματίζειν.* Plin. lib. 18. cap. 25. In eo ipſo anno quum commentaremur hæc, notatũ eſt, prouentum eorum ter repetito frigore extinctum.

Commentātus, participium, quod modò paſſiuè accipitur. *συμπεπλασμένος, συμπλασθείς.* [Ital. Trouato, imaginato. Gall. Penſé, ſongé, controué. Hiſp. Fingido. Germ. Mit nachſinnen, erdichten] Cic. ad Tironem lib. 16. Iſq; diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, uide ut probare poſſit te non peccaſſe. ¶ Modò actiuè. Cic. Attic. lib. 4. Quum in illa Metelli complures dies commentatus eſſet.

Commentātio, uerbale, f. t. Meditatio atq; contemplatio. *μελέτησις, σύνεσις, ἐπιμέλεια.* [Ital. Penſamẽto di qualche coſa. Gall. Penſement à inuenter & controuuer quelque choſe. Hiſp. Penſamiento para hallar alguna coſa. Ger. Inuerliche erwägung, oder betrachtũg eines dings.] Cic. 2. Tuſcul. Tota enim philoſophorum uita, ut ait idem, commentatio mortis eſt.

Commentariēnſis, m. t. *ὑπομνηματογράφος.* [Ital. Guardiano de regiſtri, protocoli ouero d'atti publici. Gal. Celuy qui fait regiſtre, comme vn geolier des priſonniers qu'il recoit. Hiſpan. El que haze regiſtros, como vn carcelero. Ger. Ein ſchryber ſo die betrachtungen vnnd rahtſchleg vber händel, auffſchreybt vnnd ſy bewaaret.] Qui in commentarium cuſtodias refert, & uelut diarium cuſtodiarũ conficit. Budæus. Aſconius, in eum locum Cicer. 3. Verrin. Accenſus Neronis, Accenſus, inquit, nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, ut nũc dicitur Princeps uel Commentarienſis, aut Corniculatius. Hæc enim nomina delegionaria militia ſumpta ſunt. Paulus in L. In fraudẽ. Paragraph. A debitore. ff. de Iure fiſci. Quoties apud fiſcum agitur, actorum poteſtas poſtulanda eſt, ut meritò his uti liceat: eáq; manu Commentarienſis annotanda ſunt. Secundum hoc Commentarienſes ſunt, quibus Commentarii Imperatoris commiſſi ſunt, ut eſt hodie theſaurus chartarum. In l. Ad commentarienſem, C. de cuſtodia reorum, pro eo accipitur, qui cuſtodiam & periculum reorum præſtat, ita ut reo eluſo talione ipſe puniatur. Et in l. finali, Commentarienſis ſingulis menſibus de perſonis reorum & numero, de qualitate delictorũ, de clauſorum ordinibus ad iudicem referre debet.

Commentārium, Commentarius, & Cõmentarii, orum, plurali numero, pro una eademq; ſignificatione ſumuntur, ſcilicet pro

licet pro libris in quibus nō latè diffuſeq; res, ſed quàm breuiſſimè poſſunt, explicantur, ſimpliciterq;, & quaſi per capita deſcribuntur. *ὑπομνηματίσματα, ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοί.* [Ital. Regiſtro, giornale, memoriale. Gal. Regiſtre, memoires, papier journal. Hiſp. La minuta dela obra. Germ. Ein buch oder rödel, in welchen bericht oder anzaygung eines dings kurtz begriffen ſeind.] Cic. in Bruto, Non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. Sic Cæſaris Commentarii dicuntur, quos Plutarchus *ἐφημερίδας* appellat, inquiens: *Καίσαρ ἐν ταῖς ἐφημερίσι γέγραφεν*: in quibus ad exercendam hiſtoriam aliis uidetur materiam ſubieciſſe. Vide Seneca lib. 5. Decl. Sine commentario nunquam dixit Seuerus Caſſius, nec hoc commentario contentus erat, in quo nodi res ponuntur. Gellius, Eſt adeò Probi Grammatici commentarius ſatis curioſè factus. Et iterum, Nonnulli Grammatici qui Commentaria in Virgilium compoſuerunt. Idem, Noſter Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis compoſuit, ſcriptum reliquit. ¶ Præterea Commentarius, quandoq; dicitur ipſe commentator, *ὑπομνηματιστής*: hoc eſt, qui commentarium compoſuit. Seruius ſuper primo Georg. Superſuam monent quæſtionem commentarii. ¶ A Commentarium, fit diminutiuum Commentariolum. *ὑπομνημάτιον.* Cic. 4. de Finib. Quæ quidem res effecit, ne neceſſe ſit iiſdem de rebus ſemper quaſi dictaria decantare, neq; à commentariolis ſuis diſcedere.

Commentitius, a, um, Fictum, & ad tempus cōmentum, & excogitatum. *πλασματώδης, πεπλασμένον.* [Ital. Finto, fintitio. Gal. Controuué & feint. Hiſp. Coſa fingida ò falſa. Germ. Erdichtet.] Cic. 1. de Orat. Vt ſi in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. Idem 4. Acad. Néue fuerit commentitiis rebus aſſenſus.

Commentor, oris, maſc. uerbale. *ἐυρέτης.* [Ital. Inuentore. Gall. Controuueur. Hiſp. Fingidor. Germ. Erdichter, erfinder.] Qui aliquid comminiſcitur, ſiue excogitat: ut, Vxor commentor dicitur Bacchus, id eſt inuentor. Ouid. 3. Faſt. Luce ſua ludos uxor commentor habebat.

Commentum, n. ſ. Significat fictionem, uel aliquid ingenioſe excogitatum. *σύνθεσις.* [Ital. Commento, fittione. Gall. Inuention, choſe controuée. Hiſp. Fiction ò gloſa. Ger. Ein erdichtung, erfindung mitt nach ſinnen.] Teren. in Andr. Arqui ipſis commentum placet. Cic. de Clar. Orat. Vt ſua commenta & ſcripta meminiſſet. Deducitur à uerbo Comminiſcor, quod facit ſupinum Commentum.

Comminiſtro, as, are, n. p. Idem quod miniſtrare. *ὑπηρετῶ.* [Ital. Miniſtrare. Gall. Miniſtrer, ſeruir, aſſiſter. Hiſp. Miniſtrar. Germ. Dienen, zůdienen.] Plin. lib. 18. cap. 6. Super omnia eſt, quòd extremam fiſtulam inteſtini contra iudicem ac poteſtatum iniquitates commonſtrant, & ad ſucceſſus petitionum, iudiciorūmq;, ac litium euentus.

Comminor, aris, ari. d. p. Idem quod minor. *ἀπειλέω.* [Ital. Minacciare. Gall. Menaſſer. Hiſp. Amenazar. Germ. Trőwen.] Suet. in Cæſ. cap. 61. Vt aquilifero moranti cuſpide ſit comminatus.

Comminatio, uerbale, f. t. *ἀπειλή.* [Ital. Menaccia. Gall. Menace, commination. Hiſpan. Obra de amenazar, amenaza. Germ. Trőwung.] Plin. lib. 7. cap. 45. Tauris in aſpectu gerentibus, torua fronte, auribus ſetoſis, cornibus in procinctu dimicationem poſcentibus, ſed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat, ira gliſcente alternos replicans ſpargensq; in alrum arenam, & ſolius animalium eo ſtimulo ardeſcens. Cic. 1. de Orat. Orationis autem ipſius tanquam armorum eſt, uel ad uſum cōminatio, & quaſi petitio, uel uenatarem ipſa tractatio.

Comminuo, nuis, n. t. *συντρίβω, διαῤῥήγνυμι.* [Ital. Minuire. Gall. Briſer, gruger, mettre en pieces, demincer. Hiſpan. Deſmenuzar. Ger. In ſtück zerbrechē. zermalen.] Plaut. in Bacchid. Niſi mauultis fores & poſtes comminui ſecundos. Plinius libro 20. capite 4. Satiui uerò decocti, manè pori, ad ternos cyathos, comminuunt, & eiiciunt calculos.

Comminus, Vide Cominus.

Commiſceo, ſces, ſcere, n. ſ. Idem quod permiſcere. *συμμίγνυμι.* [Ital. Meſchiare, meſcolare. Gall. Meſler enſemble, marioner l'vn parmi l'autre, brouiller. Hiſp. Mezclar. Ger. Vermiſchen, ein ding vnder das ander miſchen.] Plaut. Buſa, Commiſce mulſum, ſtruthea, colutea q; apparet. Cicero 1. de Natura deorum. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptiſſimæ, & in mare, & in fœmina commiſcendorum corporum libidines.

Commiſtus, participium, *συμμικτὸς συμμιγής.* [Ital. Meſcolato. Gall. Meſlé, mixtionné. Hiſp. Mézelado Ger. Vermiſchet.] Virgil. 2. Georg. Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

Commiſeréſco, ſcis, ſcere, n. t. Idem quod miſereſcere. *οἰκτίρω.* [Ital. Hauer miſericordia. Gall. Auoir pitie & cōpaſſion. Hiſpan. Auer miſericordia. Germ. Mit einem erbármd vnnd mit leyden tragen.] Terent. in Hecyra, Ibi demùm ita ægrè tulit, ut ipſam Bacchidem, Si adeſſet, credo ibi eius miſereſceret.

Commiſéror, raris, rari, d. p. Idem quod miſerari, ſeu miſeri cordiam mouere. *οἰκτείρω.* Cic. 1. in Verrem, Quid quum commiſerari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit.

Commiſeratio, uerbale. *κατοίκτησις, ὁ οἶκτος.* [Ital. Pietà, compaſſione. Gall. Pitie & compaſſion qu'on a d'aucun. Hiſp. A quella miſericorda. Germ. Die erbermd ſo einer mit dem anderen tregt.] Cic. 1. de Orat. Quid de Qu. Regis commiſeratione dicam.

Commiſſus, Commiſſor, Vide Committo.

Commiſtor, à Commiſceo, Vide Miſceo. *συμμίσγω.*

Commitigo, as, peu. cor. a. p. Significat mitigare. *κατακηλέω.* [Ital. Mitigare. Gall. Adoucir, amollir. Hiſp. Amanſar ò ablandar. Ger. Senfftigen, begütigen.] Terent. in Eunuc. Tibi uti commitigari uideā ſcandalo caput. Vbi Donatus, Commitigari, eſt tundendo deprimi atq; deponi.

Commitis, Compoſitum. Pompon. Præcone potiore. Si ſciam quid uelis, quaſi ſerui commitilis: Nonius.

Committo, tis, act. tert. Alicuius fidei trado. *ἐπιτρέπω, πιστεύω.* [Ital. Commettere, dare in guardia. Gall. Donner en garde, commettre. Hiſp. Encomedar, confiar. Germ. Zůſamen laſſen, einem trewen befelhen vnnd vbergeben.] Committimus, inquit Donatus, quæ cum magno periculo uolumus ſeruata. Vlpian. de Off. præd. urb. l. 1. paragr. cum ut bem noſtram fidei tuæ commiſerimus. Terent. in Eunuch. Quem lupo commiſiſti. Idem in Andr. Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Ibidem, Nec ſatis digna cui committas primo partu mulierem. Quandoq; Committere, eſt iniungere aliquid faciēdum, & quaſi commendare, *ἐπιτάττω.* Cic. li. 6 Epiſt. fam. Neq; te impedio, quominus ſuſceptum negotium pro tua fide & diligētia ex uoluntate Cæſaris, qui tibi rem magnam difficilemq; commiſit, gerere poſſis. Idem pro domo ſua. Cū Pompeio plurima bella extra ordinem ſunt commiſſa. ¶ Quandoq; peccare, *πλημμελέω.* Cic. 1. in Vett. Ego etiam, quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum. Virg. 1. Aen. Quid meus Aeneas in te cōmittere tantū? Quid Troes potuere. Quādoq; ſociare, cōiungere, *συνάπτω.* Virg. 3 Aen. Delphinum caudas utero commiſſa luporū. ¶ Quandoq; facere, perpetrare, *ἐπιτελέω.* Saluſt. in Catil. Scelera, quæ ſub incerta pace & otio latebant, ea bello manifeſta fecerat. Idem in Catil. Scommonia, quæ multa ſæpe uirilis audaciæ commiſerat. ¶ Quandoq; incipere, *ἐπιβάλλεσθαι, καθίστασθαι.* Virg. lib 5. Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos. Saluſt. Quibus dictis, mox prælium cōmiſere. *πόλεμον κατέστησαν.* ¶ Quandoq; idem quod permittere, uel occaſionē præbere, *παρέχειν, ἐπιτίθεσθαι*, idq; ferè negatiuè, ſubſequente particula Vt. Cicero ad Atticum libro primo, Non committam poſthac, ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis. Idem ſexta Philippica, Ego nolo ciuem committere ut morte mulctandus ſit. Aliquando etiam ſine negatione. Idem libro ſecundo Officiorum, Periculoſum eſt ipſi, tum etiam ſordidum ad famam, committere ut accuſator non moueatur. ¶ Quandoque in contentionem deducere, *συμβάλλειν, συνηγείρειν, συῤῥηγνύναι.* Suetonius in Caligula, Nec ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, atque inter ſe omnes committere: id eſt, in certamen mittere. ¶ Committere prælium, eſt præliari. *μαχέσθαι.* Cicero libro quarto Epiſtol. Famil. Sed ut rationem inco, quo die prælium Panſa commiſit, eodem die à Gadibus nauis profecta ſunt. ¶ Propriè tamen ratione præpoſitionis Con, ſignificat ſimul mittere, ſiue ſimul iungere, *συνίημι.*

Gellius

Gellius, Gordium nomen eſt urbis, quam Sangarius amnis interfluit: magna ex parte cingitur fluctibus, ſpecie inſulæ præbet: ac niſi tenue diſcrimen obiceret, maria, quæ nunc diuidit, committeret. Vide plura de hoc uerbo apud Vallam lib. 2. cap. 38. & lib. 3. cap. 42.

Commiſſa, dicuntur, quæ contra conteſtatoris uoluntatem facta, aut non facta ab hærede, inuicta aliqua pœnaque plectuntur auctor Aſcon.

Commiſſus, participium *συνημμένος, συμβεβλημένος, ἐπιτετραμμένος* [Ital. Dato in guardia. Gall. Commis & baillé en garde. Hiſp. Encomendado, confiando. Germ. Zu eines treuw gelaſſen.] Cic. pro Fonteio, Atq; ita, ut commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati. Virgil. 5. Aen. Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Committendus, aliud participium, Cicero ad Atticum libro 10. Fortunæ committenda ſunt omnia, ſine ſpe conamur ulla.

Commiſſum, ſubſtantiuum, n. g. Delictum, peccatum, *ἁμάρτημα*. [Ital. Peccato. Gall. Cas commis, fait, peche. Hiſpan. Pecado. Germ. Ein begangne thaat, beſonder die unrecht iſt, miſshandlung.] Cic. pro Syll. Et quod huius factum aut commiſſum, non dicam audacius, ſed quod cuiquam paulò minus conſideratum uideretur, &c.

Commiſſio, onis, uerbale, f. c. *συμβολὴ, σύγκρισις*. [Ital. La confe tta due, o pieu. Gall. Aſſemblement de quelqu'vn contre vn autre, comme de ceux qui doiuẽt iouſter, irritation à ſe ioindre pour ſe batre. Hiſp. Acotemiento, comiſſion. Germ. Die an ein andren laſſung zweyer oder viler.] Quo propriè ſignificatur binorum uel pugilum, uel muſicorũ, uel poëtarum, uel rhetorum exhibitio, ad artis aut uitium oſtentationem. Huiuſmodi autem certaminibus Prætores uelut Agonotheta præſidebant. Sueton. in Auguſto, Componi tamen aliquid de ſe, niſi à ſerió, & à præſtantiſſimis, offendebatur: admonebatq; Prætores ne paterentur nomẽ ſuum commiſſionibus obtolleſci. Plin. Epiſt. 14. Proximis ſacerdotalibus ludis productis in commiſſione pantomimis, quum ſimul theatro egr⁹, & Quadratus egrederemur, &c.

Commiſſorius, a, um: ut. Lex commiſſoria, id eſt, exceptio adiecta actioni, contra quam ſi quid commiſſum fuerit, conuentio reſcinditur. Vide Vlpianum in l. ſi fundus. ff. de legat. commiſſ.

Commiſſũra, f. i. Iunctura, quales ſunt tabularum & aliarum rerum. *ἁρμονίαι, ἁλλαγαί*. [Ital. Commiſſure, giontture. Gall. Ioinctures, conionctions. Hiſp. Commiſſuras ò trauazones. German Fügen oder ainen.] Cic. de Vniuerſ. Deinde in orbem torſit, ut & ipſa ſecũ, & inter ſe ex commiſſura, quæ è regione eſſet ſuogerentur. Idem 2. de Natura deorum, Quid dicam de oſſibus, quæ ſubiecta corpori mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad actus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnẽ corporis actionem?

Commŏdum, di, pen. corr. n. ſ. Vtile, emolumentum, opportunitas. *ὠφέλεια, εὐχρήστημα, ἀνυσχρήστημα*. [Ital. Commodo, commodità. Gall. Profit & emolument, commodité, aiſance. Hiſp. Prouecho. Germ. Ein nutz, ein komlicheit.] Cuius contrarium eſt Incommodum, pro damno. *κατάπαυτό*. Lib. 2. ad Heren. Cauſa eſt, qua inducis cum commodorum ſpe, aut incommodorum uitatione. Et infrà, Hic accuſator in ſpe commodi cupiditatem oſtendet aduerſarii, & in uitatione incommodi formidinem augebit. Quandoq; Commodum dicitur bonum, aptum, conueniens: quaſi cum modo & ratione *ἐπιτήδειον*. Incommodum, malum, ineptum, atq; inconueniens. Pro quibus etiam in uſu ſunt Commoditas & Incommoditas. Teren. in Andr. Nempe incommoditas denig; hoc omnis redit, Si euenerit (quod dii prohibeãt) diſceſſio: At ſi corrigatur, quot commoditates, uide. ¶ Aliquando utrouis modo accipi poſſunt, ut apud eundem in Hecyra, Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquũ eſt ferre. Commodùm aduerbium, ſignificat iam tunc, id temporis, eo momento. *κατὰ τοῦτο*. [Ital. Appunto, apponto, à tempo. Gall. Bien à point, bien à propos, de bonne fortune. Hiſpan. Prouechoſamente, à buen tiempo, con ſazon. Germ. Eben jetz komlich, eben da zů maal tůglich.] Apul. Commodùm limen euaſerant, & fores ad priſtinum ſtatũ integræ reſurgunt. Idem lib. 2. Igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodùm veſpera oriente ad balnea proceſſeram. Gellius lib. 2. Taurus ſectatoribus commodùm dimiſſis, ſedebat pro cubiculi foribus. ¶ Commodùm ſequente Quum, ſignificat Vix, uel Tantùm. Cic. ad Atticum. Commodùm diſceſſeras heri, quum Trebatius uenit. Item pro opportunè. Plaut. Merc. Commodùm obuiam uenies patri. Idem in Mil. Hem, te ipſum quæro, commodùm uir lepidiſſime.

Commodè, Idem ſignificat quòd Commodùm. *ἐυκαίρως, καλῶς, ἐπιτηδείως, ἐυμάλα*. [Ital. Ben appunto, ben al propoſito. Gall. Diſcément, à propoſ, commodément, bien à point, bien à propos. Hiſp. Prouechoſamente, à buẽ tiempo, con ſazon. Germ. Geſchicklich, eben komlich, oder tůglich.] ut, Commodè agere, audire, &c. id eſt, benè uel optimè, aptè. Cic. Fam. lib. 1. Sed ex illo Senatuſconſulto, quod te referente factum eſt, tibi decernit ut regẽ reducas, quod commodè facere poſſis, id eſt, commodo tuo, facilè, ſine moleſtia. Quo loquendi modo quaſi per parenthelim interpoſito uti ſolemus.

Commodius, & **Commodiſſimè**. Cicero ad Atticum lib. 13. Poſthac enim poterimus commodius colere in Tuſculano. ¶ Hinc etiam formauit Plautus in Stricho diminutiuum Commodulè, Hoc conuiuium eſt Pro opibus noſtris, ſatis commodulè nucibus, fabulis, faculis. Olea inter rupto lupillo, &c.

Commŏdus, da, dum, Vtile, aptum, tempeſtiuum, ſiue opportunum. *πρόσφορος, ἐπιτήδειος, ἄμφις*. [Ital. Commodo, vtile. Gall. Conuenable, oportun, profitable, traitable, & de bonne ſorte. Hiſp. Idoneo y prouechoſo. Germ. Nutzlich, komlich, geſchicklich] Terent. in Andr. Ego commodiorẽ hominem, aduentum, tempus non uidi. Vbi Dauus admiratur, quòd in ipſo articulo pericli ſuperuenerit Crito. Plin. in Epiſt. Hinc illa ita tonus paruit, ut duxit exequias, ut ignoraret maritus: quinimò & quoties cubiculum eius intraret, uiuere filium, atq; etiam commodiorem eſſe ſimulabat: id eſt, paululum iam à morbo eſſe confirmatum. Cornelius Celſ. Sed inter omnia maximè commodum eſt modicè exercere.

Commŏditas, f. t. Aptitudinem quandam conuenientiamq; ſignificat. & utilitatem. *ἐπιτηδειότης*. [Ital. Commodità, commodo. Gall. Commodité, aiſance, opportunité Hiſpan. Prouecho, Germ. Komlicheit, nutzliche gelägenheit] Cic. 4. de Finibus, Sed non ſunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamq; productæ temporibus, tamq; multæ. Ouidius Epiſt. 15. Cogimur ipſius commoditate frui.

Commŏdo, as, pen. cor. a. p. Obſequor, cõmoditati alicuius inſeruio, ſeu commodum præſto. *συνωφελέω*. [Ital. Far piacere, ò ſeruitio, accommodare, ò aiutar. Gall. Faire plaiſir ou ſeruice, aider. Hiſpan. Hazer ſeruicio, aprouechar à otro. Germ. Einem nutz ſein, einem ein dienſt beweyſen.] Cic. ad filium, Cui ego quibuſcunq; rebus potero, libentiſſimè commodabo. Cic. Cæſari, Quicquid ei commodaueris, erit mihi gratum. ¶ Contrà Incommodo, moleſtus ſum, & noceo ſignificat. *λυπέω*. Terent. in Andr. Magis adeò, ut mihi incommoder, quàm ut obſequatur gnato. ¶ Commodare item, eſt uſũdum dare: hoc eſt, alicuius rei uſum ad tempus concedere. *χρῆσαι, νιχάναι*. [Ital. Impreſtare. Gall. Preſter. Hiſp. Preſtar. Germ. Zuſleyhen, einem etwas ein zeit lang zů brauchen vergönnen] Cic. Dando & accipiendo, mutuandis & facultatibus, accommodandis nulla re egemus. ¶ Nec rei tantùm mobilis cõmodatio dicitur, ut Vlpian. exiſtimauit, ſed etiam ſoli. Plaut. Quum ædes paupert accommodaſſet. lib. 4. ad Heren. Ait quidam ædes maximas ad nuptias accommodaſſe. ¶ Et licet (ut multi aſſerunt) commodentur, quæ reddũtur in eodem numero & ſpecie, ut veſtis, equus, liber: mutuentur quæ non redduntur eadem numero, ſed ſpecie, ut vinum, frumentum, nummi. Cic. tamen in Verr. Act. 2. uſus eſt etiam de iis quæ non eadem reddantur, ſed ſimilia. At publicè (inquit) commodaſti, non ſine magno quidem prouinciæ Siciliæ detrimento, tritici modios ſexaginta.

Commodata res, Propriè intelligitur, ſi nulla mercede accepta, uel conſtituta, utenda res data eſt. *χρῆμα νιχρεμένον*. Nam commodatum debet eſſe gratuitum. ¶ Hinc Commodatarius, cui res data eſt commodatò.

Commœreo, neutropaſſiuum, i. Totus, uel in totũ triſtor. *κατηλγῶ*. [Ital. Contriſtari, cõdolerſi, ramaricarſi. Gall. Se contriſter, ſe douloir Hiſp. Entriſtecerſe Ger. Gantz traurig ſein, heffig ſich bekümmeren.] Plaut. in Epid. Neſcio edepol

ædepol quid tu timidus es, trepidas Epidice, Ita volenti uidear uidere commoriſſe.

Commōlior, iris, iri, d.q. Idem quod molior. *μηχανάομαι.* [Ital. Mouere con difficoltà. Gall. Machiner de tout ſon pouuoir quelque choſe. Hiſpan. Difficultoſa ò ingenioſa mente mouer y diſponer. Germ. Etwas vnderſtan das arbeit nimpt, etwas anrichten.] Cic. 3. de Nat. deor. Nec quē dolum ad eum, aut machinā commoliar, Scio quicquam.

Commolo, lis, lere, a.t. Mola contero. *συναλήθω.* [Ital. Macinare. Gall. Moudre, & froiſſer auec vne meule. Hiſp. Moler. Germ. Zermalen.] Colum. li. 12 cap. 50. Cauendum eſt itaq; ne ex ea fiat oleum cibarium, quod uno modo uitari poterit, ſi protinus illata de agro bacca, commolita & expreſſa erit.

Commŏnĕo, es, a. ſ. pen. corr. Idem quod admoneo, & conſtruitur cum genitiuo, *ὑπομιμνήσκω.* [Ital. Ammonire. Gall. Amoneſter, auertir, faire ſouuenir. Hiſp. Amoneſtar. Ger Voarnen, vermanen.] Quintil. Grammaticos ſui officii commonemus. Terent. in Andr. Aliorum exempla commonent. Ad Heren. lib. 4. Non illæ tu nuptiales tibiæ eius matrimonii commonebant.

Commonitorium, pro contentione tacita, & abſq; ſcriptura facta, apud Cod. Theod. Cuius quoq; in Iuſtiniani Codice mentio eſt, l. 1. C. de Suffrag.

Commŏnĭtus, partic. *νουθετήσας, νουθετικός.* [Ital. Ammonito, auerti to. Gall. Amoneſté, auerti. Hiſp. Amoneſtado. Ger Gewarner, vermant.] Liuius 4 Bel. Maced. Commonitoq; in quo ſtatu rerum accepiſſet eos, & in quo reliquerat, dimiſit.

Commŏnĭtio, uerbale, f.t. *ὑπόμνησις.* [Ital. Ammonitione, auertimento. Gall. Amonition, auertiſſement. Hiſp. Amoneſtacion. Germ. Voarnung vermanung.] Quintil. lib. 4. cap. 2. Non inutilis erat in extrema parte commonitio.

Commŏnĕfăcio, cis, a t. Commoneo, in memoriam adduco, *ὑπομιμνήσκω.* [Ital. Ammonire. Gall. Auertir & faire ſouuenir, remonſtrer & amoneſter. Hiſpan. Amoneſtar. Germ. Voarnen, vermanē, eines dings erinneren.] Saluſt. in Cic. Videlicet ut nos commonefaciat, quam conuerſa ſit Reſpublica, quum in ea domo habitares, &c. ¶ Huius paſſiuum Commonefio. Cic. 7. in Verr. Nemo eſt quin tui ſceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Commonſtro, as, are, a p. Idem quod ſimplex monſtro. *δείκνυμι.* [Ital. Monſtrare. Gall. Monſtrer & enſeigner. Hiſp. Moſtrar. Germ. Zeigen.] Terent. in Heaut. Parentes meos ut Commonſtres. Cic. 2 de Orat. Si aurum cui, quod eſſet multifariam defoſſum, commonſtrare uellem.

Commordere, Idem quod ſimplex mordere. *δάκνειν* [Ital. Mordere. Gal. Mordre. Hiſp. Morder ò maldezir. Ger. Beiſſen.] Plin. lib. 24. cap. 11. Nomen accepit, quòd à cane commoſtos rabiem ſentire non patitur.

Commŏrĭor, reris, d. t. ſimul morior *συναποθνήσκω.* [Ital. Morire enſieme. Gal. Mourir enſemble. Hiſp. Morir juntamente. Gal. Mit ſterben.] Plin. lib. 27. cap. 2. Mirumq; exitum per ſe ambo quum fuerint duo uenena, in homine commoriuntur, ut homo ſuperſit.

Commorientes. *συναποθνήσκοντες.* Nomen fabulæ Plauti. Terent. in Prologo Adelp. Synapothneſcontes Daphili comœdia eſt, Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Commoro, as, are. *ἐγχρονίζω* [Ital. Tardare, indugiare. Gall. Demeurer. Hiſp. Tardarſe. Ger. Verziehen, oder ſich ſaumen.] Plin. lib. 19. cap. 6 ad finem, ſtaromq; quæ deuoraueres ſtupentes manu capiuntur: & ſi paulum commorata uide, ſopitæ.

Commŏror, raris, d. p. Idem cum ſimplici Moror. *χρονίζω, συνδιατρίβω.* [Ital. Dimorarſi, ſoggiornare. Gall. Sciourner, demeurer & s'arreſter quelque temps. Hiſp. Morar, tardarſe in algun lugar. Ger. Verziehen, ein zeit lang an einem ort ſich ſaumen.] Cic. ad App. lib. 3. Fuit q; mecum familiariter triduum illud, quo ego Epheſi cōmoratus ſum. Idem in Orat. Vt uerſer ſæpe multis modis candē & unam rem, & hæreat in eadem, commoreturq; ſententia. ¶ Commorari aliquem, eſt detinere, & in mora tenere. *ἀπέχειν.* [Ital. Tardare, indugiare. Gal. Tarder, retarder. Hiſp. Detardar à otra. Ger. Ein ſäumig machē, lāg vffenthaltē.] Plaut. Merc. Male facis, properanté qui me commorare. ſol abit.

Commŏrātio, f.t. *συνδιατριβή.* [Ital. Dimora. Gall. Demeurance, ſeiour pour quelque temps. Hiſp. Habitation. Germ. Vnohnung, verharrung ein zeit lang.] Quod interdū pro habitatione ſumitur. Cic. ad Lepta. lib. 6. Nam & uilla, & amœnitas illa commorationis eſt, nō diuerſorii. ¶ Interdum pro mora, ſeu tarditate. *ἐγχρόνισις.* [Ital. Tardanza. Gall. Tardement, arreſt. Hiſp. Tardanca.] Cic. Quint. fratri lib. 3. Quòd multos dies epiſtolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum. ¶ Commoratio, figura Rhetorica. Author ad Heren. lib. 4. Commoratio eſt, quum in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur, manetur diutius, & cōdem ſæpius redeatur.

Commortalis, tale, om. t. *συναποθνήσκων, συναπόλυτος.* ut, Commortalis natura. Colum. lib. 3. cap. 10. Sed interdum (quod ait diuinus author Plato) rei nos pulchritudo trahit, uel ea conſectandi, quæ propter infirmitatem commortalis natura conſequi nequeamus.

Commŭlsis, pen. prod. *λεπτυσμός.* Primum mellificii fundamentum ex tenaci & uiſcoſa conſtans materia: ita dictum à Græco nomine *λέπτυσμα*, quod nos Gummi dicimus. Vide Plin. lib. 11. cap. 7.

Commŏvĕo, es, pen. corr. a. ſ. Perturbo, *διαταράττω, συγχύνω, διακινέω.* [Ital. Perturbare, cōmouere. Gall. Remuer, eſmouuoir, troubler. Hiſp. Mouer ò perturbar. Germ. Bewegung, betrüben.] Terent. in Andr. Commouit hominē. ¶ Interdum ſignificat, à proposito deiecto, & quod uolo, perſuadeo. Cic. lib. 1. Epiſt. Viſi ſumus Senatum commemoratione tuæ uoluntatis erga illum ordinem commouere. ¶ Interdum lædere. Colum. li. 2. Ne in radicem maiore nixu uomis impactus colla commouear. ¶ Interdum recedere. *ἀποχωρέω.* Cic. Tironi, Tu & cura ut ualeas, & te iſthinc ne temere commoueas.

Commotus, partic. *συγκινούμενος, διακινούμενος.* [Ital. Commoſſo, ſmoſſo, conturbato. Gall. Eſmeu, esbranlé, agité, tourmenté. Hiſpan. Mouido, perturbado. Germ. Bewegt, erſchüttet.] Idem quod motus, uel conculſus. Commotæ columnæ, apud Cic. 3 in Verr. Tripodes commoti. Seneca in Medea, Tripodas agnoſco meos. Fauente commotos dea. ¶ Nonnunquam idem quod perturbatus. Terentius Phorm. Quidnam ille commotus uenit?

Commotior, comparatiuus. Cic. de Clar. Orat. Habitus eſt ſanè (ut ita dicam) luculentus patronus, aſper, maledicus, genere toto paulò feruidior atq; commotior.

Commotio, uerbale, f.t. *συγκίνησις.* [Ital. Turbatione, ſmouimento. Gal. Perturbation, eſmouuement esbranlement. Hiſp. Mouimiento, perturbacion. Ger Bewegung, betrübnuss.] Perturbatio: ut, Commotio animi. Cic. lib. 3. Tuſcul. Alicui rei commotionem iniicere. Quint. lib. 5. cap. 10.

Commotiuncula, dimin. *τὸ μικρὸν κίνημα.* Cic. ad Att. li. 12.

Commulceo, ces, o. ſ. Mollio, placo, *κατευνάω, κατακηλέω.* [Ital. Placare, far molle. Gall. Adoucir, amadouer. Hiſp. Amanſar al ſanudo, amoilentar. Ger Milteren, begütigen.] Gell. lib. 7. cap. 3. In principiis autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare ſibi & complacare iudices debent: ſenſuſq; eorum expectatione cauſæ ſuſpenſos regentes, honorificis uerecundiſq; ſententiis commulcere, non iniuriis atq; imperioſis commiuationibus conſtricare.

Commūnio, nis, nire, a. q. Circummunire, *περιφράττω, ἐχυρόω.* [Ital. Fortificare, intorno. Gal. Fortifier à l'entour, munir & aſſeurer de toutes pars. Hiſp. Fortalecer à guarnecer. Ger. Allenthalben bewaren vnnd befeſtigen.] Plaut. Rud. Oppidum magnū communibo. Cæſar, Præſidia diſponit, caſtella communit, quo factilius ſi ſe inuito tranſire conarentur, prohibere poſſit.

Communitus, participium, Septus, firmatus, fultus. *περιπεφραγμένος, ἐχυρωμένος.* [Ital. Fortificato. Gal. Fortifié. Hiſp. Fortalecido. Germ. Bewaret, befeſtiget.] Cic. in Verr. Sitos urbis communitus & præclarus ad aſpectum. Idem pro Cecinna, Quid refert habere fundum, ſi parum ſit communitum ius.

Communis, munc, omnis generis, tert. declinat. Quod multorum eſt, & non priuatum ab iiſdem munitis, ſiue muneribus. *κοινός.* [Italicè, Commune. Gallicè, Commun, qui eſt à tou chacun. Hiſpan. Comun de muchos. Germ. Gemein.] Vnde & immunis deducitur. Vſus eius multiplex eſt. ¶ Interdum ponitur ſine caſu. Cic. Offic. 1. Magnum eſt enim eadem habere monimenta maiorum, eiſdem uti ſacris, ſepulchra habere communia. ¶ Interdum cum dativo. Plaut. in Rud. Mare quidem commune certum eſt omnibus

monibus esse. ¶ Cum dativo & ablativo, præeunte præpositione Cum. Cic. Fam. 13. Cum patrono Epicureo mihi omnia communia sunt, nisi quòd in philosophia uehementer ab eo dissentio. ¶ Et aliquando sine dativo. Cic. de Senect. Quod illud est crimen senectutis, quum illud uideatis quum adolescentia esse commune? ¶ Cum genitivo. Terent. in Adelph. Commune omnium uitium, quòd nimium ad rem attenti sunt senes. Cic. in Verr. Communis omnium inimicus. ¶ Cum præpositione Inter. Terent. in Adelph. Nam uetus uerbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. ¶ Communes dies, apud ueteres erant, qui alio nomine uocabantur Intercisi, *διστὰ ἡμέρα*: ita dicti, quòd dis hominibusq; essent communes. Erant enim medii inter festos, & profestos: & quibusdam horis fas erat ius dicere, quibusdã nõ. Nam quum hostia cædebatur, fari nefas erat: cæsa autem & porrecta, fari licebat: rursus quum adolebatur hostia, non licebat.

Commune, nis, substantiuè, pro communi Republica, inquit Asconius. *δυσνόμ.* [Ital. Commune, communità. Gall. Communauté. commun, republique. Hisp. Comun, ò comunidad, ò republica. Germ. Ein gemeind.] Cic. 3. in Verrem, Pro Quæstore uerò quomodo iste commune Myliadum uexarit, &c. Idem 4. in Verr. Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, quũ uideret statuas ab negotiatoribus, ab aratoribus, à communi Sicilia.

Communiter, aduerb. *δυσνόως.* [Ital. Communemente. Gall. Communement, en commun, ensemblement. Hisp. Communemente. Germ. Gemeinlich.] Cic. de Senect. Quo uterq; nostrum communiter uteretur. Cic. 2. Offic. Admirantur igitur communiter illi quidẽ omnia, quæ magna, & præter opinionem suam animadoerunt.

Communitas, tatis, f. t. *δυσνότης.* [Ital. Communità. Gall. Communauté, societé, participation. Hispan. Comunidad. Ger. Gemeinschafft, gesellschafft.] Communitas uitæ & uictus. Cic. 6. Phil. Quæ uobis potest cum hoc gladiatore, conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Consociatio hominum atq; communitas. Cic. 1. Offic. Communitas homini cum Deo, Cic. 1. de Nat. deor.

Communio, onis, idem quod communitas, uel participatio. *δυσνωνία, δυσνότης, μέθεξις.* Cic. prõ Cornelio Balbo, Ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis continere uidetur. Idem 1. de Legibus, Inter quos porrò est communio legis, inter eos communio iuris est.

Communico, as, pen. cor. act. p. à nomine Communis, significat commune facere, participare, conferre, impartiri: ut quum quod priuatum est fit uniuersum. *δυσνόω, δυσνόω.* [Ital. Communicare, conferire. Gall. Communiquer, bailler part, faire participant. Hisp. Communicar ò dar parte. Germ. Theilhafftig machen, mittheilen.] Varia huius uerbi constructio est. ¶ Cum accusatiuo. Cic. de Amic. Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens, communicansq; leuiores. ¶ Cum accusatiuo & ablatiuo, habente præpositionem Cum. Cic. pro Corn. Balb. Est enim in populum Romanum grane, non posse uti sociis excellenti uirtute præditis, qui uellent cum periculis nostris sua communicare. Idem Fam. 16. Nam, ut illa omittam, quæ ciuitate teste feceris, quum mecum inimicitias communicasti, id est, quando ostendisti te etiam esse inimicum aduersariorum meorum, &c. Idem ad Attic. Nihil mihi scito nunc tam deesse, quàm hominẽ eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, una communicem, id est, cum quo ea loquar, quæ uehementer me iam solicitant. ¶ Cum accusatiuo & præpositione Inter. Cic. Sed hæc (ut spero) breui inter nos communicabimus. ¶ Interdum præter præpositionem Inter, uel Cum, habet & aliam præpositionem De. Cic. Fam. 11. Tum ut quibus de rebus uellemus, tu cuis, ego meis inter nos communicaremus. Idẽ Lentulo, Fam. 1. Etenim Pompeium, qui mecum sæpissimè non solùm à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse.

Communicatio, uerbale, f. t. *δυσνωνία, μέθεξις.* [Ital. Communicatione. Gall Communication. Hisp. Communicacion. Germ. Gemeinschafft, mittheilung.] Cic. pro Corn. Balbo, Cuius autoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio, & communicatio ciuitatis.

Commurmŭro, ras, n. p. Idem quod simplex murmuro. *μορμύρω.* [Ital. Mormorare. Gall. Murmurér auec autres, ou auec soymesme. Hisp. Murmurar. Germ. Mit murmlen.] Plin. lib. 10. cap. 23. Pythonos comen uocant in Asia patentibus campis, ubi congregatæ inter se commurmurant. Silius lib. 17. Clauso commurmurat ore.

Commurmuror, aris, d. p. Cic. in Pison. Ita enim sunt præscriptæ scitè & literatè, ut scriba ad ærariũ qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput finistra manu perfricans, commurmuratus sit, &c.

Communicatio rerũ fungibilium, quia nihil aliud est, quàm relatio, ideò præceptor noster Zasius (quem illustris Baro à Tantenbergo alicui commendat, ob ueterẽ ac bene fundatam peritiam, ac etiam anxiè diligentis censuram amplecti tur) genus unum & genera tria in rebus fungibilibus esse dixit. Quod Appellus candidissimus commendat ceu admodum uerè & probè dictum, si ad diuersitatem retuleris categoriarum. Aliter communicatio est quasi cũ his ipsis apud quos dicas, deliberatio. Communionem uide in constitutione translatiua. Cic. de Orat.

Commŭto, as, pen. pr. a. p. Idem quod muto, permuto *ἀλλάττομαι, διαλλάττομαι.* [Ital. Mutare, commutare. Gall. Chãger, muer. Hisp. Trocar ùna cosa con otra. Ger. Verendereu, vertauschẽ, verwechslẽ.] quod fit, quũ una res pro alia datur, quumq; quis alteri qđ habet, concedit, ut aliud quippiam assequatur. Cic. 5. Verr. Vt nõ modò eorum agris uectigal nouum ullum imponerent, sed ne legem quidem uenditionis decumanæ, néue uendũdis aut tempus, aut locum commutarẽt. Plin. in Epist. Librum tuũ legi, & quàm diligentissimè potui, annotaui, quæ commutanda, quæ eximẽda arbitrarer. ¶ Commutare uerba, *μεταβάλλειν τοὺς λόγους*, est pro bonis dictis mala ingerere; id est, iucunda in maledicta cõpelli, altercari, & iurgia habere. *φιλονικῶ.* Terent. in Andr. Nunquam hodie tecum commutaturum patrem unum esse uerbum. Idem in Andr. Vt est ille bonus uir, tria non commutabilis hodie uerba inter uos.

Commŭtabilis, le, Quod facilè mutatur. *μεταβλητὸς.* [Ital. Che si muta, & cangia facilmente. Gal. Qui se mue & change facilemẽt. Hisp. Cosa que se puede trocar con otra. Ger. Das sich lichtlich vereudert, outtet, wanckelbar.] Cic. de Amic. Nã quũ amicitiæ uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus, qui fieri poterit, si ne in uno quidẽ quoq; unus animus erit, idemq; semper, sed uarius, commutabilis, multiplex.

Commutatus, us. ui, m. q. uerbale. *μεταβολή.* [Ital. Mutatione, cambiamento, mutamento. Gall. Chagemẽt, mutation. Hisp. Trueco de una cosa con otra. Germ. Verenderet, verwechslet.] Lucret. lib. 1. Quapropter quoniam quæ diximus antè in commutatum ueniunt.

Commutatio, nis, f. t. *ἀλλαγὴ*, aliud uerbale eiusdem significationis. Cæsar 1. Bel. Gal. Propter crebras commutationes æstuum. ¶ Est & commutatio Rhetorum figura, de qua uide ad Herennium lib. 4.

Cõmo, is, pŭ, ptum, a. t. Significat comam compono, orno, *κομῶ.* [Ital. Ornare la chioma, comare Gal. Acoustrer, orner, attiffer. Hisp. Encabellar, afeytar. Germ. Zieren, auffmutzen, das haar strälen.] Terent. in Heaut. Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Ouid. 2. Amor. Comere sed solas digna Cypassi deas. Tibul. lib. 1. Nec nitidum parca compescit arte caput.

Comptus, a, um, Ornatus, politus. *κεκαλλωπισμένος.* [Ital. Ornato, acconciato. Gal. Orné, atiffé. Hisp. Aranjado, polido. Ger. Gezieret, auffgebutzet.] Plaut. in Mil. Capite cõpto, crines uittasq; habeat. Virgil. 10. Aen. Sanguine turpant tem comptos de more capillos. Lucan. li. 10. Quem formæ confisa suæ Cleopatra, fine ullis Tristis adit lachrymis, simulatum compta dolorem, &c. Vnde diminutiuũ Comptulus, *κομψὸς.*

Comptus, huius cõptus, uerbale, m. q. *ἐξάσκησις, διάκοσμος.* [Ital. Ornamẽto, acconcismẽto. Gall. Ornement & attiffement. Hisp. El atauio. Germ. Zierd, auffmutzung.] ut, Virginei comptus apud Lucret. lib. 1. id est, cultus puellares.

Cõmœdia, f. p. *κωμῳδία.* [Ital. Comedia. Gal. Comedie. Hisp. Comedia, fabula fingida. Germ. Ein comedy, ein schauwspyl.] Fabulæ genus, ciuilis priuatæq; uitæ imaginem, uelut in speculo repræsentans: quemadmodum contrà in Tragœdia, regum præcipuè & aulicorũ mores depingũtur. Nam in Comœdia nõ nisi humiles, aut saltem priuatæ personæ:

in Tragœ

in Tragœdia uerò principes, heroes, atq; adeò dii ipſi introducuntur. Quòd ſi in Comœdia deorum aut principum perſonas contingat admiſceri, ex non propriè Comœdiæ, ſed Tragicocomœdiæ appellãtur. Adhæc, in Comœdia turbulentum principium læta ferè, excipit Cataſtrophe: contrà, Tragœdiæ triſtiſſimus ferè eſt exitus. ¶ Iiſdem è literis Comœdia & Tragœdia componitur, *ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδιογίνεται, καὶ λυρῳδικὰ γράμματα.* Conueniũt in eos qui eadem de re norunt diuerſa fingere: aut qui eadem operã diuerſa poſſunt. ¶ Dicta eſt autem Comœdia *ἀπὸ τῶν λώπων*: hoc eſt, à uicis, ut quidam uolũt: propterea quòd Atheniẽſibus nondum in urbem coactis, & adhuc per uicos diſperſis, prima poëmatis huius rudimenta à iuuentute inuentã credantur: ſiue, ut alii malunt, à Como laſciuiæ & comeſſationis deo: cui iuuentus indulgens, rudia & inculta carmina profundebat: quibus quos uidebatur, nominatim perſtringebat. Verùm quum eo genere licentiæ Poëtæ nimis petulanter abuterentur, atq; optimi cuiuſque nomen inuaderent, lege cautum eſt ne hoc poëmatis genere cuiquam in poſterum uti liceret. Vertêre ergo ſtylum (ut inquit Horatius) formidine fuſtis: & in ueteris Comœdiæ locum noua ſucceſſit, in qua ficta argumenta tractare cœperunt, & humanæ uitæ ſimilitudinem, uelut penicillo quodam exprimere. Cic. 1. Offic. Duplex omnino eſt iocandi genus, &c. Alterum elegans, urbanum, ingenioſum, facetumq; quo genere non modò Plautus noſter, & Atticorum antiqua Comœdia, ſed etiam Philoſophorum Socraticorum libri referti ſunt. Idem de Clar. Orat. Eius improbitatem ueteres Atticorum Comœdiæ notauerunt.

Cómœdus, di. m. ſ. *λυρῳδός*. [Ital. Che recita le comedie, ifrione. Gall. Joeur de comedies, ou l'auteur qui les a faittes. Hiſpan. El repreſentador de comedias. Germ. Der ein ſchaw ſpyl haltet oder regiert.] Qui repræſentat comœdias, ſiue comœdiarum actor: ſicut Calliopius apud Terentium, & Q. Roſcius apud Ciceronem. Facere Comœdum in pronũtiando, Quintil. lib. 1. cap. 11. Fieri comœdum ex peſſimo hiſtrione. Cicero pro Roſcio Comœdo.

Cómicus, m. ſ. *λυρῳδοποιός, λυρικός*. [Ital. Compoſitor de comedie. Gall. Poete comique, l'autheur d'vne comedie. Hiſpan. El poeta eſcriptor de comedias. Germ. Der ein ſchaw ſpyl machet oder erdichtet.] Qui comœdias componit, ut Terentius, Plautus & ſimiles. Plinius libro 11. capite primo, Hoc erat celeberrimum Menandri poëtæ comici ætate.

Cómicus, ca, cum, adiectiuum. *λυρικός*. [Ital. Di comedia. Gall. Comique, de comedie. Hiſp. Coſa perteneciente à las comedias. Germ. Das zů eim ſchaw ſpyl gehört.] ut, Comicus uerſus. Plinius libro 14. capite 14. Artificium comicum. Cic. pro Roſcio Comœdo. Nemo enim illũ ex truncorporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. ¶ Res comica. Horat. in Arte, Verſibus exponi tragicis res comica non uult.

Comœdicè. aduerbium. Significat manſuetè, ſuauiter. *ἡμέρως, ἁπλῶς, κατὰ λυρῳδίαν*. [Ital. Manſuetamente, ſoauemente. Gall. Doucement, ſouefment. Hiſpan. A maners de comedia, ſuauemente. Germ. Lieblich, ſchimpflich.] ſicut Tragœdicè, crudeliter. Plautus, Euge aſtitiſtis & dulcè, & comœdicè. Feſtus.

Cómõſandălos, *λυμεσάνδαλος*, Flos eſt quem notiore nomine Hyacinthum cognominauimus, ut tradit Pauſanias: ex quo Hermioneẽſes ſolennibus Chthoniæ deæ feſtis coronas complicabant.

Comoſus, Vide Coma.

Comotriæ, *λυμότριαι*. [Ital. Che ornano le chiome. Gall. Femmes qui ornent & attiffent les cheueux, & font les paſſefilons aux filles. Hiſpan. Las que afeytan la cabelladura. Germ. Vncyber die ſich zieren vnnd aufmutzen *ſ*ondtra.] Latinè Comptrices dici poſſunt, uel Ornatrices, quæ ornandæ comæ habent peritiam. Romæ Veſtæ miniſtræ, authore Feſto, Comotriæ dictæ fuerunt, quæ ſex erant numero, ut ſingulæ partes populi, ſingulas haberent Sacrorum miniſtras.

Comotrium, *λυμότριον*, Dicitur inſtrumentum quo comptrices capillos adornãt, Latinè Calamiſtrum appellatur, ut Diſcernic ulum.

Compactus, **Compactio**, **Compactilis**, Vide Compingo.

Compăgo, ginis, & **Compăges**, gis, penult. prod. f. t. Coniunctio & compoſitio. *ἁρμονία*. [Ital. Congiontione. Gall. Joincture, aſſemblement, aſſemblage. Hiſp. Ayuntamiento. Germ. *F*ůg, nůt, zůſamen tůgung.] Ouid. 1. Metamorp. Atq; ita diſparibus calamis compagine cerã inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ. Cic. de Senect. Nam dum ſumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, & graui opere perfungimur. Pacuuius, Saluete gemini mei compages ſanguinis. Virg. 1. Aen. Compagibus artis Claudentur belli portæ.

Compăgino, as, penult. corr. act. p. Coniungo, copulo, à nomine Compages, ſiue Compago, quæ coniunctionem ſignificant. *συναρμολογέω*. [Ital. Congiongere, giongere, inficme. Gal. Conioindre, ioindre enſemble. Hiſp. Ayuntar vna coſa con otra. Ger. Zůſamen fůgen, jn ein andren nähen.] Auguſtinus, Vt autẽ ſimus membra eius, unitas nos compaginauit.

Compar, om. t. Idem quod par. *ἴσος*. [Ital. Pari, ſimile, uguale. Gal. Pareil, egal, ſemblable. Hiſp. Coſa ygual à otra coſa. Ger. Gleych.] Liuius, Comparem cladem ad Aegates inſulas Carthaginenſium prælio nauali acceptam, quæ fracti Sicilia ac Sardinia ceſſêre. Idem libro 1. ab Vrbe, Id enim demum compar connubium fore. ¶ Inuenitur & compar ſubſtantiuum pro ſocio, ſeu coniuge. Plaut. in Caſ. Meus ſocer, compar, commaritus, uillicus: id eſt, ſocius, uel æqualis. Plin. lib. 18. cap. 21. Coniuga fermè nũncupatur, nec niſi cum compare uita eſt. Rhetores compar id eſſe dicũt, quod duobus aut pluribus ſententiis brenibus, & inter ſe paribus exigitur. *ἴσωσις*.

Comparabilis, **Comparatiuus**. Vide Comparo.

Compăreo, ſi, ſum, n. a. ſ. *φαίνομαι, φαιδρύνομαι, ταμίευω*. [Ital. Riſparniare, eſpargnare. Gal. Eſparagner. Hiſpan. Guardar ſer eſcaſſo. Germ. Eſparen.] Comparcere, Idem quod parcere. Terent. Phorm. Quod ille unciatim uix de demen ſuo ſuum detraudans genium, comparſit miſer.

Compărĕo, pares, n. ſ. Idem quod Appareo. *φαίνομαι*. [Ital. Comparere. Gall. Comparoiſtre, ſe trouuer. Hiſp. Compare cer, aparecer. Ger. Erſcheynen, ſich erzeigen.] Plaut. Aul. Qui modò noſquã comparebas, modò quũ compares, peris. Cic. 7. Verr. Quærite nunc veſtigia, quibus exitus illorũ ex illo compareant. Liuius, Prima luce nec autor, nec cauſa terroris comparuit. ¶ Comparere pro extare. Liuius, Vt ſebantur enim excellentia eius generis ornamenta à Marcello conſecrata, quorum exigua pars comparet.

Compăro, ras, pen. cor. Multiplicis uſus eſt: ſignificat enim aliquando comparationem facere, ſeu adæquare. *συμβάλλειν*. [Ital. Comparare, aſſimigliare. Gall. Comparer, acomparager, cõferer enſemble. Hiſp. Comparar vna coſa à otra, ygualar. Germ. Vergleychen, gegen einandern halten.] Et tunc habet uel datiuũ. Cic. de Amic. Memineram Paulum, uideram Caium, ſed il nec comparantur Catoni maximo & ſpectato uiro. Vel ablatiuum cum præpoſitione Cum. Idem de Senect. Quæ ſunt igitur uoluptates corporis cum autoritatis præmiis comparandæ. Vel accuſatiuum cũ præpoſitione Inter. Idem Offic. 1. Etenim non modò pluris putare quod utile uideatur, q̃ quod honeſtum: ſed hæc etiam inter ſe comparare, & in his dubitare, turpiſſimum eſt. Vel cum præpoſitione Ad. Terent. in Eun. Act. 4. Scen. 4. Hau, ne comparãdus hic quidem ad illum eſt. Vel accuſatiuum ſolum, ſine præpoſitione. Cic. in Bruto, Vt crebrò conferãt pugnantia, comparent contraria. ¶ Sæpe etiam comparo accipitur pro conſtituo, adapto. *παρασκευάζω*. [Ital. Adattare, acconciare. Gall. Apareiller, apreſter. Hiſpan. Atauiar. Germ. Ordnen, ſetzen.] Cic. de Nat. deor. Ego me ita comparaui. Et, Natura ita comparatũ eſt, id eſt, conſtituerat. *ἐκ τοῦ πέφυκε*. Teren. in Phor. Quàm iniquè comparatũ eſt, hi qui minus habent Vt ſemper aliquid addant ditioribus. ¶ Item Præparo, paro, quæ uidetur propria eſſe ſignificatio huius uerbi, *συσκευάζω*. [Ital. Apparare, apparechiare. Gall. *F*aire proviſion, acquerir. Hiſpan. Apareiar. Germ. Zůrüſten, anrichtẽ, zůbereiten.] Cicero Verrina ſecunda, Vt erat inter ſuos copioſus, conuiuium comparabat. Sic Comparare copias, exercitum: & per translationem, Comparare riſum, dolum, inſidias, malum alicui. ¶ Item do. Idem ibidem, Et omni gemitu ac dolore certa meſſes comparabatur. ¶ Item ſocio, coniungo. *προσάγω*. Plautus in Aſin. Prehende aunculas, compara labella labellis. ¶ Item Compono, machinor, *συνυφαίνω*. Siſen. lib. 4. Hiſtor.

Eos

Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparauerint. ¶ Et comparare, emere, *πορίζομαι, ἀντιπαλαλάττομαι*. Cato de Re ruſtica, Prædium quum comparare cogitabis, ſic in animo habeto. Liuius lib. 1 Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandum miſſi, alii in Volſcos, alii Cumas. ¶ Item, Habita ratione rerum & hominum, aliquid ſtatuo: & Comparatio, eiuſmodi conſtitutum. Liuius, His Volſci ſine ſorte, ſine comparatione prouincia data: id eſt, ſine conuentu & certo conſtituto. *ἀπροσπέκτως*. ¶ Accipitur etiam pro quærere, ſiue acquirere. Cic. Offic. 2. Prima eſt adoleſcenti commendatio ad gloriam, ſi qua ex bellicis rebus comparari poteſt. Idem de Orat. Equidẽ mihi hoc ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui. Et pro Quintio, Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui.

Compărătio, uerbale, fœm. tert. decl. Idem quod apparatus. *παρασκευή*. [Ital. Apparecchio. Gall. Apareil, apreſt. Hiſp. Aparejo. Germ. Zůbereitung, zurüſtung] ut, Comparatio noui belli. Cic. pro lege Manil. ¶ Item acquiſitio: ut, Comparatio uoluptatis. Cic. 2. de Finibus. ¶ Item conſtitutio. Liuius, His Volſci ſine ſorte, ſine comparatione prouincia data eſt. ¶ Eſt etiam id quod Analogia Græcè dicitur, rei unius cum alia ex aliqua ſimilitudine collatio, quæ à Græcis *παραβολὴ* dicitur. [Ital. Comparatione. Gal. Comparaiſon. Hiſp. Comparacion, cotejamiento. Germ. Vergleychung.] Cic. 1. Off. Primùm igitur de honeſto, tum de utili, pòſt de comparatione eorum diſſerendum.

Comparatè, aduerbium, Alterius comparatione, *παραβολικῶς*. Cic. in Topic. Quum autem quæritur quale quid ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparatè. Simpliciter, Expetendáne ſit gloria: Comparatè, Præponendáne ſit diuitiis gloria.

Comparabilis, le, om. t. Quod cum alio poteſt comparari. *παραβλητός*. [Ital. Che ſi due comparare. Gall. Qui eſt à comparager qu'on peut comparagar & conferer auec vn autre. Hiſp. Coſa que ſe puede comparar. Germ. Das mit einem anderen zů vergleychẽ iſt.] Cic. 1. de Inuent. Comparabile autem eſt quod in rebus diuerſis ſimilem aliquam rationem continet: cuius partes ſunt tres, imago, collatio & exemplum.

Comparatiuus, a, um, Quod per comparationem adhibetur. *συγκριτικός*. ut, Comparatiua iudicatio. Cic. de Inuent. Deinde oportebit illam ipſam comparatiuã iudicationẽ exponere, tanquam cauſam deliberatiuam. Hinc etiam Grammatici Comparatiuum gradum appellarunt, cuius proprium eſt ſuperare poſitiuum in ea qualitate quã obtinet: licet quandoq; pro poſitiuo ponatur. Eſt autem Comparatio, ut docet Priſcianus, ad unum, uel ad plures, tam ſui generis, quàm alieni, quamuis Græci honoris cauſa ſuæ gentis magis, quàm ratione ueritatis dicant, non poſſe ad multos ſui generis fieri comparationem. Stat. lib. 9. Theb. Sed pectora flectas, Et melior ſis quæſo deis. Valer. Max. li. 4. Idem ſentit Fabricius Licinius, honoribus & auctoritate omni ciue temporibus ſuis maior. Et lib. 7. Tertium te importunioriẽ ſuperioribus habere cœpimus rectorẽ. ¶ Comparatiua & ſuperlatiua, quæ à præpoſitionibus ueniunt, præter ſuam conſtructionem ablatiui & genitiui, aliquando accuſatiuo iunguntur. Cic. ad Octauium, Propius urbem Saluſt. Proximè Hiſpaniam Maori ſunt.

Compaſco, ſcis, a t. Simul paſco. *συνεύομαι*. [Ital. Paſcere con gl'altri. Gall. Paiſtre enſemble, donner à manger enſemble. Hiſp. Apacentar con otros. Germ. Mit weyden.] Varro, Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat. Plin. lib. 9. cap. 19. Nuper excogitatum famem longæ aduectionis à Brunduſio, compaſcere in Lucrino.

Compaſcor, paſſiuum. Varro 1. de Re ruſtic. cap. 1. Meſſe facta, ſpicilegium uenire oportet, aut domi legere ſtipulam: aut ſi ſunt ſpicæ raræ, & operæ caræ, compaſci. ¶ Ius compaſcendi habere, Scæuola in l. Teſtatrix. Paragr. plures. ff. ſi ſeruus uendit.

Compăſcŭus adiectiuum, ut Ager compaſcuus, apud Ciceronem in Topicis, qui relictus eſt ad paſcendum communiter uicinis. *σύνομος ἀγρός*. [Ital. Paſcuo commune. Gall. Paſturage commun. Hiſp. Terra que ſe paſta en comun. Germ. Ein gemeyne weyd, allment.] Valer. lib. 4. cap. 7. Ius compaſcuum, pro compaſcendi.

Compĕdes, penul. cor. & fœm. gen. à nominatiuo ſingulari Compes, Vinculi genus, quo captorum pedes conſtringuntur, *πέδαι, πεδοκάκη*. [Ital. Ceppi. Gall. Ceps, ou autres liens, cõme ceux dequoy on lie les piés aux eſclaues & malfaicteurs. Hiſp. Priſion de pies como con grillos. Ger. Ein fůſsband, oder fůſseyſen.] Plautus in Captiuis, Vbi ponderoſas, craſſas capiat compedes. Terentius in Phormione, Molendum uſque in piſtrino, uapulandum, habendæ compedes. Cicero Atticarum lib. 8. Age iam has compedes, faſces (Inquam) hos laureatos referre ex Italia quàm moleſtum eſt.

Compeda, dæ, Antiquè. Varro Parm. Lepuſculi timentes, hoc quadrangulum dedit Diana rete nexile, ac uiſcum fugæ, lineamq; compedam. ¶ Legitur etiam nominis huius numerus ſingularis, præſertim ablatiuus. Compede. Horat. Ni mali compede uinctus. Iuuen. Sat. 4. Squalidus in magna faſtidit compede foſſor. Colum. li. 8. cap. 2. Eaq; quaſi compede, cohibentur feri mores. Genera compedum ſunt Numellæ, Boiæ, Pedicæ, Neruus.

Compĕdĭo, dis, pen, corr. compediui, ditum. *πεδέω*. [Ital. Legare i piedi. Gall. Lier les piés. Hiſp. Atar los pies. Germ. Die fůſs zůſamen binden.] Significat pedes ligare, & uincire. Varro, Domum intro, & pedes corrigiis compedio. Hinc

Compeditus, partic. Compedibus ligatus. *πεπεδημένος*. [Ital. Legato in ceps. Gall. Lié par les piés en vn cep, enchaîné ou enferré par les piés. Hiſp. Atado por los pies. Germ. Mit fůſsbanden gebunden.] Plaut. in Capt. In lapidicinas compeditum condidi.

Compedo, das, a ſ. pr. occido. Auguſtinus ſuper Leuitic. Solet & nulgò apud nos dici compedauit illum, quod eſt, occidit illum.

Compellatio, onis, Vide Compello, as.

Compello, lis, compuli, compulſum, a. t. Propriè ſignificat, (inquit Seruius) diuerſi, uel diuerſorum generum animalia cõdem cogere, *συναλάνειν, συνωθεῖν*. [Ital. Spignere & mettre inſieme in vn greggo. Gall. Serrer enſemble, mettre enſemble. Hiſp. Iuntar ò echar en vno, como lo ganado. Germ. Zůſamen vber ein hauffen treyben.] Virgil. lib. 7. Compulerantq; greges Corydon & Thyrſis in unum. Et Plaut. in Pœn. Canes compellunt in plagas lepidè lycum. ¶ Quinetiam de hominibus dici ſolet. Cicero de Inuent. Qui diſperſos homines in agris, & in tectis ſylueſtribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congreganit. ¶ Accipitur & pro cogo, adigo, & inuitum ad aliquid faciendum adduco. *διατάσσω*. [Ital. Conſtrignere. Gall. Contraindre. Hiſp. Compeler, conſtrẽnir. Germ. Ein mit gwalt treyben, nõtigen.] Plin. lib. 18. cap. 7. Quòd Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulſſe. ¶ Et per translationem. Plaut. in Aſin. Quæ uolet faciemus, qui hoſce amores Noſtros diſpulſos compulit. Cicero Acad. 4. Quum ſit enim campus in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas anguſtias, & in Stoicorum domera compellimus?

Compulſus, participium. *συνωθισμός*. [Ital. Conſtretto. Gall. Contraint. Hiſpan. Conſtrenido. Germ. Getriben, getrungen.] Cic. pro Marcel. Omnes enim qui ad illa fato ſumus neſcio quo Reip. miſero funeſtoq; compulſi. Ventis compulſus. Virgil. 1. Aen. Liuius lib. 3. ab Vrb. Compulſis deinde in oppida Aequis.

Compello, as, a p. Alloquor. *λοιδορέω, ἐντυγχάνω*. [Ital. Fauellare, chiamare. Gall. Parler à quelqu'vn l'appeler. Hiſp. Llamar para hablar iuntament. Germ. Einen anreden oder anſprechen.] Plaut. in Amphit. Compellemus ſic hominem. Virg. lib. 2. - Vltrò flens ipſe uidebar Compellare uirum. Cicero poſt reditum in Senatum: Neq; ſolùm id dixit, ſed quos ei commodum fuit, compellauit. ¶ Aliquando infamo, accuſo. *προσκαλέομαι*. Suet. in Cæſ. Eodem modo Nonium quæſtorem, quòd compellari ad ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet, &c. Cic. ad Attic. lib. 2. Nigidium minari in concione ſe iudicẽ qui non adfuerit, compellaturum, id eſt, incuſaturum.

Compellătio, uerbale, f. t. *προσκλησις, ἐντυξις*. [Ital. Biaſmo, reprezzo. Gall. Correction de parole, blaſme. Hiſp. Caſtigo con palabras. Germ. [illegible]redung.] Cic. ad Cornific. Itaq; crebras uel potius quotidianas compellationes meas non tulit, ſeq; in urbem recepit inultus.

Compelluceo, ces, cere, *διαφαύσκω*. Vnde compellucidus penultima correpta, *διαφανής*. Plaut. in Perſa, Nihil eſt

macrum

uerum, nihil è nigro compellucidum.

Compẽdium, n. s. Eſt id quod parſimonia quadam ſeruamus, *σύντμησις*. [Italicè, *Lo ſparagno*. Gall. *Gaug* uocant d'eſpargne Hiſp. Poco gaſto ò eſpenſa. Germanicè, *Ein erſparung*, ſicut è contrario Diſpendium quod uel incuria, uel immoderatione profundimus, aut perdimus. Plin. Bubulis carnes caules caprifici magno lignorum compendio percoquunt. Idem, Magno id lignorum diſpendio fit, addi ſo lam nam percoqui integro die nix poſſunt. ¶ Compendium dicitur etiam utilitas, lucrum. *ὄφελημα*. [Italicè, *Vtilità* Gallicè. *Profit*. Hiſpanic. *Prouecho*. Germanicè, *Nutzbarkeit*, ein *gewün*.] ſicut Diſpendium, damnum, *βλάβη*. Tibull. Nec uagus ignotis repetens compendia terris, Præferat externa nauita merce ratem. Autor li. 4. ad Herenn. Duæ res ſunt quæ poſſunt homines ad rurſe compendium commouere, inopia atque auaritia. ¶ Compendium. pro nia compendiaria & breui accipitur. Plini. libro quinto capite 5. Compendium uiæ quatridui deprehenſum eſt. ¶ Item Compendium, quuis breuitas dicitur, in qua tamen utilitas eſt: quales ſunt libri in quibus breuiter ſumma operis alicuius colligitur. *ἐπιτομή*. Vide Plaut. in Mil. Quàm potes, tam uerba confer ad compendium.

Compẽdifacio, is, a. t Orationis compendio utor. *συντέμνω*, *abbreuio*. [Ital. *Parlare*, ò fauellare breuemente. Gall. *Parler* breuement, gaigner & profiter en quelq̃ choſe. Hiſpanic Hablar ò dezir breue. Germani. *Erſparen*, oder ein *kurtze Red thün*.] Plautus in Moſtel. Orationis operam compẽdefacito. ¶ Nonnunquam etiam lucrifacio. Plaut. in Perſa, Nam ego hodie compendifeci duos panes in diem.

Compendioſus, a, um, Valde utilis. *λυσιτελής*. [Itali *Molto utile*. Gal. *Vtile*, profitable. Hiſp. *Mucho prouechoſo*. Ger. *Gantz nutzlich*.] Colum. lib. 1. Quod & per partes non nunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen ſit compendioſum.

Compẽdiarius, a, um, Brevis, ſuccinctus, & ueluti ad certam metam per compẽdium ducens. *σύντομος*. [Italic. *Breue*, *ſuccinto*. Gall. *Court & abrege*. Hiſp. *Cota de otro* Germa. *Qas Kurtz iſt*.] Cicer. libro ſecundo Officior. Præclare, Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariã dicebat eſſe, ſi quis ita ageret, ut qualis haberi uel let, talis eſſet.

Compendiariò. aduerb. *συντόμως*. [Ital. *Per lo pio corto camino breuemẽte*. Gall. *En bref, par les plus courts chemins, bien ſouuain*. Hiſ. *Brevemente*. Ger. *Kurtzlich, den kürtzeſten weg*.] Senec. Epiſt. 120. Ad maximas diuitias te compendiariò noco.

Compenſo, as, a. p. Et æquo retribuo, refundo, quaſi pari pondere rependo. *ἀντιμείβομαι*. *ἀνταλλάσσομαι*. [Italicè, *Compenſare*. remunerare. Galli *Recompenſer*, *bailler l'un pour autre*. Hiſp. *Recompenſar*, *Galardonar*. Germ. *Vergelten*. *Erſetzen*, *gleychs hergegen thün*.] Cic. pro Mur. Atq; hæc à nobis petũt omnia: neq; ulla re alia, quæ à nobis conſequuntur, niſi opera ſua compẽſari putant poſſe. Ouid. Epiſt. 3. Tot tamen amiſſis te compenſauimus unum. Valer. Max. Tarditatemq; ſupplicii grauitate compenſat. Claud. in Rufinum, Supplicijq; moram grauiori nomine pœnæ Compenſant.

Cõmpenſatio, f. t. *ἀμοιβή*. [Ital. *Riccompenſa*. Gall. *Recompenſe*. Hiſp. *Recompenſacion*. Ger. *Vergeltung*, *erſetzũg*.] Quæ eſt (autore Modeſtino l. 1. ff. de compenſat.) debiti & crediti inter ſe contributio. Cic. 5. Tuſc. Itaq; hanc uſurum compenſatione ſapientem, ut uoluptatem fugiat. Ad Heren. li. 4. Fortitudo eſt contemptio laboris & periculi, cum ratione utilitatis & compenſatione commodorum.

Compẽtinõ, as, pen. corr. a. p. Significat de die in diem differo. *ἀναβάλλομαι*, *ὑπερτιθέμαι*. [Ital. *Prolongare di dì in dì*. Gal. *Differer iuſques à deux ou trois iours, delaier*. Hiſp. *Dilatar de tercero en tercero dia*. Ger. *Verziehen, uer ſeyten, von Tag zũ Tag auffſchen*.] Cic. 1. Verr. Tota ratio eſt, ut ſecundũ binos ludos mihi reſpondere incipias: mea autem primos ludos competendinem. ¶ Competendinatur reus dicebatur, quum iudices adhuc incerti quid deberent pronuntiare, cauſam in aliud tempus differebãt. ¶ Eſt autem Comperendinare, quaſi in diem perendinam differre. Dicebatur enim propriè Comperendinare (teſte Gellio) quando reus in tertium diem reijciebatur. Quum uerò in poſterum diem cauſa differebatur, hoc Diem diffundere, appellabant. Vide Gell. li. 14. ca. 2. Accipitur tamẽ pro quantumuis longa iudiciali dilatione. Cice. 3. in Verr. Vt his ludorum diebus interpoſitis, nemo iſtum comperendinarum iudicaret?

Comperendinus, a, um, ut Dies comperendini, quibus nudimonium iuberi licet, ut inquit Macrobius. *νήφιμος ἡμέρα*. Vide Valerium libro 2. capite 33. & Budæum in Annotationibus.

Compẽrendinatio, f. t. Quæ eſt (ſicut docet Aſconius) ab utroq; litigatoribus inuicem ſibi denuntiatio in perendinum diem, ne ſcilicet alter litigatorum imparatus teſtimoniũ ferri poſſet. *ἀναβολή*. [Ital. *Dilatione*. Gall. *Dilation, delay, delayement*. Hiſpa. *Dilacio*. Germ. *Auffzug von Tag zũ Tag verweylung*.]

Comperendinatus, us, ui, idem. Cice. 5. in Verr. Adimo enim comperendinatum, quod habet lex moleſtiſſimum, bis ut cauſa dicatur. Vbi Aſconius, Comperendinatum (inquit) pro Comperendinatione poſuit.

Cõperio, & Comperior depon. ne, differunt, autore Diomede, quòd Comperiri eſt ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere. *καταλαμβάνειν*. [Ital. *Tener per chiaro*. Gall. *Sauoir pour certain*. Hiſp. *Auer por cierto*. Ger. *Für gewüs halten*.] Saluſt. in Iugurt. Sed ego Comperior, Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, ſimul & Romanos, & Numidam ſpe pacis detinuiſſe. ¶ Comperire uerò ab alio cognoſcere. *πύθεσθαι*. [Ital. *Trouare* Gall. *Trouuer* Hiſp. *Hallar* Germ. *Erfaren, befinden* oder *von einem anderen innen werden*.] Terent. in Andr. Item alio die Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum Quicquam attinere. Ea tamen differentia, ut pleraq; aliæ Grammaticorum, ab autoribus paſſim contemnitur. ¶ Compertum eſt mihi, & Exploratum eſt mihi: hoc eſt per inueſtigationem cognoui *συνῆσθα*. Ariſtoteles, & *πληροφορῆται*.

Compertus, particip. ſeu nomen ex participio *πεπληροφορημένος*, *πεπιστωμένος*. [Ital. *Quello che ſi sa di certo per eſperientia*. Gall. *Qu'on ſait au vray, certain & bien entendu, conuaincu*. Hiſp. *Cierto*. Ger. *Gewiß erfaren oder befunden worden iſt*.] Sueton. in Tib. Cæſ. cap. 11. Equiti Romano iuſiurandi gratiam fecit, ut uxorẽ in ſtupro genero compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum antè iurauerat. id eſt deprehenſam. ¶ Compertus ſtupri. Liu. 2. bel. Pun. Tum quòd duæ Veſtales eo anno Opimia atq; Floronia ſtupri compertæ.

Comperto, abſolutè, Id eſt quum compertum eſſet. Tacit. li. 3. Neq; dum comperto, quos illa uix perculiſſet. Iabolenus in l. Pitomimus. Parag. pro hærede ff. de acquir. hæred. Pro hærede geſſiſſe filium placuit, qui moriens, comperto matrem ſuam inteſtatam deceſſiſſe, &c.

Comperes, ompetis. t. dicuntur homines genibus plus iuſto coniunctis, ut Feſto placet, uel qui longos habent pedes, ut interpretatur Nonius. *οἱ μακροσκελεῖς*, *οἱ βαιβοὶ*, *οἱ σκαμβοὶ*. Lucil. lib 17. Satyr. Comperem, aut uaram fuiſſe Amphitryonis coniugem Alcmenam.

Compes, Vide Compedes.

Compeſco, is, a. t. Cohibeo, contineo, coërceo: quaſi ab eodem (ut Feſto placet) paſcuo contineo. *συγκλω*, *συνείργω*. [Ital. *Raffenare, contenerſi*. Gall. *Retenir, refrener, retirer, referrer*. Hiſp. *Refrenar*. Ger. *Hinder halten, zem. men, bezwingen, Paſchgen*.] Plin. lib. 10. cap. 7. Semine trito & exanimo peto libidinum imagines in ſomno compeſci. Pli. in Epiſt. Nullum denig inſtrumentum ad incendia compeſcenda. Iuuen. Digito compeſce labellum.

Cõpẽto, is, pen. cor. a. t. Honorem, uel cõiugium, uel aliud quicquam cum alio peto. *συμμετέχομαι* [Ital. *Competere*. Gal. *Demander ce que demande un autre, & rendre ou pretendre ce qu'il pretend*. Hiſp. *Competer*. Ger. *Mit einem anderen einen begeren*.] Plin. de Viris illuſtr. Et eandem ſpeciosam duobus competentibus, pater puellæ conditionem tulit. ¶ Aliquando Competere, eſſe Nonio, eſt partem eſſe uel conuenire *συνάδειν*, *συμφωνεῖν*. Vnde in æſtimatione rerum dicimus, Hoc illi competit. Senec. Nihil ei magis competebat. Columel. li. 2. Nec omnino conſtabimus, quòd minus ſub teſtum congeratur: uel ſi non competet, ut aut in uillam ſeorsum portetur, aut in manipulum colligatur: certè in metas extrui conueniet. ¶ Item quandoq;

animi uel corporis parte aliqua compotem esse: &, ut Nonius inquit, constanter valere. Salust. lib. 1. Hist. Si uerò qua si formidine attonitus, neq animo, neq auribus, aut lingua competere.

Competitōres, m. t. Dicuntur qui in magistratibus, officiis, & honoribus petendis concurrunt. συμμετίοντες, [Italiè, Competitori. Gall. Competiteurs, ceux qui briguent & demandent un mesme office. Hisp. Competidores con otros. Ger. Mit begärer, der mit einem anderen vmb etwas bitter oder werbung thut] Cicer. ad Attic. li. 1 Competitores qui certi esse uidebantur, Galba & Antonius.

Competitrix, icis, f. t. ἀντιτιθεμένη παραγγέλματα. Cic. pro Mur. Nam nos quoq habuimus scenam competricem.

Competentia, f. p. pro conuenientia. ἀναλογία. [Ital Competenza, conuenevoleza Gall. Competence, conuenance. Hispan. Competencia. Germ Zůgehörung.] Gell. lib 2. Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum debitá membrorum omniũ competentiam modificatus est. Idem l. 19. ca. 1. Ad eandem competentiá nasci non queunt,

Competenter, Mediocriter. μετρίως. [Ital. Mediocremente. Gall. Mediocrement. Hisp. Conuenientemente. Ger. Füglich, zůgehörig] Vlpianus Sol. matrimon. l. Si quum dotem. Quatenus filio & patri competenter consulatur. Paulus in l. 16. ff. de testibus. Qui falsa uel uaria testimonia dixerunt, uel utriqparti prodiderunt, à iudicibus cõpetenter puniantur.

Compilo, as, pen prod. a p. Vodiosurripio. ἐνεκλέπτω, περισυλάω. [Ital. Pigliar d'ogni parte. Gall. Voler & desrober, & quasi ne laisser un seul poil. Hispan. Robar falseando. Germ Stelen, Roubeu.] D. ctum à πιλῶ, quod est complano, non à pilis uellendis, cuius prima corripitur: aut certè ab eo quòd Pilotas fures Graci appellant. ¶ Vnde Compilare & Expilare hereditatem dicimus: id est fraudare & diripere. Cic. 1. de Nat. deor. Tot millia latrocinantur morte proposita: alii omnia, quæ possunt, fana compilant. Plaut. in Menæch. Vir ubi compiler clanculum, quicquid domi est. Horat. - ne me Compilasse putes Crispini scrinia lippi. ¶ Interdum Cogo ἐκφυλῶ. [Ital. Giongere, ò cogere insieme. Gall. Amasser, assembler. Hisp. Ayuntar en uno. Ger. Zůsamen hauffen, zůeinandren zwingen.] & in unũ cõgere: unde Cõpilatores, qui multa in unũ cogit. ἐκφυλοί.

Cõpilātio, uerbale, f. t. περιέλκυσις. [Ital. Pillamento, rubbamento. Gall. Pillement, pillage. Hisp. Aquella obra de robar y saltear. Germ. Beraubung, Diebstal Plünderung.] Cic. Cæl. lib. 2. Quidne me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut usdimonia dilata, & Chrestli compilationem mitteres?

Compilatus, a, um, Qui furtũ passus est, (teste Nonio) q qui è domo suppellectilem detrahunt, æquare omnia & cõplanare uidentur. περισυλημένος.

Compingo, is, compegi, compactum, Compositum à Con, & Pango, contrudo, compello, detrudo. συνωθέω. [Italicè, Cacciare, spingere. Gall. Chasser, pousser, serrer. Hisp. Empuxar. Ger. Zůsammen trucken oder stossen.] Plaut. in Amph. Quid faciam nunc, si tres uiri me in carcerem compegerint? Cic. 1. de Orat. Tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi uidebam. Plautus Menech Et ob eam rem te in carcerem esse compactum scio. ¶ Interdum compono, coniungo. συμπήγνυμι [Ital. Coniungere. Gall. Conioindre & anacher proprement ensemble. Hisp. Componer ò ayuntar. Ger. Zůsammen binden oder heffren.] Virgil. 2. Aegleg. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Cic. 1. de Fin. Quid enim aut in natura (qua nihil est aptius, nihil descriptius) aut in operibus manu factis tã compositum, tam ꝙ compactum & cosgmẽtatum inueniri potest? Huic opponitur Incompactum, hoc est, disiunctum, molè compositum ἀσυνάρμοστον ¶ Potest etiã esse compositum à Pingo. Lactant. li. 7. Vt summam illam, quæ continet uniuersa, & compingerent, & adimplerent.

Compactum, n. s pro conuento, uel compromisso. Suetón. in Iul. Productusq pro rostris autores ex compacto nominare. ¶ Compacto, uel de compacto aliquid agere, id est, ex composito, κατὰ συνθήκην, ἀπὸ συνθήματος, ἀπὸ συγκειμένου. Plaut. Capt. Nemo rideat: sani exemplo rem de compacto geri. Liu. 1. ab Vrbe, ut multò uerisimilius sit, compacto eam rẽ, & communi fraude Patritiorum actam. Versùm hoc potius uiderur à uerbo Paciscor esse deductum.

Compactio, uerbale, Compositio, coniunctio. σύμπηξις, συναρμογή. [Italicè, Assembramento, constringimento. Gallicè, Assemblement & laison ensemblé. Hispanicè, Ayuntamiento. Germanicè, Zůsammen setzung oder bindung, zůsammenfügung.] ut Compactio membrorum. Cicero quinto, de Finib. Videamus ea quæ terra gignit, corticibus, & radicibus ualida seruari: quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum.

Compactilis, le, συμπαγής. [Italicè Congionto, ammassato. Gallicè, Entassé, amoncelè. Hispanicè, Ayuntado, ò ayuntable con otro. German. Das zůsammen getryben oder uneinandren geheffret ist.] Quod compactum est. Plin. libro 11. capite 18. Optimæ apes breues, uariæq, & in rotunditatem compactiles. Vitruuius libro 4. cap. 7. appellat trabes compactiles, subscudibus compactas. Et lib. 10. cap. 17. Compactiles postes.

Compitā, pe. cor. n. f. Dicuntur loca quę petũtur, hoc est, adeuntur per diuersas uias: cuiusmodi sunt trivia & quadrivia, in quæ plures cõeunt uiæ. ἀμφόδια. [Italic. Luoghi à i quali si ua per diuerse uie. Gall. Carefours, ou carrefouez. Hispan. Encruzii ada de muchas uias. Germ. Vuergschtyd, ein ort da vil weg zůsammen kommen.] Ouid. in tristi compita secta uias. Virgilius secundo Georgicor. Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum. ¶ Antiquis in usu erat & Compitus, masculi. gen. ut annotauit Nonius. Varro de Scenicis originibus libro tertio, Vbi Compitus erat aliquis.

Compitālia, orum, n. t. Festa quæ in compitis peragebantur, à Seruio Tullio diis Laribus instituta, ut est autor Plin. libro 37. capite ultimo ἀμφοδιά. Cato de Re rustic. capite quinto, Rem diuinã, nisi Compitalibus, in compito, aut foco ne faciat.

Compitalitius, a, um: ut Dies compitalitius, quo compitalia celebrabantur: & Deus compitalitius, qui compitis & uiis præest. ἀγυιεύς. Vide plura de his apud Gellium libro decimo cap. 24. Compitalitiæ ambulationes. Cicer. ad Attic. libro 7. Ego quoniam iiii. Nonas Ian. compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum uenire molestus familiæ. Et ad eundem, libro 2. Sed hoc ambulationibus compitalitiis seruemus.

Compitalitis, orum, substantiuè. Cic. in Pison. Tu quum in Calendas Ianuarias compitalitiorum dies incidissent, Sex. Claudium, &c.

Compitalis, le, adiect. Sueton. in Aug. Compitales lares ornare bis anno instituit, uernis floribus, & æstiuis.

Complăcĕo, n. s. Valde placeo. ἀρέσκω. [Ital. Piacere sommamente. Gall. Complaire, fort plaire. Hispa. Complazer. Ger. Gar wol gefallen.] Terent. in Andr. Postquam amare cœpit, sibi complacita est. Præteritum facit Complacui, uel Complacitus sum: ut in superiore exemplo, & apud Plaut. in Rud. Hoc Deo complacitum est.

Complăco, ces, a. p. Idem quod placo, ἱλάσκομαι, ἱλάσσομαι. [Ital Placare. Gall. Apaiser & adoucir. Hisp. Aplacar ò amansar. German. Versünen.] Gell. lib. 7. cap. 3. In principiis autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi, & complacare iudices debent.

Complāno, as, pen. prod. a p. Plano. planum reddo. χθαμαλόω, ὁμαλίζω. [Ital. Splanare. Gall. Aplanir, unir. Hisp. Allanar las cosas asperas. Ger. Ebnen, eben machen.] Cato ca. 151. Dimidiatum digitum terram altam succernito id benè tabula, aut manibus, aut pedibus Complanato. Cicer. pro Domo, Sp. Melii regnum appetentis domus est complanata, id est destructa, solo æquata Cæsar, Sed propriè iam constituta opera quum complanarent, id est perficerent, extremam manum imponerent.

Complaudo, dis, dere, neu. t. Plausu certatim comprobare. ἐρεθίω, προκαλίζω. [Ital. Battere con mani & diedi per segno di cõmendare qualche cosa. Gal. Frapper des mains, & aprouuer quelq chose. Hisp. Fauorescer à otro con las manos. Ger. Frolocken, das ist mit Hend vnd füssen zůsammen schlahen, vnd anzeigẽ das vns ein ding wol gefalle.] Cic. de Amic. Stantes complaudebant in re ficta.

Complector, complexus sum, com. t. Amplector, comprehendo. περιπλέκομαι, λαμβάνω. [Italicè Abbracciare, comprendere Gal. Embrasser, comprendre. Hisp. Abraçar, prender. Ger. Vmbfahen, begreiffen, oder vmbgreyffen.]

Terent.

Ter. in And. Accurrit, mediũ mulierẽ cõplectitur. Cic. pro Rosc. Quo uno maleficio scelera omnia cõplexa esse uideantur. Cic. in Som. Scip. Me artior quàm solebat somnus complexus est. *βελτίστῳ τῷ δαίμονι & ἱλεόφρονι ὕπνῳ.*

¶ Complector te amore, id est amo te: quod & sine ablatiuo dicitur. Cicer. Curioni, De ipso T. Annio tantum tibi policeor, te maioris animi erga te, si complecti hominem uolueris, habiturum esse neminem. ¶ Complector cogitatione, cogito: Complector animo, consydero, *τῷ νῷ περιλαμβάνω.* Cic. in Cat. Etenim quum complector animo, quamcunque reperio causas, cur senectus misera esse uideatur. ¶ Cõplector etiam passiuè legitur. Scæuola in l. Si sic stipulatus fuerit. ff. de uerb. obl. Nam sicut & ipsius, & hæredis caput, ita & ipsius uis & hæredis uel sæpius facta compectitur, ut condemnetur quanti interest.

Complexus, xa, xum, participium, *περιπλέξας, περιοχάν.* [Italic. Chi tiene abbracciato. Gallicè, Qui tient entre ses bras. Hispan. Cosa que abraça. German. Der vmbfangen oder begriffen hatt.] Cicer. de Somn. Scipionis, Complexus me senex, *περιλαβών με, ἐμὲ περιπλέξαμενος.* Sic eodem loco, Terra complexa medium locum, *ἡ γῆ κατειληφυῖα τὸν μέσον τῆ κόσμου τόπον.* Sic Virg. Inter se complexa *μεταλλάξαι περιπεπλεγμένοι.*

Complexus, participium, passiuum. *περιπεπλεγμένος, περιπλοκάς* [Ital. Abbracciato. Gal. Embrassé. Hispan. Abraçado. Germ. Der vmbfangen oder begriffen ist.] Cicer. pro Rosc. Amer. Atq; eiusmodi quo uno maleficio scelera omnia complexa esse uideantur.

Complexus, us, nomen, m. q. à Complector. *συμπλοκή.* [Ital. Abbracciamento. Gall. Embrassement, enuironnement. Hispan. Abraçamiento. Germ. Vmbfanung.] Plaut. in Amph. Meus Amphitruo uno cubiculo Alcmenam complexo tenet. Cicer. pro Font. Nam etiam de matris hunc complexu, lectissimæ, miserrimæq; fœminæ uobis iuspectantibus euellet, atque abstrahet? ¶ Complexus pro amore. Cic. 5. de Fin. Serpit sensim foras cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitijs, pòst uicinitatibus cum ciuibus, & ijs qui publicè socij, atq; amici sunt, deinde totius complexu gentis humanæ.

Complexio, uerbale, f. t. Idem quod Complexus. *σύμπλεξις, συμπλοκή* Cicer. in Orat. Nec aceruatim multa frequentanda, ana complexione deuincta. ¶ Complexiones, copulationes & adhæsiones, Cicer. 1. de Fini. ¶ Complexio item à Rhetoribus appellatur, quod Græci *ἀπόφασιν*, Latinorum nonnulli Argumentum conuersum appellant, duas habens partes, quarum utram concesseris, non effugis reprehensionem.

Complexus, om. c. Particeps sceleris, & qui in eodem crimine reus est complexus est, à complectendo, *συγκτὴς, συγκρατὴς.*

Compleo, ere Con, & Pleo, 2. f. Ad summum, seu penitus impleo. *συμπληρόω, συμπλήρω.* [Ital. Empire pienamente, compire, finire. Gall. Combler, emplir. Hispa. Henchir ò complir, acabar. Germ. Erfüllen, zů füllen, vollmachen.] Gell. Ventus à latere sæuiens nauem undis compleuerat. ¶ Reperitur etiam sine ablatiuo. Cic. de Somn. Scipionis, Quis est qui complet aures meas, tantus & tam dulcis sonus? ¶ Per translationem pro finire. *πληρόω.* Idem in Catil. Leontinos Georgias centum & septem compleuit annos. ¶ Interdum pro supplere, perficere, integrare. Salust. Duas legiones instituit, cohortes *p* numero militum complet.

Completus, a, um. Perfectus, absolutus. *τέλεος.* [Ital. Fornito. Gall. Acheué, absolu. Hisp. Acabado. German. Erfüllet, vervollkommet.] Cicer. in Orat. Aures perfecto, completoq; verborum ambitu gaudent.

Complementum, n. f. Idem quod Complexio, uel supplementum. *πλήρωμα.* [Ital. Empimento, Gal. Accompliſſemẽt, achevement. Hispan. Hiachimiento. Germ. Ein erfüllung Vollendung.] Cic. in Orat. Inculcata reperias inania quædam uerba, quasi complementa numerorum. Cornel. Tacit. lib. Addito maiestatis crimine, quod tum omnium accusationum complementum erat.

Complexus, Complexio. Vide Complector.

Complico, 2. p. Simul plico. *συμπλέκω.* [Italicè, Piegare insieme. Gallicè, Enueloper & plier l'vn dans l'autre. Hispa. Plegar juntamente. Germanicè, Zůsammen wicklen, zůsammen legen.] Plaut. in Rudent. Dum tibi hanc rudentem, quam trahis, complico. Ad hunc modum dicimus Complicare epistolam, pro eo quòd est claudere. Cicer. ad Attic. Quum complicarem hanc epistolam, &c. ¶ Significat etiã contrahere, & quod latũ erat, angustum reddere: ut quum dicimus, Complicare uela. Eius cõtrarium est Euoluo, quod scilicet implicatum & inuolutum erat, expedio. Cicer. 1. Offic. At uerò si quis uoluerit animi sui complicati notionem euoluere.

Cõplõdo, is, pen. pro. 2. t. Concutio, collido. *συγκρόω.* [Ita. Batter le mani ò l'piedi. Gallicè, Batre les mains ou le piés. Hisp. Sonaiar las manos ô los pies. Germ. Die Hend oder Füs zůsammen schlahen.] ur, Complodere manus, Complodere pedes, Est manuum uel pedum collisione sire pitum edere. Quint. lib. 11. Nam & complodere manus, ice nicum est, & pectus cædere. Senec. lib. 2. de Ira, Complosis sæpius manus.

Cõplõro, ras, 2 p. Defleo, deploro. *ἀποδύρομαι, παρηλεεῖν θρηνῶν.* [Itali. Piangere insieme, compiangere. Gallicè, Plorer ensemble, faire lamentation, & deuil. Hispanicè, Llorar juntamente con otros. Germanicè, Beweynen.] Liu. 7. ab Vrb. Complorati omnes pariter uiui mortuiq; totam penè urbem lamentis impleuerunt. Cic. pro Domoſua, Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitris petentes funeris.

Complõrãtus, us, ui, m. q. *ὀλόφυρσις, θρῆνος.* [Italicè. Lamẽtatione. Gall. Pleur, lamentation. Hispan. Lloro. Ger. Beweynung.] ur, Complorato iusto prosequi mortuos, Liu. 7. bell. Punici.

Complorãtio, uerbale, id est Lamentatio. Liu. 8. bel. Pun. Cõploratio eorum, flebilesq; uoces.

Complures, Complura, & Compluria, sine numero singulari, Idem quod multi *συχνοί, συμπλείονες.* [Italic. Molti. Gall. Plusieurs ensemble. Hispanicè, Muchos. Germanicè. Vil miteinanderen.] Gellius positiui esse gradus, non comparationis (libro quinto capite 21.) docet. Cæsar li. 8. bel. Gall. Quod ubi accidit, complures hostium magno nostrorum impetu pulsi uulnerantur. Cicero quarta Verr. Dicebant scyphorum paria complura, hydrias argenteas. Terentius Hecy. Vbi illic dies est, complures accersi iubet. Idem Phormion. Nouæ hic complures. Vbi Donatus, Secundum regulam locutus est Terentius. nam hoc Complure, & hæc Complura dicitur. Sic ueteres, quod nostri dẽpta syllaba cõplura dicunt. Sic Cato Originum 2. Fana hoc loco complura. Cicer in Orat. Confirmandi genera complura. Credo, quia ueteres hoc Plure, non hoc Plus dicebant.

Complusculi, orum, diminut. *ὀλίγοι, πολλοί.* [Ital. Alquanti. Gall. Quelques uns, quelq moyen nombre. Hisp. Algunos poquillos mas. Germ. Zimlich vil miteinanderen.] Plaut. Rud. Non hercle adolescens, iã hos dies cõplusculos. Quem quam istic uidi sacrificare. Tere. Hecy. dies complusculos Bene conueniebat sanè inter eas.

Compluries, aduerbium. Factum ab eo quod est Complures, & significat sæpe. *πολυτάκις.* [Ital. Più & più uolte. Galli. Plusieurs fois. par plusieurs fois. Hisp. Muchas uezes. Ger. Offtermal, offt vnd dick.] Cato, Contumelias mihi dixisti compluries. Plautus Persa, Metuo hercle uereſcundũ ego iam compluries.

Complũuium, uii, n. f. *τὸ ὀχετὸς ὑδάτων ὑετίων συρρέοντος γίνεται.* [Ital. Fogna, luoco doue la ploggia di piu terri si raccoglie. Gall. Vne gouriere, ou esgout, ou la pluye de plusieurs toictes s'assemble. Hisp. El patio de casa. German. Ein solchs ort an welches das Regenwasser võ vilen Techeren zůsammen laufft.] A pluuis dicitur locus in ædibus, quò de diuersis tectis aqua pluuialis defluit. Columella libro 4. capite 24. At si longius, quàm ritus agricolarum permittit, & à capite uitis emicuerit, & brachijs in aliorum complunia perrepserit, &c.

Compluuius, a, um, adiectiuum. *ὑετῶν ὄμβρων δεκτικός:* ut, Compluuius lacus: qui ex pluuijs aqua colligitur. Varro li. 1. de Re rust. cap. 13. Vna, ut interius compluuium habeat lacum, ubi aqua saliat, qui intra sylobatas quum uenit, sit semipiscina.

Complũtãtus, adiectiuum. Ad compluuii modum factum: ut, Compluuiata uinea. Plin. lib. 17. cap. 21. Quinque pene

rum ulnæ sontaut sparsis per terram palmitibus, aut per se uire subiecta, uel cum adminiculo sine iugo, aut pedata simplici iugo, aut compluuiatę quadruplici Et paulò pòst, Compluuiata copiosior uino est, dicta à cauis ædium compluuijs. Varro primo de Re rustic. capit. octauo, lugationis species duæ: una directa, ut in agro Canusino: altera compluuiata in longitudinem, & latitudinem iugata, ut in Italia plerq.

Cõpõno, is, pen. prod. a. t Simul pono, coniungo, *συντίθημι*. [Ital Componere, mettere insieme. Gallic. Compoter, mettre ensemble proprement, agenser, assembler & joindre His. Componer cosas diuersas. Ger Zůsamen setzen zů samen machen.] Virg. 8. Aen. Cõponens manibusq; manus, atq; ordine ora. ¶ Item disponere, constituere, *συντάττειν*, *κατακοσμεῖν*. Cicer. pro Deiotaro, Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munerare constituerat Idem 3. de Orat. Collocationis est componere, & struere uerba sic ut neúe aspera eorum concursus, neúe hiulcus sit, sed quodammodo cogmentatus & læuis. ¶ Accipitur etiam pro ædificare, *κατασκευάζειν*. Virg. 3. Aen. Quàm tota posis urbem componere terra. ¶ Item comparare, *συμβάλλειν* [Ital. Comparare, assimigliare Gal Comparager, conferer His. Coteiar. Germa. Vergleychen, eines gegen den anderen setzen oder halten.] quoniá quæ cõparantur iuxta se ponuntur. Salust. in Iugurtha, Vbi Metelli dicta cum factis componit. Virgil. 1. Aegl Sic paruis componere magna solebam ¶ Quandoq; ornare, *κοσμεῖν*: nam compositio apta ornatum affert. Idem 4. Georg. Dulcis compositis spirauit crinibus aura. ¶ Quandoq; colligere *συλλέγειν* Cic. in Diuinat. in Verr. Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis, ex aliis orationibus compositum dedit. ¶ Quandoq; reficere, recreare, Virg. 4. Georg. Vix defessa senem passus componere membra. ¶ Quandoque lenire. *πάνειν*. Ambro. lib. 1. Offic. Canere debemus ne in perturbationem prius incidamus, quàm animos nostros ratio cõponat. ¶ Quandoq; finire, claudere. Virg. 1. Aen. Antè diem clauso componet uesper olympo. ¶ Quandoq; concordare. *συναλλάττειν*, *κατηρτίσθαι*. Plaut. in Curc. Si possum hæc inter uos componere. Virg. Aeg 1. Non nostrum inter uos tantas componere lites. Quandoq; conuenire, pacisci. *συνθήκας ἔχειν* Vnde dicimus Ex composito aliquid agere. *ἐκ συνθήκης*, pro eo quod est, ex conuentione, uel quemadmodum inter nos conuenit. Plin. Nihil non ex composito facimus, passum seruauimus. ¶ Quandoq; fingere, simulare. *πλάττειν*. Salust. Non sunt composita mea uerba: parui id facito, ipsa uirtus satis ostendit. Plaut. Quas iste fabellas compoſuit?

Cõpõsitus, Compositior, Cõpositissimus, nomen ex participio. *διατεταγμένος*, *προσηρμοσμένος*. [Ital. Ordinato, composto, bene ordinato, fatto con ordine Gal. Composté, bien ordonné, fait tout à propos. His. Compuesto, ataviado Ger Zůsammen gesetzt, wol geordnet.] Liu. 8. secũdi bel. Pun. Acrior impetu atq; animis, quàm compositior ullo ordine pugna fuit. Cicer. 4. in Verr. Et ex accusatione perficiam ut nemo unquam post hominũ memoriam patrior, uigilantior, compositior ad iudicium uenisse uideatur. Idem ad Attic. lib. 6. Admiratus sum, ut uidi obsignatam epistolam, breuitatẽ eiusdem aperui, *ἐπιστολὴν συγκεκλεισμένην* literularũ, quæ solent tuæ cõpositissimæ & clarissimæ esse.

Compostus per syncopen. Virg. 1. Aenei. - nunc placida compostus pace quiescit.

Compositò, ablatiuus uice aduerbii, *κατὰ σύνθεσιν*, *ἐμπαρασκευῶς*. [Ital. Pensatamente, con animo deliberato. Gallicè, De fait appensé, tout à propos, de propos deliberé. His. Con deliberacion. Ger. Aus anschlag und vorbetrachtung, durch ein vorangelegte sach.] ut Composito aliquid agere, hoc est simulatè, & data opera. Terent. in Phorm. Compositò factũ est, quomodo hãc amás habere possit sine dote

Compositè, aliue aduerbium, Idem significans quod aptè. *συντεταγμένως*. [Ital. Ordinatamente, per ordine, propriamente Galli. Auec bonne ordonnance, par ordre, proprement His. Con Donea y araviadamente, con orden Ger. Ordentlich Geschicklich, Fein.] Cicer. 1. de Orat. Sin oratoris nihil uis esse nisi compositè, ornatè, copiosè loqui, id est, eleganter.

Compõsitor, oris, m. t. uerbale. *συντάξις*, *συγγραφεύς*. [Ital. Compositore di qualche cosa. Gall. Qui compose & assemble quelq; chose. His. Componedor ò acabador Ger. Zůsammen setzer oder ordner.] Cic. in Orat. Non enim inuẽtor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia. Ouid. 2. Trist. Plus tibi permisit compositore suo.

Compõsitio, onis, f. t. uerbale. *διάταξις*, *διακοσμησις*, *κατασκευή*. [Ital. Compositione. Galli. Composition, assemblement proprement fait, acord. His. Composicion Ger. Ein zůsammen setzung, oder das machen eines dings.] structura, constructio, Compositio unguentorum. Plin. lib. 20. ca. 24. Sed discedendum ad hortensibus rebus, unam compositionem ex his clarissimam subtexemus. Cic. 2. de Legi. Totus huius iuris compositio pontificalis magnam religionem cæremoniamq; declarat. Idem 1. Officio Apta compositio membrorum ¶ Interdum idem quod dispositio Cic Offic. Ordo est compositio rerum aptis atq; accommodatis locis. ¶ Nonnunquam idẽ quod pactum, conuentio, transactionum compromissum Idem 1. Philip Pacis, concordiæ, cõpositionis autor esse non destiti. ¶ Compositio, discordiarum pacificatio. Cæs. 1. bell. Ciu. Legatos ad Pompeium de compositione mittit cõpertit.

Compositura, rx, f. pen. el Compostura. Cato de Re rust. capit. 25. Trapetus emptus est in Suessano nummis quadringentis, & olei. P. L. composturæ nummis sexaginta, &c. Gell. li. 5 cap. 20 Solœcismus est impar & inconuenientis compositura partium orationis.

Compõrto, as, a. p. Cõgero, in unũ locum porto. *συμφέρειν*. [Ital. Portare in un luogo Gal. Porter ensemble. His. Traer acuestas inuntamente. Ger. Zůsammen tragen.] Cic. in Pison. Quum ferborum delectus haberetur in foro arma in templo Castoris luce & palam comportarentur. Comportare frumentum ex agris in loca tuta. Cicer ad Attic. lib. 5. Horat. 2. Sermon. Si quis emat citharas, emptas comportet in unum.

Compos, otis. t Dicitur qui habet, uel assequutus est aliquid *ἐγκρατὴς γενόμενος*, *ἐπιτυχών*. [Ital Colui che ha ottenuto qualche cosa. Gall. Jouissant & ayant, participant, ayãt en sa puissance. His. El que alcança alguna cosa Ger Der etwas bekũmt, oder erlaugt hatt.] Valerius lib. 1. Impetratores compotes uictoriarum. Plaut. in Capt. Atq; ita me Rex deorum atq; hominum fecit patriæ compotem. ¶ Compos animi, qui animum suum habet in potestate, uel qui habet sanum animum. *ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ*. Terent. in Adelphis, Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. ¶ Huic opponitur Impos: ut Impos animi, pro insano, furioso, amente, qui animo sanus non est, quiue animi instrumentum habet uitiosum. Plaut. in Capt Eripite isti gladium, quæ sui est impos animi. ¶ Sic Compos uoti, & Impos uoti. Cicero. Nam quo modo uictores dicimus uoti compotes, qui quicquid uolunt faciunt: sic uictos econtrario uoti impotes, qui non possunt facere quod uolunt. ¶ Legimus etiam nonnunquam Compos miseriarum: ut etiam in malam partem accipiatur. Plaut. in Epid. Cedò mannum mihi, accipe strumnarum, & miseriarum compotem, id est qui simul secum miserias sit habiturus. Sunt autem Compos & Impos generis communis, composita ab antiqua & inusitata uoce Pos, potis: unde & possum & Possideo. Pos autem idem est quod Potes, cuius genitiuo Potis nunc loco nominatiui utimur. Pers. Nec potis es nigrum uitio præfigere theta. Virgil. 3 Aeneid. Nec potis Ionios fluctus æquore sequendo. Terent. in Phorm. Adulescens primum abs te hoc bona uenia peto, Si tibi placere potis est, ut respondeas mihi. Hoc est si potest, siue possibile est. Quod autem Persius dicit, Qui potestuis dicam inugatis. Pote pro Potis accipitur metri causa. Similiter apud Propertium, Qui pote quisq; in ea conterat arte diem. ¶ Iungitur quandoque Compos cum ablatiuo. Salust. Neque animo, aut lingua satis compos. Liu. libr. 3. Prædaque ingenti compotem exercitum, suis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amissa erant, reducit. Quo in loco compotem, quasi affluentem & lætum significare puto. Sæpius tamen genitiuo iungitur.

Compositè, & Compositò, aduerbia, Vide Compono.

Compõto, as pen. prod. Simul poto. *συμπίνειν*. [Ital. Bevere con gl'altri. Gallic. Boire ensemble. Hispanic. Beuer uno con otros juntamente. Germanicè, Mit einander trincken.]

Compotatio, onis, f. t. Conuiuium, *συμπόσιον*. [Ital. Il bere di com-

de compagnia. Gall. Beunette auec autre, beuuerie auec autre. Hiſp. Beuida de unos con otros. Ger. Ein trincket maal, Zech.] Cic. de Senect. Bene maiores accubationem epulationem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt melius quam Græci, qui hoc idem tum Comporationem, tum concœnationem uocant.

Compotor, oris, uerbale, m.t. *συμπότης.* [Ital. Compagno al bere. Gall. Compagnon à boire. Hiſ. Beuedor que beue con otros. Ger. Ein Zechgeſel oder zůtrincker, Mittrincker] Cic. 2. Philip. Tum adhibes ioci causam magiſtrum ſuffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem. ¶ Odi meorum compotorem, *μισῶ μάμονα συμπότην.* In eos qui quæ inter amicos & inter pocula dicuntur liberius, foras eliminant. Lucianus in Lapithis, & Martialis.

Compotrix, cis, femininum. *συμπότρια.* [Ital. La compagna al bere. Gall. Compagne à boire. Hiſp. Beuedora que beue con otros. Germanic. Ein Mittrinckerin, die in einer Zech begriffen iſt.] Terent. in Andr. Quia compotrix eius eſt.

Compręs, Appellantur eiuſdem rei ſponſores. *συνέγγυοι.* Feſtus.

Compranſor, oris, m.t. Qui ſimul prandet, *συναριστήτωρ.* [Ital. Chi fa banchetti con altri. Gall. Qui diſne auec un autres, compaignon au diſner. Hiſpa. El que come con otros. Ger. Der mit einem zů Mittag iſſet.] Cic. 2. Philip. Hunc tu igitur compranſoribus, & colluſoribus diuidebas.

Compręcor, aris, a.p. à Precor compoſitum eſt, idem ſignificans quod ſimpler. *Λίτομαι.* [Ital. Pregare. Gal. Prier affectueuſement ou ſolennellement. Hiſp. Rogar. Germ. Bitten.] Terent. in Adelph. Abi domum, ac deos comprecare uxorem accerſas. Comprecari cœleſtium fidem, dixit Catullus, pro eo quod eſt, Deorum auxilia implorare: Cœleſtium fidem ſupplex comprecor hora.

Comprecatio uerbale, f.t. *κατιγχή, ἰγχή.* [Ital. Prego, ſupplicatione. Gall. Priere ſolennelle, ſupplication. Hiſp. El ruego. Germani. Bitt.] Genus precationis, quæ ſolenni quodam ritu ab uniuerſo populo fiebat apud Romanos, ut docet Gellius li. 13. c. 22. Liu. 9. bel. Macedo. Nulli unquam concioni, Quirites tam non ſolùm apta, ſed etiam neceſſaria hæc ſolennis deorum comprecatio fuit, quæ uos admoneret, &c. Nos Supplicationes uocamus, qua etiam nocte ueteres uſi ſunt.

Comprĕhendo, is, comprehendi, henſum, a.t. Propriè eſt manu capio. *λαμβάνω, συλλαμβάνω.* [Ital. Pigliare, comprĕdere. Gal. Comprendre, empoigner, entendre. Hiſ. Prender. Germ. Begreiffen, ertůtſchen.] Plaut. in Aulul. Dicant, eoqui abſtulerunt, comprehendite, Vincite, uerberate, in puteum condite. Cicer. de Natur. 1. Quid opus manibus, ſi nihil comprehendatur? Sic. Comprehendere hoſtem, & comprehendere aliquem in fuga, apud Cæſarem, & Comprehendere arma, apud eundem, pro capere. ¶ Sed per trãſlationem ponitur aliquando pro percipere, uel intelligere. Cic. Famil. lib. 6. Quæ didiciſti, quæq; ab adoleſcentia pulcherrimè à ſapientiſſimis uiris tradita, memoria & ſcientia comprehendiſti, ijs hoc tempore utare. In qua ſignificatione dicimus quoq; Comprehendere animo, mente, ratione ſenſibus, intelligentia, &c. Aliquãdo ponitur pro perſtringere, concludere, uel complecti. Cic. Attic. Cato uerbis lucrecrioribus & pluribus rem eandem comprehenderat. Idem de Orato. Ac ne plura, quæ ſunt penè innumerabilia, confecter, comprehendi breui. ¶ Aliquando pro proſequi Cic. Famil. 13. Sed ut redeam ad id unde cœpi, uehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua, quæ eſt ſingularis, comprehenderis, id eſt, complexus fueris. Quemadmodum idem ad Curionem ſcribens, inquit: De ipſo T. Annio tárdm tibi polliceor: ita maioris animi, grauitatis, conſtantiæ, benevolentiæ erga te, ſi complecti hominem uolueris, habiturum eſſe neminem.

Comprĕhenſum, n.ſ. ſubſtantiuè, *κατάληψον.* Cic. li. 4. Acad. Quum quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti.

Comprehenſibilis, le. *κατάληπτός.* Cicero primo Academ.: Haut uiſum, quum ipſum per ſe cerneretur, comprehenſibile.

Comprehenſio, f.t. *κατάληψις.* [Ital. Intelligenza, apprenſione. Gal. Comprehenſion, empoigement, priſe ou ſurprinſe. Hiſpanicè, El prendimiento. Germanicè, Ein verſtand Begreyffung.] Cicer. lib. 1. de Finib. Cogitationes, comprehenſiones q; rerum. Idem 4. Academ. Perceptio & comprehenſio. ¶ Accipitur item pro ipſo comprehendendi, ſiue capiendi actu. Cic. 1. Philipp. Nam quũ comprehenſio ſontium, mea animaduerſio, Senatus fuerit.

Comprimis, penult. prod. Idem quod in primis. *εἰς τὰ πρῶτα.* Cicer. pro Quinto, L. Albius uir bonus, & comprimis honeſtus.

Comprĭmo, is, a.t. penult. corrept. Premo, ut uuæ comprimuntur, quo uinum effluat. *συπίζω.* [Ital. Comprimere, ſtringere, premere. Gall. Eſtraindre, ſerrer, clorre. Hiſp. Apremiar, apretar. Ger. Zůſammen trucken.] Plaut. Pſeud. Comprimere dentes uideor poſſe aliquo modo. ¶ Item cohibeo, compeſco. *συνέχω.* Plaut. Rud. Comprime hũc ſic, ſi tuus eſt. Terent. in Heaut. At tu tibi iſtas poſthac comprimito manus. Plaut. in Amph. Ego tibi iſtam hodie ſceleſte comprimam linguam. ¶ Comprimere audaciam alicuius. Cicer. ad Cato. ¶ Comprimere aluum, hoc eſt ſiſtere, cohibere. Celſus lib. 6. capite 18. In hoc autem caſu neque acribus cibis utendum, neque aſperis, neque aluum comprimentibus. ¶ Comprimere, ſupprimere. Cic. ad Attic. lib. 3. Scripſi equidem olim ei iratus, quod ille prior ſcripſerat: ſed ita compreſſeram, ut nunquam emanaturum putarem. ¶ Comprimere uirginem, pro uitiare. *βιάζομαι.* Liui. 1. ab Vrbe. Compreſſa Veſtalis, quum geminum partum edidiſſet, &c. Martialis, Villica uti duri compreſſa eſt nupta coloni,

Incaluit quoties faucia uena mero.

Compreſſus, us, ui, Pro coitu *φθορά.* Plaut. Nunc ad amicam decimo die Athenas uiſo, Quam grauidã hîc reliqui compreſſu meo. Terentius Adelph. Virgo ex eo Compreſſu grauida facta eſt.

Compreſſiuncula, culæ, dimin. *συνθλιμμάτιον.* Plaut. Dulces amantium compreſſiunculæ.

Compreſſio, onis, uerbale. *σύνθλιψις.* [Ital. Chiuſura, ſtrettura. Gall. Serrement, eſtraignte. Hiſp. Apretamiento, obra de apremiar. Germanicè, Zůſammentruckung.] Cic. de clar. Orat. Grandes erant uerbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breues, & ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri.

Compreſsè, aduerb. Succinctè, artè *συντόμως.* Cic. 2. de Fin. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat: quòd latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreſſius.

Comprŏbo, bas, a.p. Idem quod approbo. *δοκιμάζω, ἀποδέχομαι.* [Ital. Lodare, affermare, approuuare. Gall. Aprouuer du tout, trouuer bon, auouer. Hiſp. Aprouar. Germ. Loben, für gůt geben, im gefallen laſſen.] Cæſar. 5. bel. Gal. Comprobat hominis conſilium fortuna. Cicer. 4. Verr. Eorum ego dignitate accuſationem meam comprobare non potero, laudare, & uehementiſſimè comprobare, Cic. pro leg. Manil.

Comprŏbator, toris, m.t. uerbale. *δοκιμαστής.* [Ital. Che approua & ha grata una coſa. Gall. Qui aprouue & à agreable. Hiſp. Approuador, el que aproua. Germ. Ein lober, der im ein handel gefallen laſſet] Cic. 1. de Inuent. Deinde eius facti qui ſunt principes & inuentores, qui deniq; autoritatis & inuentionis comprobatores atq; emuli.

Comprobatio, tionis, f.t. *δοκιμή.* [Ital. Approbatione. Gall. Aprobation, louange. Hiſp. Aprouacion. Ger. Das růmen und die bewárung eines dings.] Cic. 5. de Fin. Quis eſt tam diſſimilis homini, qui non moueatur & offenſione turpitudinis, & comprobatione honeſtatis?

Compromitto, a.t. Eſt præeunte utriuſq; litigatoris promiſſione, litem arbitrio boni uiri ſubmitto. Promittebat enim uterq; ſe arbitri ſententiæ pariturum. *ἐπιτρέπω.* [Ital. Cõpromettere, far compromeſſo. Gall. Compromettre, faire un compromis, & ſe raporter à arbitres. Hiſp. Comprometer. Ger. Mitt einem verheiſſen etwas zůthun, bemilligen oder Angeloben eio ſach an ſcheydrleůt zůlaſſen.] Cic. ad Qu. Frat. li. 2. Tribunitii candidati compromiſerunt H S. quingenis in ſingulos apud M. Catonem depoſitis, petere eius arbitratu, ut qui contrà feciſſet, ab eo cõdemnaretur.

Compromiſſum, n.ſ. Dicitur poteſtas decidendi controuerſiam aliquam data arbitro à litigatoribus per utriuſq; promiſſionem, quã polliciti ſunt ſe eius iudicio obtemperaturũ

ro, aut mulctam, quæ inter eos conuenerat persoluturos. *διαγραφή.* [Ital. Compromesso, l'accordo di stare al giudicio dell'arbitro. Gall. Cõpromis, promesse & acord de croire aux arbitres. Hisp. Compromisso. Germ. Der gemelt, der entscheydung eines handels, an welchen man sich beydẽ seyten versprochen vnd verheissen hatt, sich zůbegeben.] Cic. ad Coruif. li. 12. Sed à magistris quum contenderem de proferendo die, probarunt mihi sese, quo minus id facerent, compromisso & iureiurando impediri. Compromissum facere de re aliqua. Cicer. pro Rosc. Comœdo. Quæ quum ita sint, quæro abs te quid ita de hac pecunia, de his ipsis, H-S IↃↃↃ. de tuarum tabularum fide compromisum feceris, arbitrum sumpseris. Ex compromisso ad arbitrum ire, Proculus in l. Societatem. ff. pro socio.

Compromissarius, adiect. *διαιτητικός.* Compromissarius iudex, *διαιτητής* & *διαιτητής.* Callistratus in l. Cum lege Iulia. ff. de recep. arb. Nemini licere minorem viginti annis compromissarium iudicem eligere.

Cõmptãm, (in quo Festus Pompeius) genus libaminis quod farina conspersa faciebant. Apud festum tamen, à quo hanc vocem ille iisdem verbis seruatis, in Dictionarium suum transtulit, Conipteria legitur, non Comptũ à verbo nimirum Græco *κονίπτω*, quod est puluere aspergo.

Cõmptũs, participi. & Comptus, us. Vide Como.

Cõmpãgno, as, are, Simul pugno, & per metaphoram verbis contendo *ἀμφισβητῶ.* [Ital. Contendere. Gall. Combatre, s'entrebatre, ou estriuer ensemble. Hispan. Pelear vno con otro. Germ. Mit einander im streyten.] Gell. lib. 14. ca. 1. Ea ig inter eos contentio quum longius duceretur, non arbitratus ego operæpretium esse, hæc ista diutius audire, clamantes oppugnantesq; illos reliqui.

Cõmpãlso, as, a. p. Idem quod collido *συναράττω.* [Ital. Vrtare contra qualche cosa. Gall. Heurter contre quelque chose. Hisp. Herir una cosa con otra. Ger. An einas stossen, oder vneyben.] Col. li. 11. eadem quæ semper mare conspicit, compulsatur ac fluctu conspergitur.

Cõmpũgo, compunxi, ctum, Idem quod pungere. *ἰσχνανσίαν παταγίζω* [Ital. Pungere. Gal. Poindre, esguillonner, piquer fort & ferme. Hisp. Punçar. Germa. Strechen, Stich geben.] Columell. libro octauo capite 14. Cauendumque est, ne aut aculeis urticæ compungantur. ¶ Sensum compungere dicuntur, quæ sensus offendunt, ut splendor oculos, gustum amaritudo, tactũ res vel calidæ nimis, vel frigidæ, vel asperæ, auditum sonitus vehementes, de quo vide Lucre. lib. 1.

Cõpũnctãs, Signatus. *ἐστιγμένος.* [Ital. Segnato. Gallicè, Marqué de poincts, notè & piqué au visage, comme un esclaue fugitif Hispanie. Senualado. German. Gezeichnet.] Cicer. libro secundo Offic. Barbarum, & eum quidem (ut scriptum est) compunctum notis Threiciis, districto gladio iubebat abire.

Compunctio, nerbale. *κατάνυξις* [Ital. Pontura, dog'ia di fianco. Gall. Poincture, esguillonnement. Hispan. Punçadura. German. Stich.] Plin. lib. 22. cap. 9. Hæc quoq; potio mulieres ex aborsu purgat: laterum compunctiones tollit, & vesicæ calculos.

Cõputo, as, pen. corr. Idem quod putare, siue ramos superfluos abscindere. *κλαδεύω, κλαδεύσις, κλασμός.* [Ita. Potare, brusare. Gall. Paner, couper. Hispan. Potar y cortar arboles. Germa. Ethauwen. Beschneitten.] Frequentius tamen ad meorem refertur, pro existimo, iudico, siue reputo. *λογίζομαι.* [Ital. Giudicare, estimare. Gall. Estimer, penser ou iuger. Hisp. Pensar, estimando, juzgar. Germ. Achten, Vrtheylen, Schetzen.] Plin. lib. 9. cap. 15. Cõputet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius sór Fabricius in triumphum tulerint, & imaginetur eorum fercula. Lactant. lib. 3. Eam hominum sapientiam pro summa stultitia cõputat. ¶ Item cõnumero, siue rationes sint duco, quod nulgò dicitur Computum facio. *συμψηφίζω.* [Ital. Numerare, computare. Gal. Conter, faire conte, calculer. Hisp. Contar por numeros. Germa. Rechnen, aus rechnen, zůsammen rechnen.] Cic. In Lælio dixit. Ad calculum reuocare. Plin. in Epist. Si computes annos, exiguum tempus. Plin. libro 33. capite 6. Si computetur impendium operæ. Plaut. in Mil. Dextera digitis rationem computat, ferlens femur. ¶ Interdum imputo. Plaut. in Merc. Computat uxor, id est imputat.

Computatio, *ἡ.* uerbale. *λογισμός, συλλογισμός.* [Ital. Computo calculo. Gall. Conte, calcul. Hisp. Cuenta. Germ. Ein Rechnung, anrechnung.] Plin. lib. 17. cap. 22. Operarum ista computatio est. Idem lib. 22. cap. 18. Minima computatione millies centena millia.

Computabilis, le, omn. *ἀναριθμητός, λογιστός.* [Ital. Che si puo computare. Gallicè, Contablé, qu'on peut & qu'on doit conter. Hisp. Cosa que se puede contar. Germ. Das man Rechnen kan vnd mag.] Quod computari potest, & numerari.

Computresco, scis, n. t. Idem quod putresco. *σήπομαι.* [Ital. Gonfiarsi, corrompersi, diuenter putrido. Gall. Se pourrir auec, deuenir pourri. Hisp. Podrirse. Germ. Verfaulen.] Jul quum ouiæ res mutuo contactu putrescunt. *συμπαπτά δεται.* Plin. li. 13. ca. 13. Propterea arbitrarier eos non computruisse, Col. lib. 7. cap. 10. Quoniam mutuo contactu aut computrescent, aut vermibus interibunt. Plin. lib. 11. cap. 7. Capillum denigrant sanguisugæ, quæ in nigro vino diebus LX, computruere.

Cõn, & Com, idem significant. *σύν.* [Italicè, Con. Gallicè, Auec. Hispanicè, Con. Germanicè, Mitt.] sed Com tantùm separata, Con uerò semper composita reperitur, & significat simul: ut, Coniungo. ¶ Interdum contrà, ut Contendo. ¶ Interdum valde, ut Concrepo. ¶ Et est sciendum quòd quando componitur cum dictione à vocali, vel ab h incipiente, semper n, abijcitur: ut Coepto, Cœreco, Cohorror, Cohibeo: in Comedo, n, mutatur in m, ut Cogo ab e tolluntur. Quando componitur cum b, m & p, transit n in m, ut Combibo, Commoueo, Compareo: cum c uerò, d, f, g, n, q, s, t, i, & u, consonantibus, manet n integra: ut Concurro, Condo, Confugio, Congero, Coniecto, Connecto, Conquiro, Consequor, Constare, Conuenio. In reliquis n, mutatur in sequentem litteram: ut, Colligo, Collumen, Corrigo.

Cõnãmen, Cõnãtarãm, Vide Conor.

Conatus, *ὁ*, ab Alexandrinis appellatur frutex quidã aculeatus, teste Agathocle, qui à Dioscoride Paliurus nominatur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 107.

Conatus, Vide Conor.

Concæco, cas, *μυθέω, καταχίζω.* [Ital. Imbratter con merda. Gall. Embrener & chier dessus. Hisp. Enzuziar con estiercol. Ger. Beschyssen.] Senec. Puto concacaui me. Idem Quid autem feceris nescio, omnia certè concacauit.

Concædes, concædium, plura. nom. *τὰ ἀπὸ τῶν ξύλων ἐστὶ προβλήματα, τὰ ξυλοπαλίσματα.* Sepimenta, siue munitiones ex cæsis arboribus confectæ. Tacit. li. 1. Romanus agmine propero syluam cæsam, limitemq; à Tiberio coeptũ incidit, castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munitus. Vide Cæl. Rhodig. libro quinto capite vlt.

Concaleo, les, n. Idem quod calco. *θέρμαι.* [Italicè, Scaldarsi. Gallicè, S'eschaufer de toutes parts. Hisp. Escalentarse. Germanicè, Vnarm oder Heils werden.] Plaut. in Amphit. Prius abis quam lectus, ubi cubuisti, concaluit locus. Varr. 1. de Rustic. cap. 18. Concaluit stomachus ut digerat multa facilius.

Concĕlo, ãui, ãtum, cis, vel Concalfacio, cis, Calidum reddo. *θερμαίνω.* [Ital. Scaldare alcuna cosa. Gal. Eschaufer de tous costés. Hisp. Escalentar à otro. Germ. Erwarmen, warm oder heiss machen.] Cic. 1. de Orat. Et ait idem, quum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare.

Concalesco, scis, neutropassiuum. *ἐνθερμαίνομαι, συνθερμαίνομαι.* [Italicè, Esser caldo. Gallicè, Deuenir chaud. Hispanicè, Ser aliento. Germanicè, Erwarmen, warm werden.] Varro 1. de Re rustic. capite 9. Curator oportet circumeat, diebus interpositis aliquos ac uertere ova, ut æquabiliter concalescant.

Concalefactus, a, um, *συνθερμανθείς.* [Ital. Scaldato. Gallicè, Eschauffé. Hisp. Escalentado. Ger. Gewermet.] Cic. 1. Tusc. Illam uerè tunditus reiiciamus in indiuiduorum corporum leuium & rotundorum concussionem fortuitam: quam tamen Democritus concalefactum, & spirabilem, id est animalem esse voluit.

Concalefactorius, a, um, *συνθερμαντικός.* Plin. lib. 22. cap. 10. Vis ei concalefactoria, hoc est excalefactiua, & naturalem excitare.

Concas

Concaleſco, ſcis, Calidum fieri, uel calidum eſſe. *θερμαίνομαι*. [Ital. Scaldarſi. Gal. Deuenir chaut. Hiſ Eſcalentarſe. Ger. Warm ſein, oder warm vnd heiß werden.] Cicer. 1. Tuſ. Calidior eſt enim, uel potius ardentior animus, quàm eſt hic aër, quem modò dixi craſſum, atq; cõcretum. quod ex eo ſciri poteſt, quia corpora noſtra terrena principiorum genere confecta, ardore animi concalefcunt.

Concalleo, les, Idem quod Calleo, callos acquiro, callis obducor. *τυλῶμαι*. [Ital. Far' il callo. Gal. S'endurcir, receuoir cals & durillons aux piés & aux mains ou autrex lieux. Hiſp. Hazer callos. ò hazer ſe callo. Germ. Hert werden erharten.] Cic. 1. de Nat. deor. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens uerſatur: Callidos autem, quorum tãquam manus opere, ſic animus uſu concaluit.

Concamerare, n p. Eſt ad fornicis formam & arcuato opere ædificare. *καμαρόω*. [Ital. Fabricare in volto. Gall. Voulter, edifier en voulte. Hiſpa. Hazer edificio de boueda. Ger. Wolben, in einandren wolben.] Vitruu. Intervalla aut cõ camerando, aut ſolidanda fiſtucationibus. Plin. li. 11. ca. 24. Specus ipſa, qua concameratur architectura.

Concameratio. f. t. Verbale. *καμάρωσις, ἐρεφωσις*. Concamerationes dicuntur ædificia quæ arcuato opere fiunt. Pli. li. 6. Si hypogæa, concamerationesq; inſtituentur, fundationes eorum fieri debent craſſiores. Sabinus in l. Si cui ædes. ff. de leg. 1. Conclaue quod ſupra concamerationem alterum alium eſſee. ¶ Concamerationes etiam dicuntur per golarum hortẽſium tecta, ad arcuati operis ſimilitudinem facta, quæ aut uitibus, aut alio opere topiario ad opacanda ambulacra ſolent obduci.

Concaſtigo, as, Idem quod caſtigo. *σωφρονίζω, παιδεύω, κολάζω*. [Ital Caſtigare. Gal. Chaſtier. Hiſ. Caſtigar ò corregir. Germ. Züchtigen.] Plaut. Trin. Nam ego amicum concaſtigabo pro commerita noxa.

Concateno, aũ. p. *συνεμπείρω*, à uerbo cateno, quod ſignifica ligo, inuoluo.

Concauſa, quæ cum altera æqualem facit effectum. Coadiutrix cauſa eſt quæ ſua uirtute morbum efficere non poteſt, alterius auxilio poteſt.

Cõcauãtus, Sinuoſus, uacuus. *κοίλος*. [Ital Concauo. Gall. Creux, cauè. Hiſpani. Profundo ò hueco. Germanic. Hol] cuius antitheton eſt Conuexus. Vnde Concauitas. Cicer. 2. de Natur deor. Speluncarum concauas altitudines, laxorum aſperitates. Ouid. 4. Metamorph. impulſaque tympana palmis, Concauaq; æra ſonant. Cicer. de Fato, Stupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet.

Concauo, uas, are, Idem quod ſimplex Cauare. *κοιλάω, κοιλαίνω*. [Ital Cauare. Gal. Cauer. Hiſp. Cauar. Germanicè, Hol machen. auſs hólen.] Concauare brachia in duos arcus, id eſt inflectere & ſinuare, ut formam imitentur duorum arcuum. Ouid. 2. Metam. Eſt locus in geminos ubi bracchia concauat arcus Scorpius.

Cõcedo, dis, n. t. pen. prod. pro Do, permitto. *παραχωρέω, ἐφίημι*. [Ital Concedere, permettere, dar licenza. Gal. Ceder à quelqu'un, ſe partir & faire place à un autre, otroyer. Hiſp Dar ò otorgar. Germ. Vueychen, zůgeben, zůlaſſen.] Terent. in Adelph. Hui meruiſti nunc? ſi de tuo iure conceſſeris paululum, &c. Cicer. Diuinat. in Verrem, Da mihi hoc concedo quod facile eſt. ¶ Item recedere. *ἀναχωρέω*. Terent. in Hecyr. Hic uideo me eſſe inuiſam immeritò, cẽpiſſe alibi concedere. Liu. 1. bell. Pun. Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam, in hyberna conceſſerat. Idem, Quæ cum agerentur, hoſtes in loca altiora cõceſſere. ¶ Aliquando credere, conſentire. *συγχωρέω*. Terent. in Phorm. Nunquamne hic hodie concedes mihi, neq; intelliges? Cic. in Lelio, Quòd ſi rectum ſtatuerimus, uel concedere amicis quicquid uelint, uel impetrare ab his quicquid uelimus, perfecti quidem ſapientia ſumus.

Concedo generale uerbum. unde uim accipit à natura connectus cui adiungitur, uide Bald. in leg. non ambigitur. ff. de legat.

Concedere pro permittere temporarium eſt, cadere perpetuum. Vide text. uncta Glo. ſ. ad eum ff. de donation.

Conceſſum, ſi, ſubſtantiuum. *συγχώρημα*. Cicer. pro Cælio, Sed abhorret non modo ab huius ſeculi licentia, uerum etiam à maiorum conſuetudine atque conceſſis. Id eſt, permiſſionibus atque conſtitutionibus.

Conceſſus, us, oi, pro permiſſu. *παράφασις*. [Ita. Permiſsione cõceſſione. Gal. Permiſſion, congé, otroy Hiſ. Otorgamiẽto. Ger. Ein zůlaſſung, erlaubnuſs.] Cic. pro Cæl. Datur enim conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati.

Conceſsio, onis, Idem quod conceſſus. *συγχώρησις*. Cicer. ad Atticum, Et noſtra conceſſione omnem uim ſui iuris amiſerint.

Concelebro, bras, Idem quod celebro, hoc eſt, frequento. *φοιτῶ*, [Italicè, Celebrare. Gall. Celebrer enſemble, feſter, ſolennizer. Hiſp. Muchas uezes hazer alguna coſa. Germa. Herrlich vnd gemeinlich begon, als ein Feſtag.] Concelebrare diem feſtum, eſt feriari, *ἑορτάζειν*, Concelebrare conuiuium, uel exequias, eſt cum quadam celebritate exhibere, uel inſtruere. Cic. de Per. Conſul. Et in conuiuis quæ facere te oportet, & amicis tuis concelebrentur & paſſim, & tributim. Liu. 8. ab urb. Quantum militaribus ſtudiis tu nus uilum concelebrari poteſt.

Concelo, as, are, Idem quod celo. *ἀποκρύπτομαι, ἀποκρύπτω*. [Ital. Celare. Gallic. Celer. tenir caché. Hiſp Encobrir. Germanicè, Verbergen.] Cel. libro undecimo capite 9. Nouid poſtea concelauit, quin gloriæ quoq; hoc ſibi aſſignauit.

Conceptaculo, as, Dictum eſt à Plaut. in Pſeud. pro colligere. Conceptaculo (inquit) in corde ſycophantas. Nonius. *ἐις ἐπιτήδειας συνλέγω*.

Cõcẽntŭs, Conceptio, Concentus, Vide Concino.

Cõceptãculũm, Conceptiuæ feriæ, Conceptio, Conceptus, Vide Concipio.

Cõcẽrno, is, Idem quod Cerno. *βλέπω*. [Ital. Vedere. Gallicè, Veoir clairement & de tous couſtés. Hiſpanicè, Mirar ò uer con los oios. Germanicè, Sehen] Quin. Cicer. de Petit. Conſul. Quòd ſi ſatis grati homines eſſent, hæc tibi omnia parata eſſe debebant, ſicut parata eſſe conCerno.

Concerpo, pis, a. t. ex Con, & Carpo, Idem quod Diſcerpo, lacero. *διασπάω, διαπαράσσω*. [Ital. Scarciare, rompere. Gall. Dechirer, mettre en pieces, rompre en pieces Hiſp. Despedaçar. Germ. Zerreyſſen, zerzerren.] Liu. 8. bel. Macedo. Librum ſque rationis eius, quum Lucium fratrem afferre iuſſiſſet, inſpectante Senatu ſuis ipſum manibus concerpſiſſe, indignatum, &c. Plin. lib. 10. cap. 18. Ille autem protinus concerpſit.

Concerptus, particip. *διασπαραγμένος*. [Ital. Fatto in pezzi. Gall. Dechiré & mis en pieces. Hiſpa. Deſpedaçado Ger. Zerriſſen, zerfätzet] ut Concerpta linteola. Plin. lib. 28. ca. 17. & lib. 21. cap. 3.

Concerto, tas, n. p. Simul certo, contendo. *ἀμφισβητῶ*. [Ita. Contendere, combattere Gall. Debatre, combatre, eſtre en noiſe. Hiſpan. Contender y pelear uno con otro. Ger. Mit einem Streyten oder Kempffen.] Cicero, antequam iret in exilium. Nunc igitur ſi lingua eſt concertandum, innocentiæ uirtute fretus ſupero. Terent. in Adelph. Quid iſtuc Sannio eſt, quod te audio Neſcio quid concertaſſe cum hero?

Concertatio, onis, uerbale. *ἀγωνισμός, ἔρις*. [Ital. Contesa, diſputa. Gallicè, Noiſe, debat, diſpute. Hiſpanic. Contienda de uno con otro. Ger. Ein Streyt, ein Kampff mit worten.] Plin. lib. 20. cap. 18. Qua de cauſa magna concertatio exstitit.

Concertatorius, a, um. *ἀγωνιστικός, ἐριστικός*. [Ital. Contentioſo, guerrigiante. Gallicè, Contentieux, noiſif, Qui giſt à debatre entre les parties. Hiſpan Coſa contendedora, coſa para contender con otro. Germ. Das Streytig oder Kiderig iſt.] Ci. de Clar. Orat. Thucid. enim rerum geſtarum pronuntiator ſyncerus, & grandis etiam fuit: hoc forenſe concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concertatiuus, a, um, Quint. lib. 7. capit. 3 Mutua accuſatio, quam Græci *ἀντεγκλημα* uocant, noſtri quidam concertatiuam.

Cõceſſo, as, Idem quod ſimplex Ceſſo, hoc eſt, quieſco, ab opere uaco. *ἀναπαύομαι*. [Itali è. Ceſſare. Gallicè. Ceſſer, muſer. Hiſpanicè. Ceſſar ò tardarſe. Germanicè, Auffhören, von einem Vuerck ablaſſen.] Plaut. in Pœnul. Poſta

quam autora eſt, nunquam conceſſauimus lauari, aut fricari, aut ornari.

Conceſſatio, nerbale, Ceſſatio, quies. *ἀνάπαυσις.* [Ital. Ceſſamento. Gall. Ceſſe de faire quelq; choſe, muſe, amuſement auec un autre. Hiſp. Ceſſamiento, tardança. Germ. Zuſſhő rung, das ablaſſen von einem ding.] Colum. li. 11. ca. 1. Nam ut in itineribus conficiundis dimidio maturius peruenit is qui gnauiter, & ſine ullis cõceſſationibus permeat, &c.

Cõchã æ, f. p. *κόγχη.* [Ital. Oſtrica & peſci con guſcia dura. Gall. Conche en coquille, poiſſon en coquille. Hiſ. Concha de peſcado Ger. Allerley Viſch die Schalen oder Muſchelen hand, oder die Muſchelen ſelbs.] Græca nox eſt, qua ſignificatur omne genus piſcis firmiorem habens teſtam. Quinetiam teſtæ ipſæ duriores propriè Conchæ dicuntur, quales ſunt cochlearum atq; coocharum. Ouid. Oſtrea quæ in conchis tuta tuere ſuis. Columella, Implicitus conchæ limax. ¶ Concharum genera enumerat Plin. l. 9. cap. 35. & earum naturam explicat eodem lib. cap. 35. In conchis naſcuntur margaritæ, ut ibidem docet Plin. ¶ Vaſis quoq; genus quoddam cõcauum, ac ſuperius patulum, Concham uocamus. *κόγχη.* [Ital. Conca, uaſo, Gall. Vn certain uaiſſeau creux & large, comme un baſſin. Hiſpani. La cuença, ò pila de agua. Germ. Ein weyt flach geſchirr als ein Muſchelen geſtaltet.] Plinius. Rurſus tunditur, deinde lauatur in conchis, ſiccaturq; . Alio nomine Alueo & Alueolos dicimus, & præſertim in longum porrectos, ligno excauato, more lunterium, quæ uocantur Monoxyla. ¶ Item genus uaſis ulnarij, in quod è dolio hauritur uinũ. Iuuen. Quum bibitur concha. ¶ Aliquando ponitur pro tuba. Virg. 7. Aen. Sed tum fortè caua dum perſonat æquora concha. Ouid. li. 1. Met. Cæruleum Tritona uocat, conchaq; ſonanti Inſpirari iubet. His buccinis utebantur Tritones, qui erant tubicines Neptuni. Concham uerò linguam habere, & Veneri eſſe conſecratam, autor eſt Aelia. li. 1. ¶ Conchæ Cyteriacæ dicebantur, quæ margaritas producebant. mulierum ornatui præcipuè conuenientes: & ob id Cytheriacæ dicebantur, quia Veneri gratæ. Martial. Læuior ô conchis Gallæ Cytheriacis. Vocantur alio nomine conchæ margaritiferæ.

Conchatus, pen prod. adiect *κογχοειδὴς.* In morem conchæ curuatus. Plin. lib. 10. ca. 10 de pauone, Simul umbræ quoſdam repercuſſus cæteris qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda.

Cõchis, huius conchis, f. t. *κόγχις,* Fabæ genus, ſiue eduliũ ex fabis, Iuuen. Satyr. 3 Cuius conche tumes? qui recum ſe Vile portum Sutor, & exili uerecis labra comedit? Sunt qui dicant eſſe fabam cum cortice ſuo cluzam. ad differentiam fabæ frixæ, quæ ſine cortice coquitur: à ſimilitudine concharum, quòd fracto cortice uelut implicita cõchis ſuis caruncula uideatur. Mart. li. 13. Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta, Lautorum cœnis ſæpe negare potes. Huius diminutiuum eſt Conchicula.

Conchos, *κόγχος,* Mazæ genus, præ cæteris laudatum. Quo enim nomine apud Græcos ſignificatur oculorum concauitas. Vide Ruell. libro 2. capite 20. & Calium Rhodig. lib. 17. capite 1.

Cõnchÿle, lis, n. t. pe. pro. nel Conchylium, *κογχύλη, κογχύλιον* [Ital. Cocchiglia Gall. Coquille, conche, poiſſon dõt on tire le cramoiſin. Hiſpan. Concha para tennir el carmeſi. Germ. Ein gattung der Meer Schnecken, mit welchem man Purpur ferbet.] Genus conchæ, idem cum murice, cuius lanie pretioſiſſimæ lanæ tingebantur, auſterũ in glauco colorem, & iraſcenti mari ſimilem referentes. Eſt autem diuerſum à purpura, teſte Plin. lib. 9. cap. 35. Conchylia, inquit, & purpuras omnis ora atterit. Cic. in Piſonem, Extructa menſa nõ conchylijs aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. ¶ Ponitur quandoq; Conchylium pro ipſo colore ſicut & purpura, & murex. Plin. lib. 9. cap. 36. Concharum ad purpuras & conchilia eadem eſt materia. ¶ Alio nomine Oſtrum dicitur, eò quòd ex marinarum concharum teſtis eximatur. Conchylium ita q. Muricem, & Oſtrũ in eadem ſignificatione accipimus. Virg. 4. Aeneid. Tyrioq; ardebat murice lana. Idem 2. Georg. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro. Iuuen. Satyr. 3 Horum ego non fugiam conchylia: hoc eſt, luxurioſas ueſtes, & murice infectas. ¶ Conchylium nonnunquam generale nomen eſt ad omnes conchas. Plin. lib. 9. cap. 36. Lingua purpuræ longitudine digitali qua paſcitur perforando reliqua conchylia: tanta duritie aculeo eſt.

Conchÿliãtus, a, um, *κογχυλιατὸς.* [Italicè, Tinto di violato, veſtito di habito violato. Gallicè, De coleur violette. Hiſpanicè, Coſa de carmeſi, veſtidura de carmeſi. Germani. Das mit der Roten Farb deſs Schneckens geferbt iſt.] ut, Conchyliata veſtis. quæ murice tincta eſt. Plin. lib. 9. ca. 39 In conchyliata veſte cætera eadem ſine buccino. Conchyliata periſtromata, quæ infecta ſunt ſucco conchyliorum. Cice. 2. Phil. Conchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres.

Cõnchÿtã, æ, maſcul. gen. prim. declin. Qui conchylia quærit in mari *κογχυλιευτὴς.* [Itali. Peſcatore de tali peſchi. Gallicè, Celuy qui recueille les conches ſur le bord de la mer, ou qui les peche pour teindre. Hiſpa. El peſcador de aquellas. Germa. Der ſolche Meerfiſch oder Schnecken fahet vnd zůſammen lyſet.] Plaut. in Rudẽ. Saluete fures maritimi, conchytæ, atque hamiotæ. Dicuntur etiam Conchylierij.

Cõcido, is, s. r. pen. prod. concidi, conciſum, ſimul uel minutatim cædo. *συγκόπτω, κατακόπτω.* [Italicè, Tagliare minutamente. Gallicè, Couper en pieces & morceaux, hacher menu. Hiſpan. Herir ò matar. Germa. Zerhauwen, in ſtück zerſchneyden.] Plinius, Caro eius conciſa ac decocta adhibenda eſt. Columel. lib. 12. capite 8. Conciſis ſectini porri quantum uidetur adiicito. ¶ Item frangere, *κατακόπτειν,* Plinius, Et Nucleus dentibus conciſus ſuper uulnus imponitur.

Conciſus, part. *συγκεκομμένος:* ut, Conciſa oratio, Quæ nõ continua, ſed uelut membratim cæſa eſt. *περικεκομμένος λόγος.* Et conciſus ſonus, fractus.

Conciſè, aduerb. *συντόμως,* Quintil. Quanquam ea non eſt tam minutè ac conciſè in orationibus utendum, quàm in diſputationibus.

Cõciſũra, æ, Seneca Epiſt. 101. Deſit ſanè uarietas marmorũ, & conciſura aquarum è cuniculis interfluentium.

Cõcido, is, pen. corr. concidi, conceſum. Corruo, in totum cado *καταπίπτω* [Ital. Cadere. Gall. Tonber, Cheoir. Hiſ. Caer. Ger. Fallen, gar zůhauffen fallen.] Laũ. lib. 7. Et muri omnium ciuitatum concident Plaut. in Amphit. Vt quiſ quis inſtiterat, concidit crepitu. Colum. libro 8. Atque alia genera pecorum, quum peſtilentia uexantur, prius morbo & languoribus marceſcunt: ſolæ capellæ, quamuis opimæ atque hilares, ſubitò concidunt. Cicer. 4. Tuſcul. Quòd ſi ęui, ut ait idem, ſimul animus cum re concidit, à grauioribus illis antiquis philoſophis petenda medicina eſt, nõ ab his uoluptuarijs.

Concieo, es, ere: uel Concio, *is,* ire, Eiuſdem ſignificationis. Nam modò ſignificant conuocare. *συγκαλέω.* [Ital. Conuocare. Gal. Faire uenir, appeler. Hiſpanicè, Llamar. Germ. Zůſammen beruffen.] Liu. 1. ab Vrb. Deinde ne uana urbis magnitudo eſſet, ad ciendæ multitudinis cauſa, uetere conſilio condentium urbes, qui obſcuram atq; humilem conciendo ad ſe multitudinem natam è terra ſibi prolem mentiebantur. Liu. libro quinto bel. Pun. 1. Galli, quos ſpes prædæ concierat. ¶ Modò commouere, concitare. *κινέω.* [Italicè, Commouere, concitare. Gall. Exciter, eſmouuoir. Hiſpanicè, Mouer. Germanicè, Bewegen.] Terent. Hecyr. Forteſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit. Plaut. Aſinar. Tu ergo face, ut illi turbas & lites concias.

Concitus, pen. prod. part. à Concio. *συνκλεὶς.* [Ital. Smoſſo, concitato. Gall. Eſmeu, pronoq;, incité. Hiſpan. Coſa mouida. German. Bewegt.] Lucan. lib. 5. Inde ruunt toto conciti pericula mundo. A Concieo uerò eandem correptam habet. Valer. Flac. lib. 1. Quis tibi Phryxe dolor, rapido quum concitus æſtu Reſpiceres?

Concitor, toris, nerbale, *κινητὴς:* et, belli concitores. Tacitus lib. 4.

Cõcito, as, penult. corr. frequentatiuum, à Concieo, commoueo, perturbo, extimulo. *παροξύνω, παροξύνω.* [Italicè, Concitare, commouere. Gallicè, Eſmouuoir fort, prouoquer, inciter. Hiſpan. Mouer, ò perturbar. German. Bewegen, Erwecken, Reitzen.] Cicero libro quarto Academ. Quo enim ſpectat, quum artificia tolli quereris à nobis, niſi ut opifices concitentur? ¶ Sic Concitare diſcordiam, apud eundem, & Concitare equum contra aliquẽ, Liu. 1. ab Vrbe.

Conci-

Concitatus, particip. ut, Concitatus ardore animus. παροξυθείς, παροξυνθείς. [Ital. Smosso, concitato. Gal. Esmeu, prouoqué, incité. Hiſpa Mouido. Ger. Bewegt, Gereitzet.] Cic. de Fini. Admirabili quodam ad Philoſophiam ſtudio concitatus. Cic. de clar. Orato.

Concitatus, nomen: ut, Concitatior curſus, id eſt celerior. Liuius libro quarto bell. Maced. concitatiſſimi equi, Idem 5. bell. Maced.

Concitator, toris. ἐρεθιστὴς, παροξυντὴς. [Ital. Prouocatore, incitatore. Gal. Qui eſmeut, & prouoque, eſmouueur, prouoqueur. Hiſpa. Mouedor. Ger. Ein beweger, Reitzer der einem etwas zů thůn anlos gibt.] Qui commouet. Cæſar 8. bell. Galli. Quòd Corbeus autor belli, concitator multitudinis eſſet interfectus.

Concitatrix, fœminino, κινητικὴ, παροξυντικὴ. ut, Concitatrix uis, Plinius lib. 36. cap. 16.

Concitatio, onis, Commotio. ἐμὴ τῆς ψυχῆς, κίνησις. [Ital. Smouimento. Inciemento. Gal. Eſmotion, eſmeute. Hiſ. Monimento Ger. Ein bewegung, Anfwecklung.] ut, Concitatio multitudinis, apud Cic. pro Cluent. Vehemẽtiores animi concitationes, apud eundem ad Qu. frat. lib. 1.

Cōcilium, lii, n. ſ. à concalando, ſiue conciendo, hoc eſt à conuocando, Senatus, uel cœtus conſiliatorum. συνέδριον συλλογή. [Ital. Ragonata di popolo o prelati à determinare qualche coſa. Gal. Aſſemblée, compagnée, bande degens d'un acord. Hiſpa. concilio ò conſeio Ger. Ein verſamlung viler leuten zů einem radtſchlag.] Virg. 10 Aene. Concilium q; uocat diuům pater atq; hominum rex. Cæſar 2 bel. Ciui. Quibus de cauſis concilio conuocato de ſummis rerum deliberare, &c. ¶ Concilium etiam pro cœgmẽtatione ſiue copulatione ponitur. Lucr. lib. 1. Corpora ſunt porrò partim primordia rerum, Partim concilio quæ conſtant principiorum. ¶ Eſt etiam Concilium flos Iaſionis herbæ, unico conſtans folio, ſed ita implicato, ut plura uideantur. Plin. lib. 22. cap. 22. Iaſione (inquit) olus ſylueſtre habetur in terra repens, cum multo laſe: florem fert candidum, Concilium uocant.

Cōcilio, as, a. p. Benevolũ facio, aut amore coniungo. προσάγομαι, φιλοποιοῦμαι, συνάγω. [Ital. Conciliare, pacificare. Gal. Acorder, moyenner d'acorder, apointer, unir, ioindre per acointance & amitié quelques uns. Hiſp. Cõciliar nuestros amigos, Halagar, ò enamorar, ò azer amigo. Ger. verſũnen. einer gunſt oder gůtwilligkeit erwárben.] Liu. libro 1. Atneas aduerſum tanti belli terrorem, ut animos Aborigenum ſibi conciliaret, &c. Reconciliare uerò quis dicitor, quum poſt inimicitias rurſus aliquem in gratiam reducit. καταλλάττω. ¶ Item contrahere, ſeu comparare: & hoc tam in malum, quàm in bonum. προξενῶ, ἐπάγω δίκας. Plaut. in Trin. Meus gnatus me ad te miſit, inter ſe nos affinitatem ut conciliarem, & gratiam. Teren. in Heaut. Exeo ergo, ut pacem conciliem. Sic dicimus, Concilio mihi odium, inimicitias, quod eſt quaſi comparo, acquiro Sic & Reconcilio. Quint. Nam & plus autoritatis aſſeruat ea, quæ non præſentis gratia litis ſunt cõparata, & ſæpe maiorem quàm ſi noſtra ſint, reconciliant.

Conciliatus, particip. συνηλλαγμένος, σύνεδρος. [Ital. Conciliato, aſſendrato, unito. Gal. Aſſocié, aioint, acointé, atrait. Hiſp. Traiado con halagos, hacho amigo. Germ. Verſũnet, Vereinbaret.] Fœmina conciliata uiro, Catullus. ¶ Conciliatũ mancipiũ, pro empto. Ter. Prodi malè cõciliate: id eſt, magno pretio empte, ut interpretatur Donatus.

Conciliator, nomen adiectiuum. Quint. lib. 4. cap. 2. Ad rem accipiendam iudicem fieri conciliatiorem, dociliorem, & intentiorem.

Conciliatio, onis, uerbale εἰσποίημα, συνηλλαγή. [Ita. Vnione, congiongimento, aſſembramento. Gal. Vnion, aſſociatiõ, acointance Hiſ. Ayuntamento, mezcladura, mezcla. Ger. Ein Verſũnung Vereinbarung.] Lucret. li. 2. Ne quicquã commutari ſine conciliatu, id eſt ſine congregatiõe & cõgmentatione ſeminum. Inde Denſus & parcus conciliatus apud eundem pro denſa & parua miſtione.

Conciliator, toris, Conciliationis interpres. προξενητὴς, διαλλακτὴς. [Ital Cõciliatore, ſenſale. Gal Moyenneur, qui bit l'acointance, & eſt le moyen de ioindre & unir quelques uns. Hiſp. Conciliador de nueuos amigos, el que aſsi halaga y enamora. Ger. Ein verſũner.] Conciliator ſuillæ carnis lanius, Varro lib. 2. cap. 5.

Cōcilliātrix, ſ. t. Dicitur mulier, quę uiros mulierib. & uxores uiris conciliat, inquit Feſtus. προξενήτρια. [Ital. Colei que concilia & cauſa le amicitie. Gal. Moyennereſſe, celle qui moyenne les acointances & amitiez. Hiſp. Conciliadora de nuenos amigos. Ger. Ein verſũnerin, Die den mannmit dem weyb, vnd das weyb mit dem man vereinbaret oder vertůnet.] Plaut. Mil. leag. eſſe, ancilla conciliatrix dicebat mihi. Cic. 1. de Nat deor. Non uides quàm blanda cõciliatrix, & quàm ſui ſit lena ipſa natura. Idem de Ami. Cõciliatrix amicitiæ, uirtutis opinio id dem 1. de Leg. Oratio conciliatrix eſt humanæ maximè ſocietatis.

Conciliatricula, læ, diminu. συνηλλαγή, ἡ μικρὰ προξενητρία. Ci. pro Sct. Erat enim hominum opinioni nobilitate ipſa blanda conciliatricula commendatus.

Confluxus, & Confluum, Quo multi riui ſimul fluunt. σύρροος.

Cõfluũdes, pen. prod. Loca ſunt in quo riui diuerſi defluunt. σύρροοι. Nonius.

Cõfŏdĭo, is, a. t Idem quod Fodio. ὀρύσσω. [Ital. Fodere, cauare. Gal. Fouir tout outre, percer en fouiſſant. Hiſp. Cauar ò horradar. Ger. Graben, Zergraben.] Plin lib 17 c. 10. Confodi iubent menſe Aprili. Plaut. Aul. His apud me contodere hortum iuſſi. Interdum idem quod transfigo. διελαύνω.

Cõfŏſſus, participium hoc eſt, transfixus. διεφθαρμένος, διαπεπαγμένος. [Ital. Cauato, ferito, impiegato. Gall. Percé, nauré, bleſſé. Hiſpanicé, Cauado, herido. Germanicé, Durchgraben, Durchſtochen.] Virgil. 9. Aeneid. Tum ſuper exanimem ſeſe proiecit amicum Confoſſus, &c.

Cõfœduſti, apud ueteres dicebantur fœdere cõiuncti. Feſtus.

Conferta ſus, dicebatur quæ cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium Feſtus.

Confore, compoſitũ à uerbo defectiuo Fore, Idẽ ſignificans quod futurũ eſſe. ἔσεσθαι. [Ita Hauer ad eſſere. Gal. Deuoir eſtre, eſtre à auenir. Hiſ. Venidero, que ha de ſer. Ger. Künfftig ſein.] Terẽ. in Andr. - reſtat Chremes Qui mihi exorãdus eſt: & ſpero confore.

Conforire, Veteres uſurparunt pro fœdare, aut concauare, Pomp. Conforiſti me. Ex Diomede.

Cõformis, cõforme, o. t. Quod eſt eiuſdẽ formæ. σύμμορφον. [Ital. Conforme, ſimile, uguale. Gall. Conforme, ſemblable. Hiſpan. Coſa conforme ò ſemeiante. Germa. Gleychförmig.] Per translationem ſumitur pro conueniente & congruo. ἁρμόττει.

Cõformo, mas, a. p. Propriè ſignificat in formam redigere, & configurare. μορφόω. [Ital. Formare, dar forma à qualche coſa. Gal. Conformer, donner forme, façonner. Hiſ Formar y dar figura à la coſa. Ger. Gleychförmig machen, Ein geleyche geſtalt geben.] Cic. 1. de Fin. Genuit & conformauit nos natura ad maiora. Colum. lib. 9. Diebus quibus animãtur ouæ, in ſpeciem uolucrum conformantur. ¶Vnde & pro conuenire, adaptare, aſſimulare ponitur. Cic. Leut. Veruntamen ipſe conformo ad eius uoluntatem. Idem pro Archia poẽta, Animum & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam.

Cõformātĭo, uerbale. διαμόρφωσις, σχηματοποιία. [Ital. Conformità de membri, ammaeſtramento. Gal. Forme, façon, trait, proiet. Hiſpa. Conformacion, conformidad y ſemiança. Ger. Geſtalt, oder gleyche geſtaltung.] Cic. 1. Tuſcul. Quaſi uerò intelligant, qualis ſit in ipſo corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. ¶Eſt etiam conformatio color rhetoricus, de quo uide Priſcian. in præexercitamentis Rhetoricis.

Cõformātŭs, participium διεσχηματισμένος. [Ital. Conformato. Gal. Conformé, façonné. Hiſ Conformado. Ger. Geleychförmig gemachet oder geſtaltet.] Cic. li. 3. de Nat. deo. Mundus à natura conformatus.

Cõformĭco, as, are, In formicem formare, apud Vitruuium libro quarto, capite quinto. καμπτῶ. [Italicé, Far in uolto Gallicé, faire tout en noulte, noulter enſemble. Hiſpanicé, Hazer edificio de boueda. Ger. Zůſammen welben.

Cõfŏuĕo, confoues, ere, Simul fouere. περιπαύω, καθαλπτω. [Ital. Tener calda qualche coſa, couare. Gal. Tenir cauement, entretenir en chalcur. Hiſ. Abrigar ò abraçar Ger. Beyeinanderen warm halten.] Cato capite quinto, Circum oleas autumnitate ablaqueato, & ſtercore addito confoueto.

Confrater nihili nox eſt: pro eaq; dicendum frater uel cõſors, Inſulanus monuit.

Cõfrĭmo, confremis, Idem quod Fremo, uel ſimul fremo: φρυάττω, συμφρυάττω. [Ital. Fremere Gall. Bruire de toutes parts, fremir, faire grand bruit, Hiſp. Hazer ruydo ò ſonnido

nido de ira y furor de coraçon hasta prorumpir en uozes. Ger. Brüllen, ein geschrey, oder getöß machen.] ut, Agmina confremunt, Stat. lib. 1. Syl. Culam confremuit, Silius lib. 16. Omnes confremuere, Ouid. 1. Metam.

Confrico, as, are, Proprié simul fricare, ut quum duo corpora mutuo tactu sese atterunt. *συντρίβω.* [Ital. Fregare insieme. Gal. Frotter ensemble ou de tous costés. Hisp. Fregar una cosa con otra. Ger. Zůsammen reyben, Vneinderen figgen.] Interdum idem quod simplex Frico. *ψώχω, τρίβω.* Plaut. Asin. Atqui pol hodie non feres, ni genus confricatur. Colum. lib. 2. c. 3. Bouis quum ab opere disiunxerit, sub strictos confricet, manibusq; comprimat dorsum, & pellē reuellat.

Cōfringo, is, a. t. Idem quod Frango. *διαῤῥήγνυμι.* [Italic. Frangere. rumpere, spezzare. Gal. Rompre & briser heurtér l'un contre l'autre, heurter ensemble. Hisp. Quebrar. Ger. Zerbrechen.] Plau. Capt. Aules, calicesq; omnes confregit. Confringere consilia. Cic. 3. in Verr. Confringat iste sanè ui sua, consilia senatoria, quæstiones omniū perrumpat. ¶ Cōfringere nauem, pro naufragium facere. Teren. in And. Nauem confregit apud Andrum.

Cōfractās, participium. *συῤῥαχθεὶς, συῤῥαγείς.* [Ital. Rotto. Gal. Rumpu, brisé. Hisp. Quebrado. Ger. Zerbrochen.] Plau. Rud. Confracta nauis est illis. Id est naufragium fecerunt.

Confragosus, Idem est quod præruptus asper & durus. *ἀπότομος.* [Ital. Aspro, rotto, male unito, pietroso, duro. Gal. Aspre, desrompu, raboteux, dur & mal aisé. Hispanicè, Cosa aspera, y dura. Ger. Rauch, Gäch, Schrofechtig.] Liuius 8. ab Vrb. Confragosa loca, & obsitos uirgultis tenebant colles.

Confragus, confragi. Lucanus libro sexto. & confraga densis Arboribus dumeta tegunt, id est, aspera & inaccessa.

Cōfŭgio, is, ere, n. t. Idem quod fugere *καταφεύγω,* [Italic. Fuggire Gal. Fuir vers quelqu'un. Hisp. Huyr à lugar. Ger. Fliehē, Zuflichen. Etwan hin fliehē.] Cic. 4. in Ver. Quid te futurum est? Quò confugies. In agros confugere, Cice. Atti. lib. 3. Confugere in arcem. Cic. 2 Tuscul. Confugere ad aliquem auxilii gratia. Liu. lib. 1. Inde Turnus Rutilíq; dissisi rebus suis, ad florentes Hetruscorum opes, Mezentiumq; regem eorum confugiunt. Virgilius 1. Aeneid. Ad te confugio, & supplex tua numina posco, Cic. 1. Tusc. Priamum tāta progenie orbatum, quum in aram confugisset, hostilis manus interemit.

Confugium, gii, *καταφυγή.* [Ital. Rifugio, luoco dove si fugge per saluarsi. Gal. Refuge, le lieu ou on s'enfuit pour se sauuer. Hisp. El lugar adonde huymos por guarida. Ger. Ein zůflucht. Ein ort da einer hin fleüchet bey hirmpt zů sein.] Ouid. 4. Trist. Qui ueritus non es portus aperire fidelis Fulmine percussæ confugiumq; rati. Commune confugium ægris animantibus. Stat. 12. Thebaid.

Cōfŭlcio, is, ire, Idem quod fulcio. *ἐρείδω, στηρίζω.* [Ital. Sostentare, fortificare. Gal. Soustenir. Hisp. Sostentar. Germ. Vnderstützen.] Corpora confulcta exiguis internallis. Lucretius lib 2.

Confulgeo, es, ere, n. s. Resplendeo. *διαλάμπω.* [Ital. Risplēdere. Gal. Reluire de toute costés. Hisp. Resplandecer. Ger. Scheinen, Glantzen.] Plaut. Amph. Tota ædes confulgebant tua, quasi essent aureæ.

Cōfŭndo, dis, Perturbo, & omnia in unū misceo. *συγχέω, συνταράττω.* [Ital. Cōfundere, perturbare. Gall. Brouiller, mesler, ensemble. Hisp. Confundir, perturbar. Ger. Zůsammen schütten, Vndereinanderen mischlen.] Plaut. Most. Quasi quum una multa iura confundit coquus. ¶ Venerē confundere cum multo uino, id est, libidinem cum ebrietate confundere. Ouid. 2. Trist.

Cōfūsus participium, Perturbatus. *συγχυθείς.* [Ital. Cōfuso, mescolato insieme senza ordine. Gall. Confus, mesle, brouillé. Hisp. Mezclado, confuso. Ger. Vndereinanderen mischlen.] Liu. 6. ab Vrb. Confusam eam ex recenti morsu animi, quum pater fortè uidisset, percontatus, Satin' saluē? ¶ Migrat & in nomen: unde Confusior pauor apud Plin. libro 7.

Confusurus, a, um, futuri temporis participium. Ouid. 6 Metamorph. sed fasq; nefasq; Confusura ruit, pœnaq; in imagine tota est.

Confusa, quo distent à cōmistis, à Glos. differit in l. si frumen. parag. idem scribit, si ex melle. in fin. ff de Rei. uendica. Alb.

Confusio, onis, Perturbatio. *σύγχυσις.* [Ital. Confusione, turbamento, disordine. Gallic. Confusion, & trouble, desordre. Hisp. Confusion y mezcla. Ger. Verwirrung, Vermischung, Vermischung viler dingen.] Confusio omnium rerum, Cic. 2. de Fin. Perturbatio uitæ, & magna confusio. Idem 3. de Natur. deor. ¶ Confusio, pro animi perturbatione. Plin. Epist. 22.

Confusè, aduerbium. *συγκεχυμένως* [Italic. Confusamente, mescolatamente, senza ordine. Gal. Confusément, pesle mesle, l'un parmi l'autre. Hisp. Confusa y mezcladamente. Ger. Vermischt, Vnordenlich.] Cic. 1. de Inuc. In præsentia tãtummodo numeros & modos, & partes augmentandi, confusè & permistè dispersimus, pòst describiè & electè.

Confusim, aliud aduerbium. Plinius libro decimoquinto, cap. 18. Vnum de ea & cytiso uolumen Amphilochus Græcis confusim.

Cōfūto, as, pen. prod. Refello, diluo, redarguo. *ἀναιρέω.* [Ital. Confutare, abbattere, conuincere, riprouare. Gal. Cōfuter ou refuter, reietter. Hisp. Confutar, destruir como los argumentos de otro, uencer. Ger. Verwerffen, widersechtē, widerlegen.] ab antiquo uerbo Futo si Festo credimus, quo antiquos usos arguit, pro arguo, Cic. 1. de Diui. Cotta sic disputat, ut Stoicorum argumento magis confutet, quã hominum deleat religionem. ¶ Interdum idem quod conuincere: sic enim interpretatur Nonius illud Terentii in Phormione, Confutauit uerbis admodum iratum patrem. ¶ Apud antiquos etiam legitur pro commouere, seu confundere. Titinnius Setina, ut citat Nonius, Coquus magnũ ahenum, quando fernit, paula confutat tua. ¶ Nonnunquam etiam pro committere. Varro Manio, apud eundem, Harum ædium summa atria confutabant architectones.

Confutatio, Contrariorum locorum dissolutio. *ἀναιρεσις,* Autor ad Heren.

Cōgĕlo, as, a. p. pen. cor. Conglacio, frigore astringor, coco, coagulor *κρυσταλλόω, συμπήγνυμαι.* [Ital. Aggelare, Agghiacciare. Gal. Congeler, gelerdu tout, faire prendre ensemble, & tenir. Hisp. Elar ò enfriar otra cosa. Ger. Zůsammen gefrieren, Gefrieren.] ¶ Per translationem etiam accipitur pro eo quod est in otio degere, præ otio marcescere, quod & Frigere dixit Terent. Cic. Cælio lib. 2 Epist. Erat in eadē epistola Veternos cinitatis: gaudebam sanè, & congelasse amicum nostrum lætabar otio.

Congelor, passiuũ, Colu. lib. 1. Oleum quod minus prouenit, si congelatur flaccessit.

Congelatio, uerbale. *σύμπηξις ἐν τῷ πήγνυσθαι.* [Ital. Gelura, gelamento. Gal. Congelation, gelure, gelement. Hisp. Elamiento obra de elasse. Ger. Zůsammen gefroren, Gefrürste.] Plin. lib. 31. cap. 5. Minui certè liquorem omnem congelatione deprehenditur.

Cōgĕmino, as, are, Idem est, quod simplex Gemino, hoc est duplico. *διπλόω, διπλασιάζω.* [Ital. Radoppiare. Gal. Redoubler, uenir double ou gemeau. Hisp. Doblar. Ger. Zweymal etwas thůn, Doppelt thůn.] Plaut. Amp. Tu peperisti Amphitryonem, ego alium peperi Sosiam: Nunc si paterem patera peperit, omnes congeminauimus. ¶ Inueniuntur etiã positum pro multiplicare. Virgil. lib. 12. Aen. & crebros cuibus ictus Congeminant.

Cōgĕmĭnātio, uerbal *διπλωσις, διπλασιασμὸς.* [Ital. Radoppiamento. Gal. Redoublemẽt. Hisp. Dobladura. Ger. Zweyfalt thůn, ein ding zweymal auff einanderen. Doppelung.] Plautus Pœn. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc cõgeminatio?

Congemo, is, ere, n. t. Simul gemo, & condoleo. *συγκάσσω.* [Ital. Gemere insieme & dolersi. Gal. Gemir auec, sort gemirer. Hisp. Gemir iuntamẽte, y dolerse. Ger. Mitseüfftzē.] Cic. pro Mur. Congemuit Senatus frequẽs, nec tamen satis seuerè pro indignitate decreuit. Lucret. Quid morteṁ congemis & fles? Virg. Aen. transtulit ad fragorem cadentis arboris, Vulneribus, (inquit) donec paulatim euicta, supremom Congemuit.

Cōgĕnero, as, are, adiungere, associare. *συγγενάω.* [Ital. Generare, accompagnare. Gal. Ioindre auec, congenerer. Hispanicè, Ayuntar, y acompanar. Germanicè, Zůgesellen, verbründen, oder verwandt machen.] Accius apud Nonium. Quem mihi congenerat affinitas.

Cōgĕnĭtus, pen. cor *ὁμογενὴς.* [Ital. Nato insieme. Gal. Nẽ & procrẽe auec. Hisp. Nascido iuntamente. Ger. Mitgeboren.] Plin. l. 11. c. 19. Pili congeniti nõ deũnunt. Idẽ li. 16. c. 2.

Conge-

Congener, huius congeneris, pen. cor. adiectiuum, ut Degener. Eiusdem uel consimilis generis. ὁμογενὴς. [Ital. Chi è della medesima progenie. Gal. D'un mesme genre ou espece. Hisp. El que es de un mesmo genero y linage. Ger. Einer geblechts oder hars kommens.] Plin. lib. 15. c. 14. Aliod cor pus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni.

Congenŭlāre, est genu replicato cadere, uel genibus confle ti. γονυπετεῖσθαι. [Ital. Inginocchiarsi, cader ginocchione. Gall. S'agenoiller, se mettre à genoux. Hispa. Arrodillarse. Ger. Nider knieẽ, Die knieẽ biegen oder sich neigen.] Cæcil. Ipse regis ferit pectus, aduersum congenulat, percussu deiicit dominũ Sisenna lib 3. Hist. Multi plagis aduersis idi & congenulati. Ex Nonio.

Conger, uide Congrus.

Congĕrĭes, uide Congero.

Congermino, as, are, n. p. Coalescere, coniungi, uel consocia ri. συμφύεσθαι. [Ita. Germinare. Gal. Germer ensemble, s'aider & coiffre l'un parmi l'autre. Hisp. Bretar y echar los arboles. Ger. Miteinanderen wachsen, oder zůsammen wachsen.] Var. rerum hum. lib. 3. Postea cum his unam Rempublicam coniuncti & congerminati tenuere.

Congermin-ascere. Quadrigarius apud Non. Facite exemplo eorum ut uos cum illis congerminascere sciatur.

Congĕro, onis, m. t. Cum quo familiariter uersamur, & face tecon fabulamur. συνόμιλος. [Ita. Compagno à cianciare, à far buffonerie. Gall. Compaignon à caqueter & plaisanter. Hisp. El que desuaria en vanas palabras con otros. Germanic. Ein schwetz gesell.] Plaut. in Truc. Nequam uenisse ad scorta congerrones, hoc est, quasi simul cum scortis gaudentes. Idem Mostell. Nunc ego me illac per posticum ad congerronem conferam.

Congĕro, is, pen. cor. Congrego & coacerno. συμφορέω. [Ita. Congregare, adunare, amassare. Gal. Porter plusieurs choses en un lieu, amasser, assembler. Hisp. Amontonar. Germ. Zůsamen tragẽ, hauffen.] Tibu. Diuitias alius fuluo, sibi cõgerat auro. Cic. pro Leg. Manil. Quas & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat. Teren. in Eunuc. Quum in cellulam ad te patris penum omne cogerebam.

Congestus, participium. συναμάω, συμπεφορημένος. [Ital. Amazzato, ammucchiato. Galli. Amassé, amoncelé, entassé l'un sur l'autre. Hisp. Amontonado. Ger. Zůsammẽ getragen.] Cic. 1. de Diui. Grana tritici in os pueri Midæ cõgesta.

Congĭries, ei, forminin. quart. Coadunatio, cumulus, agger. συμφόρημα, συνάθροισις. [Ital. Amassamento di cosa mẽ te in ordine l'una sopra l'altra. Gal. Amas, monceau, tas. Hisp. Monton sobre monton. Ger. Ein zůsammen hauffung.] Plin. lib. 10. c. 41. Ita descendere parentem expressisse tali cõgerie, quæ posset sufficeret. Bonorum congeries, Claudius 1. Paneg. Pulueris congeries, Lucanus lib. 8. Syluæ congeries Ouid. 9. Metamorph.

Congestus, us, ui, συμφόρησις. Columell. lib. 9. Congestu cul morum & frondium superegemos. Congestus arenæ, Lucretius libro sexto. Copiarum congestus, Tacitus lib. 1.

Congestiuus, a, um, Quod congestũ est. συναγωγὸς. [Ital. Amassato, ammucchiato. Gal. Amassé, amoncelé, entassé l'un sur l'autre. Hisp. Cosa amontonada. Ger. Das zůsammen gemacht, oder gehauffet ist.] Colu. 2. c. 10. Non deterius tamẽ etiam pinguibus arenis, uel congestitiis humo prouenient. Locus congestitius, non solidus ad iacienda fundamenta. Vitru. lib. 1. c. 5. Si autem solidus non inuenietur, sed locus erit congestitius, &c.

Congiārĭum, rii, n. s. Munus imperatorĭũ, (ut scribit Senec. lib. 2. de Benefic.) quo donabatur populus, sicut donatiuo milites. λαμπρὰ ἰπίδοσις. [Ital. Dono splendido, imperiale. Gal. Liberalité faitte au peuple. Hisp. Don magnifico, come de Emperador. Ger. Ein herrliche, Fürstliche gab oder schenckẽ.] Sic Plin. in Panegy. laudat Traianum, quòd congiarium populo dedisset, quo locupletatæ sunt tribus, quum donatiuum milites accepissent. Huius congiarii diuersa fuerunt summa: Tiberius. n. Congiarii populo trecẽtos nũmos uiritim dedit: Caligula congiarium populo bis dedit tricenis sestertiis: Nero quadragenos nummos populo donauit. ¶ Est & Congiarium mensuræ genus, apud Paulum Iureconsult. Quintil. lib. 4. Congiarium commune est libratis atq; mensuræ.

Congĭus, gi, m. s. Mensuræ liquidæ genus est, capiens sex sextarios. Alio nomine dicitur Chus, χοῦς, χοῦ. Plin. lib. 14. ca. 20. Libram & quadrãtem & congios duos musti macerant. Ab hoc mensuræ genere Nouellius Torquatus Mediolanẽsis dictus est Triconguis, q. unico haustu, inspectante Tiberio Cæsare, tres siccasset uini congios. de quo uide Plin. lib. 14. cap. 22.

Congialis, le, adiectiuum: ut, Fidelia congialis, quæ congium capit. Plautus Aulul. Mulsi congialem plenam facium tibi fidelem.

Cōngiārĭus, ria, rium, χοεῖος, εἶα, εἶον: ut, Congiarius cadus qui congium continet. Plinius, Ipse quum rediit ex Asia millia cadũm congiariũm diuisit amplius centum. Vide Budæum.

Cōngĭascĕre, n. p. Est in glaciem conuerti. πηγνυμένου. [Ital. Agghiacciare. Gal. Se glacer & congeler. Hisp. Entriarse, elarse. Germ. Gefrieren.] Cic. 2. de Natura deor. Quæ neq; congelaciret frigoribus, neq; niue, pruinisq; concresceret Cælius Cicer. lib. 8. Curiosi nostro Tribunatus congelascit. Id est, prorsus nihil agit Curio.

Cōnglŏbo, as, pe. co. A Globus fit, significatq; coadunare. εἱλέω. [Ita. Adunare, ammassare. Gal. Entasser & assembler en un rond, ferrer tout en tour. Hisp. Embolver ò amõtonar. Ger. Zůsammen ẽuglen, zůsammen trollen, oder hauffen.] Liu. lib. 3. ab Vrbe. Qui Latinorum pugnæ superfuerant, multis itineribus dissipati, quum se in unum conglobassent, Vestis Vrbs receptaculum fuit.

Conglobatio, onis, συγχροφὴ, συνείλησις. [Ital. Addunatione. Gal. Amas en rond. Hisp. Euboluimiento, amontonamiento. Ger. Ein Zůsammen hauffung als ein ẽugel.] Seneca Natur. Quæst. 1. Multa conglobatione ignium indigens, quum ingens eorum orbis maturini amplitudine solis interdum exuberet.

Conglobatus, participium. κατειλημένος. [Ital. Amassato, addonato. Gal. Amassé en rond. Hisp. Cosa emboluida y amontonada. Ger. Zůsammen gẽuglet oder gehauffet.] Cõglobatum corpus in pilæ modum. Plinius libro nono capite 44.

Conglobatim, aduerbium. ἀθρόως, σφαιρηδὸν. [Ital. In Mucchio, in monte. Gal. En un tas, en rond. Hisp. En uno monton. Ger. Hauffechtig, Hugelechtig.] Quod significat per globos. Quo usus est Liu. 7. bel. Punic.

Conglomero, as, are, a. p. à Glomus, eris, Involuere, superadd ere. συνειλύττομαι. [Ital. Enuiluppare, inuolgere, soprapigner. Gal. Emmonceler ensemble, faire ou mettre en plotton. Hisp. Embolver, ò denunar hilado. Ger. Als an ein ẽuñ gele winden.] Ennius Thyeste, Heus mea fortuna ut omnia in me glomeras mala?

Conglomerari. passiuè. Lucretius lib. 1. Quàm tenui constet textura, quamq; loco se continet paruo, si possit conglomerari.

Cōnglūtĭno, as, a. p. Glutine ferrumino: & per metaphoram coniungo, copulo. συγκολλῶ. [Ital. Incollare insieme, congiugnere insieme. Gal. Coller, ioindre ensemble, assembler. Hispa. Engrudar ò trauar en uno. Ger. Zůsammen leymen, zůsammen fügen.] Cic. de Senect. Sic hominem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura dissoluit.

Conglutinatio, Verbale. συγκόλλησις. [Ital. Assembramento, congiuntione. Gal. Assemblement, conionction. Hisp. Aiuntamiento, congrudamiento, trauazon. Ger. Das zůsammen leymen, zůsammen fügung.]

Congræcor, aris, deponens, & Congræco, as, neutrum. Compotationibus indulgere, genialem uitam agere. κωμάζω. [Ital. Tauernare, sbeuacchiare, cuucinare. Gal. Viure ou faire à la mode de brece, yurongner, & gourmander. Hispa. Andar por tauernas, Glotonear. Germ. Im sauss lẽben, Schlemmen, Zächen.] Plaut. in Bacch. Quod ego in lustris comedam & congræcem pater. Tritum est ex more Græcorum, qui compotationibus ac deliciis plus æquo indulgebant. Dicimus etiam in eadem significatione Pergræcor, quod magis est in usu.

Cōngratŭlŏr, aris, aris, d. p. Ob fœlicitatẽ alicuius uel honorem, lætitiam præ se ferre, eamq; uerbis, uel scriptis testari. συνήδομαι, συγχαίρω. [Ital. Congratolarsi, allegrarsi. Gall. Declarer qu'on est ioyeux de la bonne fortune auenue à quelqu'un. Hispa. Alegrarse con el bien de otro. Ger. Sich freũwen wann es jemandts wol ergangen ist.] Cicero pro Sestio, Mihi denique homines præcipuè congratulabantur.

Congratulatio,onis.συγχαρμα,φιλοφροσύνη. [Ita.Cõgratulatione,rallegrarſi con altri.Gal.Congratulation.Hiſp.Aquella allegria del bien de otro. Ger. Frolockung, Glückwünſchung.]Sed tamen omnium ordinum conſenſus,gratiarum actio,congratulatioq; me commouit.

Cõgredior,d.t.Simul gradior,coco.συνδιατρίβω,συνέχομαι [Ital.Ridurſi in compagnia,andar inſieme.Gall.S'aſſembler & venir en un lieu,s'aprocher de quelqu'un. Hiſ. Andar juntamente con otro.Ger.Zuſammen gehen.]Var. Omneſq; in unam domum congreſſi ſimul diſcubuere. Item ad pugnandum, uel diſputandum ire. συμφέρεσθαι, συμπλέκεσθαι,προσίεσθαι,εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. [Ital.Andare inſieme à contendere,venire alle mani. Gal. Se recõtrer l'un auec l'un auec l'autre au cõbat. Hiſ.Encontrarſe con otro en pelea.Ger.Mit einem ein gãg thun, dz iſt,ſich mit einẽ in ſtreyt begebẽ.]Gel. Qui ter cũ hoſte cõgreſſ',victor redit.Virgil.12.Aeneid. Vix hoſtem alterni,ſi cõgrediamur, habemus.Cic.2.de Natur.deor. Nec ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus ſum.

Congrediens,participium.συνελθών.Cic.de Nat.deor. Sed tum congrediens cum ſole,tum digrediens.

Congreſſus,a,um,aliud participium. συνελκυθείς,συναγών. Virgil.lib.12. Aeneid. Nec pede congreſſos,nec æquo,acre tela ferentes Inſequitur.

Congreſſus us,ui.συνέλευσις. [Ital Vnione,aſſembramento. Gal. Raulement de gens,enſemble,abordement,aſſemblement.Hiſp.Aquel encuentro. Ger.Zůgang,Verſamlung.] Cic de Amicitia,ut congreſſus hominum toglat, atq; oderit.Congreſſus hominum pollui,Plin.lib.19.cap.12. ¶ Congreſſus.Pro conflictu ſeu prælio.Saluſtius,Multi in eo congreſſu perierunt.Cæſ.1.bel Ciuil.Noſtri in primo congreſſu circiter ſeptuaginta ceciderunt.

Congreſſio,aliud uerbale.ἐμπλεξία,συνδιατριβή. Cicer.lib.2. Philip.Eumq; à tua non modò familiaritate,ſed etiam cõgreſſione patrio iure & poteſtate prohiberet.

Cõgrẽgo,as,are,à grege derivatum,Contrabo, cogo, in unum compello.συναίρω. [Ital Congregare, adunare. Galli. Congreger,amaſſer en un troupeau,entroupeler. Hiſ. Ayũtar comodo ganado Ger. Verſamlen.]Cic.14.Philip.Cives unum ſe in locum ad curiam congregabant.

Congregatus,participium.συναθροισθείς.[Ital.Congregato, ridotto inſieme.Gal.Congregé,amaſſé,aſſemblé.Hiſp.Ayũtado,amontonado. Ger. Verſamlet,Zuſammen getrybẽ.] Cic.pro Domo ſua,Multitudo hominum ex ſeruis conductis congregata.

Congregatio uerbale.εἰς ἀγέλην,συναγωγή,κοινωνία. [Itali. Congregatione,aſſembramẽto.Gal.Congregation,aſſẽblée en un troupeau.Hiſ.Ayuntamiento. Germ. Verſamlung.] Cic.li.4.de Finib.Natosq; eſſe ad congregationẽ hominum.

Congregabilis,le.συναγελαστικός, Quod facilè congregari poteſt.2. Cic. Offi.Atq; ut apum examina non fingendorũ fauorum cauſa congreganturſed quam congregabilia natura ſint,fingunt fauos.

Cõgreſſus,& Congreſſio,uide Congredior.

Cõgrex,m.t.Dicitur gregi copulatus, commiſtuſq;.συνάγελος. [Ita. Aggiunto al gregge.Gal.Aioint,& aſſemble au troupeau.Hiſp.Ayuntado al ganado. Ger. Vnder die herd vermiſchet.] Apuleius lib.7.Nanq; me congregem paſtor egregius aliquando permiſit.

Cõgrũo,is,grui,n.t.Conuenio,conſentio. συμπίπτω,ἐπιβάλλω,ὁ μεφρονῶ.[Ital Conſentirſi,conuenire.Gal.S'acorder & conuenir.Hiſp.Conuenir ò concertarſe. Ger. Einhellig ſein,Sich fügen,ſchicken,oder reymen.] Tractum à gruibus,teſte Feſto,quæ non ſe ſegregant, ſiue quum uolant,ſiue quum paſcunt.Plaut.in Curg. Sanè illi inter ſe cõgruunt concorditer. Cice.lib.4.in Verrem, Quod ſuos dies menſeſq; congruere uolunt cum Solis lunæq; ratione.Suetonius de claris Gram. Quod quidem non temerè crediderim,quum temporum ratio nix congruat.

Congruens,tis,participium.Liuius, Congruens in eam rem. εἰς τέλος τὸ πρᾶγμα ἁρμόττον. [Ital.Accordante,conuenẽte.Gal.Acordant,conuenable. Hiſp.Conueniente.Germa. Einhellig, Sich fügend oder reymend.] Plinius in Panegyrico, Ita charitas mutua, ita congruẽs tenor uitæ.

Cõgruẽntia,tiæ,f.p.Conuenientia,ſimilitudo. ἁρμονία, ὁμοίωσις.[Ital.Conuenienza,ſimilitudine,accordo. Gal. Conuenance,ſimilitude,acord.Hiſp.Conueniencia,ſemeſança,acordo.Ger. Gleychförmigkeit.]Sueton.in Othone, Neroni inſinuatus,facilè primùm inter amicos locum tenuit congruentia morum. ¶ Vnde congruum κατάλληλον:& Incongruum,ἀκατάλληλον, Congruens, & Incongruens Lactant. lib.2.Eſt ſanè peruerſum & incongruens,ut ſimulachrũ hominis in ſimulachro Dei colatur.

Congruẽter,aduer.Cõuenienter.ἁρμοστῶς,προσηκόντως. [Ital.Conueuolmente.Gal.Conuenablement. Hiſp.Concertadamẽte.Ger.Gleychförmelich,Füglich.] Cic.1.de Or.Vt ad id, quodcunq; agetur,aptè, congruẽterq; dicam'.

Congruus,adiectiu.ἁρμόδιος.ut,Congrua tempora,Claudian.in Ruff.'

Cõgrũs,ſiue Conger,m.ſ.γόγγρος. [Italie.Congro peſce Gal.Vn poiſſon appelé Congre.Hiſp.El Congrio peſcado. Ger.Ein läger ſchüpferechtiger fiſch in dem meer wie ein Aal.]Piſcis eſt oblongus,& lubricus,magnæ anguillæ non diſſimilis,etiam hodie nomen retinens.Terentius,Et congrum iſtum maximum in aqua finito ludere pauliſper.Plin. lib.9.c.20. Alii longi,ut muræna,conger.

Congylis,γογγύλας.Lati.rapum.Colum.lib.10.

Coniates,κονιάτης,Græco uocabulo appellatur, qui parietes incruſtat,aut tectorium iis inducit. ¶Item qui athletas luctam inituros ceromate inungebat.

Conifera arbor, Dicitur quæ conos fert, hoc eſt nuces pineis ſimiles.κωνοφόρον δένδρον. Et Coniferæ cypariſſi. Coniferos,κωνοφόρους uocabant Græci, qui in Bacchi exercitu,dum in Indiam proficiſceretur,thyrſos ferebãt, conis & ſtrobilis exornatos.

Cõiĭ.iõ,is,a.t.Iacio,iaculor,ſimul iacio.ῥίπτω,βάλλω.[Ita. Gettare,inſieme.Gal.Jetter enſemble,ruer,faire,aller & entrer.Hiſp.Echar con otros.Ger Zuſammen werffen.]Liu. 2.ab Vrbe,Clamore ſubito undiq; in unum hoſtem tela cõiiciunt.Cæſar lib.1.Comment.pro uallo cartos obiecerant, & è loco ſuperiore in noſtros aduenientes tela coniiciebãt. ¶ Coniicere ſe aliquò, eſt cum feſtinatione ſe aliquò recipere. Terent. Heautontym. Hæc ubi aperuit oſtium,continuò hic ſe coniecit intrò.Cic.pro M.Cælio,Sin ſe in intimum balnei coniicere uellent,non ſatis commodè calceari & ueſtiri id facere poſſent. ¶ Coniicere ſe in pedes,uel in fugam,idem eſt quod fugere,uel fugam arripere.Terentius in Phormione,Hinc me coniicerem protinus in pedes. Cicer.pro Cælio,Atq; illo repentino hominum impetu ſe in fugam conieciſſe. ¶ Coniicere in uincula.Saluſt.Ex eo numero complures.Q.Metellus Celer Prætor ex Senatuſconſulto cauſa cognita in uincula coniecerat: id eſt ἐδήσατο. ¶ Coniicere ueſtem in collum.Plautus in Epid.Ornate Epidice, & palliolum tuum in collum coniice, id eſt, ἐπιβάλλε.[¶ Coniicere alĭquem in lætitiam, lætitia afficere.Terent.in Heaut.Sire mi,obſecro,ne me in lætitiam fruſtra coniicias. ¶ Per translationem uerò ſignificat interpretari,cogitare,colligere,diuinare. συμβάλλειν,στοχάζεσθαι. [Ital.Congietturare.Gal. Auoir quelq; opinion par coniecture,coniecturer.Hiſp.Coniecturar.Ger.Erdencken,errathen,Ein gemercke oder argwon überkommen.] Terent.in Phor.Tu coniicito cætera.Et in Eunu. Quid illud mali eſt, nequeo ſatis mirari,neq; cõiicere.Plau.in Cur. Mane ſis.dũ hunc coniicio ſomniũ. Cic.2. de Diui.Num igitur aut aruſpex,aut augur,aut uates quis,aut ſomnians melius coniecerit,aut ex morbo euaſurũ ægrotum,aut ex periculo nauẽ aut ex inſidiis exercitum,quàm medicus, quàm gubernator,quàm Imperator?

Cõiectĭo,as,a.p. frequentatiuum. Exiſtimo,iudico,diuino. τεκμαίρομαι.[Ital.Congiettorare,far congiettura. Galli. Cõiecturer,dire ſon opinion ſans en ſauoir au vray,& quaſi en deuenir.Hiſ.Coniecturar,agueinar.Ger Errathen,erachten.Schetzen,ein gemercke nemmen.] Teren.in Eun. Neq; ſcio quid dicam,aut quid coniectem, Liu.5.ab Vrbe, Poſtea euentu rem coniectantibus uiſum ad damnationẽ ipſius Cimilli,captæ deinde urbis, &c.

Cõiectŏr,oris,m.t.Interpres ſomniorum,ἐνυπνιοπόλος.[Ital. Interprete,ſpinatore de ſogni. Gal.Celuy qui predit par coniecture,deuin.Hiſ.Deuinador,ſolcando los ſuennos.] Ger. Ein aufsleger der treümen.]à coniectura,hoc eſt directione quadam rationis ad ueritatem. Cic.2.de Diui. Defero ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe,ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis Plaut.in Pœn. Nam iſti quidem orationi Oedipo opus eſt coniectore.

Cõiectūra,f.p.ut ait Pleuſippus,eſt rei latentis iudicium, &c

eſt

id quod quis per rationes, & ſigna & tempora, & huiuſ modi coniicit, id eſt cogitat, & colligit. *στοχασμὸς*. [Italic. Coniettura, ſegnale. Gall. Coniecture. Hiſpani. Coniectura. Ger. Ein gemercke, mütmaſſung aufs dem̃ man etwas abe nimpt.] Cice. Coniſic. Quantum copiarum haberes tum ipſa coniectura conſequi poteram, tum ex literis tuis cognoui. Quintilian. lib. 5. Coniectura dicta eſt à coniectu: id eſt directione quadam rationis ad ueritatem: unde etiam ſomniorum, atque monſtrorum interpretes, Coniectores uocamus.

Coniecturalis, le, om. t. adiect. Quod per coniecturam colligimus, & proponitur, *στοχαστικόν*. [Italic. Coſa che ſe giudica per coniettura. Galli. Qui giſt en coniectures, choſe qu'on connoiſt, fait, & prouue par coniectures. Hiſp. Coſa de coniectura. Ger. Das man aufs gemercken oder mütmaſſungen verſtadt: und abnimpt.] ¶ Vnde Coniecturalem ſtatum uocant Rhetores, quum per coniecturas quæritur an aliquid factum ſit. Autor ad Heren. libr. 1. Coniecturalis eſt, quum de facto controuerſia eſt: hoc modo, Aiax in ſylua, poſtquam reſciuit quæſtor eſſet per inſaniam, gladio incubuit. Virtes interuenit, occiſum conſpicatur, e corpore telũ cruentum educit. Teucer interuenit, ubi fratrem occiſum & inimicum fratris cum gladio cruentato uidet, capitis accuſat. Hic quoniam coniectura uerum quæritur, de facto eſt controuerſia, & ex eo conſtitutio cauſæ Coniecturalis nominatur.

Coniecturo, as, are, Idẽ quod coniicere, Senec. li. 9. Nat. quæſt. Non coniecturare tantum illa in occulto liber, nec cum euentu ueniendi fiducia, nec ſine ſpe.

Coniectarium, Efficax atq; perfectũ. *συντελεστικὸν*. Cice. 4. de Fin. Dixerò mihimet coniectarium. Nonius.

Coniectus, us, m. q. Iactus, coniectio. *βολή*. [Italic. Il gietture. Gallic. Jetterẽ. Hiſpanicè. Echado. Germanic. Geworffen.] Cicer. de Amic. Sed exiſtimare debes, omnium oculos in te eſſe coniectos: unum te ſapientem & exiſtimant, & appellant.

Conila, æ, ſine Conile, es, *κονίλη*. Olus eſt cicutæ ſimillimũ, quod à Dioſcoride Myrrhis appellatur. Legitur hoc nomen in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus: quanquam doctores malint numerare inter ea quæ ſcriptori huic paulatim accreuerunt. Nicander certè in Theriacis Conilam eandem facit cum origano.

Conĭon, n. ſ. pen. prod. *κώνειον*. [Ital. Cicuta. Gall. Cegne. Hiſpan. Ceguta.] Græco nomine appellatur herba perniciosiſſima, publica Athenienſium pœna nobilitata, quam Latini Cicutam appellant.

Coniſo, as, Eſt corna petere more arietum, qui procurrentes capita inter ſe colliduntur. *ἐριφεύω*. [Ital. Aſſalear con le corna. Galli. Contir, heurter front contre front, cõme font les moutons. Hiſp. Herir con cuernos. Germa. Die Köpff zuſammen deren Pürſchen oder Stoſſen.] Quint. Caput oppetit, cum eo coniſcans. Lucre. li. 2. Vt ſatiari agni ludunt, blandeq; coniſcant.

Coniſtrices anes, quæ à nonnullis Polueratrices appellantur: unoque nomine ab earum conſuetudine deducto, quòd ſe puluere ſoleant immergere. *ἐρημάδες κονιστραί*. Vide Cæliũ lib. 1. cap. 25.

Coniſtra, æ. *κονίστρα*. Arena, ſine palæſtra: ita nominata *ἀπὸ τῆς κονίσεως*, hoc eſt à puluere, quo athletæ ſe mutuo ſoliti ſunt aſpergere.

Coniũgo, as, act. p. pen. cor. Coniũgo, quaſi in unũ iugũ iungo. *συζεύγνυμι*. [Ital. Congiungere. Galli. Joindre enſemble, & aller comme ſous un ioug. Hiſp. Ayuntar. Germ. Zuſamen iochen, zuſamen binden, zuſamen kopplen.] Cice. 1. Off. Eſtq; ea iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum coniunxit.

Coniũgĕs, *σύζυγα*, *συνεζευγμένα*, *συζευγοῦντα*, apud Rhetores ſunt, quæ ab uno genere uelut iugo flectuntur: ut à Iuſtitia, Iuſtus, Iuſtè, Iuſtum. ¶ Hinc locum à Coniugatis dicimus, quum ita argumentamur, Si riſus gaudium eſt, ergo & ridere, gaudere.

Coniugator, toris. *συζυγητής*: ut Boni amoris coniugator, de Hymenæo dixit Catull. in Epithalamio.

Coniugatio, In uerbis dicta eſt apud Grãmaticos, quòd multa tempora ad unum thema, uelut iugum quoddam aſtringat. *συζυγία*. [Ital. Vnion, ligamento. Gall. Vnion, liaiſon. Hiſp. Ayuntamiento. Ger. Zuſamen bindung.] Cic. in Catone propriè dixit, Adminiculorum ordines, capitum cõiugatio & religatio.

Coniũgŭs, pen. cor. Quod coniugatum eſt. *σύζυγος*. Plin. libro 8. cap. 23. Coniuga fermè nagantur, nec niſi cum compreſſa uita eſt.

Coniugulus, a, um: ut, Coniugula myrtus, apud Caton. ca. 133. Plin. li. 15. ca. 19. Cato tria genera myrti prodidit: candidam nigram, coniugalem, fortaſſis à coniugiis, ex illo Cloacinæ genere.

Coniũgium, n. ſ. Matrimonium. *συζυγία*, *γαμηλία*. [Italicè, Matrimonio. Gall. Mariage, coniunction & lieu de mariage. Hiſp. Caſamiento de marido ò muger. Germ. Der Eeſtand.] Virg. 1. Aenei. Coniugio iungam ſtabili, propriamq; dicabo. Cicer. 4. de Finib. Vt coniugia uirorum & uxorum à natura coniuncta eſſe dicerent. Idem 1. Offic. Prima ſocietas in ipſo coniugio eſt, proxima in liberis. ¶ Coniugium, pro coitu. Virgil. 3. Georg. - ſæpe ſine ullis Coniugiis uento grauidæ.

Coniugialis, le, Quod ad coniuges, ſiue ad coniugium pertinet. *γαμήλιος*. [Ital. Matrimoniale. Gall. De mariage, des apertenances de mariage. Hiſp. Coſa perteneciente al caſamiento. Ger. Eelich, oder das zů den eeleüten gehört.] Iur. Cõiugalis torus, lectus coniugum. Dii coniugales dicũtur, qui coniugiis præſunt, ut Iuno, Venus, Hymen. Seneca in Medea, Dij coniugales, tuq; genialis tori Lucina cuſtos.

Coniugialis, in eadem ſignificatione. Ouid. 1. Metamo. - ſine mitu regalia turbæ Atria complentur, non coniugialis feſta Qui canat, eſt clamor, ſed qui fera nuntiet arma. Fœdus coniugiale, Ouid. 11. Metamorph. Tunc quoque manſit amor, nec coniugiale ſolutum eſt Fœdus. Iura coniugialia, Ouidius 6. Metamorph. Nec mea uirginitas, nec coniugialia iura.

Coniũnx, om. t. ſecundum Priſcianum à Coniungo, is, ſine Coniunx ſine n, ſecundum Phocam, à Coniugo, as, Vxor, ſeu Maritus. *συμέζυγος*. [Ital. Moglie, ouero marito. Gall. Le mari ou la femme. Hiſp. El marido ò la muger. Ger. Ein Eegemahel.] Cic. ad Qu. Fratr. lib. 4. Fidelitſſima coniunx. Ouid. 2. Metam. Hoc certè factum coniux mea neſciet, inquit. Debita coniux, id eſt promiſſa & ſponſa. Ouid. Epiſt. 7. Quondam ſibi debita coniux. Deiectam coniuge eſſe, id eſt maritum amiſiſſe. Virg. 1. Aen. Heu quis te caſu deiectam coniuge tanto Excipit?

Cõniũm, *κώνειον*. Vide Conion.

Cõniũngo, is, xi, ctum, a. t. Simul coniungo, copulo, *συνάπτω*. [Ital. Congiungere. Gall. Conioindre, aller, unir. Hiſp. Ayuntar. Germanicè. Zuſamen fügen.] ut, Coniungere boues feriis, apud Catonem de Re ruſtic. capite 138. Caſſius ad Ciceronem libro duodecimo, Caſtra oppido coniunxit. Virgil. ſecunda Aeglog. Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit. Ouid. 8. Metamorph. - dextram coniungere dextræ. Cicer. pro Cluent. Quantam uim habeat ad coniungendas amicitias ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo.

Cõniũnctãs, participium. *συνημμένος*, *συζυγθείς*. [Italicè, Congionto. Gallicè, Conioinct, allé, uni. Hiſpani. Ayuntado. Germanicè. Zuſamen gefüget.] ut, Homines benenolentia coniuncti. Idem in Verr. Quæ eſt enim tanta facultas & dicendi copia, quæ iſtius uitam tot uitiis, flagitiisq; coniũctam aliqua ex parte defendere poſſit?

Coniunctus, nomen ex participio. Plancus ad Ciceronem, Sed primùm quòd ita meritos iudicabam: deinde quòd ad omnes caſus coniunctiores Reipublicæ eſſe uolebam. Cicero de Amicitia, Tum etiam cum iis & inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe M. Curium, & T. Coruncanum memoriæ proditum eſt.

Cõniũnctio, f. t. uerbale. *σύζυξις*. [Itali. Congiontione, congiongimẽto, grãde amicitia, cõfederatione. Gal. Cõionction, alliance,

alliance, union, grande amitié. Hiſp. Ayuntamiento, gran amiſtad. Germ. Zůſamen fügung, vereinbarung.] Plin. libr. 14. cap. 19. Ideò tum electa, quoniam coniunctioni & huic arbori Venus præſt. ¶ Coniunctio, pro mutua amicitia. Cic. ad Brut. Coniunctio tua cum collega, concordiaq; veſtra, quæ literis communibus declarata eſt. Societas cõiunctionis humanæ, Cic. 5. de Fin.

Coniunctè, aduerb. *συνημμένως, συνδιαζευκτῶς.* [Ital. Congiuntamente. Gall. Conioinctement, en toute union & concorde. Hiſp. Ayuntadamente. Ger. Sammenhaffe, miteinanderen.] Cicer. 2. de Orat. Et ſi coniunctè ſit elatum, &c. Plin. Epiſt. 94. Huius eſt hæres Maximus noſter, quem & ipſe amo, ſed coniunctius tu.

Coniunctiſſimè & amantiſſimè cum aliquo viuere. Cice. de Amicit.

Coniunctim, aliud aduerbium. *κατὰ συμπλοκήν.* Cæſar ſexto bel. Gall. Huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur.

Coniunx, Vide Coniugo.

Coniũro, as, penul. pro. Simul iurare, quum ſcilicet multi in alicuius perniciem iurant, hoc eſt, conſpirant. *συνόμνυμι, συνόμνυμαι.* [Ital. Congiurare Galli. Coniurer, conſpirer, iurer enſemble de faire une meſme choſe. Hiſp. Coniurar los que conſpiran. Ger. Zůſammen ſchweren.] Saluſt. Sed antè cõiurauere pauci in quibus Catilina fuerat. ¶ Interdum etiam in bonam partem accipitur, quum plures eidem iuramento honeſtam ob cauſam ſeſe aſtringunt. Vide Mutius Scævola apud Liu. lib. 1. Trecenti (inquit) coniuravimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac nia graſſaremur. Horatius de Arte poët. per translationem poſſunt pro conſentire, ſiue ſibi mutuò opem ferre, Alterius ſic Altera poſcit opem res, & coniurat amicè. ¶ Eſt etiam Coniurare, ſimpliciter iurare. Gellius, Age, malitiam ſaltem defende: tu verbis conceptis coniuraſti ſciens, ſcienti animo tuo.

Coniuratio, verbale, Conſpiratio. *συνωμοσία, σύνθεσις.* [Ital. La congiuratione. Gal. Coniuration, ou conſpiration. Hiſ. La conſpiracion ò coniuracion. Ger. Zůſamẽ ſchwerung.] Teren. in Hecy. Pro deûm atq; hominum fidem, quod hoc genus eſt? quæ hæc coniuratio? Vt omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, nolintq; omnia? Cicer. 2. de Diuinat. Mirabile autem illud, quòd eo ipſo tempore, quo fieret iudicium coniurationi in Senatu, ſignũ Ioui biennio poſtquam erat locatum, in Capitolio collocabatur.

Coniurati, orum, Qui inter ſe coniuraverũt. *οἱ συνόμοται.* [Ital. Quelli che ſon congiurati inſieme. Gal. Qui ont conjurè, coniurateurs. Hiſp. Los que conſpiran, ò eſtan coniurados con otros. Germ. Die zůſamen geſchworen.] Cice. in Catil. Ego quanta manus eſt coniuratorum, quam videtis eſſe permagnam, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video. ¶ Interdum coniungitur cum genitiuo: ut Coniuratus Getarum, qui cum Getis conſpiravit Claudian. 1. in Ruf. -tunc proditor ille Impius imperii, coniuratusq; Getarum Diſtulit inſtantes, cloſo principe, pugnas.

Cõlatro, as, are, a p. Latratu infeſto, obloquor. *λοιδωλαπτίω.* [Ital. Abbaiare. Gall. Abayer enſemble, abayer contre quelque choſe pour la blaſmer. Hiſpa. Ladrar, propriamente los perros. Germanicè, Vnder etwas bellen oder Reden, ſchmächen.] Seneca de vita beata, Siquis ex his qui philoſophiam collatrant, quod ſolent, dixerit, Cur ergo melius loqueris, quàm viuis?

Colluluo, Vide Colluluo.

Cõnãto, connatas, n. p. pen. corr. *συνάχομαι*, connatare, ſimul natare. Connatat nobiſcum, dixit Plaut. per translationem, pro, Rivalis eſt.

Cõnecto, ctis, Simul necto. *συμπλέκω, συνείρω.* [Ital. Annodare inſieme. Gall. Lier & attacher enſemble, acoupler, conjoindre. Hiſpa. Trauar una coſa con otra. Ger. Zůſammenknüpffen, ancinanderen binden.] Quintilianus libro quinto capite ultimo, Quæ apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolum nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt. Falces ſcalasq; connectere, Tacit. lib. 19.

Connexus, participi. *συμπεπλεγμένος.* [Ital. Ligato inſieme, congionto. Gall. Lié enſemble, conioinct, alié. Hiſp. Atado juntamente, trauado con otro. Germ. Zůſamen geknüpfft ancinanderen gebunden.] Cic. 2. de Nat. deo. Inde fides haec ter poſita, connexaq; videtur.

Connexus, us, ui, *συμπλοκή.* [Ital. Ligamento, congiuntione. Gall. Liaiſon, coniunction, connection. Hiſp. Atadura, trauazon. Germanicè, Zůſammen Bindung, oder knüpfung.] Lucret. libro 2. -differre neceſſe eſt interualla, vias, connexus, pondera, plagas, Connexu corpus adhæret. Idem lib. 3.

Connexum, xi, Pro concluſione. *τὸ συνημμένον.* Cic. 3. Acad. Ipſa enim ratio connexi quum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere.

Connexio, onis, f. t. Cõnectendi actus. *σύμπλεξις.* Et pro concluſione apud Quint. lib. 5. cap. 14.

Cõnexiuus, a, um, *συμπλεκτικός*, Quod aptum eſt connectere: ut, Connexiua coniunctio, apud Gell. li. 10. ca. 2. pro copulatiua. *σύνδεσμος συμπλεκτικός.*

Connitor, eris, d. t. Simul, vel vehementer niti, & dare operam. *συντείνομαι.* [Ital. Sforzarſi, far ſuo potere. Gall. S'efforcer à faire quelque choſe. Hiſp. Eſtribar ò esforçarſe para hazer algo. German. Etwas mit einanderen vnderſtehen zůthůn.] Cicer. 5. de Finibus, Quum autem paulum firmitatis acceſſerit, & animo nituntur & ſenſibus, conniteturq; ut ſeſe erigant. ¶ Conniti pro eniti, & parere. *ὠδῖνα.* [Ital. Partorire. Gall. Enfanter. Hiſp. Eſter la moger de parto. Germ. Gebären.] Virg. Aglo. 1. Hic inter denſas corylos modò namq; gemellos Spem gregis, ah ſilice in nuda conixa reliquit.

Connũo, ui, vel xi, ctum, n. ſ. Oculos genis intrego, oculos claudo, & aperio. *συκαρδαμύττω, κατανεύω.* [Ital. Serrar l'occhi. Gall. Cligner les yeux, fourciller ou ciller. Hiſp. Abaxar los parpados delos oios. Germ. Blintzen, mit den Augen zwincken.] Plin. libro 11. Graviores alitum inferiore gena connivent. Idem, Columbæ & ſimilia utraq; gena connivent. ¶ Transfertur etiam ad alia: unde Gell. libr. 17. dixit, Connivere cava ventris & ſtomachi, pro ſtipari, claudi, & contrahi. ¶ Cõnivere item, eſt clauſis oculis aliquid diſſimulare, *συκαρδαμυκτεῖν.* Cic. 4. Philipp. Quibuſdam in rebus etiam connivco. Idem pro Cælio, Prò dii immortales, cur interdum connivetis in hominum ſceleribus maximis? Suetonius in Cæſ. Delicta neque obſervabat omnia, neq; pro modo exequebatur, ſed deſertorum, ac ſeditioſorum inquiſitor ac punitor acerrimus, connivebat in cæteris, id eſt reliqua convitia oculis vel uti clauſis præteribat, tanquam diſſimulanter illa cõnivere tur. E contrario Inconnivens dicitur, qui oculis eſt vigilantibus, & aliqua in re fixis ſine mutatione, *ἀσυκαρδάμυκτος.* Gell. de Socr. Inconnivens, immobilis in iiſdem veſtigijs præſtabat. Habet hoc verbum ni ſyllabam productam. Silius, Connivet, ſolemque pauent deprendere viſu. Perſius Satyr. 6. Va miſi connives.

Conniuentia, æ. f. p. *ἐπίμυσις.* [Ital. Il diſſimulare, Il far ſemblante di non vedere ne udire. Gall. Diſſimulation de veoir quelque choſe, ſemblant de ne veoir ou apercevoir. Hiſpan. El conſentimiento abxando los oios. Ger. Das blintzen mit den Augen, oder die überſehung da man einem etwas hin gehn laſſt.] Diſſimulatio. l. j. C. de fund. & fal. rei domeſti. n. Quòd ſi mensis procuratorum conniventia ut id deinceps cæteri admiſerit, eos grauiſſimo iubemus ſupplicio ſubiacere.

Cõno, as, are. Simul nare. *συνέχομαι.* Connare, Simul nare. Proprium eſt piſcium.

Connatio, verbale. Plaut. Conniționis noſtræ conſcius: id eſt quod eandem admiremur mulierem. Sipontinus.

Connubo, connubis, pen. pro, connupſi, connuptum. *συνεκλίνω.* [Ital. Maritarſi inſieme. Gall. Se marier enſemble. Hiſpanicè, Caſarſe juntamente. German. Sich Vereelichen oder Verheyraten.] Connubere, Matrimonio iungi. Apul. Neſcientibuſque parentibus puellari ætate connupſeramus.

Cõnubĭum, n. ſ. Ios legitimi matrimonii, à Nubo, cuius prima producitur, quum in connubio quando q; propter matri neceſſitatem corripiatur. *συνγαμία.* [Italice. Legge del matrimonio. Gall. Coniunction par mariage, lien de mariage, affinité par mariage. Hiſpan. La ley, ò drecho dal caſamiento de marido y muger. German. Die Ee, oder Eeſtand. Item das rechts des Eeſtands.] Virgil. 1. Aeneid. Connubio iun-

bio longam ſtabili, eſt enim Syſtole figura, qua ſyllaba natura longa, corripitur. Cicero primo Officiorum, Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui.

Connubialis, le, *ἐπιγαμικός*. [Ital. Matrimoniale. Galli. De mariage, des apertenances de mariage. Hiſpa. Coſa de caſamiento. Ger. Ehelich, Hochzeytlich.] ut, Carmen connubiale apud Claudianum 7. Paneg. Vincla connubialia, Statius 5. Thebaid. *ἄσμα γαμήλιον*.

Connūdo, as, are, pen prod. Idem quod nudo. *γυμνῶ*. [Itali. Nudare. Galli. Deſtre tout nud, deſcouurir. Hiſp. Deſnudar lo veſtido. German. Entblöſſen, entdecken.] Plin. lib. 18. capite ſeptimo, Iam primum abigi grandines turbinesque, contra fulgura ipſa in menſe connudata, ſic auerti uiolentiam cœli.

Conōides, *κωνοειδὴς*. A Græcis dicitur quicquid coni, hoc eſt metæ formam habet: unde cupreſſus fœmina hoc uelut proprio epitheto à mare diſtinguitur, eò quòd faſtigium habeat in metæ formam conuolutum, quum mas extra ſe ramos ſpargat.

Conōpēum, n. ſ. *κωνωπεῖον*. [Ital. Padiglione da letto. Galli. Comme autour d'un lit, pauillon. Hiſpa. Pauellon contra los moſquitos. Ger. Ein Vmbhang vmb das Bett, wie es vorzeiten die Egypter gebraucht haben, wider die groſſen Mucken oder Fliegen, ſo aus dem fluſs Nilo herauff kommen.] Tentorium ſeu uelum, & papilio ille lineus, uel byſſeus, ſeu bombycinus, qui toro circundatur ad arcēdos culices: quo maximè utuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices conflent, quos *κώνωπας* dicunt. Inde *κωνωπεῖον* per ei, diphthongum. Poëtæ tamē Latini ſuo quodammodo abijciūt uocalem ſubiunctiuam, & penultimam corripiunt. Propertius, Ferdaq; Tarpeio conopea tendere fruſtra. Et apud Horat. lib. Epod. Et inter ſigna turpe militaris ſublucet conopeum. Poſterius carmen eſt Iambicum dimetrum, cuius ultima ſedes poſcit Iambum. Ineptiſſimè autem lapſi ſunt, qui per œ, diphthongum hanc dictionem ſcribendam præceperunt.

Cōnops, *κώνωψ*. A Græcis appellatur minoris muſcæ genus, quod nos Culicem appellamus. Inde Conopeum, ut iam docuimus.

Cōnor, aris, d. p. Niti, & dare operam ut aliquid fiat. *πειρῶμαι*. [Ital. Sforzarſi. Gal. Eſſayer, taſcher, ou s'eſforcer à faire quelque choſe. Hiſp. Eſforçar ſe, para hazer alguna coſa. Ger. Vnderſtohn, ſich etwas zuthun vndernemmen.] Terent. in Andr. - cum autē hoc timet, Ne deſeras ſe. P. Hem egone iſtuc conari queam? Idē ibidem, Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies. Capitis periculum adire, dum proſim tibi.

Conatus, us, ui, m. q. Niſus experientia. *πεῖρα*. [Ital. Sforzo, ſperienza. Gall. Effort, eſſay, entreprinſe. Hiſpa. Eſfuerço, experiencia. Ger. Das vnderſtahn, oder die vnderwindung eines dings.] Cic. 1. de Nat. deor. Dedit autem eadem natura belluis & ſenſum, & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos: altero ſecernerent peſtifera à ſalutaribus. Idem 2. de Clar. Orat. Populi ingrati paſſi iniuria, ſe ad hoſtes contulit, conatumq; iracundiæ ſua morte ſedauit.

Conāmen, nis, n. e Conatus, niſus. *πεῖρα*. Ouid. 2. Metamor. -demùmque molarem Suſtulit, & magnum magno conamine miſit.

Conamentum, ti, neut. ſ. Plin. libro 19. capite 2. De ſparto loquens, Ad reliquos uſus laboriosè euellitur, ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, conuolutum oſſeis, lignisue conamentis: hoc eſt, adiumentis, & fulcimentis ligneis.

Conquadrāre, In quadratam figuram redigere. *τετραγωνίζω*. [Ital. Squadrare. Gal. Eſquarrir. Hiſp. Quadra una coſa à reduzir en quadro. Germa. Geuierdt machen.] Colu. lib. 8. ca. 1. Conquadratæ deinde foratis duobus aduerſis parietibus inducuntur, &c.

Conquassāre, a. p. Concutere eſt, uel confringere, conterēre. *σείειν, διαῤῥηγνύναι*. [Ital. Concaſſare, ſcuotere. Galli. Ebranler, caſſer & briſer, froiſſer. Hiſp. Sacudir, ò quebrar y caſcar. Germ. Erſchüttern, ergellen, zerbrechen.] Cato ca. 14. Qualum incidito prope imum: ſi uerò calix erit, conquaſſato, cum eo qualo aut calice in ſcrobem ponito. Lupus conquaſſatum, Lucretius libro 5. Conquaſſari terræ motibus, Cicero 1. de Diuinatione, Apulia maximis terræ motibus conquaſſata eſt. ¶ Conquaſſare nationes, per translationem, pro uaſtare, & conterere. Cicero pro Sextio, Etiam exteras nationes illius anni furore conquaſſatas uidebamus.

Conquassātio, uerbale. *σεισμός*. [Itali. Conquaſſamento, crollamento. Gall. Esbranlement, tremblement. Hiſpa. Aquella obra de ſacudir, ſacudimiento. Germani. Erſchütterung.] Cicer. 4. Tuſcul. Itaque illa duo, morbus, & ægrotatio, ex totius ualetudinis conquaſſatione & perturbatione gignuntur.

Conquĕror, eris, d. e. Idem eum ſimplici Queror. *μέμφομαι*. [Ital. Lamentarſi, dolerſi. Galli. Se complaindre. Hiſpani, Quexarſe de otro. Ger. Sich beklagen.] Cic. 5. Verr. Tanta uis erat iniuriarum, ut homines quiduis perpeti, quàm nō de iſtius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallēt. Idem Marcello, li. 1. Epiſt. Satis habeas, nihil me etiā tecum de tui fratris iniuria conqueri.

Conquestus, us, ui, Querela. *μέμψις, μεμψιμοιρία*. [Ital. Lamento, rammarico. Gal. Complainte. Hiſp. Quexa de otro. Ger. Ein Klag.] Liu. 8. ab Vrbe, Tum libero conqueſtu coorta uoces ſunt.

Conquestio, aliud uerbale. Cic. ad Qu. Frat. lib. 1. Vbi nullum auxilium, nulla conqueſtio.

Conquiesco, n. e. Idem eſt quod ſimplex quieſco. *ἡσυχάζω, ἡσυχίαν ἄγω*. [Ital. Acquetuarſi. Galli. Se repoſer, prendre repos. Hiſp. Holgar. Ger. Beruwen.] Cicer. de Fin. Videmus igitur ut conquieſcere ne infantes quidem poſſint. ¶ Conquieſcere in re aliqua, eleganter accipitur pro re aliqua delectari. Cic. Curioni, Aetas noſtra iā ingraueſcens, in amore atq; in adoleſcentia tua conquieſcat.

Conquĭniſco, is, n. e. conquexi. Caput inclino. *ὑπονύσσω*. [Ital. Chinare il capo. Gall. S'encliner & faire le petit. Hiſ. Inclinar ò abaxar la cabeça. Ger. Sich neigē, oder buckē.] Plaut. Faciendum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtulam.

Conquīro, is, n. e. Eſt diligenter quærere, & inueſtigare, uel quærendo in unum contrahere. *ζητέω*. [Itali. Cercare con diligenza. Gall. Chercher de toutes parts, chercher diligemment. Hiſp. Buſcar curioſamente y diligentemente. Germ. Fleiſſig ſuchen oder erforſcheo, zuſammen ſuchen.] Cicer. lib. 5. in Verrem, Quum undiq; homines nequiſſimos conquiſiſſet. ¶ Inde Conquirere milites, eſt delectum militum habere.

Conquisītio, uerbale. *συλλογή*. [Ital. Ceramento, inquiſitione. Gall. Cherchement, eſlite, perquiſition. Hiſp. Aquella obra de buſcar, buſca con diligēcia. Ger. Zuſamen ſuchen, das fleiſſig erfragen oder nachhin ſuchen.] ut, Conquiſitio militum, eſt ipſe militum delectus: quum ſcilicet Imperator pro ſua autoritate, quos ei uiſum fuerit, ad militiam conſcribit etiam inuitos: quod in maloribus tantùm Reipublicæ periculis fieri conſueuit. Alioqui enim contenti erant iis qui ultrò nomina dabant. Cic. de Prouinciis Cōſ. Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima cō quiſitione coactus, omnis interiit.

Conquisītores, Dicti ſunt homines illi, per quos milites conquirebantur. *πρατολογίται, οἱ ἀνδρολογοῦντες*. Cic. ad Attic. Nullus uſquam delectus: nam conquiſitores *φαινοπροσωπῶν* non audent, nec nomina dant.

Conquisītus, nomen ex partic. ut Menſæ conquiſitiſſimis epulis extruebantur. Cic. 5. Tuſcul.

Conquisītē, aduerb. Pro doctè, & diligenter. *ἐπιστημόνως, ἐπιμελῶς, ἀκριβῶς*. [Itali. Con buona informatione, diligentemente. Galli. Songneuſement, auec toute diligence. Hiſp. Con toda diligencia de buſcar. Ger. Gantzfleyſſiglich.] Gell. lib. 1. cap. 10. Hæc Varro de numero ſeptenario ſcripſit admodum conquiſitè.

Conrei, Dicuntur qui ſimul ob eandē causam rei facti ſunt. [Itali. Correi, reo in compagnia. Galli. Citez ou ioints ènſemble pour comparoir deuant un iuge. Hiſp. Acuſados, y demandados iuntamente en iuyzio. Germ. Die mitteinanderen an einer ſach ſchuldig ſeind.] Dictio frequens eſt apud Iureconſ. ut apud Vlpian. in l. Liberationem. Parag. nunc de effectu. ff. de Liber. leg.

Conrēgione, Veteres pro, E regione dixerunt. Feſtus.

Conſălūtāre, a. p. Eſt uterò, citroq; ſalutationem dare. *προσαγορεύειν, συναπάζεσθαι*. [Ital. Salutare inſieme. Gal. S'entreſalu-

treſaluer, ſaluer les vns les autres, ou pluſieurs enſemble. Hiſpan. Saludarſe vno à otro. German. Begrüſſen, mit einander grüſſen.] Cicero libro ſecundo de Oratore, Qui quum inter ſe, ut ipſorum uſus ferebat, amiciſſimè conſalutaſſent.

Conſalutatio, uerbale. *ἀσπασμός.* [Ital, Salutatione de molti ad uno ò tra loro. Galli. Salutation entre amis ou conneus. Hiſpa. Saluracion vno à otro. German. Ein Grüſs, ſo vil mitt einander thůndt.] Cic. li. 2. ad Att. Hinc plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica.

Conſánguĭneĭ, m. ſ. Dicuntur qui ſanguine inter ſe connexi ſunt. *συγγενεῖς, ὁμαίμονες, ἀγχίστροφοι.* [Ital. Parenti. Gall. Parens du couſté du pere, d'un meſme ſang & parenté Hiſp. Parientes dela meſma ſangre. Germ. Blůtsfreůnd, ein Blůtsverwandter.] Plaut. in Pœn. Meis conſanguineis nolo te minuſtè loqui. Cic. ad Attic. li. 2 Sed *βούπαιδ@* noſtri conſanguineus, non mediocres iacit atque denuntiat. Conſanguineorum appellatione continẽtur etiam fratres ex eodem patre nati, li. 3. Inſtit. tit. de leg. agn. ſucceſſ. Parag. 3. Itaq; ex eodem patre nati fratres, Agnati ſibi ſunt, qui & Conſanguinei uocantur. Arma conſanguinea, Claudia. in bell. Gild. Turba conſanguinea, Ouid. Epiſt. 14. Sopor conſanguineus lethi, Virg. 6. Aeneid.

Conſánguĭnĭtas, fœ. t. Ipſa ſanguinis coniunctio. *συγγένεια πρὸς αἷμα τ@* [Ital. Parentado Gall. Conſanguinité, parenté du couſté du pere. Hiſp. Parenteſco de ſangre. Germ. Blůtsfreůndtſchaffe.] Liuius 7. ab Vrbe, Cæritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat. Propinquus conſanguinitate alicui, Virg. 2 Aeneid.

Conſano, as, Curo, ſano *ἰάομαι.* [Ital. Sanare. Gall. Guarir. Hiſp. Sanar. Germ. Heilen, geſund machen.] Colu. li. 4. cap. 24. Quo plerunq; fit, ut quod præcidi debeat, perfringatur, & ſic uitis laniata ſcabratáq; putreſcat humoribus, nec plagæ conſanentur. ¶ Conſauare pro Conſanеſcere, Vlpian. in L. Idem. ff. de Aedilitio edicto, Idem Offilius ait, Si homini digitus ſit abſciſſus, membriue quid laceratum, quamuis conſanauerit, ſi tamen ob eam rem eo minus uti poſſit, non uideri ſanum eſſe.

Conſanеſco, is, Sanos fio. *ὑγιάζομαι, ὑγιὴς γίνομαι.* [Italicè, Diuentar ſano Gall. Eſtre guari, ſe guarir. Hiſp. Hazerſe ſano. Ger. Geſund werden.] Cice. Sulpit. lib. 4. Nunc autem hoc graui uulnere, etiã illa quæ conſanuiſſe uidebantur, recrudeſcunt Col. li. 4. ca. 27. Tum etiam uitem minus cicatricoſam reddit: quoniam id, ex quo uiride & teneꝝ decerptum eſt, celeriter conſaneſcit.

Conſarcinare, Simul ſarcire ſignificat, & nullo delectu coniungere. *συμβάλλειν* [Ital Cufire inſieme Gal. Recharger, aiouſter à la charge, rempiecer & renforcer. Hiſpa. Cozer ò zarzir iuntamente. Germ. Etwas zů burdinen zůſammen binden, Burdinen machen.] Gell. li. 15. ca. 15. In quo uerſu non oportet alterum uideri uerbum, idem quod ſuperius ſignificans, ſupplendi numeri cauſa extrinſecus additum & conſarcinatum. Eſt enim hoc inane admodum & futile. ¶ Compoſitum eſt à Sarcino, quod apud ueteres Iuriſconſultos frequentiſſimè legitur pro ſarcire, & Sarcinator pro Sartore.

Conſarrio, is, ire, Idem quod Sarrio *σκαλεύω.* [Ital, Zappare, cauare. Gall Sarcler ou biner. Hiſp. Sachar ò eſcardar la tierra. Ger. Eíteſen, Seůberen.] Col. li. 11. ca. 3. Deinde ſulci omnes conſarriendi.

Conſaucio, as, actiuum, à quo Conſaucior, aris, paſſiuum. *λελατραυματίζω.* [Ital. Ferire. Gal. Bleſſer fort, naurer. Hiſp. Herir ô llagar. Germ. Verwunden, verletzen.] Autor ad Herenn. li. 4. In hoc autem crebro & celeri uulnere corpus conſauciari uidetur.

Conſcelerare, eſt ſcelere conſpurcare. *μιαίνω.* [Ital. Sporcare di ſceleraggine. Gall. Prophaner, contaminer, ſouiller de meſchanceté. Hiſp. Enſuziar algo pecando. Ger. Durch laſterliche ding geſchenden, oder vermaſsgen.] Liu. 10. bel. Mace Agite, conſcelerate aures paternas: decernite crimini bus, mox ferro decretori. Conſcelerare oculos dicũtur qui nefandum aliquod facinus aſpiciunt. Ouid. lib. 7. Metamorph. Cur non & ſpecto percuntem, oculoſq; uidendo Conſceleroꝝ

Conſceleratus, a, um, *ἀνόσι@.* [Ital. Pieno à macchiato de ſceleraggini. Galli. Souille & ord de malefice, meſchant tout outre. Hiſpanicè, Enſuziado algo pecando. Germanicè, Mit laſteren befleckt oder verwůſtet.] ut Conſceleratа mens, Cicero in Catil. Et pro Cluentio, Conſceleratа exectio linguæ, Conſceleratus nullus, Ibidem. A filijs conſceleratiſſimis furiæ domeſticæ & aſſiduæ pœnas parentum dies noctesque repetunt. Cicero pro Sexto Roſc. Amer.

Conſcendo, is, Nauim ingredior nauigandi cauſa. *ἐπιβαίνω.* [Ital. Entrare in naue per nauigare, Aſcendere. Gall. Monter, monter en un nauire, s'embarquer. Hiſp. Subir en la naue para nauegar, ſubir iuntamente. Germ. Zuſſteygen, in ein Schiff ſteigen.] Cic. 4. Acad. Quid enim conſcendens nauem ſapiens, num, &c. Cæſ. de bel. Ciuil. Non minore animo ac fiducia, quàm antè dimicauerant, naues conſcendunt. Virg. 1. Aeneid. Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor. ¶ Ponitur aliquando abſolutè. Cic. Attic li. 9. Idibus Martiis Pompeium à Brundiſio conſcendiſſe. Cæſar. Erat completis litoribus contentio, qui potiſſimum ex magno numero conſcenderent. Scopulum conſcendere. Virg. 1. Aen. Curtum conſcendere, Liu. 8 bell. Maced. Equũ conſcendere, Idem 1. bell. Maced. Conſcendere in equum, Ouid. lib. 6. Metamor.

Conſcenſio, onis, uerbale *ἐπίβασις* [Ita. Montamento in naui, lo imbarcarſi. Gall. Montement, embarquement. Hiſp. Subida, ò ſubida en la naue para nauegar. Ger. Das ſteygen oder tretten in das Schiff.] Cic. 1. de Diuin. Eumq; dixiſſe remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum uaticinatum, madefactum iri minus XXX diebus Græciam ſanguine, rapinas Dyrrhachii, & conſcenſionem in naues cum fuga, à quo Conſcenſus. *ἀναίβασις.*

Conſcientia, Vide Conſcius.

Cõſcindo, is, ere, a. t. In multas partes ſcindo. *διαῤῥήγνυμι.* [Ital. Lacerare, ſpezzare, ſquarciare. Gal. Couper en pieces, decouper, dechirer, depecer, dechiqueter. Hiſp. Cortar en muchas partes. Ger. Zerſchneyden, zerhauwen, zerreiſſen.] Terent. Eunuch. Veſtem omnem miſerè diſcidit, tum ipſam capillo concidit. Curæ conſcindunt hominem ſolicitum, Lucret. libr. 6. ¶ Conſcindere ſibilis, per translationem, pro Exibilare, & explodere. Cice. Attic. lib. 2. Tam gladiatores quàm dominus, quàm aduocati, ſibilis conſciſſi. ¶ Conſcindere aliquem, pro criminari, & alicui conuitiari Cic. ad Att. li. 8 Is enim me ab optimatibus ſit cõſcindi.

Conſciſſura, ræ, Ipſa ruptio *διαῤῥῆξις.* [Ital. Feditura, rottura. Gal. Fente & briſure. Hiſpan. Hendidura, corradura. German. Ein ſpalt, ein ryſs.] Plin. libro 14. capite octauo, Dein quum pretio periſſet gratia artis, detractum eſt aurum, pretioſiorque talis exiſtimatur, etiam cicatricibus operis atque conciſſuris, in quibus aurum hæſerat, remanentibus.

Conſciſſus, *διασχισμέν@.* [Italic. Rotto in pezzi, ſtracciato. Gall. Dechiré, rompu. depecé, briſé. Hiſp. Hendido y corrado en muchas partes. Germanicè, Zerhauwen, zerreiſſen.] Vt conſciſſa pallula, Plaut. Trucul. Epiſtola conſciſſa, Cic. Gallo, lib. 7.

Conſcio, a. q. apud Horatium in Epiſtolis legitur pro eo quod eſt, alicuius rei mihi conſcius ſum. *σύνοιδα.* [It. Eſſere conſcio, conſapeuole. Gallic. Sentir en ſoymeſmes, ſe ſentir coulpable. Hiſpa. Saper en mala parte, ſer ſabidor con otro de alguna coſa. Germa. Etwas im ſelbs bewůſt ſein.] Hic (inquit) murus aheneus eſto, Nil cõſcire ſibi, nulla pallеſcere culpa, hoc eſt nullius rei ſibi conſcium eſſe.

Conſcius, penult. produ. partic. à Conſciſcor **uerbo paſſiuo,** *διεγνωσμέν@, συμψηφιθείς.* Plin. lib. 36. cap. 15. Paſsim conſcita nece, Quiritibus tædium fugientibus.

Cõſciſco, is, conſciui, conſcitum. a. t. Conſentio, communi conſilio ſtatuo, decerno. *συμψηφίζεσθαι, ὁμοῦ ψηφίζεσθαι.* [Italicè, Conſentire, ſtatuire. Gallicè, Ordonner d'un common conſentement, decerner. Hiſpanicè, Conſentir, eſtablecer. Germanicè, Etwas erkennen oder aufs beſtillen ſetzen, Etwas mit wůſſen thůn.] Liu. libro primo, Cenſuit, conſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latiis fieret. Valla libro quinto capite octuageſimonono, ſcribi hoc uerbum ad mortem ferè pertinere: ut Conſciſcere ſibi mortem. *παραλύειν τὸ ζῆν ἑαυτῷ, προσθεῖναι τῷ ἑαυτοῦ βίῳ.* [Ital. Ammazarſi. Gallicè Se faire mourir, ſo tuer. Hiſpanicè, Matarſe à ſi meſmo. Germanicè Im ſelbs den Todt an thůn, ſich ſelbs vmbringen.] Cicer. de Clar. Oratoribus Themiſto

Themiſtocles ſibi mortem conſciuit, Idem libr.3. Epiſtol. Mortem mihi cur conſciſcerem, cauſa niſa non eſt. ¶ Per tranſlationem ponitur pro contrahere. *ἐκπαθῶ*. Col. lib.2. Diligens paſtor ſtabulum quotidie euerrerit, nec patiatur ſtercus humorem conſciſcere. ¶ Sciẽdum eſt quòd Conſciſco, Aſciſco, Deſciſco, Præciſco, & Reſciſco, faciunt præterita in iui, ſicut eorum primitiua: & Cõſcio quidem, Deſcio, & Reſcio, rarò ſunt in uſu, ſed magis Conſciſco, Deſciſco, & Reſciſco. Aſcio & Præſcio inueniuntur: quamuis Aſcio non ita frequenter, ſicut Præſcio. Hinc Aſciſco, & Præſciſco, licet magis Aſciſco quam Præſciſco, eò quòd Aſcio minus in uſu ſit: Præſcio uerò magis. Quum ergo Conſciſco, Deſciſco, & Reſciſco uſurpentur, non mirum eſt ſi Conſcio, Deſcio, & Reſcio, obſoleuerunt: quoniam ferè ſuperfluum eſſet in eadem ſignificatione utraq; haberi. E diuerſo autem, Scio, ſæpiſſimè reperitur, ratius autẽ Sciſco. Apud Plautum tamen legitur Sciſcam, in Amphitryone, Ocyus accurro, ut ſciſcam quid uelit. Præſcio in uſu eſt, Præſcico minus: quod tamen & ipſum legitur apud Virg. lib.4 Georg. Continuoq; animos uulgi trepidantia bello Corda licet longè præſciſcere. ¶ Aſcio apud Colum. in Præfatione, Et pecoribus parandis, conſeruandisq; quoniam & hanc æſtimo, quaſi agriculturæ partem. Quo tamen loco emendatiora Columellæ exemplaria Aſciuimus habent, præterito tempore, quod ab Aſciſco potius, quam ab Aſcio eſſe uidetur.

Conſcius,a,f.p. Proprie qui rem ſcit. *συνειδώς*. [Ital. Conſcio, cõſapeuole Gall. Coulpable de quelq; cas, qui ſait quelq; cas. Hiſpan. Sabidor con otro de alguna coſa. Germ. ¶ Mitwiſſer, der im ſelbs etwas bewüſt iſt.] Cl. M. Rutilio, Quum & miſi conſcius eſſem quanti te facerem. Nonius de Verb. differt. Scius inquit ſecum, Conſcius cum altero: quam tamen differentiam fatetur à ſcriptoribus non obſeruari. Nam poſtquam Scius in uſu eſſe deſiit, Conſcius utriuſq; locum occupauit. Saluſt. Populares conſcios ſceleris ſui. Virg.1. Aen. - & mens ſibi conſcia recti. Cic.3. Offic. Sibi autem nullius eſſent conſcii culpæ.

Conſcientia,æ,f.p. Sui ſcientia, ſiue certiſſima ſcientia, & uelut certitudo eius rei quæ animo noſtro ineſt, ſiue bona ſit, ſiue mala. *συνειδὸς, συνείδησις*. [Ital. Conſcienza, teſtimonio dell'animo noſtro, rimorſo. Gall. Conſcience, remors, reconnoiſſance de ſon fait. Hiſp. El ſaber del coraçon. Ger. Gewüſſen, oder gewüſſne.] ¶ In bonam partem accepit Cicer.2. Philip. In ipſa conſcientia rectè factorum ſatis magnus laborum fructus eſt. Et alibi, Nulla me re lætari ſoleo, quàm officiorum meorum conſcientia. Idem de Senect. Conſcientia bene actæ uitæ, multorumq; beneficiorum recordatio iucundiſſima eſt. ¶ In deteriorem partem idem poſuit, in Catil. Inuect. Recitatis literis, conſcientia conuictus repentè conticuit. Idem pro Sext. Roſc. Suum quẽq; ſcelus agitat, amentiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes conſcientiæq; animi terrent. ¶ Conſcientia mille teſtes. Quint. li. Inſtit. Orat.5. hanc ſententiam ut prouerbialem citat. Senſus interprete non eget. Extat & Græcanica ſententia, *συνείδησις πλείστα τὴν ψυχὴν*, id eſt, Conſcientia terret animum.

Conſcribello, pro conſcribo ueteres dixerunt. *ἐπιβάλλω, ἐπιγράφω*. Varro, Itaq; eas in ceram conſcribillauit Hercules ad litem. Idem Marcipore, Aſtrologi non ſunt, qui conſcribillarunt pingentes cœlum. Nonius. Quo loco quidam legendum putant Conſcribillare, id eſt, ſacrificare. Catul. Epigram. Iouſta turpiter tibi flagella conſcribillent.

Cõſcribo,is,ſi,ptum. Simul ſcribo, aut ſimpliciter ſcribo. *συγγράφω*. [Ital. Scriuere. Gall. Eſcrire, enregiſtrer. Hiſp. Eſcriuir. Germ. Schreyben, Beſchreybẽ.] Cic. ad Attic. lib.12. De Antonio quoq; Balbus ad me cum Oppio conſcripſit. Idem, Legem Conſules conſcripſerunt qua Pompeio per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Plaut. Aſin. Agedũ iſtum oſtende, quem conſcripſiſti, ſyngraphum. Conſcribere milites, eſt cogere, & in certum numerum ac ſcriptum redigere: quod Galli dicunt Enroller.

Conſcripti, qui in Senatu ſcriptis annotati erant, qui per inopiam Senatorum ex Equeſtri ordine in Senatorum numerum recipiebantur. *προσγεγραμμένοι*. Liui. lib.2. Deinde quo plus patrum in Senatu frequentia etiã ordinis faceret, cæd. bus regis diminutum patrum numerũ, primoribus equeſtris gradus electis, ad trecentorum ſummam expleuit. Traditum inde fertur, ut in Senatum uocarentur, qui patres, quiſq; conſcripti eſſent: Conſcriptos uidelicet in nouum Senatum appellabant lectos.

Conſcriptio,onis,f.p. Compoſitio, actus conſcribendi. *συγγραφή*. [Ital. Scrittura, regiſtro. Gall. Eſcritture, regiſtre, roolle. Hiſp. Eſcriptura en uno. Germ. Beſchreybung oder zuſamen ſchreybung.] Cic. pro Cluent. Falſæ conſcriptiones quæſtionum.

Cõſecto,as,are,a.p. Idẽ quod Seco, uel in multa ſeco. *τέμνω, διατέμνω*. [Ital. Tagliare. Gal. Decouper, chiqueter. Hiſp. Cortar. Ger. Zerhauwen, zerſchneyden, zerſtucken.] Plin. li.36. c.26. Acies tanta eſt quacunq; ut citra ullum ſenſum ad oſſa conſecet quicquid afflauerit corporis. Ouid.3. Triſt. Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Conſecare in tenues membranas. Plin. li.30. ca.4.

Conſectio,uerbale. *ἀνατομή*. [Ital. Taglio, inciſione. Gallic. Coupeure, dechiqueture. Hiſp. Corradura. Ger. Zerſchneydung.] Cic. de Natur. deor. Arborum autem conſectione, omnique materia, & culta, & ſylueſtri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum utimur, &c.

Conſecro,as, pen. corr. Idem quod Sacro, id eſt, Deo dico, & ſacrum facio. *ἁγιάζω, ἱεράω*. [Ital. Conſacrare. Gal. Conſacrer, dedier. Hiſpa. Conſagrar. Ger. Vueyhen, Heyligen, Gott vnnd heyligen gebreuchen zueigneu] Cice. 2. Vſc. Quaſi addicti & cõſecrati. Plin. de Vitis illuſtribus, Spolia opima Ioui Pheretrio in Capitolio conſecrauit.

Conſecratio, onis, f.t Dedicatio. *ἀνάθεσις*. [Ital Conſacration. Gall. Conſecration, dediement. Hiſp. Conſagracion. Germ. Vueyhung. Heyligung] Cic. pro Domo ſua, Conſecrationes fiebant aut à Pontificibus, aut à Tribunis plebis. Ibidem, In conſecratione ſtatuebantur arę, quæ religionem afferrent.

Conſecrandum, n.ſ. Quod eſt conſecratum. *ἁγιασμένον*. [Ital. Che è conſacrato. Galli. Conſacré, dedié, ayant receu, & fait le ſerment ſolennel. Hiſp. Coſa conſagrada. Germ. Geweyhet, geheyliget.] Vocabulum ferè in caſtris repertum, qualia ſunt Conterraneum, Commilitaneum, Militaneũ, Suffarraneũ, Limitaneum. Iulius Capitol. in concione qua dũ Maximini Cæſaris, Commilitones (inquit) lacerati, imò uerè conſecranei. Alio loco, Nullam ciuitatem æquè militaneam, dixit. Tertullianus Conſeraneos uocat, qui quaſi uni ſectæ mancipati ſunt.

Conſectanẽs, Conſectarium, Conſector, Conſectatio, Conſectator, Vide Conſequor.

Conſemineus,a,um, *ὁμόσπορος & ὁμοσπόλυκος &c.* [Ital. Seminé & piante de diuerſe ſorti. Gall. Semé de pluſieurs & diuerſes ſemences. Hiſp. Sombrado de diuerſas ſemienres Germ. ¶ Mitt vilerley Samẽ geſäyet, oder mit einerley Samen geſäyet] Dicitur de re in qua uaria ſemina commiſta ſunt, Vt conſeminea uineæ ſunt, in quibus diuerſa uitium ſemina aceruatim confuſa ſunt, nec proprijs generibus diſtincta. *αἱ ἄμπελοι συμφυτευθέσαι χάδην ἀλλήλαις*. Colum. libro tertio capite 21. Iam illa ſeminum ſeparatio ſummam commoditatem habet, quòd uinitor ſuam cuiq; facilius putationem reddet, quũ ſcit cuius notæ ſit hortus, quem deputet: idq; in uineis conſemineis ſeruari difficile eſt. Sic etiam Syluam conſemineam uocant, quæ ex uariis arborum generibus confuſè conſita eſt. Idem libro duodecimo capite 16. Syluam ſiquis barbaricam, hoc eſt conſemineam uelit facere.

Conſeminalis, Pro eodem etiam legitur apud eundẽ. Col. lib. 12. ca. 45. Propter quod etiam conſeminalium uinearũ non eſt tam firmum uinum, quàm ſi per ſe ſyncerum ſumminetum uel ſpinetum condideris.

Conſenęſco, conſeneſcis, conſenui. *γηράσκω, συγγηράσκω, παγκμάζω*. [Itali. Inuecchiare, diuenir uecchio. Gallice, Enuieillir, deuenir uiel. Hiſp. Enuegeſcer. Germ. Alt werden.] Conſeneſcere, Senem fieri Plaut. Capt. Macreſco, conſeneſco & tabeſco miſer. Cic.1. Tuſcul. Atq; Oratorum quidem laus ita duſta ab humili uenit ad ſummum, ut iam quod natura fert in omnibus fere rebus conſeneſcat, breuiq; ad nihilum uentura uideatur.

Conſenſio, Vide Conſentio.

Conſentia ſacra, Quæ ex conſenſu multorum ſunt ſtatuta. Feſtus.

Conſen-

Cōſentio,is,n.q.Conuenio,idem ſentio. *ὁμολογέω,ὁμοδοξέω,προσίσμαι,συμφωνέω,συνίσμαι.* [Italic. Conſentire. Gall. Conſentir. Hiſpa. Conſentir. Ger. Eines Sinnes ſein bewilligen.] Plin. libro 17. capite 11. Eadem mentura Græci autores conſentiunt, non altiores quino ſemipede eſſe debere. Cicer. 1. de Finib. Ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat

Conſentiens, partic. *ὁμολογούμενος.* [Ital. Chi conſente & s'e accorda. Gall. Conſentant, acordant, conforme. Hiſp. Coſa concorde. Germau. Der da eines Sinnes oder meinung iſt, der bewilliget.] Cicero ſecundo de Diuinat. Animorum conſentientium multitudine completum eſſe mundum.

Cōſentātus, participip. Confeſſus. *ὁμολογούμενος.* [Ital. Accordato. Gall. Acordé. Hiſp. Confeſſado y acordado. Germau. Der bewilliget oder einhellig iſt.] Gell. li. 5. ca. 10. Syllogiſmus eſt oratio, in qua conceſſis quibuſdam & confectis, aliud quid quâ quæ conceſſa ſunt, per ea quæ conceſſa ſunt, neceſſariò conficitur.

Conſenſus, m. q. us, ui, nomen, Concordia, conuenientia. *ὁμόνοια.* [Ital. Conſentimiento, acordo. Gall. Acord & connoiſſance, conſentemens. Hiſpa. Conſentimiento, conueniencia. Germanicè. Einhelligkeit, zuſammen ſtimmung, Verwilligung.] Cicero tertio de Natur. deor. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſuq; naturæ. Claudianus de bell. Gild. - diſſenſus acerbus, Et grauior conſenſus erat.

Conſenſio, f. t. ut Speuſippus ait, Communio rerũ omnium, cogitationum, ſuſpicationumq; concordia. *ὁμόνοια, συμφωνία.* [Ital. Conſentimento. Gall. Conſentement. Hiſpa. El conſentimiento. Germanic. Einhelligkeit, bewilligung.] Cicero ad Cæſ. Populi uerò Romani, totiusq; Italiæ mira conſenſio. Idem 1. de Natura deor. Quum enim non inſtituto aliquo, aut mora, aut lege ſit opinio conſtituta, maneatq; ad unum omnium firma conſenſio, intelligi neceſſe eſt, eſſe deos.

Conſentaneus, a, um, Conueniens. *σύμφωνος, ὁμολογούμενος.* [Ital. Conſentaneo. Gal. Conuenable, acordant & ſemblable. Hiſpa. Coſa concorde en ſentencia. Germani. Das mitſtimpt, gleichförmig, ánlich.] Cicero 5. de Finib. Itaq; omnis honos, omnis admiratio, omne ſtudium, ad uirtutem, & ad eas actiones quæ uirtuti ſunt conſentaneæ, refertur. Idem 2. de Natur. deor. Quare quum in æthere aſtra gignantur, conſentaneum eſt in his ſenſum ineſſe & intelligentiam.

Cōſēpio, is, ire, Idem quod ſepire. *περιφράττω.* [Ital. Circũdare di ſiepe. Ga. Enclora & enfermer de hayes ou de murs. Hiſp. Cercar de ſeto. Ger. Einzeũnen, vmbhagen.] Cic. de Senec. Ceteris in rebus comem erga Lyſandrum atq; humanum fuiſſe, & ei quendam conſeptum agrum, & diligenter conſitum oſtendiſſe.

Cōſēptum, pti, Quod undiq; clauſum, munitumq; eſt. *περίφραγμα.* [Ital. Siepe, chiuſura di qualche coſa. Galli. Vnclos & poarpris. Hiſp. Lugar cercado y garnicido conſeto. Germanicè, Ein eingezeunt oder eingeſchrancket orht.] Colum. lib. 1. cap. 4. Difficiliora enim conſepta, non ſoldm pluris ædificabimus, ſed etiam impenſis maioribus tuebimur. ¶ Conſeptem etiam fori dixit Quintil. lib. 8. pro ipſis cancellis.

Conſequiæ, uide conſequor.

Cōſequōr, d. p. pen. corr. Immediatè ſequor. *ἀκολουθέω.* [Ital. Seguitare di fatto. Gal. Suiure & aller apres Hiſp. Conſeguirſe à otra coſa, alcançar lo que hoye. German. Nachfolgen.] Virgil. 5. Aeneid. - quem deinde Cloanthus Conſequitur. Gell. libro ſecundo, Vter dies natalis habeat, appellariq; debeat, is quem nox ea conſecuta eſt, an qui dies noctem conſecutus eſt. ¶ Item obtineo, adipiſcor. *Τυγχάνω.* Cic. in Ver. Act. 1. Quod ego meo labore, & uigiliis conſecutus ſum. Idem 2. Verr. Habeo autem certam uiam atq; rationem, qua omnes illorum conatus inueſtigare & conſequi poſſum. Item exprimere. *ἐξαπαω.* Idem Cæſar Iuniori. Extrema uerò quanta & qualia ſint, uerbis cõſequi non poſſum.

Conſequutus, tis partic. *συνακολουθήσας.* Cic. de Senec. Sed memoriam illius uiri excipient omnes annı conſequentes.

Conſequens, nomen. Argumenti concluſio. *τὸ ἐπόμενον.* Cicer. 4. de Fin. Quum conſequens aliquod falſum ſit, illud cuius id conſequens ſit non poſſe eſſe uerum.

Cōſequentia, tiæ, Conſecutio. *ἀκολουθία.* [Ital. Conſequenza. Gal. Conſeqquence, ſuitte. Hiſp. La conſecucion à otra coſa. Germ. Ein nachfolgung.] Cicer. 1. de Diuinat. Qui curſum rerum euentorumq; conſequentiã diuturnitate pertractata nouerunt, &c. ¶ Eſt & Conſequentia neceſſitas concluſionis, quæ ex præcedentibus infertur. Cic. ad Trebat. Ea enim dico conſequentia, quæ rem neceſſariò conſequuntur.

Conſequenter, adverbium. *ἀκολούθως.* [Ital. Conſequentemente. Gall. Conſequemment. Hiſpa. Conſeguientemente. Ger. Nachfolgends.] Vlp. l. Sed & ſiquid Pareg. alt. ff. de uſufruct. & quemadmodum quis uta. & fru. Quibus conſequenter fructuarius quidem acquirere fundo ſeruitutem non poteſt, retinere autem poteſt.

Conſequiæ, Sequelæ, à conſequendo: ſicut ab exequendo, Exequiæ. Apuleius libro 10. Nouiſſimis trahebantur conſequijs.

Cōſectōr, ctaris, d. p. Auidè inſequor, uel frequenter ſequor. *ἀκολουθέω, προσδιατρίβω, συνομιλῶ, διώκω.* [Ital. Seguitare auidamente. Gal. Suiure ou pourſuiure en diligence. Hiſp. Seguir codicioſamente. Ger. Begyrig nachfolgen.] Lactant. libr. 5. Quæras ab his, quid ſibi uelint, quum formas tam rabidè conſectantur, ut uix dicelli queant. Cæſar 6. bell. Gall. Redeuntes equites, quò poſſunt conſectantur, atque occidunt. Cicero ſecundo ad Attic. Fuſum clamoribus, & conuitijs, & ſibilis conſectantur. ¶ Per metaphoram accipitur pro aucupari, ſiue affectare. *θηρῶμαι.* Cic. in Piſonẽ, Lenitatis eſt, inanem aucupari rumorem, & omnes umbras, etiam falſæ gloriæ conſectari. Cicer. 1. Officio. Alexander beneuolentiam Macedonum largitione conſectabatur.

Conſectari, paſſiuè. Laberius Apud Nonium, Vxorem tuam, & meam nouercam à populo lapidibus conſectari uidi.

Conſectatio, uerbale. *μεταδίωξις, παρακολούθησις.* [Italic. Seguire con diligenza à qualche impreſſa. Gall. Pourſuitte apres quelque choſe. Hiſp. Obra de ſeguir codicioſamente. Germ. Ein fleyſſige oder begyrige nachfolgung, nachſtellung.] Cic. in Orat. In huius concinnitatis conſectatione Gorgiam fuiſſe principem accepimus.

Conſectator, & Conſectatrix, uerbalia. *ὁ καὶ ἡ παρακολουθῶν.* Cic. 3. Offic. Eſt enim temperantia, libidinum inimica libidines autem conſectatrices uoluptatis.

Conſectarius, adiectiuum *ἀκολουθητικός.* Cic. 4. de Fin. Illud uerò minimè conſectarium, ſed in primis hebes, illorum ſcilicet nominum gloriatione dignam eſſe beatam uitam, quæ non poſſit ſine honeſtate cõtingere, ut iure quiſquam glorietur.

Conſectarium, rij, neut. gen. ſecund. declin. Eſt argumentum breuiter aſtrictum, in quo cõcluſio neceſſariò ſequitur antecedens. *ἀκόλουθον.* Cicer 4. de Finib. Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ Conſectaria eſſe dicebas: & primum illud quo nihil poteſt eſſe breuius, Bonum omne laudabile, Laudabile autem omne honeſtum. Omne igitur bonum honeſtum.

Conſectaneus, a, um. Qui alios affectatur. *ἀκόλουθος:* ut, Conſectanea turba. ¶ Hinc Conſectanea dicuntur, qui aliorum opinionem uel ſententiam ſequuntur. *ὁμογνώμονες.*

Cōſēro, s. t. pen. cor. conſerui, conſertum, Coniungo, connecto. *συμπλέκω.* [Itali. Meſcolare, miſchiare, immettere. Gall. Entremeſler, entrelacer. Hiſpa. Trauar uno con otro. Ger. Zuſamen ſetzẽ, an einanderen lõmen, vermiſchen.] Virg. 5. Aen. Loricam conſertã hamis, auroq; trilicẽ. Idem 5. Aen. Lauibus huic hastis conſertam auroq; trilicẽ & Loricã. ¶ Conſerere manus eſt manus coniũgere, & dextras mutuò apprehendere. Vnde manum conſerere dicebantur litigantes, quum in agrum, aut aliam rem, de qua controuerſia erat, profecti, rem litigioſam, aut aliquam eius particulam manu apprehendebant, iuſq; ſuum in re præſenti uindicabant. Poſtea tamen propagatis Italiæ finibus, Prætoribusq; aliis negotijs diſtentis, placuit ut litigantes ſine Prætore in agrum proficiſcerentur, glebamq; unde in ius ad Prætorem deferrent, & in ea, tãquam in toto agro uindicarẽt, aduerſariumq; ex iure manu conſerunt (id enim formulæ nomen erat) ad Prætorem uocarent. ¶ Pugnantes itẽ manum conſerere, *ἀνδιμαχεῖν* dicũtur, quum cominus rem gerunt, & quaſi manũ manui admouent. Cic. ad Att. Ac illum

lam rorre nuntiant, & iam iamq; adesse, non ut manũ conferat, (quicum enim?) sed ut fugam intercludat. Lactant. l. 1. Tum inter se manus conferre cœperunt, & insidiari, & gloriam sibi ex humano sanguine cõparare. ¶ Pro eodem etiam dicimus, Prælium, siue pugnã conferre. *πόλεμον συνίστασθαι.* Virg. 2. Aen. Multaq; per cæcam congressi præ lia nocte Conserimus. Liu. 1. ab Vrb. Accensis utrinq; animis ad arma discurritur, & pugna conseritur.

Conſertus, partic. connexus, contextus. *ἀπλοίνων, πρόσλοιπος.* [Ita. Mescolato, interposto. Gal. Entremeslé, entrelacé. Hispa. Mezclado, trauado. Ger. Zůſamen geſetzt.] Fab. lib. 1. ca. 10. Vt sunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est.

Conſertè, aduerbium. *εἰρμένως, συμπεπλεγμένως.* [Italicè, Per intralaſciamento. Gall. Per entrelacement, d'un tenãt & dependant de l'autre. Hiſpanic. Trauando y mezclando una cosa con otra. Germanic. Durch zůſammen ſetzung oder vermiſchung.] Cicer. de Fato, Si omnia antecedentibus causis fiant, omnia naturali colligatione conserté, contexta fiunt.

Conſertor, toris, *συνείρων, συμπλέκης.* Plin. li. 33. ca. 1. Quòd si impedimenta rum potuit in ea aliquod intelligi, etiã consertoris usu, argumentum est, maius in laua fuisse, qua secum rapitur.

Cõſero, pen. corr. conſerui, conſitum, n. t. Locum aliquem seminibus, seu plantis oppleo. *φυτεύω.* [Ital. Piantare, seminare, incastare. Gall. Planter, complanter ou semer. Hiſp. Plantar, sembrar, ò enxerir una cosa en otra. Germ. Pflantzen. Beſåyen.] *Agri enim conseri dicuntur, semina autem aut plantæ seri.* Virgilius primo Aeglog. *Eo quàs conseramus agros.* Lactant. libro 2. Quem in partibus Orientis omni genere ligni arborum q; consevit. Colum. lib. 11. Colmos etiam si eodem tempore stercores, & lupino uel fabæ conseras.

Cõſitus, pen. cor. partic. *πεφυτευμένος.* [Ital. Piantato, seminato. Galli. Planté, semé Hiſpani. Plantado, sembrado. Ger. Gepflantzet, beſåyet.] ut, Cæca mentis caligine consitus. Catullus.

Cõſitio, *φυτεία, φυτουργία.* [Italicè, *Bſſo* piantare. Gallicè, Plantement, plantage. Hiſ. Obra de enxerir ò plantar. Ger. Pflantzung, Zweygung.] Cic. in Catone, Nec consitiones modò desitant, sed etiam insitiones. quibus nihil inuenit agricola solertius. Colum. lib. 4. A primo statim die consitionis formanda.

Cõſitor, toris. *φυτουργός.* [Italicè, Pianestore. Gall. Planteur. Hiſpanicè, Plantador. Germanicè, Pflantzer, Zweygar.] Ouid. 4. Metamorph. Et cum Lenæo genialis consitor uuæ.

Cõſitura, rx, Idem quod consitio. *φυτέρυμα.* Cic. de Rep. Quæ videlicet ille nõ ex agri consitura, quàm cernebat, sed coniecturæ indiciis interpretabatur. Nonius.

Cõſitus, a, um, Serræ in modum denticulatus. *πριονώδης.* [Itali. Che ha i denti à guiſa di ſega. Galli. Choſe qui a dents, comme une ſie. Hiſp. Coſe que tiene dientes como la ſierra. Ger. Das Zeen hat wie ein Sägen.] Plin. li. 11. cap. 17. Sed spectatissimum insigne gallinaceis corpore conserta nec carnem id esse nec cartilaginem, nec callum iure dixerimus, nec dum peculiare.

Conſeruatio, **Conſeruator**, **Conſeruatrix**, Vide Conſeruo.

Cõſeruo, as, are, a p. Idem quod seruo, tueor, custodio, obſeruo. *φυλάττω, ἐπιτηρῶ.* [Italicè, Conſeruare. Gallicè, Garder, conſeruer, contregarder, entretenir. Hiſp. Guardar. Germ. Behalten, bewaren.] Cic. ad Attic. lib. 4. Vxoris rationes ponebo: sic enim postulas? nec oeconomiæ iniuriam, sed ordinem conseruabo tuum. Idem Attic. lib. 1. Vt nos cum necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis obtinere & conseruare patiantur. Idem Metello, Beneuolentiam certo iudicio susceptam, quoad uoles, conseruabis. Platerdom Conſeruare, idem quod incolumem seruare, & certissimo periculo eripere. *σώζειν.* Cic. in Catil. Non mea iucundi sunt dies illi quibus conseruamur, quàm cuius nascimur. Idem Antequam iret in exilium. Ego sed eos non loquar, quos conseruaui? Et paulò pòst Qui hac imperij domicilium sartum tectum ab omni periculo conseruaui.

Conſeruatus, participium. *διασεσωσμένος, τηρηθείς.* [Itall. Conſeruato, guardato. Gall. Conſerué, gardé. Hiſp. Guardado, conſeruado. Ger. Behalten, oder bewaret.] Cic. Lentulo lib. 1. Illud quidem certè nostrum consilium iure laudandum est, quòd meos ciues, & à me conseruatos, & me seruare cupientes, spoliatos ducibus, seruis armatis obijci noluerim.

Conſeruator, toris, m. t. *σωτήρ.* [Ital. Seruatore. Gall. Conſervateur, gardien, garde. Hiſp. Guardador. Ger. Ein behalter, bewaret, ſchirmer.] Cicer. pro Sest. Optimatum principes, autores, & conseruatores ciuitatis. Idem Antequam iret in exilium, Verum ut custos accipiar, an ut proditor excludar? si ut conseruator, uestra erit ignominia: si ut appugnator, præsta erunt omnia.

Conſeruatrix, cis f. t. *σωτηρία.* Cic. 4. de Finibus. Omnis natura unde esse cõseruatrix sui, ut & salua sit, & in genere conseruetur suo.

Conſeruatio, onis, *συνήρησις, σωτηρία.* [Ital. Conſeruatione Gall. Conſeruation. Hiſp. Aquel'a guarda. Ger. Behaltũg.] Cicer. 1. Offic. Etsi attentos animos ad decori conseruationem reuebimus.

Conſeruus, i, Qui cum alio eidem domico ſeruit. *σύνδουλος.* [Ital. Conſeruo. Gallicè, Seruiteur auec autre ou autres, compaignon de ſeruage. Hiſp. Sierno con otro. Germ. Ein mit knecht.] Terent. Adelph. Conſeruis ad eundem illum præcipio modum. Cic. ad Caſſ. O rem miseram, dominum ferre non potuimus, conseruo seruimus.

Conſeruium, *σύνδουλος.* [Itali. Compagna à ſeruire con altre. Gall. Compaigne de ſeruage. Hiſp. Sierna con otras. Germ. Ein mit Magt, mit dienerin.] Terent. Eunuch. Summa forma semper conseruam domi uidebit. Varr. 1. de Re ruſtic. Conseruabus. Scæuola in l. prædia. Parag. 1. digest. de Instru.

Conſeruitiũ, tii, *συνδουλία, ὁμοδουλία.* Plaut. Capt. Per q; conseruitium commune, quod hostica cuenit manu.

Cõſeſſus, Vide Conſideo.

Cõſido, is, n. f. ante penu. corr. Significat simul sedeo. *συνεδρεύω.* [Ital. Sedere inſieme. Gal. Eſtre aſsis auec ou pres d'autres. Hiſp. Aſſentarſe en uno. Ger. Zůſamen ſitzen, bey einander ſitzen.] Cic. in Brut. In prætulo propter Platonis statuam consedimus. ¶ Aliquando significat manere. Cic. de Finib. Cuius in mente consedit iustitia. ¶ Aliquando rei humilitatem habet, & quasi denegatã alicui euolandi facultatem. Cicer. Consedit utriq; nomen in Quiritum. ¶ Aliquãdo ponitur pro cõquiescere: aut, Cõsidere in otio. ¶ Aliquando pro sedari. Liu. Vbi ira consedit. ¶ Aliquando pro commorari, uel consistere. Cice. Philip. 13. Martiam legionem Albæ consedisse sciebat.

Cõſeſſor, oris, Qui una cum alio sedet. *συνέδρος, συνκάθεδρος.* [Ital. Aſſentaro con alcuno. Gal. Aſsis auec ou pres d'un autre. Hiſ. Elque aſsienta con otro. Ger. Ein beyſitzer der mit sampt einem anderen ſitzet.] Cicer. ad Attic. lib. 1. Præclarum spectaculum mihi propono, modò ex consessore spectare liceat.

Cõſeſſus, m. q. Non est consessio, sed homines in uno loco sedentes. *συνέδριον.* [Ital. Gente aſſentata inſieme. Gal. Aſsemblée de gens aſsis. Hiſp. Aſſentados iuntamente. Germ. Zůſamen geſeſſen Leůt, ein verſamlung.] sicut Conuentus, non est conuentio, sed homines qui in unum locum conueniunt. Cic. de Senect. Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex eis quendã, Athenienses scire quæ recta essent, facere nolle.

Cõſidĕro, as, are, a. p. Diſpicio, iudico, cogito: à sidẽ contemplatione, ut Festo placet, dictum. *σκοπέω.* [Ital. Cõſiderare. Gal. Conſiderer. Hiſ. Conſiderar. Ger. Betrachten, bedencken, erwegen.] Cic. Terentio. Reliquum est, quod ipſe optimè considerabitis, uestræ similes fœminæ sint. Romæ Teren. Heaut. Et quum egomet mecum in animo uitam tuam considero.

Conſideratus, participium. Cic. *κατανοηθείς.* [Ital. Conſiderato. Gal. Conſideré. Hiſp. Conſiderado. Ger. Der betrachtet oder erwegen iſt.] Ie. Acuſp. reip. Nihil sed iratus nihil im potenti animo, nisi non diu consideratum, ac multò ante meditatum.

Conſideratos, nomen. tor. Conſideratus homo, Qui agenda considerat, non qui cõsideratur. *περίοπτος, σπουδαῖος.* [Ita. Chi riguarda bene à quello che fa, accorto, bene auer

rito. Gall. Vn hõme bien auiſé, & bien-conſeillé, qui prẽd fort garde à ce qu'il fait, accort. Hiſpan. El que mucho conſidera & mira lo que haze. Germa. Ein beſinneter, wolbedachter, Menſch.] Cic. pro Cecin. Verùm & illud conſideranti hominis eſſe putauit. Idem pro Quintio, C. Quint. fuit P. Quintij huius frater, ſanè cæterarum rerum paterfa milias & prudens & attentus, una in re paulò minus conſi deratus, qui, &c.

Conſideratio, onis, f. t. σκέψις. [Italic. Conſideratione, auiſamento. Gall. Conſideration, auiſement. Hiſ. Conſideraciõ. Ger. Betrachtung, erwegung.] Cic. 4. Acad. Conſideratio contemplatioq; naturæ eſt animorum ingeniorumq; natu rale quoddam quaſi pabulum.

Conſiderantia, æ, Idem, περίσκεψις. Cicer. ad Quint. Frat. li bro 3. Cuius in hoc uno conſiderantia eſt, ego ſuſtinebo ut poteto.

Conſideratè, aduerb. περισκεπτέον. [Ital. Con molta conſideratione, penſatamente. Gall. Conſideréement, prudemment, ou auec grand' conſideration. Hiſpan. Conſideradamente. Ger. Vuolbedachtlich, weyslich.] Cic. pro Quint. Prætores ut conſideratè fieret comparauerunt. Ibidẽ, Quid feci non conſideratiſſimè?

Conſido, dis, conſedi, conſeſſum, Simul aſſido. συγκαθίζω. [Ital. Fermarſi in viaggio. Galli S'aſſeoir s'affaiſſer Hiſpa. Aſſentarſe en camino. German. Sich ſetzen, ſich mit ein anderen niderſetzen.] differtq; à Conſido, quòd illud qui etem. Conſido morum affert. Colum. libro 8. Neq; aut recumbat, aut conſidat. Plin. lib. 14. cap. 19. Iterumq; adiecta largiore terrâ, & dum conſidat relinquitur. Liu. 1. ab Vrbe. Deductus in aream, in lapide ad meridiem uerſus conſedit. Cicer. ad Attic. libro quinto. Antequam alio loco conſedero, neque longas à me, neque ſen p. r mea manu literas expectabis. ¶ Accipitur interdum Conſidere pro eo quod eſt ſedes aliquo in loco figere. Virgil. li. primo Aeneid. Vultis & his mecum pariter conſidere regnis? ¶ Interdum idem quod deſidere, uel debiſcere. Liuius tertio bell. Maced. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis conſedit.

Conſiditur, Impersonale, Cic. 2. de Orat. Quum placuiſſet idem cæteris in ſaluam uenitur, & ibi magna cum audiendi expectatione conſiditur.

Cõſigno, æ, a. p. Eſt eiuſdem penè ſignificationis cum ſuo ſimplici, hoc eſt Signo notare, uel ſignum rei alicui clauſæ imprimere. σημειόομαι, σφραγίζω [Ital. Sugellare, marquare, ſegnare, imprimere. Gall. Marquer d'un ſeau, ſeeller, empraindre Hiſp. Señalar, ſellar, cuſinoar. Germa. Verzeichnen, Verſiglen, Verpütſchieren.] Sic propriè dicimus Conſignare epiſtolas, quum illis complicatis anulum noſtrum imprimimus ut Plaut. in Cure. Eamus intrò ut tabulas conſignemus. Idem Trin. Epiſtolas duas, eas nos conſignemus, quaſi ſint à patre. ¶ Conſignare pecuniam inter aliquos, eſt id ponere. Suet. in Claud. Quam quum compe riſſet inter probra & flagitia, Cæſarem Sillo nupſiſſe, dote inter aruſpices conſignata, ſuppoſuiſſe.

Conſignatus, participium, σεσημασμένος. [Ital. Marcato, ſegnato. Gall. Marqué ſeellé, empraint. Hiſp. Señalado, ſellado. Ger. Verzeichnet, Verſiglet.] Laudatio alicuius conſignata cæta, Cic. pro Flacco.

Conſignatio verbale, Sigilli impreſsio σφραγισμός. [Ital. Sigillamento. Gall. Seigneture. Hiſ. Selladura. Germ. Verſiglen.] ¶ Conſignationes item dicuntur quas nos dicimus documenta, uel chirographa. Quint. li. 11. cap. 8. Promittit enim litigator omnia, teſtem, populum, paratiſſimas conſignationes.

Conſileo, es, ere, pro conticere poſuit Ennius, Feſtus. κατασιωπῶ. [Italicè, Tacere. Gallicè. Se taire, ne dire mot, ne faire aucun bruit. Hiſpanicè, Callar. Germanicè, Geſchwigen.]

Conſilesco, is, Gell. li. 12. ca. 1. Omnisq; impatientiſſimæ ſollicitudinis ſtrepitus conſilescit.

Conſiligo, inis, Herba eſt, teſte Ruellio, quæ à Gallis Pomeles, Quaſi Pulmonea vocatur, ab herbariis Pata leonis. λεόντοπους Dioſcoridi. Conſiligonis autem nomen à ruſticis ei creditor inditum, quòd in arvis inter ſiliginem frequentiſſimè inueniatur. Vide Plin. lib. 25. cap. 8. Ruell. lib. 2. capite 114.

Cõſilio, is, ui, ui, cõſultum, ſimul ſalio. συνάλλομαι. [Italicè, Aſſallire alcuno, correre all' insù. Gallicè, Aſſaillir quelqu'un, & ſe ruer ſur luy, & luy courir ſus. Hiſpani. Saltar ſobre alguno, acometer con impeto. Germ. Mit einander deren oder auff einanderen Springen.] Idem ferè quod inſilire & inſultare. Tacit. lib. 3. Pauca huius ipſius exercitus turmæ profligauere, Sequanos quanto pecunia dites, & ue luptatibus opulentos, tanto magis imbelles Aeduos euincere, & fugientibus conſulite. Idem li. 5. Igitur Sinnaces patrem Abdagaſem alioq; occultos conſilia.

Conſilium, definitore Cic. lib. 1. de Inuent. Aliquid faciendi, non faciendiſue ratio excogitata. βουλή, βούλευμα. [Italic. Conſiglio. Gall. Conſeil, auis. Hiſpan. Conſcio ò conſultacion. Germ. Ein Rahr, Rahtſchlag.] Cicer. Terentio, Veſtrum iam conſilium eſt, non ſolùm meum, quid ſit uobis faciendum. Idem Attic. lib. 16. Nemo doctus unquam mutationem conſilij inconſtantiam dixit eſſe. ¶ Quandoque ſumitur pro iudicibus deputatis. Cicer. pro Roſcio, Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc conſilium delecti eſſis propter ſecuritatem. Et infrà, Dij prohibeant iudices, ut hoc, quod maiores conſilium publicum uocari uoluerunt, præſidium ſcelerum exiſtimetur. ¶ Dictum à Con, & Sileo, (ut quidam uolunt) quòd uno conſulente cæteri conſileant. Siue (ut alii malunt) à Con, Salio, eò quòd in unam ſententiam plurium mentes conſiliant, & conueniant. Vt enim. Exilium ab Exilio, ita Conſilium à conſilio deſcendit. Non deſunt tamen qui pro conſiliorum Conſeſſu, ſiue iudicibus deputatis, Concilium per ſecundam conſonantem ſcribendum præcipiant, & à concendo, ſiue concalando hoc eſt conuocando, dictum putent. ¶ Conſilium dare, eſt ſuadere. συμβούλιον. Quo tu il. Quum Ciceroni dabimus conſilium, Vt Antonium roget.

Conſilioſus, à Catone dictum teſte Gell. li. 4. ca. 9. pro ſapiente. quiq; ſanis conſiliis abundat.

Conſilio, as, a. p. Conſulo, delibero, uel conſulto. βουλεύομαι. [Ital. Dare ò dimandare conſiglio. Galli. Conſulter, conſeiller ou demander conſeil. Hiſpan. Dar ò demander conſeio. Germ. Rahten, Rathſchlagen, Rathſtragen.] Conſilium dare uel petere. Hirtius Cic. in Epiſt. ad Attic. li. 15. Tu quid egeris tua cùm triſti, tum etiam difficili ad conſiliandum legatione uehementer expecto. Horat. Odiſſ. tertio. Tacitus lib. decimooctauo, Et redicte Bononiam omnes ſimul conſiliatori.

Conſiliator, Dicitur qui alicui dat conſilium. βουλευτής. [Ital. Conſigliere. Gall. Conſeiller. Hiſp. Conſeiero. Germani. Ein Rahtgeber.] Plin. in Epiſt. Ille ingerendis meis honoribus conſiliator & rector.

Conſiliarius, maſc. ſ. Qui ab aliquo in conſilium adhibetur. βουλεύτης, σύμβουλος. [Ital. Conſigliere. Gallic. Conſeiller. Hiſpanicè. Conſeiero. Germani. Ein Rahtsherr, ein rahtgeber.] Cic. 1. de Legib. Augur meminiſſe debet, Ioui Opt. Max. le conſiliarium, & adminiſtrũ datum. Idem 4. in Verr. interea amici & conſiliarii eius moleſtè ferre cœperunt Heraclitum profugiſſe.

Conſiliarius, a, um, adiect. Plaut. in Epid. Iam Senatum conuocabo in corde conſiliarium.

Cõſulo, is, a. t. conſului, conſultum, penul. corr. cum accuſatiuo: Conſilium peto. προσαναβιβάζομαι [Itali. Dimandare conſiglio. Gall. Demander conſeil. Hiſp. Demandar conſeio. Germ. Rahtſchlagen, rahtlũ. hen.] ut, Conſului doctos, id eſt à doctis conſilium peti. Quintil. Ego aures conſulens meas. ¶ Inuenitur etiam apud ueteriſſimos in hac ſignificatione habere duos accuſatiuos. Ibo & conſulam hanc rem amicos, quid faciendum cenſeat. ¶ Conſulo autem cum genitiuo Aequi uel boni, ſignificat in meliorem partem interpretari. [Itali. Pigliare in bona parte. Gallicè, Prendre en la bonne part. Hiſpan. Tomar en buena parte. Germanicè, Für gůt auffnemmen.] Plin. libro 33. Quærebat argentum auaritia, boni conſulit (ἐνυγραμμάνος). uterum inueniſſe miniũ, rubenriſh terræ excogitauit uſum. ¶ Cum dativo neutrum eſt, & ſignificat conſilium do. βουλεύω. [Italicè Dare conſiglio. Gall. Donner conſeil. Hiſpan. Dar conſeio. Germanicè, Rahten, Rahtgeben.] ut, Medicus conſuluit mihi. ¶ Interdum Prouideo, præſtolor, & præſidium fero. προτίθεμαι. ſed hoc ſæpius in rebus inanimatis fiunt. Conſule honori tuo. Conſule rebus tuis. Conſule ſaluti tuæ, id eſt prouide. ¶ Interdum etiam de rebus animatis. Cicer. Treb. Conſuli quidem te à Cæſare ſcribis,

ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallem: hoc eſt mallem quòd Cæſar prouideret tibi, quàm te interrogaret. ¶ Aliquando poſt datiuum iungimus accuſatiuum: ut Conſulo tibi commodum tuum: hoc eſt do tibi conſilium, quod ſit futurum commodum. *συμβουλεύω*. ¶ Quandoq; accuſatiuum cum In, pro Contra. *βουλεύομαι*. Terentius, Peſſimè iſtuc in te, atque illum conſulit. ¶ Interdum eſt deliberare, ſed in plurali tantũ, & abſolutè: ut Conſulunt Senatores, id eſt deliberant. *βουλεύονται*. Cæſar 7. bel. Gal. Bis magno cum detrimento repulſi Galli, quid agant conſulunt. Et graviter de ſe conſulere, eſt aliquod pernicioſum ſibi cõſilũ capere, quod aut uitæ, aut fortunis detrimenti aliquid afferat. Vode de illis propriè dicitur, qui ſibi manus inferũt Liuius. Vt quicquam de ſe grauius conſulerent, conſcientia impulerat *ἐμαυτῷ τι περὶ ἐμαυτῆ βουλεύσασθαι, ἀνὴρ τε εἰς ἑαυτὸν διανοῆσθαι*.

Conſũlor, eris, paſſiuum. *βουλεύσασθαι*: ut, Conſulor, de hac re: id eſt, conſilium à me petitur. Cicero tertia in Verrem, Quàm inanes domus eorum omnium, qui de iure ciuili conſuli ſolent. Senatus nihil conſulitur, Cicero Octauio.

Conſŭl, is, m. t. *ὕπατος, πρόβολος*. Plutarcho. [Ital. Conſolo: *Era queſto il primo magiſtrato di Roma*. Galli. Conſul, qui eſtoit le plus grand magiſtrat ordinaire qu'euſſent les Romains. Hiſpa. El conſul. Germa. Ein Burgermeyſter, Vorzeyten war es in dem Regiment zů Rom der, welcher das höchſte vnd herrlichſte Ampt trůg.] Summum apud Romanos dignitatis faſtigium, poſt exactos reges à Iunio Bruto primum introductum decenteſimo quadrageſimo quarto ab Vrbe condita anno. Dicti autem ſunt Conſules à Conſulendo, ſiue quod Reipublicæ conſulerẽt, ſiue quòd à ciuibus conſulebantur. De eorum officio, uide Feneſtellam de Romanis Magiſtratibus. Cicero in Piſo. Annos Conſulem eſſe oportet, conſilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto denique munere Conſulatus, omni officio. ¶ Proconſul, qui cum poteſtate extraordinaria ad aliquam prouinciam Conſularem adminiſtrandam mittitur. *ἀνθύπατος*.

Conſŭlaris Vir, qui Conſulatum geſſit, quemadmodum Prætorius, qui iam Prætoram geſſit *ὑπατικός*. Cicer. Lentu. Q. Maximo, qui filium Conſularem amiſit. ¶ Conſularis ætas, in qua Conſulem eſſe licebat: quæ erat annorum trium & quadraginta. Cicer. 5. Philipp. Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res magnas gerere cœpiſſet, bone in tertio & triceſimo anno mortem obiit: quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quàm Conſularis? Conſularis cognitio apud Romanos ſumma cognitio cauſæ cenſebatur. Bud. ulr. de senator.

Conſulariter, aduerbium. Liuius quarto ab Vrbe, Quinque conſulatus eodem tenore geſſi, uitæque omnis conſulariter acti.

Conſŭlatŭs, us, m. q. Officium uel dignitas, ſiue tempus quo Conſul in Officio eſt. *ὑπατεία*. [Italicè, Conſolato, officio de conſoli. Gallicè, Conſulat, office de conſul. Hiſpani. El conſulado, dignidad de conſul. Germani. Burgermeyſterthumb.] Plinius libro decimoquarto, capite decimoquinto. Epulo uerò in tertio Conſulatu ſuo Falernum, Chium, &c. Cicero pro Mur. Vultus erat ipſius plenus furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiæ: ſic ut ei iam exploratus & domi conditus Conſulatus uideretur. De Catilina.

Conſŭlo, as, Delibero *βουλεύομαι*. [Ital. Conſultare delibera re. Gall. Conſulter, deliberer, faire conſultation. Hiſpan. Deliberar, conſultar. German. Rahtſchlagen.] Cic. 2. Offic. In quibus deliberare homines, & conſulere de officio ſolẽt. Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia ualidum erat, Reipublicæ conſulebant.

Conſultatio, fœm. t. uerbale. *βούλευσις*. tum electio, tum deliberatio futurarum eſt rerum earundemq; plerunque parcularum, lege Pontan. libro tertio de prudentia. Teren. Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatio eſt. Cicer. 3. Offic. Sapiẽtem & bonum uirum fingimus, de eius deliberatione & conſultatione quærimus.

Conſultŭs, quando participium eſt, ſignificat eum qui conſulit, hoc eſt à quo conſilium petitur: *γνωμικός*: ut, Medicus conſultus dixit te febri laborare. Cic. pro Mil. Nihil de eius morte populus conſultus. Quandoq; nomen eſt, & ponitur pro prudenti & ſapienti. *ἀνὴρ*. Ouid. lib. 1. de Arte aman. Si tibi credibilis ſermo, conſultaq; uerba, id eſt, prudentia ac ſapiẽtia plena. Eſt autẽ nomẽ duobus modis, ſcilicet cum per ſe ponitur. Horat. Eris tu qui modò miles, Mercator: tu cõſultus modò, ruſticus, uel quando habet genitiu. Liu. li. 10. Callidor, ſolertesq; iuris, atq; eloquentiæ cõſultos. ¶ Hinc dicimus Cõſultus iuris, & Iuris conſultior, & conſultiſſimus. *ἐξηγητὴς τῶν νόμων*. Idem li. 1. Conſultiſſimus iuris, ut illa quiſquam ætate eſſe poterat. ¶ Sic In conſultus habet tam ſignificationem participii, quàm nominis: non tamen dici poteſt participium, quod non habeat uerbi originem.

Conſultum in neutro genere, Idem eſt quòd ſtatutum, ſiue decretum. *συμβούλευμα*. Hinc dicimus Senatuſconſultũ, pro eo quod Senatus decreuit. Horat. in Epiſt. Qui conſultis patrum, qui leges, iuraq; ſeruat. ¶ Dicimus etiam, Opus eſt conſulto: hoc eſt, opus eſt conſulere, ut illud Saluſtii, Nam & priuſquam incipias, conſulto: & poſtquam conſulueris, maturè facto opus eſt: id eſt conſulere. ſiue ut conſulas. Dicitur & conſultus, us, ui, m q hac ſignificatione.

Conſultŏr, oris, m. t. Qui alium cõſulit, id eſt qui conſilium ab aliis inquirit *ὁ συμβουλεύομενος*. [Ita. Chi dimanda cõſeglio Gal. Qui de mande conſeil. Hiſpan. El que demanda conſeio Ger. Ein Rathsfrager.] Cic. pro Corn. Balbo, Etenim ſi Qu. Scæuola ille augur, quum de iure Prætorio conſuleretur iureconſultiſſimus, conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Camillum reiiciebat. Idem pro Murena, Vigilas tu de nocte ut conſultoribus tuis reſpondeas. ¶ Accipitur quandoq; pro eo qui alii conſulit. *σύμβουλος βουλευτής*. [Ital. Conſultore. conſig'liere. Gallic. Conſeiller, qui donne conſeil. Hiſp. Conſeiero. Ger. Ein Rahtgeber] ut apud Saluſtium in Iugurt. Simul ab eo petiit, ut fauor conſultoris ſibi adſit. Et in illo uerſu prouerbiali, Conſilium malum conſultori peſſimum eſt.

Conſultrix, fœ. gen. tert. decl. *βουλεύτρια*. Cic. 2. de Nat. deor. Ipſius uerò mundi, qui omnia complexu ſuo coërcet & continet, natura non artificioſa ſolùm, ſed planè artifex, ab eodem Zenone dicitur conſultrix, & prouida utilitatum, opportunitatumq; omnium.

Conſultoria hoſtia, Erat qua diuina uoluntas per exta diſquirebatur. *συμβουλευτικὴ*. De hac Virg. - mactat lectas de more bidentes. ¶ Duo enim hoſtiarum genera à Macrobio enumerantur: quarum altera Animalis uocatur, quum idcirco ſolùm hoſtia mactabatur, ut eius anima, hoc eſt ſanguis & uita, Deo alicui offerretur: altera conſultoria, cuius exta ab Aruſpice inſpici inſolent, & deũm uoluntas ex illis explorari.

Conſultè, aduerbium, Prudenter. *ἐν προνοίᾳ, ἐπιεικῶς*. [Italic. Prudentemente, accortamente, ſauiamente. Gall. Prudemment, ſagement, auiſement. Hiſp. Adrede y à ſabiendas. Vorſyslich, aus gůtem Raht.] Plaut. Rud. Ille qui conſultè, docte atq; aſtutè cauet.

Conſponſores dicuntur, duo uel plures eiuſdem rei ſponſores. *συνεγγυηταί*. Cice. Attic. libro 5. Velim des operam ut inueſtiges ex conſponſorum tabulis, ſitné ita. Idem Epiſtol. Famil 92. De negotio tuo, quòd ſponſores pro Pompeio, ſi Galba conſponior tuus redierit, non deſinam cum illo communicare.

Cōnſpūo,is,ere,a.t. *διαπτύω*. [Ital. *Sporcare* qualche coſa col ſputo. Gall. Cracher contre quelqu'un, ſouiller & ordir de crachat. Hiſpan. Eſcopir à otro, enſuziar con eſcopetina. Germ. *Beſpeüwen*, einen mit ſpeychlen verſudlen.] Spuo aliquem fœdo: cuius paſſiuum Conſpuor. Plaut. ab omnibus deriſus atq; conſputus.

Conſputo,as,are, frequentatiuum. *πυκνὰ πτύω*. Plaut. Curc. Colpant: um, conſputatur, uituperatur. Cic. ad Qu. fratr. li. 2. Hora fere nona quaſi ſigno dato, Clodiani noſtros conſputare cœperunt.

Cōnſpūrco,as,are,a.c. Commaculare. *μιαίνω*. [Ital *Sporcare*. Gal. Ordir & gaſter. ſouiller. Hiſpan. Enſuziar. Germa. *Verunſůlen*, vermaſigen, verunreinigen.] Columell. libro octauo capite 5. Non ſupertilliens ſuis proluuie uentris cibos & aquam conſpurcat. Sapore tetro cōſpurcare omnia, Lucret. lib. 6.

Conſtabilio, is, ire, a.q. Stabile, & firmum facio. *διαβέβαιμι*, *ἀσφαλίζομαι*. [Ital *Stabilire*, fermare. Gall. *Affermir* & aſſenter une choſe, faire ferme. Hiſpani. Eſtablecer Germani. *Beſtätigen*, ſteyff vnnd veſt machen.] Plaut. Capt. . Aede pol rem meam Conſtabilisti, quū illos emi de præda à Quæſtoribus. Tereo. Adelph. Dis quidem eſſes Democ, Ac tuam rem conſtabilifies.

Conſtafolarii, dictione ex Latino ſiue Gallico & Germanico conflata, quos hodie Conſtofoleros uocant Germani, præſertim qui ad Rhenum habitant, aſſeſſores iudicii, decuriones. Die Conſtofler olim, à Stafolo Comitis, hoc eſt, Iudicis fiſcalis, quæ uox Germanis gradum ſignificat. Sic enim illi tribunal iudiciarium innuebant à gradibus, per quos id aſcenditur, quando ſolent editiore loco ſedere iudices.

Conſtans, antis, Conſtantia, æ, & Conſtanter, adoèrbium, uide Conſto.

Cōnſtērnācūlum, n. ſ. Dicebatur locus prope thermas, ubi uectes deponebantur. *ἀποδυτήριον*.

Cōnſtērno, as, naui, natum. Perturbo, & propriè de animo dicitur, teſte Valla lib. 5. *συγχύνω*, *ἐκπλήττω*. [Ital. *Sbigottire*, perdre d'anime. Gall. *Eſpouanter*, eſtõner & faire perdre courage. Hiſp. Eſpantar. Germanicè, *Beerůben*, verzage vnd erſchlagen machen.] Saluſt. Qua victoria elati hoſtes, noſtri territi, atq; animis conſternati diſceſſere. Idem, Equi ſine rectoribus exterriti, aut ſaucii conſternantur, id eſt, *ἐκπλήττονται*, *πτύρονται*.

Conſternatio, Quæ eſt concitatio quædam ſubita ex aliquo metu. *συγχὴ*, *ἔκπληξις*. [Ital. *Sbigottimento*, paura. Gall. *Eſpouentement*, eſtonnement, trouble ment. Hiſpanicè, *Eſpanto*. Germani. *Ein ſchnelle betrůbnuſs des gemůts*, *klein můtigkeit*.] Sternumento deduci uidetur, quòd eo toto concutimur corpore: uel potius à uerbo Sterno, quod ſignificat deiicere. Illi enim qui ictu aliquo humi ſternuntur, maximè perturbantur.

Conſterno, is, conſtrauí, a.t. Idem quod Sterno, uel ſternendo operio *διαστορέννυμι*, *καταβάλλω*. [Italicè, Diſtendere. Gallicè, Abatre & eſpandre par deſſus, couurir d'abarage. Hiſpanicè, Desbaratar, ſolar como en ladrillar, ò llanar. Germanicè, *Bedecken*, *überſpreiten*.] Virg. 6. Aen. - it ſtridor, & altè Conſternunt terrã concuſſo ſtipite frondes. Sic Conſternere aream ſilicibus & lapide, quod Galli dicunt *paiuer*. Colum. lib. 1. Area ſi competit, ita conſtituenda eſt, ut uel à domino, uel certè procuratore deſpici poſſit: ſi optima eſt ſilice conſtrata.

Conſtratus, a, um, partici. à Conſternor, eris, uerbo paſſiuo, eſt quod tectus. *στρωτὸς*, *καταστρωτός*. [Ital. Coperto. Gal. Surquoy on a eſtendu quelque choſe. Hiſpanicè, Cobierto. Germanicè, *Bedeckt*.] Cicer. pro Sext. Forum corporibus ciuium Romanorum conſtratum cæde noſtrorum. ¶ Iodè naues conſtratæ dicuntur, quæ ab aliquibus nocentur teſtæ, quæ ſcilicet ſua habebant cataſtromata, in quibus propugnatores conſiſtebant. Cic. 7. Verri. Erat enim ſola illa nauis conſtrata, & ita magna, ut propugnaculo cæteris poſſet eſſe. Quæ autem carebãt cataſtromatibus, Naues apertæ dicebantur. Hircius de bello Alexand. Magnoq; impetu quatuor ad eas conſtratas naues, & complures apertas contenderunt.

Conſtipo, as, a.p. Idem eſt quod condenſo, & in unum cogo *ἐπισάττω*. [Italicè, Condenſare, ſpeſſire. Gallicè, Enſerrer enſemble, faire eſpois en amaſſant enſemble. Hiſpanicè, Conſtribar y recalcar, eſpeſſar. Germanicè, *Zuſammen ſtoſſen*, *nach: ůſammen ſtoſſen*, *dick machen*.] Cice. de leg Agrar. orat. 2. Sed nec conſtipare quidem tantum hominum numerum poſſe in agrum Campanũ intelligetis. Cæſ. bell. Gal. Hic dies noſtris longè grauiſſimus fuit: ſed tamen hãc habuit euentum, ut eo die magnus numerus hoſtium uel necaretur, atq; interficeretur, ut ſe ſub ipſo uallo conſtipauerant, receſſumq; primi ultimi non dabant.

Conſtitŭo, a.t Statuo, propono, decerno. *βουλεύομαι*. [Ital. Deliberare, conſtituire. Gallic. *Mettre* & poſer, aſſigner & arreſter, eſtablir & ordonner, conſtituer. Hiſpanic. Idablecer, deliberar. Germanic. Rahtſchlagen, *fůr ſich nemmen*, ſetzen, ordnen.] Terent. Phorm. Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare. Virg. primo Aeneid. Qui tenerant (nam inculta uidet) hominésne, ferané Quærere conſtituit. ¶ Item locum, ſine tempus determino. *ἀφορίζω*, *τάττομαι*, *διομολογοῦμαι*. Terent. in Eunuch. Dati annuli, locus, tempus conſtitutum eſt. ¶ Ad conſtitutum uenire: ſobandi diem, uel tempus. Cicer. pro Cecin. Homines inermes, qui ad conſtitutum experiundi iuris gratia uenifſent. Cicer. Maio. Quare ſiquid conſtitutum cum podagra habes, fac ut in aliam differas diem. ¶ Quandoq; ſignificat conuenire, & pactum facere. *διατάττομαι*, *συνηρεφὲς*. Terent. Heçyr. Nam conſtitui cum quodam hoſpite, me eſſe illum conuenturum. Cice. primo Offic. Vt ſi conſtitueris te coràm adhibere aduocatum in rem præſentem eſſe uẽturum. ¶ Conſtituere pecuniam, hoc eſt, aſſignare, quod Græci dicunt. *διατετάξθαι τὸ τέλεσμα*. ¶ Aliquando Conſtituere, eſt gubernare, moderari, regere. *διοικεῖσθαι*, *διέπειν*. Cic. Incuntis enim ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia. ¶ Interdum decernere. *διατάττειν*. à quo Conſtitutiones, decreta. *διατάξεις*, *παραδόσεις*. ¶ Nonnunquam parare. *συσκευάζειν*. Cicer. Timebat erat ignotus quantum ſibi ac liberis ſuis iam tum mali conſtitueretur.

Conſtĭtūtŭs, a, um, participium, Ordinatus, decretus, pactus, propoſitus. *διατεταγμένος*. [Italicè, Ordinato, determinato. Gallicè, Eſtabli, ordonné, aſſigné, arreſté Hiſpanic Eſtablecido. Germanicè, Geordnet. Geſetzt.] Conſtituta in menſem Ianuarium auctio. Cicer. de lege Agra. ¶ Corpus bene conſtitutum, quod bono prædictum eſt habitu, quod imperiti *Bene complexionatum* appellant. *εὐσταθὲς σῶμα*.

Conſtitutus, us, m. q. Multitudo eſt hominum ſimul conſtitutum. *σύγκλητος*. Feſtus.

Cōnſtĭtūtĭo, onis, ſœm. t. Ordinatio, ſtatutum, decretum. *Διάταξις*. [Italicè, Conſtitutione, ordinatione, ſtatuto. Galli Conſtitution, eſtat, condition, ordonnance. Hiſpan. Eſtablecimiento. Germanic. Ordnung, ſatzung.] à uerbo Conſtituo, quod inter cætera ſignificat decerno, ſancio, præſcribo, ordino. Vnde Conſtitutiones principum, uel pontificum dicimus, pro decretis uel ordinationibus. ¶ Interdum idem quod inſtitutio: ut, Religionum conſtitutio, apud Cic. 3. de Leg. Idem Bruto lib. 3. Illud neceſſe me adte ſcribere, quid ſentirem tota de conſtitutione huius belli. ¶ Conſtitutio corporis eſt quam uulgus medicorum

Cæſus

Complexionem uocãt, ἕξιν. In qua ſignificatione eſt uocabulum medium: unde & bonam & malam corporis conſtitutionem dicimus, quas Græci εὐεξίαν, καὶ κακοεξίαν appellant. ¶ Eſt item Conſtitutio Rhetoribus, prima cauſarum conſtitio, quæ alio nomine ſtatus appellatur. στάσις. Autor ad Heren. li. 1. Hæc exoratio in coniecturali conſtitutione cauſa fermè ſemper neceſſaria eſt. Cice. de Inuentio. Conſtitutiones apud Rhetores ſunt quatuor, cõiecturalis, definitiua, generalis, translatiua: qui ſtatus etiam dicuntur.

Cõſtitūtŏr, pen. prod. conſtitutoris. βουλευτὴς, διατακτὴς λόγων, Verbale, qui ſtatuit aliquid: ut legis conſtitutor, apud Quint. lib. 1. ca. 6.

Conſtitutorius, a, um: ut Actio conſtitutoria. l. Neq; enim. ff. de conſtit. pecu. Neq; enim quod creſcit peculium, aut decreſcit, pertinet ad conſtitutoriam actionem.

Cõſto, ſtas, conſtiti, conſtitum, & conſtatum. Luc. libr. 7. Conſtatura fides ſuperum. Martial. Conſtatura fuit Megalenſis purpura cẽtum. Eſt autem Conſtare, Conſtanter permanere, perſeuerare, ratũ habere. ἐναπομένειν. [Ital. Conſtare, perſeuerare. Galli. S'arreſter, ne bouger, ſe tenir. Hiſp. Ser el hombre conſtante. Ger. Beſtahn, ſtandhafftig ſein.] Cic Epiſt. 11. Qua in ſententia ſi conſtare uoluiſſent, ſuam auctoritatem cum ſalute recuperaſſent. ¶ Conſtare ſibi, eſt ſibi ſimilem eſſe, & in eadem opinione conſtanter permanere. διατελεῖν καὶ ἐμμένειν. Idem 1. Tuſcula. Et ſi tibi quidem conſtare uis, omnes qui cunq; nati ſunt, erũntue, non ſolùm miſeri, ſed etiam ſemper miſeri, hoc eſt, Si hanc ſententiam, Quòd mors malum ſit, firmam ratamq; habere uis. ¶ Conſtare mente uel animo, eſt animi uel mentis compotem eſſe, eiuſq; functiones probe obire. ¶ Interdum etiam hoc uerbum ad rerum uenalium pretium refertur: unde Magno uel paruo aliquid conſtare dicimus, hoc eſt, magno uel exiguo pretio eſſe comparatum. Cicer. 6. in Ver. Metuiſti ne ex alieno tibi creſceret, ſi H S, VIM tibi conſtarent ea, quæ tu facilè poſſes uendere H S CC. millibus? Idem Attico. Id propè dimidio minoris conſtabit. ¶ Cicer. primo de Natur. deor. Homo, qui ex animo conſtat & corpore. ¶ Interdum ſimul ſtare. Siſen. lib. 4. hiſtoria. Multitudinem procul hoſtium conſtare uiderunt. ¶ Interdum ſuppetere, περιεῖναι. Iuuen. Satyr. 6. Quis ferat uxorem, cui conſtent omnia? hoc eſt cui nihil deſit. ¶ In tertia perſona ſolitum pro manifeſtum eſt, φανερὸν ἐστί, συνδοκεῖ. [Italicè, Eſſere manifeſto. Gallicè, Eſtre certain & clair. Hiſpanicè, Ser claro y manifieſto. Germanicè, Es iſt heytter, gewiß und offenbar.] Cic. in Epiſt. Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat. ¶ Rurſus pro conuenit. ὁμολογεῖται. Hoc mihi tecum conſtat: id eſt cõuenio tecum in hoc, & aſſentior tibi. Lib. 1. ad Heren. Adhuc quæ dicta ſunt, arbitror mihi conſtare cum cæteris ſcriptoribus. ὁμογνωμονεῖν. ¶ Rationem conſtare, ſignificat æquam, legitimamq; rationem aut oſtendi, aut apparere oſtendi poſſe. Vlpian. Planè ſi defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei conſtare oportet, id eſt rationem eum iuſtam aut oſtendere, aut facilè poſſe oſtendere.

Conſtãns, antis. 1. pro eo qui firmus eſt, & tenax propoſiti. βέβαιος. [Italicè Conſtante, fermo. Galli. Conſtant, ferme, perſeuerant. Hiſpan. Coſa conſtante. Germa. Standthafftig, beſtendig.] Cic. ad Lent. Hoc tantam uim habet, ut mens interdum hominum ſtudium, quàm cõſtantis Senatus conſilium eſſe uideatur. Contrarium eſt inconſtans.

Cõſtantĭa, Animi firmitudo. ἰσχυρὸν. [Ital. La conſtanza & fermezza. Galli. Conſtance, perſeuerance, fermete. Hiſpa: La conſtancia. Ger. Standthafftigkeit, beſtendigkeit.] Cic. ad Atticũ, O conſtantiam promiſſi, & fidem miſi: Plin. in Epiſt. Nam quum omnibus uirtutibus abundet, tum hac præcipuè, quòd habet maximam in animo conſtantiam. Contrarium eſt inconſtantia.

Conſtanter, aduerbium. βεβαίως βεβαίως. [Ital. Conſtantemente, fermamente. Gall. Conſtamment, fermement, perſeueramment. Hiſpa. Conſtantemente. Germ. Standthafftiglich, beſtendiglich.] Cic. de Amicitia, Multaq; eius & in Senatu, & in foro, uel prouiſa prudenter, uel acta conſtanter, uel reſponſa acute ferebantur. Huic contrarium inconſtanter. Vnde autor ad Heren. lib. 1. In conſtanti geſtu, Teſtimoniorum inconſtantiam, & inconſtanter lo-

quentem dixit.

Conſtrātus, Vide Conſterno.

Cõſtrĕpo, is, ere, o. t. Idem quod Strepere. λέσχην. [Italicè, Far ſtrepito. Gall. Faire bruit & noiſe. Hiſp. Hazer ruſtruendo. Germa. Rauſchen, ein rauſchen oder getöß machen.] Gell. lib. 4. cap. 1. Atq; omnium horum & teſtimoniis & exemplis conſtrepebat.

Cõſtringo, is, ere, 3 t. Significat arctare. συρίττω. [Ita. Stringere. Gall. Eſtreindre, ſerrer, contreindre, refreindre. Hiſpa. Apretar. German. Zuſammen ziehen, zůeinanderen zwingen.] Conſtringere ſarcinam. Plaut. Trin. Cicer. 1. de Orat. Quæ rem diſſoluram diuulſamq; conglutinaret, & ratione quadam conſtringeret.

Conſtringendus, participium: ut Conſtringendum ſe tradere libidinibus. Cicer. primo de Finib. Victi & debilitati obiecta ſpecie uoluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos.

Conſtrictus, aliud participium. συγκλεῖσαι. [Ital Conſtretto, ligato. Gal Contraint, lié Hiſpan. Conſtrennido, apretado. Germani Zuſammen gezogen, eingezwungen.] ut Habere aliquem conſtrictum in ſuis uinculis, apud Quintilian. lib. 1. capite 9. Apertis uerbis conſtricta oratio, Cicer. de Claris oratoribus.

Conſtruere, 3 t. Simul ſtruere, ordinare, fabricare. συντάττειν. κατασκευάζειν. [Itali. Conſtruire, ordinare, fabricare. Gall. Agencer, mettre, enſemble, entacer, baſtir, conſtruire. Hiſp. Edificar, ordenar. Germa. Zuſammen hauffen, etwas machen oder bauwen.] Cic. in Cat Vt nauem aut ædificium idem deſtruit facilimè qui conſtruxit: ſic hominem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura diſſoluit. Cicer. 2. Philipp. Itaque tanti acerui nummorum apud iſtum conſtruuntur, ut iam appendantur, non numerentur pecuniæ.

Cõſtrūctĭs, participium. συντεταγμένος. [Ital. Edificato, amaſſato. Gall. Entacé, conioint & mis enſemble, agencé. Hiſpa. Edificado, amontonado. Ger. Gebauwen, gemachet.] Cic. 2. de Nat. deor. Dentibus autem in ore conſtructis mandituſ, atq; ab his extenuatur & molitur cibus. Conſtructior domus. Ci. 1. de Inuentio. Domus ea quæ ratione regitur, omnibus conſtructior eſt rebus & apparatior, quàm ea quæ temerè & nullo conſilio adminiſtratur.

Cõſtrūctĭo, uerbale. σύνταξις, κατασκευή. [Ital. Edificatione, compoſitione. Galli. Maſtiment, compoſition, entaſſement. Hiſpa. Edification, compoſicion, amontonamiento. Ger. Ein Bauw.] Cic. 4. Acad. Et totam conſtructionem hominis fabricata eſt natura. Idem 1. de Orat. Et ipſa oratio conformanda, non ſolùm electione, ſed etiam conſtructione uerborum.

Cõſtŭpro, as, are, Idem quod Stuprare ſimplex. μοιχεύω, καταμοιχεύω. [Ital. Stuprare, uitiare, uiolare, ſuerginare, tuor la uirginità. Gall. Corrompre femme ou fille, en abuſer. Hiſp. Forçar como à donzella. German. Junckfrauwen oder Vncyber verfellen vnd geſchenden.] Ue, Conſtuprare matronas, Liu. 9. bel. Pun. Quin. Cicer. de Petit. Conſul. Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis & efficacitatis, ut propè in parentum gremiis prætextatos liberos conſtupratit, Idem ad Attic. libro 1. Afflicta Reſpublica eſt, empto conſtuprato-que iudicio.

Cãſtŭprātŏr, pen. prod. μοιχευτὴς. διαφθορεύς. [Itali. Violatore di donne ò figliuole. Galli. Corrompeur de femmes ou filles, putier, roffien. Hiſp. Forçador de virgen ò muger. Ger. Vncyber oder Junckfrauweo ſchender.] Iuerbale Liu. 9. bel. Maced.

Conſuadeo, es, ere, Idem quod Suadeo. πείθω. [Italicè, Perſuadere. Galli. Enhorter par tous moyens & induire à faire quelque choſe. Hiſpani. Induzir con razones. Germanic. Rahten.] Plaut. Merc. Sin ego ſaluti quod tibi eſſe cenſeo, id conſuadeo.

Conſuaſor, oris, ὁ παρακελεύων. [Ital. Chi conforta & eſchorta. Gall. Amonneſteur, enhorteur. Hiſpa. Induzidor Ger. Ein Rathgeber.] Cic. pro Quint. Hæc omnia Quintius agebat autore & conſuaſore Næuio

Conſualia, orum, uide Conſus.

Conſudo, as, are, Idem quod ſimplex Sudo. ἱδρόω. [Italicè Sudare Gall. Suer de toutes parts. Hiſpa. Sudar manando ſudor. German. Schwitzen.] Plaut. Iube ſirte operiri: bene tuſi conſudaueris. Colum. lib. 11. ca. 7. Et ſale conſperſa, bi

duo ſub umbra, dum conſudant, reponuntur. Cat. cap. 96. Sinito biduum aut triduum conſudent.

Conſudaſco, is, ere, n. p. Idem Col. li. 14. ca. 4. Sicly uiginta dies pari conſudaſcere.

Cōſuēfăcio, is, ēci, a. t. Vſu doceo. *ἐθίζω.* [Itali. *Affuefare.* Galli. *Faire acouſtumer.* Hiſpa. Acoſtumbrar à otro. Germanicè, Gewennen.] cuius contrarium eſt Diſſuefacio. Terent. Adelph. Nihil prætermitto, conſuefacio. Ibidem, Ea ne me celet, conſueſeci filium. Varro 1. de Re ruſtic. capite 9. Conſuefaciunt quoque, ut poſſint alligari primùm lenibus numellis.

Cōſuēſco, ſcis, ēui, & conſuetus ſum, n. t. Pro conſuetudine habeo, ío conſuetudinem accipio *ἐθίζομαι.* [Itali. *Auezzare*, eſſere conſueto Gall. S'acouſtumer, auoir couſtume ou de couſtum. Hiſp. Acoſtumbrarſe. Ger. Gewonen, ſich in gewonheit bringen.] Virg. 2. Georg. Adeò in teneris conſueſcere multum eſt. Colu. lib. 2. lumentus præbeas mediocrem, ſed inter initia parcius, dum conſueſcant, ne nouitas pabuli noceat. Idem lib. 9. Nec magis humo, quàm ſtagno conſuerunt. Cic. 2. de Orato. Imò uerò rogemus Antonium, qui & poteſt facere id quod requiris, & cōſueuit. ¶ Interdum Conſueſco eſt familiaritate alicuius uti. Vnde & Conſuetudinem dicimus pro uſu & familiaritate. Cicer. pro Sext. Roſcio. Erat mihi cum eo non modò hoſpitium, uerumetiam domeſticus uſus & conſuetudo. ¶ Dicitur item Conſueſco de re uenerea: quod & Cōſuetudinem habere dicitur. *συγγίνεσθαι.* Cic. 6. in Verrem, Huc omnes mulieres, quibus iſte cōſueuerat, conueniebant. Terent. in Phor. Quum eius conſpexit olim matre in Lemno clanculum. Idem Adelph. Quid illi tandem credis animi fore miſero, qui cum illa conſueuit?

Conſuetus, participium, & uomen ex participio. *ἐθισμός.* [Itali. Conſueto, ſolito. Gall. Acouſtumé, uſité, couſtumier. Hiſpa. Acoſtombrado. Germanicè, Gewonet.] Terent. in Andr. Tum illa, ut conſuetum facilè amorem cernere, Reiecit ſe in eum, flens quàm familiariter. Ouidius undecimo Metamorph. Exprimit inceſſus, uultumque ſonumque loquendi Adiicit, & ueſtes, & conſuetiſſima quæque Verba.

Cōſuētūdo, inis, f. t. *συνήθεια.* [Itali. Conſuetudine, uſo, conuerſatione, pratica. Gall. Couſtume, accouſtumance. Hiſp. La coſtumbre, conuerſacion, y participacion. Germa. Gewonheit.] Plaut. in Milit. Hoc adeò fieri credo conſuetudine. Cato ad Cice. Contra conſuetudinem mram hæc ad te pluribus ſcripſi. ¶ Et pro conuerſatione, ac familiaritate. Terent. in And. Ve neque me conſuetudo, neque amor, neque poter, &c. Cicer. ad Curio. Ego te abfuiſſe tandiu à nobis, & dolco, quòd carui fructu iucundiſſimæ conſuetudinis, &c.

Conſuetionem, Plautus pro Conſuetudine dixit, teſte Feſto.

Cōſŭl, Conſulo, conſulis, Vide Conſilium.

Cōſummo, as, per duplex mm, Perficio, conficio. *ἀποτελέω.* [Itali. Finire, condurre à fine. Gall. Conſommer, parfaire, acheuer, mettre à fin. Hiſpan. Acabar. German. Vollmachen, vollbringen, vollenden.] Cic. 4. Philip. Bella quæ à Conſulibus geſta & conſummata ſunt. Idem 1. Offic. Latiſſimè uidentur patere ea quæ de officiis tradita à philoſophis, & præcepta ſunt, & conſummata. Lact. li. 2 Mundum Deus, & hoc rerum naturæ admirabile opus, ſex dierū ſpatio conſummauit. Plin. Epiſt. 2. 6. Cogor petere à te, non ſolùm ob theatrum, uerumetiam ob hæc balinea, mittas architectum diſpecturum utrum ſit utilius, poſt ſomptum qui factus eſt, quoquomodo conſummare opera ut inchoata ſunt, an quæ uidentur, &c. ¶ Sacrū conſummare, peragere ſacrum. Seneca Hippol.

Conſummatus, a, um, Perfectus *τέλεος.* [Itali. Conſumato, perfetto, finito Gall. Conſommé, acheué, parfait. Hiſp. Acabado, perfecto Germa. Vollender, zů dem end gebracht.] Matt. Quo magni Thraſeæ, conſummatiq; Catonis Colu. Nullus eſt conſummatæ ſapientiæ.

Conſummatio, Perfectio. *συμπλήρωσις, τελείωσις.* [Itali Perfettione, compimento. Galli. Acheuement, perfection Hiſpa. Acabamiento, perfecion. Germanicè, Vollendung] Colum. libro 2. Hac conſummatione operum, colligitur poſſe agrum, &c.

Cōſūmo, is, a. t. penult. prod. In nihilum redigo. *ἀναλίσκω.* [Conſummare, deſtruggere. Gall. Prendre tout, conſumer, employer tout. Hiſp. Gaſtar. Germa. Verthůn, verzehren, verbrauchen.] Solinus, Sunt etiam in Lycia fontes, quæ uiuentium quoq; corpora adalligata conſumunt. Cicero 1. de Legib. Sed quum ea tempeſtas, uetuſtaſque conſumpſerit, Saluſtius, ego non rem familiarem modò, uerumetiam eadem conſumpſi.

Conſumor, paſſiuum, Abſumor: ut, Conſumor ſiti. Cæſar 2. bel. Gal. Conſumi incendio. Liu. li. 7. bel. Pun. Conſumi ſenio & mœrore, Idem 10. bell. Macad.

Cōſūmptās, participiū. *λιταναλωθείς.* [Itali. Conſumato. Gallic. Conſume. Hiſpan. Gaſtado. Germanicè, Verzehret, Hingenommen.] Abſumptus: ut, Conſumptus peſte, Plin. lib. 11. cap. 28. Morte conſumptus, Tibul. libr. 1. Conſumpta oratio, Saluſt. in Iugurt. Cōſumpta exhauſta actio, Cic. de Orat.

Conſumptio, onis, *λιτανάλωσις.* [Itali. Conſumatione. Gal. Conſumption, degaſt. Hiſ. Gaſtamiento. Ger. Verzehrūg.] Cicer. de Vniuer. Itaque ſe ipſe conſumptione & fame alebat ſui.

Conſumptor, toris, *ἀναλωτής.* [Italicè, Conſumatore. Galli. Qui conſume & met à fin. Hiſpani. Gaſtador. Ger. Ein verzehrer.] Cic. 2. de Nat. deor. Atq; noſter ignis quem uſus ad ex requirit, confector eſt & conſumptor omnium.

Cōntĭo, is, a. t. Simul ſuo, compono, coniungo. *συνάπτω.* [Itali. Cuſcire inſieme, congiungere. Gall. Condre, couſdre. Hiſpan. Coſer uno con otro. Germanicè, Zuſammen Nayen oder Flicken] Plaut. in Amphitr. Aduenisti audacia columen, conſutis dolis. Imò equidem tunicis contutis huc aduenio, non dolis.

Conſutura, æ, Suet. in Vitel. cap. 2. Cuius filius ſectionibus & conſuturis uberius compendium nactus, &c.

Cōſurgo, is, ere, n. t. Simul ſurgere. *συνανίσταμαι.* [Itali. Leuarſi inſieme. Gall. Seleuer enſemble. Hiſp. Leuantarſe iuntamente. Germ. Mit einander eren aufſtahn.] Saluſt. Conſurrexere omnes ſimulq; in eum impetum fecerunt Cic. 3. ad Qu. fra. Conſurrexit Senatus cum clamore ad unum, ſicut ad corpus eius accederet.

Conſurgitur, imperſo. Cic. 5. Verri. Itaq; in curiam uenimus: honorificè ſanè conſurgitur.

Cōſurrēctio, onis, *συνάγειρις.* [Itali. Vno leuarſi di piedi genti inſieme. Gallicè, Vn leuement de pluſieurs enſemble. Hiſpani. Aquella obra de leuantarſe iuntamente. Germa. Die aufſtehung mit einander en.] Cicer. de Aruſp. Reſp. Cepi equidem fructum maximum & ex conſurrectione omnium noſtrum, &c.

Conſualia, *ἱπποδρόμια.* Ludi qui fiebant in honorem Conſi. Liu. lib. 1. Ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolennes, Conſualia uocant. Plin. de Viris illuſtr. Quibus negatis, ludos conſualia ſimulauit, ad quos quum uterq; ſexus multitudo uenisſet, dato ſuis ſignō, uirgines raptæ ſunt. Varro quarto de Lingua Latina, Conſualia dicta à Conſo, quòd tum feriæ publicæ ei Deo, & in circo ad aram eius ab ſacerdotibus fiunt ludi illi, quibus uirgines Sabinæ raptæ.

Cōnſĭdĕro, ras, Vide Conſidero.

Cōntăbĕo, es, n. ſ. uel Contabeſco, ui, Idem eſt quod ſimplex Tabeſco, id eſt, in tabem conuertor. *μαραίνομαι, συντήκομαι.* [Itali. Corromperſi, ammarcirſi. Galli. Deuenir en chartre, ſecher tout debout. deuenir tout ſec & hetique. Hiſpan. Prodrirſe. Germanic. Verſchwynen, aufsdörren, zůnichts werden.] Cic. 1. Tuſc. Vt Artemiſia illa Mauſoli Cariæ regis coniunx, quæ nobile illud Halicarnaſſi fecit ſepulchrum, quando uixit, uixit in luctu, eodemq; etiam conſilio contabuit. Plau. Merc. Cor. Edepol miſerum mecū, quod guttatim contabeſcit.

Contabulare, n. p Eſt tabulis, hoc eſt aſſeribus aliquid tegere. *σανιδόω.* [Itali. Intauolare. Gall. Plancher d'ais. Hiſpan. Entablar pared ò ſuelo. German. Verdäfelen, mit Dilen oder Taflen bedecken.] Suetonius in Calig. Aemulatione Xerxis, qui non ſine admiratione aliquanto anguſtiorem Helleſpontum contabulauerat. Plin. lib. 36. cap. 25. Quemadmodū axibus contabulare. Contabulare murum turribus. Cæſ. ſeptimo bel. Gal. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerunt. Contabulare turres. Cæſar 1. bell. Gall. Turres contabulantur, pinnæ loricæq; ex crate bus attexuntur.

Contabulatio, nerbale. *σανίδωσις.* [Ital. Tauolato, palco de tauole. Gallic. Vn plancher contignation d'ais entremble.

Hiſpan.

Hiſp. Entablamiento. Ger. Verdáflung.] Cæſ. 1. bell. Ciuil. Vbi rurſus altitudo perducta eſt ad contabulationem, eam in parietes inſtruxerunt, ita ut, &c. Et paulò pòſt apertè declarat, quid ſignificet contabulare.

Contagium, Vide Contingo.

Contāmino, as, pen. cor. ex Con, & Tamino, Id eſt fœdo, maculo, manibus lutulentis quicquam attingo. *μιαίνω*. [Ital. Contaminare, macchiare. Galli. Contaminer, gaſter, ſouiller Hiſp. Enſuziar. Germani. Beſudlen, beflecken, vnrein machen.] Vnde quum res rei ita immiſcetur ut neutra incorrupta maneat, contaminari dicitur. Terent. in prologo Andr. Contaminari non decere fabulas. & Liu. libro 4. Contaminari ſanguinem ſuum patres, confundíq; iura gentium rebantur.

Contaminatus, a, um, *μιαρός* Ibidem, An eſſe vlla maior, aut inſignior contumelia poteſt, quàm partem ciuitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi? Huius contrarium eſt Incontaminatus. Idem ibidem, Quas quautasvis C. Canuleium aggreſſum, colluuionem gentium, perturbationem auſpicíorũ publicorum priuatorumq; afferret, ne quid incontaminati ſit. Sunt & Attamino, & Intamino, quæ ſunt contraria. Horatius, Virtus repulſæ neſcia ſordidæ, Intaminatis fulget honoribus, id eſt, incorruptis, & indiminutis.

Cōtĕchŏr, aris, d. p. Commachinor, & fallaciam aliquam compono. *μυχανῶμαι* [Ita. Macchinare, taccagnare. Gal. Machiner & forger quelque tromperie & fineſſe Hiſpani. Baſcar cota de enganos. Germanicè, Ein liſt oder betrugnerichten.] Plaut. Pſaud. Vide modò, ne illic ſit contechnatum quidpiam.

Contĕgo, penult. corr. Cooperio. *περιτίθημι, καλύπτω* [Ital. Coprire. Galli. Couurir. Hiſp. Cubrir. Germanicè, Bedecken.] Plin. lib. 17. cap. 9. Paruum genus arborum poſt autumnum ſimo contegunt. Cic. pro Seſt. Meſſoria ſe corbe contexit.

Contĕctus, Particip. Cæſa contecta ſtramine. Ouid. 1. Metamorph.

Cōntĕmĕro, as, are, a. p. Contaminare, fœdare, polluere, violare. *διαταράττω, βιάζομαι* [Ita. Violare, macchiare, ſporcare. Gall. Violer, corrompre, outrager, gaſter & perdre au deſcenſement. Hiſpan. Corromper ò enſuziar. Germ. Verletzen, ſchenden, verunreinigen.] Martial. lib. 1. Luſerat in grato leo perfidus ore magiſtrum, Auſus tam notas contemerare manus.

Contĕmno, is, pſi, ptum, a. t. Sperno, vilipĕdo. *ὑπερφρονῶ ἴσχω, ὀλιγωρέω*. [Ital. Sprezzare, diſprezzare. Gall. Deſpriſer, meſpriſer, n'eſtimer rien, ne faire conte. Hiſp. Menoſprecior. Germ. Verachten.] Plaut. in Aſin. Tu verbero imperium meum cõtempſiſti. Et eſt minus, quàm deſpicio. Cic. de Senect. Contemni ſe putat, deſpici, illudi. Componitur autem ex præpoſitione Con, & uerbo Temno: quo etiam Virg. uſus eſt 6. Aeneid. Diſcite iuſtitiam moniti, & non tẽnere diuos.

Contemptŏr, aris, ari, frequent. à contemno. Plaut. Mirari noli, neq; me contemptarier.

Contemptŭs, participium, Spretus. *ὀλιγωρηθείς, καταφρονηθείς*. [Ital. Sprezzato, auilito. Gall. Deſpriſé. dequoy on n'a tenu conte. Hiſpan. Menoſpreciado. Germ. Verachtet.] Cicer. pro Seſtio, Qui nullo premio propoſito, preter hoc quod iam contritum & contemptum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, &c. ſuſcepit.

Contemptus, nomen ex partici. Plaut. Pœn. Contemptiores magi erunt, atq; auidi minus. Tenuiſſimus victus, atque contemptiſſimæ eſcæ. Cic. 2. de Finib.

Contemnendus. Cic. de Clar. orat. Ne Titus quidem Poſthumius contemnendus in dicendo.

Contemptor, ris, uerbale. *ὀλιγωρῶν, καταφρονητής*. [Italicè, Sprezzatore, che non tiene conte, ne fa ſtima di altri. Gall. Deſpriſeur. Hiſpanicè. Menoſpreciador. Germanicè, Ein verachter.] Deũm contemptor Mezentius, Virgilius 8. Aeneid.

Contemptrix *ὑπερφρονοῦσα* Plin. lib. 19. cap. 8. Eruca præcipuè frigorum contemptrix.

Contĕmptŭs, ſ. t. uerbale. *διαταράττησις, ὀλιγωρία*. [Italicè, Diſprezzo. Galli. Deſpris, deſpriſement, contemnement. Hiſp. Menoſprecio. Germani. Ein verachtung.] Deſpectio. Cicer. 1. Offic. Fortitudo eſt dolorum laborumq; contemptio. Fortunæ contemptio, Idem in Parado.

Contemptus, us, ui, Idem *ὀλιγωρία*. ut, Tu es omnibus contemptui: id eſt, deſpiceris ab omnibus.

Contemptim, aduerbium. *διαταραττομένως, ὀλιγώρως*. [Ital. Per diſprezzo, per ſcherno. Gall. Par meſpris, en deſpriſant, tant en faire conte. Hiſpa. Menoſpreciando. Germano. Verachtlich.] Plaut. in Pœn. Ne nos tam contemptim conteras.

Contemptibilis, om. t. à Contemno. Idem quod Contemnendus. *ἀφωλιγός*. Vnde Contemptibilitas. Itẽ Contemptĕ, & Contemptibiliter, aduerbia, *ὀλιγωρημένως*.

Contĕmplŏr, aris, d. p. Diligenter intueor, & res abditas conſydero. *διατυπόω, ἀποσκοπέω*. [Ital. Contemplare, conſiderare le coſe occulte. Gall. Contempler, regarder ſongneuſement, conſiderer. Hiſp. Contemplaró mirar al cielo. Ger. Fleyſſig eines heimlichs anſchauwen.] Templũ eſt dictum à templo: id eſt à loco qui ab omni parte conſpici poteſt, uel ex quo omnis pars poteſt uideri, quem augures Templum nominabant. Cicer. pro Deiot. Et id animo contemplare, quod oculis non potes. Lucil. lib. 2. Vel ſi cœleſte lumẽ, quod dicimus Solem, contemplari uelimus.

Contemplo, contemplas. Plaut. in Aſin. Hem meũ caput contemplaſti quidem ex te conſultus tua Eunice, Contemplo, & templum Cereris ad lęuam aſpice.

Contemplātŏr, oris, m. *θεατής* [Ital. Conſideratore, contẽplatore. Gall. Contempleur, regardeur, qui regarde & conſidere. Hiſpa. El que contempla, mirador. Ger. Anſchauwer, beſeher.] Ut Contemplator cœli. Cic. 1. Tuſc.

Contemplātĭo, ſ. t. Conſyderatio, ſiue meditatio rerum occultiorum, teſte Cicer. 4. de Finib. *ἐπιτήδευσις θεωρίας, σκέψις*. [Itali. Contemplatione. Gall. Contemplation, penſement, cogitation attentiue. Hiſp. La contemplacion. Germanicè, Anſchauwung, betrachtung.] Idem prima Academ. Est enim animorum naturale quoddam quaſi pabulum, conſyderatio, contemplatioque naturæ. Idem primo de Natur. deor. Hæc eſt res magna, & diligenti contemplatione digniſſima.

Contemplatus, us, ui. Ouid. 1. Triſt. A contemplatu ſummouĕo malí.

Contemplatiuus, a, um. *θεωρητικὸς* Vnde Contẽplatiua uita, quæ contemplationi dedita eſt. Seneca Epiſt. 10. Ars nulla contemplatiua ſine decretis ſuis eſt: philoſophia autem contemplatiua ſimul eſt & actiua.

Contĕmpŏrānĕŭs, a, um, Eiuſdem temporis, coetaneus. *σύγχρονος*. [Italicè, Del medeſimo tempo. Gallicè, D'un meſme aage. Hiſpan. Coſa del meſmo tiempo. Germanicè, Einer zeyt.]

Cōntendo, n. t. Proficiſcor, iter inſtituo, quaſi contrà tendo. *σπεύδω*. [Ital. Andare. Galli. Aller, s'efforcer d'aller. Hiſpan. Andar. German. Hergegen ziehen, oder eylen.] Cæſar libro 1. Ipſe de quarta uigilia, eodem itinere quo hoſtes ierant, ad eos contendit. ¶ Item certare. *ἀμφισβητεῖν*. [Itali. Contendere, combettere. Galli. Debatre, combatre. Hiſpani. Pelear ò porfiar. Germani. Streyten, Zancken.] virgil. lib. 9. Aeneid. Quis talia demens Abnuat, aut tecum malit contendere bello? ¶ Item cum conatu, ac nixu petere, ſeu aliquid agere. *σπουδὴν ποιεῖσθαι. διατείνεσθαι, φιλοτιμεῖσθαι*. [Italicè. Domandere affaticoſamente. Gallicè, Demender affectueuſement. Hiſpanicè, Demandar con porfia. Germanicè, Mit gantzer macht etwas vnderſtahn, gantz Ernſtig auffmas tringen.] ¶ Vnde Contenta corpora dicimus, quæ omni nixu intenduntur aduerſos labores, ut in arcu nervus *ἐσφιγμένα τὰ*. Cic. 1. Tuſc. Sunt quædam animi ſine ſydere: ea enim cum corpore, ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt. ¶ Item continuare. Cicer. libro tertio de Orat. Nihil perniciouſius quàm ſine ullo intermiſſione contentio. *συντονία*. ¶ Item feſtinare, *προθύμως ἔχειν καταντᾶν, ἐπείγεσθαι*. Virgil. 1. Aeneid. quæ littora proxima, curſu Contendunt petere. ¶ Item aſtringere, introquere. *συντείνειν*. Virgil. libro quarto Georgic. Tanto nare magis contendit tenacia uincla. Item comparare. *ἀντιτάττειν, παρασκευάζειν, συνιστάναι, ἀντιπαρατάττειν*, & à uerbum *ἀντιπαρατείνειν, συμπαρατείνειν*. ¶ Item extorquere, *βιάζεσθαι*. Cic. de Amic. Extremum autem premen-

ptum in beneficiis operaq; danda, nequid cõtra æquitatem contendas. ¶ Item iacere, dirigere. *βάλλειν, κατατείνειν.* Virgil. 5. Aen. Qui tamen aerias telum contendit in auras. ¶ Item intendere. *ἐπιτείνειν.* Hinc Contendere arcum uel citharam dicimur, quum chordas intendimus. ¶ Et per translationem Contẽdere neruos ingenii, corporis, siue in dustriæ, hoc est uires omnes in re aliqua explicare. Cic. 2. in Verr. Magnum sanè onus, sed dignum in quo omnes neruos ætatis industriæq; meæ contenderem.

Contẽtio, f. t. uerbale, quod significat uehemẽtem conatum ad aliquid agendum. *ἡ τῶν παρ' ἀλλήλοις ἐνδιαπόνων ἔξετασις, καὶ βασανισία.* [Ital. Contesa, trauaglio, fatica persa per arriuare à qualche grado. Galli. Effort, emploicte de sa force, debat, different, contention, uoise. Hispan. Contencion, porfia. Germ. Das hefftig vnderstahn eines dings, item ein Kampff.] Lib. 1. ad Heren. Si nostram causam laudando extollemus, & aduersariorum per contentionem deprimemus. Cicero tertiò de Orat. Permulta tum uehementissima contentione animi, ingenii, utrium, ab eo dicta constabat. Idem libr. 1. Offic. Miserrima omnino ambitio, honorumq; contentio. ¶ Est præterea Contentio, *ἀγὼν*, oratio acris ad confirmandum, & confutandum accommodata: quæ à Plin. in Epistol. dicitur, Oratio pugnax & contentiosa, *ἐυπλεκτικὸς, φιλόνικος*. Constat autem contrariis uerbis, quæ *ἀντίθετον*, id est, contrapositum pariunt. Vt illud pro Cluent. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Contentè, contentius, contentissimè, aduerbium, *συντεταμένως, συντόνως*. Cic. 5 Tuscul. Socratem ferunt quum usque ad uesperam contentius ambularet, quæsitumq; esset ex eo quare id faceret, [illegible]se. Se, quò melius cœnaret, obsonare ambulando fame. Idem 2. Tusc. Genu mehercule Mithridatium didi, quum contentè ipse pro se lege Varia [illegible]ceret, terram tangere.

Contentiosus, a, um, *φιλόνικος*. [Italicè. Vehemente, contentioso. Gallic. Contentieux, noiisf Hispanicè, Cosa porfiosa ò porfiada Germanicè, Zänckisch. Bäderisch.] Plinius libro 19. Oratio, de qua loquor, pugnax & contentiosa est.

Contentiosè, aduerb. *φιλονικῶς*: ut, Contentiosè agere, id est pertinaciter.

Contẽnebrãre, uerbum neutrum est, pro aduesperascere. *συσκιάζει*. [Ital. Farsi sera. Galli. Deuenir nuit, estre nuit. Hisp. Hazerse tarde ò anochecer. Ger. Dunckel oder finster werden.] Varr. 1. de Re rust. Ab oc casu paruo intervallo interposito ad bibendum appellunt, & rursus pascunt, quoad contenebrauit.

Contẽnus, Vide Continuo.

Conterminus, ni, Finitimus, & uicinus, quasi eundem terminum habitans. *ὅμορος*. [Ital. Finitimo, vicin, confinante. Gall. Voisin, terretenant, prochain en limites. Hisp. Cosa uezina en terminos. Germ. Ein anstöffer, nachgelegner, Nachbawer.] Colum. lib. 1. capite tertio, Nisi Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis esse conterminus, aut Aventini montis incola Palatinis ullum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Plin. libro 18. capite 8. Conterminus indigens Ariana. Stabula ripæ conterminus, Ouid. 8. Metamorph.

Cõtĕro, is, rerere, a. t. In puluerem redigo. *συντρίβω*. [Itali. Ridurre in poluere, consumare. Gall. Broyer. piler, menuiser, meudre, consumer, user, gaster. Hispan. Quebrar y gastar. Germanic. Zerreyben, zerstossen, zů puluer machen.] Varro 1. de Re rust. cap. 7. Si fastidium faliendi est, scillæ modicum conterunt cum aqua. Conterere radicem in Puluerem, Plin. libro 18. capite 11. Diem conterere, id est, consumere, Plaut. Cas. Contrivi diem, Dum adsto aduocatus cuidam cognato meo. Conterere ætatem in litibus, Cicer. 1. de Legib.

Contritus, participium. *περιτετριμμένος*. [Italicè. Tridato, pestato, fatto in polnere, usato Gall. Broyé & foissé, usé & degasté Hisp. Quebrantado hecho, poluo, gastado Germani. Zerryben, zerstossen.] Plin. lib. 20 cap. 13. Datur & dysentericis cum caseo [illegible]o contrita. Cicer. 1. de Finib. An uerum est hoc nec astare contritum prouerbium, Dignus qui cum in tenebris mices.

Contritor, oris uerbale. *συντρίβων*. Plaut. Perſa, Contritor compedum.

Conterraneus, Dicitor qui ex eadem terra est. *ὁ μιχώριος*. [Ital. Di una medesima terra. Galli. D'une meisme terre ou d'un meisme pais. Hisp. Cosa dela meisme tierra. Germ. Ein Landsman.] Quapropter Catullum cõterraneum tuum. Plin. in Præfat. prima uocat, qui non Veronæ, sed in Benaci insula natus erat. Verbum est in castris natum, quemadmodum plerique eodem fine desinentia.

Conterreo, es, ere, Notæ significationis. *ἐκπλήττω*. [Ital. Espauentare, dare terrore. Gall. Esponuenter. Hispan. Espantar. Ger. Erschrecken.] Liu. 1. ab Vrb. Nouum pugnæ conterruit genus. Conterret latratu canis aduentantem, Columell. lib. 7. cap. 12. Conterrere uultu aspectuq; loquacitatem alicuius. Cic. 1. de Orato. Virg. 3. Aenei. -aspectus conterritus hæsit.

Contestor, d. p. Obtestor, Imploro, precor. *ἱκετεύω*. [Italicè, Chiamare en aiuto, protestare. Galli. Appeler quelqu'un à tesmoing, protester & dire deuant tesmoings, demander ayde. Hispan. Rogar ayuda. German Zů zeůgen nemmen oder anrüffen.] Cic. 6. in Verr. Deos homines q; contestans, clamare cœpit. ¶ Contestari litem (inquit Festus) dicuntur duo aut plures aduersarii, quòd ordinato iudicio utraque pars dicere solet, Testes estote. *διαμαρτύρεσθαι, προκαταχωσθαι δίκην*. Cicer. ad Attic. lib. 16. Neque enim illi litem contestabuntur. ¶ Hinc litis contestatio dicta, quæ nascitur ex petitione actoris, & responsione rei. *ἐνίστασις δίκης, ἀντιδικασία*.

Contestãtus, participium, *ἐνισταμένος*. ut, Contestata uirtus. Cicer. pro Flac. Quumque ab hac perenni, contestataque uirtute maiorum non modò non degeneravit L. Flaccus, sed id, &c.

Contexo, is, ere, Simul texo. *συνυφαίνω*. [Italicè, Tessere insieme, congiungere. Gall. Tistre ensemble, assembler, conjoindre. Hispani Texer uno con otro. Germani. Zůsammen weben.] Cicero primo de Natur. deor. Quid enim ouerahud afferunt, nisi ut earum uillis confectis atque contextis homines uestiantur? ¶ Contexere, coniungere. Plin. 8. Epistol. 20. Sub his per latus omnes uineæ porriguntur, unamq; faciem longè lateq; contexunt. Contexere tumores, Catullus. Contexere interrupta, Cicer. 1. de Legib. Contexere carmen, Cic. pro Cælio, Contexere crimen, Cic. pro Deiotaro.

Contẽxus, participium. *συνυφασμένος*. [Italicè. Tissoto insieme. Gall. Tissu auec, entrelacé Hispan. Texido juntamente. Germ. Zůsammen geweben.] Argento & auro contextus. Tibul. lib. 1.

Contextus, us, ui, *συμπλοκή*. [Italic. Tessura, congiontione, compositione. Galli. Contexture, entrelacement, conjonction, composition. Hispan. Texedura, ayuntamiento, composicion. Germ. Zůsammen webung, oder zůsammen fügung.] Cic. 5. de Finib. Pennarum q; contextu corpori tegumenta faciebat.

Contextè, aduerb. *συνυφασμένως, συμπεπλεγμένως*. [Ital. Senza diuisione ò interpositione alcuna. Galli. Sans interruption, l'un estant tissu & joint auec l'autre. Hispa. Texendo uno con otro, ayuntadamente. Germ. Zůsammen hengung, oder zůsammen fügung.] Cic. de Fato, Omnia naturali colligatione conserte contexteq; fiunt.

Contextim, aliud aduerbium *κατὰ συνυφὴν, κατὰ συμπλοκήν*. [Italicè. Congiuntamente. Galli. Par entretissu, par entrelacement, tout d'un train. Hispanicè, Texendo uno con otro, ayuntadamente. Germanicè. Mit Zůsammen flechtung, durch zůsammen hängung.] Plin. li. 16. ca. 33. Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, penè contextim in secessu generant

Conticẽo, es, n. p. pen. cor. Simul cum cæteris taceo. *ἡσυχάζω*. [Ital. Tacere insieme. Gall. Se taire tout coy. ne dire un seul mot. Hispani Callar con los otros. Germa. Sampt anderen still schweygen.] Virgil. 2. Aeneid. Conticuere omnes, intentique ora tenebant. Cic. in Cæsil. Recitatis literis debilitatus atque abiectus, conscientia convictus repente conticuit.

Conticẽsco, is, n. t. Cum aliis taciturn fio. *ἡσυχάζω*. Plin. li. 28. ca. 10 Tum repentè omnes conticescunt.

Conticinium noctis, Primum tempus quo omnia quiescendi gratia conticescunt. *πρώτη νυκτὸς ἀρχή*. [Itali. Il tempo de la notte nel quale non si sente un zito. Gallicè, Le temps de la nuit ou toutes choses se taisent. Hispa. La media no-

de noche quando todos callan. Germ. Das erſte theil der nacht, da alle ding ſchlaffen vnnd ſtill ſchweygen.] ex Poll hoc. Plaut. Aſin. Redito huc conticinio. Macrobius tamen & Cenſorinus Conticinii nocant eam partem noctis, quæ media eſt inter gallicinii & diluculum: & inde dictum putant, quòd gallorum conticeſcant. Vide ea quæ ſuprà annotauimus in dictione Dies.

Cōtigno, as, quaſi tigna coniungo. *σανιδόω, συνάπτω.* [Ital. Congiungere traui. Gal. Baſcoir les ſolliues en un eſtage de maiſon, & les compaſſer. Hiſpan. Sobradar con tablas. Ger. Zuſammen wetten oder fügen.] Plin. lib. 9. cap 5. Gedroſos, qui Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni claſſem præfecti prodidere, in domib⁹ fores maxillis belluarū facere, oſſibus tecta contignare, ex quibus multa quadrageſima cubitorum longitudine reperta. De belluis iudicium eſt. Cæſ. 4. bel. Ciuil. Et quicquid eſt contignatum, cratitus coaſternitur.

Contignatio *διὰ τῶν δοκῶν ἢ τῶν σανίδων κατασκεύασμα γίγνεται.* [Italic. Vn tauolato, un trauamento, un ſolare. Gal. Eſtage, ſolier, plancher de maiſon. Hiſp. El ſobrado ò entreſuelo. Ger. Ein zuſammen fügung einer bün in einē hauſs.] Quæ eſt ſolarium domus, ſiue ſtratum ſit gypſo, lateribus, ſiue non ſtratum, qualia terè ſunt ſolaria domorum in Apulia. Eoq; pro miraculo apud Liuium refertur, bouem in tertiam contignationem conſcendiſſe. Plin. lib. 36. Sexipedalis paries, non plus quàm unam contignationē tolerat. *σανίδωμα.* Eſt enim ſuperior & inferior contignatio. Galli Eſtages nocant.

Cōtiniolo, es, continui, contentum, a. ſ. pen. cor. Idem quod tenere, & quodammodo attingere *λαμβάνεσθαι.* [Ital. Tenire, contenire. Gallic. Contenir, tenir ferré & fermé, retenir. Hiſp. Tener. Germ. Zuſammen halten, Enthalten.] Plaut. Rud. Perii, animo male fit: cōtine quaſo caput. Idē Caſ. Contine pectus, face uentulum amabo pallio. Continemus fluuium ſuo alueo, aut ripis, aut beluas ſepris. Item continemus nos domi, quum in publicum non prodimus. ¶ Ponitur aliquādo pro moderari, temperare uel coercere. *κατασχεῖν.* Vnde continens, *ἐγκρατὴς*, pro abſtinente & intemperante: cui contrarium eſt Incontinens, *ἀκρατὴς.* Lactantius lib. 1. De libidinoſum, adulterum, ganeonem, iam ſobrium, caſtum, continentem uidebis. ¶ Aliquando eſt intra ſe tenere. *περιέχειν.* Sic dicimus, Vrbem continere homines, & Locum continere locatum. ¶ Item continuare. *συνέχειν*, unde & Continens, dicitur continuatum. *τὸ συνεχὲς.* Liui. Continens imperium uſq; ad nos habebitis. Suet. in Calig. Per hunc pontem alterò citroq; commeauit, biduo continē tiuid eſt, continuo. Curtius, Omnia uelut continenti incēdio ardere uiſa. Cic. 1. Tuſcul. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Item lib. 2. Offic. pro ſimul tenere poſuit, *συνέχειν*, & quaſi inuitum tenere, quum inquit, Nec ulla res tam uehementer Reipublicam continet quàm fides.

Continens, participium, Ea poteſt ſignificare, quæ continent. *τὰ περιέχοντα* [Ital. Che contiene. Gall. Ioignant, s' entretenant, continuel. Hiſp. Lo que tiene alguna coſa. Ger. Das zuſammen haltet. ¶ Cōtinens etiam illic dicitur qui ſe ab omni turpitudine cōtinet, hoc eſt, caſt⁹, & ſobrius. *ἐγκρατὴς.* [Ital. Continente, temperato. Gal. Continent, modeſte, ſobre. Hiſp. Aquel que ſe contiene de los deleytes. Ger. Der ſich enthalter, Keuſch, Mäſſig.] Terent. in Eun. hoc nemo fuit Minus ineptus, magis ſeuerus, quiſquam nec magis continens.

Continens, neutri generis, à Rhetoribus accipitur pro firmamento orationis. *τὸ συνέχον.* Cic. in Top. Quibus autē hoc quæ de re agitur, continetur, hæc Continentia nocentur, cæſi frumenta defenſionis: quibus ſublatis defenſio nulla ſit. Accipitur item Continens pro continuo, ſeu propinquo. Sic Vlpianus ſcribit, Continentes prouinciis accipi debere quæ Italiæ contiguæ ſunt. Tryphon. de Excuſat. tutor. Item Teſtamento Romæ concepto, aut in continentibus ſubaudi locis.

Continens uerò terminini generis, ſumitur pro terra, quæ nō eſt inſula, quam quidā terram firmam appellant, qualis eſt Italia. *ἤπειρος.* [Ital. Terra ferma. Gal. Terre ferme. Hiſp. Terra firme. Ger. Ein zuſammē hangēd erdtrich, welches kein Inſel iſt.] Inter Siciliam & continentem parum interceſſit mis eſt. ¶ Nam inſula eſt quæ mari circundatur, ut Sicilia, Sardinia. ¶ Cherroneſus autem peninſula dicitur, quæ penè tota mari circundatur, aliqua tamen ſui parte continenti coniungitur, ut Peloponneſus. ¶ Iſthmos uerò eſt anguſta terra, peninſulam cum continente coniungens.

Cōtinentiā, æ, p. fit à Continens. *ἐγκράτεια* [Ital. Continenza, temperanza. Gal. Continence, abſtinenze, ſobreté. Hiſp. Templança, aquella obra de ſe contener de delytes. Germ. Enthaltung, Mäſſigkeit.] de qua Cic. lib. 2. Offic. Sed ea lectudo ſaſtentatur noſtria ſui corporis, & obſeruatione earum rerum quæ aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe: & continē tiam in omni uictu, omniq; cultu corporis tuendi cauſa, & in prætermittendis uoluptatibus. Huic contraria eſt Incontinentia. *ἀκράτεια.*

Continenter, aduerbium, Modò ſignificat parcè, ſobriè, & pudicè *ἐγκρατῶς, σωφρόνως.* [Ital. Continentemente, ſobriamente. Gal. Sobrement. Hiſp. Continentemente, ſē pladamente. Germ. Mäſſiglich.] Plaut. Quanquam illiū pater ariſtè & continenter habet. Modò cōiunctè, ingeniosè. *συνεχῶς.* [Ital. Congiuntamente. Gall. Continuellement, tout d' un tenant, tout de ſuite. Hiſp. Ayuntadamente, continuamente. Germ. Stätigs, Zuſammen, Für vnd für.] Idem, Trium dierum ſitim continenter tulit, Cæſar. Belgæ cum Germanis bellum continenter gerunt. Contrarium eius eſt Incontinenter, hoc eſt, intemperāter, & impudicè, *ἀκράτως, ἀκολάστως.*

Cōtentūs, a, um, quum eſt participium à Contineor, ſignificat illud quod ab alio continetur. *περιεχόμενον.* [Ital. Cōtento, contenuto. Gal. Contenu & compris, content. Hiſp. Contento. Germ. Das von einem anderen enthalten, oder zuſammen gehalten wirt.] Quando uerò ſignificat eum qui animo ſatiatus eſt, neq; quicquam præterea deſiderat: *ἀρκούμενον*, nomen eſt, non participium: quandoquidem neq; tempus retinet, neq; ſignificationem. Terent. in Eun. Neq; tu uno contēta eras, neq; ſolus dedit. Vnde ſuperflua uidetur prolixa illa apud Vallam diſputatio, an contentus actiuam retineat ſui uerbi ſignificationem, an paſſiuā: quū omnino uerbi ſui ſignificationem non retineat. Neq; enim contentus is dicitur, qui continet, aut qui continetur, ſed qui nihil extra ſortem tuam deſiderat. ¶ Eſt etiam Contentus participium à Contendor. Idem penè ſignificans quod Extenſus. *ἐπιτεταμένος.* Cicero in Tuſculan. Balliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atq; adducta uehementius.

Cōtinuūs, a, um, Quod eſt ſine interuallo, & opponitur intermiſſo. *ἀνεπίληπτος.* [Ital. Continuo, ſenza intervallo. Gall. Continuel, s' entretenant. Hiſp. Coſa continua ò continuada. Germ. Das aneinanderen hanget, vnd nit zerteilt iſt.] Plaut. in Mil. Quin ubi triduum continuū fuerit, iam odio ſus fiet. Plin. in Epi. Litus ornant uarietate grauiſſima, nūc continua, nunc intermiſſa recta uillarum.

Cōtinuō, as, a. p. Perſeuero, perago. *διαπελάω.* [Ital. Continuare, perſeuerare. Gal. Continuer, ne ceſſer point, faire tenir enſemble. Hiſp. Continuar. Ger. Etwas fürtrucken, vnd aneinanderen etwas thün.] Apuleius, Scaphas aſcendere, mari iter continuare. Sic, Continuare ſermonem. *συνείρειν τὸν λόγον.* Et Continuare perpotationem. Plin. lib. 14. capit. 22. Biduo, duabusq; noctibus perpotationem continuauit.

Continuatio, uerbale *συνέχεια.* [Ital. Intratenimento, continuatione. Gallicè, Continuacion, entretenement de l' un à l' autre. Hiſpanicè, Continuacion. Germanicè, Vnonderlaſſliche fürtruckung oder beharrung eines dings.] Cicero. Nat. deor. Eſt mirabilis quædam continuatio ſeriesq; rerū, ut alia ex aliis annexa, & omnes inter ſe aptè, colligatæq; nideantur.

Continuitas, continuitatis, Idem quod Continuatio. *συνεχὴς*, Plinius lib. 8. cap 30. Collum & tuba continuitate ſpinæ porrigitur, flectiq;, niſi circumactu totius corporis nequit.

Continuò, aduerbium, Idem eſt quod ſtatim, aut confeſtim. *παραυτίκα.* [Italicè, Di fatto, di ſubito, incontinente. Gallicè, Incontinent, tout ſur le camp, tantoſt. Hiſpanicè, Luego, ſin medio. Ger. Behend, von ſtund an, eins wegs.] Terent. in Eun. Continuò accurrit ad me. ¶ Elegāter etiam ponitur interrogatiuè, uel negatiuè pro Num ideo, uel Nō ideo. Negatiuè. Cicer. pro Roſcio Amer. Non continuò

ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. Hoc eſt, Si me in gregem ſicariorum contulerim, non ideo ſequitur me eſſe ſicarium. Interrogatiuè apud eundem 2. de Orat. Ac ſi iſtiſ ſeditiones ſaluti huic ciuitati fuiſſent, num cõtinuò, ſi quis populi motus factus eſſet, id C. Norbano in nefario crimine eſſet ponendum? Num continuò dixit, pro Num ideo.

Continuè, aliud aduerbium. *συνεχῶς, ἐνδιαλείπτως.* [Ital. Senza intermiſſione, continuamente. Gal. Continuellement, ſans ceſſe, ſans intermiſſion. Hiſp. Continuamente, ſin intermiſſion Ger. Vnunterläſslich, Stäts aneinandereu.] pro Aſſiduè. Quinti. lib. 2. cap. An uirtus ſit Rhetorica, Qui grana cicerris ex ſpacio diſtante miſſa in acum continuè & ſine fruſtratione inſerebat.

Cõtingo, gis, contigi, contactum, a. t. Idem quod tango. *ἅπτομαι, καθάπτομαι.* [Ital. Toccare. Gal. Atoucher. Hiſp. Tocar. Germ. Anrüren.] Colum. lib. 1. Pluuimis & his anguſtis illuſtratum feneſtris, atq; à terra ſic editis, ne manu contingi poſſint. Virg. 2. Aeneid. Funemq; manu continge rogandi. ¶ Ponitur & pro accidere, ſiue euenire: ſed hoc duntaxat in tertiis perſonis. *ὑπάρχειν, συμβαίνειν.* [Italic. Accadere. Gal. Auenir, eſcheoir. Hiſp. Acontecer. Germani. Etwas begegnen, widerfaren, Beſchehen.] Cic. 5. Tuſcul. Quod non modò ſingulis hominibus, ſed potiſſimis philoſophis contingit. Impersonale uerbo cum infinitiuo: ut, Cõtingit mihi eſſe fœlici uel fœlicem. ¶ Quandoq; abſolutè, ut apud Terent. Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores. Ex quo datur intelligi, non ſemper ſeruari quod aiunt, Contingere eſſe de malis, quæ ſumus uenti, Obtingere de optatis, Accidere de inopinatis, tam bonis, quàm malis.

Cõtingens, participium. *ἐχόμενος, ἁπτόμενος.* Cicero lib. ſecundo de Diuination. Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram penè contingens.

Contingens, nomen adiectiuum: unde à Dialecticis Contingentia dicuntur, quæ in utranq; partem accidere poſſunt.

Cŏrōllārium, n. ſ. autore Varrone lib. 1. Significat id quod additum eſt ſupra menſurã, præterquàm quod debitum eſt, tanquam auctarium quoddam: à corolis nomen deductũ, quòd hæ, quum placuerãt actores, in ſcena dari ſolitæ ſint. ἐπίρρημα, πρόσθημα, κάλαμος, λῆρος, ἐπίκτητος. [Ital. Corollario, Dante. Darotti in corollario anchor per gratia. Gall. Le pard. ſus ou par entus, le ſurplus ou ſurcroiſt. Hiſpan. La corona ò augmentacion que ſe annade à otra. Germ. Zů'atz, das man vber die rechte maſs nach herzů gibt.] Vnde & Corollaria dicuntur ipſæ coronæ Suetonius in Auguſt. Itaq; corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis crebra, & grandia de ſuo offerebat. Plin. lib. 21. Paulatim & Romæ ſubiecit appellatio Corollis, inter initia propter gracilitatẽ nominatis, mox & Corollariis poſtquam è lamina ærea tenui inaurata, aut inargentata dabantur. Cicero in Frument. Nolo hic colligere, qui numulis corrogatis de nepotũ bonis, ac de ſcenicorum corollariis decimam emerunt. ¶ Hæc autem quum preſi parui forent, factum eſt, ut Corollarium pro re leuiore accipiatur. Plin. lib. 9. cap. 17. At illa corollarium id eſſe, ſumpſeramq; ea in cœna taxationem confirmant. Apulcius ſymbolicòs Corollarium uocauit poſtremum concubitum, quũ ait: Mihi iam fatigato, de propria liberalitate Photis puerile obtulit corollarium.

Cŏrōno, as, a. p. Coronam capiti impono. στεφανόω. [Ital. Coronare, incoronare. Gall. Couronner. Hiſp. Coronar. Germ. Krönen.] Plinius lib. 15. cap. 4. Athenæ quoq; victores olea coronant. Virgil. 1. Aeneid. Crateras magnos ſtatuunt, & ui na coronant.

Cŏrōnātus, participium. ἐστεφανωμένος. [Ital. Incoronato, coronato. Gall. Couronné. Hiſpan. Coronado. Germ. Bekrönet.] Cicero de Legibus. Sequebantur epulæ, quas initiẽt propinqui coronati.

Cŏrōnārius, rii, m. Qui coronas nectit. στεφανοπλόκος. [Ital. Artefice, de ghirlande de fiori. Gall. Qui fait bouquets ou chapeaux de fleurs, ou qui les vent. Hiſp. El que haze ò vende coronas. Ger. Ein krentzlin macher, oder krantzmacher.] cuius fœmininũ eſt Coronaria, στεφανοπλόκος, ὁ, Mulier coronas conficiens. Plin. lib. 21. cap. 1. Factum id eſt, ex ingenio Glyceræ coronariæ, dilectæ illi.

Coronarius, a, um, adiectiuum, Quod ad coronas pertinet. στεφανωτικὸς. [Ital. Coſa da far ghirlande de fiori. Gall. De couronnes, ou de quoy on les faict. Hiſp. Coſa perteneſciente à corona. Germ. Das zů den krentzen oder krönzen gehört, oder aus dem man ſy macher.] unde, Aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur. Cic. pro lege Agrar. Quo ad quemq; peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. ¶ Coronarium opus, in modum coronæ factũ. Plin. lib. 15. cap. 30. Ramos ſpargit à radice dodrantales, topiarii ac coronarii operis.

Coronamentum, ti. n. i. Coronarum materia: hoc eſt, flores, aut frondes coloris aut odoris gratia coronarum confectioni congruentes. στέφανωμα. [Ital. Fiori, uiole, roſe & ſimili coſe da fare ghirlande. Gall. Fleurs & autres choſes à faire chapeaux & bouquets. Hiſp. Flores y otras coſas para hazer coronas. Germ. Der zeũg, oder die matery aus welcher man krönz macher, als blůmen, kreützer, &c.] Plinius. 21. cap. 1. In hortis ſeri & coronamenta tuſſit Cato. Idem eodem libro, capite nono: Folia ſimilacis & hederæ in coronamenta ſe dedêre, coronæq; earum obtinent principatum.

Coroncola, fœmini, prim. Genus roſæ eſt autumni tempore in rubo prouenicns. Plinius libro nigeſimoprimo, capite quarto.

Cŏrōnis, coronidis, penultima producta, fœminini generis, declinationis tertiæ. Summitas, ſeu apex alicuius rei, uelut montis aut ſtructuræ alicuius. κεφαλὶς. [Ital. Sommità, cima, altezza. Gall. Le ſommet & fin but de quelq; choſe, la fin. Hiſp. El fin, altura, ò cumbre de qualquier coſa. Ger. Der oberſt ſpitz oder gipfel eines bergs. Item, Das oberſt eines gebeuws.] ¶ Significat & extremam nauis partem: hoc eſt, incuruum quiddam ſupra puppim in rectri modum eminens. ¶ Denique Coronidem per tranſlationem accipimus pro quocũq; fine, & ultima manu rei alicuius impoſita, ſiue etiam pro eo quod rei abſolutæ ornatus magis quàm neceſſitatis ergo accedit. Martial. lib. 10. Sed nimius uideor, ſeraq; coronide longus Eſſe liber: legito pauca, libellus ero. Idem, Et mage principio grata coronis erit. Poſtremò Grammatici, quoties perſona actoris eodem metri genere fluit quo cœperat, Coronidem uocant: eamq; notãt ueluti roſtri figuram expimentibus lineis. ¶ Ad coronidem uſq. μέχρι τῆς λοιφίδος: quum extremum rei cuiuſpiam ſignificamus.

Cŏrōnŏpus, maſcul. ſec. κορωνόπους. [Ital. Stella. Gall. Corne de cerf. Hiſpan. Guia bella. German. Rappenfůſs.] Oblonga herba eſt, fiſſis foliis, per terram repens, cuius rădix cruciacis præclare facit in cinere toſta. Plinius libro 22. capite 19. & libro 27. capite 16. hanc herbam inter graminis genera aſſignat, & à Romanis Grameu aculeatum uocari aſſerit. Vulgò ab Oliторibus Dens canis, aut Cornu cerui appellatur. Ruellius.

Cŏrŏphīnum, Piſcis de genere cancrorum. Plinius libro 32. capite 11.

Cŏrpŏrāle, Corporatio, Corporatura, Corporeus. Vide Corpus.

Cŏrpus, poris, n. t. Generaliter dicitur ſubſtantia omnis uſu tactuque perceptibilis. σῶμα. [Ital. Corpo. Gall. Corps, chair. Hiſp. El cuerpo. Germ. Ein leyb.] Cicero 2. de Orat. Etenim corpus intelligi ſine loco nõ poteſt. ¶ Aliquãdo corpus accipitur pro maſſa totius animalis ex partibus ſimilaribus, & organicis compacta, quæ unã cum anima totum conſtituit animal. Cic. pro Marcello, Vita corpore & ſpiritu continetur. ¶ Aliquando pro ſola carne ponitur. Cicero Gallo, Ego hic cogito commorari, quoad me reficiamnũ & uires & corpus amiſi. Martial. utraq; ſignificationem uno uerſu complexus eſt. Vuebã laceri membris ſtillantibus artus, Inſq; omni nuſquã corpore corpus erat. ¶ Corporum tria genera Pomponius eſſe affirmat. Vnũ quod una ſpecie contineretur, Homo. Lapis, Lignũ, Alterũ, quod ex contingentibus: hoc eſt, pluribus inter ſe cohæren-

cohærentibus conſtat: ut, Ædificium, Nauis, Armarium. Tertium, quòd ex diſtantibus compactum eſt, ut puta ex plurib⁹ corporibus, uni nomini ſubiectis: ut, Populus, Legio, Grex. Aliter Philoſophi corpora diſtinguunt: ut, Quædam ſint inanimata, ut lapis, ferrũ: alia Animata, ut arbor, leo. Ex his rurſus quædam ſunt anima uegetatiua duntaxat prædita, ut plantæ: quædam ſenſibili, ut bruta omnia animalia: quædam rationali, ut ſoli homines. ¶ Corpus, pro opere aliquo ſcripto, & uolumine. Cicero ad Luccium lib. 5. A principio enim coniurationis uſq; ad reditum noſtrũ, uidetur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe. Idem ad Quintum fratrem, lib. 2. Sed uetus eius habueris libros (ſunt enim duo corpora) an utroſq;, neſcio. ¶ Corpus pro parte, ſeu tribu, ac multitudine populi. Liuius 1. ab Vrbe, Sui corporis creari regem uolebant. ¶ Corpus ciuitatis. Liuius 6. Bel. Pun. Corpus nullum ciuitatis, nec Senatum, nec plebis conſilium, nec magiſtratus eſſe. ¶ Collegiorum corpus. Caius in l. 1. paragr. in collegia. ff. quod cuiuſq; uniuerſ. Item collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus Senatuſconſultus, atq; cõſtitutionibus principalibus confirmatum eſt. ¶ Corpore effugere, prouerbiali figura dictum eſt, periculum iam imminens, ac penè premens arte quadam declinare. Translatum à gladiatoribus, dictum modico corporis flexu fallentibus. Cicero 1. inuectiuus in Catilinam. ¶ Corpus ſine pectore, prouerbii quadam ſpecie dixit Horatius, pro, corpus ſine mente. Vide locum in Epiſtolis ad Albium, & Ouidius in Heroicis. ¶ Toto corpore, atq; omnibus unguibus, dixit Cic. Quæſt. Tuſcul. 2. pro forma pertinacia. A feris ſumpta metaphora, quæ dentibus, unguibus, totoq; corpore retinere ſolent quod nolint extorqueri.

Cõpuſculum, diminutiuum, neut. ſ. Paruum corpus. *σωμάτιον*. [Ital. Picciol corpo. Gall. Petit corps. Hiſp. Pequeno corpo. German. Ein leyblin.] Vnde atomos Corpuſcula uocat. Cicero 1. Academic. & 2. Tuſculan. Iuuenalis Satyra 10. Mors ſola fatetur Quantula ſint hominum corpuſcula.

Cõpulẽtus, Dicitur homo obeſi corporis. *μεγαλόσωμος*. [Ital. Corpulento, graſſo. Gal. Corpu & fourni, charnu. corpulent. Hiſpan. Coſa que tiene mucha pulpa. Germ. Vnd bey leyb, der ein groſſen leyb hatt, faiſſt.] Plaut. in Epid. Euge, corpulentior uidère, quàm agilior. Sic corpulentum pecus apud Colum. lib. 6. cap. 5.

Corpulentia, f. t. Carnoſitas. *πιότης*. [Ital. Corpulentia. Gal. Corpulence. Hiſpan. Aquella mucha carnoſidad. German. Groſſe des leybs, vnnd dicke.] Plinius libro undecimo, capite 51. Somno concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati utilius.

Corpũãle. Quod eſt, uel habet corpus. *σωματικόν*. [Italicè, Corporale, corporeo. Gall. Corporel, apertenant au corps. Hiſp. Coſa de cuerpo. Germ. Leyblich.] Incorporale, *ἀσώματον*. Seneca Epiſt. 59 Dicimus quædam corporalia eſſe, quædã incorporalia. ¶ Aliquando accipitur pro eo quod eſt corporis: unde Corporalia bona, apud Gell. lib. 18. cap. 2. & Corporalia uitia apud Senecam, Epiſt. 74. ¶ Corporalis poſſeſſio pignoris, quã habemus de pignore corporeo. Paul. Debitor ff. de pignor. act. Soluta pecunia, creditor poſſeſſionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, reſtituere debet.

Corpõreus, a, um, quod eſt ex ſubſtãtia corporis. *σωματικός, σωματώδης*. [Ital. Corporeo. Gall. Corporu, ayant corps. Hiſpan. Coſa de cuerpo. Germ. Leybhafftig.] ut lapis: & dicatur incorporeum, quod corpus non habet, ut uirtus. Cicero 1. de Natura deorum, Contrà ille corporeus, uitalis & ſalutaris, omnia conſeruat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuſque affert.

Corpõro, as, a. p. Cogo, coagmento, & in unum corpus redigo. *σωματοποιῶ*. [Ital. Incorporare, unire in un corpo. Gal. Deuenir corps, prendre forme de corps. Hiſp. Encorporar, como en collegio. Germ. Zů einem leyb machen, etliche dinge zů ſammen fetzen, vnd als in ein begriff bringen.] Plinius libro ſeptimo, capite decimoquinto Semine è manibus, conguli moto in hoc in ſe glomerante, quod deinde tempore ipſo animatur, corporatúrque. Hinc Concorporo, & Incorporo, componuntur: de quibus ſuis locis. ¶ Apud antiquos Corporare legimus, pro interficere, quaſi corpus ſolum ſine anima reddere. Ennius apud Nonium, Corpus conterebratur, unde corperet uulnere. Accius, Corporare abs tergo eos auſus.

Corporatus, ta, tum, Idem quòd corporeus, ſine corpus habens, *σωματικός*. Cic. de Vniuerſ. Semper ne fuerit, nullo generatus ortu: & ſi ortus ſit, an ab aliquo temporis principatu ortus ſit: quandoquidem cernitur & tangitur, & eſt undiq; corporatus.

Corporatio, fœm. t. Quantitas, uel habitus corporis. *σωμάτωσις*. [Ital. Corporatura. Gall. Corſage, compoſition & façon de corps. Hiſpan. Encorporamiento. Germ. Des leybs gröſſe, oder das mäſen eines leybs.] Colum. li. 7. Cuſtodiendum eſt, ne in corporatione, uel ſtatura, uel uiribus impar cum uiolentiore iungatur: nam utraq; res inferiori celeriter affert exitium.

Corporatura, f. p. Corporis quantitas, hoc eſt, habitus & ſtatus ipſius corporis. *τὸ σῶμα τοῦ κατάστημα*. [Ital. Corporatura. Gall. Corſage, conſtitution de corps. Hiſp. Encorporacion. Germ. Leybs gröſſe, leybs geſtalt.] Veget. lib. 1. ſcribit corporaturam boni tyronis implere ſex pedum longitudinem. Colum. lib. 7. Humilis enim & modica corporatura, pecoris operarii debet eſſe. Vitru. lib. 6. Sed ex cœlo roſcidus aër in corpora fundẽs humorem, efficit ampliores corporaturas.

Corras, Maxillas intelligi uolunt.

Corrãdo, dis, a. t. pen. prod. Simul rado, & in unum contraho. *συνάγω*. [Ital. Radere, leuar ad alteri con induſtria & difficulta. Gall. Racler & amaſſer enſemble, retirer d'vn coſte & d'autre, amonceler. Hiſp. Juntamente raer, arrebatar. Ger. Zůſammen kratzen.] Terent. in Adelph. Minas decẽ corradet alicunde. Lactant. lib. 5. Non propter humanitatem, quò nulla in his erat, ſed ut omnia cupiditatis & auaritiæ, inſtrumenta corraderent.

Corrẽpo, pis, pere, act. t. Idem quòd ſimplex Repo. *ἕρπω*. [Ital. Rampare, rampegare. Gal. Se couler & ramer en quelque lieu, en aborder ſecrettement. Hiſp. Gatear par el ſuelo. Germ. Kriechen, rũtſchen.] Cicero 1. de Natura deor. Quod quum efficere uultis, in dumeta correptitis. Luc. lib. 8. Et gigantem uector pauidus correpſit in alum. Cicero ad Atticum libro 10. Igitur & occultè in aliquam onerariam corrependum.

Corrĩdẽo, des, dere, n. ſ. Simul rideo. *συγγελάω*. [Ital. Ridere inſieme. Gall. Rire enſemble. Hiſpan. Reir in vno. German. Sampt anderen lachen.] Lucret. lib. 4. Omnia corrideant concepta luce diei.

Corrĩgĭã, giæ, f. p. Cingulum quo cingimur. *ζώνη*. [Ital. Correggia, cinta, cintolo. Gall. Courroye, eſcourchée. Hiſpan. La correa. German. Gürtel, oder riemen.] Cic. 2. de Diuinat. Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſeruanda. Quidam hoc nomen à corrigendo deducunt, uoluntque corrigiam primùm lori quoddam genus fuiſſe dictum, quo ſerui corrigebantur.

Corrĩgo, gis, act. t. penult. corr. correxi, correctum, ex Con & rego, Significat emendo. *διορθόω, ἰυθύνω*. [Ital. Correggere, emendare. Gall. Raddreſſer vne choſe tortue ou boſſue, corriger, emander. Hiſpan. Corregir. Germ. Beſſeren, oder verbeſſeren.] Lactantius libr. 4. Antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. Terentius in Andria, Corrigere mihi gnatum porrò enitere. Cicero Quint. fratr. libro 1. Sic ego, qui in iſto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem, tum equis, tum uelis.

Corrector, m. t. Emendator. *ἐπανορθώτης*. [Ital. Correttore. Gall. Correcteur, corrigeur, radreſſeur. Hiſp. Corregidor ò caſtigador. Ger. Ein verbeſſerer, beſſerer.] Terent. in Adel. Illud quod cecidit ſorte, id arte ut corrigas. D. Corrector. ¶ Corrector atq; emendator, Cic. pro Corn. Balb. Aſperitatis corrector. Horat. Epiſt. 1.

Correctio, onis, fœ. t. Emendatio. *διόρθωσις*. [Ital. Correttione. Gal. Correction, emandement, radreſſement. Hiſpan. Caſtigo, ò emiendad. Germ. Beſſerung.] Cic. 4. de Finibus, Hæc uidelicet eſt correctio philoſophiæ ueteris & emendatio. ¶ Correctio etiam figura eſt apud Rhetores, quæ tollit id quod dictum eſt, & pro eo quod magis idoneũ uideretur, reponit. Exemplum eius eſt in Rhetoricis ad Herennium. Nam poſtquã iſti uicerunt, atq; aded uicti ſunt: Eam enim quomodo uictoriam appellem, quæ uictoribus plus calamitatis, quàm boni dederit.

Correctus, a, um, emendatus. Cic. Attic. Laudationem Porciæ tibi miſi correctam.

Corrigyra, ſimilis Adrachmæ, folio tantùm magnitudine minor, Pappum uocant fructum eius. Plinius libro 13. capite 22.

Corripio, pis, penult. corr. act. tert. Reprehendo, arguo, obiurgo. ἐπιτιμάω, ἐπιλαμβάνομαι. [Ital. Riprendere, ammonire. Gall. Reprendre. Hiſp. Reprehender, caſtigar. Ger. Straffen, beſchelten.] Plin. in Epiſtol. Repeto me correptum ab eo, cur ambularem. Corripimus uerò magis uerbis, quàm uerberibus. Propriè autem eſt aliquid celeriter rapere, λαμβάνομαι, ἁρπάζω. [Ital. Rapire, torre per forza. Gall. Prendre quelque choſe tout en vn coup & haſtiuement, empoigner. Hiſpan. Arrebatar. Germ. Etwas ſchnell ergreiffen, geſchwind ergreyffen.] Virg. 1 Aeneid. Conſtitit hic, arcumq; manu, celeresque ſagittas Corripit. ¶ Adaptatur autem hoc uerbum ad omnes actus humanos: ut, Corripitur ſomno, Corripitur febribus: hoc eſt, inuaditur: & multa alia huiuſmodi. ¶ Corripere item, abbreuiare eſt, & contrahere: unde Correptas ſyllabas dicimus. συστέλλω.

Correptus, participium. συναρπασθείς, ἐπιλαφθείς, ἐπιτιμηθείς. [Ital. Preſo in frecta, con rapacità, ripreſo. Gall. Pris & ſaiſi, reprins. Hiſp. Arrebatado, reprehendido. Germ. Geſtraffe, ermüetſchet.] Cic. antequam iret in exilium. Ego repentè ut tr. bunitia correptus, non modò loquendi liberè in iudicio, ſed ne conſiſtendi quidem in ciuitate habeo poteſtatem.

Correptor, oris. ἐπιτιμητής. [Ital. Riprenſore. Gall. Repreneur. Hiſp. Reprehendedor. Germ. Ein ſtraffer.] Seneca 2. de Ira, Placidus itaq; ſapiens, & æquus erroribus, uŏ hoſtis, ſed correptor peccantium.

Corriuare, u. p. Per riuos aquam eundem in locum ducere. ὑδραγωγέω, διαχωτεύομαι, συνεχωτεύσαι. [Ital. Far correre ò colare, nel fiume l'acqua. Gall. Faire courir ou couler en ruiſſeau, s'eſcouler par ruiſſeau. Hiſp. Arroyar, ò arroyarſe el rio. Germ. Zůſamen rünnen, durch bächlin zů einander rinnen.] Plin. lib. 6. cap. 14. Anguſtias impedit corrinatus latis è cauibus liquor: hoc eſt, multis ueluti riuis eundem in locum fluens. Idem lib. 3. cap. 5. Albula è media ferè longitudine Apẽnini, ex fontibus Aretinorum profluit, tenuis primò, nec niſi piſcinis corriuatus: hoc eſt, ex piſcinarum riuulis eundem in locum confluentibus ortus. Sic Corriuari amnes & torrentes dicuntur, qui ex multis riuis cõdem confluentibus, oriuntur. Idem lib. 31. cap. 3. Plerunq; uerò damnoſi torrentes corriuantur, detracta collibus ſylua.

Corriuatio, tionis, fœm. t. Aquæ eundem aliquem in locum deductio, ſiue confluxus. ὑδραγώγιον, συνεχωτεύσις, ὀχετός. [Ital. Il cauare l'acqua del fiume. Gall. Eſcoulement d'eaue en ruiſſeau. Hiſpan. Aquel arroyamento del aqua enel rio. Germ. Zůſamen rünnen, oder das zůſamen flieſſen viler waſſeren an ein ort.] Plinius lib. 31. cap. 3. Salix enim erratica & alnus, aut uitex, aut hedera, ſponte proueniunt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem à ſuperioribus deſcendentis, auxilio fallaci.

Corriuales, maſc. t. Qui duo aut plures eandem amicam habent, uel quòd eundem riuum accedere uideantur, uel q̃ inuitem contendant, ut feræ quæ ex eodem riuo hauſtum petunt. ἀντεραστοί. [Ital. Riuale. Gall. Qui aimẽt une meſme fille ou femme, corriuaux. Hiſpan. Comblecos. Germ. Einen oder mehr die ein bůlſchafft haben, mit buler.] Quintilianus decimaquarta Declamat. Si patior miſer illas lupanarium inſultationes, illa corriualium maledicta, conuicia.

Corrõboro, as, pen. cor. a. p. Robuſtum & fortem reddo. κραταιόω, κρατύνω, ἐπισχυρίζω. [Ital. Confirmare, fortificare. Gall. Fortifier, enforcir. Hiſp. Fortalecer y confirmar. Germ. Stercken.] Suet. in Galba, Veteranum ac tyronem militem opere aſſiduò corroborauit. Cic. 1. de Finib. Ad quorum etiam cognitionem & uſum iam corroborati, natura ipſa præeunte, deducitur. Plin. lib. 20. cap. 20. Stomachum in acetariis ſumpta corroborat. ¶ Per tranſlationem. Cic. in Catil. Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt, coniurationemq; naſcentem non credendo corroborauerunt. Idem Catil. lib. 2. Manabat illud malũ urbanum, & ita corroborabatur quotidie. Idem pro Flacco, Virtus Lacedæmoniorum non ſoldm natura corroborata, uerùm etiam diſciplina.

Corrõdo, is, ere, s. t. Rodendo conſumo, uel idem quòd ſimplex rodo κατατρώγω. [Ital. Rodere, cõſumare rodendo. Gall. Ronger à l'entour. Hiſpan. Roer ò royendo gaſtar. Germ. Zernagen.] Cic. 1. de Diuinat. Nos autem ita leues atq; inconſiderati ſumus, ut ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc unum monſtrum putemus. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 17. Cum eodem tempore inſulas Lydiorum, ibi corroſas uidiſſe. Oſſa corroſa, Iuuen. Sat. 15.

Corrõgo, as, a. p. Idem eſt quòd rogando corradere, ſine multis precibus cõrrabere. ἱκετεύω. [Ital. Amaſſare d'ogni banda con prieghi è altrimẽte. Gall. Deprier d'un coſté & d'autre de uenir en quelque lieu amaſſer de toutes pars. Hiſp. Demandar, y mendigar ò pedir entre las buenas gentes, y andar demandando de vno en otro. Germ. Durch bitt zů ſamen raſplen, oder leſen.] Liuius 3. Bell. Macedon. Magiſtros nauium mercatoresq; inuitare iuſſit, & uela cum anteunnis ex nauibus corrogari iuſſit, ut umbra cœnantibus in littore fieret. Cic. pro Quint. Ipſe ſuos neceſſarios ab artis Liciniis, & à faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Seſtiam ſibi adſint.

Corrigati auditores dici poſſunt qui ambitione doctoris, alio qui fortaſſe ſurdis parietibus occenturi, undiq; corrogantur. Corrogata ad neceſſarios uſus pecunia, Cæſar 3. Belli ciuilis.

Corrõda, pen. prod. f. p. Syluestris aſparagos. ἀσπάραγος ἄγριος. [Ital. Aſparago ſaluatico. Gal. Aſperge ſauuage. Hiſp. El eſperrago ſyluestre. Germ. Wilder ſpargen.] Cato, In arundineto corrudam ſerito, unde aſparagi. Colum. lib. 10. Prodit & aſparagi corruda ſimillima filo. Plin. li. 20. cap. 10. Syluestrem alnaragum, aliqui Corrudam, aliqui Libycum uocant: Attici Cominium.

Corrũgo, gas, a. p. pen. prod. gare, In rugas contrahere. συνίζημι. [Ital. Creſpare, raggruparſi in teſta. Gal. Refrongner, froncer, rider. Hiſpan. Arrugar vna coſa con otra. Germa. Rumpfechtig oder gerunzlet machen.] Corrugare frontem apud Plaut. συνιζάνει τὸ μέτωπον, eſt præ indignatione frontẽ in rugas contrahere. Horat. 2 Epiſt. 3. Ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nareis. Colum. lib. 12. cap. 39. Vbi ſatis corrugata erunt acina, demito, & ſine ſcipionibus in dolium coniicito, pedibusq; bene calcato.

Corrugi, Sunt aquæ ex montium iugis ductæ ad lauandum aurum, ita dictæ, à corriuatione, autore Plin. lib. 33. cap. 4.

Corrumpo, pis, act. t. Contamino, uitio, deſtruo. διαφθείρω. [Ital. Corrumpere, guaſtare. Gall. Corrompre, gaſter. Hiſp. Corromper, gaſtar. Germ. Zerſtören, verderben.] Plin. lib. 3. cap. 21. Quæ nec aqua, nec igni poſſet corrumpi. Terent. in Adelph. Piſces ex ſententia nactus ſum, hi mihi ne corrumpantur cauto eſt. Lactant. lib. 3. Cœleſtes literas corruperunt, ut nouam ſibi doctrinam ſine ulla radice ac ſtabilitate componerent. ¶ Transfertur & ad animum. Cic. li. 1. Offic. Sed corrupti mores ſunt, depraua tiq; admiratione diuitiarum. Animus largitione corruptus, apud eundem ad Attic. lib. 8. ¶ Aliquando eſt ſubornare, inuitare, & illicere muneribus, κατακωμῳδέω. Cic. pro Plancio. Dece quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore tribus corruptâ ſit. Et paulò antè, Quam quiſq; tribum turpi largitione corrumperet.

Corruptus, a, um. λελυμασμένος, διαφθαρμένος. [Italicè, Conſomato, guaſto. Gall. Corrumpu & gaſté. Hiſp. Corrompido & gaſtado. Germ. Verderbt, zerbrochen, vnd zerſtöret.] Quod modo participium eſt: ut, Iudicium corruptiſs hoc eſt, pecunia à iure & æquitate abductum: apud Cicer. pro Cluent. Modò nomen ex participio: unde Corruptior & Corruptiſſimus. Plin. lib. 33. cap. 12. Demptis forcipe corruptioribus acinis. Idem lib. 13. cap. 3. Quando etiam corruptiſſimo in genere.

Corruptor, uerbale. Qui corrumpit. φθορεύς. [Ital. Corrottore, guaſtatore. Gall. Corrompeur, gaſteur. Hiſp. El que corrompe, gaſtador. Germ. Ein verderber, verwüſter, geſchender.] ut, Corruptor iuuentutis, Cic. in Catil. Iuuenal. Sat. 1. Nurus corruptor auaræ.

Corruptrix, fœmininum. διαφθείρουσα, ἀφθοροποιός. Cicero ad Quint. fratr. lib. 1. Tam deprauatis moribus, tam corruptrice prouincia,

Corruptè

Corruptè, adverbium. *διαφθορικῶς*. [Ital. Corrottamẽte. Gall. Par corruption. Hiſp. Por corrupcion. Germ. Mit verderbung.] Cic. 1. de Finib. De quibus neq; depravatè iudicant, neq; corruptè.

Corruptio. *διαφθορά*. [Ital. Corrottione. Gall. Corruption, degaſt. Hiſp. Corrupcion. Ger. Verderbung, verwüſtung.] Verbale. Cic. 4. Tuſc. Morbum apellant totius corporis corruptionem. Apud Phyſicos eſt corruptio ſubſtantialis formæ in aliquo deperditio.

Corruptela, Idem quòd corruptio. *διαφθορά*. Terent. in Adelph. Communis corruptela noſtrûm liberûm. Cicero 2. Officiorum, Melius etiam, quòd largitionem corruptelam dixit eſſe.

Corrũo, is, pen. corr. Concido; ſimul ruo. *συμπίπτω*. [Ital. Cadere, rouinare. Gall. Cheoir enſemble, tomber quand & quand. Hiſp. Caer. Germ. Fallen, zuhauffen fallen.] Liuius 1. ab Vrbe, Duo Romani ſuper alium alios, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Cic. ad Quint. fratrem lib. 1. Et ille penè timore, ego riſu corrui. Idem 3. de Orator. O fallacem hominum ſpem, fragilemq; fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe frangantur & corruunt. ¶ Corruere pro labi & errare. Cic. de Senect. Nec, tanquam inexercitati hiſtriones, in extremo actu corruiſſe. ¶ Corruiſſe opes dicuntur, quæ corruptæ ſunt. Cic. 1. Offic.

Cõs, cortis, *ἐπαυλις*. Vide Cohors.

Corſoides. *κορσοειδὴς*. Lapis canitiei hominis ſimilis. Plin. lib 37. cap. 10.

Cornices, fœminæ propriè appellantur gallinæ, mares galli, ſeminares capri, qui caſtrati ſunt.

Cortex, *φλοιὸς, λέπυρον, λέπισμα, λέπη*. [Ital. Scorza, corteccia. Gall. Eſcorce. Hiſp. Corteza como de arbol. Germ. Rindẽ.] tam maſc. quàm fœm. generis, Eſt velati corium cuiuſq; rei: ut in arboribus liber, & in cæteris rebus cruſta quædam ad tegendum data. Nam corium propriè animalium eſt. Ouid. lib 1. Metam. Sentit adhuc trepidare novo ſub cortice pectus. Virgil. 7. Aen. Raptus de ſubere cortex. Idem Aegl. 6. -Muſco circundat amaræ Corticis. Horat. 1. Serm. Sat. 4. -Simul ac duraverit ætas Membra animumq; tuum natis ſine cortice: id eſt, citra cuſtodem ac pædagogum ipſe te reges ac moderaberis. Acon Proverbii admonet, putatq; metaphoram motuo ſumptã à iuvenibus, qui quum primitus nare diſcũt, corticibus aut ſuberibus ventri ſubligatis natant: deinde exercitationes citra huiuſmodi adminicula natare incipiunt.

Corticula, diminutivum *φλοιάριον*. [Ital. Scorza picciola. Gall. Petite eſcorce. Hiſp. Peuenna corteza. Germ. Kleine rinden.] Columella lib. 12. cap. 47. Tum reſolutis corticulis eximimus eum.

Corticõſus, a, um, Corticib. plenũ. *φλοιώδης*. [Ital. Scorzoſo, pieno diſcorza. Gall. Plein d'eſcorſes, ayant pluſieurs groſſes eſcorces. Hiſp. Lleno de corteza. Germ. Rindechtig, dz vilenthalben vil rinden hat.] Plinius libro duodecimo, capite decimoquarto, Quod in arbore hæſit, terro depectitur: ideo corticoſum.

Corticatus, ata, atum, *λεπιδωτός*. [Ital. Che ha ſcorza. Gall. Qui à eſcorce. Hiſpan. Coſa que tiene corteza. Germ. Das rinden hatt.] Quod corticem habet. Columella libro 12. capite 42. Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges.

Cortĩna, næ, pen. prod. multa ſignificat. Nam Cortinæ ſunt naſa, in quibus pigmenta colorestq; coquuntur, quibus lanæ tinguntur, & vela pinguntur immerſa. Plinius libro 35. capite 6. Fit etiam apud inſectores ut flore nigro, qui adhæreſcit æreis cortinis. ¶ Servius autem in illud Virgil. 6. Aeneid. -Neque te Phœbi cortina fefellit. Cortinam interpretatur tripodem Apollinis, unde oracula reddebantur: vel quòd Apollinis tripus corio pythonis ſerpentis tectus eſſet, vel quòd certa illic reſponſa funderentur, quæ & Certiua: vel quòd illic corvatis teneretur. Illuc enim raptæ Phœbades vaticinabantur. Hæ alio nomine Delphicæ dicebantur, quòd in eam potiſſimùm uſum fierent, ut Apollini Delphico dicarentur. Plinius libro trigeſimoquarto, capite tertio, Ex ære fabricavêre & cortinas tripodum, nomine Delphicas: quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. ¶ Cato Cortinam plumbeam accipit pro naſe quo oleum fluit, quum in torculari à ſaſtoribus premitur. Ait enim, Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat. ¶ Item Cortinæ dicuntur aulæa, & vela ad lacum aliquem contegendum, *περιπετάσματα*. Vnde Hieronymus in Exod Decem cortinas facito de byſſo retorta. Hæc etiã Velaria à velis dicta ſunt: nam Velum, Plagæ, & Stragula, inter ſe germana ſunt. ¶ Item, Locus velatus in theatro, ex quo egrediuntur Hiſtriones & Mimi, Cortina dicitur. Virgilius, -Magni cortina theatri.

Cortinalis, à Cortina, Sumitur pro loco in quo ſunt cortinæ hoc eſt, vaſa quibus ſæpe decoquitur. Columella libro 1. capite 6. Cortinale quo defrutum fiat, nec anguſtum, nec obſcurum ſit, ut ſine incommodo miniſter qui ſapam decoquit, verſari poſſit.

Cortinon, gramen eſt, hoc (ut alii malunt) ſemen raphani.

Cõrũſco, coruſcas, coruſcare, Splendere: & propriè cœli eſt, quum in eo ignis oſtenditur ſine tonitru. *ἀστράπτω, γῆς λευσσω*. [Ital. Reſplendere à guiſa di baleno. Gall. Eſclairer, reſplandir. Hiſp. Reſplendecer. Ger. Scheynẽ vnd zwitzeren, blitzgen.] Cic. 3. de Orator. Flamma inter nubes coruſcat, cœlum tonitru contremuit. Virgil. 4. Georg. -Eluceant alię, & fulgore coruſcent. ¶ Interdum accipitur pro vibrare, habetq; accuſativum adiunctum: ut, Coruſcare gladium, vel haſtam. Virgil. 10 Aeneid. Talia vociferans ſequitur, haſtamq; coruſcat. Idem 12. Aeneid. -Oditq; moras, haſtamq; coruſcat. ¶ Interdum abſolutè, pro vibrari & concuti. Iuvenalis Satyra 3. -Longa coruſcat Sarraco veniente abies.

Coruſcus, a, um, Reſplendens. *ἀστράπτων φιλπνός*. [Ital. Reſplendente. Gall. Reſplendiſſant. Hiſp. Coſa que reſplandece. Germ. Scheinen, zwitzereo, gleyſend.] Virgil. 1. Aen. -Stat ferri acies mucrone coruſco. ¶ Ignis coruſcus. Hor. 1. Carm. Ode 14. ¶ Auro coruſcus, Virgil. 9. Aen. ¶ Radii coruſci, Ouid. 1. Metam. ¶ Sylvæ coruſcæ: hoc eſt, criſpæ, vel criſpantes. Virgil. 11. Aeneid. Tum ſylvis ſcena coruſcis Deſuper.

Cõruũs, Nota avis, omnium nigerrima *κόραξ*. [Ital. Corvo. Gall. Corbeau. Hiſp. Cuervo. Germ. Ein rapp.] Cic. 1. de Natura deorum, Milvo eſt quoddam bellum quaſi naturale cum corvis. Idem 1. de Divin. Quid augurẽtur à dextra corvus, à ſiniſtra cornix faciat ratum? Græcis *κόραξ* dicitur: quo verbo aliquando & Latini utuntur. Cic. Quare coracem iſtum veſtrum patiamur nos quòd pullos excludat ſuos. ¶ Abi ad corvos *βαλ' ἐς κόρακας*, perinde ac ſi, quaſi dicas, Abi in malam rem, atq; in exitium. Ariſtoph. in Nubibus. ¶ Corvus albus, *κόραξ λευκὸς*, de raro invento dicitur ſuuen. Corvo quoq; rarior albo. Amm. in Epig. *Θᾶττον ἐὰν λευκὸς κόρακας, πλίνας τε χελώνας Εὕρῃν*. id eſt, Aut albus corvus prius, aut teſtudo volucris Inveniet. Refert Perottus quum apud Alphonſum Siciliæ regem Neapoli ſub Caliſto Pontifice eſſet, ſe vidiſſe corvum à rege Britanniæ miſſum, miro candore conſpicuum. ¶ Corvi ſuſcinis honoratiores, *λυσφανεῖς ἀνδίνων ἀνδρῶν ἐπιώτεροι*. Quum indocti doctis præferuntur, improbi probis, blateronis eloquentibus, rapaces ac furaces cordatis ac integris viris. Aut quum plus tribuitur improbitati & audaciæ, quàm eruditioni & ſapientiæ. ¶ Corvus ſerpentem, *λύφαξ τὸ ὄφιν*, ubi quis ſuo ipſius invento perit. Sumptum ex Apologo quodam Aeſopi: Corvus eſuriens, ſerpentem in aprico dormientem conſpicatus, rapuit, à quo morſus, periit.

Corvinus, a, um, *λυφακίνος*: ut, Corvinum roſtrum, Corvinus adeps, Corvinum ovum.

Cõrỹcæi, per æ diphthongum. *λυφυραῖοι*. [Ital Spie, curioſi. Gall. Eſpions, gens curieux. Hiſp Los aſſecchadores ò eſpias. Germ. Vnſs ſpäher.] Dicuntur exploratores Cicero Attico, Omnes enim Coryczi ſubauſcultare videntur quæ loquor. Nam tota Coryci montis Aſiatici, ſeu (ut quidam dicunt) promontorii in Creta prætervavigatio latronibus plena foit, qui diſperſi per portus ad mercatores furtim accedebant, & ſubauſcultabant quid rerum ferrent, & quò navigarent, ut poſtea diſcedentes adorirẽtur, ac diriperẽt. Ex quo factum eſt, ut omnes curioſi ſecreta auſcultantes, Coryczi dicerentur: & in proverbium ceſſerit. Hunc Coryczus auſcultavit, *τὸν κωρυκαῖον κορυκάζετο*, quod de eo dici ſolet, cuius conſilia ſecreta patefacta ſunt.

Cŏrȳcĕum. *κωρύκιον, θυλάκιον.* [Ital. Bolgia, biſaccia. Gall. Bouree, beſace. Hiſp. Curron ò talega. Germ. Ein bulgen, wie es die reüter an den ſattelbogē henckē, vnd gelt oder anders darinn füren.] diminutiuum eſt à *κωρύκῳ*, quod ſignificat peram, qua equites vtuntur ad circunferendum viaticum, uel aliud quiduis, uel etiã panariũ, quod & *βαλγίδιον* Græci appellant, uel rete capiens panem, *πλέγμα*, Suidas.

Cŏrȳdălĭs. *κορύδαλος.* [Ital. Lodola. Gall. Alouette. Hiſp. Cogujada. Germ. Ein lerch.] penult. corr. Auis eſt habens in uertice capitis pennas aliquot erectas, quæ coni galeæ ſpeciem præbent. Vnde & nomen accepit. Nam *κόρυς* galeam ſignificat. Latini Galeritã appellãt. ¶ Oportet omnibus corydalis eſſe tam ineſſe, *πάσαις κορυδάλαισι χολὴ λόφον ἐγγίνεσθαι*. Citatur ex Simonide, & uſurpatur aliquoties à Plutarcho, nominatim in uita Timoleontis, in hunc ſenſum: nullũ eſſe mortalis ingenium, cui non ſit aliquod uitium admixtum.

Corydilis, ſalſamentarii piſcis, quem nos Cordylam uocamus, Græci *κορυδιλίδα καὶ κόρυλον*.

Cŏrȳlŭs, penult. corr. *κόρυλος, ἡ δενδρώτις καρύα* ſiue *wortzi*. [Ital. Nicciolare. Gall. Coidrier, noiſetier, auelanier. Hiſp. Auellano, arbol conocido. Germ. Haſel ſtaud, oder haſelnuſs.] Arbor & fructus, à noſtris auellana dicitur. Virgil. lib. 2. Georg. Plantis eduræ coryli naſcuntur. Idem eod. lib. Duræ coryli. Duras autem dixit, non ad lignum, ſed ad fructum ipſarum referens. Seruius.

Colurnus, a, um, ut Columna opera, ex corylo arbore facta. Vide ſuprà ſuo loco.

Cŏrȳlētum, neutr. ſec. Locus eſt frequentibus corylis conſitus. *τόπος πεφυτευμένος λειρίοις πυκνοῖς καὶ λεπτοῖς καρύαις, ὧν ὁ κόρυλος*. Ouid. 2. Faſtor. Illa modò in ſyluis inter coryleta iacebat. [Ital. Luoco piantato de nicciolari. Gal. Vn couldraye, vn lieu complanté de couldres. Hiſp. Auellanedo, lugar de auellanos. German. Ein ort da vil haſelſtauden ſtaud.]

Cŏrȳmbī, m. *ὁ κόρυμβος.* [Ital. Coccole d'ellera. Gall. Grains ſemblables à raiſins, comme ceux d'vn hierre, & ſemblables. Hiſp. Vuas de hyedra. Germ. Aebhöw beere.] Vuæ hederarum, quibus coronabatur Bacchus. Tibullus, Sed nazii flores, & trons redimita corymbis. Plinius libro 16. capite 34. de hedera loquens, Racemis in orbem circumactis, qui uocantur Corymbi. ¶ Eſt etiam Corymbus fructus chryſocomæ, ſiue chryſitidis herbæ, & aliarum quæ uuas ferunt hederaceis ſimiles. Plinius libro 2. capite 8. Chryſocome, ſiue Chryſitis, non habet Latinam appellationem: palmi altitudine eſt, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra. ¶ Meos corymbos necto, *τὰς ἐμὰς κορύμβους πλέκω*. Vbi quis reſpondet, quòd nihil pertinet ad interrogata.

Cŏrȳmbĭfĕr. *κορυμβοφόρος.* [Ital. Che produce tali choccio le. Gall. Qui porte grains ſemblables à raiſins, comme hierre. Hiſp. Que trae razimos dela yedra. Germ. Der ábhöw beere oder trauble tregt.] Qui fert corymbos, ſiue hederã. Ouid. Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Cŏrȳmbĭă, æ, fœ. p. Ferulæ caulis decoctus, muriâ & melle conditus. Plin. li. 19. cap. 9. Semen ferulæ in Italia cibus eſt: conditur quippe, duratq; in urceis anni ſpatio. Duo ea genera: caules & racemi. Corymbiam hanc uocant, corymboſq; quos condiunt.

Cŏrȳmbĭon, *κορύμβιον*, Herba eſt, quam Dioſcorides *λυχνὶς ἀγριωτικὴ*: hoc eſt, Lychnidem coronariam appellat.

Cŏrȳmbītēs, *κορυμβίτης*, Tithymalli ſpecies, aliàs *πλατύφυλλος* uocata, à foliorum latitudine. Piſces necat, alnum ſoluit radice uel foliis, uel ſucco. Plin. lib. 26. cap. 8.

Cŏrȳphæŭs, m. *ὁ κορυφαῖος.* [Ital. Primo ò piu degno in ogni ordine. Gall. Le chef & le premier, le principal & le plus excellent des autres. Hiſp. Lo primero ò mas digno en toto orden. Germ. Der oberiſt vnd fürnemmiſt in einem handel, ein redlinfürer.] Eſt cuiuſcunque ordinis caput & præcipuus, *ὁ κατὰ τὴν κορυφήν*: hoc eſt à uertice capitis. Cicero 1. de Natura deorum, Zenonem, quem Philo noſter Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat, quum Athenis eſſem, audiebam frequenter.

Corythia, quæ & Colycia, Et genere muricum ſunt, æquè turbinata, ſed multò minora, oris halitui conſeruando in primis idonea. Autor Plin. lib. 32. cap. 7.

Cŏrȳtus, penult. prod. *ὁ φαρέτρα, τοξοθήκη*, [Ital. Carcaſſo de ſaetta, turcaſſo. Gal. Querquois à mettre des ſleſches Hiſp. Carcax ò goldre de flechas. Germ. Ein Kocher.] Eſt theca arcuum, ſiue ſagittarum, quamuis ſagittarium proprié dicatur Pharetra. Stat. lib. 9. Theb. Cœleſtibus implet Corytos telis. Virgil. lib. 10. Corytiq; leues humeris, & letifer arcus. Apud Græcos ſcribitur per *γ*, *γωρυτός*, ut uidere eſt apud Homerum *Ὄλυσ. φ.*

Coryza, æ, f. p. *κόρυζα.* [Ital. Catarro, diſceſa d'humori. Gall. Reume, catarrhe, deſcente d'humeurs. Hiſpan. Romadizo. Germ. Der pfnüſel.] Corruptæ & fœtidæ naturæ deſtuxio, nares obturans, & uocem obtundens: quam Latini grauedinem appellant. Celſus li. 4. cap. 6. Grauedo nares claudit, uocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet, ſub eadem falſa eſt ſaliua: ſonant aures, uenæ mouentur in capite, turbida urina eſt. Hæc omnia *κόρυζαν* Hippocrates appellat: nunc apud Græcos in grauedine hoc nomen ſeruatur.

Cōs, cotis, fœm. gen. t. Lapis quo culteri acuuntur. *ἀκόνη.* [Ital. Cote. Gall. Queuë, vne pierre à aguiſer coſteaux ou telles choſes. Hiſp. Piedra para aguzar herramientas, agozadera. Germ. Ein wetzſtein.] Liuius 1. ab Vrbe, Atq; hoc animo agitaui, inquit, re nouacula cotem diſſiluorum. Hinc Cotes, ſiue Aconas olearias & aquaticas dicimus, quòd illas ad ferrũ acuendum oleo, has aqua madefacimus. ¶ Cotem alis, *κόνιν στίλβειν*. Dicitur in homines edaces, plerimiq; cibi, qui nihilo tamen habitiores reddantur. Nam in cotis macilentiam hodieq; nullo iactatur adagiũ, quem aiunt: Tam pinguem, quàm cotẽ: macilentum quempiam eſſe ſignificantes. ¶ Eſt & Cos, *νῆσος*, inſulæ & ciuitatis nomen, ut infrà docebimus.

Coticula, læ, diminutiuum à cote. *βάσανος.* [Ital. Pietra del tocco per far ſaggio dell'oro. Gall. Pierre de touche, pierre à toucher & eſprouuer l'or. Hiſpan. El roque de la prueba del oro. Germ. Ein wetzſteinlin, item ein polierſtein.] Plinius lib. 33. cap. 9. Contrahq; ſuffuſiones oculorum cum laſere in coticulis teritur. ¶ Accipitur itẽ pro lapide, quo fit auri uel argenti experimentum, qui alio modo Index, uel lapis Lydius uocatur. Modicus eſt, & rarò quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis excedens. Plinius lib. 33. cap. 8.

Cotaria, æ, fœm. pr. Locus unde eruuntur cotes. *τόπος ἐν᾽ ᾧ αἱ ἀκόναι ἐξορύττονται.* [Ital. Luogo donde ſi cauano le coti. Gall. Vne carriere dont on tire les queuës à aguiſer. Hiſpan. Lugar donde ſe ſacan las anguzaderas. Germ. Ein ort do man die wetzſtein grabt, oder außbricht.] Alphen. l. Cæſar. ff. de publ. Cæſar quum inſulæ Cretæ cotarias loca ret, legem ita dixerat, Ne quis præter redemptorem, poſt Idus Martias, cotem ex inſula Creta fodito, néue eximito, néue auellito.

Coſcinomantia, tiæ, *κοσκινομαντία*, Diuinationis genus, quod fit per cibum.

Cōſmĕtă, Coſmicus, Vide Coſmus.

Coſmitto, Pro committo, m literam in ſ, uertentes, neteres dixêre, teſte Feſto.

Coſmŏgrăphĭa, fœm. pr. *κοσμογραφία*, Mundi deſcriptio. Differt aũt à Geographia, tanq; totum à parte. Geographi enim ſolius terræ ſitum deſcribunt, præcipuaſq; eius regiones fluminibus & montibus diſtinguunt: Coſmographi autem, mundi totius tam elementaris, quàm ætherii cognitionem inquirunt, terræq; ſitum non fluuiis aut montibus, ſed cœleſtibus circulis diſcriminant.

Cōſmĕta, pcn. prod *κοσμητής.* [Ital. Cameriere che ha cura d'ornare il patrone. Gall. Chambrier, valet de chãbre. Hiſp. Camarero, que afeyta el ſennor ò ſennora. Germ. Ein zierer, oder zierer in einem hauſs.] Ornator, ſeruus in familia, cui dominæ, dominiue exornandi cura incumbit. Iuuenal. Satyra 6. Ponunt coſmetæ tunicas, tardè uenille Liburnus dicitur.

Cōſmĭcŭs, adiect. *κοσμικός*, Idem quòd mundanus. Mart. lib. 7. Coſmicus eſſe tibi Semproni Tucca uideris: Coſmica Semproni tam mala quam bona ſunt.

Cōſſus, à Plinio uocantur uermiculi in ligno naſcentes, li-

ho.capite 11. quos aliis in locis Coſſos uocat, Coſſes (inquit) qui in ligno naſcuntur, ſanant ulcera omnia. Vide Coſſi.

Coſſus, m.f. Vermis in ligno editus, qui apud Phryges, & in Ponto pro delicatiſſimo cibo ſumitur. *ὁ τερηδὼν, ὁ σκώληξ ξυλοφάγος.* [Ital. Verme che rode il legno, taulo. Gall. Vn ver qui s'engeodre dans le bois, & qui le ronge. Hiſpan. El guſano que roe la madera. Germ. Ein gattung der würm, oder maden, die in dem holtz wachſen.] Plin. lib. 17. Prægrandes roborum uermes delicatiore ſunt in cibo (coſſos uocant) atq; etiam farina ſaginati. Idem lib. 11. cap. 35. Nec enim coſſi tantùm in eo, ſed etiam rabani ex eo naſcuntur. A ſimilitudine horum uermium homines rugoſi corporis, ab antiquis Coſſi dicti ſunt: unde & Coſſutiorum familia apud Romanos dicta eſt, ex qua fuit Coſſutia uxor Cæſaris, cuius meminit Sueton. in uita eius. Similiter & Coſſuani & Coſſuniani.

Coſſuni, Vide Coſſi.

Coſtæ, arum, f.p. Sunt oſſa illa ſpinæ cohærentia, inteſtinaq; ſuo complexu coërcentia. *πλευραί.* [Ital. Coſte. Gall. Coſtes. Hiſpan. Las coſtillas. German. Ein Ripp.] Virgilius libro 3. Georgicorum, Et pedibus ſubigit terram, fricat arbore coſtas.

Coſtus, fæm. gen. ſine Coſtum neutr. *κόστος* Dioſcoridi, *κόστον* Suauboni [Ital. Coſto herba. Gall. Herbe non. mée de quelques vns du Coſt, ou du coq. & de autres poiurette. Hiſp. El coſto eſpecia olorosa. Germ. Ein wol geſchmackte wurtzel aus Arabia. In ita vnnd Syria.] Frutex eſt exiguus Arabiæ, Indiæ, & Syriæ naſcens, radicem ferens eximæ odoris, quam non ſecus ac thus diis ſuis adolebat antiquitas. Plin. lib. 12. cap. 12. Radix coſti guſtu feruens, odoratiſſimo, fruticis alias inutilis.

Cotana, Vide Cos.

Cothurnus, m. *κόθορνος.* [Ital. Borzachino coturno. Gall. Vn certain brodequin ou chauſſure ancienne. Hiſp. Borzegui. Germ. Stiffel bitz an den halber waden.] Calciamenti genus erat ſubere ſubleuatum, quo Tragœdiarum actores in ſcena utebantur, ut proceriores uiderentur. Erat autem calciamentum *ἀμφοτερόπεδον*: hoc eſt, tam dextro, quàm ſiniſtro pedi conueniès, & de ſuris ſolet religari. Vnde illud apud Virgilium 1. Aeneid. Purpureoque altè ſuras uincire cothurno. ¶ Poteſt etiam hoc nomine appellari hoc calciamenti genus ſubere ſuffultum, quo in Italia mulieres hodie utuntur, ut Heroidum illam proceritatem uideantur referre, cuius meminit Iuuenalis. Si breue parui Sortitus eſt lateris ſpatium, breuiorq; uidetur Virgine Pygmæa nullis adiuta cothurnis. Aliquando pro ſublimiori dicendi genere. Virg. 1. Aegl. 7. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Cothurnatus, ata, atum, adiectiuum. *ὁ κόθορνον ὑποδεδυκώς.* Martialis, Grande cothurnati ponè Maronis opus.

Cotilæ, Vide Cos.

Cotidie, Vide Quotidie.

Cotinus, penult. correpta, *κότινος*, Oleaſtri genus, quo Olympionicæ coronabantur. Ariſtoteles Philoſtephanon appellat. ¶ Eſt & frutex hoc nomine in Apennino, ad linamenta modò conchylii colore inſignis. Autor Plin. lib. 16. cap. 18.

Cotonea, ncr. f.p. à Venetis dicta fuit herba, quam Galli Italam appellant, ſimilis cotoneæ bubulæ, tota odorata capitula habens thymi: dulcis alioqui, & ſitim ſedans. Vide Plin. lib. 26. cap. 7. *συμφυτον πτερώτον.*

Coroneum, nei, n.ſ. *κυδώνιον.* [Ital. Pomo cotogno. Gall. Pome de coing, ou coing. Hiſp. Membrillo. Germ. Küttenen.] Mali genus, primùm è Cydone Cretæ urbe aduectũ: unde & Cydonion à Græcis appellatur, nam Coroneorum nomen à Catone primùm profectum putatur. Eius uaria tot genera. Quædam enim inciſuris diſtinguuntur, colore ad aurum inclinato: unde & Chryſomela dicuntur. Alia candidiora, præſtantiſſimi odoris. Noſtratia cognominata. Sunt & Neapolitana, & minora ex eodẽ genere Struthea, ferorini pronocentus, ſed odoratiora. Sunt & præcocia, malleolis item ſylueſtria minora, ſed à ſtrutheis odoratiſſima. Hæc Plin. lib. 15. cap. 11.

Cotýla, bi, *κοτύλη.* Acetabulum, quam peracto conuiuio menſæ imponere ſolebant uino plenam: à cide in minora pocula ab alto miſcentes, ſonum edere: qui ſi illiſa maior ederetur, ab amaſiis amari ſe augurabantur. ¶ Accipitur & pro ipſo ſono qui hoc pacto edebatur. Vnde *κοτυλίζειν* uerbum Græcum uſurparunt, pro eo quod eſt, in ſonum huiuſmodi edere: & *κοτυλίσιον*, pro hoc ludi genere: item *κοτυλίσκια*, præmia uictori huius ludi dari ſolita, quæ, teſte Athenæo, fuerunt *πυραμοῦντες*: hoc eſt, triticeæ placentulæ & ſeſamatæ. Ariſtophanes quoq; qui hoc genere ludi ſe recreabant, *μεθυοκοτυλίσκους* appellauit, quòd uix aliter quàm uino madentes id agerent. Plaut. in Trin. Corrabum uiderur appellare, ſonum flagrorum, qui inter uerberandum redditur. Cauefis (inquit) ne corrabi bubuli crebri in te crepent.

Cottana, *κόττανα*, Ficus exiguæ, uerùm iucundiſſimo ſapore, Syriæ peculiares. Plin. lib. 14. cap 5.

Cõturnix, f.p. Auis aduena, terreſtris magis, quàm ſublimis: noſtri Qualeam dicunt, *ὄρτυξ.* [Ital. Starna, coturnice. Gall. Vne caille. Hiſp. Codorniz. Germ. Ein wachtel.] De huius auis conſideratione plurima cognitu digniſſima tradit Plinius lib. 10. cap. 23. Cothurnices (inquit) ſemper antè ueniunt, quàm grues: parua auis, & quam ad nos aduolat, terreſtris magis quàm ſublimis. Aduolant non ſine periculo nauigantium: quippe uelis ſæpe incident, & hoc ſemper noctu, mergunt; nauigia. Iter eſt his per hoſpitia certa: Auſtro non uolant, humido ſcilicet & graniore uento: aura tamen uehi uolunt, propter pondus corporum, uiresq; paruas. Hinc uolantium illa conqueſtio, labore expreſſa. Aquilone iraq; maximè uolant, Ortygometra duce. Primam earum appropinquantem terræ accipiter rapit. Reliqua nide apud Plinium.

Cõtyla, læ, f.p. *κοτύλη* Menſuræ genus, quod alio nomine Hemina dicitur, continens dimidium ſextarii. ¶ In oſſibus item Cotyla dicuntur, quæ & Cotyledones, hoc eſt, ea quædam acceptacula quibus aliorum oſſium capita inſeruntur, cuiuſmodi ſunt in coxendicibus, oſſium femoris capita excipientia. ¶ Accipitur & pro concaua uaſis genere, cotuſmodi Diogenem uſum fuiſſe docet Laertius, antequam puerum ex concaua manu uola bibentem uidiſſet. ¶ Accipitur & pro ludi genere, in quo quis reductas in tergum manus coniungebat, ſtringebatq; alterius impoſitis in eas genibus, tollebatur, ſuis manibus oculos geſtantis obtegens. Ad hunc igitur modum geſtatus, *ἐν κοτύλῃ* geſtari dicebant.

Cõtylẽdõn *κοτυλεδών.* [Ital. Cupertolule. Gall. Herbe nul gaitement appellée Vmbilicus Veneris. Hiſp. & Luſitanicè, Scuderes, cucillos. Germ. Nabelkraut.] Herbæ genus eſt, quæ (teſte Ruellio) Vmbilicus Veneris à Romanis dicitur: quod nomen etiam hodie ſeruant Officinæ. Cotyledonem autem Græci putarunt appellaſſe propter figuram folii in acetabuli formam tornati, & modicè concaui. ¶ Cotyledones item in mulieribus appellantur ora uaſorum in uterum deſinentia, per quæ ſanguinis redundantia ſingulis menſibus, ex omni corpore in uterũ deriuatur, & per quæ ſemen alimentum ad ſe attrahit.

Cõuinãs, maſc. gen. *πεζὸν ἅρμα πολεμικὸν δρεπανηφόρον.* [Ital. Carretta, carro da guerra armato par conquaſſare vn'eſſercito. Gall. Vn chariot de guerre armé & garni de grands trenchans & couſteaux pour mettre en pieces ceux qu'il rencontre. Hiſp. Vn genero de carro de guerra. Germ. Ein karren ab dẽ man ſtreytet, ſtriegswagen, heerwagen.] Vehiculi falcati genus fuit, quo Britanni & Galli in prælijs utebantur. Pomp. Mela, Dimicant nõ equitatu modò aut pedite, uerùm & bigis, & curribus Gallicè armati: Couinos uocant, quorum falcatis axibus utuntur. ¶ Inde Couinarius dicitur auriga qui couinum regit, aut qui ex couino pugnat. *ὁ τὸν ἅρματος ἡνίοχος, ὁ δικαβάτης.* Tacitus in uita Agric. Media campi couinarius, & eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat.

Courmi, ex maceratis & coactis frugibus potus, fortaſſe id quod nulgo hodie cerniſiam uocant.

Cõus, *κῶος*, Vide Coos.

Cous Græcè, *κῶος*, Latinè Senio, numerus eſt in talo, Canis contrarius, qui & Venus dicitur: quem & qui ieciſſet, ſex Incrifaciebat: qui uerò Canem, nummum unum addebat: unde etiam Damnoſa canicula à Poetis uocatur.

Cõxã, & Coxendix, pro eodem accipiuntur. *ἰσχίον.* [Ital. Coſcia.

Coſcia. Gall. La hanche, ou la cuiſſe. Hiſp. La pierna, ò nalga, ò anca. Germ. Huffe.] Sunt enim Coxendices, ſiue Coxæ, oſſa duo, ſacro oſſi utrinq; aſtricta, cauaq; quædam habentia acceptacula, quibus oſſium femoris capitula inſeruntur. Græcè *ἰσχία* appellantur: unde Iſchiadicus morbus, qui coxendices infeſtat. Vnde Iſchiadici dicuntur è coxendicibus laborantes. Plin. lib. 11 Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia utiliſſima. Cato incantamentum docet ad ſanandas coxendices luxas: hoc eſt, loco ſuo motas. Suetonius de Auguſto, Coxendice, & femore, & crure ſiniſtro non perinde ualebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret. Plinius in Epiſtol. Hunc dum ſequitur colligitq; per læue & lubricum pauimentum, fallente ueſtigio cecidit, coxamq; fregit: quæ parum aptè collocata, reluctante ætate, malè coluit.

C ante R.

C R. In notis antiquorũ, ciuis Romanus. CR. Creticus, uel Criſpus. CR. contractum CRC. cuius rei cauſa. CR. CP. cuius rei cauſa promittit. CS. communis CS. A. Cæſar Auguſtus. CS IP Cæſar Imperator. CSS. cum ſuis ſeruis. CS. I. L. cum ſuis filiis CSH cum ſuis hæredibus. CSPE cum ſua pecunia eſt CSI. controuerſia.

Crabrõnes. Iuncta uolucria, ueſpis ſimilia, ſed maiora. *ἀνθρηνοὶ, σφῆκες* [Ital. Calauroni. Gall. Freſlon ou froilons. foulons. Hiſp. Tabarros ò moſcardas. Ger. Ein hornauſs.] Degunt in ſylueſtrium arborum cauernis: uita bimarum non tranſeunt, creantur ex equis. Vide Plinium lib. 11. cap. 22. & lib. 10. cap 11. & lib. 29. cap. 4. Spicula crabronum. Ouidius 11. Metamorph. Aſper crabro, Virgil. 4. Georg. Irritare crabrones, *τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν*. Id dictum eſt à Plauto in Amphitrione, in mulieris ingenium: quibus ſi iras repugnes, magis prouoces, neque ſine tuo malo diſcedas.

Crambẽ, es, fœm. gen. *κράμβη* [Ital. Specie di caolo. Gall. Vne eſpeſſe de choux. Hiſp. Vn genero de lerca. Ger. Kol. Kappenkol] Braſſicæ ſpecies eſt apud Plinium lib. 20. cap. 9. amari ſaporis, tenuioribus foliis & ſimplicibus, non ingrato guſtu, ſed quæ recocta faſtidium pariat & nauſeam. Vnde profectũ eſt prouerbium, Crambe recocta mors eſt. Græcis tamen Crambe generale nomen eſt, ad res omnes extenſum, quæ Latinis Braſſicæ appellatione continentur. Crambe dicta eſt (ut quidã putant) quaſi *κεράμβη παρὰ τὸ τὰς κόρας κεραμβλύνειν*: hoc eſt, ab eo q̃ oculorũ pupillos obtundat, hebetetq; Vnde & *κεράμβη* ab Atticis appellatur. Quanquam ſunt qui uocis huius etymon ad aliam eius herbæ naturã malint referre, ut Crambe dicta ſit quaſi *κάρω ἐμβῶ*, ſeu potius *ἀντίβω*: hoc eſt, quaſi crapulæ occurrat, ſeu reſiſtat. Nam uino aduerſatur, ut inimica uitibus: unde ſumpta in cibis, ebrietatem arcet, & crapulam iam contractam diſcutit.

Crambion, Pityuſa, Dioſc. lib. 4. cap. 176.

Cranocolapta, Species phalangii, à percutiẽdo, ſcalpendoq; corno dicta: quã fama & Picum Martium Græci *δικολάπτην* appellarunt. Deſcribitur à Nicandro, Phalangæ ſimilis, quæ locuſtarum ſit generis, quæ *ψῶρα καὶ ψύλλα* ſit dicta: hoc autem Phalangium.

Crãnĩõm *κρανίον*. [Ital. La calotta del capo. Gall. Le crane, le teſt. Hiſp. Calaueras. Germ. Hirnſchal.] Eſt calua capitis, & poculi genus, caluæ figuram referens.

Crapũlã *κραιπάλη*. [Ital. Crapula. Gall. Yurongnerie, & les inconueniens qui en uiennent. Hiſp. Embriagues. Germ. Das hauptwee von dem praſſen. Item, Trunckenheit: fräſſerey, füllerey.] id eſt, luſta capitis, & omnis noxa à uinoſitate proficiſcens. Cicer. 1. Philip. Edormi crapulam, & exhala. Plin. lib. 23. cap. 1. Nouitium refinatum nulli conducit, capitis dolorem & uertigines facit: ab hoc dicta Crapula eſt. Vbi hoc uidetur innuere, Crapulam dici *ἀπὸ τῆ κάρηνον πάλλεσθαι*: hoc eſt, ab eo quòd caput uertigine concutiat. Ariſtoteles in Problemat. in eo diſtinguit crapulam ab ebrietate, quòd ebrietas unà cum mente adimit & ſenſum doloris: Crapula uerò conſtante mente caput afflictet. ¶ Hinc Acrapala, *ἀκρηκράλα* à Græcis uocantur medicamenta, quæ crapulæ reſiſtunt, inter quæ numerantur & Braſſicæ.

Crapũlõr, aris, deponens, Eſt cibo & uino ſe ingurgitare. *πωμάζειν*. [Ital. Troppo empierſi di mangiare ò bere. Gall. S'enyurer, manger ou boire trop. Hiſp. Embriagarſe. Ger. Sich füllen mit frãſſen vnd ſauffen.]

Crãs, aduerbium temporis, Idem ſignificat quòd die proximè futuro: ſicut Heri, die proximè elapſo *ἔχθες*. [Ital. Dimane, domani, domattina. Gall. Demain. Hiſp. Mannana, otra dia. Germ. Morn, morgens.] Cic. libro 12. ad Attic. Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie. Horatius, Quid ſit futurum cras, fuge quærere. ¶ Accipitur interdum pro nomine ſubſtantiuo, idemq; ſignificat quòd dies craſtinus. Perſius, Iam cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud cras. Martialis, Cras te uiſturum, cras dicis Poſthume ſemper: Neſcio cras illud Poſthume quando ueniet, Nonnunquam ponitur indefinitè pro quouis tempore futuro. Plautus in Aulularia, Quæ cras uenient, perendie ferentur foras.

Craſtinũs, a, um, pen. cor. à Cras fit. *ἐπαύριον*. [Ital. Coſa del giorno, ſeguẽte. Gall. De demain. Hiſp. Coſa del dia ſeguiente. Ger. Morndertig.] ſicut ab Heri, Heſternus: ut, Dies craſtinus: id eſt, proximè adueniens. Liuius lib. 1. ab Vrbe. Peto, craſtino die adeſte. Plaut. Menæ. Inde uiq; ad diurnam ſtellam craſtinã portabimus. Hircius Ciceroni. Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis daret. Virg. lib. 1. Georg. -Nunquam te craſtina fallet Hora, ne inſidiis noctis capiare ſerenæ. Cic. lib. 2. de Orat. Poſt meridiem, ſi ita uobis eſt commodũ, loquemur aliquid: niſi forte me in craſtinum differre uultis.

Craſtinò, aduerbium, Idem quòd Cras. *αὔριον*. Gellius, Si dominus meſſium ad amicos reiecit, craſtinò ſeges non meteretur.

Crãſis, *κρᾶσις*: ut à Medicis accipitur, Idem eſt quòd temperamentum: hoc eſt, proportio quædam primarum qualitatum exiſtentium in elementis, ex quibus corpus miſtum eſt & conflatum. ¶ A Grammaticis Craſis accipitur pro contractione duarum ſyllabarum in unam coalescentium: ut *τοίχους*, pro *τοίχους*, Dicta craſis, *ἀπὸ τῆ κεράννυμι*, quod eſt Miſceo. ſiue tempero.

Craſſãmẽ. Craſſamentum, Craſeſcere. Vide Craſſus.

Craſſ-ifolĩũm, Acris arboris genus utilius, à uenarum craſſitudine dictum. Plin. lib. 16. cap. 15.

Craſſus, m. t. Spiſſus, denſus, pinguis ac ponderoſus. *παχὺς, παχύς*. [Ital. Groſſo, corpulento. Gall. Gros, eſpois & fourni. Hiſp. Grueſſo ou eſpeſſura. Ger. Dick, groß, faiſt.] Terent. in Hecyr. Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, caſſus. Cic. 1. Tuſcul. Craſſus, & concretus aër. Plinius libr. 11. capite 18. Animalium fortiora, quibus ſanguis craſſior. Plautus in Pſeudol. Suram ubi aſpicias, ſcias eum poſſe gerere craſſas compedes. ¶ Craſſa Minerua dicitur aliquid fieri, quod inconditius, ſimpliciusq;, quaſiq; indoctius ſit, non autem exquiſita arte, nec exactiſſima cura. Horatius ſecundo Sermonum, Ruſticus, anormis, ſapiens craſſaq; Minerua.

Craſſamẽn, inis, n. t. à Craſſus, *παχὺς, τὸ παχύμερες*. [Ital. Graſſume, materra groſſa, come la mucilagine di qual che coſa. Gall. Eſpoiſſeur, vne matiere eſpoiſſe, cõme la lie de quelque choſe ou la frondille. Hiſp. Groſſura. Ger. Ein dicke oder faiſte matery] Colum. lib. 11. cap. 2. Semper ut quieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

Craſſamentum, n. ſ. Craſſities. *παχὺς*. [Ital. Speſſezza, groſſezza. Gall. Eſpoiſſeur, ou groſſeur. Hiſpan. Groſſura. Germ. Dicke.] Gellius, Surculi duo erant tereres, oblongi, pari craſſamento, eiuſdem longitudinis, derafi, atq; ornati, ſimiles. Sic Colum. Craſſamentum uini feculenti dixit, & lib. 12. cap. 21. Craſſamen, pro Sedimento.

Craſſitiẽs, & Craſſitudo, pro Pinguedine. *σάρκωσις, παχότης*. Plin. lib. 11. cap. 39. Hippopotami corii craſſitudo talis, ut inde tornentur haſtæ. Cæſar. 2. Bell. ciuil. Craſſitudo parietum quinque pedum.

Craſſeſcẽre, n. t. Eſt Craſſum fieri, uel pingue. *παχύνεσθαι*. [Ital. Diuenir graſſo, ingraſſare. Gall. Deuenir gros & eſpois, s'eſpoiſſir, & engroſſer. Hiſp. Engroſſarſe. Ger. Dick oder faiſt werden.] Colum. lib. 9. de Turtur. Nec quia tritico, uel aliis frumentis minus craſſeſcant, uerùm quòd ſemine eius maximè delectantur. Plin. lib. 2. Qui neq; in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes: id eſt, craſſus fiat. Idem lib. 19. cap. 6.

Craſiẽ

Crassè, aduerbium. παχυλῶς. [Ital. Spessamente, grossamente, lordamente. Gall. Espoissement, grossement, grassement, lourdement. Hisp. Con grossura y espessura. Germ. Dick, groblich.] Colum. lib. 12. cap. 43. Lata uasa in modum patinarum fieri iubebat, eaq; intrinsecus & extrinsecus crassè picari.

Cratægonon, siue Crataegonon, ὑρατιόγονον, Genus Satyrij herbæ semine lini maiore, duræ radicis, cortice rubro, sapore subdulci, quod in montosis traditur inueniri. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

Cratis, teris, penult. prod. masc. ὑρατίς [Ital. Coppa. Gall. Vne coupe ou tasse. Hisp. Gran copa ò pila do cae el agua. Germ. Ein grosser vnnd weyter becher, ein trinckschal.] Vas grans capacitas, quo in libationibus & solennioribus epulis uti solent. Virgilius nono Aeneidos, Sed magnum manuens se post cratera tegebat. Idem Aeglog. 6. Crateras duos statuam tibi pingues olivi. Idem 6. Aeneid. Crateras magnos statuunt, & uina coronant. ¶ Ab huius rei similitudine Crater in monte Aetna appellatus est foramen illud, per quod ignis euomitur. Ouidius, Et pronos currit medio crater recepit. ¶ Et Crater in tonitibus dicitur receptaculum quod & Labrum dicitur: id quod fistulis aqua decurrit. ¶ Velut in cratere philotesio. ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ, prouerbialis collatio, qua significabimus, res antea tui bulentas componi sedarely, & prius inimicos in gratiam redigi. Dicitur autem crater philotesius, quem in conuiuiis porrigunt aliis alij, ceu amicitiæ symbolum ac pignus. Vnde etiam eandem uim habet tradagium. Si Crater philotesius, κρατὴς φιλοτήσιος, dicat. ¶ Crater litium, siue malorum, ὑρατὴς λιτῶν, de re molesta, siue de homine litium author. ¶ Item Signum cœleste quod oritur decimosexto Cal. Martii, uespere. ¶ Item Sinus in littore Campano à Miseno Athenæum usq; extentus, duobus penè cœuntibus promontoris in cuiuscunq; ut est autor Strabo lib. 5.

Cratera, æ. f. p. pen. prod. Idem quòd Crater. Horat. in Serm. Siue grauis ueteri crateræ limus adhæsit.

Cratenites, Gemma est præduræ naturæ, inter chrysoliti & electri colorem. Plin. lib 37. cap 10.

Craterra, Ab antiquis dicta est, teste Nonio, quam nos Situlam uocamus, κάλπιν, γαυλόν. Cic. 2 de Nat deor. In medio q; sinu fulgens cratera relucet. Loquitur de urna Aquarii, cœlesti. syderis.

Crates. Est rara quædam lignorum uel uimlnum, uel etiam ferramentorum connexio. ταρὶς [Ital Gratticio. Gall. Cloie, roc haise, roc herse. Hisp El carzo ò cosa assi texida. Germ. Ein hurd, oder gatter.] Plautus, Sub cratim ut inbeas ibi supponi. Liuius 10. ab Vrbe, Ibi mediis ferè castris locus est conseptus cratibus, pluteisq; & linteis contextus. Cæsar 7. Belli Gallici, Proximam fossam cratibus consternit.

Craticula, f. p. à Crates diminut. in qua cibi torrentur. ἰσχάρα, ἀνθράκιον, φρύγετον. [Ital. La graticola, gratella. Gall. Vn gril. Hisp Las parillas. Ger. Ein rost.] Cato cap. 11. Comm unum, lucernas, craticulas duas. Martial. li. 14. Pura tibi cum craticula sudet ofella.

Crattitius, a, um, Quod ex cratibus fit. ταριχώδης. [Ital. Cosa fatta di gratticcio. Gall. Fait en façon de claies. Hisp. Cosa texida como carzo. Germ. Das aus hürden oder gatteren gemacht wirt.] ut, Cratitii parietes, qui cratibus insertis fiebant, seu asseribus arrectis, transuersisq; in modum cratis. Alio nomine uocantur Intergerini, quòd uicinorum cænacula iis dirimerentur. Vitru. lib. 2. Cratitii parietes nobis non inuenti quidem essent. Quantum enim celeritate & loci laxamento prosunt, tanto maiori & communi sunt calamitati, quòd ad incendia, uti fasces, sint parati.

Cratio, tias, tire, Idem quod Occo. ταρρόω. [Ital. Arpegare. Gall. Harser, ou couurir de clayes. Hispan. Ygualar la tierra con carzo. Germ. Eggen.] Plin. lib. 18. cap. 28. Vtilissimum simul & herbæ arare, deinde cratire, ferere florem ex fœnilibus, aq; ex præsepibus fœno delapsum spargere, priusquam crastinator.

Cratricula. Vide Crates.

Cratro. Vide Crates.

Cratos, κράτος, Latinè potentia, imperium.

Crebenna, Vide Cebenna.

Crebèr, bra, brum, Frequens, quasi crescens numero. densus. συχνός, θαμινός. [Ital. Frequento, spesso. Gall. Dru. frequent, souuent necessaire. Hisp. Cosa espessa, que muchas vezes se haze. Germ. Embsig, dicht.] Plautus in Amph. Crebri hostes caduut. Idem in Aulul. Crebro saliebo opplerus locus. Cic. ad Attic. li. 14. Et in scripto multo esse crebrior. Virgil. 1. Georg. Non tam creber agens hyemem, ruit æquore turbo.

Crebrò, aduerbium, Frequenter. συχνῶς. [Ital. Souuente, spesse fiate. Gall. Souuent, souuentesfois. Hispan. Espessamente, muchas vezes. Germ. Offt, embsiglich.] Plautus in Truculento, In urbem crebrò conuenio. Cicero Attico libro secundo, Velim obuias mihi literas omnibus de rebus crebrò mittas.

Crebritas, fœm. tert. Frequentia & spissitudo. συχνότης [Ital. Moltitudine, spessezza. Gall. Frequentation, abondance, multitude. Hispan. Aquella espessura. Germ. Embsiglich, dicke.] Cic. ad Attic. lib. 12. Colloqui uidebamur in Tusculano quum essem, tanta erat crebritas literarum. Concinnitas crebritasq; sententiarum: apud eundem de Claris oratoribus.

Crebresco, is, brui, Celeber fio & diuulgor. διαφημίζομαι. [Ital. Essere fatto celebre. essere diuolgato. Gall. Estre frequent. Hispan. Ser publicado ò diuulgado por fama. Ger. Zůnemmen, verrümpt werden.] A quo Percrebresco. Plinius Epistola 107. Ille non tollere oculos, non remittere sylum, sed obfirmare animum, auribusq; præcendere: tum crebrescere fragor, aduentare etiam, &c. Optatæ auræ crebrescunt. Virgilius 3. Aeneid. Sermonem crebrescere. Idem 12. Aeneid.

Crebritùdo. Significat uallum crebris sudis: hoc est, palis munitum. Festus.

Credentiarium, nominant Barbari eum, qui sic à dapibus præguſtandis, quem peculiari nomine Suetonius in uita Claudii uocat Præguſtatorem: qui ad Principum mensas minutarum suo more edulia conscindunt, qui mos apud Italos ubiq; est uulgatis, Structarum nomine uocari posse censuit Iusulanus.

Crēdo, is, credidi, creditum. Significat dictis uel factis fidē habeo, autoritatem attribuo, uel adiungo. πιστεύω. [Ital. Credere, hauer fede. Gal. Croire, auoir foy. Hisp. Creer y confiar de otro. Germ. Glauben.] ¶ Et ponitur uel absolutè. Cicero in Bruto, Audiui equidem ista de maioribus natu, sed nunquam sum adductus ut crederem. Vel cum accusatiuo, Cic. ad Attic. lib. 7. Omnia facilius credere possum, quàm quod scribitis. Vel cum accusatiuo & dativo. Idem Famil. 15. Hoc mihi ut testi uelim credas. Vel cum dativo solo. Idem Familiar 5. Non satis credidit homini prudenti. Virgil. Aeglog 2. Nimiùm ne crede colori. Vel cum præpositione De. Idem Famil. 5. Bis ad te scripsi, me purgans diligenter, te leuiter accusans, in eo quòd de me citò credidisses. ¶ Aliquando Fidei committere, seu seruandum tradere. παραπιστεύω. [Ital. Commettere alla fede d'alcuno. Gall. Commettre & fier à la foy d'aucun. Hisp Confiar otro, ò encommendar à la fe de alguno. Ger. Vertrauwen, auff eines treuw vnd glauben sich lassen.] Plaut. in Aul. Vbi is obiit mortē, qui mihi id aurum credidit. Libro 4. ad Heren. Nam quum canes fungantur officiis luporum, cui nam præsidio pecuaria credemus? ¶ Et nō solùm tradere, sed etiam reuelare, ac manifestare significat. Lactant. lib. 4. Iudæi quoq; quibus solis arcanum Dei creditum fuerat. ¶ Interdū Mandare. Col. lib. 2. Vt iam percensemus, quot operis in aream perducantur ea, quæ terræ credidimus. ¶ Quandoq; mutuū dare. δανείζω. [Ital. Dare in prestito. Gall. Prester. Hisp. Prestar. Ger. Zuleyhen.] Mart. Dimidium donare Lino, quàm credere totum. Qui mauolt perdere dimidium. ¶ Cum accusatiuo mediante In, significat immittere, iniicere. Virgilius lib. 2. Georgicorum, Inque nouos soles audent se gramina tutò Credere. ¶ Interdum ponitur pro Puto. οἴομαι, νομίζω. [Italicè Pensare. Gal. Penser. Hispan. Pensar. German Meinen.] & hoc uel absolutè. Cicero Familiarium 9. Tu enim ipse, qui & me & alios prudentia uincis, omnia credo uidisti, nihil omnino te fefellit. Vel sequente Quod, uel Quoniam, uel Quia. Cicero Familiarium 11. Quòd ad te de decem legatis scripsi, parum intellexisti, credo quia διασημείων scripseram. ¶ Inter Credere Deo, Credere Deum, & Credere in Deum, Ecclesiastici hoc interesse putant, quòd Credere

Deum,

Deum, eſt credere Deum eſſe: Credere Deo, eſt Fidem habere Deo, ſiue uerbis eius: Credere in Deum, eſt fide bona ſe conijcere in Deum, & in eo ſpem omnem noſtræ ſalutis reponi habere. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt Accredo, Concredo, quæ uide ſuis locis. ¶ Veteres Creduas, pro credas dicebant. Plaut. Ipſius nec amat, nec tu creduas.

Creditur, Impersonale. Cic. pro Sext. Roſc. Tamen non temere creditor, neq; leui cõiectura res penditur. Plaut. Menæch. Neq; domi, neq; apud amicam mihi iam quicquam creditur. Terent. in Adelp. Ignorum eſt, tacitum eſt, creditũ eſt. Horat. 1. Serm. Patronis optima fungis Natura eſt: aliis malè creditur. Credere propriè is dicitur, qui ita rem alienat, ut dominium transferat: qui enim dominiũ retinet, alterius fidem nõ ſequitur. Hinc & in creditum ire dicitur, non qui rem ſuam ſeu certã ſpeciem uindicat, ſed in perſonam agit, ut ſibi ſatisfiat: unde & per Prolepſin in creditũ ire, ſimpliciter pro credere accipi plerunq; conſtat l. 1. paragraph. mutui datio, eodem & alibi. Credẽdi appellatio, Celſus ait, generalis eſt. Nam cuicunq; rei aſſentimur alienam fidem ſecuti, mox receptum quid ex hoc contractu credere dicitur. Autor Vlpian. ſi cert. petat. Creditus tamen etiam quibus non mutuo damus ut commodatorio, depoſitario, & creditori pignoris. Inſtit. Quibus modis res contra obl. Gloſ. l. creditori paragr. in bonis, de Priu. cred.

Creditum, m. t. Appellatur id quod nobis debetur. *Δάνεισμα.* [Ital. Credito. Gall. Vne creance, ce qu'a baillé un creancier, ce qu'on loy doit. Hiſp. Credito, preſtido, ò deuda. Ger. Ein ſchuld.] ut, Publicum creditum, apud Quintilianum lib. 7. cap. 10. Seneca de Benef. lib. 2. Accipiam ergo tanquam creditum, non beneficium.

Crēditŏr, oris, m. t. Dicitur cui debetur ex quacunq; actione, uel perſequutione, uel iure. *χρέωστης, Δανειστής.* [Ital. Creditore. Gall. Crediteur, creancier. Hiſp. Preſtador. Ger. Ein man etwas zů thůn ſchuldig iſt, ein aufsleyher, borger.] Caius de uerb. ſign. Creditorum appellatione, non hi tantùm accipiuntur qui pecuniam crediderunt, ſed omnes quibus ex qualibet cauſa debetur, ſicut ex empto, uel ex locato, uel ex alio ullo contractu debetur. Cic. 6. Phil. Quod etiam uidere potuiſtis, quotidie ſponſores & creditores L. Trebellii conuenêre. Horat. 2. Serm. Integer eſt mentis Damaſippi creditor? eſto.

Crēdĭtrix, pen. corr. uerbale fœmininum. *ἡ Δανείσασα, Δανείσουσα.* [Ital. Credurice. Gall. Creanciere, celle à qui on doit. Hiſp. Crededora. Germ. Ein aufsleyherin.] Paul. in l. Claudius Felix. paragr. aut contra. ff. qui potior, in pig. uel hypoth. Poterit uti exceptione rei iudicatæ aduerſus primam creditricem.

Crēdŭlŭs, a, um, Qui omnia facilè, uel temerè credit. *ἀνόητος, Δύσπειθος.* [Ital. Credulo, facile al credere. Gall. Qui croit de leger. Hiſp. El que mucho y de ligero cree. Germ. Leicht glaubig.] Cic. de Amic. Hæc etiam in fabulis ſtultiſſima perſona eſt improuidorum & credulorum ſenum. ¶ Incredulus, qui non facilè credit, *Ἀνοπίθης, Ἀνοπέστερος.*

Credentia, eſt aſſertoria epiſtola, quam uulgò certificationẽ nocamus, quam ſuperior magiſtratus fidem facit pro ſubdito, uel etiam pro alio.

Credolitas, ſ. t. Credendi facilitas. *ταχυπείθεια.* [Ital. Credulità, la preſtezza & facilità al credere. Gall. Legereté de croire. Hiſp. Creencia de ligero. Ger. Leichtferti keit etwas von ſtundan zů glauben.] Plancus Ciceroni, Credulitas enim error magis quàm culpa eſt: & tamen in optimi cuiuſque mentem facilè irrepit. Martial. lib. 7. Et tumidus Galla credulitate fruar.

Credibile, Quod ita ueriſimile eſt, ut facilè credi poſſit. *πιθανόν, πιθανὸν.* [Ital. Credibile, credenoble. Gall. Credible, croyablé, aiſé à croyre, pray ſemblable. Hiſp. Coſa creible y verisimile. Germ. Glóublich.] Plaut. in Pœnul. Credibile mecastor dicit: crede huic, mi pater. Cic. 4. Verr. Multa enim quæ ſcio abs te eſſe commiſſa, quòd aut nimium turpia, aut parum credibilia ſunt, prætermittam.

Credibiliter, aduerb. *πιθανῶς.* [Ital. Credibilimente. Gall. Croyablemẽt. Hiſp. Creible y verimiſilemẽte. Ger. Glóublichen.] Cic. pro Deiot. At quàm non modò nõ credibiliter, ſed ne ſuſpicioſè quidem.

Crēmăcŭlă, *κρεμαγῦραι*, Nerui, in quibus teſtes dependẽt. Colum. lib. 7. Priuſquam ferrum admoueas, duabus angu ſtis ligneis regulis, ueluti forcipibus apprehendere teſtium neruos, quos Græci *κρεμαγῦρας* ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependeant.

Crēmentum, à creſco, id eſt augmentum, *αὔξησις.*

Crēmĭum, *φρύγανον.* [Ital. Legno facile de accendere. Gall. Petites buches ẽ eches, ou petis baſtons, comme pour allumer le feu. Hiſp. El tizon ò cuero de lenna encendido. Ger. Dürre ſchóſslin welche das feür ſchnell entpfahen.] Colum. lib. 11. ca. 19. ruſticos ita dicit nominare ſurculos aridã & minutos: quanquã ſcriptum eſt gremia. Hermol. in Plin. Cremia cinnamomi, Plin. libr. 12. cap. 19. ¶ Eſt etiam cremium, Caro friza in frixorio, quæ quo magis torretur, eo magis uirtus & humor euacuatur. *φρύγανον.* [Ital. Carne ſoffrita, fritta en la padella. Gall. Vne friceſſée. Hiſp. Carne freida en la farten. German. Gerőſtet, oder wol gebraatea fleiſch.] Vtitur hac uoce Pſalmorum interpres: Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt. ¶ Quidam Frixorium uolunt eſſe: alii durum illud quod in frixorio remanet.

Crēmo, as, Comburo. *Καίω.* [Ital. Abbruſciare, ardere. Gall. Bruſler, faire ardre. Hiſp. Quemar. Ger. Brennen.] Plin. lib. 17. cap. 1. Ad Neronis principis incenda, quibus cremauit orbem. Plin. de Viris illuſtr. Qui libri, quia leues quaſdam ſacrorum cauſas continebant, ex autoritate Pontum cremati ſunt. Huius compoſitum eſt Concremo *συγκαταφλέγω.* Liuius, Incluſi cum coniugibus ac liberis domos ſuper ſe ipſos concremarunt.

Crēmŏr, oris, (Hermolaus *κρῖμνον* dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expreſſo ex grano aqua macerato. [Ital. Sugo ſprenuto di grano ò d'altre coſe, come dorzo. Gall. Creme de lait, ou ius eſpois de quelque grain trempé & preſſé, comme orge mondé. Hiſp. La lecha que ſe ſaca del grano molado. Germ. Das ſafft, oder marck von geſotnen kernen, als gerſten, &c.] Celſus, Cremor priſanæ ſumendus eſt. Cato de Re ruſt. cap. 86.

Crēnæ, Sunt inciſuræ, à quibus Crenata herbarum folia nuncupantur: hoc eſt, ſerrata ſectaq; per ambitum. *γλυφίδες* [Ital. Tagli, tagliature. Gall. Croux ou pertuis. Hiſp. Rayas ò cortaduras. Germ. Kerb, oder zerkerbung.] Hodie quoque multis locis tigna, quibus agreſtes numerum aliquem in ſerulis deſcriptũ habent, Crenæ appellantur. In ſagitta quoque partis extremæ ſectio, in quam neruus inſeritur, Crena dicitur. Sed & in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habent, in quibus collocatur, ſectaq; nerous. ¶ Crenæ item dicuntur aſperitates quædam œſophagi in rubi modum denticulatæ. Plin. lib. 11. cap. 37. Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos decreſcentibus crenis, quicquid appropinquat uentri.

Creocaccabis, caro minutatim conciſa cum ſanguine & adipe, inſculenta & duciaria liquore.

Crĕo, as, are, Producere, gignere. *κτίζειν, Δημιουργεῖν.* [Ital. Creare, produrre. Gall. Creer & donner eſtre à quelque choſe, mettre en nature. Hiſp. Crear haziendo de nuevo ò engendrar. Germ. Erſchaffen.] Cic. lib. 1. de Finib. Etenim omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, &c. Idem 1. Tuſcul. Nam principium extinctum, nec ipſum ab alio renaſceretur, nec à ſe aliud creabit. ¶ Dicimus quoq; Creare fraudem alicui, commoditatem, cædes, lites, &c. Magiſtratus quoq; creari dicuntur. Cæſar 7. Bell. Gall. Quum ſinguli magiſtratus antiquitùs creari, atq; regiam poteſtatẽ annum obtinere conſueſſent. Compoſita, Procreo, quod pro ſimplici ponitur. Recreo, pro inſtauro, reficio, *ἀναλαμβάνω.* Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

Creator, maſc. t. Effector, genitor, conditor, *Δημιουργός.* [Ital. Creatore. Gall. Createur. Hiſp. Criador. Ger. Ein ſchöpfer.] Cic. pro Corn. Balb. Quod princeps ille creator huius urbis Romulus, fœdere Sabino docuit. Idem lib. 2. de Diuin. Nobis hæc portenta deũm dedit ipſe creator.

Creatio, onis, Creandi actus. *κτίσις, Δημιουργία.* [Ital. Creatione. Gall. Creation. Hiſp. Criança. Ger. Schöpfung, erſchaffung: item, erwöllung.] ut, Creatio magiſtratuum. Cicer. 1. de Legibus.

Creatrix, tricis, *ἡ Δημιουργός*: ut, Rerum creatrix natura, Lucretius lib. 1.

Creatura, *κτίσις.*

Crepax, acis, Vide Crepo.

Crĕpæ, A principio capræ ſunt appellatæ, quòd crotibus crepent.

crepat Feſtus.

Crepũs, a, um, penul. cor. Idem quod dubius, ἀμφίβολος. [Ital. Dubio, dubioſo. Gall. Douteux. Hiſp. Duodoſo. Ger. Ungewiß, Zweyfelhafftig.] unde Creperum bellum, anceps & dubium. Lucret. lib. 5. Exæquataq; ſunt creperi certamina belli.

Crepuſculum. Dicitur tempus medium inter diẽ & noctem, quòd tum crepera, hoc eſt, dubia lux ſit.

Crẽpi. Luperci dicti ſunt, à crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis, nudos diſcurrere in Lupercalibus, & obuias quaſq; fœminas pellibus ferire. Feſtus.

Crẽpidã, æ, penult. cor. f. p. Tuſcum calciamentum, teſte Seruio, quod corrigiis ligabatur. λεμνίς. [Ital. Pianella. Gall. Pantoufles, qui n'auoyent ancienement qu'ne ſemelle par deſſous, & par deſſus des corroyes & brides, comme pas patins. Hiſp. Alcorque, ò chinella. Ger. Ein pantoffel.] Apud Latinos poetas corripit primã: quamuis apud Græcos ſcribatur per uocalem longam η. Perſius, Non hic qui in crepidis Graiorum ludere geſtit.

Crepidula, dimin. κρηπίδιον, Gell. lib. 13. cap. 22. Omnia fermè id genus, quibus plantarũ calces tantùm in fine tegũtur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iuncta ſunt, Soleas dixerunt, obnnunquam nocæ Græca Crepidulas. Horatius in Serm. Chryſippus dicat, Sapiens crepidas ſibi nunquam, Aut ſoleas fecit. Quidam hoc nomen à crepitu: hoc eſt, à ſono quem ambulando reddunt, dicunt appellatum. Cuius tamen eſt ex Gellii & Perſii autoritatibus, dicere nocem eſſe Græcam.

Crepidarius, rii, qui crepidas conficit. κρηπιδοποιός. [Ital. Pianellaio. Gal. Cordonnier, qui fait ou vent telles pantoufles ou patins. Hiſp. Capatero de alcorques. Germ. Pantoffelen macher.] Gell. li. 13. cap. 20. Eiusq; calceamenti ſutores crepidarios dixerunt.

Crepidarius, tia, tium. Quod ad crepidas pertinet: ut Crepidarius cultellus. Sempr. Aſellio in lib. Rer. geſtarum 14. Crepidarium, inquit, cultellum rogauit à crepidario ſutore.

Crepidatus, ata, atum, Crepidis indutus. κρηπιδωτός. [Ital. Che ha le pianelle. Gall. Empantouflé, chauſſé de telles pantoufles. Hiſp. El que tiene alcorques. Ger. Der pantoffelen antregt.] Cic. in Piſonem, Is nocte intempeſta crepidatus ueſte ſeruili nauim conſcendit.

Crẽpido, nis, penult. prod. Significat oram terræ, quam aqua ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens crepitat quum currit, aut undas appellit. κυμαίνων. Colum. lib. 9. Præcipiuntur in gyrum moles. Sic enim maris atrocitas obiecta crepidinis frangitur, & in tranquillo conſiſtens piſcis, ſedibus ſuis non exturbatur. ¶ Per translationem uerò & puteũ extremam oram, quæ ad ipſum puteũ reſpicit, quæ uulgò dicitur Os putei: & editoris cuiuſq; loci extremitatem ſolemus Crepidinẽ appellare, ut apud Hieronymum, In crepidine uiæ. Senec. Quis crederet incentem ſuper crepidinem Marium, aut fuiſſe, aut futurum Conſulẽ? ¶ Vnde etiam pro abrupti ſaxi altitudine ponitur. Virgil. lib. 10. Pertẽtatis celſi conuulſa crepidine ſaxi Expoſitis ſtabat ſcala, & ponte parato.

Crẽpo, pas, pui, pitum, n. p. Significat ſonare. λαμπάω. [Ital. Fare ſtrepito, ſuonare. Gall. Bruire, craquer, peter, faire bruit. Hiſp. Hazer ruido lo que ſe quiebra. Germ. Tönen, touſchen, knellen.] Plautus in Menæch. Die mihi, nunquam tibi inteſtina crepant. PENIC. Vbi fatur ſum, nulla crepitant: quando eſurio, crepitant, id eſt, murmurant & ſonant, quod inteſtinis inanibus accidere ſolet. Plautus in Amphit. Orationem comprimam, crepuit foris. Terent. in Adelph. Sed quis nam crepuit foris? Ouidius, Et crepat ad medios laurus adulta focos. ¶ Per translationẽ ponitur pro dolere, queri, accuſare. Horat. li. 1. Carm. Quis poſt uina grauem pauperiem crepat? Hinc componuntur Concrepo, id eſt, perſono. διηλαλάω. Vnde Concrepare digitis, eſt digitis ſonum edere. Cic. Offic. 1. Item ſi uir bonus habeat hanc uim, ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere. Increpo, quod eſt etiam crepitum uel ſonum emittere. Item deprehendere, ſed ueluti cum crepitu: id eſt, uerborum pedimẽto ſtrepitu. Tencer, reprendre aucun aſprement. Cicer. 4. Academ. Sed tamen illis uerſibus, increpant eorum arrogantiam, quaſi irati. Percrepo, uaidè crepo. Cic. in Verrem. Locum iſtum litoris percrepare totum mulierũ uocibus, cantuq; ſymphoniæ. Et habent penultimam correptam.

Crepito, as, pen. cor. Crepitum edo: & propriè de cymbalis, & huiuſmodi dicitur: quamuis & de aliis rebus dici poſſit. ψοφῶ. [Ital. Far ſtrepito. Gall. Craqueter ſouuent, & faire bruit, peter, bruire ſouuent. Hiſp. Hazer ruido. Germ. Ein gereutch oder getöſs machen.] Plin. li. 12. cap. 17. Myrrata ſe prehendunturq; crepitantq; in igne.

Crepitulum, Ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit. Feſtus.

Crepitaculum, n. ſ. Siſtrum, æreum inſtrumentum, quod manibus percuſſum, reddit ſonum, in lũdis ſacris ſolenne, teſte Valer. lib. 4. cap 29. σιστρον, λιρόκαλον. [Ital. Cembalo, campanello, ſuonaglio, & coſe ſimili. Gall. Inſtrument pour faire bruit, comme une ſonnette ou clouchette, cercerelle & ſemblables choſes. Hiſp. Caſtillejo, juego de ninos. Germ. Glöcklin, oder andere eerine inſtrument, an welche ſo man ſchlecht, es ein thon gibt.] Colum. lib. 9. cap. 12. Crepitaculis æreis, aut teſtarum pleruncq; uulgò incentum ſonitu terreatur fugiens iuuentus. Quintil. lib. 9. cap. 4. Et ſonum edant puerilium crepitaculorum.

Crepitacillum, diminutiuum à Crepitaculo. λιροκάλλιον. Lucretius lib. 5. Nec crepitacillis opus eſt. Alii, legitur, Crepitacula eis.

Crepax, acis, à Crepando: ficut ab edendo, Edax. Vnde Crepacem malam, quodam in carmine dixit Mecœnas, referente Seneca, Epiſt. 114.

Crepitus, tus, m. q. Sonitus eſt, qui ex concuſſione & impulſu reſultat. ψόφος, κραυγὴ βρόμος. [Ital. Strepito. Gall. Son violent & ſoudain de quelque choſe que ce ſoit. Hiſpan. Sonido ò ruido de lo que ſe quiebra. German. Ein knall, ton, krach.] Vnde pedentis ſonum, Crepitum uentris dicimus, quem Stoici æquè liberum eſſe debere, atque noſtrum affirmabant. Plautus in Curcul. Vbi quid ſutripuêre, operto capitulo calidam bibunt: Triſtes atq; ebrioſi incedunt. Eos ego ſi offendero, ex unoquoq; eorum eiiciam crepitum polentarium. Et Crepitus plagarum dixit, Cic. in Verrem 7. Crepitus dentium, Cic. 4. Tuſcul. Crepitus armorum. Plin. li. 2. cap. 17. Crepitus fortium. Plaut. in Curc. Crepitus frænorum, Varro lib. 2. cap. 7. Crepitus gladiorum. Hircius lib. 6. Crepitus imbrium, Plin. li. 12. cap. 2. Crepitus pedum, Cic. in Topi. ¶ Ne crepitu quidem digiti dignus. οὐκ ἄξιος ψόφου ἀκυλλίου. De deridiculo, nullius q; pretii homine. Athen. lib. 12. de Sardanapali epitaphio. Et is geſtus & prouerbium in hodiernum uſq; diem manet apud Noſtros, quum aiunt, Ne huius quidem facio. ¶ Crepitu probabis, πλακτικῶ ἀσκωμάσεις. De iis qui ridiculè explorant alterius ingenium. Suidas.

Crepũndiã, orum, n. ζωσιά τινα ἀβίρματα παιδικά. [Ital. Ornamenti de bãbini. Gall. Toutes petites choſes dequoy les enfans ſe iouent, comme poupées, aneaux, chainettes & telles choſes. Hiſpan. Los diges ò jugaitos ò panales de los ninos. Germ. Allerley ding ſo man den kinderen gibt ſy zů geſchwigen, als docketen, klafflen, ſchällen, &c.] Dicuntur prima munuſcula, quæ dantur pueris: ut ſunt faſciolæ, linteoli, ueſtes, bullæ, coralia, enſiculi, crepitacula, & puerilia ornamenta huiuſmodi, quibus pueri delectantur: à crepando, id eſt, tinniendo dicta: quoniam infantes crepitaculis maximè gaudent. Plautus in Rudent. Sunt crepundia. D. Ecca, uideo qua facie ſunt. Enſiculus eſt aureolus, primùm literatus. Poſt altrinſecus eſt ſecuricula anceps, item aurea, literata eſt. Pòſt ſicula argenteola, & duæ conexæ manicæ: Et ſucula & bulla aurea eſt, pater quam dedit mihi natali die. Plinius libro undecimo, Semeſtris loquutus eſt Cræſi filius in crepũdiis, quo prodigio totum id concidit regnum.

Crepũſculũm, n. ſ. Lux dubia, quæ ſit ante ſolis ortum, & ante occaſum. δείλη, ἀμφιλύκη. [Ital. Luce dubia quando ſi fa ſera ouero giorni. Gall. Le temps quand le iour faut, entre chien & loup, iour faillant. Iré. Le point du iour, quãd la nuit faut. Hiſp. Entre lubrican ò entre dos luzes. Germ. Die zeit wã tag vnd nacht ſcheydet, beſonders am abẽt.] à Crepero, hoc eſt, dubio: quia tunc multis dubiũ eſt, dies ſit iam, an nox. Plin. Oriente ſole, aut occidente matutini ueſpertinique cognominati, prout alterutri eorũ manè uel crepuſculo contigit. Colum. li. 7. Ioxta conſeptum ſaxis & canalibus ſal ſuperiectus, ad quẽ ſaturæ pabulo libenter recurrunt cum paſtorali ſigno quaſi receptui canitur: nam id quoque ſemper crepuſculo fieri debet, Lucanus, Longa

repercuſſo

repercuſſo nitunt̃re crepuſcula Phœbó.

Crepuſcia apud Sabinos nominari, qui eo tẽpore erãt nati. Et Sidonius horam veſpertinam, Crepuſculaſcentem dixit.

Cres, Vide Creta.

Creſco, is, creui, cretum, Augeor, *αὐξάνω, προάγομαι, φύομαι.* [Ital. Creſcere, aumentare. Gal. Croiſtre, s'augmenter. Hiſp. Crecer. Germ. Vnachſen, oder zůnemmen.] Inuen. Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Cic. 2. de Diuinat. Oſtreis & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter creſcant, parterq; decreſcãt. Idem pro lege Manil. Quum ſocii pertimuiſſent, hoſtium opes animis creuiſſent. Huius compoſita ſunt Accreſco, adaugeor, *ἐπιφύομαι* Cõcreſco, ſimul creſco, & conuĩgor, *συμπήγνυμαι.* Vnde cõcretũ, conglutinatũ, *συμπεπηγός*, Decreſco, diminuor. Excreſco & increſco, valde creſco, unde Incremẽtũ. Recreſco, rurſus creſco, *ἀναφύομαι.* Succreſco, inferius uel paulatim creſco. Supercreſco, quæ uide ſuis locis.

Crẽmentũm, Pro augmento, *αὔξημα.*

Cretio, pro additione hæreditatis. Vide in Cerno.

Crẽtă, æ, fœm. pr. Terra tenax, *πιμώλιος γῆ.* [Ital. Creta, terra tenace. Gall. Creye ou croye, terre blanche, dequoy on ſe ſert pour marquer. Hiſpan. La greda ò barro blanco. Germ. Kreiden.] Vel à Creta inſula, in qua optima prouenit: uel à creſcendo: quoniã proprietas eius eſt, ut macerando creſcat, quod in primis cretæ Vmbricæ accidit, quam uocant ſaxum, quæ nonniſi poliendis veſtibus adhibebatur, iiſque duntaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera, candidum unum, & alterum ad purpuriſſimum inclinans, utrunque veſtibus aptum. Hac medici aduerſum morbos utuntur. Laudatur & creta Theſſalica. Item quæ argentaria appellatur, nitorem argenteum reddens. Viliſſima erat creta, qua pedes nauãlium, trans mare aduectorum notare mos erat. Creta Aſiatica. Cicero pro Flacco, Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, quæ eſt ferè omnibus nota nobis. Tenax creta, Virgilius 1. Georgicorum. ¶ Creta notare, pro approbare: ſicut carbone notare, pro damnare, prouerbiali figura legimus. Perſius Satyra 5.

Crẽtŭlă, diminut. Cic. 6. Verrina, Quum Valentio eius interpreti epiſtola Agrigenti allata eſſet caſu ſigũ iſte animadvertit in cretula.

Cretaceus, a, um, adiectiuum. *ὁ ἐκ τῆς γῆς λιμωλίας.* [Ital. Di creta. Gall. Qui eſt de creye. Hiſpan. Coſa de materia de greda. Germ. Von kreiden gemachet.] ut, Cretacea ſiligo, quæ creuit in loco cretoſo. Plin. lib. 18. cap. 9. Rubor illa, at Piſana candidior, ponderoſior uerò cretacea.

Cretatus, ta, tum, Quod eſt creta inſperſum, *ὁ τῇ πιμωλίᾳ χρωσθείς.* [Ital. Cretato, incretato. Gall. Blanchi, ou marqué de croye. Hiſp. Coſa untada con greda. Ger. Mit kreiden geweyſiget.] Vnde Cretati pedes dicebantur, qui creta erant dealbati, quales ſolebant eſſe ſeruorum pedes, qui trans mare uãnales aduehebantur. Vnde Plinius inter prodigia inſolẽtis fortunæ commemorat, liberos aliquot Prætoris ornamentis decoratos rediiſſe eò, unde cretatis pedibus adueniſſent. Ad hoc alludit Iuuenal. quum ait, Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.

Cretoſus, a, um, Quod eſt creta plenum. *ὁ τῆς πιμωλίας γῆς μεστός.* [Ital. Pieno di creta. Gall. Abondant en croye. Hiſp. Pleno de creda. Germ. Kridechtig, voll kreiden.] Plin. lib. 17. cap. 18. Cato de ficis ita memorat, Ficos mariſcas in loco cretoſo, aut aperto ſerito. Ouid. 7. Metam. Cretoſa rura & Ager cretoſus.

Creticus, ſubſtantiuum, *κρητικός.* Genus pedis eſt, qui conſtat prima & tertia longis, & media breui: ut, Sanitas. Alio nomine Amphimacrus.

Cribrum, n. ſ. Inſtrumentum ex pellibus ſuillis, ut plurimũ, crebris pertuſum foraminibus, ad frumenta purganda. *λίκνον, κόσκινον.* [Ital. Cribro, vaglio. Gall. Crible. Hiſpan. El criuo ò caranda ò cedaco] Cic. 1. de Diuinat. Quaſi uerò quicquã interſit, mures diem ac noctem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint. Ouid. 15. Metam. Vtue liquor rari ſub pondere cribri. ¶ Cribro aquam haurire, uel gerere, *λικνίῳ ὕδωρ ἀντλεῖν ἢ ἐπιφέρειν.* Prouerbium in eos, qui operam perdunt. Plaut. Pſeud. Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras. ¶ Cribro crebrius, ſciẽ dictum eſt, nec ſine prouerbii ſchemate, pro eo quod erat, plurimis locis, ac paſſim. ¶ Ad cribrum dicta, *πανὶ λικνίσαι.* Quæ uera compertaq; uellent, ad hunc appellabant modum. Sumptum à diuinationis genere, quod ſuſpenſo circumactoq; cribro peragebatur. Vnde natũ aliud adagium, Cribro diuinare, *λικνίσαι μαντεύεσθαι*: hoc eſt, coniectura ſagaci rem deprehendere: aut ſtultè de rebus occultis diuinare. Lucianus in Pſeudomante, *λικνίσας τὸ τῷ λογῷ μαντευόμενον*: id eſt, cribro, quod aiunt diuinãs. ¶ Sunt & Cribra, quæ è ſetis equorum, farinæ à furfuribus ſeparandæ gratia, facta ſunt, quæ Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur. Sunt & Excuſſoria è lino, & Pollinaria à polline, quæ à nonnullis ab incernendo, Incernicula dicta ſunt.

Cribro, as, act. pr. Purgo *πάσσω.* [Ital. Criuellare, vagliare. Gal. Cribler. Hiſp. Actriuar, carandar ò cerner. Germ. Keyreren, ráden, ſeuberen.] Cribramus enim triticum & huiuſmodi, ut à puluere, & rebus immundis ſecernatur. Colum. lib. 12. cap. 41. Nam omni lentore miſſo, facilius in puluerẽ reſoluitor atq; cribrator. Plin. lib. 35. cap. 5. Præterea mirum inuentũ eſt, quòd inciſum forficulis, ut diximus, cribrant, cortex remanet.

Cribrarius, ria, rium, Quod ad cribra pertinet, *λικνιτικός.* Plin. lib. 18. Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio loco manſit cribro.

Crimẽn, n. ſ. Propriè dicitur delictum. *αἰτία.* [Ital. Delitto, mancamento, colpa, diffetto. Gall. Crime, cas commis, blaſme. Hiſpan. Crimen, grande peccado. German Ein laſter, ſünd.] Seneca, Vitam agens ſimplicem, rectam, ſine crimine. Cicero ad Marium, Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit Reipubl. profuturus, criminis loco putarint eſſe quòd uiuam. Idem, Eodem ego te condemnabo crimine. ¶ Domeſticum ac uernaculum crimen Cic. act. in Verrem 5. appellat, quod intra parietes admiſſum, nondũ peruenit in publicum rumorem. ¶ Item appellatur id, quod per contentionem alicui obiicitur, *ἔγκλημα*, & obtrectatio. Cicero in Philipp. Hæreditatem mihi negaſti, obuenire ſe: utinam hoc tuum uerum crimen eſſet. Et ſic dicitur, à Cerno, ſicut à Diſcerno, Diſcrimen. Virgil. 7. Aeneid. Diſcite compoſitam pacem, ſere crimina belli: id eſt, contentiones, iurgia, ex quibus bellum oriatur. ¶ Aliquando ponitur pro falſa ſuſpicione. Idem 11. Aeneid. Formidine crimẽ acerbat. Terentius in Hecyra, Nam ſi compererit crimini tua ſe falſo uxor credidiſſe, Miſſam iram faciet. Crimen genetica nox eſt, complectitorq; delicta. Vide Bartolum in l. tranſire. C. de Tranſact. Crimen expilatæ hæreditatis, quia adhuc dominus non adeſt, alioquin futurũ eſſet, ut quod in hoſtico eſſet prædam agere, in ſuo dilabentibus dominis compilare. Ex Alciato. Crimẽ maieſtatis eſt illud, quod aduerſus populum Romanum, uel aduerſus ſecuritatem eius committitur. Lad Iulian. maieſt. Securitatis ſignificationem Accurſium non intelleriſſe, admonuit hic Bud. qui inquit. Securitas Reipub. eſt *ἀσφάλεια*: quum ſcilicet ſtatus Reipubl. ita compoſitus eſt, ut nulla ex parte periculum imminere uideatur, nec ſit metus belli externi aut inteſtini. Itaq; hoc loco ſecuritatem ab Vlpiano Latinæ locutionis diligentiore obſeruat, acceptam eſſe. Crimina, in quibus imponitas dabatur iudici, (id eſt, ei, qui eius facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicant) ſunt Maieſtatis & proditionis. Crimina publica recenſentur in l. prima Publ. iud. Pontificium ius. Vnum quoque crimen publicum cenſet.

Criminale, Quod eſt criminis. *ἐγκληματικόν.* ut, Criminalis cauſa.

Criminoſus, a, um, Qui crimen infert. *διάβολος, φιλεγκλήμων.* [Ital. Ingiurioſo. Gall. Impoſeur de crimes & cas reprochables, grand accuſateur & blaſmeur, grand calomniateur. Hiſp. Accuſador. Germ. Schmächer, der einem ein laſter oder ſchmaach zůlegt.] Cic. pro Cluent. Hic Tribunus plebis, modeſtus, prudens, non modò non ſeditioſus, ſed etiam ſeditioſis aduerſarius. Ille autem acerbus, criminoſus, popularis homo, ac turbulẽtus. ¶ Criminoſum, quod in ſe crimen habet. Colum. lib. 1. Criminoſum tamẽ ſenatori fuit ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe.

Criminoſè, aduerb. *ἐγκληματικῶς.* [Ital. Imponendo colpa & biaſmo. Gall. En impoſant crime & blaſme, criminellement. Hiſp. Criminalmente. Germ. Mit zůlegung einer ſchand

ſchand oder laſter.] Cic. pro Roſc. Amer. Quum enim aliquid haberat quod poſſet criminoſè ac ſuſpicioſè dicere, aperté iudicari & calumniari ſciens non uideretur.

Criminari, com. p. Eſt culpare, accuſare, contumelioſè reprehendere. *επιτιμᾶν, διαβάλλειν.* [Ital. Incolpare, accuſare, calonniare. Gall. Blaſmer & reprocher, accuſer. Hiſp. Acuſar, culpar. Ger. Leſteren, von einen laſters wegen falſchlich beſchuldigen.] Cic. ad Attic. Me tantùm comperiſſe omnia criminabatur. Et dicimus, Criminor te fore illi, uel apud illum. Terent. Hoc metui, ne me criminaretur tibi. Cic. 3. Offic. C. Marius Q. Metellum apud populum Romanum criminatus eſt, bellum illud ducere. ¶ Criminat, pro Criminatur apud Ennium, lib. 3. Satyr. Nam is non bene olet tibi, qui falſò criminat apud te.

Criminatio, ſor. t. Ipſa contentioſa contumelia. *διαβολὴ, ὑβρισμός.* [Ital. Colpa, biaſmo. Gall. Blaſme, reproche, accuſation. Hiſp. Aquella accuſation de crimen. Ger. Leſterung, ſchmähung, zůlegung eines laſters.] Cic. pro Lege agrar. Nunquid eſt cauſæ, Quirites, quum illa criminatione qua me abſentem uſus eſt, non ſolùm meâ, ſed etiã ueſtram diligentiam, prudentiamq; deſpexerit.

Crimnodes urinæ, pro craſſis interpretatur Galenus in Hippocratis Aphoriſ. quæ ſimilitudinem farinæ triticeæ habent.

Crimon, Pharmaci nomẽ apud Actium, Serm. 10. cap. 26. hydropicis accommodatum.

Crinanthemon, *λῃνάνθεμον*, Flos notiſſimus, quẽ Dioſc. *λειρίον βασιλικὸν*, Romani Lilium appellant.

Crines, Capilli *τρίχες*. [Ital. Crini, capelli. Gall. Cheueux, perruque. Hiſp. Cabellos. Germ. Haar.] *ἀπὸ τῆ κρίνειν*: hoc eſt, à diſcernendo dicti. Virgil. 4. Aeneid. Et crines flauos Cic. 5 Verr. Hæc ciuitas muliebri redimiculum præbebat, hæc in collum, hæc in crines. Tacit. de Morib. Germ. Aeciſi crinibus nudatam, coràm propinquis expellit domo maritus. ¶ Capere crines. Plaut. in Moſtell. dixit, pro arripere occaſionem obliquam, & arreptam retinere. ¶ Crinis etiam piſcium dicitur. Plin. lib. 9. cap. 30. de potypo piſce. Namq; & ſũmo terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c. ¶ Crinis etiam uidetur eſſe genus uinculi ex criniæ equinæ caudæ contecto. Plin. lib. 17. cap. 21. Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculóue, ut in Hiſpania Brundiſióue.

Crinalis, le, adiectiuum, *ὁ τῶν τριχῶν*. [Ital. Pertinenti à capelli. Gall. Des cheueux, des appartenances des cheueux. Hiſpan. Coſa perteneſciente à los cabellos. Ger. Das zů dem haar gehört.] Quod pertinet ad crines: ut, Vitta crinalis. Ouid. 5. Metamorph. Crinalem capiti uittam natæq; ſibiq; Detulit.

Crinale, indeſtantium, neut. geu. *τὸ ἐπίκρανον*. Ouid. 5 Metam. Ornabant auratа monilia collum, Et madidos myrrha cœruum crinale capillos.

Cringer, ra, rum. Qui multos habet crines. *βαθυχαιτήεις*. [Ital. Cauiglinto. Gall. Qui porte perruque. Hiſp. Coſa que tiene ó trae cabellos. Germ. Haarechtig, der vil haar hat.] Lucan. lib. 1. Et uos crinigeros bellis arcere Caicos Oppoſiti, petitis Remum.

Crinire, q. Eſt crines emittere *τριχοφύειν*. [Ital. Mettere capelli. Gall. Mettre cheueux. Hiſp. Encabellecer ó criar cabellos. Germ. Haar vberkommen.] Quod uerbum legitur apud Stat. 4. Theb. Vatem cultu Parnaſſia monſtrant Vel lea frondenti crinitur oſſa oliua.

Crinitus, a, um, Quod crines habet. *λιμάττης*. [Ital. Crinito, che ha i capelli. Gall. Cheuelu. Hiſp. Coſa de luengos cabellos. Germ. Haarechtig.] Virg. 1. Aeneid. - Cithara crinitus Iopas perſonat aurata. Crinita Stella, Cic. 2. de Natur. deor. Tum ſtellis his, quas Graeci Cometas, noſtri Crinitas uocant. Idem 4 Verr. Gorgonis os pulcherrimum, crinitũ anguibus, reuellit atque abſtulit. Galea crinita triplici iuba. Virg. 12. Aen. Malè crinita mulier, Ouid. 3. de Arte.

Crinomenon, *τὸ κρινόμενον*, à Rhetoribus appellatur contenno, quæ ex ſtatu efficitur, & circa quod uerſatur certamen totius controuerſiæ. Latini Quæſtionem uocant, teſte Cicerone in Topic.

Crinon, *λείριον*, Plin. lib. 21. cap. 5. Lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorrhodon dicitur, in Antiochia, Laodicea, Syriæ & Phaſelide laudatiſſimum prouenions. Dioſcorides tamẽ Graecis ferè omnes nullo diſcrimine *τὸ λείριον* appellatione omnia lilii genera intelligunt. Theophraſtus quatuor ponit lilliorum genera, ex quibus quod Vere erumpit mox poſt uiolã albã, peculiari nomine *λείριον* appellat.

Crinonia, æ, *κρινωνία*, Frotex eſt lilii, teſte Suida: nã Lilium Graeci *λείριον* appellant.

Crios, *κριὸς*, Ciceris genus, quod Latini Arietinum appellant, ab arietini capitis figura: à qua & Graeca appellatio fluxit. Nam illi arietẽ *λειὸν* appellant. ¶ Fuit enim Crios *κριὸς* proprium nomen Athletæ cuiuſdam ex Aegina Inſula, apud Graecos cantatiſſimi.

Criſon, Buglotſum magnum. Dioſcorides libro quarto, capite 120.

Criſin, patiuntur omnes morbi habituales & Chronici, ut Podagra, Chiragra, *φθίσις*.

Criſpina, Lege Oxyacantha.

Criſis, *κρίσις*, Iudicium, iudicatio, ſententia. Vnde Dies Critici dicti ſunt (ſiue ut Cenſorino placet) Criſimi, *κρίσιμοι*: hoc eſt, iudiciales & decretorii, de quibus infrà.

Criſpus, a, um, adiect. eſt. *ὀλὸς, τρίχολος*. [Ital. Creſpo, riccio, ricciuto. Gall. Creſpe, creſpu, ondoyant, madré. Hiſpa. Creſpo. Germ. Krauſs.] ut, Criſpus capillus: id eſt, intortus. Plaut. in Trucul. Compoſitos, criſpos cincinnos tuos unguentatos. Criſpum folium. Plin. lib. 12. cap. 15. Folium oliuæ, uerùm criſpius & aculeatum. Criſpiſſimum folium, apud Colum. lib. 11. cap. 3. Criſpa abies. Cic. 3. Tuſcul. Criſpioris elegantiæ materies: & ob id Perſis gratiſſima. Plin. lib. 12. cap. 9.

Criſpulus, dimin. à Criſpus. *ὑπολός, ὀλότερος*. Mart. lib. 3. Criſpules iſte quis eſt, uxori ſemper adhæret Qui Mariana tua? criſpulus iſte quis eſt?

Criſpo, as, are, act. prim. Criſpum reddere. *ὀλόω, ὄλον ποιῶ*. Increſpare. Gall. Faire creſpe. Hiſp. Creſpar otra coſa. Ger. Krauſs machen.] Plinius lib. 18. cap. 8. Fimi cinere criſpari capillum. ¶ Criſpari terra herbis, dicitur per translationem. Columella libro 10. Nunc apio uiridi criſpetur florida tellus.

Criſpans, tis, particip. Virgil. 1. Aen. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Criſpatus, ta, tum, ut Buxus criſpata cacumine. Claudian. de Rapt. Proſerp.

Criſpiſulcans, adiect. ut, Criſpiſulcans fulmen. Cic. in Topic. At quum in Aiacis nauim criſpiſulcans igneum fulmen iniectum eſt, inflammatur nauis neceſſariò.

Criſſare, *μεμυγδᾶσθαι*, & Cenere non niſi poſito pudore exponi poſſunt. Eſt enim primum mulierum aptè ſe mouentium, dum in re uenerea ſunt. Iuuenalis, Frictum criſſantis adorat. Alterum maſculorum dum prædicantur. Martial. Sed prædicaris, ſed pulchrè Næuole cenes. Cenere etiã adulantium geſtus ſignificat. Perſius, An Romule cenes?

Criſta, f. p. Dicitur conus ille in uertice galli, & aliarum quarundam auium. *λόφος*. [Ital. Creſta, penacchio. Gall. Creſte, pannache. Hiſp. La creſta des aues, el penacho ò cimera del yelmo. Germ. Der kamb auff der vögten haupt.] Plin. lib. 10. cap. 19. Vpupa obſcœna aliàs paſtu auis, criſta, uſſenda placatili. ¶ Ad huius ſimilitudinem etiam Criſtam uocamus, canum galeæ. Virg. 12. Aen. Tum galeam Meſſapi habilem, criſtiſq; decoram lodnit. ¶ Criſta etiam herbæ ſpecies eſt, cuius meminit Plin. lib. 27. cap. 7. Alectorolophos, quæ apud nos Criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtæ, plura, caulem tenuem, & ſemen nigrum in ſiliquis. Ruellius eandem eſſe credit cum ea quæ Gallicè Veruene dicitur.

Criſtula, læ, f. p. dimin. *λοφίδιον*. Colum. lib. 8. cap. 2. Reſtis, rutilisq; criſtulis.

Criſtatus, a, um, *λόφον ἔχων*. [Ital. Che ha creſta. Gall. Qui a creſte, qui eſt creſté ou creſtu. Hiſpan. Coſa con creſta, penacho ò cimera. Ger. Das ein kamb hatt.] Qui criſtas habet: ut, Criſtatæ aues, eſtq; periphraſis gallorum gallinaceorum. Martial. lib. 14. Criſtatæq; ſonant undiq; lucis aues. Criſtata galea. Liuius.

Criſtæ, *κριτὰι*, à Graecis dicuntur iudices, qui muſicis agonicis & ſcenicis certaminibus præerant.

Criſticus, a, um, pen. corr. *κριτικὸς*. [Ital. Giudiciale, Che ſa giudicio. Gall. Judiciel, qui iuge, donne iugement Hiſpan.

iudicial, el que haze iuyzio. Ger. Vrtheilend, ein vrtheil fellend.] Idem quod iudicialis, uel iudicem agens, ἀπὸ τῦ κρίνειν: hoc eſt, à iudicãdo: unde & poematum cenſores & iudices alienorum operum, olim Critici dicti ſunt: quales fuerunt Ariſtarchus & Ariſtophanes Grammatici: qui tantum ſibi in ipſum etiam Homerum permiſerũt, ut plurimos etiam uerſus, tanquã nothos & ſubditicios, ex eius operibus ſummouerint. Cic. ad Dolab. lib 9. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus ſum. Horat. 1. Epiſt. Ennius & ſapiens & fortis & alter Homerus, Vt critici dicunt. ¶ Critici dies uocãtur, qui à medicis iudiciarii dicuntur, in quibus de ægritudinibus ratione ferri iudicium poteſt: quos noſtri Decretorios uocare poſſunt.

Crithe, κριθή. [Ital. Orzelo. Gall. Vn orgeol. Hiſp. Orcuelo que nace cerca del ojo. Germ. Ein wärtzle ſo ob dem haar deſs andlyds wächſet.] Tuberculum paruum eſt in palpebra ſuper pilorũ locum: ita dictum à ſimilitudine hordei: unde & Hordeolum à recentioribus quibuſdam nominatur. Vide Celſum lib. 7. cap. 7.

Crithiaſis, Equorum morbus.

Crithmon, Vide ſupra Batis.

Crobylos, κρωβύλος, Aureus uel argenteus corymbus, ex capillis pendens, idq; propriè in uiris: nam in mulieribus potius Corymbum, & in pueris Scorpium uocamus.

Crobyſſum, Aizoum minus, apud Dioſc. lib. 4. cap 91.

Crocallis, Gemma eſt ceraſum repræſentans, teſte Plin. lib. 37. cap. 10.

Crŏcare, & Crocire, Verba fictitia à uoce corui, κρώζειν. Author Philomelę.

Crocito, tas, frequentatiuum. κρωζάκις ἢ συχνὰ κρώζω. [Ital. Gridare, ſpeſſo come un coruo. Gall. Corbiner par pluſieurs fois, crier ſouuẽt en courbeau. Hiſp. Grazuar el cuerno. Ger. Vil vnd offt grappen, oder wie ein rapp ſchreiẽ.] Plautus, Simul radebat pedibus terram, & uoce crocitabat ſua.

Crocatio, teſte Feſto, & Crocitus, tus, pen. prod. Ipſa uocis corui prolatio. κρωγμός.

Crŏcĕātŭs, a, um, Vide Crocus.

Crŏcĭās, κροκίας, Gemmæ ſpecies, à croci ſimilitudine ſic dicta. Author Plin. lib. 37. cap. 11.

Crŏcĭnŭm unguentum, n. ſ. κρόκινον μύρον, Quod exprimebatur ex aromatibus, & croco in oleo macerato: ut docet Dioſcorides lib. 1. Propert. lib. 3. Et crocinio nares murreus unguat onyx. Vide Plin. lib. 13. cap. item 15.

Crŏcĭnŭs, Vide Crocus.

Crŏcis, κροκίς, Herba eſt, cuius contactu phalangia emoriuntur, ut ex Apollodori ſententia tradit Plinius libro 27. capite 17.

Crŏcŏdilĭānus, Vide Crocodilus.

Crŏcŏdilŏs, penult. prod m. ſ. κροκόδειλος. [Ital. Crocodilo. Gall. Vn crocodile. Hiſp. Cocadriz. Germ. Ein crocodil, iſt ein thier in Ægypten.] Animal quadrupes, ex genere amphibiorum, tam in terra, quàm in aqua uiuens, figura lacertæ non admodum diſſimile, incredibili magnitudine, armatum unguibus, ſoli Aegypto & iis regionibus q; Nilo aluuntur, cognitum, cute uiq; adeò dura, ut in nulla ſui parte, niſi in ſolo uentre penetrari poſſit. Vnde etiam delphini, qui perpetuũ cum crocodilo bellum gerunt, non ignorantes qua potiſſimùm parte hoſtis lædi poſſit, aquã ſubeunt, pinnaq; quam in dorſo gerunt, illi aluum ſubſecant. Habet & alterũ hoſtem Ichneumonem, qui in apertas dormientis fauces reli in morem illapſus, inteſtina eius erodit. Nullum eſt animal quod à tam paruis initiis in tantam excreſcat magnitudinem. Ponit ſiquidem ouo anſeribus nó maiora: ſed hoc huic animali peculiare creditur, ut quandiu uiuat, nullum creſcendi faciat finem. Quatuor menſes hyemales nõ comedit, & ſola beſtiarũ nõ habet linguam. Terribilis hæc belua contra fugaces eſt, fugax contra inſequentes. Oculos habet in aqua hebetes, extra acerrimi uſus. Conſpecto homine, emittit lachrymas, mox appropinquantem deuorat. Vnde factus eſt locus prouerbio, Crocodili lachrymæ. κροκοδείλια δάκρυα: quod de iis dici ſoleat, qui ſub ſpecie pietatis alios fallunt. Ex eo dictũ autumant, quod κρόκον διώκει: id eſt, crocum fugit, ac eius odorem reformidat, quod mella conficientes in Aegypto ſtruunt, ne mel abſumant crocodili: quoniam mirum in modum eo delectãtur. ¶ Eſt & alterum Crocodili genus, quem Scincum uocat Dioſcor. lib. 2. ſuperiori multò minus, in terra tantùm, nec niſi odoratiſſimis uiuẽs floribus, cuius inteſtina iucundi nidoris ſime referta ſunt: quo ad facici medicamenta, coloriſq; conciliatrice mem mulieres & uiri molliores olim utebantur. Horat. in Epod. - Colorq; ſtercore facatus crocodili.

Crocodilinus, na, num, Quod ad Crocodilum pertinet, κροκοδείλινος: ut, Crocodilinæ ambiguitates. Quintil. lib. 2. capite 10.

Crŏcŏdilĭs, κροκοδείλεια, Fimus eſt crocodili terreſtris, quo mulieres faciem illinebant ad coloris commendationem. ¶ Crocodilorum enim duo commemorantur genera: quorum alterum aquaticum eſt, Nilo tantùm familiare, & lacubus Nilo uicinis. Alterum terreſtre, odoratis tantùm ueſcens herbis, quem Scincum σκίγκον Dioſcorides appellat. Huius excrementa in primis odorata ſunt, mulierumq; fucis expetita. Plinius libro 28. capite 8. Vbi crocodili aquatici naturam multis explicuit, ſtatim ſubdit, Alter illi ſimilis, multum infra magnitudinẽ, in terra tantùm odoratiſſimis floribus uiuit: ob id eius inteſtina diligentiſſimè exquiruntur, iucundo nitore referta, Crocodilæum uocant.

Crŏcŏdĭlĭum, κροκοδείλιον, Herbæ ſpecies eſt, chamæleontis figura, radice longa, guſtu Naſturtii, ſemine rotundo, duplicis clypeoli forma. Plin. lib. 27. cap. 8. Crocodilion Chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter craſſo, odoris aſperi.

Crŏcŏmagmă, atis, κροκόμαγμα, Vnguenti crocini fex, & retrimentum, quod ſupereſt crocino unguento ex croco, exteriſq; aromatis expreſſo. Nam in confectione crocini unguenti, olcum ante omnia quibuſdam aromatibus ſolet ſpiſſari, poſteaq; crocum eò conici, idque poſt dies aliquot diffundi: ex aromate & croco olcum: poſt hæc exprimi ſolet, quodque reliquum erat, Crocomagma dicebatur: idq; in paſtillos conformari conſuecuit, & multum in tempus aſſeruari. Optimum eſt, quod guſtatum ſaliuam dentesq; inficit. Vide Dioſcoridem libro 1. & Plinium lib. 21. cap. 10.

Crocomerion, κροκομήριον, Herba, quæ alio nomine dicitur Leontopodium.

Crocopeplos, κροκόπεπλος, Auroræ epitheton eſt, quaſi croceam habẽs ueſtem: nam eum colorem imitatur, cùm primùm incipit apparere. Poſtea enim aduenientè iam die rubeſcens, à roſeo colore ῥοδοδάκτυλος appellatur.

Crŏcŏtă, κροκωτός, Veſtis muliebris eſt, croci coloris. Cicero de Aruſp. reſpon. P. Clodius à croco ta, à mitra, à muliebribus ſoleis purpureiſq; faſciolis, eſt factus repentè popularis. ¶ Feli crocoton, γαλῆ κροκωτόν. Subaudiendũ das aut addis. Dici ſolitum, quoties honos additur indigno, & quos haudquaquam decet: aut quum datur quicquã iis, qui munere non norunt uti.

Crŏcŏtŭlă, dimin. κροκώτιον. Plaut. in Epiſt. Induſiatam, pœnulam, caltulam, aut crocotulam.

Crocotularius, Crocotarum ueſtium infector. Idem in Aul. Quum incedunt infectores crocotularii.

Crŏcŏtŭlum, n. ſ. Veteres Valde exile dicebant. Plautus, Ex tortis talis cum crocotulis cruſculis. Feſtus.

Crŏcŏtĭlĭum, Genus operis piſtorii.

Crŏcŭs, uel Crocum, n. ſ. κρόκος. [Ital. Zaffrano. Gall. Saffran. Hiſp. Açafran. Ger. Saffran.] Flos eſt, qui Safiranum nuncupari dicitur, à Croco puero (ut Poeta tabulantur) dilecto, qui quum Smilacem puellam teneriſſimè deperiret, amoris impatientia uerſus eſt in florem ſui nominis. Ouid. 4. Metam. Et crocon in paruos uerſum cum Smilace flores. Virgil. 4. Georg. Et glaucas ſalices caſiamq; crocumq; rubentem. Saluſt. Paſtus uertore, in quo crocum gignitur. Præſtantiſſimum naſcitur circa Corycum Ciliciæ montem proximum in Olympi Lyciæ uertice: mox in Centuripino Siciliæ agro. Prouenit in Gallia Narbonenſi, licet bonitate inferius.

Croceus, a, um, maſc. i. κρόκινος, κρόκεος. [Ital. Giallo. Gall. De couleur jaune ou rogeaſtre. Hiſp. Cota de açafran. Ger. Saffrangel.] pro colore ut. Veſtis croceæ. Virgil. 1. Aeg. Et circumtextum croceo uelamen acantho. Plin. lib. 22. cap. 18. Mutat enim cum terra colores: hic niger, illic uiridis, alicubi cyaneus, alibi croceus.

Crŏcĭtŏs,

Crócĕtŭs, ata, atum, *κροκοβαφής*. [Ital. Tinto in giallo. Gal. Safrané, de couleur iaune. Hiſp. Tenido en color de acafran. Germ. Gelb gefärbet.] Croco tinctus, uel infectus. Plinius libro 16. capite 14. Alicui & ſemen nigrum, alii croceum.

Crocinus, cina, cinum, & Croceus, Quod eſt lutei coloris. *ὑρροδὴς, κροκωτός*. [Ital. Di zaffrano, di color di zaffrano. Gall. De ſafran, de couleur de ſafran. Hiſp. De acafran, de color de acafran. Germ. Saffrangelb.] Plin. li. 21. cap. 19. Semen his optimum crocinum, nec annículo uetuſtius, & in umbra ſiccatum.

Crócŏta, æ. p. Fera eſt Aethiopiæ familiaris, ex hyæna & leæna Aethiopica naſcens, quæ & ipſa hyænæ more humanas uoces imitatur. Plin. lib. 8. cap. 30. ubi byænæ naturam multis explicuit, ſtatim ſubdit. Huius generis coitu leæna Aethiopica parit crocutam, ſimiliter uoces imitantem hominum pecorumq; Acies ei perpetua in utraq; parte oris, nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur.

Crolia, plectilis, detractione ſecundæ literæ o, pro corolla, id eſt, parua corona, apud Plaut. in Bacchid.

Crommion, alii Polydos uocant, Magi Calaboim, Romani Cepam.

Crono, Magicæ conyzæ ſpecies tertia apud Dioſcoridem libro 3. cap. 137.

Crótălĭa, *κροτάλια*, A Plinio lib 9. cap. 35. dicuntur margaritæ, in ornamentis collocatæ, ut ex illiſione ſonum generent. Subeunt, inquit, luxuriæ eius nomina, & tædia exquiſiti perditioris portatu. Siquidem quum id fecêre, Crotalia appellant, ceu ſono quoq; gaudeat, & colliſu ipſo margaritarum.

Crótălĭum, pen. cor. n. ſ. *κρόταλον*. [Ital. Campanella, nacchara. Gall. Vn inſtrument qu'on frappe auec la main, ſemblable à la cymbale. Hiſp. Chapus ò ſenaja ò tarrena. Germ. Ein ſchällen oder klätſchen.] Crepitaculum ex ligno, ære, aliaue materia ita concinnatum, ut efficere ſonum queat, ſi quis manu uerſet. Vnde & Aegyptiorum ſacerdotum ſiſtra, quibus in lúdis ſacris utebantur, à nonnullis etiam Crotala appellantur, *ἀπὸ τῆ κρόειν*: hoc eſt, à percutiendo. ¶ Quidam putant fuiſſe anoulum æreũ, qui ferreo baculo quaterentur. Alii circulum æneum interpretantur, multas habentem annexas laminulas, ſiue orbiculos mobiles, qui colliſi ſonum edebãt: qualibus etiam hodie Luſitanos nautas in ſalutationibus ſuis uti uidemus. Virgil. in Copa, Criſpũ ſub crotalo docta mouêre latus.

Crótălus, *κρόταλος*, m. ſ. dicitur, Qui lingua eſt expeditior, & uoce ſonanti. ac propè tinnula, quiq; loquacitate ſua neminẽ non obtundit. Dicta eſt metaphora à crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

Crotaphitæ, *κροταφῖται*. Muſculi ſunt duo os claudẽtes, quos & Latini Temporales appellant, quòd tempora neſtant, unde etiam Græcum nomen traxerunt: nam *κρόταφα* parilli appellant, quæ nos Tempora.

Cróton, onis. *κρότων*. Frutex eſt ad magnitudinem paruæ ficus aſſurgens, folio platani, ſed læuiore ac nigriore, ramis accudice arundinũ modo concauis, ſemine uuarum aſpero, quod purgatũ effigiem ricini animalis repræſentat: unde & nomen accepit: nam ricinum uermem Græci etiam *κρότωνα* appellant. Hoc ſemine exprimitur oleum cibis quidem fœdum ſed lucernis & emplaſtris utile, alio nomine hic frutex Ricinus appellatur & Cici: unde etiã oleum ipſum Cicinum, & Ricininum appellatur.

Crucíatus, Cruciamentum, Crucio, Cruciabiliter, Crucifigo. Vide Crux.

Crúdārĭa, Argenti uena, quæ in ſummis fodinis reperitur. Plin. lib. 33. cap. 6.

Crūdus, da, dum, Quod coctum non eſt. *ὠμὸς*. [Ital. Crudo, non cotto. Gall. Cru, encor uerd, qui n'eſt encor cuit, digeſté ou meur. Hiſp. Crudo, non cozido. Germ. Roh, ungekocht.] unde crudæ carnes dicuntur, quæ nec elixæ ſunt, nec aſſæ, nec alio quouis modo eſui aptæ redditæ. Fructus item crudos appellamus, qui iuſtam coctionẽ, hoc eſt, maturitatem nõ ſunt aſſecuti. Cic. de Senect. Poma quæ crudæ ſunt, ni uellantur: quæ autẽ cocta & matura, decidũt. ¶ Item crudi cibi dicuntur, qui nondum concocti ſunt in uentriculo. Iuuen. - Et crudum pauonem in balnea portas. ¶ Crudum item hominem dicimus, cuius uentriculus probo coctionis officio non fungitur. Cic. 2. de Finib. Aſoti qui in menſam nomant, cruditaque poſtridie ſe rurſus ingurgitent. Idem pro Cluent. Dico illum, quum ad illud prandium crudior uenifſet, & ſibi non pepercifſet, ægrotaſſe. ¶ Crudum uulnus: hoc eſt, recẽs, & adhuc cruentum. Plin. Epiſt. 3. Vt enim crudum adhuc uulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atq; ultrò requirit: ſic recens animi dolor conſolationes reiicit, ac refugit, mox deſiderat, & clementer admodum acquieſcit.

Crūdĭtās, atis, f. t. Ventriculi uitium cibum ægrè concoquentis. *ἀπέψια*. [Ital. Crudità di ſtomacho, indigeſtione. Gall. Crudité, mauuaiſe digeſtion ou concoction. Hiſp. El abito delo no digerido. Germ. Böſe dauung des magens.] Cic. de Senect. Caret ergo etiam uinolentia & cruditate, & inſomniis. Colum. lib. 7. Cruditatis ſigna ſunt, crebri ructus, ac uentris ſonitus, faſtidia cibi.

Crudeſcere, n. t. Eſt crudum, uel crudius fieri, à Crudeo, es. *ὠμάδειν*. [Ital. Incredure, Incredulire. Gall. Deuenir cruel & aſpre. Hiſp. Encrudecerſe, hazerſe crudo. Germ. Roum werden.] Virgil. 3. Georg. Sin in progreſſu cœpit crudeſcere morbus. Idem 11. Aen. - Deiecta crudeſcit pugna Camilla. ¶ Inde Incrudeſcere & Recrudeſcere, quaſi renouari, & ad priſtinam acerbitatem redire.

Crudelis, om. t. Immitis & aſper. *ὠμός*. [Ital. Crudele aſpro. Gall. Cruel & inhumain. Hiſpan. Cruel. Germ. Grauſam, roum, unmilt.] Cic. pro Deiot. Crudelis Caſtor, ne dicã ſceleratum & impium, qui nepos auum in diſcrimen capitis induxerit. Virgil. 2. Aegl. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Quidam à Cruore dictum uolunt, quẽ crudeles effundunt: ego malim à Cruditate derinare. Nam quemadmodum in pomis, quæ mitia nõ ſunt, cruda dicuntur: ita & homines immites, Crudeles dicuntur. Virgil. 6. Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.

Crudelitas, tatis, fœ. t. Inclementia. *ὠμότης*. [Ital. Crudelità, Gall. Cruauté Hiſp. Crueldad. Germ. Grauſamkeit, grimme.] Cic. pro Roſc. Amer. Veſtrùm nemo eſt, quin intelligat pop. Rom. qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborare.

Crudeliter, aduerb. Atrociter, inclementer. *ὠμῶς*. [Ital. Crudelmente. Gall. Cruellement. Hiſpan Cruelmente. Germ. Grauſamlich, grimmiklich.] Cic. 1. Offic. De euertendis autem, diripiendisq; urbibus ualde conſiderandum eſt, ne quid temerè, nequid crudeliter fiat.

Cruento, Cruentus, Vide Cruor.

Crūmēnă, penul. prod. f. p. Loculus. *βαλαντίον*. [Ital. Borſa. Gall. Bourſe, gibeciere. Hiſp. Bolſa para dineros. Ger. Ein ſeckel, beutel.] à *κρεμάω* ſuſpendo, quòd plerunq; ſuſpenſa geſtetur. Plaut. Epid. Ipſe meo in collo eius pater crumenam collocauit. Idem Trucul. - Homo crumenam Sibi detraxit. Horat. 1. Epiſt. Et mundus uictus non deficiente crumena. ¶ Generoſus es ex crumena, *γυνὴ ἐν βαλαντίῳ*. In eum iaciebatur, qui propter opulentiam generoſus haberi uoluiſſet, alioquin obſcurus & humilis. Crumenula diminutiuum eſt.

Cruiſmos. Eſt torrentis modo cum ſtrepitu & murmure demanante embrocatio. Vtitur eo uocabulo Paul. l. 2. c. 53.

Crŭor, oris, m. t. Sanguis qui ex aliquo uulnere ſpargitur *αἷμα, ἰχώρ*. [Ital. Sangue che eſce d'una piaga. Gall. Sang ſortãt d'vne playe. Hiſp. Sangre fuera de las venas. Ger. Blůt, der blůtig ſchweyſs auſs einer wunden.] Virg. 9. Aen. Tepidosq; cruor fumabat ad aras. Idem lib. 4. uſurpauit in numero plurali, Atq; aureos ſiccabat ueſte cruores. Quod Seruius tanquam nouè dictum annotauit, quum alioqui neq; Sanguines dicamus, neq; cruores.

Cruentus, ta, tum, Sanguinolentum, quod cum cruore eſt. *αἱματηρός, αἱματώδης*. [Ital. Sanguinoſo, ſanguinolento. Gall. Enſanglanté, ſanglant, cruel. Hiſpan. Sangriento. German. Blůtig, ſchweyſſig.] ut, Cruenta uictoria. Saluſtius in Catili. Cauete ne inulti animam amittatis, neu capti potius, ſicut pecora trucidemini, uirorum more pugnantes, cruentã atq; luctuoſam uictoriã hoſtibus relinquatis. ¶ Aliquãdo ponitur pro crudeliter. Crũenta nox, & Cruenta oratio. ¶ Cuius contrarium eſt Incrũentus, a, um, *ἀναίματος*, quod eſt ſine ſanguine. Idem, Neque tamen exercitus populi Romani lætam aut incruentam uictoriam retulit.

Cruento,as,ad pr. Cruore inficio αἱματόω,αἱμάσσω. [Ital. Insanguinare. Gall. Ensanglanter, meurtrir à sang, faire sanglant. Hisp. Ensangrentar. Germ. Blůtig machen, mit blůt besudlen.] Cic. de Arusp. resp. Secures tuas cruentari scelere noluit. Idem 1. de Diuin. Atq; etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari. Idem 1. Philip. Hæc te, si illam partẽ habes sensus, lacerat, hæc cruentat oratio. ¶ Cruentati oculi. Plinius libro 28. capite 7. Mulieris quoq; saliuam iciunæ potentem diiudicant oculis cruentatis.

Crūpellarii, Quantum ex Cor. Taciti lib. 3 possumus conijcere, milites erant arma gestantes ex continuo ferro, telis quidem impenetrabilia, sed eo pondere, ut in ferendis ictibus non essent idonea. Verba Taciti sunt hæc: Cæteri cum venabulis & culteis, quæque alia venantibus tela sunt, adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Cropellarios uocant) in ferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

Crūs, cruris. σκέλος. [Ital. Gamba. Gall. La iambe depuis le genouil iusques en bas. Hisp. Pierna. Germ. Der schenckell, schenbein.] à currendo dictum nonnulli putẽt, quòd crurum ministerio in cursu uramur: siue (ut aliis placet) à Græco uerbo κρύειν, quod inter ingrediendum huc atque illuc ferant. Sunt autem Crura à genibus usque ad imum pedem. Celsus, Crus ex duobus ossibus constat, ex tibia & sura.

Crusculum, n. t. diminut. σκελίδιον. [Ital. Gambetta. Gall. Iambette, petite iambe. Hispan. Pequenna pierna. Germ. Schenckely, schenbeinly.] Martial. Pectus cicadæ, crusculum formicæ.

Crurifrepidæ, arum, Plauto in Trinummo dicuntur, quibus crura crepuerunt ferro, ut dicit interpres.

Crurules, quod Beroaldus maior elegans uocabulum dicit, reponendum idem putat apud Vlpian. in Argumento. de Au. & de arg. leg. nam pro eo uulgari codices habent fasciz crinales. Crusules autem & Pedules Vlpian. appellat à cruribus scilicet & pedibus uestiendis.

Crūsmă, atis, n. t, κρόσμα, κάστρον. [Ital. Cembalo. Gall. Vn sistre ou cloche. Hisp. Sonaia ò terrãna. Ger. Ein cymbel. ein instrument mit welchem man vor zeyten den weyber zů tantz gemachet hatt.] Propriè dicitur sistrum, & uelut cymbalum, quoddam tintinnabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τῦ κρόειν: hoc est, à pulsando, quòd sonum emitteret dum pulsaretur. Mart. lib. 6 Edere lasciuos ad Batica crusmata gestus, Et Gaditanis ludere docta modis. Batica autem crusmata uocat, quòd iis mulieres Hispanæ uti solerent: quemadmodum & hodie Venetæ puellæ: Vocant autem sua lingua, Va cymbalo.

Crūsta æ, f. p. Significat id excrementum, quod uel ob putredinem, uel concretionem super alicuius rei superficie nascitur. πλάξ ὄγκινον. [Ital. Crosta. Gall. Crouste. Hisp. Corteza dura no de comer. Ger. Ein rinden oder ranfft.] Virgil. lib 4. Georg. Concrescunt subitæ currenti flumine crustæ. ¶ Item Crusta, qua quid integitur, ut Crusta loculi. Plin. lib 19. cap 10. Locustæ crusta tragili munimentur in eo genere quod caret sanguine. ¶ In parietibus item, atq; in pauimentis Crustæ dicuntur tenuia marmoris, uitri, alterius ue materiæ segmenta quibus illa integebantur. Plin. lib. 36. cap. 6. Secandi marmora in crustas, nescio an Cariæ fuerit inuentum. Et paulò pòst, Primùm Romæ parietes crusta marmoris operuisse Cornelius Nepos tradidit Mamurram. Idem li. 36. cap. 17. Lithostrota cœpta uere iam sub Sylla, parunlis certè crustis. ¶ In uasis item aureis argenteisue Crustæ dicebantur, quæ ex diuersi generis materia illis illigabantur. Argenteis enim poculis, exempli gratia, lamminæ aureæ, uel emblemata ioncte bantur: quæ inde Crustata, χρυσένδετα appellabant. Cic. lib. 5 in Verrem, Vasis crustæ, aut emblemata detrahebantur. ¶ Crustas item, ἐσχάρας medici appellant, duros quosdam ulceri cortices, quibus uu'nera ulceraue obducuntur, medicamento aliquo caustico adusta.

Crustula, læ, f. p. diminut. à Crusta πλακούντιον. [Ital. Crostetta. Gall. Croustelette, petite crouste. Hisp. Pequenna corteza. Germ. Ein renfftle.] Apulcius, Paruas marmoreas crustulas parieti adiungens.

Crustō, as, a. p. Crustam inducere, & materia aliqua dura integere. κονιῶ. [Ital. Incrostare. Gall. Crouster, bailler ou donner crouste ou couuerture à quelque chose. Hisp. Sobreponer corteza. Germ. Ein ranfft oder rinden machen ei nem ding: item Etwas vberziehen.] Plinius libro 17. capite 17. Mala uerò generosissima eadem ratione crustant gypso uel cera.

Crustatus, a, um, participium: ut, Crustati parietis tertiò est, crusta marmoris intecti. λιθοστρωμένος τοῖχος. Secabãtur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. ¶ Primus apud Romanos Mamurra uir equestris ordinis, præfectus Fabrorum Cæsaris, Formiis natus, domus suæ, quæ in Cælio monte erat, parietes crusta marmoris traditur operuisse: ut ex Cornelii Nepotis sententia tradit Plin. li. 36. cap. 6. ¶ Item uasa argentea, quæ auro illigabantur, etiã Crustata dicebãtur, quæ Græco nomine Chrysendeta uocantur. Et Crustata animalia, crustis intecta. Plin. lib. 11. cap. 37. In marinis crustata & cartilaginea priores dentes habent.

Crustarius, m. s. Qui incrustat. λιθοστρώτης. Plin. lib. 33 cap. 12. Habuit & Teucer crustarius famam.

Crustarius, a, um. Quod ad crustas pertinet. Vnde Crustaria tabernæ, in quibus crustata opera uenduntur.

Crustosus, a, sum, Quod crustam habet. πλακώδης. [Ital. Chi ha la scorza grossa. Gall. Croustoux, qui a la crouste fort grosse. Hisp. Cosa llena de corteras. Ger. Rindechtig, rauschlechtig.] Plin. li. 12. cap. 9. Facilius hoc & crustosius, amariusq; & gummosum.

Crustana lingua, Dacorum Chelidonium apud Dioscoridem lib. 3. cap. 20.

Crūstŭlātă, æ, f. p. Placentæ genus, quod & Crustulum. Spartanus, Pentapharmacum edulii genus est ex quinque confectum, quod repertisse dicitur Achios Verus Rom. Imper. hoc est, fumen, phasianus, pauo, crustulata, & aprugna.

Crūstŭm, n. s. Est frustum eorum quæ comeduntur, siue sit pars panis, uel placentæ, uel alterius edulii. ψώμιον, πλακοῦς. [Ital. Pezzo di pane ò d'altra uiuanda che si dà à fanciulli. Gall. Vn gasteau, pain d'espice, ou telles patisseries ou piece & mourceau d'iceux. Hisp. La corteza de comer como turron. Ger. Ein stuck einer ässigẽ speyss.] Virg. 7. Aen. Patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Vnde per diminutionem Crustulum. Horat. lib. 1. Epist. Pueris dant crustula blandi Doctores, elementa uelint ut discere prima. Quod genus dulciarii esse putat Porphyrio. Varro 4. de Lingua Latina, Crustulum, à crusta pultis, cò quòd ut corium exuritur, Crusta dicta.

Crūstūmĭnă. Pyra sunt ex parte rubentia, Glaciola nunc dicta. à Crustumino agro, qui Tyberi fluuio à Veienti dirimitur, sic appellata. De his Plin. lib. 15. cap 15 & lib. 23. cap. 7. Item Colum. lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 10. Virgil. Crustumia pyra uocat, 2. Georg. Crustumiis, Syriis q; pyris, gaudebis uolemis.

Crūx, cis, n. t. Furca, siue patibulum in quo damnati figuntur. σταυρός: dicta à κρούειν, quod est Ferire, pulsare. [Ital. Croce. Gall. Croix, gibet, tourment, affliction. Hisp. La cruz. Germ. Ein creutz.] Plautus in Curcul. Colum obstringe, abduce istum in malam crucem, Cic. 7. Verrina, Statim deinde iussu Prætoris in crucem esse sublatum. ¶ Crux etiam dicitur quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Terent. in Eunucho, Et illis crucibus, quæ nos, nostramq; adolescentiam habent despicatam. Hinc ; etores Gabalum uocabãt. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in Gabalum suffigimus homines: uos non barbari, quòd noxios absolutis.

Crucio, as, n. p. Torqueo, affligo. ἀνιῶ. [Ital. Affligere, torcere. Gall. Tourmenter, affliger. Hisp. Atormentar ò fatigar. Germ. Peynigen, martteren.] Plaut. in Bacch. Ve ipsius se cruciat ægritudine. Terent. in Eunuc. Quæ nos semper omnibus cruciant modis.

Cruciatus, tus, m. q Tormentum, afflictio. λύπη [Ital. Afflitione. Gall. Tourment, affliction. Hisp. Tormento. Germ. Pein, plag, marter.] Cic. ad Atticum, Confectus, cruciatus summo dolore.

Cruciamentum, n. s. Eiusdem significationis. Cic. Philipp. 6. Nec graviora sunt tormenta carnificum, quàm cruciamenta morborum.

Cruciabilis, le, βασανιστικός, τιμωρητικός. Apuleius de Asino aureo, libro decimo, Sed illo cruciabili silentio diutiss mè fatigata.

Cruciabilitas, tatis, fem. t βασανιστικότης, τιμώρησις. [Ital. Tormento.

Tormento. Gall. Tourment. Hiſp. Tormento. Germ. Peynigung, marter.] Plaut. Ciſtell. Qui omnes homines ſupero, atq; antideo cruciabilitatibus.

Cruciabiliter, aduerb. βασανιστικῶς, τιμωρητικῶς. [Ital. Crudelmente, in gran tormento. Gall. En grand tourment. Hiſpan. Con mucho tormento. Germ. Peynlichen.] Hirtius 5. Belli Afric. Sic extra uallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti.

Cruciatus, a, um, Cruce dignus, apud Apuleium de Aſino aur. lib. 10.

Crucifigo, gis, act. fer. In crucem tollo. ἀνασταυρόω, σταυρόω. [Iachiodare in croce, crocifiggere. Gall. Crucifier, attacher contre une croix ou un gibet. Hiſpan. Crucificar. German. Creutzigen, oder an ein creutz hefften.] Suetonius in Domitian. Autorem ſummarum pridie quàm crucifigeret, in cubiculum uocauit. Plin. lib. 8. cap. 16. Eadẽ de cauſa crucifixos uidiſſe ſe cũ Scipione. Quintil. lib. 7. cap. 2. Inuenerunt decem crucifixum.

Cruentum uinum, inſuaue, quod bibendo cruciet. Alii legunt apud Celſum Cruciatum, pro acerbo & auſtero.

Crymedes, Febris, quæ pulmone ſacris ignibus correpto prouenit.

Crypſerebis, Eſt ſenſus teſticuli uel teſticulorum.

Crypta, æ, ſ. κρυπτή. [Ital. Grotta. Gall. Vne foſſe creuſe, comme une caue ſous terre. Hiſp. Grutea, cueue ſoterrãna. Germ. Ein kreutz, ein gewelb vnder der erden.] Cauerna, uel teſtudo ſubterranea, uel in monte excauata: ἀπὸ τοῦ κρύπτω, occulto. Iuuenal. Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburræ.

Cryptus, a, um. κρυπτικός. [Ital. Occulto, fedele. Gall. Secret, occulte, fidele. Hiſp. Soterranno, encobrido, fiel. Germ. Ein verborgen ort vnder der erden.] Significat occultum & ſubterraneum. Sidon. Potens antiquitùs cryptis arcubus formicauit. Iulius Firmicus Crypticos homines appellat, ſecreta fideli taciturnitate cuſtodientes.

Cryptoporticus, f. q. Nomen compoſitum ex Græco Latinoque, & ſignificat ſubterraneam porticum, cum amplis feneſtris, quæ refrigerandi gratia per æſtatem utimur. ¶ Poteſt etiam dici Porticus undiq; ſepta, & quaſi ſepimento parietum abſcondita, tanquam ſubterranea. Plin. in Epiſt. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget, contentaq; aere ſuo, nec deſiderat auras, nec admittit.

Cryſtallus, fœm. gen. κρύσταλλος. [Ital. Criſtallo. Gall. Cryſtal. Hiſpan. Criſtal. Germ. Cryſtal.] & Cryſtallum, neutri. Gemma candida & pellucida, ita dicta, παρὰ τὸ ψύλλεσθαι καὶ πήγνυσθαι τὸ κρύος: hoc eſt, ab eo quòd gelu contrahatur. Plinius libro 37. capite 2. Contraria huic cauſa cryſtallum fiunt, gelu uehementiore concreto. Nec aliubi certè reperiuntur, quàm ubi maximè hybernæ niues rigent: glaciemq; ille certum eſt: unde & Græci nomen dedêre. Hæc ille.

Cryſtallinus, a, um, pen. cor. Quod eſt ex cryſtallo. κρυσταλλικός. [Ital. Cryſtallino, che è di cryſtallo. Gall. Cryſtallin, qui eſt de cryſtal. Hiſp. Cryſtallino, coſa de cryſtal. Ger. Cryſtallen, von cryſtall gemacht.] Iuuenal. Grandia tolluntur cryſtallina, maxima rurſus Murrhina, deinde adamas notiſſimus, & berenices In digito factus pretioſior.

C ante T.

CT. In notis antiquorum, cauſa uel caput, uel ciuitatis. CTM. citra mirum. CTR. cæterum, uel ciuitatis Romanæ. CTO. contrarium, uel contractum. CT. V. O. A. B. ciuitate uita omnia autem bona. CT. RAE. ciuitas Rom.

Cuſpis, *latinis*. Quatuor ſunt dentes anteriores, à cibo concidendo dicti unde & τομεῖς appellãtur: Latini primores appellant. Græci etiam γελαστῆρας, quòd inter ridendum deregantur. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 1.

Cutiatri, ἀλητιατροί, Sunt medici iumentorum & pecorũ quaſi mulomedicos quis dixerit. κτῆνος enim Græci iumentum appellant, nonnunquá etiam pecus immolationi aptum, παρὰ τὸ λατρεύω τὸ θύω. Firmicus, Centauro oriente, qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorũ nutritor, aut mulomedicus, aut equarius. Hunc Columella & Varro, Veterinarium uocant, uulgus Marſicallum.

C ante V.

CV. In notis antiquorum, Centum uirum: uel, Clariſſimus uir: uel, Caſa uirginum. CV. clariſſimo uiro. CVI. cuius. CVII. ciuitas. CVL. cultores. CVR. curiarum, uel curionum, uel curſor. C. X. IN. ARG. cubitos decem inuenies argentum. C. XX. IV. AVR. M. cubitos uiginti inuenies aurum mirabile.

Cũbã, f. p. Sabinis nocator, quam militares Lecticam: unde uidetur deriuatum eſſe cubiculum. Feſtus.

Cũbãtũs, Cubiculare, Cubile. Vide Cubo.

Cũbitũs, ti, uel Cubitum, n. ſ. Curuatura brachii, ubi lacerto iungitur. πῆχυς, ἀγκών. [Ital. Gomito, braccio da miſurare. Gall. Coude, ou condée qui contient pie & demi. Hiſpan. Codo uel braço, ò codo de medir. German. Ellnbogen.] Plaut. Stich. Cubitis depulſa de uia. ¶ Iuuiti cubito, Virgilius 9. Aeneidos. Oſſa ingentia cubiti, Ouidius 12. Metamorph. ¶ A Medicis tamen Cubitus uocator os illud brachii, cui initimur, quod ab ima manu ad brachii curuaturam extenditur. Sunt enim in ea parte brachii duo oſſa, quorum interius Cubitum, ſuperius Radium uocant. ¶ Cubito emungens, ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος. Prouerbialis ironia in hominem ſordidi quæſtus & conditionis abiectæ. A ſalſamentariis ducta, quibus mos eſt narium mucum cubito abſtergere, nimirum manibus muria ſalſugine oppletis. ¶ Accipitur etiam pro menſura cubiti. Plinius lib. 7. cap. 16. Inuenimus in monumentis Salamiam Euthimenis filiam in tria cubita triennio adoleuiſſe. Conſtat autem cubitum ex ſex palmis: hoc eſt, digitis uiginti quatuor, ut author eſt Vitruuius libro 3. Seſquipes enim, hoc eſt, pes unus cum dimidio, facit cubitum. Pes, eſt ſexta pars altitudinis in corpore noſtro: cubitus quarta. ¶ Eſt præterea Cubitus regius, qui maior eſt communi cubito, tribus digitis, ſicut refert Herodotus libro 1. ¶ Eſt & Cubitus geometricus, qui tantum ualet quantum ſex noſtra cubita, ut Origenes Auguſtinusq; tradiderunt. ¶ Eodem cubito, κατὰ πῆχυν: hoc eſt, eadem regula, eadem menſura. ¶ Iuxta cubitum profecit, κατὰ πῆχυν ἐπιδέδωκε. De eo dicebatur, qui promotus erat ad meliora: ſiue quũ quis ordine legitimo progrederetur: ſiue quum magis proficit ac ceſſionibus. ¶ Homo tredecim cubitorum, ἀνὴρ τριῶν δικαπήχεις, de inſigniter procero corpore, ignaui & inutili. Theocritus.

Cubitalis, & hoc cubitale adiect. πηχυαῖος. [Ital. Alto un cubito. Gall. D'une coudée de haut. Hiſp. Coſa de medida de un codo. Germ. Ellnbógig, eines elnbogen hoch.] ut, Herba cubitalis apud Plinium. Cauea cubitalis, apud Liuium: id eſt, uno cubitu alta.

Cubitale, talis, per apocopen Cubital, Cubiti ornamentum τὸ ὑπαγκώνιον. [Ital. Coſa di un cobito. Gall. Dequoy on ſouſtient le coude. Hiſp. Armadura del codo. Germ. Ein gezierd der elnbogen.] Horat. in Serm. Ponas inſignia morbi Faſciolas, cubital, focalia.

Cũbõ, bas, bui, bitum, n. p. quamuis Cubatio, non Cubitio, cubare. κατάκειμαι, ἐυνάζομαι, κοιμάομαι, κοιτάζομαι. [Ital. Giacere, eſſer eſteſo, coricarſi. Gall. Se coucher, eſtre couche. Hiſp. Yazer. Germ. Ligen ſchlaffen.] Sicus & eius compoſita, quæ tam primæ, quàm tertiæ cõiugationis inueniuntur: ut, Accubo, as. & Accumbo, is: Decubo, as. & Decumbo, is: Incubo, as. & Incumbo, is: Recubo, as, & Recumbo, is: Occubo, as, & Occumbo, is. Virgilius, Nec adhuc crudelibus occubat umbris, id eſt, iacet mortuus. Idem, Seu uerſare dolos, ſeu certæ occumbere morti. Secubo, as, & Secumbo, is, quod eſt ſeorſum & ſeparatus cubo. Propertius, Miles depoſitis annoſus ſecubat armis. Liuius libro 39. Per iocum adoleſcens uetat eam mirari. E per aliquot noctes ſecubuiſſet religionis cauſa, ut uoto pro ualetudine ſua facto liberetur. Habet tamẽ Cumbo aliqua compoſita, quæ non habet Cubor, ut Diſcumbo, quod eſt cibi capiendi gratia iaceo, non Diſcumbo: Procumbo, non Procubo. Similiter Cubo habet aliqua compoſita, quæ non habet Cumbo: ut, Excubo, non Excumbo: Supercubo, non Supercumbo. Eſt autem Cubare, iacere: ut, Cubare in lecto, Plautus. Cubare in ſpecu, Plinius. ¶ Cubare in faciẽ, eſt cubare ſupinum, apud Iuuenalem. ¶ Et abſolutè apud Ciceronem 5. in Verrem, Quum iſte etiam cubaret in cubiculum introductus. Sic, Ire cubitum, & Surgere cubitu, Cat. ¶ Dicitur & de ægrotis. Horatius, Cubat hic in ualle Quiritis: id eſt, ægrotat, ſicut Interpretes exponunt. Cicero 4. Tuſcul. Itaque narrabat eum grauiter & copioſè, nihil

esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputasse. Colum. lib. 7. cubitorem bouem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia: quod quidem uitium fame & siti tollendum esse censet, non igni aliisue tormentis.

Cŭbĭto, as, n.p. Frequentatiuum. *κοιτάω* [Ital. Dormire nel letto. Gall. Se coucher, ou estre couché souuent. Hispan. Dormir en lo lecho. Germ. Stätig, oder offt ligen, schlaffen.] Cicero pro Cælio, Et propter nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper pusio cum maiore sorore cubitauit. Plaut. Pseudol. Tunc etiam cubitare solitus es in cunis puer?

Cubatus, us, m.q. Cubandi, seu dormiendi actus, *κοίμησις*. [Ital. Il giacere, il ripofarsi. Gall. Couchement, repos de nuit. Hisp. Yasija ò estada en la cama. Germ. Das ligend schlaaffen.] Idem libro 10. capite 17. Medicina in fame, & cubatus in fumo.

Cubile, pe prod. n.t. Lectus, quòd in eo cubetur. *κοίτη, εὐνή*. [Ital. Letto. Gall. Lit, le lieu à se coucher & dormir, nid, taniere. Hisp. Lecho, ò cubril proprio lugar de las fieras. Ger. Ein bett.] Cic. 1. Tuscul. Abducet Patrocles credo, ut abducet in cubile ut uulnus obliget. Idem 1. Tuscul. Terra cubile erat Anacharsi. ¶ Cubilia item dicuntur loca in quibus feræ cubant. Quintilianus libro 2. capite 16. Moliri cubilia ferarum. Cic. 2. de Natura deorum, Deliteſcunt cubilibus bestiæ. ¶ Dicitur & de structura. Plinius libro 15. Ea, inquit, maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Vtitur hac uoce & Vitruuius libro 2. in eadem significatione. ¶ Cubile salutatorium dicitur, in quo simulachra deorũ imponi solent: quod & Lararium alio nomine dicitur. Plinius lib. 15. cap. 11. Omnia iam & uirorum salutatoriis cubilibus inclusa.

Cubiculum, n. ſ. Locus uno uel pluribus cubilibus instratus, nocturnæq; quieti destinatus, *οἰκημάτιον, κοιτών*. [Ital. Camera. Gall. Chambre à coucher, ou dormir. Hisp. Camera donde dormimos. Ger. Ein schlaaffkammer, ein ort da vil bett ſtond, auff welchen man schlaaffet.] Seneca ad Lucil. Quid prosunt multa cubiculatin uno iacetis. Cic. 5. in Verrem, In cubiculum introductus.

Cubicularii, Qui cubiculo, uel ad limina assident. Alphenus hos numerat inter eos quos usus sui causa paterfamilias habet ad finem l. in censoria. ff. de uerb. sig.

Cubicularius, mat. ſ. Qui in cubiculo ministrat *λιτουργός*. [Ital. Cameriere. Gall. Chamberlant, valet de chambre. Hisp. Camarero, guarda de la camara. Germ. Ein kämmerling, ein diener, ſo auff de schlaaffkammer wartet.] Cicero 5. in Verrem, Huc ueſtri ianitores, hunc cubicularii diligunt.

Cubicularis, & hoc cubicolare, omn. t. Quod ad cubiculum pertinet. *θαλαμικός*. [Ital. Di camera, pertinente à camera. Gall. De chambre. Hisp. Cosa para camera. Germ. Das zů der schlaaffkammerē gehört.] ut. Vestis cubicularis, qua in cubiculis utimur: &, Cubicularis lectus, apud Cic. 5. Tuscul. ¶ Cubicularis, pro cubilario. Sueton. in Neron. cap. 38. Incendit urbem tam palàm, ut plerique Consulares, cubiculares q; eius cum ſtoppa taedaq; in prædiis ſuis deprehenſos non attigerint. Quædam exemplaria legunt Cubicularios.

Cubicularius, aliud adiectiuum, *κοιτώνιος*: ut, Cubicularia lucerna. Martial. lib. 14.

Cubitor, cubitoris, m. t. nomen. *λιτικλιτικὸς, λοιμικτικὸς κοιμητής*. Columella lib. 6. Cubitorem bouem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia. Quod quidem uitium fame & siti tollendum esse censet, non igni aliisue tormentis.

Cŭbus, m. ſ. *ἑξάεδρος*. [Ital. Ciò che ha la figura quadrata. Gall. Figure quarrée de tous coustés, quarreau. Hisp. Cosa quadrada, como el dado. Germ. Ein ding das an allen orten gleych geviert iſt, als ein würffel.] Est figura ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ, quibus in alueolo luditur, quæ etiam *ἀστράγαλοι* à Græcis sunt appellatæ. ¶ In numeris etiam Cubus dicitur, quum omne latus eiusdem numeri æqualiter in se soluitur: sicut fit, quando ter terna dicuntur, atq; idem ipse numerus triplicatur.

Cŭcŭlĭo, as. n. p. penul. cor. Proprium est nocis noctuæ. *ὑλάω*. [Ital. Gridare come la ciuetta. Gall. Vuyer, comme un hibou ou chahuant. Hisp. Cantar la lechuza. Ger. Vuigglen oder huwlen, ſchreyen wie ein nachteul.] Vt in carmine de Philomela, quòd falsò Ouidio ascribitur, Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cŭcullĭo, m. t. Est (ut Capitolinus docet) genus pilei uiatorũ, quo capite obtecto, noctu uagari solent. *πῖλός τις νυκτερινός*. [Ital. Capello ò cappa, portata in capo per la pioggia ò altramente. Gall. Coqueluchon, un chaupeau ou couuerture de la teſte, pour la nuit. Hisp. El papahigo ò capirote. Germ. Ein nachtkappen die man braucht to man wandlet.] Cato de Re ruſt. cap. 2. uidetur offendere uestis rustica genus fuisse, qua operæ aduersus tempestatem iniunctæ tegebantur: Quum tempestates, inquit, pluuiæ fuerint, uideto quot dies, quæ opera per imbrem fieri potuerint, dolia lauari, picari, uillam purgari, funes ueteres sarciri, nouosq; fieri: centones cucullionesue familiam oportuisse sibi sarcire.

Cŭcŭlus, mas. ſ. simplici c, & unico l, scribendum est, & ferè semper mediâ producit, teste Erasmo in adagio Cuculus. *κόκκυξ*. [Ital. Cuculio, ugello. Gall. Cocu ou coucou. Hisp. Cuclillo aue. Germ. Ein gucker, guckgauch.] Horatius in Serm. Cui sæpe uiator Cessisset, magna compellans uoce cuculum. Martialis tamen penultimam corripuit. Quanuis per plures cuculus cantauerit annos. ¶ Est autem Cuculus auis notissima, quæ in aliarum auium nidis oua parit, q; sciat se omni auium generi esse odiosam, neq; confidat pullos in suo nido tuto futuros. Quare nõ uideo quid Gallis uenerit in mentem, qui adulteræ maritum Cuculum uocant, cui multò rectius Curruca nomẽ conueniat, quæ aliena oua pro suis fouet. Plaut. in Asin. Cuculum uocat adulterum, quòd scilicet ex alienis uxoribus liberos gignat, quos mariti pro suis educẽt. Plaut. Asin. At etiam cubat cuculus, surge amator, i domum. Et paulò pòst, Cano capite te cuculum ex lustris rapit.

Cucullus, gemino l. Genus uestis est. *πῖλός τις νυκτερινός, τὸ κάλυμμα*. [Ital. Veste che ha il cappuzino, scartozzo. Gall. Coqueluchon ou une cape que les femmes portent pour ſe couurir durant la ploye. Hisp. Capilla de uestidura, ò cogulla, el papahigo, ò capirote. Germ. Ein kleid mit einem gugel oder lappen, ein kutten.] Iuuen. Sat. 6. Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos. Vnde constat monachos nostros malè uti hoc uocabulo Cuculla fœminini generis. Sunt qui accipiant pro nautico aut rustico tegmine, ad arcendas pluuias. Colum. Culram ueſtitamq; familiam, magis utiliter quàm delicatè habeat, munitam diligenter à uento, pluuia: q; cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, uel sagis, aut cucullis. Iuuenalis, Contentus q; illic Veneto duroq; cuculio. ¶ Cucullus etiam pro tegmento papyraceo, quo pigmentarii untuntur, sumitur. Martialis libro 3. Vel thuris piperisque ſit cucullus.

Cucullatus, a, um, Qui cucullo indutus est, *ὁ τὸ πιλίον περιθέμενος*. Colum. lib. 11. cap. 1.

Cŭcŭmă, f. p. penul. prod. Vas æneum, calefaciendæ aquæ idoneum. *τὸ κανκάμιον, λεβήτιον & ἐδάριον*. [Ital. Cuogoma di ferro, ò die rame. Gall. Paellon. Hisp. Vaſo de Cobre, como caldera ò sarten. Germ. Ein keſſel.] Petron. Arbiter in Satyr. Frangitur ceruix cucumæ, ignemq; ualescentem restinguit. ¶ Cucuma item appellatur tugurioluin exiguũ, in quo pauperiores habitabant. Martial. lib. 10. Torquatus nitidas Pario de marmore thermas Extruxit, cucumam fecit Otacilius. ¶ Budæus scribit, Cucumam esse genus baculi ferrati. Iurisconsul. ad l. Iuliam de siccariis, Sed & ſi claua percusserit, aut cuma in rixa: quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam.

Cucumella, dimin. ſ. p. *λεβητάριον*. Alphenus l. ſi quando. ff. ſi ſero. nend. Et Seius in eo ſyluam, seuisset, neq; nõ labra, crateras, cucumellas positas haberet, &c.

Cŭcŭmĕr, m. t. siue Cŭcŭmis, pen. prod. cucumeris, siue cucumis in genitiuo. Herba est sarmentis prælongis, humi repentibus, & in ramos uitis modo se diffundentibus, folia rotundo, cucurbita aliquanto minore, flore luteo, fructu oblongo, & ubi maturuerit, flauo, maculis quibuſdam diſtincto, qui & ipſe herbæ suæ cognominis est. *σίκυος ἡ σικύη*. [Ital. Cucumero. Gall. Concombre. Hispan. Cohombro. Germ. Cucumeren, iſt ein frucht gleych den kleinen kürbſſen.] Varro lib. 4. de Ling. Latin. autor est, cucumeres à curuitate dictos, quasi curumeres. Vnde & Torcum cucumerem

tu autem uocat Virg. 4. Georg. -Torrusq; per herbam Cretentia uentre cucumis. Plinius tria enumerat cucumeru genera Laconicum, Scytalicum, & Bœoticum. Vide ipsam lib. 19 cap. 5.

Cucumis anguinus, siue syluestris, Herba est solo fructu à sati uo cucumere distans, quem multò minorem habet, glandibusq; longiusculis similem. *σικυος ἄγριος*. Officinæ Cucumerem asininum appellant. Succum eius Elaterium uocant, *ἀπὸ τῆ ἐλάυνειν*: hoc est, ab expellendo: siquidem & menses mulierum retentos expellit, & grauidis abortum facit. Vide Plin. lib. 20. cap. 2.

Cucumerarium, n. c. Locus cucumeribus consitus. *σικυάριον*. [Ital. Luoco douc ruscano cucumeri. Gal. Le lieu ou croissent les cocombres. Hisp. El cohombral. Germ. Ein ort da vil cucumeren gepflantzet sind.] Cyprian. pro tugurio custodiarum posuit. Solet enim fieri tuguriolum, in quo custos uigilanter obseruat, ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cucumis, Genus piscis ex genere concharum, cuius meminit Plin. lib. 11. cap. 11. Est etiam Cucumis ornamentum ex auricalco, in modum lancis factum, quod habenis affigitur, lorisue, quę ab harmis pendent, atq; pectore equorum. Alias pro malo apud Martialem.

Cucurbita, æ, f. p. Herba hortensis est notissima, etiam hodie in Officinis nomen retinens, fructus magnitudine omnes tam herbarum, tum arborũ fœtus exuperans. *κολοκύνθη*. [Ital. Zucca. Gall. Vne courge. Hisp. Calabaça. Germ. Ein kurbis.] Plin. lib. 19 cap. 5. duo eius facit genera. Plebeium, quod humi repit: & Camerarium, facili flexibilique ramorũ tumore tectis, per gulas & testudines operiens. Verba eius sunt hæc, Cucurbitæ duo prima genera, Camerarium & Plebeum, quod humi repit. In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Hæc omni modo fastigatur, uaginis maximè utilibus, conjecta in eas, postquã defloruit. Crescit qua cogitur forma, plerunq; & draconis interdũ figura: libertate uerò pensili cõcessa, iam uisa est nonnem pedum longitudinis. Hæc ille. ¶ Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam, *ἢ λήκυθον, ἢ κολοκύνθην*. Id perinde valet, quasi dicas, Aut mortem, aut uitam: Aut lucrum, aut damnum: Aut uictoriam, aut contrà. Græci cucurbitæ florem *λήκυθον* appellant. Incertum autem utrum mox euanescat, aut cucurbitam fit paritura. ¶ Cucurbitas lippire, *κολοκύνθας λυμαίνειν*. In excutientes ac stupidos dicitur, præsertim in eos qui ætatis uigore destituũtur. ¶ Cucurbita honor, *κολοκύνθας ἐγείρειν*. Suidas & Zenodot. pro adagio referunt: citatur ab Athen. lib. 3. Hinc ductum prouerbium, q cucurbita undiq; turgeat integra, nec rimas hiis, nec uermiculis obnoxia. ¶ A fructus huius similitudine apud Cels. lib. 2. cap. 11. Cucurbitam, & per diminutionem Cucurbitulam, eam appellari legimus, quæ nunc Ventosa dicitur. Prima enim huiusmodi uascula ex cucurbita fiebãt. Ait enim, Vsus cucurbitulæ præcipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua uitiũ est. Ibidem, Cucurbitularum duo sunt genera, Aereum & Corneum: unum, altera parte paret, altera clausa est: cornea, altera parte æquè patens, altera fõramen habet exiguũ, &c. Iuuenalis Satyr. 14. - Vacuumq; cerebro Iam pridem caput hoc uentosi, cucurbita quærat.

Cucurbitare, Dicitur Vasallus, qui domini uxorẽ adulterat, uel ad crimẽ istud falsum solicitat, turpiter tentat, affectat. item filiam, neptem, nurum aut sororem eius polluit. Zasius de Feud. prima.

Cucurbitula, f. p. Vide Cucurbita.

Cucurbitinus, adiect. ut, Cucurbitina pyra dicimus, & Cucurbitinas ficus, ob cucurbitæ similitudinem. *κολοκυνθίνα*. Cato de Re rust. cap. 7.

Cucurbitarium, rii. Locus in quo seruantur cucurbitæ. *κολοκυνθῶν*.

Cucurbitarius, n q. Amator cucurbitarũ, *φιλοκολοκυνθίου*.

Cãtrĭo ris, n q. pen. prod. Gallorum propriũ est. *ἀλεκτρύω*. [Ital. Fare il uerso del gallo. Gall. Coqueter, comme quand le coq appelle les poules. Hisp. Carcatear el gallo. Ger. Thuren oder gruggen wie ein han.] Autor Carminis de Philomela, quod falsò Ouidio adscribitur, Cucurire solet gallus, gallina gracillat.

Cũdo, is, cudi, a. r. nõ cõsi, ut quibusdam uidetur, supinum hoc usum, unico s, ut Excudo, di, sum: nã excussum, est ab excutio. Virg. 1. Aen. Ac primũ silicis scintillã excudit Achates. Vbi Seruius Excudit, Eliciendo elicit: nam Cudere, ferire est. *λίσσω, τορεύω, κολάπτω, τυπόω, ἢ χαράττω* [Ital. Battere, stampare, contare. Gall. Battre, fraper, forger, imprimer sur metail. Hisp. Herir, imprimir, cunnar. Ger. Schlahen, schmiden.] Vnde & incus dicitur, q illic aliquid cudamus, id est, feriamus. ¶ Cudi pecunia dicitur, quũ illi signum principis uel reipubl. imprimitur. Terent. in Heaut. Argentum cudo, quod tibi dẽ. ¶ Passiuum protulit idem Terent. in Eunuch. At enim in me istũc cudetur faba, qd est, in me hoc malum recidet, in me hæc uindicabitur culpa. Metaphora ducta est ab area, in qua fabæ triturantur: hoc est, siliquis suis excutiũtur. Ibi enim, quãuis faba præcipuè cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt. Huius cõposita sunt, Accudo, Excudo, Incudo, Procudo, & Recudo, quod est iterũ cudo. Varr. Vt ubi solent, qui uera metalla recudunt. Habent autẽ hæc omnia penultimã productam.

Cudo, nis, m. c. Significat tegumentum ex corio contectũ, quo uice galeæ uti solent. Silius lib. 10. Scipio contorquẽs hastam, cudone comantes Discrit crines.

Cuĭās, atis, m. c. *ποδαπὸς*. [Ital. Di qual patria, di qual nazione, di qual terra? Gall. De quel pais. Hisp. De que tierra ò uando. Ger. Von wannen bistu welches landts bist du?] Significat Vnde, & nõ tantum patriam, genterẽ, nationemq; innuentes apud Cic. lib. 5. Tusc. Socrates quidem quum rogaretur, cuiatẽ se esse diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur) sed etiam partes & sectam: ut, Cuiates philosophi uos estis: Stoicine an Epicurei? Sic nostras & Vestras. Cic. Non solùm etiam ista uestra oratoria, sed & hæc etiam leuia nostratia. ¶ Dicitur & Cuiatis communi genere: unde apud Plautum frequenter legitur, Cuiatis est: id est, cuius patriæ & gentis. Accius Telepho, ut citat Nonius, Qui neq; cuiatis esset, unquam potuimus, multa rogantes scire.

Cuĭus, ia, ium, adiect. per tria genera declinabile. *τίνος ἄρα*. [Ital. Di chi? Gall. A qui est? Hisp. De quien? Germ. Vnelches, oder wesse?] ut, Meus, mea, meum. Refertur autẽ ad personã possessoris. Virg. Aegl. 3. Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? Teren. in Andr. Cuium puerum hîc apposuisti? dic mihi. Idem in Eunuch. Quid uirgo, cuia est? Plaut. in Curc. Cuiam uocẽ audio? ¶ Pro eodẽ interrogamus per Cuius, genitiuum a Quis, quæ, quod, uel quid: ad quẽ respondetur etiam in eodem casu, præterquam in possessiuis, tam pronominibus q̃ nominibus. Vt quum quærimus, Cuius est hæc æstis? respondemus, Mea, uel herilis. Cuia res est. Cic. 3. Verr. Vt optima cõditione fieris, cuia res sit, cuium periculum. ¶ Cuia interest. Cic. pro Muræn. Ea cædes potissimùm crimini daturi ei cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit. ¶ Antiquitùs Quo ius scribebatur: ut est uidere in emendatis Plauti exemplaribus.

Cuĭusmŏdi, Vox est indeclinabilis, cõposita ex duobus genitiuis, Cuius, à quis, & Modi, à modus. *ποίας τινός, ὁποίας τινός*. [Ital. Di qual manera. Gall. De quelle sorte, ou de quelque sorte. Hisp. De qui en manera. Germ. Zuff welche gattung, welcherley.] Ponitur autẽ relatiuè, infinitè, interrogatiuè, & etiam admiratiuè. Plaut. in Men. Cuiusmodi homines erũt? E. Ego & Menæchmus, & parasitus eius. Et aliter apud Cicer. de Inuent. Quòd si hæc cùm summè inutilia, tum multò turpissima sint, legem, cuiusmodi sit, in præsentia conseruari à iudicibus, id est, En la sorte qu'elle est. ¶ Pro eodem dicimus, Cuiusmodicunq; Cic. pro Cluen. Nam illud me non præterit, cuiusmodicunq; mater sit, tamen in iudicio filii de turpitudine parẽtis dici uix oportere, id est, Qu'elle qu'elle soit. Id Salustius diuisim enuntiauit. Neq; solùm ciues, sed cuiuscunq; modi genus hominum, quod modò bello usui foret, &c.

Culcĭtrā, pen. corr. f. p. Non stragulum est, quo dormientes integimur, ut quidã perperã tradiderũt: sed potius id quod plumis, tormẽto, floccis, alitue materia fultũ dormituris substernitur. *ἐφάπλωμα, στρωμνή*. [Ital. Letto, coltra, materazzo. Gall. Coutil de lit, un lit de plume, de bourre, ou de laine. Hisp. Colcedra, colchon, colcha. Germ. Ein bett, ein polster, oder pfulwẽ mit fäderẽ ausgefült.] Nomẽ aũt habet à calcãdo, siue inculcãdo, q calcibus, hoc est, pedib. inferciatur. Cic. 4. Tusc. Eripiamus huic ægritudinẽ, quo modo collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus. Idem ad Atticum lib. 13. Nam Silius culcitras non habet. Iuuenalis Satyra 5. Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto, Vnà simus, ait.

Culcitula, f. p. dim. *τραυμάδιον, μικρὰ τραυμά.* [Ital. Picciola coltra ò materazzo. Gall. Vn petit coutil, un petit lit de plume. Hisp. Pequeña colcedra. Germ. Ein bettly, ein pfulwely.] Plaut. Most. Is me suâ qdẽ pol optat culcitulâ.

Cúlcitŭlă, Fasciculus quidã ligneus in sacris dicebatur. Fest.

Cúlĕŏlă. Sunt cortices nucum uiridum, similitudine culeorum, quibus oleum aut uinum continetur. Hæc Festus.

Cŭlĕus, m. s. *κωλεός.* [Ital. Sacco. Gall. Vn sac ou naisseau de cuir. Hisp. Sacco, la odriua. Germ. Ein sack, ein ládersack.] uel etiam Culeum, neutri generis, uel (ut alii scribũt) Culleum, gemino l, Vter, siue saccus ex lino, uel cannabe, uel corio factus, ab occuleudo, id est, claudendo. Eo utimur ad portanda frumenta. Plin. lib. 7. cap. 10. Iunius Valens meruit in prætorio diui Augusti centurio, uehicula cũ culeis donec exinanirentur, sustinere solitus. ¶ Factus est etiam Culeus pœna parricidarum. Nam parricidæ sanguineis uirgis uerberati, in culeo cum cane, simia, gallo & serpẽte inclusi, mari iniiciebantur. Vnde Iuuen. - Quis tam Perditus ut dubitet Senecam præferre Neroni? Cuius supplicio non debuit una parari Simia nec serpens unus nec culeus unus. ¶ Vnde culeo dignum prouerbialiter dicimus de homine enormiter scelerosо. ¶ Est & Culeus nomen mensuræ uiginti amphorarũ capacis, uel quadraginta urnarum, ut est apud Plin. libr. 14. cap. 4. & Colum. li. 3. cap. 3. ¶ Hinc Sesquileare dolium apud Columel. est triginta amphorarum, quasi culeum & dimidiatum.

Cŭlex, m. t. *κώνωψ.* [Ital. Zanzara. Gall. Mouscheron, tout petit ver ayant aisles. Hisp. Mosquito. Germ. Ein muggen oder brámen.] Vermiculus paruus, alatus: de cuius natura uide Plin. lib. 11. cap. 2. Plaut. in Cure. Vt muscæ, culices pedesq; pulicesq; & cimices. Culicem elephanti conferre, *κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν*, dicuntur, qui minima maximis comparant. Libanus ad Casium.

Cŭlignă, f. p. *μαγειρεῖον.* Potorium uas, teste Festo. Cato capite 131. Ioui dapali culignam uini quantũ uis polluceto. Idem alibi, Culignam in fœnograco ponito, ut bene oleat.

Cŭlina, f. p. pen. prod. ut Varro de uita Pop. Rom. scribit, dicta est ab eo, quòd ibi colebant ignem locupletiorem domus. *μαγειρεῖον.* [Ital. Cucina. Gal. Cuisine. Hisp. Cozina, lugar de cozinar. Germ. Ein kuche.] Plaut. in Cas. Senex in culina clamat, hortatur coquos. Iuuenalis continẽs pro contento, posuit scilicet pro cibis coctis, quum inquit, Sequitur sua quemq; culina.

Culinarius, m. s. *μαγειρικὸς* & Culinor, aris, quod est Culinã exerceo, *μαγειρεύομαι.*

Culinæ, Loca quædã publica in suburbanis dicebãtur, in quibus destinata funeribus, ut ait Aggenus in lib. de Limit. agror.

Cŭlmĕn, n. r. Dicitur uerter, uel fastigium domus, uel etiam alterius rei. *γέγωνε, τό.* [Ital. Colmo, tetto sommità d'alcuna cosa. Gall. Le feste & sommet d'une maison, le haut, le coupeau, la pointe. Hisp. Cumbre de cosa alta. Ger. Ein gipfel eines hauses, die first eines stroumtachs.] Ab antiquis culmina dicta sunt tecta, quia ædificia è culmo, id est, paleis è messibus collectis, contegebant. Virg. 1. Aegl. Pauperis & tugurii congestũ cespite culmen. Ibidem, Et iam summa procul uillarum culmina fumant. ¶ Culmen, summitas alicuius rei. Plaut. Trin. È Capitolio, quo in culmine astat summo. Plin. lib. 9. cap. 35. Principium ergo, culmenq; omnium rerum pretii, margaritæ tenent. ¶ Culmen pro Culmo, siue stipula. Ouid. 4. Fast. Sanguis equi suffimen erit, uitulíq; fauilla: Tertia res, duræ culmen inane fabæ.

Cŭlmŭs, m. s. Frumenti calamus, à radice usq; ad spicam, distus q colatur: unde olim & Columus dicebator, sicut & Columen primò, quod postea Culmen. *καλαμών, καλάμη, ἀνθερίξ.* [Ital. Gamba del frumento. Gall. Chaume, chalumeau, ou tuyau de blé ou d'auoine ou de semblables. Hisp. La canna del trigo. Germ. Ein halm oder stengel an dem korn, gersten.] &c. Virg. 1. Georg. - Ne grandis procumbat culmus aristis. Ibidem, - Culmumq; leuem stipulasq; uolãtes. Vbi Seruius, Culmus dicitur ipse calamus: stipulæ uerò, quæ ambiunt culmum. ¶ In culmo arare, *ἐπὶ καλάμης ἀρᾶν* dicuntur, qui labore nunquã intermisso, uim mentis exhauriunt: aut qui nunquã desinũt ab amicis petere quod dent. Sumpta metaphora à animum auidis agricolis, qui segetẽ nõ patiuntur unquã interquiescere: sed assidua cultura succũ omnẽ soli exhauriunt, statim à messe nouã ingerentes sementẽ. Suidas citat ex Lysia.

Cŭlpă, f. p. ut scribit Donatus, est eius qui insciens aliquid fecit. *ἁμαρτία.* [Ital. Colpa. Gal. Faute, coulpe, offense, blasme. Hisp. Culpa de algun malhecho. Germ. Die schuld einer misshandlung.] Plautus in Epid. Mihi ut ignoscas, si quid imprudens culpa peccaui mea. Idem in Mercat. Dii sciunt, culpam meam istanc nõ esse ullam. Cic. 1. Offic. Ne maior pœna quàm culpa sit, cauendum. Iurisconsulti duo faciũt culparum genera, Latam & Leuem: Latam culpam appellantes dolum præsumptum: Leuem uerò, negligentiam, quum scilicet quis eam diligentiam in rebus alienis non præstitit, quam prudens paterfamilias solet. Culpæ nomen generale est, dolumq; comprehendit non quidem uerum, sed præsumptum. Nam si in materia culparum, quam nemo diligentius tractauit doctissimo nostro Zatio, uero dolo locus esset, iam culpam nominare quid attineret? l. fi. idem. C. de Codicil. uu'.

Culpo, as, are, a. p. Contrarium est uerbo laudare. *κατηγορῶ.* [Ital. Incolpare. Gall. Blasmer, reprendre. Hisp. Culpar algun malhechor. German. Beschuldigen, oder schálten.] Plaut. in Bacch. Illum laudabũt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali. Idem Asin. Neq; quæ recte facient culpo, neq; quæ delinquent amo.

Culpatio, fœ. pr. uerbale *ἔγκλησις, αἰτίασις.* [Ital. Biasmo, riprensione. Gall. Blasme, reprehention, reproche. Hisp. Culpa, reprehension. Germ. Beschuldigung.] Gell. lib. 10. cap. 11. Ne ipsi quoq; culpationes huiusmodi mereantur.

Culpito, as, are, frequentatiuũ. *συχνὰ αἰτιάσομαι.* [Ital. Biasmare spesse. Gall. Blasmer souuent. Hisp. Culpar muchas uezes. Germ. Offt schálten, oder beschuldigen.] Plaut. in Cistel. Verùm haud metuo, ne iusiurandum nostrum quisquam culpiter.

Cŭlĕr, m. s. Dicitur omne instrumentum quo aliquid scindi tur. *μάχαιρα.* [Ital. Coltello. Gall. Cousteau. Hisp. Cuchillo. Germ. Ein messer.] Plaut Epid. - Acutum cultrum habeo Qui seni exenterem marsupium. Vnde culter tonsorius, dicitur nouacula, qua tonsores barbas radunt. Cic. Offic. 2. de Dionysio superiori loquẽs, Qui cultros tõsorios metuens, sibi candente carbone adurebat capillum. ¶ Item Culter uenatorius, dicitur Venabulum, uel potius ferramentum uenabuli. ¶ Culter etiam dicitur Vomer aratri, quo terra, priusquam proscindatur, secatur, turnimq; soleis uestigia præscribuntur. Author Plinius lib. 18. cap. 5. ¶ Veteres etiã in nominatiuo Cultrum dixerunt. Propert. Et canis nostros nimis experrecta dolores, Quum fallenda meo pollice cultra forent. ¶ Sub cultro linqui, prouerbiali figura dicitur qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora à uictima, quæ iamiam ferienda, sub cultro esse dicitur.

Cultellus, m. s. dimin. *τὸ μαχαίριον.* [Ital. Picciolo coltello. Gall. Petit cousteau, coustelet, ganiuet. Hisp. Pequeño cuchillo. Germ. Ein messerlin.] Iuuenal. Saltantem spectans & chironũta uolanti Cultello. Purgare ungues cultello. Horat. 1. Epist.

Cultellare, Verbum antiquum fuit, de quo sic Frontinus in lib. de Limit. Cultellãdi ratio quæ sit, sæpe quæritur, cuius præmenũ soli spatium consummamus, & illam diuorum inæqualitatem planam esse cogimus, dum mensuræ lateribus inseruimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem & ad planitiem redigimus.

Cultellatus, a. um, Formam cultelli habens. *μαχαιροειδὴς.* [Ital. Che ha forma di coltello. Gall. Agu & trenchant en façon de cousteau. Hisp. Lo que tiene forma de cuchillo. Ger. Die ein messer gemache.] ut, Dorsum cultellatum Plinius libro 32. cap. 2. Cultellatulus lapis etiam dicitur, ut est apud Hygenum, qui pentagoni recipit rationem.

Cultratus, ta, tum, *μαχαιρωτός.* Idem ut Cultratos mucro, qui scindit uelut culter. Plinius lib. 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone.

Cultrarius, m. s. Minister qui uictimam cultro immolat: qui alio nomine dicitur Victimarius. Suet. in Calig. Admota altaribus uictima, succinctus poparũ habitu, claro altè malleo cultrarium mactauit.

Cŭltŭs, Cultus, Cultura, Cultor, Vide Colo.

Călălŭs, Calix fictilis quo in sacris utebantur Pontifices, & Vestales uirgines, testibus Porphyrione & Acrone. ¶ Accipitur & pro urceolo Horat. in Arte, Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborant. Idem 1. Carm. Ode 31. Diues & aureis Mercatores exi-

cet cu-

et mutilis Vina Syra rep. &c.

Cùm, Præpoſitio copulatiua, quæ ablatiuo ſolet coniungi, nomen ſocietatem & coniunctionem animi: ut, Summa cum benevolentia, ſumma cũ hilaritate illum excepi. σὺν, μετά. [Ital. Con. Gall. Auec. Hiſp. Con. Germ. Mit.] Interdum denotat comitatum: ut, Cum Socrate profectus ſum. ¶ Aliquando accipitur pro contra, πρός: ut, Cum hoſte pugno. ¶ In compoſitione verò poſtpoſita inuenitur: ut, Mecum, Tecum, Secum, Quicum, Quibuſcum. ¶ Aliquando adverbium eſt, & accipitur pro Quando. ὁπότε. [Ital. Conciofia. Gall. Quand, ueu que, iaſoit, combien que Hiſpan. Quando. Germ. Wann.] Virgil. 3. Aegl. Cùm faciam uitula pro frugibus, ipſe venito. Cic. Nonnihil me conſolatur, cùm recordor quanta me compleſtere benevolentia. ¶ Iungitur modò indicatiuo: ut, Cùm dico, Cùm dicebam, Cùm dixi, Cùm dicam. Modò ſubiunctiuo: ut, Cùm dicerem. ¶ Interdum accipitur pro Dum, ἐπειδή. Cic. Cùm me in Africam contuliſſem. ¶ Interdũ pro Quamuis, & exigit poſt ſe Tamen, ſubiunctiuoq; ſubiunctiuo. Cic. pro Deiotar. Cùm in omnibus cauſis grauioribus initio dicendi commoueri ſoleam, tamen in hac multa ita me perturbant. ¶ Aliquando pro Quoniam, ut cauſam denotet: & ſimiliter ſubiunctiuo iungitur: ut, Cùm inuenta Latinos proprio ſermone hæc parũ attigiſſe, conatos ſum pro uiribus. ¶ Iunguntur quandoque Cùm & Tum, ut quæ licet idem ferè ſignificent, diuerſo tamen modo ordinantur: nam in Cùm eſt quiddam minus, in Tum quiddam maius: & hoc duobus modis fit: ut aut generale præcedat, & ſequatur ſpeciale: aut ambo ſint ſpecialia. Primo modo ſic: Quintil. Quod cùm omnibus conſtendum eſt, tum nobis præcipuè, qui rationem dicẽdi à bono uiro non ſeparamus: id eſt, omnibus multum, mihi autẽ maximè. Altero modo: Idem, Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus: quẽ cùm amiciſſimum nobis, tum eximio literarum amore flagrãtem, digniſſimũ hoc munus in nos charitatis pignore iudicamus: id eſt, multum propter amorẽ tuum in nos, plus tamen propter amorẽ literarum. ¶ Aliquando etiam Cùm & Tum coniunctiuo iunguntur. Cic. Catoni li. 2. Epiſt. Graui teſte priuatos ſum amoris erga te mei, patre tuo clariſſimo uiro: qui cũ ſuis uirtutibus, tum uerò te illo ſuperaſſet omnium fortunas, ſi te antè uidiſſet, quàm uita diſcederet. ¶ Quando autẽ ſit ſub duobus uerbis, ſteri debet ſub eodem modo & tempore. Cic. Attic. lib. 1. Itaq; cùm meus me mœrtur quotidianus conficit, tum uerò hæc addita cura uix uitam mihi reliquã facit. Quanquã etiam interdum diuerſorum modorum & temporum neceſſitas inuenitur. Idem eidem lib. 3. Quod cùm ſemper antea intelligerem, tum uerò proximè iudicaui. Idem in principio lib. 1. de Nat. deor. Cùm multæ res in philoſophia ſint, quæ ſatis adhuc ſint explicatæ, tum difficilis Brute (quod tu minimè ignoras) quæſtio eſt de natura deorũ. ¶ Ponitur interdum Tum ſine Cum, geminatum uel tripliçatum in rebus paribus. Quintil. Nec indignetur Herodotus æquari ſibi Tit. Liuium, tũ in narrando mitæ iucunditatis, clariſſimiq; candoris, tum in concionibus, ſuprà quam quiſquam poteſt, eloquentem: ita dicuntur omnia tum rebus, tum perſonis accommodata. ¶ Ponitur nonnunquã Tum pro Aliquando, πότε μὲν, πότε δὲ, & ſic ferè gemmatum. Cic. Tum hoc, tum illud argue, id eſt, modò hoc, modò illud. ¶ Quandoq; pro Tunc, τότε. Virg. 8 Aen. Tũ primum noſtri Cacum uidêre trementem. ¶ Quandoq; eſt adverbium ordinis, pro Deinde, εἶτα. Virgil. 6 Aen. Ipſicam: uelleris agnam Aeneas matri Eumenidũ magnæq; ſorori: Eſſe ferit, ſterilemq; tibi Proſerpina uaccam: Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. ¶ Quandoq; pro præterea. Terent. in Prologo Eunuch. Si quiſquã eſt, qui ſe ſtudeat placere bonis Quamplurimis, & minimè multos lædere in his Poeta nomen profiteatur ſuum. Tum ſi quis eſt, cui dictum in ſe inclementius Exiſtimet eſſe, &c. Sunt qui ita diſtinguunt, ut quando præpoſitio eſt, cum c ſcribi debeat: quando autẽ aduerbium ſeu coniunctio, cum q. Sed cùm ratio non ſit ſatis ponderoſa, iam doctorum uſus obtinuit, ut potius cum c, ſemper ſcribatur: quare unuſquiſq; prout uoluerit, ſcribet. Antiquitus, cùm aduerbium erat, Quom ſcribebatur. ¶ Cumalter, una particula, antiqui p Cum altero uſurpabant, breuitatis gratia: ut annotauit Feſtus. ¶ Cum dicto, ſignificat, ſtatim poſt uerba, & uix dum finito ſermone. αὐτίκα λέγων, ἅμα τῷ λέγειν. Apul. Et cum dicto ſotili tenuiculo faciem ſuam iam dudum puniceantem, præ pudore obtexit. ¶ Cum imperio eſſe, ἐν ἀρχῇ εἶναι, dicebatur cui nominatim demãdabatur à populo imperium. Cum iuſtæ ætatis factus fuerit, Cum perfectæ ætatis fuerit, Cum adoleuerit, de annis 14. completis intelligũtur. Albericus locos indicat. Cum ad legitimum ſtatum peruenerint, an uerba hæc conditionem inducant, not. l. ex his herbis. Codice. Quand. leges red. ¶ Cummaximè ὅτι μάλιστα, uehementiſſimè, uehementius quàm alias unquam. Cic. pro Cluent. Mater, quæ multos iam annos, & nunc cummaximè ſitum interfectum cupit. Terentius Hecy. Hanc Bacchidẽa mabat, ut cummaximè tũ Pamphilus, Cũ pater, uxorẽ ut ducat orare cœpit. ¶ Cùm partim uetteres dixêre, p partim. Cato, Ibi p ſcorto fuit in cubiculum, ſurrectitauit è conuiuio cùm partim illorum iam ſepe ad eundem modum erat. Vide ea quæ ex Gellio annotãuimus in dictione Partim. Cum populo agere (quæ uerba legis ſunt XII. Tab.) eſt rogare quid populum, quid ſuffragio ſuo uel iubeat, uel ueletet. Vnde rogatio, pro lege dicta. Cum patribus autem agere, eſt ad Senatum referre. Vide Bud. in Annotat. poſter. ¶ Cum poteſtate eſſe, dicebatur, qui à populo alicui præficiebatur negotio, ſeu qui magiſtratum gerebat, ἄρχειν, ἐν ἀρχῇ εἶναι. Cicer. 2. de Inuent. Fœlix, an infœlix: priuatus, an cum poteſtate ſit. ¶ Cumprimis, Significat in primis εἰς τὰ πρῶτα. Cic. 3. Verr. Hoſpitio domi ſuæ cumprimis locuples. Apul. Hic cumprimis nobilis ac facundus. Cumprimè olim dicebatur, pro Cum primis. Q. Quadrigarius, Nam M. Manlius, quem Capitolium ſeruaſſe à Gallis nuper oſtendi, cuiuſq; operam cũ M. Furio Dictatore apud Gallos cumprimè fortẽ Reſpub. ſenſiſſe, &c. ¶ Cum ſtomacho aliquid facere dicimus: hoc eſt, cum indignatione, ſiue faſtidio. κατὰ θυμόν. ¶ Cum tempore, cũ mora, & ſpatio temporis. χρόνῳ. ¶ Cum omnia tua dicimus: hoc eſt, pace tua, & te permittente. σοῦ τε βουλομένου, σοὶ χαριζόντες τοῦτο.

Cumatilis color, κυματίας, à fluctuum ſimilitudine appellatus, qui & Ceruleus alio nomine dicitur: nam Græci κύματα fluctus uocant. Plaut. Cumatilem togam aut purpuream. Hunc etiam colorem periphraſticõs deſignat Ouidius lib. 3. ſuæ artis, quum ait, Hic undas imitatus habet quoq; nomen ab undis.

Cumbam, Sabini uocant Lecticam.

Cũmẽrã, f. p. pen. cor. ἀγγεῖον, πιστοδόκιον, σιτοδοκή. [Ital. Bugnola. Gall. Vn naiſſeau à garder le grain de froument. Hiſp. Panero de palmas ò eſparto. Ger. Ein Korn kaſt.] Vas ingens uimineum, uel etiam fictile, quo frumenta condunt, ut inquit Acon. Feſtus uerò autor eſt. Cumeras ex ſparto palmarũmue foliis confici ſolêre. Horat. lib. 1. Serm. Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris? Idem 1. Epiſt. Forte per anguſtam tenuis nulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti.

Cũmẽrũm, antiqui uaſis genus erat, quod operum in nuptiis ferebatur, in quo erat nubentis ſuppellex. Feſtus, Cumerum (inquit) uas nuptiale, à ſimilitudine cumerarum, quæ fiunt palma, uel ſparto ad uſum populatem, ſic appellatum.

Cũminũm, ſiue Cyminum, n. ſ. pen. prod. κύμινον. [Ital. Comino. Gall. Herbe nommée du comin. Hiſpan. Cominos Germ. Kümmig.] Herba eſt notiſſima, folio fœniculo non diſſimilis, radice ſubrotunda, ſemen ferens copioſum, & canaliculatum, quod in uino eporum pallorem ferrur generare. Vnde etiam ab Horatio libro 1. Epiſtolarum exangue cuminum appellatur, quòd ſi Pallerem caſu, biberent exangue cuminum. Perſius Satyra 5. Pallentis grana cumini. ¶ Eſt item Cuminum agreſte, κύμινον ἄγριον. ſatiuo multo efficacius, in collibus ferè prouenions: de quo uide Dioſcoridem.

Cũmũlus, maſc. gen. ſecund. declinat. penultima correpta. Propriè dicitur maiorum rerum uelut aceruus quidam. σωρός. [Ital. Cumulo, mucchio, maſſa. Gall. Monceau, comble, amas. Hiſp. Colmo ò montoo. Germ. Ein hauff.] Liuius 1. ab Vrbe, Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuperſtratis Gallorum cumulis erat inueniri non potuit. Virgilius, Cumulum pro altitudine, & quaſi magna æquæ molis poſuit primo Aeneidos, Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons. ¶ Cumulus item eſt, qui additur menſuræ,

plena, ut inquit Festus, πρόσθεμα: & per translationem accipitur pro quauis accessione. Cicero pro Roscio, Vt ad illam opimam prædam damnatio Sext. Roscii uelut cumulus accedat. Idem Attic. lib. 1. Ad summam lætitiam, quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius aduentu cumulus accedit.

Cumulo, as, are, a. p. Implere, coacernare, & quasi ad cumulum addere. σωρεύειν, ἐπιτιθέναι. [Ital. Accumulare, ammassare. Gall. Combler, amonceler, amasser en monceau. Hisp. Colmar ò amontonar. Ger. Hauffen, aufhauffen, zů samen hauffen.] Virgil. 11. Aeneid. Et nunc ille quidem spe multum captus inani Fors & uota facit, cumulatq; altaria donis. Tractum à mensuris, quibus nonnihil solet addi. Dicimus, Cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus. Cicero ad Attic. lib. 14. Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd uulgò hominũ opinio socium me adscribat tuis laudibus.

Cumulatio, fœm. t. est unius actionis ad aliam adiuratio, uel est plurium rerum uel actionum coacernatio contra eundem in iudicio legitimè proposita. Zasius in titulo Instit. de Action. paragraph. si minus, & cumulationum quatuor species ibi.

Cumulatus, pen. prod. partic. ἐπισωρευθείς. Cic. ad Dolabell. lib. 9. Tamen Idibus Maiis tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo quod mihi iampridem cumulatum etiam uidebatur. Cic. de Orat. Omni rerum genere cumulata oratio. ¶ Cumulatus locus dicitur, impeditus rebus congestis. Liuius lib. 1. bell. Maced. Cumulatos omni laude orator. Cic. de Orat.

Cumulatim, aduerb. pro Acernatim. σωρηδόν. [Ital. A mucchi, à monti. Gal. Par monceaux. Hisp. Conel colmo. Ger. Hauffechtig.] Varro de Re rustica libro 1. cap. 17. Quibus in tenebris quum cumulatim positum est, in doliis fiunt pingues.

Cumulatè, Abundanter. ἐπισωρευμένως, ἐκπλέως. [Ital. Abondantemente. Gall. Abondamment. Hispan. Abundamente. Germ. Mit hauffen, vberflüssig.] Cic. 1. de Diuin. Quæ ut benè, cumulatèq; perfecta de diuinatione ingressi sumus his libris scribere.

Cũnæ, arum, f. p. & Cunabula, orum, pro eodem accipiuntur: dicta quasi Cyuæ & Cyuabula. κοιτίδες. [Ital. Cuna, culla. Gall. Le berceau ou couchette d'un enfant. Hisp. Aquel lugar do nacen los ninnos, y la cuna. Germ. Die wiegen oder waglen der kinderen.] Nam κυᾶν Græci eniti dicunt, & parere. Latini autem suo more y in u conuertunt. Sunt autem lectuli in quibus infantes solent iacére, uel loca in quibus nascuntur. Cic. 1. Tusc. Iidem si puer paruus occidit, æquo animo ferendum putant: si uerò in cunis, ne querendum quidem. Dicuntur & incunabula: nam In præpositio, hoc loco nihil significat, sicut & in aliquot aliis dictionibus, ut Columis & incolumis. ¶ Sunt qui Cunabula & Incunabula à cunis distinguant, & ea propriè dici existiment, quæ ad cunas instruendas & ornandas pertinent: Cunas uerò, exiguum illud fulcrum ex ligno aliáue materia, in quo infantis lectulus sternitur. Plautus in Amphitr. Sed puer ille quem ego laui, ut magnus est, & multum valet? Neq; eum quispiam colligare quiuit in cunabulis. Et in Trucul. Fasciis opus est puluinis, cunis incunabulis. ¶ Per translationem: Idem in Pseudolo, Sed istic seruus Caysto hoc qui aduenit, quid sapit usq; à cunabulis? id est usq; ab infantia, uel usq; à puero: hoc est, ab ea ætate, quæ in cunabulis agitur. Columella, Quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit. Liuius libro 4. Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. Virgilius lib. 1. Cunabula pro initiis posuit: Mons Idæus ubi & gentis cunabula nostræ Centum urbes habitat. Similiter Cicero de Optim. gen. orat. Non fuit alienum de oratoris quasi incunabulis dicere. Cicero in Salustium, An ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis? Vbi rudimenta pro initiis, & Incunabula pro fomentis, siue augmentis posuit. ¶ Quandoq; Incunabula uocamus nutritionẽ puerilem: unde locum incunabulorum uocamus eum in quo ab ipsa statim infantia educati sumus, & in quo eam egimus ætatem, qua in cunis uagire consuescimus. Sueton. in Vespas. Quare princeps quoq; & locum incunabulorum assiduè frequentauit.

Cũncti, m. f. Significat quidem omnes, sed qui sunt coniuncti. σύμπαντες. [Ital. Tutti. Gall. Tous ensemble. Hispan. Todos iuntamente. Germ. Allsampt, all mit einander.] Omnes uerò etiam si sunt disiuncti, & diuersis locis. Cic. antequam iret in exilium, Quoniam laborem pro cunctis ferre consuescit. Virgil. 1. Georg. Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. Idem lib. 1. Aen. Cunctus ob Italiam terrarũ clauditur orbis.

Cũnctor, aris, atus, d. p. cum c, ante t, uerbum deponens est, idem significans quòd moror, siue procrastinor, & de die in diem differo. μέλλω, ὑπτιάω. [Ital. Indugiare, differire di in di. Gall. Tarder ou targer, differer & ne se haster point, faire le long. Hisp. Tardar à otro. Germ. Verziehen, seumig seyn.] Liuius li. 1. Alii dum cunctantur in tipis, inter pugnæ fugæq; concilium oppressi. Virgil. 9. Aeneid. Reginam, thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. Cæsar primo Belli ciuilis, si cunctetur atq; agat leuius, ne quicquam eius auxilium, si postea uelit, Senatum imploraturum. Suetonius de Augusto, Cunctari se, ne si superesset, eriperet legibus reum. ¶ A Cunctor fiunt composita; Percunctor & Recunctor, quod est iterum moror.

Cunctatio, fœ. t. uerbale, Tardatio, mora. μέλλησις, ὑπτίασις, ἀνάβασις. [Ital. Indugio. Gall. Targement, lacherie. Hisp. Tardança. Germ. Verzug, saumnuss.] Cicero 1. Offic. Sed ils qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Respublica est. Sine cunctatione dicere. Cicero in Vatinium.

Cunctator, masc. t. Dilatator, procrastinator. μελλητὴς, σχολαιὸς. [Ital. Allongatore, che tiene in tempo. Gal. Faitard, delayeur, tardif & long à faire quelque chose. Hisp. Tardador. German. Ein verzieher, seumiger.] Liuius 6. ab Vrbe, Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. Calius Ciceroni, Nosti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax sit: itemq; Seruius quàm cunctator. Hoc cognomen ab æmulis Fabio Maximo inditum fuit, qui cunctabunda quadã prudentia uires Hannibalis fregit. Vnde illud Ennianum, Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Cunctans, cunctantior, cunctantissimus, μελλητικώτερος. Liuius 30. Bell. Pun. Sic ut dubites utrum ingenio cunctantior fuerit, an quia ita bello propriè quod tum gerebatur, aptum erat: sic nihil certius est, quàm unum hominẽ cunctando nobis rem restituisse.

Cunctabundus, ἰδιώτροπος, μελλησγέων. [Ital. Chi è tardi la tira in longo, & ua con dispiacere à qualche impresa. Gall. Qui fait le long, & ua comme ennuyé à quelque chose. Hispan. Tardador, que mucho tarda. Germ. Verziehend, langsam.] Liuius 6. ab Vrb. Quòd ubi aciem iam instruenti Camillo Centuriones renuntiauerunt, turbatas militum mentes esse, & segniter arma capta, cunctabundos & resistentes egressos castris esse, &c. Tacit. lib. 1. Nusquam cunctabundus, nisi quum in senatu loqueretur.

Cunctanter, aduerb. Cum mora. σχολαίως. [Ital. Tardamente, senza fretta. Gall. Tachement, ou delayant, tout bellement. Hisp. Tardamente. Germ. Langsamlich, verzogenlich.] Liuius 1. ab Vrbe, Tum illud haud cunctanter discidisse cotem ferunt.

Cũneus, m. f. Instrumẽtum est ferreum, aut etiam ligneum, quo findantur ligna. σφὴν. [Ital. Conio. Gall. Vn coing. Hisp. Cuño ò cuna para hender. Germ. Ein weggen oder byssen domit man holtz zerspalter.] Huius prima pars acutior est, ut quamuis rimolam facilè intret, sequens autẽ latior & amplior. Virg. 1. Georg. Nam primi cuneis scindebãt fissile lignum. Idem 2. Georg. Et alit Findituꝛ in solidũ cuneis uia: deinde feraces Plantæ immittũtur. ¶ Per translationem sumitur pro peditũ multitudine, in cunei formã redacta, teste Veget. li. 2. quę Græcis στίφος dicitur: hoc est, quæ ita disposita est, ut eius pars prima angustior, deinde latior procedat. ¶ Ab huius etiam similitudine Cunei dicti sunt loca in theatro, id est, gradũ ordines, in quibus uulgus spectatorũ stabat inter sedentium subsellia. Iuuenal. Cuneis an habeat spectacula toris, Quod securus ames? Vitruu. lib. 7. Cunei spectaculorum in theatro ita diuidantur, ut anguli trigonorũ, qui currunt circa curuaturã circi nationis, dirigant ascensus, scalasq; inter cuneos ad primã præcinctionem. Inde theatrum eleganti epitheto à Virgil. Cuneatũ dicitur. ¶ Excuneati, ab Apulcio dicti sunt, quibus sedendi locus non fuit in cuneis conferris. ¶ Sed

& consili-

& conſtipatam rotbam, Cuneos dicimus. Cyprian. Stipatus clientum cuneis. Virgil li. 2. Georg. Hunc plauſus hiantem Per cuneos (geminatus enim) populique patrumque Corripuit.

Cuncolus, oli, m. ſ. dimin. à Cuneus: hoc eſt, clauus ligneus, quo duo uel plura tigna connectuntur *σφηνίσκος*. [Ital. Picciolo cugno. Gall. Coigner, petit coing. Hiſp. Pequeño cuño ò cuña. Germ. Ein klammeren.] Cic. de Vniuerſ. Crebris quaſi cuncolis iniectis unum efficiebant ex omnibus corpus.

Cuneare, act. p. Eſt cuneis adactis firmare, *σφηνοῦν*. [Ital. Cuniare, puntellare. Gall. Coigner, faire en forme de coing, aguiſer en coing. Hiſp. Acuñar con cuñas. Germ. Verbiſſen.] Plin. lib. 16. cap. 40. Ab his proxima eſt cornus: quanquam non poteſt uideri materies propter exiliratem, ſed lignum non alio penè q̃ ad radios rotarum utile, aut ſi quid cuneandum ſit in ligno, clauiſque figendum, ceu ferreis. ¶ Cuneari item eſt in cunei formam coarctari. Vnde Plinius libro tertio ſcribit, Hiſpaniam angustiis quibuſdam cuneari.

Cuneatus, a, um, Quod eſt in formam cunei factum: hoc eſt, cuius prima pars acuta paulatim in latitudinẽ procedat. *σφηνοειδής*. [Ital. Puntellato, piu ſtretto da un chapo che dall'altro. Gall. Fait en forme de coing, plus eſtroit d'un bout que d'autre. Hiſp. Coſa hecha à manera de cuña. Germ. Vnd ein beitlen oder weggen gemacht.] Vnde à Liuio forma ſecuti cuneatior appellatur, cuius ſummũ latius, imum ſtrictius erat. Item Cuneatus ager, apud Colum. lib. 5. cap. 2. in cunei formam factus, ut pura, quũ eſt longus pedes 100. latus ex altera parte pedes 20. ex altera pedes non amplius 10. Ouid. 15. Metam. Prominet in pontum cuneatus acumine longo Colfus. Hinc ſunt compoſita Excuneatus, & Diſcuneatus, de quibus infrà ſuis locis, & ea quæ annotauimus in dictione Cuneus.

Cuneatim. Per cuneos. *κατ' ἔφοδον*. [Ital. Per picciole bande compagnie. Gall. Par bandes, en tel ordre qu'elles ſoyent eſtroittes de front, & larges par derriere. Hiſp. De batalla en batalla. Germ. Auff weyſs vnnd form der weggen, oder von heuffen zů heuffen.] Ammianus Imper. cuneatim ſtipatos. Cæſar 7. Bell. Gall. Hoſtes re noua perterriti, muro, turribuſq; deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim conſiterunt.

Cūniculus, m. ſ. Animal eſt lepori ſimile, q̃d ſub terra eſſoſſa latere ſolitum eſt. *Λαγόνυς*. [Ital. Coniglio. Gal. Connil. Hiſp. El conejo. Germ. Ein küngelin.] Mart. Gaudet in effoſſa habitare cuniculus antris. Varro 3. de Re ruſtic. cap. 12. Tertiũ generis eſt, quod in Hiſpania naſcitur, ſimile noſtro lepori, ex quadam parte, ſed humile, quem Cuniculum appellant. Et paulò póſt, Cuniculi dicti ab eo, q̃ ſub terra cuniculos ipſi facere ſolent, ubi lateant in agris. ¶ Eſt & Cuniculus foramen ſub terra occultum, ad ſuffodiendum ut bes nocentũ. *ὑπόνομος*. [Ital. Mina, caua ſotto terra. Gall. Mine ou creux ſous terre, taſniere. Hiſp. La mina para minar fortaleza. Germ. Ein gang oder hüle vnnder dem erdtrich.] Plin. Tentata per cuniculum fuga. Cæſar 7. Bell. Gal. Et aggerem cuniculis ſubtrahebãt. Vnde Cuniculis oppugnare, per translationẽ: hoc eſt, dolo & fraude aliquid moliri, & negotium alicui faceſſere. ¶ Et agere cuniculos. *ὑπορυκτεύειν*. [Ital. Far mine. Gall. Miner ſous terre. Hiſp. Minar ò hazer minas. Ger. Ein heimlich gãg oder ſchlupf vnderder erden machen.] Cæſar 8. Bell. Gall. Eodem tempore rectos cuniculos agunt ad caput fontis. Cic. 3. Offic. Quòd ſi pater fana expiler, cuniculos agat ad ærarium: indicet id magiſtratibus filius? ¶ Cuniculis oppugnare, *ὑπορυκτεύειν πολεμίους*, per metaphoram dicitur, qui non aperta ui, ſed diſſimulanter ac dolis rem gerit. Contrà, qui palàm agit, quod agit, machinis agere dicitur. Plutarchus in uita C. Cæſaris, de Catu. Luctat. in Senat. dicente, *οὐκέτι ὑπονόμοις λαθραίοις, ἀλλ' ἤδη μηχαναῖς αἴρει τὴν πόλιν*: id eſt, Cæſar non iam cuniculis ſed machinis tollit Rempubl. Cic. pro lege Agrar. Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. ¶ Cuniculus inſuper pro canali accipitur. Plin. lib. 9. cap. 19. Singulis aquæ amphoris centenas aut quinquagenas medicamenti libras exquari, ac modico uapore torreri, & ideo longinquæ fortaſſis cuniculo.

Cunculatim, aduerb. Cuniculi modo. *ὑπορυκτικῶς*. [Ital. A foggia di cugno. Gal. En forme de tuyau, ou par tuyaux. Hiſp. Minando. Ger. Durch reuchel, auff weyſs vnd form in langen heimlichen löcheren vnder der erden.] Plin. lib. 9. cap. 35. Iam diſtinctione nirgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

Cunicularius, rii, m. ſ. ſubſtant. qui ſub terris cuniculos fodit. *ὑποκοπεύτης, ὁ τὰ ὑπόγαια ὀρύγματα ἐργάσων*. [Ital. Chauatore, chi fa mine. Gall. Pionnier, qui mine & caue ſous terre. Hiſp. Minador, que haze minas. Germ. Ein aoſshöler, der in dem erdtrich hölen, oder heimlich gäng grabt.] Veget. lib. 2. cap. 11. Hæc enim erat cura præcipua, ut quicquid exercitui neceſſarium uidebatur, nunquam deeſſet in caſtris, uſq; eò, ut etiam cunicularios haberent, qui ad morem Beſſorum ducto ſub terris cuniculo, muriſque intra fundamenta perfoſſis, improuiſi emergerent ad urbes hoſtium capiendas.

Cuniculoſus, a, um, Plenus cuniculis. *λαφύγγωδης μιγής*. [Ital. Pieno di mine ò caueine. Gall. Pleiñ de creux ou cauernes. Hiſp. Lugar lleno de minas. Germ. Vol ſchlulöche rer, oder heimlicher gäng.] Catull. Tu præter omnes ade de capillatis cuniculoſæ Celtiberiæ fili Egnati, &c.

Cūnilă, ſ. p. *λόνιζα* Dioſcoridi. [Ital. Conyza. Gall. Sarriette ou cendrée ſauuage, deux ſortes d'herbe. Hiſpan. Attadegua. Germ. Sedenei, künel, ſaturon.] Herba eſt quam uulgus à necandis pulicibus Peculiarium appellat: Latini etiã Cunilaginem: de quo paulò antè latius egimus in dictione Conyza. Huius uerò herbæ multa ſunt genera: nam quædã Bubula appellatur, & ſemẽ pulegii habet, quod contra ſerpentes in uino bibitur. Quædam Gallinacea à Græcis Origanum Heracleoticum. Tertia à Græcis Maſcula, à noſtris Cunilago odoris fœdi, radicis lignoſæ, foliis aſperis: cuius manipulum ſi quis in domo poſuerit, omnes è tota domo blattas ad eam tradũt conuenire. Prodeſt aduerſus omnia uenenata. Hæc Plin. lib. 20. cap. 16.

Cūnilāgō, inis, Tertium genus eſt Conilæ, quam Græci Maſculam appellant, odore fœdo, radice lignoſa, folio aſpero: ad quam in ædibus abiectam omnes tota è domo blattæ conuenire dicuntur. Autor Plin. li. 20. cap. 16. Vide Cunilã.

Cūnīō (inquit Feſtus) Eſt ſtercus facere. Dictum à cunis infantium, quæ ſæpe ſtercore fœdantur.

Cūnilingi, rum, n. ſ. Dicebantur homines ſordidiſſimi, à cunis lingendis.

Cunnus, ni, m. ſ. duplex nu, (*ὑγιέρα* Luc. *τὸ μέρων, τὸ γυναικεῖον*) matura intercapedo, pars muliebris pudendæ.

Cōnȳzāmīs, midis, ſ. p. *ἰωνίζαμις*. Herba, quæ alio nomine cunilago dicitur. Author Plin. lib. 19. cap. 8.

Cūpā, ſiue (ut alii malunt) Cuppa, ſ. p. Vas uinarium amplũ, in quo uinum in apotheca funditum ſeruabatur. *βίβος*. [Ital. Botta, naſo da uindemia, copa. Gall. Vne cune, ou cuuette, à cuuer la uendenge, ou une coupe à boire. Hiſp. Coba ò cuba para guardar uino. Germ. Vueyn zuber.] Vlp. de Legat. 3. l. Cuius. Vaſa (inquit) uinaria, id eſt, cupæ & dolia, quæ in cella fixa ſunt. ¶ Cupis etiam utebantur ad naues quæ reficiendæ erant ſuſtinendas. Lucan. Namq; ratem uacuæ ſuſtentant undiq; cupæ.

Cupedĭă, orum, n. ſ. [Ital. Cibi delicatti. Gall. Friandiſe, viande friãde. Hiſp. Coloſinas. Ger. Schläckerhafftige ſpeyſs.] à Romanis appellabãtur lautiores cibi, ſiue à Cupedine Romano equite, cuius ædes ſolo æquatæ aream foro cupedinario extruendo præbuerunt: ſiue q̃ delicatiores eiuſmodi cibi rebus cupidinis alimenta præbeant. Plaut. in Stich. Melius dicis, nihil moror cupedia.

Cupedia, diæ, ſ. p. *φιλοψιχ, ὀψεφαγία*. Cic. 4. Tuſc. Aegrotationi autem talia quædam ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulierоſitas, pernicacia, ligurritio, temulentia, cupedia, & ſi qua ſunt ſimilia. Quo in loco, cupediam uidetur poſuiſſe pro uitioſo cupediorum appetitu.

Cupedula, ſ. p. dimin. Gel. li. 6. cap. 13. Coniectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, ſed argutias quæſtionum.

Cupedinarium forum, & Cupedinis forum, In quo delicatiores epulæ coctæ uendebantur: ita dictum à cupiditate, uel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. Varro lib. 1. Rerum human. Numerius Equitius Cuper. & Macellus Romanus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis, publicata ſunt eorum bona, & ædes ubi habitarant, dirutæ. Itaque ædificatus eſt locus, in quo uendebantur ea, quæ eſcendi cauſa in or-

in urbem erant allata. Itaq; ab altero Macellum, ab altero forum cupedinis appellatum est.

Cupedinarius, masc. Qui esculenta & poculenta delicatiora cocta uendit. *ὀψοπώλης*. [Ital. Vinandero. Gall. Vn rostisseur, un viandier, celuy qui vent viandes friandes Hisp. Vendedor de golosinas. Ger. Ein bratter, der schlecker haffte ige speysen feyl hatt. Pastetenmacher.] Terentius in Eunucho, Ad Macellum ubi uenimus, Concurrunt laeti mi obuiã cupedinarii, Cetarii, lanii, coqui, tartores, aucupes.

Cupes, adiect. Quo antiqui utebantur, pro eo quod est, cupedinis & luxuriosi dedituς. *ὁ λιχνευτὴς, ὁ φιλόψαφος, ὁ ὀψοφάγος*. Plautus in Trinum. Blandiloquentulos, harpago, mendax, cupes, auarus, Elegans, dispoliator, latebricolarum hominum corruptor.

Cupēdō, dinis, f.t. Idem quod cupido, seu cupiditas. *ἐπιθυμία*. Lucret. lib. 5. Quantæ tum scindunt hominem cupedinis acres Solicitum curæ? Et lib. 6. Et finem statuit cupedinis atq; timoris.

Cupencō, Lingua Sabinorum sacerdos appellatur.

Cuphorbion, f. uxus sanguinis per nares: quod uitium equis proclive est, inquit Vegetius, si ultra uires agitentur ad cursum.

Cupiō, is, cupiui, cupitum, a. p. Optodesidero. *ἐπιθυμῶ*. [Ital. Desiderare, disiare. Gall. Desirer, conuoiter. Hisp. Codiciar. Germ. Begären.] Cic. 4. Verr. Quem igitur ab iis Equitibus Romanis quantius causa cupiunt omnia, qui ab eo beni gantissimè tractati sunt, condemnari necesse esse, &c. Idem de Orat. Neq; uerò nobis cupientibus atq; optantibus fructus otii datus est. ¶ Cupere alicui, pro bene uelle. Cæsar lib. 1. bell. Gall. Fauere & cupere Heluetiis propter eam affinitatem. Cicero Quint. fratri, libro 1. Quid? ego Fundanio non cupiã? non amicus sum? non misericordia moueor? nemo magis.

Cupire, in quarta coniugatione apud antiquos legitur. Lucretius li. 1. Perfringere ut arcta Naturæ primus portarum claustra cupiret.

Cupiens, nomen, Idem quod cupidus. *ἐπιθυμῶν*. [Ital. Auido, ingordo, bramoso. Gall. Desirant, conuoiteux. Hisp. Codicioso. Germ. Begärend, wüntschend.] Plaut. in Mil. Huius cupiens corporis est. ¶ Cupientissimus. Salust. Marius cupientissima plebe factus.

Cupitus, pen. prod. partic. *ἐπιθυμηθείς*. [Ital. Bramato. desiato. Gall. Desiré, conuoité, regreté. Hisp. Codiciado. Germ. Ser begert oder erwüntschet.] Plaut. Pœnul. Te completi nos sine, Te cupite, atq; expectate. Ouid. 3. Fast. Mars uidet hanc, uisamq; cupit, potiturq; cupita.

Cupitor, pen. prod. oris, uerbale, m. t. *ἐπιθυμητής*. [Ital. Bramante, desiderante. Gall. Desireux, conuoiteux. Hisp. Codiciador. Germ. Ein begärer.] Tacit. lib. 12. Neq; tamen repertus est, nisi unus, talis matrimonii cupitor. Idem lib. 15. Nero, ut erat incredibilium cupitor.

Cupienter, aduer. *ἐρωτικῶς, ἐπιθυμητικῶς*. [Ital. Con gran desio. Gall. Affectueusement, par affection. Hisp. Codiciosamente. Germ. Mit grosser begird.] Plaut. in Pseud. Quum quid cupienter dari Petimus nobis.

Cupidus, masc. f. Auidus, quiq; rei alicuius desiderio tenetur. *ἐπιθυμῶν*. [Ital. Auido, ingordo, bramoso. Gall. Desireux, conuoiteux. Hisp. Codicioso. Germ. Begirlich.] Terent. in Hecyr. Eius uidendi cupidus.

Cupidior, cupidissimus, comparatiua & superlatiua. Cic. ad Attic. lib. 4. Cupidissimus mei, cupidissimus pacis Asinius Pollio ad Cic. lib. 10. Epist.

Cupidè, aduerb. *προθύμως, φιλοτίμως*. [Ital. Affettuosamente, con gran desiderio. Gall. Affectueusement, auec, ou par grande affection. Hisp. Codiciosamente. Germ. Begirlichen.] Cic. pro Roscio, Ego uerò cupidè & libenter mentiar tua causa. Terent. in Adelph. Egomet conueniã ipsum, ut cupidè accipiat.

Cupido, fœm. gen. t. pro cupiditate accipitur: quamuis Cupiditas leuior sit, quàm cupido. *πλεονεξία, ἐπιθυμία*. [Ital. Cupidità, cupidiggine. Gall. Conuoitise, desir, nouloir. Hispan. Codicia. Germ. Ein grosse begird.] Lucil. lib. 19. Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur, quòd cupiditas pars sit temperatior, defluens à cupidine. Est autem animi affectio à libidine & cupiditate proficiscens: qualis est auaritia, qua opes cupiuntur: qualis iracundia, qua ultionem appetimus, & similia. Virgil. 6. Aeneid. Quæ locis miseris tam dira cupido? Plaut. Pœnul. Quanquam cupido uexatur in corde, tamẽ, &c. Mortis cupido. Ouid. in Ibin, Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis. ¶ Inuenitur etiam nonnunquam in masculino genere, Horat. 1. Carm. Ode 16. Nec leues somnos timor, aut cupido Sordidus aufert. Idem 1. Serm. Satyr. 1. At bona pars hominum decepta cupidine falsò.

Cupiditas, atis, fœm. t. Auiditas, libido, appetitus. *ἐπιθυμία*. [Ital. Cupidità, cupidiggine. Gall. Conuoitise, apetit, desir. Hisp. Codicia. Germ. Begirlichkeit.] ut, Cupiditas cibi. Celsus lib. 1. & Cic. 4. Acad. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 27. Cupiditas se porrigit, & fœlicitatem suam non intelligit: quia non unde uenerit respicit, sed quò tendat. Cicer. in Parad. Nequ. enim unquam expletur nec satiatur cupiditatis tuis. Cæca & temeraria dominatrix animi cupiditas. Cicer. de Inuent.

Cupressus, si, fœ. f. *κυπάρισσος*. [Ital. Cipresso. Gall. Cypres. Hispan. El cipres. Germ. Ein cypressbaum.] Arbor procera, caudice oblongo, & recto, folio pleni, sed carnosiore, nec lioreq;, neq; ita pungente, fronde indecidua, odore uehementi. ¶ Duo eius sunt genera: Fœmina, quæ sterilis est, ad metæ formam in fastigio conuoluta: & Mas, latius spargens ramos, conosq; proferens pineæ nuci non absimiles, licet multò minores. Mira est huius inter arbores fœcunditas, quippe quæ trifera est, fructusque habet & Ianuario, & Maio, & Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imò potius noxios, quemadmodũ ipsa arbor, cuius etiam umbra noxia creditur. Graeci *κυπάρισσον* uocant, à Cyparisso puero in arborem hanc (ut Poëtæ fabulantur) conuersa: siue potius, *παρὰ τὸ κυέιν παρίσσως*: hoc est, ab eo quod ex æquo & ramos & fructus creet. Numeratur Cupressus inter arbores funestas, eò quòd & tardè crescat, & succisa non repullulet. Ideo funebri signo ante defunctorum ades eam posuêre maiores. ¶ Legitur & cupressus, sus, per quartam declinationem. Ouid. 1. Trist. Funeris ara mihi terali cincta cupressu. Idem 3. Metam. Vallis erat piceis, & acuta densa cupressu.

Cupressinus, na, num, penult. corr. Quod est ex cupresso *κυπαρίσσινος*. [Ital. Di cipresso. Gall. De cyprés. Hispan. Cosas de cipres. Germ. Cypressin.] Plinius libro uigesimo tertio, capite quarto, Cupressinum oleum eosdem affectus habet, quos myrteum.

Cupresseus, a, um. Quod ex cupresso confectũ est, *κυπαρίσσεος*. [Ital. Fatto de cipresso. Gall. Fait de cyprés. Hisp. Hecho de cipres. Ger. Das aus cypressi gemacht ist.] Liuius 7. Belli Punic. Post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur.

Cupressetum, ti, penul. prod. Locus cupressis consitus, *κυπαρισσῶν*. [Ital. Luogo che ha molti cipressi. Gall. Lieu complanté de cyprés. Hisp. Lugar de muchos cipreses. Ger. Ein ort da vil cypressbõum wachsen.] Cic. 1. de Legib. In cupressetis Gnosiorum.

Cupressifer, a, um, masc. Ferens cupressos. *κυπαρισσοφόρος*. [Ital. Che produce cypressi. Gall. Qui porte cyprés. Hisp. Lugar que cria cypreses. Germ. Das cypressbõum treget.] Ouidius Epist. 9. Vt Tegæus aper cupressifero Erimantho lucubat.

Cuprum, n. s. Genus quoddam æris, quod à Plinio Aes cyprium uocatur. *κύπριος χαλκός*. [Ital. Rame. Gall. Cuyure. Hisp. Cobre. Germ. Kupfer.] Galli uocant Du cuyure. Vnde apud Palladium Cuprini claui dicuntur.

Cupreus, a, um: ut, Cupreum uas. Plin. li. 33. cap. 3. Cogitur in cupreo uase ad crassitudinem melliis.

Cūr, Interrogandi aduerbium, idem significans quòd Quare, *τίνος ἕνεκας, διατί*. [Ital. Perche? per che cagione? Gall. Pourquoy? Hisp. Porque? Germ. Vuorumb, aus was vrsachẽ?] Licet quidam Quor per q, scribendum putent, & à Quare per syncopen atq; apocopen deductum, a & e literis detractis. Terent. in Andr. Cur me excrucio? cur me macerat meam senectutem huius solicito amentia? ¶ Aliquando etiã relatiuè accipitur, uel infinitè. Cic. pro Rosc. Com. Non fuit causa cur tantum laborem caperes.

Cūra, f. p. Solicitudo, anxietas, ita dicta, quòd cor edat & excruciet. *φροντίς*. [Ital. Cura, pensiero, trauaglio. Gall. Cure, soing, soulci, chagrin. Hisp. Cura ò el cuidado. Ger. Sorg.] Terent. in Phor. Cura & sumptu absumitur. Ennius apud Cic. de Senect. O Tite, si quid ego adiuto, curamue leuasso, Qua

ſo, Quæ nunc te coquit, & uerſat ſub pectore fixa. Virgil.4. Aeneid. Quando hæc te cura remordet. ¶ Quandoq; ponitur pro ſtudio & diligentia: ut, Salus tua eſt mihi curæ id quid eſt, ad ſalutē tuam ſtudiū adhibeo. ¶ Quandoq; pro opere quod adhibita cura fit. Martial. Teq; piger curæ præmia ferre tuæ: id eſt, præmia operis abs te facti. ¶ Quandoq; pro amore. Virg.4. Aen. At regina graui iamdudum ſaucia cura. ¶ Quādoq; pro munere, quo curator fungitur. Vulgò Curatela dicitur. Vlp.l. hæres abſens. paragrafi quis tutel. ff. de iudic. Si quis tutelam, uel curam, uel negotium, uel argentarium, uel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco adminiſtrauit. Virgilius etiam apud inferos, inter monſtra habitantia in faucibus inferorum ponit Curas, quaſi deas aliquas: Et ultrices poſuēre cubilia Curæ.

Curantia, æ. fœ. p. Idem quod Curatio. Cic. ad Qu. fratr. lib. 2. Quòd me admones de non curantia, ſuadeq; ut meminerim Iouis orationem.

Curioſus, m. ſ. à multa cura dicitur, ſiue in bonum, ſiue in malum. περίεργος, λιπόπονος. [Ital. Curioſo. Gall. Curieux, ſoigneux. Hiſp. Curioſo y diligente Germ. Sorgfeltig, geſchefftig.] In malum, quoties plus diligentiæ, q̄ oportet, rebus uel noſtris, uel alienis adhibetur. In bonū, cùm cura ſupra modum utimur ad res bene gerendas. Eſt igitur Curioſus, qui multùm, ſiue diligenter aliquid curat. Cic. App. Pulchro, Ita eſt homo, nō modò prudens, uerùmetiā rerum ur. & curioſus. Et pro Sextio, Etenim animus eius multa, fingitia parietibus regebantur. Sed hæc obſtructio, nec diuturna eſt, nec obducta, ut curioſis oculis, perſpici non poſſit. In bonā quoq; partem. Colum. li. 3. uſus eſt adverbio, Sin autem (inquit) ipſam uitem ſternere uoles, iuxtà dicem ita ne ipſam lædas curioſè fodito μετ' ἐπιμελείας. Similiter Incurioſè, ἀμελῶς, ἀπερίεργως. Gell. Si quis nō incurioſè legat. Non eſt ergo Curioſus, à parua tantum cura, uti Valla putauit, ſed etiam à diligēti & optima. De derivatione quoq; quum dicit, Curiolus non tam à cura, q̄ à curia uidetur deſcendere, cuius compoſitū magis eſt in uſu. Incuria, ἀμέλεια: id eſt, negligentia. Etſi curia à cura dicatur, non ei aſſentio, neq; de compoſitione, ut à curia componatur incuria: ſed dico ita uenire curioſus à cura, per adiectionem literæ i, quemadmodum & curia, niſi à curio ſumere uelimus. Similiter Incuria per adiectionem i, li quet nō à curia, ſed à cura componi, quod ſignificatio eorum apertè declarat: nam cura & incuria, ſunt oppoſita, & ex contraria eorum ſignificatione facilè monſtratur incuria à cura componi: quoniam In, negatiuè ſtat: & alterius ſignificatio, ex contrario alterius edocetur: eo quòd ſicut cura diligentia eſt, ita incuria negligentia. ut Cic. In Lælio oſtendit, Vituperāda eſt rei maximè neceſſariæ tanta incuria. Quod nō ſignificaret, ſi à curia cōponeretur: nā eſſet locus à curia diuerſus: quoniā curia locus erat, ubi curæ publicæ gerebāt, & ubi cura ſacrorū publica. Nec adiectionē literæ i, in Curioſus, incurioſus, & incuria, niſi euphoniæ cauſa factum puto q̄ non rectè ſonet curoſus & incuroſus & incura. Curia uerò acceptiſſe i, arbitror, ut aliam à cura ſignificationem caperet, & nihilominus priſtini naturā ſemper oleret. ¶ Aliquando incurioſus capitur pro pingui, q̄ illi potiſſimùm qui omni prorſus cura ſunt liberi, pulcherrimè pinguēſcant. Vnde Apul. in Florid. agnum egregiè obeſum uocat incurioſum. Alciat. in Rub. C. de Cur. & ſtatione lib. 12. Curioſi erant, qui paſſim delicta in re militari commiſſa nunciabant. Scotus ad Theodoſium, ſcribit in officio magiſtri officiorum, eſſe curioſum unum curſus publici, quales ſunt magiſtri curſorum, Poſtmeyſter, uocabulo maioribus noſtris ignoto, appellari. Nam hi nobis primùm ſub Cæſare Maximiliano innotuerunt. Memoriam namq; patrum neglectam, eiuſmodi curſorū, quos & nos uoce Gallica Poſtes uocamus, conſuetudine Vicecomitum Mediolanenſium Ducum familiæ renouantis.

Curioſitas, ſ. p. Pro affectione & diligētia. περιεργία. [Ital. Curioſità, diligenza. Gall. Curioſité, ſoing. Hiſp. Curioſidad y diligencia. Ger. Sorgfeltigkeit, geſchefftigkeit.] Cic. ad Attic. lib. 2. Sum in curioſitate, ἐξύπνως: ſed tamen facilè patior te id ad me, &c.

Curioſè, aduerb. ἐπιμελῶς. [Ital. Diligentemente, curioſamente. Gall. Curieuſement, ſoigneuſement. Hiſp. Curioſa y diligentemente. Germ. Sorgfeltiglich, geſchefftiglich.] Cic. ad Attic. li. 9. Quum de eo curioſè quæſiſſet ſenatus noſter Dionyſius. Quintil. li. 8. cap. 11. Quos curioſè potius loqui dixeris, quàm Latinè. Ab Incuria, Incurioſus & Incurioſè. Plinius, Rebellat ſæpe humor incurioſè datus.

Curia, ſ. p. à Cura dicta. βουλευτήριον, ἀρχεῖον. [Ital. Corte curia, luoco da conſultare de coſe publiche. Gall. La cour, le lieu deputé à conſulter des affaires publiques. Hiſp. Corte, lugar donde eſta el conſijo. Ger. Ein radthauſs, oder rathhauſs, ein ort da man ſich vber vilerley ſachē ſorgens oder bedencklens annimpt.] Curia, inquit Feſtus, Locus eſt ubi publicas curas gerebant: item ſedes ac templū publici conſilii. Cic. de Senect. Non curia uires meas deſiderat, non roſtra, non amici, nō clientes, non hoſpites. ¶ Eſt autem Curia duplex, ſacrorum ſcilicet & Senatus. In curiis enim uel ſacerdotes res diuinas, uel magiſtratus humanas curabant. Et nō ſolum pro loco, ſed etiam pro hominibus ſumitur. βουλή. Lucanus, Victo iure minax iactaris curia Gracchis. ¶ Curiæ etiam nominantur populi partes, quales fuerunt ex in quas Romulus populum diſtribuit, numero 30. quas, quoniam tunc Reipub. curam per earum partium ſententiam expediebat, Curias appellauit. His poſtea additæ aliæ quinq; ſunt: ita ut in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret, feriasq; obſeruaret. Curia, in qua habebatur Senatus, Templum erat. Habebatur aūt modò in æde Apollinis, modò in delubro Concordiæ, modò in hoc, modò in illo templo. ¶ Curia Calabra, à Calādo: hoc eſt, à uocādo dicta eſt, q̄ Calata: hoc eſt, uocata in Capitolium plebe, iuxta hāc curiam Pontifices pronuntiare ſolēt, quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent. ¶ Curia Hoſtilia, quā primùm ædificauit Hoſtilius rex Romanorum. ¶ Cicero pro Milone curiam uocat templū ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii publici, caput urbis, aram ſociorum, portum omnium gentium, ſedē ab uniuerſo populo conceſſam uni ordini.

Curiales, m. t. dicuntur, qui ſunt eiuſdem curiæ, ſicut Tribules, eiuſdem tribus. φυλέται, πάφιοι. [Ital. Della iſteſſa curia. Gall. Qui eſt d'une meſme curie. Hiſp. Coſa de miſma corte. German. Rathsfründ, die von einem grichte oder radt ſind.] Curiales flamines, curiarum ſacerdotes. Curiales menſæ, in quibus immolabatur Ioui, quæ Curis eſt appellata. Plaut. in Aulul. Nam neq; quiſquam curialium Venit, neq; magiſter, quem diuidere argentum oportuit. Cic. 2. Officiorum, Theophraſtus quidem Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Latiadas hoſpitalem fuiſſe.

Curiatus, a, um, a dict. φρατρικὸς, ὁ τῆς φρατρίας: ut, Curiata lex, à curiatis comitiis dicta: id eſt, tributim coactis. Cic. ad Attic. Qui ſe affuiſſe dicerent, quū lex curiata ferretur. Et Curiata comitia, conuentus qui curiatim per lictorem cogebātur. Gell. li. 15. cap. 27. Coriata comitia erāt, quæ curiatim per lictorē calabantur, id eſt, conuocabātur: quorum erant Pontifices arbitri, teſte Cic. pro domo ſua. Idem pro lege Agraria, Nunc quia prima illa comitia teneris centuriata & tributa, centuriata auſpiciorum cauſa remanſerunt. De his uide plura in dictione Comitium.

Curio, onis, m. t. Sacerdos curiæ, ὁ φρατριάρχης. [Ital. Curione, prete. Gall. Le maiſtre d'une curie, leur ſacrificateur. Hiſp. Cura. Ger. Der oberiſt auff einem radthauſs, wie ein zunfftmeiſter auff einer zunfft.] In curiis enim ſacerdotes diuinas curabant, ſicut Senatus res humanas in curia Hoſtilia curare ſolebat, ut ſcribit Varro. ¶ Non ineptè fortaſſis etiam noſtros hodie ſacerdotes, quos uulgò Curatos uocant, Curiones dixerimus, & Curionatum, quā Curam barbarè appellamus. ¶ Curio maximus, ἀρχιερεύς, dicebatur cuius auctoritate curia, omnesq; curiones regebātur. ¶ Curiones quoq; dicti ſunt præcones. Iul. Capitol. Ille per curionē dici iuſſit, impoſturā fecit, & paſſus eſt. Euſeb. lib. 4. Eccl. hiſt. Miſſo curione ad populū, iubet uoce maxima præſtari Polycarpū, tertiò confeſsū ſe eſſe Chriſtianū. Plaut. uerò in Aul. agnū curionē appellat macilentū, tanquā ob curam, maceratū confectumq;: unde à contrario Apuleius in Florid. agnum opimū & pinguē dicere uolens, appellauit Incurioſum. Itē Curiones dicti ſunt quidā Rom. ciues.

Curionatus, us, m. q. Curionis dignitas.

Curionia ſacra, Quæ à Curionibus in curiis fiebant. Feſtus.

Curionium, n. ſ. Dicebatur æs, quod dabatur Curioni ob ſacerdotium Curionatus. Feſtus.

Curo, as, are, a. p. Operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui ſtudere, incumbere, diligentiam, curamq; adhibere. ἐπιμελέομαι. [Ital. Auer cura, por cura, affaticarſi. Gall. Soigner, auoir cure & ſoing. Hiſp. Tener cuydado. Germ. Sorgen, fleyſſan leeren.] In qua ſignificatione ponitur interdū abſolutè. Terent. in Andr. Perterrefacias Dauum, obſerues filium Quid agat, quid cum illo conſilii ceperit. SOS. Sat

eſt:

eſt, curabo. Idem, Hanc fidem ſibi me obſecraſſit, qui ſe ſciret non defuturum, ut darem. DA. Curabitur. Et hoc aliquando cum Vt. Cic. Famil. 16. Cura igitur nihil aliud, niſi ut tu valeas. ¶ Aliquãdo cum Ne. Idem Fam. 2. Vnum illud te præcipuè rogo, ut cures ne quid mihi ad hoc negotii, aut oneris accedat, aut temporis. ¶ Interdum cum accuſatiuo. Cic. Att 8. Tu faſciculum, qui eſt M. Curtoni deſcriptus, uelim cures ad eum perferendum. Et Famil. 7. Mandatum tuum curabo diligenter: ſed homo acutus ei mandaſti potiſſimùm, cui expediret illud uenire quamplurimi. Idem Attic. 1. Signa, quæ curaſti, ea ſunt ad Caietum expoſita. Sic Curare pecuniam, ſignificat pecuniam ad diſſoluendum conficere & comparare. πορίζειν. Idem, L. Cincio H. S. DCCC. pro ſignis Megaricis, ut tu ad me ſcripſeras, curaui. ¶ Et Curare ſe, uel curare corpus, pro reficere φιλοτιματέιν. Plaut. Pſeud. Qui ſe, ſuamq; ætatem bene curãt, edunt, bibunt, Scortantur, illi ſunt alio ingenio atq; tu, qui neque Tibi bene eſſe patere, & illis, quibus eſt, inuides. Cic. Famil. 16. Cura igitur te, & confirma. Virgil. Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus. ¶ Significat quoq; hoc uerbum mederi, curationem adhibere, ἰᾶσθαι, θεραπεύειν. Cic. de Senect. Adoleſcentes grauius ægrotant, & triſtius curantur. Idem in Piſon. Et quum iſto ore fœtido tetercrimam nobis popinã inhalaſſes, excuſatione te uti ualetudinis, quòd diceres uiolentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari. In paſſiua ſignificatione ſic uſus eſt Cic. Tuſc. 3. An quum corpora curari poſſint, animorum nulla medicina ſit? Et cum ablatiuo, addita præpoſitione Ab. Idem pro Cluent. Mulier exclamat ſe ab eo nullo modo curari uelle, quo curante omnes ſuos perdidiſſet. Cic. Acad. lib. 2. Quis enim poteſt, quum exiſtimet à deo ſe curari, non & dies & noctes diuinum numen horrere? Huius compoſita ſunt, Accuro unde Accuratus & aduerb. Accuratè, Concuro, Procuro, Percuro, quæ uide ſuis locis.

Curatus, participium, Cum diligentia & cura factus. ἐπιμεληθείς. [Ital. Fatto con cura & diligentia. Gall. Fait auec ſoing & cure. Hiſp. Hecho cum mucho cuydado. Ger. Ver ſorget, mit fleyß außgerichtet oder gemachet.] Bene curata cute nitidus. Horat. 1. Epiſt. Plin. lib. 18. cap. 6. Addoxit filiam ualidam atq; bene curatam ac ueſtitam.

Curatè, aduerb. pro accuratè, ἐπιμελῶς. [Ital. Diligentemente, con attentione. Gall. Diligemment, ſoigneuſement. Hiſpan. Con mucho cuydado. Germ. Fleyſſiglich.] Tacitus libro 3. Eius negotii initium, ordinem, finem, curatius edifferam.

Curator, m. t. ἐπίτροπος, πάρεδρος, κηδεμών, ἐπιμελητὴς, ἐπόπτης, ἔφορος. [Ital. Curatore, tutore. Gall. Curateur, qui a la charge & le ſoing de quelque choſe. Hiſp. Curador. Ger. Ein verſorger, ſchaffner, pfläger.] Generali nomine dicitur, Præpoſitus alicui negotio: ut, Reficiendis muris curator Demoſthenes fuit, Cic. de Opt. gen. orat. ¶ Curatores urbis, & annonæ ædiles. Idem 2. de Legib. Inſtit. de Curat. paragr. 1. Maſculi quidem puberes, & fœminæ uiripotentes, uſq; ad 25. annum completũ curatores accipiunt: quia licet puberes ſint, adhuc eius ætatis ſunt ut ſua negotia tueri non poſſint. Feſtus ſcribit, Curatorem eſſe, qui pupillis loco tutoris datur, quaſi qui pupillarium bonorum curã gerat, cius officium uocabatur Curatura, aut Curatoria.

Curatio, onis, fœm. t. pro cura, ſiue prouincia, alicui delegata. ἐπιτροπή. [Ital. Cura, guarire. Gall. Cure ou garuiſon. Hiſpan. Curadoria, cuydado. Ger. Ein ſorg, oder vnmůß die einem auffgelegt iſt.] Cic. ad Attic. li. 15. Ego quod eram me dedicatus in uia, ſuadere ut uteretur curatione Aſiatica frumenti: nihil eſſe iam reliqui quod ageremus, niſi ut ſalui eſſemus. Idem 1. de Nat. deor. Ab omni curatione & adminiſtratione rerum uacent.

Curatoria, æ. ἐπιτροπεία, ἐπιτρόπειος, ἐπιτροπευτικὴ, ἐπιτροπαία. [Ital. Vfficio & carica di curatore. Gall. Curatele, office de curateur. Hiſpan. Curadoria, lo officio del curador. Germ. Das ampt eines vogts.] Curatoris pupillorum munus. Heren. in l. 1. ff. de Excuſat. tut. Conſcribens librum (ut mihi uidetur) utiliſſimum, quem excuſationum tutelæ, & curatoriæ uocaui, huc tibi miſi. Ibidem l. 2.

Curax, cis, adiect. Diligens, curæ & uigilantiæ plenus. ἐπιμελὴς, σπουδαῖος. [Ital. Diligente, uigilante. Gall. Diligent ſoigneux. Hiſpan. El que tiene mucho cuydado. Germ. Fleyſſig, ſorgfeltig, gar ſorgſam.] Caius, l. ſi quid uenditor. ff. de Aedil. edic. Verbi gratia. ſi conſtantem aut laborioſum, aut curacem, aut uigilantem eſſe, aut ex frugalitate ſua peculium acquirentem affirmauerit, & ex diuerſo leuis, proteruus, deſidioſus, ſomniculoſus, tardus, conciliator inueniatur, &c.

Curculia, f. p. Nautæ. Curculias uocant funes illos, quibus tempeſtatibus obortis utuntur.

Curculio, onis. cur. huius curculionis, maſcul. generis, t. Animal paruum frumentum corrodens: quaſi gurgulio, cùm nihil in eo pene aliud quàm guttur uidcatur. τρώξ. [Ital. Tignuola. Gall. Vne petite beſte ou uermine qui ronge le frument, calendre, chate peleuſſe ou chatenſon. Hiſp. Gorgojo. German. Vuiblen, oder milwen die das korn frißlen vnd außhölen.] Virgil. 1. Georg. -populatq; ingentem farris aceruum Curculio. Colum. lib. 1. cap. 6. Ea res ob noxa curculionum & ſimilium animalium commodiſſimè uidetur fruges cõditas defendere. ¶ Eſt præterea Curculio, uia patens, ſeu fiſtula colli exterior, per quam ſpiritus attrahitur, atque emittitur γαργαρεών. Conſtat autem hæc ex cartilagine molli & flexuoſa, quaſi ex annulis in catenæ modum compactis, ſed imperfectis. ¶ Dicitur etiam ſpiritalis fiſtula, quæ ſemper patet, ut ſpiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem coit q; defertur. Trachiam arteriam medici appellant: Plinius arteriam aſperam: cuius operculum eſt ex epiglottis. Scribitur autem Curculio per c, non Gurgulio per g, ut conſtat ex argumento Plautinæ Comœdiæ, quam Curculionem inſcripſit, in qua primæ uerſuum literæ Curculionis nomen exprimunt.

Curiã, Curiales, Curiatus, Vide Cura.

Curio, Curioſus. Vide Cura.

Curis, Lingua Sabinorum, haſta dicitur. Vnde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, eſt dictus: & Romani à Quirino, Quirites dicuntur. Curtim Iunonem appellabant, quia eandem ferre haſtam putabant. Feſtus. Vide Macrobium libro 1. Saturnaliorum, capite 9. & Seruium in 1. libro Aeneidos.

Curo, as, Vide Cura.

Curmi, ex maceratis & coactis frugibus potus. Vlpian. l. 8 quis. ff. de Tritic. & Vin. l. Igitur & acetum, inquit, quod uini numero paterfamilias habuit, & zythum & curmi, & cætera quæ pro hominum affectione atq; numero uini habebuntur.

Curmundula, Pyra erant gratiſſimi ſaporis, corticis tenerrimi, quapropter à multis nequaquam cortio detracto edebantur.

Curro, ris, cucurri, curſum, n. t. Cuius compoſita quandoq; geminant ſyllabam, quandoq; non, τρέχω. [Ital. Correre. Gall. Courir. Hiſp. Gorrer. Germ. Lauffen.] Virgil. lib. 4. De curręre iugis, alii de parte patentes Tranſmittunt curſu campos. Cato contra Piſonem. Video hac tempeſtate cucurriſſe omnes aduerſarios. Terentius in Hecyr. Vna illarum interes properè præcurrit. Eſt autem currere, celeriter ire, gradum præcipitare, intenta celeritate uiam quaſi uorare. Cic. ad Attic. 10. Præteriit uillam meam Curio, iuſſitq; mihi nuntiari mox ſe uenturum: Cucurrit Puteolos, ut ibi concionaretur. Sic Currere curſum, Currere ſpatiũ dicimus. ¶ Interdum accipitur pro fluere. ῥεῖν. Virgil. 3. Georg. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Plinius lib. 11. cap. 51. Doliis etiam inanibus currit eadem, concauo uel recto parietum ſpatio. Sic & Cicero Currere orationem dixit 2. de Finibus. ¶ Fruſtra currit, εἰς κενὸν τρέχει, pro eo quod eſt, Fruſtra laboras. Vſus eſt D. Paulus cõpluribus locis. Sumptum ab iis qui in ſtadio curſu certãt. Celebris eſt hic Senarius, ἀδίλως ἀνὴρ εἰς κενὸν μὴ χλὰ τρέχων: id eſt, temerarius labore currit irrito. ¶ Hoc ſimilitimum eſt, Nec currimus, nec remigamus, ὔτε θέομεν, ὔτε ἐλάυνομεν. Compoſita huius uerbi ſunt, Accurro, Concurro, Circumcurro, Decurro, Diſcurro, Excurro, Incurro, Intercurro, Occurro, Præcurro, Procurro, Percurro, Recurro, Succurro, & Tranſcurro, quæ omnia uide ſuis locis.

Correns, particip. τρέχων. [Ital. Chi corre. Gall. Qui court. Hiſp. El que corre. Germ. Lauffend.] Vnde currentem incitare, τὸν τρέχοντα ὠθεῖν, prouerbialiter dicimus. pro incitatum iam, & in rem aliquam incumbentẽ inſtantius hortari uel impellere. Cic. ad Attic. Quòd me hortaris ut

cui

eos dies conſumam in Philoſophia explicanda, curretem tu quidem.

Curritur, impersonale. Terent. in Prologo Heaut. Si qua labo noſa eſt, ad me curritur.

Curro, ſis, Sæpe, uel multum curto. *διατρέχω*. [Ital. Correre ſpedo. Gall. Courir ſouuent, maintenant ça, maintenant là. Hiſp. Correr amenudo. Germ. Vil vnd offt lauffen, lauffen eins lauffens.] Cic. 1. de Diuin. Fuſcæ nonnunquam curſans per littora cornix. Idem pro Roſcio Amer. Podica homines curſare ultro & citrò non deliterunt. Idem de Senectute, Quum alii malos ſcandant, alii per foros curient. Terent. in Hec. Trepidari ſentio, & curſari horſum, ſurſum.

Curſito, n.p. Frequentatiuum, *περιτρέχω*. [Ital. Corre qua & là. Gall. Courir çà & là. Hiſpan. Correr à menudo. Germ. Hin vnd hár lauffen.] Diomedes. Sunt & quædã interiectionum interiectiua: quæ ſæpe in tres gradus deducunt verba, quale eſt Video, deinde Viſo, & quod plus eſt, Viſito. Item Curro, deinde Curſo & Curſito. Terent. in Heaut. Hodie mihi haud potuiſtis data eſt, ita curſitando atq; ambulando totum hunc contriui diem. Idem Eunuch. Ne quis forte interpuncias clàm à milite ad illam curſitet.

Curſus, ūs, m. q. & Curſio, Currendi actum ſignificat: & tam de homine, ſtante & equitante, quàm pedibus iter facientes, poteſt intelligi. *Δρόμος*. [Ital. Corſo, il correre. Gall. Cours, courſe. Hiſp. Corrida. Germ. Ein lauff.] Plin. lib. 11. cap. 19. Humido curſu per ſinus impellũt. Cic. ad Caſſium, Sin opportunitas tibi erit, omnis hominum curſus eſt ad nos.

Curſor, ōris, m. g. Idem quod Curſus. *Δρομεύς*. Varro, Equi alii ſunt idonei ad rem militarem, alii ad uecturam, alii ad admiſſuram, alii ad curſuram.

Curſor, mant. Qui currit. *Δρομεύς*. [Ital. Corſore, corritore, ſtaffiero, corriero. Gall. Courcur, courſier. Hiſp. El trottero, o corro, o corredor. Germ. Ein öuffer.] Cic. 1. Tuſc. In ſtadio curſores exclamant quàm maximè poſſunt. Plaut. Mercat. Genus hunc curſorem deſerunt. ¶ Curſor item tabellarius dicitur, à celeritate cursus. Mart. Curſorem ſexta tibi Rufe remittimus hora.

Curſorius, a, um, quod ad curſum pertinet: ut, Nauis curſoria. *Δρομικός*. [Ital. Cio che s'appartiene à corſo. Gall. Propre pour courir. Hiſp. Coſa ordenada para correr. Ger. Das zu dem lauff gehört.] Sidon. Typhim curſoriam aſcendi.

Curſim, aduerb. Significat currendo. *Δρομικῶς*. [Ital. Correndo. Gal. En courant. Hiſp. De corrida y atrabatadamente. Germ. Mit lauffen, im lauff.] Plaut. Pœnul. Niſi ego illum iubeo quadrigis curſum ad carnificem rapi. Cic. 2. Philipp. Alter in Aſiam irrupit curſim. Plin. epiſt. 49. Super hãc hora legebatur, annotabatur, & quidem curſim.

Curſus, ūs, m. q. Vehiculi genus. *ἅμαξα, ἅμαξα*. [Ital. & Hiſpan. Carro. Gall. Char. Germ. Ein wagen, oder karren.] dictum ab eo, quòd eo uteretur ad curſum. Virg. 11. Aeneid. Quadriiugo uehitur curru. Hoc nomine bigæ etiã & quadrigæ continentur. Vnde etiam triumphantium quadrigæ, currus triumphales dicebantur. ¶ Per translationem ponitur pro triumpho. Cic. ad Caton. lib. 5. Quem ego curſum, aut quam laudem cum tua laudatione conferem? Currus bouum trahit, *ἅμαξα τὸν βῶν ἕλκουσα*. De re quæ præponitur genitur. Quod Galli ſua lingua eleganter dicunt, Mettre la charrue deuant les bœufs. Lucianus in Tyrannic. ¶ De curru delapſus, *ἐξαμαξωθείς*. In bodiernum uulgò quoq; durat adagium in eũ qui obtuſus propoſiti, aliò ſe transtulit, aut qui in ſententia labaſcit. Antiphan. in Ranis.

Curuculum, n. g. diminutiuum. Breuiſſimum uehiculi genus, quòd eo uteretur ad curſum in ludis Circenſibus uteretur. *τὸ ἁμάξιον*. [Ital. Picciolo carro, carretta. Gall. Petit char ou chariot. Hiſp. Carro pequeno. Germ. Ein kleines wagen oder karren welchen man braucht zů dem reuen, ein rollwäglin.] Plaut. Mercat. Quin pedes uos in curruculum conijcitis? Curtius libro 8. Aliorum turbati equi in amnem præcipitauêre curricula. ¶ Eſt etiam curruum, curſus *ἁρμάτων, ἅλιγμος*. [Ital. Corſo. Gal. Cours, courſe. Hiſp. Correca pequena.] Cicero 2. de Legibus, Ludos publicos, quod ſine curriculo & ſine certatione corporum fiat, populares lætitias in cantu & fidibus, & tibiis moderante, eam cum diuũm honore iungunt. ¶ Curriculum uitæ. Cicero pro Rabirio, Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunſcripſit, immenſum gloriæ. ¶ Item Curriculum ſignificat tempus. Virgil. lib. 8. Inde ubi prima quies medio iam noctis abactæ Curriculo, expulerat ſomnum: id eſt, medio tempore. ¶ Curriculum item locum ſiue interuallum ubi curritur denotat, à carceribus ad calcem: Græci *ὑπόδρομον* appellant. [Ital. Luoco da correre. Gal. Lieu pour courir. Hiſp. La carrera ò lugar donde correu. Germ. Ein auſszyleter platz in welchem man lauffe.] Horat. 1. Carm. Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegiſſe iuuat.

Curricatò, aduerbium, pro Curſim. *Δρομικῶς, Δρομικὸς ἐν*. [Ital. Correndo preſtamente, teſto, in fretta. Gall. En courant haſtiuement. Hiſpan. De corrida, atrabatadamente. Ger. Im lauffen ſchnell, eilends, ſtuch, löufflingẽ.] Plaut. Epid. Nam ut apud portum te conſpexi, curricato occœpi ſequi. Terent. Heaut. Curriculò percurre.

Curriculã, t. p. Parua auis, quæ alienos pullos pro ſuis educat. *ἐπιλαὶς, ὑπολαὶς*. [Ital. Vccello, picciolo, che alleua gli altrui figliuoli penſando che ſiano ſuoi. Gall. Vn perdon, petit oyſeau qui nourrit les petis d'un autre penſant que ce ſoyent les ſiens. Hiſp. La aue que cria los hyos del cuchillo. Germ. Ist ein vogelin das frömbde junge für die ſeinen erzeet vnnd auff zůchr. Etlich nennend es ein Straſsmucl.] Iuuenalis Satyra 6. Tu tibi nunc curruca places, fle tumq; labellis Exorbes.

Curſus, Curſim, Curſito, Curſor, Curſura, Curſo, Vide Curro.

Curtũs, a, um. Breuis, paruus, mutilus. *διολοβός*. [Ital. Corto, breue. Gall. Court, petit. Hiſp. Coſa mellada, menguada, eſcaſſa ò corta. Germ. Kurtz, gekürtzet.] Horatius, Nunc mihi curto Ire licet mulo, uel ſi libet, uſq; Tarentum. Sic Curtum calicem dixit Martialis, pro fracto: & Perſius, Curtam ſuppellectilem, pro exigua: & Cicero Curtam ſententiam, hoc eſt, decurtatam. Celſus quoque libro ſeptimo, capite nono, in auribus, naribus, ſeu labris curta appellat, partium illarum deformitates, particulæ alicuius defectu prouenientes.

Curto, as, act. p. Diminuo. *διολοβόω*. [Ital. Accorciare, diminuire. Gall. Accourcir, aperiſſer, diminuer. Hiſpan. Mellar, ò menguar, ò cortar. Ger. Kürtzeren, kürtzer oder beſchnitner machen.] Horatius 1. Serm. Satyr. 3. Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum, &c. A quo Decurto, *διολοβόω*.

Curuamẽn, Curuatura, Vide Curuus.

Curulis, & hoc curule, om. t, adiectiuum eſt à curru formatum, abiecto altero r, ut Aedilis curulis, dignitas curulis, & apud Horatium, ebur curule: Cuilibet (inquit libro 1. Epiſt.) hic faſces dabit, eripietq; curule, Cui uolet importunos, ebur. Nam ſenatores qui curulem magiſtratum, hoc eſt, maioris honorem gerebant, honoris gratia in curiam uehi ſolebant curru, in quo ſella erat eburnea, ſupra quam conſiderent. ¶ Curulis etiam in fœminino genere accipitur pro ipſa ſella: quia facilè poteſt intelligi eius ſubſtantiuum. Lucanus libro tertio, Prætor adeſt, uacuæq; loco ceſſêre curules.

Curuũs, a, um, Inflexus, tortus. *ἐπικαμπὴς, καμπύλος*. [Ital. Torto, piegato. Gall. Courbe. Hiſp. Corno ò corcobado. Germ. Krumb.] Virgil. 2. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem. Tibull. Et properat celeri curua ſenecta pede. Virg. 5. Aen. Et littore curuo. A quo incurũ, ualde curuum. Terent. in Eunuch. Incuruus, tremulus, labiis demiſſis. Donat. Incuruus, ualde curuus. *λυπρός*. Procuruus, idem Virgil. 2. Georg. - Neq; illa procuruam Expectant falcem. Recuruus, idem quòd ſimplex curuus. Virg. 7. Aen. - Cornuq; recuruo Tartaream intendit uocem.

Curuo, as, a. p. Flecto, uel curuum efficio. *καμπυλαίνω, λυμαίνω, λυπρῶ*. [Ital. Piegare, torcer. Gall. Courber, faire courbe & panché. Hiſp. Encoruar ò corcobar à otro. Ger. Krümben, biegen.] Virg. 2. Georg. Iturros taxi curuãtur in arcus. Lactan. lib. 2. Quia curuant ceruices animalia ad uictum de terrena. Plin. lib. 16. cap. 42. Et palmæ arbor innatans in diuerſum enim curuatur. ¶ Huius compoſita ſunt, Accuruo, quod eſt iuxta curuo. Coniurũ, lib. 2. Nam tres ex ea parte materia, qua torta & accuruata, quum deprimeretur, cæperat uitium. Recuruo & Incuruo, uide ſuis locis.

Curuatus, partic. *ἐπικαμπὴς, καμπύλος*. [Ital. Piegato, inarcato. Gall. Courbé. Hiſp. Corcobado. Ger. Gebrümbt, gebogen.] Stat. 5. Syl. Et ſimulant teſtos curuata cacumina lomnos.

Curuatio

Curatio,ſæ f. uerbale. *ἐπιμέλεια.* [Ital Piegamento. Gall. Courbement Hiſpan. Encoruadura,ò corcoba. Germ *Ein krümbe.*] Plin.li.17.cap 23.In curuatione materiæ. Colum. lib.4.cap.12.

Curuatura,æ,ſ.p. *λυγισμὸς τόπος.* [Ital. Piegatura. Gall. Courbure. Hiſp Encoruadura,corboba. Germ *Krümbung, biegung.*] Plin.lib.17.cap.19 Ne curuatura fugiat. Ouidius 2. Metam. Aurea ſummæ Curuatura rotæ.

Curuamen,n.r. Curuatio,ſiue curuitas. *ἐπιμέλεια, λύγισμα.* [Ital. Piegatura,curuatura. Gall. Courbement, courbure. Hiſp. Encoruadura,corcoba. Germ. *Krümbe, bucl'*] Ouidius lib.2 Metam Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes. Gell. Sub alio atq; alio cœli curuamine.

Curuesco, n. t. Curuus fio. *λυρτόμαι.* Huius compoſitum eſt Incurueſco, quo uſus eſt Cic.1.Tuſc. Ramos baccarum ubertate incurueſcere.

Curuipes. Qui curuos habet pedes. *ἀγκυλόπους.*

Cuſo,cuſas, Vide Cudo.

Cuſpis,pidis,fœminini generis,terr.decl. Acuta pars gladii,haſtæ clami, & huiuſmodi. *ἐπιδορατὶς αἰχμή.* [Ital. Punta. Gall Pointe,un bout agu & pointu Hiſp. Punta,ò agudeza de arma Germ. *Ein ſpitz an einem ſchwert, ſpieß, nagel &c.*] Mart. Acer ia cuſpide figit aprum. ¶ Cuſpis longa,pro uero Martial.lib 14. Sumeus in longa cuſpide fumet aper. ¶ Cuſpides,pro tabulis ſcribilibus. Varro 1 de Re ruſtic.cap 2 Inde enim aliquot colligatos libris demittunt in tabulo ſcribiles cum fundo pertuſo, quos Cuſpides appellant,quà homer aduentitius tranſire poſſit. ¶ Hinc componitur Tricuſpis,adiectiuum, *τριλόφιος,* quod tres habet cuſpides,qualis eſſe fingitur Neptuni tridẽs. ¶ Per haſtæ cuſpidem curtere, *ἀλὶ ἐξείας δρομεῖν,* dicebantur, qui in re magnopere periculoſa uerſarentur: *ἐξείαν* enim haſtam,ſiue haſtæ cuſpidem uocant.

Cuſpido as, n.p. Cuſpidem alicui rei induco. *ἐπιδορατίζω.* [Ital. Far la punta à qualche coſa. Gall. Bailler ou faire pointe,aguiſer en pointe Hiſp. Aguzar ò hazer punta. Ger. Spitzen,ſpitz machen.] Quo uerbo uſus eſt Plin.li.11. Vorum corubus Barbari Septentrionales potant, uinoſq; bibis capitis unius corona implent: illi præfixa his pila cuſpidatur.

Cuſpidatus,m f Qui cuſpidem habet. *ἐπιδορατὶς* [Ital Ponturo Gall. Ziyant une pointe aguiſé en pointe. Hiſp Coſa con punta Germ Geſpitzet] Plin li.16.cap.19 Furget uo merem tubinde ſtimulus cuſpidatus ruila.

Cuſpidatim,aduerb. Idem eſt quod acutè, & ad ſimilitudinem cuſpidis *κατ' ἐξείαν.* [Ital. Acutamẽte,aguzzamente in ponta Gall Par la pointe,par la fin bout Hiſpan. De punta ò con punta. Germ. Mit ſpitz nach oder mit dem ſpitz.] Plin.li.17.cap.14. Donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus.

Cuſtos,odis, com. t. Qui rem aliquam tuetur & curat. *φύλαξ.* [Ital.Cuſtode guardiano. Gall. Garde,gardien. Hiſp. Guardador. Germ. *Ein hüter,oder hüterin.*] Terent.in Eunucho, Numnam tu hîc reliſtus es cuſtos, Ne uis forte internuncius clam à milite ad iſtam curſitet? ¶ Interdum etiam Cuſtos ſignificat prohibitorem: ut apud Virgilium de Priapo, Et cuſtos furum atq; auium. Ibi enim cuſtos furum non dicitur, qui eos cuſtodit, ſed qui eos arcet. Vnde cuſtodem oſtii dicimus qui curat ne quis immiſſus ingrediatur. *θυρωρὸν.* Cuſtos horti, Qui prohibet aliquẽ in eum ingredi,uel damnum facere. *λιμπορός.* ¶ Cuſtos ſacrorũ, Qui ſacra miniſtrat atq; obſeruat *θυρώρ.* Virgil.8 Aen. Ac domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri. Cic.lib.2.Offic. Malus enim cuſtos eſt diuturnitatis metus. ¶ Cuſtos etiam dictus fuit in iudicio, cui curæ erat accuſatorem obſeruare, ne à reo corrumperetur. Cic.in Diuin.in Verrem, Cuſtodem, inquit, Tullio me apponite. Quid mihi quàm multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad capſas meas admiſero,qui nõ ſolùm ne quid enuntie, ſed etiam ne quid auferas cuſtodiendus ſis. Et paulò pòſt, Etenim fides mea cuſtodem repudiat, diligentia ſpeculatorem reformidat. ¶ Cuſtodes etiam in uitibus dicuntur nouelli palmites, duarum uel trium,non amplius gemmarum,qui alio nomine referes, aut præcidui palmites uocantur. Plin.lib. 17.cap.22.

Cuſtodio,dis,diui,ditum, act.q. Seruo, obſeruo. *φυλάττω, τηρῶ.* [Ital. Cuſtodire,guardare. Gall. Garder. Hiſp. Guardar. Germ. Bewaren,behüren,behalten] Gellius lib.1. Parſimoniam apud ueteres Romanos,& uictus,atq; cœnarum tenuitas, non domeſtica ſolùm obſeruatione ac diſciplina, ſed publica quoque animaduerſione, legumque complurium ſanctionibus cuſtodita eſt. Cicero Dolabellæ, Fac ut diligentiſſimè teipſum mi Dolabella cuſtodias. Cuſtodio pro Obſeruo. Quintus Cicero de Petitione conſulatus. Fac itaque ut ſe abs te cuſtodiri atq; obſeruari ſciant. Cicero 1.in Catilinam, Oculi & aures omnium te ſpeculantur & cuſtodiunt.

Cuſtodia,æ,fœm pr. Ipſe cuſtodiendi actus *φυλακή.* [Ital. Guardia. Gall. Garde,le guet & garde qu'on fait ſur aucũs. Hiſp. La guarda. Germ *Ein hůr,wacht oder achthabung*] Horat.in Epiſt. Ve pigerannus Pupillis,quos dura premit cuſtodia matrum. Celſus lib.1.cap.1. Qui ita nunquam ſine cuſtodia ſui tuta habuit. ¶ Sæpe etiam poſitum inuenitur pro ipſo loco, in quo quis cuſtoditur: hoc eſt, pro ipſo carcere. *τὸ φυλακτήριον.* [Ital Guardia,prigione. Gal. Le lieu ou on eſt gardé & ſerré, comme une priſon Hiſp. Carcel ò cepo ò corma. Germ. *Ein gefengnuis,das orrt an welchem einer verhaltet wird.*] Colum.lib 1. Nam illa ſolennia ſunt omnibus circumſpectis, ut ergaſtuli mancipia recognoſcant, ut explorent an diligenter uincta ſint, an ipſa ſedes cuſtodiæ ſatis tuta munitaq; ſint. ¶ Quandoq; etiam ponitur pro eo qui cuſtodit. *φύλαξ.* [Ital. Guardia, guardiano. Gall. La garde Hiſp Guardador,la guarda Ger. Hüter oder wechter] Tibullus. Sed pretium ingrande tenet, cuſtodia uicta eſt. ¶ Quandoq; pro eo qui cuſtoditur. *ὁ ἐν τῇ φυλακῇ.* [Ital. Prigioniero, guardato. Gall Celuy qui eſt gardé,priſonnier. Hiſp. Guardado. Germ. *Ein verhůrter,oder gefangner*] Suet in Domit. Nec nimis tectus atq; ſolus, plerasq; cuſtodias, receptis quidem in manu extemis audiebat. Et Digeſt. de rerum cuſtodia ſcribitur. Ne quis receptam cuſtodiam ſine cauſa diuiſerit. Et alibi. Et ſi cuſtodia ſe interfecerit, uel præcipitauerit, militis culpæ aſcribitur.

Cuſtodia, Idem ſignificare uidetur quòd uincula: prior tamen uox non niſi publicam complectitur, poſterior & priuatam. Innocentium. de Verb. ſign. Magiſtratus autem ex qualibet leuiſſima ſuſpicione, eum quẽ nocentem arbitrabatur, in carcerem ducere poterã Baldus in l. nullus C. de Exhib. reis. Accipitur etiam cuſtodia pro Carcere. in l. ad Commentarienſem. C. de Cuſtod. reor. quoniam in illum rei, non pœnæ cauſa, ſed cuſtodiendi mittuntur. Sed & cuſtodia non rarò pro ipſo in carcerem conſeſſo uſurpatur.

Cuſtodiẽ,aduerb. *περιφυλακτικῶς.* [Ital. Sagacemente,con guardia. Gall. Sagement. & ſe donnant garde. Hiſpan. Con mucha guarda. Ger. Behůtſamlich.] Plin Ep.11. Quàm ſtudioſè,q̃ intelligẽter lectitabat,ut parcè,cuſtodiẽq; ludebat.

Cuſtoditio, Eſt opera ad aliquid cuſtodiendum ſumpta, *φύλαξις.*

Cuſtoditum, n. ſ. Quod cum cuſtodia eſt, *περιφυλαγμένως,* Incuſtoditum, Quod ſine cuſtodia eſt. *ἀφύλακτος.* Mart. Incuſtoditis & apertis Lesbia ſemper Limin.bus peccas.

Cuſtodela,à ueteribus Cuſtodia dicebatur. Feſtus.

Cũtis,ſ.p. Pellis,ſiue corium *χρὼς, δέρμα.* [Ital. Corenna, pella,cuoio. Gall. Peau. Hiſp. Cuero ò pelleja ſotil. Germ. *Ein haut oder fäl.*] Plin.li.11.cap.39. Ergo cutis ipſa ſenſu caret, maximè in capite, ubicunq; per ſe, ac ſine carne eſt: uulnerata non coit, ut in bucca filioq; Plancæ ad Cic. li.10. Sed nõ poſſum nõ exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt uulneris, quod prius nocere poteſt, q̃ ſciri, curariq; poſſit. Iouen. Sat.6 Tres rugæ ſubeãt & ſe cutis arida laxet. Compoſita ſunt, Intercus adiect. idem qđ Intercutaneum, quod intra cutẽ eſt. Subcutaneum, qđ eſt ſub cute. Subtercutaneũ, qđ ſubter cutẽ eſt. Recutiti etiã à cute dicũtur Iudæi, id eſt, circunciſi, & cute, hoc eſt, præputio priuati. Cutis eſt corpus neruoſum, corã corporis ſuperficiẽ exornãs atq; protegens, idq; decoris gratia etiam ut offenſam, & noxam omnem prohibeat. Galen. de Defin. ¶ Ad cutem uſq; radere. *ξυρεῖν ἐπὶ χρῶ,* dicebatur, qui nimium exactè uidebatur agere cum aliquo. ¶ Intus & in cute natus & modis omnibus cognitus. Perſius.

Cuticula,diminut.ſ.p. *ἐπιδερμάτιον.* [Ital. Pelle picciole. Gall. Petit

Petite peau. Hiſp. Pequenna pelleia. Ger. Ein heutle oder fäle.] Iuuen. Sat. 11. Noſtra bibat uernum contracta cuticula ſolem. Perſ. & aſſiduo curata cuticula ſole.

C ante Y.

Cyāmēa, f. p. κυάμεα, Gemma quæ fracta, fabæ ſimilitudinē præfert. Plin. lib. 37. cap. 11. Cyamea nigra eſt, ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinem parit.

Cyāmūs, κύαμος, Herba ex Aegypto peculiaris, latiſsimis foliis, quæ & Colocaſia dicitur. & Faba Alexandrina. Plin. li. 21. cap. 17. In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon uocant aliqui. Vide plura in dictionibus Colocaſia, & Cibotium.

Cyāmūs, m. f. κύαμος, Faba genus legaminis, à cuius eſu Pythagoram religioſiſſimè ſeruat abſtinuiſſe.

Cyanos, κύανος, autore Plin. lib. 37 cap. 9. Gemma eſt ex iaspidum genere, colore cæruleo, Vnde quibuſdam cadē eſſe creditur quæ hodie ab Italis Turchina uocatur: à Gallis, Une Turquoiſe: ab Hiſpanis, Turqueſa. à Germanis Ein Türckis.] Alii hoc nomine laſuli lapidem malunt ſignificari, qui contuſus in puluerem præſtantiſſimū pictoribus cæruleum coloris genus ſuppeditat. Quorum opinio idcirco mihi ueriſimilior uidetur, quòd Plinius loco iam citato prodiderit, cyanū ſæpe aureo puluiſculo intermicare: quod in Iaſiū lapide frequēter uſu uenit, ut qui ferè in auri fodinis inueniuntur. Ea uerò gemma, quam uulgus Turchinā uocat (nos cranū eſſe credimus) id nunquā compertum eſt.

Cyānēus, m. f. adiect. Idem ſignificat quod cæruleus, quòd ſcilicet cyani gemmæ colorem refert. κυάνεος. [Ital. Turchino. Gal. Turquin, de celeur per ſe on bleue. Hiſp. De color de Turqueſa, Turqueſado. Ger. Blům wie ein Türckis.] Van Cyanea penula amictus graſſatur, Cyanos etiam flos eſt cærulei coloris in ſegetibus naſcens, quem Galli, teſte Ruellio, Blaueolum appellant. Plin. lib. 21. cap. 11. In Italia uiolis ſuccedit roſa, huic interuenit liliorum, roſam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

Cyāthūs, m. f. κύαθος. [Ital. Bichiere. Gal. Vn petit uaiſſeau à boire comme un gobelet. Hiſpa. Vaſo para beuer. Ger. Ein becher.] Calicis genus, à χέειν, quod eſt fundere, dictum, mutatione literæ aſpiratæ in tenuem. Succeſſit autē in ſimpuli locum in conuiuiis, ut docet Varro. Plin. Potui uerò aqua pluuialis decocta, ſed quæ per binos ternoſue cyathos bibatur. Iuuen. Sat. 5. Cardiaco nunquam cyathū miſturos amico. ¶ Inde translatus eſt ad menſuram, quorum duodecim ſextariū complent. ¶ Ad Cyathum ſtare, uel à cyathis eſſe, κυαθίζειν, dicebatur οἰνοχόος, qui potus menſurā cyathis (id quod antiqui ſolebant) metiebatur. Apelleius pocillatorem dixit, alij pincernam. Plin. li. 22. ſcribit Cyathum per ſe pendere drachmas decem. ¶ Cyathus etiam ſimum nomen eſt in Aetolia, ad Arſinoen, apud Polybium. ut notat Caelius Rhodig. Antiq. lect. lib. 15.

Cyāthiſſo, as, a. p. Potum ſubminiſtro. κυαθίζω. [Ital. Porger da bere. Gal. Verſer à boire dans un gobelet. Hiſp. Dar à beuer. Ger. Auß einem becher zů trincken biethen, Oder einſchencken.] Plautus, Non ſcis quis ego ſim qui tibi ſæpiſſimè cyathiſſo, apud nos quando potas?

Cybistētes, m. t. κυβιστῆτες, Vrinatores dici poſſunt, qui τὰς κυβίστησεις, hoc eſt aquarum gurgites ſubeunt. Quo nomine & ſaltatores quidam appellati ſunt, qui in caput conuoluni, manibus pedibuſq; adductis didicerant: à cubo, id eſt teſſera, uerbo deducto, qui quum in alueolum iacitur, hoc modo conuoluitur. Vnde

Cybisma, neut. gene. decl. tertiæ: Illud genus ſaltationis & exercitii dicitur à Luciano in capite de gymnaſiis. Bud. in Annotationibus.

Cybium, n. f. κύβιον, Piſcis genus, quod ita ſcitū eſt ut meſum quòd pateat in omnes partes ad ſimilitudinem teſſe rarum. Plin. li. 32. Cybium eſt conciſa pelamis. Martia. libro 1. Duriis cybium lacerat ouis. Idem lib. 11. Et caudam cybii, breuesq; manus. Et paulò pòſt, Et duo fruſtra rogat cybii, tenuēmue lacertum. ¶ Cybium ſcribit Budæus etiam appellatum illud uas à Græcis, quod Latini Quadrantal appellabant. Dictum ea ratione, quæ ſuperius poſita eſt in Cybio piſce.

Cychrāmūs, Auis quæ coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum præſtat. Plin. lib. 10. ca. 23. Semperq; hinc abeuntes coturnices comitatum ſolicitant: abeuntiq; unà per ſua ſigna glottis, otis, & cychramus.

Cyclāmīnūs, fœm. gen. κυκλάμινος. [Ital. Pan porcino, ciclamino. Gal. Pain de pourceau. Hiſ. Pan de Puerco. Ger. Erdtſcheib.] Iuel Cyclaminum, herba eſt, quā noſtræ ætatis ruſtici Panem porcinum uocant, quòd eius pabulum porcis in primis iucundum eſſe, ſubulci experiantur. De hac Plin. lib. 21. cap. 9. In uepribus, inquit, naſcitur cyclaminum, de quo plura alias. Flos eius coloſſinus in coronas admittitur.

Cyclās, adis, f. t. κυκλάς Veſtis fœminea rotunda. Nam Græci κύκλον circulum, & κυκλέω circundo dicunt. Iuuenal. Hæ ſunt, quæ tenui ſudant ex cyclade. Propert. & cyclade lōga Verrit humum. Videtur autem eſſe neſtis tenuiſſima, explicatilis & ſpatioſa, qualem ſolēt hodie Romanæ & Florentinæ, ac Senenſes mulieres in Italia geſtare.

Cycnūs, m. f. Vide Cygnus.

Cygnūs, m. ſuel potius Cycnus, κύκνος. [Ital. Cigno. Gal. Cygne. Hiſp. Ciſne auc. Ger. Ein ſchwan.] Latinè olor, auis candida, anſere maior, argutam uocem habens, præſertim immineute iam morte: tunc enim doloris magnitudine in querelam fertur erumpere, & ſibi adhuc uiuæ lugubre carmen canere. Cicer. 1. Tuſcul. Itaq; commemorat ut cygni qui non ſine cauſa Apollini dicati ſint, ſed quòd ab eo diuinationem habere uideantur, qua prouidentes quid in morte boni ſit, cum cantu & uoluptate moriantur. Martial. libro 13. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Rauci cygni. Virgil. 11. Aeneid. Dant ſonitū rauci per ſtagna loquacia cygni. ¶ Tūc canent cycni, quum tacebunt graculi, τότ' ἄρουν οἱ κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι Hoc eſt, Tum loquentur eruditi, quum garrulis non erit loquendi locus: Aut, inter garrulos & obſtreperos nō eſt eruditis dicendi locus. Gregor. in Epiſtol. ¶ Fuit etiam Cygnus (ut Poetæ fabulantur) Ligurum dux Phaethontis amator, qui poſt illius interitū diutino fletu in hanc alitem mutatus eſſe fertur. Huius filium Cupauonem Virg. lib. 10. dicit habere cygni pennas in galea, ad formæ paternæ inſigne monſtrandum, Non ego te Ligurum ductor fortiſſime bello Tranſierim Cygne, & paucis comitate Cupauo, Cuius olorinæ ſurgunt de uertice pennæ. ¶ Fuit & alius Cygnus. Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis: cum quo Achilles Troiani belli tempore congreſſus, quum fruſtra eum iaculis appetiſſet, tandem re intellecta, humi eum proſtrauit, genibuſq; collo innixus, animam eripuit: quumq; cadauer ſpoliare uellet, arma uacua inuenit, Cygnumq; in auem ſui nominis uidit commutatum. Vide Ouidium 12 Metamor. ¶ Fuit inſuper Cygnus filius Martis, de quo Heſiodus in Aſpide, ἐνθὶ ἄρα κύκνος μὲν ὑπερμενέος διὸς υἱὸν Κ]ενόμενον μεμαὼς κὰκ ἐμβαλε χάλκεον ἔγχος. id eſt, Vbi certè Cygnus quidem præpotentis Iouis filium occidere promptus ſcuto iniecit aream haſtam.

Cygnēus, a. um, media product. κύκνειος, ut, Vox cygnea. quæ eſt cygni. ¶ Cygnea cantio, κύκνειον ᾆσμα. Conuenit in eos qui ſupremo uitæ tempore facundè diſſerunt, aut extrema ſenecta ſuauiloquentius ſcribunt. Cicer. 1 de Orator. Illa tāquam cygnea fuit diuini hominis uox & oratio, quā quaſi ſpectantes, poſt eius interitum ueniebamus in curiā, ut ueſtigium illud ipſum, in quo ille poſtremū inſtitiſſet, contueremur. ¶ Quandoq; Cygneus dicitur candidus.

Cylindrūs, m. f. κύλινδρος. [Ital. Pietra longa è ronda. Gall. Cylindre. qui eſt une pierre longue & ronde qu' on roulloit ſur la terre pour l'aplanir. aiſée à faire rouler. Hiſp. Coſa rolliza en luengo. Germa. Ein walſtein, Ein langlechter ſtein allenthalben rund, als ein ſaul.] Columnula lapidea rotatilis, qua rei ruſticæ ſcriptores aream æquari iubent Virgilius ſecundo Georg. Area tum primùm ingenti eſt æquāda cylindro. Cato de Re ruſtica, capite 129. Aream ubi tumentum teratur, ſic facies: confodiatur minutè terra, amurca bene conſpergatur, ut combibat plurimum: ubi bene commiuuta terra fuerit, cylindro aut paniculo coxquato. Tractum nomen ἀπὸ τῶ κυλίνδεω, id eſt à uoluendo. ¶ Neque uerò ſolùm de hoc ruſtico inſtrumento cylindrus dicitur, uerumetiam de omnib. rebus illis quæ figuram habent abſolutè teretem, ita ut facilè uolui poſſint. Cicero de Fato, Sed reuertitur ad cylindrum & turbinem ſuum, quæ moueri incipere, niſi pulſa, non poſſunt. Id autem quū accidit ſuapte natura, quod ſupereſt,

& cylindrum uolui, & uersari turbinem putat. ¶ In gemmarum quoq; generibus cylindri dicuntur teretes, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus solent suspendere. Iuuenal. Satyr. 2. -donant arcana cylindros. Plin. lib. 37. cap. 5. de beryllis loquens, Ideo cylindros quidam ex his facere malunt quàm gemmas, quoniã est summa commendatio in longitudine. Ex quibus uerbis colligitur cylindros oblongos esse, gemmas uerò quadratas, angulosas, aut rotundas. Solinus similiter scribit, Indicos reges gemmas in longissimos cylindros fingere consueuisse.

Cylindracĕus, a, um, *κυλινδροειδὴς*. [Ital. Longo & tondo à foggia di cilindro. Gall. Long & rond en façon d'un cilindre. Hisp. Luengo y rollizo en manera de cilindro. Germa. Das also in die länge rundlich ist.] Quod est factum ad similitudinem cylindri, hoc est teres & oblongum. Plin. scribit siliquas pisi, quod genus legaminis est, cylindraceas esse. Anaximander item dixit terram esse formæ cylindraceæ.

Cylindrites, *κυλινδρίτης*. Lapis est oblongus & teres, ex genere pyrrharum, colorem ueris referens: ita dictus, quòd cylindri figuram habeat.

Cylisma, n. t. *κύλισμα*, uolutabrum, uolutatio.

Cyma, n. t. *κύλιξ*, poculum & calix Lat. dicitur.

Cyllastris, hordeaceus panis.

Cyllo, cyllonis, m. t. Videtur idem significare quod mutilus debilis, & cui crassa sunt genitalia: quod genus hominum etiam Græci *κυλλὸς* uocant. Cicero in Salustium, Quæ quod impudicorum cyllonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, municipiis, colonis, Italia tota, &c.

Cyma, f. p *κύμα*. [Ital. Cima. Gal. La cyme ou le tendron des choux ou telles herbes. Hisp. Cima ò el breton redoio dela uerça. Germa. Ein keimle, Das zart blätgelein an den haarwachsenden kreüteren.] Tenetior delicatiorq; cùm aliarũ herbarum, tum præcipuè brassicæ cauliculus, qui in prima germinatione in summa stirpe prouenit. Nam quum uernum tempus appetit, primo quoq; foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quidam quasi turiones in herbis enascuntur, in quibus floris primulum, mox & seminis fœtus concluditur. Plin. lib. 19 cap. 8. Cymas brassica à prima sectione præstat proximo uere. Hic est quidem ipsorum caulium delicatior teneriorq; cauliculus. Apicii luxuria, & per eum Drusо Cæsari tradita, non sine castigatione Tyberii patris. Et deinde, Post cymam ex eadem brassica contingent esse ui aut nuales q; cauliculi, mox hyberni, iterumq; cymæ, nullo æquè genere multifero. Idem lib. 20. cap. 9. Ex omnibus brassicæ generibus suauissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & renibus contraria. Quo in loco nonnulli perperam existimarunt cymę nomine à Plinio peculiare brassicæ quoddam genus intelligi. Neq; enim hoc sentit Plinius, ex multis brassicæ generibus cæteris suauitate præstare illud quod cymã uocant: sed hoc potius, in omnibus brassicæ generibus partem plantæ totius suauissimam esse cymam. Celsus, Mali est succi brassica, magisq; etiam cyma eius. Columella, Maior pars eius brassicæ in cymam prosilit. ¶ Pro eodem etiam dicimus cyma, cymatis. Columel. lib. 10. Frigoribus caules, & Veri cymata mittit.

Cymatĭas, *κυματίας*, Vestis dicitur quæ undarum colorem refert, ab undis, & fluctibus dicta, quæ *κύματα* à Græcis nominantur. Colorem hunc *περιφραγμὸς* designat Ouidi. lib. 3. de Arte, Hic undas imitatur: habet quoq; nomen ab undis. Videtur itaq; color hic cæruleus esse, aut certè cæruleo proximus. ¶ Suot tamen qui cymatilem uestem esse putant, quem nos undolatam uocamus, quòd undis quibusdam sit uariegata. Si tamen Ouidii locum proprius inspicias, facilè deprehendes eum loco iam citato de certo coloris genere sentire, qui & Thalassicus dicitur, non de texturæ uariegatione, quæ crispitudine quadam undarum similitudinem referat.

Cymbă, f. p. Genus nauis piscatoriæ. *πορθμεῖον*, *κύμβη*. [Ita. Barca. Gal. Nacelle de pescheur ou à pescher, un barc ou basteau. Hisp. La barca de pescaje. Germa. Ein schiff lin, welding.] Cic. 1. Offic. Opipare à Pythio, apparatum conuiuium, cymbarum ante horrulos multitudo, pro se quisque quod coperat afferebat. ¶ Est item cymba, portitorum nauicula, qua amnes aut lacus traijciuntur: unde etiam Poëtæ Charonti cymbam assignarunt. Virg. 6. Æn. -gemuit sub pondere cymba. Iuuen. Atq; una transire uadum tot millia cymba. ¶ Vnde locus factus puerbio, Alterũ pedem in cymba Charontis habere, *τὸν ἕτερον ποδὰ ἐν τῇ λοφβικῇ ἔχειν*. De extremæ decrepitæq; senectæ hominib. dicitur, qui etiam hodie uulgò dicuntur alterum pedem in sepulchro habere. Luc. in Apolog.

Cymbŭla, æ, f. p. diminutiuũ, *κύμβιον*, *τὸ μικρὸν σκαφίδιον*. [Ita. Picciola nauicella. Gal. Petite nacelle, un esquif. Hisp. Pequeña barca. Germanicè, Ein klein schifflin.] Plinius in Epist. Sæpe maiores minoribus, uelut cymbulæ onerariis adhærescunt.

Cymbălistes, m. t. *κυμβαλιστὴς* [Ita. Chi giuoca de ciembali. Gall. Qui ioue des cymbales. Hispa. El que tanne las campanas. Ger. Ein schellen klingler.] Qui pulsat cymbala: sicut tympanistæ, qui tympana pulsant. Apul. de Deo Socratis, Barbara autem strepitu cymbalistarum, & tympanistarũ, & chorаularum.

Cymbălum, n. s. *κύμβαλον*. [Itali. Cembalo. Gall. Cymbale, ou cymbales. Hisp. Campana. Ger. Ein cymbel oder schell.] Instrumentum musicum, quod in sacris Matris deûm cum tympanis habebatur. Cicer. in Piso. Quos neq; hercule ego neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala, ac crotala fugi.

Cymbălizātĭo, n. p. Cymbala quatere. *κυμβαλίζειν*. [Italic. Gli noccare con ciembali. Gall. Jouer des cymbales. Hisp. Tanner las campanas. Ger. Mit der schellen klingen.] Cassius Hemina lib. 4. Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbalizabat.

Cymbĭum, n. s. *κύμβιον*. [Ital. Vaso da bere à foggia di naue. Gal. Vn certain uaisseau à boire creux en façon de petite nacelle. Hisp. La barcẽa. Ger. Ein trinck geschirr in der form eines schiffleins.] Poculi genus est oblongum & angustum teste Didymo, simile nauigio quod *κύμβιον* uocat Dionysius Samius, referente Athenæo, idem putat esse Cymbium cum eo Homer. *κισσύβιον* uocet: ita dictum, (ut quidã putant) quòd ex cissi, hoc est, hedere ligno confici soleat.

Cymindis, *κύμινδις*, Accipitris genus, noctu tantum uolãs, rarum etiam in syluis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquilã, sæpeq; deprehendũtur cohærentes. Autor Plin. lib. 10, c. 8. Hom *χαλκὶς* uocat, quasi *χαλκίζουσαν τὴν χρόαν*.

Cyminum, n. s pen prod *κύμινον*. [Ital. Cimino. Gall. Du coumin. Hisp. Comino. Ger. Kümmich.] Herbæ genus, cũ semine eiusdem nominis, quòd nos y in u uertentes, Cumin nom dicimus. Eius duo sunt genera: quæ uide suprà in dictione Cuminum. ¶ Cymini sector *κυμινοπρίστης*, homo auarus & sordidus dicitur, qui uel uilissimis ex rebus lucrũ quærit, nimiaq; parsimonia rem augere satagit. Tractum est adagium, à cymini seminis uilitate & simul & exilitate. Meminit & Aristoteles libro Moralium quarto. uide Erasmi Adagia.

Cyna, æ, f. p. Arbor est in Arabia, folio palmæ simili, ex quo Arabes uestes sibi conficiunt. Autor est Plin. li. 12. c. 11. ¶ Cyna etiam *κυνὶς*, pilei genus fuit, quo Lacedæmonii uti solẽt. Vide Bayfium de Re uestiaria.

Cynacantha, f. t. *κυνάκανθα*, Arbuscula, quæ acines ueluti uuas producit. Latini Caninam sentem, & uulgò uuam spinam nominant.

Cynamolgus, Auis est Arabiæ peculiaris, ex cinnami sorcubis nidum construens, quem deinde accolæ plumbatis sagittis deiiciunt. Autor Plinius libr. 10. capite 31. Apud Aelianum hæc auis non Cynamolgos, sed Cinnamomus appellatur: & ita nonnulli etiam apud Plinium legendum suspicantur.

Cynanchē, f. t. *κυνάγχη*, Morbi genus est, spirationis difficultatem, & suffocationis periculum afferens. Lati. Angina appellatur. Propriè tamen cynanche dicitur, cũ laryngis, hoc est gutturis interiores musculi inflammantur. Nam quum exteriores eiusdem musculi inflammationem patiuntur, *παρακυνάγχη* appellatur. Est & ex angarum genere Synanche, per s in prima syllaba, *συνάγχη*, qui peculiaris est Pharyngis, siue faucium morbus, quum scilicet illarum musculi interni inflammantur, quemadmodũ & *παρακυνάγχη*, quum exteriores eiusdem musculi inflammatione fuerint correpti. Hippoc. tamen hæc omnia genera, Cynanches nomine complexus est.

Cyno-

Cynica, Apocymon apud Dioſc. lib. 4. c. 84.

Cynaris, (quod hic corruptè legebatur) uide Cyniras.

Cyneas, lege Cineas per i.

Cynēgētica, κυνηγετικά, Dicūtur uolumina de uenatione cōſcripta, nā κυνη) ἐς, καὶ κυνηγέτης Græc. dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber & Gratiani cuiuſdā fragmentum. Flauius quoq; Vopiſcus refert Olympium Nemeſianum ſcripſiſſe Cynegetica.

Cynips, cyniphis, κύνιψ. [Ital. Moſca canina. Gal. Mouſche de chien. Hiſp. Moſquito delos que pican, ò moſca moy chica y que pica agramēte. Ger. Ein hundsmuck, Roßfliegē, Brämen die übel ſtiche.] Muſca minutiſſima longis cruribus, in capite habens roſtrum, quo proferat cutem animalium. Naſcitur ex humore & iuxta aquas abundat. Latini Muſcam caninam uocant. ¶ Eſt etiam hoc nomine fluuius in Africa: à quo & regio eo nomine dicta eſt, in qua mammoſae hirci. Hinc grex Cyniphius id eſt, grex hircorum: & Cyniphia pellis, hircina. Martialis de Vdonibus, Non hoſtina dedit, ſed olentis barba mariti: Cyniphio poterit pianta latere ſinu.

Cynocephalia, penul. prod. f. p. κυνοκεφάλεια. Herba eſt quæ ab Aegyptiis Oſirites appellatur, diuina prorſus, & ad omnia uenena efficax. Hæc herba Appion Grammaticus Homeri manes ſe ab inferis euocaſſe gloriatus eſt, ad percontandum, qua patria, quibuſq; parentibus genitus eſſet: non tamen auſus profiteri quid ut reſpondiſſet. Hæc Plin. lib. 25. capite 5.

Cynocephalion, n. ſ. κυνοκεφάλιον Dioſcoridi. [Ital. Pſillio. Gal. Vne certaine herbe reſſemblant une teſte de chien. Hiſp. Zaragatona, cabeça de perro. Germ. Hundtskopff ein kraut, wirt ſunſt genennet Brackenhaupt.] Herba eſt quā nonnulli nomine ψύλλιον, nos Pulicarem appellamus. Nomē ei dedit figura floris, quæ canini capitis ſimilitudinem refert.

Cynocrambe, Cynia herba apud Dioſc. lib. 4. c. 202.

Cynoſolomon, apocynon apud Dioſc. lib. 4. c. 84. Eſt & altera ſpecies Aconiti.

Cynodontes, κυνόδοντες, Dentes, qui à noſtris Canini appellantur dicti, quòd acuminati ſunt in formam dentium canis. Hos tradit Plin. lib. 11. c. 37. ſemel caſu aliquo amiſſos nunquam renaſci.

Cynoglōſſos, ſiue Cynogloſſum, κυνόγλωσσον, Dioſcoridi. [Ital. Lingua di cane. Gal. Herbe où née langue de chien. Hiſp. Vinebla, lengua de perro. Ger. Hundszung, Spitzwegerich.] Herba eſt in locis ſabuloſis naſcens, foliis latiſſimæ plantagini ſimilimis, anguſtioribus tamen minoribuſq;, & lanugineſis, ſine caule, humi ſtrata. Latinis lingua canina dicitur, diuerſa tamen ab ea, quam Officinæ Canis linguam uocant. Plinius libro 25. cap. 5. lungitur & cynogloſſos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratiſſima.

Cynomazon, n. t. κυνόμαζον, Herba eſt eadem, cum chamæleone nigro, quam & Cynocolon Plinius appellat. Dicta Cynomazon, quòd in offa uel in pulte data canes enecet.

Cynomorion, n. t. κυνομόριον, Herba eſt, quæ alio nomine appellatur Orobanche, inimica eruis, cæteriſq; leguminibus, cauliculum habens pinguem & rubentem, ſine foliis. Nomen habet à ſimilitudine genitalis canis, teſte Plinio libro 24. noſcendo, capite 25. Hodie teſte Ruellio, à Gallis Lenna nocatur.

Cynomyia, n. t. κυνομυῖα. [Itali. Moſca canina. Gall. Mouſche de chien. Hiſp. Moſca de perro. Ger. Ein hundsbrämen die von den thieren das blůt ſuge.] Muſca canina, quæ ſanguinem ab animalibus exugit. Hæc præcipuè canum aures infeſtando & nomen eſt ſortita. ¶ Eſt & genus herbæ quæ nonnullis nominibus Pſyllii & Pulicaris dicitur: de qua Plin. lib. 25. cap. 25.

Cynorrhodion, κυνόρροδον, Rubentis lilii flos eſt, teſte Plinio lib. 21. c. 5. ita dictus, quòd à cane rabido morſus medeatur, quaſi roſum caninam dicas. Eadem & roſa ſylueſtris appellatur, teſte eodem Plin. lib. 21. c. 2.

Cynoſbaſton, n. t. κυνόσβατον [Ital. Rouo canino. Gall. Vn eſpinier. Hiſp. Çarça raſal, çarça perruna. Ger. Hanbutten, Hanroſen.] alii Cynoſpaſton: frutex eſt, teſte Dioſcoride, multò amplior rubo, foliis longè, quàm myrti latioribus, aculeis circa uirgas robuſtis, flore albo, fructu oblongo, ſimili aculeis oliuarum, ſed rubicundo. Columella Scentem canis nocat. Sunt qui exiſtimant fruticē eum eſſe, qui uulgò Eglenterii nomine cognitus eſt.

Cynoſorchis, fœt. κυνὸς ὄρχις, Herba quæ & Orchis dicitur, foliis oleæ mollibus teretis, paruiſq; ſemipedis longitudine in terra ſtratis, radice bulboſa, oblōga: duplici ordine, ſuperiore, quæ durior eſt: & inferiore quę mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in uineis fortè inuenti. Plin. lib. 27. cap. 8. Officinæ Græcam uocem ad uerbum exprimentes, Teſticulā canis appellant.

Cynoſōlion, n. t. κυνόσολον, Herba eſt eadem cum chamæleone nigro. ita dicta, quòd odoris fœditate ricinos uermes in Canum auribus enecet. Alio nomine Ophionum dicitur. Vide Plin. lib. 22. c. 18.

Cynorematis, Coniza apud Dioſc. lib. 3. c. 135.

Cynoum, ni, n. ſ. metallum.

Cypàriſſias, κυπαρισσίας, Tithymali ſpecies caulē emittens dodrantalem, ex quo germinant folia cupreſſi ſimilitudine (unde & nomen accepit) tenuiora tamen ac tenuiora. Autor Plin. lib. 25. c. 8.

Cypēros, κύπειρος. [Ital. Cipero. Gal. Vne eſpece de ionc apelée ſonchet, ayant les racines odoriferantes. Hiſp. Iuncia de olor, y iuncia oloſana. Ger. Wolriech galgan.] Iunci genus eſt angulоſum, intra terram candidum, in cacumine nigrum & pingue. Eius deſcriptionem uide apud Plin. lib. 21. c. 13. Ruel. & à Gallis iuncos huiuſmodi Souchetos uocari tradit, & minutim contuſos ad conciliationē odoris ueſtibus interponi. Legitur etiam in neutro genere Cyperum apud Varronem libro tertio de Re ruſtica, capite decimo ſexto.

Cyphi, κῦφι, Thymiamatis cōpoſitio eſt, dicata diis, quæ abundè Aegyptii ſacerdotes untuntur. Conſtat (ut Plutarchus ait) ex melle, uino, uua paſſa, cypero, reſina, ſeleli, aſpalatho, myrrha, bitumine, iunco, bryo, calamo, utroq; iunipero, cardamomo, laſpatho. Rationem componendi, uide apud Dioſc. lib. 1. c. 24.

Cyprīnus, ſ. f. Herba eſt, folia habens ad iridis ſimilitudinem mucronata, quæ à Latinis Gladiolus dicitur, radice bulboſa, & odore uicino nardo ſpicæo. ¶ Eſt & per ſe Indica herba quæ Cyperis uocatur, gingiberis effigie, commanducata croci uim reddens. Vide Plin. lib. 21. c. 18.

Cyporon, genus paluſtris herbæ, lege Dioſc. lib. 1.

Cyprīnus, κυπρῖνος, Piſcis eſt ex genere chombrorum: cuius meminit Plin. lib. 32. c. 11.

Cyprium, ris. uide Cuprum.

Cypſeli, m. ſ. κύψελοι, Aues ex hirundinum genere, quæ & Apodes uocantur, ἀπὸ τῆς κυψέλης, hoc eſt ab alueari, eò quòd nidum ſpecie alueris ex luto fingant. Autor Plinius lib. 10. cap. 29.

Cyraea, æ, f. p. Vaſis uinarii genus, teſte Nonio. Plautus Amphit. Cadus erat uini, inde impleui cyraeam. ¶ Sunt qui Cirneam ſcribant per i noſtrum, & παρὰ τὸ κυρνᾶν, hoc eſt à miſcendo dictum uelint.

Cyrrhā, uide Cirrha.

Cyſiophyllon, Cyclamidos.

Cyſtiolithi, lapides qui ſpongiis innaſcuntur, ſic dicti, quia Veſiculæ medeantur.

Cyſſus, & Cyſthus, uide Ciſſus, & Ciſthus, perperam antea per i ſcribebantur hæ dictiones. Sunt enim Græcæ ſtirpium uoces, κίσσος enim hederam ſignificat, κύσθος uerò frutex eſt medicinis ualde notus.

Cytinus, κύτινος. [Ital. Primo fior de pomo granato. Gall. La fleur d'un grenadier. Hiſp. La granado quando ſale de flor, ò flor de la granada. Ger. Granatöpfel blůt.] Flos mali Punicæ ſatiuæ, ut balauſtium ſylueſtris, ut eſt apud Dioſc. Plin. Cytinum interpretatur primum partum Punicæ florere incipientis. Flores uerò ipſos in cytino crumpentes. Balauſtia, natura aſtringentes. Solet tamen appellatio hæc & ad alia quoq; genera conuenire: unde Dioſc. Apollinaris herbæ flores Cytinos appellauit.

Cytiſus, κύτισος, ſ. f. pen. cor. Genus fruticis incani, ad ſimilitudinem rhamni, cubitalibus ramis, foliis loti trifoliis, quem Ariſtomachus Athenienſis miris laudibus prædicauit, eo præcipuè nomine, q; lætiſſimum pecori pabulum præbeat, & lactis copiā augeat: quod etiā cōfirmat Plin. lib. 18. c. 24. Inuentus eſt autē hic frutex primū in Cythno inſula, unde & nomen accepit) & inde translatus in omnes Cycladas

& urbes Græcas. Colum. lib. 13. cap. 18. Cytiſum (quem Græci aut ξυλα, aut καρύινην, aut τριφυλλον) quam plurimũ habere expedit. quòd gallinis, apibus, ouibus, capris, & omni genere pecudum utiliſſimus eſt. Idem alibi duas facit Cytiſi ſpecies, ſatiuam, & alteram ſuæ ſponte.

D

Littera. Eſt ex numero mutarum, quæ quandoq; pro th aſpirato ponitur, ut θεὸς, Deus. ¶ Quandoq; conuertitur in b, ut quod olim Duellum, nos iam Bellũ dicimus, & Duellona, Bellona. ¶ Quandoq; in l, ut à Sedeo, olim Sedda dicebatur, quæ nunc Sella. ¶ Quandoq; in r, ut Meridies, ab eo quod eſt Medius dies. ¶ Interponitur nonnunquam in compoſitis hiatus prohibendi cauſa, ut Prodeſt, Redarguo, Redeo, Redintegro. ¶ Subtrahitur etiam nonnunquã quãdo ſequens ſyllaba ab ſ cum alia conſonante incipit, ut Aſcendo, Aſpicio. ¶ Quando autem conuertatur in alias literas, dictum eſt in præpoſitione Ad. In fine cauſa dictionis corripitur, præterquã ubi eſt diphthõgus, ut in haud. D A. In notis antiquorũ uel AVG. Diuus Auguſtus. DA. domus. D AE. de ærario. DATI. Dathico. D.A.M.S.A.V. de auibus malè ſenſerũt augures. D.AVG. Deo Auguſto, uel Diuo Auguſto. D.B.C D C D.E. diebus Cæſaris dictatoribus cauſa dicata eſt. D.B D D. de bonis dixerunt uel dederũt. D.B.S.F. de bonis ſuis fecit. D.B N. de noſtris, uel de bene notaris. D.B.B.M. de bene merentib. D.B.C. de bene conſulentibus de bono cõmuni. D.B.I. de bono iudicio. D.B.I.N. de bonis incertis. D.B.I. dis bene iuuantibus. D.B Decius Brutus. D. C.N.N.B.D. de Cæſare nemo non bene dicat. D. C. CAES. Diuus Cæſar. D.C.A. Diuus Cæſar Auguſtus. D.C.S. de conſulum ſententia, uel conſulis uel conſilii ſententia. D.C.T. detractum. D.D.S. duo deferebãtur. D. dedit, uel dies. DD. dandam. D.D. dedimus mercedem. DD. dandas. D D.D.A. A. dedicarunt, dederunt, dono, aureo, argento, ære. D.D. M.V. dies mali uenerunt. D.D. declinauerunt, uel dedicauerunt. D.D.C. dedicauerũt. D D M.P. dare de nouo mihi parat. D.B.V.R G. de bonis uirginis. D.D.E.H.L.L.O.L I B. P.R I.D.N.M.A.R.P.V.E.T.L I.P. dedicatus eſt hic locus Ioui liberatori primùm, deinde Marti pugnatori & Libero patri. D.D.Q.O H.L S.E.V. diis deabusq; omnibus hũc locum ſacrum eſſe uoluerunt. D. diuus, uel Decius, uel dieb. uel deuotus, uel diuitius, uel dedicauit. D. diua. D. dedicauit. D.D. dedicauerunt, uel dedicarunt. D.D, dedimus, dedicatio. D.D. deo dedicauit, uel dotis datio, uel dictio, uel dis dantibus, uel donãtibus, uel dono dedit, uel ducũ dux, uel ducdoc, uel dono datum, uel deo domeſt. uel donauit, uel dono dicauit, uel ductio ducis, uel deus dedit, de donis uel deinde decreto dato. D.D.D. datus decreto decurionũ, dedit, uel dono decurionum dedit, uel dono dedit, dicauit, uel dono decurio dedit. D.D.D. dono dederunt, uel dedere. D.D.D.D. dignum Deo donum dicauit, uel decreto decuriones dederunt. D.D.L.M. dono dedit libero munere. D.D N.N. domini noſtri de tribus Imp. D.D.Q. dedit dona uitiq. D D.Q.S. dis deabusq; ſacrum. D.I.S. duabus ſacris uel ſacrum.

Dacar, Græcè δάκαρ, inſuauis, & uilis caſſia.

Dacmades, uide Dagnades.

Dacrymas, autore Feſto, Liuius Andronicũ appellabat quas nos lacrymas, Græcos ſecutus, qui δακρύειν uocant Lacrymari, & δάκρυα lacrymas. Vnde etiam conſtat uerbũ Lacrymor, & nomen Lacryma melius ſine aſpiratione ſcribi, quemadmodum uox Græca à qua originem trahunt.

Dactylus m. ſ. pen. δάκτυλος. [Ital. Deto. Gall. Vn doit. Hiſp. Dedo. Ger. Ein finger.] à Latinis dicitur digitus: unde Dactylotheca (quæ Græcis etiam Chirotheca) pro tegumento manus, uel digitorum ſumitur. ¶ Dactylus item uocatur pes metricus, quũ ſyllabam longam duæ breues ſubſequũtur. Heroos pes Ciceroni dictus, lib. 3. de Orat. quòd eo ſcribantur facta heroum & principum. ¶ Item Dactyli dicuntur fructus palmæ. Apicius, Et croci drachmæ ſingulæ dactylorum oſſibus torridis quinq;. ¶ Dactylus præterea gramnis genus eſt, de quo ſic ſcribit Plin. lib. 24. cap. 19. Sunt qui & aculeatum gramen uocant trium generum, quum in ea cumine aculei ſunt plurimũ quini: (dactylon uocant) hos conuolutos naribus inſerunt, extrahuntq; ſanguinis clendi gratia. ¶ Dactylus item piſcis eſt è genere conchatum. Plin. lib. 9. c. 6. Concharũ à genere ſunt dactyli, ab humanorũ digitorum ſimilitudine appellati. ¶ Dactylus Idæus gemma. Plin. lib. 37. c. 10. Idæi dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt.

Dactylicus, a, um. δακτυλικὸς. Cicero in Orat. Quòd ſine dactylus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accommodatior.

Dactylion, δακτύλιον, Græci anulũ dicunt, ἀπὸ τοῦ δακτύλου, hoc eſt à digitis. [Ital. Anolo. Gal. Aneau. Hiſp. Anillo. Ger. Ein fingerring.]

Dactylotheca, δακτυλοθήκη, gemma Plinio, libr. trigeſimo ſeptimo, capit. primo: aliis eſt repoſitorium annulorum.

Dactylion, ſcammonia, apud Dioſcoridem libro quarto capite 181.

Dactylis, huius dactylidis, f. t. δακτυλὶς, ἰδος. [Ital. Longo un dedo. Gal. De la groſſeur d'un doit. Hiſp. Luengo un dedo. Ger. Eines fingers dick oder groß.] ut dactylides uites dictæ à gracilitate digitali: uel fortaſſis quòd grana haberent dactylis ſimilia, hoc eſt fructui palmæ arboris, Plinius libro decimoquarto, cap. 1. Has etiam dactylos uocat Columella lib. 3. cap. 2.

Dæmon, m. t. δαίμων. [Ital. Demonio. Gall. Agne bon ou mauuais. Hiſpa. Angel bueno ò malo. Ger. Ein wüſſender ſeuder, vnnd verſtendiger Geiſt.] Deus ſiue ſapiens, ἀπὸ τῆ δαίειν, quod eſt ſcire. Auguſt. lib. 9. de Ciuit. Dei, Dæmones dicuntur, quoniam Græcum uocabulum eſt, ob ſcientiam nominati. Noſtræ religionis homines appellant ſpiritus in cælo à Deo creatos, qui de cælo eiecti, partim in terræ infimo, partim in hoc aëre damnati ſunt. Hinc Eudæmon & Cacodæmon, pro bono & malo dæmone. Dæmon etiam animus humanus in corpore ſitus uocatur.

Dæmoniacus, a, um, quod eſt dæmonis. δαιμονιακὸς. Lactantius libro quarto in fine, Sed illi dæmonicis fraudibus inteſti, diuinum nomen, cultumq; perdiderunt.

Dæmonium, neutr. ſecundæ decl. δαιμόνιον, Idem quod dæmon, numen, Deus. Vnde extat Apuleii liber de Dæmonio Socratis.

Dagnades, uiculæ quas potantes Aegyptii ad coronas deuinciebant, dum potum exercebant, quæ cantillando & morſicando non paterentur dormire potantes. Auctor Feſtus.

Dalmatica, neſtis eſt, qua modò utuntur omnes Diaconi ex conſuetudine in ſolennitatibus, ut 76. diſt. de ieiunio.

Dalum, n. ſ. uelum minimum ad proram nauis defixum.

Dama, d. p. Genus capræ ſylueſtris, tam maſculini quàm fœminini generis. πρόβ. [Ital. Capra ſeluatica. Gal. Vn daim. Hiſp. Gama ò cabra montes. Germa. Ein wilder rechbock, Oxenhirtz, oder ein gattung der gembſen.] Virg. in Phaetone. Cum canibus timidi uenient ad pocula dammæ. Martial. Dente timetur aper, defendãt cornua cerum, Imbelles Dammæ quid niſi præda ſumus? ¶ Huius diminutionum eſt Damula.

Damaſonium, n. ſ. δαμασώνιον, Herba eſt plantaginis folia habens, anguſtiora tamen & in terram reflexa. A Dioſcoride Aliſma appellatur. Nonnulli putant eam eſſe quã uulgus Plantaginem aquaticam uocat: alii illam quæ ab officinis fiſtola paſtoralis dicitur.

Damium, teſte Feſto, Sacrificii genus, quod in operto fiebat in honorẽ Bonæ deæ: ita dictum per contrarium ſenſum, quòd minimè eſſet δημόσιον, hoc eſt publicum. Vnde & Dea ipſa Damia, & ſacerdos eius Damias appellata eſt. Feſt.

Damnas, pro Damnatus, apud Iureconſ. ἄλας, ἅλωκ. [Ital. Condannato. Gal. Condamné. Hiſp. Condenado. Ger. Verdammet.] Marcell. Quiſquis mihi hæres erit, dare damnas eſto. Vrebantur aũt hoc uerbo quũ teſtator ſuo teſtamento damnabat hæredem ad præſtandum alicui aliquod legatũ. Quint. lib. 7. Hæres meus uxori meæ damnas eſto dare argẽti, quod elegerit pondo centum.

Damnum, n. ſ. à Demendo dictũ, quũ diminutione res deterior fit. βλάβη ἐμπεία. [Ital. Dãno. Gal. Dõmage. Hiſ. Dano. Ger. Ein ſchad, Nachteil.] Terent. in Adel. Niſi eò ad mercatum ueniam, damnũ maximum eſt. Cic. Quòd declamationib. noſtris cares, dãni nihil facis. Damnũ infectũ, eſt dãnũ nondũ factũ, qd̃ futurũ ueremur, apud Cauũ Iureconſ.

Damni-

Damnifico, dãnũ infero. *ζημιόω.* [Ital. Dánegiare, far danno. Gal. Qui fait dommage. Hiſp. Hazer danno. Ger. Schadẽ thũn.] Damnificus, qui infert damnum. Plaut. in Ciſtel. Imitatio, nequam beſtiam, & damnificam.

Damnigerãtus, m. f. *ζημιοφόρος.* [Ital. Che fa ò porta danno. Gal. Portemalheur, dommageable. Hiſ. Coſa danoſa ò que haze danno. Ger. Der ſchaden thũt Schädlich.] Plau. in Trucul. Ite hac ſimul mulieri damnigeruli foras gerrones.

Dãnoſus, a, um, Damnum, uel detrimentum habet coniunctum. *ζημιώδης, βλαβερός.* [Ita. Dannoſo. Gal. Dommageable, Hiſp. Coſa danoſa, que haze dano, ò menoſcabo. Germ. Schädlich.] Col. lib. 1. Quod etſi per partes nonnunquã damnoſum eſt, in ſumma tamen compendioſum. ¶ Aliquando ſumitur actiuè, pro eo quod damnum infert. Plau. in Bacchid. Quid tibi commercij eſt cum dijs damnoſiſſime? ¶ Aliquando paſſiuè, ut apud Plaut. in Epid. Damnoſus, pro eo qui damnum fabet. Damnoſus, profuſus. Sueto. in Nero. Non in alia re damnoſior, quã in ædificãdo.

Dãnõ, aduerb. *ζημιωδῶς.* [Ital. Con dauno. Gal. Dommageablement, auec dõmage. Hiſp. Con danno. Ger. Mit ſchaden, Schädlicher weyſe nach.] ut, Damnoſè bibere. Horat. Serm. Satyr. 7. tum Vibidius Balatromi, Nos, niſi damnoſè bibimus, morietur multi.

Dãmno, as, a, p. Condemno. *κατακρινόω.* [Ital. Damnare, condemnare. Gal. Condamner. Hiſp. Condenar ò dannar. Ger. Verdammen, Verurtheilen.] quandoq; ablatiuo, quandoq; genitiuo iungitur. Cicer. 4. ad Heren. Maiores noſtri ſi quis eorum peccati mulierem damnabant, ſimplici iudicio maleficiorum multorum conuicta putabant. Quo pacto? Quoniam quam impudicam iudicauerant, eam uenefici quoq; damnatam exiſtimabant. Cic. 1. Tuſc. Sed plurimi cõtriſtantur, animoſq; quaſi capite damnatos morte multant. ¶ Quandoq; uerò non apponitur pretiũ, uel peccatum, pœnue peccati, accuſatiuo tantũm iungitur, & ſignificat culpo. Cic. 4. Tuſc. Rerum naturam potius quàm errorem damnare uoluimus. ¶ Interdum accipitur pro exhæredare, *ἀποκηρύττειν*: unde è duobus filiis, alterum hæreditatũ, alterum damnatum legimus, hoc eſt exhæreditatione improbatum. ¶ Interdum pro compellere, obligare, & neceſſitate obſtringere. Terent. in Phor. Tuus eſt dãnatus gnatus, non tu. ¶ Cõpoſita à damno ſunt, Condemno, quod eſt antè damno. *προκατακρίνω.* Liu. lib. 4. Torã culpam eius temporis in prædamatum collegam tranſferentem, omnes tribus abſoluerunt.

Dãmnãtio, onis, f. t. uerbale. Damnandi actus. *κατάκρισις.* [Ita. Condannaggione. Gal. Damnement, condamnation. Hiſ. Condenation. Ger. Verdammung.] Reorum acerbiſſimæ damnationes. Cic. in Piſon. Idẽ 9. Verr. Docuiſſemq; hanc damnationem duci non oportere, &c.

Dãmnãtus, huius damnatus, pen. prod. Idem quod Damnatus. *κατάκριτος, καταδίκαστος.* Plin. lib. 7. ca. 44. Alieno beneficio poſtea uixit, bonis inde etiã cõſecratis à dãnato ſuo.

Dãmnatorius, ria, rium. *καταδικαστικός.* [Ital. Da cõdannagione. Gal. De condemnation, qui condamne. Hiſp. De cõdenation. Ger. Das zũ dem verdammen oder verurtheilen gehört.] Cic. 5. Verr. Verres in Xenonem iudicũ dabat illiud ſuũ damnatoriũ de iugerũ profeſſione.

Damnatoria tabella. in Auguſt. *καταδικαστικὸν γράμμα.*

Dãmnatus, particip. *κατακεκριμένος, καταδεδικασμένος.* [Ital. Dannato. Gal. Condamné. Hiſp. Condenado. Germ. Verdammet, Verurteilet.] ut, Damnatus capitis, uel capite, hoc eſt condemnatus. ¶ Interdũ etiam idem quod obligatus uel aſtrictus. Vnde hæredes dicebantur Damnati ad præſtandum legatum, hoc eſt aſtricti & obligati. Pro quo Horat. etiam dicebant Damnas. Item, Damnatus uoti, uel uoto, dicitur is qui iam eius cuius gratia uotum fecerat, factus eſt compos. Et Damnare aliquẽ uoto dicebãtur dii, cum alicui tribuebãt id cuius gratia uotum ſuſceperat. Habent aũt uota ferè ſub conditione, hoc modo, Mars pater, ſi mihi, populoq; Romano hodie uictoriã dederis, hoc ipſo in loco tibi ex marmore templum ſtatuam. Hoc uoto in facto, qui nouit, ſtatim factus eſt reus uoti, nihil tamen cogitur præſtare, niſi adepta victoria. Vbi aũt iam debellatis hoſtibus contigerat victoria, tunc demum dicebatur damnatus uoto, hoc eſt, aſtrictus & obligatus ad perſoluendum votum. Virgil. in Daph. Vt Cereri, Bacchoq;, tibi ſic uota quotannis Agricolæ facient: damnabis te quoq; uotis. Hæc ideò hîc fuſius notanda duximus, quòd Ipſum etiam Macrobium altiſſimæ eruditionis uirum, & plerosq; alios, qui eius autoritatem ſequuti ſunt, ea in re lapſos uideremus, qui arbitrantur cum dici Damnatum uotis, qui iam uota perſoluit. Hoc aũt uerum non eſſe, apertiſſimè conuincitur uno Liuij teſtimonio lib. 7. ab Vrbe condita. Dictator (inquit) deorum quoq; opes adhibendas ratus, inter ipſam dimicationem ædem Ioui Monetæ uouit: cuius damnatus uoti, quum rector Romam reuertiſſet, Dictatura ſe abdicauit. Et paulò pòſt, Anno poſtquã uota erat, ædes Monetæ dedicatur. Audiſne Dictatorem protinus parta victoria fuiſſe damnatum uoti, quum tamen uotum adhuc non perſoluiſſet, quod ſubſequenti demum anno fuit perſolutum? A participio Damnatus fit compoſitum indemnatus, non condemnatus, *ἀκριτος.* Salluſt. in Catilin. Hi primò cœpere quemq; peſſimum, & omnibus inuiſum, indemnatum necare, hoc eſt, indicta cauſa & nulla præcedente condemnatione. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Eum indemnatum indicta cauſa non debere uiolari. Cõpoſita à Damno ſunt, Condemno, & Prædamno, quod eſt ante damno, *προκατακρίνω* Liu. lib. 4. totam culpam eius temporis in prædãnatum collegã transferentem, omnes tribus abſoluerunt.

Danae, laurus Alexandrina apud Dioſc. lib. 4. cap. 248.

Dãniſta, m. p. *ἀνοκριτής.* [Ital. Vſurario, creditore. Gal. Vſurier, qui preſte à interest. Hiſ. Vſurario. Ger. Ein wücherer.] Fœnerator, creditor. Plaut. Morigerus eſt mihi daniſta, qui de me argentum non petit. *ἀπὸ τῆ δανείζειν*, quod eſt mutuum dare.

Dãniſticus, *δανειστικός*, Fœneratorius.

Danunt, quandoq; à ueteribus dicebatur pro Dant: & Duis pro Dederis. Plaut. Cui ſeruitutem dij danunt lenoniam. Nonius.

Dãpalis, Dapaticus, Dapaticè, Vide Daps.

Dãphnis, Gemma comitialib. morbis utilis exiſtimata. Plin. lib. 37. cap. 10.

Daphnoides, *Δαφνοειδής.* [Ital. & Hiſp. Laureola. Gal. Laureole. Ger. Lorberkraut.] Lauri ſpecies, baccas habens è nigro rufeſcentes, quibus guſtatis os atq; guttur accenditur. Frutex eſt ramoſus, craſſiore, quàm laurus, folio. Autor Plin. lib. 15. cap. ult. ¶ Eſt item Daphnoides, clematidis ſpecies, mollia uitilia per terram ſpargens, quo à Latinis Vincaper uinca appellatur. Vide ſuprà in dictione Clematis.

Daphnõn, *Δαφνών.* [Ita. Luogo done ſono molti lauri. Gal. Vn lieu complanté de lauriers. Hiſp. El lauredal. Ger. Ein Lorbeum gart.] Lauretum dicimus, hoc eſt locum multis conſitum lauris. Mart. lib. 10. Diſpoſuit daphnona ſuo Torquatus in agro.

Daps, dapis, f. t. inquit Feſtus, apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hyberna ſemente, aut uerna: quod uocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum *δαῖς* dicitur. Liu. 1. ab Vrbe, Tum ſacrum factum, adhibitis ad miniſterium dapemq; Pontijs ac Pinarijs. Ibidem, Pinarijs cæſis adeſis ad cæteră uenirent dapem. Quomodo uerò dapes conſtruantur, uide Cato. de re ruſt. cap. 132. Cæterum dapes non ſolũ deorum, uel noſtræ in ſacrificijs deorum: ſed etiã magnifici & opipari apparatus ſunt. *δεῖπνα.* [Ital. Viuanda, apparechio grande de uiuande. Gal. Banquet, uiandes ſompt ueuſes, apareil de uiandes. Hiſp. Maniar coſtoſa, & otra coſa para comer. Ger. Köſtliche zũbereitete ſpeyſſen.] Martialis, Illa quidem lauta eſt, dapibusq; inſtructa ſuperbis. Virg. 9. Aen. Diripiũtq; dapes, contactuq; omnia fœdãt. Præterea & cibos uitabiles & infandos dapes uocari, Nonius ex duobus Virgilij locis affirmat, quorum alter eſt Aeneï. 3. de Cyclope. Nam ſimul expleuerus dapibus, uinoq; ſepultus, Alter in Buc. Quas illi Philomela dapes, quæ dona parauit.

Dapifer, a, um, *δαιτοφόρος.* dapes ferens.

Dãpino, as, pen. prod. Significat dapes parare. Plaut. in Capt. Aeternum tibi dapinato uictum, ſi uera autumnas.

Dãpãlis cœna, Quæ diuerſis & amplis dapibus conſtat. *λαπαρὸς, λαμπρὸς.* Plin. lib. 10. cap. 12. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius, dapali cœna ſacerdotij.

Dãpãrãtus, a, um, Quod eſt amplum, magnificum, ut Negotium dapartum *μεγαλοπρεπὲς.* Feſtus.

Dapaticè aduerb. Id eſt lautè. *λαπαρῶς.* Feſtus,

Dāpsilē, aduerbium, abundanter. *δαψιλῶς.* [Ital. Abondamente, liberalmente, magnificamente. Gal. Abondament, somptueusement. Hisp. Magnifica, y costosamente. Germ. Reychlichen, kostlichen.] Suet. in Vesp. Sed & conuiuabatur assiduè, ac sæpius recte ac dapsilè.

Dāpsilis, le, pen cor. *Δαψιλής.* [Ita. Abondante, liberale. Gal. Grand & abondant, somptueux. Hisp. Magnifico y costoso y abundante. Ger. Reychlich, Kostlich, Vberflüssig.] Abūdans, liberalis, largus. Plaut. Mott. Triginta minæ, præterea alios dapsiles sumptus facit. Colum. lib. 4 cap. 17. Si autem continuis superioribus annis dapsili prouētu fatigata uitis fuerit, requiescere ac refici par erit. Idem Col. lib. 4. At spionia dapsilis, mosto & amplitudine magis uuarū, quàm numero fertilis. *Δαψίλειαν* largitatem, abundantiam rerum, liberalitatemq; uocant: unde nostri quoq; dapsiles aliquando iactos, & liberales appellant. Plau in Au. Illas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror. Id est affluētes & largas.

Dāpsā, f. p. apud ueteres genus sacrificii quod fiebat aut hyeme iciuenti, aut uere: à Græcis *δαὶς* uocatur.

Dardanius, & Dardanus, uide in Onomastico.

Darīsson quid reuera sit, uehemens hodie controuersia. Nec sunt conueniunt Arabum interpretes. Nam Euricius Cordus, uir uetere Medicinam edoctus, Alphalaton esse contendit eam, cuius meminit Dioscor. lib. 2. Verum huius sententiam, ut non facilè improbarim, ita non habeo nunc quo assumem, maximè cum in his atq; aliis peregrinis non aliter quàm cæci in tenebris palpemur. Nec hic quicquam ad rem facit opinio & suspicio, sed loca adeunda, considerandæ & contemplandæ res ipsæ sunt. Toti sunt in his suspicionibus etiam Manardus & Leonicenus, magno interim risu multorum.

Darsion, lege Asphalatus.

Dāsia pe. pro *Δασεία*, Dēnsitas, spiritus, & signū est nocalis aspiratæ, quod hac nota ' formatur.

Daspis, Chrysospermon apud Dioscor. lib 3. c. 19.

Dasypodion, uiola purpurea apud Dioscor. lib. 4. c. 115.

Dāsypūs, huius dasypodis, m. r. *Δασύπους.* [Itali. Coniglio. Gal. Vn connil. Hisp. Conejo. Ger. Ein haas oder ein kūngely.] Animal est quod nos leporem, aut, ut aliis placet, cuniculum uocamus. Plin. libro decimo, capite 63. Dasypodes omni mense pariunt, & superfœtant, sicut lepores. A partu statim implentur: concipiunt, quamuis ubera siccante fœtu, pariunt non exors. Ex quo loco satis constat, Plin. Dasipodem à lepore distinxisse. Budæus tamen credit Plinium ea in re deceptum fuisse eo præcipuè argumento nixus, quòd Aristoteles plerisq; in locis dasipodem à lepore non uideatur distinguere. Si tamen diligentius scriptorem illum excussisset, inuenisset locum manifestissimum, ubi ille duo hæc indubiè secernit. locus is est lib. 1. de Historia animalium, ubi sic habet: Differūt præterea animantes moribus: nam aliæ mites, remissæ ac minime peruicaces sunt, ut boues, aliæ animosæ, peruicaces, brutæ omnino, ut sues syluestres: aliæ ingeniosæ, ac timidæ, *οἷον ἔλαφος, καὶ λαγώς, καὶ λαγώνας*: hoc est (interprete Theodoro) ut cerui, lepores, cuniculi. Polybius tamen lib. 12. historiarum, cuniculum Latino nomine appellare maluit nō secus ac si Græca lingua animalis eius nomenclatura destitueretur. Ait enim uarei animal lepori simile *κουίκλῳ λαλήσαντες.* Hisce enim argumēntis adductus Erasmus, uertens adagium illud apud Græcos usitatissimum *λαγώνας περὶ τῶν ἐπιδυμεῖ*, maluit Græcam dictionem seruare, quàm de re incerta quippiam temere pronunciare. Sic enim uertit: Dasypus carnes deuiderat. Dicitur in eos qui ea requirunt ab aliis quæ ipsis affatim sunt domi.

Dātā. tūs, Datatim, uide Do.

Datisthum, thus minus probatum, & secunda nindemia.

Daūcūs, t. f. *Δαῦκος.* Herba est similitudine fœniculi, candidioribus tamen foliis, & minoribus, hirsutisq;, caule pedali recto, radice suauissimi gustus. Plora eius sunt genera, quæ uide apud Plin. lib. 19. c. 9.

Dantiā quæ & Lautia dicimus, munuscula, quæ dantur legatis hospitii gratia, Festus.

D ante E.

De, *παρά.* [Ital. De, di, dr. Gal. Dé. Hisp. De. Ger. Von.] præpositio est, quæ separata significat *ἀπὸ*, hoc est, à uel ab, uel ex. ut, Audiui de patre meo. ¶ Item *περί*, Cic. 3. de Orator. Oratio Crassi de colonia Narbonensi, & altera de lege Seruilia. Item Propter. Terē. Eunu. Quantū me amas de fidicina hac Item deorsum, sicut Sus sursum: unde forsq; deforo, uetereses dicebant: hoc est sursum an deorsum res ferātur, parui facio. ¶ Itē memorationi uim habet, ut Cic. scripsit de Offic. ¶ Cōposita uerō aliquādo detractionē notat, ut Decortico, delibro, Deuestio, deplumo, depilo, decaluo, deermo. ¶ In aliquibus Deorsum *κάτω*, ut Descendo, defluo. ¶ Interdum Non, ut Delumbe, quod est, non habens lumbos ¶ Interdum actiua est, siue intensiua, ut Deamo, deprauo. ¶ Interdum diminutiua, ut Decresco, deferuesco. ¶ Interdum priuatiua, siue negatiua, ut Desperatus, demens, de decet. ¶ Interdum localem uim obtinet, ut Deambulo. ¶ Interdum deficientem uim sui simplicis indicat, ut Disco, dedisco: Tego, detego: Doceo, dedoceo. ¶ Interdum est honoris exhibitiua, ut Defero, deduco. ¶ Significat etiam quandoq; totum uel omnino, ut Demādo. ¶ Quandoq; apertè, seu palàm, ut Demonstro. ¶ Componitur autem cū dictione incipiēte ab a, ut Deamo: b, ut Debacchor: c, ut Decerno: d, ut, Deduco: e, ut Decerto: f, ut Defero: g, ut deglutio: h, ut Dehisco: i, ut Deiicio: l, ut Delabor: m, ut Demiror: n, ut Denudo. o, ut Deoscolor: p, ut Depellor: r, ut Deriuo: s, ut Desudo: t, ut Detraho: u, ut Denuncio. ¶ Patitur nonnūquam elisionem, metri gratia: sicut in Deinde & Dehinc. Virgil. lib. 1. Aeneid. Oscula libauit natæ, d' hinc talia fatur. ubi elidit r e.

Dea, dex, f. p. fœminium à Deus, *θεά, θεὸς, ὁ.* [Ital. Dea. Gal. Deesse. Hisp. Dea, diosa. Ger. Ein Göttin.] Virgi. 1. Aeneid. nec mox hominem sonat, ὁ dea certè. ¶ Deæ triformis sacra, id est Hecates, quæ & Luna, & Diana, & Proserpina creditur esse: Luna quidem in cœlo, Diana in terris, & Proserpina apud inferos. Ouid 7 Metamorph. Auxiliaris dea. Ouid. 9. Metamor. quum te partu Lucina leuarit, Tollere quicquid erit, dea sum auxiliaris, opemq; Exorata fero. ¶ Vltrices deæ. Seneca in Octauia, Tartara testor, Erebiq; deæ Scelerum ultrices.

Deacinatās, adiectiuum, *δακκίζοντα, ὁ τῶν ἐχίνων ἐκπεσών & καθαρθείς.* [Ital. Mondato de granelli. Galli. De qui on a osté & nettoyé les grains de raisin. Hisp. Vaziado de los bernios de las uuas. Ger. Von trauben beerinen wol gesewberet.] ot Deacinata dolia, à quibus abstersi sunt acini. Cato de Re rust. c. 12. Vbi erit lectum post dies triginta: si bene deacinata erunt dolia, oblinito.

Dealbatōres, item lib. 10. Cod. ab Imp. inter artifices recensentur qui munerum immunitate donati sunt.

Dēalbo, a p. Idem est quod album reddo. *Λευκαίνω.* [Ital. Imbiancare. Gal. Blanchir par dessus. Hisp. Blanquear, emblaquecer. Ger. Vberweyssen, oder weyss machen.] ut Dealbare parietem, est albō tectorium superinducere. Curtius ad Cic. Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Dēambūlo, n. t. De loco ad locum ambulo: uel hinc inde ambulo, ut fit salutis uel relaxationis causa. *περιπατέω.* [Ital. Passaggiare. Gal. Se pourmener. Hisp. Passear. Germ. Hin und wider gehen. Spacieren.] Teren. in Adel. Deambulare huc libitum est. Cic. lib. 1. de Leg. Quin igitur pergimus ad illa spacia nostra, sedesq;, ubi quum satis erit deambulatum, requiescimus?

Dēambūlatio. *ἡ περίπατος.* [Ital. Passeggiamento. Gal. Pourmenement ou pourmenoir. Hisp. Obra de passearse. Germ. Sparzierūg. Hin und här gehē.] Tere. in Heau. Vel me hæc deambulatio, quàm non laboriosa, ad languorē dedit.

Dēambūlatiōm, neutr. secun. Locus in quo deambulamus. *περίπατος.*

Dēāmo, a. p. Valde, & ex animo amo. *φίλῳ.* [Italic Amar di cuore. Gal. Fort aimer. Hisp. Amar de coraçon. Ger. Hertzlich oder innigklich lieben.] Teren. in Heaut. Nam ego sum fortunatus, deamo te Syre. Plaut. Truc. Magna nunciauit Chiamos hodie gaudia, mea de. Amata acceptaq; habita esse apud Phronesium.

Dēarmātus exercitus, hoc est, Exarmatus, & spoliatus. *ἀφωπλισμένος. παντάπασι ἀφωπλισμένος.* [Ital. Essercito disarmato. Gal. Desarme. Hisp. Huestes desarmadas. Germ. Ein Kriegs hauff der meerlos gemachet.] Liu. 4. ab Vrb Consul triomphans in urbem redit, Ciuilio Volscorum duce ante currū ducto, prælatisq; spoliis quibus dearmatum exercitum hostium sub iugum miserat.

Dearticulatio. onis, f. r. Est mutatio uel corruptio ossis secūdum naturam, in locum præter naturam.

Dēartūo, as, a. p. quasi per artus incido. *ἀκρωμῶ.* [Ita. Smembrare. Gal. Desmembrer. Hisp. Despedaçar en miembros. Ger.

Dia

Sie glider abhauwen, Ein glid dem anderen abhauwen, Zerhauwen.] Plaut. in Capt. Tum igitur ego grumnatus, de artatus sum miser scelesti huius technis.

Dēauro, as, a. p. Inauro, auro tego. χρυσόω. [Ita Indorare. Gal. Dorer. His. Dorar por defuera. Ger. Vergüldē.] Unde Deauratus, ἐπίχρυσος.

Dēbacchāri, a. p. Propriè est præ ebrietate ualde furere. παροινῶν. [Ital. Furiare per ebrezza. Gall. Iniurier autrui en maniere d'yurongne, faire quelque insolence. His. Vsar de furor por embriaguez. Ger. Toben, oder wüten, vngestüm sein aus trunckenheit.] quanquam etiam debacchari dici mos cum qui præ furore mentis suæ non satis compos, nihil considerate agit, & sine fructu tumultuatur. Terenti. in Adel. Si satis debacchatus iã es leno, audi si uis nunc. SAN. Egón' debacchatus sum in te, an tu in me?

Dēbellāre. Bello uincere, uel capere. πατὰ πολεμεῖν, πατὰ γενεσθαι. [Ital. Vincere in guerra. Vaincre par guerre, surmouter. His. Vencer ò tomar por guerra. Ger. Mit kriegen überwinden vnd bezwingen.] Et proprie debellamus hominis, expugnamus castra, urbes, naues. & huiusmodi. Plin. lib. 6. Darium Alexander debellauit. Liu. lib. 8. Debellatum est cum Græcis id est, finitum est bellum. Virgil. 6. Aen. Parcere subiectis, & debellare superbos.

Dēbellātor, tōris, c. attic. παπολεμητής, ἐπιπολεμητής. [Ita. Vincitore, superatore. Gal. Vainco, surmonté. His. Vincido. Ger. Ein überwinder vnd sieger im krieg.] Iur. Crudeli gurgitis debellator, apud Stat. lib. 9. Theba.

Dēbĕo, es, bui, bitũ, n. s. Pertinet ad ea quib. deuincti sum⁹: eã uulgò Tenemur seu debitor aut Obligatus sum, dicitur. ὀφλω. [Ital. Douere, essere debitore, tenuto, obligato. Gal. Deuoir, estre tenu & obligé. His. Deuer, ser obligado. Ger. Schuldig sein, pflichtig. Sollen.] Cic. Planc. Perfice, ut nemini⁹ Respublica tibi, quàm tu Reipublicæ debeas. Idē Seruio. Homo & maximis meis beneficiis deuinctus, & propè omnium qui mihi debere aliquid uidentur, gratissimus ὑπερχρεως. Plaut. in Curc. Beatus mihi uideor, subduxi rationculam quantum æris mihi sit, quantumq; alieni fierdi nes sum, si non reddo iis quib. debeo. Salust. in Cati. Res autem opportuna uidebatur, quòd is priuatim egregia liberalitate publicè maximis muneribus grandem pecuniam debeat. Sæpissimè uerò pro oportet. Cicero ad Atticum, Si uolēt grati esse, debebũt Pompeiũ hortari ut sit amicus.

Dēbĭtor, m. t. Ἀποδεκτέον, χρεώστης. ὀφελέτης. [Ital. Debitore. Gal. Debteur. His. Deudor. Ger. Ein schuldner.] teste Modestino, propriè dicitur is à quo inuito exigi pecunia potest. Cic. Attic. lib. 5. Titinius debitoribus suis renuncia ut ut eodem fœnore uterentur. Idem pro Flacco, Fecit eadem omnia quæ nostri debitores solent. negauit se uersurã ullam fecisse. Debitori creditam pecuniam cõdonare, Cic. 2. Offic. Plin. in Paneg. Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.

Dēbĭtio, t. r. Ipse debendi actus. ὄφλησις. [Ital. Debito. Gallic. Debte. His. Deuda. Ger. Die schuld.] Cic. pro Planc. Perquam dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ: nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, æs retinet alienũ. Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.

Dēbĭtum, n. s. substantiuum, Dicitur æs alienum quod debetur. χρεὼ & ὀφείλημα. [Ital. Debito. Gallic. Debte, ce qui est deu. His. Deuda. Ger. Ein schuld.] Cic. in Oratione ad populum antequam iret in exiliũ, Fidei conduxit in loco debitum retribuere.

Dēbĭtus, a, um, participium, Quod debetur. χρεωστούμενος. [Ital. Douuto, conueneuole. Gall. Deu. His. Denido, quello que algun deue. Ger. Schuldig, pflichtig.] Idē in Phil. O fortunata mors, quę naturę debita, pro patria est potissimũ reddita. Frequenter etiam apud Ciceronem accipitur pro Meritus, siue Iustus. In Epist. ad Att. Huic habiti à me honores nulli, nisi debiti. Idem 9. Philip. Iustum ac debitum honorem alicui decernere.

Dēbĭlis, le, om. c. ex De, & Habilis, quasi parum habilis: hoc est, malæ habitudinis, id est, infirmus. ἀδύνατος. [Ital. Debole. Gal. Debile, foible, cassé. His. Flaco. Ger. Schwach, Vnmögend.] Terent. in Adel. Membra metu debilia sunt. Cic. 1. in Catil. Infirmos sine illo, ac debiles fore putabam. Imbecillis ac debilis senex, Cic. pro Sestio.

Dēbĭlĭto, as, are, a. p. Debilẽ reddo. ἐξασθενίζω. [Ital. Far debole, tor le forze. Gal. Affoiblir, debiliter, amoindrir les forces. His. Enflaquecer. Ger. Schwächen, Schwach oder blöd machen.] Cic. in Varin. Quæ leges sæpenumero Tribunitios furores debilitarunt, & repressерunt.

Dēbĭlĭtari, passiuè. Cicero secundo de Finibus. Turpe est uiro debilitari, dolere, trangi, succumbere. Ibidem, Recitatis literis, debilitatus, atque abiectus conscientia, repentè concidit.

Dēbĭlĭtās, ātis, f. t. Infirmitas. ἀδύναμια. [Ital. Debolezza. Gall. Debilité, foiblesse. His. Flaqueza ò febledad. Ger. Schwachheit, Vnmögenheit, Blödigkeit.] Cic. 2. de Finibus, Vt tuc cumbere doloribus, eosq; humili animo imbecillosq; ferre miserum est, ob eamq; debilitatem animi, multi parentes reliquerunt.

Dēbĭlĭtātio, f. t. ἀδύναμια, ἀσθένημα. [Ital. Debilitamento, l'infermarsi. Gal. Debilitation, diminution de forces, affoiblissement, affoiblissure. His. Flaqueza ò febledad. Germa. Schwechte, oder schwechung.] Cic. in Pis. Quid debilitatio atq; abiectio animi tui?

Dēblătĕro, as, are, n. p. φωμύλλω, ψιλλίζομαι. [Ital. Parlare stoltamente. Gal. Babiller. His. Hablar bouerias. Ger. Bladeren, Klapperen.] Est stultè loqui inquit Festus: nam βλάπας stultos uocant Græci. Noni. uerò deblaterare, obloqui & confingere interpretatur. Plautus Aulul. Vbi es tu, quæ deblaterasti uicinis omnibus, Me meæ filiæ daturum dotem? Gellius lib. 9. cap. 15. Deblateratis utrisunum multis millibus.

Dēbrĭor, ari, d. p. Idem est quod ebrior. Nunquid onus qui debriatur, & turpis uidetur.

Dēcăchinnāri. d. p. Est deridere, ut est apud Tertullia. ἀποναχχάσαι. [Ital. Beffare. Gal. Se moquer en riant. His. Escarnecer reiendo. Ger. Verlachen.]

Dēcăchŏrdŏn, n. s. δεκάχορδον, Instrumentum musicum decem chordas habens.

Dēcăcūmĭno, as, a. p. pen. cor. Cacumen præcido, siue cacumine priuo. ἀκροτηριάζω βλακολογίω. [Ital. Tagliare la cima. Gal. Coudre par le cuepeau, descoupeler. His. Cortar la cumbre. Ger. Abstümplen, Den dolder an den beümen abhauwen.] Vnde βλακολογίαν Theodorus decacuminationem uertit, &c. Colum. lib. 6. Potest etiam ultimus sic disponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem decem & quinq; pedum excedat. Plin. lib. 17. Similem & decacuminatio rationẽ habet, cupressi, picæ, cedri: hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto intereunt. Decacuminatio quomodo fieri debeat, require ex Theophrast. 4. capite 17.

Dēcădōrŏs, pen. pro. δεκάδωρος, Longus decem palmis.

Dēcalcĕātŭm, Calce litum. κεκονιαμένον.

Decalogus, m. s. δεκάλογος. pen. cor. Sacrũ uolumen quod decem Legis præcepta continet.

Decaluo, as, ἀποκείρω, φαλακρόω. uide Caluo.

Decameron, id est, Decumanum, constans ex decem rebus. Describitur ab Actio Serm. 11. c. 49. Aliàs decamyrum.

Dēcānto, as, pe. pro. a. p. Laudo, celebro, diuulgo. ἐπιφημίζω. [Ital. Diuolgare, celebrare. Gal. Chanter çà & là, chanter per uers, donner los. His. Diuulgar por fama y gloria. Germa. Hoch loben, Rhümen. Preysen.] ¶ Interdum idē quod iterum atque iterum repeto, & ad fastidium usque inculco. ταυτολογῶ. Cicer. ad Attic. lib. 5. Etenim hæc decantata erat fabula. Idem 3. de Orat. Græcus doctor qui alicui pernulgata præcepta decantet. Idem 3. de Fin. Quæ quidẽ res efficit ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neq; à commentariolis suis discedere.

Dēcăphŏrŏn, δεκάφορον. pen. cor. Lectica quæ defertur à decem hominibus: sicut Hexaphoron, quæ à sex.

Dēcăprōti, pen. prod. δέκα πρῶτοι, Qui decaprotiæ munere funguntur. Cic. Decemprimos uocat. Vlpian. l. & qui. ff. de mon. & honorib. Decaprotos minores etiam annis XXV. fieri iampridem placuit.

Decápulo,as,pen.cor.a *ρμιτραγίζω*. [Ital.Votare,euacuare. Gal. Deſemplir,& mettre d'un vaiſſeau en autre. Hiſ.Vaziar. Ger. Oben abſchütten, Ausſchütten] Depleo, euacuo: à capulis deductum, quę ſunt uaſa anſata, quibus olim depleri ſolet. Plin.li.17.c.6. Quare ſæpius die decapulandũ. Vnde & Capulator, de quo ſuprà.

Décárchũs,m.i *Δεκάρχης* à Græcis adpellatur, qui decem præeſt militibus, quem Latini uocant Decurionem.

Décas,adis,f.t. *Δεκάς*. [Ital. Decina. Gall. Dizaine. Hiſp. Diez numero. Ger. Das zähene in im begreiffe.] Aliquid decenarium continens. Hinc Liuii Decades dicimus, operis ſectiones, quarum ſingulæ decem continent libros. Quanquam non deſunt qui Liuium hiſtoriam ſuam in libros, nõ in decadas, uoluunt diſtribuiſſe: quorum opinioni quo minus accedam, faciunt decimo cuiq; libro præfixæ præfationes quæ reliquis nullæ præfiguntur.

Décaũlẽſco,ſcis,Caules, uel frondes amitto. *ἀποφυλλίμαι*. Plin.lib.19.c.7. Rhaphanus utiq; iocundior detractis foliis antequam decauleſcat.

Décẽdo,is,ſi,t. Abeo, diſcedo *ἀποχεράω*. [Ital. Partire, andar ſene. Gal. Se departir, s'en aller. Hiſp. Partirſe de lugar. Ger. Hinweichen, Hinweychen, hinweg gehen.] Celius Ciceroni, Quod tibi deceſſum polliceris tum. Terent. Heaut. Decedo iam ira hæc etſi meritò iratus eſt. Propriè uerò eſt mãdato cuſtodiæ loco recedere: ut Conſules de prouincia dicũtur decedere, & Prætores de Vrbibus, Cic. ad Att. Non potest nos ſenatus antè oportere decedere quam nobis ſucceſſum ſit. ¶ Decedere de ſumma, eſt de ſumma aliquid detrahi, eamq; imminui. Terent. Adei. Mea quæ præter ſpem euenere, utantur ſuæ de ſumma nihil decedet. ¶ Item decedere, eſt detrahi, ſiue minui *ἀπογίνεσθαι, ἐλαττοῦσθαι*: & hic elegantèr habet datiuum Lactant. lib.1. Id autem ſolidum eſt æſtimandum eſt, cui nihil decedere: id perfectum, cui nihil poſſit accedere. ¶ Interdum idem eſt quod ſimplex Cedo, hoc eſt, locum do. Cicero, Antequam iret in exilium, Ego inuidorum amentiæ ſalutis omnium cauſa decedam. Et paulò pòſt, Si violentiæ impetu opprimimur, decedam pro omnibus unus Tribunitio furori. ¶ Decedere uia, eſt per errorem, ſine honoris gratia digredi, *ἐξίστασθαι τῆς ὁδοῦ*, Sueto. in Cæſ. Et quum, luminibus extinctis deceſſiſſet uia duo errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit. Plaut. in Trin. Decedam ego de uia, de ſemita, de honore populi. ¶ Decedere de ſuo iure, eſt non ſummo iure agere, ſed aliquid ſui iuris condonare comiter *τοῦ δικαίου, ἑκοντὶ ἀφίεσθαι*. Cic. 2 Offici. Eſt enim liberale, paululum nonnunquam de ſuo iure decedere, & interdum fructuoſum. ¶ Rurſus Decedere ponitur pro mori, *ἀπαλλάττεσθαι* & per ſe; hinũ eſt, ut ſubintelligatur uita, tanquam de cuſtodia & gubernatione corporis ſui. Sic ut eo modo dicatur Deceſſit, quo Defunctus eſt. Cic. ad Atti. lib.2. Pater nobis deceſſit ad *XIII*. Cal. Decemb. ¶ Decedere de ſtatione uitæ, figuratè apud eundẽ in Catone, Vetat Pythagoras ſine iuſſu Imperatoris de præſidio, & ſtatione uitæ decedere. Ex dictis exemplis colligi poteſt, q̃ hoc uerbũ ablatiuũ habet aliquando cũ; repoſitione De, aliquando uero ſine eaꝝ. Decedere uia, uel de uia. Decedere iure ſuo: uel, de iure ſuo: Decedere officio, uel de officio, quod eſt contra officium aliquid facere. Sic Decedere inſtituto ſuo, uel de inſtituto, aut more ſuo, id eſt, ſecus, quàm quis ſolitus ſit agere, mores mutare.

Deceſſor,m.r. uerbale eſt à Decedo. Significans eum qui iam magiſtratu defunctus, decidit de prouincia, & ſucceſſori cẽtradit. *ἀποχωρητής*. [Italic. Chi ſi ne va, & da luoco ad altri. Gal. Celuy qui s'en va, & laiſſe la place à un autre. Hiſpa. El que da lugar al ſucceſſor. Ger. Von ſeinem ampt abweichẽ oder abertẽten.] Vlpian. in l. obſeruare. ff. de offic. Proconſ. Reſtè autem & ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificetq; quo die ſines ſit ingreſſurus. Deceſſorem itaque Latinè uocabimus, quem uulgò Prædeceſſorem uocant, cui ſcilicet in officio, aut alia quauis re ſucceditur.

Deceſſio,onis,f.t. & Deceſſ',us,ui. *ἀποχώρησις*. [Ita. Il partirſi & dar luoco ad un'altro. Gal. Departement d'un lieu. Hiſpa. Aquella partida de lugar. Ger. Ein abweichung, Vbergabung.] Cic. ad Qu. fratrem lib.1. Ego tibi ſpem maturæ deceſſionis afferebam. Idem Sulpitio libro quarto, Is mecum ſæpe de tua manſione aut deceſſione communicat. Cæſar 3. bel. Gallic. Vulgò credebatur ab eius deceſſu ſenere ſolitos. Celſus libro tertio, cap.11. Sub deceſſu febris cibum ſumat.

Décẽm, Numerale, indeclinabile, à Græco *δέκα*. [Ita. Dieci. Gal. Dix. Hiſ. Diez. Ger. Zehen.] Terent. in Heaut. Decem dierũ uix mihi eſt familia. ¶ Hinc fiunt compoſita, Vndecim, duodecim, & deriuata, Decies, decimus, decuplus, denus, & decenus: de quibus ſuis locis.

Décembẽr, m.r. Nomen menſis, quòd decimum locum teneret antequã additi eſſẽt Ianuarius & Februarius. *πρωτόμηνος*. [Ital. Decembre meſe. Gal. Decembre. Hiſpa. El mes de deziembre. Ger. der Vnolimonat oder Chriſtmonat] Legitur & Decembris, adiectiuum. Horat. 1. Serm. -age libertate Decembri Vtere. Hoc eſt ea libertate quæ ſeruis mense Decembri (tunc enim Saturnalia celebrantur) ſolet concedi.

Decemiugis, Currus quẽ decẽ equi iõcti trahũt. *Δεκάζυγος*. Suet in Ner. Aurigauit quoq; pluſtariã: Olympiis uerò etiam decemiugi, iubaudi, curru.

Decempeda, f.r. pen. cor. *Δεκάπηχυς*. [Ital. Pertica di legnalo & di miſeratore di terra. Gal. Perche à arpenter & meſurer. de dix piés de long. Hiſp. Medida de diez pies. Ger. Ein ruten oder ſtangen zehen ſchuh lang, mit welcher man das Erdtrich auſsmiſst.] Pertica qua menſuratur terra, à numero pedũ dicta: ſicut Quincupeda, à quinq; pedibus. Cic. 17. Philip. Vrbem iam peritus merator, & callidus decempeda ſua Saxa diuiſerat. Saxa hoc loco eſt propriũ nomen amici Antonii.

Decempedator, *ὁ τῷ δεκάπηχει μετρῶν, ὁ γεωμέτρης*. [Itali. Miſurator di terra. Gal. Vn arpentier & meſureur de terre. Hiſp. El que mide con aquella medida. Germ. Der mit der zehen ſchuhigen ruten das Erdtrich miſst] Qui decempeda metitur. Cicero decimaterria Philip. Cauebat etiam L. Antonius, qui fuerat æquiſſimus agri priuati & publici decempedator.

Decemprimi dicuntur à Cicerone, qui *δέκα πρῶτοι* Græcè, pro Roſc. Amer. Itaq; Decuriõnũ decretum ſtatim fit, ut Decemprimi profiſciantur ad L. Syllam, docentq; eum qui uir Sex. Roſcius fuerit.

Décẽmſcalmũs, m.i. Actuariolum quod decem ſcalmis agebatur. *ὁ καὶ ἑπτήρης*. Scalmus autem lignum fuit eo quo remus aptabatur ad facilius remigandum. Cic. ad Atti lib. 16. Hæc ego conſcendens è Pompeiano, tribui actuariolis de cemſcalmi.

Décemuiri, m.i. Sũmus magiſtratꝰ Romæ fuit, in cõſulũ locũ ſuffectꝰ. *Δεκάδαρχοι*. [Ita. Dieci homini eletti di al gouerno Roma. Gallic. Dix hommes eſleus pour le gouernement de Rome. Hiſpa. Diez varones para regir antiguamente Roma. Germ. Die zehen oberſten in dem Regiment zũ Rom.] Cic. 1. de Orat. Dicant uel Græci, ſi uolunt, uel noſtri Decẽuiri qui duodecim tabulas perſcripſerunt, quos neceſſe eſt fuiſſe prudentes. Liu. 3. ab Vrbe, Anno trecenteſimo altero quam condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Conſulibus ad Decemuiros, quemadmodum à Regibus antè ad Conſules uenerat. Translatio imperii minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit: læta enim principia magiſtratus eius nimis luxuriauere, eo citius lapſa res eſt: repetitiõq;, duobus uti mandarentur conſulum nomen imperiumq;. Bud. in Annot.

Decemuiralis, le, om. *τὸ δεκαδαρχικὸς, ὁ τῶν δέκα*. ut, Decemuirales leges, quæ ſunt leges duodecim tabularum, quibus perferendis Decemuiri conſulari poteſtate creati ſunt. Liu. lib 3. Priuſquam urbem egrederentur, leges Decemuirales, quibus tabulis duodecim eſt nomen, in æs incisas publicè propoſuerunt. ¶ Decemuirale collegium. Cicero 6. Verr. Tam exampliſſimo decemuirali ſacerdotes Popul. Romani, &c.

Decendium, Spacium decem dierum, *Δεκαετία*. Nam decẽnium decem annorum dicitur.

Décemuirãtũs, tus, m.q. Dignitas & officium Decemuirorũ. *ἡ δεκαδαρχία, ἡ ἀρχὴ τῶν δέκα*. [Ital. Magiſtrato de dieci homini. Gal. Le magiſtrat ou office de dix hommes egalement & enſemble gouuernant une ville. Hiſp. Aquella dignidad de diez varones. Ger. Das ampt oder die würdigkeit der zehenen.] Cic. de leg. Agr. Vt ii decemuiratum habeant, quos plebs deſignauerit.

Decennale, Quod eſt decem annorũ *Δεκαετὶς* [Ital. Di dieci anni. Gal. De dix ans. Hiſp. Diez anal, coſa de diez annos. Ger. Das von zehen iaren iſt.] ut, Bellum decennale.

Decennis, ne, Decem annorũ. *Δεκαετὴς*. [Ita. D'anni dieci

Gal

Gal. Quia dix ans ou aagé de dix ans Hiſp. Coſa de dix annos Germ. Zähen jährig.] A quo Decennium. Decennis formica, Plinius libro octauo capite quinto, & quadrageſimoquarto.

Dēcīēs, adverbium. *Δεκάκις.* [Italicè, Deieci. Gallicè, Dix fois. Hiſp. Diez veces. Ger. Zehenmal.] Plaut. Stic. Quin & ip ſa decies in die mutat locum.

Dēcīmus, Vltimus ex denario, uel unus ex decem. *Δέκατος.* [Ital. Decimo. Gall. Dixieſme. Hiſ. Decimo en orden de numero. Ger. Der zehend.] Plaut. in Amphit. Alter decimo póſt menſe naſcetur puer.

Decimum, aduer. *Δέκατον* [Ital. La decima fiata. Gal. Pour la dixieſme fois. Hiſpan. La decima vez. German. Zum zehenden mal.] Liu. 6. ab Vrbe, Nos reſiſtetis decimum, Tribunos.

Dēcimānus, ſiue quod uſitatius eſt, Decumanus. Idem ferè eſt quod decimus. *Δέκατος.* [Itali. Decimo. Galli. Dixieſme. Hiſp. Decimo. Germ. Der zehend.] Quia tamen ita uſuue nire tolet in rerum natura, ut decima quæq; ſint maxima, ſ. quam eſt, ut decumanus accipiatur pro Magno. Vnde decumana porta caſtrorum, quæ in his maxima eſt, erat q; in poſtica caſtrorum parte, ut ex Cæſare lib. 3. bell. Gall. intelligitur. ¶ Decumana ova, quæ cæteris maiora ſunt: & Decumani fluctus dicuntur qui reliquos magnitudine ſuperãt. Nam & quam decimum maius naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur, ut ſcribit Feſtus Pomp. Ouid. 11. Metamor. Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ. ¶ Decumanus ac penſer, apud Cic. 2. de Finib. ex Lucilio. ¶ Decumanus ager, ex quo decimæ recipiuntur. Cic. 5. Verr. Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus eſt. ¶ Decumanus limes, in limitatione agrorum, à magnitudine & longitudine diſtus putatur, qui agrum ab Exortu æquinoctiali ad Occaſum æquinoctialem ſecat. Nam alter ex tranſuerſo occurrens, cardo appellatur à Septentrione in Meridiem ductus. Plin. lib. 18. Limes hæc erit ab Exortu æquinoctiali, ad Occaſum æquinoctialem: & limes qui ita ſecabit agrum, Decumanus vocabitur. ¶ Decumani etiam (ut Aſconius Pædianus docet) vocantur publicanorum principes, à quibus decumæ, ſiue decimæ, exigebantur. Cic. lib. 4. Verrem, in Decumani, hoc eſt principes, & quaſi Senatores publicanorum, remouendas de medio literas cenſuerunt.

Dēcĭmæ, arum, f. p. ſiue Decumæ, ſignificat decimam partem quarumcunq; rerum quæ ſoluitur principibus & ſacerdotibus. *Δεκάτη, Δεκατεύω.* [Ital. Decimo. Gal. Decimes, ou dixmes. Hiſ. Dixieſme parte. Hiſpanic. Diezmos que ſe pagan delos frutos. Germ. Der zehend theil von allerley dingen.] Plaut. Vt decimas ſolueret Herculi. ¶ Legitur & Decuma in ſingulari numero. Cicero quinto Verr. Affirmante ſe plus decumæ non datarum. Idem de Natur. deo. Neque Herculi quiſquam decumam uouit unquam, ſi ſapiens factus eſſet.

Dēcĭmo, as, are, a. p. Eſt decimam partem detrahere. *Δεκατεύω, Δεκατεύομαι.* [Ital. Decimare, torre la decima. Gal. Dixmer, partir en dix, ou de dix en prendre l'vn. Hiſ. Diezmar, tomar del diezmo. Germ. Den zehenden anlegen, oder auff ein ding ſchlagen, den Zehenden einnemmen.] Vnde Decimari legiones dicuntur, quando decimus quiſq; ſupplicio afficitur ab Imperatore, quod Polybius uocat *τὸν ἀπὸ δέκα ἕνα θανατοῦν*, Liu. lib. 2. Cætera multitudo ſorte decimus quiſq; ad ſupplicium lecti. Sic. Vigeſimare, & Centeſimare dicitur.

Decimōdia, fœm. gen. prim. decl. uel Decemmodia, Vas ſic genus erat decem capiens modios: ſicut Trimodia, quod tres capiebat modios. Columell. libro 12. capite 18. Perennè fabricandæ decimodiæ & trimodiæ & ſiſcellæ texendæ & picandæ.

Dēcrēta, dicuntur, teſte Feſto, quæ purgandi cauſa decerpuntur: cuiuſmodi ſunt frondes ſacræ, quibus inſtrationtur uti ſolent. *δεδαφνημέναι, φύλλα.*

Dēcrĕo, ēs, n. t. decreui, decretum, Propriè conſtituo, decerno, ſiue de magnis rebus certam ſententiam profero: ut Senatus decretum. *Ψηφίσασθαι.* [Italicè. Determinare. Gal. Conclure, determiner. Hiſpani. Determinar y definir. Ger. Erkennen, beſchlieſſen.] Cic. lib. 1. Offic. Quare expectanda quidē magis eſt decernendi ratio, quàm decertandi feruido. Terent. in Andr. Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere, id eſt, deliberauerunt. ¶ Interdum eſt ex poteſtate conſtituere: unde Decreta fatorum, & ſyderum. Scribit Firmicus, ſydera decernere fœlicitates infœlicitates q; mortalibus. ¶ Per tranſlationem uerò pertinet ad ea quæ ſunt dimicationis. *Διγοτοδικεῖν.* Liu. lib. 2. ab Vrbe, Obuiam egreſſi, ut potius acie decernerent, quàm inclusi decretis dimicarent. Virgil. lib. 11. Aeneid. Ipſum armis, ipſum que iubet decernere ferro.

Dēcrētus, a, um, partic. à Decerno, uerbo paſſiuo, idem quod Definitus, ſiue conſtitutus. *Ὡρισμένος.* [Ital. Ordinato, determinato. Gall. Decreté & arreſté, ordonné. Hiſp. Decretado, determinado, ordenado. Germanicè. Erkennet, geordnet.] Cic. de Prouinciis Conſul. Prouinciam deſponſam, non decretam habere uidetur.

Dēcrētum, ti, n. t. nomen ſubſtantiuum, Statutum, ſententia. *Δόγμα, ψήφισμα.* [Ital. Conſtitutione, deliberatione. Gal. Arreſt, ordonnance de magiſtrat, opinion arreſtée & concluë ou acordée entre ſauans. Hiſpanicè, Statuto, ordenança, ſentẽtia deliberada. Ger. Ein erkanntnus, ein endtlicher beſchluß und ſententz.] Plin. in Epiſt. Decreta quibus ſũmi erant profecturi. Cic. 4. Acad. Sapientiæ uero quid futurum eſt, quæ neq; de ſeipſa dubitare debet, neq; de ſuis decretis (quæ philoſophi uocant dogmata) quorum nullum ſine ſcelere prodi poterit? Vnde, Decreta Pontificum, conſtitutiones dicuntur. ¶ Decreta Senatus, *τὰ μεμφισμένα, τὰ ἐσκεμμένα*, à Conſultis hæc diſtinguũtur ab aliquibus, ut Decretum dicant particulam quandam eſſe Senatuſconſulti, ut quum prouincia aut ut decernitur: tanquam Decreta ſint ſpecialia, Conſulta generalia. Decretum apud Iureconſult. propriè eſt deliberatio iudicis cum cauſæ cognitione, ad mixtum imperium pertinens. l. ne quicquam. Parag. ubi de Offic. Proconſul. Item Decretum eſt id, quod placitum alias latinè dicitur, Græcè *δόγμα, ψήφισμα, καὶ ἄρεσμα*, dicitur. Autor Bud. Quo uerò à lege diſtet hæc uox, infrà patebit in dictione, Lex. Decretum eſt propriè & Specialius, cùm iudices authoritatem ſuam interponunt, & maximè in Iuriſdictione uoluntaria, ut in alienatione bonorum minoris, in tranſactione alimentorum, & in bonorum poſſeſſione Albutius pro Alciato, Decretum ſiue Edictum primum, in contumacem ſolet expediri, ut in tædio ductus, ſui copiam iudicio tandem faciat, lus ipſum contumacis non perimens. l. 1. in fin. de Ac qui poſſeſſ. Decretum ſecundum, conſtituit enim bonorum poſſeſſorem, qui ex primo decreto detinebat, iniuſtum hactenus contumacis iure. Vide C. eod. de Eo qui mit. in poſſeſſ.

Dēcrētōrĭus, a, um, Ponitur pro iudiciario, in quo ſcilicet iudicium ferri poteſt. *Κριτικός.* [Ital. Giudiciario. Gall. Iudiciel. Hiſp. Coſa para juyzio. Germ. Darinn man ein Urtheil fellen mag.] ut, Dies decretorius, *κριτικὴ ἡμέρα*, qui & Criticus & Criſimus. ¶ Decretorium ſydus uel tempus dicitur id ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro ſumitur iudicium. Plin. libro 18. Res ſatoria nitium capitur decretorio uuis ſydere illo, quod caniculã appellamus: unde & carbunculare dicuntur, ut quodam. uredinis carbone exuſtæ. Idem, Aquila exoritur veſperi decretorio die, florentibus oleis. ¶ Aliquando dicitur quod eſt decretum firmatum, extans ad aliquid arguendum, iudicandumue. Quinct. At quidam litigationibus ſuis illum modò ambitioſum declamanti ſudorem præſtiniſſe contenti, cum turba laudantium deſtituũt ſubſellia, pugnamq; illam decretoriam imperitis, ac ſæpe pollatæ turbæ reinquunt.

Dēcerpo, is, decerpſi, decerptum, a. t. ex De & Carpo, Decerpo, ſiue à re aliqua carpo. *ἀποδρέπω, ἀποδρέπομαι.* [Italicè. Carpire, tor uia. Gall. Cueillir, arracher: & riter. Hiſp. Deſtroçar, ò quitar una coſa de otra. Germ. Zubrechen, abbrechen.] ut. Decerpere uuas. Plin. in Epiſt. ¶ Decerpere fœtus arborum. Plin. lib. 9. cap. 11. ¶ Decerpere folia. Columell. libro 5. capite 10. Horat. 1. Serm. Satyr 2. Quare (ne pœnitcat te) Deſine matronas ſectarier: unde laboris plus hauriat mali eſt quàm ex re decerpere fructus. Cicer. 5. Tuſculan. Humanus autem animus decerptus eſt mente diuina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt.

Dēcerto, n. p. as. frequentatiuum. *ἀμιλλάομαι.* [Ital. Combattere. Gall. Debattre, ſe combattre. Hiſp. Much: litigar ò batallar. Germ. Streyten, zancken.] Cic. pro Planc. Sed

erat non iure, non legibus, non diſceptando decertandum. Cæſar ſecundo bel. Ciuil. Hoc animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri uiderentur. Idem tertio bell. Ciuil. Ne ciues cum ciuibus armis decertarent.

Dēcertātūr, impersonale. Cic. 1. Offic. Quum uerò de Imperio decertatur, bello gloria quæritur. ¶ Decertatus, participium. Statius libro 1. Thebaid. Fraternas acies, alternaque regna prophanis Decertata odiis, fontesque euoluere Thebas. Labores decertati, id est, certando peracti, Claudianus 1. Paneg.

Decertātūs, a, um participium, ἠγωνισμένος, διαμαχθείς. [Itali. Combattuto. Galli. Debatu Hiſpani. Combatido. Germani. Geſtryten, gezan. ſet.] Stat. libro 1. Thebaid. Fraternas acies, alternaq; regna profanis Decertata odiis, fontesq; euoluere Thebas. Labores decertati, id est certando peracti, Claud. 1. Paneg.

Decertātio, f. n. uerbale. ἀγωνισμός. [Italic. Combattimento, conteſa. Gall. Combat, debat. Hiſ. Debate, contencion. Ger. Streyt, Kampff.] Cic. 11. Philip. Quumq; harum terū omnium concertatio Conſulibus optimis & fortiſſimis commiſſa & commendata ſit.

Decertātōrius, a, um, ut Pugna decertatoria. ἀγωνιστικός, Quint. lib. 6. cap. 4.

Dēcet, n. ſ. Conuenit, honeſtum eſt, aptum eſt, conſentaneum eſt tempori, loco ac perſonæ πρέπει, [Ital. Conuenirſi, honeſto. Gall. Il eſt conuenable, il conuient, il eſt bien ſeant Hiſp. Honeſtamente conuenit. Germ. Es zimpt ſich, es gebürt ſich, es ſtadt wol.] Et modò perſonale eſt, in tertiis tamen duntaxat perſonis declinatum. Ouid. de Remed. Lude, decent animos mollia regna tuos. ¶ Modò impersonale, habetq; ferè accuſatiuum. Cic. 3. de Finib. Decet patriam eſſe charioremnobis quam nosmetipſos. Idem 5. Tuſc. Oratorem iraſci non decet, ſimulare non dedecet. Nonnunquam etiam datiuum. Terent. Adelphis, Facite ita ut uobis decet. Plaut. Nobis decet eſſe bonis. ¶ Huic contrarium eſt Dedecet, quod eſt inconueniens, ineptum, turpe, ſiue inhonestum. ἀπρεπές, ἀπρεπές ἐστι. Ouid. lib 6. Metamorph. Admoniq; preces, quarum me dedecet uſus. Compoſita ſunt Condecet, Dedecet, pen. cor. A quibus Condecens, Indecens, Condecentia, Indecentia, Condecoro, & Indecoro, & Dedecoro.

Dēcens, participium, ſiue nomen ex participio. πρέπων. [Ital. Conueneuole. Galli Conuenable. Hiſpani Conueniente Germani. Gezimmend, gebürend] Pulchrum conueniens & aptum. Color decens. Horat. 4. Carmin. Ode 3. Facies decens, Ouidius 3. Triſt. Eleg. 7. Patria decentia, Senecæ Hippolyto.

Decentia, f. p. Conuenientia quædam & pulchritudo. σύμμετρία. [Ital. Conuenienza, ornamento, auenenza. Gall. Conuenance, bienſeance. Hiſpan. Conueniencia, y hermoſura. German. Vuolſtand, zierlikeit.] Cicer. 2. de Natur. deor. In corporum etiam motione atq; geſtu multa cernunt ſubtilius, colorum etiam & figurarum tum uenuſtatem atque ordinem, & (ut ita dicam) decentiam oculi iudicant, atq; etiam alia maiora.

Dēcenter, aduerbium, Pulchrè, aptè, conuenienter. διαθηκόντως. [Ital. Propiamente, conueneuolmente. Galli. Proprement & conuenablement Hiſpa. Conuenientemente, propriamente. German. Zimlich, geſchickelich, fein.] Cicer. pro Cecin. Siquæ decentiſſimè deſcripta maioribus uira finium, poſſeſſionum, æquatū, itinerumq; ſunt, hæc perturbari aliqua ratione, commutariq; poſſunt.

Dēcido, a. 1. pen. prod. Abſcindo, amputo. ἀποκόπτω. [Itali. Tagliare. Gall. Couper, retrancher. Hiſpan. Cortar. German. Abhauwen.] Plaut. in Merc. Decide mihi collum, ſi falſum ad te loquar. ¶ Per translationem uerò ſignificat determinare, διακρίνω &c. Horat. Et poſt deciſa negotia campo. Cicero ſeptima in Verrem, quibus rebus omnibus actis atq; deciſis, producuntur è carcere. ¶ Eleganter etiam ponitur pro litem conſenſu mutuo dirimere, quod Tranſigere plerunque lureconſulti uocant: tràslatione ſumpta ab iis qui rem controuerſam ſciudunt, ut quiſq; partem æquam auferat, & à controuerſia diſcedatus. Cicer. 4 in Verrem, Res ad iſtum defertur, & iſtius more deciditur. Idem, Quæ cum reo tranſigat, pòſt cum accuſatore decidat. Vide Budæum in Annotationibus.

Dēciſio, onis, f. t. Determinatio, uel diremptio litium mutuo conſenſu. διάλυσις, διάκρισις. [Ital. Compoſitione, accordo, appuntamento. Gall. Deciſion, apointement, compoſition & accord. Hiſpani. Atajo de pleytos, Germa. Ein vertrag, eines Gerichts handels aufſpruch.] Cic. pro Cecin. Quid noſtra deciſio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, ut iudicetis. Idem Pro Roſcio, Dicat deciſionem factam eſſe quæ facta non eſt. Paulus ad Leg. Falcid. l. Si hæres, inquit, cum creditoribus deciderit, ne ſolùm ſolueret, & ob eam deciſionem factum ſit, ut aliquid retineret. Pro lege quoque Imperatoris accipitur. l. ceteres. C. de Contrahen. & commit. ſtip. & de Emed. Inſti. cod. in princ. ſuper uerbo Deciſiones, & Paragra. unde quaſi tum Inſtit. de uup. Verum ea Imperatoris lex intelligitur, qua partim altercationes ſunt diremptæ. Pragmatica uerò ſanctio, licet uulgo dicatur, quam princeps extra corpus Iuris Ciuilis promulgarit, uerius tamen priuilegium uocatur, non quòd priuatis hominibus, ſed corpori alicuius uniuerſitatis, uel ei qui officio bene functus eſt, conferatur: hoc eſt quæ ob cauſam publicam, aut communem negotiorum functionem, in ſpeciale quoddam priuilegium impertitur. Vide Ferrarium in Parag. Sed & quod princip. Inſtit. de iur nat gent.

Dēcido, is, a. t. pen. corr. Deorſum cado διαπίπτω. [Itali. Cadere in giu. Decheoir, cheoir en bas, tombet. Hiſpan. Caer hazia bazo. Germ. Abhinfallen.] Cic. 1. Offic. Ficta omnia celeriter tanquam ſcenici decidunt. ¶ Decidere equo, uel ex equo. Cæſ. 1. bel. Gal. & Plin. li. 28. c. 8. ¶ Sic per metaphoram. Decidere ſpe, uel à ſpe, hoc eſt ſpem amittere. Terent. in Heaut. Quanta ſpe decidi. Liu. lib. 7. bel. Maced. Antiochus poſtquam à ſpe ſocietatis Pruſiæ decidit, Ephesum ab Sardibus eſt profectus.

Decidūus, a, um. διαπίπτων. [Ital. Soggetto à cadere. Gall. Qui cheoit aiſément. ſubjet à cheoir. Hiſpa. Coſa caediza. German. Abfellig.] ut Folia decidua. Plin. lib. 11. cap. 17. de cornibus animalium, Omnibus autē cauis, in mucronem demum concreta ſunt: ceruis tantùm ſolida, & omnibus annis decidua.

Dēcidium, pro occaſu. Seneca Epiſt. 30. Baſſus noſter uidebatur mihi proſequi ſe, & componere, & uiuere tanquam ſe perſtes ſibi & fortiter ferre decidium ſui.

Dēcies, Decima, Decimare, Decimus, Decimodie, Vide Decem.

Dēcipio, is, a. t. pen. corr. Defraudo, deludo, à Capio compoſitum. ἐξαπατάω. [Ital. Ingannare, Gall. Deceuoir, tromper. Hiſpan. Enganar. Germ. Betriegen.] Cicer. 2. de Diuin. Nam illa amphibolia quæ Cræſum decepit, uel Chryſippum potuiſſet fallere. Ouid. Epiſt. 11. Vltimus eſt aliqua decipere arte labor. Terent. in Andr. Deceptus ſum, at non defatigatus Cic. 1. Offic. Iam illis promiſſis non ſtandum eſſe quis non uidet, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit?

Dēceptor, oris, m. t. uerbale. ἀπατεών, ἀπατηλός [Itali. Ingannatore. Gall. Deceueur, trompeur. Hiſpa. Engannador. Ger. Ein betrieger, beſcheiſſer.] Senec. Thyeſt. -proditus, occidit Deceptor dom æ Myrtidus, &c.

Dēcipŭla, æ, fœ. p. Inſtrumentum aliquod decipiendis uel auibus, uel muribus idoneum, παγίς. [Ital. Laccio, trabucco da prendere uccelli, ò fiere. Gall. Laci ou autre inſtrument à prendre oiſeaux ou autres beſtes. Hiſpa. Otqueio ò cepo para tomar fieras, German. Ein Mauſsfallen, ein Vogelſchlag, oder Bärren.] Pro quo & Decipulum, neutri generis dixit Apul. lib. 8. ¶ Decipula murem cepit, ἄλωφε ὁ παγὶς τὸν μῦν. De rectè meritoq; deprehenſis & male dignis. Quaſi dicas, lupus in foueam incidit: aut, aper in caſſes.

Dēcircino, as, penul. cor. contrarium ſuo ſimplici circino, quod ſignificat aliquid rotundū facio, κυκλόω. Manil. li. 1. Quum teretis natura ſoli decircinat orbem.

Dēcĭtēmĭs, fœminini generis, Nauigii genus eſt, habens decem remorum ordines, δεκήρης. Plinius libro ſeptimo capite 56. Quinqueremem inſtituit Meſichton Salaminius, ſex ordinum Xenagoras Syracuſius: ab ea ad decimem Mneſigeton.

Dēclāmo, as, are, n. p. Eſt ficto themate ſe exercere. γυμνάζω, τὰς λόγους μελετῶ [It. Eſſercitarſi dicēdo. Gal. Declamer, s'exercer à parler. Hiſp. Exercitarſe en la Retorica. Germanicè, Sich mit reden üben in einer Erdichten ſach.]

Cicer.

Cic.5. de Fin. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthe. Quid.2. de Arte, Sed neq; declament medio, ſermone diſerti, Nec tua uſcanus ſcripta poëta legat. ¶ Contra aliquem uehementiſſimè declamare. Cicer.6.in Verr. Ille autem inſanus, qui pro iſto contra me uehementiſſimè declamaſſet, poſtquam, &c. Idem Appio li.1. Verum tamen eſt manifeſtas(ut Sylla uoluit)aq; in quemuis impunè declamare licerer.

Declāmito,as,are,frequentatiuum,λογοποιέω,πολὺς εἶναι λέγειν ἐγγυμνάζωμαι. [Ita. Orare ſouuente in cauſa finta. Gal lice, Declamer ſouuent. Hiſp. Muchas uezes orar cauſas fingidas. Germ. Sich vil vnd offt mit red halten üben.] Cic. filius ad Tironem, Præterea declamitare Græcè apud Caſſium inſtitui, Latinè autem apud Brutum exerceri uolo Cicero prima Tuſculan. Vt enim antea declamitabam cauſas, quod nemo me diutius fecit: ſic hæc mihi nunc ſimilis eſt declamatio. Idem quinta Philipp. Ipſe interea decem & ſeptem dies, ut digeſtio potius quàm declamatio uideretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, ſitim quærens: hæc enim ei cauſa ſoleat eſſe declamandi. Idem de Claris Orat. Commentabar declamitans (ſic enim nunc loquimur) ſæpe cum M. Piſone, & Q. Pompeio.

Dēclāmātŏr, toris, m.t. Qui domeſticis, ſcholaſticiſue meditationibus ſe exercet, ut poſtea ſeriis in cauſis ſit paratior. λογοποιὸς ῥητορεύων. [Ital. Oratore in cauſe finte. Galli. Declamateur, qui s'exerce à declamer. Hiſp. Orador en cauſas fingidas. German. Der ſich in erdichten ſachen mit reden übet, auff das er fertig ſey mann es ernſt gilt.] Cicer. in Orat. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut tabulam foro, ſed perfectiſſimum & doctiſſimum oratorem quærimus.

Dēclāmātĭo, onis, f.t. Eſt domeſtica exercitatio, uel ſcholaſtica, qua futuri oratores ſeriis cauſis ſolent præludere, parando eloquentiæ cauſa, uel locupletandæ. ἀπὸ τῶν λόγων μελέτη. [Ital. Oratione in cauſa finta Gal. Declamation. Hiſp. Oration en cauſa fingida. Germ. Ein red die man von wegen der übung haltet.] Solebant enim cauſas acturi domi priùs præmeditari ea quæ in foro eſſent dicturi. Pueris quo quo in ludis ficta quædam themata ſolebant præſcribi, quibus ſe præexercerent, & ad eloquentiam ſibi uiam ſternerent. Cic pro Murena, Non placet mihi declamatio potius quàm perſalutatio. Idem pro Planc. Vulgaris & peruulgata declamatio.

Dēclāmātōrĭus, a, um, γυμναστικὸς ἐμπείρως λόγων, ἐπιτηδευτικός, ὑποκριτικός [Ital. Pertinente à finta oratione. Gal. Des appertenances de declamation. Hiſpa. Coſa para orar cauſas fingidas. Ger. Das zů einer ſolchen erdichten red gehört.] Genus dicendi declamatorium, hoc eſt declamationibus magis, quàm ſeriis orationibus accommodatum, hoc eſt, non tam neruoſum quàm ornatum, & ad oſtentationem compoſitum. Cic. Qu. fr. lib.3. Et ipſe puer magis illo declamatorio genere duci & delectari uidetur.

Dēclāmātōrĭe, aduerb. More declamantium. μελετητικῶς, Exercuymus, More eorum qui declamatorié ſolent loqui ad populum.

Dēclārāre, a.p. Eſt aperta monſtrare, plus enim eſt quàm ſignificare: & eam ad facta quam ad dicta pertinet. ἐμφανίζω, δηλῶ. [Ital. Dechiarare, monſtrare apertamente. Gallice, Declarer. Hiſpani. Declarar. Germani. Erklären.] Cic. Lælio. Itaque hoc ſæpius dicendum, tibique non ſignificandum ſolùm, ſed etiam declarandum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius. Idem, Declarauit id modò temeritas C. Cæſaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. ¶ Declarare Conſulem ueteres dixerunt pro eo quod eſt renuntiare, quum ſcilicet is qui Conſulatu decedebat, collectis tribuum ſuffragiis, pronuntiabat quis futurus eſſet Conſul. Cicero pro Murena, Vt eiuſdem hominis uoce & declaratus Conſul eſſet & defenſus.

Dēclārātĭo, fœm. t. uerbale. ἐνδείλωσις. [Ital. Dichiaratione. Gall. Declaration. Hiſpa Declaracion. Germanicè, Ein erklärung.] Cicer. Planc. lib.10. Rurſus declaratio animi tui, quem haberes de Republica, quemq; habitorus eſſes, mihi iucundiſſima.

Dēclīno, as, a. p. pen. pro. are, κλινῶ, ἐκκλίνω, ὑποχωρῶ [Ital. Declinare, ſchinare, abbaſſare. Gall. Se deſtourner, eſtuier. Hiſp. Rehuy ò euitar alguna coſa, doblegar. German. Widerſich biegen, entweichen.] Significat deorſum aliquid flectere. Sed quoniam ſæpius caput, aut etiam totum corpus declinando, periculum deuitatur, conſuetudo inualuit ut pro uitare poneretur: & neq; tantùm deorſum, ſed quoquo uerſus ſe quis flecteret, idem ſignificaret: quemadmodum in gladiatoribus uidemus, qui ut petitiones aduerſariorum facilius declinare poſſint, modò ſe huc, modò illuc, uel toto corpore, uel parte aliqua flectunt. ¶ Sed uariè conſtruitur. Ponitur enim uel abſolutè. Cice. pro Sest. Magna rerum permutatione impendente, declinaſſe me paululum, & ſpe reliqua tranquillitatis præſentes fluctus, tempeſtatemq; fugiſſe. Vel cum accuſatiuo. Cic.1. Offic. Declinetq; ea quæ ei nocitura uideantur. Vel cum ablatiuo & præpoſitione Idem Tuſcul.4. Quomodoq; bona natura appetimus, ſic à malis natura declinemus. ¶ Eſt & alia huius uerbi ſignificatio, quum ſcilicet ponitur pro deflectere, uel diuertere, & hoc quoq; aliquando cum accuſatiuo, Cicer. pro Planc. Brunduſium ueni, uel potius ad mœnia acceſſi: urbem unam mihi amiciſſimam declinaui. Aliquando cum præpoſitione à. Cic. Attic. De Buthrotio negotio, uti nam quidem Antonium conuenirã, multùm proficiam: ſed non arbitrator eum à Capua declinaturum. Vel cum præpoſitione de. Idem de Fruib.5. Modò etiam paululum ad dextrã de uia declinaui, ut ad Periclis ſepulchrum accederem. (Et translatè. Idem de Amic. Vt etiam, ſiqua fortuna acciderit, minus iuſtæ amicorum uoluntates adiuuandæ ſint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum eſt de uia, modò ne ſumma turpitudo ſequatur, id eſt, de ſummo iure decedendum eſt, & aliquid amicitiæ condonandum, modò ne turpi dinemaliquam grauiorem ſubeamus.) Plaut. in Aulul. Nam ego modò de clinaui paululum me extra uiam. ¶ Interdum pro Deduco, hoc eſt pro ab uno loco ad alium duco. Liu.1. ab Vrbe, Nec ea culpa quam arguo, omnium Albanorum docem ſe quoq; ſunt, ut & nos, ſi quò ego inde agmẽ declinare uoluiſſem, feciſſetis. ¶ Interdum pro alieno, eximo. Terent. in Hecyr. Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio uillam reperias.

Declinatio, f.t. uerbale. ἐκκλισις. [Itali. Schinamento, inchinatione, Galli. Deſtournement, euitement, fuitte, deſtour. Hiſ. Declinacion. German. Das vnderſich biegen, oder die entweychung vnd vermydung.] Curtius lib.7. Igitur Macedo lanceam omiſit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione uitaſſet, &c. Declinatio morbi uocatur omnis pars, quæ uigorem ipſum ſubſequitur uſque ad ſecundæ acceſſionis principium. Galenus libro primo Criſi um capite 1.

Decliuis, ue, om. t. Deorſum inclinatus, atq; incuruus. κλάντος, κατωφερής. [Ital. Inchinato. Gal. Qui penche & va en abbaiſſant. Hiſ. Prone, inclinado ò coſa que deczna ò cae. Germ. Vnderſich geheldet.] Cæſar ſecundo bell. Gall. Collis à ſummo æqualiter decliuis. Hircius 1. bell. Ciuil. Ab oppido autem decliui faſtigio uergebat in longitudinem paſſuum circiter quadringentorum. Plin. in Epiſtol. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diuidua, mater olim, &c.

Decliuĭtas, atis, f.t. Ipſa inclinatio, τὸ κάταντες, τὸ κατωφερές. [Ital. Inchinatione, abbaſſamento. Gall. Penchement, abaiſſement. Hiſ. Decendimiẽto cuſta ayuſo. Ger. Baldong.] Cæſ.2. bel. Gall. Exiguum loci ad decliuitatis faſtigium magnam habet momentum.

Decŏllo, as, are, a.p. De collo deponere: ut interpretatur Nonius, citans illud Cæcilii, Tibi tradidi, in tuo collo eſt, decolles cane. Significat etiam caput alicui auferre, quod ueteres Securi percutere dicebant. ἀποδειροτομέω, ἀποκεφαλίζω. [Ital. Tagliar il colo, leuar la teſta. Galli. Oſter de deſſus le col, decoller, oſter la teſte. Hiſ. Degollar. deſcabeçar Ger. Den hals entladen, item, Enthaupten.] Feneſtella li. 2. Quemadmodũ Cæſar à piratis captus ſit, utq; eos poſtea ceperit, & decollauerit. Sueton. in Calig. Miles decollandi artifex, quibuſcũq; è cuſtodia capita amputabat. ¶ Per metaphoram pro deſtituere, & fruſtrari, ſiue decipere. Plaut. in Capt. Nunc ibo ad portum hinc: eſt illic mihi una ſpes cœnatica. Si ea decollabit, redibo huc ad ſenem ad cœnam aſperam: id eſt ſi fefellerit ea ſpes, uel potius perierit, quæ collum fregerit. ¶ Quinetiam quod Varro Decollare dixit, Colum. eandem rem tractans, deeſſe ſcripſit. Varronis uerba hæc ſunt, lib. de Re ruſt. 2. Duo in primis ſpectaſſe uidentur

nidẽtur homines Italici in colendo, posſentnè fructus pro impensa ac labore reddere: & utrum saluber locus esset, an non: quorum si alterum decollat, & nihilominus uult colere, mente est captus, atque ad agnatos & gentiles est deducendus. Columellæ autem hæc, li. 1. c. 3. Portius quidem Cato censebat in emendo, iuspiciendoque agro præcipuè duo esse consyderanda: salubritatem cœli, ubertatem loci: quorum si alterutrum deesset, ac nihilominus quis uellet incolere, mente esse captum, atq; cum ad agnatos & gentiles deducendum.

Dēcŏlor, om. r. pen. corr. adiectiuum. Significat quod colore uitiato est, uel malè coloratum. *Διαφθορὰν χρωμάτος, ἀνώμαλος.* [Ital. Senza colore, scolorito, di brutto colore. Galli. Qui a mauuaise, ou qui a perdu sa couleur. Hisp. Sin color, descolorado. German. Entferbt, übelgeferbt.] Tibullus, Quæ ferret à celeri decolor Indus aqua. Plin. li. 16. ca. 11. Frigida hyeme deterior, ac minus copiosa, & decolor. ¶ Decolor nonnunquam pro turpi & inhonesto accipitur. Ouid. in Epist. Deianeræ ad Herculem, Fama Pelasgiades subitò peruẽnit ad urbes Decolor, & factis inficianda tuis. ¶ Aetas decolor. Virgil. octauo Aeneid. Aureaque, ut perhibent, sub illo rege fuerunt Secula: sic placida populos in pace regebat, Deterior donec paulatim ac decolor ætas Et belli rabies, & amor successit habendi. Vbi Seruius, Decolor ætas, uitiosa: in omni enim uitioso corpore inest pessimus color.

Dēcŏlōro, as, a. p. pen. prod. Colore pristino priuo, aut colorem uitio. *τὸ χρῶμα διαφθείρω, ἀμαυρόω.* [Ital. Discolorare. Gal. Perdre sa couleur, prendre mauuaise couleur. Hisp. Quitar el color. Germ. Entferben, die vordrige farb nemmen oder geschenden.] Lib. 2. ad Heren. Si tumore aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum ueneno necatum. Columel. libro 12. cap. decimosexto, Deinde uuas pro magnitudine binas, uel ternas inter se colligatas, in aheneum feruens demitti, & exiguum pati, dum decolorentur Seneca. Natu. quæst. 2, Decoloratur id cuius color uitiatur, non mutatur.

Decoloratio, ſ. r. uerbale. *Διαφθορὰ, διάχρωσις.* [Ita. Scoloramẽto. Gall Decoulouremẽt, mauuaise couleur, comme pallé Hispanicè, Descoloramiento. Germanicè, Entferbung] Cicero secundo de Diuination. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè potest sanguini simili esse.

Dēcŏquŏ, s. r. is, pen. corr. Paulatim diminuere & coquendo abtumere. *ἀφέψειν.* [Ital. Consumare, scemare cuocendo. Gall. Decoire, faire cuire iusques à diminuer. Hisp. Consumir cociendo. Germ. Ein kochen, mit kochen schweyneren] Plin. lib. 31. cap. 1. Neronis principis tuentum est decoquere aquam. Ita Decoquere mustum, uel aliud, ad tertias & quartas. Col. & Plin. sæpe. Vnde Decocta aqua, & Decoctum, *ἀφέψημα.* Plin. lib. 22 cap. 22. pro conuertere ac recipere uidetur quum dicit: Si calligaris clauus, si ferri uel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor adfuerit nascenti, omnem illico succum alienum, saporemq; in venenum decoquit. ¶ Interdum idem quod substantiam consumere, seu prodigere, & creditores solutione fraudare. *Χρέα κόπτειν.* [Ital. Fallire, far banquerotta. Gall. Frauder ses crediteurs, manger & despendre ce qu'on doit, faire banqueroute. Hisp. Quebrar el credito ò banco. Germ. Haab vnd gůt verschwenden, den Schuldneren kein Glauben halten] quod sæpe euenit iis qui quæ omnia dedunt, aut qui scorta fectantur: trãslatione tumpta ab iis rebus quæ ad ignem diutius commoratæ, ad nihilũ redigi solent. Et ferè intransitiuè ponitur. Cicero secunda Philipp. Tenẽne memoria, prætextatum te decoxisse. Plinius libro tertio capite decimo, Decoxisse creditoribus suis. ¶ Interdum etiam transitiuè dicimus Decoquere patrimoniũ, uel Decoquere substantiam. Ita usus est Spartianus, quum scribit Adrianum Senatoribus qui non uitio suo decorarant patrimonium, pro modo Senatoriæ professionis expleuisse. Columell. libro duodecimo, Nam quamuis interdum emendatum sit perperam factum uel imprudentia aut negligentia res tamen ipsa iam domino decoxit, id est detrimẽtum dedit. ¶ Tale quid in se habet Defrigo: ut, Hic defrixit, id est, bona consumpsit.

Dēcŏctŏr, oris, m. t. Dicitur qui patrimonio absumpto ad inopiam redactus est. *Ἄσωτος.* [Ital. Fallito, che ha consumato i suoi beni. Gall. Qui à follemẽt despendu tout son bien. Hisp. El que quiebra el banco ò credito. German. Ein verschwender, ein verthůyger mensch.] Cic. in Catil. Ex iis copiis quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contẽno exercitũ collectũ ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, & decoctoribus, ex iis qui uadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerint.

Dēcŏctũm, decocti, substantiuum, Ius in quo aliquid decoctum est *ἀφέψημα.* [Ital. Decottione Gall. Decoction. Hispani. La decocion. Germ. Eingekocht, ein brů in welcher etwas eingesotten ist.] Plin. li. 24. ca. 9. Ad dentium dolorem aurium q; decoctum eorum salutare. Vulgus Pharmacopolorum, Decoctionem uocat.

Decoctus, us, quartæ coniugationis. *Ἕψησις.* Idem Plin. li. 37. ca. 11. Et aliàs omnes gẽmæ mellis decocto mitescunt. Hoc est cum melle decoctæ.

Decoctura, ræ, fœmin. gen. prim. decl. *Ἀφέψησις.* Idem Plini. lib. 23 capit. 1. Decoctura eorum ueteres dysentericos, & cæliacos iuuat.

Dēcŏr, oris, m. t. pen. prod. masc. gen. (ut Valla lib. 4 cap. 15. docet) Pulchritudo est quædam ex decentia rerum personarumq; in locis, temporibus, siue in agendo, siue in loquendo. *Εὐπρέπεια.* [Ital. Bellezza, beltà, ornamento. Gall. Beauté, grace, bonne contenance, bien seance. Hisp. Belleza y hermosura. Germ. Ein zierd, hüpsche.] Virg. li. 3. Diuini signa decoris, Ardentesq; notate oculos. Cic. 1. Acad. Spoliauit enim uirtutem suo decore, imbecillamq; reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè uiuere. Inde sunt compositi, Indecor. & Dedecor, quæ idem significãt quod turpis, uel inhonestus. Verg. lib. 10. Nec tamen indecorem tua te regina reliquit. Stat. li. 3. Theb. Legimus indecores. Sallu. Dedecores multiq; terga ab hostibus cædebantur. Inueniturtamen hic & hæc indecoris. Actius, Cuius si uita indecoris, mortem fugere haud conuenit. Ex Nonio.

Dēcōrũm, ri, n. ſ pen. prod. substantiuum. *Τὸ πρέπον* Ciceroni *τὸ καλὸν, τὸ κόσμιον.* [Italie. Gratia, honezza. Honestà. Gall, Honnesteté, bonne grace. Hisp. Honestidad, gracia con hermosura. German. Vuolstand, das einem erbarlich vnd wol anstadt.] quod non tam ipsum honestum significat, quàm quod hominibus, & communi opinioni honestum uidetur, & pulchrum & probabile. Cic. 1. Offi. Quæ autem pars subiecta est eius generi, eam sic definiunt, ut id decorum uelint esse q; ita naturæ consentaneũ sit ut in eo moderatio & tẽperantia appareat cũ specie quadã liberali. Ibidẽ. Hoc loco continetur id, quod dici Latinè Decorum potest. Græcè enim *πρέπον* dicitur.

Dēcōrus, a, um, pen. prod. Pulcher, decens, honestus. *Εὐσχήμων πρεπώδης, εὐμενής.* [Ital, Bello, adorno. Gall. Honneste, bienseant. Hisp. Bello, hermoso y ornado. Ger. Zierlich, hüpsch.] Plin. lib. 11. cap. 1. Sepes munita uallo arboris decora specie subter intuenti. Columell. lib. 6. cap. 1. Apenninus duriſſimos, omnemq; difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. Cicer. 2. de Natur. deor. Nos æris, argenti, auri uenas penitus abditas inuenimus, & ad usum aptas, & ad ornatum decoras. Virgil. lib. 1. Aeneid. namque ipsa decorem Cæsariem nato genitrix, &c. Horat. Epod. Ode. 8. Vel quum decorum mitibus unis caput Autumnus aruis extulit. ¶ Opponitur huic Indecorus, a, um, *ἀπρεπὴς*: & Indecorè, *ἀπρεπῶς, τὸ καθῆκον μὴ ποιοῦντες.*

Decōrè, aduerbium, Decenter, conuenienter. *Πρεπόντως, εὐπρεπῶς, ἀξίως.* [Ital. Con gratia, gratiosamente. Gallicè, Auec grace & beauté, honnestement. Hisp. Honrosamente, hermosamente. Germanicè, Zierlichen.] Cicero primo Offic. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit quæ nostri ingenii non erunt: omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decorè, at quàm minimè indecore facere possimus.

Dēcŏs, oris, pen. corr. & gen. neut. decl. tert. Honor, laus, ornamentum. *Τιμὴ, ἀξιοπρεπές.* [Ital. Honore, laude, dignità. Gall. Honneur, honnesteté. Hispan. Honestidad, honra, decencia, hermosura. German. Ehr. Preyss, Zierd.] Virgil. lib. 5. Oblitus decorisq; sui, sociumq; salutis. Vnde Decora militiæ, laudes, honores, honestamenta militi in bello ædẽ parata, quales sunt coronæ, armillæ, & hastæ puræ quibus milites donabantur. ¶ Huius contrarium Dedecus, *Αἶσχος*, quod pro ignominia siue infami turpitudinis genere sumitur.

Decoro,

Dēcŏro, as, a. p. penu. cor. Orno, honesto, honorifico. *ἐπιτρέπω, τιμάω.* [Ital. *Honorare*, ornare, Gal. *Honorer*, decorer, reparer, bailler grace, embeiller. Hisp. Honrar, ornar, hermosear. Germ. Zieren ehrentbieten.] Horatius, At bene mater tum decorat Suadela, Venusq. Cic. 1. Tuscul. ex Ennii epitaphio. Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit cur? volito docta per ora virûm. Cicero de Clar. Orat. Hæc omnia vitæ decorabat gravitas & integritas. Vide plura in dictione Decus. A decoro fit Cŏdecoro, pro honesto. Dedecoro, *λυπαίνω*, pro vitupero, sive turpifico. Terent. in Heaut. An quicquam pro istis factis dignum te dici potest, quæ me, & te, & totam familiam dedecoras. Ex his omnibus patet, quòd plus est Decus, quàm Decor: & Decus, quàm Indecorum, & Decoro, penult. correp. quàm Decŏro, penult. prod. quoniam Decoro. penu. cor. significat honorifico: Decoro, penult. prod. pulchrum visu aut auditu reddo. unde Decorum & Indecorum minus est, quàm Decus & dedecus.

Dēcŏrtĭco, as, penu. corr. a. p. Corticem detraho *ἀπολέπω, περιφλοίω.* [Ital. *Scorticare*, scuoiare. Gall. *Escorcer*, oster l'escorce. Hispan. Descortezar ò quitar la corteza. German. Schellen, die Rinden abziehen.] Plin. lib. 8. cap. 19. Cædi intempestivum quæ decorticentur. Scribonius Largus Excalfacere vocat.

Decorticatio, fœmin. r. verbale, *τὸ λέπισμα, λόπισμα.* [Itali. *Scorticamento*. Gallicè *Escorcement*. Hispani. Descortizamiento. Germanicè, Schellung.] Plin. libro 17. capite 11. Quòd si angusta decorticatio fuerit, nihil nocet superdictis.

Decorus. Decorus, Vide Decor.

Dēcŭtes, Dicti sunt togæ attritæ, quasi cotibus detritæ, aut quæ consumptæ sint: habetúque hæc vox penultimam producta. Festus.

Decrĕpĭti, m. c. Extremæ ætatis senes: à crepando dicti (ut quidam volunt) hoc est à clamando, & conqueredo. *ἰσχατογήρεως, παρήλικες.* [Ital. Chi sono vecchi multo, chi sono co i pie nelle fosse. Gall. Viellards, qui sont sur le bord de leur fosse. Hisp. Muy viejos en la postrema edad. Germa. Schralte Leüt, die jetzt auff der grůben gand.] Aut à decrescendo, eò quòd incurvati, & contracti, minores fieri videantur. Aut certè ab adiectivo crepertus, quod anceps & dubium significat, propterea quòd vita eorum id ætatis in dubio sit constituta. Plaut. in Asin. Atque unam amicam habet decrepitus senex. Terent. in Eunuch. Cum meo decrepito hoc Eunucho. Cic. 1. Tusc. Ex his igitur, hora octava quæ mortua est, provecta ætate mortua est: quæ verò occidente sole, decrepita.

Decrĕscĕre, n. r. Diminui. *μειοῦμαι.* [Ital. Sminuire, scemare. Gallicè Decroistre, diminuer, apetisser. Hispani. Decrescer. Germanicè, Abnemmen, schweynen.] Martialis, Decrescit gregem, quum cadit agna frequens. Cicero secundo de Divinat. Oltreisque & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant, & decrescant. Celsus libro tertio capite 6. Vbi febris decrevit, liberaliter oportet aquam tepidam potui dare. Plaut. Curc. Valetudo decrescit, accrescit labor.

Decrētōrius, Decretum, Vide Decerno.

Decŭbo, as, n. p. pen. corr. Iaceo, quasi deorsum cubo. *διατίθημαι.* [Ital. Giacere. Gall. *Estre couché*. Hisp. Yazer. Germanicè, Niderligen.] Apuleius, Decubantem excitauit foras.

Dēcălco, as. Idem quod eius simplex calco. *πατέω.* [Italicè Calcar. Gallic. Mettre en bas, & fouller dessus. pestiller dessus. Hispanicè, Hollar à acocear. Germ. Mit Füssen nider treten.] Plin. li. 17. ca. 10. Alii in qualo pedibus in profluentem decalcant.

Dēcŭlto, as, a. p. ex De, & Occulto, abiecto altero c, significat valde occulto. *διατηρέω.* Festus.

Decumā, & Decumanus, Vide Decima, arum, & Decimanus.

Decŭmbo, bis, n. r. Idem quod decubo, iaceo, recubo. *διατίθημαι.* [Ital. Giacere. Gall. *Estre couché*, estre par terre. Hispan. Yazer. Germ. Ligen, niderligen, zů Bett ligen.] Cic. 1. Ver. Quum Apronius in triclinio quod in foro straverat, recubuisset. Hieron. Quintum iam diem decumbens lectulo, nimia festinatione dictauit. Col. li. 7. c. 9. Siquem mater decumbens oppresserit, cubanti subtrahat. ¶ Significat etiam ad mensam sedere. Plaut. in Merc. Ad cœnam vocat, venio, decumbo. Terent. in Phorm. Prior bibas, prior decumbas. ¶ Aliquando mori. Cic. 2. Tuscul. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos qui quærant qui id velint: si satisfactum iis sit, se velle decumbere. Idem in prima Philippica, Quod gladiatores faciunt ut honestè decumbant, id nos principes terrarum faciamus.

Decŭpā, pæ. f. p. Quid sit, à viris etiam doctis dubitatur, legitur tamè apud Ciceronem in Piso. Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atq; decupa. Quo loco legendum putat Budæus De cupa, duabus dictionibus: ut sit sensus, Piso. non vinere frugaliter, & ut solent quibus cura rei domesticæ sit cordi: sed vinum à propolis emere, atq; id è cupa, hoc est non diffusum aut asservatum, sed quemadmodum è cupa effertur, hoc est, pene musteum: non enim futuris annis prouidebat.

Dĕcŭplŭs, a, um, Quod rei alicuius quantitatem decies inse continet. *δικαπλάσιος.* [Ital. *A diece doppi*. Gal. Dix fois le double. His. Cosa de diez vezes tanto. Ger. Zehenfaltig] Liu. 9. bel. Maced. Vti ea quoq; decuplo tanto pluris, quàm quanti essent æstimarentur.

Dĕcūres, Antiqui pro decurionibus usurparunt. Festus.

Dĕcūrio, onis, m. c. Dictus est, autore Vlpiano, quòd initio quum deducerentur Coloniæ consilii publici gratia, decima pars deductorum conscribi solita sit. *λοχάγους, δικαστάς, δικαιοφύλακας.* [Ital. Decurione. Gall. Dizenier en guerre, ou un des juges des dizaines. Hispa. El que es cabeça ò capitan de diez. Germ. Ein Rottmeister über Zehen.] Vnde Cicero in Orationibus citat decreta Decurionum. Erat tamen alii Vrbani, alii Municipales Decuriones. Vrbanus Decurio turmæ præerat quæ duobus & triginta equitibus constabat. Varro autem tradit in singulis turmis equitum decuriones esse ternos. Itaq; quum turma in tres decurias dividatur, singularum decuriarum, *ἔφεδροι*, præfecti, Decuriones dicti sunt, ex eo quòd denis equitibus præsint. Est autem Decurionis militaris officium, contо scienter uti, turmales sub sua cura positos eruditè ad omnia quæ equestris pugna deposcit. Neq; verò belli solùm, sed domi quoque hac voce utimur, pro eo qui præest cubicularijs. Sueton. in Domit. Saturius Decurio cubiculariorum. ¶ Decurio quoq; palatii dictus est ab Ammiano, qui præpositus erat palatio, qui est ordo dignitatis. ¶ In municipiis Decurio idem creditur qui est Senator Romæ. Cicer. pro Sest. Reetra quæso Sesti quid decreverint Capuæ Decuriones. Plin. Iunior in Epistol. Esse autem tibi centum millia nummum, satis indicat quòd apud nos Decurio es. Igitur ut te non Decurione solùm, verumetiam Equite Romano pertruamur, offero tibi ad implendas Equitis Romani facultates trecenta millia nummum.

Dĕcŭria, æ, fœ. p. Manipulus decem militum, vel aliorum hominum: cui qui præest, Decurio nominatur. *ἴλαρχος.* [Itali. Banda di dieci huomini. Gall. Vne bande de dix hommes. Hisp. La decuria, compannia de diez hombres. Germ. Ein Rott zehen Kriegsleůten, ein barss zehen Teutschen.] Columella, Classes etiam non maioris quàm denum hominum faciundæ, quas Decurias appellauerãt antiqui. ¶ Decuria Senatoria. Cic. 4. Verr. Hunc hominem iudicum numero habebimus: hic alteram decuriam Senatoriam iudex obtinebit. ¶ Decuria iudicum. Cic. 1. Philip. Totum denique comessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse collectum.

Decŭriātē, a. p. Est milites conscriptos in decurias distinguere. *συλλογίζειν, κατὰ λοχίζειν, διατάττειν, συγκλείειν συμμορίας.* Vnde Decuriati milites, hoc est in decurias distributi. *διατεταλοχισμένοι.* Cicer. pro Domo sua, Quum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum.

Decuriatio, verbale *διακόσμησις, κατάλογος.* Cic. pro Plancio, Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione denuncta, &c.

Decuriatus, us, ui. Ipsa decuriatio. *διάταξις.* Liuius 1. bell. Pun. Et ubi ad decuriatum & centuriatum conuenissent, sua voluntate ipsi inter sese decuriari equites, centuriari pedites coniurabant sese fugæ atque formidinis ergo non abituros.

Decurro, is, decurri, & interdum decucurri, decursum, n. r. o

Dec-

Decurſum curro. *διατρέχω.* [Ital. Correre in giu. Gall. Courir de haut en bas. Hiſpani. Correr ayuſo ò paſſar. Germani. Herab laufen.] Virgil. in Aeneid. Laocoon ardens ſummæ decurrit ab arce. ¶ Item decertare, idem quod curſitando ac celerare, & feſtinare. Plin. Iun. Ad tacita ſuffragia, quaſi ad remedium decurrerunt. Liu. Qui poſitus fortè in ſtatione puntus, quum captum repentino imperu. aniculum, atque inde citatos decurrere hoſtes uidiſſet. ¶ Interdum idem quod confugere. Cic. pro Quintio. Ad hæc extrema & iniuriſſima iura tam cupidè decurrebas. Plin. Epiſtol. 64. Ad tacita ſuffragia, quaſi ad remedium aliquod decurrerunt. ¶ Decurrere etiam milites dicuntur, quum propoſito certamine exercent ſeſe. Liu. Mos erat luſtrationis, ſacro peracto, decurrere exercitum, & diuiſas bifariam acies concurrere ad ſimulachrum pugnæ. Virgil. primo Aeneid. de Pallantis funere. Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos, ter mœſtum fonere ducem. Luſtrauere in equis. Sueton. in Nero. Nobiliſſimus eques Rom. elephanto ſuperſedens per caradromum decurrit. ¶ Interdum Decurrere idem eſt quod ad finem uſq; currere. Cicer. de Senect. Nec uerò uelim, quaſi decurſo uitæ ſpatio, ad carceres ad calces reuocari. Idem pro Quint. Propè acta iam ætate decurſaq;.

Decurritur, impersonaliter, pro confugitur. Cæſ. 1. bell. Ciuil. decurritur ad illam extremam atq; ultimam Senatuſconſultum. Liu. 4. bell. Macedon. Decurrebatur tamen eò, ut quàs urbes intret.

Dēcurſor, us, m. q. Actus ipſe decurrendi. *δρόμος.* [Ital. Corſa, giostra. Gall. Course, courſe, coutement. Hiſp. Corrida de arriba abaxo. Germ. Das abrhin laufen.] Liu. 1. ab Vrbe. Iraque ne ſubitò ex collibus decurſu Albanorum interciperetur ab oppido, terga uertūt. Decurſus pro ſimulachro prætorium. Gell. lib. 7. Vt in decurſibus iudiciis, aut ſimulachris prætorum fieri uidemus.

Decurſio, onis. Actus. Aliud uerbale eiuſdem ſignificationis *δρόμος.* Cicero quinto de Finibus. Quem Tyberina de curſio feſto illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum quum regem Perſen captum adduceret eodem flumine inuectum.

Decurſorium. Locus in quo decurritur. Græci *διαδρόμον.* Galli Zicias uocant.

Decurtatus, participium à decurto. Idem eſt quod mutilatus, breuiatus *κολοβὸς, κεκολοβωμένος.* [Ital. Accorciare, troncato. Gall. Accourſi, rongé par un bout. Hiſp. Mocho ò deſmochado. Germani. Gekürtzet.] Cicero in Oratore. Mutila ſentiri quædam, & quaſi decurtata. Plin. li. 21. cap. 5. Leguntur autem tenuiſſimæ radices, breuiſq;, ac ueluti decurtatæ etiam hæc.

Decus. Vide Decor.

Dēcūſſis, m. t ut ex ipſa ſtatim compoſitione apparet, decē aſſes ualebat. [Italic. Dieci aſſi, una decima, diuiſione facta in croce. Galli. Dix aſſes, une dizaine, une croix Bourguignonne en forme d'un X. Hiſpa. Diez aſſes moneda de cobre, orden como en cruz. Germ. Zehen plapphart.] Vitruuius pro numero denario, quem *Δεκάδα* uocant Græci, non ſemel uſurpauit. Ita enim ſcribit. lib. 1. cap. 3. Platoni placuit denarium numerum ea re eſſe perfectum, quòd ex ſingularibus rebus quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decuſſis, quæ ſimul ac undecim aut duodecim ſunt factæ, quot ſuperauerint non poſſunt eſſe perfectæ, donec ad alterum decē ſum perueniant. Reliqua uide in uerbo Decuſſo.

Decūſſo, as, are, a. p. Eſt ad decuſſis figuram redigere *χιάζω.* [Ital. Dividere in croce. Gall. Croiſer l'un ſur l'autre, & diſperſer en forme d'un X ou comme une croix Bourguignone. Hiſp. Ordinar en partes como en cruz. Germ. Creützweyſs zerſchneiden.] Hoc eſt res aliquas eo ordine collocare, ut inter ſe literæ Græcæ χ, aut Latinæ x, ſpeciem præbeant. Eadem figura apud Latinos uocatur Decuſſis: quia primus Iudex ita uerteres quoq; hac figura numerum denarium ſignificabant. Quòd ſi literam x per medium ſeces, relinquetur v. quæ figura denarii dimidium, hoc eſt quinarium numerum commonſtrat. Vnde etiam Latini eam figuram quinquenionem uocauerunt: & eas arbores quæ ita erant collocatæ, ut harum figuræ ſpeciem referrent, dicebant enim quincunces digeſtæ. Sed de hoc plura ſuo loco. Decuſſis uerò aut teſtimus, conſtabat ex duobus quincuncibus ita collocatis ut x literæ imaginem exprimerent. Inde

Decuſſare, eſt aliquid ad eius figuræ imaginem redigere. Cicero de Vniuerſitate. Hanc igitur coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediaq; accommodās medium quaſi decuſſauit. Colu. lib. 4. Nam duas regulas eius latitudinis, quo paſſimator ſulcum faciturus eſt, in ſpeciem Græcæ literæ χ decuſſabimus.

Decuſſatim, ſignificat per decuſſes. *κατὰ χιασμόν.* [Itali. In forma di croce. Gall. En forme d'un X, en croix. Bourguignonne. Hiſp. Partiendo en tajadas como en cruz. Germa. Creü zweyſs, oder in Sternen w. ſ. ſ.] Colum. lib. uit. Rapam in alueo aut ſcrta compoſitos deinde ſicut conſeuerunt Salgamarii, decuſſatim ferramento lunato incidito.

Decūſſo, as, a. t. pe. cor. ſi, ſum, ex de, & quatio, quatiēdo defficio, demeto, decido *ἀποτέμνω.* [Ital. Crollare, gettare à terra. Gal. Abatre, faire cheoir ruer jus. Hiſp. Sacudir, echar de arriba. Germ. Abſchlahen.] Liu. lib. 1. Rex uelut deliberabundus in hortum ædium tranſit, ſequente nuntio filii ibi inambulans tacitus ſumma capita papauerum baculo decuſſiſſe dicitur. Columell. libro 1. capite 2. Dum prorepentes oculi digito decuti poſſint. Liu. 7. bel. Pun. Munus turreis quædam Cumis non iſq; modò fulminatum, ſed etiam decuſſæ.

Decūſſus, us, n, n. q. Decutiendi actus *ἀποτέμνειν* [Ital. Abattimento. Gall. Abatement, abatage. Hiſp. Aquel ſacudimiento. Germ. Das abſchlahen oder abſchütten.] Plin. lib. 18. cap. 17. Aliqui tunc ſcribunt decidere cum, ruriſuis decerpere, facilem decuſſu.

Dedēcēre, pen. corr. Indecorum eſt, non decet. *ἀπρεπές ἐστι.* [It. Diſconuenir en ſi, non ſta bene. Gal. Il meſſier, il ſiet mal. Il eſt mal conuenable. Hiſ. Deſconuiene, no eſta bien. Ger. Es gezimpt ſich nit, es ſtahet übel.] Et modò perſonale eſt. Cicer. Offic. Vt ſiquid dedecet in iis, uitemus & ipſi. Ouid. 6. Metamorph. Admouitque preces, quarum me dedecet uſus. Cicero primo Offic. Nam & ratione uti, atque oratione prudenter, & agere quod agas conſideratè, omniq; in re quid ſit uerum uidere & tueri decet: contraq; falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum eſſe.

Dedēcus, pen. corr. Ignominia ex re turpiter geſta, probrum turpitudo *αἰσχύνη, ὕβρισμα.* [Italic. Infamia, dishonore. Gall. Deshonneur, infamie. Hiſpani. Vituperio, deshonra. Germ. Ein ſchand oder vnehr.] Cic. 1. Tuſc. Dolorem exiſtimo maximum malorum omnium. M. Etiamnè maius quàm dedecus? Idem Attic. libr. 16. Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare nō poſſum, flagitium ſcilicet plenum & dedecoris. Idem pro Roſc. Amer. Sumptus effuſi cum probro & dedecore.

Dedecor, is, *ἄτιμος, αἰσχρός.* [Ital. Laido, ſconcio, dishonneſto. Gallic. Deshonneſte, laid, vilain, meſſeant. Hiſpanicè, Coſa ſin honra. Germanic. Entehret er, Geſchmächter, verlümbdeter.] Saluſt. Dedecores maluit q; terga ab hoſtibus cædebantur.

Dedecōrō, as, a. um, penult. corr. Idem. Tacit. libro tertio, Sextus Pompeius M. Lepidum ut ſocordem, inopem, & maioribus ſuis dedecorum, eoſque etiam forte Aſiæ depellendū incuſauit.

Dedecoro, as, are, a. p. Plaut. *ἀτιμάζω, κατασχύνω.* [Ital. Diffamare, vituperare, dishonorare. Gall. Diffamer, deshonnorer. Hiſp. Deshonrer. Germa. Entehren, ſchenden, ſchmähen.] Bacch. Qui dedecorat te, me, amicos, atq; alios flagitiis tuis. Terent. Heaut. Et me, & te, & familiam dedecoras. Cicer. Offic. Dedecorantem & urbis autoritatem & magiſtri. Sueton. in Nero. Tanquam aliter illi non poſſint niſi mortē ſuccurrere dedecorato flagitiis omnibus.

Dēdī o, as, a. p. pen. cor. Conſecro rel. gioſum facio, religione deuincio. *ἐνθυσιάζω, ἀφιερόω.* [Ital. Dedicare, conſecrare. Gall. Dedier. Hiſpan. Dar, applicar ò conſagrar à Dios. Ger. Vereyhen, Heyligen, zůeignen.] Liu. 1. ab Vrbe. Multa alia ſacrificia, locaq; ſacris factionis, quæ Argeos pontifices uocant, dedicauit. Cicer. 2. de leg. Nam qui ſe ipſe nouit primùm aliquid ſe habere ſentiet diuinum, ingenium in ſe ſuum ſicut ſimulacrum aliquod dedicatum ſuſpiciet. Vnde ibi Honos, Mens, Fides, Virtus, Concordia conſeruatæ & publicè dedicatæ ſunt. ¶ Apud antiquos etiam legitur pro exponere. Cæſ. lib. 1. Annal. ut cum ei Nonius Legati quo miſi ſunt, ueniunt dedicant mandata.

Dedicare, & Dicare propriè eſt dicendo deferre, ac obſequi,

dare,

dæ alicui Numini, ac in perpetuum conſtituere. C. de Sacroſanctis eccl. aut ingreſſi. In Pontificio iure pro conſecrare, quemadmodum & à Plinio in Epiſt. uſurpatur. Tametſi ex M. T. pro Domo ſua, ubi, quid interſit inter conſecrare & dedicare colligi poteſt. Fiebat autem dedicatio tẽpli, aut per Conſulem, aut per Imperatorem, præeuntibus uerbis Pontificis Maximi, ex Catone.

Dedicatio, ſæmin. ἐγκαίνισις, κατάθεσις. [Italicè, Dedicatione. Gall. Dediement, dedication, dedicaſſe. Hiſpan. Conſagracion. Germ. Ein weyhung, zůeignung.] Cic. pro Domo ſua, Niſi quem fortè illius cæliſſimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret.

Dedignŏr, aris, d. p. Indignum reputo, contemno, ἀπαξιόω [Ital. Sprezzare, ſdegnare. Gall. Deſdaigner, auoir en deſdaing. Hiſpan. Menoſpreciar, deſdeñar. Germ. Verwirdigen, verachten.] Plin. in Paneg. Vt appareat, non ſuperbis & faſtidio te amplißimos honores repudiare, qui minores nõ dedigneris. Virg. 1. Aen. Quos ego ſum toties iam dedignata mouentos. Ouid. 1. de Ponto, Is me nec comitem, nec dedignatus amicum eſt.

Dedignatio, uerbale. ἀπαξίωσις. [Italicè, Sdegno. Gall. Deſdaing. Hiſpanicè, Menoſprecio, deſden. Germanicè, Verachtung, verwirdigung.] Plin. in Pan. Quam ſpecioſum eſt enim, quòd diſciplinam caſtrorum lapſam, extinctamq; retuliſti, depulſo prioris ſeculi malo, inertia & contumacia & dedignatione patendi.

Dedidĭci, dedidici, 3. t. Quod didici obliuiſco. μεταμανθάνω, ἐπιλανθάνω. [Ital. Domenticare quello que ſi ha imparato. Gall. Deſaprendre & oublier ce qu'on a apris. Hiſ. Deſaprender, olvidar lo deprendido. Germani. Entlernen, Das einer erlernet hatt, allgemach wider vergeſſen.] Plaut. in Amphit. Haud æquum facit, qui quod didicit, id dediſcit. Cic. 3. de Orat. Ob eamq; cauſam iuuentus noſtra dediceret penè diſcendo. Ouid. 2. de Rem. amoris, Iuuat amor mentes uſu, dediſcitur uſu, Idem 3. Triſt. Verba mihi dictant, dedidiciq; loqui.

Dedo, is, dĭdi, dĭtum, 3. t. Significat in perpetuum do, uel totum ſubdo, ſiue in manus, poteſtatemúe & arbitrium do. διδόναι. [Italic. Darſi in tutto. Galli. Rendre ou mettre ſous la puiſſance d'autrui. Hiſpa. Darſe del todo. German. Sich ergeben, auffgeben.] Vnde Dedere ſe hoſtibus dicitur qui ſe in hoſtium poteſtatem tradit. Et traditio ipſa, dedĭtio dicitur. Et qui ita ſe dedunt, dediti uocantur. Plaut. in Amphitr. Conuenit, utri uicti ſint eo prælio, urbem, agros, aras, focos, ſeque uti dederunt. Liu. libro primo, Sic ad ſupplicium Numitori Remus deditur. Cæſar libro 1. Helueti omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miſerunt. ¶ Forma deditionis deſcribitur apud Liuium in deditione Collatiæ. Ita enim Rex interrogat. Eſtisne uos legati, oratoresq; miſſi à populo Collatino, ut uos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Eſt ne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditisne uos populumque Collatinum, urbem, agros, terminos, aquam, fluuios, ædificia, diuina humanaque omnia, in meam, populique Romani deditionem? Dedimus. Et ego recipio. ¶ Aliquando dedere eſt ſimpliciter dare. Terent. And. Verberibus te cæſum in piſtrinum Daue dedam. ¶ Dedere ſe uoluptatibus aut uoluptatibus. Cicero ſecundo Offic. Dedere ſe ibi diuinibus, Idem 1. Tuſculan. Dedere ſe languori & deliciis. Idem primo Offi. Dedere aures ſuas Poëtis, Idem pro Archia.

Dĕdĭtus, participium. Addictus, ἐνδεδωκὼς, ἐγχειρισθείς. [Ital. Dedito, rendutoſi. Gall. Adonné, qui s'eſt rẽdu. Hiſpani. El que ſe rindio al uincidor. German. Ergeben.] Ior Deditus amori animus, Terent. in Hecyr. Deditus amatoriis leuitatibus. Cicer. 1. de Fin. ¶ Deditus uoluptatibus, aut Epicuro, Cicer. de Finib. Deditus literis à pueritia, Cic. ad Lentulum lib. 1. ¶ Dedita opera, idem quod data opera. Cice. pro Roſc. Amer. Quæ facitis, eiuſmodi ſunt ut ea dedita opera a nobis contra noſmetipſos facere uideamini. Terent. in Eun. apud Antiphonem uterq; pater & mater, Quaſi dedita opera domi erant.

Dedĭtĭcius, a, um, Qui ſe in alterius imperium dedidit. ἐνδοτὸς, ἐγχειρητὸς. [Italicè, Rendutoſi all' altrui mercè, & diſcretione. Gallic. Qui s'eſt rendu à la merci d'un autre. Hiſpan. El que ſe rindio al uincidor. Germ. Jn eines andern gewalt ergeben.] Curtius, Multitudo dedititiorum incolis nouarum urbium cum pecunia capta dona data eſt. Cæſar. 2. bel. Gal. Quum ex dedititiis Belgis reliquiſque Gallis complures Cæſarem ſequuti, unà iter facerent. Cicer. ad Brutum. Itaque id ſenatuſconſultum plerique interpretantur etiam ad tuos ſiue captiuos, ſiue dedititios pertinere.

Dedititii dicti ſunt quidam populi, qui cũ in Romanorum fidem conceſſiſſent, rebellibus animis ab eis deſciuerunt, duos deinde rurſus ſuperatos adeò humanè Romani tractarunt, ut uitam illis ſeruarent, & imaginariam quandam libertatem relinquerent, ſed tamẽ infamiæ labe aſperſam. Lege lata, ut ad ueram libertatẽ Romanæq; ciuitatis iura peruenire nũquam poſſent. Ex Alcia. Dedititii ii, qui ſe permittunt alienæ uoluntati, quod non niſi in extrema fit inopia conſilii & prædu. Eorum autem alii Libertini, alii peregrini dicuntur. De his habet elegans caput apud Angel. Polit. in Miſcel. Vide etiã Manumitti. Dedititii ſerui ſunt, qui ex obſidione ſe dediderunt in poteſtatem uictoris, de his inlatum eſt. tit. de libertate.

Deditĭo, uerbale, Dedendi actus. ἔνδοσις, ἐγχείρησις. [Italic. Il renderſi ad alcuno. Gall. Quand on ſe rend, ou qu'on ſe met à la merci de quelqu'un. Hiſp. La rendicion del uencido ò cercado. Germanicè, Ergebung, auffgebung.] Cic. pro Leg. Manil. Spem deditionis non demit, obſidesque imperauit.

Dedŏcĕo, 2. c. Eſt ſecus atque quis doctus eſt docere, uel falſum eſſe oſtendere. μεταδιδάσκειν. [Italic. Inſegnare il contrario di quanto alcuno ha imparato. Galli. Deſenſeigner, faire aprendre le contraire de ce qu'on a aprins. Hiſp. Deſenſeñar lo enſeñado. Ger. Entlernen, anderſt lernen weder einer gelert worden iſt.] Quintil. lib. 3. Quanta in eluendis quæ ſemel inſederunt uitiis, difficultas conſequatur, quum geminatum onus ſuccedẽtes premat, & quidem dedocendi unus grauius ac prius, quàm docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum ferunt duplices ab his quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes quàm ſi rudes traderentur. Cic. 1. de Fin. Si à Polyæno familiari ſuo. Geometriam diſcere maluiſſet, quàm illam etiam ipſum dedocere.

Dedŏlĕo, les penult. corr. Non doleo, uel dolore me primo, uel dolere deſino. ἀπαλγέω. [Itali. Non dolerſi. Gall. Laiſſer à ſe douloir, paſſer ſa douleur. Hiſpani. No dolerſe. Germanicè, Verſchmirtzen.] Ouid. libro tertio Faſt. Quid me in deſertis morituram Liber arenis Seruabas? potui de dolniſſe ſemel.

Dedŏlo, as, a. p. Dolabra uel eiuſmodi ferramento quæ ſcabra atque impolita ſunt, leuigo. ἀποξέω. [Ital. Polire. Gall. Doler & unir une piece de bois auec une douloire ou tel inſtrument, l'esbaucher. Hiſpan. Dolar. German. Vberhoblen, abhoblen.] Columell. libro quinto, Hæc eorumque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, paretque eorum putres dedolandæ. Compoſitum eſt à uerbo dolo: unde mediam habet brenem. Martial. libro 11. Fraxinea fabrili dedolat oſſa manu. Nam ſyllaba prior in uerbo dolo corripitur. Iuuenal. Innne, atq; animam uentis committe, dolato Confiſus ligno. Errant itaq; qui producendam eſſe præcipiunt.

Dedūco, cis, pen. prod. deduxi, deductum, 3. t. Multiplex eius uſus eſt, ſiue conſtructionem ſpectes, ſiue ſignificationẽ. Propriè enim ſignificat ex ſuperiori loco in inferiorem ducere. ἐξάγω, καθέλκω. [Itali. Scorgere, tirare, condurre al baſſo. Gall. Condoire & mener de haut en bas, conuoier. Hiſp. Sacar à traer abaxo, traer guiando. Ger. Abhinführen, abhinziehen.] Et in ea ſignificatione interdum habet ablatiuum ſine alia præpoſitione quàm quæ in uerbo includitur. Virgil. in Pharmaceutria, Carmina uel cœlo poſſunt deducere lunam. Sæpius tamen præcedente præpoſitione à, de, uel ex. Cæſ. 3. bel. Ciuil. Deducere de roſtris conantem concionari. Cato de Re ruſtic. cap. 157. debraſſicæ utilitatibus, De capite & de oculis omnia deducet, & ſanum faciet. ¶ Aliquando de loco ad locum, ſiue de re ad rem ducere. Cicer. ad Attic. lib. 7. Probata conditio eſt, ſed ita ut ille de his oppidis quæ extra eam prouinciam occupauiſſet, præſidia deduceret. Sic dicimus, Deducere ex præſidiis & aliis locis cohortes, Cæſar 3. bell. Gall. Deducere ex hortulis in Academiam, Cic. 2. de Nat. deor. Hircius de bel. Alexand. li. 4. Deducere ex regno, pro priuare & auferre regnum poſſit. ¶ Deducere de fundo. Cic. pro Cecin. Placuit Cecinæ de

næ de amicorum ſententia conſtituere quo die in rem præſentem ueniretur, & de fundo Cecinna moribus deducere tur. ¶ Deducere de uia. Cicer. de Fato, Nec quum hæc ita ſint, eſt cauſa cur Epicurus fatum extimeſcat, & ab atomis petat præſidium, eaſq; de uia deducat. Atque hæc quidem magis propriè dici uidentur quàm quæ ſequũtur quæ tráſlata potius ſunt. Cicer. Famil. 1. Quod dat accipimus: quod inſtituit referre de religione, & ſæpe iam retulit, ab eo deduci non poteſt. Id eſt retrahi, abduci, remoueri, reuocari. Quintus Cic. de Pet. Conſu. Qui ſine cauſa non amant, eos aut beneficio, aut ſpe, aut ſignificando tua erga illos ſtudia futura delinies, dans operam ut de illa animi prauitate deducas. Lactant lib. 4. Diximus nomen religionis à uinculo pietatis eſſe deductum, quòd hominem ſibi Deus religauerit. ¶ Habet etiam interdum accuſatiuum cum præpoſitione In. Cæſar. bell. Ciui. lib. 3. Spe enim conficiendi negotii propè in noctem rem deduxerant. Plaut. Nunc. Nequis erret ueſtrum, paucis in uiam Deducam, ſiquidem operam promittitis dare. Liuius, Petebãt enim ne ſeſtemerè in cauſam deduceret. Ad eundem modum dicimus aliquem deducere in controuerſiam, in iudicium, in ius. Item Deducere in fraudem, in diſcrimen, in periculum. ¶ Item cum præpoſitione ad. Cæſ. li. 8. Siqua hominum æquitate res ad otium deduci poſſet, id eſt traduci. Ci. pro Flacco, Sed ſunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non ſunt, id eſt adducti. Idem ad Attic. lib. 9. De gratia & de ope quid ſignificares, mecum ipſe quærebam: ſpe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac ſingulari ſapientia de otio, de pace, de cõcordia ciuium agi uelle arbitrarer. Lactant. lib. 1. Homines autem ipſos ad tantam cæcitatem eſſe deductos, ut uiuo ac uero Deo, mortuos præferant. ¶ Interdum etiam deducere idem eſt quod ſubtrahere. Vnde Deducere cibum, eſt parcius ſolito cibum ſuppeditare. Terent. in Eunuch. Haud ſimilis uirgo eſt uirginum noſtrarum, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, uincto pectore, ut graciles fiant: Siqua eſt habitior paulò pugilem eſſe aiunt, deducunt cibũ: Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Vbi propriè (inquit Donatus) deducunt, pro ſubtrahunt, uel ſubducunt, quemadmodum hi faciunt qui fame accurare ſolent quo ſint graciliores, formoſioresq;. ¶ Cic. libro primo Academ. Vt contra omnium ſententias dies pleroſque deduceret, id eſt prolongaret: translatione ſumpta ab araneis fila deducentibus. ¶ Pompon. in Attel. Vocem deducas oportet, ut mulieris uideantur uerba. Vbi deducere ſignificat quaſi in tenuitatem ducere. *ἰσχναίνειν*. Vnde & pro ſubtiliter, & nihil ſubruſticum proferre ponitur. *λιχνεύειν*. Horat. Quum lamentamur non apparere labores Noſtros, & tenui deducta poemata filo. Metaphora ſumpta à lana quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc etiam modum dicimus Deducere riuos, quum ex maioribus fluminibus aquam per riuulos in prata deriuamus. Virg. 1. Georg. riuulos deducere nulla Religio uetuit, id eſt diuertere. ¶ Significat item deducere, de ſumma aliquid demere. Cic. Offic. lib. 1. Hæc igitur & talia circumſpicienda ſunt in omni officio, & conſuetudo exercitationeq; capienda ut boni rationes ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus: & addendo, deducendoque uidere quæ reliqui ſumma fiat, ex quo quantum cuiq; debeatur intelligat. ¶ Deducere etiam is dicitur qui alicui officii gratia uel honoris præſtat comitatum. Liu. Frequentesq; cum domum deduxerunt Cicer. Famil. 10. Quumq; magna multitudo optimorum uirorum, & ciuium me de domo deduceret, feci continò omnes participes meæ uoluptatis. ¶ Deducimus quoque ſponſam marito, uel ad maritum, uel amicam ad amantem. Cicero quarta Verr. Hic eſt Docimos ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidori mimi filiam. Tibullus, Vt iuueni primùm uirgo eſt deducta marito.

Dēdūctio, onis, fœm. t. uerbale à deduco, eſt actus deducendi. *παραγωγὴ, ὁδηγία*. [Italicè, Sottratione, condotta. Galli. Conduitte. Hiſp. Sacamiento de lugar, trahimiento. Germ. Beleytung, hinabführung.] Vnde Aquarum deductiones dicimus, quum ex fonte aut flumine per riuos aqua deducitur. Cicer. pro leg. Agr. Tum quæ erit in iſtos agros deductio? Idem de Diuinat. libro primo, Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio eſt. ¶ Non ineleganter etiam deductio ſignificat detractionem minoris ſummæ à maiori. Cic. in Verrem, Certis nominibus deductiones fieri ſolebant.

Dēductor, oris, m. t. *ὁ τῶν ὁδῶν καθηγεμών, ὁ παραγωγεύς*. [Italicè, Conduttore, chi conduce. Gallicè, Conducteur, qui conduit. Hiſpanicè, Guiador. Germanicè, Ein beleyter, der auff dem Weg etwann hin einen beleytet.] Quint. Cic. ad M. fratrem, Huius autem rei tres ſunt partes: una ſaltatorum, quum domum uenitur, altera deductorum, tertia aſſectatorum.

Dēerrāre, a p. eſt De uia, ſine ratione declinare. *ἀφαμαρτάνειν, ἀποπλανᾶσθαι*. [Italicè, Errare, uagare. Gall. Se fourvoyer, fallir, s'eſgarer. Hiſpanicè. Dexar ò perder el camino. Germanicè, Verirren, Irr gahn.] Quintil. libro 10. capite 1. Frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præſtat, ut obuios non uideamus, & itinere deerremus. Virgil. Aegl. 7. -uit gregis ipſe caper deerrauerat. Autor ad Heren. libr. 2. Si tranſitionibus nullis utemur, & ſi non deerrabimus ab eo quod cœpimus exponere.

Dēfæco, æ p. cum diphthongo, Significat à fæce purgo, quaſi fæcem detrahо. *ἀποτρυγῶ, διαβλύζω*. [Italicè. Purgare, leuar la fece. Gall. Oſter la lie, faire raſſeoir & eſclarcir. Hiſ. Sacar las hezes. German. Von der Trůſen ſeuberen, leutern.] Plin. lib. 18 Per brumam uitem ne colito, uina tamen detecari, etiam diffundi Higinus ſuadet. ¶ Hinc Vinum defæcatum dicitur, quando eſt à fæce repurgatum, & ſimiliter omnia pura, inturbata, & ſine ſordibus, defæcata dicuntur. *ἀμίαντα, ἀποτετρυγωβίντα*. Plaut. in Aulular Nunc de fæcato demum animo egredior domo, id eſt ab angore purgato. Propriè Colu. li. ult. Et defæcatum uinum in amphoras bonas adiicito.

Dēfălcāre, a p. Significat tollere & amputare, quaſi falce abſcindere. *ἀποκόπτειν*. [Italicè. Diffalcare, tagliare. Gallicè, Defalquer, oſter, & rabatre. Hiſpanicè, Alçar ò quitar: cortar ò podar. Germanicè. Abſchneiden hinweg oder dannen thůn.]

Dēfāmo, a, penult. prod. act prim. Fama priuo, ſicut Diffamo. *βλασφημῶ*. [Ital. Vituperare, infamare. Gall. Vituperer, diffamer. Hiſp. Infamar. Germ. Verleũmbden.] Gel. ut uocabula eorum quoq; defamata atq; deformia cum rebus ipſis uiderentur.

Dēfătīgo, as, actiuum uerbum eſt, com. prim. Significans laſſum, & labore defectum reddo. *κατατρυχῶ, κάμνειν*. [Ital. Affaticare, ſtancare. Galli. Laſſer, fatiguer, trauailler. Hiſpa. Canſar mucho à otra coſa. Ger. Ermůden, můd machen.] Cicer. 1. de Orat. Profectò nunquam conquieſcam, neq; defatigabor, antequam illorum ſuscipites uias rationesq;, & pro omnibus, & contra omnia diſputandi percepero. Idem pro Marcel. Noli in conſeruandis bonis uiris defatigari. Defatigare aliquem aſſiduo labore, Cæſar ſeptimo bel. Gal. Cicer. 3. de Legib. Ille uerò etſi tuus totus eſt ordo, gratiſſimamq; memoriam retinet conſulatus tui, pace tua dixerim, non modò Cenſores, ſed etiam iudices omnes poteſt defatigare.

Defatigatus, participium, Idem ſignificans quod labore confectus. *κατατρυχωμένος*. [Ital. Stanco. Galli. Laſſé, trauaillé. Hiſp. Ganſado. Ger. Ermůdet.] Terent. in Andr. Deceptus ſum, non defatigatus.

Defatigatio, uerbale, *λάματος, ἀπόπνοια*. [Italicè, Stanchezza Galli. Laſſement, laſſeté. Hiſpani. Canſancio. Germani. Ermůdung.] Cic. de Senect. Corpora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur.

Defecto, **Defectiuus**, **Defectus**, **Defector**, Vide Deficio.

Defendo, dis, di, ſum, 3. t Significat tueor, auerto prohibeo. *ἀπείργω, ἀμύνω, προβάλλομαι*. [Italic. Difendere. Gallic. Defendre Hiſpanicè. Defender. Germanicè. Beſchirmen, Bewaren.] Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur: à patrono noſtro, uel defenſore: ut quum dicimus Sextum Roſcium fuiſſe defenſum à Cicerone. Altero modo dicimur defendi ab aduerſatio, hoc eſt, ab iniuria, uel contra iniuriam aduerſarii. Vt ſi nobis aduerſarentur iudices, & Cicero tueatur, rectè dicemus, defendi nos à iudicibus: non quòd illi nos defendant, ſed quòd præſidio Ciceronis ab illorum iniuria defendamur. Cic. lib. 1. Offic. Qui autem non defendit, nec obſiſtit ſi poteſt iniuriæ, tam eſt in uitio, quàm qui, &c. Differt tamen defendere à propugnare, quia defenſio eſt, quocunque modo fiat: propugnatio autem, nonniſi per contentionem. Dicimus autem,

Defendo

Defendo frigus tibi: &, defendo te à frigore. Virgil. Aeglog. 7. Solſtitium pecori defendite, iam venit æſtas. Et paulò ante, Dum teneras defendo à frigore myrtos. Accipitur etiam interdum defendo pro arceo, ſiue depello. Gel. Qu. Claud. defendebat hoſtes à pinnis facilimè.

Defenſor, oris, m. r. Qui defendit. *πρόκτωρ, ἀλεξητής.* [Ita. Defendatore. Gall. Defendeur, protecteur, defenſeur. Hiſpa. Defendedor. Germ. Ein beſchirmer.] Cicer. 5. Verr. Sed ego defenſorem in mea perſona, non accuſatorem maximè laudari uolo. ¶ Paterni iuris defenſor, & quaſi patrimonii propagator ſum apud eundem l. de Orat. Et pro Rabirio, Cuſtos defenſorq; iuris & libertatis.

Defenſor (tametſi à Procuratore non uſquequaq; differt) dicitur qui abſq; mandato cum ſola ſatisdatione alterum in iudicio defendit atque tuetur, ut eſt in l. minor. cum duabus proximè frequentib. ff. de Procurat. Vnde defenſores ciuitatum, appellat Imper. minorem illum Magiſtratum, qui patronis uicem plebi exhibere uidetur, curareq; debet, ne innocens & ſubita ruſticitas prægrauetur. C. & in Aut. de Defenſ. Ciuit.

Defenſio, f. r. *προσκαρτέρησις, ἀντίληψις, συνηγορία.* [Ital. Difeſa. Gall. Defenſe. Hiſp. Defenſion. Germani. Beſchirmung.] Cicer. 4. Acad. Vetera pars defenſionis relinquatur. Et pro Clueut. Innocentiæ defenſio ſæpe multorum improbitate inuicta reſpirat.

Defenſio, eſt inſtantis, immineríſue offenſionis propulſatio. Vbi hæc ceſſat, non eſt quod propulſari queat: ab offenſione enim omnis defenſionis penderatio. Vide Salomon. in Lexicon de iuſti & iur. quo uerò iure defenſio nitatur, Bartolus explicat in cap. l. & quâ uariè accipiẽda ſit, refert ipſe Iaſ. de capitilo. Paragr. & fin. r. ff. de Oper. no. nunc. Defenſio, pro accuſatione apud Iuriſconſ. in l. ſed ſi Reipub. l. de Var. Item pro exceptione uſurpatur l. 3. C. de iur. & facti ignor. Iiquidẽ De excepr. Alb. Defenſio illicita dicitur, cum offenſo liciti cẽſetur. Bald. tex. ſinguiaris eſt, in l. ſi pignus, Parag. & forem. de For.

Defenſo, as, are. frequentatiuum. [Ital. Difenſare. Gall. Defendre ſouuent. Hiſp. Mucho defender. Germa. Sich beſchirmen eins beſchirmens.] Plaut. in Bacch. Noſter eſto, dum te poteris defenſare iniuria. Sallust. Arma capientes alios ab hoſtibus defenſabant.

Defenſito, tas, a, p. aliud frequentatiuum. *προβιγαμαι.* [Ital. Defendere ſort ſouuent. Hiſp. Muy mucho defenden. Ger. Sich vil vnd offt beſchirmen.] Cic. 1. Offic. Si igitur non poterit ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum concionibus tenere, ſiue bella gerere: illa tamen præſtare debebit quæ ſunt in illius poteſtate. ¶ Defenſitare cauſas, apud eũdem de Clar. Orat.

Defero, ers, eri, corr. a inconſ. detuli, delatũ, Idẽ eſt penè quod *feru. ne* affero *φέρω, προσφέρω.* [Itali. Conferire, portare. Gall. Deporter, porter de l'un à l'autre. Hiſpa. Traer, lleuar. Germ. Bringen, tragen.] Plaut. in Amph. Quid ſi è portu nauis huc nos dormientes detulit? Regiq; ſemper accuſatum caſum, & hoc aliquãdo cum dativo. Plaut. in Trin. Dimittam, ut te uelle uideo, ſed monſtra hoſce homines mihi. Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre, epiſtolas. ¶ Aliquãdo cum præpoſitione ad. Idem in Aſin. Egõ' ut non modò uxori meæ Sorripiam in deliciis pallã quam habet, atq; ad te deferam? ¶ Aliquando cum præpoſitione in. Plin. libro 12. cap. 19. Hi recto curſu per ſinus impellunt, atque à promontorii ambitu Argeſtæ deferunt in portum Gebanitarum. Et Plin. Iun. Defertur Meganus in Rhenum. Sic deferri in errorem, deferri in præceps. ¶ Significat quoque nunciare, certiorem facere. Cicer. Famil. 15. Quæ ad me delata eſſent, ſcribenda ad uos putaui. Idem Famil. quinto. Quod ſcribis de beneficiis, ſcito à me & Trib. mil. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe: in quo quidem ratio me fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferẽdos exiſtimabam dari. Poſtea certior ſum factus, erigina a diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſem. Vbi deferre communiter pro denuntiare, exponere *παραγγέλλειν.* Solebant autem prouinciis præfecti decedentes, quum iam rationes ſuas deponerent, etiam eorum nomina qui ſe cum illis præclarè geſſiſſent, deferre, quo & ipſi aliquando pro meritis ſuis aliquid beneficiorum à Senatu conſequerentur. ¶ Interdum habet hoc uerbum accuſationem, præſertim quum poſt ſe habet accuſatum nomen, *εἰσαγγέλλω, ἀπορέω διὰ τὴν γραφὴν ἀποφέρω.* Plaut. in Aulul. Ad Treſultros iam ego deferam tuum nomen. Cicer. in Verr. Serui cuiuſdam nomen deferturis accuſatur, ficti teſtes in eum dantur. Vbi ſciendum, deferre nomen alicuius, non eſſe propriè accuſare, ſed ante accuſationem apud iudicem uel magiſtratum aliquem de aliquo crimine denuntiare. ¶ Deferre quoq; cautam dicitur cliens ad patronum, quum eum conſulit, & illi controuerſiæ ordinem argumentumq; exponit. Cicer. in Verr. Itaque ad me præter cæteros, hanc querimoniam Sicilia detulit lachrymis. ¶ Pertinet etiam ad dignitatem & honorem & uenerationem, & officium, *προσνέμειν, ἀπονέμειν, κατατίθημι τιμήν.* uariisq; modis ponitur ac conſtruitur. Liuius libro 1. Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decreuunt, id eſt offerendum atq; tradendum. Cicero Octauio, Quæ tibi non antequàm poſtulares, maiora quàm uellet, plura quàm ſaperes, detulit Senat. Idem Trebatio, Vniuerſum ſtudium & beneuolentiam ad te defero, id eſt tibi attribuo.

Deferre appellationem in iure pontificio, idem eſt quod admittere appellationem. Vide Archid. extr. de appell. c. cum appellet. li. 6. Deferre hæreditatem, deferre iuſtrandũ, deferre iudicium, notæ & frequentes apud Iuriſcon. locutiones. Deferre cauſam ad patronũ dicitur cliens, quũ eũ conſulit, & ei controuerſiæ ordinem argumentumq; exponit. Den handel anzeigen. Deferre in ærarium, itẽ deferre in principis Commentarium quid ſit. Bud. explicat in l. abeſſe. de Minori cuius ſenſum Accurſius non intellexit. Deferre nomen propriè non eſt accuſare, ſed apud magiſtratum, uel iudicem de aliquo crimine ante accuſationem denuntiare, & alium in capitis diſcrimen rapere. Deferre rem, idem eſt, quod poſtulare, & ut cognitionem ſuſcipiat, petere. l. deferre de iur. fiſc. Quo modo aũt id fiebat, docet Alciatus in l. Iudicaſſe de uerb. ſignifi.

Delatus, a, um, participium paſſiuum. Nauis in portum delata eſt, id eſt deuecta, *διακομίζεσθαι.* [Ita. Portato. Gal. Emené. Hiſpan. Trahido. German. Getragen.] Hic delatus eſt lectica, id eſt deportatus. Cicer. 1. de Orator. Diuinitus ad nos delatus uir. ¶ Delatus item, Accuſatus. *ἐγκαλεῖσθαι, αἰτίαν ἔχειν.* [Ital. Accuſato. Gall. Accuſé. Hiſpan. Acuſado. Germ. Verregt, Verklagt.] Cicero de Inuentione. Vt in quodam iudicio, quum ueneficii cuiuſdam nomen eſſet delatum, &c.

Delator, oris, m. r. Occultus accuſator dicitur, & calumniator. *ἐνδεικτής.* [Ital. Accuſatore, rapportatore. Gall. Accuſateur, mouſchar, delateur & denonciateur à iuſtice. Hiſp. Acuſador, malſin. Germanic. Ein Ohren trager, der einem heimlich verretſchet, und verregt.] Plin. in Panegyr. Delatorum claſſis permiſſa omnibus uentis. Martial. Et delator habet quod dabat, exilium. Sueton. de Domit. Deferebaturque uox eius, Princeps qui delatores non caſtigat, irritat. Vide Alexandrum Neapolitanum, capite 21. libro quarto.

Delatio, onis, f. r. *ἔνδειξις.* [Ital. Accuſatione. Gall. Accuſation ou denonciation à la iuſtice. Hiſpanic. Acuſacion de aquel que malſina. Germ. Das heimlich vertragen oder verretſchen, anklagung.] Cicer. pro Cluent. Qui ſibi delationem nominis & capitis periculum oſtentarat. Calius Ciceroni in lib. ceſtuo, Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem, & nominis delationem, uxor à Dolabella diſceſſit.

Defruto, n. ſ. Feruere deſino *ἀποζέω.* [Ital. Ceſſare di bollire. Gall. Ceſſer à boullir, ceſſer de boullir, ne boullir plus, ſe refroidir. Hiſ. Dexar de hervir. Germ. Auffhören ſiedend ſein.] Gell. Interea puer uenit, & olla deferuerat. Per metaphoram, miteſco, placidus fio, *πραΰνομαι, κατακλύζομαι.* Plin. in Epiſt. Quum iam ſatis ille primos impetus deferuiſſet, & languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet. Cic. pro Calio, Si ſplendor, ſi nitor, iam iſta deferbuerint, iam ætas omnia, iam iſta dies mitigarit.

Deferueſcere, n. r. Feruorem amittere. *ἀποζέω.* Et per tranſlationem, ardorem animi inita ratione excitum deponere, *ἀποθυμαίνομαι.* Cicer. 4. Tuſc. Aut rogando, ut precibus ſunt, ut ſiquam habent ulciſcendi uim, differant in tempus, dũ deferueſcat ira. Sed hoc per tranſlationem, quaſi in igne ſit ignis quidam animum incendens. Columella propriè pro refrigerari poſuit, libro ſecundo, de fœno loquens. Prudentem agricolã, quamuis iam ilarum tecto non ante com-

ponunt quàm per paucos dies temerè congestum in ſe concoquat, & deferuescere patiantur.

Deferuefacio, a.t. Non ſignificat refrigerare, ut nonnulli exiſtimant, ſed valde feruere facio, ut DE ſignificationem verbi augeat. *διψαίνω*. [Ital. Far bollire forte. Gall. Faire bouillir. Hiſp. Hazer bezuir. Ger. Sůttig heiſs machen.] Cato de Re ruſt. cap. 117. Braſſicam macerato bene, poſtea in ollam conjicito: deferuefacito benè: ubi cocta erit, aquam defundito. Plin. l. 23. ca. 7. Radix caprifici, deferuefacta in vino, dentium dolores ſedat.

Defetiſcor, deponens compoſitum ab antiquo verbo fatiſcor per mutationem a litteræ in e, ſignificat labore deficio. *λιχνίαν ποιῶ*. [Ital. Stancarſi, Raccarſi. Gall. Se laſſer, eſtre laſſé. Hiſp. Ser fatigado, ò canſarſe, ò deſfallecer. Germ. Von Arbeit Můd oder machtloſs werden.] Terent. in Phormione. Hæc res mihi ſolicitudini eſt, Neq; defetiſcat unquam ego experiri, Donec tibi id quod pollicitus ſum effecero. ¶ De huius verbi præterito inter Grammaticos non conuenit. Priſcianus enim vult eius præteritum eſſe defetiſſus ſum, ſicuti à fatiſcor feſſus ſum. Contrà Diomedes feſſus & defeſſus nomina eſſe vult, non participia, cuius ſententia videtur verisimilior. Neque enim feſſus aut defeſſus tempus vllum importat more participiorum, neque actionem aut paſſionem, ſed idem omnino ſignificat quod laſſus, quod certè nomen eſſe nemo dubitat. Differunt autem hæc duo à participio fatigatus, ſicut calidus & calefactus, quorum hoc & tempus & paſſionem ſignificat, illud ſolam qualitatem. Si fatigatus dicitur ille quem res aliqua fatigauit: feſſus autem & defeſſus ſimpliciter qui labore deficit. Hinc compoſitum infatigabilis, idem quod inde fatigabilis. *ἀκάματος*. Claudian. libro 1 de Rapt. Proſerp. Indefeſſa ferar, nulla ceſſabimus hora, Nõ requies, non ſomnus erit, dum pignus ademptum Inuriam. ¶ Verba autem hæc fatiſcor & defetiſcor, in uſu nõ ſunt, ſed eorum loco utimur verbo neutro factico, quod eiuſdem eſt ſignificationis. Columell. libro 2. Sed omni ſolo quod prædictorum legumiuum ſegeribus fatiſcit, una præſens medicina eſt, ut ſtercore adiuues, & abſumptas uites hoc pabulo refoueas.

Deſit-io, deficis, ex de & facio, n.t. Significat deeſſe, uel non ſufficere, & iungitur ferè accuſatiuo. *ἐπιλείπω*, *ἐκλείπω*, [Ital. Mancare. Gall. Defaillir. Hiſ. Desfallecer, ò faltar. Ger. Gebrásten, nit gnůngſam ſein.] Cic. 1. in Verrem. Vereor ne mihi crimina non ſuppetant, ne oratio deeſſat, ne uox uiresq; deficerent. Idem Seruio Sulp. Sed opprimor interdum, & uix reſiſto dolori, quòd ea me ſolatia deficiunt quę cæteris (quantum mihi exempla propono) ſimili in fortuna non defuerunt. Et more ſub hic fecit Cicero. ut per Defum, deficio expoſuerit. Hinc Defectus pro priuatione deducitur: de quo infrà. ¶ Legimus etiam Deficere abſolutè poſitum pro deeſſe. *λείπεσθαι*. *ὑστερεῖν*. Hirtius, Quare neque tanti ſum animi, ut ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeam: neq; tanti timoris ut ipſe deficiam. Hoc paulò poſt alio modo dixit, Deficere animo, *λειποψυχεῖν*. Martius (inquit) Rufus Quæſtor in caſtris relictus à Curione, conhortatus ſuos ne animo deficiant, id eſt terreantur & animus deſit. ¶ Inuenitur etiam cum accuſatiuo pro derelinquere ſiue deſtituere poſitum: quanquam in ſenſu idem ſit cum deeſſe, *ἐκλείπειν* Cic. 4. in Verrem, Iam me uires deſiere cœperunt. Idem 1. de Orat. prudentia nunquam deficit oratorem Cæſar, Fruſtra meę uitæ ſubuenire conamini, quem iam ſanguis uiresq; deficiunt, id eſt, *ἐξαιμοῦται*. Similem omnino uſum habet uerbum Defero. Saluſt. in Iugurtha. Sed de ſtudiis partium, deq; omnibus ciuitatis moribus, ſi ſigillatim atq; pro magnitudine parẽ diſſerere, tempus quàm res maturius me deſeret. Habet autem deficio in ea ſignificatione ferè ſemper ante ſe nominatiuum rei inanimatæ: ut, Dies me deficit, Vox me deficit, *ἐπιλείπει*. & Oratio illum deficit. Lactant. lib. 7. Non enim uerendum eſt ne tam in bona cauſa deficiat oratio, qui ſæpe etiam malos copioſè ac fortiter defendiſti. Cæſ. lib. 2. Ipſos res frumentaria deficere cœpit. Siquis tamen in his datiuo pro accuſatiuo utatur, non culpandus erit: frequentius tamen cum accuſatiuo uſurpatur. Non rectè autem ita dicas per nominationem rei animatæ, Vxor me deficit: ſed, à me deficit. ¶ Item Deficere cum accuſatiuo ſignificat non ſuggerere. Virgil. 1. Georgic. . . quum iam glandes atque arbuta ſacra Deficerent ſylæ, id eſt non ſuggererent glandes atque arbuta. Sic enim exponunt hunc locum plerique interpretes: quæquam non malè ibi deficerent pro deeſſent accipere poſſimus: ut Arbuta & glandes, nominatiuos eſſe intelligamus: ſylæ autem, datiuum. ¶ Interdum abſolutè ponitur pro ſinire, deſinere. *ἐκτελεύτα*: Hic præmœrore defecit. Martianus. Tum demum id agere conſilium erat, cum uita defecit. ¶ Conſtruitur quandoq; cum ablatiuo ſine præpoſitione, & ſic ſumitur pro carere ſiue priuari. *στερεῖσθαι*. Columm. libro 3. de uite loquens, Quumq; tranſtulerit, inquit, de humido in aridum locum, uide ne priſtino alimento deficiat. Idem, Commodè tiuunt, nec deficiunt ſacro ſolo. Idem lib. 3. paſſiuo uſus eſt, Iugatum quadam parte deficitur: quadam ſuperat. Et li. 8. Qui ſi memoria deficitur quominus agnoſcat cuiuſque progeniem, pice liquidæ eandem notam ferofæ & porcis innotat. ¶ Capitur & pro diſſentire, recedere ſeu rebellare, deſciſcere, deſerere. *ἀφίστημι*. [It. Ribellare. Gall. Se reuolter, ſe rendre du parti contraire. Hiſpani. Rebellar. Germani. Abfallen, abtrinnig werden.] & tunc ablatiuo iungitur cum præpoſitione. Saluſt. in Iugurt. Quod oppidum primùm omnium poſt malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur qui ab his quorum ſub imperio ſunt deſciſcunt, & in hoſtium numerum ſe conferunt. Cic. Lælio, Difficile eſt amicitiam manere ſi à uirtute deficeris. Liu. li. 1. Eodem anno duæ colonię, Pometia & Cora ad Aruncos deficiũt. Hoc eſt Romanos deſerunt tranſeuntes ad Aruncos.

Defector, uerbale, *ἀποστάτης*. [Ital. Ribello. Gall. Rebelle, celuy qui s'eſt reuolté, apoſtat. Hiſ. Rebellador. German. Abfellig, abtrinnig.] Qui tranſeunt de uno exercitu ad alium. Sueton in Neron. cap. 41. Reuocatiſque ad pœnitentiam de fectoribus, &c.

Defectus, a, um, participium à deficio uel deficior, habet ſignificationem actiuam in uoce paſſiua. *ἐπιλελοιπώς*: ut, Defectus robore animi. *ἀδύνατος*. Colum. Diligentis patriſfamilias eſt primam quanq; arborem ſenio defectam tollere, id eſt quæ deficit. Quintilian. libro 3. Vt ſi obſeſſi & impares, & æqua ciboq; defecti, de faciendo ad hoſtem deditionis deliberent, id eſt, qui defecerunt. ¶ Defectus paſſiuè, *ἐπιλελειμμένος*. Cicer. in oratione antequam iret in exilium, Nunc uel ſolus defectus ad calamitatem, uel primus uocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere.

Defectior, cõparatiuus, & Defectiſſimus ſuperlatiuus. Colu. in præfat. Sed ſine fundũ locupiete mercatus eſt à turba pediſequorum lætitiarumq; defectiſſimum quenq; annis & uiribus in agrum relegat, &c.

Defectus, us, mat. q. nomen ſignificat penuriam, non uitium aut culpam, aut morbum. *ἔλλειμμα*. [Ital. Diſagio, defetto, mancamento. Gall. Defaut, defaillance. Hiſpani. Falta ò mengua. Ger. Ein Gebrẽ, mangel.] Iut. Defectu ciborũ ſe dimus nos hoſtibus. Liu. lib. 4. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuoſque ſtragem fiti pecorum morientium dedit. ¶ Interdum dicitur diminutio. Gellius libro 2. Sed de lunæ motibus ſolisq; defectibus. vnde Defectio ſolis & lunæ dicimus. Defectus animi, ſiue defectus animæ, (ut Celſo mos eſt loqui) *λειποψυχία*, *λειποψυχία* Græcè dicitur. A noſtris etiam animi deliquium, & uerba linqui animo, & interiri, & deficere, & extinctæ animę ſpecies prubere: quos Plinius & defectos animo quandoq; appellat. Defecta uerò corpora, & defecti, ſunt quos Græci *λυομένους*, quaſi reſolutos dicunt: & reſolutionem ipſam *λύσιν* dicunt, qui & ſynectici uocantur, & ſyntexes defectiones. Plin. Genus unum quod bion uocamus, prodeſt ſtomacho diſſoluto, & prægnantibus & defectis. Martial.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Defectio, f.t. Receſſio ſeu rebellio, uel militum ab Imperatore, uel ciuitatis à domino: qui dicuntur deficere, quum ab eorum gubernatione diſcedunt. *ἀποστάσεις*, *ἀποστάσια*. [Ital. Ribellione. Gall. Reuoltement, rebellion. Hiſpa. Rebeldia. Germani. Abfal.] Liuius libro 1. Ob reſiduas bellorum iras maximè ſollicitati, ad defectionem uoluntarios traxere. Cicero quarta Tuſculan. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam quæ eſt à tota mente, à recta ratione defectio. ¶ Aliquando dicitur diminutio & decretio. *ἔκλειψις*. Idem in Catone, Quoniam delectabantur ad defectiones ſolis & lunæ, multò nobis ana

bis antè prædicere. ¶ Sunt & defectiones in corpore humano, quales mulieribus à conceptu accidere solent. λειποψυχίαι. [Ital. Debolezze. Gall. Debilites, defaillances de cœur. Hisp. Flaquezas. Germanicè, Ohnmachten.] Plin. in proœm. lib. 23. Pampini sanguinem excreantibus, & mulierum à conceptu defectioni diluti potu prosunt. Quod genus etiam malaciam μαλακίαν in prægnantibus uocare Plinius solet. Est enim malacia in stomacho debilitas. Et in mari malacia pro tranquillitate capitur.

Defectiuus, a, um, quod est mancum, ἐλλειπτικός. [Italicè, Manco. Gallicè, Defaillant, mutilé. Hispanicè, Cosa que suele ò puede faltar. Germanicè, Was da manchet, ein mangel und gebrechen hat.] Cic. libro primo Offic. Etenim cognitio contemplatioque naturæ manca, id est, defectiua quodammodo.

Defigo, is, a. t. pen. prod. defixi, Deorsum, figo, implanto, immitto διαπαπηγνύω. [Itali. Impiantare, ficcare, piantare. Gall. Ficher, attacher à clour ou autre chose. Hispanic. Hincar. Germanicè, Vestlich heffren, anheffren.] Columell. libro 2. Tum in terram benè pastinatam & stercoratam rectum sarmentum defigito. Virgil. lib. 2. Georg. Altius & penitus terræ defigitur arbos. Esculus in primis. Cæs. bell. Ciuil. 2. Afferes pedum duodecim cuspidibus præfixi, atq; hi maximis balistis missi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Defigere ficam in corpore, apud Ciceronem. Defigere cultrum in corde, & Defigere gladium iugulo, apud Liuium. ¶ Ex hac uerbi significatione elegantes simul ac uariæ translationes existunt: ut quum aliquem dicimus pauore defixum esse, aut stupore mœstitiaque Haberque singularem cum his nominibus Animus & Oculus elegantiam. Cic. 4. Acad. Aduersantur enim primùm, quòd parum defigunt animos. Idem pro Domo sua, At quam sententiam dixi? primùm eam quam populi sermo in animis uestris iam antè defixerat. Lactan. lib. 2. Oculos suos ab alto deiiciunt, soloq; defigunt. Cicer. Philipp. 11. Quid eum non sorbere animo, quid nõ haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? in cuius possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe & mente defigere? Plin. libro octauo cap. 18. Quum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne uenabula expauescat. Cicer. in Verrem, Actio 2. Vt non modò in artibus uestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim: hoc est ita depromptuarus & relaturus, ut non modò audiri, sed etiam fieri uideantur: uel sic, Vt non modò auditui & intellectui perspicua sint, sed etiam sub oculis poni uideantur. ¶ Aliquando pro ferio uel transfodio, διαπερόω. Persius, Ore teris mordico, pallentes radere mores Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Defixus, a, um, infixus, hærens in aliquo. Cic. de Art. Vitia in aliquo penitus defixa atq; hærentia.

Definio, is, a. q. Termino, decerno, & quasi finiendo certos rei de qua agitur, terminos præscribo. διαβορίζω, περιορίζω, περιγράφω. [Ital. Definire, terminare. Gallicè, Limiter & borner, determiner, assigner. Hispani. Determinar, diffinir. Germanicè, Einzyelen.] Cicer. de Somn. Scip. Sic habeto omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum, ubi beati æuo sempiterno fruantur. Idem de Amicit. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac uoluntatibus. Sic Definire imperium, prædia, hortos: pro dimensa inter se diuidere. ¶ Definire præterea est uocabuli alicuius uim describere & explicare finitione, quæ constat genere, specie, differentibus, propriis, ut autor est Quintilian. libro septimo capit. 4. & libro 5. capite decimo. Cicer. libro primo, de Inuent. Quum autem nominis controuersia est, quia uis uocabuli definienda uerbis est, constitutio definitiua nominatur.

Definitio, onis, fœ. t. secundum aliquos, est oratio demonstrans cuiusmodi est illud de quo fit sermo. Vel sic: Definitio est oratio mentis contentum aperiens. Hanc alii sic definiunt: Definitio est quæ compendiosa submonitione nos in rerum cognitionem uocibus subiectis adducit. Aut hoc modo. Definitio est oratio, id esse quod est monstrans. Aut: Definitio est oratio, quæ declarationem & intelligentiam rei demonstrat, & elucidat. Definitio item est rei quasi in uniuersum dicta, non tamen uniuersalis, in præpositione per singulas partes, siue in uniuersum deductio. Definitio propriè dicitur, quæ constat ex genere & differentiis. Vide Bar. in l. 2. ff. de testa. Multa autem sunt Definitionum genera, quæ Boëtius breuiter & eleganter, lib. 2. Topic. Cicer. exponit. Obseruandum autem, quòd Finitio nominis, præcedit definitionem rei. Neq; enim probè definieris canem, niſi primùm constitueris, an de animali, siue terrestri, siue marino, an uerò de cœlesti sydere loquaris. Glos. l. quoties de Verb. obligat. Vt res exemplo pateat, Quæris, an Publicana actio detur aduersus eum qui pro hærede possidet? Ab initio perstringendum erit tibi, quid hac loquendi formula, pro hærede possidere, intelligi uelis. Vide Ioan. Appel. præstanti doctrina uirum in Meth. Dial. Rat. opusculo tanè aureo, iurisprudenti & studioso, nullo non tempore, do nec ediscat, uersando. Sed nec id prætereundum, quod Verg. animaduertit, non uulgum modò sed & doctos plerosque uiros, non distinguere Definitionem à Diffinitione, sed Librariorum errore iam olim ista confusa esse Salomonis, Considera, inquit, Diffinitionis esse, explicare quid est: Etymologiæ uerò rationem nominis explicare. Porrò ueluti aliud est nomen, & aliud res ipsa quę nominatur: sic alia cognitio nominis, & alia rei nominatæ. Hinc à nostris non reperitur passim ab Etymologia syllogysmus, sed uix negatiuè: & tunc quum ab essentia traducitur rei quæ nominatur, ut iuris uocabulum à iustitię uisceribus ductum. Definitio pro regula accipitur interdum, ut in illa uulgata regula: Omnis Definitio in iure Ciuili periculosa est, quod uel titulus demonstrat. Neq; enim rem est difficile, rem aliquam in iure Ciuili exactè definire, quàm est rarum regulam ex legib. colligere, quod nulla in parte infirmari queat. Adde Vig. inst. de Test. ord. & uide Bud. in An. Quamuis hoc ipsum quoque Accursius declarauit. Definitio est earum quæ sunt eiusq; rei propriè quam definire uolumus, breuis & circumscripta quædam explicatio, in qua hęc præcipit ratio atque doctrina, ut uis eius rei quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quicquam, neque superfit. Cic. de Orat. 1. Patefacio, quasi rerum opertarum, cum quidque sit, quæratur, definitio est. Cicer. de Finib. 1. Definitio est oratio, quę quid sit id de quo agitur, ostendit quàm breuissimè. Cicer. in Orat. Definitio est oratio, quæ id quod definitur, explicat quid sit. Definitionum duo sunt genera, unum earum rerum quæ intelliguntur. Esse ea dico, quæ cerni tangiue possunt, ut fundum, ædes, parietem, &c. Quo ex genere quædam interdum nobis definienda sunt. Non esse rursus ea dico, quæ tangi, demonstrariue non possunt, cerni tamen animo, atq; intelligi possunt. Vt si usucapionem, si tutelam, si agnitionem definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignita, & impressa intelligentia, quam notionem uocant: ea sæpe in argumentando definitione explicanda est. Cicer. in Topic. Atq; etiam definitiones aliæ sunt partitionum, cum res quæ proposita est, quasi in membra discerpitur. Diuisionum autem definitio formas omnes cõplectitur, quæ sub eo genere sunt quod definitur. Dicendum qui sit definitionis modus. Cic. Diuisio. Sic igitur ueteres præcipiunt, cum sumpseris ea quæ sunt ei rei quam definire uelis cum aliis communia, usq; eò persequi, dõ proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit. Cic. Ibidem, Definitionis controuersia est, cum in scripto uerbum aliquod est positum, cuius de ui quæritur. Cic. de Inuent. 1. Mala definitio: genus uitiosæ argumentationis. Mala definitio est, quum aut cõmunia describit, aut falsum quiddam dicit, aut aliquid nec graue, nec magnum continens. Cic. de Inuent. 2. Definitio est oratio, explicans quid sit id de quo disputatur. Est enim coactæ atq; complicatæ rei explicatio, ueluti cum dicimus: Homo est animal rationale & mortale. Quin. Finitio, est rei propositæ propria, & dilucida, & breuiter comprehensa uerbis enuntiatio, aliàs descriptio dicitur, & fit multis modis.

Definitum est, pro eo quod dicimus Decreui, uel constitui. Plaut. in Cistel. Perge dicere. A. Anne ut etiam quid consultura est sciam? M. Perge eloqui: non remittam, definitum est.

Definitus, a, um, Certus, constitutus, attributus, assignatus, ὡρισμένος, διωρισμένος. [Ital. Limitato, terminato. Gal. Defini, limité, borné. Hispan. Determinado. Ger. Eingezyelet, bestimpt.] Cic. de Somn. Hic certus est in cœlo, ac definitus locus.

Definitè, aduerbium, Expressè, manifestè. ὡρισμένως, ἀφωρισμένως. [Italicè, Espressamente, con misura & limitatio-

ne. Galli Expreſſément, determinément, diſtinctement. Hiſpanicè, Determinadamente, expreſſa y claramente. Germanicè, Außtrucklenlich, heiter.] Cic. pro Corn. Balb. Lex Id Gellia & Cornelia quæ definiit poteſtatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, ſuſtuliſſet. Plin. in Paneg. Nec magis definitè, diſtinctéq; deſignat, qui Troianum, quàm qui optimum appellat.

Definitio, Vide Diffinitio.

Definitiuus, a. um, ὁριστικὸς. [Ita. Difinitiuo, limitatore. Gallicè, Difinitif, qui definit & limite. Hiſp. Deslindador. Germanicè, Das zů der entzyhung, entſcheidung oder beſtimmung gehört.] Iut, Definitiua conſtitutio. Cicer. primo, de Inuent. Facti controuerſia eſt, quando coniecturis cauſa ſirmatur, & conſtitutio coniecturalis appellatur: quum autẽ nominis, quia uis uocabuli definienda eſt, conſtitutio definitiua nominatur.

Defiõcùlus, m. ſ. Dicitur qui eſt captus uno oculo, quem luſcum, alio nomine uocitamus, ἑτερόφθαλμον. [Itali. Loſcho, ſenza un'occhio. Gall. Borgne qui n'a qu'un œil. Hiſpanicè, Tuerto de un ojo. Germanicè, Einöugig.] Marti. lib. 12. de importunis baſiatoribus, Hinc deſioculus & inde lippus.

Dẽfit. Deeſt, cum dativo conſtruitur, n. & defecit λείπει. [Ital. Manca, non ciè. Gall. Il y a faute. Hiſpan. Falleſce. Germanicè, Es mangler, es gebriſt.] Terent. in Eunuch. Nihil quum eſt, nihil defit tamen. Idem in Hecyr. Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus ſit, benignè præbeatur. Virgil. Aeglog 2. Hæc mihi non ætate nouum, nec frigore defit. Vnde Priſcianus, Deficio loco paſſiui defio facit & deinde defectus.

Dẽflăccẽre, a. p. Vetus & prorſus obſoletum, uerbum eſt, quo antiquiſſimi uſi ſunt pro atterere: autor eſt Nonius. Ni ſi forte defloccare quis malit legere, & à flocco eius originem trahere: ut Defloccare propriè ſit floccos conſumere: quod fit quum ueſtes nimio uſu atterentur. Huic coniecturæ illud ſidem poteſt aſtruere, quòd apud Plaut. in Epid. uocantur defloccati ſenes, qui decrepiti ſunt, & ita attriti ut ueſtis quæ floccos ſuos nimio uſu amiſit.

Dẽflăgro, as, n. p. pen. prod. Comburor, igne conſumor, διακαλέγομαι, ἐμπυρίζομαι. [Itali Ardere, abbruſciare forte mente Gall. Brdre & bruſler, eſtre ars & bruslé. Hiſpan. Mucho arder. Germani. Verbrennen, mit Feür verzehrt werden.] & ſen. per abſtinuum poſtulat Cicer. 4 Acad. Forte tamen aliquando ut omnis hic mundus ardore deflagret. Idem lib 3. Offic. Ictu fulminis deflagrauit. Et 2. de Nat. deo. Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe. ¶ Significat & per translationem, langueſcere, deferueſcere. ἀπαυθμεῖσθαι. Lucanus lib. 4 Sic deflagrare minaces locaſſum, & uetito paſſus langueſcere bello. Liu. 10. bel. Macedo Sed interdum ſpes animum ſubibat deflagrare iras noſtras, purgari ſuſpiciones poſſe.

Dẽflăgrătio, onis, fœmin. gen. tert. decl. Combuſtio. ἐμπρησις. ἐμπρησμός. [Italicè, Eſſo ardere & abbruſciare. Galli. Broſlement, embraſement. Hiſpanic. Aquel ardor. Germanic. Brunſt.] Cicero tertio de Finibus, Quoniamque illa nox inhumana & ſcelerata ducitur eorũ qui negant ſe recuſare quominus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur.

Dẽflecto, it, a. p. Torqueo, curuo. διατανύω, ἀποκλίνω. [Ital. Torcere. Piegare Gall. Deſtourner, tourner arriere, flechir & plier. Hiſp. Doblegar Germa. Biegen.] Columel. libro tertio, Quum iam ſatis amplum incrementum ſuſceperit, ramum oliuæ deflecte, & ad curas arboris ſiculneæ religa. Cicero libro tertio Officiorum, pro declino per translationem poſuit. Hoc autem de quo nunc agimus id ipſum eſt quod utile, in quo uerba lapſa conſuetudo de uia deflexit.

Deflexus, a, um, participium, διατανυσθείς, ὀλίσθος. [Itali. Piegato. Gall. Flechi & plié, deſtourné. Hiſpan. Doblegado. Ger. Abgebogen.] Pli. li. 17. c. 21. Altera deflexa uite, uel palmite iuxta ſuam arborem. Amnes in alium curſum contorti & deflexi. Cic. 1. de Diuin.

Deflexus, us, nomen, Idem quod Curuatio. διατάνυσις. [tal. Piegamento. Gall. Pliement, flechiſſement. Hiſp. Doblegadura. Germani. Biegen.] Columell. Ne deflexu frangatur.

Dẽflẽo, es, ere, neut gen. ſecun. decl. Deploro, διαδακρύω. [Ital. Piangere. Gall. Plaindre quelque choſe en pleurant, regretter. Hiſp Mucho llorar. Germa. Beweynen.] Plaut. -egóne non defleam Talem adoleſcentem? Cicero. Aſinius Pollio libro decimo, Itaq; illud initium ciuilis belli defleui. Cicer. 13. Philipp. Sed hæc ſatis diu multumq; defleta ſunt.

Dẽflo, as, are, a. p. Idem quod flare, πνέω, πνεῖν. [Ital. Soffiare. Gall. Souffler. Hiſpan Soplar. Germa. Abblaſen.] Plin. libro 28. capite 2. Cibus etiam é manu prolapſus reddebatur, utique per menſas, uerabantque mundiarum cauſa deflare.

Defloccati ſenes, Qui florem uirium depoſuere, quaſi attriti, γέροντες παραμαίοντες. Metaphora tracta uidetur à ueſtibus, quæ multo uſu floccos ſuos amittunt. Plautus in Epid. Nam per urbem adeò defloccati ſenes Quæritant me.

Dẽflõrare, Idem eſt quod conſpurcare, contaminare, uitiare, quaſi floribus & ornatu ſpoliare. μιαίνω. [Ital. Sporchare, macchiare. Gall. Deflorer, oſter la fleur, ſouiller. Hiſpan. Quitar la flor delo florido, enſuziar. Germani. Den erſten Blumen abbrechen, verunſtalten, geſchenden.] Liu. libro 7. bell. Maced. Erant qui fama id malis bellum, quàm difficultate rei, fuiſſe interpretarentur: uno memorabili prælio fuiſſe debellatum, gloriamque eius uictoriæ defloratam ad Thermophylas eſſe.

Dẽflõrẽre, n. ſ. ſiue Defloreſcere, Flores amittere. ἀπανθεῖν, ἀπανθίζεσθαι. [Ital. Sfiorire. Gall Se deffleurer, perdre ſa fleur. Hiſpanic. Dexar de florecer. Germanic. Verblühen.] Plin. libro 17. Peſſimum inter omnia, quum defloreſcentem uitem, & okam percutit imber: quoniam ſimul deſluit fructus. ¶ Autor ad Herennium per translationem pro eo poſuit quod dicimus, Vigorem amitto, παραμαίεσθαι. Formæ (inquit) dignitas, aut morbo defloreſcit, aut ætate. ¶ Defloreſcere apud Columell. libro 2. capite 12. accipitur pro flores producere, ac deinde amiſſis floribus fructum producere, ἐξανθεῖν, ἀπανθεῖν. Quum (inquit) tota tam ſpicam edidit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta. Vbi defloreſcere non ſimpliciter accipitur pro flores acquirere, ut quidam interpretantur, ſed potius flores acquiſitos amittere: ut hic ſit ſenſus, Poſtquam frumentum edidit ſpicam, ſtatim flores acquirit. & eoſdem intra octo dies amittit. Sic efflureſcere, eſt ualde floridum fieri, Ci. in Læl. Quæ tamen efflureſcit amicitia, etiam ſi eo minus eam ſecutus ſis.

Dẽflŭĕre, neut. t. Deorſum fluere, & propriè de fluminibus dicitur. διαταρράω. [Ital. Scorrere à l'ingiu. Gall. Decouler, ſe decheoir. Hiſpani. Correr lo liquido de arriba abaxo. Germani. Abhinfliessen.] Plin. libro 6. capite 7. Defluit in Rhenum Moganus. ¶ Per translationem ſignificat decurrere, delabi. Cic. in Læl. Ad leues amicitias defluxit oratio, Saluſt. in Iugurt. Vbi per ſocordiã otii, tempus, ingenium defluxere, hoc eſt, quaſi cecidere, & periere. Lactant. libro 3. pro in nihilum redigere poſuit, Nauis ſine gubernatore abit peſſum: & corpus relictum ab anima, defluit. ¶ Quandoque defluere eſt ſecundo ſmoe fluere, id eſt deorſum & uerſus locum inferiorem fluere. Sunt enim fluminum aluei, quo mari propinquiora eo deuexiora. Virgil. libro tertio Georg. -undiſque aries in gurgite uillis Merſatur, miſſuſque ſecundo defluit amni. ¶ Defluere etiam dicitur quod ætate morboue ſoluitur, ἀπορρυεῖν. Vnde Defluere capillis dicitur.

Defluus, & Defluuium, ἀπόῤῥοια. [Italicè, Scillamento, cadimento. Gallicè. Decoulement, cheute. Hiſpanic. La caida. Germanic. Der runſt oder das flieſſen nider ſich.] Capillorum fluxus, ἀλωπεκία. [Italicè, Cadimento de capelli. Gallic. Cheute de cheueux. Hiſpanic. La caide delos cabellos.] Sed defluuia comarum facere dicitur. Idem, Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis iubet.

Defluxus, us, maſc. gen. quin. decl. Idem quod defluuiũ, ἀπόῤῥοια.

Dẽfŏdĭo, is, a. t. pen. corr Sepelio, obruo. διατορύττω. [Italic. Sepelire. Galli Enfouir, enterrer. Hiſpani. Enterrar alguna coſa ſo tierra. Germani. Vergraben, eingraben.] Liu. Fuerantque defoſſi annis quindecim ſupra quingentos, loquitur de libris Numæ. Plaut. in Prol. Aulul. Domi ſuæ defoſſam multis cum opibus aulam inuenit. Columel. lib. 8. profodiendo plantare & inſerere poſuit, quum dixit, Confe-

ſin ſcrobē defodiamus in limine ſtabuli, & ubique pecudum, quæ ſit puſtuloſa, reſupinam obruamus. ¶ Defodere item eſt infrà, ſine deorſum fodere, *διατορεύειν*. Idem lib. 2 Paſtinatur terreni ingerum, ita ut ſolùm in altitudinem trium pedum defodiatur.

Defoſſus, a, um, participium, *ὀρυγμένος*. [Italicè, Sepolto. Galli. Enfoui, enterré Hiſpani Enterrado, ſepelido. Germani. Vergraben, eingegraben.] Cicero ſecundo de Orator. Aurum multifariam defoſſum. Plinius libro 30 capite tertio, Talpæ excitatis perpetuæ tenebris animorum altis defoſſæ.

Defoſſus, us, ui, *διατορυγή*. [Italicè, Sotterramento. Gallicè, Enfoniſſement, enterre ment. Hiſpanicè, Enterramiento, ſepultura. Germanicè, Vergrabung, eingrabung.] Plinius libro decimonono, capite octauo, Area in defoſſa cauata.

Defœtus, ſi Latinum ſit, idem erit quod effœtus, hoc eſt, fœtui per ætatem inidoneus. Quod tamen haud ſcio an apud claſſicos ſcriptores reperiatur. Nam quod ad illud teſtimonium attinet quod ex Ibide Ouidii adduci ſolet, Sit quoque, quod rarum eſt, ſolio defœta fauore Fortunæ facies inuidioſa tuæ: in caſtigationibus exemplaribus deſecta legitur, non defœta. Similiter apud Columellam in præfatione libri primi defectiſſimum legi debet, non defœtiſſimum.

Deformāmen, n. ſ. lignum dixerunt antiqui, quod à fomitibus quibus confoueri ſoleat, erat ſuccenſum Feſtus.

Deformo, penultima correpta, compoſitum a forma, idem ſignificans quod defuturum eſſe, *ἐλλείπειν*. Cic. de Lege Agr. contra Rullum, Verùm arbitrantur non deforme qui illum reſtituerent.

Deformo as, a. p. Deſtruo. & quaſi de forma deiicio, priſtinam bonam formam aufero, ab integra forma ad corruptā traduco *ἀποσκευάζω*, *ἀμαυρόω*. [Ital. Formare, difforma re Galli Deffigurer. Hiſpan. Desfigurar ò afear. Germanicè, Vngeſtalt machen.] Lactan. de Opif. Dei. Quàm mirabili, quàm diuina ratione molitus eſt, ut tamen hiatus ipſe naſorum ſpeciem non deformaret. Autor ad Heren. lib. 2. Qui ſunt qui Italiam deformauerunt? Cicer. de Aruſp. reſp. In qua Pompeium ornat, an potius deformat? ¶ Item Deformare eſt figurare, delineare, & noua forma inſignire. *διατυπόω* [Ital. Formare, lineare, deſſegnare Gall. Bailler forme, former. Hiſpanicè, Traçar ò figurar. Germ. Einen mitt ſeinen lynien entwerffen.] Vitru. li. 6. Tragicæ ſcenæ deformantur columnis, ſignis, & regalibus rebus. Idem, Architectus graphidis peritus, ut deformare poſſit lineis imitationem quàm uelit, ædificiorum.

Deformatio, onis, fœm. g. uerbale, *ἀμαύρωσις*, *αἰσχυμοσύνη*, *ἀμορφία*. [Ital. Diſhonore, vituperio, figuramento. Gallicè Deffigurement. Hiſ. Aquella fealdad ò deformidad. Germ. Vngeſtaltung, entſtaltung, entwerffung.] Liuius nono ab Vrbe, Vt ſuæ quiſque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ maieſtatis, uelut à uetando ſpectaculo auertat oculos.

Deformis & hoc deforme, omn. t. Turpis, fœdus, non formoſus. *αἰσχρός*. [Ital. Diforme, ſozzo, brutto Gall. Difforme, deſigoré, laid. Hiſp. Coſa fea ò desfigurada Germa. Vngeſtalt, vngeſchaffen, *wüſt*, *häſslich*.] Plin. in Epiſt. Placuit locus in quo fuit aliquando domus (ut aud o) pulchra, nunc deformis ruinis. Cicer. pro Cælio, Id nunquam tam acerbè ferret M. Cælius, ut eum pœnitere non deformem & feœtum. Liu. 1. ab Vrbe, Quòd uix Albanorum oculi tā deformē ſpectaculum ferre poſſent. Cic. Marcello li. 4. Nec eam diligere minus debes quòd deformior eſt. Deformius nihil eſt ad deſitione ſene.

Deformitas, atis, fœm. t. Turpitudo, formæ inſœlicitas *ἀμορφία*, *αἰσχρότης*. [Italicè, Brutezza, deformità. Gall. Difformité, laideur. Hiſpan. Fealdad ò deformidad. German. Vngeſtaltheit.] Cicero primo de Legib. Deformitas animi & corporis prauitas. Idem in Officiis, Nullum eſt malum malum turpitudine: quæ ſi in deformitate corporis aliquid habeat offenſionis, quanta illa depravatio & fœditas, turpificati animi debet uideri?

Deformiter, aduerbium, *αἰσχρῶς*. [Ital. Brottamente Galli. Difformément. Hiſpani Fea ò deformamente. Ger. Vnformblich, *häſslich*.] Quint. li. 8. ca. 3. Iunctura de ſuauiter ſonat.

Defrænātus, a, um, Idem quod effrenatus, hoc eſt indomitus, quaſi ſine freno, *ἀχάλινος*. [Italicè, Sfrenato. Gallicè, Desbridé, effrené Hiſpanicè, Deſenfrenado. Germ. Vngezäumpt.] Ouid. 1. Metamor. Et defrænato uolumine uertitur in æquore curſus.

Defraudāre, a. p. uel per ſyncopē Defrudare, eſt per fraudem cuiquam aliquid intercipere, uel circumuenire aliquem, *παρακρούεσθαι*, *ἀπατᾶν*, *ἀποστερεῖν*. [Ital. cō Defraudare, ingannare. Gall. Defrauder, chiffrer, priuer, un autre de cequi luy appartient. Hiſpanicè, Engañar Germa. Einen mit trug betrieben.] Plaut. Aſin. Nunc uerba in pauca conferam, quid te uelim. Vigintiquam uſus eſt illo argenti nummo. Face id ut paratum ſit. L. Vnde genuum? D. Me defraudato L. Maximas nugas agis: Nudo derrabere ueſtimenta me rubes. Defrudem te ego? agedum, tu ſine pennis uolas, Tēne ego defrudem, cui pili nihil eſt in manu? Si quid tu porro uxorem defraudaueris. ¶ Defraudare genium, eſt interrumpere uoluptatem, & naturæ quod appetit negare. Terent. in Phorm. Quòd ille unciatim uix de dentículo ſuo, Sumum defraudans genium, comparſit miſer. Contrà, Indulgere genio, eſt uoluptari optatis dare. & quæcunque nos naturæ appetitus trahat, ſubſequi. Quæ loquendi formulæ inde tractæ ſunt, quòd antiqui Genium uocarent naturæ Deum, hoſpitalitatis præſidem. Vnde etiam Homo genialis, dicitur liberalis & hoſpitalis, & ſplendido apparatui aſſuetus.

Defraudator, maſc. terr. uerbale *παρακρουστής*. [Italicè Fraudatore. Gallicè, Fraudeur, cadommageur chiffreur. Hiſpanicè Amenguador, engañador. Germanicè, Ein betrauber, betrieger.] Senec. de Benefic. libro 4. Hui, ingrato, qui beneficiorum fraudator eſt, non magis dabit beneficiū quàm aptatori.

Defrico, as, a. p. penult. corrept. Idem quod ſimplex frico. *διατρίβω* [Italicè, Fregare. Gallicè, Defrotter, frotter. Hiſpanicè Fregar. Germanicè, Abreyben.] Columell. lib. 2. Totumq; eorum palatum ſale defricato Autor ad Heren. Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit poſtquam perfuſus eſt, defricari.

Defrigeſcĕre, Idem quod frigeſcere. *διατρίχεσθαι* [Italic. Diuenir freddo, raffredarſi. Gallicè, Deuenir froir, ſe refroidir. Hiſpani. Enfriarſe. Germanicè, Erkalten oder kalt werden.] Columella libro duodecimo, capit. uigeſimo, Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eumque dum defrigeſcit.

Defrigo, gis, xi. *διατρίβω*. Vide in Dictione Decoquo.

Defringo, is, a. t. Idem quod frango, uel decerpo. *ἀποκλάω*, *ἀποκλάζω*. [Italicè, Rompere, frangere. Gall. Rompre ou arracher de quelque choſe. Hiſp. Quebrantar. Germa. Abbrechen.] Colum. lib. 5. Plerunq; fit ut aut crura aut cornibus boum ramoli uitium defringantur. Virg. 2. Geor. Aut ſummas defringe ex arbore plantas. Cic. pro Cecin. Qui præcuntes ramum defringerent arboris.

Dilictum, n. s. Defectus. ἔκλειψις. [Ital. Difetto, mancamento. Gal. Defaut, defaillance. Hisp. Menoscabo ò falta. Germ. Ein gebrech, Vngang, oder abbruch.] Plau. in Capt. Hoc si secus reperies, nullam causam dico quin mihi Ex patruũ, & libertatis apud te deliquium sit. Deliquium solis, quum luna inter solem terramq; interposita, lumen eius nostro eripit conspectui. Plin. lib. 2. c. 12. ¶ Deliquium animi, λειποθυμία. quum animus linquitur, & quis animo deficit, quam medici syncopen uocant.

Deliquium, deliqui, Idem quod minor, interprete Festo. ἔλαττον. [Ital. Meno, manco. Gal. Moindre, manque. Hisp. Menos. Ger. Minder.] Plau. in Cas. Siue amet, siue quod habet id faciat, quando tibi nil dumi. Deliquum est

Dilidũ

Delictū, n. ſ. Peccatum. *πλημμα.* [Itali. Delitto, peccato. Gal. Faute, peché. Hiſp. Pecado, menaſcabo. Ger. Ein ſünd oder fäl.] à delinquo, is, quòd qui peccat, delinquat officium ſuum. Nam propriè delictum eſt quū non fiunt quæ fieri debent: peccatum, quum fiunt quę fieri non debent. Plaut. in Bacc. Sine hoc exorare me obſecro abs te, ut iſtud delictum Deūſtas tantopere ire oppugnatum. Plin. li. 19. ca. 1. Atq; etiam in delictis pœnam ipſam ignorat.

Deliquēo, es, ere, u. e. uel. Deliqueſco, is, delicui. In totum reſolui, & diſſolui. *τήκομαι, συντήκομαι.* [Ital. Riſolverſi, diuenir liquido. Gal. Se fondre & venir en liqueur. Hiſ. Derretirſe. Ger. Zerſchmelzen.] Ouid. 4. Protinus imbutum cæleſti neſtare corpus Deliquit, Colum. libr. 12. cap. 41. Hæc ita coquuntur, ut omnia poma deliqueſcant cum muſto. ¶ Per translationem, Cicero quarta Tuſc. Nec ſitienter quid expectem ardeat deſyderio: nec alacritate futili deliqueſcat.

Deliquię, arum, ſ. p. *εἰ ἐν ἰσχάτῳ ἑρέφῳ ὀχετοὶ ψιλάδες διαβλύζουσι.* [Ital. Solchi da condurre via l' acqua. Galli. Gourtieres. Hiſp. Sulcos para ſangrar el agua lluuia. Germ. Die örter in welche das waſſer der rachtropfen fale vnnd hinweg flüſt.] ut colloquium ſtillicidia excipiūt in cauedio. Vitruu. lib. 6. cap. 1. Cauedia autem deſpluuiata ſunt, in quibus deliquia aquam ſuſtinentes, ſtillicidia reliciūt. Quædam exemplaria habent, aream ſuſtinentes.

Dēliquo, as, a. p. pen. cor. deliquare. *ἐκχέω, ἐντήκω.* [Ita. Vuotare un liquore in altro vaſo. Gal. Verſer quelque liqueur d' un vaiſſeau en autre. faire decouleur. Hiſp. Derramar de uno vaſo en otro. Ger. Abgieſſen, Abſchütten.] A liquore formatum, ſignificat effundere, Columel. lib. 12. cap. 19. Deinde poſt triginti uel triginta dies, quum deferbuerit, in alia uaſa deliquare, & confeſtim opercula gypſare & pelliculare.

Delīro, as, penul. prod. A recto decedo. *παραφρονέω, παρεκπαίω, παραλωρέω, παραυλῶ, παρακόπτω τὴν διάνοιαν.* [Ital. Partirſi dal uero, deuiare dal dritto. Gal. Fornoyer de la raye en laborant, n' aller point droit, reſuer, radoter. Hiſpa. Deſuariar. Germ. Nåben auſshin auſs der rechten furchen faren, lergon, Jn aberwitz kommen.] Translatio ab arato. nam Lira eſt recta foſſa quæ in agris ducitur, ut in eam aqua pluuia & terię uligo defluat. Et quia rectus eſt ſulcus, delirare dicuntur qui extra ſulcum, id eſt à recta uia declinant. Plau. in Epiſtola. Profectò deliramus interdum ſenes. Cic. 1. Tuſcul. Adeóne me delirare cenſes, ut iſta eſſe credā? Horat. lib. 1. Epiſtolarum ad Lollium. Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. ¶ Eſt autem compoſitum ex de, & liro, quaſi deorſum liro. Lirare uerò, eſt agros in ſulcos dirigere. Alii delirare à Græco *ληρῶν*, quod ineptire eſt, trahunt.

Dēlīrus, m. ſ. pen. prod. qui inſanit, & qui à ratione diſcedit. *παραπλήξ, παράφρων.* [Ital. Pazzo, quello che ſe parte della ragione. Gall. Reſueur, qui radote, hors de ſon ſens. Hiſp. Deſuariado. Germa. Aberwitziger, Töubeler, Der irr gadt vnd nit recht dran iſt.] Ratio enim eſt uia recta, per quam omnes ducuntur. Cic. de Orat. Tum Annibal reſpõdiſſe fertur, multos ſe deliros ſenes uidiſſe, ſed qui magis deliraret quàm Phormio, uidiſſe neminem. Idem 2. de Diuin. An tu cenſes ullam anum tam deliram futurā fuiſſe, ut ſomniis crederet?

Dēlīrātio, onis, ſ. t. Senilis ſtultitia, alienatio mentis, ab ætate uel morbo prouenies: quæ ſignificatio ſumpta eſt ab ineptis aratoribus à lira, hoc eſt à ſulco aberrantibus. *παραφροσύνη, παραφόρησις.* [Ital. Pazzia ſenile, ſciocchezza. Gal. Reſuerie ſotiſe, radotement. Hiſ. Deſuario. Ger. Aberwitz, Thorheit.] Plin. lib. 18. cap. 20. A ratione per tranſuerſum iterata occaſio ſequitur: ubi res pòſcit, crate, uel raſtro & ſaro ſemine iteratio. Hoc quoq; ubi conſuetudo patitur, crate dentata, uel tabula aratro annexa, quod uocāt lirare, operientes ſemina: unde primùm appellata deliratio eſt. Cic. de Senec. Iſta ſenilis ſtultitia (quę deliratio appellari ſolet) ſenum leuium eſt, non omnium.

Delīritas, pro deliratione. Laberius. Quoniam mens quæ deliritas uos ſuppilatores facit, &c. Nonius.

Deliramentum, n. ſ. Idē quod deliratio. Plaut. in Amph. Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem Menæch. Papæ audin' tu ut deliramenta loquitur?

Dēlīrĭum, n. ſ. [Ital. Pazzia, alienatione di mente. Gal. Rade-ment, priuation d'entendement. Hiſp. Deſuario. Germa. Verruckung der vernunfft, Aberwitz, Narrey.] Eſt alienatio mentis prouenies ex intemperie cerebri ultionē actiones principis facultatis: qualem & in ſenibus uidemus, & in iis qui morbis ardentiſſimis infeſtantur. *παραφροσύνη.* Celſus lib 5. cap. 27. Illa pernitioſa eſt, quæ uel ſi ui uulneri ſuperuenit, uel ultra tempus inflammationis durat, uel delirium mouet.

Dēlītĕo, tes, n. ſ. pen. cor. ex de & lateo. Occultari, & uelde latere. *ἀλλοχῶ, φωλεύω, ἐκπρίπτομαι.* [Ital. Occultarſi, aſconderſi. Gal. Se cacher, eſtre muſſé. Hiſp. Eſconderſe. Ger. Verborgen ſein.] Sed nõ inueni niſi in præterito, quod eſt delitui. Virgil. 2. Aen. Limoloq; lacu per noctem obſcurus in ulua Delitui.

Dēlītēſco, quod eſt eiuſdem ſignificationis. *ἀπαλλαθάνομαι.* Varr. 1 de re ruſt. ca. 11. Vbi interdiu lepores delitęſcunt in uirgultis, atq; herbis. ¶ Transfertur etiam ad alia ſignificata. Cic. pro A. Cecin. Iuris iudicium quū erit & æquitatis, caue in iſta tam frigida, tam ieiuna calumnia delitęſcas.

Delitens, participi. *ἀπαλλαθάνων.* Plin. libro 35. capit primo, Non placent iam abaci, nec ſpatia montis in cubiculo delitentia.

Delius, uide Delos.

Dēlītĭgo, delitigas, pen. cor. aui, atum, delitigare, *φιλονικέω, διαφέρομαι.* [Ital. Litigare, contendere molto. Gal. Debatre & tancer fort. Hiſp. Mucho pleytear à contender. Ger. Zancken, Vil haderen.] Horat. de Arte, irato; Chremes tumido delitigatore. Hoc eſt uehementer litigat.

Delphax, *δέλφαξ*, Porcus eſt adultus, atq; maſculus, ut Ariſtoph. Gram. exiſtimat. Certè Delphax & pro fœmina ſue capitur quandoq; à Poetis.

Delphica uaſa, ſunt quorum nulla mutata forma, uarius & multiplex uſus eſt. Nam ita erant facta, ut duplici facie, diuerſis uſibus inſeruirent, nunc populorum uicem præſtantia, nunc clypeorum, tam elaboratæ artis Delphi uaſa habebant.

Dēlphīn, ſiue Delphis, m. ſ. & Delphinus. *δελφίς, δελφίν.* [Ital. Delfino. Gal. Dauphin, un poiſſon. Hiſp. El delfin del mar. Ger. Ein Delphin iſt ein meerfiſch.] Genus piſcis, uel potius maris belua. Parit catulos decimo menſe, interdum & binos nutrit uberibus, ſicut balæna, & decem annis ad ſummam magnitudinem peruenit. Plin. lib. 9. cap. 8. autor eſt, Delphinos ſimones uocari à nauigantibus, quòd ſint noſtro ſimo: uel à Simonis pueri nomine, quē Delphinus in ſinu Baiano mirum in modum fertur adamaſſe: ad quod nomen uocati accurrere feruntur. Ferunt delphinum non modò omniū marinorū, ſed etiam terreſtrium animalium uelociſſimū eſſe, atq; adeò ipſis etiam uolucribus uelociorem. Lingua eſt huic contra naturam aquatilium, mobilis, ſuillæ ſimilis, pro uoce gemitus humano ſimilis, dorſum repandū. Mulcetur muſica ſymphonia, præſertim hydraulī ſono. ¶ Delphinū ſyluis appingit, fluctibus aprum, Horat. in Arte poet. Prouerbiali ſchemate dixit, indocti poetæ ſtultitiā taxans, qui multa nō ſuo loco, neq; tempeſtiuiter deſcribit. ¶ Delphinū natare doces, *δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις*, in eos competit, qui monere quempiam conantur in arte, in qua quū ſit ipſe exercitatiſſimus, nihil eget doctore. ¶ Delphinū cauda ligas, *δελφῖνα πρὸς τὸ ἁρπάσαι δίδως.* in eos, qui quippiā incaſſum conantur, propterea quòd delphini cauda ſit lubrica, nec ea parte teneri queat: aut quòd cauda ſit ualida, cuius agitatione ferox & ſæpe aliquando ſubuertere, ut hac parte ſit inuictus. Quadrabit & in eos qui ea uia quempiā aggrediuntur, qua nequaquā poſſit ſuperari. ¶ Eſt etiā ſyderis nomen. Var. 2. de Re ruſt. cap. 1. Maximè idoneum tēpus ad concipiendū à Delphini exortu, uſq; ad dies quadraginta, & Paulò plus.

Delphinium, n. ſ. *δελφίνιον*, Herba eſt florem habens purpureum uiolæ non diſſimilem, ſeſquipedales ex una radice ſurculos emittens: folia autem diuiſa & prælonga, quæ delphinorum effigiem repræſentant: unde tractum eſt nomen. ¶ Alterum præterea eſt delphinij genus quod Romani buccinum uocant, ſuperiori non diſſimile, ſed ramis longè graciliorībus: utriuſque meminit Dioſcorides.

Dēlŭbrum, n. ſ. Locus in quo Dei ſimulachrū dedicatū eſt. *τέμενος τό*, [Ital. Delubro, tempio, chieſa. Gall. Temple,

Neu

ter, conſ. erè aux Dieux à la mode des payens. Hiſ. Templo. Ger. Ein Tempel, ein götzen kirchen.] Ita dictum, quòd in eo dii ponantur, ſicut candelabrum dicitur ubi candela ponitur Autor eſt Varro & Macrob. Satur. lib. 3. cap. 4 Cic. 3. de Natu. deor. Eſt enim mihi tecum pro aris & focis certamẽ, & pro deorum templis atq; delubris Virgil. 2 Aen. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt. ¶ Alii accipiunt pro loco ante aras, ubi aqua currit: à diluendo. Religio enim ſacrificii apud antiquos exigebat, ut ante ſacrũ ſacrificulus manus ablueret. ¶ Alii delubrum Dei ſimulachrum accipiunt, à delibrato ligno ita dictum ξοανον. Plinius, Præcipuam eam eſſe arborem circa Ammonis delubrum.

De ădŏr, aris, d. p. Idem quod luctor. παλαίω. [Ital. Giocare alla lotta, lottare. Gal. Lutter contre. Hiſp. Luchar. Germa. Ringen.] Plautus Perſa. Cum auibus Stymphalicis, cum Anteo deluctari maluelim.

Dēlūdo, dis, a t. Irrideo, decipio, καταπαίζω. [Italic. Beffare, ſchernire. Galli. Abuſer quelqu'un, le tromper, ſe iouer de luy moquer. Hiſp. Burlar y eſcarnecer. Germ. Verſpotten, Verlachen, Speyen.] Plautus Aſinia. Furcifer etiam me deluſiſti. Idem, Quid me deluditis, & noctẽ excindimis foras?

Delumificor, pe. cor. aris, ari λιχνεύω, χλιναίω. Idem quod Deludere. Plaut. Moſtel. Deludificatus eſt me hodie in perpetuum modum.

Dēlŭmbo, bas, actiu. pr. Idem eſt quod debilitare, quaſi lumbos frangere ἐξαδυνατίζω. [Ital. Dislombare, iſdebolire. Galli. Enruer, affoiblir, rompre les reins. Hiſp. Deslomar ò derrengar, enflaquecer. Germ. Kraffloſs machen, Einen ſchlahen daß die lende nit mag nachet bringen.] Plinius libro 28. cap. 4. Hoc ſæpe delumbata quadrupedes approbatur. Vide Lumbus.

Delumbis, be, a die. Quod lũbis caret, & ideo debile. ἀδύνατος. [Ital Dislombato, debole. Gall. Erené, qui à les reins rompus, effeminé. Hiſp Deslomado, derrengado, flaco. German. Dem die lende abgeſt.] In lumbis enim uires corporis ſitæ ſunt. Plin. lib 10. c. 11 Perdix pergrauem, aut delumbem ſeſe ſimulans. ¶ Delumbis, mollis, & effœminatus. Perſius Satyr. prima. -ſumma delumbe ſalus Hoc natat in labris.

Dēlŭo, delŭis, delŭi, delutum, a. t Depurgo, diligenter lauo. ἀπολούω. [Ital Lauare, purgare. Galli. Effacer en tauant, lauer & nettoyer. Hiſp. Lauar. Ger. Mit waſchen reinigen, Sauber auß waſchen.] Cato. Laſerpitium aceto deluito. ¶ Deluere item eſt madefaciendo aliquid delere. Varro, Obortæ inter legendum lachrymæ literas deluebant.

Dēlŭto, as, a. p. pen. cor. Delutare eſt luto aliquid obducere. καταπλάσσω. [Ital Smaltare, lutare. Gall Enduire de boue, embouer. Hiſpa. Cubrir de lodo. Ger. Kaatechtig machen, Mit leim oder kaat verſudlen] Cato de Re ruſt. c. 118. Habi nucem delutare quum uolueris, terram quàm maximè creſam uel rubricoſam ſumito. Inde fit Deluramentum.

Demo, Herba eſt, quam alii Caligonon uocant, nonnulli κολλήτειαν dicunt.

Dēmădĕo, pen. cor. des Idem quod madeo. βρέχομαι. [Itali. Eſſere homido. Gal. Eſtre tout mouillé, eſtre fort trempé & humide. Hiſ. Moiarſe. Ger. Gantz naß oder feücht ſein.] Ouid. 3. Trift. Et te flente ſuos demaduiſſe ſinus.

Dēmăgis, Valde magis tex de, & magis. Lucil. lib. 16. Rex Coruſille duos bos uentos Auſtrum atq; Aquilonem nouiſſimè dicebat: ſolos demagis illos ex nimbo Auſtellos, nec nos ſæpeces putare. ¶ Item Demagis antiqui pro minus dicebant, ait Feſtus.

Dēmăgōgi, apud Athenienſes uocabantur duces quidam vulgi, populi rem autem concionibus aucupantes, homines populariter factioſi Budæus in lege uenditor. Commentar. Pand.

Dēmăndo, andas, actiu pri. Committo, iniungo. ἐπιτρέπω. [Ital. Commettere del tutto. Gal. Bailler charge & commiſſion, commettre & encharger. Hiſp. Encomendar. Germani. é, Befelhen. Einem etwas in befelch gäben.] Liuius libro octauo ab Vrbe, Curam eorum nominatim Legũ, Tribunisq; & Præfectis demandabant. Idem libro 10. ab Vrbe, Simulq; plures pueri unius curæ demandabantur.

Dēmăno, as, pe. pr. Idẽ quod mano. μετοχετεύω. [Itali. Colare, ſorgere. Gal. Sortir & proceder. Hiſp. Manar como agua de fuente Germ. Flieſſen, oder abhin flieſſen.] Catul. Lygna ſed torquet, tenueis ſub artus Flamma demanat, ſonitu ſuopte Tinniunt aures, gemina teguntur Lumina nocte.

Demeare, a. p. Eſt deorſum penetrare, deſcendere. καταπορεύομαι. [Ital. Deſcendere. Gal. Deſcendre. Hiſ. Decender, paſſarſe de arriba abaxo. Germanicè, Abhin gehen, Hinab ſteigen.] Apuleius, Quæ ſuis pedibus ad Tartarum demeare cogitur.

Demeaculũ, n. ſ. Deſcẽſio ad loca ſubterranea. καταπορία. [Ital. Deſcenſa, ſmontata. Gal. Deſcente. Hiſp. Decendemiento, paſſamiento de arriba abaxo. Germ. Ein gang niderſich ynder die Erden.] Sic Remeacula, à remeando. Apu. lib. 6. Proſerpinæ nuptiarum demeacula.

Dememini, apud Martialẽ legitur pro obliuiſcor. Sic enim habet ille lib. 2. Ipſe iubet mortis dememiniſſe Deus. Sed quoniam hoc uerbum alibi non legitur, non deſunt qui hoc in loco malint legere, Te meminiſſe.

Dēmens, o. r Qui eſt mẽte diminuta. παράφρων, παράνους. [Itali Pazzo, ſtolto, fuor di mente. Galli. Inſenſé, qui eſt hors du ſens. Hiſp. Loco ò ſin algun conſeio. Germ. Vnſinnig.] Cicer. in Offic. In tranquillo tempeſtatem aduerſam optare dementis. Teren. in Andr. Quid hoc? adeóne eſt demens ex peregrina? Cicero in Piſon. Ego te non uecordem, non furioſum, non mente captum, nõ tragico illo Oreſte, aut Athamante dementiorem putem, qui ſis auſus, &c.

Dementia, æ. p. παράνοια. [Ital Stoltitia mancamento di cer nello Gal. Folie quand on eſt hors de ſon bon ſens. Hiſp. Locura ſin conſeio, deſuario. Ger. Vnſinnigkeit, Taubſucht.] Cic. 3. Tuſcul. Nec minus illud ſecurè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandemq; dementiam. Idem 4. in Catil. Qui autem ex numero ciuium dementiæ aliqua depranati, hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperunt,

Dementer, aduerbium, inſanè. ἀνοήτως. [Itali. Pazzamente, ſenza ragiona. Gal. Folement. Hiſp. Locamente. Ger. Vnſinniglich, Vnvernünfftiglich.] Cic. 1. in Catil. Tanta res tã dementer credita.

Dēmentĭo, dementis, neut. q. De mente exco. deliro, inſanio. παραφρονῶ. [Ital. Impazzire, oſcire di mẽte, diuentar matto. Gal. Affolir, deuenir inſenſé. Hiſp. Enloqueceſe. Germa. Von ſinnen kommen, Taub werden.] Lactant. lib. 4. Eece aliquis inſtinctu dæmonis peritus, dementit, effertur, inſanit. Lucret. libro 4. Sæpe animus dementit enim, delirat q; fatur.

Dēmento, as, Deſipio, inſanio. ἐξηχῶ, μωραίνω. [Ital. Impazzire. Gal. Deuenir fol & inſenſé Hiſp. Enloqueceſe. German. Vnſinnig ſein, gern vnſinnig machen.] Apul. In Magia, Cõfeſſa eſt ſeſe mea Magia in amorem deductam dementare. ¶ Dementare, in actiua ſignificatione legitur pro impellere ad inſaniam: ſed in Sacris tantùm literis, ut in Actis Apoſtolicis, de Simone quodam Mago, qui Samaritanos demẽ tauerat.

Demereo, res, rui, ritum, n. ſ. quaſi lucror. περιποιέμαι. [Ita. Guadagnare, meritare, obligare alguno per meriti. Gal. Gaigner, pratiquer, meriter. Hiſpa. Ganar ſueldo, obligar à otro con beneficios. Ger. Verdienẽ. Gewinnen.] Plau. in Pſeu. Quid mercedis Peraſus hodie domino demeret? Gellius, Thais Corinthia ob elegantiam uenuſtatemq; grandem pecuniam demerebat. ¶ Eſt etiam Demereo, præcipuè cum accuſatiuo perſonæ iunctum, idem quod ſuo ſibi merito reliquem deuincire. Ouid. in Epiſt. Heroid. Die mihi, quid feci, niſi non ſapienter amaui? Crimine te potui demeruiſſe meo. Sueton. de Aug. Profectò mox iuuenculam in Hiſpanias, aduerſus Cn. Pompeii liberos, uix tum firmus à graui inualetudine, per infeſtas hoſtium alas, pauciſſimis comitibus, naufragio etiam facto ſubſequutus, magnopere demeruit. Pro eodem etiam Demereor.

Demereor, d. ſ. De aliquo bene mereor, concilio, deuincio, placo, beneuolum facio, beneficium præſto: & exigit accuſatiuum. ἀναιρῶμαι, ἀναλαμβάνω. [Italicè, Meritar beneficii d'alcuno Gallicè, Meriter, eſtre digne, aquerir. Hiſp. Merecer, obligar à otro con beneficios. Germanic. Güts vmb einen beſchulden, Eines gunſt verdienen.] Quintil. Simul ut pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei. Colu. lib. 1. c. 4. Quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum uire.

Dēmĕrgo,is,a t.Immergo,ſeu aqua obruo.*καταδύω*. [Ital. *Affondare*,ſummergere nell' aqua,profondare.Gal.Plonger dans l'eaue,mettre à fond. Hiſp. ẽbullirſe debaxo del agua. Ger. Vnder das waſſer trucken, Hinunder ſencken.] Ouid.Epiſt.1.. obſcœnam ponto demergite puppim. Plin. lib.11.cap.2.Idem loligines euolare aqua tradit, tanta multitudine ut nauigia demergant.Demerſus ære alieno. Liuius ſecundo ab Vrbe, Totam plebem ære alieno demerſam eſſe,nec iſti poſſe niſi omnibus conſulatur.Cicero pro Sylla,Patriam demerſam extuli. Demerſæ leges opibus, Idem 2.Offic.

Dēmetĭŏr,iris,d.q. Diligenter & quadam ratione metior. *διαμετρέω*. [Ital Miſurare con raggione. Gal.Meſurer dili gemment & par le menu. Hiſ. Medir rayando y con razon. Germ. Fleyſſig meſſen.] Cicero 3. de Orator. Quæ non inſi diis,ſed aperte,& palàm laborat,ut uerba uerbis, quaſi demenſa,& paria reſpondeant. Cicero 2.de Natura deorum, Atq; ita demetita ſigna ſunt,ut tantis deſcriptionibus diui na ſolertia appareat.Ibidem,Eorum enim curſus demetiti, maturitates temporum,& uarietates, mutationesq; cognouimus.

Dementus,a,um, participium eſt à demetior, Idem ſignificãs quod menſuratus *διαμετρητὸς*.*διαμετρημένος*. [Italic. *Miſurato*.Gallicè,*Deſuré*.Hiſpanicè,Medido.Germanicè. Gemeſſen.]Plautus Menæch.Nunc argentum uobis demẽtum dabo. Cicero de Orat.Vt uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.

Dementum,ſubſtantiuum,menſura erat frumenti, quam ſeruis admetiebantur ſingulis menſibus domini, ad totius menſis victum.*σιτομέτριον*. [Ital. Quantità di grano che ſi daua antichamente per la ſpeſa di un meſe. Gal. Vne quãtité de grain qu'on bailloit aux ſeruiteurs pour leur poiſiõ par chacun mois. Hiſ.Medida rayada que ſe daua á los ſiernos. Ger. Ein gewiß máß oder portz ſo ein Herr ſeinem knecht gab,ein Monats triſt darauß narung zůhaben.] Terentius in Phormione.Quod ille unciatim uix de demẽto ſuo,Suum defraudans gentium,compariſt miſer. Serui enim quaternos modios accipiebant frumenti in menſem ait Donatus,

Dēmĕto,tis,a.t.pen.cor.Idem quod meto.*καταμάω*. [Ital. *Mietere*.Gallic.Moiſſonner,cueillir les blés quand ils ſont meurs.Hiſp.Segar.Ger.Abſchneiden,Aberneden.] Catol. Sole ſub ardenti flauentia demetit arua. Colum. lib.10. Et uos agreſtes duro qui pollice molles Demetitis flores.Cic. 2.de Nat.deor.Neq; enim ſerendi,neq; colendi, neq; tempeſtiuè demetendi percipiendiq; fructus, neq; condendi,ac reponendi ulla pecudum ſcientia eſt.

Dēmigrātĭ,n.t Eſt de uno loco in alium domicilium tranſferre.*μετοικίζειν*.[Ital.Andare de luogo en luogo, partirſi. Gal.S'en aller d'un lieu,changer de logu ou d'habitatiõ. Hiſp.Mudar caſa de lugar en lugar. Ger. Von einem ort an das ander ziehen,Zů hauſs ziehen.] Plau.Amph.Animam amittunt prius quàm loco demigrent.Cic.1.Tuſc.Vetat enim dominans in nobis Deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare è uita,pro mori. Cic.pro Rabir. Fortiſſimorum ciuiũ mentes,quæ mihi uidentur ex hominum uita ad deorum religionem & ſanctimoniam demigraſſe.

Dēmĭnŭo,is,ere,a.t.Idem quod diminuere.*ἐλαττόω*.[Itali. *Sminuire*,ſcemare,menomare. Gal.Diminuer,amoindrir. Hiſp.Deſmenuzar ò amenguar.Ger. Mindern, Schweineren.] Plautus in Trucul.Iam de hoc opſonio de mina deminui modò quinquè numos.Idem in Amph.Tuum de minuam caput.

Deminutus capite,qui ciuitate mutatus eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus:& qui in hoſtium poteſtatem uenit, & cui aqua & igni interdictum eſt.

Dēmi.ŏr.penult.product.d.p.ualde miror.*ὑπερθαυμάζω,ὑπερεκπλήττομαι*. [Ital Marauigliarſi forte.Galli.S'eſmer ueiller fort.Hiſp.Mucho marauillarſe.Germ. Sich ſeher verwunderen.] Terentius in Hecyr.Sed demiror quid ſit,quamobrem tantopere hoc omnes nos celare uolueris, Cicero ad Attic.lib.14. Etſi addis Lamiam, quod demiror equidem. Plinius libro decimotertio, capite ſexto,Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demiror. ¶Aliquando demirari,eſt neſcire:quoniam (ut Donatus inquit) admirationem ignorantia facit. Terent. Quid mihi dicent,& quam cauſam reperient,demiror.

Dēmitĭgo,as,n.p.Idem quod mitigo. *καταπραΰνω*. [Italic. *Mitigare*,pacificare.Gal.Adoucir, apaiſer,amollir. Hiſpan. Amanſar,ò ablandar.Ger. Begütigen,Mildteren.] Cic.ad Atti.libr.1. Noſmetipſi qui Lycurgei à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.

Dēmitto,a.t.Deorſum mitto.*καθίημι,καταβάλλω*. [Italic. *Mandar giu*,mandare de alto à baſſo. Galli.Abaiſſer,mettre bas,avaller,abatre. Hiſp.Embiar de arriba abaxo.Germ. Abhin laſſen,Niderſich ſchicken] Virg.Aeglog.4.Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Saluſt.Quum machinis ſirepitu demiſſum uictoriæ ſimulachrum coronam capiti imponebat. ¶Inde demiſſitiæ tunicæ dictæ,lõge & demiſſe ad talos,& nulla zona ſuccinctæ *ποδήρεις*. Plaut.in Pœn. Sanè genus hoc mulieroſum eſt, tunicis demiſſitiis . ¶Itẽ Demittere animũ,& humiliare, *καταβάλλειν,ταπεινοῦν*. Ita dicimus eſſe demiſſo animo,qui eſt deiectis ſpiritibus. *κατηφὴς,συνεσταλμένος*. Cic.in Epiſt.Timido animo,humili,demiſſo.Idem de Finib.bon.Si uincunt,efferunt ſeni & debilitantur,animoſq; demittunt. Cæſ.1.bell.Gal. Sed triſtes capite demiſſo terram intueri. Virg.lib.3.Georg. -demiſſæ aures:incertus ibidem Sudor.Idem Aene.1.At breuiter Dido demiſſa profatur. ¶Item demittere ſignificat defodere.*κατωρύττειν*. Idem Georg.2. -alteq; iubebis In ſolido puteum demitti,omnemq; reponet Rurſus humũ. ¶Demittere mentes.Virgi.lib.12.Aen.Demittunt mentes, ut ſciſſa ueſte Latinos.Id eſt,deſperant,interprete Seruio, ſi cut contrà ſperantes aliquid,erigunt mentes.

Demiſſus,a,um,partic.*καθειμένος,ταπεινός*. [Itali. *Abbaſſato*.Gal.Abaiſſé,avallé.Hiſp.Abaxado. Ger.Abhin gelaſſen,Vnderſich geſenckt.]Cic.pro Cluen. At C.Fabricius à ſubſellijs demiſſo capite diſceſſerat.Plinius libro undecimo capite 17. Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo ad,&c.

Demiſſio,ſ.t.uerbale.*κάθοδος*.[Ital.Abaſſamento. Gal.Raualement,rabaiſſement.Hiſp.Abaxamiento.Ger.Niderlaſſũg Demůt.]Cic.3.Tuſcul.Veriſimile eſt igitur,in quem cadit ægritudo,cadere in eundem timorem & infractionẽ animi,& demiſſionem.

Demiſſè,aduerbium.*καθειμένως,ταπεινῶς*.[Ital.Humilmẽte,baſſamente. Gal.Baſſement,ayant perdu le cœur & courage,lachement.Hiſpa.Baxa ò humilmente. Ger. Niderer, Demůtigklich,Niderträchtigklich.] Cic.3.Tuſc.Non eſt auſus elatè & amplè loqui,quum humiliter,demiſſèq; ſentirer.Cæſar ſecundo bell.Ciuil. Hæc quàm poteſt demiſſiſſimè atq; ſubiectiſſimè exponit. Volate demiſſius, Ouid.3. Triſtit.

Dēmĭŭm,*λάμιον*, Gemma eſt ex ſarde generibus,à pinguedine dicta.Græci enim *λαμὸν* pingue dicunt,qua uoce etiam Homerus frequenter utitur.Nec fuit in uſu antiquorum gemma ulla frequentior, ut Menandri fabulæ teſtantur.Plin.37.c.7. In India trium generum,rubrum, & quod demium uocant à pinguedine,tertium quod argenteis bracteis ſublinitur.

Demiurgus,n.ſ.*δημιοργὸς*.Sũmus erat magiſtratus in quibuſdam Græciæ ciuitatibus.Liu.lib.2.bell.Maced. Tum inter magiſtratus genus (Demiurgos uocant:decem numero creantur) certamen nihilo ſegnius quàm inter multitudinẽ eſſe. ¶Demiurgus itẽ Græcis opificẽ,ſiue artificẽ ſonat.Vnde & Plat.naturã rerũ omniũ uocat demiurgum.

Demo,is,a.t.ex de,& emo,abiecta e,ſignificat detraho.*ἀφαιρῶμαι*.[Ital Ditrarre,ſcemare,leuare di qualche coſa.Gall. Oſter de quelque choſe,excepter. Hiſp.Sacar ò quitar de otra coſa.Germ. Hinnemmen,Abnemmen, Etwas von einem ding thůn.]Terentius in Eunucho. Inde aurum mulier ſibi clàm demit.Cicero tertio de Nat. Idemq; Aeſculapii Epidauri barbam auream demi iuſſit. Celſus lib.8.ca.4. His ita ſuccurrendum eſt, ut tamen quàm minimum ex oſſe dematur.Cic.4.Acad. Quum aliquid minutatim & gradatim additur,aut demitur.

Demptus.*ἐξαιρούμενος*. [Italicè, Tolto.Gallicè,Oſtè.Hiſpanicè,Quitado de otra coſa. Germanicè, Hinweg genommen. Daruon genhon.] Plinius libro decimoquinto, cap.17.Demptis forcipe corruptionibus acinis. Ouid 2.Metam.Paulatimq; metu dempto, nunc pectora præbet Virginea palpanda manu.

Democratia,fœmi.prim.*δημοκρατία*.[Ital.Gouerno di Republica de plebei, ſẽza hauer ſuperiore , principato del popolo. Gal.Gouernemẽt populaire, principauté de peuple. Hiſp.

Hiſp. Principado del pueblo. Germa. Ein herrſchung des volcks, Ein ſolches Regiment in welchem das gmein volck im ſelbs Ampteut erwöllet.] Principatus populi, qualis olim erat apud Athenienſes, & hodie apud Heluetios.

Dēmocrātici, m. ſ. *Δημοκρατικοί*, Qui fouent principatum populi, *παρὰ τὸ δῆμος καὶ κράτος*: qui ſcilicet populari inſtituto viuentes, dignitatem in libertate conſtituunt. Oligarchici uerò, qui dignitatem partim in cenſu, & facultatibus, partim in generis nobilitate ponentes, paucorum gaudent principatu. Ariſtocratici uerò, qui uirtute dignitatem metientes, optimorum fouent ſtatum. Autor Budæ. in Annotat. in Pandect.

Dēmōlĭor, tīris, d. p. A mole deductum eſt, & ſignificat diruo, deijcio, *κατασκάπτομαι, ἀπανίστω*. [Ital. Diſtare, ſtruggere. Gal. Demolir. abatre. Hiſp. Derribar, como edificio. Germ. Zerſtören, Niderreiſſen, Abbrechen.] Plaut. in Amph. Haſce illico toto demolior cardine. Cic. 3. Offic. Demoliti ea, quorum altitudo officeret auſpiciis. Plaut. in Bacch. De me culpam hanc demolibor iam, & ſeni faciam palam.

Demolitio, ōnis uerbale. *παλαιβολή*. [Ital. Rouino, abbattimento Gal. Demolition, abatement. Hiſp. Derribamiento, derramamiento Germ. Zerſtörung, Niderreyſſung, eines gebeuws.] ut, Demolitio ſtatuarum. Cic. li. 4. & 6. in Verrem. Opponitur molitioni. l. ſtipulatio ff. de Operum nuncia. Siquidem demoliri eſt extructa diruere, moliri eſt ædificare. Vipiā. de uſufruct. l. hæres antequam uſum fruct. prohibuerit, demolitit, & demolitus paſſiuè, ut in titul. de uſucap. Eſum qui. Cic. in Ver. Dum ea demolitio fieret, Quæſtores non triginta adeſſent.

Demolio, demolis, pen. prod. iui, itum, ire, *καταβάλλω*. Idē quod Demolior. Alphenus in l. qui inſulam. ff. locat. Domitius inſulæ, quia ædificia uitium facere diceret, demolitus eam.

Demolītus, a, um, particip. *καταβληθείς, ἀνατινα θείς*. [Ita. Rouinato, abattuto. Gal. Ruiné, abatu. demoli. Hiſp. Derribado. derrocado. Ger. Zerſtöret, Nidergeriſſen, Zerſchleiffet.] Vlpia. in L. qui tamen. parag. j. Quibus modis uſusfruc. amit. Verumetiam ſi demolitis ædibus teſtator alias nouas reſtituerit. Ædificium demolitum, in l. Qui inſulam para. locati.

Dēmōnſtro, as, a. p. Idem quod monſtro, indico, oſtendo, declaro. *Δείκνυμι*. [Ital. Dimoſtrare, moſtrare. Gal. Demonſtrer. monſtrer apertement, faire entendement. Hiſpa. Demoſtrar. Ger. Zeigen, Beweiſen, Kundtbar machē.] Plaut. in Aſin. Et ædes demonſtrauī noſtras. Terent. Heaut. Audiſtin' homo iſte modò quā uillam demonſtrauit? Cic. 4. Ver. Legatos mittunt, qui eum leges doceāt, conſuetudinemq; omnium annorum demonſtrent. ¶ Interdum demonſtratione, eſt argumentis notiſſimis & irrefragabilibus ad rei alicuius cognitionem perducere, quod Græci *ἀποδείκνυμι* appellant. ¶ Vnde demonſtratio, eſt argumentum firmiſſimum per ſe rei dubiæ faciens fidem. *ἀπόδειξις*. [Ital. Dimoſtratione. Gal. Demonſtration, monſtre euidente, declaration manifeſte. Hiſp. Demoſtracion. Ger. Ein gewüſſe beraūng vnd beweiſung eines dings.] Cic. 2. de Orat. deſinit eſſe rationem quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit.

Demonſtratio, ſ. t. Rhetoribus, Cauſæ genus, quod in laude, uel uituperio uerſatur. *τὸ ἐπιδεικτικόν*. Cic. 2. de Inuentio. Si deliberatio & demonſtratio genera ſunt cauſarum, non poſſunt rectè partes alicuius generis cauſæ putari. Demonſtratio eſt quædam ex inſtantibus uel præteritis accidentibus notitia, quæ magis diſpoſitio ſit liquida adhibita rei quæ eſt in facto. & nō quæ eſt in fieri. Verba Bartol. ſunt in l. demonſtratio. ff. & Cond. & demonſtra. Demonſtratio plerunq; rem factam: Conditio autem futuram oſtendit. l. 3. ff. de Don. Gloſ. in Rubri. de Conditio. & demonſtra. & l. nominatim. eodem tit.

Dēmōnſtrātŏr, ōris, m. g. *ἀποφαντικός*. [Ita. Chi moſtra chiaramente qualche coſa. Gal. Qui monſtre euidemmēt quelque choſe. Hiſp. El que demueſtra claramente alguna coſa. Germ. Ein beweiſer, Der einem gwüſs ein ding anzeigt.] Cel. lib. 2. cap. 10. Itaq; huius rationis demonſtratorem magis eſſe me, quàm inuentorem, libenter profiteor.

Dēmōnſtrātīuŭs, a, um, Quod demonſtrat, uel dēmōſtrator, ad rem eſt demonſtrati. *ἐπιδεικτικός*. [Ita. Demonſtratiuo, Gal. Demonſtratif. Hiſ. Coſa que demueſtra algo. Ger. Das da beweiſt oder gwüſs anzeigt witt. Das da beweyſen oder anzeiget werden mag.] ut Genus demonſtratiuū cauſæ ab oratore accipitur, in quo orator demonſtrat quod ſit in alicuius perſonæ laudem, uel uituperiū. Cic. 1. de Inuentio. Ariſtoteles tribus in generib. rerum uerſari Rhetoris officium putauit, demonſtratiuo, deliberatiuo, iudiciali.

Dēmōrdĕo, demordes, demordi, demorſum, demordere, Morſu decerpere. *ἀποδάκνω, καταδάκνω*. [Ital. Mordere, pigliare con denti. Gal. Mordre do quelque choſe, emporter auec les dens. Hiſpa. Morder, tomar de alguna coſa con las dientes. Germanicè Abbeyſſen.] Plaut. Merc. Aut anguē demorſa ceſſauit turgida. Plin. lib. 28. cap. 4. Et è ligno fulgure icto, reiectis poſt terga manibus, demorderi aliquid & ad dentem qui dolcat, admoueri, remedio eſſe produnt.

Dēmŏrĭor, d. t. Io totum morior. *ἀποθνήσκω*. [Ital. Morire in tutto. Gal. Mourir, treſpaſſer. Hiſp. Morir del todo. Germ. Abſterben.] Col. lib. 1. Stue enim caput demoriturum eſt, duo induūtur ſtatim limina. ¶ Demoritur te, id eſt te deperit, & ardet amore tui. Plaut. in Mil. Ea demoritur te, atque ab illo cœpit abire: odit ſenem.

Demortuus, particip. [Ital. Morto in tutto. Gal. Mort. treſpaſſé Hiſp. Muerſo del todo. Ger. Abgeſtorben.] Cicer. ad Atticum lib. 16. Noſtriſq; familiares ferè demortui. Idem 6. Verr. Sanxerunt nequis emeret mancipium niſi is, demortui locum.

Dēmŏrŏr, d. p. pen. cor. Multum moror. *διατρίβω*. [Ital. Indugiare molto. Gal. Faire targer. amuſer, detenir. Hiſp. Tardar, Ger. Lang verziehen Sich langſam ſaumen.] Lactan. lib. 4. Quum Moſes dux eorum aſcendiſſet in montem, atque ibidem quadraginta diebus demoraretur. ¶ Accipitur etiam nonnunquam actiuè pro detineo *κατέχω*. [Ita. Intramettere. Gal. Detenir. arreſter. Hiſpa. Detener. detto. Ger. Ein aufthalten oder feumich machen.] Cic. 1. de Orat. Et ne diutius uos demorer, exponam. Plaut. Epid. Diu me eſtis demorati. Col. lib. 4. Prudentis magiſtri eſt, eiuſdē nomenclationis aucopio quo potiri nequeat, ſtudioſos non demorari. ¶ Demorari, pro expectare. Virg. 10. Aen. Et tua progenies mortalia demorat arma.

Demoratus, palsiuè. Gel. lib. 10 cap. 8. Hisq; ipſis, quæ iam dixi, demoratos uos uideo, alicui, opinor, negotio deſtinatos.

Dēmōuĕo, es, ere. a. f. De loco mouere. *ἀπωθέω*. [Ital. Mouere di luogo. Gal. Chaſſar ou oſter d'un lieu. mouuoir de place, remuer. Hiſp. Mouer de lugar. Ger. Verrucken, hindanbewegen.] Terent. Adelph. Cave nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos. Cicer. pro Syl. Ita charus uterq; eſt, atq; iucundus, ut non alteros demouiſſe, ſed utroſq; conſtituiſſe uideatur. Tacit. libro primo. Ne Glanis ſolito aluco demotus in amnem Arnum transferretur. Cicero 4. de Finibus. Sed tamen tantam uim eſſe honeſtatis, tantumq; eam rebus omnibus præſtare & excellere, ut nullis nec ſupplicijs, nec præmijs demoueri poſſit ex eo quod rectum eſſe decreuerit. Liuius ſexto ab Vrbe. Quantumq; Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti.

Dēmūgio, is, ire. n. q. Mugitu implere. *κατακυκάομαι*. [Ital. Mugire. Gal. Beugler ou mengler ſort Hiſpa. Mucho bramar los bueyes ò vacas. Ger. Heffig lüyen wie ein ochs.] Ouid. 11. Metamo. ſed omne Vulnerat armentum, ſternitq; hoſtiliter omnes. Et paulò poſt, ſanguine littus, Vndaq; pri ma rubet, demugitq; paludes.

Dēmŭlcĕo, ces, a. ſ. Valde, ſeu leniter mulceo: quemadmodum quum catulos blandè & molliter attrectamus. *κατὰ μαλάσσω, χαλάω*. [Ital. Toccare gentilmente. Gal. Adoucir, manier doucement, taſtonner, flatter. Hiſpanicè Tocar blandamente Germanicè Sanfftiglich ſtreichlen, Zeem Sanfft machen.] ¶ Nonnunquam etiā mitigo uel mollefacio. Terent. in Heaut. Non poſſum pati quin tibi caput demulceam. Liu. 6. ab Vrbe. Ne nihil remiſſum dicatis, remitto, ne utique dorſum demulceatis quum equis deſcenderitis.

Dēmūm, Significat tandem, uel ad poſtremum. *τὸ τέλος, τὸ τελευταῖον, λοιπόν*. [Italicè Finalmente. Gallicè finablement, à la parfin. Hiſpanicè Al cabo ò finalmente. Germanicè, Letzlich, zů letſt.] Terentius in Adelphis.

Ego

Ego nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo fiam? ¶ Ponitur etiam pro omnino, præſertim quando iũgitur cum is, ea, id, uel cum ita. Cic. in Saluſt. Ea demum mea uoluptas, æqualem ac parem uerbis uitam agere. Plinius. Ea demum ſola autem nonniſi uolatu depræhenditur. Quintil. Ita demum mihi ſatisfacies, ſi apud patrem fuiſſe.

Dēmūrmŏro, demurmurat, auī, atum, are. ἀπομορμύρίζω. [Ital. Dicere mormorando. Gal. Dire en murmurant. Hiſ. De zir murmurando. Ger. Murmlen, heimlich etwas mudereu] Ouidius Ternones carmen magico demurmuratore.

Dēmūſſata contumelia, id eſt, diſſimulata, & cum ſilentio indignatione q; tranſmiſſa [Ital Ingiuria diſſimulata. Gall. Iniure diſſimulée. Hiſpa. Iniuria diſſimulada. Germa. Eine ſchmach die einer verrucken vnd nit auf im laſſe.] ut Apuleius libr. 3. Mutilitare enim proprie eſt diſſimulandi cauſa tacere: dictum uel à Græco uerbo μύζω, uel à μ littera, quæ eſt nimium preſſæ uocis, ac penè nullius. Terentius in Adelphis. Accipienda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vbi Donatus expoſuit, patienter cum ſilentio perferenda.

Dēmūtĭlo, as, are, a. p. Idem quod mutilo. κολοβόω. [Ita Mozzare Gal. Couper & rongner de quelque choſe, acourcer Hiſpan. Deſmochar ò cortar miembro. Germ. Stümplen, ab mutzen.] Colum. de Arbor. Cacumina uitgatum ne luxurientur demutilato.

Dēmūto, as, are, a. p. Idem quod mutare. ἀμείβω, μετα βάλλω. [Ita. Mutare. Gal. Changer ou muer d'un en autre. Hiſp. Mudar Germ. Verenderen, Vermáchslen] Plaut. in Trin. aut ſi demutant mores Ingenium tuum, neq; eos antiquos ſeruas. Tacit. lib. 4. Placitũ inſtituto Flaminum nihil demutari.

Dēmūtātio, onis, f. t. uerbale μεταβολή. [Itali. Mutamento. Gal. Changement d'un en autre. Hiſpan. Mudaça de lugar à lugar. Germa. Verenderung, Vermáchslung.] Plinius libro 28 capite 28. De hamæleonte, Nullum animal pauidius eſſe exiſtimatur, & ideo uerſicoloris eſſe demutationis. Alii legunt mutationis.

Dēnārius, tia, rium, a dictiuè. Idem quod decenarius, quod decem continet. δεκαπέντε. [Ita. Decina, decenario. Gal. Dixain, de dix. Hiſpan. De diez. Germ. Ein zehener, oder das zehene in ſich begreiffe] Plin. lib. 31. cap. 6. de rationibus aq; ducendæ Fiſtulæ. denûm pedum longitudinis eſſe legimus eſt. Et ſi quinarii erunt, ſex. gena pondo pendebunt: ſi octonarii, centenaſi denarii, centena uicena, ac deinde ad has portiones Denaria appellatur, cuius lamina latitudo, antequàm curuetur, digitorum decem eſt: dimidio q; eius quinaria.

Denariæ cæremoniæ dicebantur, ſicut Tricenariæ, quibus ſacra adituris decẽ continuis diebus, uel triginta, certis quibuſdam rebus carendum erat. Hinc undenarius, duodenarius, & huiuſmodi.

Denarius, denarii, m. ſ. δηναρχικὸν Budæo, apud Romanos nũmus erat argenteus, quatuor ualens teſtertios: ita dictus q pro decem aſſibus in ſolutionem cedebat, quoad perſecutis bellis exhaurito ærario, placuit denarium tedecim aſſibus permutari: quod contigit quum Annibal perpetuos octodecim annos totam Italiam ferro, flammaq; crudeliſſime uexabat. Alioqui ferè ſemper denarius decem aſſibus permutabatur. unde & nomen habuit. Pendebat autem duodenarius, argenti ſiliquas XXIIII. Siliquæ autem duodeuiginti, conficiebant drachmam. Tres itaq; denarii pendebant drachmas quatuor: octo autem drachmæ conficiunt unciam: uncia autem ſex conſtat denariis. Hæc ferè de denarii pondere ex Priſciano decerpſimus. Budæus autem in his de Aſſe, non uno in loco oſtendit drachmam Atticam & Romanum denarium eiuſdem fuiſſe & ponderis & præcii. Quod & ipſum non obſcurè indicat Plin. lib. 21. capite ultimo, Drachma, inquit, Attica (ferè enim Attica obſeruatione medici utuntur) denarii argentei habet pondus: eademq; ſex obolos pondere efficit. Conſtat itaq; denarium ad Gallicæ pecuniæ æſtimationem redactum, ualuiſſe ſolidos turonenſes tres cum dimidio. Denarii dimidiſi, quinarium appellabant: quinarii autem dimidium, ſeſtertium, qui & nomus uocabatur. Si itaq; denarii ualorem (quem diximus eſſe trium ſolidorũ cum dimidio) in quatuor fecerimus partes, habebis ualorem ſeſtertii, hoc eſt carolcum nummũ

nnum, & Gallici denarioli dimidiũ. Veteres etiam pro eodem denarium dixerunt in neutro genere. Plau. in Rudẽ. Centum denaria Philippea?

Dēnārrō, a. p. Per ordinem narro. κατὰλέγω. [Ital Narrare per ordine. Gal. Raconter Hiſ. Contar fabula ò hiſtoria con ordeu. Germanicè Erzelleu] Gellius libro ſecundo. Hæc nobis Fauorinus ſumma cum elegãtia uerborum, totiuſq; ſermonis comitate atq; gratia denarrauit.

Dēnāſcŏr, eris, pro mori. c. t. θνήσκω. [Ital. Morire. Gal. Mourir, laiſſer à eſtre, n'eſtre plus. Hiſp. Morir. Germanic. Sterben.] Caſſius Hem. Quę nata ſunt, ea omnia denaſci a. unt. Ex Nonio.

Dēnāſo, as, pen. prod. a. p. naſum aufero ἀποῤῥίνω. [Italic. Leuare il naſo. Galli. Enaler, oſter ou couper le nez du viſage. Hiſp. Cortar las narizes ò deſnarigar Germanic. Die naſen abhauwen.] Plautus in Captiu. Nanq; adepol ſi habites propius, os denaſa tibi mordicus. Id eſt faciem naſo ſpoliabit.

Dēnātō, as, n. ſ. pen. cor. frequentationis eſt uerbi deno, as, quẽ eſt decurſũ nato, uel ſecũdo fluuio nato. κατανήχομαι. [Ital Natar ſpeſſo. Gallicè, Nager d'un lieu en autre ou ſouuent Hiſ. Pau. Muchor nadar. Germa. Vnderſich ſchwimmen, Hinab ſchwimmen] Horatius tertio Carminum Ode 7. Nec quiſquc citus usquè Ihuſco denatat aluco.

Dēndrachātes, δενδραχάτης, Gemma eſt ex Achatæ generibus, diſcurſu lineārum arbuſculæ cuiuſdam ſpeciem repræſentans. δένδρον enim arborem dicunt. Plinius libro 37. cap. 10.

Dēndrītis, δενδρῖτις, Gemma quæ ſub arbore defoſſa non permittit ſecurim hebetari. Plinius libro decimoſeptimo, capite 11.

Dēndrŏciſſŏs, δενδρόκισσος, Hedera eſt quæ ſine adminiculo ſtat cæterarũ hæderarum generibus firmior, & ad arbuſculæ firmitatẽ accedens. Vnde & nomen inuenit, ἀπὸ τῆ δένδρῳ καὶ κισσὸς, id eſt ex arbore & hædera.

Dēndrŏīdes, δενδροειδὴς, Tithymali ſeptima ſpecies, teſte Plinio libro uigeſimoſecũdo, capite octauo, quod & leptophyllam uocant, in petris naſcens, commoniſſimum ex omnibus tithymali generibus, & ſemine copioſiſſimum.

Dēnĕgo, as, a. p. pen. cor. Recuſo. ἀπαρνέομαι. [Ital. Denegare, negare. Gallic. Denier, refuſer, renier. Hiſpa. Negar, rehuſar. Germ. Leügnen, abſchlahen.] Terent. in Andr. Denegarat ſe commiſturum mihi gnatam ſuam. ¶ Interdum idẽ quod non do. Virg. 1. Georg. quum iam glandes atq; arbuta ſacræ Deficerent ſyluæ, & uictum dodona negaret. Cic. 7. Verr. Vt omnia ſemper quæ iuranda uidentur eſſe, nõ modò his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ & neceſſitati denegaret.

Dēna, denæ, dena, numerus diſtributiuus, pro decem. δὶς καὶ δέκα. [Italic. Decenaio, dieci Gallic. Dix. Hiſpan. Cada diez. Ger. Je zehen] Plin. li. 10. c. 61. Viuunt Laconici annis denis Cæſar. 5. bel. Gal. Vxores habent deni duodenique inter ſe communes.

Dēnĭcālēs feriæ, dicebantur, quibus homines mortui cauſa familia purgabatur. Colu. lib. 2. cap. 22. Nos apud Pontifices legimus, ferias tantũm denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere.

Dēnĭgro, as, a. p. pen. cor. Nigrum facio, μελαίνω. [Italic. Fanero. Gal. Noircir, faire noir. Hiſpanicè, Ennegrecer à otra coſa. Ger. Schwertzen, Schmartz machen.] Plini. Capillum denigrat ſuffitu. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 55. Non ſolum denigrat terram, &c.

Dēnĭquĕ, Poſtremo, ut quum plura ſunt enumerata, ſubiungitur deniq; ſignando ultimum omnium. τέλος. [Ital. Finalmente. Gal. Finablement, à la parfin. Hiſp. Al cabo, finalmente. Germ. Zůletzt] Cic. Quum ibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam ſibi præſto uiderent, non deniq; ullam rem quæ pertineat ad belli adminiſtrandũ. Ponitur interdum pro omnino. πάντως. Oui. Siqua mero dempto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt.

Dēnŏmĭno, a. p. Nomẽ impono ὀνοματοποιέω. [Ital. Nominare, dar nome. Gal. Denõmer, bailler nom. Hiſ. Nombrar, dar nombre. Ger. Nẽnen, ein nam mẽg geben] Quint. lib. 1. c. 10. Propria ſunt uerba, quum id ſignificant in quod primo denominata ſunt.

Denomĭatiuũ, n. s. Dicuntur quæcunq; ab aliquo solo casu, hoc est solo tine sunt differentia, & secundum illud nomẽ habent appellationem: cuiusmodi sunt adiectiua à substantiis deducta: ut à studio studiosus, à robore, robustus. παρωνυμία Nomẽ enim denominatiuum habet commune cum nomine uniuoco in principio, sed differre in fine. ¶ In denominatione autem tria requiruntur: scilicet denominans, denominatum, & denominatiuum. Denominans est forma accidentalis quæ importatur per nomen à substantia: & dicitur denominans, quasi de se aliud nominãs quia de se dat concreto ut prædicetur, & denominet subiectum. Denominatum autem est res ipsa, siue subiectum cui accidens inhæret. Sed denominatiuum est accidens quod prædicatur denominatiue de tuo subiecto, ut album seu niger homo.

Dēormāre, a p. Est deturbare, & inæqualẽ facere. χαραττῶ. [Ital. Disformare, disguagliare. Gal. Faire inegal, mettre hors d'ligne. Hisp. Desformear, ò desconcertar. Germ. Aus der rechten gerade, oder schnürtich'echee bringen] ut interpretatur Acron illud Horatij secundo libro Sermonum. - ò sanguinis ille Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

Dēnōto, as. a p. pen. cor. Idem quod noto. σημαίνω. [Ital. Denotare. Gal. Denoter ou noter, marquer, remarquer. Hisp. Notar ò semnalar. Ger. Zeichnen.] Liu. 4. ab Vrb. Haud dubiè lectos denotante Senatu, quos mercedem seditiosi Tribunatus petere Consulatũ insimulabant. Cic. pro leg. Man. Quòd is qui uno die tota Asia, tot in ciuitatibus, uno nomine, atq; una literarum significatione ciues Romanos necãdos, trucidandosq; denotauit.

Dēns, dentis, m. c. notæ significationis, ab edendo, sicut Græci ὀδούς, ab ἔδω. [Ital. Dente. Gal. Dent. Hispa. El diente. Ger. Ein Zahn.] Plautus Menæch. Nam tum dentes mihi cadebant primulum. Cic. 3. de Nat. deor. Tertius Aristippi & Arsinoe, qui primus purgationem alui, dentisq; euulsionem, ut ferunt, inuenit. Plin. lib. 28. cap. 11. Dentes mobiles confirmat cerussa: cornu cinis, doloresq; eorum mitigat, siue inficentur, siue colluantur. ¶ Sed & omne quo aliquid tenetur quod diuelli potest, solet dens appellari. Virgil. lib. 6. rum dente retinet Anchora fundabat naues. Hinc rudens, Tridens, & huiusmodi. ¶ Dentes diuersa sortiuntur nomina. Qui enim primum apparent, apertis labiis, primores uocãtur, lati & acuti, quibus cibus inciditur. τομεῖς, ἀτενισμὸς χειρὸς γλυκαίνει. Ipsi enim non cibo tantùm & alimẽto necessarii, uocis etiam sermonisq; regimen tenent, concentu quodam excipientes ictum linguæ. Qui uerò sequũtur quasi rotunda specie acuti in modum serrati dicuntur, ab antiquis canini appellantur in quocunq; animali. κυνόδοντες, παρηρεόδοντες. Plin. lib. 11. Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares, qui duplices sunt, cibumq; conficiunt, ob id molares dicti γομφίοι. Iuuenal. interiq; molares Difficili crescente cibo. Genuini, σωφρονιστῆρες, nouissimi nascuntur homini, ut ait Plinius, Animalium aliis sunt dentes continui, ut hominis, & equo: aliis exerti, hoc est extra os producti, ut apro & elephanto χαυλιόδοντες. ¶ Dentem dente rodere, dicitur qui carpit eum qui neque loqui queat, neque sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam Martial. lib. 11. in obtrectatorem quendã, quid dentem dente iuuabit Rodere? casus opus est si fatur esse velit.

Dentio, is, ire, a. q. Dentes emitto. ὀδοντιῶ, ὀδοντοφυῶ. [Ital. Fare i denti. Gal. Prodoure de dens, en ietter dehors, comme les enfans, à qui les dens uient. Hisp. Endentecer los ninnos. Germ. Zähnen.] Plinius libro trigesimo, capi. Cinis eorum pueros tarde dentientes adiuuat cum melle. Plaut. in Mil. Venter creat omnes has strumas: auribus peraudenda sunt, ne dentes dentiant. Id est ne inuicem atterantur & concutiantur fame.

Dentitio, Dentium emissio. ὀδοντίασις. [Ital. La uenuta de denti. Gal. La uenudes dens. Hisp. Aquella obra de endentezer, la uenide de los dientes. Germ. Das zähnen, Die herfürwachsung der zähnen.] Plin. lib. 28. cap. 19. Infantibus nihil butyro utilius per se, & cum melle, priuatim & in dentitione. & ad gingiuas, & ad oris ulcera. Idem alibi, Dens lupi adligatus infantibus, prohibet pauores, dentitionisq; morbos ibidem. Cerebrum uiperæ illigatum pelliculæ dentitionem adiuuat.

Dēntātus, Qui magnos habet dentes: qui & dētosus dicitur. ὀδοντώδης. [Ital. Dentato, dentoso. Gall. Dentu, qui a des dens. Hisp. Cosa que tiene dientes. Ger. Der gross zähn hat] Plautus Pœn. Non ego te ad illum duco dentatum unum. ¶ Dentatum etiam dicitur quod dentes habet, siue ii magni, siue parui sint. Pun. lib. 11. cap. 41. Calcus non fit ex utroq; dentatis. Martial. lib. 1. Sic dentata sibi uidetur Aegle Emptis ottibus ludicoq; cornu. ¶ Dentata charta. Cic. ad Qu. frat. libr. 2. Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. ¶ Dentatus item M. Curii cognomen fuit, propterea quòd cum dentibus fuerit natus, ut ferunt Plinius 7. ¶ Sunt & dentatæ, cui dentes sunt euulsi. Macrobius. Edentata bestia mortua. Similiter Edentulus, πωλός, qui dentibus caret.

Denticulatus, denticulata, tum, Quod serre modo dentatum est. ὀδοντωτόν. [Ital. Fatto à denti. Gal. En accomme de dens, en façon de serre, crenè & coccl. Comme une scie. Hisp. Cosa dentada de pequeños dientes. Ger. Der viel zähn hat wie ein Sägen] Plin. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. ¶ Denticulatæ falces. Colum. lib. 2. cap. 21. Denticulatus olus, Plinius libro uigesimo octauo capite decimoquinto.

Dentāle, n. l. Ligonum, cui nomen arandi causa inducitur: sed pro nomine ponit solet ὑνίν [Ital. Dentale. Gal. Le coultre d'une charrue. Hisp. El dental del arado. Ger. Das holtzen dem pflug an welches man das mägeyen flossetlein. Das mägeylein.] Virgil. 2 Geor. Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso. Colu. lib. 7. Et dentalibus terram subigere, quominoribus bubus id administrari possit. ¶ Dicitur etiam dens, ut Varro scribit, quòd eo quasi dente moleretur terra. ¶ Non inest illi dētale, ὑνίν, ἐπ' ἐνεχυράσῳ. Dicitur consuete de quopiam ad rem aliquam parum utili, sumpta metaphora ab aratro, cuius pars est ὑνίς. Ea quoniam præcipua uidetur, si absit, nihil confici potest aratro.

Dēntātim, & Denticulatim, aduerbia, Significant ad similitudinem dentium. ὀδοντουμένως, ὀδοντωτῶς λέγειν.

Dēntifrangibŭlum, n. s. Vox est à Plauto conficta pro quauis re qua dentes confringi possunt. ὀδοντάλκαι. Plautus in Bacc. Næ tibi hercle haud longè est os ab infortunio: ita dẽ tifrangibula hæc meis manibus gestiunt. Repetitur & in genere masculino apud eundem in Bacchide, Vale dentifrangibule. *Pl.* Et ru integumentum uale.

Dentitrīcium, n. s. Medicamentum quo dentes fricantur, ut fiant candidi. ὀδοντότριμμα. [Ital. Nettadẽti. Gal. Poudre ou autre chose prope à frotter les dens. Hisp. Los poluos para fregar dientes. Ger. Ein artzney mit welcher man die zän reibet dass sy weiss werden] Plin. lib. 28. cap. 11. Dentifricia utroque modò fiunt. Ibidem, Et capitis eorum cinis dentifricium est.

Dentiloquus, Dictio Plautina est, qua ipse utitur pro eo qui dentes expuit. Sic enim habet in Captiuis, Dentiloquos omneis mortales faciam, quocunq; offendero: hoc est dentes loquentes, id est ex ore emittentes uerborum loco: ut sit sensus, Illis adeò dentes concutiam, ut uis sedibus eiectos expuant. Sunt tamen qui legant apud Plautũ, dentilegos: nonnulli Dentiloquos, quosdam populos interpretantur. in cõmio Macedoniæ, cirantes illud Liu. lib. 9. bel. Maced. Itaq; unum tantùm mortuus diem quietis eorũ causa, quos habuerat secum in itinere: inde simili fuga in Dentiloquos transcurrit.

Dēntiscālpĭum, n. s. Instrumentum quo scalpuntur dentes. ὀδοντογλυφὶς. [Ital. Scalzadenti. Gall. Vn coredent. Hisp. Mondadientes para los limpiar. German. Ein zanstocher, Zangrübel.] Martialis libro 7. Bissenos triplices, & dentiscalpia septem.

Dēntēr, teris, omn. tert. A quibusdam appellatur piscis qui à Græcis συνόδους dicitur: in cuius cerebro inuenitur gemma quæ synodontides uocatur, teste Plin. lib. 37. c. 10. Naturam eius uide apud Aelian. lib. 11. c. 40.

Dēnsātilis, sunt quæcunq; præfactilium stabilem sixam ip habent præfationem. Mercurialis c. 9.

Dēnsus, a, um, Firmum, compactum, quodq; partes habet inter se coarctatas. πυκνός, εἰλικρινὴς. [Ital. Spesso denso. Gallic. Espois, massif. Hisp. Espesso. Ger. Dick.] Plin. lib. 2. c. 80. Liquidius audiuntur ea quæ obruta terra, tam densa quàm soluta natura elementi. ¶ Contrà, rarũ dicitur in quo internallis frequẽtibus laxior partium ulactur esse cõiunctio. μανὸν.

Diadematus,Diademate ornatus, *ὁ διαδεδεμένος*, *ὁ τῷ διαδήματι κοσμούμενος*.[Ital.Chi ha in capo la diadema.Gallicè.Qui a le diademe ſur la teſt Hiſpan.El que tiene tal corona ſobre la cabeça. Germanicè, Der ein ſolche haupterzierd tregt, Gekrönt.] ut,diadematus Apollo. Plin.lib.14. capite 8.

Diadochus, *Διάδοχος*, Gemma beryllo ſimilis,Plin.lib 37. cap.10. Apud Athenienſes autem Diadochi dicebantur, *οἱ μετὰ τοὺς τριάκοντα*, hoc eſt quingenti viri,quorum conſilio de rebus publicis priuatisq; ſtatuebatur: ita dicti quaſi ſucceſſores,ad differentiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magiſtratus, *Διαδέχομαι*,enim inter cætera ſignificat ſuccedo,& vices alterius excipio.

Diatragantum,à dragacantho confectio pectoralis apud Nicolaum.

Diæreſis,is,f.t. *Διαίρεσις*, Apud Grãmaticos figura eſt, qua una ſyllaba in duas diuiditur:ut apud Horatium,Nũc mare,nunc ſyluæ,vbi dictio diſſyllaba ſyluæ, diuiditur in tres ſyllabas. Sic Aulai,Pictai,pro aulæ, pictæ. Nomen autẽ habet diæreſis, *ἀπὸ τῦ διαιρεῖν*, quod eſt diuidere:vnde & Latinè diuiſionem vocare poſſumus.

Diæta, *δίαιτα*, *ἀγωγή* [Itali. Stanza in alto da mangiarui. Galli.Lieu pour boire & manger. Hiſp Parte de la caſa que mas ſe mora para beuer y comer. Germ. Ein Saal in dem man iſſet,ein Louben.] Cœnaculum in quo æſtate cœnatur ad umbram,hyeme ad ſolem:quod & cœnatio dicitur, ſiue cœnatiuncula. Plin. in Epiſt. Ex triclinio in diætam ſiue cœnatiunculam tranſitus. Idem, Hic turris erigitur,ſub qua diætæ duæ,totidemq; in ipſa.præterea cœnatio,quæ latiſſimum mare,longiſſimũ litus, amœniſſimas villas proſpicit. Dicta dicta *ἀπὸ τῶν διαίτων*,hoc eſt à conuiuiis quæ in ea peragebantur. Quanquam Varro Latinam vocem eſſe exiſtimat, ita dictam quòd in ea per diem ederetur. Lampridius in Heliogabalo , zetam appellat, *ἀπὸ τῦ ζῆν*, quòd in ea hilarius viueretur.Plin.lun. etiam zete colãtur. ¶ Sumitur item diæta pro victus ratione,& præſcripta viuendi formula, *δίαιτα*.[Ital.Gouerno di viuer regolatamente. Gall. Diete,regime de viure Hiſp. Dieta regla de bien biuir. Germ. Ein gewyſſe ordnung ſo einer in Eſſen vnd Trincke tãglich halter.]Vnde *διαιτᾶσθαι* verbũ Græcum,quod eſt certa victus ratione utor.Et diatetice, *διαιτητική*, medicinæ pars,quæ victus ratione medetur. Apud Græcos ſumitur pro loco quo arbitri ad iudicandum conueniunt:vnde & *διαιτάω*,iudico vt arbiter. ¶ Alia vita,alia diæta, *ἄλλος βίος*, *ἄλλα δίαιτα*. In eos quadrabit qui commutata in melius fortuna pariter & vitæ ratione mores q; commutarunt. Translatum ab iis qui lautius incipiunt viuere,vbi res lautior obtigit.

Diætarii,m.f. *Διαιτητικοί*. [Italic. Seruitori vel cenacolo. Galli.Seruiteurs de chambre ou qui ſeruent la viande ſur table.Hiſp Seruidores que ſieruen à la meſa. Germ. Tiſchdiener.]Vocantur miniſtri diætæ ſeruientes, quorum meminit Vlpian.de fund.inſtr. ¶ Diætarii fures à iureconſultis dicuntur, qui in aliena cœnacula furandi gratia ſe dirigebant,quos Vlpianus ſcribit plus quàm fures eſſe puniendos. Itaque aut ad rempus relegandos, aut in opus publicum dandos,aut fuſtibus cædendos. Tit.de iniur.& famo libel.l.Saccolarii.

Diætetæ, *Διαιτηταί*.[Ital.Arbitri.Gall. Arbitres,iuges arbiteres.Hiſp.Iuezes arbitratios.Germ. Scheidtleut.]Latinè appellantur arbitri, *ἀπὸ τῦ διαιτᾶν*, quod eſt arbitri officio fungi.

Diætetica, *Διαιτητική*. [Ital. Medecina che ſana co'l gouerno dela vita. Galli. Celle partie de medecine qui guarit par diete & regime de viure.Hiſp.Medecina de dieta.German. Ein ordnung vnd regiment ſo man in Eſſen vnd Trincken brauchr,zuerhaltung der geſundtheit.] medicina dicitur quæ victu medetur,teſte Celſo li.1.in Proœmio,nempe quæ ex moderata victus ratione ſanitatem tuetur: vulgus,regimen vocat.

Diagalanga,ex galanga confectio.

Diaglaucion,Genus collyrii, ex glaucio herba temperatum Plin.lib.27.cap.10.

Diagonios, *Διαγώνιος*,Linea genus eſt quam Latini nonnulli angularem vocauerunt,quòd ab vno angulo ad alterum perducatur.Vitru.li.6.c.1 Tertium,inquit, vti latitudo in quadrato paribus lateribus deſcribatur, inq; eo quadrato diagonii linea ducatur, & quantum ſpatii habebit ea linea diagonii,tanta longitudo atrio detur.

Diagramma,atis,n.t. *Διαγράμμα*, Græcis inſcriptionem vel titulum libri ſignificat.Item decretum, formulam,vel edictum in ſcripturam redactum. Item Geometricam figuram,ſiue ea triangularis fuerit,ſiue quadrangularis, aut alterius formæ,eiuſmodi apud Euclidẽ demonſtrandi cauſa non paucæ extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quædam in loco à Plutarcho appellantur, quæ vulgò Prognoſtica vocantur. ¶ Eſt etiam diagramma perſcriptio & breviarium: quoddam in publicis collationibus fieri ſolitum,vt ex cenſu tributa conferantur Cic.in.Verr.Scripturam vocat. ¶ In muſica item diagramma vocatur menſurarum proportio notis quibuſdam deſcripta.Vitru.li.6.ca. 1.Vti in diagrammate muſico, mediæ voces habent ſonitum,&c.Reliqua vide Bud.Comme.Nam ad Latinum elocutionem parum conducunt.

Diagraphice,huius diagraphices,pe.corr. *Διαγραφική*.Plin. lib.35.cap.10.Et huius autoritate effectum eſt Sicyone,primùm deinde & in tota Græcia,vt pueri ingenui ante omnia diagraphicem,hoc eſt picturam in buxo docerentur,ac ciperetur ars ea in primum gradum liberalium *Διαγραφή*,Deſcriptio, antiquatio & peremptio rei cœptæ vel iam peractæ.

Diairis,ab Iri confectio,apud Nicolaum ſcripta.

Dialacca,ab Lacca ſic dicta,apud Nicol.in Antid.

Dialectica,f.p. *Διαλεκτική*, Ars diſſerendi, cuius finis eſt verum à falſo diſcernere: ita dicta *ἀπὸ τῦ διαλέγεσθαι*, hoc eſt à diſputando. Cic.in Topic.Iudicandi enim vias diligẽter perſecuti ſunt ea ſcientia,quam dialecticen appellãt. Idem 1.Academi. Dialectica veri & falſi quaſi diſceptatrix & iudex.

Dialectica.orum,plor.num.gen.neut. Cic.Atti.lib.12.Accubans apud Veſtorium hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatum.

Dialecticè,aduerbium, *Διαλεκτικῶς*.Cic.1.Acad. Multa admixta ex intima philoſophia , multa dicta dialecticè, &c. Quin.li 1.ca.10. Orator etiam ſi rarò non tamen nunquam probabit dialecticè.

Dialecticus,tici,maſc.ſ ſubſtantivum, *Διαλεκτικός*, Qui tractat dialecticam. Cicero in Orat. Diſputandi ratio & loquendi, dialecticorum ſit:oratorum autem , dicendi & ornandi. Idem 4 Acad. Quid ſit verum,aut falſum,dialecticus iudicabit.

Dialecticus,a,um, adiect. Quod pertinet ad dialecticum:vt, Dialecticæ captiones,apud Cic.de Fin.Diſputationes dialecticæ,Quint.li.5.cap.14.

Dialectos, f.t. *Διάλεκτος*, Linguæ alicuius proprietas, quod ſcilicet vnaquæq; lingua peculiare habet,& à cæteris diſtinctum.Vnde quinq; dicimus eſſe Græcorum dialectos,Atticam,Ionicam,Doricam,Aeolicam,& Communem.

Dialeucon, *Διάλευκον*,neut.gen.ſecund.declin. Croci ſatiui genus, in medio candidum:vnde & nomen accepit Plinius lib.vigeſimoprimo, cap. ſexto , Eſt & per ſe genus croci, blandiſſimum, vulgò,quum ſit medio candidum,dialeucos vocant.

Dialexis,is,fœmin.gen.tert. declinat. *Διάλεξις*, Latinè diſputatio.

Diallagè,f.s. *Διαλλαγή*, à noſtris transfertur conciliatio. Figura eſt cum plura argumenta ad vnũ effectum deducuntur.Quint.li.9.

Dialoes,medicamenti confectionem lege apud Cale. de Tuenda valet.li.3.

Dialõgus,gi.maſcul.gen.ſecund.declin. *Διάλογος*. [Italicè, Dialogo,libro o opera doue due ò piu perſone parlano inſieme diſputando ò altrimente. Gallicè, Dialogue,diſpute

entre quelque uns, deuis entre personnes, oraison par personnages. Hispanicè, Libro, à tractado, endonde se introduzca algunas personas que disputan, ò hablan juntamente. Germ. Ein geſpräch.] Sermocinatio siue disputatio, duorum uel plurium interrogationem mutuamq; responsionem continens, ἀπὸ τῦ διαλέγεσθαι, quod est disputare, siue sermocinari. Quint. definit esse sermonem ex interrogatione responsioneq; compositum, de ea re quæ uel philosophiam, uel Reipubl. partes attingat, disceptans, cum apposita uerborum personarumq; expressione. Cicer. de Claris Orat. Quum disputatio est inter eos, ut est consuetudo dialogorum.

Dialogismus, m. s. *Διαλογισμός*, à Rufiniano refertur inter schemata *Διανοίας*, quum scilicet quis secũ rem aliquam uolutans, tanquam cum altero colloquens, interrogat & respondet. Exemplum insigne est illud in Eun. Terent. Quid igitur factum? non eam ne nunc quidem Quum accessor ultrotan potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Exclusit, reuocat. redeam? non, si me obsecret.

Diălĕutæ, Pelagiæ ex purpurarum genere sunt, quæ uario soli genere pascuntur. Autor. Plin. li. 9 ca. 17.

Dialyton, *Διάλυτον*, Figura est quæ alio nomine asyndeton, siue asyncheton appellatur, qua plures dictiones, orationes de sine copula iunguntur. Latinè dissolutum dici potest. Tale est illud Virgil. 4. Aen. - ite, Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

Diamma, ex manu confectio apud Nicol.

Dimargariton, ex margaritis confectio cordialis apud Nicolaum.

Dĭămĕtĕr, m. s. pen. corr. *Διάμετρος*. [Ital. Linea che diuide giustamente una figura. Call. Vn diametre, une ligne passante tout à trauers une figure de bord en bord. Hisp. Linea para partir ygalmente una figura, diametro. Germani. Ein schnürschlechte linien so die figuren in zwey gleiche theil durchschneidt.] Est recta linea, figuram qua longissimè patet ex æquo secans: ueluti diameter orbis est linea, quæ sic à summo ad imum tendit ad circulum, ut per centrum eat, definitore Macrobio in Somn. Scipio. lib. 2. Sic in quadrangulo diameter uocatur linea à superiori lateris dextri angulo ad inferiorem lateris sinistri perducta, hoc differens ab Euclidis definitione. Latini dimetientem uocant, nam Græcis *διάμετρος παρὰ τὸ διαμετρεῖν*, id est, à dimetiendo dicitur. Columell. lib. 5. Est area rotunda, cuius diametros habeat pedes septuaginta. ¶ Vnde prouerbialiter olim dicebatur ex diametro opposita: &, Diametra distare, *ἐκ διαμέτρου*, de uehementer inter se pugnantibus. Lucianus in Tyranno.

Diamonos, Mandragora, apud Dioscor. lib. 4 ca. 59.

Diamoron, amoris Celto dictum electuarium, & describitur ab Nicolao in Antid.

Dĭănœa, f. p. *Διάνοια*. [Ital. Mente, intelletto. Gall. Entendement. Hisp. Entendimiento. Germa. Die vernünfft oder verstand.] A nostris dicitur mens, siue intellectus. Vnde Figuras dianœas uocant Rhetores quæ sensum magis, quàm uerba spectant. Quint. lib. 9. Figuras, quæ lexeos, quæ dianœas uocantur.

Diălĭbănum, ex opiatis (ut uocant) electuarium, ac olibano: sic inscriptum ab Nicolao compositorum consarcinatore.

Diăpăsma, ătis, n. t. *Διάπασμα*, Inspergimen siccis odoribus constans. ut scribit Plin. lib. 13. cap. 2. cuius præcipuus usus est in coërcendis sudoribus, ut inaresc ãt corpora à balneo: quanquam non ob hoc solum, uerumetiam ad fouendam uel laxandam, aut astringendam aliquam corporis partem soleat adhiberi. Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem libro 2. cap. 21 Dicitur autem *ἀπὸ τῦ διαπάσσω*, inspergo. Martialis lib. 2. Quid quod olet grauius mistum diapasmate uirus?

Diapason, *διὰ πασῶν*, Musicæ mensuræ genus, constans ex diapente & diatessaron, hoc est ex quinq; tonis & duobus semitonis minoribus. Qua de re uide Cõmentariũ Macrobii Somn Scipion.

Dupenidion, à penidiis dictum, pectorale est medicamentum.

Diparte, *διὰ πέντε*, f. Musicæ mẽsuræ genus, tribus constãs tonis, & hemitonio minore. Vide Macrob. in Som. Scip.

Dĭăphănum, n. s. pen. cor. *Διαφανές*, Latinè dicitur transparens, sicut & crystallum, *ἀπὸ τῦ διαφαίνειν*, quod est transluceo.

Diaphonia, fœm. p. *Διαφωνία*, Dissensio, discordia: *διαφωνέω*, discordo, dissono.

Diaphora, pen. cor. *Διαφορά*. [Ital Differenza. Gal. Difference. Hisp. Differencia. Germ. Vnderscheid] Latinè differentia: *ἀπὸ τῦ διαφέρειν*, quod est differre.

Diaphoretica medicamenta, *Διαφορητικὰ φάρμακα*, A Latinis uocantur discussoria, quæ scilicet collectiones incipientes non ad pus, aut ad saniem perducunt, (quod Græci uocant *πυοποιεῖν*) sed sine suppuratione aliqua discutiũt, & dissoluunt. Id enim medici *Διαφορεῖν* appellant.

Diaphragma, ătis, n. t. *Διάφραγμα* Quamuis ex ui uocabuli omne illud significet quod in re aliqua medium est, (unde & cartilaginem illam quæ uares diuimit, Græci *διάφραγμα* appellant) peculiariter tamen medici hac uoce utuntur pro musculo quodam rotundo qui spiritalia uiscera à naturalibus, hoc est cor, & pulmones à iecore & liene, uelut paries quidam interiectus, intersepit & diuimit. Huius autem musculi summum caput in costarum extremis statuitur, ubi multæ carnis est particeps: definit autem in medium, quod membr. nosum est, & tendoni finitimum. Ab anteriori parte malo punico annectitur, circumductumq; per notharum costarum extrema, retro ad duodecimã spinæ uertebram adhæresc it. Tunicas habet duas, superiorem à mebrana costas succingẽte, interiorem uerò à peritonæo. Vsus eius est triplex: nam & primum est respirationis instrumentum: deinde non leue ad alui exonerationem affert momentum: postremò uitalia (uti iam diximus) à naturalibus separat: unde etiam nomen accepit: *διαφράττειν* enim aliud nihil est quàm intersepire. Qua ratione etiam à Latinis septum transuersum appellatur. Corn. lib. 4. At sub corde atq; pulmone transuersum ex ualida membrana septum est. Idem in Proœm. li. 1. Simulatq; uerò ferrum ad præcordia accessit, & discissum transuersum septum est, quod membrana quædam superiores partes ab inferioribus diducit (*διάφραγμα* Græci uocant) hominem protinus animam amittere.

Diaponi, orum, m. s. dicti Cretensium canum aliqui, quasi qui semper in certamine congrederentur fortes.

Diaporesis, f. pen pro *Διαπόρησις*. [Ital. Dubitanza Galli. Doutance, doutte. Hisp. Dudar. Germ. Zweyfflung] Latinè dubitatio. Figura oratoria, qua fit quoties omnia & magna uidentur, & partis, ita ut orator nesciat à quibus potissimum dicere incipiat. Terent. in Eunuc. - quid commemorem primum, aut laudem maximè? illum qui dedit mihi consilium ut facerem, an me qui ausus sim Incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?

Diprasium, ex prasio herba medicamentũ, cuius descriptionem uide apud Nicol. in Antid.

Diapsalma, ătis, n. t *Διάψαλμα*, Commutatio rhythmi, aut uicissitudo canendi, ut quidã uolunt. Alii pausationẽ spiritus interpretantur, alii alterius sensus exordiũ, alii rhythmi distinctionem: alii uerò cuiusdam musicæ uarietatis silentium. Autor Hieronymus in Epist. ad Martel.

Diarium, arii, n. s. à die fit, & significat uictum quotidianum, id est, quod in unius diei cibum datur, *ὁ εἰς ἑκάστην ἡμέραν*. [Ital. Il uiuer' d'ogni giorno. Galli. Pitance d'un jour. cé qu'on despend en un jour. Hisp. La dieta comidade un dia. Germa. Ein tägliche speyss, was man in einem tag isset oder verthut.] Martial. lib. 11. Sed Lupus usuram, puerique diaria poscunt. Horat. 1. Epist. Cum seruis urbana diaria rodere. ¶ Accipitur & pro libello in quo acta quotidiana prescribuntur. Græci *ἐφημερίδα* appellant. [Italic. Giornale. Gall. Papier jornal. Hispan. Historia que procede de dia en dia. Germani. Ein Büchlin in welches mann eines jeden tags geschicht verzeichnet.] Iuuenalis Diuersa plurali tantùm numero. ¶ Legitur & Diarius, a, um, *ἐφήμερος*: ut, Diaria febris, hoc est febris unius diei: quam uis non raro in quartum usq; diem producatur.

Diarrhœa, f. p. *Διάῤῥοια*. Est profluuium uentris sine inflammatione, aut exulceratione. Cicer. Gallo. In cœna augurali apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, ut hodie primùm uideatur cœpisse consistere.

Diaribyton, *Διαῤῥύτον*, Græcis ſignificat aquoſum, paluſtre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum eſt Numidiæ) diſtinxerunt: quos & Romani imitati, Hipponem diluſtri uocauerunt. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Diaſatyrion, n. ſ. *Διασατύριον*, Compoſitio quædam medicorum ad excitandam uenerem: ita dicta quòd ſatyrion herbam recipiat, excitando ueneris appetitui in primis efficacem.

Diaſtema, atis, n. t. *Διάστημα*. [Ital. Interuallo. Gall. Interualle, ſpace. Hiſp. Eſpacio. Ger. Ein underſcheidende weyte.] à Græcis dicitur pro ſpatio, intercapedine, ſeu interuallo. Vtitur hac uoce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falſus eſt quòd penultimam ſyllabam corripuerit, quæ apud Græcos per ω longũ uocalem ſcribitur. Sic, inquit, placidam Paphiæ ſeruare diaſtema quietum.

Diaſtolæ, dicuntur rationum correctores, ſeu diſtinctores, uel quod magis erit gratiæ, diuiſores: *Διαστέλλω* enim eſt diuido ac diſtinguo.

D. Aſtõle, ſ. t. *Διαστολὴ*, Figura eſt dictionis quæ breuis ſyllaba contra naturam producitur: ut, Italiam fato profugus: ubi prima ſyllaba in dictione Italiam, quæ natura breuis eſt, extenditur. ¶ Diaſtole item apud medicos uocatur dilatatio thoracis, quæ fit quum ſpiritum attrahimus, quemadmodum & ſyſtole ab iſdẽ uocatur cõtractio cordis, thoracisq; contractio quæ fit inter expirandum.

Diaſtrophos, phi, m. ſ. *Διάστροφος*. Latinè peruerſus dicitur, ex *Διαστρέφω*, id eſt, peruerto.

Diaſyrmõs. *Διασυρμός*, Figura eſt qua una dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahitur, Virgil. 9. Aglog. - argutos inter ſtrepere anſer olores, id eſt malus Poëta inter bonos. Fit à uerbo Græco *Διασύρω*, quod inter cætera ſignificat diſtrahe.

Diateſſarõn, *Διὰ τεσσάρων*, autore Macrobio, Muſicæ mẽſura eſt conſtans duobus tonis & ſemitonio minore.

Diatheca, cæ, ſ. p. *Διαθήκη*. [Itali. & Hiſp. Teſtamento. Gall. Teſtament. Germ. Ein Teſtament.] & Diatheca, orum, pro teſtamento ponitur, & pro hæreditate quæ teſtamento obuenit. Quum autem teſtamentum ſignificat, pluraliter plerumque effertur. Martial. lib. 11. O quantum diathecæ ualent, & quinq; comati, Tunc quum pauper erat, non fricbat Aper.

Diatretãm, n. ſ. *Διάτρητον*, Poculi genus eſt tornatile: unde & nomen habet, *Διατρέω* enim aut perforo ſignificat, aut torno conficio. Vlp. l. Si ſeruus, ad legem Aquil. Si calicem diatretum faciendum dediſti, ſiquidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur. Hæc pocula à Cicerone & Saluſtio ferè toreumata uocantur. Sunt autem nonnulli qui Iiatheton appellant.

Diatretarii, qui huiuſmodi pocula conficiunt.

Diatheon, medicamenti genus eſt, quod capiti laborantis imponitur, apud Cælium.

Diatheſis, pen. cor. *Διάθεσις*, Affectus: & unum ex accidentibus uerbi, quod Latini Genus uocant.

Diatreon pipereon, medicamentum, quod ex tribus piperibus conficitur. Compoſitionem docet Galen. de Valetudine tuenda lib. 4.

Diatretus calix, Vas erat torno politum. Alexan. de Alex. Genial. dier. lib. 5. cap. 7.

Diaturci, Græci *Διατηρηταί*. Cuſtodes nauis ſunt, qui non precio conducti, ſed ſolo uictu nauem cuſtodiebant. Vox eſt compoſita *ἀπὸ τῆς διαίτης*, id eſt, à uictu, *καὶ ὑπὸ ἐρέτης*, quod cuſtodem notat. Alc. in l. ff Naut. cau. ſtab.

Diatretarii, ſunt qui intarſiatum (quod uocant) faciunt à Græca præpoſitione *Διὰ καὶ τρητὸς*. Inde apud Vl. in l. ſi ſeruus. parag. ſi calicem. ad l. Aquil. calix diatretus. Sanè hi artifices poſſunt tornatores dici. quoniam *Διατρέω*, torno laborare ſignificat. Et *τρητὸς*, teſſelatus dicitur. Poſſunt & Diatrocharii dici, quòd rotas pilaſq; ligneas faciunt & carros, nam idipſum ſignificat *τροχὸς*. Inde *τροχηλατεῖν* uerbum, Alc. C. de excuſ artif. lib. 10.

Diaulõs, *Δίαυλος*, Spatium duorum ſtadiorum. Stadium enim, ut Hieronymo placet, pedes in longitudinem ſexcentos habet: diaulos, mille ducentos: milliarium, ſtadia octo: dolichus, *Δολιχὸς*, ſtadia duodecim. Vitru. li. 5. In paleſtris periſtylia quadrata, ſiue oblonga ita ſunt facienda, uti eorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitum, quem Græci uocant *Δίαυλον*. ¶ Item Diaulus uir erat ex medico factus cadauerum funerator: de quo Martialis, Chirurgus fuerat, nunc eſt ueſpillo Diaulus.

Dibapha, ſiue Dibaphos, *Δίβαφα*, *ὁ Δίβαφος*. [Itali. Porpora tinta due fiate. Galli. Teint deux fois, rentorcé de teinture comme eſtoit la pourpre. Hiſpa. Coſa dos uezes teñida de color bermeio. Germani. Zwey mal eingetunchter Purpur.] Purpora Tyria bis tinctura ita dicta *παρὰ τὸ δὶς βάπτεσθαι*. Plin. lib. 9. cap. 39. Hanc ſucceſſit dibapha Tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter Aedilis curulis primus in prætexta uſus impro babatur, anno Vrbis conditæ ſeptingenteſimo, Cicerone Conſule. Cicer. Cælio, Curtius noſter *Δίβαφον* cogitat: ſed eum infector moratur. Vbi notat Curtium nullius pretii hominem, qui immaturè aſpirabat ad magiſtratum.

Dica, ſ. p. *Δίκη* [Ital. Petitione ò domanda in iudicio. Gallic. Vne cauſe ou proces, une action. Hiſ. Demanda en juyzio Ger. Ein Brieff in welchem ein rechts handel begriffen oder verfunde wirt, ein manungs Brieff.] Cauſa, uel libellus actionem continens. Terent. in Phorm. En unquam in iuriatum audiſti mihi ſcriptam dicam? Cic. 4. Verr. Scribitor Heraclio dica, hoc eſt, Equando audiſti me iniuriarum nomine in iudicium fuiſſe uocatum? Ibidem, Cognatum te meum eſſe dicam, & tibi ferbam dicam, *Δίκην ἐπιφέρω*. *Δίκην* Græci deam eſſe finxerunt iudiciorum præſidem, eamq; uirginem & Iouis filiam: qualem etiam Latini fingunt Iuſtitiam, eiusq; miniſtri *Δίκαι*, dicebantur, hoc eſt iudices & litium diremptores. Bud.

Dicæodotes, is eſt qui iura reddit, & iuriſdictionem habet, & in cuius poteſtate ſunt iudicia.

Dicãcitãs, ſ. t. Dicaculus, uide Dico, is.

Dicãlogia, *Δικαιολογία*, Iuris ſui in medio prolatio, quum ſcilicet iure noſtro freti, æquitatem cauſæ quàm breuiſſimè complectimur. Rutilius Lupus.

Dicãx, Vide Dico dicis.

Dichõreũs, m. ſ. *Διχορεύς*. Pedis genus eſt, ex duobus conſtans trocheis: ut Audiſtmos: quũ ſcilicet prima & tertia ſyllabæ producuntur, ſecunda autem & quarta corripiũtur.

Dichõtõmõs, *Διχότομος*. [Ital. Partito in due parti. Gallicè, Diuiſé en deux parties. Hiſp. Partido en dos partes. Germ. In zwey theil zerſchnitten.] Apud nos idem eſt quod dimidiatus, ſiue per medium ſectus: qualis ſeptimo quoq; die poſt plenum orbem luna uidetur.

Dico, as, a. p. priore correp. Eſt conſecro, dedico, numini offero, *ἀνατίθημι*, *ἀφιερόω*. [Ital. Dedicare, conſecrare. Gall. Dedier, conſacrer, donner à perpetuité. Hiſp. Dedicar ò conſagrar. Germ. Zueignen.] Plin. lib. 11. cap. 1. Priſcoq; ritu fimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Cicer. 1. Tuſculan. Dicati Apollini cygni. ¶ Accipitur etiam pro addicere, offerre, & ſe totum alicui tradere. Cicer. Cæl. lib. 1. Balbum quanti faciam, quamque me ei totum dicauerim, ex ipſo ſcies. Idem 3. de Orat. Non uidit eorum ipſorum qui tum adoleſcentes Craſſo ſe dicarant, horribiles miſeroſque caſus. Dicare ſe in aliquam ciuitatem, & Dicare ſe ciuitati, Cicer. pro Corn. Balbo. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quæ habent penult. correp.

Dicãtio, onis, ſ. t. *Ἀνάθεσις*, *ἀφιέρωσις*. [Itali. Eſſo donare & dedicare. Gallic. Dediement, donnaiſon ſpeciale, adonnement. Hiſp. La dedicacion. Ger. Zueignung.] Cic. pro Cor. Balbo, Duarum ciuitatum ciuis eſſe noſtro iure ciuili nemo poteſt. Non eſſe huius ciuitatis ciuis qui ſe alii ciuitati dicarit, poteſt. Neq; ſolùm dicatione, ſed etiam poſtliminio poteſt ciuitatis fieri mutatio.

Dico, is, a. t. priore prod. dixi, dictum, Loquor, eloquor, *λέγω*. [Ital. Dire parlare. Gall. Dire, parler. Hiſp. Hablar, dezir ſimpliciter. Germ. Sagen, reden.] Cicer. pro Quintio. Quid hoc iniquius dici aut commemorari poteſt? Apud Oratores uerò, Loqui, eſt quallacunq; uerba proferre: dicere uerò, eleganter & facundè. Quint. lib. 10. Nam mihi uedicere quidem uiderur, niſi qui diſpoſitè, ornatè, copioſè dicit. Cicer. in Orat. Quanquam aliud uideur oratio eſſe, aliud diſputatio: nec idem loqui eſſe, quod dicere: attamen utrumque in dicendo eſt: diſputandi ratio, & loquendi

quendi. Dialecticorum ſit: Oratorum autem, dicendi, & ornandi. Hinc dictio, λόγος, ῥῆσις, uocatur oratoris & facunda oratio, licet etiam pro parte minima orationis ſignificatiua accipiatur, quam Græci λέξιν appellãt. ¶ Dicere etiam, uocare, nominare eſt. Virgil. 1. Aeneid. Eſt locus, Heſperiam Grali cognomine dicunt. ¶ Quandoque indicare. Virgil. 3. Aeglog. Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? ¶ Quandoque denuntiare, παραγγέλλειν. Terent. And. Sed dico, ne temere facias. ¶ Quandoque promittere, ἐπαγγέλλεσθαι. Pompon. in Piſtoribus, Numos certos dico quinquaginta millia. Saluſt. lib. 1. Hiſtor. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio ueris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias dictas coëgit. ¶ Quandoque pro affirmare. Mart. in Amphit. Quum uerus patriæ diceris eſſe pater. ¶ Quandoque dicare. Virg. 6 Aen. Inuoni infernæ dictus ſacer. ¶ Quandoque pro ſignificare. Terent. in Eunuch. At neſciebam id dicere illam. Et alibi, Quaſi tu dicas factum id meo conſilio. ¶ Quandoque accipitur pro cantare. Virg. 3. Aeglog. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Quandoque pro pronuntiare. Hinc fit Dicere ſententiam, quum tanquam conſiliarii, quid nobis uidetur, pronuntiamus, ἀποφαίνεσθαι. Quinc. Apud iudices quidem ſecundum legem dicturos ſententiam, de confeſſis præcipuè, ridiculum eſt. ¶ Dicere leges aliud eſt quàm Ferre leges, ἐπιτάττειν νόμους. Feruntur enim leges apud ſuos. Dicuntur autem uictis, hoc eſt, imperantur. Liu. Quando perinde ac uicto iam ſibi leges dicerentur. ¶ Dicere diem, eſt citare, uel in ius uocare & diem præfigere, quo ad cauſam dicendam præſtò ſit. ἐνάγειν δίκην. Liu. 3 ab Vrbe, Quum diem Appio Virginio dixiſſet, Appius ſtipatus Patritiis iuuenibus in forum deſcendit. Interdum etiam extra iudicium dicere diem, eſt certum diem præfigere, conſtituere, ſiue aſſignare. Terent. And. Hic nuptiis dictus eſt dies. Cæſ. 1. bell. Gall. Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani omnes conueniant. ¶ Dixti per ſyncopen, pro dixiſti. Teren. Eunuch. Dixti eunuchum uelle te. ¶ Dicere cauſam dicitur reus, quum accuſationibus reſpondere cogitur. Liu. de bell. Maced. Scipio iuſſus dicere cauſam, orationem, &c. Cæſ. 1. bell. Gall. Orgentorigen ex tinculis cauſam dicere coëgerunt. ¶ Dicere dotem filiæ, uel filiæ, eſt promittere in dotem. Terent. Heaut. Quid dotis dicam te dixiſſe filiæ? Et paulò pòſt, Sed ita dictu opus eſt, ſi me uis ſaluum eſſe, & rem & filiam, Me mea omnia bona dotis dixiſſe illi. Cice. pro L. Flac. Doti Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat. ¶ Dicere cœnam. Plaut. Stich. Fero conuiuam Dionyſium, mihique Et tibi, namq; Aedepol cœna dicta eſt, locus liber datus eſt mihi, & Tibi apud nos. ¶ Ius dicere, eſt magiſtratuum. Cic. de Prouin. conſul. Emiſti grandi pecunia ut tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos, contra Senatuſconſultum, & contra legem generi tui dicere liceret. Idem pro L. Flac. Qui anno antè Romæ ius dixerat. ¶ Dicere Magiſtrum equitum, procreare. Liu. 1. ab Vrbe, Is ſibi magiſtrum equitum Poſthumium Ebutium dicit. ¶ Dicere multam antiqui tunc dicebant, quum ad populum & in comitiis multa diſceptanda irrogabatur, quod ipſi Certare multa dicebant Liuius 2. bell. Pun. lib. 1. Excitatiq; tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carui lii quum rem inuiſam, infamemq; cernerent, ducentûm millium æris multam M. Poſthumio dixerunt: cuius certandæ quum dies aduenieſſet, &c. Dicere multationem, ſiue multam pecoris. Plin. libr. 18. cap. 1. Multatio quoq; non aliſ onium boumq; impendio dicebatur. Varro, Sed quum eiuſmodi multa pecoris armentiſque à magiſtratibus dicta erat, abigebantur oues boueſq; hoc. ¶ Dicere Muſam alicuius. Virgil. Aeglog. 9 Damonis Muſam dicemus & Alphesibei. ¶ Dicere nomen alicui, pro imponere. Liu. 1. ab Vrbe, Breui ſtirps quoque uirilis ex nouo matrimonio fuit, cui Aſcanium parentes dixere nomen. ¶ Dicere repudium. Tacitus libr. 3. Quirinus poſt dictum repudium adhuc infenſus, quamuis infami, ac nocenti miſerationem addiderat. ¶ Dicere ſacramento dicebantur milites, quum ad iuſurandum adigebantur, Rempublicam ſe non deſerturos. Liuius 2. bell. Pun. lib. 1. Tribuni plebis, ſi eis uiderentur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & ſeptem annis ſacramentum dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi uiginti annorum, aut maiores milites facti eſſent. Idem 4. ab Vrbe. Hoc decreto Conſul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, cœtum tolliſſet, metu cæteri ſacramento dicere. Dicere ſacramentum. Liu. 6. bell. Pun. Hodie Conſules creati, quibus ſacramenta liberi noſtri dicant. Horat. 1. Carm. Ode 17. non ego perfidum Dixi ſacramentum. ¶ Dicere de ſcripto. Cic. pro Plan. Recitetur ibi oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de ſcripto eſt. ¶ Dicere ſententiam quis dicitur, quum iudicium ſuum aliqua de re explicat. Cic. 6. Verri. Mos eſt Syracuſis, ut ſiqua de re ad Senatum referatur, dicat ſententiam qui uelit, nominatim nemo rogatur. Cæl. Ciceroni, Conſulem deſignatum, primum ſententiam dicentem. Dicere pro ſententia, idem quod dicere ſententiam: ſicut, Dicere teſtimonium, & pro teſtimonio. Liui. 1. bell. Macedo. Et quando nemo veſtrum qui in hoc concilium conuocati eſtis, pro ſententia quicquam dicere uult, aut audet, orationes Legatorum externo die pro ſententiis, dictas perconſcamus. ¶ Dicere extempore. Plin. Epiſt. 27. Dicit ſemper extempore, ſed tanquam diu ſcripſerit. Quintil. lib. 6. cap. 1. ¶ Dicere teſtimonium, & teſtimonis, eſt teſtificari & probare Cic. ad Quint. frat. lib. 1. Quum teſtimonium ſecundum fidem & religionem grauiſſimè diciſſem. Idem pro Sylla. Qui in illum teſtimonia grauia dixerunt. ¶ Dicere pro teſtimonio, quod nunc dicimus Deponere, inquit Budæ. Cicer. 7. Verr. Dicet is pro teſtimonio de miſſione nautarum, de fame, &c. ¶ Dicere ad uoluptatem alicuius, eſt aſſentari, adulari. Cicer. de Amic. Semper auget aſſentatio id quod is, cuius ad uoluntatem dicitur, uult eſſe magnum. ¶ Dicere ſalutem alicui. Cicer. Attic. lib. 1. Cicero meus puer tibi ſalutem dicit. Plaut. Curcul. Veneri uerbis meis ſalutem dicito. ¶ Dicitur impersonale. Cic. 1. de Natur. deor. Quartus is quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur. ¶ Vt dicitur Cicer. 3. de Orat. Quamuis ſphæram in ſcenam (ut dicitur) attulerit Ennius: tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo nõ poteſt ineſſe. ¶ Diceret, pro dicere poſſet Terent. And. Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ: diceret, Quid feci, quid commerui, aut peccaui pater. ¶ Dicere uolui, correctionis genus, eſt, quum quis in loquendo falſus eſt, ac uerbũ unum pro altero protulit. Plaut. Mil. Sorbet dormiens. *P A.* Qui ſorbet? *V.* Illud, ſtertit uolui dicere. ¶ Dicaſſis, pro dicas: Dice pro dic, apud Comicos frequentia. Plaut. Curc. Haud id me malè meditãtem maiè dicaſſis. Idem Rud. Tu ſiquid opus eſt, dice. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Addico, Antedico, Contradico, Edico, Indico, Interdico, Prædico, quæ habent penult. prod.

Dictũm, n. ſ. & nomen eſſe poteſt. ῥῆμα ἀπόφασις. [Ital. Parola, motto, detto. Gall. Vn mot, une parole, un dire. Hiſp. El dicho. Germanicè, Ein wort, ein red.] & participium, εἰρημένον. Terent. utrumque complexus eſt quum dixit, Nullum eſt iam dictum quod non dictum ſit prius. nã prius eſt nomen, ſecundum participium. Dictum nomen accipitur pro quouis ſermone. Plaut. Ciſtel. Pergo illò, ſubagito blandis prius & benedicis dictis. Idem Aſin. an tu tibi uerba blanda eſſe aurum rere? dicta docta prodatis. Ouidius 13. Metamorph. neq; abeſt facundis gratia dictis. ¶ Vernile dictum, hoc eſt ſcurrile, & procax. Tacit. lib. 15. Vernile dictum omnem inuidiam in eum uertit. ¶ Dicto audiens, hoc eſt obediens. Quint. lib. 1. ca. 6. Minus dicto audientem filium licet abdicare. Cic. 6. Verr. Quæſtui an miſſet: reſpondit id quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe Prætori. ¶ Dictis aliquem aggredi. Virgil. 6. Aeneid. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. ¶ Et quamuis dicta generaliter de quouis ſermone dicantur, apud ueteres tamen pro facetiis & iocis poni ſolent, ῥαψῳδήματα. Cice. lib. 2. ad Attic. Itaque noſtri, quum omnia diciſſemus dicta, eſſentq; facetè & breuiter & accuratè locuti, ea proprio nomine appellari dicta uoluerunt. Terent. Eunuch. Facetè, lepidè, lautè, nihil ſupra: Tuum obſecrõne hoc dictum erat? Vbi Donatus, Dictum id, quod prouerbium, ſiue adagium quod facetis hominibus adſcribitur.

Dictãrio, ris, n. q. penu. corr. Dicere cupio, ſiue dicere mollior, λέξειν. Macrob. Sed perge Auiene, ne ulterà te dictoriem tem retardem.

Dictio, ſ. t. Pars minima orationis ſignificatiua ex qua inſtruitur oratio, & in quam reſoluitur, λέξις. [Ital. Voce. Gall. Parole, mot. Hiſpani. Vna palabra. Germani. Ein wort.] ¶ Aliquando ponitur pro enuntiatione. Terent. in Phor. Cauſam orate non ſinunt, neque teſtimonii dictio eſt. Cicero ſecundo de Inuent. Aliud enim laus, aliud uituperatio, aliud ſententiæ dictio, aliud accuſatio aut recuſatio conficere debet. ¶ Item pro facundo & oratoria oratione,

φρασιν. [Italic. Ragionamento. Galli. Oraiſon, raiſonnement. Hiſp. Razonamiento. Germ. Ein wolgeſatzte Red] Cic. 2. Tuſc. Itaq; quum antè meridiem diſſeruiſſemus. Idem de clar. Orat. Malim mihi L. Craſſi unam pro M. Curio dictionem, quàm caſtellanos triumphos duos. ¶ Dictio pro oraculo. Liu. 8. ab Vrbe, Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acheruſiam aquam Pandoſiamq; urbem: ibi fatis eius terminum dari.

Dicax, acis, m. g. Qui malignis ſalibus maledicit, φιλοχάμμων [Ital. Dicace, maldicente Galli. Moqueur, raiſeur, railleur. Hiſpan. Dezidor y parlero demaſiado. Germ. Schmätzig, Speyig] Quintil. libr. 6. cap. 3. Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant. Cic. 2. de Orat. Quod eſt homini bus facetis & dicacibus facillimum. Idem pro Cælio, Quam multi ſunt in conuiuiis faceti, dicaces, uonnunquam etiam ad uinum delecti ſint.

Dicaculus, σκωπτίλιος Ariſtophani, & τῦλωτός, & Dicacula, diminutiua ſunt. Plautus in Aſin. Satis dicaculæ es amatrix.

Dicacitas, Eſt termo, cum riſu alios inceſſens, inquit Quint. lib. 6. cap. 4. φιλοκαθεψία. [Ital. Cianciamento. Gallicè, Propos qui tre contre, moquerie facetieuſe, plaiſerie, bocarderie Hiſp. Donaillada parleria. Germ. Spottred, ſpeyung, ſchmätzung] Cic. in Orat. Huic generi orationis aſpergentur etiam tales, qui in dicendo mirum quantùm ualent: quorum duo genera ſunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Idem 2. de Orat. Scurrilis oratori dicacitas maxopere fugienda eſt.

Dicto, as, frequentatiuum à uerbo Dico: quod tamen à primitiui ſignificatione nonnihil recedit. Eſt enim Dictare, aliquid tractim pronuntiare, ut calamo excipi poſſit, ὑποφωνῶ, ὑπαγορεύω. [Ital. Dettare. Gall. Nommer & dicter à un autre qui eſcrit. Hiſp. Dezir lo que otro eſcriue. Germ. Zugeben oder vorreden zuſchreiben.] ¶ Accipitur etiam Dictare, pro ſuggereretur, Ratio dictat, hoc eſt, ſuggerit, ὑφηγεῖται, ὑπαγορεύει. Plin. in Epiſtol. O ſylua, ô lirus, quàm multa componitis quàm multa dictatis. Boëthius, Ecce mihi facerę dictant ſcribenda. Camœnæ enim lituus, ac ſolitudo tacitè ſuggerunt nobis quod ſcribamus, quemadmodum ratio, & nonnunquam indignatio dictat: quod etiam annotauit Valla in Raudenſem. Plinius libro 20. capite 4. Iam demonſtrauimus priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adiicimusque quas ratio dictauerit. ¶ Dictare, pro edicere, ſeu polliceri. Quintilian. libro 11. cap. ult. Aut cum ſodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, ut ſportulam dictare uideantur.

Dictata, n. ſ. Dicuntur ueluti themata atque præſcripta quæ magiſter ludi pueris præbere conſueuit. [Itali. Quello che il maeſtro da in nota à i ſuoi diſcepoli Gall. Ce quelle maiſtre donne à eſcrire à ſes diſciplas Hiſp. La lection que ſe da al diſcipulo para eſcriuirla. Germanicè, Das ein Schulmeiſter ſeinen lehr jungeren zuſchreiben angegeben hatt.] Cicer. ad Attic. 13. Non modò Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere Horat. Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit. Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro. ¶ Nec in literis tantùm, ſed in aliis quoque artibus dictata dicuntur. Iuuen. Peregit dictata magiſtri Omnia. Sueton. in Cæſar. Vt diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſiſq; dictata exercentibus darent. Vbi per dictata, gladiatoria præcepta, documentaq; ſignificatur. Dictata autem dicuntur huiuſmodi themata, quibulam quæ docemus, ſæpe inculcamus, ut penitus excipiantur & ediſcantur.

Dictator, oris, maſcul. ter. Δικτάτωρ, Διοίκημα Θ, εἰρηνητὴς τῶν ἀναγκαίων, Apud Romanos erat cui periculoſiſſimo Reipub. tempore ſumma poteſtas permittebatur, quam Dictatorem uocabant. Ita dictus ſiue à dictando iure, ſiue quod à Conſule diceretur, cuius dicto audientes omnes eſſent. Creabatur enim uiua uoce, non per ſuffragia, & durabat per ſex menſes. Et quia ſumma poteſtas erat Dictatoris in populum, is quoq; Magiſter populi appellatus eſt, ut ſcribit Varr. Cic. 3. de Fin. Rectus Magiſter populi (is enim eſt, Dictator) quàm Syll. Erat aũt extraordinarius magiſtratus, habens ius animaduertendi in cuiuſcunque ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat: nec alio pacto creari ſolebat quam quum uis aliqua maior repentè obortæ ingentem urbi cladem minitari uiderentur. Dictatori cæteros magiſtratus eligere licebat, à quibus dictandis quidam Dictatorem appellatum uolnerunt. Dicebatur autem Dictator à Conſule, qui deinde Magiſtrum equitum dicebat. Liuius libro nono ab Vrbe, Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit Iuuen. Satyr. 8. Famoſos equitum cum Dictatore magiſtros.

Dictatrix, icis, feminini generis, tertiæ declinationis, quæ dicit agenda, præcipit, & imperat. Plaut. Perſa, Tu hic eris dictatrix nobis.

Dictatorius, a, um, ὁ τῦ Δικτάτωρ Θ, Quod ad Dictatorem pertinet, ſeu quod eſt Dictatoris. Liu. 6. ab Vrbe, Poſtremò Dictatorium fulmen in ſe intentatum. Dictatorius gladius. Cic. pro Cluent. Dictatorius iuuenis, Dictatore patre natus. Liu. 3. Dec. lib. 7.

Dictatura, fœ. p. Ipſa Dictatoris dignitas, Δικτάτωρ Θ ἀρχή. Plutar. πρόσχημα τῦς Δικτάτορος ἀρχῦς. Liuius, Dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit. Nam à Dictatoribus nomen ius pronocandi, quibus etiam animaduerſio capitis data eſt. Dictaturam gerere Cic. 2. Offic. Quòd is paucos ſol dies ad Dictaturam gerendam addixiſſet.

Dictito, as, penult. corripit à dicto, ſecundum à dico frequentatiuum, Paſſim, & frequenter dico, οἰ χρόνῳ πολλάκις λέγω. [Ital. Dire ſpeſſo. Galli. Souuent ou en pluſieurs lieux, dire ou reconter quelque choſe. Hiſp. Dezir à menudo. Germ. Offt ſagen, ſagen eins ſagens.] Cic. 5. Verr. Vt hoc iam palàm dictitent. Idem ad Lent. Quem poſt reditum dictitare tracto animo & demiſſo fuiſſe, Idem 3. Offic. Dictitabat ſe hortulos aliquos emere uelle.

Dicteria, orum, n. l. Dicta falſa & acuta, & quodam quaſi ſale pungentia, σκώμματα. [Ital. Motti che pongono, motti piacenoli. Gall. Paroles de moquerie Hiſp. Donayre moteiando. Germ. Speyreden, ſchimpfzwort.] Mart. Omnibus arridet, dicteria dicis in omnes Varro, ὅτ Θ πρὸς ἅπαν, Quam mobile neque orto pſalticium attollit pſalterium, quibus ſonant in Græcia dicteria. ¶ Dicteria petulantius ficta Priſci Maſonica uocabant, σκώμματα μαιωνικά, à Maſone quodam biſtrione commediarum Meſſenſi.

Dictamnum, n. ſiue Dictamus, Δίκταμνος Θ. Dioſcoridi. [Ital. Dittamo. Gall. Vne herbe appelée dictam, ou gingembre de jardin Hiſpan. El ditamo yerua conoſcida. Germ. Ein Kraut diſs nammens, etlich ſagend es ſeye ein gattung der wilden Poley.] Herba eſt in Creta præcipuè naſcens, ceris leuis, pulegio ſimilis, ſed maioribus foliis, quæ tomento quodam ſpiſſo & lanugine pubeſcunt. Florem nullum aut temen profert. Produnt in Creta capras ſagittis percuſſas, huius herbæ paſta eas excutere. Virgilius duodecimo Æneid. Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puperibus caulem foliis & flore comantem, Purpureo: non illa feris incognita capris Grammina, cum tergo uolucres hæſere ſagittæ. Cic. 2. de Nat. deo. Capras auditum in Creta feras quum eſſent confixæ uenenatis ſagittis, herbam quærere, quæ dictamnus uocatur: quam quum guſtauiſſent, ſagittas excidere dicunt è corpore.

Dictator, m. t. Dictatura, uide Dico dicis.

Dictæus, a, um. Δικταῖος Θ, Cretenſis. Virg. 4. Georg. Dictæo ue li regem pauere ſub antro.

Dictenum, Dictio, Dictito, Dicto, Dictum, uide Dico.

Dicrŏtum, n. ſ. penul. cor. Δίκροτον, Latinè dicitur biremis, quæ duobus tantùm remorum ordinibus regitur, à prora ſcilicet & à puppi. Iulius Pollux libr. 1. Dicrota ſunt naues quæ duobus gubernaculis patiter à prora reguntur & puppi. Cic. Act. II. 5. Ἀφράκτα Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud cataſcopion. Idem II. 16. Nã & ipſe Domitius bona planè habet dicrota. Dicroton itẽ medici uocant pulſus quoddam genus in arteriis, à geminato percuſſu. Galen. in tractatu de Pulſibus.

Dictyota, Δικτυωτὰ, Opera quæ noſtri reticulata uocant, lata dicta quòd in hoc ædificii genere teſſellæ, macularum quæ in rete conſpiciuntur, ſimilitudinem referant, δίκτυα enim Græci uocant retia. Plin. lib. 36. ca. 22. Dictyoton uocant reticulatam ſtructuram, quàm frequentiſſimè Romæ ſtruunt rimis opportunam. Vbi temen in uulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

Didaſcalia, fœmin. p. Διδασκαλία. [Italic. Doctrina. Galli. Doctrine Hiſpanicè, Doctrina è enſennança. Germanicè, Die lehr vnderweyſung.] Latinè doctrina, ſiue traditio, ἀπὸ τῦ διδάσκειν, quod eſt docere ſiue inſtituere. Cæl. Cic.

Ciceroni lib. ſeptimo, Genete tamen quod ad nos pertinet, & διδασκαλίαν quandam, ut uerſetur inter manus habet.

Didaſcalus, m. ſ. διδάσκαλος. [Ital. Maeſtro. Galli. Docteur, maiſtre Hiſp. Maeſtro que enſenna. Ger. Ein Lehrer, Vnderweiſer, Lehermeiſter.] Nobis praeceptorem ſonat, ἀπὸ τῆς διδάσκειν, hoc eſt, à docendo.

Dido, didis, dididi, diditum. Diſtribuere ſignificat, & dirigere. διαίρω, μερίζω. [Ital. Diſtribuire, dividere. Gall. Bailler, diſtribuer, departir. Hiſp. Partir en partes, repartir. Ger. Zutheilen.] Dictum ſi uidetur dido, quaſi diuido, ablata me dia ſyllaba. Horat. 2. Serm. Sat. 2. Abloti ſenis exemplo dum manis didar, id eſt, dimidie. Frequenter accipitur pro diuulgo, ſiue diſpergo. Virgil. 7. Aene. Diuiditur hic ſubitò Troia per agmina rumor. Idem 8. Aeneid. Cognatiſq; patres, tot terris, diſ dita fama. Eſt autem hoc uerbum Lucretio in primis familiare.

Didoron, pen prod. δίδωρον. [Ita. Di due palmi. Gall. De deux palmes. Hiſp. De dos palmos. Ger. Zweyer hand breit, oder lang.] Quod eſt duorum palmorũ: unde lateris quoddam genus ſeſquipedali longitudine nimiorum duorum palmorum maiorũ, quorum ſinguli ualent palmos minores tres, hoc eſt digitos duodecim. Verba Plinii ſunt haec ex lib. 12. cap. 19. Genera laterum tria: didoron quo utimur, lõgum ſeſquipede, latum pede. Alterum tetradoron. Tertium pendoron. Graeci enim antiqui doron palmum uocabãt & ideo dora, munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout ſunt nominantur, Haec ille.

Didrachmum, n. ſ. δίδραχμον. Nũmus eſt duas drachmas continens. Bud.

Diduco, is, xi. pen pro In diuerſas partes, & in diuerſa loca duco, diſtraho, dirimo. διαιρῶ, διαλαμβάνω. [Ital. Dipartire, guidare in diuerſi parti. Gal. Deſioindre, ſeparer, & faire aller one part çà & l'autre là. Hiſp. Partir en partes diuerſas. Ger. Zerziehen, Von einander ziehen.] Caeſ. 6. bel. Gal. Diuitrendæ plures manus, diducendiq; erant milites. Colu. lib. 6. de bobus domandis. Poſt haec deductis malis educto linguam. Idem lib. 9. Validam uitem in ramos diducere cẽſeo. Perſ. Quomỹ iter ambiguum eſt, & uitæ neſcius error, Didocit trepidas ramoſa in compita mentes. Virgilius lib. 1. Georg. quiq; paludis Collectum humorem bibula diducit arena. Propert. Non ego complexus potui diducere ueſtros.

Didymus, δίδυμος. Latinè geminus dicitur. Quo nomine uir Alexandrinus dictus eſt, qui licet ab ineunte pueritia ocẽlis captus foret, diuinas tamen literas optimè callebat, & inter Eccleſiaſticos ſcriptores illuſtris fuit: quumq; propter cæcitatem etiam elementorum ignarus eſſet, Geometriam tamen, quæ uel maximè uiſu indiget, perfectiſſimè tenuit. Autor Hieronymus. ¶ Fuit & alter Didymus Alexandrinus ſalsamentarii filius, quo nemo (ut Quint. inquit) plura ſcripſit. Grammaticus fuit, & ad Auguſti tempora peruenit: obtrectator circa libros morum, παλιντιτής. Appellatus, nam ad tria millia librorum & quingentos ſcripſiſſe dicitur. ¶ Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, qui Romæ docuit. ¶ Alius item Poeta qui Georgica ſcripſit. ¶ Alius praeterea philoſophus Academicus.

Dies, ἡμέρα. [Italicè, Il giorno. Galli. Iour. Hiſpanicè, El dia. Germ. Ein tag.] Tam maſculini, quàm fœminini generis eſt in numero ſingulari, plurali uerò tantùm maſculinum. Illud tamen intereſt, quòd dies in fœminino genere denotat tempus indeterminatum: & ideò diminutionem eius eſt dicula, quod ſignificat breue tempus & moram. Dies uerò quum tempus ſignificat uiginti quatuor horarum, uel etiã ſpacium illud ab oriente ſole ad ſolum occidentem, generis maſculini eſt, nam illud tempus eſt determinatum. Sic dicemus heſternum, & dicem hodiernum, potius dicimus quã heſternam, uel hodiernam. Contrà, pro tempore incerto dicimus longa dies, pro longo tempore, non autem longus dies locum. Longa dies igitur quid conſulit? id eſt longum tempus. Virgil. 11 Aeneid. Multa dies, uariuſq; labor mutabilis rerum Recidit in melius. Iuriſconſulti item bima, trima, quadrima die uſurpant pro tempore biennii, triennii, quadrienni. Sed confunditur quandoque haec differentia. Virgilius 1. Aeneidos, lamq; dies infanda aderat. Cicero ad Qu. Fratrem. In qua primum erat, quòd antiquior dies in eius funſtae adſcripta literis quàm in Cæſaris. Plin. lib. 3. capite uigeſimoquarto. Mirum quòd eadem die germinet, qua iniectum eſt. ¶ Dies qui ciuilis dici ſolet, à media ſcilicet nocte in ſequentem (ut Macrobius libro primo, capite tertio tradit.) ita diuiditur. Primum dici tempus dicitur medix noctis inclinatio. Deinde gallicinium, ſiue galli cantus. ἀλεκτοροφωνία, quòd tum galli canteut. Inde conticinium, ἀμφιλύκη, quum & galli conticeſcũt, & homines quieſcunt. Deinde Diluculum, quum incipit diguoſci dies ἕῳος. Inde manè, quum dies eſt clarus. πρωΐ. Inde meridies, dicti medium, διημεμβρία, μεσοῦσα ἡμέρα. Inde tam ſuprà uocatur occiduum tempus, δείλη: quod & ſerum dici uocatur: ἕσπερ & mox ſuprema tempeſtas, hoc eſt dici nouiſſimũ tempus: ſicut eſt expreſſum in duodecim tabulis, Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Deinde Veſpera, ſeu Veſper, ἑσπέρα, à ſtella quam Græci Heſperam, Plautus, Veſperuginem: Ennius, Veſperum: Martialis Philoſophorum, Virgil. Heſperon appellant. Inde crepuſculum veſpertinum, πανδόψιον: dictum à crepito, quod dubium ſignificat, tanquam lux dubia, quòd incertũ ſit, id tempus noctis an dieiexiſtat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tum primùm faces, hoc eſt, lumina accendi incipiant. πυκτὸς ἀρχή. Deinde nox concubia, à cubando: deinde intempeſta quæ non habet idoneũ tempus rebus agendis. In has partes diſtribuebant diem, qui conſtat ex uiginti quatuor horis, & lucem tenebrasq; continet: cumq; diem, ciuilem uocabant, quòd in aliis atq; aliis ciuitatibus & regionibus alio atq; alio modo obſeruatur. Athenienſes enim dies ciuilem auſpicabantur à ſole occidente, ad ſolem iterum occidentem: Babylonii ab ortu ſolis ad ſolem ſecundò exorientem: Vmbri à meridie ad meridiem ſubſequentem: Romani autem à media nocte ad mediam noctẽ, quorum à nobis quoq; conſuetudo obſeruatur, adeò ut ſiquid ante mediam noctem geſtum ſit, id præcedenti diei aſcribatur, quòd à media nocte, ſubſequenti diei annumeretur. ¶ Interdum diem dicimus, ut ſolam lucem intelligamus, tenebras uerò ſub noctis nomine. Virg. 6. Aen. Nocteſq; atq; dies patet atri ianua Ditis. ¶ Eſt & dies naturalis ab ortu ad occaſum ſolis. ¶ Dies totius anni ex inſtitutione Numæ, aut Feſti erant, aut profeſti, aut interciſi. Feſti dies aut ſacrificiorum, aut epularum, aut ludorum cauſa fuerũt inſtituti. Profeſti autem diuiduntur in faſtos, comitiales, cõperendinos, ſtatos, præliares. Intercisi uerò dicebantur, qui & humanis & diuinis negotiis erant communes. Erant & atri dies, de quibus locis ſuis. ¶ Huius nominis genitiuus eſt diei, dii, dies, & die. Cic. pro Sex. Equites non daturos illius dies pœnas. Virg. 1 Georg. Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas. Idẽ 1. Aen. Munera, lætitiamq; dii. Salu. in Iug. Vix decima parte die, pro die. ¶ Die craſtini, die ſeptimi pro die craſtino & ſeptimo. Plaut. Moſt. Hanc tem die craſtini quum herus reſciuerit. Idem Menæch. Nam ibi mercatũ dixit eſſe die ſeptimi. Vide Macrob. 1. Sat. cap. 2. Diequinti, dieproximi, diepriſtini: pro quinto, proximo, & priſtino. Vide Gel. lib. 10. c. 24. ¶ Derivatiua & compoſita à dies, ſunt, hodie, quotidie, pridie, meridies, nudiuſtertius, nudius quartus, diarium, æquidiale, æquidium, diluculum, & perdius. ¶ Dies qui hebdomadẽ conſtituunt, à ſeptem Planetis cognominati ſunt. Primus ſeptimanæ dies à Sole, dies Solis, ſiue Phœbi dicitur. ἡλίου ἡμέρα, πρώτη, κυριακή. Secundus à Luna, Iouis, σελήνης. Tertius à Marte, Martis, ἄρεως. Quartus à Mercurio, Mercurii, ἑρμοῦ. Quintus à Ioue, Iouis, Διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης. Septimus à Saturno, Saturni, κρόνου. ¶ Dies critici, ſiue criſimi κρίσιμοι ἡμέραι, à medicis dicuntur iudiciarii, in quibus, ſcilicet de ægritudine ferri iudicium poteſt. Vide ſuprà Criſimi dies. ¶ Per aduerbium quã diẽ, διὰ παλαίας ἡμέρας, proverb. olim de re admodũ obſoleta priſcaq; Refertur à Diogeniano. Finitimũ illi, Magno Platonis anno. ¶ Ipſa dies quãdoquidem parens quandoq; nouerca eſt, ἄλλοτε μήτηρ, πολλὰι ἡμέραι, ἄλλοτε μήτηρ. Verſus eſt Heſiodi, quo ſignificatum eſt, non omni die bene eſſe poſſe, ſed iſto bene, atque alio male. Inde translatum, quòd matres bene uolunt liberis, nouercæ oderunt priuignos. ¶ In diem uiuere, eſt præſentibus rebus contentum uiuere, atque ex parato minimè ſolicitum de futuris. Quæ uita Græcis dicitur καθ' ἡμέραν βίος: & καθημερόβιος, qui ad eum uiuunt modum.

Diecula, diminutiuum à die, gen. fœm. quod ferè pro exigùa temporis mora accipitur. *ἡμερίδιον*. [Ita. Picciol ſpatio di tempo. Galli. Vn petit iour, un iour ſeulement, un petit de tẽps. Hiſ. Pequẽno eſpacio de tiempo. Ger. Ein zeitlein.] Teren. in Andr. Non ſatis habes quòd dieculam addo? id eſt aliquam temporis dilationem.

Dieſcit, o. c. Dies fit. *ἡμέρα γίνεται*. [Ital. Si fa giorno. Galli. Il ſe fait iour. Hiſ. Ya uiene el dia. Ger. Es taget, Es wirt tag.] Sicut nocteſcit, nox fit, quibus ſolùm utimur in tertiis perſonis abſolutè & imperſonaliter.

Dieſpiter, dieſpitris Dei pater. *Ζεὺς, Ζηνὸς*. Id eſt, Iupiter: ſicut Diiouis, quaſi die iuuans, quòd homines die & luce quaſi uita ipſa iuuaret Horat. lib. 1. Carm. Nanq; dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens Macro. Ipſũ quoq; Romani dieſpitrem Iouem appellant.

Diequarti, & Diequartè, pro diequarto. Diequinti & Diequintè, pro die quinto. Diepriſtini uel priſtinè, pro diepriſtino, quod nos conuerſo compoſitionis ordine dicimus pridie. Diecraſtini, pro diecraſtino, & alia multa. Videntur autem ueteres differentiam feciſſe inter diequarto & diequartè: ut illud, pro præterito ſit, quod nos nudiuſquartus dicimus: hoc, de futuro. Vide Macrob. Satur. lib. 1. & Gell. lib. 10. cap. 24. Sunt autem hæc omnia compoſita, & pro aduerbiis accipiuntur.

Dierecti, teſte Nonio, A die uocati ſunt crucifixi, quaſi ad dié erecti. Feſtus ſcribit dierectũ per antiphraſin dici apud ueteres, uolentes ſignificare malum diem. unde dierectè aduerbialiter dicimus. Plautus, Quin tu i dierectà cum ſuccula & cum porculis. Dierectà (inquit) quaſi in malam diem. Vnde prouerbialiter, In directum iubemus ire, quibus precamur exitium.

Diũrno, as, n. p. Diu uiuo, teſte Nonio. [Ital. Viuer luongo tẽpo. Gal. Viure longuement. Hiſp. Durar mucho tiempo. Ger. Lang leben.] Eſt autem uerbum à die deductum, ſicut perennare ab anno.

Diũrnus, a, um. à die ſit, ſicut nocturnus à nocte. *ἡμέριος*. [Ital. Diurno, di giorno. Gal. De iour ou d'un iour. Hiſ. Coſa del dia. Ger. Tåglich.] Cic. de Senec. An cenſes (ut de meipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos nocturnoſq; domi, militiæq; ſuſceperum fuiſſe, &c. Plaut. in Menæch. Inde uſq; ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.

Diurnum, ni, n. ſ. Liber continens acta ſingulorum dierum. *ἐφημερὶς* [Ital. Giornale. Gal. Papier iornal. Hiſpa. Hiſtoria que procede de dia en dia. Ger. Ein buch in welches man verzeichnet, was auff ein ieden tag beſchicht.] Iuuen. Longi relegit tranſacta diurni. Alias Diurnum accipitur pro uilio aræ mercede unius diei. Seneca, Diurnum accipit, incẽ tunculo dormit. Idem lib. 2. Controu. Conſors modò omnis fortunæ diurnum petam.

Diutinus, a, um, penultima correpta. Longus, ſeu continuus. *μακρὸς χρόνος*. [Ital. Longo, continuo. Gallic. Qui dure long temps, de durée. Hiſp. Coſa de mucho tiempo. Germa. Langwirig.] Cic. lib. 10. Epiſt. Libertatis deſiderio, tædioq; diutinæ ſeruitutis. Sic Cæſar, Diutinus labor: & Liuius, Diutinum bellum.

Diutinè, aduerbium, Idem quod diu. *διὰ, πολὺν χρόνον*. [Ital. Longamente, di giorno. Gall. Long temps, longuement. Hiſp. Luengo tiempo ò en luengo tiempo. Ger. Lange zeyt, Langwirig.] Plaut. in Rudẽ. Ille qui conſulrè, doctè, atque aſtutè cauet, Diutinè uti benè licet partum benè.

Diũtulè, pen. cor. diminutiuum à Diu, ſignificat aliquandiu. *ἐπ' ὀλίγον*. [Ita. Vn pocheto di tẽpo. Gal. Quelque temps, aſſez long temps, non pas trop. Hiſp. Poco tiempo, ò en poco tiempo. Ger. Lang'åhtig Zimlich lang.] Gellius, Quum diutile tacitus cogitando fuiſſem. Apulcius in Flor. At nõ itidem maior meus Socrates, qui quum decorum adoleſcẽtem & diutile tacentem conſpicatus foret, &c.

Diutius, comparat. ab aduerb. diu. *χρονιώτερον, μακρότερον*. [Ital. Più allongo più longamente. Gal. Plus longuement. Hiſp. Mas tiempo. Ger. Länger.] Cic. 7. Ver. Potero hoc ego omne tantum aut in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus ſuſtinere. Plaut. Rud. Sed. mea deſidia ſpem deſerere noli: Eo nos amici detinui diutius. Non obtundam diutius aures veſtras.

Diutiſſimè, Longiſſimo tempore. *πλεῖστον χρόνον*. [Ital. Lõghiſſimamente. Gal. Fort long tẽps, treslonguement. Hiſp. Longiſſimo tiempo. Germ. Trefflich lãgwerig oder zeyts.] Cic. de Amic. Catonem induxi ſenem diſputantem quia nulla uidebatur aptior perſona quę de illa ætate loqueretur, quàm eius qui & diutiſſimè ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præ ceteris floruiſſet.

Diuturnus, diuturna, um, Idem quod diutinus, à diu deriuatum. *χρονικὸς & χρόνιος* [Ital. Che dura longo tempo. Gal. Qui dure long temps. Hiſp. Coſa de mucho tiempo. Germ. Langwirig.] ut, Vius diuturnus, ſilentium diuturnum, apud Ciceronem. Idem de Senectute. Quas quidem ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.

Diuturnitas, tis, f. t. *πολυχρονία*. [Ita. Lõga durata, lõgheſſa di tempo. Gal. Longue durée, longue eſpace de temps. Hiſpa. Longura de tiempo. Germ. Lãgwirigkeit.] ut, Diuturnitas belli, Cæſar. Diuturnitas temporum, Cicero. Idem de Sene. Semper enim in his ſtudiis laboribuſq; uiuenti non intelligitur quando obrepat ſenectus: ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit, nec ſubito frangitur, ſed diuturnitate extinguitur.

Diẽtris, pen. product. Tempus duorum annorum. *διετία*. [Ital. Il ſpatio di due anni. Gall. Eſpace de doux ans. Hiſp. Tiempo de dos annos. Ger. Die zeyt zwey iar lang.] ſicut Trieteris, *τριετηρὶς*, trium annorum, uel ferè (ut docet eleganter Cenſorius) quod tertio quoq; anno recurrit. Nam apud ueteres Trieteris conſtabat ex quinq; & uiginti menſibus, hoc eſt ex duobus annis quorum alter duodecim habebat menſes, alter tredecim. Sic etiam Penteteris, *πενταετηρὶς* dicitur tempus hoc duplicatum, hoc eſt, quadrienniì ſpatium ita dictum, quòd quinto quoque anno currat.

Diffamo, 2. p. pen. prod. Per diuerſas partes famam diuulgo. Siniſtram famam de re quapiam ſpargo *διαφημίζω*. [Ital. Diuulgare mala fama. Gal. Diffamer. Hiſp. Diffamar. Germ. Verleumbden. Zu ein böſs geſchrey ausbringen.] Sumitur enim ferè in detenorem partem. Tacitus, A Nerone probroſo carmine diffamatus, cohortumelias ultum ibat. Adulterium diffamatum, Ouid. lib. 4. Metamor.

Diffarreatio, Sacrificii genus inter uirum & uxorem, quo eũ iugium diſſoluebant per confarreationem contractum. Erat autem Confarreatio quædam ſolennitas, quam ſacerdotes obſeruabant in uxore ducenda. Soli enim ſacerdotes, ut tore Boethio, per confarreationem uxorem ducebãt. Dicta eſt autem hæc ſolennitas confarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito: quod etiam in diffarreatione adhibebatur.

Differcio, Compoſitum eſt à farcio, Impleo, & diſtendo. *συμπλήρω*. [Ita. Empire, diſtendere. Gal. Remplir de tous coſtés. Hiſ. Embutir ò recalcar. Ger. Zuſtöpffen, voll ſtopffen.] Hora. lib. 1. Sat. 7. Inde forum Appi Differtum nautis. Idem lib. 1. Epiſt. Differtum tranſire forum.

Differo, 3. inco. Spacium temporis extendo. *ἀναβάλλομαι*. [Ital. Diffarire. prolongare. Gal. Differer, delayer, prouloger. Hiſp. Dilatar el tiempo. Ger. Verziehen.] Virg. lib. 6. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. ¶ Interdum eſt in diuerſa loca ferre *διαφέρω*. Plaut. in Rud. Nos cum ſeapha tempeſtas dextrouerſum differt ab illis. Idem in Curc. Iam ego te faciam, ut hinc formicæ te truſtulatim differãt. ¶ Interdum diffamare, diuulgare. Lucil. Gaudes, quum de me iſta foris ſermonibus differs. Plau. in Trin. Nolo ego mihi te iam proſpicere, qui meam egeſtatẽ leues: ſed ut inops infamiſq; ſim, ne mihi hanc famem differant. ¶ Interdum diuidere, ſcindere, diſſipare, *διαιρέω*. Teren. in Adelph. Me miſerã, differã dolorib. Simile Græcis eſt *διαφέρεσθαι*. ¶ Interdum in ordinem ponere, *διατάττω*. Virgi. lib. 4. Georg. Ille etiam ſeras in uerſum diſtulit ulmos. ¶ Interdũ diſtare, *διαλείπω*, *διαφέρω*. Ci. Diu. in Ver. At uide quid differat inter meam opinionem & tuam.

Differentia, fœminini gen. primæ decl. *διαφορὰ*. [Italicè. Differenza. Gallicè, Difference. Hiſpanicè, Differencia. Germanicè, Vnderſcheid.] Cicero 4. Academ. Quod uiderentur eſſe quædam in uiſis differentia. Idem 5 de Finib. Ita fit, ut quanta differentia eſt in principiis naturalibus, tanta ſit in finibus bonorum malorumq; diſſimilitudo. Indifferens, *ἀδιάφορον*, quod ſcilicet per ſe neq; bonum eſt, neq; malum.

Differitas, pro differentia, quo antiqui utebantur. *διαφορὰ*. Lucret.

Lucret. lib. 4. Tantaq; in his rebus diſtantia, diſſentiaq; eſt. Nonius.

Dilatus, participium. ἀναβεβλημένος. [Ita. Differito, prolongato. Gal. Differé. dilayé. Hiſp. Dilatado, prolongado. Germ. Verzogē, oder auffgezogen.] Cic. 4. Ver. Quaſi mereuerer ne Peculius priuato illo iudicio tranſacto, aut dilato, cum exercitu in conſilium reuerteretur. Pœna dilata in tempus mortis, Ouid. 1. Triſt.

Dilatio, t. r. Tẽporis prorogatio, ſiue exactio dicitur. ἀναβολή. [Ital. Dilatione, prolongamento. Gal. Delay, dilation, attente. Hiſ. Dilacion. Ger. Verzug, oder auffzug. Verlengerūg.] Plin. lib. 18. cap. 10. Nec ulla ſegetum minus dilationem patitur. Cic. 1. Philip. Quæ eſt igitur expectatio, aut quæ mollis dilatio temporis?

Dilator, oris, m. c. Cunctator. μελλητής. [Itali. Prolongatore, indugiatore. Gal. Delayeur, qui differe, faitrard. Hiſp. Prolõgador del tiempo. Ger. Ein auffzieher, Seūmiger.] Horat. in Arte, Dilator, ſpe longus, iners, auidusq; futuri.

Diſſibulare, Aperire, diſcingere, fibulam reſoluere. ἀποπορπᾶν. [Ital. Diſſibbiare. Gal. Desboucler. Hiſp. Quitar la hevilla ó cendado. Ger. Die haſſten auffloſen, Zuſſbreiſen.] Papin. Emicat, & torpẽ chlamydem diſſibulat aura.

Difficilis, difficile, Cicero illud quod non eſt facile. δύσκολος, λυπηρός. [Italic. Difficile, malegeuole. Gallic. Difficile, malaiſé. Hiſp. Difficil de hazer. Ger. Schwār.] Teren. in Heau. Nihil tã difficile quin quærendo inueſtigari poſſit. Si tamẽ de homine dicatur, idem erit quod morioſum. Cic. de Senc. Moderari enim, nec difficiles ſenes.

Difficultas, t. r. abſtractum. δυσκολία. [Itali. Difficultà. Gallí. Difficulté, malaiſance, empechement. Hiſpa. Difficultad de hazer qualque coſa. Ger. Die ſchwāre.] Cicer. pro Cluentio, Proſpicio quantum in agendo difficultatis, & quantũ laboris ſit habitura. ¶ Accipitur eleganter pro inopia: ut, Difficultas rei numerariæ, aut frumentariæ. Cicero quarto in Verrem. Et ſimul oſtendit ſe in ſumma difficultate eſſe numaria.

Difficilè, & difficulter, aduerbia. δυσκόλως. [Ital Difficilmẽte, malageuolmente. Gal. Difficilemẽt, malaiſeément, à grãd' peine, auec difficulté. Hiſp. Difficilmente. Ger. Schwār lich, Kūmerlich.] Plin. libr. 17. c. 12. In cacumine autem ſemen inter folia durum, & quod difficilè euellatur. Liu. lib. 5. bel. Pun. Circundari pedites haud difficulter impetum incurſantium Numidarum arcebant.

Difficul, antiqui dicebant pro difficilè. Autor eſt Non. qui adducit teſtimonium Varronis, Quod utrum ſit magnum, an parum, facul, an difficul.

Diffido, is, pen. prod. Non fido, deſpero, & in re aliqua non ſatis præſidii mihi poſitum eſſe iudico. ἀπιστῶ, ἀπελπίζω. [Ital. Diffidarſi, non hauer ſperanza. Gall. Se deffier Hiſpa. Deſconfiarſe. Ger. Miſstrauwen, Vbel trauwen.] Cic. 2. de diuin. Nihil affirmabo: quæram omnia, dubitans plerunq; & mihi ipſi diffidens. Ibidem, Eudemus ita grauiter ægrotes fuit, ut omnes medici diffiderent. ¶ Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. Seru. Sulp. Cicer. Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne uideat prudentiæ tuæ diffidere. Ad Heren. Et de nobis non diffidimus.

Diffiſus, particip. ἀπεγνωκώς, ἀπηλπισμένος Cic. pro Marc. Fatebor enim Cato, me quoq; in adoleſcentia diffiſum ingenio meo, quã ſiſſe adiumenta doctrinæ.

Diffidentia, æ, fœminini prim. cuius contrarium, Fidentia. ἀπιστία, ἀπελπιστία. [Ital. Diffidenza. Gal. Diffiance. Hiſp. Deſconfiança. Ger. Miſstreūwung.] Cic. 4. Tuſc. Etſi fidentia, id eſt, firma animi conſtio, ſcientia quædã eſt, & opinio grauis nõ temerè aſſentiens, metus quoq; eſt diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. de Inuen. Quod genus fidentiæ contrarium eſt diffidentia. & ea re uitioſa eſt: audaciã nõ contrariũ, ſed appoſitum eſt, ac propinquũ, & tamẽ uirtum eſt. Oui. 2. de Rem. am. Fit quoq; longus amor, quẽ diffidentia nutrit.

Diffidenter, aduerbium. ἀπίστως, ἀπελπίστως. [Ital Con deſconfidanza, ſenza, ſperanza. Gal. Auec diffiance, ſans grande eſperanze. Hiſp. Con deſconfiança. Ger. Miſstreūwlich. Ohn gūte zuuerſicht.] Cic. pro Cluen. Altera tantũmodo conſuetudinis cauſa timidè & diffidenter attingere rationem maleficii criminum.

Diffindo, diffidi, penul. product. præteriti correp. diffiſſum. act. In partes findo. σχίζω, διασχίζω. [Ital. Fendere, taglia re in più pezzi. Gal. Fendre & mettre en pieces. Hiſ. Hẽder en diuerſas partes. Ger. Zerſpalten.] Virg. 9. Aen. Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa portectum extendit arena. ¶ Diffindere diem, teſte Bud. eſt id quod nos Rem in craſtinum cõtinuare dicimus, uel remittere. Tria enim, inquit, idem erant apud antiquos pronunciandi genera: aut enim dies diffindebatur, hoc eſt, res in poſterum diem reiiciebatur, aut comperendinabatur: id eſt id tertium diem differebatur: aut iudex non liquere pronunciabat. Vlpian. l. ij Siquis caution. Et ideo etiam lex XII. tabul. Si iudex, uel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediebatur, iubet diem iudicii eſſe diffiſum. Gell. lib. 14. cap. 2. Iuſſi igitur diem diffindi, atq; inde à ſubſelliis pergo ad Phauorinum philoſophum.

Diffingo, is, ere. Corrumpo, & deſtruo quod fictum & formatum eſt. διαφθείρω. [Ital. Guaſtare, corrompere. Gall. Deſfaire ce qui eſt fait, loy oſter ſa forme & figure. Hiſp. Gaſtar, deſtruyr, deſfigurar. Ger. Ein mas gemachts zerbrechen vnd anderſt machen.] Horat. 3 Carm. - neq; Diffinget, infectũq; reddet, Quod fugiens ſemel hora uexit. Vbi Acron, Diffinget, id eſt, confundet, immutabit, ſiue diuellet. Idem Carm. - ô utinam noua Incude diffingat retuſum in Maſſagetes, Arabaſq; ferrum. Vbi Acron, Diffingas, cõruſum reformes: nam ſicut fingere, formare dicitur: ſic & diffingere, eſt quaſſatum reformare. Idem 2. Serm. - equidem nihil hinc diffingere poſſum, id eſt, non poſſum negare rem ſic non ſe habere.

Diffinio, diffinis, penul. prod. ex dis & finio, a. q. Diſperticendo diſtinguo. ὁρίζω. [Ital. Diffinire, terminare. Gal Definir, de termineer. Hiſ. Diffinir ò determinar. Ger. Entſcheiden.]

Diffinitio, quæ & definitio, & finitio appellatur, conſtans ex genere & differentiis: ut Homo eſt animal rationale, mortale. ὁρισμός. [Ita. Definitione. Gal. Definitiõ, determination. Hiſ. Diffinicon ò determinacion. Ger. Entſcheidūg. Die beſchreibūg eines dings was es nō natur ſeye.] Quin. Finitio, eſt rei propoſitæ propria & dilucida, & breuiter cõprehenſa uerbis enunciatio. Dicta autem eſt diffinitio ſumpta translatione ab his qui fundos prædiis diuidunt aliis ab aliis. Nam ut illi agrum pro agro diffiniunt, atq; habitã de finibus controuerſiam diſtinguunt: ſic per definitionẽ res à rebus diſtinguuntur, & ueluti certis quibuſdam finibus circumſcribuntur.

Diffiteor, ex dis, & fateor, ſignificat nego. d. ſ. ἀπαρνοῦμαι. [Ital Negare, non confeſſare. Gal. Ne vouloir pas confeſſer denier. Hiſp. Negar ò no confeſſar. Ger. Verneinen. Nicht wöllen bekennen.] Cicer. Itaq; nunquam diffitebor, multa me, ut ad effectum horũ conſiliorum perueniremus, & ſimulaſſe inuitũ, & diſſimulaſſe cũ dolore Colu. lib 4. c 10. Nam quòd in profundo ſemina frigore laborare dicuntur, nos quoq; non diffitemur.

Diffio, as. Eſt flatu proſterno. διαπνέω. [Ital. Gettare à terra ſoffiando. Gal. Eſpandre ou abatre par ſouffler, faire aller ca uent. Hiſ. Derribar ſoplãdo. Ger. Zerblaſen, Widerblaſen.] Plaut. in Milite, Cuius ea legiones diffiati ſpiritu, quaſi uẽtus folia.

Diffluo, a t. eſt in diuerſas partes fluo. διαῤῥέω. [Ital Scorrere in più parti. Gal. Couler de toutes parts, ſe diſſoudre & ne pouuoir tenir enſemble. Hiſp. Correr lo liquido en partes. Ger Zerfliеſſen.] Plin. lib 21. c. 13. Qui edere, abiiciunt ſe humi, refrigerationem quærẽtes: nam & ſudore diffluunt. ¶ Diffluere otio, uel luxuria, eſt immodico otio, uel immodicę luxuriæ indulgeo. Terentius in Heautontimorum. Vt eius animum, qui nunc luxuria & laſciuia diffluit, retundam.

Diffringo, diffringis, a. t. In uarias partes frãgo. διαῤῥήγνυμι. [Italicè Frangere, in più parti. Gallicè, Rompre en pieces, briſer. Hiſpanicè. Romper en muchas partes. Germanicè, Zerbrechen.] Plautus in Aſinar. Crura hercle diffringentur.

Diffugio, diffugis, penultima correpta. In diuerſas partes fugio. διαφεύγω. [Italicè, Fuggire in diuerſe parti. Gallicè, Fugir çà & là, reculer, eniter. Hiſpanicè Huir en diuerſas partes. German. Von einanderen hin vnd hār fliehen.] Virgl. libro tertio Georgicon, - quò tota exterrita ſylvis Diffugiunt armenta. Cæſar octauo bell. Gallic. Hi repentino malo perterriti, diffugiunt ad ſua præſidia. ¶ Ponitur etiam translatè pro otiare. Cicero 5 in Verrem. Diffugerunt enim permulti, id quod oſtendam. ¶ Item pro

refugere, renuere. Var. 1. de Re ruſt. Nec tamen diffugio quin dicam quæ ſcio de ſuillo pecore.

Diffugium, diffugii. *Διαφυγὴ, διαχώρισις.* [Ital. Rifugio, ridotto. Gal. Fuite çà & là. Hiſp. Huida. Ger. Zůflucht, ertwan hin flucht.] Tac. Proximorum diffugia languentibus iam ſtudiis.

Diffundo, diffudi, diffuſum, 3. t. Variè fundo, hoc eſt hinc inde ſpargo. *Διαχέω.* [Ital. Verſare, ſpargere in più parti. Gal. Eſpandre. Hiſp. Derramar en diuerſas partes. Ger. Zerſpreiten. Hin vnd wider giellen.] Colum. lib. 2. Nam & reſpuit dominam ſoli dēs aratri, uel ſi qua parte penetrauit, non minutè diffundit humum. ¶ Accipitur pro dilatare. Cic. lib. 1. de Orat. Diffuſa ramis patulis platanus. ¶ Diffundere animum alicuius, eſt exhilarare aliquem. Ouid. 1. de Arte aman. Spectabunt iuuenes leti, miſtæq; puellæ: Diffundetq; animos omnibus illa dies.

Diffuſus, parti. *Διαχυτέον* [Ital. Sparſo. Gal. Eſpandu. eſpars. Hiſ. Derramado. Ger. Zerſpreitet oder außgeſpreitet.] Cic. 2. de Orat. Eſt enim heri nobis ille hoc Catule pollicitus, ſe ius ciuile quod nūc diffuſum & diſſipatum eſt, in certa genera coarctaturum.

Diffuſè, aduerbium. *Διαπεχυμένως.* [Ital Sparſamente. Gall. Eſparſement, largement, & auec eſtendue d'un coſté & d'autre. Hiſp. Derramadamente. Ger. Spreitechtig, mercliĕ fig.] Cic. 1. de Inuc. Enumeratio eſt, per quam res diſperſè & diffuſè dictæ, omnium in locum cogantur.

Diffuſio, onis, ouis, f. t. *Διάχυσις.* [Ital. Il ſpargere, ſparſamento. Gal. Effuſion çà & là, eſpartement. Hiſ. Derramamiento. Germ. Zerſpreitung Zerthůung.] Idem quod dilatatio: ut Diffuſio animi, pro exhilaratione. Senec. de uita beata, Ex cogitatione ueri gaudium grande & immotum, comitasq; & diffuſio animi.

Digamma. *Δίγαμμα:* ſiue Digamma Aeolicum, dicta eſt Fi litera, quòd duplicis Γ imaginem referre uideatur. Cic. Atti. lib. 9 Fūdum ſuum Formianum uocat digamma, quòd nomen eius ab F litera initium ſumeret. Delicium, inquit, digamma uenderem, quantum in ſolo ſolerem quærere non ſolum Romæ, ſed etiam delicium digamma uiderem. Locus corruptus.

Digāmus, pen. cor. m. f. *Δίγαμος.* [Ital Quelí che ha hauuto due mogliere. Gallicè, Qui a eu deux femmes, deux fois marié. Hiſp. El caſado dos uezes Ger. Das zwey weiber hat oder der zwey mal geweybet hat.] Qui duas duxit uxores. Hieron. contra Ioui. Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur quæ duos habuit maritos.

Digamus, etiã is habetur, qui corruptam inſcius duxerit, ſed Pontificia ſolum cōſtitutione: qua & à ſacerdotio arcetur. Qua de re latius diſſerit Eraſmus noſter in Annot. ad Paulum. Propriè autem Digamus, qui ſecundam uxorem duxit. Fuere apud Ethnicos autores, qui uel nullam, uel ſemel ducendam uxorem eſſe putauerunt, nec iterum nauſragiū faciendum Lege Codrum ſerm. 4. Neuizanū prodigioſum allegatorem. E noſtris, ſecundas nuptias Tertullian. damnauit: cuius dogma ab orthodoxis patribus reſciſſum eſt, à quibus ſtandum nobis eſt, ut ante Rhenanus noſter prudēter admonuit.

Digĕro, is, pen. cor. digeſſi, digeſtum, 3. t. Ordino, diſpono, *Διατάττω, Διανέμω, Διανεσμῶ* [Itali. Ordinare, diſporre. Gal. Porter çà & là, ordōner & diſpoſer, mettre per ordre. Hiſ. Ordenar, diſponer. Ger. Ordnen, In ordnung ſetzē.] Virg. Aen. 5 Quæcunq; in foliis deſcripſit carmina uirgo, Digerit in numerū. Ita dicimus aliquid digeſtū, id loco ſuo cōpoſitū. *ἐν χώρᾳ κείμενα.* ¶ Quādoq; Dilucido, interpretor, *ἐξηγοῦμαι.* Virg. lib. 2 Ita digerit omnia Calchas. ¶ Quandoq; diuido, diſtinguo. Plin. lib. 18. Poma ſeruantur, inſerunturq; uiues paſtinentur, ſemina digerantur. ¶ Quandoq; concoquo. *κατατίπτω.* ut, digere pauliſper uinum quo modes. Cic. ad Atti lib. 4 Stomachus concaluit ut digerat multa cruda facilius. Macr. Igitur in uentre fit prima digeſtio. Sed hoc ad primum ſignificatum reduci poteſt, quum digeſtio ſit diſtributio cibi ordinata. Diſtribuitur enim alimentum per uenas totum in corpus, inſtatq; quadam œconomia tantum unicuiq; particulæ impertitur quantum illi nutriēdę ſatis ſit. Quatuor ſūt in quoquo corpore fiūt digeſtiones: quarū prima fit in uentriculo, ſecūda ab hepate, tertia in uenis, quarta in ſingulis membris, dum quod unicuiq; mēbro utile eſt, ipſi mēbro fit nutrimentū, inutile aūt per poros & meatus excernitur. Vide plura apud Macr. c. 4. lib. 7. ¶ Per translationem, Cic. ad Qu. fratr. libr. 2. Faciat ut mea mandata digerat.

Digeſtio, uerbale. t. t. *Διάταξις, Διάπρασις.* [Ital. Ordinanza, diſpoſitione. Gal. Ordonance, diſtribution, ordre. Hiſp. Repartimiento, ordenança. Ger. Ordnung.] Ordinatio. Plin. lib. 3, c. 1. Iraq; interiori in parte digeſtionem in literas eiuſdem nos ſequuturos, coloniarum mentione ſignata, quæ ille in eo prodidit numero. Cicer. 3. de Orator. Digeſtio, quę exoratio eſt, ea eſt partitio. ¶ Concoctio & digeſtio, *πέψις καὶ διαφόρησις.* Celſ. in proœmio, ſiue hæc de cauſa concoctio incidat, ſiue de illa: & ſiue concoctio ſit illa, ſiue tantùm digeſtio.

Digĕſtes, f. q Digeſtio, diſpoſitio. *Διανέσμησις, Διάταξις* Macrobius, Nec mirum, ſi digeſtes morſum reprehenſionis euaſit.

Digeſtorum liber, ideo duplici ff ſignatur, quòd Græci Pandectas per π cum accentu circumflexo notabant, ſub quibus & digeſtorum libri comprehenſi ſunt: unde facili litura π in ff Latinè mutauit. Alciatus libro tertio Diſpunct. cap. 22. Digeſtorum autem nomen primus Saluius Iulian. inuenit, qui ius ciuile, cum olim confuſim traditum eſſet, tanquam in quandam artem illud redegit. Alcia. in Rub. C. de Edendo.

Digĭtus, m. f. à dirigendo quidam deriuari putant, quòd ea ſua miro decēti ordine digitos digeſſerit, id eſt, diſpoſuerit. *Δάκτυλος.* [Ital. Dito. Gal. Doit. Hiſp. Dedo. Germ. Ein finger.] Plaut. in Perſa, Ne ſi me uno digito attigeris, te ad terram affligam ſcelus. Digitorum nomina ſunt hæc: Pollex, *ἀντίχειρ, ὁ μέγας:* Index, *λιχανὸς, δεικτικός:* Infamis, ſiue famoſus, *μισόφθονος:* Medicus, *παρὰ μέσος, δακτυλήτης, ἰατρὸς,* id eſt, medicinalis, ſiue anularis, quòd in eo anuli primùm geſtari conſueuerunt: Minimus *μικρὸς,* qui & articularis, *ὠτίτης.* Indicem qui pollici proximus eſt, alio nomine ſalutarem ueteres uocauerunt. Mart. lib. de Nupt. Phil. Quidam redimitus puer ad eos compreſſo digito ſalutari, ſilentium commouebat. ¶ Medius digitus alia habet nomina. Nam dictus eſt uerpus, à uertendo podice. Ob quam etiam cauſam impudicus & infamis uocatus eſt, Et quando porrigebatur, ſignum deriſionis & cōtumeliæ erat. Matt. Oſtendas digitum, ſed impudicum. Alconti. Daſio. Symmachoq; Ipſe minaci Præberet laqueū, medium q; oſtenderet unguem. Perſius, -frontem atq; uda labella luſami digito, & noſtralibus antè ſaliuis Expiat. ¶ Digitum tollere, ſignificat fauere, ſuffragari: ſicut Digitū deprimere, ſuffragio derogare *χειροτονεῖν.* Horat. Vulgus utroq; ſuum laudabat pollice ludum. ¶ Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodam aquæ modulo, quo ex caſtello in uicos, aut regiones, aut etiam in nobiliorum ædes aqua diuidebatur. Habebant enim aquæductus ſua caſtella ad diuerſa uicorum, ex quibus aqua è caſtellario per uncias & digitos diuidebatur. Habebat autem digitus totū duo diametrum unius digiti. Autor Frontinus. ¶ Cœlum digito attingere, prouerbiali nimirum hyperbole dicuntur qui longè ſupra mortalium conditionem, ac diis proximi eſſe uidentur. Cic. ad Atticum lib. 2 Noſtri autem principes digito ſe cœlum putant attingere, ſi muli barbati in piſcinis ſint qui ad manū accedāt. ¶ Extremis digitis attingere. eſt leuiter attingere. Cic. pro Cę. ¶ Metiri digitis dicitur qui rem accuratius expēdit, quā oporteat. ¶ Monſtrari digito, *δάκτυλοδεικτεῖσθαι τῷ δακτύλῳ.* pro eo quod eſt inſignem eſſe. Lucianus in Hermonide, Horatius quarto Carminum Od. 3. & Perſ.

Digitus aquæ, ſexta decima pars pedis, uncia uerò duodecima. Paul. de Seru. Ruſt. prædi. Lucius Titius, Digitum tibi dono aquæ.

Digitulus, & digitellus diminutiua. *Δακτυλίσκος.* [Ital. Detto picciolo. Gal. Petit doit. Hiſp. Dedo pequeno Germ. Ein fingerlein.] Teren. in Eunucho, Sine biduum hoc præterear, Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus.

Digitalis, & hoc digitale, quod habet menſuram digiti. *Δακτυλιαῖος.* [Italicè, Di miſura d'un dito. Gallicè. Dela groſſeur, eſpoiſſeur, largeur & longueūr d'un doit. Hiſpanicè. Coſa que tiene quantidad de vn ded Germanicè. Fingers á Tig. Das eines fingers dick oder lang iſt.] Plinius libro uigeſimoſecundo, Et anchuſæ radix in uſu eſt digitali craſſitudine.

Digita-

Digitalis, subſtãtiuum n. ſ. Digitorum tegmenta dicuntur ἀκροδακτύλια. [Ital. Dezzeale, Gal. Doitier, dequoy on enueloppe les doits, gant. Hiſp. El dedal à de dil del dedo. Ger. Fingerhůt, hendtſchůch.] Varro lib. primo, de Re ruſt. Otera manu ſtricta, melior: ea quæ digitis nudis legitur, laudabilior quàm illa quæ cum digitalibus.

Digitellus, ſiue Digitellum, Herba eſt quæ alio nomine ſedũ, ſiue ſempreuiuum maius appellatur. δάφνη. Vide Plin. li. 25. cap. 11.

Digitatus, m. ſ. Qui digitos habet. ὁ κατὰ ἓν σχεδὸν Θ. [Itali. Che ha piedi. Gal. Qui a doits. Hiſp. Que tiene dedos. Ger. Der finger hatt.] Plꝛ. lib. 11. cap. 47. Auium alię digitatæ, alię palmipedes.

Digladiari, a. p. Propriè eſt gladiis certare. διαξιφίζομαι, διαμάχομαι. [Itali. Far alle coltellate. Gal. Debatre par armes & comme tirer & couteaux noiſer. Hiſpa. Acuchillar. Ger. Fechten, ſtreyten, Mit ſchwerteren ſtreyten.] Cicer. per tráſlationem pro diſſentire, & cõtendere poſuit. Quid (inquit) Antipater digladiatur cum Carneade tot uoluminibus?

Dignatio, Digno, Diguitas, Dignor, Vide Dignos.

Dignoſco, a. t. Agnoſco, cognoſco, aut diſcerno. διαγινώσκω. [Ital. Cognoſcere, diſgnoſcere. Gal. Connoiſtre entre autres, diſcerner. Hiſp. Conocer entre coſas diuerſas. Germ. Vor einem anderen kennen, Vnderſcheiden.] Lactãt. li. 6. Inuicem quę ſe dignoſcunt. Suet. in Othone. Viſo corpore galiculo capiti propter rariratem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignoſceret. Col. lib. 1. cap. 1. Dignoſcere terram Sapore. Plꝛ. lib. 11. cap. 17. Dignoſci uix poteſt à maſtiche uera.

Dignoto, tas, a. pri. συμεκμαι, ſigno, imprimo, ut fieri ſolet in pecoribus ut dignoſcantur.

Dignus, a. um, Qui aliquid mereatur, cui aliquid merito debetur. ἄξιος Θ. [Ital. Degno. Gal. Digne. Hiſp. Digno. Germa. Vuirdig werdt.] ut, Dignus laude, qui meretur laudem. ἔπαινος] Θ. Dignus caſtigatione, qui meretur caſtigationem. Plaut. in Rud. Nam digniorem cenſeo uidiſſe anum me quanquã. Quin deos atq; homines cenſeam benefacere magis decere. Terent. in Heau. Ego te meum eſſe dicì tam diu uolo, Dum quod te dignum eſt facias. ¶ Huius contrarium eſt Indignum. Mart. Digne tuo cur ſis, indignaque nomine dicam. hoc dicam cur mereatis & non mereatis hoc nomen.

Dignè, aduerb. ἀξίως. [Ita. Degnamente, come s'appartiene. Gal. Dignement, comme il apertient, honneſtement. Hiſ. Dignamente. Ger. Vuirdiglich.] Id eſt honeſtè. uti honeſtum decet. Plaut. Mil. Quàm dignè ornata incedit, aut me remotè Cice. de Senect. Nunquam igitur ſatis laudari dignè poterit philoſophia. hoc eſt, ſatis pro dignitate. ¶ Dignè etiã ſignificat pro meritis. ἀξίως, κατ' ἀξίαν, Indignè, præter merita, ἀναξίως, παρ' ἀξίαν. Ouid. Leniter, ex meritis quicquid patiare, ferendum eſt: Quæ uenit indignè pœna dolenda uenit.

Dignitas, f. t. eſt amplitudo, & quædam quaſi maieſtas propter honores geſtos, uitæ integritatem, uel rerum geſtarum magnitudinem. ἀξία, ἀξιοπρέπεια. [Ital. Dignità, Ampiezza, honore. Gal. Dignité, bonne reputation. Hiſ. Dignidad, honra, reputacion. Germ. Vuirde, wirdigkeit.] Gellius. Cuius dignitas nec augeri laudibus, nũc minui detractionib. poteſt. Accipitur tamen quandoq; pro magiſtratuum adminiſtratione, & honore. ἀξίωμα. Cicer. Thermo, libro 13. Vt omnibus in rebus ei te me commodes, quoad fides dignitasq; tua patietur. ¶ Interdum ſumitur pro uirili pulchritudine. τὸ ἀξιωματικὸν, σεμνοπροσωπία. Idem lib. 2. Offic. Pulchritudinis duo ſunt genera: unum muliebre, qui uenuſtatem appellamus: alterum uirile, quam dignitatem dicimus. ¶ Eſt etiam dignitas in ſermone, quum ſcilicet oratio eſt grauis, & uoce remiſſa, de qua Autor ad Her. σεμνοπρέπεια. Huius contrarium eſt indignitas, pro dedecore, ſine ignominia, & quod indignũ eſt, ſiue quod eſt contra dignitatem. Li. 4. ad Her. Nequeo uerbis conſequi indignitatẽ rei, Cic. pro Qu. Ligario. Quũ ad ſecundũ Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum uenissem manè ad Cæſarem, atque omnem adeundi atque conueniendi illius indignitatem & moleſtiã pertuliſſem. Autor ad Heren. lib. 3. Acuta exclamatio facit & uocem uulnerat, eadem lædit auditorem, habet enim quiddam illiberale, ad muliebrem potius uociferationem quã ad uirilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Dignitatũ ſpecies, recentiores Iuriſconſulti quatuor eſſe tradunt, Illuſtres, Superilluſtres (quę dictio non ſatis Latina eſt) Spectabiles & Clariſſimos. Sed Alciati doctrina uerior, cuius elegans cap. extat de ea re in lib. Diſpunct. 1 Dignitates in Iure noſtro propriè, quæ clariſſimatus, Equitatus, perfectiſſima gradibus continentur, quos Alciatus non uno loco attingit, oſtendens quantum hac in re aberratum haſtenus ſit.

Dignõ, as, a. p. Dignum iudico. ἀξιῶ. [Ital. Giudicare degno, degnare. Gallicè, Juger reputer digne, daigner. Hiſpan. Tener por bien, hazer ò reputar por digno. Ger. Vuirdigen, wirdig achten.] Paccuuius, Quis deos infernos, quibus cæleſtes, dignet decorare honoribus?

Dignor, paſſiuũ, Dignus habeor. ἀξιῶμαι. [Ital. Eſſer tenuto degno. Gal. Eſtré reputé & eſtimé digne. Hiſ. Ser tenido por bien y digno. Ger. Vuirdig geachtet ſein.] Virg. 3. Aen. Cõiugio Anchiſa Veneris dignare ſuperbo. Cic. Oecon. Homo ex eo numero hominum: qui apud nos hoc nomine dignãtur, id eſt digni habentur.

Dignor deponens, pro Dignum iudico, ſeu habeo: uſitatius. ἀξιόω. [Ital. Giudicare degno, degnare. Gal. Eſtimer & reputer digne, daigner. Hiſpa. Tener porbien hazer ò reputar por digno. Ger. Vuirdig achten.] Virgilius primo Aeneid. Tum Venus. Haud equidem tali me dignor honore, id eſt dignam iudico, inquit Seruius Sueton in Auguſt. Vniuerſum denique genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium etiam cura ſua dignatus eſt, id eſt, dignum iudicauit. & dignatione ſua proſecutus eſt.

Dignandus. Cicer. 1. Acade. Quæ autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat.

Dignatio, onis, f. t. Idem quod Græci ἀξίωμα dicunt, id eſt dignitas & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratum, uel propter oris, morumq; maieſtatem. ἀξίωσις. [Ital. Dignità. Gal. Dignité, bonne reputation. Hiſp. Dignidad, reputation. Ger. Vuirdigung, Das wirdig achten.] Cic. Ac. li. 4. Etſi meus quidẽ eſt fortior, nec q icquã niſi de dignatione laborat. Sueton. Veſp. Exinde ſortitus Apricam integerrimè, nec ſine dignatione adminiſtrauit. Liuius. ab Vrbe, pro gratia & familiaritate poſuiſſe uidetur. Appius (inquit) interpres lectus, haud ita multo in principum dignationem peruenit. Indignatio, ex rei alicuius indignitate collecta, ἀγανάκτησις. Iuuen. Saty. 2. Si natura negat, facit indignatio uerſum.

Digrẽdior, eris, d. t. Diſcedo. ἀπαλλάττομαι. [Ital. Partirſi. Gal. Partir d'un lieu. Hiſ. Partirſe de lugar. Ger. Hinweg gon, Vneben ſich gon.] Virg. 5. Aen. Hos ego digrediens aſſabar obortis. Cl. Cornificio. Etſi periniquo patiebar animo, te à me digredi Idem 1. de Natu. deor. Luna autem iiſdem ſpatijs uagatur quibus Sol. ſed cum congrediens cum Sole, tum digrediens.

Digreſſus, participi. ἀπαλλαγμένος. [Ital. Separato, partito. Gall. Qui s'en eſt parti, qui a laiſſé le chemin qu'il tenoit. Hiſp. Partido lugar. Ger. Hingangen, Abgeſchieden.] Digreſſa dicitur quæ diuortium cum marito fecit. Sueton. in Cæſ. cap. 41. Diremit nuptias Prætorij uiri, qui digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quanuis ſine probri ſuſpicione.

Digreſſus, us, ui, m. q. Idem quod digreſſio: cui contrarium eſt acceſſus ἔμβασις, ἀπαλλαξις. [Ital. Diparrimento. Gal. Departement. Hiſp. Aquella partida. Germ. Abweichung, hingang, Abſonderung.] Cic lib. Tuſc. Tenuiſſimum umen facit proximus acceſſus ad Solem, digreſſus autem longiſſimum. Idem ad Qu. fratrem li. 1. Deinde congreſſus noſtri lamẽtationẽ pertimui: digreſſũ uero non tuliſſẽ.

Digreſſio, onis, f. t. Pro diſceſſu: cuius contrarium congreſſio. ἀπαλλαγή. [Ita. Eſſo dipartirſi, mutar propoſito, digreſſione. Galli. Digreſſion, changement, de propos, departement. Hiſp. Aquella partida. Germ. Hingang Abſcheid.] Cic. ad Qu. frat li. 1. Minus acerbum minus miſerum fuit, quam fuiſſet tum congreſſio, tum uero digreſſio noſtra.

Diiambus, διάμβος Θ, Pes metricus ex duobus iambis conſtans.

ſtans, hoc eſt ex quttuor ſyllabis, quarum prima & tertia breues ſint, ſecunda autem & quarta longa: ut Amœnitas.

Dii manes, Per duas dictiones, ab antiquis creditꝰ ſunt animæ hominum quæ è corpore emigrauerant: unde etiam ne tuſta ſepulchrorum monumenta Diis Manibus uidemus eſſe inſcripta. Alii Manes eoſdem eſſe putant, quos in uita Genios appellamus: uoluntq; homini duos aſſignatos eſſe genios qui ne mortuorum quidem corpora deſerant, ſed una cum iis ſepulchra inhabitent. Apuleius de dæmonio Socratis, Manes animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore noſtro Genii, & à corpore ſeparatæ Lemures uocabantur Quòd ſi domos infeſtarent, Laruæ dicebantur: contrà ſi boni fuerint, Lares familiares. Seruius arbitratur Manes per antiphraſim quaſi minimè manos dictos Sabinorũ enim lingua Manum, bonum dicebatur: unde & immanis Numeratur etenim manes inter noxia numina: unde ſub inde inferiis erant placandi ne nocerent. Vide plura in dictione Manes.

Diiudico, a.p. Diligenter aut diuiſim iudico. *Διακρίνω.* [Ital. Giudicare diſtintamente. Gal. Diſcerner, diſtinguer, iuger diſtinctement. Hiſpa. Iuzgar muy bien, ò entre partes diuerſas. Ger. Vrtheilen mit vnderſcheidung.] Cic. in Tuſc. Vtrum igitur inter has ſententias diiudicare malumus, an ad propoſitum redire? Teren. in Heaut. Ego dicam quod mihi uenit in mentem, tu diiudica, id eſt, dic quod tibi uidetur, & ſentis. Ibidem, Perge in' iſtuc prius diiudicare, quàm ſcis quid ueri ſiet? ¶ Diiudicare, pro decernere. Cic. lib. 1. in Catil. At illæ tamen omnes diſſenſiones, quarum nulla exitium Reipub. quæſiuit, eiuſmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, ſed internecione ciuium diiudicatæ ſint. Budæus.

Diiudicatio, onis, f. t. *Διάκρισις, Διάκρισις.* [Ita. Interpoſitione di giudicio. Gal. Interpoſition de iugement. Hiſpa. Aquel iuyzio entre partes diuerſas. Germ. Entſcheidung, berichte.] Cicero 1. de Legibus, Nam iſta quidem magna diiudicatio eſt.

Diiungo, is, Separo, diuido. a. t. *Διαζεύγνυμι, Διέγνυμι.* [Italic. Diſiugere, ſeparare. Gal. Diſioindre, ſeparer. Hiſp. Deſunir ò apartar. Germa. Zertheilen, von einanderen abſönderen.] Cicero ad Attic. lib. 7. Redeamus domum, diiungere me abillo uolo.

Diſabor, p. pr. d. t. Diſſugio ſeu eliam diſcedo. *παρολισθάνω.* [Ital. Partirſi aſcoſamente. Gal. S'eſcouler, cheoir petit à petit. Hiſp. Deleznarſe ò huyr de entre manos. Ger. Binfal len.] Cic. lib. 1. Tuſc. Sed neſcio quomodo dom lego aſſentior: quum poſui librum, & mecum ipſe de immortalitate animarũ cœpi cogitare, aſſentio illa omnis dilabitur. ¶ Proprie uerò dilabi, eſt deorſum labi, corruere. Lactan. lib. 1. Domus ab habitatore deſerta dilabitur, id eſt corruit. Cicer. in Læl. Iam enim à ſapientium familiaritatibus ad uulgares amicitias oratio noſtra dilabitur, id eſt, deſcendit, ſiue decurrit. *Διαφέρεται.* ¶ Aliquando ponitur pro deficere. *ἀτονεῖν* Lact. lib. 7. Deſcribentes quaſi fatigati, & dilabentis mundi ſenectutem, id eſt, deficientis.

Dilapſus, participium. *Διολισθών, Διολισθηκὼς.* [Ital. Scolato, diminuito, caduto. Galli. Eſcoulé, diminué & decheut. Hiſp. Deslizado. Ger. Dahin gefallen.] Ad Heren. libr. 4. Qui fortunis alicuius inductꝰ, amicitiam eius ſecuti ſunt, hi ſimulac fortuna dilapſa eſt, deuolant omnes. Dilapſus rapidè fluuius, Cic. 2. de Legib. Dilapſa aqua, Idem 2. de Nat. deorum.

Dilabidus, a dict. *ὁ ὀλισθηρὸς* [Ital. Che caſca facilmẽte. Gal. Qui chet facilement. Hiſp. Deleznadero. Ger. Das leychtlich hinfallet oder zerfellet.] Quod facilè diffluit. Plin. lib. 9. cap 55. Necnon & ueſtes leporino pilo facere tentatũ eſt, tactu non perinde molli ut in cute, propter breuitatem pili dilabidas.

Dilacero, as, a. p. Idem quod ſimplex lacero. *Διασπάω, Διασπαράττω* [Ital Lacerare, conſumare. Galli. Deſchirer deſtruire & gaſter. Hiſp. Deſpedaçar en partes diuerſas, gaſtar. Germ. Zerreiſſen, Zerzeren.] Lacta. lib. 1. In quibus ipſe poſtea dilaceratus, & captus eſt. ¶ Metaphoricè ſignificat conſumere, dilapidare, & diſperdere. Cic. pro Mili. Et annum integrum ad dilacerandam Rempub. quæreret. Dilacerantur opes Ouid. Epiſt. 1. ¶ Dilacerandus. Catullus, Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibuſq; Præda.

Dilaniare, eſt in diuerſas partes laniare. *Διαρρήγνυμι, Διασπάω.* [Ital. Straccciare, sbrenare. Gal. Mettre en pieces, deſchirer. Hiſp. Deſpedaçar en muchas partes. Ger. Zerreiſſen, Zerzerren.] Ci. pro Milone, Noſturnis canibus dilaniandũ reliquiſti. Comas dilaniare, Ouidius tertio libro Amorum.

Dilapido, as, pen. cor. a. p. diſperdo. *Διαφορέω.* [Itali. Conſumare. Gal. Diſſiper & tollement deſpendre. Hiſpa. Deſtruyr como apedreando. Germ. Vergeũden, Verzeren, Vnnutzigklich verthun.] Teren. in Phorm. Quantum poteſt, cũ conuenerendus Phormio eſt, Priuſquam dilapides noſtra triginta minas, Vt auferamus. Cic. ad Auguſtum, Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Colum. Dilapidans hominum labores grandine Iupiter. Proprie tamen Dilapidare, eſt lapidibus purgare. Cato de Re ruſtic. capite quadrageſimoſexto, Locum bipalio uortito, dilapidato, hoc eſt, lapides auferto. Caſtigatiora exemplaria habent De lapidato.

Dilargior, iris, d. q. Eſt uariè, aut diuerſis largiri. *Διανέμομαι.* [Ita Donare à diuerſi. Gal. Faire largeſſe, donner largement. Hiſp. Dar en diuerſas partes. Ger. Außtheylen vnd hin außgeben. Außtreẽwen.] Cic. contra Legem Agrar. Nec L. Syllæ, qui' omnia ſine ulla religione quibus uoluit eſt dilargitus, agrũ Campanum attingere autus eſt. Sueton. in Cæſ. cap. 28. Cetera item quæ cuiq; libuiſſent, dilargitus eſt, contradicente nullo.

Dilatatio, tumor eſt mollis & digitis cedens, cuius ortus è ſpiritu & ſanguine eſt, Græcè *ἀνεύρισμα* Paulus lib. ſexto, capite 57.

Dilato, as, pen. prod. a. p. Latum facio. *πλατύνω.* [Ital. Dilatare, allargare. Gal. Eslargir, eſtendre, dilater. Hiſpa. Dilatar, enſanchar y eſtender. Germ. Außbreiten. Zerbreiten. Zerthun.] Plin. lib. 11. cap. 1. Nec aliud latius dilatatur, aut numeroſius diuiditur. Cic. pro Flac. Sed non dilatabo orationem meam Idem 1. Offic. Quorum rebus geſtis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. Idem 2. de Nat. deorum, Iſtum enim locum illa uetus Zenonis breuis concluſio dilatauit.

Dilaudo, as, a. p. Idem quod ſimplex laudo. *ἐπαινέω.* [Ital. Laudare. Gall. Loner fort ou en pluſieurs manieres, priſer. Hiſp. Alabar. Germ. Loben.] Cic. Att. lib. 6. Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, & tale quid fecero?

Dilemma, atis, n. t. & Dilemmatum. *Δίλημμα*, per duplex mm, argumentum eſt quod uerum aduerſarium capit: unde & Syllogiſmos corruptos à Gellio appellatur. Hieron. cõtra Ruf. Hoc eſt uerè dilemma tuum, non ex dialectica arte, quam neſcis, ſed ex carnificum officina & meditatione prolatum. Cic. Complexionem uocat.

Diligo, gis, pe. cor. dilexi, dilectum, a. t. Idem ferè quod amo: quanuis minoris uis ſit, ut ſuprà dictũ eſt. *φιλέω, ἀγαπάω.* [Ital. Amare. Gal. Aimer, porter, fauoir. Hiſp. Amar. Germ. Lieben, Liebhaben] Cicer. de Amic. Quocirca dicendum eſt etiam ſæpius: quum iudicaueris, diligere oportet: non quum dilexeris, iudicare. Idem ad Brutum, Sic igitur facies & me actꝰam, bis aut quo contentus ſum, diliges. Ouid. 2. de Ponto. Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt. ¶ Quandoq; diligere eſt diuidere. Plaut. in Cur. Clypearus elephantum, ubi machera dilexit Titinnius apud Non. Pernam totum diligit.

Diligens, o. t. Gnauus, ſolers, minimè ſegnis: à diligendo, quòd ea quæ diligimus, ſtudioſè obeamus. *ἐπιμελὴς.* [Italic. Diligente, aſſiduo. Gal. Diligent, ſongneux. Hiſ. Diligente y cuioſo. Ger. Fleiſſig] Cic. 6. Ver. Diodorus homo frugi, ac diligens qui ſua ſeruare uelle. Idẽ de Amic. Sed Scipio queritabatur, q̃ in omnibus rebus homines diligẽtiores eſſent, ut capras, & oues quot quiſq; haberet, dicere poſſet: amicos quos haberet dicere nõ poſſet. ¶ Horũ contraria ſunt negligens, & indiligens, *ὀλιγωρῶν*. quemadmodũ diligẽtia opponũtur negligẽtia & indiligentia, *ὀλιγωρία*. Cic. de Opt. genet Sed quandã etiam negligentia eſt diligentia. Teren. in Adelp. Ingenium tuum noui liberale, ſed uereor indiligens nimium ſies. Idem in Phor. Pol mei patris parta bene, indiligenter curantur.

Diligentia, f. p. Studium, cura. *Ἐπιμέλεια.* [Ital. Diligenza, l'ingegnarſi. Gall. Diligence, ſoing. Hiſpa. Diligencia. ſolicitud. Germanicè. Fleyß, Sorg.] Plautus in Rudim. Curate hinc ſitis magna diligentia. Diligentia autem ad corpus & ad animum refertur: cura ad animum: opera ad corpus; ideò

ſio in oratione quum ſimul iſta pronuntur, diligentia ſempèr in fine conſtituitur.

Diligenter, aduerbium, Studioſè, cum cura & ſolicitudine. *ἐπιμελῶς.* [Ital. Diligentemente. Galli. Diligemment. ſonigneuſement. Hiſp. Diligente, y curioſamente. Germ. Fleiſſiglich.] Terentius in Eunuc. Curato iſtam diligenter uirginem.

Dilogia, *Διτολογία*, Figura eſt, quum ambiguum dictum duas res ſignificat. *ἀπὸ τῆ δὶς τὸν λόγον.*

Dilorico, as, penul. prod. a. p. Significat diſcindo. *Διχιτῶνω.* [Ital. Fendere, ſqarcare. Gal. Deſchirer, rompre. Hiſpan. Deſmallar, hender. Ger. Zerzeren, Zerſchtentzen.] Cic. 2. de Orat. Qui in cauſa peroranda non dubitauit reum excire Conſularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduerſas ſenis imperatoris oſtendere. Alibi idem exè plum memorans dixit, Tunicam à pectore diſcidit: ut intelligamus idè eſſe diloricare & diſcindere. Egeſippus li. 3. Mo mentani bellatoris gladios oculentes quencunq; reperiebant diloricabant, quod eſt quaſi loricam diſſoluebant, ſicut d. fibulare, eſt diſcingere & fibulam reſoluere.

Dilùceo, es, diluxi, ere, Diſtinctè, ſiue perfectè lucere. *Διὰ τὸ λάμπω, λάμπω.* [Ital. Rilucere. Gal. Luire, eſtre clair. Hiſp. Luzir, ſer claro. Germa. Vollkommenlich ſcheinen.] Gell. lib. 2. Cõtrà uerò qui ſex horis poſterioribus naſcitur, eo die uideri natum qui poſt eam noctem diluxerit. Horat. in Epi. Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum. ¶ Dilucere per translationem, pro clarum & apertum eſſe. Liu. 3. ab Vrbe, Dilucere res magis Patribus atq; COSS.

Dilucidus, m. f. Clarus. *ἐμφανὴς.* [Ital. Chiaro, lampegiante, lucente. Gal. Fort clair, luiſant. Hiſpan. Claro y manifiesto. Germ. Scheinbar, heiter, erleüchtet.] Plin. lib. 9. c. 29. Sic gaudet laudatus ille pallor ſaturitate fraudata, tantoq; dilucidior, quanto magis uellera eſuriunt. Cic. 1. de Finib. Nec enim in Torquati ſermone quicquam implicatum, aut ſor tuoſum fuit: noſtraq;, ut mihi uidetur, dilucida oratio.

Dilucidè, aduerbium, Clarè, & perſpicue. *σαφῶς.* [Ital. Chiaramente. Gal. Clairement, apertement. Hiſp. Clara y manifeſtamente. Ger. Klaarlich, Scheinbarlich.] Tere. Phor. Dilucidè expediui quibus me oportuit iudicibus. Plin. lib. 18. c. 18. Literas quidem miſcebo agreſtibus negociis quàm potero dilucidè atq; perſpicuè.

Dilùcido, as, a. p. Declaro, clarum facio. *ἐμφανίζω, σαφηνίζω, ἀποφαίνω.* [Ital. Declarare, far chiaro. Gal. Declarer. Hiſp. Enclarecer, hazer claro. Ger. Erleüteren, Klaar und heyter machen.] Ad Heren. lib. 1. Nam quod in docendo rei dilucidandæ cauſa dolum appellauimus, id in dicendo honeſti ut conſilium appellabimus.

Dilucéſcit, Dies fit. *Ἡμέρα ἐμφαίνει. ἡμέρα γίνεται.* [Ital. Si fa giorno. Gal. Le iour point, le iour commence à aparoir. Hiſpa. Alboreca ya, uiene el alua. Germ. Es taget, Der tag bricht an.] Cic. In Catil. Ipſi comprehenſi, ad me, quum iam dilucéſceret, deducuntur. Liu. 6. bel. Macedo. Iam dilucéſcebat quum ſignum conſul dedit.

Dilúculum, li, Ante ſolis ortum aurora, quaſi parua diei lux: quòd tum dies lucéſcere inciperet. *πρωϊσθρον.* [Ital. L'aurora, l'alba. Gal. L'aube du iour, le point du iour. Hiſpa. El alua ò mannana, ò madrugada. Germ. Das angehend tagliecht deſs morgens.] Hieron. ad Euſtoch. Horam tertiam, ſextam, nonam, dilúculum quoq; & veſperã nemo eſt qui neſciat. Plau. Amph. primulo dilúculo Abiiſti ad legiones. Cicero pro Roſcio Amer. Et quum poſt horam primam noctis occiſus eſſet, primo dilúculo nuncius hic Ameriam uenit.

Dilúculò, aduerbium, Significat ſummo mane, ante lucem. *λυσιτελῶς.* [Ital. Al far del giorno. Galli. A l'aube du iour, au point du iour. Hiſp. Al tiempo dela madrugada. Ger. Angehends tags, an dem morgen frü.] Cic. ad Att. lib. 16. Quũ ante lucem de Sinueſſano turreſſem, uenieſſemq; dilúculò ad pontem Tirtium.

Dilúcŭlo, as, pe. cor. n. p. Significat dilúculum fieri. *ἐῤῥῳνω.* [Ital. Farſi giorno, aggiornare. Gal. Se faire iour, le iour poindre. Hiſp. Madrugar ò amanecer. Germ. Tag oder heiter werden.] De craſtino ubi primùm dilúculabit, fac amicos adeas, & roges ueniant. Sed hoc uix aliter quàm in tertia perſona & imperſonaliter.

Dilúculaſcit, Dilucéſcere incipit. *ὄρθρος γίνεται.*

Dilúdia, orum, Ludorum inter miſſio, ceſſatio ludo. [Ital. Intermiſſione de giuochi. Gal. Intermiſſion de ieu, delayment de ieu. Hiſp. Ceſſacion de iuego ò burlas. Ger. Vnderlaſſung, oder Ablaſſung von dem ſpyl.] Horat. libr. 1. Epiſt. Diſplicet iſte locus, clamo, & diludia poſco: Ludus enim genuit trepidum certamẽ & iram. Vbi Acron, Diludia ſunt tempora quæ gladiatoribus conceduntur, ut intra quinq; dies pugnent. Porphyrion, Diludia intermiſſio ludorum uel dilatio.

Dilúo, is, dilui, dilutum, p. t. ex di, & antiquo uerbo luo, Lauo, purgo, reſoluo. *ἀπολύομαι.* [Ital. Purgare, lauare. Galli. Deſtremper, ramollir, diſſoudre en liqueur. Hiſp. Lauar, deſleir. Germ. Abwäſchen, Säuberen, Vermiſchen.] Cæſ. 2. bel. Ciui. Super lateres corta inducũtur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. ¶ Item aquam, uel alium liquorem miſcere, têperare. *βρέχειν.* Vrg. 4. Geor. cui tu lac ſte fauos, & mitti dilue Baccho Perſ. Diluis helleborum, dixit pro eo quod eſt, medicamentis temperas. ¶ Translatè uſus eſt Cic. 1. Tuſc. Quæ cogitatio una maximè omnes molestias extenuit & diluit, id eſt ſoluit, & enervat, quemadmodũ unũ aqua dilutũ ſubneruatur. ¶ Ita etiam diluere crimina dicimus. id eſt, purgare, & refellere: ut oratores quã do refellunt obiectiones aduerſarii. Cic. 7. Ver. Quo facilius crimẽ inimicorum diluere poſſim. Idẽ 1. de Nat. deo. Nam ut profluens amnis, aut uix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facilè corrumpitur: ſic orationis flumine reprehẽſoris uitia diluuntur. ¶ Ponitur etiam pro explicare, declarare. Plaut. in Rud. Abſtine maledictis, & mihi quod rogaui, dilue. Cicer. pro Cluent. Quum ego unaquæq; de re dicam, & diluam.

Dilútus, a um, pen. pro. *κεκραμένος, ἀκρατὴς.* [Ita. Miſto, têperato. Gal. Deſtrempé, meſlé parmi. Hiſp. Mezclado, templado. Ger. Gemenget, Vermiſcht, Gewäſſeret.] Quod eſt miſtum ſiue temperatum: unde unum aqua miſtum dicitur dilutum. *οἶνος ὑδαρὴς.* Martial. Diluti bibis unciam falerni. ¶ A quo dilucius, & diluti ſſimum, prout minus pluſue aquæ admiſtum fuerit. Vnde Corn. Celſus præcipit hyeme meracius eſſe bibendum, æſtate dilucius. Hieronymus uinum dilucius uocat aquarius. Vinum (inquit) ſi aquatius bibitur, calix frangitur, menſa ſubuertitur. Meracius uinum dicitur, quod minus dilutum, ſine aquatũ eſt. *ἀκρότερον.* ¶ Dilutus color dicitur quum oleo uti aqua adhibita min' eſt intẽſus. Gel. Luteus color rufus eſt dilutior.

Dilutum, pen prod. neut. gen. Vocatur id liquidum in quo aliquid certo tempore fuit macerarum: ut ſi in uini dolio abſinthium diebus aliquot maceretur, ac deinde eximatur: id uinum, abſinthii dilutum dicetur. Plin. lib. 27. cap. 7. Bibitur & madefacti abſinthii dilutum: ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio eſt, ut quiſquis fecerit modus aquæ, tegatur per triduum.

Dilúuiõ, n. f. Terræ inundatio ab immodicis imbribus, uel maris fluuiiue incremẽto proficiſcens. *κατακλυσμὸς.* [Ita. Diluuio. Gal. Deluge, rauine d' eaue. Hiſpa. Diluuio, anegada de agua. Ger. Ein überſchwemmung mit waſſer, Ein waſſerflůt.] Plin. in Epiſt. Hic aſſiduæ tempeſtates, & crebra diluuia. ¶ Diluuium metaphoricè pro euerſione Troiæ dixit Virgil. Diluuio ex illo diuerſa per æquora uecti.

Dilúuies, diluuiei. fœm. gen. quin. Idem, *κατάκλυσις.* Lucre. lib. 6. Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus. Horat. lib. 1. Carm. Horridamq; cultis diluuiem minitatur agris.

Dilúuio, uias, uiare. *κατακλύζω.* [Ital. Inondare. Gal. Inonder, couurir d' eaues. Hiſpa. Eſtruir tambien con auenidas. Ger. Vberſchwemmen, Vbergieſſen mit waſſer.] Lucret. lib. 5. Tantum ſuppeditant amnes, ultrq; minantur Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

Dimãno, as, pe. pro. n. p Diuerſè ſiue diuiſim mano, deflúo. *Διαῤῥέω, διαβρυάζομαι.* [Ital. Deriuare, gocciare in diuerſe parti. Gal. S' eſpandre. Hiſpa. Manar en diuerſas partes. Ger. Zerflieſſen, Von einanderen flieſſen.] Cic. pro Cælio. Equidem ut ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forenſis labor, uitæq; ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paulò latius commendatione & iudicio meorum.

Dimembro, as, a. p. à membro deductum ſignificat, ſeparo, diuido. *Διαμελίζω.*

Dimẽtior, iris, menſus ſum, d. quart. Idem quod metior. *Διαμετρέω.* [Ita Miſurare. Gal. Meſurer, compaſſer. Hiſ. Medir. Ger. Meſſen, ermäſſen.] Cic. de Sen. Mori uidebam' in ſtudio

ſtudio dimetiendi penè cœli atq; terræ. C Galium familiarē patris tui Scipionis. Idē in Orat. de uerbis eum cōponendis, & de ſyllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquuntur.

Dimetiens, dimetientis, fœminini generis. Linea recta, figuram quæ longiſſimè patet, ex æquo ſecans: quam Græci παρὰ τὸ διαμετρεῖν, diametron appellant. *Διάμετρος*. Plin. lib. 2. c. 21. Quantitates enim dimetientes habeat ſeptimas, tantas habere circulum duo & uiceſimas.

ras Aliquando cum uno tantùm, licet aliter possit intelligi. Pretium autem quod à discipulo exoluitur doctori, ponitur in ablatiuo. Excipiuntur hi quatuor genitiui, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum ipsorum compositis. Cic. 2. Philipp. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil sapere docuit. Iuuenalis, Chrysogonus quanti doceat, uel Pollio quanti. Aliquando cum ablatiuo. Cicero Patronem, Socratem fidibus docuit. Vbi nonnulli uolunt intelligi uerbum Canere, uel aliquod simile. ¶ Interdum idem est quod ostendere, uel declarare. Virgil. 1. Aeneid. docuit post exitus ingens. ¶ Interdum idem quod monere, siue certiorem reddere, *παραινεῖν*. Sallust. in Iugurtha. Tametsi legatos miserat qui Senatum de caede fratris, deúmque fortunis suis docerent Cic. Appio Pul. Ne literas quidem ullas accepi quæ me docerẽt quid ageres, aut ubi te uisurus essem. ¶ Huius composita sunt, Addoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, quæ ambo significant perfectè doceo, *διδάσκω*. Sallust. in Catil. Cicero per legatos cuncta edoctus. Plaut. in Stich. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, prius doceo. *προδιδάσκω*. Sallust in Iugurth. Interdum illi qui Centuriis præerant prædocti à duce, arma, ornatumque mutauerunt. Subdoceo, loco alicuius doceo. *ὑποδιδάσκω*. Cic. ad Attic. lib. 8. Ciceronesque nostros potius meo labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

Doctus, *ta*, *tum*, Scientia imbutus, *ὁ ἐν τοῖς λόγοις εὐδοκιμῶν, πεπαιδευμένος*. [Ital. Dotto. Gall. Enseigne, bien appris, docte, sauant. Hisp. Docto y ensennado. Germ. Gelert.] Cic. lib. 1. Offici. Nec me angoribus dedici quibus essem confectus, nisi his restitissem: nec rursus indignis docto nomine uoluptatibus. Idem in Orat. Itaque & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Suet. de claris Grammat. Fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minus Græcè quàm Latinè doctus. Artes doctæ, Ouid. 9. Metamorph. Dicta docta, Lucret. li. 5. & doctis rationem reddere dictis. Docti dolo. Plaut. Mil. Ei nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucoma ob oculos obiiciemus. Facies docta. Ouid. 2. Amor. O facies oculos docta tenere meos. ¶ Dicitur autem doctus qui rationem rei tantùm tenet: peritus, qui cum ratione experientiam, & consuetudinem tenet, *ἀπὸ τῆς πείρας*, id est experientia. Itaque minus est doctus, quàm peritus. Cicer. in Sallust. Satis docte atque perite fecisti. Idem lib. 3. Offic. Itaque quum sint docti à peritis, facilè desciscunt à sententia. Maiorem tamen uim habet doctus, quàm eruditus. Idem libr. 1. Offici. Nec solùm ului, ac præsentes, studiosos discendi eruditos, atque docentes, sed hoc idem etiam pòst monumentis literarum assequuntur. Nec mirum est quòd minus sit eruditus quàm doctus: quoniam rudis & eruditus contraria sunt. Plinius. Sedere cœpit sententia hæc, pariterque & eruditum uulgus, & rude in eam cursu uadit. Quint. lib. 1. Pædagogi exigit ut sint eruditi, quo adolescentes erudire queant: aut se non eruditos esse sciant, ne quippiam tradant cuius ipsi sint ignari, quodque postea sit dedocendum. ¶ Est autem doctus in hac significatione nomen, non participium: nullum enim importat tempus. ¶ Hinc fit compositum Indoctus, *ἀπαίδευτος*, quod quum uerbo careat, participium esse non potest: quemadmodum & Semidoctus, *ἡμιμαθὴς* Cic. Cornelio, Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo sæpè suspicatus sum te à iudicio nostro, sicut doctum hominem à non indocto, paulum dissidere. Plaut. in Asin. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te remouis.

Doctè, aduerbium. Scitè & eleganter, *ἐπιστημόνως*. [Italicè, Dottamente. Gall. Doctement, sauamment. Hispa. Docta y ensennadamente. Germani. Künstlich, Artlich, Vuerctlich.] Cicero libro tertio de Orato. Tum ad te laudibundus doctè & dicacitè detulit. Doctè & peritè facere, Cicer. in Saltustium.

Dŏcĭlis, pen. corr. om. t. Qui facilè disciplinam apprehendit, *εὐμαθὴς*. [Ital. Che apprende facilmente. Gal. Qui sprend aisement, qui se laisse enseigner. Hispa. Cosa habil para ser ensennada. German. Gelehrnig.] Cic. Trebatio, li. 7. Epist. O medicum suauem, meque docilem ad hanc disciplinam. Idem 3. Tusculan. Deinde ad hanc eneruatam, muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Lactan. de Opif. Nam si te in literis, nihil aliud quàm loquaces instrumentibus, auditorem satis strenuum præbuisti: quanto magis in his rebus, & ad uitam pertinentibus docilior esse debebis? Varro lib. 1. de Re rustic. Cassius scribit hæc, operarios parandos esse qui laborem ferre possint, ne minores annorum uiginti duorum & ad agriculturam dociles. Cicer. 2. de Orato. Iubent enim exordiri ita, ut eum qui audiet, benevolum nobis faciamus. Docilem autem facio, non tum quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano.

Dŏcĭlis, le, pen. corr. Qui idoneus est ut doceatur, *διδακτός*. [Ital. Habile à enseignarli ò amaestrevole. Gall. Bisse à enseigner. Hisp. Cosa que presto se puede ensennar. Germ. Geschicklich und tugenlich geiert zů werden.] Hieronymus, Ingenium docile, & fine doctore docibile est. Sic Cyprianus, Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Nec facilè reperias, nisi apud Ecclesiasticos. Priscianus autem uult significare docibile id quod facilè discitur: pro quo nos perceptibile dicimus potius. Valla lib. 2. capite 16.

Dŏcĭlĭtas, tatis, fœmin. r. Apprehendendæ doctrinæ facilitas, *εὐμάθεια*. [Ital. Bonta di spirito, l'esser dedito ad imparare, disposition d'intelletto ad imparare. Gal. Docilité, bonté, d'esprit qui est duit à aprendre. Hispani. Habilidad para ser ensennado. Germanic. Ein gelehrnige art die ein ding bald ergreifft vnd fasset. [Cic. pro Sestio, si perfecto genere humanæ docilitatis, atque ingenii dissipatos unum in locum congregauerunt. Idem lib. 1. de Finib. Prioris generis est docilitas, memoria: quas uirtutes qui habent, ingeniosi uocantur.

Dŏctrīna, fœmin. p. Eruditio, quatenus à præceptore proficiscitur, *διδασκαλία*. [Ital. Dottrina. Gall. Doctrine, instruction, enseignement. Hispan. Doctrina ò ensennança. Germani. Lehr, vnderweisung.] nam ut à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cic. pro Arch. poëta. Ego multos homines excellenti animo & uirtute fuisse, & hanc doctrinam, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos, & graues extitisse fateor: etiam illud adiungo, sæpius ad laudem atque uirtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura ualuisse doctrinam. Idem in Orat. Quo fit ut rerum illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quòd alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: ab illis rerum ab aliis uerborum doctrina quæritur.

Dŏcūmentum, neut. secun. à præterito docui, sicut à monui monumentum, Idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores, *διδαγμα*. [Italicè, Documento, amaestramento. Gal. Enseignement, exemple, monstre, experience. Hisp. Ensennança. Germanicè, Lehr, erweysung, ein beyspil das vns etwas lehrt.] Cic. 2. Phili. Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna uoluit, quid esset uictis extimescẽdum. Sallust. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello sæpius uindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerant.

Doctor, uerbale, m. r. Qui docet, *διδάσκαλος*. [Itali Dottore, maestro. Galli. Docteur, maistre, enseigneur. Hisp. Ensennador. Germ. Ein lehrer.] Plin. in Paneg. Quem honorem docendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes? Tacit. li. 14. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat, hoc est Philosophis.

Dŏchmius, mi, penultima correpta, m. s. *δέχμιος*, Pedis genus in numeris oratoriis: de quo Cicer. in Orat. Dochmius (inquit) ex quinque cõstat syllabis, breui, duabus longis, breui, longa: ut est hoc, Amicos tenes: item hoc, Reipublicæ. Quouis loco opus est, dum semel ponatur: iteratus, numerum asperum, & nimis insignem facit.

Dŏcus, m. s. *δοκός*. [Ital. Trauc. Gall. Vn poulire ou soliue, vn sommier. Hispa. Viga. Germa. Ein Balck.] Latinis trabem significat: unde ignitæ quædam æris impressiones oblongæ, trabis similitudinem referentes, *δοκοὶ* à Græcis appellantur: qua uoce etiam usus est Plinius libro secundo, cap. 16. Enti aut & trabes simili modo, duas docos uocant, quales quum Lacedæmonii classe uicti, imperium Græciæ amiserunt.

Dodecatheos, *δωδεκάθεος*. Herbæ genus proximum à molly Homerico autoritatem obtinens. Folia habet septem latitudine follis simillima, à latere radice exeuntia. Author Plinius libr. 25. cap. quarto. ¶ Dodecatheos item à Suetonio in Augusto, appellatur conuiuium quoddam Octauii se-

ctetus, ex duodecim constans cuniculi utriusq; sexus, ad imitationem cœlestis cuniculi, cui Iupiter parem deorum dearumq; numerum fertur adhibere. Verba Suetonii sunt hæc, Cœna quoq; eius secretior in fabulis fuit, quæ vulgò *Dodrantes* vocabatur.

Dodra, f. p. Potionis genus quæ ex nouem rebus fiebat. Ausonius, Dodra, ex dodrante est: sic collige, ius, aqua, vinum, Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

Dōdrāns, masc. tert. Pondus uel mensura constans ex nouem unciis: ita dictum quòd ad conficiendum assem desit quadrās, *τριμοιρίᾳ*. [Ital. Noue oncie. Gal. Les trois parz, comme neuf onces de douze. Hispanicè, Nueue onças. Germanicè, Drey quart oder viertheil eines jeden gewichts, oder mass.] Mart. li. 8. Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.

Dōdrantālis, le: *ὁ τριμοιριαῖος*. ut, Dodrantalis stirps, apud Colum. lib. 11. cap. 3 hoc est trium palmorū, seu digitorum duodecim, cui scilicet ad perficiendam pedis mensuram desit quadrans.

Dogma, atis, neut. ter. *δόγμα*. [Ital. Dottrina affermata per Philosoff, opinione ferma d'una setta, Cosa deliberata per giudici. Gallicè, Decret, opinion & sentence ou proposition deliberée, conclue & arrestée qu'on n'ose desdire. Hispanicè, Doctrina ò decreto. Germanicè, Ein gesatz, ein sonderbare selbs erwölte meinung die ein jede Secta hatt.] & Dogmatum, ti, Nostri modò decretum, modò scitum, modò placitum appellant. Sunt enim dogmata uniuscuiusq; sectæ decreta, quæ (ut inquit Cicero) prodere scelus est, non minus quàm patriam, sine quibus nec sectæ Philosophorum, nec religionum uires constare possunt. Vnde Laertius ait, sectam eam non appellari quæ dogmata non habet. Cicero quarta Tusculan. Quoniam id enim haberent Academici decretum (sententiis enim iam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi, &c. Idē 4. Acad. Sapientiæ uerò quid futurum est, neq; de seipsa dubitare debet, neq; de suis decretis quæ Philosophi dogmata uocant? Græcè etiam *ψῆφισμα*, & *αἵρεσιν* dicitur, teste Budæo. Habent & cæteræ artes sua dogmata: ut in re medica alia Hippocratis, alia Asclepiadis, alia Themisonis dogmata fuerūt. A Plin. in frequenter placita appellantur, ut placita Magorum, & placita Babyloniorum lib. 2. Dicitur autem Dogma *ἀπὸ τῆς δόξης*, quod opinari significat.

Dogmatistes, m. t. Qui aliis dogmata præscribit, *δογματιστής*, à uerbo Græco *δογματίζω*, quod est decreta præscribo, dogmata trado. Hieronymus, Nunc uerò quum interpres magis Apostoli fuerim quàm dogmatistes.

Dolabella, Dolabra, Vide Dolo.

Dolenter, Dolentia, Doleo, Vide Dolor.

Dolia, cicuta apud Dioscor. li 4. ca. 82.

Dōlia, orum, n. f. Vasa maiora, uino seruando præcipuè idonea, quæ olim fictilia potissimum erant, *πίθοι*. [Ital. Botte, dogli. Gall. Vaisseaux à serrer le vin, tonneaux. Hispan. Tinajas ò vasijas grandes de barro. German. Fässer.] Plaut. Cas. Dabitur tibi amphora una & una semina, Fons unus, unum labrum, & octo dolia. Terent. in Heaut. Reliqui omnia dolia, omnes serias. ¶ Veteres dolia fictilia in cellis uinariis seruabant, quæ si duas aures haberent, diotæ dicebātur. Iureconsulti scribunt, Vino legato cum vasis, dolia legata non uideri: quia scilicet ea mente vinum in dolia condimus, ut ex his postea in amphoras uel cados diffundamus: quod deinde vinum diffusum nominatur. Iuuen. Illecapillato diffusum Consule potat. Cicer. de clar. Orato. Nam igitur qui hoc sentiat, si is potaret uelit, de dolio sibi hauriendum putet? ¶ Vnde etiam, E' dolio haurite, *ἐκ πίθου ἀντλεῖν*, prouerbialiter olim dicebatur qui abundabat rebus optatis. ¶ Inexplebile dolium, *ἄπληστος πίθος*. Varius est huius adagionis usus. Quadrat enim primum, *εἰς τὸν ἀδιάφορον*: hoc est, in gulones edaces q. Quadrabit & in obliuiosum, cui liquid eruditionis infundas, protinus effluit, quiq; prius obliuiscatur quàm didicerit. Competet etiam in homines præter modum profusos. Aristot. Oeconomicōn 2. Congruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil est satis: uerùm quò magis implentur opibus hoc magis inanes esse uidentur. ¶ Volutur dolium, *λιθύλλει ὁ πίθος*. In eum qui commonetur alieno exemplo suo instinctu ad sanè quid faciendum. Nam dolium facit impulsu quo uelis uoluitur. At sapiens semper fixus est & immotus.

Dōlium, exuditorium, Laconici species, Germanis hodie in usu nec improbatum. Vā sunt olim & Veteres, ut inquit Actius serm. 13. ca. 14.

Dōlīōla, n. f. diminutiuum à doliis, *πιθίσκος*. [Italic. Botticini. Gall. Petis muys ou tonneleis. Hispan. Tinajuelas. Germanic. Fässlin.] Vnde & locus in urbe fuit sic uocatus, eo quòd post Allicnsem cladem Gallis Vrbem inuadentibus, doliola in quibus sacra Romanorum Pontifices condiderāt, eo in loco fuerint defossa à flamine Quirinali, sicut T. Liu. lib. 5. scribit. Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. Festus.

Dōliāris, & hoc doliare. *πιθώδης, ὁ τῶ πίθω*. [Ital. Ciò che s' appartiene à doglio. Gall. De tonneau ou de muy. Hisp. Cosa de tinaja. Germani. Das zů den Fassen gehört.] Quod ad dolii magnitudinem, siue capacitatem accedit. unde Plaut. in Pseudulo, festiuiter appellat anum uentricolam, doliarem, Ego deuortor extra portam huc in tabernam tertiam. Apud anum illam doliarem, claudam, crassam. ¶ Vita doliaris, *ζωὴ πίθου*, prouerbio dicitur uita frugalis, parca, ab omni strepitu atq; ambitione semota breuiter tam qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur: poterit torqueri & in eos qui nimium sordidè, nimis sanctè atq; immundè uiuunt.

Dōliārius, masc. s. Significat eum qui dolia facit, & componit, *πιθοποιὸς, πηλαμεύτης*. [Ital. Bottaro. Gall. Celuy qui fait muys ou tonneaux. Hisp. El que haze tinajas. Ger. Ein Küffer.] Plin. lib. 3. cap. 6. Aenaria insula à statione nauium Aenea, Homero Inarime dicta Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, ut aliqui existimant, sed à figlinis doliariorum.

Dolīarium, rii, substantiuū, quod apud Iureconsultos ponitur pro ipsis doliis, uel cellis in quæ dolia uinaria sunt, *πίθοι*. Si (inquit) ex doliario pars uini uenierit.

Dōlīchus, m. s. *δόλιχος*. Spatium est duodecim stadiorum, uel (ut Suidas tradit) uiginti quatuor. Iulius Pollux Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omnium maximum: in quo qui decertabant, dolichodromi dicebantur. ¶ Est præterea dolichus, leguminis genus, caule tenerrimo: sed si perticam adiunctam habeat, in miram altitudinem ascendente, alioqui nitiosum & infrugiferum. Alii cicercula interpretantur, alii phaseolum. Vide Galen. li. 2. de Alimen. facult.

Dōlo, las, act. p. Dolabra, sine ascia læuigo, uel cœlo, sculpo, *πελεκίω, ἀποξέω*. [Ital. Asciare, polire. Gal. Doler, unier, esboucher. Hispan. Dolar, ablanar. German. Hoblen, glatt machen.] Proper. Stiches acerous eram properanti falce dolatus. Cic. 4. Acad. Non enim est ex fasce scalptus, aut robore dolatus. Colum. lib. 1. cap. 2. Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ab unguē per quadrata debet pedum x. Idem lib. 8. cap. 3. Dolare perticam in quadrum. ¶ Apud antiquos etiam in usu fuit Dolio, dolis, dolui, dolitum. Varro in Agatone, ut citat Nonius, Numnam cuiatus in manu dextera scyphus, cœlo dolitus, artem ostentat Mentoris? ¶ Huius uerbi composita sunt, Dedolo, & Edolo, de quibus locis suis.

Dōlabra, brę, pen. corr. f. p. Instrumentum fabrorum quo ligna dolant, *ἀξίνη*. [Ital. L'ascia. Gall. Doloire hache. Hisp. Segurola ò açuela para dolar. German. Ein Hobel.] Col. lib. 3. Quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. Paulus in l. Quum de lanionis de Fund. instr. leg. uocat etiam hoc nomine instrumentum lanionum quo carnes dissecant.

Dōlābella, diminutiuum à dolabra, *ἀξινάριον*. [Ital. Piccola dolatora. Gall. Petite doloire ou hachete, hachon. Hisp. Açuela. Germ. Ein Hobelin.] Col li. 5. Semper circa eras dolabella dimouenda est terra. Hoc etiam cognomine usa est familia quædā Romanorum, ex qua fuit Cornelius Dolabella Ciceronis gener.

Dolabelliana pyra, longissimi pediculi, ab insitore Dolabella sic dicta Plin. li. 15. ca. 15.

Dōlōnes, m. t. *δόλωνες*, ita dicti à fallendo, quòd ingentes conti, ferro breuissimo, quum speciem præferant ligni, intus ferrum acutum habeant. Virg. lib. 7. Pila, manu, sæuosque gerunt in bella dolones. Vbi Seruius ait dolonem flagellum esse, intra cuius uirgam lateat pugio. Plutarchus in Tiberio, *δόλωνα* interpretatur siccam latronum. Vera

bacis sunt hæc, ὥστε πεπᾶνον ὀλίνδειν ἀγνοοῦντες ὑποζύγιον σὺν δικελίᾳ γλαφυρόν, ὃ δόλωνα καλοῦσι In instrumento autem naui Dolones dicuntur uela minora quæ supra scatia (eo enim nomine uela maiora dicuntur) celeritatis causa solent erigi. Liuius libr. 27. Dolonibus erectis altum petere contendit. Ibidem, Sublatis dolonibus effuse effugere cœpit.

Dŏlor, ōris, m. n. est animi uel corporis cruciatus, ἄλγος, τό [Ital. Dolore, dogl'ia. Gall. Douleur, facherie, ennuy Hisp. Dolor. Germani. Schmertz. Leid] Cicer. 2. Tusculan. Dolor est motus asper in corpore, à sensibus alienus. Terentius in Andr. Eius labore, atque eius dolore gnato ut medicaret tuo. Cicer. Sulpitio libro 4. Est omnino uix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatione perandi.

Dolor natura est alteratio: ut inquit Hippocrates, Dolor per contensum uel assensum sic communitatem uocatur qui est membro alteri membro compatiente. Galen. libro 3 de locis affectis cap. 1. Dolores extensui dicti sunt, quòd extensionis sensum inducunt. Dolorum multas & innumeras origines, tum eorum quoque causationem & species enarrandam, uide copiosissimè apud Galenum libro 2. De locis affectis. Dolor pulsatorius, siue turgidus, est qui à parte priuatario affectu, uelut in radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur. Galen. lib. 2. De locis affectis cap. 2.

Dŏlōsus, generis fœminini, primæ declinationis, antiquis fuit in usu pro dolore, ἄλγημα. Cuius compositum est Indolentia, hoc est absentia doloris: in qua Philosophorum nonnulli summam felicitatem posuerunt. Cicero, Vt qui rem expectandam uel uoluptate, uel in dolentia metiuntur.

Dŏleo, es, dolui dolitum, n. f. Dolore afficior, corpore uel animo crucior, ἀλγέω. [Italice Dolere. Galli. Se douloir, estre doulent, estre faché & despleu. Hispan Doler è dolerse. Germa. Schmertzen, leiden.] Terent. in Eunuch. Dolet dictum imprudenti adolescentulo, & libero. Cicero in Vatinium, quis tum non ingemuit, quis non doluit Reipub. casum? Hoc uerbum, si ad corpus referatur neutrum acquisitiuum est tur. Oculi dolent uiro tuo, Plautus in Amphi. Mihi etiam misero nunc male dolent. Sin de rebus alienis, affectiuum est tur. Doleo tuis rebus aduersis, id est, propter res tuas aduersas, ἄχθομαι. Aliquando etiam cum accusatiuo: ut, Doleo tuam miseriam. Doleo tuam ulcem, σὴν χάριν ἄχθομαι. Doleo ulcem Reipub. περὶ τῶν πεινῶν. Sallustius. Quasi dolent eius casum. ¶ Huius composita sunt Condoleo, quod est simul, uel in totum doleo, συναλγέω, συμπάθῶ, συμπάσχω. Plaut. in Tuscu. Dare iam soleas, atque intrò me ducite à uxorem, Nam mihi de uentò miserè condoluit caput. Dedoleo, de quo alibi.

Dolenter, aduerbium, ἀλυπῶς, περιαλγῶς. [Itali. Dolentemente, con tristezza & affanno. Gal. Dolentement, par douleur, en tristesse. Hispan. Dolicndose è dolorosamente. German. Schmertzen, mit betrümmernuss.] Plautus Ciceroni, libro Sed quicquid tibi scribo, dolenter me here ule magis, quàm inimicè facio. Plin. Epistol. 5 Vnice probo quòd Pompeii Quintiani morte tam dolenter afferis, ut amici charitatem desiderio extendas. Ouid. 4. Met. Nihil illo fertur uolucrum moderator equorum Posse Phaethontæos uidisse dolentius ignes.

Dŏloro, as, a. pas. dolore afficio.

Dŏlōrĭficus, ca, cum, Quod dolorem facit, ἀλγυνός.

Dŏlus, doli, m. s. δόλος. [Ital. Inganno, frande. Gal. Dol, fraude tromperie, cautelle, finesse Hispani. Astucia è engaño. Germani. Ein list, beschiss oder betrug] Græca dictio est, quæ apud Latinos accipitur pro fraude & machinatione quæ fit ad fallendum aliquem. Plaut. in Capt. Non dolo non dolo sunt, ni astu cosas. Terent. And. Simul sceleratus Dauus, si quid consilii Habet, ut consumat nunc, quum nihil obsint doli. Cicer. pro domo sua. Illud in primis, neque calumnia, neque fraus, neque dolus adhibeatur. Veteres tamen etiam in bonam partem accipiebant, pro solertia & calliditate quæ aduersus hostes, adhibebatur. Vnde dolum malum ueteres dixerunt discriminis causa, quòd & bonus quidam dolus diceretur, δεινότεχνημα. Terent. in Eunuch. Iam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia. Vipian. de Dolo malo. l. 1. Dolum malum Seruius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi causa, quum aliud simulatur, & aliud agitur. Cicer. 3. Offic. Nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus pertulerat formulas, in quibus ipsis quum ex eo quæreretur quid esset dolus malus, respondebat, quum aliud simulatum est, aliud actum.

Dŏlōsus, pro fraudulento, δολερός. [Ital. Ingannatore, cautelloso. Gall. Trompeur, cauteleux, plein de finesse Hispan. Engannoso, astuto. Germanic. Betrieglich, voll böser anschlag] Plaut. in Epistol. Ego aliquam parabo dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit Cic. pro Rab. Posth. Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis, Romam uenit. Ouid. 17. Meram. Artes dolosæ.

Dolosè, aduerbium, δολερῶς, δολίως. [Ital. lic. Con inganno, Gall. Par tromperie, cautelcusement. Hisp Astuta y engañosamente Germ. Betrugenlichen] Cicer. 3. Offic. Quum dicitur inter bonos bene agier, quicquid agi dolosè an malitiosè potest?

Dōma, æ, s. n. δῶμα, δόμος, [Ital. Tetto piano Galli. Toit, couuert Hisp. Cosa è tejado de casa. Germa. Ein Tach das öben und nit haldecht oder flötzig ist.] Tectum. Namque inquit Hieronymus) in Aegypto, & in Palæstina, ubi uel serpenti diuini libri, uel interpretatæ sunt, non habent in se ullis culmina, sed domata, quæ Romæ uel solaria, uel mœnia nocantur. id est, plana tecta, quæ transuersis trabibus sustentantur. Dentq; & Petrus in Actis Apostolorum quando ascendit in domo, in tectum ædificii ascendisse credendus est. Et quando præcipiebatur, ut in tecto taceret per circuitum quasdam eminentias ne facilis in præceps esset lapsus. Et in Euangelio, Quæ auditis in aure, dicite super domata.

Domabilis, uide Domo domas in Domus.

Domesticatim, Domesticus, uide Domus.

Domicilium Domicœnium, Dominium, Dominor, Dominus, uide Domus.

Domiporta, fœ. p. Cochlea dicitur, quòd domum suam per petuò circumferat: Vnde etiam Græci φερέοικον uocant. Cicer. 2. de Diuin. Vt siquis medicus ægroto imperet ut fumar terrigenam, terdigradam, domiportam, sanguine caffam potius quàm hominum more cochleam.

Domitor. Domitrix, uide Domo, domas, in Domus.

Domo, domas, uide Domus.

Dŏmus, fœmin. g. & f. pr. priè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus constat: Impropriè pro quocunque habitaculo, οἶκος, δόμος. [Ital. & hispan Casa Gall. Maison Germanicè, Ein Hauss] Vnde & templa, & autem nidi, domus dicuntur, οἰκήματα. Virgilius lib. 1 Oliæ fundo domus patuere ingentia centum. Sponte sua. Idem 8 Aeneid. Antiquasque domos auium cum stirpibus imis Eruit. ¶ Aliquando domus dicitur familia, οἶκος. Idem l. 5. Sergestus q domus tenet à quo Sergia nomen. ¶ Aliquando sumitur pro tota aliqua gente. Idem 1. Aeneid. Quum domus Assaraci. uolens intelligi Romanos qui ab Assaraco per Troianos originem ducent. ¶ Aliquando pro patria. Idem 3. Aeneid Da propriam Tymbræe domum da mœnia fessis. ¶ Facit autem genitiuum, domus & domi, dativum domui accusatiuum domum, uocatiuum domus, ablaticum domo. Differunt tamen duo hi genitiui, domi & domus, ut Domus ædificium ipsum significet: quod ex tecto & parietibus constat. Aptè itaque dicemus, partem domus sum demolitus: non, partem domi. Pro eodem etiam apud ueteres legitur Domus. Vario, Per texit in interiorem partem domus. Sed quum dicimus domi, locum significamus in quo quis habitatur, Domi maneo, οἴκοι μένω. Terent. in Adelph. Quid ais bone uir, est frater domi? ¶ Inuenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitiuus domi pro domus. Plaut. in Trinummo. Non fugitiuus est homo: commeminit domi. ¶ In numero plurali facit nominatiuum domus, dativum & ablatiuum domibus, accusatiuum domos, uel domus, genitiuum domorum, & nonnunquam domuum. Plin. lib. 8. ca. 27. Quo in genere multi & hos incolas domum posuere mures. Legitur etiam nonnunquam in ablatiuo singulari domu, Plaut. in Militc, Aiti sese Athenas fugere cupere ex hac domo ¶ Domi, & In domo, idem significat. ἐν τῷ οἴκῳ. Quintilia. In domo furtum factum ab eo qui domui non fuit. ¶ Dicimus etiam Reuertor domum, & ad domum

οἴκοθι. Exeo domo, uel è domo, οἰκόθεν. ¶ Admittunt autem obliqui huius nominis aduerbialiter poſiti ſex tantùm adiectiua, Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra, & Alienatui, Eſt domi mea, Tu eras domi tua, & ſic de cæteris. Cic. pro domo ſua, Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo phanatice, ſacrificium, quod alienæ domi fieret, inuiſere? Aliquando non ſolent apponi, ſed ſubintelligitur, Domi eo ſcilicet meæ. ¶ Domus amica, domus optima, οἰκία φίλη, οἶκος ἄριστος. Nuſquam commodius, nuſquam libentius, nuſquam lautius homini uiuere contingit, quàm domi. ¶ Domi coniecturam facere, οἰκόθεν εἰκάζειν. Quod non aliunde petitur, id domi fieri dicitur. Plaut. Ciſtel. ¶ Domi pugnans more galli, ἐνδεμάχης ἀντ' ἀλεκτρυὼν. In eum qui ſemper domi delidens, non audet uel in bellum, uel in certamina proficiſci foras. Nam hoc animal pugnaciſſimum quidem eſt, ſed domi. ¶ Vna domus non alit duos canes, εἰς οἶκος οὐ δύναται τρέφειν τοὺς δύο κύνας. Prouerbio iactatus ſenarius in eos, inter quos parum conuenit propter idem lucrum quod communiter expetunt. Refertur ab Ariſtophanis interprete. ¶ Domi manere oportet bellè fortunatum, οἶκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς πράττοντα. Cui ſuppetit copia facultatũ, is ſi uelit fortunatam agere uitam, domi uiuat. ¶ Ad eandem pertinet metaphora, Domi habere. ¶ Huius nominis diminutiua ſunt, Domuſcula, Domunculæ, οἰκίδιον, οἰκημάτιον.

Dŏmĕſticus, ca, cum, Quod ad domum pertinet, οἰκεῖος. [Ital. Domeſtico di caſa. Galli. Domeſtique, de la maiſon. Hiſp. Coſa caſera ò de caſa. Germanicè. Ein Hausgnoſs oder hausgehörig] ut, Domeſtica negotia, domeſtica exempla domeſticum lenocinium Domeſticus uſus, & conſuetudo, apud Ciceronem. ¶ Aliquando domeſticus dicitur manſuetus ac mitis, ἥμερος. Plin. Mite animal, atque domeſticum.

Domeſticus, ci, m. ſ Qui in eadem domo nobiſcum habitat, οἰκεῖος, ἰδιώτης.

Domeſticātim, aduerbium, Significat per uarias domos, ſiue per domeſticos, κατ' οἰκήματα. [Ital. Di caſa in caſa, per le caſe. Galli. De maiſon en maiſon, par les maiſons. Hiſpani. De caſa en caſa. Germa. Von Hauſs zů hauſs.] Sueton. in Cæſ. Quorum ut quam maxima expectatio eſſet, ea quæ ad epulum pertinerẽt, quàuis macellaris oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

Domicœnium, Cœna quæ fit domi, οἰκοδεῖπνον. Apud Martialem, libro 7. Si triſti domicœnio laboras Torani, poteris eſurire mecum.

Dŏmĭtio, f. t. [Ital. Ritornata à caſa. Gall. Retour en la maiſon. Hiſp. Tornada à caſa. Germa. Heimgang.] Dictio cõpoſita ex domo, & itio, quaſi reuerſio ad domum. Cic. lib. 1. de Diuina. Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum, ac domitionem dari. Apol. libro 3. Denique nec latem requiro, nec domitionem paro. Itiones autem dici, ſicut reditiones, & abitiones, teſtis eſt Terentius qui in Phormione ait, Hæcine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ?

Dŏmĭcĭlium, n. ſ Habitatio longi temporis, οἰκητήριον. [Ital. Domicilio habitatione di lungo tempo. Gall. Domicile, is lieu de la demeure ou habitation. Hiſpani. La caſa, ò la morada della de luengo tiempo. Germanicè. Ein behauſung langwirige wonung.] unde Mutare domicilium dicuntur qui migrant ut aliam urbem habitent, tanquam il lis ciues futuri, nam qui ad tempus habitat, mox inde diſceſſurus, domum quidem poteſt habere quam conduxit, domicilium autem non habet. Cic. 7. Verr. Sedẽ antiquam diuinumq; domicilium nocturno latrocinio arq; impetu compilauit. Gell. Qui domicilium in Italia non haberet. Cic. de Senect. Animus cæleſtius exaltiſſimo domicilio depreſſus & quaſi demerſus in terram.

Domo, domas, domui, domitum, & interdum domaui, domatum, olim tertiæ coniugationis fuit, ũ Priſciano creditur, quemadmodum &c. omnia primæ coniugationis uerba quæ præteritum faciunt per ui, diuiſas ſyllabas. Inde manſerunt domui, domitum, & domitor. Eſt autem Domare, manſuefacere, & domeſticum reddere, ἡμερόω, δαμάζω. [Ital. Domare, ſottemettere, far ſuggetto. Gallic. Donter, ſurmonter, rendre ſubiet. Hiſpan. Domar. Germa. Zemmen. Zam machen.] Virgil. 1. Georgic. Talis Amyclæ domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graii memineꝛe Poëtæ, Martis equi biiuges. Plaut. in Caſ. Sed quid ais? iam domuiſti animum? Plin. de uiris Illuſt. Prætor Galliam domuit, Conſul Hiſpaniam, altero Conſulatus Sardiniam. Hinc Domitos hoſtes dicimus, id eſt uictos: & domitos populos, in poteſtatem redactos. Cic. de Prouinc. Conſul. Atque hanc Macedoniam domitis iam gentibus & nitimis, barbariaq; compreſſa, pacatã ipſam per ſe, & quietam. ¶ Equorum domitores, ἱππόδαμνοι. Virgil. 7. Aeneidos, Lauſus equum domitor, debellatorq; ferarum. Domiti equi, ἐνάγωγοι: atque Indomiti, ἀνάγωγοι. Indomitæ gentes, feroces. Idem 7 Aeneid. raptis concurrunt undiq; telis Indomiti agricolæ. Et 8 Aeneid Indomitiq; Daci. ¶ Hinc componitur Perdomo, penul. corr. quod eſt ualde de domo, uel ad finem domo. Martial. libro primo, Herculeæ laudis numeretur gloria, plus eſt Bis denas Pariter perdomuiſſe feras.

Domĭtura, æ, ſum p Domandi actus, δάμασις. [Ital. Domatione, domamento Galli. Doutement, aprimoſement. Hiſ. Domadura, aquella obra de domar Germanic. Zamung, zam machen] Plin. libro octauo, capit. 46. Domitura boum in trimatu. poſtea ſera, antea præmatura. Colum. lib. 6. Curandum ne in domitura bos calce, aut cornu quemquam contingat.

Dŏmĭtus, tus, tui, m. q Eiuſdem ſignificationis cum ſuperiori. Cic. lib. 1. de Natu. deor. Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum uectiones.

Dŏmĭtor, oris, m. t. Qui rem aliquam domat, hoc eſt cicurem & manſuetam reddit, δαμαστὴς δαμάστωρ. [Itali. Domatore, Gall. Donteur, qui donte. Hiſpanic. El domador. Germa. Ein Zämer, der ein dempt rod zam macht.] Ouid. 2. Triſt. Quid tibi de tetrico referam domitore Chimeram? ¶ Pro eodem etiam legitur Domator. Tibullus, Conuerſus terga domator.

Dŏmĭtrix, cis, δαμάστειρα, δαμάστρια. [Ital. Domache doma, uince & ſupera. Gall. Celle qui donte. Hiſp. Domadora. Germ. Ein Zämerin] Virg. 3. Georg. - domitrixq; Epidaurus equorum.

Dŏmabĭlis, le, om. t. Qui eſt aptus ad domandum, τιθασσευτός [Ital Coſa che ſi può domare Gallic. Dontable, aiſe à donter Hiſpanicè. Coſa que ſe pueda domar. Germanicè, Zämig, das wol zů zwingen vnd zů zämẽ iſt.] Horatius libro 4. Carm. Ode 14. Te Cantaber non antè domabilis Medus. Ouid. 9. Metamor. Atque immune necis, nullaq; domabile flamma.

Dŏmĭto, as, tare, frequentatiuum, συχνὰ δαμάζω. Virgil. 1. Georg. Et ptenſos domitare boues. Idem 7. Aen. - domitant in puluere currus.

Dŏmĭnus, maſ. ſ. A domo ſit: & is propriè dicitur qui domui præeſt, & qui in familiam imperium habet, λύριος, δεσπότης. [Ital. Padrone, ſignore. Gall Seigneur, maiſtre. Hiſp. Sennor como de ſieruos. Germanicè. Ein Herr, Hausherr.] Sunt enim dominus & ſeruus, ἐπὶ τῶν πρός τι, hoc eſt ex iis quæ ad aliquid referuntur. Terent. in Eunuch. Ad paret ſeruum hunc eſſe domini pauperis. Plaut. in Ciſtil. Quis iſtic habitat? L. Demipho dominus meus. ¶ Item Domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicuius proprietatem habent, etiamſi uſusfructus alienus ſit. Abuſiuè tamen & filiifamiliãs, & cæteri liberi, qui in poteſtate ſunt, & uſufructuarii, domini dicuntur. Hæc ex Viplano ¶ Item Dominus uocatur qui in regnum uel ciuitatem imperium habet, & cui populi ſubſunt. Virg. 1. Aeneid. Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. ¶ Rurſus Dominus dicitur maritus. Idem lib. 4. connubia noſtra Reppulit, ac dominum Aenean in regna recepit. ¶ Sunt etiam amantium uerba dominus & domina, blanditiis apta. Ouid. Hęc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella tuo. Et iterum, Nam furor in dominam temeraria brachia mouit. ¶ Item ponitur pro conuiuii exhibitore. Varro. Aut dominum, aut uinum aut aliud quid laudato. Cic. in Vatin. Quum ipſe epuli dominus Q. Appius albatus aſſet. ¶ Dominus quoque & domina, ſumi ſolent pro Deo ac dea. Ouid. Et domino ſolucre uota Ioui. ¶ Dominus ſimpliciter appellatur in Iure Ciuili, qui quoque tempore uſu cœpit. l. ſi ſiuit. parag. Iulianus. de damno infecto Quamuis & ueteres bonoris cauſa dominum aliquem dicere ſolebant, ut cum Neſennius ad Paulum ſcribens. l. Neſennius ad L. Falc. Ex facto, inquit, Domine talis ſpecies incidit. Sic & mariti uxores ſuas, & maritos illæ quandoque appellant. Sic & Plinius, Traia-

num dominum eadem ſcilicet conſuetudine, cuius & Martialis quoque & Seneca meminerunt. Dominus ſic is, cui traditur ex cauſa emptionis, donationis, dotis, mutui, legati, hæreditatis, ſolutionis, tranſactionis, ſcientèr, vel ſimilibus. l. traditionibus. C. De Pactis. l. nunquam nuda. De acquirendo rerum dom. Domini appellatio, à domo deducitur, *οἰκίᾳ*, proprium Græci vocant: & à domo deriuant. Vlpian. in titul. Inſtitut. de hæred. qual. & differ. Domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent, etiam ſi uſusfructus alienus ſit. Vlpian. Domini abuſivè dicuntur filiifamiliàs, & cæteri liberi qui in poteſtate ſunt, & uſufructuarii. Ex Vlpian.

Domina, næ. fœmi. p. Hera, domini uxor, quæ in familiam, aliamue rè imperiũ habet, *δέσποινα*. [It. *La* ſignora, Is mae ſtra. Gallicè, Dame, maiſtreſſe. Hiſpanicè, Senora como de ſeruos. Germanicè, Ein Frauw, Herrin.] Cic. in Parad. Cupiditas honoris, dura domina. Idem libro 2. de Finib. Domina rerum omnium uirtutes. Virg. li. 3. Aene. Et uincti currum domitæ ſubire leones. Cic. li. 3. Offic. Hæc enim una uirtus omnium eſt domina & regina uirtutum. De Iuſtitia loquitur. ¶ Domina, *κατ' ἐξοχὴν* quandoq; pro Proſerpina legitur. Virg. 6. Aen. Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Dominicus, deriuatiuum *κυριακός*, tur, Dominicus dies, qui antea dies Solis dicebatur, quòd Chriſti domini noſtri reſurrectione ſit inſignis. ¶ Dominicæ habitationes, apud Columell. libro nono, capite primo, Rationes dominicas pecuarias conficere, apud Varr. libro ſecundo, de Re ruſt. capit. 10.

Dŏmĭnor, aris, dect. prim. Ius & Imperium in rem aliquam habeo, *δεσποζω, κρατέω*. [Ital. Signoreggiare. Gallicè, Maiſtriſer, dominer. Hiſpani, Enſennorear. Germ. Herſchen.] & frequentiſſimè habet dativum. Virgil. 1. Aenei. Victis dominabitur Argis, Modò accuſativum, cum *IN* præpoſitione. Ouid. lib. 1. Metamorph. & quod dominari in cætera poſſet. Cic. in Catone, Felix fructus, ſi uſque ad ultimum ſpiritum dominatur in ſuos. Modò ablativum cum præpoſitione *IN* Sulpit. Ciceroni, Quum caſus & natura in bonis dominatur. Virgil. lib. 2. Aeneid. Incenſa Danai dominantur in urbe. ¶ Interdum etiam cum genitivo inuenitur, ſed nonniſi ſacris literis. ¶ Dominer aliquando paſſivè accipitur. Cic. 2. Offic. O domus antiqua, quàm diſpari domino dominaris.

Dŏmĭnātus, m. q. Principatus, *τυραννὶς*. [Ital. *La* ſignoria, la poteſtà. Gall. Domination, ſeigneurie, maiſtriſe. Hiſpa. Senorio. Germ. Ein Herrſchafft.] Cic. 4. de Finib. Quum autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ huius rutelæ ſubiiciantur. Idem primo de Diuinat. Quæ erat urbs in Theſſalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dominator, m. t. *παντοκράτωρ, κυριεύων*. [Itali. *Il Signore*. Gall. Dominateur & ſeigneur. Hiſpanicè, El que enſennorea. Germ. Ein Herſchender Herr.] Cic. 2. de Natu. deor. Dominator rerum Deus.

Dŏmĭnātrix, t. t. *δεσποίνα, κυριεύουσα*. [Ital. Donna che ſignoreggia. Gall. Celle qui domine. Hiſp. La que enſennorea. Germ. Ein Herſcherin.] Cic. 2. de Inuent. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dominatio, f. t. Imperium, *δεσπότεια*. [Ital. Signoria, dominio. Gall. Seigneurie, domination. Hiſp. Senorio. Germ. Beherrſchung oder herrſchafft.] Cic. lib 5. Verr. Quæ impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe, qui in fuga tam improbus ſit? Taci. lib. 13. Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, &c. Cic. 2. de Inuent. Dominatio rationis in libidinem.

Dominium, nii, neut. ſecun. eſt Ius de re corporali perfectè (quod ſalua Legum prohibitione fiat) diſponendi. Alciat. l. traditionibus. Codice. de Pact. Dominiũ, inquit Bart. eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, niſi lege prohibeatur. Apellus noſter Plinius definit hoc modo: Eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, ſi rei copiam habeas, ſin minus uindicandi: niſi uel Lege, uel conuentione prohibearis. Eſt etenim Dominium ipſiſſima cauſa rei uendicationis, cum uidelicet alius quiſpiam nobis inuitis, uel poſſidet, uel detinet. Dominium diuiditur in directum, & utile. l. 1. parag. fi. Si ager uectig. uel emphyt. pet. Paritur in proprietatem & uſumfructum, l. iiij. de Vſufruct. l. qui uſumfructum. de Verb. obli. Sed & alias in lore inueniri Dominii ſpecies, indicat Alciatus, in Paregris. Quoddam enim Dominium eſt *κατ' ἐλπίδα*, id eſt, in ſpe, ut cum in lis in ſuis. de Lib. & poſthu. filius familias rerum paternarum dominus uocatur, unde & ſui hæredes dicuntur tanquam ſibiipſis ſuccedant, erant enim uiuenti quoq; patre domini. Aliud eſt dominium *κατὰ πρόληψιν*, id eſt, per anticipationem dicere poſſumus, ut cùm mulier rei ſuæ in dotem traditæ domina dicitur. l. in rebus C. de Iur. dotium. Aliud eſt Dominiũ quod uidua habet, quã maritus relictis liberis decedens, in teſtamento iuſſit eſſe dominam uſufructuariam, adminiſtratricem (dominium enim illud *εἰκονικὸν* & imaginarium eſt) eam ſolum in domo præeminentiam eõ ſecuta, quam uiuente marito habebat. Ideoq; ad alimenta tantùm contrahitur, eſt igitur & hoc dominium *ἰσχνὸν τι καὶ μικρόν*. Aliud eſt quod ſummum ſeu maius dominium nocant: quædam ſcilicet maieſtas, cuius obſeruationem ſe derati ſupremo Principi, uel Reipub. debent, l. non dubito. de Capt & poſtlim. rev. Effectus autem maioris dominii, quos non paucos referant ab interpretibus petẽdi ſunt. Dominium item diuiditur, in id quod Iure Gentium acquiritur, & in id quod Iure Ciuili. Prius autem ſine poſſeſſione acquiri non poteſt, poſterius poteſt maximè. l. a Titio. in fin. de Furt. l. cum hæredes, in princi. de Acquirend. poſſeſſio. l. facta ad S. C. Trebellia. l. de Poſſeſſio. parag. 1. Inſtitut. de Aquiſ. per adrog. & tit. proximè ſequenti cum ſimilibus. Dominium, proprietas, & uſusfructus, quæ duo ſunt partes dominii, & non minus perfectiones, quàm Dominium ipſum ſunt ex pluribus cauſis. l. iij. parag. ex plu. l. bus. de Acquir. poſſeſ. l. non ut ex pluribus ut de Reg. Iur. parag. ſic itaque diſcreteris. Inſtit. de actionibus. Quaſi Dominium. Ius in re, & obligatio, ſæpenumerò ſunt ex pluribus cauſis. l. & an eadem. l. penult. de Except. rei iudic. diſtab. non ex pluribus. cum ſint quædam imperfectionis. Dominium acquiritur tum Iure Gentium, tum Iure Ciuili. Iure gentium, occupatione, inuentione, alluuione, traditione, &c. Iure ciuili autem, uſucaptione, præſcriptione, legato, additione hæreditatis, arrogatione, & nonnullis aliis modis. Quod tamen ad traditionem attinet, requiritur ipſius traditionis iuſta cauſa. Dominium quaſi dominium, & Ius in re ſpecificum, adſinia ſunt inter ſe, & ſpecies diſtinctæ ipſius Iuris in re generici. Directum verò & utile, ſpecies ipſius Dominii. Dominii duo eſſe officia Bart. in l. Acquir. poſſeſſio. explicanda, Poſſeſſionis definitionem tradit. Vnum diſponendi: alterum uendicandi, per. l. in rem actio, de rei uendi. l. ſi quis. uide parag. differentia. iam dicto titulo de Acquir. poſſeſſione.

Dominium, nii, n. ſ. Imperium, & principatus, *δεσπότεια*. [Ital. Dominio, ſignoria. Gallic. Seigneurie domination, maiſtriſe, Hiſpanicè. Sennorio. Germanicè, Herrſchafft.] Varr. ſecundo de Re ruſtic. capite ſexto, In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Donaria, Donarium, Vide Donum.

Donatus, participium à Donor, Vide Dono in Donum.

Donax, *δόναξ*. Eſt calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla, fruticoſiſſimus, & nonniſi in aquaticis naſcens, ſagittis aptiſſimus. Longiſſima internodia habet, & dum calefactus eſt, facilè flectitur. Hinc apud Plin. lib. 16. ca. 36. Calamus fruticoſiſſimus, donax dictus eſt.

Dŏnec, aduerbium, Significans quoad, uel quouſque, *ἕως, ἐφ' ὅσον*. [Ital. Fin che, mentre che. Gall. Juſques à ce que, tandis que. Hiſpan. Haſtaque. German. Biß das.] Terent. in Andr. Nunquam deſtitit orare donec perpolit. ¶ Iungitur autem tam indicatiuo modo, quàm ſubiunctiuo, & cuinis etiam tempori. De præſenti exemplum eſt apud Plautum in Ciſtel. non deſtiti Inſtare uſqueadeo, donec adiurat ſe anus, &c. De præterito ſuprà poſitum eſt exemplum ex Terentio. Exempla futuri nuſquam non occurrunt. Virgilius primo Aeneidos, Donec regina ſacerdos Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem. Ad eundem etiam modum cum omnibus ſubiunctiui temporibus iungitur. Columel. Donec ea aqua, quam adieceris, decoquatur. Caro de Re ruſt. Donec pecuniam ſatis feceris, aut delegaris, pecus & familia quæ illic erit, pignori ſunto. Te-

m. Terent. in Phorm. Donec tibi quod pollicitus ſum effe-
ctum. ¶ Accipitur etiam donec pro quandiu. Ouid. de Pon-
to li. 4. Donec eris ſoelix, multos numerabis amicos. ¶ Vete-
res pro Donec dixerunt Donicũ. Cato de Re ruſt. Sed uſq;
lucebit uellas, donicum ſemen uideris ire.

Donũ, huius doni, n. g. Ex Græco eſt (inquit Feſtus) quod ille
nuncupat, δῶρον. [Ital. Dono, preſente. Gall. Don, preſent.
Hiſp. Don que ſe da como quiera. Germanicè, Ein ſchenc-
cke oder gaab.] Plinius libro 15. capite decimoquarto, Græ-
ci enim (ait) antiqui dôron palmam uocabant, & ideo dô-
ra munera, quia manu darentur. Eſt autem donum, quod
aut propitiãdis Diis datur, aut hominibus pro beneficiis
quæ nulla neceſſitate iuris, ſed ſponte præſtantur. Ouid. de
Arte. Munera, crede mihi, placant hominesque Deoſque:
Placatur donis Iuppiter ipſe datis. ¶ Differt donum à præ-
mio, ut præmium ſit quod datur ex præcedenti merito: do-
num, quoduis munus quocunq; modo datum. ¶ Dona-
tus in illud Terentii in Eunuch. Quoduis donum & præ-
mium à me optato, id optatum feres: diſtinguit donum à
munere: ut donum deorum ſit: munus, hominum: quæ ta-
men differentia nullo modo obſeruatur. Nam & dona di-
cuntur quæ dantur hominibus, & munera quæ diis offe-
runtur. ¶ Aliquando donum dicitur de rebus perniciо-
ſis. Virgil. Aeglog. 6. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pa-
rauit. ¶ Donum honorarium, id eſt quod datur patrono:
ab honore dictum, quod huiuſmodi muneribus clientes
patronos ſuos ſoleant honorare. Neque enim, ut hodie, ita
olim patroni mercede conducti clientum negotia ſuſcipie-
bant, quod illo tempore ignominioſiſſimum putabatur:
grui tamen clientis erat acceptum à patrono beneficiũ
munuſculo aliquo remetiri: quod illi donum ho-
norarium uocabant. Noſtri autem ſeculi aduocati (ut
non infacetè ait Budæus) arbitraria, non honoraria do-
na accipiunt: quippe qui pro ſuo arbitrio litigatori-
bus mercedem præſcribunt, nullumque ſuæ rapacitati fa-
ciunt modum.

Dõno, as, a. p. Donum in aliquem confero, δωρέομαι. [Itali.
Donare. Gall. Donner. Hiſpanicè, Dargracioſamente. Ger-
manicè, Schencken, begaaben.] Plaut. in Aulul. Ab eo do
natur auro, uxore & filio. Idem in Amphitr. Quo pacto
ſit donis donatus plurimis. Cicero primo de Orato. Inſeri
quidem & donari ab arte non poſſunt: omnia ſunt enim il
la dona naturæ, Senec. de Benefic. lib. 1. ca. 14. Vt circumſpe
ctius donaremus, circũſpectius eligeremus eos in quos me
rita conferuntur. Cicer. in Piſon. Mihi populus Rom. uni-
uerſus illa in concione non unius diei gratulationem, ſed
ſempiternitatem, immortalitatemq; donauit. ¶ Donare ci-
uitate, eſt efficere ciues, & iura ciuium dare, πολιτείαν δι-
δόναι, πολιτογραφεῖν, μεταδιδόναι τὴν ἰσοπολιτείαν.
Cicer. pro Archia Poëta, Quidi à Q. Metello Pio familia-
riſſimo ſuo, qui ciuitate multos donauit, neque per ſe, ne-
que per Lucullos impetrauiſſet? ¶ Huius uerbi com-
poſitum eſt, Condono, quod quandoque pro ſimplici
ponitur: quandoque ſignificat quicquam ad aliorum
petitionem do: quandoque ignoſco, συγχωρῶ. Te-
rentius in Phorm. Argentum quod habes condonamus
ubi. Salluſtius, Haud facilè alterius libidini malefacta con-
donabam.

Donatus, participium, Munere affectus, cui aliud donatum
eſt, δωρητός. Virgilius quinto Aeneid. Nemo ex hoc nu-
mero mihi non donatus abibit. ¶ Huius cõtrarium Indo-
natus, ἀδώρητος.

Donatio, uerbale, fœmin. tert. Hoc eſt doni alicuius in alte-
rum collatio, & propriè ea quæ nullo urgente iure, ſed ex
mera liberalitate fit, idque ea quidem mente, ut ſtatim ue-
lit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reuerti, δόσις, δω-
ρεά. [Itali: Donatione. Gall. Donaiſon. Hiſpan. Donacion.
Germani. Ein freywillige ſchencke, Vergabung.] Quòd
ſi ſub conditione fiat, non eſt uera donatio. Cic. in Orat. Vt
corona aurea donaretur, eaq; donatio fieret in theatro, po-
pulo conuocato. Dicimus autem, dono tibi munus, & do-
no te munere.

Donatio onerоſa dicitur, cum donatus renocat donatio-
nem propter ingratitudinem. Zaſius Paragraph. Item
ſi quis. Inſtit. de Act. Donatio diuiditur in eam, quæ fit
mortis cauſa, & in eam quæ fit ſimpliciter, l. Senatus. Pa-
rag. de mort. cauſa don. l. alienatum. Parag. Sin. de uerb.
ſignific.

Dõnãria, n. g. Sunt ipſa (ut Valla docet) dona quæ Deo offeru
tur, ἀναθήματα, ἀφιερώματα, quæ ſcilicet dicata diis ex
tholis, aut parietibus, aut etiam columnis ſuſpenduntur.
Macrob. Ornamenta uerò ſunt clypei, coronæ, & huiuſmo
di donaria. Nonnunquam etiam pro loco ponitur in quo
dona reponuntur, & pro ipſo etiam templo. Virg. lib. ter-
tio Georgic. Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & arris Impatibus duc-
os alta ad donaria currus. Gellius libro ſecundo, capite 10. Vbi reponi ſolerent ſigna uetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia quædam religioſè donariis conſecrata. Apul. Ibi donarium dea perquam opulentum, plurima auri & ar-
genti ratio in lanicibus, ſpeculis, poculis, & huiuſmodi u-
tenſilibus. Quod eſt contra Laurent. Vallam, qui Seruium
reprehendit, quòd donaria interpretetur loca in quibus
dona ſuſpenduntur.

Dõnatiuum, n. g. Munus quod à principe uel Imperatore mi-
litibus donatur, δωρεά. [Itali. Dono fatto da un prince-
cipe. Gall. Largeſſe de prince, donaiſon generale. Hiſp. Don
hecho de principe. Germani. Ein gaab oder verehrung ſo
ein Fürſt oder Hauptmann ſeinen Kriegsleuten thut.]
Suetonius in Domitiano, An duplum donatiuum milit
donaret. Plinius in Paneg. Nam mihi cogitanti eundem te
collationes remiſiſſe, donatiuum reddidiſſe, congiarium
obtuliſſe, &c. Tacitus libro uigeſimo, Et aduentu quin-
tanorum, quintadecimorumq; auctæ legiones, donati-
um poſcunt.

Donatiuus, Creditor qui donationem facit. Paulus Iu-
reconſ. Si de duobus debitoribus mortis cauſa donatiuus
creditor qui acceptum tulit, & conualuerit, eligere poteſt
utri condicat.

Donaticæ coronæ, Dicebantur quibus uictores in ludis do-
nabantur: quæ poſtea magnificentiæ cauſa inſtitutæ ſunt
ſuper modum aptatæ capitibus, quaſi amplitudine ſiunt,
quum lares ornantur. Feſtus.

Dorcadias, herba, quæ alio nomine muſtium uocatur, & paſ
ſioni hepatis confert.

Dorcas, dorcadis, f. t. Δορκάς, Dama, ſeu caprea, ἀπὸ τῆ ὄψε-
ως δέρκεσθαι, hoc eſt ab eo quòd acutè uideat. Plin. li. 28. ca. 8.
Dorcadis pelle collo ſuſpenſa. Mart. lib. 1. Delicium parue
donabis dorcada nato.

Dõris, idis, ἄωρις, Herba eſt anchuſæ ſimilis, lanuginoſior
tamen, & minus pingois, tenuioribus foliis & langoidio-
ribus. Radix oleum non fundit, ſed rubentem ſuccum, &
in hoc ab anchuſa diſtinguitur. Hæc Plinius libro uigeſi-
moſecundo, cap. 10.

Dorcidion, Dictamnum, Dioſc. li. 3. ca. 35.

Dorſiphagi, orum, m. g. Appellantur quaſi dominori, & dona
exigentes, noſtro tempore nonnulli uiſceripetæ, & cupedi
potæ, uel etiam cupediuori appellari poſſunt.

Dõrmĭo, is, neut. qu. uerbum abſolutum, notæ ſignificatio
nis, κοιμάομαι, κατεύδω. [Italic. Dormire. Gallicè. Dor-
mir. Hiſpan. Dormir. German. Schlaffen.] Plaut in Trin.
Egomet autem quum extẽplo arcum Mihi & pharetram
& ſagittas ſumpſero, caſſidem in caput, dormibo Placidè
in tabernaculo. Aliquando cum accuſatiuo, & præpoſitio-
ne in: Plin. in Epiſtol. Nihil eſt quòd in dextram antẽ fidu-
cia mei dormias: non impunè ceſſatur. ¶ Dormire in utrã-
is autem, eſt animo otioſo, ſecuro, uacuoq; eſſe. Terent. in
Heaut. Ademptum tibi iam faxo omnem metũ, In autem
utramuis otioſè ut dormias. ¶ Dormire in utrumuis ocu-
lum idem ſignificat. Plaut in Pſeud. De iſta re in oculum
utrumuis conquieſco. ¶ Huius compoſita ſunt, Addor-
mio, à quo Addormiſco: Edormio, Obdormio, Prædormio
& Redormio, de quibus uide ſuis locis.

Dõrmito, as, penu. product. n. p. frequentatiuum eſt: quo nuis
diminutionem ſignificati quandoque habet, νυστάζω, ὑ-
πνῶττω. [Itali Hauer ſono. Galli Sommeiller, auoir fain
de dormir. Hiſpa. Entre dormir y velar. Germani. Beſſtig
ſchlaffen.] Horat. Quandoque bonus dormitat Homerus.
Eſt autem propriè Dormitare, ſomno detineri. Plaut. in
Amphit. Te dormitare aiebas, menſa ablata eſt, cubitum
hinc abimus.

Dormiſco, is, Idem quod Dormio, καθεύδω, κοιμῶμαι. Plau
tus in Curcul. Caput deponit, quum dormiſcit, ei ſubdu-
co anulum.

Dormitator, uerbale, m. t. Qui ſolet dormire, & omnia negli-
gentius agere, νυστάττων. [Ita. Dormiglione, da poco. Gal:

Diuello,is,diuulſi,diuulſum,act.1.Abſtraho, euello,σπάω, σπάζω,κατασπάω,περισπάω.[Italic.Diuellere,cauar,per forza.Gall.Arracher & deſoindre,oſter & rauir. Hiſpanicè, Arrancar apartando.Germ.Zbreiſſen,dannenreiſſen, auß rupffen.]Saluſt.Rapi uirgines,pueros, diuelli liberos à cõplexu parentum.Cic.1.Offic. Eaque eſt ſumma ratio & ſapientia boni ciuis,commoda ciuium defendere,non diuellere,atq; omnes æquitate eadem continere.Idem de Senec. Iam omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. Idem de Aruſp. reſp. Conſenſus ordinum eſt diuulſus.Membra diuulſa,Ouid.5.Triſt.Eleg.9. Vnda diuulſa remis,Ouid.8.Metamorph.

Diuĕndo,is,ere,act.1. Diuiſim uel uariè uendo,ut ſit quum modò huic, modò illi, & modò hoc, modo illud uendimus,διαπιπράσκω. [Itali. *Vendere* uariamente.Gallicè, Vendre à pluſieurs Hiſpanicè,Vender à diuerſos. Germanicè, Hin vnd här verkauffen.] Cicer.de Lege Agra. Hic permittit lege ſua ut Decemuiri bona populi Romani poſſint diuendere.

Diuĕrbĕro.as,are,a.p. Scindere,διατραύω,διαιρέω.[Italicè *Fendere*,percuotere.Hall *Fraper* à trauers,donner dedans. Hiſp.Hender,açotar.Germa Zurſchlahen,mit ſchlahen zertheilen.]Virg.7.Aeo.Primaq; per cœlum neruo ſtridente ſagitta Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras Idem 6.Aeo. Ferro diuerberat umbras.

Diuerbia,partes comœdiarum, ubi plures perſonæ uerſantur:à perſonarum uarietate dicta,ἐπεισόδια, Liuius.Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum, diuerbiaque tantum ipſorum uoci relicta.Seruius aliter,Diuerbium,inquit,primus actus comœdiæ, Græcè protaſis. Nam quælibet comœdia diuiditur in prologum, protaſin, & cataſtrophen.

Diuĕrto,is,Diuertor,eris, ab itinere deflecto, ἐκτρέπομαι. [Itel *Diuertire*,tornare in ſtrada.Gal.Se deſtourner,tourner ſon chemin quelque part Hiſpani.Apartarſe del camino.German.Zbkeren oder abtretten,ſich etwan hinwenden]Cicer.6.Philipp. Nuntiant ſe Pompeii conueniendi cauſa diuertiſſe Maſſiliam.Idem Attico libr.1. Sed itineris cauſa ut diuertar,primum eſt deuium. Idem pro Fonteio, Qui Cobiacho diuertebantur, neque Toloſam ire uellent. ¶Per translationem accipitur pro digredi, & expatiari in oratione,παρεκβαίνειν.Cic.lic.12. Epiſt.Sed redeamus ad illud unde diuertimus. Lactan.lib.9. Sed huc neceſſariò diuertendum erat,ut oſtenderem tot, & tanta ingenia in rebus falſis eſſe conſumpta. ¶Eſt item Diuertere,in diuerſorium,uel hoſpitium ſe recipere,καταλύειν. [Itali. *Albergare* Gall.Se retirer & aller loger en quelque lieu.Hiſpan. Aposentarſe en posada. German.Einkehren in ein Herberg.] In qua ſignificatione ferè habet accuſatiuum cum præpoſitione ad, uel in: niſi fortè accuſatiuus & ex eorum ſit genere qui uerbis motum ſignificantibus ſine præpoſitione iungi ſolent:cuiuſmodi ſunt propria minorum locorum nomina,& ex appellatiuis duo,rus & domum. Cicer. Quum duo quidam unà iter facerent, alter ad cauponem diuertit,alter ad hoſpitem.Idem pro Milone, Clodium ſuſpicari debuit ad uillam ſuam diuerſurum. Idem 1.Offic. Cimon imperauit uillicis ſuis, ut omnia præberent, quicunque Laciades in uillam ſuam diuertiſſet.Idem pro Deiotaro.Quum domũ regis hoſpitis tui diuertiſſes. ¶Huic finitimum eſt Diuerſor:quod tamen nullum importat motum.unde etiam accuſatiuum exigit cum præpoſitione in. non enim dicimus,Diuerſari ad hoſpitem,uel domum alicuius,ſed Apud hoſpitem, uel Domi alicuius diuerſari. Et contrà,Ad hoſpitem,uel domum cuiuſpiam diuertere dicimus,non Apud hoſpitem,uel domi alicuius.

Diuerſor,aris,decl.prim.Hoſpitio excipior,hoſpitio alicuius utor, ad hoſpitium diuerto, in diuerſorio uel caupona ſum,ἐπισταβεύω,κατάγομαι,καταλύω. [Italicè, *Albergare*, *Allogiare*.Gallicè, Se retirer & loger en quelq; lieu, y hanter.Hiſpanicè,Aposentarse en meson.Germanicè,Zu Herberg ſein oder ligen.] Cicer.1.Verr. Rubrium deliciis ſuis parum laute diuerſari dicit.Idem 5.Tuſcul.Quum Athenis apud eum diuerſarer.Idem 2.Verr.Domus in qua iſte diuerſabatur. ¶Accipitur & pro conuerſor. Valer. Maxim. libro primo, Tabernamq; in qua is diuerſabatur, petere conatus.

Diuerſito,as,penult.corr,frequentatiuum à diuerto pro deſſe ſto,τρέπομαι.Gellius,Ad ipſa Platonis penetralia,ipſaque rumq; rerum pondera & dignitates pergendum eſt: non ad uocularum eius amœnitatem,nec ad uerborum uenuſtates diuerſitandum.

Diuerſor,ſoris,m.1.Qui in caupona hoſpitatur,καταλύτης. [Ital. *Albergatore*.Gall. Celuy qui va en une hoſtelerie pour loger,un hoſte qu'on loge.Hiſpan El que ſe aposenta en posada,hoſpedarſe.Germ.Ein einkerender gaſt.] Cicer.libro 2.de Inuent. Caupo cum quibuſdam diuerſoribus,illum qui ante erat conſequitur,in itinere hominẽ comprehendit.

Diuerſorium à diuertendo,n.ſ.Hoſpitium,caupona, uilla,aliusúe locus ad quem non habitandi,ſed ad tempus commorandi cauſa diuertimus,καταγώγιον,κατάλυμα. [Ital.Albergo,allegiamento.Gall.Hoſtelerie,logis.Hiſp. Posada ò meson.Germ.Ein Herberg,wirts hauſs.] Cicer.in Catone, Ex uita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit, Idem Fabio Gallo, Nec ego libentius emerim diuerſorium Tarracinæ, ne ſemper hoſpitii moleſtus ſim. Idem ſecundo de Orato.Quieſcam in Catulis ſermone, quaſi in aliquo opportuno diuerſorio.

Diuerſoriolum, diminutiuum, καταγώγιον, καταλυτήριον [Italicè, *Hoſteria picciola*. Gall. Vn petit logis,une petite hoſtelerie Hiſpani.Posada pequenna.Ger.Ein Herberglin,wirtshewßlin.]Cic.ad Cornif. Niſi quid Sinueſſanum diuerſoriolum contempſiſti.

Diuerſorius,a,um,ut Taberna diuerſoria,id eſt caupona,καταλυτικός.[Itali Di hoſteria Galli. De logis,d'hoſtelerie. Hiſpa Coſa de posada Germ. Was zů der herberg gehört] Plaut.Truc.in tabernam ducor diuerſoriam, ubi male accipiar mea mihi pecunia.Suet.in Nero.ca.27.Diſpoſitæ per littora & ripas diuerſoriæ tabernæ.

Diuerticŭlum,n.ſ.eſt uia per quam à militari uia, ſiue de itinere noſtro aliò diuertimus, ἀτραπός. [Itali.Sentiero,diuolgimento. Gall. Deſtour de chemin. Hiſpani. Aparramiento del camino. Germanicè,Ein abwäglin,von der land ſtraſs.]Terent.in Eunuch.Com ſenti, redeo rursum:male uerò me habens,Vbi ad ipſum ueni diuerticulum, conſtiti. Seruius, Diuerticula ſunt ſemitæ tranſuerſæ quæ ſunt à latere uiæ militaris. ¶Diuerticula etiam dicuntur,domicilia in uia, ad quæ diuertendum ſit, καταλύσεις.Liu.2.ab Vrbe, Quum gladii abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur.Fraudis & inſidiarum diuerticulum.Cic.pro Roſc.Com. Hoc quum ſentiret Sarturius eſſe apertum,reſiſtere, & repugnare contra ueritatem non audet:aliud fraudis & inſidiarum in eodem veſtigio diuerticulum reperit.

Diuerſus,a,um,adiectiuum,Separatus,uel in uarias partes diſtributus,διαχωρισμός [Itali.Diuerſo,ſeparato. Gallicè, Diuers,different,tout autre,changé. Hiſp. Coſa partida en partes diuerſas coſa. German. Abgeſcheiden, abgeſcheiden, das vil anderſt iſt.]Cæſar 2.bell.Afr.Quum Numidas diuerſos,diſſipatosque in omnes partes fugere uidiſſent.Plautus in Rud. Sed quum inde ſuam quiſquam ibant diuerſi domum. ¶Diuerſus item contrarius,aduerſarius ἐναντίος. Sueton.de Claral.Gramm.Interrogatus diu à Varrone diuerſæ partis aduocato, quidnam ageret,& quo artificio uteretur. ¶Interdum idem quod alius, uel diſſimilis,ἄλλος.Cic.4.Acad Certa igitur, cum illo,qui à te totus diuerſus eſt,

Diuĕrſitas,tis,fœm.1.Repugnantia,diſſimilitudo,διαφορά, ἐναντίωσις.[Ital.Diuerſità,diſſimilitudine.Galli. Diuerſité,difference,varieté. Hiſp.Diuerſidad delas coſas. Germa. Vngleycheit]Plin.in Epiſt.Sed tamen imitatur & ſequetur, quantum aut diuerſitas ingeniorum maximi & minimi, aut cauſæ diſſimilitudo patietur.

Diuerſè,aduerbium,In diuerſas partes,διαχωρισμός.[Italicè, *In diuerſe parti*. Galli. En diuerſes parties,en diuerſes manieres.Hiſpan.Diuerſamente.German.In vilen orten, hin vnd wider.]Hirt.7.bell.Afric.Horum corpora toto ſpatio proſtrata diuerſè iacent.Terent.in And.Tot me impediunt curæ,quæ meum animum diuerſè trahunt. ¶Diuerſum,pro diuerſè.Plaut.Mil. Vbi lubet diſpẽdite hominem diuerſum,& diſtendite.

Diues,diuĭtis, om.t. à diuo fieri dicitur:quòd qui diues eſt, quaſi

quaſi Deus nullo indigere uideatur, πλούσιος, χρηματικὸς ἀνήρ. [Ital. Ricco, copioſo Galli. Riche, abondant, copieux Hiſpani. Coſa rica y abundante y copioſa. Germanicè, Reich.] Cicer. in Parad. Quem intelligemus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponemus? Opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt ut ad liberaliter uiuendum facilè conteratur. Et modò conſtruitur cum genitiuo. Virgil. 2. Georg. Diues opum uariarum. Item 9. Aeneid. Diues piſtore, & floribus, & auri. Modò cum ablatiuo. Cicer. lib. 2. Offic. Publius Craſſus cum cognomine Diues, tum copiis, functus eſt. Ac diuitio maximo monere. Eſt autem generis omnis: facit enim accuſationem diuitem, & hoc diues. Ouid. lib. 1. de Arte. Addidit externo marmore diues opus. Valer. li. 1. ca. 1. Diues & præpotens naturæ regnum ſcrutatus, initiem ſtylum tam noſtræ Vrbis, quàm cæterarum gentium priſcis & memorabilibus inſtitutis. ¶ Hinc Diuitior comparatiuum. Cic. de Orat. Iode ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. Plaur. Aul. Quadrilibrem aulâ auro onuſtam habeo: quis me eſt diuitior?

Diuitiæ, arum, f. p. numero tantum multitudinis, opes, amplæ fortunæ, & rerum abundantia, πλοῦτος. [Ital. Richezze. Gall. Richeſſes. Hiſp. Riquezas. Germa. Reichthumb.] Cicer. diſcrimen uidetur facere inter diuitias & opes: Sunt ergo (inquit) diuitiæ ad neceſſarium uſum: opes uerò ad magnificentiam. Plaut. in Epiſt. Quid tibi, cui diuitiæ domi maximæ ſunt, nummum hic nullum habes? Cic. 1. Offic. Expetuntur autem diuitiæ tum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uoluptates. Idem Attic. lib. 1. Quod ſi aſſequor, ſupero Craſſum diuitiis, atque omnium uicos ac prata contemno.

Diuito, tas, penult. corr. a. p. Diuitem facio, πλουτίζω. [Itali. Farricco. Gallicè. Faire riche, enrichir. Hiſpani. Hazer rico. Germanicè. Reich machen.] Accius, Nihil credo auguribus, qui aures uerbis diuitant. Alienas, ſuas ut auro locupletent domos.

Diuexo, tas, Variis modis affligo, ἄγω τινὰ φέρω, ἐλαύνω. [Ital. Affligere in uarij modi. Galli. Forz tormenter. Hiſpan. Fatigar en diuerſas maneras. Germ. Hefftig plagen, allenthalben übel beleidigen.] Lactant. lib. 7. Vt ſiqui fortè tum fecerint boni, prædæ ſint ſceleratis, ac diuexentur undique. Cic. 11. Philip. Impetumq; furentis, atq; omnia diuexare & diripere cupientis, uitæ, &c.

Diuidia, Diuidicula, uide Diuido.

Diuido, dis, penul. cor. diuiſi, diuiſum, 3. c. Separare, partiri, διαιρῶ, διαιρέω. [Itali. Diuidere, ſeparare. Galli. Diuiſer, departir, diſtribuer, partir en pieces. Hiſpanic. Partir en partes. Germani. Zertheilen.] Hirc. 1. bell. Ciuil. Cæſar copias ſuas diuiſit. Cic. ad Attic. Sextus pater eius nummos uobis diuidere ſolebat. Virgil. in Epigrammate quodam Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet. ¶ Ponitur & pro prædicare. Plau. in Aulu. Me quidem hercle (dicam palàm) non diuides, id eſt ψογήσεις. ¶ Diuidere ſententiam, διαιρεῖν τὴν γνώμην, forenſis eſt locutio, quam Aſconius Pedianus interpretatur his uerbis, Quum aliquis (inquit) in dicenda ſententia duas, pluresúe partes complectitur, ſi non omnes probantur, poſtulatur ut diuidantur, id eſt, ut de ſingulis rebus ſeorſum referatur, ut pars altera, ſi ita opus fuerit, approbetur, altera repudietur. Cicer. 1. Epiſtol. 1. Itaque quum ſententia Bibuli prima pronuntiata eſſet, ut tres legati regem reducerent: ſecunda Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres: tertia Volcatii, ut Pompeius reduceret: poſtulatum eſt ut Bibuli ſententia diuideretur: quatenus de religione dicebat, cui rei quia obſiſti non poteram, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Ex hoc Ciceronis exemplo facilè oſtendi poteſt quid ſit Sententiam diuidere. Bibuli enim ſententia duo habebat membra, ut ſcilicet ſine exercitu rex reduceretur, deinde ne à tribus legatis reduceretur: quorum quum alterum nonnullis placuiſſet, alterum diſplicuiſſet, poſtulatum eſt ut ſententia illa bimembris diuideretur, hoc eſt in duas partes ſecaretur, ut de utrauis parte ſeorſum poſſet ferri. ¶ Oſcula diuidere ſodalibus. Horat. 1. Carmi. Ode 16. Nulli plura tamen diuiſit oſcula Quam dulci Lamiæ.

Diuiſus, us, ui, m. q. Idem quod diuiſio, hoc eſt, partitio, ſine diſtributio, διαίρεσις. [Italicè. Diuiſo in parti. Gallicè, Diuiſé ſeparé, parti. Hiſpanicè, Apartado, partido. Germanicè. Zertheylung.] Liuius tertio bell. Macedo. Veſtigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ, ac diuiſui principum quibuſdam & magiſtratibus erant.

Diuiſio, fœmin. t. Sectio, partitio, diſtributio, διαίρεσις. [Ita. Diuiſione, ſeparatione. Gallicè, Diuiſion, departement, ſeparation. Hiſpanicè, Repartimiento. Germanicè, Theylũg, zertheilung.] Cicer. 1. de Natur. deor. Diuiſio trium regnorum, cœli, maris, & interorum. ¶ Apud Rhetores Diuiſio eſt, (ut ſcribit autor ad Herennium) per quam aperimus quid conueniat, quid in controuerſia ſit: uel per quam exponimus quibus de rebus dicturi ſumus. Inter diuiſionem & partitionem hoc intereſſe putatur, quòd Diuiſio eſt generis in ſpecies. Partitio autem totius in partes diſtributio. Quintilian. libro ſeptimo, Sit igitur diuiſio rerum plurium in ſingulas: Partitio ſingularum rerũ in partes diſcretus ordo. Cicer. 1. de Nat. deo. Quadripartita (inquit) fuit diuiſio tua. Primum, ut ueiles docere deos eſſe: deinde quales eſſent: tum ab his mundum regi: poſtremò, conſulere eos rebus humanis.

Diuiſor, oris, t. c. Cũ ſit uerbale nomen à diuido plerunq; apud Ciceronem criminis eſt, διαιρέτης. [Ital. Diuiditore, partitore. Galli. Diſtributeur, diuiſeur, partiſſeur. Hiſpanic. Partidor. Germanicè, Ein zertheiler.] Nam hi antiquitus Diuiſores uocabantur, qui pecunias inter tribus uiritim candidatorum nomine diuidebant in creandis magiſtratibus, quos Plautus Coriarum magiſtros uocat. Conſueuerant enim petitores magiſtratũ apud Romanos, pecunia largitione q; ſibi ſtudia conciliare ſuffragatorum, & per centurias tribusq; diuidere nomos. Cicero pro Planc. Quam tibi commodum eſt unam tribum delige, tu doce id quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit. ¶ Eſt & Diuiſor, qui præpoſtera Venere pueros corrumpit. Cic. Pæto, Quid enim? num honeſtum eſt uerbum Diuiſor? at ineſt obſcœnum: cui reſpondet intercapedo.

Diuiſũra, æ, fœminin. gen. prim. dec. Diuiſio, uel inciſio, διατομή. [Ital. Diuiſione, ſeparatione. triglio. Gall. Coupeure, inciſion, ſeparation. Hiſpani. Cortadure, partimiento, apartamiento. Germani. Zertheilung.] Plin. lib. 13. capit. 16. Ab hac ferula differt quæ uocatur ſpondylion, foliis tantùm, quia ſunt minora, & platani diuiſura. Idem li. 14. ca. 3. Folio paruo & rotundo, ſine diuiſuris. Quam inciſuras multis aliis locis appellat.

Diuiſŭus, a, um, Quod ſeparabile aut ſeparatum eſt, διχότομος, διαιρετός. [Ital. Separabile. Gall. Qui ſe peut diuiſer ou partir. Hiſpani. Coſa que ſe puede partir en partes. Germanicè, Zertheilt, oder das gůt zů theilen iſt.] cuius contrarium eſt Indiuiduum, quod diuidi non poteſt, ἀδιαίρετος, ἄτομος, Plaut. in Rud. Diuiduum talentum faciam: id eſt in duas partes diuiſum. Cic. de Vniuerſ. Ex ea materia quæ indiuidua eſt, & quæ ſemper unius modi, ſuiq; ſimilis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur. Teren. Adelph. Potius quàm uenias in periculum Sannio, Seruceſné, an perdas, totum diuiduum face. Colu. in Prooem. li. 11. Nil conſpiciebator in domo diuiduum. Ouid. 1. Faſt. Inſula diuidua quam premit amnis aqua. Id eſt, quam ambit fluuius ab utraq; parte.

Diuiduè, aduerbium, Quod Gallico ſermone dicitur, [Par la moitie. Italic. Per la metà, Hiſpanicè, Por la meytad ò lo medio. Ger. Jn mitten entzwey.] Idem in Caſ. Nam quod tibi ægrè eſt, idem mihi eſt diuiduè.

Diuidia, æ, Tædium, & moleſtia: ſic enim Nonius interpretatur, ἀδημονία, [Italicè, Tedio, moleſtia. Gallicè, Ennuy, chagrin. Hiſpanicè, Enojo. Germanicè, Verdruſs.] Plautus Bacch. Nam illæ res magnæ diuidiæ eſt mihi. Accius in iudicio armorum, Huius me diuidia cogit plúſquam par eſt loqui. Feſtus diuidiam, diſcordiam interpretatur, cuius tamen ſignificationis nullum profert teſtimonium.

Diuidĭcŭla, teſte Feſto, dicuntur caſtella ex quibus à riuo cõmuni aquam quiſq; in ſuum fundum ducit.

Diuinè, Diuinipotens, Diuinitus, Diuinus, Diuino, Vide Dius.

Dius, adiectiuum, διός. [Italicè, Diuino, generoſo. Gallicè, Diuin, genereux. Hiſpanicè, Coſa diuina y generoſa. Germanicè, Göttlich, hochgeboren.] Dicitur generoſus, diuinus, tanquam ἀπὸ τοῦ Διός, id eſt, ab Ioue genus ducens. Virgilius libro 11. -quas ipſa decus ſibi dia Camilla Delegit.

Dium, ſubſtantiuum, formatum à genitiuo Græco *διὸς*, à nominatiuo *Ζεύς*. Vnde Sub dio aliquid fieri dicimus, hoc eſt ſub Ioue, ſiue ſub cœlo, quod non ſit ſub tecto. Horat. li. 1. Carm. Nec te candide Baſtareu Sub diom rapiam. Idem. -uitamq; ſub dio, Et trepidis agat in rebus. Cic. li. 5. Verr. In ſylua diuq; diſpoſita ſub dio uidimus.

Diuus, a, um. [Ital. *Diuo*, diuino, ſanto. Gall. *Divin*, ſainct. Hiſpan. *Dios hecho de hombre*, ò canonizado. Germanicè, *Göttlich*.] Idem quod diuinus, quod etiam duum dicimus, *διϜος, ἀπὸ τῆς Διὸς*, hoc eſt, à Ioue genitum: uel quia ueteres in ſingulari dium quaſi dicebant quem nos Deum. Vnde nunc quoq; in plurali dicimus Dii, diis: unde illud frequens Ciceronis, Si diis placet: quod indignitatem denotat. Seruius inter deos & diuos ita diſtinguit, ut dii dicantur æternitate: diui autem qui ex hominibus ſunt. Vnde etiam hac appellatione quidam Romanorum Imperatores poſt mortem decorati ſunt, à quibus in uita inſignia profectæ eſſent in Reſpubl. meritæ: quamquam poſtea creſcente in dies adulatione, plerique ne uiui quidem id honoris alperna ſunt. ¶ Horum etiã uxores diuæ appellatæ ſunt, tanquam ſuis uel uirorum meritis earum numero adſcriptæ. ¶ Diuum, pro aëre Horat. Sub diuo moueris Victima uil miſerantis Orci, id eſt ſub aëre. Plin. li. 14. ca. 22. Campaniæ uina nobiliſſima expoſita ſub diuo in cadis uerberari ſole, luna, imbre, ac uentis aptiſſimum uidetur. Sunt qui utrobique legant ſub dio.

Diuinus, a, um, Quod eſt Dei, uel quod ad Deum pertinet, *θεῖος*. [Ital. *Coſa di Dio*, o à *Dio* pertinente. Gal. *Diuin*, de Dieu, apartenant à Dieu. Hiſpanicè, *Coſa de Dios* ò perteneſciente a Dios. Germanicè, *Göttlich*, *Heylig*.] ut, opus diuinum, Res diuina. Plautus in Curc. Nunc rei diuinæ operam dabo: certum eſt bene me curare.

Diuinæ rei operam dare, & Rem diuinam facere, eſt diis ſacrificare. Cicero 6. Verr. Res illum diuinas apud eos deos in ſuo ſacrario propè quotidie facere uidiſti. Diuina uerba, pro piacularibus quibuſdam uerbis quibus prodigia ſolêt procurari. Cato de Re ruſt. Si de cœlo unda tacta uel, de ea re uerba diuina uti fiant, procuret. Cicero primo de Diuinat. Ariſtorcles quidem eos etiam qui ualetudinis uitio furerent, & melancholici dicerentur, ceuſebat habere aliquid in animis præſagiens atque diuinum. Ibidem, Quid hoc ſomnio dici diuinius poteſt? Diuinum interdum uocamus eximium, & humana ſorte quodammodo maiorem. Cicer. poſt reditum ab exilio, Cn. Piſonis diuina quædam & inaudita uirtus. Idem Quint. frat. libro tertio, Idib. Mart. Senatus frequens diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio decernenda. Virgilius Aegloga tertia, Diuini opus Alcimedontis.

Diuinus, ſubſtantiuum, m. ſ. Qui diuinat, prædicit. *μάντις*, *θεσπῳδός*. [Italic. *Indouino*, che predice le coſe occulte, *Diuino* Gall. *Deuin*, qui predit, prediſeur. Hiſpan. *El que adeuina* Germanicè, *Ein Vuarſager*.] Martialis, Non ſum diuinus, ſed ſcio quid facias. Cicer. de Fato, Hoc loco Chryſippus æſtuans, falli ſperat Chaldæos, cæteroſque diuinos. ¶ Auis diuina imbrium, id eſt, diuinatrix & prænuntia. Horatius libro tertio Carmin. Antequam ſtantes repetat paludes Imbrium diuina auis imminentum. Cornicem intelligit, imminentium imbrium præſciam, uel Virgilio teſte, Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce.

Diuipũtens, Qui in diuinis poteſtatem habet, *θεσπρατής*. Apuleius, Saga & diuinipotens cœlum deponere.

Diuino, as, penult. prod. Anteacta coniicio, uel futura præſagio, *μαντεύομαι*. [Ital. *Indouinare*. Gall. *Deuiner*, predire les choſes à auenir. Hiſpan. *Adeuinar*. Germ. *Vuarſagen Rahten*.] Dictum uidetur à nomine Diuinus, quia diuinum quiddam, & ſupra mortalis ſagacitatis ſortem eſſe uidetur, futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. Terent. in Hecyr. Planè hic diuinat. Cic. de Senect. Cuius ſermone ita tum cupidè fruebar, quaſi iam diuinarẽ id quod euenit, illo extincto fore unde diſcerem, neminem. Huius Add. uino, compoſita Prædiuino, quod Plinius poſuit pro præſentio, quum ait lib. 10. Tum uoluiſſe prouolant, ſi dies mitis futuros eſt: prædiuinant enim uentos, imbresq;, & tunc ſe continent tectis.

Diuinator, partic. p. aſſiuum. Ouid. de Nuce, Ve diuinitus auferat augur opes.

Diuinatio, fœmi. ſ. Prudentia futurorum, *μαντία*, *μαντική*. [Ital. *Indouinamento*. Gall. *Deuinement*, prediction des choſes à auenir. Hiſpanicè, *Adeuinacion* Germanicè, *Vuarſagung* oder *Vueyſſ-gung*.] Cic. 1. de Diuin. Verſari quandam inter homines diuinationem, quam Græci *μαντικὴν* appellant, id eſt præſenſionem, & ſcientiam rerum futurarum: Chryſippus diuinationem definit eſſe uim cognoſcentem, & uidentem, & explicantem ſigna quæ à diis hominibus porrendontur. Officium autem eſſe eius, prænoſcere dii erga homines mente qua ſint, quidq; ſignificent, quem admodumq; ea procurentur atq; expientur. Hæc Cic. de Diuinat. lib 1. Dicitur etiam diuinatio, iudicium ſiue cognitio, quæ circa conſtitutionem accuſatoris, uel ſubſcriptoris conſiſtit: quum ſcilicet ex duobus, pluribusue accuſationem ambientibus, deligendus eſt, qui maximè ſit idoneus. Quemadmodum in accuſatione Verris certamen erat inter M. Tullium & Cæcilium quendam, uter in accuſando deberet præferri. Vnde etiam prima illa inter Verrinas oratio Diuinatio appellatur. Ratio nominis hæc eſt, quia in aliis iudiciis iudex ea quæ teſtibus, rebus, uel argumentis probata ſunt, ſequi debet. Quum autem accuſator eſt eligendus, ex leuibus quibuſdam & exilibus iudicis & coniecturis iudicare debet, & penè diuinare quis ad accuſandum maximè ſit idoneus.

Diuinitas, tatis, fœmi. ter. Sors, uel poteſtas diuina, *θειότης*, [Italicè, *Diuinità*. Gallicè, *Diuinité*. Hiſpanicè, *Diuinidad*, Germanicè, *Gottheit*.] Plinius libro decimo octauo, ca. 11. Opus ingens, occultumq; diuinitatis, & quo nullum reperiri poſſit maius.

Diuinè, aduerbium, Ad deorum ſimilitudinem, deorum more, & ſupra humanas uires, quaſi diuini nominis inſtinctu, *θεικῶς*, *θείως*. [Ital. *Diuinamente*, Gall. *Diuinement*, Hiſp. *Diuinamente*. Germ. *Göttlichen*.] Cicer. Attic. lib. 4. Præclara igitur conſcientia ſuſtentor, quum cogito me de Reſpubl. aut meruiſſe optimè quum potuerim: aut certè nunquam niſi de ea diuinè cogitaſſe. Quod li. 1. ca. 10. Quæ Tullius in Oratore diuinè, ut omnia, exequitur.

Diuinitus, pen. co. r. duerbiſſ, à Deo, huc à diuis, *θείθεν* [Itali. *Da Dio*, diuinamente. Galli *De Dieu*, uenant de Dieu diuinement. Hiſp. *Diuinamente*. Germ. *Von oben herab*.] ſicut humanitus, ab hominibus, cælitus à cælo. Virgil. 4 Georg. Haud equidem credo, quia ſit diuinitus illis Ingenium. Cic. 6. de Orat. Quæ diuinitus accedunt. Ibidem, Diuinitus ad nos delatum. ¶ Interdum idem eſt quod diuinè, hoc eſt deorum, uel diuorum more, inſigniter, & quaſi humanis uiribus excellentius, *θείως*. Cic. 2. de Orat. Ille locus inductus eſt à me diuinitus. Idem Atticorum libro primo, Varro mihi ſatisfacit: Pompeius loquitur diuinitus.

Diurius, Diutule, Diutinus, Diutiſſimè, Diuturnus, uide Dies.

Dium, uide Dius.

Diurnus, Diurno, uide Dies.

Diuulgo, as, a. p. eſt Vulgò notum facere, uel rem aliquam in uulgus ſpargere, *διανεμάζω*. [Ital. *Diuolgare*, publicare. Gall. *Diuulguer*, publier quelq; choſe. Hiſpanicè, *Diuulgar* ò publicar. Germanicè, *Gemein machen*, *vnder das gemein volck außbringen*.] Cicer. Balbo, Quare uiſum eſt occultius agendum, neq; ullo modo diuulgãdum. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti, legũt, Dimulgandum. Idem 2. Philip. Quam multa ſeria, nec tamen ullo modo diuulganda.

Diuulgatus, nomen ex participio. Cic. Furnio libro decimo, Te adipiſcenti magiſtratus leuiſſimi & diuulgatiſſimi. ſi ita adipiſcerentur plerique, præpropera feſtinatio abduceret à laudibus.

Diuus, uide Dius.

D ante O

D.O. in notis antiquorum, dis omnibus, uel Deo optimo. D. Donatio. DOMIC. COS XIII LVC SAEC. F.C Domicius conſul XIII. ludos ſeculares facifidos curauit. Do. TRA. uel TRIN diuo Traiano DO. VAL. diuo Valerio uel Valeriano DOT. Dotem. DOT R dotem recuperauit. D.P. Diuus pius. uel *dis* penatibus, uel patrius. uel dotis promiſſio. uel dotem P. petit uel deuota perſona, uel de pecunia. D PEC. R. de pecuniis repetundis. D.P F denuntiandi poteſtatem fecit D PP Deo perpetuo DPO depoſitio. D PF. de præfecto D.P ORT. de parte orientis. DPS de Principibus. D.P.OC. de parte occidentis. DPS. diſcipulus. C.P S. D.L.D.P. Deo

D.L.D.P. Deo poſuit ſibi, dis locum dedit publicè. D.Q. dis Quirinalibus uel diuis. D.Q.R. de qua re. D.Q.S. de quo ſupra, uel die quo ſupra.

Do, das, dedi, datum, dare, *δίδωμι.* [Ital. Dare Gall. Donner. Hiſp. Dar ſimplemente. Germ. Gäben] cuius compoſita, ſi ſint ex monoſyllabis præpoſitionibus, ſunt tertiæ cõiugationis, & præteritum geminant: ut, Reddo, dis, reddidi. Perdo, dis, perdidi. Cætera ſimplicis ſeruant declinationem, ut Circundo, as, circundedi, datum. Peſſundo, as, peſſundedi, datum. ¶ Variam habet conſtructionem. Quando duos datiuos exigit pro aſcribere, ſeu imputare: quam uis alter eorum non ſemper ponatur, ſed nonnunquã ſubintelligatur. Cic. lib. 1. Offic. Nec Marco quidem Scio uitio datum, quod in caritate annonæ aſſe modium dedit populo. Terentius unum tantùm expreſſit, Nunc quam rem uitio dent, quæſo, animaduertite, ſubintelligitur poſſe. Plautus in Amph. Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi ob uirtutem data eſt, Alcumena tibi condono. Aliquando ultra datiuum ponitur accuſatiuus cum præpoſitione ad. Cic. Coruif. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. Idem ad Q. fratrem, Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni ſetas & caudam, & aures ad motus animorum declarandos dedit. Aliquando præter datiuum ponitur accuſatiuus cum præpoſitione In. Terent. in Phorm. Dic quid uelis dari tibi in manum, ut herus his deſiſtat libris. Nonnunquam loco datiui ponitur accuſatiuus cum præpoſitione ad Cicer. 2. Philipp. Ad ſepulturam corpus uitrici ſui negat à me datum, Interdum accuſatiuus cum præpoſitione in. Plaut. in Capt. Hoc ſi faxis, dabo in Cauſam. Cic. Terentiæ. In uiam quòd te des hoc tempore, nihil eſt. Id eſt non eſt cauſa quare te uiæ committas. ¶ Dare cuipiam pecuniam à trapezita, eſt pecuniam à trapezita ſumere, & alteri dare, uel per manus trapezitæ alicui pecuniam dare, *ἀπατίθημι παρὰ τῦ τραπεζίτου.* Plaut. in Capt. Sequere me hac, uiaticum ut dem à trapezita tibi. ¶ Quandoq; plures habet accuſatiuos, à diuerſis pendentes præpoſitionibus. Columel. lib. 9. Aſcenſus deinde unibus ad tabulata per utranq; cellam datur. Sæpius tamen poſt accuſatiuum regit datiuum, & hoc uariis artibus applicari ſolet. Plaut. in Epid. Si æquum ſic, me plus ſapere quàm uos, dederim uobis conſilium cautum quod laudetis. Idem in Curc. Nunc rei diuinæ operam dabo. Idem in Merc. Metoxi eo mortui dabo. Idem in Capt. Do tibi operam, ſiquid id eſt quod me uelis, Gellius, Cretenſes quoq; prælia ingredi ſolitos memoriæ datum eſt, &c. ¶ Capitur etiam pro uendere: ut in loco illo Ciceronis quem paulò antè ex 2. lib. Offic. citauimus, Nec Marco quidem Scio uitio datum quòd in caritate annonæ aſſe modium populo dederit. ¶ Item pro offerre, obiicere, *παρέχω.* Terent. in Heaut. profectò hoc ſic eſt, ut puto. Omnibus nobis ut res dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus. ¶ Item inferre, inducere. Virg. in Aen. Magnam dabit ille ruinam arboribus. ¶ Item dicere, *φράζω.* Terent. in Heaut. Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. ¶ Item obtemperare, *ἑαυτὸν ἐνδιδόναι, τῷ ἑτέρῳ τινί.* Terent. in Adelph. Da te mihi. id eſt accommoda te meæ uoluntati. ¶ Dare etiam mulieres dicũtur, cum copiam ſui faciunt. Martialis, Caſta igitur nulla eſt, caſtæ ſunt mille, quid ergo? Caſta fuit, non dat, non tamen illa negat. Idem, Non ſoleat accipere, quid ſolet ergo? dare. ¶ Item facere. Terent. in Adelph. O Aeſchine, pol haud paternum iſthuc dediſti. ¶ Item conciliare, ut apud eundem in Eunuch. Ludum iocumq; dices fuiſſe illum alterum, præut huius rabies quæ dabit, *ὅσην ἡ τότε μανία ἔχει.* ¶ Dare manus, eſt ſe uictum fateri, *τῷ χεῖρε προίσχεσθαι.* ¶ Dare pœnas, eſt ſubſtinere, *δίκην ἐπέχειν.* Lactan. lib. 6. Sed tamen docent nos Sanctæ literæ quemadmodum pœnas impii ſunt dantes. ¶ Dare ueniam, interdum eſt agnoſcere, interdum concedere quod petitur, *συγγνώμην, ἄνεσιν.* Terent. Da ueniam quæſo filio tuo. Cic. de Orat. Dabis hanc ueniam mi frater. ¶ Dare operam, eſt diuerſe, inſeruire, *προσέχειν.* Terent. in Phorm. Nos operam dabamus Phædriæ. Sæpe etiam inuigilare: ut quum dicimus, Literis operam dare. ¶ Dare poteſtatem, eſt rem in alterius arbitrio permittere, *δίδωμι ἐξουσίαν.* Plin. Ut qui ſuarum omnium rerum poteſtatem auunculo dederat. Prorſus etiam eleganter dicimus, Facere poteſtatem. ¶ Dare fidem, eſt aliquid ſanctè promittere, *πίστιν δίδωμι, ὑπισχνέομαι.* Cic. de Amic. & Terent. Eunuch. ¶ Dare actionem uel iudicium eſt ſuorem ad intendendam actionem admittere. Cic. 4. Verr. Siquis eum puliſſet, edixit ſe iudicium iniuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur, iudicem de ſua cohorte daturum: ipſi autem nullius rei actionem ſeſe daturum. ¶ Dare linamentum in plagam, eſt feſtucas lineri in uulnus inſerere, cum oleo, aliiſue medicamentis liquidis, quæ Græci *ἔμπλαστα* appellant. Celſus lib. 7. cap. 9. Ulteriores uerò, lunatasq; in plagas linteamentum dandum eſt, ut caro increſcens uulnus impleat. ¶ Dare in manum, ſignificat de manu in manum tradere, *ἐγχειρίζειν.* Terent. in Andr. Hanc mihi in manum dat. ¶ Dare ſe in diſciplinam, eſt ſe alicui inſtituẽdum permittere. Gel. lib. 5. cap. 10. Is in diſciplinam Protagoræ ſeſe dedit. ¶ Dare uerba alicui, eſt decipere. Plaut. Aulul. nimis ego hanc metuo malè, Ne mihi inſidiis uerba imprudẽti duit. ¶ Datum eſt, id eſt fato decretoq; conceſſum eſt, *δεδόκται.* Terent. Eunuch. Eſt iſtuc datum profectò ut grata mihi ſint quæ facio omnia. Sic. Virg. 7. Aeneid. Non dabitur regnis (eſto) prohibere Latinis. ¶ Datur cernere, id eſt poteſt cerni, uel licet cernere. Plin. Epiſtol. 10. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic eminent & elucent, ut mediocriter quoq; doctos aduertant, & afficiant. ¶ Duint, pro dent, uel dederint. Teren. And. Ac tibi Dii dignum factis exitium duint. Plaut. Amphi. Siue qui ipſe ut beſſet, ſiue per internuntium, Siue adeò Aediles perfidioſè cui duint. Duit, pro Det. Plaut. Aulul. Ne mihi ex inſidiis uerba imprudenti duit. Duas, pro Des. Ibidem. Ac nihil eſt dotis quod dem. Mane duas. Danont, pro dant. Plaut. Curc. Nam tibi amantes pronubantes uinum danunt. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt Abdo, Addo, Condo, Circundo, Cedo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prædo, Reddo, Subdo, Satisdo, Peſſundo, Trado, Venundo. Sedo & Mando (quæ falsò inter compoſita huius uerbi erant relata) huc non pertinent: ſunt enim ſimplicia: quod uel ex eo ſolo conſtant, quòd à litera figuratiua primæ coniugationis, quæ in compoſitis uerbi Do corripitur, in his duobus producatur.

Datus, participium, *δοθεὶς, δωρηθείς.* [Ital. Donato. Gallicè, Donné. Hiſp. Donado. Germ. Gegäben.] ut, Reddere data. Ouid. de Arte aman. Multa rogant tradẽda ſibi, data reddere nolunt.

Datus, us, m. g. *δωρεὰ, δόμα.* [Ital. Donatione. Gall. Donaiſon, don. Hiſ. Don, dadiua, donacio. Germ. Gäbung.] Plaut. Tri. nimis pergraphicus ſycophanta: is mille nummũm ſe aurum meo dato tibi ferre, & quæ Lesbonico adiebat meo.

Datum, dati, ſubſtantiuum, *δόσις, δωρεὰν, δόσις.* [Ital. Coſa donata. Gall. Chole donnée ou baillée. Hiſpan. Don dadiua. Germanicè. Ein gab, das einem gegäben iſt.] Cicero de Amicit. Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos uocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum.

Dato, as, are. frequent. Plaut. Moſt. Tu ſolus credo fœnore argentum datas.

Dãtŏr, datoris, m. ſ. *δώτης,* uel *δοτὴρ.* [Itali. Donatore. Galli. Donneur. Hiſp. Donador. Germ. Ein gäber.] Plaut. True. Semper datores nouos. Virgil. 1. Aen. Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona luno.

Datio, onis, *δοσὶς, δώρημα.* [Italicè, Donamento, donatione. Gallicè, Donaiſon, donnement. Hiſpanicè, Donacion. German. Ein gab.] Cic. pro lege Agr. Cuius iudicium, legumq; datio, captorum agrorum ipſius uirtute cognitio tollitur.

Dãrius, a, um, Gratuitum, aut quod grãtis datur, *δωρεὰν δόμενος, χαριζόμενος.* Plaut. Pſeud. Ego annon prius ſaluere, & nulla eſt ſalus mihi data ria.

Daratim, aduerbium, *ἀλλήλοις δόντες.* [Itali. Dando l'uno à l'altra. Gall. En s'entredonnant & baillant l'un à l'autre. Hiſp. Dando el uno. Germ. Mit gäbung.] Plaut. Curc. Tum iſti qui ludunt daratim ſerui ſe currarum in ulo. Ludere daratim, hoc eſt inuicem dando: quemadmodum qui pila luſitant, quæ uicißim mittitur & remittitur.

Dŏceo, ces, docui, doctum, ere. Alicuius rei cognitionem alteri trado, *μανθάνω, διδάσκω.* [Ital. Inſegnare. Gall. Enſeigner. Hiſp. Enſeñar. Germ. Lehren, underweyſen.] Conſtruitur autem cum duobus accuſatiuis: ut, Doceo te lite-

ras Aliquando cum uno tantùm, licet aliter possit intelligi. Pretium autem quod à discipulo exoluitur doctori, ponitur in ablatiuo. Excipiuntur hi quatuor genitiui, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum ipsorum compositis. Cic. 2. Philipp. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil sapere docuit. Iuuenalis, Chrysogonus quanti docet, uel Pollio quanti. Aliquando cum ablatiuo. Cicero Patro, Socratem fidibus docuit. Vbi nonnulli uolunt intelligi uerbum Canere, uel aliquod simile. ¶ Interdum idem est quod ostendere, uel declarare. Virgil. 1. Aeneid. docuit post exitus ingens. ¶ Interdum idem quod monere, siue certiorem reddere, *παραινεῖν*. Sallust. in Iugurtha, Tametsi legatos miserat qui Senatum de cede fratris, deq; fortunis suis docerent. Cic. Appio Pul. Ne literas quidem ullas accepi quæ me docerẽt quid ageres, aut ubi te uisurus essem. ¶ Huius composita sunt, Addoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, quæ ambo significant perfectè doceo, *ἐκδιδάσκω*. Sallust. in Catil. Cicero per legatos cuncta edoctus. Plaut. in Stich. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, prius doceo. *προδιδάσκω*. Sallust in Iugurth. Cæterum illi qui Centuriis præerant prædocti à duce, arma, ornatumq; muruerunt. Subdoceo, loco alicuius doceo. *ὑποδιδάσκω*. Cic. ad Attic. lib. 8. Ciceronesq; nostros potius meo labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

Doctus, *ta*, *tum*, Scientia imbutus, *ὁ ἐν τοῖς λόγοις ἐνδοκιμῶν, πεπαιδευμένος*. [Ital. Dotto. Gall. Enseigne, bien appris, docte, sauant. Hisp. Docto y ensennado. German. Gelert.] Cic. lib. 2. Offic. 1. Nec me angoribus dediti quibus essem confectus, nisi his restitissem: nec rursus indignis docto nomine uoluptatibus. Idem in Orat. Itaq; & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Sueton. de claris Grammat. Fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minus Græcè quàm Latinè doctus. Artes doctæ, Ouid. 9. Metamorph. Dicta docta. Lucret. li. 2. & doctis rationem reddere dictis. Docti doli. Plaut. Mil. Ei nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucoma ob oculos obiiciemus. Facies docta. Ouid. 2. Amor. O facies oculos docta tenere meos. ¶ Dicitur autem doctus qui rationem rei tantùm tenet: peritus, qui cum ratione experientiam, & consuetudinem tenet, *ἀπὸ τῆς πείρας*, id est experientia. Itaq; minus est doctus, quàm peritus. Cicer. in Sallust. Satis doctè atq; peritè fecisti. Idem lib. 3. Offic. Itaque quum sint docti à peritis, facilè descisconnt à sententia. Maiorem tamen uim habet doctus, quàm eruditus. Idem lib. 1. Offici. Nec soldum uiui, ac præsentes, studiosos discendi eruditos, atq; docent, sed hoc idem etiam post monumentis literarum assequuntur. Nec mirum est quòd minus sit eruditus quàm doctus: quoniam rudis & eruditus contraria sint. Plinius, Sedere cœpit sententia hæc, pariterq; & eruditum uulgus, & rude in eam cursu uadit. Quint. lib. 1. à pædagogis exigit ut sint eruditi, quo adolescentes erudire queant: aut se non eruditos esse sciant, ne quippiam tradant cuius ipsi sint ignari, quodq; postea sit dedocendum. ¶ Est autem doctus in hac significatione nomen, non participium: nullum enim importat tempus. ¶ Hinc fit compositum Indoctus, *ἀπαίδευτος*, quod quum uerbo careat, participium esse non potest: quemadmodum & Semidoctus, *ἡμιμαθής*. Cic. Cornelio, Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo sæpè suspicatus sum te à iudicio nostro, sicut doctum hominem à non indocto, paulum dissidere. Plaut. in Asin. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te remouis.

Doctè, aduerbium. Scitè & eleganter, *ἐπιστημόνως*. [Italicè, Dottamente. Gall. Doctement, sauamment. Hisp. Docta y ensennadamente. Germani. Künstlich, Artlich, Vuerctlich.] Cicero libro tertio de Orato. Tum ad te ludibunda doctè & delicatè deculit. Doctè & peritè facere, Cicer. in Sallustium.

Dŏcĭlis, pen. corr. om. t. Qui facilè disciplinam apprehendit, *εὐμαθής*. [Ital. Che apprende facilmente. Gal. Qui apprend aisément, qui se laisse enseigner. Hisp. Cosa habil para ser ensennada. German. Gelehrnig.] Cic. Trebatio, li. 7. Epist. O medicum suauem, meq; docilem ad hanc disciplinam. Idem 2. Tusculan. Dehinc ad hanc eneruatam, muliebremq; sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Lactan. de Opif. Nam si te in literis, nihil aliud quàm loquaces instrenuos, auditorem satis strenuum præbuisti: quanto magis in his ueris, & ad uitam pertinentibus docilior esse debebis? Varro lib. 1. de Re rustic. Cassius scribit hæc, operarios parandos esse qui laborem ferre possint, ne minores annorum octoni duorum & ad agriculturam dociles. Cicer. 2. de Orato. Iubent enim exordiri ita, ut eum qui audit, benevolum nobis faciamus. Docilem autem facio, non tum quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano.

Dŏcĭbĭlis, le, pen. corr. Qui idoneus est ut doceatur, *διδακτός*. [Ital. Habile à enseignarli à amaestrevole. Gall. Aise à enseigner. Hisp. Cosa que presto se puede ensennar. Germ. Gescheidt vnnd tugentlich gelert zů werden.] Hieronymus, Ingenium docile, & sine doctore docibile est. Sic Cyprianus, Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Nec facilè reperies, nisi apud Ecclesiasticos. Priscianus autem uult significare docibile id quod facilè discitur: pro quo nos perceptibile dicimus potius. Valla lib. 6. capite 28.

Dŏcĭlĭtas, tatis, fœmin. t. Apprehendendæ doctrinæ facilitas, *εὐμάθεια*. [Ital. Bonta di spirito, Pouoir dedito ad imparare, disposition d'intelletto ad imparare. Gal. Docilité, bonté, d'esprit qui est duit à aprendre. Hispani. Habilidad para ser ensennado. Germanic. Ein gelehrnige art die ein ding bald ergreiffe vnd fasset.] Cic. pro Sestio, Si perfecto genere humanæ docilitatis, atque ingenii dissipatos unum in locum congregauerunt. Idem lib. 1. de Finib. Prioris generis est docilitas, memoria: quas uirtutes qui habent, ingeniosi uocantur.

Dŏctrīna, fœmin. p. Eruditio, quatenus à præceptore proficiscitur. *διδασκαλία*. [Ital. Dottrina. Gall. Doctrine, instruction, enseignement. Hispan. Doctrina ò ensennança. Germani. Lehr, vnderweitung.] nam ut à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cic. pro Arch. poëta. Ego multos homines excellenti animo & uirtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos, & graues extitisse fateor: etiam illud adiungo, sæpius ad laudem atq; uirtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura ualuisse doctrinam. Idem in Orat. Quo fit ut rerum illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quòd alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: ab illis rerum ab aliis uerborum doctrina quæritur.

Dŏcŭmentum, neut. secun. à præteritò docui, sicut à monui monumentum. Idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores, *δίδαγμα*. [Italicè, Documento, amaestramento. Gal. Enseignement, exemple, monstre, experience. Hisp. Ensennança. Germanicè, Lehr, ermeysung, ein beyspil das vns etwas lehrt.] Cic. 6 Phili. Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna uoluit, quid esset uictis extimescẽdum. Sallust. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello sæpius uindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerant.

Doctor, uerbale, m. t. Qui docet, *διδάσκαλος*. [Itali Dottore, maestro. Galli. Docteur, maistre, enseigneur. Hisp. Ensennador. Germ. Ein lehrer.] Plin. in Paneg. Quem honorem docendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes? Tacit. li. 14. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impertiebat, hoc est Philosophis.

Dăchmus, mi, penultima correpta, m. *δάχμιος*, Pedis genus in numeris oratoriis: de quo Cice. in Orat. Dochmus (inquit) ex quinq; cõstat syllabis, breui, duabus longis, breui, longa: ut est hoc, Amicos teneas: item hoc, Reipublicæ. Quouis loco opus est, dum semel ponatur: iteratus, numerum apertum & nimis insignem facit.

Dŏrus, m. *δόρυς*. [Ital. Trane. Gall. Vn poulire ou soliue, un sommier. Hispa. Viga. Germa. Ein Balck.] Latinis trabem significat: unde ignitæ quædam æris impressiones oblongæ, trabis similitudinem referentes, *δόρυκοι* à Græcis appellantur: qua uoce etiam usus est Plinius libro secundo, cap. 26. Erant & trabes simili modo, duas docos uocant, quales quum Lacedæmonii classe uicti, imperium Græciæ amiserunt.

Dodecatheos, *δωδεκάθεος*. Herbæ genus proximum à molly Homerico autoritatem obtinens. Folia habet septem latitudine foliis similima, à latere radice exeuntia. Author Plinius libr. 27. cap. quarto. ¶ Dodecatheos item à Suetonio in Augusto, appellatur conuiuium quoddam Octauii fo-

erctum,

ctetus, ex duodecim conſtans conuiuis utriuſq; ſexus, ad imitationem cœleſtis conuiuii, cui Iupiter parem deorum dearumq; numerum ſeruat adhibere. Verba Suetonii ſunt hæc, Cœna quoq; eius ſecretior in fabulis fuit, quæ vulgò δωδεκάθεος nocabatur.

Dodra, f. p. Potionis genus quæ ex nouem rebus fiebat. Auſonius, Dodra, ex dodrante eſt: ſic collige, ius, aqua, uinum, Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

Dōdrāns, maſc. tert. Pondus uel menſura conſtans ex nouem unciis: ita dictum quòd ad conficiendum aſſem deſit quadrās, τριμοιρία. [Ital. *None oncie.* Gal. *Les trois pars, comme neuf onces de douze.* Hiſpanicè, Nueue onças. Germanicè, Drey quart oder viertheil eines jeden gewichts, oder maſs.] Mart. li. 8. Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.

Dōdrantālis, leg. τριμοιριαῖος. ut, Dodrantalis ſtirps, apud Colum. lib. 11. cap. 3 hoc eſt trium palmorū, ſeu digitorum duodecim, cui ſcilicet ad perficiendam pedis menſuram deſit quadrans.

Dogma, atis, neut. ter. δόγμα. [Ital. *Dottrina affermata per Philoſofi, opinione ferma d'una ſetta, Coſa deliberata per giudici.* Gallicè, *Decret, opinion & ſentence ou propoſition deliberée, conclue & arreſtée qu'on n'oſe deſdire.* Hiſpanicè, *Doctrina ò decreto.* Germanicè, Ein geſatz, ein ſonderbare ſelbs ervölte meinung die ein jede Secť hatt.] & Dogmatum, ti, Noſtri modò decretum, modò ſcitum, modò placitum appellant. Sunt enim dogmata uniuſcuiuſq; ſectæ decreta, quæ (ut inquit Cicero) prodere ſcelus eſt, non minus quàm patriam, ſine quibus nec ſectæ Philoſophorum, nec religionum uires conſtare poſſunt. Vnde Laertius ait, ſectam eam non appellari quæ dogmata non habet. Cicero quarta Tuſculan. Quoniam id enim haberent Academici decretum (ſentitis enim iam hoc me dogma dicere) nihil poſſe percipi, &c. Idē 4. Acad. Sapientiæ uerò quid futurum eſt, neq; de ſeipſa dubitare debet, neq; de ſuis decretis quæ Philoſophi dogmata nocant? Græcè etiam γνώμαι, & ἀρέσκοντα dicitur, teſte Budæo. Habent & cæteræ artes ſua dogmata: ut in re medica alia Hippocratis, alia Aſclepiadis, alia Themiſonis dogmata fuerūt. A Plin. in frequenter placita appellantur, ut placita Magorum, & placita Babyloniorum lib. 2. Dicitur autem Dogma ἀπὸ τῦ δοκεῖν, quod opinari ſignificat.

Dogmatiſtes, m. t. Qui aliis dogmata præſcribit, δογματιστὴς, à uerbo Græco δογματίζω, quod eſt decreta præſcribo, dogmata trado. Hieronymus, Nunc uerò quum interpres magis Apoſtoli fuerim quàm dogmatiſtes.

Dolabella, Dolabra, Vide Dolo.

Dolenter, Dolentia, Doleo, Vide Dolor.

Dolia, cicuta apud Dioſc. li 4. ca. 82.

Dōlia, orum, n. ſ. Vaſa maiora, uino ſeruando præcipuè idonea, quæ olim fictilia potiſſimum erant, βίδοι. [Ital. *Botte, degli.* Gall. *Vaiſſeaux à ſerrer le vin, tonneaux.* Hiſpanol. *Tinajas ò uaſijas grandes de barro.* Germ. Fäſſer.] Plaut. Caſ. Dabitur tibi amphora una & una ſemina, Fons unus, unum ahenum & octo dolia. Terent. in Heaut. Releui omnia dolia, omnes ſeriæ. ¶ Veteres dolia fictilia in cellis uinariis ſeruabant, quæ ſi duas aures haberent, diotæ dicebātur. Iureconſulti ſcribunt, Vino legato cum uaſis, dolia legata non uideri: quia ſcilicet ea mente uinum in dolia condimus, ut ex his poſtea in amphoras uel cados diffundamus: quod deinde uinum diffuſum nominatur. Iauen. Ille capillato diffuſum Conſule potat. Cicer. de clar. Orato. Nam igitur qui hoc ſentiat, ſi is potare uelit, de dolio ſibi hauriendum putet? ¶ Vnde etiam, E' dolio hauſtum, ἐκ πίθε ἄντλειν, prouerbialiter olim dicebatur qui abundabat rebus optatis. ¶ Inexplebile dolium, ἀπλῆρω πίθος. Varius eſt huius adagionis uſus. Quadrat enim primum, ἐπὶ τὸν ἀδιάφορον: hoc eſt, in gulonce edaceſq;. Quadrabit & in obliuioſum, cui ſiquid eruditionis infundas, protinus effluit, quiſq; prius obliuiſcatur quàm didicerit. Competet etiam in homines præter modum profuſos. Ariſtot. Oeconomicōn 1. Congruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil eſt ſatis: uerùm quò magis implentur opibus hoc magis inanes eſſe uidentur. ¶ Voluitur dolium, ἐπὶ κυλιομένε πίθε. In eum qui commouetur alieno exemplo ſuę inſtitutu ad ſolitè quid faciendum. Nam dolium facili impulſu quo uelis uoluitur. At ſapiens ſemper fixus eſt & immotus.

Dōlium, eruditorium, Laconici ſpeciei, Germanis hodie in uſu nec improbatum. Vſi ſunt olim & Veteres, ut inquit Aetius ſerm. 13. ca. 14.

Dōliŏla, n. ſ. diminutiuum à doliis, βιδίον. [Italic. *Botticini.* Gall. *Petis muys ou tonnelets.* Hiſpan. *Tinajuelas.* Germanic. Fäſslin.] Vnde & locus in orbe fuit ſic uocatus, eo quòd poſt Allienſem cladem Gallis Vrbem inuadentibus, doliola in quibus ſacra Romanorum Pontifices condiderāt, eo in loco fuerint defoſſa à flamine Quirinali, ſicut T. Liu. lib. 5. ſcribit. Qua de cauſa in eodem loco ne deſpuere quidem alicui licebat. Feſtus.

Dōliāris, & hoc doliare, βιδώδης, ὁ τῦ πίθε. [Ital. *Ciò che s'appartiene à doglio.* Gall. *De tonneau ou de muy.* Hiſp. *Coſa de tinaja.* Germani. Das zů den Fäſſen gehört.] Quod ad dolii magnitudinem, ſiue capacitatem accedit. unde Plaut. in Pſeudolo, feſtiuiter appellat anum uentricolam, doliarem. Ego deuortor extra portam huc in tabernam ter tiam. Apud anum illam doliarem, claudam, craſſam. ¶ Vita doliaris, ζωὴ πίθε, prouerbio dicitur uita frugalis, parca, ab omni ſtrepitu atq; ambitione ſemota breuiter ea qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egiſſe fertur: quam poterit torqueri & in eos qui nimium ſordidè, nimis cultè atq; immundè uiuunt.

Dōliārius, maſc. ſ. Significat eum qui dolia facit, & componit, βιδοποιὸς, μεγαμοποιὸς. [Ital. *Bottaro.* Gall. *Celuy qui fait muys ou tonneaux.* Hiſp. *El que haze tinajas.* Ger. Ein Küffer.] Plin. lib. 3. cap. 6. Aenaria inſula à ſtatione nauium Aenea, Homero Inarime dicta Græcis Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimant, ſed à figlinis doliariorum.

Doliarium, rii, ſubſtantiuū, quod apud Iureconſultos ponitur pro ipſis doliis, uel cella in qua dolia uinaria ſunt, βιδῶν. Si (inquit) ex doliario pars uini uenierit.

Dōlichus, m. ſ. δόλιχος. Spatium eſt duodecim ſtadiorum, uel (ut Suidas tradit) uiginti quatuor. Iulius Pollux Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuiſſe curriculum omnium maximum: in quo qui decertabant, dolichodromi dicebantur. ¶ Eſt præterea dolichus, legumīnis genus, caule tenerrimo: ſed ſi perticam adiunctam habeat, in miram altitudinem aſcendente, alioqui nitioſum & infrugiferum. Alii cicerculam interpretantur, alii phaſeolum. Vide Galen. li. 1. de Alimen. facult.

Dōlo, las, act. p. Dolabra, ſiue aſcia læuigo, uel cœlo, ſculpo, πελεκίω, ἀποξέω. [Ital. *Aſciare, polire.* Gal. *Doler, unier, esboucher.* Hiſpan. *Dolar, ablanar.* German. Hobeln, glatt machen.] Proper. Stiches acerous eram properante dolatus. Cic. 4. Acad. Non enim eſt ex ſaxo ſcalptus, aut arbore dolatus. Colum. lib. 1. cap. 2. Materies ſi roborea eſt, ab uno fabro dolari ab unguē per quadrata debet pedum x x. Idem lib. 8. cap. 5. Dolare perticam in quadrum. ¶ Apud antiquos etiam in uſu fuit Dolio, dolis, dolui, dolitum. Varro in Agatone, ut citat Nonius, Numnam cultatus in manu dextera ſcyphus, cœlo dolitus, artem oſtentat Mentoris? ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Dedolo, & Edolo, de quibus locis ſuis.

Dōlabra, brę, pen. corr. f. p. Inſtrumentum fabrorum quo ligna dolant, ἀξίνη. [Ital. *L'aſcia.* Gall. *Doloire hachet.* Hiſp. *Seguron ò açuela para dolar.* German. Ein Hobel.] Col. lib. 3. Quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abſcindito. Paulus in l. Quum de lanionis de Fund. inſt. leg. uocat etiam hoc nomine inſtrumentum lanionum quo carnes diſſecant.

Dōlābella, diminutiuum à dolabra, ἀξινάριον. [Ital. *Piccola dolatora.* Galli. *Petite doloire ou hachete, hachon.* Hiſp. *Açuela.* Germ. Ein Höbelin.] Col li. 5. Semper circa eam dolabella dimouenda eſt terra. Hoc etiam cognomine uſa eſt familia quædā Romanorum, ex qua fuit Cornelius Dolabella Ciceronis gener.

Dolabelliana pyra, longiſſimi pediculi, ab inſitore Dolabella ſic dicta Plin. li. 15. ca. 15.

Dōlōnes, m. t. δόλωνες, ita dicti à fallendo, quòd ingentes conti, ferro breuiſſimo, quum ſpeciem præferant ligni, intus ferrum acutum habeant. Virg. lib. 7. Pila, manu, ſæuoſq; gerunt in bella dolones. Vbi Seruius ait dolonem flagellum eſſe, intra cuius uirgam lateat pugio. Plutarchus in Tiberio, δόλωνα interpretatur ſiccam latronum. Vera

ba eius sunt hæc, ὥστε πλεῖστον δόλους ἐγκόπτοντος ὑπεξῆν πυθέσθαι μηδὲν, ὁ δόλωνα καλοῦσι In instrumento autem naualí Dolones dicuntur uela minora quæ supra aciaria (eo enim nomine uela maiora dicuntur) celeritatis causa tolent erigi. Liuius libr. 27. Dolonibus erectis alium petere conuenit. Ibidem, Sublatis dolonibus effusi effugere ex ore intendit.

Dŏlor, m. r. est animi uel corporis cruciatus, ἄλγος, τό [Ital. Dolore, dogliosa. Gall. Douleur, facherie, ennuy. Hisp. Dolor. Germani. Schmertz. Leid] Cicer. 2. Tusculan. Dolor est motus asper in corpore, à sensibus alienus. Terentius in Andr. Eius labore, atque eius dolore gnato ut medicaretur tuo. Cicer. Sulpitio libro 4. Est omnino uix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatione recuperandi.

Dolor naturæ est alteratio: ut inquit Hippocrates, Dolor per contentum uel assensum sit communitatem uocatæ quæ est membro alteri membro compatiente. Galen. libro 3. de locis affectis cap. 1. Dolores extensui dicti sunt, quòd extensionis sensum inducunt. Dolorum multas & innumeras origines, tum eorum quoque causationem & species eorundem, uide copiosissimè apud Galenum libro 2. De locis affectis. Dolor pulsatorius, siue turgidus, est qui à parte principio affecto, uelut in radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur. Galen. lib. 2. De locis affectis cap. 2.

Dŏlōsus, generis fœminini, primæ declinationis, antiquis fuit in usu pro dolore, ἀλγηδών. Cuius compositum est Indolentia, hoc est absentia doloris: in qua Philosophorum nonnulli summam felicitatem posuerunt. Cicero, Vt qui rem expetendam uel uoluptate, uel in dolentia metiuntur.

Dŏleo, es, dolui dolitum, n. f. Dolore afficior, corpore uel animo crucior, ἀλγέω. [Italic Dolere. Galli. Se douloir, estre doulent, estre fasché & desplaisant. Hispan. Doler ò dolerse. Germani. Schmertzen, leiden.] Terent. in Eunuch. Dolet dictum imprudenti adolescentulo, & libero. Cicero in Vatinium. quis tum non ingemuit, quis non doluit Reipub. casum? Hoc uerbum, si ad corpus referatur, neutrum: ac quiritium est: ut, Oculi dolent uiro tuo, Plautus in Amph. Mihi etiam misero nunc mala dolent. Sin de rebus alienis, affectiuum est: ut, Doleo tuis rebus aduersis, id est, propter res tuas aduersas, ἄχθομαι. Aliquando etiam cum accusatiuo: ut, Doleo tuam miseriam. Doleo tuam uicem, σὺν χάριτι ἄχθομαι. Doleo uicem Reipub. περιλυπῶ τὴν πατρίδα. Sallustius. Quasi dolent eius casum. ¶ Huius composita sunt Condoleo, quod est simul, uel in totum doleo, συναλγέω, συμπαθῶ, συμπάσχω. Plaut. in Tuscul. Date iam foleas, atque intrò me ducite ædium, Nam mihi de uentò miserè condoluit caput. De doleo, de quo alibi.

Dolenter aduerbium, ἀλυπήτως, περιλύπως. [Itali. Dolentemente, con tristezza & affanno. Gal. Dolentement, par douleur, en tristesse. Hispan. Dolientose ò dolorosamente. Germani. Schmertzlich, mit betrübnuss.] Plancus Ciceroni, libro 8. Sed quicquid tibi scribo, dolenter me hercule magis, quàm inimicè facio. Plin. Epistol. 1. Vnice probo quòd Pompeii Quintiani morte tam dolenter afferis, ut amici charitatem desiderio extendas. Ouid. 4. Met. Nihil illo fertur moliorum moderator equorum Posse Phaethontæos uidisse dolentius ignes.

Dolōro, as, a. p. dolore afficio.

Dŏlōrĭficus, ca, cum, Quod dolorem facit, ἀλγεινός.

Dŏlus, doli, m. f. δόλος. [Ital. Inganno, fraude. Gal. Dol, fraude, tromperie, cautelle, finesse. Hispani. Astutia ò enganno. Germani. Ein list, betrug, schlus oder betrug] Græca dictio est, quæ apud Latinos accipitur pro fraude & machinatione qua ficti ad fallendum aliquem. Plaut. in Capt. Non dolo non dolum, ni astu eolas. Terent. Andr. Simul sceleratus Davus, si quid consilii Habet, ut consumat nunc, quum nihil obtint dolo. Cicer. pro domo sua. Illud in primis, nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur. Veteres tamen etiam in bonam partem accipiebant, pro solertia & calliditate quæ aduersus hostes, adhibebatur. Vnde dolum malum ueteres dixerunt discriminis causa, quòd & bonus quidam dolus diceretur, δαιδάλημα. Terent. in Eunuch. Iam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia. Vipian. de Dolo malo. l. 1. Dolum malum Seruius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi causa, quum aliud simulatur, & aliud agitur. Cicer. 3. Offic. Nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus protulerat formulas, in quibus ipsis quum ex eo quæreretur quid esset dolus malus, respondebat, quum aliud simulatum est, aliud actum.

Dŏlōsus, pro fraudulento, δολερός. [Ital. Ingannatore, cautoloso. Gall. Trompeur, cauteleux, pleins de finesse. Hispan. Enganoso, astuto. Germanic. Betrueglich, voll böser list.] Plaut. in Epistol. Ego aliquam parabo dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit Cic. pro Rab. Postth. Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis cõsiliis, Romam uenit. Ouid. 15. Metam. Artes dolosæ.

Dolosè, aduerbium, δολερῶς, δολίως. [Italic. Cõ inganno, Gall. Par tromperie, cautelusement. Hisp. Astuta y enganosamente Germ. Betrueglichen] Cicer. 3. Offic. Quum dicitur inter bonos bene agier, quicquid agi dolosè an malitiosè potest?

Dōma, tis, n. δῶμα, δόμος, [Ital. Tetto piano Galli. Toit, couuert. Hisp. Cota ò tejado de casa. Germa. Ein Tach das oben vnd nit haldecht oder flötzig ist.] Tectum. Namque inquit Hieronymus) in Aegypto, & in Palæstina, ubi uel serpit diutini libri, uel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ uectoria, uel menia nocantur. id est, plana tecta, quæ transuersis trabibus sustentantur. Dominq & Petrus in Actis Apostolorum quando ascendit in domum, in tectum ædificii ascendisse credendus est. Et quando præcipitabatur, ut in tecto tacitè per circuitum quasdam eminentias ne facilis in præceps retineri lapsus. Et in Euangelio, Quæ auditis in aure, dicite super domata.

Domabilis, uide Domo domas in Domus.

Domesticatim, Domesticus, uide Domus.

Domicilium Domicœnium, Dominium, Dominor, Dominus, uide Domus.

Domiporta, fœ. p. Cochlea dicitur, quòd domum suam per omnia circumferat: Vnde etiam Græci φερέοικον uocant. Cicer. 2. de Diuin. Vt siquis medicus ægroto imperet ut fumare terrigenam, terdigradam, domiportam, sanguine cassum potius quàm hominum more cochleam.

Domitor, Domitura, uide Domo, domas, in Domus.

Domo, domas, uide Domus.

Dŏmus, fœmin. g. & f. pro priè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus constat: Impropriè pro quocunque habitaculo, οἶκος, δόμος. [Ital. & Hispan. Casa. Gall. Maison Germanicè, Ein Hauss] Vnde & templa, & autium nidi, domus dicuntur, οἰκήματα. Virgilius lib. 3 Odia barbaræ domus patuere ingentia centum. Spectat fua. Idem 8 Aeneid. Antiquasque domos autum cum stirpibus imis Eruit. ¶ Aliquando domus dicitur: familia, οἶκος. Idem l. 5. Sergestusq; domus tenet à quo Sergia nomen. ¶ Aliquando sumitur pro tota aliqua gente. Idem 1. Aeneid. Quem domus Assaraci: uolens intelligi Romanos qui ab Assaraco per Troianos originem ducent. ¶ Aliquando pro parte. Idem 3. Aeneid. Da propriam Tyrrhenæ domum da mœnia fessis. ¶ Facit autem genitiuum, domus & domi, datiuum domui, accusatiuum domum, uocatiuum domus, ablaticum domo. Differunt tamen duo hi genitiui, domi & domus, ut Domus ædificium ipsum significet: quod ex tecto & parietibus constat. Aptè itaque dicemus, partem domus fum demolitus: non, partem domi. Pro eodem etiam apud ueteres legitur Domus. Varro, Pertexit in interiorem partem domus. Sed quum dicimus domi, locum significamus in quo quis habitat: ut, Domi maneo, οἴκοι μένω. Terent. in Adelph. Quid ais bone uir, est frater domi? ¶ Inuenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitiuus domi pro domus. Plaut. in Trinummo. Non fugitiuus est homo: commeminit domi. ¶ In numero plurali facit nominatiuum domus, datiuum & ablatiuum domibus, accusatiuum domos, uel domus, genitiuum domorum, & nonnunquam domuum. Plin. lib. 8. ca. 57. Quo in genere multi & hos incolas domuum posuere mures. Legitur etiam nonnunquam in ablatiuo singulari domu. Plaut. in Militc, Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu ¶ Domi, & In domo, idem significat. ἐν τῷ οἴκῳ. Quintilia. In domo furtum factum ab eo qui domi non fuit. ¶ Dicimus etiam Reuertor domum, & ad domum

claudi. Exeo domo, uel è domo, *οἰκοθεν.* ¶ Admittunt autem obliqui huius nominis aduerbialiter poſiti ſex tantùm adiectiua, Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra, & Alienaut, Ire domi meæ, Tu eras domi tuæ, & ſic de cæteris. Cic. pro domo ſua. Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo phanatice, ſacrificium, quod alienæ domi fieret, inuiſere? Aliquando non ſolent apponi, ſed ſubintelligitur, Domi eo ſcilicet meæ. ¶ Domus amica, domus optima, *οἰκος φίλος, οἶκος ἄριστος.* Nuſquam commodius, nuſquam libertius, nuſquam lautius homini uiuere contigit, quàm domi. ¶ Domi coniecturam facere, *οἰκοθεν ἀνάγειν.* Quod non aliunde petitur, id domi fieri dicitur. Plaut. Ciſtel. ¶ Domi pugnant more galli, *ἐνδεμάχεσθαι πλήκτως.* In eum qui ſemper domi deſidens, non audet uel in bellum, uel in certamina proficiſci foras. Nam hoc animal pugnaciſſimum quidem eſt, ſed domi. ¶ Vna domus non alit duos canes, *εἰς οἶκος οὐ δύναται τρέφειν τὼ λύκω κύνας.* Prouerbio taxatur ſenarius in eos, inter quos parum conuenit propter idem lucrum quod communiter expetunt. Refertur ab Ariſtophanis interprete. ¶ Domi manere oportet beatè fortunatum, *οἶκοι μένειν δεῖ τὸν μακάριον τυθήσεσθαι.* Cui ſuppetit copia facultatũ, is ſi uelit fortunatam agere uitam, domi uiuat. ¶ Ad eandem pertinet metaphora, Domi habere. ¶ Huius nominis diminutiua ſunt, Domuſcula, Domuncula, *οἰκίσκος, οἰκημάτιον.*

Dŏmēſticus, ca, cum, Quod ad domum pertinet, *οἰκειακός.* [Itali. Domeſtico di caſa. Galli. Domeſtique, de la maiſon. Hiſp. Coſa caſera ò de caſa. Germanicè. Ein Hausgnoss oder hausgehörig] ut, Domeſtica negotia, domeſtica exempla domeſticum lenocinium Domeſticus uſus, & conſuetudo. apud Ciceronem. ¶ Aliquando domeſticus dicitur manſuetus ac mitis, *ἥμερος.* Plin. Mite animal, atque domeſticum.

Domeſticus, ci, m. ſ Qui in eadem domo nobiſcum habitat, *οἰκέτης, οἰκότης.*

Domeſticātim, aduerbium, Significat per uarias domos, ſiue per domeſticos, *κατ' οἰκήματα.* [Ital. Di caſa in caſa, per le caſe. Galli. De maiſon en maiſon, par les maiſons. Hiſpani. De caſa en caſa. Germa. Von Hauſs zů hauſs.] Sueton. In Cæſ. Quorum ut quam maxima expectatio eſſet, ea quæ ad epulum pertinerẽt, quàm maxima macellaris oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

Domicœnium, Cœna quæ fit domi, *οἰκοδεῖπνον.* Apud Martialem, libro 3. Si triſti domicœnio laboras Torani, poteſ eſſurire mecum.

Dŏmĭcĭlio, ſ. n. [Ital. Ritornata à caſa. Gall. Retour en la maiſon. Hiſp. Tornada à caſa. Germa. Heimgang.] Dictio cõpoſita ex domo, & itio, quaſi reuerſio ad domum. Cic. lib. 1. de Diuina. Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum, ac domicilionem dari. Apul. libro 3. Denique nec larem requiro, nec domicilionem paro. Itiones autem dici, ſicut rediciones, & abitiones, teſtis eſt Terentius qui in Phormione ait, Hæcine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ?

Dŏmĭcĭlium, n. ſ Habitatio longi temporis, *οἰκητήριον.* [Italicè, Domicilio habitatione di lungo tempo. Gall. Domicile, le lieo de la demeure ou habitation. Hiſpani. La caſa, ò la morada della de luengo tiempo. Germanicè, Ein behausung, langwirige wonung.] unde Mutare domicilium dicuntur qui migrant ut aliam urbem habitent, tanquam illis ciues futuri, nam qui ad tempus habitat, mox inde diſceſſurus, domum quidem poteſt habere quam conduxit, domicilium autem non habet. Cic. 7. Verr. Sedẽ antiquam diuinum domicilium nocturno latrocinio arq; impetu compilauit. Gell. Qui domicilium in Italia non haberet. Cic. de Senect. Animus cæleſtius exaltiſſimo domicilio depreſſus & quaſi demerſus in terram.

Domo, domas, domui, domitum, & interdum domaui, domatum, olim tertiæ coniugationis fuit. ſi Priſciano credimus, quemadmodum &c. omnia primæ coniugationis uerba quæ præteritum faciunt per ui, diuiſas ſyllabas. Inde manſerunt domui, domitum, & domitor. Eſt autem Domare, manſuefacere, & domeſticum reddere, *ἡμερόω, ἀγριόω.* [Ital. Domare, ſottemettere, far ſuggetto. Gallic. Donter, ſarmonter, rendre ſubiet. Hiſpan. Domar. Germa. Zemmen, Zam machen.] Virgil. 3. Georgic. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Grai memineret Poëtæ, Martis equi biiuges. Plaut. In Caſ. Sed quid ais? iam domuiſti animum? Plin. de uiris Illuſt. Prætor Galliam domuit, Conſul Hiſpaniam, altero Conſulatus Sardiniam. Hinc Domitos hoſtes dicimus, id eſt uictos: & domitos populos, in poteſtatem redactos. Cic. de Prouinc. Conſul. Atque hanc Macedoniam domitis iam gentibus ſi nitimis, barbariiſq; compreſſa, pacatã ipſam per ſe, & quietam. ¶ Equorum domitores, *πωλοδάμναι.* Virgil. 7. Aeneidos, Lauſus equum domitor, debellatorq; ferarum. Domiti equi, *ἠνωγωγοι* atque Indomiti, *ἀνάγωγοι.* Indomitæ gentes, feroces. Idem 7 Aeneid. raptis concurrunt undique telis Indomiti agricolæ. Et 8 Aeneid Indomitiq; Daci. ¶ Hinc componitur Perdomo, penul. corr. quod eſt ualde de domo, uel ad finem domo. Martial. libro primo, Herculeæ laudis numeretur gloria, plus eſt Bis denas Pariter perdomuiſſe feras.

Domĭtura, æ, ſum p Domandi actus, *δάμασις.* [Ital. Domatione, domamento Galli. Dontement, apriuoiſement. Hiſ. Domadura, aquella obra de domar Germanic. Zamung, zam machen] Plin. libro octauo, capit. 40. Domitura bouum in triennatu. poſtea ſera, antea præmatura. Colum. lib. 6. Curandum ne in domitura bos calce, aut cornu quemquam contingat.

Domĭtus, tus, tui, m. q Eiuſdem ſignificationis cum ſuperiori. Cic. lib. 2 de Natu. deor. Eſſicimus etiam domitu noſtro quadrupedum uectiones.

Dŏmĭtor, oris, m. t. Qui rem aliquam domat, hoc eſt cicurem & manſuetam reddit, *ἀκμαστὴς ἀκμαστῶρ.* [Itali. Domatore, Gall. Donteur, qui donte. Hiſpanic. El domador. German. Ein Zämer, der ein dempt und zam macht.] Ouid. 2. Triſt. Quid tibi de tetrico reteram domitore Chimeram? ¶ Pro eodem etiam legitur Domator. Tibullus, Conuerſus tergi domator.

Domĭtrix, icis, *ἀμάστειρα, ἀκμάστρια.* [Ital. Domache domi, uince & ſupera. Gall. Celle qui donte. Hiſp. Domadora. Germ. Ein Zämerin] Virg. 3. Georg. - domitrixq; Epidaurus equorum.

Domabĭlis, le, om. t. Qui eſt aptus ad domandum, *τιθασσευτὸς* [Ital Coſa che ſi può domare Gallic. Domable, aiſe à donter Hiſpanicè Coſa que ſe pueda domar. Germanicè, Zämig, das wol zů zwingen und zů zämẽ iſt.] Horatius libro 4. Carm. Ode 14. Te Cantaber non antè domabilis Mitatur Ouid. 9. Metamor. Atque immune necis, nullaq; domabile flamma.

Domĭto, as, tare, frequentatiuum, *συχνὰ δαμάω.* Virgil. 1. Georg. Et ptenſos domitare boues. Idem 7. Aen. - domitant in puluere currus.

Dŏmĭnus, maſ. ſ. A domo ſit: & is propriè dicitur qui domui præeſt, & qui in familiam imperium habet, *δεσπότης, οἰκοδεσπότης.* [Ital. Padrone, ſignore. Gall Seigneur, maiſtre. Hiſp. Seanor como de ſieruos. Germanicè. Ein Herr, Hausherr.] Sunt enim domini & ſeruus, *ἐν τῶν πρός τι*, hoc eſt ex iis quæ ad aliquid referuntur. Terent. in Eunuch. Adparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis. Plaut. in Ciſtil. Quis iſtic habitat? L. Demipho dominus meus. ¶ Item Domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicuius proprietatem habent, etiamſi uſusfructus alienus ſit. Abuſiue tamen & filiifamiliũs, & cæteri liberi, qui in poteſtate ſunt, & uſufructuarii, domini dicuntur. Hæc ex Vlpiano ¶ Item Dominus uocatur qui in regnum uel ciuitatem imperium habet, & cui populi ſubſunt. Virg. 1. Aeneid. Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. ¶ Rurſus Dominus dicitur maritus. Idem lib. 4. connubia noſtra Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit. ¶ Sunt etiam amantium uerba dominus & domina, blanditiis apta. Ouid. Hęc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella tuo. Et iterum, Nam furor in dominam temeraria brachia mouit. ¶ Item ponitur pro conuiuii exhibitore. Varro, Aut dominum, aut uinum aut aliud quid laudato. Cic. in Vatin. Quum ipſe epuli dominus Qu. Appius albatus aſſet. ¶ Dominus quoque & domina, ſomi ſolent pro Deo ac dea. Ouid. Et domino ſolutæ uota Ioui. ¶ Dominus ſimpliciter appellatur in Iure Ciuili, qui quoque tempore uſu cœpit. l. ſi ſiuit. parag. Iulianus de damno infecto Quamuis & ceteres honoris cauſa dominum aliquem dicere ſolebant, ut cum Neſennius ad Paulum ſcribens l. Neſennius ad L. Falc. Ex facto, inquit, Domine talis ſpecies incidit. Sic & mariti uxores ſuas, & maritos illæ quandoque appellant. Sic & Plinius, Traia-

num dominum eadem ſcilicet conſuetudine, cuius & Martialis quoque & Seneca meminerunt. Dominus ſit is, cui traditur ex cauſa emptionis, donationis, dotis, mutui, legati, hæreditatis, ſolutionis, tranſactionis, ſententiæ, vel ſimilibus. l. traditionibus. C. De Pactis. l. nunquam nuda. De acquirendo rerum dom. Domini appellatio, à domo deducitur, *οἰκίᾳ*, proprium Græci vocant: & à domo deriuant. Vlpian. in titul. Inſtitut. de hæred. qual. & differ. Domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent, etiam ſi uſusfructus alienus ſit. Vlpian. Domini abuſiuè dicuntur filiifamilias, & cæteri liberi qui in poteſtate ſunt, & uſufructuarii. Ex Vlpian.

Domina, næ. fœmi. p. Hera, domini uxor, quæ in familiam, aliamue rẽ imperiũ habet, *δέσποινα*. [It. *La ſignora*, la maeſtra. Gallicè, Dame, maiſtreſſe. Hiſpanicè, Senora como de ſeruos. Germanicè, Ein Fraw, Herrin.] Cic. in Parad. Cupiditas honoris, dura domina. Idem libro 2. de Finib. Domina rerum omnium uirtutes. Virg. li. 3. Aene. Et uinctis eorum dominæ ſubiere leones. Cic. li. 3. Offic. Hæc enim una uirtus omnium eſt domina & regina uirtutum. De Iuſtitia loquitur. ¶ Domina, *κατ' ἐξοχὴν* quandoq; pro Proſerpina legitur. Virg. 6. Aen. Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Dominicus, deriuatiuum, *δεσποτικός*, tur, Dominicus dies, qui antea dies Solis dicebatur, quòd Chriſti domini noſtri reſurrectione ſit inſignis. ¶ Dominicę habitationes, apud Columell. libro nono, capite primo, Rationes dominicas pecuarias conficere, apud Varr. libro ſecundo, de Re ruſt. capit. 10.

Dŏmĭnor, aris, decl. prim. Ius & imperium in rem aliquam habeo, *δεσποτεύω, κρατέω*. [Ital. *Signoreggiare*. Gallicè, Dominer, maiſtriſer, dominer. Hiſpani, Enſennorear. Germ. Herſchen.] & frequentiſſimè habet datiuum. Virgil. 1. Aenei. Victis dominabitur Argis, Modò accuſatiuum, cum *IN* præpoſitione. Ouid. lib. 1. Metamorph. & quod dominari in cætera poſſet. Cic. in Catone. Felix ſeruetos, ſi uſque ad ultimum ſpiritum dominatur in ſuos. Modò ablatiuum cum præpoſitione *IN*. Sulpit. Ciceroni, Quum caſus & natura in bonis dominatur. Virgil. lib. 2. Aeneid. Incenſa Danai dominantur in urbe. ¶ Interdum etiam cum genitiuo inuenitur, ſed nonniſi ſacris literis. ¶ Dominer aliquando paſſiuè accipitur. Cic. 1. Offic. O domus antiqua, quàm diſpari domino dominaris.

Dŏmĭnātus, m. q. Principatus, *τυραννὶς*. [Ital. *La ſignoria, la poteſtà*. Gall. Domination, ſeigneurie, maiſtriſe. Hiſpa. Senorio. Germ. Ein Herrſchafft.] Cic. 9. de Finib. Quum autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ huius rutelæ ſubiiciantur. Idem primo de Diuinat. Quæ erat urbs in Theſſalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dominator, m. t. *παντοκράτωρ, κυριεύων*. [Itali. *Il Signore*. Gall. Dominateur & ſeigneur. Hiſpanicè, El que enſennorea. Germ. Ein Herſchender Herr.] Cic. 2. de Natu. deor. Dominator rerum Deus.

Dŏmĭnātrix, t. *δεσποινὶς, κυριεύουσα*. [Ital. Donna che ſignoreggia. Gall. Celle qui domine. Hiſp. La que enſennorea. Germ. Ein Herſcherin.] Cic. 2. de Inuent. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dominatio, f. t. Imperium, *δεσπότεια*. [Ital. *Signoria*, domínio. Gall. Seigneurie, domination. Hiſp. Senorio. Germ. Herrſchung oder herrſchafft.] Cic. lib 5. Verr. Quæ impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe, qui in fuga tam improbus ſit? Taci. lib. 1. Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, &c. Cic. 2. de Inuent. Dominatio rationis in libidinem.

Dominium, nii, neut. ſecun. eſt Ius de re corporali perfectè (quod ſalua Legum prohibitione fiat) diſponendi. Alciat. l. traditionibus. Codice. de Pact. Dominiũ, inquit Bart. eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, niſi lege prohibeatur. Apellus noſter Plinius definit hoc modò: Eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, ſi rei copiam habeas, ſine minus uindicandi: niſi uel Lege, uel conuentione prohibearis. Eſt etenim Dominium ipſiſſima cauſa rei uendicationis, cum uidelicet alius quiſpiam nobis inuitis, uel poſſidet, uel detinet. Dominium diuiditur in directum, & utile. l. 1. parag. 8. Si ager uectig. uel emphyt. pet. Paritur in proprietatem & uſumfructum, l. iiij. de Vſufruct. l. qui uſumfructum. de Verb. obli. Sed & alias in lore inueniri Dominii ſpecies, indicat Alciatus, in Parergis. Quoddam enim Dominium eſt *κατὰ ἰδέαν*, id eſt, in ſpe, ut cum in l. in ſuis. de Lib. & poſthu. filius familias rerum paternarum dominus uocatur, unde & ſui hæredes dicuntur tanquam ſibiipſis ſuccedant, erant enim uiuenti quoq; patre domini. Aliud eſt dominium *κατὰ πρόληψιν*, id eſt, per anticipationem dicere poſſumus, ut cùm mulier rei ſuæ in dotem traditæ domina dicitur. l. in rebus C. de Iur. dotium. Aliud eſt Dominiũ quod uidua habet, quã maritus relictis liberis decedens, in teſtamento iuſſit eſſe dominam uſufructuariam, adminiſtratricem: (dominium enim illud *εἰκονικὸν* & imaginarium eſt) eam ſolum in domo præeminentiam eõ ſecuta, quam uiuente marito habebat. Ideoq; ad alimenta tantùm contrahitur, eſt igitur & hoc dominium *ἰσχνὸν τιμένου*. Aliud eſt quod ſummum ſeu maius dominium nocant: quædam ſcilicet maieſtas, cuius obſeruationem fœderati ſupremo Principi, uel Reipub. debent, l. non dubito. de Capt. & poſtlim. reu. Effectus autem maioris dominii, quos non paucos referant ab interpretibus peręti ſunt Dominium item diuiditur, in id quod Iure Gentium acquiritur, & in id quod Iure Ciuili. Prius autem ſine poſſeſſione acquiri non poteſt, poſterius poteſt maximè. l. 2. Titio. in fin. de Furt. l. cum hæredes, in princi. de Acquirend. poſſeſſio. l. facta ad S. C. Trebellia. l. 1. de B. poſſeſſio. parag. 1. Inſtitut. de Aquiſ. per adrog. & tit. proximè ſequenti cum ſimilibus. Dominium, proprietas, & uſusfructus, quæ duo ſunt partes dominii, & non minus perfectiones, quam Dominium ipſum ſunt ex pluribus cauſis. l. iij. parag. ex pluribus. de Acquir. poſſeſ. l. non ut ex pluribus ut de Reg. Iur. parag. ſic itaque diſcreteris. Inſtit. de actionibus. Quaſi Dominium. Ius in re, & obligatio, ſæpenumerò ſunt ex pluribus cauſis. l. & in eadem. l. penult. de Excepr. rei iudic. dicta. l. non ex pluribus. cum ſint quædam imperfectionis. Dominium acquiritur tum Iure Gentium, tum Iure Ciuili. Iure gentium, occupatione, inuentione, alluuione, traditione, &c. Iure ciuili autem, uſucaptione, præſcriptione, legato, addictione hæreditatis, arrogatione, & nonnullis aliis modis. Quod tamen ad traditionem attinet, requiritur ipſius traditionis iuſta cauſa. Dominium quaſi dominium, & Ius in re ſpecificum, adhuc ſunt inter ſe, & ſpecies diſtinctæ ipſius Iuris in re generici. Directum verò & utile, ſpecies ipſius Dominii. Dominii duo eſſe officia Bart. in l. Acquir. poſſeſſio. explicanda, Poſſeſſionis definitionem tradit. Vnum diſponendi: alterum uendicandi, per. l. in rem actio, de rei uendi. l. Si quis. uide parag. differentia. iam dicto titulo de Acquir. poſſeſſione.

Dominium, nii, n. ſ. Imperium, & principatus, *δεσπότεια*. [Ital. *Dominio, ſignoria*. Gallic Seigneurie domination, maiſtriſe, Hiſpanicè, Senorio. Germanicè, Herrſchafft.] Varr. ſecundo de Re ruſtic. capite ſexto, In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Donaria, Donarium, Vide Donum.

Donatus. participium à Donor, Vide Dono in Donum.

Donax. *δόναξ*. Eſt calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla, fruticoſiſſimus, & nonniſi in aquaticis naſcens, ſagittis aptiſſimus. Longiſſima internodia habet, & dum calefactus eſt, facilè flectitur. Hinc apud Plin. lib. 16. ca. 36. Calamus fruticoſiſſimus, donax dictus eſt.

Dŏnec, aduerbium, Significans quoad, uel quouſque, *ἕως, ἐφ' ὅσον*. [Ital. *Fin che*, mentre che. Gall. Juſques à ce que, tandis que. Hiſpan. Haſtaque. German. Biß das.] Terent. in Andr. Nunquam deſtitit orare donec perpulit. ¶ Iungitur autem tam indicatiuo modo, quàm ſubiũctiuo, & cuinis etiam tempori. De præſenti exemplum eſt apud Plautum in Ciſtel. non deſitit Inſtare uſqueadeo, donec adiurat ſe anus, &c. De præterito ſuprà poſitum eſt exemplum ex Terentio. Exempla futuri nuſquam non occurrunt. Virgilius primo Aeneidos, Donec regina ſacerdos Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem. Ad eundem etiam modum cum omnibus ſubiunctiui temporibus iungitur. Columel. Donec ea aqua, quam adieceris, decoquatur. Cato de Re ruſt. Donec per uniam fatis fecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit, pignori ſunto. Te-

to. Terent in Phorm. Donec tibi quod pollicitus ſum effecto. ¶ Accipitur etiam donec pro quandiu. Ouid. de Ponto li. 4. Donec eris ſelix, multos numerabis amicos. ¶ Veteres pro Donec dixerunt Donicũ. Cato de Re ruſt. Sed uſq; lacebit uellas, donicum ſemen uideris ire.

Donũ, huius doni, n. ſ. Ex Græco eſt (inquit Feſtus) quod illi hunecant, δῶρον. [Ital. Dono, preſente. Gall. Don, preſent. Hiſp. Don que ſe da como quiera. Germanicè, Ein ſchenckel oder gaab.] Plinius libro 15. capite decimoquarto, Græci enim (ait) antiqui dôron palmum uocabant, & ideo dôra munera, quia manu darentur. Eſt autem donum, quod aut propitiãdis Diis datur, aut hominibus pro beneficiis quæ nulla neceſſitate iuris, ſed ſponte præſtantur. Ouid. de Arte. Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque: Placatur donis Iuppiter ipſe datis. ¶ Differt donum à præmio, ut præmium ſit quod datur ex præcedenti merito: donum, quoduis munus quocunq; modo datum. ¶ Donatum illud Terentii in Eunuch. Quoduis donum & præmium ne optato, id optatum feres: diſtinguit donum à munere: ut donum deorum ſit munus, hominum: quæ tamen differentia nullo modo obſeruatur. Nam & dona dicuntur quæ dantur hominibus, & munera quæ diis offerantur. ¶ Aliquando donum dicitur de rebus perniciosis. Virgil. Aeglog. 6. Quas illi Philomela dapes, quæ dona parauit. ¶ Donum honorarium, id eſt quod datur patronis ab honore dictum, quod huiuſmodi muneribus clientes patronos ſuos ſoleant honorare. Neque enim, ut hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia ſuſcipiebant, quod illo tempore ignominioſiſſimum putabatur: grati tamen clientis erat acceptum à patrono beneficium monuſculo aliquo remetiri: quod illi donum honorarium uocabant. Noſtri autem ſeculi aduocati (ut non infacetè ait Budæus) arbitraria, non honoraria dona accipiunt: quippe qui pro ſuo arbitrio litigatoribus mercedem præſcribunt, nullumque ſuæ rapacitati faciunt modum.

Dõno, as, a. p. Donum in aliquem confero, δωρέομαι. [Itali. Donare. Gall. Donner. Hiſpanicè, Dargracioſamente. Germanicè, Schencken. begaaben.] Plaut. in Aulul. Ab eo donatur auro, uxore & filio. Idem in Amphitr. Quo pacto ſis donis donatus plurimis. Cicero primo de Orato. Iuſteri quidem & donari ab arte non poſſunt: omnia ſunt enim illa dona naturæ, Senec. de Benefic. lib. 5. ca. 14. Vt circumſpectius donaremus, circũſpectius eligeremus eos in quos merita conferuntur. Cicer. in Piſon. Mihi populus Rom. uniuerſus illa in concione non unius dici gratulationem, ſed æternitatem, immortalitatemq; donauit. ¶ Donare ciuitate, eſt efficere ciues, & iura ciuium dare, πολιτείαν δίδωμι, πολιτογραφῶ, μεταδίδωμι τὴν ἰσοπολιτείαν. Cicer. pro Archia Poëta. Quid? à Qu. Metello Pio familiariſſimo ſuo, qui ciuitate multos donauit, neque per ſe, neque per Lucullos impetrauiſſet? ¶ Huius uerbi compoſitum eſt, Condono, quod quandoque pro ſimplici ponitur: quandoque ſignificat quicquam ad aliorum petitionem do: quandoque ignoſco, συγχωρῶ. Terentius in Phorm. Argentum quod habes condonamus tibi. Salluſtius. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.

Donatus, participium, Munere affectus, cui aliud donatum eſt, δωρητός. Virgilius quinto Aeneid. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. ¶ Huius cõtrarium Indonatus, ἀδώρητος.

Donatio, uerbale, fœmin. tert. Hoc eſt doni alienius in alterum collatio, & propriè ea quæ nullo urgente iure, ſed ex mera liberalitate fit, idque ea quidem mente, ut ſtatim uelit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reuerti, δόσις, δωρεά. [Itali Donatione. Gall. Donaiſon. Hiſpan. Donacion. Germani. Ein freywillige ſchenckẽ, Vergabung.] Quòd ſi ſub conditione fiat, non eſt uera donatio. Cic. in Orat. Vt corona aurea donaretur, eaq; donatio fieret in theatro, populo conuocato. Dicimus autem, dono tibi munus, & dono te munere.

Donatio onerosa dicitur, cum donatus renocat donationem propter ingratitudinem. Zaſius Paragraph. Item ſi quis. Inſtit. de Act. Donatio diuiditur in eam, quæ fit mortis cauſa, & in eam quæ fit ſimpliciter, l. Senatus. Parag. 1. de mort. cauſa don. l. alienatum. Parag. Sin. de uerb. ſignific.

Dõnãria, n. ſ. Sunt ipſa (ut Valla docet) dona quæ Deo offeruntur, ἀναθήματα, ἀφιερώματα, quæ ſcilicet dicata diis ex tholis, aut parietibus, aut etiam columnis ſuſpenduntur. Macrob. Ornamenta uerò ſunt clypei, coronæ, & huiuſmodi donaria. Nonnunquam etiam pro loco ponitur in quo dona reponuntur, & pro ipſo etiam templo. Virg. lib. tertio Georgic. Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gellius libro ſecundo, capite 10. Vbi reponi ſolerent ſigna uetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia quædam religioſè donariis conſecrata. Apul. Ibi donarium deæ perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, ſpeculis, poculis, & huiuſmodi utenſilibus. Quod eſt contra Laurent. Vallam, qui Seruium reprehendit, quòd donaria interpretetur loca in quibus dona ſuſpenduntur.

Dõnatiuum, n. ſ. Munus quod à principe uel imperatore militibus donatur, ἐπίδοσις. [Itali Dono fatto da un principe. Gall. Largeſſe de prince, donaiſon generale. Hiſp. Don hecho de principe. Germani. Ein gaab oder verehrung ſo ein Fürſt oder Hauptmann ſeinen Kriegsleuten thut.] Suetonius in Domitiano, An duplum donatiuum militi donaret. Plinius in Paneg. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remiſiſſe, donatiuum reddidiſſe, congiarium obtuliſſe, &c. Tacitus libro uigeſimo, Et aduentu quintanorum, quintadecimorumque auctæ legiones, donatiuum poſcunt.

Donatiuus, Creditor qui donationem facit. Paulus Iureconſ. Si de duobus debitoribus mortis cauſa donatiuus creditor qui acceptum tulit, & conualuerit, eligere poteſt utri condicat.

Donaticæ coronæ, Dicebantur quibus victores in ludis donabantur: quæ poſtea magnificentiæ cauſa inſtitutæ ſunt ſuper modum aptatæ capitibus, quaſi amplitudine ſint, quum lares ornantur. Feſtus.

Dorcadias, herba, quæ alio nomine muſcum uocatur, & paſſioni hepatis confert.

Dorcas, dorcadis, ſ. t. δορκάς, Dama, ſeu caprea, ἀπὸ τῆς ὀξέως δέρκεσθαι, hoc eſt ab eo quòd acutè uideat. Plin. li. 28. ca. 8. Dorcadis pelle collo ſuſpenſa. Mart. lib. 11. Delicium paruo donabis dorcada nato.

Dõris, idis, δωρίς, Herba eſt anchuſæ ſimilis, lanuginoſior tamen, & minus pingues, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit, ſed rubentem ſuccum, & in hoc ab anchuſa diſtinguitur. Hæc Plinius libro uigeſimoſecundo, cap. 10.

Dorcidion, Dictamnum, Dioſc. li. 3. ca. 35.

Dorıphagi, orum, m. ſ. Appellantur quaſi doninori, & dona eſtirantes, noſtro tempore nonnulli uiſceriperæ, & cupedi potæ, uel etiam cupediuori appellari poſſunt.

Dormĭo, is, neut. qu. uerbum obſolutum, notæ ſignificationis, κοιμάομαι, κατεύδω. [Italic. Dormire. Gallicè. Dormir. Hiſpan. Dormir. German. Schlaffen.] Plaut. in Triñ. Egomet autem quum extéplo arcum Mihi & pharetram & ſagittas ſumpſero, caſſidem in caput, dormibo Placidè in tabernaculo. Aliquando cum accuſatiuo, & præpoſitione in: Plin. in Epiſtol. Nihil eſt quòd in dextram antẽ fiducia mei dormias: non impunè ceſſatur. ¶ Dormire in utrãuis autem, eſt animo otioſo, ſecuro, nacuoq; eſſe. Terent. in Heaut. Ademptum tibi iam faxo omnem metũ, Io autem utramuis otiosè ut dormias. ¶ Dormire in utramuis oculum idem ſignificat. Plaut. in Pſeud. De iſta re in oculum utramuis conquieſco. ¶ Huius compoſita ſunt. Addormio, à quo Addormiſco: Edormio, Obdormio, Prædormio & Redormio, de quibus uide ſuis locis.

Dõrmito, as, penu. product. n. p. frequentatiuum eſt: quanuis diminutionem ſignificari quandoque habeat, νυστάζω, ὑπνάττω. [Itali Hauer ſono. Galli Sommeiller, auoir ſain de dormir. Hiſpa. Entre dormir y velar. Germani. Schlaffig ſchlaffen.] Horat. Quandoque bonus dormitat Homerus. Eſt autem propriè Dormitare, ſomnio detineri. Plaut. in Amphit. Te dormitare aiebas, mensa ablata eſt, cubitum hinc abimus.

Dormiſco, is, idem quod Dormio, ἐκθύω κοιμῶμαι. Plautus in Curcul. Caput depoſuit, quum dormiſcit, ei ſubduco anulum.

Dormitator, uerbale, m. t. Qui ſolet dormire, & omnia negligentius agere, ὑπνώττων. [Ita. Dormiglione, da poco. Gal:

Dormeur, dormator, cu dormal & negligent en ſes affaires, ſongeart. Hiſpan Dormidor. Germ. Ein ſchläfferiger, Der ſo liederlich zů ſeinen ſachen thůt, als wann er ſchlieffe.] Plaut. in Trin. mira ſunt, Ni illic homo eſt aut dormitator aut ſector zonarius.

Dormitorius, a, um, adiectiu. ut, Cubiculum dormitorium, ubi dormitur. κοιτών. [Ital. Che ſerue à dormire. Galli. De dormir, qui ſert à dormir. Hiſpa. Coſa perteneſciente à dormir. Ger. Das zů ſchlaffen gehört.] Plin. iunior in Epiſto. Eſt in hac dicta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, ſonum excludit.

Dormitorium, ſubſtantiuè, n. ſ. Idem quod dormitorium cubiculum. τὸ κοιμητήριον, τὸ κοιτών. [Itali. Luoco da dormire. Gal. Dourtoir, lieu ou on dort. Hiſpa. El dormitorio. Ger. Ein ſchlaafflamer] Plin. lib. 30. cap. 6. Poſt hæc iubent cuiu in pariete dormitorii, teſtoue includi.

Dorodocia, æ, fœmin. p. corruptio eſt muneribus facta, quã Iuriſconſulti ſordium uerbo ſignificare ſolent, dicitur autem & de corrupto, unde Dorodocos iudices Demoſthenes appellat, quos nummanos nos appellamus, id eſt, ſordidos.

Dōron. δῶρον. [Ital Dono Gall. Don, preſent. Hiſpan. Dõn. Germ. Ein gaab, oder ſchãnck.] donum à Græcis dicitur, quòd munera ferè manu dentur. Apud antiquos enim Græcæ linguæ ſcriptores, δῶρον pro palmo, ſiue manu inuenitur. Plin. lib. 33. cap. 14. Græci (inquit) antiqui doron palmũ uocabant, & ideo dora, munera, quia manu darentur. Vnde Antidora, ἀντίδωρα, remunerationes. Vetus autem illa ſignificatio adhuc remanſit in compoſitis, Didoron, Tetradoron, & Pentadoron, pen. product. quibus lateres in ſtructuris ædificiorum ſignificantur, qui duorum, quatuor, aut quinq; palmorum longitudinem habent. Palmi autem nomine mẽſuram intelligimus duodecim digitorum, quem palmum maiorem, ſiue dodrantem uocant.

Dorſum, ſi, n. ſ. Tota poſterior corporis pars, à collo uſq; ad os ſacrũ. In qua ſignificatione legitur & dorſus m. g. νῶτον. [Ital. Dorſo, ſchiena. Gallic. Dos, eſchine. Hiſp. El eſpinazo, ò el lumo. Germ. Der ruckẽ.] Plaut. Milite, Timeo quid rerum geſſerim: ita dorſus totus prurit. Non ſolum aũt dicitur de hominibus, cæteriſq; animalibus, ſed etiam de inani maris: ut de littoribus, aquis, montibus & huiuſmodi. Virgilius primo libro Aeneidos. Dorſum immane mari in ſummo. Idem decimo Aeneidos. Nanq; intlicta uadis, dorſo dũ pendet iniquo. Quibus in locis ſignificat duriorẽ arenã (ut inquit Seruius) quæ meantibus ultro citroq; fluctibus denſatur: quòd à nautis puluinus uocatur. ¶ Antiqui tam en doſſum dicebant quod nunc dorſum dicimus. Vnde doſſuaria iumenta à Varrone dicta, libro 2. c. 18. quæ doſſo uehunt. Ad quam rem (inquit) habent iumenta doſſuaria domini, alii equas, alii pro his quid aliud, quod onus dorſo ferre poſſit.

Dorſualia, neu. ſ. tegumenta quibus equi & boues teguntur. ἱππικὰ. [Ital. Coperte da caualli. Galli. Couuertures de cheual. Hiſpan. Las coberturas de los bueyes ò cauallos. Germanic. Ruckendecke. Reit decke.] Iulius Capit. Proceſſerunt centeni albi boues, cornibus auro iugatis & dorſualibus apricis diſcoloribus præfulgentes.

Dorx, de hac ferè in hæc uerba Barbarus: Non placet, inquit, quorundam diſtinctio inter Dorcadem & Dorcem, quaſi Dorcas ceruinus pullus ſit. Dorx animal diuerſum cum Dorcas Ariſtoteli, non ceruum, ſed capream ſignificet. Certè Dioſcor. in Coaguli mentione Dorcadem à dorce ſeparauit. Hæc Barbarus.

Dorycnium. Δορύκνιον. Strychni genus eſt Theophraſto, radice candida, longa, cubitali, caulq; ſolio cruce maiuſculo caule quadricubitali, capite gethyi maiore, piloſioreq; pilule platani non abſimili. Drachmæ pondere datur, ut ſibi quis placeat, & pulcherrimum ſe exiſtimet: duplicatum põdus maiorem inſaniam creat, ſpectris uanis animo obſeruãtibus: triplicatum perpetuas gignit furias: cui ponderi ſiquid adiiciatur præſentem necem affert. Ab his effectibus à quibuſdam manicon eſt appellatum. Dorycnium autem dictum putatur, quod lanceæarum cuſpides in prælio tingerentur.

Dŏrȳphŏros. pen. corrept. m. ſ. Δορυφόρος, Satelles qui lanceam aut ſpiculum geſtans, tuetur corpus principis. Nam Δόρυ lanſica eſt, uel ſpiculum. Curt. libr. 10. Cognatorum Darii regis turbam quindecim millia hominum fuiſſe, mu liebriter propemodum cultam, luxu magis, quàm decoris armis conſpicuã, doryphori uocabantur. Peculiare enim erat illius agminis inſigne. ¶ Eſt etiam nisi proprium apud Quintilianum.

Dos, dotis, fœminini generis, tertiæ declinationis, Propriè dicitur quod marito cum uxore datur, πρίξ. [Italic. Dote. Gallic. Douaire, le mariage d'un fille. Hiſpan. Dote del caſamiento. Germanic, Ein Eeſteür oder heimſteür.] Plautus in Amphitryone: Non ego illa mihi dotem duco eſſe quæ dos dicitur: Sed pudicitiam, &c. Terentius in Andria, Dos eſt Pamphile decem talenta. Idem Adelph. Vxor hæc dote uenit: intus pſaltria eſt. ¶ Duo autem dotium genera enumerantur à Iuriſconſultis, profectitia ſcilicet, & aduentitia. Profectitia dos eſt, quæ à parentibus profecta eſt de bonis eorum: Aduentitia uerò, quæ aliunde aduenerit: ut ſiquis patri certam pecuniam dederit quam filii nubenti reddat. ¶ Tranſumitur præterea latius huius nominis ſignificatio pro omni eo quod alicui datum eſt uel à natura, uel ab hominibus. δόγματα. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia, iuſtitia, fortitudo, & huiuſmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his ſimilia, Martialis libro decimo tertio, Nec poteris ſimile dotes numerare, nec uſus. Cicero libro primo de Orator. Cuius artem quum indotatam eſſe, atq; incommitatam, & incomptam uideres, uerborum eam dotem locupletaſti, & ornaſti. Ouidius libro tertio Triſtium. Nam tibi quum facilis mores natura pudicos, Et raras dotes, ingeniumq; dedit.

Dotalis, dotale, omnis genet. tert declin. προικῷος. [Italic. Dotale. Gallic. Douaitter, de douaire. Hiſpanic. Coſa que ſeda en dote y caſamiento. Germanic. Das zů der eeſtiür gehört.] Quod ad dotem pertinet, ſiue illud in quo dos mulieris conſiſtit. Vnde Dotalia bona, Dotales fundi Plautus in Aſinar. Dotalem ſeruum Sauriam uxor tua adduxit, cui plus in manu ſit quàm tibi. Idem in Mil. Hasce ædes dicas dotales tuas. Liu. lib. 6. belli Puni. Hæc tibi à me dotalia dona accedet.

Dōto, dotas, actiu. pr Dotem do. ἐνδίδωμι. [Ital Dotare, dar dote. Gallic. Douer. Hiſpan. Dotar la muger de caſamiento. Ger. Zuſteüren, Mit einer eeſteür begaben.] Sue. in Veſp. Vitelli hoſtis, ſui filiam ſplendidiſſimè maritauit, dotauitq; etiam, & inſtruxit.

Dotatus, a, um, adiectiuum, Vnde Dotatam mulierem dicimus quæ dotem habet: & indotatam, quæ dotis ad maritũ nihil attulit. ἔνδοτος. Plautus in Aſinar. Hæ ſunt, atq; adeo multæ in magnis dotibus incommoditates, ſumptuq; intolerabiles. Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt eius dotatæ multant & damno & malo uiros. ¶ Dotatum etiã latius intelligimus eum qui bonis quibuſdam animi, corporis, aut fortunæ præditus eſt. Manilius li. ult. Tertia pleiadas dotabit forma ſorores. Ouid. 11. Metamorphoſion, Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma Mille procis petita.

Doſis, δόσις, à uerbo Græco διδόναι, quod eſt dare. Hac uoce noſtri hodie medici utuntur pro proportione ſimplicium medicamentorum compoſitionem ingredientium.

Dothien, enis, δοθιήν, Abſceſſus cum tumore qui ex craſſis humoribus in carnoſis plerunq; locis fit. mitis, quum in ſola cute coitit: maleficus autem, nec facilè curabilis, quum ex alto in ſummam cutem emergit. Vide Marcellum Virg. in Dioſcorid. lib. 2.

Doxa, doxæ, form: δόξα, Latinè opinio dicitur. Vnde & paradoxa παράδοξα, quæ admiratione digna ſunt, & opinionẽ hominum ſuperant, uel potius præter opinionem. Interdum maieſtas dicitur, item gloria. Vnde Eudoxa, uera gloria.

D ante R

DR. In notis antiquorum, Droſus. DRP. dare promittit. DR. S. de regibus DRM. de Romanis. D. RP. de republica. D. T. S. P. Diem tertium, ſiue perendie, uel ſiue per eundem, uel ſiue perendinum. DS. Deus. DS. diis. D. S. P. O. de ſua pecunia obiit. D. SP. SP. de ſapientia ſua perfecit. D. SVP. P. de ſupina pila. D. S. daro ſolo. D. SP. de ſapientibus. D. T. donauit. D. T. durat. D. TB. de tribubus. D. TRIB. NL. S. De tribunali tulit ſententiam. D. T. G. Q. S. De tuo genio quod ſentis.

Drabe, Δράβη, Herba eſt cubiti altitudine, gracilibus uirgulis qua-

lis qua-

lis, quarum latera utrinq; ueſtiunt folia, quæ planè lepidiſſimè viderentur, niſi teneriora eſſent, candidioraq;. In cacumine ſambuci umbellam gerit, in qua candidi flores emicãt. Hanc nonnulli herbarum periti Orientale naſturtium, alii Babyloniũ nocauerunt. Vide Ruellium libro ſecundo, capite 89.

Dracæna, *Δρακαινα*, cum diphth. draconis fœmina: ſicut leonis fœmina, leæna.

Drachma, f. prim. *Δραχμή*. [Ital. Dramma, denaro. Gallic. Dragme, huictieme partie d'une once. Hiſp. Drama peſo, ò adarme. Germ. Ein Quintlein, Der vierte theil eines loths.] Genus ponderis ex decem & octo ſiliquis, id eſt, tribus ſcrupulis conſtans. ¶ Eſt & genus numiſmatis, denarium ualens Romanum, hoc eſt, (ut Budæus docet) ſolidos Turonenſes tres cum ſemiſſe. Terentius in Andria, Vix, inquit, drachmis obſonatus eſt decem. Cicero 1. de Diuination. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipſi petunt.

Dra.o, onis, m. t. *Δράκων*, Propriè dicitur ſerpens annoſus, qui multa ætate in ſolitam magnitudinem exercuit: ita dictus *ἀπὸ τῆ δέρκεσθαι*, quòd hoc animal acutiſſimi uiſus eſſe creditur: unde etiam à Poëtis theſaurorum cuſtodiis fingitur præeſſe. Plin. lib. 8. cap. 11. autor eſt dracones in Iudia in tantam exereſcere magnitudinem, ut perpetuum cum elephantis bellum gerant. ¶ Dracones etiam dicuntur à Plinio lib. 17. cap. 25. à tortuoſitatis ſimilitudine palmites emeriti, pluribuſq; annis indurati: Nuper (inquit) repertum draconem ſerere iuxta arborem: ita palmitem appellamus excretum, pluribuſq; induratum annis.

Draconigenæ, *Δρακοντογενεῖς*. Ex dracone geniti: quo epitheto à poëtis notantur Thebani, Bœotiæ populi: propterea quòd ii qui Cadmo in ea urbe ædificanda adiutores fuerãt, ex ſatis draconis dentibus nati ferantur. Vide latius hanc fabulam apud Ouid. 3. Metam.

Draconites, *Δρακονίτης*, ſiue draconitis, gemma eſt quæ fit ex cerebro draconum, ſed non niſi uiuentibus abſciſſo gemeſcit, inuidia animalis mortem ſentientis: quapropter mos eſt amputare caput dormientibus. Eſt autem colore translucido, nec poliri poteſt; aut artem admittere. Plin. lib. 37. cap. 10.

Dracontium, n. f. *Δρακόντιον*. [Ital. Dragontea. Gall. Herbe appelée ſerpentine. Hiſp. Dragontia. Ger. Trackenwurtz.] Herba hortenſis eſt, teſte Dioſcoride, folio hederæ, magno, & candidis notis inſigni, caule recto, bicubitali, uerſicolore maculis reſperſo purpureis, ita ut anguem planè referat. Officinæ *Serpentariam* & *Colubrinam* appellant. ¶ Eſt etiam hoc nomine genus uitis apud Columellam, libro 3. capit. 2. quod uini generoſitate cum Ammineis conferri poſſit. Vnam (inquit) uitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca conſuetudine dracontion uocari compertum, quæ fœcunditate iucunditateq;, arcellatæ, baſilicæq;, & Biturigæ comparari poſſet: generoſitate uini, Ammineæ.

Dracontion, ſiue draconculus, eſt ulcus, delationem à membro ipſo uicino, ad ipſum habens nocuum. Dicitur autem dracõtion, quòd in motu neruus ſecedit ad ulcus, & occultatur in eo.

Draconculus, penult. cor. m. ſ. *Δρακόντιον*. Herbæ genus eſt quod dracontion Græci, pharmacopolæ *Serpentariam* appellant: utroq; nomine è caulis figura deducto, qui maculis quibuſdam uariegatus, quandam ſerpentis ſimilitudinem referre uidetur. Vide paulò antè in dictione Dracontion. ¶ Eſt etiam Draconculus piſcis ex concharum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.

Dragma, atis, *Δράγμα*. Apud Græcos dicitur quod nos rapinam, aut manipulũ dicimus, hoc eſt, quantum una manu comprehendere poſſumus.

Drama, atis *Δρᾶμα*, Eſt actus uel repræſentatio fabularum, in quibus Poëtæ perſona non admiſcetur.

Dramaticus ſtylus, Dicitur qui miſtus non eſt, ubi poëta nunquam loquitur: ut ſunt comœdiæ & tragœdiæ: Exegematicum id quo ſolus Poëta. Miſtus, ubi promiſcuè & Poëtæ & perſonæ. Dictus dramaticus, *δραματικὸς*, quaſi actiuus, à *δράω* facio.

Draucus, *καυκαλὶς Λατ.* uide in dictione Pathicus.

Drõmas, adis, *Δρομὰς*. Cameli ſpecies eſt, à uelocitate curſus nomen habens. Liu. li. 7. bel. Mace. Ante hunc equitatũ falcata quadrigæ, & cameli, quos appellant Dromadas.

Drõmães, Genus piſcium eſt apud Plin. lib. 32. cult. à peregrinitate ita appellatum. *Ἀρομάδες*.

Drõmos, *Δρόμος*, Latinè curſus, quamuis nonnunquam etiam accipiatur pro loco ipſo in quo curritur. ¶ Hinc cathadromus, de quo ſuo loco.

Drõpax, acis, pen. gen. cor. *Δρώπαξ*, Vnguẽti genus eſt quod ad euellendos è corpore pilos ſolet adhiberi. Vnde *Δρωπακίζεσθαι*, Græci dicunt pro eo quod eſt unguentis adhibitis corpus glabrum reddere. Martial. lib. 3. Pũlchro faciem quæ lauas, & dropace caluam. Idem lib. 10. Læuis dropace tu quotidiano.

Drũpæ, fœm. prim. *Δρυπεπεῖς*. Baccæ oleæ iam nigreſcentes, & mox ab arbore caſuræ: unde & nomen apud Græcos acceperunt. *παρὰ τὸ πίπτειν ἐκ τῆς Δρυός*.

Drylon, uide Drilon.

Dryophyte, es, f. p. Ranæ genus eſt apud Plin. lib. 32. c. 7. Ranæ (inquit) quas dryophytas & calamitas uocant. Item c. 10. Iecur ranæ dryophytes, aut calamitæ ligatum. Quibus tamen in locis eruditiores malunt legere diopeteas & diopetis: ut ranas illas intelligas, quæ aut cum pluuia de cœlo decidũt, aut certè ex pluuia naſcũtur. Græci enim *διοπῆτες* uocant, quicquid ex aere eſt delapſum quaſi à Ioue miſſum.

Dryophonon, penultima correp. *Δρυόφονον*, Herba eſt dryopteri ſimilis, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circundatis utrinq; foliis oxymyrſinæ ſimilibus, ſed candidioribus & mollioribus, flore ſambuci. Eduut decoctos cauliculos, ſemine uerò pro pipere utuntur. Officinæ *Nemoralem* myrtum appellant.

Dryos hyphear, *Δρυὸς ὑφαρ*, Genus uiſci eſt, copioſiſſimè in quercu naſcens: unde & nomen accepit. Eſt autem ſui generis planta fruticoſa, ſeſquipedalis, lenta, ſemper uiridis, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis, ſine flore, tactum ſequens, nunquam in terra naſcens. Vide Plinium libro 16. capite ultimo.

Dryopteris, f. t. *Δρυόπτερις*, Herba eſt filici ſimilis, in arboribus naſcens, tenui foliorum ſub dulcium inciſura, radice hyſſopi. Plinius libro 27. cap. 9. Vulgus Oſmundam arboream appellat.

Dryopteæ, *Δρυοπτεῖς*, Oliuæ ſunt maturæ & adultæ, ita dictæ à *πίπτω*, *τῆ Δρυὸς*. quaſi iam ex arbore decidentes.

D ante V.

DV. In notis antiquorum, Deuotus uir. uel ueſter, uel Diis uolentibus, uel deuotus Veſtæ, uel dies Quintus. DVC. DVC. Ducum Ductore, uel ducum ductio, uel ductorum ductor. DVL. uel DOL. uel DVLCIS. dulciſſimus. D. VIIII. Diebus nouem. DVIS. Deuotu iſtorum ſeruatur. DV. uel DVS. Deuotus. DVC. DVC. ducũ ductor. DVL. dulcis. DVLMS. dulciſſimus. D. V. M. T. dolo uel malo tuo. D. VS. deę uirgines, uel de uirtutibus, uel de uerbis.

Dua, in neu. gen. ueteres dixerunt pro duo. *Δύο*. Quin. lib. 1. cap. 10. Dua pondo & trepondo oſq; ad noſtram ætatem dictum eſt, & rectè dici Meſſala confirmat. Sic etiam apud Ciceronem, in Orator. legitur, Video ſepulchra dua duorum corporum.

Dualis, duale. *Δυικὸς*. [Italic. Numero di due. Gallic. Duel, qui ſignifie deux, deux. Hiſp. Numero de dos. Ger. Zweyig. Zweyfach.] Seru. in illud Virgil. 2. Aeneid. Conticuere omnes. Conticuere (inquit) pro conticuerunt: nec eſt (ut quidam dicunt) dualis numerus: qui apud Latinos nuſquam penitus inuenitur.

Dubenus, teſte Feſto, pro domino ueteres dixerunt. Pacuuius. Tum dubenus ſeruos ligatos peſſimè uerberat.

Dubio, as. Apud antiquos legitur pro dubito, ſiue in dubium. *ἀπορῶ* Plaut. Dubiat quid agat.

Dũbius, maſcul. gen. tert. decl. dicitur qui duas uias habet, & utrã eligat, neſcit: ſicut ambiguũ, quod in ambas agi partes poſſit. *ἀμφίβολος*, *ἄπορος*. [Ital. Dubbio. Gall. Douteux, incertain. Hiſpan. Coſa dudoſa. German. Zweyfelhaftig.] Liuius quarto libro ab Vrbe, Quum equites procul niſi non ſine terrore ab dubiis quinam eſſent, mox cogniti, &c. Virgilius ſecundo libro Aeneid. Nec dubiis ea ſigna dedit. Terentius non dubium eſt quin mihi magnum ex hac re ſit malum. Lib. primo ad Herennium, Dubium genus eſt, quum habet in ſe cauſa & honeſtatis, &

torpitudinis partem. ¶ Nonnunquam etiam dubium accipitur pro ancipiti periculo. Vnde, In dubium uenire, idē est, quod in discrimen adduci. Terent. in Adelphis, Tua fama & gnatæ uita in dubium uenit. Sic Salutem dubiam dixit in Epi. ad Ligarium, pro ea quæ in periculo uersatur. ¶ Cœna autem dubia dicitur, quum tanta apponitur cibo rum copia, ut cogaris dubitare quid potissimum debeas sumere. Terentius in Phormione, Ille ringitur, tu rideas: Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur. G. Quid istuc uerbi est. S. Vbi tu dubites quid sumas potissimum.

Dubia causa dicitur, quæ (ut uoce utamur forensi) semiplena nē probata est. Gl. est celebris in Admonendi. ff. de furciu. Dubiis interpretādis, ad mitiora deflectendum esse, Schola nostra omnino recepit.

Dubiē, a dubium, ἀμφιβόλως. [Italic. Dubbiosamente. Gal. Douteusement, en doubte, incertainement. Hispani. Dudosamente Germ. Zweyfelhafftiglich] Cic. 1. de Diui. Potest autem accidere ut aliquod signum dubiē datum, pro certo sit acceptum Liui. 1. ab Vrbe, Nec dubiè ludibrio esse miseriis suas. Huius contrarium est Indubiè, ἀναμφιβόλως, sine dubio.

Dubiōsus, dubiosa, dubiosum. adiectiuum, Incertus, dubius. ἄπιστος. ἀμφίβολος. [Ital. Dubbioso Gal. Doubteux, plein de doubte Hispa. Dudoso. Ger. Voll zweyfel, Ungewiß] Gell. lib. 3. cap. 3. Quas à cæteris segregauit, quoniam dubiosæ non erant. Idem lib. 7. capite 10. Dubiosum hoc inexplicabile.

Dubito, as. Idem quod dubius sum ἀμφιβάλλω, ἀπορῶ. [Ital. Dubbitare Gall. Doubter. Hisp. Dudar Ger. Zweiflen.] Cic. 4 Acad. Ne uinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt quæ sobrii, dubitant, hæsitant, reuocant se interdum. Idem lib. 1. Epistolarum, Nam de tua erga me uoluntate non dubitant. Dubitare item ponitur pro uereri, cunctari, ἀπαυνεῖν. Plautus in Epidico, Quid istuc dubitas dicere? hoc est. Quid times, aut uereris. Cic. de Amicitia. Nec dubitare illum in omni sermone appellari sapientem Iuuen. Saty. 7. quis tam perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni ¶ Huius composita sunt Addubito, quod est quidem cum duplici dubito. Liu. li. 2. Proditoribus exēplo in uincula cōiectis, de legatis paululum addubitatum est. Subdubito, parum dubito.

Dubitatur, impersonale. Cic. 4. Ver. Præsertim aliorum autoritate confirmatum dubitabitur? Idem Attic. libr. 4. Sed utrū fronte, an mente dubitatur.

Dubitans participium ἐνδοιάζων, διαχαίνων. [Itali. Dubitante Gallic. Doubtant, qui doubte ou est en doubte. Hispanic. Dudoso. Germani. Zweyflend] Cic. pro domo sua, Idemtidem se ipse reuocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac uos in monimēnis habetis, & pronunciarit & fecerit.

Dubitatus, participi. ἀπορηθείς. Ouid. Metam. Venit & intra uit dubitati tecta parentis. Dubitatus amor, apud eundem ad Liuiam.

Dubitatio, & dubitas, fœm. ter. ἀπορία. [Ital. Dubitatione. Gal Doubte Hispanic Duda. Germanic. Zweyflung] Cicero 1. de Orat. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tranſactusq; uerborum? Idem ad Trebonium, Nullam enim dubitationem apud me reliquisti quantum me amares

Dubitāter, quod est à dubitans: item Dubitatim à dubitatus, aduerbia, ενδοιαστικῶς. [Ital. Dubbiosamente. Gal Doubteusement Hispanic Dudosamente. Germanic. Mit zweyfel] Cæsar Imperator clamat de medio ut milites à sinistro cornu remoueant, & Gallis non dubitāter immittant. Sisenna apud Non. Quòd hostē non dubitatim cum plures & scalis ter facere cernebat.

Dubitabilis, dubitabile. ἐνδοιαστός, ἐνδοιαστικός. Ouidius 11. Metamorphos. Atq; ego si uirtus in me dubitabilis esset, Nobilitate potens illem. Idem libro 1. nec erit dubitabile uerum.

Ducatus, uide Duco.

Dūcēnārius, m. t. Qui duas centurias, id est, ducentos milites ducebat in acie secunda, qui & primus hastatus dicebatur. ἑκατονταρχίης. [Ital. Capitano di ducento soldati. Gal. Capitaine de deux centis hommes. Hispanic. Capitan de doscientos hombres armados. Germanic. Ein Hauptmann über zweyhundert Kriegs knecht.] Apud Suetonium legitur quartam iudicum decuriam ab Augusto additā esse, quæ Ducenariorū diceretur, iudicaretq; de leuioribus summis. Ducenarii autem uidentur nominati à censu ducentorum sestertiorum.

Ducenarius, ducenaria, ducenarium. διακοσιαῖος. [Italic. Di ducento. Gallic. De deux cents. Hispanic. De dozientos. Germanic. Das zweyhundert hatt.] ut Ducenaria pondera, hoc est, ducentarum librarum, apud Plinium libro 7. cap. 20.

Dūco, ducis, duxi, ductum. ἄγομαι, συμπροάγω. [Italic. Guidare, condurre. Gallic. Mener, conduire, guider. Hispanicè, Guiar, lleuar guiando. Germanicè, Füren.] Proprie ducimus uolentes, trahimus inuitos. Seneca, Fata uolentem ducunt, nolentem trahunt. ¶ Quandoque significat reputare, iudicare, existimare. ἄγειν quoq; Græcis & ἡγεῖσθαι. Cicero Trebatio, Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maximè uellem. Virgili. decimo Aeneidos, -tantone' me crimine dignum Duxistis? ¶ Quandoq; inuitare, allicere, & delectatione quadam demulcere. Cicero in Verrem Act. secunda, Siquis honore aut gloria ducitur. ἄγεται. ¶ Quandoq; uolucre, pertractare. Virgilius libro 6. Aeneid. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum. ¶ Quandoq; undare, educere. ἕλκειν. Idem lib. 12. Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem Ibat, & auxilio ducto mucrone petebat. ¶ Quandoque contrahere. συνάγειν. Idem 9. Aeglog. Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo Ducetet apricis in colli uua colorem. ¶ Ducere somnos, est dormire. Virgil. 4. Aeneid. Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos? ¶ Ducere muros est struere. τειχίζειν. Idem 1. Aeneid. -pars ducere muros, Molirique arcem. ¶ Quandoq; contraho, συστέλλω. Martialis, Qui ducis rugas, & non legis ista libenter. ¶ Quandoq; in longum protrahere. ἐλκύειν. Cicero ad Cæsarem Iun. lib. 1. Ne res duceretur, fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur. ¶ Quandoq; Demittere, deducere. Plautus in Aulul. Vbi ille abit, ego me duco ab arbore. ¶ Quandoq; gerere. Virgil libro Aeneid. 9. Hi bellum assidnè ducunt cum gente Latina. ¶ Quandoq; ad supplicium ducere. ἄγειν ἐπὶ θανάτῳ. ut apud Curtium inquit Hermolaus ad Alexandrum, Nos duci iube. ¶ Dicitur & dere obscœna, pro eo quod est uirilia sua turpiter contrectare: quod genus obscœnitatis Sacræ literæ tectius molliciem appellant. Plaut. Si tendetis, ducite, ne distrumpamini. ¶ Huius uerbi composita sunt, Abduco, adduco: quæ sunt contraria, Conduco, circunduco, deduco, diduco, educo, induco, retroduco, obduco, perduco, produco, reduco, seduco, subduco, superduco, & traduco: quorum singula uidebis locis.

Ducatus, us, m. q. præfectura, imperium militare, quod uulgus Capitangatum appellat. ἡγεμονία, στρατηγία. [Italic. Carico, condutta, gouerno. Gall. Charge, conduitte gouuernement. Hisp. La guia ò acudillamento. Germ. Ein hauptmanſchafft, Ein Fürſtenthümb.] Suetonius in Neron. Primigenum Rufinum Crispinum Poppæa natum, impubem adhuc, quis ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piscaretur, seruis ipsius demandauit. Scribit Lamprid. Heliogabalum præposituras, & Ducatus, & officia palatina uendidisse.

Ducto, ductas, a p. Huc illuc duco. ἄγω, ἡγεμονεύω. [Italic. Menar in questa e' n quella parte. Gal. Mener, cōduire ten uent. Hisp. Guiar à menudo ò en diuersas partes Germ. Hin vnd hár füren.] Salust. Hue accedebat, quòd Lucius Sylla exercitum, quem in Asia ductauerat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum, luxuriosè, nimisq; liberaliter habuerat. Plaut. in Capt. Me uti libitum erit, ductumi dolis. ¶ Ductare etiam est rem Venerem exercere: unde Plautus ludens in uoce ambigua, Errabo potius, inquit, quàm quis me ductet. Terentius in Phormione, Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis. Plautus Asinar. qui quidem cum filio Potat unā, atque unam amicam ductet decrepitus senex. Ad hanc item significationem respicit Quintilianus quum ait, Ductare exercitum, non sine rubore dici.

Ductito, as, aliud frequentatiuū, Sæpe circunduco. περιάγω. Terentius in Adelphis, Tu inter eas rectum ductitans saltabis?

Duc

Dux, ducis, com. gene. tertiæ declination. Qui, uel quæ ducit, ἡγεμὼν, ἡγεμών. [Ital. Duca, guida. Gal. Capitaine, conducteur, celuy ou celle qui meine ou conduit. Hispani. Duque, capitan, guiador. Germ. Ein fürer oder fürerin.] Plau. Cas. Iis præstigiis dux fuit uxori ea hanc inuenit rimam. Virgilius 1. Aenei. portantur suari Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti. Cicero in Verrem, Sed tunc inopes relicti à duce, præfecto classis, eandem necessariò cursum tenere coepernnt. Idem 1. Tusc. Mortem, non interitum esse omnia tollentem, atq; delẽtem: sed quandam quasi migrationem, communemq; uitæ quæ in claris uiris & fœminis dux in cœlum soleret esse, in cæteris homi retineretur, & permaneret tamen. Ouidius 2. de Pont. Primus ut auderem comminiscere carmina famæ Impulit: ingenii dux fuit ille mei. Seneca Hippol. Fœmina dux malorum & scelerum artifex

Dustor, oris, m. g. Qui præest exercitui. ἡγεμὼν, στρατηγὸς. [Ital. Conduttiere. Gallic. Conducteur, meneur, capitaine. Hispan. Guiador. Germ. Ein hauptmann.] Virgil. 2. Aeneid. fracti bello, fatisq; repulsi Ductores Danaum. Cic. 1. Tusc. Quotics non modò ductores nostri, sed uniuersi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrere?

Ductus, us, nomen, m. q. Idem quod ductio. ἀγωγὴ. [Ital. Cõducimento. Gal. Conduit, conduitte. Hispan. Guia, obra de guiar. Germ. Ein führung oder leytung.] Liu. 9. ab Vrbe, Ductu Fabii, cui sorte ea prouincia euenerat, nihil dignũ memoratu actum. ¶ Ductus aquarum Cicer. 2. Offic. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. Idem secundo de Leg. Ductus uerò aquarum quos isti rubos & curipos uocant, quis non, quum hæc uideat irriserit? Dicitur & aquæ ductus pro eodem.

Ductarius, a, um, Adiectiuum, Qui ducit. ἀγωγὸς, ἀγωγαῖος. Vnde ductarius funis, quo in trocleis utimur, & qui per orbiculos trocleæ trajicitur. Apud Catonem & Vitruvium lib 10 cap. 2. & 5. & 9. [Italic. Fune de tirare per una citella. Gal. La corde d'une poulie. Hisp. Maroma ò cuerda para alçar. Ger. Zugseil, scheibenseil.]

Dũctilis, le, penulti. corre. Quod facilè ducitur, attenuaturq;. ἐλατὸς, ἐυαγωγὸς. [Ital. Atto da condurre. Gallic. Aisé à mener & conduire. Hisp. Cosa que ligeramente se puede bolver. German. Zügig. Das man leichtlich ziehen kan.] Vnde Aes ductile, quod malleis obsequitur, attenuaturq; in laminas Plin. lib 34. cap. 8. In Cypro æs coronarium, & regulare est: uerum & ductile. ¶ Ductilis scena dicebatur, quum tractis tabularis hac atq; illac species picturæ interior uidebatur Ductile flumen. Martia. lib. 14. hic riguæ ductile flumen aquæ.

Dũctim, aduerbium, Paulatim & cum mora. ἠρέμα. [Italicè, A poco à poco. Gal. Peu à peu, Hispan. Poco à poco. Germ. Langsam.] Plaut. in Curc. Immergere in me liquores tuos sino ductim. Colu. lib. 4 cap. 27. Maior autem pars operis in uineam ductim potius quàm cæsim facienda est. hoc est, potius ductu uelim, quàm ictu.

Dũdum, de exiguo tempore dicitur, teste Valla, dimidiæ scilicet horæ, uel horæ unius, duarum uel trium: ita tamen ut tempus dicti raro excedat πάλαι, ἐπιπολῆς. [Ital. Poco fa, por hora. Gal. Pieça, il ya iа assez long temps, aparauant. Hispa. Agora poco ha, deaqui à poco. Germ. Vor langest.] ut, Dudum intraui, Dudum te expecto. id est, hora est, uel duæ uel tres, ex quo intraui, & ex quo te expecto. ¶ Quandoq; etiam transcendit diem. Plin. lib 4. Fabri qui dudum assueti apud Pœnos. Et lib. 19. Nam dudum ex eadem Hispania zeadem uenit in Italiam. plagis utilissimum. Terentius in Andria, Quàm maximè abs te postulo, atque oro Chreme Vt beneficium uerbis initum dudum, nunc re comprobes.

Duellæ, Duæ fœtulæ sunt, hoc est, tertia pars uncix.

Duellonem, ἐννὼ. Bellonam antiqui appellabant. Teste Val lib. 4. de lingua Latina.

Duellum, duelli, neu. g. ab antiquis dicebatur, quod nos per duas syllabas bellum efferimus, quum à duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur: non tantum duorũ ut quidam existimarunt, sed multorum & ipsorum exercituum: alioqui non diceretur à Plauto duellum inter Thebanos & Thebeos: & ab Horatio, Gracia Barbariæ lento collisa duello. πόλεμος. [Ital. Guerra. Gallicè, Guerre. Hispanicè Guerra. Germ. Ein krieg zweyer partheyen.] Liuius 40 libro Macedon. Quòd populus Romanus eo tempore duellum iussisset cum rege Antiocho esse. Cicero secundo de Legibus, Nam ex atque terrum duelli instrumenta non fuit. Hinc perduellis, & Perduellio: quæ uidebis suo loco.

Duello, duellas, Dello. μάχομαι. [Italicè, Combattere, guerreggiare. Gallicè, Guerroyer, combattre. Hisp. Guerrear, pelear. Germanic. Kriegen, Streiten.] Vnde Duellator, qui duellum peragit. πολεμιστὴς. [Ital. Combattente, guerriere. Gallicè, Gerroyeur, combatant. Hisp. Guerreador, peleador.] Plautus in Captiuis, Domi belliq; duellatores optimi.

Duellicus, a, um, Bellicus. πολεμικὸς. [Italic. Di guerra. Gall. Bellique, de guerre. Hispanicè, Cosa de guerra. Germanicè, Kriegisch.] Nam duellum ueteres dixerunt, quod nos bellum dicimus: ut Plautus in Epid. nempe quem in adolescentia Memorant apud reges armis, arte duellica Diuitias magnas sibi adeptum.

Duicensus, (inquit Festus) cum altero, hoc est cum filio censsus.

Duidens, Hostia ab antiquis appellata est, quam nos bidentem dicimus. Festus.

Duis, & Duiur, Antiqui dixere pro dederis, & dederint. Plautus Captiu. At mihi libellum pro eo argento ne duis. Vide Do, das.

Dulcacidus, Dulcifluus, Vide Dulcis.

Dulcis, dulce, om. t. Suauc: quod quidam à delicio deducũt quòd dulcia maximè alliciant. γλυκερὸν, γλυκὺ. [Italicè, Dolce. soaue. Gallicè, Doulx. Hispanicè, Dulce. Germanicè, Süss.] Plautus in Trucul. Nunc postquam scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, &c. Cic. 1. de Natur. deor. Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida, dulcia & amara. Idem 3 de Legibus, Nostra autem causa, quæ optime & dulcissime frater incidit in Tribunatiam potestatem, &c. Idem Attic. lib. 11. Longiori Epistolæ superiori q; respondi: nunc breviori, proprioriq; quid respõdeam, nisi eã fuisse dulcissimã? ¶ Eius composita sunt, Præ dulce, ualde dulce, πάγγλυκυ, Subdulce, aliquantum dulce, ὑπόγλυκυ.

Dulciculus, la, lum, diminotiuum est à dulci. ὑπόγλυκυς. [Ital. Dolcetto. Gallicè, Doulcet. Hispanic. Dulce un poco. Süsslächt] ot, Dulciculus caseus, Plautus. Dulcicula potio. Cicero 5. Tusculan. Demus scultellam dulciculæ potionis.

Dulcedo, dulcitas, dulcitudo, & dulcor, m. t. In eodẽ sẽsu accipiũtur. γλυκύτης. [Ital. Dolcezza. Gal. Doulceur. Hisp. Dulçura. Germ. Süssigkeit.] Plin. Contrectata dulcorem amittit. Naeuius, O suauis linguæ sonitus, ô dulcitas, conspiritũ animæ. Accius, Tanta huic inuasit in cordis dulcitudo. Cicero 3 de Orat. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè uoluptarius, quiq; dulcedine præter cæteros sensus commouetur. Ouid. 3 de Ponto, Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui. Cic. 3. de Orat. Nam & odor urbanitatis, & molliti do humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta à cæteris sensibus.

Dulciarius, a, um, adiectiuum: ut Dulciarius panis, qui conficitur ex saccharo & nucibus pineis, uel amygdalis ad ientacula: ut est qui uulgò apud Italos dicitur Marca panis. χαρίεσσα ἄρτος. ¶ Pistor dulciarius, πλακουντοπώλης. [Ital. Chi fa confetture, pastisciere Gallicè, Pastissier. Hispanicè, Confitero, pastelero. Germanicè, Ein lebkücher. Pasteren macher.] qui panes, & mellita conficiunt edulia: de quo Martialis libro decimoquarto, Mille tibi dulces operã manus ista figuras Extruit. huic uni parca laborat apis. Lamprid. de Heliogab. Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhibemus, quæ cũq; coqui de diuersis edulis exhibuissent. Vbi dulciarius substãtiuè accipitur pro concinnatore edulium mellitorum.

Dulceo, dulcere, dulcui, neutr. secundæ coniugation. à quo dulcesco, is Dulcis fio. γλυκύνομαι. [Italic. Farsi dolce, addolcirsi. Gallicè, Deuenir doulx, s'adoulcir. Hispanicè, Endulcecerse. Germanic. Süs werden.] Cicero in Caton. Primò una est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. ¶ Huius cõpositum est obdulcesco, quod est in totum dulcis fio.

Dulcè, & Dulciter, aduerbia. γλυκέως. [Itali. Dolcemente.

Galli

Gal. Doulcement. Hiſp. Dulcemente. Germ. Süſſlich.] Plaut. in Mil. Hercle affitit & dulcè & comœdice. Cicer. de clar. Orat. Tum hiſtoria quædam ſcripta dulciſſimè. Cic. 2. de Finib. Aut enim eam uoluptatem tueretur quam Ariſtippus, id eſt quæ ſenſus dulciter, ac iucundè mouet.

Dulcacidus, a, um. Vox eſt Qu. Sereno admodum familiaris, pro eo quod miſtum quendam ſaporem habet ex acido & dulci: cuiuſmodi ſunt quædam ex malorum Punicorum genere.

Dulciſluus, a, um, Quod dulciter & ſuauiter fluit, γλυκύῤῥους.

Dulciſŏquus, Qui ſuauiter loquitur, μελίγηρυς.

Dulciſŏnus. Suauiter ſonans. γλυκύφωνος.

Dulco, as, a p. Dulce efficio γλυκαίνω. [Ital. Addolcire. Gal. Adoulcir, faire doulx. Hiſp. Endulcar ò hazer dulce à otra coſa. Ger. Süs machen.] Sidon. Apollinaris ad Agricolã, Pateò libens, laudaturus uitæ tam dulcaræ ſolicitius ingenuitatem. ¶ Hinc edulco, as, quod eſt exacerbo, aut amarum, dulce & ſuaue reddo. Cu. Marius, Quapropter edulcare conuenit uitam, curaſq; acerbas ſenſim gubernare.

Dŭlia, δουλεία. [Ital. Seruitio. Gal. Seruitude. Hiſp. Seruidumbre. Germa. Knechtſchafft, Dienſtbarkeit.] Seruitus, ſiue cultus, qualem ſerui domino exhibent. ¶ Accipitur item pro ipſis ſeruis, quemadmodum & apud Latinos Seruitii nomen olim.

Dum, aduerbium temporale eũ, & modò pro quando poni tur. ἕως. [Ital. Mentre che, fin che. Gal. Quand, cependãt que, iuſques à ce que, mais que, pourueu que. Hiſpa. Mientras que, haſta que. Ger. Dieweyl, Biß.] Plin. lib. 7. cap 51. Nullis euidentibus cauſis obiere, dum calceantur matutinò duo Cæſares. ¶ Modò pro donec. ἕως. Terent. in Eunucho, Expectabo dum ueniat, id eſt donec ueniat. ¶ Modò pro poſtquam, quum coniungitur præterito ſubiunctiui, ἐπεί. Martial. Audieris dum grande ſophos, id eſt poſtquã audieris. ¶ Quando autem in compoſitione ponitur poſt nec, uel non, uel haud, ſemper aduerbium temporis eſt, πώ: ut, necdum nondum, hauddum, pro non adhuc. μήπω, οὔπω. ¶ Eſt etiam coniunctio, & ſignificat modò uel dummodo. Salluſt. in Iugurtha. Neque id quibus modis aſſequeretur dum ſibi regnum pararet, quicquam pẽſi habebat. Idem in Catil. Poſtremò nec ſumptui, nec modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret. ¶ Interdum etiam ſyllabica eſt adiectio. Terentius Adeſdum, paucis te uolo. ¶ Componitur cum qui, ut qui dũcum age, ut agedum: cum modo, ut Dummodo: & cum taxat, ut duntaxat.

Dūmus, gen. maſc. ſec. Dicitur omnis ſpina. φραγμός. [Ital. Spino, ſpina. Gal. Buiſſon ou eſpinaye. Hiſp. Eſpinabõ brẽna, ò mata aſpera. Germani Ein dorn hecĸ.] Cicero quinta Tuſc. Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua iuerat ſphæræ figura. Ouid. 11. Metam. ſolidoq; reuellere domo Annoſam pinum magno molimine tentat.

Dūmōſus, a, um. Frondoſus, ſpinoſus, uepribus plenus. ὁ πολὺ ἐκανθώδης, ὁ πολὺς ἐβάτων ἔμπλεως. [Ital. Pieno di ſpine & roui. Gal. Buiſſonneux, plein d'eſpines & buiſſons. Hiſ. Lleno de eſpinal, ò brenal ò mata aſpera. Ger. Dörnechtig, hecĸechtig.] Virgil. 1. Aegl. Non ego nos poſthac uiridi proiectus in antro Dumoſa pendere procul de rupe uidebo. Antiqui per interpoſitionem unius literæ pro eodem dixerunt duſmoſus: ſicut coſmittere pro committere, caſmillus pro camillus, & caſmenæ pro camenæ.

Dūmētum, ti, n. ſ. Locus eſt dumis, hoc eſt ſpinis obſitus. φραγμών. [Ital. Spineto, ſpinaera Gal. Vne buiſſoniere, un lieu couuert de buiſſons. Hiſp. Eſpinal ò boſq; aſpero. Ger. Ein ort da vil dörn vnd hecken ſtond.] Huiuſmodi loca autore Feſto, antiqui appellabant dumecta, quaſi dumiceta, quæ poſtea ſublatis per ſyncopen duabus literis dicta ſunt dumeta. Cic. 5. Tuſc. Septum undiq; & ueſtitum uepribus & dumetis. Idem 4. Acad. Quum ſit enim campus in quo euolare poſſit orator, cur cã tantas in anguſtias, & Stoicorum dumeta compelimur?

Duntaxat, Componitur ex dum aduerbio, & taxo, as, pro æſtimo: & ſignificat ſolũm, uel ſaltem. γοῦν, γὲ δὴ, μόνον. [Ital. & Hiſp. Solamente. Gal. Seulement. Germ. Allein.] Cic. pro Deiot. Quod ipſum etſi non iniquum eſt, in tuo duntaxat periculo. ¶ Interdum etiam (quod aliqui negauerunt) habet ante ſe negationem, & poſt ſe Sed etiam, aut Verò etiam. Liu. lib. 40. Nec animum nobis duntaxat fidelem, ac bonum præſtitit, ſed omnibus interfuit bellis, quæ geſſiſtis.

Duo, δύο, & δοιώ Attice. [Itali. Due, doi. Gal. Deux. Hiſpan. Dos en numero. Ger. Zween, zwo, zwey.] & ambo, ſicuti docet Priſcianus, genitiuos & accuſatiuos ſecundum ſecundam declinationem proferunt, duorum, amborum, duos, ambos. Dativus autem & ablativus tertiam inflexionem ſequuntur. In genitiuo frequens eſt ſyncopa duũm pro duorum. ¶ Inuenitur etiam accuſatiuus maſculinorum quandoq; ſimilis nominatiuo, proferturq; in o, more Græco. Horatius, Duo ſi diſcordia uexet inertes. Virgil. 11. Aeneid. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros, id eſt duos.

Duodecim, δώδεκα. [Ital. Dodici. Gal. Douze. Hiſp. Doze en numero. Ger. Zwölff.] Cic. 2. de Legib. Diſcebamus enim pueri duodecim, & carmen neceſſarium.

Duode. imus, & duodenus, δωδέκατος. [Ital. Dodecimo. Gal. Douzieſme. Hiſ. Dozeno in orden. Ger. Der zwölffte.] Plin. Nec tota ſua ætate generant, ferè anno duodecimo dẽtionem Cæſ. 5. bel. Gal. Vxores habent deni, duodenique inter ſe communes.

Duodenarius, Duodeniginti, δεκὰς δύο ἔτη, & huiuſmodi. Ducenties, Ducentenus, Duodecies. Liu. 8. bell. Maced. Tyberis duodecies campum Martium, planaq; urbis inundauit.

Duodecies, Duodeuigeſimus Ducenteſimus.

Dŭōnum, κάλλος. [Ital. Buono. Gall. Bon. Hiſpani Bueno. Germa. Gůt.] Veteres pro bono dixerunt, ſicut duellum pro bello. Feſtus.

Duplaris numus, Vide Duplus.

Duplex, huius duplicis, om. t. cuius duæ ſunt partes. διπλῆς, διπλόος. [Ital. Doppio. Gal. Double, le double. Hiſpa. Doblado ò doble. Ger. Zweyfach.] Virg. 1. Aen. Duplicem gemmis, auroq; coronam. ¶ Nonnunquam etiam pro duobus accipitur, ut apud Cic. 1. Tuſc. Itaq; diſſeruit duas eſſe uias, duplicesq; curſus animorum è corpore diſcedentium. Virgil. 2. Aeneid. duplices tendens ad ſidera palmas. ¶ Quandoque latum. Virgil. 2. Georgic. duplici aptantur dentalia dorſo. Idem 1. Georgic. At duplex agitur per lumbos ſpina. Vbi Seruius, Aut reuera duplex, aut lata. ¶ Duplices tantùm numero plurali, generis maſculini, tabellarum genus eſt, in quibus literæ ſecretiores, & amatoriæ ſcribi ſolebant: quæ quidem aliquando etiam triplices erant. Martialis, Tunc triplices noſtros, non uilia dona putabis. Quum ſe uenturam ſcribet amica tibi. Sic Duplices. Quadruplices, & Quintuplices porticus dicuntur, in quibus ordines columnarum duplicati, triplicati, quadruplicati, & quintuplicati ſunt. Vitruuius libro quinto duplici palæſtrarum porticu collocanda complura membra.

Dupliciter aduerbium, quod ſignificat duobus modis. διχῆ, διττῶς, διχῶς. [Itali. Doppiamente. Gallicè, Doublement, en deux ſortes. Hiſpan. Dobladamente. Germanicè, Auff zween wäg.] Cic. ad Patum, Duplicitèr delectatus ſum tuis literis.

Duplicarii, uel (ut aliis placet) Dupliciarii, milites erant, qui duplum accipiebant ſtipendium. διμοιρίται. Liu. 2. ab Vrbe, Ad hoc centuriones, duplicariosq; qui reliquerant ordines, uirgis cæſos ſecuri percutiebat.

Dūplico, plicas, a p. Duplicem facio, gemino. διπλόω. [Ital. Doppiare, raddoppiare. Gal. Doubler, redoubler. Hiſp. Doblar. Ger. Zweyfach machen.] ut, Duplicare numerũ. Cic. 1. de Nat. deor. Quum ſæpius duplicaret numerum dierũ, &c. Vnde & pro augere. Salluſt. Et Maurus uictus duplicauerat bellum. Virgil. in Bucolicis. Et ſol creſcentes decedẽs duplicat umbras. ¶ Hinc adduplico, Conduplico, & Reduplico, ἀναδιπλόω.

Duplicatè, aduerbium. διχῆ. [Italicè, Doppiamente, à doppie. Gallicè, Doublement, audouble. Hiſpanicè, Dobladamente. Germanicè, Zweyfaltiglich.] Plin. libro 2. capite 17. Rurſus Saturni & Iouis (ſubaudi Stellæ) duplicatò digrediuntur.

Duplionem, ueteres dixerunt multam dupli, eadem formã qua

quæ Tallionem dicimus pœnam, qua quis ad ſimile damnũ condemnatur, quale alteri intulerit. *ἰσομοιρία τῆ ἀδικηθέντι.* [Ital. Pena di doppio. Gallicè, Le double, deux foys autant, peine de double. Hiſpanicè, Pena del doblo. Germanicè, Zweyfache ſtraff.] Plinius libro decimooctauo, capite tertio, Noxamue, duplionemue Prætoris arbitratu decerni.

Duplus, dupla, duplum. *Διπλάσιος.* [Itali. Doppio, due uolte tanto. Gallic. Double, encor autant. Hiſpanic. Doblado, dos uezes tanto. Germ. Zweyfachtig, Noch ein mal als viel oder als groſs.] Idem ualet quod bis tantùm. Vnde uerbum Duplo, *Διπλόω*, Idem eſt quod duplico. Plautus in Pœnu. Duplum pro furto mihi opus eſt. Idem in Capt. Qui locant cædendos agnos, & duplam agninam dant. id eſt, qui ſub nomine agninæ carnis omnium quoq; uenduut, & ita duplum, hoc eſt duplicata & duorum generum agninam præbent, mentientes agninam eſſe.

Duplum, dupli, n. ſ. Subſtantiuum. *τὸ διπλάσιον.* [Italic. Doppio. Gallic. Le double. Hiſpanic. El doblo. Germanic. Zweyfach, Dopplet.] ut, Condemnari dupli, ea forma diſtum qua condemnari capitis. Cato de Re ruſtica in Præfatione, Maiores enim noſtri ſic habuere, & ita legibus potuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. id eſt ut bis tantum reddat quantum furatus eſt. Sic pœna dupli apud Cic. 1. Offic.

Duplaris numerus, dicitur in quo minor bis numeratur. *Διπλάσιος.* Duplariæ, ſiue duplares actiones, dicuntur à Iuriſconſultis quæ in duplũ dabantur: ſicut quadruplariæ, quæ in quadruplum. ¶ Duplares milites, in ueteri militia dicebantur, qui torque aureo ob uirtutem donati, duplam annonam accipiebant amplius quàm cæteri: quemadmodũ ſimplares, qui annonam ſimplam accipiebãt, præter eã quæ in ſingula militum capita diſtribuebatur. Ita dicti, quod duplam & ſimplam annonam extra ordinem accipiebant. Vegetius libr. 2. Torquati, inquit, duplares, & torquati ſimplares erant, quibus torquis aureus ſolidus uirtutis præmium fuit: quem qui meruiſſet, præter laudem interdum duas conſequebatur annonas: duplares duas, ſimplares unam.

Dupondius, Vide Dipondius.

Duramen, Duramentum, Duracinæ unæ, uide Durus.

Duratcus, a, um. *Δαφάτινος.* [Ital. Ligneo, di legno. Gallic. Di bois ou dur comme bois. Hiſpa. Coſa de madera ò de lena. Germ. Hültzin.] Idem quod ligneus. Lucr. lib. 1. Nec cũ duratcus Troianis Pergama partu Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarũ. Adiectiu. eſt Græcum. Illi enim dura *Δάφατα* uocant, quæ nos ligna.

Durius, a, um. *Δάφινος.* Idẽ quod duratcus, id eſt ligneus. Ita de Nox duria apud Valerium Flac. 2. Argonauticon: maximmoris nox duria Fatis. Pro ea nocte qua duri equus à Troianis exceptus fuit, & in urbem admiſſus. Cælius Rhodiginus libro uigeſimonono Antiqua. lect. capite uigeſimoquinto, ait, Equos durios ex poëtica hiſtoria poſſe dici magnos ſtaturoſoſq; à magnitudine uidelicet equi illius Troiani.

Durra, Hiſpanica nox eſt, qua illi ſignificare ſolent nas illudampium in balneis in quo ſedentes lauamur: Latini ſolium uocant. Suetonius in Auguſto, At quoties neruorum cauſa marinis, albuliſq; calidis utendum eſſet, contentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, (quod ipſe Hiſpanico uerbo Durcam appellabat) manus ac pedes alternis iactaret.

Dericors, om. t. *σκληροκάρδιος, σκληράγχνη,* à nonnullis dicitur pro eo quod eſt duri cordis.

Durus, ra, rum, Solidus, firmus, & difficilè cedens tactui: cuius antitheton eſt Mollc, quod facilè tactui cedit. *σκληρός, ἀντίτυπος.* [Italicè, Duro. Gallicè Dur & aſper. Hiſpanicè, Coſa dura, cruel ò difficil. Germanicè, Hart.] Virgilius 4. Aeneidos, - ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. ¶ Per translationem capitur modò pro patiente ac tolerante laborum. Idem 2 Georg. Scipiadas duros bello. 6 Aeneid. gens dura atq; aſpera cultu. ¶ Modò pro ſæuo, crudeli, aſpero. Idem 3. Georg. Quid iuuenis, magnum cui neſcia oſſibus ignem Durus amor? Cic. 7. Verr. Quis tã fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus, præter unum te, &c. Terentius in Phormione, Adeone ingenio te eſſe duro, atque inexorabili, Vt neque miſericordia neque precibus molliri queas? Accipitur item pro noxio. Virgil. 4. Georg. Aut durum tinea genus. ¶ Durus ad ſtudia, qui ſtudiorum delectatione non capitur. Cicero pro Archia, Nam & Cimbricas res adoleſcens attigit, & ipſi illi Caio Mario qui durior ad hæc ſtudia uidebatur, iucundus fuit.

Duriuſculus, dimin. tiuum. *ὑπόσκληρος.* [Italicè, Aliquanto duro. Gallicè, Duret, un peu dur. Hiſpani. Coſa un poco dura. Germanic. Hartlechr.] Plinius in præfatione, Ille enim, ut ſcis, permutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe fecit.

Durè, & Duritor, aduerbia, inter ſe differunt, ſecundum Donatum, quòd duriter ſit, ſine ſenſu laboris: Durè, crudeliter: ut illud ad laborem, hoc ad ſeuitiam referatur. *σκληρῶς.* [Ital. & Hiſpan. Duramente. Gallic. Durement. Germ. Hartiglich. ¶ Præterea durè in alterum, duriter in nos aliquid facimus. Terent. in Andr. Primùm hæc pudicè uitam, parcè ac duriter Agebat, lana ac tela uictum quæritans. Sed hæc differentia, ut pleraq; aliæ, à ſcriptoribus nullo pacto obſeruatur. Terenti. in Adelph. factum à nobis duriter. Im miſericorditerq; eſt: atq; etiam, ſi eſt pater. Dicendum magis aperte, illiberaliter. Verba ſunt Aeſchin. ad Miltionem patrem, quibus cum illo expoſtulat quòd ipſe, & ſimulatus ille hoſpes Miltius nimis duriter conſuluiſſent, non de ſe ipſis, ſed de uirgine illa, & eius amatore.

Duritia, tiæ, & **Duities duritici,** fœm. q. Firmitas & ſoliditas. *σκληρότης, σκλήρωμα.* [Ital. Fermezza, ſaldezza, crudeltà. Gal. Dureté Hiſpan. Dureza, crueldad. Germ. Harte.] Plin. lib. 9. cap. 16. Tanta duritia aculeo eſt, Idem lib. 15 cap. 9. Duritiæ firmæ lignum. ¶ Accipitur & pro aſperitate, crudelitate. Terenti. in Heauto. - tum hoc timet, Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta ſit. Cicc. in Part. Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis. Plin. lib. 17. capit. decimoquinto, Duritie & maturitate incorrupta ſpiſſati. Cic. in Catilin. Quanta in altero comitas, in altero duritias.

Duritas, atis, f. t. Idem quod duritia. *σκληρότης.* Cic. in Orat. Alii duritatem & ſeueritatem quandam uerbis, & orationis quaſi mœſtitiam ſequuntur.

Durabilis, le, Quod durare poteſt. *Διαφορὰς.* [Italic. Durabile, che può durare. Gallicè, Qui eſt durée. Hiſpan. Durable, coſa que puede durar. Germanic. Langwirig, wärhafft.] Ouidius, Quod caret alterna requie, durabile non eſt. Plinius libro decimoſexto, capit 41. Durabilia ac ſeſtilia, quæ modicè humida.

Duramen, & Duramentum, Brachium uitis. *σκλήρωμα.* [Ital. Ramo de uite, ralcio, confirmatione. Gal. Durée, ou ce qui eſt de durée: la ſep ou bras de uigne prochain de la ſouche. Hiſp. Endurecimiento, penca ò hoia dela uid. Germ. Das hart rãbſchoſs ſo zů nächſt am ſtock ſtehet.] Colum. lib. 5. c. 11. Sed ut caput truncei, pedali ferè ſpatio ſit inferius iugo, qua ternis brachiis, quæ duramenta quidam uocant, diuidatur in totidem partes. Idem cap. 12. Conſiderandum erit cuius longitudinis ſint duramina quæ excedant præſtam menſuram. ¶ Duramentum etiam pro confirmatione & firmitate. Senec. de Tranquil. uitæ, Dies tenera eſſe uitæ tutum principis, tempore ipſis duramentum & robur accedere. Valer. lib. 2. c. 2. Efficaciſſimum igitur uirtutis duramentum neceſſitas.

Duracina perſica, *Δωρακίνα* Aeginetæ, Quorum corpus ligno adhæret, auelliq; nequit. [Itali. Perſici che non ſi ſpiccano da l'oſſo. Gallicè, Qui ont l'eſcorce ou la peu dure. Hiſpanicè, Duraznos. Germanicè, Pferſich die noch hart anſtehend.] Plinius libro decimoquinto, capite uigeſimoprimo, Sed perſicorum palma duracinis. Idem lib. 17. cap. 18. Quædam ſtatim à ligno recedũt, ut nuces & palmæ quædam adhærent, ut oliuæ, lauriq;: quorundam generi utrunq; eſt natura, ut perſicis. Etenim duracinis adhæret corpus, à ligno q; auelli nequit, quum in cæteris facilè ſeparetur.

Duracinæ unæ dicuntur, quæ duram & firmam corticem habent, à duritie, uel à duris acinis. Plinius libro decimoquarto, capite primo. Vua non alibi gratior callo, ut inde poſſit inueniſſe nomen duracini durosacinus. Suetonius ex Epiſtolis Auguſti. Dum lectica ex regia redeo, panis unciam cum paucis acinis uuæ duracinæ comedi.

Duricoria, æ, ſ. dicũtur quæ ſũt duri coriì. *σκληρόδερμα.* [Ita.

Che hanno il cuoio duro·Gal. Qui ont le cuir dur. Hiſp. Coſas que tienen el cuero duro. Germ. Die ein harte oder zäche haut habend.] Vnde Ficus duricoriæ, quæ habent durum corticem: quarum meminit Plinius libro decimoquinto, cap. 18.

Dūro, dūras, a. p, Durum facio, firmo, ſolido. σκληρύνω. [Ital. Far duro, ſaldo, fermo. Gallicè, Durcir, endurcir. Hiſpanic. Endureſcer à alguna coſa. Germanicè, Hart machen.] Columella libro ſeptimo, Annicula mula recte à matre repellitur, & amota montibus, aut feris locis paſcitur, ut ungulas duret, ſitq; poſteà longis itineribus habilis. Cæſar 6. bel. Gal. Hoc ſe labore durant adoleſcentes. Martial. lib. 13. Sorba ſumus molles nimium durantia uentres. Liui. 1. bel. Pun. Nec erat difficile opus, quòd cæmenta non calce dutata erant. ¶ Quintil. lib. 1. per translationem poſuit pro confirmare, Multa (inquit) linguæ uitia, niſi primis eximūtur annis, inemendabili in poſterum prauitate durantur. ¶ Aliquando ſignificat tolerare. καρτερεῖν. Virgilius 1. Aeneid. durate, & uoſmet rebus ſeruate ſecundis. In qua ſignificatione quandoq; contra naturam iungitur accuſatiuus, maximè apud Poetas. Horatius lib. 1. Carm. Vix durare carinæ Poſſunt imperioſius æquor. Vbi durare æquor, dixit Poeta pro eo quod eſt duritiem ferre. ¶ Item perſiſtere, perſeuerare, permanere longo tẽpore. καρτερεῖν θαι, διατρυχεῖν. Plaut. in Amphit. Durare nequeo in ædibus, ita me probri, ſtupri, dedecoris à uiro argutam meo. Terent. Adelph. Non hercle hic quidem durare quiſquam, ſi ſic ſit, poteſt. ¶ Huius compoſita ſunt, Eduro, induro, obduro, præduro, perduro, reduro, quæ uide ſuis locis.

Dūrēo, es, durui, Durus ſum. σκληρύνομαι. [Ital. Indurire, in indurare. Gal. S'endurcir, deuenir dur. Hiſp. Endurecer ſe. Germ. Hart ſein.] à quo Dureſco, durus fio. Cic. 2. de Natura deorum, Iacq; & Aquilonibus, reliquiſq; frigoribus ad lectis dureſcit humor. Ouid. 2. Metam. Oraq; durauerant, ſiguumq; exangue ſedebat. Colum. lib. 9. Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcant. ¶ Compoſita à Dureo raró ſunt in uſu, quemadmodum & ipſum ſimplex, ſed eorum loco utimur compoſitis à dureſco, ut Indureo uix dicimus, frequentiſſimè autem Indureſco. Obdureſco, undiq; durus fio, ἀπασκληρύνομαι. Perdureſco, ualde durus fio: quæ uide ſuis in locis.

Duumuir, duumuiri, m. ſ. eadẽ forma dictus eſt qua Triumuir, quòd ſcilicet duo tantùm in eo officio eſſent. De eorũ officio tradit Alciatus. Duumuiros primos in albo deſcribi ſolere, & faſcibus uti. Præerant etiam carceribus, & nectigalibus in ſuo municipio locandis. Liuius 1. ab Vrbe, Hac lege Duumuiri creati, qui ſe abſoluere rebantur ea lege ne innoxium quidem poſſe. Vlpian. l. Si quis uxori. paragraf. Si fugitiuum. ff. de furt. Si fugitiuum meum quis quaſi ſuum à Duumuiro, uel ab aliis qui poteſtatem habent de carcere, uel de cuſtodia dimittendi, acceperit, an is furti teneatur. Cicero in Oratore, Planeq; duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam. ¶ Duumuiri nauales, apud Liuium, nono libro ab Vrbe, alterum, ut Duumuiros nauales claſſis ordinandæ reficiendæq; cauſa idem populus iuberet.

Dūumuirātus, us, m. q. Dignitas duumuirorũ. Plin. lib. 4. Epi. ad Sempronium, Hunc Agonem Trebonius in duumuiratu ſuo tollendum curauit. Paul. l. Honores. ff. de Decur. Is qui non ſit decurio, duumuiratu, uel aliis honoribus ciuilibus fungi non poteſt.

Duumuiralis, le, Quod ad duumuiratus genus pertinet: ut, Dignitas duumuiralis, Iudicium duumuirale. ¶ Quando uerò de homine dicitur, cum ſignificat qui aliquando duumuiratum geſſit. ſicut Conſularem uocamus, qui Cõſulatu perfunctus eſt, & Triumphalem, qui triumphũ peregit. Vlpian. l. 1. ff. De albo ſcrib. Qui duumuiratũ geſſerunt (ſi hic honor præcellat) & inter duũuirales antiquiſſimus quiſque prior.

Dux, uide Duco.

D ante y

Dyas, ἀυάς, Numerus eſt binarius, ſicuti decas numerus eſt denarius.

Dynamene, Vide in D ante I, ubi male collocatum eſt.

Dynaſtes, huius dynaſtæ, δυναστὴς, Qui in magiſtratu eſt, aut qui in ciuitate plurimùm polletur: ita dictus à uerbo Græco, δύναϑαι, quod poſſe ſignificat, ſiue potẽtem eſſe. Scribit Strabo, reges Dynaſtas uocari, propterea quòd plurimũ poſſint, polleant q;, & populos quò uelint, aut ui, aut perſuaſione perducant. Cicc. ad Att. Erit nebulo iſte cum iſtis dynaſtis in gratia. Idem 11. Phil. Idem ſi cæteri reges, tetrarchæ dynaſtæq; feciſſent. ¶ Horum dignitas dynaſtia, δυναστεία, uocantur: quam uocem nos non ineptè potentatum uertere poſſumus.

Dyota, æ, ſine Diota, δύωτα, ἡ διώτη: utroq; enim modo ſcripeum inuenimus, Dolii fictilis genus, uino conſeruando idoneum: à duabus antibus, hoc eſt anſis, ita appellatum. Vide ſuprà Diota.

Dyſcōlus, m. ſ. δύσκολος. [Ital. Difficile, faſtidioſo. Gal. Difficile, facheux. Hiſpanic. Difficil, el que ha ò da haſtio. Germanicè, Vngeſchlacht, Vnholdſelig.] Difficilis, & moroſus: quod uitii genus à Græcis δυσκολία appellatur.

Dyſentĕria, f. p. δυσεντερία. [Ital. Dolore di uentre con fluxo di ſangue. Gal. Trenchée de uentre auec flux de ſang par exulceration des boyaulx. Hiſp. Camaras de ſangre Germanicè, Die rot ŕůr, oder der rot ſchaden.] Inteſtinorum exulceratio cum inflammatione & excretione ſanguinolenta, uentrem magnis doloribus torminibusq; exercens. Quidam inteſtinorum difficultatem, Celſus tormina interpretatur. Cicero Gallo libro ſeptimo Epiſtolarum, Sanè δυσεντερίαν pertimueram. Plin. lib. 22. cap. 25. Ad dyſenteriam bibitur cum abſinthio. ¶ Hinc Dyſentericus, δυσεντερικὸς, dicitur qui hoc morbo laborat. Plin. lib. 20. c. 2. Auxiliatur dyſentericis ſemen cucumeris.

Dyſnomia, æ, ſ. p. δυσνομία, dicitur peruerſa ioris legumq; conſtitutio.

Dyſpĕpſia, ſ. p. δυσπεψία. [Ital. Crudità di ſtomacho, indigeſtione. Gal. Difficile digeſtion, indigeſtion. Hiſpanic. El ahito de lo no digerido, indigeſtion. Germanic. Böſe theũwung.] Difficilis & ægra concoctio: à δὺς particula quæ difficultatem, uel deprauationem importat, & πέψις coctio. Galenus lib. de Sympt. different. tria ponit læſæ coctionis genera, δυσπεψίαν, βραδυπεψίαν, καὶ δυσπεψίαν: inter quæ hanc ponit differentiã, ut apepſia dicatur quum cibus non mutatur, ſed talis omnino permanet, qualis eſt ingeſtus. Et hanc Latini propriè cruditatem appellant. Bradypepſia autem quum cibus quidem immutatur, ſed ægrius, ſerius, & imperfectius: nos imbecillam uel tardam coctionẽ dicere poſſumus. Dyſpepſia uerò dicitur quum cibus mutatur in alienam qualitatem, naturæ noſtræ non conuenientem. Hanc medici noſtri coctionem deprauatam dicere ſolent. Hanc tamen differentiam ne ipſi quidem medici obſeruant: ut qui uno dyſpepſiæ nomine ſæpenumero omnia coctionis uitia intelligant.

Dyſphĭlus, pen. cor. δύσφιλος, Amicus parũ ſyncerus. Iuuen. Satyr. 3. Non eſt Romano cuiquã locus hic ubi regnat Protogenes aliquis, uel dyſphilus. Quo tamen in loco caſtigatiora exemplaria habent Diphilus: & ita omnino legendũ iudico. Videtur enim Iuuen. ibi notare Græculum quempiam nomine Diphilum.

Dyſpnœa, ſ. p. δύσπνοια. [Ital. Difficultà di ſpirare. Gal. Difficulté d'haleine. Hiſpan. El acezo. Germa. Engbrũſtigkeit, Schwäre des athmens.] Spirandi difficultas: quod uitii genus ſenibus ſolet eſſe familiare, teſte Hippocrate: unde & Vergilius ſenes anhelos uocat. Tres autem è medicis enumerantur morbi in difficultate ſpirandi conſiſtentes. Nam quum ea modica eſt, δύσπνοιαι: quum uehementior, ἄσθμα uocatur. Quum uerò euenit ut niſi recta ceruice ſpiritus trahi non poſſit, orthopnœa appellatur.

Dyſpnoicus. δυσπνοϊκὸς. [Italic. Chi ſpira con difficultà. Gallic. Qui ne peut auoir ſon haleine à ſon aiſe. Hiſ. El que acezа. Ger. Der da ſchwärlich athmet.] Qui dyſpnœa laborat. Plin. li. 24. c. 6 Ammoniacum prodeſt diſpnoicis, pleuriticis, &c.

Dyſŭria, ſ. p. δυσουρία. [Ital Difficultà di piſſare. Gal. Difficulté de piſſer. Hiſ. Difficultad de mear. Ger. Harnſtrenge, harte zũ harnen.] Difficultas, & ſuppreſſio urinæ, calculo, uel materia quapiam craſſa, aut caruncula meatum obſtruẽte.

Hoc

Hoc nitiem Cato ſignificat, quum ait, Quibus ægrè lotium it. Cic. Gallo lib. 7. Epicurum tuum Stoici malè accipiunt, quia dicat *Δυσεντερικὸν καὶ Δυσουρικὸν πάθος* tibi moleſta eſſe quorum alterum morbum edacitatis eſſe putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. Stranguria autem, morbus eſt à dyſuria diuerſa, quem nonnulli urinæ ſtillicidium appellant, quum ſcilicet tanta eſt uel urinæ acrimonis, uel ueſicæ imbecillitas, ut quicquid in eam illabitur, ſtatim excernatur.

E

Suapte natura non ita reſonat, ſicuti A. O. neq; tam promptè eos diducit, duoq; magis languido circa arteriam prodit, rictũ ſuperiorem aliquo modo deprimit, ſonum tamen & auget & minuit ea ratione qua & A. ubi ſatis abundè dictũ eſt. In fine dictionis corripitur, præter quando in Græcis nocibus ſcribitur per η, ut in Penolope. Ablatiui etiam quintæ declinationis producuntur, die, re, Imperatiui ſingulares ſecundæ coniugationis dece. Monoſyllaba: ut, me, te præterq; coniunctio, ne, ne, cum ſignificat an. Aduerbia in e abiectiuis, us, a, um, ut doctè.

E & Ex *in, if.* [Ital. Di. Gal. De. Hiſ. De. Ger. Von oder auſs.] Præpoſitiones ſunt quæ & ſeparantur, & componuntur. Separatę modò temporales ſunt: ut, Ex illo celebratus honos. hoc eſt poſt illud tempus. Modò locales: ut E cœlo. Modò ponuntur pro à uel ab: ut, Audiui è patre meo. ¶ Modò ſignificant pro uel ad, (*πρὸς* cum genitiuo) ut, Ex dignitate, ex uſu, ex utilitate, hoc eſt, pro dignitate, uel ad dignitatem. E Repub. pro Republica. ¶ Modò ſecundùm, uerè ut, Ex Platonis ſententia, id eſt, ſecundum Platonis ſententiam. ¶ Modò in Cic E enibus laborabat, id eſt, morbum patiebatur in renibus. ¶ Compoſitæ, quandoq; priuationem indicant, ut Elinguis, exanguis. Quandoq; uehemẽtiam uel perfectionem, ut Eludo, exoro. ¶ Quandoq; extra, ut Educo, excludo, cõponitur autem E, cum B, ut ebibo: d, ut educo: g, ut egredior: l, ut eiicio: l, ut eludo: m, ut emitto: n, ut, enitor: r, ut erigo: u, ut eucho. ¶ Ex uerò componitur cum a, ut exaudio: c, ut excurro: e, ut exeo: f, ut efficio: o, ut exolio: p, ut expello: q, ut exquiro: ſ, ut exequor: t, extendo: u, ut exuro. Verùm quando poſt ex. ſequitur f, mutatur x in f, ut effundo. Quum uerò ſequitur x, abiicitur ſ, ut excquor, & exicco: in aliis integra manet. ¶ Econtrarió, *ἐναντίως, ἐναλίν, ἐξ ἐναντίας.* [Ital. All' incontro. Gall. Au contraire. Hiſp. El contrario. Germ. Im gegentheil, Wermeynt.] aduerbium, ſignificat ediuerſò, contrà. Cic. 3. de Finib. Econtrarió moderati habitus.

E ante A & B

Ele, Fera eſt, in Aethiopia naſcẽs, magnitudine equi fluuiatilis, cauda elephanti, colore nigra uel fulua, maxillas habens ſpri, & maiora cubitalibus cornua, mobilia, quæ alterna in pugna ſtitit, uariatiq; infeſta aut obliqua, utrunque ratio monſtrauit. Hæc Plinius libro octauo, capite uigeſimoprimo.

Eare, propterea, ad eam rem.

Ear, earis, neut. tert. *ἔαρ*, Latinè Ver, è quo Earinus, *ἐαρινὸς.* Vernus.

Earènus, penultima correpta. Significat uſq; eo, uel ad eum modum: cui reſpondent quatenus, Vſquequò, Quoad, Vt, Quo, Nequid. *κατ' ὅσον, τοῦτο.* [Ital. Fin. à tanto. Gallicè, Juſques là, entant. Hiſpanic. Haſto aquello ò aquel modo. Germanicè, Vnd alſo feer, Alſo weyt, Vmb ſonſt] Caius de inſtitoris actione. Eatenus dabitur in eum actio, quatenus in ea re locupletior factus eſt. Cicero primo de Legibus, ſed hoc ciuile, quod uocant, eatenus exercuerunt, quoad populo præſtare uoluerunt. Idem de Optim. genere oratorũ. Verba perſequens eatenus, ut ea non abhorrent à more noſtro. Columella libro duodecimo, capite nono. Caules lactucæ ab imo depurgatos, eatenus quà tenera folia uidebuntur. Suetonius in Tiberid. Ac primò eatinus interueniebat, nequid perperam fieret.

EB. In notis antiquorum eius bona.

Ebetãti, dicuntur qui felicitate aliqua conciderunt.

Ebenus, maſc. fœc. uel Ebenum, penulti. cor *ἔβενος, καὶ ἔβενον.* Suidæ. [Ital. Ebone. Gallic. Ebene, un certain arbre qui croiſſẽt Indes. Hiſpanic. Ebenuz, arbol peregrino ò noſotros. Germanicè, Ein baum der in India wachſet, inwendig ſchwartzlecht, kunſt wie der Buchſsbaum.] Lignum eſt totus nigrum, foris buxi aſpectu, adeò ſolidum & ponderoſum, ut in aqua non ſupernatet. Creditur tamen tenuis eſſe ſe (ut Aetius tradit) ſubſtantiæ, & abſtergentis uirtutis. Vnde oculorum caliginem diſcutere creditur, & aliis oculorũ medicamentis miſcetur. Hæc arbor naſcitur in India, & ea ſa dureſcit in lapidem, urituriq; odore iucundo. Virgilius libro ſecundo Georgic. ſola India nigrum fert ebenum. Vbi Seruius, Atqui & in Aegypto naſcitur: ſed Indiam, omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Vide Plinium libro duodecimo, capite quarto. Sunt qui per aſpirationem ſcribant hebenus.

Ebeo, *ἀπεμπαιρίσω*, beſtitudine priuo, eius paſſiuum eſt Ebeor.

Ebĭbo, ebibis, penulti. corrept u t. Bibendo euacuo. *ἐκπίνω.* [Ital. Bere il tutto. Gallic. Boire tout, ne rien laiſſer. Hiſpa. Mucho beuer, ò haſta al cabo. Germ. Außtrincken.] Plautus Amphitryone. Factum illud eſt, ut ego illic uini cirneũ ebiberim meri. Teren. Heau. Quid comedent? quid ebibẽt? ¶ Per translationem ebibere ponitur pro conſumere. Plautus Amphytrione, Non ego cum uino ſimul ebibi imperium tuum.

Eblandior, diris, d. quare. Eſt blanditiis aliquid extorquere. *ἐξαρίσκομαι.* [Ital. Togliere per luſinghe. Galli. Auoir par belles parolles, impetrer par douceur. Hiſpan. Mucho halagar ò quitar por halagos. Germ. Etwas mit ſchmeichlen võ einem bringen, Einem etwas mit glatten worten abſchwetzen] Liuius lib. 7. bel. Punici, Neq; enim omnia emebat, aut eblandiebatur, ſed uim etiam flagitiis adhibebat.

Eblĭditus, a, um, participium. Vnde Eblandita ſuffragia dicũtur, quæ precibus & blanditiis impetrantur, apud Cic. pro Cn. Plancio.

Eborcus, uide Ebur.

Eboſus, uide Ebuſus.

Ebrius, ebria, ebrium, qui nimio potu alienatus eſt mente. *μεθύων, μεθυσμὸς, μεθύω.* [Ital. Ebrio, ebriaco. Gallicè, Yure, enyuré. Hiſpan. Embriago, borracho. German. Trunckẽn, Vollweins.] Plaut. Amphit. Homo hic ebrius eſt, ut opinor. Huius antitheton eſt Sobrius, quaſi ſine ebrietate. Cic. Papyrio Præto, lib. 9. Habuiſti enim in tua poteſtate ex ſobrio, uel certè ex ebrio ſcire poſſes. Vnde, Non ſobrius, pro ebrio ſumitur. Martial. Et non ſobria uerba ſubnotaſti. Interdum ebrius ponitur pro pleno & abundanti. Plautus, Facite, mihi cœna ut ebria ſit. id eſt, abundans, & opipare parata.

Ebriŏlus, diminutiuum ab ebrius. *οἰνόμεθυν.* [Ital. Alquãto imbriaco. Gal. Yurognet. Hiſp. Vn poco embriago. Ger. Zimlich trunckẽn.] Plaut. Curc. Triſtes atq; ebrioli incedunt.

Ebriōſus, m. f. Qui ſæpe fit ebrius. *οἰνόφλυξ.* [Itali. Ebbe ſpeſſo è ebriaco. Gal. Yurogne, ſubiect au vin. Hiſpan. Borracho que à menudo ſe embriaga. Germ. Ein trunckẽn boltz, ein voller zapff.] Cic. de Fato, Hunc ſcribunt ipſius familiares & ebrioſum, & mulieroſum fuiſſe. Plin. lib. 10. cap. 14. Ebrio ſit ova nocturæ per triduum data in uino, tadium eius adducunt. A quo Ebrioſitas, propenſio in ebrietatem, *οἰνοφλυγία* Cic. 4. Tuſculan. Vt inter ebrietatem & ebrioſitatem intereſt, aliudq; eſt eſſe amatorem, aliud amantem. ¶ Huius contrarium eſt ſobrioſus, ſobrietatis affectator, quo uitio eſt Cyprianus. ¶ Inter ebrium & ebrioſum hoc intereſt: quod ebrius actum præſentem deſignet: ebrioſus habitum & proclioitatem. Poteſt enim quis eſſe ebrius, qui natura tamen & conſuetudine ab hoc uitio maximè abhorreat: & contrà, ebrioſus quis eſſe poteſt etiam tunc, quum uini nihil guſauerit.

Ebrietas, fœminini generis, tertiæ declinationis, quam Cato dicebat nihil aliud eſſe quàm inſaniam uoluntariam. *μέθη* [Italicè, Ebrietà. Gallicè, Enyurement. Hiſpanicè, Embriaguez. Germanicè, Truckenheit] Ii 1. lib. 3. capite 14. Ebrietatem arcet pecudum aſſus pulo e præumpti.

Ouid

Ouid.1.Metam.& ebrietas geminata libidine regnat. Idē Ebrioſitas,ſed minus in uſu.

Ebriolo,as,pen.cor.Ebrium facio.*μεθύσκω*. [Ital. Far ebrio. Gal. Enyurer. Hiſp. Embriagar à otro. Germ. Trunckē machen.] Laberius,Ebriolati mentem hilarem accipiunt. Nonius.

Ebriacus,a,um,antiquis teſte Nonio in uſu erat pro ebrio, uel inebriato. *μεθύων,μεθυσκὸς*. Plaut. in Aul. Homo ebriacus ſomno ſanari ſoler. Ita enim legit Nonius. Alii tamen ibi Ebriatus legendum contendunt: ut ſit à uerbo ebrio,cuius compoſitum eſt Inebrio.

Eboucum,dicimus,qui illam ſenrie animi tarditatem & ſtuporem,qui hallucinantib. plerunq; uſu uenit, authoritate Feſti Pomp.

Ebullio,is,fferueſco, & inter bulliendum effundor: ſicut aqua quæ in aheno feruefit. *ἐφυσῶμαι,ὑπερζέω*. [Ital. Bollire. Gal. Goullir & ſortir dehors. Hiſp. Bullir mucho ò hervir. Ger. Zuſwallen,von ſieden ſtrodlen.] Per metaphorā accipitur pro iactabundē aliquid oſtento. Cic. 5. de Finib. Dixerit Epicurus,ſemper beatum eſſe ſapientem,quod quidem ſolet ebullire nonnunquam.

Ebullo,as,vide in ſimplici Bullo.

Ebūlum,u.f ſiue ebulus, frutex eſt ſambuco foliis & baccis ſimillimus, in tantam tamen altitudinem non aſſurgens, neque arboreſcens. Græci Chamæaſten appellant,quaſi pumilam ſambucum. *χαμαιακτὴ* [Ital. Ebulo. Gal. Yebles. Hiſp. Tezgo yerua nota Ger. Zwichſtand.] Virg. in Sileno, Sanguineis ebuli baccis. Col.lib.2.Sed citra hoc experimē tum multa ſunt quæ & dulcem terram, & frumentis habilem ſignificent: ut iuncus, & calamus, gramen & trifolium, ebulum rubi, prunę ſyluęſtres, & alia complura. Idem,Et rutilas ebuli creat uuida baccas.

Ebur,eboris,n.t Deus elephanti,quaſi è barro,ſic enim elephantum uocabant ueteres,à barrito. *ἐλέφας*. [Ital. Auorio. Gal. Yuoire. Hiſ. Marfil diente de elefante. Ger. Helffenbein.] Cic.4.Acad.Non enim eſt è ſaxo ſcalptus, aut ebore dolatus. ¶ Ebur pro uaſis,aut aliis rebus ex ebore dolatis. Horat.libr.2.Carm. Ode 18. Non ebur,neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Cic.4.Ver. Ve omne ebur ex ædibus ſacris,deorum denique ſimulacra quæ uellet,auferret. ¶ Antiquis in uſu fuit nominatiuus ebor,à quo tamen fit genitiuus eboris,& adiectiuum eboreus.

Eburnēus,a,um,Quod eſt ex ebore. *ἐλεφαντῖνος*. [Ital D'auorio. Gal. D'y uoire. Hiſp. Coſa de marfil. Germ. Helffenbeinen.] Plin.lib.36.cap.5.Iouem fecit eburneum in Metelli æde,quā campus peritur. ¶ Aut quod inſtar eboris albū eſt: ut Eburnea facies. Ouid.3.Metam.Impubesq; genas, & eburnea colla,&c.

Eburneolus,a,um,diminut. *ὁ τῶν μικρῶν γιγμῶν ἐλεφαντίνως κοσμῶν*. [Ital. Coperto d'auorio. Gal. Mouſcheté ou marqué de petits morceaux d'y uoire. Hiſp. Cubierto de Marfil. Ger. Das mit helffenbein verſetzt iſt.] Cic.3.de Orat.Quem ſeruum ſibi habuit ille ad manum, cum eburneola ſolitus eſt canere fiſtula.

Eburnus,a,um,Idem quod eburneus. Tibull. Hanc primùm ueniens plectro modulatus eburno. Luc.li.2.Legitimæ quæ faces,gradibusq; acclinis eburnis.

Eburatus,a,um, Quod extrinſecus ex ebore eſt. *ἐλεφαντόδετος*. [Ital Coperto d'auorio. Gal. Couuert ou enrichy d'y uoire. Hiſp. Coſa cubierta de marfil. Germ. Mit helffenbein vberzogen.] Plaut.in Perſa,Lectos eburatos,auratos. Idem in Aul. Clamores, imperia, eburata uehicula, pallas, nihil moror.

Ebŭrĕus,a,um,ab antiquo nominatiuo ebor fit: ſicut à marmor marmoreus: eburneus uerò,& eburnus, ab ebur. *ἐλεφαντῖνος*. Significant autem hæc tria, quod eſt ex ſolido ebore. Quint.lib.6 Quum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent translata.

Effingo, is, act. t. Eſt effigiem rei alicuius ad uiuum exprimo, uel ad alterius formam fingo, & qualem uolo fingendo formam repræſento. *διατυπῶ, ἀπεικάζω, ἀπομιμοῦμαι.* [Ital. Figurare, ritrare. Gall. Taillier ou pourtraire, ou autrement exprimer & repreſenter au uif, faire à la ſemblance. Hiſp. Debuxar, hazer la imagen de alguno. Germ. Nachbilden, abmachen, oder nachmachen.] Cic. 1. Tuſc. Quæ perrò tam immenſa magnitudo quæ illa multa poſſit effingere. Quintil. Nam mihi uidetur M. Tullius, quum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxiſſe uim Demoſthenis, copiam Platonis, iucunditatem Iſocratis. Vide plura apud Vall. lib. 5. cap. 40.

Effictus, partic. *ἐξωμοιωμένος, ἀπεργασμένος.* [Ital. Repreſentato. Gal. Repreſenté, tiré au uif. Hiſp. Debuxado. Ger. Nach einem anderen geſtaltet oder gemachet.] Cic. pro Roſcio, Etenim hæc conficta arbitror à Poetis, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamq; imaginem noſtræ uitæ quotidianæ uideremus.

Effictio, onis, *διατύπωσις.* Ad Heren. lib. 4. Effictio, eſt quum effingitur & exprimitur uerbis corporis cuiuſpiam forma, quoad ſatis ſit ad intelligendum.

Effligito, tas, act. pr. Cum clamore, ſeu cum magna inſtantia flagito: malos emq; habet uim, quàm poſtulare. *Λιτανεύω.* [Ital. Domandare con inſtanza. Gall. Requerir inſtamment, preſſer en demandant, demander à toute force. Hiſpan. Demandar con importunidad. Germ. Trungenlich bitten, mit ernſtlichem anhalten begären.] Virgilius 11. Aeneid. Ille ſimul fugiens, Rotulos ſimul increpat omnes, Nomine quemq; vocãs, notumq; efflagitat enſem. Quintil. ad Tryphonem, Efflagitaſti quotidiano conuicio, ut libros quos de Inſtitutione oratoria ſcripſeram, iam emittere inciperem.

Efflagitatus, us, nomen. m. q. Pro uehementi poſtulatio. *ἰσχυρὰ παρακλητικὴ, ἐπιλιτανεία.* [Ital. Demanda con inſtantia. Gall. Requeſte auec inſtance. Hiſp. Demanda importuna. Ger. Ein trungenliche bitt.] Cic. 7. Verr. In iudicio coactu, atq; efflagitatu meo producere ad ignotos, &c.

Efflagitatio, onis, f. t. Idem. Cic. ad Brut. Quis neminem magis decet quàm te Rempub. amare, libertatisq; defenſorem eſſe, uel ingenio, uel rebus geſtis, uel ſtudio atq; efflagitatione omnium.

Efflo, as, are, n. f. Idem eſt quòd flendo conſumere. *ἀναλύω, ἀπολλύω.* [Ital. Conſumar plangendo. Gall. Pleurer iuſques à perdre les yeux. Hiſp. Llorar demaſiedo, perdre ojos de uanto llorar. Germ. Mit weynen verzeeren, außweynen.] Vnde Efflere oculos dixit Quintil. lib. 6. Declam. prohemio ficto ſe exercere: Audita (inquit) mea calamitate tam uxor exempli, & pietas talis filii, mater effleuit oculos.

Efflugo,

Effligo,gis,pen.prod. efflixi,efflictum, act.t. Idem significat quòd affligere. [Ital. *Affligere*. Gall. Perdre & gaster, traiter mal, vexer & tourmenter. Hisp. Mucho affligir. Germ. Plagen.] Plaut. in Asin. Quam tu propediem (nisi quidē illa antè occupasset te) effliges scio. Idem Cistellar. Et equidem hercle, nisi perdam te tertiò, omnes efflixero.

Effixim, aduerb. pro valde & vehementer. *ἐπιφρυῶς*. [Ital. *Ardentemente*, fin' à morte. Gall. Ardemment, iusques au mourir. Hisp. Mucho y con passion. Germ. Beffig, inniglich.] Plaut. in Amphy. Sic effixim amare perinde ut hic te effixim deperit.

Efflo,as,n p. Flatu abigo, expiro. *ἐκφυσάω*. [Ital. Cacciare col fiato. Gall. Getter hors en soufflant, soufflet hors. Hisp. Soplar à fuera, oexar con el soplo. Ger. Außhin blaſen.] Varro lib. 1. de Re rust. Propterea, quòd ab sole toto die illustratur, salubrior est, quòd & bestiolæ, si quæ propè nascuntur, aut interūtur, aut efflantur, aut aritudine citò percūt. ¶ Inde efflare animā, *ἐκπνεῖν*, dicimus, pro mori. Sueton. Priusquam efflaret animam, pro mortuo deferri iussit. Cic. pro Milon. Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset. Efflauit extremum halitum: id est, mortuus est. Cic. lib. 2. Tusc.

Efloréco,is,n.f. Valde floreo: & per translationem, vigeo, excello. *ἐξανθέω*. [Ital. Florire grandement. Gall. Fleurir, produire sa fleur, croistre. Hispan. Mucho florecir. German. Blůyen, in grosse achtung auſkommen.] Cicero in Lælio, Quæ tamen efflorescit amicitia, etiamsi tu eam minus secutus sis.

Effluo,n.t Extra fluo, effundor. *ἐκροΐρεμαι, ἐκρέω*. [Ital. *Spargerū fuori*. Gall. Couler hors, s'escouler. Hisp. Correr lo liquido à fuera. Germ. Außfließen, außrinnen.] Cato de Re rustic. cap. 1. Si habebis aquam, vinum effluet, aqua manebit. Cic. 2. Tusc. Num tu ingemuisse Epaminondam putas, quum una cum sanguine vitam effluere sentiret? Lælius lib. 1. Siue igitur à Melisseo (sicut Didymos tradidit, colendorum deorū ritus effluxit. ¶ Effluere per translationem accipitur pro palàm fieri, siue divulgari. Terent. in Eunucho, Verumq; hoc falsum est, effluet: hoc est, non tacebitur, sed divulgabitur. ¶ Effluere etiam alicui dicitur, quod illi è memoria excidit. Cic. 2. de Finib. Bona præterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportet.

Effluentia,æ,fœ.pr. Idem quod effluxus. *ἐκροή*. [Ital. Spandimento, spargimento. Gall. Escoulement. Hisp. Aquella corrida. Ger. Außrinnung, außlauffung.] Plin. li. 26. cap. 10. Illita quoq; radix genitalibus inhibebit nō solùm uenerem, sed effluentiam genitorē.

Effluuium,uii,n.f. Ipse effluendi actus. *ἐκρυσις, ὁ ἐκρεῦσις*. Plinius libro 7. capite 51. Profundi humoris è corpore effluuium. Tacitus libro duodecimo, Quum & conuiuium effluuio lacus appositū magna formidine cunctos affecit: quia uis aquarum erumpens proxima trahebat, conuulsis plerioribus, &c.

Effœtiones,um,f.c. Vocantur missiones menstruorum, & semimis concepti ad instar lactis eruptiones intra septimum diem à conceptione.

Effóco,cas,care,act.pr. Idem quod suffocare. *πνίγω, ἄγχω*. [Ital. *Suffocare*. Gall. Suffoquer. Hispan. Ahogar. German. Erſticken.] Seneca de Breuitate uitæ, Aspice illos ad quorum felicitatem concurritur, bonis suis suffocantur.

Effódio,dis,penultima correpta, actiuum, tertiæ coniug. Fodiendo erno. *διατρυπάω, ἐκφορύσσω*. [Ital. Far fosse, cauare. Gall. Tirer hors en fouissant, deterrer, fouir, & creuser. Hisp. Cauar para sacar algo. Germ. Außgraben, herfür graben.] Plautus in Cas. Ex sterquilinio effossa tua illæc præda est. Idem in Pseud. Ex hoc sepulchro uetere uiginti minas Effodiam ego hodie.

Effœmino,nas, act.pr. penult. correp. In muliebrem mollitiem atq; lasciuiam conuerto. *ἀπομαλύνω*. [Ital. Effœminare, far molle. Gall. Effeminer, oster le cœur & hardiesse d'un homme, & le faire mol & pusillanime comme une femme. Hisp. Debilitar ò enflaquecer à otro. Germ. Weibiſch machen.] Sallustius, Ea quasi uenenis malis imbuta, corpus animumq; uirilem effœminat. Cicero 1. Tusculan. Cogitationibus molestissimis effœminamur. Cæsar primo Belli Gallici. Remollescere homines atque effœminari ea re arbitrantur.

Effœminatus,m.f. Mollis & lasciuus dicitur. *ἐκτεθαλυμένος, θηλυδρίας*. [Ital. Effeminato. Gall. Effemine. Hisp. Debilitado ò enflaquecido. Ger. Weybiſch, weich.] Cic. 4. Phil. Quum autem omnis seruitus misera, tum uerò intolerabile est seruire impuro & impudico, effœminato, nonquam ne in metu quidem sobrio. Idem 4. Tusc. Nam uidendum est in utrisq; nequid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectumq; faciamus.

Effœminatè, aduerb. *θηλυδρίως, γυναικωδῶς, μαλακῶς*. [Ital. Delicatamente, lentamente, à foggia di femina. Gall. Lachement & delicatement, en maniere de femme, en effemine. Hisp. Enflaquecidamente, en guisa de muger. Ger. Nach weybiſcher gattung.] Cic. 1. Offic. Cauetq; ne quid indecore effœminatéue faciat.

Effœtus,ta,tum, Dicitur quod iam fœtum edidit. *ἐκτικών*. [Ital. Quella cosa ch'ha già mandamento fuori il suo parto. Gall. Qui est deliuré de la portée. Hisp. Cosa que ha parido el parto. Germ. Das ſchon geboren hatt.] Colum. lib. 7. capita. Primus effœtæ partus abiciendus est: quoniam tyrunculæ nec recētē nutrit. ¶ Item: sumitur effœtus pro fœtu qui emissus est. Idem lib. 7. capite 5. Pullos non oportet singulos, ut quisq; natus est, tollere: sed uno die in cubili simul cum matre, & aqua cibiq; abstinere dum omnes excludantur. Postero die quum grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur. ¶ Effœta quoq; dicitur, quæ parere desiit, quasi frequenti partu lassata. *ἄγονος*. Plin. lib. 10. cap. 53. Est autem tanta gallinis fœcunditas, ut aliquæ sexagena pariant ouа, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantum, ut effœtæ moriantur. Quo in loco effœtas dixit gallinas fœtu destitutas, enervatas, exhaustas & lassatas: à similitudine mulierum, quas partus debiles reddit. ¶ Effœta uires, per translationem dicuntur quæ iam defloruerunt, uigoreq; pristino amisso elanguerunt. Germ. Erlegne kreffte, mügloſe, kraffloſe.] Virg. 5. Aen. Frigentq; effœtæ in corpore uires. Similiter effœtam tellurem dicimus, ut idem lib. 1. Georg. Effœtos cinerem immundum iactare per agros. Vbi Seruius. Continua fertilitate lassatos, sicuti etiā frequenti partu effœta dicitur mulier. Colum. in Præfat. 1. li. Quòd existiment ubertate nimia prioris sui fatigatū & effœtum solum, nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. Cic. in Catone, Libidinosa & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti: id est, debile & infirmum: quia uacuum uiribus enervatum.

Effœtè, aduerb. Martial. lib. 1. Erfœtè, grauiter, ægrè, neqniter, cagè, beatè. *ἀκμητῶς, ἀπόρως*.] Ital. Debilmente. Gall. Debilement, vainement. Hisp. Enflaquecidamente, vanamente. Germ. Schwachlich.]

Effor, Vide Effari.

Effóro,ras, penultima correpta, act.pr. Idem est quod perforo. *τιτρώνω, τιτράω*. [Ital. Forare. Gal. Percer & forer tout outre. Hisp. Horadar. Germ. Durchboren.] Columella libro 9. capite 1. Erit fistilis stipes, compluribus locis per latus efforatus.

Effrænatus,m.f.penul.prod. Dicitur qui frænum detrectat, & pro arbitrio nostro regi non potest. *ἀχαλίνωτος, ἀνατάκτητος*. [Ital. Sfrenato, senza regola ò misura ò freno. Gall. Effrené, qui n'a ne frein ne bride. Hisp. Desenfrenado. Germ. Vngezämpt, ein wilder vnd mutwilliger, der sich nit weyſen laſst.] Vnde per translationem dicitur de re quæ omnem egreditur modum. Cic. de Aruſp. resp. Cuius ego de effrænato & præcipiti furore quid dicam? Idem 5. de Finib. Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi & fugam, lætitia profusam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam.

Effrænatè, aduerb. Idem significans quòd dissolutè. *ἀχαλινώτως*. [Ital. Sfrenatamente, senza misura. Gall. Desmesurément, effrenément. Hisp. Desenfrenadamente. Germ. Vngeſtümlich, mit verhengtem zaum.] Cic. 4. Tusc. Ait propter infinitum odium tyranni effrænatius in Aruntem inuaserit. Cic. de Senect. Nullam capitaliorē pestem quàm uoluptatem corporis, hominibus dicebat à natura datam, cuius uoluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.

Effrænatio,onis. *ἀκαθεσία*. [Ital. Smisuramento. Gall. Desmesurement, desbordement de raison. Hispan. Desenfrenamiento. Ger. Vnzämlich, frächheit.] Cic. 5. Philip. Quæ effrænatio impotentis animi?

Effrænus, fræna, frænum, uel Effrænis, & hoc effræne, Carens

frano. ἀχάλινος. [Ital. Che non ha freno Gal Sans frein & sans bride, desmesuré, qu'on ne peut tenir. Hisp. Desenfrenado. Germ. Vngezoumpt, frech, wild.] Livius 4. ab Vrbe, Frenos ut detrahant equis, impetat: & ipse princeps calcaribus subditis euectus, effreno equo in medios ignes infertur.

Effrico, as, Fricando exentio. ἀποτρίβω. [Ital. Fregare. Gall. Oster & abbatre en frottant. Hisp. Fregar. Germ. Herauß reiben, oder abreiben.] Seneca Epist. 90. At illis aut hebetibus & obtusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum efficienda est.

Effringo, gis, fract. Est ui quadam & impetu frango. διαῤῥήγνυμι. [Ital. Frangere. Gall. Rompre en pieces, briser. Hisp. Quebrantar. German. Mitt gewalt zerbrechen, auffbrechen.] Terentius in Adelp. Fores effregit, atq; in alienas ædes iuuit.

Effractus, part. διαῤῥηγμένος. [Ital. Rotto, minucciato. Gall. Rompu & brisé. Hisp. Quebrántado. Ger. Zuffgebrochen.] Cic. pro Mur. Bambq; urbem sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauisset: qua effracta, & reuulsa, tota pateret prouincia. Plaut. Capt. Neque ieiuniosiorem, neq; magis effractum fame uidi.

Effractor, masc. t. διαῤῥηκτὴς, διορυκτής. [Ital. Rompitore. Gall. Vn briseur & rompeur. Hisp. Quebrantador como de puertas. Germ. Ein hauszaufbrecher.] Dicitur qui fracto ostio, aut sera in ædes, uel arcam alienam irrumpit. Paul. in l. 3. ff. de offic. præf. uigil. Cognoscit præfectus uigilum de incendiariis, effractoribus, furibus. Vlpian. l. 1. de effract. Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatoque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit prouincia Africa, unde erat, & Vrbe, & Italia.

Effractarius, tarii, Qui effringit. διαῤῥηκτής. Seneca Epistola 59. Vitæ uidetur quicquid patet; aperta effractarius præterit.

Effractura, ræ, fœm. pr. Ipse effringendi actus. διαῤῥῆξις, τοιχωρύχια. [Ital. Rompimento di porta per robbare Gall. Brisement de muraille, huys ou maison pour desrober. Hisp. Tal quebrantamiento. Germ. Zuffbrächung.] Paul. in l. 3. ff. de offic. præf. uigil. Effracturæ fiunt plerunq; in insulis horrisq; ubi homines pretiosissimam partem fortunarum exponunt.

Effŭgio, is, pen corr. n. t. Idem quod fugio, euado. Ἀπαδύομαι. [Ital. Foggire. Gall. Echapper, fuir, euiter. Hisp. Huir de algun lugar. Germ. Entlichen.] Virg. l. 3. Aeglog. Nunquam hodie effugies: ueniam quocunque uocaris. Plaut. Mercat. Clàm patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam consilii. Terent. Andr. Nullón' ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? Cic. 3. Verr. In quibus non dubito quin offensionem negligentiæ uitare atq; effugere nõ possim. Horat. 2. Serm. Sat. 3 Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Proteus. ¶ Interdum celeriter transeo. Virgil. 3. Aeneid. Effugimus scopulos Ithacæ Laertia regna.

Effugium, gii, n. second. decl. Exasio. ἀπορυγὴ. [Ital. Il scampo Gall. Fuite, ouuerture, par ou on peut fuir & eschaper. Hisp. La huida de algun lugar. Germ. Ein außflucht oder entrünnung.] Livius 4. Bell. Pun. Vt si effugium patuisset in publicum, impleturæ urbẽ tumultu fuerint. Si, inquit, patuisset effugium: hoc est, uia uel modus ullus euadendi, uel effugiendi. Cic. 1 de Nat. deor. Alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.

Effulcio, is, a. q Idem quod effulcio. ἐρείδω, στηρίζω. [Ital. Sostentare. Gall. Appuyer, affermir. Hisp. Sustentar. Ger. Auffenhalten.] Virgil. 7. Aeneid. Centum lanigeras mactabat rité bidentes: Atque earum effultus tergo, stratisque iacebat Velleribus.

Effulgeo, ges. n. s. Vehementer fulgeo. ἀπαστράπτω. [Ital. Risplendere grandemente. Gall. Getter une lueur, resplandir. Hispan. Mucho resplandecer. Germ. Hefftig scheynen, ein grossen glantz von im herauß geben.] Livius 8. Bell. Pun. Nisi ex uehementi sole, qualis inter graues imbres nubes effulget, tanta uis aquæ, &c. Virg. 8 Aen. - Instructo Marte uiderer feruere Leucaren, auroq; effulgere fluctus Plin. lib. 4. cap. 1. Omnis Græciæ fabulositas, sicut & litterarum claritas ex hoc primùm finu effulsit.

Effundo, s. n. 1 Extrà spargo. ἐκχέω, ἐκχύνω. [Ital. Spargere, spandere fuori. Gall. Desser, espandir en aboundance. Hispan. Derrèmar à fuera. Germ. Außgiessen, außschütten.] Plaut. in Asin. Totamq; effudit fidelitam, id est, sparsit quicquid in fidelia erat. Cic. pro Planco, Nunc timeo ne nihil tibi præter lachrymas quem reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. ¶ Per translationem, consumere. Cic. lib. 1. Offic. Multi patrimonia effuderunt, inconsultè largiendo. Sic effundere ærarium dixit Cic. 3. Tuscul. pro euacuare & inane reddere. Gracchus (inquit) quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, uerbis tamen defendebat ærarium. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro erumpere, & magna cupiditate egredi. Cicero ad Brutum, Timore quodam perculsa ciuitas, tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat. ¶ Quandoque emittere, Virgilius tertio Georgicorum, - Ruuntq; effusi carcere currus. ¶ Quandoq; prosternere, profligare. τρέπομαι. Salust. Eruso ac profligato pecuniæ, paulatim retroducere cœperunt.

Effusio uerbale, quod idem significat ipsum effundendi actum, ut quum effusionem aquæ dicimus. ἐκχυσις. [Ital. Spargiamento. Gall. Espandement, effusion. Hisp. Derramiento à fuera. Germ. Außgiessung.] Cic. 2 de Nat. deor. Atq; aquæ etiam admixtum esse calorem, primùm ipse liquor, tum aquæ declarat effusio: quæ neq; congelascere frigoribus, neq; niue pruinaq; concrescere, nisi eadem ei admixto calore liquefacta & dilapsa, diffunderet. Interdum etiam prodigalitatem. Cic. pro Roscio Amerino, In hac uita, Iudices, quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis?

Effusores, um, m. c, Qui patrimonium peculiúm ne temerè & largè expendunt, dissipantq;. Verbum familiare D. Cæsari. Suet. August. Frid. 4.

Effătio, tis, pen. prod. n. q. Ineptè & inconsultè loquor, euacuo. ἀπαδάω, ἐξαγορεύω, ψυχρολογῶ. [Ital. Parlare imprudentemente, vaneggiare parlando. Gall. Parler indiscretement, & à la volée, ne pouuoir secret ce qu'on fait. Hisp. Hablar vanidades. Germ. Außhin bladeren, ein vnbetinnet geschwätz treyben.] Translatio sumpta à uase futili, quod patulo ore, fundo acuto, infabile, nihil in se continet. Terent. in Phorm. Eò perperam olim dixi, ne uos forte imprudentes foris Effutiretis. Horat. in Arte poet. Effutire leues indigna tragœdia uersus. Varro, Euax uerbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est. Nonius effutire exponit pro dicere cõmendacio: adducitq; Cic. 1. Tusc. ubi sic ait, Nec hoc sic agit, ut ex tempore quasi effutire uideatur.

Effutitus, participium, ψυχρολογηθείς. Cicero 2. de Diuinat. Quorum partim ficta apertè, partim effutita temerè, nonnunquam ne mediocriter quidem cuiquam, non modò prudenti probata sunt.

E ante G.

Egelĭdo, s. p. Quod gelatū est dissoluo. ἀποψυχαλόω. [Ital. Disghiacciare. Gall. Desgeler. Hispan. Enbiar la cosa fria. Germ. Entfrören.] Sidon. Egelidarentur fibræ glaciales.

Egelidus, a, um, Quod de summo gelu aliquid remisit. χλιαρός. [Ital. Tepido. Gall. Desgelé, qui n'est pas froid ne aussi chaud, mais tiede. Hisp. Cosa tibia primero caliente. Germ. Das kalt ist, vnd doch nitt auff das höchst.] Sueton. de Augusto, Vngebatur sæpius, sudabat ad flammam, deinde per fundebatur egelida aqua, uel sole multo tepefacta. Ouid. Sed gelidum Boream, egelidumq; Notum. Columella lib. decimo, Nunc Ver egelidum, nunc est mollissimus annus. Seruius ualde gelidum interpretatur, explicans locum illum Virgilii 1. Aeneid. Et procul egelidos secretum flumine uidit.

Egens, entis, omn gen. t. Est autem propriè egens cui desunt necessaria ad uitæ usum. ἐνδεὴς, ἄπορος. [Ital. Bisognoso. Gall. Qui à faute & disette, disetteux, souffreteux. Hisp. Pobre ò menesteroso. Germ. Dürfftig mangelhafft, arm.] Terent. Phorm. Egens relicta est misera, ignoratur parens. Cic. de Amic. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundãt, & imbecilli ualent. Idem ad Attic. lib. 14. Seruili & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Plaut. Bacc. - Nequius nihil est Quàm egens consilii seruus.

Egentior & egentissimus. Cic. Att. lib. 6. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Ad eundem lib. 9 Egestates tot egentissimorum hominum.

Egeo, es, egui, n. t. Alicuius rei inopia laboro, & tam genitiuo, quàm dativo iungitur. ἀπορῶ, χρῄζω. [Ital. Hauer bisogno

ſogno. Gall. Auoir faute & diſette, auoir beſoing, eſtre en indigence & poureté. Hiſp. Auer meneſter. Germ. Mangel haben, dürfftig ſein.] Plaut. Capt. Quia tute ipſe eges in patria: nec tibi qui uiuat, domi eſt. Cic. 2. de Fin. Qui conſumptis patrimoniis egerant. Idem 2. de Diuin. Magnificum illud etiam, Romanisq; nominibus glorioſum, ut Græcis de philoſophia literis non egerant. Idem 2. de Natur. deorum Quæ non modò ut fierent, ratione eguerunt: ſed intelligi qualia ſint, ſine ſumma ratione non poſſunt. ¶ Hinc componitur indigeo. *Δέομαι*

Egēnus, pen. prod. m. ſ. Cui deſunt uitæ neceſſaria. *ἄπορος*. [Ital. Biſognoſo. Gall. Poure indigent. Hiſp. Pobre ò meneſteroſo. Ger. Dürfftig, arm.] Liuius 9. ab Vrb. Omnium egena corpora humi proſtrauerunt. Plaut. in Pœn. Sæpe ego res multas tibi mandaui, Milphio, Dubias, egenas, inopioſas conſili, Virg. 3. Aeneid. Et te quoq; dignum Finge Deo, rebuſq; ueni non aſper egenis. Idem 6. Aen. -Quum tu ſupplex in rebus egenis, Quas gentes Italum, aut quas non oraueris urbes?

Egeſtas, ātis. Indigentia, paupertas. *ἐνδεια*. [Ital. Pauuertà, biſogno. Gall. Indigence, poureté. Hiſp. Pobreza, ò meneſter. Germ. Dürfftigkeit, arm. út, mangel] Virgil. 1. Georg. Labor omnia uincit Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas. Cic. in Parad. Itaq; iſtam paupertatē, uel potius egeſtatem ac mendicitatem tuam, nunquam obſcurè tuliſti.

Egeſtoſus, *ἀπορος*, ab egeſtate formatur, ſicut à ſobrio, ſobrioſus. Cyprianus, Quum nulla foerit opportunitas ſcandali, ubi tranſeuntes quod prius eſt, egeſtoſam habuerit manſionem. Hanc uocem apud claſſicos authores non temere inuenies.

Egĕro, ris, pen. corr. egeſſi, egeſtum, act. 3. *ἐκφέρω*, *ἐκκενῶ*. [Ital. Portar fuori Gall. Vuider & porter dehors. Hiſp. Sacar à fuera. Germ. Außtragen, außlären] Colomella libro 1. Autem primum habetur ſterens quod ex columbariis egeritur. Plinius Epiſtola 101. Contrà, fons egerit aquam, & recipit.

Egeſtus, ſus, m. q *ἐκκρισις*, *ἐκφόρησις* [Ital. Vuotamento. Gall. Emportement d'un lieu, tranſport, uuidange. Hiſp. Sacamiento à fuera. Germ. Außſtragung, außlärung.] Seneca 3. de Nat. quæſt. Quemadmodum corpora noſtra ad egeſtum uenter exhauſit, &c.

Egeſtio onis, *ἐκκόμισις*, *ἐκφορά*. Plinius Epiſtola 119. Si patrimonis facultates adiuuare publicarum opum egeſtione contingere.

Egermĭno, as. Idem quod germino. *βλαστάνω*, *βάλλω*. [Ital. Germogliare. Gal. Germer & bouter dehors, bourgeonner. Hiſp. Brotar y echar renuecoo los arboles. Germ. Herauß ſproſſen, hertür wachſen.] Colum. lib. 5. cap. 5. Bipedaneis ſcrobibus malleolus deponitur: qui quum egerminauerit, adnata materiam reuocato. Idem lib. 4. cap. 17. Quæ infra noui capitis egerminauerint.

Egĕſtas, Vide Egeo in egens.

Egŏ, mei uel mis, mihi, me, à me. Pronomen primæ perſonæ, *ἐγώ*, *ἐμοῦ*. Tractum à Græcis. *ἐγώ*. [Ital. Io. Gall. Je, moy. Hiſp Io. Germ. Ich.]

Egrĕdior, deris, d. t. Extrà gradior, exeo. *ἐκβαίνω*, *ἐξέρχομαι*. [Ital. Vcir fuori Gall. Sortir hors. Hiſp. Salir fuera de lugar. Ger. Außs hin gon.] Terent. in Andr. Vnde egreditur? Idem. Egreditur ab ea: id eſt, de domo eius. Cic. Senatui, lib. 1. Erat enim magna ſuſpicio, Parthos ſi ex Syria egredi, atq; irrumpere in meam prouinciam conarētur. &c. Idem 2. in Catil. Ipſum egredientem urbe proſecuti ſumus. Idem ad Attic. li. 11. Quo facilius ſuſtentari nos poſſemus, pecē è nulla adhuc egreſſi nō ſumus. Lactan. lib. 2. Ille utrò quum egreſſus eſſet ex arca. ¶ Dicimusq; Egredior templo, & è templo, & templum: id eſt, gradior extra templum.

Egreſſus, & egreſſio. *ποίησις*. [Ital. Eſſo uſcire. Gall. Sortement, ſortie, iſſue. Hiſp. Aquella ſalida à fuera. Ger. Außgang] Cic. in Piſonem, Itaq; credo, ſi minus frequentia ſua ueſtrum egreſſum ornando atq; celebrando, ac hominibus ſaltem bonis, ut Conſules: non triſtiſſimis, ut hoſtes prodi tores proſequebantur.

Egrĕgius, a, um, Quaſi ex toto grege electus, excellens, eminens & præſtans *ἐξαίρετος*, *ἐπίλεκτος*, *ἐπιφανής*. [Ital Egregio, ſcielto. Gall. Qui eſt ſeparé du troupeau, excellent Hiſpan. Noble y principal, ſenalado. Germ. Außbündig, fürtrefflich, außerlären.] Terentius in Andr. Forma egregia, & ætate integra. Proprium comparatiuum non habet quo tamen uſi ſunt ueteres. Lucret. lib. 4. Nam nihil egregius, quàm res ſecernere apertas A dubiis. Iuuenalis etiam Lucretium imitatus ab egregiè aduerbio formauit comparatiuum egregius, pro magis egregiè. Egregius (inquit) coenat, melius q; miſerrimus.

Egrĕgiè, aduerbium, Excellenter: quamuis etiam uſurpetur pro ualde, uel nimis. *ἐξαιρέτως*. [Ital. Egregiamente. Gall. Excellement. Hiſp. Senaladamente. Germ. Fürtrefflichen.] ut apud Terent. in Andr. Horum ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat. Cic. Attico, Dolabellam tibi ualde placere uideo, mihi egregiè.

Egŭla, Genus ſolphuris, lanis ſuffitu mollitiē candoremq; inducens. Plinius libro 35. capite 15. Tertio quoque genere unus tantum eſt uſus ad ſuffiendas lanas: quoniam candorem tantum mollitiemque confert. Egula uocatur hoc genus.

Egurgĭto, tas, penultima correpta, act. p. Significat exhaurio *ἐκφορέω*. [Ital. Vacuare, trasfuora. Gall. Vuider, euacuer, ti rer dehors. Hiſp. Vaziar, deſembuſchar. Germ. Außlären, außſchöpffen.] Plautus in Epid. Atque egurgitem domo prorſus.

E ante H & I.

EH. In notis antiquorum, eius hæres, uel ex hærēdibus, uel ex hæreditate. E.H.E. exhæres eſto, uel ex hæreditate eſt. E. H.O.LL.N.R eius hac omnibus lege nihil rogauit.

EIMO. In notis antiquorum Eiuſmodi. E.I.M.C.V. ex iure manum conſertum uocauit.

Ehem. Interiectio eſt ſubitò aliquid deprehendentis: cuius frequens eſt uſus apud Comicos. *αἶ*. Ital. & Gall. Oh. Hiſp. Eh. Ger. Ohó] Teren. in Eunuc. Quis hîc loquitur? ehem, tuine eras hîc mi Phædria? Idem in Adelph. Ehem opportunè, reiptum quærito.

Eheu, Interiectio eſt dolentis. *αἶ*. [Ital. Ha, hai. Gall. Helas. Hiſp. Ay me. Ger. Hei, ach, ò wee.] Virg. 2. Aegl. Eheu quid uolui miſero mihi? Cic. antequam iret in exilium, Eheu conditionem temporis huius.

Eho, Interiectio eſt ad ſe uocantis. *ἆ*, *εἶα*. [Ola] Interdum etiam excitatiua particula eſt, qua attentionem nobis paramus eius cum quo loquimur. Terent. Eho die mihi, ſi omnes coniectum hunc in nuptias Inimici uellent, quod nisi hoc conſilium darent? Idem in Eunucho, Ehodum, die mihi eſtne, ut fertur, forma? Idem in Andria, Eho, an tute intellexiſti hoc aſſimulatier?

Ei, Datiuus ab Is, ea, id. *εἰ*. *αὐτῷ*, aliquando habet qualitatis uim. Teren. in Andr. Eſne ego ut adoriar? hoc eſt, tali, tam bono. ¶ In metro plerunque monoſyllaba dictio eſt, ſicut Cui, & Huic: licet quandocunq; etiam duarū ſyllabarum reperiatur: ubi e modò corripitur, modò producitur. Iuuenalis, Iuuenes hortantur, ut illam Ire uiam pergant, & eidem incumbere ſectæ. Lucret. lib. 4. Scilicet & fluuius qui uiſus maximus ei.

Eia, *εἶα*. [Ital. Or ſu, or uia. Gall. La, ca, hay, ſus, auant, or ca, or la, or bien, hay auant, ſus auant. Germ. Vuolan, huy.] Modò adhortantis eſt. Martial lib. 2. Eia age, rumpe moras. Plaut. in Epid. Eia uerò age dic. Interdum corripientis. Terentius in Eunuch. Eia, haud ſic decet. Varios præterea uſus habet, quos ex ipſis paſſim authoribus non difficile eſt deprehendere.

Eiăculor, aris, deponens, & Eiaculo actiuum, primæ coniugationis, Idem ſignificant quod eminus & longè iaculari. *ἐκβάλλω*. [Ital. Lanciare. Gall. Darder & getter au loing. Hiſpan. Tirar ò lançar. German. Vßhin ſchieſſen, in die weyte werffen.] Plinius libro 4. capite 12. In cuius formā ſolſtitio Arbos eiaculatur umbram. Gellius lib. 16. cap. 19. Se in ſalum eiaculaturum. Ouid. 4. Metam. -Vitiato fiſtula plumbo Scinditur, & tenui ſtridenti foramine longas Eiaculator aquas.

Eiĕro. Vide Euro.

Eĭcio, cis, act. 3. Expello. *ἐκβάλλω*. [Ital. Sacciare fuori. Gall. Getter hors. Hiſp. Echar à fuera. Germ. Außwerffen, außſtoſſen.] Cicero Terentiæ libro 14. Eiicere nos, magnum excludere facile. Terentius Eunucho. Hoc nunc dicet, Eiectos hinc nos; omnium rerum, heus, uicissitudo eſt.

Virgilius 1. Aeneid. Nec non Tarquinium eiectum Porſenna iubebat Accipere. ¶ Quandoq; extendo. Idem 10. Aeneidos, - Eiectoque incumbit cernuus armo. ¶ Eiectum quoq; pro naufragio idem poſuit, aut certo pro eo qui ui tempeſtatis ad litus aliquod compulſus eſt. Item lib 4. Aeneidos, - Eiectum, littore egentem Excepi. ¶ Eiicere abſolutè ponitur pro abortiri, ut intelligas accuſationum Partum Vlpian. l. ſi ſeruum. ff. ad legem Aquiliam. Si mulier pugno, uel equa ictu à te percuſſa eiecerit. Brutus ait Aquilia teneri.

Eiecto, as, are, frequentatiuum. *συχνὰ ἐκβάλλω, ἀναβάλλω.* [Ital. Gittar ſpeſſa fuori. Gall. Getter ſouuent hors. Hiſp. Echar à fuera muchas uezes. Germ. Offt, oder vil außwerffen.] Plaut. Merc. Ne hic te opprimeret imprudentem, atq; eiectaret. Ex uilla eiectare, Ouid. 2. Metam. Aeneas eiectare, Idem 5. Metam.

Eiectio, onis, fœ. pr. *ἐκβολή, ἐξορισμός.* [Ital. Eſſo gittar fuori. Gall. Getterement dehors, banniſſement. Hiſp. Echamiento, o cosa de echar fuera. Germ. Außwerffung, verſtoſſung.] Cicero ad Attic. lib. 2. Tenemur undiq; : neq; iam quominus ſeruiamus, recuſamus: ſed mortem & eiectionẽ quaſi maiora tenemus, quæ multò ſunt minora.

Eiectamentum, ti, n. ſ. Pro excremento. *ἐκβράσμα, ἐκπρίωτος.* [Ital. Coſa gittata, come del mare al lito. Gall. Ce qui ſe regette, comme ce que la mer gette au bord. Hiſp. Coſa que ſe echa fuera. Germ. Außwerffen, als was das meer an das land außwirfft.] Tacitus de Moribus Germanorum. Diu quin etiam inter cætera eiectamenta maris iacebat. De ſuccino loquitur.

Eiectitius, tia, tium, *ἐκβλήμιος.* Plinius libro 11. Vulua eiectitio partu melior, quàm editor: eiectitia uocatur illa, hæc porcaria.

Eiulo, as, are, n. p. Eſt uoce in altum ſublata plorare: magisq; mulierum eſt proprium. *ὀλολύζω, κλαίω.* [Ital. Gridare piangendo. Gall. Crier & braire en ſe plaignant, plourer à haute uoix. Hiſpa. Gritar lamentando y gemiendo. Germ. Heulen.] Plaut. in Aulul. Iuſte tibi poſtulare, plorans, eiulans Cic. 2. Tuſcul. Ipſum enim Herculem uiderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem.

Eiulatio & eiulatus, Clarus & ſonorus planctus. *ὀλολυγμός.* [Ital. Piagnere ad alta uoce. Gall. Brayement, plorement en criant. Hiſp. Obra de gritar lamentando. Germ. Heulung.] Plaut. Capt. Emlationi haud opus eſt, oculis multa miſera conditis. Cic. de Aruſp. reſp. Non ſunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ. Idem 2. Tuſc. Ingemiſcere, nonnunquam uiro conceſſum eſt, idq; raro, eiulatus uerò ne muliebri quidem.

Eiuro, as, are, act. p. Idem eſt quòd præſtito antè iuramento, ſe re aliqua liberare. *ἐξομνύω, ἀναδίομαι.* [Ital. Giurare ſacramentare. Gall. Refuſer auec ſerment, refuſer, reſigner, & quitter ſolennellement. Hiſp. Negar por iuramento. Germ. Verſchweren, mit dem eidſchwur abſtẽden.] ¶ Vade eiurare iudicem iniquum, eſt interpoſito iuramẽto ſibi iudicem ſuſpectũ eſſe nomine iniquitatis, eius iuriſdictionem declinare. Cic. 2. Philipp. Itaq; alacres & læti, ſpe pacis oblata, inter ſe impii ciues, quaſi uiciſſent, gratulabantur: ſic me iniquum eiurabant, de me querebantur, diffidebãt etiam Seruilio. ¶ Sic etiam Eiurare forum iniquum, eſt iuriſdictionem fori alicuius detrectare, interpoſito prius iuramento, ſe in eo foro ius ſuum tueri non poſſe. Cic. 5. Verr. Negotiatores putant eſſe turpe id forum ſibi in quo negotiantur, iniquum eiurare: Prætor totam prouinciam ſibi iniquam eiurat. ¶ Ad hunc etiam modum Cicero in Epiſtola ad Petum, Tu autem, inquit, quod mihi bonam copiam eiures, nihil eſt. Vbi eiurare bonam copiam, accepit Cicero pro iurare ſibi non ſuppetere copiam, aut facultates ad faciendum impendium cenæ, quam Cicero per iocum ab eo petebat. ¶ Pro eodẽ etiam legitur Eierare. Cic. 2. de Orat. Eierò, inquit, iniquus eſt: quum eſſet admonitus. Ah, inquit, P. C nõ ego illum mihi iniquum eiero, uti omnibus. Sunt tamen qui hoc in loco legant Eiurotem alu, qui Deiero.

E ante **L**.

EL. In notis antiquorum, Edita lex. E. L. C. B. E. L. Elanguit bonitas eius.

Elabor, dep. 3. penult. prod. Idem quòd effugio, quemadmodum ſcilicet lubricus ex manibus anguilla comprehenſa, lapſu fugit. *ἀπολίσθω, ἀπολισθάνω.* [Ital. Fuggire, ſdrucciolare, ſcorrere. Gall. S'eſcouler, eſchaper ſecrettement, ſe deſrober. Hiſp. Huir o deſcabullir de lugar. Germ. Entrünnen, entwüſchen.] Virgilius 2. Aeneidos, Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites. Idem 1. Aeneidos, Antenor potuit mediis elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus. Significanter dixit Elapſus, quum nollet ſignificare eum è manibus penè Græcorum ipſum comprehendentium euaſiſſe. Sic Plautus in Captiuis, Ea ſpes elapſa eſt: id eſt, effugit. Plancus ad Ciceronem, Magno cum dolore patricidarum elapſus ſum ex iis. Ad Herennium libro 3. Nec hoc alia de cauſa poteſt accidere, niſi quòd uſitata res facilè è memoria elabuntur, inſũgues & nouæ diutius in animo manent.

Elapſus, participi. *ἐξολισθήσας.* [Ital. Scampato Gall. Eſchapé. Hiſpan. Deſcabullido de lugar. Germ. Entrunnen, entwüſche.] Cic. in Somn. Scip. Nam eorum animi qui ſe corporis uoluptatibus dediderunt, corporibus elapſi circũ terram ipſam uolutantur.

Elaboro, as, are, n. g. Eſt ſummo labore & diligentia eniti, conari. *ἐξεργάζομαι, σπουδάζω, ἐξασκέω, φιλοτεχνέω.* [Ital. Affaticarſi grandemente. Gall. Prendre grand labeur & trauail à faire quelque choſe. Hiſp. Mucho trabajar. Germ. Bearbeiten, etwas mit emſiger arbeit zu wegen bringen.] Cicero Catoni. Apud hominem facillimum atq; humaniſſimum Plancum eniteris, elabora, ut petitio blanda ac, eſt ce ut Plancus, quorum quo optimum eſſe, ſit etiam melior operarius. Idem 1. Offic. Ad quas igitur res aptiſſimi erimus, in his potiſſimum dare elaborabimus. Idem de Senect. Hæ ſunt exercitationes ingenii, hæc curriculo mentis ſudans, atq; elaborans corporis uires non magnopere desidero. Idem 7. Philip. Omne enim curriculum industriæ noſtræ in foro, in curia, in amicorum periculis propugnandis elaboratum eſt. Plin. lib. 14. cap. 3. Primatim Argina candelabrorum ſuperficiẽ duntaxat elaborauit. Elaboratus amor, Horat. Epod. 14. Cui perſepe cana teſtudine fleuit amorem. Non elaboratum ad pedem.

Elacata, Genus ſalſamẽti, quod nulgò uocatur Malandrea, de quo Colum. lib. 8. cap. 17. Scombri, carchari, elacataque uentriculos: & ne per ſingula enumerem ſalſamentorum omnium purgamẽta, &c. Feſtus (niſi exemplaria ſunt mendoſa) uocat Elacatenam.

Elacteo, teis, Eſt album fieri ad modum lactis. [Ital. Imbianchire. Gal. Se faire blanc, deuenir blanc comme laict. Hiſp. Emblanqueceriſe, hazerſe blanco como lecho. Germ. Vmeyſs wie milch werden.] Plinius lib. 20. cap. 21. Mirum, aquam radice ea addita, addenſari ſub dio, atque elacteſcere. Nonnulli tamen hoc in loco legunt lactẽſcere.

Elæmptoria, ſ. p. Id eſt oleo publicè coemendi cura. Iuriſc. in leg. fin. paragr. patrimonium. de Mun. & hon. Elæmptoria & Oſpriona (hoc eſt, legumium comparandorum cura) apud Alexandrini patrimonii munus exiſtimatur. Budæus in Pand.

Elæon. *ἔλαιον.* [Ital. Oglio. Gall. Huile. Hiſp. Azeite. Germ. Oel.] Latini Oleum uocant. Ex quo componitur Elæomeli, *ἐλαιόμελι*, Oleum in Syria ſponte ex ipſis oleis manans, ſapore melleo, aluũ mollit, bilem detrahit. Vide Plin. lib. 23. cap. 4. ¶ Eſt etiam Elæon, idem quod oliuetum. Sed in ea ſignificatione apud Græcos ſcribitur. *ἐλαιὼν*, per ω, oxythonum: & declinatur Elæon, onis: ut Platon, onis.

Elæotheſium, Latinè unctorium, & ſumitur pro loco ubi unctores corpora ungere ſolebant poſt lauationem.

Elanguco, elanguis, neutri generis, ſecundæ declinationis, Languore conficior, & quodammodo contabeſco. *ἐλλάω μαι, χαλάω.* [Italicè, Languire. Gallicè. Non pouuoir plus, deuenir debile, perdre courage. Hiſpan. Enflaqueſcerſe. Ger. Erligen, ſ. hmach vnd vnmögend werden.] Plin. de Viris illuſtribus, Quumq; urbem capere poſſet, in Campaniam diuertit, cuius deliciis elanguit. Liuius 3. Bel. Pun.

Neq;

Negtamen clanguit cura hominum ea mora. Idem 2. ab Vrbe, Differendo deinde clanguit res.

Elangu-sco, guescis, *ἐκμαραίνομαι, καταβλακίνομαι.* Idem quòd Elangueo. Gellius lib. 2. Negotiis ſe plerunq; ambitucis & variis quæſtibus intentos habent: in quibus eorum omnis uigor animi, corporisq; elanguescit, & quod Saluſt. ait, effœminatur. Liuius 1. ab Vrbe, Vt elangueſcendum alicna ignauia eſſet. Cornus elanguescens & iam caſura. Silius libro 4.

Elaphebólion, *ἐλαφηβολιών.* Menſis nomen eſt apud Græcos, qui noſtro Decembri ferè reſpondet: ita dictus à cerorum uenatione, qui ex conſuetudine, Dianæ eo menſe offerebantur. Gaza tamen Februarium uertit.

Elaphobóſcon, *ἐλαφόβοσκον,* Herba eſt ſerulacea, teſte Plinio libro 21. capite 22. geniculata, digiti craſſitudine, ſemine corymbi, dependentibus foliis oluſacri, commendata in cibis, contra ſerpentium omniumque aculeatorum ictus. Fama eſt, ceruos herbæ huius pabulo ſerpentum morſibus reſiſtere: unde & nomen accepit. Nam *ἔλαφ@* Græcis ceruum ſiue ceruam ſignificat *βοσκὴ* uerò pabulum.

Elaphoboſcon: id eſt, ſaluia apud Dioſcoridem libro tertio, capite 38.

Elãps, Genus ſerpentis. Plin. lib. 23. cap. 5. Salſamentorum cibus prodeſt à ſerpẽte percuſſis, & cõtra beſtiarum ictus, mero ſubinde hauſto, ita ut ſub veſperam cibus nomitione reddatur: peculiariter à chalcide, ceraſte, aut quas ſepas uocant, aut elape, diplaſiéne percuſſis.

Elã, lăs, aſt p. Lapidibus; unde *ἐλαιβολεγέω, λίθους ἐξαιρῶ.* [Ital. Nettare un campo da pietre. Gall. Eſpierrer, oſter & getter les pierres d'un lieu. Hiſp. Deſpedegrar la tierra. Germ. Von ſteinen reinigen oder raumen.] Plin. lib. 17. cap. 4. At in Syracuſano agro aduena cultor elapidato luto ſole perdito: fruges, donec regeſſit lapides.

Elargior, giris, d. q. Idem quod largior. *Δωρεδίδωμι, δωρέομαι.* [Ital. Donare. Gall. Faire largeſſe, donner largement. Hiſp. Dar largamente. Germ. Außgében.] Liuius poſſeſſores, & magna pars patrum Tribunitiis ſe iactare actionibus, principem ciuitatis elargiendo de alieno, popularem fieri querentes.

Elãſſeſco, ſcis, ſcere, Laſſum fieri. *καταπονέομαι, ἐκπάγω.* [Ital. Stancarſi. Gall. Se laſſer, deuenir las. Hiſpan. Canſarſe. Germ. Můd, oder laß werden.] Plin. lib. 16. cap. 17. In arboribus tamen nimia germinatio elaſeſcit.

Elãtes, tæ, fœm. t. *ἐλάτη.* Plinio libro 12. capite ultimo, Species eſt abietis unguentis naſcens, quam alii palmam, alii ſpathen appellant. Dioſcorides uerò, Galenus, Aegineta & Heſychius Elaten uocant tenerum palmæ germen, quoddamque proſilientis fructus oporimentum. Quorum ſententia uidetur ueriſimilior. Nam qui cum Plinio abietem inter unguentorum materias enumerarit, non facilè inueniás.

Elãtérium, n. t. *ἐλατήριον.* Medicamenti genus eſt, ex ſylueſtri cucumere confectum ad purgandam aluum accommodatum. Vnde etiam à noſtris medicis agitatorium dicitur, quòd uenirem uehementer exagitet. Plin. lib. 20. cap. 1. Cucumis ſylueſtrem eſſe diximus, multò infra magnitudinem ſatiui: ex eo fit medicamentum quod uocatur elaterium, ſucco expreſſo ex ſemine.

Elãtine, nes, pen. prod. fœm. gen. *ἐλατίνη.* Herba, quæ folia helxines habet, puſilla, piloſa, rotunda, ſemipedalibus ramulis quinis ſenſue, à radice ſtatim foliоſis: naſcitur in ſegetibus, acerba guſtu. Plin. lib. 27. cap. 9. Vulgus, teſte Ruell. uocat Rapiſtrum campeſtre.

Elãtites, maſc. tert. *ἐλατίτης.* Lapis eſt ex genere hæmatitarum, amboſtis præcipuè utilis: ita dictus quandiu crudus eſt: nam coctus, Miltites appellatur. Autor Plinius lib. 36. cap. 20.

Elauro, ras, Quaſi quodam cum latratu eloquor, & canina quadam mordacitate in lucem profero. *ἐξυλακτέω.* [Ital. Baiare. Gall. Abayer. Hiſp. Ladrar como los perros. Germ. Mit groſſen geſchrey, als mit hunds bellen etwas reden.] Horatius libro 1. Epiſtol. ad Lollium, Alter rixatur de lana ſæpe caprina: Propugnat nugis armatus: ſcilicet ut non Sit mihi prima fides & uerè, quod placet, ut non Acriter elaurem?

Elãtus, Vide Effero, effers.

Elão, pen. cor. 2. p. Eluo, lauo. *ἐκπλύνω.* [Ital. Lauare, Gall. Reinſer, laner ou nettoyer. Hiſpan. Lauar. Germ. Außwaſchen.] Colum. lib. 12. cap. 50. Sed quum fuerit oliua elota, reliqua, ſicut ſuprà præcepimus, fieri debebunt. ¶ Elauare ſe bonis, per tranſlationem, pro denudare & ſpoliare. Paulus in Aſin. Nam mare haud mare eſt: nos mare acerrimũ. Nam in mari repperi, hîc elaui bonis.

Elda, Dictamnum apud Dioſc. lib. 3. cap. 35.

Elecebræ argentariæ, Dictæ ſunt ab antiquis meretrices, teſte Feſto, ab elliciendo argento. Locus eſt apud Plaut. in Mercatore, ubi nunc legitur, lilecebræ argentariæ.

Electio, onis, Elector, oris, Vide Eligo.

Electo, as, Vide Elicio.

Electrum, n. t. *ἤλεκτρον.* [Ital. Ambro, metallo fatto d'oro con la quinta parte d'argento. Gall. Ambre: c'eſt auſſi un certain metail d'or, auec la cinquieſme partie d'argent. Hiſpan. El eſtiblar, y oro de ueynte quilates. Germ. Agſtein.] Gummi ſiue lachryma, ſuccóſue creditus eſt ex arboribus pinei generis profluens. A Latinis ſuccinum dicitur. Multum laborarunt ueteres ubinam electrum naſceretur. Aliis dicentibus ad Padum fluuium eſſe populos arbores ex quibus deſtueret: aliis credentibus in inſulis quibuſdam maris Adriatici gigni, quar ideirco Electridas nocauerunt. Hodie uerò notiſſimum eſt, Electrum prouenire in inſula maris Germanici, non procul à litore Pruteníco, quam inferiores Germani ſua lingua Sudaw appellant. Ex cuius inſulæ ſcopulis in mare delapſum, partim Oceani æſtu ad litus eiicitur, partim ruſticorũ operâ (quib. principes pro ſuis utuntur) in ipſo mari colligitur: atq; uniuerſum ad principem ordinis refertur, ad quem nõ exiguum ex eo quotannis redit uectigal. Neq; tamen uerum eſt ex arboribus defluere, ſed ex ſaxis. Primò autem quum emanat, liquidum eſt, ſed maris aeriſq; frigiditate in eam quam uidemus duritiam concreſcit. Eſt itaq; electrum, ſiue ſuccinum, nihil quàm bituminis genus, maris regioniſq; frigore ex liquida conſiſtentia in duritiam commutatum. ¶ Ab huius ſimilitudine ueriſimile eſt dictam eſſe quoddam metalli genus, quod ex parte quadam auri & argenti commiſtione conficitur, dicente Plinio libro 33. capite 4. Aurum in quo quinta argenti portio eſt, electrum uocatur. Hoc autem modo naturale eſt, modò cura efficitur. Quòd ſi quintam argenti portionem excedat, incudibus non reſiſtit, Plinius ibidem. ¶ Electro lucidior, *ἠλέκτρου διαφανέστερος.* De re magnopere dilucida, aut de forma ſupra modum nitida, quòd electrum miro quodam more pelluceat. Ex Luciano.

Electus, Vide Eligõ.

Elẽmŏſỹna, fœ. pr. *ἐλεημοσύνη.* [Ital. Eleemoſina, limoſina. Gall. Auſmone. Hiſp. Limoſna. Germ. Ein almůſen.] Munus quod inopi datur: ab *ἔλεος*, quod miſerationem ſignificat. Quod nomen apud Gentiles rarò legitur, quum apud Chriſtianos frequentiſſimè inueniatur. Spartianus de Caracalla, Non tenax in largitionem, non lentus in eleemoſynam.

Elegans, Vide Eligo.

Elẽgia, pen. prod. f. p. ſiue Elegela per quinque ſyllabas. *ἐλεγεία, ἐλεγεῖον.* [Ital. Elegia, uerſo miſerabile. Gall. Vne elegie, uers elegiaques, uers pitoyables. Hiſp. Elcantar de coſas triſtes. Germ. Ein trawrlied, oder klaglied.] Latinè ſonat carmen miſerabile: ab *ἐλεέω*, miſereor: quòd hoc potiſſimùm genere carminis miſerabiles hominum erumnas, & amoris querimoniæ ſoleant decantari. Vnde etiam à Poetis, lachrymabilis & flebilis elegia perpetuis epithetis appellatur: quanquam poſtea etiam rebus lætis ſeruire didicerit, ut teſtatur Horatius de Art. poetica, Verſibus (inquit) impariter iunctis, querimonia primùm, Poſt etiam inclusa eſt uoti ſententia compos. ¶ Ad huius uocis etymologiam non obſcurè alludit Ouid. in Epic. Tibulli, his uerſibus, Flebilis indignos elegeia ſolus capillos: Ah nimis ex uero nunc tibi nomẽ erit. hoc eſt, quemadmodum à miſeratione nomen habet, ita miſerabile nacta ex argumentum.

Elegidion, dimin. *ἐλεγείδιον.* Perſius Sat. 1. Non ſi qua elegidia crudi Dictarunt proceres.

Elegiacus, adiect. *ἐλεγειακὸς*: ut, Elegiacum carmen: & Elegiographus, elegiarum ſcriptor, qui ſcilicet poemata conſcribit alternis uerſibus hexametris & pentametris. Quo in genere poematis primam apud Græcos palmam meritus eſt Callimachus, apud Latinos Ouidius.

Elegis,

Elegia, orum, pluralis numeri, pro carminibus elegis. Plaut. Merc. Occentent noctu ad ostium, mea impleantur carbonibus elegiorum fores.

Elegus, ga, gum, penultima correpta, adiectivum: ut, Elegus versus, flebilis. Horatius lib. 1. Carm. Ode 28. Albe, ne doleas plus nimio, memor immitis Glycerae, neu miserabiles Decantes elegos.

Elegus, gi, ὁ ἔλεγος, ἐλεγεία. Idem quòd elegia, sive carmen elegiacum. Ouidius 2. Fastorum, Nunc primùm nobis elegi maioribus itis.

Elelisphacos, Herba multis morbis accommodata, de qua Plinius lib. 22. cap. 21.

Elementa, orum, n. s. Sunt principia omnium rerum, ex quibus reliqua omnia componuntur, & in quae resoluuntur. στοιχεῖα. [Ital. Elementi. Gall. Elements, commencements de toutes choses. Hisp. El principio material de qualquiera cosa se compone. Germ. Die elemẽt, die ersten anfäng eines dings, aus welchẽ es zů ein wäsen kompt.] Ea à philosophis numerantur quatuor, Ignis, Aër, Aqua & Terra. Cic. 2. de Nat. deorum, Omne corpus aut aqua, aut ignis, aut aer, aut terra, aut quae ex iis componuntur. Idem 1. Academicarum, Ergo illa inania, & (ut è Graeco vertam) elementa dicuntur, è quibus aer, & ignis mouendi vim habent & efficiendi: reliquae partes, accipiendi, & quasi patiendi. ¶ Horum similitudine etiam notas literarum elementa vocamus quod ex iis primũ syllabae, deinde ex syllabis dictiones constituantur. Sicut enim illa cõcuntia omne corpus efficiunt: sic hae coniunctae literalem vocem quasi corpus aliquod componunt. Inde elementariae literae dicuntur primae literarum rudimenta. Iul. Capit. Puer, inquit, literis elementariis & calculo imbutus. ¶ Sic lex Moysi, & omne Vetus testamẽtũ, elementum dicitur ab Apostolo: è quib. quasi ex elementis & religionis exordiis Dominum discimus. Quo enim modo elementa (inquit Hieronymus) appellantur literae per quas syllabae ac verba coniungimus, & ad tenendam orationem longa meditatione procedimus, atque ars Musica habet elementa sua, & Geometria ab elementis incipit linearum, & Dialectica atq; Medicina habent, εἰσαγωγὰς suas: sic elementis Veteris testamenti, ut ad Euangelicam plenitudinem veniat, sancti viri eruditur infantia.

Elementarius senex, A Seneca dicitur qui adhuc in primis elementis instituitur. Ita enim ait lib. 1. Epist. Turpis & ridicula res est elementarius senex, ὁ γέρων γραμματιστὴς, ἀπαίδευτος, καὶ σχολὴν ἀναλφάβητος.

Elementatio, Est ipsorum elementorum circa unumquodque, aut de singulis horum doctrina: licebit & sic definire, Elementario ex elementis & principiis usq; ad finem, Speculatio dicta est.

Elenchus, chi, m. g. ἔλεγχος. [Ital. Argomento. Gall. Argument. Hispan. Argumento. Germ. Ein betriegend, argument. Item, Ein tafel, so eines dings inuhalt begreyfft.] Latinè dici potest argumentum, ab ἐλέγχομαι, argumentor. Pleruncq; tamen pro argumento sophistico accipitur & cauillatorio. ¶ Est etiam elenchus index libri, quem vulgò vocamus Tabulam, ab ἐλέγχω, quod aliquando inuestigo significat, vel exploro. Iudicis enim adminiculo inquirimus quicquid toto opere continetur. ¶ Sunt etiã elenchi margaritae maiores, fastigiata longitudine Plinius libro 9. cap. 35. Et procerioribus sua gratia est (elenchos appellant) fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere & binos & ternos auribus, fœminarum gloria est. Iuuenal. Satyra 6. Turpe putat nil, Quum virides gemmas collo circũdedit, & cum Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Elenchicus, a, um: ut, Elenchici libri. Quintil. lib. 2. cap. 8. Sed alii sunt eius sermones ad coarguendos qui contrà disputant, compositi, quos ἐλεγκτικοὺς vocant: alii ad percipiendum, qui διδασκαλικοὶ appellantur.

Eleo, es, Masculo. ξυρῶ, κολεδῶ. [Ital. Macchiare. Gall. Maculer. Hisp. Manchar ò manzillar. Ger. Vermasigen, besudlen.] Lucil. lib. 6. Si hic nestimenta eleuit luto, ab eo risum magnum ad cachinum imprudens sobiicit.

Eleoselinum, Phylon dicta herba apud Dioscoridem lib. 3. capite 61.

Eleoselinum, Sativo Apio grandius. Dioscorides libro 3. capite 71.

Eleostaphylos, Vitis oleae insita, utriusque arboris fructum ferens.

Elephangis, Lego in Barbaris sonare Latinè aromatica, unde pilulae Elephantinae.

Elephantia, fœm. p. sive Elephantiasis. ἐλεφαντίασις. [Ital. Lepra ò stizza. Gall. Ladrerie, lespre, meselleric. Hisp. Cierta especie de lepra. Germ. Ein gattung der malitzey.] Morbus est, quem vulgus medicorum Lepram vocauit: tamen, ut alium esse intelligamus à lepra Graecorum, quae scabiei species est, cutem manifestis crustis obducẽs. Oritur elephantiasis à sanguine atrabilis naturam habente, qui temporis processu in perfectam etiam bilem conuertitur. Rationem huius nominis referunt ad elephanti naturam, cuius cutis ulcerosis quibusdam nodulis infestatur. Differt à cancro, quòd hic partem corporis depascat: elephantia per totum corpus diffundatur. Plin. lib. 26. author est elephantiasin in Italia ante Cn. Pompeii tempora non fuisse.

Elephantiacus, m. g. ἐλεφαντιακὸς, ἐλεφαντιακὴ. Qui morbo elephantiae laborat.

Elephas elephantis, m. g. ἐλέφας. [Ital. & Hispan. Elefante. Gall. Elephant. ou yuoire, qui est la dent d'un elephant. Germ. Ein elephant, oder helffant.] Et, Elephantus, elephanti. Animal est omnium terrestrium maximum. Europae incognitum, nisi ex Africa aut Asia inuectum. Duos habet dentes, sive potius cornua, ex quibus fiunt opera eburnea. Cicero de Senectut. Nec nunc equidem vnes desidero adolescentis: non plusquam adolescens tauri, aut elephanti desiderabam. Idem 2. de Natura deorum, Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. Idem 9. Philippica. Romani nepotem Antiochi elephantos alere prohibuerunt. ¶ Poetae nonnunquam elephantum pro ebore posuerunt, more Graecorum, qui τὸ ἐλεφαντικὸν appellatione, & boue lusam, & ebur intelligunt. Virg. lib. 1. Georg. Et foribus pugnam ex auro, solidoq; elephãto. ¶ Elephanti biennio matu ro grauescunt, nec amplius q̃ temel gignunt, nec plures q̃ singulos: viuũt annos trecentos. Hos primùm vidit Italia, Pyrrhi regis bello in Lucanis: unde & boues Lucas nominauit: quoniam Itali maximum quadrupedem quam haberent, vocarent bouem. ¶ Elephantos non capit murem. ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκεται. Generosus & excelsus animus negligit praedas viles & locella minuta. Vir egregiè doctus nõ infectatur minutulos istos literatorum simios. Homo praepotens non offenditur iniuriolis tenuium. ¶ Elephantum ex musca facis, Ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς. Res exiguae verbis strenuis atq; amplificas. Lucianus in Muscae encomio. ¶ Nihil ab elephante differs, ἐλέφαντος διαφέρει ὀλίγον. In magnos & stupidos dicebatur: etiam si primam ingenii laudem Plinius tribuit elephantis: sed inter brutae verùm corporis molem & formae foeditas adagio locum fecit. ¶ Nec elephantus quidem ebiberet, οὐδ' ἂν ἐλέφας ἔπιοιεν. De poculo praegrandi: quum elephantus praboscide immensum aquarum vim quum libet hauriat. Athenaeus.

Elephantinus, a, um, pen. corr. ἐλεφάντινος. Nomen possessiuum: ut, Pellis elephantina. ¶ Elephantinum emplastrũ describit Celsus lib. 5. cap. 19. sic dictum, eodem teste, quòd sit percandidum, quasi eburneum. ¶ Elephantini libri, apud Priscos fuerunt, in quibus senatusconsulta scribebantur, quae ad principes pertinebant.

Elephantographi, ἐλεφαντογράφοι, à Plutarcho in Periclis vita, vocantur pictores qui ebore pingunt.

Eleuo, eleuas, penultima correpta, act. pr. Sursum leuo, in altum tollo. μετεωρίζω, ἐπαίρω. [Ital. Leuare, alzare. Gall. Leuer en haut. Hispan. Alcar ò soleuiar de abaxo arriba.] Germ. Erheben, in die höhe.] Plautus, Cape dum lapidem hunc atque eleua. ¶ Item rem aliquam minuo, extenuo, verbis deprimo ὑφαιρέω, ὑφαλαιρέω, ὑποτελίζω. [Ital. Abbassare, sprezzare. Gall. Extenuer, alleger, attenuer, faire moindre, deshanger. Hispanicè, Adelgazar, desmenuzar. Germanicè, Vernüren, verkleineren, ring schetzen.] Tractum à re ponderosa, quae ut ferri possit, eleuatur, id est, imminuitur Liuius tertio ab Vrbe, Maior, inquit, si vana nostra P. C. autoritas ad plebem est, vos eleuatis eam, quippe quia plebs senatusconsultum in continuandis magistratibus

giſtratibus ſoluit. Idem lib. 18. Quintus Fabius res geſtas in Hiſpania eleuauit: id eſt, depreſſit. Quintilianus lib. 5. Gentium ſimul uniuerſarum eleuata teſtimonia ob oratoribus ſumus. Ad hunc etiam modum dicimus, Eleuare authoritatem, dignitatem, iudicium, uel teſtimonium alicuius: hoc eſt, uerbis imminuere & extenuare. Liuius lib. 47. ab Vrbe, Cuius autoritatē perpetuo uitæ tenore partam, toga candida eleuabat.

Eleuatio, onis, fœm. g. ἐυτελεμὲς. Quintil. lib. 9. Et illæ eleuationes uidelicet, O dii bona.

Eleuſin, Vide Eleuſis.

Eleutherius, ἐλευθέριος, Latinè dicitur Liberalis, ingenuus, ſeruator, liberatorq; Hinc Eleutherius Iouis cognomentū, in eo poſitum, quòd depulſa Medorum dominatione, Græcos libertati reſtituiſſet. Suidas.

Eleuthēriā, orum, n. ſ. ἐλευθέρια, Sacra quædā apud Samios, τῇ Ἥρᾳ hoc eſt, amoti Deo dedicata. ¶ Eleutheria item dicebantur lætiores epulæ, quas ſerui libertate donati celebrabant. Plautus in Perſa, Baſilicè agito eleutheria.

Elice, Vide Helice.

Elicio, cis, pen. corr. cui, citum, act. g. Educo, extraho. ἐξάγω. [Ital. Elicere, trar fuori. Gall. Attraire, tirer hors. Hiſpan. ſacar por fuerça, ſacar à fuera. Germ. Außſhin ziehen, herfür ziehen.] Plautus in Bacch. Vt eum ex lutulento cœno Properchi hinc eliciat foras. Plinius libro 19. capite 5. Sapor autem aſper, & medicamenti inſtar ad eliciendas aluos. Ouidius. Credibile eſt lachrymas elicuiſſe Deo. Cic. 1. de Orat. Verbum ex eo nunquam elicere potui de ui ac ratione dicendi.

Elicto, as, frequentatiuum formatum ab hoc uerbo Elicio. ἐξελκυμαι, ἐπάγυμαι. Plaut. in Aſin. Ibo aduerſum, atq; elicebo quicquid illud ſit. Hoc eſt eliciam.

Elices, penult. corr. fœm. g. Sulci aquarii per quos aqua colligitur agro educitur: ab eliciendo dicti. ἀγωγοὶ ὕδατος. [Ital. Foſſi d'intorno à i campi. Gall. Petits foſſes ou rayes autour ou dans un champ pour en tirer l'eaue dehors. Hiſpan. Sulcos grandes para deſagoar la tierra. Germ. Vnaſſer furchen in denn aecker.] Colum. li. 2. cap. 8. Sed quamuis tempeſtiuè ſementis contecta erit, cauebitur tamen, ut patentes liras, crebroſq; ſulcos aquarios, quos nonnulli Elices uocant, faciamus: & omnem humorem in colliquias, atq; inde extra ſegetes deriuemus.

Elicius Iupiter, in Aucntino colebatur, ab eliciendis & euocandis fulminibus dictus. Ouid. 5. Faſtor. Eliciunt cœlo te Iupiter: unde minores Nunc quoq; te celebrant, Eliciumq; uocant.

Elido, dis, penult. prod. eſi, eſum, act. g. Effringo, exprimo, excludo præfoco, diſſipo, occido. ἐκβάλλω. [Ital. Fracaſſare, rompere. Gall. Rompre & caſſer, eſcacher, preſſer & faire ſortir. Hiſp. Quebrar ò liſiar. Germ. Außſchlahen, außſtoſſen zerbrachen.] Cic. 3. Tuſcul. Atqui ſtirpibus ſunt ægritudines quædam mortæ, quàm amaræ, quæ ipſo trunco euerſo omnes elidendæ ſunt. Plautus in Rudent. Iubeo oculos elidere Virgilius 8. Aeneid. - Vt prima nouercæ Monſtra manu geminoſq; premens eliſerit angues. Plinius lib. 11. cap. 37. Cæteris oſſibus leonis eſt tanta duritia, ut ignis elidatur ocius è ſilice.

Elius, particip. ἐυτελεμμένος. [Ital. Rotto, fracaſſato. Gall. Rompu, caſſé, eſcaché Hiſp. Quebrado ò liſiado. Ger. Zerbrochen, zerſtoſſen.] Sueton. in Cæſ. Ac ſæpe præ turba, eliſi exanimatiq; ſunt. Ouid. 8. Metamor. Exilianq; cauis eliſi nobibus ignes.

Eligo, gis, penultima correpta, act. g. De quouis numero, uel ex quauis multitudine electionem facio, uel ad noſtrum arbitrium eo, uel ad dignitatem eius qui eligitur. ἐκλέγω, αἱρέω. [Ital. Eleggere, far elettione. Gall. Eslire, choiſir. Hiſpan. Elegir ò eſcoger. German. Außlaſen, erwöllen.] Cic. 4 Academ. Quam potiſſimum ſententiam & diſciplinam melius eligere? Idem 1. Verr. Quoties ille tibi poteſtatē optionemq; facturus ſit, ut eligas utrum uelis. Idem Oratio, E duobus autem malis quum malus fugiendus ſit, le uius eſt eligendum. Varro de Re ruſtic. De aſinis quenq; amplißimum & formoſißimum quē poſſunt, eligunt. ¶ Deligo uerò ſignificat ex magis idoneis aliquem legere ad aliquid agendum. Delegit ſæpe ſibi populus Romanus Imperatorem ad bella, ut Pompeium ad bellū Mithridaticum. Imperator quoq; deligit milites, non eligit, ad rem uidelicet bellicam idoneos: & inter eos agit delectum, quum diſpicit quinam rei militari magis ſint accommodi. Et agricola delectū agit inter tauros, quos ſcindendo ſolo, quoſq; procreandæ ſoboli deſtinet. At ex multis daretur optio, quem ſibi uellet eligere, non deligere. Ideoq; ſemper ferè dicitur in eodem ſenſu, Datur tibi, ſiue offertur optio: &, Datur tibi, ſiue offertur electio. ¶ Hinc Delectus, a, um, participium: & Delectus, us, nomen. Valla lib. 5. cap. 6.

Electior, oris, maſc. g. ἐκλογεὺς, ἐκλέγων. [Ital. Electore. Gall. Electeur, eliſeur, choiſiſſeur. Hiſp. Elegidor. Germ. Ein erwöller.] Ad Herenn. lib. 4. Poſtremò in eo uim artificii conſumant, ut ipſi ab aliis potius eligendi, quàm aliorum boni electores exiſtimentur.

Electio, onis, fœm. g. Selectio & approbatio. ἐκλογὴ, αἵρεσις. [Ital. Elettione, eletta. Gall. Election, eslite, choix. Hiſp. Obra de elegir. Ger. Ein waal, oder erwöllung.] Cic. in Orat. Iudicium electioq; uerborum. Idem 5. de Finib. Initia quorum ex electione uirtus poſſit exiſtere.

Electus, ἐκλεγμένος. [Ital. Eletto. Gall. Eſleu, choiſi. Hiſp. Elegido Ger. Erwölet, außgeläſen.] Cic. 1. de Finib. Electis uerbis dictata res.

Electus, us, ui, Ouidius Epiſtol. 1. In necis electu parua futura mora eſt.

Elegans, penultima correpta, om. g. Nomen eſt, non participium, ab hoc uerbo Eligo deductum, ut Cicero de Optimo dicendi genere, innuere uidetur, quum inquit, Nam ſi ut in epulorum apparatu magnificentia recedens, non ſe parcum ſolùm, ſed etiam elegantē uideri uoluit, eliget quibus utatur. Sunt enim plerq; aptæ huius ipſius oratoris, de quo loquor, parſimoniæ. Eſt igitur elegans, idem quòd cultus, ornatus, politus. φιλόκαλος, κομψὸς, περικαλλισμένος. [Ital. Eleganto, polito. Gal. De chois, d'eslite, beau, joly orné. Hiſp. Lindo, galano, y gentil. Ger. Vuolgeziert, ſchön.] Cic. 2. de Finib. Nemo noſtrūm iſtuc generis aſotos iucundè putat uiuere, mundos, elegantes, oprimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, uenatione, &c. Teren. Eunuc. Regem elegantem narras. Idem, Quum ipſum me noris, quàm elegans formarum ſpectator ſiem. Vbi Donatus, Elegans ſpectator eſt qui ſit cunctantis & faſtidioſi iudicii, cui non quid placet facilè. Cic. 6. Verr. Vide ne ille non ſoldm temperantia, ſed etiam intelligentia, re, atq; iſtos qui ſe elegantes dici uolunt, uicerit. ¶ Apud antiquos elegans non honoris, ut hodie, uocabulum erat, ſed reprehenſionis. Gellius libro undecimo, capite ſecundo, Elegans homo non dicebatur cum laude, ſed id ferè uerbum ad ætatem Marci Catonis, uitii, non laudis fuit. Cato libro de Moribus, Auaritiam omnia uitia habere putabant, ſumptuoſum, cupidum, elegans, uitioſum, irritus qui habebatur, is laudabatur.

Elegantia, fœm. g. Mundities, lautitia, cultus, ornatus: ab eligendo, ut putatur, dicta. φιλοκαλία, κομψότης. [Ital. Eleganza, politezza, nettezza. Gall. Bonne grace, elegance, magnificence, honneſteté. Hiſp. Lindeza, gala, y gentileza. Ger. Schöne, zierlicheit.] Cicero in Oratore, Fucati uerò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia modò & munditia remanebit. Idem 2. de Finibus, Contemnit enim differendi elegantiam, confuſè loquitur. Idem 5. de Finibus, Agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia. Hæc tamen apud ueteres non ad ingenii opera, ſed duntaxat ad nimis amœnum, lautumq; cultum ac uictum applicabatur, nec ſine uitio erat: nunc elegans ſoldm laudando dicitur: ut, Elegans oratio. Eſt enim elegantia orationis uirtus quæ facit ut unumquodque uerbum purè aperteq; dici uideatur. Huius duæ ſunt partes, latinitas & explanatio. Latinitas, quæ ſermonem purum ſeruat ab omni uitio: Explanatio eſt, quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Ea duabus rebus comparatur: ſcilicet ut uſitatis uerbis & propriis utamur, & propriis. Vſitata ſunt, quæ uerſantur in conſuetudine quotidiana. Propria ſunt, quæ eius rei de qua loquimur, uerba ſunt, aut eſſe poſſunt.

Eleganter, aduerbium, Politè & propriè. κόμψως. [Ital. Elegantemente, politamente. Gall Elegamment, de bonne grace, ioliment, mignonement. Hiſp. Linga, galana, y gentilmente. German. Zierlich, fein.] ut eleganter diſputare. Cicero 4. Academicarum. Idem ſecundo de Finibus, Hoc

ipſum

ipſum elegantius poni, meliusq; potuit. Idem ad Brutum, Tibi is exponet, qui & optime omnia nouit, & elegantiſſimè expedire, & deterre ad te poteſt. Cicero Luceio lib. 5. Ad conſolandum autem cum illa ualent, quæ eleganter copioſeq; collegiſti.

Eliminо, as, penult. corr. act. pr. Extra limen eiicio, excludo. ἐξωθέω, ἐκβάλλω. [Ital. Cacciare di caſa, mandar fuori. Gall. Faire ſortir hors de la maiſon, getter de l'entrée. Hiſp. Deſterrar ò echar de caſa. Ger. Zum hauſe außhin ſtoſſen, für thür außhin ſtoſſen.] Pompon. ad Nonium Eliminabo extra ædes coniugem. Ennius Medea, Exule antiqua heritis fida cuſtos corporis, quòd ſic extra ædeis eliminatur. ¶ Eliminare dicta, dixit Horat. lib. Epiſtol. pro enuntiare, quaſi extra limen efferre. Ne (inquit) fidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet.

Elimo, as, act. p. Propriè eſt lima cõficere. ἐκπαρίνω. [Ital. Limare, lauorare con la lima. Gall. Limer, eſlimer, polir à la lime, ou mettre en limaille. Hiſpan. Limar, ò obrar con lima. Ger. Zuſſeylen, außbutzen.] Ouid. 4. Met. - Exemplo graciles exerere catenas, Retiaq; & laqueos quæ lumina poſſent, Elimat. ¶ Inde per translationẽ dicimus Elimare falſe re opus aliquod, pro eo quod eſt ornatè & abſolutè confiere. Cicero Attico lib. 16. Velim σχολὴν aliquod elimes ad me. ¶ Accipitur etiam interdum elimare, pro lima abradere. Plin. lib. 34. cap. 18. Alii elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt in caminis.

Elinguis, gue, omnis. Qui ſine lingua eſt. ἄγλωσσος. [Ital. Senza lingua. Gall. Qui n'a point de langue. & par conſequent muet. Hiſp. Deslenguado à ſin lengua. Germ. Zungloſs, der ſtumm vnnd on ein zungen iſt.] Item qui mutus eſt, & loqui non poteſt, etſamſi linguam habeat, ἄφωνος, πυρός. Cic. pro Flac. Conuicit & elinguem reddidit. Idem de Clar. orat. Præſertim quum Fannius nunquã ſit habitus elinguis. Plin. in Epiſt. Idem proſpeximus curiam, ſed curiam trepidam & elinguem: quum dicere quod uelles, periculoſum: quod nolles, miſerum eſſet.

Elinguo, as, Linguam extraho, ſeu lingua priuo. ἐκτεμνολωττίζω. [Ital. Priuare della lingua. Gall. Eſlanguer, oſter la langue. Hiſp. Deslenguar ò cortar la lengua. Germ. Einem die zungen außziehen, abhauwen.] Plaut. in Aulul. Si hercle ego te non elinguandam dedero uſq; ab radicibus, Impero, authoriq; ſum, ut me cuiuis caſtrandum loces.

Eliquo, as, penultima correpta, act. pr. Liquidum facio: ut quum aurum, argentum, uel plumbum igni diſſoluimus. τήκω, ἐκτήκω. [Ital. Far liquido. Gall. Faire fondre & mettre en liqueur, paſſer & couler une liqueur. Hiſpan. Hazer puro ò claro ſin hez. Germ. Schmeltzen.] ¶ Eſt etiã eliquare, liquidè purgare. Senec. lib. 3. Nat. quæſt. Eſt in Cherſoneſo Rhodiorum fons, qui poſt aliquãtum interuallum temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusq; eſt.

Eliquamen, n. t. Quod eliquatum eſt ex re aliqua, ut ex carnibus, aut piſcibus: uulgus Salmoriam uocat. ἐκχύλισμα. [Ital. Liquore ſpremuto, ſcolato. Gall. La liqueur eſpraintе & degoutée de quelque choſe. Hiſpan. La manteca de coſa derretida. Ger. Die außgeſchmeltzte oder außgeſotne feiſte.] Colum. lib. 8. cap. 16. Abſtineat ab omnibus redolentibus eſculentis: ut ſunt ſalſamenta, & eorum omnia eliquamina.

Eliquesco, is, Liquidum fieri. ἐκτήκομαι, ἐκχυλίζομαι. [Ital. Fondерſi, liquefarſi. Gall. Se fondre & uenir en liqueur. Hiſpan. Derretirſe, hazerſe claro y ſin hez. Germanicè, Zerſchmiltzen, weich als das waſſer werden.] Varro primo de Re ruſtica, de Olea loquens, Alia ad cibum eligitur, alia ut eliqueſcat, ac nõ ſolum corpus intus ungat, ſed etiam extrinſecus.

Elitis. Helxine apud Dioſc. lib. 1 cap. 42.

Elium. ſecundum Theodorum, Ilium ſylueſtre, libro 1. capite 138.

Elixir, id eſt, quinta eſſentia. Sic enim Arabes uocant Spiritum ab auro, uel herba, aut uino ritè extractum ſeruatumq;

Elixatio. In uniuerſum quidem eſt, indefiniti in humore exiſtentis concoctio, ab humido calore facta, Ariſtoteles libro 4 Meteor.

Elixus, xa, xum, Aqua coctum. ἑφθός. [Ital. Leſſo, aleſſo. Gal. Cuit en eaue, bouilu. Hiſp. Cozido en aqua. Germ. Geſotten.] Elixum (inquit Nonius Marcellus) eſt quicquid aqua mollitur, uel decoquitur. Nam lixam, aquam ueteres dixerunt: unde & lixæ dicti ſunt, qui militibus aquã ad caſtra, uel ad tentoria ſolent ferre. Horat. 2. Serm. Sat. 2. Ac ſimul atllis Miſceueris elixa, simul conchylia turdis. Ouid. 4. Faſt. Candidus elixæ miſcetur calcus herbæ. Plaut. Pœnul. Milphio, heus Milphio, ubi es? M. Aſſum apud te eccum. AG. At ego elixum uolo. ¶ Varro autẽ per translationem Calceos elixos ſcribit, quaſi madefactos: ut eſt caro quæ elixatur. In pauimento, inquit, non audes facere lacunam: at in humum calceos facis elixos.

Elixo, as. Aqua coquo. ἕψω, ἑψέω. [Ital. Leſſare, cuocere à leſſo. Gall. Cuire en eaue, bouilir. Hiſp. Cozer en aqua. Germ. Sieden, kochen.] L. Valla. Quòd in prandio carnes quaſdam parum elixaret.

Elleborine, teſte Plin. lib. 7. cap. 9. Herba eſt exiguis foliis, quæ alio nomine Epipactis dicitur.

Ellĕbŏrum, n. t. ἐλλέβορος. [Ital. Veratro herba. Gall. Herbe appelee des Latins Veratrum. Hiſp. El uedeçambre. Germ. Nieſswurtz.] Herba eſt inſignem purgandi uim habens: quam Latini Veratrum appellant. Eius duæ ſunt ſpecies, album & nigrum. Elleborum album, ἐλλέβορος λευκός, folia habet plantaginis, aut uera ſyluestris, ſed breuiora nigrioraq; & canaliculata, ſcapum rubentem, cubitum quincuncialem, ferulaceum, bulborum tunicis obuolutum, radicem expæ modo multis fibris capillatam. Praſtantiſſimum ueterum in Anticyra inſula, uoi & rutilimus fuit nebatur, cerebri purgandi gratia. Vnde factum eſt, ut quos cerebro minus ſano eſſe uolumus ſignificare, Anticyram nauigare iubeamus. Elleborum nigrum, ἐλλέβορος μέλας, Romanis Veratrum nigrum dicitur, à Græcis etiam Melampodium, à Melampode quodam uirtutum pastore, qui eo Prœtidas furentes fertur perſanaſſe. Folia habet plantaginis, ſed minora, & ſpondylio proxima, pluribus incisuris, nigriora & ſcabriora, caulem ſcabrum, florem ex purpureo candidum, & nux modo racemoſum: ſemen cruci, quod ſeſamoides uocatur. ¶ Bibe elleborum, πῖθ' ἑλλέβορον. Quo adagio Ariſtophanes in Veſpis ſignificat inſanire quempiam. Vnde ἑλλεβορίᾳς καὶ ἑλλεβορίσεις, pro inſanire. Qui ergo parum animo conſtant, ἑλλεβορᾶν λέγεσθαι, id eſt, elleboro opus habere dicuntur, quod elleborum purgare cerebrum, ideoq; curare inſaniam Antiquis creditum ſit.

Ellum, Vide Eccum.

Ellўchnium, n. ſ. ἐλλύχνιον, θρυαλλίς. [Ital. Stopino, lucignolo. Gal. La meche d'une lampe ou chandelle, limigaõ: Hiſpan. Mecha del candil. Germ. Der dachten in einem liecht.] Dicitur funiculus ille papyraceus, ſeu ſparteus, cui nabinduæ, aut ſtupæus in lychno, qui oleo affuſo lumen præbet. Plin. Et è medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Idem lib. 21 cap. 9. Ellychnia ex rua fiunt, claritatis præcipuæ: ex oleo luminũ obſcurum propter nimiam pinguedinem.

Ellobia, ἐλλόβια, Genus inaurium (inquit Iul. Pollux) à fibris aurium, quas Græci λοβοὺς uocant.

Elminthes, ἕλμινθες, Vermes ex genere lombricorum. Sunt autem in duplici differentia, teretes & lati: ut docet Galenus lib. ultimo Methodi, cap. ultimo, nominatiuus ſingularis eſt Elmis.

Elŏco, as, are, act. p. Eſt pretio aliquid utendum permittere. ἐκμισθόω. [Ital. Allogare, affittare. Gall. Faire changer de lieu & place, oſter d'un lieu & transporter, louer. Hiſp. Arrendar à otro por alquiler. Germ. Zuſsleichen.] ut, Elocare fundum, eſt certo pretio eius uſum alicui concedere. Cicero 2. Verr. Xenon ad ſe pertinere negabat, fundum elocatum eſſe dicebat. Elocare boues. Colum. lib. 1. cap. 7. Et maximè uexant ſerui qui boues elocant, eoſdemq; & cætera pecora malè paſcunt. Elocare ſe curandum Plin. li. 28. cap. 1. Siquidem certum eſt Manilium cornutum ex Prætoris legatũ Aquitanicæ prouinciæ H S CC. elocaſſe in eo morbo curandum ſeſe. ¶ Elocare funus. Plin. lib. 31. Aſſes ergo contulit populus, & funus elocauit. Elocare finem, eſt eam uiro tradere.

Elocutio, Vide Eloquor.

Elŏgium,

Elogium, n. (ἔλογος, μαρτυρία. [Ital. Teſtimonio, teſtimonianza. Gall. Teſmoignage & rapport qu'on fait d'aucun, inſcription de monumẽt. Hiſp. Teſtimonio ò teſtification que ſe da en honra ò vituperio de alguno. Germ. Ein zeũgnũs, turnemlich, ein herrliche vnd loblichc zeũgnus.] Teſtificano de aliquo honoris uel uituperationis cauſa. Vitu perationis, Quintil. Non eſt, Iudices, ꝙ poteris ideo nullũ elogium ad exhæredationẽ iuuenis eligere, quia de ſe leges conſtaret. Honoris, Cic. in Catone, Quanta in Attilio Regulo, in quem illud elogium unicũ complurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe uirum. Seneca, Deceſſit negotiator, teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit formoſam uxorem hæredem, & adiecit elogium, Quia pudicam comperi. Cic. 1. Tuſcul. Quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? ¶ Aliquando accipitur pro ſimplici teſtificatione ſententiæ. Cic. in Catone, Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat uelle ſuam mortem doloremamicorum, & lachrymis uacare.

Elongo, as, aũi p. Protraho, differo. ἀφίστημι. [Ital. Differire, prolongare. Gall. Allonger, faire plus long. Hiſp. Alongar. Germ. Verlengeren.] Plinius, Quo maxime tempore dies elongantur.

Elops, matis ſ. ἔλοψ. Piſcis apud antiquos nobiliſſimus habitus, ut uis omnium ſquamis ad os uerſis contra aquã nando meat: nonnullis accipenſer dictus. Plinius libro 9. capite 17. ¶ Eſt & Centauri nomen proprium apud Ouid. 12. Metam.

Eloquor, penult. corr. d. 1. Clarè & apertè propriiſq; nerbis animi ſenſa explico. ἀπεφαίνω, διαφέρομαι. [Ital. Parlar interpertamente. Gall. Dire, parler clerement, & donner à entendre, declarer ſon dire proprement. Hiſp. Hablar eſpar zimente y bien. Germ. Zuſprechen, heiter ausſhin reden, was einem vmb das hertz iſt.] Quintil. Eloquor, cum ea quæ mente concepimus primo, atq; ad audientes proferimus. 8. Aen. Eloquar an ſileam? Plaut. in Amphitr. Reſcripſit facta eſt, eloquar. Te cur. Phorm. Atq; id, ſi poteris, uerbo expedi. O. Faciam. A. Eloquere. G. Modo apud patrum, &c. ¶ Aliquando eloqui eſt dicere: quod proprium eſt Oratoris φράζειν. [Ital. Ragionare. Gall. Raſonner, diſcourir. Hiſp. Razonar.] Cic. 1. de Orat. Oratoris eſt compoſite, ornatè, copioſè eloqui. Idem 1. Offic. Copioſè eloqui, modò prudenter, melius eſt quàm uel acutiſſimè ſine eloquentia cogitare.

Eloquens, com. t. dicitur, qui in dicẽdi ratione perfectus eſt. λογός, ἐνλωτ]ός. [Ital. Eloquente, ben parlante. Gall. Eloquent, beau parlier. Hiſp. Eloquẽte, el que habla copioſa y elparzidamente. Germ. Vuolberedt.] Vnde Antonius apud Ciceronem dicit ſe diſertos uidiſſe plurimos, eloquẽtem neminem: quaſi dicat, ſe plurimos eximios Oratores uidiſſe, perfectum autem Oratorem in quo uihil deſideraretur, neminem. Cic. 1. de Orat. Quamobrem mirari deſinamus, quæ cauſa ſit eloquentium paucitatis: quum ex iis rebus omnibus eloquentia conſtet quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. Idem in Orat. ad Brut. Is erit igitur eloquens, qui poterit parua ſubmiſſè, modica temperatè, magna grauiter dicere.

Eloquentia, tiæ. p. Dictio ex omni parte perfecta, totum Rhetoricæ corpus continens. λογιότης. [Ital. Eloquenza, bel parlare. Gall. Eloquence, beau parler. Hiſp. Eloquencia, elegante y facunda habla. Germ. Vuolredenheit.] Cicero in Partit. Nihil aliud eſt eloquentia quàm copioſè loquens ſapientia. Terent. in Eunuc. Dixiſſe ego in hoc eſſe uobis Atticam eloquentiam? Cic. de Opt. gener. Eloquentia conſtat ex uerbis & ſententiis, ideo perficiendum eſt, ut purè & emendatè loquentes, quod eſt Latinè uerborum, præterea & propriorum translatorum elegantiam perſequamur. Idem 1. de Orat. Quinque faciunt Græci, quaſi membra eloquentiæ. Inuenire quid dicas, inuenta diſponere, deinde ornare uerbis, poſt memoriæ mandare, tum ad extremum agere ac pronunciare. Idem ibidem, In dicendo, facultatis tres ſunt rationes: una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia conciliandorum: harum trium partium prima leuiſſima oratio mihi, ſecunda ac tertia uim deſiderant. Vide Dicere. Ibidem, Is erat ego eloquens, qui ad id quodcunq; decebit, poterit accommodare orationem, & qui in foro cauſiſque ciuilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare neceſſitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere uictoriæ. Paulò pòſt, Is erit igitur eloquens (ut illud iteremus) qui poterit parua ſubmiſſè, modica temperatè, magna grauiter dicere. Ibidem. Eſt igitur perfectæ eloquentiæ puto, non eam ſolùm facultatem habere, quæ ſit eius propria, fuſè latèq; dicendi, ſed etiam uicinam eius atq; finitimam Dialecticorum ſcientiam aſſumere.

Eloquium, n. ſ. Modò ſermonem, modò facundiam, modò elogium ſignificat. λόγιον. [Ital. Ragionamento, parlamento. Gall. Eloquence en parler. Hiſp. n. Habla. Facunda. German. Die red, Ipraach oder wortberedte.] Dulci ac blando eloquio amicam ſolatus. Apuleius. Platonis eloquio monitus, non nobis ſolùm nos natos eſſe. Ouidius ſecundo de Ponto, Hanc tibi ſi eloquii mitor illic domeſticus addit.

Elocutio, tionis, generis, tertiæ declinationis, Pars eſt Rhetoricæ, quæ à Cicerone 1. de Inuentione dicitur eſſe idoneorum uerborum ac ſententiarum ad inuentionem accommodatio. ἑρμηνεία.

Elos, ἥλος, Clauus, & oleæ morbus, qui & fungus, & uitium oculi in cornea ſpecies proprioſcos, rotundus, callus, perſimilis clauo.

Elúceo, ces, n. ſ. Lucidum eſſe, & per translationem manifeſtum & apparens. ἐκφαίνομαι. [Ital. Rilucere, eſſere lucido, manifeſto, apparente. Gall. Reluire, eſtre apparent & manifeſte. Hiſpan. Mucho luzir. Germ. Scheynen, ſunder bar vnd offenbar ſein.] Virg. 4. Georg. Elucent aliæ, & fulgore coruſcant. Cic. 1. de Diuin. Vt una tertia pars rationis & mentis eluceat. Eluceat animi excellentia in depiciendis opibus. Cic. 1. Offic. Idem pro Roſc. Amer. Eo magis eluceat, quo magis occultatur.

Elucéſcere, n. t. Sæpe fit ut magis lucidum fieri. περιφαίνεσθαι. [Ital. Eſſere chiaro. Gall. Deuenir ou eſtre cler. Hiſpan. Serelarar. Germ. Gãder oder ſcheynbarer werden.] Hieronymus, Quod ut clarius elucéſcat, ſumamus exemplum ab his corporalibus rebus.

Elucifico, as, aũi pr. Lucem prino. φαίνω. [Ital. Prinar di luce. Gall. Primer de lumiere. Hiſp. Priuar de la luz. Germ. Des liechtes berauben.] Quanuis Nonius interpretetur lucidare. Laberius apud Gellium libro 16. cap. 17. Volo elucificare exitum ætatis meæ. Inducitur enim diues auarus popinationem filii deplorans, qui ait uelle ſe Democriti exemplo luminibus oculorum priuare, ne uideat filium luxu patrimonium prodigentem. Verbum eſt à Laberio confictũ, aliis q; omnibus Scriptoribus inuſitatum, ut pleraq; alia eiuſdem authoris.

Eluctor, aris, dep. pr. Idem penè eſt, quod luctando uinco, ſupero, uel euado. ἐκπαλαίω, ἐκπνέω. [Ital. Vincere à la lotta. Gall. Taſcher à vaincre en luitant, vaincre, eſchaper & ſortir à force. Hiſp. Luchar y uencer luchando. Germ. Mit ringen vberwinden, vberringen: item, Verfürringen.] Plin. lib. 14. cap. 20. Tenuiſſima eſt in ipſo ore fornacium, quã flammæ eluctatur: hoc eſt, ui, & quodammodo luctando exeunt. Liuius 4. Bell. Pun. Tenentibus ſq; quum tot ac tam ualidè eluctandæ manus eſſent, eſſe erupturos. Virgil. 2. Georg. Aqua eluctabitur omnis. Locorum difficultates eluctans, Tacit. in uita Agricolæ. Niues eluctari. Idem lib. 19. Lucan. lib. 2. Tandem Tyrrhenas uix eluctatus in undas.

Elucũbrõ, as, & Elucubror deponens, prim. decl. Eſt lucubrationibus: hoc eſt uigiliis conficio. νυκτογραφέω. [Ital. Veghiare per operar qualche coſa. Gall. Faire quelq; choſe ſoigneuſement, & en veilliant la nuit. Hiſp. Velar trabajando ala candela. Germ. Zů nacht etwas arbeiten.] Cic. ad Atticum lib. 7. Nihil habeo quod ad te ſcribam: quinetiã eam epiſtolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. Columella lib. 10. cap. 1. Quare quicquid eſt illud quod elucubramus. Cic. de Clar. orat. Deinceps inde multæ, quæ non minus diligenter elaboratas etiam, quàm elucubratas afferebamus.

Elúcum, penult. prod. Veterés languidum, uel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, ſiue halonem: hoc eſt, heſternæ uino languentem uocauerunt. Author Varro de lingua Latina, lib. 5.

Eludo, eludis, penultima producta, aũi. tert. Manifeſtè derideo, decipio. διαπαίζω. [Italicè. Beffare, ingannare. Gall. Abuſer quelqu'un, & ſe moquer de luy. Hiſpan. Burlar y eſcarnecer. Germ. Verſpotten, farzwerch treyben.]

Cic. 4.

Cicero 4. Academ. Sed uos ab illis irridemini, & ipſi illam ni-hil in eludetis. Terent. in Eunuc. Eludet, ubi te dictum ſenſerit. Cic. in Catil. Quandiu tandem etiam furor iſte tuus eludet? Idem pro Roſc. Amer. Nunq; ab illo nebulone facetius eludemur.

Eluſus, pen. prod. participium. *ἐκπαιχθείς*. [Ital. Schernito, beffato. Gall. Abuſé & moqué. Hiſp. Burlado y eſcarnecido. Germ. Verſpot, betrogen.] Ouid. 6. Metam. Mœonis eluſam deſignat imagine tauri Europam.

Eluenaca, inter uites generoſas numeratur, quam fertilitas commendat. Duo eius genera: Maior, quam quidam longam: Minor, quam Arceſilaeam appellant, non tam fœcundam, ſed gratiorem guſtu. Colum. lib 3. capit.

Eluctor, aris, n. i. *πενθεῖν κατακλίνω*. [Ital. Lamentare il pianto de ponere le lagrime. Gal. Ceſſer de pleurer, laiſſer le deuil. Hiſp. Quitar luto. Germ. Vertrauren.] Lugere deſino, uel luctum depono, expleto tempore iuſti luctus, quod erat apud Romanos totius anni. Vnde matrona apud illos erat infamis, quæ ſecundas imbat nuptias priuſquam unum eluxiſſet: hoc eſt, quæ ante expletum annum luctus ſecundò nubebat. Liuius 4. Bell. Macedo. Quid aliud in luctu quàm purpuram, atq; aurum deponunt? quid aliud quum eluxerũt, ſumunt? ¶ Accipitur etiam pro ſimplici lugeo. Cicer. ad Papyrium. Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm mater unicum filium.

Elumbus, & **Elumbis**, Qui euulſum habet lumbũ, uel qui præ lumbi debilitate ſeſe erigere non poteſt. *τὸν ψόαν ἐκπεπτωκότα*. [Ital. Dilombato. Gall. Eſtreué, qui a les reins rompus. Hiſpan. Flaco. German. Dem die lende ab iſt, Schwach.] Per translationem accipitur pro molli & effœminato.

Eluo, is, elui, elotum, act. Significat lauo, ſeu lauando purgo. *ἐκπλύνω*. [Ital. Lauare, purgare lauando. Gall. Lauer, reinſer, nettoyer. Hiſpan. Lauar, deslauar. Germ. Außwäſchen.] Columel. libro 1. Quod etiam uenenati liquoris eluit perniciem. Idem, Villicæ debet curam adhibere, ut ſi quæ faeces, aut amurca in fundis uaſorum ſubſederint, ſtatim emundentur: & nõ calidiſſima lixiua, ne uaſa ceram remittant, ſemel atq; iterum eluantur. Lactantius libro 5. Quanto ſatius eſt mentem potius eluere, quæ malis cupiditatibus ſordidatur. Ouidius 11. Met. tam Subdo caput, corpuſq; ſimul, ſimul eluo crimen. Cicero 7. Verr. Errabas Verres, & uehementer errabas, quum te maculis furtorum & flagitiorum tuorum, ſociorum innocentium ſanguine eluere arbitrabare.

Elutus, participium, uel ex participio nomen. *ἐκπλυθείς*. [Ital. Lauato, mondato con acqua. Gall. Laué & nettoyé d'eaue ou d'autre liqueur. Hiſp. Deslauado. Germ. Außgewäſchen, außgeſchwenckt.] ut, Eluta & ſiccata oinatis nata, apud Colum. lib 6. cap. 25. Horat. 1. Serm. Sat. 4. Irriguo nihil eſt elutius horto.

Eluuies, uiei, uel Eluuio, onis, Eſt uorago, uel terra aquarum impetu hauſta. *βάραθρον, λιμχάρημα*. [Ital. Voragine, inghiottimento, caua di acque fangoſe. Gall. Lauage, l'eaue degnoy ou nettoye quelque orduro, eſgout d'immõdices. Hiſp. Aluannar adonde ſe eſcuden las priuadas. Germ. Waſſergoſſe, roo alle. vberſchwemmer.] Curtius lib 6. Torrentes q; atq; eluuies ea morabantur. Idem, Ab altera parte uoragines eluuiesq; re præruptæ ſunt: nec alia pugnandi patebat uia, quàm ut replerẽtur. Cic. in Som. Scip. Propter eluuiones exuſtionesq; terrarum, quas accidere tempore certo ne eſſe eſt. ¶ Ponitur etiam pro quauis calamitate. Cic. pro Domo ſua, Idcirco tu ad illam labem, atq; eluuiem ciuitatis ſine ſumma ui peruenire potuiſti?

Eluſcare, act. pr. Eſt luſcum facere: hoc eſt alterius oculi lumine ſpoliare. *πηρῶ τὴν ὄψιν*. [Ital. Far loſco. Gall. Faire borgne, creuer ou gaſter un œil à quelqu'un. Hiſpan. Hazer menguado de un ojo. Germ. Ein ẽugig machen.] Apud Iureconſultos ad legem Aquiliam ſcribitur, Aquilia eum tenet, qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina. Hinc, Eluſcatio, actio ipſa priuandi altero oculo. Vlp. de Aed. Litem Offilius. Eluſcatiq; eam quidam putãt, ubi homo lumine adhibito nihil uider, qui id dixerunt, non ſunt audiendi, quia nulla rei authoritate id dicunt.

Eluto, as, are, quod hic corruptè legitur, Vide Eluctor.

Eluuia orum, ut ſtatuit Plinius, libro trigeſimoquarto, capite decimoſexto, Dicuntur metalla auraria in quibus aqua immiſſa eluuie ſordibus metallum oſtendit.

Eluuio, as, act. pr. De uaſe in uas transfero. *μεταγγίζω*. [Ital. Tramutare di uno in un'altro uaſe. Gal. Verſer d'un uaiſſeau en autre. Hiſpan. Traſſegar. German. Vmbſchencken, aus einem geſchirr in das ander ſchütten.] Dicitur & transfuſo, ſed rarius. Fortè à luteo, quæ os culei eſt: unde iureones, capacis gulæ homines. Plin. li. 14. cap. 17. Sufficit uetuſtis accita, mox ciuitatis, atq; ita inueteratis.

Eluxatus. Idem eſt quod ſimplex luxatus. *ἐξαρθρωτός*. [Ital. Diſlocato. Gall. demis de ſon lieu, desloqué. Hiſpan. Deſcaſado. Germ. Verrenckt.] Plinius lib 20. cap. 9. Sic etiam fiſtulas eluxatas & tumores reuocari, quæque diſcuti opus ſit.

Eluxuriari, depon. pr. *κατασπαρῆναι, ἐξυβρίζειν*. [Ital. Luſſuriare, ſoprabondare. Gall. Abonder outre meſure, comme un arbre qui porte trop de fruit, ou gaſte trop de bois. Hiſpan. Emuciarſe. Germ. Vergeylen, als man ſich die bäum vbertragen, oder zů viel holtz vberkommen.] Idem quod luxuriari: id eſt arbores translatum. Colum. de Arbor. cap. 4. Quòd ſi pingui agro ualidas uites depoſueris, pampini magis eluxuriabuntur: & qualemcunq; fructum fuerint, ad maturitatem non perducent.

E ante M.

Em, uel EIM. In notis antiquorum, eiuſmodi. E.M. ex more. E.M.P emptor.

Emăcio, as, are, act. pr. Macrum, ſiue aridum reddo. *ἰσχναίνω*. [Ital. Smagrare, dimagrare. Gal. Amaigrir, faire deuenir maigre. Hiſp. Emmagrecer. Germ. Außmägren.] Columel. libro 6. capite 9. Sed ex omnibus quæ retuli ſemiſatibus, idem ſaturnia potat aliis inuari & ſtercorari agros, aliis rurſus peruri & emaciari. Idem libro 6. capite 22. Quæ nec ſpem uindemiæ deſtituant, emacient ſtirpem ſuam.

Emaciatus, participium: ut, Emaciatæ uites apud Columel. lib. 2. cap. 10.

Emacitas, Vide Emo.

Emacror, pecul. corr. Extenuari, macrum fieri. *ἰσχναίνεσθαι*. [Ital. Diuenir magro. Gall. Deuenir maigre, amaigrir. Hiſpan. Emmagrecerſe. Germ. Mager werden.] Plinius libro decimooctauo, capite decimoſexto, Terram emaciari hoc ſatu exiſtimantes.

Emăcũlo, as, act. 1. Eſt maculas auferre. *ἀμάργυμι*. [Ital. Lenar le machie. Gall. Oſter une taſche, nettoyer. Hiſp. Quitar las maculas ò manzillas. Germ. Maaſſen vertreiben, ſeũberen.] Plin. lib 22. cap. 19. de Narcillo herba, Nigras uti lignes emaculat.

Emancipo, as, penult. corr. act. 1. Eſt eum quem in poteſtate habemus, ſui iuris efficere, quaſi extra manciplum: hoc eſt, extra dominium noſtrum ponere. *ἐκποιῶ*. [Ital. Emancipare, liberare. Gall. Emanciper, mettre hors de ſa puiſſance. Hiſpan. Deſlibrar el padre al hoijo del ſu poder. German. Freyen, außſetzen gewalt vnd von handen gãbẽ.] Vnde pater dicitur Emancipare filiũ, quũ cum paterno iure liberat, & ſui iuris efficit. Quod quibus modis fieri ſoleat, uide librum Inſtit. tit. de Adopt. & emancip. Plin. epiſt. 27. Regulus filium amiſit, hoc uno malo indignus, quod neſcio an malum poterat puer acris ingenii, ſed ambigui: qui tamen poſſet recta ſectari ſi patrem non referret: hunc Regulus emancipauit, ut hæres matris exiſteret. ¶ Liberos proprié emancipari, ſeruos manumitti dicimus. Inde emancipati, intelliguntur, qui ex patris iure exceſſerunt, & ſui iuris facti ſunt. *ἐκποιητοί*. Qui autem eos ex mancipio ſuo emittunt, emancipatores dicuntur. Emancipati (inquit Feſtus) duobus modis intelliguntur, aut ii qui ex patris iure exierunt: aut ii qui aliorum fiunt dominii: quorũ utrumq; fit emancipatione. ¶ Emancipare ſe alicui, ſiue (ut ueteres loquebantur) emancupare, eſt ſe totum alicui tradere, & uelut in manciplum, hoc eſt, dominium illius transferre. Plautus in Bacch. Nunc mulier ubi me emancupauit ſuum, tibi do operam. ¶ Hinc Emancipatum alicui dicimus, qui alterius dominio imperioq; ſubiectus eſt, & in ius mancipiumq; eius eſt tranſcriptus: quanquam etiam per translationem latius accipitur pro eo qui quouis modo alteri obnoxius eſt & addictus. Cicero in Catone, Ita ſenectus nimis honeſta eſt, ſi ſeipſam defendat, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt, ſi usq; ad ultimũ ſpiritum dominatur

dantium. In ſuos. Horatius Epod. Romanus ſcheu poſſet rapere, qui Emancipatus feminæ Ferret nullum & arma miles. ¶ Emancipatus ad omne facinus. Apul. lib. 10. Aſſumpto latrunculorum aſſiduo, & ad omne facinus emancipato quæſtu dotali ſeruulo, per fidicinæ ſuæ cōdilia communicat. ¶ Emancipare agrum, eſt alienare, & è manu ſcipio, id eſt dominio, & poſſeſſione ſua emittere, & alteri poſſidendum tradere: ita tamen ut inde ad nos ſingulis annis redeat prouentus. Plin. lib. 7. Epiſt. Nam pro quingentis millibus nūmum quæ in alimenta ingenuorum ingenuarūmq; promiſerat, magnum ex meis longè pluris actori publico emancipauerunt, mihi nec ſtigali impoſito, recepi. Vbi Plin. Emancipare, non pro uenere poſuit, ſed pro alienare, quū enim uelit uectigal publicè donare in alimenta puerorum, (id ni fallor conſtituere, ut uerbis uulgi loquar) fundum ſuum imaginaria uenditione Reipub. donauit, & ſubinde uectigalem recepit. Ex Budæo.

Emancipatio, onis, ſ. f. Eſt patriæ poteſtatis relaxatio, utriuſq; patris & filij intercedente conſenſu. Dicta quaſi à manu tradendo. Nā ſicut in ſeruis manumiſſionē, ita in liberis emancipationē propriè dicimus, Fer. Emancipatio, actus nō ſolū ad liberos ſpectat, ſed ſignificat etiā quācunq; imaginariā uenditionem, ut eleganter declarat Bud. in Anno. prioribus monuit cloch. Vig. in tit. Inſtit. de Tetia. ord. Dicta quaſi manci emptio facta & imaginaria lege Manumiſſio. Emancipatio actus ſuris ciuilis eſt, per quem qui filius eſt, pro nō filio habetur: unde legitimus dicitur. l. actus de regulis Iur. id eſt, ſola legis fictione inductus.

Emanco, as, are, a. p. τὴν χεῖρα ἀπὸ, χειροποιῶ. [Ita. Toglia re le mani. Gal. Faire manchet, couper les mains. Hiſp. Cortar las manos. Ger. Die hend ab hauwen.] Pro manus præcidere, manco facere. Labienus apud Senecam libr. Cōnouſ. ſexto, Cedo lora, gaudeo me non omnes emanciſſe.

Emanſio, onis, ſ. f. minus eſt delictum Diſſertione. Sicut fugitiui deteriores ſunt erronibus.

Emanſor, m. r. Propriè (ut inquit Modeſtinus l. 1. Para. Deſertorem. ff. de Re milit.) dicitur miles, qui ultra tempus cōmeatus ab imperatore impetrati, abeſt à caſtris. Deſertor autem qui per tempus longum uagatus reducitur. Erronem, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa uagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redit.

Emānio, n. f. uerbum eſt militare. ἔξω διατρίβω, ἔξω διάμενω. [Ital. Stare di fuori. Gal. Demeurer dehors. Hiſ. Tardar. ſe, que ſe fue, eſtar de fuera. Ger. Da auſſen ſeio, zů lang auſ bleiben.] Propriè enim dicuntur emanere milites, qui dimiſſi legitimo Imperatoris commeatu abſunt à caſtris. Mod. l. Deſertorem. Digeſt. de Re militari. Is qui in explorationē emanet hoſtibus inſidentibus, aut qui à foſſa iuſſus recedit, capite puniendus eſt. Inde Emanſor, de quo mox.

Emānſor, m. r. ὁ ἀπὸ μακροτέρας, ὁ πολὺν χρόνον ἔξω παρὰ τοὺς διατρίβων τεταγμένους [Ital. Venturiere, uagabūdo, che non torna al tempo aſſegnatoli. Gall. Vn gendarme qui fait la regnadiere de ſe trouuer aux autres corps. Hiſp. El que ſe fue, y no bolvio. Ger. Ein kriegs mann der lāger auſſerhalb dē leger iſt, dann man im erlobt hatt.] propriè (ut inquit Modeſtinus l. 1. para. Deſertorem. ff. de Re milit.) dicitur miles qui ultra tempus cōmeatus ab Imperatore impetrati, abeſt à caſtris: Deſertor autem qui per tempus longū uagatus reducitur: Erroneus qui non quidē fugit, ſed frequenter ſine cauſa uagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ad dominium redit.

Emāno, as, pen. prod. m. q. Extra mano. effluo, uel emitto. ἐκρέομαι, ἐκβρύω [Ita. Vſcire, deſtillare. Gal. Soir hors, ſortir. Hiſp. Manar ò proceder de algun lugar. Ger. Auſs rūnen. Auſs flieſſen.] Colum. lib. 7. Et ſale cum adipe detrito, dum ſanies nis emanet. Plin. lib. 20. cap. 6. Et in angulo oculi perperim humor emanans. ¶ Interdum etiam actiuè ponitur pro emitto. Idem lib. 11. cap. 3. Vtilis & in ſaniem emanantibus. id eſt emittentibus, ſiue exporantibus. ¶ Emanare res aliquas dicitur, quum reſcitur, & ſpargitur in uulgus. Liu. lib. 9. bel. Pun. Periculum erat ne uera eo ipſo quòd celarentur, ſua ſponte magis emanarent. Cic. Attil. 1. Scripſi equidem olim ei iratus, quod illa prior ſcripſerat ſed ita compreſſam, ut nunquam emanatura putarem. Idem 2. Verr. Quæ fama non idcirco ſoluīm emanarat, &c. ¶ Emanare in, uel ad uulgus. ἐκφορὸν, ἐκκαιρον γίνεσθαι.

Cic. pro Roſ. Amer. Ego etiam ſi omnia quæ dicenda ſunt, liberè dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atq; in uulgus emanare poterit.

Emarcum, teſte Col. lib. 3. cap. 2. Eſt genus uuæ à Gallis ſic appellatæ.

Emārgino, nas, penu. cor. a p. Significat croſtas & pulueillos & margines ulcerum adimo. περιχαράσσω. [Ita. Scroſtare, leuar la croſta. Gall. Oſter la marge, le bord, la croute, l'eſquiettre Hiſp. Quitar los margines ò las orillas. Ger. Die roſen von einem geſchwär thůn.] Plin. lib. 28. cap. 9. Item equarum, præterquam uirginum, erodit, emarginat ulcera.

Emāſculo, las, aū p. Caſtro, & uirilitatem aufero. ἐυνουχίζω. [Ita. Caſtrare, Gal. Chaſtier. Hiſp. Caſtrar el animal macho. Ger. Mūnchen, Die mannheit nemmen.] Seruius ait, apud quoſdam populos ſacerdotes ſolitos ſe quotannis hirtis emaſculare, ut uenerē arcerent, & coire non poſſent.

Emarcēſco, is, ere, Maturorum fieri. πεπαίνεσθαι. [Ital. Diuenir maturo, Gall. Le meurir, eſtre meur Hiſp. Madurarſe. Ger. Zeytig werden.] Plin. lib. 17. cap. 9. Nonnunquam antè candidum rubeſcit, ſi nō maturuit, improbatur. Ouid. 2. Triſt. Atq; ea ſic lapſa eſt ut ſurgere, ſi modo læſa Maturuerit Cæſaris ira queat.

Emax, Vide Emo.

Embamma, atis, n. t. ἐμβαμμα. [Ita. Guazzetto, ſapore Gallo Gaulſe, ſaulpiquet. Hiſp. Adobo de maniares Germa. Ein ſchlecker haffting ſoſs oder bruſo mā über ein ſpeyſe mache, das ſy lieblich vnnd wolgeſchmack werd, in welche man dunckt.] Condimentum quod ad condiendā obſonia fit. Columel. libr. 12. capi. 55. Hoc ſinapi ad embammata non ſolùm idoneo, ſed etiam ſpecioſo uteris. ¶ Qbidam embammata intelligunt immerſiones, quando intinguimus uel panem, uel obſoniom in uaſculis repletis re liquida: à Græco ἐμβάπτω fieri uidetur. quod eſt immergere, intingere. Vnde & Latinè intinctus dicitur. Vulgus Italorum Sapores uocat, quibus etiam hodie ad irritandam gulam utuntur. Alex. ab Alexandro lib. 5. cap. 9.

Embātas naues quidam putant appellari quæ ſolis uictoribus traiiciendi ſunt deſtinatæ, citantes locum Vlpiani ex lege 1. de Exercit. act. ubi ſic legunt, Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipſi dicunt) embatæ ſunt. Quo tamē in loco caſtigatoria exemplaria ἐπιβάδες aut certè ἐπιβατίδες non embatæ legendum oſtendunt. Embaterarii in iuris appellatione, ceu generali, cuius meminit Vlp. in l. 5. parag. fin. de Reb. eor. qui ſub tut. Alciato tradente, id ius intelligi poteſt, quod & quandam detentionē recipit, & rei poſſidendæ facultatem, tametſi proprietas uera ad alium pertineat. Quale eſt Ius Superficiarij, uel eius qui fundum uectigalem poſſideat, uel perpetuarij. l. bonorum de Verb. ſig. l. fin. de ſuperfic. l. 1. Si ager uectigalis. Erunt fortè, quibus magis arridebit Ius embaterticon intelligere, quòd uulgò Pedagium, quod alioqui ad Regalia ſolet pertinere. Sed Alciat. eam interpretationem magis probat, quæ in Etymologico magno eſt, ubi ille Grammaticus, ἐμβατικὰ inquit, nunc & ἐμβάδια dicitur id ius, quod creditor in bonis ſibi pignoratis retinuit, propria autoritate ea ingrediendi.

Emblēmata, n. t. ἐμβλήματα. [Itali. Obra di muſaico, opera intarſiata. Gal. Enrichiſſemens, entrelaſſemens, attaches pour enrichir & embellir quelques choſes. Hiſpa. Obra de eſmalte ò eſculptura. Ger. Ein gelegte künſtliche arbeit.] Dicuntur opera elegantiora ex teſſellis, ſegmentiſq; ita coagmentatis, ut rei alicuius imaginem tanquam penicillo depictam repræſentent: cuiuſmodi ſunt quæ in parietibus camerisq; muſiceis, ſiue uermiculata, in pauimentis teſſellata, in lignis ſegmentata dicuntur. Dicta emblemata ἀπὸ τῦ ἐμβάλλειν, hoc eſt ab inſerendo: eo quòd ex teſſellis, ſiue ſegmentis inſitiuis conſtarent. Budæus in Annotat. Emblemata, inquit, uermiculatum opus ſignificant ex teſſellis inſitiuis aptarum atq; conſertum. Iude illud Ciceronis in Bruto de Marci Calidij oratione, Nullum nihil loco poſitū, & tanquam in uermiculato emblemata (ut ait Lucilius) ſtructū uerbum uideres. Et in Oratore perfectè, de collocatione uerborum loquens, ex Lucilio, Quā lepidè λίθους cōpoſitos, ut teſſerulæ omnes Arte, pauimento, atque emblemate uermiculato. λίθους, inquit, id eſt, dictiones in oratione tam lepidè compoſitæ, quàm in uermiculis operibus teſſellæ, quæ etiam in pauimentis arte coagmentabantur.

tur, ut rerum animaliumq; effigiem referrent, teſte Plinio lib. 35. Huiuſmodi pauimentum pulcherrimum etiam hodie uiſitur in æde Senenſi. ¶ Emblemata etiam in uaſis argenteis, aureiſq;, & Corinthijs, ornamenta erant apud antiquos exemptilia quum libitum erat: cuiuſmodi ætas iſta non nouit, ut arbitror. Id aũt ex Marco Tullio intelligi facilè poteſt in Verrem Actione quinta: in qua Verrem Siciliæ Prætorem refert Haluntinòs uaſa omnia quæ tum apud Haluntium erant, in unum aceruum conferre coẽgiſſe: quo facto Verrem ex omnibus uaſculis emblemata, id eſt pretioſiſſimam partem reuelliſſe, ita ut Haluntini domum pura, nudaq; uaſa referrent, id eſt emblematis abſterſis: & toreumata, id eſt calamatæ, & emblemata apud Verrem remanerent, impudẽtiſſimo latrocinio: propter quod factum, Verrem per paronomaſiam euerriculum appellat. Verba Ciceronis hæc ſunt. Vaſa autem ad Verrem deferuntur: Cybiratæ fratres uocantur, pauca improbant: quæ probarent, ijs cruſtæ aut emblemata detrahebantur. Sic Halũtini excuſſis delicijs cum argento puro domum reuertuntur. Quod unquam, Iudices, huiuſmodi euerriculum in illa prouincia fuit? Et paulo pòſt, Tum illa ex turibulis & patellis quæ uellerat, ita ſcitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in ſcyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata eſſe diceres. ¶ Quoniam uero emblema inſertum quid, & inſitum ſignificat, iniunctumq;, ideo factum eſt ut emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde illud Fabij, lib. 2. Inſtitutionis oratoriæ, de locis communibus loquentis: Hoc, inquit, adeò manifeſtum eſt ad forenſes actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officijs ciuilibus, ſcriptos eos, memoriæq; diligentiſſimè mandatos in promptu habuerint, ut quoties eſſet occaſio, extemporales eorum dictiones quis uelut emblematis exornarẽtur. Hæc omnia penè aduerbum deſcripta ſunt ex Annotationibus Budæi in Pandectas.

Embola, Græca uox, & inter cætera itineris ingreſſum ſignificat, qui felix dicitur propter Imperatoriã maieſtatẽ. Accurſius, quiq; eum ſequuti ſunt ſuper hac uoce quædam ridicula effutierunt. Vide Alciat. in l. iubemus. C. de Sa. ſan. eccl. Embola, roſtra ſunt nauium, de quibus Hermo. in Cõrol. Plinia Alc.

Emboline, Frutex eſt, qui in Aſia & Græcia naſcitur, paruis foliis, quæ pota contra uenena proſunt, uerba ſunt Plinij lib. 12. cap. 20.

Embõlium, lii, n. ſ. ἐμβόλιον. [Ital. Argomento, introito, dẽl la comedia. Gal. Argument ou entree de comedie. Hiſp. Argumento y entrada de comedia. Ger. Das argument, oder eingang eines Spyls.] à ueteribus dicebatur argumentũ & ingreſſus ſcenicus. ἀπὸ τῦ ἐμβάλλειν, quod præter alia ſignificat ingredior. Huiuſmodi fuit illud argumentum de Paſiphaẽ à tauro compreſſa, quod Domitiani temporibus in ſcena repræſentatum fuit, ut teſtatur Martialis his uerſibus, Iunctam Paſiphaẽa Dictæo credite tauro, Vidimus, accepit fabula priſca fidem. Cice. ad Arti. Embolium nouum cogito. Idem pro Sextio Ex te igitur Scaure potiſſimum quæro qui ludos apparatiſſimos, magnificentiſſimoſq; feciſti, &c. cur ille ipſe maximè ludius, non ſolùm ſpectator, ſed actor, & acroama, qui omnia ſororis embolia nouit, qui in cœtum mulierum pro pſaltria deducitur, nec tuos ludos aſpexit in illo ardenti tribunatu ſuo, &c. Ergo ſaltatores & pſaltrias quos introduci ſolitos in ſcenam Polybius Athenæusq; teſtantur, & alia ridiculorum genera, embolia dici poſſunt, qualia complura in ſcenam introducta feruntur à L. Antonio ludis illis quos maximos fecit, capto cum liberis Gentio Illyriorum Rege. ¶ Fibula etiam rotarum axibus firmandis immitti ſolita, quam ruſtici clauiculam appellant, Græcè nomen habet embolium.

Embõliſmus, mi. m. ſ. ἐμβολισμός. Dicitur intercalatio quæ fieri ſolebat ut annorum ratio cum Solis curſu conueniret. ἐμβόλιμος uerò, atq; etiam ἐμβολιμαῖος, Latinè intercalaris & inſititicus dicitur. Intercalare enim, interſerere eſt, teſte Macrobio libro 1. Saturnal. Vnde etiam menſis Februarius, intercalaris dicitur, quòd ei unus dies interſeratur.

Embryo, onis, uel Embryo, bris, ἔμβρυον, ἡ ἔμβρυος. Fœtus eſt in utero conceptus, antequam lineamenta ſuæ ſpeciei accipiat, quod ferè ſolet accidere circa quadrageſimum ſecundum à conceptu diem, quo tempore & anima illi fundi creditur. Hunc enim in procreatione hominis ordinem eſſe uolunt, ut ſex primis à conceptu diebus ſemen in utero conceptum lacti ſimile exiſtat: nouem proximis, in ſanguinem uertatur: duodecim deinde alijs, in carnem: poſtremò quindecim alijs, ſpeciei ſuæ lineamenta omnia acquirat, liſq; expletis anima rationali animetur. Itaq; uſq; ad quadrageſimum ſecundum diem propriè embryo dicitur. παρὰ τὸ ἐσω βρύειν, hoc eſt ab eo quòd intus in utero alatur non ſecus ac fructus à ſua arbore.

Emẽdullo, as, a. p. Medullã eximo ἐκμυελόω. [Ital. Leuar la medolla, Gal. Eſmoueller, oſter la molle. Hiſp. Quitar el meollo. Ger. Ausmärglen.] Plin. de limonio, Item alarum grauceolentiam emendat radicis emendullatæ uncia, in uini Falerni heminis tribus decocta. Per translationem accipitur pro declaro. Plaut. narra iam rem nobis, atq; emedulla.

Emẽdico, cas, penultima producta. act. p. Significat mora mendicãtium aliquid peto, ἐρανίζω, ἐρανίζομαι, ἐπαιτέω. [Ital. Mendicare: domandare come ſanno i mendici. Gall. Mendier. Hiſp. Mendigar. Germ. Abbetlen. Erbetlen.] Sueton. in Cæſ. in Hiſpania à Proconſule & ſocijs pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni.

Emendicatus, pen, prod. Emendicata ſuffragia dicuntur quę alibi etiam corrogata uocari diximus: quæ ſcilicet abiecta & humilibus precibus extorquerentur. l. Singuli. C. de Accuſat. Singuli, uniuerſiq; Iudices cognoſcãt in publicis criminibus non oportere emendicatis ſuffragijs decretorum, aut relationibus à publicis perſonis deſtinandis credere Honos emendicatus, l. 1. C. Vbi quis de curiali uel coh. Penitusq; emendicati honoris præſcriptione ſubmota à iudice, &c.

Emendo, as, a. p. Corrigo, quaſi à menda purgo. ἐπανορθῶ. [Ital. Emendare, corregere. Gall. Amender, corriger, guarir & recouurir une faute. Hiſpani. Emendar, corregir. Germa. Beſſeren.] Plin. lib. 14. ca. 20. Succus hederæ tardis narium grauceolentiamq; emendat, præcipuè albæ ſatiuæ. Cic. Attil. lib. 2. Ita rurſus remittit, ut me roget ut annales ſuos emendem & edam. Ci. 3. de Legibus. Vt enim cupiditatibus principum & uitijs infici ſolet tota ciuitas, ſic corrigi & emendari continentia.

Emendatus, particip. Idem quod caſtigatus. ἐπανορθωθείς. [Itali. Correto, ammendato. Galli. Corrigé ammendé. Hiſpani Emendato, corrigedo. Germani. Gebeſſeret.] Vnde mores emendati dicuntur à Cicerone de Amic. His ego finibus utendum arbitror, ut quum emendati mores amicorum ſint, tum ſit inter eos omnium rerum, conſiliorum, & uoluntatum ſine ulla exceptione communitas.

Emendatè, aduerbium. ἐπανορθωτικῶς. [Itali. Correttamẽte. Gallicè, Correctement. Hiſpanicè. Corregidamente, emẽdadamente. Germanicè, On fal.] Cicero de Opt. genc. orat. Nam quoniam eloquentia conſtat ex uerbis & ſententijs, perficiendum eſt ut purè & emendatè loquentes, quod eſt Latinè: uerborum & propriorum & translatorum elegantiam perſequamur.

Emendator, oris, m. t. Caſtigator. ἐπανορθωθής. [Ital. Correttore, raconciatore. Galli. Correcteur ou corrigeur, radoubeur. Hiſ. Corregidor, emendador Ger. Ein Verbeſſerer.] Cicero pro Corn. Bal. O præclarum interpretem iuris, autorem antiquitatis, correctorem, atq; emendatorem noſtræ ciuitatis.

Emendatrix, fœm. gener. ἐπανορθώτρια. [Ital. Donna che cor regge & raccoucia. Gal. Celle qui corrige & fait amender. Hiſpani. Corregidora. Germani. Die etwas beſſeret vnnd zů recht bringt.] Cicer. 1. de Legibus, Quoniam uitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricémque uirtutum.

Emendatio, onis, f. t. ἐπανόρθωσις. [Ita. Correttione, accoueiamento. Galli. Correction, radoubement, amendement. Hiſp. Correcion, caſtigamiento. Ger. Verbeſſerung.] Ci. 4. de Finibus, Hæc uidelicet eſt correctio philoſophię ueteris, & emendatio.

Emẽntior, dep. q. Penè idem eſt quod ſimplex mentior, hoc eſt mendacium aliquod effingo. ψευδολογῶ. [Itali. Mentire, dir bugie. Galli. Mentir apertement, controuuer, feindre. Hiſpa. Mentir. Germa. Erliegen.] Cice. in Partition. Alij ementiti ſunt in eos quos oderant. Plaut. in Amphit. quæq; dixiſti modò, Omnia ementitus. ¶ Accipitur etiam non inelegantèr pro ſimulare uel falsò aliquid exprimere. προσωποποιῶ. Plautus in Trinummo, Quia illum quem ementitus es, ego ſum. Cicero pro Domo ſua, Quid deſperatius,

rnios, qui ne ementiendo quidem potueris autorem adumbrare meliorem? Ouid. 5. Metamor. At Nileus qui se genitum septemplice Nilo Emētitus erat. Sic dicimus ementiri uocem, uel manum alicuius, pro assimulare & effingere. Ementiri autoritatem alicuius ordinis. Cice. pro Domo sua, Satisne tibi uiderur à Senatu iudicatum, me non modò non ementitum esse autoritatem eius ordinis, sed etiam, &c.

Ementicus, participium. Cic. 1. de Diuin. Videmus hæc signa nunquam ferè ementicentia.

Ementitus, aliud participium, ψευδομαρτύρησας. Cic. 3. Tusc. Ita fit senium cogitatibus, ut quantum sit ementita opinio appareat.

Emĕreo, res, emerui, Idem quod emereor, tam in bonam quàm in malam partem accipitur. μισθοφορέω, μισθοδοτέομαι. [Ital. Meritare. Gal. Meriter. Hispa. Merecer. Ger. Verdienen.] Plautus Aulul. Quid ego emerui adolescens mali? Quamobrem ita facerem? Propert. lib. 4. Eleg. Et tamĕ emerui generosos uestis honores.

Emereor, reris, reri, dep. sec. Idem quod simplex mereor. ἀπαρξάμαι, μισθοφορέω, ἀρίστομαι, παλαμάτομαι, πίμπρημι ἔργα. [Ital. Meritare. Gall. Deseruir, meriter. Hispa. Merecer. Ger. Verdienen.] Lactant. libro quarto, Etenim quum constet homo ex carne & spiritu, & oportet spiritum institiæ operibus emereri, ut fiat æternus. Cicero Attico, libro sexto, Annuæ enim mihi operæ III. Calend. Sextil. emerentur.

Emĕritus, particip. unde Emeriti milites nominantur, qui militia perfuncti, ab eaq; absoluti, uacationem iã habent. πάντας τὰς νομίμους χρείας τετελικότες, μισθοφορέω πεπαυμένοι, ἀποτεταγμένοι. Luca. libro 1. Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quæ noster ueteranus aret? quæ mœnia fessis? ¶ Emerita arma, id est uictricia, & finem belli imponentia. Ouid. 4. Trist. Miles ut emeritis non est satis utilis armis. ¶ Emeritum stipendium, passiuè dicitur (inquit Budæus) quod peractum est, quum iam milites militionem ut ueterani impetrauerunt. ¶ Emeritos boues Virgilius per translationem appellat, pro defessis, & opere ac labore solutis. ¶ Emeriti senes uocantur à Valerio lib. 5. qui solent habere alios qui pro se laborent: isq; dicuntur pro alio opus agere. ¶ Emeritæ apes. Plin. lib. 11. ca. 11. Sunt autem fuci, sine aculeo imperfectæ apes, nouissimæq; à fessis & iam emeritis inchoatæ. ¶ Emeriti anni, id est 11 efferti. Martial. libro 7. Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos.

Emerita, orum. Pro commodis militum ueteranorum, μισθοὶ καὶ μισθὸς φεραί, μισθοφορία, Modest. in l. Desertorĕ, Digest. de Re militari. Et si expleto tempore militiæ redeat, ut ueteranus accipietur, & emerita accipiet.

Emergo, gis. Contrariam habet suo simplici significationĕ. ἀναδύομαι. [Ital. Sorgere. Gall. S' apair & monstrer, tourner & se monstrer, sortir hors. Hisp. Salir debaxo del agua. Germ. Herfür kommen aus der tieffe des wassers empor kommen.] Propriè enim emergere dicitur qui subter aquã mersus, rursus in lucem redit: quemadmodum utinatores facere consueuerunt. Cicero secundo de Natu. deor. Legi etiam scriptum esse, anem quandam quæ Platanea nominaretur, eam sibi cibi quærere aduolantem ad eas aues quæ se in mari mergerent: quæ quum emersissent, piscem eas cepisse, eoq; eò premere eorum capita morsicus, &c. Idem de Arusp. resp. Iam ista serpens quæ hîc delituit, ibi se emergit, & fertur illuc, &c. Terentius. Eunuch. Quid geram, aut quid lætus sim, quò pergam, unde emergam. ¶ Accipitur etiam emergere pro ex occulto loco in lucem prodire, & ad hominum cognitionem uenire, ut in trita illa sententia, Veritas ubi diu delituit, tandem emergit. ¶ Sic etiam dicimus emergere ex calamitate, aut morbo, pro eo quod est expedire se morbo aut calamitate. Liuius 1. bell. Pun. Emersura uirtus ex omni seruitia fortunæ, Cic. pro Cluent. Hoc modo Iudices, sæpe multorum improbitate depressa ueritas emergit, & innocentiæ defensio interclusa respirat. Idem pro Cælio, Equidem multos uidi in hac ciuitate qui totam adolescentiam uoluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse grauesq; & illustres fuisse. Corn. Nepos in uita Attici, Quibus ex malis ut se emersérat, nihil aliud egit quàm ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio.

Emergi, impersonale. Terent. Adel. Tot res repentè circumuallant, unde emergi non potest.

Emeruchit, herba est, quæ Theriacem ingreditur: quæ autẽ aliæ à multis atq; aliæ efferuntur sententiæ. Sunt enim qui pro Samsucho & maiorana interpretantur, alij Matricaria uel Febrifuga, alij pro Cornia fœtida.

Emĕtior, tiris, d. q. emensus sum, Idem quod metiri significat. διαμετρέω. [Ita Mensurare. Gal. Mesurer. Hisp. Medir. Ger. Mássen, Zusmássen.] Hinc emeriti iter, per translationem pro conficere iter: & emeriti labores, quod alio modo dicimus exantlare, uel deuorare labores. Liu. lib. 5. bell. Pun. Et inde una nocte ignaris nostibus: & ob id quietis, aliquantum emensus est iter. Cic. de claris Orat. Ego autem uoluntatem tibi profectò emetiar, sed rem ipsam nondum posse uideor, idq; ut ignoscas peto.

Emensus, passiuè. διαμετρηθείς. [Ital. Mesurato. Gal. Mesuré. Hisp. Medido. Ger. Gemássen.] Liuius primo bell. Punici, Postquã multò maiorem partem itineris emẽsam cernunt. Virgilius primo, Georg. emenso quum iam decedet Olympo.

Emĕto, tis, pen. cor. Idem quod simplex meto. θερίζω, ἀμάω. [Ital. Mietere. Cal. Moissonner, aconster, prendre & cuillir le fruit. Hispani. Segar. Gennani. Schneyden.] Horati. in Epist. emetit Orcus Grandia cum pruis, non exorabilis auro.

Emĭco, as, pen. corr. Effulgeo, resplendeo. ἀστράπτω. [Itali. Risplendere, mostrarsi. Gall. Apparoistre, se monstrer, resplandir, reluir. Hispa. Resplandecer, saltar fuera de algun lugar. Ger. Her fürglantzen.] Plaut. Ex oculis, quasi radij emicãt solis. ¶ Emicare, extra salire, exilire, subitò apparere. Virgil. 6. Aeneid. - iuuenum manus emicat ardens Littus in Hesperium. Plin. lib. 11. cap. 37. Cecinæ Volaterrano draconem emicuisse de extis læto prodigio traditur. ¶ Emicare in iugum, pro attollere sese, & erigere. Columel lib. 4. cap. 10. Nam quæ uel infirma, uel brevis est, ad duas gemmas recidenda est, quum uehementiorem fundat materiam quæ protinus emicet in iugum. ¶ Emicare, pro excellere. ἐξίχω. Plin. li. 35 ca. 11. Post eum emicuit longè antè omnes Euphranor Isthmius. Pro omnibus emicat Nisus, Virg. 5. Aeneidos.

Emigro, as, pen. corr. n. p Idem quod migro. μετοικίω. [Itali. Andar da habitar altrove. Gal. Se partir d' un lieu, chãger de lieu, aller autre part. Hispa. Muder casa de lugar à lugar. Germ. Zuszweychen, ziehen aus einem ort in das ander.] Valla autore, Cicero quarta Verrem, Ex illa domo sic emigrabat ut, &c. Plautus Mostel. Pedem intrò retulit, semel ut emigrauimus. ¶ Emigrare è uita. Est mori. μεταλλάττειν τὸν βίον. Cicero secundo de Legibus, Nulla est enim persona quæ ad nicem eius qui è uita emigrauerit, propius accedat.

Emĭnĕo, es, penul. corr. nui, n. f. Excello: ab e præpositione, & uerbo maneo. προνίπτω, ὑπερηνίπτω. [Itali. Soprastare, mõstrarsi fuori, passare auanti à gli altri. Gal. Sallir dehors & sortir, surpasser les autres, se monstrer, & apparoir. Hisp. Estar encima de otras cosas, apparecer. Germ. Fürtreffen, Vberträffen.] Plin. lib. 16. cap. 31. Bæculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Cæsar bell. Ciui. libro 1. Ita ut capita tignorum extrema parietum: structura regerentur, nequid emineret ubi ignis hostium adhærescere. Interdum adiunctam habet præpositionem è uel ex. Cicero secunda Tuscula. Globus terræ eminens è mari. Idem lib. 5. Ego autem quum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Sagragianas magna frequentia sepulchrorum) animaduerti columellam non multum è domis eminentem, in qua inerat sphæræ figura, & cylindri. Nonnunquam præpositionem extra. Plin. lib. 17. cap. 21. Et infico quidem dodrantales paxilli sola patefacto seruntur sic ut decẽdat quæ proxima arbori fuerit, duo oculi extra terram emineant. Interdum præpositionem per. Liu. Eminet ferrum per costas. ¶ Per translationem pro ex excellere aut conspicuum esse, ἐξίχω. Cic. 3. Verr. Toto ex ore crudelitas eminebat. Idem pro Cluẽtio, Illi quorum eminet audacia atq; proiecta est, à consilijs malitiæ deterrentur. Et Tusc. 2. Amplitudo animi maximè eminet contemnendis doloribus. Sic eminere aliquis dicitur qui cæteris antecellit. Cicer. in Orat. In quo tantum abest ut nostra miremur, ut ipsi eò difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamẽ non semper implet aures meas

ita ſunt auidæ,& capaces.& ſemper aliquid immenſum infinitumq; deſiderant, Liuius 1.ab Vrbe,Necdum à ſingulis, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruenerant factiones.Ex his omnibus ſatis,opinor,apparet emi nere de omnibus ſiue perſonis, ſiue rebus dici, quæ aliquâ partem habent exteris altiorem , aut magis expoſitam,idq; commodè transferri poſſe ad quaſcunq; res reliquis excellentiores.

Eminens,nomen ex participio.ἔξοχος.[Ita.Apparente,ſopra ſtante. Galli.Eminent, qui ſurpaſſe les autres, aparent par deſſus. Hiſp.Eminente,el que parece ſobre los otros Germ. Für andere auſs anſichtig, türtreffend.] Cæſar beli.Ciui.2. Has trabes paulò longiores atq; eminentiores quàm extremi parietum erant,effecerunt.Columel.lib.3.cap.8.Sed & Meuaniæ bos humilis, & Ligurię nonnunquam taurus eminentis ſtaturæ conſpicitur.Cic.Tuſc.3.Eminens effigies uirtutis.

Eminentia,æ.p.Excellentia.ἐξοχὴ.[Itali.Il trapaſſamento,excellenza. Gal.Sallie,outrepaſſe,eleuement boſſe.Hiſ.Eminencia ſobre otras coſas.Ger. Fürträffenheit.]Ci.1.de Nat. deor.Nam ſi tantummodo ad cogitationem ualent,nec habent ullam ſoliditatem,nec eminentiam:quid interest utrum de hippocentauro,an de Deo cogitemus?Idem lib.2. Acad.Quis eſt quin cernat quanta uis ſit in ſenſibus? Quã multa uident pictores in umbris & eminentia,quæ nos nõ uidemus?

Eminŭlus,pen.corre.Parum eminens ἀκροπώμενος.[Itali. Poco eminente,non troppo alto. Galli. Vn peu eſteué,un peu plus haut ou apparent.Hiſp. Coſa que parece un poco ſobre las otras.Germ. Hochlecht für andere.]Varro libro ſecundo, capite quinto, Vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis ſubcriſpam , compactis cruribus, potius breuioribus, quàm longis, rectis genibus & eminulis, diſtantibus inter ſe.Idem de canibus,Spina neq; eminula,neque curua.

Eminor,pen.co.eminaris,d,p.Idem quod minari.ἀπειλῶ. [Ital.Minacciare.Gall. Menacer.Hiſp.Amenazar.Germa. Dróuwen.]Plaut.Cap.Eminor,interminorq; nequis obſiterit obuiam.

Eminatio,uerbale.ἀπείλησις.[Ital.Minaccie.Gall. Menace. Hiſpanicè,Amenazas,obra de amenazar.Germani. Dróuwung.]Plau.Cap.Dentilegos omnes mortales faciã,quæcunque offendero.AEG.Quæ illæc eminatio eſt?ante quæ mirari ſatis?

Eminus,pen. corr. Significat à longinquo loco. μακρόθεν, μακρὰν.[Ital.Da lungi.Gal. Dal.De long.Hiſp. De lexos,ò à lexos.Ger.Von weitenns,Von ferren.] & differt à lõgè: quòd non rectè dixeris,eminus habito,ut longè habito:ſed bene eminus iaculor.Importat enim eminus tacitũ quendam motum de loco. Cæſar libro primo belli. Ciui.Sic quotidie utrinq; eminus fundis, ſagittis, reliquiſque telis pugnabatur. ¶ Similiter cominus, à loco propinquo , non in loco propinquo , neque propè,ἐγγύθεν,συγχαλὸν, ut Cominus te percutiam , non cominus ſedeo. Valla in Rauden.

Emiſſarium,Emiſſarius,uide Emitto.

Emitto.tis.emiſi,emiſſum,3.t.Foras mitto.ἐκπέμπω,προὶημι,ἐκρῥῶ.[Ital Mandar fuori.Gal. Oettre hors,laiſſer aller,lacher,enuoyer.Hiſ Alancar,embiar,ò echar fuera.Ger. Auſslaſsen, Auſsſchicken.]Ci.1.Cat.Vt abs te non emiſſus ex urbe,ſed in urbem immiſſus uideatur.Idẽ 6.Verri.Quęram, cur hunc eundem repente è carcere iuſſerit emitti. Emittere aquam ex piſcina,uel lacu Cic.Attt.lib.1.Lacus Velinus à M. Curio emiſſus. ¶ Varii præterea ſunt uerbi huius uſus, qui ſubiectis patebunt exemplis.Plaut. in Merca. Gradus grandit, emittit oculos,circunfert ſe, obſtipat ceruicem.Autor ad Heren.4.Quod ſi nunc hæc urbs inuiſiſſima uocem emittat,non hoc pacto loquatur? Idem de Diuin.lib.1. Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit,id eſſe fulmen ¶ Sic etiam emittere arcu ſagittas, aut tela.Plin.lib.9.ca.8.de delphinis,Nam quum fame cõfecti,fugientem in uada ima perſecuti piſcem,diutius ſpiritum continuere, ut arcu emiſſi ad reſpirandum emicãt, tantaq; ui exiliunt, ut plerunq; uela nauium tranſuolent. Idem lib.10.cap.33.de hirundinibus,Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adulteresq; circumagi docent,& foris ſaburitatem emittere,id eſt nentrem purgare. Idem lib.11.cap. 24.de grancis,Pariunt autem ouacæ in telas expanſa, quia ſaliunt,atq; ita emittunt. Et lib.11. cap.1. Quippe alia dare ſoliti,quæ concitarent uomitiones,ipſũque helleborum extraherent medicamenti, aut clyſteribus ſæpe etiam ſanguine uenis emiſſo. ¶ Admittit quoq; & præpoſitiones.Cice.pro Plan.Emiſſus aliquis è carcere. Et lib. 2.Epiſt.ad Attt.Emittat ad me Publius qui obſignent.Cæſ. 1.bel.Ciui. emittunt noctu per uallum.Liu 4.bel.Pun.Primos equites clamore ſublato in hoſtem emiſit. ¶ Emittere manu aliquem , pro manomittere , & libertate donare. ἀφιέναι.Plau.in Capt.Non erit tam auarus,quin te gratis emittat manu. Tere Adel . Haud dubium eſt quin emitti æquum ſiet,id eſt liberum fieri. ¶ Ponitur etiam aliquando pro manifeſtare,edere ἐκδιδόναι.Cic.Volumnio,Fam. lib. 7. Vt etiam ſignando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus,ingemiſcamus.

Emiſſio,onis,f.t.ἐκπομπὴ,ἐξαποστολὴ [Itali. Eſſo mandare fuori.Gal.Enuoy caſſe,gettement.Hiſp.Obra de embiar ò echar fuera. Ger. Auſslaſſung.]Cic.2.Tuſ.Vt enim balistę lapidum , & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atq; adducta uehementius.

Emiſſarius,rij,m.ſ. [Ital. Spia,un meſſagio che ua quà & là à la uolunté d'altri Gall Vn qu'on enuoye ca & là quãd & où on ueut,meſſager,une eſpie ou eſcoute.Hiſpa Atalayadar,ò mirador, uaron para embiar delante.Ger. Ein botten läuffer der ſich läſt hin rund wider ſchicken.] Qui in re exercitum emittitur, πρόσαγωγὸς: uel ad explorandũ, κατάσκοπος , κατάσκοπος: uel ad prælium laceſſendum, προσαγγελεὺς: uel qui dominum circumſtet ut eius iuſſa obtemperet, & præſto eſt ut emitti poſſit. ¶ Emiſſarius etiam à probatiſſimis autoribus appellatur calumniator ſubmiſſus,& ſuboratus ab inimicis.Cic.Mario,lib 7.Epi. perſuaſerat q; nonnullis inuidis meis,in me emiſſariũ ſemper fore. ¶ Item furtorum conciliator (ſic ut Aſconius docet)qui ſcilicet emittitur ut exploret res furto opportunas Cic.3.Ver.Turpio quidam iſtius excurſor,& emiſſarius. homo omnium ex illo conuentu quadrupiatorum teterrimus.Idem Ver.3. Dubitaturum quenquã exiſtimas, quin illis emiſſariis hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit? ¶ Emiſſarius itẽ uocatur equus, aries,& huiuſmodi qui emiſſus ſit in ſolirnditem , uel qui ad gerendam ſobolem emittitur. Sed uidetur ratio uelle ut dicatur admiſſarius,quòd ad ſobolem procreandam fœminæ adiungatur. ἀναβάτης. [Ital. Caual ſtalone. Galli. Vn eſtalon. Hiſp. El cauallo garannon.]Vnde admiſſura,quando mares brutorũ ad fœminas admittuntur.ἰχεία. ¶ Plin. emiſſarium appellat palmitẽ, qui emiſſus ex depuratione infertur imis ſcamnis, ut per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat.Sic enim li. 17. cap.21. ſcribit. Relicto ſemper duramento in ſingulis tabulatis,& emiſſario uno qui ſubeat uſquequo placuerit.

Emiſſarium,n.ſ.Locus per quem aqua è lacu aut ſtagno emittitur.διώρυξ [Ital.Condutto da ſcolar acque.Gal. Vn cõduit par ou l'eaues' eſcoule,canal.Hiſp La ſangradera uaziar agua.Ger.Ein Auſslaſs eines ſees oder waſſers.]Suet. in Claud Fecit emiſſarium Fucini lacus,portumq; oſtiensem.Cicero ad Tironem, Helico nequiſſimus H S. M. dabat nullo aprico horto,nullo emiſſario,nulla macerta,nulla caſa.

Emiſſitius,a,um, Qui ad explorandum emittitur.κατασκοπικός,προσαγωγικὸς [Itali.Spia,ſpione,Galli.Eſpie , qu'on oſerte pour eſpier.Hiſp.Atalayador,ſaledizo afuero. Germ. Ein geſchicklicher auſſpäher.] Et oculi emiſſitij,extra caput,& foras porrecti.Plaut. in Aulul.Exeundum hercle tibi hinc eſt foras,Circunſpectatrix cum oculis emiſſitijs.

Emmanuel,עמנואל,Hebraica dictio:quã ſi interpreteris, nobis ſonat,Nobiſcum Deus.Græcè, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

Emmanes,Hyoſciamus apud Dioſc.lib 4.cap.72.

Emmelia, eſt quoddam genus ſaltationis pacatum,de qua uide Bud in Pandectis,ἐμμέλια.

Emo,emis,emi,emptum,3.t. Pecuniis, uel gratis , aut præmio,uel alio quouis modo aliquid mihi comparo:cõſtruitur quę cum ablatiuo,uel genitiuo horum nominum, tanti,quanti,pluris,minoris.& huiuſmodi. ἀνέομαι,ἀγοράζω. [Ital.Comparare. Galli.Acheter Hiſp Comprar Germani. Kauffen.]Cice.libro tertio Offic.Emit homo cupidus tãti,quanti Pythius uoluit.Gellius.Libros complurimos ære pauco emi. ¶ Eius contraria ſunt, Abeuno, Adimo, Ce-

mo,ſimul emo uel ex omnibus locis emo: Eximo, Interimo,Perimo, & Redimo, quæ habent penultimam correptam.Item frequentatiuum Emptitare,de quo mox:& Empſare, apud Plautum in Caſ. Non ego iſtud uerbum titillatio emptitem: quanquam alij hoc in loco legant emptitem.

Emptus,participium,*ἐωνημένος*.[Italicè,Comparato.Galli. Acheté.Hiſp Comprado.Ger. Gekaufft.] Hor.1.Epi.Sperne uoluptates:nocet empta dolore uoluptas.

Emptio,onis,f.t.*ὠνή*.[Ital.Compra,compreda Gall Achet, achetement Hiſp.Obra de camprar.Ger.Kauff.] Cic.Ar. libus. Quid Cataſtreres habet conditiones, aut emptiones ob haſtam &c. Emptio ſucceſſit permutationi inuenta mouere, i.e. de contrahend.empt.Emptionem uertit,quâcunq; alienationem cõtinuari.Albericus ante monuit, etiam ſi ſta tu liberi,ad fin.ff. de ſtatu liber Præterea omnem, quo dominium transfertur, contractum.l.ſicut. parag uẽ ditor. Quibus modis pig. uel hipoth.fol. Idem indicauit emptionẽ & uenditionis uocabulis ueteres uſos indiſcriminatim.l.ueteres,de Act.emp.l.cum apparebit Locat.

Emptio im agnaria, dicitur, quæ ſimulatur,eâm in ueritate non ſit emptio,Zaſ.parag.item ſi quis,Inſtit de Actionẽ.

Emptito,tas,pen.corre.Frequenter emo,uel frequenter mercandi,ſeu acquirendi uſum habeo *ὠνέομαι*.[Ital Cõperas ſolo Gal Acheter ſouuent.Hiſp.Comprar amenudo.Ger. Emſig kauffen.]Plin. libr.33 cap.1.Alios corijs boum,alios terræ,ex priuiſq; rebus emptitaſſe tradit Colum. libro 1 capite M. Terent. ternis ſæpe denarijs ſingulos emptitauerit,q; ſi erat. Pro eodem etiam legitur Empſitare: de eodẽ paulo antè in uerbo Emo.

Emptiturio,q.quod eſt cupere emere *ὠνητιάω,ἀγοραστέω* [Ital.Bramar di comprare.Gall.Deſirer d'acheter. Hiſpa. Auergana de comprar.Germ. Gern haben zů kauffen oder emſig ein.] Varro in Proœ. libri ſecundi, Propterea quòd ſe emptiturientẽ in cãpos macros addacunt crebrè pedes.

Emptor,oris,m.t. Qui emit.*ὠνητής*. [Ital.Compratore.Gal. Acheteur Hiſp.Comprador Germa.Ein käuffer.] Cicero 3 Offic. Nequid omnino,quod uenditor norit emptor ignoret.

Emptionalis,le, Qui frequens eſt in emptionib &proſcriptionibus bonorum.*ὠνητικός*.Cal.Ciceroni,Quod quidem ſi inter nos ſenes emptionales uænale proſcripſerit, Quo in loco antiquiſſima exemplaria habent concionales ſenes.

Emptitius, m.f. Qui eſt de numero eorum qui empti ſunt, hæc emi ſolent.*ὠνητός*.[Ital.Comptaticcio. Gall.D' on a acheté,qui eſt acheté ou pour acheter.Hiſp. Coſa compradiza.Ger. Gekaufft,oder, Der kaufft.] Var. li.3.de Re ruſt. Hircapram glans quũ paſcit emptitia, facit pinguem:illic grauita exilem. Ibidem ca.18. Præterea ſalſamenta in eas pl ſimat emptitia conijciebat.

Emax,cis.communis. Qui uel quæ facilè inclinatur ad emẽ *εὐωνητικός*.[Ital.Facile à comperare Gall.Grand acheteur,qui aime acheter.Hiſp. Qui en mucho à con mucha gana compra.Ger. Köufferig,der gern kauffe vnnd kräm let.] Cato de Re ruſt.ca.2. Patremfamiliàs uendacem,non emacem eſſe oportet.Cic.in Piſ.ad.Non eſſe cupidum pecuniæ,non eſſe emacem,uectigal eſt.

Emacitas,f.t. Facilitas & inclinatio uoluntaria emendi. *τὸ ὠνητικόν*. [Ital.Deſio de comperare.Galli. Grand deſir & faim d'acheter.Hiſ.Gana y uicio de mucho comprar.Ger. Kaufigyrigkeit.]Colum.lib.1.Quoſdam emacitas in armẽtis, quoſdam exercet in comparandis mancipiis cura:de uendis nulla cura tangit Plin. Epiſt.51. Erat *φιλόπαλος* nec ad emacitatis reprehenſionem.

Emodulor,Idem eſt quod modulor,ſimplex.d.p. *μελῳδέω*. [Ital.Componer ò cantare con miſura.Gal.Chanter &cõpoſer vers par meſure,melodieuſement chanter.Hiſp.Cantar ſuauemente,y con medida derecha.Ger. Zu ſchlag ſingen,Oder,ein lied dichten.] Ouid.li 1.Amorum,Muſa per undenos emodulanda pedes.

Emolior,iris,iri,d.q.Eiicio,expello.*ἐκβάλλω*.[Ita.Scacciare Gall. Mettre hors auec effort.Hiſp. Empoxar à fuera.Ger. Außbin ſtoſſen oder werffen.]Celſus lib.4.ca.4.de pleuritide Interdum ſicca tuſſis eſt,quæ nihil emolitur.Col.li 8. cap.5.Dum eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitę maſſam.

Emollio,lis, a.q.Idem eſt quod mollio,hoc eſt molle facio. *μαλακύνω,ἐμμαλθακόω,ἡμερόω*.[Ital.Mollificare,intenerire,effeminare,far delicato.Gall Attendrir,mollifier, effeminer,rendre mol & delicat. Hiſpa. Amollentar ò otra coſa. Germa. Erweichen,weich machen.] Liui.7.Maced. Humor arcus, fundasq;,& iaculorum amenta emollierat. ¶ Vnde emollire aluum,eſt laxare.Plin.20.ca.9.Aluum leuiter emollit lapſana Ibidem ca.2. Pepones qui uocantur,refrigerant. maximè in cibo,& emollient aluum. ¶ Quando ad hominem transfertur, ſignificat mollem & effœminatum reddo.Liu. 7.bel.Pun.Simul metuens ne ſuũ quoque exercitũ,ſicut Annibalis,nimia urbis amœnitas emolliret.Idem lib.1.belli Mac.Degener& emollitus amœnitate Aſiæ hoſtis.

Emollidus,a,um,adiectiuum,Idem eſt quod mollis.*μαλθακός,μαλακός*.[Itali.Molle.Galli. Mol,effœminé.Hiſpan. Amollentado ò muelle.Germa Erweicht.]Liu.4.bel.Maced. Labor & æſtus emollida & fluida corpora Gallorum reddit. Quanquam ſint qui mollia hoc loco contendant legendum.

Emolog.re, Verbum hoc nec Latinitas, nec Græciſmus agnoſcit, Interpretes pro confirmare, uel laudare uſurpant. Homologare propius ad ſuam quæ Græca eſt, originem accedit.Vide Bart.in l.cum ante.C.de arbit.

Emŏlŭmentum,ti,n.f.Vtilitas quam ex opera & labore aſſequimur:nã à molimine deſcendit.*ὠφέλημα,ἐπιγρήσιμα*. [Ital.Vtilità.Gallicè. Vtilité,profit,gain.Hiſp.Ganancia, ò prouecho Germa.Nutz.] Cice.lib.3.Offic.Si ſic erimus affecti ut propter ſuum quiſq; emolumentum ſpoliet, aut uiolet alterum, dirumpi neceſſe eſt eas quæ maximè ſecundum naturam humani generis eſt,ſocietatem Plautus Trinu.Et ſine dote dixeris.tibi ſit emolumentum honoris, mihi Quod obiectet, fiet. Cicero primo de Finibus Pluſque in ipſa iniuria detrimenti eſt, quàm in his rebus emolumenti quæ patiuntur iniuria.Iuuenen Saty.16 Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus Sacramentorum.

Emonco,es,a.f. *παραγγέλλω* [Ital.Auertire,ammonire,Galli. Auertir,amoneſter.Hiſp. Amoneſtar.Germa. Vuarnen.] Idem quod monere.Plaut.Aſin.Hùnc politare,illam expilare iam emone.

Emŏrior,d.t. Fiuſdem ſignificationis cum ſimplici.*ἀποθνήσκω*.[Ital.Morire.Galli. Mourir Hiſp.Morir.Germa Erſtärben.]Plautus in Mæch.Paucis pòſt diebus Tarenti emortuus eſt. Idem in Aſinar.Emori me malim, quàm hæc non eius uxori, &c. ¶ Legitur etiam infinitiuus emoriri, per quarram coniugationem.Ter.in Eun.Riſo omnes qui aderant emoriri.

Emortualis dies, Quo quis mortuus eſt. *θνησιμαῖος*.[Italiſi giornò che alcuno è morto. Galli. Mourtuaire,le iour que l'on ſe mourt.Hiſp.El dia del mortuorio. Germ.Der tag eines tödtlichẽ abgangs.]Sicut natalis,quo quis natus eſt.Plaut. in Pſeudolo, Certum eſt mihi hunc emortualẽ facere ex natali die.

Emŏueo,es,a.f.Eſt è loco mouere.*ἀπάγω,μεταθέω*.[Itali. Mouere.Gal. Mouuoir,remouuoir,remuer,oſter d'un lieu Hiſp.Mouer de lugar.Germ. Beraußbewegẽ, dannen thůn,Verrucken.]Liu.6.ab Vrbe,Tum percitus ira Camillus,lictorem qui plebem de medio emoueret,miſit. Virg.2. Aen..emoti cardine hoſtes.

Emotus,penultima producta,particip.*ἐπικινηθείς,ἀποκινηθείς*.[Italicè, Remiſſo,tolto via. Gallicè, Remué,oſté de ſon lieu.Hiſpa.Mouido de lugar. Ger. Verruckt Zuſs bewegt.]ut,Axis cardine emotus,Stat.1.Theb.Curæ emotæ, Virgil.6.Aeneid.Emotis deinde curia Legatis, Liui.10.bell. Punic.

Empetron.*ἐμπέτρον*.[Ital.Heros calcifraga.Gal. Vne herbe appellée percepierre,rompipierre.Hiſp.La ſaxifraga hierba conocida.Germa.Steinbrech ein kraut.] A Græcis dicitur herba ea quæ à Latinis calcifraga appellatur, locis maritimis ferè gaudens, & haud temere alibi quàm nudo ſaxo naſcens: unde & nomen accepit. Plinius lib.25. capite 9.Empetron, quam noſtri calcifragam appellant, naſcitur in montibus maritimis, ferè in ſaxis: quo propius mari fuerit, minus ſalſa eſt. Vulgus Saxifragam appellat.

Emphăſis,penul.corre.t.*ἔμφασις*,Expreſsio.ſignificatio,demonſtratio. figura eſt quum tacita uerbis ſubeſt ſignifica-

tis quæ pronuntiatione indicatur. Eius duo ſunt genera: alterum, quo plus ſignificatur quàm dicitur: ut, Cantando tu illum? quaſi dicat, indoctus peritiſſimum? Item, Itáne Cretenſi fidem habes? ubi non ſimpliciter in Creta natum ſignificamus, ſed hominem pro gentis eius ingenio perfidum. Alterum quo etiam illud ſignificatur quod non dicitur: ut apud Virgi. lib. 1. Georg. Quum iam glandes atque arbuta ſacræ Deficerẽt ſyluæ: hoc eſt nõ ſolùm aliis ſyluis, ſed etiam ſacris.

Emphyſema, tumor & inflatio palpebrarum.

Emphyſodes, Febris eſt quæ uehementiam caloris in ore gignit, & puſtulas & inflationes.

Emphraxis, meatum uel pororum obſtructio.

Emphyſema, atis, n. t. ἐμφύσημα, eſt excreſcentia quædam illorum tumori ſimilis, & inflatio, & oculorum morbus.

Emphyteũſis, ſ. t. ἐμφύτευσις. [Itali, Piantagione, miglioramento. Gal. Entement enture, meilleurement. Hiſp. Plantacion, meioramento. Ger. Ympfung, pflantzung.] Latinè inſitionem ſignificat, ſiue plantationem: à uerbo Græcè ἐμφυτεύω, quod eſt inſero, uel conſero. Vnde fundum in emphyteuſin dare, frequens eſt apud Iuriſcõſultos, pro eo quod eſt, ea conditione alicui tradere fundum, ut accipiẽs eum reddat meliorem, & ex ſterili fertilem efficiat. Ab initio enim ſterilia tantùm & inculta hoc contractus genere concedebantur. ¶ Hinc Emphyteutes, ſiue Emphyteuta, ἐμφυτευτής, dicitur qui fundum agri ſumue ea lege à domino accipit, ut eum conſerat, melioremq; efficiat.

Emphracta, orum, n. ſ. Nonnulli dici putauerunt naues tectas, citantes illud Vipiani ex l. 1. ff. De exercit act. Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipſi dicunt) emphractæ ſunt. Quo tamẽ in loco caſtigatiora exemplaria ἐπιβάδες, aut certè ἐπιβατίδες, non emphracta, legendum docent. Naues autem tectas, ſiue conſtratas, Græco uocabulo κατάφρακτος uocati, ſuo loco oſtendimus.

Empiricè, ἐμπειρικῶς, f. p. Dicta eſt medicinæ pars quæ ſola experientia curat. Tres enim fuerunt præcipuæ medicorũ ſectæ, Rationalium, quorum princeps extitit Hippocrates: Methodicorum, quorum primus fuit Themiſon Laodicenus, quem poſtea ſequutus Theſſalus Trallianus, ſectam eã abſoluit: & Empiricorum, qui Philinum Coum ſequũtur, qui primus eam partem à rationali ſeparauit. Plin. li. 29. ca. 1. Alia factio ab experimentis ſe cognominans empiricen, cœpit in Sicilia. Vide Celſum in præfatione primi Libri.

Empiricus, m. ſ. ἐμπειρικός. [Ital. Sperimentatore, che medica ſolamente con la ſperienza. Gal. Celuy qui in fait medecine ou autre ſience par experiences & long uſage. Hiſpa. Experimentador. Ger. Ein artzet ſo ſein kunſt allein auß der erfarung hatt.] Medicus qui ſola experientia medicinã tractat, neq; humanam naturam cognitam habens, neque morborum cauſas inueſtigans: ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας, hoc eſt ab experientia dictus.

Emplaſtrum, ſtri, n. ſ. ἔμπλαστρον, ἡ ἔμπλαστρος. [Ital. Empiaſtro. Gal. Emplaſtre. Hiſp. Emplaſtro. Ger. Ein pflaſter.] Medicamentum ex uarijs rebus præſertim metallicis conſtans, accuratè tritis, quod liquore aliquo præmollitum uulneri imponi ſolet. Dictum à uerbo ἐμπλάττω, quod eſt ſubigo, & uerſando mollio. Hodie Vulgò Vnguentum dicitur. Id uerò quod Vulgò Emplaſtrum dicitur, à doctis uocatur cataplaſma. Plinius lib. 22. cap. 4. Imponuntur emplaſtra uulneribus, malagmata ſuper integram cutem inii ciuntur: paſtilli autem illinuntur, aut alicui molliori cerato miſcentur. Sunt & alia horum inter ſe diſcrimina. Vide Celſum li. 5. ca. 17.

Emplaſtro, ἐνθαλαμίζω, ἐμφυλλίζω. [Ita. Foggia d'ineatenare. Gal. Enter un arbre, y apliquer un greffe ou ente Hiſp. Emplaſtrar ò enxerir de eſtudete. Ger. Verpflaſtren, wie man denn ſchoſſen thůt ſo man zweyget.] uerbum, cuius paſſiuum uſurpauit Colum. libro 11. capite ſecundo Poſſunt, inquit, ſi iam liberum remittunt, inſeri olex, uel emplaſtri, cæteræq; promitteræ arbores eodem emplaſtrationis genere inſeri

Emplaſtratio, onis. f. t. in arboribus dicitur quum cortex eximitur inoculatoris gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore, ἐμφύλλωσις. [Ital Incatenamento. Gall. Entes men t ou enture. Hiſp. Obra de emplaſtrar ò enxerir. Germ. Zweygũg ein einbindũg eines zweygs.] Col. li. 5 de Arbor. ca. 11. Tertium genus, quum gemmam cum exiguo cortice in partem ſui delibratam recipit, quam uocant agricolæ emplaſtrationem, uel (ut quidam) inoculationem.

Emplaſtraturus, participium, Quo Colu. uſus eſt, li. 5. cap. 11. Deliberato (inquit) item alteram arborem quam emplaſtraturus es.

Emplaſtromena uocantur, quæ uidelicet detinent ea, quæ exiguis meatibus inhærent. Gal. 9. Method. Sic dicit retineri ea, quæ per urinas, & per uniuerſum exeunt cutem.

Empneumatoſis, ſ. t. ἐμπνευμάτωσις, inflatio, inſpiratio, & quando plurimus ſpiritus condenſatur in ſtomacho & ipſe extendit ſimul uenticulum, adeò ut impediat.

Emponema. Græcis, quæ meliorat iureperitis dicitur. Et eſt ius quod Emphyteuta adquirit. primùm enim ſic cœpit contractus Emphyteuticus, ut ſterilia tantùm concederentur, in meliorem ſtatum plantationibus reddenda. Extat uox apud Iuſt. in l. ult. C. de iur Emphyt.

Empõrium, n. ſ. ἐμπόριον [Ita. Mercato, fiera. Gal. Le marché le lieu ou on tient une foire. Hiſp. Lugar de feria, ò trato de mercaderia. Ger. Ein gwárbſtatt da mã kauffe vnnd verkauffe.] Locus mercatus & nundinarum ubi res uænales exponuntur. Plaut. in Amph. Apud emporium, atq; in macello, in palæſtra, atq; in foro. Cic. Attil. lib. 1. Quum per emporium Puteolanorum iter facerem. Dictum emporũ ἀπὸ τὸ ἐμπορεῖν, hoc eſt à negotiando, ſiue mercãdo: unde & ἔμπορον Græci mercatorẽm uocant, & ἐμπόρημα ipſam negotiationem.

Emporeticus, a, um, Mercatorius, ἐμπορικός. ut, Emporetica charta. ἐμπορικὸς χάρτης. [Ital. Carta da inuolger mercãtie. Gal. Papier brousliard, dequoy on enuelope les autres marchandiſes. Hiſp. Papel de ſtraca. Germ. Krämerpapeir in welches ſy ire waren ein wigglen.] dicta eſt qua merces inuoluuntur à mercatoribus, inutilis ad ſcribendum. Plini. libr. 13. capite 11. Nam emporetica inutilis ſcribendo, inuolucris chartarũ ſegeſtriumq; in mercibus uſum præbet.

Empotion, quod hic pro herbæ nomine corruptè legebatur. Vide Empetron.

Emptõſtõnus, ἐμπροσθότονος, Affectus eſt ſpinæ, quõ ſcilicet illa obriguit, & inflexibilis facta eſt, atq; ita in anteriorem partem incurua tur, ut omnino erigi non poſſit. Huic affectus ſimiles ſunt tetanus & opiſthotonus: in hoc tamẽ differunt, quod emproſthotonos dicatur quum in anteriorem partem ſpina ſit inflexa: opiſthotonos quum ea in partem poſteriorem eſt incurua ta: tetanus autem, quum recta obriguit, ita ut neq; in anteriorem, neq; in poſteriorem partem flecti queat.

Emptitius, Emptitio, Vide Emo.

Empuſa, ἔμπουσα, Genus laruæ & terriculamenti, dictum Hecatæ, uno pede incedens: unde & nomẽ. Autor Euſtathius. Vide Cælium Rhodig. li. 6. ca. 38. lect. antiq. & Eraſmum in prouerbio Protheo mutabilior.

Empyi, m. ſ. ἔμπυοι, A medicis dicuntur qui abſceſſo thoracis laborantes, pus excreant: quorum affectus etiam empyema, ἐμπύημα appellatur: nos puruleutam excretionem dicere poſſumus. Qui uerò hunc morbum patitur empyicus, ἐμπυικὸς, dicitur,

Empyrium cælum. ἐμπύριος οὐρανὸς, Appellatur à Theologis (nam philoſophi cæli huius nuſquam meminerunt) nonum cælum, primum mobile ambitu ſuo complectens, Dei & Beatorum ſedes: ita dictum quaſi ignitum, nõ quòd reuera tale ſit, ſed quod puritate ſua reliquis cælis, ut ignis cæteris elementis, antecellat.

Emucĭdus, pen. corr. adiect. ὁ καὶ ἀβλεννώδης, ὁ καὶ ἀμυξώδης, ὁ καὶ ἀκάθυδρος. [Ital. Muffo, moffolento. Gall. Doyſi & tout humide. Hiſp. Coſa muchoſa. Germa. Schimlig.] Vt, uitis emucida. Plin. lib. 17. cap. 22. Simili modo & ſecundo anno reciditur, uires q; concipit, & intra ſe paſcit, ſuffecturas oneri, quum aliàs feſtinatione pariendi graciliſcat ac emucida ni cohibeatur caſtigatione tali in forum exeat tota.

Emũgio, penultima producta, ἐμυκᾶσθαι. [Italic. Mugire de buogi. Gall. Bougir comme un taureau, parler gros. Hiſpa. Mucho bramar ò dar bozes. Germa. Lůyen, Schreyẽ wie ein Stier.] Propriè eſt boũs: & per tranſlationem cum mugitu proferre & enunciare. Quintil. lib. 2. cap. 12. Nam & clamãt ubiq;, & omnia leuata, (ut ipſi uocant) manu emugiunt.

Emulgeo

Emulgeo, emulges, emulſi uel emulxi, emulſum uel emultum, ἐξαμέλγω. [Ital. Mongere il latte. Gal. Traire le lait d'une mamelle. Hiſp. Ordennar ò chupar. Germa. Zuſsmelcken.] Idem quod Mulgere. Colo. li. 7. ca. 5. Sed priuſquam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt, quod paſtores coloſtrum uocant.

Emundare, a. p. ἐκκαθαίρειν. [Ital. Nettare. Gal. Oſter les immondices, fiertoyer. Hiſp. Mucho alimpiar. Germa. Zuſsküberen.] Idem quod ſimplex. Colum. lib. 1. cap. 11. Scitur ago prius in emundata paſtinatione. Idem lib. 2.

Emungo, gis, emunxi, emunctum, 3. t. Nares purgo: quod fit cum mucus ex eis detrahitur. ἀπομύττω. [Ital. Nettarſi il naſo, ſoffiarſi il naſa, mocchar. Gal. Moucher ſon nez. Hiſp. Alimpiar las narizes. Germa. Die naſen butzen.] Mucus uerò eſt cerebri excrementum ex naribus profluens. Emungere lucernam, uel candelam, eſt extremam ellychnij partē quæ tam exuſta lumini officit, digitis aut inſtrumēto alio auferre. Inſtrumentum quoq; quo ad eam rem utimur, emunctorium uocari poteſt. ¶ Per translationem ſæpe ponitur emungere pro ſpoliare, ſeu fraude extorquere. Terent. in Phorm. Emunxi argento ſenes. ¶ Cubito ſe emungere, ſcomma eſt prouerbiale, quod in eos dici conſueuit qui artem aliquam immundam exercent: illi enim quum manus ſemper habeant inquinatas, cubito digitorum loco utuntur.

Emunctus, participium. Exhauſtus, pecunia denudatus, ἀπορρύτος. Plaut. in Bacch. Miſerum me auro eſſe emūctum. ¶ Emunctæ naris homo (ut docet Eraſmus in Adagiis) dicitur is qui ære exactoq; eſt iudicio, qui nares habet perpurgatas, mucoq; emunctas. Horat. 1. Serm. Saty. 8. Emunctæ naris, durus componere verſus.

Emunctio, onis. ἀπομυξία. [Ital. Mocamento. Gal. Mouchement. Hiſp. Obra de alimpiar las narizes. Germ. Der naſen butzung.] Quint. lib. 11. capite 3. de narium geſtu loquens, Quum emunctio etiam frequentior non ſine cauſa reprehendatur.

Emūnio, nis, niui, nitum, 4. q. Idē quod munio. κατοχυρόω, περιβάλλω. [Itali. Fortificare. Gal. Fortifier, remparer. Hiſp. Fortalecer. Germa. Befeſtnen, feſt vnd wolberwart machen.] ut Emunitus in modum arcis, Li. 2. bel. Pun. Tacit. in vita Agr. Corpora ipſa, ac manus, ſyluis ac paludibus emuniendis uerbera inter, ac contumelias, conteſūt. Emunire uites ab iniuria pecoris, Col. lib. 3. ca. 6.

Emuſco, as, 1. p. Purgo & muſcum adimo. ἐκβρυῶ. [Ital. Leuar, la muffa da un'albero. Gal. Eſmouſſer, oſter la mouſſe d'un arbre. Hiſp. Quitar el moho de los arboles. Ger. Von dem meiſch ſüberen.] Col. li. 11 ca. 2. Iiſdem diebus, ubi prægelidum & pluuium cælum eſt, oleæ putantur & emuſcantur. Id eſt muſcus illis adimitur.

Emūtio, tis, tiui, titum, pen. prod. Minimam uocem emitto, uel ſtrepitum. γρύζω. [Itali. Mutire, mutirſi. Gal. Gronder. Hiſp. Hablar como entre dientes. Ger. Gibtzen, ein wenig murren.] Qua uoce utitur Plau. in Mercatore, Etiam emutiſsomnia commōſtrabo.

Emuto, as, pen. prod. a. p. ἐξαμείβω. [Ital. Cangiare, mutare. Gal. Changer, muer. Hiſpa. Combiar, mudar. Ger. Verendern.] Idem quod Immuto. Quint. lib. 8. cap. 2. Quidam emutatis in peruerſum dictis de figuris, idem uitium conſequuntur.

E ante N.

EN. In notis antiquorum, etiam nunc.

En, ſignificat ecce, & tam nominatiuo quàm accuſatiuo iungitur: eoq; utimur in commōſtrando aliquid. ἰδοῦ, ἰνί. [Itali. Ecco. Galli. Voicl, voila. Hiſpa. Cata ò miro. Germa. Sihe. Schaw.] ut, En Priamus. Vel exprobrando: ut, En egros, & quam bello Troiane petiſti, Heſperiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius. Cic. pro Deiotaro, En crimen, en cauſa cur regem fugitiuus, dominū ſeruus accuſet.

Enarthema, penūl. produ. ἐναύθημα, A medicis uocatur ille lod quod urina circa mediam matulæ partem innatat: quemadmodum quod in ſumma matulæ parte cernitur, nubes ſine nebula dicitur: quod uerò in fundo ſubſidit, hypoſtaſis. Nomē accepit à uerbo ἐναωρεῖσθαι, quòd ad medium matulæ ſublatum, ibi quodammodo manet ſuſpenſum.

Enārgia, giæ, penu. prod. Græcè ἐνάργεια, Latinè euidentia ſiue repræſentatio, illuſtratioq;, quum res ita deſcribitur, ut cerni uideatur. [Itali. Rappreſentatione. Gal. Euidence, clarté. Hiſpa. Manifeſtacion y repreſentacion. Germa. Ein eigentliche anzeigung eines dings als man man es für augen bildete.] Quint. lib. 4. ca. 2. Sunt qui adiiciant his euidentiam, quæ ἐνέργεια Græcè uocatur. ¶ Eſt & energia, per ſecundam uocalem in antepenultima, ἐνεργεία, quod nobis efficaciam ſonat: de quo infrà ſuo loco.

Enarro, as, a. p. Perfectè, uel ad finem narro, uel omnia narratione complector. ἐξηγοῦμαι, διήκω. [Itali. Narrare, ſpiegare. Gal. Raconter, reciter, expliquer, declarer. Hiſp. Declarar, exponer. Germ. Erzellen.] Cic. pro Marcello, Nulla dicendi aut ſcribendi tanta uis aut copia, quæ non dicam exornare, ſed enarrare res tuas geſtas poſſit. Terenti. Adelph. omnem rem modò ſeni, quo pacto ſe haberet, enarrauimus ordine.

Enarrātio, onis, ſ. t. ἐξήγησις. [Itali. Expoſitione, interpretatione. Gal. Expoſition, declaration, interpretation. Hiſ. Aquella declaratiō ò cuento. Ger. Erzellung.] Quin. li. 1. ca. 8. Exigitur à Grammaticis Poetarum enarratio.

Enarrabilis, le. Quod enarrari poteſt. ἐξηγητὸς, φατὸς. [Itali. Che ſi poo narrare. Gal. Qui ſe peut raconter, qu'ou peut dire. Hiſpa. Coſa que ſe puede declarar. Ger. Das leycht zů erzellen iſt.] Qu. li. 6. ca. 4. Motu animi quodam, neſcio an enarrabili, indicatur.

Enaſcor, eris, d. t. Idem quod naſcor, ſiue ex alio naſcor. φύομαι, ἐκφύομαι. [Ital. Naſcere, ſorgere. Gal. Naiſtre, ſortir d'un autre ſurcroiſtre. Hiſp. Naſcer. Ger. Erwachſen.] Var. 1. de Re ruſt. cap. 41. Simili de cauſa oleæ ſemen quum ſit nucleus, quod ex eo tardius enaſcebatur colis, quam ex taleis: ideo, &c. Idem 2. de Re ruſt. cap. 9. Enatis duobus dentibus, dextra & ſiniſtra, &c, Cic. Atti. Ex multis meis miſerrimis curis eſt una enata.

Enato, as, are. n. p. Natādo euado, uel ad deſtinatum locum natando peruenio. ἐκνήχομαι. [Ital. Nuotare, nuotare oltre, fuori. Gall. Paſſer en nageant, nager iuſques ou on pretend, eſchaperſen nageant. Hiſpa. Salir del agua nadando. Ger. Zuſsſchwimmen.] Hirtius lib. 4. Seſe per molem in mare præcipitauerunt, & octingentorum paſſuum ſpacio ad oppidum enatauerunt. Cic. 5. Tuſc. Reliqui habere ſe uidentur anguſtius: enatrant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. hoc eſt euadunt.

Enauigo, as, are, n. p. Ad finem uſq; nauigare, uel nauigando euadere, ſeu peruenire. ἐκπλεῖν. [Itali. Nauigare, nauicare al luoco deſtinato. Galli. Paſſer en bateau ou nauire, aller par eaue paruenir iuſq; ou on veut aller. Hiſp. Navegar haſta el cabo. Ger. Zuſsſchiffen, zů land aus der tieffe ſchiffen.] Plin. lib. 6. ca. 17. Proditur Alexandrum magnum nullo die minus ſtadio D C. nauigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante menſes quinq; enauigare. Cic. 4. Tuſc. E quibus tāquam è ſcopulofis cotibus enauigant oratio. Suet. in Tiber. Tantum non aduerſis tempeſtatibus Rhodum enauigauit. Pli. li. 9. ca. 4. Sinus duodecim dierum & noctium remigio enauigatus Ptolemæo Regi.

Enauo, as. Idem quod nauare. ἀποεργάζομαι. [Ital. Adoperare ogni ſua poſſanza. Gal. Employer ſa peine à acheuer quelque œuure. Hiſpa. Trabaiar para acabar alguna coſa. Ger. Fleyſs anwenden.] Unde opera enauata. Tacitus lib. 19. Et præmia enauatæ operæ petebant.

Enæuia, cum æ diphthongo, Innouatio. ἐγκαίνια. [Ital. Innouatione. Gal. Renouuellement, innouation. Hiſp. Innouacion, ò comienco. Ger. Erneüerung, einweyhūg.] Aug.

Enæuia, feſtiuitas erat dedicationis templi. Græcè enim καινὸν dicitur nouum. Quandocunq; enim nouum aliquid fuerit dedicatum, enæuia uocatur.

Enecanthis, ἐγκάνθις, Morbus oculorum, quum in maiori ipſorum angulo tuberculum enaſcitur quod genas parū patitur diduci. Nomen habet à ſitu. Nam Græci oculorum angulos κάνθους appellant.

Enecardia, f. p. ἐγκαρδία, Gēma eſt à cordis effigie ſic dicta. Eius tria enumerantur genera: primum, in quo nigra effigies cordis eminet. ſecūdum uiridi colore, cordis effigiem repræſentans: tertium nigrum cor oſtendens, reliqua ſui parte candidum. Autor Plin. li. 37. ca. 10.

Enecauſtice, es, ſ. p. ἐγκαυστικὴ. Genus picturæ quod adhibito

igne fiebat, coloribus ſcilicet aduſtis, & cera igni reſolutis. Apol. Encauſticen oppidò exercens, & ad duos filios ſuſtẽtabat.

Encauſtes ſtæ, m. p. *ἐγκαύστης*, Latinè Inuſtor dici poteſt, hoc eſt pictor, qui coloribus aduſtis, & cera igne reſoluta rerum effigies exprimit. A verbo Græco *κάιω*, quod eſt uro. Vitru. Quod facere ab encauſte didicerat. Plinius lib. 35. cap. 11. Lyſippus quoq; Beginæ picturæ ſuæ inſcripſit encauſtẽ: quod profectò non feciſſet, niſi encauſtica inuenta.

Encauſtus, a, um, adiect. Encauſto pictũ: Mart. li. 1. Encauſtus Phaethon tabula tibi pictus in hac eſt: Quid tibi uis dipyrum, qui Phaëthonta facis?

Encauſtum, ſti, neut. gen. *ἔγκαυστον*, Materia eſt aduſta ad picturam apta. Pli. Figlinum opus encauſto pinxit. Latinè dicitur inuſtum. Hoc genus picturæ primus Nicias in uſu habuit. Vide Hermolaum in Caſtigationibus.

Encauſticus, a, um, aliud adiectiuum: ut, Encauſtica picta. Pli. li. 35. ca. 11. Sed aliquanto uetuſtiores encauſticæ picturæ extitere.

Enchimoides, herbæ ſpecies Serpillo ſimilis, ſæculoſos palmi altitudine, orbiculato foliorum, ſpeciem lectipedum præbens. Dicitur & lectipedes à Græcis *κλωπόδιον*.

Enchiridion, n. ſ. *ἐγχειρίδιον*. [Ital. Coſa che ſi può tenere in mano. Gal. Liure que ſe peut tenir en la main, manuel. Hiſpan. Labro manual, y que ſe puede tener en la mano. Ger. Ein handbüchlein.] Exiguus quiuis libellus, ita dictus quòd ad manum ſemper habeti debeat, ſiue quòd manu nullo negotio poſſit circunferri. ¶ Sed & gladiolum, ſeu militarem pugiunculum, & remi partem illam, quam manu comprehendunt, enchiridion uocari Iulius Pollux tradit.

Enchiridia Græcis quæ à nobis à pugno. pugilares dicuntur.

Enchiros, animal orientis ad magnitudinem tauri, in hoc tauro diſſimile, quòd habet longos uillos deſcẽdentes ad duas capulas. Color eſt inter nigrum & rufum, ad nigredinem declinans, uox quaſi taun, & cornua multum introrſum inflexa, caret dentibus ſuperioribus.

Enchimoma, uocatur quando caro fracta eſt caſu, uel ponderе, ita ut è uenulis ibi paruulis exiliẽdo ſanguis profluat.

Enchõrion, *ἐγχώριον*, Græci dicũt indigenam, hoc eſt in eo ipſo loco in quo agit genitũ: unde Enchoriæ aues dicũtur noſtrates quibus opponuntur exoticæ, ſeu peregrinæ.

Enchriſto, *ἐγχρίστω*, Apud Celſum medicamenta ſunt liquida, quæ illinuntur.

Enchũſa, *ἔγχουσα*, Herba eſt ſimilis anchuſæ (unde & Pſeudanchuſa nominatur) ſed lanuginoſior & minus pinguis, tenuiorib. foliis, & languidiorib. Radix non fundit oleum, ſed rubentem ſuccũ, qua nota ab anchuſa diſcernitur. Autor Plin. li. 22. ca. 22.

Enclĩſis, f. t. *ἔγκλισις*. Inclinatio: & unum de accidentibus uerbi, quod Latini Modum dicunt.

Encliticus, tica, um, *ἐγκλιτικὸς*, Inclinationis, ut Encliticæ coniunctiones, quæ, ue, ne, quoniam inclinant ad ſe accentum.

Encolpia, n. p. *ἐγκολπία*, ut ait Ariſtoteles, uenti ſunt qui è mari ueniũt per ſinus. M. *κόλπον* Græci ſinum uocant.

Encõmium, mii, n. ſ. *ἐγκώμιον*. [Itali. Laude. Galli. Louange, teſmoignage d'honneur. Hiſ. Alabanca ò loor. Ger. Ein herrlich lob.] Laus uel præconium alicuius, & propriè quod ex multis eius uirtutibus compingitur. nam quæ unam tantùm ſingularemq; ſpectant uirtutem (ut ſiquis Ariſtidem iuſtum prædicet) Græci *ἐπαίνους* potius appellant. Solent autem encomia cani, uel diei uictoribus (quę inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occaſione recentis meriti, ſæpenumero ſolet quicquid illi in uita laude dignum geſſiſſent. ¶ Encomion antè uictoriam canis, *πρὸ τῆς νίκης ἐγκώμιον ἄδεις*. In eum qui præpropere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos qui rem ſtrenuè geſſiſſent in bello, oratione quapiã aut carmine, laudabantur: quæ laudatio propriè encomium dicitur. Plato in Lyſide.

Encomiaſtes, *ἐγκωμιαστὴς*, Dicitur laudator, qui alterius celebrat encomium.

Encõmbõmăta, *ἐγκομβώματα*, teſte Nonio, neſtes ſunt puellares, quemadmodum & paracides. Varro de liberis educandis, Vt puellæ habeant potius in neſtita chlamydas, encombomata, ac paracidas, quàm togas.

Encryphias, *ἐγκρυφίας*. Dicitur panis ſubcinericius, *ἀπὸ τῆ ἐγκρυφιάζειν*, quòd dum coquitur, ſub cineribus abſcondatur.

Encỹclĭos, *ἐγκύκλιος*. [Ital. Circolare, rotondo. Gal. Circulaire, orbiculaire, rond. Hiſp. Coſa de cerco, de corillo. Germani. Rund.] adiectiuum eſt apud Græcos, quod nos orbiculare interpretari poſſumus. Vnde *ἐγκύκλιος παιδεία* circularis, & ex omnium diſciplinarum orbe confecta ſcientia dicitur: quam etiam Latinorum nonnulli mutuata à Græcis uoce Encyclion dixerunt. Vitruuius libr. 1. capi. 1. Encyclios diſciplina, uti corpus unum ex his membris eſt compoſita. Rurſus idem in Præfat. lib. 6. gratias agit parentibus quòd ſe erudiendum curauerint encyclia doctrinarum omnium diſciplina. ¶ Encyclias commentationes, *ἐγκυκλίους ἐξωτερικὰς*, Ariſtoteles in Ethicis eas intelligit quas Gellius extarias hoc eſt exoticas uocat, Martianus cyclicas: eiuſmodi & Problematum ſunt libri, & quæ populares à Cicerone, ac Themiſtio quæſtiones appellantur, quod de rebus omnibus tanquã in circulo paſſim quæreretur.

Encỹclŏpædia, f. p. *ἐγκυκλοπαιδεία*. [Ital. Scièza uniuerſale, Gal. Vn ſauoir profond & intelligence de toutes les ſiences. Hiſp. Sciencia uniuerſal. Germ. Der zirckel aller künſten da eine an der anderen hanget.] Latinè dici poteſt circularis, uel orbicularis ſcientia. Eſt enim omnium artium, & diſciplinarum perfecta ſcientia. Ratio nominis pro cuiuſdubio tracta eſt à circularis figuræ perfectione.

Endelechia, *ἐνδελέχεια*, Vide Entelechia.

Endĕplōro, ras, pen. prodo. antiqui dixerunt, teſte Feſto, pro imploro, quod eſt cum queſtu inclamo, & cum fletu rogo, quod eſt proprie uapulantis.

Endoitium, dotii, n. ſ. initium, ut endoplorato pro implorato.

Endĭadys, *ἐνδιάδυς*, Figura quam una res metri cauſa in duas diuiditur, ut apud Virgi. Molemq; & montes inſuper altos, id eſt molem montium. Sic alibi, - pateris libamus & auro. pro pateris aureis. Huius figuræ meminit Seruius in primũm Aen. ubi tamen omnium penè doctorum ſententia corruptè legitur *ἐν δυὰ δυοῖν*, hoc eſt unum per duo: cui contraria figura legitur apud Donatum in Andriam Terentii, quam uocat *δύο διὰ ἑνὸς*, id eſt duo per unum.

Endoprocinctu, Veteres dixerunt, teſte Feſto, pro in procinctu, ſicut endoplorato pro implorato, endoitium pro initium.

Endromis, idis, *ἐνδρομὶς*, Veſtis genus hirſutum, longioriſque uilli, uenti, pluuiæq; iniuriis arcendis in primis accõmodatum. Primos rerum uſus inuentos creditur apud Lacedæmonios, quãuis poſtea etiam in Gallia fieri cœperint. Dicta endromis ab eo quòd *ἐνδραμεῖν*, hoc eſt in curſu ea maximè uterentur. Mart. li. 4. endromidis uſus elegantiſſimo Epigrammate exequitur,

Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam,
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet:
Sordida, ſed gelido non aſpernanda Decembri,
Dona, peregrinam mittimus endromidem.
Seu lentum ceroma teris tepidumue trigona,
Siue harpaſta manu puluerulenta rapis:
Plumea ſeu laxi partiris pondera follis,
Siue leuem curſu uincere quæris Atam:
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Neue grauis ſubita te premat Iris aqua.
Ridebis uentos hoc munere tectus, & imbres.
Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.

Iuuenalis Satyra 6. mulieres Romanas tarat quòd endromide purpurea uterentur, Endromidas (inquit) Tyrias, & fœmineum ceroma Quis neſcit?

Enĕco, as, enecui, enectum, a. p. *ἀποκτείνω*, *ἀποκτέννω*. [Itall. Vccidere. Galli. Tuer, faire mourir. Hiſpa. Matir. Ger. Ertõden: Vmbringen.] Idem quod interficere, perimere, & neci dare. Plau. in Amphit. Puer ambas angues enecat. Col. lib. 11. cap. 3. Ne herbis enecetur rura. ¶ Aliquando enecare ſimpliciter accipitur pro moleſtum eſſe, unde frequens eſt apud Comicos, Enecas me, hoc eſt obtundis me, ſiue grauis & moleſtus es mihi.

Enectus, participium *διαφθαρμένος*, *τετυχημένος*, *κατεργασμένος*. [Itali. Ammazzato, trauagliato eſtremamente,

mezo

meto morto. Gal Lue, recreu, gaſte & perdu, trauaille iuſques au mourir. Hiſp. Coſa muerta, ò muy trabaiada, ò medio muerta Ger. Ertödet.] Non tam mortuus quàm propemodum mortuus: Valla libro ſexto capite 17. Vt enectus fame, Cicero ſecundo de Diuin. Plenus & Enectus, contraria. Ibidem.

Energia, pen. prod. f. p. *ἐνέργεια* [Ital. & Hiſpa. Efficacia. Gal. Energie, efficace. Ger. Würckung, krafft.] Latinè efficacia, ſeu operatio. Hieronym. Habet neſcio quid lætentis energiæ, nitoræ uocis actus. Fit ab adiectiuo Græco *ἐνεργὲς*. efficax. Vnde & uerbum *ἐνεργάζομαι*, quod eſt efficio ſiue operor. Energia itaque eſt quædam quaſi actio & operatio interior, quæ eſt uelut uia, ac dux ad exteriorem corporis actum.

Enervo, uas, 2. p. Debilito, quaſi nervis & robore ſpolio. *ἐκνευρίζω*. [Ital. Indebolire, fnervare. Gal Oſter la force, debiliter. Hiſp. Quitar los nieruos y fuerças. Ger. Krafftloſs machen.] Cic. de Senect. Sed tamen ut vos uidetis, non planè me enervauit, non afflixit ſenectus. Lactant. lib. 5. Hæc præſentia terræ bona uirtuti contraria ſunt, & uigorem mentis enervant.

Enervatus, participium, *ἐνευρισμένος*. [Ita. Snervato, che non è virile. Galli. Debilitato, qui à perdu ſa force & comme ſes nerfz. Hiſp. Coſa feble y flaca y ſin nieruos. Ger. Krafftloſs gemacht, Geſchwecht.] ut, Enervati & exangues homines, Cic. pro Sest. Languidus & enervatus philoſophus, Cicero primo de Orator. Enervata & mulebris ſententia, Cic. 2. Tuſcul.

Enervus, a, um, vel Enervis, Debilis, mollis, effœminatus. quaſi ſine nervo. *ἔνευρος*. [Ital. Debole, molle, fnervato. Gal Mol & effemine n'aiant aucune virilite. Hiſpa. Flaco, ſin nieruos. Ger. Schwach, weybiſch.] Vnde enerua ſaltatio apud Apuleium, quæ ſinuoſis flexibus, & corpore plica tili ſe, quaſi effœminata, mollis. Plini. In Paneg. Viſum eſt ſpectaculum inde non enerue: nec flexum, nec quod animos uirorum molliret, & frangeret. Quin. lib 9 cap. 4. In uniuerſum autem ſi ſit neceſſe, duram potius atq; aſperam compoſitionem malim eſſe quàm effœminatam.

Enganeis, uel gangitis, idem quod Gagates apud Dioſc. lib 5. Sic dictus à Gange Lycia ciuitate. Hũc neq; fortis ignis imperus exedit, ut inquit in Theriacis Nicander. Vocatur & alio nomine Engis. Autor Scholiaſtes Nicandri.

Engõnãſis, *ἐγγονασις*, Signum cæleſte, quod Latinè ingeniculus vocatur: & eſt Hercules, qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis draconis dexteram partem opprimere conatur. Vide Hyginum lib. 2. & 3. Iulium Firm. lib. 7. Matheſ. Orionte ingeniculo, (quem engonaſin Græci appellant) nam cum teſtimonio Martis & Lunæ, erunt funambuli, oribatæ, & meurobatæ, & qui talia pertractant.

Enhæmon, medicamentum, quod conficitur ex quibuſdam lachrymis, quæ emanant ex oleis quæ in Arabia naſcũtur Plin. lib. 12 cap. 17.

Enhydris, fœm. *ἔνυδρις*. [Ital. Serpente di acqua. Gal. Serpẽt qui coulouure uiuant en l'eaue. Hiſp. La culebra que viue en el agua. Ger. Ein waſſer ſchlang.] Coluber in aqua uiuens, unde nomen accepit. Plin. lib 30. cap. 3. Dentium doloribus medentur draconis os è ſpina: Item enhydridis. Eſt autem ſerpens maſculus, & albus. Herodotus in Melpomene pro lutra accepiſſe uidetur. *Ἐν δὲ τούτῳ ἔνυδρις ἀλίσιτος, ἰδὼν κάτοχος*. Quo in loco Valla *ἔννυδρίαν*, lutram uertit.

Enhydros, *ἔνυδρος*, Lapillus abſolutæ rotunditatis, & cum candore lenitatem habens, liquorem intus continens ad morum fluctuantem, ut albumen in ouis. Autor Plin. lib. 37. cap. 11.

Enim, Cauſalis coniunctio eſt, ſecundum ferè locum in oratione obtinens. *γάρ*. [Ital. Imperoche. Gall. Car, certes. Hiſpa. Porque. Ger. Dan.] ut, Cole pudicitiam: hæc enim hominem uindicat à ſcelere. ¶ Compoſitum autem cum uerò, ſignificat certè. Cic. 1. Verr. Enimuero ferendum hoc non eſt. Plaut. in Trin. Eho tu is es? C H. Is enimuero ſum. Idem in Perſa. Aio' uerò uerbercom Caput? P. Aio enim uero. Cic. 6. Verr. Ille enimuero negat. Linius, Tunc enimuero deorum ira admonuit. Componitur item cum aduerſativis particulis ad & ſednot Atenim, Sedenim, quæ & ipſa aduerſandi uim habent. Virgil. 1. Aeneid Progeniem ſedeam Troiano à ſanguine duci Audieras. Terent. in Adelph. Atenim non ſinam.

Enitẽo, es, n. f. Valde niteo, & plus cæteris niteo *διαλάμπω, παλλύομαι*. [Ital. Riſplendere. Gal. Estre poli & orne, eſtre clair & beau. Hiſp Reſplandecer. Ger. Scheynen, hefftig glantzen.] Vnde Enitesco, ſcis, nitidior & clarior fio. Autor ad Heren. lib. 1. Quæ cum ſumma laude prodita uetuſtate, ſumma cum laude enitueſcit. Salluſt. Poſtremo Cæſar bellum exoptabat, ubi uirtus enitescere poſſet.

Enitor, eris, enixus, uel enisus, d. t. Idem quod pario. *ἀνοτίκω*. [Ital. Partorire, sforcarſi Gal. s'efforcer de parfaire, auec peine & difficulte acheuer quelque choſe. Hiſp. Parir la muger, eſtribar. Ger. Gebären, Item etwas mit ſonderbarem fleyſs vnderſtan.] Plaut. in Amph. Geminos Alemena enititur. Varro lib. 2. de Re ruſt. Faciendaſq; ſepta ſecreta ab aliis, quò enitentes ſecludere poſſit. ¶ Interdum idem quod conari, & allaborare. *φιλοτιμέομαι*. Salluſt. in lugurt. Ab adoleſcentia ita ſe enixum, ut ab optimo quoquo probaretur.

Enixè Studiosè & cum magno conatu *φιλοτίμως*. [Ita Studioſamente. Gal En s'efforceant, de tout ſon pouuoir. Hiſ. Inſtante, con inſtancia y fuerça. Germa. Mit allen fleyſs, Ernſtlich.] Plaut. in Trinum. Tibi relinqui ob eam rem enixè expeto. Cic. pro Sestio, Meam cauſam boni omnes enixè ſuſceperant. Enixim pro enixe. Siſenna lib. 3. Hiſt. Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atq; honores huius ordinis omnia feciſſe ſentio. Enixiſſimè etiam dixit Suetonius.

Ennam, antiqui dixerunt pro eriamne, teſte Feſto. *ἦ γάρ*.

Enneaphyllon, *ἐννεάφυλλον*, Herba eſt quæ longa folia nouena habet, cauſticæ naturæ. Imponitur lanæ circundatæ, ne orat latus: continuò enim puſtulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum utiliſſima. Plinius libro 27. capite 9.

Enneaphthongos, *ἐννεάφθογγος*, Quod nouem edit uoces: ut, Enneaphthongos chelys, apud Martialem. Pro eodem etiam *ἐννεάφωνον* dicunt Græci.

Enneas, ados, *ἐννεάς*, Eſt numerus nouenarius, ſicut decas, denarius.

Eno, as, are, n. p. Natatione euado, uel nando aliquò peruenio. *ἐννήχομαι*. [Ital Nuotare, peruenire à qualche luogo nuotando. Gal. Nager dehors, ſe ſauuer ennageant. Hiſp Salir del agua nadando. Ger. Außſchimmen.] Liu. 5. bel. Macc. Multæ naues eiectæ, multæ ita hauſtæ mari, ut nemo ad tetram enauerit. Virg. 6. Aen. Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

Enõdo, das, a. p. Nodis purgare, ſine nodos reſecare. *ἐξαμολύω*. [Ital. Suodare. Gal. Oſter les nœuſs, eſclaircir, declarer. Hiſp Deſenhatrar, ò deſanodar. Ger. Von knöpffen ſeüberen, Die knorren abhawen.] Colum. li. 5. ca. 5. Quæ ultimus à poſitione bene prouenerit, eius ſummæ uirgæ falcæ debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro declarare ſiue explicare. Autor ad Heren. lib. 2. Deinde contrariæ legis enodabimus uoluntatem, & eam trahemus ad noſtræ cauſæ commodum.

Enodatio, onis, fœ. t. uerbale, Explicatio, expoſitio. *διήλωσις*. [Ital. Dichiaratione. Gal. Declaration. Hiſ. Declaration de lo eſcuro. Ger. Außlösung, Erklärung.] Cic. in Top. Ea eſt inſita, & antè percepta cuiuſq; formæ cognitio enodationis indigens. Idem 1. de Natura deorum. Quid uos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum?

Enodãtus, participium *ἀναπλωμένος, ἐκδιηλωμένος*. [Ital. Dichiarato. Gal. Declare. Hiſp Declarado. Germ. Außgelöſet, Erklärt.] Cic. 2. de Inuen. Præcepta magna conquiſita cura, perſpicuè conſcripſit, atq; enodata diligenter expoſuit.

Enodatè, adverb. Clarè, perſpicuè. *διήλως*. [Ita. Chiaramẽte, ſenza ſcrupulo. Gal. Clairement, ſans aſſermẽt, nœud. Hiſ. Claramente, ſin nudo. Ger. Klarlich.] de Finib. Hæc igitur nobis explicanda ſunt: ſed ſi enodatius, uos ignoſcetis. Idẽ 2. de Inuent. Quæ illius erunt, leuiter attingendo, ſua diligenter & enodatè narrando.

Enodis, de, penultima producta om. t. Planum, ſine nodo. *ἀνάμαρτος, ἄδιάβατος*. [Italicè Senza nodi. Gallicè, Sans nœuds. Hiſpanicè, Sin nudos ò deſanudado. Germanicè, Ohne knöpf, Glatt.] Virgilius ſecundo Georg. Aut rorſum enodes trunci reſecantur. Plin. lib. 12. capi. 14. Quibus credi poteſt, matrem quoque teretem & enodi fruticare

trunco. ¶ Per metaphoram enode etiam dicitur quod ſine difficultate eſt. Plin. Epiſt. Recitabat ἐρωτοπαίγνιον, eruditam ſanè luculentamq; materiam (ſcripta regis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, ſublimibus etiam, ut poposcit locus.

Enorchis, ἔνορχις, Gemma eſt candida, quæ diuiſa fragmentis teſtium effigiem repræſentat. Autor Plin. libro 37. capite 10.

Enormis, me, om. t. Dicitur magnum, ſine menſura, nimiũ: eo quòd normam & menſurã excedat, ἄμετρον, ὑπέρογκον. [Ital. Enorme, ſmiſuratio. Gal. Deſmeſure, des borde, ſans meſure, deſreigle. Hiſp. Muy grande. ſin medida. Ger. Vnmäſſig groß, Vngeſtalt.] Plin. in Epiſt. Omnis enim aduertit quod eminet & extat: ſed acri intentione diiudicãdum eſt immodicum ſit an grande, altum an enorme. Plin. lib. 17. cap. 12. Eadem enormes ceraſis, lauris.

Enormiter, aduerbium, ὑπερόγκως, ἀνόμως. [Ital. Fuor di regola, di miſura. Gal. Deſmeſurément, ſans meſure, deſreiglemẽt. Hiſ. Sin medida. Ger. Vnmäſſiglich, Vber die maß.] Plin. lib. 17. cap 6. Simili modo, ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter.

Enotẽſco, is, Notus fio. γνωρίζομαι. [Ital. Farſi noto. Gal. Venir en connoiſſance. Hiſp. Hazerſe conocer. Germa. Erkant werden.] Plin. in Epiſt. Enotuerunt quidam uerſus tui, & inuito te clauſtra refregerunt. Sueton. in Otho. Qui tamẽ ſic quoq; hoc diſticho enotuit.

Ens, & Entia, à uerbo Sũ deducta, τὸ ὄν, τὰ ὄντα, uoces ſunt ſolis penè Philoſophis uſurpatæ. Quintilian. libro 8. capite tertio. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum uidẽtur, ut Ens, & Eſſentia: quæ cur tantopere aſpernemur, nihil uideo, niſi quòd iniqui iudices nos ſumus, ideoq; paupertate ſermonis laboramus.

Enſis, maſc. t. Gladius, mucro, ſpatha. ξίφος. [Ital. Spada. Gal. Eſpee. Hiſpan. Cuchillo ò eſpada ò daga. German. Ein ſchwerdt.] Ci. 2. de Nat. deor. Auſaq; funeſtum prima eſt fabricari enſem. Virg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem. Ouid. 3. Faſt. Enſib. exartis bellica læta dea eſt. Ab enſis fit diminutiuum Enſiculus, ξιφίδιον. Plaut. in Rud. In eo enſiculo literarum quid eſt? ¶ Per q; enſes, per q; ignẽ oportet irrumpere, Διὰ τοῦ μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ἰτέον ἐστίν. Quum ſignificamus quiduis periculi ſubeundum.

Enſifer, ri, peu. cor. m. t. μαχαιροφόρος, ξιφιφόρος. [Ital. Che porta ſpada. Gal. Qui porte eſpee. Hiſp. El que trae cochillo ò eſpada. Ger. Ein ſchwert trager.] Ouid. 2. de Arte, Enſifer Orion aſpiciendus erit. Idem 4. Faſt.

Enſis, Xiphion herba apud Dioſcorid. libro quarto capite 23.

Entaticos, ab erigendo & inflando ſic dictum, Satyrium apud Dioſc. lib. 3. cap. 145.

Entẽlechia, f. t. ἐντελέχεια, Perfectio, uis ex ſe mouens, agitatio, ſiue energia. Ariſtoteles ipſam animam ita appellauit, lib. 2. de Anima. Cicero continuatam quandam & perennem motionem interpretatur. Verba eius ſunt hæc, 1. Tuſ. quæſt. Quintum genus adhibet uacãs nomine, & ſic ipſum animum entelechiam appellat nouo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem. Sunt qui endelechiam per d, ſcribendum exiſtiment: ſed per t, plurib. probatur. Corinthus Grammaticus autor eſt Atticos ἐντελέχειαν per τ, ἀντὶ τῆς ἐνδελεχείας, ſcribere conſueuiſſe. Idem apud Lucianum in iudicio uocalium queritur Α ſe ſuis ſedibus pulſum à Τ, in hac ipſa uoce.

Enteni, τῆς γῆς, dicuntur terreſtres uentriculi quidam.

Entẽrion, es, f. t. ἐντερίων, medulla lignorum.

Entẽrocẽla, f. t. ἐντεροκήλη. Species heniæ, quum inteſtina decidunt in ſcrotum: quemadmodum epiploocele, ἐπιπλοοκήλη, quum eodem delabitur omentum: & hydrocele, ὑδροκήλη, quum in alterum è teſtibus humor confluit. Omnes q; has ſpecies, noſtri uocant hernias, inquit Celſus. Ramices uerò qui ſequuntur, porocela, πωροκήλη, quum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſubduruit: Sarcocele, σαρκοκήλη, quum in ipſo ſcroto concreuit caro, Cirſocela κιρσοκήλη, quum uenæ intumuerunt, tunicis teſtiũ integris, uel in ipſo ſcroto. Bubonocele eſt tumor teſticuli ex inflammatione febrem afferens, uel tumor in inguine ex repletione nerui, ex quo teſticulus dependet. Eſt tamen ubi Plinius enterocelam dixerit ramicem, ut in medicinis cupreſſi.

Enterocelicus, Qui enterocela laborat. Plinius libro uigeſimo ſexto capite 8. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur uitiligini uitiis.

Enteron, ἔντερον, Latinè inteſtinum. Hinc quidam Exenterare, ἐξεντερίζειν, pro euiſcerare, & inteſtina detrahere, deduci putant. Vide ſuo loco.

Enthẽca, æ, f. p. ἐνθήκη, accipitur pro gaza repoſitorio.

Enthemata, n. t. ἐνθέματα, A medicis uocantur quæ uulneribus recentibus imponuntur, ad reprimẽdum ſanguinẽ, & humorũ affluxum. ¶ In inſitionib. item enthemata uocantur ſurculi qui in fiſſuram trunci inſeruntur.

Entheus, a, um, ἔνθεος. Numine diuino plenus. Stat. Syl. 2. Hic thyrſos, hic plectra ferit, hic enthea lauro Tempora Minoa, crinem premit ille corona.

Entheatus, a, um, Diuino numine afflatus: ut, Entheata uatũ pectora apud Martialem lib. 6.

Enthẽton, ἔνθετον, medicamentum à præſtantia remedii dictum

Enthẽſis, ἔνθεσις, Latinè interpoſitio.

Enthuſiaſmus, m. ſ. ἐνθουσιασμὸς, Eſt diuinus quidam uigor, qualem habent dicta aut ſcripta eorum qui diuino numine ſunt afflati: ab ἐνθουσιάζω quod ſignificat afflor numine.

Enthymẽma, pen. prod. atis, n. ſ. & enthymematum, ti, ἐνθύμημα, ἀπὸ τῆ ἐνθυμεῖν, quod eſt mente cõcipere, animad uertere, conſiderare. Commentum uel commentationem Quint. interpretatur: quòd mentis actio omnis atq; ſententia, enthymema nominetur: ſicut docet Cicero in Topicis inquiens. Ex hoc illa Rhetorum ſunt ex contrariis concluſa, quæ ipſi enthymemata appellant. Enthymema (inquit Rufinianus) dicitur quum periodus orationis ex contrariis ſententiis aſtringitur: quale eſt illud Ciceronis in Diuinat. Tamẽ his operam tuam pollicebere, qui te neq; uelle ſua cauſa: nec ſi uelis, poſſe arbitrantur? Dialecticis enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, in quo ex unico enuntiato infertur concluſio: ut, Caſtitas uirtus eſt, ergo amplectenda. Vbi ad perfectionem ſyllogiſmi deeſt prior enuntiatio, quam maiorem uocant, Virtus omnis eſt amplectenda. Iuuen. Satyr. 3. aut curtum ſermone rotato Torqueat enthymema.

Entimon agricon, Hieracea altera apud Dioſc. lib. 3. cap. 27.

Entõma, ἔντομα, A Græcis appellantur quæ nos uocamus inſecta, cuiuſmodi ſunt muſcæ, crabrones, apes, & ciuſmodi: ratione nominis inde (ut opinor) ducta, quòd pleraq; ex iis circa medium ſui inciſa ſint, adeò ut poſterior pars tenui admodum diſcrimine adhæreat priori.

Enthoſathidia thoracis intima.

Entypoſis, ubi articulus cõfirmatur, uel humeri acetabulũ.

Enũbo, is, pen. prod. n. t. ἐπιγαμίω. [Ita. Maritare. Gal. Eſpouſer un homme, prendre pour mari. Hiſpan. Caſarſe fuera ſu eſtado. Ger. Mannen, ein Man nemmen.] à Liuio uidetur uſurpatum pro extra ſuum ordinem nubere: ita enim ait li. 10 ab Vrbe, Virginiam Auli filiam patritiam, plebeio nuptam L. Volumnio Cos. matronæ, quòd à Patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt.

Enuptio uerbale. Liu. li. 9. Decadis 4. Vt Hiſpale Fecenniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita eſſet quaſi ei uir teſtamento dediſſet.

Enũcleo, as, a. p. Aperio, & nucleũ è calyce extraho. Nucleus uerò dicitur quod teneriũ in nuce includitur, πυρήν, ἐνυγρυίζω. [Ital. Aprire, Cauare il nocciuo lo della noce, & l'oſtrica della gonſcia. Gal. Eſcerner, mettre hors le noyau. deſcouurir & mettre en euidẽce. Hiſ. Abrir, ò ſacar el meollo, ò petita dela fruta. Ger. Ein nuß außthun, Ein nuß kernẽ außs der ſchalen thũn, Zieẽ, Erklären.] Per trãslationẽ enucleare ſignificat declarare, & explanare. σαφηνίζειν, ἁπλοῦν. Cl. in Part. Nec quic̃q in amplificatiõe nimis enucleãdũ eſt

Enucleatus, particip. ἐκπεφασισμένος, διειλημμένως. [Ital. Dichiarato, aperto, manifeſto. Gal. Eſcerne & deſcouuert, mis en euidence & declare. Hiſp. Aberto, declarado, manifeſto. Ger. Erklaret, Eröffnet.] Ci. pro Plan. In quo primũ illud debes putare: comitiis, præſertim ædilitijs, ſtudiũ eſſe populi nõ iudiciũ: eblãdita illa, nõ enucleata eſſe ſuffragia.

Enucleo

Enucleatè, aduerbium, Purgatè, exquisitè, clarè, ac sine aspernate. *διευκρινημένως*. [Ita. Chiaramente. Gal. Clairemẽt, apertement. Hisp. Claramente. Ger. Offentlich, Klarlich.] Cic. lib. 4. Tusc. Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant.

Enudo, as, are, Idem quod nudare. *γυμνόω*. [Itali. Nudare, spogliare. Gal. Desnuer, exposer. Hisp. Denudar lo vestido, declarar. Ger. Entblössen, Item, Erklären.] Et per translationẽ, exponere, ac veluti intellectui aperire, hoc est interpretari. Cicer. 1. de Legib. Et rerum plurimarum obscuras, & necessarias intelligentias enudauit, quasi fundamenta quædam scientiæ.

Enumĕro, as, re, a. p. Est multas res simul numerare, & recensere. *ἐξαριθμῶμαι, καταλέγομαι*. [Ital. Noverare. Gal. Des nombrer, nombrer & conter. Hispa. Contar por numeros. Ger. Erzellen.] Cic. 4. Verr. Dixi iam antea me non omnia illius quæ in hoc genere essent, enumeraturum. Col. lib. 8. cap. 17. Et ne per singula enumerem salsamentorum omnium purgamenta. Propert. lib. 1. Eleg. Enumerat miles vulnera, pastor oues. Terent. Adelph. Iamne enumerasti quod ad te rediturum putes?

Enumĕratio, t. t. Est ipse enumerandi actus. *κατάλογος*. [Ita. Il numerare. Gal. Denombrement, nombrer & conter. Hisp. Aquella cuenta por numeros. Ger. Erzellung.] Præterea argumenti genus frequens apud Oratores, quum plurimis rebus expositis, & cæteris infirmatis, una reliqua necessario confirmatur, hoc pacto, Necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicuius amici gratia: aut horum nihil est, ab hoc non esse occisum. ¶ Est etiam enumeratio pars epilogi, quum argumenta aut omnia aut præcipua per totam orationem sparsa, in fine reperuntur, ut altius memoriæ insideant. De qua multa in Rhetoricis ad Herennium.

Enuntio, as, a. p. Eloquor, effero, exprimo, profero. *ἀποφαίνω, ἀποφέγγομαι*. [Ital. Pronunciare, proferire, parlare, esprimere. Gal. Divulguer reveler, dire, prononcer, proferer. Hisp. Pronunciar, ò declarar. Ger. Aussküden, Ausspreche.] Cic. 2. de Fin. Grauissimæ sunt ad beatè viuendum breuiter enuntiatæ sententiæ. ¶ Ponitur etiam pro simplici nuntiare, uel è longinquo nuntiare, uel significare. Cic. Epist. ad Att. lib. 1. Cossinius hic, cui dedi literas, valde mihi bonus homo, & non leuis, & amans tui visus est, & talis qualem esse cum tuæ mihi literæ enuntiarant. ¶ Elegantissimos præterea huius uerbi usus est pro diuulgare, & quod arcanum erat, retegere: ut, Enuntiare aduersariis amicorum consilia. Cice pro Rosc. Amer. Enuntiare mysteria dicendi, Idem primo de Orat.

Enuntiatus, participi. *ἀποφασμένος*. [Ital. Proferito, pronunciato. Gal. Profere, prononce. Hisp. pronunciado, declarado. Ger. Gesagt, Ausgesprochen.] Quin. lib. 2. ca. 5. Sermo rectus, & secundum naturam enuntiatus.

Enuntiatum, ti, n. s. Oratio perfecta, ueri aut falsi significatiue, quę & effatum, & pronuntiatum dicitur. *ἀξίωμα*. [Ita. Propositione. Gal. Vne proposition. Hisp. Proposicion. Ger. Ein vollomner heiterer spruch der etwas bestätiget oder verneinet.] Nostræ ætatis Dialectici propositionem uocãt. Cic. de Fato, Nec si omne enuntiatum aut uerum est, aut falsum, sequitur illico causas esse immutabiles.

Enuntiatiuus, a, um. *ἀποφαντικὸς, ἀξιωματικός*. [Ita. Dichiaratiuo. Gal. Declaratif. Hisp. Cosa que denuncia ò declara. Ger. Das da vñs gered oder anzeigt geschehen mach werdẽ.] Senec. Epist. 118. Sequuntur deinde motus animorum, enuntiatiui corporum. Ibidem, Aliquid est enuntiatiuum de corpore, quod alii effatum dicunt, alii enuntiatum, alii edictum.

Enuntiatiuè, uel enarratiuè deduci dicitur, cũ similiter aliqua res sine mysterio, sine põdere, sine momẽto deducitur, ut cum dico: Pero à Titio qui est hæres Scii, ista uerba, Qui est hæres, enuntiatiua sunt. Vnde etiamsi non est hæres, Scii, tamen procedit libellus. Casus est, ut aiunt, in terminis, in l. quæ familiæ, quem rex, ut singularem, secundũ præceptorem meum D. Zasium, omnes doctores exclamant. ff. Fam. ercis. Dispositiuè autem narrata uim habent & obligandi & disponendi causam adeò, ut ea quæ medullas respiciũt, mutari emẽdariue nequeãt, maximè si pro reo faciant. Per rex eleglutem in l. precum cum C. de lib. caus.

Enuntiatio, onis, f. c. Idem quod enuntiatum, effatum, sine pronuntiatum, hoc est oratio ueri aut falsi significatiua, *ἀξίωμα*. Cice. de Fato, Omnis enuntiatio (quod *ἀξίωμα*. Dialectici appellant) aut uera, aut falsa est. Ibidem, Explicanda uis est, ratioq; enuntiationum, quæ Græci *ἀξιώματα* uocant.

Enuntiatrix, cis, fœ. gen. *ἀποφαίνουσα, ἀποφαντική*. Quin. li. 2. ca. 17. Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix.

Enutrio, is, pen. cor. a. q *ἐντρέφω*. [Ital. Nodrire. Gal. Nourrir, & esleuer entierement. Hisp. Criar. Ger. Ernehren, Auferziehen.] Idem quod Nutrio. Plin. li. 12. ca. 1. Tanti postea honoris fuerunt, ut mero infuso enutriantur. De platano. Col. li. 5. ca. 5. Deinde sata non ita enutriunt, ut ante conualescant ac prosiliant, quàm retorrescant.

E ante O.

EOR. In notis antiquorum, Eorum.

Eo, is, ii, uel ĭi, itum, Notæ significatiõis est. *περιέρχομαι, εἶμι*. [Ital. Andare. Gal. Aller. Hisp. Ir, andar. Ger. Gehen.] Ire, Redire, contraria. Mart. li. 6. Et Capitolinas ito redito uias. Ouid. Epist. 19. Anxius huc illuc dissimulanter eo. ¶ Interdum significat uenire. *βαδίζειν* Terent. in Adelph. Quæso ut unà mecum ad matrem uirginis eas. ¶ Ire pedibus. Plaut. Stic. Nam pedibus ire non queo. Ire autem in sententiam pedibus, est alterius sententiæ non uerbo, sed corpore accedere. *προσέρχεσθαι*. Liu. lib. 7. ab Vrbe, Qui hoc sententiis, in dexteram partem pedibus transire: quæ maior pars erit, eo stabitur consilio. Deinde frequẽtes omnes in dexteram pedibus transierunt. Hæc ratio inuenta est quòd nonnunquam longum esset audire singulos, in magno præsertim Senatorum uel iudicum consessu. Quum igitur duæ, trésue sententiæ dictæ erant ab iis qui primi rogabantur, reliqui in illorum cum quibus sentiebant, sedilia transibant, ut res expeditiores fierent. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine ad sententiam ire poterant, ideoq; manu sententiam significabant: quod Quintil. intelliget, ubi ait, Manibus pedibusq; imus in sententiam necessitatis. Huic contrarium est ire in alia omnia, hoc est ab autore sententiæ alicuius dissentire, & in aliorum sententiam discedere. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. Quatenus de religione dicebat, ei rei quia obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ¶ Nauibus instructis ire. Virg. 2. Aen. Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat. Cice. ad Attic. lib. 10. Nauigio esse re iturum transmare, credere non possum. ¶ Ire rectis sensib. Cice. 11. Philip. Si me rectis sensibus euntem dii immortales, ut spero, adiuuerint. ¶ Ire inficias: negare. Terent. Adelph. hoc telis quum est, Si inficias ibit, testis mecum est anulus quem amiserat. ¶ Ire in aciem, pro militare. Quint. li. 9. ca. 1. Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello perierat ut militia uacaret ex lege, quòd quinquagenarius esset: aduersante filio ire in aciem coactus, deseruit. ¶ Ire in articulũ dicitur seges, quum nodos, ueluti articulos quosdam acquirit. Pli. lib. 18. cap. 17. Si in articulum seges ire cœperit. ¶ It dies. pro præterit & elabitur. Plaut. Rud. Verba facimus, it dies. ¶ It res, pro succedit. Cice. Attic. lib. 14. Incipit res melius ire quã putaram. ¶ Hoc uerbum, præter naturam aliorum uerborum quartæ coniugationis, facit futurum in bo: ut, Eo, ibo, quemadmodum & queo, quibo. Inuenitur tamen etiam nonnunquã eam, ut apud Terentium Eunuc. Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem Quum accersor ultro? ¶ Composita ab eo, is, quanuis simplex sit neutrum, aliqua tamen sunt actiua: ut, Adeo, adeor: obeo, obeor: intereo, intereor: subeo, subeor. Iuuen. quòd si subeuntur prospera castra. Claud. Quadrigarius, Pugna acriter commissa, ac multis utrinq; interitis. Virg. lib. 10. Morte obita, quales fama est uolitare figuras. ¶ Componitur Eo cum ab: ut, abeo: ad, adeo: am, ambio, in quo b interponitur euphoniæ causa, & e uertitur in i: ante, anteo: circũ, circũeo: con, coeo, in quo abiicitur n: contra, contraco: ex, exeo: in, ineo: inter, intereo, intro, introeo: ob, obeo: per, pereo: pro, prodeo, in quo d interponitur sonoritatis gratia: præ, præeo: de quo latius suo loco: præter, prætereo: re, redeo: sub, subeo: super, supbio, ubi interponitur b, & e mutatur in i: trãs, transeo: unum, uaneo. ¶ A supino itum, itu, fit itus, us, & itio. *ποφάω*. [Itali. Andamento, camino Gallicè, Alee, voyage Hispan. Obra de andar, andadura. Ger. Das gon, Gang.] Cic. Attì. li. 15. Quis porro noster itus, reditus, uultus, incessus inter istos? Suet. in Tiberio, ca. 39. Ad extremũ uota pro itu & reditu suo suscipi passus, ut vulgò iam per locum Callipedes uocaretur. Terent. Phorm. Hæ cine erant

itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni? Cic. Attico, De obuiam itione ita faciam ut ſuades.

Eo uæum, uido Væuco, & Venco.

Itur, impersonale. Terent. Andr. Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, Itur ad me.

Ito.as, frequentat. Frequenter eo. φοιτάω, ῶ, πολλὰς ἔρχομαι, [Ital. Andar ſouente. Gal. Aller ſouuent Hiſp. Andar muchas uezes. Ger. Offt gon, von eins gon.] Sueton. de Clar. Rhet. Maiores noſtri quæ liberos ſuos diſcere, & quos in ludos itare uellent, inſtituerunt.

Eò, pro tanto, ſicut & quò, pro quanto ponitur τοσούτῳ. ut, Eo magis, quo magis. Salluſt in Proœmio belli Catil Statui res geſtas populi Romani carptim, ut quæque memoria digna uidebuntur, præſcribere, eo magis, quòd mihi à ſpe, partibus Reip animus liber erat. ¶ Quando eò ponitur pro ideo, uel propterea. ἐπὶ τούτῳ. Terent. in Eunuch. Eóne es ferox quia habes imperium in beluas? Ibidem, Eo ad eam non admiſſus ſum. ¶ Aliquando ſignificat uſque illuc. Liu. lib. 2. Ipſa ueſtigia quærentem dominum eò deductura erant. ¶ Aliquando id, uel uſq; ad id. εἰς τοσοῦτον, ut apud eundem in Proœmio operis, Quæ ab exiguis profecta initiis, eò creuit, ut iam magnitudine laboret ſua. Sic dicimus. Eò magnitudinis, quod eſt ad eam magnitudinem. Eò ſapientiæ deuenit: id eſt, ad eam ſapientiam. εἰς τοσοῦτον σοφίας. ¶ Eouſq;, in tantum ἐπὶ τοσοῦτον. Valer. Max. lib. 1. Natam uitem couſq; creuiſſe, donec cunctas dominationis ſuæ partes inumbraret.

Eonem appellauit Alexander Cornelius arborem, ex qua facta eſſet Argo, ſimilem robori uiſcum ferenti, quæ nec aqua, nec igne poſſet corrumpi. Plinius libro tertio capite uigeſimoſecundo.

Eos, ἠώς. [Ital. L' Aurora. Gal. Aurore, le point du iour, laube du iour Hiſ. Alua. Ger. Morgenröte, Der herbrächēd tag.] Priori longa à Græcis uocatur, quam nos dicimus auroram. Ouid 3. Faſt. Tres ubi lucíferos uenienſ præmiſerat Eos. Idem 4. Faſt. Proxima uidricem quum Romam inſpexerit Eos.

Eous, Eoa, um ἠῷος [Ital. Orientale. Gal. Oriental, d' Oriẽt. Hiſp. De Oriente Ger. Das zů dem morgen gehört, Morgenlich.] Adiectiuum eſt. idem ſignificans quod Orientalis, habetq; primam ſyllabam indifferentem: quanquam ſæpius producitur. Deriuatur enim ab ἠώς, dictione Græca, qua illi auroram ſignificant: quæ quamuis frequentius per ω ſcribatur, inuenitur tamen quandoq; ſcripta per ο, Productionis exempla nuſquam non occurrunt. Reliquum eſt ut aliquot exemplis doceamus poſſe breuiari. Luca. lib. 8. Aut Arabum portus mercis mutator Eoæ. Idem, Claudimus Heſperias gentes, aperimus Eoas. Proper. lib. 2. Siue illam Heſperius, ſiue illam oſtender Eous. Virg. 2. Aen. Confligunt Zephyrusq;, Notusq; & lætus Eois Eurus equis. Ouid. 2. Amorum, Gallus & Heſperiis, & Gallus notus Eois.

Eous, ſubſtantiuum, ἑῷος, prima uocali per ε, unde primam ſyllabam corripit. Vnus ex equis Solis Ouidius 2. Metamorph. Interea uolucres Pyrois, Eous, & Aethon, Solis equi, quartusq; Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent.

E ante P.

E. P. In notis antiquorum, edendum parcè. E P M. epitaphium. E. P. è pulatio, uel è publico. EP. epiſtol. EP. M. epiſtolam miſit. E. PR. & præparat. EPS. Epiſcopus.

Epāgo, onis, m. ſ. ἐπάγων, Artemo nauis, ſiue trochlea qua funes ductarii, & cętera nauis armamenta explicãtur: quaq; maiora onera ex portu in nauẽ attollũtur. Vitruuius ergatas uidetur appellare.

Epāgōgē es, fœm. ter. ἐπαγωγή, Argumentationis genus ex conceſſis ſenſim laqueos texens, ad irretiendum eum qui ſe ſemel interrogandum præbuit, aliis atque aliis percontationibus ſeſe mutuò excipientibus. Vide Commentaria Budæi.

Epāclima, uulgare promiſcuum, ac palæſtræ dictum unguentum.

Epangelia, dicitur, cum quis accuſatur, quòd præter leges concionetur, aut Remp. capeſſat.

Epānādiplōſis, fœmin. t. ἐπαναδίπλωσις. Figura eſt quæ fit quum eadem dictione uerſus claudítur à qua exordium ſumpſit. Virgil. 1. Aeneid. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Epanalepſis, ſ. ἐπανάληψις, Eſt repetitio ſententiæ alicuius, ut iterum atq; iterum audita, altius inſideat auditoribus. C c. pro Rabirio, Libenter, ſi eſſet integrum, profiterer ideam, Saturninum C. Rabirii manu interfectum. Nihil me iſte clamor commouet. Et deinde ſubdit, Libenter, inquam, profiterer.

Epānāphŏra, fœm. p. ἐπαναφορά, Latinè repetitio: figura eſt quum ab eadem dictione plures ſententiæ inchoantur: qualis eſt apud Virgilium in Gallo, Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori, Hic nemus: hic ipſo tecum conſumerer æuo.

Epānŏdos, f. ſ. pen. cor. f. ἐπάνοδος, Schema eſt ἀναστροφῆς, quum ad id regredimur unde ſemel diſceſſimus: ut, Principatus bonus, non autem bonus qui in tyrannidem commutatur.

Epaphroditus, phroditi. ἐπαφρόδιτος. dicitur uenuſtus, iucundus.

Eparchia, æ, fœm. p. ἐπαρχία, à Græcis dicitur, quam Latini prouinciam, ſiue præfecturam appellant: unde & Eparchus, ἔπαρχος, prouinciæ præſes: & Eparchiotes, ἐπαρχιώτης, prouincialis.

Epatilis, ſmilax. Dioſc. lib. 4 cap 145.

Epauxis, ἐπαυξις, dici poteſt incrementum.

Epectaſis, pen. cor. ἐπέκτασις. Dici poteſt porrectio: figura qua in medio dictionis litera uel ſyllaba interponitur: ut, Iouperator, pro imperator. A uerbo Græco ἐπιτείνω, quod eſt porrigo, uel ulterius extendo.

Epenthĕ is, f. t. pen. cor ἐπένθεσις. Interpoſitio literæ uel ſyllabæ ad medium dictionis, ut longior fiat numero ſyllabarum, uel temporũ. A uerbo Græco ἐμπιτιθέναι, quod eſt interſererere: ut, Religio pro religio, alituum pro alitum.

Ephēbus, pen. prod. m. t. ἔφηβος. [Ital. Giouaneto di prima barba. Gal. Ieune iouuenceau, à qui commence à uenir la barbe Hiſ. Iouen, moco desbarbado y luzio. Ger. Ein Jungling vber vierzehen Jar, dem der erſt bart anfacht wachſen.] Dicitur qui iam ad annos pubertatis peruenit: ex ἐπί, & ἥβη pubertas. Iuuen. Armenios Zelotes cunctis narratur ephebis. Terent. in Andr. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia, Liberius uiuẽdi fuit poteſtas, id eſt poſtquã exceſſit ex ea ætate qua pubem primò emiſit. Cic. 1. de Nat. deor. Athenis quum eſſem è egregiis epheborũ, nix ſingulis reperiebatur.

Ephebia, f. p. ἐφηβία. [Ital. Giouentù che comincia d' anni quindeci. Gal. Adoleſcence. Hiſp. Mocedad. Ger. Das alter der angehenden Jugent.] Pubertas dicta eſt, id eſt prima ætas adoleſcentiæ, & extrema pueritiæ, ut tradit Donatus. Cenſorinus de die natali, c. 1. ita diſtinguit, ut decimoquinto ætatis anno quum primum pueritiã egreſſi ſumus, dicamur μειράφθοι, hoc eſt futuri ephebi: decemoſexto ἐφηβοι: decimoſeptimo, ἐξεφηβοι, quaſi ephebiam egreſſi.

Ephēbium, ἐφηβεῖον. [Ital. Luoco done s' eſſercitano i giouani. Gal. Le lieu ou les adoleſcens s' exerceoyent. Hiſ. Lugar donde ſe exercitan los mocos. Germani. Ein ort oder der platz an dem ſich die Jugent übt.] Dictum palæſtræ membrum, in quo ephebi exercentur: de quo Vitruuius libro quinto, ſic inquit, In duplici porticu collocentur hæc membra, ephebium in medio: hoc autem exedra ampliſſima, &c.

Ephedra, æ, ἵππουρις, Dioſcoridi, Herba eſt aliis nominibus caucon, & anabaſis appellata. Naſcitur uentoſo ferè tractu ſcãdens arbores, & ex ramis propẽdẽs, folio nullo, cirris numeroſis. qui ſunt iunci geniculati. Hæc Plin. lib. 26. cap. 11. Hac mulierculæ utuntur ad uaſa lignea emundanda, peſti numq; opifices ad buxi ſcabritiem expoliendã. Vulgò Prelam uocant.

Ephēgēſis, pen. prod. f. t. ἐφήγησις, Cauſæ uel iudicii genus, quum accuſabatur is cui regione aliqua interdictum erat, ut exuli aut homicidæ.

Ephēlis, pen. prod. ἐφηλίς. Tuberculum, ſeu aſpredo cutis in facie, ex ardore Solis prognata.

Ephēmĕra, ſiue Ephemeros, ἐφήμερος, Febris eſt unius diei, quam & Latini diariam appellant, eo quòd diei unius (quãtum in ipſa eſt) ſpatio terminetur.

Ephēmĕris, pe. cor. f. t. ἐφημερίς. [Ital. Giornale, regiſtro. Gal. Regiſtre & papier iornal. Hiſp. Hiſtoria que procede de dia en

en dia. Ger. Ein denckbüchlin in welches täglichē handlungē verzeichnet werden.] Liber in quo res geſtæ per ſingulos dies ſcribuntur: Latinè acta diurna, & Diarium dicitur ab *ἡμέρα* & *ἐφήμερος*, dies. Mos fuit Romanis ut ſingulis rerum ſuarum tabulam conficerent: unde Iuuenalis accipit pro libro in quo diurnales diuinationes erant, quum ait, In cuius manibus, ceu pinguia ſuccina, tritas Cernis ephemeridas. Propertius uerò pro libro fœneratoris in quo ſummas pecuniæ mutuatitiæ fœneratitiæq; perſcribit, & ratiũculam per ſingulos dies expenſi acceptiq; ſubducit, & lucra damnaq; cõputat, dicit cuim, Me miſerum, his aliquis rationem ſcribit auari, Et ponit duras inter ephemeridas. Cicero pro Quintio, Diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit: ad ephemeridem recurritur, inuenitur dies profectionis. Calendarium à Seneca dicitur: à Cicerone aduerſaria, orum.

Ephemeron, *ἐφήμερον*, Animal naſcens apud Hypanim fluuium qui influit in Boſphorum, eodem quo naſcitur die interiens. Ariſt. lib. 5. Animalium. ¶ Hinc natum adagiũ, Ephemeri uita, *ἐφημέρου βιοτή*. De iis qui ſtatim emoriuntur aut pereunt.

Ephẽmeron, neut. *ἐφήμερον*, Duarum herbarum nomen eſt Dioſcoridi, quarum altera folia tribuit lilij, ſed tenuiora, caulem parem, florem candidum, amarum, ſemen molle, radicem unam digitali craſſitudine, odore non iniucundo: & in locis præcipuè opacis naſci. Hæc hodie ea eſſe cenſentur quæ floſculos candidos gignit, gratiſſimi odoris, quos uulgus Lilia conuallium appellat. Dictum autem ephemeron putatur, quòd florem habeat fugaciſſimũ, qui nouo die marceſcat. ¶ Alterum ephemeri genus ab eodẽ colchicum appellatur, à quibuſdam etiam bulbus agreſtis, ſub autumni exitum florem fundens croceo ſimilem, folia habens pinguiora quàm bulbus, caulem ſemipedalem, ſemunciatum, radicem ex nigra rufeſcentem, quæ deſquamata intus albicet, ſuccumq; lacteum fundat. Vulgus Canine cognominat, quòd guſtatum canes enecet. Quinetiam hominis bulbi ſimilitudine inuitatos more fungorum ſtrangulat. Vnde etiam ephemeron appellatum exiſtimãt, quòd die uno pereant.

Ephẽſia, Artemiſia, apud Dioſcorid. libro ſecundo capite 125.

Ephẽſion, uel Ephẽſtios, Ariſtolochia, Clematidis, Dioſcor. lib. 3. cap. 5.

Ephẽſii, *ἑφέσιοι*, à Græcis dii appellantur qui à nobis Penates, & Lares: quòd aris & focis præſidere putarentur. Appellatione enim *τῆς ἑφίας* Græci focum ſeu larem intelligunt.

Ephẽſius, idis, *ἑφεσὶς*. Veſtis quæ ſupra arma indui ſolet. Bayfius putat eandem fuiſſe ei quàm Romani paludamentum appellarunt.

Ephi, *ἶφι*, eſt menſura trium modiorum, de qua fit mentio in ſacris literis.

Ephialtes, m. t. *ἐφιάλτης*, A noſtris dicitur incubus. Eſt autẽ morbus quieſcentes in lecto plurimùm infeſtans, quum uelut ingenti pondere nobis ſuperincumbere premi uidemur. Dictus *ἀπὸ τῆ ἐφαλλεσθαι*, hoc eſt à conſcendendo, ſeu inſiliendo. Generatur autem (ut nonnulli medicorum tradiderunt) ex uoracitate & eruditate, euaporatione ſcilicet in caput redundante. ¶ Dictus eſt etiam hoc nomine quidam ex Neptuni filiis, qui quum ſingulis menſibus nouem digitos creſceret, in tantam altitudinem euaſit, ut ſtatura ſua fretus unà cum fratre Oto ſuperis bellum inferret: quapropter à Ioue fulmine ictus ad inferos eſt detruſus. Virg. in Culice, Nam uictus ſedet immanis ſerpentibus Otus Deuinctus, mœſtum procul aſpiciens Ephialten.

Ephippia, orum, n. ſ. Propriè tegmina, ſeu ſtragula quibus ea qui ſternuntur, uel ſellæ equis ad inſidendum impoſitæ. *ἐφιππια, ἀπὸ τῆ ἐπὶ τῷ ἵππῳ*. [Ital. Selle di cauallo, e fimili ornamenti. Gal. Selles ou autres couuertures des cheuaux, comme houſſes & autres choſes. Hiſp. Sillas ò cubiertas de caualios. Germ. Sattel.] Cato, ſiue Varro, ſiue alius quiſquis is eſt qui de liberis educandis librum conſcripſit, Mihi puero modica fuit una tunica & toga ſine taſciis cæmenti, equus ſine ephippio. Horat. in Epiſt. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Ephippiati equites, Qui ephippia habent in equis. Cæſar. 4. de bel. Gall. Non eorum moribus turpius, aut inertius habetur, quàm ephippiis uti: itaq; ad quemuis numerum ephippiatorum quamuis pauci adire audent.

Ephippiãril equi, quibus ſellæ imponuntur propter molliorem uecturam. Vide in dictione Strata.

Ephod, *ἐφώδ*. dictio Hebræa, qua ſignificatur ſuperhumerale pontificis ueſtimentum.

Ephydron, *ἔφυδρον*, Herba quæ & equiſetum, & hippuris, & anabaſis appellatur. Vulgus Prelam uocat Hippuris.

Epialos, *ἐπίαλος*, Genus febris eſt ex pituita frigida uel uitrea, putrefactaq;. Nomen dedit ei placidi pellacia pŏri ſub dola, quam Græci *ἀλὸς ἐπιτυχίαν*, quoniam agitatum ex tranquillo difficillimum efficitur: uel *ἀπὸ τῆ ἐπίης ἁλιαίνειν*, quòd blandè ac modicè calefaciat.

Epibades, pen. cor. Naues uectoribus ſoluũ tranſuehendis accommodatæ. Vlpian. l. j. parag Igitur præpoſitio. ff. de exer. act. Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipſi dicũt) *ἐπιβάδες* ſunt. Et plerique mandare ſcio ne uectores recipiant: & ſic ut certa regione, & certo mari negotiẽtur. Bayfius, Epibades, inquit, dictæ, ut opinor, quaſi epibatides, ad epibatas ſoluũ, id eſt uectores traiiciendos. Et fortaſſe legendum apud Iureconſultum, epibatides.

Epibãtæ, *ἐπιβάται*, Sunt bellatores in re nauali. Hirtius in 4. Commen. belli Alex. Capta eſt una boſtium quadriremis, deprẽſſa eſt altera, alteroq; perturbata: deinde omnes epibatis nudatæ. Idem in 5. comment. belli Africi, Ibiq; Getulis remigibus, epibatisq; complet. Dicti epibatæ *ἀπὸ τῆ ἐπιβαίνειν*, hoc eſt à conſcendendo: unde etiam generaliter eo nomine omnes intelliguntur qui nauim conſcendunt, ut aliquò ea uehantur.

Epibathra, bathræ, *ἐπιβάθρα*, Scalæ nauticæ, quibus in nauim conſcenditur.

Epicauma, atis, *ἐπίκαυμα*, Oculi ulcus cruſoſum, ſordidũ & impurum, humore fœdo iugiter effluente. Ita dictum à quadam aduſtionis ſimilitudine.

Epicai, indeq; uerbum Epicaizare, uocabula ſunt inſulſa, quamuis prorſita. Nam, ut docet Bud. potius Epiicia & Epiicizare dicendum eſt.

Epicharidia, genus nauiculæ.

Epicherẽmata, n. ſ. *ἐπιχειρήματα*, quæ dicantur oſtendit Quint. li. 5. ca. 10. his uerbis, Epicherema Vulgus aggreſſionem uocat: Celſus autem indicat non noſtram adminiſtrationem, ſed ipſam rem quam aggredimur, id eſt argumentum quo aliquid probaturi ſumus, etiamſi nondum uerbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epicherema dici. Quidam epicherema rationem uocãt, Cicero melius ratiocinationem. Item cap. 14. eiuſdem libri, Epicherema autem nullo differt à ſyllogiſmis, niſi quòd illi & plures habent ſpecies, & uera colligunt ueris: epicherematis frequentior circa credibilia eſt uſus.

Epichriſta, *ἐπίχριστα*, Apud Galenum in eundem ferè uſum accipiuntur quo circumlitiones, quas Dioſcorides *περίχριστα, παλλιβλίφαρα* appellat: à circunlinire, quod eſt expolire. Nam & pictura circunlitionem uocant, quum operibus iam perfectis, manus quædam ſaluraris admouetur ultima, quæ illa ipſa properantur, labenteq; penicillo circumlegat, atq; reuiſitet.

Epichỹſis, ſ. t. *ἐπίχυσις*, Vaſis genus eſt, teſte Varr. lib. 4. de Lingua Latina, à Græcia primùm adoctum, nomen habẽs *ἀπὸ τῆ ἐπιχύνειν*, hoc eſt ab infundendo. Vnde nonnulli etiam infundibulum hoc nomine appellant.

Epicẽdium, n. ſ. *ἐπικήδειον*. [Ital. Verſo funebre. Gall. Chant de deuil. Hiſp. Cancion ò uerſo de muertos. Ger. Ein lied das man bey einer leych zů eeren dẽ abgeſtorbnen ſinget.] Carmen eſt quod in laudem defuncti, corpore nondũ humato, cani ſolet: aliter næuia, uel monodia dictum. Quod uerò corpore iam ſepulto, tumulo inſcribitur, dicitur epitaphium.

Epicœnum, *ἐπίκοινον*. [Ital. Meſchio. Gal. Meſlé. Hiſpa. Mezclado. Ger. Vermiſchet.] Græcis idem eſt quod promiſcuum. Vnde epicœnum genus à Grammaticis appellatur quod ſub uno articulo promiſcuè utrunq; ſignificat ſexũ. Intereſt autem inter genus commune & epicœnum, quòd in genere communi & homines ſunt & pecora, in epi-

cæno pecora tantùm. Quis autem huius generis ſit uſus, intelligi poteſt hoc modo: Nomina brutorum animalium quæ ſub una terminatione & marem ſignificant & fœminam, aut facilè ſexum diſcernunt, aut difficilè: ſi facilè marem à fœmina diſtinguas, erunt communis generis, duobusq; declinabuntur articulis: ut hic & hæc bos. Sin difficilè, erunt epicœna, unoq; erunt contenta articulo, quem ex terminatione deprehendimus: ut paſſer, epicœni generis eſt ſub articulo hic, quia terminationem ſortitur maſculinam: aquila item epicœni generis eſt ſub articulo hæc, quia terminationem habet fœmininam. Quintil. libro 1. capite 4. Nec ſtarim diligentem putabo qui promiſcua, quæ & epicœna dicuntur, offenderit: in quibus ſexus uterq; per alterum apparet.

Epicraſis, uocant inquit Galen. lib. 9. Method. uinoſi ſuccei curationem, Græcè *ἐπίκρασιν*.

Epicroma, exulcerationum quæ in oculis oriuntur, differentiæ.

Epicopi, dicuntur remis appoſiti & gubernaculis, quanquã & qui aliena naui iter faciunt, ſic dicantur quoq; quos Homerus item Empotos uocat.

Epicrocum, pen. cor. Genus ueſtimenti croceo colore infectum, tenue & pellucidum. Autor Feſtus.

Epicus, ca, cum, *ἐπικός*, adiectiuum eſt deductum à Græco nomine *ἔπος*, quod carmen ſignifiçat, & propriè Hexametrum: unde Epicus poeta, *ἐποποιὸς* dicitur, carminis heroici ſcriptor. Cic. de Opt. gen. Orat. Itaq; licet dicere & Ennium ſummum epicum poetam, ſicuti ſtatuitur, & Pacuuium tragicum, & Cæcilium forteſſe comicum. Epicũ poema, Cic. de Opt. gen. orat. Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod magis eſt tractatum à Latinis, ſuũ quodq; eſt diuerſum à reliquis. Vide Celium Rhodig. lib. 17. cap. 10.

Epidemetici, orum, maſc. ſ. Sunt hoſpitiorum metatores in urbe. Dicti ab *ἐπιδημία*, in urbem aduentum. Hinc tit. in C. de Epimedicis & metatis.

Epidermis, is, *ἐπιδερμὶς*, Cuticula eſt exterior in corpore noſtro, alteriuſue animalis, à uera cute ueluti efflorescens, adeò tenuis ut uel atterendo, uel ſcalpendo facilè poſſit abraſa cerari. Nomen inde habet quòd *ἐπὶ τῷ δέρματι*, hoc eſt ſuper ueram cutem ſita ſit.

Epideicon, *ἐπιδεικτικόν*, Caſſe genus eſt apud Rhetoras, à Latinis laudatiuum dictum, quòd præcipuè in laudando & uituperando uerſetur. Ad uerbum tranſfertur Demonſtrationum. Ἐπιδεικνύναι enim nobis ſonat demonſtrare. Cicero in Orato. Dulce igitur orationis genus ſolutum & effluens, ſententiis argutum, uerbis ſonans eſt in illo epidictico genere.

Epidimii, morbi qui ſint apud Hippocratẽ require in dictione. Morbi qui in uno tempore, &c.

Epidimiales morbi uocãtur, id eſt, graſſantes uulgo & publicè. Scripſit Epidimiõ libros aliquot Hippocrates.

Epidipnides, *ἐπιδειπνίδες καὶ ἐπιδειπνοτάτα*. Sunt epulæ quæ in extrema cœna uel prandio adferuntur: unde etiam proprio quodam epitheto feræ epidipnides uocantur. Martial. lib. 10. Hinc ferias epidipnidas parabit.

Epidromides, *ἐπιδρομίδες*, Plagarum funiculi ſunt teſte Polluce, quibus retia panduntur contracta, & retrahuntur expanſa: ita dicti quòd retium plagæ per ea diſcurrant. Plinio lo. cap. 1. uſus eſt ablatiuo epidromis, uelut à nominatiuo epidromos, uel epidrome. Vidimus (inquit) plagas tantæ tenuitatis ut annulum hominis cum epidromis trãſirent.

Epidromos, *ἐπίδρομος*, Veli genus quod in puppi panditur. Nautæ Mezonam uocant. Sunt enim tria uelorum genera. artion, quod maximum præcipuumq; nauis uelum eſt: dolon, quod ſupra artion attollitur, quum maxima celeritate opus eſt: & epidromos, quod circa puppim tenditur. Autor eſt Iulius Pollux.

Epigamia, æ, *ἐπιγαμία*, Connubium, affinitas cum aliis gentibus.

Epigaſtrion, ne. ſ. *ἐπιγάστριον*. A rei anatomicæ peritis uocatur extima totius uentris pars, totumq; illud quod inteſtina tegit, ex cute, adipe, muſculis octo, & peritonæo compactum, totam illud ſpatium comprehendens quod eſt à cartilagine mucronata, uſq; ad ilia, atq; ad ipſum uſq; os pubis. Cornelius Celſus lib. 4. cap. 1. abdomen appellat.

Epigenema, atis, n. t. quaſi dicas aduentitium germen, atq; ſic uocat Galen. morborum ſymptomata. Gal. li. 1. de differentiis morborum. Græcis parum eſt in uſu, ſed ſymptoma & pathema, & pathos creberrimè ipſis ſunt in ore. Vide etiam de morborum ſymptomatis.

Epigetis, Clematis herba apud Dioſc. lib. 4. cap. 192.

Epiglotis, ſeu Epiglottis. *ἐπιγλωττὶς* [Ital. La linguetta che cuopre il collo ò la boccа del polmone. Gall. La languette qui petite langue, comme celle qui garde que ce qu'on boit & mange ne tombe és poulmons. Hiſp. El gaſillo. Germ. Das Zäpflin im hals, ſo die luffr rören beſchleuſt.] Lingua eſt quæ aſperæ arteriæ meatum obſtruit, ne cibus aut potus per œſophagum ad pulmonem deerret. Plin. libro 11. capite 37. Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ. Quod inter eas uuæ nomine ultimo dependet palato, homini tantùm eſt. Sub ea minor lingua epiglottis appellata, nulli ouã generantium. Opera eius gemina, duabus interpoſita fiſtulis exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne ſpiritu ac uoce illac meante, ſi potus cibúſue in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior appellatur ſanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. Tendit hæc ad ſtomachum, inde ad uentrem. Hanc per uices operit, quum ſpiritus tãtùm aut uox commeat: ne teſtagoatio interpellatione alui obſtrepat.

Epigoni, uocantur ex ſecundis concepti nuptiis, ſicut Progoni intelliguntur, qui ex primis, quanquam eo item uocabulo maiores accipiuidentur, uelut minores uocantur Apogoni. Rhod.

Epigramma, tis, n. ſ. *ἐπίγραμμα*, ſeu Epigrammaton, ti. Dicitur inſcriptio, uel ſuperſcriptio: *ἀπὸ τῆς ἐπιγράφειν*, quod eſt ſuperſcribere. Cicer. pro Archia poeta. Quòd epigramma in eum feciſſet, tantummodo à ternis uerſib. longiuſculis. Idem ad Att. li. 1. Epiſt. 16. Epigrammatis tuis quæ in Amalthea poſuiſti, contenti erimus.

Epigrypus, *ἐπίγρυπος*, habens aduncum naſum.

Epigrammatographus, Epigrammatum ſcriptor.

Epigraphe, pen. cor. *ἐπιγραφὴ*, Titulus, inſcriptio: item cenſus, id eſt, denumeratio ciuium: & luſtrum.

Epilepſia, ſ. p. *ἐπιλεψία*, [Ital. Mal caduc. Gal. Mal caduc, le mal Saint Iean. Hiſp. Gota coral. Germani. Die fallend ſucht oder fiechtag.] Morbus eſt quem Latini comitialem appellant, propterea quòd comitia diremerit, ſiquis eo in campo fuiſſet correptus. Epilepſiæ autem nomen à Græco *ἐπιλαμβάνεσθαι* deductum eſt, quòd in eo capiantur, & uincantur ſenſus, adeo ut à mortuis nihil abſint. Nam uaã eum conuulſione totius corporis, principes cerebri operationes aſſeruntur, toto uidelicet cerebro, uel duobus eius præcipuis uentribus, affecto. Hinc etiam *ἱερὰν νοῦσον*, hoc eſt ſacrum morbum quidam ex Græcis appellarunt, quòd cerebrum ſanctiſſimam noſtri portionem, quoddam q; mãtis uelut ſacellum, peculiariter infeſtet. Quidam etiã Herculeum, ab Hercule, quem morbo huic obnoxium fuiſſe tradunt. ¶ Qui hunc morbum patiuntur, epileptici, *ἐπιλαμβανόμενοι*, dicuntur.

Epiligea, Vngueuti genus utiliſſimum, quo paſſim utebantur.

Epilogiſmus, *ἐπιλογισμὸς*, Cogitatio, computatio: à uerbo Græco *ἐπιλογίζομαι*, quod eſt excogito, & rationem ſubduco.

Epilogus, pen. cor. m. ſ. *ἐπίλογος*. [Ital. Conchioſione. Gall. Concluſion. Hiſp. Concluſion. Ger. Die Beſchloſsred.] Poſtrema pars orationis, quam Latinè concluſionem, ſiue peroration em dicere poſſumus. Cicero quarto Tuſculan. Nunc eram Rhetorum epilogum deſideramus. Rhetores tripartitum epilogum faciunt, conſtare enumeratione, amplificatione, & commiſeratione. Per enumerationem fit rerum repetitio quæ Græcè dicitur *ἀνακεφαλαίωσις*, id eſt recapitulatio: per amplificationem concitantur animi auditorum: per commiſerationem flectuntur ad miſericordiam.

Epimedion, *ἐπιμήδιον*, Caulis eſt non magnus, hederæ foliis denis duodenisue, nec floré, nec fructũ ferens, radice tenui, nigra, graui odore. Romani Vindictam appellant.

Epimes

Epimelis, Gemma candida eſt, nigricante ſuperne colore. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Epimelis, idis, ἐπιμέλης, Meſpili genus eſt mali magnitudine, folio tantum minore, pomum ferens rotundum, eſculentum, fundo in latitudinem reſimo, aſtringentis naturæ, & tardè matureſcentis. Galenus τρίφυλλον, nocari teſtatur, duobus granis ſiue oſſibus quæ in ſe continet.

Epimenidium, (ut Plin. lib. 27. cap. 9. ſcribit) eſt tertiũ bulbi genus, cibis gratum, anguſtius folio, minusq; aſpero quã cæteræ ſcillæ ſpecies.

Epimŏne, pen. cor. f. ἐπιμονή. [Ital. Perſeueranza. Gal. Perſeuerance. Hiſp. Continuacion, perſeuerancia. Ger. Verzůg oder Beharrung.] Latinè perſeuerantia: figura quando ad maiorem affectum denotandum in eadem dictione perſeueratur: ut Virg. ſic ſic iuuat ire ſub umbras. Hæc etiã Epizeuxis, ἐπίζευξις, nocatur.

Epimythĭon, n. ſ. ἐπιμύθιον, Fabulæ eſt expoſitio, eiusq; utilitas: ut quum apologi rationem & ſententiam autores mythologici arcerunt: ut ſunt apud Aeſopum appendices fabularum, quaſi affabulationes. Budæus.

Epinicĭa, orum, n. ſ. ἐπινίκια. [Ital. Giochi & feſte per le vittorie. Gal. Vers, louanges, feſte ou celebrité qu'on dit, chẫton fait pour la victoire gaignee, comme les feux de poye. Hiſp. Cantos ò juegos publicos hechos por alguna victoria como juegos de alegria. Germ. Ein faſt oder gſang ſo mã̃s frőuden eines erlangten ſigs halter.] Græci nocant celebritates pro parta victoria: ab ἐπί, & νικάω. cuiuſmodi ſunt ignes nocturni, pyrarq; quæ ad primum ſtatim victoriæ nuntium in teſtimonium publicæ lætitiæ accenduntur: ſolennes præterea ſupplicationes, & aliæ id genus ſolẽnitates quibus partæ victoriæ gaudiũ ſolemus teſtari. Suetonius verò accipit pro carminibus in laudẽ victoris compoſitis, quum in Nerone ſcribit, Sequenti die lætũ inter lætos cantatorũ epinicia quæ iã nunc ſibi cõponi oporteret.

Epinyctĭdes, ἐπινυκτίδες, Puſtulæ minutæ, ſeu variæ dicti à nocte, in qua maximè proueniunt. Iulius Pollux. Epinyctis poſtula ſubliuida, modicè tumeſcens, & plena ſanguinis in tibijs, & pedibus. Accipitur etiam pro oculorum morbo. Plin. lib. 20. cap. 6. Illitis follis ſanantur & amboſta, & epinyctides uita uocatur hulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans.

Epiodium, ſeu Epiedium, il, n. ſ. canticum quod dicitur cadaueri nondum ſepulto: alio nomine Næuia dicitur: ex ἐπί ſuper, & ᾠδὴ canticum.

Epipetron, ſimilis ocimaſtro herba. Vide de hac Barbari Corollarium de Ocimaſtro.

Epiphānia, f. t. ἐπιφάνεια, Apparitio, ſeu manifeſtatio dicitur, ἀπὸ τῦ ἐπιφαίνεσθαι, hoc eſt ab apparendo. Iode Epiphania, orum, à Chriſtianis dicuntur feſta quædam quæ nos apparitionem Domini uocare poſſumus. Hieronym. Dies epiphaniorum Græco ſermone ſic nocatur. Quod enim apud nos apparitionem uel oſtenſionem dicimus, Græci epiphaniam uocant. Hoc autem ideo quia Dominus noſter eo die ſaluator apparuit è tenebris. Licet enim olim natus eſſet ex Maria, & triginta annorum expleſſet ætatem, tamen ignorabatur à mundo. Eo tempore cognitus eſt, quo ad Iohannem Baptiſtam, ut in Iordane baptizaretur, aduenit. & uox de cœlo Patris intonantis audita eſt, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quẽ Pater de cœlis monſtrauerat uoce, hunc Spiritus ſanctus uerſus in columbam, & ſuper caput illius ſedẽs, tactu quoque ipſo uoluit demonſtrare, nequis alius Dei filius putaretur ex populo. ¶ Epiphania quoque uocatur quum latitudo menſuratur cum longitudine. Vide in dictione Gramme.

Epiphōnema, n. t. ἐπιφώνημα, Rei narratæ, uel probatæ ſumma acclamatio. Epiphonematis poſt rem narratam exemplum eſt apud Virgilium lib. 1. Aen. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Poſt rem autem probatam apud Ciceronem pro Ligario, Quorum igitur Cæſar impunitas tua clementiæ laus eſt, eorum te ipſorum ad crudelitatem uoce oratio? ¶ Dicitur etiam epiphonema clauſula arguta, quæ in fine poſita aurem ferit, quales plerũq; ſolent eſſe clauſulæ quæ epigrammata claudunt.

Epiphŏra, pen. cor. f. p. ἐπιφορά, Morbus oculorum quem Vulgò Lachrymam uocant, quum deſcenſus humoris cuiuſdam mordacis oculos angit: ἀπὸ τῦ ἐπιφέρειν, hoc eſt ab inferendo. Plin. lib. 20. cap. 1. Caro peponum epiphoris oculorum, & doloribus imponitur. Colum. lib. 6. cap. 16. de maguderi. Eadem radix contuſa, & cum oleo lentiſci inuncta, uitium oculorum expurgat, epiphoram ſupprimit, polenta conſperſa multa aqua. Dicitur & de alijs membris. Plin. lib. 20. cap. 13. Teſtium uerò epiphoris cum ramis laureæ teneris adeò peculiaris eſt, &c.

Epiplexia, f. p. ἐπιπληξία, ſiue Apoplexia dicitur ſubita percuſſio: πλήττειν enim percutere eſt.

Epiplŏcēle, ἐπιπλοκήλη, Heroix ſpecies quum omentum deſcendit in ſcrotum. Vide Enterocele.

Epipomphalon, eſt exceſſus omenti, per ipſum umbilicum.

Epipteron, Lens paluſtris, apud Dioſcorid. libro quarto capite 90.

Epirhedium, Vehiculi genus, non diſſimile benneꝫ: compoſitum nomen ex ἐπί, & rheda. Iuuen. Sat. 8. ...tritoq; trahũt epirhedia collo.

Epiſchīdĭon, ἐπισχίδιον. [Ital. Conio da fender legni. Gal. Coin pour fendre bois. Hiſ. Cuna ò cuno para hender. Ger. Ein weggen mit dem man das holtz ſpaltet.] Apud Vitruuium accipitur pro cuneo quo ligna finduntur. Nam σχίζειν Græcis eſt findere.

Epiſcŏpus, pen. cor. m. ſ. ἐπίσκοπος. [Ital. Veſcouo. Gal. Eueſque, prelat, qui a la ſuperintendence en quelque lieu. Hiſp. Obiſpo, perlado de ygleſia. Ger. Ein Biſchoff oder Auffſeher.] Magiſtratus nomẽ fuit apud ueteres, cuius officium erat panis & cæterarum rerum quæ ad cibum pertinent, curam habere: ut colligi poteſt ex uerbis Arcadii, ff. de Munerib. & honoribus. Latinè interpretatur ſpeculator, ab ἐπισκοπῶμαι. quod ſpeculor ſignificat, uel conſidero. Vnde etiam hodie ad Antiſtites translatum eſt, quòd illorum præcipuè munus ſit, gregis ſibi commiſſi uitam explorare. Hac uoce uſus eſt Cic. li. 7. Epiſt. ad Att. Vult enim (inquit) Pompeius me eſſe quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat epiſcopum, ad quẽ delectus, & negotij ſumma referatur.

Epiſcopus, hodie præſes eſt ſuæ ciuitatis & territorii. Dictũ eſt Baldi, ut uolunt, elegans, in l. ſiue pars in fine. C. de dila. Vnde exactiſſimam in cuſtodiendo territorio ſuo, & facinoroſis deprehendẽdis diligentiã præſtare debent: niſi obijci ſibi uelint id quod priuatis dominis uſuuenit, ut inbearur carere ædibus, quas nolit defendere l. hoc amplius, in prin. de dam. infe. Epiſcopi & Preſbyteri. uocabulis ut generis, uſus eſt Apoſt. quòd quàm multos, qui id non animaduertere, multis difficultatibus inuoluit: ſicut & Diuũ illum Hieronymum, quod mirari poſſit, omniũ orthodoxorum eruditiſſimũ, ut alter ille noſter Albertus Magnus apertè demonſtrat, cap. 5. lib. 1. eccleſiæ Hierarch. Liber eius operis 5. cuius quam in eo tract. de regno & Sacerdotio, materia nobiliſſima, quia interpretum noſtrorum mirè exercuit ingenia, negligentia non eſt ei, qui crebro loriſcõſulti nomen aliquando ſibi imponi contendit. Epiſcopi munus principale eſt, ut diuina doceat, quod Paulus ad Titũ ſcribit, non ut lites dirimat. Vnde Hoſtienſis & Abbatis rectè explosa ſententia eſt, qui capite 1. de Conſan. dixerunt, præferendum Canoniſten Theologo in ea ciuirate, in qua plurimæ eſſent iudiciales controuerſiæ explicandę. Licet id nõ faciant, ne ſit eius confuſio & ignominia, IESVM crucifixum, pauperem & eſurientem fartis prædicare corporibus & ieiuniorum doctrinam, rubẽtes buccas, miniataq; ora proferre eccleſiæ principes 21. diſt. Epiſcopum intelligit Arcad. l. in final. paragraph. hierarchæ ff. de Muneribus, & cæteris uxalibus præfectum, quæ ad quotidianum ſpectant uſum.

Epiſcopum, n. ſ. ἐπισκοπεῖον. [Ital. Veſcouato. Gal. Maiſon epiſcopale, Eueſché. Hiſpa Obiſpalia, morada del Obiſpo. Ger. Eines Biſchoffs hoff. Die wohnung eines auffſehers oder wächters.] Epiſcopi habitatio dicitur: ſicut Prætorium appellatur ubi Prætor ius reddit.

Epiſcopius, a, um, ἐπισκόπι&. [Ital. Bregantino. Gal. Brigandin. Hiſ. Barca paraeſpiar. Ger. Das zů dem auffſehen oder wachen gehört.] Ponitur pro exploratorio. Cic. ad Attic. Quinto Non. conſcendens ab hortis Clonianis in phaſelum epiſcopium, id eſt nauem exploratoriam.

Epiſtalma, id eſt, commiſſio principis, per mandati ſubſcriptionem facta Alc. in l. C. pactum de pact.

Epiſpaſtica,

Epiſtatica, *ἐπιστατικά*. Medicamenta quæ pertinent ad hiatus purgandum, puſq; extrahendum: dicta à uerbo Græco *ἐπιστατέω*, quod idem eſt quod attrabo.

Epiſtātes, *ἐπιστάτης* [Ital. Caſtaldo, procuratore. Gal. Grangier, procureur de maiſon. Hiſp. Mayordomo. procurador. Germanicè Ein ſchaffner.] Græcè dicitur qui à nobis uillicus, procuratorq; ac præpoſitus rei faciendæ uocatur. In fœminino genere epiſtata, uillica dicitur quæ præeſt diligenter familiæ ruſticanæ: qua uoce utitur Cato de Re ruſt. cap. 56.

Epiſtŏla, læ, ſæp *ἐπιστολή*. [Ital. Epiſtola, lettera. Gal. Epiſtre, miſſiues, lettres. Hiſp. Carta menſaiera. Germ. Ein ſendbrieff.] Litera *ἀπὸ τῆς ἐπιστέλλειν*, quod eſt mittere, quia ad abſentes mittitur. Plaut. in Epid. Quis quotidie ipſe ad me è legione epiſtolas Mittebat. Idē in Pſeud. Herus meus tibi ſalutem multam uoluit dicere: Hanc epiſtolam accipe à me hanc me til i iuſſit dare. Cic. Qu. fratri lib. 1. Illud quod eſt epiſtolæ proprium, ut is ad quem ſcribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, prætermittendum eſſe non puto

Epiſtŏlium, *ἐπιστόλιον*. [Ital. Epiſtoletta. Gal. Petites lettres, petites miſſiues. Hiſp. Pequenna carta menſaiera. Ger. Ein ſendbriefflein.] Parua epiſtola. Catullus, Cōſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium.

Epiſtolāris, re, Quod ad epiſtolam pertinet. *ἐπιστολικός*. [Ital. Coſa pertinente à lettere miſſiue. Gal. Des apertenances ou ſeruans aux miſſiues. Hiſp. Coſa perteneſciente à cartas menſaiera. Ger. Was zů einem ſendbrieff gehört.] Vt, Epiſtolaris charta, Mart. lib. 14. Hieron. Neq; enim epiſtolaris anguſtia eu̅gari longius patiebatur.

Epiſtŏmium, *ἐπιστόμιον*. Dicitur inſtrumentum illud æneū quo in fontibus ora ſalientium obturātur, uertibulūm in medio pertuſum habens, quod admittit uel arcet aquam: Galli ſua lingua Fontem uocant. Hoc etiam inſtrumento utimur ad uinum ex dolio hauriendum. Seneca ad Lucil. Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint: & adhuc plebei as fiſtulas eloquor. Varro lib. 3. de Re roſt. Quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo, menſaq; quam dixi in primis radiis eſſe, epiſtomiis uerſis ad unumquemq; actum, ſic ut influat in conuiuium. Vitruu. lib. 10 De hydraulicis organis loquens, accepit epiſtomium pro eo obturaculo quod in muſicis organis ſpiritum continet, & laxat ut opus eſt. Motione, inquit, uectium uehemētiore ſpiritus uehemens compreſſos, epiſtomiorum aperturis intluit, & replet anima canales.

Epiſtropheus, *ἐπιστροφεύς*, à rei anatomicæ peritis dicitur prima ex ſeptem colli uertebris, omnium ut latiſſima, ita & tenuiſſima, duplicem habens conſuitatem, capitis conuexitatem, ſiue proceſſus recipientem: cuius articulationis beneficio caput ad latera circumagitur. A quo uſu uertebra hęc epiſtropheus appellatur, à uerbo Græco, *ἐπιστρέφω*, quod inter cætera ſignificat conuerto, circumago.

Epiſtrŏphe, *ἐπιστροφή*. Ruſtiano figura eſt *λέξεως*, quum eadem in uerba plures deſinunt ſententiæ. Rutilius tamen Lupus hanc inter ſchemata ſententiarum refert, epiphorā appellans.

Epiſtylium, n. ſ. *ἐπιστύλιον* [Ital. Capitello. Gal. Le chapiteau d'une colomne ou pilier. Hiſp. Chapitel ſobre la columna. Ger. Ein deckel oder knopff zů einem auffem ſaul ſetzt.] Capitellum quod ſuper columnam ponitur. Corpus enim columnæ, ſcapum uocant: fundamentum, baſim: illud uerò quod columnæ ſuperponitur, epiſtylium appellant. Vide multa de epiſtyliis apud Vitruuium.

Epiſynaloephē, es, f. *ἐπισυναλοιφή*, Figura eſt dictionis, eadem cum ſynæreſi, qua duæ ſyllabæ iiſdem literis remanentibus, in unam conglutinantur: ut, Aſcipedem cernere apud Virgilium, pro Aſcripedem. Huic opponitur diæreſis, qua una ſyllaba in duas reſoluitur: ut, Syluæ, triſſyllabum apud Horatium, pro diſſyllabo ſyluæ. Inter epiſynaloephen & ſynaloephen hoc interreſt, quòd ſynaloephe propriè fiat in diuerſis dictionibus, prima ſequentis dictionis uocali ultimam præcedentis abſumente: ut, Carthag' Italiam, Epiſynaloepha uerò nōnili in eadem fit dictione, nulla litera pereunte, ſed duabus tantū in unam coaleſcentibus.

Epitaphĭum, phii, n. ſ. *ἐπιτάφιον*. [Ital. Eſcritto di ſepolcro. Gal. Epitaphe, l'eſcriture qu'on met ſur une tombe. Hiſp. Epitadhio dela eſcriptura. Ger. Ein Grabgeſchrifft.] Dicitur inſcriptio quam ſepulchris incidi uidemus in laudem defunctorum: quale eſt illud apud Virgilium in Daphnide, Daphnis ego in ſylois, hinc uſq; ad ſydera notus, Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe. Item illud apud Ouidium in Epiſt. Phyllidis. Phyllida Demophoon leto dedit, hoſpes amantem: ille necis cauſam præbuit, illa manum. Dictum epitaphiū, quòd humato iam corpore, *ἐπὶ τῷ τάφῳ*, hoc eſt in ſepulchro ſoleat inſcribi. Nam quod cadauere nondum humato in defuncti laudē accinebatur, epicedium dici conſueuit.

Epithēca, Græcis eſt, quod Dos Romanis. Vnde prædiorum epithecæ apud Iureconſultos, quas Papinianus impoſitiones interpretatur, quibus pro Epithecis uitioſe legatur Betuci, ut & apud Vlp. Leg. Rhod. lib. 22 ca. 11. aut lect.

Epithălămĭum, n. ſ. *ἐπιθαλάμιον*, Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur. Nam *ἐπιθαλάμιος*, Græcis idem eſt quod coniugalis.

Epithēmăta, n. ſ. *ἐπιθέματα*, Medicamenta ſunt quæ parti affectæ foris adhibentur, panniculo aut lineo illita: ita dicta à uerbo Græco *ἐπιτιθέναι*, quod eſt imponere.

Epithĕtis, is, *ἐπίθετον*, præter uulgatas illas apud Græcos ſignificationes, quibus pro impoſitione, ſiue aggreſſione ſumitur, apud Iuriſconſultos etiam uſurpatur pro inſcriptione quadam appoſititia, in contumeliam, fraudēmue alicuius facta. Vlp. l. Lex Cornelia, ff. de Iniur. & famoſis libellis, Eadem pœna ex Senatuſconſulto tenetur is qui epitheſin, alliūue quid, ſiue ſcripturam in aliorum notam produxerit.

Epithĕton, pen. cor. *ἐπίθετον*, A Quintiliano dicitur appoſitum, ab aliis adiectiuum: *παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τῷ ὀνόματι*, hoc eſt ab eo quòd ſubſtantiuo apponatur. Epitheta tribus de cauſis nominibus adduntur: Diſcretionis: ut, Phrygiæ molimur montib. Idæ. Eſt enim & Ida Cretæ mōs. Proprietatis: ut, Terribili impiexum ſetaq; & dentibus atris. Ornatus: ut, Alma Venus. Differt autem epitheton ab antonomaſia, quòd illud nunquam ſolum ponitur, ſed omni proprio alicuius adijcitur. antonomaſia autem per ſe proprii nominis uice ponitur.

Epithymbrām, pro eo accepit Paulus, quod eſt in Thymbro modò quo Epithymum uocamus, quod eſt in Thymo.

Epithymos, Thymus apud Dioſcorid. libro 3. tertio capite 41. Plin. libro uigeſimoprimo Epithymum, flos eſt thymi ſed non omnis.

Epithȳmĭa, miæ, *ἐπιθυμία*, [Ital. Concupiſcenza, diſio brama. Gal. Concupiſcence deſir. Hiſp. Codicia. Ger. Begird.] Latinè dicitur concupiſcentia deſiderium: à uerbo *ἐπιθυμέω*, quod eſt concupiſco.

Epitimĭa, æ, *ἐπιτιμία*, Fama unius cuiuſq; integra, nulla infamiæ nota labefacta. Vtitur hac uoce Modeſtinus l. Scire. ff. De tutoribus & curat. Siquis (inquit) à parentibus prohibitus fuerit tutor eſſe, neque creari hunc oportet: & ſi creatus fuerit, nec recuſauerit, prohiberi eum eſſe tutorē, manente epitimia, hoc eſt fama integritate. Huic opponitur, *ἀτιμία*, hoc eſt infamia, uel ignominia.

Epitŏgĭum, Genus pallii quod ſupra togā ferebatur: ab *ἐπὶ* & toga Quint. lib. 11. cap. 3.

Epitŏme, mes & Epitoma, mæ, pen. cor. *ἐπιτομή*, Breuiarium, abbreuiatio, uel compendium: à uerbo Græco *ἐπιτέμνω*, quod eſt abbrevio. Cic. ad Attic. lib. 13. Epitomen Bruti Cęlianorum uelim mihi mittas. Eidem, lib. 12. In Bruti epitoma Fauniorum ſcripſi quod erat in extremo.

Epitragus, *ἐπίτραγος*, Piſcis genus, à fœdo hirci odore ita dictum.

Epitragi, *ἐπίτραγοι*, Vermes uiribus infeſti: ita dicti quòd hircorum more uitium frondes prærodant.

Epitrăpĕzia, *ἐπιτραπέζια*, Dicuntur generaliter menſæ aptæ, quæ ſunt uaſcula & potoria & eſcaria, ab *ἐπὶ*, & *τράπεζα*.

Epitrītos, m. ſ. pen. cor. *ἐπίτριτος*. Pes ex quatuor ſyllabis conſtans, quarum una ſemper ab aliis tribus diſcrepat. Eſt autem in quadruplici differentia. Primus conſtat ex Iambo & ſpondeo: id eſt ex prima breui & tribus longis: ut, ſacerdotes. Secundus ex trocheo & ſpondeo: id eſt ex ſecunda breui, aliis longis: ut, conditores. Tertius ex ſpondeo & Iambo: id eſt tertia breui, aliis longitur, hæreditas. Quar-

tus ex ſpondeo & trochæo, id eſt ex quarta breui, cæteris ſũ guinæ, cælestinus. ¶ Epitritus etiam proportio dicitur, continens aliquem numerum & eius partem tertiam: ut quatuor epitritij proportionem habent ad tria: duodecim, ad nouem: quadraginta, ad triginta.

Epitro. halmus, *ἐπιτροχασμὸς*, Figura eſt ſententiarum, te ſte Aquila, qua plura inter ſe diſtantia uelociter percurrimus, eo conſilio ut aduerſarium perturbemus. A uerbo *ἐπιτροχάζω*, quod eſt uelociter percurro.

Epitrope, es, pen. corr. *ἐπιτροπή*, Schema eſt *διανοίας*, teſte Rutilio, quum rei alicui uehementer confidentes, iudici permittimus ut quemadmodum illi uiſum fuerit conſtituat, cui nos parituros pollicemur. Rufinianus epitropem eſſe ait, quum alicui figurate permittimus ut faciat quod uelit, quum tamen id minimè ſentiamus, profertq; exemplum ex 4. Aeneid. 1. ſequerere Italiam uentis, pede regna per undas. Ibi enim Dido, quanuis liberum Aeneæ profectionis arbitrium permittere uideatur, te tamen ipſa maximè dehortatur, difficultatem ei & periculo ob oculos ponens. Dicta epitrope, à uerbo Græco *ἐπιτρέπω*, quod eſt rem alicui us arbitrio permitto. Latinè conceſſionem uocare poſſumus.

Epityrum, n. t. *ἐπίτυρον*, Genus eſt edulii, Siciliæ frequentius quàm Italiæ, teſte Varrone lib 4. de Ling. Latina. Plau. in Milite, Si unum epytirum edam apud illum, eſuriens inſalit. Quidã exiſtimarũt cibi caſeati genus eſſe, ab eo quòd Græci *τύρον* caſeum appellant. Quibus *aperrè* refragator Columellæ autoritas qui epityrum in oliuis condituræ genus eſſe docet, in Græcis ciuitatibus potiſſimùm uſurpatum: docetq; rationem qua id fieri ſoleat. Idem ſentit & Cato, qui in opere ſuo de Re ruſt. capite 19. eius confectionem præſcribit his uerbis, Epityrum album, nigrum, uariumq; ſic facito, Ex oleis albis, nigris, uariisq; nucleos eiicito, ſic condito: concidito ipſas, addito oleum, acetum, coriandrum, cyminum, fœniculum, rutam, mentham. In oreulam condito: oleum ſuprà ſcripta utitor. Sunt qui hoc cõ dituræ genus pityrum uocare malint: itaq; tam apud Catonem quàm Columellam legendum cenſeant. uocis originem repetentes à pityri oliuæ genere, conditurq; huiuſmodi aptiſſimo. Verùm hi parum diligenter Catonis uerba uidentur expendiſſe. qui non ex certo quopiam oliuæ genere, cui pityris nomen fuerit, epityrum fieri docuit: ſed ex quauis oliua, tam alba quàm nigra aut uaria. Columella quoque ex pauſia uel orchite ante maturitatem decerpta confiendum præcipit, nulla pityris facta mentione. Potius itaque ijs accedendum putauerim qui genus hoc condituræ *ἀπὸ τῆς πιτύος*, hoc eſt à turture dictum exiſtimant: cuius ſimilitudinem quandam referre uidentur tum cymini ac coriandri, fœniculi, & lentiſci ſemina, tum rutæ menthæq; folia minutim conciſa.

Epizeuxis, *ἐπιζευξις*. Combinatio, figura quum dictio in ordine abſq; medio aliarum combinatur. Virgilius 9. Aeneid. Me me adſum qui feci, & apud Terentium in And. O Mydi Myſis.

Epodus, Vide Epos.

Epops, m. t. *ἔποψ*, Auicula ſordidiſsima eſt, eaq; criſtata, unde & *κλαυτμὼν ἄγριος* à Græcis appellatur. Latini à ſono quem edit, confictò nomine Vpupam uocant.

Epopta, *ἐπόπται*, In ſacris dicebantur myſtæ qui totum ſi bi rem initiati, ad ſpectanda ſacra admittebantur. A uerbo *ἐποπτεύω*, quod eſt ſpectare, ſiue inſpicere. Vnde & ſacrorum inſpectionem *ἐποπτείαν* Græci appellant.

Epos, neut. gen. *ἔπος*, quanuis Græcis generale ſit nomen modò uerbum ſignificans, modò uerſum: *κατ' ἐξοχὴν* tamen pro carmine heroico, ſiue hexametro accipitur, quod & Longum Ennios appellauit. Diomedes, Epos, inquit, eſt carmen exhametron, diuinarum rerum & heroicarum, humanarumq; comprehẽſio. Martialis, Scribebamus epos, coepiſti ſcribere, ceſſi: Aemula ne ſtarent carmina noſtra tua. Horat. 1. Ser. Satyr. 10. - forte epos acer Vt nemo, Varius dicit.

Epõdus, epodi, penul. produ. *ἐπῳδός*, Eſt genus carminis in quo ſingulis uerſibus ſingulæ clauſulæ ſubiiciuntur, & uelut accinuntur. idq; ferè alio genere carminis, & plerunque breuiori: cuiuſmodi ſunt pleraq; apud Horatium, Iambico dimetro poſt heroicum aut trimetrum Iambicũ ſtatim ſuccedente. Quint. lib. 10. ca. 1. Iambus non ſanè à Romanis celebratus eſt, ut proprium opus, à quibuſdã interpoſitus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quãquam illi epodos interuenire non reperiatur.

Epõte, es, ere, Potando exhaurio. *ἐκπίνω*. [Ita. Votar bendo, beuer tutto. Gal. Boire tout, ne rien laiſſer. Hiſp. Vaziar beuiendo, beuer todo. Germ. Zuſtrincken, Zuſſaufen.] Mart. lib. 1. Quæq; Tyron toties epotauere lacernæ. Plautus Menæch. Confecto prandio, uinoq; epoto. Cic. pro Cluẽtio. Quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe dixiſtis. Li. 9. ab Vrbe, Epoto medicamẽto ſuam et ipſi frande petierunt. Venenum epotum, Cic. pro Cluent.

Epũlæ, arum, f. p. quaſi edipulæ, Sunt cibi in quotidianũ hominum uſum comparati. *ἐδύσια* [Ital Viuande. Gal. Viandes. Hiſpa. Maniar ò comida. Germa. Speyſs.] Cic. tertia Philip. Vino, & epulis refertus & alea eſt: ſi epulæ potius quàm popinæ nominandæ ſunt. ¶ Epulæ, etiam beſtiarum cibi quotidianus dicitur. Virgil. 4. Aeneid. - epulaſq; draconi Quæ dabat. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. - ceni ſtragula ueſtis Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca. ¶ Epulum uerò ſignificat ſolenniores cibos: & propriè publicum conuiuium in propatulo ciuibus exhibitum, ſiue in dedicatione templi, ſiue in triumpho, ſiue in funere, ſiue ludorum cauſa. *ἑστίασις. ἐπιδοχή*. [Ital. Conuito ſolenne. Gal. Banquet, feſtin. Hiſpa. El combite publico, ò ſala real. Germanicè, Ein bancket, Ein herrliche offne malzeyt.] quale imperatores apud Romanos populo exhibere ſolebãt in triumpho, & quale factum eſſe conſtat à pluribus, qui teſtamento legauerunt epulum quotãnis ad ſepulchrum, roſis & uarijs reſperſum odoribus, pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Iuuen. Satyr. 5. Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis. Cic. pro Muræ. Is quum epulum Qu. Maximus Africani patrui ſui nomine populo Romano daret, rogatus eſt. Sed confundũtur quandoq; : nam epulum pro priuato conuiuio inuenitur, & epulæ pro conuiuio publico & communi. Cice. pro Lucio Planco, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum: hominum audaciſſimorum hoſtium conuentu epulisq; celebratum eſt. Idem de Clar. Oratorib. Carmina in epulis cantata à ſingulis cõuiuis de clarorum uirorum laudibus. ¶ Epulam quoq; in ſingulari numero ueteres dixere, teſte Feſto Pompeio.

Epũlones, m. t. Dicti ſunt apud antiquos, teſte Liuio li. 3. Belli Maced. Triumuiri, quorum munus erat Ioui, cæteriſq; diis epulas inſtituere. *δαιτημόνες*. Romæ (inquit) eo anno primùm Triumuiri epulones facti: hi epulas Ioui cæterisque diis inſtituendi poteſtatem habebant. Cicer. de Aruſp. reſp. Patres conſcripti, noſtri Pontifices, ad quos epulones Iouis opt. max. ſiquid eſt prætermiſſum, aut commiſſum, affe runt: quorum ſententia illa eadem renouata, atq; inſtaurata celebrantur. Auguſtinus libro de Ciuit. aſſeruit epulones perpetuos fuiſſe, qui ad auream Iouis menſam ſtatuæ oppoſitam perpetuò erant conuiuæ, ut mimorum potius & parаſitorum contubernia, quàm Dei ſacra celebrarentur. ¶ Dicuntur etiam epulones qualeſcunq; conuiuæ qui epulis interſunt: quos etiam ueteres epulones dixerũt per ſecundam inflexionem. ¶ Inde Coepulones, dicitur conuictor. & iiſdem epulis ueſcens. Plaut. Perſa, O mi Iuppiter terreſtris & coepulonus.

Epũlari, d. p. Eſt in conuiuio eſſe, ſeu conuiuari. *δυωχεῖσθαι, ἑστιᾶσθαι*. [Ita Mangiar in conuiuio. Gal. Banqueter, mãger en banquet. Hiſ. Comer en cõbite. Germ. Zöthen.] Li. lib 27. Vulgò aperris ianuis in propatulis epulati ſunt. Cic. 2. de Finibus, Quum in uoluptate ſint qui epulentur. Idẽ de Senec. Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modicè: ſed erat tamen quidam feruor ætatis.

Epulatus, participiũ. *δυωχήσας*. [Ital. Chi ha mangiato. Gall. Qui a fait bonne chere, qui a mangé & prins ſon repas. Hiſpa. El que a comido: Ger. Der gezächt hatt.] Cic. 1. Tuſc. Pòſt epulatus cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe.

Epulatio, onis, f. t. *ἑστίασις*. [Ita. Eſſo far cõuiti. Gal. Banquetement. Hiſp. Aquella obra de comer ò hazer combite. Ger. Zächung Gaſthaltung.] Col. lib. 11. ca. 1. Quæ ad menſam quotidianam atq; epulationem pertinerent.

Epularis, re, Quod ad epulas pertinet. *δυωνικός*. [Itali. Ciò che à uiuande ſi conuiene. Gall. De banquet, aparteuant à feſtin ou banquet. Hiſp. Coſa que ſe come ò pertenece à el la. Ger. Das zů einer zäch oder gaſt mal gehört.] ut, Epularе ſacrificium, epularis ſermo qui in conuiuio fit. Cic. 1. de Orat. Quum eſſent ipſi à Noma ut etiam illud ludorum

epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Apul. Iam illatis lo-
minibus epularis ſermo percrebuit. ¶ Epulares etiam uo-
cabantur, qui in ſacris epulabãtur. ἐφεστιοι. Varro. Dum
epulares noſtr epularentur.

Epulatorius, a, um, quod aptum eſt ut in epulis comedatur.
ἐυωχήσιμος. [Ital Coſa magiatiua. Gal. Ce qu'in peut man-
ger. Hiſp Coſa que ſe puede comer. Germ. Das zur ſpeyſe
tůglich iſt.]

Epulis, idis, ἐπουλὶς, Dicitur quoties iuxta dentes in gingiuis
caro excreuit. Paulos Aegineta paruũ abſceſſum eſſe ait cir-
ca gingiuas, q̃ ſi miũ diſcutiatur, ſuppurãtur.

Epulotica medicamenta, ἐπουλωτικὰ φάρμακα, à me dicis
appellantur quæ cicatricem inducunt. Nam ἐπουλόω. Græ-
cis eſt ad cicatricem perducere. E ante Q

EQ, lu notis antiquorũ, Equeſtris cohortis. EQ M SP. POM,
equitem magiſter Spurius Pompeianus. EQ. O R. Equeſ-
tris ordinis. EQ P. eques publicus. E.Q.R. eques Rom.

Equa, equæ, Equarius, Eques Equeſter, &c. Equos.

Equarium, Nonnulli appellarunt herbam quam Latini o-
lus atrum nominant: exiſtimantes ita tranſferri poſſe Græ-
cam uocem ἱππομάραθον. Quam nomenclaturam apud
idoneum ſcriptorem nõ facilè reperias. Neq; ἱππομάραθον
tam equinum quam magnum aut pergrãde apium ſonat.
Nam ἵππος, & βῶς in compoſitione ſæpe uocabulorũ ſi-
gnificata intendunt, amplitudinemq; & magnitudinem
important.

Equeſtris, Vide Equus.

Equicereus, Animal in Oriente habẽs cornua & iubas poſt
collum deſcendentes uſq; ad ſcapulas, & barbam ſub men-
to, ungulas, & corpus ad cerui quantitatem. ἱππέλαφος.
Vtitur hac uoce Ariſtotelis interpres lib. de Animalibus.

Equidem, Affirmatiua coniunctio eſt, idem ſignificãs, quod
certè. ναὶ μὰ Δία. [Ital. In uero, certamente. Gal. Quant
à moy, certes, certa nement. Hiſp. Cierto, ciertamente. en
verdad. Germ. Fürwar, fürwar, warlich.] Cic. de Amic. Equi-
dem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura
tribuit, nihil habeo quod cũ amicitia Scipionis poſſim cõ-
parari. Sunt qui exiſtimẽt cõpoſitũ eſſe ab ego & quidem,
quòd frequentiſſimè inueniatur iunctũ cum uerbis pri-
mæ perſonæ: ut apud Virg. 12. Aen. equidem merui, nec de-
precor, inquit. Quo in loco equidem uidetur ſignificare
quod ego quidem, Hoc tamen nihil urget, quum ſemper
in uerbo primæ per onæ, ſingularis numeri, intelligatur
nominatiuus ego. Præterea quum inueniatur coniunctum
cum uerbis cuiuſuis perſonæ in utroq; numero, conſtat
certè ubiq; nõ poſſe exponi per ego. Perſius Satyr. 5. Non
equidem hoc dubites amborum fœdere certo. Conſurite
dies. Vbi cum ſecunda perſona coniunctum eſt. Idem eriã
cum uerbo tertiæ perſonæ poſuit Satyra prima. Per me e-
quidem ſint omnia protinus alba. Cic. ad Atti. Sic ages i-
gitur: equidem id erit primum proximum Clodiæ. Hoc ac
cedit quod interdum inuenitur ſimul poſitum in ora tio-
ne cum ego. ut apud Salluſtium, Ego equidem ſic exiſti-
mo. Quo in loco ſi uelis equidem explicare per ego &
quidem, ineptiſſimam confeceris periſſologiam. Satius i-
taq; erit dicere, equidem nihil aliud ſignificare quã quidẽ.

Equus, m. s. Animal quadrupes, nemini non notum. ἵππος.
[Ital. & Hiſpa. Cauallo. Gall. Cheual. Germa. Ein roſs oder
pferd.] Sunt qui ab æquabilitate dictum putent, quaſi æquũ,
detracta prima littera quæ diphthongum efficiebat: quod
pares equi eligi ſolerent, qui bigis, quadrigisq; iungeren-
tur. Sed hæc etymologia ut pleraq; alia, admodum uide-
tur friuola. Cic. de Amicitia. Nemo eſt qui non equo quo
conſueuit, libentius uratur quàm intractato & nouo. Idẽ
in Verrem. Eum nemo unquam ſedentem in equo uidit.
Virg. 8 Aeneid. & equorum agitator Achillis. Ouid. 1. Me-
tam. Vt fremit acer equus, quum bellicus ore cruentor. Si-
gna dedit tubicen. ¶ Equorum alii gradarii, qui molli gra-
du & ſine ſucceſſura incedunt: contrà, ſucceſſores ſeſſorẽ
frequenter inquietant. Alii dicuntur ueredi, in curſu uelo
ciſſimi, quibus maiores uſi ſunt in uenatione. ¶ Equus
Troianus, prouerbiali ſchemate, de occultis latebris, cõſpi-
rationibusq; ad perniciem alicuius tendentibus Cice. pro
Murena. Intus, inquam, eſt equus Troianus à quo nun-
quam me Conſule dormientes opprimemini. ¶ Equis
& quadrigis, id eſt omni conatu. Cicero ad Qu. fratrem lib.
3. Sic ego qui in iſto homine colẽdo tam indormiui diu,
te me hercule ſæpe excitante, cuſu corrigam tarditatem,
cum equis, tum uerò (quoniam ſcribis poema ab eo no-
ſtrum probari) quadrigis poeticis. ¶ Velis, equisq; Cicero
1. Offic. Cum his uelis equisq; (ut dicitur) ſi honeſtatem
tueri ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt. Quo tamẽ
in loco nonnulli malunt legere, uiris, equisq;. ¶ In planiti-
em equum, ἐς πεδίον τὸν ἵππον. Quoties quis ad id
prouocatur, in quo plurimum ualet, quoque uel maximè
gaudet. Equus in campo, tanquam in ſua eſt harena Lucã-
nus in Captiuo, & Plato in Theæteto. Triſtatum uidetur à
militia. Nam quoties res eſt pediti cum equite, pedes fugit
campeſtria, ſeſſatorq; loca impeditiora. ¶ Equi ſenectus,
ἵππου γῆρας Prouerbium in eos dici ſolitum, qui præcla-
ris rebus geſtis in iuuenta, poſtequam conſenuerint, ad
ſordidas curas ſemet abiiciunt. Sumptum à generoſis e-
quis, qui ſenio tacti ſegnes, in piſtrinum aut carrum, aut a-
liud ad genus opus detrudũtur, olim in pretio habiti, dũ
integris uiribus eſſent. Plutar.

Equa, æ, in datiuo & ablatiuo pluralibus, equabus, Equini ge-
neris fœmina ἵππος, ἡ [Ital. Caualla. Gal. Jument. Hiſp.
Tegua. Ger. Ein ſtude] Ouidius Metam. Nobiliumq; gre-
ges cuſtos ſeruabat equarum. Ibidem lib. 9. Nec uaccã uac-
cæ, nec equas amor urit equarum.

Eques, gen communis, ſignificat hominem inſidentẽ equo.
ἱππεύς. [Ital. Caualliere, caualcatore, che è à cauallo, cava-
liero, huomo, d'arme. Gall. Cheuaucheur, qui eſt à cheual,
cheualier homme d'armes. Hiſp. Varon o moger à cauallo,
cauallero. Ger. Ein Reuter] Plautus Mil. Neq; eques, neq;
pedes præfectus quiquam tanta audacia eſt, Qui æque fa-
ciat confidenter quàm mulieres faciunt. Virgil. Aeneidos
8. Interea præmiſſi equites ex urbe Latina. ¶ Sumitur quã-
doq; pro ipſo equo. Virg. 2. Georg. Impoſiti dorſo atq; equi-
tem docuere ſub armis inſultare ſolo, & greſſus glomerare
ſuperbos. ¶ Equites etiam dicebantur à Romanis qui
Equeſtrem dignitatem erant adepti, aut ex equeſtri ordine
prognati: quorum ordo, quanuis dignitate Senatoria ali-
quanto erat inferior, proximam tamen ab illa obtinebat
dignitatem. Neq; ſolùm dignitate, uerum etiam cenſu di-
ſtinguebantur Equites à Senatoribus. Cenſus enim Sena-
torius dupio maior erat cenſu Equeſtri. Nam ante Auguſti
tempora cenſus Senatorius erat octingentorum militum,
hoc eſt coronatorum X X. M. Cenſus autem equeſtris qua-
dringentorum militum, hoc eſt coronatum X. M. quan
quam poſtea pro arbitrio principum ſæpius auctus fuit cẽ
ſus, & etiam imminutus. Martial. li. 8. Vehitur omnis Eques
tecum, populusq; Patresq;.

Eques Tria genera loquẽdi Latini ſcriptores uſurpant, eques
equeſtris ordinis, equeſtri loco natus. Quæ utrũ idẽ ſignifi-
cent, an uerò differant, & quatenus differãt, conſiderandũ.
Eques & equeſtris ordinis idem ſunt. Nam & eques quicũ-
que eſt & dicitur, idem equeſtris ordinis & eſt & dicitur. &
econtrà. Quod ſi eques patre natus eſt equite, qui nunquã
ſenator fuerit, is equeſtri loco natus dicitur. Sin patre na-
tus eſt ſenatore, eques quidem ſed nõ equeſtri loco natus.
Qui porrò quum eques fuiſſet, in ſenatum eſt allectus: e-
ques non amplius dicitur, ſed aſſumpto nobilioris ordinis
nomine Senator. Ornamenta tamen equeſtria retinet, an-
lum aureum, & equum publicum. Itaq; M. Cic. quum e-
quite Romano natus eſſet, nunquam poſtequam in ſe-
natum peruenit, eques appellatur ſed ſenator. Atque ipſe
ſuis in ſcriptis cum de ordine ſenatorio loquitur noſtrum
appellat cum de equeſtri non item. Is igitur non eques, ne-
que equeſtris ordinis, ſed ſenator & ſenatorij ordinis uir
dicebatur. Ac mihi in mentem uenit, quod in quadam epi
ſtola ſcribit M. Caelius ad Ciceronem. Noſtri, inquit, equi-
tes niſi acutius uidiſſent. Noſtri, ob eã cauſam dixit, quia
utrq; patre equite Romano natus erat. Poteſt igitur eſſe
eques equeſtri loco natus, & ſenator non equeſtri loco na-
tus. Cuius uerò pater eques fuit, is ſi ſenator factus eſt, de-
finit appellari eques, & equeſtris ordinis, eadem tamen re-
tinet inſignia, niſi ea ignominiæ cauſa notatus à cenſoribꝰ
amiſit. P. Manut. in ſois Addita.

Equeſter, huius Equeſtris, & hic & hæc Equeſtris, & hoc E-
queſtre, ab eques fit. Quod pertinet ad equitem. ἱππικός.
[Ital. Equeſtre, ciò che à cauallier ſi conuiene. Gal. De che
ual ou cheualier, des apertenences d'hommes d'armes ou
de gens à cheual. Hiſp. Coſa de caualleria. Ger. Reüteriſch
das zů dẽ roſſen vnd der reüterey gehört.] ut, Equeſtres co
piæ. Cæſ. de Bel. Equeſtris diſcilina. Idẽ 6. Verr. Equeſtris or

do.

do. Idē ad Brotum Equeſtris ordinis princeps. Equeſtrem uerò ordinem, *ἱππικὸν τάγμα*, medium fuiſſe conſtat inter Patritios & plebem: hi olim ſub Romulo regibus Celeres dicebantur, teſte Plin. lib. 33. cap. 2. à Celere (ut quidam putant, Remi interfectore: deinde à flectendis equis, Flexumines uocitati: poſtea Troſſuli, à Troſſulo oppido Tuſciæ, quòd id ſine ullo peditum adiumento equites cepiſſent. Principio Equites, ludicesq; lidem habebantur, & geſtandi annuli aurei ius eis erat. Poſtea M. Cicer. in Conſulatu ſuo Equeſtre nomen ſtabiliuit, Senatum ei concilians: celebrans ſe ex eo ordine prouectum eſſe. Ab illo tempore plane hoc tertium corpus rep. factum eſt cœpitq; adiici Senatui Pop. Rom. Equeſter ordo. Equeſtre æs, quod Equiti in ſtipendium dabatur.

Equeſtris, um, n. t. Erant quatuordecim ordines graduum in Orcheſtra, in quibus ſedebant Equites. *ἱππικά*. Senec. lib. 7. de Ben. Equeſtria omnia equitum Romanorum ſunt. Et iterum, Sed quum in theatrum uenit, ſi plena ſunt equeſtria, &c. Sic popularia dicebantur, ut plebs ipſa in theatro ſedebat. Suet. in Domit. Et quia pars maior intra popularia decideraſ, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos Equeſtris Senatorii ordinis pronuntiauit.

Equito, as, u. p. Equo iter facio. *ἱππεύω*, *ἱππάζομαι*. [Itali. Cauallcare. Galli. Cheuaucher, aller à cheual. Hiſpa. Cauallgar. Ger. Reiten.] Horat. Serm. Saty. 3. Ludere par impar, equitare in arundine longa. Ci pro Domo ſua, Quum is in illo noſtro exercitu equitaret cum ſuis dilectis equitibus. Idē 2. Tuſc. Apud quos autem uenandi & equitandi laus uiget. Macrobius Sat. lib. 6. cap. 9. autor eſt, ueteres etiam equitaſſe de ipſo equo dixiſſe, & equitē pro equo nonnunquā acceptum inueniri. Lucilius, Nempe hunc currere equum nos. atq; equitare uidemus. Quanquam alii diſtinctionem poſt dictionem equum faciant, ut nos, ſit accuſatiuus, ad hunc modum, Nempe hunc currere equum, nos atq; equitare uidemus: ut ſit ſenſus, Videmus equū currere, & nos equitare. ¶ Huius compoſita ſunt, Adequito, quod eſt iuxta equito, *παρεππεύω*. Liu. Adequitauit deinde ſenſim portis. Obequito, circumequito Idem. Obequitare iubet hoſtium portis. Perequito, equitando peragro, ut apud eūdem. Quum perequitaſſet aciem, tantum iniecit ardoris, ut non ulterā ſuſtinuerint impetum equi. ¶ Equitandi peritus ni eſſet, *ἱππικοῦ τινος δεδαὼς μὴ ἄθλου*, Sumptum à poeta quopiam, in eum qui profeſſus res ſerias, uerſatur in nugis. Gregorius Theolog. in epiſt. ad Eudoxium Rhetorem.

Equitare, paſſiuē. Plin. li. 8. ca. 18. Omnes autem in iis terris iumentorum dorſo iungūtur, atq; etiam equitantur in prælis. De camelis loquens.

Equitatio onis, f. t. *ἱππεία*, *ἱλασία*, *ἴλασις*. [Itali. Eſſo ea cauallcare. Galli. Cheuauchement. Hiſpa. Obra de cauallgar. Ger. Reiſung, Ritt.] Plin. li. 26. ca. Equitatio ſtomacho & coxis utiliſſima.

Equitatus, us, m. q. Modò equitum turmam ſignificat, ſicut peditatus pedeſtres copias *τὸ ἱππικόν*. [Itali. Cauallcata, cauallcria. Gal. Cheualerie, gendarmerie, gens à cheual. Hiſ. Cauallcria ò gente de cauallo. Ger. Ein reiſiger zeug, oder rottung.] Tacit. lib. 18. Nutantem exercitum uictor equitatus incuſat. Idem li. 35. Quinetiam ipſum equitatuum nomen ſæpe uariatum eſt, in iis quoq; qui ad equitatū trahebantur. Modò actum ipſum equitandi. Plin. li. 35. Femina equitatu arceri & aduri ſolent.

Equitius, tia, tium, Quod ad equum pertinet: ut, Equarius medicus, qui equis medetur. *ἱππιατρός*. [Itali. Che ſeruе à cauallli. Galli. De cheuaux, ſeruant à cheuaux. Hiſpa. Coſa que ſierue o pertenеſce à cauallos. Germ. Ding zů dem roſs gehört.] Valer. Max. lib. ult. Herophilus equarius medicus, C. Mariū ſepties Conſulē anum ſibi uendicando, ſe extulit.

Equaria, ſubſtantiuum, f. p. Magnum equorum gregem denotat. *τὸ ἱπποφάσιον*, *τὸ ἱππεφόριον*. [Itali. Gregge de cauallli, ò cauallе. Gal. Vn haras, un troupeau de cheuaux, ou iumens. Hiſp. El hato de cauallos ò yeguas. Ger. Ein hauffen roſs.] Varro in Proœm. 2. de Reruſt. Quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, in Reatino equarias.

Equiferus, ri, pen. corr. m. f. Equus ferus, id eſt non manſuetus. *ἱππος ἄγριος*. [Ita. Cauallo ſalnatico. Gal. Cheual ſauuage. Hiſpa. Cauallo bruno, fiero, y ſyluеſtre. Ger. Ein wild roſs.] cuiuſmodi in Septentrionalibus regionibus naſci, autor eſt Plinius li. 8. ca. 15. Idē li. 28 ca. 6. In primis efficax equiferorum ſanguis. Et ibidem ca. 10. De equiferis non ſcripſerunt Græci.

Equimentum, n. f. Merces quæ datur pro admiſſura equi. *ὁ μισθὸς τῆ ἵππῳ* [Itali. Prezzo del ſtellone, che cuopre una caualla. Gal. Le ſalaire d'un eſtalon qui à ſailli une iument. Hiſp. Iornal de garannon cauallo. Germa. Der lon ſo man gibt, wann man den hengſt zů der ſtůdt gelaſſen hatt.] Varro, An ſi equam emiſſes quadrupedem, ut meo aſino Reatino admitteres, quantum popoſciſſes, dediſſem equimenti?

Equile, pen. pro. Stabulum equorū. *ἱππόγαιος*, *ἱππογαία*. [Ital, Stalla de caualli. Gal. Eſtable à cheuaux, eſcuerie. Hiſ. Cauallerіza ò eſtablo de cauallos. Ger. Ein roſs ſtall.] Sicut ab ouе ouile. Vnde Var. li. 3. ca. 7. ſuadet, frœnos in equili ſuſpendere, ut oculi equuleorum conſueſcant uidere eorum faciem, & è motu crepitus audire.

Equinus, na, num, poſſeſſiuum. *ἱππικός*. [Ital. Di cauallo, cauallino. Gal. De cheual, qui eſt d'un cheual. Hiſp. Coſa de cauallos. Germa. Rőſſin, Oder, das deſs roſs iſt.] Horat. in principio de Arte poet. Humano capiti ceruicem pictor equinam iungere ſi uelit. Idem 2 Epiſt. Vtor permiſſo, caudæq; pilos equinæ Paulatim uello. Virg. 10. Æneā. Aere caput fulgens, criſtaq; hirſutus equina.

Equiſeſſor, oris, m. t. *ἱππεύς*, qui ambulat ped. b. equinis, id eſt, qui equitat, ſicut qui in lectica geſtatur, ambulat pedibus lecticariorum. Hunc melius ſimplici uoce ſeſſorem uocamus.

Equiſētum, ti, Herba eſt à caudæ equinæ ſimilitudine nomen habens, aliis nominibus ephedra, & anabaſis appellata. *ἵππουρις*. [Itali. Coda di cauallo, ſprella. Galli. Queue de cheual, eſprele ou prele. Hiſp. Cola de mula, rabo de mula. Ger. Schafft hew.] Vulgus Prelam appellat, pectinum opificibus in primis cognitam, qui ea buxum epoliunt: & mulier culis, quæ uaſa lignea ea extergunt. Vide. Plin. li. 26. ca. 13.

Equiſo, onis, m. t. Qui equorum curam gerit, eoſq; inſtituit. *ἱππικός*. [Ita. Cezzone de caualli. Gal. Dőteur & piqueur de cheueaux, eſcuyer. Hiſp. Caual'arizo de cauallos. Ger. Ein roſs zämer, der die pferd mit bereiten antůt, Marſtaller.] Varro, Nam ut equus qui ad uehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, ut equiſo doceat tollutim incedere. Veteres autem (ut Nonius annotauit) non modò equorum magiſtrum, ſed aliarum etiam rerum, gubernatorem equiſonem uocabant. Vt equiſones nautici dicebantur, qui nauim exercebant.

Equitābilis, le, Equiti peruius. *ἱππάσιμος*. [Itali. Luogo doue ſi può cauallcare, Gall. i Cheuauchable, qu'ayſement ou peut cheuaucher. Hiſ. Lugar donde ſe puede cauallgar. Ger. Da man wol reiten mag.] Vt locus equitabilis, in quo equi facilè inambulare poſſunt. Liu. Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis, & uaſta planities. Huius cōtrarium eſt inequitabilis. Idem, Imber uiolentior quàm aliàs fuſus, campos lubricos inequitabiles q; fecerat.

Equitium, tii, n. f. equorum armēntum. *ἱππηφόρβιον*. [Itali. Mandar de cauallli. Galli. Vne troupe di cheuaux, un haras. Hiſpa. El hato de cauallas ò yepuas. Ger. Ein hauffen oder ſchar roſſen.] Vlpia. l. Plenum parag. Equitii. ff. de Vſufructu legato, Equitii oſu legato uidendum an & donare poſſit, & ad uehendum ſub iugo uti. Tacit. de Germania, Mos eſt ciuitatibus ultrò equitium conferre principibus.

Equŭlēus, lei. Pullus equinus. *ἱππάριον*. [Ital. Poledro, polledrion. Gal. Cheuallet, paulain. Hiſpa. Pequenno cauallo. Germa. Ein füly.] Cic. in Orat. Vt igitur domitores equorum non uerbera ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſæpe ſubtrahūt, ut fame debilitetur equuleorum nimis effrænata uis. Idem in Verr. Equuleos nobiles, qui Quinti Maximi fuerunt, aufert. ¶ Eſt & tormenti genus quo ad exprimendam è noxiis, confeſſionem ueritatem Romani uebantur: ita dictum (ut quibuſdam placet) ab equi forma: tametſi alii ardentem lamināmalunt interpretari. Cic. pro Deiotaro, Facti enim in equuleo quæſtio, iuris in iudicio. Idem 7. Philip. Ponite ante oculos uincula, uerbera, equuleum, carnificem, tortorem q. Sene. lib. 2. 2. Epiſt. Seuitia commēta eſt equuleos, cruces, uncum, & runicam illam alimentis ignium illitam, & intextam. Cic. 2. Tuſcu. Hæc etiam in equuleum iniiciuntur, quò uira non aſpiret beata. Idem libro 4. de Finibus, Nec ſi ille ſapiens ad torturis equuleum à tyranno ita cogatur, ſimilem habeat uoltum

cum ac ſi ampullam perdidiſſet. Sed in hac ſignificatione alii malunt ſcribere ecculeus per c.

Equulus, diminutiuum ab equus, *ἱππάριον*. [Itali. Caualli no. Gal. Cheualet, paulain. Hiſp. Pequeño cauallo. Ger. Ein Rößlin, klein roſs.] Ci. lib. 2. de Nat. deor. Omnia in perfectis & maturis docet eſſe meliora: ut in equo, quàm equuli: in cane, quàm in catulo: in uiro, quam in puero. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 7. ſcribit equulum poſt annum & ſex menſes domari poſſe.

Equula, æ. paruam equam ſignificat, ſicut equulus paruum equum. *τὸ ἱππάριον, ἱππάλα*. [Ital. Caualline. Gal. Petite ou jeune iument. Hiſ. Pequenna yegua. Ger. Ein Junge oder kleine ſtůdt.] Varro, Nemo eſt tam negligens quin ſumma diligentia eligat aſinum qui faliat equulam.

Equio, is, n. p. de equis dicitur quum coitum appetũt, ſicut catulio de canibus, & ſuio, de ſuibus. *ἱππομανῶ*. [Ita. Quãdo, i caualli nanno in ſalto. Galli. Quand la iument demãde le cheual, quand elle eſt chaude. Hiſp. Quando los cauallos y las yeguas ſon calientes. Ger. Wan die roſs leuffig oder reitig ſind.] Col. lib. 7. Equienti molæ cruda braſſica datur. Plin. libro 8. cap. 63. Equas domitas ſexaginta diebus equire.

Equiria, *ἱππικὰ ἀγῶνα*. Ariſtophani, Ludi curules, à Romulo in honorem Martis inſtituti. Hi in campo Martio celebrabantur tertio Calend. Martias. Ouid. 3. Faſtorum, Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecundo, Marsque citos iunctis curribus urget equos: Ex uero poſitum permanſit equiria nomen.

E ante R.

ER. In notis antiquorũ uel E R erit uel erit. ERE. uel ERG ergo. ERP. eripiet, uel erit paratus.

Eradico, as, pen. longa. a. p. Propriè ſignificat unà cum radice euello. *ἐκρίζω*. [Ital. Stirpare, cauar fuori inſieme con la radice. Gal. Arracher, oſter. Hiſp. Quitar, ò arrancar haſta la rayz. Ger. Außwurtzlen, *ἢ* Mit der wurtzen auß ziehen.] ¶ Per tranſlationem ponitur pro radicitus, & omnib. modis perdo. Terent. in Andr. Dii te eradicent, ita me miſerã territas.

Erãdo, is, ere, a. t. Idem eſt quod expungere. *ἀπαλείφω, ἐξαλείφω*. [Ital. Radere, leuar uia, cancellare. Gal. Racler, oſter en raclant. Hiſp. Raer ò borrar. Ger. Außſtratzen.] Colu. lib. 3. Poſtea ſorculos quos inſerere uoles, eradito tam altè quàm cuneum immiſiſti, ſed ita ne medullam néue alterius partis corticem lædas. ¶ Vnde eradere aliquem ex albo Senatorum, eſt cum ex Senatorum numero expũgere. Tacitus li. 4. Apidium Merulam, quod in acta Diui Auguſti non iurauerat, Senatorio albo eraſit.

Eraſus, participium *ἀπαξυσμένος*. [Ital. Radato. Gal. Raclé. Hiſp. Raido. Ger. Außgeſtratzt, Abgeſchabt.] Pli. in Pane. Datum eſt iis qui poſt edictum eorum in locum eraſorum ſubditi fuerant, æquatiq; ſunt cæteris illi etiam quibus nõ erat promiſſum. Eraſorum, id eſt delectorum è numero eorũ qui accipiebant congiarium. Budæus.

Erania pecunia, quid, & corruptè haſtenus herosa apud Iuriſconſultum in l. creditor. de ſolu. lectum eſſe Alciat. oſtẽdit eleganti ca. 27. li. Deſpunct. 2. Caranæus apud Pli. ſecundum uocem Eranos interpretatur Exactores per collationẽ dicens, ſic Pollucem Athenæum & eos ſecundum Hammonium interpretari.

Erathemis, anthyllis. Dioſc. li. 4. ca. 154.

Eraſi, quos uulgo extra ſtatum poſitos dicimus, ex Budæo.

Erciſcere, Priſca lingua ſignificat diuidere. [Itali. Diuidere, partire. Galli. Diuiſer, partir. Hiſpani. Partir. Ger. Theilen, Abtheilen.] Apud Cic. 1. de Orat. erciſceri in ſecunda coniugatione legitur, ubi ſic ſcribit. Nec ſi parui nauigii & magni eadem eſt in gubernando ſcientia: idcirco qui quibus uerbis erciſceri oporteat, neſciat, idem erciſundæ familiæ cauſam agere non poteſt. ¶ Inde iudicium familiæ erciſcundæ, id eſt rei familiaris diuidendæ. Cic. pro Cecinna, In poſſeſſione bonorum quam eſſet, & quam ipſe ſortiam ſuam nimium exaggeraret, nomine hæredis arbitrum familiæ erciſcundæ poſtulauit. ¶ Sunt qui herciſco per aſpirationem ſcribant, eius originem reducentes ad uerbum Græcum *ἑρκίζειν*, quod ſignificat interſepire.

Erãtum, adiectiuũ, *ἐρκτὸν*, in libris antiquis legitur pro Arãtum ab arcendo.

Erechites, Senecio apud Dioſc. lib. 4. cap. 98.

Eregione, Ex aduerſo & oppoſito. *ἀντικρὺ, ἐξ ἐναντίας*. [Ita. All'incontro. Gal. Vis à vis, tout deuant. Hiſp. En frente de algun lugar. Ger. Geſtracks vor über.] Cic. 2. de Diui. Vidêt è conſtantiſſimo motu lunæ, quando illa à regione ſolis facta incurrat in umbram terræ, quæ eſt meta noctis, ut eam obſcurari neceſſe eſt. Budæus.

Ere nata, Significat ex occaſione rei præſentis capto conſilium. *αὐτόχρημα, ὁπωπαφείσει, ὡς ἀμὴ τύχοι ἐρρεμὲς*. Et aliquando dicitur abſolutè, è renata: & aliquando coniunctim, Ere natum exordium dixit Quintilianus, intelligi nolens ſubitò inuctum. Apu. E re nata talacia: ſignificatur enim mulicbris dolus ad fallendum ſubito excogitatus: non domi antè compoſitus, ſed ex ipſa re & negotio expromptus.

Ere mea, *πρὸς ἐμῖ*, *ἐπ' ἐμοί*. Ere tua, uide ſuprà in E & Ex.

Eremigo, as, are, n. p. Enauigare, emetiri. *ἐκνηπλατέω, πόντος ἐλαύνω*. [Ital. Remigare, nauigar cõ i remi. Gal. Nauiger tout outre, paſſer tout à trauers une merror ou un lieu. Hiſp. Nauegar remando. Germ. Durchrůderen, durchſchiffen.] Plin. lib. 2. ca. 67. Circa Caſpium quoq; multa Oceani litora explorata, paruoſq; breuius, quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.

Erẽmõdicium, *ἐρημοδίκιον*. Apud Iureconſultos de Minoribus. l. Ait prætor, dicitur quaſi deſolatum ac deſertum iudicium, ſeu deſertio cauſæ, abſentia ſeu negligentia partium facta quaſi *ἐρήμη δίκη*, id eſt cauſa deſerta, uel uadimonium deſertum. In uulgatis editionibus corruptè legitur hermodicium.

Erẽmus, mi, penu. prod. gen. fœm. ſic. *ἔρημος*. [Ital. Eremo, luoco ſolitario. Gall. Deſert, lieu ſolitaire. Hiſp. Termo, deſierto. Ger. Ein öde.] Solitudo, deſertum. Hinc eremita, *ἀναχωρίτης, ἐρημίτης*, qui eremum, hoc eſt locum ſolitarium religionis ergò incolunt.

E republica, id eſt ex utilitate & commodo publico. *κοίνωσυμφέρον*. Sueton. in Cæſare, Plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem è Repub. fieri.

Erẽpo, is, ere, u. t. Ex loco abdito in lucem repo. *ἐξερπίζω*. [Ital. Acraparſi, ſalir coſa alta & difficile. Gal. Sortir en grimpant & graniſſant, grimper hors, grauir hors. Hiſpa. Gatear ſobre algun lugar. Ger. Außhin kriechen, herfürkriechẽ.] Plau. Aul. Foras lumbrice qui ſub terras crepſiſti modò. Interdum idem eſt quod ad loca alta & prærupta cuado, ubi non modò pedibus, uerumetiam manibus ad aſcendendum opus ſit. Suet. in Tiberio, Tertius quòd is à tergo inſulæ crepſiſſet ad ſe.

Erẽtionẽm, ſiue Ireſionem uocabant plantam oleagineam uellcribus & corollis inuolutam. Vnde & nomen. Contra peſtilentiam facibus imponi ſolitum, ut apud Ariſtophanem. Hãc & Corythalion dicebant, etiamſi pro laureo quodam ramo accipiant, in eundem luſtrationis uſum.

Erẽtrici, Canes Appollinis iuſſu nutriti, qui & aratro terrã uertere dicebantur.

Erga, præpoſitio, licet eandem uim habere uideatur cum contra, benenolentiæ tamen plena eſt. *πρός*. [Ital. In uerſo. Gal. Enuers, Hiſp. Cerca, en amor y voluntad. Germa. Gegen.] ut, Pro meo ſummo erga te amore omnes ſubeo. Cic. ad Lentulum, Epiſt. 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga, cæteris ſatisfacio omnibus. Terent. in Heaut. Timet omnia, patris iram, & animum amicæ ſe erga ut ſit ſuæ.

Ergaſterium, tii, n. ſ. *ἐργαστήριον*. [Ital. Bottega. Gall. Bouti que. Hiſp. Tienda de officiales. Ger. Werckſtatt.] Officina ubi aliquid operamur: ut eſt in Decretis, diſtinct. 44. Nulli clerico liceat tabernam, aut ergaſterium habere.

Ergaſtũlum, li, pen. corr. n. ſ. *ἐργαστήριον*. [Ita. Bottega, done ſi rinchiudeuano i ſerui incatenati à lauorare, prigionia. Gal. Le lieu ou on enferroit & enchaiſnoit anciennement les ſerfs & eſclaues & les faiſoit on beſongner, une priſon. Hiſp. Carcel de ſiernos enel campo. Germ. Ein ort da man die knecht gebunden zů ſchwärer arbeit braucht als in einem ſteinbruch oder ertzgrůb.] Taberna uel officina ubi lapides metallaue fodiuntur uel aliud quidpiam operis à uinctis ſeruis fit: dictum ab *ἐργάζεσθαι* operor. Liu. 2. ab Vrbe. Ductum ſe à creditore non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum, & carnificinam eſſe. Iuu. Sat. 8. Quid facias talem ſortitu-

tius Pontice ſeruum? Nempe in Lucanos, aut Thuſca ergaſtula mittas. ¶ Accipitur etiam nonnunquam ergaſtulũ pro illis qui ergaſtulis ſunt incluſi. Varro, Miſitq; mox eò utrum qui tota ergaſtula libertate donaret.

Ergaſtulus, li, m. ſ. Dicitur ſeruus qui ergaſtulo incluſus, uel ex uinculis, aut cõpedibus opus facit. *ἐργμένος, δῆλος.* [Ital. Seruo rinchiuſo à lauorare. Gal. Vn ſerf auſi enſerré & enchaiſné. Hiſp. Sieruo encerrado cuel tal carcel. Germ. Ein knecht der gebunden arbeiten muſs.] Plin. Coli rura ergaſtulis peſſimum eſt, ut quicquid agitur à deſperantib.

Ergaſtulārius, rii, Qui præeſt ergaſtulis, *ὁ τῶν ἐργαστηρίων ἐπιστάτης.* [Ital. Guardiano di prigionia. Gal. Celuy qui a la garde de ſerfs ou eſclaues empriſonnez ou enchaiſnez, geolier. Hiſp. El tal carcelero. Ger. Ein verwalter, der über ſolche arbeit ſame knecht geſetzt iſt.] Colu. li. 1. ca. 8. docet quomodo ergaſtuli ab ergaſtularijs tractari debeant. Ergaſtularij ſerui, *ἐφεκείρητες ἐργμένοι δῆλοι.*

Ergo, Illatiua ſiue completiua coniunctio eſt, quæ minoribus adhibetur clauſulis, ſicut igitur. *ἄρα, τοίνυν.* [Ital. Dunque, adunque. Gal. Doncques, donc. Hiſ. Aſſiſque, pues luego. Ger. Derhalben, darumb.] Aliquando incœptiua eſt, conueniens maximè indignationi. *εἶτα.* ut in carmine illo Augusti Cæſaris, quo Virgilii poema uerat aboleri, Ergo ne ſupremis potuit nox improba uerbis Tam dirum manare nefas? ¶ Aliquãdo hortatiua, *εἶεν ἄγε.* Virg. 2. Aene. Ergo age chare pater. ¶ Aliquando nim nominis habet accipiturq; pro ablatiuo cauſa, ſiue gratia. *ἕνεκα.* in qua ſignificatione circunflectit poſteriorẽ: perpetuoq; eam producimus. Hãc habet indifferentem. Virg. 6. Ae. illius ergò, Venimus & magnos Erebi tranamnis amnes. Siſenna li. 3. Milesios, ut lex Calphurnia conceſſerat, uirtutis ergò ciuitate donati.

Ergõ, *ἔργον*, Latinè opus ſignificat.

Ergũmenũs, a, um, qui à dæmone agitatur, ab *ἐργόμαι*, agitor, prohibeor.

Ericen, uel Erica, æ, *ἐρείκη.* Frutex eſt, non multum à myrice differens, colore roriſmarini, & folio nõ admodum diſſimili. Flores emittit Autumni tempore, quum reliquæ omnes herbæ, & uirgulta defloruerunt: quare ab apibus præ florum aliorum inopia, maximè appetitur, ſitq; ex iis mel quod ericæum uocatur, ſyluestrem, & minimè probatum ſaporem referens. Autor. Plin. li. 24. ca. 9. & li. 11. ca. 16.

Erigeneton, *ἠριγένητον*, herba à uerno tempore dicta.

Erigeron, pe. cor *ἠριγέρων.* [Ita. Cardõcello, ſpelicioſa. Gal. Seneçon. Hiſ. Bon uaron. Ger. Creutzwurtz oder Griod kraut.] Herba eſt cauliculis ſubrubicundis, ſpecie & molli uarietãte ſaginem referens: ita dicta quòd Vere caneſcat, & quàm citiſſim è in albam quandã lanuginem abeat. Sonat enim erigeron Latinè Verum ſenem. Vnde etiam hodie nonnulli ſenecionem uocant.

Erigo, is, exi, ectum, ere, a. t. Ab è & rego compoſitum, ſignificat eleuare, uel attollere. *ἀνίστημι.* [Itali. Drizzare, inzare. Gal. Eſleuer, hauſſeur, dreſſer. Hiſpa. Alcar. Germa. Aufrichten.] Cic. pro Roſc. Amer. Quem ſimul atq; attigi, ſtatim homo ſe erexit. Idem primo de Legibus, Nam quum ceteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cæli, quaſi cognationis, domicilijq; priſtini cõſpectum excitauit. ¶ Per translationem accipitur pro conſolari, & ſublenare. Cice. pro lege Manil. Diffidentemq; rebus ſuis confirmauit, & afflictum erexit, perditumq; recreauit.

Erectus, participi. *ἀνορθωθείς, ἀνυψωθείς.* [Ita. Erto, dirizzato. Gal. Eſleué, dreſſé. Hiſp. Leuantado, enheſtado. Ger. Aufgerichtet.] Cic. Ego uos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Idem ad Brutum, Erectior Senatus erat non ſententijs ſolùm noſtris, ſed cohortationibus excitatus.

Ericos, Epimedium herba, apud Dioſcorid. libro quarto cap. 28.

Erinum, medicamentum uocatur quod purgat caput per nares.

Erioxylon, pen. pro. *ἐριόξυλον*, Lana eſt quæ ab arboribus producitur. Vlp. l. Sicut lana. ff. De leg. 1. lana (inquit) legata, etiã leporinam lanam, & anſerinam, & caprinam credo cõtineri: & de ligno quam Græci *ἐριόξυλον*, hoc eſt ligneam lanam appellant.

Eriphia, *ἐριφία*, Herba eſt ſeptem lanuginoſis ramulis apii modo foliata purpureo flore, & eo quidem perenni, ſemine fabaceo, totidem radiculis quot ramis. Hanc magi prodidere in auena ſcarabeũ habere, ſurſum deorſumq; decurrentem cum ſono hœdi: unde & nomen accepit. Vide Plin. li. 24. ca. 18.

Eripio, pis, pen. corr, a. t. Vi tollo: & ut ait Pomponius Iuriſconſultus, per raptum è manibus aufero. *ἐξαρπάζω, ἐξαιρῶμαι.* [Ita. Rapire, torre per forza. Gal. Rauir, oſter par force. Hiſp. Arrebatar. Germ. Zuſchin reiſſen, Mit gwalt auſs den henden zucken.] Terẽ. in Heaut. Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam ſubitò de faucibus. Duplicem omnino habet conſtructionem. Interdum enim cum accuſatiuo habet datiuum: & tunc ferè in malam partem accipitur, ut Vallæ placet. ¶ Aliquando uerò cum accuſatiuo habet ablatiuum, præcedente aliqua præpoſitione: & tunc ſæpius in bonam partem accipitur, nonnunquam tamen etiam malam. Sed hæc Vallæ differentia non eſt omnino uera. Nihil enim uſitatius eſt his locutionibus, Eripere aliquem morti, periculo, damno, dolis, & ſimilibus: ubi etiã quannis accuſatiuum habeat cum datiuo, in bonam tamen partem accipitur. Virg. 12. Aen. Accelera, & tratrem, ſiquis modus, eripe morti. Plin. in Epiſt. Eripe me huic tormento.

Eriſichthon, *ἐρισίχθων*, Vir impius fuit in Theſſalia, qui quum Cereri, nemus conſecratum, præcipuè uero quercum unam in qua Nympha quædam habitabat, ſuccidiſſet: irata Ceres famem ad eum miſit, quæ toto exhauſto patrimonio, eò coegit etiam, ut propria membra ipſe abſumeret. Huic erat filia puella præſtanti forma, nomine Metra, quam ubi proſtituiſſet, adoleſcentes qui commeabant ad illam, uaria munera deferebant: alius equos, alius boues, alius uerueces: nam id temporis nondum auri, argenti, gemmarumue erat uſus. Porro Theſſali per iocum dicebant Metram Eriſichthonis uerti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur: Atq; hinc prouerbium, Mutabilior Metra Eriſichthonis, *μεταβλητότερα μήτρας τῆς Ἐρισίχθονος.* In eum congruit, qui ſecum non cõſtat, ſed ſubinde aliam perſonam ſumit. Fabulam Eriſichthonis tractat. Ouid. li. Metamorph.

Erithacus, ci, *ἐρίθακος*, Auis eſt ſolitaria, formam & colorẽ mutans cũ nomine. Nam hyeme tantum erithacus, æſtate phœnicurus appellatur, à puniceo caudæ colore. Autor Plinius libro 10. cap. 29. Theodorus ex Ariſtotele rubeculã uertit.

Erithales, *ἐριθάλης.* Herba eſt ſemper uirens, quæ alio nomine ſedum, ſiue ſempernium minus appellatur. Vide Plin. li. 25. ca. 13.

Eriuo, as, pen. prod. *ἐξοχετεύω.* [Ita. Scolare per cõductũ: nuotare. Gal. Enaeuer & faire eſcoler par ruiſſeaux. Hiſ. Vaziar la agua. Ger. Das waſſer in gräblinen auſshin richten.] Riuis factis educo, euacuo. Plin. lib. 17. cap 16. Ceterùm maiore in parte orbis etiam pluuias Autumni aquas eriuari cõuenit.

Erõdius, m ſ. *ἐρωδιὸς* Homero, Auis eſt quæ coitu ſanguinem exudat: unde & nomen impoſitum creditur. Quænam tamen auis ſit, non ſatis conuenit inter ſcriptores. Suidas enim eiconiam putat eſſe, aut aliquam iconiæ ſimilem, putatq; erodion dictam quaſi elodiõ, quòd ſcilicet in paludibus uerſetur. Augu. fulicam eſſe credit, Theodorus ardeolam.

Erõdo, is, ere, Idem quod rodere. *ἀποβρώσσω, ἀποτρώγω.* [Ital. Rodere. Gal. Ronger autour. Hiſp. Roer. Ger. Begnagen.] Plin. lib. 11, ca. 29. Omnia uerò morſu erodentes. Col: li. 10. Nec ſolùm teneras audens erodere frondes. Eroſus ſale. Pli. li. 11. ca. 9.

Erogenneton, *ἐρώγ ἐννητον*, Herba eſt ſic dicta quòd amatoriis conueniat: *γεννάω* enim & *γεννῶ* gigno, & *ἔρως* amor dicitur.

Erõgo, as, pen. corr. a. p. Diſtribuo, & expendo. *ἐπιδίδωμι* [Ital. Diſtribuire, ſpendere. Ger. Eslargir, diſtribuer, dõner à celuy qui demande. Hiſp. Diſtribuir y dar al que ruega. Ger. Buſsgäben, Aufspenden.] Pli. Epiſt. 140. Deinde quã ipſi erogare in oleum ſolitã, parati ſunt in operibus balnei conferre. Erogare pecunias ex ærario, Cic. in Vatinium. Vnde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Liui. 2. ab Vrbe. ¶ Inuenitur etiam exrogare, quod eſt (ut Feſtus inquit) ex

lege petere per nouam legem eximere.

Erogatus, peu. prod. particip. *ἐκδοθείς, ἐραννιθείς.* [Ital. Distribuito Gal. Distribue. Hisp. Distribuydo. Ger. Zuſsgegeben, ausgetheilt.] Vt pecunia publica ex ærario erogata. Cic. 1. Verr.

Erogito, as, pen cor. *παρακλίομαι, ἐπλιπαρῶ.* [Ital. Pregare istantemente. Gal. Fort prier & souuent. Hisp. Con instancia y muchas uezes preguntar. Ger. Hefftig vnd erungenlich bitten.] Vehementer rogo. Plaut. Cap. interibi ego ex hac statua uerucem uolo. Erogitare meo minore quid sit factum filio.

Erŏgātio, Verbale, f. t. *ἔκδοσις, τὸ ἐραννθῆναι.* [Ital. Distributione, dispensa. Gal. Distribution, donaison, despence, largesse. Hispa. Aquella distribucion al que ruega. Ger. Zuſsgebung, ausstheilung, ausſpendung.] Distributio. Vt erogatio pecuniæ. Cic. ad Attic. li. 1. Plin. in Paneg. Vt tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. Atq; hic in malum sumitur, quemadmodum apud Sueton. Plerisque in locis, nempe pro largitionibus & profusionibus pecuniarum.

Eros, *ἔρως.* [Ital. Amore. Gal. Amour. Hisp. Amor. Ger. Liebe.] Amor, Latinè dicitur: unde erotica carmina, id est amatoria. ¶ Fuit etiam nomen Comœdi, cuius meminit Cicero in oratione pro Roscio Comœdo.

Erothales, Azoum matis apud Dioscor. li. 4. c. 91. Sic dictum quia amatoriis conueniat.

Erōtēma, atis, n. t. *ἐρώτημα.* [Ital. Interrogatione. Gal. Interrogation. Hisp. Pregunta de respuesta. Ger. Ein frag.] Nobis interrogationē sonat. ¶ Est item erotema Aquilæ figura quædam, quam Cicero interrogatum uertit: qua utimur ubi exacerbādo aliquid interrogamus ut exaggeremus rei inuidiam. Differēs à pysmate, hoc est à quæsito, quòd ad erotema una nocte responderi possit negando uel confitendo: ad pysma uerò, nonnisi pluribus.

Erōtȳlos, *ἐρωτύλος,* Gemma eadem quæ mepieoros. & hieronnemon dicitur: à Democrito præcipuè laudata in argumentis diuinationum. Autor Plin. li. 37. ca. 10.

Erro, erras, errare, n. p. Est huc illuc, quò nos fortuna fert, dinagari. *πεφορῆσθαι* [Ital. Errare fallire. Gal. Aller ca & la, s' esgarer, se fourvoyer. Hisp. Errar. Ger. Irren, oder, irr gon.] Virg. 1. Aen. Heus, inquit, iuuenes, monstrate, mearum Vidistis si quâ hic errantē fortè sororum. Cic. 5. Tusc. ex Hom. Qui miser in campis mœrens errabat Aleis. ¶ Sed quoniam pecudes errando, id est uagando pascuntur, errare ponitur pro pascere. Virgilius tertia Aeglo. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. ¶ Errare aliquando est putare, uel approbare uerū esse quod falsum est, uel falsum esse quod uerum est: uel certum pro incerto, siue falsum, siue uerum sit. *σφάλλομαι, πλανῶμαι.* Vnde sciēdum quòd licet quis absq; ignorātia errare nequeat, nō tamē qui aliqd nescit, cōtinuò erratised qui se existimat scire quod nescit, & falsum pro uero, siue incertum pro certo approbat. Hæc tamen significatio metaphorica est Cic. 12. Philip. Cuiusuis est hominis errare, nullius nisi insipientis, perseuerare in errore. Idem 5. Verr. Erranit an potius insaniuit Apronius? Teren. Andr. Hunc, non tibi habeo, ne erres. Idem Eunucho Quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia. ¶ Composita sunt, Aberro, quod est errando à re aliqua recedo, uel longè uagor. *ἀφαμαρτάνω.* Cicero tertio Tusculan. Sed redeat, unde aberrauit oratio. Deerro, aberro, circumerro, Lactat. lib. 2. Vulgus existimat mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias oberrare, Pererro, errando peragro. Columella in præfatione libri primi. Semper ritu uolucrū longinqui litoris, peregrinos ignorum pererret orbem. Exerro, ualde erro. Cyprianus ad Ianuarium. Nec quis exorbitans, & à uia ueritatis exerrans, apud Hæreticos iungeretur.

Error, ris, m. e. ut scribit D. Augustinus in Ench. est existimatio. uel approbatio ueri pro falso. & certi pro incerto, uel econuerso. *πλάνη.* [Ital. Errore, fallo. Galli Erreur, esgarement, fourvoyement, faute parignorance. Hisp. Error, errada. Ger. Yrthumb, fähler.] Cic. 1 Acad. Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio qui Reip. misero, funestoq; compulsi: etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Horat. in Art. Quid deceat, quid non? quò nitrus, quò ferat error. ¶ Proprie autem error, est deflexio & uia, quam scilicet uitæ ignari, extra institutum iter deflectimus. ¶ Inter errorem & errationem hoc interesse Donatus existimat, quod error, animi sit: erratio, pedum. *πεφορῆσθαι.* Ter. in Adelph. Sanè hæc multo propius ibit, & minor est erratio, id est minus est spatii per quod errant. Cic. de Vniuers. Iraq; eum ab omni erratione liberauit.

Errābundus, di, m. s. Affatim, uel ualde errans, uagabundus. *πλανώμενος, περιφορούμενος.* [Ital. Errabondo, uagabondo. Gal. Vagabond qui va errant ca & la. Hisp. Vagabundo, errador. Germa. Irrend, Vmbschweiffend.] Liu. 1. ab Vrbe, Quum nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimum illas ultori, peruagarentur. Virg. 6. Aeglo. Siqua forte ferant oculis sese obuia nostris Errabunda bouis uestigia.

Erraticus, ca, cum, Idem penè est quod uagabundus, qui scilicet certa sede carens, errat & uagatur. *πλανητικός.* [Italic. Erratico, errante. Gal. Errant, uagant ca & la. Hispa. Errador. Ger. Vmbschweiffig.] Gel. lib. 2. cap. 2. Interibi aliquot ex iis qui aderant, erraticum esse hominem dicere, & nullius rei, incolamq; sordētium generum. Hinc etiam herbæ erraticæ, & frutices erratici dicuntur qui non sunt satiui, sed ubiq; sua sponte latè serpunt. Plin. li. 19. ca. 8. Est & erraticum in ubum quod in Aegypto cichorium uocant. Sic, Erratica brassica, apud Columellam.

Erratum, ti, n. s. peccatum. *σφάλμα, πλημμα.* [Ital. Errore, peccato. Gal. Faute, proprement prouenue par ignorance. Hisp. Yerro y error. Ger. Ein sünd, fähler.] Cic. Tironi, Tantum mihi dolorem cruciatumq; attulerunt errata mea tatis, ut non solum animus à factis, sed aures quoq; à commemoratione abhorreant. Idem 2. de lege Agr. Cui errato nulla uenia, recte facto exigua laus.

Errādo, uerb. f. t. *τὸ πλανᾶσθαι, ἡ πλάνησις.* [Ital. Esso errare. Gal. Fourvoyement, esgarement. Hisp. Obra de errar. Germ. Yrthumb vñ Misserit.] Terent. Adelph. Sane hāc multo propius ibit, & minor est erratio. Cic. 1. de Nat. deor. Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec uanitas inest, contraq; omnis ordo, ueritas, ratio, constantia. Idem de Vniuers.

Errōnes, m. c. Qui incertis sedibus uagantur. *πλανῆται, περιφερόμενοι, ἀλήται* [Ital. Vagabondi, uaghi, errante. Gall. Vagabons, errans. Hisp. Vagabundos, errador. Ger. Vmbschweiffer vngāt.] Tibullus, Atq; iterū erronē sub tua tigna uoca. Sappho apud Ouid. in Epist. Nec nos erronem relliqui admittite nostrum. Vlpiano Erones appellātur serui qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa uagantur & temporibus in res uagatorias consumptis, serius ad dominum redeunt.

Erroneus *πλανήτης, πλάνης.* [Ital. Vagabondo. Gal. Vagabond. Hisp. Vagabundo. Ger. Vmbschweiffer.] Idem quod Erro. Colum. lib. 7. cap. 12, Maximè autem debent in custodia uigilaces conspici, nec erronei, sed assidui & circunspecti magis quam temerarii. De canibus loquitur, Vlpi. in L. Aediles de Adilit. edict. Si aleator erroneus uel ararius sit factus.

Erūbēsco, scis, n. t. Propriè significat rubore suffundor, uel rubeus fio. *ἐρυθριάω.* [Ital. Arroscire. Gall. Rougir de honte, auoir honte & uergongne. Hisp. Enuergoncarse. Germa. Schamrot werden.] Ouid. 2. Amo. Eleg. 8 Senū te toris erubuisse genis. ¶ Et quia quos alicuius rei pudet, ferè rubore suffunduntur, factum est ut erubescere accipiatur pro pudore suffundi. Cic. 1. de Legibus, Erubescunt pudici etiā loqui de pudicitia.

Erūca, ca, penu prod. f. p. Genus uermis qui in olerum foliis repit, abrodit q;, præsertim brassicas. *κάμπη.* [Itali. Ruga uerme. Gal. Chenille, chantepileuse. Hisp. La oruga gusano. Ger. Ein raup. Grasiwurm.] Vnde etiā ab erodendo eruca appellata est Colum. lib. 11. Vbi uerò apricis regionibus, post pluuias, noxia incesserunt animalia quæ à nobis appellantur eruce, Græcè autem *κάμπαι* nominantur, uel manu colligi debent, uel maturnis temporibus frutices olerū concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt. ¶ Est etiam herba quædam, uirtutis calidæ, quæ uenerem excitat. *ἐρύσιμον* [Ital Eruca herba. Gal. Herbe nomée Roquette. Hispa. Oruga yerua.] Ouid de Remedio amor. Nec minus erucas iubeo uitare lalaces. Col. li. 10 Excitet ut ueneri tardos eruca maritos.

Eructo, as, a p. est frequentatiuum uerbi eructo, is. *ἐρεύγω.* [Itali. Rottare, ruttoggiare. Gal. Router, roter & mettre hors. Hisp. Echar regoldādo. Ger. Herauß görbsen.] Erugere

enim(ut Feſtus docet) ſemel factum ſignificat, eructare ſæpius. Eſt autem eructare, ructando aliquid eiicere. Horum omnium primitiuum eſt uetus uerbum rugo, is, ruxi, ruſtum. Vnde fit Ructus, huius ructus, uerbale, quod eructi ſtomachi ſonitum ſignificat, quem edere ſolent qui plus quo oneratunt uentriculũ. ἐρεύγω Item Ructo, ctas, quod eſt ſonitum eiuſmodi edere. ἐρεύγω. Inuen. Si bene ructauit, ſi rectè minxit amicus. ¶ Pro eodem etiam nõnunquam inuenimus ructor deponens Horat. Hic dum ſublimes uerſus ructatur. ¶ Hinc ructus fit ſecundum frequentatiuũ ructito. Columel. lib. 7. Gemitus exprimit, locoq; ſtare non patitur: ſed decumbere & ructitare cœpit, caudamq; crebrius agere. ¶ Eructare autem proprie (ut iam diximus) ſignificat ructando aliquid emittere, uel eiicere. Virgil. 3. Aeneid. de Polyphemo, . . ſanies eructans, ac trulla crue nto Per ſomnum commiſta mero. ¶ Per translationem tamen accipitur pro quouis modo eiicere. Virg. 6. Aen de Ac heronte, uaſtaq; uoragine gurges Aeſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. ¶ A ructo fit etiam alterũ compoſitum irructo.

Eructo, as, o. p. penu. cor. Rudentibus expurgo. ἐξερεπτεύω. [Ital. Purgare, nettare un campon di pietre & altre ordure. Gal. Nettoyer de touter pierres, plaſtrats & autres matieres de vieux edifices. Hiſp. Limpiar la uaſſura ò pozo, deſpedregar. Ger. Seũberen von dem vorade vnnd gemäwr ſo ein ait zerbrochen gemeũr gibt, als ſtein, kalch, &c.] Sunt autem rudera purgamenta, puta cæmentum, lapides confracti, arena, calx, & huiuſmodi ex ruinis congeſta. Hinc ruderatur auger, qui ueterum ædificiorum materia ſcatet. Eruderare itaq; eſt purgare, & rudera eiicere. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 2. Solum oportet eſſe eruderatum, & procliuium, ut aquam facile poſſit.

Eruditio, is, en cur. a. q. Significat ex rudi doctum facio. παιδεία, παιδεύω. [Itali. Ammaeſtrare, inſtruire. Gall. Enſeignier, tadoctriner, inſtruire Hiſp Enſennar doctrina. Germ. Vnderweiſen lernen.] Cic. 1. Tuſc. Philoſophia uerò omnium magiſtra uitæ, quid eſt aliud niſi ut Plato ait, donum. ut ego, inuentrum deorum? Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum quod ſecum eſt in generis humani ſocietate tum ad moleſtiam, magnitudinemq; animi eruditit.

Eruditio, ſ. f. pro doctrina, παιδεία, παίδευσις. [Ital. Dottrina, ſcienza. Gal. Eruditiõ, ſauoir, inſtructiõ, enſeignement. Hiſ. Enſeñãca de doctrina. Ger. Gelerte.] Cic. 1. de Finib. Nunc eruditionem eſſe duxit, niſi quæ beatæ uitæ diſciplinam iuuaret. Idẽ 2. Aen. de. Sine eruditione Græca intelligi non poſſunt. Idem 2. de Orat. Omnis eruditionis expers, atque ignarus.

Eruditus, participium, Eductus. πεπαιδευμένος, πεπαιδευμένος. [Ital. Ammeaſtrato. Gall. Aprins, ſeuant, endoctriné, inſtruit. Hiſpan. Enſennado en doctrina. Germa. Gelert.] Cicer. Qu. Fratri, li. 1 Sic uerò fallaces ſunt permulti, & leues & diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentionem eruditi. Idem 3. de Orat. Nõnne Socraticis erant diſputationibus eruditi?

Eruditus, m. ſ. nomen Doctus, ſciens. πεπαιδευμένος, ἐπιστήμων. Eruditur, Erudita operatio, id eſt ſciẽ facta. Plin 11. cap. 24. Tertium aranearum genus erudita operatione conſpicuum. Diſciplina ioris ciuilis eruditiſſimus. Cic. 1. de Ora. Col. lib. 9. cap. 14. Doctaq; & erudita palata faſtidire docuit fluuiales lupum. Qu. lib. 1. cap. 1. Hoc eruditius quæritur. Vide doctus in Docco.

Eruditulos, li, diminutiuum. Catull. in Mamurram & Cæſar Morboſi pariter gemelli utrique Vno in lectulo, erudituli ambo.

Erũgo, as, penul. prod. are, a. p. Eſt cutem extendere, & rugas tollere. ἐκρυαίνω. [Ital Diſtendere, lenar uia le grinze. Gal. Oter & faire en aller les plis & rides. Hiſp. Deſarrugar, quitar arrugas. Ger. Die runtzlen vertreyben.] Plin. li. 2. ca. 19. Lichenas, & lepras, & furfures in facie emendant: erugant corpora.

Erugatio, uerbale quo uſus eſt Plin. lib 28. cap. 12 ἐκρύανσις. [Ital Eſſo cacciare la rugine. Gal. Deſrindement, oſtement de rides. Hiſp. Obra de ſarrugar y quitar las arrugas. deſarrugamiento. Ger. Vertreyburg der runtzlẽ oder rimpfen.]

Erũſa, æ. Genus eſt legaminis, ſolio quàm faba lõgiore, flore apibus gratiſſimo: ideo rei ruſticæ ſcriptores circa alneata ſeri præcipiunt. ἄχος. Colu. lib 2. Saſerna putat aegros ſtercorari lupino, faba, uitia, eruilia.

Erumpo, is, n. r. Cum impetu egredior. ἐξορμῶ. [Ital. Vſcire fuori com empito. Gall Saillir & ſortir auec violence & impetuoſité, faire une ſaillie. Hiſpa. Salir con impetu. Ger. Auſsbin bráchen, Auſsbin fallen.] Cæſar 1. belli Ciu. Quo paratiores eſſent ad inſequẽdũ omnes, ſiue noctu ſiue interdiu erũperent. Cic. 2. in Catilinã, Sed neſcio quo pacto omniũ ſceleriũ, ac ueteris furoris, & audaciæ maturitas in noſtri Conſulatus tẽpus erupit. ¶ Inuenitur etiam interdũ actiuè poſitum cum accuſatiuo à tergo. Terent. in Eunu. Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium?

Eruptio, uerbale, quæ propriè dicitur quum milites ex urbe uel ex caſtris impetum in hoſtes faciũt. ἔκρηγμα, ἔκβολή. [Ital. Lo aſſalire con empito. Gal. Saillie ou ſortie auec impetuoſité. Hiſp Aquella obra de ſalir con impeto. Ger Ein Auſsbruch, das auſsbin fallen.] Cæſar 1. belli Ciuilis, Non ſolùm ab eruptionibus caueant, ſed etiam ſingulorum hominum occultos exitus aſſeruent.

Eruncо, as, Herbas noxias & ſpinas, fruteta; extirpo ἐκβοτανίζω. [Ital. Purgare, ò tirar uia l' herbe Gall. Sarcler, arracher les herbes inutiles qui croiſſent en quelque chãp parmi les bonnes. Hiſp. Rocar ò arrancar las yeruas. Germa. Auſsreũten.] Antiqui enim, teſte Feſto, runcam dicebant, quæ deinde runcina cœpit uocari, hoc eſt inſtrumentum ferratum quo radices ſpinaq; in agris ſolent excindi. Hinc uerbum runcare, & compoſitum eruncare.

Eruo, is, a. r. Eicio, extraho, ἐξερύω, ἐξερεύω. [Ital. Cauare, tirare. Gall Tirer hors, arracher de parmi, demolir. Hiſp. Sacar afuera lo eſcondido. Ger. Auſsreiſsen, Auſsziehen, herfür ziehen.] Colum. lib. 7. ca. 5. Subluuies & interrigo pice per ſe liquida, uel alumine & ſulphure atq; aceto miſtis ritè eruentur. Plin. lib. 11. cap. 36. Certè nulli ſine redundantia eius eruitur oculus. Lactant. lib. 4. Ipſe ſibi oculos eruat, ut omnes cæci ſint. ¶ Interdum eſt in totum deſtruere. ἀνατρέπω. Lactant lib. 7. Eruentur fundibus ciuitates. Virgil. 2. Aen. Troianas ut opes & lamentabile regnum Eruerint Danai. ¶ Eſt etiam eruere, perſcrutando inuenire, & ueluti ex abditiſſimis latebris in lucem proferre. Cic. pro Murena Ex Annalium uetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. Sic Idẽ 2. de Orat. dixit, Curâ & cogitatione aliquid eruere: hoc eſt inueſtigare & inuenire. Idem 1. Tuſc. Si ſcrutari uetera, & ex iis ea quæ ſcriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner, &c.

Eruum, n. ſ. ἔρεβος. [Itali. Mucho. Galli Ers Hiſp. Ieruos, biezgos, cizylaon, cuillaqua. Ger. Roſswicke.] Genus leguminis, ſiliqua cylindracea, fructu lignoſo, nec lenticulæ diſſimili: cuius duo ſunt genera, alterum candidum, alterum rufum, Candidum dulcedine præſtat. Vtrumq; ſiliquis grana ſine ſepto habet quæ ſe inuicem, ut ipſa, tangant. Siliquæ forma teres, & ad rationem grani cylindracea. Patientiſſimum uetuſtatis eſt: in eo tamen phalangium innaſcitur. Col. Eruum lætatur loco macro, nec humido: quia plerunq; corrumpitur. Virgil. 1. Aeg. Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in eruo. ¶ Dictum eruum ab eruendo: carpitur enim, & manu uellitur. Hoc ſemen à Delphinatibus apud quos abundat, illorum lingua uocatur Des erz.

Eryngion, ſiue Eryngo. ἠρύγγιον. [Ita. Iringo. Gal. Panicaut ou chardon teſtu. Hiſp. Cardo corredor. Ger. Mans treuw oder Brachendiſtel, ein kraut.] Herba ex genere aculeatarũ, paſſim in campeſtribus naſcens: quam alio nomine à capitulorum multitudine Centum capita appellant. Vide Plin. li 22. ca. 7. & li. 21. ca. 17. & 16.

Erygion, Aloe apud Dioſc. li. 3 ca. 14.

Eryſimõn, ἐρύσιμον, Semẽ eſt non diſsimile ſeſamo, teſte Galeno, li. 1. de Aliment. facul. ſed deterius, parcinſq; nutriens. Romani irionem uocant, teſte Plin. li. 22 ca. ult.

Eryſipelas, atis, neut. gen. ἐρυσίπελας, A Celſo dicitur eſſe ulceris genus, quum ſuper inflammationem rubor ulcus ambit, isq; cum dolore procedit. Naſcitur ex intemperie compoſita primarum qualitatum cum affluxu flauæ bilis, teſte Gal lib. 1 de Differ. morb. Apud Celſum titulus quidam ſic habet Curatio eryſipelarum: acſi nominatiuus eſſet eryſipela, quo in loco arbitror legendum, Curatio eryſipelarum.

Eryſipelas, autore Galeno, is tumor eſt, qui ex tenui ſanguine interim & eum bilis parte incenſo, ac feruente conſiſtit

Serenus. Eſt etiam morbi ſpecies, quæ dicitur Ignis, Langui da quo multo torrentur membra calore. Quanquam me non fallit quid alii faciunt. *ἐρυσιπέλας*. Fit in uulua, quan do uulua effectum igni ſimilem ſentit, & tunc inflammatur ipſa, & in aliquib. penetrat interdum uſq; ad alias partes ſecundæ. Vel, Eſt rubor inflammatus, qui cum ardore febrē aliquando, interdum horrorem infert.

Erỹſiſcẽptrō. n. Græcè *ἐρυσισκηπτρον*. Multæ herbæ hoc cognomine apud Dioſcoridem leguntur, quo nominis etymo, aut qua tandem ratione, non uideo: nīſi quod Hermolaum Barbarum, & M. Vergilium dubitare uideo. Aſphaltum uocant.

Erythace, *ἐρυθάνη*, Herba quam alii ſandaracham, alii cerinthum nominant. Hic eſt apum, dum operantur, cibus, qui ſæpe in fauorum inanitatibus inuenitur ſepoſitus, ſaporis amari, ſed plenus humoris. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16. Erythacen uocant, qua fauos extremos inter ſe conglutinant. Erythace à coloris rubedine dicitur. Græcè enim *ἐρυθρημα*, rubor appellatur.

Erythacus, Vide Erithacus.

Erythini piſces, Plin. lib. 6 cap. 16.

Erỹthra, Meliſſophyllon Dioſc. li. 2. ca. 117.

Erỹthrānānō, à calore Acinorum, Hæderæ genus, de quo uide Bar. in Corol.

Erỹthrānum, Satyrium Dioſc. li. 3. ca. 146.

Erỹthrō lānum, n. ſ. *ἐρυθρόλανον*. [Itali. Robbia da tingere. Gal. Garance Hiſp. Laruuia. Germ. Ferber röte ein kraut.] Herba eſt rubram habens radicem, qua tinguntur lanæ. Latini rubiam tinctorum appellant. Vide Pli li. 24. cap. 11.

Erythrōnīōn priapicum, Sat. Dioſc. lib. 3 45.

Erythros, *ἐρυθρός*. [Ital. & Gal. Sumach Hiſp. Sumaque, ſumach. Ger. Ein harter roter ſam in der Apoteck.] Frutex, alio nomine rhus appellatus, cuius folio cortarii in conde pſandis pellibus utuntur. Vnde & excoriarium fruticem quidam appellarunt. Vide Plin. 24. cap. 11. Galli Vernam uocant.

Erythrōtānōnes, *ἐρυθροτάνυες*, Ex anſerum genere uolucres, in quibus nitor eximius, abſolutaq; nigritia, & in ſupercilijs cocci rubentis dicti, quaſi *ἐρυθροὶ τανύες*, hoc eſt rubri pauones.

E ante S.

ES. In notis antiquorum. E ſenatu. E. S. A. E M'R. é ſacra ædē Martis. ESS. VDD MM R. eſſe uidendum monumentū Regis. EE. eſſe, uel ex edicto. EE. IP. eſſe in poteſtate, uel in poſterum. EE. MG. P. eſſe magis poteſt, uel magiſter poteſt. EE. M F I eſſe magis fieri iuſſit. EE. N. P. eſſe nō poteſt. EERG. R. eius ergo rex.

Eſalon, Vide AEſalon.

Eſca, ſ. prob edendo dicta: Cibus non ſolùm hominum, uerumetiam omnium animalium. *βρῶσις*. [Itali Eſca, cibo Gal. Viande, mangeaille, amorſe, paſt. Hiſ. Maniar ò yeſca, ceuo del huego. Ger. Speyſs oder aas.] Ouid. 2. Amor. Elegia 6. Nux erat eſca tibi, cauſæq; papauera ſomni. Cic. 2. de Nat. deorum Sus uerò quid habet præter eſcam? ¶ Accipitur præterea, pro eo quod datur auibus, piſcibúſue decipiendi gratia. Cicer. de Senect. Diuinè enim Plato eſcam malorum uoluptatem appellat, quòd ea uidelicet homines capiantur, ut hamo piſces. Vnde ineſco, as, eſt porrecta eſca decipere auer, uel piſces *ἀλιεύω*, & per translationem, homines aliqua illecebra in perniciem adducere. Teren. in Adel. Nunquā rē facies abi, neſcis eſcare homines. Sannio.

Eſcārius. a. ū, Quod ad eſcā pertinet: ut, Eſcaria uaſa. *σιτηρός*. [Ita. Ciò che ad eſca ſi apertene. Gal. Apertenant à uiādes. Hiſp. Coſa de comer. Germ. Das zurſpeyſs gehört.] Plini. lib. 17. cap. 26. Ad eſcaria uaſa totum rubens uitrum, non translucens. Eſcaria menſa, teſte Feſto dicitur quadrata, in qua homines epulantur. Vincula eſcaria. Plaut. Mænech. Facilè alſeruabis dum illo uinculo uincies. Iſta iſtæc nimis lē ta uincula ſunt eſcaria.

Eſcal. is, & hoc eſcale, & pen. prod. *σιτηρέσιον*. Paulus in L. Quū quidam. ff. Supellect. leg. Eſcale autem uel potorium argentum non deberi.

Eſcŭlentus, a, um, Quod eſui aptum eſt. *τρώξιμος, βρώσιμος*. [Ital. Mangiatiuo Gal. Bon à manger. Hiſpa. Coſa de comer. Ger. dūg. das gūt zū eſſen iſt.] Plin. lib. 10. ca. 10. Notatum, minuos nihil eſculenti rapere unquam ex funerum feretris Cice. 2. de Nato. deorum. Atq; ita eligere ex iis quæ ſunt eſculenta. Ibidem, Iam guſtatus, qui ſentire cotū quibus ueſcimur, genera deberet, habitat in ea parte oris qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit. ¶ Omnia eſculenta obſeſſa, *Ἅπαντα γὰρτὰ βρωτὰ πολιορκημένα ἐστί*. Quum urget neceſſitas nihil non facimus: & uehementer fameliçis nullus non ſuauis eſt cibus.

Eſchărā, æ, *ἐσχάρα*, A Græcis dicitur cruſta ſiue durities illa quę uulneribus per cauteria quædam induci ſolet, quū ſanguis aliter ſiſti non poteſt.

Eſcharotica medicamenta, *ἐσχαρωτικὰ φάρμακα*, dicuntur cauſtica, quæ uim habent eſcharam, hoc eſt cruſtam inducendi.

Eſculus, ſ. f. arbor ex genere glandiferarum, eadem cum illa (ut nōnulli exiſtimant) quam Theophraſtus *πλατύφυλλον*, id eſt latifoliam appellat. Eſt autem fago magnitudine, & glande inferior, duplicem ferens gallam, alterā querna non diſſimilem, ſed nulli rei utilem: alterā nigram, tingendis lanis utiliorem. Dicta eſculus, teſte Seruio in 2. Georg. quòd primi mortales, nondum inuentis frugibus, glande eius pro eſca uterentur. Idem tamen Seruius autor eſt principium huius uocis diphthongo ſcribi conſueuiſſe: cui tameh conſuetudini hodie doctiores nō obtemperāt, plus originis rationi, quam Seruii autoritati tribuentes. Virgilius ſecundo Georg. Altius, ac penitus terræ diſigitur arbos, Eſculus in primis, quæ quantum uertice ad auras Aethereas, tantum radice ad Taratara tendit. De hac arbore uide plura apud Plin. lib. 12. cap. 1. & lib. 16. ca. 9. & lib. 17. capite 10.

Eſculeus, a, um, *πλατυφύλλινος*: Quod eſt materiatum ex eſculo. Pallad. li. 1. ca. 9. Deinde ut axes quernæ cum eſculeis non miſceantur, Ouid. 1. Metamorph.

Eſcŭletum, n. ſ. pen. prod. *πλατυφυλλών*. Locus eſculis conſitus, Horat. 1. Car. Quale portentum neq; militaris Daunia in latis alit eſculetis.

Eſdra, Compoſitio ualens ægritudinibus cerebri, haud ſcio an prophetæ illius, qui in Bibliis ſacris celebratur, an ſub ipſius nomine cōfecta, cuiuſmodi ſunt haud parum multa. Deſcribitur ab Nicolao.

Eſiopos, Sylueſtris lactucæ genus, quam Dioſc. uocat ſylueſtrem lactucam.

Eſito, Vide Edo, Es.

Eſquiliæ, Vide Exequiliæ.

Eſſēdum. di, pen. corr. n. ſ. *ἅρμα, ἡ ἁρπεκτὴ γαλατικὴ ἁμάξα*. Vehiculum Gallorum, Britannorumq;, apud Belgas primò repertum. Cice. ad Atticum, lib. 6. Hic Venius uenit in uia ob uiam cum duobus eſſedis, & theda equis iunctis, & rhedis, & familia magna. Virgil. 3. Georg. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. ¶ Legitur etiam Eſſeda genere feminino. Seneca Epiſt. 77. In iis quæ me ſine uocatione circumſtrepunt, eſſedas tranſcurrentes pono. Hinc dicti eſſedarii, qui eſſeda regunt, aut qui exeſſedis pugnant. Cicero Trebatio, Tu qui cæteris cauere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis capiaris, cauebo. Cæſar. 5. bell. Gall. Equites hoſtium, eſſedariiq; acriter prælio cum equitatu noſtro in itinere conflixerunt.

Eſſentia, *οὐσία*. [Ital. Eſſenza. Gallicè, Eſſence Hiſpani. Eſſencia. Germ. Weſen heit.] Vocabulum eſt religioſis quidem Latinæ linguæ obſeruatoribus non uſitatum, à Philoſophis tamen melioris inopia in uſum receptum, pro ipſo eſſe cuiuſuis rei, quam *οὐσίαν* Græci appellant. Auguſt. lib. 12. de Ciuitate Dei. Sicut ab eo quòd eſt ſapere, uocatur ſapientia: ſic ab eo quod eſt eſſe, uocatur eſſentia, nouo quidem nomine, quo uſi ueteres non ſunt Latini ſermonis autores, ſed iam noſtris temporibus uſitato, ne deeſſet etiam linguæ noſtræ quod Græci appellant *οὐσίαν*. hoc enim uerbum è uerbo expreſſum eſt, ut diceretur eſſentia. Quinti. lib. 8. cap. 1. Quorum dura quædam admodum, ut ens, & eſſentia: quæ cur tātopere aſpernemur nō uideo: niſi quòd iniqui iudices aduerſus nos ſumus: ideoq; pauperrate ſermonis laboramus. Hinc eſſentiale, *οὐσιῶδες*, quod eſt eſſentiæ: & eſſentialiter, *οὐσιωδῶς*, ſecundum eſſentiam. Vocabula ſunt ſolis Philoſophis, & Theologis uſurpata.

Eſto, Vide Sum.

Eſtrix, Eſturio, Eſturitio, Eſurito, Vide Edo er.

E ante T.

ET. In notis antiquorum etiam, ET. NC. & nunc.

Et, καί. [Ital. Et, e. Gal. Et, meſmes. Hiſp. y. Ger. Vnnd.] Conjunctio eſt Græca τε, quam Latini inuerſione literarum ſuam effecerunt. Eſt autem copulatiua: ut, Cicero eloquẽs fuit, & Philoſophus Duplicaturq́ interdum, ac complectiua eſt in diuerſis rebus: ut, Te admirantur & ciues & hoſpites. Virgil. 1. Aen. multum ille & terris iactatus & alto. ¶ Modo accipitur pro etiam. Idem 2. Aeneid. quorum Ipſitros uno Ilium grauior, Pelias & uoluere tardus Viyſſi. ¶ Modò interrogatiua, ſeu explctiua. Virg. 1. Aeglo. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi? ¶ Modò indignatiua. ἀπὸ. Virgil. 1. Aeneid. & quiſquam numen Iunonis adoret, Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem? Cic. pro Mdone, Et ſunt qui de Apia uia loquantur, taceant de Cunia Virgil. 6. Aeneid. Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis? ¶ Ponitur interdum ἐξηγητικῶς, pro hoc eſt, ſiue id eſt. Plaut. Annos natus iam ſexaginta, & ſenex. ¶ Interdum pro quia. Virg. in Buc. Audieras, & fama fuit. Quintil. lib. 1. cap. 1. Has primum audiet puer, harum uerba effingere imitando conabitur: & natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ mollibus animis percipimus. Plerunq́ ſententiarum initiis comperit quemadmodum & Græcis καί. Idẽ, Et finitæ quidem ſunt partes duæ quas hæc profeſſio. ¶ Interdum ponitur pro aduerbio ordinandi. Virgil. corpusq́ lauant frigentis, & ungunt, id eſt deinde ungunt. ¶ Item pro quãuis, ſiue tamen. Cic. de Senect. Defendi legem Voconiam magna uoce, bonisque lateribus, & uidetis annos meos, id eſt tamen uidetis quàm iam iam ſenex. Huius cõpoſita ſunt, etſi, ἐὰν καὶ, & tametſi.

Etenim, Idem ualet quod nam, enim, quia, & ferè primum in oratione locum urndicat. ἀμείλας, οὐ γάρ. [Ital. Certo, percioche, perche. Gal. Pource, car. Hiſp. Porque, cierta mente. Ger. Dan.] Cic. 4. Verr. Etenim quoniam numerum iniuriarum uobis non poſſum exponere ſigillatim autem de uniuſcuiuſque incommodo dicere infinitum eſt, genera ipſa iniuriarum quæſo cognoſcite. Idem 2. de Diuinat. Etenim ex diuiſione hoc ſecundum eſt. Plin. Etenim multa de hac Magi prodiderunt quæ non ſunt nobis commemoranda. Inuenitur tamen & ſecundo loco. Seneca. Quis etenim inter tot corporis cruciatus, fœlicẽ quenquã eſſe poſſe exiſtimat? ¶ Accipitur aliquando pro quippe. Cic. pro Flacco, Neque in toto Aemonenſium teſtimonio commoueòor: etenim quibus ego iſtam laudationem remittam, id eſt quippe quibus, &c. ¶ Nonnunquam diuiſa compoſitione per duas dictiones efferetur, uocabula aliqua in medio interiecta. Ci. de Clar. Ora. Et dicere etenim bene nemo poteſt, hoc eſt, etenim dicere bene.

Etiŏcrithŏn, Genus hordei, à rubigine, & quoniam incorruptum naſcitur.

Ethiaŏn, ἠθεῖον, Vaſis ænei genus eſt quo Ægyptii uti conſueuerunt. Nam (teſte Athenæo) in Aegyptiorum omnibus penè domibus tria erant uaſa ænea, cyathus, phiala & ethanium.

Etitēs, teſte Plinio lib. 36. cap. 28. Lapis eſt ex quo confici ſolent mortaria.

Ethice, es, uel Ethica, æ, ſ. p. ἠθικὴ. [Ital. Filoſophia morale. Gal. Philoſophie morale. Hiſ. Philoſophia moral. Ger. Das theil der philoſophię ſo von gůten ſitten leret.] Pars eſt philoſophiæ ad mores pertinens, quæ à Latinis moralis appellatur. Cic. de Fato, Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci uocant, nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus: ſed decet augentem linguam Latinam, non minuere moralem.

Ethicus, pen. cor. ἠθικός. [Ital. Morale. Gal. Moral. Hiſp. Moral, y perteneciente à coſtumbre Germa. Das zů der zucht ler dienet.] Idem quod moralis, quod ſcilicet ad mores recte inſtituendos pertinet. Ci. in Orat. Duo ſunt etiam quæ bene tractata ab Oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum eſt quod Græci ἠθικὸν uocant, ad naturam & ad mores, & ad omnem uitæ conſuetudinem accommodatum.

Ethica, orum, ἠθικά, τά, opus moralem tractans philoſophiam: quo nomine Ariſtoteles opus ſuum de moribus inſcripſit.

Ethmoides, id eſt, cola uocantur nariũm meatus, quibus olfactus perficitur. Gal. lib. 2. de Olfactus ſenſorio.

Ethnarches, æ, m. p. ἐθνάρχης, Gentis princeps.

Ethnearchia, Principatus uel præfectura.

Ethnĭcus, pen. cor. m. ſ. ἐθνικὸς, Gentilis ab ἔθνος, quod gentem ſignificat. Hieronymus contra Iouinianum, Et ſi ducẽ duxiſſent uxores, Chriſtianas tantùm accipiẽt, an & Ethnicas?

Ethŏlŏgus, pen. cor. m. ſ. ἠθολόγος. [Ital. Hiſtrione, buffone. Gal. Buffon, farſeur, badin. Hiſp. Representador ó fingidor de perſona agena, como quien representa comedias y tragedias. Ger. Der ein ding mit weylen vnd gebärden to er fůret, auſſtruckt, das man es ſchier verſtůnd ob er ſchon ſunſt ſchwige.] Morum expreſſor, qui geſtu ipſo corporis, & ſono uocis ita exprimit mores hominum, ut geſtibus loqui uideatur. Cic. 2. de Orat. Mimorum eſt enim & ethologorũm mimis eſt imitatio, ſicut obſcœnitas, &c. Quibus uerbis Cicero nimiam in Oratore imitationem reprehendit, quaſi mimicam, non Oratoriam. Budæus.

Ethologia, æ, ἠθολογία, Eſt affectuum, morumq́ per orationem alia cuius effictio. Quint. lib. 2. cap. 9. Ethologia perſonis continetur. ¶ Ethologia Rutilio Lupo figura eſt ſententiarum, quum uerbis ſonoq́ uocis exprimitur ac deſcribitur hominis alicuius conſuetudo & mos.

Ethopœi, m. ſ. ἠθοποιοὶ, Dicuntur hiſtriones qui mores & geſtus imitantur eius perſonæ quam ſuſtinent.

Ethopœia, ſ. p. ἠθοποιία, [Itali. Imitatione d'elle maniere d'altri. Gal. Repreſentation des facons & manieres d'autruy. Hiſp. Repreſentacion de maneras y coſtumbres de alguno. Ger. Zůſtruckung eines anderen weyſen vnd gebärden.] Eſt morum, affectuumq́ alicuius expreſſio, quæ & ethologia à nonnullis appellatur. Differt à proſopœia, teſte Aquila, quòd in hac perſonas fingimus quæ non ſunt: in Ethopœia uerò certis quibuſdam perſonis uel ad improbitatem, uel ad dignitatem ſermonem accommodatè effingimus.

Ethŏs, (ut inquit Quintilianus) uno uerbo Latinè dici non poteſt, hoc enim omnes mentis habitus continentur, à quo pictores quidam & ſtatuarii ethici dicti ſunt. Budæus.

Etiam, Conjunctio eſt idem ſignificans quod quoq́. Plautus Tũne etiam id reſciſti miſer? ¶ Aliquando ſignificat adhuc. ἔτι. [Ital. Anco, ancora, etiandio. Gal. Mais, dauantage, encor. Hiſp. Tambien. Ger. Noch noch.] Terent. in Andr. Nihil ſuſpicãs etiam mali. Ibidem, Non latis me pernoſti etiam qualis ſim, Simo. ¶ Aliquando præterea. Idẽ in Andr. Etiam puerum inde abiens conuenit Chremes. Ibidem, Imò etiam, quo tu minus ſcis triumphas meos, Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. ¶ Etiam, reſponſio eſt affirmatiua, quemadmodum & ita. Plin. Tacito, Studes, inquam? Reſpondit, Etiam. Vbi? Mediolani. ¶ Aliquando & affirmandi uim habet, nulla tamen præeunte interrogatione: ut idem ſit quod ſic. Cic. pro Roſc. Comœ Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiam, quamobrem quum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduerſariis relinquebas? ¶ Accipitur & pro quinpotius. Plin. in Paneg. Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius autoritas imminuta eſt, iuſta etiam. ¶ Ponitur quoq́ interdum ita ut ab eo intelligatur non ſolùm. Cic. ad Lent. Quumq́ ea contentio mihi magnum, etiam foris, fructum tuliſſet, hoc eſt nõ ſolùm domi & in urbe, ſed foris etiam & extra urbem. Idẽ Att. lib. 9. Etiam hæc me ſolicitant, quaſi dicat, non ſolùm maxima iſta, ſed etiam minima. ¶ Etiam atque etiam, prouidẽte, ſummopere. Cicer. 2. de Finibus. Atqui iſte locus eſt Piſo tibi etiam atq́ etiam confirmandus. ¶ Etiamdum, pro adhuc. Terent. Hoc ego mali non pridem inueni, atq́ etiamdum ſcit pater. ¶ Etiamne. Plautus, in Atin. Te ẽp obſecro hercle, ut quæ loquutus, deſpuas. D. Fiat: gerantur mos tibi. L. agè exerce. D. Etiamne? L. Agè quæſo hercle uſque ex penitis faucibus. D. Etiam. L. Amplius. D. Nam quo uſque? L. uſque ad mortem uolo. Cic. Attic. lib. 10. Etiamne Balbus in Senatum uenire cogitet? ¶ Etiamnum idem quod adhuc, uel ad hoc uſq́ tempus. Plaut. Trucul. Mihi etiãnum quid ſit negotii, falſus, incertusq́ ſum: niſi quia Timeo tamen. ¶ Pro eodem etiam legimus Etiam nunc. Idem in Amp. Laſſus ſum hercle è naui, ut uectus huc ſum, etiamnunc nauſeo. ¶ Ponitur & pro ſtatim, illico, uel extemplo. Plaut. in Aulu. Abiede hinc etiãnunc. ¶ Etiamtũ, pro uſquenunc, uel uſque ad id tempus, uel tunc adhuc. Terent. Hecyr. Me eduxit foras, narrans ut uirgo ab ſe

integra etiamtum fier. Cic. de Orat. Omnes etiamtum retinebant illum Periclis ſuccum. Adria. Cordiu. Quod multi, inquit, inſcitè quidem & minus Latinè dicunt, uſque nunc, uſque tunc, uſq; ad id tempus, perfecti illi Romani ſermonis parentes, etiamnunc, etiamtunc, uel etiamnum etiamtum dicebant.

Etſi, *κἀίτοι*. [Ital. Benche, tutto che, anchor che. Gal. Combien que, iaçoit que, toutes foys que Hiſp. Aunque. Germ. Wiewol, Obſchon.] Coniunctio aduerſatiua eſt, indicatiuum exigens, quemadmodum & quanquam: quum tamen quamuis & licet magis ſubiunctiuo gaudeant. Plaut. in Trinum. ibo huc. Quò mihi imperatum eſt, etſi odi hãc domum. Terent. in Andr. Ioo. etſi hercle ſæpe iam me ſpes hæc fruſtrata eſt. Cic. pro Milone, etſi uereor Iudices, &c.

¶ Interdum etiam cum ſubiunctiuo inuenitur. Cicer. de Amic. Etſi illis planè orbatus eſſem. ¶ Nonnunquam etiã interrogatiuè profertur. Cic. Attico, Do, do pœnas temeritatis meæ: etſi quæ fuit illa temeritas? ¶ Interdum etſi inuenitur iunctum cum quamuis. Cic. ad Att. lib. 16. Etſi quãuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti.

Etymologia, *ἐτυμολογία*, Latinè ueriloquium ſonat: ab *ἔτυμος* uerus, & *λόγος* ſermo, uel loquutio. Cic. 1. Acad. Verborum etiam explicatio probabatur, id eſt qua de cauſa quæq; eſſent ita nominata, quam Etymologiam appellant. Sed quia uerilocuium (ut inquit Boetius in Topica Ciceronis) minus in uſu Latini ſermonis habetur, Cicero etymologiam uocat notationem, quia notam facit rem de qua prædicatur. Ariſtoteles ſymbolum nominat, quidam etiam originationem, teſte Fabio.

Etymon, etymi, *ἔτυμον*, Idem quod etymologia. Varro 1. de Re ruſtic. cap. 48. de gluma loquens, Videtur nocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum.

Etymologus, *ἐτυμόλογος*, Qui rationem uerborum indagare ſolitus eſt.

E ante V.

EV. In notis antiquorum eius E V. V. N. V. V. E. Edere uiuas, ne uiue ut edas.

Euãcuãre, a. p. Exinanire. *κενοῦν*. [Ital. Euacuare, notare. Gal. Vuider hors, euacuer. Hiſp. Vaziar, euacuar. Ger. Auſs laſſen.] Vnde euacuare aluum. Plin. lib. 20. cap. 6. Diocles hydropicis cum centaurea, aut in fico duplici ad euacuandã aluum.

Euãdo, dis, ſi, ſum, 3. Effugio, exeo, erumpo. *Διαδίδρασκω, ἐκφεύγω*. [Ita. Scampare, fugire, diuenire. Cal. Paſſer outre, paruenir, uenir au deſſus, eſchaper. Hiſ. Eſcapar de peligro, ſalir hecha alguna coſa. Ger. Entgon, entrinnen.] Virgil. Aeneid. 9. noſtrãne euadere demens Speraſti te poſſe manus? Cic. pro Cælio, Potuerũntne meliori tempore proſilire, quàm quum Licinius ueniſſet, quum in manu teneret uenenũ pyxidem? quæ quum iam erat tradita ſeruis, ſi euaſiſſent ſubitò ex balneis mulieris amici, Licinium; comprehendiſſent, &c. id eſt ſi è balneis erupiſſent. Cæſar, Reliquos equites conſectati, paucos qui ex fuga euaſerant, reliquerunt. Sic euadere è manibus hoſtium, apud Liuium: & Euadere ex iudicio aliquo, apud Ciceronem, liberationem quandam præ ſe ferre uidetur: quemadmodum & Salluſt. dixit, At ni Marius ſigna inferre, atq; euadere oppido properaſſet, proteſtò cuncti, aut magna pars fidem mutaſſent. *περιγενέσθαι, περιῳκέσθαι*. Cic. 1. Tuſcul. Accedit, ut eò facilius animus euadat ex hoc aere. Idem de Seneſt. Mihi quidem nunquam perſuaderi potuit, animos dum in corporib. eſſent mortalibus, uiuere: quum exiiſſent ex iis, emori: nec uerò rum animum eſſe inſipientem, quum ex inſipienti corpore euaſiſſet. ¶ Ponitur etiam hoc uerbum pro eo quod eſt ad finem perduci, uel exitum habere. Terent. in Andr. Quam timeo quorſum euadas, id eſt ad quẽ finem perueniat oratio tua. Idem, Et heri ſemper lenitas uerebar quorſum euaderet. Cicer. Attic. lib. 16. Tu quidem & prudenter, & amice ſuades, ut in his locis ſim potiſſimũ, quoad audiamus, hæc quæ commota ſunt quorſum euadant. Plaut. in Afin. Dem. Itor quidẽ, & quò euadat ſum in metu. ¶ Item pro fieri. *γίνεσθαι*. Cicer. in Verrem, Tu eiuſmodi euaſiſti, in turis ac diuiſoris diſciplina educatus. Idem in Brut. In dicendo pauci digni nomine euadunt. Liu. lib. 1. 20 Vrbe, Inuenis euaſit uerè iudolis regix. ¶ Euadere in muros, uel in cacumen montis, eſt aſcendere, ſiue potius ſcandẽdo peruenire. *ἀναβαίνειν, ἐπιβαίνειν*. Virg. 2. Aen. Euado ad ſummi faſtigia culminis. ¶ Euadere ardua, apud Liuium. ¶ Euadere ante oculos, pro apparere. Virg. 1. Aen. Vt tandem ante oculos euaſit, & ora parentis. ¶ Euadere ad coniecturam, id eſt conſequi coniectura. Plaut. Nunquã hodie quiui ad coniecturam euadere. ¶ Euadere in malis. Terent. Adelph. uerùm nimia illæc licentia Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Euagor, aris, d. p. Latius uagor, expatior, *παρεμβαίνω, περιφέρομαι*. [Ital. Vagare, andare uagabondo. Gal. Sortir de ſon lieu, ordre ou place, uaguer ca & la, ſortir de propos. Hiſp. Andar fuera uagando. Ger. Auſsſchweiffen.] Liu. 2. bel. Pun. Frontibus enim aduerſis concurrendũ erat, quippe nullo circà ad euagandum relicto ſpatio. ¶ Per metaphoram euagati eſt aliquid extra propoſitum dicere, & ne luti à uia inſtituta digredi. Quint. lib. 2. Verùm hactenus euagari ſatis fuerit.

Euagatio, uerbale. *παρέμβασις* Plin. lib. 2. cap. 17. Ac ſpatia longitudinis, latitudinem euagatione penſant.

Euãlèo, es, n. ſ. pen. cor. Validior, & potentior fio. *ἐπιῤῥώννυμαι, ἐπισχύω*. [Ita. Ingagliardirſi. Gal. Pouuoir. Hiſp. Mucho poder. Ger. Vermüglich ſein.] Stat. 1. Syluarũbine illa nefanda pocula leales; manu cõponere ſuccos Eualuit? Lucan. lib. 1. Ouid. Epiſt. 14.

Eualeſco, Robur & uires acquiro. *ῥώννυμαι*. [Ital. Ritornare in uigore. Gal. Retourner en uigueur. Hiſp. Tornar en fuerça. Ger. Starck werden.] Plin. libr. 15. Quæ poſtquam eualuit, flaceſcente petitia Marſico bello, languida autoritas Patrum facta eſt, ac paulatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas. Quintil. lib. 2. cap. 9. Adiuta cura natura magis eualeſcit.

Euallo, as, a. p. [Itali Caccaiar fuori. Gal. Chaſſer dehors. Hiſpa. Echar afuera. Ger. Auſshin ſtoſſen oder werffen.] Excludere eſt, quaſi extra uallum ejicere. Verbum eſt obſoletum. Varro apud Nonium, Donec foras nos intus euallauerunt.

Euallo, is, Eſt purgare frumentum. [Ital. Vagliare, criuellare. Gal. Vanner, cribler. Hiſp. Criuar, acriuar. Germ. Sas korn wannen oder ſeuberen.] Plin. lib. 18. ca. 10. Et ipſa quæ euallantur, uariam piſturarum rationem habent. Ibidem, Triticum autem petiundi aqua multa iubet, poſtea eualli, deinde Sole ſiccarum pilo repeti. Sic enim legit Calpinus, quanquam non deſunt qui emendatiorum exemplarium fidem ſequuti, in priore exemplo, eualuantur malint legere: & in poſteriori, euelli.

Euãnẽo, es, n. ſ. ſecunda ſyllaba prod. à quo Euaneſco, quod eſt pereo, Eo ſpectat habeo. *φαντάζομαι*. [Ital. Suanire, forſi uano, ſpartire. Gal. Deuenir à neant, ſe perdre, s'eſuanouir. Hiſp. Deſuaneſcerſe, deſaparecer. Ger. Vergẽ, verſchwinden.] Plin. lib. 9. cap. 11. Vere pectines, limaces, hirundines eodem tempore euaneſcunt. Cic. de Claris Orat. Iſque & orationes reliquit quæ iam euanuerunt. Idem ad Atticum lib. 1. Poſtquam extenuari, & euaneſcere ſpem noſtram uidi, mutaui conſilium.

Euãnĭdus, a, um, Idem eſt quod inanis, caducus, & citò periturus. *κἐνεννὸς, ἐξίτηλος*. [Ital. Caduco, ſmarito. Gal. Qui n'a point de nerfs, qui ſoudain s'eſuanouiſt. Hiſp. Deſuaneſcido. Ger. Hinfellich, Zergenglich.] Col. de Arbo. ca. 17. Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanida fiunt, parum fructus ferunt. Plin. lib. 17. cap. 1. Quædam ex iis ſeneſcunt, paulatim uiriditate euanida. Ouid. 1. Metam. Pectoraq; in tenues abeunt euanida riuos.

Euãngẽlium, n. ſ. *εὐαγγέλιον*. [Ital. Euangelio, buona noua. Gal. Euangile, bonne nouuelle. Hiſ. Euangelio, ò buen mẽſage. Ger. Ein gute botſchafft.] Interpretatur bonum, ſine ullum nũtium: ab *εὖ* bonum, & *ἀγγέλλω* nuntio: quaſi bona nuntiatio. Vnde non immeritò à Chriſtianis Euangelium appellatum eſt, ſalutiferum illud nuntium à Chriſto ueraciſſimo Patris nuntio nobis allatum, quòd Chriſtus iuxta promiſſiones Patris, homo factus, illi ſatisfecit pro peccatis noſtris, ut uitam æternam haberemus.

Euangelia, orum, pluraliter, & neutro genere, dicuntur ſacrificia & ſupplicationes quæ pro iucundo nuntio decerni conſueuerunt: uel etiam merces allati iucundi nuntii. Cic. Att. lib. 2. O ſuaues duas epiſtolas, quibus euangelia deberi fatcor. Idem ad eundem, Itáne nuntiat Brutus illum

ſſad bonos uiros euangelia? ſed ubi eos? niſi fortè ſe ſuſpẽdit. Vlpian. in l. Falſus. ff. de Fort. Ergo ſi ea quæ dicũt Græci euangelia, perat, id eſt mercedem pro rei inuentæ uel repertæ nuntio.

Euanno, as, are, a p. Vanni more euentilo. *ἀπολικμάω*. [Ital. Soentolare. Galli. Vanner & getter hors en uannant. Hiſp. carandar ò auentar. Ger. Außwannen.] Varro 1. de Re ruſt. Ita fit, ut quod leuiſſimum eſt in eo, atq; appellatur acus, euannetur foras extra aream. ¶ Per translationẽ ſumitur pro amouere, ut annotauit Nonius citans illud Pomponij ex Pannuceatis, Dixi ego illud futurum: in prima ualua eſt: uix hæret miſera: euannetur: & mea opera ut fiat fecero.

Euãpĕõs, ſtolidos & amentes dictos refert Phocion Grãmaticus.

Euapŏrātio, onis, f. t. Vaporis alicuius expiratio. *ἐξαγμισμός* [Ital. Vapore. Gal. Euaporation. Hiſp. Obra de abahar. Ger. Ein außdempfung, Verriechung.] Seneca lib. 1. Natura. quæſt. Nec mirum, ſi terris omnis generis & uaria euaporatio eſt. idem lib. 3. Nec trahit ſaporẽ euaporatio, quia clauſa perlabitur.

Euaſto, as, are, a. p. Idem quod uaſtare ſignificat. *ἀνάλωτος μέω*. [Ital. Guaſtare, dare il guaſto. Gal. Deſtruire, gaſter. Hiſp. Deſolar ò mucho deſtruyr. Ger. Verwüſten, Zerſtören.] Liuius 10. ab Vrbe, Ibi duo Conſulares exercitus diuerſis uagati partibus, omnia quinq; menſium ſpatio euaſtauerunt.

Euax, *ἰουαί*, lorericſtio exultantis. Plaut. in Menæch. Euax, iurgio uxorem tandem abegi. ¶ Fuit etiam nomen regis Indiæ, *ἰουαξ*: qui de uirtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronem.

Euchŏrĭcă, Ebulus apud Dioſcorid. libro 4. capite 185.

Euentus, *ἐυκαιρία*. [Ital Opportunità, occaſione. Gal. Opportunité, occaſion. Hiſp. Sazon, occaſion. Ger. Gelägenheit, Bomlichkeit, Güter anlaß.] Latinè opportunitas dicitur. Cic. 2. de Finib. Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellamus *ἐυκαιρίαν*) non fit maior productione temporis Idem 1. Offic. occaſionem interpretatur.

Euchariſtia, *ἐυχαριστία*, Vox eſt Græca, quam nos Gratiarũ actionem uertere poſſumus: unde & *ἐυχαριστῶν* Græci dicunt pro eo quod eſt gratias agere. Hieronymus gratiam ſiue gratioſitatem uertit: ab adiectiuo *ἐυχάριστος*, quod iocundum ſonat & gratioſum.

Euchyla, n. ſ. *ἐυχυλα*, Dicuntur quæ ſunt boni ſuccꝰ: ut carnes auiũ, uitulorum montanarum, & piſcium ſaxatilium. His oppoſuntur *κακόχυλα*. quæ malum generãt ſuccũ: ut caſeus uetus, & ſalſamenta, *χυλὸς* Græcis ſuccus eſt, ſiue liquor.

Euchyma, *ἐυχυμα*, Græca appellatione dicuntur quæ boni ſunt ſuccꝰ, ſiue præſtantis ſaporis. Nam *χυμὸς* Græcis mos dicitur ſuccum ſignificat, modò ſaporem

Euchymŏn, mi, n. ſ. *ἐυχυμον*, ellebori ſpecies ſic dicta:

Euchōrĭa orum, n. ſ. Sunt loci, in quibus orationes, actaq; prouinciarum continentur. Alc. in l. Immotatis. C. de Agricolis recenſitis lib. 11.

Euclēia, *ἐυκλεία*. [Ital. Buona fama. Gal. Bonne renõmée. Hiſ. Buena fama. Ger. Ein gůt Lob oder gůter Lümbdẽ.] Claritas nominis, laus, exiſtimatio, & bona fama. Cicer. 3. de Finibus. De bona autem fama quẽ appellant *ἐυκλείαν*. Aptius enim eſt hoc loco bonam famam appellare quàm gloriam.

Euecho, is, a. t. Extra uehe. *ἐξάγω*. [Ital. Condur fuori. Gal. Enleuer, porter hors. Hiſp. Llenar afuera. Germa. Außführen.] Varro lib. 1. de Re ruſti. Quarto eodem fructuoſiorem faciunt uectura, ſi uiæ ſunt quã plauſtra agi facilè poſſint, aut flumina propinqua quæ nauigari poſſint, quibus utriſq; euehi, atq; inuehi multa ad prædia ſcimus. Liu. 5. bell. Punic. Vbi primùm tranquillitas maris in altum euexiſſet. Idem 1. ab Vrbe, Vt in collem Exquiliarium eueheretur. ¶ Per translationem ſignificat extollo. *αἴρω*. [Itali. Inalzare. Gal. Hauſſer, eſleuer. Hiſp. Alcar arriba. Ger. Erheben, fürhin ziehen und hoch dran bringẽ.] Virg. 6. Aen. Pueri quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus, Diis geniti potuere.

Euectio, uerbale, f. t. quod propriè ipſum euehendi actum ſignificat. *ἐξαγωγὴ*. [Ital. Portamento di fuori. Gal. Portement dehors. Hiſp. Obra de llenar afuera. Germ. Außfuhrung.] Euectiones etiam, teſte Budæo, dicuntur diplomata, ſiue chartulæ ſigno principis obſignatæ, quibus poteſtas permitteretur aliquid euehẽdi. Vnde C. de Curſu publ. cauetur, ut euectiones ab omnibus poſtulentur.

Euectus, tus, m. q. Euectio, & portatio quæ fit uel nauibus, uel curribus in aliquem locum. Plin. lib. 18. cap. 5. Malus eſt agere cum quo dominus luctatur. Cato inter prima ſpectari iubet, num ſolum ſua uirtute ualeat qua dictum eſt poſitione, Vt operariorum copia propè ſit, oppidumq; ualidum, ut nauigiorum euectus, uel inuerum.

Euelatum, Veteres dixere pro euentilato. [Ital Suentolato. Gal. Eſuente. Hiſ. Auentado. Ger. Eröffnet, Erſcüberet.] Vnde uelabra dicuntur quibus frumenta euentilantur. Autor Feſtus.

Euello, lis, euelli, & euulſi, euulſum, a. t. Extraho, extirpo. *ἀποτίλλω, ἀποσπάω*. [Ita. Stirpare, ſuellere. Gal. Arracher. Hiſ. Arrancar algo de lugar. Ger. Außrupffen, Außreyſſen.] ut, Euellere ſibi capillum præ luctu, apud Ciceronẽ 3. Tuſc. Idem ad Att. 5. Exciſa enim eſt arbor, non euulſa: itaq; quã fruticetur uides. Sic, Euellere ſe ex complexu, apud eundẽ: & Euellere ſeſe ex cœno, apud Plin. lib. 8. cap. 42. ¶ Per translationem Euellere ſibi ſcrupulum ex animo. Cic. pro Roſc. Et pro Cluentio, Euellere opinionem aliquam ex animis hominum.

Euulſio, uerbale, f. t. *ἀπόσπασμός, ἀφαίρεσις*. [Ital. Eſſo ſuellere. Gal. Arrachement. Hiſpa Obra de arrancar algo de lugar. Ger. Außrupffung, außreyſſung.] Cic. de Nat. deo. Qui primus purgationes alui, deuitiſq; euulſionem inuenit.

Euẽnio, euenis, pen. cor. ueni, euentum, Venire, accedere. *ἀποβαίνω, ἐπβαίνω*. [Ital. Venire, accoſtarſi, accadere, auuenire. Gal. Auenir. Hiſp. Aconteſcer. Germ. Begegnen, widerfaren.] Plautus Caſina, Sine modò rus eueniat, remitto ad te uirum. ¶ Nonnũquam etiam ſignificat euadere, hoc eſt per quancunq; difficultatem ad aliquid peruenire, exitum habere. Plaut in Moſtel. Hei mihi, commiſta hæc blãda dicta quò euentant, madeo metu. Idem in Epiſt. Expectãdo exedor miſer, atq; exoreor, quo mihi Epidici blãda dicta euentant: nimis diu maceror. ¶ Sæpius tamen ponitur pro contingere, accidere. *συμβαίνειν, ἀποβαίνειν*. & tã in malam, quàm in bonam partem accipi ſolet. Plaut. in Aſin. Opta id quod ut contingat tibi, uis. Ar. Quid ſi optaro? L. E. Euenient. Idem in Perſa. Quid agitur? T. Viuitur. S. Sa tio' ergo ex ſententia? T. Si euentunt quæ opto, ſatis. Idẽ in Mercat. Omnia mihi hodie euenũt præter ſententiam: non uiuam ueſperi, Niſi illanc à me ſceleſtam abigam. Cicer. 3. Offic. Quod autem in poematibus, & in picturis uſu euenit, in aliiſq; compluribus, ut delectentur imperiti. Idem Fam. 2. Ex quo uereor, ne idem euentat in meas literas. ¶ Quandoq; eſt obuenire, & ſorte alicui obtingere. Sal luſt. in Iug. Metellus & Syllanus Coſs. deſignati prouincias inter ſe partiuerant, Metelloq; Numidia euenit.

Euenit impersonaliter pro ita cecidit. Terent. in Andr. Quid tu Athenas inſolens? C. Euenit.

Euentum, euenti, neutro genere. quod in plurali euenta facit. *ἀποβαίνων, συμβεβηκός*. [Ita. Riuſcimento di qualche coſa. Gal. Euenement, la fin & iſue de quelque choſe. Hiſpani. Aconteſcimiento, ò la ſalida de lo que aconteſce. Germani. Zůtragung eines ding. Ein beſcháchung eines handels.] Lucr. lib. 1. Euentũ dici poterit quodcunq; erit actũ. Cic. in Patricionibus, Si cuiuſcunq; facti, & euenti cauſa ponetur. Idem de Diuinat. Si euenta quærimus quæ exquiruntur auibus. Idem ad Atticum, Semper cauſæ euentorũ magis mouent, q̃ ipſa euenta. ¶ Euentũ præſtare, eſt periculũ alicuius rei in ſe recipere. *ἐγγυᾶσθαι, τὸ μέλλων ἐσεσθαι*.

Euentus, gen. maſc. & quarti ordinis, tam in plurali numero quã in ſingulari dicitur quod caſu aut fortuna nobis euenit, tam in bonum quã in malũ. *σύμβαμα, ἀπόβασις*. [Ita: Euento, accidente, caſo. Gal. Euenement. Hiſ. Aconteſcimiento. Ger. Der außſtrag oder außgang.] Cic. li. 1. de Orat. Vt enim quis optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, uariosq; euentus orationis, expectationemq; hominum perrimeſcit. Virg. 6. Aen. excoſq; uolutat Euentus animo ſecũ. Ouid. 2. de Ponto, Nam timor euentus deterioris abeſt. Ouid. in Epiſt. Phyllidis, careat ſucceſſib. opto: Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Euentillo,

Euentilo,as,a.p. Ventilatione purgo λικμάω. [Ital. Criuellare, fuentolare. Gal. Eſuenter. Hiſp. Derramar al uiento, auentar. Ger. Mit worffen oder wannen erſeuberen.] Colum. lib.1. Et celeriter frumenta deteruntur, non cedente ſolo pulſibus ungularum, tribulorumq; & eadem euentilata, mundiora ſunt.

Euerbĕro,a.p. Idem eſt quod ſimplex uerbero. τύπτω, μαστιγόω. [Ital. Battere, percuotere. Gal. Battre. Hiſp. Herir ò acotar. Ger. Schlahen. Schwingen.] Quint. lib.2.cap.4. An credibile ſit, ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe coruum qui os, oculoſq; hoſtis Galli roſtro atq; alis euerberaret? Ouid.14. Metam. & cineres pulſis euerberat alis.

Euergo,is, idem eſt quod emitto. προχύω. [Ita. Mandar fuòri. Gal. Enuoyer dehors. Hiſp. Embiar afuera. Ger. Herfür geben.] Liu.lib.4.bel.Maced. Montes ingentis altitudinis ſpem faciebant, eo magis quòd nullos apertos euergerent riuos, occultos continere latices, quorum uenæ in mare permanantes, undæ miſcerentur.

Euerro,is, euerri, euerſum, a.t. Scopis expurgo. ἐκκαθαίρω, ἐκσαρόω. [Ital. Spaſſare. Gal. Balier & nettoyer. Hiſpa. Barrer. Ger. Außwüſchen.] Col.lib.8. Strabula frequenter euerrenda & purganda, humorq; omnis urinæ deuerrendus eſt. ¶ Per translationem accipitur pro expilare. Cic.5.Ver. O Verrea præclara, quoquam ſi acceſſiſti, quæ non atruleris iſtum diem. Etenim quam tu domum, quam tu urbem adiiſti, quod fanum denique quod non euerſum, atque exterſum reliqueris?

Euerriātor,m.t. Dicitur qui iure accepta hæreditate, iſta facere defuncto debet, quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbauerit, ſuo capite luat. Id nomẽ ductum à uerrendo: nam euerræ, ſunt purgationes quædã domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per euerriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab extra uerrendo dictæ.

Euerriculum,li, n.ſ. Rete eſt piſcatorij à Græcis dictum: & à uerrenda aqua ſic appellatum. σαγήνη. [Italicè, Rete da peſcare. Gallicè, filé, uermeil, ſeine. Hiſpanicè, La red barredera de peſcadores. Ger. Ein zuggarn der fiſcheren.] Varr. tertio de Re ruſt. cap.17. Quũ neq; euerriculo illi in litus educere poſſent uiuam ſaginam plebeiæ cœnæ piſces. Cicer. 4. Verr. expilatorem Siciliæ Verrem, euerriculum appellat. Quod unquam (inquit) iudices, huiuſcemodi euerriculũ in illa prouincia fuit? Idem lib.3. de Nat. deorum, dolli mali actionem euerriculum appellat omnium malitiarũ: quòd ſcilicet ea euerrantur omnes fraudes è uita hominum ciuili. Eſt enim ea actio prodita ad terrorem hominum ſubdolorum qui ignominiam eius iudicii reformidant. Verba Ciceronis ſunt hæc: inde euerriculum malitiarum omnium, iudiciũ de dolo malo quod Caius Aquilius familiaris noſter protulit: quẽ dolum idem Aquilius tum teneri putat quum aliud ſit ſimulatum, aliud actum. Hæc Budæus.

Euerto,is, euerti, euerſum, a.t. Excindo, diruo, demolior. καθαιρέω, καταβάλλω, ἀνασπάω. [Itali. Rouinare, uolgere ſotto ſopra. Galli. Renuerſer ce qui eſt deſſus deſſoubs, abolir, deſtruire. Hiſpa. Reboluer ò traſtornar, ſubuertir, deſtroyr. Ger. Vmbkeren.] Semper enim ſignificat ruinam alicuius magnæ rei. Cicer. tertio Offic. De euertendis diripiendiſq; urbibus ualde illud conſiderandum eſt. Virgil.3. Aeneid. Priamiq; euertere gentem Immeritam uiſum eſt ſuperis. Idem 1. Aeneid. Diſſicitq; rates, euertitq; æquora uentis. Cic.5. Verr. Ne per ſummam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Idem primo de Orat. Qui duorum ſcalmorum nauiculam in portu euerterit.

Euerſio, Verbale f.r. ἀνατροπή, κατασκαφή, ἀναφάνωσις, καθαίρεσις. [Ital. Abbatimento, deſtruttione. Gal. Renuerſement, deſtruction. Hiſpan. Obra de treſtornar alguna coſa. Ger. Vmbkerung, Vmbwerffung.] Pli.li.11.ca.18. Euerſiones uehiculorum. Cic. de Sen. Hinc Rerump. euerſiones. Euerſio uitæ, Cic.4. Acad.

Euerſus,a,um, ἀνατετραμμένος, ἀνατραπείς, καταστραφείς. [Ital. Riuerſciato, atterrato, diſtruto. Galli. Renuerſé, gettè per terre, deſtruit. Hiſ. Traſtornado, deſtroydo. Ger. Vmbkert.] Hoc eſt deſtructus. Vt euerſa urbs, Pli.li.17.ca.18. Euerſus fortunis, Cic. pro Flacco.

Euerſor, oris, m.t. ἀνατροπεύς. [Ital. Riuerſciatore, deſtrutore. Gal. Renuerſeur, deſtruiſeur. Hiſpa. Traſtornador, deſtruydor. Ger. Ein Vmbkerer oder zerſtörer.] Cicero pro domo ſua, Euerſor huius Imperij. Virgi.12. Aen. Priami regnorum euerſor Achilles.

Eueſtigio, aduerbium, Confeſtim, properanter: nunica dictio eſt compoſita, aut certè duæ dictiones per ſubunionẽ coniunctæ. παρ' αὐτὰ, αὐτίκα. [Itali. Incõtanente, ſubitò. Gal. Tout incontinent apres, tout ſuodain, ſubit. Hiſp. Luego, ſin algun medio. Ger. Einswägs, von ſtund an, Auf dem fůſs nach.] Cic. Famil. li.4. Poſtea ſe à Marcello ad me miſſum eſſe qui hæc nuntiaret, & rogaret uti cogerem medicos: coegi, & eueſtigio eo ſum profectus prima luce. Plinius in Epiſtolis. Nunquam ſum magis de occupationibus meis queſtus, quæ me non ſunt paſſę proficiſcentem te ualetudinis cauſa in Campaniam, proſequi, aut profectum eueſtigio ſubſequi.

Eugalactos, Glaux herba, apud Dioſc. li.4. ca.141.

Euge, εὖγε, Interiectio aſſentientis, laudantis & congratulantis. Plau. in Epid. Euge, corpulentior uidere atq; agilior. Idem in Mercatore, Euge mi Demipho, ſalue.

Eugeniæ, pen. prod. Vuæ quædam ſunt à generoſitate ſic dictæ. Nam εὐγενεῖς à Græcis dicitur nobilitas. Col. li.3. ca.2. Frigidum ſolum ac roſcidum cælum commodiſſimè ſuſtinent, ſicut eugeniæ dum ſunt in Albano colle. Nam mutato loco, uix nomini ſuo reſpondent.

Eugium, Pellicula quædam in pudendo muliebri, quã primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putauerunt, ὑμὴν. Quanuis reuera cõſter inter Anatomicæ rei peritos pellicu lam eiuſmodi commentitiam eſſe, & in uirginum diſſectionibus non inueniri. Nonius, Eugium, inquit, pars mediastер naturalia muliebria. Næuius. Sine eugio puellam inuenit Laberius. Quare tam arduũ aſcendiſtan concupiſcis eugium ſcindere?

Euidens, pen. cor. t.o. Quod apertè uidetur & intelligitur, non quod uidet & intelligit. ἐκφανὴς, ἐναργὴς. [Itali Euidẽte, manifeſto, aperto. Gal. Euident, clair, manifeſte. Hiſp. Viſibile, claro y manifeſto. Ger. Scheynbar, klar und heiter.] Cicc. de Vniuer. Atq; ut eſſet menſura quædã euidens, quæ in iſtis octo curſib. celeritates, tarditatesq; declararet. Sic euidens ratio, euidens argumentum.

Euidentia, f.p. [Ital. Euidenza. Galli. Euidence. Hiſp. Aquella claridad à manifeſtacion. German. Klarheit, heitere eines dings.] Claritas, perſpicuitas, quo nomine etiã figura quædam ſententiarum à Rhetoribus dicitur, quæ & ἐνάργεια à Græcis appellatur: quum ſcilicet res ita oculis ſubijcitur, ut coràm geri, non commemorari uideatur, quæ à Græcis ἐνάργεια uocatur. Cic. 4. Acad. Propterea quòd nihil clarius ἐναργείας, ut Græci perſpicuitatem, aut euidentiam nos, ſi placet, nominemus, fabricemusq;, ſi opus erit, uerba.

Euidenter, aduerb. Clarè, perſpicuè ἐναργῶς. [Ital. Euidentemente, chiaramente. manifeſtamente. Gal. Euidemmẽt, clerement. Hiſp. Clara y manifeſtamente. Ger. Klarlichen, Augenſcheynlich.] Liu.6. ab Vrbe, uel faceri nobis ea, quũ tam euidenter pœnituerit, rutum cenſemus.

Euigĭlo, as, pen. cor. n.p. Idem eſt quod expergiſcor, & uigilo. ἐγείρομαι. [Ital. Deſtarſi, ſuegliarſi. Gal. Veiller, ne dormir plus. Hiſp. Velar deſpues del ſueno. Ger. Außwachen, Erwachen.] Plin. Epiſt.7. Euigilauerat: nuntios à Sputina, &c. Stat.5. Sylua Gratus qua puppe magiſter Excidit: & medius miſer euigilauit in undis. ¶ Nonnunquam etiam ſignificat elucubro, & per uigilias aliquid conficio. Ouid. 7. Triſt. ad librum, aſpicies illic poſitos ex ordine fratres, Quos ſtudium cunctos euigilauit idem. Cic. ad Attic. lib. 9, At quàm honeſta, at quàm expedita tua conſilia, quàm euigilata tuis cogitationibus.

Euilĕſco, neut. tert. Idem quod ſimplex uileſco, hoc eſt uilis fio, & in contemptum abeo φαυλίζομαι. [Italicè, Diuenir uile, auilire. Galli. Auillir. deuenir uil. Hiſpanicè, Valer poco, ir à menoſprecio. Germanicè, Verachtet werden.] Sueton. in Claudio Cæſare, capite decimoquinto, Propter quæ uſq; eò euiluit ut paſſim, ac propalam contemptui eſſet.

Euincio, is, ire, a.q. Vincio, ligo, circunligo, corono, ἀναδέω, ἀναδίω. [Italicè, Ligare. Gallicè, Lier & ſerrer. Hiſpanicè, Atar. Germanicè, Binden Knüpfen.] Virgilius octauo Aeneidos, Euincti tempora ramis. Tacitus libro quinto, Sutena patrio more Tuidatem inſigni regio euinxit,

Euinctus

Euinctus, participium. *ἐνηλοιθεὶς.* [Ital. Ligato, cinto. Gall. Aqui on a lie & acouple quelque choſe, lie. Hiſpan Atado. Ger. Gebunden.] ūr, Caput foliis euinctus: id eſt habens caput circundatum foliis. Virg. 7. Aeneid. Ipſe caput tonſa foliis euinctus oliuæ. Ibidem, Puniceis ibant euincti tēpora tæniis. Idem 7. Aeglo. leui de marmore tota Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.

Euinco, a.t. Vinco, conuinco, uel uincendò extorqueo. *ἐνικάω* [Ital. Vincere, Gal. Conuaincre, ſurmonter, uaincre. Hiſ. Vencer. Ger. Vberwinden.] Liu. 2. ab Vrbe. Omne id tempus cum coniuratis cōſultando abſumunt, euincūtq; inſtando ut literæ ſibi ad Tarquinios darentur. Horatius 2. Serm. Sat. 3. Sic puerilius his ratio eſſe euincet amare. Col. lib. 6. cap. 1. Euincendi ſunt autem quanuis peſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi.

Euictus, participium, idem ſignificans quod victus, uel conuictus, *ἐνικηκαπεθείς.* [Ita. Cōuinto. Gal. Conuaincu, uaincu. Hiſpa. Vencido Ger. Vberwunden, Vberzeugt.] Cice. 2. Verr. Qui tam nefariis criminibus, tam multis teſtibus euictus, ora iudicum aſpicere, atq; os ſuum populo Romano oſtendere auderet. Virg. 2. Aeneid. Tu lachrymis euicta meis, tu prima furentem His germana malis oneras, atque obijcis hoſti.

Euiro, as, a.p. Caſtro, Virilitatem execo. *ἐνηχίζω.* [Ita. Caſtrare, tagliare i genitali. Gal. Chaſtrer, efſeminer, oſter la virilité. Hiſp. Caſtrar, enflaqueſcer à otro. Germa. Ausſchaumen, München.] Et per translationem, mollem & efſœminatum reddo. *ἀπαθηλύνω*, Varr. Marcipore, ut citat Nonius, Euirauit omnes ueneri uaga pueros.

Euiratus, m. f. Caſtratus, quaſi uirilibus ſpoliatus. *ἐξηνηχισμένος.* [Ital. Caſtrato, priuato de i genitali. Galli. Chaſtré, efœminé. Hiſp. Caſtrado ò aſſi enflaqueſcido. Ger. Dem ausſgeschaumen iſt.] Per metaphoram accipitur pro mollito & efœminato. Plautus, Adoleſcens euiratus ac mollis. Mart. lib. 1. Spadone quum ſis euiratior fluxo..

Euiratio, onis. Virilium exciſio, & per translationem, effœminatio. *ἐνανδρία, ἐνηχισμός.* [Ital. Eſſo castrare. Gal. Chaſtrement. Hiſp. Aquella obra de caſtrar ò enflaqueſcer. Ger. Münchung, Ausſchaumung.] ¶ Euirationem pilorum, dixit Plinius libro 29. cap. 1. pro depilatione qua corpus glabrum & molle redditur more fœminarum. Nam uiros hirſuta decent corpora: ii enim robuſtiores ſunt, & naturæ cruditioris.

Euireſco, n. t. *ἐνθαλέω, ἐκλαφίσω, ἐκθάλλω.* [Ital. Diuenir uerde ò uerdeggiare. Gal. Deuenir uerd, verdoyer. Hiſp. Reverdecer. Germani. Grünen, Grün werden.] Viride fieri. Varro Prometheo, Atque ex ſanguinibus dolore euireſcat colos.

Euiſcero, as, a.p. Viſceribus ſpolio. *ἐκπλαγχνίζω.* [Ital. Suiſcerare, ſuentrare. Gal. Esbreuiller, oſter les entrailles & le dedans. Hiſp. Deſollar ò deſembuchar. Germ. Ausſgeweyden, Ausſingeweyd ausſ nemmen.] Virg. 11. Aen. Cōprenſamq; tenet, pedibusq; euiſcerat uncis. Cicero 1. Tuſc. ex Ennio, Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis, euiſceratus latere pendes.

Euito, as, pen. prod. a. p. compoſitum à uito, eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici *ἐνλαβῶμαι, ἀλεφυγγάνω.* [Ital. Schifare. Gal. Foir, euiter. Hiſp. Eſquiuar. Ger. Vermeyden.] Cic. de Amic. Eſt enim uarius & multiplex uſus amicitiæ: multæq; cauſæ ſuſpicionum, offenſionumq; damnantur, quas tum euitare, tum elenare, cum ferre ſapientis eſt. Horat. lib. 1. Carm. metaq; feruidis Euitata rotis. Cælius Ciceroni, Periculoſam, & grauem illam dimicationem euitaret. ¶ Legitur & Euito apud antiquos, pro eo quod eſt uitam eripio, occido. *ἀναιρέω.* Cicero 3. Tuſcul. ex uetuſto quopiam Poeta, Hæc omnia uidi inflammari, Priamo uitā euitari.

Euitatio, onis, f. t. *ἐνλάβεια, ἐκκλισις.* [Ital. Schiuamento. Gal. Euitement, eſchevement, foite. Hiſp. Eſquinamiento. Ger. Vermeydung. Flichung.] Quintil. Malorum euitationem, liberationem, &c.

Euitabilis, le. *ἐνφυκτός, ἐνφύλακτός.* [Ital. Che ſi puo ſchiuare. Gal. Euitable, qu'on peut euiter. Hiſp. Coſa que ſe puede eſquiuar. Ger. Das zu vermeyden iſt.] Non euitabile telum, apud Ouid. 6. Metam.

Euitor, Negotiorum ſuſceptorem ſignificat, ut eſt apud Sueton.

Eulogia, gia, *ἐυλογία.* [Ital. Benedittione rationebilità. Gal. Beniſſon, louāge. Hiſp. Benediciou, razōmiento, obra de razonar. Ger. Ein ſägen, benedeyung.] Benedictio, munificentia, beneficentia, uel etiam rationabilitas: *ἀπὸ τῦ ἐυλόγε*, quod ſignificat rationabile. Cic. ad Attic. lib. 13. Locum hominibus non ſanè probo, quòd eſt deſertior, ſed habet *ἐυλογίαν.*

Eumeces, Balſami genus læui cortice: ita dictum quòd cæteris ſit procerius. *ἐυμήκης* enim Græcè, procerus & prolixus dicitur. Plin. lib. 12. cap. 25.

Eumetris, Gemma eſt apud Baſtros naſcens, filici ſimilis, quæ capiti ſuppoſita, nocturna uiſa ad oraculi ſimilitudinē reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Eunomia, æ, ſæ. p. *ἐυνομία.* Eſt recta ioris legumq; conſtitutio, quo nomine Dea illa uocatur, quam Demoſthenes alteram iudiciorum prætidem facit. duplex eſt Eunomia, una quidem recta ioris conſtitutio, altera uerò rectè conſtituto iuri obtemperatio: & *ἐυνόμους* eunomi populi dicuntur, qui recta legum, inſtitutorumq; ratione utuntur. Budæus.

Eunuchus, pen. pro. m. f. *ἐυνηχίας, ἐυνοῦχος.* [Ital. Eunucho, caſtrato, ſenſa genitali. Gal. Eunuche, chaſtre de ſon ieune aage. Hiſp. Capado ò caſtrado. Germ. Ein verſchnittener.] Caſtratus: ab *ἐυνὴ*, quod eſt cubile, & *ἔχω* cuſtodio: quia id hominum genus adhibebatur ſeruandis cubilibus Regum, quaſi Eunuchus, & per ſynæreſim Eunuchus. Cicero in Orat. Eunuchi è Syria Aegyptoq;, &c. Iuuenal. Satyr. duodecima, decidere iactu Coepit cum uentis, imitatus Caſtora qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno Teſticulorum.

Eunuchizo, as, a.p. *ἐυνηχίζω.* [Ital. Caſtrare, cauare i genitali. Gal. Chaſtrer. Hiſp. Caſtrar. Ger. München, Verſchneidē, Ausſchaumen.] Caſtro. Hieronymus contra Iouin. Sunt eunuchi qui de utero matris ita nati ſunt, & ſunt eunuchi qui ab hominibus eunuchizati ſunt, & ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum.

Eunuchio, as, Eiuſdem ſignificationis. *ἐυνηχίζω.* Varro in lege Maenia apud Nonium. Sic qui patriam maiorem parentē extinguit, in eo eſt culpa: quod facit pro ſua parte is qui ſe eunuchat, aut alibi liberos producit.

Euōco, as, pen. cor. a.p. Extra uoco. *ἐκκαλέω, παρακαλέω.* [Ital. Chiamar fuori. Gal. Hucher pour uenir dehors, appeler. Hiſpa. Atraer y llamar afuera. Ger. Ausſhin betüffen.] Plaut. in Amph. Euocate huc Soſiam. Terent. in Eunuch. Num quem euocari hinc uis foras? Plautus in Amph. Tu gubernatorem è naui huc euoca meis uerbis Blepharonē ut re diuina facta mecum prandeat. ¶ Sic euocare ad cœnam, euocare ad colloquium, euocare ad pugnam, &c. Cic. Act. lib. 2. Tuas Numeſio literas dedi: ſic te his euocabam, ut nihil acrius, neq; incitatius fieri poſſet. Euocare aliquē Romam, aut ad aliam urbem, eſt aliquem Romam, uel ad alium locum accērſere. Sic qui in prouinciis erant, ſæpe ad dicendam cauſam Romam euocabantur. Cic. 3. Ver. Pericles Epheſius homo nobiliſſimus Romam euocatus eſt, quòd autor iniuriæ illius fuiſſe argueretur. ¶ Euocare itē eſt ad ſubitam tumultuariamq; militiam uocare. Cæſar 1. bel. Ciui. Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionū, quos ex municipiis Domitius euocauerat. ¶ Euocare deos, ueteres dicebant pro precibus elicere numina illa in quorum tutela urbs obſeſſa eſſe putabatur, ut ea relicta, in eorum qui obſidebant, urbem tranſirent. Nefas enim ducebant ueteres, urbem aliquam, niſi prius euocatis diis tutelarib. oppugnare: ne aut aduerſus deos pugnare, aut capta urbe ipſos etiam deos captiuos habere uiderentur. Huiuſmodi autem euocationes fiebant conceptis uerbis, & carmine quodam in eū uſum cōpoſito, cuius formulam deſcribit Macrobius Satur. lib. 3. cap. 9. ¶ Per translationem ponitur pro auerto. *ἀποτρέπω.* Cic. 1. Tuſc. Nam quid aliud agimus, quum à uoluptate, id eſt à corpore, quū à re familiari quæ eſt miniſtra & famula corporis, quum à Republ. quum à negotio omni euocamus animum? Quo tamen in loco potius legendum uidetur auocamus.

Euœ per duas ſyllabas, *ἐυοῖ*, Interiectio bacchantis eſt, quā in Liberi patris Orgiis identidem inculcabant Bacchæ. Ouid. 6. Metam. Exululant, euoēq; ſonant.

Euŏcati. m. f. Dicuntur nō qui iuſti milites ſunt, ſed qui rēpē ina aliqua neceſſitate ex agris in bellū tumultuariè uocā-

tur.

tur.ἐπίλεκτοι [Ital.Chiamati à biſogni per ſoldati. Gal.Appeze à la guerre par neceſſite.Hiſpan.Llamados todos à la guerra.Ger.Kriegsleut die man eilends in der not von heimet in das feld auſshinberüfft.] Hi pro militib. ducebantur.Sueton.in Galba.Delegit & Equeſtris ordinis iuuenes, qui manente anulorum aureorum uſu,euocati appellarentur,excubiasq; circa cubiculum ſuum uice militum agerent. Cic.ad Appium, Autonium præfectum euocatorum miſit ad te,cui ſi uidebitur,cohortes trades.

Euŏlo,as,are,n.p.Extra,uel in altum uolo.ἀφίπταμαι. [Ital. Volar fuori,uolar in alto.Gal.s'enuoler,uoler hors. Hiſ.Volar de un lugar à otro. Ger.Auſs fliegen,daruon fliegen.] Plin.lib.10.Vultur,& ferè grauiores, niſi ex procurſu,aut altiore tumulo immiſſæ non euolant.Cice.de clar.Orat.Itaque tantos proceſſus efficiebat, ut euolare, non excurrere uideretur.Idem 1.de Legib. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis miranda uiſa figura.nunc ſit hæc. ¶ Et per translationem euolare eſt eripere ſe Cic.3.Verr. Ille qui ſua cupiditate tantos tumultus concitatos uideret,cupere aliquò euolare,ſi poſſet. ¶ Euolare pœnam.Cic.de Prouin.Conſul.Quam pœnam ſi tum aliorum opibus,non ſuis, inuitiſſimis nobis euolarunt: at aliam multo maiorem,grauioremq; ſubierunt.

Euŏlito,as,are,frequentatiuum. συχνὸν ἁπ]ομαι,πολλάκις ἀφίπ]αμαι [Ital.Volar ſpeſſo. Gall. S'enuoler ſouuent. Hiſp.Volar muchas uezes de un logar à otro. Germa.Offt auſshinfliegen.] Colc. lib.6.cap.6.Parentibus feneſtris per quas ad requirendos cibos euolitat.

Euolaticus,ca,cum,ἀποπ]άμενος. [Ital.Volatile.Gal.Volatige.Hiſp.Coſa que uola.Ger.Auſstliegig]ut,Euolatici homines.Plaut.Milite, ita ut occupi dicere de illac pugna pẽ teshronica, qua ſexaginta hominum uno die euolaticorũ manibus occidi meis, &c.

Euolo,as,are,à uola,uolæ,Furari, rapere, quaſi in uolam recipere.ἁρπάζω.[Ital.Robbare,rapire.Gal.Deſrober,uoler. Hiſp.Robar,arrebatar.Ger.Rauben,Stälen,Mit krumben henden ein ding angreyffen.] Plaut.Ciſtel.Quid quæritas? G.ciſtellam adoleſcens hic mihi euolauit. Cicer. pro Deiot. Vbi id quod intus eſt,atq; noſtrum impunè euolare poteſt, contraq; nos pugnare, ſit in dominatu ſeruitus, in ſeruitute dominatus.

Euoluo,is,ere,a.t.De loco uoluere.ἀπονλίω,ἐξιλίπ]ω.[Ital. Voltare.Gal.Deſrouller,deſpiier.Hiſpan.Sacar uoluiendo. Ger.Auſshin weltzen oder trolen.] Lucret.lib.3.nudis euoluunt ſaxa lacertis.Ouid.12.Metamor. modò ſe ſuper æra fruſtra Tollere conatur,iactaſq; euoluere ſyluas.Plin.lib.9. cap.11. Euoluitur in Pontum ſex fluminibus Danubius. Terent.Eunoc.Hæc re & omni re turba euolues,& illi gratum feceris. ¶ Euoluere librum. Cic.1.Tuſc. Euolue diligenter eius cum librum qui eſt de anima. ¶ Euoluere meditari.Virgil.4. Georg. Fleuiſſe, & gelidis hæc euoluiſſe ſub antris.

Euolûtus,particip. ἀνπλιγμένος. [Ital. Diſpiegato, ſuiluppato Gal.Deſuelope,deſpliye. Hiſp.Sacado uoluiendo.Germ. Auſshingewelzet,Auſs gewickelt.]Liu.6.bel.Po. de angue loquens,Interuentuq; hominum euolutam repentè,atque ex oculis elapſam.

Euolutio,onis,ſ.t.ἐξελιγμός.[Ital Diſpiegamento,ſuolgimẽto.Gal.Deſployement explication.Hiſp.Obra de ſacar uoluiendo.Ger.Auſswickluog.] Cic.lib.1 de Finib Quid hiſtoriæ cognitioq; rerum,quid Poetarum euolutio? quid tã tot uerborum memoria uoluptatis afferet?

Euŏmo,is,ere,act.t.Vomendo eiicio.ἐξεμέω,ἀποβλύζω. [Ital.Vomitare. Gall. Vomir,& getter dehors, ſe deſgorger, rendre ſa gorge.Hi.Gomitádo rendir.Ger.Auſshiotzẽ] Cic.2 de Natu.deor. Eademq; hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere implere: easq; quum ſtomacho concoxerit, euomere, atq; ita eligere ex his quæ ſunt eſculenta. Terentius Adel.Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens.Cic. de Amic. Apud quem euomat uirus acerbitatis ſuę.

Eupatŏrium,ſ.n.ἐυπατόριον, ſiue Eupatoria, Herba eſt ab officinis Agrimonia appellata:cuius deſcriptionem uide apud Plin.lib.27.cap.6.

Eupatorium præſſium & Marrubium apud Dioſcoridem lib. 3 capite 118.

Eupetalos,ἐυπέτα⊙. Gemma eſt,quatuor habens colores,æneum,cæruleum, minii, & mali.Autor Plinius,libro 37.capite 10.

Euphŏnia,æ,ſ.p.ἐυφωνία. [Ital.Buona cõſonanza.Gal.Bon accord harmonie.Hiſp.Canto acordado.Germ.Vuollautung, Ὠũe cõnung] Vocalitas, ſiue ſonoritas uocis, iucunda uerborum prolatio: quæ quibus adeſt, ἐυφώνοι à Græcis dicuntur.

Euphorbium,bii,n.ſ.ἐυφόρβιον.Dioſcoridi ſiue,ut apud Plinium legitur, Euphorbia, biæ, Arbor eſt in Mauritania naſcens, non procul ab Atlante monte, ferulæ ſpeciem referens,ſuccum uerò habens tantæ acrimoniæ,ut accolæ eam expaueſcentes.omnes utres elotos arbori circunligent,& eminus caulem cooris incidant. Quo facto, ſtatim é plaga copioſus humor profluit, laſti ſimilis,qui & ipſe,euphorbium dicitur. Quod nomen ei impoſuiſſe putatur Iuba Mauritaniæ rex,à nomine Euphorbi medici ſui, qui frater fuit Antonij Muſæ, cuius ope Auguſtum ſeruatum fuiſſe, tradit Pli lib.25.cap.8.

Euphoria,non difficilis morbi uel febriculæ,ſublatio.

Euphrŏſỹnum,ἐυφρόσυνον,Herba eſt, quam notiori nomine buglo ſũ uocamus:ita dicta ἀπὸ τῦ ἐυφραίνειν, quod eſt lætificare, quòd ſcilicet in uinum deiecta, animi curas pellat,hilaritatemq; inducat. Autor Plinius libro 25.capite ſecundo.

Eupilides,qui in gingiuis, in quibus fit, caro, naſcitur. Eſt autem excreſcens caruncula, quæ ab inflammatione fit ad intimos molares dentes,cum tebre & dolore nonnunquã. A parulidibus differunt, quòd parulides inflammationes ſunt in aliqua gingiuarũ parte factæ, quæ niſi diſcuſſæ fuerint,ſuppurant, & quũ ſuppurauerint, ſecantur, inſertiſq; linamentis aperiuntur Aegit.de Parulidib. Cel.li.6.ca.

Eupleũon.Structuræ genus in ædificiis tantum.modo frontibus politis,quaſi ἐυπλαντερ,id eſt,bene cæſum.

Euprepia,ἐυπρέπεια, Latinè decor, ex ἐῦ bonum,πρέπειν decens.

Eurechnemon,μαχμῶς,plantago.

Eureos,Gemma nucleo oliuæ ſimilis, ſtriataq; modo concharum,minus tamen habens candoris. Autor Plin.lib.37. cap. 10.

Eurŏtas,æ,ἐυρωτίας, Gemma eſt quæ ſitu uidetur operire nigritiem,ita dicta à Græco uerbo ἐυρωτιᾶν,quod eſt ſitã trahere.De hac Plin.lib.37.cap.10.

Eurythmia,ἐυρυθμία.Decẽs & aptus corporis motus.Quintilia.lib.1. cap. 30. Corporis quoq; decens & aptus motus, dicitur ἐυρυθμία,eſt neceſſarius.

Euſẽbes,Gemma ex qua Tyri in Herculis templo facta ſedes, ex qua facilè dii ſurgebant.Plin.lib.37.cap.10.

Euſebia,æ,ſ.t.ἐυσέβεια,pietas,religio.

Euphroſyne,Helxine apud Dioſcoridem libro quarto, capite 142.

Euſterialis,à Dioſc.uocatur Siſymbrium, quo uero etymo, non uideo.

Euſtron,Hordeum montanum.

Euſymbolos.ἐυσύμβολος,Latinè bonum omen dicitur.

Eutaxia,æ,ſ.p.ἐυταξία,Latinè bona ordinatio dicitur.

Euthale,les,ſ.t.ἐυτάλη,Lauri genus,uide Daphnoides.

Euthymia,ſ.p.ἐυθυμία.[Ital.Tranquilità d'animo Gal.Tranquillité d'eſprit.Hiſp.Soſſiego de animos.Ger.Ein gütermüt, Ruwikeit des gemüts.] Animi tranquillitas,Laertius in uita Democriti definit Euthymiam eſſe rectum,quietſq; animi ſtatum, dum nullo metu,nulla ſuperſtitione, aut alia quauis perturbatione agitatur.Cic.lib.1. de Finib. Democritii autem ſecuritas,quæ eſt animi tanquã tráquillitas, quam appellant ἐυθυμίαν, eo ſeparanda fuit ab hac diſputatione,quia iſta animi tranquillitas eſt ipſa beata uita.

Euthyoria, ἐυθυωρία, Rectæ lineæ porrectio menſura non per diuerticula itinerum (quæ obiectu montium,& interuento cõuallium aut fluminum flexu plerunq; neceſſaria ſunt)ſed in directum acta.

Eutrapelia,liæ,ἐυτραπελία,Dictio eſt Græca.idem ferè ſignificans quod apud nos urbanitas,lepor,feſtiuitas & facetiæ. Ariſtoteles in Rhetoricis ἐυτραπελίαν interpretatur, πεπαιδευμένην ὕβριν, hoc eſt eruditum conuicium.Paulus ad Epheſios cap.5. pro ſcurrilitate accipi, ſiue ſcurrili urbanitate graui uiro indigna.

Euulgo

Euulgo, gas, gare, act. p. In vulgus edo, occulta omnib. prodo. ἐξαγορέυω. Liu. lib. 9. ab Vrbe, Ciuile ius repositum in penetralibus Pontificum, euulgauit.

Euzomos, siue Enzomon, pen. prod. ἐυζωμος, ἐνζωμον. Herba, ita dicta quòd iuris saporem cõmendet ζωμον enim ius appellant Græci. Plin. lib. 20. cap. 13. In condiendis obsoniis tanta eruca est suauitas, ut Græci Euzomon appellauerint.

E ante X.

Ex. In notis antiquorum eius uel exigitur. Ex B. eius bona. Ex C. ex consuetudine, uel ex concione, uel ex conditione. EXCVR. excurso. EXD. A. uel EXDO. AVG. ex domo Augusti. EXM. ex malitia. E.M.D. eius memoria dixit.

Ex, in, ïs. [Ital. Da, de, di. Gal. De, par, depuis, selon. Hisp. De. Germa. Aus, Von.] Præpositio: ut aliis atque aliis uerbis iungitur, ita aliam atque aliam sortitur significationem. ¶ Interdum enim significat locum: ut, Ex cælo, apud Catullum, Spectatum ex cælo Mars pater ipse uenit. ¶ Interdum tempus, ut idem sit quod post, Cic. 1. Philippica. Ex eo die quo in eadem Telluris conuocati sumus. Sic etiam dicimus, Ex illo, hoc est post illud tempus. Virg. 1. Aeneid. Ex illo fluere, & retro sublapsa referri Spes Danaum. ¶ Nonnunquam etiam personam: ut quum dicimus, Audiui hoc ex patre meo. ¶ Aliquando etiam causam importat, ut fere idem sit quod propter Seneca de Benefic. Si quis patri meæ pecuniam crediderit, non dicam me illius debitorẽ, nec ex hoc æs alienum profitebor, id est non propterea profitebor æs alienum. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro cum. Plautus in Merca. Resinam ex melle Aegyptiam uoluto, salsum feceris. Quod locutionis genus frequens est apud Medicos. ¶ Alias præterea infinitas habet significationes pro ratione adiunctionis: ut, Ex abundãti, idem est quod præter necessitatem, uel plus quàm necesse erat. Quint. li. 5. cap. 6. Adiicit ex abundanti hanc quoque fiduciam. Ex æquo, idem est quod æqualiter. Tacitus lib. 18. Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Vel etiam ex æquitate. Liuius lib. 2. quintæ Decad. Et ſi in animum inducerent, ut ex æquo fœdus fierent, & se uisurum quid sibi faciendum esset. ¶ Ex animo, hoc est non simulate. Terent. in Eunuch. Vtinam istuc uerbum ex animo, ac uerè diceres. ¶ Ex animi sententia, idem est quod pro uoto. ¶ Ex ante diem Nonarum, hoc est ante diem Nonarum finitum. Cic. Attic. li. 3. De Quinto fratre nuntii nobis tristes, nec uarii uenerant, ex ante diem Nonarum Iuniarum, usq; ad pridie Caleud. Septembres. ¶ Ex composito, hoc est ut compositum erat, uel ut conuenerat, uel dedita opera. Liu. 1. ab Vrbe, Tum ex composito orta uis, signoq; dato inuẽtus Romanus ad rapiendas uirgines discurrit. ¶ Ex consuetudine, hoc est secundum consuetudinem. Plin. Epistol. lib. 1. Hanc oro ex consuetudine tua & legas, & relegas. ¶ Ex continenti, idem est quod statim. Iustinus lib. 1. Septem tũ tum huius coniurationis conscii fuerunt qui ex continẽti, ne dato in pœnitentiam spatio res per quemquam enarretur, &c. ¶ Ex dignitate, hoc est pro dignitate, uel ut dignitas postulat. Cicero Licinio, Lib. 5 Epist. Quamobrem tu quantum tuo iudicio nobis tribuendum esse putes, statues ipse: &, ut spero, statues ex nostra dignitate. ¶ Ex facili, idem est quod facilè Plin. lib. 22. cap. 25. Hippocrates tantum sorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur. ¶ Ex fide, hoc est fideliter. Suetonius in Galba, Numolario non ex fide uersanti pecunias, manus amputauit. ¶ Ex industria hoc est dedita opera. Liu. 1. ab Vrbe, Ego ex industria factus ad imitationem stultitiæ, quum se, suaq; prædæ esse regi sineret. ¶ Ex insperato, id est præter spem & opinionem. Liu lib. 8. bel. Pun. Quum ex inspersto repente missistis nobis hoc P. Scipionem. ¶ Ex integro, uel De integro quod barbari dicunt, De nouo. Plinius in Epist. Ego quia sciebã acta Bassi rescissa, datumq; à Senatus omnibus de quibus ille aliquid constituisset, ex integro agendi. ¶ Ex professo, id est seriò, consultò, non dissimulatè, & quasi ex professione. Quint. lib. 12. cap. 1. Ex professo Philosophiam ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus. ¶ Ex præscripto, hoc est secundum id quod nobis præscriptum est. Colum. lib. 1. cap. 1. Neque enim semper eosdem, uelut ex præscripto habitum gerit. ¶ Ex quo, id est postquam, uel post quod tempus. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Duodequadragesimo fermè anno ex quo regnare cœperat. ¶ Ex tempore aliquid agere, uel dicere, hoc est absq; ulla precedente præmeditatione. Plin. in Epist. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit.

Exacerbo, as, are, a. p. Irrito, & ad iracundiam prouoco. παροξύνω. [Ital. Acerbare, prouocare ad ira. Gal. Irriter, faire courroucer & aigrir. Hisp. Molestar y exasperar. Ger. Verbittern, Erzürnen.] Liu. 8. ab Vrbe, Quum omnes affirmarent intestius Papyrium exarsurum, agitatum contentione ipsa, exacerbatumq; clàm ex castris Romam profugit. Sueto. in Galba, Atq; eo quidem nomine omnes qui ubiq; erant, exacerbauit.

Exacerbatio, onis, s. f. Græcè παροξυσμός.

Exacerbesco, scis, ĩ. n. Vide acerbus, id est asperesco. πικραίνομαι, παροξύνομαι. [Ital. Inacerbire, farsi aspro. Gal. Deuenir aspre, s'enaigrir. Hisp. Exasperarse, hazerse aspero. Ger. Bitter verbitteren oder erzürnet machen.] Quod ab exacerbeo, bes, fieri cõstat, licet acerbeo rarò inueniatur. Apul. in Apolog. Quis est tam mitis quin exacerbescat?

Exacesco, is, ere, n. t. Acidum fieri. ὀξύνομαι. [Ital. Inacetire. Gal. Deuenir aigre, enaigrir. Hisp. Azedarse. Germa. Saur werden. Zů essig werden.] Col. lib. 12. cap. 17. In dolium, uel in Amphoras conditur: deinde quum exacuit, & remisit liquorem, quicquid est aceri, diligenter colatur, &c.

Exactuatio, onis, s. f. racemorum pestis non bona, acinorum scilicet defluentia.

Exacon, Secunda centaurii species à Gallis appellata est, quòd omnia mala medicamenta exigat per alluũ. πικράμυρον λεπίδιον. Dicitur & fel terræ, ob insignem amaritudinem. Autor Plin. lib. 27. cap. 6.

Exactor, Exactio, Ex. ctus, uide Exigo.

Exacuo, as. e. Idem est quod simplex acuo, hoc est acutum facio. ὀξύνω. [Ital. Aguzzare. Gal. Aguiser, faire aigu & pointu. Hisp. Agozar. Ger. Zuspitzen, Zusspitzen.] Virgil. 3. Georg. Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus. ¶ Ad hominem translatum, idem ferè est quod incitare, uel instimare Claudia, de bell. Getico. At iuuenem stimulis immanibus æmula uirtus Exacuit. ¶ Exacuere animum, est acutiorem, & perspicaciorem reddere, Plin. lib. 20. cap. 13. Nasturtium uenerem inhibet, animum exacuit.

Exacutus, nomen ex participio. ἀποξυνόμενος, ἀποξυνθείς. [Ital. Molto acuto. Gal. Aguisé. Hisp. Aguzado. Ger. Zusgeschärpfet, Zusgespitzet.] Plin. li. 18. ca. 18. Latior hæc quatro generi, sed exactior in mucronem fastigiata.

Exactio, onis, s. f. ἀποξυσμός. [Ital. Esso far acuto. Gal. Aguisement. Hisp. Agusamiento, obra de aguzar. Ger. Zuspitzung, Zusswetzung.] Plin. lib. 17. cap. 19. Calami exactio medullam ne nudet.

Exaduersum, Vnica est dictio, idem significans quod ex opposito, uel ex regione. ἀντικρύ. [Ital. All' incontro. Gall. A l' opposite, au contraire. Hisp. Enfrente de otro lugar. Germ. Gegen über, Gestracks dargegen.] Terent. in Phorm. In quo hæc discebat ludo, exaduersum ei loco Tostrina erat quædam. ¶ Pro eodem etiam legimus Exaduerso. Plautus in Mercato. Respice huc ad dextram Charine, nõne exaduerso intrantibus gemino cernebantur.

Exædifico, as, are. a. p. Perfectè ædificare, uel ædificium absolucre. ἐξοικοδομέω. [Ital. Edificare, fabricare, compiutamẽte. Gal. Edifier & bastir, acheuer, debastir. Hisp. Edificar hasta el cabo. Ger. Zusbauwen.] Cæsar 1. bel. Ciuilis, Quod oppidum Labienus constituerat, suaq; pecunia exædificauerat. Cic. 1. de Orat. Non grauate ex ædificare id opus quod instituisti. ¶ Aliquando significat domo priuo, domo eiicio. Plautus in Trino. Nam exædificasset me ex his ædibus, si absq; te foret. ¶ Exædificare inchoatam ignauiam, per translationem, hoc est augere, perficere, & ad summũ perducere. Plautus ibidem, Quid interest, dare te in manus adolescentulo, animi impoti, Qui exædificaret suam inchoatam ignauiam?

Exædificatio, uerbale. ἐπιοικοδόμησις, ἐξοικοδόμησις. [Ital. Edificatione. Gall. Edification, bastissage, acheuement de bastir. Hisp. Aquella obra de edificar. Ger. Zusbauwung.] Cic. 1. de Orat.

Exæquo, as, a. p. Idem est quod æqualè facere. ἐξισόω, ἐξομαλίζω. [Ital. Aggueagliare, far unguale. Gal. Egaler, faire tout un, aplanir. Hisp. Igualar una cosa à otra. Ger. Gleychmachen.] Cæsar 1. bel. Ciuilis, Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus, quòd neminem dignitate secum exæquari uolebat,

uolebat, totum se ab eius amicitia auerterat. Cicero. post reditum in Senatu, Propterea quòd superiorem esse contra improbos, minus est negotii, quàm bonis exequari. Sallust. In primis arduũ uidetur res gestas scribere: primùm, quòd factis exequanda sunt.

Exequatus, ta, tum, *ἐξομαλιθείς.* [Ital. Raggoagliato, planato. Gal. Egal, aplani. Hiſ. Heeho'ygual. Ger. Vergleychet.] Lucret. Exequataq; sunt crebri certamina belli

Exequatio, uerbale, f. t. *ἐξίσωσις, ἐξομάλισις.* [Ital. Raggoagliamento. Gal. Egalement, egalation, perequation. Hiſpa. Obra de ygualar Germani. Gleychmachung.] Liu. 4. bell. Macedo. Hanc, inquit, ipſam exequationem non tero, illa locuplex, &c.

Exæſtuo, as, *ἐκπυρόω, ὑπερβλύω.* [Ital. Ondeggiare. Gall. Getter ondes, ſe desborder, boullir par deſſus. Hiſ. Herwer, reboſſar. Ger. Vngeſtüm ſein, von hitz vnd bewegung vber lauffen.] Aeſtum emitto & exhalo. Liu. 6. bel. Pun. Incertæ altitudinis uteconq; exæſtuat mare. Plin. li. 37. cap. 2. Exæſtuant te oceano. Exæſtuat mens ira. Virgi. 9. Aen.

Exæſuo, as, q. Idem quod deſæuio, hoc eſt ſæuire deſino. *ἐκφυβρίζω, ἐκχειμάνω παύομαι.* [Ita. Laſciar la crudelta, diſcruidelire. Gal. Paſſer ſa fureur, s'apaiſer, ceſſer d'eſtre rigoreux & cruel. Hiſp. Dexar de ſer cruel. Ger. Vermütten, Auſs toben.] Livius. Conſulem Claudium atrox uis tempeſtatis adorta, in merum ingentem adegit. Populoncos inde quàm peruenisſet, fecit ibi dum reliquum tempeſtatis exæſtuet.

Exaggĕro, as, a. p. Idem eſt quod in unum neluti aggerẽ congero, & coacerno *συσωρεύω.* [Ital. Accreſcere, amplificare. Gal. Oſtrre en un tas, entaſſer, augmenter. Hiſp. Amontonar una coſa à otra, multiplicar. Ger. Zuſſhauffen, zů ſamẽ hauffen.] Plin. lib. 19. cap. 8. Exaggerando aliam accumules. ¶ Eſt præterea exaggerare penè idẽ qđ amplificare, & uerbis extollere: cuius contrarium eſt extenuare. Cic. 5. Tuſc. Xenocratem illum grauiſſimum Philoſophorum exaggerantem tantopere uirtutem, & extenuantem cætera. Exaggeratus uirtutibus animus, Cicero in Paradoxis.

Exaggeratio, nis, f. t. Magna coacernatio. *σώρευσις.* [Ital. Accreſcimento, amplificatione. Gal. Amoncelemẽt, accroiſſement. Hiſp. Aquell' obra de amontonar, ò agrauar y multiplicar. Ger. Zuſſhauffung. Item, Erhebung.] ponitur pro altitudine & excellentia, translatione ſumpta à terra quæ in aggerem erecta, ſuſtollitur in faſtigium. Cicer. lib. 2. Tuſc. Hoc igitur tibi propone, amplitudinẽ animi, & quaſi quandam exaggerationem quàm altiſſimã animi, qui maximè eminet in contemnendis & deſpictendis doloribus, unam eſſe omnium rem pulcherrimam. ¶ Oratores exaggerationem (*ἀδύνατον, ἀσυνολογίαν*) facere dicuntur, quãdo pluribus uerbis unam eandemq; rem uehementer dicunt, quæ res maximè nenuſtat orationem. Apud Catonẽ luculenta illa exaggeratio eſt, Succidas humanas facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decẽ homi nib. uitã eripis, indicta cauſa, iniudicatis, indemnatis.

Exăgito, tas, a. p. Vexo, inquieto. *σείρωλατέω.* [Ital. Inquietare, turbare. Gal. Tourmenter, trauailler quelqu' un, perſecuter. Hiſp. Commouer y conturbar y moleſtar. Ger. Vmbtreyben, Vnrůwig machen. Einen, zůſchaffen machen.] Plautus in Mercat. Mala bilis cruciat me, atq; exagitat. Cicer. 5. Verr. Spoliati, & exagitati aratores. Lactan. lib. 6. Poetæ, tres Furias eſſe dixerunt quæ mentes hominum exagitent. ¶ Nonnunquam ſumitur pro exaſpero ſiue ad iram provoco. *παροξύνω.* Salluſt. in Catil. Tamen quia in tali tempore tanta uis hominis magis lenienda, quàm exagitãda uidebatur. ¶ Ponitur etiam nonnunquam pro excutere. Cicero pro Cluentio, Exagitabãtur omnes eius fraudes, atq; fallaciæ: omnis uita in eiuſmodi ratione uetſata aperiebatur.

Exagitatus, participi. *διεταραμμένος, διαφορήμενος.* [Itali. Trauagliato, uexato. Gal. Trauaille & uexe. Hiſp. Trabaiado y moleſtado. Ger. Hin vnd wider getrybẽ, vol bemühet.] Cic. poſt reditum in Senatu, Qui cauſam Senatus exagitatam concionibus improborum, ſic ſua diligentia multitudini commendauit. &c.

Exagitator, m. t *διώκτης, ἐλαστής.* [Ital. Chi da da fare ad un' altro & lo trauaglia. Gal. Tormenteur de gens. Hiſpa. Conturbador. Ger. Ein vmbtreyber. Der ein vexiert vnd einem zů ſchaffen macht.] Cicer. in Orat. At ea de ſeniore ſcribit Plato, & ſcribis æqualis, & quidem exagitator omnium Rhetorum hunc miratur unum.

Exăgōga, æ, pen. prod. maſc. generis *ἐξαγωγεύς.* [Ital. Quello che porta fuori. Gal. Qui porte dehors. Hiſpan. El que faca afuera. Germ. Ein auſstrager oder Auſsführer.] Qui educit & exportat. Exagoga bonorum Plaut. in Trucu. Ite hac ſimul mulieri damni geruli foras gerrones, Bonorum exagoge. ¶ Exagoga, item. gene. *ἐξαγωγή,* Exportatio, eductio, eductio, prouentus, reditus. Plautus in True. iſte dum ſic faciat domum Ad te exagogam. Idem in Rud. tely ero & quæſo, ſi ſperas tibi Hoc anno multum futurum ſtirpe & laſerpitium, Eamque euenturam exagogam ſaluam & ſoſpitem.

Exagogica uectigalia. Ex Cicerone liquet pro Lege Manilia, ue ctigalium tria fuiſſe genera ex Agricolatione: mercibus exportatis, uel importatis, unde Exagogica dicebantur & Iſagogica: denig; ex agris paſcuis. Primùm decimas complectitur, ſequens portorium: poſtremò nomen ſit ſcriptura.

Exagonia dicuntur, quæ ad cauſam non pertinent, neluti extra certamen.

Exalbeſco, is, ere, n. t. Palleſcere, & colorem priſtinum in album commutare. *ἐπλευκαίνομαι.* [Ital. Impallidire, diuentar bianco. Gall. Blemir, deuenir blemepallir: deuenir palle. Hiſp. Emblanqueceſe. Ger. Vncyſs werden, Erbleichen.] Cic. 4. Acad. Siqui fremerent, & exalbeſcerent. Idem 2. de Orat. Equidem & in nobis animaduertere ſoleo, & in meipſo ſæpiſſimè experior ut exalbeſcam in principio dicendi, tota mente, atq; omnib. artubus contremiſcam. Exalbeſcere metu, Cic. 1. de Orat.

Exălbĭdus, da, dum, Idem quod albidus, niſi Ex præpoſitio aliquid minuat de ſignificatione. *ὑπόλευκος.* [Ital. Bianco, bianchigino. Gal. Gleme, blanchaſtre, palle. Hiſp. Emblanqueccido, ò un poco blanco. Ger. Vncyſslechtig.] Plin. lib. 24. cap. 19. Folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia.

Exalburno, as, are, a. p. Eſt alburnum detrahere. *ἱστορέω τὸ ξύλον ἐξαιρῶ, μάτραν ἢ μελάνδρυον καθαίρω.* [Ita. Torre via il bianco da un legno con arte, come chi fa tarſie. Gall. Oſter l'aubier, ou l'aubour d'un bois. Hiſpa. Desbaſtar la madera. Ger. Den ſcheyn eines boums abſchinden.] Eſt autem alburnum ea arborum pars quæ proxima eſt corti. Plin. lib. 16. cap. 40. E reliquis arboribus ficeiſſima locus, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color. Solent autem robora exalburnari, hoc eſt alburno ſuo ſpoliari, eo quòd ea pars materiæ ſit inutilis, propterea quòd facillime cariem ſentiat: eo autem detracto, quod reliquum eſt, aduerſus omnem corruptionis iniuriam ſe præbet inuictum. Id nonnulli eſſe exiſtimant, quod à Theophraſto *μελάνδρυον* appellatur: quia quam ille hoc nomine potius quandam roboris ſpeciem uidetur deſignaſſe.

Exalto, tas, a. p. In altum eleuo. *μετεωρίζω, ἀνυψῶ.* [Ital. Eſſaltare, eleuare, inalzare. Gal. Eſleuer haut & par deſſus. Hiſpa. Enſalcar de abaxo arriba. Ger. Erhöhen.] Colum. lib. 3. cap. 13. Senũm pedum latitudinis ſulcos dirigũr, fodiuntq; & exaltant in tres pedes. ¶ Per trãslationem ſignificat magnificè laudo.

Exălūmĭnātus, ta, tum, Denominatiuum ab alumine. *ὑπὸ γυψηρεώδης,* ut Vnio exaluminatus. [Ital. Perla ch'a bel colore, ſenza punto di alume. Gal. Perle qui ne retire point ſur l'alum. Hiſp. La perla desbaſtada y limpia. Germanicè, Ein ſchon lauter bärle, das ſich nit auff weyſs trübe farb zeucht.] Plin. lib. 9. cap. 17. de unionibus. Summa laus coloris eſt, exaluminatos uocari, id eſt ad colorem aluminis accedentes.

Exămen, inis, neut. tert. Nous apum ſoboles, quam parentes ex ſuis aluearibus ad nouas ſedes quærendas exire cogunt: quòd hæ ita uniantur, ut ſimul ligatæ uideantur. *ἑσμὸς, σμῆνος.* [Italicè, Schiera d'api. Gallicè, Vn gerton de mouches à miel. Hiſpanicè, Enxambre delas abejas. Germanicè, Ein ſchwarm der Jmmen.] Cicero de Senect. Nec uero ſegetibus ſolùm, & pratis, & uineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt: ſed hortis etiam & pomariis, tum pecudum paſtu, & apum examinibus, & florum omnium uarietate. ¶ Nec ſolùm de apibus dicitur, ſed etiam ad alia refertur: ut, Examina piſcium. Plinius libro 31. capite primo. Rapiunt cõ ſecum piſcium examina. Examina infantium.

ſtanium. Plin. in Paneg. Aduentante congiarii die, obſerua re principis egreſſum in publicum inſedere examina infantium, &c. Examina ſeruorum, Cicero. ¶ Rurſus examen, ſtylus eſt in lance ſiue ſtatera, qui quò pondus ſe uergit, cuit. ἰγνίον. [Ital. Lingua della bilancia. Gal. L'aiguuette d'une balance. Hiſp. La fiel ò lengua de la balança. Germa. Das zünglein oben in der wag.] Virgil. 10. Aeneid. Iuppiter ipſe duas æquato examine lances Suſtinet. Hæc ab aliis, bilanx, ſeu ſtateræ lingua: ab aliis æquamentum, ab aliis libramentum, ab aliis æquilibrium & trutina dicitur. Vnde metaphoricè ponitur pro exacto iudicio, & penſiculata alicuius rei inueſtigatione. ἀνάκρισις. Perſius, examenq́ improbum in illa Caſtiges trutina.

Examino, as, pen. cor. a. p. Scrutor, & inueſtigo, perpendo, diiudico, & ueluti trutina quadam expendo. ἐξετάζω, κρίνω κρίνω. [Ital. Eſſaminare, inueſtigare Gal. Examiner, peſer, enquerir diligemment. Hiſp. Examinar, iuzgar, peſar. Ger. Erforſchen, Erduren.] Plin. in Epiſt. Examina ſingula uerbi, & expende. Cicer. 1. de Orat. Ad ea probanda quæ non ſunt ficta ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. ¶ Examinare dicuntur apes, id eſt uernare. Colum. libro 11. cap. 14. Ab exortu Vergiliarum ad ſolſtitium examinant aluei.

Examurca oleum, Dicitur quando ſublata amurca defæcatum fit. ἐκπαμυργίδωμι. [Itali. Leuar la fece de l'oglio. Gal. Oſter la lie de l'huyle. Hiſp. Quitar el alpechin del azeite. Ger. Die trüſen vnd grobe matery vom öl thun.] Apuleius libro 9. Ac dum cælestis uaporis flammis examuscatur.

Examussim Vide amussis.

Exanclo, chas, ſiue potius Exantlo, Priſciano docente uerbum Græcum eſt, idem ſignificans quod exhaurio. ἐξαντλέω. [Ital. Cauar fuori, ſuperare. Gal. Eſpuiſer, ſormonter endurant. Hiſp. Sacar afuera, padecer haſta el cabo, uencer. Germ. Erſchöpfen, Mit arbeit erarnen.] Plaut. in Stic. Ne iſte ædepol uinum poculo pauxillulo. Sæpe exãtlat uir. Hinc per metaphoram accipitur pro ſuperare, perpeti, & quod dicimus, deuorare Cic. lib. 1. Tuſc. Quod quum exantlauiſſet omnes labores, tum incideret in mortis malũ ſempiternum. Lucil. lib. 10 Quantasq́ modò ærumnas, quantosq́ labores exantlaris. ¶ Aliquando perficere Pacuuius in Peribœa, ut Nonius citat, Non poteſt Menalippe hic ſine tua opera exantlari clauus.

Exangelus, Calio citante, Angelum eſſe ſcribit Ammonius eum, qui exterinſecus quippiam nunciat. Exangelum, qui one intus fiunt, extimis promit, quem Dyangelum uocat Thucydides: Antangelum, qui ex ſe nunciat, non ab alio mõdus

Exanguis, gue, om. t. Quod ſine ſanguine eſt. ἐξαιμος ἄναιμος, [Ital. Senza ſangue, eſangue. Galli Sans ſang qui n'a point de ſang. Hiſp. Coſa ſin ſangre ò muerta Germa. One blut. Blůt loſs.] Cicer. 7. Verr. Ne deniq́ etiam exanguium corpora mortuorum, ne mœror, &c. Idem pro Seſtio. Quẽ quum iacentem, & conciſum pluribus uulneribus extremo ſpiritu exanguem & confectum uiderent, &c. Liui. 5. bel. Pun. Propè exanguis ruina ſuperincidentium. ¶ Accipitur etiam pro pallido: quòd pallentes uideantur ſanguine carere, quum ſangois per extrema diffuſus, ſit cauſa ruboris: contrà, recedente ſanguine, ſubitò palleſcimus, ut in metu uidemus accidere, quum ſanguis ſe recipit ad interiora. Onid. 3. Triſt. Aſpicis exangui chartam pallere colore. Sic etiam Horati. cuminum dixit exangue, quòd ſemen illius epotum pallidos reddat bibentes, Epiſt. 1. quod ſi palerem caſo, biberem exangue cuminum.

Exãimis, a, um, & Examinis, & exanime, & Examinatus, ata, atum, ambo duplicem: eandemq́ ſignificationẽ habent, licet Seruius uoluerit hæc inter ſe differre. ἄψυχος. [Itali. Sbigottito, ſpauentato, morto. Galli. Sans ame, ſans vie, mort a demy, mort, eſtonné, eſpouuanté. Hiſp. Deſmayado, medio muerto, ò del todo muerto Germa. Tod, Oder vor forcht halb tod.] Nam ut exanimus, ſiue exanimis, modò idem eſt quod mortuus, ut apud Liuium, libro 8. Vt uno ictu examinem equo præcipitarer. Virgilius 1. Aeneid. Exanimumq́ auro corpus uendebat Achilles. Modò idem eſt quod exterritus, & ueluti animi deliquio conſternatus. Idem li. 4. Audiit exanimis, rapidoq́ exterrita curſu. Vngues ora ſoror fœdans, & pectora pugnis, Per medios ruit. ¶ Sic & exanimatos. ἐνυαλεῖς, πλῆκτες, non ſolùm pro exterrito, ſiue perturbato, ut apud Terenti. in Andr. Ibi tum exanimatus Pamphilus Bene diſſimulatum amorem & ætatem indicat: ſed etiam pro mortuo accipitur, ut apud Liuium, lib. 22. Vnam in ipſa porta ſoſpite filio repentè oblato, ibi cõſpectu expiraſſe ferunt: alteram, cui mors filii falsò nuntiata erat, mœſtam ſedentem ad primum conſpectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam Lucret. lib. 6.

Exanimis pueris exanimata ſuper patentem,
Corpora nonnunquam poſſes, retroq́ uidere.

Exãnimalis, e. Quod nõ eſt animal, uel quod eſt ſine anima. ἄψυχος. [Ita. Senza anima, non animale. Gal. Sans ame, mort. Hiſp. Sin anima, no animal. Germa. Das kein läben hatt.] Plaut. in Bacch. Nam nec Bellona mihi unquam, nec Mars creduat, ni illum exanimalem faxo, uiue exhærere dem fecero uitæ ſuæ. Idem etiã in Rud. poſuit pro eo quod animam eripit, ita (inquit) malè uino, ita multæ in pectore Sunt curæ exanimales.

Exanimo, mas, a. p. quando ab animo fit, ſignificat perterreo, perturbo. συρίττω, ἐκπλήττω. [Ital. Spauentare, perturbare, sbigottire. Gall. Oſter le cœur, troubler grandement. Hiſ. Deſmayar à otro. Ger. Hefftig erſchrecken, Bis auf den tod erſchrecken.] Plautus in Aul. Nimis malè timui, priusquam intus redii exanimatus fui. Terent. in Andr. Oratio hæc me miſerã exanimauit metu. Quando uerò ab anima eſt, ſignificat animo priuo, ſiue neco. ἀποπνίγω. Curtius Multos exanimauit rigor inſolitus niuis, multorũ aduſſit pedes, plurimos ſibi oculis præcipuè perniciabilis fuit. Gellius lib. 5. cap. 15. Anus repente filio uiſo, copia atq́ turba, & quaſi ruina incidentis inopinati gaudii oppreſſa, exanimata eſt.

Exãnimatio, onis, f. t. Subſequitur metum, & eſt comes paauoris ἔκπληξις, ἀψυχία, [Ital. Turbamento di ſpirito, & gran timore Gal. Troublement d'eſprit auec grande peur & frayeur. Hiſp. Aquella obra de deſmaiar à otro, deſmayo. Ger. Geſchwindung wann einer von Jmſelbs kompt.] ut ait Cic. lib. 4. Tuſc. Idem 1. Offic. Ne in perturbationes, atq́ exanimationes incidamus.

Exãno, nias, a. p. Eſt ſaniem, uel pus, aut aliam quamuis inutilem liquorem exprimo. ἐκπνέω, ἰχῶρα πίνω, ἢ ἐκπιέζω. [Ital. Cauar fuori la marza. Gal. Faire ſortir le ſang ou la boue d'une playe. Hiſp. Sacar la ſanguaza ò podre. Ger. Den eyter außlaſſen, Vom eyter ſeüberen.] Columel lib. ulti. Vt omnem amaritudinem eius pallore exaniet. Et alibi, Patimur autem nonnunquam tota nocte, & poſtero die baccam uelut exaniari.

Exãnthẽmata, neut. ter. ἐξανθήματα, A medicis appellantur tumores, ſiue papulæ per totam cutem efflorescentes; præcipuè in pueris, idq́ beneficio naturæ corporis profunda expurgantis. Horum duo ſunt genera, Sublimia, quæ cutem in manifeſtum attollunt tumorem, eamq́ exulcerant, & pruritum excitant. Vulgus Morbillos appellat. Et Lata, quæ exiguum quidem faciunt tumorem, non tamen exulcerant, neque pruritum excitant. Vulgò Variolæ dicuntur, quòd maculis per totum corpus ſparſis, uariis cutem inficiant coloribus.

Exantlo, Vide Exanclo.

Exaptus, Antiqui dixerunt pro aptus. ἐξηρμένος. [Ita. Arto. Gal. Apte, conuenant. Hiſp. Hiſp. Idoneo y aparado. Ger. Faſt geſchickt, gantz füglich.] Lucret. libro quarto, Brachia nec porrò uſquam exapta lacertis Eſſe, manuſq́ datas utraq́ à parte ſiniſtras, Vt facere ad uitam poſſimus quæ foret uſus.

Exãrdẽo, es, Valde inflammatus ſum. ἐκπλέγομαι. [Ita. Ardere grandemente, eſſere inflammato fuor di miſura. Gal. Ardre eſtre inflamme. Hiſp. Mucho arder. Ger. Hefftig brẽnen, Entbrunnen.] Transfertur ad multas res: ut ſi dicatur in aliquo exardere iniuriam, dolorem, ambitionem. ¶ Item exardere aliquem ira, & indignatione: ſiue exardere in iras, ut apud Martialem, quod eſt ueluti excandeſcere. Cic. 1. Tuſcu. Contra quorum diſciplinam ingenium eius exarſerat. Idem 4. Verr. Exarſit iracundia ac ſtomacho. Idem Attic. lib. 2. Nunc uerò ſibilis uulgi, ſermonibus honeſtorum, fremitu Italiæ uereor ne exarſeriut. Idem pro Rab. Poſt homo, etiam ad innocentiã periculoſum tempus illud exarſerat.

Exardeſco, is, ere, n. t. Ardẽtem fieri. ἐκπυρόομαι, ἐκκαίομαι. [Ital. Farſi ardente. Gal. S'alumer & bruſler. Hiſpa. Arder

mucho. Ger. Brünend werden.] Ci. 2. de Orat. Nulla materies tã facilis ad exardescẽdum, quæ nisi admota igni ignẽ concipere possit. Pli. li. 11. ca. 25. In igne autem ut ferrum exardescentes. ¶ Transfertur etiam ad animum pro accendi, & inflammari. Cic. 1. Ver. Homo ut hæc audiuit, sic exarsit ad id quod non modò ipse nunquam uiderat. Sic exarsit inquit, hoc est tanto amore inflammatus est. Idem de Amicit. Ex quo eorum exardescit siue amor, siue amicitia.

Exārĕfio. Idem significat quod exaresco. μαρκίνομαι [Itali. Diuenire arido, seccarsi. Galli. Deuenir sec, tarir. Hispa. Secarse. Germa. Dürr dorren.] Nisi quòd exarefio, passionem quandam uidetur importare, quam non habet exaresco: ne exarescere dicatur quod spõte sua aridũ fit, exarefieri, quod ui aliqua externa redditur aridum. Sed hæ differentiæ à doctioribus rideutur magis, quàm obseruantur. Plinius li. 26. De fuco marino. Sed omnibus articulis morborum impositis, antequam exarefiat.

Exaresco, aridus fio. μαρκίνομαι. [Ital. Seccarsi. Gal. Deuenir sec, tarir. Hisp. Secarse. Ger. Dürr werden.] Col. lib. 4. Et Sole, ac uento penitus siccari, atq; exarescere. Cic. Papyr. Dein de ipsa illa si qua fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset, hoc est omnino arida facta fuisset.

Exārĕuo, as, are, a. p. Est expurgare, & uelut arenas auferre. τὴν ἄμμον ἀφαιρῶ [Ital. Purgare della arena. Gall. Oster l'arene & le sablon. Hisp. Quitar la arena. Ger. Vom sand seũberen.] Plin. lib. 33. cap. 3. postea exarenatur, an satis decoctũ sit splendore deprehendente, iterũq; exhalatur igni.

Exarmo, as, a. p. Armis spolio. ἀφοπλίζω. [Itali Disarmare. Gal. Desarmer. Hisp. Desarmar lo armado. Ger. Gewehrloss machen.] Suet. in Domit. Mineruam, quã superstitiosè colebat, somniauit excedere sacratio, negantem ultrà se eum tueri posse, quod exarmata esset à Ione. ¶ Exarmare feras, hoc est dentes, ungues eis adimere, & ex feris mansuetas reddere ἡμερῶ. Vnde Exarmatæ bestiæ, pro cicuribus & mansuefactis accipiuntur. Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis. ¶ Exarmare accusationem Pli. li. 1. Epist. metaphoricòs dixit, pro debilitare, & infirmare.

Exăro, n. p pen. corr. arando eruo. ἐξαρῶ [Ital. Arare, cauar fuori arando. Galli. Labourer recueillir. Hisp. Arar, sacrar afuera arando. Ger. Herfürreren, Anshineren.] Cice. 2. de Diuinat. Est ne quisquam ita desipiens, qui credat exaratũ esse, Deum dicam, an hominem? hoc est aratro erutum fuisse. uel inter arãdum exsulco emersisse. Loquitur de Tage quodam quem antiquitas fabulata est in agro Tarquinii ensi aratro altius impacto, repentè ex sulco emersisse. Plin. libro 17. cap 19 Qui oliuetum sæpius miscebit, is tenuissimas radices exarabit. ¶ Est etiam exaro idem quod exaratione percipio. Cice. 5. Ver. Quum ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur quàm quantum exarauerant. Ibidem, Nónne plus lucri nomine eripitur, quàm quantum frumenti omnino exarauerant? ¶ Per translationem significat scribo. διαχαράττω. Qui enim stylo scribunt in codicillis, hi quasi sulcos more aratorum ducere uidentur. Inest autem in hoc uerbo tacita quædam festinationis, & breuitatis significatio, quũ scilicet paucis, & obiter aliquid scribimus. Cice. Cornificio. Hæc quum essem in Senatu, exaraui. Idem Attic. libr. 12. Vndecimo die postquam à te discesseram, hoc literularum exaraui, egrediens è uilla ante lucem.

Exarticulatio, est ossis secundum naturam moti ex concauitate profunda excessio, in locum minimè naturalem.

Exascio, as, are, a. p. Dedolare, dolabra & ascia parare, nondum tamen expolire. λειαίνω. ἀξίνῃ ξέω. [Itali. Polire, planare. Gal. Ebaucher, faire le gros de quelq; besongne. Hisp. Dolar y labrar de seguron ò acuela. Ger. Behauwen, rauch werckẽ.] Translatio à fabris lignariis sumpta, qui ligna prius dolant, deinde poliunt. Plau. in Asina. Iam hoc opus est exasciatum. id est utcunq; dolatum, nondum tamen undequaq; expolitum.

Exāspĕro, as. a. p Exacuo, uel de asperum facio, ἐξύνω. [Itali. Esasperare, inesprire, incrudelire. Gall. Faire aspre & rude, irrider & courroucer. Hispani. Exasperar ò enssannar à otro. Ger. Scharpfe oder rauch machen.] Sil. saxo q; exasperat ensem. Tacit. Saxo exasperatur ferrum. ¶ Exasperare fauces, est asperas & inæquales reddere. Pli. li 23, ca. 4. Fauces exasperat, & uenena omnia habetat. ¶ Per metaphorã pro irritare siue cõcitare ponitur. παροξύνω, ἐξαγριαίνω. Colu mell. libro nono capite 15. Neq; enim conuenit æstu medio exasperatas apes lacessiri. Liuius octauo bell. Pun. Ad quorum primum aduentum exasperati animo, mox ipsis placido sermone permulcentibus notos, cum quibus congressi erant, leuiti sunt. Quintilianus, Rem uerbis exasperauit.

Exătio, as, a. p. Idem quod satiare. κατακορεννύω, κατακόρνυμι. [Ital. Satiare, satollare, contentare. Gall. Rassasier, assouuir, saouler, contenter. Hisp. Hartar y enhastiar. Ger. Ersettigen, Erfüllen.] Liu. li. 8 bell. Maced. Populum Romanum ne morte quidem Publ. Scipionis exatiari, nisi & ipsius fama sepulti lacerctur.

Exātŭro, as, are, a. p Idem quod saturare Ouidi. 5. Metamorphos. Sed quæ uiscera uenienti bellua ponti Exaturanda meis. Translatè apud Cicer. 7. Ver. Quum eius cruciatu atq; supplicio pascere oculos, animumque exaturare uellent, potestas aspiciendi nemini facta est. Idem 6. Tuscul. de Sardanapalo, Hæc habui quæ edi, quæq; exaturata libido Hausit.

Exaŭdio, dis, a. q Perfectionem audiendi denotat: & hoc duobus modis, Vno, quum quod petimus, impetramus. ἐξαιτέω. [Ital. Essaudire, concedere una dimanda. Gal. Octroir entierement, exaulcer, otrroyer. Hisp. Bien oyr, consentir à lo que se dize. Ger. Erhören,] Virg. 1. Aen. & nulli exaudita deorum Vota, precesq; meæ. Ouid. 2. de Ponto. Elegeo Supplicis exaudi iuuenum mitissime uocem. Alio, quum significat perfectè audio. Liu. lib. 1. Equitem clara increpans uoce, ut hostes exaudirent, redire in prælium iubet. Terent. in Hecy. Vereor si clamorem eius hic strepitò exaudiat, ne parturire intelligat.

Exaudītus, pen. prod Partic. ἐπιπνοούμενος. ἐξαιτούμενος. [Ital. Essaudito, ch'a otteuuto. Gal. Exaulcé. Hisp. Oydo consentiendo. Ger. Erhöret.] Clamores exauditi. Cic. Att. li. Vox naturæ exaudita, Idẽ 1. de Fini. Vox exaudita per lucos, Virg. Georgic.

Exaugeo, es, a. f Valde augeo. ἐξαύξω, ἐπαύξω [Ital Accrescere grandemente. Gall. Accroistre, augmenter. Hisp. Mucho acrecentar. Ger. Beffrigmeren.] Plaut. Stichio. egẽ Heræ subueni: benefacta maiorum tuorum exauge. Terent. Heautont. Concurrunt multæ opiniones quæ mihi animum exaugeant, Locus, occasio, ætas.

Exaugŭro, as, pen. corr. a. p. εἰρηνίζομαι, βεβηλῶ, ἐξ ἱερᾶ ἀνίημι ποιῶ. [Ital. Disconsecrare. Gal. Desfacrer, desgrader. Hispa. Desconsagrar, desgradar. Germ. Entweyhen, degradieren.] Proprié significat ex sacro profanum facio. Contrarium eius est Inauguro, per augurium sacrum facio. Non solebant enim ueteres nisi addicente augurio, templum dedicare, aut sacerdotem consecrare: neq; etiam quod sacrum fuit, nisi addicentibus auibus profanare. Liui. 1. ab Vrbe. Et ut libera à ceteris religionibus area esset, tota Ioui templi quæ eius quod inædificaretur, exaugurare fana sacellaq; statuit: quæ aliquot ibi à Tatio Rege primùm in ipso discrimine aduersus Romulum pugnæ uota consecrata, inaugurataq; postea fuerant. Et paulo pòst, Nam quum omnium sacellorum exaugurationes adæ itterent aues, in Termini fano non addixere.

Exaŭspĭco, exauspicas. κατάρχομαι. Plaut. Capt Exauspicui ex uinculis, nunc intelligo Redauspicandum hunc esse in catenas denuo.

Exaŭtŏro, as, pen. prod. a. p. Significat ab auctoramento, hoc est, obligatione militari, & iuramento soluo & libero. ἀφίημι. [Ital Disobligare, cassare i soldati. Gal. Casser gens de guerre, quitter le serment a celuy qui à iuré. Hisp. a Soltar el iuramento al que iuro. Ger. Vrlauben, des eyds erlassen.] Quod barbari dicũt, Quitare iuramentũ. Vnde Exautorati milites dicuntur, qui missionem habuerunt. ἀπομίσει, ἀπῄωμένοι. Et quanuis frequẽter cum dedecore exautorare dicatur, persæpe tamen significat missos facere à militia milites citra uituperationem. Liuius libr. 21. Volonum exercitus qui uiuo Gracchosumma fide stipendia fecerat, uelut exautoratus morte ducis, ab signis discessit. Et libro 22. Postera die concione aduocata de rebus ab se gestis quũ disseruisset, exautoratos dimisit. Vlpianus Exautorare interpretatur insignia militaria detrahere: quod cum infamia conficitur: ut est apud Lamprid. qui scribit Alexandrum

drum tumultuantes legiones exautorauiſſe.

Exballiſto, ſtas, ſignificat balliſta proſternere, & metaphorice ꝰ decipio. *ἐκβαλίζω*. Plautus in Pſeud. Ego hunc commonem meum, atq; noſtrum omnium hoſtem exballiſtabo lapide.

Excæco, as, a. p. Viſum eripio, luminibus orbo. *τυφλόω*. [Ita. Acciecare, cauare gli occhi. Gal. Aueugler, creuer ou oſter les yeux. Hiſp. Cegar à otra perſona. Ger. Blind machen.] Cicero primo Acad. Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus.

Excalceo, ceas, a. p. Calceos detraho. *ὑποδήματα λύω*. [Ital. Scalzare Galli. Deſchauſſer. Hiſpani. Deſcalcar. Germani. Entſchůchen.] Suet. in Vitellio, cap. 2. Claudium uxorib. libertiſq; addictum, nequa non arte demereretur, pro maximo munere à Meſſalina petiit, ut ſibi pedes præberet excalceandos.

Excălfăcio, a. t. aut detracta e litera, Excalfacio, notæ eſt ſignificationis. *ἐνθερμαίνω*. [Itali. Scaldare, riſcaldare. Galli. Eſchauffer. Hiſpa. Calentar à otro. Ger. Erwermen.] Plin. li. 11. ca. 20. Vrinas magis excalefacit quàm crocum ipſum. Ibidem, Modicè his tamen utendum eſt, quoniam excalfaciunt.

Excalfio, penulti. produ. *ἐνθερμαίνομαι, ἐνθερμανθήσομαι*. [Ital Scaldarſi. Gal S'eſchauffer. Hiſp. Calentarſe. Ger. Erwarmen.] Plinius libro 14. cap. 2. Quum flecari excalfierique opus ſit.

Excalfactio, uerbale, f. t. *ἐνθέρμανσις, ἐνθερμανσία*. [Ital. Eſſo ſcaldarſi. Gal. Eſchauffement. Hiſp. Calentamiento. Germ. Erwermung.] Pli. li. 11. ca 9.

Excalfactorius, *θερμαντικός*. [Itali. Ch'a vigore di ſcaldare. Gal. Qui a uertu d'eſchauffer, eſchauffant Hiſp. Coſa para calentar. Ger. Das erwermet oder erhitzigen kan.] Excalfactoria uis, apud Plinium.

Excalpo, is. Scalpro excauo. *ἐγλύφω, ἐκκολάπτω*. [Ital. Scalpire. Gal Entailler, engrauer. Hiſp. Eſculpir, dolar con ſinzel. Ger. Außhölen.] Cato ca. 10 Arbores craſſas pedes duos, altas pedes nouem, cum cardinibus: foramina longa pedes tres ſemis, & excalpta digitos ſex.

Excandefăcio, Idem eſt quod candens & ignitum reddo. *διαπυρόω*. [Ital. Infocare, infiammare, ſcaldare una coſa ſinche diuenga bianca. Gall. Eſchauffer tant une choſe qu'elle la face deuenir blanche. Hiſp. Enfiamar. Ger. Glůyend machen.] Excandefacere frumentum, uel annonam, eſt caritatem eius augere, & in pretium immoderatum extollere. Var. 1. de Re ruſt. ca. 2. Sed ut ad hũc bolum uenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus aliculus, ut tunc fuit Scipionis, Metelli, aut collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles excandefaciebant annonam. Vbi excandefacere annonam dixit pro eo quod paulo pòſt dixit, Incedere annonam. Quotus quiſq; (inquit) eſt annus, quo non videas epulum, aut triumphum, aut collegia epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annonas.

Excandeſco, is, excandui, n. t. Ab excandeo: ſignificat incendor, uel inflammor. *ἐκπυρόομαι*. [Ital. Eſſere imbruſciate, infiammato. Gal. S'enflember, ſe bourroucer aſprement. Hiſp. Encenderſe. Germ. Vom feůr angon, Glůyend oder zornende werden.] Cato de Re ruſt. cap. 91. Nam ſi in tecto coquas, quum bitumen & ſulphur additum eſt, excandeſcet. ¶ Per translationem accipitur pro iraſci, quòd ira uelut igne quodam animus ſolcat incendi, *ἀνιάομαι*. Celius. Cic. li. 8. Epiſt. Idem Poſtquam reſcit, excanduit, & me cauſam inimicitiarum quærere clamitauit.

Excandeſcentia, æ, a. p. ab Apuleio, lib. de Dogmatibus Platonis. appellatur ea animæ pars quæ irritabilis eſt, habens domicilium in corde, quam alio nomine iraſcentiam nominat, qua ſcilicet ſubitò ad iracundiã incẽdimur. *θύμωσις*. [Ital. Infiammatione. Cal. Enflambement, courroux aſpre & aigre. Hiſp. Encendimiento por ira. Germ. Entzůndung mit grãhem zorn.] Cic. 4. Tuſc. Excandeſcentia autem ſit ira modò naſcens, & modo exiſtens, quæ *θύμωσις* Græcè dicitur: odium, ira inueterata: inimicitia, ira ulciſcendi tẽpori obſeruans, diſcordia, ira acerbior, intimo odio & corde concepta.

Excanto, as, are, a. p. Idem eſt quod incantare, ſiue incantationibus perniciem afferre. *ἐγχαράττω*. [Italicè, Incantare, ammaliare. Galli. Encanter. Hiſpani. Encantar. Germani. Verzauberen.] Plinius libro 28. cap. ſecundo, Qui fruges excantaſſet. Plautus in Amphit. Præſtigiator fortè aut ueneficus excantat tibi familiam. ¶ Ponitur etiam aliquando pro Incantatione è loco aliquo euocare. Proper. libro tertio Eleg. tertia, Vt per te clauſas ſcias excantare puellas, Qui uolet auſteros arte ferire uiros Horat. Epod. quinto, Quæ ſidera excãtata uoce Theſſala, Lunamq; cælo deripit.

Excarnia, *ἄκαρνα*, loca uocantur in corpore humano quæ carne interiecta non ſunt.

Excarnificare, a. p. Dilaniare, in partes diuidere, & carnem diſſecare, quod proprium eſt lanionum & carnificum, *κατατεμνειν*. [Ital. Straceiare, tagliare in pezzi. Galli. Faire mourir en bourreau, bacher piece à piece, bailler pluſieurs tourmens. Hiſp. Atormentar haziendo ſangre, encarnicar. Ger. Zů ſtucken hauwen. Außmartern.] Suet. in Vitel. Apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus, atq; confectus eſt, *κατατοξευθείς*. Cic. 3. de Nat. Anaxarchum Democriteum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. ¶ Per translationem pro excruciare ponitur. Terentius in Heaut. Vt omnes equinem dii deæq; quantum eſt Syre, Cũ iſtoc inuento, cumq; incœpto perdiunt: Hu inſmodi mihi res ſemper comminiſcere, ubi me excarnufices.

Excăuo, as, are, a. p. Idem quod cauare. *ἐκκοιλόω*. [Ital. Cauare, far concauo. Gall. Cauer, creuſer. Hiſp Cauar como piedra ò madera. Ger. Außhölen.] Cicer. 6. Verr. Erat etiam uas uinarium ex una gemma prægrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. Varro 1. de Re ruſt. cap. 5. Circum natalia ſunt cauata anatum ſtabula. Senec. quarto Natur. quæſt. Stillicidii caſus lapidem cauat: & hæc ipſa cauatio rotunda fit.

Excauatio, Verbale. *ἐκκοίλωσις* [Ital. Cauamento. Gal Cauement, creuſement. Hiſp Aquella obra de cauar aſſi. Germ. Außhölung.] Sene. 4. Nat. quæſt Stillicidij caſus lapidem cauat: & hæc ipſa excauatio rotunda fit.

Excẽdo, dis, penult. prod. n. t. Diſcedo, egredior. *ἐκπίπτω, ἐκχωρῶ*. [Ital. Partirſi, andar uia. Gal Se partir, ceder & partir, s'en aller, ſe deslegor. Hiſpa. Partir de algun lugar. Ger. Außziehen, hinweychen.] Cæſar 4. bell. Gal. Nam cũ omnib. ſuis domo exceſſerant, Rhenumq; tranſierant. Ibidẽ, Auriga interim paululùm è prælio excedunt. Plautus in Aulularia, iſtic adeſto, ſi herele tu ex iſtoc loco digitum tranſuerſum aut unguem latum exceſſeris. ¶ Item ſupero, antecello. *ὑπερβάλλω*. [Ita. Superare, accedere. Gal. Exceder, ſurmõter. Hiſp. Sobrepuiar. Ger. Vbertráffen, hõher vnnd gröſſer ſein, Vergon.] ut, Cicer. facilè excedit omnes eloquentia. Excedere è uita idẽ eſt, quod mori Ci. de Clar. Orat. Sed ad eos, ſi placet, qui è uita exceſſerũt, reuertamur. In qua ſignificatione etiam dicimus, Excedere abſolutè. Cic. in Oratione in Senato habita poſt reditum, Quo quidem tempore, quum is exceſſit qui cædi & flammæ, nobis autoribus, reſiſteret.

Exceſſus, us, ui, uerbale *ἐκχώρησις, ἀποχώρησις*. [Ital. Diparti-ta, morte. Galli. Delogement departement. Hiſpa. Partida de lugar. Ger. Der tödlich abſcheid aus diſem läben.] Iur, Exceſſus è uita. Cice. 5. de Finib. In his exceſſum è uita, & in uita manſionem. Exceſſus uitæ. Cice. 1. Tuſcu. Neq; exceſſu uitæ ſic deleri hominem. ¶ Et Exceſſus abſolutè etiam pro morte poſitum inuenitur. Idem 1. de Legib. Certè non longè à tuis ædibus inambulans poſt exceſſum ſuum Romulus Iulio Proculo dixerit ſe Deum eſſe.

Excello, lis, uel Excelleo, les, excelui, excelſum, a. t. ſignificat ſupero, *ὑπερέχω, ὑπερβάλλω, ὑπερβαίνω*. [Itali. Superare, ſoprauanzare. Gall. Exceller, outrepaſſer, ſurmonter. Hiſp. Sobrepuiar, Ger. Vbertráffen.] Conſtruitur tam cum dativo, quam cum accuſativo. Cic. pro Pomp. Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par eſſe uideatur. Lactant. libro ſeptimo, Qui omnes licet eloquentia excelluerit, Cicer. pro lege Man. Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris. Sed hæc ſignificatio uidetur eſſe translatitia. Nam propriè excellere, eſt altitudine uel ſtatura eminere.

Excellens, participium, *ὑπερέχων, ἐξέχων*. [Itali. Excellente. Gall. Excellent. Hiſpa. Sobrepuiador. Germ. Vbertráffend oder fürträffend.] Vnde tumulum, uel montem excellentem dicimus qui inter cæteros eminet. Cicero Antequam iret in exilium, Dii, deæq; immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutam.

Excellentia, æ, f.p. Hoc eſt eminentia, magnitudo, præſtantia nobilitas. ἐξοχή. [Itali. Excellenza Gal. Excellence. Hiſpa. Sobrepuianca, excellencia. Ger. Fürtrefflenheit.] Cic. primo Offici. Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura magna cum excellentia, præſtantiaque animantium reliquorum.

Excellenter, aduerbium. ἐξόχως, διαφέρως, διαφερόντως. [Ital. Excellentemente. Gal. Excellemment, excellentemẽt. Hiſp. Excellente y altamente. Ger. Fürtrefflenlichen.] Cic. 1. Offic. Quæ magno animo & elato fortiter, excellenterq; geſta ſunt.

Excelſus, Nomen ex participio, idem ſignificans quod altus, magnus, elatus. μετέωρος. [Ital. Alto, eleuato. Gal. Haulr, eſleué. Hiſp. Coſa alta y enſalcada. Ger. Hoch.] Cic. 2. Tuſcul. Te natura excelſum quondam uidelicet, & altum & humana deſpicientem genuit. Aull. Gel. li. 12. Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem.

Excelſitas, ſ. f. Altitudo. ὑψηλότης, ὕψος, εος. [Ital. Altezza. Gal. Hauteſſe. Hiſpa. Altura. Ger. Höche, hochheit.] Plin. lib. 25. cap. 5. A lapide quadrageſimo ad eam excelſitatem, ut in omnes urbis montes leuarentur. Ci. 1. Offi. Etenim multo magis eſt ſecundum naturam excelſitas animi, & magnitudo, &c.

Excelsè, aduerbium. Hoc eſt altè, & in ſublime. ὑψηλῶς. [Ital. & Hiſp. Altamente. Gal. Hautement, Ger. Höchlich, höher.] Col. li. 4. ca. 1. Si modò ſcandit excelſus, plus alimenti, terræq; deſiderat. Cice. in Orat. Omnia profectò, quum ſe à cæleſtibus rebus refert ad humanas, excelſius magnificentiusq; & dicet & ſentiet.

Exceptio, Excepto, ptas, Vide Excipio.

Excerebro, bras, a. p. Cerebrum eripio. ἐξεγκεφαλίω. [Itali. Diſcerebellare. Gal. Eſcerueller. Hiſp. Deſcalabrar, ò quebrar los ſeſos, priuar de cerebro. Germ. Das hirne außhin nemmen.] ut apud Ieſaiam, Qui mactat pectus, quaſi qui excerebret.

Excerno, nis, excreui, excretũ, a. t. Idem eſt quod purgare. ἐκκρίνω, ἀποκρίνω, ἀποκριθύνω. [Ital. Purgare, cernere. Gal. Separer, purger & oſter le mauuais. Hiſpa. Apartar lo limpio, purgar. Ger. Außsüberen Außscheiſſen.] Col. li. 2. Iraq; in area detrita frumenta fic aggerenda, ut omni flatu poſſint excerni. Ita dicimus excernere aluum, uel ſimpliciter excernere, pro eo quod eſt onus uentris deiicere. Celſus li. 4. Quoniam portæ modo in inferiores partes, ea quæ excreturi ſumus emittit.

Excrẽmẽtum, n. ſ. Quod egeritur ex cibo potuq;. περίτωμα. [Ita. Il purgamento del corpo. Gal. L'ordure de corps qu'on getre hors, Hiſp. Superfluidad del cuerpo. Germa. Aller ley vnat vnnd vnrath ſo vom leyb gadt.] Et eſt duplex ſiccum ſcilicet, & humidum: conceptaculum humidi, dicitur ueſica: conceptaculum ſicci, aluus nominatur. Oris excrementum. Tacitus lib. 20. Precabatorq; principem, ut genus, & oculorum orbes dignaretur reſpergere oris excremento. Plin. li. 10. ca. 41. Scribit coruum, quod excrementis ſuis calceamẽta fœdaſſet, à mancipe proximæ ſotinæ fuiſſe exanimatum.

Excretus, ta, tum, participium paſſiuum à uerbo excernor, ſignificans idem quod egeſtum, uel expurgatum. ἐκκριτος, ἀπόκριτος. [Ital. Eſporgato. Gal. Purgé, faſſé, tamiſſé, ſeparé d'auec. Hiſ. Purgado, alimpiado. Ger. Außgeſüberet.] Colum. lib. 8. Furfures à farina excreti. Vnde excreta tritici, dicuntur uulgò grana quæ ex incerniculo pro immundis ſeponuntur. Col. lib. 8. Vbi annona eſt carior, excreta tritici minuta commodè dantur gallinis. hoc eſt furfures à farina excreti.

Excretum, ti, ſubſtantiuum, n. ſ. Accipitur pro purgamento quod excerniculo à frumento ſeparatur. ἐκχωρεμα, τὸ ἀπεμπιθὲν. [Ital. Purgamento che ſi caua fuori del frumento. Gal. Criblure, ce qu'on gette en purgeant. Hiſp. Purgacion del trigo conel criuo ò cedaco. Ger. Vnüſt, das man vñ dem außreyteret.] Colu. lib. 8. ca. 4. Vbi annona eſt carior, excreta tritici minuta commodè dantur gallinis.

Excerpo, pis, pſi, prum, ẽre. Significat ſecernendo extraho. ἀποκλέγω, ἐκλίγομαι. [Ital. Cauar fuori cernendo, cerpire. Gal. Extraire, cueillir par eſlire. Hiſ. Coger rompiendo. Ger. Außklauben. Außlaſen.] Terenti. in Phorm. Tu id quod boni eſt excerpis, dicis quod mali eſt. Cic. 3. Offic. Excerpere res extrinſecus ſiquid ineſt boni. ¶ Vnde excerpta, dicimus quæ ex libris uelut floſculos extrahimus. ἀνθολογία. ¶ Et etiam excerpere item quod eximere. ἐξαιρεῖν. Vnde excerpere aliquem de numero Poetarum, eſt eum inter Poetas non numerare. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. Primum ego me illorum dederim quibus eſſe Poetas. Excerptum numero. Sic excerpere ſe hominum cõſuetudini. dixit Seneca in Epiſto. pro eo quod eſt, ſecedere ab hominum conſortio, Excerpere ſe uulgò. Sen. de Tranq. uitæ, Excerpe te uulgo tuo line, &c.

Exceſſus, Vide Excedo.

Excetra, træ, penulti. product. Dicta eſt hydra Lernea, quod uno cæ'o capite tria exereſcebant. ἐχιδνα. Plaut. in Perſa, Nam cum leone, & cum excetra, cum ceruo, & cum apro Aetolico, Cum auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim, Quàm cum amore. Ouidius, Pars quota Lernæ ſerpens eris unus echidna? Scribit Diodorus, Herculem debellaſſe hydram non ſolùm ferro, ſed etiam flammis, adhibito lolao, qui inciſam ceruicem ardente face eueſtigio inureret. Conſtat (ſecundum Hiſtoricos) hydram in Lerna Argiuorum regione paludem extitiſſe, aquas euomentem quæ uaſtabant uicinas ciuitates, in qua uno meato clauſo, multi erumpebant. Quod Hercules uidens, loca ipſa exuſſit, & ſic aquæ meatus clauſit. Nam hydra, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, id eſt ab aqua, nomen accepit. Plato aſſerit in Euthydemo, hydram fuiſſe callidiſſimum ſophiſtam, cui præter ſapientiam, pro uno ſermonis capite amputato, multa repullulabant.

Exchalcio, exchalcias, are, Verbum non illepidè à dictione Græca chalcos formatum à quibuſdam, ſignificat autem ære ſpoliare, & auferre nummos. Vnde Porphyrio in Horatium, libro primo Serm. Satyr. octaua inquit, Voranus Qu. Lucatii Catuli libertus omni loco, omni tempore turaciſſimus fuiſſe dicitur. De quo etiam illud traditur, quòd deprehenſus à nummulario eſſet, de cuius menſa nummos ſubtractos in calceos ſibi infarciebat: quidam iocans, Bellè, inquit, te nummularius ille exchalciauit. cum aſpiratione ſcilicet ſecundæ ſyllabæ: ſimul ut chalcon, id eſt æs ablatum ex calceamento obiiceret. Vide etiam Cælij Rhodi. Antiq lect. li. 19. ca. 9.

Excido, dis, penulti. corre. n. t. ab ex & cado, a in i mutata, præteritum excidi, ſupinum excaſum facit: ſignificatq; ex loco, ut re aliqua ſublimiori cado. ἐκπίπτω. [Ital. Cadere. Gal. Cheoir de quelque lieu. Hiſp. Caer. Germ. Außfallen.] Virg. 2 Georg. Nam ſæpe incautis paſtoribus excidit ignis. ¶ Vnde per translationem excidere animo, eſt obliuiſci. Idem 1. Aeneid. Necdum etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores Exciderant animo. ¶ Interdum diſſentire, Lucil. lib. 27. Ego ab Archiloco excido. ¶ Excidere nobis aliquod uerbum, quum per incogitantiam, quod alioqui dicturi non eramus, imprudentes proferimus. Cicero pro Sylla, Verbũ ec quod unquam ex huius ore excidit, unde quiſquam poſſet offendi? Sunt & aliæ non inuenuſtæ huius urbis tranſlationes: ut quum nobis uictoriam, aut ſpem aliquam è manibus excidiſſe dicimus: quum ſignificare uolumus nos amiſiſſe quod propemodum tenebamus. Cicero ad Brutũ, Deinde ita multa peccata, ut quodammodo uictoria excideret è manibus. ¶ Excidere uxore, eſt ambitæ uxoris ſpem amittere. Terenti. Andr. Herus, quantum intelligo, uxore excidit.

Excido, dis, a t. penul. prod. excidi, pen. long. exciſum, Compoſitum à cædo, idem eſt quod excindo, uel eruo. ἐκτέμνω, ἐκκόπτω. [Ital. Tagliare, fendere, diſtruere. Gal. Couper & oſter de quelque choſe. Hiſpa. Cortar, taiar, romper, deſtruyr. Ger. Außhauwen.] Cic. lib. 2. Officiorum. Nec lapides ex terra exciderentur ad uſum noſtrum neceſſarii. ¶ Item penitus deſtruo. Idem in Catone, Quomodo Carthagini iandiu cogitanti bellum inferatur, multo tempore antè denuntio, de qua uereri non antè deſinam quàm illam exciſam cognouero.

Excidium, dii, n. ſ. Ab excido deduci manifeſtum eſt, pro euerſione, & quaſi nece urbis, aut prouinciæ, ut quum caſis hominibus mœnia ſolo æquantur. ἀνάτασις ἄλεως. [Itali. Eſterminio, rouina Gal. Deſtruction, ruinement Hiſp. Cayda ò deſtruycion. Germ. Ein zerſchleiffung, So man ein volch oder ſtatt gar außreutet vnnd zerſtöret.] Liu. 5. bel. Pun. Magnum ſe excidio eius urbis terrorem cæteris earũ iniecturum. Plin. libr. 19. cap 19. Fuitq; arbor fatalis excidio urbis.

Exciſo,

Excíſo,ſas,pen.prod,Lanio,uulnero.ἀποσπαράσσω.[Ital.Straciare,ferire.Gal. Couper,dechirar & decouper.Hiſp.Deſpedacar,herir.Ger.Zuſchauwen,wermunden.]Nonius. Excíſũ,laniatum,uulneratum.Plau.Ciſtel.Capil o ſciſſo,atq; exciſatis auribus.

Excindo,dis,a.e.[Ital.Diſtroggere,rouinare.Gal. Couper,& gaſter,deſtruire & ruiner Hiſp.Deſtruyr, cortar,Ger.Zerſtörẽ.Zuſtreuten.]Idem eſt quod excido,deſtruo,diruo,extirpo.Cic.pro Planc.Vrbem unam mihi amiciſſimam declinaui,quæ ſe uel potius excindi quàm è ſuo complexu ut eriperet,facile paterentur.

Excitorius,a,um,ἰγκοπτόν: ut,Excíſorius ſcalper,quo cario ſa excidit ur caro, apud Celſum li.8.cap.3.

Excio,cis,exciui,excitum,penul.prod.uel Excieo,es,excíui, excitum, penu.corr.Idem eſt quod euoco,ἐκκαλέω. [Ital. Chiamare,ſuegliare,incitare.Galli. Eſmouuoir,faire leuer & ſortir, hucher.Hiſpan.Llamar,mouer,ò deſperrar à otro. Ger.Zuſchin beruffen.]Plaut.in Epi.Quid eſt pater,quòd me excies iſti ante ædes?Vt matrem tuam uideas. id eſt euocaſti. ¶Aliquando expergefacere ἐξεγείρω.Liui.libr.1. Hercules ad primam auroram ſomno excitus. Idem lib.4. ab Vrbe,Sed Dictatorem quoq; ex ſomno excíuit. Sic excí re cubilib. Liui.7. ab Vrbe, Extremos tamen pauor cubilibus ſuis excitos, quæ aut unde uis eſſet ignaros,in fugam, & quoſdam in hoſtem ipſum improuidos intulit. Excire animas ſepulchris.Virg.4.Aen. ¶Aliquando ſignificat cõmouere,uel elicere.Plaut.in Ciſtel.Et mihi excíuiſti lacrymas:Ita excire tumultum, excire aliquem ad cupiditatem diſcendi,Liu.1.ab Vrbe.

Excito,tas,pen.cor.frequentatiuum,a.p.Eadem ſignificatione eſt cum uerbo excio.nam aliquando ſignificat cõmouere,Excitare aliquem ad uirturem.ἀνεγείρω,παρεγείνω.[Ital.Eccitare,commouere,ſtimolare.Galli. Eſmouuoir,exciter,inciter.Hiſp.Mouer,deſperrar.Germa. Bewegen,erwecken.]Cæſar 7.bell. Gall.Excitare ad arma ciuitatem, Cic.1.de Diuin.Terent.in Heau. Non uides quãtum mali ex ea re excites? Aliquando expergefacere.ἐξεγείρω. Liu 5 bel. Pon. Scipiones me ambo dies noctesq; curis inſomniisq; agitant,& excitant ſæpe ſomno. Cic.pro Sylla, Excutient tibi iſtam uerborum iactationem,& te ex ſomno ſæpe excitabunt. ¶Mortuos ab inferis excitare. Cic. in Ora.& in Topicis. ¶Excitare ædificium,pro erigere.Senec.Epiſt.11.Puta duo ædificia excitata eſſe:ambo paria,atque excelſa,ac magnifica. ¶Excitare aliquem de ſpectaculis,eſt aliquem ludos ſpectantem loco ſuo depellere:quod decoctoribus accidere ſolebat, qui quòd Equeſtre cenſum habere deſiſſent, à quatuordecim gradibus arcebantur. Quali 3 ea. 6.Si excitatus fuerit de ſpectaculis,& iniuriarũ agat,depulſio actoris erit.

Excitari,paſſiuè.Cicer.1. de Finib.Excitantur ſpe gloriæ quæ habet fortunam honeſtatis & ſimilitudinem. Miles truci excitatur claſſico,Horat Epod.1.

Excitatus,nomen ex participio.m.f.ἐξεγερμένος,ἐξυπνεῖς. [Itali.Smoſſo,incitato.Gall.Eſmeu,incitè. Hiſp.Mouido. Ger.Bewege,Erwecket.]Plin.li.10.ca.17.Optimum quàm excitatiſſimi odoris, & quàm nigerrimum,hoc eſt odoris uehementiſſimi. ¶Excitatus humo.Cice.2.de Natu.deor. Quæ primum eos humo excitatos, celſos, & erectos conſtituit,ut deorum cognitionem, cælum intuentes,capere poſſent.

Excitè,aduerb.Hoc eſt uehementer,& lucidè.ἐξεγερμένως,ῥοδῶς.[Itali.Con uehementia,grandemente. Galli. Fort,impetueuſement.Hiſp.Grande ò fuertemẽte.Germ. Heftiger,heyterer.]Plin.li.37.ca.7.Et in his autem mares excitatius fulgent:fœminæ pinguiores ſunt, & craſſius nitent.hoc eſt maiorem fulgoris uim habent,& quodammodo excitatiorem aliis.

Excipio,pis,pen.corr. Idem quod eximo, ſine ad me traho. ἐκλαμβάνω.[Itali.Eccettuare,ricenere.Gal.Recenoir,extraire,recueillir.Hiſpan Sacar de regla.recebir con honra ò buena uoluntad.Ger.Entpfahen Zuſnemmen,&c.]Pla. Rud. Sũmne ego ſceleſtus, qui illuc hodie excepi uidulũ aut quum excepi, qui non alicubi in ſolo abſtruſi loco? ¶Aliquando ſignificat idem quod demo,eximo numero. ἐξαιρῶ.Cice.4. Acad.Nihil excipit de quo non profitear.Idem li.1.Tuſc.Nam ſi ſolũm eos diceres miſeros quibus moriendum eſſet, neminem tu quidem eorum qui uiuerent exciperes. ¶Aliquando idem eſt quod recipio.præcipuè afflictos ἀναδέχομαι. Lactant. lib.2.Hunc errantẽ, atq; inopem Ianus excepit.Virgil.1. Aen. Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit? ¶Aliquando inquirere. Cic.de Orat. Quædam dari ex hac uita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum uoluntates. ¶Aliquando ſeparare.Virg li.9. Ipſum illum clypeum,crinitaſq; rubentes Excipiam ſorti. ¶Aliquando per doluũ capere,opprimere,intercipere, comprehendere incautũ.Cic. Att.li.8. Admoniti ſumus ut caueremus ne excipiemur à Cæſare:quòd is in eadem loca quæ nos petebamus,celeriter etiam quàm nos poſſemus, eo quò intenderat, uenturus eſſet.Cæſar 6.bell.Gall.Multos ex fuga diſperſos excipiunt. Virgilii.1.Aeneid Excipit incautum,patriaſq; obtruncat ad aras. ¶Aliquando colligere.ἐνδέχεσθαι Martialis,Ventriſonus miſero (nec te pudet) excipis auro. ¶Aliquando abſcondere.Plaut.in Aulul. Nec partem tibi ab eo indipiſcer, neq; furem excipies. ¶Aliquando compotitè & ſine tumultu obſiſtere.ἀέχεσθαι,ἐνδέχεσθαι ¶Aliquando educo.ἐκδέχομαι,διεκδέχομαι,ἐκλαμβάνω. ¶Excipere bra chiis,Col.lib.9,ca.15.Excipere clamoribus,i ro applaudere. Plinius Epiſto.18. Pudet referre quæ quàm fracta pronuntiatione dicãtur, quibus quàm teneris clamorib. excipiantur. Gremio alicuius excipi. Claudianus Paneg 6.. quum genitoris amico Exceptus gremio medio uehetere per urbem. Excipere oſculo. Plinius in Panegy Gratum erat omnibus quòd Senatum oſculo exciperes. ¶Excipere pro audire.Plautus Amphit.Quid memoret hinc excipiam,ne propera. Excipere auidis auribus.Plinius Epiſto.83. ¶Subire,& excipere tela. Cicer. de prouin. Conſul. Excipere cicatrices aduerſo corpore, Cicer. 7.Verr. ¶Excipere gladio.Qu.Curt,lib.9.E quibus duos gladio ita excepit,ut ante ipſum exanimes procumberent. ¶Excipere item dicuntur qui alio dictante aliquid deſcribunt, Sueton. de Tito, E pluribus comperi, notis quoq; excipere uelociſſimè ſolitum:& cum amanuenſibus ſuis per ludum, iocumq; certantem,imitari chirographa quæcunq; uidiſſet. ¶Excipere ſe in genua, pro erigere. Sen. Epiſt.67.Qui ſucciſis poplitibus in genua ſe excepit.

Exceptio,onis,ſ.p.Exemptio.παραγραφή.[Ital.Eccettione, clauſula che riſtrigne una generalità.Gal.Exception,clauſe qui reſtraint une generalité Hiſp. Excepcion de la regla. Ger Zuſnemmung,Vorbehaltung.]Cic.de Amic.Tam ſit inter eos omnium rerum,conſiliorum, & uoluntatum, ſine ulla exceptiõe communitas. ¶Exceptio item dicitur quæ à reo opponitur aduerſus petitionem actoris.Cic.1.de Inuen. Nam & Prætoris exceptionibus multæ excludũtur actiones.Vlp. l.1.ff.de Excep.Exceptio dicta eſt quaſi quædam excluſio quæ interponitur actioni cuioslibet rei,ad excludendum id quod in intẽtionem,condẽnationemq; deductum eſt.

Excepto,as,Idẽtidem eximo,& ad me traho.ἐξαιρῶ,ἐπιλαμβάνω.[Itali.Eccettuare, trar è ſe trar fuori.Galli.Prendre ſouuent,recueillir,tirer à ſoy.Hiſp.Sacar fuera de numero, traer hazia ſi.Ger. Zuſnemmen,zu ſich nemmen.]Cice. in Parad.Et uideat aliquẽ ſummis populi beneficiis uſum barbatulos mullulos exceptantem de piſcina,& perrectãtem.Virg.lib.3. Geor.Ore omnes uerſæ in Zephyrum ſtant rupibus altis,Exceptantq; leues auras,& ſæpe ſine ullis cõiugiis uento grauidæ, mirabile dictu.id eſt frequenter ad ſe trahunt & rapiunt.Cæſ.7.bel.Gal.Eos ipſos rurſus ſingulos exceptans, in murum extulit.

Exceptitius,a,ũ.ἐξαίρετος,ἐπίλεκτος. [Ita. Coſa eletta,& da ricogliere.Gal.D'eſlite,de reſerue.Hiſp. Coſa digna de ſer recebida. Ger. Das man auſsnimpt oder zũ ſich nimpt vnd entpfacht.] Qui excipitur.Plt.li.18.ca.10. Adiiciuntur his genera,bromos,ſiligo exceptitia,& tragos.Vocat autem ſiligi nem exceptitiam Laconicã, quæ ab alia ſiligine excipitur, eo quòd ſine ariſta creſcit.

Excipulus,li, ab excipio,Dicitur inſtrumentum quo aliquid excipitur,hoc eſt intercipitur,& incautum comprehenditur.ut eſt ſeptum ex uiminibus aliaſue materia contextum ad capiendos piſces.ἐνδοχεῖον.[Itali.Choſa che ſerue à riceuerne un' altre.Galli. Vn uaiſſeau ou autre choſe pour recevoir une autre choſe,un receptacle. Hiſp.Coſa que recibe ò acoge una otra.Ger.Ein inſtrument oder geſchir mit dem man etwas entpfacht oder aufffacht.] Pli.lib.9.ca.11. Hyemato lacu fluctib.glomeratq; uoluũtur anguillæ,in tantã mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis ob

hoc ipſum fabricatis, ſingulorum millium globi reperiuntur. Idem lib. 15 ca. 7. uidetur accipere pro genere uaſis quo ſuccus ex arboribus defluens excipitur. Vis (inquit) tanta eſt, ut è longinquo ſuccus excipiatur. Inciſæ conto ſubditur excipulus uentriculo hœdino: humor lactis uidetur effluere. Loquitur de euphorbia herba, è luba inuecta.

Excipuus, a, um, Quod excipitur: ſic ut præcipuum, quod antè capitur. Feſtus.

Exciſo, exciſus, Vide Excido.

Excito, Vide Excio.

Exclāmare, n. p. Vociferari, & quaſi medio pectore uocē maximè emittere: quod aut indignationis, aut doloris cauſa fieri ſolet. *ἀναπράσσω, ἀναβοᾶν, ἀνακωκύειν.* [Ital. Gridare, chiamare ad alta uoce. Gal. Crir, s'eſcrier. Hiſp. Llamar dādo uozes, Gritar. Ger. Zuſchreyen laut ſchreyen.] Terēt. in Phor. Itaq; plenè hercle exclamaui gaudio, Cic. 2 de Ora. Non enim poſſum quin exclamem, ut ait ille in Trinūmo.

Exclamatio, nerbale, f. t, Pro ipſo actu exclamandi. *ἀνάκραυσις.* [Itali. Grido. Gall. Cri, eſcri. Hiſp. Grito, obra de llamar aſſi. Germa. Zuſchreyung.] Ad Heren. lib. 3. Acutas uocis exclamationes uitare debemus: ictus enim fit, & uulnerantur arteriæ acutæ atq; attenuatæ nimis acclamatione. ¶ Eſt & exclamatio, ſchema rhetoricorum, quod definitur ab autore ad Herennium libro quarto ad hunc modum. Exclamatio eſt quæ conficit ſignificationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cuiuſpiam compellationem, hoc modo, Te nunc alloquor Africane, cuius mortui quoq; nomen decori eſt & ſplendori ciuitati.

Excludo, dis, pen. prod. excluſi, f. m, a. t. Extra claudo, eiicio. *ἐκκλείω* [Itali. Eſclodere, ſerrar fuori. Galli. Enfermer dehors, mettre hors. Hiſp. Echar à fuera. Ger. Zuſchlieſſen, drauſſen beſchlieſſen, Zuſchlieſſen.] Plaut. in Aſin. Homo hercle hic excluſus eſt foras. Idem Menæch. Alii me pernegant eum eſſe qui ſum, atq; excludunt foras. ¶ Per trāſlationem ponitur pro liberare, Accius apud Nonium. Qua uirtute hic ſe ſeruitute excluſit? ¶ Item pro incubando pullum emittere. Columel libro nono. Veteranas aues ad rē eligi oportebit, quæ iam ſæpius id fecerint, moreſq; earum maximè prænoſci, quoniam aliæ melius excludant, aliæ editos pullos commodius educent. Idem, Columbæ excludunt octauo die. ¶ Interdum accipitur pro celare, & in rudi materia alicuius rei figuram inducere. Vnde dicūtur & in arte argentaria excluſores, id eſt ex quadam confuſione maſſæ ad ſuam formam expreſſores. ¶ Excludi tempore, aut temporis ſpatiis, eſt impediri nequis quid poſſit agere propter temporis anguſtiam. Cicer. in Verrem, Angustiis temporis excludūtur omnes. Idem ſeptima Verr. Hi poſtquam temporibus pop. Rom. excluſi, per Senatum agere quæ uoluerant non potuerunt. ¶ Excludere, pro repudiare, non admittere quod poſtulatur, aut petitur, ſed reiicere. Cic. de Aruſp. reſp. Quod anno antè frater Metellus & concors etiam tum Senatus principi Cn. Pompeio ſententiam dicenti, excluſerat, accerrimeq; una uoce ac mente reſtiterat.

Excluſus, participium. *ἀποκλεισμένος, ἐκκλειστός.* [Itali. Gittato fuori, excluſo. Gal. Gette hors. Hiſp. Echado fuera. Ger. Zuſgeſchloſſen, auſgeſtoſſen.] Cicer. pro Cluentio, Quum uagus & exul erraret, atq; undiq; excluſus, &c. Idē. 2. Phil. Itaq; excluſis tuis uocibus, & ad te, & ad prædas milites miſit.

Excluſiſſimus, nomen ex participio. Plaut. Menæch. Abiit intrò ocyus in ædes, nunc ego ſum excluſiſſimus? Neq; domi, neq; apud amicam mihi iam quicquam creditur.

Excōgito, as, n. p. Cogitando inuenio. *ἐπινοέω, περινοέω.* [Ital. Imaginare, ritrouar penſando. Gall. Excogiter & pourpenſer, inuenter en ſongeant. Hiſpa. Hallar algo penſando. Ger. Erdencken.] Cic. 6. Verr. Nouum ac ſingulare ſupplicii genus excogitauit. Idem 2. in Cati. Quid enim mali, aut ſceleris fingi, aut excogitari poteſt quod non ille conceperit? ¶ Excogito, pro uehementer cogito. Cice. Att. lib. 9. Ad hæc igitur cogita mi Attice, uel potius excogita, quemuis euentum fortius feram, quàm hūc dolorem.

Excogitatus, participium. *ἐπινενοημένος.* [Ita. Imaginato, ritrouato penſando. Gal. Excogité, penſé, examiné. Hiſp. Hallado penſando. Ger. Bedacht oder erdacht.] Cic. pro Cluent. Ratio excogitata Larini eſt, res translata Romam. ¶ Excogitatus, nomen, pro exquiſito. Suet. in Calig. Templum etiam numini ſuo proprium, & ſacerdotes & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit.

Excogitatio, onis, f. t. *ἐπινόησις, περίνοια.* [Itali. Inuentione cō gran penſiero. Gal. Pourpēſement, pēſeēſ, ongueuſe, inuētion. Hiſ. Aquella obra de hallar penſando. Ger. Erdencken, erfündung.] Cic. 2. de Orat. Quæ ab oratore pariuntur, excogitationem non habent difficiliem, explicationem magis illuſtrem perpolitamq; deſiderant.

Excogitator, oris, m. t. *ἐυρέτης, ἐπινοητικός.* [Ital. Inuentore. Gal. Controueur, inuenteur. Hiſp. Hallador pēſando. Ger. Ein erdecker oder erdichter.] Quin. Decla. 10. Sic magnā protinus, neſcia matre, excogitator hic mortis alterius aduocat.

Excōlo, lis, penulti. corr. excolui, excultum, a. r. Orno, polio. *ἐπισκευάζω, ἐξεργάζομαι.* [Ita. Ornare, pullire, abellire. Gal. Exorner, cultiuer, reparer, orner. Hiſp. Componer, dolar, ornar Ger. Vuolbauwen, Zu eeren habē.] Plin. in Epiſt. Emant marmora, quibus ſolum, quibus parietes excolantur. Cice. in Orat. An uictus hominum Athenienſium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Idem in Parad. Nihil eſt tam incredibile quod non dicēdo fiat probabile: nihil tā horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tāquam excolatur.

Excultus, particip. *ἐπισκευασμένος.* [Ita. Coltiuato, ornato. Gal. Cultiué, reparé, orné. Hiſpa. Ornado, compueſto, labrado. Ger. Vuol gezierт, erbauwt.] Cic. 2. de Legibus, Tum nihil melius illis myſteriis quibus ex agreſtibus, immanibus uitæ, excolti ad humanitatem & mitigati ſumus. Idem in Orat. Nihil enim eſt feracius ingeniis, iis præſertim quæ diſciplinis exculta ſunt.

Excōmūnicatio, f. t. [Ital. Scommunica. Gal. Excommunication. Hiſp. Deſcomunion. Ger. Zuſündenūg Zuſchlieſſung, Verbannung.] ut in Decret. 1. quæſt. 4.) diſtingoitur ab anathemate tāquā excōmunicatio ſit minor, anathema maius. Vnde Anathematizati, ab Eccleſia omnino ſeparantur: cū talibus neque ſermone congreſſus, neq; cibus communicatur. Hos Cyprianus abſtentos uocat eleganti uocabulo.

Exconſul, m. t, & Exquæſtor in Codice Iuſtiniani legūtur pro Conſulari & Quæſtorio, qui ſcilicet aliquādo Conſulatus, aut Quæſturæ honore functus eſt. Ita enim habet l. iii. C. de Veteri iure enucleando. Omne ſtudium Tribunitio uiro excelſo, magiſtro officiorum, Exquæſtori ſacri noſtri palatii, & Exconſuli credidimus.

Exconſularis, quo uſus eſt compilator Codicis, l. iii. de Pro. ſacrorum ſcriniorum. Conſulari, inquit, honore functi inter electos habeantur, hunch; honorem dignitatis teneant, qui Exconſularibus deferri conſueuit.

Excōquo, is, erc, a. t. Valde coquo. *ἀφέψω, πεπτέω.* [Ita. Cocere molto. Galli. Cuire parfaitrement. Hiſpa. Muco cozer. Ger. Zuſſochen, wol ſochen.] Terent. Adelph. Tam excoctam reddam atq; atramr, quam carbo eſt. Col. Vis frigoris excoquit terram. Idem. Succus excocti lupini. Virgil 1. Georg. ſiue illiis omne per ignem Excoquitur uitium: atq; exit inutilis humor. Plaut. Perſa. uſq; dum domi ero, dum excoxero lenoni malum. Id eſt excogitauero, & ad tempus præparauero.

Excorio, *ἀποδέρω*, uide in Corium.

Excors, dis, om. t. infipiens, ſtultus, amens, quaſi ſine corde. *ἄφρων* [Ita. Scolto, pazzo, ſcelocco. Gal. Qui n'a ne ſens n' entendement, une beſte. Hiſp. Deſcorsonado loco, ſin ſeſo, ſieno de corazon. Ger. Thorechtig, Narr, Tüppel.] Non defuerunt enim qui cor in homine mentis domicilium eſſe putauerint: quanquam uerior eſt eorum opinio qui id in cerebro collocarunt. Lactan. libro tertio, In quo alios nō excordes tantùm fuiſſe arbitror, ſed etiam impios, quod in ſecreta cæleſtis illius prouidentiæ curioſos oculos uoluerunt immittere. Cicer. de Amic. Apertè adulantem nemo non uidet, niſi qui admodum eſt excors. Idem quinta Philip. Hoc qui non uidet, excors: qui quum uidet, non dedecorat, impius. Idem pro domo ſua. Neq; tu eras tam excors, tamq; demens, ut neſcires hunc Clodium eſſe qui contra leges faceret.

Excrementum uide excerno.

Excrēo, as, a. p. Eſt quadam ui expuo. *ἀναπτύω, χρέμπτομαι.* [Ital. Soutare, ſpurgare. Gal. Cracher. Hiſp. Eſcupir ò gargaſear, Ger. Zuſpeyen. Mit dem ſpeichel auſſwerffen.] Plaut. in Amphit. Si minuſculo digito increpuerint fores,

hic

hæc regula Tum diminuam caput, ut cum dentibus linguam excreos. Celſus, Et interdum aliquid purulenti excreat.

Excretio, f. t. uerbale, *χρίμψις, ἐκπτυσις*. [Ital. Sputamento. Gal. Crachement. Hiſp. Aquella obra de eſcupir ò gargaiear Ger. Außſpówung.] ut, Sanguinis excretiones. Plī. li. 24. cap. 14. Excretiones faciles facit in cibo ſumptum ſinapi, Idem li. 20. ca. 22.

Excreabilis, le, adiectiuũ, Quod excreari poteſt, *ἀκόπτυστος, ἐκπτυστός*. [Ital. Coſa che ſi ſputa facilmente. Gal. Qu' on peut facillement cracher. Hiſp. Coſa que aſſi ſe puede eſcupir. Ger. Das man außſpúwen mag.] Plī. li. 20. cap. 14. Pulmonum uitia excreabilia facit.

Excreſco, is, re, n. t. Valde, ſiue in altum creſcere, *ἐκφύεσθαι, ὑπερεκφύεσθαι*. [Itali. Creſcere in alto. Galli. Croiſtre par deſſus, parcroiſtre. Hiſp. Creſcer mucho. Ger. Beſſerig wachſen, Jn die höhe wachſen.] Colum. li. 1. Si ſatis excreuerint, iugo ſupponantur. Lucan. li. 4. Colle tument modico, lenique excreuit in altum Pingue ſolum tumulo. Qu. lib. 4. ca. 1. Nec minus cuſtanda eſt immodica eius longitudo, ne in caput excreuiſſe uideatur.

Excretus, ta, tum, ab excreſco, nomen adiectiuum: uel participium ab ſq; uerbi origine. *ἐπαυξητής*. [Itali. Creſciato. Gal. Parcreu, deſſa grand. Hiſ. Creſcido. Ger. Erwachſen.] Nã excreſco r, è quo deduci poſſet Latinum non eſt. Habet autem actiuam ſignificationem, aut certè neutralem. Idem enim peme eſt excretus quod adultus, aut qui mulcum creuit. Virg. li. 1. Georg. Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos.

Excretum, Vide Excerno.

Excrũcio, a. p. Cruciatu neco, ualde crucio. *ἀποτρίβομαι*. [Ita. Cruciare molto. Gal. Fort tormenter, uexer & affliger griefuemẽt. Hiſ. Affligir ò atormentar. Ger. Vbel Peinigẽ, Marteren.] Cic. 1. Var. Socium atq; amicum fumo excruciatum ſeminiuũ reliquit. Idem pro lege Man. Omni ſupplicio enecatum excruciauit. Terent. Heaut. Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam quæ te excruciat, omittas. Excruciare animi. Terent. Phorm. Eheu me miſerum: cum mihi paueo, tum me Antipho excruciauit animi. Plaut. Mil. Vide ne ſis in expectatione, ne animi illam excrucies.

Excruciabilis, le, Dignus qui excrucietur. *βασανιστικὸς, τιμωρητικός*. [Ital. Degno da eſſere cruciato. Galli. Degne d'eſtre tourmenté. Hiſp. Digno de ſer atormentado. Ger. Martterwirdig.] Plaut. Ciſt. Nullam ego me uidiſſe credo magis hanc excruciabilem Quàm illæc eſt.

Excũbo, as, pen. corr. excubui, tum, n. t. Vigilo, cuſtodiam facio, quaſi foris cubo, ut milites extra caſtra, uel extra territorium ad Imperatoris cuſtodiã noctu armati conſidunt. *τηρεῖν, φρουρεῖν, φυλάττομαι*. [Ital. Veghiare, far guardia. Gal. Faire le guet, eſtre au guet. Hiſp. Velar, eſcuchar de noche enel campo. Germ. Vnachen, hüten.] Salluſt. in Iugurt. Neq; ſecus quàm ſi iter faceret, caſtra munire, excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere. Liu. Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt. Cice. de Diuin. Ab Anaximandro Phyſico moniti Lacedæmonii ſunt, ut urbem & tecta linquerent, armatiq; in agro excubarent, quod terræmotus inſtaret. ¶ Excubare animo, pro uigilare. Cicer. 4. Tuſcu. Qui ſemper animo ſic excubat, ut ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum. Idem 6. Phil. Quamobrem Quirites, conſilio quantũ potero, labore plus plenè quàm potero excubabo, uigilabo q; pro uobis.

Excubitio, tionis, f. t. *ὑπνοφυλάκησις, τήρησις*. [Ital. Vigilia, guardia. Gal. Guet, ueille pour garder quelqu' un. Hiſp. Velada de noche come enel campo, eſcucha. Germanicè, Vuacht, wacht haltung.] Valer. Max. lib. quarto de Amicitia, Pro dignitate & ſalute amicorum perpetuam excubationem.

Excubitor, m. t. Qui excubat. *τηρητὴς, φρουρός*. [Ital. Sueghiatore. Galli. Qui fait le guet, ſentinelle. Hiſpani. Eſchador ò velador. Germani. Ein wächter.] Vnde gallus dicitur excubitor, qui pervigil cæteros horas indicat. Cæſ. 7. bel. Gall. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præſidiis tenebantur. Colum. libro 7. cap. 12. de canibus loquens, Quis cuſtos incorruptior, quis excubitor inueniri poteſt uigilantior?

Excubiæ, arum. f. p. Vigiliæ. *φρουραί*. [Ita. Vigilie, negghie. Hiſ. Le guet de nuit. Hiſpa. Aquellas eſcuchas, uelas de noche. Die wachten.] licet uigiliæ tantum nocturnæ dicantur: excubiæ, & diurnæ & nocturnæ. Plin lib 10. cap. 23. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qui laſſatis ſomno decidens, indiligentiam ſono coarguat. De gruibus loquens, Cic. pro Marcel. Non modò excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur. ¶ Excubias agere aut ditari, *φρουρεῖν ἢ πλατ]εῖν*. De iis dicebantur qui ampliter facerent ſumptus de alieno. Tractum ab Atheniẽſibus qui excubiis agendis inſulares magno ſtipendio conducere ſolebant. ¶ Excubiarum cauſa canens, *φρουρὸς ἄδων*. Dicebatur olim in hominem uigilantem ac diligentem: inde ductum quod qui excubias agunt, canere conſueuerunt, uel uti uigiliarum tædium cantu ſolentur, uel ne interim obdormiſcant. ¶ Nudo mandat excubias, *γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττει*. Quoties negotii quippiam mandatur, ei, cui deeſt præſtandi facultas, obeundæq; prouinciæ propter inopiam nequaquam idoneus eſt.

Excubitus, us, ui, pro excubiis, *ὑπνοφυλάκησις*. Hirt. de bell. Hiſp. Partim ut pedeſtres copiæ in ſtatione & excubitu caſtris præſidio eſſent.

Excũdo, is, pen. prod. excudi, excuſum, a. t. Cudendo elicio. *ἐκχαράττω, ἐκτυπόω*. [Ital. Percuotendo trar fuori. Galli. Faire en forgeant ou frappant, forger. Hiſ. Heriendo ſacar afuera, hallar trabãiando Ger. Außſchmiden, herauſſchlahen.] Virg. lib. 1. Aeneid. At primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. Idem 1. Georg. Et ſilicis uenis abſtruſum excuderet ignem. ¶ Accipitur etiam excudo, pro cudendo confficio. Virgilius ſexto Aeneid. Excudent alii ſpirantia mollius æra. ¶ Hinc per translationem excudere opus accipitur pro componere. Cicer. Attic. libro 17. Librum tibi celeriter mittam, de gloria excudam aliquid *ἀπαλλάξων*, quod lateat in theſauris tuis. Lactan. de Opif. Profitetur nulla me neceſſitate rei uel temporis impediri quominus aliquid excudam, quo Philoſophi ſectæ noſtræ quam tuemur, inſtructiores, doctioresq; in poſterum fiant. Virgilius primo Geor. Vt Varias uſus meditãdo excuderet artes. Vbi Seruius, Excuderet, inquit, hoc eſt ſtudioſè inueniret. ¶ Trãſſumitur etiam excudere pro ui, uel precibus aliquid extorquere. Colume. libro undecimo capite primo, Excudit mihi cultus hortorum proſa ut oratione conſcriberem, id eſt uehementi flagitatione, à me impetrauit. ¶ Excudere etiã dicuntur gallinæ oua, quãdo ex illis pulli naſcuntur: quod & excludere dicimus. Columel. libro nono, Negatur anſer aliena excudere oua, niſi ſubiecta ſua quoq; habuerit. Varr. de Re ruſt. lib. 3. ca. 9. de gallinis loquens, Incubare oportet incipere ſecundum lunam nouam. Diebus ferè uiginti excudunt. Et paulo antè, De his qui ornithoboſcion inſtituere uolunt, hęc quinque animaduertant oportet: de empto ne, cuiuſmodi & quàm multas pareat: de fœtura, quemadmodum admittant, & pariant: de ouis, quemadmodum incubent, & excudant.

Excũſor, uerbale, m. t. Qui aliquid excudit. *χαλκεὺς, χαλκοῦ γράφος*. [Itali. Fabricatore. Gall. Forgeur, forgeron. Hiſpa. Impreſſor. Ger. Schmid der ein künſtlich werch ſchmidet,] Quintilia. pro naſculario uidetur poſuiſſe, qui ex metallo aliquo naſcula excudit. ita enim ait li. 2. cap. 21. Nam ſi quæram quæ ſit materia ſtatuarii, dicetur æs: ſi quæram quæ ſit excuſoris, id eſt eius fabricæ quam Græci *χαλκευτικὴν* uocant, ſimiliter æs reſpondeant. ¶ Excuſores etiam uocare poſſumus, quos Græcè uocamus *τυπογράφους*, quòd miro quodam ingenio omne genus librorum ſuis typis excudant. [Ital. Stampatori. Hiſ. Impreſſores de libros. Gal. Imprimeurs. Ger. Büchtrucker, Truckerherren.]

Exculco, as, are, Calcando exprimo. *ἀποθλίβω*. [Ital. Calpeſtare, fal uſcir fuori calcando. Gall. Getter du pié, chaſſer auec le pié. fouler aux pies. Hiſp. Acocear ò hollar. Ger. Zerträtten, Außträtten mit denn füſſen.] Plaut. in Captiuis, Eorum ſi cuiuſquã ſcrofam in publico conſpexero Ex ipſis dominis meis pugnis exculcabo furfures. ¶ Accipitur interdũ pro explodo, ſiue pedum plauſu elicio. Exculcatus, participiũ, quod pro obſoleto uſurpauit Gellius. lib. 11. cap. 7.

Exculpo, is. a. t. uel (ut alii legunt) Excalpo, Perfectè ſcalpo, uel ſcalpendo confficio, *διαγλύφω*. [Ita. Sculpire, ſcalpellare. Gal. Eſtailler & graueꝛ, tirer ſur une choſe dure. Hiſpa.

Eſculpir à dolar. Ger. Außgraben, Außſtächen.] Cic. Att. lib. 13. Tamen neſcio quid de quercu exculpſeram quod ui deretur ſimile ſimulachri. Qu. li. 2. cap. 10. Et ſi Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exculpere.

¶ Exculpere alicui oculum eſt alicui oculum eruere. Ter. in Phorm. Vel oculum, exculpe: eſt ubi nos ulciſcar locus.

¶ Nonnunquam etiam accipitur pro extorquere. Terent. in Eunuc. Poſſúmne hodie ex te exculpere uerbúm? Plaut. Caſ. Quot admouit fabricas, & quot fallacias In quæſtione tuix exculpſi ut diceret.

Excūrātus, a, um, particip. ab inuſitato uerbo excuro. Idem eſt quod exquiſitus, quaſi cum cura paratus. *ἐπιμεμελημένος, ἐξηκριβωμένος.* [Ital. Eſquiſito, ſcielto. Gal. Diligemment acouſtré, fait ſongneuſement. Hiſp. Apareiado con diligencia. Ger. Vuol verſorget, wol zůbereit.] Vnde Victus excuratus. Plautus in Pſeud. Ita excurato victu, ita magis deliciis. Excuratus homo, Plaut. Caſ. Lepidè inceſſiſti excuratus.

Excurio, as, a. p. uerbum à curia, quaſi extra curiam eiicio. Varro, Appollonium ideo excuriauit, quia nihil habebat. Nonius.

Excurro, is, excurri, n. t. uel interdum etiam apud antiquos excucurri, Extra curro, uel præcurro. *ἐκτρέχω.* [Ital. Scorrere, trăſcorrere. Gal. Faire une ſaillie, ſaillir & courir hors. Hiſp. Correr afuera. Ger. Außhin lauffen.] Plaut. in Moſt. Ego dabo ei talentum qui primus excurrerit. Liui. 2. ab Vrbe, Quum plures igni quàm ferro, armati excucurriſſent.

¶ Per translationem etiam excurrere dicitur quicquid ordinem aut modum, id eſt menſuram, numerúmue egreditur. Vnde ſumma aliqua dicitur excurrere, quòdo ad maiorem ſummam accedit paroula quædam ſumma minoris numeri, uel monetæ: ut ſi dicamus, centum aureos, & quinque decim ſolidos, uel Decem talenta, & aliquot drachmas, Paul. l. Publia Mæuia. Digeſt. Depoſit. uel contrà, Debetis mihi decẽ, quos apud Titiũ depoſuiſtis, item, *κεφαλαίων* decem: item ex ratione patris ueſtri decem, & quod excurrit. Summa autem in qua nihil excurrit, quadrãs uocatur: & uerbum quadrare, contrarium eſt uerbo excurrere. quo uerbo ſemel atq; iterum utitur Cic. 3. Verr. ¶ Sic etiam excurrere dicitur litus, uel peninſula, quum aliqua ſui parte in mare protenditur. Liu. lib. 6. bel. Pun. Ab intimo ſinu peninſula excurrit. ¶ Oratio etiam dicitur excurrere, quãdo clauſulæ legitimis rhythmis ſunt productiores. Cice. in Orat. Mutila ſentit quædam, & quædam decurtata, quibus tanquam debito fraudetur, offenditur. productiora alia, & quaſi immoderatius excurrentia, quæ magis etiam aſperna tur aures. ¶ Excurrere etiam dicuntur milites, quando nõ iuſto prælio, ſed latrocinantium more agrum hoſtium populantur. Liui. 1. ab Vrbe, In fines Romanos excurrerunt populabundi magis, quàm iuſti more belli. Vnde etiã eiuſmodi ſubitæ irruptiones, excurſiones dicuntur. Cicer. pro lege Manilia, Quum una excurſio equitatus perbreui tempore totius anni nectigal auferre poſſet. Idem ad Atti. lib. 1. Heluetii ſine dubio ſunt in armis, excurſionesq; in prouinciam faciunt.

Excurſus, participiũ. *ὁρμὴ ἐξέδρομαι, οἷον ὁ ἐκδεδρομηκώς.* [Itali. Corſo. Galli. Courū. Hiſp. Corrido. Germanicè, Außgelauffen. oder durchgelauffen.] Terentius Adelph. Propè iam excurſo ſpatio, mitto: id quamobrem, re ipſa reperi.

Excurſus, us, ui, m. q. Idem quod excurſio, uel digreſſio. *παρέκβασις.* [Ital. Correria. Gal. Courſe. Hiſpa. Aquella obre de'correr aſſi, corrida. Ger. Ein außlauffung.] Pli. Epi. 10. Vides ut Aratus minutiſſima etiam ſidera conſectetur & colligat: modum tamen ſeruat: non enim excurſus hic eius: ſed opus ipſum eſt. Virgilii. 4 Georg. Excurſusq; breues tentant.

Excurſor, oris, m. t. Qui excurrit. *ἐκδρομεύς, ἐκτρέχων.* [Itali. Corritore. Gal. Coureur. Hiſpa. Corriente aſſi Germa. Ein lauffer. der etwan hin auß lauffe.] Cic. 4. Philip. Eſt igitur Quirites, populo Romano uictori omnium gẽtium omne certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco. Idẽ 4. Verr. Perit Næuius Turpio quidam iſtius excurſor & emiſſarius.

Excūſo, as, penu. prod. a. p. Obiectum crimen purgo, & à me repello, *ἀπολογοῦμαι, προίσχομαι.* [Ital. Eſcuſare, purgare l'errore. Gall. Excuſer, alleguer pour excuſe. Hiſp. Eſcuſar trayendo cauſas. Ger. Entſchuldigen.] Cic. Brute, Collega mandaſti ut te mihi per literas excuſarer. ¶ Quandoq; idẽ eſt quod afferre in accuſationem id quod peccãdi cauſam præbuit. *προφασίζεσθαι.* quod potius per accuſo dici debere uideretur: ueluti ſi latrones aut fœmina impedimento fuerunt ne ad diem adeſſe poſſem. Qu. Tu tamen ſi interpellatus tempeſtatibus ſerius ueniſſes, excuſares mare & ambiguos flatus. id eſt mare in excuſationem adduceres. Liu. de Torquato, Oculorum ualetudinem excuſauit.

Excuſatio, onis f. t. *ἀπολόγημα* [Ita. Eſcuſa. Gal. Excuſe. Hiſ. Eſcuſacion. Ger. Entſchuldigung.] Ci. de Amic. Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Idẽ Cornificio, libr. 2. Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem.

Excuſatè, aduerbium. *προφάσεως ἕνεκα, παραιτητῶς.* [Ital. Senza riprenſione ò biaſmo. Gall. Auec bonne excuſe. Hiſ. Con buena excuſacion. Germ. Mit entſchuldigung. Oneſchuld.] Qu. Et fieri id uidetur excuſatè, id eſt citra culpã, ait Budæus. Plin. Epiſt. 198. Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit quod exoratus excuſatius facies.

Excūſábile, n. t. Quod excuſatione dignum eſt. *συγγνωστόν.* [Itali. Eſcuſabile, degno d'eſcuſa. Galli. Excuſable, qu'on peut excuſer. Hiſp. Coſa que buenamente ſe puede eſcuſar. Ger. Entſchuldigens wärt.] Ouid. 1. de Pon. Eleg. 8. Quod niſi deliſti pars excuſabilis eſſet, &c Idem 4. de Pon. Eleg. 11. Gallice crimen erit nix excuſabile nobis, Carmine te nomẽ non habuiſſe meo.

Excūſātórius, a, um, Quod ad excuſationem pertinet. *ἀπολογητικός.* [Ital. Coſa pertinẽte à ſcuſa. Gal. Choſe qui appartient à excuſe. Hiſ. Coſa perteneſciente à eſcuſa. Ger. Das zů der entſchuldigung gehört.] ut Excuſatoria epiſtola.

Excūtio, tis, peaul. corr. ad. t. Excuſi, ſum, ab ex, & quatio, ſignificat propriè quatiendo deiicere. *ἀποσείω.* [Ital. Scuotere. ſcoſſare Gal. Secouer & faire cheoir. Hiſp. Sacudir. Ger. Außſchwingen, Außſchlahen.] Perſius Saty. 6. - calidumq; trientem Excutit è manibus. Ouid. de Nuce, Atq; utinam ſubitæ raperent mea poma procellæ: Aut poſſem fructus excutere ipſa meos. ¶ Habet hoc uerbum uarios uſus, & metaphoras non inuenuſtas, diuerſaſq; ſignificationes pro diuerſitate conſtructionis. Iungitur autem ferè poſt ſe accuſatiuo modò rei inanimatæ, modò perſonæ. De accuſatiuo rei inanimatæ hæc erunt exempla. Cic. 1. de Nat. deor. Hoc qui exiſtimat fieri potuiſſe: non intelligo cur non idem putet: ſi innumerabiles unius & uiginti formæ literarum, uel aureæ, uel qualeslibet aliquò coniiciantur, poſſe ex his in terram excuſſis, Annales Ennii, ut deinceps legi poſſint effici, Plin. lib. 16. capi. 40. Quoniam ad excutiendum ignẽ non ſemper lapidis occaſio eſt. Pro eodem Virgi. 1. Aeneid. dixit, Excutere ignem. ¶ Excutere oculos, apud Plautum, pro eruere. Et Excutere clauum lapide, apud eundem, pro expellere, Idem in Aulula. Quia mihi miſera cerebrum excutiũt tua dicta ſoror: lapides loqueris. id eſt concutiunt, feriunt, quatiunt, commouent. Idem dixit, Nauem malleo excuſſam: id eſt percuſſam. Terentius, in Heau. Lachrymas excuſſit miſer id eſt elicuit, fecitq; ut ſubitæ exciderent. Cice. pro Syl. Noli aculeos orationis mex, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. id eſt iectos, euulſos. Excutere metum, pro deponere. Excutere mentem, pro adimere. Excutere iugum, pro nolle obedire. Cum accuſatiuo perſonæ etiam non iniucundas habet translationes. Plinius. Excuſſo Circenſibus auriga, hoc eſt de curru deiecto & in terram proſtrato. Virgilius 7. Aeneid. Quinetiam patria excuſſos infeſta per undas Auſa ſequi. Vbi excuſſos dixit: pro expulſis. Cice. de Aruſp. Non ignouit, mihi crede, nonniſi forte ignorum puras, quo te iudices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum. id eſt ſpoliatum pecuniis quibus eos corripuiſti: & (ut uulgò dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt. Paulus Iureconſul. Non prius pupillus ad magiſtratus reuerti poteſt, quàm omnes tutores excuſſi fuerint. id eſt quàm actione tutelæ expertus ſit an ab eis ſuum ius ſeruare poſſit. Pli. in Epiſt. Tuſci grandine excuſſi, in regione Tranſpadana ſumma abundantia, ſed par ultas nuntiatur. ¶ Aliquando ineſt in hoc uerbo diligens quædam inquiſitio, & ſcrutatio, Sueto. in Claud. Neq; ægrũ quenquã uiſitauit, niſi explorato prius cubiculo, culeitriſque & ſtragulis prætentatis & excuſſis. id eſt diligẽter contractis & diuẽtilatis, ut ſi in eis gladius regeretur, excideret. Plau. in Aul. Quid abſtuliſti hinc? S T. Dii me perdãt, ſi quicquam abſtuli, Néue abſtuliſſe uellem. E V. Agedum, excuſſe dum

excute dum pallium. Quintil. lib. 7. cap. 2. Excusserunt illi patrem, & aurum in sinu eius inuenerunt. Cic. pro Rosc. Amer. Nihil est Glaucia, quod metuas: non excutio te. id est non inquiro ea diligentia qua possem. Vlpia. l. Si mandauero. ff. Mandati. Si tibi mandauero ut uires excuteres hæreditatis, id est diligentius æstimares, exactius expenderes. Cic. 2. Offic. Expliça atq; excute intelligentiam tuam, id est ingenium tuum, sensusq; omnes ad intelligentiam collige, & excita. Idem 12. Philip. Iuuentutem omnem ex tota Italia excussimus, id est elegimus, ut docet Nonius. ¶ Excutere debitorem, frequens est apud Iurisconsultos, pro eo quod est auctionem bonorum eius facere, & experiri an sit soluendo. Vnde iure nouissimo sancitum est, ne fideiussori molesti simus, niſi prius excusso debitore.

Excussio, diligens inquisitio est, ac detentio rerum bonorumq; principalis debitoris per iudicem usq; ad peram (ut uocant) & saculum, id est, nouissimum quadrantem effecta.

Excussus, participium. *ἐκτετιναγμένος, ἀναφέσπαστος.* [Ita. Spinto, cacciato fuori. Gal. Secoué, chasse hors. Hisp. Sacudido, ecchado fuera. Ger. Außgeſchlagen.] ut, Excussus pectore nostro is dicitur cuius obliti sumus. Virg. 5. Aenei. piget incepti, lucisq; suosq; Mutata agnoscunt, excussaq; pectore luno est.

Excussè, aduerb. *ἐκτετιναγμένως.* [Ital. Con forza. Gall. Auec force & violence. Hisp. Con fuerca. Ger. Mit erſchüttung, Mit einem ſtarcken ſchwung.] Senec. de Benef. lib. 2. ca. 17. Si cum tyrone & indocto non tam rigidè, nec tam excusse, sed languidius, & in ipsam eius dirigentes manū remisse occurremus.

Excussorius, a, um, Quod ad excutiendum pertinet. *ἐκτετικός.* [Ital. Scuſſorio, ſcoritoio. Gal. Decquoy on ſecond & fait cheoir. Hisp. Cosa para sacudir. German. Das zů dem außſchüttigen oder außſchlahen gehört.] ut Excussorius cribrum, quod excutit, & transmittit farinam ignobiliorem, ex qua fit panis secundarius. Pollinarium uerò tenuius est illo farinæ accommodum. nam farinam, in pollinem, & secundarium, & furfures partitur. Plin. lib. 18. capite 11. Cribrorum genera Galli ex setis equorum inuenere, Hispani è lino excussoria & pollinaria: Aegyptus è papyro atq; iunco.

Excimo, as, a. p. *ἐκδεκατεύω*, decimum quemque eligo, interprete Festo: à uerbo Decimo, quod est decimam partem detraho.

Exdisposito, *ἐκ παρασκευῆς.* dicimus, hoc est, de industria, & quemadmodum à nobis constitutum est.

Exdorsuo, as, a. p. Dorsum confringo uel aperio: quod & exossare dicitur. *ἀκονωτίζω.* [Ital. Rompere il dosso, ſpallare. Gal. Rompre le dos. eſpauler. Hiſpa. Quebrar el eſpinazo, ò hueſſo. Ger. Den rucken brächen oder öffnen.] Plaut. in Aul. Tu Macharionis congrum, murænam exdorsuo quantis potes. Hæc duo præter regulam componuntur cum ex. Alioqui enim non ex, sed e, componitur cum d, ut Educo.

Execo, cas, pen. cor. a. p. Ab ex & seco, significat excido. *ἀποτέμνω.* [Ital. Tagliar uia. Gal. Couper, fendre, enciſer, roogner. Hiſ. Cortar. Ger. Außſchneiden, Außhauwen.] Col. lib. 5. arborem quam inserere uoles, diligenter execato ea parte quæ maximè nitida, & sine cicatrice est: dabisq; operam ne librum lædas. Sic execare linguam, idem est quod excindere. Cicer. pro Cluent. Nam Straronem quidem iudices, in crucem actum esse exectæ scitote linguæ. Execare testes, est uirilia amputare. Vnde exciti dicuntur quibus detracti sunt colei. Cic. 2. de Natu. deor. Nam uetus hæc opinio Græciam oppleuit, scilicet exectum Cælum à filio Saturno. ¶ Exciti etiam dicuntur quos ueteres cæsares, aut cæsones uocauerunt, qui scilicet ex matris mortuæ secto utero sunt extracti. Paulus in l. Anniculos. ff. de Verb. & rer. signific.

Excido, uerbale, f. t. *ἀκοπὴ, ἐκτόμωσις.* [Ital. Eſſo tagliare, taglio. Gal. Coupure, coupement. Hiſpan. Cortadura. Germanicè, Außſchneydung.] Cice. pro Cluentio, Illa fundi in armario animadoerteretur, &c.

Exector, aris, deponens. p. Significat detestari, & alicui diem exitium imprecari. *προσβάλλομαι, καταρῶμαι, ἐπόμνυμι.* [Ital. Maledire, beſtemiare, augurare male. Gal. Dauantire. execrer, auoir en horreur. Hiſpan. Abominar y maldezir. Germani. Verflůchen.] Virg. 1. Aen. Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſis. Cic. 3 Offic. Itaq; accepimus Socratem execrari ſolitum eos qui primum hæc natura cohærentia diſtraxiſſent.

Execratio, f. t. Quæ aliquando sumitur pro sacramenti genere, quo quis diras capiti suo imprecatur, si peierauerit, *κατάρα, βδελυγμα.* [Ital. Maledittione, ſacramento execrabile. Gal. Maudiſſon, execration, ſerment & iurement execrable. Hiſp. Aquella maldicion. Germ. a. Verflůchung, Flůch.] Salluſt. in Catil. Fuere ea tempestate qui Catilinam oratione habita dicerent, quum ad iusiurandum populares sceleris sui addiceret, humani corporis sanguinem uino permistum, in pateris circumtuliſſe: inde quum post execrationem omnes degustauissent (sicut in solennibus sacris fieri consuevit) aperuisse consilium suum, atq; eo dictam rem feciſſe, quo inter se magis fidi forent alius alii. Vbi significat Salluſtius, Catilinam cum suis dira quædam uerba & imprecatoria protuliſſe, quibus caput suum denouerent: hoc est (ut uulgus loquitur) maledictionem quandam execrabilem feciſſe, cui esset obnoxius, siquis in ea coniuratione fidem falleret, proditórque esset.

Execrabilis, & **Execrandus**, Idem significant quod detestandus & abhorrendus. *κατάρατος, βδελυκτός.* [Ital. Horribile, eſſecrabile, detestabile. Gallicè, Horrible, execrable, detestable. Hiſpanicè, Coſa abominable y de maldicion. Germanicè, Verflůcht, Greuwlich.] Cicer. 2. Philipp. Deinde quum Pompeij sector esses, non te execrandum pop. Rom. non detestabilem, non omnes tibi Deos, omnes homines tibi inimicos esse & futuros sciebas? Liu. 6. bell. Pun. Vetus atque usitata res est in oppugnanda hostium urbe labores & pericula pati: illud iræ atq; odii execrabilis indicium est.

Execratus, participium, aut nomē ex participio. *βδελυγθείς.* [Ital. Maledetto. Gal. Maudit & execre. Hiſpa. Coſa maldicha. Ger. Verflůcht.] Hor. Epod. 16. Nulla sit hac potior sententia: Phocæorum Velut profugit execrata ciuitas. Plin. lib. 28. cap. 2. Et sunt condita auguria, quid loquenti, & cogitãtiue id acciderit, inter execratissima.

Exēdo, penult. correpta, exedis, uel exes, a. t. Erodo, consumo. *κατέδω, κατεσθίω.* [Itali. Mangiare, rodere, consumare. Galli. Manger rout, ronger, consumer. Hiſpani. Gaſtar comiendo. Ger. Außeſſen, Zernagen.] Plin. lib. 26. Nascuntur quoq; in sanguine ipso hominis animalia exesora corpus. Cic. 3. Tusc. Aegritudo lacerat, exest animam, planeq; conficit. Idem 3. de Finibus, Animi autem morbi sunt cupiditates immensæ & immanes diuitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam uoluptatum: accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores qui animos exedunt, conficiuntq; curis. Lucr. lib. 3. Sed Tityus nobis hic est, in amore iacentem Quem uolucres lacerant, atq; exest anxius angor. ¶ Aliquando exedere accipitur pro peredere, & totum absumere. *ἐπράγω.* Terent. in Phor. Tu tibi hoc intriſti, tibi omne est exedendum.

Exesus, participium, *βρωθείς, βρωτίδιος.* [Ital. Mangiato, rodato. Gal. Mangé, ronge. Hiſp. Gaſtado comiendo. Ger. Außgeeſſen, Verzert.] Cic. 5. Tusc. Apparebat epigramma, exesis posterioribus partibus uersiculorum dimidiatis ferè. Idem in Topic. Si ædes exesæ corruerunt, uitiúmue fecerunt, quarum usus fructus legatus est, hæres restituere non debet.

Exesor, soris, m. c. *βρώγος, καταβρώσιμον.* [Italicè, Mangiatore, roditore. Gallicè, Mangeur, rongeur. Hiſpanicè, Comilon, geſtador comiendo. Germanicè, Zerfraſſer.] Lucretius libro 4. æstus ab undis Aequoris exesor murorum littora circum.

Exedra, *ἐξέδρα*, Apud ueteres locus erat in porticibus patens, & Soli peruius, plurimas habens sedes in quibus Philosophi, Rhetores & reliqui, qui studiis delectabantur, solebant disputare. Vitruuius libro 5. Constituantur autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes, in quibus Philosophi, Rhetores, & qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. Budæus in Annotat. in Pand. ostendit exedras hodie non inepte dici posse loca illa in monachorum, aut canonicorum peristylis, quæ illi barbarè Capitula uocant. Dicta est autem exedra à sedium frequentia, & sedendi commoditate, quòd huiusmodi loca, circunquaq; suas habebant sedes. Cic. lib. 3. de Orato. tunc dedita opera quiescentib. aliis, quum in eam tam exedram

ueniſſem, in qua Craſſus poſito lectulo requieſſet.

Exegēticus character, *ἐξηγηματικὸς χαρακτὴρ*. Latinè narrationis uel expoſitiuus dici poteſt, quum ſcilicet narrationis ſeries nullius perſonæ interlocutione interrumpitur. Cuiuſmodi eſt apud Virgilium in tribus primis libris Georgicōn, & in duabus Aeglogis, quarum initia ſunt, Siceliades Muſæ, paulo maiora canamus: &, Prima Syracuſio dignata eſt ludere uerſu. Dictus *ἐξηγηματικὸς*, *ἀπὸ τῆ ἐξηγεῖσθαι*, quod inter cætera ſignificat narrare, ſiue expoſuere.

Exegeticon, *ἐξηγητικὸν*, expoſitiuum uel narratiuum.

Exemplum, n. ſ. [Ital. Eſſempio, monſtra di qualche mercantia. Gal. Exemple, patron, monſtre & eſchantillon. Hiſpan. Exemplo que ſe toma de otra coſa. Germa. Ein Exempel oder beyſpyl.] (ut Valla docet lib. 6.) Eſt uirtus, uel uitium, uel aliud quiduis quod in alio nobis imitandum, uel uitandum proponitur. Ille autem in quo ſunt huiuſmodi uirtutes, uel uitia, dicitur exemplar. Cic. 7. Ver. Vetus eſt quod dicam, & propter ſeueritatem exempli nemini fortaſſe ueſtrū inauditum. Idem pro Flacco, In hoc ego, nequod pernicioſum exemplum prodatur perrimeſcam? Cic. pro Cecinna, Falcula exemplar antiquæ religionis. Idem in Salluſt. Eius enim partis exemplar erat. Salluſtius. Nonnunquā tamen confunduntur. Ouid. ad Liuiam. Occidit exemplum iuuenis uenerabile morum. Quo in loco Druſum ipſum uocat exemplum morum. Terent. in Adelphis, Exemplum omnibus curarem ut eſſes. Sic etiam Ci. pro Murena, pro eodem dixit exemplum & exemplar. Nam quum antea diciſſet, Domeſticum te exemplum habere dixi ad imitandū: ſubdit paulo pòſt, Ad imitandum uerò tam mihi propoſitum eſt exemplar illud, quàm tibi. Feſtus ita diſtinxit exemplar ab exēplo, ut exemplum ſit illud quod nobis proponimus, ut ſequamur aut uitemus, *παράδειγμα*: Exemplar, ex quo ſimile faciamus, *πρωτότυπον*. Pli. li. 35. Sunt qui Venerem Anadiomenen illo pictam exemplari putant. Sed ſæpe confunduntur, ut Exemplum ſit ex quo ſimile faciamus. Quinti. li. 10. Sic literarum ductus ut ſcribendi fiat uſus, pueri ſequuntur: ſic Muſici uocem dicentium, pictores opera priorum, ruſtici probatam experimēto culturam in exemplum intuentur. ¶ Ponitur etiam aliquādo exemplū pro exſcriptione, quam barbari Coplam uocant. Salluſt. in Catil. Literæ quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat, exemplum earum infrà ſcriptum eſt. Cic. Appio, Ex literis, quarum ad me exemplum miſiſti. Ouid. de Triſtibus, Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor. ¶ Vtimur etiam hoc nomine exemplum quando⁊ pro graui pœna quæ poteſt cæteris documento eſſe. Teren. in Eun. Quæ futura eſſe debēt exempla in eum indigna. Idem, Vter⁊ in te exempla edent. Vbi Donatus, noua ac mira tormenta quæ pro exemplis narrantur, aut quæ documenta ſunt cæteris ne delinquāt, exempla dicuntur. Cic. Quint. fratrem, lib. 1. Simile in ſuperiore parte prouinciæ edere exemplum ſeueritatis tuæ uoluiſſe. Cæſar bell. Gall. libro 1. Obſides nobiliſſimi cuiuſque liberos poſcere, & in eos omnia exempla cruciatus edere, ſiqua res non ad notū aut uoluntatem facta ſit. ¶ Rurſus dicitur illud quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ cauſa. Vnde pars probationis uocatur ab exemplis: & in elocutione, exemplum inter ornamenta numeratur, pro quo exemplar dici non poteſt. Quin. li. 10. ca. 2. Iis quæ in exemplum aſſumimus ſubeſt natura & uera uis. ¶ Similiter exemplum dicimus ſpecimen alicuius rei, quam normalem habemus: quum ex acerno frumenti aliquantulum in uaſculo aliquo afferimus, ex quo reliquum emptor poſſit æſtimare. *Δείγμα*, *δείξις*. Autor ad Herren. lib. 1. Siquis purporam, aut aliud quippiam uendens dicat, Some à me: ſed huius exemplum aliunde rogabo, tibi quod oſtendā, aut ſi aceruos dicant ſe tritici habere, & eorum exemplum pugno non habent quod oſtendant. ¶ Exempli cauſa, & Exempli gratia. Cicer. in Officiis, Exempli cauſa ponatur aliquid quod pateat latius. Idem, Exempli cauſa paucos nominaui. Plinius libro 2. capite 17. Multa promi amplius circa hæc poſſunt, ſecreta naturæ legeſq; quibus ipſa ſeruiat exempli gratia. In Martis ſidere, cuius 3. &c. ¶ Exemplum continentiæ, diſciplinæ, innocentiæ, apud Terentium & Ciceronem. Singularis exempli mulier. Rariſſimi uxor exempli, Singularis exēpli iuuenis, &c. ¶ Exēplum, id quod aliquando fuit. Tacitus, Omnia quæ nunc uetuſtiſſima creduntur, noua fuere, inueteraſcet hoc quoq; & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Plinius lib. 18. capite 9. Sunt inter exempla, qui aſininum lac bibendo libērati ſunt podagra, chiragraue. id eſt, ſcriptum legimus aliquos fuiſſe. ¶ Exemplar, pro eo quod ex aliquo ſcripto trā ſcribitur *ἀπογραφὴ*. [Ital. Copia Gal. Le double ou copie de quelque choſe. Hiſpa. La copia y lo que ſe ſaca del original. Ger. Ein Abgeſchrifft, oder Copey] Plin. Epiſt. 19. Exemplar teſtamenti, quanquam mendoſum, miſi tibi. Aſinius Pollio Ciceroni, Ex literis quas Panſæ miſi, cognoſces omnia: nam tibi earum exemplar miſi.

Exemplare, huius exemplaris, pro exemplar. Luc. li. 1. Duntaxat rerum magnarum parua poteſt res Exemplare dare, & neſtigari notitiai.

Exemplarium, rii, pro exemplo reperitur, teſte Valla, lib. 6.

Exemptus. Exemptilis, uide Eximo.

Exenterō, ras, penul. corr. Interiora auferre: quod proprie de piſcibus dicitur quum apparantur. *ἐξεντερίζω*. [Ital. Sucotrare, torre la l'interiora. Gal. Oſter le dedans, comme les entralles d'une beſte, euentrer. Hiſp. Sacar las tripas, Ger. Oꝛs ein gweyd außnemmen.] ¶ Sic per translationem dixit Plaut. in Epid. - acutum cultrum habeo, Qui ſeni exenterē marſupium. ¶ Exenteror, pro angor, & crucior. Plaut. Epid. Expectando exedor miſer, atq; exenteror.

Exĕo, exis, n. q. Extra eo, egredior *ἐξέρχομαι*, *ἐξίημι*. [Ital. Vſcire fuori. Gal. Sortir hors, iſſir. Hiſp. Salir, afuera. Germa. Außſchingen, außgon.] Terent. Adel. Fieri potis eſt ut nequa exeat. Idem in Eun. Exi ſceleſte. Et conſtruitur tam cū accuſatiuo quàm cum ablatiuo: ut Exeo domum, & exeo domo. ¶ Per translationem eſt liberari. Cicer. Vt tandem ex tot ærumnis atq; miſeriis exeamus. ¶ Item uitare. Virg. 5. Aeneid. Corpore tela modò atq; oculis uigilantibus exit. ¶ Item erumpere, ut apud Virgil. 2. Aen. Non ſic aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis Exit. *ἐξάγεται*. ¶ Dicitur etiam Exit in laudem, exit uituperationem, exit in acta, exit in fabellas, & ſimilia id eſt fit, uel efficitur. Lactant. Potuerunt enim & libri aboleri, & tamen res in memoriam exit, id eſt fieri memorabiles, & de quibus fiat mentio. Pli. li. 7. Exit hic animi tenor, aliquando in rigorem quendam torunitatemq; naturæ duram & inflexibilem. ¶ Exire in tertium diem. Plin. Iunior dixit pro differri, Huius (inquit) actionem ueſpera incluſit: non tamen ſic ut abrumperet. Itaq; in tertium diem probationes exierunt. ¶ Exire de poteſtate, ſignificat mentis impotem fieri. *ἐξίστημι*. Cic. li. 4. Tuſcul. Itaq; Iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate id eſt de conſilio, de ratione, de mente. ¶ Exire in altitudinem dicitur arbor. Plin. lib. 13. cap. 4. Religant comas, ut in altitudinem excant. Virgilius ſecundo Geor. Exit ad cœlum ramis fœlicibus arbos. ¶ Exiit dies, pro præteriit. Liu. libro 5. Induciæ inde non pax facta, quarum & dies exierat, & ante diem rebellauerant. ¶ Exeunt libri. Cicer. ad Atti. lib. 13. Libri quidem ita exierunt, niſi fortè me communis *φιλαυτία* decipit, ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quiddam. Id eſt editi ſunt, in lucem emiſſi. Exire è uita, pro mori. Cic. 1. de Finibus, Æquo animo è uita, quum ea non placet, tanquam è theatro exeamus. ¶ Exire in eaſdē literas. id eſt terminari. Quint. lib. 1. cap. 5. Quia hoc noſtris nominibus accidebat, quorum prima poſitio in eaſdē quas Caſtor, literas exit. ¶ Sors exit. Cic. Attic. lib. 1. Quum de Conſularibus mea prima ſors exiſſet, una uoce Senatus frequens retinendum me in Vrbe cenſuit. ¶ Exire de Patritiis, eſt ex Patritio plebeium fieri: cuius exemplū habes apud Ciceronem in Oratione pro domo ſua.

Exiens, exeuntis, participium. *ἐξερχόμενος*. Cicero primo de Diui. Quinto autem anno exeunte, quum eſſet ex illo ſomnio, &c.

Exitus, aliud participium apud antiquos: unde apud Feſtum, Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem.

Exĭtus, us, i, m. q. Egreſſio, ex⁊tus, caſus. *ἔξοδος*, *ἀπόβασις*. [Ital. Vſcita, ſucceſſo, riuſcimento, fine. Gal. Iſſue, ſortie, la fin. Hiſp. El fin ò ſolida delo incierto. Ger. Außgang.] Cic. Sulpit. libro 4. Neq; ſolum ea perſpicis quæ geruntur, quæque iam geſta ſunt: ſed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Idem Tuſcul. primo, Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noſter afferat, ſic exitum mors. Idē pro lege Manil. Huius autem orationis difficillius eſt exitum, quàm principium inuenire. ¶ Fœlix exitus. Ci. Cælio lib. 2. Hæc æſtas habuit hunc exitum ſatis fœlicem: ea quæ ſequitur, magno eſt in timore. ¶ Incertus exitus, & anceps fortuna belli, Cic. pro Marcello. Horat. 4. Carm. ode 14.

Fortuna

fortuna lustro prospera tertio Belli secundos reddidit exitus.

Exitium, tii, Calamitas, pernicies, clades, mors: ab exeundo, ut Festus innuit. *ὄλεθρος*. [Itali. Calamità, ruina, morte. Gal. Malencontre, pitense & mauuaise fin & issue de quelque chose. Hisp. Desastre, aduersidad, tormento ò muerte. Germani. Verderbnus.] Antiqui enim (inquit) exitium pro exitu ponebant: nunc exitium, pessimum exitum dicimus, Terent Phorm. Quod ego nunc subito huic exitio remedium inueniam miser: Colum. lib. 1. Sic emnia sola, & latera horreorum prohibent curculionem: quod genus exitii quum incidit, multi opinantur arceri posse, si exesæ fruges in horreo uentilentur, & quasi refrigerentur. Cicero prima in Catil. Qui de nostro omnium interitu, qui de huius urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent.

Exitiale, lis, Mortiferum, calamitosum, damnosum, *λυγρὸν, σίμορ*. [Ital. Mortifero, damnoso, calamitoso. Gal. Mortel, pernicieux, qui tue & fait mourir. Hispa. Cosa assi desastrada. Germanicè Verderblich, Tödelich.] Plin. lib. 8. Ille cornù urinam spargit prudens, hanc quoq; leoni exitialem. Virgi. lib. 6. Aen. Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ, His mersere malis. Idem 2. Aen. Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.

Exitiabilis, le, Idem est quod exitialis. *ὀλέθριος, ἰξώλης*. Liu. 7. bel. Puni. Exitiabilis prodigiorum euentus uenit. Plaut. Epid. Si inueniam, exitiabilem ego illi faciam ut hûc sciat diem. Ouid. lib. 6. Metam. Dumq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Exequor, pen. cor. d, r. Perficio, & executioni mando. *ἐκτελῶ, ἐκπιεργάζομαι, διεξέρχομαι, ἀφικνέομαι*. [Ital. Essequire, finire, compire, mandare ad effecutione Gal. Executer, mettre en execution, parachever. Hispa. Acabar, poner en execution. Ger. Volstrecken, Ausrichtē, Vollfüren.] Plaut. in Truc. Nullam rem oportet aggredi dolosè, nisi Astutè, accuratèq; exequare. Apulcius, Neq; in tenebris, sed in proparulo iussa domini exequebar.. ¶ Accipitur etiam nonnunquam pro persequi: unde Exequor iniurias, idem est quod persequor, uel ulciscor. Plin. lib. 3. Epist. Venebat in mentem, priores nostros esse singulorum hospitum iniurias accusationibus uariis executos. Sic exequi uerbis, idem est quod exprimere. *Διεξελθῶ*. Cic. Varr. Habeo multo occultiora quæ uis uerbis exequi possum.

Exequens, nomen ex participio. *Διεξερχόμενος*. Gellius libro 10. cap. 12. Philosophus memoriarum ueterum exequentissimus.

Executio, id est, actio iudicati, quâ tertius, quod mirari possis, impedire potest, ratione interesse quod prætendit. Et dicitur uulgò iste casus Contradictionis, qui & causa emergens appellatur, ut Zasius indicauit. Executio sententiæ, nunc officio Iudicis, nunc in actione factum fieri dicitur, leg. intra de Re Iud. Vbi Bart. quandoq; & utili actione, l. fin. cod.

Executio, onis, f. t. *ἐκπιεργασία, τελείωσις*. [Itali. Essecutione. Gal. Execution, poursuite & acheuemẽt de quelque entreprise Hisp. Aquella obra de executar, execucion. Ger. Volstreckung, ausrichtung.] Tacit. lib. 3. Executionem eius negotii lubens suscepit.

Executor, oris, m. t. *ἐκπιεργαστὴς, ἀποπληρωτής*. [Ital. Essecutore. Gal. Executeur, parachenеur. Hisp. El executor. Germa. Ein Volstrecker der einem ding nach gadt, Vnd lůget das es beschähe.] Suet. in Vesp. inimicitiarum & offensarum minimè memor, executorue.

Exequiæ, rum, f. p. Funebre officium, quod scilicet in funere exequimur: ab eo dictæ quòd homines pompam pòst sequuntur. *ἐκφορίσματα*. [Ital. Essequie, pompe funerali. Gal licè, funerailles. Hisp. Exequias, honra de los muertos. Germani. Seelgrät, Volge der leych., Bestattung.] Cic. 2. de Legib. Sepultura, ac iustis exequiarum caruerunt. Terent. in Phorm. Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, iam tempus est. Carere exequiis. Ouid. ad Liu. Exequiis carnit Liuia penè suis. Exequias celebrare, apud Liuium. 2. ab Vrbe. Cohonestare exequias. Cicero pro Quintio, Si funus id habendum sit, quæ non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias uitæ lacerandas & distrahendas. Ducere exequias, Plin. lib. 8. cap. 42. Prosequi exequias funeris. Cic. pro Cluentio.

Exequialis, adiectiuum. *ἐκφορικὸς*. [Ita. Funerale, di essequie. Gal. Des apertenances des funerailles Hisp. Cosa de exequias. Germa. Das zů der leych volge gehört.] ut Carmen exequiale. Ouid. 14. Metam. Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.

Exequior, quod est exequias facio, uel exequiis conuiuor. *ἐκφέρω*. [Ital. Far essequie. Galli. Faire funerailles. Hispani. Hazer exequias ò comer en aquellas. Germani. Seelgrät oder leych volge halten, Bestatten.] Varr. Ipsum propter ius liberti semiatrati exequiantur. hæc etiam parentalia & iusta dicebantur.

Exercĕo, ces, excerui, exercitum, 2. c. ab ex & arceo, quasi extra arceo, premo, fatigo. *κατατρύχω*. [Ita. Essercitare, tormentare, travagliare. Gal. Exercer, tourmenter, travailler. Hisp. Exercitar ò fatigar. Germ. üben, Treyben Můd machen.] Terent. in Adel. 1. sanè ego te exercebo hodie, ut dignus es, filicernium. ¶ Quandoq; est in opus cogere: quod uulgò dicitur facere laborare. Ger. Etwas thůn, Arbeitē.] *ἀσκῶ*. Virgil. lib. 3. Georg. Exercere uiri tauros. ¶ Quandoque tractare. *ἐπιτηδεύω*. Col. lib. 4. Qui urbanas & delicatas artes exercuerit. Quandoq; habere. Sallust. in Proœmio Iugurthæ, Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebat. ¶ Quandoq; incrari. Terent. in Heaut. Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico Faciundo facile sumptum exercent suum, Omnes produxi, ac uendidi. ¶ Quandoq; probè terram colere. *ἐργάζομαι*. Virgil. lib 1. Geor. Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat arui. ¶ Quãdoq; insequi. *ἐλαύνω*. Virgi. lib. 4. Aen. Tum nos, à Tyrii, stirpem & genus omne futurum Exercete odiis.

Exercitus, ta, tum, participium: ut Homo exercitus, qui multis negotiis assuetus sit, & experientia doctus, & detritus. *κατεγυμνασμένος, τετριμμένος*. [Ital. Essercitato. Gal. Exercé, usite & duit, rusé, travaille. Hisp. Exercitado. Germ. Geůbt, wolgebraucht.] Plin. in Epist. Vidistine unquam quenquã tam laboriosum, tam exercitum, quàm Varronẽ meum: Cic. lib. 5. Tuscul. usus est Inexercitus, *ἀγύμναστος*, pro non exercitato, quum ait, Asclepiadem ferunt nõ ignobilem, nec inexercitum philosophum. ¶ Aliquando sumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus perferendis assueto. Virg. lib. 1 Aeneid. natæ Iliacis exercite fatis. Cic. pro Plan. Quo quidem etiam magis sum non dicam miser, sed certè exercitus. Sallust. in Iugur. Nabdalsa exercito corpore, id est fatigato, ut exponit Nonius.

Exercitor, m. t. Qui alterum in re aliqua exercet. *γυμναστὴς, ἀσκητής*. [Ital. Chi essercita ò auezza uno à qualche cosa. Gal. Qui exerce, duit & usite à quelque chose. Hisp. El que exercita. Ger. Der einen übt vnd brancht.] Plaut. in Trinho quisquis est, Curculio est exercitor: is hunc hominem cursoram docet. ¶ Est etiam exercitor, teste Vlpiano. libro primo ff. De exercit. actione, ad quem reditus & obuentiones nauis perueniunt, siue is sit dominus nauis, siue à domino nauem per aduersionem cõduxit uel ad tempus, uel in perpetuum.

Exercitorius, adiect. est, formatum à nomine exercitor, quæ significatur quicquid ad exercitorem attinet. *γυμναστικὸς, ἀσκητικός*. [Ital. Cosa ch' appartiene à essercitatione & uso. Gal. D' exercite. Hisp. Cosa de factoria. Ger. Vnus zů einem gůtfergger gehört.] ut Nauis exercitoria, Actio exercitoria. Africanus in l. 1. paragraph. Exercitorem. ff. De exercit. act. Quæsitum est annon aliter L. Titius exercitoria teneretur.

Exercitium, n. t. Est ipse actus, & usus exercendi operandiq; *γυμνασία, ἄσκησις, ἐπιτήδευμα*. [Italicè, Essercitio. Gallicè, Exercice, trauail. Hispanicè, Aquella obra de exercitar. Germanicè, Ein übung.] Gellius libro decimoseptimo capite secundo, Erat quæ hoc sanè quàm utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi uenisset usus, uerborum, sententiarumq; elegantium recordationes.

Exercitio, uerbale. *ἄσκησις, ἐπάσκησις*. Idem quod exercitiũ. Vlpia. in l. Si tamẽ ff. de Exercitoria actione, Si tamen plures per se nauem exercent, proportionibus exercitionis conueniuntur.

Exercitus, tus, nomen. m. q. Significat militũ copias: ab exercendo,

cendo,quia (ut inquit Varro) exercendo fit melior. στρατός,στρατία. [Ital. Essercito da guerra. Gal. Vn ost de gens de guerre,exercite. Hisp. La hueste,exercito. Ger. Ein kriegs heer.] Vegetius li.2. Numerus militum exercitator unde & re ipsa atq; opere exercitus nomen accepit, ut ei nunquam liceret obliuiſci quod nocabatur. Solebant enim Romani milites tam ueterani, quàm tyrones exerceri ad omne genus armorum. Vt autem exercitus dicatur, teſte Vlpiano, opus eſt magno militum numero. Neq; enim una aut altera cohors, ſed plurimæ coniunctæ exercitum conficiunt. Virgi.9. Aenei. Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis. Cicero de Pronin. conſul. Iam uerò exercitus noſter ille ſuperbiſſimo delectu,& duriſſima conquiſitione delectus, omnis interiit.

Exercito,exercitas frequentatiuum.γυμνάζω. [Ital Eſſercitare,accoſtumare. Gal. Exercites,accouſtumer. Hiſp. Exercitar. Ger. Hefftig oder Streng üben.] Cic.pro Cluen. Homo in primis ingenioſus,& in dicendo exercitatus. Terẽt. in Hecyr. O fortuna,ut nunquam perpetuò es bona: Sed iã prior amor me ad hãc rem exercitatum reddidit. Liu. 1. ab Vrbe,Is tum iam non promptus ingenio tantùm, ſed uſu etiam exercitatus talem orationem habuit.

Exercitatior, Exercitatiſſimus. Cic.2. Offic. Deinde conſuetudine beneficentiæ paratiores erant, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Idem pro leg. Manil. Omnibus naualibus pugnis Carthaginenſes homines in maritimis rebus exercitatiſſimos paratiſſimoſq; uicerunt.

Exercitator,oris. ἀσκητὴς,γυμναστής. [Itali. Chi uſa di fare qualcho coſa. Gal Qui duit & uſite quelqu'un à faire quelque choſe le maiſtre de quelque exercite & art. Hiſp El que exercita. Ger. Ein über,der einen über und feyzlet.] Plin.li. 11.cap.11. Lecythion agilitatis exercitator.

Exercitatrix,icis,fœmin. gene.γυμνάς,άδος,ἀσκητὶς,ίδος. Quintil. libro 2 capite 15. Quòd duas partes ciuitatis corpori aſſigneet, medicinam, & quam interpretatur exercitatricem.

Exercitatio,ẽ.f. Lib.1. ad Heren. Exercitatio eſt aſſiduus uſus, conſuetudoq; dicendi.γυμνασία,μελέτη. [Ital. Eſſercitatione,uſo. Gal. Exercitation, uſage, exercice. Hiſp. Obra de exercitar. Ger. Ein übung.] Cic.2. de Nat. deor. Motu & exercitatione recalefcunt corpora noſtra. Quin.lib.1.ca.2. Nã & maximè neceſſaria eſt oratori memoria, & ea præcipuè firmatur atq; alitur exercitatione.

Exercio,is,ire neut. quart. ab ex & ſarcio componitur, & ſignificat Sarcio.

Exĕro,is,pen.cor. exerui,exertum:a.t. Ab ex,& ſero, ſignifi cat emitto,extrabo.ἐξείρω,ἐξέλκω. [Ita. Cauar fueri,eſtrarre. Gal. Tirer hors,mettre hors. Hiſ. Sacar afuera. Ger. Auſs hin ziehen,herfürſtrecken.] Statius,fulgentemq; exerit enſem. Ouid.lib.1. Faſto. Credibile eſt illos pariter uitiisq; iocisq; Altius humanis exeruiſſe caput. Plin.li.10.ca.23. Glottis prælongam exerit linguam,unde ei nomen.

Exertus,a,um,participi. προφαίνω. [Itali. Sporto in fuori. Gal. Sorti & mis hors,ſortant,& aparoiſſant dehors. Hiſp. Coſa ſalida afuera. Ger. Auſsgezogen,herfürgeſtrecket.] unde Exerti dentes dicuntur extra os producti,ut apro. προφαίνοντες. Plin.lib.21.cap.37. Dentes exerti ſunt apro, hippopotamo,elephanto.

Exerto,tas,frequent. προφαίνω,προπίπτω. [Itali Scoprire, monſtrare,cauar ſpeſſo fuori. Gal. Tirer & mettre hors,mõſtrer & faire aparoir dehors. Hiſp. Sacar afuera muchas uezes,hazer apareſcer afuera. Ger. Stãts oder offt herfürſtrecken.] Virgil.1. Aeneid. At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem. Statius lib.1. Theb. Exertare humeros, nudamq; laceſſere pugnam.

Exetaſticon,ἐξεταστικὸν, Latinè inquiſitiuum dicitur.

Exfio, Purgo.ἐκθυμιάω. [Ita. Purgare,profumare. Gal. Purger,perfumer. Hiſ. Purgar. Ger. Auſſeuberen.] à quo fit exſitus,pro purgatione. Veteres quoq; Exſit pro purgamento poſuere,teſte Feſto.

Exfŏdio,dis,a.t. Quod foſſum erat extraho. ἐξορύσσω. [Ital. Cauar la terra. Gallicè, Tirer hors en fouiſſant, deterrer. Hiſpanicè, Cauar para ſacar algò. Germanicè, Auſsgraben, fürhingraben.] Plaut. Aulula. Exfodio aulam auri plenam.

Exgrãmo,as,are, Dicuntur cochleæ grumos emuentes,& ex grumis exiliẽtes.ἐκποδομιβώσκω. Grumus enim, terræ collectio eſt,à congerie dicta. Varr.1. de Re ruſt. cap.14. Deniq; ipſæ exgrumantes ad propalam uitam diu producunt,quũ ad eam rem pauca laurea folia interiiciant,& aſpergãt furfores non multos.

Exgurgĭtare,a.p. [Ita. Vomitare,rottare. Gal Vomir, regorger. Hiſp. Gomitar,regoldar. Germ. Auſsbrotzen.] Quaſi extra gurgitem eiicere. Vnde per metaphoram. Plaut. in Epidico dixit, Exgurgitare pecuniam domo. Proh deum atque hominum fidem,quid ego Lenocinium facio,qui quidẽ habeam alienos domi, Atq; argentum exgurgitem domo prorſum?

Exhedra,uide Exedra.

Exhærĕdo,as,are,a.p. Exhæredem aliquem ſcribere: & hæreditate ſpoliare,quæ ab inteſtato ad eum uentura erat.ἀποκληρῶ. [Ital. Disheredar,priuare della heredita. Gal. Deſheriter,priuer d'heritage & ſucceſſion. Hiſpa. Desheredar. Ger. Enterben.] Cicero pro Cluentio,Ille quum filium exhæredaret quem oderat, ei filio homines alieniſſimos coheredes coniunxit. Martial.lib.1. Exhæredauit te Philomuſe pater. Cicer. 2. Phil. Igitur patrem exhæredans, te faciebat hæredem. Ad Heren.li.4. Sed à neceſſariis omnibus exhæredatus eſt. Quin.lib.7.cap.2. Tu impiè feciſti quum exhæredationem meruiſti.

Exhæredes,dis,com.gen. Qui priuatus eſt hæreditate quæ ad eum pertinebat.ἀποκληρῶ. [Ital. Priuato della heredita. Gal. Deherue,priue de ſucceſſion. Hiſp. Desheredado. Ger. Enterbt.] Cic.1. de Orat. Nempe in ea cauſa quæritum eſt de iure ciuili, poſſẽne paternorum bonorum exhæres eſſe filius quem pater teſtamento neq; hæredem neq; exhæredẽ ſcripſiſſet nominatim. Plau. Moſt. utinam nunc meus mortuus pater nuntietur, Vt ego exhæredem meis me bonis faciam, atq; hæc ſit hæres.

Exhæredario,legis implet uoluntatem: præterito ſecus. Illa ſolidat teſtamentum, iſta infirmat: illa lege permittitur, iſta prohibetur. Salom. in l. Galbus.

Exhærĕſimus, penultima correpta dies dicitur, ἐξαίρεσιμος ἡμέρα. Id eſt exemptilis: propterea ſic dictus,quòd ex menſe eximi ſolebat, ut annus cum Solis ac lunæ ratione congrueret. Cicer. 4. Verrin. Conſuetudo Siculorum eſt, ceterorumq; Græcorum quòd ſuos dies menſeſq; congruere nolunt cum Solis Lunæq; ratione, ut nonnunquam ſiquid diſcrepẽt,eximant unum aliquem diem, aut ſummũ biduum ex menſe, quos illi exhæreſimos dies nominant. Bud. in Annot.

Exhālo,as,pen.prod.a. Expiro, & ueluti per halitum aerem emitto,ἐξατμίζω,ἐξαερύγω. [Itali Eſalere,ſpirare. Gallicè, Valener, getter hors un uent,eſprit,fumee ou vapeur. Hiſpanicè, Echar de ſi vapor ò baho. Germanicè, Auſsdempfer herauſsathmen, auſsblaſen.] Lactant. lib.7. Quos autem morbus interimit,ſpiritum diutius exhalant. Virg. li. 7. ſenamq; exhalat opaca Mephitim. Plinius libro decimo ſeptimo,capite 4. Quæ tenues exhalat nebulas. Cic.5. Verr. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiui crapulam exhalaſſent. Idem 2. Philipp. Quanquam tu quidẽ (ut tui familiariſſimi dictitant) uini exhalandi, non acuendi ingenii cauſa declamitas. ¶ Exhalare animam,eſt mori. Ouid.6 Metamorph. ſimul ſuprema iacentes Lumina uerſarunt,animam ſimul exhalarunt. Ouid. 11. Metamorph. In uentos anima exhalata receſſit. Pro eodem etiam dicimus exhalare uitam. Virg.2. Aen. Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi Vitã exhalantem.

Exhalātio,ẽ.f.t. Expiratio.ἀποφορά,ἀτμός. [Ital. Vapore,eſalatione. Gal. Vapeur & exhalation. Hiſp. Aquella obra de echar baho,baho. Germani. Ein dampf.] Plin. lib. 3. Certior multo nebuloſa exhalatio eſt. Vnde exhalationes terræ, ſunt tenues ſpiritus qui per æſtum maximum terra diffuſa exhalãtur, & ſurſum in aera feruntur. Cic. Tuſ. Quod & humidũ & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ.

Exhalabilia ſunt corpora quæcũq; humorem habẽt, ſic tamẽ habent ut euaporare, niſi ignitis addantur, non poſſint.

Exhaurĭo,is,exhauſi,exhauſtum,ire,a.q. Humorem euacuo, ebibo.ἐξαντλέω. [Ital. Vacuate,trar fuora,cauare. Galli. Eſpuiſer,uuider. Hiſ. Sacar, ò uaziar. Ger. Erſchöpfen auſsläre,auſsſchöpfen.] dicitur& exhauriri tã ipſe humor, q̃ id quo humor cõtinetur. Aequè enim uſitatè dicimus Exhaurire

rite ninum, & exhaurire dolium. Cic. 2. Phil. Tu iſtis fauci bus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmita te tantum uini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, ut tibi neceſ ſe eſſet in populi Romani conſpectu nomere poſtridie. Exhaurire poculum, Liuius. ¶ Habet hoc uerbum multas e legantes translationes. Cicer. pro Cluentio, Is exhauſto illo poculo mortis, eſt mortuus. Idem pro Sest. M. Craſſus ea dem ſibi manu uitam exhauſit qua mortem ſæpe obtulit hoſtibus. Idem in Vati. Aerarium exhaurire, Remp. compi lare. Et in Piſonem, Ciuitates omnibus rebus exhauſtæ. Ad Attic. lib. 2. Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla poſſet in iuria, id eſt deleri. Ad Q. frat. 1. exhauſtus enim eſt ſermo ho minum, id eſt de ea re iam loqui eſt deſitum. Et ad Atticũ, lib. 1. Multa enim ſunt quæ me ſolicitant, anguntq; quę mi hi uideor, aures naſtus tuas, unius ambulationis ſermone exhaurire poſſe, id eſt deponere. Ad eundem 5. Reliquum eſt, ut antequam proficiſcare, mandata noſtra exhaurias, id eſt exequaris. Virg. 4. Aen. heu, quibus ille lactatus fatis, quæ bella exhauſta canebat? id eſt finita & quaſi demorata, uel exantlata.

Exhauſtum, ſti, ſubſtan. *ἐξηντλημένον*. Virg. 2. Georg. Eſt etiã ille labor curandis uiribus alter, Cui nunquam exhauſti ſatis eſt. Exhauſti, id eſt (inquit Seruius, exhauſtionis, finitio nis, quòd quia aſperum uiſum eſt, ſe ad figuram tranſtulit: & ait Exhauſti, ut Seruantiſſimus æqui, pro æquitatis In exhauſtus, *ἀνεξάντλητος*, pro infinito; quaſi (ut ita dicã inexhauribilis.

Exhĕmus, mi, *ἐξέβινθος*. Gemma ſpecioſa, & candida, qua artifices aurum poliunt, ut ex Zoroaſtris ſententia, tradit Plin. lib. 37. cap. 10.

Expecto, as, a. p. Maneo, opperior: ab ex & ſpecto. *περιμένω ἀναμένω, προσδέχομαι*. [Ital. Eſpettare, attendere Galli. Attandre deſirer. Hiſp. Eſperar lo que ha de uenir. Germa. Vorten.] Solemus enim aliquid expectantes ſæpius expiſcere ánne uenial Cic. de Amic. Amicorum cauſa honeſta faciamus: ne expectemus quidem dum rogemur. Terenti. in Phorm. Senem quoad expectatis ueſtrum. ¶ Ponitur pro deſiderare: quoniam quæ deſideramus, cum uoluptate aſpicimus. *ποθέω*. Cice. 14. Philip. Antè uerò quàm auis diſſimè ciuitas expectat, allata ſit, lætitiæ, &c. Terent. in Andria. Expecto quid uelis. id eſt deſidero ſcire quid uelis. ¶ Item pro ſperare. *προσδοκάω*. Virg. li. 1 Georg. ſed illos Expectata ſeges uacuis eluſit ariſtis. ¶ Expectare, metuere. Ci. de Amic. De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, non libet augurari.

Expectatus, nomẽ ex participio. Cupitus, deſideratus. *προσδοκώμενος, ἐλπιζόμενος*. [Ital. Aſpettato, deſiato. Gall. Attendu, deſiré. Hiſp. Eſperado, io que ha de uenir, deſſeado. Ger. Erwartet mit ſonderbarer begird.] Cic. Tito. lib. 10 Nemo nos amat qui te non diligat: charus omnibus, expectatusq; omnes. Idem, Nihil unquam expectatius fuit. Idem Planco lib 10. Intellexi enim te laborare, ut ad me mihi expectatiſſimæ literæ perferrentur. ¶ Expectatus etiam pro odioſo, ut Expectati parentes, inquit Donatus, dicuntur malæ uitæ & odio digni, quorum mors in dies ſingulos expectanda ſit. Terentius, Adelph. ſi eſſes homo, Sineres nunc facere dum per ætatem licet, Potius quàm ubi te expectatum eieciſſet foras.

Expectatio, ſ. t. Deſiderium, ut Mouere expectationem, pro excitare deſiderium. *ὑπομονή, προσδοκία, ποθή, πόθημα*. [Ital. Eſpattatione, deſiderio. Gall. Attente, deſir Hiſpa. Aquella obra de eſperar aſſi, aſperanza, deſſeo. Ger. Vuartung mit begird.] Cic. ad Atticum lib. 2. Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli? Vincere expectationem omnium, hoc eſt opinionem & exiſtimationem ſuperare, Cic. 7. in Verrem.

Expectŏro, ras, pen. corre. Extra pectus elicio. *ἀποπτύω*. [Ital. Spettorare, mandar fuori del petto. Gal. Getter & mettre hors de l'eſtomach, deſcharger ſon cœur. Hiſpan. Echar fuera del pecho. Ger. Zuſs dem hertzen entladen. Võ hertzen ſchlahen.] Cicer. lib. 3. de Orat. Tum pauor mihi ſapientiam omnẽ exanimato expectorat. Accius Epigono, Eloquere propriè, ac pauorem hunc meũ expectora. Ex Nonio.

Expĕcŭlĭati ſerui à Plauto dicuntur, qui peculio ſunt exhauſti.

Expĕdio, dis, pen corr. 2, q. Extrico, libero, & quaſi pedum ligamenta diſſoluo. *λύω, ἀπολύω*. [Ital. Eſpedire, finire, ſcioglliere. Gal. Deſpetrer, deliurer, deſpecher. Hiſp. Deſembarazar, deſempachar, expedir. Ger. Entledigen, ledig machen, entwirren] Siſen. lib. 3. hiſtor. Inermes armat, impeditos expedit. ¶ Aliquando ponitur pro explico. *ἀπαλλάττω*. Terent. Andr. uiden'me tuis conſiliis Miſerum impeditum eſſe? D. At iam expediam. Idem Hecy. Qui te expedias iis

erumnis? ¶ Aliquando pro extra fero, profero, Virg. 1. Aen. Cereremq; caniſtris Expediunt. Expedire uirgas, id eſt profferre. Cic. 6. Verr. Quum repentè hominem proripi, atq; in foro medio nudari ac deligari, & uirgas expediri iubet. ¶ Aliquando pro extollo. Idem 12 Aenei. Tum uerò augurium Rutuli clamore ſalutant, Expediuntq; manus. ¶ Expedire item, eſt utile ſeu bonum ac neceſſarium eſſe. *συμφέρω*. ſed hoc tantum in tertia perſona ſingularis uel pluralis numeri. Terenti. in Heaut. Expedit bonas eſſe uobis. Idem in Phorm. Noſtrate culpa faciimus ut malos expediat eſſe. Dũ nimium dici nos bonos ſtudemus atq; benignos. ¶ Eſt etiam eucotum habere, *ἀνύω*. Plaut. in Amph. Nequiter penè expediui.

Expeditus, a, um, nomẽ ex participio, Promptus, paratus, accinctus, nullis impedimentis oneratus. *ἑτοιμος*. [Ital. Espedito, prompto. Gal. Preſt & apareillé. Hiſp. Apareiado, expedido. Ger. Fertig gerüſt, Vnuerhindert.] Cic. pro Milone, Fit ei obuiam Clodius, expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. Idem 11. Philipp. Expedito nobis homine, & parato P. C. opus eſt. Expedita cœna, breuis & ſuccinſta apud Plinium in epiſto. ¶ Expeditum iter. Cice. ad Att. lib. 16. Omnibus copiis te implicet, ne ad me iter expeditum tibi ſit. Expedita uia, hoc eſt facilis, nihilq; habens impedimenti, aut obſtaculi. Idem de Amic. Reditus in cælum optimo cuiq; expeditiſſimus eſt. Expeditior labor, facilior, apud Columel. lib. ſecundo cap. 9. ¶ Expediti milites, dicuntur leuioris armaturæ, & ſine impedimentis, *γυμνῆται, ἐυζωνοι, ἑτοιμοι*. Salluſt. Iugur. Legionem cum qua Hymabat, & quamplurimos poteſt Numidas equites pariter cum occaſu ſolis expeditos educit. Expedita legio. Expeditus exercitus. Expedita ſubſidia, in quibus milites ſunt leuis armaturæ, & qui facilè huc illuc perducuntur. Liui. 9. bell. Pun. Cum legione expedita profectos. Cic. ad Catonẽ lib. 14. Epiſt. Quum adueſperaſceret, expedito exercitu ita noctu iter fecit, ut &c.

Expedĭtè, aduerbium. Celeriter, facilè *ῥᾳδίως, ἐυζώνως*. [Ita. Façilmente, ſpediramente. Gal. Facilement. ſans empeche ment, aſement. Hiſp. Ligeramente. Germa. Fertiglich, leychtlich.] Cicero ſecundo de Inuentione, Sed ut expeditius ratio tradatur, ea quæ propoſuimus, breui nominabuntur Columel. lib. 2. cap. 10. Et ſine uentro porgari expeditiſſimè ſic poterit.

Expĕdītio, onis, f. t. Vocatur quum eunt milites ad bellũ: quòd expediant Remp. aut ſe à cæteris negotiis. *ἐξοδιὰ, στρατεία* [Ital Speditione, uiaggio da guerra Gal. Vne deſpeche, un uoiage de guerre Hiſp El exercito ò la hueſte ò la ida á la guerra. Ger. Ein kriegs rüſtung, ein zug.] Curtius, Omnem expeditionem ac militarem apparatũ adducit Cæſar. 8. bel. Gal. Deinde omne Impedimẽtorum agmẽ, quod tamen erat mediocre, ut in expeditionibus eſſe conſueuit. Et ſuſcipere expeditionem, *ἐπιστρατεύω*.

Expello, lis, li, a. t. Eilcio. *ἐξωθέω, ἐκβάλλω*. [Ita. Caciar fuori, ſcacciarre. Gal. Getter ou bouter hors par force. Hi. Empuxar afuera. Ger. Zuſstreyben.] Plaut. Ancillam domo expulit. Cæſar. 3. belli Ciuil. Magnis copiis cum ſorore Cleopatra gerens bellum, quam paucis antè menſibus per ſuos propinquos atq; amicos regno expulerat. Horat. 2. Epiſto 2. expulit helleboro morbum, bilemq; meraco. Idem, Naturam expellas furca, tamen uſq; recurret. Ouid. 8 Metamor. Vt uerò expulſa quies, fuerit ardor edendi.

Expulſio, onis, ſ. t. *ἐκβολὴ*. [Ital. Eſſo cacciare, fuori. Gall. Dechaſſement, repoulſement Hiſpa. Empuxamiento afuero. Ger. Zuſstreybung.] Cic. Parad. Qui expulſiones uicinorum, qui latrocinia in agris, &c.

Expulſor, uerbal. m. t. *ὁ ἐλατὴς, ἐλάστης, ἀπαγωγὸς, ἐξελαστικὸς*. [Ital. Chi caccia fuori. Gal Celuy qui gette & poulſe hors, dechaſſeur. Hiſp. El que empuxa afuera, empuxador. Ger. Ein auſstreyber.] Ci. pro Qu. Iſte bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor.

Expultrix. *ἡ ἀπαγωγὸς, ἡ ἐλάστειρα* [Itali. Donne che caccia fuori. Gallicè, Celle qui chaſſe dehors. Hiſpanicè. La que empuxa afuera, empuxadora. Germanicè. Ein auſstreyberin. Zuſsiagerin.] Cicero 5. Tuſcul. Philoſophia expultrix uitiorum.

Expulſo, as, *ἐλαύνω, ἐξωτίζω, πολὺν ἐλαύνω*: Frequent. Mart. Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris: Sum tua: ſi ne ſcis ruſtice, redde pilam.

Expendo, dis, di, ſum, 3, t. Pondero. *ζυγόω μαι* [Ital. Miſu

rare à peſo, peſare. Gal. Poyſer, payer, examiner. Hiſp. Peſar, media ol peſo. Ger. Zuſs wägen, erwägen.] Plau. in Aſinar. Quot pondo te cenſes eſſe nudum? At poi ego qui te expẽdi ſcio, nudus nimius centum pondo es, per pedes quando pendes. Idem Rud. Aurum auro expenderetur, argentum argento exæquabimus. ¶ Quandoq; ſignificat exactè examino, conſidero. λογίζομαι, ἐξετάζω. Cice. lib. 1. Offic. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quiſque habeat ſui eadémque moderari. ¶ Quandoque luere, exoluere. ἀντίνειν. Virg. 2. Aen. & ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt. id eſt perſoluiſſe. Sic expendere pœnas ſceleruin. Virg. 11. Ac. Supplicia, & ſcelerum pœnas expendimus omnes. ¶ Aliquando idem eſt quod erogo, conſumo. ἀναλίσκω, καταβάλλω. Vnde expenſa uocamus in rationibus, id eſt in uſum aliquem erogata, de quibus paulo pòſt.

Expenſus, participip. τιμηθείς, ἀναλογισθείς. [Ital. Peſato, eſtimato, conſiderato Gal. Poyſé, examiné, conſideré Hiſp. Peſado, conſiderado. Ger. Gewägen, Betrachtet.] Pondetatus: ut, Aurum expenſum, Cice. pro Flac.

Expenſa, æ, & **Expenſum**, ſi, Sumptus, hoc eſt quod in uſum aliquem erogatur. Δαπάνη. [Ital. E peſa Gal. Deſpenſe, emploitte. Hiſp. El gaſto expenſa. Ger. Das außgeben, Vmbkoſt.] Plaut. in Truc. Vſuraria accipiat illico expenſa. Plin. lib 33. cap 1. Et adhuc expenſa in rationibus dicuntur. ¶ Expenſum ferre, eſt ſcribere ſe pecuniam dediſſe, ut ſcribit Aſconius, ut quum per ſingula expenſi nomina ſummam quandam expenſam adſcribimus. Nomina autem uocantur in rationibus, quos nunc articulos dicimus. Cic. 3. Verrin. Homo ſtultiſſime & amentiſſime tabulas quum conficeres, ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſum nomen ferres! Idem, Quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrẽt, quid proderat tibi expenſum illis non tuliſſe? Neq; ſolùm de pecunia, ſed etiam de aliis rebus dicitur. Cæl. Ciceroni, Mentio facta eſt de legione ea quã expenſam tulit Caio Cæſari Pompeius. Iabolenus de Supell. leg. l. Qui ueſtem omnem & res plurium generum, ſupellectilis nomine expenſo ferre ſolitus erat.

Expergo, gis, experſi, experſum. a. t. Λίπτω, ἀναγράπτω, βρέχω. [Ital. Aſpergere, bagnare, ſprozzare. Gal. Faire ſourdre, faire leuer, eſueiller, exciter. Hiſp. Moiar ò rociar. Ger. Zuſsprützen. Mit beſprengen naſs machen.] Compoſitum à ſpargo, idem eſt quod madefacio, ut docet Seruius in illud Vir. 1. Aen. Sanieq; expreſſa natarent Limina.

Expergo, gis, rexi, rectum, a. t. Quaſi exporrigo, à ſomno excito. Ἀναπείθω, ἀνεγείρω. [Itali. Suegliare, eccitare. Gall. Eſueiller Hiſ. Deſpertar. Ger. Zuſwecken, erwecken.] Accius in Antig. Heu uigiles properate, expergite pectora tarda ſapore, exurgite. Gel. lib. 6. cap. 10. Iſta re animos iuuenum expergebat.

Experrectus, Ἀνεγερθείς. [Ital. Suegliato, deſtato. Gal. Eſueillé. Hiſp. Deſpertado. Germa. Zuſerwecket.] Participium, ut quibuſdam placet: quanquam rectius uidetur ſenſiſſe Diomedes, qui hoc à uerbo expergiſcor deduci maluit, cuius etiam ſignificationem retinet. Experrectus enim dicitur, teſte Feſto, qui ſponte euigilauit. Cic. 1. de Diuin. Quum autem experrectus eſſes hora ſecunda ferè, &c.

Experrectus, nomen: ut, Experrecta nobilitas. Cice. pro Sex. Roſc. Idcircòque experrecta nobilitas armis atq; ferro Reipubli. recuperauit, &c. Columella libro nono cap. ſeptimo Vt apricum habeant apes matutinum egreſſum, & ſint experrectiores.

Expergor, paſsiuum t. Lucret. libro 5. expergi quo poſſit uis animai. Lucil. Ego è ſomno pueros, quum mane expergitur, clamo.

Expergitus, pen. cor. participium. Ἀνηγερμένος, ἐγηγερμένος. [Ital. Sueglíato, riſuſcitato. Gal. Eſueillé, reſuſcité Hiſ. Deſpertado. Germa. Erwecket.] Luc. libro tertio, Nec quiſquam expergitus extat, Frigida quem ſemel eſt uitai pauſa ſecuta.

Expergiſco, is, & **Expergefacio**, & **Expergifico**, actiuam ſignificationem habent pro excitare. Ἀνεγείρω. [Italic. Eccitare, ſuegliare. deſtare. Galli. Eſueiller, exciter. Hiſpa. Deſpertar à otro Germa. Erwecken.] Plinius libro 22. capite 13. Vrtica lethargicos expergiſcit tactus cruribus, magis̀q; fronte. Sic enim legit Perottus, & Perottum ſequutus Calepinus: quã quam bona pars exemplarium, quæ hodie in manibus uerſantur, expergiſci modo infinito legendum oſtendunt, ut dependeat à Cogit, ſuperioris clauſulæ uerbo: ut ſit ſenſus, Vrtica cogit expergiſci, &c. Aulus Gellius, Ingenio expergificando ratus idoneas. Plautus Curcul. Magnum flagitium probrum̀q; expergefacis Phædrome. Autor ad Heren. libro 4. Terrore ſubito expergefacit Italiam tumultus. ¶ Experge te facias, dixit Cice. κατὰ τμῆσιν, pro eo quod eſt expergefacias te. ¶ Expergiſcor autem paſſiuam habet ſignificationem, quemadmodum expergefico, aut certè neutralem abſolutam. Cicero, Expergiſcimini aliquando, atq; exurgite. ¶ Ab expergiſcor fit Experrectus, ſecundum Diomedem: expergitus autem ab expergor: & expergefactus ab expergefio. Feſtus ita diſtinguit, ut experrectus ſit, qui per ſe euigilare cœpit: expergitus, ab alio excitatus, quem ſolemus dicere expergefactum. ¶ Legitur & expergiſco, neutrum abſolutum pro expergiſcor. Pomponius Agamemnone ſuppoſito, ut citat Nonius, Nequis miraretur, quòd tam clarè tonuerit, ut ſiquis dormitaret, expergiſceret.

Expergefacio, cis, Excito è ſomno. Ἀνεγείρω. [Italic. Eccitare dal ſonno, deſtare. Gal. Eſueiller. Hiſp. Deſpertar. Ger. Zuſwecken vom ſchlaaff.] Cic. 6. Ver. Si forte expergefacere te poſſes. Autor ad Heren. li. 4. Italiã tumultus hic expergefecit metu ſubito.

Expẽrior, riris, expertus, a. q. Significat probare, tentare, ac periculum facere: à peritia deriuatũ. ἀπόπειραν ποιῆμαι, πειρῶμαι. [Itali Prouare, fare eſperienza. Gal. Experimenter, eſprouuer, aſſayer. Hiſp. Experimentar. Germ. Erfaren, verſuchen.] Plautus in Amph. Experiri iſtuc manelim me, quàm mihi memorarier. Cic. Attic. lib. 7. Itaq; omnia experiar: & ut ſpero, aſſequar. Terent. in Eunuch. Omnia prius experiri conſilio, quàm armis, ſapientem decet. ¶ Eſt etiã experiri, actionẽ intendere in iudicio. ἀγωνίζεσθαι, δίκην λαγχάνειν. Vlp. l. Prætor alt. ff. Vi bonor. rap. In eum in anno quo primum experiundi poteſtas fuit. in duplum: poſt annum, in ſimplum actionem dabo.

Experiens, nomen ex participio. πειρώμενος. [Ital. Eſperimẽtante. Gal. Qui experimente Hiſp Experimentador. Germ. Erfarend.] Horat. 1. Epiſt. Et decus & pretium rectè petit experiens uir. Ouid. 1. Amor. ingenii eſt experientis amor. Cice. quinto Verr. Nympho eſt Centoripinus, homo gnauus & induſtrius, experiẽtiſſimus ac diligẽtiſſimus arator. Item uir experiens: ut, Cic. pro Aul. Col. Quas literas A. Aurius uir fortis & experiens, & domi nobilis, M. illius Aurii propinquus in foro palàm multis audiẽtibus cum adeſſet Opianicus recitat.

Expertus, participium, ſiue nomen ex participio, quod ferè actiuè accipitur. πεπειραμένος, ἔμπειρος. [Itali. Prouato, eſperimentato. Galli. Expert, eſprouué, experimenté, uſé. Hiſp. Experimentado. Ger. Erfaren.] Senec. in Thyeſte, Venenum in auro bibitur: loquor expertus. Virg. 1. Aen. nos & Cyclopea ſaxa Experti, reuocate animos. Cice. 1. de Orat. Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm, (id quod eſt maius) expertus. Aliquando etiam paſſiuè. Plinius libro ſexto cap. decimotertio, Experta prodimus. hoc eſt uſu cognita. ¶ Hinc fit compoſitum Inexpertus, intentatus. ἀπείρατος, ἄπειρος. Virg 4. Aene. Nequid inexpertum frustra moriturq; relinquat.

Experientia, f. p. Cognitio nulla docente per uſum reperta, & propriè ſingulariom. ἐμπειρία, ἀπόπειρα. [Ital. Eſperienza. Gal. Experience, eſſay, eſprenue, prenue. Hiſp. La experiencia. Ger. Erfarung.] Ars uerò uniuerſalium, ut ait Ariſtoteles 1. Met. Mart. lib. 1. Per uarios uſus artem experientia fecit, Exemplo monſtrare uiam. Planc. ad Ciceronem, lib. 18. Quæ ſi aduentus meus repreſſerit, agam gratias fortunæ, conſtantiæq; meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Virgilius 1. Georg. atque apibus quanta experientia pareis.

Experimentũ, ti, n. ſ. Idem quod experientia. ἀπόπειρα. Plin. in Paneg. Diſcat igitur Aegyptus, credatq; experimento, non alimenta ſe nobis, ſed tributa præſtare. Idẽ in Epiſt. Inde abortus, & ignoranti uteri triſte experimentum. Quinti. 3. ca. 8. Quia facillimè ad conſentiendum homines ducuntur experimentis.

Expers, tis, om. t Idem ferè quod carens, ſeu uacuus, quiſq; rei alicuius nullam habet partem. ἄμοιρος. [Ita. Senza parte, non participe. Gal. Qui n'a point, qui ſans. Hiſp. Coſa que no toca

no toca alguna parte. Ger. Vntheil hafftig. Vir genoſſig] Cic. 2 de Orat. Antonium omnino omnis eruditionis expertem atq; ignarum fuiſſe. Plaut. in Amph. Diues operis, & laboris expers. Cic. 6. Verr. His quidem temporibus in omni orbe terrarum otiosi, expertes, ſoluti, ac liberi fuerunt ab omni ſumptuum moleſtia. Apuleius. Homo rudis, omnium bonarum artium expers. Sic expers doloris, qui non ſentit dolorem. Expers mortis, qui non moritur. Expers lucis, qui non habet lucem. ¶ Iungitur etiam ablatiuo. Plaut. Peric. Ea res me domo expertem facit. id eſt me abeſſe domo expertem facit. id eſt me abeſſe domo facit. Idem in Aſin. Dono te ob iſtud dictum ut expers ſis metu Salluſt. in Catil. Neq; quo periculum aliis faceremus: ſed uti corpora noſtra ab iniuria tuta forent, qui miſeri, egentes, violentia atq; crudelitate fœneratorum pleriq; patria, ſed omnes fama atq; fortunis expertes ſumus.

Expes, Spe omni deſtitutus: ab ex, & ſpes, ſed ſubiicitur ἄλλως [Ital. Senza ſperanza, deſperato. Gal. Qui à perdu toute eſperance, ſans eſpoir, deſeſperé. Hiſp. Coſa ſin eſperança. Ger. One hoffnung] Horat. in Arte Poet. quid hoc, ſi fractis enatat expes Nauibus, aere dato quin pingitur. Tacit. lib. 5. Mox ubi expes nitæ fuit, meditatis compoſituſq; diris imprecabatur. Ouid. Epiſt. 6. Exeret inops, expes, cæde cruenta ſua.

Expĕto, tis, pen. cor ac. t. Auidè cupio. ἐφίεμαι [Ital. Deſiderare auidamente Gal. Demander & deſirer fort, conuoiter requerir Hiſp. Deſſear, codiciar. Ger. Faſt begären oder hẽn ſehen.] Cic. 1. Offic. Expetuntur diuitiæ cum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uoluptates. Plin. lib. 12. ca. 20. Aſpalathi radix expetitur unguentis. ¶ Expetere pœnas ab aliquo. Cice. pro lege Manil. Vt mihi quidem uideantur di immortales, etiamſi pœnas à Populo Rom. ob aliquod delictum expetiuerint, &c. ¶ Expetere preces à Deo, pro precari Deum, Plaut. Rud. Qui ſunt qui à patrona preces tuas expectores ſunt? ¶ Supplicum expetere. Liuius 6. bell. Pun. Tanta auiditas ſupplicii expetendi, tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis. ¶ Accipitur aliquando expetere, pro euenire: ſicut appetere, pro aduentare. Plaut. in Amph. Ergo in ſeruitutem expetunt multa iniqua.

Expetens, participi. ἱέμενος, ὀρεγόμενος. [Itali. Deſiderante. Gal. Deſireux. Hiſpa. Codicioſo. Germ. Begärend, erwũnſchend.] Plin. li. 12. ca. 17 Capræ maleficum frondibus animal, odoratorum uerò fruticum ex, etentius: Conſilia ſana expetens, Senec. Hippol.

Expĕtitus, participi. ἐπιθυμητός, ὀρεκτός. [Itali. Deſiderato, bramato. Gal. Deſiré, conuoité Hiſp Deſſeado, codiciado. Ger. Begört, oder erwũntſcht.] Vt Cumplexus expetiti. Senec. Thyeſt.

Expetiſco, is, ere, uehementer deſiderare. ἐφίεσθαι. [Itali. Deſiderare grandemente, bramare Gal. Conuoiter, deſirer fort. Hiſp. Mucho deſſear. Ger. Hefftig begären.] Plaut. Mil. Adſum lenones, atq; feſtiua fœmina, Quæ te amat, tum quæ expetiſcit pulchram pulchritudinem.

Expetitio, is, ere, Idẽ quod petere, ſiue deſiderare. ἐπιθυμῶ. [Ital. Chiedere, deſiderare, dimindare. Gall. Demander, requerir, deſirer. Hiſp. Deſſear, demandar. Germa. Begären.] Plaut. in Trinum. - ſed hoc non liquet, Nec ſatis cogitãi unam potiõe harum mihi artem expreſſam. Idem in Aſin. Vltrò amas: ultrò expeteſſis, ultrò ad te accerſi iubes.

Expicio, (cuius frequentatiuum eſt expecto) ab ex præpoſitione & ſpecioin uſitato uerbo.

Expĭlo, las, pen prod. a. p. Diripio. deprædor, furtiuè fraudo. διαρπάζω, διαρπάζω. [Ital. Fraudare, rubbare per inganno Galli. Piller tout, deſrober furtiuement. Hiſp. Robar ò ſaltear. Ger. Gentzlich berauben, Auſtplünderen.] à Græco πιλᾶν, id eſt complano: quòd qui è domo ſuppellectilẽ deruhunt, æquare ac complanare omnia uideantur. Inde apud Iuriſconſultum titulus eſt de Crimine expilatæ hæreditatis: cuius criminis conuicti, extraordinariè ſolent coerceri. Cic in Pare. Si ſocios ſpolias, ærarium expilas. Ouid. lib. 3. Met. Expilatq; genis oculos. Iul. Mater. Si luna à Mercurio defluens feratur ad Martem in diuina genitura, facit effractores, fures, & qui templa ſemper ſacrilego ſoro ſe expilent. Ci. 6. Ver. Quum in ſuſpicionem uenissent ſuis uerbis, fanum expilaſſe Apollinis.

Expĭlatus, participiũ περισυλωμένος [Ita. Rubbato. Galli. Pillé. Hiſ. Robado ò ſalteado. Ger Beraubet, Auſgeplündert.] Ci. 3. de Orat. Quæ quoniam iam altunde non poſſumus, ſumenda ſunt nobis ab iis ipſis à quibus expilati ſumus. Idem pro Cluent. Armarium expilatum, pecunia ablata.

Expilatio, onis, f. t. περισύλησις, ἁπερύχωσις. [Ital. Pillamento, rubbamento. Gal. Pillement, pillerie. Hiſpa. Aquella obra de robar ò ſaltear, robamiento. Ger. Beraubung.] Cic. 1. Offi. Tanta ſublatis legibus & iudiciis expilatio, direptioq; ſociorum.

Expĭlator, oris, m. c. For, deprædator, direptor. συλητής, συλαγωγός, ἁπερύχων. [Ital. Pellatore, rubbatore. Gall. Pillart, pilleur Hiſp. Robador ò ſalteador. Ger. Ein teũber, der einen auſpünderet.] Cic. ad Qu. frat. lib. 1. Quum urbs cuſtodem, non tyrannum: domus hoſpitem, non expilatorẽ recepiſſe uidcantur. Expilatores (inquit Aſconius Pædianus) ſunt fures atrociores, qui ne pilum quidem relinquũt in corpore ſpoliatorum. Iuuuenes nimirum expilatores à pilis euellendis dicti: Cui tamen ſententiæ refragatur pi ſyllabæ quantitas, quæ in uerbis expilo, & compilo producitur, quum in nomine pilus corripiatur.

Expingo, gis, ax. Idem quod pingo. ἐκγράφω, ἐκτυπόω. [Ital. Dipingere Gal. Depeindre Hiſp Pintar. Ger. Mahlen] Cic. 5. Tuſc. Qui motus hominum, qui ferarum, quum ita expictus eſt, ut quæ ipſe non uiderit, eos ut uidereamus effecerit Plin. lib. 35. cap 5. Quoniam & pericula expingimur, nequis miretur & rogas pingi.

Expĭo, as, are, ad. p. Purgare. & mundum ac purum facere. καθαίρω, ἁγνίζω. καθαίρω καθαίρω [Ital. Purgare, mondare, nettare. Gal. Purger, repurer. Hiſp Purgar ò alimpiar por ſacrificio Germ. Reinigen Jrem, Büſſen.] Liuius lib. 1. ab Vrbe, Itaq; ut cædes manifeſta aliquot tamen piaculo luerentur, imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Plin. in Epiſt Dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit, ac per hoc quædam cuſtodienda prægnantibus omittit. f. cit omittenda: quem errorem maguis documentis expianit, in ſummum periculum adducta. ¶ Expiare ſcelera, id eſt punire, Cic. in Piſonem, Tua ſcelera dii immortales in noſtros milites expiauerunt, id eſt propter te, afflixerunt noſtros. Salluſt. de Republi. conſt. ad Cæſarem, Neq; Barbaro ritu cæde cædem, & ſanguine ſanguinem expiandum.

Expĭatus participi. καθαρθείς. [Ital. Purgato. Gal. Purgé Hiſ. Purgado, alimpiado. Germa. Gereiniget, Verſünet.] Cice. 1. Philipp. Quem potes recordare in uita tibi illuxiſſe diem lætiorem, quàm quum expiato foro diſſipato concurſu impiorum, &c.

Expiatio, onis, f. t. ἁγνισμός. [Ital. Purgatione Gal. Purgatiõ Hiſ. Aquella obra de alimpiar aſſi, purgacion. Ger. Reinigung, Büſſung.] Cic. 1. de Legib. At uerò ſcelerum in homines atq; impietatum nulla expiatio eſt.

Expiabĭlis, is, le, Purgabilis & facilis expiatu. ἐκπάθαρτος. [Ital. Che ſi puo purgare. Gal. Purgatif, qui ſe peut purger. Hiſp. Coſe que ſe puede purgar por ſacrificio Germ. Leychtlich zũ reynigen oder zũbüſſen] ut, Expiabilis religio, apud Cicc. 4. Tuſc. Bellum expiabile. Idem 13 Phili, Sed hoc primũ uidendum eſt. P. C. cum omnibúſne pax eſſe poſſit: an ſit aliquod bellum expiabile, in quo pactio pacis lex ſit ſeruitutis. Id eſt neceſſarium, & expiandi gratia ſuſceptum piaculo admiſſo. Budæus.

Expĭātrix, tricis, n. t. Idem quod expiatio. Expiationis autẽ necis humanæ ab imprudentibus admiſſæ exemplum uide re licet apud Herodotum, lib. 1. quo in loco Cræſi meminit nuptias filij ſui celebrantis. Quum autem (inquit) filii nuptias Cræſus in manibus haberet, aduenit Sardeis quidam calamitate præditus, manibuſq; impuris, nationc Phryx. Hic quum ad Cræſi ædeis acceſſiſſet, genitilijq; inſtituto, ritum patrio poſtulaſſet ſibi ut liceret expiamenti optati cõ potem eſſe, Cræſus eum expiauit Budæus.

Expīro, as, pe prod. are. n. p. Spiritum emitto, effio. ἐκπνέω. [Ital Spirare, mandar fuori il fiato. Galli Rendre l'eſprit, getter l'haleine ou uent de hors. Hiſp. Soplar. eſpirar ò embiar afuera el eſpiritu. Germa. Auſzathmen. Auſblaſſen, Jrem, Stärben.] Lucil. libro tertio, Expirans animã pulmonibus ægri agebat. Aliquando per ſe plenum eſt, ut, Expirauit. id eſt mortuus eſt ἐξέπνευσεν. Liui. 2 ab Vrbe, Inter primam curationem expirauit. ¶ Ponitur aliquando translatè. Plinius in Paneg. Ita uerò quæ ciuitatis quinquies, atque etiam ſexies Conſules uidit, non illos qui expirante iam libertate, per uim ac tumultum creabant

bantur, hoc eſt declinante libertate, ac peſſum eunte.

Expirans, participium *ἐκπνέων*. [Ital. Chi gitta fuori il uento. Gal. Qui rend l'eſprit. Hiſp. El que eſpira ò echa y embia el eſpiritu. Ger. Auſblaſend, Auſzathmend.] Lucret. libro ſecundo. Sanguinis expirans calidum de pectore flumen.

Expiratio, onis, *ἐκπνευσις*. [Itali Eſpiratione, ſoaporamento, Gall. Expiration, exalation. Hiſp. Echamiento del eſpiritu. Germ. Auſsblaſung. Auſzathmung.] Cic. 2. de Natu. deorũ. Eiuſdemq; expirationibus aer alitur & æther, & omnia ſupera.

Expiſcor, expiſcaris, 2. p. Indago, percontor, diligenter inquiro: translatione à piſcatoribus tracta qui piſcium latebras diligenter perſcrutantur. *ἐξακριβοῦμαι*, *ἀνερεύνω*. [Itali. Peſcare, inueſtigare. Gal. S'enquerir ſongneuſement. Hiſ. Peſcar, buſcar. Germ. Erforſchen, Mit fleyſsiger nachtrag erſůchen.] Terent. in Phorm. Perinde expiſcare, quaſi non noris. ¶ Quandoq; locr. facio, elicio. *ἐκφέω*. Plau. Tandẽque neſcio quid ab eo expiſcatur.

Expiſſo, as, are, Spiſſum facere. *συμπήγνυμι*. [Itali. Speſsire. Gal. Faire ou rendre eſpois. Hiſ. Eſpeſſar, hazer eſpeſſo. Ger. Dick machen.] Plin. li. 5. ca. 13. Semine trito expreſſus, & Sole denſatus in paſtillos, necat ſanguinem expiſſando, Idem li. 20. ca. 7. Expiſſatum lac.

Explano, as, pen. pro. 2. p, Planum facio. *καταλειόω*, *λειαίνω*. [Ital. Spianare, manifeſtare, dechiarare. Gall. Aplanir & unir, declarer, donner à entendre. Hiſp. Declarar ò allanar lo aſpero ò eſcuro. Ger. Gletten, ebnen, Item erklärẽ, Verſtändtlich machen.] ut, Explanatus in denos pedes cortex, apud Plin. li. 15. ca. 8. ¶ Explanare etiam eſt declarare, manifeſtare, exponere. *τρανῶ*, *δηλῶ*. Terent. in Phorm. quem amicum tuum ait fuiſſe iſtum? explana mihi. Cicer. 7. Vert. Explanandum eſt enim diligentius eorũ cauſa qui locum ignorant. Idem 3. Tuſc. Non enim uerbo ſolum poſuit uoluptatem, ſed explanauit quid diceret. Sall. in Catil. de cuius moribus hominis pauca prius explananda ſunt quàm initium narrãdi faciam.

Explanari, paſſiuum. Ci. 1. Acad. Póſt argumentis, & quaſi rerum notis ducibus utebantur ad Probandum & concludendum id quod explanari uolebant. Idem 1. Offi. Qualis differentia ſit honeſti & decori, facilius intelligi quàm explanari poteſt.

Explanatus, participium. *διεξηγμένος*. [Itali. Dichiarato. Gal. Declaré. Hiſp. Declarado. Ger. Erklärt, erlůteret.] Ci. 1. Acad. In lingua etiam explanatam uocem impreſſionem ponebant.

Explanatè, aduerb, Apertè. *τρανῶς*, *δήλως*. [Itali. Chiaramente, manifeſtamente. Gal. Clairament. Hiſp. Clara y manifeſtamiente. Germ. Klarlich, heiter.] Cic. in Orat. Erit igitur hæc facultas in eo quem uolumus eſſe eloquentem, ut definite rẽ poſſit: neq; id faciat tam preſsè & anguſtè quàm in illis eruditiſſimis diſputationibus fieri ſolet: ſed quum explanatius, tum etiam uberius, & ad commune iudicium populare mq; intelligentiam accommodatius.

Explanator, oris, m. c. Qui interpretatur & exponit. *ἐκφαντήρ*, *τρανωτικός*. [Ital. Chi dichara, dichiatore. Gal. Expoſiteur, qui declare & donne à entendre. Hiſpa. Declarador y llanador. Ger. Ein Erklärer, Auſsleger.] Ci. 2. de Diui. Sũt enim explanatores ut Grammatici Poetarum.

Explanatio, onis, f. t. *δήλωσις*, *ἀνάπτυξις*, *παράμβασις*. [Ita. Dichiaratiõe, eſpoſitione. Gal. Declaration, expoſition. Hiſpa. Declaramiento, llanamiento. Ger. Erklärung, erleuterung, Auſslegung.] Cic. de Diuin. Item igitur ſomniis, uaticinationibus, oraculis, quòd erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum. ¶ Explanati item figura eſt Rhetorum, de qua uide autorem ad Herrennium lib. 4.

Explanto, as, are, n. p. Plantas euello. *ἀποῤῥίζω*. [Ital. Spiantare, ſuellere. Galli. Deſplanter, transplantar ce qui eſt planté d'un lieu en autre. Hiſp. Deſplantar, arrancar plantas. Ger. Auſsiãten, Auſspflantzen.] Col. li. 9. ca. 14. Pampini ſe expreolis illigent ſuis, ne uentis explantentur. Idem li. 5. ca. 9. Antequã explantes arbuſculam, &c.

Explendeſco, is, ere, n. t. Luceo, emineo. *ἐκφαίνομαι*. [Ita. Riſplendere. Gal. Reſplandir, reluire. Hiſp. Reſplandecer. Ger. Auſshin ſcheynen.] Suet. in Tit. Veſp. ca. 2. In puero ſtatim corporis animiq; dotes explenduerunt magis ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia.

Expleo, ples, 2. f. Impleo, exatio. *ἐμπλήθω*, *ἀναπλήρω*. [Ita. Satiare, impire, compire. Galli. Rempiir. combler, aſſouir, contenter. Hiſp. Hinchir, hartar. Ger. Erfüllen.] Cic. de Orat. Neq; infercient uerba, quaſi rimas expleat. Virgil. lib. 4. Georg. Improbus inguiniem raniſq; loquacibus explet. Sallust. Neq; prius iugulandi finis fuit quàm Sylla omnes ſuos diuitiis expleuit. ¶ Interdum compleo, perficio. Virgili. 6. Aene. Diſcedam, expleboq; numerum, reddarq; tenebris. Pli. lib. 16. Vlcera eorum purgant leniter, expleriq; cicatrices, & emendant. Interdum conſolor. Terent. in Heaut. Hem tot mei ſolius ſoliciti ſunt cauſa, ut me unum expleant. ¶ Interdum etonero: nam ex, quãdoq; priuatiua eſt. Ennius, Nanibus explebant ſeſe, terrisq; replebant. Vide Seruiũ. Explere animum curis, pro exonerare. Terẽtius in Hecyra, Exple animum, relq; hoc crimine expedi. ¶ Explere animũ, pro ſatisfacere. Terenti. in Andr. Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui animum ut expleret ſuum.

Expletus, participium. *τέλεος*, *ἐνιαύσιος*. [Ital Pieno, fornito, perfetto. Gal. Rempli, plein, parfait. Hiſp. Hinchido, lleno, perfecto. Ger. Erfült.] Cic. 2. de Finib. Habes undiq; expletam, & perfectam Torquate formam honeſtatis.

Expletio, onis, f. t. *ἐκπλήρωσις*. [Ita. Empimẽto, perfettione. Gal. Remplisſement, perfection. Hiſ. Hinchimiento. Perfecion. Ger. Erfüllung.] Ci. 5. de Finib. In eaq; expletione naturæ ſummi boni finem conſiſtere.

Explementum, ti, *ἐκπλήρωμα*. Idem. Senec. Epiſt. 111. Si ſcieris excumios arborum, explementum eſſe uentris.

Explebilis, le, Quod expleri poteſt. *ἐναπομπλήρωτος*. [Itali. Coſa che ſi puo empire, contentare. Gal. Ayté à remplir, aſſouuir & contenter. Hiſp. Coſa que ſe puede hinchir y cõtentar. Ger. Das gůt zerfüllen iſt.] Cic. 4. Tuſc. Indigentis, libido explebilis.

Explenunt pro explent, ſcripſerũt ueteres, ut annotauit Feſt. Pompeius.

Explico, as, explicui, & explicaui, explicitum, & explicatum, 2. p. Significat extendere atq; euoluere: & propriè de iis rebus dicitur quæ plicis in uolutæ ſunt. *ἐκπλύνω*. [Ital. Dispolgere, ſpiegare. Gal. Deſployer, eſtendre, mettre en large. Hiſp. Deſplegar. Ger. Auſwickeln, zertun, Auſthůn. Jut. Explicare neſtes, Cicer. Explicare uelum, Plaut. Explicare plagas. Martial. ¶ Dicitur & de aliis rebus. Virgi. 2. Georg. Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes. Martial. de pauone, lib. 13. Miraris quoties gemmantes explicat alas, Oui. atq; explicat enſem. ¶ Explicare aciem, ſiue ordines, ſiue agmen, dicuntur Imperatores quum milites ſuos in patentem locum exponunt ad concertationem ineundam. Liui. 4. ab Vrbe, Planiciem in medio non paruis modò excurſionibus ad prelia, ſed uel ad explicandas utrinq; acies ſatis amplam habebant. ¶ Explicare literas, ſiue epiſtolam, pro aperire, & clauſam reſerare, apud Ciceronem ad Quintum Fratrem. lib. 3. Sic Explicare uolumen. P. Bembus. Itaque libros ſingulos excutiens, in uolumen incidit ſepoſitum, nec ſatis explicatum epiſtolarum. ¶ Explicatam eſſe urbem in plano loco, pro diſpoſitam eſſe & deſcriptã. ¶ Explicare & diffundere umbram, id eſt reddere Martial. lib. 1. Claudia diffuſas ubi porticus explicat umbras. ¶ Explicare negotium aliquod, ſiue mandatum, pro abſoluere, expedire, exequi. Explicare ſe laqueis, & periculis, pro liberare. ¶ Explicare annonam. hoc eſt ampliare, & faciliorem reddere Cæſar lib. 2. bel. Gal. Legiones quartamdecimam & ſextam & ex hybernis ad Arari educit, quas ibi explicandæ rei frumentariæ cauſa relictas ſuperiore commentario demõſtrauimus, id eſt, ut per eos facilliorem haberent rem frumẽtariam. ¶ Transfertur etiam ad res obſcuras & difficiles, & pro explanare, atq; clarius reddere ponitur. *διανύω*, *διασαφηνίζω*. [Ital. Dichiarare, eſponere, eſplicare. Gal. Explisquer, declarer. Hiſ. Declarar lo eſcuro. Ger. Erklären, Auſslegen.] Cic. ad Att. lib. 13. Quòd me hortaris ut eos dies cõſumam in Philoſophia explicanda. id eſt in ſcribendo aliquid planius in Philoſophia. Ad eundem, lib. 10. Meas cogitationes omnes explicaui tibi ſuperioribus literis.

Explicitus, penultima correp. participium. *ἀνεπτυγμένος*, *διεπτυγμένος* [Ital. Perfetto, fornito. Gal. Expoſé, accompli, acheué, parfait. Hiſp. Expueſto, acabado y perfecto. Ger. Erklăret.] Cic. Atti. lib. 9. Quanquam à te eius quoque rei iuſta defenſio eſt explicita. hoc eſt explicata & explanata. ¶ Explicitus liber, pro abſoluto. Martial. lib. 14. Quo eis

cunq;

cunq; loco potes hunc finire libellum, Verſibus explicitū eſt omne duobus opus.

Explicitus, comparat. ab explicitus nomine. Cæſ. 1. bel Ciuil. Sed ex propoſitis conſiliis duobus, explicitius uidebatur ad Ilerdam reuerti.

Explicatio, uerbale, f. t. Explicandi actus. ἀνάπτυξις. [Italicè, Spiegamento. Gall. Deſployement. Hiſp. Aquella deſplegadura. Ger. Erklärung, Auslegung.] ut, Rudentis explicatio, Cic. 1. de Diuin. ¶ Explicatio, declaratio. ἀλλωσις Cic. 3. de Finib. Multumq; ad ea quæ quærimus, explicatio tua attulit profecerit.

Explicatus, us, m. q. aliud uerbale eiuſdem ſignificationis. Cic. de Nat. deorum, lib. 3. Quibus non uulgaris in curſu gradus: ſed mollis alterno eorum explicatu glomeratio. Idē, Hæc ferè dicere habui de natura deorū non ut eam tollerē: ſed ut intelligeretis quàm eſſet obſcura, & quàm difficiles explicatus haberet.

Explicator, toris, m. t. Qui aliquid explicat aut exponit. ἐξηγητής, διαγνώστης. [Ital. Chi dichiara & fa intendere. Galli. Qui declare & donne à entendre. Hiſp. Declarador, el que declara lo obſcuro. Ger. Ein erklärer.] Cic. in Orat. At laudatus eſt ab omnibus, fateor: ſed ita ut rerum explicator, prudens, ſeuerus, grauis: non ut in iudiciis uerſaret cauſas, ſed ut in hiſtoriis bella narraret.

Explicatrix, fœm. gen. ἀναπτύξασα. [Ital. Donna che dichiara. Gal. Celle qui declare & donne à entendre. Hiſp. Declaradora, la que declara. Ger. Ein erklärerin.] Iur. Explicatrix orationis perpetuæ, eſt uis dicendi. Cic. 1. Acad.

Explicabilis, abile, ἐυανόητος. [Ita. Facile da dichiarare. Gal. Facile & aiſé à declarer & expliquer. Hiſp. Coſa que facilmē tele puede declarar. Ger. Das mā leychtlich erklerē mag.] ut, Explicabilis menſura. Plin. li. 9. ca. 15. Toto autem hoc mari ad Scaldim uſq; fluuium Germanicæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.

Explicatè, aduerbium, pro clarè & apertè. δήλως, τραγῶς. [Ital. Chiaramente, apertemente. Galli. Clairement, apertement. Hiſp. Clara y deſplegadamente. Germ. Klarlich, heller.] Cic. 1. de Orat. Qui diſtinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus & uerbis dicunt.

Explōdo, explodis, pen. prod. explōſi, explōſum: 3. t. Ab ex & plodo, ſignificat cum ſono eiicio, quod fit quum rem quæ non placuit, clamore, & geſtu, ac ſtrepitu damnamus. ἐκβοάω. [Ital. Cacciare uia con ſtrepito. Galli. Chaſſer & mettre hors en claquetant des mains. Hiſp. Patear en diſfauor, echar con eſtruendo. Ger. Mit einem getöß außtreyben oder verwerffen.] Cic. 1. de Orat. Itaq; uos rancos ſæpe attentiſſimè audiri uideo: (tenet enim res ipſa, atq; cauſa) ut Aclopum, ſi paulùm irrancuerit explodi. Idem pro Cluent. Te uerò illud idem quod tum explōſum & ciectum eſt, nunc reuiſſe demiror. Cic. 2. de Diuin. Sed hoc genus diuinationis uita iam communis explōſit.

Explōro, explōras, penul. produ. 2. p. Antiqui utebantur pro exclamo, ſine eiulo. ἀποκλύρομαι. [Ital. Gridare. Gal. Crier. Hiſpa. Gritar. Ger. Schreyen, heulen, weinen.] Varro. Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Feſtus Pompeius, Exploro antiqui pro exclamare oſi ſunt: ſed poſtea proſpicere, & certum cognoſcere, cœpit ſignificare, & ſagaciter inquirere. κατασκοπῶ, κατασκοπέω. [Ita. Cercare con diligenza. Gal. S'enquerir ſoigneuſement, guetter. Hiſpa. Buſcar, eſpiar. Ger. Auſſ, ſähen, erforſchen.] Virgi. lib. 1. Aen. Vt primùm lux alma data eſt exire, locoſq; Explorare nouos quas uento acceſſerit oras. Quærere conſtituit. Plin. in Epiſt. Locus ſuſpectus, & mollis: quem ego interim explorari modico impendio iuſſi, an recipere, & ſuſtinere opus poſſit. ¶ Interdum idem eſt quod obſeruare. Virgi. 6. Aene. Necnon & trepidi Troes formidine portas Explorant. ¶ Interdum deliberare. σκέπτεσθαι Virg. 1. Aen. Tros & regina quod optas Explorare labor. ¶ Interdum ſiccare. Idem lib. 4 Georg. Et ſuſpenſas focis explorat robora fumus.

Explōrātus, nomen ex participio. Significat certum. δῆλος, πιστός. [Ita. Coſa certa, indubitata. Gal. Certain & aſſeuré. Hiſp. Coſa cierta y no dudada ni dudoſa. Ger. Erfundiger Gewüſs.] ut, Explorata ſalus: cuius contrarium, Salus deplorata. Cic. ad Appium, Vt conſolarer fortem uirum atq; ſapientem, quàm ut exploratam ſpem ſalutis offenderem. &c. ¶ Exploratum eſt mihi, uel exploratum habeo, id eſt certò ſcio, liquidò noui. Cic. de Senec. Quis eſt tam ſtultus, quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad ueſperam uſq; eſſe uiſturum? Idem Attico. Quid enim exploratius eſſe poſſit, quàm illius animus in Rempublicam eſt idem poſt Reditum. Quum mihi eſſet exploratiſſimū P. Lentulum proximo anno Conſulem futurum. Idem Attico, Cæſarem hoc idem probaturum exploratum habeo.

Explorātè, aduerbium. Hoc eſt certò βεβαίως, ἀληθινικῶς. [Ital. Certamente, ueramente. Gal. Certainement, ueritablement. Hiſp. Ciertamente, en uerdad. Germ. Gewüſslich.] Cic. ad Qu. fratrem, Hæc ita ſentio, iudico, ad te explorate ſcribo. Plancus ad Senatum, Non ſolùm bene ſperare de nobis homines, ſed explorate iudicare uolumus.

Explōrātor, penul. produ. m. t. Verb. ὁ δοκιμαστής, ἐξεταστής, σκοπός, κατάσκοπος. [Ital. Spione, inueſtigatore. Galli. Eſpion, une guette ou eſpie, guetteur. Hiſp. La eſpia ò aſſechador de los enemigos. Germa. Ein auſſpäher, erforſchiger.] Qui explorat & obſeruat, Cæſa. 1. Bell. Gal. Plaut. Pſeud. Exploratorem hunc ludo faciamus ſuppoſititium. Plinius libro 16. capite nono, Scribit in recenti ad duces explorator, &c.

Exploratores, orum, m. t. qui ſecreta nūciant hoſtibus, proditores ſunt, & capitis pœnas luunt, Arrianus in l. omne delictum de re milit.

Explorato ablatiuus participij abſolutè poſitus. Tacit. lib. 16. Et explorato iam profectos amicos, noctem quietam, atq; affirmatur, non inſomnem egit, id eſt poſtquam exploratū eſt illi, & cognitum.

Expōlio, as, are, Idem quod ſimplex ſpoliare. λαφυραγωγέω, σκυλεύω. [Itali. Spogliare. Galli. Deſpouiller, deſgarnir, oſter. Hiſpa. Deſpoiar. Ger. Gar berauben oder außziehen.] Cic. pro Deiotaro, Quo tum erga te rex animo fuit, qui auxionatus ſit, teſeq; & tiliū ſuum expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare? Expoliare honorem & dignitatem Cæſaris, Cæſar 8 bel. Gal.

Expoliari. Zaſius inquit eleganti figura dicūtur qui ſunt priuati qui iacturam in bonis paſſi ſunt. Ita Iuriſc. in l. 1. ff. de Don. int. uir. & ux. dixit donationem eſſe prohibitam inter cōiuges, ne ſe mutuo amore ſpoliarent. Sic 2. de Bon. dam. Is qui detruditur in carcerem propter crimen non debet ſpoliari bonis, antequam feratur ſententia, id eſt priuari. Et quod Iuſtinianus in parag. Compēſationes Inſtitu. de actionib. dicit, Expoliatum bonis Iuriſconſul. in l. fin. ad fin. de his quæ in fraud. dicit, Exutum bonis, ut paria ſint Exui bonis, & Expoliari bonis, id eſt, iacturam bonorum pati. Vnde interpretes dicti parag. Compenſationes, uerbi expoliatus elegantiam non intelligentes, alienum, ridiculum, & planè impium, ut Zaſiano utar uerbo, ſenſum inuexerunt.

Expōlio, lis, lire, 2. q. Exornare, abſoluere, extremam manū imponere. κατασκευάζω, διακοσμέω, κατεργάζεσθαι. [Ital. Polire, adornare. Gal. Polir & acouſter pour le dernier. Hiſp. Mucho polir. Ger. Auſſbaliren, Auſſbutzen, zieren.] Plaut. in Milite, Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas. Cic. de Inuentione, li. 1. Nihil ſimpli ei in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit.

Expolītus, participium. ἐπεξεργασμένος. [Itali. Polito, liſciato. Galli. Poli. acouſtré. Hiſpani. Mucho bolito. Germ. Auſſgebaliert, hüpſch auſsgebutzt.] Pictum atq; expolitū orationis genus. Cice. in Orat. Dens expolitior, Cato. Libellus pumice expolitus, Idem.

Expolītio, onis, f. t. ἐπεξεργασία. [Itali. Eſſo polire, liſciare. Gal. Poliſſement, poliſſore. Hiſpani. Polideza, obra de polir. Ger. Auſſsburzung, ein zierliche zubereitung.] Cice. ad Qu. fratrem. Vrbanam expolitionem urget ille quidem & Philotimus, &c.

Expōno, nis, pen. produ. nere, 3 t. Ab ex, & pono, Emittere, & quaſi extrà ponere. ἐκτίθημι. [Ital. Mettere fuori. Gall. Expoſer, mettre en un lieu & laiſſer la. Hiſpa. Poner de fuera. Ger. Auſſlegen. Auſſthun.] Iur. Exponere uaſa. Cic. Exponere in Sole fœnum, ut ſiccetur, Columella. Exponere in terram copias, Liuius. Exponere ex nauibus milites. Cæſar. Et Virgilius 11. Aeneid. ſocios de puppibus altis Pontibus exponunt. Plautus in Truc. Nunc ego iſtos munduulos, urbanos amaſios Hoc ictu exponam. ¶ Aliquando ſignificat abiicere, & ſorti ac fortunæ committere: Vnde infantes abiecti, & commiſſi fortunæ, expoſiti dicuntur. Terentius in Heaut. Quum exponendum do illi, de digito annulū detraho, & eū dico ut unà cum puella exponeret.

Liu. l. ab Vrbe, In proxima alluuie ubi nunc ficus ruminalis eſt, pueros exponunt. Plaut. in Ciſtel. Dat eam puellam ei ſeruo exponendam ad necem. Plin. Iunior, epiſtola omnibus commendationibus deſtituta, maligniſtati interpretantium exponitur. Cic. Verr. Quum tibi expoſita eſſet omnis Pamphylia ad prædandum. ¶ Aliquando ſignificat declarare, explicare, interpretari. *ἐξηγεῖσθαι, ἁπλοῦν, τραγῳδεῖν.* [Ital. Dichiarare. Gal. Expoſer, declarer. Hiſp. Declarar lo eſcuro. Ger. Außlegen oder erklären.] Cic. 1. Philip. Antequam de Rep. ſcribam, P. C. exponam vobis breuiter conſilium profectionis, & reuerſionis mex. ¶ Ponitur etiam interdum pro expendo. *καταβάλλω.* Solinus, Quum magnam is pecuniam expoſuiſſet.

Expoſitio, onis, f. t. Idem quod explicatio. *ἐξήγησις.* [Ital. Dichiaratione, eſpoſitione. Gall. Declaration, expoſition. Hiſ. Declaracion de lo eſcuro. Ger. Außlegung, erklärung.] Autor ad Herenn. li. 1. Narratio defenſoris breuem & ſimplicẽ expoſitionem habere debet.

Expoſititius, Adiect. *ἐπθετικός.* Qui eſt abiectus ut pereat. Plaut. Reuertar ad illam puellam expoſititiam.

Expŏpŭlor, aris, d. p. Idem quod ſimplex populor. *Διαῤῥέω μέσ.* [Ital. Depredare. Gall. Deſpeupler, piller. Hiſp. Robar y deſtruyr el campo. Ger. Gar verhergen vnnd verwüſten.]

Expŏpŭlatio f. t. onis, verbale *ἐξαλάπαξις.* [Itali. Sacheggiamento. Gall. Saccagement, depeuplement, deſgaſt. Hiſpa. Robamiento aſſi. Ger. Verhergung, Verwüſtung.] Colu. lib. 7. capite 2. Pluuiis, ventiſq; & apibus afferunt prædam: quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Exporrigo, is, uel per ſyncopen Exporgo, ſignificat extendere, quaſi porrò agere. *παρεκτείνω.* [Ital. Sporgere, eſtendere, allargare. Gal. Eſtendre, eslonger, ou eslargir. Hiſp. Eſtender lo cocogido. Ger. Außſtrecken.] Hirci. 4. bell. Africani, Poſtero die eorum aciem propius inſtituit exporrigere munitionis. Plau. Pſeud. Exporrigi melius eſt lumbos, atq; exurier. ¶ Exporrigere frontem, eſt hilareſcere: ſicut contrahere frontem, eſt tingi. Terent. in Adel. Da te hodie mihi exporrigi frontem.

Exporto, as, are, Extra portare, auferre. *ἐκφορῶ.* [Ital. Portar fuori. Gal. Porter dehors, emporter, tranſporter. Hiſp. Llevar afuera. Ger. Außhintragen oder führen.] Cic. 6. Ver. Portus quæ volebat, in nauem etiam imponenda, occultè exportanda curabat. Exportare ex oppido, Cic. 6. Ver. Ex prouincia ſecum exportare, Idem 7. Verr.

Exportatio, onis *ἀποπομπή, ἐξαγωγή.* [Ita. Eſſo portare fuori. Gal. Tranſport, emportement. Hiſp. Aquella obra de llevar fuera, llenamiento. Ger. Außtragung oder führung.] Cic. 2. Offic. Iam verò earum rerum quibus abundaremus exportatio: & earum quibus egeremus, inuectio certè nulla eſſet. ¶ Exportatio, pro exilio. Sen. de Tranquil. vitæ, Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, & loca patritia comitentur, & ſordes, & exportatio, &c.

Expoſco, is, n. t Eſt enimè, & cum inſtantia aliquid peto. *ἐξαιτέω.* [Ital. Dimandare con inſtanza. Gal. Demander inſtãment, repuer. Hiſ. Demandar à pedir mucho. Ger. Hefftig begären. Trungenlich außhinhöuſchen.] Cic. pro Milo. Miſericordiam ipſe non implorat, ego autem reposcante hoc & imploro, & expoſco. Virg. 1. Aen. Sed votis precibuſq; iubent expoſco pacem. ¶ Expoſcere, uel depoſcere aliquem, eſt petere eum ad pœnam dedi. Liu. 8 bel Maced. Legatos deinde miſit ad depoſcendos autores defectionis. ¶ Expoſcit audire. Virg. 4. Aeneï. Illiacoſq; iterum demens audire labores Expoſcit.

Expoſtŭlo, as, penult. correp. a. p. Vehementer peto. *ἐξαιτέω.* [Ital. Dimandare con inſtanza. Gal. Faire requeſte à aucũ, le querir & prier, demander inſtamment. Hiſp. Demandar con inſtancia. Ger. Außhinforderen.] Cic. pro Qu. Roſcio, Vix mediuſfidius, tu Fanni hoc à Ballione expoſtulare auderes. Sæpius tamen accipitur pro conqueror cum eo ipſo qui fecit iniuriam, & cum querela amico iuſto, & quaſi officium amicitiæ deſidero. *ἰγκαλῶ, ἀπολογέομαι.* [Itali. Lamentarſi. Galli. Se plaindre. Hiſp. Quexarſe de alguno, querellarſe. Germ. Verweyſſen.] Terent. in Adel. Niſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putãt Sibi fieri iniuriam: oltrò ſiquam fecere ipſi, expoſtulant, Et oltrò accuſant. Habet autem feré poſt ſe ablatiuum perſonæ, mediante præpoſitione cum, aut (quod perinde exiſtimari debet) has particulas, mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum. Cice. lib. 1. Epiſtol. Sed locus alienus uideretur tecum expoſtulandi. Nonnunquam præter hunc ablatiuum perſonæ, habet & ablatiuum rei de qua quis expoſtulat, idque mediante præpoſitione de. Cic. Metel. Cel. Lenis & facilis à te exiſtimari debeo, qui mihi tecum de his ipſis rebus expoſtulem. Loco cuius tamen ablatiui nonnunquam legitur accuſatiuus dependens à præpoſitione ob, uel propter ſubaudita: quod frequens eſt apud Comicos. Terent. in And. ſed quid agam? Adeámne, & cum eo iniuriã hanc expoſtulem? hoc eſt propter hanc iniuriam.

Expoſtulatio, uerbale, f. t. Querela aduerſus illum ipſum qui peccauerit. *ἐξαίτησις, περίκλησις, ἔγκλησις, μέμψις.* [Ita. Querela di danno riceuuto. Gall. Requeſte, plainte enuer aucun du tort & iniure qu'on nous a fait. Hiſpa. Aquella obra de quexarſe de alguno, querimiento. Ger. Verweyſſung.] Cic. ad Qu. frat. li. 2. Fuere nonnulli aculei in C. Cæſarem contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio.

Expoſtulator, Qui expoſtulat *ἐγκλητικός.*

Exportus, Veteres dixerunt pro eportus. Plau. in Trinumm. Quid factum eſt eo? S. Comeſum, expotum, exutum, domũ in balneis.

Ex præcepto, Col. lib 2. cap. 2. Sacrificia niſi ex præcepto domini facere neſciat, id eſt, niſi Dominus præceperit.

Expræparato, uice aduerbii ponitur. Liui. li. 2. Tumultuario prælio ac præcurſu magis militum, quã eſt præparatũ, aut iuſſu imperatorum orto, id eſt, dedita opera.

Exprĭmo, mis, penu. corre. a. t. Premendo extraho, & elicio. *ἐκθλίβω, ἐκπιέζω, ἐκβιάζομαι.* [Ital. Eſprimere, ſpremere di ſorte che ne eſca il liquore. Gall. Exprimer, eſpreindre. Hiſ. Exprimir. Ger. Außtrucken.] ut, Exprimere oleum, exprimere liquorem. Plin. lib. 14. Expreſſo uino infunditur aqua uinaceis. Idem lib. 18. cap. 9. Dein liquatæ per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili locis frigidis, id eſt tranſcolantur. ¶ Aliquando declaro, manifeſto. *διαῤῥέω, ἐξηγέομαι.* [Ital. Dichiarare. Gal. Declarer. Hiſpa. Declarar. Ger. Heiter vnnd außtrucklich machen.] Pli. in Epiſt. Poſſumus apud Pruſenſes area, quam vacare ſcribis, uti: illud tamen parum expreſſiſti. ¶ Aliquando repræſentare, aſſimilare, affingere. *ἐνεργάω, ἐντυπῶ.* [Ital. Rappreſentare, ritrar natiuamẽte. Gal. Repreſenter, tirer au uif. Hiſ. Repreſentar. Ger. Abbilden, ein bildnus außtrucken, Abcontrafeten.] Plin. in Epiſt. Nam ſi eſſe nobis curæ ſolet, ut facies noſtra ab optimo quoq; artifice exprimatur, nónne debemus, &c. ¶ Exprimere inter alia etiam hoc ſignificat, ui & neceſſitate impetrare & offerre: quod & extorquere dicimus. Cic. pro Qu. Extorquendum & inuitis: atq; ingratis quod non debet, eripiendum atq; exprimendum eſt, de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. ¶ Exprimere formulas, pro conficere. Cic. pro Roſc. Com. Expreſſæ ſunt enim ex uniuſcuiuſq; damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicæ à Prætore formulæ, ad quas prima lis accommodatur.

Expreſſus, a, um, nomen ex participio. *ἐκτυπισμός* [Itali. Ritratto natiuamẽte, molto ſimile al naturale. Gal. Tiré & fait au uif, exprimé ſur un patron naifuement. Hiſ. Repreſentado. Ger. Außgetruckt, eigentlich abgebildet.] Cicer. pro Cælio, Habuit enim ille, ſicuti meminiſſe uos arbitror, permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum. Idem Lentulo, Hæc profectò uides quantò expreſſiora, quantoq; illuſtriora futura ſint, Plinius Epiſtol. 100. Qui omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſus.

Expreſſio f. t. uerbale, quo Plin. & Celſus in ea utuntur ſignificatione in qua barbari medici Colaturam uſurpant, *ἐκτυπώσις* [Ital. Eſpreſſione. Gal. Eſprainte. Hiſp. Obra de exprimir. Ger. Außtruckung.]

Expreſſe, aduerb. Manifeſtè, apertè *ἐκφαντικῶς.* [Itali. Chiaramente, eſpreſſamente. Gal. Expreſſement, euidemmẽt. Hiſ. Expreſſa y claramente. Ger. Außtrucklich.] Pli. in Epiſt. Vt mihi Attilius noſter expreſſè diciſſe uideatur, ſic in foro pueros à centumuiralibus cauſis explicari, ut ab Homero in ſcholis.

Exprobro, bras, pen. corr. a. p. Quæ aliis præſtiti commemorans impropero. *ὀνειδίζω.* [Ital. Riprouerare, gittare in occhio. Galli. Reprocher, torner à honte & reproche. Hiſpan. cacherir

cacherir ò dar en denuesto, improperar. Germa. Verweyſſen, einem zů ſchmach authebẽ.] Terent. in Andr. Nam iſthæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Cic. de Amic. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non cõmemorare qui contulit. Sumitur tamen pro qualemcunq; culpam obijcere. Ouid. libr. duodecimo, Metamorph. trepidoq; fugam exprobrauit amico. Plau. in Capt. Pergin ſeruum me exprobrare eſſe, quod ui noſtili obtigi? ¶ Aliquando eſt obijcere culpam non uerbis, ſed re, & aliquo facto. *κατηγορεῖν, κατεμφαίνειν, παραφέρειν.* Plin. in Epiſt. Nam mala emptio ſemper ingrata, eo quòd exprobrare ſtultitiam domino uidetur.

Exprobratio, Verbal. *ὀνείδισις, ὀνειδισμός.* [Itali. Rinfaccia mento. Gal. Reproche. Hiſp. Aquella obra de caherir y dar en denueſto, cabcrimiento. Ger. Verweyſſung, authebũg.] Plin. li. 19. ca. 4. & Terent. And. nam iſthæc commemoratio Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Eſſe in exprobratione. id eſt uitio uerti. Plin. Nam gari deſiderio etiam erant in exprobratione.

Expromitto, is, ere, a. t. Eſt pro alio promittere, hoc eſt fideiubere. *ἐγγυᾶσθαι.* [Ital. Promettere per altri. Gallicè, Promettre & s'obliger pour un autre, reſprondre pour luy. le pleger. Hiſp. Prometer por otro. Ger. Für ein andet verſprẽchen, verbürgen.] Vlpi. de iure dot. Debitor mulieris iuſſu eius pecuniam uiro ſuo expromiſit. Idem de Donation. Siquis ſeruo ſuo grandem pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiſerit.

Expromiſſor, Fideiuſſor, ſponſorq. *ἐγγυήτωρ* & Pompon. de Verb. oblig. Satis acceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoque ab eo petantur. Expromiſſores ſunt hi qui pro eo promittunt qui ipſe efficaciter obligatus non eſt: ut qui pro ſeruo promittit eorum domino, ſi eum manumiſerit: nec enim cum ſeruo contrahitur uera obligatio. Quo uerò expromiſſor à mandatore, fideiuſſore, ſponſore: conſtitutore, & principaliter obligato differat, annotatum eſt in Authent. De fideiuſſo. in princ. Accedit parag. Satis acceptio. l. 7. de Verb. obliga & l. Siquis accepto, de Condic. ob cauſ. Spiegel.

Exprõmo, mis, pen. prod. a. t. Extra promere, efferre, in medium proferre *προφέρω.* [Ital. Trar fuori, producere. Gallicè, Tirer hors, produire, mettre hors. Hiſp. Sacar afuera. Germ. Außhinnemmen, für hin ziehen.] Plau. in Mil. Nec equidem heminas octo expromſi in urceum. Ver. 4. de Re ruſt. cap. 1. Quum emptor dixit, Tanti ſunt mihi empta: & ille reſpõdet, Sunt: & expromſit nummos. ¶ Expromere interdum idem eſt quod eloqui, & animi ſenſa efferre. Cic. 4. Aca. Expromam primũ illi inuidioſa, quòd eos omnes qui, &c. Liu. 9. bel. Pun. Expromerent quid ſentirent, cum bona uti uis ſe auditurum.

Expromitur. paſſiuè. Cic. 2. in Catil. Quorum omnis induſtria uita, & uigilãdi labor in anteluciania cœnis expromitur.

Expromptus, participium, In medium prolatus, inquit Donatus. *προοιχόμενος* & . [Itali. Meſſo fuori, Galli. Tiré hors, produit, mis hors Hiſpani. Sacado afuera. Germani. Herfürgenommen, oder herfürgelegt.] Terenti. in Andr. Myſis, nunc opus eſt tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria.

Expugno, as, Pugnando capere, & euincere. *κατακρατῶ, ἀναιρῶ.* [Itali. Prendere combattendo. Gal. Gaigner en bonne guerre, uaincre par force, forcer Hiſpa. Tomar combatiendo. Ger. Beſtreyten. Mit ſtreyten eroberen.] Terẽ. Eua. Primùm ædes expugnabo Cæſ. 4 bel. Gall. Compluribus expugnatis oppidis. Cic. 2. Verr. Nihil eſſe tam ſanctũ, quod non uiolari: nihil tam munitũ, quod non expugnari pecunia poſſit.

Expugnatio, onis. f. t. *ἁλωσις πολέμου.* [Ital. Forzamento, uittoria. Gall. Forcement, priſe d'aſſaut. Hiſp. Aquella obra de tomar por combate. Ger. Eroberung.] Cic. pro lege Mani. Non multum ab hoſtili expugnatione differant.

Expugnator, toris. m. t. *πολιορκητής.* [Itali Forzattore, uincitore. Galli. Forceur, uainqueur. Hiſpan Vencedor, tomador por combate y por fuerça. Germani. Ein eroberer, ein Syger im ſtreyt, ein vberwinder.] ut, Expugnator pudicitiæ, Cic. 3. Verr.

Expugnabilis, le. *ἁλωτός.* [Itali Coſa che ſi puo uincere. Galli. Qu'on peut uaincre. Hiſp. Coſa que ſe puede uencer. Ger. Vnd durch beſtreytung zů eroberen.] Statius 4. Theb. & nullo ruis expugnabilis aſtro.

Expũmo, as, are, In modum ſpumæ emanare. *ἐξαφρίζομαι.* [Ital. Schiumare Galli. Eſcumer, rendre ou ietter eſcume. Hiſp. Eſpumar echando le eſpuma. Germa. übertz haumen, Außhinſchaumen.] Celſus lib. 6. cap. 7 Si ex grauedine eſt, purgare autem oportet, & ſpiritum continere, donec inde humor aliquis expumet.

Expungo, gis, a. t. Quod ſcriptum eſt deleo. *ἐξαλείφω.* [Itali. Cancellare, annullare, caſſare. Galli. Effacer & oſter, caſſer, annuller, abolir une eſcripture. Hiſpa. Caſſar la eſcriptura ò la cuenta. Germ. Außſtbũn, Außſtilgen, durchſtreichen.] Plaut. in Ciſtel. Nunc quod reliquum reſtat, uolo perſolpere, Vt expungator nomen, nequid debeam. ¶ Vnde etiam milites expungi dicuntur à militia, quorum nomina eorum ex albo eraduntur, Et expuncti milites, dicti ſunt deleti, & à militia remoti. Plautus in Core Miles pulchrè centuriatus eſt expuncto in manipulo. ¶ Expungi dicũtur Iudices, quando amouentur à iudicando, ueluti eraſi ex albo iudicum. *ἐξαλείφεσθαι, διαγράφεσθαι, ἀποκλείεσθαι, ἀκυρίου σθαι.* Perſius Saty. 2. per translationem poſuit pro expellere, & loco mouere, Pupillúmue utinam quem proximus hæres Impello, expũgam, nanq; eſt ſcabioſus, & acri bile tumet. ¶ Expungere rationes, eſt ultimam manum calculo imponere. Hermog. de Diuerſ. temp. præſcript. Reipublicæ rationes ſubſcriptæ & expũctæ, aduerſus eum quidem qui adminiſtrauerit, ultra uigiti: aduerſus uerò hæredem, ultra decem annos retractari non poſſunt. Tracta eſt locutio à more ſupputantium, qui ſemel atq; iterum diſputato calculo, ubi minores omnes ſummas in unam contraxerint, reliqua omnia ſolent expungere. ¶ Diſpungere uerò rationes (ut ſuo loco dictum eſt) eſt expenſa & accepta conferre.

Expũo, pois. n. t. Saliuam, aliſúdue quid ex ore eiicio. *ἐκπτύω, ἀποπτύω.* [Ita. Sputare. Gal. Cracher, ietter hors. Hiſ. Eſcopir. Germ. Außſpówen.] Plin. libr. 7. cap. 13. Anaxarchus, quum ſimili de cauſa torqueretur, præroſam dentibus linguam, unamq; ſpem indicii in os tyranni expuit. Terentius per translationem in Eunuc. dixit, Vbi illam expueret miſeriam ex animo.

Expuitio, Verbale. *ἀποπτυσις* [Ital. Sputamento. Galli. Grachement, crachat. Hiſp. La eſcopitina, ò eſcopidura. Germ. Außſpówung.] Plin. li. 23. ca. 1. Et ad expuitionem ſanguinis quoq; adhibent.

Expurgo, as, a. p. Idẽ eſt quod purgo, uel perfecte purgo. *ἐκκαθαίρω.* [Ital. Purger. Gal. Purger, nettoyer, eſmonder. Hiſ. Alimpiar. Ger. Außſeũberen, wol reinigen.] Cic. de Clar. Orat. Quo magis expurgandos eſt ſermo. ¶ Expurgare ſe à criminis alicuius ſuſpicione, eſt ſe innocentem probare. Plautus in Mil. Expurgare uolo me, P E. Tũne expurges Mihi, Qui facinus tantum, tamque indignum feceris?

Expurgatio, f. t. Verbale. *ἐκκάθαρσις, ἀποκάθαρσις.* [Italicè, Purgamento, nettamento. Galli. Purgation, nettoyemẽt. Hiſp. Purgacion, obra de alimpiar. Germa. Außſeũberung, Reinigung.] Expurgationẽ habere, id eſt, ſe purgare. Plautus Amph.

Expũto, tas, penult. corre. Ab ex, & puto compoſitum, ſignificat ramos ſuperfluos ex arboribus, uel ſarmenta ex uitibus runca reſecare. *περιτέμνω, τεμῶ κλαδία* [Itali. Tagliare, podare. Galli. Tailler ce qui eſt ſuperflu, couper, pouer. Hiſpa. Podar. Germa. Außſhauwen, Außſchneyden.] Columel. libro undecimo, Palos una opera cædere, & expũtatos acuere centum numero poteſt. Et libro 3. capi. 15. Deinde uelut ueteranũ uitẽ totã expũtare, & ad unam materiam firmiſſimam redigere. ¶ Per translationem ponitur pro reputare, & mente uoluere *ἀναλογίζεσθαι.* Plancus Ciceroni. Quæ mens eum, aut quorum conſilia, à tanta gloria, ſibi uerò etiam neceſſaria ac ſalutaria uocarint, & ad cogitationem Conſularus bimeſtris, ſummo cum terrore hominum, & inſula cum effligitatione tranſtulerim, expurare non poſſum, id eſt apud me perpendere, & ratiocinari.

Expurtreſco, is, Apud Plautum in Core, legitur pro penitus putreſco. *κατασήπομαι.* [Ital. Putrefarſi. Galli. Se pourrir & gaſter. Hiſpani. Podriſſe. Germani. Gar erfaulen.] Quid (inquit) tu aliquot dies perdura, dum inteſtina expurtreſcant tibi.

Exquiro, is, pen. prod. a. t. Diligenter inquiro, ſecerno, eligo

βασανίζω, ἐξετάζω. [Ital. Cercare diligentemente. Gal. S' inquerir diligemment. Hiſp. Buſcar con diligencia. Germ. Fleyſſig nachhinſuchen.] Cic. 4. Academ. Neque nos ſtudium exquirendi defatigari relinquimus. Terent. in Andr. nunc ea me exquirere iniqui patris eſt. Plaut. in Amph. Te certè heri adiuuantem illico & ſalutaui, & ualuiſſe uſque exquiſiui.

Exquiſitus, a, um, nomen ex participio, Electus, quaſi diligenter quæſitus. *ἐξαιρέτως, ἐξαρτασμένως, ἐξελεγμένως* [Ital. Eſquiſito, eccellente. Gal. Exquis, excellent. Hiſp. Buſcado con diligencia, excelente. Germ. Erſucht, Auſerleſen.] ut Exquiſita doctrina philoſophus: exquiſita uerba: exquiſita opera, *ἐξαίρετα*, apud Ciceronem. Exquiſita ingenia: exquiſitæ epulæ, apud Plinium. Tacit. libro 12. Cæterum actæ principi grates exquiſitiore in Domitium adulatione.

Exquiſitè, aduerbium, Diligenter. *ἀκριβῶς.* [Ital. Con gran conſideratione & diligentia. Galli. Soigneuſement, auec ſoing & diligence. Hiſ. Diligentemente. Ger. Fleyſſiglich.] Cic. de Clar. Orat. Dicis eo crimine accuratè atq; exquiſitè diſputaturum fuiſſe. ¶ Colligere exquiſitius aliquas rationes, Cic. 1. Tuſcul.

Exquiſitim, aliud aduerbiũ. Varro Aiace, ut citat Nonius, Aeger medicos exquiſitim conuocabat, ut conualeſceret.

Exradico, as, a p. Vnà cum radice euello. *ἀποῤῥίζω.* [Ital. Sradicare, ſuellere inſieme con la radice. Gal. Arracher, oſter. Hiſpa. L'eſarraygar haſta à la rayz. Ger. Auſs wurtzlen, Mit der wurtzel auſsreyſſen.] Varro lib. 1. de Re ruſt. ca. 17. Terram rudem proſcindere oportet: quæ ſunt ex ea enata prius, quàm ex iis quid ſeminis cadat, ut ſint exradicata. Plura uide in uerbo Eradico.

Exrogo, as, *ἀφαιρῶ.* Ex lege ueteri aliquid eximo per legem nouam. Feſtus.

Exſacrifico, as, *ἀποθύω.* [Ital. Sacrificare, immolare. Gallicè, Sacrifier, immoler. Hiſp. Hazer ſacrificio. Germa. Auſſopferen.] Cicero primo de Diuin. ex Ennio, Exſacrificat hoſtiis balantibus. Antiquum tamen eſt pro ſacrificio immolare.

Exſaturo, Vide Exaturo.

Exſcribo, a t. Transcribere, exemplum ſumere. *ἀντιγράφω.* [Ital. Trâſcrinere. Gal. Tranſcrire, copier, extraire. Hiſpan. Trasladar eſcriptura. Ger. Auſsſchreiben, Tranſſcribieren.] Cic. 3. Verr. Perinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet. Exſcribere tabulas. Cic. 4. Verri. Col. lib. 12. ca. 3. Hæc primò tradidimus, & loca ſingulis demõſtrauimus, & quique ſua annumerauimus, annumerata ipſi exſcripſimus, cumq; admonuimus, &c.

Exſeminatio, id eſt, ſtirpitus. Sic Vlp. interpretatur in l. uitè parag. ſi quis arb. fuit. Cæſ.

Exſcenſus, us, m. q. *ἔκβασις, κατάβασις.* [Ital. Scendentia. Gal. Deſcente. Hiſp. Deſcendimiento. Ger. Ein auſsgang oder Nidergang.] Liu. 2. Bell. Pun. Itaq; ad Honoſcã claſſe prouecti, exſcenſu è nauibus in terram facto, quum ui urbẽ cœpiſſent, captamq; diripuiſſent, Carthaginem inde petunt. Ab exſcendo Verbale.

Exſignare, Idem quod ſignare. *ἐσημαίνειν.* [Itali. Segnare. Gal. Marquer & ſigner, ou cacheter, contremarquer. Hiſp. Senalar. Ger. Auſszeichnen.] Liu. 1. ab Vrbe, Eiq; ſacra omnia exſcripta exſignataq; attribuit.

Exſordeſco, exſordeſcis, Sordidus, & abiectus fio. *ἰντελίσσομαι.* [Ital. Diuenir ſordido. Galli. Deuenir ord & ſale, eſtre uilene & honni. Hiſp. Enſuziarſe. Germani. Gar vnflätig werden, zů einem wüſt werden.] Gel. lib. 9. ca. 2. Cur ergo nos patimur nomen philoſophi illuſtriſſimũ hominibus deterrimis exſordeſcere?

Exta, orum plurali tantùm numero, & neutro genere, dicũtur uiſcera in corpore animantis maximè extantia, ex quib. aruſpices futura prænoſcebant, *ἱερά.* [Ita. L'interiora. Gal. Les antrailles. Hiſp. El aſſadura. Germa. Die Ingeweyd, oder das Gehenck.] Exta (inquit Feſtus) dicta quòd ea diis proferentur quæ maximè extant, eminentq;. Plin. lib. 11. ca. 1. Exta homini ab inferiore uiſceram parte ſeparantur mẽbranis quæ præcordia appellant, quia cordi præſtenduntur. Virg. 2. Georg. Pinguiq; in uerubus torrebimus exta colurnis. Plaut. Aulul. Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet: Quin exta inſpicere in ſole etiam uiuo licet. Ita is pellucet, quaſi laterna Punica. Cic. 1. de Diuin. Quæ eſt autem gens, aut quæ ciuitas quæ non aut extis pecudum, aut mõſtra, aut fulgura interpretantium, aut augurum, aut aſtrologorum, aut ſortium, aut ſomniorum, aut naticinationũ prædictione moueatur? Idem 2. de Diuin. Concedam hoc ipſum ſi uis, etſi magnam iacturam cauſæ fecero, ſi ullam eſſe conuenientiam naturæ cum extis conceſſero.

Extabeſco, ſcis, n. ſ. Tabe conficior, & ueluti emarceſco. *ἰνάπομαι.* [Ital. Ammareire. Gal. Deuenir fec & ethique, deuenir en lãgueur & à neant. Hiſ. deſleirſe. Ger. Verſchweyneu, Auſsdorren.] Cic. 2. Tuſc. Refugere oculi, corpus macie extabuit. Cic. 2. de Nat. deor. per translationem poſuit pro euaneſcere. Etenim, inquit, uidemus exteras opiniões fictas, atq; uanas diuturnitate extabuiſſe.

Extemplo, aduerbium, idem ſignificans quod ſtatim, ſine continuo. *αὐτίκα.* [Ital. Subito, incontanente. Gal. Soudain, incontinent. Hiſ. Adeshora, luego. Ger. Von ſtundan, Geſchwind.] Var. lib. 7. de lingua Latina, Extemplo (inquit) id eſt continuò, quòd omne templum debeat eſſe cõtinuũ ſeptum, nec pluſquam unum introitũ habere. Plaut. Amph. ſe exercitum extemplo domo Reducturum. Liu. li. 3. ab Vrbe cond. Secundæq; belli res extemplò urbanos motus excitauerunt.

Ex tempore, Duæ partes ſunt, Idem ſignificantes quod ex improuiſo, & impræmeditate. *ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ καιροῦ κατὰ καιρόν.* [Ital. Immantinente, all' improuiſo. Gal. Tout ſur le champ, incontinent. Hiſpa. Subito, y de improuiſo. Ger. Einſtwãgs Vnbedachtlich Vnuerzogenlich.] Cic. 1. Offic. Quos credimus expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe. ¶ Aliquãdo ex tempore, pro temporis conditione. *ἀπὸ καιροῦ.* Cic. li. 3. Offic. Huius generis quæſtiones ſunt hæ omnes in quibus ex tempore officium quæritur.

Extẽpõrãlis, le. Subitaneus. *αὐτοσχέδιος, ἀμελέτητος.* [Ital. Coſa fatta all' improuiſo. Gal. Soudain, ſubit, fait à l' improuiſte, & ſur le champ. Hiſp. Coſa ſubita y atrebada. Germ. Das in einer eil on verzug vnd vnbedachtlich beſchicht.] ut, Extemporalis oratio, impræmeditata. Quint. lib. 4. cap. 1. Extemporalis actio, apud eundem, lib. 10. cap. 7. Extemporalis actio frequẽter excitatur. Extemporalis Rhetor, qui ex tempore dicit. Mart. lib. 1. Extemporalis ſubtilitas: & extemporalis temeritas, apud Quintilianum.

Extemporalitas, extemporalitatis, f. t. Promptitudo, ſiue facultas ex tempore aliquid dicendi, faciendiue. *αὐτοσχεδιασμός.* [Itali. Prontezza fuor di tempo, ſenza conſidere cõ. Galli. Promptitude ſoudeine. Hiſp. Aquella obra ſubita. Germ. Vnuerzogenheit, Behendigkeit, von ſtundan eines zůthůn.] Suet. in Tito, cap. 3. Latinæ Græcæq; linguæ uel in orando, uel in fingendis poematibus promptus, facilisq; uel ad extemporalitatem uſq;.

Extemporaneum pro ſubitario accipimus. *ἀμελέτητος, αὐτοσχέδιος.*

Extendo, dis, di, ſum, uel **extentum,** a. t. Porrigo, protrabo, explico *ἐκτείνω, ἀπλώνω.* [Ital. Eſtendere, porgere. Galli. Eſtendre. Hiſp. Eſtender. Ger. Auſsſtrecken, Auſſpannen.] Col. lib. 5. Quare quum ad ſummũ palum recta uitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur. Liu. Quantum extendere iter poſſet, in caſtra properaret. Plin. Epiſt. 17. Extenderem preces, niſi tu diu rogari nolles. Liu. 7. ab Vrbe, Quum ceteret metu tenendos quos fides non tenuiſſet, extendere omnes imperii uires Conſules delectu habẽdo iuſſit. Virgi. 6. Aen. Et dubitamus aduirtutem extendere factis?

Extenſus, participium. *ἐκτεταμένος, ἐκτατός.* [Itali. Steſo. Gal. Eſtendu. Hiſp. Eſtendido. Ger. Auſsgeſtrecket. Auſsgeſpannen.] Cic. 4. Acad. Cum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat.

Extentus, aliud participium. *ἐκτεθείς.* Idem. Cic. 2. de Orat. Per ſtatuas uerò quum dixit, & extento brachio paululũ etiam de geſtis addidit, uehementer riſimus. Ouid. de Arte. Hæc monet arte latus, tunicisq; fluentib. auras Excipit, extentos ferit q; ſuperba pedes.

Extento, tas, are. frequentatiuum. *παρεκτείνω.* [Ital. Eſtendere ſpeſſo. Gal. Eſtendre fort ſouuent. Hiſ. Eſtender mucho, Germanicè, Offt auſsſtrecken.] Plaut. Bacchide, Quæ te mala crux agitat, qui ad iſtunc modum Alieno uires tuas extentas oſtio?

Extenuo, as, 2. p. Valde tenue facio ſiue comminuo. λεπτύνω, ἰσχνόω [Itali. Menomare, aſſottigliare, eſtenuare. Galli. Amoindrir, menuiſer, faire menu & delié. Hiſp. Adelgazar lo groſſo. Ger. Klein machen, Verkleineren.] Cic. 2. de Nat. deorum. Dentibus autem in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur & molitus cibus. ¶ Extenuare mala ferendo, eſt fortitudine & æquanimitate leuiora reddere. Ouid. 1. Triſt. Quod potes, extenua, forti mala corde ferendo. ¶ Extenuare rem aliquam uerbis, eſt deprimere, & minorem facere, quàm reuera ſit, quod & Latinè dicitur eleuare. ἐκφαυλίζειν, ἐκφλαυρίζειν. Cic. 2. de Offic. Neq; uerò uerbis auget munus ſuum, ſi quo forte fungitur, ſed extenuat. Sic extenuare cauſam. Autor ad Herenn. lib. 2 Defenſor autem cauſam fuiſſe negabit, ſi potuerit, aut eam uehemẽter extenuabit.

Extĕnŭātus, participium, cui opponitur concretus. λεπτυνθείς, ἰλαττωθείς. [Itali. Eſteneato, indebolito. Galli. Extenué, amoindri, apetiſſé. Hiſp. Adelgazado logueſſo. Germ. Dünn oder ſubtilgemachet.] Cic. 2. de Nat. deorum. Etiam mari finitimus aer die ac nocte diſtinguitur: iſq; tũ fuſus & extenuatus ſublimè fertur, tum autẽ concretus in nubes cogitur. Ciceroni, Recurri ad meas copiolas: ſic enim ferè eas appellare poſſum: ſunt enim extenuatiſſimæ, & inopia omnium rerum peſſimè acceptæ.

Extenuatio, onis. f. t. λέπτυνσις, ἐλάττωσις. [Ital. Eſtenuatione, ſmagrimento. Gal. Amoindriſſement, rabais. Hiſp. Adelgazamiento. Ger. Verkleinerung.] Cic. 3. de Orat. Significatio, & diſtincte conciſa breuitas, & extenuatio. Contrarium eius eſt exaggeratio.

Exter, era, erum, pen. corr. Idem quod externus. ἐξωτερικὸς, ξένος [Ital. Straniero, foreſtiere Galli. Eſtranger. Hiſp. Eſtrangero y de fuera. Ger. Auſslendiſch.] Vnde Statius, Exteri nonos, dixit pro extraneo.

Extĕrĕro, as, pen. cor. purgo. ἐκπερίω, τὴ κόπρου καθαίρω. [Ital. Purgare, nettare. Gall. Purger, curer & nettoyer. Hiſ. Purgar, alimpiar. Ger. Auſsreuberen von kaat vnnd dreck.

Extĕrebro, ras, penul. corr. Terebrando extraho. ἐκτρυπάω. [Ital. Trinellare, pertuggiare. Galli. Percer tout outre, pertuiſer. Hiſp. Barrenar ò horadar. Germa. Auſsbin boren.] Cic. 1. de Diuin. Iraq; ex eo auro quod exterebratum eſſet, boculam curaſſe faciendam. ¶ Per tranſlationem ſignificat aliquid extorqueo. Plaut. in Perſa, Numquam hercle extrebabis tu, ut ſis prior, Quàm ego ſiem. ¶ Nonnunquã idem quod perquirere, ſeu perſcrutari. Varro, Atq; omnes adeò perquirit, atq; exterebrat artes.

Extergo gis, extersi, extersum, 3. t. Eſt tergẽdo purgare. ὀ μόργνυμι, ἐκπαθαίρω. [Itali. Nettare, forbire Galli. Trocher & faire net, eſſuyer. Hiſp. Alimpiar, enxugar. Germ. Auſswüſchen.] Cato de Re ruſt. Poſt diem omnino duodecimum pernas eximito, & ſalem omnem detergito, & ſuſpendito in uentum biduum, tertio extergito. ¶ Pro eodem etiam dicimus extergo, per ſecundam inflexionem. Plaut. in Rud. In quanto magis extergo, rutilum, atq; tenuius fit. Cato de Re ruſt. cap. 161. Die tertio extergito ſpongia bene.

Extersus, participiũ, idem ſignificans quod expolitus. ἐκτετριμμένος. [Ita. Forbito, nettato. Gal. Torché, poli & netto yé, eſſuyé. Hiſpa. Alimpiado, enxugado. Ger. Auſsgewüſcht, Auſsbaliert, Auſsgeſeuberet.] Plin. lib. 34. cap. Aera extersa, rubiginem celerius trahunt, quã neglecta, niſi oleo perungas.

Extermino, nas, pen. corr. 2. p. Extra terminos eilcio. ἐξορίζω. [Ital. Eſterminare, cacciar fuori, bandire, cacciare de confini. Gal. Exterminer, bannir & chaſſer hors des fins & limites, perdre, gaſter. Hiſp. Exterminar, enagenar, deſterrar, facer de ſui terminos. Ger. Vber die marchen auſstreyben, Verjagen.] Cic. lib. 3. Offic. Atq; hoc omne genus peſtiferum, atq; iniurium, ex hominum communitate exterminandum eſt. Exterminare urbe atq; agro. Cic. 1. de Nat. deo. ¶ Exterminare morbum, eſt abigere, ſeu depellere. Plin. li. 31. cap. 10. Regium quoq; morbum in uino exterminat potum. ¶ Aliquando exterminare ponitur pro demoliri, & euertere. Cic. poſt. Red. ad Quirl. Itaq; neq; repub. exterminata mihi locum in hac urbe eſſe duxi.

Exterminator, m. t. uerbale, Pro euerſore, & deſtructore accipitur. ὀλοτρευτὴς. [Ital. Eſterminare, guaſtatore. Ger. Exterminateur, deſtruiſeur, guaſteur. Hiſp. Exterminado, Guaſtador. Ger. Ein verttyber, verſtörer.] Cic. pro Domo ſua, Tamen obuerſabatur ante oculos exterminatoris ſui.

Externo, nas, ab ex, & ſterno. 2. p. Mente exturbo, demẽtem facio. ἐκπλήσσω, ἀνόητον ποιῶ. [Ital. Fare impezzire. Galli. Mettre hors du bon ſen, deſcourager, troubler. Hiſp. Eſpãtar, hazer loco. Germ. Von ſinnen bringen, Vnſinnig machen.] Paccuuius, Sed eccam miſeram, quam frequens luctus externauit, Catullus, in Argon. Ah miſeram, aſſidois quam luctibus externauit Spinoſas Erycina ſerens in pectore curas.

Exterreatus, participium. ἐξηφάνισμένος, ἐξηγριώς. [Itali. Puorli di ſenno, perduto. Gal. Eſperdu, hors du ſens. Hiſp. Eſpantado, hecho loco. Germ. Erſtaunet, von ſinnen gebracht.] Catullus, Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris Exterrata malo? ¶ Equi exterrati, id eſt conſternati, & perterriti, Ouidi. in Ibin. Idem 11. Metam. Sed quæcunque ſolo defixa cohæſerat harum, Exterrata fugam fruſtra tentabat.

Externus, a. um, ab extra præpoſitione, Quicquid ab exteriori parte eſt. ἐξωτερικός. [Ita. Quello che è dalla parte di fuori. Gal. Eſtranger. Hiſp. Eſtranno ò eſtrangero. Ger. Auſsleñdiſch.] cui opponitur internus. Vnde externa pars corporis dicitur quæ foris apparet: & externa uis, quæ aliunde ingruit. Liu. lib. 1. Timor deinde patres inceſſit, ne ciuitatem ſine Imperio, exercitum ſine Duce, multarum circà ciuitatum irritatis animis, nis aliqua externa, adoriretur. Sic etiam externi homines dicuntur exteri, & alienigenæ. Cice. 2. Offic. Homines externos non egère, ornamento eſt reipublicæ.

Extĕro, is, pen. cor. 2. t. Terendo exentio, ex tritura percipio. ἐκτρίβω, ἀποτρίβω. [Ital. Conſumar fregando, far minuzole. Galli. Vſer à force de frotter, oſter en frottant. Hiſpa. Trillar, gaſtar uſando. Ger. Auſsreiben, Auſsträſchen.] Colum. lib 2. Quum rurſus ampliór meſſis prouenerit, quicquid exteretur, cápiſterio expurgandum erit. Varro li. 2. de Re ruſt. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quoad unguis è ſpica exeruntur grana. ¶ Exterere dicimus aciem ferri, pro acuere. ¶ Exterere literam, eſt eam expungere, & delere. Varr. ſecundo de Re ruſt. cap. 1. Aquo pòſt Balare dicunt, exprita, e litera, ut ſit in multis.

Extritus, participium. ἐκτετριμμένος, ἐκτριβής. Vt ignis ex tritus, Luc. lib. 6. De fulgure.

Exterus, a, um, ſiue exter, à præpoſitione extra, Quod alibi natum eſt, uel quod aliũde aduenit. ἐξωτερικὸς, ἐξωτικός [Ital. Foreſtiere, d'altro paeſe Gal. Eſtranger. Hiſp. Eſtrangero y de fuera. Cer. Frömbdlingen, frömbd.] Cic. in Cati. Exterus hoſtis, atq; longinquus. Virgil. lib. 4. & nos fas extera quærere regna.

Exterior, Extimus, Vide Extra.

Exterrane', m. f. Aduena, quaſi ex alia terra. ἀλλόφυλος. [Ita. Stranière, nato altroue. Gall. Eſtrange, né en terre eſtrange. Hiſp. Eſtrangero, de tierra eſt ranna. Germ. Ein auſslendiſcher.] ſicut Conterraneus, qui eſt ex eadem terra: quanuis id nomen parum ab eruditis uſurpetur. ¶ Exterraneus etiam uocatur qui ante tempus natus, uel potius electus eſt. dictus quod eum mater exterrita euecerit. Autor Feſtus.

Exterreo, res, rui, ritum, 2. f. Idem quod ſimplex terreo. πατὰ φοβέω, ἐκπλήττω. [Ital. Spaneotare, sbigottire. Gal. Eſpouanter. Hiſp. Eſpantar. Germa. Erſchrecken.] Cic. ſecundo Offic. Et dolorum quum admonentur faces, præter modum plerique exterrentur. ¶ Exterreri metu, Liuius 4. ab Vrbe.

Exterritus, Quod modò pauefactum ſignificat. ἐκπλαγὴς. [Ital. Sbigottito. Gal. Eſpouanté. Hiſc. Eſpantado. Germ. Erſchrocken.] Virgilius, - plauſumq; exterrita pennis Dat teſto ingentem. Idem 3. Georgic. Sæuit agris, aſperſque ſiti, atque exterritus æſtu. Quo in loco quidam exponunt, exterritus pro inflammatus, & incenſus. Loquitur enim poeta de angue, qui nimio æſtu fitibundus per agros oberrat. Sed illi nimis longè recedunt à prima ſignificatione.

Extexo, is, Idem quod retexo, hoc eſt deſtruo quod textum eſt. ἀνυφαίνω. [Ital. Diſfare quello che è teſſuto. Gal. Deſtiſtre, deffaire ou rompre ce qui eſt fait. Hiſp. Deſtexer, deshazer lo texido. Germanicè, Das gewäben widerum auflöſen.] ¶ Plautus in Bacc. per tranſlationem poſuit

pro

pr. auertere quempiam ab eo quod cogitauit, Exteri (inquit) ego cum pulchrè iam si dii uolunt.

Exstillo, las, lare, n.p Est guttatim effluere. ἐκταλάσσω [Ital. Stillare, lambicare. Gal. Degouter, distiller. Hisp. Destilar. Ger. Zuſstropfen.] Colu. lib. 12. capit. 48. Sicq; triginta dies pati exudascere, atq; omnem amurcam extillare. ¶ Extillare lachrymis, est totum in lachrymas dissolui. Terenti. in Phorm. Hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo, Vt ne restinguas, lachrymis si extillaueris.

Extimēsco, n.s. Ad extimeo, ualde timeo. πλέον, περιφοβοῦμαι. [Ital. Temer grandemente. Galli. Auoir grand peur, craindre fort. Hisp. Mucho temer. Ger. Sich bis auff das hinderiſt förchten vnd entſetzen.] Et modò absolutè accipitur. Terent. in Hecyr. Extimui illico. Plaut. in Cistel. Extimuit tum illa. Modò actiuè. Cic. in Catil. Quod igitur adulescentes, & hi quidem non soluṁ indocti, sed etiam rustici contemnunt, indocti senes extimescent? Cæsar 5. bell. Gall. Quarum rerum omniṁ nostris nauibus casus erat extimescendus.

Extimŭlo, 2. p. Idem est quod simplex stimulo, hoc est uelocius stimulis quibusdam incito. παροξύνω. [Ital. Stimolare. Gal. Esguilloner, esmouuoir, inciter. Hisp. Herir con aguiió. Ger. Stupfen, Treiben.] Col. lib. 6. cap. 27. Id præcipuè armentum, si prohibeas libidines, extimulatur furiis. Plinius libro 2. capite 58. Quoties errantium accessu impulsa, aut coniectu radiorum extimulata sunt, &c. Tigris fame extimulata. Ouid. lib. 6. Metamorph. Extimulare aliquem dictis, Ouid lib. 6. Fast.

Extimulator, m.t. νίπτης, νίπτωρ. [Ital. Stimulatore. Gal. Esguillonneur. Hisp. Heridor con aguyon. Ger. Ein Treiber, Anreitzer.] ut extimulator acerrimus, Tacit. lib. 3.

Extinguo, guis, 3. t. ab ex, & tingo: propriè dicitur de iis quæ incensa sunt. πάσσω, ἀποσβέννυμι. [Ital. Stinguere, smorzare, spegnere. Gal. Est eindre. Hisp. Apagar como huego. Ger. Zuſslöſchen.] Plaut. in Asin. Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat, Post id si luceras extincta sit, nequid, &c Idem in Persa. Da illi cantharum, extingue ignè, si cor uritur, Caput ne ardescat. ¶ Per translationem uerò accipitur pro opprimo, sic tamen ut minorem in se uim habeat quàm opprimo. Cicer. in Lælio, Primùm danda opera est, ne quæ amicorum diſſidia fiant: sin tale aliquid euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ uideantur. ¶ Aliquando pro occidere, destruere. διαφθείρω. Lactant lib. 5. Cœlestes animas unà cum corporibus extinguunt. Idem lib. 4. Iudæorum nomen & gentem Vespasianus extinxit, id est deleuit. Terent. in Adel. Seni animam primùm extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus, id est auferrem. Virgil. 4. Aeneid. Impleſſemq; foros flammis, natumq; patremq; Cum genere extinxem. ¶ Extingui, mori. Cicer de Senec. Extingui homini suo tempore optabile est. ¶ Aliquando est perfectè distinguere. ἀφορίζω. Cicer. in Hortens. Quam si subtraxeris, qui extingues artificè abinscio?

Extinctus, participip. ἀποσβεσθείς. [Ital. Estinto. Gal. Estaint, destaint. Hisp. Apagado. Ger. Zuſsgelöſcht, Erlöſchen.] Cicer. pro Cornel. Bal. Quum duo fulmina noſtri Imperii subitò in Hiſpania Cn. & P. Scipiones extincti occidiſſent. Idem 2. de Nat. deor. Refrigerato, & extincto calore occidimus ipſi, & extinguimur.

Extinctor, toris, m.t. φθορεύς, ἀποσβεννύων. [Ital. Chi estingue è strugge. Gal. Esteigneur, destruiseur. Hisp. Apagador, destruydor Ger. Ein Zuſslöſcher.] Belli domestici extinctor, Cic. de Aruſpic. resp. ¶ Extinctor incendii, Idem ad Pisonem. πυρὸς σβεστήρ. ¶ Extinctor patriæ, Idem pro Sylla.

Extinctio, onis, f. t. σβέσις, ἀπόσβεσις. [Ita. Estitione. Gal. Stein te, extinction. Hisp. Apagamiento. Ger. Zuſslöſchung.] Cic. 1. Tusc. Nam si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius?

Extirpo, 2 p. Propriè est unà cum stirpe euello. ἀποῤῥίζω. [Ital. Stirpare, suellere. Gal. Arracher les racines, desraciner. Hisp. Arrancar de raiz. Ger. Zuſsreuten, Zuſswurtzlen.] Col. lib. 2. cap. 2. Et extirpandis radicibus. Mart. lib. 6. Extirpare pilos corporis. ¶ Per translationē accipitur pro funditus extinguo. Cic. de Amicit. Quamobrem si cadit in sapientem animi dolor, (qui profectò cadit, nisi ex eius animo humanitatem extirpatam arbitremur) quæ causa est ut amicitiam funditus tollamus è uita? Extirpare perturbationes. Cic. 4. Tuscul. Extirpare & funditus tollere uitia. Idem de Fato.

Extirpatio, onis, f. t. Eradicatio. ἐκρίζωσις. [Ita. Diradicatione Gal. Defraciument, arrachement iuſques en racines. Hisp. Arrancamiento hasta à la raiz. Germa. Zuſsreütung.] Columell. lib. 2. cap. 2. Filicis frequens extirpatio uel aratio fieri potest.

Extispices, m. t. pen. cor. Dicti sunt haruspices, qui exta inspectis futura prædicūt. σπλαγχνοσκόποι, ἱεροσκόποι Varro Sarrano, Te consulem mihi pelui cedere subdolo, & hostia: sed extispici disputanti relinquo. Cicero secundo de Diuin. Artificiosa diuinationis illa fere genera ponebas extispicum, eorumque qui ex fulguribus ostentisq; prædicerent.

Extispicium, & Extispicina, Ipsa extorum inspectio, quæ alio nomine haruspicium dicitur, uel haruspicina. σπλαγχνομαντεία. Accius in Medea, Principio extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit.

Exto, tas, extiti, supinum extitum, n. p. & nonnunquam ex tum: unde participium extaturus, uel extiturus, Emineo, supersum. ἐξέχω, ἀναφαίνομαι. [Ital Stare, sourastare, essere eminente. Gal. Apparoistre hors, se monstrer, estre encores Hispa. Estar, ó estar encima de estra cosa? Germanicè, Fürauſsgon, Vberig'ſein, vorhanden ſein.] Virg. 3. Georgi. Torpent mole noua, & summis uix cornibus extant. Col. lib. 3. cap. 10. Fasciculos sarmentorum brachii crassitudinis demittito, ita ut supra terram paululum extent. ¶ Extare etiam dicitur id quod nondum interciderit. unde opus aliquod extare dicitur, quòd non deperiit. Cic. ad Metel. Iun illud Senatusconsultum quod illo die factum est, ea præscriptione est, ut dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Idem, Quæ (ut scis) extat oratio. ¶ Sæpissimè præterea extare accipitur loco uerbi substantiui esse. Cic. ad Brutum, Quales tibi sæpe scripsi, Consules extiterunt. Idem pro Archia, Ego multos homines excellenti animo ac uirtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos & graues extitisse fateor.

Extaturus, participium. Plin. lib. 17. ca. 22. Extatura etiamnū dum bus gemmis.

Extantia, æ. ἐξοχή, ὑπεροχή. Colum. lib. 5. cap 5. Ipsa capita sine ulla extantia, neq; aratro, neque bobus obnoxia sunt.

Extollo, is, tuli, elatum, 3. t. In altum elevo. educo, effero. ἐπαίρω [Ital. Inalzare, accrescere Gal. Eslever, hausser, extoller. Hisp. Enalcar. Germ. Erheben, In die höhe aufheben.] Plaut. Amp. Deuolant angues in bati deorsum in pluuium duo maximi: continuò extollunt ambo capita. ¶ Per translationem accipitur pro exaugere, siue amplificare. Sallu. Iugur. Ita eorum quia ea se cetera uirtus tanta habebatur, quantum ea uerbis potuere extollere præclara ingenia. ¶ Apud antiquos etiam lectum est pro differre. Cæcilius Plotio, ut citat Nonius, Ito intrò, atq; isthæc auferte: umè hodie extollet nuptias.

Extorquĕo, ques, torsi, tum, 2. t. Est tormentis, uel alia quauis ui aliquid elicio, aufero, uel eripio. ἐξτανίζω, ἐκβασανίζω. [Ital. Rapire per forza. Gal. Oster par force, tirer & auoir par force. Hisp. Sacar atormentando. Ger. Mit gwalt außbringen, Abtringen.] Vnde extorquere ueritatem, est adhibitis tormentis ueram confessionem exprimere. Donatus, Torquemus homines, extorquemus ueritatem. Ad hunc etiam modum dicimus extorquere gladium è manibus, extorquere errorem ex animo alicuius, extorquere alicui regnum, uel pecuniam. Cicer. in Catone, Nec mihi hunc errorem, dum uiuo, extorqueri uolo. Liuius lib. 2 Neq; ambigitur quin Brutus, qui tantum gloriæ superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturæ cupidine, priorum regnum alicui regnum extorſiſſet.

Extortus, participium. ἐκβασθείς. [Ital. Tolto à forza. Gall. Osté par force, violentement arraché ou tiré, rauy. Hispan. Sacado por fuerca. Ger. Mit gwalt genommen.] Cicer pro Milone, Extorta est confitenti sica de manibus. ¶ Extortus pro excruciato. Senec. Epist. 67. His oppone ferro transfossos, aut exanimatos serpentum morsu, aut fractos ruina, aut per longa nervorū contractionē extortos minutatim.

Extortor, toris, m.t. διαγέ. [Italicè. Chi toglie è forza. Galli.

Forceur,

forceur, qui oſte par force. Hiſpan. El que aſſi ſaca algo por tormentos. Ger. Ein abtringer, der mit gwalt etwas aufs einem bringt, oder ſunſt nimpt] Qui ui rapit, & aufert. Terent. Phor. Bonorum extortor, legum contortor.

Extorris, ris, com. t. Qui eſt extra terram, id eſt patriam ejectus ἄπολις, ἐξόριστος. [Itali Scacciato della ſua patria, fuor' uſcito. Gal. Banni, hors du pais. Hiſp. Deſterrado, fuera de ſu tierra Ger. Ein Vertribner eines landes, Ein Pöſdit.] Cic. 4. Verr. Hinc centum patresfamilias extorres profugerunt. Gel. Exul, extorris q; eſto. Liu. Extorrem orbe, domo penatibus, foro, congreſſu æqualium. Idem lib. 1 ab Vrbe. Ne ſe ortum eiuſdem ſanguinis extorrem, egentem ex nato modò regno cum liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos, perire ſinerent.

Extra, præpoſitio ſeparata ſeruiens caſui accuſatiuo. ἔξω, ἐκτός, cui contraria eſt intra. ἔσω. [Ita Fuori. Gal. Hors. Hiſp. Defuera Ger. Auſſerhalb, drauſſen.] Cicer. 1. de Finibus Et in corpore, & extra eſſe quædam bona. Idem de Vniuerſ. Sic in omni modo partes omnes collocatæ ſunt, ut nulla pars huiuſce generis excederet extra. Idem 1. Officior. Cauendum autem præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. ¶ Extra pro præter, exceptionis gratia, elegantiſſimè ponitur. Plaut. Amph. Vt mihi extra unum te, mortalis nemo corpus corpore Contigit, qui me impudicam faceret. Terent. Phorm. Neque cognatus extra unam aniculam, quiſquam aderat. ¶ Extra locum dicebant antiqui, quum quid ſeriò, non loco dicere ſeſe uelle ſignificabant. Cic. Trebatio, Sed me hercule extra iocum homo bellus es. ¶ Extra quàm, pro niſi, in exceptionibus concipiendis ponebatur. Cic. 2. de Inuent. Agit is cui manus præciſa eſt, iniuriarum: poſtulat is qui cum agitur, à Prætore exceptionem, extra quàm in reum capitis præiudicium fiat. Vbi Si particula deeſſe uidetur, Extra quàm ſi, ut Vlpianus in l. 1. parag. Labeo ſcribit. ff. De flumin. Sed ita excipiendum eſt, extra quàm ſiquid ita factũ ſit, uti de lege fieri licuit. Hæc Budæus. Liu. 3. Decad. lib. 6. Campanos omnes, Atrellanos, Sabatinos, extra quàm qui eorum aut ipſi, aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe iuſſerunt. ¶ Ab extra deducuntur exter, externus, extraneus, extrarius, extrinſecus, extrorſum. εἰς τὰ ἔξω. extremus, extimus, & Extrare uerbum obſoletum, quo antiqui utebantur pro egredi. De quibus mox.

Extraclauſus ager olim dicebatur, qui intra finitimam lineam & centuriationem interiacebat: ideoq; extraclauſus qui ultra limites finitimæ lineæ clauderetur, & extraclauſa loca ſunt æquoris ſubſeciuorum, ultra limites & ultra finitimam lineã. Quod genus agrorum ſi Reip. pop. Romani, aut ipſius coloniæ eius fine circundatur, ſiue peregrinæ urbi, aut locis ſacris aut religioſis æque ad populum Romanum pertinentibus datum non eſt, iuri ſubſecuorum in eius qui aſſignare poterit, remanet poteſtate. P. Manut. in Addra.

Extraordinarius, ria, rium. Quod præter ordinẽ fit. ἐκτακτος, περιεργος. [Ita. Eſtraordinario. Gal. Extraordinaire, hor la facon accouſtumee. Hiſp. Coſa fuera de orden. Ger. Auſſer der ordnung oder gewonheit.] Cic. ad Brutum, Quæretur & facilitatem & prouidentiam laudabo tuã, quum exploratum habere cœpero Cæſarem honoribus quos acceperit extraordinariis fore contentum. Idem 7. Verrin. Vt omnia ſemper quæ iucunda uidentur eſſe, non modò his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ ac neceſſitati denegarem. Sic apud eundem Præſidium extraordinarium, poteſtas extraordinaria, reus extraordinarius, milites extraordinarii. ἐπίλεκτοι.

Extrarius, a, um, Alienus, aut alienigena, hoc eſt qui ex ea in qua agimus ciuitate oriundus non eſt, aut etiam qui ex noſtra familia non eſt. ἀλλότριος. [Itali. Straniere, alieno, forastiere. Gal. Estranger, de dehors. Hiſp. Coſa eſtranna y de fuera. Ger. Auſslendiſch.] Pomponius, Præterea minabatur ſi extrarius nopſiſſet, nihil ſe filiis eius ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum. ¶ Canis extrarius, pro non domeſtico, apud Suetonium in Veſpa. Extraria lux, Loci. lib. 4 τὸ ἔξω φῶς.

Extrarium, Dicitur quicquid eſt extra rem de qua agitur. Quint. l. 7. cap. 2 Quum in perſonam certam transferri accuſatio, aut in extrarium, &c.

Extraneus, m. f. Alienus, nullo propinquitatis gradu nobis coniunctus: quaſi exterraneus, ἀλλότριος, ἀλλοῦτος. [Ita. Straniere, alieno, forastiere. Gal. Estranger. Hiſpan. Coſa eſtranna y de fuera. Germa. Auſslendiger, fremder.] Vnde extraneus hæres, apud Suetonium in Claudio Cæſare cap. 4. Nec dubiũ eſt quid poſt hæc Auguſtus conſtituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis ſacerdotii honore impertitum: ac ne hæredem quidem, niſi inter tertios, ac pene extraneos, ne parte ſexta nuncuparet. ¶ Extraneus, & Domeſticus, contraria. Cic. Antequam iret in exil. Pax & concordia extraneis gignetur, quum iam domeſticis nõ inſideat, ſed publicè prouidenti eripiatur. ¶ Bona extranea, id eſt externa, neq; animæ neq; corpori propria: quæ & bona fortunæ dicuntur. Autor ad Heren. lib. 4. Hoc pacto non inornate poterimus & in laudando, & in ædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis.

Exterior, comparationũ, ſicut ab inferius, inferior, infimus. ἐξώτερος. [Ital. Piu di fuori, eſteriore. Gal. Qui eſt plus dehors, exterieur. Hiſp. Mas a defuera. Germ. Der auſſerthalb iſt.] Cicer. de Vniuerſ. Atq; ita quum alterum eſſet exterius amplexus orbem, &c. Plaut. Menæch. Exterior ſis, obſeruato modo. ¶ Comes exterior, id eſt inferiore indignioreq; loco incedens. Horat. 1. Sermo.

Extrẽmus, ma, mum, Vltimus, poſtremus. ἔσχατος, ὕπατος. [Ital. Extremo, ultimo Gal. Tout le derniet. Hiſp. Coſa ultima ò cabera. Ger. Der letſt, hinderiſt.] Cicer. de Amicitia, Cuius diſputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorum. Virgi. 10. Aeglog. Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem. ¶ Ponitur nonnunquam pro perditiſſimo, ac nequiſſimo, quaſi à conſortio humanitatis remoto. Virgil. 4. Aen. Illam terra parens, ira irritata deorum, Extremam (ut perhibent) Cœo Enceladoq; ſororem Progenuit, hoc eſt, peſſimam. Seneca, In hoc ſumma bonitas, in illo extrema malitia, id eſt maxima, & ultra quam nulla ſit malitia maior. Quod non ſine ratione eſſe uidetur, quãdoquidem medici affirmant, deteriores cæteris eſſe qui ultimi naſcuntur. Apul. lib. 3. Fateor, Quirites, extremos latrones fugare atq; proterere aggreſſus ſum. ¶ Extremus etiam aliquando initium alicuius rei ſignificat, autore Siponti no: Plaut. Ab extremo narrare incipiam, hoc eſt, à principio.

Extĩmus, mi, ſuperlatiuum, opponitur citimo. ἐσχάτος. [Itali. Piu ultimo, piu indietro. Galli. Tout le dernier, & le plus reculé ou eſtongne de tous. Hiſp. Coſa mas ultima ò cabera. Ger. Der Auſſeriſt, ferriſt, weyteſt.] Plin. lib. 2. ca. 78. Iiſdem imperia quæ nunquã extimis gentibus fuerint. Extimum promontorium, apud eundem lib 5. ca 28.

Extremò, aduerbium. ὕστερον, τελευταῖον. [Ital. Vltimamente, finalmente. Gal. Au dernier, à la parfin. Hiſ. Vltima y finalmente. Germa. Letſtlichen, Zum hinderſten.] Cicer. ad Attic. lib. 12. Quòd enim ſcribis extremò, uide ne is ipſe locus ſit, cuius cauſa, &c.

Extrẽmitas, mitatis, f. c. Eſt id quod in qua q; re extremum eſt. ὕστερον, ἐσχατία, τὸ ἄκρον. [Itali. La fine, l' eſtremo, l' ultimo di qualche coſa. Gal. La fin, le bout, le bord. Hiſp. El fin y cabo de alguna coſa. Germ. Das end vnd auſſeriſte theil eines Jeden dings.] ut, Extremitas circuli. Plin. lib. 2. cap. 17. Cæli extremitas. Cicer. de Vniuerſi. Idem 2. de Finib. Hæc non erant eius qui innumerabiles mundos, infinitasq; regiones quærũ nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragraſſet.

Extremitas in agro ita definitur ab Aggeno: Extremitas finitima linea eſt, quæ interuenit aut per iter publicũ, quod rũ ſecundi nõ poteſt, ſecundum legẽ coloniçã, quia omnis limes itineri publico ſeruire debetur: aut per limites ſiue terminos, aliaq; ſigna quibus territoria finiuntur: aut ubi inſoluta loca remãſerunt. Hæc aũt ſunt loca quæ inſoluta dicuntur, quæ aut in ſaxoſis & ſterilib. locis ſunt, aut in paludibus, ubi nullã potuit exerceri cultura: quia dum non eſſet quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari. P. Manut. in Addira.

Extrinſecus, penu. cor. aduerb. Externè, foris, aliunde, ab exteriori parte. ἐξωθεν. [Ital. Di fuori. Gal Au dernier, à la parfin. Hiſp. Defuera ò hazia fuera. Ger. Auſſerthalb, von auſſen.] Cic. 1. de Orat. Adhibita eſt igitur ars quædam extrinſecus ex alio genere quodam. Varro lib. 1. de Re ruſtica capite 41. Vt non denudes medullam, ne extrinſecus imbres noceant. Cicero 4. Acad. Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines nobis dormientibus.

Extro, as, n. p. Verbum obſoletum eſt quo antiqui utebantur

pro

pro exeo, quemadmodum nos ingredi dicimus intrare. *ἐξιέναι.* [Ital. Vscire. Gal. Sortir. Hisp. Salir afuera. Germa. Ausshin gon.] Afranius, Simul limen intrabo, illi extrahunt illico.

Extrorsum, Versus exteriorem partem. *εἰς τὰ ἔξω.* [Ital. Verso la parte di fuori. Gal. Vers le dehors. Hisp. Hazia fuera. Ger. Ausshinwertz] ſicut introrſum, uerſus interiorem.

Extrăho, is, extraxi, extractum, ere. a. t. Extra trahere, elicere. *ἐξέλκειν* [Ital. Trar fuori. Gal. Tirer hors. Hiſp. Sacar afuera Ger. Auss ziehen.] ut, Extrahere ſerpentes cantu: extrahere uenena corpori, apud Plinium. Cic. pro Cluentio, extrahitur domo Oppianicus à Manilio. Liuius libro 6. belli Pun. Ni uenirent in Senatum, circa domos eorum itutos ſe, & in publicum omnes ui extracturos eſſe. ¶ Extrahere diem, eſt diem conſumere, quod & eximere diem dicimus. Cæſar lib. 1. belli Ciui. Catone uerò acerrimè repugnante, & priſtina conſuetudine dicendi mora dies extrahente, ut ſui ratio abſentis haberetur, &c. Et paulo pòſt, Sic triduum diſputationibus, excuſationibuſq; extrahitur. ¶ Extrahere aliquem, pro inducere, & uehementer ſolicitare ut aliquid faciat. Liuius lib. 2. bel. Pun. Vulgus etiam extrahere ad Cõſulatum nitebantur. ¶ Extrahere ſe ex aliquo negotio. Terent. Phorm. Ita nunc imparatum ſubitò tanta impendẽt mala, Quæ neq; uti deuitem ſcio, neq; quo modo me inde extraham.

Extractus particip. *ἀποσπασθείς, ἐφελχθείς.* [Ital. Tirato fuori, differito, prolongato. Gal. Tire hors, differe, prolõge. Hiſ. Sacado afuera, dilatado en tiempo, alongado. Ger. Ausſgezogen.] Cic. Quin. Frat. lib. 2. Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt.

Extractorius, ria, rium, *ἀφελκτικός* Plin. lib. 24. cap. 11. Vulgaris arundo extractoriam uim habet, hoc eſt uacuatoriam & eductoriam.

Extrauagantes, aliquot ſanctiones principum ſunt: dictæ quòd ſint extra librorum Iuris Ciuilis contextum frequentatæ: qualis eſt conſtitutio Lotharii Saxonis, de Feud. non alien. & diui Friderici, de pace tenẽda, & de Sacramen. pub. ſponte factis non retracta. Idem de Priuilegiis Eccle. Friderici Imp. eius nominis 2. Iré de maieſtate Iria, deq; Rebellib. Edictum Henrici 7 & rurſus de pace Conſtantiæ, diuorum Friderici Imp. & Romani Regis 6. cum nonnullis aliis Principum ſanctionib. publicis iuris libris necdum adiunctis, ſed quæ in Archimis imperii, in Reipub. uſum conſeruantur, ut monuit Ferrar.

Extrico, cas, pen. prod 2. p. Verbum eſt à tricis deductum. *ἐκλύειν, ἀπαλλάττω.* [Ital. Diſtricare, diſui lupare. Gal. Deſempeſtrer. deſmesler, deſueloper. Hiſp. Deſemboluer ò deſenhetrar. Ger. Entwirren, Auffklõſen.] Sunt autem trices capilli, uel aliæ quæuis res tenues quæ gallinarum pedibus nonnunquam adhærent, earumq; greſſum impediunt: quamuis etiam pro quibuſuis rebus minutiſſimis accipiãtur. ¶ Eit igitur Extricare, explicare, liberare. Plau. in Epid. Aliqua ope exoloam, extricabor aliqua. Lactant. lib. 5. Denique multa quoq; animalia cum fraude capiũtur, ſi aliquo ſe modo in fuga extricauerint, fiunt poſtmodum cautiora. ¶ Extricare locum aliquem, pro purgare, & mũdare. Col. lib. 4. Syluęſtris ager præcipuè eſt eligendus, qui etſi fruticetis aut arboribus obſeſſus eſt, facilè extricatur.

Extricabile, A quo quis ſe facilè poteſt extricare, hoc eſt, eximere, uel expedire. Cuius cõtrariũ eſt Inextricabile, ex quo ſe quis extricare non queat. Plin. lib. 36. ca. 16. Intus labyrinthum extricabilem, quòd ſi quis improperet ſine glomere lui, exitum inuenire nequeat.

Extringo, gis, extrinxi, extrictum, gere, Idẽ quod ſtringere, à quo eſt compoſitum. *σφίγγω.* [Ita Strignere. Gal. Eſtraindre. Hiſpa. Apretar. Ger. Zuſamen trucken.] Cic. 4. Acad. Deinde quum paulum digitos extrinxerat, Aſſenſus huiuſmodi Quo in loco, ex uetuſtis exemplaribus legitur contrarium, non autem extrinxerat.

Extrinſecus, Extro, Extrorſum, Vide Extra.

Extrũdo, dis, pen. prod a. t. Extra trudo, per uim expello *ἐξωθέω.* [Ital. Cacciar fuori. Gal. Pouſſer hors, chaſſer Hiſp. Echar fuera forçiãdo. Ger. Ausshintrucken, Ausſtoſſen.] Plaut. Caſin. illæ autem ſenem Incœnem extrudere cupiũt ex ædibus: Vt ipſæ ſolæ uentres diſtendant ſuos. Terent. in Hecyr. Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit. Plau. in Aul. Nam qua nunc me cauſa extruſiſti ex his ædibus?

¶ Accipitur etiam nonnunquam pro uendere, uel alienare. Hora. 2. Epi. Laudat uxuales, qui uult extrudere, merces.

Extrũo, is, ui, ctum, Ædifico, conſtruo. *κατασκευάζω.* [Ital. Edificare, fabricare. Gal. Baſtir, eſclener un monceau de quelque choſe, faire un montioye. Hiſpanicè. Edificar ò componer. Germanice, Anfibauwen.] Cæſar tertio bell. Gall. Omnem eam materiam quæ erat cæſa, conuerſam ad hoſtem collocabat, & pro uallo ad utrunq; latus extruebat. Extruere ædificium in alieno, apud Ciceronem pro Mil. Extruere ſtramenta in aceruum, apud Col. lib 6. cap. 3. Extruere menſas epulis, & poculis. Cic 1. Tuſc. Extruere thermas de marmore, apud Martialem, lib. 9

Extructus, participium. *κατεσκευασμένος, κατασκευάδης.* [Ital. Edificato. Gal. Edifie, baſti. Hiſp. Edificado. Ger. Aufgebauwen, zugerüſtet.] Cic. in Piſonem, Extructa mensa nõ conchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.

Extructio, onis, f. t. *οἰκοδομία, οἰκοδόμησις.* [Ital. Edificamento. Gal. Baſtiment, entaſſement. Hiſp. Aquella obra de edificar. Ger. Auffbauwung.] Cic. 14. Philip. Eaq; extructione quæ fit ad memoriam æternitatis.

Extŭbĕro, as, a. p. Inflor, intumeſco, excreſco, & quaſi in tuberis formam effigior. *ἐπιφύσω.* [Ital. Gonfiare, cuſiare. Gal. S'cuſſer, & enfleuer en facon de veſſie. Hiſp. Hinchar ſe. Germ. Herfür ein knorren gewünnen, auffgeſchwällen, aufflauffen oder ſich erheben wie ein beulen.] Plin. libro 11. cap. 13. Neque in omnibus terris eſt, radice toliosa, exqua media ueluti extuberat. Idem lib. 17. Caue aut extuberantes uideantur uiliores æqualibus, loquitur de gemmis.

¶ Nonnunquam etiam actiuè ponitur pro tuberibus inquale aliquid reddere. Senec. lib 6. Natur. quæſt. Defert mõtes, ſubrigit plana, ualles extuberat, nouas in profundo inſulas erigit.

Extuberatio, f. t. *ὑπεροχὴ, ὑπεροίδημοσις.* [Itali. Gonfiatura. Gal. Enfleure en facon de boſſe. Hiſp. Hinchamiento. Ger. Auffgeſchwällung, auffbortzung.] Plin. lib. 31. cap. 9. Lotis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus, hoc eſt tuberculis per corpus enaſcentibus.

Extumeo, & Extumeſco, Idem quod ſimplex tumeſco, in tumorem redigor. *ἰδρυνόομαι.* [Ital. Gonfiare. Cal. S'enfler. Hiſp. Hincharſe. German. Geſchwällen, auffgeblaſen werden.] Plinius libro 37. capite 5. Democritus in hoc genere poſuit Armenios, & Perſicos illos extumeſcentes pinguiter.

Extumidus, da, dum, *οἰδαλέος, οἰδηματώδης.* [Ital. Gonfiato, enfiato. Gal. Enflé. Hiſp. Hinchado. Ger. Auffgeblaſen, Buchlechtig.] Varr. 1. de Re ruſt. cap. 31. Hanc eſſe modicam pro magnitudine ſegetis, potiſſimum rotundam, & mediam paulo extumidam.

Ex tunc, ex illa hora, temporis momento: ſicut Ex nũc dicitur pro ex hoc tempore, & hora.

Extundo, is, tudi, tuſum. a. t. Vi, uel blanditiis aliquid extorquere. *ἀποβιάω, ἐκτενίζω.* [Ital. Cacciar per forza ouero per prieghi. Gall. Faire ſortir quelque choſe à force coups, obtenir par force ou par amour. Hiſpan. Empuxar por fuerça ò por amor. Germ. Ausſtoſſen, ausſhinpolderen, Mit müy fürherbringen.] Suet. Nec ut appeteret, compelli, niſi à matre potui: ea demum extudit magis conuicio quàm precibus. ¶ Extundere, ſtudioſè facere. Virg. lib. 8. Aen. Lanigerosq; apices, & lapſa ancilia cælo Extuderat. Idẽ 1. Geor. ut uarios uſus meditando extunderet artes. Ita enim legit Nonius, licet ibi nonnulli legant excuderet.

pro ſcribere, Id eſt, componere. ποιεῖν. Donatus in Terentium, Facit qui materiam componit, ut Menander. ¶ Pro æſtimare. ποιεῖσθαι. Plautus in Curcul. Migrare certum iã nunc è fano foras, Quando Aeſculapij ita ſentio ſententiã, Vt me nihili faciat, nec me ſaluum uelit. Sic dicimus Magni facio, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι. Parui facio, περὶ ὀλίγου ποιοῦμαι, παρὰ μικροῦ ἡγοῦμαι. Tanti facio, quod eſt magno pretio æſtimo, nullius æſtimo, tanti æſtimo. Nec compoſita ſunt hæc, quum manifeſtè diuiſa inueniãtur. Plaut. in Cur. Reſpicio nos nihili meam gratiam facere. Idem in Rud. Minacias ego iſtas flocci non facio tuas. Cice. Cecinæ, Vtebar familiariſſimè Cæſare, Pompeium faciebam plurimi. ¶ Iũgitur & cum genitiuis lucri, & ſumpti: ut Lucri facio, idem ſit quod facio lucrum. ἐργάζομαι. & ſumpti facere, idem quod facere ſumptum. ἀναλίσκειν. Plaut. in Perſa Non ædepol trecentis cara eſt, feciſti lucri. Idem in Caſi. Si nunc me ſuſpendo, meam operam luſerim, & præter operam reſtim ſumpti fecerim. ¶ Transfertur hoc uerbum facio ad innumeros propemodum uſus, Nam & facere uerba dicimus. id eſt loqui. ποιεῖσθαι λόγους. Facere iter, eſt ire ὁδοιπορεῖν Facere terrorem, eſt terrere. φόβον ἐμποιεῖν. Facere aliquem certiorem, eſt ſignificare alicui rem aliquam, Facere gratum χάριν φέρειν. Facere ludos, facere ſolennitatem, exhibere. Facere urinam, meiere οὐρεῖν. Facere ſordes, ſordeſcere, Facere pediculos, emittere. Facere copiam, poteſtatem præbere, ἐξουσίαν δίδναι. Facere lucrum, lucrari. ¶ Facere etiam, pati eſt: ut, Facere iacturam, damnũ, naufragium. ζημίαν ὀφλεῖν. ¶ Item facere accipitur pro ſacrificare. ἱερουργεῖν, ἱεροποιεῖν. Virg. 3. Aeg. Quum faciam uitulam pro frugibus, ipſe uenito. id eſt quum ſacrificabo, Cice. pro Muræ, Nolite à ſacris patris Iunonis ſoſpitæ, cui omnes Cõſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum Conſolem poſtulantem auellere. Plautus, Plenam faciam tibi fideliam. id eſt implebo. ¶ Item conuenire. συντελεῖν. Martialis, Nõ fecit ad ſæuos ceruix miſi prima leones. ¶ Item rem obſcœnam facere. Plautus. Mauult ancillę facere, quàm libertæ. ¶ Pertinet & ad pecuniam, quæ fieri dicitur quõ cogitur, ſeu colligitur. Salluſtius Iugur. Quæ pecunia ad Hiſpaniam ſe bellum Metello facta erat. ¶ Denique facere (ut Papinianus inquit) omnem omnino faciendi cauſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, reddendi. Vnde qui otioſus ſedet, ſi rogetur quid faciat, rectè reſpondere poterit ſe nihil facere, quandoquidem otioſus eſt. Recte etiam ſi ſedere: quoniam & ſedere ipſum aliquid facere eſt: ut iacere, nauigare, quieſcere. ¶ Faciã te ut plurimùm amem id eſt plurimum amabo. Faciam ut tibi proſim, id eſt tibi prodero. ¶ Facte eſſe qui ſum: id eſt finge te eſſe me, uel pone te eum eſſe qui ſum, τίθεσο. ¶ Facto opus eſt, fieri opus eſt. ποιεῖν δεῖ, ποιητέον, quod etiã dicimus, Opus eſt facto. ¶ Factum iri audio illi iniuriam, hoc eſt audio futurum ut illi fiat iniuria. Item. Factum itor mihi cõtumelia. Cato pro ſe contra Caſſium, Atq; euenit ita Quirites, ut hæc contumelia quæ mihi propter huiuſmodi petulantiam factum itor, rei quoq; publicæ mediusfidius mi ferear Quirites. ¶ A facio item fiunt uerba primæ coniugationis in co terminata, quæ propè infinita ſunt: ut ſacrifico, magnifico, deifico, clarifico, ædifico, uiuifico, mortifico, iuſtifico, falſifico, & huiuſmodi. ¶ Facere ludos, ſignificat, irridere, ἐντρυφᾶν. Plautus in Aul. Quem tu ſenecta ætate ludos facias. ¶ Facere are apud Lucretium, lib. 6. pro arefacere, κατὰ τιμᾶσθαι. Principio terram ſol excoquit, & facit are. ¶ Factum, in reſponſione affirmatiua, pro Ita, ſiue etiam. Terent. in Eunuch. Chereáne tuam neſtem detraxit tibi? D O. Factum. P H. Et ea eſt indutus? D O. Factum. Ibidem. Dic mihi, an fugiſtin'? C H. Hera factum. ¶ Facere ægrè alicui, hoc eſt facere alicui rem moleſtam. Terenti. in Eunuc. Miles uerò ſibi putare adductum ante oculos eunuchum: Voluit facere contrà hunc ægrè. ¶ Facere animum alicui, eſt incitare, & animum alicui augere Liui. 7. bel. Pun. Miſſum à Metaponto præſidium, Romanis fecit animum, ut nocte ex improuiſo opera hoſtium inuaderent. Ouidi. 1. Triſt. Quæ tibi res animos in me facit improbe? ¶ Facere argentariam, eſt fungi officio argentarij, hoc eſt Trapezitæ, ſiue menſarij. Cic. 7. is quem ille argentariam Lepti feciſſe dicit Facere auſpicium dicitur auis è qua auſpicium capitur Liu. 1. ab Vrbe, Eam alitem ea regione cæli, & eius dei nuntiam uenille, circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe. ¶ Facere cadaver. Apul. lib. 1. Cadaver quod ipſe fecerat, auidè complexus eſt. ¶ Facere copiam & poteſtatem alicui. Plautus Capt. gratiam habeo tibi, Quom copiam iſtam mihi, & poteſtatem facis, Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium. ¶ Facere cum aliquo, eſt partes illius fouere. aut ſequi Gell. lib. decimoquinto capit. 21. Et eius nonibus quæ cum Sertorio faciebant, quum multis prælijs ſuperatus eſſet, neminem unquam ab eo deſciuiſſe. Cicer pro Quin. Quum ueritas cum hoc faciat, &c. ¶ Facesſe, permittentis & concedentis eſt locutio: ac ſi dicas, eſto, uel pone ita eſſe. Cice. in Vett. Facita ſe tamen hoc ferendum nullo modo eſt. ¶ Facere fidem, eſt facere ut quis credat. πίστιν ποιεῖν uel παρέχεσθαι. Cic. in Catil. Vt quoniam auribus neſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorem fidem faceret oratio mea. ¶ Facere gradum, eſt ambulare. Cic. 1. de Orat. Quin prodis mi Spari, ut quotieſcunq; gradũ faciãs, toties tibi tuarum uirtutũ ueniat in mentem? Plaut. Curc. Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obſecro. Id eſt propera ad me accedere. Gradũ ad aliquid facere, eſt per quoſdã ueluti gradus ab una re paulatim ad aliam tranſitum facere. Quint. lib. 1. ca. 6. Nam quæ & illud frequens eſt, ut ea quibus minus confidimus, quum tractata ſint, omittamus, interim ſponte noſtra ueluti donantes, interim ad ea quæ ſunt potentiora, gradum ex his feciſſe contenti. Facere gradum, pro promouere. Liui. 6. ab Vrbe, Accingendum ad eam cogitationem eſſe, cernendo, agẽdoq; iam eo gradum feciſſe plebeio: unde ſi porrò annitantur, peruenire ad ſumma, & patribus æquari tam honore quàm uirtute poſſint. ¶ Facere grariam iuriſiurandi, id eſt ſolnere uinculo iuriſiurandi: quod barbari dicunt. Diſpenſare aliquem de iuramento. Plau. in Rudente, Nihil hercle hic tibi eſt, ne tu ſperes: iuriſiurandi uolo gratiam facias. Facere gratiã, pro eo quod eſt onus quod ſubire quis teneatur, ei remittere, priuilegioq; ab eo eximere. Sueton. in Othone, cap. 18. Mox reddendi equi gratiam fecit eis qui maiores annorum quinq; triginta retinere cum nolent. Facere gratiam delicti, pro ignoſcere. Salluſt. in Iugurtha, Cæterum Bocche, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit Id eſt ignoſcit. ¶ Facere gratum, pro gratificari. Terent. in Eunuch. Hæc re, & omni te turba euolues, & illi gratum feceris. ¶ Facere iniuriam. eſt uerbo factóue aliquem iniuſtè lædere. ἀδικεῖν. Plaut. Mercat. Filio ſuo innocenti qui fecit tantam iniuriam. ¶ Facere initium, incipere. ἀρχὴν ποιεῖσθαι, ἄρχεσθαι. Cic. ad Attic. lib. 9. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget ſyncerè ſeuerè, prudenter, ualde uidero. ¶ Facere largitionem, ſeu largitiones, eſt largiri, & profundere, ac diſſipare. Ci. 3. Tuſ. Et quidem C. Gracchus quum largitiões maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, uerbis tamen defendebat ærarium. ¶ Ne longum faciam, id eſt ut breuiter dicam, apud Hora. 1. Serm. Satyr. 3. ¶ Facere ludos, irridere aliquem. Plaut. Pœn. Enimuero ære meo me laceſſis, ludos & delitias facis. ¶ Facere magni, eſt magni æſtimare. περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι Plaut. in Aſin. Nunc neque quid uelim facitis magi peſſimæ. Facere maximi. Terent. in Phorm. Meritò te ſemper maximi feci Chreme. ¶ Nihili facere, eſt nihili æſtimare περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι. ¶ Facere parui. Plaut. Rudente, Illos ſceleſtos qui tuum fecerunt fanum parui, & auſi ſunt uiolare nos. ¶ Ne pili quidem facere. Catullus, Ludere hæc finit ut lubet, nec pili facit uni. ¶ Pluris facere. Cic. Attic. li. 8 Ego pro Pompeio libenter emori poſſum, facio pluris omnium hominum neminem. ¶ Facere manum, pro colligere milites, Cicer in Verrem, Illic noctu, facta manu, armatiq; ueniunt. Idem pro Cecina, Quum manum fecerit, copias parârit, &c. ¶ Facit mecum, hoc eſt ſentit mecum, ac mea eſt opinionis. Ouidius, Vt fatear, mecũ ſola Corinna facit. Horatius. Et ſapit, & mecum facit, & Iouc iudicat æquo. Ad eundem etiam modum dicimus, tecum, ſecum, nobiſcum, aut uobiſcum facere. Cicero pro Sylla, Quid tum? Caſſus ſi reſpondiſſet idem ſentire, & ſecum facere Syllam, Idem pro A. Cecin. Videatis autoritatem ſapientiſſimorum hominum facere nobiſcum. ¶ Facere mentionem, commemorare. Cice. de Senect. Lyſandrum Lacedæmonium (cuius modò mentionem feci) dicere aiunt ſolitum, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis ¶ Facere miſſum, idem quod dimittere Cic. 3. Offic. Iuraſſe ſe illum ſtatim interfecturum, niſi iuſiurandũ dediſſet, ſe petere miſſum eſſe factorum. ¶ Facere modum alicuius rei, eſt temperare, & ultra menſuram non extendere, ſeu modũ non

non egredi. Cice. 1. de Legibus, Ipſiſq; magnopere autorem fuiſſe ut aliquando controuerſiarũ aliquem facerent modum. Facere modos, eſt interactus fabularum intercinere. Terent. in Prologo Andr. Flaccus Claudii filius modos fecimbiis paribus, dextris & ſiniſtris. Cice. de Orati. Neq; id autores prius uiderũt quàm ipſi Poetæ, quàm deniq; illi etiam qui fecerunt modos. ¶ Facere mutuum cum aliquo. Plautus. Trin. Bene uult tibi. 1. Aedepol mutuũ mecum facit Idem Curc. . ea me deperit. Ego autem cum illa nolo facere mutuum, id eſt nolo eam deperire ut me deperit ¶ Naufragium facere. Cic. ad Tironem, Qui cupide profiſciunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Facere nomen, eſt nominare. Liu. 3. ab Vrbe, Scelerato campo, credo ab luceſio id ei loco nomen factum. Facere nomen alicuius amplum, eſt conciliare famam & celebritatem. Liu. 8. be. Pun. Vbiper aliquot annos maximis rebus gerendis ampliſſimũ nomen apud exteras gentes, pop. Rom. familiaſq; noſtræ fecerant. Facere nomina, idem quod debitorem ſe conſtituere. Cic 3. Offic. Emit homo cupidus & locuples, tanti quãti Pythius uoluit, & emit inſtructos: nomina facit, negotium conficit. Accipitur etiam pro pecuniam mutuam dare, aut aliàs debitorem ſibi aliquem facere. Cic. Gallo, lib 7. Accepi Autani litteras, in quibus hoc inerat liberaliſſimũ, nomina ſe facturum qua ego uellem die. Id eſt pecuniam creditu rum, in eam diem ſoluendam quam ego poſtulaſſem Bodæus. Facere nomen cum uincis, hoc eſt facere ſupputationem reditus ninearum. Colume. libro tertio capite tertio Quod quaſi nomen ſit ut fœnerator cum debitore, ita ruſticus cum uincis ſuis fecerit, eius ſummæ ut in perpetuum, &c. ¶ Facere otium, id eſt dare. Virg 1. Aegloga, O Meliboe, Deus nobis hæc otia fecit. ¶ Facere oua, pro parere. Varr. tertio de re Ruſtic. capite nono Neq; ferè in uillis oua ac pullos faciunt, ſed in ſyluis. ¶ Facere par. Plautus Trin. Feceris par tuis cæteris factis, pattem Tuum ſi percoles. ¶ Facere periculum, eſt tentare, & experiri. Terent. Andr. Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris? ¶ Facere poteſtatem permittere, concedere. Cicero in Catili. Siquid de his rebus dicere uellet. feci poteſtatem. Facere poteſtatem, hue copiam ſui, eſt aditum ad ſe præbere, & permittere ut ſecum agatur. ut, Facere omnibus ſui conueniendi poteſtatem, Cicero octaua Philip. ¶ Facere progreſſum in ſtudiis. Cice. quarta Tuſcul. Philoſophiæ deniq; ipſius principes nunquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſos fine flagrandi cupiditate facere potuiſſent. ¶ Facere prouentum maiorem, hoc eſt exhuberantiores fructus dare. Columell. libro ſecundo capite decimoquinto, Nec ſoldm ea res maiorem facit prouentum, ſed etiam ſaporem & odorem uini pomorumq; reddit meliorem. ¶ Facere quæſtũ, lucrari. Plau. Capt. Aegrè eſt mihi hunc facere quæſtum cercerariũ propter ſoi guati miſeriã. Quæſtum facit meretrix ſuo corpore. Livius 5. bell. Pun. ¶ Quid me faciam neſcio, Terent. in Andr. Quid iis fiet, ſi huc Paulus uenerit? Cic. ad Attic. lib. 4. Quid tu huic homini facias? Idem pro Cecin. Quid de P. Clodio fiat, reſcribe, Idem ad Att. li 2. ¶ Facere ratione, hoc eſt ob aliquã cauſam. Cice. ad Atti li 11. Quod domi te incluſiſti, ratione feciſti. ¶ Ratum facere, eſt cõfirmare. Liu. 8. bell. Pun. Quæ nobis Imperatores ueſtri cõmode tribuerunt, ea rata atq; perpetua ueſtra autoritate faciatis. ¶ Facere rem, eſt parare opes. Terentius in Adelphis, Nunquam rem facies. abi, neſcis inescare homines Sannio. ¶ Facere rem diuinam, ſacrificare. Plau. in Amph. Ego rem diuinam iam faciam, uota quæ ſunt. ¶ Facere reum, hoc eſt accuſare, ſiue reum agere. Tacit. lib. 1. Violatorem fœderis noſtri Arminium, apud Varum qui tum exercitui præſidebat, reum feci. ¶ Facere ſacrificium, & ſacra. Cic de Clar. Orat. Licet ali quid etiam de M. Popilii ingenio ſuſpicari, qui quũ Cõſul eſſet, eodemq; tempore ſacrificium publicum comuna facerer. Liui. 1. ab Vrbe, Qui ſacra publica pop. Rom. faceret. ¶ Facere ſanguinem, pro effundere. Liui. 5 bell. Macedo Nondum indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios, aut ſanguinẽ uſquam factum audiſſent. ¶ Facere ſatis, eſt debitum perſoluere. Plaut. Aſin. Sed uina quæ uendidi heri uinario Exerambo, Iam pro his ſatisfecit Stricho? L I feciſſe ſatis opinor. id eſt ſoluiſſe. ¶ Facere ſatis alicui, pro eius uoluntati obtemperare. Cic. de Clar. Ora. Ego uerò, inquam, ſi potero, faciam uobis ſatis ¶ Facere ſtipendia ſub aliquo. idem quod militare. Plinl. de Viris illuſtr. Sub Oreſte in Sardinia ſtipẽdia fecit. Facere ſtipendarios, eſt cogere ad ſoluendum tributum. Cæſ. 1. bel. Gal. Heduos ſibi, quoniam belli fortunam tentaſſent, & armis congreſſi & ſuperati eſſent. ſtipendiarios ſibi factos. ¶ Facere ſtomachum alicui, eſt commouere aliquem, & bilem excitare. Cice. Lent. lib. 1. Epiſt. non illi quidem ut mihi ſtomachum facerent. ¶ Facere ſumptum, quod aliàs facere expenſas, uel expendere dicitur. Plautus. Capt. Quin ita faciam ut recupias facere ſumptum, etſi ego uetem. ¶ Facere uadimonium, pro promittere. Plaut. Epid. Iiicet ut uadimonium mihi hinc ultrò facit. ¶ Facere uela, id eſt uelificare. Virg. 3. Aen. Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia uelis. ¶ Facere ueſtigium, ambulare & progredi. Cice. pro Rab. Poſthu. Hic uos aliud nihil orat, niſi ut rectis oculis hanc urbem ſibi intueri, atq; in hoc foro ueſtigium facere liceat. ¶ Facere uitiũ, eſt corrumpere, uel uitiari, & aliqua parte labefactari: & propriè de ædificiis dicitur. Cic. in Topic. Si ædes exeſæ corruerunt, uitiumue fecerunt. Facere uitium, pro uitiare. Vitruuius, Si uenti frigidi ſunt, læduntiũ calidi, uitiantiũ humidi, nocentiũdem faciunt uitia pauimentis. ¶ Facere uolupe animo ſuo. Plaut. Aſin. Hic ſenex ſiquid clam uxore ſuo animo fecit uolupe, Neq; nouum, neq; mirum fecit, nec ſecus quàm alii ſoient. ¶ Facere uota, eſt ſupplicare. Plin. lib. 17. cap. 2. Ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas, pro arboribus uota facit. ¶ Facere urinam, eſt meiere. Colu. li. 6. ca. 30. Plerunq; iumenta morbos concipiunt laſſitudine & æſtu: nõnunquam & frigore, & quum ſuo tempore urinam non fecerint.

Factum, ti, n. ſubſtantiuum. Res geſta. πρᾶξις. [Ital. Fatto. Gal. Vn fait, une choſe faitte. Hiſp. El hecho. Germa. Ein that.] Virg. 1. Aen. Fortia facta patrum. Terent in And di ctum, ac factum inuenerit Aliquam cauſam, quamobrem illiciat oppido. ¶ Factum mutare, pro ſententiam mutare. Teren. in And, Haud muto factum.

Factus, us, m q. idem eſt quod confectio. σύνθεσις. [Ita. Fatto. Gal. Vne choſe faitte. Hiſp. El hecho. Ger. Ein gemächt.] Vnde factus olei dicitur, quantum una uice conficitur. Cato. de Re ruſt. capite 67. Factoribus det in ſingulos factus olei ſextarios, & in lucernam quòd opus fiet, hoc eſt in ſingulas olei confectiones, uel quoties oleum conficitur. Varro de Re ruſt. libro primo capite 14. Hoſtum uocant, quod ex uno factu olei reficitur: Factum dicunt quod uno tempore conficitur. ¶ Factus uillæ pro ſtructura, opere, & exædificatione. Varro libro tertio de Re ruſt. capite 1. Ego quoque quo exornatior uilla eſſe poſſet fructu, quàm factu hęc ad te miſi.

Facẽſſo, ſſis, faceſſi, ſupinum in uſu non eſt: legitur tamẽ participium faceſſitus, tanquam ſupinum eſſet faceſſitum. Cic. in Verrem. Quum audiſſet ſibi negotium faceſſitum. Significat autem propriè ad faciendum eo, ut uiſo, ad uidẽdum eo. [Ital. Andare à fare. Gal. Faire, aller faire. Hiſp. Andar para hazer. Germ. Thũn, Machen, hingon zů thůn.] Virgil. 4. Georg. Haud mora, continuo matris præcepta faceſſit. ¶ Interdum eſt diſcedere. εἰς γνῶσιν, ἀναχώρησιν. Nec mirum: altera enim ſignificatio alteram gignit: nam qui ad faciendum quicquam it, diſcedit ut id faciat. Terent. in Phorm. Dic quid uelis dari tibi in manum: ut hercle his deſiſtat litibus, Hæc hinc faceſſat. Id eſt ſua cuiatum abeat. Donatus. Faceſſat, pro hinc ſe faciat, Id eſt abeat. Cice. in Horten. Faceſſant igitur qui docere nihil poſſunt, quo melius, ſapientiusq; uiuamus ¶ Negotium faceſſere, eſt cuipiam moleſtum eſſe. πρᾶγμα παρέχειν. [Ital. Eſſere moleſto, moleſtare. Galli. Moleſter, facher, ennuyer, bailler des affaires à quelqu'un. Hiſp. Moleſtar ò enoiar à alguno. Ger. Zů ſchaffen machen, zů thůn geben.] Cicer. Appio Pulch. Quum eſt nobis allatum de temeritate eorum qui tibi negotium faceſſerent. ¶ Huius paſſionem protulit Cicer. pro Cluent. Sed hoc polliceor omnibus, ſicuti fortè hac lege negotium faceſſetur, qui lege non teneatur ſi is uti me defenſore uoluerit, me eius cauſam legis præſidio defenſurũ.

Facto, as. a. p. debebat eſſe frequen. à facio, ſed pro eo utimur Factito, quod eſt aliud frequentatiuum.

Factito, as, pen. corr. Sæpe facio, ἐπιτηδεύω. [Ital Far ſpeſſo. Gall. Faire ſouuent. Hiſpanicè, Hazer amiudo. Germani. Ein machen.] Cicero libro ſecundo Offic. Hæc apud maiores noſtros factitata. Terentius in Eunuch. Idem hoc Pyrrhus factitauit. Horatius in Arte, Nec ſatis apparet cur uerſus factitet.

Factor, oris, nomen nerbale, m. t. Qui aliquid facit. ποιητής. [Itali. Fattore. Galli. Faiſeur, inuenteur. Hiſpanice. Hazedor. Germa. Ein macher.] ut quum dicimus Deum factorem cæli & terræ. Sic etiam factorem operum, qui unum, uel oleum,

oleum, uel quid ſimile facit, Cato de Re ruſt. ca. lj. Lectum ſtratum, ubi duo cuſtodes liberè cubent, & Tertius ſeruus unà cum factoribus ubi cubet. Idem cap. 69. Legoli uolunt uti olea caduca quam plurima ſit, quo plus legatur: factores, ut in tabulatu diu ſit, ut fracida ſit, quo facilius oleum efficiant.

Factitius, a, um, Quod arte aliqua effectum eſt, hoc eſt quod naturale non eſt, *σκευαστὸς, παρέγγραπτος, τιχνικός.* [Ita. Fattitio, fatto à mano non da natura. Galli. Faittis qui eſt fait de main non de nature. Hiſ. Coſa hecha ò hechiza. Ger. Gemacht mit henden.] ut, Vinum factitium, Color factitius. Plin. libr. 12. capi. 17. Ergo in utraq; gente bina laudani genera, terrenum, & factitium. ¶ Factitia uerba dicuntur quæ & fictitia appellantur, quæ ad ſoni alicuius ſimilitudinem efficta ſunt: ut crocire, Hinnire, Claſſis. Tintinnabulum, & ſimilia.

Factio, onis, f. t. ab initio (ut autor eſt Feſtus) honeſtum uocabulum fuit *ἄιρεσις.* Vnde factiones hiſtrionum. & quadrigariorum dicebantur. Nunc uero (inquit) nomine factiones ſeditio, & arma dicuntur. *στάσις.* [Ital. Factione, congiura, ſetta Galli. Vne bande & ligue, une faction, une ſecte, Hiſp. Vande en la ciudad. Ger. Ein rott, Zuſtür, Meutetrey.] Nam eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, quũ aliqui ſe principes & primarios in ciuitate efficere conantur, inter quos eſt æmulatio: utroque quàm maximam corradere poteſt. ciuium trahente multitudinem, quos clientes uocant, Nonius, Factio dicitur malorum conſenſus, & cõſpiratio. Salluſt. de be. Iug. Inter bonos amicitia, inter malos factio. Qui autem huiuſmodi factiones exercent, factioſi appellantur. ¶ Interdum factio capitur pro potentia, & autoritate alicuius in ciuitate: quod & Nonius annotauit, citans locum Titinnij, Sed iam hercle metuo ne minus ſtultè fecerim, qui ex tanta factione atq; opibus ea auſus ſum aggredi. Plaut. in Aul. Iſtas magnas factiones, dotes dapſiles nihil moror. Idem in Ciſtel. Neq; nos tanta factione ſumus, neq; opes noſtræ tam ſunt ualidæ. ¶ Quatuor apud antiquos fuerunt aurigantium factiones, Veneta, Praſina, Alba, Roſea à coloribus nominatæ. Caſſiodorus quatuor colores harum factionum, cum partibus anni quaternis aſſimilat. Praſinus, uirenti ueri dicatus erat: Roſeus, flammeæ æſtati: Venetus, nubilæ hyemi: Albus, pruinoſo autumno. Suetonius ſcribit his addiſſe Domitianum duas, alteram Aurati, alteram Purpurei panni. Hæ certamine curuli & pernicitate curſus inter ſe decertabant, fauoreq; populari, ſiue Imperatorio uictoriæ præmia adiudicabantur eis qui uicciſſent: ¶ Factio interdum idem eſt quod confectio: unde factionẽ teſtamenti dicimus pro iure, ſeu poteſtate conficiendi teſtamenti. Cic. Topi. Quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet. hoc eſt qui conficiendi teſtamenti non habebat poteſtatem.

Factioſus, m. f. Factioſi, Appellatur qui procliuis eſt ad factionem, id eſt diſcordiam & ſeditionem. *στασιαστικὸς, φιλοστασιώτης, σπουδαστής.* [Ital. Seditioſo. Galli. Seditieux, factieux, faiſeur de menees. Hiſp. Vandeiador ò uanderizo. Ger. Zuſtürriſch.] Salluſt. in Catil. Cn. Piſo adoleſcens nobilis, ſummæ audaciæ, egens, factioſus: quem ad perturbandum Remp. inopia, atq; mali mores ſtimulabant. ¶ Factioſus, diues & potens. Plaut. in Aul. Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem diuitem, Factioſum: me itẽ eſſe hominem pauperum pauperrimum.

Factura, ræ, f. p. Compoſitio rei quam facimus. *ποίησις.* [Ital. Opera fatta per biſogno. Gal. Factura: facon, ouurage. Hiſp. Hechura. Ger. Ein gemächt, Machung.] Pli. li. 14. cap. 19. Aliubi uena bonitatem hanc præſtat, aliubi factura, ut Sulmone aqua, uti diximus.

Facturio, ris, n. q. *ποιήσω.* facere deſidero, quod nonnulli ad rem ueneream transferunt. Plaut. Facturi re poſtquã ancillam aſpexerit, hoc eſt, coire cupit.

Faxo, is, n. t. Pro faciam. *ποιήσω.* Virgilii. 12. Aeneid. ego fœdera faxo Firma manu. Verbum eſt defectiuum quod tantũm habet futurum indicatiui, nec id omnino integrum, ad hunc modum, Faxo, is, it, & in numero plurali faxunt: & in futuro optatiui, & præſenti ſubiunctiui. Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. Terent. in Heaut. Vtinã dii faxint. Ennius apud Ciceronem de Senect. Nemo me lachrymis decoret, nec funera faxit.

Facilis, le, pen. cor. Quod expeditum eſt, & nullius negotii. *εὐχερὴς, ἀνυσιμος, ῥᾴδιος.* [Ita. Facile, ageuole. Gal. facile, aiſé à faire. Hiſp. Coſa que ligeramente ſe puede hazer, facil tratable. Ger. Leicht, zũ thũn Ring.] Terent. in Heaut. faciet omnia. s. Hæc dum incipias, grauia ſunt, dumq; ignores: ubi cognoris, facilia. Ibidem, Bonam atq; iuſtam rem oppidò imperas, & factu facilem. Huius contrariũ eſt difficilis, hoc eſt multum habẽs negotii & moleſtiæ *χαλεπὸς.* Vnde difficiles terræ dicũtur quæ non ſine labore fructum producunt. Virg. 1. Georg. Difficiles primum terræ collesq; maligni. ¶ Aliquando facilis dicitur exorabilis, & ad ignoſcendum paratus. Virg. 4. Georgic. faciles uenerare Napeas. Terent. in Heaut. Mihi ſi unquam filius erit, nõ ille facilẽ me utetur patre. Plin. lib. 7. ca. 6. Melior color matrem ferenti, & facilior partus. Ibidem capite 18. Incipient autem hoc ſtatu, aut deſinente, conceptus facilimi traduntur. ¶ Ex facili aduerbialiter, pro facilè. *ῥᾳδίως.* Colum. lib. 6. cap. 1. Quæ uitanda non ex facili dixerim. Plin. lib. 30. Eorundem cinis exeſis dentibus coniectus, ex facili eos cadere cogit.

Facilè, aduerbium, Nullo negotio, *ῥᾳδίως, ἐυχερῶς.* [Italicè, Fecilmente, ageuolmente. Gal. facilment, aiſément. Hiſp. Ligeramento, facilmente. Germa. Leychtlich.] Cice. lib. 1. Epiſtol. Cæteris iniuriis quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè, ſpero, reſiſtemus. ¶ Eſt etiam confirmantis aduerbium, ſignificãs haud dubiè, liquido, certò, nullis aduerſantibus. *ἀναμάλλω.* Iungiturq; eleganter cum nomine Princeps. Cicero libro tertio Epiſt. Tu qui eſſes ordinis tui facilè princeps. ¶ Admittit ſuperlatiuum: ut, facilè doctiſſimus, Facilè primus. Item adiectiua diuerſitatem importantia: ut, Facilè diſſimilis. ¶ Aliquando & uerba cum præpoſitione Præ compoſita: ut, Facilè præſtat æqualibus. Nonnunquam accipitur pro libenter. Cice. 2. Tuſc. Sed te aberrare propoſito facilè patiebar. id eſt non inuitus. ¶ Antiqui pro facilè, facul & faculter dixerunt, ut ſuprà oſtendimus in dictione Difficilis.

Facilitas, tatis, f. t. Eſt inclinatio quædam, ſine habitus ad aliquid promptè dicendum, faciendúmue: ferèq; in meliorem partem accipitur, nam propenſio in deteriorem partem, uſitatius procliuitas dicitur. *ῥᾳθύμη.* [Itali. Facilità, ageuolezza. Galli. facilité, aiſance. Hiſpa. Facilidad, aquella ligereza de hazer algo. Ger. Leychte, ringthätigkeit.] Cic. 4. Tuſc. Procliuitas ad ægrotandum: ſed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, ut ſignificet lapſionem. Sic facilitatem ingenii dicimus, qua aliquid facilè apprehendimus. ¶ Facilitas carminis, uel orationis: eſt perſpicuitas quædam & claritas qua mentem ſcribentis facilè aſſequimur. ¶ Accipitur etiam facilitas pro placabilitate, & lenitate illa qua facile patimur nos exorari. Terenti. in Hecy. Etſi ego meis me omnibus ſcio etiam adprimè obſequentem, Sed non adeò, ut facilitas mea illorum corrumpat animos. Id eſt indulgentia, exorabilitas.

Facultas, tatis, f. t. Propriè facilitas agendi. *ῥᾳθύμη.* [Ital. Facultà, arbitrió, poteſtà. Gal. faculté, pouuoir & puiſſance, aiſance. Hiſp. La hazienda ò poſſibilidad. Ger. Vermögenheit oder leychte etwas zũ thũn.] Terent. in Andria, dii dent facultatem obſecro Huic pariendi, atq; illi in aliis potius peccandi locum. Cuius contrariũ eſt difficultas. ¶ Aliquando pro poteſtate, ſeu commoditate. *ἐξουσία.* Pli. Si mihi facultas daretur utrum mallem eligendi. Præterea facultas, eſt uis quædam quæ facit ut id facilius fieri poſſit quod de unaquaq; arte præcipitur. *δύναμις.* Eſt enim genus omnium artium quo in omnium artium definitione uti poſſumus: ut quum dicimus, Dialectica eſt facultas differendi: Rhetorica eſt facultas dicendi, & ſic de aliis. ¶ Facultates quoq; in plurali tantum numero dicuntur opes: quoniam quum diues quis exiſtit, facilè quod uult agit. Cice. ad Attic. lib. 11. Si quas habuimus facultates, eas tum Pompeio, quum id uidebamur ſapienter facere, detulimus. Itaq; tũ à tuo uillico ſumpſimus, & aliũde murnati ſumus, &c. Cæſ. 6. bel. Gal. Tantas uideri Italiæ facultates, ut ſiquid eſſet in bello detrimenti acceptum, non modo, &c. Facultatem à facilitate ſic diſtinguit Plin. quòd illam uocat nimiam & energiam eloquentiæ: hanc, promptitudinem duntaxat. Sic enim Epiſto. 115. inquit, Quia ſcilicet nimia aſſiduitate facilitas magis, quã facultas, nec fiducia, ſed temeritas parator. ¶ Omnem facultatẽ induxus eſt, *ἀπασὰν τὴν ἐοικυῖαν ἀμφίεσιν.* De paupere, qui præter neſtitum, nihil præterea poſſidet: alioqui *ἀνέχεται καὶ ἀνέλβου.*

Fãcilus

Fācius, noris, pe. corr. n. t A facio deductum, uocabulum eſt medium, quo tam in bonâ, quàm in malâ parte uti poſſumus. Eſt enim facinus inſigne aliquod factum, ſiue bonũ ſiue malum. [Ital. Fatto rileuato, coſi in buona come in mala parte. Gal. Vne entreprinſe, un haut fait. Hiſp. La hazaña en buena yen mala parte. Ger. Ein namm hafftige that, ſie ſey dann gůt oder bőſs.] In bonam partem accipitur apud Salluſtium, pro uirili & ſtrenuo facto, quod Graeci *ἀνδραγάθημα* appellant, Qui aliquo negotio intenti, præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. Sæpius in malam *πακούργημα*. Cic libro 3 Offic. Ab hoc nulla fraus, nullum facinus aberit. Terent. in Adelp. Prob dii immortales, facinus indignum. Idem in Heaut. is mihi ubi adhibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora?

Fācinŏrōſus, ſa, ſum, Sceleſtus, & flagitioſus. *πανοῦργος*. [Ita. Scelerato, maluagio, ſedidoſo. Gal. Plein de toute meſchãceté. Hiſp. Hazannoſo en mala parte, lleno de peccado y de ſtruicion para otros. Germ. Ein loſterhafftiger, Schalck.] Cice. in Catil. Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorũ, denique omnium facinoroſorum. Vita facinoroſa, Idem 1. de Legibus.

Facula, Faculatii, Vide Fax.

Fācundus, di, m. f. Diſertus: à fando, qui ea quæ mente concepit, ad audientes facilè atq; ornatè profert *ἐλλόγιμος, ἐν ῥητορικῇ*. [Ital. Facondo, eloquente. Gal. Facond, eloquent, qui parle bien. Hiſ. Elegante. Ger. Vuolberedt.] Ouidi. de Arte, Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes. Quinti. lib. 12. In omnibus gentibus alius alio facundior habetur: & in eloquendo dulcis magis.

Facundia, f. p Quæ eſt facultas diſſerendi cum gratia. *λογόρροια*. [Ital. Gratia d. bendire. Gall. Grace de bien parler, eloquence, faconde. Hiſpan. Elegancia en las palabras. Germa. Vuolredenheit, Geſchicklicheit zů reden.] Pli. li. 7. ca. 20. Facundiæ, Latiarumq; literarum parens Cic.

Facundia Camena, f. p. veteribus dicebatur, quæ forenſi oblatione Aduocatorũ, omnia fora perſtrepebat. Quã Plato rapinæ accipitrum aſſimulabat. Hi enim Philodici, non tã tondere clientes, ſed deglubere & totos uorare cupiunt, refert Zaſ. in l. 2. de Orig. iur.

Facundè, aduerb. um, Diſertè. *ἐυρραδῶς, λογίως*. [Itali. Con eloquenza. Gal. Facondement de bonne grace. Hiſp. Elegãtemente. Ger. Mit zierlicher feiner red.] Liui. 3. bel. Puni. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenij dexteritas, ut non Syphacem modo barbarũ, inſuetumq; moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facundè alloquendo ſibi conciliaret.

Facundioſus, adiectiuum. Sempron. Aſell. referente Gel. lib. 9. ca. 9. Facta ſua ſpectare oportere, dicta non, ſi minus facundioſa eſſent.

Fax, facis, f. t. Per æ diph. ut Apuleius docet, ut differat in datiuo à præterito uerbi facio: & eſt excrementum cuiuſcunque rei, cuius diminutiuum eſt fęcula, deducitur q; à facio. *τρύξ, ὑποστάθμη*. [Ita. Faccia, l' ordura di qualche coſa. Gal. Lie, fondrille, bourbe ou limon. Hiſp. La hez. Ger. Trůſſen, hepfen.] Horati. 1. Carm. Ode 18. Diffugiunt cadis cum fœce ſiccaris amici. Fæces unguenti eſt materia craſſior, ex qua expreſſum eſt unguentum: magnara Græco uocabulo appellantur, teſte Plin. lib. 13. cap. 2. Fæcem ciuitatis (*τὴν συμφορὰν*) homines uiles & abiectos aliquando uocamus, non quòd homines ſint ſordes, ſed quòd uitam agant ſordidam, & abiectam. Cicero pro Flacco, Opifices, & tabernarios, atq; illam omnem fæcem ciuitatum, quid eſt negotij concitare? Sordes & fæx urbis, Cice. Attic. lib. primo Fæx Romuli, pro plebe Romuli, hoc eſt populo quem ideo fæcem uocat Cicero ſcribens Attic. libro 2. Epiſtol. 1. quòd collectus eſſet ex confuſa & turbulenta multitudine. Loquitur autem illic de Catone, quem reprehendit quòd ita ſe gereret quaſi eſſet in Republica Platonis, & non in fæce hoc eſt fæculenta plebe Romuli. ¶ Mali bibunt improbitatis fæcem, *κακοὶ πίνουσι πονηρίας τὴν ἰλύν*. Dicì ſolitum, ubi pœna maleficis meritis contigiſſet. Translatum apparet ab iis qui uino limpido epoto tandem ad fæcem uſq; perueniunt. ¶ De fæce haurire, figura mirum in modum proueibiali Cicero in catalogo illuſtrium oratorum, dixit, pro eo quod eſt, ſordida quæpiam ac plebeia nimisq; humilia perſequi.

Fæcŭlentus, ta, tum, Quod eſt fœcis plenum. *τρυγώδης*. [Ita. Feccioſo piẽdi feccia. Gal. Plein de lie, de fondrilles, bourbe ou limon. Hiſpan. Lleno de hezes ò borras. Ger. Vollerũ ſen, hepfechtig.] ut, Fœculenta aqua, apud Pli. li. 31. ca.

Fæcatum uinum, n. t. Quod è fœcibus eſt expreſſum. *τρυγώδες οἶνος*. [Ital. Vino mal purgato. Galli Du vinot, vin de deſpence. Hiſp. Vino no purgado. Ger. Trůſſechtiger tunber weyn, ſack weyn.] Cato de Re ruſt. ca. 114. Vinum fæcatum ſic tacito, Fiſcinas olcarias Campanicas duas illi rei habeto: eas fœcis impleto, ſub prelumq; ſubdito, exprimitoq;. Plin. libro 14. capite 10. De uini operarij generibus agens, Tertium (inquit) eſt fœcibus uini preſſum, quod fœcatum Cato appellat.

Fæcŭtinus, pen. prod. Idem quod fœcatus. *τρύγινος*. [Ita. Pieno di feccia, non purgato d'ella feccia. Galli. Plein de lie. Hiſpa. Coſa llena de hezes ò borras. Ger. Vnlauter von trůſen.] Gel. li. 13. ca. 19. Non eas finitiones prærancidas, neq; fœcutinas Grammaticas ſpectaueris, ſed autem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere.

Fœnĭ æ uax, Dictæ ſunt quæ plus, quàm cæteræ, fœcis afferunt. *τρυγηροὶ φακελαί*. Alio nomine à colore robellanæ nocantur: & à loco Nomentanæ, autore Columella libr. 3. capite 2.

Fāgus, gi, f. f. *φηγός*. [Itali. Faggio. Gal. Vn arbre que aucuns appelen: fau, les autres fouſteau, & les autres heſtre. Hiſpa. La haya arbol conocido. German. Ein büchbaum.] Arbor eſt glandifera, quam ruſtici in Gallia uocant un fau: ita dicta *ἀπὸ τῦ φαγεῖν*, hoc eſt à comedendo: quòd ante inuentas fruges (ut fabulantur Poetæ) homines eius arboris glandibus ſolerent uictitare. Virgi. Egl. 1. uerſu 1. Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. ¶ Sunt qui ſcribant Phagus ad Græcam originem ſpectantes: id tamen magis ſuperſtitioſum eſt quàm neceſſarium. Eſt enim hæc dictio ita iam apud Latinos recepta, ut meritò Latinorum more ſcribi poſſit.

Fāgineus, Faginus, & Fageus, a dictius. *φάγινος*. [Ital. Di faggio. Gal. Qui eſt de fou, de fouſteau ou de heſtre. Hiſp. Coſa de haya. Ger. Büchin, Von büchbaum.] quæ eiuſdẽ ſunt ſignificationis, Quod ſcilicet ex fago arbore eſt. Oui. 4. Faſt. Bis ſua faginea tempora fronde regit. Sic faginus axis, apud Virgil. 1. Georgic. Póſt ualido nitens ſub pondere faginus axis. Et pocula fagina, apud eundem 5. Aegloga. Glans fagea, apud Plin. lib. 16. cap. quinto, Alia fagea glandis figura, alia quernea.

Fagutal, Fuit Romæ ſacellum Ioui in quo erat fagus arbor, quæ Ioui ſacra habebatur. Pli. li. 16. ca. 10.

Faldam uocem origine Teutonicâ Aiberic. indicat in Iure Lógobardorũ modò pro iniuria, ut l. Si caballos, tit. de paupere, modò pro hoſtilitate, inimicitia, ut l. in omnib. tit. de plag. liberor. hom. uſurpari. Accedit Comitum Germaniæ undequaq; doctiſſimus Hermannus Nuenarius, qui obſeruauit ex Conſt. Caroli Magni ad Leg. Salaciam adiectis ca. 9. appellari Faldoſum, qui hoſtis eſt publicus. Fal enim bellum ſignificat.

Falæ Turres ligneæ, ob altitudinem dictæ, quibus in oppidorum oppugnationibus, & in ſpectaculis utebantur: à falando. Tuſci enim falandum cælum uocabant.

Falarica, Vide Phalarica.

Falcarius, Falcatus, Falcula, Vide Falx.

Falcidia lex, *φαλκίδειος νόμος*. Quæ amputat legata, quando ut minimum quarta pars bonorum non ſupereſt hæredibus.

Falco, onis, m. t. Græcè *ἱέραξ*. [Ital. Falcone. Gall. Vn faucõ Hiſp. Halcon. Germani. Ein falck.] Auis eſt ex accipitrum genere: ita dicta (ut Feſtus inquit) quod ungues more falcis habeat introrſum flexos. Auis huius uolatus à ueteribus in auguriis maximè obſeruabatur. Fœliciſſimum ſiquidem omen ad res agendas putabant, ſi falco à ſiniſtra uolaſſet. Vnde & à Græcis *ἱέραξ*, quaſi ſacra auis uocatur. Campani capyn olim uocabant: à qua etiam nonnulli uolunt Capuæ nomen eſſe impoſitum, quòd ex uolatu falconis, de condificanda ſumptum fuerit augurium. Sunt autem falcones omnes (ut hodie à Principum aucupibus obſeruatum eſt) fœminæ: mares uerò ſunt quos uulgus hodie uocat Moſcardinos.

Falere, neutri generis. Varro de Re ruſt. cap. 5. Intra rete aues ſunt omne genus, maxime cantrices, ut luſciniolæ, ac merulæ, quibus aqua miniſtratur per canaliculũ, cibus obiicetur ſub

tur ſub rete. Subter columnarum ſtylobaten eſt lapis à fallere, pedem & dondrantem altus, ipſum falere ad duos pedes altum à ſtagno, latum ad quinq;, &c. Verbum architecturæ nobis hodie incognitum.

Fallo, lis, fefelli, falſum, 3. t Decipio. ἐξαπατάω, παραφρόω. [Ital. Ingannare, gabbare. Gal. Deceuoir, abuſer & tromper. Hiſpa. Engannar. Germa. Betriegen.] A fando deductum verbum, ut inquit Varro: quum contrà quàm diximus, facimus: nam ſi quis re dicipit, impropriè fallere dicitur. Terent. in Heaut. Per alium quemuis ut des, falli te ſinas Technis per ſeruulum. Idem in And. Quidquis cupio, dum ne ab hoc ne falli comperiar. Ci. pro Roſc. Amer. Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſoluere, & fallere eum qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet. ¶ Ponitur & pro lateo. λάνθανω. Liui. Speculator Carthaginenſis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehenſus, præciſis manibus dimittitur: ¶ Fallit me, id eſt ignoro. Cic. de Orat. Neq; hoc te Craſſe fallit. Et in Orat. Quem quæſo noſtrum fefellit, ita uos eſſe dicturos? Idem Attic. libro 2. Tamen in lege nulla eſſe huiuſmodi capita, te non fallit. Tacit. libro 12. Quæ mutatio neq; Neronem fefellit. ¶ Fallere ſpem, fallere opinionem, eſt ſecus facere quàm quis opinatus fuerit. Cic. in Catil. Si uis improborum ſpem meam fefellerit. Idem Leutulo lib. 1. Epiſt. Non fallam opinionem tuam.

Falſus ſum, Decipior. Plaut. Aul. Quanquam haud falſa ſum nos odioſas haberi. Terent. And. Heu me miſerum, qui tuũ animum ex animo ſpectaui meo. P. Falſus es. Id eſt erras, aliter eſt atq; tu putas. Plau. Truc. Mihi etiamnum quid ſit negoti, falſus incertusq; ſum: niſi quia timeo tamen. Huius contrarium eſt Refello.

Falſus, ſa, ſum, nomẽ adiect. accipitur pro eo quod falſi, hoc eſt pro eo quod uerum non eſt. ψευδὴς [Itali Falſo. Galli. Faux. Hiſpani. Engannoſo. Germani. Falſch.] Terentius in Eunuch. Quæ uera audiui taceo, & contineo optimè: Sin falſum, aut uanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt, Plautus in Milit. Accaſtor ergo mihi haud falſum euenit ſomnium. Sic falſus tutor dicitur, qui ſe pro tutore gerit, quum uerus tutor non ſit. Falſum teſtamentum, quod ſuppoſitum eſt, uel corruptum. Sic etiam Falſum iudicium, Falſam ſententiam, Falſum nomen dicimus, pro eo quod uerũ non: eſt non quòd fallendi gratiam aut dictum, aut factum ſit: ſed quòd hominum opinionem fallat. Quando uerò participium eſt, paſſiuè accipitur pro deceptus. Terent in And. Falſus es, hoc eſt deceperis. ut interpretatur Donatus.

Falſum habere, eſt fallere. παραφρόμαι. Salluſtius in Iugurtha, Neq; ea res me falſum habuit.

Falsò, aduerbium, mendaciter, non uerè ψευδῶς. [Ital. A torto, falſamente. Gal. Fauſſement, à tort. Hiſ. Falſamente, engennoſamente. Germani. Fälſchlich.] Salluſtius in proœmio Iu. Falsò queritur de natura ſua genus humanũ. Plau. in Bachid. Non maneo, neque tu me habebis falsò ſuſpectum.

Falsè, aliud aduerbium, Plaut in Cap. Tace modò: ego Philocrates Falsè faciam, ut uerus hodie reperiare Tyndarus.

Falsĭdĭcus, ci, pen. corr. & Falsiloquus, m. ſ. Qui falſa loqui eõ ſuenit. ψευδολόγος, τερατολόγος. [Itali. Che dice il falſo. Gal. Qui dit & raconte choſes fauſſes. Hiſp. El que dize falſedad. Ger. Ein lugner, der falſche dingt ſagt.] Sicut Veridicus, qui uera fari conſuenit, Plaut. in Capt. Me meamq; rẽ, quod in te uno fuit, Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis dilaceraniſti. Idẽ, Quarũ rerum te falſiloquũ mihi eſſe nolo.

Falsĭfĭcus, m. ſ. Qui facit fallacias. ψευδοποιός. [Ita. Che fa il falſo. Gal. Qui fait fauſſetez fauſſaire. Hiſp. El que haze la falſedad. Ger. Ein falſchmacher, der mit betrug ombgadr.] Plaut. in Mil. Domi habet animum falſiloquum, falſificũ, falſiiorium.

Falsĭjūrius, a, um. ψευδόμνος, ψευδόρκος. [Ita. Spergiurato. Gal. Pariuré. Hiſp. El que iura falſedad. Ger. Mein eydiger.] Plaut. Milit.

Falsiloquus, a, um, ψευδολαλῶν [Ital. Qui perla il falſo. Gal. Qui dit fauſſetez. Hiſp. El que habla falſedad. Ger. Ein lugymaul, Oder falſchheit fürgibt.] Plaut. Milit. Idem Capt. Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo.

Falsimōnĭum, nii, n. ſ. Fraus, fallacia. ἐξαπάτη. [Itali. Frode, fallacia. Gal. Fraude, dol, fallace. Hiſp. Enganno. Ger. Falſchheit, betrug.] Plaut. in Bacc. Multi more iſto atq; exemplo niunt: quos quum cenſeas Tibi amicos, reperiuntur falſi falſimonij.

Falsiparens, tis, Id eſt qui falſum habet parentem: hoc eſt cuius pater is eſſe creditur qui minime tamen eſt, ψευδότιτνος, ὁ τὸν γονέα ψευδόμενος. Sic Catullus uocat Herculem, quem ex Ioue & Alcumena natum, plurimi credebãt Amphitryonis eſſe filiũ, qui uerus erat Alcmenæ maritus. Catullus ad Mallium, epigrã. 61, Quod quondam cæſis mõtis fodiſſe medullis Auſus falsiparens Amphitryoniades.

Falsĭtas, tatis, f. t. Dicitur quum id aſſerimus eſſe quod non eſt. ψεῦδος. [Ital. Falſità. Gal. Fauſſeté. Hiſp. Falſedad. Ger. Falſchheit.] Cui cõtraria eſt ueritas, quæ oſtẽdit id quod eſt. Cic. pro Cluen. Etenim ſicut aliis in locis parum firma menti, & parum uirium falſitas habet: ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe debet.

Fallax, cis, om. t. Doleſus, qui conſuenit fallere. ἀπατέων. [Ital. Fallace, ingannatore, gabbatore. Gal. Trompeur, deceur, faux. Hiſp. Enganoſo. Ger. Betrüglich.] Ut, Fallax interpres, apud Ciceronem ad Brutum. Pli. li. 11. ca. 25. Quoniam in his naturam eſſe apparet, in illis coniecturam ſæpius fallacem. Mart. li. 1. Sic auidois fallax indulget piſcibus hamus. Cic. de Amic. Nouitates autem ſi ſpem afferunt, ut tũ quam in herbis non fallacibus fructus apparet, non ſunt illæ quidem repudiandæ.

Fallācĭæ, ciarum, fœ. p. Technæ, doli mali, dicuntur uerba ad fallendum compoſita. γραφαὶ, ἐξαπάται. [Ital. Fallacie, inganni. Gal. Fallaces, tromperies. Hiſp. Enganos. Ger. Betrüg. Beſchiſs.] Ci. ad Diui. Tota res eſt inuenta fallaciis aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionẽ, aut ad errorem, Terent. in And. Fallacia alia aliam trudit. Colu. lib. 11. ca. 2. Sed hæc ipſa res habet aliquam fallaciam.

Fallācĭter, aduerbium, Idem quod fraudulenter. δολίως. [Ital. Fallacement, fraudolentemente. Gal. Fauſſement, par deception & tromperie. Hiſp. Enganoſamente. Ger. Betrüglicher weyſs.] Cic. 1. de Diuin. Fallaciter portenta interpretari. Idem 3. Offi. Ratio igitur hoc poſtulat, nequid inſidioſè, nequid malè, nequid fallaciter. Vendicare ſe alicui fallaciſſimè. Cic. de Aruſp. reſp.

Fallacioſus, a, um. Fallaciis plenus. ἀπατηλός. [Ital. Pieno d inganni. Galli. Plein de fallaces. Hiſp. Lleno de enganos. Ger. Vol liſt vnd betrüg.] Gelli. Veterum teſtimonia quibus huiuſmodi ambages fallacioſæ confutantur.

Fallam pro fallacia dixere ueteres, ut annotauit Nonius, Nonij antiqui Poetæ locum citans ex Decumis, Me non nocabit ob eam rẽ: hanc feci fallam.

Falso, as, ãt. p Falsum facio παραποιῶ, μεταγράφω. [Itali. Falſare. Gal. Fauſſer, faire faux. Hiſp. Falſar. Ger. Falſch machen, felſchen.] Modeſt. l. pen. ff. ad l. Cor. de fal. Decretoq; diui Adriani præceptum eſt, in inſulam eos relegari, qui pondera aut menſuras falſaſſent.

Falsārius, rij, m. ſ. Qui decipiendi gratia ſcripta publica falſificat. μεταγράφων, ψευδογράφος. [Ita Falſario Gal. Fauſe faire. Hiſp. El que en la eſcriptura hafir falſedad. Germ. Ein felſcher.] Suet. in Nero. cap. 17. Aduerſus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ, niſi perfoſæ, ac ter lineo per foramina traiecto obſignarentur.

Fallonia, eſt culpa, iniuria, propter quam uaſallus amittit feudum: nomina barbara.

Falx, cis, f. t Ferramentum aduncum quo ſegetes & herbæ ſecantur: item illud quo uites & arbores putantur. ἁρπαξ, δρέπανον. [Ital. Falce. Gall. Vne faux ou faucille, une ſerpe. Hiſp. Hoz. Ger. Ein ſichlen, Rãbmãſſer, Oder ein ander krumb ſchneid mãſſer.] Varro li. 1. de Re ruſt. cap 50. In Vmbria falce ſecundum terram ſuccidunt ſtramentum. Virg. 3. Aeglo. Tum credo, quum me arbuſtum uidere Miconis, Atq; mala uites incidere falce nouellas. Pli. li. 18. cap. 28. Falcium duo genera: Italicum breuius ac inter uepres quoq; tractabile, Galliarum latifundia maioris compendij quippe medias cædunt herbas, breuioresq; præterennt: Cic. 1. Tuſcula. Immiſſi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum falces in Campania, ſeculæ dicuntur à ſecando. ¶ Falcium uaria enumerantur genera à Catone, cap. 10. & 11. Sunt enim falces quædam fœnariæ, quædam ſtramẽtariæ, quædã arboratiæ, aliæ uineaticæ, ſylueſtres, & roſcariæ. ¶ Falx etiam appellabatur bellica machina quæ adunco præfigebatur ferro: ſic dicta quòd incurnata eſſet ad ſimilitudinem falcis, ut ex muris lapides extraherẽtur. Cæſ. 3. bel. Gal. Vna erat magno uſui res præparata à noſtris, falces præacutæ, inſertæ, affixæq; longuriis, non abſimili

forma

forma muralium falcium. ¶ Falces postulabam, *ἅμας ἀπαίτων* In eos qui respondent id quod ad rem nihil attinet. Videtur hinc natum, quòd agricolæ cuipiam è vicino falcem commodato petenti, negauerit ille tibi lignorem esse domi. Plutarchus, Zenodotus & Suidas referunt.

Falcula, diminutiuum, Parua falx. *Δρεπάνιον, Δρεπανίς.* [Ital. Falcinella, falceta, coltellaccio da brusare. Gal. Vne faucille, serpe, serpillon, vne crochet. Hisp. Pequenna hoz, hocezilla. Ger. Ein kleine sichel oder sägmässerlin.] Col. li. 12. ca. 8. Nec minus falculæ, & vngues ferrei quamplurimi parandi. Cato cap. 54. Quod falcula secueris non renascetur. ¶ Dicuntur etiam falculæ, pardorum & pantherarum extremitates vnguium in falcis formam incuruatæ, quibus dum appetunt, etiam integra corpora dilaniant: à quibus etiam falculis falcones dicti putat Festus. Plin. li. 8 c. 17. Mirum parnos, pantheras, leones, & similia, condito in corporis vaginas vnguium mucrone ne refringantur, hebetentur, ingredi, auersisq; falculis currere, nec nisi appetendo, protendere.

Falcārius, ria, rium. Quod ad falcem pertinet. *Δρεπανικός.* [Ital. Pertinente à falce, Gal. Appartenant à vne faux. Hispa. Cosa perteneciente à hoz. Ger. Das zů denn sichlen oder sägmässerē gehört.] Iut Cotes falcariæ, quib. falces acuitur.

Falcārii, Qui falcibus utuntur. *Δρεπανηφόροι.* Cic. 1. Inuect. contra Catil. Dico te prima nocte uenisse inter falcarios. quem locum Priscianus exponens, Inter falcarios, inquit, id est in eum locum ubi sunt falcarij.

Falcātus, a, um. Quod formam falcis habet. *Δρεπανοειδής.* [Ital. Che ha forma di falce. Gall. Courbs comme vne faux ou faucille. Hisp. Cosa encoruada en manera de hoz. Ger. Krombuge ein sichel.] Plin. li. 10. ca. 21. De gallo loquens, Solus inquit, uolucrum in cælum aspicit crebrò, in sublime cuidam quoq; falcatam erigens. Amygdalæ falcatæ apud Plinium, ca. 10. ¶ Rursus falcatum, dicitur falcibus instructū unde falcati currus dicti sunt, quos Macrobius per circumloquutionem Currus cum falcibus appellat, quū aiat, inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Statius li. 10, Thebaid.

Antea falcato lustrantem mœnia curru.
Desuper Agygiæ pepulit grauis impetus hastæ.

Falcifer, m. t. Falcem ferens. *Δρεπανηφόρος.* [Ital. Che porta la falce. Gal. Qui porte vne faux ou faucille. Hisp. Cosa que trae hoce, Ger. Ein sichlen trager.] Vnde perpetuo epitheto Saturnus Falcifer à Poetis appellatur. cui idcirco falx tribuitur quòd primus in Italia agriculturæ usum credatur indeasse, ut autor est Macrobius, li. 1. Sat. Mart. li. 7. Nam & falciferi defendere templa Tonantis.

Fāmā, mæ, à fando dictio media. f. p. *φάμη.* [Ital. & Hisp. Fama Gal. Renommée, bruit, renom. Ger. Ein geschrey, einen so von einem ding ausgadt.] Est enim quicquid de aliquo diuulgatur, siue in bonū, siue in malum. Virg. li. 4. Neq; enim foecie, famāue mouetur. id est infamia, ut exponit Nonius. Idem 4. Aen. Fama malum quo non aliud uelocius ullum, Nobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo. Teren. in And. omnes uno ore omnia Bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gustum haberem tali ingenio præditum. Quid uerbis opus est? hac fama impulsus Chremes, Vitrò ad me uenit. Cic. 17. Phil. Hoc triduo, uel quatriduo tristis à Marsis fama manarat. Idem autem sunt, præterquā quòd alterum Latinum est, alterum è Graeco, teste Valla. ¶ Et fama fuit, & eras, *ἠμὲν πλέος, ἠδὲ καὶ ἔσται*, id est, & diceba tis erasq. Hemistichion prouerbiale, & quoties facta respōdent opinioni. Suidas è poeta quopiam. ¶ Fama etiam dicitur de re inueterata, firmataq; in hominum opinione, quamuis incerta, Martial. lib. primo, Quicquid fama canit, donat arena tibi. Quinti. Fama est, olim louem in imbrem aureum conuersum, puellæ in gremium descendisse. Plinius Iunior in Epistolis. Huc cum liberalitatis tuæ fama perduxerat. Sic fama Scipionum, fama Camilli, id est laus, celebritas. Virgil. 1. Aeneid. Sum pius Aeneas, fama super æthera notus. ¶ A fama diffamo, & infamo deducuntur, de quibus alibi.

Famōsus, a, um. Frequentius in deteriorem partem accipitur pro infami. *Δύσφημος.* [Ital. Famoso, di gran fama Gal. renom, fort renommé soit en bien ou en mal. Hisp. Famoso en buena y mala parte. Germa. Verrümpt oder, verschreyt vnd verlümbdet.] Sallust. Largitionem famosam, impudentemq;. Inde famosa mulier dicitur quæ est famę parum integræ. hoc est quæ impudicitiæ nomine male audit. Cicero 2. de Orati. ex Poeta, - quid tu Aegisthi mea, Quando ad me uenis, cum tua colu & lana? Non pol, inquit, audeo Nam me ad famosos uetuit mater accedere. ¶ Interdum in actiua significatione accipitur pro eo quod uulgò dicunt diffamatorium. Vnde famosi libelli apud iurisconsultos appellantur qui alicuius famam lædunt. ¶ Inuenitur etiam interdum in bonam partem acceptū, præsertim apud Plinium Iuniorem, & eius sęculi scriptores. Nam Ciceronis sęculo uix quisquam aliter quàm in malam partē usus est. Plinius lib. 6. Epist. Impense petis ut causam tuam pertinentem ad curam tuā, pulchram alioqui & famosam faciam. Tacitus libro 21. Sed quia famosæ urbis supremam diem tradituri sumus, congruum uidetur primordia eius aperire.

Famigero ās, a. p. Diuulgo. *Διαφημίζω.* [Ital. Diuulgare. Gal. Diuulguer. Hispa. Derramar, ò diuulgar fama. Germa. Ein geschrey ausbringen.] Famigerātus, diuulgatus, fama celebratus. *Διαβεβοήσ.*

Famigĕrātor, Qui rei alicuius famam spargit. *Διαφημιστής.* [Ital. Quello che diuulge la fama di qualche cosa. Gal. Semeur ou porteur de bruit. Hisp. Aquel diuulgador de fama. Germani. Einer der neuw geschrey ausbringt.] Plaut. in Trinummo, Ego de uerbis eorum famigeratorum inscius profiui.

Famigeratio, onis, f. t. Famæ dissemination. *Διαβόησις.* [Ital. Diuulgatione di fama. Galli. Bruit semé ou porté ca & la. Hisp. Aquella obra de derramar ò diuulgar fama. Ger. Außspreitung einer sag oder leumbdēs.] Plau. Trinum. Hæc famigeratio te honestet, mecum conlutulet.

Famĭgĕrābilis, le, Celebris, clarus fama, notus. *Διαβόητος.* [Ital. Celebre, illustre, cognosciuto per fama. Galli. Bien famé, renommé. Hispani. Cien enfamado, solenne, famoso. Ger. Verrümpt.] Apuleius de Asino aureo, Satis famigerabilis confector.

Famella, diminutiuum est à famo. Festus.

Famen, faminis, n. t. *Λαχὶς, βαρὶς* locutio & sermo, à fando ductū est: ut illud: Ne leui saltē maculare uili famine posses.

Fāmes, huius famis, f. t. Edendi cupiditas, *λιμὸς, ἔρεξις.* [Ital. fame. Gallicè, faim, famine. Hispanicè, Hambre. Ger. Hunger.] à *φάγω*, edo: & differt ab inedia, quòd fames est semper cum appetitu edēdi: inedia etiam sine appetitu, ut in ægrotis. Est enim propriè inedia, abstinentia à cibo, non edendo dicta, *ἀσιτία.* Vnde summos aliquot uiros legimus aliquot dierum inedia se euacuasse. Ci. pro Aul. Cluēntio. Iam hoc ignoratis Iudices, ut etiam bestiæ fame dominante, plerunque ad eum locum ubi pastæ aliquando sint, reuertantur. ¶ Accipitur interdum fames, pro caritate ex annonæ penuria nascente, quum scilicet plerique aliquo in loco alimento deficiente de uita periclitantur. Cicer. Terentius, Etiam illud uerēdum est ne breui tempore fames in Vrbe fit. Idem pro Flac. In fame frumentum erat exportare ausus. ¶ Multa docet fames. *πολλῶν λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος.* ¶ Fames Melia, *λιμὸς μηλιάδος.* De fame extrema & eque rebus difficillimis. Est enim Melus oppidum Thessaliæ quod Nicias Athenienſium dux obsedit expugnauitq; non tam machinis bellicis, quàm fame. Suidas ex Aristophane.

Fāmēlicus, a, um, pen. corr. Qui fame laborat. *βλιμιῶν, βλιμιάσων.* [Ital. Famelico, affamato. Gal. Affamé, que à faim. Hisp. Hambriento. Germ. Hungerig oder hungerstotig.] Plaut. in Casin. Post id quum lassus foeris & famelicus, Nam ut condignè recubes, curabitur. Terent. in Eun. Ille ubi miser famelicus uidet me esse in tantum honorem. Et tam facilè victum quærere, ibi homo, &c. Plaut. Pseud. Dumq; ridebunt seruri, mordebunt famelici.

Famelicōsus, a, um, Qui frequenter famelicus est. *βλιμιώδης.* Vnde famelicosam terram, palustrem ueteres uocabant, teste Festo.

Familĭa, f. p. appellatione comprehenduntur tam liberi quā serui utriusq; sexus. unios quem patremfamiliās uocamus, iuri subiecti. *τῶν οἰκετῶν*, [Italic. Famiglia, Gallicè, Famillè. Hispanicè, La familia, casa y personas de casa. Ger. Gansge sind.] Apud antiquissimos familia scribebatur per literam, tantúmque de seruis dicebatur: ab Osca dictione Famel, qua illi seruos appellabant, ut autor est Festus. Postea cō mutata e in i, familia appellata est. Quo uocabulo Varronis

etiam ſeculo ſeruí ſignificabantur. Ita enim ait, lib. 1. ca. 16. Si ab fundo longius abſunt oppida aut uici, fabros parent quos habeant in uilla. ſic cæteros neceſſarios artifices: ne de fundo familia ab opere diſcedat, ac pro feſtis diebus ambolet, feriata potius, quàm opere faciundo agrum fructuoſiorem reddat. Deinde tamen paulatim inualuit uſus, ut etiam liberi familiæ nomine, & quicunq; ſub unius patrisfamiliàs iure uiuerent, comprehenderentur. Plautus Tru. Hæc una opera circumit per familias, puerum caſtigat. Poſt hæc ad eos quoq; tranſlatum eſt, qui ex eadem ſunt cognatione nt Cæſarum familia, Scipionum familia. Sueto. in Nerone, Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Cornuinorum & Aenobarborum. ¶ Familia pro ſecta. *αἵρεσις*. Cic. 1. de Diui. Magnus locus Philoſophiæq; proprius à Platone, Ariſtotele, Theophr. totaq; Peripateticorum familia tractatus uberrime. Vnicus uerò ſeruus, familiæ nomine non continetur, nec duo faciunt familiam. Eſt enim collectiuum nomen pluralitatem in ſe continens. Vide latius nominis huius ſignificationem apud Paulum Iuriſconſultum l. Pronuntiatio. ff. de Verb. ſignif.

Familiaris, com. t. quando adiectiuum eſt, ſignificat quod ad familiam pertinet. *οἰκιακὸς, οἰκεῖος*. [Ital. Famigliare. Gal. Familier, domeſtique, de la maiſon Hiſ. Familiar. Ger. Das zů dẽ hauſsgeſint gehört.] Vnde familiaria negotia, res familiaris, res domeſtica. Autor ad Herẽ. in operis præfatiõe, Etſi negotiis familiaribus impediti, uix ſatis otii ſtudiis ſuppeditare poſſumus. Gell. lib. 3. Memoriæ mandatum eſt, Platonem philoſophum tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. ¶ Familiaris focus. Col. lib. 11. cap. 1. Conſueſcat ruſticos circa larem domini focumq; familiarem ſemper epulari. ¶ Sepulchra familiaria, quæ quis ſibi ac familiæ ſuæ conſtituit: quemadmodum hæreditaria dicuntur quæ quis ſibi & hęredibus extruit. Autor Caius Iuriſcon. leg. Familiaria. de Relig. & ſumpt. funerum. ¶ Interdum idem eſt quod neceſſarius, amicus, intimus, & diuturna conſuetudine nobis aſtrictus, *συνήθης, ἐταῖρος, στέργων, οἰκεῖος, συνεσιαστής*. [Itali. Famigliare, amico. Gal. Familier, amy & priue, qui haute ſouuent auec. Hiſp. Familiar ó amigo de caſa. Ger. Ein geheimer, Ein gůter freũd auſs beywonůg har.] Vnde quia Cicero delectabatur lectione Terentiana appellat Terentium familiarẽ ſuum, de Amicitia. Sed neſcio (inquit) quomodo uerum eſt, quod in Andria familiaris meus Terent. dixit Obſequium amicos, ueritas odium parit. Cic. Attic. Homo familiariſſimus mihi, & omnibus in rebus coniunctus. Idem de Amicitia, Vidimus P. Aemilium C. Luſcinio familiarem fuiſſe. Idem pro Cælio, Mulier ita quadrantaria permutatione familiaris facta erat balneatori. ¶ Arbor familiaris Italiæ, id eſt protrita, & paſſim naſcens, apud Plin. lib. 15. cap. 1. ¶ Quandoq; etiam hoc nomine intelliguntur domeſtici, quinc ſunt ex familia. Cice. ad Qu. frat. Aeſopi tragœdi familiaris ſeruus tibi notus ſu fugit. Plaut. in Amph. Ne qui eſſem, familiares quærerent, Verſari crebro hic quum uiderent me domi. ¶ Familiaris ſella, à ueteribus appellata fuit ſella perforata, eiiciendis alui excrementis accommodata. *ἀφεδρών*. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 13. Itaq; periti, ut eò aqua influat, eo nomine faciunt: quidam & ſellas familiares ponunt.

Familiaritas, tatis, f. t. Conſuetudo ipſa quæ eſt inter familiares & amicos. *συνήθεια*. [Ital. Famigliarità, domeſticheza. Gal. Acointẽce, familiarite, amittie familiere & priuée, priuaute. Hiſp. Familiaridad. Ger. Fründeſchafft, Beywonůg, Beheime.] Terent. in Heaut. Mihi magna cum eo iam inde uſq; à pueritia ſemper fuit familiaritas. Cice. de Amic. Sic quum accepiſſemus à patribus, maximè memorabilẽ C. Lælii, & P. Scipionis familiaritatem.

Familiariter, aduerbium. Domeſticè, ad ſimilitudinem familiarium. *συνήθως*. [Ital. Famigliarmente. Galli. Familierement, priuẽment. Hiſp. Amigdable y familiarmente. Ger. Fründlich, Beheimlich.] Plaut. in Rud. Ah nimium familiariter me attrectas. Terent. in Heaut. Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas (Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto) facit, ut te audaciter moneam, & familiariter. Cic. 6. Verr. Præſertim quum is L. Siſenna defenſore tuo tam familiariter uteretur. Familiariter ferre mortem alicuius, id eſt grauiter & moleſte. nam quæ ſunt nobis familiaria, ea animo noſtro ſunt chara, inquit Donatus. Terentius in Andr. Huius mortem tam fert familiariter.

Faminor, ſecunda perſona multitudinis Imperatiui futuri, à nerbo faris, quod ueteres pro dicis uſurpabant.

Famoſus. Vide Fama.

Famulus, li, m. ſ. Originem habet ab Oſcis Italiæ populis, apud quos ſeruus famul dicebatur. *ὑπηρέτης* [Ital. Seruo, famiglio. Gall. Seruiteur, uarlet ou uallet. Hiſp. Seruidor. Ger. Ein knecht oder diener.] Mart. Argolico famulũ non te ſeruire tyranno Vidiſſent gentes, ſeruaq; regna patri. Luc. li. 3. Oſſa dedit terra, proinde ac famul infimus eſſet.

Famulus, a, um, adiectiuum, Idem quod famularis. *δουλικός*. [Ital. Pertinẽte à ſeruitore. Gal. Apartenant ou ſeruante. Hiſp. Hiſp. Boſa perteneſcientos ſeruidor. Ger. Das der dienen iſt, Oder zů den knechten gehört.] Ouid. 3. de Pont. Nec dedignata eſt abiectis Illyris armis Cæſarum famulo uertice ferre pedem. Idem 1. Faſt. Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.

Famula, læ, f. p. Ancilla *ὑπηρέτης*. [Ita. Serua, Fatina. Gal. Cõbriere, ſeruante. Hiſp. Seruidora. Ger. Ein dienerin, dienſtmagt.] Cicer. 5. Tuſcul. Sin autem uirtus ſubiecta ſub uarios incertosq; caſus famula Fortunæ eſt. Virgil. 2. Aeneid. Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longa Exercet penſo.

Famŭlor, aris, f. o. Famuli officio fungor, ſeruio. *ὑπηρετέω*. [Ital. Seruire. Gal. Seruir, el que es libre Germ. Dienen.] Plinius lib. 2. cap. 63. Vt alimentis noſtris famulentur. Ibidem capite 7. Famulantur æternis ſacris Fortuna famulante alii quid agere, id eſt adiuuante fortuna Claud. de bel. Ger. A magno Stilicone cauę, qui ſemper iniquos Fortuna famulante premit.

Famulanter, aduerbium, Idem quod ſupplicĩter, & in modum famuli. *ὑπηρετικῶς. δουλικῶς*. [Ital. Supplichevolmẽte, humilmente Gal. Seruilement. Hiſp. Seruilmente, humilmente. Ger. Dienſtlich, vnderthánicklich.] Nonius, Famulanter, ſuppliciter. Accius Tereo, Semela narum affare, & famulanter pete.

Famŭlaris, re, Quod pertinet ad famulum ſiue famulam. *δουλικός*. [Itali Pertinente à ſeruitore. Galli Apartinant à ſeruitenr, ou ſeruante. Hiſp. Coſa perteneſciente à ſeruidor. Ge. Das zů einem dienſt knecht oder dienſtmagt gehört.] Cice. 1. Tuſc. Qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari neſte, ne poſſet agnoſci ſi eſſet ornatu regio. ¶ Iura famularia dare, pro imperare populo regia poteſtate. Ouid 15. Meta. Si Romam intrarit, famularia iura daturum, Manus famularis, Senec. Herc. Oetæo. Turba famularis menſas inſtruit, Stat. 2. Achil.

Famulare, neutrum pro aduerbio, ſeruiliter. Sta. tertio Syl. -nec turbidus ira, Nec famulare timens. Id eſt more famuli.

Famulatus, us, n. ſ. & famulitium, Pro ſeruitute. *δουλεία*. [Ital. Seruitù Galli. Seruitude, ſeruage. Hiſpa. Seruidumbre. Ger. Dienſt oder dienſtbarkeit.] Cicer. de Amicit. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerint. Idem 3. Offic. Quàm miſer uirtutis famulatus ſeruientis uoluptati. Varro. Apud ignauum dominum duro famulatio aſtrictus. ¶ Dicitur etiam famolitium, ſeruorum copia, *τὸ οἰκέτιον, τὸ ὑπηρετικὸν, ἡ ὑπηρεσία*. [Italic. Compagnia de ſerui. Gal. Compagnée de ſeruiteurs. Hiſpa. Aquellos meſmos ſeruidores. Ger. Viele der knechtẽ.] Macrob. Vnus à famulitio cui prouincia erat, admittere uolẽtes dominum conuenire.

Famulatio. a, t. Famulorum, famulatumq; multitudo, *διακονία*. [Ita. Moltitudine de ſerui. Gal. Compagnée de ſeruiteurs. Hiſpa. Los ſeruidores. Germa. Ein hauffen knecht.] Apul. lib. 2. Et ecce mulierem quampiam frequenti famulatione.

Fanaticus Vide Fanum.

Fandus, Vide Faris.

Fannia lex. *φάννιος νόμος*. à Macrobio li. 2. ca. 24 numeratur inter leges ſumptuarias quæ ad nimium conuiuiorum luxum compeſcendum à Fannio Conſule lata fuit anno poſt Vrbem conditam quingenteſimooctauo. Hæc ludis Romanis, item ludis plebeiis, Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus in ſingulos dies centenos æris inſumi conceſſit, decemq; aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. Vide Gellium libro 2. capite 24.

Fannina pyra, Vide Fauoniana.

Fanum, ni, n. ſ. Templũ. *ναός, ἱερόν*. [Ital. Tẽpio, chieſa. Gal. Temple.

Temple. Hiſp. Templo donde ſe dauan reſpueſtas. Germa. Ein tempel, ein kirch.] à Faunis Latinorum diis, qui indormientibus reſponſa dare ſolebant, ut ait Martianus Capella: uel à Fauno, qui (autore Probo Grámatico) primus oraculi conditor fuit. Feſtus, Fanum à Fauno, uel à fando, quòd pontifex in dedicatione templi certa uerba præfari ſolebat. Cic. 2. de Legib. Illud nitioſum Athenis quòd Colonio ſcelere explato, Epimeni decreto ſuadente, fecerunt contumeliæ fanum, & impudentiæ. Sunt tamen qui hoc nomen per ph ſcribãt, ἀπὸ τῦ φαίνῳ, quod ſignificat manifeſtum, quòd è phano aperta reſponſa dabantur. Ab hoc nomine adiectiuum deducitur Profanus, ſiue Prophanus, a, um.

Fanáticus, a, um, adiectiuum eſt à fano deductum. ¶ Dicuntur autem fanatici quos Græci nocant ἐνθέους, aut θεοφορημένους, quòd à non ſua ſponte, ſed diuino numine ferri creditur. Fanatici autem dicti ſunt ideirco quòd in fanis, hoc eſt in templis ſacerdotes oraculum edituri, huiuſmodi furore corripiebantur ſe concutientes: ut eleganter depingit Virg. 6. Aen. & Lucan. Pharſal. lib. 1. Liui. lib. 8. bel. Macedo. Galli Matris magnæ à Peſſinunte occurrere cum inſignib. ſuis; naticinantes fanatico carmine, deam Romanis uiam belli & uictoriam dare. Quint. libro 11. Frequens etiam capitis nutus non caret uitio: adeò caput iactare, & comas excutientem rotare, fanaticum eſt. Iuuenal. Satyr. 2. & crine ſenex fanaticus albo, Sacrorum antiſtes. Cic. pro Domo ſua, Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo fanatice, ſacrificium, &c. Fanatico carmine uaticinari, Liu. 8. bel. Macedon.

Far, farris, n. t. Olim generale nomen fuit ad omnia genera frumenti: ita dictum à ferendo quod à terra proferatur: ſiue (ut Varroni placet) à frangendo uel faciendo, quòd in piſtrino fieret, id eſt præpararetur, & contunderetur. Nã apud antiquos molarum non erat uſus. ſed frumentũ in pila miſſum frangebant. Hinc triticeum far, pro tritico ueteres dixerunt, & hordeaceum far pro hordeo: & far adoreũ, pro certo frumenti genere quod alio nomine ador appellabatur. Col. lib. 8. cap. 5. Poſt hæc cauea cum matre clauden di ſunt, & farre hordeaceo cum aqua incocto, uel adoreo farre uino reſperſo modicè alendi. Et paulo pòſt, Uua labruſca de ueprib. immatura lecto cum farre triticeo mixto cocta obiicitur eſurientibus. ¶ Propriè autem farris nomine certum quoddam frumẽti genus intelligimus, quod primum ab edendo edor, deinde literæ primæ immutatione ador appellatum fuit, quodq; paulò antè etiam far adoreũ dici indicauimus. [Ital. Farro. Gal. Toute ſorte de ble, mais princi pallement tourment. Hiſpan. Farro ò eſcandia. Ger. Dinckel koren, kern.] Plin. lib. 18. cap. 8. Volgatiſſima frumenti genera, far quod adoreum ueteres appellauere, ſiligo, & triticum. Et paulo pòſt, Qui zea utuntur, non habent far. Et rurſum, Ex omni genere duriſſimum far, & contra hyemes firmiſſimum: primus antiquo Latio cibus. Et iterum lib. eodem, cap. 7. Populum Rom. farre tantùm è frumento CCC. annis uſum, Verrius tradidit. ¶ Farris quatuor ſunt genera, cluſinum, uermiculum duplex, & trimeſtre, quod & alicaſtrum uocatur. Vide Columellã lib. 2. cap. 6.

Farraca, χονδρίτης. dicuntur cibaria ex farre.

Farreus, a, um, Quicquid ex farre cõfectum eſt. σιτινὸς, ὁ τῦ ſίτου ſείου. [Itali. Di formento. Gal. De fourment. Hiſp. Coſa de farro ò eſcandia. Germa. Kernen, auſs kernen oder dincke gemachet.] ut, Panis farreus. Col. lib. 7. cap. 12. Farreo, uel triticeo pane ſatiandi ſunt.

Farraceus, a, um, ſείου, Idem quod farreus, Vt farraceos pelleo. Plin. lib. 24. cap. 7.

Farreum, rei, n. ſ. Genus libi ex farre factum. τὸ σιτικὸν, τὸ ἐκ τῦ ſίτου. [Ital. Focaccia di formento. Gal. Gasteau de fourment. Hiſp. La oblada ò torta de farro ò trigo. Ger. Ein kůchen auſs kernen gemacht.] Plin. lib. 18. cap. 3. Nouæ nuptæ farreum præferebant. ¶ Farreum quoq; ueteres uocabant horreũ à farre: ſicut granariũ à grano, & horreũ ab hordeo.

Farreatio, f. t. Genus ſacrificii erat quo ſacerdotum nuptiæ confirmabantur. Nam (ut autor eſt Boetius in Topica Ciceronis) tria erant genera uxorum: unum quum uxor tãtùm in lecti partem ueniebat, quam matronam uocabant. Alterum quum in manum, mancipiumq; uiri conueniebat, omniumq; eius fortunarũ fiebat particeps, & marito ſuo inteſtato ut hæres ſuccedebat, & maritus uicißim illius cuiuſmodi uxores matresfamiliàs uocabantur. Tertium quum adhibito libo farreo, certa ſacrificii ſolennitate nuptiæ contrahebantur. Sed huiuſmodi ſolennitate in contrahendis nuptiis ſoli ſacerdotes utebantur. Porrò matrimonium per farreationem contractum, nonniſi per diffarreationem poterat diſſolui. Erat autem diffarreatio aliud ſacrificii genus quo nuptiæ per confarreationem contrario ritu diſſoluebantur.

Fárrago, pe. pro. huius farraginis, f. t. Quod ex multis ſatis, ut hordeo, uicia, & leguminib. fit, pabuli cauſa. χελὸς, ἄγρωστις. [Ital. Commiſtione di diuerſe coſe. Galli. Deslange, dragee pour les beſtes. Hiſp. Herren de centeno y otras coſas. Germa. Ein gemiſchlet fůter dem uich, als auſs kernẽ, gerſten, haber, wecke, &c.] Varro, Inde quòd far ferro cæſum, farrago dictum, aut quòd primum in farracea ſegete ſeri cœptum ſit. ¶ Diuerſarum quoq; rerum commiſtio, farrago dici poteſt. Iuuen. Satyr. 10. Quicquid agunt homines, uotum, timor, ira, uoluptas, Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli. Perſius autem Satyr. 5. Farraginem pro farre, uel frumento poſuit, quum inquit, Vappa & lippus, & in tenui farragine mendax.

Fárina, æ, f. t. Frumentum mola comminutum, & in puluerem redactum. ἄλευρον, ἄλφιτον. [Ita Farina. Gal. Farine. Hiſp. Harina. Ger. Mél.] quod nomen à farre deductum tradit Plin. lib. 18. cap. 9. Nam (inquit) quæ ſicca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ ſalſa aqua ſparſa, candidiorem medullam: uerùm plus retinent in furfure. Farinam à farre dictam, ex nomine ipſo apparet. Hæc ille. Scribitur tamen unico r, quanuis far in obliquis r. geminet. Corripit enim primam ſyllabã. Mart. lib. 13. Paſcitur & dulci facilis gallina farina. Ouid. de Med. faciei, Nam quæ puluerea fuerint cõfuſa farinæ. Perſius Satyr. 5. cribro decuſſa farina. ¶ Quid ad farinas? τί πρὸς τάλφιτα: Id eſt, quid attinet ad paranda facultates. ¶ Concupiuit aſſam farinam, ἤρατο ὀπτῦ ἀλεύρου. In eum dicebatur, qui domeſticam tenuitatem pertæſus, apud alios lautiorem uitam quæſiſſet. Theocritus in Cyniſcis. ubi farinam aſſam, nouam & lautiorem uictus rationem uocat, propterea quòd priſcos illos pulte duntaxat uictitaſſe legimus, uidelicet clibano coquendi panis uſu nondum reperto. ¶ Exigit à ſtatuis farinas, αἰτεῖ γε καὶ τὰς ἀνδριάντας ἄλφιτα. In eum dicebatur qui nullius miſertus, undecunq; quod poteſt auellit, uel ab ipſis mortuorum ſtatuis. ¶ Noſtræ farinæ, dicuntur inter quos eſt indiſcreta ſimilitudo. Perſ. in 5. Satyr. ¶ Ne uerba pro farinis, μὴ λόγυς ἀντὶ ἀλφίτων. id eſt, ne uerba pro farinis. Aduerſus eos iaciebatur, qui beneficium uerbis, non re dabant. Qui ferè magnatum mos eſt, uti ſuos ſplendidis promiſſis alant.

Farinaceus, a, um, Quod factum eſt ex farina. ἀλευρώδης. [Ital. Di farina. Gal. De farine. Hiſp. Coſa de materia de harina. Ger. Auſs mél gemachet.]

Fárinárium, n. ſ. Locus ubi ſeruatur farina. ἀλευρών. [Itali. Luogo da tener farina. Gal. Lieu pour garder la farine. Hiſ. Lugar donde ſe guarda la harina. Germ. Ein mélkaſt, Ein ort da man das mél hinbehaltet.]

Farinarius, a, um, Quod ad farinam pertinet. ὁ τῦ ἀλεύρου, ἀλευρίτης, ὁ τῦ ἀλφίτου. [Ital. Che ſeruc à farina. Gal. Seruant à farine. Hiſp. Coſa perteneciente à harina. Ger. Das zů dem mél gehört.] Pli. li. 18. Farinario cribro ſuccernũt.

Farcio, is, farſi, fartũ, 4. q. Sagino, pinguefacio, faturo, quaſi farre impleo. συμπλήρόω, σιτεύω. [Ital. Ingraſſare, impire. Gal. Fareir, remplir. Hiſp. Embutir ò recalcar. Ger. Füllen, meſten.] Colum. lib. 8. cap. 7. Hæc enim ferè communis eſt cura farcientium: nam illi qui uolunt non ſolùm opimas, ſed etiam teneras aues facere, mulſea recente aqua prædicti generis farinam conſpergunt, & ita farciunt. ¶ Significat & quouis modo implere, idq; per metaphoram, Plinius in Epiſtol. Præterea architectus ſanè æmulus eius, à quo opus inchoatum eſt, affirmat parietes (quanquam uigiuti & duos pedes latos) impoſita onera ſuſtinere non poſſe: quia ſint cæmento medii farti, nec teſtaceo opere præcinti. ¶ Farcire alicui centones. Plautus Epid. hic non eſt locus: Quin tu aliom quæras cui centones farcias. id eſt, quem tu glorioſis mendaciis, & confarcinatis fabulamentis expleas. ¶ Huius uerbi cõpoſita ſunt, Confercio, Effercio, Effercio, Infercio, Offercio, Refercio. Quorum ſignificata uide ſuis locis.

Fartus,

Fartus, seu Farctus, participium. *ἐμφορηθείς, ἐστυπτὸς, πεπυκνωμένος.* [Ital. Guarnito, riempito Gal. Farci, rempli. Hisp. Embutido à recalcado. Ger. Gefüllt, vollgeschoppet.] Cicer. 7. Ver. Lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitensi rosa fartus. Marti. lib. 5. Hic farta premitur angulo Ceres omni. Pli. lib. 19. ca. 5. Fartus oculticulus coriandro.

Farcimen, pen. prod. m. t. Huius farciminis, Intestinum usquè ac minutim concisa carne refertum. *ἀλλᾶς.* [Ital. Salcicia, lucanica. Gal. Sauciſſe, andouille ou boudin. Hisp. Longaniza, salcicia, ò relleno. Ger. Ein wurſt.] Varro li. 6. de ling. Lat. Ab eadem fartura farcimina extis appellata.

Fartores, m. t. Qui farcimina faciunt ex insecta carne & adipe, & huiusmodi. *ἀλλαντοπῶλαι.* [Ital. Salcicciti, che fanno salciccie. Gal. Paſtiſſiers, faiſeurs de ſauciſſes. Hiſ. Los que hazen salcicias. Ger. Wurſt macher.] Aut certè qui aues macras ab aucupibus emptas, lucri gratia farciunt, hoc est saginant. *στιγιᾶι.* Terent. in Eunuch. Cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, fartores, aucupes. Col. li. 8. ca. 7. Pinguē quoq; facere gallinam, quamuis fartoris, non rustici sit officium. ¶ Hoc etiam uocabulo, autore Festo, appellati sunt nomenclatores, quòd obuiorum nomina candidatis in aurem infarcirent.

Fartilis, fartile, pen. cor. Idem est quod fartus. *στιγτός.* [Ital. Ingraſſato Gal. Engraiſſé. Hiſp. Embutido, relleno, recalcado. Hiſp. Gefüllt, Gemeſt.] Pli. li. 10. ca. 21. de anseribus & eorum iecore loquens, Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitate nouere, fartilibus in magnā amplitudinē crescit. Vbi farciles anseres uocat fartos & saginatos.

Fartum, ti, n. s. Genus libi, à farciendo dictum: quòd multis uariis rebus fartetur. Perſi. Satyr. 2. Attamen hic extis, & opimo uincere farto Contendit. Veteres enim (ut Cato de Re ruſt. scribit) strues faris, tritici, hordei, fabæ, seminis rapacij, cure ac uino additis, ante messem parabant in poreæ præcidaneæ immolationem, Ianoq; & Ioui, ac Iunoni sacrificabant: quæ diuersarum rerum congeries, fartum appellabatur. ¶ Est item fartum quo quid farcitur, uel fartum est. *τὸ ἐμφορηθέν, τὸ σιλιγτὸν, τὸ ἐνθυμα.* Columel. lib. 3. Semper proderit, simulac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infodere: ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici speciosius, & plenius. ¶ Fartū uestis, qd̄ pro ipso corpore posuit Plaut. in Mostel. Non uestem amatores mulieris amant, sed uestis fartum.

Fartura, ræ. f. p. Dicitur actus, modò siue farciendi altilia. *ἐμφόρησις, ἐνθυμα, στίγωσις.* [Ital. Ingraſſamēto di beſtie. Gal. Engraiſſement. Hiſ. Aquella obra de embutir relleno. Ger. Füllung, Meſtung.] Col. li. 9. Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit quot iam farturæ præcesserint.

Fartim, aduerbium, Penè idem quod aceruatim, cumulatim. *συμπεφορημένως.* [Ital. A manchi. Gall. A monceaux. Hiſ. A montones. Ger. Hauffechtig, Schollechtig.] Apu. Parabat piscem fartim concisum.

Farfenum, Virgilti genus est, inquit Festus.

Farfūgium, gii, Herba est nymphææ non absimilis, circa fluuios nascens, populi folio, sed ampliore. *πεμπελόνιον.* Alio nomine farranum dicitur. Vide Plinium. lib. 14. cap. 15.

Faris, uel fare, fatur, fatus. A fero deductum est: quod inter alia significata significat loqui, *φάσκειν.* [Italicè, Parlare. Gallicè, Parler. Hiſpanicè, Hablar. Germanicè, Reden.] Quanquam fari, teste Varrone, minus sit quàm loqui. Pueri enim quum primùm uocem edere incipiunt, quæ intelligi potest fari dicuntur. Plin. lib. 11. cap. 41. Qui celerius fari cœpere, tardius ingredi incipiunt. Loqui autem nemo dicitur nisi qui seruato quodam uerborum ordine perfectè quæ sentit efferre potest. Vnde pueri qui nondum fari didicerunt, infantes dicuntur. Hæc tamen Varronis differentia non obseruatur: Virgi. lib. 1. Aeneid. Hic tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet, &c. Idē. li. 6. Sic fatur lachrymás, classiq; immittit habenas. ¶ Legitur & in significatione passiua. Suetonius, Prætorij fasti dies sunt quibus ius fatur. id est, dicitur: sicut nefasti, quibus non dicitur. *ἀποφράδες.* Huius uerbi prima persona deberet esse for, ut inquit Priscianus, quæ tamē nō est in usu. ¶ Eius composita sunt, Effari eloqui, affari, alloqui. *προσφωνῶ.* Ci. in Cat. Licet mihi iisdem uerbis affari te, ò Attice, quibus affatur Flaminium ille uir. Prefari, antè fari. *προλέγω.* Columell. in Prafat. Quos ordine suo tunc demum persequar quū præfatus fuero quæ reor ad uniuersam disciplinam maximè pertinere. Profari, idem quod effari. Virg. 1. Aen. Tum breuiter Dido uultum demissa profatur.

Fando, gerundium. Plautus Amphit. quæ neq; fieri possunt, neq; fando unquam accepit quisquam, profers carnufex. Cic. pro Quintio, Non denique ulla unquam intercessit postulatio, mitto æqua, uerùm ante hoc tempus ne fando quidem audita.

Fans, participium *φὰς, λέγων.* [Ital. Parlante. Gall. Parlant, qui dit. Hiſpan. El que habla. German. Redend] Propertius libro 3. Aeglog. 7. Subtrahit hæc fantem torta uertigine fluctus.

Fatūs, participium, *εἰπὼν, φάμενος.* Virg. 2 Aen. sic fatus, deinde comantem Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum Induitur.

Fandus, da, dum, quanuis ratione originis uideatur significare quod fatu dignum est: ferè semper tamen accipitur pro eo q̄ iustū, æquum, & licitum est. *δίκιος & ῥητὸς, φατὸς, ἐπιτὸς.* [Ital. Coſa degna di che ſe ne parli. Gall. Qu'on doit ou qu'on peut dire. Hiſpa. Coſa de hablar. Ger. Das mirdig oder billich iſt dauon man rede.] Quemadmodum econtrario infandum & nefandum dicimus quod iniustum est, & illicitum. Liui. Ita respersæ fando, nefandoq; sanguine aræ. Cic. 1. de Diuin. ex ueteri quopiam Poeta, Neq; me Apollo fatis fandis inuitam ciet. Virg. 1. Aen. At speratæ deos, memores fandi, atq; nefandi, hoc est iusti atq; iniusti, interprete Seruio.

Farrago, Farreatio, Farreū, Farina, Farinaceus, Farinarius, Vide Far.

Fartilis, Fartim, Fartores, Fartum, Fartura. Vide Farcio.

Fas, Nomen est defectiuum, tres tantum casus habens, eosq; in singulari numero, nominatiuum uidelicet, accusatiuum & uocatiuum. *θέμις, ὁσία.* [Itall. Ciò che è giusto, lecito & honeſto. Gallicè, Ce qui eſt loiſible, licite & permis. Hiſpani. Lo que es licito por religion. German. Göttlich, billich vond recht.] Est autem Fas idem quod pium, religiosum, & fari dignum: & ad eos refertur, sicut iustum ad homines. Virgil. primo Georgic. Fas & iura sinunt. id est diuina & humana iura permittunt. Et paulo pòst, Quippe ubi fas uersum, atq; nefas, tot bella per orbem, Tam multa scelerum facies. ¶ Fas est, id est licitum. Plautus in Asin. Neq; pol te accuso, neque id me facere fas existimo. Cicero pro Mil. Clodium nihil delectat quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat. Tacit. libro 14. Et hominum fibris consulere deos fas habebam. Quintil. libro tertio capi. 8. In iudiciis enim uulgò fas habetur indulgere aliquid studio suo. Huius contrarium est Nefas. quod est impium & execrabile, *ἀθέμιτον.*

Fascia, æ, f. p. Genus lintei quo pueri uel aliud quid ligari solet. *ἐπίδεσμος & σπάργανον.* [Ital. Faſcia. Gal. Vne bande ou autre piece de linge. comme pour emmailator les petit enfans, ou un gorgias ou bauette, ou un brayer ou des guestres. Hiſp. La faxa. Ger. Ein wiegenband, windlen.] Cic. 2. de Diuini. Defert ad coniectorem quidam somniāsse se unum pēdere ex fascia lecti sui cubicularis. ¶ Et proprie, pro tegumēto crurum pedumq; fasciæ poni consueuerunt: indeq; crurales, pedulesq; dicuntur. Vlpianus, Fasciæ crurales, pedulesq; uestis loco sunt, quia partem corporis uestiunt. Scribit Plinius libro 8. Mures portendisse exitium Caroboni Imperatori, arrosis fasciis quibus in calceatu utebatur. Col. lib. 7. Rectè genibus applicantur ac fasciis circundantur. ¶ Fascia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt, Martial. libro 14. ¶ Item fasciæ dicuntur sectiones quædam orbis, quæ ab Astrologis zonæ, siue plagæ appellātur. Martianus, Orbis terræ in quinq; zonas, siue plagas distinguitur. ¶ Aliquando ponitur pro nube, in modum fasciæ cælum percurrente. Inuen. Satyr. 14. Nil color hic cæli, nil fascia nigra minatur.

Fasciōla, diminutiuum, f. p. Parua fascia. *ἐπιδέσμιον.* [Ital. Picciola faſcia. Gal. Bandelette, petit gorgier, drapeau. Hiſ. Paquenna faxa. Germa. Ein bindle.] Cic. de Aruſp. resp. P. Clodius à crocota, à mitra, à mulieribus solitis, purpureisq; fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis Horat. li. 1. Serm. Satyr. 3. ponas insignis morbi, Fasciolas, cubital, focall.

Fascio,

Faſcio,as,are,a.p. Eſt faſciis ligare.σπαργανῦν. [Ita.Faſciare, bendare. Gal.Bander, emmaillotter,lier de bãde, enuelopper. Hiſp.Faxar ò emboluer al cuerpo la faxa. Ger.Bindẽ, Einbinden.] Sparrianus de Antonio Pio, Sed quum eſſet longus & ſenex,incuruatuſq;,tiliaciis tabulis in pectore poſitis faſciabatur,ut rectius incederet. Mart.lib.12.Nec faſciato naufragus loquax tronco.

Faſciculus, Vide Faſcis.

Faſcinum,pen.cor.n.f. Quoddam incantationis genus,quo homines ita ligantur, ut liberi non ſint,nec mentis compotes,ſæpeq; ad extremam maciẽ deueniant.βασκανία, γοητεία. [Ital.Malia,incantamento. Gal. Sorcelerie,enchanterie,enchantement. Hiſp.Oio,encantacion,aoiadura. Ger. Verzauberung.] Horat. pro utrili membro poſuit in Epod. Ode 8. Illiterati num minos nerui rigent,Minúſue languet faſcinum?

Faſcino,as,pen.cor.a.p Eſt malefico aſpectu,uel peſtifera laudatione alicui nocẽo.κατεγοητεύω. [Ital. Amaliare,ſtrigare. Gal.Enſorceler,enchanter. Hiſpa. Aoiar con mal oio. Ger. Verzauberen.] Vergil.3. Aeglog. Neſcio quis teneros oculos mihi faſcinat agnos.Lingua mala faſcinare aliquid, Catullus ad Leſb. Fit autem à uerbo Græco βασκαίνω, quod ſignificat inuideo,indignor,iraſcor,accuſo. Huius compoſitum eſt Effaſcino.

Faſcinans,ntis,participium. βασκαίνων. [Itali. Strigante,amaliante. Gal.Enſorceleur,ſorcier. Hiſpa.El que aoia. Ger. Verzauberend:]Plin.lib.11.cap.4. Dente contra faſcinantes religione poſitum.

Faſcinatio,f.t.βασκανία,γοητεία. [Ital. Effo ſtrigare & amaliare,amaliamento. Gal.Enſorcelement,ſorcelerie Hiſpa. Aquella obra de aoiar con mal oio,aoiadura. Ger. Verzauberung.] Plin.lib.28.cap.1.Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem lib.19. cap.4. Hortosq; & fores tantum contra inuidentium faſcinationes dicari uidemus.

Faſcis,hoius faſcis,maſcul gen. ter. de. Lignorum aliarúue rerũ colligatarũ congeries. Δεσμη. [Ital.Faſcio,un fardello. Gall. Vn faiſceau de quelque choſe que ce ſoit,un paquet,fardeau ou botte. Hiſp. Hace,emboltorio,ò carga como de lenna. Ger. Ein burde, es ſey holtz oder ein ander ding.] Vnde faſcem coculatiſi uocare poſſumus id quod Galli Pariſienſes uocant,Vne courree. Nam cocula (ut Feſtus ait) ſunt ligna minuta quibus facilè coquuntur obſonia.Cæſar 8.bell.Gal.Faſces ſtramẽtorum,ac uirgultorum. Sic faſces calamorum,apud Martial.lib.14. ¶ Per translationem quandoq; ponitur pro onere. ἄχθος. Nam faſces lignorum,ſeu aliarum rerum,graues ſunt portantib.Virg. in Bucol.ego hoc te faſce leuabo.Idem 3.Georg.non ſecus, ac patriis acer Romanos in armis Ioiuſto ſub faſce uiam dom carpit. ¶ Vno faſce cõplecti,legitur apud Plinium in Epiſt.pro eo quod eſt eadem opera & coniunctim agere,nõ ſeparatim.Id Græci dicunt συλλήβδην,id eſt,comprehenſim. ¶ Erant præterea faſces, apud Romanos magiſtratũ inſignia, quæ illis à lictoribus præferebantur: Conſulibus quidem duodeni,Proconſulibus autem & Prætoribus tantum ſeni. ῥάβδοι συνδιδυμίναι προσφερομένων τῶν ὑπάτων. [Ital. Inſegna portate anticamente auanti i magiſtrati Romani. Gal. Petis trouſſeaux de uerges à l' entour des haches d' armes qu' au temps paſſe on portoit deuant les magiſtrats.Hiſp. Las inſignias del conſul Romano. Ger. Buſchlen rúten vmb ein axt gebunden, ſo man vor zeyten zu Rom den Burgermeiſteren vorgetragen hatt.] Fiebant autem ex betula arbore in eum uſum ex Gallia in Italiam translata. Figura faſcium erat huiuſmodi. Detractis ex betula arbore uirgis, ita includebatur ſecuris, ut acies ferri in ſummitate emineret,reliqua pars circunducto loro tegeretur. Quod eo conſilio à maioribus fuit excogitatum,(ut docet Plutarchus in Problematibus) ut oſtenderent magiſtratuum iram in ſumendo ſupplicio non debere eſſe præcipitem, coſq; faſces habere, ſed tamen ligatos: quia ſine iuſta cauſa non debeant diſſolui. Præterea ſi ſubditi in aliquem magiſtratus exacerbuiſſet, ne ea mora,dũ uirgæ,aut ſecuris expediretur, furor ille aliqua in parte ſubſideret.Duo autem uidebant eſſe facinoroſum genera, quorum alterum ſperabatur poſſe emendari, alterum planè erat deploratum. Qui igitur corrigi poterant, uirgis caſtigabãtur:malitia uerò deplorata ſecuri amputabatur. ¶ Quoniam uerò faſces erant magiſtratuũ inſignia; factum eſt ut pro ipſis etiã magiſtratib. ponantur.Virg.lib.1.Georg.Non illum populi faſces,non purpura regum Flexit. Hinc Summittere faſces, eſt autoritatem uimq; Imperii, reuerentiæ alicuius ſubmittere. ὑφιεναι τὰς ῥάβδους τῷ πρέσχοντι τῆς τιμῆς. Sic publicola,teſte Liuio lib 2. ab Vrbe,cum populo Romano acturus,eius maieſtati faſces ſubmiſit, hoc eſt lictores,ceteraq; magiſtratus inſignia à ſe recedere iuſſit, ut ueluti priuatus populi iudicium ſubiret.Verba Liuii ſunt hæc, Vocato ad concilium populo, ſummiſſis faſcibus in concionẽ aſcendit. Ad hunc etiã modum intelligendũ eſt illud Plin lib.7.cap.30. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello,intraturus Poſſidonii ſapientiæ profeſſione clari domum,fores percuti de more à lictore uetuit: & faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is,cui ſe Oriens, Occidensq; ſubmiſerat,hoc eſt lictores ſuos ad ianuam ſubiſtere iuſſit, ut ueluti priuatus familiariter cũ Poſſidonio colloqueretur.

Faſciculus,li,dimin.m.f.Parous faſcis. Δέσμη. [Ital.Faſcio picciolo,fardello. Gal. Vn petit faiſceau ou fardeau. paquet.Hiſp.Pequenno hace,emboltorio.Germ.Ein bürdelein,Buſchelein.] ut Faſciculus literarum.Cic.ad Quint. frat.lib. 2. Idem ad Tironem, Quòd faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis perlatus eſt. ¶ Accipitur & pro olfactorio uaſculo. ὀσφραντήριον. Cic. lib.3. Tuſc. Faſciculum ad nares admouebis, incendes odores, & ſertis redimiti iubebis, & roſa.

Faſceatim.Quint.lib.1.cap.4.Adiiciebant & aſſeuerationem, ut heu:& attractionem, ut faſceatim:quæ mihi non approbantur.

Faſelus,pen.prod.Vide Phaſelus.

Faſẽlus,li,m.ſ,φασίολος. [Ital.Fagiuolo.Gal.Des faſeoles, une eſpece de pois.Hiſp.Faſoles legombre.Ger. Ein gattũg gemüſs tregt etwas lẽgere täſchlin dã Griechiſch hõum.] Genus leguminis,ſiliquam ferens longiorẽ quã fœnogræcum,quæ unà cum ſemine manditur uiridis ex oleo & gato.Col.li.2.ca.15. Faſeoli modii quatuor obruuntur totidẽ operis. ¶ Legitur&Faſelus,li,per tres ſyllabas.Virg.1.Geor. Seu pinguem uliciamq; ſeres,uilemq; faſelum. Galen.li. de Alimen.facult.faſeolos diſtinguit à faſelis: uultq; faſeolũ plantam hortenſem eſſe eandem cum ſmilace, cuius fructus lobi dicuntur, & dolichi Theophraſto: Faſelum autẽ eundem eſſe cum cicercula, aut certè eius ſpecies,quæ etiam hodie Faſillorum nomen apud uulgus retinet.

Faſti dies,Dicti ſunt quibus ſine piaculo Prætoribus licebat tria uerba fari,ſcilicet do,dico,addico,κρίνω,ἀνάδικος,ἀναδικάσιμος ἡμέρα. [Ital. Giorni da litigare & lauorare. Gal. Iours plaidoyables. Hiſpan. Di as en los quales ſe pbede pleytear. Germ. Gerichts dag an denen man gericht halten darff.] & Nefaſti, quibus non licebat fari. Ouid. lib.1. Faſtorum, Ille nefaſtus erit, per quem tria uerba ſilentur: Faſtus erit per quem lege licebit agi. ¶ Faſti etiam libri ἐφημερίδες,καὶ μετρολόγιον. [Itali. Calendario da cognoſcer i giori feſtiui dagli altri,& quando ſi litiga ò no. Gall. Calendrier, par lequel on ponuoit cognoiſtre les iours feſtes & non feſtes, plaidoyables & non plaidoyables. Hiſpa. Libro de los annales,el calendario para conoſcer las feſtas.Ger. Calender oder bücher aus welchen man die feyrtag oder andere gebottene oder verbottne tag erlernet.]erant in quibus totius anni res Pop.Rom.ſcriptæ continebantur,& cauſæ feſtiuitates explicabantur, quales ſunt libri illi quos Ouidius ad imitationem Calimachi de Cauſis feſtorum conſcripſit:quorum argumentum ipſe explicat li.1.Faſtorum. his uerſibus,Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis. Et quo ſit merito quæq; notata dies.Inuenies illic & feſta domeſtica nobis:Sæpe tibi pater eſt,ſæpe legẽdus auus. ¶ Pro eodem etiam legimus Faſtus, huius Faſtus, per quartã declinationem. Luc.Lib.10.Nec meus Eudoxi uincetur faſtibus annus.Et ut autor eſt Priſcianus,eadem forma dicitur faſtus,uel faſti, qua ſenatus uel ſenati, ornatus uel ornati, apparatus uel apparati. Ante tempora Appii Cæci, Romani faſtos non habebant, pauciſq; ſciebant, poſſet lege agi, necne, donec Cn. Flauius Appii ſcriba,cõpilatis patrum ſcitis, faſtos populo publicè legendos propoſuit: quod adeo gratũ populo Rom.extitit, ut illum primũ Tribunum plebis,deinde etiam Aedilem curulem deſignarint.

Faſtidio,Faſtidium, Vide Faſtus,pro ſuperbia.

Faſtigium,gii,n.ſ. Altitudo,& ſummitas operis,quæ à latitudine ſurgere incipiens, paulatim tollitur in acumen.

πολυφόρ-

πολεφών. [Ita. Fastigio, sommita, acutezza. Gal. Le compet ou sommet, le comble ou cime. His. Cumbre ò altura de alguna cosa. Ger. Ein spitzgipfel oder gibel, ein fürst.] Hinc illam formam in quacunq; re, fastigium dixere. κίονος. Virgil. libro 1. Aeneid. - & fastigia suspicit urbis. Cæsar 7. bell. Gall. Mediocri interiecto spatio, pari altitudinis fastigio. Plinius in Paneg. Excessurosq; templorum fastigium titulos. ¶ Quandoq; est quod unigus Statum uocat: unde apud Liuium, Ciues eiusdem fastigii, hoc est eiusdem status, sortis, conditionis, aut dignitatis. ἴσοι τὴν τάξιν. Curtius, Humanùm fastigium excedit: id est humanæ conditionis modum, μείζονες ἢ κατὰ ἀνθρώπους γιγόνατι. Hinc attollere fastigium, id est augere nomen, existimationémque. ¶ Quandoq; accipitur pro profunditate, siue altitudine. Virgil. lib. 2. Georgi. Forsitan & scorbibus quæ sint fastigia, quæras, ¶ Per translationem etiam pro cuiuslibet rei fine & extrema manu quæ operi imponitur. Cicero libro 3. Offic. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus. Tracta est metaphora à ratione ædificiorum quibus acuminatũ illud rectum quod pro prie fastigium uocatur, ultimo loco imponitur.

Fastigio, gias, a. p. Acumino, & quasi in fastigiũ erigo. ὀξύνω. [Ital. Vgozzare, tirare in Punta. Gal. Faire en pointe, agoiser par le haut. His. Enhastar ò encumbrar ò empinar. Ger. Spitzen, In die höhe wie ein gibel aufrichten.] Plin. lib. 18. cap. 7. Frumenta hyeme in herba sunt, uerno tempore fastigiantur in stipulam, quæ sunt hyberni temporis. Sic dicimus fastigiatum in metam: quod summa sui parte acutius quàm ima, meta habet similitudinem, & fastigiatam in mucronem, quod summa sui parte cuspidata mucronem refert. Liuius septimo bell. Maced. Ipse collis est in modum metæ in acutum acumen à fundo satis lato fastigiatus.

Fastigo, as, Silius lib. 7. mediamq; per aluum sensim fastigans, compressa cacumina nectit. Sic legitur & apud Cæsarem, Collis leuiter fastigatus.

Fastigatio, uerbale. f. t. ἀπορύφωσις. [Ital. Sommità, aggguzzamento. Gal. Aguisement & amenuisement en point. His. Aquella obra de encumbrar ò empinar, encumbramiẽto. Ger. Spitz.] Plin. li. 17. ca. 14. Calami exactio medullam ne nudet: tenui tamen fistula detegat, ut fastigatio læui descẽdat cuneo, tribus non amplior digitis.

Fastosus, uide sequentia.

Fastus, huius fastus, masc. gene. quar. decl. Superbia, & elatio quædam cum iactantia uerborum, & propriè indigna suiipsius per superbiam existimatio, cum contemptu aliorum. τύφος. [Ital. L'arroganza, l'orgoglio, la propria presuntione. Galli. Arrogance hautameté, orgueil. His. Fasto, soberuia, altiuez. Ger. Pracht, Stoltzheit, hochmůt.] Plin. li. 11. ca. 37. Hæc maximè indicant fastus. Idem li. 9. ca. 35. Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix.

Fastōsus. a, um, Qui magno fastu alterum contemnit. ὑπέρογκος, ὑπέροφρυς, κόμπος. [Itali. Arrogante altiero, sdegnoso. Gal. Arrogans, desdaigneux hautain. His. Soberuio ò altiuo. Ger. Prachtig, Stoltz, hochtragend.] Mart. li. 10. Ad nocturna iaces fastosæ limina mœchæ. ¶ Fastosus Maximus, κόμπος μάξιμος. In cũ dicebatur, qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. Sumptum à moribus Maximi cuiuspiam arrogantis & sibi immodicè placentis. Diogenianus in Collect.

Fastidio, dis, penultima producta, diui, ditum, a. q. à fastu fit. nam propriè fastidire est cum fastu quodam contemnere, ἀποστρέφομαι, cum accusatiuo, διαπτύω, παρόπτομαι, δυσχεραίνω. [Ital. Hauer in fastidio, fastidire. Gal. Reietter auec desdaing, ne tenir conte, mespriser, desdaigner. His. En hastiar, hazer hastio. Ger. Ein vnwillen haben, verachtẽ.] Virgilius secunda Aeglog. Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis. Dicitur etiam de stomacho, quum cibum aliquem respuit: costruiturq; sæpissimè cum accusatiuo, interdum etiam cum genitiuo. Horat. in Serm. Num esuriens fastidis omnia præter pauonem, rhombumq;? Plaut. in Aul. Abiit, neq; me certiorem fecit, fastidit mei. Luc. li. 7. Difficiles fumus fastidimus bonorum.

Fastiditus. pen. prod. Fastidio habitus. παροφθείς, καταφρόνητος. [Ital. Fastidito. Gall. Despriſé, contemné. His. Enhastiado, ò menospreciado. Ger. Verachtet, Ob dem man hat ein vnwillen getragen.] Lucan. - pars magna Senatus Fastidita iacet, Plin. in Præfa. Res ardua uetustis nouitatem dare, nobis autoritatẽ, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. Verba fastidita repellere, Ouidi. 4. de Ponto. Domus fastidita: Idem secundo de Remedi. am.

Fastidium, dii, n. s. Contemptus, atq; etiam tædium, κατα φρόνησις. [Ital. Fastidio, tedio, sprezzamento. Gal. Despriſement, mestris, contemnement depoustement. His. Hastio ò aborrecimiento de alguna cosa. Ger. Mastidi'cit, verdruss, verachtung.] Cicero 12. Philip. Si essent arrogantes, nõ possem ferre fastidium. Quintil. libro 6. cap. 3. Quotidiani, & semper eodem modo formati sermonis fastidium leuat. ¶ Fastidium meum, quo ego alios fastidio: fastidium mei, quo ab aliis fastidior. Quint. Ceu mulier omnibus exposita mortalibus, uanitatem fastidio mei, despectuq; captauit. Ad hũc etiam modum, Fastidium stomachi dicimus, quũ nos ciborum nausea capit & satietas. Plin. lib. 7. ca. 6. Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indicia sunt hominis inchoati.

Fastidiōsus. m. f. Qui omnia fastidit. λύπολος, ὑπέρηφανος, ὑπέροφρυς. [Ital. Fastidioso. Gal. Qui est tout desgoustẽ, difficile & desdaigneux. His. Cosa que ha ò de hastio. Ger. Mastleidig, verdrüssig, verachtig.] Cic. de Claris oratoribus. Propterea quòd Antonius qui maximè expectebatur, facilis in causis recipiẽdis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat.

Fastidiosè, aduerbium. ὑπερηφανῶς, ἀνωλῶς. [Ital. Arrogamente, con sdegno, fieramente. Gall. Arrogament, par dedaing, desdaigneusement. His. Hastiosamente, y con hastio. Germ. Verachtlich, stoltzlich, verdrüßlich.] Cic. 1. de Orat. Quàm diligenter, quàm sæpe fastidiosè iudicamus. Idem 1. de Orator. Nolo dicere de tam suaui homine fastidiosius.

Fatalis, Patanageton, apud Dioscoridem, libro quarto capite 102.

Fatalis, uide Fatum.

Fătĕor, teris, fassus, d. f. Confiteor, uerũ esse concedo. ἀνομολογοῦμαι, σύμφημι, ὁμολογέω. [Itali. Confessare, affermare spontamente. Gal. Confesser, acorder, cõtir au dire de quelqu'un. His. Confessar por su voluntad. Germ. Bekennen, verjähen.] Terent. in Andria, Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoq; Mart. li. 3. Ingenuum, studiũque tibi, moresq;, genusq;, Sunt equitis, fateor, cætera plebis habes. Seruius inquit, fateri esse confessorum & culpabilium. Virgil. 9. Aen. Anne (fatebor enim miseri post fata Sichæi, &c. Donatus item Fateri non testis est, sed rei. Terent. in Eun. Vidistin fratrem Chæream? P. Non potuì fine mala fateri, uideo. Cic. 3. Tusc. Vt uictum se quandoq; esse fateatur. ¶ Huius composita sunt, Confiteor, quod est eiusdem significationis cum suo simplici, Difiteor, Infiteor quæ significant non fateor. Profiteor: uide suis locis.

Fassus, partici. ὡμολογηκώς, ὁμολογήσας, ὁμολογημένος. [Ital. Chi ha confessato. Gal. Qui a confessé. His. El que a confessado. Germanicè, Bekennet.] Vt, Ignoscere fasso, Ouidi. 13. Metamorph. Da ueniam fasso, Ouid. 1. de Ponto eleg. 8.

Faticanus, Fatidicus, Fatifer, Fatilo quus, uide Fatum.

Fătigo, gas, penultima prod. Lasso siue ad lassitudinem perduco: quasi fatim ago. κατάπονῶ, κμιατόω. [Ita. Faticare, Galli. Lasser, trauailler, matter. His. pan. Acessar, cansar à fatigar à otro. Germ. Bemühen, Müd machen.] Est autem fatim aduerbium eiusdem significationis cum suo composito affatim, hoc est ualde seu uehementer. Virgilius 7. Aen. Veloces iaculo ceruos, cursuq; fatigat. Liuius 9. ab Vrbe, Qui aliquandiu pugna atroci quum & semeripsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent. ¶ Aliquando percutio, Virgilii lib. 9. Aeneid. - uersaq; in uenenum Terga fatigamus hasta. ¶ Aliquando perturbo, commoueo, ἐνοχλέω, ἐλαύνω. Virg. 1. Aen. Quæ mare nũc, terrasq; metu, cœlumq; fatigat. ¶ Aliquando excito. Virgi. - socios fatigat: Præcipites uigilate uiri. ¶ Aliquando cohibeo. ἔργω. Cicero lib. 3. Offic. Qui non uerbis sunt & disputatione Philosophorum, sed uinculis & carcere fatigãdi. ¶ Huius compositum est Defatigo, ualde fatigo. Terent. in Adel. Vtinam quidem (quod cum salute eius fiat) ita se defatigarit uelim, ut triduo hoc perpetuo prorsus è lecto nequeat surgere.

Fatigatus

Fatigatus, participium. *κατακοπηθείς, ἐκχλυθείς, κεκοπωμένος* [Ita. Stancato, trauagliato. Gal. Laſſe trauaille. Hiſ. Acoſſado, canſado. Ger. Müdgemacht.] Vt ſomno fatigatus, Horatius 4. Carm. Ode 9. Fatigatum corpore dicimus, animo uerò feſſum, Seruius.

Fatigatio, f. t. Verbale, *κόπος, κάματος, ἐκκλησις.* [Ital. Stanchezza, trauaglio. Gal. Laſſeté, trauail. Hiſpa Aquella obra de cáſar à otro, canſamiéto. Ger. Müde, Müdmachõg.] Col. lib. 4. cap. 18. Quinetiã ipſa hortorum deſcriptio, quãm eſt minoribus modulis conſita fatigationem uoluptatis minuit, &c. Quint. lib. 1. cap. 12. Minus afficit ſenſus fatigatio quàm cogitatio.

Fătim, aduerbium eſt antiquum, idem ſignificans quod abundé, copioſé. *ἀφθόνως.* [Ital. Abondeuolmente, copioſamente. Gal. Abondammeut, copieuſement. Hiſp. Abundãtemente, copioſamente. Ger. Gnügſamlich, Vberflüſſlich.] A quo affatim compoſitum eiuſdem ſignificatiõis, & uerba, fatiſco, & fatigo: quæ uide ſuo loco.

Fătiſco, ĭs, ere, o, t. Eſt abundanter aperiri, quaſi fatim hiſcere. *χάινειν.* [Ital. Aprirſi grandemente. Gal. Baailler, S'ouurir. Hiſp. Henderſe ò abrirſe mucho. Ger. Hefftig aufklẽffen, Auffſpalten.] Virg. 1. Aenei. Accipiunt inimicum imbrẽ, nimisq; fatiſcunt. Vbi Seru. Fatiſcunt, abundanter aperiuntur. Fatim enim, abundanter ueteres dixerunt: unde & affatim: hiſcere autem aperiri. ¶ Fatiſcor à fateor deduci notauit Aulus Gellius libro 17. cap. 1. ex Qu. Claudii Annalium libro primo, Fatiſcere etiam ſæpe accipitur pro deficere. *ἀποκάμνω, ἀπαγορεύω, καπαπονῶμαι, ἀποτρύομαι.* Col. lib. 2. cap. 14. Sed omni ſolo quod prædictorum legumi nom ſegetibus fatiſcit, una præſens medicina eſt, ut ſtercoreadiones, & abſumptas uires hoc uelut pabulo refoueas. Virg. 1. Georg. neu puluere uicta fatiſcat. Tacitus lib. 14. Ipſe exercitusq; eius per inopiam & labores fatiſcebant, carne pecudum propulſare famem adacti.

Fator, taris, Multùm loquor. *πολυλογέω.* [Ital. Parlar molto. Gal. Parler beaucop. Hiſp. Hablar mucho. Ger. Vil reden.] Eſt enim frequentatiuum à uerbo fari. Feſtus, Fatantur, id eſt multa fantur.

Fatorius, uide Fatuus.

Fătum, ti, n. ſ. participio fatus (teſte Priſciano) deducitur, quod fatum nihil aliud ſit quàm dictum & inſſum diuinũ. *εἱμαρμένη, τὸ πεπρωμένον.* [Ital Fato, deſtino, ordine diuino, infallibile. Gal. Deſtinee, ordonance diuine à laquelle on ne peut contreuenir. Hiſp. Hado que es la uoluntad de dios. Ger. Ein ſchickung oder ordnung Gottes, Verhengnüs Gottes.] Cic. lib. 1. de Diuin. Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autẽ id appello, quod Græci *εἱμαρμένην*, id eſt ordinem, ſeriemq; cauſarum, quum cauſæ cauſa nexa, rem ex ſe gignat. Ea eſt ex omni æternitate fluens ueritas ſempiterna. Quod quum ita ſit, nihil eſt factum quod non futurum fuerit; eodemq; modo nihil eſt futurum cuius non cauſas idoſum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur, ut fatum ſit non id quod ſuperſtitioſè, ſed id quod Phyſicè cauſa æterna rerum appellatur, cur & ea quæ præterierunt, facta ſint: & quæ inſtant, fiant & quæ ſequuntur, futura ſint. Chryſippus, referente Gellio, definit fatum eſſe ſempiternam quandam, & indeclinabilem rerum ſeriem. Seneca in Quæſt. natu. Quid intelligis fatum? Exiſtimo neceſſitates rerum omnium, actionumq; quas nulla uis rumpat. ¶ Apud Poetas fatum quãdoq; capitur pro natura, ut docet Aulus Gellius lib. 13. ca. 1. Exponens hunc locũ Ciceronis ex prima Philip. Multa aũ impendere uidentur, præter naturã etiam, præterq; fatum. Virg. 4. Aen. Num quia nec fato, merita nec morte peribar. ¶ Quandoq; pro oraculo, quod dii fantur. *λόγιον.* Virgil. lib. 7. Aen. Oblitus fatorũ, Italáſne capeſſeret oras. ¶ Quãdoq; pro morte: quia nihil tam neceſſarium impendet homini quàm mors: unde fato cõcedit, qui moritur: pro quo etiam fungi fato dicimus. Plin. in Paneg. In Principe enim qui electo ſucceſſore fato cõceſſit, una eademq; certiſſima diuinitatis fides eſt, bonus ſucceſſor.

Fătalis, le, om. t. Quicquid nobis ex fato debetur, ſiue bonum ſit, ſiue malũ. *πεπρωμένον, ἐπικεκλωσμένον, προσεπιμαρμένον.* [Ita. Fatale, che uiene per ordine diuino. Gal. Fatal, fée, qui doit uenir par neceſſité ou ordonnance de Dieu. Hiſpan. Coſa hadada ò que no puede no ſer. Germanicè, Von Gott zůgeordnet oder verhengt.] Cic. 2. de Diuin. Si enim prouideri uihil poteſt futurum eſſe eorum quæ caſu fiunt, quia eſſe certa non poſſunt, diuinatio nulla eſt. Sin autem idcirco poſſunt prouideri, quia certa ſunt & fatalia, rurſus diuinatio nulla. Fatale remedium. Valerius li. 1. Eò legatis miſſis, unicam fatalis remedii opem imperatoram ſe credidit. ¶ Accipitur nonnunquam fatalis pro eo quod fatum, hoc eſt mortem affert. Inde fatalem enſem dicimus, & fatale cicutæ poculum.

Fătăliter, aduerbium, *πεπρωμένως, εἱμαρμένως, κατὰ μοῖραν.* [Ital. Per fatto, per ordinatione diuina. Gal. Par deſtinée, par ordonnance diuine. Hiſpani. Por y con haldo y uoluntad de Dios. Ger. Durch die ordnũg oder Verhengnuſs Gottes.] Cicero ſecundo de Diuin. Et omnia quæ fiunt, quæq; futura ſunt, ex omni æternitate definita dicis eſſe fataliter.

Fătĭcĭnus, ni, penultima corripta, m. ſ. Qui fata canit, id eſt futura prædicit. *χρησμολόγος.* [Ital. Che predice le coſe future. Gal. Qui chante & dit les deſtinees & fortunes qui aduiendront. Hiſp. El que canta los hados. Ger. Ein weyſſager, Zůkünfftiger dingen.] Ouidius nono Metamorph. Hæc ubi fatidicus uentura prædixit Ote Themis, &c.

Fătĭcĭnus, ni, eiuſdem ſignificationis. Ouid. 15. Metam. ſic dicere uates fatidicas ſæpiq; ferunt ſortes.

Fătĭdĭcus, ci, pen. cor. m. ſ. Qui nobis fata, id eſt decreta deorum exponit. *ἐνθεος, μάντις, λογεῖος, χρησμολόγος.* [Ital. Che dice la uentura. Galli. Deuin, qui predit les deſtinees. Hiſpa El que dize los hados delo uenidero. Ger. Ein warſager, Erörtner der ordnung Gottes.] Vnde fatidici libri, qui continent fata populorum, quales erant Romæ Sibyllini libri, qui & ab hiſtoricis fatales appellantur. ¶ Fatidici uates, & fatidica Manto nominatur, quoniam erat fatiloqua, hoc eſt futurorum præſcia, & uatis inatrix. Virgil. 8. Aen. Quam memorant nymphæ priſcum Carmentis honorem: Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros Aeneadas magnos. Plin. in Epiſto. Præſens numen, atq; etiam fatidicũ indicant ſortes.

Fătĭfer, a, um, pen. cor. Idem quod mortiferum, quaſi fatum, hoc eſt mortem afferens. *μόρσιμος.* [Ital. Che apporta la morte la deſtinée. Hiſp. Coſa que acarrea la muerte. Germa. Tödtlich, das den todt bringt.] Virgil. 8. Aen. interq; manus & brachia uerſat Terribilem criſtis galeam, flammasq; uomentem, Fatiferumq; enſem.

Fătĭlŏquus, a. um, penultima correpta, adiectiuum: Idem quod fatidicus. *χρησμολόγος.* [Itali. Che dice le coſe che hanno à uenire. Gal. Deuin, qui predit les deſtinees & auentures. Hiſpanicè, El que habla lo uenidero, ò hados. Germanicè, Vuarſager, der da anzeigt was vber ein kommen ſoll.] Liu. 5. ab Vrbe, Venerabiliorq; diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant.

Fătŭus, adiectiuum, Idem quod inſipidus, & propriè de cibis dicitur, qui quum non ſapiunt, fatui dicũtur. *ἄνοστος.* [Ital. Senza ſapore, ſciocco, balordo. Gal. Fade, ſot en paroles & faits, niez. Hiſpanicè, Loco, ſoſo, ò inſſal. Germanicè, Vngeſchmack, Ein ſpeyſs hinder welcher kein kraffte iſt.] Martial. in Diſtichis, ut ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, O quàm ſæpe petet uina piperq; coquus. ¶ Quoties autem ad homines transfertur, idem eſt quod inſipiens, uel inſulſus. *ἀνόητος, ἀνόητος, μῶρος.* Germanicè, Ein tor, narr, düppel.] Terentius in Eunuch. Fatuus eſt, inſulſus, tardus. Vbi Donatus, Fatuus, inepta loquens: à fando fatuus dicitur. Inde Fauni Fatui, & Nymphæ Fatuæ dictæ ſunt. Et iterum, Fatui ſunt qui uerbis & dictis ſtulti ſunt: Inſulſi uerò corde & animo. Fatuus à fando, inquit Varro, qui fatur quod puer primò fatur, hoc eſt qui inepta loquitur. Cicero ſecundo de Oratore, Hoc præceptum eſt, magisq; monitoris non fatui, quàm eruditi magiſtri.

Fătŭĭtas, atis, f. t. Inſipientia, ſtultitia, ineptia, ſtoliditas, *ἀνοία, μωρία.* [Italicè, Sciochezza. Gallicè, Sottiſe, nieſerie, ſotie. Hiſpa. Locura, ò deſabimiento. German. Torheit, Narrheit.] Cicer. ad Attic. libro 11. Ego huius miſerrimæ fatuitate confiſtor. Idem 2. de Inuent. Non hanc impudentiam, aut neceſſitudinem: ſed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

Fatuor,

Fauor, aris, d. p. Idem quod ineptire. *ὑβλέω, ψυχρολογῶ.* [Ital. Dir sciocchezze. Gal. Faire le fot, folastrer. Hispa. Baloquecerse. Germa. Den narren treyben, Mit narrenwerck vmbgon.] Seneca de Morte Claudii, Audi me, & desine fauari. ¶ Nonnunquam idem est quod diuino furore corripi, quemadmodum fanatici solent. Iustinus libro 43. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assidue diuino spiritu impleta, uelut per furorem futura prænonebat: unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.

Fauĕo, es, faui, fautum, n. f. Alicui bene cupio. *προθύμως συμπράττω, σπουδάζω.* [Ital. Fauoreggiare. Gal. Fauoriser, supporter, porter faueur. Hisp. Fauorescer. Germa. Günnen, Günstig sein.] Terent. in Eunuc. Bene adpol narras: nã illi fauco uirgini. ¶ Fauere etiam tacere est, ut docet Donatus. Terent. in Andr. Fauete, adeste æquo animo. Fauere faucibus, antiqui dixerunt pro silere. Cic. 2. de Diuin. Qui quidem silentio noctis (ut ait Ennius) fauent faucibus: rursus cantu plausuq; premunt alas. Loquitur de gallis. Pro eodem etiam frequens est fauere linguis. Cic. 1. de Diuina. Idcirco omnibus rebus agendis, quod bonam, faustum, fœlix, fortunatumq; esset, præfabãtur, rebusq; diuinis quæ publicè fierent, ut faucrent linguis imperabatur: inq; feriis imperandis ut litibus & iurgiis se abstinerent. Ouid. 15. Metam. animis linguisq; fauere. Tibullus, Vos itidem & linguis quisq; fauete suis. Ad eundem modum dixit Virgil. 7. Aeneidos. Ore fauete omnes. Vbi Seruius, Fauet ore quis per taciturnitatem. ¶ Ventis fauentibus nauigare. Ouid. 15. Metam. Venti cœlo pelagoq; fauentes, Ouid. Epist. 2.

Fauetur, impersonaliter, Cui contrarium est inuidetur. Cic. 2. de Ora. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum: studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur. Idem libro 2. Offic. Quod eo firmiore animo facient, quia non modò non inuidetur illi ætati, uerumetiam fauetur.

Fauor, oris, uerbale, m. t. Est uoluntas, studium, uel uox alicui bene cupientis. *εὐφημία.* [Ita. Fauore. Gal. Faueur, support. Hisp. Fauor, alabanca. Ger. Gunst.] Ouid. in Ibin, Sit quoque (quod rarum est) solito defecta fauore Fortunæ facies inuidiosa tuæ. Plin. lib. 14. cap. 4. Maiorq; etiam fauore hominum fama. Cic. pro Rosc. Comœdo, Quam expectationem, quod studium, quem fauorem secum in scenam attulit Panurgus?

Fauorabilis, com. 2. Dicitur qui gratiosus, ac fauoris plenus est apud omnes. *δημοτικός.* [Itali. Fauorenole, gratioso. Galli. Fauorable, fauorise, fauori. Hispani. Fauorable ò digno de fauor. Ger. Gunst reych, Angenãm.] Sueton. in Calig. Sic uulgò fauorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquò adueniret, uel secunde discederet, præ turba occurrentium prosequentiúmue, nonnunquam eum discrimen ultra adiisse. Quin. lib. 11. cap. 1. Aliter enim pro alio sæpe dicẽdum est, ut quisque honestus, inuidiosus, fauorabilis erit. ¶ Dicitur etiam fauorabilis actiuè pro eo qui fauet. Liu. 2. bel. Pun. Iam ad cõsulatus spem quum attolleret animos, haud parum callidè aurum fauorabilis populi ex Dictatoria inuidia petit.

Fauorabiliter, aduerbium, Idem significans quod plausibiliter. *ἐπαινετικῶς, φιλικῶς.* [Itali. Fauorabilmente. Gal. Fauorablement. Hispani. Fauorablemente. Germanicè, Auffgenómlich, Mit Gunst.] Quintil. libro 9. de egressione, Plerisq; moris est, prolato rerũ ordine protinus utiq; in aliquem lætum atq; plausibilem locum, quàm maximè possint fauorabiliter excurrere.

Fautor, oris, m. c. Studiosus, qui alteri bene cupit. *σπουδαστής* [Ital. Fautore. Gal. Fauteur, qui porte faueur. Hispa. El que fauoresce. Germanicè, Ein gönner.] Cicero pro Plan. Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Idem libro primo Epistol. Cuius ego ab adolescentia adiutor atq; fautor extiti.

Fautorem, Antiqui dicebant pro fautore, *σπουδαστήν*, quod & Nonius annotauit citans locum Lucilii ex lib. 29. Fautorem me tibi, amicum, amatorem putes.

Fautrix, f. t. *σπουδαστής, σπουδαστική, ἐυμενής.* [Ital. Donna che fauorisce, & intratieme. Gal. Celle qui supporte & fauorise. Hisp. La que fauorece. Ger. Ein gönnerin.] Terent. Eunu. nihil est Thaide tua dignitas, Quòd ametur, ita nostræ est omni fautrix familiæ. Fautrix suorum regio, Cicero pro Plauc. Idem 1. de Finibus, Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt uoluptatum tam amicis quàm sibi.

Fauilla, læ, f. p. Propriè est scintilla igne destituta: cuiusmodi flammæ impetu solent egeri: quanquam etiam indifferenter pro quouis cinere accipitur. *σποδὸς, μαφίλη.* [Ital. Facenere calda senza fuoco. Gal. Cendre chaude, brasier esteint. Hisp. La morcella de centella muerta. Ger. Ein gneist, Aschen in deren die gneist getrochen sind.] Plinius lib. 16. cap. 15. Dein spisse calcatis carbonibus inducitur fabulo, calce, ac fauilla mistis. Idem libro 18. capite 17. Quum contextus ignis à se fauillam discutit. Scintilla uerò propriè est quæ è silice quum is ceditur, exilire solet. *σπινθὴρ.* Virgilius libro 1. Aeneidos, Ac primùm silicis scintillam excudit Achates.

Fauillaceus, a, um, *τεφρώδης, σποδώδης.* [Itali. Di cenere, ceneroso. Gal. Cendreux, de cendre. Hisp. Cosa de morcella de centella muerta. Germanicè, Aschechtig.] Solin. capite 40. Nam foliginem extrinsecus fauillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ uel leui tactu pressa, fumum exhalat.

Fauissæ, Cellæ quædam & cisternæ in area Capitolina, ubi reponi solebant signa, & thesauri, & alia quædam religiosa donariis consecrata: autor Gellius lib. 2. cap. 10. *θησαυροί.* Dictæ fauissæ quòd in eis non rudera, argentumq;, sed sacra signataq; pecunia conderetur. Vnde & à priscis Latinis flauissas dictas fuisse comperitur, quas Græci thesauros appellant. Cellæ igitur quibus æditui Capitolini utebantur ad custodiendas res ueteres religiosas, fauissæ detracta littera dicebantur.

Fauoniana, Pyra rubra, à Fauonio insitore dicta, quorũ meminit Plin. lib. 17. cap. 15.

Fauorabilis, uide Fauco.

Faustianum uinum, dicebatur quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis iugis nascebatur, Gauranum uocabant: quod in mediis collibus, Faustianum: quodq; in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Autor Plin. lib. 14. cap 6.

Faustus, a, um, à fauore Prosperum, ac fœlicẽ significat, cui fortuna fauet. *εὐτυχὴς* [Ital. Fausto, prospero, felice. Galli. Heureux. Hisp. Dichoso ò de buena auentura. Germanicè, Glückselig oder Glückhafftig.] Terentius in And. O faustum & fœlicem hunc diem. Cic. 1. Tusc. Eodem tamen animo, ut horribilem illum diem, aliis nobis faustũ putemus. O nox illa fausta huic urbi, idem pro Flac. Faustum omen, Liu. 7. ab Vrb. Huius cõtrarium est infaustum & horribile.

Faustè, Aduerb. *αἰσίως, εὐτυχῶς.* [Ita. Felicemente. Gal. Heureusement. Hisp. Dichosa y bien auenturadamente. Germ. Glückselichlich, Glücklich.] Cicer. pro Muræn. Idem ego sum precatus, ut his quoq; hominibus quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res faustè, feliciter, prosperèq; eueniret. Huic contrarium est infaustè.

Faustitas, tatis, f. t. pro fœlicitate, *εὐτυχία.* [Ital. Felicità. Gal. Bonne auenture, bonne fortune, bonheur. Hispanicè, Aquella dicha ò bienauenturança. Germanicè, Glückseligkeit.] Apud Hora. 4. Carm. Ode 5. Nutrit rura Ceres, almaq; Faustitas.

Fauus, masc. s. Apum domus & cellulæ: à fouendo, quòd in his sobolem foueant. *κηρίον.* [Ital. Cera piena di mele, fauo di mele. Gal. Vn boreal ou rayon de miel, un contande cire aiãt des trous, dans lesquels les mouscher font le miel. Hispanicè, Panal dela miel. Germanicè, Ein waben der Ymben, Ein honig ros.] Plinius libro undecimo capite quinto, Primum itaque fauos construunt, cerã fingũt. Virg. 4. Georgi. Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces Suspendunt ceras. Cic. 1. Offic. Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur: sed quum congregabilia natura sint, fingũt fauos. Huius diminutiuũ est Faunulus. Plautus, Meus dulciculus faunlus.

Faux, cis, uel potius in plurali numero Fauces f. t. Nam singularis numerus rarò est in usu.) Superior pars gulæ mento propinqua, sed inferior ubi os angustatur. *λάρυγξ* [Italicè, La canna della gola. Galli. La gorge. Hispanicè, La garganta, tragadero del animal. Ger. Schlond Rachen.] Plin. lib. 11. Summũ gulæ, fauces uocantur, postremum, stomachus. Cic. 1. Tus. Has tamẽ imagines loqui uolunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium laterũue & pulmonũ ui & figura potest. ¶ Fauces per translationẽ

dicuntur

dicuntur ſtricti ingreſſus nullium, ſeu alterius locinit, Fauces Orci. Virgi. 6. Aeneid. Veſtibulum ante ipſum, primiſq; in faucib. Orci. Florus de bello Ligoſtico, De ſub Alpibus, hoc eſt de ſub ipſis Italiæ faucibus. ¶ Hinc deducuntur, Suffoco, Præfoco, & Obſoco, diphthongo au, in o longum mutata, quæ omnia ſignificãt obſtructis faucib. ſpiritum præcludere. Ouid. in Ibin. Suffocent animam dira uenena tuam. de his ſuis locis. ¶ Bolus è faucibus eripi dicitur quoties commoditas aliqua quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem ſubito præripitur. Terent. in Heautont. ¶ Statuam faucibus colas, ἀνδριάντα γαργαλίζεις. De re maiorem in modum abſurda, quæq; fieri nullo modo poſſit. Veluti ſiquis hominem præpotentem & inuictum fruſtra conetur opprimere. nec enim liqueſcit ſtatua

Fax, cis, f. t. Fuſtis inuſtus, & cera uel oleo inunctus, ac compoſitus ad lumen faciendum. *Δᾷς* [Ita. Face, torchio. Gal. Vn flambeau, un torche ou un fallot. Hiſp. La hacha de cera ò cera encendida. Ger. Ein fackel, tortſchen.] Fiũt præcipuè ex arũdinibus aridis, & picei generis arboribus: cuiuſmodi ſunt teda, & larix. Var. de Vita pop. Ro li. 1. Quum à noua nupta ignis in face afferretur, de foco eius ſumptus, fax ex pinu ablata eſſet, ut eã puer ingenuus afferret. ¶ Per translationem accipitur pro incitatore, & autore alicuius factionis. Plin. in Epiſt. Rufo ſucceſſit Theophanes, unus ex Græcis, princeps, fax accuſationis, & origo, id eſt autor & incitamentum, ſiue (ut Nonius inquit) ſuſcitabulum. Cice pro domo ſua, Nóune Senatui prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta foneſta fax ſeditionis adhæreſceret? ¶ Addere faces alicui, eſt, cum incitat, incendere, in flammare ad aliquid agendum. Tacitus lib. 12. Flagrantibus iam militum animis ueluti faces addidêre Mauſius, &c. ¶ Primam facem, noctis principiũ uocitabant, quod tum primũm uti face incipiamus. Gellius, Sed quum iam prima fax noctis, & denſiores eſſe tenebræ cœpiſſent, diſceſſimus. ¶ Facem in nuptijs præferre ſolebant, ſiue ad obſeruandam antiquam conſuetudinẽ, quòd non niſi nocte duci nouas nuptas à ſponſis mos erat: ſiue in honorem Cereris, quę facem in quærẽda Proſerpina geſtauerat: ſiue ut noua nupta ignem & aquam, quę duo ſunt in uita maximè neceſſaria, cum uiro communicare uideretur. Etenim aqua quoq; aſpergi ſolebat, ut caſta puraque ad ſponſum duceretur.

Fácula, æ, penul. corr. diminutiuum, f. p. Idem ſignificans quod parua fax, hoc eſt teda ex arboribus pinei generis, ſæpius diffiſſa, ut facilius ardeat, quanquam & ex cera, & ex pice fieri poſſit. *Λαμπάδιον, λαμπάδιον.* [Ital. Facella. Galli Petit flambeau, petite, torche. Hiſp. La raia. Germ. Ein kleine fackel.] Propertius li. 2. Elegia 20. Quotum alii faculas, alii retinere ſagittas, &c.

Fáculi, m. ſ. dicuntur qui faculas geſtant. *Δαδίχοι* [Itall. Quelli che portano le facelle. Gal. Porteurs de torches. Hiſp. Los que llenan antorchas. Ger. Fackẽ trager oder tortſchen tragen.]

Fl In ueris antiquorum Fundauerunt. uel fortem, uel familiæ, uel filios eius. FEA fœmina. FEB Februarius. FED. factũ eſſe dicetur. FED. factum edicto. F E M. fœmina. F E R. fecerunt. F F. flando, ferendo, uel fidem uel fecit, uel filios familiæ, uel filius familiæ, uel fortunæ felici, uel fabræ factum. FFF ferro, flamma, fame, uel fortior, fortuna, fato, uel Flaminis filios. F. F. L. uel FF. fratris filius, F H. filius hæres.

Febris, huius febris, f. c. à feritate morbi, uel (ſicuti Seruius docet) à feruore: Eſt (ut medici docent) intemperies calida totius corporis. *πυρετός* [Ital. Febre. Gal. Fieure. Hiſp. Fiebre. Calentura. Ger. Das feber oder faltwee.] Cicer. ad Tironem. Is erſi mihi nuntiauit te planè febri carere, & bene habere, &c. Celſus lib. 2. cap. 8. Febris aſſidua, quæ & cibi tẽpora eripit, & ſiti affligit. Plin. lib. 31. ca. 8. Febres frigidas leniores facit agaricum potu in calida aqua. Idem li. 7. ca. 51. uterque Sidonius poeta, omnibus annis uno die tantum natali, corripiebatur febre & ea conſumptus eſt, ſatis longæ ſenectæ. Febres periodicæ, quæ ſtati temporis periodo redeunt & recedunt, cuiuſmodi ſunt quotidianæ, tertianæ & quartanæ. Plinius lib. 20. cap. 1. Semina eius ſi fuerint parcimonio adalligata febribus, ſanare dicuntur, quas Græci periodicas uocãt. Sunt & alia febrium genera, quæ quoniam ad noſtrum inſtitutorum nihil magnopere conducunt, ſi medicæ ſtudioſis ex libro Galeni quo ex profeſſo febrium differentias tractat, petenda relinquimus.

Febricũla, læ, f. p. diminutiuum, Parua febris. *πυρέτιον.* [Ita. Febricella. Gal. Petite fieure. Hiſp. Pequenna fiebre. Germ. Ein klein feber.] Plancus Cice. Qui ex labore in febriculã incidit aſſiduam, & ſatis moleſtam. Celſus lib. 3. cap. 22. Et phthiſi febricula leuis fit: quæ etiam quum quieuit, tamen & repetit.

Febriculoſus, Qui habet multam febrem, *πυρετώδης.* [Ita. Che ha molta febre, fricitante. Gall. Fieureux, qui a grande fieure. Hiſpa Calentoroſo, que tiene mucha fiebre. Germa. Vol feber oder faltwee.] Gellius, non morbus hic febriculoſus, aut nimium grauis.

Febrilis, le, pen. pro. Quaſi ad febrem pertinens. *πυρετικός.* [Itali. Di febre. Galli. De fiebre. Hiſpanicè, De fiebre. Germanicè, Das deſs fiebers iſt.] Apuleius, Ardore æſtuans febrili.

Febrio, is, iui, itum, n. q Febrem patior. *πυρέττω.* [Ital. Hauer la febre. Gallicè, Auoir la fieure. Hiſpanicè, Tener fiebre. Germanicè, Das feber oder faltwee haben.] Macer, Hæc nondum tremulo, potanda dabis febrienti. Celſus lib. 6. cap. 11. Potiones, ſi febriat puer, aquæ ſi ſine febre eſt, uini diluti. Colu. lib. 6. cap. ultí. Mulæ febrienti cruda braſſica datur.

Febrĭcito, as, pen. corr. n. p. Febre laboro. *πυρέττω.* [Ital. Hauer febre. Galli. Eſtre en fieure, auoir la fieure. Hiſp. Tener fiebre. Ger. Das faltwee haben.] Col. lib. 7. Febricitanti bidui conuenit abſtinere cibo uno die. Celſus lib. 2. cap. 7. Febricitauit aliquis, aut inhorruit.

Febrifuga, Matricaria, & Centuria minor Dioſco. lib. 2. cap. 8 & Conyza apud eundem lib. 3. cap. 21. & 15.

Februo, as, Luſtro, purgo, à feruco: hoc enim adolendo, & flammis feruentibus fieri ſolebat. *καθαίρω, ἁγνίζω.* [Itall. Lustrare, purgare. Gal. Purger par ſacrifices. Hiſpa. Purgar, alimpiar. Ger. Reinigen.] Vel à Sabinorum lingua, qui februum, purgamentum dicunt. Varro de uita pop. Rom. Ita eorum enim ſacris liba quũ ſint facta, incerni ſolent ferre ſemine, ac dicere ſe ea februare. Id eſt pura facere. ¶ Hinc Februarius menſis dictus eſt, quod tum id eſt extremo anni menſe, populus februaretur. Per duodecim enim dies continuos Februarij celebrabantur Februa: his diebus pro impetranda mortuorum manibus quiete, ut ait populus piaculis, ſacrificiisq; circa ſepulcra accenſis facibus cereisq; inferus erat. *φεβρουάριος.* [Ital. Febraro meſe. Gal. Le mois de feurier. Hiſp. El mes de febrero.] Et Iono Februata, ſiue Februalis quod ei hoc menſe ſacta fiebant: eiuſque feriæ erant Lupercalia.

Februa, orum, n. ſ. Dicebantur quæcunq; purgamenti cauſa in quibuſcunq; ſacrificiis adhibebantur. *καθάρματα.* Pli. Vulgata priſcis temporibus opinio obtinuit, Februa eſſe omnia quibus malefactorum conſcientiæ purgarentur, delerenturq; peccata, aut manes defunctorum placidi redderentur. Ouidius ſecundo Faſtor. Februa Romani dixere piamina patres: Nunc quoque dant uerbo plurima ſigna fidem: Et paulo pòſt, Denique quodcunque eſt quò corpora noſtra piantur, Hoc apud inteſtos nomen habebat auos.

Februus, Dictus eſt Pluto, uel dis pater, inferorũ Deus, quod ei menſe Februario ſacrificaretur. *Ἅιδης.* Vide Macrob. li. 1. Saturn.

Fetiales, m. t. Dicti à faciẽdo, (ut autor eſt Feſtus) quòd belli pacisq; faciẽdæ penes eos ius erat. *φητιαλεῖς* Neq; enim licebat bellum alicui inferre, niſi hi & iuſta cauſa ſuſceptũ declarauiſſent, & prius indixiſſent. Varro, itaq; bella tardè, & nulla licentia ſuſcipiebant, quòd bellum nullum, niſi pium putabant geri oportere. Et priuſquam indiceretur bellum iis à quibus iniurias factas ſciebant, feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores uocabãt. Cice. 7. Verr. Habemus hominem in fecialium manibus educatum unum præter cæteros, in publicis religionibus fœderum ſanctum ac diligentem.

Fecialis, & feriale, adiectiuum. Cice. 1. Officio. Belli quidem æquitas ſanctiſſimè fecialí pop. Rom. iure perſcripta eſt.

Fel, fellis, n. τ χολή [Itali. Fele. Galli Fiel. Hiſpa. Hiel. Germa. Die Gall.] Humor eſt flauus in corpore, in ima hepatis parte, in ueſicula quadam contentus, quam ciſtulam fellis appellant. *χολοδόχον.* Humor autem ipſe à medicis flauus bilis appellatur. Bilis autem atra eſt quam Græci melãcholiam

choliam vocant, insaniam generant. Plaut. in Amph. Deliratuxor, ætra bili percita est. Sed de bili, suo loco dictum. ¶ Aliquando fel, quòd sit amarissimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plaut. in Tucul. In melle sunt linguæ fictæ vestræ, atq; orationes: Corda in felle sunt sita, atq; acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amarè facitis amantes siquid non donant. ¶ Fel terræ genus herbæ (quæ & centaurion, teste Plinio li. 25. cap. 6.) propter amaritudinem summam appellatur.

Felleus, a, um, χολώδης. [Itali. Di fele. Gall. Di fiel. Hispa. De hiel. Germani. Gallechtig, Von der Gall.] Plinius libro 26. capite 12. Sudores enim felleos movent. ἱδρῶτες χολώδεις.

Felis, huius felis, masculini generis. Animal quadrupes, quod nobiscum in domibus tenemus ad muriom venatum, Vulgò Catus dicitur ab insigni astutia. αἴλουρος, γαλῆ. [Ital. Gatto. Gal. Un chat. Hispa. Gato. Germ. Ein katz.] Veteres enim catos dicebant eos qui cauti & astuti erant: unde etiam Catones primò volunt appellatos. Quod etiam nunc apud Germanos in usu est, sic enim de astuto homine verba facientes, dicunt: Er ist ein listiger katz. Plin. li. 10. ca. 71. Feles quo silentio, quàm lenibus vestigijs, quàm multo speculatu in musculos exiliunt? excrementa sua obruunt terra, intelligentes odorem illum, indicem sui esse. Varro lib. tertio Omnes parietes rectorio lacerigantur, ne felis aliaue bestia introire adnocendum possit. Seneca libro 10. Epist. Quid est quare tam pavonem, quàm anserem gallina non fugiat? at tanto minorem eius, nec notum sibi accipitrem? quare felem polli timeant, canem non timeant? De animalis huius natura sic scribit Aelianus lib. 7. cap. 40. Quemadmodum ex felibus mas est libidinosissimus, sic amantissima catulorum fœmina: quæ ubi enixa est idcirco maris consuetudinem refugit, quòd is calidissimum, ignisq; simile semẽ emittat, genitale ut fœminæ adurat. Etiosce rei mas non ignarus, communes catulos interimit. Hæc autem nouorũ catulorum desiderio permota, eius libidini morem gerit. Quòd autem ab omni terro odore feles, abhorreant, eo excrementa sua, fossa prius facta, in terra occultant. Hæc ille. ¶ Sunt & feles feræ, domestic is aliquando maiores, pelle nigris maculis variegata, ex quibus domesticum nostrum animal videtur propagatum. ¶ Feli crocoton γαλῆ κροκωτὸν, subaudiendum das, aut addis. Dicì solitum quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet aut quum datur quippiam ijs qui munere non norunt uti. Veluti siquis à musis alieniissimo bellissimum donaret librũ. Crocoton vestis genus est rotundæ ac fimbriatæ qua diuites utebantur matronæ. ¶ Minervæ felem. Ἀθηνᾷ τὸν αἴλουρον, subaudiendum comparas. Quem multò inferiora cum præstantioribus comparantur, quòd levicula quæquã in re conueniant. Quid enim habet Minerua rei cum fele, præter glaucoma oculorum? Refertur à Zenodoto & Suida.

Felix, icis, pen. genitivi produ. omn. t. Prosper, beatus, fortunatus. εὐδαίμων, μακάριος. [Ita. Felice, fortunato Gal. Heureux Hispa. Bienauenturado. Germ. Sælig, Glückſælig.] Virg. 1. Aenei. Vivite felices, quibus est fortuna peracta iam sua. ¶ Interdum propitium significat, qui scilicet alios felices reddit. Virgilius primo Aeneid. Sis felix, nostrumq; leues quæcunq; laborem. Vbi Servius, Felix, propitia. Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem. Vnde & deos felices uel infelices dicimus ex rebus quas præstant. Idem in Daphnide, Sic bonus ô, felixq; tuis. ¶ Aliquando idem est quod utilis, hoc commodus. εὔμορος. Martialis, Illa manus quondam studiorũ fida meorum, Et felix domino, notaq; Cæsaribus. ¶ Aliquando pinguis, fœcundus, ferax, fertilis. ἴυγιος, ἔυφορος. Virg. 2. Geo. Exiit ad cælum ramis felicibus arbos. Martial. libro. 13. Hos Amiternos ager felicibus educat hortis. ¶ Huius contrarium est Infelix, infortunatus. Ἀνυχής. Cicero 4. Philip. Si quis Reipublicæ sit infelix, is felix esse non potest. Accipitur pro aduersario Vergilius septimo Aeneidos. Ast ego magna Iouis coniux nil linquere inausum Quæ potui infelix. Vbi Servius Infelix, id est, aduersa Troianis. Aliquando pro sterili & infœcundo. Vergilius, Infelix lolium & steriles dominantur auenæ.

Felicitas, atis, f. t. Prosperitas, beatitudo. εὐδαιμονία. [Ita. Felicità, prosperité. Gal. Bon heur, prosperité. Hisp. Bienauenturança, felicidad Ger. Glückſælikeit, wolſtand.] Cice pro Fonteio, Videor hæc leuiter nobis pro mea autoritate præcipere posse, ut ex eo genere homines quorum industria, virtus, felicitas cognita in re militari sit, diligenter nobis retinendos existimetis. ¶ Felicitas terræ, fœcunditas, fertilitas, apud Plinium in Epist. εὐφορία. ¶ Erat & Dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impetrandum prosperos rerũ institutarum successus sacra fiebant. Augusti 4. de Ciuit. Quid Felicitas? Dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua instituta sunt, Huius contrarium est felicitas. ¶ A Deo felicitas, Οὐ δὲ παρὰ θεοῦ ἐστὶ τοῖς εὐτυχίαν βροτοῖς, id est, Felicitas datur Deũm homini munere. Vt res nostræ bene cedant, id in nobis situm non est, sed à superum arbitrio pẽdet. Hominum est conatus, Dei est cursus. ¶ Felicitas multos habet amicos, εὐτυχία πολίφιλος. Finitimus est illi τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς, id est, felicibus cognatus est uel quilibet. Notior est sententia quàm ut requirat interpretem.

Feliciter, aduerbiũ, Prosperè, beatè, fortunatè. εὐδαιμόνως, εὐτυχῶς. [Ital. Felicemente Gal. Heureusement. Hisp. Bienauenturadamente y fertilmente Ger. Glückſeliglich, oder Glückſælich.] Cicero de Finibus, Necessario sequitur, omnes sapientes semper feliciter absolutè, fortunatè uiuere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere. Plau. Merca. Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Virg. 1. Georg. hic segetes, illic veniunt felicius uuæ.

Felicito, as, pe. corre. Felicem ac beatum facio, εὐδαιμονίζω. [Ita. Felicitare, far felice: Gal. Rendre heureux, faire heureux Hisp. Hazer bienauenturado. Ger. Glückſæligmachẽ.] Cõtrariũ eius est infelicito, hoc est bonis omnib. spolio, infelicẽ reddo, de quo suo loco.

Fellico, as, Idem est quod lac exugo. θηλάζω. [Ital. Tettare, péppare. Gal. Tetter Hisp. Mamar leche. Ger. Zuſaugen, oder Zuſamélchen.] Solinus in Collectan. Nequaquã mater pullo præbet ubera fellicanda. Fortassis legendum uellicanda.

Fellicones, a, um, m. t. Homines mali, & nullius usus.

Fello, as, a. p. Lac exugo, & sugu ebibo. λαμῤῥίζω. Vnde etiam ad obscœnam eorum libidinem transfertur, qui uirilia intra os recipiunt, & illa perinde ac papillas exugunt: qui uerò uirilia huic libidini accommodabant per uoluptatem, Irrumare, dicebãtur: Is de Fellator, λαιχάστης, & Fellatrix, & Fellico, as, frequentativum.

Fellonia, Barbara vox Feudistarum: Dicitur delictum, noxia remitti perfida vasalli erga dominum suum. Hæc nec expresso pacto remitti potest, quòd vasallus eo ad delinquendum inuitaretur, contra l. conuenire. ff. de pacto. doct. cũ vulg. Vide Bald. in lib. 1. ff. de Rer. diuis. & Zasium de Feudi priuatione parte 10.

Femen, minis, n. t. Sumitur in eadem significatione qua femur. μηρός. [Ital. La parte denitro della coscia che si tocca coo l'altra. Gall. Le dedans de la cuisse. Hisp. El muslo por le parte de dentro. Ger. Das inner theil der dicke an schenckel oben bey der scham.] Proprié tamen femina, teste Varrone libro quarto sunt interiores partes: femora, exteriores: femina posteriores, femora anteriores. Plinius libro undecimo, sic de apibus scribit, Prioribus pedibus femina onerant, propter natura scabra. Et libro. 28. Femina, inquit, arteri a duritia equitatu, notum est. Femina enim interiora equirando atteruntur, non exteriora Lucretius libro quarto, ideo fastigia posse Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. ¶ Hinc Apuleius finxit vocabulum, inter femineum pro pudendis mulieribus, veluti positis inter femina. Colomel. lib. 7. Vtile quoq; & sub femina manum subiicere, ne ad huiusmodi tactum postmodũ pauescant. ¶ Existimat Servius femen in nominativo non reperiri. Priscianus docet esse in casu usu. ¶ Femina etiam inferiores partes significant, nam à sterno dicta uidentur. Vbi igitur iunctura cum sterno pedis est, femina dicuntur. Plautus in Asin. Sed tamen tu nempe eos asinos prædicas, uetulos, claudos, quibus obtrita ad femina erant ungulæ. Columella, libro sexto, Femina secari & interdum inuri solent.

Feminalia, Tegumenta feminum, & subligacula. περιζώματα. [Ital. Le brache. Gall. Le dedans de la cuisse Hispa. Las Bragas. Ger. Bader, schurtztüch mit welchem die weyber ir scham bedecken.]

Femur, oris, quod & Femor dicitur, secundum Phocam, à ferendo,

ferendo, quòd his præcipuè partibus ſuſtineatur animal atq; feratur. *ἰσχία*[Ita. Il di fuor della coſcia. Gal. La cuiſſe ou le dehors. Hiſp. El muslo por la parte de fuera. Germ. Die auſſwendige dicke deſs ſchenckels, vñ oben herab biſs auf die knie.] Vide Latius in dictione Femen. Plaut. in Mil. Ecce autem aduorſit, nixus lęua, in femore habet manum: Dextera digitis rationem computat, feriens femur dexterum. Liuius 9. bell. Pun. Scipionis femur tragula cõfixum erat.

Fēmorālia, n. ſ. pro uerendorum tegminibus. *περισκέλεα*. [Ital. Brache. Gall. Del brayes, hauts de chauſſes. Hiſp. Las bragas, caraguelles, muslos de calcas. Ger. Ein Brůch, Vi derſteid.] Suet. de Auguſto, Quare quaſſato corpore neq; frigora, neq; æſtus facilè tolerabat, hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula. & thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & feminalibus.

Fēneſtra, ſtræ, ſ. p. *ἀπὸ τῦ φαίνειν*, quod eſt lucere. *θυρίς*[Ital. Feneſtra. Gal. Feneſtre. Hiſp. La fenieſtra ò uentana. Germ. Ein fenſter, tag loch.] Fit enim ad lucem reddendũ. Ouid. Qua lumen thalamis parua feneſtra dabat. ¶ Interdum ponitur pro aditu, & uia, & occaſione. Terent. in Heaut. Hui, quitam feneſtram ad nequitiam patefeceris.

Feneſtella, & *Feneſticula*, ſ. p. diminutiua ſunt à feneſtra. *θυρίδιον*. [Italicè, Feneſtreta, Gallicè, Petite feneſtre. Hiſpanicè, Pequenna fenieſtra. Germanicè. Ein fenſterlein.] Colum. li. 1. ca. Grannaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur.

Feneſtrenula, Parua feneſtra. Hiero. Sit autem una uel plures feneſtrenulę, iuxta diſpoſitionem Epiſcopi, & per detractionem mediæ ſyllabæ, feneſtra, quod eſt oſtium paruum in ſacrario, ut ait Macrobius.

Feneſtro, as, *θυρίδιόω*. *θυρίδας ποιῶ*[Ital Aprire qualche coſa, far una feneſtra. Galli. Faire feneſtres & ouurir quelque choſe. Hiſp. Abrir alcuna coſa, hazer fenieſtras. Ger. Ein fenſter machen, ein tagloch machen:] Plī. li. 11. ca. 37. Media oculorum cornea feneſtrauit pupilla.

Feneſtrātus, ta, tum. Quod eſt apertum, perforatum, *πολύθυρος*, *διαφανής*. [Ital. Aperto, fatto à feneſtre. Galli. Percé & feneſtré. Hiſ. Coſa con uentanas y fenieſtras. Ger. Durch fenſteret, Oder das fenſter hatt.] Plaut. Nulla eſt feneſtrati ot domus.

Feneſtralis, penultima produ. Adiect. *θυρίδιος*, *ὁ τῆς θυρίδος*. [Italicè, Coſa de feneſtra. Gallicè, De feneſtre. Hiſpanicè, Coſa de fenieſtra. Germani. Das zů den fenſteren gehört, Oder von fenſteren denn nammen hatt.] Vt, porta feneſtralis. Ouid. 6 Faſt.

Fēniculum, li, n. ſ. Condimentis idonea, & uſitata herba, nota celebris. Iuuamenta eius lege apud Dioſcor. lib. quinto cap. 179.

Feniculum equinum ſyluestre erraticum, Dioſcoridi Hippomarathrum li. 1. ca. 80.

Fērābiles, penultima prodocta, Dicitur agreſtis, Siſenna apud Nonium, Partim ferabiles, partim lauro ac pinu abundant.

Fĕræ, arum, ſ. p. A ferendo dictæ ſunt, quòd impetu, & ſine ratione ferantur: aut quòd naturali utantur libertate, & à deſiderio ferãtur. *θῆρες*. [Ita. Fiere, beſtie ſaluatiche. Gal. Beſtes ſauuages. Hiſ. Las beſtias bravas y fieras. Ger. Vnilde thier.] Propriè autem ferę dicuntur quæ ferocitatem habentes leones, pardi, lupi, quæ ubi manſuefactæ ſunt, ciures appellãtur. Oui. in Epiſt. Ariad. Mitius inueni quã te genus omne ferarum. Idem 1. Metamorph. Vaſtarumq; uidet trepidus ſimulachra ferarum. Quint. lib. 1. ca. 10. Non feras modò, ſed ſaxa etiam, ſyluasq; duxiſſe memoriæ prodi tum. ¶ Interdum ferę ſignificatio latius extenditur, ut omnia ferè bruta terreſtria complectatur. Cice. 1. Offic. Expertes rationis & orationis ferę. ¶ De fera comediſti, *ἀγρὶς ἔβρωκας*. Dicebatur olim oſcitanti. Nam uulgo creditum, carnem ferinam comeſam crebras oſcitationes excitare. Venuſtius erit, ſi commodè transferatur ad ſupinos, oſcitabundos, & negligentes.

Ferīnus, a, um, pe. prod. Quod eſt ferarum. *θήρειος*, *θηριώδης*. [Italicè. Ferino. Gallicè, De beſte ſauuage, comme beſte ſauuage. Hiſpanicè, Coſa perteneciente à fiera. German. Thieriſch, Das von wilden thieren iſt, oder Jnen gleych iſt.] Apuleius, Ferino ac beluino ritu. Salluſt. in Iugur. Getulis cibus erat caro ferina. Ibidem, Numidæ, plerunq; lacte & ferina carne ueſcebantur. Columel. libro 10. In Præm. Largior tamen pauperibus fuit uſus epularum lactis copia, ferinaq; ac domeſticarum pecudum carne. Cice. 1. Iuuent. Nã fuit quoddam tempus quum in agris homines paſſim beſtiarum more uagabantur, & ſibi victu ferino uitam propagabant. ¶ Ferina, abſolutè aliquando uſurpatũ & ſubintel ligitur caro, Virg. 1. Ae. Implentur ueteris Bacchi, pinguiſque ferinæ.

Ferus, a, um, Agreſtis, & indomitus. *ἄγριος*. [Ital. Fiero, ſeluatico, indomito. Gal. Sauuage, farouche, cruel. Hiſ. Fiero, brauo y cruel. Ger Grimm, Vuild, Grauſam.] cui opponitur cicur: & per translationem atrox, ſeuerus, qui ferinũ animum habet: uel qui durioris eſt uitæ: & animi crudelioris. Virg. 2. Aenei. ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit. Cic. ad Attic. lib. 12. O fera tempora, quum dubitet Curtius Cõſulatum petere. ¶ A ferus componitur Semiferus, penul. corr. Vnde Semifera dicuntur animalia, quæ ex fero placidoq; naſcuntur, ut ex apro & ſue: aut certè quæ nec placida nec fera ſunt, ſed mediæ inter utrunq; naturę, ut in uolucrib. hirundines: in campo lepores, cuniculi: in mari, delphini. Perferus, ualde ferus. *πανάγριος*. Varro lib 2 de Re ruſt. Boues perferi etiam nunc multi ſunt in Dardania, & Media, & Thracia. ¶ Et per translationem, fera ulcera, fera ſcabies, ferę papulæ, quæ manu chirurgica non poſſunt perdomari.

Fēritas, tatis, ſ. t. Naturæ quædam aſperitas contraria manſuetudini: & à ferus deducitur *ἀγριότης*. [Ital. Fierezza, crudeltà. Gal. Faronche & ſauuage mantien, brutiueté & cruauté ſouuage. Hiſp. Fiereza, braueza, ò crueldad. Ger. Vuilde, Grimmikeit, Grauſamkeit.] Cæſ. 8. bell. Gall. Cultu & feritate non multum à Germanis differebant. Marti. lib. 1. Poſtquàm inter nos eſt, plus feritatis ineſt. Liu. 9. bel. Mace. Lacetanos deuiam, & ſyluestrem gentem cùm inſita feritas continebat in armis, tũ, &c. Oui. 4. Faſtorum, Depoſita ſequitur taurus feritate iuuencam, Quem toti ſaltus, quê nemus omne tremit.

Fĕrālia, orum, n. t. Feriæ erant Romanis diis Manibus ſactæ tacitæ dictæ à ferendis ad tumulum epulis *νηνία*, *ἐναγίσιμα*. [Ital. Giorno dedicato ad offic imortorii. Gall. Jour dedié és morts. Hiſp. Dia contegrado à los muertos. Germ. Feyrtag bey den helden denn lieben ſeelen zů eeren, Aller Seelen tag.] Ouidius 2. Faſtorum, Hîc quia iuſta ferunt, dixere Feralia lucem ultima placandis Manibus illa fuit. Cic. Atti. lib. 7. Eodem enim die uideo Cæſarem à Corfinio poſt meridiem profectum eſſe, id eſt ferabilibus quo Canuſio mane Pompeium.

Fĕralis, le, adiectiuum, Significat funeſtum, dirum, exitiale: à feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum ſepulchra inferebantur. *θανάσιμος*, *νηνιτὸς*, *ἐπιτάφιος*. [Ital Mortale, crudele. Gal. Mortel, peſtifere, pernicieux. Hiſp. Mortal, cruel. Ger. Das zů der todten feyrtag gehört, Tödlich, Kläglich, Grauſam.] Apuleius, Rogum demoliretur, cœnam feralem à tumulo ad menſam referrent. Virgilius 4. Aeneid. Solaq; culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. Generaliter dicitur de omni re ad defunctos pertinente. Vnde Ferales uittæ, quæ ſunt funeri accommodatæ. Feralis amicula, ſunt veſtimenta quibus cadauera defunctorum veſtita ſepulchro condũntur. Feralia fœdera, Tedæ ferales, & Arma feralia, hoc eſt mortifera. Feralia officia, ſunt quæ inferis & defunctis exhibentur. Feralis cultus, pro funebri & lugubri. Feralis item arbor. Plī. li. 16. ca. 10. Picea montes amat, atq; frigora, feralis arbor, & funebri indicto ad fores poſita. Et Ferales præcones, quos anteambulones aratos Latinè appellare poſſumus, ex quorum grege ſunt funerum indictores Budæus.

Ferax, Ferculum, Vide Fero.

Ferbeo, bui, n. ſ. Bullio. *ζέω*. Horati. 2. Carm. Velatumq; ſolamea cum deferbuit ira. Vnde & Ferbeſco, ſcis, Huius compoſita ſunt Deferbeo, quod eſt à bulliẽdo ceſſo. Gellius propriè, Puer interea uenerat, & aqua deferbuerat, tempuſq; eſſe cœperat edendi. Efferbeo, *ἀναζέω*. Exerè & ualde bullio. Vide Feruco.

Fĕrè, aduerb. Idem ſignificans quod benè, hoc eſt paulũm abeſt quin, *παρὰ μικρὸν*, *σχεδόν*. [Itali. Quaſi. Gal. Preſque, il ne s'en faut gueres. Hiſ. Quaſi, ò poco mas ò menos. Germa. Schier, darnach.] ut, Ferè hominem occidiſti: id

eſt parum abfuit quin hominem occideris. ¶ Ferè, pro plerunq; Terent. Phorm. quippe homo iam grandior, Pauper, cui opera uita erat, ruri ferè ſe continebat. Id eſt non ſemper, ſed plerunq;. Quinti. lib. 2. cap. 5. Nam in omnibus ferè minus ualent præcepta quàm experimenta. ¶ Interdũ in oratione ita conſtituitur, ut intelligatur quædam uniuerſitas. πᾶς. Quint. Hæ ferè ſunt emendatè loquendi ſcribendiq; partes. Id eſt ferè omnes. Cice. de Amic. Memini in eum ſermonem incidere qui cum ferè multis erat in ore. Id eſt ferè ſemper, uel ferè omnibus.

Ferentarii, Vide Fero.

Fereola, læ, Vitis cuiuſdam genus eſt apud Col. li. 3, ca. 2. Ittiolam (inquit) fereolamq; non facilè aſſeuerem quo gradu habendæ ſint.

Feretrum, Vide Fero.

Feriæ, arum, f. t. Dies ceſſationum ab operetita dicti uel à feriendis uictimis, uel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant ex pecorum, frugumq; prouentibus. ἑορταὶ τέλεται [Ital. Ferie, giorni quieti. Gal. Feries, feſtes, iours de feſtes. Hiſpani. Las fieſtas, dias de guardar. Germani. Feyrtag, faſtstag.] Cicero ſecundo de Legibus, Feriis iurgia amouento. Feſtus, Ferias antiqui feſta nocabant: & aliæ erant ſine die feſto, ut nundinæ: aliæ cum feſto, ut Saturnalia: quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus, pecorum, frugumq;. ¶ Feriarum autem apud antiquos multa erant genera, quæ pollui dicebantur, ſi in his aliquod opus fieret. Erant enim inter ferias aliæ publicæ, aliæ familiis quibuſdam propriæ. Feriarum publicarum quatuor erant genera, ut docet Macro. libro 1. Saturn. capit. 16. Stativæ, uniuerſo populo communes, quæ certis & conſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè ſeruabantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuæ, quæ quotannis à magiſtratibus uel ſacerdotibus concipiebantur in certos, ſiue incertas dies, ut ſunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Cicer. 1. de Nat. deorom. Nam quum feriis Latinis ad eum ipſius rogatu, accerſituſq; uenissem. Imperatiuæ, quas Conſules uel Prætores pro arbitrio indicebant extra ordinem pro ſalute Reipub. aut principis, aut ob rem fœliciter geſtam. Nundinæ, Paganorum erant ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant. Erant præterea propriæ familiarum feriæ quas quæq; familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſeruabat, ut Claudiæ feriæ, & Aemiliæ. Item ſingulorum, ut natalium dierum, quæ natalitiæ dicuntur, & fulgorum & funerum expiationes. ¶ A feriis feſti dies dicti ſunt feriati: hoc eſt in quibus feriæ celebrabantur. ¶ Ignauis ſemper feriæ ſunt, ἀεργοῖς αἰὲν ἑορταὶ. Aptè accommodabitur in eos, qui nunquam non cauſantur aliquid quo ſint in otio, quique optant dies feſtos, quo liceat otiari, uentriq; & uoluptatibus indulgere.

Ferio, & Ferior, aris, deponens, p. Vaco ab opere. uel ſtudio. σχολάζω, σχολὴν ἄγω. [Italic. Far feria. far uacanza. Galli. Ceſſer, ſe repoſer, feſter, ne faire rien. Hiſp. Guardar ſin obra la fieſtra Germani. Feyren.] Vacare ab aliquo opere uel ſtudio. Vt feriari ab ſtudiis, Trebonius ad Ciceronem, lib. Epiſt. 12.

Feriatus a, um. Id eſt quietus, otioſus, nihil agens. σχολαῖος. [Ital. Ocioſo, che non fa nulla. Gal. Qui fait la feſte, qui ne fait rien, qui eſt oiſeux. Hiſp. El que es de fieſta, ocioſo y ſin obra. Germani. Gefeyret, Müſſig.] Trebonius Ciceroni, Illud quoq; nobis erit curæ, ut Cratippus unà cum eo ſit, ne putes in Aſia feriatum illum ab ijs ſtudijs, in quæ tua cohortatione ineitator, fuerorum. Plautus in Mil. Tibi ego dico, feriatus ne ſis. Martial. Nec feriatus ibat ante carrucam. Cicero primo de Natur. deor. Deum ſic feriatum uolumus ceſſatione torpere. ¶ Feriati dies, in quibus feriæ aguntur. ἑορταί. Plinius in Epiſtol. Nam & menſtruum ineum Calendis Septembris finitur, & ſequens menſis complores dies feriatos habet. Plinius libro decimooctauo capite ſexto Malum patremfamiliâs quiſquis interdiu faceret quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cæli: peiorem qui profeſtis diebus ageret quod feriatis deberet: peſſimum, qui ſereno die, ſub tecto potius operaretur quàm in agro. Contrà, profeſti dicuntur, qui feriati non ſunt.

Ferio, ris, ire, ſine præterito & ſupino, n. q. Idem quod percutio. πατάσσω, τύπτω. [Italicè, Percuotere, ferire. Gallicè Ferir, fraper. Hiſpanicè, Heris. Germanicè, Schlahen.] Virgilio, nona Aegl. Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto. Plaut. in Amphitryone, Non tu ſcis Bacchæ bacchanti ſi uis aduorſarier, Ex inſana inſaniorẽ facies, feriet ſæpius. ¶ Ferire itẽ, eſt ſancire, firmare. Vnde ferire fœdus dicimus. Virg. 10. Aen. haud mora, Tarchon iungit opes, fœduſq; ferit. Cic. pro Domo ſua, Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur prouinciarum Origo harum locutionum inde tracta eſt, quòd antiqui fœdus & pacem ſolenni pompa cum hoſtibus inuentes, porcam ſaxo ſilice feriebant: ut conſtat ex libro 1. Liuianæ hiſtoriæ, ubi uetuſtiſſimi fœderis ritus, & ſolennitates deſcribit. ¶ Ferire itẽ pulſare eſt. πάταξον. Plaut. in Amphitryone, Fores ſam, aperite. Ferire iugulum, eſt inferre mortem, iugulare. ¶ Ferire munere, eſt mulctare munere, ſeu munus emungere. Terent. Phorm. Porrò autem Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit: Porrò autem alio ubi erit puero natalis dies. ¶ Spectris feriuntur oculi. Cice. Caſſio, lib. 15. Epiſtol. Ferire aures, pro excitare. Quintilianus lib. 9. capite 3. Quas etiam ſi fuerint crebriores, aures conſuetas minus ferient. ¶ Huius compoſitum eſt Referio, quod eſt repercutio. ἀνταπατάω. Plaut. in Aſinaria, Patitor tu idem quum ego te referiam.

Ferio, ferias, Vide Ferix.

Feritas, Vide Ferus.

Fermè, aduerbium, Idem quod ferè. σχεδόν. [Ital. Quaſi, poco meno. Gal. Preſque, peu ſen faut, à peu pres. Hiſp. Quaſi ò poco mas ò menos. Ger. Schier, Garnach.] Terenti. in Andria Iam fermè moriens me uocat. Id eſt quum paũ abeſſet quin moreretur. ¶ Ponitur quandoq; pro facilè. ῥᾳδίως. Terent. in Andria, Fidelem haud fermè mulieri inuenias uirum. Vbi Donatus, Fermè pro facilè poſuit: & fermè facilitatẽ ſignificat: quia ſunt aduerbia extenuationis. Plaut. Pœn. Facio quod manifeſtè deprehenſi mœchi haud fermè ſolent.

Fermentum, ti, n. ſ. Farina quæ ſubigitur priuſquã addatur ſal, ad poltis modum decocta, & reliſta donec acceſcit. ζύμη, ζύμωμα. [Italic. Fermento, ſeuaro. Galli. Leuain. Hiſpa. La leuadura Ger. Gebel ſaurteig.] Dictum quod fermendo creſcat. Plin. libr. 18. capi. 8. Spuma ita concreta pro fermento utuntur. Iacere in fermento, ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι, per translationem dicebantur qui animo eſſent ægro, quique iracundia turgerent. Plau. in Merc. Nam mea uxor propter illum tota in fermento iacet, id eſt inflata eſt & irata. Idem in Caſ. dij te ſeruaſſint mihi, Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi: Aedepol ego illam mediam diruptã uelim. ¶ Fermentum trãslatum ad terram, illud ſignificat quod glebas reſoluit, tumidamq; terram ac ratam reddit: quemadmodum conſperſionem rarefacit fermentum. Columell libro 2. cap. 11. Parum quod ſupereſt inferioris ſoli, raſtris licet effodere, & in fermentum congerere atq; componere Idem li. 2. ca. 1. Repaſtinata humus, dum eſt recens, ſoluta, laxataq;, uelut fermento quodam intumeſcit.

Fermento, tas, a, p. Fermẽto miſceo, ſeu creſcere facio ζυμόω. [Ital. Far leuitar la paſta. Gal. Mettre du leuain, faire leuer. ou enfler la paſte, aſſaiſonner de leuain. Hiſp. Leudar. Ger. Geblen, Verſeuren.] Plini. Quum fieret panis hordaceus cicercula farinæ admiſtione, fermentabatur. ¶ Transfertur etiam, hoc uerbum ad terræ culturam, quæ tunc fermẽtari dicitur quum rarefit. & ſpiſſæ illæ glebæ reſoluuntur, & augentur, & uelut inflantur: quemadmodum conſperſio, hoc eſt farina illa ſubacta, & in maſſam redacta, intumeſcit addito fermento. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 18. Stercus optimum ſcribit eſſe Caſſius uolucrum, præter paluſtriũ ac nantium. De hiſce præſtare columbinum, quod calidiſſimum ſit, & fermentare poſſit terram. Colum. lib. 2. cap. 15. Maximè tamen columbinũ probamus, quod modicè ſpatſum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nonnulli expoſuerunt fermentare pro ſtercorare, & pinguefacere. quòd uiderent Columellam de ſtercore columbino loqui, quo agrum pinguiorem reddi creduunt. Sed eam non eſſe mentem autoris, ex diuerſis eius locis facilè poteſt deprehendi. Ita enim habet lib. 2. cap. 1. Quid quòd repaſtinata humus, dum eſt recens ſoluta, laxataq;, uelut fermento quodam intumeſcit: quum deinde non longiſſimam ceperit uetuſtatem, condenſata ſubſidit: Quo in loco uocat terram fermento intumeſcentem, quam alibi uocat fermentatam. Pro eodem etiam dixit Humum reſoluram, eiq; opponit denſam lib. 2. ca. 2. Sed ex his nihil non melius reſo-

luta

lata homo quàm denſa prouenit. Quod noſter quoque Virgilius, quum & alias fœcundi arui laudes retuliſſet, adiecit, Et cui putre ſolum namq; hoc imitator arando. Neq; enim aliud eſt colere quàm reſoluere & fermentare terrã. Ex quibus Columellæ verbis clariſſimum eſt, fermentare terram, nihil aliud eſſe quàm diligenti cultura, paſtinatione, ſiue etiam calidis ſtercoribus, quale eſt columbinum, terram putrefacere, reſoluere, & rariorem reddere.

Fermenteſcere, n. t. Eſt creſcere, & rareſcere addito fermento: & proprié de pane dicitur. ζυμοῦσθαι. [Ital Lenitarſi, enfiarſe. Gal. Eſtre leué ou enflé de leuain. s'nfler ou leuer comme la paſte. Hiſp. Leudarſe. Ger. Aufgon oder geſchwällen von dem ſaurteig.] Quanuis etiam ad terram tranſferatur quæ tunc fermenteſcere dicitur quum denſitas illa glebarum rarefit, & reſoluitur. Plinius libro 16. capite 8. Quum teratur inter digitos, fermenteſcens. Idem lib. 17. ca. 1. Tellus quoq; illo modo fermenteſcit: & ſucci plena, ac laſteſcentibus ſatis non effœta, quum tempus aperit, tepidis ar ridet horis.

Fĕro, fers, tuli, latũ, 3. inconſ. Propriè ſignificat porto. φέρω. [Itali. Portare. Gall. Porter, Hiſpa. Lleuar ou traer. Germa. Tragen.] Virg lib. 7. Aeneid. Vix illam famuli Phegeus, Sagarisq; ferebant ¶ Aliquando tolero, patior. Terentius in Heauton. Nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum? Aliquando duco, dirigo. ἄγω. Liuius libro 1. Pergit ad proximam ſpeluncam, ſi fortè eò veſtigia ferrent. Virgilius 6. Aeneid. Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad undas. ¶ Sæpe etiam accipitur pro dicere, præſertim in tertijs perſonis. λέγειν. ut quum dicimus, Sic ferunt homines, hoc eſt ſic loquuntur, aut dicũt. Idq; tam actiuè q̃ paſſiuè, & tã perſonaliter quàm imperſonaliter. Tacit. libro 15. Ex Caio Cæſare ſe genitum ferebat. Liuius libro 1. ab Vrbe, Fauſtulo fuiſſe nomen fertur. Cice. de Amic. Quod Tarquinium diciſſe fertur cum quum eſſet exul. Virgilius primo Aeneid. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Poſthabita coluiſſe Samo. ¶ Aliquando exhibeo. Virgil. 1. Aeneid. Sacra Dionæ matri, diuiſq; ferebam. ¶ Aliquando concupiſco. γλίχομαι, ἐπιθυμῶ. Salluſt. in Catil. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas, proſcriptiones locupletum, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, atq; alia omnia quæ bellum & libido victorum ferri. Lucan. libro 1. Fert animus cauſas tantarum exponere rerum. Ouidius 1. Metamorph. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. ¶ Aliquando extollo. αἴρω. Salluſt. Conſulares omnes itemq; Senatus magna pars ſententiam eius laudant, uirtutem animi ad cælum ferunt ¶ Aliquando gigno, produco. γεννάω. Virg. 11. Aen Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros. ¶ Aliquando habeo, Virgi. 7. Aen. Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris. ¶ Aliquando afferro. Virgi. 11. Aene. Legati reſponſa ferũt. ¶ Aliquãdo confero. συμφέρεσθαι. Virgi. 5. Aene. quibus acer Eryxin prælia ſuetus Ferre manum. ¶ Aliquando diſturbo. διαφέρω. Vir. li. 2. Aen. Quippe ferant rapidi ſecum, verrantq; per auras. ¶ Aliquando oſtento. ἐνδείκνυμαι. Virg. 12. Aen. captiuo ſiue ut ſe ferret in auro Venatrix. ¶ Aliquando conſulo, γνωματίζω. ut Pompeius tulit ad populum. Sic ferre ad Senatum, eſt Senatum aliqua de re conſulere. ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύνκλητον. ¶ Aliquando aufero, ἀποφέρω. Virgili. in Daphnide, poſtquam te fata tulerunt. Idem 6. Aegl. Omnia fert ætas, id eſt aufert. Aliquando refero, ſeu recipio. Terent. in Adelphis, Pro labore ab his fero odium. id eſt φέρω, ἀ φέρομαι φόβον. ¶ Aliquando aſſequor. Terent. in Eunucho, Hoc ſi effeceris, quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Et in Adelphis, Ni faciant quod illos æquum eſt, haud ſic ferent. id eſt obtinebunt. ¶ Quòd ſi cum hoc verbo, præ me, præ te, uel præ ſe, addatur, ſignificat dicto, uel facto, uel geſtu aliquid oſtendo, confiteor. δηλόω, ἐνδείκνυμαι. ut, Præ te fers iram. Quintilis. Fiduciam igitur præ ſe ferat orator, ſemperq; ita dicat tanquam de cauſa optimè ſentiat. Id eſt, ex ipſo aſpectu oratoris, ex ipſa voce, ex ipſa oratione lucere fiducia quãdmodũ qui pugnaturi ſunt, in uultu & geſtu indicant tacitã uel formidinẽ uel fiduciã, hoc eſt, præ ſe ferũt fiduciã formidinémue. Ci. Nã ille qui accipit iniuriã, meminit, & præ ſe fert. id eſt ſe mẽtẽ perſequẽdæ iniuriæ habere oſtendit. In eundẽ ſenſum accipi ſolent, præ me duco, præ me gero. ¶ Ferre auras, eſt aſſuefcere ſatis uarietati quæ obeſt. Virgilius li. 2. Georg. Quum ſemel hæſerunt aruis, aurasq; tulerunt. ¶ Ferre tribum, ferre cẽturiam prærogatiuam, dicitur is qui tribum uel centuriam habuit ſibi ſuffragantem. Cicero pro Plancio, An tandem una centuria prærogatiua tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit quin renuntiatus ſit? Idem 4. Philipp. An tum cum ea factus, unam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? ¶ Ferre ſuffragium, eſt ſuffragari. Cicero Attico, libro 1. Idemq; refert ut uniuerſus populus in campo Martio ſuffragiũ de cæde P. Clodij ferat. ¶ Ferre ſententiam, eſt pronuntiare. Cicero pro Cluentio, Vos autem Iudices de hominum fortunis ſententiam fertis ¶ Ferre fortunam, pro uti. χρῆσθαι τύχῃ. ¶ Ferre expẽſum, eſt id quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur Referre acceptum, quod eſt id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. Qui plura ea de re noſſe cupit, uideat Adrianum Cardinalem, qui diligentiſſimè hæc explicuit. ¶ Compoſita ſunt, affero, aufero, antefero, confero, circunfero, defero, differo, effero, infero, offero, perfero, præfero, profero, refero, ſuffero, ſuperfero, tranſfero. quæ habent pen. corr.

Lator, oris, uerbale φορεύς, κομιστής. [Ital. Latore, portotare. Galli. Porteur. Hiſpa. El portador. Germani. Ein trager.] ut, Lator legis, qui & legislator uno uerbo dicitur, ille eſt qui promulgauit, uel inſtituit, uel tulit legem. νομοθέτης. Cicero 2. Nat. deor. Ferétne ciuitas ulla latorem iſtiuſmodi legis, ut condemnaretur filius, &c. Aliquando ponitur pro tabellario, γραμματοφόρος. Suet. in Caligula. Quaſi uniuerſa tradita inſola magnificat Romam literas miſit, monitis ſæpe latoribus, uehiculo ad forum uſq; & curiam perrenderent.

Fĕrax, feracis, om. t. Fertilis, fœcundus. ἐυφορος. [Ital. Fertile, fecundo, abondante. Gal. Qui porte & raporte beaucoup, fertile, de grand raport. Hiſp. Coſa fertil. Ger. Fruchtbar.] Plautus in Epid. Nullum eſſe agrum opinor in agro Attico Aequè feracem, quàm hic noſter Periphanes. Columel. libro primo capite tertio, Nullus feracior, & uberior locus, &c. Plinius Vt tam ferax bonarum artium ſeculum uideremus.

Fĕrācĭtas, tatis. f. t. ἐυφορία. [Itali. Fertilità, abondanza. Galli. Fertilité, planté, abondance Hiſpani. Fertilidad. Germani. Fruchtbarkeit.] Colum. libro tertio capite 4. Vbi nihil erit, aut non multum quod proſitet feracitatem, potius ſequemur, &c.

Fertĭlis, le, adiectiuum, pen. corr. Idem quod ferax. ἐυφορος. [Itali. Fertile, abondante, graſſo, fruttuoſo. Galli. Fertile, abondant, de grand raport. Hiſ. Fertile, abundante, fructuoſo. Ger. Fruchtbar, das vil tregt.] Co. li. 4. Vt ex his partibus trunci ſumantur, quæ genitales ſunt, & maximè fertiles. Vberrimos, maximéq; fertiles agros incolere. Cic. 1. Diuin. Virgil. 2. Georg. -hic fertilis uua, Hic lætitia, qualẽ pateris libamus & auro. Plinius libro 14. in Proœm. Tanto priſcorum cura fertilior, aut induſtria felicior fuit. Ouidi. 4. de Pon. Fertile pectus habes, interq; Helicona colentes Vberius nulli prouenit iſta ſeges. Pli. Capratio in quæſtu fertiliſſimo. Ouid. 1. de Arte, Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. Hinc

Fertĭlĭtas, t. t. ſicut à ferax feracitas. ἐυτυρία, ἐυθενία, ἐυφορία. [Ital. Fertilità, abondanza. Galli. Fertilité, abondance. Hiſpani. Fertilidad. Ger. Fruchtbarkeit.] Colu. Id enim nõ accidit palmitis fertilitate. Fertilitas loci, Cæſar 2. bel. Gal. Cice. 1. de Diuinat. Quæ ſit uel ſterilitas agrorum, uel fertilitas futura.

Fĕrentārĭj, orum, m. ſ. Lenis armaturæ milites, auxiliatores: à ferendo auxilio, ut quicquid opus eſſet auxilio ferrent, excurſu leues, armis grauibus non impediti, ſed enſe & telis tantum inſtructi. Hæc Nonius. ἀκροβολισταί. Varro autem ferentarios uocat milites, qui fundis, lapidibusq; pugnabant: quæ tela ferantur, non tenentur. Sall. in Cat. Poſtquã eò ventũ eſt unde è ferentarijs prælium cõmitti poſſet. Hi & uelati uocabantur, ut inquit Feſtus, quòd veſtiti inermes ſequerentur exercitum.

Fĕrcŭlum, u. ſ. Teſte Nonio, Miſſus cibi, ita dictus quòd ad menſam inferatur. παρατιθέμενον, παραφερόμενον, παράθεσις. [Itali. Viuanda, che ſi porta in tauola. Galli. Viandes de niuande, qu' on porte & mes on ſur la table. Hiſp. Manjar ò coſa que ſe lleua en plato. Ger. Ein tracht.] Iuuen. Satyr. 2. quis fercula ſeptem Secretò cœnauit auus. Horat. 2. Sermo. Satyr. 4. Multiq; de magna ſupereſſent feriæ

cula cena. ¶ Aliquando ſumitur pro geſtamine quo pompa deferri ſolet. φορεῖον. Sueton. in Cæſare, Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium verborum prætulit ciriulum, Veni, Vidi, vici. Hoc eſt inter pompæ triumphalis geſtamina. Quo nomine continentur ſimulachra oppidorũ, ſpolia hoſtium, coronæ machinæ, & id genus alia quæ fieri ſolent in pompa triumphali: ſicut fercula ludorum: quæ in ludis: ſacrorum, quæ in ſacris. Acron etiam docet fercula eſſe pulpita in quibus deorum ſimulachra reponebantur, quia in pompa Circenſi (hoc eſt celebritate ludorum Circenſium) huiuſmodi ſimulachra deorum ferebantur. Cice. lib. 1. Offic. Cauendum eſt ne tarditatibus offendamur in ingreſſo molliorib⁹, ac ſimiles pomparum ferculis eſſe videamur.

Féretrum, tri, n. ſ. penul. corr. à fero, Lectus, uel aliquid aliud quo mortuus efferri ſolet. φορητρον. [Itali. Feretro, barra, cataletto Galli. Vn ſarcueil ou biere à porter les morts, liẽtiere. Hiſp. Las andas para lleuar muertos. Ger. Ein todtẽbar.] Alio nomine capulus dicitur, à capiendo. Plin. li. 7. ca. 51. Varro quoque autor eſt x x viris agros dividentibus Capuæ, quendam qui efferretur feretro, domum remeaſſe pedibus. ¶ Feretra item dicebantur quibus fercula ſpoliaue in pompis geſtabantur. Liu. 1. ab Vrbe, Spolia ducis ſuſpenſa, fabricato ad id aptè feretro, gerens, in Capitolium deſcendit.

Férox, cis, pen. prod, o. m. t. Elatus, ſæuus, præanimoſus ad certandum cum altero, & ad oim alteri inferendam, atq; nocendum. τολμητίας, αὐθάδης. [Ital. Feroce, fiero, coraggioſo Gal. Fier, courageux, orgueilleux, farouche. Hiſp. Braũo y fuerte con deſatino. Ger. Frách, Stolz, Grim.] Horat. Vrbes genteſq; & Latium ferox. Salluſt. Ille animo feroci negat ſe fuſum toties Numidam pertimeſcere. Virgil. 4. Aen. Stat ſonipes, & frena ferox ſpumantia mandit, φρυαγμητίας. Ferox animo, Plaut. in Mil. Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.

Ferociulus, diminut. ὑπάγριος. [Ital. Alquanto feroce. Galli. Vn peu trop fier & orgueilleux. Hiſp. Braũo un poco. Ger. Stolzlechtig, Etwas frách.] Hirtius de bel. Afric. Quid tu, inquit, miles tyro tam ferociulus es?

Férōcia, æ, f. p. Idem quod ferocitas, de quo infra. θράσος. [Ital. Ferocità, crudeltà. Gal. Fierté & orgueil. Hiſp. Braueza ſin tino. Germa. Grimme Stolrze.] Cicer. lib. 4. de Repobl. Qui comprimit eius uim, & efferatam illam ferociam. Cicero de Aruſp. reſp. Duobus inceptis uerbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compreſſi. Tacit. libro ſecundo, Per communes liberos oravit, exueret ferociam.

Férōcitas, tatis, f. t. Superbia, elatio animi, crudelitas, ſæuitia, & (ut inquit Speuſippus) exceſſus audaciæ, haud metuens quæ metuenda ſunt. θράσος. [Itali. Ferocità, fierezza, orgoglio. Gallic. Fierté, orgueil. Hiſpani. Braueza con deſatino. Ger. Hochmůt, trachheit, Grimmigkeit.] Cic. Offic. Sicut equos propter crebras contentiones prælioru⁹ ferocitate exultãtes domitoribus tradere ſolent, ut his faciliorib⁹ poſſint uti: &c. Idem in Vatin. Ferocitatem tuam iſtã comprimerem, & audaciam frangerem. Cice. de Sen. Infirmitas puerorum, ferocitas iuuenum, & grauitas iam conſtantis ætatis.

Ferociter, ſuperbè, Elatè, ἀγρίως, ὑπερηφάνως. Plaut. in Amph. Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant. Liu. 3. ab Vrbe, Legatis caput ferociter oſtentantes. Idem tertio bell. Pun. Cum quo ferociſſimè pro Romana ſocietate aduerſus Punicum fœdus ſteterat. Multò ferocius, Cice. Quint. lib. 1.

Férōcio, cis, civi, uel ferocii, citum, n. q. Ferox fio, uel ferociã exerceo. ἀγριαίνω, ἀγριαίνομαι. [Ital. Farſi feroce, eſſercitare la crudeltà. Gal. Eſtre fier & farouche. Hiſp. Embraueceꝛſe. Ger. Frách ſein, Grimm vnnd vngeſtům ſein.] Gel. li. 1. Nihil adeò in congrediendis hoſtibus, atq; in principijs prælioru⁹ ad ſalutem, uirtutemq; aptius rati, quàm ſi permulti ſonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Ouid. Diſce bonas artes nullis aſſueta inuẽtus, Mox intractati more ferocit equi.

Ferrum, ri, n. ſ. uel à ferendo quòd in agro colendi gratia ferat: uel à feriendo quòd cætera eo feriantur, hoc eſt domentur. Sola enim ſæuitia feriendo domat, reliqua metalla attenuat, & extendit. σίδηρος. [Italicè. Ferro. Gallicè. Fer, ferremẽt, ferraille. Hiſpanicè, Hierro. Germanicè, Eyſen.] Plinius libro duodecimo capite 21. Ferro laudi ultalia odit. Cicero de Natur. deor. Nos ex terra cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam. Quintilianus libro ſecundo capite quarto, Quod etiam ruſticis notum eſt qui frondibus teneris non putant adhibendam eſſe falcem, quia reformidare ferrum uidentur, & nondum cicatricem pati poſſe. ¶ Ferrum aliquando pro gladio accipitur. Cicero primo Tuſculan. In ſeruorum ferrum & manus incidiſſet. Sic pro Roſc. Amer. Vulneratus ferro Phrygio. ¶ In ferrum, atq; in uincula conijcit⁹. Cicero ſeptima Verr. Vbi ferrum uidetur potuiſſe pro compedibus ferreis. ¶ Ferro & flamma rem geri quadam prouerbij ſpecie dicimus, quum exitiale bellum ſignificamus. Cicero pro L. Flacc. O dij immortales quid hoc miſerius, nos qui P. Lentulo & ferrum & flammam de manibus extorſimus imperitæ multitudinis iudicio confidimus. Sic pro Sylla. ¶ Ferrum natare doces, σίδηρον πλεῖν διδάσκεις. De iis qui rem conãtur, quæ repugnãte natura, nequaquam fieri poſſit.

Ferreus, a, um, Quod ex ferri materia eſt. σιδήρεος. [Itali. Di ferro. Gallicè, De fer. Hiſpanic. Coſa de materia de hierro. Germa. Eyſin.] ut Maſſa ferrea. Anulus ferreus. Plini. libro 10. capite 41. Hæc quum loqui diſcit, ferreo uerberatur radio: non ſentit aliter ictus, Ferreæ fabricam inuenere Cyclopes, Plinius libro 7. capite 56. Virg. 1. Aeneid. confixam ferrea texit Telorum ſeges. Idem lib. 12. ...it toto turbida cœlo Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber. ¶ Ferreus per translationem pro duro, & inexorabili. Cicero ad Trebatium, Ferreus eſſem, ſi te non amarem. Idem ad Atticum, libro 13. O te ferreum, qui illius periculis non moueris.

Ferrārius, a, um, Quod ad ferrum pertinet. σιδηρικός. [Itali. Ciò che à ferro ſi apertiene. Galli. Des apartenances de fer. Hiſpa. Coſa perteneciente à hierro. Ger. Was zů dem eyſen gehört.] ut, Faber ferrarius, fodina ferraria, officinæ ferrariæ, metalla ferraria. Plinius li. 34. ca. 14. Quum ferraria metalla in his locis non ſint. ¶ Ferraria aqua, qua utuntur fabri ferrarij ad extinguendam candens ferrum. Plinius libro 28. capi. 10. Quidam utinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miſcent.

Ferrāria, f. p. ſubſtantiuum, Locus in quo ferrum fodit⁹. σιδηρωρυχία. [Itali. Miniera del ferro. Gal. Vn mine de fer une forge. Hiſp. Herreria, lugar de ſe haze la labra el hierro. Germa. Ein eyſengrůb.] Sicut auraria argẽtaria, æraria, in quibus aurum, argentum, & æs effoditur. Cæſar libro 7. bel. Gal. Apud eos magnæ ſunt ferrariæ. Liuius quarto bel. Maced. Parata prouincia, uectigalia inſtituit ex ferrarijs, argentarijsq.

Ferrātus, a, um Nomen eſt, non participium, quum uerbi originẽ non habeat, ſicut tunicatus, manicatus, & ſimilia: ſignificatq; id cui ferrum inductum eſt. σιδηρόδετος. [Ital. Ferrato. Gal. Ferré. Hiſp. Coſa herada por defuera. Germa. Mit eyſen beſchlagen.] Vnde Ferrata ſpicula, & ferratæ lanceas dicimus. Virg. li 3. Georg. Vndiq; iam tergo ferratos ſuſtine orbes. ¶ Huius compoſitum eſt Præferratus, de quo ſuo loco.

Ferrāmentum, ti, n. ſ. Inſtrumentum ex ferro. σιδήρεον. [Ital. Ferramento inſtromento di ferro. Gall. Inſtrument de fer, ferraille, ferrement. Hiſpan. Harramiento ò inſtromento de hierro. Ger. Eyſenwerck, eyſenwerckzeug.] Vnde Ferramenta fabrilia, & Ferramenta tonſoria dicimus. Cice. 2. de Nat. Quæ molitio, quæ ferramẽta, qui uectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Col. li. 3. Nonnunquam etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina ſici acutiſſimo ferramento ſumma amputare prodeſt. Hinc Ferramentarius faber, ferramentorum confector.

Ferrūgo, inis, penul. produ. f. t. Rubigo ferri propriè dicitur. ἰὸς σιδήρου. [Ital. Ruggine del ferro. Gall. Rouillure de fer. Hiſp. Orin, color morado. eſcuro ò de hierro. Germ. Eyſenroſt.] ſicut ærugo æris. Plin. lib. 23. cap. 3. Sudor ærugo corni arboris, lamina candente ferrea exceptus, non contingente ligno, illitaque inde ferrugo, incipientes lichnas ſanat. ¶ Per translationem ferrugo color rufus dicitur nigroris rubedinis, ſimilitudine coloris ferri rubigine exeſi, unde Virgili. libro 9. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Ferrūgineus, a, um. σιδηρώδης. [Itali. Di color di ruggine, ferrigno. Gall. Reſemblant le fer, enrouillé, ſoit en couleur ou autre.

ou ſutrement, perfumé. Hiſp. Coſa de aquel color morado, negro. Ger. Roſtfarbig, eyſenfarbig.] Quod eſt coloris ferruginis, hoc eſt quod colorem habet ferri longa rubigine exeſi, qui eſt ex rufo & nigro commiſtus, qualis eſt quem Galli ſua lingua Perfumatum, ueteres (ut opinor) impluuiatum dixerunt: aut certè is eſt quem hodie colorem regium uocamus, qui à ſuperiori non ita multùm diſtat. Sunt qui uelint ferrugineum colorẽ eum eſſe quem alio nomine uocamus cæruleum: adducti, opinor autoritate Plauti in Milite, qui eundem colorem thalaſſicum uocat & ferrugineũ. Sed certè Plautus non idcirco uocat colorem ferrugineũ thalaſſicũ quòd maris colorem referat, ſed quòd nautæ eiuſmodi colore ſoleant uti in mari. Iubet enim ibi Palæſtrio Pleuſidem, qui meretricem abducturus erat, ferrugineo ueſte exoratum uenire, ut facilius perſuadeat militẽ eſſe nauclerũ. Verba eius ut res facilius intelligi poſſit, aſcribemus, Facito (inquit Palæſtrio) ut uenias ornatu hoc nauclericaco, cauſiam Habeas ferrugineam, cultoram ad oculos laneam: Palliolum habeas ferrugineum: nam is color eſt thalaſſicus, hoc eſt mari, & nautis qui in mari uerſantur, idoneus. Non abſimilis error eſt eorum qui ferrugineum colorem arbitrantur eſſe colorẽ hyacinthi: eò quòd Virg. 4. Geor. hyacinthos uocat ferrugineos. Conſtat enim uel Ouidij teſtimonio, florem hyacinthum purpurei coloris eſſe, utpote qui Hyacinthi pueri ſanguinem ex quo ena tus fertur, dicatur referre. Certum eſt ita Virgilium hyacinthum non dixiſſe ferrugineum, quòd ferrugineum colorem imitetur, ſed eadem ratione qua 6. Aeneid. cymbam Charontis dicit eſſe ferrugineam, quòd ſcilicet funeſta putabatur & luctuoſa. Solent enim lugentes ueſtibus ferruginei coloris uti, quòd is color fuſcus ſit, & ſubobſcurus. Sic etiam Virgil. hyacinthum florem uocat ferrugineum, hoc eſt lugubrem & funeſtum, alludens nimirum ad fabulam illam qua fertur hunc florem ex ſanguine Hyacinthi puenab Apolline iacto diſci occiſi, primùm fuiſſe enatũ. Hæc paulo uerboſius niſum eſt diſcutere, quòd uideamus eruditos noſtri ſeculi tã diſcrepantia de hoc colore tradidiſſe, utquid de eo ſentire debeamus, non facilè fuerit conſtituere. Sed certè ueriſimile eſt hunc colorem eum eſſe quem ſuprà dixim us, qui ſcilicet ferruginis (à qua nomen habet) colorem imitatur: hunć eundem eſſe quem ueteres appellauerunt Baticum, ſeu Hiſpanum. Quod etiam non obſcurè oſtendit Virg. lib. 9. Aen. quum uocat ferrugineam Iberam, hoc eſt Hiſpanicam. Quo coloris genere etiam hodie nautæ Hiſpani, atq́ adeò omnes tenuiores utuntur. Neque ſolùm nautæ Hiſpanienſes, uerumetiam totius penè orbis nautæ hoc colore utuntur: ut non immeritò Plautus colorem hunc uideatur appellaſſe thalaſſicum, hoc eſt mari maximè conuenientem. Nam quum hic color ſit natiuus, & pene terræ ſimilis, neq́ facilè mutat colorem, neq́ macula in eo apparent. Conſtat autem hunc colorem fuiſſe uiliſſimum uel eo argumento, quòd Plautus in loco iam citato ferrugineas ueſtes piſcatoribus tribuit. Nam quum iuſſiſſet Pleuſidem aduenire exoratum cauſia & palliolo ferrugineo, ut probè nauclerũ ementiretur, ſubdit, Atque apud hũc ſenem omnia hæc ſunt, nam is piſcatores habet. Hoc accedit, quod Plin. lib. 26. cap. 6. ſcribit lacertas uirides ferrugineis maculis eſſe diſtinctas. Lacertæ autem maculas eas eſſe coloris quem iam indicauimus, nemo addubitat qui uel ſemel lacertam uiderit. Non tamen inficias iuerim pro ea quæ eſt apud Latinos in diſtinguendis coloribus, uel ipſo Plinio teſte, uocabulorum inopia, colores aliquos ex parte ad hunc accedẽtes etiam ferruginis nomine fuiſſe appellatos. Vnde etiam apud Claudianum, li. 2. de Raptu Proſerpinæ, uiolas etiam ferrugineas inuenimus appellari, & à magnæ autoritatis ſcriptoribus colorem ferrugineum inter gratiſſimos colores numerari. Quamobrem ut non magnopere repugnauerim iis qui hunc colorem Gallorum lingua Zanneum, aut Caſtaneum interpretantur, pro intentione, aut dilutione obſcuræ rubedinis, aliis atq́ aliis appellantes nominibus: ita plurimum ab iis diſſentio qui hunc eundem faciunt cum colore cæruleo, quem alio nomine Venetum appellant. Quorum errorem manaſſe arbitror ex loco Vegetij, li. 5. ca. 17. malè intellecto, quòd ibi Vegetius nautis uideatur tribuere colorem cæruleum, ſiue Venetum, quibus (ut ſuprà oſtendimus) Plautus aſſignat Veſtes ferrugineas. Arbitrati ſunt itaq́ eundẽ eſſe colorem quem Plaut. ferrugineum, & Vegetius cæruleũ ſiue Venetum uocat. Sed hoc argumentum quàm falſis innitatur fundamentis, facilè diiudicabit qui citatum Vegetij locũ non oſcitãter excuſſerit. Neq́ enim ibi cæruleum colorem nautis omnibus attribuit, ſed iis tantum qui in bello nauali ſcaphis quibuſdam exploratorijs hoſtium conſilia inueſtigãt: quibus etiam uelum nauis, atq́ ipſos adeò rudentes cæruleo colore tinctos eſſe iubet, ut aquæ marinæ ſimilitudine, hoſtium oculos facilius fallant.

Ferrũmen, pen. prod. Inis. m. t. Quoddam quaſi gluten, iunctura, ſeu ligatura, qua metalla, ſiue etiam aliæ res conſolidari ſolent. κόλλα, συναφή. [Ital Saldatura, colla, ligamento de metalli. Gal. Souldure, liaiſon de metaulx enſemble. Hiſp. Soldadura Ger. Lóthmetall.] Pli. lib. 30 cap. 13. Ruinarum urbis ea maxima cauſa, quòd furto calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta, componuntur. Vbi calcem uocat ferrumen cæmentorum, id eſt lapidum, quod illa conſolidẽtur & conglutinentur cæmenta. Ferrumen auri (ut ſuo loco diximus) uocatur chryſocolla.

Ferrũmĭno. as, pen. corr. act. p. lungo, conſolido: proprie de metallis dicitur, quanuis & ad alia transferatur. συνάπτω, κολλάω. [Itali. Saldare, congiugnere. Gall. Soulder, & ioindre ou coller enſemble. Hiſpa. Soldar la meſma materia, como hierro. Ger. Lóten zůſamen lóten.] Pomponius Iureconſultus, Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, argento ferruminaueris, non dubitatur tuum ſcyphum eſſe. Plin. pro glutinare poſuit, li. 36. Vitrum ſulphuri incoctum ferruminatur in lapides, hoc eſt glutinatur in formam lapidis. Et li. 35. Calcis quoq́ uſum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

Ferrumĭnatio, uerbale. f. t. ἡ διὰ σιδήρου ἢ ἄλλης μεταλλικῆς κόλλησις συναφή, συνάφεια. [Itali. Saldamento, incollatura. Gal Souldure ou collure de metaulx. Hiſp. Soldadura. Ger. Zůſamen lóthung.] Paul. l. in Rem actio. paragra. Item quæcunq́. ff. de Rei uend. Ferruminatio per eandem materiam facit cõfuſionem: plumbatura uerò non idem efficit.

Fertilis, Vide Fero.

Fertum, ti, pro libi genere, Vide Fartum.

Feruĕo, es, feruĭ, uel feruĭtum, n. f. Propriè eſt ex igne ſuppoſitò calere. ζέω. [Itali. Bollire. Galli. Bouilir. Hiſp. Hervir, bullir. German. Heiſs ſein. Siedig ſein.] Vnde aqua propriè feruere dicitur quum ui ignis commouetur & agitatur: quod etiam bullire dicimus. ¶ Transfertur tamen ad ea quæ quouis modo calefiunt, ſiue aliquo æſtu agitantur. Sic uinum feruere dicimus, quod ex muſto tranſit in uinum. Pli. li. 14. ca. 9. Medium inter dulcia uinum eſt, quod Græci ἀγλεύκους uocant, hoc eſt ſemper muſtum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibetur, ſic enim uocant muſti in uina tranſitum. Sic etiam mare feruere dicitur quum æſtu & fluctibus agitatur: unde & fretum appellatum uolunt. Ouid. 11. Met. pontus uertigine feruet. ¶ Feruere opus dicimus, dum ſtudio & diligentia elaboratur. Hominẽ quoque ira, odio, aut calore feruere dicimus, dum ira, aut odio, aut calore incenſus eſt. Cicero pro Quintio, Vſq́ eò feruet fertuŕq́ auaritia, ut de ſuis cõmodis uelit aliquam partem amittere, nequam partem huic propinquo ſuo illius ornamenti relinquat. Horat. 1. Epiſtol. 1. Pectus auantia, miſeraq́ cupidine feruet. Ouid. 2 Metam. utq́ animus tumida feruebat ab ira, Arma aſſueta capit. Martialis, Tota litibus omnia feruent. ¶ Huius contrarium eſt Deferuere, quod eſt miteſcere & placidum fieri, ſeu à calore deficere. Compoſita à feruco ſunt Deferueo, Efferueo, ualde ſeu extra feruco, Referueo, rurſus feruco. Plini. Item terebinthinam in ſartagine referuendi. A quibus Deferueſco, & Referueſco. Vide ſuis locis.

Feruens, participi. Quod bullit, aut calidum eſt. ζέων, ζεμὲς, βράσων. [Ital. Bogliente, calidiſsimo. Gall. Bouillant, fort chaut, feruent. Hiſ. Coſa heruiente ò que hierue. Ger. Siedend.] Pli. li. 7. ca. 1. Feruntq́ ictas ſaliua, ut feruentis aquæ cõtactum fugere. ¶ Migrat interdum in nomen, admittit́q́ comparationem. Hora. 1. Serm. Sat. 10. Quale fuit, Caſſi rapido feruentius amni Ingenium. Col. lib. 12. cap. 50. Ad præſidium aquæ calidæ curritur: ſed id non feruentiſſimæ fieri oportet Cic. 1. Offic. Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto nec ſapiente feruentior plerunq́ eſt.

Feruenter, aduerbium. θερμαινόντως, θερμῶς. [Itali. Ardentement. Gal. Feruemment, ardement. Hiſ. Heruientement. Germani. Hitziglich.] Cælius Ciceroni, Quòd Pilius neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulauit, magna illico fama ſurrexit, & de damnatione feruenter loqui eſt cœptum.

Feruesco, is, in choatiuum, n.t ut Terræ feruescunt sole, Lucr. li.6. Ventus mobilitate sua feruescit: apud eundem.

Feruo, is, ui, eiusdem significationis est cum ferueo. πεχλάω ζω βράσω. [Itali. Bollire. Galli. Boullir. Hispa. Hernir. Ger. Heiß sein, Siedend sein.] Proper. Incipit & sicco feruere terra Cane. Gellius li.2.ca.29 Dominus quos rogauerat opperitur, sol feruit, & fit nihil, Terent. in Adelph. Ego illius sensum pulchrè calleo, quum feruit maximè, tam placidũ quàm ouem, reddo. Virg.1. Georg. Omnia tunc pariter uẽto nimbisq; uidebis Feruere.

Feruefacio, cis, a t. Bullire facio. βερμαίνω. [Itali. Far bollire. Gal. Faire boullir. Hisp. Hazer heruer ò bullir. Germ. Siedend machen.] Cato de Re rust. Et potionem polentæ eodem addito, & oleum postea feruefacito. Idem ca.123. Eam feruefacito cum congio uini ueteris. ¶ Feruefacio, pro calefacio. Plaut. Pœnul. Ex ipsa se patinæ feruefacient illico. Feruefacta iacula. Cæs.7. bell. Gall. ¶ Hinc componitur Inferuefacio, quod est in re aliqua bullire facio. Cato, Sumito brassicam: conijcito in aquam feruentem, coquito paulisper, uti subcruda sit: postea aquam defundito, non omnem: ed addito oleum bene, & salem, & cumini paululum. inferuefacito paulisper.

Feruĩdus, a, um, pen. corr. Idem quod feruens, & maximè calidus, βερμός. [Itali. Bollente. Gal. Fort ardent & bruslant, bouillant. Hispani. Cosa heruiente ò que hierue. Germani. Heiß. Sütig.] Plinius lib.13. cap.4 Nulla est in Italia spõte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calidis: frugifera uerò nusquam nisi in feruida. Cic. 2. de Nat. deor. Iam uerò reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa tota natura feruida est, hoc est ardens maximè. ¶ Ponitur & translatè pro uehementi, feroci, diligenti. Linius 7. bell Pun. Quum toto eo bello damnosa præpropera, ac feruida ingenia Imperatorum fuissent. Et Cic de Clar. orat. Appij Claudij uolubilis, sed paulo feruidior erat oratio. Hinc fermentum dictũ est, quòd feruendo crescat, de quo suprà diximus.

Feruidè penultima corre. Aduerbium. ζεστῶς, βερμῶς. [Itali. Feruentemente, ardentemente. Galli. Feruemment, ardemment. Hispani. Heruientemente. Germa. Hitziglich, Mit eyfer.] Plaut. Trucul. feruidè ut tota floret, ut Oleum Niti dè nitet.

Fervor, oris, m.t. Calor uehemens qualis est ignis uel solis æstus ζέσις. [Ital. Bollore, ardore, feruore. Gal. Ardeur, feruer ur grande chaleur. Hispa. Hernor, obra de hernir. Germani. Hitz.] Plinius libro 11. capite decimotertio, Indi furantur æstiuo feruore aurum crutum à formicis tempore hyberno. Horati. 1. Carm. Ode 19. me quoq; pectoris Tentant in dulci iuuenta feruor, & in celeres iambos Misit furentem.

Férula, pen. f. p. Baculus, Hoc uirga qua puerorum manus feriuntur, unde & nomen habet: quanquam sint qui à ferendo malint deducere, quòd propter leuitatem senes ferula pro sciptione solent uti. ῥάβδος. [Ital. Bacchetta, ferula. Gal. Baguette, uerge. Hisp. Cayado, cannaheia ò palmatoria. Germa. Ein stab, stecken oder rũt.] Iuuen. Sat. 1 Et nos ergo manum ferulæ subduximus. Martial. lib. 10. Ferulæq; tristes sceptra pædagogorum Cessent. Columel. Nec manibus mites ferulas. Idem, ferulæq; minaces Plantantur. Græcè ῥάβδος: & per diminutionem ῥαβδίσκος dicitur. Inde apud Platonem in Phædone ῥαβδικοφόροι, ministri Bacchi, quasi feruligeri nominantur. Baccho enim ferulæ assignantur, quæ asinis gratæ sunt in pabulo. Ideo asinus grata hostia Baccho cadit. Ferula annumerata est inter exteriores frutices à Plinio, lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungosam intus medullam, quemadmodum cannis tœniculi, quanuis in multo maiorem altitudinem & crassitudinem excrescat. Nascitur in locis calidissimis: & uix alibi quàm in Africa. Nulli fruticum leuitas maior, ob id gestata, facilius baculorum usum senescenti præbet, Columell libro tertio, In quo scrobes destinaueris nuces serere, terram minutam in modum semipedis ponito, ibique semen ferulæ facito: quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla eius nucem Græcam, uel auellanam abscondito.

Ferulaceus, a, um, ῥαβδίνος. Plin. lib. 18. At militum & panicum genicularem & concauum: zizania uerò, in ferula ceum scilicet fastigiatur.

Ferula, sylueſtris rapſia, Dioſc. lib. 4. cap. 159. Ferulæ deſcriptionem lege apud Dioſc. li. 3. ca. 89. Pli. li. 13. ca. 22, li. 20. cap. 22. & li 19. ca. 1.

Ferulago, rapſis, Dioſc. li. 4. ca. 159.

Ferus, Vide Fera.

Feſcennini verſus, ut autor eſt Feſtus, Carminis genus erat omni obſcœnitate & opprobrio plenum, ita dictum quòd ex Faſcennia urbe primum fuerit allatum: ſiue quòd faſcinum arcere putabatur, quaſi faſcinium. Macrob. li. 1 Satu. Temporibus Triumuiralibus Pollio quum feſcẽninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait, At ego tacco. Non enim facile in eum ſcribere qui poteſt proſcribere.

Feſſus, a, um, Idem quod fatigatus, & tam ad animum quàm ad corpus refertur, ut autor eſt Valla lib. 4. Elegant. de quo in dictione Defeſciſcor, κεκμηκώς, ἀπειρηκώς. [Itali. Stanco, laſſo, ſtracco. Galli. Laſſé, trauaillé, qui n'en peut plus. Hiſp. Canſado. Ger. Ermüdet.] Virg. 1. Aen. Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaq; arma Expediunt feſſi rerum. Vbi Seruius, Feſſi rerum, hoc eſt penuria fatigati. Idem 8. Aeg. Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu Allia, ſerpillumq;, herbas contundit olentes. Pli. li. 7. ca. 51. Puerum æſtu & itinere feſſum.

Feſtino, as, pen prod. 1. p. Significat propero. σπεύδω [Itali. Affrettare, affrettarſi. Gal. Se haſter, s'auancer, diligenter. Hiſpani. Apreſſurarſe, aquezarſe. Germani. Eylen.] Virgilius 2. Aeneid. Feſtinate uiri: nam quæ tam ſera moratur Segnities? Plin. de Viris illuſt. Sed quum ad Cameriam ab hoſtibus obſeſſam feſtinaret, à Pœnis in angustijs clauſus eſt. Plau. in Aſin. Remigio, uelocẽq; quantum poteris, feſtim, & fuge. ¶ Interdum feſtinare eſt trepidare, & turbari. Salluſt. Feſtinãtibus in ſumma inopia patribus. Terent. in Adelph. Quid feſtinas, mi Gera? animum recipe. Idem in Eunuch. Quid iſtuc? quid feſtinas? aut quem quæris Pythia?

Feſtinor, aris, paſſiuum. Tacit. de moribus Ger. Nec Virgines feſtinantur, id eſt citò ad coniugium abripiuntur.

Feſtinãtus, participium. ἐσπουμένος, διὰ τάχος. πεσπουμένος. [Itali. Affrettato. Gal. Haſté & auancé, fait en haſte. Hiſp. Apreſſurado, aquezado. Ger. Geeylet.] Pli. in Panegy. Quinimo feſtinatis honoribus amplificat atq; auget, & maioribus ſuis reddit. Taci. in uita Agricolæ, Ita feſtinatæ mortis grande ſolatium tulit.

Feſtinantia, f. p. & Feſtinatio, ẽt. Properatio. σπουδή. [Ital. Velocità, fretta. Gall. Haſte, haſtiueté. Hiſp. Prieſſa ò quexura. Germa. Eylung, eyl.] Cic. pro Milone, Quæ cauſa, cur Romam properaret? cur in noctem ſe conijceret? quid afferebat feſtinationem? Columell. libro undecimo capi. 2. Quo cautior uilicus uel abſtinere poſſit operibus, uel teſtinationem adhibere.

Feſtinanter, aduerbium à feſtinans. Celeriter, & citò. σπουδῆ. [Itali. Frettoloſamente. Galli. Haſtiuement. Hiſpa. Apreſſuradamente. Ger. Eylends, ſchnel.] Cic. 1. de Finib. Illud mihi à te nimirum feſtinanter dictum uidetur, Sapientes omnes eſſe beatos. Pli. li. 17. cap. 11. Quia feſtinantius germinant.

Feſtinatò, aduerbium à feſtinatus. ἐπισπερχῶς. [Ital. Frettoloſamente. Galli. Haſtiuement. Hiſpa. Apreſſuradamente. Ger. Eylends, luſtig.] Plin. libr. 18 cap. 20. Quòd niſi feſtinatò pergratur, luſtido colore muceſcere. Quintilianus libro quarto cap. 2. Quàm nihil properatò, nihil feſtinatò feciſſe uidetur Milo.

Feſtinus, m. f. Celer, ταχύς. [Ita. Veloce. Gal. Haſtif, foudain. Hiſpani. Preſto y preſuroſo. Germani. Eylend.] Cicero Attic. libro nono, Feſtino enim ſimilis decurro, atque curſu *biceps* meus commentari non deſino. Ouidius 11. Metam. curſu feſtinus anhelo Aduolat armenti cuſtos Phocæus Anetor.

Feſtinè, Aduerb. σπουδαίως. ταχέως, ἐν τάχει. [Ital. Freetoloſamente. Gal. Haſtiuement. Hiſpa. Apreſſuradamente. Ger. Eylends, flux.] Cice. Atti. lib. 4. Si quid fortè de comitijs, de Republica (ſoles enim tu hæc feſtinè odorari) ſcribas ad me.

Feſtiuitas, feſtiuitatis, uide Feſtus.

Feſtra, Oſtium minuſculum in ſacrario, ab feneſtra per detractionem mediæ ſyllabæ. Feſtus.

Feſtũca, penulti. produ. f. p. Minima quæq; res, & leuiſſima. κάρφος. [Itali. Ramuſcelo, feſtuca. Gall. Vn feſtu, un getton & ſclon d'arbre. Hiſpani. La paia ò palillo ò coſa ſemeiance. Germani. Ein ſtro halm, ſtupfel.] Columel. lib. 2. cap. 17.

Per quos

Per quos feſtucæ, ſarculiq; in auiariis paſſim ſpargẽdi ſunt. Plinius libro nono capite decimo, Fœminam coitum fugere, donec mas feſtucam aliquam imponat auerſæ. ¶ Feſtucæ uirgæ Prætoriæ qua quis fiebat liber: quæ etiam uindictæ dicebantur, ut colligi poteſt ex Plutarchi libello quem de Sera numinis uindicta inſcripſit. Plautus in Mil. Quid eas ingenuas, an feſtucæ factas ſeruas, an libera eſt? Perſ. Satyr. 5. Non in feſtuca lictor quam iactet ineptus ¶ Ne mone feſtucam, *μὴ κηρίῳ νίφει*. locus prouerbialis, ubi quis omnis ſtrepitus impatiens eſt.

Feſtucarius, a dictionum. m. *καρφαλέος, καρφίτης*. [Ital. Di ramuſcello, di feſtuca. Gall. De feſtu, de getron. Hiſpa. Coſa de paia ó palillo. Ger. Das von der aglen iſt.] Gellius li. 10. cap. 3. Idcir co Ennius ſignificare uolens bellum, non ut ad Prætorẽ ſolitum eſt, legitimis actionibus, neq; ex iure manu conſertum, ſed bello, ferroq;, & uera ui, atq; ſolida: quod uidetur dixiſſe, conferens uim illam ciuilem, & feſtucariam, quæ uerbo diceretur, non quæ manu fieret cum ui bellica, & cruenta.

Feſtucago, Ægilops, uel Bromos apud Dioſcorid. libro 4. cap. 140.

Feſtus, ſta, ſtum, Solenniter lætum, & feriatum *ἑορτάσιμος, ἑορταῖος*. [Itel. Feſta, di feſtino, di feſta. Gal. Feſté, celebré, ſolennel. Hiſp. Coſa de fieſta que es de guardar. Ger. Feyertäglich, zů einem feſt gehörend.] Vnde feſti dies, in quibus uel ſacrificia diis offerebantur, uel epulationes celebrabantur, uel ludi in honorem deorum agebantur, uel feriæ obſeruabantur. *ἑορταί*. Plautus in Aulu. feſto die ſi quid prodegeris, Profeſto egere liceat, niſi pepercẽris. Virgi. 1 Georg. Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus Fas & iura ſinunt. Idem. feſtoſq; dies de nomine Phœbi ¶ Huius compoſitum & contrarium eſt, Profeſtus: ut, Profeſti dies, qui hominibus ad rem uel priuatam uel publicam adminiſtrandam conceſſi erant. ¶ Quandoque feſtus dicitur ad feſtum diem pertinens: ut, Feſtæ frondes, quæ feſtis adhibentur.

Feſtiuus, a, um, pen. prod. Lepidus, urbanus, facetus. *ἀστεῖος, ἱστριωτικός*. [Ital Piacenole, faceto. Gall. Plaiſant, ioyeux, ioli, recreatif. Hiſp. Coſa bien criada y donoſa. Ger. Luſtig, lieblich.] or, Feſtiua oratio, dictum feſtiuum. Cice. lib. 1. Offic. de Græcis dulcem & facetum: feſtiuiq; ſermonis. Plaut in Mil. Nimium feſtiua mulier operam præbuit. Tetent. in Adelph. O mi pater feſtiuiſſime. ¶ Quidam etiã feſtiuum pro feſto accipiunt, ſiue ad feſtum pertinẽte: ut, Feſtiua gaudia. In hac tamen ſignificatione apud ueteres non inuenies.

Feſtiuè, aduerbium. *ἱστριωτικῶς, ἱλαρῶς*. [Ita. Piacenolmente, giocondamente. Gal. Plaiſamment, ioieuſement, iolimẽt. Hiſp. Con buena crianca y donayre. Ger. Lieblichen, holdſälichlich.] Cice. ad Qu fratr. li 2. Quanquam à te actam fabellam uideo eſſe feſtiuè, nullo modo probaui. Idem ad Atticum li. 4. Soles enim tu hęc feſtiuè odorari.

Feſtiuitas, tatis, f. t. Lepor, & urbanitas ſermonis. *ἀστειότης, ἱστριωτικία*. [Ital. Piacenolezza, giocondità. Gall. Plaiſance, ioyeuſeté, iolliueté. Hiſp. Aquella, buena crianca y donayre. Ger. Lieblichkeit, holdſälikeit, zierlikeit.] Autor ad Heren. libro 1. Illud genus narrationis quod in perſonis poſitum eſt, debet habere feſtiuitatem. Cice. de Clar. Orat. Feſtiuitate igitur & facetijs, inquam, C. Iulius L. F. & ſuperioribus, & æqualibus ſuis omnibus præſtitit. Plaut. Capt. Lucrum, lucrum, iocum, feſtiuitatem, ferias, &c. Terent. Eun. An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit. An mei patris feſtiuitatem, & facilitatem?

Feuraſpidion, Polium montanum, apud Dioſc. li 3. ca. 122.

Fex, Vide Fax.

F ante I.

FI. In notis antiquorum, fieri iuſſit. FI. B. fide bona. FIC. fiſcũ, uel fideicommiſſum. FIC. RP. C. fiſcum reipublicæ cauſa. FID. fides. FID. D. fide digno. FID. F. fictum. FID. IMD fides Imperatoria, FID. INT EMP. fides Intemperata. FIC. P. D. fides patrum conſcriptorum. FID. P. R. fides populi Romani FID. R. fides regia. FID. RP. fides Reipublicæ. FID. S. fides Senatus. FID. SER. fidelis ſeruus. FIL. filius. F. IR. fidei iuſſores.

Fiber. Animal in Ponto, ſic dictum à fibris, hoc eſt ab extremis oris amnium quas colit, & ubi maxime ſolet uideri. *κάστωρ*. [Ital. Caſtore animale. Gal. Vne beſte qu'on appelle bieure. Hiſ. Vn cierto animal. Ger. Ein Biber.] Effoſſi enim in ripa cuniculis, caudam intra aquas tenet, reliquo corpore in ſicco habitat. Albertus Magnus dicit habere pedes anſerinos poſteriores quibus facilius natet: anteriores, caninos. Vide in dictione Caſtor. ¶ Eſt & fiber, genus uespæ quadrupes incitatiſſimum, teſte Feſto. Plautus Sic me ſubis quotidie, quaſi fiber ſalicem.

Fibrinus, a, um. Pli. li 17. ca. 18. Fibrina pelle detergunt.

Fibræ, fibrarum, f. p. Omnium extremitates rerũ. *ἴνες, λεβοί*. [Ital. L'eſtremità di tutte le coſe Gal. Petites ueines & mẽnues comme un cheueul, petits filets, extremité de toutes choſes. Hiſp. La parte cabera de todas coſas. Ger. Die auſſerſten theil eines Jeden dings als ander leber die zäſerle, In bletteren die ädern ſo dadurch gond, In den wurtzlen, die kleinẽ würtzlin wie haar, &c.] Vnde & iecoris, & cordis, & cuiuſcunq; uiſceris extremæ partes, fibræ dicuntur. Virg. lib. 6. nec fibris requies datur ulla renatis. Et Celſus pulmonis fibras nominat, quum li. 4 ca. 1. inquit, Pulmo ſpongioſus, ideoq; ſpiritus capax, & à tergo ſpinæ ipſi innexus, in duas fibras ungulæ bubulæ modo diuiditur. Pli. lib. 11. cap. 17. Murium iecuſculis fibræ, ad numerum Lunæ dierum in menſe congruere dicuntur, totidemq; in uenĕri. Quin & minuta radicum in arboribus herbisq; capillamenta, hoc nomine appellantur. *ἶνες*. Vnde Plinius libro 17. ca. 19. de arborum ſationibus ait, ſolum eligi oportere quàm maximè rimoſum, ne penetrans ſol exurat fibras. Virgil. 1. Georg. & amaris intuba fibris Columel. de allio. Quum ternas, inquit, fibras emiſerint ſpicæ, ſarrientur. Idem lib. ulti. de rapis, Poſt tertiam diem mediam fibram rapi guſtato, ſi receperit ſalem. Cic. 1. de Diuin. Similiter quid fiſſum in extis, quid fibra ualeat accipio: quę cauſa ſit neſcio. Perſi. Saty. 1. nec enim mihi cornea fibra eſt, id eſt non ſunt mihi ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar, inquit Budæus. Idem Sat. 3. Quod latet arcana non enarrabile fibra.

Fibratus, fibrata, fibratum, adiectiuum. *ἰνώδης*: ut, Fibrata radix caparum modo. Pli. li. 25. ca 5.

Fibŭla, læ, f. p. pen. corr. Propriè ornamentum cinguli ad ueſtem ſubligandam *πόρπη, περόνη*. [Itali Fibia. Galli. Vne boucle ou agraſe. Hiſp. La hevilla dela cinta ueſtidura. Ger. Ein haffe, das beſchlecht an einem gürtel.] Virg. 1. Aeneid. Aurea purpuream ſubnectit fibula ueſtem. ¶ Ponitur quandoque pro circulo æneo quo adoleſcentulorum uirilia ſolent coerceri, conſeruandę uocis gratia, quæ ex uenĕris uſu debilior reddi ſolet, & aſperior. Solet etiam huiuſmodi fibula, Comœdorum, Hiſtrionumq; podendis adhiberi, quòd illi potiſſimum hominum generi uocalitas ſit neceſſaria. Martial. libro 7. Menophili penem tam grandis fibula ueſtit, Vt ſit Comœdis omnibus una ſatis. Idem libro 14. Dic mihi ſimpliciter. & Comœdis & Citharœdis Fibula quid præſtas? Caris ut foueare. Hinc deducitur uerbum fibulo, & eius compoſitum infibulo, hoc eſt circulum æneum pœni induco. Item Refibulare, hoc eſt fibulam huiuſmodi ſoluere. Vide plura de fibula apud Cornelium Celſum, libro 6. cap. 18. Columell. lib. 6 cap. 7. de Bobus ſic habet, Aenea fibula pars auriculæ latiſſima circunſcribitur: ita ut manante ſanguine, tanquam o literæ ductus appareat orbiculus. In emendatioribus tamen exemplaribus ſubula legitur, non fibula. Aurea fibula donabantur antiquis milites. Liu. 1. ab Vrbe, Tum puero anulum aureum, tunicam lato clauo, cum Hiſpano ſagulo, & aurea fibula ornatum donat, equumq;. Idem 9. bel. Maced. Quintius alter Prætor ſuos equites catellis, ac fibulis donauit. ¶ Fibulæ item in ædificijs dicuntur ferramenta quibus tigni coniunguntur. Cæſ. 4. bell. Gal. Hæc utrąq; inſuper bipedalibus trabibus immiſſis, quantum eorum tignorum iunctura diſtabat, binis utrinq; fibulis, ab extrema parte diſtinebantur. Ab hoc nomine dicitur Suffibulum, ueſtimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Veſtales ſacrificantes habebant, idq; fibula comprehẽdebatur.

Fibulo, as, are, a. p. Fulcire, coniungere. *ἐμπερονᾶν*. [Itali. Affibiare. Galli. Boucler, agrafer. conioindre auec une boucle ou agraſe. Hiſpani. Poner heuilla, ayuntar. Germani. Zů ſamen hafften, denn ringgen ein thun.] Colu. lib. 1. Omneſque parietum & ſoli iunctura taſtaceis puluinis fibulatur: quoniam ferè quum his partibus ædificia rimas egerũt, caua præbent: ac latebras ſubterraneis animalibus. ¶ Huius compoſita ſunt, difibulo, refibulo, & infibulo. Eſt autem

infibulare, ſuper glandem penis fibulam, hoc eſt circulum æneum inducere, quod fiebat duabus de cauſis, uel uocis ſeruandæ gratia, uel ualetudinis. Vide de hoc Cornelium Celſum lib. 7. ca. 25. Refibulare uerò, eſt fibulam tollere, ſiue ſoluere. Marti. li. 7. Et cuius refibulauit turgidum faber penem. Idem ſignificat diffibulare. Papinius. Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro.

Ficarius, Vide Ficus.

Ficedŭla f. q. Auis eſt quæ ficuum eſu pingueſcit. συκαλίς. [Itali. Beccafico. Gal. Begorfigue. Hiſp. El tordo, ò sue comedora de higos. Ger. Ein Schnepf.] De qua ſic Mart. li. 13. Quum me ficus alat, quum paſcat dulcibus uuis, Cur potius nomen non dedit uua mihi? Idem alibi. Cerea quæ paruo lucet ficedula lombo. Iuuen. Saty. 14. & eodem iure natãtes Mergere ficedulas didicit nebulone parẽte. Quo in loco dictionis huius antepenultima corripitur, quæ in uerſu Martialis iam citato producitur. Plin. li. 10. ca. 16. Alia ratio ficedulis, nam formam ſimul coloreḿq; mutant. Hoc nomen nonniſi Autumno habent, poſtea melancoryphi uocantur. Hæc auis à Romanis habita fuit in deliciis. Vnde Gel. lib. 13. ca. 8. ſcribit tantam fuiſſe ueterum in cœnis inſtruendis luxuriam, ut negarent auem ullam, præter ficedulam totam comeſſe oportere.

Ficus, [Italicè, Fico Gallicè, Figue Hiſpanicè, Higo fruta. Germanicè, Ein feig.] Tria omnino ſignificat, fructũ ſcilicet notiſsimum, quem Græci σῦκον uocant: deinde arborem ipſam quæ hunc fructum profert, quam illi συκῆν appellant: tertiò holeris quoddam genus in locis piloſis naſcẽs à ſimilitudine ſici fructus ita appellatum. Pro hac itaq; ſignificationum uarietate, diuerſa habet genera & declinationes. ¶ Nam quum pro fructu accipitur, tam ſecundæ declinationis eſt, quàm quartæ. In ſecunda tamen declinatione tam maſculini generis eſt, quã fœminini: in quarta uerò ſolùm fœminini generis. De ſecunda declinatione hæc erunt exempla. Plinius li. 16. ca. 26. Fici mirabiles ſunt, & abortiui, qui nunquam matureſcunt. Macrob. lib. 3. ca. 19. Groſſi appellantur fici qui non matureſcunt. Quanquam Plinij lectio hodie ſic habet. In ficis mirabiles ſunt & abortus qui nunquam matureſcunt. Item apud Macrobium hodie ſic legitur, Groſſi appellantur fici quæ non matureſcunt. Et (ut ingenuè quod ſentio, proferam) nulla aut certè pauciſſima de genere maſculino poſſunt adduci teſtimonia: hinc præſertim duobus locis immutatis, quibus maximè innitebantur qui in maſculino inuenire aſſerũt. Valla tamẽ in ſecunda declinatione tam maſculinũ quàm fœminiñ eſſe credit: quod etiã ex hoc apparet, quòd hoc nomine pro morbo, qui à fructus ſimilitudine dictus eſt, in maſculino genere utamur. Huc accedit diminutiuum ficulus, quod quum ſit maſculini generis, uidetur ipſum etiam primitiuum eiuſdem eſſe generis. Solent enim ferè ſemper diminutiua eius eſſe generis cuius ſunt primitiua: quanquam hoc nonnunquam fallat. Quicquid id eſt, frequentius certè fœmininum eſt: ut apud Varr. lib. 1. de Re ruſt. Fici (inquit) ſemen naturale intus in ea fico quam edimus. Et paulo pòſt, Quum enim reſticulas per ficos quas edimus, maturas perferunt, & eas quum maturuerint, cõplicant. Plin. lib. 15. ca. 18. E reliquo genere pomorum ficus ampliſſima eſt. De quarta declinatione etiam frequentia occurrunt exempla. Iuuen. Saty. 14. ſi uis aliam decerpere ficum. Martia. Res mira eſt, ficus non habet unus ager. ¶ Ficus pro arbore, gen. fœm. eſt, & ſecundæ uel quartæ declinationis. συκῆ [Italicè, Fico. Gallicè, Figuier. Hiſpanicè, La higuera arbol. Germani. Ein feigenbaum.] Plin. li. 16. Quidam breuitate radicum ſeneſcere celerius arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longiſſimæ ſunt, & ſenectus ocyſſima. Iuuen. ad quæ Diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici. Cic. de Orat. ſecundum quartam declinationem inflexit. Cui quum familiaris quidam quereretur, quòd diceret uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore quos feram ſuſculos. ¶ Ficus pro morbo, maſcu. gen. & ſecundæ declinationis σῦκον. Mart. li. 11. Dicemus ficos Ceciliane tuos. Sunt qui hoc loco ficus, quarta declinatione legant. Naſcitur hoc uitium fere in capite tum in capillo, tum in barba, & locis obſcœnis, quæ pilis integuntur. Celſus li. 6. ca. 5. Eſt etiam holus, quod à fici ſimilitudine σύκωσις à Græcis nominatur. Cato exercuit: & id quidem generale eſt. Sub eo uerò duæ ſpecies ſunt. nam alterum horum & rotundum: alterum hominum, & inæquale. Ex duro, exiguũ quidam & glutinoſum exit ex humido, pus mali odoris, ſitque in his partibus quæ pilis conteguntur: ſed id quoq; humidum, præcipuè eſt in capillo, atq; ano ex attritu, quem cinædi patiuntur. In ficorum genere ſunt Chalcidiæ, Chiæ, purpureæ, chelidoniæ, mariſchæ, calliſtruthiæ, Liuiæ, Lybiſſæ, Flauiæ, & reliquæ. ¶ Ficum petit, σῦκον αἰτεῖ. In eum dicebatur qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quòd olim Athenienſes agricolis blandiri ſolerent, ut ab illis ficos præcoquos acciperent. Ariſtoph. in Veſpis. ¶ Ficos diuidere, σῦκα μερίζειν, prouerbialiter dicuntur qui impendio parci ac ſordidi ſunt, etiam ſi ditiſſimi, Marti. ¶ Ficus ficus, ligonem ligonẽ uocat. τὰ σῦκα σύκοις, τὴν σκάφην σκάφῃ λέγων. Quadrat in eum qui ſimplici & ruſticana uitæ ueritate, rem gerit, narrat. nullis nerborum ambagibus ac phaleris obuolutis. ¶ Ficum Mercurio. σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ De prompto & quibuslibet expoſito beneficio dicebatur. Nam antiquiſſimos erat, ſicubi ficus repertus fuiſſet, eum oleuti Mercurio ſacrum ſuſpendere. ¶ Vt fici oculis incumbat, ὥσπερ τὰ σῦκα ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχω. De iis dicebatur qui pertinaciter urgerent, premerẽtq; negotium aliquod. Sumpta ſit militudine à ficis, hoc eſt à uitio quod oculis innaſcitur, nec facilè poteſt auelli oculo incolumi, Ariſtot. in Ranis. ¶ Similiter ficus ὁμοιότερος σύκῳ. per iocum dicebatur de uehemẽter inter ſe ſimilibus. Ducta metaphora à ficorum inter ipſas ſimilitudine. Plutarchus.

Ficus, diminutionum eſt. συκίον. Plau. in Sticho, Nucibus, ſabulis, ficulis.

Ficetum, ti, n. ſ. Locus ubi ficus conſitæ ſunt συκῶν. [Ital. Ficareto, luoco plantato de fici. Gal. Figueray, lieu complanté de figuiers. Hiſp. Figueral, arboleda de higueras. Ger. Ein feigbaum garten.] Varro, Ficus ſi denſo materia non eſt, ideo ſequitur calorem: quò fit ut in locis frigidis ficeta fieri non poſſint. Mart. iocum captans ex ambiguo, ficetum poſuit pro obſcœnis partibus ficoſis, hoc eſt multis holeribus quæ ficos uocant, obſitis. Sic enim habet li. 12. Vt pueros emeret Labienus, uendidit hortum, Nil niſi ficetum nunc Labienus habet.

Ficãlis, e, um, Quod ex ficu eſt, aut ad ficum attinet. σύκινος [Ital. Di fico. Gall. De figuier ou figu. Hiſp. Coſa perteneciente à higuera. Ger. Von feigen gehörig.] Plin. li. 11. ca. 37. Ficarios culices caprificus genera. Cato cap. 41. Et ſarmenta aut ficarias crates imponito, quæ frigus arceant & ſolem.

Ficaria, riæ, ſ. p. Locus eſt ficis arboribus conſitus, συκῶν. [Itali. Luogo dove ſono molti fichi. Galli. Ziew complanté de figuiers. Hiſp. Higueral de higueras. Ger. Ein ort da vil feigen bäum gepflanzet ſind.] Pallad. li. 4. Aliqui interficias caprifici arborem ſerunt.

Ficarum iecor, ſuillum maxime, quod Græci συκωτὸν appellant, è ſue fico paſta.

Ficitor, penultima corre. m. t. Ficorum amator, ſeu ficorum collector. συκολόγος. [Itali. Chi ama ò recoglie le fichi. Gall. Qui aime les figues ou les amaſſe. Hiſp. El que ama ò cage los higos. Germa. Der gern feigen hat, oder feigen becher.] Naeuius apud Nonium, Ficitores omnes copiunt ficitatem.

Ficolea, palus ficulinus.

Ficoſus, a, um, Ficis, hoc eſt, ulceribus & tuberculis plenum, συκώδης. Vnde & ficoſitas, ipſa ulcerum copia: Ficitas, ſic eorum fructuum abundantia, ſeu, fertilitas.

Ficulneus, a, um, ſiue Ficulnus, σύκινος. [Italicè, De fico. Gallicè, De figue ou figuier. Hiſpanicè, Coſa de higuera. Germanicè, Feigen bäumin.] Quod eſt ex ficu arbore. Plin. li. 31. cap. 8. Sunt & ficuluei caules. Horat. 1. Ser. Sat. 8. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Eadem autem forma ficulnus & ficulneus dicimus, qua ſaligneus & ſaligneus, iligneus & iligneus. Cato. Fibulæ unde fiant atrides, ligneæ, ulmeæ, nucea, ficulneæ: face ut in ſtercus, aut in aquam conijciantur. Ficulnea arbor. Col. lib. 5. cap. 11. Ad crus arboris ficulneæ religa.

Ficus terræ, Aſtragalus, apud Dioſcorid. libro quarto capite 61.

Fictilis, Fictitius, Fictor, Fictus, Vide Fingo.

Fideicommiſſum, Fideiubeo, Fideiuſſio, Fideiuſſor, Vide Fides, fidei.

Fidilis, ſ. f. p. Genus uaſis Samii, teſte Nonio, ad uſus pluri mos accommodati. *περάμιον*. [Ital. Vaſo di terra. Gall. Vaiſeau de terre. Hiſp. Vaſo de barro. Ger. Ein gattung eines irdinen geſchirrs, Ein hafen oder *Trug*.] Perſius, Dice, nec inuideas, quòd multa fidelia poſtet In lo cuplete penu. Plaut. in Aulul. Mulſi congialem plenam faciam tibi fidelliam. Colum. lib. 12. cap. 18. In fictili fidelia ſacro loco reponuntur. Perſ. Satyr. 5. tumet alba fidelia nino. ¶ De eadem fidelia duos dealbare parietes, eſt eadem opera duos bene demereri. Curius Ciceroni, Sed oro te, amice magne, noli hanc epiſtolam Attico oſtendere: ſine eum me uirum bonum eſſe putare, nec ſolere duos parietes de eadem dealbare fidelia. Metaphora tracta uidetur ab iis qui parietibus albarium inducturi colores habent in fictilibus præparatos. Vide Eraſmi Adagia.

Fidelis, Vide Fides, fidei.

Fides, huius fidei, f. q. *πίστις*. [Itali. Gal. *Foy*, loyauté, feauté. Hiſp. La fe. German. Glaub, warheit, Trŭw.] Dictorum eſt, & conuentorum conſtantia & ueritas, quia fiat quod dictum eſt, ſic appellata, autore Cicerone 1. Offi. ubi ſic ait, Fundamentũ autem iuſtitiæ eſt fides, id eſt dictorum, conuentorumq; conſtantia & ueritas: ex quo (quanquam hoc nideur forsaſſe cuipiã durius, tamẽ ut uideamur imitari Stoicos, qui ſtudioſè exquirũt unde uerba fine ducta) ereda mus, quia fiat quod dictum eſt, appellatam fidem. Terent. Heaut. Sed uideo, eccos quos uolebam. c. O Iuppiter, ubinam eſt fides? ¶ Conſtans fidei. Tacit. libro 10. Neq; fidei conſtans, neque ſtrenuus in perfidia. Fidei plenus. Cicer. de Senectute, Licet enim uerbis iiſdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminius ille uir haud magna cum re, ſed fidei plenus. ¶ Fides tabularum, id eſt autoritas. Cicer. pro Archia. Quum Appii tabulæ negligentius aſſeruatæ dicerentur, Gabinii, quandiu incolumis fuit, lenitas, poſt damnationem calamitas, omnem tabularum fidem reũgnaſſet. ¶ Bonæ fidei poſſeſſor, qui ignorauit rem quam emit, alienam eſſe: aut putauit eum qui uendidit, ius uendendi habere. Budæus. Bona fide, id eſt ſerio. Plaut. Aul. Dic bona fide, tu id aurum non ſurripuiſti? ¶ Dare fidem, idem eſt quod ſanctè promittere. *ἐγγυᾶν*. Cic. 2. de Finibus, Nec dubitat iſti noſtro beato M. Regulum anteponere: quem quidem quum ſua uoluntate, nulla ui coactus, propter fidem quam dederat hoſti, ex patria Carthaginem reuertiſſe: tum ipſum, quũ uigiliis & fame cruciaretur, clamat uirtus beatiorem fuiſſe quàm potantem in roſa Thorium. ¶ Accipere fidem, & dare. *πίστιν λαμβάνειν καὶ δίδοναι*. Virg. 8 Aeneid. Accipe, dab; fidẽ, ſunt nobis fortia bello Pectora. ¶ Dare fidem publicam eſt publico nomine ſecuritatem, uel impunitatẽ promittere. Cic. 3. in Catil. Introduxi Vulturũ ſine Gallis, fidem ei publicam ioſſu Senatus dedi. hortatus ſum ut ea quæ ſciret, ſine metu indicaret. Accipere fidem publicã, eſt id quod barbari dicunt, Imperare ſaluum conductum *πρὸς ἴσχειν*, ſeu *λαμβάνειν*. [Ital. Ottenuere ſalno condutto ò ſi curta publica. Gal. Impetrer ſauf conduit & ſeurté publique. Hiſp. Alcan car ſaluo conduto y ſeguro del principe. Germ. Ein ſicher frey geleit erlangen.] Sic interponere fidem publicam, eſt alicui ſaluũ conductũ dare. Salluſt. in Iugurtha, C. Memmius Pop. Rom. perſuadet, uti L. Caſſius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur, eumq; interpoſita fide publica Romam duceret. Venire fide publica, quòd Galli, dicunt, Venire ſub ſaluo conductu. Salluſtius ibidem, Comes eius qui Romã fide publica uenerat. ¶ Affecta fides. Tacit. li. 19. Et credebatur affectã eius fidẽ præiuuiſſe, id eſt fidẽ læſam: ſicuti Liuius dicit res affectas, lib. 6. Deca. 1. Quorum legati opem rebus affectis orantes. Hanc eandem li. 17 appellat afflictam fidem. ¶ Habere fidẽ alicui, eſt credere. Plaut. Pſeu. Vt mihi caueres à Pſeudolo ſeruo ſuo, Neu fidem ei haberes. Terent. Aud. Propemodum habeo iam tibi fidem. ¶ Implorare fidem alicuius, id eſt auxilium. Terent. Adel. Illa fidem nunc neſtram implorat Demea. Ciere fidem, in eadem ſignificatione. Liui. Si Sagontinis obſeſſis, fidemq; noſtram implorantibus impigrè tuliſſemus. Iuuenalis Satyra 5. Nos hominum, diuumq; fidem clamore ciemus. Interponere fidem. Cic. de Clar. Orat. Quæ quidem uis tum maximè cognita eſt, Luſitanis à Ser. Galba Prætore contra interpoſitam, ut exiſtimabatur, fidem interfectis. ¶ Fidem liberare, eſt promiſſis ſtare, hoc eſt præſtare quod quis pollicitus eſt. Cicer. pro Flacco, Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclia petijt: ipſe tamen Fuſijs ſatisfacit abſentibus, & fidem ſuam liberat. Mutare fidem, eſt pactum reſcindere, & uiolare promiſſum. Salluſt. in lug. Profectò cuncti, aut magna pars Cirthenſium fidem mutauiſſent, tanta mobilitate ſeſe Numidæ gerunt. ¶ Fallere fidẽ, eſt quod quis ſua fide promiſit non ſeruare. Cicero primo Offic. Ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere. ¶ Præſtare fidem. Cicero Attic. libro nono Itaque nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, ſuſtineo, meumq; officium, fidem, pietatem iis præſto. Ouidius tertio Faſt. Bacche fidem præſta, nec præfer amoribus ullam Coniugijs. ¶ Item bonæ fidei homo uocatur, cui res tutò creditur, uel qui rem ſibi creditam fideliter ſeruat, aut etiam qui fideliter præſtat quod promiſit. Suetonius in Auguſto, Populo promiſſum cõgiarium repoſcenti, bonæ ſe fidei eſſe reſpondit. Cicer. Lentulo libro primo fidẽ pro miſſione, & quaſi ſponſione poſuit. Pompeij fides, quam de me Cæſari dederat. Facere fidem, eſt rem per argumenta, tabulas, aut teſtes probare. *πίστιν διδόναι, πίστιν ποιεῖν*. Cic. 2. de lege Agr. Fac fidem, te nihil niſi populi utilitatem quærere. ¶ Accipitur interdum fides pro fiducia. Terentius in Andr. Triſtis ſeueritas ineſt in uultu, atque in uerbis fides. ¶ Eſt item fides, uocabulum negotiatoribus proprium, pro conſtantia illa promiſſorum, qua debitores ſuo loco & tempore præſtant quod promiſerunt. Cicero pro Fonteio, Scimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. Idem Attic. libro 11. Huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facilè tuebere. Cæſar 3. bell. Gall. Quum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolui uerentur.

Fideiubeo, bes, bere, Pro alio promittere. *ἐγγυᾶσθαι*. [Italicè, Far figurtà. Gallicè, Pleiger ou reſpondre. Hiſpanicè, Fiar gor alguno. Germanicè Verheiſſen für ein anderen, uer bürgen, ſich verſprechen.] Vlp. l. Si dubitet, para. Filius famil. ff. De fideiuſſ. Filiusfamilias pro patre poterit fideiubere, nec erit ſine effectu hæc fideiuſſio.

Fideiuſſio, onis, f. t. Sponſio pro alio facta. *ἐγγυὰ, ἐγγύησις*. [Ital. Sigurtà. Gal. Pleigement, reſponſe, caution. Hiſ. Fiança por alguno. Ger. Verheiſſung, verbürgig.] Iabo. l. Sed etſi. ff. de fideiuſſ. Quum ſernus fideiuſſionis nomine obligari non poteſt.

Fideiuſſor, m. t Sponſor, qui pro alio aliquid promittit. *μὴ σὺγγνωτὰς, ἐγγυητής*. [Itali. Mallenadore, chi roſponde & promette per alteri. Gal. Pleige ou reſpondant. Hiſp. Fiador por alguna perſona. Ger. Ein verheiſſer Bürg.] Donatus, Fideiuſſor eſt autor credendi, alium aliquid daturum factũmue, ſua fide, ſuoq; periculo promittens. Vlpianus in tractatu de fideiuſſor. Siquis Stichum ſtipulatus fuerit, & fideiuſſorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua eſſe iubes? Vbi illud obiter animaduertendum eſt, pro eodem dici, Fideiubeo: & diuiſis dictionib. fide mea eſſe iubeo. Paulus l. Vbi autem ff. de Verb. obl. Si filiusfamilias, ita ſtipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes?

Fideicõmiſſus, a, um. adiect. *ὁ πιστευθεὶς, ὁ πίστευθείς*. ut, Libertas fideicommiſſa, id eſt fideicommiſſo relicta. Vlp. l. Titius. ff. De action. empt. Ceteri quoq; ſerui cognita uoluntate defuncti, fideicommiſſam libertatem perijſſent.

Fideicõmiſſum, n. ſ. [Ital. Fideicommiſſo. Gal. Ce dont nous auons charge, & qui nous eſt baillé en garde de bon foy. Hiſp. Coſa que ſe comete à la fede ntro. Ger. Das einer anderen trŭw vnnd glouben zůbehalten oder aufs zůrichten übergeben vnnd vertrauwt.] Eſt ſpecies diſpoſitionis ultimæ uoluntatis, quum teſtator alicuius fidei aliquid committit quod alteri ſit tradendum: quod ideireo fideicommiſſum dictũ eſt quòd ex fide eius cui cõmittebatur, pẽdebat. Poſtea tamen fideicommiſſa, ut omnis fraudi humanæ occaſio amputaretur: à diuo Auguſto ad neceſſitatem iuris ſunt rerecta, iuſtiſq; legatis exæquata.

Fideicommiſſarius, ſatiſ. m. f. habet paſſiuam ſignificationem: nam is dicitur qui fideicommiſſionem accepit. *πιστευθείς*. Vlpia. l. Fideicommiſſa. de leg. 3. Paulus tim igitur admittemus etſi ex parte pecuniæ rem compararit, quũ non hoc anno exegit, ut fideicommiſſarium priuaret fideicommiſſo, poſſe adhuc fideicommiſſi petitionẽ ſupereſſe.

Fido, is, fiſus, neut. t: Fidem habeo, credo, ſpem, fiduciamque in aliquo repoſitam habeo: & tam cum ablatiuo

quàm

quàm cum dativo construitur, *πιστεύω δαμοῖν*. [Italicè. Confidarsi, fidarsi. Gal. Se fier & croire à quelqu' un. Hisp. Confiarse de alguno. Ger. Trauwen, Glauben.] Iuuen. Fidimus eloquio Ciceronis. Virg. 9. Aen. & fidere nocti. Plin. in Epistol. Liber fuit, & opusculis varios & metris: ita solemus, qui ingenio parum fidimus, fatietatis periculum fugere. ¶ Huius composita sunt, Confido, & Diffido, penult. prod. quæ sunt contraria. Nam confidere, idem est quod fidere. Cic. ad Att. Itaq; accusabar ab eo, quòd parum constantiæ suæ confiderem. Contrà, diffidere, est fidem non habere, *ἀπιστῶ*. Sen. Nec secundis rebus nimis fidendum, nec aduersis diffidendum est.

Fidenter, aduerbium, Intrepidè, & cum fiducia, *τολμηρῶς*. [Itali. Francamente, con fidanz. Galli. Asseurément, hardiment. Hispa. Confiando, con buena fiuzia. Ger. Vertrauwlich, Sicherlich.] Cic. 2. de Orato. Tum ille fidenter homo peritissimus confirmare, ita se rem habere respondisset. Idem 2. de Diuinat. Timidè fortasse signifer euellebat quod fidenter infixerat. Fidentius scribere alicui. Idem ad Atticum, lib. 6.

Fidẽtia, tiæ, f. p. Firma animi confisio, & fortitudinis pars, per quam animus multum in se fiduciæ cum certa spe collocauit. *θάρσος*. [Itali. Fidanza. Galli. Fiance, confiance. Hispa. Fiuzia, cõfiãza. Ger. Trewnög, Gewüsse zůuersicht.] Ponitur autem in laude, quemadmodum & fidens, unde deducitur. *θαρσαλέος*. Confidens autem & confidentia plerunq; in malam partem interpretamur. Cicero tertio Tusc. Qui fortis est fidens, quoniam confidens mala loquendi consuetudine in uitio ponitur, ductum uerbum à confidendo, quod laudis est, qui autem est fidens, is profectò nõ extimescit. Idem 2. de Inuent. ait, fidentiam partem esse fortitudinis, per quam magnis & honestis in rebus, multum ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit. Idem quarto Tusculan. Etsi fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est & opinio grauis, non temerè assentiens: metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali.

Fidelis, le, om. t. a fide, Qui seruat fidem, uel cui rectè fidem adhibere possumus. *πιστός*. [Itali. Fedele. Galli. Fidele, loyal, feal, seur, feable. Hisp. Cosa Fiel. Ger. Trüw, dem wol zůglauben ist.] Terent. in Hecyra. Per pol quàm paucos reperias meretricibus Fideles euenire amatores Syre. Cic. ad Seru. aut si quem tuorum fidelium uoles, ad me mittas. Idem Qu. fratri, Grecorum familiaritates parum fideles sunt. Terent. in Hecyra, Quàm fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui. ¶ Transfertur etiam ad inanimata Plin. lib. 16. cap. 36. de arundinum comis, aut enim pro pluma cauponarum strata replent: aut ubi limosiore callo indurnit, sicut in Belgis, contosa, & interiecta nauium commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimisq; explendis fidelior pice.

Fidelitas, f. t. Obseruatio fidei. *τὸ πιστόν*. [Ital. Fidelità. Galli. Fidelité loyauté, feauté, asseurance. Hisp. Fieldad. Ger. Glauben haltung, Treüw.] Cicero ad Quint. fratrem libro primo, Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est, quod prorsus credo, &c. Idem ad Atticum, lib. 9. In hac enim fortuna peritilis eius & opera, & fidelitas esset.

Fideliter, aduerbium. *πιστῶς*. [Ital. Fedelmente. Gal. Fidelement, fealement, loyaument, ou loyalement. Hisp. Fielmente. Ger. Treüwlich.] Liu. 3. bell. Maced. Constanter, & fideliter permanere in amicitia populi Rom. Horat. 2. Epist. Per contatorem fugito: nam garrulus idem est, Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Fidelè, aliud aduerb. Plaut. in Capt. Fac fidelè sis fidelis, caue fidem fluxam geras.

Fidũs, a, um, Is dicitur cui fidendum est. *πιστός*. [Itali. Fido, fidato. fidele. Gal. Seur, loyal, feal. Hisp. Fiel, de quien se puede fiar. Germani. Treüw, dem wol zů vertrauwen ist.] Cic. de Amic. Quod Tarquinium dixisse fertur, tum quõ exul esset se intellexisse quos fidos amicos habuisset, & quos infidos. Idem 2. de Finibus, Inest ad humanam societatem iustitiæ fida custodia. ¶ Huius compositum & contrariũ est Infidus, pen. prod *ἄπιστος*. nam Perfidus, pen. cor. à fides fit. Liu. 1. ab Vrbe, Infida regni societas.

Fidè, aduerb Fideliter. *πιστῶς*. [Itali. Fedelmente. Gal. Fidelement. Hisp. Fielmente. Ger. Treülich.] Cic. Calio, li. 1. Nec me ista terrent quæ mihi à te ad tim. atem fidissimè, atq; amantissimè proponuntur.

Fidũcia, fiduciæ, f. p. Idem penè quòd fidentia, nec est certa quædã opinio & spes de se uel de alio concepta. *θάρσος ἢ θάρσος*. [Ital. Fiducia, fede, fidanza. Gal. France & asseurance. Hisp. Fiuzia, ò confianza. Ger. Vertrüwung, zůuersicht.] Somitur q; tam in meliorem partem quàm in deteriorem Cicero secunda Verr. Habeo hominem præpotentem, cuius fiducia prouinciam spolio. Idem Quinto fratri. Nihil est quod posthac artis nostræ fiducia conturbes. Idem de Amicitia. Vita tyrannorum in qua nulla stabilis benevolentiæ possit esse fiducia. Virgilius primo Aeneid. Tantæne uos generis tenuit fiducia uestri? Idem nono Aeneid. Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum. ¶ Accipitur etiam fiducia apud ueteres pro fundo, uel alia quauis re ea lege uendita, ut aliquando redeat ad uenditorem. Boethius in quarto commentario Topicorum, Fiduciam (inquit) accepisse dicitur, cuicunq; res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet. Veluti si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, redditurq; quum tempus illud dubium præterierit. Cicero pro Flacco, Pecuniam adulescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupasti. Hanc fiduciam tibi commissam tenes hodie atq; possides. Credidisti, inquit, adulescentulo grandem pecuniam fœneratitiam, accepto etiã fundo fiduciario, quem restituas quum tibi pecunia tua cum usura fuerit reddita. Inde fiduciariam mancipationem ueteres uocauerunt, quam hodie dicimus Venditionem cum regressu, siue sub redimendi potestate contractam: & rem ipsam fiduciariam. quæ alteri ea lege traditur, ut postea reddatur ei qui emancipauit. Liuius secundo de bello Macedo. Optimum ratus eam Nabidi Lacedæmoniorum tyranno, uelut fiduciariam dare, ut uictori sibi restitueret si quid aduersi accidisset, ut ipse haberet. Loquitur de Corintho, quam Philippus bellum Romanis illaturus Nabidi ea lege dederat, ut si uictor ex bello rediisset, sibi restitueretur. Inde fiduciarius hæres uocatur ab Iaboleno in l. Seius. ad Trebell. quem alias uocamus fideicommissarium, quòd hæreditatem uelut fiduciariam uidetur accepisse, quam mox alteri sit traditurus. Ad hunc enim modum Cæsar belli Ciui. libro secundo operam Legati uocat fiduciariam: quia Legatus potestatem suam ab imperatore accipit, quam redeunti ad exercitum Imperatori debet cedere.

Fides, fidium, f. t. Lyra. siue cithara, aliúd ue instrumentum musicũ in chordis habens harmoniam, uel chordæ ipsæ. *λύρα, χέλυς, πίδαξ*. [Ital. Lira overo altro stromento che habbia harmonia nelle corde. Hal. Vne harpe ou les chordes qui y sont. Hisp. Instrumento musico de Cuerdas. Ger. Ger. Seiten spyl oder Seiten auf solchen instrumẽten.] Cic. 2. de Legib. Seuera illa Lacedæmon neruos iussit, quod plures quàm septem haberet, in Timothei fidibus inde demi. Idem de Orat. Omnes uoces, ut nerui in fidibus, ita tenant ut à motu animi sunt pulsi. ¶ Legitur & in singulari numero fides, fidis, quod non temere alibi reperias quàm apud poetas. Cic. in Arat. Cedit clara fides Cyllenia. Persius Sat. 4. Atq; metem strepitum fidis intendisse Latinæ. Ouid. in Epist. Omnes, Me fide conspicuus Troiq; munitor amauit. ¶ Nihil ad fides, *Οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν*. In eam quorum uita uehementer est inæqualis, quorumue mores ab oratione dissident. Ex Lucian. & Plutarch.

Fidicula, læ, diminutiuum à fide seu fidibus quum lyram siue citharam significat, deductum. *λυρίον*. [Itali. Cetarina, cetereta. Gal. Vne petite herpe ou petite chorde. Hisp. Tratode cuerda. Germa. Ein geygen oder harpfen.] Gel. lib. 1. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, nõ fidicularum tibiarumq; concentu conspiratam. Cic. li. 2. de Natur. Quid si platani fidiculas ferrent numerose sonantes, idem scilicet censeres, in platanis inesse musicam? ¶ Est & Fidicula inter astra constituta, quæ Fides & Colomell. ab Higino Lyra nominatur. Plinius libro 18. Fidicula occasus Autumnum inchoat. ¶ Præterea fidiculæ, numero tantum plurali, sumitur pro instrumento torquendi, ex duobus, ut putatur, obliquatis lignis compacto: ab ea torquenda ueritate, ac fide: uel à nerueis funibus quib. homines torquendi ligabantur. *κόλαστρα*. Sueton. in Tiberio, Excogitauerat inter genera cruciatus, ut repente ueretris deligatis, fidicularum simul urinæq; tormento distenderet.

Fidicẽ, pe. co. m. t. Qui cithara lyrãue canit, *κιθαριστὴς, κιθαρῳδὸς, λυρῳδός*. [Ita. Suonatore di tale istromẽto. Gal. Jo

meus

ueor de harpe, harpeur. Hiſ. El que tãe inſtrumẽto de cuerdas. Ger. Der auf ſeiten ſpyen thun. Seiten ſchlaher, harpfen ſchlaher.] Cic. Pæto, Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Horatius 4. Carm. Ode 3. Romanæ fidicen lyræ.

Fidicinius, a, um, Quod ad fidicinem pertinet. *καθαρῳδικός.* Plaut. in Rud. Eam uidit ire è ludo fidicinio domum.

Fidicula, Trichomanes apud Dioſcorid. lib. 4. cap. 138.

Fidipedes, animum genus apud Aelianum.

Fido, fidis, Fiducia, Fidus, Vide Fides, fidei.

Figmentum, Vide Fingo.

Figo, is, xi, xum, a, e. Immitto, planto, affigo, adhærere facio. *πήγνυμι, ἰπάω* [Ital. Ficcare. Gal. Ficher, atacher. Hiſp. Hincar. Ger. Hefften, Steecken.] Colum. Palum humi figat. Virg. 4. Georg. ipſe teraces Figat homo plantas. Cic. ad Attic. libro 1. Aut tute ſcripſiſti ad me quondam, caput legis Clodiam in Curiæ poſte fixiſſe, ne referri, néue dici liceret. ¶ Figere per translationem pro firmare, ſiue ſtabilire. Cic. ad Attic lib. 8. Et ſimul ſcito labare meum conſilium, illud quod iam ſatis fixum uidebatur. ¶ Interdum pro percutere, ferire. Iuuen. Saty. 1. Quum tener uxorem ducat ſpado, Mœuia Tuſcum Figat aprum, & nuda tenerat uenabula mamma. ¶ Figere arma dicebantur gladiatores iam emeriti, quum arma ſua ad templi parietem, aut columnam ſuſpendebant. Horat. 1. Epiſtol. Veſannius armis Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro. ¶ Figere ſpem ſuam in aliquo, eſt omnem ſpem ſuam in eo repoſitam habere. ¶ Figere beneficium clauo trabali, prouerbialis locutio eſt, idem ſignificans quod operam dare ut perpetua beneficij extet memoria. Cic. 7. Verrinarum, Et ut hoc beneficium, quem, ut dudum dicitur, trabali clauo figere cum concilio cautem Mamertinorum cognoſcit, & concilij ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronunciat. Vide Eraſmi Adagia. ¶ Huius compoſita ſunt, Affigo, Configo, Defigo, Infigo, Præfigo, Refigo, & Transfigo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Figites, ut ait Plin. Sunt animalia Aethiopiæ, fuſci coloris, mamillas geminas in pectore habentia, ſicut homo: nec ferè multùm, ut quæ domari non poſſint, nec ita mauſueta, ut nocentibus non noceant.

Figlina, Figulus, Figura, Vide Fingo.

Filaſter, Vide Filius.

Filatum, Filicula, Vide Filix.

Filiceos, dictos exiſtimant à Filice, quos ueteres pro malis & inutilibus habuerunt. Dicebantur & filicati calices à Filice herba.

Filicaria, & filica Pteris, apud Dioſcorid. libro quarto capite 196.

Filius, lii, m. ſ. *υἱός.* [Ital. Figlio, figliolo, Gal. fils. Hiſp. Hijo legitimo ò natural. Ger. Ein Sun.] Notæ ſignificationis nomen eſt. *ἀπὸ τῆς φιλίας*, hoc eſt ab amore dictum, quòd omnium conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios. Cic. 2. de Fin. Effigies probitatis paternæ filius. Idẽ Cecinnæ, li. 1 Imago animi & corporis filius. Ex improbo patre probũ filium naſci, Cice. pro Qu. Roſc. Appellatione filiorum (ut Iureconſulti conſentiunt) etiam filiæ continentur, ſed non econtrario. ¶ Fratris filius, pro nepote. Terẽt. in Phor. Phædriam, mei fratris uideo filium mihi ire obuiam. Cæſar 7. bel. Gall. Quodq; ei & filius, & fratris filius ab Cæſare remiſiſſent. ¶ Dicitur etiam de brutis. Columel. lib. 6. cap. 37. Eiuſmodi admiſſarius nepotibus, quàm filiis utilior. ¶ Terræ filii, dicuntur obſcuro, ignotoq; genere nati, ſiue quòd Terra ſit omnium communis parens, quòd ſecundùm Poetarum fabulas Gigantum genus ignobiliſſimum è terra procreatum dicatur. Vnde etiam apud Iuuenalem, Fraterculos Gigantum pro homine ignobili legitur. Cic. ad Att. lib. 1. Sed hæc ad te ſcribam alias ſubtilius: nam neq; adhuc mihi ſatis nota ſunt, & huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. ¶ Fortunæ filius, cui omnia proſpero fortunæ euento ſuccedunt. Horat. 2. Ser. Sat. 6. Luſerat in campo fortunæ filius omnes. ¶ Filij familias, Liberi patris familias poteſtati ſubditi Cic. pro Cælio, Illum filium familias patre parco & tenaci habere tuis copijs deuinctum non poteſt. Filij familiarum. Tacit. li. 1. Nunquamne, niſi ad ſe, filios familiarũ nen turos? Idem li. 3. Exceptum comiter inuenem, ſueta erga filios familiarum liberalitate auget.

Filiõlus, li, dimin. m. ſ. *τεκνίον.* [Itali. Figliuoletto. Gal. Du petit fils. Hiſp. Pequenno hijo. Ger. Ein Junger ſun.] Cic. ad Att. lib. 1. Filiolo me auctum ſcito, ſalua Terentia. Iuuen. Satyr. 4. Quòd tibi filiolus, uel filia naſcitur ex me.

Filia, iæ, f. p. Proles fœmina. *θυγάτηρ.* [Ital. Figliuola. Gallic. Fille. Hiſp. Hija. Ger. Ein dochter.] Virgi. 7. Aen. Sola domum, & tantas ſeruabat filia ſedes, Iam matura uiro, iam pleuis nobilis annis. Tacit. in uita Agric. Auctus eſt ibi filia in ſubſidium & ſolatium ſimul. Idem lib. 5. Poſt quos Sex. Marius Hiſpaniarum diuiſſimus, deferitur inceſtaſſe filiam, & ſaxo Tarpeio deiicitur. ¶ Vnica filia duos parare gueros. Adagium eſt, quo utendum licebit, ubi quis idem beneficium duobus ſimul pollicetur, aut pro eodem officio quod alteri præſtiterit, à duobus gratiam repoſcit.

Filiola, læ, diminut. *θυγάτριον.* [Ital. Figliuolina. Gall. Fillette. Hiſpa. Pequenna hija. Ger. Ein döchterlein.] Plautus Rud. Filiolam ego unam habui, eamq; unam perdidi. Cic. 1. de Diuin. Filiolam ſuam Tertiam quæ rum erat admodũ parua, exoſculans, animaduertit triſticulam.

Filix, is, f. c. Herba eſt ſine caule, ſine flore, ſine ſemine. *πτέρις.* [Ital. Filice, felce. Gal. Feuchere ou fougere. Hiſp. Helechò. German. Farnkraut.] Duo eius ſunt genera, mas ſcilicet & fœmina. Filix mas, quæ propriè Græcis *πτέρις* appellatur, folia habet cubitali lõgitudine, ex uno pediculo exeuntia, inciſa, & alarum autum modo explicita, odore ſub grauia: radicem uerò in terræ ſuperficie foris nigram, craſſam, oblongam, adnaſcentias appendicésue multas habentem. Filix fœmina, quæ Græcis *θηλύπτερις*, dicitur, folia habet mari ſimilia, non tamen uno ſingulariq; pediculo hærẽtia, ſed aduaſcentes ramulos multos, altioresq; habentia. Radix illi longa, obliqua, in nigro colore ſubflaua, aliquando uerò rubeſcens. Vtraque ſpecies montibus, ſyluis, & locis ſaxoſis gaudet: effoditurq; occidentibus Vergiliis. Radix quatuor drachmarum pondere ſumpta, lætos lombricos enecat. Mulieribus tamen non danda, quòd in grauidis abortum, in ſterilibus ſterilitatem facere credatur. Herba eſt agricolis in primis inuiſa, quòd & latiſſimè ſeſe per agros diffundat, & ægerrimè exturpetur. Virg. 2. Georg. Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris.

Filicula, læ, Herba eſt ſimilis filici, radice piloſa, colore intus herbaceo, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſis, cuiuſmodi ſunt polyporum cirri: ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus uetuſtis. *μελανπόδιον.* [Italicè, Polipodio. Gallicè, Polipode. Hiſpanicè, Filipodio, polypodio. Germanicè, Engelſüs.] Plinius libro uigeſimo ſexto cap. 8.

Filiẽtum, ti, n. ſ. Locus eſt filice herba obſitus. *τόπος πτέριδος πεφυτευμένος, ἐν ᾧ πτέρις ῥίζεται.* [Ital. Filicato, piantato de feliel. Gall. Fougeraye, lieu ou il croiſt force fongere Hiſpani. Lugar donde naſce el delecho. Germanicè, Ein ort da vil Farnkraut wachſt.] Columel. lib. 2. cap. 2. Iuncóne ſit, an gramine neſtitus, an filiẽtis, aliſue fruteris impeditus.

Filum, li, n. ſ. Propriè quod ex lino lanaue trahẽdo ducitur. *νῆμα, μίτος.* [Ital. Filo. Gal. Fil ou filer, trait, ligne. Hiſpan. El hilo que ſe hila. Germani. Ein faden.] Lucilius, Surge mulier, duce filum non malum. Ouid. 4 Meram. E quibus una leui deducens pollice filum. Deducit aranea filum pẽde. Idem 1. Amor. Horat. 2. Carm. Ode 3. Dum res, & ætas, & ſororum Fila trium patiuntur atra. Id eſt Parcarum.

¶ Aliquando ponitur pro linea fabrorum. Varro, Sumptõ que atramento ſutorio filum ducit. Aliquando pro lineamentis faciei, & uenuſtate formæ. Gellius lib. 19 cap. 4. Forma ac filo uirginali dixit imagine inſtitiæ fieri ſolitam. Idẽ lib. 1. cap. 9. tradit, Pythagoram explorare ſolitum diſcipulos ex totius corporis filo, atq; habitu. ¶ Transfertur & ad ſtylum & phraſim orationis. Gellius, amaui in utriuſque epiſtola breuitatis elegantiſſimæ filum tenuiſſimum. Horat. 2. Epiſt. 1. tenui deducta poemata filo. Tracta eſt metaphora à textoribus, qui telam tenuiſſimo filo texentes, probatiſſima conficiunt. Cicer. de Amic. Nos autem à te potius, quanquam etiam ab iſtis ſæpe quæſiui & audiui: ſed aliud quoddam experimur filum orationis tuæ. ¶ De filo pendere, prouerbialiter dicitur de re uehementer periculoſa. Tenui filo, pro ſtylo ſubtiliori minusq; grãdiloquo oratione.

Fimbria, æ, f. p. Veſtium ora dicebatur quæ inciſuras habebat

ſerrã

ſertæ dentibus non abſimiles, *πρόσπιλον, ὄνυκες*. [Ital. Le bande, le ſtrange, le ſtremitade. Gal. ſtrange, bord. Hiſpa. La pordadura dela neſtidura. Ger. Ein zerſárfeter ſaum eines kleids, ein belege.] Plin. lib. 7. ca. 11. Iam ſigna letalia: in furoris morbo, riſum: ſapientiæ uerò ægritudine, fimbriarum curam, & ſtraguloe neſtis plicaturas. Nonius cuiuslibet rei extremitatem hoc nomine ſignificari tradit: unde & cincinnorum fimbrias dixit Cicero in Piſonem, Erant, inquit, illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, ceruſſatæq; buccæ. ¶ E fimbria de textu iudico, *ἐκ τῆ πρόσπιλε τὸ ὕφασμα γινώσκω*. Hoc eſt, ex uno aliquo puſillo reliquorum facio coniecturam. Translatum à negotiatoribus, qui inſpecta textu margine, facile de uniuerſo cuiuſmodi ſit, indicant.

Fimbriātus, m. ſ. Ambitum inciſus *ὀνυκώδης, ὀνυκωτός*. [Ital. Franzato, fregiato. Gal. Borde, frange, ou crene. Hiſpan. Bordado. Ger. Zerſárfet oder zerſchnitten an dem ſaum.] Suet. in Cæſ. Vſum ferunt lato clauo ad manus fimbriato. Fimbriata urticæ folia ſcribit eſſe Plin. ex quo colligimus qualis fuerit poſtura & flexura fimbriatum.

Fimus, mi, m. ſ. Lætamen dicitur, & excrementa animalium, quibus agri ſtercorantur *κόπρος, ἀποπάτημα, σκύβαλον, ἄφοδος*. [Ita. Letame Gal. fiens. fiente. Hiſp. La hienda, es ſtiercol del animal. Ger. Miſt.] Apuleius, Fimo fiſtula excuſſo. Plin. lib. 17. ca. 9. Marcus Varro principatum dat turdorum fimo ex auiariis. Virg. 1. Georg. arida tantum Ne faturare fimo pingui pudeat ſola. ¶ Legitur & fimum neutri generis. Plin. lib. 29. cap. 6. Columbarum fimum cum aceto ad epiphoras laudatur. Et paulo pòſt, Turturis fimum albugines extenuat. Item Apuleius & fœminino genere utitur cum ait, Liquida fimo ſtrictum egeſta. Apud fimum, odorum uaporē ſpargis, *εἰς κόπρον θυμιᾶς*. Nam perit omnis fragrantia, ſimilq; fœtore uincitur. Conueniet in eos qui rem egregiam indignis adhibent. Suidas.

Fimētum, ti, n. ſ. Sterquiliniū quò fimus congeritur. *κοπρών*. [Ital. Ceſſo, letamaio. Gal. Fumier. Hiſp. Muladar de aquel eſtiercol. German. Ein miſtgrůb.] Plin. lib. 29. cap. 1. Fimeta ſub dio concauo loco, & qui humorem colligat, inſecta ſtramento, ne in ſole areſcant, palo à robore depacto fieri iubet Virgilius.

Finalis, Vide Finis.

Findo, dis, fidi, fiſſum, per duplex ſſ, 3. t. Scindo, & diuido. *σχίζω*. [Ital. Speſſare, fendere. Gal. fendre. Hiſpa. Hender. Ger. Spalten.] Columel. lib. 1. Curabis ut præcutiſſima falce, ab ea parte, qua bifurca eſt findas eam. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 7. Terra ferat ſtellas, cælum findatur aratro, Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas. Plautus Baech. Heu cor meum & cerebrum Nicobolæ finditur, Iſtius hominis ubi ſit quoque mentio. ¶ Findere freta claſſe, Propert. lib. 3. Rura finduntur uomere, Claudia. 1. in Eutrop. Virgilius ſexto Aeneidos Hic locus eſt, partes ubi ſe uia findit in ambas. ¶ Compoſita ſunt Diffindo, & Infindo, quæ uide ſuis locis.

Fiſſus, participium, *ἰσχισμένος, διαχισμένος*. [Itali. Feſſo. Gal. fendu. Hiſp. Hendido. Germa. Geſpalten.] ut, Lignū fiſſum. Virg. 9. Aen. Paries fiſſus tenui rima, Ouidius 4. Metamorph.

Fiſſus, us, ui, m. q. Pro fiſſura, & diuiſora. *σχίσις, σχισμή*. [Ita. Feſſura, apertura. Gal. feure, fendement, creuaſſe. Hiſp. Hendedura. Ger. Ein ſpalt, Klacł.] Cic. 2. de Nat. deor. Vnde porrò iſta diuinatio? quis inuenit fiſſum iecoris? quis cornicis cantum notauit?

Fiſtio, onis, ſ. t. Findendi actus. *διάσχισις*. [Italicè, Fendimento, Gal. fendement, fente. Hiſpa. Hendedura, obra de hender. Ger. Spaltung.] Cic. 2. de Natu. deor. Quibus quum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum ab illo aureo genere, ut Poetæ loquuntur, uis nulla unquam afferebatur.

Fiſſilis, le, Quod fiſſum eſt, aut findi poteſt: ut, Fiſſile robur, fiſſilis lignum. *σχιστόν*. [Ital. Quel che ſi può fender ò ſpezzar. Gal. Aiſe à fendre. Hiſp. Coſa que ligeramente ſe puede hender. Ger. Geſpalten, oder daſs ſich gern ſpalten laſst, Spaltig.] Col. lib 9. cap. 1. Erit fiſſilis ſtirpes. Virg. 1. Geor. fiſſile lignum Scinditur.

Fiſſūra, æ, ſ. p. Rima, uel diuiſio quæ fit findendo. *σχίσις*. [Ita. Feſſura, apertura. Gal. fente. Hiſp. Hendedura. Germa. Ein ſpalt.] Colum. lib. 5. cap. 10. Fiſſuram cuneo ex dæ pineæ adigito. Plin. libro 10. cap. 63. Quorum in digitos pedum fiſſura diuiſa eſt, ea numeroſiora in fœtu. ¶ Hinc etiam fiunt Bifidus & Trifidus, pro eo quod eſt in duas, uel tres partes diuiſum. Vnde orbis à Poetis eleganti epitheto dicitur trifidus, quod in tres partes ſectus ſit.

Fiſſum, i, neut. gen. *τὸ σχιθέν*. ut, Fiſſum æni, id eſt rima in æno, Celſus lib. 7. cap. 21.

Fingo, is, xi, ctum, 3. t. Cōpono, formo. *πλάττω, σχηματίζω*. [Ital. Fingere, formare. Gal. Feindre, faire & former. Hiſpa. Hazer coſa de barro, componer. Ger. Machen. Geſtalte, Formieren.] Vnde & figuli dicuntur: & uas fictile, quod formatur ex argilla, aut creta. Salluſt. in Catil. Quæ natura uentri prona, atq; obedientia finxit. Lactant. lib. 1. Itaq; homines eorum ſimulachra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium. Eſt enim generale uocabulum ad omnia quæ ingenio manuq; artificioſè formantur: ut apud Ciceronem lib. 1. Offic. Apium examina, non fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed quum congregabilia natura ſint, fingunt fauos. Virgil. Aeneid. & corpora fingere lingua, hoc eſt lambendo formare. ¶ Aliquando ſignificat ſimulare: quoniam ea quæ ſimulamus, ita formamus atq; componimus, ut uera eſſe uideantur. *λογοποιεῖν, προσποιεῖσθαι*. Cicer. de Finibus, Talibus exemplis non fictæ ſoldm fabulæ, ſed etiam hiſtoriæ referte. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Affingo, quod eſt fingendo aliquid addo, *προσπιπλάττω, ἐπισκήπτω*. Lactantius libro tertio, nihil nos affingimus, nihil nos addimus. Habebant hæc, qui fecerunt: legebant, in quos hæc dicta ſunt. Confingo, ſimul fingo, ſimulo, *συμπλάττω*. Terentius in Phormione. Omnia hæc confingam, quod erit mihi bonum, atque commodum: Quum tu horum nihil refelles, uincam ſcilicet. Diffingo, quod fictum firmatumq; fuerat, deſtruo, *ἀναπλάττω*. Horatius libro 2. Carminum, Neq; diffinget, infectumq; reddet. Seneca, Diſſipatum inſtaurat, atq; diffingit, id eſt, in diuerſas formas fingit. Effingo, de quo ſupra.

Fictus, quum participium eſt à uerbo paſſiuo fingor, Idem eſt quod formatus. *πλαστός, πεπλασμένος*. [Ita. Formato, finto, ſimulato. Gallicè, feint, contrefait, controuué. Hiſpanicè, Fingido, ò ſimulado. Germanicè. Gemacht, Geſtaltet.] Cicero in Piſonem, Ex argilla & luto fictus homulus. Idem primo de Orat. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iiſdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, ſed ab aliquo Deo ficti eſſe uideantur. ¶ Aliquando uerò ex participio fit nomen, & tunc idem ſignificat quod falſus, aut ſimulatus. *πλασματίας, ὑπόκριτης*. Terent. in Eunuch. Quæ uera audiui, tacco, & contineo optimè: Sin falſum, aut uanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt. Cicero de Amicitia, In amicitia autem nihil fictum, nihil ſimulatum: & quicquid in ea eſt, idem uerum & uoluntarium eſt.

Fictè, aduerb. *πεπλασμένως, προσποιητῶς*. [Ital. Fintamente. Galli. feinctement, par fiction, & feinctiſe. Hiſpani. Fingiendo. German. Erdichtlich, falſchlich.] Cicero Ap. Pol. libro tertio. Nam ut uetus noſtra ſimultas antea ſimulabat me ut caverem, necui ſuſpicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. Idem pro domo ſua, Ius à maioribus noſtris, qui non fictè & fallaciter populares, ſed uerè & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, &c. Fictè, & ſimulatè loqui. Cicer. Quint. fratri, lib. 2. *πλασματίαν ἢ πλασματῶδη λαλοῦντα λέγω*.

Fictio, onis, ſ. t. uerbale, *πόιησις, πλάσις, τὸ πλάσμα*. Vt illa adhuc audaciora, fictiones perſonarum, quæ *προσωποποιίαι*. Quint.

Fictrix, icis, *ἡ πλάστρια, ποιήτρια*. Cic. 3. de Nat. deor. Eum autem uniuerſæ fictricem & moderatricem, diuinam eſſe prouidentiam.

Fictor, oris, m. t Figulus, qui ex creta atque argilla opera facit. *πλάστης*. [Italicè, Quello che fa uaſi di terra. Gallicè, Celuy qui fait & baille forme, comme un potier, celuy qui forme & crée. Hiſpanicè, El que labra de barro. Germanicè, Ein dichter, hafner.] Cic. 1. de Natur. deor. Reliquos deos ea facie nouimus qua pictores, fictoresq; uoluerunt. Plin. lib. 37. cap. 2. Quum antea ſeculo fictores nobiles eſſe deſiſſent.

Figmētū, n. ſ. Quod fictū eſt: à fingo, gis. *πλάσμα*. [Ita. Fintione, coſa finta. Gal. Feinctiſe, choſe feincte, & cōtrouuée.

Hiſp. Obra de barro. Ger. Ein gedicht oder erdichtung.] Plin. lib. 10. cap. 54. Quædam & circa incubitum ſponte natura gigoit, ut in Aegypti figmentis eſt ſcriptum. Cic. 2. de Orat. Iam integræ ſententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam ſine figmentis fucoq; puerili, &c.

Figulus, pen. cor. m. f. Fictor dicitur, qui ex creta atq; argilla opera facit πηρεμεύς, κηροπλάθος. [Ital. Vaſaro, che fa vaſi di terra. Gal. Potier, ou faiſeur d' images de terre. Hiſpan. El qua haze alguna coſa de barro. Ger. Ein hafner.] Plin. lib. 35. cap. 12. Dibutades Sicyonius figulus primus plaſticen inuenit Corinthi, filiæ opera. Colum. libro 11. capite primo Tam docendus eſt futurus nillicus, quàm futurus figulus, aut faber.

Figuli opes, πηρέμεος πλοῦτος. De rebus incertis, ac neutiquam duraturis. Quemadmodum figulorum vaſa facile comminuuntur quolibet caſu. Refertur à Diogeniano.

Figlina, æ, f. p. ſeu quod magis à doctis uſurpatur per ſyncopen, figlina, pen. prod. Officina figuli. πηρεμεῖον. [Ital. Botega di vaſaio. Gal. Vne poterie. Hiſp. La caſa donde algo ſe haze de barro. Ger. Des hafners werckſtatt.] Plin. lib. 7. ca. 56 Figlinas primus Chorœbus Athenienſis inuenit. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2.

Figlina dicitur ars figulorum. ἡ πηρεμική, ἡ πηρεμεία. [Ital. Arte da far vaſi & imagini di terra. Gal. L'art de poterie ou de faire images de terre. Hiſpa. Arte de hazer vaſos de barro. Ger. Die hafner kunſt.] Plin. 35. cap. 12. Figlinarum opera imbricibus tubulis tegulisque ad balineas hamatis, uel ad tecta coctilibus laterculis frontatisq; aut quæ rota fiunt.

Figlinus, a, um, a dictionum. πηρέμεος, πηρέμιος. [Ital. Pertinente à maeſtro de vaſi di terra. Gal. De potier de terre. Hiſ. Coſa perten eſciente à maeſtro que haze vaſos de barro. Ger. Darzů des hafners kunſt gehörig.] ut, Figlina creta, qua figuli utuntur. Plin. lib. 10. cap. 21. & Varro 3. de Re ruſt. ca. 9 Figlinum opus, Plin. lib. 31. cap. 3. Ollisq; è figlino opere crudis.

Figularis, re, Quod ad figulum pertinet. πηρέμεος. Plaut. in Epid. Vorſutior es quàm rota figularis, qua utuntur figuli. Col. lib. 6. cap. 18. Solet etiam ipſum animal uiuum creta figulari circundari,

Figlinum, ni, n. ſ. Opus ipſum figuli. πηρέμιον. [Ital. Opera di terra. Gal. Ouurage de terre. Hiſp. Obra de barro. Germ. hafners werck, Irdin geſchir.] Plin. lib. 34. cap. 18. Alii clima tem ſcobẽ, in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

Fictilis, le, om. r. pen. cor. Quod eſt factum à figulo: ut, Fictilia vaſa, fictilia dolia. πλαστόν. [Ital. Di terra, coſa fatta da vaſaio. Gal. Fait de terre à potier. Hiſpa. Coſa hecha de barro. Ger. Irdin. Vom hafner gemacht.] Plin. lib. 35. capite 12. Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus doliis condi maluerunt. Vrna fictilis, Cic. in Parad. Pocula fictilia, Tibul. lib. 1. Eleg. 1. Fictilia vaſa, Cic. ad Attic. lib. 6. Dii fictiles, Propert. lib. 4. Eleg. 1.

Fictile, lis, ſubſtantiuum. πηρέμιον, ὀστράκιον. [Ital. Vaſo di terra. Gal. Vn vaiſſeau de terre. Hiſpa. Vaſo de barro. Ger. hafnergeſchirr, Zuſs Erden gemacht.] Iuuen. Satyr. 11. Et quadringentis nummis condire guloſum Fictile. Idem Satyr. 1. Fictilibus cœnare pudet. Auſonius, Fictilibus cœnaſſe ferunt Agathoclea regem. Plin. libro 35. cap. 15. Quoniam eò peruenit luxuria, ut etiam fictilia pluris conſtent quàm murrhina.

Fictitius, a, um, Quod fictum eſt, hoc eſt ſimulatum. πλαστὸς μεταφορικῶς. [Ital. Coſa finta, & ſimulata. Gal. Feint, controuué. Hiſp. Coſa fingida y ſimulada. Ger. Erdichtet.] ut Ratio fictitia, quæ ficta eſt, & falsò excogitata.

Figūra, æ, f. p. Forma, ſpecies. εἶδος, σχῆμα, τύπος. [Ital. Figura, aſpetto. Gal. Figure, trait, facon. Hiſ. La figura ò imagen de alguna coſa. Ger. Ein figur oder geſtalt.] Cic. lib. 1. Offi. Principio corporis noſtri magnam natura ipſa uidetur habuiſſe rationem, quæ formâ noſtrâ, reliquâq; figurâ in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in prõptu. Idem 5. de Finibus, Figura eſt forma & ſtatura corporis noſtri ad naturam apta. Terent. in Eunuc. Noua figura oris, color uerus, corpus ſolidum, & ſucci plenum. Ouid. 1. Metamorph. adimam tibi nanq; figuram, Qua tibi, quaq; places noſtro in portona marito. figura (inquit Aſconius) eſt circa geſtũ, ſitumq; membrorum: ſtatus, circa ornatum & habitum geſtus. ¶ Figuræ etiam apud Grammaticos & Rhetores uocantur floſculi quidam orationis à conſueto loquendi uſu recedentes. Quint. libro 9. cap. 1. Figura eſt conformatio quædam orationis remota à communi, & primùm ſe offerente ratione.

Figūro, ras, pen. prod. a, p. Formo, & figuram induco. σχηματίζω. [Ital. Figurare, formare. Gal. Figurer, former, facunner. Hiſp. Figurar, hazer figura ò imagen. Ger. Geſtalten, Ein form geben.] Cic. de Vniuerſ. Mundum Deus ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. Colum. lib. 6. cap. 27. Aſſidua & nimia cupiditate figurantes ſibi ipſæ Venerem. Lactant. lib. 2. Hominem figurauit ex limo terræ. ¶ Compoſita ſunt, Configuro, quod eſt compono, & ſimul formo. σχηματίζω. Lactant. libro ſecundo. Quoniam homo ex rebus diuerſis, ac repugnantibus configuratus eſt, anima & corpore. Præfiguro, de quo infra.

Figuratus, participium, Formatus σχηματισθείς. [Ital. Figurato, formato. Gal. Figure, faconné. Hiſp. Figurado. Germa. Geſtaltet.] Cicero 1. de Natura deorum. Quid de bubus loquar, quorum ipſa terga declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata? Oratio figurata, quæ figuratum coloribus, uelut floſculis quibuſdam eſt exornata. λόγος ἐσχηματισμένος.

Figuratio, uerbale, f. t. σχηματισις. [Itali. Figuramento, fazzone. Gal. Figurement, facon. Hiſpan. Aquella obra de figurar, ò hazer imagen. Germanicè. Geſtaltung.] Plin. li. 11. cap 17. Vt in unoquoq; poſcit figuratio. ¶ Figuratio, pro imaginatione. Quint. Decla 6. Si quiſquã figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, &c. id eſt imaginetur.

Figuratè, aduerbium. Significat per figuram.

Finis, is, generis tam maſculini quàm fœminini. τέλος, πέρας. [Ital. Fine, termine. Gal. Fin, extremite, bout & acheuement. Hiſp. El fin ò termino ò cabo de obra. Germ. Das End.] Virg. 1. Aencid. quem das finem Rex magne laborum? Ibidem lib. 3. Hæc finis Priami fatorum. Eſt autem finis, terminus ſiue extremitas in unaquaq; re: hoc eſt id quo unaquæq; terminatur res. τέλος. Varii autem ſunt uſus huius dictionis. Multis enim modis dicimus quippiam eſſe finem rei alicuius. Eſt enim finis terminationis: ut pratum dicitur finiri, ubi terminatur. Finis conſummationis: ut domus finitur, quando conſummatur: & neſtis finita eſt, quando conſura eſt ut indoi poſſit. Rurſus eſt finis cõſumptionis. Sic dicimus cibum eſſe finitum, & candelam finitam: quando conſumpta eſt. ¶ Eſt etiam finis intentionis, hoc eſt intentio operarii. σκοπός. Hinc artifices finem uocant id ad quod omnia referuntur, & cuius gratia cætera fiunt: ut, Finis medici, eſt curare: finis oratoris, eſt aptè ad perſuadendum dicere. ¶ Non ſtatim finis apparet. Herodotus in Polymnia, ὡς τὸ πολλὸν ἔπος, ὡς ἐν ἔφατο, τὸ μὴ ἅμα ἀρχῇ τὸ τέλος καταφαίνεσθαι, id eſt, Et uetus adagium, quo recte dictum eſt, non ſtatim cum initio apparere finem. Conueniet in quorundam præproperas ſpes, qui negotio uix cœpto, ſtatim arbitrantur ſe rem factam habere: quum ſæpe exitus non reſpondeat initiis.

Fines, finium, ſæpius in plurali numero, pro terminis, & limitibus. Terent. in Heaut. Symus & Crito Vicini noſtri hic ambigunt de finibus: Me cepere arbitrum. Plin. Iun. in Epiſt. Eſt in Nicomedenſium finibus amplißimus lacus. Cæſ. 1. bel. Gall. Quorum per fines ierant. ¶ Nonnunquam etiam in ſingulari numero inuenitur in hac ſignificatione: licet rarius. Liu. lib. 5. Decad. 4. Redeuntes inde Ligures, extremo fine, cum egreſſi præda, in agmen incidunt Romanum. Idem eiuſdem Decad. lib. ulti. Ligurũ duo millia ferè ad extremum finem prouinciæ Galliæ, ubi caſtra Marcellus habebat, uenerunt. Tacit. lib. 16. Apud finem Ligurum id temporis erat. ¶ Hinc compoſita ſunt, Affinis, & Confinis, pen. prod. Vnde Confines agri dicuntur, qui eodem loco finiunt. ὅμορος.

Finio, is, iui, itum. 4. q. Perficio, abſoluo. πηραίνω, τελέω. [Ital. Finire, compire. Gall. Finer ou finir, arreſter, faire fin & concluſion. Hiſ. Feneſcer y acabar. Ger. Endẽ, vollendẽ Zuſsmachen.] Apul. Sine opus finiã quod incœpi. Pli. de Viris Illu. Quũ Inter Romanos & Albanos belliũ fuiſſet exortũ, ducib Hoſtilio & Suffetio, placuit rẽ paucorũ certamine finire. Quint. lib. 9. ca. 4. Quo ex genere cœperis trãſlationis, hoc deſinas. Multi enim quum initium à tempeſtate ſumpſerint,

ſumpſerint, incendio, aut ruina finiunt. ¶ Animam finiuit. Ouid. 7. Metam. Dolores finire. Virgil. 12. Aen. Gladio finire dolorem. Ouid. 1. de Pon. ¶ Aliquando eſt terminum ponere, metari. ὁρίζειν. Sic dicimus finire alicui prouinciam certo tempore, pro eo quod eſt præſcribere alicui tẽpus adminiſtrandæ prouinciæ, quo elapſo de prouincia debeat decedere. Cic. Attic. lib. 8. Marcello & Conſuli finiẽti prouincias Gallias Calen. Martiis, reſtitit. Sic etiam finire regiones animo dicebantur augures, quum fines templi animo deſignabant. Liu. 1. ab Vrbe, Signum contra quod longiſſimè conſpectu oculi ferebant, animo finiunt. Finire agros, eſt cuilibet agri ſui fines præſcribere. ¶ Accipitur etiam finire pro definire. Quintilian. libro 2. Ante omnia, quid ſit Rhetorice, quæ finitur quidem uariè. Sic finis & definitio pro eodem accipiuntur. Quintil. lib. 2. cap. 16. Hic igitur frequentiſſimus finis, Rhetoricen eſſe uim perſuadendi. Sic ſæpius eodem capite. ¶ Finire, abſolutè, pro uita decedere. Tacit. li. 5. Sic Tiberius finiuit octauo & ſeptuageſimo ætatis anno.

Finitõres, m. t. Dicuntur terræ menſores, aut etiam alii arbitri, qui lite de agrorũ finibus exorta ſuos cuiq; limites præſcribunt γεωμέτραι. [Ital. Miſuratori di terreno. Gal. Deſoureurs de terre, bornoeurs. Hiſ. Medidores de las tierras. Ger. Aufszyler, Scheidherren, Marchleut.] Plaut. in Pœnu. Eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei factus finitor ſum ego. Cl. pro lege Agr. contra Rul. Quæſtori permittãt, finitoré mittẽtiratũ ſit qfinitor olli à quo miſſus erit, renuntiauerit. Finitor rerũ maximus, Statius 8. Theb. ¶ Finitorẽ item uocant Latini, quem Græci ὁριστὴν, hoc eſt circulum partem cœli conſpicuam nobis à non conſpicua dirimentem.

Finitio, onis, Idem quod definitio. ὁρισμὸς, ὅρος. [Ital. Definitione, determinatione. Gal. Deffinition, determination. Hiſp. Definicion ò determinacion. Ger. Auſszeilung, Beſchreibung.] Quint. lib. 7. cap. 13. Finitio poſſet eſſe pro nobis. Idem lib. 10. ca. 16. Huic ſubſtantiæ maximè conuenit finitio. Idem lib. 7. cap. 10. Propriis confirmatur finitio, differentibus ſoluitur.

Finitus, participium, Pro eo quod ceſſauit, & finem fecit. πεπερασμένος, ὡρισμένος. [Ital. Finito. ceſſato. Gal. Finé, ceſſé, acheué. Hiſp. Fenecido, acabado. Ger. Geendet, Auf gehört.] Plin. lib. 18. cap. 27. Dabitur & aliud finitis frigoris indicium.

Finitè, aduerb. ὡρισμένως. [Ital. Finitamente, determinatamente. Gal. Auec meſure & bornes, determinément, diſtinctement. Hiſp. Con medida, feneciendo. Ger. Endlich, mit auſszeilung.] Cic. 2. de Finib. Ergo & auarus erit, ſed finitè: & adulter, uerùm habebit modum: & luxurioſus eodem modo.

Finitimus, a, um, penul. cor. Vicinus, ſeu propinquus, hoc eſt fines noſtros attingens. πρόσορος. [Ital. Vicino, finitimo: Gal. Voiſin, prochain. Hiſ. Coſa cercana ò camarcana. Ger. Ein anſtöſſer, Nachgelägner.] Liu. lib. 2. Iam res Romana adeò erat ualida, ut cuilibet finitimarum ciuitatum bello par eſſet. Mari finitimus eſt aer, Cic. de Nat. deo. Falſa ueris finitima ſunt, Idẽ 4. Acad. Inferre bellum finitimis, Idẽ pro lege Manilia.

Fio, fis, factus. Significationem paſſiuam habet, quamuis uocem habeat uerbi neutri: unde etiam inter neutra paſſiua à Grammaticis numeratur. γίνομαι. [Ital. Eſſere fatto, diuenire. Gal. Eſtre fait, deuenir. Hiſ. Ser hecho. Ger. Werden.] Veteres facior dicebant noce paſſiua. Vnde apud Catonem legitur, Græco ritu faciebantur Saturnalia. ¶ Hinc manſit præteritum factus ſum. In præſenti optatiui, & præterito imperfecto ſubiunctiui contra morem aliorum uerborum quartæ coniugationis aſſumit e literam inter i & r, ut fierem dicimus pro firem, & fieri pro firi: in reliquis temporibus à præſenti formatis ſequitur inflexionem uerborum quartæ coniugationis. Horat. lib. 1. Epiſt. 1. Nunc agilis fio. Idem 4. Carm. Ode 13. Fis anus, & tamen uis formoſa uideri, Ludisq; & bibis impudens. Terent. in Eunucho, Biduum Saltem ut concedas ſoldm. PH. Si quidem biduum: Verùm ne fiant iſti uiginti dies. Cic. pro Domo ſua. Quid te aut fieri, aut fingi dementius poteſt? ¶ Compoſitum eius eſt Confio. Item infit, & Defit, quæ uix aliter quàm in tertia perſona leguntur. Componitur præterea fio penè cũ omnibus dictionibus cum quibus componitur facio, exceptis præpoſitionibus cum quibus rarò componitur: ut, Calefacio, calefio: Tepefacio, tepefio, &c. ¶ Ponitur quandoq; fio pro æſtimari. τιμᾶσθαι. Cic. in Lælio, Terrius uerò ille finis teterrimus, ut quanti quiſque ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis. ¶ In tertia perſona quandoque pro euenit, contingit. συμβαίνει. Cicer. lib. 1. Offic. Fit autem interdum ut nonnulli omiſſa imitatione maiorum, ſuum quoddam inſtitutum conſequantur. ¶ Fiet tibi acceptũ, pro referetur. Plin. Epiſt. 120. Sed licet ceſſauerint illæ tempeſtate detentæ: tu tamen meruiſti ut acceptum tibi fieret: quòd quominus non exhiberes, non per te ſtetit. ¶ Fiunt in illum exempla. Terent. in Eunu. Quid ais? in quem exempla fient? ¶ Fieri obuiam. Cicero ad Attic. lib. 6. Obuiã mihi fit tabellarius. ¶ Fiat, particula eſt permittentis, ac concedentis, aut annuentis aliquid. Plaut. Pſeud. Agite, admonemini hinc nos intrò nunc iam, Ac meis uicißim date locum fallacis 8. Fiat, geratur mos tibi. ¶ Fieri poteſt, pro poſſibile eſt, ab oratoribus uſurpatur. ἐγχωρεῖ. Cic. de Amic. Neq; fieri poſſit ut non ſtatim alienatio, diſſunctio q; facienda ſit.

Firmus, m. ſ adiect. Stabilis, cõſtans à ferẽdo: quòd cõſtanter omnia ferat. ἱρμὸς & βέβαιος & ἐρρωμένος. [Ital. Fermo, ſtabile. Gal. Ferme, eſt able, aſſeuré. Hiſp. Coſa firme y fuerte. Ger. Steiff, Veſt, Beſtendig.] Terent. in Hecyr. Adeon peruicaci eſſe animo, ut puerum præoptares perire, Et quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires? ¶ Firmus cibus, dicitur qui ualidus eſt, & ut Varr. de Re ruſtic. lib. 2. cap. 12. loquitur, alibilis. Firma potio, id eſt multi nutrimenti. Celſus lib. 2. ca. 18. Firmior ex frumento potio eſt, quo firmius fuit ipſum frumentum: firmior ex eo uino quod bono ſolo, quàm quod tenui natum eſt. Firma ualetudo, dicitur integra, ualida & robuſta. Et qui robuſta eſt corporis habitudine, firmus dicitur. Cic. Tironi, Te peniſus rogo, ne te tam longæ nauigationi & uiæ per hyemem, niſi bene firmum, committas. ¶ Item firmus, dicitur munitus, fortificatus. ἰσχυρός. Plancus Ciceroni, Me ut uenirẽ, copiasq; coniũgerem rogauit, eoq; magis, quòd & Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, & Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat. Firmum uinum dicitur quod Gallicè uocamus potens & durabile. Virgil. 2. Georg. Sunt etiam Ammineæ uites, firmiſſima uina. Hinc Firmitas uini dicitur, quam uulgus potentiam & durabilitatem uocat. Plin. lib. 14. cap. 2. Principatus datur Ammineis propter firmitatem, ſenioq; proficientem uini eius ubique naturam. ¶ Alioqui firmitas idem eſt quod ſtabilitas, aut conſtantia. βεβαιότης, ἀσφάλεια. [Ital. Fermezza. Gal. Fermeté, conſtance. Hiſp. Fermeza. Ger. Standhafftkeit, Beſtándigkeit.] Cic. 2. de Finib. Firmitatem tamen & conſtantiam, ſi modò fuit aliquando in nobis, eandem cognoſces quã reliquiſti. ¶ Firmitas, ſoliditas. Cic. 2 Philipp. Gladiatoria totius corporis firmitas. Plaut. In Moſtel. Age, ſpecta poſtes cuiuſmodi, Quanta firmitate facti, & quanta craſſitudine. Huic opponitur Infirmitas, hoc eſt imbecillitas, ab infirmus, quod imbecillum ſignificat.

Firmitudo, dinis, f. s Idem quod firmitas. στερεότης, βεβαίωσις. [Ital. Fermezza. Gal. Fermeté, conſtance. Hiſ. Firmeza. Ger. Steiffe, Beſtend. keit.] Plaut. Aſin. Si iſtam animi firmitudinem obtines, ſalui ſumus. Cicero ad Atticum, lib. 10. Per enim magni æſtimo tibi firmitudinem animi noſtri, & factum noſtrum probari. Vocis firmitudo. ad Herenn. libro tertio. Minus firmitudinis habere, Cicero primo de Inuent.

Firmè, aduerbium, Stabiliter, inconcuſsè. ἱρμῶς & βεβαίως. [Ital. Fermamente. Gal. Fermement, aſſeureement. Hiſ. Firme y fuertemente. Ger. Steyff, Standhafftiklich, Beſtándiklich.] ut, Firmè accurare rem ſuam: id eſt non ſegniter, ſed acri & diligẽti animo. Plaut. Perſa, Atq; edepol firmè ut quiſq; rem accurat ſuã, Sic ei procedit. Aſſeuerare aliquid firmiſſimè, Cic. Attl. lib. 11. Satis firmè animo concipere & comprehendere aliquid, Cic. 2. de Finibus.

Firmiter, aliud aduerb. βεβαίως, στερεῶς. Plaut. Pſeud. Eum promiſiſſe, firmiter dixit mihi. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. Cum omnia poſita ſint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut affixa firmiter.

Firmo, as, a. p. Stabilio, fortifico. κλείσμαι, κυρῶ, κρατύνω, στερίζω. [Ital. Fermare, ſtabilire. Gal. Affermir, fortifier, aſſeurer, confermer. Hiſp. Firmar, fundar ò ſtablecer. Ger. Steiff vnd veſt machen, Beueſtigen.] Liu. Firmabatq; eum Afris maximè præſidiis. Lactant. lib. 4. Supereſt ut uerbis facta firmentur.

firmentur. Plin. lib. 14. cap. 18. Eſt contrà in Lycia, quæ ſolutam aluũ firmat. Cæſar. His rebus pace firmata. Terent. Heaut. Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud uos poſſem fidem Sanctius, quàm iuſiurãdum, id pollicerer tibi Lache. Tacitus lib. 4. Vetuſtum aſylum ut firmaretur petentibus, id eſt confirmaretur. ¶ Huius compoſita ſunt, Affirmo, Confirmo, Infirmo, Refirmo, & Obfirmo, quorum ſignificationes uide ſuis locis.

Firmatus, participi. βεβαιωμένος, βεβαιωθείς. [Ital. Confermato. Gal. Conferme. Hiſp. Confirmado. Ger. Beueſtiget, Geſter. ſt.] Cic. pro Cluent. Conſilio, & ratione nondum firmatus adoleſcentis animus. Virgil. 4. Aegloga, Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas.

Firmator, uerbale. m. t. βεβαιωτήρ. [Ital. Confermatore. Gal. Confirmateur. Hiſp. Confirmador. Ger. Ein beueſtiger oder beſtãter.] Tacitus lib. 2. Miſſus tamen Druſus, ut retulimus, pacis firmator.

Firmamen, inis. Idem quod firmamentum. στερίωμα. [Ital. Fermeſſa. Gal. Fermete, apuy, force. Hiſp. Firmeza. Germ. Veſte, Stercke.] Ouidius decimo Metamorph. ruptóſque obliqua per ungues Porrigitur radix longi firmamina trunci.

Firmamentum, n. ſ. Soliditas, & ſtabilimentum. στερίωμα, κῦρος. [Ital. Firmamento, fermezza. Gal. Fermete, apuy, force. Hiſp. Firmeza. Ger. Beueſtigung.] Ci. de Amic. Stabilitatis, cõſtantiæq; eius quam in amicitia quærimus, firmamentum eſt fides. Vnde etiam Gellius libro 13. capite 21. neruos uocat firmamenta membrorum, quòd in illis conſtat totius corporis robur & ſoliditas. ¶ Rhetores etiam firmamentum appellant quod à Quintilia. uocatur continens cauſæ, à Græcis συνέχον, hoc eſt cardinalem illum, circa quem totius cauſæ deciſio uerſatur. Noſtri hodie iuriſconſulti uocãt Punctum deciſorium litis. Autor ad Herennĩ, lib. 1. Nam in ea nec ratio quare fecerit, quæritur, nec firmamentum quæritur, quoniam non ſubeſt ratio.

Fiſcus, ci, maſcu. genet. Aſcon. Fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ, ſpartea ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas. πάναρος, ταμεῖον. [Ital. Paniere, ceſto, Gal. Vn panier d'oſier, ou une corbeille. Hiſp. Eſpuerta texida de eſparto, la canaſta, un vaſo de uimbres. Ger. Ein gelt korb.] Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ quàm priuatæ, factum eſt ut fiſcus pro pecunia publica dicatur. Hæc Aſconius. φίσκος, ταμεῖον. [Ital. Entrata di principe. Gal. Le reuenu ou le domaine d'un prince ou d'une republique, le fiſc. Hiſpan. La hazienda publica ò perteneſciente al Rey. Germanicè, Des gemeinen gůts ſeckel, der ſchatz einer Oberkeit, oder eines Fürſten.] Alii tamen malunt fiſcum, principis dici: æratium uerò, publicum. Plin. ad Traianum, At fortaſſe nõ eadem ſeueritate fiſcum, qua æratium cohibes: lucrũ tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis, Cice. 2. Verr. Ei quoq; negotio fiſci Sicilienſes minabantur. Corn. Tacit. lib. 1. Primam ac uiceſimam legiones Ceciną legatum in ciuitatem Vbiorũ reduxit torpi agmine, quum fiſci de Imperatore rapti inter ſigna, interq; aquilas uecherentur. Inde Confiſcare dicimus pro eo quod eſt in ærarium redigere. Sueto. in Auguſto, Deuictis his & confiſcatis, promiſſa, ueteranis præmia ſoluerentur. ¶ Fiſcus it ẽ pro qualo oleario, qui cernici torcularis ſupponitur ne fæces in lacum cum oleo deſluant: uel etiam in quo oliuæ ponuntur, quum prælo ſupponuntur, ut amarca, id eſt olei fex, aliquãtiſper exanietur, id eſt exudet, & per uimina perfluat. Columella libro 12. capite 49. Poſteto die cribratur, & nouo fiſco incluſa, prælo ſupponitur, uẽ hemẽterq; premitur, ut exudet quantuluncunq; habet amurcæ. Eodem libro capite 40. Deinde intrita olina nouo fiſco includitur, & prelo ſubiicitur, ut tota nocte exprimatur. Item capite 50. Sereno cælo manu diſtringi oliuam oportet, & ſubſtratis tegetibus aut cãnis cribrari & purgari: tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiſcis nouis includi, prelisq; ſubiici ut quantũ poſſit, paululiſper exprimatur.

Fiſcale, n. t. Quod ad fiſcum pertinet. ὁ τῦ φίσκου, ἤγουν δημοσίου. [Ital. Pertinente al fiſco. Gal. Fiſcal, des apertenẽt au fiſc. Hiſ. Coſa perteneficiente à ſe hazienda del Rey. Germani. Das zů dem gemeinen ſeckel oder eines fürſten ſchatz gehört.] ut, Ius fiſcale, fiſcalis cauſa. Fiſcales calumniæ dicebantur delatorum qui alios accuſabant, & non nunquam ex fiſco eis dabatur pars multæ qua accuſati multabantur.

Fiſcina, næ. pen. corre. etſi diminutiuum eſſe uidetur à fiſcus, eiuſdem tamen eſt ſignificationis cum primitiuo πάναρος. Eius itaq; ſignificationem uide in dictione Fiſcus. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 22. Iſta ſunt ferè quæ ex uiminibus materiisq; ruſticis fiunt, ut corbes, fiſcinæ, tribula, malleoli, & raſtelli. Fiebant etiam fiſcellæ ex ſparto, quod iuncí genus eſt apud Hiſpanos frequentiſſimum circa Carthaginem nouam. Colum. lib. 11. cap. 2. Siue regio ferulæ, uel corticis ferax eſt apibus alueraria fieri debẽt: ſiue palmæ ſpartíue fœcunda eſt, fiſcinæ, ſportæue, ſeu uirgultorum corbes ex uimine. ¶ Deniq; Fiſcinæ nomine comprehenditur omne uaſis genus quod ex uimine, aut iunco, aut ſimili materia contextum eſt. Vnde etiam Cicero in oratione pro Flacco, poſuit pro calathis illis iuncets, in quibus ficus incluſæ in alias regiones tranſuehuntur. Homini (inquit) Phrygi qui arborem fici nunquam uidiſſet, fiſcinam ficorum obieciſti.

Fiſcella, læ, diminutiuum f. p. Vas uimineum, aut ex iuncis, quo lac coagulatur dum caſeus exprimitur, uel in quo caſei feruntur. πάναρος. [Ital. Ceſtello. Galli. Petit panier d'oſier. Hiſpan. El capacho. Germanicè, Ein kõrblein oder kæßlein, kæßnapflein.] Tibul. lib. 2. Tunc fiſcella leui de texta eſt uimine iunci, Raraq; per nexus eſt uia facta ſero. ¶ Item fiſcella dicitur qua boum ora, fauces q; iumentorum capiſtrantur. φιμός. Plin. lib. 18 cap. 19 Fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Cato de Re ruſt. cap. 54. Boues niſi per hyemem quom non arabunt, paſci non oportet. nam uiride quum edunt, ſemper id expectant: & fiſcellas habere oportet, ne herbas ſectẽtur quum arabunt.

Fiſcellus, fiſcelli, pro eodem. Col. lib. 11. cap. 38. Mox fiſcello ligneo incluſas exprimito.

Fiſilis, Vide Findo.

Fiſtuca, cæ, f. p. Machina eſt qua panitores utuntur, utrinq; anſata, qua pali magni ui in terram adiguntur. μοῦρι τὸν γαντον τῶν ἰδιαφόρων. [Ital. Il ingegno da ficcare i pali uel fiume, & quello iſtromento da battere ſopra i ſaſſi quãdo s'a acconcionol'eſtrade per fargli pari, becco, machina. Gal. Vne hie dequoy on enfonce les pilotis en terra. Hiſpan. Maco grande, ingenno para hincar vigas, ò ingenno dedos anſas para maconar. Germani. Ein Joch ſchlegel, mit welchem man die Pheiler in die tieffe eines waſſers hinab treybt.] Vitru. lib. 7. Si plano pede erit ruderandum, quæratur ſolum ſi ſit perpetuò ſolidum, & ita exequetur, & inducatur cum ſtarumine rudus: ſin autem omnis, aut ex parte congeſticius locus fuerit, fiſtucationibus cum magna cura ſolidetur. Veitur & hac uoce Plin. lib. 36. ¶ Fiſtuca, alia eſt magnæ molis qua trabalis materies in terram pangitur, aut in alueum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere ſuo remiſſa illiditur: cuiuſmodi Pariſiis ſæpe uiſitur. Cuius generis intelligendum eſt fuiſſe illud Cæſaris tertio de bello Gallico, Hæc cum machinationibus immiſſa in flumen defixerat: fiſtucisq; adegerat, non ſublicæ modo direxerat, & cætera.

Fiſtucatum, Dicitur fiſtuca exæquatum: unde & Fiſtucatio apud Vitruuium loco iam citato, pro ea exæquatione area accipitur quam ſuprà deſcripſimus. Plin. lib. 17. cap. 11. Sicuti terram circa radices fiſtucato ſpiſſandam. Hæc Budęus in Annotationibus in Pandect.

Fiſtula, læ, f. p. Propriè dicitur ut Pomponius ait, per quam aqua educitur fuſa: à fundendo, ſiue ferendo. ſicut tubi à tumore, & canales à canna: quòd ad earum ſimilitudinem facti ſint. σύριγξ. [Ital. Fiſtola. Galli. Tuyau, fleuſte, fiſtule. Hiſpanicè, Flauta ò canna para tomer. Germanicè, Ein Teuchel.] Sunt tamen qui Græcum eſſe putent, credantq; deduci à uerbo φυσάω. hoc eſt inflo, uel inſpiro. Cicer. pro Rabirio, Etſi C. Marius quòd fiſtulas quibus aqua ſuppeditabatur Iouis Optimi Maximi templis ac ædib. præcidi imperarat, &c. lea apud Varronẽ lib. 1. de Re ruſt. cap. 8. ¶ Ab huius ſimilitudine dictum eſt inſtrumentũ muſicum quo flatu canitur, cuius Pan dicitur inuentor fuiſſe, ut refert. Plinius libro ſeptimo capite nigeſimoſexto. Germanicè, Ein Pfeiff.] Virgilius ſecunda Aegloga. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula. ¶ Fiſtulæ item à medicis appellantur ulcera manantia, anguſta, calloſa, & ſinuoſa. ex abſceſſibus ferè malè curatis ortum trahentia. Plini. libro 20. capite 6. Extrahit fiſtulis nitia cum ſulo

phure & reſina, etiam arundines cum pice. Ibidem capit. 9. dic etiam fiſtulas eluxatas, & tumores reuocari, quęq; diſcuti opus ſit. ¶ Eſt etiam fiſtula in homine per quam ſpiratur, ſeu cibus delicitur. Nam duas eſſe fiſtulas ſcribit Lactantius de Opificio hominis, ſpiritalem ſcilicet & cibalem: illa ſpiritum meare, hac cibum potumq; deſcẽdere. Spiritalem Celſus aſperam arteriam nominat, Graeci uocant τραχεῖαν. Interior uocatur gula, στόμαχον. Plin. lib. 9. c. 7 Branchiæ non ſunt halenis, nec delphinis: hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent.

Fiſtulator, fiſtulatoris, m. ſ. Accipitur pro tibicine, ut eſt apud Gellium & Ciceronem 3. de Orat. Sed fiſtulatorem domi relinquetis. συρίστην. [Ital. Trõbetta. Gall. Fleuſteur, ioueur de fleuſtes. Hiſp. Aquel que tanne flautas como de cannas. Ger. Ein Pfeiffer.]

Fiſtulo, as, Fiſtulam ago, & in modum ſpongiæ cauernulas habeo διατρέσμαι, τρηματώδης γίνομαι. [Ita. Far piu cauerne, eſſere cauernoſo come le ſpongie Gal. Se troicler & deuenir plein de trous. Hiſp. Hazer fiſtulas, ſer afiſtolado. Ger. Durchlen, oder Voll löcher ſein wie ein ſchwamm.] Plinius libro decimooctauo, capite undecimo, Gratia terræ eius Puluerea ſumma, interior bibula, & pumicis fiſtulans uice.

Fiſtulóſus, a, um, Quod eſt ſpongiæ modo factum, hoc eſt foraminibus plenum. παυλώδης. [Ital. Cauernoſo come la ſpõgia. Gal. Plein de trous comme la eſponge. Hiſpa. Coſa aſſi aſſiſtolada. Ger. Löcherächtig als ein ſchwamm] Vnde ea ſeus fiſtuloſus apud Colu. lib. 7. cap. 8. quum eſt parum preſſus Fiſtula terra. Plin. lib. 17. c. 5. Fiſtuloſus cancer, morbus, Cato cap. 157.

Fixulam, A fingendo, pro fibula ueteres uſurparunt. Feſtus.

Fixus, a, um, particip. Vide Figo.

F ante L.

FL. In notis antiquorum, filius, uel Flauius, uel Flauus, uel Flaminis, uel Flamẽ FLA. R. filia regis. FLB Flabium. FLS. Flauus. F. M. flois agrorum, uel Flaminumus, uel fieri mãdauit, uel fecit memoria, uel factũ monumẽtum. F. M. L. uel F. M. I. T. fari munus impleuit, uel impleat. F. N. fides noſtra. F. N. AGR. fines agrorum. F. N. C. fidei noſtræ commiſit, uel commiſſum.

Flabellum, Flabellifer, Flabilis, Flabrum, Vide Flo.

Flăcco, es, cui. n. ſ. Languco χαλάω. [Ita. Diuenir languido, fiacco Gall. Se fleſtrir, ſe faner, deuenir fleſtri & fané. Hiſp. Marchitarſe, enflaquecerſe. Ger. Vndlch ſein, Ludenlächt oder lampecht ſein] à quo Flaccesco, Languidus fio. χαλάδαι. Colum. lib. 3. Paucis q; horis dum flaccescat, in ſole habeto: deinde in umbra afficcato, & ita cõdito. ¶ Cõpoſitum eſt conflaccesco, quo uſus eſt Gellius libro primo, pro detumeſco, Nam fluctus qui flante Aquilone maximi & crebriſſimi excitantur, ſimulac uentus ſe poſuit, ſternuntur & conflaccescunt, & mox fluctus eſſe deſinunt.

Flăccĭdus, a, um, Languidus χαλαρὸς. [Itali. Languido. fiacco. Gal. Fleſtri, fané. Hiſ. Marchiro, flaco. Ger. Vndlch, Lampechtig, Ludenlechtig.] Plin. lib. 17. cap. 19 Hanc eſſe folio maximo, flaccidoq; & albicãte. Vnde flaccidi, ſiue flacci dicuntur, quorum aures pendulæ & non arrectæ ſunt. Plinius lib 8. c. 51. Colu. lib. 8. Caper flaccidis & prægrauantibus auribus, exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomen familiæ Romanæ deductum eſt, quòd primus in ea gente aures haberet deorſum pendentes.

Flacci, Dicebantur qui aures latas haberent, & ob magnitudinem deorſum reflexas. Cic. li. 1. de Nat. deor. Redeo ad deos: equos inſigni nota ſtrabones, aut perulos eſſe arbitramur, ecquos næuum habere, ecquos ſilos, flaccos frontones, capitones, quæ ſunt in nobis?

Flaces, uide Fraces.

Flăgella, orum, n. ſ. βακτοί. [Ital. Tralci, capi de uiti. Gall. Les verges & ſcions ou bouts menus & deliez des branches d'arbres. Hiſp. Ramos altos dela uid. Ger. Die kleinen zweygle in, an den rében die zarten ſchöſſlein ſo von den gerten oder alten ſtöcken herfür wachſen] In uitibus dicuntur teneriores palmites, ex anniculis ſarmentis enati: prius flabella (ut quibuſdam placet) à uentorum flatu & agitatione dicta: quanquã alii à flagris potius deduci malunt, quę longitudine & flexibilitate referre uidentur. Colu. lib. 5. At certè in ordinariis uitibus utrũ obtinendum eſt, ne pluribus flagellis emacientur, niſi propaginibus futuris proſpiciemus. Virgil. 1. Georgicorum, Nèue inter uites corylum ſere, neue flagella Summa pete, aut ſummas defringe ex arbore plantas. ¶ Frequentiſſimè autem accipitur pro loco, ſiue alio quouis uerbere quibus ſeruos nudatos cædere ſolebant μάστιξ [Ital. Vergada battera i triſti. Gal. Fleau, fouet. Hiſp. Açote. Ger. Ein geiſel.] quod pœnę genus grauius erat quã fuſtibus cædi. Marcel. l. In ſeruorum. ff. de pœnis. Ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſeruus flagellis cædi & domino reddi iubetur. Cic. pro Rabirio, Porcia lex uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit: hic mi ſericors flagella retulit. ¶ Flagella etiam ſunt quibus hodie auriga utuntur, quæ excuſſa clarum reddũt ſonum. Martialis libro decimoquarto. Proficies nihil, hoc cædas licet uſque flagello, Si tibi purpureo de grege cunit equus. Virgilius quinto libro Aeneidos. ſignum clamore paratis Epitides longè dedit, inſonuitque flagello.

Flăgello, flagellas, a. p. Flagello cædo, ſicut uerbero à uerbere, & fuſtigo à fuſte. μαστίω [Itali. Flagellare, battere, eſtanare. Gall. Fouetter, flageller, batre. Hiſp Açotar ò herir ò hoſtigar. Germ. Geiſslen, Mit geiſslen ſchlahen.] Martialis libr. 1. Lumina ſyderibus certent, molleſq; flagellent Colla coma. Plin. lib. 18. ca. 30. Meſſis ipſa alibi tribulis in area, alibi equorum greſſibus exteritur, alibi perticis flagellatur. ¶ Item increpare atq; perſonare. ¶ Flagellare annonam, eſt annonam dutiorẽ facere, & ut Hermolaus ſcribit, ob id à Græcis τιμιοπωλεῖν appellati, quaſi pretio non parcentes, propter quod annona ingraueſcere ſolet. Plinius libro 18 capite decimotertio, Aut aliquis praualens manceps annonam flagellet.

Flăgĭtium, tii. n. ſ. Crimen grauius cum turpitudine & dedecore coniunctum: à flagitãdo (ut putatur) dictum, ſiue à flagris: quòd uel flagitatione, hoc eſt expoſtulatione, uel flagris dignum ſit. ὕβρις, μοχθηρία, πλάσμα. [Ital. Scelerag ine, ribalderia. Gallic. Meſchanceté commune paillardiſe & tels uices. Germa. Ein groſs laſter, Ein ſchmãcke miſſethat die ſtraffwirdig iſt.] Cicero in Catone, Stupra uerò & adulteria, & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari, niſi uoluptatis. Idem, Tantamne oblivionem, in ſcripto præſertim, ut ne legens quidem ſenſerit quantum flagitii admiſiſſet? ¶ Flagitium aliquando periculum ſignificat, ut uult Nonius Lucilius 29. Quiete poſcente minus, & præbent rectius multò, & ſine flagitio. Plautus in Epid. Abiero: flagitio cum maiore pòſt reddes tamen. Hic apud Plautum damnum, ſiue diſpẽdium uidetur ſignificare.

Flagitioſus, a, um, Sceleratus. ὑβριστὴς, λωβητὴρ, μοχθηρὸς. [Ital. Scelerato, maluagio. Gall. Meſchant plein de toutes paillardiſes & autres meſchancetez. Hiſp. Vicioſo, luxurioſo, criminoſo. Germ. Laſterhafftig] Salluſt. in Catil. In tanta, tamq; corrupta ciuitate, id quod facile plurimum erat omnium flagitioſorum atq; facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum catervas habebat. Cicero de Amiciria, Itaq; uideas rebus iniuſtis iuſtos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Flagitioſa uita. Cic. 2. de Fi. Flagitioſæ libidines, Idem 4. Verr.

Flagitioſè aduerbium, Iniquè, ſceleratè. ἀσελγῶς, ὑβριστικῶς, ἀνόμως. [Ital. Scelleratamente, maluagiamente Gal. Meſchamment, meſchantement, lachement. Hiſpa Lexurioſa y uicioſamente Germ. Laſterlich, Boshafftiglich] Cic. 2. Verr. Patres conſcriptos iudicia malè & flagitioſè tueri. Idẽ 5. de Fin. Flagitioſè deſciuit à Stoicis propter oculorum dolorem. Imporè ac flagitioſè uiuere, Cicer. 5. de Finibus, Flagitioſiſſimè inſeruire aliorum amori Idem in Cni.

Flagito, as, acti. pr. Inſtanter peto, exigo, requiro, & quaſi iure quodam meo depoſco, habeoq; in ſe maiorem uim quàm poſtulo: & quãdoque accuſatiuo tantùm iungitur. προσλιπαρῶ, ἐνοχλῶ, αἰτῶ. [Ital. Dimandare con inſtanza. Gal. Demander quelq; choſe affectueuſement, ou importunément. Hiſ. Demandar con importunidad. Ger. Mit anhalten erfordẽ, Treũwlich begären.] Cic. pro Quin. Tametſi cauſa poſtulat, tamen quia poſtulat, non flagitat præteribo. Quandoq; habet accuſatiuũ cum ablatiuo mediante præpoſition Cæſ. 1. bel. Gal. Interim quotidie Cæſar ab Heduis frumentum quod eſſent polliciti, flagitat. Quandoq; etiam conſtruitur cũ duobus accuſatiuis: ut apud Suetoniũ in Vitell.

Vitel. ¶Tũ fœneratorũ & ſtipulatorũ, publicanorũq; qui na quáſe aut Romæ debitũ, aut in uia portorium flagitaſſent, nihil pepercit. ¶ Flagitare, pro accuſare. Tacit. li. 17. Mox compertũ pecuniam publicã auertiſſe, ut peculatorum flagitari inſtit. Huius compoſita ſunt, conflagito. Plin. lib. 14. Tanta populi Romani contumacia fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon conflagitauerit. Efflagito, de quo ſuprà.

Flagitator, uerbale, ma. t. Qui aſſ. duè petit. ἐξαιτήτωρ, ἐπαιτήτωρ. [Ital. Chi dimanda con importunità. Gal. Demãdeur importun, qui demande ſans ceſſe. Hiſp. Demandador con importunidad. Ger. Ein ernſtiger begaͤrer, Ein gutzler, Ein uͤberlaͤgner heuſcher.] Plaut. in Moſtel. Sol ſemper hic eſt uſq; à mane ad ueſperũ: quaſi flagitator aſtat uſq; ad oſtium. ¶ Accipitur etiam pro creditore repetente pecuniam ſibi debitam. Plautus in Caſina, Ducite ex animo curam, atq; alienum eſt: Nequis formidet flagitatorem ſuum.

Flagratores, Flagriones: Vide Flagro.

Flagro, ãs, n. p. Ardeo: à flamma, uel à flatu quo alitur incendium quando flatu excitatur ignis. φλέγεμα. [Ital. Ardere. Gal. Ardre, bruſler, eſtre embraſé. Hiſp. Arder ò ſer encendido. Ger. Brũnen.] Virg. 1. Aen. Flagrantiq; Dei uultus. Plin. lib. 14. cap. 20. Fax uini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat. Ouid. 6 Faſt. Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes. ¶ Transfertur quandoq; ad deſiderium amoris, odii, iræ, ultionis, aut uitii. Lactant. lib. 1. Quid Apollo patet eius, nonne ob amorem quo flagrabat, turpiſſimè gregem pauit alienum? Et lib. 7. Qui auaritia opum inexplicabili quadam ſiti flagrant. Liuius lib. 2. Ciuitas ſecum ipſa diſcors, inteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio.

Flagrans, participium, ſeu nomen ex participio, φλεγόμενος, καιόμενος. [Ital. Ardente. Gal. Ardant, bruslant. Hiſpanic. Encendido. Ger. Brũnend.] ut, Flagrans pinus, Virg lib. 9. Aeneid. Flagrans cupiditas. Cic. 4. Tuſcul. Eximio litterarum amore flagrans. Quint. in proœ. lib. 2. Flagrantiſſimus homo, Cicero de Fato.

Flagranter, διακαίρως. aduerbium. [Ital. Molto ardentemente. Gallicè, Ardemment, deſirement. Hiſpani. Encendidamente. Germanic. Einbrünſtiglich.] Tacitus libro primo, Deſtinare Conſules ſpecie recuſantis flagrantiſſimè cupiebat.

Flagrantia, æ, ſ. p. Actus ipſe flagrandi. φλόγωσις. [Ital. Ardore. Gallic. Ardeur, bruslement. Hiſpan. Ardor ò encendimiẽto. German. Brunſt.] Gell. lib. 17. cap. 10. Quod de natura atq; flagrantia montis eius compoſitum eſt. Flagrantia oculorum pro ardore. Cicero pro Cælio, Si denique ita ſe gereret, non ineſſu ſoldm, ornatu, atque comitatu, flagrantia oculorum, libertate ſermonis, ſed etiam, &c.

Flagrum, gri. n. ſ. Quo cædi conſueuerunt ſerui. μάστιξ. [Ital. Flagello. Galli. Fouet, uerges. Hiſpan. Açote, cruel para açotar. Germ. Ein geiſel, Ruͤten.] Plaut. in Amphit. Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum. Iuuen. Satyr. 5. -nec dura timebis Flagra pati. Liuius 8. bell. Pun. Ob quam cauſam caſa flagro eſt Veſtalis. Hinc flagellum diminutiuum.

Flagratores, Dicebãtur illi qui mercede de flagris cædi ſe permittebant. Autor Feſt.

Flagriones dicti ſunt ſerui, quòd flagris ſubiecti ſunt. μαστιγίαι, ut Verberones, à uerbere. Nonius.

Flamen, nem. gen. Vide Flo.

Flaminia, æ. f. Flaminis domus. Gellius lib. 18. cap. 15. Ignem è flaminia, id eſt, Flaminis Dialis domo, niſi ſacrum, efferri iuſſus non eſt.

Flaminica, Flaminis uxor erat. Gellius lib. 10. c. 15. Eadem fermè ceremoniæ ſunt quas Flaminicas ſacerdotiſſas Diales ſeorſum aiunt obſeruitare. Hoc etiam nomine appellabantur uirgines Flaminicæ Dialis præminiſtræ. Autor Feſtus.

Flaminium, nii, n. ſ. Eſt Flaminis dignitas, ſiue ſacerdotium. Liu. 6. bel. Pun. C. Claudius flamen Dialis, quòd extra perpetuum dederat, Flaminio abiit. Gell. lib. 10 c. 15. Vxorẽ flaminis, Flaminio decedit. Hic nota, Abire, & decedere Flaminio, eo modo dictum quo abire magiſtratu, officio, &c.

Flaminius lictor, (inquit Feſtus) dicitur qui Flamini Diali ſacrorum cauſa præſtò erat. ¶ Flaminius Camillus, puer patrimus & matrimus, qui Flamini Diali in ſacrificiis, præministrabat. Antiqui enim miniſtros Camillos dicebant. Autor Feſtus.

Flamma, æ, ſ. p. Eſt fumus accenſus, à Græco φλογὸς, ardeo. φλέξ. [Ital. Fiamma. Gal. Flambe. Hiſ. Flama del fuego. Ger. Ein Feũrflamm.] Plau. in Curc, Semper, tu ſcito, flamma fumo eſt proxima. Virg. 8. Aegl. Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis Sponte ſua. ¶ Ponitur interdum metaphoricè flamma pro periculo. Cic. 2. Tuſ. Quid de cupiditate horum loquarq; flamma eſt per quam nõ concurrerint hi qui hæc olim punctis ſingulis colligebant? Idem in Bruto dixit, Galbam eripuiſſe ſeſe de flamma iudicii, quum ſignificare uellet cum liberatum eſſe à periculo iudicialis dãnationis. Teren. in Eunu. Ex flamma te petere cibum poſſe arbitror. ¶ Præcipitare ſe ex fumo in flammam, eſt ita ſe expedire minore periculo, ut in maximum diſcrimen ſe quis conijciat. ¶ Flamma fumo eſt proxima. Plautus in Curcul. Commonet adagium periculum maturè fugiendum eſſe, quiq; malum euitare cupiat, ei uitandam prius occaſionem.

Flammea uiola, Flos coronari generis, odoris prorſus expers, colore tantum flammeo in coronamenta expetitus. φλέξ, φλόγιον. Vide Ruel. lib. 2. c. 137.

Flamula, læ, ſ. p. diminutiuum eſt à flamma. φλόγιον. [Italic. Fiamella. Gal. Petite flambe. Hiſpa. Perquenna llama. Ger. Ein feũrlin.] Colu. li. 9. c. 14. Vadiq; papiliones cõcurrunt, dumq; circa flammulam uolitant, aduruntur.

Flammeus, a, um, Igneus, accenſus, flãmæ calorem referens. φλογεός, φλογόεις. [Ital. Di fiamma, fiammegiante. Gallic. De flambe ou couler de flambe, flamboyant. Hiſp. Coſa toda de llama. Ger. Fammáchtig, Feũrig.] Cic. 1. de Diuin. ex Accio poẽta, Detrorſum orbem flammeum Radiatum ſolis liquier curſu nouo. Colu. lib. 1. c. 1. Quædam partes eius regionis ſic infeſtantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, ut niſi nites tegminibus opacentur, uelut halitu ſiti meo fructus uratur. Cic. 1. de Nat. deo. Sunt autem ſtellæ natura flammeæ. Interdum etiam flammeum dicimus quod flammæ colorem refert, hoc eſt, hoc eſt ardens & lucidum: unde flammearii dicti ſunt qui flammeum colorem tingebant: ut uiolarii, qui violaceum.

Flammeum, mei, ne. ſ. Hermolai genus eſt ueli lutei, ſeu croceí, quod à nouis nuptis geſtabatur. πρόνυμφος πέπλος. [Ital. Velo partato daile ſpoſe. Gal. Vn uoile iaune que portoyent les nouuelles eſpouſées. Hiſp. El antifaz amarillo de la nouia. Ger. Ein gattung eines gáleñ ſchleiers ſo vor zeyten die breũt eintweges noch der hochzeyt trugen.] ſic dictum quòd eò aſſiduè utebatur Flaminica, id eſt Flaminis uxor. Et quia Flamini non erat permiſſum cum uxore diuortium facere, inſtitutum eſt ut etiam nouæ nuptæ hoc amiculi genere uterentur boni ominis cauſa, & in ſignũ indiſſolubilis coniugii. Lucanus de Martia iterum nubente Catoni, Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus. Plin. li. 21. ca. 8. Lutei uideo honorem antiquiſſimũ in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. ¶ Huius diminutiuum eſt Flammeolum. Iuuenal. Satyr. 10. -ſedet illi parato Flammeolo.

Flammearius, rii, m. ſ. [Ita. Tintore di colore di grana, di eſcarlatto. Gal. Teinturier d'eſcarlatte. Hiſp. Tintorero de grana, Germ. Ein fáber ſolcher ſchleyeren.] Infector flammei coloris: ſicut uiolarius, coloris uiolacei tinctor, aut certè flammeorum confector, aut uenditor: quo amiculi genere nouæ nuptiæ utebantur. κιτρινοφαλακοποιὸς. Plautus in Aulularia, Ciniflones, patagiarii, induſiarii, flãmearii, uiolarii, &c.

Flammeolus, Quod flammæ colorem habet, diluciorem tamen φλογοειδὴς. Colum. lib. 10. Preſſaq; flammeola rumpatur fiſcina caltha.

Flammo, mas, a. p Incendo, inflammo: & per metaphoram, incito, exacuo φλογίζω, παροξύνω. [Itali. Infiammare, gittar fiamme, lampeggiare. Gal. Jetter flambe, flamber, flãboyer. Hiſ. Encender en llama. Ger. Flammen gáben: item, Entzünden, Brünſtig machen.] Tacit. li. 13 Nunq; omnes eretiones flammauere arrogantia uenientiũ à Vitellio militũ: quòd truces corpore, horridi ſermone, cæteros ut impares irridebant. Idem lib. 20 His inter ſe uocibus inſiſtentes flãmauere inſuper allatæ à Veſpaſiano literæ. ¶ Interdum flammare, abſolutè legitur pro exardere. Vnde flammantia lumina dicuntur è quibus quidã quaſi flammæ color emicat, quod iratis accidere ſolet. Virg. 3. Geor. Exilit in ſiccum, & flammantia lumina torquens, Sæuit agris. ¶ Hinc componitur inflammo, quod eſt ualde uel intus flam-

mo, incendo. Cicer. Curioni, Non fecl inflammandi tui causa sed rectificandi animi mei.

Flammatus, ta, tum Inconsus, incitatus. φλογώμενος, φλογώδης [Ital Infiamato. Galli. Rouge comme feu, enflambé. Hisp Encendido en llamas. Ger. Entzündet.] Virgi. primo Aeneid. Talia flammato secum dea corde uolutans. Flammatus Iupiter, id est flammam dextra manu tenens pro sceptro: ita enim apud antiquos pingebatur. Cicero primo de Diuin. Principio æthereo flammatus Iuppiter igni Vortitur. &c.

Flammescere, n. r. Et accendi. & flamma corripi. φλογίζεσθαι [Ital. Infiammarsi. Galli. S'enflamber, Hispa. Se encender en llamas. Ger. Flammend oder feurig werden.

Flammifer, a, um, flammam afferens, exurens, supra modum calefaciens, inflammans. φλογοφόρος. [Ital Che abbruscia, che apporta fiamma. Galli. Portant flambes, flamboyant. Hisp. Cosa que trae llamas. Ger. Flammen gäber. Das feurig machend oder flammend macht.] Cicc. 4. Acad. Fer mihi auxilium, pedem abige à me, Flamiferam hanc uim quæ me excruciat.

Flammiger, a, um: or, Sol flammiger. Vale. r. Argon.

Flammigerare. Flammas emittere. Gel. li. 17. ca. 10. Interdiu fumare uidetur, multo flammigerare.

Flammigenus, a, um, comp. Et flamma genitus. φλογογενής.

Flammiuomus, a, um. Quod flammas uomit. πυριβόλος.

Flatus, Flatus, Vide Flo, flas.

Flauco, Vide Flauus.

Flauus, a, um. Color ex uiridi & rufo albo concretus: hoc est fuluo clarior, qualis est color auri, & mellis, & aristarum quum iam maturuerunt. ξανθός. [Itali. Biondo, di color d'oro Galli Jaune. Hispa. Rouuio ò roxo, Germa. Gäl.] Flaua mella. Marti libr. 1. Flauaq; de rubro promete mella cado. Flauus crinis. Virg. 4. Aen. Nondum illi flauum Proserpina uertice crinem Abstulerat. Flaui capilli, Ouidi. lib. 1. Fastorum. Forma placet, nimiusq; color, flauiq; capilli. Virgilius libro primo Georg. - neque illum Flaua Ceres alto neq; quam spectat Olympo, Vbi Seruius: Flaua Ceres dicitur propter aristarum maturitatem. Sic Flauam aquã, flauas frondes oleastri dicimus.

Flauĕo, es, ui, n. f. Flauus sum, hoc est eius coloris cuius est auru. ξανθίζομαι [Itali Biondeggiare, essere biondo, di color d'oro Galli. Jeunir, de iaune. Hispan. Ser ruuio ò roxo. Germa. Gäl scin.] Columel. libro 2. capi. 21. Sed æqualiter flauentibus iam satis, antequam ex toto grana indurescat, quum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est. Virgil. 1. Georg Turbidus & torquens flauentes Ister arenas Idem 10 Aeneid. Tu quoq; flauentem prima lanugine malas Dum sequeris Clytium, &c. Id est, habentem malas flauentes.

Flauescere, n. r. Est flauum fieri. ξανθίζεσθαι. [Itali. Diuentar biondo, di color d'oro. Galli. Jaunir, deuenir iaune. Hispa. Venir ruuio ò roxo. Germa. Gäl werden.] Virgil. 4. Aeglo. Molli paulatim flauescet campus arista, Plinius libro 9. capi. 17. Herbulæ spicas imitatæ, inanibus aristis ante messem flauescunt.

Flĕcto, is, xi, xũ, a. r. Torquere, & curuare. καμπυλίζω, κάμπτω. [Itali. Piegare, torcere. Galli. Flechir, ployer, tordre, courber. Hispa. Doblegar ò inclinar. Germ. Biegen. krümben.] Plin. 11. cap. 45. Elephantus poplites intus flectit, hominis modo. Flectere iter ad locum aliquem, est cursum eo dirigere, uel iter instituere, quod barbari dicunt, Capere uiam alicuius loci. Liu. lib 8 ab Vrbe, ad Priuernum Cos. flexit iter. Idem lib. 5. Quod ubi parum processit, ad Brundusium flexit iter, prodi id oppidum ratus. ¶ Per translationem Flectere animum, hoc est attendere, & aduertere. Terent. in Hecy Illuc est sapere, qui ubicunq; opus sit, possis animum flectere. ¶ Flectere aliquem precibus est, aliquem exorare, commouere, & in nostram sententiam adducere. Cicc. 4. Acad. Si re oratio Luculli flexit, quæ est habita memoriter. ¶ Flectere uocem de Græco. Gell lib. 4. cap. 5. Hoc uocabulum est est de Græco flexum. ¶ Huius composita sunt, Circunflecto, Deflecto, Inflecto, Reflecto, Offlecto, uide suis locis.

Flexus, participium. κεκαμμένος, καμπθείς. [Itali. Piegato, gato, torto, Ployè, flechi, tournè. Hisp. Doblegado, inclinado, plegado. Ger. Gebogen.] Ouid. lib. 4. Metamor. - flexumq; genu submisit, Tacitus lib. Cæsar flexo in mestitiam ore, suam inuidiam tali morte quæsitam, &c.

Flexus, us, m. q. Est curuatio, uel subita cõuersio corporis λύγισμα, κάμψις, καμπή [Itali. Piega. Galli. Flechissement. Hisp. Plegadura. Ger. Beugung, wendung.] Quin. lib. 7. ca. 2. Propter flexus capillorum, pars est summa capitis, scilicet uertex. Idem lib. 9. cap. 2. Qui cursu parum ualent, flexu ludunt. ¶ Flexus ætatis quum ætas uergere incipit, & inclinari. Cicc. in Proem. de Orat. Si infinitus forensium rerũ labor, & ambitionis occupatio decursu honorum etiam ætatis flexu constitisset.

Flexio, uerbale, f. r. Flectendi actus. καμπή, κάμψις. [Ital Piegamento, inchinamento, torcimento. Gal. Flechissement, tornoyement, courbement. Hisp. Plegadura, obra de doblegar ò inclinar. Germ. Biegung] ut, Virilis lateris flexio, Cicc. in Orat. Idem in Plin. Quos tu meandros, dum omnes solitudines perfequeris: quæ diuerticula flexiones q; quæsisti?

Flexĭbilis, le, om. r. Quod torqueri, & facilè in quamuis partẽ curuari potest. καμπύλος, λυγίσιμος [Ital. Pieghevole, facile da piegare. Gall. facile à flechir, ployable. Hisp. Lo que se puede doblegar. Germa. Biegig, das sich gern biegen lasst.] Ouid. 3. Amor. Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus. Cic. pro Milo. Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile quàm uoluntas ergà nos, sensusq; ciuium. Idem tertio de Orat. Nihil est tam tenerum, tam flexibile, neq; quod tam facilè sequatur quocũque ducas, quàm oratio. ¶ Flexibilis ætas per translationem, pro molli, & tenera, quæq; facilè flecti potest: in quam cunque partem. Cicer. ad Brutum. Videtur enim in ea esse bona indoles, sed flexibilis ætas, multiq; ad depranandum parati.

Flexĭlis, le, pen. cor. Quòd facilè flecti potest. λυγώδης, λυγιστός. [Ital Pieghevole. Gal. Facile à flechir. Hisp. Lo que se puede doblegar. Ger. Biegig.] Plin lib. 11. ca. 37. Sed quibus ceruix è mollis, uertebratisq; orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum articulorum nodis iungitur Ibidem. Hẽ omnium auriculæ, ad nares quæ modicum eminent flexili mollitia. Coronæ flexile, Ouid. 1. Metam.

Flexŭosus, a, um, Quod uarios, uel multos habet flexus: καμπύλος, ἐπικαμπὴς. [Ital. Intorchiato, torto in giro. Galli. Tortu, qui va en tornoyant. Hisp. Doblegable, doblegado, plegado. Ger. Vol krümben, oder rens den.] ut, Flexuosa ustis, Cato de Re ruſt. cap. 31. Plin. li. 9 ca. 2 o. Hæc omnia flexuoso corporum impulsu iam mari ueruntur, ut serpentes terra. Flexuosus uolatus hirundini. Plin. lib. 10. cap. 29 Cic. de Nat. deo. de auditu loquens, Flexuosum iter habet. nequid intrare possit, si simplex & directum pateret. Plin lib. 11. ca. 37. Hominiq; flexuosissimis orbibus.

Flexuosè, aduerb. καμπύλως, ἐπικαμπῶς. [Ita. Tortamente. Gal. Tortuement, en flechissant. Hispa. Doblegablemente. Ger. In die krümbe.] Plin. lib. 18. cap 31. Si flexuosè uoliterit flamma.

Flexanima oratio, Dicitur quę animũ flectere possit. ψυχαγωγός. Ci. 2. de Orat. Sed tantam uim habet illa quæ recte à bono Poeta dicta est flexanima, atq; omnium regina rerũ, oratio, ut non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare: sed etiam aduersantem & repugnantem, ut imperator bonus ac fortis, capere possit.

Flexŏmĭnes, Equites Romani erant, à flectendis equis dicti: Plin. lib. 33. cap. 2 Quineriam ipsum Equitum nomen sæpe uariatum est: in his quoq; qui ad equitatum trahebantur: celeres sub Romulo, Regibusq; appellati sunt. deinde flexumines: postea trosuli, quum oppidum in Tuscis citra Volsinios passuũ 1 X. M. fine ullo pedestrum adiumẽto cepissent.

Flexūra, f. p. Flexus, curuatio. γύρωσις, καμπή, λύγισμα. [Ital. Tortura, piega. Gall. Ployement, flechissure, courbement. Hisp Plegadura. Ger. Ein biegung, krumb.] Col. lib. 5. ca. 5. Proxima deinde putatione, meum existimat Celsus ferro abstineri ipsosq; colles in modum coronæ contortos arbori circundari, ut flexura materias profundat.

Flexĭlŏquus, m. f. λοξὸς καὶ ἀμφίλογος. Qui ambigua, & obscura loquitur. Cic. 2. de Diui. Tuis enim oraculis Chrysippus totũ uolumen implesti, partim falsis, (ut ego opinor) partim casu ueris, ut fit in omni oratione sæpissimè: partim flexiloquis, & obscuris, ut interpres egeat interprete.

Flexipes, dis, com. r. ἕλικας, qui flexos pedes habet. Vnde flexipeda hedera ab aliis poetis dicitur, q Vergi. errãtè uocat.

Flegmina,

Flegmina, ſiue ut alii ſcribunt, Flemina, dicuntur à Feſto, quum ex labore uiæ ſanguis effluit circa talum. Plaut. in Epid. dum te ſequor, Præ laſſitudine inuaſerũt miſerum in genua flegmina.

Fleo, fles, fleui, fletũ, n. ſ. Lachrymas emitto. *Δακρύω, κλαίω* [Ital. Lagrimare, piagnere. Gal. Pleurer ou ploorer. Hiſ. Llorar echando lagrimas. Ger. Vueynen, grynen.] Ouid. 2. de Reme. amoris, Vt flerent, oculos erudiere ſuos. Idem in Ibin. Non patitur miſeri funera flere uiri. Cic. 5. Verr. Flebat uterq; non de ſuo ſupplicio, ſed patrẽ de filii morte, de patris filius.

Fletur, imperſonale. Terent. in Andr. In ignem poſita eſt, fletur. Silius lib. 5. Longo æuo flebitur. Compoſitum eſt Defleo, quod eſt flendo deploro. *κατακλαίρω*. Cic. lib. 1. Tuſc. Non exercitu amiſſo nudus in ſeruorum ferrum & manus incidiſſet, non liberi defleti, non fortunæ omnes à victoribus poſſiderentur.

Flens, particip. *κλαίων, δακρύων*. [Ital. Chi piange. Gal. Qui pleure, pleurant. Hiſ. El que llora. Ger. Vueynend.] Ouid. 1. Triſt. Vxor amans flentem, flens acrius ipſa tenebat. ¶ Fletus. Ouid. 4. Triſt. Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum Ipſe fui.

Flens, aliud participium, Quem multis lachrymis proſequimur. *ὀλοδακρυμένος*. Virg. 6. Aen. Hic multum fleti ad ſuperos, bellóq; caduci. Id eſt nobiles & conſpicui, quorum mortem magna lamentatio ſequitur.

Fletus, ſubſtant. n. ſ. *δάκρυον, κλαυθμός*. [Ital. Pianto, ramarico. Gal. Pleur, pleurement. Hiſp. Lloro, obra de llorar cõ lacrimas Ger. Vueynung.] Cic. ad Terẽtiam, li. 14. Id quod ego maximo cum fletu legi. Idem pro Roſc. Amer. Quod Amerinis uſque eo inſitum eſt indignum, ut urbe tota fletus, gemitusq; fierent. Quint. lib. 5. cap. 11. An uerò me de incommodis uitæ differentem non adiuuabit earum perſona ſo nationum quæ fletibus natos, lætitia defunctos proſequuntur?

Flebilis, le, om. t. Quod dignũ eſt ut deflearur. *πολυδακρὺ, δακρυώδης*. [Ita. Pieno di pianto, ò degno d'eſſer pianto, & lamentato. Gal. Plein de pleurs, qu'on doit pleurer, ou qui incite à pleurer. Hiſ. Coſa digna de ſer llorada. Ger. Beweynlich, wirdig zůbeweynen, klåglich.] Horat. li. 1. Carm. Multis ille quidem flebilis occidit, Nulli flebilior, quàm tibi Virgil. Cic. 11. Philip. Ponite ante oculos P. C. miſeram quidem illam, & flebilem ſpeciem, ſed ad incitandos animos noſtros neceſſariam.

Flebiliter, aduerbium. Cum fletu. *θρηνητικῶς, πενθικῶς*. [Ital. Piangendo, dolentemente. Gal. En pleurant, triſtemẽt. Hiſp. Llorando y gemiendo. Ger. Beweynlichen, Mit klagen und weynen.] Cic. 2. Tuſc. Vide quàm flebiliter reſpõdent. Liu. 1 ab Vrbe, Soluit crines, & flebiliter nomine ſpõſum mortuum appellat.

Figo, gis, xi, ctum, act. 3. Antiquiſſimi uſi ſunt pro percutio. *πλήσσω*. [Ital. Percutere. Gal. Frapper, donner coups. Hiſpa. Herir. Ger. Schlagen, Streych geben.] Liui. Andron. in Aegiſtho, ut citat Nonius, Ipſe ſe in terram ſaucius fligit cadens. ¶ Huius compoſita ſunt, Affligo, Conſligo, Infligo, & Profligo. Quorum ſignificationes uide ſuis locis.

Flictus, uerbale, m. q. Idem ſignificans quod ictus. *ἀράγμὸς, πλαγή* [Ital. Ferita. Gal. Coup, frappement. Hiſp. Herida. Ger. Ein Streych.] Silius lib. 1. galea horrida flictu Aduerſa ardeſcit galeæ. Virg. 9. Aen. Dant ſonitum galeæ flictu: pugna aſpera ſurgit. Quo in loco Seruius putat dictum eſſe flictu pro afflictu, per aphæreſin.

Flo, as, aui, atum, n. p. Spiro. *πνέω* [Ita. Spirare, ſoffiare. Gal. Souffler. Hiſp. Soplar, reſpirar. Ger. Blaſen.] Plin. lib. 17. cap. 24. Hinc enim ſi flauerit circa brumam, exurit frigore uſtaciens. Cæſar 5. bell. Gal. Quòd Corus uentus nauigationem impediebat, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare conſueuit. Cic. Attl. lib. 7. Bellè nobis flauit ab Epiro leuiſſimus Auſter. ¶ Flare ſimul & ſorbere, prouerbiali metaphora dicitur pro eo quod eſt, duabus rebus diuerſiſſimis naturaq; diſiunctis, eodem tempore operam dare. Plaut. Moſtel. Simul flare, ſorbereq; haud factu facile eſt: ego hìc eſſe, & illìc simul haud potni. ¶ Aliquando flare, ſignare eſt: quòd æs ſiue argentum flando, hoc eſt flatu calefaciendo, ſignetur, *χωνεύω*. Hinc flatum æs, & flata pecunia dicitur. ¶ Huius compoſita ſunt, Afflo, quod eſt ad aliquid ſpiro. Cicer. in Catone, Quum admiraretur Lyſander & procerit ates arborum & directos ſo quincuncem ordines, humum tubaſtam atq; puram, & ſuauitatem odorum qui afflarentur à floribus. Per translationem Lactant. lib. 7. Non uidiſſe, nec comprehendiſſe philoſophos ueritatem, ſed ita leuiter odoratos, ut tamẽ unde odor ille ſapientiæ tam ſuauis, tam iucundus afflauerit, nullo modo ſenſerint, id eſt, aduenerit, uel aſperſus ſit. Verg. 1. Aen. nàq; ipſa decorã Cæſariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ Purpureum, & lætos oculis afflarat honores, id eſt affiando dederat. Diffio, flatu diſpergo, diſturbo. Plau. in Milite, Cuius tu legiones diffluiſti ſpiritu. Luc. lib. 16. Pars diffiatur uento, pars autem obrigeſcit frigore: Deflo, deorſum uel ualde flo, *κατακωνεύω*. Varro, Vas fictile, eò quod eſt leniſſimũ ad ſummum deflatum, ut traiiciant in alia uaſa. Inflo, turgefacio, quales ſunt utres uento diſtẽti, *ἐμπνευματόω*. In æ flare calamos uel tibias, eſt calamis uel tibiis canere: quia huiuſmodi inſtrumenta ſonũ non edunt niſi flatu expreſſum. Verg. 6. Eclog. Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus. Per metaphoram inflari accipitur pro ſuperbire, & arrogantia turgeſcere. Cic. li. 1. Tuſc. quæſt. Sic igitur inflatus, & tumens animus in uitio eſt: ſapiens autem animus ſemper uacat uitio, nunquam turgeſcit, nunquã tumet. Inflatio, *ἐμπνευμάτωσις*: Perflare, flando percurrere, flatu implere, uel commouere, *διαπνέω, διαφυσάω*. Ver. 1. Aeneid. & terras turbine perflãt. ¶ Reflo, cõtra ſpiro, *ἀντιφυσάω*, Cic. 2. Tuſc. Sin autem reflantibus uentis reiiciemur, tum eodem paulò tardius referamur neceſſe eſt. Idem lib. 1. Off. Nam quum proſpero flatu eius utimur, ad exitus prouehitur optatos: & quum reflauerit, affligimur. ¶ Sufflare, idẽ quod flare, ſeu flando turgefacere, *πνευματόω*. Nonius, Sufflatum dicitur tumidum, & quaſi uẽto quodam latius factum. A uerbo ſufflo fiunt alia duo compoſita, Inſufflo, & Exſufflo, quæ uide ſuis locis.

Flãtus, us, m. q. Spiritus, uentus, flamen. *πνοή*. [Ital. Fiato, ſoffio di uento. Gal. Souffiement. Hiſ. Obra de ſoplar, uiento. Ger. Ein blaaſt.] Cic. in Arato, Aram quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri. Et paulo pòſt, Aeſtiferos ualidis erumpit flatibus ignes. Idem 1. Offic. Quum proſpero flatu indicium utimur.

Flãmen, minis, neutri generis. Flatus dicitur, à flo flas, *πνεῦμα*. [Ital. Soffiamento. Gal. Souffiement. Hiſp. Obra de ſoplar, ſoplo. Ger. Ein blaaſt oder wind.] Horat. cur Berecynthiæ Cessant flamina tibiæ? Virg. 10. Aen. ceu flamina prima Quum deprenſa fremunt ſyluis, & cæca uolutant Murmura, uenturos nautis prodentia uentos.

Flãbilis, le, *ῥητὸς, πνευστὸς*. [Itali. Che ſi puo ſoffiare. Galli. Soufflable, qu'on peut ſouffler. Hiſ. Coſa que ſe ſopla ò pue de ſoplarſe. Ger. Blåſtig, lufftig.] Cic. 1. Tuſc. Nihilne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum? Flabile dixit pro aëreo.

Flabrum, bri, uel potius Flabra, orum, pluraliter tantùm (ut Seruius docet) à uerbo Flo, as: ſunt flatus, uel flamina uentorum m. *πνεῦμα, πνεῦμα*. [Ital. Soffio da uenti. Gal. Eſuentement, eſuentoir, ſouffiement. Hiſpa. El ſoplo ò uiento. Ger. Blaſt.] Propert. lib. 2. Neq; hic Boreæ flabra neq; arma timet, id eſt flatus. Virg. 2. Georg. Ergo, non hyemes illam, nõ flabra nec imbres Conuellunt.

Flabellum, li, diminut. & accipitur pro inſtrumento quo fit uentilatio per æſtatem ad refrigerandum corpus *θριακίδιον*. [Ital. Suentolo, paramoſche Gal. Eſuentoir, dequoy on s'eſuente par temps de chaleur. Hiſ. El moſcadero Ger. Ein wadel mit dem man ein lufft macher ſo einem heiß iſt.] Terent. in Eunu. Heus, inquit, Dore, cape hoc flabellũ, & uentulum huic ſic facito, dum lauamur. Ouidius de Arte amandi, profic it & tenui uentos mouiſſe flabello. ¶ Flabellum ſeditionis, per translationem. Cicero pro Flacco, Cuius lingua quaſi flabello ſeditionis, illa tum eſt egentiũ concio uentilata.

Flabelifer, aliter. *ἀνιδιοφόρος*. [Ita. Chi porta uẽtolo. Gal. Qui porte l'eſuentoir. Hiſp. El que trae el moſcadero. Ger. Vuadel trager.] Plaut. Trinum. flabelliferæ, ſcandaligerulæ, Cantrices, citharistriæ, nuntij, renuntij.

Flãtor, oris, m. t. Ab antiquis dicebatur quem nos tibicinem uocamus: ab inflatu tibiarum deducta appellatione. Autor Feſtus. *αὐλητής*. [Ita Trombetta. Gal. Trompete. Hiſpani. Trompeta. Ger. Ein blåſer, Trommeter.

Floces, uini, Vuſtum pergamena: hoc eſt fex uini ex uina-

e is expreſſe: ſicut faces oliuarum. γ' μφελ r. [Itali. Feccia di uino. Gal. Lie de uin. Hiſpan. Hezes del uino. Germanic. Treſterwyn.] Gellius lib. 11. c. 7. Item faces audierat priſca uoce ſignificare uini faecem è uinaceis expreſſam, ſicuti faces ex oleis. Cæcil. Aedepol ego neq; floremneq; faces uolo mihi, uinum uolo. Gel. lib. Apludam edit, & faces ebibit. Vox eſt obſoleta.

Floccus, flocci, Lanarum particula diuiſa à uelleribus inuoluntariè euolans. πρωΐς. [Ital. Fiocco di lana ò d'altro Gallic. Vn lopin ou floquet de laine qui vole en l'air ou ſe attache quelq; part Hiſpan. Flueco como de panno ò coſa ſemejante. Germ. Vnolliſch el, Kleine fäzle die von der wollen ſtieben] Varro, Diligentiores tegeticulis ſubiectis ouem tondere uolunt, ne qui flocci interirent. ¶ In uestibus item flocci dicuntur lanæ particulæ eminentiores, quæ filum tegũt. Vnde Celſus ſignum mortiferi morbi eſſe ſcribit, ſi quis in febre & acuto morbo manibus in ueſte floccos legit (quod Græci πρωΐς ἅπτεσθαι ſeu appellant) ſimbriaſue deducit. Plin. lib. 10. cap. 13. Hirundines nidum mollibus plumis floccisq; cõ ſtruunt. ¶ Et quia floccus res eſt nullius pretii, factũ eſt ut dicamus Floccifacio, & Floccipẽdo, pro contẽno, & in nulla æſtimatione habeo. περὶ βλίτου κεφαλῆς. Plaut. in Epid. Dum tibi ego placeam, atq; obſequar, meum tergum floccifacio. Terent. in Eunuch. Inuidere omnes mihi, mordere clã culumq; ego non flocci pendere. Idem autẽ ſignificant Floccifacere, de aliquem, & non facere flocci, diuiſa compoſitione. Cicer. ad Attic. lib. 4. Totam deniq; Rempub. flocci non facere. Idem ad eundem, lib. 11. Hoc ipſum quantum acceperit, prorſus auco ſcrire nec tamen floccifacio.

Floccŭlus, diminutiuum. τὸ πρωΐδιον. [Itali. Picciolo fiocco. Gal. Vn loninet ou floquet. Hiſpan. Pequenno flueco. Germ. Vnolfiẽchlein.] Plinius 16. cap. 7. Naſcuntur in robore pilulæ nucibus non abſimiles, intus habentes floccules molles, lucernarum luminibus aptos: nam & ſine oleo flagrant.

Flomus, id eſt φλόμος. Eoule ſilueſtre cognomen apud Dioſco. lib. 1. Dictum Helenium.

Florus, Authus uocata auis apud Aelian.

Flos, floris, m. t. A Græco nomine φλόξ, ut quidam putant, quia emicat, ſcintillatq; ut flamma. ἄνθος. [Italic. Fiore. Gal. Fleur. Hiſpan. Flor. Germani. Ein Blũm oder blũſt.] Plinius libro undecimo, capite decimo, Flos arboribus ſuauitate incomparabili. Ouidius nono Metamorphoſeon, Nayades hoc pomis, & odore flore repertum Sacrauunt. Virgil. 4. Aeneid. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. ¶ Per translationem accipitur pro ornamento, ſiue decore. Cicer. 2. Philippic. Nobilitatis, ac flos iuuentutis. Plautus in Cas. In tempeſtate flos Poetarum fuit, id eſt, excellentiſſimus inter poetas. Flos ætatis, id eſt, uigor, ſiue integra ætas, qualis eſt in qui iam iuſtum incrementum ſunt adepti. ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. Cicero quarta Philipp. Gratia non uirtute, ſed ætatis flore collecta. Flos iuuentæ, apud Virgil. 5. Aeneid. Et primo flore iuuentæ. ¶ Nonnunquam etiam pro uirginitate. Catul. in Epithalamio, Sic uirgo dum caſta manet, tam chara ſuis: ſed Quum caſtum amiſit polluto corpore florem, Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis. ¶ Flos uini, dicitur exigua quædam quaſi ſpuma quæ uino in doliis ſupernatare ſolet in modum pollinis farinæ, eodem ferè tempore quum in uitibus florent futuri racemi. Plin. lib. 14. cap. 11. Flos uini candidus probatur, rubens triſte ſignum eſt, ſi non is uini color ſit. Aliquando etiam flos uini accipitur pro uini odore. Plaut. in Core. Flos ueteris uini naribus meis obiectus eſt. ¶ Flos æris, eſt portio æris tenuiſſima quæ ab ære expuitur, quum frigida affuſa extinguitur. χαλκὸς ἄνθος. Solet autem inueniri in fundo naſorum inſtar granorum milii, colore æris rubri. Eſt autem hoc omnino diuerſum à chalcanto. Vide Galenum lib. 9. de Facul. ſimplicium medicament. Flos ſalis, portio ſalis leuiſſima & candidiſſima, ſtamillæ ritu efflorescens. ἅλες, ἄνθος. Hoc præterea nomine ab antiquis dicebatur res à ſuperiori diuerſiſſima, humidioris q; naturæ, & coloris croceo, & ſalis quaſi quædam rubigo, odore quoq; ingrato, cognati inueniuntur in Aegypto, Nilo fluuio & fontibus quibuſdam innatans. Naturam habet aſperam, excalfactoriam & ſtomacho inutilem. Vide Plinium lib. 31. cap. 7. & Dioſcoridem lib 5 cap. 83.

Flŏſcŭlus, diminutiũ. ἀνθύλιον, μικρὸν τὸ λεπτὸν ἄνθος. [Ital. Fior picciolo. Gal. Vne fleurette ou petite fleur. Hiſp. Pequenno flor. Germ. Blũmlein, Blũmlein] Cic. 2. Offic. Facta omnia celeriter tanquam floſculi deriuant.

Flŏrĕus, a, um, Quod eſt ex floribus. ἀνθινος. [Italic. Coſa che ſia di fiore. Gallic. De fleurs. Hiſpan. Coſa florida. Ger. Von blũmen gemacht.] ut, Florea corona. Plautus in Menech. Non ego te modò hic ante ædes cum corona florea Vidiſtare? Martialis, Et cingant floreæ ſerta caput.

Flŏrĭdus, a, um, Quod floribus abundat, ſiue quod ex floribus confectum eſt. ἀνθώδης. [Ital. Di fiori. Gal. Floriſſant, plein de fleurs. Hiſpan. Coſa florida, ò florecida. Germa. Blũmẽ Voll blũſt, oder blũmen.] Tibul. lib. 1. Eleg. 2. quum poſſi florida ſerta dare. Floridus homo. Cic. de Claris oratori. At eſt floridior, ut ita dicã, quàm Hyperides, quàm Lyſias. Floridus color. Plinius libro 35. cap. 6. Sunt aut colores auſteri, aut floridi.

Floridulus, diminutiuum: ἀνθηρὸς μόνον, us, Ore floridulo nitens, Catullus in Epithalamio Iuliæ.

Floriger, & floriſer, m. t. ferens flores. ἀνθοφόρος. [Ital. Che produce fiori. Gal. Portant fleurs. Hiſpanic. Coſa que trae flores. Germ. Der blũmen oder blũſt treget] ut, Saltus floriferi, apud Lucret. lib. 5.

Flōrĭlĕgus, a, um, Qui flores legit: uel qui aliquid ex floribus colligit. ἀνθολόγος. [Ital. Che raguna fiori. Gall. Cueillant fleurs. Hiſp. El que coge flores. Ger. Das blũmen abbricht, oder aus den blũmen zuſammen lieſt.] ut, Apes florilegæ. Ouid. 15. Metam. Florilegæ naſcuntur apes.

Florulentus, Floribus plenus. ἀνθηρὸς. [Ital. Pieno di fiori. Gal. Plein de fleurs. Hiſpan. Lleno de flores. Ger. Voll blũſt oder blũmen.]

Flŏrĕo, res, rui, neutr. [Eſt floridum eſſe, ſeu flores producere. ἀνθῶ.] Ital. Fiorire. Gal. Fleurir, eſtre en fleur. Hiſpan. Florecer. Germ. Blũen, Grũnen] Cicer. 1. Tuſcul. Segetes hirgi fruges, florere omnes, fontes ſcatere. Plin. libr. 19. capit. 6. Florent uerò cum fraxino ſerpillum, abrotonum, &c. ¶ Per translationem, eſt uigere, aut in aliqua proſperitate eſſe, ſiue excellere. ἀκμάζειν, ἐνθαλλεύειν. Cicer. in Lat. Magnæ Græciæ quæ nunc quidem deleta eſt, tum florebat inſtitutis & præceptis. Lactan. lib. 6. Inuiſitatæ Deum naſcientes, & diuitiis, & potentia, & honoribus florent. Cic. 11. Philip. Nihil enim ſemper floret: ætas ſuccedit ætati, &c. Ouid. Nos quoq; floruimus, ſed flos fuit ille caducus. Floreſtiſſima fortuna. Cicer. ad Attic. lib. 10. Idem 1. de Legibus, Qua nihil à diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præſtabilius hominum uitæ datum eſt. Huius compoſita ſunt Defloreo. Efloreo, & Reflloreo, de quibus ſuis locis. Eſt & floro, floras. ἀνθίζω. Vnde & Præflore, ἀπανθίζω. Gellius, Et expectatæ ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futuri gaudii fructum ſperati bi iam præflorsrit.

Flōrĕſco, is, re, n. t. Eſt floridum fieri, ἀνθίζω, [Ital. Deuenir fiorido. Gal. Deuenir fleori, fleurir. Hiſp. Floreſcer. Germani. Jn blũſt kommen. Anfahen blũen.] Colum. lib. 5. Ventis nebulam & rorem peſtiferum celeriter aſſiccãt, multumq; ad floreſcendum & ad benitatem uini conferunt. Varro li. 1. de Re ruſt. Pratum aqua defẽdi debet antè quàm floreſcere incipiat. ¶ Per metaphoram pro augeri ſiue creſcere. αὐξάνεσθαι, ἀκμάζειν. Cicero pro Marcello, At uerò hæc tua iuſtitia, & lenitas animi floreſcet quotidie magis, ita ut quãtum operibus tuis diuturnitas derahet, tantum afferat laudibus. Cicero pro Cælio, Nolite iudices hunc nunc primũ floreſcentem firmata iam ſtirpe uirtutis, tanquam turbine aliquo, aut ſubita tempeſtate peruertere.

Florifertum, dies erat feſtus apud Romanos, ita dictus quòd eo die ſpicæ ad ſacrificium ferebantur. Feſtus. ἀνθεσφορία.

Flocluare, Fluctuoſus, Fluctus, Fluito, Flumen. Vide Fluo.

Flŏo, fluis, fluxi, fluxum, neut. tertiæ coniugationis, Proprie decurro. ῥέω ῥύω. [Italic. Correre, ſcorrere. Galli. Couler, fluer. Hiſpanic. Correr la coſa liquida. Germanic. Flieſſen, Rũnen] Virgil. lib. 1. Georg. Hæc eadem argenti riuos, æriſq; metalla Oſtendit uenis, atq; auro plurima fluxit. Cicero 1. de Diuinat. Fluminaq; in contrarias partes fluxerint. Idem 5. Verr. Chryſas eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit. ¶ Quoniam uerò ea quæ fluunt, latius diffundi uidẽtur, fluere quandoq; capitur pro latius atq; uberius excreſcere. Virgilius ſecundo libro Georgicorum, tum denique

dum. Exerce imperia, & ramos compesce fluentes. ¶ Rursus, quia quæ decurrunt, quodammodo minui uidentur, fluere pro deficere sumitur. Virgil. 2. Aeneid. Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri Spes Danaûm. Hinc fluxa dicimus quæ instabilia, ac momentanea sunt, & citò peritura. ¶ Ité procedere, nasci. Lactan. lib. 2. Ab hac gente proximi quiq; populi multitudine increscente fluxerunt. ¶ Huius composita sunt Affluo, Confluo, Defluo. de quibus suprà, Circumfluo, περιῤῥέω. ¶ Diffluo, uariè fluo, καταῤῥέω. Lactan. lib. 7. Nam si terrenum & fragile corpus, post secessum animæ non statim diffluit in terram, tabescitq; ex quo illa origo est. Per trãslationem luxurior, corrumpor, σκελύομαι, φθάρομαι. Terent. in Heaut. Vt illius animum qui nunc luxuria & lasciuia diffluit, retundam, & redigam. ¶ Influo, de quo suo loco. ¶ Interfluo, in medio fluo, μεσορέω. ¶ Perfluo, Transfluo, per medium fluo, non contrecto, διαῤῥέω. Terentius in Eunucho, Plenus rimarum sum, hac atq; illac perfluo. ¶ Profluo, de quo alibi. ¶ Præfluo, antè fluo, προῤῥέω, uel præterfluo. Plinius libro quarto, capite 7. Præfluente Alpheo amne. Idem lib. 7. cap. 21. Et parte ex ea in Mesopotamiam uadit per ipsam Seleuciam, circa eam perfluenti infusus Tigri. ¶ Præterfluo, fluendo pretereo, uel antè fluo, παῤῥέω. Liu. lib. 1. Infima ualle præterfluit Tiberis. Quintilianus per translationem, libro primo, Omnis disciplinæ memoria constat, frustrà; docemur, si quicquid audimus præterfluat. ¶ Refluo, retrò siue rursus fluuo, ἀναῤῥέω. Vnde fluxus, & refluxus, pro accessu & recessu aquæ in Oceani æstuariis. ¶ Superfluo, superabundo, ὑπερῥέω, A quo superfluus, a, um. Colum. lib. 4. Per medullam transmittit quicquid aquarum cælestiũ superfluit. ¶ Subterfluo, Inferiùs fluo, ὑποῤῥέω.

Fluentum, ti, n. s. Paruũ flumen, siue decursus aquæ ῥεῦμα. [Ital. Fiumicello, torrente. Gall. Cours d'eau, petite riuiere ou ruisseau d'eau. Hispan. El rio ò el corriente del agua. Ger. Ein fluß, waſſer runſt.] Virgil. 4. Aeneid. Qualis, ubi hyberna Lyciam, Xanthiq; fluenta Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo.

Fluentisonus, a, um. ῥέοντι καὶ κύματι ἀντίτυπος. [Ital. Che fa gran strepito. Gal. Qui par abordement d'eau rend grand bruit. Hispa. Cosa que suena con aquel chorro. Germ. Das von dem fluß tönet.] at, Littus fluentisonum, apud Catullum in Argo νυμφαγωγὸν, χύνυ βρίμασιν ἀντιπλῆξ κύτη.

Fluescere, καταῤῥέω, est fluidum fieri, resolui. Augustinus libro uigesimo primo, de Ciuitate Dei, Agrigentinum Siciliæ salem perhibent cum fuerit admotus igni uelut in aqua fluescere.

Fluctus, us, ui, m. q. Moles aquæ ui uenti concitatæ, quæ uulgò Vnda dici solet. κῦμα. [Ital. Onda. Gall. Le flot. Hispan. La onda dela mar ò dela agua. Germ. Ein wällen deß waſſers.] Cic. 6. Verr. Qui fluctus totus operiretur, nisi munitione, ac mole lapidum in mari diiunctus esset. ¶ Fluctus, pro imperio. Cic. ad Attic. lib. 7. Fluctum enim totius barbariæ una ferre urbs non poterat. ¶ Fluctus fortunæ. Plin. libr. 7. cap. 17. Quos uita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.

Fluctifragus, ga, gum. κυματορρήκτης. [Ital. Che rompe le onde. Gal. Le bord de la mer qui rõpt l'impetuosité des flots. Hisp. Que quiebra las ondas. Ger. Das die wällen deß waſſers zerſchlecht.] ut, Littus fluctifragum, hoc est, fluctus ipsos frangens, κυματωγὲς. Lucret. Denique fluctifrago suspẽsa in littore uestes.

Fluctiuagus, ga, gum, Quod fluctibus uagatur, aut agitatur. κυτοπόρος. [Ital. Cosa che va uagando per l'onde. Galli. Qui uague par les ondes & par la mer. Hisp. Cosa que anda por las ondas. Germ. Das in den wällen hin und hár fare, Oder, das von den wällen hin und wider getriben wirt.] Vnde Nautæ fluctiuagi, & Vnda fluctiuaga appellatur à Plinio.

Fluctuo, as, a p. Propriè est fluctibus agitari. κυμαίνειν, κυματίζεσθαι. [Ital. Ondeggiare. Gallic. Faire uagues & ondes, flotter sur l'eau. Hisp. Ondear ò hazer ondas en la mar. Ger. Schwancken, wällen gäben.] Plaut. in Rud. Atq; ut nũc uiridè fluctuat mare, nulla nobis spes est. Cic. 7. Verr. Quadriremem; in salo fluctuantem reliquerat. ¶ Per metaphoram etiam transumitur pro iactari, dubitare, & diuersis cogitationum quasi fluctibus, & uelut marino quodam æstu agitari. Virg. 8. Aen. magno curarũ fluctuat æstu. Liu. 3. bell. Mace. Ephesi regẽ est consecutus, fluctuantẽ adhuc animo, incertumq; de Romano bello. ¶ Pro eodem etiam legitur fluctuor deponens. Liu. 3. bell. Mac. Fluctuantur incerti animi Curti, Fluctuari animo Rex, & modò sibi, modò Parmenionis consilium expendere. ¶ Accipitur etiam nonnunquam fluctuare pro fluitare & supernatare. Plin. lib. 36. c. 17. Lapidem è Scyro insula integrum fluctuare tradunt, eundem commixtum mergi.

Fluctuatus, a, um. s. participium. κυμαινθείς, κυματισθείς, σκελυνθείς. [Ital. Trauagliato dalle onde. Gallic. Leué & agité du flot. Hisp. Ondeado, echado por las ondas. Ger. Gefetzt man eſet. Von den wällen getriben.] Plin. lib. 9. c. 12. Delos dicta fluctuata, ut proditur, sola motum terræ non sensit. Idem libr. 9. cap. 8. Et sopitus (ut apparuit) odoris nouitate, fluctuatusq; similis exanimi, caruit hominum conuersatione.

Fluctuatio, uerbale, t. κυμανσις, ῥοῖλη. [Ital. Ondeggiamento, dubbietà, incertezza. Gal. Flottement, agitation du flot ça & là, doubte, incertitude. Hisp. Aquella obra de hazer ondas, duda. Ger. Schwanckung, Schwäbung.] ut, Fluctuatio stomachi. Plin. lib. 20. c. 2. Validius contra fluctuationes stomachi sistit, & uentris. ¶ Fluctuatio animorum. Liu. 9. ab Vrbe, In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse.

Fluctuosus, undosus, procellosus, inquietus. κυματώδης. [Ital. Procelloso, tempestoso. Gall. Plein d'ondes & de uagues. Hisp. Lleno de ondas, ondoso. Ger. Vnd wällechtig. Vngestümm.] ut, Mare fluctuosum. Gemmæ fluctuosæ, quæ maculas habent fluctuum quandam similitudinem referentes. Plin. lib. 37. c. 7. Si sunt fluctuosi & rerum imagines complexi, ut uerbi gratia, papauerum, aut anium, pinnarumq;, uel catulorum, & similium. Loquitur de smaragdis.

Fluctuatim, aduerbium, Iactanter, solutè. κύματος δίκην, κυματωδῶς. [Ital. Ondeggiando, con iattantia. Gall. En maniere de flot, orgueilleusement. Hisp. En guisa de ondas, vanagloriosamente. Ger. Vngestümmiglich, wie ein wällen.] Afranius, Volo fluctuatim ire ad illum. Nonius.

Fluxus, a, um. Quod fluit. ῥευστὸς. [Ital. Che scorre, che passa tosto. Gal. Qui acoule, qui est de petite durée & passe legerement. Hisp. Lo liquido que corre. Ger. Flüſſig, oder fließig.] Plin. lib. 9. cap. 18. Quoniam quum fortificare, fluxos habent succos. ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est instabile momentaneum, & citò periturum. ὀλιγοχρόνιον. tracta est metaphora ab aqua fluuiali, quæ nunquam in eodem loco consistit, sed citò præterfluit. Virgil. lib. 10. Aeneid. Nosne tibi fluxas Phrygiæ res uertere fundo Conamur? Sall. in Catil. Nam diuitiarum & formæ gloria, fluxa & fragilis habetur. ¶ Aliquando capitur pro laxo, ac minimè astricto. Vnde Parthorum uestimenta fluxa fuisse Lucanus scribit, illic & laxas, & fluxa uirorum Velamenta uides. Sic Suetonius in Cæs. cap. 45. Fluxiore cinctura cingere tur. Et Virgil. 1. Aen. uestium sinus floccos dixit. Apuleius lib. 2. accepit passiuè, Fontanos, inquiens, lactices, de corporibus humanis fluxos. ¶ Et fluxi dicuntur remissi, soluti, libidinosi, molles, effœminati. Suetonius in Tiberio, Drusus animi fluxioris, remissioris; uitæ erat. Mart. Cinædo euiratior fluxo.

Fluxè, aduerbium, Idem quod affluenter, abundanter. ῥεωδῶς, ῥευστικῶς. [Ital. Abundantemente. Gal. En abondance, abondamment, largement. Hispan. Abundantemente.] Ger. Vberflüſſiglich.] Varro lib. 1. de Re rust. cap. 11. Et eò magis fluxè ex herbis quæ eadem ipsa sumpta, perpurgare corpora nostra solet.

Fluxio, uerbale, t. Actus ipse fluendi, uel profluuiũ. ῥεῦμα. [Ital. Flusso, scolamento. Gal. Flux, coulement. Hispan. Corrimiento delo liquido, fluxo. Germ. Fließung.] ut, Fluxio aquarũ, apud Cic. lib. 1. de Diu. & Fluxiones sanguinis, apud Plin. lib. 20. cap. 11.

Fluito, as, pen. corr. frequentatiuum. Sæpè, siue continuò fluo. ἐπιῤῥέω. [Ital. Sourente di continuo. Gall. Flotter, nager sur l'eau. Hisp. Correr continuamente lo liquido. Ger. Fleſſen eins fließens. Stätig fließen.] Lin. lib. 1. Tenet Luna, quũ fluitantem alcuum aquo[illegible] erant pueri, tenuis in sicco aqua de[illegible]. ¶ Nonnunquã etiam accipitur pro supernatare. ἐπινήχω, ἐπινεύω. Plin. Omnes pisces, quũ sunt extincti, fluitant, excepos anguillis. ¶ Aliquãdo fluitare est nutare, quod Terentius uocat labescere. Tacit. lib. 18. Va-

de primũ creditur Cecinæ fides fuit aſſe. Hor. 2. Serm. Sat. 3. In amore hæc ſunt mala, bellũ, Pax rurſum: hæc ſiquis tẽ peſtatis propè ritu Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet, acſi Inſanire paret certa ratione.

Fluidus, a, um, pen. corr. Modò liquidum & diffluentem ſignificat. ὑγρὸς. [Ital. Humido, liquido. Gal. Coulant, qui coule & gliſſe aiſément. Hiſ. Liquido, què corre aſſi como agua. Ger. Flüſſig.] Plin. lib. 9. cap. 30. Vnum hoc animal niſi oleum ferventi aqua coquatur, fluida carne non habet callum. ¶ Nonnunquam tranſſumitur pro languidus ſiue marcidus: unde Liu. lib. 4. bel. Macc. uocat corpora Gallorũ emollida & fluida.

Flũmen, nis, ne. t. Idem quod fluuius, hoc eſt aqua continuè decurrens, & perennis: & maior eſt quàm rivus. ποταμὸς. [Ital. Fiume. Gal. Vn fleuue, une riuiere. Hiſp. El rio. Ger. Ein waſſerfluſs, Fluſs.] Torrens contrà, qui æſtate ſiccatur. Horat. 2. Carm. Ode 6. Dulce pellitis ouibus Galeſi Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. Virg. 4. Geo. At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Senſit. ¶ Sed quando hoc nomen genitiuo iungitur, capitur pro fluxu, ſeu curſu ῥεῦμα. Plin. Ne flumini eius riui eſſet impedimẽto. ¶ Hinc flumentana porta Romæ, quam Tyberis urbem intrans, in ſiniſtra ripæ parte relinquit: ita dicta quòd pars Tyberis per eam partem, ubi nunc hæc porta ſita eſt, fluxiſſe creditur. Autor Feſtus. ¶ Magno flumini riuulum inducis. ποταμῷ μεγάλῳ ὀχετὸν ἐπάγεις. Id eſt, maximis rebus puſillum & inutile momentum addis.

Flumineus, nea, um, ut Aqua fluminea, quæ ex flumine eſt ποτάμιος. [Ital. Di fiume. Gal. De fleuue ou de riuiere. Hiſ. Coſa de rio. Ger. Von fluſs zůgehörig.] Ouid. 4 Faſt. Ne ſua fluminea corpora mergat aqua. Idem. 2. Metam. Flumineæ noluere mediò caluere Cayſtro.

Flumino ſus, a, um, Quod fluminibus abundat. ποταμώδης. [Ital. Pieno di fiumi. Gal. Plein de riuieres. Hiſp. Lleno de rio s. Ger. Voll fil fluſs hat.] ut, Regio fluminoſa, id eſt, fluminibus multis irrigua.

Fluuius, m. ſ quòd fluat ſemper, idẽ quod flumen. ποταμὸς. [Ital. Fiume. Gal. Vn fleuue, une riuiere. Hiſp. El rio. Ger. Ein fluſs.] Plaut in Cure. Quiſnam hic fluuius eſt quem non recipiat mare? Virg. 3 Geor. & acri Capere prata fugã. fluuiosq; innare rapaces. Horat. 4 Carm. Ode 12. Nec fluuii ſtrepunt Hyberna nive turgidi. ¶ Fluuius cum mari certat, ποταμὸς θαλάττῃ ἐρίζει. Vbi minimi cum maximis certamen ſuſcipiunt. Suidas. ¶ Fluuius non ſemper fert ſe cures. οὐκ ἀεὶ ποθαμὸς ἀξίνας φέρει. Non protinus tibi ſperes idem quod aliis feliciter ceſſit. Natum ab apologo Aeſopico: Cuidam ſyluam cædenti ſecuris è manibus excidit, Mercurius inuocatus reddidit argenteam. ¶ Iuxta fluuiũ puteum fodit, παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύττει. De ſtultam & inanem ſumẽte operam. Putei enim fodiuntur ob aquarum inopiam. ¶ Fluuios quæ procul abſunt irrigat, ποταμὸς τὰ πόῤῥω ποτίζων ἀλλ' ἄγγιον καλλέπει. id eſt Fluuius quæ longè diſſita ſunt irrigat: quæ proxima ſunt, præterit. De iis dici conueniet, qui benemerentur de externis & nihil ad ſe pertinentibus, ſuos negligunt. Apparet in doctum, quòd ubi fluuius oritur, minor eſſe ſolet, minuſq; argillæ ſecum trahens: & quo longius receſſit à fonte hoc eſt copioſior uberiorq. Diogenianus. ¶ Per fluuium traducere, διαβιβάζειν τὸν ποταμόν, dicebantur qui difficultatem explicabant rei quam ineruditiores aut inualidiores explicare non poterant. Translatum à torrentibus aut fluuiis profundioribus, quàm ut cuiuis tutum ſit traijcere. Plato lib. de leg. 10.

Fluuialis, le, Quod ex fluuio eſt. ποτάμιος. [Itali. Fluuiale, di fiume. Gal. De fleuue, de riuiere. Hiſp. Coſa de rio. Ger. Von aus dẽ fluſs iſt.] ut, Aqua fluuialis, & fluuialis lupus, hoc eſt, fluuiatilis, qui in fluuio uiuit. Colu. lib. 8. cap. 16. Virgil. 9. Aen. Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Idem 2. Georgic. Vimina per ſyluam, & ripis fluuialis arundo Caditur.

Fluuiatilis, le, pe cor. om. t. Idem quod fluuialis, quod in fluuio uiuit. ποτάμιος. ut, Piſcis fluuiatilis, fluuiatilis auis, fluuiatilis arena, quæ in fluuiis eſt. Plini. libr. 36. capit. 23. Arenæ tria ſunt genera, foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatilis, ac marina.

Fluuiaticus, m, ſ. Idem quod fluuiatilis. Colu. lib. 8. c. 15. Vbi deliteſcentibus fluuiaticis animalibus inſidientur.

Fluuiatus, a, um, In flumine maceratus. ὁ ἐν ποταμῷ βεβρεγμένος, ὁ ὑπὸ ὑδατόπλυτος. [Ital. Bagnato nel fiume. Gal. Trempé dans un fleuue. Hiſp. Moiado cinchrio. Germ. Im fluſs genetzt oder geweicht, Gewäſſeret.] Plin. lib. 16. cap. 19. Abietis quæ pars à terra fuit: enodis eſt: hæc quam dixi mus ratione decorticatur. Sic dicere poſſumus cannabem fluuiatam.

Fluus, a, um, quaſi fluens, ſed in compoſitione magis in uſu, ut melliſluus, μελλιῤῥύτος, quaſi fluens melle,

Flũſtrum, ſtri. [Ital. Bonaccia. Gal. Bonace, calme. Hiſp. Bonãça, calma. Germa. Stille deſs meers.] Status, & tranquillitas maris, quum fluctibus non agitatur: hanc Græci μαλακίαν uocant. Autor Feſtus.

Flũtæ, arum, f. p. Anguillæ, ſiue murænæ dicebãtur in freto Siculo, propterea quòd Sole torrefactæ, quum ſe curuare, aut mergere non poſſint, aquis ſuperfluant. πλῶτα. Macrob. lib. 3. cap. 17. Accerſebantur murænæ ad piſcinas noſtræ urbis abuſq; freto Siculo, quod Rhegium à Meſſana deſpicit. Græcè πλῶται uocantur. Latinæ flutæ, quòd in ſummo ſupernãtes, ſole torrefactæ, curuare ſe poſſe, & in aquam mergere deſinunt. Colum. lib. 8 c. 17. Item flutas, quæ maximè probantur, murænas, & ſiquæ ſunt ſaxatiles notæ, quarum pretia uigent.

Fluuialis, Fluuius, Fluxio, Fluxus, uide Fluo.

F ante O.

FO. In notis antiquorum, forum. FOR. fortè uel fortis, uel foras, uel fortuna. FOR. RED. fortuna reduci. FO S. V. P. XX. INV. MM. LDBLE. fode ſub ima pedes uiginti, inuenies momentum laudabile.

Fœcale, lis, pen. prod. n. t. Genus eſt ligaminis, & faſcia quædam collum ambiens, fauces à frigore defendens, & pronũciationi conducens. προσγναθίδιον, λάρυγγος σπαργάνιον. [Ital. Faſcia da inuilloppare la gola. Gal. Vn linge dequoy on enuelope la gorge. Hiſ. La beca que ſe rodea al collo. Ger. Ein binden in welche man den halſs verwicklet.] Dictum uocale à faucibus, au in o mutata, quod etiam cõtingit in uerbis ſuffoco, & præfoco. Senec. lib. 3. Nat. quæſt. Videbis quoſdam graciles, & palliolo, focalijs circumdatos pallentes & ægros. Quint. lib. 11 Palliolum, ſicut faſcias, quibus crura neſtiuntur, & focalia, & ligamina auriũ, ſola excuſare poteſt ualetudo. ¶ Sunt qui putent aliquando accipi pro ferramẽto quo criſpantur capilli, & à nomine Focus deriuari, eo q; primam corripi apud Horat. 2. Serm. Satyr. 3. ubi ſic legunt, eponas inſignia morbi Faſciolas, cubitale, focalia. Quo tamẽ in loco doctiſſimorum iudicio legi debet cubital. Quod autem attinet ad ſignificationem, nullo modo aſſentio iis qui hoc loco pro ferramento exponunt: nam quum Horat. numeret ibi faſcias, & cubital inter morbi inſignia: quo pacto hoc de ferramento poteſt intelligi quo capilli criſpantur, quum ægri ſoleant cultum omnem negligere? Itaq; ſiquis attentius hunc Horatii locum ſecum expẽdat, intelliget profectò in eadem ſignificatione accipi apud Horatium, in qua accipitur apud Quintil. loco iam citato, quum ait, faſcias & focalia, ſola ualetudine excuſari.

Fœcantus palmes dicitur qui ex fauce uitis, hoc eſt ex bifurco medius erũpit. Colu. lib. 4. c. 24. Vocatur etiã Focaneus palmes, qui ſolet in bifurco melius prorepere: & idcirco eum prædicto nocabulo ruſtici appellant, quòd inter duo brachia, quæ ſe diuidit uitis, enatus, uelut fauces obſidet, ac trium ſarmenti alimenta præripit.

Focillo, as, ãui. o. pr. ſignificat calefacere, recreare, reſtaurare. ἀναλαμβάνω. [Ital. Riſcaldare, riſtorare. Gall. Eſchaufer, refaire. recreer, conforter. Hiſp. Recrear, calentar. Ger. Erwãrmen, erquicken.] Plin. li. 3. Epi. 16. Focillata dixeram, inquit, nobis inuctoram me quamlibet duram ad mortem uiam, quando uos facilem negaſſeris. Suet. in Auguſto, cap. 16. Antonii ſocietatem ſemper dubiam, & incertam, uariiſq; recõciliationibus malè focillatam abrupit. ¶ Pro eodem etiam quandoq; legitur Focillor deponens: quod & Nonius annotauit, citans Varronis teſtimonium ex opere de uita pop. Rom. Propter ſecundas res ſublato metu, non in communi ſpectant, ſed ſuum quiſq, diuerſi, commodum focillatur, id eſt, fouet. ¶ Hinc componitur refocillo, quod eſt recreo. ¶ Focillationes, inquit Feſtus, à fouendo dicuntur, hoc eſt, à calefaciendo.

Focula, Foculus, uide Focus.

Focus,

Fōcus, ci, maſc. gen. ſecund. declin. à fouendo, dicitur id in quo ignis ſeruatur, ἐσχάρα. [Itali, Focolaro, guardafuoco. Galli. Le fouyer ou on garde le feu. Hiſpan. El hogar donde ſe haze huego. Germani. Ein Herdſtatt oder Feürſtatt.] Ouid. lib. ſexto Faſtorum, At focus à flammis, & quòd fouet omnia dictus. Idem, Ture vacent aræ, ſtentq; ſine igne foci. Tibul. Dum meus aſſiduo luceat igne focus. Cato de Re ruſt. Folia ſubdito in foco calido, ſub teſta coquito leuiter. ¶ Ponitur etiam quandoque pro priuatis domibus, ſicut ara pro templo. Plautus in Amphit. Conuenit, niſi uti ſint eo prælio, Vrbem, agrum, aras, focos, ſeque uti dederent.

Fōcŭlus, culi, diminutiuum, ἐσχάριον. [Ital. Focarcillo. Gall. Petit fouyer, reſchaut. Hiſpan. Pequenno hogar. Germ. Ein kleine Feürſtatt.] Gell. lib. 1. ca. 19. Tum iſi. Foculum coram Rege cum igni apposuit, & tres libros ex nouē decuſſit. Vale. li. 1. Quum carbonum quem optimum habebat, foculo impoſuiſſet, ſubitò ignis emicuit.

Fōcula, lorum, n. ſ. Dicuntur nutrimenta, τροφαί. [Ital. Nodrimenti. Gall. Nourriſſemens. Hiſpan. Mantenimientos. Ger. Nahrung.] Plaut. in Perſa, Nam iam intus uentris fumant focula. Ex Nonio.

Focarius panis, qui in foca coquitur, ἐσχαρίτης ἄρτος. [Italicè, Pane cotto ſotto al cenere. Gal. Pain cuit ſous les cendres & au fouyer. Hiſpa. Pan cozido en padilla ò al hogar. Germanicè, Küchen.] qui & ſubcinericius appellatur ὑπογειαῖος.

Fōcāria, æ, fœmin. gen. prim. decl. A ueteribus dicebatur concubina quam domi habebant ad curam rei domeſticæ, εἰκαία παλλακή, quaſi πρὸς ἑστίαν συνοῦσα. [Ital. Concubina. Gall. Concubine ordinaire, à pot & à feu. Hiſpan. Manceba abarraganada. Germanic. Ein Köchin, ein Märr.] Liſi. C de Donat. inter uirum & uxorem. Si ancillam numiſ tuis cōparatam eſſe, Præſidi prouinciæ probaueris, donationiſq; cauſa focariæ tuæ nomine inſtrumentum emtionis eſſe conſcriptum: eam tibi reſtitui iubebit. Nam licet ceſſante iure matrimonii, donatio perfici potuerit, milites tamen meos à focariis ſuis hac ratione, fictiſq; adulationibus ſpoliari nolo.

Fodare, pro fodere dixerunt ueteres, teſte Feſto.

Fōdio, dis, fodi, foſſum, a. ſ. Pala, alioúe ferramento terram, alioúe quid eruo, ὀρύττω, [Italic. Cauare, foſſare. Gallicè, Fouir & creuſer la terre, percer. Hiſpani. Cauar ò harador. German. Graben.] Plaut. in Rud. Noſtro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Liu. 8. beil. Pun. In Meſſanenſibus eſt ſita, Hiſpaniæ gentis, aget frugifer argentum etiam incolæ fodiunt. Sic fodere metallum, Plin. libr. 2. cap. 6. Fodere enſe iugulum, hoc eſt percutere, ſeu ferire, Mart. lib. 1. Fodere ſtimulis, eſt pungere, Cic. 2. Philip. Fodere calcaribus. Virgil. Aeneid. 6. Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. Hieronymus, Cerne manus ludæ quas fixerat: cerne latus Romane, quod fōderat. ¶ Dicitur etiam fodire per quartam uerborum coniugationem, Columell. lib. 11. cap. 2. Runcari, & adhuc fodiri poſſunt. Idem de Arb. Sed omnibus annis fodiri ante Calendas Martias, & interputari oportet. Hinc Fouea, de quo infrà. ¶ Huius compoſita ſunt, Affodio, uide ſuo loco. Confodio, quod eſt cauo, ſue in rerum foro, διορύττω. Plaut. in Aulul. Hic apud me confodere horrum iuſſi. Interdum transuerbero, occido. Salluſt. in Catil. Inter confertiſſimos incurrit, ibiq; pugnando cōfoditur, διαλάττεται. ¶ Circumfodio, terram circumquaque eruo, περιορύττω. Columell. libr 3. Arborem quam depoſueris, ſæpius circumfodito. Defodio, διορύττω, uide ſuo loco. ¶ Effodio, extrà fodio, uel fodiendo eiicio, ἐξορύττω. Plaut. in Aulul. Oculos hercle iſtos improba effodiam tibi, ne me obſeruare poſſis ſi quid rerum geram. ¶ Infodio, ſatus plancto, ſeu fodiendo ſepelio, ἐνορύττω. Colum. lib. 4. Campeſtris locus altè duos pedes infodiendus eſt. Virg. lib. 2. Georg. Antè ſupinatas Aquilonis offendere glebas, Quàm lætum infodias uitis genus, id eſt, obruas. ¶ Perfodio, rumpo, ferio, perforo, διορύττω. Plaut. in Aſin. Vbi parietes perfoderis. Colum. lib. 11. Tot grauibus raſtris cunctantus perfode terga. Lactan. libro quarto, Sed tantummodo latus eius perfoderunt. Gellius lib. ſecundo. Quadringenti omnes tum unum perfoſſi gladiis aut miſſilibus operti cadunt. ¶ Præfodio, antè fodio. Plinius libro decimoſeptimo, capite undecimo. Præfodere ſcrobes antè, ſi fieri poſſet, tantò, donec pingui cæſpite obducantur. ¶ Refodio, rurſus fodio, ἀνορύττω. Plin. Mus marinus in terras, ſcrobe effoſſa, parit ova, & rurſus obruit terra, triceſima die refoſſa, patit, fœtumq; in aquam ducit. ¶ Suffodio, ſubter cauo, ὑπορύττω. Columel. libro ſecundo, Neque ſuem uelimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & cæſpites euicet. ¶ Transfodio, transuerbero, ab uno latere ad aliud fodio, διελάύνω, διορύττω. Ouid. gemino transfodit uulnere pectus. Et hæc omnia habent o ſyllabam correptam in omnibus temporibus à præſenti manantibus. Nam quæ à præterito fiunt, eandem producunt.

Fodico, cas, penult. correp. act. p. Stimulare, pungere, peruellere, ſiue fodere, νύττω. [Ital. Stimulare, pugnere, cauare. Gall. Picquer, percer. Hiſpan. Puncar, pecilgar ò eſcarnar. Germ. Grüblen.] Horatius, -ema mus, Qui fodicet latus. ¶ Per translationem accipitur pro angere, ſiue dolore afficere. Cicero tertio Tuſculan. Non eſt enim in noſtra poteſtate, fodicantibus his rebus quas malas eſſe opinamur, diſſimulatio, uel obliuio. ¶ Fodicare animum. Plaut. Bacch. - quia iſtæc lepida ſunt memorato: Eadem in uſu, atque ubi periculum facias, aculeata ſunt. Animum fodicant, bona diſſimulant facta, & famam fanciant.

Fōdina, næ, pen. prod. fœm. gen. prim. declin. Locus ubi quid effoditur, μέταλλον. [Itali. Minera. Galli. Vne mine, une carriere ou on tire quelque metail, ou autre choſe. Hiſpan. Lugar donde algo ſe ſaca y ſe cava. Germani. Ein Grub in deren manu ferras grabt. als ein Ertzgrub] ur, Auri fodina, ubi foditur aurum: argenti fodina, ubi effoditur argētum. Plin. li. 33. cap. 6. Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, ſed maximè canibus.

Foſſa, ſæ, fœmin. gener. prim. declin. Locus eſt unde effoſſa eſt terra, τάφρος, βόθρος. [Ital. Foſſa. Foſſe, ou foſſé. Hiſpa. Caua ò hoyo. German. Ein Graben oder ein Grub.] Columell. de Arb. Priuſquam pomarium conſtituas, quàm magnum habere uoles, circummunito maceria, aut foſſa. Cic. 5. Tuſculan. Tranſitum foſſæ ponticulo ligneo coniungere. Vlpianus ſcribit, foſſam eſſe receptaculum aquæ manufactum, ad caſtra, ſeu urbes, oppidaue, aut alia huiuſmodi munienda. Cic. ad Attic. lib. 4. Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circunſidet, foſſa & uallo ſeptum tenet. Cæſar 2. bel. Gal. Caſtra in altitudinem pedum duodecim, uallo, foſſaq; duodeuiginti muniri iubet.

Foſſula, pen. corr. diminutiuum, Parua foſſa, ἐρυγμάτιον. [Itali. Foſſicella, foſſetta Galli. Foſſette, petit foſſé. Hiſpan. Pequenna caua ò hoyo. Germani. Ein Gräblein.] Cato de Re ruſt. capite 161. Deinde foſſulas facito qua radices aſparagi dimittas. Columeli. libro 11. capite 3. Singulis foſſulis diſponas.

Foſſatum, ti, Idem quod foſſa. Plinius libro decimoſeptimo, capite 11. Foſſatum purgari & extendi, ac crudum relinquatur.

Fōſſor, oris. Qui fodit, ἀνθρακίτης, σκαπανεύς, ὀρυκτήρ. [Ital. Zappatore, cauatore. Gallic. Fouiſſeur, foſſoyeur, pionnier. Hiſpan. Cauador. Ger. Ein graber, ein frieſs.] Virg. 2. Georg. Et labefacta monens robuſtus ingera foſſor. Rigidus foſſor. Mart. lib. 7.

Foſſio, nis. Ipſa fodiendi actio, ὄρυξις. [Ital. Cauamento. Gal. Foüiſſement. Hiſpanicè, Cauazon ò la obra de cauar. Germanicè, Grabung.] Columell. libro quinto, Deinde malleolo inter ordines poſito, crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere.

Foſſūra, ræ, generis fœminini, primæ declinationis, Foſſio, ὄρυγμα, διορυγή. [Itali. Cauatura. Gallicè, Foüiſſure, foüiſſement. Hiſpani. Cauazon, cauadura. German. Grabung] Col. li. 3. Hanc planam foſſuram maximè nos probauimus. Numerus autem foſſionis, aut idem debet eſſe qui primi anni, una minus.

Foſſilis, le penultima correpta, Quod foditur, ſeu quod fodi poteſt, ὀρυκτός. [Italicè, Dhe ſi pod cauare. Gallic. Qu'on foüiſt & tire, ou qu'on peut foüir & tirer de terre. Hiſpanicè, Coſa cauadiza. Germanicè, Das gůt zůgraben iſt.] Plinius libro trigeſimoſexto, capite decimooctauo, Theophraſtus autor eſt ebur foſſile candido & nigro colore inueniri & oſſa è terra naſci. Idem li. 31. ca. 6. Tum ſalem foſſilem adiciunt, id eſt qui foditur. Varr. 1. de Re ruſtic. Melior foſſilis ſal, quàm marinus.

Fossitius, a, um, Idem quod fossilis, quòd scilicet è terra effoditur, ὀρυκτός. Plin. libro 36. capit. 23. Arenæ tria genera fossitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatili, aut marina tertia.

Fœcialis, Vide Fecialis.

Fœcundas, da, dum, Idem quod ferax, sine fertilis, hoc est, quod fructum producit, γόνιμος. [Ital. Fecondo, fertile, abondante. Gal. Fecond, fertile. Hisp. Cosa fertil, ò copiosa. Germa. Fruchtbar.] Ouid. lib. 4. Fast. Forda ferens bos est fœcunda; que dicta ferendo. Columell. libro 8. cap. 14. Id neque æquè fœcundum est, nec tam pretiosum. Plaut. in Cistel. Namque mearum amor & meile & felle est fœcundissimus. ¶ Interdum sumitur pro abundanti & pleno. [Horatius, Fœcundi calices quem non fecere disertum. ¶ Huius contrarium est Infœcundus, non ferax, ἄγονος. Virg. libro 1. Georg. Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras Infœcunda quidem. Inde Infœcunditas, pro sterilitate, de quo suo loco.

Fœcunditas, fœm. gen. Abundantia. πολυγονία, εὐτεκνία, εὐθηνία [Ital. Fertilità, abondanza. Gall. Fecundité, fertilité. Hispan Fertilidad ò copia. German Fruchtbarkeit, Völle.] Plin. lib. 10. ca. 6. Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri. Cicer. de Natu. deor. Aquarum inductionibus & terris fœcunditatem damus. Fœcunditas animi, Plinius in Prætor. lib. 3.

Fœcundè, aduerbium εὐγόνως, γονίμως, εὐτέκνως. [Ital. Fertilmente, abondantemente. Gall. Fertilement, plantureusement, abondamment. Hispani Fertil y copiosamente. Germani. Fruchtbarlich] Plin. lib. 18. cap. 18 Atq; etiam recisa, Fœcundius resurgit.

Fœcundo, das, ſ. c. Abundantem seu fructiferum facio, εὐθενῶ, γονίζω [Italicè. Far fertile, abondante. Gall. Faire fertile. Hisp. Hazer fertil y copioso. German. Fruchtbar machen.] Virgil. lib. 4. Georgic. Et uitidem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Fœdus, fœderis, n. ſ. ut quibusdam placet, cum œ diphthongo, ut e longa ſit, quoniam ferio e breue habeat, σπονδή, συνθήκη, τὸ ὁμολογούμενον. [Itali. Tregua, patto, conuentione, lega, confederatióne Gall. Alliance, confederation, epo instement & traitté de paix. Hispani. Confederacion ò aliança. Germanic. Ein Bonde, Bündtnuss.] Propriè enim fœdus pacem significat. quæ fertur inter dimicantes. Quidam huius nominis etymologiam manasse putant à Fecialibus, hoc est Sacerdotibus per quos fiebant fœdera. Alii à fide, quòd in fœdere interponeretur fides. Alii à fœdè cædendo, nam ad fœdera sancienda utrinque Feciales adhibebantur, qui firmato fœdere porcam cædebant silice: eiusmodi exitium imprecantes capiti illius qui prior fœdus violasset: de qua re uide Liuium, libro primo ab Vrbe, ubi ritum & formulam antiquissimi fœderis inter Popul. Rom. Regem, & Albanorum Dictatorem icti, latissimè exequitur. Tria autem (ut idem Liuius ostendit, libro quarto bell. Maced.) erant fœderum genera, quibus populi & Reges mutuas amicitias iuibant. Vnum quum bello victis dicebatur leges. Vbi enim omnia ei qui armis plus posset, dedita essent, quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos uellet, victoris arbitrium erat. Alterum, quum pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiam ueniebant, redditis pariter conuentionem iis rebus quarum bello turbata erat possessio. Tertium, quum qui hostes nunquam fuissent, ad amicitiam sociali fœdere iungendam coibant. ¶ Accipitur etiam fœdus pro necessitudinis alicuius uinculo: unde fœdera amicitiæ dicimus pro necessitudine illa quæ est inter amicos Ouid. ex 1. Trist. Eleg. 6. Fœdus amicitiæ non uis charissime nostræ: Nec si forte uelis, dissimulare potes. ¶ Fœdera lecti, pro coniugali uinculo, Lactant. lib. 2. da fœdera prisci Illibata tori, da tantùm nomen inane Connubii. Fœdus coniugale, Ouid. 11. Metamorph. ¶ Accipitur etiam pro lege, ut apud Virgilium lib. 1. Aeneid. Regemque dedit qui fœdere certo, Et premere, & legas sanctè iussas habenas. ¶ Facere fœdus cum aliquo. Cicer. de Senect. Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho. Ferire fœdera. Cicer. pro Cælio. Ideoné ego pacem Pyrrhi diremi, ueru amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Firmare fœdera. Virgil. li. 12. Aeneidos, - firmabant fœdera dictis.

Fœdifragus, pen. corr. m. ſ. Qui fœdera fregit, ὁ παραβαίνων τὰς σπονδάς. [Ital. Che rompe patti. Gall. Qui rompt l'alliance et apoinctement. Hispanicè, Quebrantador de pazes. Germ. Bundtbrüchtig] Cicer. 1. Offic. Pœni fœdifragi, crudelis Annibal.

Fœderati, m. ſ. Dicuntur populi qui fœdere icto, cum aliis populis in societatem coierunt, σύσπονδοι, σύμμαχοι. [Italicè, Confederati, uniti. Galli. Confederez, alliez. Hisp. Confederados ò aliados. German. Bundtgenossen, Eydtgenossen.] Namque inter ciuitates prouinciarum, aliæ ciuium Romanorũ, aliæ Latinorũ ueterum, aliæ fœderatorum, aliæ stipendiariæ dicebantur, συμμαχίδες πόλεις. Suetonius in Calig. Domi, foriſque ciuilis, libera ac fœderata oppida sine lictoribus adibat. Cicer. 1. de Orat. Siquis apud nos iuuisset ex populo fœderato, seruásque liberasset Idem quinto Varro, Fœderatæ ciuitates duæ sunt, Mamertina & Tauromenitana. Idem pro Archia, Si qui fœderatis ciuitatibus asscripti essent.

Fœdus, da, dum, Quod est deforme, αἰσχρός, ἀσχήμων. [Italicè, Deforme, brutto. Galli. Laid, ord, inter, vilain. Hispan, Cosa fea, ò afeada. German. Vnflät, häslich, unflätig.] Terent. in Eunuch. Nunc eo tibi uidetur fœdus, quia non habet. Cic. ad Attic. lib. 15. Parum ne fœda persona nectutis? Plin. us lib. undecimo, capite 18. Odere res, procul fugiunt. ¶ Ponitur quandoq; pro crudeli. Virg. li. 7. - auersus refugit Fœda ministeria. ¶ Quandoq; pro crudeli Terent. in Eun. Thaïs, Thaïs, fœdũ, crudele. Ea enim quæ crudelia sunt & nefaria, ipsa crudelitate fœda & maculosa dici possunt. Sic dicimus fœdum exemplum, quod crudelitatis, & turpitudinis plenum est. Liu. 7. bel. Pun. Qui neq; magistratus an continuari fas esse aiebant, & multo fœdioris exempli cum ipsum quam qui comitia haberet.

Fœdo, as, are, Polluere, inquinare, μολύνειν, μιαίνειν. [Italicè. Bruttare, imbrattare. Gall. Vilenner, honnir, enlaidir, maculer, souiller, deshonnorer. Hispa. Enfuziar, ò afear la hermoso. German. Verunstalten, häslich machen.] Virgil. 2. Aeneid. - quæ causa indigna serenos Fœdauit uultus. ¶ Per translationem accipitur pro dehonestare. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1. Nos quoq; dictitant Barbaros & spurcius nos, quàm alios Opicos appellatione fœdant, hoc est, conspurcant, & dehonestant. ¶ Accipitur etiam pro dilacerare, frangere, uel corrumpere. Virgilius secundo Aeneid. Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras. Liuius libro tertio ab Vrbe, Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia urbis infesta populatione uenit: fœdati agri, terror iniectus urbi est.

Fœdè, aduerbium, Turpiter, uel crudeliter, αἰσχρῶς. [Italicè. Bruttamente, crudelmente. Gall. Vilainement, ordemẽt, laidement Hispani. Fea y des honestamente, ò cruelmente. German. Vnflätiglich, schandtlich.] Liu. 1. ab Vrbe, Non minore motu animorum Sicci cædis memoria renouata, quàm quòd noua fama de Virginia adeò fœdè ad libidinem perita accenderat. Fœdè diuexari. Cicer. 1. Tuscul. Fœdè interemptus. Liu. 7. bell. Pun. Admissum fœdè dictumq; superbè, Lucretius lib. 5. Fœdissimè causam agere, Cicero Attic. lib. 9.

Fœditas, atis, fœmin. gen. ter. declin. Turpitudo, αἰσχρότης [Ital. Bruttezza. Galli. Laideé ou laideur, vilenie, ordure. Hispani Suziedad, afearmiento. Germani. Häsligkeit, unflät] Liu. lib. 1. bell. Maced. Diuisa à corpore capitis, paterentq; ui scera, & fœditatem aliam nullam uiderentur. Cicero de Finib. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Auertere omnes à tanta fœditate spectaculi oculos.

Fœlix, Cum suis derivatis, uide supra in dictione Felix.

Fœmen, Vide Femen.

Fœmina, næ, fœmin. prim. Latinè significationis est quàm mulier. Nam non solùm de hominum genere, uerum etiam de brutis & plantis dicitur, γυνή, θήλεια. [Ita. Femina. Gall. Femelle, femme. Hisp. Hembra en todo genera de animales. Germ. Ein Weybsbild, ein Frauw.] Plaut. in Persa, - qui Artică hodie ciuitatem Maiorem fecit, atq; societ ui fœmina. Plin. in Epist. Habebat illa pantomimos, fouebatq; effusius quàm principi fœminæ conuenit. Plin. li. 9. ca. 30. Fœmina piscis coitus. Epore marè sequitur. Idẽ lib. 25. cap. 8. de chamæleonte herba. Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset. & fœminam, cui uiolaceus.

Fœminatus, a, um, & Fœmininus, a, um, θῆλυς. [Ita. Colonda femi-

fœmina. Gallicè De femelle ou de femme Hiſpan. Coſa de hembra. Germani. Vueybiſch.] Virg. 11. Aeneid. Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardet amore. Vbi Seruius, Fœmineo, impatientis, irrationabilis. Ibidem, Fœmineum collicla morem ad tidera tollunt. Plinius libro 2. capite 101. Fœmineum lunæ, ac molle ſidus. Quintilian. libro 1. capite 4. Aut quæ fœminina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſigni ficant. ¶ Diminutiua Fœmella, & Fœminula, γυναῖον, γυναικάριον. A fœmina, etiã fit Effœmino, ἐθηλύνω, de quo ſuo loco.

Fœnaries, Vide Fœnum.

Fœnebris, Fœneratitius, Fœnero, Vide Fœnus.

Fœniculum, li, n. g. Herba eſt dicta, à fœnore, ut quidam exiſtimant, dicta quòd ſemen hoc terræ mandatum magno fœnore reddat fructum, μάραθρον [Ital. Finocchio. Gal. Fenouil Hiſpan Hinoio. Germa. Fenckel.] Plin. lib. 20. cap. 21. Fœniculum nobilitauere ſerpentes, guſtatu ſenectam exuendo, oculorumque aciem ſucco eius reficiendo. Vnde noſtellectum eſt hominum quoque caliginem præcipuè eo leuari.

Fœnum, fœni, n. g. Herba in pabulum reſecta: ita dicta à fœnore, quod ſine cura fœnus præbeat. uel à fœtu, quòd herbæ eædem manentes quotannis nouas pariant χόρτος. [Italic. Fieno. Gall. Du foin, herbe ſeche & mangeaille pour les beſtes. Hiſpan El heno. Germani. Héw.] Colum. lib. 2. capite decimonono, Sic enim commodiſſimè fœnum defenditur à pluribus à pluuijs. Horatius 1. Serm. Satyr. 4. Fœnum habet in cornu, longè fuge. ¶ Fœnum eſſe, prouerbiali figura dixit Cic. 2. de Orat. in indoctos ac brutos homines qui ſcilicet pecudibus ſunt æquandi: nam fœno uicitant boues. ¶ Fœnum habeo in cornu. In homines maledicos ac feroces dicitur. Horat. in Serm. Inde translatum, ut Acron placet, quòd antiquitus bubus coripetis fœnum pro ſigno in cornu appenderetur, quo ſibi cauerent qui forte occurriſſent.

Fœnatius, ria, rium, ὁ τὰ χόρτα. Quod ad fœnum pertinet: ut, Falces fœnatiæ, quibus fœnũ ſecamus, χερσοῦναι, ἀρεναῖαι. [Ital. Falci da fieno. Gall. Faux à faucher le foin. Hiſp. Las guadannas. Germ. Sägeiſen.]

Fœnicæſum, ti, n. g. (ut quidam interpretantur) Eſt ipſa fœni reſectio, uel tempus illud quo fœnum ſecatur. Cicer. libro duodecimo ad Atticum, Scribe, quæſo, quid referat Cæſarem cum candidatis: utrum ipſe in fœniculatum. an in campum Martium cogitet. Quem locum ſic exponit interpres, In fœniculatum, id eſt in aciem ad exercitum, quando fœnum ſuccidituur à militibus falcularium facientibus.

Fœnile, is, n. r. Locus eſt in quo aſſeruatur fœnum, χορτεών. [Ital. Fenile, doue ſi tiene il fieno. Gall. Fenil, feniere, ou on garde le foin. Hiſpan El almacen, ὑgar donde ſeguarda el heno Germanic. Ein Scheũren, ein Stadel oder Höwhaus.] Ouidius ſexto Metamorph. Non ſecus exaſtit conſpecta uirgine Tereus, Quàm ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis, Aut frondem, paſtus quæ cremet fœnilibus herbas. Virgilius libro tertio Georgic. nec tota claudas terralia brumæ. Colum. libro 1. cap. 6 Pars autem fructuaria diuidituriu cellam oleariam, torcularium, cellam uinariam, defrutarium, fœnilia, palearia.

Fœniſex, icis, m. c. Qui fœnum ſecat, χορτοκόπος. [Ital. Segatore da fieno, fenaiuolo. Gall. Faucheur de prez. Hiſpan. Elque ſiega ò corta el heno. German. Ein Mäder.] Plin. lib. 18. ca. 29 Igitur cornu propter oleum ad eruas ligato fœni ſex incedebat.

Fœniſeca, æ, pen. corr. Idem. Perſius Satyr. 6. Fœniſecæ craſſo unguine rancent. Gaine pultes. Colum. li. 2. ca. 19 Ita necubi ſertamentum fœniſecæ poſſit offendere. Idem paulò pòſt. Sirriganda prata, id eſt falcibus conſecranda, quæ fœniſecæ præterierunt.

Fœniſectium, ſecii, neut. ſec. Ipſa fœni ſectio, & uelut meſſis fœni χορτοτομία. [Ital. Raccolta del fieno. Gal. Fauchement de prez ou la ſaiſon de les faucher. Hiſpanic Segazon del heno con guadana. Ger. Der höwed oder máyend.] Varro de Re ruſt. Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecundam fœniſecia, ne herbæ uellantur, obſtituq; hebetentur. Columella libro ſecundo. capite decimo octauo. Altero tamen anno minora pecora poſt fœniſecia permittemus admiſti.

Fœnificia, æ, fœmin prim. Idem quod fœniſectum. Varro de Re ruſt. libro 1. capite 49. Primum de pratis ſumminiſſis herba quum creſcere deſiit, & aſtibus areſcit, ſubſecari falcibus debet, & quoad putreſcat, furcillis uerſari: quum putruit, de ea manipulos fieri ac uehi ad uillam. Tum de pratis ſtipulam raſtellis cradi, atque addere fœnificiæ cumulum.

Fœnumgræcum, τῆλις. [Ital. Fieno greco. Gall. Vne herbe nommée Senegrè Hiſpani Las alholuas. Germani Griechiſch Höw oder Bockshorn.] Genus herbæ eſt, (ut inquit Plin. libro 24. capite ultimo) quam alii telin uocant, alii carphos: aliqui buceras, alii ægoceras, quoniam ſiliquas habet corniculis ſimiles: unde & ſiliquam uocat Colum. lib. 11. cap. 2.

Fœnus, oris, n. r. (ut oſtendit Gellius, ex li. 3. Varronis, de Lingua Latina) idem eſt quod à fœta, ita dictum à fœtu τόκος. [Ital. Vſura. Gall. Vſure. Hiſpan. El logro ò renueuo, ò uſura. German. Vuucher.] Nihil enim aliud eſt fœnus, quàm fœtus, hoc eſt partus pecuniæ. Quidam tamen à fundo, quod cum o, non cum u, apud antiquos ſcribebatur, quòd prouentus propriè eſſet ex naturali terræ fructu: poſtea uerò ad uſuram eſt translatum, quaſi pecunia per ſe fructum produceat, ſicut terra. Plaut. in Aſin. Nam ſi mutuo non potero, certum eſt ſumam fœnore Cicer. pro Cælio, Pareat ut uentus pudicitiæ ſuæ: ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam. Propert. lib. 1. Elegia 7. Sæpe uenit magno fœnore tardus amor. Ouid. 1. Faſt. Hordeaq; ingenti fœnore reddat ager.

Fœnuſculum, li, n. g. diminutiuum, τοκίδιον, τοκίδιον [Ital. Picciola uſura. Gallic. Petite uſure. Hiſpanic. Pequeno logro ò renueuo ò uſura Germanic. Ein kleiner wücher.] Plautus Pſeud. ad daniſtam deuenire, Adderes fœnuſculum.

Fœnĕro, as, pen. corr. & Fœneror, aris, deponens, Eiuſdẽ ſunt ſignificationis: hoc eſt, ad uſuram do, δανείζω. [Itali. Dare. Dare & prestare ad uſura. Gall. Bailler à uſure. Hiſpan. Dar à logro ò renueuo. Germ. Vuucheren, auff wücher aus leyhen.] & modò datiuo iunguntur, modò accuſatiuo. Plin. lib. 2. cap. 6. Fœnerat Sol lumen ſuum cæteris ſideribus, id eſt mutuat. Cic. de Amicit. Vt enim benefici liberales ſimus, non ut exigamus gratiam: neque enim beneficium fœneramurum, ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus, id eſt fœnori damus. Martialis, Hæc ſapit, hæc omnes fœnerat una deos. ¶ Fœnetor, cũ ablatiuo, ſignificat ad uſuram accipio, δανείζομαι. [Ital. Pigliar ad uſura. Gall. Prendre à uſure. Hiſpa. Tomar à logro ò uſura. Germa. Auff wücher nemmen.] ut eſt libro Digeſtorum 31. Si autem aliquis eorum uoluerit uendere partem ſuam, uel fœnerari ſuper eam, poteſtatem habeat uendere cohæredi ſuo, & fœnerari ab eo. ¶ Beneficium fœneratum dicitur quod cum fœnore redditur. Terent. in Phorm. Fœneratum iſtuc beneficium tibi pulchrè dices. Et paulò pòſt hoc ipſum exponẽs, Idem hoc tibi quod bene promeritus fuerit, conduplicauerit. Vbi Donatus, Fœneratum, hoc eſt cum fœnore reddi tum, & multiplicatum. ¶ Interdum fœnerare eſt cum fœnore reddere, uel refundere. Terent. Adelp. Meruiſti, ſi nũc de iure tuo conceſſiſſes paululum, atque Adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime, Ne non tibi iſtuc fœneraret?

Fœnĕrator, toris, m. r. Qui dat ad fœnus, δανειστής. [Italicè, Vſurario. Gal. Vſurier. Hiſp. Logrero, ò uſurero. Germ. Ein wücherer.] Cic. 1. Offic. Primum improbantur ii quæſtus qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum. Idem Sextio, Nec putant ei nummos deeſſe poſſe, qui fœneratores ex obſidione exemerit.

Fœneratio, onis, nerbale, f. t. Ipſe fœnerandi actus, δανεισμός. [Ital. Vſura. Gal. Vſure. Hiſp. Logro, ò obra de dar à romar à uſura. Germ. Das wücheren, wucher.] Colum. in Præfation. An fœneratio probabilior ſit, etiam iis inuiſa quibus ſuccurrere uidetur. Cic. pro Flac. Hæc pecunia ab honoribus translata in quæſtum & fœnerationem, recuperata eſt moleſtis pòſt annis.

Fœnĕratus, tus, m. g. Idem quod fœneratio, id eſt mutatio ad uſuram, δάνεισις, δανεισμός.

Fœneratò, aduerbium. Id eſt cum fœnore. [Italic Con uſura. Gall. Auec uſure, au double. Hiſp. Con logro. Germ. Mit wücher.] Fœneratò reddere, τὸν ἐπιπαρὸν ἀποδιδόναι.

Plaut.

Plaut. in Menæch. Ne illam mercator fœneratò abstulisti: hoc est, sine grani usura, uelut à fœneratore, quàmulto cum fœnore restituas.

Fœnatitius, ia, ium. Quod datum est fœnori, uel quod ad fœnus pertinet, *Δανειστικός*. [Itali. Dato ò tolto ad usura. Gall. Donné ou prins à usura. Hisp. Perteneſciente à logro ò usura, tomado ò prestado à usura. Ger. Auff wücher geben oder genommen, das zů dem wücher gehört.] ut, Fœneratitia pecunia, quæ ex usuris collecta est.

Fœneralia, orum, Tempus quo fœnus cessabat, & finiebatur, reddebaturque pecunia. Liu. 7. bell. Macedon. In tali uerò fœnore obstrebantur debitores: cuius coërcendi quum ratio quæreretur, diem finiri placuit: fœneralia quę proxima fuisſent, ut qui post eam diem socii ciuibus Romanis credidiſſent pecunias, profiterẽtur, & ex eo die pecuniæ crediteæ, quibus debitor uellet legibus, creditori ius redderetur.

Fœnebris, bre, om. r. penultima indifferenti, quod ad fœnus pertinet, *Δανειστικός*. [Ital. Pertinente ad usura. Gall. D'usures, des apartenances d'usures. Hisp. Cosa perteneſciente à logro. Germ. Dem wücher zůgehörig.] ut, Lex fœnebris, qua fœneratorum auaritia coërcetur. Liu. 7. bell. Macedon. Inſtabat enim cura alia quòd ciuitas fœnore laborabat, & cũ multis fœnebribus legibus cõstricta auaritia esset, uia fraudis inita erat, ut in socios, qui non tenerẽtur iis legibus, nomina transcriberent. Fœnebris res Liu. 7. ab Vrbe. Inclinatis semel in concordiam animis, noui Consules fœnebrem quoque rem, quæ diutinere unanimes urdebatur, leuare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam uerterunt. Malum fœnebre. Tacitus iib. 5. Sanè uetus Vrbi fœnebre malum.

Fœteo, es, n. 5. Malè oleo, *Δυσωδίαν ἔχω πικρὰν*. [Ital. Puttire, puzzare. Gall. Puir, sentir mauuais. Hispan. Heder. Germanicè, Stincken.] Plautus in Asin. Dic amabo, an fœtet anima utori tuæ? Martial. libro 7. Fœtere multo Myrtale solet uino.

Fœtidus, a, um. Malè olens, *Δυσώδης*. [Ital. Fetido, puzzolente. Gallic. Puant. Hispani. Cosa hedionda. Germanicè, Stinckend.] Plaut. in Merc. - tanto minus: Quum sis iam ætatis plenus, anima fœtida, Senex hircosus. Idem in Capt. Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos. Cicer. in Pisonem. Et cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhabitasses.

Fœtor, oris, m. n. Malus odor, *Δυσωδία*. [Italicè. Fetore, puzzo. Gall. Puanteur. Hispanicè, Hedor ò mal olor. Germanicè, Geſtanck.] Columella libro duodecimo, capite decimooctauo. Cella quoque uinaria omni fœtore liberanda, & bonis odoribus suffienda, ne quem redoleat fœtorem, acoremue.

Fœtiditas, uerbale, generis fœminini, tertiæ declinationis, Idem significans quod fœtor, *Δυσωδία*. [Italicè, Fetore, puzza, lezzo. Gallicè, Puanteur ou puantiſe. Hiſpanicè, Hedor ò mal olor. Germanicè, Geſtanckt.] Seneca Epistol. iii. At mehercule ista soliciè seruata, uarieque condita, quom uentrem subleuant, una atque eadem fœtiditas occupauit.

Fœtus, tus, generis masculini, quintæ declinationis, à foueo, quoniam & dum in utero est, & postquam eductus fœtus est, à matre fouetur, id est calefit. *γενή*. [Italicè, Il parto, il frutto che le bestie partoriſcono. Gallicè, Le fruit ou portée des bestes ou plantes. Hiſpani. El fruto ò lo que la hembra pare. Germanicè Die Frucht eines jeden Thiers oder eines anderen dinges.] Est autem fœtus generale nomen ad omnia pœnè quæ nascuntur. Sunt enim fœtus omnium quadrupedum, siue ferę sint, siue cicures: præterea etiam auium & piscium, atque adeò ipsorum etiam hominum. Plin. Legimus mulierem Aegyptiam binos fœtus quater enixam. Idem libro octauo, capite decimooctauo. Totos tigridis fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiatore rapimur equo. Cicero tertio de Finibus. Atque etiam in bestiis naturæ inspici potest, quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius uocem uidemur audire. ¶ Neque animalium tantùm fœtus dicuntur, uerum etiam inanimatorum. Nam & arborum fœtus passim legimus: & fœnum, terræ fœtum uocamus. Cicero secundo de Oratore, Edit fœtus meliores & grandiores aper. non semel aratus, sed nouatus & iteratus. Virgilius primo Georg. Hîc segetes, illic ueniunt fœlicius uuæ, Arborei fœtus alibi. Id est fructus, ut poma. Idem 2. Georgic. Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit. Vbi Seruius, Fœtu, id est utilitate: nam omnis utilitas fœtus est. ¶ Fœtus animi, per translationem. Cicero quinto Tusculanarum quæstionũ, Ex quo triplex ille animi fœtus existit: unus incognitione rerum positus, & in explicatione naturæ: alter in discretione expetendarum, fugiendarumue rerum: tertius in iudicando quid cuique rei sit consequẽs, quid repugnans.

Fœtus, ta, tum, Propriè de minore pecore dicitur, *ἔγκυος*. [Itali. Pieno, grauido, pregno. Gallic. Qui à le uentre plein de peris, gros. Hiſpan. Cosa hembra prennada. Germanicè, Voll junger, tragend.] ut, Ouis fœta, id est grauida, & in utero fœtus. Virgilius prima Aegloga, Non insuetа grauis tentabunt pabula fœtas. Columell. lib. 8. Huic pecudi nocet æstus, & præcipuè fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. Dicitur & partu liberata, hoc est, quæ peperit. Virgil. 9. Aeneid. Fecerat & uiridi fœtam Mauortis in antro Enixam: uerum fuisse, hoc quod pueris præbebatur, ostendit. ¶ Transfertur & ad alia: ut, Loca fœta furentibus Austris, apud Virg. 2. Aeneid. id est plena. ¶ Huius compotes sunt, Confœtus, Festus, Confœtus sus dicebatur, qui cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium. Defœtus, & Effœtus, de quibus alibi.

Fœtæ, absoluto uocabulo dicuntur puerperæ, & quæ iam partu absolutæ sunt.

Fœtẽfosus, sa, sum, Quod est plenum fœtu, *ἔγκυος*. Hieronymus contra Iouin. Lippientem iam deformem, atque fœtuosum synagogæ typum prætuliſſe. Retinet hoc nomen e, quoniam fœtus est quartæ declinationis. Sic sumptuosus, fructuosus, luctuosus, æstuosus, quæstuosus, quæ tamen ueniunt ab aliis declinationibus, non habent u ante o: ut, Fabulosus, Dolosus, Vitiosus, Portentosus, & huiusmodi.

Fœtũra, ræ. fœm. p. Pecoris prouentus, *τόκος*. [Ital. Il temple dal partorire. Gall. La portée ou porture des beſtes ou plantes. Hiſpanicè, Parizion ò tiempo de parir. Germanicè, Die gebärung, die zeyt deſs gebärens.] à fœtando dictus. Virgil. Aglog. septima, Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto. Varro libro secundo, de Re rust. cap. 1. accipit pro ipsa fœtatione, siue pro toto illo tempore ab admiſſione usque ad partum. Secunda (inquit) pars est de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum. Hi enim prægnationis primi & extremi fines. ¶ Transfertur etiam ad inanimata: ut, Fœtura pratorum. Plinius in Præfation. tertiæ op. Opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epistola narrare constitui.

Fœtifico, as, aui. act. prim. Fœtum facio, pario, *γενετοποιῶ*. [Italicè, Partorire, far figliuoli. Galli. Faire ses petis. Hiſpani. Emprenoar ò parir. German. Gebären. Junge machen.] Plinius libro decimo, capite octauo, Accipitres totius Massiliæ humi fœtificant. Idem libro 9. capite 38. Qui quum fœtificauere, fluxos habent succos. Ibidem, cap. 11. Intrant è magno mari in Põtum uerno tempore gregatim, nec alibi fœtificant.

Fœtificus, a, um, *γόνιμος*. [Ital. Generatiuo. Gall. Generatif. Hiſpan. Cosa que emprenna. Germanicè, Gebärend oder fruchtbar.] Plinius libro nono, capite quinquagesimoprimo: Noper compertum in ostreariis, humore iis fœtificum lactis modo effluere.

Fœtifer, penult. cor. Adiectiuum, *γόνιμος φόρος, πυοφορίαν, γόνιμος*. [Itali. Che dona fecundità, & fa gendrare. Galli. Qui porte fruit, qui donne fecondité. Hiſpan. Cosa que haze engendrar. Germa. Das da machet frucht zůbringen.] Plin. li. 7. ca. 31. Vbi fœtifer potu Nilus.

Fœto, tas, Fœtum emitto, *τίκτω*. [Ital. Partorire. Gallic. Faire ses peris. Hiſpa. Parir. Germ. Gebären.] Colum. li. 6. Cires palodes, in quibus plerunq; fœtant. Ibidem ca. 8. Minus enim suas impares diligunt, & ideo nec multum inuant, nec sæpius fœtant.

Fŏlium, lii, n. sec. [Itali. Foglia. Galli. Fueille. Hiſpan. Hoia. Germanicè, Ein Blatt.] authore Festo, à Græca dictione *φύλλον*: sed ideo per simplex l scribitur, quia antiqui nõ geminabant consonantes. Est autem folium, teste Varro, & arborum, & herbarum, & florum: quum frondes arborum tantùm dicantur. Cicero tertio de Oratore, Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non ſrondes sunt denique, nisi ad suam retinendam, conseruandamq; naturam? Plin. libro 11. capite 17. Iasione unum folium habet, sed in

ſed ita implicatum, ut plura uideantur. Virgil. 1. Georgic. -tolia haud ullis labentia uentis. ¶ Folia etiam appellantur chartæ librorum quas reuoluimus: à palmarum foliis in quibus olim ſcribi ſolebat, quæ Græca uoce φύλλα appellantur: quarum extremitas margo dicitur: & pagina, utraque pars foliii. nam folium duas paginas habet, σελίς. ¶ Hinc componuntur Trifolium, τρίφυλλον. Quinquefolium, πεντάφυλλον. Latifolium, quod habet lata folia, πλατύφυλλον. Millefolium, μυριόφυλλον, herba, & huiuſmodi multa.

Foliaceus, a, um, Quod ex foliis factum eſt. uel foliis ſimile eſt φύλλου ὅμ. [Ital. Simile à foglie. Gall. Semblable à fueilles. Hiſpanicè, Coſa de materia de hojas, ò ſemejante à las hojas Germanicè, Auß blettern gemacht, oder, den blettern gleych.] Plin. lib. 19. cap. 7. Paucis foliacea & lata, ut a tripli. i, ſunt ſemina.

Foliolus, a, um, Foliis plenus, φυλλώδης. [Ital. Pieno de foglie, fogliolo. Gall. Plein de fueilles, fueillu. Hiſpan. Lleno de ojas Germanicè, Vol blettet.] Plin. libro uigeſimoquarto, ca. 17. Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo, ramulis quinis ferè, foliioſa.

Foliatum, n. ſ. Vnguenti genus, quod & nardinum uocat Plinius, à nardi folio quo cõfectum eſt, μυροβάβαρον. Martial. libro 11. At mea me libram foliati poſcat amica. Hoc Plinius ſcribit conſtare omphacio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balſamo. Hoc unguenti genus Plautus in Curc. Græca uoce uocat petalion, πέταλον enim Græci uocant foliam.

Follico, Follicas, Vide Follis.

Follis, lis, maſculini generis, tert. Inſtrumentum quo attrahitur uentus, atq; emittitur ad ignem excitandum, φύσα. [Ital. Mantice, borſa, facco ò altra ſimil coſa fatta di cuoro. Gall. Sac ou ſachet de cuir, bource, bale à jouer, groſſe gelotte enflée de uent. Hiſpa. La bolſa ò correa para lleuar dinero, ò bola de uiento para jugar. Germanicè, Blaſsbalg] Virgil. 8. Aeneid. -alii uentoſis follibus auras Accipiunt, reddunt{que}. His utuntur ferrariæ, argentariæ{que} officinæ. Vtuntur & coqui, ſed parualis, ut opus ſit ignem inſufflare buccis: quod qui faciunt, ſuffitores uocantur. Primus Anacharſis philoſophus folles iguis excitatores inuenit, ut refert Strabo libro ſeptimo. ¶ Eſt item follis, pilæ genus omnium maximum, conſtans ex aluta uento inflata: quod etiam hodie Italis plurimo eſt in uſu: puerorum præcipuè & ſecum luſibus conueniens, utpote quo minus fatigentur ludentes quàm harpaſto. Nam & lentius fertur follis magiſque reſilit, tardiusque deſcendit, ueluti ex induſtria percuſſorem expectans. Martia. libro 14. Ite procul iuuenes, mollis mihi conuenit ætas: Folle decet pueros ludere, folle ſenes. Quoniam uerò hoc pilæ genus pugno excutitur, pugillatorius follis quandoque uocatur. Plautus in Rudente, Entemplo hercle ego te follem pugillatoriũ faciã. ¶ Quandoque accipitur pro marſupio, receptaculoque numorum ex pelle aut corio confecto. Iuuenalis, -& tenſo folle reuerti. Nam ſicut folles pilæ uento intumeſcunt, ita crumenæ pecunia turgent: à qua ſimilitudine inditum nomen, Vegetius author eſt, ex diſciplina militaris conſuetudine decem folles, hoc eſt, decem ſaccos, per ſingulas cohortes ſolere diſponi, in quibus militum pecunia condebatur.

Follĭcŭlus, li, m. C. quum ſit diminutiuum à follis, accipitur tamẽ pro omni eo quod turgidum eſt & laxum in morem follis. βυλάκιον. [Italicè, Sacchetto, borſetta, picciola guſcia che cuopre il grano del frumento & altri grani. Gallicè, Sachet, bourſette, cuirot, petite peau ou bourſe, ou eſtuy qui couure le grain des froumens ou autres fruits. Hiſpanicè, El fardel ò talega ò mochilla, el bollejo de panes y legumbre. Germanicè, Ein jedes auſsgeblaſen ding, als die bulchen ſeind an dẽ getreyde. Item die Ballen mit welchem man ſpylet, &c.] Vnde frequentiſſimè accipitur pro theca, ſeu ſiliqua leguminum, frumenti, uel lini, uel cuiuſlibet alterius rei quæ granum continet inuolutum, ἔλυτρον. Colum. lib. 2. cap. 8. Quoniam folliculum quo continetur, firmum & durabilem aduerſus longioris temporis humorem habet. ¶ Accipitur item folliculus pro maioribus pilæ genere, quòd ex aluta conficiebatur, ſoloque implebatur uento: quod & follem frequentius inuenimus appellari Sueton. in Auguſt. Poſt bella ciuilia ad pilam primò, folliculumq; tranſiit. ¶ Quandoque pro pelle ſeu ſaccule: ut lib. 1. Rhetor. ad Herenn. Malleolus iudicatus eſt matrem necaſſe: eo damnato ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt, ſolæ ligneæ pedib. induitæ. Liu. 9. ab Vrbe, Equites in caſtra folliculis frumentum uecheres. ¶ Non inuenuſtè aliquando transfertur ad corpus humanum, ſiue quòd ad follis ſimilitudinem ſemper ateratur, & emittat ſpiritum: ſiue quòd ad ſacci coriacei ſimilitudinem pelle ſit circumdatum. Veteres enim ſaccos ex corio factos folles appellabãt. Lucil. li. 16. ut citat Nonius, Et quo folliculo nunc ſum indutus, non queo.

Follĭco, as, pen. corr. [Ital. Soffiare col naſo. Gall. Souffler. Hiſpan. Soplar. Ger. Schnauſen durch die Naſen.] Follium more reciproco ſpiritu nares agito. Apul. l. 9. Metam. Nares follicantes languidas. ¶ Eſt item follium laxitatem & cauitatem imitari. Vnde Hieronymus calliges monachorum follicantes dixit, quales hypocritæ geſtare ait, ut humani cultus contemptores uideantur.

Folliculare, Pars ſemi quæ folliculo tecta eſt. A quo uita folliculari dicta eſt. Autor Feſtus.

Fomes, Fomentum, Vide Foueo.

Fomentatio, is, fœm. t. propriè eſt quæ fit ex decoctione herbarum, uel in aqua, uel in uino: tametſi nonnulli id nocãt embrocationem: embrocatio autem uocatur, cum ex alto, in membrum infinitum demittimus eius decoctionis ſtil licidium.

Fons, fontis, m. t. à fundendo, quòd fundat aquam, tantum maſc. gen. λιμήν, πηγή. [Ital. Fonte, fontana. Gal. Vne fontaine. Hiſpan. Fuente. German Ein Brunn.] quanquam non deſunt qui olim etiam femininum fuiſſe uelint: cuius tamen rei nullum proferunt teſtimonium. Plin. lib. 12. cap. 1. Nunc eſt arbor clara in Lycia ſocia gelidi fontis amœnitate. Cæſar 8. bell. Gall. Sub ipſius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat. ¶ Fons per translationem accipitur pro origine, & cauſa. Cic. 3. Tuſculan. Non rem ipſam cauſam atque fontem eſſe mœroris. Idem ad Brutum, Nec in Senatu ſceleratiſſimorum conſiliorum fontes aperire dubitaui. ¶ Fontem pro aqua fontana poſuit. Virg. 12. Aeneid. pro parte totum uſurpans, -alii fontemq; ignemq; ferebant. ¶ Fontes ipſi ſitiunt. Ironia prouerbialis in eos qui petunt, ab aliis quod ipſis affatim abundet domi. Cic. ad Quint. Frat. ¶ Ipſe ubi malt fontem reperit, αὐτὸς τὸν τοῦ πανὸς πηγήν. In eos dici ſolitum, qui ubiipſis miniſtrauerint exitii cauſam. ¶ Omiſſis fontibus cõſectari riuulos, non ſine prouerbii ſpecie dixit Cic. 2. de Orat. pro eo quod eſt minus ad rem pertinentia dicere, omiſſo eo quod eſt negotii caput.

Fonticŭlus, li, diminutiuum, Parous fons: à quo fonticellus, πηγάδιον. [Itall. Fonticello. Gall. Petite fontaine. Hiſp. La fuente pequenna. Germani Ein Brünnlein.] Plinius Vbicunque moneris humum, fonticuli ſcatent. Idem lib. 31. capite 10. Lacus eſt nitroſus, euliente è medio dulci fonticulo.

Fontānus, a, um, Quod ex fonte eſt, πηγαῖος. [Italicè, Fontano, di fonte. Gallicè, De fontaine. Hiſpanicè, Coſa de fuente. Germanicè, Das von Brunnen iſt.] Plinius, Fontanæ aquæ cyathos duos. Sic Columella libro duodecimo, ca. 9. Sed extrinſecus uaſa pertergere, & aqua fontana quàm recentiſſima refrigerare.

Fontālis, le, om. t. Idem quod fontanus, quod ſcilicet ex fonte eſt, πηγαῖος. Plaut. in Stycho, Vide, utrã tibi lubet etiam nunc capere, Cape prouinciam. 2. Quid iſtuc eſt prouincię? T. Verum fontali, An Libero imperium te inhibere mauis? Vbi interpres. Id eſt num uelis imperiũ habere, an præeſſe aquæ, an uino præbendo? Fontalem aquam dicit è fonte ſcaturientem.

Fontanalia Varroni, Fontinalia Feſto, Feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes coniici, & putei coronari ſolebant.

Fŏrā, uaſa, quibus antiqui utebantur in torcularibus. Colo. lib. 12. cap. 18. Tum lacus uinarii, & torcularii fora, omniſq; uaſa, ſi uicinum eſt mare, aqua marina ſin minus, dulci eluenda ſunt, & commendanda, & diligenter aſſiccanda, ne humorem habeant.

Forago, pen. prod. Filum eſt, autore Feſto, quo textrices opus diurnum diſtinguunt: à forando dictum.

Foramen, Vide Foro, as.

Fŏras,

Fŏras, ἔξω, & Foris ἐξωθεν. [Ital. Fuora, fuori. Gall. Hors, dehors. Hiſpani. A fuera, de fuera. Germanicè, Hinauſs, auſſhin.] Adverbia loci ſunt à foris, hoc eſt ſpectaculis deriuata, ut Seruio uidetur: ſiue (quod uerisimilius eſt) à foro: quòd domum exeuntes ferè ad interiorem partem urbis in qua forum eſt, ſoleamus accedere: in qua etiam ſententia eſt Feſtus. Differunt autem inter ſe hæc duo aduerbia, ut foras motum importet ad locum. Plaut. in Caſ. Foras tacitus exeo cum ornatu quo uides. Idem in Amphit. Sed quid tu foras egreſſa es? Foris, motum in loco, & de loco ſignificat. Terent. in Eunuc. Quæ dum foris ſunt, nihil uidetur mundius, Nec magis compoſitum quicquam. Plaut. in Aſinar. Ille opere foris faciundo laſſus, domum noctu aduenit. Plinius libro nono, capite trigeſimotertio, Margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato. Cicero in Partit. Illa uero indigent, & nec eo dicuntur ſine arte, quòd ita ſunt, ſed quòd ea non parit Oratorias ars, ſed foris ad ſe delata, tamen arte tractat.

Foris, quandoq; pro paſſim uſurpatur. Cicer. ad Qu. Fr. Foris ualde plauditur: id eſt, non ſoldmin ſenatu, ſed apud cæteros etiam.

Fŏrinſecus, penult. correp. Idem ſignificat quod foris, ſiue ab exteriori parte, ἐξωθεν. [Ital. Eſtrinſeco, ciò che è di fuora. Gall. Par dehors Hiſpanic. De parte de fuera. Germanicè, Auſſerhalb. Sicut Intrinſecus, quod eſt intus, ἐσωθεν. Plinius libro 17. capite 22. Lignum omne corticis loco habent, hoc eſt, forinſecus. Columell. libro octauo, capite 5. Sed ab cohorte forinſecus prædictis feneſtellis ſcandula ſimiliter iniungantur.

Foratus, nomen, Vide Foro, as.

Forbea, Genus cibi à ueteribus dicebatur, quo calido ueſci ſolebant Græci φόρβην uocant. Feſtus.

Fŏrĕa. Ia, à foro, mulier uillatica, quæ fructus uillæ uenales, ut, pulaſtros, pipiones, poma, nuces, & huiuſmodi in forum defert.

Fŏrcipes, penu. corr. m. t. Quaſi foruicapes dictæ ſunt, quòd iis foras, id eſt, calida capiantur, πυράγρα. [Ital. Tenaglie. Gall. Tenailles, pincettes. Hiſpan. Las tenazas ò inſtrumento para aſir. Germani. Zang.] Virgil. 8. Aeneid. Illi inter ſeſe magna uibrachia tollunt In numerum, uerſantq; tenaci forcipe maſſam. Et eſt tam maſculini quàm fœminini generis, ſecundum Priſcianum. Ouid. 15. Metamorph. Terribilem ſtridore ſonum dedit, ut dare ferrum Igne rubẽs plerunque ſolet, quod forcipe curua Quum faber edurit, lacubus demittit. Columell. libro decimoſexto, capite uigeſimoſexto. Deinde priuſquam ferrum admoueas, duabus anguſtis ligneis regulis, ueluti forcipibus apprehendere teſtium neruos. Plinius libro ſeptimo, capite 56. autorem & inuẽtorem forcipis fuiſſe tradit, Cinyram Cyprium Agriopæ filium.

Forda, dæ, fœm. pri. Bos prægnans, à ferendo, βοῦς ἐγκύμων, κύησις. [Ital. Vacca pregna. Gal. Vne vache qui eſt pleine, qui porte un veau en ſon uentre. Hiſpan. Vaca prennada. German. Ein tragende Ků.] Ouid. 4. Faſt. Forda ferens bos eſt, fœcundaq; dicta ferendo. Col. li. 6. c. Pòſt unum coitum forda non admittit taurum.

Forem, fores, foret, & in tertia perſona pluralis numeri forent, & in futuro infinitiui fore, pro eo quod eſt futurum eſſe. Forem autem idem omnino ſignificat, quod eſſem, γενοίμην Salluſtius in Iugurth. Nam ego quidem uellem ut & hæc quæ ſcribo, & ea quæ antea in Senatu queſtus ſum, uana forent. Fore uerò habet ſignificationem participii futuri, una cum infinito eſſe, ἐσεσθαι. Idẽ enim eſt fore, quod futurum eſſe. Idem iungitur cum nomine, uel interdum cum participio quod in nomen tranſmigrauit: ut, Spero te amicum fore: non, amaturum fore. Cicero Trebatio, Scribit ad me Cæſar, ſe tibi nondum familiarem eſſe ſatis propter occupationes ſuas, ſed citò fore. Cæſar, Nonnulli etiam Cæſari nuntiabant, quum caſtra mouerī, aut ſigna ferri iuſſiſſet, non fore dicto audientes milites. ¶ Compoſita eius ſunt. Abfore, Adfore, Confore, Defore, & Profore, quæ ſæpius ſola ponũtur, hoc eſt, ſine nomine aut particip. à tergo. ¶ Abfore quid ſignificet, quemadmodum in oratione uſum habet, explicuimus ſuprà. ¶ Adfore idem eſt quod ad futurum eſſe. Ouidius decimoquarto Metamor. Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, adfore tempus. Adforem, adeſſem. Virgil. 1. Aeneid. Atque utinam Rex ipſe Noto compulſus eodem Adforet Aeneas. ¶ Confore, conuenturum eſſe, συντελέσεσθαι. Terent. in Andr. Reſtat Chremes, qui mihi exoſſidus eſt, & ſpero confore, id eſt, cõuenturos eſſe. ¶ Defore, futurum eſſe, ἐλλείψειν. Cicero contra Rullum, Verùm arbitrantur non defore qui illam reſtituerẽt. ¶ Profore, profuturum eſſo, συνέσεσθαι. Horat. in Epiſt. Quæ nocere ſequar, fugiam quæ profore credam.

Forenſis, Forenſis, Vide Forum.

Fŏres, f. t. Propriè (inquit Seruius) quæ foris aperiuntur, θύραι. [Italicè, Porte. Galli. Huys, porte. Hiſpan. Las puertas con que cerramos la caſa. German. Thũren.] Vnde Plutarchus memorat, primum Valerio Poplicolæ fratri, quum de Sabinis triumphaſſet, domum publicè poſitam, cuius fores extra aperirentur: quum antea cæterarum ædium intrò referando impellerentur: ut ex hac conceſſione honoris appareret, quotidie eam domum aliquid publicè admiſſurum. Terent. in Adelph. Fores effregit, reſtituentur. Cic. ad Brutum, In omnibus nouis coniunctionibus intereſt quæ lis primus adiutus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur. Idem 2. de Natur. deorum, Foreſque in limitibus profanarum ædium, ianuæ nominantur. Valuæ autem dicuntur quæ intus reuoluuntur, quãquam uſus hodie obtinuit ut omnia oſtia, fores appellentur. Hoc nomen etiam ſingulariter hæc foris, huius foris, declinatur. Ouid. 1. Amorum, Difficilem moto cardine pande forem. Cic. pro Corn. Aperuit forem ſcalarum. Terent. Adel. Sed quidnam foris crepuit? Vbi Donatus, Foris, ſingularis numeri, nomimatiui caſus. Plaut. in Amph. Orationẽ commendam, increpuit foris. Idem Bacch. - hanc forem paruſillum Aperi placidè, ne creper. Horat. libro primo Serm. Satyr. 1. Excluſus fore, quum Longatenus foret intus. ¶ Fores aperire, ἀνοίγειν τὰς θύρας, prouerbio dicebatur qui rei cuiſpiam ingreſſum initiumq; patefaceret. Plinius libro 2. ca. p. ¶ In foribus adeſſe, πρὸ τῶν θυρῶν, dicitur allegoria prouerbiali, quod inſtat, iamq; in proximo eſt. Plutarchus, πυρετῶ πρὸ θύρας ὄντι, id eſt. Quum febris in foribus adeſt.

Fŏriculæ, arum, diminutiuum, fœm. p. θύριον. [Ital. Porticelle. Gall. Huiſſet, guichet, petit huys. Hiſp. Pequennas puertas. Germanicè, Thürlein.] Varro libro 1. de Re ruſt. ca. 59. Et ideo oporotheca qui faciunt, ad Aquilonem ut feneſtras habeant, atque ut aëre perflentur, curant: neque tamen ſine foriculis, ne quum humorem amiſerint, pertinaci uento uieta fiant.

Fŏrfices, pen. corr. fœm. t. Quibus telam ſeu filа incidimus, ψαλίδες. [Ital. Forfice. Galli, Ciſeaux, forces. Hiſpan. Las tiſeras. Germanicè, Schár.] Seruius, Forfices ſunt quibus incidimus: forcipes, quibus aliquid foruum tenemus, quæ ſi foruicapes, nam foruum eſt calidum. Colu. li. 12. ca. 43. Alii quum legerent unam, ſiqua ſunt in ea uitioſa grana, forficibus amputant.

Forficulæ, arum, diminutiuum, ψαλίδια. [Ital. Forfiette. Gall. Forcettes, ciſelets. Hiſpan. Pequennas tiſeras. Germ. Ein Schärlein.] Plin. lib. 11. cap. 5. de helleboro, Præterea mirum inuẽtum eſt, quòd inciſum forficulis (ut diximus) cribrant, cortex remanet: hoc inanito, medulla cadit. ¶ Ab huius inſtrumenti ſimilitudine, etiam Forficulæ dicuntur extremitates brachiorum, & ueluti manus cancrorum, ſcorpionum, & quarundam locuſtarum. Plin. libro 11. cap. 11. Elephanti locuſtarum generis, nigri, pedibus quaternis biſulcis: præterea brachia duo, binis articulis, ſingulisque forficulis denticulatis. Hæ ab eodem Plinius libro nono, capite 11. Forcipes uocantur Fœminæ, inquit, primus per dupler, mari ſimplex: præterea bina brachia denticularis forcipibus.

Fŏri, orum, numero plurali, maſc. ſecund. Sunt tabulata nauium, uel locus in naui aptus, qui iter nauem perambulantibus præbet: ita dicti (ut Seruio placet & Feſto) quòd per eos ferantur inceſſus, διατρήματα, ſυγά. [Italicè. Tauolati de naui, la corſia, luoco da mirare gli ſpectacoli. Gallic. Le tillac ou beiſle d'un nauire. Hiſpanicè, La tilla dela naue. Germanicè, Brũge in einem Schiff auff welchẽ man hin vnnd hár gehn kan.] Cicero in Catil. Quum alii malos ſcandant, alii per foros curſitent, alii ſentinam exhauriant. Virgil. 4. Aeneid. - faces in caſtra tuliſſem, Impleſſemque foros flammis. Idem 6. Aeneid. - ſtrataque foros, ſimul accipit alueo Ingentem Aeneam. ¶ Item fori dicuntur

cantur Circenſia ſpectacula, id eſt loca erecta, ut ex his ſpectent. Liu. libro 1. Tum primum Circo, qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca partibus, equitibus q́, ubi ſibi ſpectacula quiſq́ faceret, fori appellati. ¶ Fori etiam in hortis ſunt anguſtiores quidam ſulci & oblongi, iter prębentes circum porcas (ita enim uocant terram editiorem inter duos ſulcos) quemadmodum fori in nauibus facultatem prębent nautis ultro citroq́ diſcurrendi. Columell. libro decimo, Auguſtoſq́ fores aduerſo limite decens, Rurſus in obliquum diſtinguat tramite paruo. ¶ Legitur etiam forus in ſingulari numero pro uia illa in nauibus. Ennius, Multa foro ponens, agraq́ue longa repletur. Gellius libro 17. capite decimo, Stanſq́ in ſummæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, uoce ſublatiſſima cantauit.

Foruli, orum, diminutiuum, Armariola, ſiue capſulæ in quibus reponuntur libri, τὰ βυλάκια. [Itali. *Armari da libri.* Gali. *Coffres à liures, armoires.* Hiſpan. *Cazas ò fundas de libros.* Germ. Bücher kenſterlein.] Suet. in Auguſto, cap. 13. Quicquid fatidicorum librorum, Græci, Latiniq́ generis, nullis uel, &c. ac ſolos retinuit Sibyllinos: hos quoq́ delecto habito, cõdiditq́ duobus forulis auratis ſub palatini Apollinis baſi.

Fœs, orum. n. ſ. τὰ ὑγρότερα ἀποδίνματα. [Itali. *Sterco liquido.* Gall. *Foire*, excrements de uentre humides. Hiſpani. *Eſtiercol liquido, y talo.* Germ. Dünn Dreck.] Stercora liquidiora, ſic dicta quòd facilè ferantur foras. Inde Conſonus uerbum, quod eſt ſtercore liquido fœdare. Autor Nonius, citans illud Pomponii in Macco, Conſonſti me Diomedes.

Fœtiolus, lii, cum accentu in antepenultima, Qui uentrem ſolutum habet, & foria facile emittit, ὑγροκοιλος, ὑγρόκοιλος. [Ital. *Di uentre ſciolto, che facilmente lo ſcarica.* Gal. *Foireux* Hiſpan. *El que haze eſtiercol liquido.* Germanicè, Scheyſſig, blütterig.] Laberius, Fœtiolus eſſe uideris, in coleos cacas. Nonius.

Fœtor, penult. corr. fœm. p. Locus in quem alui ſtercora deiicimus, ἀφοδρών. [Itali. *Condotto, chiauiggia.* Galli. *Vn retrait public.* Hiſpan. *La priuada ò albannar publico.* Ger. Ein offen ſcheiſshauſs.] Iuuen. Satyr. 3. Inde reuerſi Conducunt foricas. Et propriè de publicis dicitur, lauina de priuatis, à lauendo.

Foricula, Vide Fores.

Foriſecus, Foris, uide Foris aduerbium in Foras.

Foris, huius foris, Vide Fores.

Fœrma, mæ, ſ. p. Figura, ſiue facies uniuſcuiuſque rei, σχῆμα, μορφή, τύπος. [Ital. *Forma*, bellezza, apparenza. Gallicè, *Forme, pourtrait, patron, beauté* Hiſpan. *La forma de la coſa, la hermoſura* German. Ein geſtalt, Form] Cic. 1. de Nat. deo. Omnium animantium formam uincit hominum figura. Idem 2. de Diuinat. In nubibus nunquam animadueriſti leonis formam, aut Hippocentauri? Cic. 1. de Nato. deor. Rotunda forma ullam negat eſſe pulchriorem Plato, Quint libr. 1. cap. 10. Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoque peribit. Idem lib. 11. cap. 1. Neque enim mihi illud ſaltem placet quod fieri in plurimis uideo, ut literarum nomina & contextum priuſquam formas paruuli diſcant. Eſt autem hoc uocabulum medium, quod modò cum laude modò cum uituperio dicitur pro ratione ad iuuſi. Terent. Andr. Et quia erat forma præter cæteras honeſta & liberali, &c. Puer egregia forma, Cic. 4. Tuſc. Sic etiam econtrariò infelicem, uitioſam, uel illaudatam formam dicimus, pro deformitate. ¶ Interdum tamen forma abſolutè ponitur pro pulchritudine. Horat. 1 Carm. Monit Aitem Telamone natum Forma captiuq́ dominum Tecmeſſæ. Virgil. 9. Aeneid. Senſit læta dolis, formæ ſibi conſcia coniux. Strata forma, quæ eadem & uxoria dicitur, eſt mediocris pulchritudo, & media inter extremam deformitatem, & ſummam pulchritudinem. Gell. lib. 5. ca. 11. Inter enim pulcherrimam fœminam & deformiſſimam media quædam forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à ſummo deformitatis odio uacat: qualis à Quintio Ennio in Menalippa, perquàm eleganti uocabulo ſtata dicitur, quæ neq́ *lecta* futura ſit, neque *uaga*: quam formam modicam & modeſtam Fauorinus non mehercle inſcitè appellat uxoriam. Ennius autem in iſta, quam dixi, tragœdia ait ferè fœminas in columi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent. ¶ Transfertur etiam ad incorporea pro effigie quadam & imaginatione, ſeu idea quam de re quaq́ mente concipimus. Cic. li. 1. Offic. Formam quidem ipſam Mariæ filii, & tanquam faciem honeſti uides. Idem de Finib. Habes nudiq́ expletam & perfectam Torquate formam honeſtatis, quæ tota ex his quatuor uirtutibus, quæ à te quoque commemoratæ ſunt, continetur. ¶ Forma item apud Columellam lib. 7. cap. 8. dicitur inſtrumentum in quo exprimitur caſeus. Liquor (inquit) in ſiſcellas, aut in calathos, uel formas trãsferendus eſt. Ibidẽ, Deinde ubi formis aut calathis exẽptus eſt ¶ Forma pro ſpecie frequenter accipitur apud Rhetores. Qu. li. 7. c. 1. Abdicationũ formæ ſunt duæ, altera criminis perfecti, altera imperfecti, &c. ¶ Forma pro regula. Virgil. 6. Aeneid. Quam pœnam, aut quæ forma uiros fortunæ de merſit. Vbi Seruius, Forma regula. Singulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia ex more Romano, quem ſequitur. ¶ Accipere formam, id eſt modum. Quin. lib. 2. cap. 4. Ita quum iam formam rectæ, atq́ emendatæ orationis accipient. Virg. 1. Georgic. Continuò in ſyluis magna ui flexa domatur In burim, & curui formam accipit ulmus aratri. ¶ Hinc compoſita ſiunt Conformis, ὁμοσχήμων, Deformis, Informis, Vniformis, Multiformis, Semiformis. & huiuſmodi adiectiua. Colum. lib. 6. Quæ cuncta remedia creditur eſſe aduerſus tonitrua, quibus uitiantur ouа, pullíq́ ſemiformes interimuntur, antequam toti partibus ſuis conſummentur, reliqua uide ſuis locis.

Fœrmula, læ, fœmin. prim, diminutiuum, σχήματιον, γραμμάτιον, γραμματίδιον. [Ital. *Maniera ò fazzone.* Gallicè, *Maniere, façon, formule.* Hiſpanic. *La forma de cada coſa.* German. Ein geſtältlein.] Quod aliquando pulchritudinem ſignificat, cũ quadam tamen diminutione, ſiue blandimento. Plautus in Perſa, Tempori hanc uigilare oportet formulam atque ætatulam, Ne ubi capillus uerſipellis fuat, fœdè ſemper ſeruias. ¶ Capitur nonnunquam pro lege, & conſtitutione. Cic. libro 1. Offic. Nondum Aquilius protulerat de dolo malo formulas. ¶ Etiam formulæ dicuntur quę nos inſtrumenta uocamus: ut Teſtamentorum formulæ, apud Ciceron. 2. de Orato. ¶ Formula dicendi, pro ſtylo & ratione loquendi, Ci. de Opt. gen. orat. Et ad quam eos dicendi formulam reuocent, intelligant. ¶ Formulam intendere, eſt dicam impingere, uel dictare actionem. Sueton. in Vitel. Quum libertino cuidam acerbius debitum repoſceret iniuriarum formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intendiſſet. ¶ Cadere formula, uel Excidere formula, eſt aliquid de conceptis formulæ uerbis immutare. Erant enim iuris formulæ certis quibuſdam uerbis conceptæ, à quibus ſiquis uel minimum receſſiſſet, cadebat cauſa, hoc eſt amittebat cauſam. Quintil. li. 5. Neq́ ignoro multa tranſferri, cùm in omnibus fere cauſis in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, &c. Sunt qui pro eodem accipiant. Cadere formula, & Cadere cauſa: quibus non facile aſſentior: etiamſi unũ ſequi ſolet ex altero. Nam qui formula cadebat, idem etiam cadebat cauſa. Quod & ipſum non obſcurè oſtendit Quint. lib. 7. quum ait, Eſt enim certa ſeruitus ad certa ſe uerba aſtringendi: quidq́ faciendum in libr. Ciceron. de Orat. uetat M. Antonius. Nam eſt etiam periculoſum, quum ſi uno uerbo ſit erratũ, tota cauſa cecidiſſe uideamur.

Fœrmũlarius, rii, dicebatur cauſidicus, qui ex formula iuris agere conſueuit, λογράφος, λογολόγος, λογαγωγός. [Ital. *Pratico in proceſſo.* Gall. *Vn practicien en proces.* Hiſpan. *Abocado de pleitos.* Germani. Ein Redner ſo nach form, deſs rechten handlet.] Quintil. li. 12. Quorum alii ad rubricas uel ad album ſe traſtulerint, & formularii, uel (ut ait Cicero) legulei iſti eſſe maluerunt.

Formoſus, moſa, moſum, Pulcher, ſpecioſus, bona forma præditus, εὔμορφος. [Italicè, *Bello di forma.* Gallicè, *Beau.* Hiſpanicè, *Hermoſo de forma.* Germanicè, Vuolgeſtalter. Hüpſch.] ſemper enim cum laude dicitur: quamuis forma, unde originem ducit, medium ſit uocabulum. Cicero primo de Natura deorum, Eſt tanta uis naturæ, ut homo nemo uelit niſi hominis ſimilis eſſe: ſed tamen cuius hominis? quotus enim quiſque formoſus eſt? Virgilius ſecunda Aeglog. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Cicero ſexta Verr. Mulierum nobilium & formoſarum gratia.

Formoſitas, tatis, generis fœminini, terriæ declinationis, τὸ μορφὴ καλοῦ εἶναι. [Italicè, *Beltà* Galli. *Beauté.* Hiſpan. *Hermoſura.* Germanicè, Vuolgeſtaltung Schöne, Hüpſche.]

hũpſche.] Cic.1. Offic. Idq; poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Formalis, le, *σιδηρεος*. Sueto. in Domit. Pari arrogantia, cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpit, Dominus & Deus noſter ſic fieri iubet. Vbi Epiſtolam formalem accepit pro ea quæ certa forma qua dictabatur, excipiebatur à ſcribis. Pro quo prioris ſeculi homines dixiſſent Concipere epiſtolam. Plin. lib. 34. ca. 9. Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarii uiceſima, maximeq; ita colorem bibit quem Græcanicum uocant.

Formiter iuratur, quando cum cauſa adiecta, uel cum expreſſione contactus iuratur. Informiter uerò, cùm cauſa iuramenti nõ exprimitur Zaſius de Act. parag. item ſi quis poſt hu. inſtit. de Act.

Formo, formas, 1. p. Formam alicui induco, *σχηματίζω, καθίστημι, τυπόω, μορφόω*. [Ital. Formare. Galli. Former, façonner. Hiſpan. Formar ò dar figura à la coſa. German. Formieren, ein geſtalt machen.] Cicer. 4. Acad. Permenides ignem qui moueat terram, quæ ab eo formetur. Plini. libro decimo, capite 91. Quo maius eſt animal, tanto diutius formatur in utero. Virgil 9. Aeneid. Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas claſſem. Suetonius in Domi. Epiſtolas, orationeſque, & edicta alieno formabat ingenio. Id eſt in iis componendis aliena opera utebatur, ſiue per alium componebat. Horat. 3. Carm. eradenda Cupidinis Pravi ſunt elementa: & teneræ nimis Mentes aſperioribus Formandæ ſtudiis. ¶ Formare iuuentutem, & inſtituere, & ueluti à rudiore ingenio ad meliorem quandam formam traducere. Plinius in Panegyr. Quid ultra? quid mores iuuentutis quàm principaliter formas? ¶ Huius compoſita ſunt Conformo, Deformo, Informo, Reformo, Transformo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Fõrmatus participium, *μορφὴ ὑβὶς, πλασθείς*. [Itali. Formato, fatto. Gallic. Fait, formé. Hiſpani. Hecho, formado. German. Geſtaltet, geformiert.] Cicer. 1. de Natur. deor. Nam Cleanthes, ut dicebas, quatuor modis formatas in animis hominum putat deorum eſſe notiones. Ouid. 1. Metamor. -nultuq; immotus eodem Hæret, ut è Pario formatũ marmore ſignum.

Fõrmator, maſc. t. uerbale, qui inſtruit & format, *πλάστης, ὁ δομεύς*. [Ital. Chi forma & inſtruiſce. Gal. Formeur, façonneur, qui inſtruit. Hiſpan. El que forma ò da figura à la coſa. Germani. Ein geſtalter.] ut, Formator animi, formator morum. Colum. in Præfat. lib. 1. Denique animi ſibi quiſque formatorem præceptoremque accerſat. Plinius in Epiſtol. Latum clauum in domo mea induerat, ſuffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat, ad hoc, ita me dilexerat, ita uerebatur, ut me formatore morum, me quaſi magiſtro uteretur.

Fõrmatũra, rę, fum p. Idem quod conformatio, ſiue forma uniuſcuiuſq; rei. *μόρφωσις, μορφή*. [Itali. Forma, fazzone. Galli. Façon, façonnement. Hiſpan. Forma ò figura. Germ. Geſtaltung.] Lucret. libr. 4. Formaturaſque laborum pro parte figurat. Et paulò pòſt, Seruat enim formaturam, ſeruatq; figuram.

Fõrmica, micæ, f. p. à ferendis micis dicitur, *μύρμηξ*. [Italice. Formica. Gall. Fourmi ou fourmis. Hiſpan. Hormiga. Germani. Ein Omeyſs.] Mica uerò propriè eſt puluiſculus ille qui in arena quaſi argentum fulget: à quo & panis, & omnium rerum minimæ parres, micæ dicuntur, quaſi minutim cadentes. Vel ſimpliciter à ferendo, quòd nullum animal frequentius pondera conueheret, neque ſi menſuram corporis reſpicias, maiora. Cic. 3. de Nat. deor. Num id circo exiſtimas formicam anteponendam eſſe huic pulcherrimæ Vrbi, quòd in Vrbe ſenſus ſit nullus, in formica nõ modò ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria? Plautus Trin. -quid factum eſt coſs. Comeſum, Expotum, exutum, elotum in balneis, piſcator, piſtor abſtulit, lanii, coqui, holitores, myropolæ, aucupes, conficit citò, Quàm ſi tu obiicias formicis papauerem. ¶ Inde ſit diminutiuum Formicula, *μυρμήκιον*. ¶ Formicæ Indicæ, *μύρμηκες ἰνδικοί*, animalia ſunt Aegyptii lupi magnitudine, & felium colore, ſed cornuta, aurum ex terræ cauernis eruentia, in regione Septentrionalium Indorum, qui Dardæ uocantur, eruntumq; ſumma cura aſſeruantia. Accolæ æſtiuos feruores maximè obſeruant, illisque præſtu in cuniculis latentibus, aurum ſurripiunt. Sæpe tamen odore admonitæ formicæ è cauernis pronolant, crebroq; lacerant, quamuis præ uelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritasq; eſt cum amore auri. Hæc Plin. lib. 11. capi. 31. ¶ Formica camelus, *μύρμηξ ἡ παμμελ*. De uehementer inæqualibus, & modò minimis, modò maximis, quod perinde ſit, quaſi tepête camelus in formicam uertatur. Lucian. ¶ Ineſt & formicæ & ſerpho bilis, *ἐνεστι καὶ μύρμηκι καὶ σιφωχαλι*. Admonet adagium, non eſſe contemnendum inimicum quempiam, nec ullum temerè laceſſendum: quandoquidem nullum animal tam minutum aut imbecillum, quod irritatum non excandeſcat ira. Quadrabit & in homunculos, nullis præditos uitibus, tamen uindictam molientes, ira ut ſolet, animos ſuppeditante. Serphus minutulum animal non diſſimile formicæ.

Formicinus, a, um, penul. prod. Quod ad formicam pertinet, *μυρμήκινος*. [Itali. Cià che è formica ò appartiene. Gallic. De formis ou formi. Hiſpani. Coſa perteneciente à la hormiga. Germa. Den Omeyſſen zugehörend.] Plaut in Menæch. -nunc cogito Vtrum me dicam ducere medicum an fabrum: Atq; eccum incedit, monet formicinum gradum, hoc eſt incedit more formicæ.

Fõrmicõſus, a, um, Plenum formicis, *μυρμηκώδης*. [Italicè, Pieno di formiche. Gall. Plein de formis, formillant. Hiſpanicè, Lleno de hormigas Germanicè, Voll Omeyſſen.] Plinius libro decimo, capite 74. Diffident thoes & leones, & minima æquè ac maxima: formicoſam arborem ſorices cauant.

Fõrmicãtio, onis, f. t. *μυρμηκίασις*. [Ital. Mal della formica. Gall. Certaines uerrues és parties du corps qui formillent, & demangent, formilliere. Hiſpan. Aquella obra de hormigar el cuerpo. Germanicè, Die beiſſige raud.] Exuberatio quædam eſt parua & calloſa, in ſumma cute latiſſimis radicibus inhærens, ſupernè anguſtior, quæ inter ſcalpẽdum mordentis formicæ ſenſum præbet: unde etiam ex Græcis nonnulli hoc mali genus *μυρμήκια*, hoc eſt formiculas appellarunt. Plinius libro 8. capite 7. Cinis mulierbrium crinium, quum fuerint combuſti, addito melle ſanguinem ſiſtit illico, & formicationem corporum. Idem li. 30. ca. 8. Verendorum formicationibus, uerrucisq; medetur ancipiti polmonis inaſſati ſanies.

Formicans pulſus, Exiguus eſt, debilis, & frequens, omniumq; maximè letalis, *σφυγμὸς μυρμηκίζων*. Ita dictus quòd ueluti formicas per arteriam diſcurrentes tactui repræſentet. Plin. libro 7. capite 51. Venarum inæquali aut formicante percuſſu.

Fõrmido, dinis, ſecunda ſyllaba producta, Metus uehementior, pauor, *φόβος, δέος*. [Ital. Paura, tema. Gall. Crainte, peur. Hiſpan. Miedo ò temor demaſiado. Germani. Forcht, Schrácken.] Cicer. 4. Tuſculan. Formidinem metum permanentem definiunt. Horatius, Odernnt peccare mali formidine pœnæ. Plaut. in Amphit. Neque miſer me commonere poſſum præ formidine. Cicer. Attico libro octauo, Omnino intelligo, nullum fuiſſe tempus poſt has fugas & formidines quod magis debuerit mutum eſſe literis. Virgil. 3. Aeneid. Tum uerò ancipiti mentem formidine preſſus Obſtupui.

Formido, das, penult. prod. Vehementer timeo, *ὑπερφοβοῦμαι, περιφοβοῦμαι*. [Italicè, Hauer gran paura, temer forte. Gal. Craindre, redoubrer. Hiſpan. Temer demaſiadamente. German. Hefftig förchten.] Plaut. in Capt. Nimisque hercle illum malè formidabunt. Idem in Ciſtel. Nam & intus pauco, & formido foris. ¶ Huius compoſita ſunt, Afformido, Deformido, & Reformido, quæ ſignificant ualde formido. Col. li. 1. Si uexationem uitæ non reformidet.

Formidans, participium, *φοβούμενος, ὑποπτεύων*. [Itali. Temente. Gallic. Craignant. Hiſpani. Temeroſo, medroſo. Germanicè, Förchtende.] Plautus Amphitr. Ego cunas receſſim rurſum prorſum trahere & ducere, Metuens pueris, mihi formidans.

Formidatus, participium, *περιφοβηθείς*. [Ital. Temuto. Galli. Redoubté. Hiſpan. Temido. Germani. Geförchtet.] Horat. 1. Carm. Ode 6. Penè occupatam ſeditionibus Deleuit urbem Dacus, & Aethiops, Hic claſſe formidatus, ille Miſſilibus melior ſagittis.

Formidatio, Verbale, ſ. t. *φόβος, τὸ δέος*. [Ital. Eſſo temere.

Gall.

Gall. Crainte. Hiſp. Aquel temer. Germ. Forcht.] Cicero in Partit. In ſuaſione autem aut ſpem aut formidationem deliberantis. Quædam exemplaria legunt reformidationem, quædam reformationem.

Formidoloſus, ſa, ſum, Modò actiuè ſumitur pro eo qui timet. πιφοβ@. [Ital. Timoroſo, che è temuto. Gall. Vn homme craintif. Hiſp. Temeroſo ò medroſo. Ger. Forchtſam.] Teren. Eunuc. Num formidoloſus obſecro es, mi homo. C. Apagefis, egón' formidoloſus? id eſt, timidus, uel meticuloſus. Modò paſſiuè, pro eo qui formidatur. πιφοβούμ. Salluſt. Regibus boni quàm mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; his aliena uirtus formidoloſa eſt: id eſt, quæ formidatur. Cic. 4. Tuſcul. Conſeruatio ſtabilis iudicii in iis rebus quæ formidoloſæ uidentur.

Formidoloſè, aduerb. πιφοβῶς. [Ital. Con timore. Gall. Auec crainte, en craignant. Hiſp. Con miedo y temor. Germ. Forchtſamlich.] Cic. pro Sextio, Eos qui plurimũ poſſent, opponi omnibus concionibus fallò, ſed formidoloſè tamen autores ad perniciem meam.

Formidabilis, le, omn. t. Quod eſt formidandum. φρικτός. [Ital. Formidabile, del quale ſi teme. Gal. Qu'on doit craindre, qui eſt à craindre & redouter. Hiſp. Coſa que ſe puede ò deue temer. Germ. Das zů förchtẽ iſt.] Ouid. 2. Metam. Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen.

Formo, as, Formoſus, Formula, Vide Forma.

Fornax, cis, fœm. t. κάμινος. [Ital. Fornace. Gall. Fournaiſe. Hiſp. Horno à hornaza. Germ. Ein ofen.] Quæ res alicuius coquendæ, aut calefaciendæ gratia igni ſuccẽditur: cuiuſmodi ſunt quibus calx, aut latetes coquuntur, quibuſque hypocauſta calefiunt. Cic. 2. de Nat. deor. Sunt quædam etiam quæ igne naſci putentur, apparentq; in arcẽtibus fornacibus ſæpe uolitantes. Plin. lib. 9. cap. 8. Longinquæ fornacis cuniculo.

Fornacula, diminutiuum, Iuuenal. Satyr. 10 Magna eſt fornacula. μικρὸς κάμινος. [Ital. Fornace picciola. Gall. Petite fournaiſe. Hiſpan. Pequenno horno ò hornaza. Germ. Ein ofelin.]

Fornaceus, a, um, Factum in modum fornacis. καμινοειδής. [Ital. A foggia di fornace. Gall. Fait en façon de fournaiſe. Hiſp. Hecho en guiſa de hornaza. Germ. Gemacht wie ein ofen.] Plin. lib. 35. cap. 14. Quid? non in Africa, Hiſpaniaque ex terra parietes quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati utrinq; duabus tabulis intercluntur uerius quàm inſtruuntur) cuius durant incorrupti imbribus, uentis, ignibus omniq; cæmento firmiores?

Fornacarius, arii, m. l. Cui accendendæ fornacis, coquendiq; panis cura incumbit. καμινιντὴς, ἀρτόπλας. [Italicè, Fornaio. Gall. Fournier, boulenger. Hiſp. Hornero. Germ. Ein ofenheitzer, oder becke.] Vlpian. l. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aquil. Si fornacarius ſeruus coloni ad fornacem obdormiſſet, & uilla fuiſſet exuſta.

Fornacalia, orum, Feriæ ſartis torrendi gratia inſtitutæ, quòd ad fornacem quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Ouidius lib. 2. Faſtor. Facta dea eſt Fornax, lati Fornace coloni. Et paulò pòſt, Curio legitimis tunc Fornacalia uerbis Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit. Budæus poſt Feſtum.

Fornix, icis, penultima genitiui correpta, & generis maſculini, tertiæ decl. Arcus in ædificiis & quodcunq; opus concameratum. καμάρα. [Ital. Volto, arco. Gall. Voute, arc ou arche, la ployе ou arc d'une voute. Hiſp. Arco ò boueda ò coſa ſemejante. Germ. Ein ſchwibogen oder gewölb.] A fatuo, atto: nam loca in arcum ædificata ſubobſcura ſunt. Cicero in Top. Non debebit præſtare quod fornix uitium fecerit. Virgil. 6. Aeneid. Mœnia conſpicio, atq; aduerſo fornice portas. Idem 10 Aeneid. Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi. Plin. lib. 11. cap. 9. Relinquuntur itaq; fornices crebri montibus ſuſtinendis. ¶ Quoniam uerò meretrices in huiuſmodi locis: id eſt, ſub fornicibus habitare conſueuerunt, ponitur fornix pro lupanari, ſeu meretricia cella. χαμαικοίμη. Seneca lib 1. Controu. Redoles adhuc fuligine fornicis. Et in Priapeia, Nigri fornicis oblitus fauilla. Iuuenalis Satyra 7. Lenonum pueri quocunq; in fornice nati. Horat. 1. Serm. Satyra 2. Sunt qui nolunt retigiſſe, niſi illis. Quarum ſubſura talos tegat inſtita ueſte: Contrà, alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem. ¶ Erant etiam fornices, arcus in memoriam rerum à triumphalibus uiris geſtarum extructi, quaſi monumenta uictoriarum. Cic. 2. de Orat. Etiam illa ridentur, quæ minuendi aut augendi cauſa ad incredibilem admirationẽ efferuntur: uelut ea Craſſe in concione, ita ſibiipſi magnum uideri Memmium, ut in forum deſcendens caput ad fornicem Fabii demitteret. Idem 4. Verrina, Huius fornix in foro Syracuſis eſt, in quo nudus filius ſtat. Huiuſmodi fornices etiam hodie Romæ extant, quos Arcus triumphales uulgò uocant, quorum antiquiſſimus eſt diui Veſpaſiani nomine erectus in triumpho Iudaico. Alii autem duo maximè inſignes, quorum alter Septimii Seueri, alter Conſtantini honori erectus eſt.

Fornico, cas, penult. corr. act. pr. Fornices extruo, uel fornicis figuram rei alicui induco. καμαρόω. [Ital. Fabricare in uolto. Gall. Vouter, faire en maniere d'arche. Hiſp. Hazer arco ò boueda. Germ. Vnd ein ſchwibogen oder gewölb machen.] Plinius libro 11. capite 10. Ruentes ceras tuleiunt pilarum intergerinis à ſolo fornicaris, ne deſit aditus ad ſaciendum. Idem libro 16. cap. 42. Populus contra omnia inferiora panditur, palma econtrariò fornicatur. hoc eſt, ſurſum incuruatur, quum fornicis cornua deorſum ſolent inclinari.

Fornicatus, participium, Quod ad fornicis modum ædificatum eſt, quod & concameratum opus & arcuatum uocamus. καμαρωθείς, καμαρωτός. [Ital. Fatto in uolto. Gall. Fait en voute. Hiſp. Hecho en arco ò boueda. Germ. Gewölb, zůſamen geſchloſſen als ein ſchwibogen.] Cicero in Topicis, Omnibus ius eſt, parietem directum ad parietẽ communem adiungere uel ſolidum uel fornicatum.

Fornicor, aris, dep. pr. Idem eſt quod meretricor. hoc eſt, cum meretricibus rem habeo. πορνεύω. [Ital. Hauer à fare con meretrici. Gall. Paillarder. Hiſp. Fornicar ò andar en puterias. Ger. Hůrey treyben.] Dictum fornicari à fornicibus, in quibus meretrices proſtare conſueuerunt.

Fornicarius, rii, ſubſtãtiuè, m. ſ. ὁ ἀπὸ τοῦς καμάρους, ἢ τοῦς ἀιωτρίβων. Propriè dicitur opifex, aut propola, ſiue inſtitor, qui tabernas à fiſco cõduxit ſub fornicibus, ut ibi merces ſuas uxales habeat: cuiuſmodi eſſe ſolent in porticibus fori uxalium, id eſt, macelli, quas falas appellant. In Pandectis, l. Quum quidam. de Vſuris, Fiſcus ex ſuis contractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet à fornicariis, qui tardius pecuniam inferunt. Budæus in Annotationibus.

Fornicatio, onis, fœm. t. Fornicis ſtructura. καμάρωσις. [Ital. Edificio in uolto. Gall. Vouture, uouture. Hiſp. Edificio à boueda. German. Vnd ein gewölbung, zůſamen ſchieſſung, wie ein ſchwibogen.] Seneca, Societas noſtra lapidum fornicationi ſimilis eſt, quæ caſura, niſi inuicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtineretur. ¶ Fornicatio item, accipitur pro ſcortatione, præcipuè apud ſacræ Scripturæ interpretes: à uerbo deponente fornicari, quod eſt cum ſcortis rem habere, quæ ſub fornicibus proſtrare ſolebant. πορνεία.

Fŏro, ras, Penetro, ſiue Pertundo, τιτρώνω, τρέω. [Ital. Forare pertugiare. Gal. Percer, forer troüer. Hiſp. Horadar. Ger. Boren.] Colum. lib. 5. cap. 9. Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito, & ita librum arboris inolescere ſinito. Plaut. Moſtell. O carnificium cribrum quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per uias. Colum. lib. 8. cap. 5. Foratis duobus aduerſis parietibus. Hinc Inforo & Perforo, penult. cor. quod eſt perterebro, & ab uno latere ad alterũ foro, τρυπῶ, τιτραίνω, ἀναπιτράω. Colum. 5. Sed aliud eſt ferramentum, quo priores uitẽ perforabãt. Liuius, Vna tamen perforata naui.

Forabilis, le, om. t. Quod perforari poteſt. τρητὸς, διατρητὸς. [Ital. Che ſi puo forare. Germ. Perceable, qu'on peut forer & percer. Hiſp. Coſa que ſe puede ligeramẽte horadar. Ger. Gůt zů borẽ.] Ouid. 11. Metam. Contemptor ferri, nulloq; forabilis ictu.

Foramen, penult. prod. inis, n. t. Quicquid perforatum eſt. τρώγλη, ὀπή. [Ital. Forame, buco. Gall. Vn trou ou pertuis. Hiſp. Horado ò agujero. Germ. Ein loch das geboret iſt.] Colum. de Arbor. cap. 8. Itaq; cauatum foramen quum purgauimus, nudiq; adraſos ſurculos inſerimus. Cic. 1. Tuſculan. Nam nunc quidem quanquam foramina illa quæ parent ad animum à corpore, callidiſſimo artificio natura fabricata eſt, tamen terrenis concretisq; corporibus ſunt interſepta quodammodo. Plin. li. 10 cap. 70. Piſces quidem auditus, nec membra habent, nec foramina. Foramen ad excrementa corporis, apud Plin. lib. 11. cap. 12.

Foran inoſus, oſa, oſum, Quod foraminibus abundat, τρηματώδης.

Foratus, tus, tui, m. q. Idem ferè quòd foramen, uel potius ipſa perforatio. τρῆμα, τρῆσις. [Ital. Forame, buco. Gallicè, Trou, ou pertuis. Hiſp. Horado. Ger. Borung, das boren.] Lactant. lib. de Opific. Oculorum orbes concauis foraminibus concluſit: à quo foratu frontem nominatam Varro exiſtimauit.

Fors, ô fors, à forte, fœm. generis. ἡ τύχη, λαχμός. [Ital. Fortuna, caſo. Gall. Fortune, cas, auenture. Hiſpan. Fortuna auentura. Germ. Ein glück fraal, zufaal.] Caſus eſt extemporalis. Fortuna autem ipſa deaeque annotauit Nonius, citans locum Accii ex Andromeda, Multi quibus natura praua magis, quàm fors, aut Fortuna obſtitit. Cic. ad Atticum lib. 14. Fors in aliquibus rebus pluſquam ratio poteſt. ¶ Interdum tamen pro ipſa Fortuna ponitur. Cic. 4. ad Attic. Sed de illa ambulatione Fors uiderit: aut ſi quis eſt qui curet Deus. Terent. in Hecyr. Fors fuat poſtid eſt, Donato expoſitore, Fortuna foueat, uel bona eueniat. Idem Phorm. Dii noſtrâ fidem, quàm ſæpe Forte temerè Euenium, quæ non audeas optare.

Fors, fortuna, Vide Fortuna.

Forſan, dubitandi aduerbium eſt. ἴσως. [Ital. Forſe. Gall. Par auenture, de fortune. Hiſp. Por auentura. Ger. Villeicht.] Virgilius 1. Aeneidos, Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Terent. in Andria, Aliquis forſan me putet non putare hoc uerum.

Forſitan, dubitándi aduerbium, eiuſdem ſignificationis cum forſè, forſan, & forſaſſe. ἴσως. [Ital. Forſe. Gall. Par auenture. Hiſp. Por auentura. Germ. Villeicht.] Cic. de Oratore, Maior ars aliqua forſitan eſſet requirenda.

Forſaſſis, ſiue forſaſſe, dubitandi aduerbium ἴσως [Ital. Forſe. Gall. Par auenture. Hiſp. Por auentura. Ger. Villeicht.] Cicero Cælio libro 2. Epiſtolarum, Sed ego forſaſſis uaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. Terentius Eunocho, Tu forſaſſe quæ facta hîc ſunt, neſcis. Cicero Mario libro ſeptimo, Habes epiſtolam uerboſiorem forſaſſe quàm uelles.

Forſè, aduerbium, Interdum idem ſignificans quod fortuitò: hoc eſt, caſu, & ueluti per ſortem. τυχόν. [Ital. Per auentura. Gall. Par auenture, de cas fortuit. Hiſp. Por auentura. Germ. Ougeuerd.] Virg. in Buc. Forſè ſub arguta conſedérat ilice Daphnis. ¶ Aliquando autem dubitandi aduerbium eſt. Cic. 2. de Orat. Ne forſè hoc magnum ac memorabile uideatur.

Fortis, te, om. t. Tam de corpore, quàm de animo dicitur. Nam & eum ſignificat, qui ualidis uiribus eſt præditus, & qui infractum in aduerſis habet animum. ἀνδρεῖος. [Ital. Forte, gagliardo. Gall. Fort, robuſte, gaillard. Hiſp. Fuerte. Germ. Starck, manlich, dapfer.] Cic. pro Milone, Vir fortis & animoſus, & acriter morti ſe offerens. Idem 2. Tuſc. Fortes Fortuna adiuuat, ut eſt in prouerbio. Idem de Senectute, Senectus animoſior eſt quàm adoleſcẽtia, & fortior. Idem pro S. Roſc. Vir contra audaciam fortiſſimus. Idem de Orat. Indexto laterum fortis & utilis. Plaut. in Aſinar. Qui me uir eſt fortior ad ſuſtinendas plagas? Virgil. 1. Aen. Fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum. ¶ Quandoq; celer. Virgil. 11. Aen. Quid tam egregium, ſi fœmina forti Fidis equo? ¶ Quandoq; formoſus. Plaut. in Milite. Ecquid fortis uiſa eſt? ¶ Quandoq; diues. Plaut. Trin. Eum ſororem ſpopondiſſe ſuam in tam fortem familiam. ¶ Fortis in alium fortiorem incidit, ἐδλὸς ἰὼν, ἄλλῳ λιφθεὶς ἐδλοτέρῳ ἀντὶ τυχεῖν. Dici ſolitum, ubi quis nimium fretus ſuis uiribus, aliquando nanciſcitur à quo uincatur. Zenod.

Fortiuſculus, li, dimin. ἐρρωμενέστερος. [Ital. Alquanto forte. Gall. Fort eſclet, un peu fort. Hiſp. Fuerte un poco. German. Starcklechtig, ein as dapfer.] Cic. 2. Tuſcul. Quamuis idem Epicurus fortiuſculus ſit in torminibus, & in ſtrangu ria ſua præbeat.

Fortifico, as, aſſi. p. Munio, roboro, quaſi fortem facio. ἰσχυρίζω. [Ital. Fortificare. Gall. Fortifier. Hiſp. Fortalecer. Germ. Stercken, ſtarck machen.] Plaut. Fortifica animum.

Forteſco, ſcis, n. t. Fortis fio. ἀριστεύομαι. [Ital. Diuenir forte. Gall. Deuenir fort, s'afforcir. Hiſpan. Fortalecerſe. Germ. Starck oder dapfer werden, erſtarcken.] Næuius, Creſcit annis, & forteſcunt nites. Hoc uerbum à Gellio lib. 19. capite 7. refertur inter antiqua & obſoleta.

Fortitudo, inis, fœm. t. Eſt (ut inquit Cicero 2. de Inuent) conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Vel (ut idem 4. Tuſcul. definit) eſt ſcientia rerum perferendarum, uel affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummæ legi pareus, ſine timore. ἰσχὺς, ἀνδρεία. [Ital. Fortezza. Gall. Force, bon courage, uaillantiſe. Hiſpan. Forteleza uirtud del anima. Germ. Manheit, dapferkeit, ſtercke.] Macrobius, Fortitudinis eſt, animum ſupra periculi metum agere, nihilq; niſi turpia timere, tolerare fortiter uel aduerſa, uel proſpera. Fortitudo præſtat magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam, firmitatem. Cic. 11. Philip. Eſt omnino fortium uirorum, quales uos eſſe debetis, uirtute præſtare eatenũ, ut poſſint fortunæ culpam nõ extimeſcere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo ſolùm, uerum etiam ſapientia poſita latur, quanquam uidentur hæc nõ poſſe ſeiungi, &c. Idem 1. Offic. Sunt ergo domeſticæ fortitudines non inferiores militaribus.

Fortiter, aduerb. Animoſè, infracto animo. ἀνδρικῶς [Ital. Fortemente, animoſamente. Gall. Fort, uaillamment, puiſſamment, courageuſement. Hiſp. Fuerte y es forçadamente. Germ. Manlich, dapferlich.] Cic. de Senect. Quę ego meum caſum fortiter ferre uiſus ſum. Idem 4. Philip. Nec ſolùm id animoſè, & fortiter, ſed conſideratè etiam, ſapienterq; fecerunt. Plaut. Merc. Non abſtulit modò, ſed in amorem conjecit fortius. Plin. lib. 16. cap. 40. Fortiſſimè ulmus ſeruat rigorem.

Fortitò, aduerb. Vide Forte.

Fortuna, næ, fœm. pr. Eſt accidentium rerum ſubitus ac inopinatus euentus. τύχη [Ital. & Hiſpan. Fortuna. Gall. Fortune, auenture. German. Glück, ein zufaal or ſey gut oder böſs] Cæſar 7. Belli Gallici, Miſeratur communem Galliæ fortunam. Cic. 2. de Diuin. Quid eſt enim aliud fors, quid fortuna, quid euentus, quid caſus, niſi quum ſic aliquid accidit, ſic euenit, ut uel non cadere atq; euenire, uel aliter cadere atq; euenire potuerit? Eſt autem fortunæ uocabulum medium, ſed quum fortunam ſolam dicimus, intelligimus fœlicitatem. ¶ Fortuna, dea credita eſt antiquis, quæ apud Præneſtinos & Antiates præcipuè colebatur. Iuuenalis Satyra 10. Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed nos Nos facimus Fortuna deam, cœloq; locamus. Terent. Phor. O fortuna, ô Fors fortuna, quàtis commoditatibus, Quàm ſubitò hero meo Antiphoni ope noſtra hunc oneraſtis dié. Vbi Donatus, Aliud fortuna, aliud fors fortuna. Fortuna dicta eſt incerta res: fors fortuna, euentus fortunæ bonus. εὐτυχία, εὐκοτμία. Nam Fors fortuna dea habebatur, cui Tyberim ædem habens, cuius feſtum colebant qui ſine arte aliqua uiuebat. Cicero de Amicitia, Non enim ſolùm ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa eſt. ¶ Accipitur enim fortuna in utroq; numero pro diuitiis. Cicero in Diuinat. in Verrem, Cur, de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris euertere. Tacitus libro 11. Nec ſi Iturius & Caluiſius adeſis omnibus fortunis, &c. Cicero de Amicitia. Sæpe enim quibuſdam aut animus abiectior eſt, aut amplificandæ fortunæ fractior. Horatius 1. Epiſtolar. 7. Quò mihi fortuna, ſi non conceditur uti? ¶ Fortunæ, arum, pluraliter pro fœlicitate. Terentius in Andria, Tum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Cicero pro Sylla, Hic uos orat, Iudices, patruus, ut ſe aliquando, ſi non integra fortuna at afflicta, patri ſuo gratulari ſinatis. ¶ Fortuna aſſueta, τύχη ἐυφιλὴς. Quòd uicißim huic fauere ſoleat, nunc illi. ¶ Manum admouenti fortuna eſt imploranda. τὰ χεῖρα ἀπὸ φέρουσα δεῖ τὰν τύχαν ἐπικαλεῖν. Admonet adagium ita fidendum eſſe diuino auxilio, ut nihilo ſegnius, quantum in nobis eſt, etiam ipſi noſtra induſtria aliquid ponamus. Superos inertium ac deſidioſorum uota. Plutarchus. ¶ Sui cuiq; mores fingunt fortunam. E medio nulgò uiderat ſumpta ſententia apud Cornelium Tacitum in uita Pomp. Attic. Nam plerunq; uidemus mala malis euenire, digna dignis: idq; uulgò diſſitant. Malus malum reperit, Arteſtatur & ueſticulus prouerbialis, Ἐδλὸς γὰρ ἀνὴρ ἐδλὸν καὶ ἀνδρὶ δῶκε. Viro bono fortuna ſuppeditat bona. ¶ Cuiuſmodi portento me inuoluit fortuna. ἰὼ μ' ὀλοὰ μαρτὶς

μὴ τίρατι συγκατάβηθι. Dici conuenit, ubi negotium incidit cum homine moroſo difficilique, cum quo nõ queas uiuere, nec à quo te poſſis extricare. Zenodotus. ¶ Præſentem fortunam boni conſule. τὸν παρόν ἐν ποιεῖν. Quo admonemur, ne nos alienarum rerũ cupiditate maceremus, ſed quæcunq; contigit ſors, eam uelut optimam amplectamur. Plato in Gorgia.

Fortuno, nas, act. pr. Proſpero, ſecundo εὐδαιμονίζω [Ital. Felicitare, proſperare. Gall. Conduire à bonne fin, donner bonne iſſue, bien fortuner ou proſperer. Hiſp. Hazer bienauenturado. Germ. Glücken, glücklich machen.] Cic. Curioni, Tibi patrocinium dii fortunent. Idem M. Marcello, Maxima ſum lætitia affectus, quum audiui te Conſulem factum eſſe, eumq; honorem deos tibi fortunare uolo.

Fortunatus, nata, natum, Proſper, fœlix. εὐδαίμων, εὐτυχής. [Ital. Proſpero, auenturoſo, felice. Gall. Heureux, proſpere. Hiſp. Dichoſo y bienauenturado. Germ. Glückhafftig, glückſälig.] Terentius in Adelphis, Deridet fortunatus qui iſtoc animo ſies. Virgilius in Daphnide, Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. Idem 1. Aegloga, Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt. ¶ Aliquando idem eſt quod propitius. Atranius, Deos ego omnes, ut fortunati ſint, precor.

Fortunatè, aduerbium, Fœliciter, proſperè. εὐτυχῶς. [Ital. Felicemente, proſperamente. Gall. Heureuſement. Hiſp. Bienauenturadamente. Germ. Glückhafftiglich, glückſäliglich.] Cic. 2. de Finibus, Neceſſariò ſequitur, omnes ſapientes ſemper fœliciter, abſolutè, fortunatè uiuere.

Fortunatim, aduerbium, Idem ſignificans quod fortunatè. εὐδαιμόνως. Plautus, Si dederit Iupiter ut fortunatim omnia ſuccedant.

Fortuitus, ta, tum, penultima indifferente. Quod caſu accidit. τυχηρός. [Ital. Ciò che accade per caſo, per ſorte. Gall. Fortuit, caſuel, auenu d'auenture. Hiſp. Coſa que uiene à caſo y fortuna. Germ. Zufellig.] ut, Fortuitus concurſus, Cic. 1. Tuſc. Democritum enim illum, magnum quidem uirum, ſed leuibus & rotundis corpuſculis efficientem animum concurſu quodam fortuito, omittamus. Quintilianus libro 6. capite 6. Inſidiarum inuidiam in Clodium uertit, quanquam reuera fuerat pugna fortuita. Idem libro 10. capite 7. Nec tumultuarii, nec fortuiti ſermonis contextum mirabor.

Fortuitò, Caſu, temerè, forte fortuna. τυχὸν, κατὰ τύχην. [Ital. A caſo, per ſorte. Gall. D'auenture, par fortune. Hiſp. A caſo ò por auentura. Ger. Ongefehrd.] Cic. de Lege agrar. contra Rull. Pancas tribus non certa conditione iuris, ſed fortuitò, ſortisq; beneficio ad uſurpandum libertatem uocare. Idem 1. de Finib. Siue hæc ita fiũt fortuitò. Pro eodem legitur & Fortuitu. Cic. 6. Philip. Quod uerbum tibi nõ excidit (ut ſæpe fit) fortuitu: ſed ſcriptum, meditatum, cogitatum arteliſti.

Fõrum, ri, n. ſ. Proprié dicitur locus quò res uenales afferuntur: à ferendo nomen habens. ἀγορά. [Ital. Foro, piazza. Gall. Halles, lieu public ou on uend & achete. Hiſp. Mercado, lugar donde compran y venden. Germ. Ein marckt.] Vnde Forum ſuarium, Romæ dictum fuit, in quo ſues uendebantur: bouarium, in quo boues: piſcarium, in quo pisces. ἰχθυοπωλεῖον: olitorium, λαχανοπωλεῖον, in quo olera: cupedinis forum, in quo cupedia: hoc eſt, lautiores cibi uendebantur. Quę omnia, teſte Varrone lib. 5. de Ling. Lat. in unum locum ſunt contracta, quem Macellum appellauerunt. ¶ In foro ueritas, ἐν ἀγορᾷ ἀψευδεῖν: id eſt, in foro abſtinendum à mendacio. Lex erat apud Athenienſes, ut in foro rerum uenalium uanitas omnis abeſſet. ¶ Eſt præterea forum quod Græco uocabulo uocamus Emporium: hoc eſt, oppidum, uel alius quiuis locus, quò undique mercatores cõuenire ſolent ad emendum, aut uendendum. Salluſtius in Iugurtha, Erat haud longè ab eo itinere quò Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum uenalium, totius regni maximè celebratum, ubi & incolere & mercari conſueuerant Italici generis multi mortales. Hinc pleriſq; etiam oppidis nomẽ à foro manſiſſe uidemus, ut Forum Cornelii, dicta eſt Aemyliæ urbs, quam nunc Imolam uulgò uocant, à nomine eius qui in eo loco primus nundinas inſtituit. Ad hunc etiam modum Forum Liuium, Forum Iulium, Forum Aurelium, Forum Sempronii, inde ſua nomina acceperunt, quòd à Liuio, Iulio, Aurelio, uel Sempronio in his locis inſtitutæ ſunt nundinæ, ad quas totius prouinciæ mercatores merces ſuas afferebant. Cic. in Catil. Quanquam quid ego te inuitem, à quo iam ſciam eſſe præmiſſos qui te ad forum Aurelium præſtolarentur armati. ¶ Fora, uaſa, quibus antiqui utebantur in torcularibus. Colum. lib. 12. cap. 18. Tum lacus uinarii, & torcularii, & fora, omniaq; uaſa ſi uicinum eſt mare, aqua marina: ſi minus, dulci cienda ſunt, & commodanda, & diligenter aſſicanda, ne humore habeant. ¶ Dicitur etiam forum locus in quo iudicia exercentur. δικαστήριον. [Ital. Foro iudiciale, palazzo, corte. Gall. La cour, l'audience. Hiſpan. Lugar donde ſe reſponde de derecho. Ger. Ein ort an dem man gericht haltet.] Cic. ad Atticum, Quòd me in forum uocas, eò uocas unde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quintil. lib. 3. Rarum eſt autem, ut in foro iudicia propter id ſolum conſtituantur, ſicut diuinationes quæ fiunt de accuſatore conſtituendo. Fora tria iudiciaria antiquiriùs Romæ fuiſſe manifeſtum eſt. Forum Latium, ſiue Romanũ antiquiſſimum: Forum Cæſaris Dictatoris, in quo loricatã ſibi fieri ſtatuam paſſus eſt, & Forum Auguſti, quod cum æde Martis ultoris extruxit. ¶ Foro uti, eſt præſentem rerum ſtatum boni conſulere, & utcunque ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. in Phorm. Cœpi his omnia facere, obſequi, quæ uellent. D. Sciſti uti foro. Donatus uulgare prouerbium admonet eſſe: doctamq; metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercii præſcribunt quanti uendant quæ aduehunt: ſed ſecundam annonam fori quã deprehenderint, conſilium de non uendendis, aut uendendis mercibus ſumunt. Seneca, Vtamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Ex Eraſmo. ¶ Agere forum. Cicero Appio lib. 3. Qui te forum Taſi agere, ſtatuere, multa decernere, iudicare dicerent. ¶ Forum à ſubſellijs & iudiciis diſtinguit Cicero 1. de Oratore, Age uerò ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamq; mediteris, &c. id eſt, cauſas ciuiles, publica iudicia, conciones, & ſententias in Senatu dicendas.

Forenſis, & hoc Forenſe, adiect. eſt à foro deriuatum, quo ſignificatur omne illud quod ad forum iudiciale pertinet. δικανικός. [Ital. Chiò che al foro iudiciale s'appartiene. Gal. Seruãt aux plaids & proces, ou des apertenãces. Hiſp. Coſa perteneciente al conſiſtorio, ò derecho. Germ. Das zů dem gericht gehört.] Vnde forenſes cauſæ dicuntur, quæ in foro iudiciali agitantur. Cicero 3. de Natura deorum, Nec ſi id facerem in cauſis forenſibus, idem facerem in hac ſubtilitate ſermonis. Forenſis homo, qui in foro uerſari, & cauſas agere conſueuit. Forenſis rhetorica, quæ foro, iudicijſq; eſt accommodata. Cic. 1. de Finib. Sed hæc rhetorica philoſophorum, non noſtra illa forenſi, quam neceſſe eſt quum populariter loquitur, eſſe interdum paulò hebetiorem. Sic etiam forenſia neſtimenta dicebantur ea, quibus in foro utebantur: de quibus paulò pòſt.

Forenſia, Veſtes erant, quibus in foro utebantur: ſicut cœnatoria, quibus domi utebantur in cœna. δικανικά. Suetonius de Auguſt. Forenſia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit. Alio nomine dicuntur togæ forenſes, uel neſtimenta forenſia. Colum. lib. 12. cap. 47. Arculæ faginæ, uel etiam ciliaceæ: quales ſunt in quibus neſtimenta forenſia conduntur.

Foſſa, Foſſio, Foſſor, Foſſura, Vide Fodio.

Fõuea, fœm. p. à fodiendo. Dicuntur ſcrobes, ſiue ſpeluncæ, βόθυνοι, βόθροι. [Ital. Foſſa, cauerna. Gall. Foſſe, ou foſſé. Hiſpan. Hoyo ò cano. Germ. Grůben.] Cic. 1. Philip. Beilua, quæ quoniam in foueam incidit, obruatur. Plaut. Pœnul. Itaq; decipiemus foueã lenonem Lycum. Plin. li. 10. cap. 52. Itaq; anates in foueas quibus feras uenamur, delapſæ ſolæ euadunt.

Fõueo, ues, ui, tum act. ſ. Proprié eſt calidum tenere, aut calefacere. ἄγομαι, θερμαίνω, ἀλεαίνω. [Ital. Tenir caldo, couare. Gall. Eſchauffer & entretenir en chaleur, couuer, eſtuuer. Hiſp. Calentar. Germ. Vuarm halten, enthalten.] Plautus in Capt. Iubet', annon iubes aſtitui aulas, patinas clui, Laridum atq; epulas foueri foculis feruentibus? Plinius lib. 8. cap. 36. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, nõ alio incubitu, quàm oua uolucres. ¶ Aliquando ſignificat nutrire, prouehere. Plautus in Mercat. Alios enecat & extinguit, alios ſuo lacte fouet & erigit. Virgilius lib. 3. Georgicorum, Progeniem, nidoſq; fouent. ¶ Eſt etiam fouere, medi

corum uocabulum, pro eo quod eſt, partem læſam uel morboſam humidis calidiſſue fomentis foris applicatis tepefacere, humectare, & dolorem lenire. *καταυλάω, ὑγριάω.* Virgil. 12. Aeneid. Fouit ea uulnus lympha longæuus lapix. ¶ Interdum conſtituo. Virgil. lib. 4. Georg. Sæpe etiam effoſſis (ſi uera eſt fama) latebris Sub terra fouêre larem. Sic enim legit Nonius: quanquam in uulgatis exemplaribus quibuſdam legatur fodêre. ¶ Interdum tueri, ut apud eundem lib. 9. Non obuia ferre Arma uiros, ſed caſtra fouêre. ¶ Interdum amplecti, ſeu in deliciis habere. Virgil. 1. Aegl. Infelix ô ſemper ouis pecus, ipſe Neæræ Dum fouet, ac ne me ſibi præferat illa, ueretur. ¶ Huius cõpoſita ſunt, Confoueo. Circunfoueo, Refoueo, to ſyllaba correpta: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Fotus, ta, tum, participium. *θερμαινόμενος, διακεκαυμένος.* [Ital. Scaldato, fomentato, ſtuffato. Gall. Echauffé, couué, eſtuué, fomenté. Hiſp. Calentado, couado. Ger. Gewermt, warm gehaltẽ, gebrütet.] Cic. 1. de Nat. deor. Quine etiam anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus, ex quibus pulli orti primùm aluntur ab iis, ut à matribus, à quibus excluſi fotiq; ſunt.

Fotus, huius fotus, nomen ſubſtantiuum, m. g. Idem quod fomentum: uel potius ipſe fouendi actus. *θέρμανσις, θερμόλη.* [Ital. Eſſo ſcaldare, fomentare, couare, ſtuffare. Gall. Eſtuuement, fomentation, couuement, eſchauffement. Hiſpan. Obra de calentar ò couar. German. Warm haltung, brütung.] Plin. lib. 25. cap. 1. Decoctura eorum, neteres dyſentericos & cœliacos iuuat & potione & fotu.

Fomes, fomitis, maſcul. g. à foueo: hoc eſt, nutriendo igne dicitur. Eſt enim aſſula ex arbore excuſſa dum creditur. ¶ Ponitur & pro omni materia ſicca, quæ facilè igni inflammatur. *ἔναυσμα, ζώπυρον.* [Ital. Eſca, ogni coſa per accendere & allumare il fuoco, come ſcheggie & ſimili. Gall. Allumette, ce qui fait allumer ou entretient le feu. Hiſpan. Yeſca, ò aſtillas para encender fuego. Ger. Zundel, alle materey die gern feür entpfacht.] Virg. 1. Aen. Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit Achates: Suſcepitq; ignem foliis, atq; arida circum Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam. Plinius libro 6. capite 30. Excipiente materia aridi fomitis. ¶ Per translationem fomes dicitur quicquid excitat nos, & accendit ad aliquid agendum. Gell. lib. 15. cap. 1. Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii uirtutisq;, ſi mens & corpus hominis uino flagraret.

Fomentum, ti, n. g. à foueo: id eſt, calefaciendo, uel nutriendo. *θωρίαμα, κατάντλημα.* [Ital. Coſa per leuare il dolore, coſa che accheta & tranquilla. Gall. Ce qui eſt propre à apaiſer douleur, adouciſſement, rechaufement. Hiſp. Emplaſtro para mitigar dolor, emplaſtradura. Germ. Ein warme oder feuchte artzney ſo man vber ein ding ſchlecht zů milterung des ſchmerzens.] Vnde fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum & humidarum ad partes corporis læſas, medendi gratia. Plinius Iunior, Cuius grauiſſimo uulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Columella lib. 6. cap. 10. Frigori fomenta adhibentur, caputq; & ſpina repenti adipe uel uino illinuntur. ¶ Fomentum per translationem. Cic. 2. Tuſcul. Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum. Idem 1. de Finib. Fortitudinis fomentis dolor mitigari ſolet.

F ante R.

FR. In notis antiquorum, fronte, uel fratres, uel forum. **F.R.** forum regendorum, uel Regum, uel finium regendorum, uel finibus regundis. **FRA.C.** fraude creditoris. **FR.COR.** forum Corneliì. **F.ED.** factum eſſe dicebatur. **FR.ES.AR.** cum fornaces aurificum. **FR.F.** fratris filius. **FR.I.** forum Iulium. **FR.L.** forum Liuium. **FRMS.** fortiſſimus. **FR.POM.** forum Pompilii uel Pomponii. **FR.S.** forum Sempronii, uel **FRS.** fortia, uel **FRS.** fraude ſine ſua. **FRT.** fortitan. **FS.** fratres. **FS.E.** factus eſt. **F.S.E.** factum fieri poteſt. **F.T.C.** familia, uel famula teſtis cauſſa.

Fraeco, fraces, ere, n. ſ. à quo Fraceſco, Idem eſt quod corrumpor, & quaſi uetuſtate putreſco. *σήπεσθαι, γεμφυλῖσθαι, ἐξιγκᾶσθαι* [Ital. Eſſere corotto. Gall. Se moiſir, ſe rancir, ſe fleſtrir. Hiſp. Corremperſe podirſe. Germ. Faul vnnd murb werdẽ von felte.] Colum. li. 12. Oleum quod minus prouenit, ſi congelatur, fraceſcet, id eſt putreſcet. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 55. Hæc de qua fit oleum, congeri ſolet ſeorſum per dies ſingulos in tabulata, ut ibi mediocriter fraceſcat.

Fracidus, a, um, penul. corr. à fraceo, Pluſquam maturum, & iam putreſcens. *σαπρός.* [Ital. Che gia ſi commincia à corromper per la maturità. Gall. Fleſtri, moiſi & ranci Hiſpan. Rancioſo. Germ. Halb faul, reig. matt.] Cato de Re ruſt cap. 64. Factores uoluat ut oliua in tabulato diu ſit, ut fracida ſit, quo facilius efficiant.

Fraces olei, *τὰ τῶν ἐλαίων ἀποπεπιέσματα.* [Ital. Polpa doliva, fece d'oglio. Gall. Le mare des olines apres quelles ſont preſſorez, ou la lie qui en ſort. Hiſp. Las borras del azeyte. Germ. Oel trüſen.] Dicuntur carnes, & fæces oliuarum quæ in oleo ſubſidunt. Plin. lib 15. cap. 6. Oleum in tabulato minui, deteriuſq; fieri: item in amurca & fracibus: ex ſunt carnes, & inde fæces: quare ſæpius die decapulandum. Columella libro 6. capite 11. Quidam fraces uino & adipe commiſcent, coíq; medicamento póſt fomenta prædicta utuntur.

Fractus, Vide Frango.

Frænum, ni, n. ſ. cum æ diphthongo in plurali numero tam maſculini quàm neutrius generis, Inſtrumentum quo ea quæ coercetur: ita dictum à frangendo, quòd equorum ora frangat. *χαλινός.* [Ital. Freno, morſo. Gall. Frein, bride, mors Hiſp. El freno de cauallo ò mula. Germ. Ein zaum, oder das gebiſs am zaum.] Seneca, Hippolytus arctis continet frænis equos. Ouidius 1. de Arte, Tempore lenta pati frena docentur equi. Virgilius 3 Georgicorum, Et ſtabulo frenos audire ſonantes. Ouidius 2. Metamorph. Quadrupedes ducunt, addunctque ſonantia frena. Frena Pelethronii inuenêre, qui & ſtrata equorum primi monſtrauerunt, teſte Plinio libro 6. capite 30. ¶ Hinc componuntur Effrænus, na, num, & Effrænis, & hoc effrænè, idem quòd indomitus, quaſi ſine freno. *ἀχάλινος.* Virgilius libro 3. Georgicorum, Gens effræna uirûm Rhipæo tunditur Euro. Vbi Seruius, Gens effræna, id eſt, ſæua, rectorem recuſans. Hieronymus, Nequaquam effræni lingua reperiatis. Infrænus, ſiue infrenis, eiuſdem ſignificationis Virgilius 4. Aeneidos, Hinc Numidæ infræni cingunt. Quo in loco Numidæ uocantur infræni, quòd illorum equi nullis frænis coerceantur. ¶ Frænum mordere, ſignificat obluctari, & oſtendere nos gratos aliquid ferre, quod tamen ferendum eſt, *περὶ ἵππια μάχεσθαι, τὸν χαλινὸν δάκνειν.* Translatio ſumpta eſt ab equis, qui quum frænum excutere non poſſint, perpetuò tamen mordent, & arrodunt, oſtenduntque coactos & inuitos frænum ore recipere. Decius Brutus ad Ciceronem, Si frænum momorderis, peréà, ſi te omnes quorquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. ¶ Accipere frænum, per translationem, eſt dedere ſe alicui. Virgilius duodecimo Aeneidos, Ni frænum accipere, & uicti parere fatentur.

Fræno, as, act. pr. Equo frænum iniicio. *χαλινόω.* [Ital. Fornare. Gall. Brider Hiſp. Enfrenar. Germ. Zoumen hinderſich halten.] Cæſar 8. bell. Gall. Equites frænatis equis in ſtationibus diſponit. Liuius 1. belli Punici, Inſtructus, frænatoſq; equus. ¶ Per translationem accipitur pro cohibere, continere. Cicero 5. Verrina, Quum eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, auaritiæque ſuæ frænaret. Virgilius 1. Aeneid. Luctantes uentos, tempeſtatesq; ſonoras Imperio premit, ac uinclis, & carcere frænat. Liuius 10. belli Punici, Qui eas uoluptates ſua temperantia frænauit, ac domuit, multo maius decus, maioremq; uictoriam ſibi peperit, quam nos Syphace uicto habemus. Idem 7. belli Macedon. Vbi demerſis nauibus frænaſſet clauſtra maris. Virgilius lib. 1. Georg. Et glacie curſus frænaret aquarum. ¶ Hinc compoſita, Defræno & Effræno, quod eſt frænum detraho, ſiue abſq; freno teneo uel duco. *ἀποχαλινόω.* ¶ Hinc Defrænatus & Effrænatus, participium, ſiue nomina ex participio, quæ de iis dicuntur, qui ueluti fræno excuſſo regi non poſſunt. Ouidius libro 1. Metamor. Et defræno uoluuntur in æquora curſu. Cicero 4. Tuſc. Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi atq; fugam, lætitia perfuſam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. ¶ Refræno, cohibeo, & quaſi fræno retineo. Lactantius lib. 6. Virtus eſt, iram cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refrænare. ¶ Suffræno, arcto, conſtringo. Vnde nerbale Suffrænatio. Vide ſuo loco.

Frága, orum, Mora quæ in herbis humi repentibus naſcuntur. *τὰ σώμαρα.* [Ital. Fraga. Gall. Freſes. Hiſp. Miezgade, mayuela,

mayoera. Germ. Erdbeer.] Virgil. 3. Aeglog. Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga. Ouidius 13. Metam. Mollia fraga leges.

Fragilis, Fragmen, Fragor, Fragoſus, Vide Frango.

Fraginoſa, Coniza apud Dioſc. lib. 3. cap. 135.

Fragro, as, are, n. p. Redoleo, oleo, odorem emitto frangendo: quia res fractæ uehementius olent. ἐῤῥάιτομαι. [Ital. Rendere odore. Gall. Rendre grand odeur, fleurer froit, ſentir bon. Hiſp. Oler echando de ſi olor. Germ. Riechen, ein gůten geruch oder geſchmack gåben.] Virgilius 1. Aeneid. Redolentq; thymo fragrantia mella. Mart. lib. 1. Ne grauis heſterno fragres Feſcennia uino.

Fragrantia, æ, fœm. pr. ἐυωδία, τὸ ἐυῶδες. [Ital. Buon odore, Gall. Bonne odeur. Hiſp. Bueno olor. Germ. Ein gůter geruch oder geſchmack.] Valer. Maxim.

Frámea, æ, pen. corr. fœm p. Germanicum eſt uocabulum, quo illi haſtam ſignificabant. δόρυ. [Ital. Haſta, geuerina. Gall. Vn dard ou geueline. Hiſpan. El tiro ò eſpada. Germ. Ein ſpitz'g gewcer als ein glán oder ſchäfelein.] Tacit. de Germ. Ne ferrum quidem ſuperest, ſicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis, aut maioribus lanceis utuntur: haſtas, uel ipſorum uocabulo frameas, gerunt angusto & breui ferro, ſed ita acri, & ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, uel comminus uel eminus pugnēt: & eques qui dem ſcuto frameaq; contentus eſt. Iuuenal. Sat. 13. Et Martis framcam, & Cyrrhæi ſpicula natis.

Frango, gis, frēgi, fractum, 3. t. Rumpo. ῥήγνυμι, καταῤῥάττω, κατάγνυμι. [Ital. Spezzare, rompere. Gall. Rompre, froiſſir, briſar. Hiſp. Quebrar ò quebrantar. Germ. Brächen.] Ibunus in Aſinar. Quis noſtras ſic frangit fores? Cic. 7. Verrina. Prætorem tu occultas? frange ceruicem. Vbi illud obiter notandum eſt, Frangere ceruicem, tam de eo dici qui alteri per uim ceruicem rumpit, quàm de eo qui patitur. Sic dicimus etiam, fregit nauim, ἐναυάγησεν. Fregit brachiú, ἐπηρέμησε τὸν βραχίονα, quaſi ipſe fregerit, & non potius paſſus ſit. Terentius in Andria, Is fregit nauim apud Andrum. Cic. 2. de Orat. Gregalesq; eſt, in campum quum non uenisſet, requiretq; exemlauit Veſpa Terentius, quòd cum brachium fregiſſe diceret: hoc eſt, quòd ei brachium eſſet fractum. Plinius in Epiſt. Fregit coxam. ¶ Transfertur & ad incorporea: ut, Frangere animum, pro deiicere, imminuere. Plautus in Ciſtell. Ita meum frangit amantem animum. Cic. 1. Offic. Qua quidem re audita, fractum animum Annibalis ſcribit. Frangere audaciam hoſtis. Liuius 3. belli Punici, Frangere conſilia perditorum. Cic. ad Lentulum, Nec mihi aliter potuiſſe uideor, hominum perditorũ de me conſilia frangere. Frangi, debilitari, ſuccumbere. Cicero 2. de Finibus, Potius ergo illa dicantur, Turpe eſſe uino debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere. Frãgi dolore, Cic. 3. Tuſc. Frangi meru, Idem 1. Offic. Frangi pudore, Idem 2. Tuſc. Minus frangi, Strat. 6. Theb. ¶ Compoſita ſunt, Affringo, confringo, defringo, diffringo, effringo, infringo, offringo, perfringo, refringo & ſuffringo: quorum omnium ſignificata uide tuis locis.

Fractus, participium, ſeu nomen ex participio. λελαδημένος, κατεαγώς. [Ital. Rotto. Gall. Rompu, briſé, froiſſé. Hiſpan. Quebrado ò quebrantado. Germ. Gebrochen.] Cicero ad Attic. libro 2. Deformatus corpore, fractus animo, quò ſe conferat, neſcit. Calamitate fractus, & afflictus, Cic. pro Syllа. Spes fractior. Cic. de Amic. Sæpe enim in quibuſdam aut animus abiectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior.

Fractura in oſſe, quæ Græcè dicitur ἀπάγμα, in nernoſis febris, ἄπαγμα, in maſculis uerò huleus & ruptio.

Fragmen, inis, n. r. & Fragmentum, ti, Accipi ſolent pro parte rei fractæ. λάδημα. [Ital. Parte d'una coſa rotta, Gall. Eſclat, une piece d'une choſe rompue. Hiſpan. El pedaco. Germ. Ein ſtuck von einem zerbrochnen ding.] Virgil. 11. Aeneid. Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu Diſſiluit, ſulsa refulgent fragmina arena. Columel. lib. 9. cap. 15. Mox deinde fragmina fauorum quæ in ſacco remanſerũt, recocta exprimuntur. Martialis libro 8. Collegitq; ſinu fragmenta nouiſſima fractu Oris, & aggeſta contumulauit humo.

Fractura, æ, f. pr. λαδεῦσις, βρᾶυσις, τὸ λελαδωκέναι, τὸ ἄγμα. [Ital. Rottura. Gall. Rompure, briſure, fraction. Hiſp. Quebradura. Germ. Ein brächung, oder bruch.] Plin. libro 20. capite 6. Item minuta & latæ fracturis aurĩ illinuntur cum melle. Idem lib. 2. cap. 8.

Fragor, oris, m. r. Sonitus qui ex arbore, aut alia re inter frangendum redditur. πάτα@. [Ital. Il ſtrepito, il romore che fa alcuna coſa che ſi frange. Gall. Vn ſon eſclatant. Hiſp. Roydo delas coſas que ſe quiebran. Germ. Ein knall, das knaſchlen wann man etwas bricht.] Accipitur tamen pro quouis magno ſonitu. Virgilius 1. Georg. Et horridus altis Montibus audiri fragor. Seruius, Horridus fragor, ſonitus qualis fieri ſolet ex arbidis quum franguntur arboribus. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Iam fragor tectorum quæ diruebantur, intimis urbis partibus audiebatur.

Fragoſus, a, um, à frango, id eſt, aspratq; præruptus βαρύηχο@, βαρυβρόμο@, τραχώδης. [Ital. Aspero, duro. Gall. Qui rẽd un ſon eſclatant, aſpre & rude. Hiſp. Coſa que haze aquel eſtruendo y roydo, aſpero. Germ. Rauch, ſchrecklich.] Vnde compoſitum Confragoſus. Colum. lib. 1. Inculcum igitur locum conſideremus, ſiccus an humidus: uel arboſus arboribus, an lapidibus confragoſus. Fragoſa oratio, cui contraria eſt lenis. Quintil. lib. 9. cap. 4. Quæ connexa & totis uiribus fluit, fragoſa atq; interrupta melior oratio. Ibidem. Aures fragoſis offenduntur, & lenibus mulcentur.

Fragoſè, aduerbium, βαρύηχως, βαρυπτύπως, τραχωδῶς, τραχέως. [Ital. Con ſtrepito violente. Gall. Auec bruit eſclatant & violant. Hiſpan. Con eſtruendo y roydo. Germ. Mit knaſchlen oder krachen.] Plin. lib. 16. cap. 10. Quippe reſpuuntur, & tragoſius ſidunt, ægrius reuelluntur.

Frageſco, ſcis, Abs. nullo uerbo. Fregeo, es, Frangor, languesco. χαλαδοῦμαι. Accius Aegiſto, ut citat Nonius, Nec ſera hominum pectora frageſcunt, donec uim perſenſerint imperii. Idem Eurylace: Non quam erit tam immanis, quouis opera ex ira ſtum ſciet, quin frageſcat.

Fragilis, le. Quod facile frangi potest. ῥαδυπρα, εὐθραυστος. [Ital. Frale che ſi rompe ò ſi può frangere. Gal. Fragile, fresle, caſſant, qui ſe rompt ou caſſer. Hiſp. Coſa que ſe puede quebrar. Germ. Zerbrüchlich, das man leychtlich brächen kan.] Plinius libro 12. capite 8. Sacchari, id eſt mel in arundinibus collectum, gummiu ſimile candidum, dentibus fragile. Idem lib. 12. cap. 7. Et etiamnum in India pipe ris grani ſimile, quod uocatur garyophyllon, grandius fragilitasq; ¶ Per translationem accipitur pro debili, fluxo, ſeu caduco. Cic. de Amic. Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæq; ſunt, ſemper aliqui acquirendi ſunt quos diligamus, & quibus diligamur.

Fragilitas, tatis, fœm. r, Facilitas frangendi, qua aliquid facilius frangitur quàm flectitur. εὐθραυστος, ῥαδυότης. [Ital. Fragilità. Gall. Fragilité, facilité de ſe caſſer ou rompre. Hiſpan. Aquella facilidad de quebrarſe. Germ. Zerbrüchlicheit, ſchwechе.] Plinius lib. 34. cap. 14. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durentur. ¶ Per translationem pro debilitate, ſiue imbecillitate accipitur. Plinius in Epiſtol. Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis Conſularibus obiit, quo Conſule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. Cicero 5. Tuſculanarum, Equidem eos caſus, in quibus fortuna me uehementer exercuit, mecum ipſe conſiderans, huic incipio ſententiæ diffidere: interdum etiam humani generis imbecillitatem fragilitatemq; extimeſcere.

Fragiliter, inconſtanter, debiliter. ἀδενῶς, ῥαδυῶς.

Franoſus, Qui fraudem commiſit.

Frater, tris, maſc. terr. Iiſdem parentibus genitus: ita dictus, quaſi ferè alter, ut poſt Nigidium docet Gellius libro 13. capite 10. ἀδελφός. [Ital. Fratello. Gall. Frere. Hiſpan. Hermano. Germ. Ein brůder.] Niſi malimus à Græco deducere. Illi enim φράτορας coniunctos appellant, & φρατρίαν contubernium. Plinius Epiſtol. 164. Quum affectum tuum erga fratris filium cogito, etiam materna iuu dulgentia mollierem, intelligo prius tibi quod eſt poſterius, nuntiandum. Plaut. Pœnul. Quid eſt fratris mei gnate? quid uis? expedi. Frater germanus. Cicero 5. Verrina, Dixit C. Fannius eques Romanus, frater Germanus Q. Titinii iudicis tui, tibi ſe pecuniam dediſſe. Fratres gemini ἀδελφοί, duo eodem partu editi: quos minus recte gemi nos fratres, conuerſo ordine appelles, ut docet Quintilianus libro 9. capite 4. Cicero pro Cluentio, C. & L. Fabricii

fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter ſe quam forma, tum moribus ſimiles, municipum autem ſuorum diſſimillimi. Fratres patrueles, ἀνεψιοί, τὰ τῶν ἀδελφῶν τέκνα: ſororesq; patrueles. ἀνεψιαί, dicuntur qui, quæ ue duobus ex fratribus progenerantur, ut docet Iuſtinianus lib. 3. Inſtitut. Suetonius in Cæſare, Qui fratri patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat. ¶ Frater uiro adſit, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρεῖη De fido auxilio dici ſolitum, propterea quòd in rebus periculoſis uix unquam frater ſolet fratri deeſſe. Plato libro ſecundo de Republica.

Fraterculus, li, diminutiuum: id eſt, parvus frater. ἀδελφίδιον. [Ital. Fratellino, fraticello, ò hermanillo. Gall. Frerot, petit frere. Hiſp. Pequenno hermano. Germ. Brüderlin.] Iuuenal. Satyr. 4. Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum. Vbi Fraterculus gigantum, dicitur homo obſcurus, cuius maiores ſunt incogniti, tanquam è terra ſubito fuerit enatus, quemadmodum de gigantibus Poetæ fabulantur. Cic. 5. Verrina, Volo mihi fraterculo tuo credas.

Fratria, æ, fœm. pr. Vxor fratris, ut Feſtus docet. εἰνάτηρ. [Ital. Moglie del fratello. Gall. Femme de frere. Hiſp. La cunada, muger de hermano. Germ. Des brüders frauw.] Contrà Nonius fratrias dici uult fratrum inter ſe uxores.

Fratro, as, are, n. p. πυκμίζω. De puerorum mammis dicitur, quòd uelut fratres pares oriantur: quod etiam in frumento ſpica facere uidetur. Pro eodem ueteres dixerunt Frater eulare. Feſtus, Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primùm tumeſcũt, ut fraterculare puerorum. Plautus, Tunc mammulæ primùm ſororiabant: illud uolui dicere, fterculabant.

Fraternus, na, num, poſſeſſiuum. ἀδελφικός. [Ital. Fraterno, fraternale. Gall. Fraternel, de frere ou freres. Hiſp. Coſa per teneſciente à hermano. Germ. Brüderlich.] ut, Fraternus amor, φιλαδελφία. Fraterna inuitatio, Cicero. Fraterna mors, Virgil. Sic fraternæ acies apud Statium. Fraternum parricidium apud Cic. pro Cluent.

Fraternè, aduerbium, pro amore fraterno. φιλαδέλφως. [Ital. Fraternalmente. Gal. Fraternellement. Hiſp. Con amor de hermanos, con hermandad. German. Brüderlichen.] Cic. ad Quint. fratr. lib. 2. Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris: ſed mehercule cunctẽtem nunc quidem, ut omnia mea ſtudia in iſtum unum conferam. Ibidem libro 1. Huic tu epiſtolæ non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere.

Fraternitas, tis, f. c. fraterni amoris coniũctio, neceſſitudo inter duos fratres. ἀδελφότης, φιλαδελφία. [Ital. Fraternità. Gal. Fraternité Hiſp. Aquella hermandad de hermanos. Germ. Brüderſchafft.] Quintil. Declamat. 16. A primis ſtatim ætatibus in eandem coire uitam, habet aliquẽ fraternitatis affectum.

Fratricida, cidæ. com. pr. Qui fratrem occidit. ἀδελφοκτόνος. [Ital. Vccisor di fratelle. Gall. Homicide de ſon frere, qui a tué ſon frere. Hiſp. Matador de ſu meſmo hermano. Germ. Ein brüder mörder.] Cic. pro Domo ſua ad Pont. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio, quid de me quod tuliſti te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, non extra ordinem tuliſti?

Fratilli, illi ſordidi in tapetis, quòd per terram ferantur. Autor Feſtus. λιροσοί.

Fraus, dis, fœm. t. Eſt deceptio, circunuentio, uel impoſtura. κατασκεύασμα, ἀπάτη. [Ital. Fraude, inganno. Gall. Fraude, tromperie, deception. Hiſp. El enganno ò mengua ò falta. Germ. Beſchiſs, betrug.] Cic. 1. Offic. Vi, aut fraude, fit iniuria: fraus quaſi uulpeculæ, uis leonis uidetur: utrumq; ab homine alieniſſimum: ſed fraus odio digna maiore. Plautus in Milit. Atq; adeò, ut ne legi fraudem faciam talaria. Accuratore, ut ſine talis domi agitem conuiuium. ¶ Accipitur quandoq; pro periculo. Virgilius lib. 5. Quis in fraudem, quæ dura potentia noſtra Egit? Terentius in Heaut. In eandem fraudem ex hac re atq; illa incides. ¶ Vſurparunt etiam ueteres non rarò fraudem pro crimine. Vnde capitalem fraudem admittere, teſte Vlpiano de Aedil. edict. eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniti ſolent ſeruiles delinquentes. Liuius 3. belli Pun. Qui capitalem fraudem auſi, quique pecuniæ iudicatæ in uinculis eſſent. Inde Fraudi eſſe, ueteres dixerunt, pro Crimini dari, uel culpæ aſſcribi, aut uitio uerti. Cic. 5. Philipp. Conſcelus ut iis qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Calendas Februarias ab eo diſceſſerint. Liuius libro 1. ab Vrbe, Fecialis regẽ interrogauit, Rex, faciſne tu me regium nuntium, Populi Romani Quiritium: uaſa, comitesque meos? Rex reſpondit, Quod ſine fraude mea, populiq; Quiritium fiat, facio: hoc eſt, quæ res ſine meo damno, crimine, aut dedecore fiat.

Fraudulentus, a, um, Doloſus, fallax. δολερὸς, ἀπατηλὸς. [Ital. Fraudolento, pieno d'inganni. Gall. Grand trompeur, cauteleux, plein de tromperie. Hiſpan. Enganoſo, lleno de engannos. Germ. Beſchiſſer, trughaffe, tũ. liſch.] Cic. 2. Officiorum, Nam quos improbos, malefidicos, fraudulentos putant, &c. Colum. lib. 9. cap. 1. Neq; ea curatorem fraudulentum tantum, ſed etiam immunde ſegnitiq; peroſa eſt: atq; enim dedignatur, ſi minus putè habita eſt, ac ſi tractetur fraudulenter.

Fraudulenter, id eſt doloſè. δολίως. [Ital. Con fraude. Gall. Cauteleuſement, par tromperie. Hiſpan. Enganoſamente. Germ. Truglich, mitt beſchiſs.] Colum. lib. 2. capite 9. Sæpe enim quærendi poteſtatem faciat de iis qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter inſectent. Plinius libro 10. capite 10. Quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt.

Fraudo, das, a. p. id eſt, decipio, & rem alicuius per fraudem interuerto. πλεονεκτέω, ἀποστερέω, παραιτέομαι. [Italicè, Fraudare, ingannare. Gall. Frauder, priuer de quelque choſe, ſchiffrer, truſtrer, tromper Hiſpan. Engannar Germ. Betriegen, mitt l ſtẽ hinder gon.] Habet autem ut plurimùm poſt ſe accuſatiuum perſonæ cum ablatiuo rei. Virgilius 4. Aeneid. Quem regno Italiæ fraudo, & fatalibus aruis. Liuius 2. ab Vrbe, In magna inopia pro donatis copiis unuſquiſq; ei aliquid, fraudans ſeipſe victu, [illegible] Aliquando autem ſolo accuſatiuo contentum eſt, omiſſa re qua quis fraudatur dicitur. Cic. pro Roſc. Com. Quid enim perfidioſum & nefarium eſt fidem frangere, qua continet uitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & ſocium tollere, qui ſe in negotio coniunxit. Interdum etiam inuenitur cum accuſatiuo rei. Cæſar 3. Bel. ciuil. Fraudare ſtipendium militum, & prædam omnem domum auertere. ¶ Fraudare genium, eſt non ſatisfacere appetitui & uoluptati. Nam Genius apud ueteres habebatur natura & uoluptatis Deus: unde Geniales homines dicti ſunt, qui dapſiles eſſent, & ad excipiendos conuiuas liberales. Plautus in Aulul. Perditiſſimus ego ſum omnium in terra: Nam quid mihi opus uita eſt, qui tantum auri Peperdi, quod cuſtodiui ſedulò egomet me fraudaui, Animumque meũ genium q; meum. Huius contrarium eſt, Curare genium: id eſt, lautè uiuere. Fraudare deſiderium alicuius, eſt non facere quod cupit.

Fraudator, ris, m. t. ἀποστερητὴς, πλεονεκτικὸς, ἁρπακτὴς. [Italicè, Ingannatore. Gall. Trompeur, ſchiffreur. Hiſp. Enganador. Germ. Ein betrieger, vberliſter.] Cic. pro Flacc. Nolite exiſtimare, iudices, non unam & eandem omnibus in locis eſſe fraudatorum & inficiatorum impudẽtiam. Fraudator & interceptor prædæ, Liuius 4. ab Vrbe.

Fraudatio, onis, f. c. παραίτησις, παράπτωσις. [Ital. Inganno, eſſo ingannato. Gal. Tromperie, chiffrement. Hiſp. Engano, obra de enganar. Germ. Betrug.] Cic. 3. Officiorum, Inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione. Idem in Catilinam, Ex hac enim parte pudor pugnat: illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum: hinc fides, illinc fraudatio.

Fraufus, Antiquum eſt participium actiuæ ſignificationis, quo ſignificatur is qui fraudem commiſit, ut Feſtus & Nonius annotauerunt. Plaut. in Afin. Metuo in commune, ne quam fraudem fraufus ſiem.

Fraxinus, ni, penultima correpta, fœm. ſec. μελία. [Ital. Fraſſino Gall. Freſne. Hiſp. Freſno arbol conocido. Germ. Ein eſchen, oder eſchenbaum.] Genus arboris eſt notiſſimæ, cuius umbra, teſte Plinio libro 16. capite 15. uſque adeò inuiſa eſt ſerpentibus, ut citius in ignem confugiant, quàm ad fraxini umbram. Fraxinus in ſyluis pulcherrima, Virgilius ſeptima Aeglogæ.

Fraxineus, nea, neum, Quod eſt ex fraxino. μελίνεος. [Ital. Di fraſſino. Gall. De freſne. Hiſp. Coſa de freſno. Germ. Eſchin, von eſchin holtz gemacht, jut Frondes

Fraxineæ.

Fraxinæ. Colum.li.11.cap.1. Iiſdem temporibus ſi ſit, fraxinea: ſin minus, ornea: ſi nec hæc ſit, illigneam frondem rectè præbebimus.

Fraxinula, ſiue fraxinago, Herba eſt, quæ à ueteribus nuſquã dicta eſt, quod ſciam. Mauritaniam uel hanc aut ſimilem fraxinulæ ſecalim appellat, in compoſitione ad Venerem excitandam quæſita adhibitam, radice candida & nodoſa, flore uiolari, ferè inter candidum & nodoſum, ſemine rotundo & iuniperi folia inter plenum & fraxinum.

Fraxinus, ni, num, per tres ſyllabas, aliud adiectiuum: ut, Virga fraxinea. Ouidius Epiſt.11. Vt quatitur tepido fraxinea uirga noto.

Fraco, as, Vigilias circumeo, quòd eo labore homo frangatur, autore Feſto.

Fremium, Id quod Græci uocant Anemonem. Cæterùm de Anemone Dioſcorides libro 12. capite 293. Plinius libro 21. capite 12.

Frémo, mis, mui, itum, n.t. Sonitum edo, qualis fit à fluctibus maris. βρέμω, φρυάττω, κερεθίομαι. [Ital. Fremere, far ſtrepito. Gall. Fremir, bruire, faire bruit. Hiſpan Bramar, hazer ruydo haſta prorumpir en bozes. Germ. Tóten, ein getöſe machen: item, Mit grimmen murrẽ.] quanquam ſæpiſſimè accipitur pro eo quod eſt murmure & uoce indignationem oſtendo, Virgilius 4. Aeneid. de uentis, Circum clauſtra fremunt. Cicero ad Atticum, Fremit ſibi ereptum Conſulatum. Sueton in Galba, Præcipuè Germaniæ gentes fremebant, ſe fraudari ſtipendio. Lactan. lib. 7. Frement ubique bella: omnes gentes in armis erunt. Huius compoſita ſunt, Adfremo & Iufremo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Fremitus, tus, penult. corr. m.q. Sonitus fluctuum, & in populo indignantis murmur & ſtrepitus. φοιβός, βρέμος. [Ital. Strepito, romore. Gall. Grand bruit, fremiſſement, bruyement. Hiſp. Bramido y ruydo. Ger. Ein getöſe: item, das murren oder brümlen.] Virg. 1. Georg. Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino. Cic. ad Attic. Qui fremitus hominum? quàm irati animi? Idem 5. de Fin. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitũ Demoſthenem, ut fremitum aſſuefaceret uoce uincere.

Fremebundus, bundi, Valde fremens. φρύαγμα. [Ital. Strepitoſo. Gall. Qui fremit & bruit, qui fait grand bruit. Hiſp. Coſa que mucho brama. Germ. Zornig, brumlend.] Cic. 2. de Natura deorum, ex Accio poeta, Tanta moles labitur Fremebunda ex alto ingenti ſonitu & ſtrepitu. Ouidius duodecimo Metamorph. Tum uerò præceps curru fremebundus ab alto.

Frendẽo, des, dui, in ſupino freſſum, n.t. autore Feſto ſignificat frango. θλάω. Vnde Faba freſſa, dicitur, quæ mola leniter fracta eſt. πύκμος, θλαστός. [Ital. Frangere. Gall. Rompre, briſer. Hiſp. Freſar. Germ. Brechen.] Colum. li. 2. cap. 11. Cicera bubus erui loco, freſſa dator in Hiſpania Bætica. Varro 1. de Re ruſtic. cap. 4. Amiſſo nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabã frendere poſſint: id eſt, frangere. ¶ Eſt etiam frendere, præ iracundia ſimul concuſſis & ſtrictis dentibus uocem emittere. βρύχειν. [Italicè, Battere i denti, fremere con denti. Gall. Grincer les dens, rugir. Hiſp. Reganar. Germ. Mitt denn zánen knirſchen vor zorn.] Plaut in Capt. Nimis ſic hercle ego illum male formidabam: ita frendebat dentibus. ¶ Hinc componitur Infrendeo: id eſt, ualde frendeo. Virgil. lib 1. Aen. Dentibus infrendẽs gemitu, graditurq; per æquor iam medium. Legitur & Frendo, dis, tertiæ coniugationis. Plaut in Truc. Trahit ex intimo uentre ſuſpirũ: hoc uide, dentibus Frendit, ita tremur.

Frendens, participi. βρύχων. βρυχάομαι. [Ital. Coſa che rugge. Gall. Grinſant les dens, rugiſſant, fremiſſant. Hiſpan. Coſa que reganna. Germ. Brumlend, vnd vor zorn die zán anff ein ander beiſſend.] ut, Frendens leo. Frendẽs aper: hoc eſt, ex ira dentes concutiens. Ouid. 1. de Arte.

Frenum, Vide Frænum.

Frequens, entis, omnis generis, Denſus, creber. à multis frequentatus. συχνὸς, θαμινὸς. [Ital. Frequente. ſpeſſo. Gall. Frequent, aſſidu, continuel, fort hanté. Hiſp. Lo que muchas uezes ſe haze, eſpeſſo, frequentado. Germ. Embſig, dicht. in groſſer zaal.] Valla li. 4 cap. 96. Frequentem locum dicimus, quem frequẽtare multi ſoleant: ut, Vrbs frequẽs, Oppidum frequens, Platea frequens, ubi multi homines aut habitant, aut diuerſantur. Quando autem de perſona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur uel de ſola, ſic, Sit miles frequens ſpectator præliorum: id eſt, creber & aſſiduus. Vel de turba, ſic, Frequens populus, Frequens Senatus: id eſt, copioſus & multus. Et id quidem cum nomine collectiuo in ſingulari: cum cæteris uerò, in plurali: ut, Frequentes ciues, frequentes Senatores: hoc eſt, multi & numeroſi. Verumtamen quum dico, Sis frequens, innuo actionem: quum dico, Frequens locus, paſſionem: ille frequentat, iſte frequentatur. Hæc ille. Cic. ad Lent. Cauſam enim frequenti Senatu obtinebamus. Plin. in Epiſtol. Proximè frequenti auditorio inter ſe coràm multi ordinis noſtri clariſſimi iocabantur: intraui, conticuerunt. Cic. de Senect. At carere epulis, extructiſq; menſis, & frequentibus poculis: id eſt, non uerſatur inter pocula.

Frequentia, tiæ, fœm pr Qualiſcunq; hominum multitudo. πλῆθος, σύλλογος. [Ital. Frequenza, concorſo, moltitudine. Gall. Frequence hantement continuel, grand aſſemblée Hiſpan. Muchedumbre, quando ſe ayunta y concurre mucha gente. Germ. Ein menge oder hauffe.] Cicero de Amicitia. Atque hoc maximè indicaretur, ſi quid tale poſſet contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in ſolitudinem uſpiam collocaret. Salluſt. in Catilinam, Reliquos cum cuſtodibus in ædem Concordiæ uenire iubet: eò Senatum aduocat: magna frequentia eius ordinis erat.

Frequenter, aduer. Sæpe, ſæpenumero, denſè, συχνῶς, πολλάκις. [Ital. Frequentemente, ſpeſſo. Gall. Souuent Hiſp. Frequentadamente. Germ. Embſiglich, offt vnd dicht.] Ad Herennium lib. 4. Vt frequenter & aſſiduè conſequamur artis rationem ſtudio & exercitatione. Cicer. in Orat. Translatione fortaſſe crebrior, qua frequentiſſimè ſermo omnis utitur, non modò urbanorum, ſed etiam ruſticorum.

Frequento, tas, act. p. Frequenter adeo. φοιτάω, ἐπιχωριάζω. [Ital. Frequentare, continouare. Gall. Frequenter, hanter. Hiſp. Continuar alguna coſa, y la hazer muchas vezes. Ger. Embſig an ein ort kommen, vil maal oder fleyſſig an einem ort ſein.] Salluſt. in Catil. Iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat. Sueton. in Octauio Auguſt. Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiuſq; ſolennes frequentare deſiit, quàm grandior iam natu, & in turba quodam ſponſaliorum die uexatus. Frequentari domus dicitur, quæ à multis aditur, uel cum multis. Cic. 1. Offic. & Liuius 7. ab Vrbe. ¶ Frequentare, pro geminare, uel frequenter repetere, apud Gell. lib. 11. cap. 15. Quæ à Poetis uel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei gratia duobus eadẽ pluribuſue nominibus frequentantur. ¶ Nonnunquam etiam frequentare idem eſt quod frequens reddere. Cic. in Catil. Inuect. 4. Conueniſſe uideo Tribunos æratos, fortiſſimos uiros, Scribas item uniuerſos, quos quum caſu his dies ad ærarium frequentaſſet, uideo ab expectatione ſortis ad communem ſalutem eſſe cõuerſos. Quum (inquit) hic dies frequentaſſet Tribunos: id eſt, frequentes reddidiſſet, & coacteuaſſet. Idem in Oratione pro domo ſua, Quem tu populum niſi tabernis clauſis frequentare non poteras. Idem 2. Officior. Vrbes ſine cœtu hominum non potuiſſent nec ædificari, nec frequentari: hoc eſt, frequentes & populoſæ reddi. Sueton. in Auguſto, Italiam duodetriginta colo niarum numero deductarum à ſe, frequentauit.

Frequentatus, participium. Cic. de Clar. orat. Alterum genus eſt, non tam ſententiis frequentatum.

Frequentatio, onis, uerbale, fœm. t. πύκνωσις, συνεχὴς, διατριβή. [Ital. Frequentatione, continuatione. Gall. Frequentement, hantement. Hiſpan. Obra de hazer muchas vezes, continuacion. German. Ein embſige übung, ein ſtätiger brauch.] Cicer. in Partit. Frequentatio argumentorum, & coacteruatio uniuerſa. Autor ad Herenn. lib. 4. Denſa & continens frequentatio uerborum. Et paulò pòſt, Frequentatio eſt, quum res in tota cauſa diſperſæ coguntur in unum locum, quo grauior aut actior, aut criminoſior oratio fit.

Frequentamentum, ti, n.t. πύκνωμα. Genus eſt modulationis Muſicæ. Gell. li. 1. cap. 11 Numeros & modos & frequentamẽta quædam uaria tibicẽ inſonuere. Idem li. 5. cap. 1. Si quibuſdam quaſi frequentamẽtis orationis mouentur, exagitantur & geſtiunt.

Frequentarius, taria, tarium, Veteres dixerunt pro frequente, Feſto autore.

Freſa faba, Vide Frendeo.

Frĭcum, ci, n. g. à feruendo dictum, ut Varro inquit, à ſimilitudine feruẽtis aquæ, quòd in fretum ſæpe concurrat æſtus, atque feruefcat. πορθμός. [Ital. Mare. Gall. Vn deſtroit de mer, un petit bras de mer. Hiſp. Eſtrecho del mal entre dos tierras. Germ. Das meer, eigentlich heiſſt es, ein enge deſs meers.] Propriè enim ſignificat loca maris angustiora, quę, quòd aqua minus liberum habeat fluxum, uehementius ſolent cõcitari. Vnde angustiæ illæ quibus Atlanticum mare irrumpit terras, Latini fretum appellant. Ad eundem etiam modum, angustum illud mare, quod Siciliam ab Italia dirimit, fretum appellatur. Cic. 7. Verr. Hinc ne in freto ante ſua recta & domos nauigarent. Ibidem, Te tubere in ea parte figere quæ ad fretum ſpectaret. Loquitur de C. Verre, qui in Sicilia inſula iuſſit cruces figi, in ea inſulæ parte, quæ fretum ſpectabat: ut qui ſe ciues Romanos eſſe dicerent, ex cruce Italiam poſſent aſpicere. ¶ Apud ueteres legitur & fretus, genere maſculino. Ennius. Craſſa paluis oritur, omnem peruolat cœli fretum. Lucret. lib. 6. Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus ad æſtum. Cic. in Verr. act. 7. Vt ille in dolore cruciatuq; moriens, peranguſto fretu diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret. Sic enim Gell. legit. ¶ Hinc tranſfreto, tas, pen. corr. Fretũ traiicio, tranſfretom nauigo, διαπορθμεύομαι. Plin. in Paneg. Remiſq; tranſfretare obſtantia freta.

Fretus, a. um, Vide Fruor.

Friatio, In quaſcunq; partes ſine diſcrimine diuiſio, & quæ duabus plures ſunt. Friabiles, ſunt lapides, glacies.

Fribolos, Quaſi ferè obolo dignus. ἄξιος ἡμιοβόλου. Ariſtoph.

Friboſculum, Lege Repudium.

Friabilis, Vide Frio, as.

Frĭco, cas, cui. pr. Notæ ſignificationis eſt. ψήχω, ψώχω. [Ital. Fregare. Gall. Frotter. Hiſp. Fregar ò tratar una coſa con otra. Germ. Reiben, reiben, kratzen.] Virgil. 3. Georg. - Fricat arbore coſtas. Plaut. in Aſin. Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. Plinius in Epiſt. Quin etiam (fœdum, miſerandumq; dictu) dentes lauandos fricandosq; præbebat. Præteritum tacit fricui, & ſupinum fricatum. Hinc manſerunt uerbalia Frictio & Frictus. Olim etiam Fricaui & Fricatum. Vnde adhuc in uſu ſunt Fricatio & Fricatus. Sic etiam duo manſerunt participia præteriti temporis, Frictus & Fricatus. Iuuenal. Si prurit frictus ocelli Angulus Macer, uticæ foliis reuocatur uulnus fricatu. Sed in hoc ſimplici rarum, frequens in compoſitis. Cic. libro 11. Epiſt. ad Attic. Quæ res fortaſſis ſit refricatura uulnus meum. Plin. lib. 8. Pantheras per carnes affricatas aconito uenantur barbari. ¶ Huius compoſita ſunt Affrico, ad aliquid frico, προσψήχω, προσγρίβω. Colum. lib. 8. Pecudes aut morſu ſcalpunt, aut cornu, aut ungula tundunt, aut arbori affricant, parietibuſue detergunt. Plinius, Marrubro herbæ ſolæ affricat. ¶ Confrico, ſimul frico, συντρίβω. Plaut. in Aſin. Atqui pol hodie non feres, ni genua confricentur. Colum. lib. 1. Boues cum ab opere dimiſeris ſubſtrictos, cõtricet, manibusq; comprimat, dorſum. & pellem reuellat. ¶ Defrico, fricando purgo, ἀποψήχω. Liuius li. 4. ad Heren. Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit poſtquam defuſus eſt, defricari. Colum. lib. 1. Solida in Sole ficeror, & radice ſilphii trita cum aceto aſpergatur, defricetur. ¶ Infrico, intus frico. Colum. lib. 6. Maximè proderit fuligo ex aheno ulceri infricata. ¶ Perfrico, διατρίβω. Idem ibidem. Deinde nates perfricato, ut homines diſcant odorari. Plinius in Prolog. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Nõ eſt enim eorum qui cum pudore aliquid agunt, ut faciem perfricent, natura ipſa ad id impellente, quaſi ad abigendum ſanguinem, qui ex præcordiis ad faciei ſuperficiem confluit. Propter quod quærit Ariſtoteles, cur pudore facies hominis rubeſcat, metu palleſcat, quum pudor nihil aliud ſit quàm timor futuræ reprehenſionis. Hinc ergo ortum eſt prouerbium, ut quoties dicere uolumus nos pudorem depoſuiſſe, dicamus, Perfricui faciem: hoc eſt, Pudorem expuli. ¶ Refrico, fricando aperio, ἀνα ψήχω. Refricare uulnus, uel cicatricem. Cic. contra Rull. Ne refricare iam obductam Reipubl. cicatricem uideret. Idem pro Flacc. Quum illud uulnus dicendo refricuiſſet. Per translationem item dicimus, Refricare dolorem, refricare deſiderium, pro eo quod eſt, renouare ſiue reuocare ἀναπτύσσω. Cic. li. 2 Epiſt. Vereor ne refricaret meis literis deſiderium ac dolorem tuum. Habent autem omnia hæc penult. corrept.

Frictus, tus, maſc. q. Eſt ipſe fricandi actus. τρίψις, ἔντριψις. [Ital. Fregamento. Gall. Frottement. Hiſpan. Fregadura. Germ. Kratzung, ſicklung.] Iuuenalis, - Frictum criſſantis adorat.

Frictio, onis, fœm. t. Idem τρίψις. Celſus lib. 1. In ipſo quoq; limine frequens frictio. Plinius lib. 23. Frictiones inhibet oculorum.

Fricatio, Idem Columella libro 6. capite 12. Sed ſi ſanguis adhuc ſupra ungulas in cruribus eſt, fricatione aſſidua diſcutietur.

Fricatus, tus, Idem. ψιλάφησις, τρίψις. Plinius lib. 23. cap. 7. Luſciioſos ex oleo illitos emendat, dentiumq; ulcia crebro fricatu.

Fragilla, æ, Auis ſic dicta, quòd frigore cantet & uigeat. ἐπίλη. [Frenguelo.] Mart. lib. 9 Nunc ſturnos inopes, frigillarumq; querelas Audit, & arguto paſſere uernat ager.

Frĭgo, gis, xi, xum, & frictum, a. t. Significat torreo. φρύγω, τηγανίζω. [Ital. Frigere. Gall Frire, fricaſſer. Hiſp. Freir. Germ. Röſten, braaten.] Feſtus, Frigere, & Frictum à Græco. Inde Frictorium & Frixorium, in quo quid frigitur. φρύγανον. [Ital. Padella. Gall. Vne poille à frire. Hiſpan. La ſarten para freir. Germ. Ein braatpfaan.] Plaut. in Bacch. Tam frictum ego illum reddam, quàm fractus eſt uicet. Idem in Pœnul. - Nil niſi latericulos, Seſamum, papauerem-que, triticum, & frictas nuces. Plinius lib. 18 cap. 7. Poſtero die frigunt, deinde molis frangunt. Cornelius Celſus, Tum res eadem magis alit iuruleuta, quàm aſſa: magis aſſa, quàm frixa.

Frigus, oris, penult. corr. n. t. Pro honore, qui eſt contrarius calori. ψῦχος, ῥῖγος. [Ital. Freddo. Gall. froid, froidure. Hiſpan. Frio ò freſcura. Germ. Kelte.] Virgilius lib. 1. Georg. Frigusq;, caloremq; Iuter. Idem. - Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. ¶ Aliquando ſumitur pro metu: ab eo quod præcedit, ad id quod ſequitur. Virgil. 1. Aeneid. Extemplò Æneæ ſoluuntur frigore membra. Seruius, Frigore, id eſt, timore. Reciproca translatione, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur, ut in Terentio, Vxorem tuam pauitare aiunt: hoc eſt, non timere, ſed laborare frigoribus. Rurſus frigus dicitur ipſa aeris natura. Virgil. lib. 1. Georg. - At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt. ¶ Frigus id etiam appellatur, quum pro riſu, & gratia, uel tumore ſperato, res in diuerſum exit. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coegiſſet, tantum fuit frigus, ut populi conuitio nos coactus ſit dimittere. Quintil. lib. 6. Nam & imperitia, & ruſticitas, & rigor, & deformitas afferunt interim frigus, diligentiæque auctori hæc ſunt prouidenda. Frigus his in locis (ut Budæus docet) abſurdam rei ſpeciem ſignificat, quam incommodus euentus conſequitur.

Frigĕo, ges, xi. teſte Priſciano, frigidus ſum, n. f. ψυχρός εἰμι, διαψύχομαι. [Ital. Raffredarſi. Gall. Auoir froid. Hiſp. Enfriarſe. Germ. Frieren, kalt ſein.] Virgil. lib. 11. Corpuſq; lauant frigentis, & ungunt. Fit autem Frigeo (ut quibuſdã placet) ἀπὸ τοῦ φρίττω, quod eſt horreo. Vnde φρῖκα, horror ſeu frigus dicitur. Siue (ut alii malunt) παρὰ τὸ ῥῖγος. Sic enim Græci frigus & rigorem uocant. ¶ Frigere etiam dicuntur, qui ſegnes ſunt, languidi & remiſſi. Terentius in Eunuch. Hicce homines frigent: id eſt, languidi ſunt, & nequaquam feruidi: quales eſſe ſolẽt quibus res parum ſuccedunt ex ſententia. Cic. 4. Verr. Quum omnia iudicia frigerent admonitu illius. Terent. in Eunuc. Sine Cerere & Baccho friget Venus: hoc eſt, languida eſt, & remiſſa. Cic. ad Atticum lib. 1. Quum Romæ à iudiciis forum frixerit. ¶ Huius compoſitum eſt Refrigeo, quod eſt calorem amitto, & ex calido frigidum fieri. Columella libro 7. Si bos ex languore ad maciem perductus eſt, aut ſudans in opere faciundo refrixit.

Frigeſco, geſcis, n. t. Frigidus fio. ἀποψύχομαι. [Ital. Diuenir freddo. Gall. Deuenir froid, ſe refroidir. Hiſpan. Enfriarſe. Germ. Erkalten, anfahen frieren.] Cato de Re ruſt. cap. 61. Vbi erit tam craſſum, quàm oleum, ſinito frigeſcat. Cælius ad Ciceronem, Si Parthi nihil uos calefaciunt, nos hîc frigore frigeſcimus. Vbi metaphoricè accipitur frigeſcere, pro otioſum eſſe, & langueſcere. Lactan. lib. 7. Quos autem

morbus interimit, ſpiritũ diutius exhalant, ut paulatim frigeſcentibus membris anima eſſletur.

Frigefacio, adi. t. ψύχω. [Ital. Far freddo. Gall. Refroidir. Hiſpan. Enfriar otra coſa, refriar. Germ. Erkülten, kalt machen.] A quo Frigefio, notæ ſignificationis. & Frigefacto, as, are, frequentatiuum. Plaut. in Pœnul. Calidum prandiſti prandium hodiedie mihi. A. Quid iam? L. Quia hoc nunc frigefactas, quum rogas.

Frigero, ras, pen. cor. Frigefacio. κατὰψύχω. Compoſita eius magis ſunt in uſu: ut, Refrigero, quod eſt rem aliquam calidam, frigidam facio. Perfrigero, uehementer frigefacio. διαψύχω. Plin. Omnium earum uis eadem perfrigerare & aſtringere.

Frigidus, gida, gidum. Quod habet frigus. ψυχρός. [Italicè, Freddo, che ha freddo. Gall. Froid. Hiſpan. Coſa fria ò freſca. Germ. Kält.] Ouidius, Frigidus glacie pectus amantis erat. ¶ Quandoque dicitur legatis, languidus, & remiſſus. Virgilius undecimo Aeneidos, Largus opum, & lingua melior, ſed frigida bello Dextera. Sic frigidum hominem dicimus, qui omnia nimis remiſſè agit: cui opponitur feruidus & uehemens. Cicero, in Verrem, Alii etiam frigidiores: ſed quia ſtomachabantur, ridiculi uidebantur eſſe. Ad hunc etiam modum ioci dicuntur frigidi, qui parum habent uehementiæ ad excitandum riſum. ¶ Frigidus, pernicioſus, inquit Seruius in hunc Virgilii locum, Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. ¶ Frigida per ſe poſitum, accipitur pro aqua quę calida non eſt, aut tepida. Plautus in Moſtellaria, Lampridem me calfor frigida non laui magis libenter. Plinius in Epiſtolis, Perſolem plerunque frigida lauabatur. ¶ Vnde, Frigidam infundere, prouerbio dicimus, pro eo quod eſt rem aliquam inflammare. Tractum eſt prouerbium à fabris ferariis, qui igni ſuo frigidam aſpergunt, quo uehementius ardeat.

Frigidè, aduerbium ψυχρῶς. [Ital. Freddamente, ſenza gratia. Gall. Froidement, auec peu de grace. Hiſp. Friamente, ſin donayre. Germ. Gantz kalt, one gnad und liebligkeit.] Quintilianus lib. 6. cap. 1. Tum ille, alioqui uir facundus, inopinatæ rei caſu obmutuit, & infantem ſuum frigidiſſimè reperraxit.

Frigidulus, diminutiuum, Idem ſignificans quod ſubfrigidus: hoc eſt, aliquantulum frigidus. ὑπόψυχρος. [Ital. Freddarello. Gall. Froidelet. Hiſp. Coſa un poquillo fria ò freſca. Germ. Kaltlecht.] Catul. Argon. Frigidulos udo fingultus ore cientem.

Frigedo, dinis, f. r. Antiqui dicebant pro frigore. ψύχος. ψυχρότης. [Ital. Freddo. Gall. Froid. froidure. Hiſpan. Frio ò freſcura. Germ. Kelte.] Varro. Aqua in igni feruido medullitus Aquilonia ſeruat frigediuem. Ex Nonio.

Frigidarium, darii, n. ſ. Alueum in balneis, quo frigida aqua continebatur. λάτρον ψυχρόν. ſicut caldarium, quo calida: & tepidarium, quo tepida. Frigidaria cella, locus in balneis, in quo frigida lauabantur. Plin. lib. 1 Epiſt. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui Sol benigniſſimè præſto eſt: caldariæ magis, prominet enim.

Frigorificus, Quod frigus inducit. ψυχροποιός. [Ital. Che induce freddo. Gall. Refrigeratif. Hiſp. Coſa que haze frio ò freſcor. Germ. Das kält, das kelte bringt.] Sicut à calore, calorificus. Gellius libro 17. capite 8. Acetum autem omnium maximè frigorificum eſt, atq; id tamen nunquam concreſcit.

Frigutio, tis, tiui, frigutire. Minutim ſubſilire, quod uerbum à frigula auicula putatur deductum. ῥιγόω, γῶ, ῥρίγλω. [Ital. Tremere di freddo. Gall. Friſſonner, trembler de froid. Hiſp. Tremblar de frio. Germ. Zitteren, oder ſchnallen vor frolt.] Plaut. in Caſ. Nam quid frigutis? quid illhuc tam cupide cupis?

Frio, as, n. Significat tero. λεπτοποιέω. [Ital. Fregolare. Gall. Emier, briſer, & mettre en poudre en frottant. Hiſp. Quebrar ò deſmenuzar entre los dedos. Germ. Reyben, zerreyben.] Plin. lib. 18. cap. 4. In ipſa quidem Aethiopia friatur hoc (tanta eſt ſiccitas) & farinæ modo ſpiſſatur in panem. Varro. de Re ruſtic. cap. 9. Si ſit terra alba, ſi nigra, ſi leuis, cum quum fodiatur, facilè friatur. Huius compoſita ſunt Affrio, Infrio, quod eſt terẽdo aliquid digitis leuiter inſpergere. διατρίβω. Suffrio, paululum contero.

Friabilis, le, o. t. Quod facilè friatur, & digitis minutim teri poteſt. ψαλαρός, ψαθυρός, εὐθρυπτος, εὐθρυβής, εὐθρυπτός. [Ital. Che facilmente ſi può fregare. Gal. Aiſe à eſmier, facile à mettre en poudre. Hiſpan. Coſa que ſe puede deſmenuzar. Germ. Das leycht zů zerreyben iſt.] Plin. li. 18. Optima quæ candidiſſima, & friabilis, minimeq; ponderoſa, quum teratur inter digitos.

Frit, Dicitur illud in ſumma ſpica iam matura, quod eſt minutus quidam granum. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 48.

Fritillus, li, m. ſ. Tabula luſoria in qua teſſerę conjectæ agitatæq; mittuntur, inquit Porphyrio. πύργος. [Ital. Tauoliero per giuocar à dadi. Gal. Tablier à iouer aux dez. Hiſp. La ſalſereta de donde echan los dados. Ger. Ein ſpylbret.] Solent enim teſſerę conijci in fritillum, tanquam uaſculum, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolum. Iuuen. Satyr. 14. paruoq; eadem mouet arena fritillo. Dictus fritillus (ut quidam putant) à crepitu ipſo teſſerarum, uel quòd ſuper eo teſſerę ferantur. Martialis lib. quarto, Dum blanda uagus alea December incertis ſonat hinc & hinc fritillis.

Friuiculum, li, n. ſ. (ut quibuſdam placet) eſt leuis offenſiuncula inter uirum & uxorem, quam ſequitur ſeceſſio. Vlp. l. Quum hic de Donat. inter uirum & uxorem. Quòd ſi diuortium non interceſſerit, ſed friuiculum interuenerit, donatio profectò ualebit, ſi friuiculum ut friguſculũ quiuit. Quo tamen loco malim legere friguſculũ intelligas, quã do ex coniugali amore diſſidio enato, aliquid remittitur, uehementiq; ille ardor refrigeſcit. Sunt etiã qui Fribuſculum legant, quod tamen uocabulum nuſquam credo reperiri.

Friuõlus, a, um, autore Feſto, ſunt uaſa fictilia quaſſa. Vnde dicta uerba friuola, quæ minus ſunt fide ſubnixa. In Pandect. in l. Solutum. de Pignor. Actio. Non enim credibile eſt hoc conuenire, ut ad uniuerſam penũuenem inſulæ friuolamea trahantur. Vbi friuola pro ſupellectili tenui & uili accipiuntur: qualis eorum eſſe ſolet qui in cœnaculis habitant: quomodo & Satyricus uſus eſt, Satyr. 3. Et ne te teneam, Romanorum omnia regum friuola. Quibus uerbis paupertatem Regum Romanorum ſignificauit: quos etiã Samiolis uaſis uſos eſſe conſtat. Idem in tertia, Viuendum eſt illic ubi nulla incendia, nulli Nocte metus: iam poſcit aquam, iam friuola tranſfert Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant. A Graecis γυταῖα dicuntur, id eſt τὰ λίαν τὰ τῶν εἰκίων σκευάρια λεπτά. Vnde & gytopolę ab eis dicuntur qui huiuſmodi ſupellectilia fabricantur: quos Latinè uocamus friuolarios Bud. in Annot.

Friuolus, la, lum, penult. correpta à Frio, as, dicitur quod eſt inane, leue, nullíuſue momenti, quaſi friabile. ψυχρολόγος. φλυαρός. [Ital. Leggiero, uano, de niun momento, friuolo. Gal. Friuole, de petite valeur & eſtime. Hiſp. Coſa uana y de poco precio. Germ. Nichtsöllig, liderlich, Vnnütz.] Plin. lib. 7. cap. 7. De generatione hominis loquęs, Miſereat, atq; etiam pudet æſtimantem, quàm ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo, quum plerunq; abortus cauſa ſint odor à lucernarum extincto. Friuolam originem pro fragili, & infirma dixit, & uelut friabili. Gell. lib. 17. cap. 10. Oppido quàm ſunt in literarum oſtentatione inepti & friuoli. Idem lib. 18. cap. 11. Quædã futilia & friuola. Quint. lib. 7. cap. 3. Eoq; ſatius eſt omni ſe aucupatæ uitæ abſtinere conuitio, quàm leuibus, aut friuolis, aut manifeſtò falſis reum inceſſere.

Frondator, Frondes, Frondoſus, Vide Frons, frondis.

Frõs, ntis, f. à ferendo, ut quibuſdam placet: quòd indicia animi præ ſe ferat. μέτωπον. [Ital. Fronte. Gal. Le front. Hiſpanicè. Frente. Germanicè, Die ſtirn.] A dextra & ſiniſtra temporibus, à ſuperiori capillorum radice: ad inferiori uerò parte ſupercilijs terminata, corrugatur in triſtitiam, & in lætitiam dilatatur. Hinc factum eſt ut frons accipiatur pro uultu, & pro animi noſtri affectu quem ex fronte perſpicimus. Martialis. Nec matutina ſi mihi fronte uenis. Idem lib. 1. Illa fronte precor, carmina noſtra legas. Cicero ad Attic. lib. 4. Pompeius ſremit, queritur. Scauro ſtudet: ſed utrum fronte an mente, dubitatur, id eſt uultu an animo. ¶ Frontem explicare, uel exporrigere dicimur quum hilateſcimus: contrahere, quum tingimur, hoc eſt ubi quid moleſtũ eſt: frons enim (inquit Plinius) homini triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis, index

eſt. Terent. in Adelph. Exporge frontem: hoc eſt, viue hilariter. Horatius lib 1. Carm. Solicitam explicuêre frontem. Plautus in Caſin. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Sic etiam dicimus, Frontem exporrectam, uel explicatam, pro hilari uultu. Contrà, Obductam frontem, Corrugatam frontem, Contractam frontem, Caperatam frontẽ, pro nubilo & mœſto uultu. Plautus, Caperata frons ſeueritudine. Nubila frons, ſerena frons, expilcita frons. ¶ Frontem perfricare, pro deponere pudorem. Plinius, Perfricui frontem, & nihil profeci. Calous apud Quintilianum lib. 9. capite 1. Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieres, quàm Catonem. Perſius, Exclamet Melicerta periſſe Frontem de rebus. ¶ Dicitur frons etiam de rebus inanimatis, pro principio, uel anteriore parte cuiuſq; rei. Virgilius, Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum. Et licet frequentiſſimè genere fœminino proferatur, à Cæcilio tamen maſculino genere ponitur. Hi ſunt, inquit, inimici peſſimi, fronte hilari, triſti corde. De quo Gellius libro decimoquinto, capite nono. Hinc componitur Bifrõs, *διμέτωπος*. ¶ A' fronte atque à tergo, *πρόσω καὶ ὀπίσω*. Prouerbii uice receptum. pro eo quod eſt, diligenter inſpicere, & præterita cum præſentibus & futuris conferre. Ex Homero. ¶ A' fronte præcipitium, à tergo lupi, *ἔμπροσθεν πρημνός, ὄπιθεν λύκοι*. Quum aliquis hinc atq; hinc duobus maximis premitur malis, ut in utrunq; inciderit, pereundum ſit. ¶ Frontem ferire dicuntur, qui ſupra modum & impotenter indignantur Cic. ad Attic. Puto te in hoc aut riſiſſe aut ingemuiſſe ut frontem ferias: ſunt qui etiam Cæſonium putant, &c. ¶ Frons occipitio prior. Quo ſignificauit antiquitas, rectius geri negotium, ubi præſens ac teſtis adeſt is, cuius agitur negotium. Prior dictum eſt pro melior. Caro de Re ruſt. cap. 4. ¶ Vera fronte fieri dicuntur, quæ ex animo citrà; fucum dicũtur geruntúrue. Contrà dicemus, Mendaci fronte fieri quod geritur per diſſimulationem. Cic.

Frontalis, ie, n. t. Eſt ornamentum frontis, præcipuè in equis & elephantis. *ἐμφαλόδεσμος*. [Ital. Frontale. Gall. Fronteau, frontiere de bride. Hiſp. El frontal, ornamento de la frente. Germ. Ein ſtirnenzierd, ſtirnengerád.] Plin. libro 37. capite 12. Quandoque tantæ magnitudinis fecêre, ut equis regum in Oriente frontalia, atq; pro phaleris penſilia facerent. Liuius 7. bel. Maced. Ingentes ipſi erant, addebant ſpeciem frontalia & criſtæ, & tergo impoſitæ turres.

Frontarius, ta, tum. *μετωπιαῖος ἱππικός*. [Ital. Che ha la fronte. Gall. Qui a front. Hiſp. Lo que tiene frente. Germ. Das ein ſtirnen hatt.] Quod frontem habet, uel quod in fronte rei alicuius eſt poſitum. Vnde Frontarii lapides, à Vitruuio dicuntur, quos Græci *διατόνους* appellant: quia per latitudinem totam porrecti, utranque parietis frontem conſtringant. Plinius libro 35. capite duodecimo, Vel tecta coctilibus laterculis, frontariisque: hoc eſt, ab ea parte continuatis, qua opus lateritium conſpici debebat. Budæus in Annotationibus.

Fronto, nis, Qui latam habet frontem. *μετωπίας*. [Ital. Che ha grand fronte. Gall. Qui a grand frond. Hiſp. Hombre de grand frente. Ger. Der ein breite ſtirn hatt.] Cic. 1. de Nat. deor. Ecquos nævum habere, ecquos filos, flaccos, frontones, capitones, quæ ſunt in nobis?

Frontoſus, a, um, qui magnam habet frontem, & pro imprudenti accipitur. *ἰνμώπων*.

Frons, dis, generis fœm. t. à fero, quòd frondes arborum huc atq; illuc à uento ferantur. *φύλλον, πέταλον*. [Ital. Fronza foglia. Gall. Fueilles d'arbre, rameaux. Hiſp. La hoja del arbol. Ger. Ein laubhaſt, ein grünerzweyg.] Propriè autẽ frondes arborum dicũtur, teſte Valla: folia uerò tam arborum, quàm herbarum, & florum. Varro 1. de Re ruſt. Quod Cato ait circa fundum ulmos & populos, unde frons ouibus, bubus ſit.

Frondeus, ea, eum. Quod totum ex frondibus eſt. *φύλλινος*. [Ital. Di frondi. Gall. De fueilles ou rameaux d'arbres. Hiſpan. Coſa de materia de hojas. Germ. Aus laubáſten gemachr.] ut, Torus frondeus, Frondea corona. Plinius libro 16. capite 4.

Frondoſus, ſa, ſum. Quod frondibus abundat. *πολύφυλλος, φυλλώδης*. [Ital. Frondoſa, che abõda di frondi. Gal. Fueillu, branchu. Hiſp. Coſa llena de hojas. Germ. Aſtechtig, dz vil grünen áſten hatt.] ut, Lucus frondoſus, Frondoſus ramus, Liuius 10. ab Vrbe. Et frondoſi montes, Varro 1. de Re ruſt. cap 7. Virgilius 4. Georg. Corporaq; ipſa boum frondoſo deſerere luco. Idem 3. Georg. Dum mox frondoſa reducitur æſtas.

Frondarius, a, um, Quod ad frondes pertinet, ſiue quod ex frondibus eſt. *φύλλινος*. [Ital. Ciò che ſi conuiene à frondi. Gal. Seruant & de apertenances des fueilles des arbres. Hiſp. Coſa perteneciente alas hojas. Ger. Das zů den zweygen, oder laubáſten gehért.] ut, Frondariæ ſiſcinæ. Plin. lib. 18. cap. 11. Vnus frondator quatuor frondarias ſiſcinas complere in die iuſtum habet.

Frondeo, des, dui, n. ſ. Frondes habeo. *φυλλορίῳ*. [Ital. Infrondare, eſſere fronduto. Gall. Auoir ou porter fueilles, produire fueilles. Hiſp. Echar hojas el arbol. Germ. Grüne bletter haben.] Virgil. 1. Aegl. Nunc frondent ſylvæ, nunc formoſiſſimus annus. Idem 1. Georg. Nemorumq; que louis quæ maxima frondet Aeſculus. Sic frondens uitis. Colum. lib. 2. cap. 1

Frondeſco, ſcis, ſcere, n. t. Eſt frondes emittere. *φυλλάζω*. [Ital. Produrre le frondi. Gall. Produire fueilles. Hiſp. Echar hojas el arbol. Germ. Grünen, grün laub vberkommen.] Colum. lib. 5. Nihilominus enim paucis frondeſcet pampinis. Idem lib. 4. cap. 9 Namq; defluens humor excat oculum, nec patitur frondeſcere.

Frondo, as, frondes amputo. *φυλλοφυῶ*. [Ital. Sfrondare, sfogliare. Gall. Couper & oſter les fueilles. Hiſp. Deshojar las hojas del arbol. Germ. Die únd erhauwen.] à quo Frondator, Frondatio: & Defrondo, quod eſt frondes deiicio.

Frondator, oris, maſc. tert. declin. *πλαδευτὴρ, φυλλοκοπῆς, φυλλοκοπίκος*. [Ital. Potatore, qui taglia i rami de gli alberi. Gall. Eſmondeur, & qui coupe le but des branches des arbres. Hiſp. El que deshoja las hojas del arbol. Germ. Der die únd erhauwet vnnd ſeuberet, oder der das laub abſtreifft.] Qui arborum ramos ſupernacuos amputat: & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore, animalibus ad paſtum offerendos: & qui manibus folia uitium uellit, quo ardor Solis uuam maturiorem reddat: aut auis quæ in frondibus habitat, & his naſcitur: uel etiam palumbes, quæ in frondibus nidificat. Hæc Seruius. Plin. lib. 18. cap. 11. Vnus frondator quatuor frondarias ſiſcines complere in diem iuſtum habet. Virgil. Aegl. 1. Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras.

Frondatio, fœm. tert. declin. Frondium & ramorum ſuperuacuorum reſectio. *φυλλοτομία*. [Ital. Eſſo tagliare le foglie, rami, & raccogliere le foglie d'alberi. Gall. Coupe des bouts des branches, amas des fueilles des arbres. Hiſpan. Aquella hobra de deshojar. Germ. Erhauwung der áſten.] Columella lib. 5. cap. 6. Atq; in frondatione cauendum ne aut proliziores pollices fiant, qui ex amputatis uirgis relinquuntur.

Frondifer, era, erum, Frondes ferens. *φυλλοφόρος*. [Ital. Che produce frondi. Gall. Portant fueilles. Hiſp. Coſa que trahe hojas. Germ. Das bletter oder laub tregt.] Lucret. lib. 1. Frondiferasq; domos auium. Ibidem, Frondiferasq; nouis auibus canere undique ſylvas. Nemus frondiferum, apud eundem lib. 2.

Fronto, onis, Vide Frons, tis.

Fructus, Vide poſt Fruor.

Frugalis, Frugalitas, Frugiperda, Vide in Fruges.

Fruges, gis, f. t. uel hæc frux, gis, ſecundum Priſcianum, dicitur generaliter omne illud qđ ex fructu terræ in alimoniã uertimus: neq; ſolùm quod ex frumentis & leguminibus, uerùm etiam quod ex uino, uel ex ſylueis cæduis, cretæ fodinis, lapicidinis, capitur. *καρπός*. [Ital. I fruti della terra che conuertiamo in noſtro nodrimento. Gall. Toute ſorte de fruit propre à ſe nourrir, ſoit de grains ou autrement. Hiſp. El frutto de la tierra. Germ. Allerley fruchte deſs erdreichs, zů vnſerer offenthalt dienſtlich.] Feſtus, Seruius, & Donat. frugis uocabulũ à frumine eminente ſub mento gutturis, ſeu curculionis parte, qua cibus in aluũ demittitur, à ferendo cibo appellato dicunt. Errant igitur qui diſcernũt legumina à frugibus. nam Cic. ait, Olei & frugum minutarum: quũ de leguminibus diceret: ut oſtenderet, etiã legumina, fruges uocari. Lucius li. 5. ab Vrb. Eam gentẽ tradit or fama dulcedine frugum maximè uini, nouæ tũ uoluptate captã. Virgil. 5 Aeneid. Quum facium mitula pro frugibus, ipſe uuam. Ibidẽ, Et rabidi lupos ſtabulis, maturis frugibus imbrem,

Arboribus

Arboribus uenti, nobis Amaryllidis iræ. ¶ Recipere ſe ad frugem bonam, Cic. pro Cælio. Corrigere aliquem ad frugem: hoc eſt, ita emendare, ut frugi homo, euadat. Plautus Trinum. Qui eum reſtituis? quin ad frugem corrigis? Euadere ad frugem bonam, de eo dicitur qui antè nequam fuerat. Redire ad frugem bonam. Lampridius in Heliogabalo, Milites ſe parſuros dixerunt, ſi ad frugem bonam rediret. ¶ Nominatiuo ſingulari frux, uſus eſt Auſonius in monoſyllabis, Antè equidem, campis quàm ſpicea ſupperet frux.

Frugi, Nomen à froge denominatum, omnis generis & indeclinabile eſt, idem ſignificans quod utilis & neceſſarius. χρηστός. [Ital. Buono, utile, neceſſario, moderato, modeſto. Gall. Bon meſnager, qui ſe gouuerne bien, qui ne deſpend que par raiſon, eſpargnant ſans excez, homme de bien. Hiſpan. Bueno y de prouecho, templado, moderado, virtuoſo. Germ. Nutzlich, gůt, gemäs.] Quintil. taxat eos à quibus dicitur frugalis & non frugi, tanquam frugalis ſit dicto parum proba: quum tamen (quod mirum uideri poteſt) frugalior & frugaliſſimus à Terentio & Cicerone religioſiſſimis linguæ Latinæ cultoribus uſurpetur. Donatus tradit Eunuchi, Frugi es, Frugi, inquit, id eſt, utilis & neceſſarius: à frugibus quæ quòd his fruamur, dictæ ſunt. Vade antiqui ſeruum laudare uolentes, frugi dicebant, tanquam ſolertem, utilem & neceſſarium. Plautus in Amph. Ita ſeruum par uidetur frugi eſſe inſtituere. Pro eodem etiam apud ueteres legimus, Bonæ frugi ſeruus, quæ quidem cum poſitio etiamſi duriuſcula uidetur, frequentius tamen occurrit, quàm ut mendum uideri queat. Vlpian. l. Natatus. ad legem Aquil. Sed ſi frugi bonæ ſeruus intra annum mutatis moribus, occiſus ſit. Cicero Attic. lib. 4. Pertinaciſſimus ac bonæ frugi homo. Plautus in Trinum. Is probus eſt quem non pœnitet quàm probus ſit, & frugi bonæ. Apud Gellium ita nē pro eodem, frugis bonæ legitori. Horum autem uocis ſignificationem latius exprimit Cic. libro 3. Tuſc. Sed quis, inquit, nec qui propter metum præſidium reliquit, quod eſt ignauiæ: nec qui ſine ulla temeritatē malè rem geſſit, quod eſt iniuſtitiæ: frugi appellari ſolet, eo tres uirtutes, fortitudinem, iuſtitiam, & prudentiam frugalitas complexa eſt. Ergo frugi hominem, bonum & uirtute præditum intelligimus. ¶ Accipitur etiam frugi pro eo qui in uictu, ueſtitu, ſimilibuſq; temperans εἰς τὰς σιτουμένας πλατρφωτικὰς, σώφρων, τεταγμένος. Sicut è contrario luxurioſus, nequam, ἄσωτος. Horat. Petreus hic uiuit, frugi dicatur.

Frugifer, ra, rum, Fructus ferens. καρποφόρος. [Ital. Che produce frutti. Gall. Portant fruit, fertile, profitable. Hiſpan. Coſa que trae fruto. Ger. Fruchtbar, das frucht treget.] ut, Arbores frugiferæ, quæcunq; fructum ferunt, quæ & fructiferæ dicuntur. Lucan. lib. 3. Vtraq; frugifera eſt inſula nobis arenis. Ouidius 5. Metam. Frugiferas meſſes alimentaque multa reddat. Plinius lib. 17. cap. 2. Vicina bonitas prouinciæ, excepto Africæ frugifero ſolo. ¶ Per translationem pro eo quod utilitatem affert. Cic. 1. Offic. Sed quum tota philoſophia, mi Cicero, frugifera & fructuoſa, nec ulla pars inculta ac deſerta ſit, &c. Liuius in Præfat. libri 1. ab Vrbe, Hoc illud eſt præcipuè in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri.

Frugiferens, tis, Poeticum epitheton, pro frugifero. καρποφόρος. Lucret. lib. 1. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras.

Frugilegus, ga, gum, Formicarum epitheton eſt, à granorum colligendorum conſuetudine tractum. σιτολόγος. [Ital. Che raccoglie il grano. Gall. Qui amaſſe & recueille les fruits. Hiſp. Coſa que coge fruto y dello viue. Ger. Ameyſſen, die korn zůſamen tragen.] Ouid. 7. Metam. Hîc nos frugilegas aſperimus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore legentes.

Frugiperda ſalix. ὠλεσίκαρπος. Plinius libro 16. capite 26. Oxyſſimè autem ſalix amittit ſemen, antequam omnino maturitatem ſentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. Non inuenuſtè etiam hoc nomine appellari poſſunt homines nullius pretii, neque alii rem quàm conſumendis frugibus nati.

Frugalis, le. o. t. pro eo qui eſt temperans χρηστὸς, σώφρων, ὐγκρατὴς, ἔυκρατος. [Ital. Temperato, moderato, ſobrio. Gall. Bien & ſagement viuant & ſans reproche. Hiſp. Templado, util. Germ. Mäſſig, zimlich.] Frugalior, pro temperantior. Terent. in Heauton. Dedo me patri nunc iam, ut frugalior ſim q̄ uolt. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2. Sed non hęc, inquit, uilla, quanquam ædificauerint maiores noſtri, frugalior & melior eſt quàm tua illa perpolita in Reatino. Et frugaliſſimus, quaſi experientiſſimus & prudentiſſimus. Colum. lib. 1. cap. 9. Magiſtros pecoribus oportet præponere ſedulos ac frugaliſſimos. Cic. 4. Verr. Nihil aliud in eo, quod reprehendi poſſit, inuenio, niſi quòd homo frugaliſſimus atq; integerrimus, te hominem plenum ſtupri, flagitii, ſceleris, domum ſuam inuitauit.

Frugalitas, fœm. g. autore Cicerone 3. Tuſcul. ea uirtus dici poteſt, quam Græci σωφροσύνην, Latini tum temperantiam, tum moderationem appellare conſueuerunt. [Ital. Temperanza, frugalità. Gall. Sobrieté, contentement de peu. Hiſp. Aquella utilidad, modeſtia y templança. Germ. Mäſſigkeit, abbruch deis vberfluſs vnd wollufts.] Seneca, Luxurioſo frugalitas pœna eſt. Cicero pro Domar. Hæ ſunt regiæ laudes, illa priuata eſt: ut uolet quiſq; accipiat: ego tamen frugalitatem, id eſt modeſtiam & temperantiam, uirtutem eſſe maximam iudico. Idem 3. Tuſcul. Veriſimile etiam illud eſt qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamq; uirtutem σωφροσύνην uocāt, quam ſolent equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam: ſed haud ſcio an rectè ea uirtus frugalitas appellari poſſit. Et paulò pòſt, Frugalitas (ut opinor, à fruge, qua nihil melius è terra oritur.

Frugaliter, aduerbium, Sobriè & modeſtè. σωφρόνως. [Ital. Frugalmente, temperatamente. Gall. Sobrement, en bon meſnager. Hiſp. Vtil y modeſtamente. Germ. Mäſſiglichē, gezimlichen.] Plaut. in Epid. Ille eam rem adeò ſobriè & frugaliter accuraui, ut alias res eſſet impenſè improbus. Cicero pro Domo ſua, Itaq; omnia ligna, tabulas, ornamentorum quod ſuperauit in fauis & communibus locis, tota è Græcia, atq; utilis omnibus, honoris pop. Rom. cauſa, ſine ſumptu diligenter domum ſuam deportauit.

Fruiſcor, Vide Fruor.

Frūmen, luis, Summa pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in fraudem λάρυγξ. Seruius in 1. Aeneid. Frumen eminens ſubmento, gutturis pars, larynga Græci uocant: Latini & Celſus, fauces.

Frūmentum, ti, n. ſ. Dictum eſt à fruendo, id eſt, ueſcendo. σῖτος. [Ital. Ogni ſorte di biaua, formento, orzo, auena, miglio, & altre. Gall. Toute ſorte de grain, ſoit blé, fourment, ſeigle, orge, auoine, mil ou autre. Hiſp. Los panes, trigo, ceuada, &c. Germ. Allerley korn.] Horat. 1. Serm. Satyr. 3. Si quis ad ingentem frumenti ſemper acerum Porrectus uigilet. Idem 1. Epiſt. 15. Maior utiq; populum frumenti copia paſcat. Frumenti genera (ut ſcribit Plin. lib. 18. cap. 7.) hæc uulgatiſſima ſunt, far quod adoreum dixerunt, ſiligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putat Seruius, quæcunq; emittunt ariſtas. Varro 1. de Re ruſt. cap. 48. In ſegetibus autem frumentum quod culmus extulit. ¶ In ficis item frumenta dicuntur grana illa exigua quibus ſunt referta. Plin. lib. 15. cap. 19. Ficis mollis omnibus tactus: matutis frumenta intus: ſuccus matureſcentibus, lactis: percoctis, mellis.

Frumentaceus, cea, ceum, Quod ex frumento eſt. σιτικός. [Ital. Di frumento. Gall. De fourment. Hiſp. Coſa de materia de aquellos panes. Germ. Aus korn gemacht.] Hieronymus, Maior turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis paſcitur.

Frumentarius, ria, rium, Quod ad frumentum pertinet. σιτικός. [Ital. Ciò che à frumento ſi conuiene. Gall. Apertenāt au fait de blé. Hiſp. Coſa para aquellos panes. Germ. Das zů dem korn gehört.] Frumentarius ager, frumentarius negotiator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. Cic. 5. Verrina, Neminem ueſtrûm præterit, Iudices, omnem utilitatem opportunitatemq; prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda populi Romani adiuncta ſit, conſiſtere in re frumentaria maxim è in cæteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hac uerò alimur ac ſuſtinemur. Plinius libro 18. cap. 6. Sylueſtris pyrus, malusq;, frumentarii ſoli notæ. Siculus lib. 27. cap. 5.

Frumētarius mercator. σιτηγὸς, σιτοπάνλος, σιτοπώλης. [Ital.

[Ital. Mercante di biana. Gall. Marchant de blé. Hiſp. Mercader de aquellos panes. Germ. Ein fürkauffer des korns.] Qui frumenta comparat, ut inde lucrum faciat. Plaut. in Pſeud. - Quæ amica ex frumentariis, Quibus cunctis montes, maximi acerui frumenti ſunt domi. Cic. 3. Offic. Non igitur uidetur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium uenditor eſſe emptores debuiſſe.

Frumentor, aris, dep. pr. Frumentum colligo. *σιτολογέω*. [Ital. Raccogliere frumento. Gall. Aller au fourage de blé. Hiſpan. Ir á buſcar aquellos panes, coger trigo. Germ. Korn ſammlen, vmb korn lúgen.] Cic. ad Attic. lib. 8. Neq; ſolus eum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris, ut frumentatum eas. Liuius 1. bell. Maced. Quum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frumentatio, fœm. t. Verbum eſt caſtrenſe, quo ſignificatur egreſſio militum ad frumentum in caſtra congerendum. *σιτολογία*. [Ital. Raccolta di frumento, diſtributione di frumento. Gall. Fouragement de blé. Hiſp. Obra de ir á buſcar aquellos panes, cogimiento de trigo. Germ. Korn ſammlung.] Cæſar 7. belli Gall. Omnes noſtras pabulationes frumentationeſq; obſeruabat. Liuius 1. belli Macedon. Quia ex tam propinquis ſtationis parum tuta frumentatio erat. ¶ Frumentatio etiam dicebatur diſtributio frumẽti, quæ Romæ fiebat, poſtquam principes receperant curam publicæ annonæ. *σιτομετρία*. Sueton. in Augusto, Imperium ſe cepiſſe ſcribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi.

Frumentator, m. t. Qui frumentarum præfectus eſt. *σιτολόγος*. [Ital. Raccoglitore di frumento. Gall. Celuy qui va au fourage de blé, qui fait proviſion de blé pour une commune, fourageur. Hiſp. El que va buſcar aquellos panes. Germ. Einer der korn zůſamlen ausgangen oder ausgeſaren iſt.] Liuius 1. bell. Maced. Improuiſo impetu Gallorum cum frumentatoribus eſt circumuentus.

Fruniſcor, Vide Fruor.

Früor, eris, d. t. fructum in ſupino, ſecundum Priſcianum ſic ſtruo, ſtructum. Cic. in Horten. Ea immunitate ſumma fructus eſt, nonnunquam etiam fruimur. Vipian. l. Pompo nius. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu cons. Licet prætextatus mihi penſionẽ ſoluerit, tamen uſumfructum amittit: quia nõ meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt en prot. Eſt autẽ frui, quaſi delectationem, & fructum capere, & ali. *ἀπολαύειν, καρπῶσθαι, χήμεσθαι*. [Ital. Godere, fruire, uſare. Gal. Iouir, auoir à commandement. Hiſp. Acançar lo deſſeado, gozar del fruto. Germ. Nutzen, nieſſen, brauchen.] Teren. in Adelphis, Agelli hîc ſub urbe eſt paululum, quod locitus foras: huic demus, qui fruatur: id eſt, unde fructum capiat & alatur, non proprietate potiatur, inquit Donatus. Virgil. 7. Aeneid. Et uarias audit uoces, fruiturq; deorũ Colloquio. Vbi Seruius, Fruitur, paſcitur: quòd de rebus tantùm bonis dicimus. ¶ Compoſita huius uerbi ſunt, Defruor & Perfruor. quæ ſignificant in totum fruor, ſeu omnem fructum percipio.

Fruiturus, particip. Cic. lib. 5. Tuſc. Zeno ſtoicorum acutiſſimus contendere, & magna uoce dicere ſolebat eum eſſe beatum, qui præſentibus uoluptatibus frueretur confideretq; ſeſe fruiturum.

Fretus, *τυχών, πεποιθώς, τεθαῤῥηκώς*. [Ital. Confidato. Gal. Se confiant, aſſeuré, qui a fiance. Hiſpan. El que tiene confianca. Germ. Vertrauwend, ſich verlaſſend.] Nomen eſt, non participium: quum uerbi originem non habeat. Nam à fruor non deriuari diuerſitas ſignificationis oſtendit. Eſt enim fretus omnino idem quod confiſus uel nixus. Cic. 2. de Nat. deor. Fretus intelligentia ueſtra, differo breuius cauſa deſiderat. Idem Appio, Fretus conſcientia officii mei, benenolentiaq;, hæc ad te ſcripſi liberius. Idem 1. de Inuen. Tum ingenio freta malitia peruertere orbes, & uſas hominum labefactare aſſueuit.

Fruiſcor, eris, à fruor deducitur, eiuſdemq; ſignificationis eſt, cum ſuo primitiuo. *καρπῶμαι*. [Ital. Godare, fruire, eſare. Gall. Iouir paiſiblement, auoir à commandement. Hiſp. Alcancar lo deſſeado, gozar del fruto. Germ. Nieſſen, ein genuſs haben.] Metellus ad Domitios, Illi uerò omni iure & honeſtate interdicti, ego neque aqua, neque igni careo, ſed ſumma gloria fruiſcor. Plautus in Rudente, accuſatiuo iunxit: Hinc tu, niſi malum, fruiſci nihil potes. Vide Gell. lib. 17. cap. 2.

Fruiſcor, ſceris, pro fruor, Cato poſuit, authore Feſto: fruitum dixit prudentẽ: hoc eſt, eum quo perfrui liceret ſicut e contrario infruitum *ἀκόλαστον, ἀκρατόφρονα*, Hermolaus inſipientem ac ſtolidum, qui nulli uſui eſſet. Quamuis alii fronitum pero, legendum putent. Nam Graeci *φρόνιμον*, prudentem dicunt: *ἄφρονα* uerò, dementem. Lucilius lib. 18. Aequé fruiſcor ego ac tu. Cælius lib. 2. Domus ſuas quoſque ire iubet, & ſua omnia fruiſci. Nonius in Par. Eo quòd magnopere quæſierunt, id fruiſci non quærunt. Gellius citans hoc exemplum, fruiſci legit. Quicquid id eſt, fruiſcor, niſi fortè apud obſoletos illos, non legitur.

Fructus, us, m. q & apud antiquos frucți & fructus *καρπός*. [Ital. Frutto. Gal. Fruit. Hiſ. Fructo ò fructa. Ger. Fruchr.] Terent. in Adelph. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero. Varro, Quæro, otium fructuis, an delectationis cauſa uenditis. Dicuntur autem fructus à fruendo, teſte Varrone, quia illis fruimur. Et propriè dicitur omne illud, quod in fundo naſcitur. ¶ Per translationem tamen accipitur pro commodo & utilitate. Vnde fructum capere aliquo: hoc eſt, utilitatem & commodum. Cicero de Amicitia, Et amicos, tanquam pecudes, eos potiſſimùm diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos. Idem pro Sest. Præſentes fructus negligamus, poſteritati & gloriæ ſeruiamus.

Fructifer, era, erum, Quod ferat fructum: hoc eſt, fœcundum & fertile *καρποφόρος*. [Ital. Fruttifero, che produce frutti. Gall. Qui produit fruit. Hiſpan. Coſa fructuoſa. Germ. Fruchtráglich, fruchtbar.] Plinius lib. 12. cap. 1. Quæ exiis incolarum numero eſſe cœpêre, dicentur inter fructifera.

Fructificus, a, um, Idem quod fructuoſus, qui facit fructum: hoc eſt, utilitatem præſtat. *καρπιμος, γόνιμος*.

Fructuarius, m. ſ. Dicitur cuius eſt fructus, uel qui fructum alicuius rei percipit. *ὁ καρπούμενος*. [Ital. Fruttuario, che gode il frutto, uſufruttuario. Gall. Fruttier, qui a droit de fruit. Hiſpan. Aquel á quien pertenece aquel fructo. Germ. Der die frucht vnd nutzbarkeit eins impt, nutzer.]

Fructuarius, a, um, m. ſ. Quod fert fructũ, ſeu quod ad fructũ pertinet. *καρπιμος, ἐπικάρπιος, ἐγκάρπος*. [Ital. Fruttuario. Gall. Fruttier, reſerué pour porter fruit. Hiſp. Coſa que trae fructo. Germ. Fruchtbar, oder das zů der frucht gehöret.] Columella libro 1. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, & cellam uinariam. Palladius, Deciſis malè natis omnibus, & uetericus, oues & fructuarios ſeruet. Varro 2. de Re ruſtica, capiet, Partes tot oportet porcos, quot mammas habeat: ſi minus, non eſſe fructuariam idoneam non eſſe. Agri fructuarii, Cælius Ciceroni lib. 8.

Fructuoſus, ſa, ſum, Idem eſt quòd fœcundus uel unus, quaſi fructum afferens. *πολύκαρπος*. [Ital. Fruttuoſo. Gal. Fructueux, qui rend beaucoup de fruit. Hiſp. Coſa que trae mucho. Germ. Fruchtbar, das vil frucht bringt.] Cic. 2. Tuſc. Ager quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. Idem 1. de Finib. Eas ergo artes perſequeretur: nioendi artem tantam, tamq; operoſam, & proinde fructuoſam relinqueret? Fructuoſiſſima ars medicina: hoc eſt, utiliſſima, & haud parum fructus atq; utilitatis afferens. Plinius libro 29. cap. 2. Cic. 2. Offic. Eſt enim non modò liberale, paulùm nonnunquam de ſuo iure decedere, ſed interdum etiam fructuoſum.

Fruſtra, aduerbium, ſignificat incaſſum, nequicquam. *παρεάλως, μάτην*. [Ital. In uano. Gall. En uain, pour neant. Hiſp. En uano. Germ. Vmb ſunſt, vergábenlich.] Cic. de Senect. Nec me uixiſſe pœnitet: quando ita uixi, ut non fruſtra me natum exiſtimem. Terent. in Adelph. Nemo dabit, fruſtra egomet mecum has rationes deputo. Fruſtra eſſe dicitur quod exitum ſperatum non habet, quodq; nõ ex ſententia euenit. Salluſtius, Cuius neq; conſilium ullum, neq; incœptum fruſtra erat. Idem, Ea res fruſtra erat: id eſt, cauſationem fruſtrata eſt. Plautus in Amph. Hi iam ambo & ſeruus, & hera fruſtra ſunt duo: hoc eſt, uterque falluitur. ¶ Fruſtra habere aliquem, pro decipere & circumuenire. Plautus in Amphytr. Is aduenientis ſeruum & dominũ fruſtra habet.

Fruſtro, as, act. p. Decipio, fallo. *ψεύδομαι, ἐξαπατῶ*. [Ital. Ingannare, defraudare. Gall. Fruſtrer, abuſer & deceuoir. Hiſpan. Faltar ẽ lo prometido, engañar. Germ. Betriegen.] Cæſar, Non fruſtrabo uos militer. Iuuenitis [illegible]

eadem ſignificatione fruſtror uerbum commune, ſecundum Priſcianum. Plautus in Amphyt. Neſcio quis prætigiator hanc fruſtratur mulierem. Paſſiuo uſus eſt Plinius de Viris illuſtr. Et quum ad tertium ab urbe lapidem caſtra poſuiſſet, tempeſtatibus repulſus, primùm à Fabio Maximo fruſtratus, deinde à Valerio Flacco repulſus, &c. Sic etiam Feneſtella. Fruſtratos igitur, à ſpe deiectus, in caſtra ſe recepit. ¶ Fruſtrari item eſt fruſtra facere. ἀπογίγεσθαι, ματᾶν. Columella libro 1. capite 1. Sæpe magnam dominis afferunt iacturam, quum imprudenter facta opera fruſtrantur expenſas. Idem in Præfatione libri 1. Siderum ortus & occaſus memoria repetat, ne imbribus uētiſq; imminentibus opera inchoet, laboremq; fruſtretur: id eſt, fruſtra faciat laborem.

Fruſtratio, onis, Deceptio. ἀπάτη. [Ital. Eſſo defraudare, ingano. Gall. Abus, abuſement, fruſtration Hiſp. Enganno, obra de enganar Ger. Betriegung.] Plaoc. ad Cic. lib. 10. Tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit. Colum. li. 11. cap. 1. Nec ſupplicium grandius, quàm fruſtrationem cupiditatis exiſtimat.

Fruſtum, ſti, n. ſ. Rei cuiuſq; particula: ſic dictum (ut quibuſdam placet) à frangendo. τέμαχος, περίκομμα, κρέατος τμήν. [Ital. Pezzo, particella. Gall. Vne piece, morceau, lopin. Hiſp. El pedaço, parte de lo entero. Germ. Ein ſtuck.] Virg. in Aen. Pars in fruſta ſecant. Cato, Fruſto panis condu cipotest uel uti taceat, uel uti loquatur.

Fruſtulum, li, diminutiuum, n. ſ. apud Plautum, à fruſtum: à quo fruſtillum. τεμάχιον. [Ital. Vn pezzetto. Gall. Petite piece, morcellet, lopinet. Hiſpan. Pedaçuelo. German. Ein ſtückle.]

Fruſtatim, aduerbium, Significat per fruſta. μερικῶς, κατὰ μέρη. [Ital. In pezzi. Gall. Par pieces & morceaux, par lopins. Hiſp. Pedaco à pedaco, ò à pedacos. Germ. Stucksweys, ein ſtuck nach dem anderen.] Plinius libro 20. cap. 9. Coquitur pluribus modis in olla, quæ coniiciatur in cibanum aut turnum, uel adipe aut luto illita, aut fruſtatim in patinis.

Fruſtillatim, Significat per fruſtilla. εἰς λεπτὰ, κατὰ μέρη. [Ital. In pezzi piccioli. Gall. Par morcellets, par petites pieces. Hiſp. Pedacuelo à pedacuelo Germ. Stücklechtig.] Plautus in Curcul. Iam ego faciam, ut hîc formicæ te fruſtillatim differant.

Fruſtulentus, a, um, Plenus fruſtis. ψωμώδης, ψωμῶν, ἐμπλεως. [Ital. Pienodi, piezzi. Gall. Plein & farci de morceaux Hiſpan. Coſa llena de partes ò pedacos. Germ. Voll ſtücke.] Plaut. in Curc. Vin' aquam? C. Si fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle abſorbeam.

Frutex, ticis, m. e teſte Valla lib. 4. Dicitur qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neq; areſcit ut herba, ſed perennis eſt. δένδρον. [Ital. Arbuſcello. Gall. Arbreau, arbriſſeau. Hiſp. La mata, arbol baxo. Germ. Ein ſtaud.] Plinius libro 16. capite 16. Interea quæ frigidis gaudēt, & aquaticos frutices dicere conuenit: principatum in his tenebunt arundines. Idem libro 14. capite 16. Ex fruticum uerò genere cedri utriuſque, cupreſſi, laurus, iuniperi, pini, pyri, terebinthi, calami, lentiſci. Dictus frutex, ut quibuſdam uidetur, à fruticando: hoc eſt, pullulando, quòd ſuccreſcus ſemper ſuppullulet. Quanquam uerisimilius eſt frutico uerbum à frutice deriuari. ¶ Aliquando ponitur pro ſtirpe. Suetonius in Veſpaſiano, Singulos repentè ramos à frutice dedit.

Frutetum, ti, ſeu fruticetum, etiam frutectum, ut in ueteribus quibuſdam codicibus legitur, n. ſ. Locus fruticibus abundans. δένδρων, δένδρωδης τόπος, λοχμώδης. [Ital. Luoco piantato di piu arbuſcelli. Gall. Lieu où il croit force arbriſſeaux. Hiſp. La brenna y maleza. Germ. Ein geſtreüd, ein ort da vil ſtauden wachſen.] Plin. lib. 18. Frutera igni optimè tolluntur. Colum. li. 9. cap. 12. Nam melius nemoribus herbis, & fruteris & carectis, quàm lapidoſis locis durantur ungulæ. Horat. 3. Carm. Ode 12. Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprum.

Frutetoſus, ſive frutectuoſus locus. Fruticibus abundans δένδρωδης. [Ital. Pieno d'arbuſcelli. Gall. Plein d'arbriſſeaux. Hiſ. Coſa llena de matas. Ger. Staudechtig, voll geſtreüd.] Plinius lib. 19. cap. 1. Siccis hæc & fabuloſis locis, frutetoſiſque nascuntur. Colomella libro 2. capite 2. Nemoroſi frutetoſiq; tractus duplex cura eſt.

Frutico, cas, peo. corr. n. p. Pullulo, & quaſi frutices emitto. βλαστάω. [Ital. Germogliare, pullulare. Ger. Jetter ou produire reiettons & petites branches. Hiſp. Brotar el pimpollo. Germ. Herfür ſproſſen mit vil ſchoſſen als ein ſtaud.] Plin. lib. 17. Quod ſupra terram eſt, è matre radi iubetur ne fruticet. Colum. lib. 3. Poteſt auricula præcidi ad ſemiſſem ſuper duos pedes, ut è trunco fruticet.

Fruticatio in arboribus dicitur, quum multos ramos frutescantes producūt. θάμνωσις, βλάστησις, θάμνισις. [Ital. Eſſo pullulare ò germogliare. Gall. Production de reiettons & petites branches ou ſcions. Hiſp. Obra de brotar el pimpollo. Germ. Herfür ſproſſung der ſtöum in vil ſchoſs oder äſt.] Plin. li. 17. cap. 11. Ita enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis.

Fruticor, ris, depon. Cic. ad Attic. Excisa eſt enim arbor, non euulſa: itaq; quàm fruticetur, uides.

Fruticeſcere, n. t. Eſt frutices emittere. θαμνώδω. [Ital. Pullulare ò germogliare. Gall. Jetter & produire force reiettōs & arbrilleaux. Hiſp. Brotar el pimpollo. Germ. Zů geſtreüd werden.] Plinius lib. 17. cap. 17. Vitis tantùm tonſuram annuam quærit alternam myrtus, punica, olea, quia celeriter fruticeſcunt.

Fruticoſus, ſa, ſum, Quod longè latèq; fruticat, & multos habet fruticantes ramos. θαμνώδης. [Ital. Che germoglia uerghe & ramicelli. Gall. Qui iette & produit force iettons & ſurgeons. Hiſp. Que echa matas, y que brota mucho. German. Staudechtig.] Plin lib. 12. cap 4. Duo genera eius: rum id quod melius, arboreum: alterum fruticoſum. Idem li. 20. cap. 13 Latiora ſatiuæ folia, rami fruticoſiores: hoc eſt, foliis ac ſurculis abundantiores.

Frux, nominatiuus eſt antiquus, à quo in uſu manſerūt obli qui frugis, frugi, frugem, &c. καρπός. Auſon. in Monoſyllabis: Antè equidem campis, quàm ſpicea ſoppeteret frux. Vide Fruges.

F ante V.

FV. C. In notis antiquorum, fraudis'ue cauſa. FVNC. functus.

Fuat, Dixerunt antiqui pro ſit, uel fuerit, ab antiquo uerbo Fuo, quo utebantur loco uerbi ſubſtantiui ſum: unde adhuc remanſit præteritum fui. Virgilius decimo Aeneidos, Tros Rutulúsue fuat, nullo diſcrimine habebo. Plautus in Amphyt. Nec quiſquā tam audax fuat homo qui obuiam obſiſtat mihi.

Fūcus, ci, m. ſ. Genus eſt inſecti, apis ſimilitudine, ſed maioris corpore, quod non mellificat, neq; operam aliquam præbet in faciundo opere, niſi quòd ad fouendos fœtus concrescentes facilius adiuuat: & conſumit alimenta quæ apes congeſſerunt. κηφήν. [Ital. Ape che non fa melle. Gall. Vne ſorte de mouſche appelée Bourdon Hiſp. El zanganno de la colmena. Germ. Ein hummel oder trän.] Vnde etiam non inconcinnè transfertur ad ignauiſſimos aliquot homines, qui quum nihil egregium per ſe præſtare poſſint, alienis tamen laboribus inſidiantur, falcemq; in meſſem iniiciunt, cuius ipſi ſementem non fecerint. Fucorum naturam eleganter exprimit Plinius lib. 11. cap. 11. Fuci, inquit, ſunt ſine aculeo, imperfectæ apes nouiſſimaq;, à feſſis & iam emeritis inchoatæ, ſerotinus fœtus, & quaſi ſeruitia ne rarum apum: quam obrem imperant iis, primoſq; in operæ expellunt, tardantes ſine clementia ponunt. ¶ Dictus fucus, ut nonnulli putant, quaſi fur, quòd furtim mella deuoret, quanquam uerisimilius eſt fucum dictum, quòd apibus fucum faciat. & præterea calefaciēdi aluei, illorum mellificia abſumat. Sunt etiam qui à uerbo Græco φαγεῖν deduci putent, quòd apum mellificia abſumat. ¶ Fucus marinus, herba eſt, quæ & alga marina dicitur. Plinius lib. 26. cap. 10. Præcipuè uerò liberat eo malo φῦκος θαλάσσιον: id eſt, fucus marinus, lactucæ ſimilis, qui conchyliis ſubſternitur, id eſt, marina alga. Tria autem eius ſunt genera: latum, & alterum longius, quadamtenus rubens: tertiū criſpis foliis, quo in Creta ueſtes tinguntur: omnia eiuſdem uſus. ¶ Accipitur etiam fucus pro medicamine quo mulieres faciem tingunt, ut candorem aut roborem inducant, aut ut uitia corporis occultēt Plaut. in Capt. Ve rulæ, edentulæ: quæ uitia corporis fuco occultant: Vbi ſeſe ſudor cum unguentis conſociauit, illico Itidem olent, quaſi

quaſi quum unà multa iura confundit coquus. Tibullus, Quid tuco ſplendente comas ornare, quid ungues Artificis docta ſubſecuiſſe manu? ¶ Per translationem ſumitur pro fraude, aſtutia, ſiue incendiis in quibus ueritas occultatur. *φυκιασμός*. [Ital. Inganno, fraude, coperta. Gallicè, *fard*, tromperie, couuerte. Hiſp. El afeyte enganoſo para el enganno, enganno. Germ. Ein heimlicher betrug.] Vnde facere fucũ, idem eſt quod decipere. Cic. de Petit. Conſulatus, Iam illud teneto diligẽter, ſi eum qui tibi promiſerit, fucum, ut dicitur, facere uelle ſenſeris: ut te id audiſſe, aut ſcire diſſimules. Terent. in Eunuch. Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atq; per alienas tegulas Veniſſe clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. Sine fuco, idem eſt quod ſimpliciter, & ſine fraude. Cic. de Clar. Orat. In his omnibus ineſt quidam ſine fuco ullo ueritatis color. Idem lib. 1. de Orat. Sententiæ uerè ſine pigmentis fucoq; puerili.

Fuco, cas, act. p. Fuco depingo, fucum rei alicui induco. *φυκιόω, ψιμυθιόω, ἀγχυσίζω*. [Ital. Colorare, imbelletare. Gall. *farder*, teindre de couleur, couurir la couleur naifue d'une autre. Hiſpan. Afeitar para enganar. Germ. Fárben, ein faro anſtreichen.] Vnde fucatæ mulieres dicuntur, quę medicamentis quibuſdam colorãtur, & uitia corporis inductis coloribus tegunt. Virg. lib. 1. Georg. Alba neq; Aſſyrio fucatur lana ueneno. Cic. 1. de Nat. deor. Quæ etiam ſi eſſent, quæ nulla ſunt, pellere ſeipſa & agitari inter ſe, conuerſa forteſſe poſſent: formare, fucare, colorare, animare non poſſent. Cic. de Clar. Orat. In qua naturalis ineſſet, nõ fucatus nitor. ¶ Per translationem accipitur pro ficto & ſimulato. Cic. in Lælio, Secerni autem blandus amicus à uero, & internoſci, tam poteſt, adhibita diligentia, quàm omnia fucata & ſimulata à ſyncera atq; ueris.

Fucoſus, m. f. adiectiuum, Hoc eſt, non ſyncerus, quaſi fuco tectus & adulteratus. *φυκιώδης, ἀπατηλός*. [Ital. Dipinto. Gal. *fardé*, feint, deſguiſé. Hiſp. Coſa llena de afeytes enganoſos, colorado. Germ. Gefelticher, mit einer farb angeſtrichen.] Cic. pro Rabir. Poſth. Auditæ niſi q; merces, fallaces quidem & fucoſæ, chartis & linteis, & uitro delatæ. ¶ Fucoſæ amicitiæ, ambitioſæ, ac ſpecie ſplendidæ. Cic. ad Attic. lib. 1. Nam illæ ambitioſæ noſtræ, fucoſæq; amicitiæ ſunt in quodam ſplendore foreſi, fructum domeſticum non habent.

Fuga, gæ. Vide Fugio.

Fugax, Vide Fugio.

Fũgio, gis, fugi, fugitum, act. 1. Cum curſu & celeritate diſcedo. *φεύγω*. [Ital. Fuggire. Gall. Fuir. Hiſp. Huir. Germ. Fliehen.] Cui opponitur fugare, quod eſt in fugam aliquem conuertere, & fugientem inſequi. Et modò abſolutè ponitur. Plautus in Amphyt. Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè. Virgil. 5. Aeneid. Tendunt uela noti, fugimus ſpumantibus undis. Plautus, Remigio uelo q; quantum potes feſtina & fuge. Modò tranſitiuè cum accuſatiuo, pro eo quod eſt fugiendo uitare. Virgil. 1. Aegl. Nos patriam fugimus. Cic. pro Lege agrar. Nec quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt. Cic. de Amic. Quinetiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ, ut cõgreſſus & ſocietatem hominum fugiat atq; oderit. ¶ Aliquando pro neſcire, ſeu non recordari, ſed hoc duntaxat in tertiis perſonis. *λανθάνειν ἢ διαφεύγειν τὴν μνήμην*. Lactantius lib. 2. Quod illorum ipſum poetam minimè fugit. Cicero lib. 1. Tuſculan. Niſi quæ me fortè fugiunt, hæ ſunt ferè omnium de animo ſententiæ. ¶ Aliquando pro cedere. Plinius lib. 37. Factitiæ gemmæ ſcarificationis candicantiam fugiunt: hoc eſt, factitiæ gemmæ ad impreſſionem ſcarificantis cedunt: quod gemmarii etiam hodie appellant fugere. Hinc ortum ut uinum quod annis cedit: hoc eſt, ætatem ferre non poteſt, fugere dicatur: & uinum fugiens, quod iam ætati cedit, neq; diutius ſeruari poteſt. *ἐξιτηλαίνειν οἶνος*, & *ἐξιτήλυνσις*. Fugiẽtes etiam literæ dicuntur exoleſcẽtes, quæ uetuſtati cedũt, quaſi diffluentes, dilabentesq; *ἐξιτήλυνσα γράμματα*. quod fit etiam cum membranæ præpingues literas non retinent. Budæus, Fugiens laboris. Cæſar 1. Belli ciuilis, Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin, &c. ¶ Huius compoſita ſunt Aufugio, aliò fugio: quod ex ab & fugio componitur, b in u mutata, ut fieret uox pronunciatu, auditq; lenior, *ἀποφεύγω, ἀποδιδράσκω*. ¶ Confugio, ſimul fugio, *διαταφεύγω*. ¶ Defugio, Diffugio, de quibus alibi. ¶ Effugio, extra fugio, diſcedo, deuito, *ἐκφεύγω*. Effugium, & Effugia, giæ, ſicut lana & lanitium. ¶ Perfugio, quod eſt auxilii gratia ad aliquem fugio, *καταφεύγω*: unde perfugium, *καταφυγή*. Perfuga, qui ad hoſtes tranſit & perfugit. ¶ Refugio, retro fugio, *ἀναφεύγω*. Accipitur etiam refugere pro confugere: unde refugũ. Per tranſlationem ponitur pro deuitare, recuſare, & odio habere *ἀναδύεσθαι*. Lactant. 1. lib. 6. Illos qui aut uoluptates, aut diuitias non refugiunt ab hac publica & celebri uia modicè ſegregat. Columel. lib. 4. Idq; adeò plurimi dubitant, ut multi refugiant & reformident talem poſitionem ruris. ¶ Profugio, longè fugio, *ἀποφεύγω*. à quo profugus. ¶ Subterfugio, ſecretò fugio, uel cuito, *λαυθάνομαι*. Cicero pro Lælio, Qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere aut calamitatem eò ſoldm uertunt. ¶ Suffugio, latenter fugio, *ὑποφεύγομαι*. Suetonius uerò pro retrofugio in Tiberio poſuit, dicẽs, Adulationes adeò aduerſatus eſt, ut neminem Senatorum ad lecticam ſuam admiſerit: conſularem uerò ſatisfacientem ſibi, ac per genua orare conantem ita ſuffugerit, ut ceciderit ſupinus. ¶ Transfugio, tranſeundo fugio ab uno ad alium locum *μεταπηδῶ*. Vnde tranſfuga, qui ad hoſtes fugit. Liuius lib. 1. Sextus filius eius, qui minimus ex tribu erat, transfugit ex compoſito Gabios. Sallust. in Cic. Modò harum, modò illarum partium leuiſſimè tranſfuga. Habent autem hæc omnia in ſyllabam, in præſenti correptam.

Fugito, as, penultima correpta, n. p. Deuito, uel detreſto, uel etiam huc illuc fugio. *ἀφαπτεύω, φυγγάνω*. [Ital. Schifare, fuggire in diuerſe parti. Gall. *Fuir ſouuent*, refuir, refuſer. Hiſp. Huir en diuerſas partes, eſquiuar. Germ. Fliehen, eins fliehens, hin und hár fliehen.] Plaut. in Atin. Herum noſmet fugitare cenſes? Terent. in Eunuch. Fugitando fugi, ne quis me cognoſceret. Apul. Huc atq; illuc fugitando ad ſtabulum tandem peruenî.

Fugitans, participium, Idem quòd ſtudioſè fugiens: quo uſus eſt Tereo. in Phorm. pro nomine uerbali. Herus meus (inquit ibi Geta) liberalis eſt, & fugitãs litiũ. *τυχὸν φεύγων*.

Fugitor, uerbale, pro eo qui fugit. *φεύκτης, φευκτικός*. [Italicè, Chi fuge ò corre. Gall. *Fuyeur*, fuyard, coureur. Hiſp. El que huye ò corre. Germ. Ein flieher.] Plaut. in Trin. Credo acrem fugitorem fore.

Fuga, gæ, fœm. p. Ipſe fugiendi actus. *ἀπόδρασις, ἀναφυγή*. [Ital. *Fuga*. Gall. *Fuitte*, exil, banniſſement. Hiſp. La huida ò corrida ligera. Germ. Ein flucht.] Virgilius 3. Aeneid. Longumq; fugæ ne linque laborem. Idem 4. Aeneid. Frondentesq; ferãt ramos, & robora ſyluis Infabricata fugæ ſtudio. ¶ Aliquando celeritas. Virgil. 11. Aen. Dimitte fugam, & ne comitus equo Mecum crede ſolo. Quo in loco Seruius fugam pro celeritate interpretatur. Idem fugam pro curſu poſuit: Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, uolucremq; fuga præuertitur Hebrum. Et Quintilianus nauigationem dixit fugam, & naues fugientes, quæ celeres faciunt curſum. ¶ Aliquando fuga dicitur impetus, author eſt Nonius, citans illud Virgilii, Ille nolat, ſimul arua fuga, ſimul æquora uertit. ¶ A fuga, ſine à fugiendo fiunt compoſita, Perfuga, transfuga, lucifuga, noctifuga, ſolifuga, lucrifuga: quæ omnia exponuntur per participium fugiens: ut, Perfugiens, transfugiens, lucem fugiens, & ſic de cæteris.

Fugax, acis, m. t. Qui facilè fugit. *φευκτικός*. [Ital. Fuggace, leggiero. Gall. *Fuyant*, qui s'enfuit uolontiers. Hiſp. Lo que mucho huye ò corre. Germ. Flüchtig, das gern flücht.] Huiuſmodi enim uerbalia in ax, habitum importantia actus per uerbum ſignificati: ut edax & bibax. Virgil. 10. Aen. Si fortè fugacem Conſpexit capream. Plin. lib. 10. cap. 23. Tribuit hoc auium generi natura, ut fœcundiores eſſent fugaces earum quàm fortes. ¶ Inuenitur tamen aliquando poſitum pro fugiens. Virgil. lib 11. Conuerſiq; fugax auertitur habenis. ¶ Apud eundẽ lib. 10. etiam legitur pro ueloci. Prolem Delicaonis Hebrum Sternit humi, cũ quo Latagum, Palmumq; fugacem. Quo in loco Seruius interpretatur fugacem pro celeri & ueloci. ¶ Accipitur etiã fugax pro eo quod non eſt durabile, aut quod citò præterit. Sic Horat. lib. 2. Carm. uocat annos fugaces, q citò elabuntur. Sic etiam Plinius mala Perſica uocat fugacia, quòd durabilia

dubiis non ſint, decerptaq; facillimè corrumpantur. Sic enim ait lib. 17. cap. 12. Pretiumq; ſingulis iam triceni numi fuerunt, nullius maioris: quod miremur, quia non aliud fugacius. Longiſſima namq; decerpto bidui mora eſt, cogitq; ſe uenundari.

Fugacitas, atis, Quod modò ſignificat inclinationem ad fugam, modò inſtabilitatem & breuitatẽ alicuius rei: ut, Fugacitas temporis, fugacitas ætatis.

Fugitiuus, a, um, Qui aufugit. ἀφυκτέτος. [Ital. Fugitiuo. Gal. fugitif, qui ſe paſſe legerement. Hiſpan. Coſa que tiene coſtumbre de hoir. Germ. Flüchtig, der entlauffẽ oder feldflüchtig wirt.] Vnde fugitiuus ſeruus dicitur, qui à domino ea mente recedit, ne ad eũ redeat, etiamſi mutato conſilio ad eum reuertatur: quine extra domini domum fugæ cauſa, ut ſe à domino celaret, manſit. Item qui eò ſe cõtert, unde eum dominus recuperare non poſſit, aut abducere. Qui autem incendium, ruinam, hoſtem, aut præceptorem cui in diſciplinam traditus erat, quia immoderatè eo utebatur, aufugit, non fugitiuus dicendus eſt. Plaut. in Men. Homines captiuos qui catenis uinciunt: Et qui fugitiuis ſeruis indunt compedes. Idem in Capt. Apage, haud nos decet fugitiuos imitari. Fugitiuum argentum, Terentius in Heaut. Fugitiuus lapis. Plin. lib. 36. cap. 17. Fugitiua gaudia: hoc eſt, fugacia, quæque citò euaneſcunt, & abeunt, ac parum durant. Martialis lib. 7. Viue uelut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe. Idem lib. 1. Gaudia non remeant, ſed fugitiua uolant.

Fugitiuarius, m. ſ. Apud antiquos fugitiuorum ſeruorum reprehenſor erat: qui eam operam profitebatur, ut fugitiuos inueſtigatos reduceret. φυγαδοθήρας. [Ital. Chi va cercando i ſerui fugitiui, & gli riconduce à i padroni. Gall. Qui faiſoit iadis meſtier de chercher les ſerfs fugitifs, & les ramener à leurs maiſtres. Hiſpan. El que buſca los ſieruos huydizos. Germ. Der die flüchtigen oder entlauffene knecht fãet, vnd ſy denn herren widerbringt.] In Pandect. in l. Si apud te præſcript. uerbor. Non enim ambo pecuniam, ego & fugitiuarius depoſuimus. Varro hoc uerbo metaphoricõs quodam modo utus eſt, quum in quit lib. 3. cap. 14. Ideoque ſub dio ſumendus eſt locus cochlearibus, quem totum circum aqua claudas, ne quas ibi poſueris ad partum, non liberos earum, ſed ipſas quæras: aqua inquam cludenda, ne fugitiuarius ſit parandus: id eſt, ne, ſi locus fugæ pateat cochleis, cogaris poſtea tanquam fugitiuos ſeruos, ſic cochleas fugitiuas perſequi, & uti miniſterio reprehenſorum. Budæus in Annot.

Fugo, as, aũi. p. Expello, & in fugam conuerto. τρέπομαι. [Ital. Fugare, mettre in fuga. Gall. Chaſſer, mettre en fuite. Hiſpan. Ahuyentar ò hazer huyr. Germ. Flüchtig machen, in die flucht bringen.] Plautus in Amphyt. Ibi nunc meus pater Memorat, legionem hoſtium ut fugauerit. Plinius libro 11. cap. 51. Vultures unguento qui fugantur, alios appetunt odores. Lactantius libro 1. Saturnus quum fugatus eſſet à filio.

Fulcio, is, ſi, tum, ãre. q Munio, ſuſtento, fortifico. ἐρείδω, στηρίζω. [Ital. Soſtentare, fortificare. Gall. Appuyer, eſtayer, ſouſtenir. Hiſp. Suſtentar, ſoſtener, fortificar. Germ. Vnderſtützen, vnderſtirtzen, beueſtigen.] Iuuen. Sat. 3. Nos urbem colimus tenui tibicine fultam. Martialis libro 2. Fulcitur teſta fagina meaſa mihi. Cic. 4. Academ. Sed quid eos colligam, quum habeam Chryſippum qui fulcire putatur portitum Stoicorum? Idem poſt reditum in Senatu, Horum Conſulum ruinas, uos Conſules veſtra uirtute fulciſtis. ¶ Huius compoſitum eſt Suffulcio, ὑποστηρίζω. Varro, Vt maioribus perticis ſuffultæ uites auras non perumeſcant.

Fulcimentum, enti, n. ſ. Quod aliquid fulcit & ſuſtinet. ἔρεισμα, στήριγμα. [Ital. Soſtegno, ſoſtenemento. Gall. Appuy, eſtaye, ſouſtenement. Hiſpan. Suſtentamiento. Germ. Ein vnderſatz, auffenthalt.] Plaut. in Trin. Quid ego nunc agam, niſi ut ſarcinam Conſtringam & clypeum ad dorſum accommodem, fulcimenta, iubeam ſuppingi ſoccos?

Fultura, ræ, fœm. prim. Suſtentatio. ἔρεισμα, στήριγμα. [Ital. Soſtentatione, ſoſtegno. Gall. Souſtien, apuy, eſtayement. Hiſp. Suſtentamiento. Germ. Vnderſtützung, auffenthaltung.] Plinius libro 36. capite 17. Cyzici & bouleuterion uocant ædificium amplum ſine ferreo clauo, ita diſpoſita contignatione, ut eximantur trabes ſine fulturis, ac reponantur. Plinius in Epiſtolis, Nam fulturæ ad ſubſtructiones quibus ſubinde ſuſcipitur, non tam firmæ mihi quàm ſum proſæ uidentur. Colum. lib. 1. cap. 5. Sed & pro fultura & ſubſtructione fungentur aduerſus ea, &c.

Fulcrum, cri, n. ſ. Quo lectus ſuſtinetur, à fulciendo dictum. ἔρεισις. [Ital. Soſtentamento, legni che ſoſtentano le lettiere. Gall. Souſtenement, le bois d'un lit, le chalit. Hiſpan. El pie de la cama. Germ. Ein ſtütz, ein bettſtoll.] Virgilius 6. Aeneidos, Fulgent genialibus altis Aurea fulcra toris. Gellius libro 10. capite 15. Neq; apud eius lecti fulcrum capſam eſſe cum ſtrue aut ferro oportet. Sueton. in Claudio, Adhibebat omni cœnæ & liberos ſuos cum pueris, puellisq; nobilibus, qui more ueteri ad fulcra lectorum ſedentes ueſcerentur.

Fulgeo, ges, ſi, ſum. neutr. ſec. à φλέγ deducitur, quod apud Græcos flammam ſignificat: unde & pro lucere & ſplendorem emittere ſumitur. γίλδω, σιλαγέω. [Ital. Reſplendere. Gall. Reluire, reſplendir. Hiſpan. Reſplandeſcer. Germ. Scheynen, gleyſſen.] Lucanus libro 10. Fulget gemma toris, & iaſpide fulua ſuppellex. Cicero in Catilinam, Quorum tenent unguentis, quorum fulgent purpura. Liuius 2. ab Vrbe, Vt primo ſtatim concurſu increpuêre arma, micantesq; tulêre gladii, horror ingens ſpectantes perſtringit. ¶ Accipitur etiam fulgere, pro fulgurare. Cicero 2. de Natura deorum, Hunc etiam augures noſtri, quum dicunt, Ioue fulgente, tonante: dicunt etiam, Cœlo fulgente, tonãte. Idem in Vatinium, Ioue fulgente, cum populo agi nefas eſſe. ¶ Fulgere, pro ferire priſci dicebant, authore Feſto Pompeio: unde fulgur dictum eſt. ¶ Huius compoſita ſunt Affulgeo, allucco, προσγίλδω. Liuius, Et nauium ſpeciem, de cœlo affulſiſſe. ¶ Confulgeo, ſimul totus fulgeo. Plautus in Amphyt. Ardere cenſui, ædes ita tum confulgebant. ¶ Effulgeo, ſplendorem emitto. ἀπογίλδω. ¶ Præfulgeo, uide ſuo loco. ¶ Refulgeo, ſplendorem reddo. Perſius in Prafat. ſui Poem. Quod ſi doloſi ſpes refulſerit numi, Cornos Poetas, &c.

Fulgetrum, tri, n. ſ. Idem quod fulgur: hoc eſt, lux illa, ſeu uibratio luminis quæ antè cernitur, quàm tonitruum audiatur, quum ſimul fieri certum ſit. ἀστραπή, πυρσή. [Ital. Lampo, baleno, fulgore. Gall. L'eſclair que fait le tonnerre. Hiſp. Reſplandor del relampago. Germ. Ein blitzg, wãterleich.] Liuius lib. 2. cap. 43. Hinc naſci procellas, & ſi in nube luctetur flatus, aut uapor, tonitrua edit: ſi erumpat ac dehiſcat, fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra: his findi nubem, illis perrumpi. Ibidem capite 54. Fulgetrum prius cerni quàm tonitruum audiri, quum ſimul fiant, certum eſt: nec mirum, quando lux ſonitu uelocior.

Fulgetra, etrũ, fœminini generis. Idem Plinius libro 28. capite ſecundo, Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus, Gentium eſt.

Fulgo, is, ſi, ſum, tertiæ coniugationis. Idem quod fulgeo. γίλδω. [Ital. Riſplendere. Gall. Reſplandir, reluire. Hiſpan. Reſplandeſcer. Germ. Scheynen, gleyſſen.] Virgilius lib. ſexto, Iliæ autem paribus quas fulgere cernis in armis, Concordes animæ, &c. Ad eundem etiam modum effulgo dicebant pro effulgeo. Idem libro 10. Auroq; effulgere fluctus.

Fulgor, oris, penul. prod. maſc. t. Splendor. σίλας. [Ital. Splendore. Gall. Reſplendiſſeur, lueur, clarté. Hiſp. Reſplandor. Germ. Scheyn, glantz.] Plin. li. 7. cap. 15. Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur. Virg. 5. Aen. Maculoſus & auro Squamam incendebat fulgor. Cic. 6. Verrin. Cuius fulgore collucere atq; illuſtrari Iouis Opt. Max. templũ oportebat. ¶ Accipitur etiam fulgor pro fulgure. Cicero 2. de Diuin. Quum autem ſe in nubem induerint, eiusq; tenuiſſimam quamq; partem cœperint diuidere, ac diſrumpere: idq; crebrius facere & uehementius, tum & fulgores & tonitrua exiſtere: ſi autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen.

Fulgur, ris, penult. cor. m. t. Idem quod fulgetrum, ἀστραπή. [Italicè, Lampo, baleno. Gallicè, Eſclair. Hiſp. El relampago. Germanicè, Ein blitzg.] Differt autem à fulmine, teſte Seneca libro 2. Natur. quæſt. quòd fulmen dicatur, quum ignis emittitur: fulgur autem, quum ignis tantùm oſtenditur. Vnde domum fulmine accenſam dicimus, non fulgure. Eſt enim fulgur nihil aliud q̃ ſplẽdor ipſius fulminis: fulmen autem, ipſum telum. Vtrunque tamen ignem eſſe conſtat, illud tamen intereſt, quòd fulgur tantùm uiſum

nom

non habet ut ad terram possit deferri. Plinius lib. 2. cap. 49. Quòd si simul rupit nubem, exarsit q. & ignem habuit, aut postea concepit, tulmen est. Hinc aiunt naturalium rerum scrutatores, quòd fulgura ex nubium collisione generentur, in morem silicum duriorum, quos quum comploseris sibi, medius ex his ignis extritus elabitur, atque ita cum fulgure pariter & tonitrua mugire, tonitruum scilicet sonitu, & fulgura excussi luminis claritate. ¶ Fulgur ex pelui, ἀγρανὶ ἐκ πυέλων. De manibus minus eorum qui ledere non queant. Fulgor enim, qui fulguris quadam è vasculorum nitentium vibratione, aut ex aquis redditur, nocendi vim nullam habet, pueros modò territat. Diogenianus.

Fulguralis. ἀγρανικός. [Ital. Pertinente à lampo Gall. D'or sclair, des appertenances d'esclair. Hisp. Cosa perteneciente al relampago. German. Das zů dem blitz gehört.] Cicero 1. de Diuinatione, Quod Hetruscorum declarant & aruspicini, & fulgorales, & rituales libri, nostri etiam augorales: hoc est libri, qui de fulgorum inspectionibus tractant.

Fulgoritas, atis, f. n. Afflatio fulminis. Lucil. apud Non um, Luporum aciem claram, & fulgoritatè arborum. Antiquum est & obsoletum.

Fulgoro, as, penult. corr. act. pr. Fulgur emitto. ἀγρανίζω. [Ital Folgorare, balenare. Gall. Esclairer, faire esclair. Hispan. Relampaguear. Germ. Blitzgen, wătterleuchten] Plinius libro 18. capite 17. Quum ex omnibus quatuor partibus cœli fulgurabit. Idem libro 9. capite 15. Si fulgoret comprimit conchas.

Fulguratio, fœm. ἀγρανὴ, ἡ ἐπὶ τῆς παραστίξεως, ἀπὸ τῆς ῥήξεως τῶν πυελῶν ἐκπύρωσις. [Ital. Esso lampeggiare. Gall. Esclairement, quand il esclaire par tonnerre. Hispan. Obra de relampaguear. Germ. Blitzgung.] Seneca 2. Natur. quæst. Fulguratio ostendit ignem, fulminario emittit.

Fulgurator, masc. t. Fulgurum inspector, teste Nonio. ἀγρανιαῖος. Cato de Moribus Claudii Neronis, Aruspicem fulguratorem si quis adducat. Cic. 1. de Divin Nónne intelligis eadem uti posse & aruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum?

Fulgurio is, act. q. penult. corr Fulgur iacio. ἀγρανίζω. [Ital. Folgorare, balenare. Gall. Faire esclairer, faire d'esclairs Hispan Relampaguear. Germ. Blitzgen.] Nevius apud Nonium, Sanè suo sonitu claro fulgurivit Iupiter.

Fulguritus locus, id est, fulmine ictus, qui statim fieri religiosus putabatur, quòd eum Deus sibi dicasse videretur. Author Festus. λιγανωθεὶς.

Fulguritassunt, Pro fulgore percutiuntur, dixit Plaut. Trin. Nam fulguritassunt Alternæ arbores, sues moriuntur angina acerrimè.

Fulmen, inis, n. t. Ignis è nubibus erumpens: de quo uide latius paulò antè in dictione Fulgur. λιγανὸς, σπινθὴρ. [Ital. Fulmine. lampo. Gall. Foudre. Hisp. Rayo que cayo del cielo. Germ. Straal.] Livius 1 ab Vrbe, Auentino, fulmine ipse ictus, regnum per manus tradidit. ¶ Transfertur aliquando pro ui & impetu Cic. ad Papyr. Iosanire tibi uideris, quòd imitêre uerborum meorum, ut scribis, fulmina? Idem 2. Tusculanarum, Nam si omnia fugienda turpitudinis, adipiscendæque honestatis cauta faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit.

Fulmineus, nea, neum λιγανώδης, ἀ λιγανῶδες. [Ital. De fulmine. Gallicè, De foudre. Hispan. Cosa del rayo del cielo. German. Das zů dem straal gehört.] Ouidius secundo de Ponto, Et qui fulmineo, sæpe sine igne tonat. Fulmineum os apri: hoc est, uiolentum, & fulminis modo obuia quæque prosternens. Ouidius secundo Fastorum, Sicut aper longè Sylvis latratibus actus, Fulmineo celeres dissipat ore canes.

Fulmino, nas, nare, actiuum, primæ coniugat Est fulmen iacere, uel fulmina efflare. λιγανοβολέω, πυρανέω. [Ital. Folminare, saettare. Gall. Fulminer, foudroyer. Hispan. Herir con rayo del cielo. German. Straal schiessen] Seneca, Minore en mi igne ad fulgurandum, quàm ad fulminandum opus est. Plinius libro 2. capite 7. Fulminantem pelerant Iouem.

Fulminatus, ta, tum, Fulmine ictus. λιγανωθεὶς. [Ital. Saettato dal cielo. Gall. Foudroyé, frapé du tonnerre. Hisp. Herido con rayo del cielo. Germ. Mitt dem straal geschossen oder geschlagen.] Plinius lib. 2. cap. 54. Vulnera fulminatorum frigidiora.

Fŭlica, æ, penultima correcta, fœm. prim. κέπφος nonnullis, aliis λάρος. [Ital. Folica. Gall. Vn oiseau de riuiere, qu'on appelle foulque. Hispan. La cerceta aue nota. Germ. Ein taucher, oder hageigans.] Auis est aquatica, magnitudinem cornicis non multùm excedens, à fuluo: id est, nigro, aut certè à fuliginis colore dicta. Gaudet præcipuè mari, stagnisque amplioribus. In siccum se recipiens, clarioreque uoce clangens, nautas imminentis tempestatis admonet. Virgilius libro 1. Georgicorum, In sicco ludunt fulicæ. Plinius libro 18. capite 17. Loligo nolitans, conchæ adhærescentes, echini affigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Ranæ quoq; ultra solitum uocales, & fulicæ matutino clangore. ¶ Legitur & fulix in eadem significatione: ut, Rauca fulix, apud Ciceronem lib. 2. de Diuinat.

Fŭligo, ginis, penultima producta, Nigrum illud excrementum, quod ex fumo caminis, aut furnis adhæret: à fumo, id est nigro colore nomen habens. ἀσβολὴ, λιγνὺς. [Ital. Fuliggine, negrura causata del fomo. Gall. Suye. Hispan, Hollin del hogar. Germ. Rus.] Plinius lib. 17. cap. 6. Adolet ratur, fornacum, balnearumq; fuligine. Columel. lib. 1. cap. 6. Quoniam fumo & fuligine sapor olei corrumpitur. Cic. 2. Philip. Idem tamen quasi fuligine absterta, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti. ¶ Hinc Fuliginosus, λιγνώδης.

Fulix, Vid. Fulica.

Fullo, onis, Qui purganda polienda'ue uestimenta accipit: ita dicta à fouendis aquæ calidæ uestibus. γναφεὺς. [Ital. Purgatore, lintore. Gall. Foullon. Hispan. El que lava ò adoba los pannos, lauandero de drapos. German. Ein Vualcker.] Plautus in Aulularia Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plinius libro 28. capite 6. Vrina uirilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentati eo morbo negant.

Fullonius, a. um, Quod ad fullonem attinet. γναφικὸς. [Ital. Cosa de tintore Gall. De foullon Hisp. Cosa perteneciente à lauandero de drapos. Germ. Das zů dem walcke gehört.] Plaut. in Pseudol. Cras mihi potandus fructus est fullonius Plin lib. 14. cap. 14. Quod notatur & in spina fullonia hippophæsto.

Fullonica, æ, fœm pr. substantivè acceptum modò significat officinam fullonis. γναφεῖον. [Ital. Botega di tintore. Gall. Boutique de foullon. Hispan. La tiende de lauandero de drapos. Ger. Ein walcke.] Vlpian. l. apud Trebatium. ff. de aqua pluuiali arcenda. Apud Trebatium relatum est, quum in fundo aqua oriretur, eum qui fullonicas circa fontem instituisset, & ex his aquam in fundum uicini immittere cœpisset. ¶ Modò etiã ipsam fullonis artem. γναφικὴ. [Ital Arte de tintore. Gall. L'art de foullon. Hisp. Aquella arte de lauandero de pannos. German. Die kunst des walckens.] Plaut. in Asin. Si non didicisti fullonicam, Non mirandum est in oculos inuadere optimum est. Plin. lib. 7. cap. 56. Fullonicam artem Nicias Megarensis inuenit. ¶ Legitur & Fullonica neutro genere, & plurali numero, pro fullonum officinis, à nominativo singulari fullonicũ. Vlpian. l. Si cuius. ff. de usufr. Quod (inquit) dicitur meritoria non facturum, accipe quæ diuersoria, uel fullonica nulgò appellantur.

Fulmen, Fulminare, Vide Fulgeo.

Fultura, Vide Foleio.

Fuluiana, Herba quædam, urinæ ciendæ utilis, à Fulvio inuentore nomen habens. Plin. lib. 26. cap. 8. Et herba fuluiana trita ex uino, & hæc nomen inuentoris habet, nota tractantibus, urinas ciet.

Fuluus, ui, masc. t. Color dicitur, qui ex rufo & uiridi uidetur esse mistus, in aliis plus uiridis, in aliis plus rufi habens. πυῤῥὸς. [Ital. Color di leone, rosso, ò giallo. Gall Fauue, de telle couleur qu'est un lion. Hispan. Color leonado, roxo. Germ. Goldgel.] Nam & aquilam fuluam dicunt Poetæ, & fuluum aurum, & arenam fuluam, & leonem fuluum: quæ tamen res colore nonnihil differunt. Quinetiam aspidem fuluam uocant: quam tamen constat esse uiridis

coloris.

coloris. Virgil 4. Aeneid. Atq; illi ſtellatus laſpide fulua Enſis erat. Vbi Seruius, laſpide fulua, pro uiridi: ut, Fuluaque caput nectentur oliua.

Fūmus, mi, m. g. Vapor niger ex igni exhalans: à colore fuſco: hoc eſt, nigro dictus *καπνός* [Ital. Fumo. Gall. Fumée. Hiſp. Humo. Germ. Ein rauch.] Plin. lib. 12. cap. 17. Traduntur fumum brutæ arboris coctis lignis alia eſſe remedio. Ouidius 2. Metam. Calidoq; inuoluitur undiq; fumo. Virgilius 2. Aeneid. Miſtoq; undantem puluere fumum. Cicero in Piſonem, Pauliſper ſtetimus in illo gaudarum tuarū nidore atq; fumo. ¶ Accipitur per translationem fumus pro ſplendidis & magnificis poliicitationibus, quæ ſuo tamen carēt effectu. Iude uendere fumos dixit Martialis, pro eo quod eſt officium ſuum quod nullum eſt, & ſimulatam apud principem gratiam, pretio uendere. Huiuſmodi homines fumi uenditores dicuntur: qualis inſignis fuit Alexandri Seueri tempore Thurinus quidam, qui quum nihil apud principem aut gratia aut autoritate ualeret, ſimulata tamen principis amicitia, non modica clientes pecunia emungebat. Sed tandem deprehēſo fuco, ut crimini reſponderet ſupplicium, alligatus palo iuſſu principis, uiridium lignorum fumo eſt enectus: probantiorē præcone, Fumo perit, qui fumos uendidit. ¶ Fumum fugiens in ignem incidit *ἐκ καπνοῦ γὰρ φεύγων, εἰς τὸ πῦρ ἐμπίπτειν*. Quo uti licebit, quum malum aliquod fugientes, in longē grauius incidimus. ¶ Sacrum ſine fumo, *ἄκαπνον θυσία*. De nimium tenui conuiuio, & in quo nihil cocti opſonii apponitur. ¶ Fumi umbra, *καπνοῦ σκιά*. Prouerbiali hyperbole id dixit Antiquitas pro re qualibet uili. Sophocles in Antigone.

Fumarium, rii, n. g. Locus ubi uina fumo condiebantur *καπνών*. Martial lib. 10. Improba Maſſiliæ quicquid fumaria coquunt, Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus. Nam uina fumo præcoce trahunt maturitatem, & celerius ueteſcunt, ut docet Colum. lib. 1. cap. 6.

Fumoſus, a, um, Quod fumum emittit *καπνώδης*. [Ital. Affumaro. Gall. Fumeux. enfumé. Hiſp. Coſa mucho humea. Germ. Rauchig. das vil rauch gibt.] Cato de Re ruſt. cap. 10. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perſpergito, & in Sole ponito: perbibant bene: ita neq; fumoſa erunt, & bene ardebunt. Idem cap. 17. Item infimi lapides cocti cadent, & minus flamma fumoſa exbit. ¶ Interdum etiam fumoſum dicitur, quod fumo tinctum eſt. Vnde tecta fumoſa dicuntur à Virgilio 1. Georg quum ait, Colaq; præterea fumoſis deripe tectis. Et fumoſæ imagines, à Cicerone in Piſonem, pro ſtemmatibus maiorum, quæ à nobilioribus domi aſſeruabātur, iam ob ueruſtatem fumo denigrata. Sed (inquit) ne notum quidem factū aut militiæ, aut domi: obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile bines nihil præter colorem. Ad hoc etiam alludit Iuuenalis, quum ait. Fumoſos Equitum cum Dictatore magiſtros, Quanquam in quibuſdam exemplaribus corruptè legatur fumoſos. ¶ Intumibulum, per quod fumus erumpit. *κατοχέτευμα*.

Fumeus, a, um, *καπνῶδης*. [Ital. Pieno di fumo, ò che getta fumo. Gall. Plein de fumée, fumeux. Hiſp. Coſa mucho humea, ò que echa de ſi humo. Germ. Rauchechtig.] ut, Vinum fumeum hoc eſt, fumo conditum. Martial. lib. 13. Fumea Maſſiliæ ponere uina potes.

Fumifer, ra, rum, Fumum afferens, fumoſus. *καπνοφόρος*. [Ital. Fumoſo. Gall. Rendant ou faiſant fumée. Hiſp. Humoſo. Germ. Das ein rauch macht.] Virgilius 9. Aeneid. Parte alia (horrendum dictu) quaſſabat Herruſcam Pinum & fumiferos infert Mezentius ignes. Fumoſa nox, pro caligine è fumi denſitate naſcente. Idem lib. 8 de Caco, Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Enomis, inuoluitq; domum caligine cæca: Proſpectum eripiens oculis: glomerat; ſub antro Fumiferam noctem.

Fumidus, a, um, fumum referens. *καπνοειδής*. [Ital. Fumicato, affumicato. Gall. Fumeux. qui rend fumée. Hiſpan. Coſa humoſa. Germ. Rauchig. voll rauch.] Plin. lib. 37. cap. 7. Sunt qui præferant Arabicas Indicis, fumidæq; chryſolitho illas ſimiles eſſe dicant. Idem libro decimoquarto, capite uigeſimo, Viria præter ſupra dicta, acor, aut fumidū uirus, aut picis alluuies.

Fumo, mas, act. pr. Fumum emitto. *τύφομαι*. [Ital. Far fumo, fumare. Gall. Fumer, rendre ou faire fumée. Hiſp. Hazer humo, humear. Germ. Rauchen, ein rauch geben.] Virgilius 1. Aegloga, Et iam ſumma procul uillarum culmina fumant. Cicero 7. Verrina. Quum fumantes etiam noſtras naues reliquiſſent. ¶ Fumare aper dicitur, uel urſus quum è naribus denſum ſpiritum emittit inſtar fumi. Martialis libro 12. Fumantem uini naſum ne laſeris urſi. ¶ Huius compoſitum eſt Infumo, penultima producta, quod eſt ad fumum ſicco.

Fumigo, as, pen. corr. act. p Suffio. *θυμιάω*. [Ital Profumare, ſuffumicare. Gall. Enfumer, perfumer. Hiſp. Echar de ſi humo, ſahumar. Germ. Beröuchen.] Varro 1. de Re ruſt. cap. 16. Verno tempore & æſtiuo fere ter in menſe mellarius inſpicere debet, fumigans leniter. Hinc ſuffumigatio, pro ſuffitu, *θυμίαμα*.

Fumico, as, idem quod fumigo uel ſuffio. *θυμιάω*. [Ital. Fumicare, ſuffumicare. Gall. Enfumer, perfumer. Hiſp. Sahumar. Germ. Ein rauch machen.] Plaut. in Mil. Bib ut Arabico fumificem odore.

Fumificus, ca, cum, Quod fumum emittit. *καπνοποιός* [Italicè, Che fa fumo. Gall. Faiſant fumée. Hiſp. Coſa que haze humo. Germ. Das ein rauch macht.] Ouid. 7. Metam. Fumificisq; locum mugitibus impleuere.

Funalia, Funambulus, Vide Funis.

Funda, dæ, fœm. pr. Inſtrumentum è funiculo factum, quo funduntur, hoc eſt, iaciuntur lapides. *σφενδόνη*. [Ital. Fromba, fonda. Gall. Vne fronde. Hiſp. La honda para tirar piedras. Germ. Ein ſchling oder ſchlenger.] Virgilius libro 1. Georg. Nec ſuppeditat torquendi Balearis habenas. Vocat autem Poeta fundam Balearem, quòd duæ illæ inſulæ Baleares peritos in primis mittendi funditores. Terentius in Eunucho. Fundam tibi nimis uellem dari, Vt eo illos procul hinc ex occulto eiacerem. ¶ Eſt etiam retis piſcatorii genus, quod in orbem ſpargitur, quod & reticulum dici ſolet *ἀμφίβληστρον*. Virgilius 1 Georg. Fundā tenuem ne uerbetat amnem. ¶ Accipitur quandoque pro ſaccolo, ſeu marſupio in modum retis facto, in quo pecuniæ & alia geruntur. Macrobius, Quumq; acceſſiſſet ad ſellam, demiſſa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos Principi daret. Quod ſaccoli genus etiam reticulum uocatur. Horat. Reticulum panes uenales inter onuſto Forte uehas humero. ¶ Aliquando pro circulo ex auro, ſiue alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, ut aurum nonniſi margines amplectatur. Plinius, Fundā includuntur perſpicuæ, cæteris ſubiicitur orichalcum.

Funditor, maſcul. gener. tertiæ declin. Qui funda dimicat: *σφενδονήτης*, uel *σφενδονήτος*. [Ital. Chi combatte con fronda. Gall. Qui uſe de fonde pour combattre. Hiſp. Hondero. Germ. Der im krieg ein ſchlenger braucht.] Salluſt. Ipſe cum expeditis cohortibus, ad hæc funditorum & ſagittariorum delecta manu. Cæſar 1. Belli Gall. Numidas & Cretas ſagittarios & funditores Baleares ſubſidio oppidanis mittit. Sic Liuius 1. Bell. Pun.

Fundibulatii, idem qui funditores, *σφενδονῆται*.

Fundamentum, Vide Fundum.

Funditus & Fundo, das, Vide Fundum.

Fundo, dis, fūdi, fuſum, act. tert. Liquefacio. *χέω, χωνεύω* [Italicè, Liquefare, ſpargere. Gall. Fondre, eſpandre, uerſer une liqueur. Hiſpan. Derramar coſa liquida. German. Gieſſen, ſchmeltzen. Item, Zuſammen treiben.] Vnde metalla dicuntur fuſa, quum liquefacta ſunt ut calatis. ¶ Item fundere aliquem dicuntur artifices, quum effigiem alicuius arte fuſoria exprimunt. Plinius libro 34. capite 8. Theodorus qui labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fudit, præter ſimilitudinem mirabilem, fama magnæ ſubtilitatis celebratus. ¶ Quoniam uerò quæ fuſa ac liquida ſunt, ſpargi ſolent, fundere pro ſpargere ponitur. Claudianus, Et peſſima fudit Vina cadis. Lactantius libro 6. Fundendus ad ultimum cruor, omnia denique amara & grauiora patienter terenda. ¶ Aliquādo pro proſternere. *ἐλαφίζειν, καταβάλλειν*. Virgilius 1. Aeneid. Nec prius abſtitit quàm ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. ¶ Aliquando profligare uel diſpergere. Liuius 1. ab Vrbe. Exercitum fundit, fuſum perſequitur. ¶ Aliquādo abundāter præbere. Virg. 4 Aegl. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. ¶ Aliquādo & largè loqui. *σπερμολογεῖν, ἰυρτολογεῖν, σπατᾶν ῥᾳθυμεῖν*. Virgilius 3. Aeneidos, Talia fundebat lachrymans.

¶ Aliquando pro demittere, ut apud eundem. Criſtiſq; à vertice flammam Fundit. ¶ Huius compoſita ſunt, Affundo, ad aliquid fundo, ἐπιχέω. Plinius, Exprimitur foliis ſuccus molliſſimis, in pila tuſis, affuſo paulatim uino auſtero. ¶ Confundo, perturbo, opprimo, ſiue omnia in unum miſceo, coniungo, συγχέω. Liuius libro 1. ab Vrbe, Alterius urbis duo populi in unum confuſi ſunt. Virgil. lib. 3. qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis, id eſt, coniungitur. Plinius, Et ſi miſceantur, facilè confundunt colorem, id eſt, perturbant. ¶ Circunfundo, circumcirca ſpargo. περιχέω. Apuleius, Atq; eo liquore ſtabulum omne circunfudit. Virgilius 2. Aeneid. Vndiq; viſendi ſtudio Troiana iuuentus Circunfuſa ruit. Defundo, deorſum fundo, καταχέω. Author ad Herennium lib. 2. Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit poſtquam defuſus eſt, detricari. ¶ Diffundo, & Effundo, de quibus ſuprà. ¶ Infundo, in rem aliquam quippiam fundo. ἐγχέω. Columella lib. 2. Metum⁹ faucibus, ſi aſtuauerint boues, infundet. Hinc Infund. botum, de quo ſuo loco. Intuſum idem eſt Plinio quod Clyſter, τὸ ἐνιστόμενον. ¶ Offundo, & Perfundo, undique, ſiue per omnes partes fundo, ſpargo. ἀναχέω, διαχέω. Ouidius, Perfundit⁹ genas lachrymis. ¶ Profundo, προχέω. ¶ Refundo, rependo, ἀμείβω, ἀντιμείβω. Seneca, Id erat non tam accipere beneficium, quàm refundere. Interdũ reſtituo quod ſpatium erat. Idem, Quicquid deerit, ex meo refundam. Interdum reiicio, ἀναφέρω: ut, Omnem culpam in te refundã. Interdum idem eſt quod Euomo. Plinius, Quod heſterna crapula in gurgitauerat, palàm refudit. ἀναδίδωμι. ¶ Suffundo, eſt ſupra fundo, aut ſimulando iniicio. Columella lib. 7. Laſſæ & æſtuanti molæ ad ui in fauceis dimittitur, utrumq; in os ſuffunditur. Plautus in Curcul. Mane ſuffundam aquulam. Interdum ſorinſecus ſpargo. ὑποχέω, cùm infundo potius de interiori parte dicatur. Virgilius 1. Georgicorum. At ſi virginem ſuffuderit ore roborem, Ventus erit. Seruius, Suffuderit, forinſecus habuerit. ¶ Hinc Suffuſio, morbus eſt oculorum, quem uulgò Cataractam uocant, ortum trahens ex uitioſo humore inter duas tunicas collecto, uiſum⁹q; deprauante, ὑπόχυσις, ὑπόχυμα. Celſus lib. 7 cap. 7, Suffuſionis plures ſpecies ſunt: quædam ſanabiles, quædam quæ curationem non admittunt: nam ſi exigua ſuffuſio eſt, ſi immobilis, colorem uerò habeat marinæ aquæ, uel ferri nitentis & à latere ſenſum aliquem fulgoris relinquit, ſpes ſupereſt. Si magna eſt, & nigra pars oculi, amiſſa naturali figura, in aliam uertit: ſi ſuffuſionis color ex ruleus eſt, aut auro ſimilis, ſi labat, atq; hac illac mouetur, uix unquam ſuccurritur. Hæc Celſus. ¶ Interdum Confundo, ſiue rubore perfundo. Cicero pro Iuſpergo poſuit, ad Lentulum ſcribens: Nouũ animum quum mihi amiciſſimum, tum nulla in cæteros malenolentia ſuffuſum. ¶ Suffundere frigidam, Vide in dictione Frigida. ¶ Superfundo, ἐπιχέω. Lactant. lib. 6. Extinguitur protinus tanquam igni aquam ſuperfuderis. ¶ Transfundo, de uno uaſe in aliud fundo, ſpargo, immitto'ue, διαχέω. Cato de Re ruſt. Vbi dies triginta præterierint, transfundito, ita relinquito. Cic. Dolabella, Libẽtius omnes meas laudes (ſi modò ſunt aliquæ meæ laudes) ad te transtuderim, quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis.

Fuſus, a, um, participium, Aliquando idem eſt quod conflatus, uel liquefactus: ut quum aurum, uel argentum fuſum dicimus. χυθείς. [Ital. Liquefatto. ſparſo. Gall. Fondu, eſpandu. Hiſpan. Derretmado, ò hondido lo liquido. Germ. Geſchmelzet, gegoſſen. Item, Auſgeſpreitet.] ¶ Interdum idem quod fuſione confectus, ut quum ſtatuam aliſſve quid operis ex metallo quopiã dicimus eſſe fuſum. ¶ Aliquando idem quod diſperſus. Cicero de Oratore, Genus facetiarum æqualiter tota in oratione fuſum. Idem 13. Philippica. Exercitum hoſtium cæſum, fuſumq; cognouimus. Idem ſecundo de Natura deorum, Exin mari finitimus aer die ac nocte diſtingetur, iſq; tum fuſus & extenuatus ſublimè feretur, tum autem concretus in nubes cogetur, &c.

Fuſè, aduerbium: hoc eſt, abundanter & copioſè. ἐυρύ, πλατέως. [Ital. Sparſamente, largamente, abondeuolmente. Gall. Au large, bien au large, amplement. Hiſp. Abundoſamente, largamente, copioſamente. Ger. Vberflüſſiglich.] Cic. 1. de Finib. Poteſt id quidem fuſè & copioſè & omnibus eleganſiſſimis uerbis grauiſſimiſq; ſententiis rhetoricè & augeri, & ornari. Idem 4. Tuſcul. De uitiis excellentis multa quidem dici, quamuis fuſè latèq; poſſint: ſed breuiſſimè illo modo.

Fuſim, aduerbium. Idem eſt quod ſparſim. χύδην. [Italicè, Sparſamente. Gall. En fondant. Hiſpan. Derramadamente. Germ. Vberflüſſig, hin vnd här.] Fuſè autem, ut ſuprà diximus, ſignificat latè & copioſè.

Fuſio, onis, fœm. 1. χύσις. [Ital. Spargimento, ſtendimento. Gall. Fuſion, eſpandement. Hiſp. Obra de derramar, hondimiento. Germ. Gieſſung. oder auſsgieſſung.] Cic. 1. de Natura deor. Ipſumq; mundum Deum dicit eſſe, & eius animi fuſionem uniuerſam.

Fuſilis, le, penult. correpta, omn. tert. Quod fundi poteſt, ſeu quod fuſum eſt, uel quod pronum eſt ad fundendum. χυτός. [Ital. Che ſi può liquefare. Gal. Qui eſt de fonte, qu'õ peut fondre. Hiſp. Coſa que ſe puede hundir. Germ. Gieſſig, das ſich ſchmelzen vnd gieſſen laſst.] Vnde fictilia uaſa dicuntur, & fuſilia ſigna, quæ ex metallo aliquo fuſa ſunt. Ouidius 11. Metamorph. Fuſile per rictus aurum fluitare uideres. Columella lib. 6. cap. 13. Vel cum fuſili tale tuta ſepiæ teſta.

Fuſores, maſc. 1. Dicuntur qui ex metallo quopiam ſtatuas, aliaue opera fundunt. χανταί. [Ital. Coloro che fanno ſtatue ò altri lauori di getto. Gall. Fondeurs. Hiſp. Hundidores para echar en molde. Germ. Gieſſer, ſchmeltzer.]

Fuſorius, ria, rium, Quod ad fuſionem: hoc eſt, liquefactionem pertinet, ſeu quod funditur, aut fundi poteſt. χυτικός. [Ital. Pertinente à fondere. Gall. Apartenant à fonder. Hiſpan. Perteneciente à hundir. Germ. Das zů dem ſchmeltzen oder gieſſen gehört.] ut, Opus fuſorium. Fuſorium uas, in quo metalla liquefiunt. Ars fuſoria, ars fundendi conflandiue metalla, operisq; aliquid ex eis conficiendi. χωνευτική.

Fuſura, æ, fœm. primæ declin. Fuſio, ſiue liquefactio. χύσις. [Ital. Fondimento. Gal. Fonte. Hiſp. Aquella obra de hundir, hundimiento. Germ. Ein gůſs.] Plinius libro 33. capite 6. Chryſitis ex ipſa uena fit, Argyritis ex argento, Molyboditis plumbi ipſius fuſura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.

Fundito, tas, penult. corrept. Sæpe fundo. σπερμολογέω. [Italicè, Spargere ſpeſſo. Gall. Eſpandre & uerſer en abondance. Hiſpan. Hundir y derramar muchas uezes. Germ. Gieſſen ein, gieſſen.] Plautus in Amphyt. Dom cruciatu meo iſthæc hodie nouna uerba funditas. Idem in Pœn. En monſtrum mulieris: tantula tanta uerba funditat: id eſt, multùm & fruſtra profert. ¶ Funditare rem, pro conſumere, prodigere, ac profundere. Plautus in Mercat. Omni quòd modo, cui iouenis ipſe parſerit, Me rem uideret funditare, ac perdere.

Fundum, di, n. ſ. Ima pars cuiuſq; rei, quæ aliquid liquoris in ſe continet, uel ad continendum facta eſt, ut dolii, nauis, aluei fluminis, lacus, maris. πυθμήν. [Ital. Fondo, pro fondo. Gall. Le fond de quelque choſe que ce ſoit. Hiſpan. El hondon de qualquier cola. Germ. Der boden oder grund.] Virgilius 2. Aeneid. Sæuitq; tridenti Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo. ¶ Largitio non habet fundum. Quo dicto ſignificamus, ſtultas liberalitates quantaslibet opes exhaurire, uel efflucre potius. Cicero lib. Officiorum 2. ¶ Sera in fundo parſimonia, prouerbialis ſententia apud Senecam in prima Epiſtola. Admonet in tempore parcendum rebus neceſſariis: neque imitandum profuſorum uulgus, qui tum demum incipiunt parcere, poſteaquam uiderint, minimũ ſupereſſe. ¶ Profundum, uide ſuo loco.

Fund. tus, penultima correpta, aduerbium, Significat à fundo. ἐυβάθρως, ἐρράμμ. [Ital. Dal fondo. Gall. Iuſques au fond, totalemẽt. du tout. Hiſp. Deſde cimiento ò hondon. Germ. Vom boden auff, von grund auff.] ſicut cœlitus à cœlo. Cicero 6. Verr. Qui non obruſit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, ſed funditùs ſuſtulit, ac deleuit. Idem de Amicitia. Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas eſt, quæ non odiis atq; diſſidiis funditùs poſſit euerti? hoc eſt, ab ipſo fundo, uel ab iſtis fund. mentis.

Cicero Torquato lib. 4. Neceſſe eſt enim aut eum is mereri

Rempublicam

Rempublicam ſempiternis, aut his ſuppoſitis recreari aliquando, aut funditùs interire. ¶ Porrò quòd prorſus ac citra ſpem inſtaurationis perditur, funditùs ac radicitus tolli dicitur.

Fundo, das, act. pr. Propriè idem quod fundamentum iacio. *καταβάλλομαι, θεμελιόω.* [Ital. Fondare, gettare il fondamento. Gall. Fonder, jetter les foudemens. Hiſp. Echar fundamento ò fundar. Germ. Befeſtigen, ſteyff ſetzen.] Virgilius 8. Aeneidos, Haud procul hinc ſaxo colitur fundata uetuſto Vrbis Agyllinæ ſedes. ¶ Transfertur ad incorporalia, & idem ferè ſignificat quòd firmo, ſine ſtabilio. Quintilianus, Fundatam paternis auitiſq; opibus domum exhauſit. ¶ Huius compoſita ſunt Effundo, das, quod eſt à fundo euerto, *ἀπεθεμελίωσα.* Cæcilius, Reſpublica amiſſo & effundato pulcherrime ſtatu, non paruam fecerat ſibi rugam. Suffundo, pro fundamento ſubiicio. Varro, Qui in domibus lateritiis paululùm modò lapidibus ſuffundatis, ut humorem fugerent, habitabant.

Fundamen, minis, neut. r. & Fundamentum, enti, n. ſ. Super quod quid fundatur. *θεμελιον, ὑπόβασις, βάσις.* [Ital. Fundamento. Gall. Fondement. Hiſpan. Cimiento ò çanja de edificio. Germ. Ein fundament oder ptulment, ein grund veſte.] Ouidius 1. Metamorp. Ambibat S. culæ cautus fundamina terræ. Virgilius 4. Georgicorum, Et lentum de cortice gluten Prima ſatis ponunt fundamina. Plinius libro 36. capite 14. Rurſus ne in lubrico atque inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur. Virgilius 1. Aeneidos, Fundamenta locant alii, pars ducere muros. ¶ Iacere fundamenta Reipublicæ, eſt quaſi dare Reipublicæ principium. Cicero Cornificio, Ego, mi Cornifici, quo die primùm in ſpem libertatis ingreſſus ſum, & conſtantibus ex rebus, ad decimumtertium Calendas Ianuarii fundamenta feci, eo ipſo die prouidi multum, atq; habui rationem dignitatis tuæ.

Fundus, di, m. ſæcul. ſec. Eſt quæuis poſſeſſio ruſtica, ita dicta, quòd ſondat quotannis multis: uel quòd ſit rei familiaris fundamentum: nam pecuniarum ratio labilis eſt. Vel ideo fundus, quòd planus ſit ad ſimilitudinem fundi nauorum. *χωρίον, ἀγρός.* [Ital. Fondo, poſſeſſione. Gall. Fond de terre, heritage, poſſeſſion, champ ou piece de terre. Hiſpan. La heredad ou poſſeſſion de tierra. Germ. Ein gůt auſſerhalb der ſtatt gelegen, als da ſeind weyngärten, acker, matten.] Plautus in Captiu. Quaſi fundum uendam, meis me addi eam legibus. Fundi appellationem ſic docet Florentinus iureconſultus) omne ædificium, & omnis ager continetur: ſed in uſu, urbana ædificia, ædes ruſtica, uilla dicuntur. Locus uerò ſine ædificio in urbe, area: rure autem, ager appellatur. Idemque ager cum ædificio, fundus dicitur. ¶ Accipitur etiam fundus per translationem pro cuiuſuis negotii fundamento. Plautus in Trinummo, Nunc mihi is propterè conuenit fundus eſt, ut quæ cum eius Filio egi, ei rei fundus pater ſit potior eo: hoc eſt, fundamentum, autor & approbator. Sic populum fundum fieri, teſte Feſto, eſt populum eius rei quam alienat, fieri autorem. Cicero pro Cornelio Balbo, Quid enim dici potuit imperitius, quàm foederatos populos fieri fundos oportere? Nam id non magis proprium eſt fœderatorum, quàm liberorum omnium. Et paulò pòſt, Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri ſi tum ſit fundus, quum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat? Fundum ſterilem ne colas, *γέωργον ἀγρὸν μὴ σπείρειν.* Refertur inter leges Platonicas. Hoc enigmate lex apud Platonem uerecundè deterret à uenere maſcula. Poteſt tamen ad alios uſus accommodari. Plautus in Amphytrione.

Funebris, Funeſtus, Funero, Vide Funus.

Functa, arcus ſunt in uitibus, quum breuiores palmites ſarmento iunguntur inter ſe funium modo. *σχοινισμοὶ τινες κλημάτων ἀμπέλου.* Autor Plin. lib. 17. cap. 22.

Fungor, geris, functus, depon. t. Significat officium aliquod exercere, munus obire, aut dignitatem habere. *τελέω, ἀναλίσκω.* [Ital. Fare, eſſercitare ufficio, uſare. Gall. Faire ou exercer quelque charge ou eſtat. Hiſp. Vſar de algun officio. Germ. Ein ampt verwalten, außrichten, &c.] & conſtruitur cum ablatiuo: ut, Fungor Prætura. Cæſar 7. Belli Gallici, Hunc ex proximis unus iacentem tranſgreſſus, eodem illo munere fungebatur. Cic. 5. de Finib. Atq; in ſenſibus hæc eſt ſua cuiuſque uirtus, ut ne quis impediat, quominus ſuo quiſque ſenſus munere fungatur in his rebus celeriter expediteq; percipiendis. Aliquando cum accuſatiuo. Terentius in Adelphis, Maior filius tuus Aeſchinus, Quem fratri adoptandum dediſti, neq; boni, Neq; liberalis tuncſus officium eſt uiri. Plautus in Menæch. Nam paratus octo hominum munus facilè fungitur. ¶ Huius compoſita ſunt Defungor: id eſt, expedio, finem facio, perago, ceſſo, & liberor ab alio officio uel munere. Virgil. 6. Aeneidos, O tandem magnis pelagi defuncte periclis: id eſt, qui finiſtiſti & euaſiſti pericula. Liuius, Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe corpêre: id eſt, euaſerunt morbos. Terentius in Adelp. Vtinam hoc ſit modo defunctum: id eſt, utinam hoc malum ultimũ ſit quo defungatur, & in quo finem faciat peccandi Aeſchinus. ¶ Inde etiam defunctos dicimus qui mortui ſunt, eo quòd uitæ munus perege runt: quod etiã functos uita dicimus: quaſi illud dicamus, eos uixiſſe, nec ampliùs uiuere. ¶ Perfungor, perfectè fungor, ad finem uſq; exequor, *ἐκτελέω, ἐπιτελέω.* Cic. Lentulo, Quum & honoribus amplißimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus.

Functio, onis, uerbale, fœm. t. *ἐνέργεια, τελείωσις, ἐπιτέλεσις, λειτουργία.* [Ital. Eſſecutione di qualche officio. Gall. L'execution de quelque charge ou office. Hiſp. La obra de vſar de algun officio. Germ. Ein ampt, oder ein verwaltung vnd außrichtung des ampts.] Cic. 2. Tuſc. Labor eſt functio quædam uel animi uel corporis, grauioris operis, uel muneris. Idem 5. Verr. Veris iucundior eſſet muneris illius functio.

Fungibiles res dicimus, quæ conſiſtunt in numero, pondere & menſura: ut, pecunia, frumentum, uinum, oleum. Cæterùm corpora in uniuerſum omnia, omnes aliæ ſpecies dicuntur res non fungibiles. Zaſ. in parag. in perſonam. Inſt. de Actione.

Fungus, gi, maſc. ſ. à funere (ut quidam docent) deſcendit, quòd uſcentibus periculoſiſſimus ſit, uel ipſo Plinio teſte, qui eos annumerat inter ea quæ temerè manducantur. *μύκης.* [Ital. Fungo. Gall. Champignon ou potiron. Hiſp. El hongo. Germ. Ein pfifferling, oder ſchwamm.] Tanta enim eſt fungis cum uenenis cognatio, ut ſi uel caligaris clauus, aut terri rubigo, aut panni marcor adfuerit, aut ſi ſerpens primò pertexerit, adhalauerit, omnis ſtatim ſuccus decoquatur in uenenum. Fungi nomen generale eſt. Boleti autem dicuntur, qui in uoluis albis naſcuntur, quibus ſublatis lutei ſunt coloris. Plinius lib. 22. cap. 23. Fungorum lentior natura, & numeroſa genera: ſed origo nonniſi ex pituita arborum. Tutiſſimi qui rubent callo, minus diluto robore quàm boleti: mox candidi, uelut apice Flaminis inſignibus pediculis. Tertium genus ſuilli, uenenis accommodatiſſimum. Fungorum diuerſa ſunt genera: nam ſunt boleti pratenſes albi, qui in pratis naſcuntur: ſpongioli, à ſimilitudine ſpongiæ: digitelli, à digitis: à porrigine, porrigineſi. Naſcuntur & in arboribus fungi, & in ſpinarum radicibus. ¶ Fungus arborum morbus. Plin. lib. 17. cap. 24. Olea præter uermiculationem, quam æquè ac ficus ſentit, clauum etiam patitur, ſine fungum placet dici, uel patellam: hæc eſt Solis exuſtio. ¶ Fungus, pro homine ſtupido & inſulſo. Plaut. in Bacc. Adeòn' me tuiſſe fungum, ut qui illi crederem?

Fungoſus, ſa, ſum, Quod eſt rarum, & leue ad ſimilitudinem fungi. *μυκητώδης.* [Ital. Fongoſo, liggiero come fongo. Gall. Leger & ayant petis trous comme un champignon. Hiſp. Ligero como hongo. Germ. Schwammechtig, luchẽ vnd durchlöcheret als ein ſchwamm.] Plin. Hunc totum fungoſa replet medulla.

Fungoſitas, atis, hoc eſt, raritas & leuitas, qualis in ſpongiis apparet. Idem, Tota fungoſitas derаſa.

Funginus, a, um, Quod eſt ex fungo. *ὁ τῦ μύκητος, ὁ μύκητι ὁμοιος, ὁ μυκητοειδής.* [Ital. Di natura di fongo. Gall. De champignon, reſemblant à champignon. Hiſpan. Coſa de hongo ò ſemejante à hongo. Germ. Schwämmin. das der ſchwämmen eigenſchafft hatt.] Plaut. in Trin. Pol, hic qui dem fungino genere eſt, capite ſe totum tegit.

Fũnis, maſ. t. Reſtis ex cannabe aut alia materia contorta. *λίνος, σχοινος, μάραθος.* [Ital. Corda, fune. Gall. Cable ou corde. Hiſp. La cuerda. Germ. Ein ſeil, ſchnůr.] Hodie tantùm maſculini generis eſt, olim etiam fœminini. Virgilius 5. Aeneidos, Volucrem trajectam in fune columbam,

Quò tendant ferrum, malo ſuſpendet ab alto. Lucret. apud Gellium lib. 11. cap. 10. Haud, ut opinor, etiam mortalia ſecla ſuperné Aores de cœlo demiſit funis in arua. Plin. libro 16. cap. 1. Vlua & paluſtri iunco funes nectunt. Colum. lib. 6. cap. 2 Cannabiſque funibus cornua iuuencorum ligato. ¶ Funis abrumpitur nimium tendendo, ἀπορρήγνυται τενόμενον τὸ παλώδιον. In eos dici ſolitum, qui dum extrema experiuntur, alienant à ſe eos cum quibus agunt: & uniuerſæ rei iacturam faciunt, dum plus ſatis attenti ſunt ad lucrum. Lucianus. ¶ Hic funis nihil attraxit, ἄντλει μὲν μάτην & ἀλίην ἐσπάσιν. Senarius prouerbialis, quo ſignificabant operam fruſtra ſumptam, neq; ex ſententia euenire ſe quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piſcantibus, qui ſæpe hamum retrahunt inanem.

Funalis, lium, n. t. Dicuntur faces ex contortis funibus cera, aut pice circundatis. Δαλοί. [Ital. Torchi. Gall. Torches. Hiſp. Hachas ò antorchas de cera. Ger. Ein facʃel, ein tortſchen.] Cicero de Senectute, Delectabantur crebrò funali & tibicine: quæ ſi nullo exemplo priuatus ſumpſerat, tantum licentiæ dabat gloria. Plinius de Viris illuſtr. Duillio conceſſum eſt, ut prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret. ¶ Funales uerò equi ſunt, qui func, hoc eſt, reſte iuncti, currum triumphalem præcedũt. σαμφορεῖς. Suetonius in Tiber. Dehinc pubeſcens Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo, quum Marcellus Octauiæ filius dexteriore deheretur. ¶ Funalis cereus. Valer. Maximus lib. 3. cap. 6. Caius autem Duillius, qui primus nauale triumphum ex Pœnis retulit, quotieſcunque epulaturus erat, ad funalem cereum, præeunte tibicine, & fidicine, à cœna domum reuerti ſolitus eſt.

Funambulus, pen. corr. maſc. ſ. Qui graditur per fũes. σχοινοβάτης. [Ital. Quello che camina ſu le corde. Gall. Vn danſeur ſur chorde, qui va a marche ſur une chorde. Hiſp. El trepador que anda ſobre maroma. Germ. Der auff dem ſeil gade.] Terent. in Prolog. Hecyr. Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo.

Funirepus, pi, Idem ſignificat quod funambulus. σχοινοβάτης. Apul. Comœdus ſermocinatur, Tragœdus uociferatur, funirepus periclitatur.

Funiculus, culi, maſc. ſecundæ declin. diminutiuum à fune. λιπαλώδιον, σχοινίον. [Ital. Cordicella, funicella. Gal. Chordelette, petite chable. Hiſp. Pequenna cuerda. Germ. Ein klein ſeil, ſchnůr.] Cic. 2. de Inuent. Vſque adeò ut dominus nauis quum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret: & inde funiculo qui à puppi religatus ſcapham ad ſe ad lucrum trahebat, nauim quoad poſſet, moderaretur. ¶ Ponitur quoq; funiculus pro menſura quadam Perſica, ſexaginta continente ſtadia, ut placet Herodoto: quanquam Plinius ex Eratoſthenis ſententia quadraginta tantùm ſtadiorum eſſe tradit. In hac tamen ſignificatione frequẽtius utimur Græco nomine Schœnus. ¶ Funiculum fugiunt miniatum, τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον. Aptè dicetur ubi quis properat officio ſuo fungi nõ ex animo, ſed ne in mulctam incidat. Miniato enim funiculo notabãtur Athenis, qui ad concionem non accedebant, atq; mulctam pendere cogebantur.

Fũnus, neris, n. ſ. Pompa quæ fit in exequiis mortuorum. νεκρεία. [Ital. Funeralle, pompa funebre. Gall. Funerailles, conuoy d'obſeques. Hiſp. Mortuorio ò exequias del muerto. Germ. Ein leych, ein leychvolge.] A funabulis dictum funus, quòd incenſi funes mortuis præferebãtur: quoniam noctu efferebantur cadauera. Vel potius ab eo quòd φόνος Ioues dicunt Ionicè, pro φόνος, quod eadem uel cladem ſignificat. Ennius, Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. Terent. in Andr. Funus interim procedit: ſequimur: ad ſepulchrum uenimus. Cicero de Amicitia, Quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum eſt. ¶ Interdum ponitur pro cadauere, νεκρός. Terentius in Andria, Effertur funus. ¶ Interdum ſignificat mortem. Virgilius 4. Aeneid. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. ¶ Quandoque pro ſepulchro, τάφος. Virgilius 3. Aeneidos, Ergo inſtauramus Polydoro funus.

Funeræ, arum, fœm. pr. Apud ueteres dicebantur mulieres, ad quas funus pertinebat: ut ſunt mater & ſoror defuncti. Nam præfixæ ut planctus ſunt principes, ita doloris ſunt expertes. Virgilius 9. Aeneid. Nec te tua funera mater Produxi, preſſiſve oculos, aut uulnera laui. Quem in locum Seruius, Funeræ, inquit, dictæ ſunt quaſi funereæ, ad quas pertinet funus.

Funereus, a, um, Idem quod funebris. ταφικός. [Ital. Funereo, funerale, mortorio. Gall. De funerailles, de dueil. Hiſp. Coſa para mortuorio. German. Das zů der leych oder begrebnuſs gehörꝛ.] ut, Funerea fax. Martialis libro 8. Funereamque toris quaſſat uterque facem. Virgilius 4. Aeneidos, Intenditque locum ſertis, & fronde coronat Funerea. Ouidius 10. Metam. Terribilem funereus bubo letale canendo fecit.

Funebris, ebre, pen. corr. om. t. Quod ad funus pertinet. ταφικός. [Ital. Funebre, funeſto. Gal. Funebre, de funerailles, de dueil. Hiſpan. Coſa perteneciente al mortuorio. Germ. Der leych oder begrábnuſs zů gehörig.] ut, Funebris pompa. Funebre carmen. ἐπιτάφιον, ἐπικήδειον. Quintil. Quid ſibi uelit ille funebrium longus ordo pomparum. Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur. Funebris oratio. Cicero 2. de Orat. Funebre teſtimentum, Cic. 2. de Legib. Funebria iuſta, Liuius 9. ab Vrbe. ¶ Interdum accipitur pro exitiali ſeu pernicioſo, quodq; multa affert funera. Sic funebre bellum. φθισῆνωρ πόλεμος Homero, legitur apud Horatium in Serm.

Funero, as, penult. corr. n. p. Iuſta mortuo perſoluo, pompam funebrem duco. ἐκκηδεύω, κατακαίω. [Ital. Sepelire, far il funerale. Gall. Enſeuelir, enterrer. Hiſpan. Enterrar cuerpo muerto, hazer mortuorio. Germ. Die leych volge halten, begrabẽn.] Plinius lib. 11. cap. 10 Qui funerari ſe iuſſit feſtertiis undecim millibus. Suetonius in Domit. Cadauer eius populari ſandapilla per neſpillones exportatum, Phyllis nutrix in ſuburbano ſuo Latina uia funerauit. Horatius 3. Carm. Ode 8 funeratum dixit pro occiſo: id quod ſequitur ponent pro eo quod præcedit. Prope funeratus Arboris ictu.

Funeſtus, a, um. Pernicioſus, exitialis. ὀλέθριος. [Ital. Funeſto, che apporta morte, rouina. Gall. Pollu pour auoir commis quelque mort, malheureux. Hiſp. Mortifero, mortal. Germ. Tödtlich, ſchädlich verderblich.] Cic. ad Atticum, Maiores noſtri funeſtiorem eſſe uoluerunt diem Alliensis pugnæ, quàm Vrbis captæ. Idem in Catilinam, Hoc tibi perniciotum eſſe confido, & funeſtum futurum. Seneca, Vox illa funeſta Reipubl. ¶ Item quod funeribus adhiberetur, Funeſta tibia, quæ ad funera canebat. Funeſta arbor dicitur à Poetis cupreſſus, cuius ramus poni ante domum funeream ſolitus ſit, ne Pontifex per ignorantiam ingrediens polluerꝛtur.

Funeſto, ſtas, Cæde polluo, funere inquino. μιαίνω. [Ital. Funeſtare, contaminare, violare. Gall. Polluer, contaminer. Hiſp. Enſoziar con la muerte de alguno. Germ. Beflecken mit todtſchlag.] Cic. pro Fonteio, Qui etiam ſi quando aliquo metu adducti, deos placandos eſſe arbitrãtur, humanis hoſtiis eorum aras ac templa funeſtant. Idem pro Rabirio, Funeſtari concionem carnificis contagione uero. Vnde domus funeſtata, quæ aliquo funere affecta eſt. Plautus, Paternam domum funeſtani.

Fuo, fui, fotum, Antiquiſſimi dixerunt pro fum. Plautus in Amphytrione, Ne quis tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi. Hinc manſit præteritum Ful. Vide ſuprà Foat.

Fur, generis communis, tert. decl. Notæ ſignificationis eſt, à ferendo, ut quidam putant: hoc eſt, ab auferendo dictus. φώρ, κλέπτης. [Ital. Ladro, rubbatore. Gall. Larron. Hiſpan. Ladron, que hurta de eſcondidas. Germ. Ein dieb, es ſey ein mann oder weyb.] uel (ut docet Varro lib. 14. Rerum diuinarum) à furuo, nigro: quòd furta clàm fiant, & plerunq; nocte. Aut certè, quod Gellio magis placet, à Græco nomine φώρ. Ita enim antiqui illi uocabant, quem nunc λῃστὴν dicunt. Plautus in Aulul. Tametſi fur mihi es, moleſtus non ero furi. Idem in Rudent. Fures mihi eſtis: hoc eſt, furamini res meas. Cic. pro Milone, Nocturnum furẽ quoquo modo, diurnum autem ſi ſe telo defenderit, interfici impunè noluerunt. ¶ Fur item à Varrone dicitur, qui fucus in apibus nominatur, lib. 3. de Re ruſt. cap. 16. ¶ Interdum Fur capitur pro ſeruo. Virgil 3. Aeglog. Quid domini facient, audent quũ talia fures? ¶ Compoſita ſunt Bifur & Tritur.

& Trifur. τρίφωρ. Plautus, Verberabiliſſime etiam rogitas? non fur, ſed trifur: hoc eſt, ſummè fur. Autifur, qui furatur aurum. χρυσοκλέπτης. ¶ Diminutiua ſunt, Furunculus, de quo infrà: & Furculus ſecundum Priſcianum.

Furunculus, diminutiuum à fur. ὁ μικρὸς καὶ λεπτὸς κλέπτης. [Ital. Ladroncello. Gall. Larronneau, petit larron. Hiſpan. Pequenno ladron ò ladrocillo. German. Ein kleiner dieb.] Cicero in Piſonem, Olim furunculus, nunc etiam rapax. ¶ Accipitur etiam quandoque pro muſtela ſylueſtri, qua in cauernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur Viuerra, Græcè ἰκτίς. ¶ Eſt & furunculus, tuberculum acutum cum inflammatione ac dolore in carnoſis maximè partibus, ut ſcribit Galenus. Λοβίον. Prouenit ex humoribus craſſis, differtq; à phymate, quòd hoc maius eſt furunculo, rotundius atq; planius. Plinius libro 26. capite 11. Paſſim & in quacunque parte, ac maximo incommodo naſcuntur, qui furunculi uocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. ¶ Eſt præterea furunculus in uitibus tuberculum in modum uerrucæ eminens: quod fit dum ex cicatrice germen procedit. Columella libro 4. capite 22. Plerunq; autem germen de cicatrice procedit, quod ſiue longius proſilierit, in flagellum ſubmittitur: ſiue breuius, in pollicē: ſiue admodum exiguum, in furunculum is ex quolibet uel minimo capillamēto fieri poteſt. Ibidem, capite 14. Sed ſi relecis, facultas non erit, circonſpiciendus eſt furunculus, qui quamuis anguſtiſſimè præciſus, in modum uerrucæ proximo uere materiam exigat. Dictus furunculus, quòd quaſi furtim naſcatur.

Furtiuus, a, um, Quod ad furem pertinet. ὁ κλεπτικός. [Ital. Ciò ch' appartiene à ladro. Gall. De larron, des larrons. Hiſpan. Coſa perteneciente à ladron. Germ. Das zů den dieben gehört.] Plaut. Pſeud. Nam non coquinum eſt, uerùm furtiuum eſt forum.

Furtum, ti, n. ſec. ut Paulus Iureconſ. definit, eſt contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, uel ipſius rei, uel etiam uſus eius, poſſeſſionisue, quod lege naturali prohibitum admittere. κλοπή, κλέμμα. [Ital. Furto. Gall. Larrecin. Hiſpan. Hurto. Germ. Ein diebſtall.] Cicero pro Cluentio, Hoc ipſo ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & eadem eiuſmodi. Idem 1. de Natura deorum, Conſilio tuo furtum factum eſſe aio. Veteres tamen dicebant furtum, quicquid clàm committeretur: unde furta pro adulteriis, coituq; clandeſtino frequēter legimus apud Poetas. Virgilius 4. Georg. Inter quas curam Clymene narrabat inanem Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta. Tibul. Celari uult ſua furta Venus. ¶ Item pro inſidiis. Virgilius 11. Aeneid. Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ, Armato ut biuias obſidam milite fauces. Salluſt. lib. 2. Hiſt. Metu gentis ad furta peridoneæ. ¶ Furta domeſtica uocātur, quæ ſerui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarii illis apud quos degunt ſurripuerunt.

Furtim, aduerbium, ſignificat latenter. λαθραίως. [Ital. Naſcoſamente, celatamente. Gall. En cachette, ſecrettement. Hiſp. Hortiblemente, eſcondidamente. Germ. Heimlichē, verſtolen.] Virgil. li. 1. Aeneid. Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infœlix Priamus furtim mandarat alendum. Cic. aduerſus legem Agrariam, Quid Alexandria? quid Aegyptus? ut occultè latet? ut recondita eſt? ut furtim tota Decemuiris traditur? Furtim habere ſeruum alienum, eſt occultare: cui opponitur Palàm habere.

Furax, acis, om. c. Dicitur qui proclivis eſt ad furandum. ἐπὶ κλοπήν. [Ital. Furace, nato ad rubbare. Gall. Grand larron, adonné & enclin à deſrobber. Hiſpan. El que mucho hurta eſcondidas. German. Diebiſch, auff diebſtall geneigt] ut Furax aleator, Furax ſeruus, Furaces manus. Cicero 2. de Oratore, Ridiculum eſt illud Neronianum uetus in furace ſeruo, ſolum eſſe, cui domi nihil ſit obſignatum & occluſum. Idem in Piſonem, Nam quum tu timidus ac tremens ipſe furaciſſimis manibus detractam crudēlis faſcibus hoream, &c.

Furacitas, tatis, fœm. t. Proclivitas ſeu inclinatio ad furandum. λλεπτοσύνη, τὸ κλεπτικόν. [Ital. Robbamento, inchinatione à robbare. Gall. Envie de deſrober & faire larrecin, inclination à larreciner & deſrobber. Hiſpan. El habito de mucho hurtar aſſi. German. Ein diebiſche art.] Plinius lib. 10. cap. 19. Cui ſoli aui furacitas auri argentiq; præcipuè mira eſt.

Furaciter, aduerbium. κλεπτικῶς, κλοπαίως. [Ital. Con affetto di robare. Gall. Auec affection ou intention de deſrober. Hiſp. Con gana de hurtar. Germ. Mit luſt zů ſtälen.] Cic. in Vatin. Quumq; omnium domos apothecas, naues furaciſſimè ſcrutarēre.

Furtiuus, iua, iuum, penultima producta, Quod furto ablatum eſt. κλοπιμαῖος, κλοπικός. [Ital. Furtiuo, rubbato. Gall. Fait en cachette, furtif, deſrobé, pris par larrecin. Hiſpan. Coſa hurtible ò hurtada. Germ. Geſtolen.] Plautus in Curcul. Qui ſcias mercari furtiuas, atque ingenuas uirgines, Ambola in ius. Idem in Perſa, Adduxi ſimul forma expetenda liberalem mulierem, Furtiuam, abductam ex Arabia penitiſſima. ¶ Quandoq; furtiuum dicitur clandeſtinum. Vnde & furtiuæ literæ, & furtiua ſcripta, quæ artificio quodam fiunt, ne legi poſſint ab alio quàm ab eo ad quem ſcribuntur: quales erant quas Lacedæmonii σκυτάλας uocabant. Gell. lib. 17. cap 9. Res quaſdam occultas nuntiare Regi furtiuo ſcripto uolebat. Sic furtiuæ excuſationes. Liuius lib. 4. bell. Pun.

Furtiuè, aduerbium, pro furtim. κλεπτικῶς, κλοπίμως. [Ital. Furtiuamento, di naſcoſto. Gall. Furtiuement, en cachette. Hiſpan. Hurtiblemente ò eſcondidas. Germ. Diebiſch heimlichen, verſtolen.] Plaut. Pœn. Certiorem eſſe te uolui Nequid furtiuè, aut clàm accepiſſe cenſeas.

Furtificus, a, um, Quod furtum facere ſolet. ἐπιτηδευτικός. [Italicè, Che ſuole far furto. Gall. Qui fait ou eſt couſtumier de faire larrecin. Hiſp. El que haze hurto. Germ. Das da ſtälens gewont hatt.] Plautus in Perſa, Vbi illa altera eſt furtifica lexna? Idem in Pſeudol. Vt prærodatis ueſtras furtificas manus.

Furor, aris, deponens, primæ coniugationis, Furtum facio, clàm alienum aufero. κλέπτω. [Ital. Furare, rubbare. Gall. Deſrobber, larreciner, faire larrecin. Hiſp. Hurtar de eſcondidas. Germ. Stälen.] Cicero 6. Verrina, Tum primùm intelleximus eam rem iſtos fratres Cybiratas fuiſſe, ut iſte in furando manibus ſuis, oculis illorum uteretur. Plinius libro duodecimo, capite duodecimo, Nemo furatur alteri. Cicero 1. Verrin. Verres ſolet hæc quæ rapuit, & furatus eſt, dicere ſe emiſſe. ¶ Furari, pro furtim aſſequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cicero pro Cornelio Balbo, Non enim furatus eſſe ciuitatem, genus ſuum mentitus, non in aliquo impudenti mendacio delituiſſe, non irrepſiſſe in cenſum dicitur.

Furca, æ, fœm. pr. Inſtrumentum quo ſtramenta feruntur. ὑποστάτη, χάραγμα. [Ital. Forcella, forcina. Gall. Fourche. Hiſpan. Horca de dos gajos ò puntas. Germ. Ein gablen.] Horatius in Epiſtolis, Naturam expellas furca licet, oſque recurret, Et mala perrumpet furtim ueſtigia uiſtrix. Virgilius libro primo Georgicorum, Exacuunt alii uallos, furcaſque bicornes. Dicitur etiam furca omne id quo quid ſuſtentatur, in modum furcæ factum. Plinius libro decimoquarto, capite ſecūdo, Furcas ſubdere his neceſſarium. Idem libro 9. capite 8. Tunc piſcatores circundant retia, furcisq; ſublenant. ¶ Vnde Bifurcus, Bifurcatus & Bifurcatim. ¶ Furcam ferebant in aliquo maleficio ſerui. Cic. 1. de Diuinat. Sub furca uinctum eſſe, Liuius lib. 1. Figebantur furca graſſatores, Baliſtratus in l. Capitalium. paragr. famoſos. ff. de Pœnis.

Furcilis, Inſtrumentum bidentatum, tridentatum ue, quo utimur ad extrahendum ſimum.

Furcula, diminutiuum. τὸ μικρὸν δίδυμον ξύλον. [Ital. Forcheta. Gall. Forchette, petite fourche. Hiſpan. Pequenna horca. Germ. Ein gäbelein.] Liuius 8. belli Macedon. Momento enim ad inane ſuſpenſo furculis ab hoſtibus muro peruenerunt.

Furcilla, læ, aliud diminutiuum à furcula, & ſignificat inſtrumentum quo fruméta cillentur: hoc eſt, mouentur: (nam cillere mouere eſt) & quo fœnum, ſtramenta, & id genus reliqua iumentis miniſtrantur. Hoc ruſtici in fœno colligendo utuntur. Varro li. 1. de Re ruſt. Herba quum creſcere deſiit, & æſtibus areſcit, ſubfecari debet, & quoad perareſcat, furcillis uerſari. Columella lib. 2. cap. 10. Baculis, furcillisue contundant.

Furciferus, m. f. Dicebatur ſeruus qui ob leue delictum cogebatur à domino ignominiæ magis, quàm ſupplicii cauſa circa uicinos furcam in collo ferre ſubligatus ad eam manibus, &

bus, & prædicare peccatum ſuum, ſimulq; monere exteros nequid ſimile admitterent. ὁ διδυμοφυὴς ξύλον αἴρομενος, ὁ γόμφιμα περιφέρων, ὑποφάτης. [Ital. Portante la forca. Gall. Qui porte une fourche. Hiſp. El que trae horca, ò corma. Germ. Ein galgenbůb, galgenſchwencker, ein knecht der von wägen ſeiner miſſethat zůr ſchand ein gabien wie ein galgen tragen můſs.] Vnde Plutarchus in uita Coriolani, Furcifer huic nomẽ eſt, quod maxima pœna apud antiquos ſeruo peccanti erat, ut is plauſtri lignum, cui temo affigitur, ſpectante uicinia, ferens circumageret: quod ubi factum erat, infidus à domeſticis & uicinis exiſtimatus furcifer appellabatur. Nam Latini lignum illud Furcam appellant. Plautus in Amphyt. Ego pol te iſtis tuis pro dictis & malefactis furcifer Accipiam. Cicero in Vatinium, Quod in illo uiro & quum ferẽdum eſſet, & maximis rebus quas poſtea geſſit, obliterandum, id tu tibi furcifer ſumes? Terentius in Andria, Ob, tibi ego ut credam furcifer? Hinc Trifurcifer, ſummus furcifer dicitur: ſicut triuenefica, ſumma uenefica.

Furfur, ris, penultima genitiui correpta, maſc. t. Pergamentum farinæ. πίτυρον. [Ital. Semola, craſca. Gall. Son, le bran de la farine. Hiſp. El ſaluado. Germ. Kleyen, krüſch.] Plautus in Captiuis, Tum piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfure ſues. ¶ Vnde Furfureus, a, um, ſiue Furfuraceus, quod ex furfure conſtat: ut, panis furfuraceus, ſiue furfureus. πιτυρίας, πιτυρίτης ἄρτος. ¶ Furfures item Latini appellant uitium capitis, quod & Græci πίτυρα, ſiue πιτυρίασιν uocant, quum ſcilicet quædam quaſi furfuracea ſquamulæ abſq; ulceratione à cute reſoluuntur, præſertim in capillo ſiue barba, nonnunquam etiam in ſuperciliis. Celſus & Serenus porriginem nominant. Plinius li. 20. cap. 9. de ſcilla herba, Diſcutit & foliis ſtrumas, quadrinis diebus ſoluta. Furfures capitis, & hulcera manantia illita ex oleo coſta.

Furfuroſus, a, um, Quod furfures habet admiſtos, aut quandam furfurum ſimilitudinem referre uidetur. πιτυρώδης. [Ital. Pieno di ſemola ò de pagliuole. Gall. Plein de ſon, ou de telles petites ordures blanches. Hiſp. Coſa llena de ſaluados. Ger. Voll kleyen oder grüſch.] Plin. lib. 18. cap. 27. Colos, in quacunq; natione præfertur rufos, & pingualiter lentus, deterior furfuroſus.

Furia, Furialis, Furioſus, Furibundus, Furio, Furo, Vide Furor, oris.

Furnianus, a, um, adiect. ut, Furniana uaſa, à Furnio inuentore fortaſſis dicta. Plin. lib. 33. cap. 11. Vaſa ex argento mira inconſtantia humani ingenii uariat, nullum genus officinæ diu probando, nunc furniana, nunc clodiana, nunc gratiana, nunc anaglypta, &c.

Furnus, ni, m. ſ. In quo panis coquitur: ita dictus à fumo: id eſt nigro colore, propter fuliginem, uel propter obſcuritatem, quam intus habet, ut inquit Porphyrio. ἰπνὸς, λιβὰς ὁ, πυρτὸς. [Ital. Forno. Gall. Four. Hiſpan. Horno para cozer pan. Germ. Ein ofen, oder bachofen.] Differt q; à clibano, quòd clibanus mobilis eſt, & quaſi parous furnus, teſtaq; aliquando tegitur, ſed ferè è metallo fit. Interdum etiam ex lapide conſtat, non tam pani, quàm aliis dapibus coquendis ſeruiens. Furnus uerò ex cæmentis, ſeu lateribus & calce conſtat, magnusque & immobilis eſt. Plinius libro 19. capite 1. Cortices quoque decuſſi ligni clibanis, & furnis præbent uſum. Plaut. Caſina. Vna ædepol opera in furnum calidum condito Os furni. Præfurniumq; dicitur. Sipontinus. ¶ In frigidum furnum panes immittere, ἐπὶ ψυχρὸν ἰπνὸν τὰς ἄρτους ἐπιβάλλειν, dicuntur & hodie, qui docẽt indocilem, qui monent auerſum, aut qui alioqui inanẽ ſumunt operam. Refertur apud Herodotum in Terpſichore.

Furnaceus, cea, ceum, Quod in furno coctum eſt: ut, Panis furnaceus. λιβανίτης ἄρτος. [Ital. Cio che è cotto in forno. Gall. De four, cuit au four. Hiſpan. Coſa cozida en horno. Germ. Das im ofen gebachen iſt.] Plin. lib. 19. cap. 9. Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

Furnaria, riæ, ſ. p. abſolutè dicitur. ἀρτοπλοικὴ. [Ita. L'arte del formaio. Gall. Boulengerie, l'art de faire du pain. Hiſp. Arte del horno. Germ. Das brodtbecken handwerck.] ſicut cœnacularia & ſagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno, panisq; coctura quæſtum facit, uel qui furnos locat conductoribus. Sueton. de Vitellio, Cuius filios ſectionibus & conſuturis ubertim compendium naſtus, & muliere uulgari Antiochi cuiuſdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum genuerit.

Furnarię, βαλανάσιναι, Mulieres uulgò dicuntur furno operantes.

Furor, reris. Vide Furor, oris.

Furor, aris. Vide Fur.

Furinalia, Sacra ſunt Furinæ deæ, cuius etiam Feſta Furinales feriæ uocabantur: & Sacerdos qui hæc ſacra peragebat, flamen Furinalis dictus eſt. Authores Varro & Feſtus, quanquam apud Feſtum corruptè, ut arbitror, legamus Fornalia.

Fŭrŏr, roris, maſcul. t. Grauior diuturniorq; mentis alienatio, ex uitiato principis animæ facultatis inſtrumento originem habens. μανία, τῆς διανοίας παράφορα. [Ital. Furore, impeto, pazzia. Gall. Fureur, rage, frenesie, folie incẽſée. Hiſp. Ira con furia, locura. Germ. Vnſinnigkeit, vnſinnigkeit.] Quomodo autem differat ab inſania, docet Cicero libro 3. Tuſculan. his uerbis, Itaque non eſt ſcriptum ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. Inſaniam enim eſſe conſuerunt inconſtantiam ſanitate uacantem, quæ tamen poſſet tueri officium, & uitæ communem cultum atq; uſitatum: furorem autẽ rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum maius eſſe uideatur quàm inſania, tamen eiuſmodi eſt, ut furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania. Virgilius 2. Aeneidos, Inſtamus tamen immemores, cæciq; furore, Et monſtrum infœlix ſacrata ſiſtimus arce. Cicero de Aruſpic. reſpon. A diis quidem immortalibus quæ poteſt homini maior eſſe pœna furore, atq; dementia? ¶ Aliquando accipitur pro mente ui quadam diuina concitata, qualis eſt furor Poetarum. Negabat enim Democritus quempiam Poetarum magnum eſſe poſſe ſine furore, teſte Ciceronе libro 1. de Diuinat. Idem eodem, paulò antè, Inceſſit igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta, atq; inclusa diuinitus: ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, quum à corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitatur. Dictus furor, quòd eo correptus, huc atque illuc temerè ferebatur.

Furię, arum, fœm. pr. ἐριννύες, ἀλάστορες, Cornuto ἐνσυνίδητοι. [Ital. Furie. Gal. Furies. Hiſp. Las furias del inferno. Germ. Die göttinen der vnſinheit von welchen die heiden hielten das jhren drey weren, ſo die vbelthäter inn der hell peynigten.] Deæ furoris, Noctis Acherontisq; filiæ, quæ tres eſſe putabantur, Alecto, Tiſiphone, & Megæra. Virgilius 12. Aeneid. Dicuntur geminæ peſtes cognomine Dirę, Quas & Tartaream Nox intempeſta Megæram Vno eodemq; ſolle parto. Quem locum exponens Seruius, Dirę, inquit, in cœlo, Furię in terris, Eumenides apud inferos. Vnde & tres eſſe dicuntur. Vocantur etiam canes, ut eſt apud Virgilium libro 6. Aeneidos, - Viſæq; canes ululare per umbram Aduentãte dea. Luc. 6. Pharſal. - Stygiiſq; canes in luce ſuperna Deſtituam. Hactenus Seruius. Furię ab Atheniẽſibus λιαὶ ἐυφημισμὸν Eumenides dicebantur, quaſi placabiles & benignæ: apud quos & fanum habebant ſolennibus ſacrificiis celebratum, quemadmodum & lucum in Lano, qui Furinæ dicebatur. Numen autem earum præcipuè circa ſcelerum ſpeculationem, ultionemq;, & in animorum malè ſibi conſciorum exagitatione uerſari putabatur: ut eſt uidere apud Euripidem in Oreſte. Cicero 3. de Natura deorum, Sin hæc dea eſt, cur non Eumenides? quæ ſi deæ ſunt, quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos (ut ego interpretor) lucus Furinæ, Furię deæ ſunt ſpeculatrices, credo, & uindices facinorum & ſceleris. Virgilius 5. Aeneid. - Et ſcelerum furiis agitatus Oreſtes Excipit incautum, patriaſq; obtruncat ad aras. Idem libro 4. Aeneidos, Heu furiis incenſa feror. Cicero pro Roſcio Amerino, Furiarum nomine à Poetis nihil aliud ſignificari ait, quàm animum ſibi malè conſcium, & ſcelerum quibuſdam quaſi ſtimulis aſſiduè exagitatum: Nolite (inquit) putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero uideris, eos qui aliquid impiè ſceleratèq; commiſerunt, agitari & perterreri tædis ardentibus. Sua quemq; fraus & ſuus terror maximè uexat: ſuum quemque ſcelus exagitat, amentiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiaq; animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæq; furię, quæ dies noctesq; parentum pœnas à ſceleratiſſimis filiis repetant. Trium autem Furiarum numerus triplicem animi denotat affectum, iram, cupiditatem,

piditatem, & libidinem, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. Ira ultionem deſiderat, cupiditas opes, libido uoluptates: quod Furiarũ propriũ eſt, aut in quibus Furiis exagitantur. ¶ Semper uirgines furiæ, θεὸς παρθένοι ἐριννύς. Prouerbium obſcurius deterret à peccando. Erinnyes enim malefactorũ ultrices corrumpi non queunt, quo minus pœnas ſumant de iis, qui commeruerunt, atq; hac gratia dictæ uirgines. Suidas é Sophocle.

Furialis, ale, om. t. μανιώδης, ἐμμανής. [Ital. Furiale. Gall. De fuire, furieux, forcené. Hiſp. Furial. Germ. Wuͤtig.] Liuius libro ſeptimo ab Vrbe, Inde terror maximus fuit, quòd ſacerdotes earum facibus ardentibus anguibuſque pexlatis in ceſſu furiali militem Romanum inſueta turbauerunt ſpecie. Idem libro decimo ab Vrbe, Et dira execratio ac furiale carmen deteſtandæ familiæ ſtirpiq; compoſitum. Cicero 2. Tuſculanarum, Hæc me irretiuit ueſte furiali inſcium.

Furialiter, aduerb. μανικῶς, ἐμμανῶς. Ouid. 3. Faſtor. Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Furioſus, a, um, Qui uehementi, iugiq; furore afficitur, uitio ſcilicet principis animæ facultatis inſtrumento. μανιώδης [Ital. Furioſo. Gall. Furieux, forcené, enragé. Hiſp. Loco, furioſo. Germ. Wuͤtig, unſinnig.] Differt autem furioſus ab inſano mali magnitudine: inſanus enim is dicitur, cui mentis ſanitas non ſatis conſtat: ita tamen ut & officium rueri poſſit, & communẽ uitæ cultum: furioſus aũt qui omnino mente alienatus iſt. Seruius in illud Virg lib. 2. Aeneid. Non tulit hãc ſpeciem furiata mente Corœbus. Furiatus (inquit) dicitur qui ex cauſa furit: furioſus, à quo furor nunquam recedit. Quod tamẽ omnino uerum non eſt: ſunt enim furioſi, qui intermiſſionem habent, morbiq; & ſanitatis interualla. Vlpian. l. qui teſtamento. ff. qui teſtamentum facere non poſſunt. Nec furioſus adhiberi teſtis poteſt, quum compos mentis non ſit: ſed ſi habet intermiſſionem, adhiberi poteſt. In hoc autẽ furioſus differt à mente capto, q furioſus rabie quadam animi agitur: is uerò q mente captus eſt, inquietè agit, nualla furoris oſtẽdit indicia. Vnde mẽte captus uidetur dici, qui eo morbo laborat, quam Græci uocant παράνοιαν, quum ſcilicet λογισμὸν: hoc eſt, pars rationalis animæ uitiata eſt.

Furioſè, aduerbium. Dementer, inſanè. μανικῶς, μανιωδῶς. [Ital. Furioſamente. Gall. Furieuſement. Hiſpan. Furioſa y locamente. German. Wuͤtiglich, unſinniglich.] Cic. ad Attic. Et ſi ſolet eum quum aliquid furioſè fecit, pœnitere.

Furo, is, ere, n. t. Furioſus ſum, furore exagitor. μαίνομαι. [Italicè. Furiare, eſſere furioſo. Gall. Forcener, enrager, eſtre inſenſé, & hors du ſens. Hiſp. Enloqueſcer. Germ. Wuͤten, toben.] Cic. 2. de Diuinat. Qui ualetudinis uitio furunt, & melancholici dicuntur. Idem lib. 3. Tuſcul. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Oreſtem furere dicimus. Cic. li. 2 Offic. Verſutum & callidum factum Solonis, qui quòd tutior uita eius eſſet, & plus aliquando Reipubl. prodeſſet, furere ſe ſimulauit. Idem de claris Orat. Eos furere & bacchari arbitrabatur. ¶ Aliquando idem quod uehementer iraſci, & præ iræ magnitudine furioſo ſimilem fieri. Cic. Quint. fratri, Clodius furebat à Racilio ſe contumaciter urbaneq; ueratum. Idem in Epiſtolis, Nunc furit Domitius tam grauiſos homines ſuum dolorẽ. ¶ Tranſumitur & ad alia: ut quum dicimus quempiam furere audacia, aut ſcelere, aut libidine: hoc eſt, præ audacia, ſcelere, aut libidine præcipitem ferri, & à furioſo non admodum differre. Cicero in Catilinam, Furens audacia, ſcelus anhelans Catilina. Idem 4. Tuſculan. Inflammatus & furens libidinibus.

Furenter, aduerbium, Inſanè, more furioſi. μανικῶς. [Ital. Furioſamente. Gall. A la façon d'un inſenſé & enragé, furieuſement. Hiſpan. Locamente, furioſamente. German. Wuͤtiglichen, mit wuͤten.] Cicero Attico libro 6. Dionyſius mihi quidem in amoribus eſt: pueri autem aiunt eum furenter iraſci.

Furio, as, Furore concito, in furorem ago. ἐμμαίνω. [Ital. Infuriare. Gall. Faire deuenir furieux, faire forcener & enrager. Hiſp. Hazer à otro loco. Germ. Wuͤtig oder unſinnig machen.] Horat. lib. 1. Carm. Flagrans amor & libido, Quæ ſolet matres furiare equorum.

Furiatus, a, um, Furore concitatus. ἐμμενὴς. [Ital. Infuriato. Gall. Forcené, enragé. Hiſpan. Enloqueſcido. Germ. Zuͤ grimm und wuͤtigheit bewegt, erzauber.] Virg. 2. Aen. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corœbus. Vbi Seruius, Furiatus dicitur, qui ex cauſa furit: furioſus, à quo furor nunquam recedit.

Furibundus, m. f. Qui uehementer furit. ἐξαγριώδης, παραπληκτικὸς, μανιώδης. [Ital. Infuriato grandamente, furibondo. Gall. Forcené, plein de rage, enragé Hiſpan. Mucho enloqueſcido. Germ. Beſtig wuͤtend.] Salluſt. in Catilin. Tum ille furibundus, Quandoquidem circumuentus, inquit, agor, incendium meum ruina extinguam. Cic. pro Seſtio, At quum ille furibũdus incitata illa ſua uecordi mente uenisſet, &c. Idem 13. Philipp. Cæſaris enim incredibilis ac diuina uirtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.

Furtim, Furtiuus, Furtum, Furunculus, Vide Fur.

Furuus, a, um, Idem eſt quod niger, ater, obſcurus. μελὰς, αἰμωδὴς, σκοτεινός. [Ital. Obſcuro, nero, bruno. Gal. Noir tenebreux. Hiſpan. Negro, obſcuro. German. Schwartz.] Ouidius libro quinto Metamorphoſeon, Aſchalaphus uidit, quem quondam dicitur Orphne, later auernales haud ignotiſſima nymphas, Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris. Vnde hoſtiæ furuæ dicebantur; quæ nigri erant coloris: quod hoſtiarum genus diis inferis gratiſſimum putabatur.

Fuſcina, næ, penult. corr. ſ. p. Telum trideus, ſiue triſolcum, aut etiam biſuſcum, quo piſcatores figunt anguillas, & ea quæ in imo aquæ fundo natant. λίνχνον, τρίαινα. [Ital. Tridente, fóſcina. Gall. Vne fourcheſiere à trois pointes. Hiſpan. El arrexaque de tres puntas de hierro. Germ. Ein fiſchergeeren.] Erat autem hoc inſigne, & ueluti ſceptrum Neptuni, ut in Priapæa, Neptuni fuſcina telum. Cic. 1. de Natura deorum, Dant etiam deo arcam, haſtam, clypeum, fuſcinam, fulmen. ¶ Hoc etiam retiarii in gladiatoriis lodis utebantur. Iuuenalis Satyra ſecunda, Vicerat hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi. Martialis libro 1. Fuſcina dente minax.

Fuſcinula, diminutiuum. Parua fuſcina. λιγχνύδιον, ἡ χθόνιστρον.

Fuſcus, a, um, Color ſubniger: id eſt, non plenè niger: qualis eſt Indorum Meridionalium, & Aethiopum color. φαιός. [Ital. Foſco, bruno, oſcuro. Gall. Brun, obſcur, tenebreux. Hiſp. Baço ò pardo en color. Germ. Braunſchwartz.] Fuſcus pilus. Plinius lib. 8. cap. 21. Fuſcum Falernum. Martialis, Fuſcus equus. Ouidius 2. Faſtor. Heſperus & fuſco roſcidus ibat equo. Fuſca nox, eſt ea quæ clara aut canora nõ eſt. Cic. 2. de Nat. deorum, Et uocis genera permulta, canorum, fuſcum: lene, aſperum: graue, acutũ: flexibile, durum. Fuſca laterna. Martial. lib. 14. Cornea ſi non ſum, nunquid ſum fuſcior?

Fuſco, as; act. pr. Eſt fuſcum, hoc eſt, ſubnigrum facio. ὑπομελίζω. [Ital. Infoſcare, far foſco, ò bruno. Gall. Offuſquer, rendre noir & tenebreux. Hiſp. Embacar y deſcolorar à otra coſa. Germ. Schwartzlecht, oder braunfarb machen.] Ouid. 1. de Arte amandi, Fuſcantur corpora campo.

Fuſcator, oris, m. t. σκοτίζων, φαιὸν, σκιὸν. [Ital. Che fa bruno ò foſco. Gall. Celuy qui offuſque & rend tenebreux. Hiſpan. Aquella obra de embacar y deſcolorar. Germ. Der da dunckelfarb oder ſchwartzlecht mache.] Lucanus libro 4: Quicquid cœli fuſcator Eoi Intulerat corpus.

Fuſe, Fuſilis, Fuſim, Vide Fundo, dis.

Fuſio, Fuſor, oris, Vide Fundo, dis.

Fuſterna, næ, Pars abietis ſuperior, durior & nodoſior: ima inferior, minusq; nodoſa Sapinus dicitur. Plinius libro 16. capite trigeſimo, Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt, hacq; quam diximus ratione, fluuiata decorticatur, atque ita Sapinus uocatur: ſuperior pars nodoſa, duriorque, Fuſterna. Non deſunt qui maliut legere Suſterna. Vide Abies.

Fuſtis, huius fuſtis, maſcul. gen. tertiæ declinat. Baculus, ſtipes. βάκτρον, βακτηρία. [Ital. Baſtone. Gall. Vn baſton. Hiſpan. Pala ò uara como para hoſtigar. Germ. Ein holtz, ſtäckl.] Plautus in Amphyt. Auferẽ, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero. Plinius libro 14. capite 13. Inuenimus inter exempla Egnatii Mecennii uxorem, quòd uinum bibiſſet è dolio, interemptam fuſte à marito. Quamuis ſint, qui hoc

in loco non legant fuſſe, ſed fuiſſe. Cic. pro Cecin. Quid igitur ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris.

Fuſtuarium, arii, neutr. gen. ſecundæ declinat. Pœna quæ fuſte infligitur. *ξυλοσπονία*. [Ital. Baſtonata, colpo di baſtone. Gall. Baſtonade, coup de baſton. Hiſpan. Hoſtigamiento con vara. German. Die ſtraaff mitt ſolben oder ſtöcken zů ſchlahen.] Cicero 1. Philippica, Nam ſi ille Conſul, fuſtuarium meruerunt legiones quæ Conſulem reliquerunt.

Futura, Futius, Vide Fundo, dis.

Fūſus, ſi, neutr. gen. ſecundæ declinat. Inſtrumentorum quod mulieres neudo digitis uoluunt: à fundendo dictũ, quod dum trahitur, uoluendo quaſi liquefieri uidetur. *ἀτρακτος*. [Ital. Fuſo. Gall. Vn fuſeau. Hiſpan. El huſo para hilar. Germ. Ein ſpillen.] Plinius libro 11. capite 25. Lanificia mox in fila tenuantur iunceo fuſo. Idem libro 28. capite 2. Pagana lege in pleriſque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fuſos, aut omnino deferẽtes ferant. Ouidius libro 4. Metamorph. Verſato ducentem ſtamina fuſo. Virgil. 4. Georg. Dum fuſis mollia penſa Deuoluunt.

Fūtilis, penultima correpta, à fundendo, ut Feſto uidetur: aut certè, quod Vallæ placet, ab antiquo uerbo futio: à quo & effutire propriè dicitur quod liquorẽ ſibi commiſſum non ſatis fideliter continet, ſed protinus effundit. *χύδαιος*. Vnde futile uaſis genus dicebatur, autore Donato, latiſſimi oris, ex altera parte arctum quod ſtatim poſitum effundebatur. Vrebantur eo in ſacrificiis deæ Veſtæ: quia aqua ad ſacra hauſta in terra non ponitur: quod ſi fiat, piaculum eſt. Vnde excogitatum uas eſt, quod ſtare non poſſet, ſed poſitum ſtatim effunderetur. ¶ A quo futilis homo dicitur, qui continere tacenda non poteſt, ſed ea effundit. *χυδαῖος, φλύαρος*. [Ital. Chi non puo tener ſecreto, da poco, inutile, leggiero. Gall. Qui ne peut contenir ce qu'il tient ou ſait, languart, inutile, vain, de nulle importance, leger. Hiſp. Vano, loco, ſin prouecho. Germ. Ein klefer, oder klapperman, ſchwätz maul.] Apuleius, Leuis homo, & futilis, & rimarum plenus. Terentius in Andr. Tam iners, tam nulli conſilii Sum: ſeruõ' fortunas meas me commiſſe futili? Idem in Adelphis, Tu quantus, quantus es, nihil niſi ſapientia es: Ille futilis, ſomnium. ¶ Accipitur etiam futilis pro uano, leui & inutili. Cicero 1. de Natura deorum, Futiles, commenticiæ ſententiæ. Sic Plinius libro 11. cap. 2. cauſam futilem uocat, quæ leuis eſt, & nullius momenti.

Futilitas, atis, fœm. r. Idem quod uanitas, leuitas, inutilitas. *φλυαρία, ματαιότης*. [Ital. Leggierezza, vanità. Gal. Legereté, vanitè en parler. Hiſ. Locura, vanidad en palabras. Ger. Leichtfertigkeit, vanũtze raderten.] Cic. 2. de Nat. deorum, Hæc & dicuntur, & creduntur ſtultiſſimè, & plena ſunt futilitatis, ſummæque levitatis.

Futile, aduerb. Pro futiliter. *ψυχρῶς*. [Ital. In vano, inutilmente. Gall. En vain, inutilement. Hiſp. Loca, y vanamente. Germ. Leichtfertiglich, vnnützlich.] Ennius in Phœnice, ut citat Nonius, Vt quod factum eſt futilè, amici nos ſeramus fortiter.

Futio, is, Effundo. *ἐκχέω*. [Ital. Mandar fuori. Gall. Eſpandre dehors. Hiſpan. Echar de fuero. Germ. Außgieſſen.] A quo componitur Effutio, de quo paulò antè in dictione Futilis.

Futis, Vas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur. Sipontinus.

Futo, as, Redarguo: à quo Confuto, & Refuto *ἐλέγχω*. Vide in dictione Refuto. Cato futauit uſus eſt, pro ſæpius fuit.

Futatim, aduerbium antiquum, Idem eſt quod profuſim. Plautus in Truculento, Futatim nomen meum commemorauit ter.

Futuo, is, ui, act. t. *ἐχτίνω, βινέω, συγγινέσθαι*, obſcœnum uerbum, quod à futio deduci uidetur, quum nihil aliud ſit futuere, quàm ſemen effundere. Vide Vallam lib. 1.

Futurus, a, um, Conſequens, inſequens, poſterus, reliquus, impendens. Cic. Attic. 93. Sed illum cum futurum puto quis eſſe debet.

G A B

G

Litera, muta eſt, quæ in uerborum præteritis mutatur in c: ut, Legor, lectus, Agor actus. Aliquando in t: ut, Spargo ſparſi, Mergo, merſi. Aliquando in x: ut, Rego rexi, Pingo pinxi. In Græcis quibuſdam dictionibus nos G pro K ſubſtituimus: nam quod illi *κύκνος*, nos cygnus: quod illi *κώβιος*, nos gobius, uel gobio ſcribimus. In notis antiquorum, G. gaudium, gens, Genius, uel Gellius, Gaius, gratia. G A. grauis. GVG. gemo augmenti. GAV. grauitas uera, uel ueſtra. G.B. gens bona. GD. gaudiũ. G.D. gens doloſa.

G ante A.

Gabalum, noſtro orbi tantùm nomine cognitum. Naſcitur in Arabia cum caſia & cinnamomo. Plinius libro 12. capite 21.

Găbălus, pen. prod. Apud ueteres crux, ſiue patibulum dicebatur. *σταυρός*. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in gabalum ſuffigimus: homines nos, non barbari, quòd noxios abſoluitis? Nonius.

Găbăta, tæ, pen. corr. *τὸ μαζικόμιον, ἀγγεῖον λεῖλον ποτήριον, ξύλινον*. [Ital. Vaſo concauo, da uiauande, piatto. Gall. Vn plat creux à mettre uiande, une gatte ou jatte. Hiſpan. Atayfor ò eſcudilla de faldas. Germ. Ein ſchüſſelin oder blatten.] Vas concauum, eduliis pulmentariiſque aptiſſimum. Martial. lib. 7. Tranſcurrunt gabatæ, uolantq; lances. Et alibi, Sic implet gabatas, paropſidesq;.

Găbinus cinctus, Toga erat (ſicut docet Seruius) ſic in tergum reiecta, ut una ciuslacinia reuocata hominẽ cingeret: quo ueſtimenti genere utebatur Conſul bella inducturus. Virgil. 7. Aeneid. Ipſe Quirinali trabea cinctuſq; Gabino Inſignis referat ſtridentia limina Conſul. Eodem etiam Decios indutos fuiſſe legimus, quum ſe pro Republica deuouerent.

Gadira, Punicum uocabulum eſt teſte Plinio libro quarto, capite uigeſimo ſecundo, quo illi ſeptum ſignificant. Vnde inſulæ duæ non procul ab oſtio maris mediterranei Gades appellatæ ſunt: & inſigne in illis inſulis oppidum Gadir eſt appellatum.

Găgātes. *γαγάτης*. [Ital. Pietra preciosa. Gall. Agathe, certaine pierre precieuſe. Hiſpan. El azauaje. Germ. Ein edelgſtein, etrlich wöllend es ſey ein ſchwartz agſtein.] Nomen lapidis in Gage Lyciæ fluuio, primùm reperti: quamuis etiam in Anglia abundet. Hic lapis, quamuis rudis & ruſticus uideatur, diuini tamen neſcio quid in ſe habet. Ignem enim alit in latenti, ſolo oleo extinguibilem. Plinius libro trigeſimoſexto, capite decimonono. Gagates lapis, nomen loci & amnis habet Gagis Lyciæ. Niger eſt, planus, pumicoſus, non multum à ligno differens, leuis, fragilis: odore, ſi teratur, grauis. Filtilia ex eo inſcripta non delentur. Quum uritur, odorem ſulphureum reddit: mirumque, accenditur aqua, oleo reſtinguitur. Fugat ſerpentes ita, recreatq; uuluæ ſtrangulationes. Deprehendit ſonticum morbum, & uirginitatem ſuffitus. Hæc Plinius, cui per omnia ferè conuenit cum Dioſcoride, eo tamen excepto, quòd gagatem aqua accendi tradit, & oleo reſtingui: quod à Dioſcoride & Nicandro Thracio lapidi uerius tribuitur: cuius naturam Plinius cum gagate uidetur confudiſſe.

Gagites, Lapis eſt in aquilarum nidis repertus, ad multa remedia utilis, nihil uerò igne deperdens. Eſt autem lapis iſte intus prægnans, quem ſi quatias, alius quaſi in utero ſonat. Folous eſt & tereti figura. Hunc Zoroaſtes magnus omnibus lapidibus prætulit, maximamq; illi tribuit poteſtatem, uocaturq; alter *ἀετίτης*, ab aquilarum nomine, *ἀετὸς* enim Græcè aquilam ſignificat.

Gaioli & Lagunculi, dulciarii panes, à Gaio & Lagunculo pueris dicti.

Galacion, Idem quod Galion apud Dioſcoridem libro 4. capite 95.

Galactis, Tithymallus apud Dioſcoridem libro quarto, capite 168.

Gălăſitæ,

Galactites, m.t. γαλακτίτης, Gemmæ genus eſt lactei coloris, teſte Plinio, lib. 37. cap. 10. Eſt præterea galactites lapis cinericii coloris, qui coti madefactæ attritus, liquorem red dit colore & ſapore lacti non diſſimilem. Hic melittæ per omnia ſimilis eſt: hoc uno differt, quòd ſuccus in quē diſſoluitur, remiſſiorem habeat dulcedinem. Vide Galenum, lib. 9. Simpl. & Dioſcoridem, lib. 5.

Galactobdalon, apud Plin. lib. 27. ca. 9. idē quod Galeobdolon, & Galiopſis apud Dioſc. lib. 4. cap. 95.

Galaxias, γαλαξίας, Gemma eſt lacti coloris, incurrentib. ſanguineis uenis diſtincta. Plin. lib. 37. cap. 10.

Galba, bæ, Vermiculos miræ exilitatis, qui naſcitur in eſcu lis: à quo qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita uocitatus eſt: quē alii econtrario, quòd præ pinguis fuerit, ita nominatum ſcribunt. Talem enim Gal li uocant Galbam. Alii quòd oppidum Hiſpaniæ fruſtra dio oppugnatum, illatis demum galbano facibus, ſuccen derit. Nonnulli quòd in diuturna ualetudine galbeo, hoc eſt remediis lana inuolutis aſſiduè uteretur.

Galbānum, ni, pen. cor. n. ſ. Succus eſt ſine lachryma ferulæ in Syria naſcentis, quam metopium uocant, teſte Dioſcori de. lib. 3. Græci χαλβάνην dicunt per χ, noſtri mutata aſpi rata in ſuam mediam, galbanum uocant. [Itali Galbano gommo. Galli, Vne eſpece de gomme appelee galbanon. Hiſp. El galbano. Ger. Ein gummi diſes nammens.] Lucā. lib. 9 Hic ebulum ſtridet, peregrinaq; galbana ſudant. Plin. lib. 12. cap. 25. Dat & galbanum Syria, in eodem Amano mō tē ferula, quam eiuſdem nominis reſinæ modo ſtagonitim appellant. ¶ Eſt etiam hoc nomine genus veſtimenti delicatorum, à colore albo, ac ſublucido, quod nullos habet plos [Ital. Habito bianco da gente delicata. Gal. Vne ſorte de veſtement blanc, duquel uſoient gens delicats. Hiſp. Veſtidura de color blanco Ger. Ein ſchön weiß kleid zuo den Leuten.] Iuuen. Sat. 2. Cærulea indutus ſcutulata, & galbana raſa.

Galbānātus, χαλβανωτός. [Itali. Veſtido con tale habito. Gal. Veſtu d'un tel habit. Hiſp. Veſtido de aquel color. Ger man. Mit einem ſolchen meyſſen kleid angethon] nomē ſimile participio formauit Martialis, quod eſt Galbano in dutum: accipitur q; pro homine molli & effœminato: licet (inquit) occupato galbanatus in lecto.

Galbaneus, a, um, adiecti, χαλβάνιος. [Ita. Di galbano. Gall. De galbanon. Hiſpan. Coſa de galbano. Ger. Das von dem gummi iſt, genant Galbanum] Virg. 4. Geor. Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros. Idem 4. Georg. Hinc iam galbaneos ſuadebo incendere odores.

Galbious, a, um, pen. prod. Mollis & laſcivus. [Ital. Molle, laſ civo, luſſurioſo Gal. Vol, delicat, laſciſ. Hiſp. Enflaqueci do, luxurioſo. Ger. Vueich, Zart, Geyl.] Mart. Galbinos habet mores. Tunica quoq; galbina à colore dicta eſt. Flavi us Vopiſcus in Aurel. Inter hæc fuit tertiens chlamyde coc cea, tunica galbina. Quanquam in hoc Vopiſci loco ma lim legere tunica gabina.

Galbeum, Ornamenti muliebris genus. Feſtus.

Gālbŭla, Auicula quæ uuis matureſcentibus, calamis & reti bus capitur. Mart. lib. 13. Galbula decipitur calamis & reti bus ales, Torget adhuc uiridi quam rudis uua mero. Qui dam eandem eſſe exiſtimant cum ea quam Græci ἰκτερὸν appellant. Quod an uerum ſit, ipſi uiderint. Plin. certè lib. 33 cap. 11. autor eſt, quem Græci ἰκτερὸν uocant, à Latinis galgulum appellari.

Galbulus, m. ſ. Pilula cupreſſi arboris, in qua ſemen recon dit ur. σφαιρίδιον τῦ κυπαρίσσου. [Ital. Nocce di cipreſſo. Gal. Noix de cypres. Hiſp. El agalla de cipres. Ger. Cypreſſennuß.] Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 40. Quædam enim ad genendum propterea uſqueadeò parua, ut ſint obſcura, ut cupreſſi. Non enim galbuli qui naſcuntur, id eſt tanquam pilæ paruæ corticis id ſemen, ſed in his intus primigenia ſemina dedit natura.

Gălæs, γαλῆ. [Ita. Donnola. Gal. Vne belette. Hiſp. Coma dreia. Ger. Ein wyſelein.] A Græcis appellatur animal il lud notum quod Latini muſtelam nominant: ut multis ar gumentis docet Sipontinus, recentiorum omnium Grę corum errorem redarguens, qui felem γαλῆν nominant. Ni quæ de gale tradit Ariſtoteles, eadē omnia muſtelæ aſſi gnat Plinius, neq; ad felis naturam poſſunt accommodari.

Gălea, lex, f. p. Inſtrumentum eſt ferreum ad capitis muni tionem inuentum. κόρυς. [Ita. Celata, elmo. Gal. Heaume, armet, une ſalade, bonnet de fer. Hiſp. El capacete, yelmo, ar madura de cabeca. Germa. Ein helm, Beckelhaub.] Plin. libro 7. capite 56. Galeam, gladium, haſtam Lacedæmonii inuenere.

Galeati, galeis tecti milites ſunt. Eſt autem galea, teſte Dio doro, criſta capitis de corio, quū ſit Caſſis de lamina Diſtā que Galea Varroni, à Galero, quo multi antiquorū uſi ſunt: Conū, curuaturā galeæ, quæ in ea præminet dicimus, ſu per quam criſtæ ſunt. Lego apud Alex. Neapolitanum lib. 1. quo loco refert inſignia Galearū apud diuerſas gētes, Cym bris noſtris atq; Teutonib. in uſu fuiſſe, ut galeas contege rent horrentiū hiatibus animalium, quo in aciem delati ui ſu eſſent truculentiores.

Galeo, as, are, act. p. Galeam induere. περάτην ἐνδύνω, περάτην ὁ πλίσω. [Ital. Veſtire celata, armarſi di elmo. Gall. S'armer d'un armet, ſe couurir d'un heaume. Hiſp. Armar con yel mo ò capacete. Germ. Ein helm auffſetzen.] Hircius 7. bell. Africani, Milites in campo iubet galeari, & ad pugnā parari.

Galĕātus, Galea indutus. ὁ περάτῃ ἐνδεδυμένος, ὁ κορυθάϊξ, & ἱππουρυγής. [Itali. Chi ha celata ò elmo in teſta. Gall. Heaume, qui a armet en teſte. Hiſp. Armado de capacete ò yelmo. Ger. Der ein helm auffhatt.] ut, Galeata Minerua, apud Ciceronem, 1. de Nat. deor. Et barbati quidem Ioues, galeatæ Mineruæ.

Gălēna, f. p. Dicitur plumbi & argenti uena communis, quæ & μολίβδαινα uocatur. Plin. lib. 34. cap. 18. Eſt & molyb dæna, quam alibi galenam uocauimus, plumbi & argenti uena communis. Quo pacto autem conficiatur galena, do cet idem Plin. eodem lib. cap. 16. Plumbi (inquit) nigr. uri go duplex eſt. Aut enim ſua prouenit uena, nec quicquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, miſtiſq; uenis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtan num appellatur: qui ſecundus, argentum: qui remanſit in fornacibus, galena: quæ portio eſt tertia addita uenæ.

Galeobdolon, Vrtica Labea. Dioſc. lib. 4. cap. 95.

Gălĕŏla, læ, f. p. cum accentu in antepenultima, Vas ſinuo ſum, à galeæ ſimilitudine dictum, autore Nonio. Varro de uita pop. Roma. Vbi erat uinum in menſa poſitum, aut ga leola, aut ſinus.

Galeos, γαλεός, Piſcis eſt à Rhodiis olim maximo in pre tio habitus, qui à noſtris etiam muſtella dicitur. Plin. lib. 32. cap. 1. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græ ci antipathiam uocant, nihil eſt uenenatius uſquam, quā in mari paſtinaca, ut pote quum radix eius arbores necare dixerimus. Hanc tamen perſequitur galeos.

Gălĕōtes, tæ, γαλεώτης, Species eſt ſtellionis, Plinii tempo ribus Italiæ incogniti. Hic & colores & aſcalabores ap pellatur. Plin. lib. 29. ca. 4. Scorpionibus maximè contra rius inuicem ſtellio traditur, ut uiſus quoq; pauorem iis afferat, & torporem frigidi ſudoris. Hunc Græci coloré no cant & aſcalabotem, & galeoten. In Italia non naſcitur. Eſt enim hic plenus lentigine, ſtridoris acerbi, & neſcius: quæ omnia à noſtris ſtellionibus aliena ſunt.

Gălĕrita, pen. prod. f. p. Auis quæ nunc alauda dicitur. Var ro galericum appellat, quia plumam elatam in capite ha bet galeri ſimilitudine. κορυδαλός. [Ital. Lodola. Gal. Alou ette. Hiſp. Cogulada. Ger. Ein Lerch.] Plin. libro decimo capite 49. Quæq; de una aue galerita priuatim com memorat.

Gălĕrus, ri, ſine galerum, i, neut. penultima producta. Pileus rotundus, à galeæ ſimilitudine dictus, ut inquit Varro. πῦ λος, πίλεον. [Ital. Capello. Gallicè, Vn petit chapeau. Hiſ panicè, El bonete ò ſombrero. Germanicè, Ein hůt.] Sta tius libro 1. Thebaid. Et temperat aſtra galero Iuuen. Saty. 6. flauo crinem abſcondente galero. ¶ Accipitur inter dum pro coma aliena, quam ad galeri effigiem formatam capiti ita aptare ſolemus, ut internoſci non queat. φαλά κη, πτιλίνη. Hoc apud Suetonium in Caligula, capillamen tum nominatur.

Galericulus, ſiue, galericulum, diminutiuum. πιλίδιον, πι λίσκος. [Italicè, Picciolo capello. Gallicè, Petit chapeau. Hiſpanicè, Pequenno bonete ò ſombrero. Germani. Ein hůtlein, Cappen.] Othone, cap. 12. Galericulo capiti pro-

pter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignoſceret.

Galgulus, guli, *ἰκτερὸς*, Auis eſt, quæ ſi ſpectetur à quopiam morbo regio laborãte, ſanatur æger, & auis emoritur. Plin. lib. 11. cap. 11. Auis ictterus uocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanati id malum tradunt, & auem morti. Hanc puto Latinè uocari Galgulum.

Galion, Idem eſt quod Galiopſis, urtica mortua apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 95. Gallion quæ herba ſit uide Dioſcoridem lib. 4. cap. 77.

Galiopſis, Vrtica, Labeo apud Dioſcor. libro 4. cap. 94.

Galla, Fructus quercuum. *κυνὶς*. [Ital. Galla. Gall. Noix de galle. Hiſp. El agalla para tintar. Ger. Eychöpfel, oder gallöpfel.] Plin. lib. 16. cap. 10. Cruicis dolores cum galla & lini ſemine pari menſura ſedat. Virgil. 4. Georgic. Proderit & tonſum gallæ admiſcere ſaporem. Gallam bibere ac rugas conducere uentri, quum ait Lucilius, præmonet parſimonia eſſe utendum, neq; gulæ indulgendum, uentremq; coarctandum. Feſtus.

Gallia muſcata, Deſcribitur à Nicolao inter electuaria confortantia & precioſa.

Gallicum acer, Album & præcipui candoris dicitur. Vide Acer.

Gallicæ, arum. *αἱ ἀσκίδες*. [Ital. Gallozzes. Gal. Galloches. Hiſp. Gallochas. Germ. Půndſchů ſo die Frantzoſen tragen wann es régen wätter iſt.] Genus calceamẽti, quo utũtur Galli pluuioſo tempore. Vulgus (inquit Bayfius) uocat Galozas. Cic. 2. Philip. Nam quod quærebas quomodo rediſſem: primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Quo tamen in loco omnia penè exemplaria habent, Nec caligis, nec lacerna: ſed corruptè, ut ſatis conſtat ex Auli Gellii Noct. Attic. libr. 13. cap. 20. ubi refert, T. Caſtritium diſcipulis ſuis probro uertiſſe, quòd feriato die conſpicerentur lacernis induti & gallicis calceati.

Gallĭlo, as, n. p. Idem quod pubeſco, teſte Nonio, *ἡβάω*: aut certè graue quiddam & raucũ ſono, more gallinaceorum: quod in adoleſcentulis iam pubem emittentibus ſolet accidere, quod alio nomine hirquitallire dicimus. ¶ Hinc Gallulaſco, cis. Nonius poeta in Exordio, ut citat Nonius, Puerum mulieri præſtare nemo ſcit quanto melior ſit, cuius uox gallulaſcit, cuius ramus roboraſcit.

Gallo, as, *βακχεύω*, Bacchor, inſanio. Gallos Cybeles ſacerdotes imitor. Varro Eudæmonibus, ut citat Nonius, Et deã gallantes uario retinebant ſtudio. Nonius.

Gallus gallinaceus, m. ſ. Nota auis, nocturnus uigil, quem excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; ſomno genuiſſe Prouidentia diuina uidetur. *ἀλεκτρυών*. [Ital. & Hiſp. Gallo. Gall. Coq. Germ. Ein han.] Cic. 2. de Diuinat. Democritus quidem optimis uerbis cauſam explicat cur ante lucem Galli canant: depulſo enim de pectore, & in omne corpus diuiſo, & modificato cibo cantus edere, quieta ſatiatos: qui quidem ſilentio noctis (ut ait Ennius) fauent fructibus: rurſus canto, plauſuq; premunt alas. Et paulò antè, Quia galli uicti ſilere ſolent, canere victores. ¶ Vnde loco prouerbiali dicimus, Superatus ut à gallo quopiam, *ἠττώμενος τινὸς ἀλεκτρυόνος*, in ſeruos qui dominos à tergo ſequuntur, ſupplices uidelicet & abiecti, cuiuſmodi ſolent eſſe galli ſuperati in pugna. ¶ Domi pugnans more galli. *ἐνδομαχῶν ἔτ' ἀλέκτωρ*. In cõ qui ſemper domi deſidẽs non audet uel in bellum, uel in certamina proficiſci foras. Nam hoc animal pugnaciſſimum eſt, ſed domi. ¶ Huic finitimum eſt, Gallus in ſuo ſterquilinio plurimũ poteſt. ¶ Gallus inſilit, *ἀλεκτρυὼν ἐπισκιδᾶ*: ubi quis ſemel uictus redintegrat ſermonem. ¶ Gallorum incuſare uentrem, *ἀλεκτρυόνος μέμφεσθαι λοιλίαν*. De edacibus ac luxu mulcũ abſumẽtibus facultatũ. Huic. n. animãti uenter mirificè calidus, ita ut ſtatim omnia cõcoquat. Ariſtoph. ¶ Galli item Europæ populi ſunt in multas gentes regionesq; diuiſi: de quibus in dictione Gallia. ¶ Gallus item fortunam corporis ſignificat, ut inquit Quintilianus, id eſt, caſtratum: nam tales erant Galli ſacerdotes Cybeles. Vnde prouerbialiter dicimus, Gallos quid execas? *ἀλλὰ τί τέμνεις*; pro, quid actum agis? ¶ Fuit item hoc cognomẽ Cornelii præſtantiſſimi poetæ, cuius etiam hodie aliquot extant fragmenta. Hic primus Aegypti præfectus fuit, Auguſto Cæſari familiariſſimus: cuius tamen ſupplicium, quum in proditionis ſuſpicionem uenifſet, fuit interfectus. Vide plura de hoc in Onomaſtico, in dictione Cornelius.

Gallina, næ, fœm. gen. prim. decl. Auis nota *θῆλυς ἀλεκτρίς*. [Ital. Gallina. Gall. Gueline ou poulle. Hiſpan. Gallina ò polla. Germ. Ein henn.] Terentius in Phormione, Anguis per impluuium decidet de tegulis, gallina cecinit. Plautus in Pſeudol. An obſecro hercle habent quoq; gallinæ manus? Nam has quidem gallina ſcripſit. ¶ Tria autem gallinarum genera enumerantur à Varrone de Re ruſtica lib. 3. cap. 9. uillaticæ, ruſticæ, ſiue agreſtes, & Africanæ. Villaticæ dicuntur uulgatiſſimæ illæ quas in uillis, & nonnunquam etiam in urbe ali uidemus. Ruſticæ, ſiue agreſtes, medii cuiuſdam generis ſunt inter uillaticas & Africanas: quæ Varronis tempore raræ erant in urbe, & in ornatibus publicis poni ſolebant cum piſtacis, & merulis albis, aliiſque rebus inuſitatis. Ideo autem dictæ ſunt agreſtes, quòd non in uillis, ſed ferè in ſyluis oua facerent. Hæ primùm allatæ ſunt à Gallinaria inſula maris Liguſtici: ubi hoc gallinarũ genus agreſte eſt & ferum. Paulatim deinde cicures factæ, omnem Italiam impleuerunt: & ex Italia in Galliam & Germaniam translatæ ſunt: à quibus ea de cauſa Longobardicæ gallinæ uocantur. Tertium gallinarum genus eſt, quæ quòd primùm ex Africa in Italiã ſunt translatæ, Africanas uocauêre. Hæ (ut loco iam citato ait Varro) grandes ſunt, uariæ, gibberæ, & à Græcis Meleagrides appellantur. Vulgus hodie uocat Gallinas Indicas.

Gallinaceus, a, um. Quod ex gallinis eſt. *ἐρνίθειος*. [Ital. Di gallina. Gal. De poulle ou gueline Hiſp. Coſa de gallo ò gallina. Germ. Von hünneren.] ut, Pullus gallinaceus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus ſunt, pauonini ter noueni. Gallinaceum fel. Cicero 2. de Diuinat. Gallinacea oua, Varro 3. de Re ruſtic. cap. 9. Si oua gallinis pauonina ſubiicies, quum iam decem dies pauonina fouere cœpit, tum denique gallinacea ſubiicere, ut una excludant.

Gallinaceus, acei, maſcul. gen. ſecundæ decl. ſubſtantiuum, Ipſe Gallus. *ἀλεκτρυών*. [Ital. Gallo. Gall. Coq. Hiſpan. Gallo. Germ. Ein han.] Feſcennius Niger, Ob unius gallinacei direptionem decem commanipulares qui raptum ab uno comederant, ſecuri percuti iuſſit. Plinius libro 17. capite 10. Alectorias uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie. libro 8. capite 17. Gallinaceorum; criſtæ.

Gallinarius, rii, & Gallinaria, riæ, Qui & quæ Gallinas curat. *ἐρνιθονόμος*. [Ital. Gallinaio, ò gallinaia. Gall. Nourriſſeur de poulles, poullaillier, poullaillere. Hiſp. Gallinero, ò gallinera que cura las gallinas. Germ. Ein man oder frauw ſo die hüner verſorgt.] Plin. li. 10. cap. 55. Traditur quædam ars gallinarii cuiuſdam dicentis quid ex quoq; eſſet. Varro de Re ruſt. li. 3. cap. 9. Inter duas oſtium ſit, quà gallinarius curator earum ire poſſit.

Gallinarium, rii, n. ſ. Locus in quo aluntur gallinæ. *ἐρνιθών*. [Ital. Pollaio, luoco da galline. Gall. Vn gueliniér, le lieu ou les poulles ſe juchent, un poaillier. Hiſpan. El gallinero donde duermen las gallinas. Germ. Ein hüner hauß, oder hünerſtall.] Columella libro 9. capite 3. Gallinaria conſtitui debent parte uillæ quæ hybernum ſpectat Orientem. Græci, autore Polluce, *ποτανεῶν*, uulgus à pollis gallinaceis Pullarium appellat.

Gallicinium, n. ſ. *ἀλεκτροφωνία*. [Ital. Quella parte della notte, quando cantano i galli. Gall. Le temps de la nuit, que les coqs chantent. Hiſpanicè, La media noche. Germanicè, Die zeit der nacht, wen die hant krey en.] Pars noctis appellata eſt, qua galli cantant, quæ eſt quarta caſtrenſis uigilia. Apul. li. 2. de Aſin. aur. Noctis gallicinio uenit quidam iuuenis è proxima ciuitate.

Gammărus, ari, pen. cor. Aquaticum animal ſimile cancro: uel (ut quidam putant) ipſe cancer, cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur. *ἀστακός*. [Italicè, Gambaro. Gall. Eſcreuiſſe, & languouſte à Marceille. Hiſp. Congrejo ò camaron. Germ. Ein krebs, oder ein thier das im waſſer lãbt einem krebs gleych.] Color eius eſt glaucus & ſubuiridis, ſed inter coquendum rubeſcit. Martial. lib. 3. Concolor in noſtra gammare lance rubes. Iuuen. Satyr. 5. Sed tibi dimidio conſtrictus gammarus ouo Ponitur. Veteri adhuc hodie nomen retinent. Plin. autem lib. 9. cap. 31. leonẽ appellat: quod nomen Maſſilienſes etiam habent.

Gammoides,

Gammõides, γαμμοειδὲς. Ferrum quo utũtur chirurgi ad extrahendum pus: ita dictum à similitudine Græcæ litteræ γ.

Gamõs. γάμος. [Ital. Nozze. Gall. Nopces. Hiſp. Bodas. Ger. Hochzeit.] Græcè, Latinè Nuptiæ. Hinc compoſita fiunt agamus, monogamus, bigamus, digamus, trigamus, polygamus, quæ omnia penultimam corripiũt. Hieronymus contra Ionin. Non damno digamos, imò nec trigamos, &, ſi dici poteſt, octogamos.

Gãnẽa, neæ, fœm. pr. & Ganeum, n. ſ. Lupanar meretricium, & guloſorum diuerſorium, & popina: quòd ſcilicet ſit in terra, non ut cœnacula, ſuperius. χαμαιτυπεῖον, πορνεῖον, ἐσχατεῖον. [Ital. Bordello. Gall. Bourdeau ou taverne bordeliere. Hiſp. Burdel. Germ. Ein hůrenhauß.] Eſt enim locus abditus, & uelut ſubterraneus: inolentiæ & libidini aptus. Cicero in Piſonem, Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo: unde tu nos quum improbiſſimè reſpondendo, tum turpiſſimè eructando eieciſti. Terent. in Adelp. Vbi ego illum quæram? Credo abductum in ganeum. Columel. in Prolog. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianam Laconicis eruditatem excoquimus. Plinius tamen accepiſſe uidetur pro ipſa ingluuie cibariſq; ita enim de porco lib. 8. Neq; alio ex animali numeroſior materia ganeæ.

Ganeones. ἀσωτοι. [Ital. Bordelerie. Gall. Bordeliers, banauſiers de tauernes bordelieres. Hiſpa. Los que andan al burdel. Germa n. Ein hůrenfüter, ein vnnützer zechbrůder in hůren heuſeren.] Dicti à ganeis, teſte Nonio, quemadmodum Popinones à popinis, qui ganeas frequentant. Varro in Modio. Et hoc intereſt inter Epicurum & ganeones noſtros, quibus modulos eſt uitæ culina. Cic. in Catil. Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor in uniuerſis? Terent. in Heaut. Si ſcire uis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnoſus.

Gangitis, Græcè γαγγῖτις, nardi genus, ſic dictum à fluuio Gange, apud quem naſcitur. Dioſc. lib. 91. cap. 6.

Ganglion, γάγγλιον, Tumor in capite uel collo ut plurimum prouenicns, interdũ flatu tantũm, interdum tenuiſſimo humore plenus: quæ duo genera facillima ſunt curatu. Nonnunquam etiam contingit humores eſſe craſſiſſimos, nullis cedentes medicamentis: quod genus non niſi ardis ligationibus, aut ſectionibus poteſt curari. De his Celſus lib. 7. Eſt & Ganglion Paulo, nerui alicuius, uel ex iſtu, uel ex laſſitudine contortio, in multis quidem omnibus partibus corporis, ſed præcipuè mollibus, ut in extremitate manuum atq; pedum.

Gangræna, næ. γάγγραινα. [Ital. Carne morta di una piaga. Gall. Chair morte par ulcere & inflammation. Hiſp. Carne muerta de llaga. German. Der krebs, oder faul fleiſch von dem krebs har.] cum æ diphthongo, caro eſt emortua ex holcere uel inflammatione: cui niſi opportuno remedio occurratur, ad uicina proſerpit. Dicta Gangræna, παρὰ τὸ γραίνω, τὸ ἐσθίω: hoc eſt, comedendo, ſeu depaſcẽdo. Subalbeſcit autem primò, demum atra fit ſenſu amiſſo in prominentibus membris: id eſt, inter ungues, & alas, & inguinaꝛ & in ſenibus ferè, atque his quorum corpus mali habitus eſt. Lucilius libro 1. Satyr. Serpere uti gangræna malo, ad quem herpetica poſſet. Varro, Non uituperamus, quum ſciamus digitum præcidi oportere: ſi ob eam rem gangræna non ſit ad brachium uentura. Vide de hoc Cornelium Celſum lib. 5.

Gãnio, is, iui, uel ganii, itum, n. q. Propriè uulpium eſt, teſte Donato. λυγξάσθαι. [Ital. Far uoce di uolpe, ſgagnolire. Gall. Glappir ou japper à la façõ d'un renard ou d'un chiẽ, gronder, grommeler. Hiſp. Gannir el can ò rapoſa. Germ. Bällen oder ſchreyen wie ein fuchs.] Dicitur tamen & de canibus, quum claro ululatu dolorem quendam gaudiumue teſtari uidentur. Inde ad homines translatum. Terentius in Adelph. Quid ille ganit? quid uult. Perſius Sat. 1. Stat contrà ratio, & ſecretam gannit in aurem. ¶ Huius compoſitum eſt Ogganio, de quo ſuo loco.

Gannitio & Gannitus, m. q. λυγξασμός. [Ital. Eſſo ſgagnolignire. Gall. Glappiſſement, jappiſſement, grondement, grommelement. Hiſp. El gannido. Germ. Das bällen.] Lucret. Longè alio pacto gannitu uocis adulant: Aut quũ deſerti baubantur in ædibus: aut quum Plorantes fugiunt ſubmiſſo corpore plagas.

Ganzas, Anſeres à Germanis uocantur.

Gaphage, Siculorum lingua, uermes terreſtres.

Gapyras, Caprarum recrementum.

Gargaridio, dias, Antiquis idem erat quòd garrio. γωμίλω, φλυαρέω. Varro in Epid. ad Fuſium, ut citat Nonius, Poemata eius gargaridians dices, O fortuna, ô fors fortuna.

Gargariſmus, quid ſit, expreſſit Seruius, quum inquit, Atq; palato agitat pariter retinẽsq; uomens. Gargariſationes, aut reprimunt ut aqua lentis, roſæ, &c. aut euocant, ut ſinapi, piper.

Gargãrizo, as, are, neut. pr. γαργαρίζω. [Ital. Gargareggiare. Gall. Gargarizer, gargouiller. Hiſp. Hazer gargariſmo. Ger. Gurgelen in der kälen.] Eſt liquorem ore hauſtum ſæpe ad gurgulionem, id eſt, guttur reuocare. Plinius libro 20. capite 17. Sedat anginas cum melle ac hyſſopo ex aceto gargarizatum. Idem libro uigeſimo, Voci, ſuccus ſub certamine utilis, & qui gargarizatur una cum mente, adiecta mentha. Cornelius Celſus libro quarto, capite ſecundo, In ueteſto capitis dolore communia ſunt ſternutamenta excitare, inferiora uehementer refricare, gargarizare his quæ ſaliuam mouent.

Gargarizatio & Gargarizatus, uerbalia γαργαρισμός. [Ital. Gargarizamento. Gall. Gargarization, gargouillement. Hiſpan. Gargariſmo. Germ. Das gurgelen.] Quibus uſus eſt Plin. lib. 21. cap. 19. & lib 30. cap. 4.

Garrio, ris, riui, uel rii, n. q. Ineptè loquor. γωμίλω, φλυαρέω, ἀδολεσχέω. [Ital. Cicalare, ragionare mattamente, garrire. Gall. Jargonner, jaſer, caqueter, babiller. Hiſp. Parlar vanamente, gorgear las aues. Germ. Schwetzen. klapperen, herauſsbladeren.] Cic. lib. 2. de Orat. Nam & ſeculis multis antè Gymnaſia inuenta ſunt, quàm in his philoſophi garrire cœperunt. Martial. Garris in autem ſemper omnibus Cinna. Idem, Meliusq; ranæ garriant Rauennates. ¶ Propriè tamen Garrire eſt auium: à quibus ad homines ineptè loquaces transfertur. Plaut. Curcul. At pater tuus rurſum tibi. PL. Nugas garris.

Garrulitas, tatis, fœm. tert. declin. Actus ipſe garriendi. ἀδολεσχία. [Ital. Cianciume, ragionare alla ciocca. Gall. Degoiſement d'oiſeaux, caquet, jaſerie, babil. Hiſp. Demaſiada parleria. Germa n. Klappertheit, das vnnützt ſchwetzen.] Martialis lib. quinto, Crede mihi, quamuis ingentia Poſthume dones, Authoris pereunt garrulitate ſui. Sic Plinius libro 20. capite 2. Intemporalis garrulitas. Quintilianus libro 2. capite 4. Rauca garrulitas picarum. Ouidius 5. Metamorphoſeon.

Garrulus, la, lum, Ineptè loquax. ἀδολέσχης. [Ital. Garrolo, ciarlone. Gall. Babilleur, caqueteur, jaſeur. Hiſpan. El que vanamente parla, demaſiado parlador. Germ. Schwetzer, klapperer.] Plautus in Mercatore, Verùm ſi non amant, oderunt, moleſti itidem, atque difficiles: Garruli, oſores, infenſi, iracundi ſibi, ſuiſq; inuidi. Terentius in Adelph. Sen ſi illicò ad illas ſuſpicari: ſed me reprehendi tamẽ, Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palàm. Sed hæc ſignificatio eſt metaphorica. Propriè enim aues garrulæ dicuntur, maximeq; illæ quæ canoræ ſunt, & egregiè uocales. Virgilius 1. Georgic. Garrula quum tigois nidum ſuſpendit hirundo. Garrulos cantus. Plinius libro 10. capite 29. Luſciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus finc intermiſſu cantus. Garrula ſiſtra. Martial. li. 14. Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.

Gãrum, neutr. gener. ſecundæ declinat. τὸ γάρον. [Ital. Salmora che ſi fa à peſci per conſeruarli. Gall. Saulſe qu'on faiſoit de la lie ou le poiſſon auoit eſté longuement. Hiſp. Salſa era ò ſalmuera delos alaches peces. Germ. Ein fiſchbrüye.] Liquamen eſt ex inteſtinis piſcium ſale maceratis: ita dictum, quòd primùm ex garo piſce confici ſolet. Plinius libro 11. capite 8. Aliud etiamnum liquoris exquiſiti genus, quod Garum uocauêre, inteſtinis piſcium, exteriſque quæ abiicienda eſſent, ſale maceratis: ut ſit illa putreſcentium ſanies. Martial. lib. 13. Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

Garus, ri, γάρος, Piſcis eſt ex genere locoſtarum, ex cuius inteſtinis primùm garum confici cœpit. Vide Plin. lib. 32. cap. 8. & lib 32. cap. 11.

Gãryõphyllum, li. n. ſ. ſeu potius Caryophyllum, καρυόφυλλον. [Italicè, Garofolo. Gallicè, Clou de girofle. Hiſpan. El clauo de girofe oloroſo. Germ. Negelin.] Frutex eſt, teſte

Ruellio,

Ruellio, in Oriente naſcens, ſambuci forma, ſemine grano piperis grandiori, fragilioriq, ex atro ruſeſcente, in claui modum capitato, exertis in aduerſum quatuor denticulis ſeſe ſtellatim decuſſantibus, prominulo apice, quadrati alueoli fundo medio umbiculatim prodeunte. Hoc itaque ſemen, quoniam clauatam habet ſpeciem, claui nomine à populis Occidentalibus appellatur. Omnino autem ſcribi debet hæc dictio per ſecundam conſonantem in capite, nõ per quintam, ut uulgus conſcribere conſueuit. Dicitur enim Caryophyllon, *ὑπὸ τῦ καρύου, καὶ φύλλου*. quaſi nucis folium.

Gaſidanes, *γασιδάνης*, Gemma eſt quæ in Media inuenitur, coloris oloriui, ueluti floribus ſparſa. Autor Plinius libro 37. capite 10.

Gaſter, ſeu Gaſterium, *γάστρα* Dioſcoridi, Genus uaſis uentricoſum, ut ex ipſa ſtatim etymologia apparet.

Gaſtrõchires, *γαστρόχειρες*, Dicebantur quaſi uentrimanus, qui manuum artificio uictum quæritabant.

Gaſtrimargia, penultima producta, *γαστριμαργία*, Nimia ingluuies, ut apud Ariſtotelem in Ethicis. Gaſtrimargus, guloſus.

Gaſtromantia, Ex amphora diuinatio, quæ à puero ſolet in libro de Diuin. cum dicit: Auſpicia militum per acumina. Niſi de lapide Siderice intelligat, cuius eſt ea uirtus, teſte Orpheo de lapidibus, ut noctu uelatus ad lucernam expiatis mente introſpicientibus moueri reſponſaq; dare uidetur. Eſt & fons apud Aegienſes in Achaia, teſte Pauſania libro ſeptimo, Templum Cereris, ubi fons, in quẽ peracto ſacrificio introſpicientes in morbo uident ualetudinis euentum.

Gatale, Aſtragalon. Dioſc. lib. 7. cap 65.

Gaudium, dii, n. ſ. Eſt affectio animi alicuius præſentis boni opinione concepta. *χαρὰ, χάρμα*. [Ital. Allegrezza, gaudio. Gall. Joye, reſiouiſſance. Hiſpan. Gozo, alegria. Germ. Fröud.] & propriè quum exhilaratur animus aliqua re, neque tamen ita ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facilè appareat. Lætitia uerò dicitur, quum ita mouetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur. & maximè in uultu. Hinc dicunt Stoici gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam non poſſe. Cicer. 4. Tuſcul. Nam quum ratione animus mouetur placidè atque conſtanter, tum illud gaudiũ dicitur: quum autem & inaniter & effuſè animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, uel nimia dici poteſt, quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem. ¶ Huius diminutiuum Gaudiolum, *χαρμάτιον*, & compoſitum Gaudiloquus, penult. corr. qui cum gaudio loquitur, ut apud Plautum. ¶ Dictum gaudium, quaſi Gaurium. Græci enim *γαυρὸν*, lætum, ſuperbum, glorioſum dicunt.

Gaudeo, des, gauiſus, neutr. ſ. Eſt ſecum & apud ſe lætari: neque reſpicit alium *χαίρω, γάθω*. [Ital. Allegrarſe, dilettarſi. Gall. S'eſiouir, eſtre ioyeux & bien aiſe. Hiſp. Gozarſe, alegrarſe. Germ. Sich fröuwen, fröhlich ſein.] Contrà, gratulor, eſt alterius cauſa lætari. Cic. Cælio, Mihi gaudeo, tibi gratulor. Terent. in Heauton. Gaudere adeo occœpit, quaſi qui cupiunt nuptias. ¶ Differunt autem gaudeo & lætor: nam tunc gaudere dicimur, quum re aliqua exhilaratur animus, nullum tamen eius foris apparet indicium. Contra lætari quis dicitur, quum ita mouetur animus, ut in uultu & geſtibus lætitiæ ſigna prodantur. Cicero 4. Tuſcul. Atq; ut confidere decet, lætari non decet. Quandoq; cum ablatiuo conſtruitur, & tũc accipitur pro delectari. Virgil. in Bucolicis, Nomero deus impare gaudet. Cic. de Senect. Quàm gaudebat bello Punico ſuo Næuius? quàm Trucolento Plautus, quàm Pſeudolo? Interdum etiam habet poſt ſe accuſatiuum gaudium: nam quemadmodum dicimus Viuere uitam, ſomniare ſomnia, currere curſum: ſic etiam interdum legimus, gaudere gaudium. Terent. in Adelph. Hunc ſcio me ſolidè ſolum gauiſurum gaudia. Cælius Ciceroni, In theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto ut ſuum gaudium gauderemus. ¶ Gaudeo uoti, ſignificat ex animo gaudeo te uoti compotem factum eſſe. Apulcius lib. 1. Sed quid iſtud? uoti gaudeo. Locutio eſt noua & inuſitata, ut pleraq; apud Apulcium. Gaudere in ſinu, prouerbialis locutio, quam & Poetæ uſurpant, ſignificat ſecum, & cum ſuis lætari. Cicero libro 3. Tuſculan. Quoniam plauſibilia non hæc ſunt, ut in ſinu gaudeant, glorioſè loqui deſinant. Tibullus, Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu. Propert. lib. 2. In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt Congaudeo, ſimul gaudeo, *συγχαίρω*. Adgaudeo, gratulor, *ἐπιχαίρω*. Lactantius libro 4. Ego eram cui adgaudebat: hoc eſt, quaſi applaudebat & gratulabatur.

Gauia, Auis eſt aquatica, in petris nidificans. Plinius lib. 10. cap. 51. Gauiæ in petris nidificant, mergi in arboribus. Pariunt plurimùm terna, ſed gauiæ æſtate, mergi incipiente uere. Idem capite 79. eiuſdem libri, Aquaticæ, anates & gauiæ.

Gaulus, *γαῦλος*, Nauis genus paruæ & rotundæ. Feſtus. Eſt item Gaulos, inſula Siciliæ, adiacens ab ea parte qua Africam ſpectat. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Gauſãpe, penult. corr. n. indeclinabile. *τὸ ἀμφίμαλλον, τὸ ἀμφίτριτον, ὁ ἀμφιτρίτης*. [Ital. Schiauina. Gal. Manteau. Hiſpan. Veſtidura uelloſa. Germ. Ein geforzet kleid, oder ein winter decke.] Veſtis militaris, ſeu ſtraguli genus, quod olim ex ſtramento confici ſolebat: quanquam poſtea etiam ex lana fieri cœpit maioribus uillis: quo etiam in urbe utebantur, hyberno potiſſimùm tempore, aduerſus frigoris tempeſtatumq; iniurias. Plinius libro 8. capite 48. Antiquis torus è ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Patris mei memoria cœpêre amphimalla noſtra, ſicut uilloſa etiam uentralia. Nam tunica laticlauia in modum gauſape texi nunc primùm incœpit. Quo in loco gauſape genitiui caſus eſt. Eſt enim hoc nomen indeclinabile: quanquam apud antiquiſſimos inueniatur gauſapes, gauſapis, & gauſapa, gauſapæ, & gauſapum, gauſapi. Vnde adhuc apud probatos autores nonnunquam occurrit numero plurali gauſapa. Ouidius libro 2. de Arte amandi, Gauſapa ſi ſumpſit, gauſapa ſumpta proba. Perſ. Sat. 6. Iam chlamydas regnum, iam lutea gauſapa captis, Effedaq;, ingentesq; locat Caſonia Rhenos. Idem Satyra quarta, poſtes gauſape pro barba hirſuta & prolixa. Sic enim ſolet interpretari uerſus ille: Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas.

Gauſapina, fœm. pr. penula, Villoſæ neſtis genus, quo hyberno tempore & frigido utebantur. *ἡ ἀμφίμαλλος, ἡ ἀμφίτριτος*. [Ital. Schauiana. Gall. Mante ou habit uelu dehors & dedans. Hiſpan. Veſtidura uelloſa dentro y fuera. German. Ein geforzet kleid.] Hanc ſic deſcribit Martialis in Diſtichis, Is mihi candor ineſt uillorum gratia tanta, Vt me uel media ſumere meſſe uelis. Pro eodem dicitur & gauſapina, abſolutè. Idem, Menſe uel auguſto ſumere gauſapinas.

Gauſapatus, penultima producta. *ἀμφιμαλλωτὸς, ἀμφίμαλλα ἐνδεδυμένος*. [Ital. Veſtito di manto peloſo. Gall. Veſtu d'une roube ou mante uelue dehors & dedans. Hiſpan. Veſtido de veſtidura uelloſo dentro y fuera. Germa. Mit einem geforzeten kleid angerhon.] Gauſapina indutus. Senec. Epiſt. 59. Mitto me in mare quomodo pſychrolam tam decet gauſapatus.

Gaza, æ, fœm. pr. *γάζα*. [Ital. Maſſeritia, richezza. Gall. Grande cheuance, finance ou richeſſe. Hiſp. Grandes riquezas. Germ. Ein ſchatz, reichtumb, hab vnd gůt.] Dictio Perſica, ſignificans opes, ſuppellectilem, & omne quod poſſidemus. Pomponius Mela, Gazam Perſæ ærarium uocant. Curtius libro 5. Igitur quaſi parum munimentis oppidi fidens, ante ſolis ortum pecuniam regiam (gazam Perſæ uocant) cum pretioſiſſimis rerum efferri iubet, ſimulans ingam. Virgil. 5. Aeneid. Et gaza lætus agreſti. Idem, Tabulæq; & Troia gaza per undas. Cic. 2. Offic. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima potitus eſt Paulus. ¶ Arabum Gazas dixit Horatius, pro cumulatiſſimis opibus, non ſine ſpecie prouerbiali. De nomine urbis uide in Onomaſtico.

Gazophylacium, cii, n. ſ. *γαζοφυλάκιον*. [Ital. Luogo doue ſi conſeruano le coſe pretioſe. Gall. Treſorerie, le lieu ou on met le treſor. Hiſp. El teſoro, lugar donde guardan las riquezas. Ger. Ein ſchatzkammer, ein ort da hin man gelt vnnd gůt behaltet.] Nomen compoſitum ex Gaza dictione Perſica, & Græco uerbo *φυλάττω*, quod eſt cuſtodio. Eſt enim locus in quo gazam, hoc eſt, theſaurum, opes aut pretioſorem ſuppellectilem conſeruamus.

G ante E.

Gazella, Caprea illa quæ moſchum edit, nobile illud odoramentum, ſi Hermolao Barbaro credimus. Lege Moſchus.

GEN. CORR. In notis antiquorum, Gente Corneliorum. GENS. Gentes. GERM. uel GER. Germanicus, uel Germanico. G. F. Gula filiorum. G G. alias G S. Gesserunt. G. GEN. GER. Gaudium Generis Germanici.

Gehal, uinum uisus, uel uidendi potentiæ, quod sit ex parui tate spiritus uitalis, & extensione musculi oculum mouentis.

Gehenna, næ, fœm. prim. γέεννα. Quid significet explicat Hieronymus hisce uerbis, Erat (inquit) idolum Baal iuxta Hierusalem ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit. Hæc uallis & parua campi planicies, irrigua erat & nemorosa, plenaq; deliciis, & lucos in ea idolo consecratos. In tantam autem populus Israel uenerat dementiam, ut deserta templi uictima, ibi hostias immolaret, & rigorem religionis deliciæ uincerent, filiosque suos incenderent dæmonibus, uel initiarent. Et appellabatur locus ipse Gehennom, id est, uallis filiorum Hennom. Hoc Regum uolumen, & Paralipomenon, & Ieremias plenissimè scribunt. Et comminatur Deus se locum ipsum impleturum cadaueribus mortuorum, ut nequaquam Topheth & Baal, sed uocaretur Polyandrium, id est, tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ quibus peccatores cruciandi sunt, huius loci uocabulo denotantur. Duplicem autē esse gehennam, nimii ignis & frigoris, in Iob plenissimè legitur.

Gelabilis, Gelasco, Vide Gelu.

Gēlāsini, penultima producta, masculi. sec. γελασῖνοι. [Ital. Denti dinanzi. Gall. Dens deuāt, qui apparoissent quand on rit. Hisp. Dientes de delante. Germ. Die vorderistē groſſen zāhn im mund, ſo man entdeckt im lachen.] Dentes anteriores ex quibus ridendo ostendimus. ἀπὸ τῦ γελᾶν: hoc est, à ridendo. ¶ Gelasini item lineæ sunt, siue rugæ quæ in eadem ipsa facie apparent. Martialis libro septimo, Nec grata est facies, cui gelasinus abest. ¶ Item mimi, quorum ridiculatione facetâ populum oblectant. Vnde Gelasinus ille Plautinus, risionibus & falsis dicteriis populum delectat, & dum risum captat, irridetur. Vnde est Plautinum illud, Cave ex gelasino fias catagelasinus: hoc est, deridiculus.

Gelatina, Condituræ genus.

Gelachabin, Mel rosarum colatum.

Geligos. Nuclei alliorum.

Gelicidium, Gelidus, Gelo, las, Vide Gelu.

Gĕlu, Aquæ concretio ex frigore. κρυμὸς, κρυμνὸς, πάγος. [Ital. Gelo, ghiaccio. Gall. Gelée glace. Hisp. Yelo ò elada. Germ. Eyß, gefrüſte.] Aliquando tamen ponitur pro frigore. κρύος. Vnde gelidum, frigidum dicimus. Antiqui etiam gelus dixerunt, teste Nonio: & similiter gelum, gen. Lucretius libro quinto, Assiduoq; geli casus mortalibus aufert. Et lib. 6 Demittit quâ sæpe gelum quod continet in se.

Gelicidium, dii, n. s. Ipsum gelu & concretio aquæ. κρυμὸς, κρυμός. [Ital. Gielo. Gall. Gelee. Hisp. La cayda del yelo ò elada. Germ. Gefrierung.] Columella libro 2. capite 8. Vt prius conualescant radices frumentorum, quam hybernis imbribus, aut gelicidiis protinus infestentur. Idem lib. 11. cap. 2. Hyemat cum frigore & gelicidiis.

Gelo, las, lare, Interdum actiuum est, idem significans quod frigore astringo. κρυσταλλῶμαι, πήγνυμι. [Ital. Congelare, agghiacciare. Gall. Geler, glacer. Hisp. Elar. Germ. Gefrorē machen.] Cuius etiam passiuum gelor legitur apud Iuuenalem Satyra 6. Pauidoq; gelantur Pectore. Sic gelatum hic. Colum. lib. 10. cap. 18. Gelatus caseus, Idem lib. 7. cap. 8. Sæpe etiam neutrum est, sed uix aliter quàm in tertiis personis. Polybius lib. 14. cap. 1. Non antè demetuntur, quàm gelauerit. Idem li. 17. cap. 6. Si gelant frigora, quarto die premendum. ¶ Hinc etiam componuntur, Congelo, Regelo, de quibus suis locis.

Gelo, scis scere, n. t. Est gelu astringi. κρυσταλλῶδαι. [Ital. Congelarſi, agghiacciarſi. Gall. Se geler ou glacer. Hispan. Elarse. Germ. Gefrieren.] Gellius libro 17. capite 7. Vinaria tenera congelascunt. Plinius libro 14. capite 21. Vini natura non gelascit.

Gelatio, uerbale, t. t. πῆξις, ἀπνυξις. [Ital. Aggiacciamento. Gall. Gelement, glacement. Hisp. Elamiento, elada. Germ. Gefrierung, oder gefrüſte.] Plin. lib. 17. cap. 14. Si protinus editis frustibus gelatio magna cōsecuta est, etiam paucis diebus necat.

Gelabilis, le, Quod gelu durari potest, à quo fit compositum Ingelabilis. uel potius incongelabilis, πάγνυσθαι δυνάμενον. Gell. lib. 17. cap. 8. Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile sit?

Gelidus, da, dum, penul. cor. Frigidus. κρυερός. [Ital. Gelido, freddo, gelato. Gall. Fort froid, gelé, glacé. Hisp. Cosa fria, ò elada. Germ. Eyßkalt.] Virg. lib. 3. Aen. Mihi frigidus horror Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis. Gelidus æther. Virgil. 8. Aeneid. Gelidos amnis, gelida rupes, gelidum flumen, apud eundem. Gelidæ naturæ sydus. Plin. libro 2. capite 80. Gelida, absolutè: subaudi aqua. Horatius 1. Sermonum, Satyra 7. Poscit te mulier uexat, foribusq; repulsum Perfundit gelida: rursus uocat. ¶ Hinc componitur Egelidus, quod significat id quod non est calidum, neq; frigidum (nam e, quandoque priuationem denotat) quamuis Seruius pro ualde frigido exposuerit. Vide suo loco.

Gelidè, aduerbium. κρυερῶς, πάνυ ψυχρῶς. [Ital. Gelatamente. Gall. Fort froidement. Hispan. Fria y frescamente. Germ. Gantz kalt, one eyfer vnnd ernſt.] Horat. de Arte, Vel quòd res omneis timidè, gelideq; ministrat.

Gemea, Nomen alæ militum Macedonentium. Liuius 7. Belli Macedonici, Addita his ala mille fermè equitum, gemeam uocabant.

Gĕmellar, aris, n. t. Vasis genus, cui fortassis ex eo inditum nomen, quòd geminas mensuras contineat. Colum. lib. 12. cap. 50. Quod deinde primum defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius est, quàm plumbeum quadratum; aut gemellar) protinus capulator depleat.

Gemebundus, Vide Gemo.

Gĕminus, a, um, Propriè idem est quod duo. δίδυμος. [Italicè, Gemino, doppio. Gal. Gemeau, double. Hisp. El mellizo con otro, entre ſi muy ſemejantes. Germ. Zwyfach, zwyfaltig.] Virg. lib. 6. Sunt geminæ Somni portæ. Terent. in Andr. Nam facis credo, si aduigilaueris, Ex unis geminas mihi confices nuptias. Vnde etiam gemini dicuntur duo uno partu editi. Virgil. lib. 8 Aeneid. Geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. Si autem tres fuerint, trigemini dicuntur: si quatuor, quatrigemini. Colum. lib. 3. Albanas equitiæ familiæ trigeminorū matres. ¶ Quandoq; pro simili ponitur. Pacuuius, Par fortitudo, gemina confidentia. Cic. pro Rosc. Amer. Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Idem pro Roscio Comœd. Simillima, & maximè gemina societas hæreditatis est. ¶ Est etiam cœleste signum quod Astrologi uocant Geminos, Castorem & Pollucem intelligentes, qui à matre Leda uno partu creduntur editi, de quibus Seneca, In magna tempestate apparent quasi stellæ cœlo insidentes: adiuuarique se tunc periclitantes existimant, Pollucis & Castoris nomine. A Columella dicitur Geminum astrum, quòd decimus quartus Calend. Iunii Sol ingreditur. ¶ Geminos etiam Iani epitheton est, quod gemina facie pingi soleat: cuius rationem hâc affert Macrobius, quòd Ianus omnium sui seculi fuerit prudentissimus: neque solùm ea uiderit quæ ante se erant: hoc est, præterita, uerùm etiam ea quæ post se erant: hoc est, futura prospexerit.

Gemellus, la, lum, diminutiuum. δίδυμος, διδυμάων. [Italicè, Gemello, doppio. Gall. Gemeau, double. Hisp. El mellizo con otro, doblados. German. Zwyfach, zwilling.] Virgilius Aegloga 1. Modò namque gemellos, Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit. Gemellæ uites, à Columella libro 3. capite 1. dictæ sunt ab unis semper geminis: nam duplices uuas (ut inquit idem) exigunt. Plinius libro 14. capite 2. Gemellarum, quibus hoc nomen unæ semper geminæ dedēre.

Gemellipara, penul. corr. fœm. pr. Latonæ epitheton est, quæ Apollinem & Dianam uno partu edidit. διδυματόκος. Ouidius 5. Fastor. Fuit impetus illi Curua gemelliparæ spicula ferre deæ.

Gemino, as, penul. corr. Duplico. διπλασιάζω, διπλόω. [Italicè, Doppiare, radoppiare. Gall. Doubler. Hisp. Doblar ò repetir alguna cosa. Germ. Zwyfach machen, zwyfaltig.] Terentius in Adelp. Geminabit, nisi caues. Varro 1. de Re rust. capite 16. Eximendorum fauorum signum sumunt ex ipsis quum plenas alueos habent, & quum illas geminauerint.

Geminatus

Geminatus Sol, Cic. 1. de Natur. deor. Geminata ars, Plin. lib. 10. cap. 1. Geminata victoria, Liuius 1. ab Vrbe. Geminatus honor, Idem lib. 9. Belli Macedo. ¶ Huius composita sunt, Congemino. Plautus in Amphyt. Nunc II patera pateram peperit, omnes cogeminauimus. Ingenio repeto, duplico. Virgilius libro primo Georgicorum, Tum liquidas corui premit ter gutture voces, Aut quater ingeminant *Διατελοῦσι.*

Geminatio, uerbale, f. t. *Διπλασιασμὸς, Διδυμότης.* [Italicè, Doppiamento. Gall. Doublement, redoublement. Hispan. Aquella obra de doblar ò repetir. Germ. Zwyfachung, widerháferung.] Cic. lib. 1. de Orat. Nam & geminatio uerborum habet interdum uim, lepórem aliàs, paulum mutatum uerbum atq; deflexum.

Gemites, Gemma, quę ueluti candidas manus inter se complexas habet, de qua Plin. lib. 37. cap. 11.

Gemma, mę. f. p. Oculus uitis, quem primò emittit. *Ὀφθαλμὸς.* [Ital. L'occhio della uitte. Gall. Le bourgeon ou bouton de la uigne. Hisp. Yema del sarmiento, que es capullito do sale la flor dela uua, ò del fructo. Germ. Ein rábaug.] Virgilius, Turgent in palmite gemmæ. Cic. de Amic. Ita q; incunte uere in his quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oritur uua sese ostendit. ¶ Ab huius similitudine gemma uocatur omnis lapis pretiosus, siue pellucidus sit, siue non. *Λίθος τιμὴ.* [Ital. Gemma, pietra pretiosa. Gall. Pierre polie ou pretieuse. Hispan. Piedra preciosa. Germ. Ein edelgstein.] Virg. 5. Aen. Et teretí subnectit fibula gemma. Idem 7. Aeneid. Regalesq; accensa comas, accensa coronam Intigues gemmis. Plin. de Viris illustr. Vnde Romam legatione repetitus, hausto quod sub anuli gemma habebat, uenenо abſumptus est.

Gemmula, deminutiuum *ὀφθαλμόλιθος, λιθάριον.* [Ital. Piccolo bottone della uite, piccola gemma. Gall. Petit bouton de uigne, petite pierre precieuse. Hisp. Pequenna yema del sarmiento ò otro arbol, pequenna piedra preciosa. Germ. Ein rebáugle, ein zart herfür wachsend blümlin, oder ein edelgſteinlin.] Quo etiam flores significantur, quibus tanquam gemmis uerno tempore cuncta pingũtur, & prata uestiuntur. Apul. lib. 10. Planè tenui speculabor cladem ultimam, quòd uer in ipso ortu gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gemmeus, a, um, Quod ex gemma est. *Διάλιθος, λιθεώδης.* [Ital. Di gemma. Gall. De pierres precieuses. Hisp. Cosa de piedras preciosas. Germ. Edelgſteinin, von edel gſtein.] Cicero 6. Ver. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c. Radix gemmeæ rotunditatis: id est, rotunda in modũ gemmæ, Plin. lib. 18. cap. 7.

Gemmo, as, are, n. p. Est gemmas in uitibus ac arboribus emittere. *ὀφθαλμῶδέω.* [Ital. Pullulare, gemmare. Gall. Produire ou auoir pierres precieuses, bourgeons ou boutons, bourgeonner, boutonner. Hisp. Hinchaſe las yemas enel arbol. Germ. Trucken, augen fũrhin laſſen, bollen herfür bringen.] Columella, Quum primùm uites incipiunt gemmare. Cic. 3. de Orat. Nam gemmare uites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici dicunt. Sic Colum. lib. 4. cap. 24.

Gemmans, antis, om. t. *λιθίζων, ὀφθαλμίζων.* [Ital. Rilocente come un gemma. Gall. Reluisant ou clair, ou autremẽt ayant espece de pierre polie, où de bourgeons de uigne. Hispan. Reſplandeciente como yema. Germ. Glantzend wie ein edelgſtein.] ut, Gemmantes alæ pauonis: id est, lucentes in modum gemmarum. Martial. lib. 13. Miraris, quoties gemmantes explicat alas: Et potes hunc sæuo tradocere, dure coquo? Herbæ gemmantes rore: id est, cooperta rore, tanquam lucidis gemmis, Lucret. lib. 2.

Gemmatus, ta, tum, Gemmis instructus, & ornatus. *Διάλιθος.* [Ital. Ingemmato, imperlato, adornato di gemme. Gall. Orné ou enrichi de pierreries. Hispan. Cosa ornada de piedras preciosas. Germ. Mit edelgſtein gezieret.] Plin. li. 37. cap. 2. Quotiens etiam ius uidemur perdidisse corripiendi gemmata potoria, & uariæ suppellectilis genera annulos transeuntes. Monilia gemmata. Ouid. 10. Metam. Gemmati magna specie anuli. Liuius 1. ab Vrbe.

Gemmasco, is, ere, n. t. Est gemmas emittere, uel pullulare. *ὀφθαλμίζω.* [Ital. Pullolare, gemmare. Gal. Bourgeonner, boutonner. Hisp. Hinchaſe las yemas enel arbol. Germ. Trucken, voll bollen werden.] Plin. lib. 17. cap. 17. Atque ut gemmascere incipient, ligetur calamus Columella libro 1. capite 10. Nucem Græcam ferito circa Calendas Ianuarias, quæ prima gemmascit. ¶ Accipitur item gemmascere, pro eo quod est, gemmæ duritiem & formam acquirere, Plinius libro 17. cap. 10. Draconites, siue draconcias è cerebro fit draconum, sed nisi uiuentibus abscisso nunquam gemmascit. In aliquibus tamen codicibus legitur gemiscit.

Gemmifer, a, um, ut Gemmifer amnes *λιθοφόρος, τιμιόλιθος φόρος.* [Ital. Chi porta pietre preciose. Gall. Qui porte ou a pierres precieuses. Hispan. Cosa que trae ò tiene piedras preciosas. Germ. Das edelgſtein hatt oder tregt.] Plinius lib. 17. cap. 1. Gemmiferi amnes sunt Acesines & Ganges, &c. Corona gemmifera, Valerius Flaccus Argonauticon quinto, Mare gemmiferum, Propertius libro tertio, Elegia quarta.

Gemmosus, a, um, Quod multis gemmis est exornatũ Apul. lib. 1. Auro facto, gemmoſis q; monilibus onustas eas tradit reportandas.

Gĕmo, is, ui, itum, n. t. Est præ animi angustia in sonum prorompo. *γεμάω, γεμίζω.* [Ital. Gemere. Gall. Gemir. Hispanicè, Gemir como doliente. Germ. Seüfftzen.] Vide Gemitus, *γεγαμεν.* Plautus in Amphyt. Dum hæc agunter, interea uxorem tuam Neq; gementem, neq; plorantem nostrũm quisquam audiuimus. Martialis libro 9. Quæ mala sunt domini, quæ serui commoda nescis Candide, qui seruum te gemis esse diu. Cicero ad Atticum. Eandem uirtutem istam, ueniet tempus quum grauiter gemes. ¶ Hæc metaphoram etiam de tumentis & rebus inanimatis dicitur, quum nimio pondere pressa, sonum edunt. Virgilius 6. Aencid. Gemuit sub pondere cymba Plinius in Panegyrico, Ideo nequaquam par gubernatori est uirtus, quem placido, & quum turbato mari uehitur: tunc admirante nullo laudatus, inglorius subit portum. At quum triduum tunes, curuatur arbor gubernacula gemunt, tunc ille clamat, & dies maris proximus. ¶ Legitur etiam. Gemere passim, pro deplorare. Cicero ad Atticum lib. 2. Atque hæc Patres una uoce omnium gemitur, neque uerbo cuiquam mutire datur. ¶ Quandoque tamen gemere ponitur pro fremere, & quandoque pro canere, de iis solùm auibus, quæ tibias tantum habent, ut turtur, & columba. Virgilius 1. Aeneid. Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo. Hinc fit Ingemo, de quo infrà.

Gemisco, is, ere, n. t. Idem quod gemere. *γεμίζω*, ut, Feralegi miscunt. Claud. 3. de Raptu Proserp.

Gemitus, us, m. q. Suspirium. *γεγαμὸς.* [Ital. Gemito, sospirio. Gall. Gemissement, souspir. Hisp. Gemido. Germ. Ein seüfftz.] Cic. 6. Verr. Quod posteaquam dixi, tantos esse gemitus tactus aspectu statuæ, & commemoratione, &c. Idẽ 5. Verr. Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimonias q; audiret. Gemitus delphini est similis humano, Plinius libro 10. capite 30. ¶ Legitur & Geniti in genitiuo. Plaut. in Aulul. Tantum geniti & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit.

Gemebundus, m. f. Abundè gemens. *γεγεάτ.* [Ital. Che geme aspramente. Gall. Gemissant & souspirant asprement. Hisp. Cosa que mucho geme. Ger. Seüfftig und ernſtlich seüfftzend.] Ouid. 14. Metam. Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam.

Gemoniæ scalæ, Dicebantur Romæ, ad quas corpora damnatorum impacto uncо trahebantur Corn. Tacit. Tunc confossum, cullaceratumq;, & abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. Plinius lib. 8 capite 40. scribit canem à corpore serui non recessisse, abiectum gradibus Gemoniis.

Gĕmŏnides, Gemmæ quas quidam præmantidas uocant Prægnantes fieri & parere dicuntur, medentq; parturientibus: huc dam tales in Macedonia iuxta monumentum Turciæ inueniuntur, speciesq; est eis aquæ glaciatæ. Plinius lib. 37. capite 10.

Gemurſa, Tuberculum sub pedum digitis nascens, sic dictum, quòd gemere faciat eum qui id premit, inquit Festus. Plinius libro 26. capite primo, Et hic quidem morbus ab Italia celeriter rettunditus est, sicut & ille quem gemurſam appellauere.

appellauêre priſci, inter digitos pedum naſcentem, etiam nomine obliterato.

Gēna, næ, fœm. pr. Eſt membrana tam ſuperior quàm inferior, quæ regit oculum. βλέφαρον, ὀμματόφυλλον. [Ital. Guancia, gota. Gal. La ioue, la peau qui couure lœil quand on la cligue, la paupiere. Hiſp. Maxilla ò el carrillo. Germ. Ein augdeckel, oder augenglid.] Terentius, Hodie non compreſſi genam genæ. Plinius, Aquatilia dormire exiſtimant, non oculorum argumento, quia non habent genas: ſed ipſa quiete placida, ſeu ſoporata. Idem lib. 11. cap. 37. omnia talia, & piſces, & inſecta non habent genas, nec integunt oculos. Ex his Plinii locis luce clarius oſtenditur genas eſſe duo illa oculorum opercula, quibus cocuntibus, pupilla obtegitur, quas uulgus imperitum uocat palpebras: quum palpebræ, eodem Plinio teſte, ſint pili illi in ciliis: hoc eſt, in extremo ambitu genarum: quas etiam deſinere tradit iis qui plus ſatis uenerî indulgent. ¶ Genæ etiam dicuntur partes illæ ab oculis ad mentum, quæ barba veſtiuntur, quas radi in fœminis, xii. Tabularum interdicto antiqui uetuerunt: pudoris ſedes eſſe arbitrati, quòd ibi maximè oſtendatur rubor. German. Die backen oder wangen, das vnder den augen iſt biſs auff das kyne.] Dictæ genæ, quòd in his pili gignantur. Virgilius 8. Aeneid. Tum mihi prima genas ueſtibat flore iuuentus. Apuleius in Magia. Purpuris infectas genas, & oculos illæſos illices. Hæ quoniam in mali ſpeciem tactæ ſunt rotundæ, dictæ ſunt etiam malæ. Vide plura apud Plin. lib. 11. cap. 37.

Genanius, a, um, Idem quod guloſus, a, um, Varro hæc nouiſſimè in triclinium genuium introiere è culina protrit faſtidium.

Genea, æ, f. p. Ala eſt mille equitum, eſtq; eiuſdam temporis ſpatium, autore Heracleto.

Genearcha, æ, m. p. γενάρχης generis princeps.

Genealogia, giæ, fœm. pr. γενεαλογία. [Ital. Genealogia, deſcendimento di parentato. Gall. Genealogie, denombrement des anceſtres. Hiſp. Deſcription ò linea del linage ò generation: que tambien en Caſtellano ſe dize genealogia ò linea. Germ. Ein geburts regiſter, geſchlechts regiſter, vnderzeilung.] Sermo de origine generationis. Cic. 1. de Natura deorum, Quod ſi ita eſt, Cœli quoq; parentes, dii habendi ſunt Aether & Dies: eorumq; fratres & ſorores, qui à genealogiis antiquis ſic nominantur, Amor, Dolor, Metus.

Gener, Generalis, Generatim, Genero, Generoſus, Vide Genus.

Generiana pyra, Sic dicta ab inſitore, Sipont.

Genĕſis, penultima correpta, huius geneſeos. fœm. γένεσις. [Ital. Generatione. Gall. Generation. Hiſpan. Generacion. Germ. Ein geburt, auffkunfft.] Latinè generatio, natiuitas. ¶ Accipitur etiam pro ſidere natalitio, quod conuerſione cœli oritur eo momento, quo quis naſcitur. Iuuenal. Satyra 14. Nota mathematicis geneſis tua. Idem Satyr. 6. Si prurit frictus ocelli Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit. Suetonius in Veſpaſiano, Monentibus amicis cauendum eſſe Metium, quòd nulgò crederetur geneſim habere imperatoriam, inſuper Conſulem fecit: id eſt, quòd opinio eſſet à mathematicis prædictum eſſe, foreſue imperaret. Budæus.

Genethle, thles, fœm. gen. γενέθλη Venus.

Genethliaci, orum, m. ſ. γενεθλιακοί. [Ital. Coloro che pronoſticano della natiuità. Gall. Deſſeurs de natiuités, aſtrologues qui conſiderent les diſpoſitions des aſtres ès natiuitez & les coſtellations. Hiſp. Los aſtrologuos de los naſcimientos. Germ. Ein maarſager von dem tag vnd ſtund der geburt har.] Qui ex die & hora natiuitatis, quos horoſcopos uocant, fortunam hominis & ſucceſſum pronuntiãt. Gell. lib. 14. cap. 1. Aduerſum iſtos, qui ſe Chaldæos, ſeu genethliacos appellant: ac de motu, deq; poſitu ſtellarum dicere poſſe quæ futura ſunt, profitẽtur, audiuimus quondam Thaurinum philoſophum Romæ diſſerentem egregia oratione.

Genethliacus, a, um, γενεθλιακός. Idem quod natalitius.

Genethlia, orum, γενέθλια. Dicuntur celebritates quæ fiunt natali die.

Genethlius, γενέθλιος. Latinè natalis dicitur: unde Genethliaci dicti ſunt: de quibus ſuprà iam diximus. ¶ Erat etiam Genethlius Iouis cognomen, quòd ei incumberet cura omnis propagandi. Fuit præterea, teſte Suida, hoc nomine Palæſtinus quidam Sophiſta, diſcipulus Minuciani & Agapeti: qui quamuis in ipſo ætatis flore occiderit, plurima tamen ſcripta reliquit: ex quibus Suidas recenſet λεξεις & διαλέξεις & μιλήτους, & multa alia, ut mirabile ſit dictu, tam paucis annis uitæ tanta ſcripſiſſe.

Genialis, Vide Genus.

Genianes, Gemma, quam Magorum uanitas inimicorum pœnas efficere promittit. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Geniculum, Geniculatus, Vide Genu.

Genĭſta, æ. Arbuſcula quædam humilis eſt, fronde minuta, flore luteo, apibuſq; gratiſſimo, ſemine lenticulis haud abſimili, quod phaſeolorũ modo ſiliquis innaſcitur: ita dicta, q̃ in modum genu flexilis ſit adnexus, ideircoq; uitibus ligandis idoneatus: uel quia genib. medeatur dolẽtibus, σπάρτιον. [Ital. Ginestra. Gall. Du geneſt. Hiſp. Hiniesta.] Vide Ruel. li. 1. cap. 84. & lib. 3. cap. 141. Plin. li. 21. ca. 9. Florem eſſe dixerim geniſtas, namq; & iis decerpitur luteus. Mart. Non pyra quæ lenta pendent religata geniſta. Virg. 2. Georg. Molle ſilex, lentæq; geniſtæ. Humiles geniſtæ, ibidem.

Genitalis, Genitor, Genitura, Genitinus, Genitus, Genius, Vide Gigno.

Genitalis, Xiphion apud Dioſc. lib. 4. cap. 23.

Genitura, Heros, polygenum, Dioſc. lib. 4. cap 5.

Genitura Tirani, Scorpitis apud Dioſc. lib. 4. cap. 36.

Gĕno, is, ui, itum, ere, Antiquis in uſu erat pro gignere, generare, γεννάω. [Ital. Generare. Gall. Engendrer. Hiſp. Engendrar. Germ. Gebären.] Priſcian. lib. 10. Gigno, gignui: pro quo Geno uetuſtiſſimi protuliſſe inueniuntur. Varro in Andab. Sed q̃ hæc loca aliquid genunt. Idem 1. de Re ruſt. cap. 40. Quædam enim ad genendũ, &c. Ex uetuſto codice, infinitiuum paſſiuum Lucret. protulit lib. 1. Tanèd magis inficiandum Totum poſſe extra corpus durare, genitq;.

Genus, tis, Vide Genus.

Genochia, Beſtia paulò minor uulpecula, colore inter nigrum & croceũ, maculis nigris interpoſitis, manſueta eſt, ſi non laceſſitur.

Genon, Cepæ genus, cui acutus eſt ſapor, & lachrymoſus.

Gentiana, æ, f. p. γεντιανὴ Dioſc. Herba eſt folio fraxini, ſed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis craſſitudine, cano & inani, ex interuallo foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, ſubnigra, aquoſa, & ſine odore. Naſcitur ubiq;: copioſiſſimè tamen in Illyrico, ubi à Gentio rege nomen accepit, quod etiam hodie ſeruat in officinis.

Gentiles, Gentilitas, Gentilia, Vide Genus.

Gĕnu, n. q. γόνυ. [Ital. Ginocchio. Gall. Genouil. Hiſp. Rodilla. Germ. Das knü.] Neutri generis & indeclinabile in numero ſingulari, & in plurali genua, Sunt curuaturæ illæ, quibus crura & femora committuntur. Dicta genua, quòd hæc dum infans eſt in utero matris, genis oppoſita ſunt: ſiue à generando, q̃ in genibus eſt uitalitas. Plin. lib. 11. cap. 41. Homiuis genibus religio quædã ineſt, obſeruatione gentium: hæc ſupplices attinguũt, adhæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortaſſis quia ineſt iis uitalitas. Namq; in ipſa genu utriuſq; commiſſura, dextra læuaq; à priori parte gemina quædã buccarum inanitas ineſt, qua perfoſſa, ceu iugulo, ſpiritus fugit. Hæc Plin. Virgil. lib. 5. Aen. Genua labant, uaſtos quatit æger anhelitus artus. Ouid. 3. Metam. Et genibus pronis ſuppex, ſi ſupplex roganti. Genua ſubmittere, pro flectere. Plin. lib. 8. cap. 1 Regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. ¶ A genu fit nomẽ adiectiuũ Geniculatus, ta, tum, de quo ſuprà. ¶ Veteres declinauerunt genus maſculino genere. Lucil. lib. 4. Satyr. ut citat Nonius, Hæret neutriculis affixum in poſteriore Parte, atq; articulis nouus ut calusis genuſque. Legitur etiam Genus neutri generis in eadem ſignificatione. Cic. in Arat. At propter læuum genus omni ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce uidebis. Et paulò pòſt, Atq; inter flexum genus, & caput alitis hæſit. ¶ Ne genu quidem flexo, μὴ γόνυ κάμψαι. Dictum eſt ὑπερβολικῶς, pro eo quod eſt, ne tantulum quidem: Philoſtratus.

Genualia, neutr. tert. decl. Indumenta genuum. τὰ ἐντενὴ μία. [Ital. Internodii, ligame de calze, ò ginocchi. Gall. Genouillieres. Hiſpan. Los cuoſales ò fenogiles para calcas. German. Hoſenbendel.] Ouid. 10. Metamorp. Quæq;

Poplitibus

Poplitibus ſuberant picto genualia limbo.

Geniculum, culi, n. g. diminutiuum. *γονυον*. [Ital. Piccioloc ginocchio, nodo de canne, & herbe. Gall. Genouillet, Ineud d'un chaume, ou rouſeau, ou herbes. Hiſp. Pequenna rodilla, el nuudo de la cãna ò otra coſa. Ger. Ein gleychle, oder knódle an einem halm, oder ſtengel.] Geniculi dicuntur ſtipulæ, uel caulis herbacei internodia, & ueluti articuli ac nodi quidam. Plin. li. 16. cap. 17. Arundini in geniculo. Item lib. 18. cap. 7. Geniculi autem tritico ſunt quaterni, farri ſeni, hordei octoni. Quandoq; geniculum accipitur pro germine. *βλαστος*.

Geniculatus, ta, tum, Dicitur quod frequentibus geniculis conſtat, ut heliotropium, quæ ob id geniculatis herba nocatur. *πολυγονατον*. [Ital. Che ha molti nodi. Gall. Qui a nuds, noué. Hiſp. Coſa que tiene nuudos como canna. Ger. Gall. Voll gleych oder knódle.] Cic. de Senect. Deinde tepefactum uapore & compreſſu suo diffundit & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem, quæ aucta fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit, culmoq; erecta geniculato, uaginis iam quaſi pubeſcens includitur.

Geniculatim, aduerb. Significat per geniculi. *κατα γονυ*. [Ital. Di nodo in nodo. Gal. De neud en neud. Hiſp. De nuudo en nudo. Germ. Von gleych zů gleych.] Plin. li. 11. cap. 11. Foliis geniculatim circundata.

Geniculatis, lychnis coronaria apud Dioſc. lib. 3. cap. 113. Item lychnidis herbæ tios apud Plin. lib. 3. cap. 24.

Genuinus, Vide Gigno.

Gĕnus, n. r. à Græco *γένος*. [Ital. Genere, generation. Gall. Genre, race, lignée. Hiſpan. Genero ò linage. Germ. Ein geſchlächt, der ſtamm und antang einer geburt.] Propriè principium eſt uniuſcuiuſq; generationis, uel ab eo qui genuit, uel à loco in quo quis genitus eſt: ut, Oreſtes à Tantalo ducit genus, & Plato genere Athenienſis eſt. Patria enim generationis uniuſcuiuſque principium eſt, quemadmodum & parentes. Plaut. in Capt. Nam eccum hîc captiuum adoleſcentulum alium, Prognatum genere ſummo, & ſummis diuitiis. Plin. de Viris illuſtr. Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Terent. in Adelph. Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere noſtro? ¶ Præterea etiam genus uocamus multitudinem aliquorum, ad unum aliquid, & ad ſe inuicem quodammodo ſe habentium: ut Romanorum genus dicimus, quod ad Romulum refertur, & cognationem in ſe habet, per quam à cæteris diſtinguitur. In hac etiam ſignificatione accipimus genus, quum genus humanum, uel genus hominum dicimus: quandoquidem omnes homines ad unum principium referuntur, ad primum ſcilicet parentem, aut certè ad omnium rerum conditorem Deum: & inter ſe habent quandam cognationem, quæ à reliquis animantibus diſtinguuntur. ¶ Rurſus appellatur genus, cui ſupponitur ſpecies, & quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Quæ ſignificatio tracta uidetur à prima ſignificatione. Eſt enim genus hoc modo acceptum principium omnium quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum: ut puta, animal genus eſt, quod de homine, elephanto, equo, auibus, piſcibus, reptilibus, aliisq; ſpecie differentibus prædicatur: homo uerò eſt ſpecies: quoniam de Socrate, Platone, Fabio, Catone, Cicerone, aliisq; non ſpecie, ſed numero differentibus dicitur. ¶ Item genus dicitur quicquid eſt per quod alicuius rei qualitas indicatur, *εἶδος*. Vnde genus mortis, genus uitæ, genus pœnæ, genus marmoris, genus coloris, & huiuſmodi. Seneca, Summum genus infœlicitatis miſero eſt, fuiſſe aliquando fœlicem. Terentius in Eunucho, Eſt genus hominum qui eſſe primos ſe omnium rerum uolunt. Virgilius 1 Aeneidos, Quod genus hoc hominum? quæue hunc tam barbara morem Permittit patria? Nonnunquam ſumitur pro accidente partium orationis, ut quum dicimus, animal eſt generis neutri. Compoſita uide ſuis locis.

Generoſus, ſa, ſum, Quod eſt nobile & præclaro genere ortum. *γενναῖος*, *ἐυγενὴς*. [Ital. Generoſo, nobile. Gall. Genereux noble, de noble race, vaillant. Hiſpan. De buen linage, noble. Germ. Edel, wolgeboren: item, dapfer, manlich.] Papyr. 1. Syluar. Tirolis generoſus auitis. Sueton. in Tyb. Condemnatam & generoſiſſimam fœminam Lepidam in gratiã Quirini Conſularis prædiuitis, & orbi. ¶ Per translationem accipitur pro magnanimo. Cic. 3. Offic. Quumq; de imperio certatum eſſet cum rege generoſo atq; potẽti,

¶ Transfertur etiam ad inanimata, ut quum dicimus arbores generoſas, & uitẽ generoſam, & ipſum etiam uinum generoſum. Horat. lib. 1. Epiſt. Ad mare quum ueni, generoſum & lene requiro, Quod curas abigat. Virgil. li. 1. Georg. Continuò pecoris generoſi pullus in aruis Audet & ignoto ſeſe committere Ponto. Colum. li. 9. Atq; ubi multa inuitabunt regionis commoda, ut nobilem uitem conſeramus, generoſam requiremus. Idem lib. 3. Vitem maximè populus alit: & poſtea ulmus, quam Atiniam uocant ruſtici: generoſiſſima eſt.

Generoſè, aduerbium. *γενναίως*. [Ital. Virtuoſamente, nobilmente, ualeroſamente. Gall. Noblement, uertueuſement, vaillamment. Hiſpan. Nobleméte, uirtuoſaméte. Germ. Adelich, mannlich, dapferlich.] ut, Perire generoſius Horatius 1. Carm. Ode 18.

Generoſitas, atis, ſ. t. Nobilitas. *ἐυγένεια*. [Ital. Generoſità, nobilità. Gall. Nobleſſe, vaillance, bonté & uertu naturelle. Hiſp. Aquella hidalguia de linage. Germ. Ein gůt harkommen, adelſeit, oder edle art.] Colum. lib. 3. Qui uineam uel arbuſtum conſtituere uolet, ſeminaria prius facere debet: ſic enim ſciet cuius generis uitem poſituros ſit: nam quæ pretio parata diſponitur, certam generoſitatis fidem non habet: quum dubium eſt an is qui uendidit, legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam. ¶ Interdum etiam idem eſt quod magnanimitas. Generoſitas tauris eſt in aſpectu, Plin. lib. 8. cap. 45.

Generalis, le, om. t. Vniuerſalis ad omnes pertinens *γενικὸς*, *καθολικὸς*. [Ital. Generale, uniuerſale. Gall. General, uniuerſel. Hiſp. Coſa general. Germ. Allgemein.] Quintilianus lib. 9 capite 1. Quædam exempla ſpecies plane ſunt, manente tamen generali illa ſocietate. Cicero 1. de Inuentione. Quum de genere negotii controuerſia eſt, conſtitutio generalis uocatur. Idem 1 Officiorum. Generale quoddam decorum inſcitiæ ſignimus, quod in omni honeſtate uerſatur: & aliud huic ſubiectum quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis.

Generaliter, aduerbium, Quod ſignificat ſimul omnia ſub genere amplectendo. *γενικῶς*, *καθολικῶς*. [Ital. Generalmente, uniuerſalmente. Gal. Generallement, uniuerſellement. Hiſp. Generalmente. Ger. Allgemeinlich.] Cicero 1. de Inuentione, Nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt. Plin. in Epiſt. Memini quidem te iam quædam notaſſe, ſed generaliter.

Generatim, Per ſingula genera, ſeu per ſingulas ſpecies. *κατὰ γένη*. [Ital. In ciaſcun genere per ſe. Gall. En general, chaſque gente ou ſorte à part. Hiſpan. En partes y generos. Germ. Durch alle geſchlächt oder gattung, vberall.] Virgilius lib. 2. Georg. Quare agite ô proprios generatim diſcite cultus Agricolæ. Varro, Non in uolucribus generatim ſeruatur analogia. Cic. 4. Acad. Igitur exponam generatim argumenta eorum: quoniam ipſi etiam illa ſolent non conſulè loqui. Generatim diſtributi in ciuitates, Cæſar 7. belli Gallici. ¶ Aliquando generatim non per ſingula genera, ſed generaliter, confuſè & indeterminatè. *κατὰ καθολικωτέρα*. Cic. li. 2. de Orat. Infinitum mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo, Expetendane eſſet eloquentia, expetendine honores.

Genero, ras, rare, Gigno fœtum, procreo: & propriè de maribus dicitur *γεννάω*. [Ital. Generare. Gall. Engendrer. Hiſpan. Engendrar. Germ. Gebären.] Virgilius 8. Aeneidos, At Maiam (auditis ſi quicquam creditur) Atlas, Idem Atlas generat, cœli qui ſydera fulcit. Cicero in Partit. Quemadmodum quiſque generatus, quemadmodum educatus, inuenitur tamen etiam de fœminis dici. Plin. lib. 8. cap. 44. Et quæ non primo initio generare cœperit. Ibidem, Contraque mulos, quos aſini & equæ generarent. Et de herbis, Gellius libro 5. capite 8. Obſeruari ſolitum, ut fieret è gramine quod in olea generatum eſſet. ¶ Per translationem accipitur pro inuenire. Quintilianus libro decimo, capite ſecundo, Illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt, ut tam multa generarent. ¶ Huius compoſita ſunt, Congenero, pro adiungo, aſſocio, *συγγενάω*. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. Degenero, de quo in ſua ſede Degener. ¶ Ingenero, quod modò ſignificat genero, modò gignendo inſero, *ἐγγενάω*, *ἐμποιέω*. Lactantius libro 6. Deus itaque quum hominem primum fingeret, mirabili prouidẽtia ingenerauit ei prius iſtas animi commotiones

tiones, ut poſſet capere uirtutem. ¶ Progenero, generationem prorogo. Columell. Nam & humidæ res & liccæ quas terra progenerat, facilè uitiantur. Hinc progenies, pro genere & familia. ¶ Regenero, rurſus genero, ἀναγεννάω. Lactant. lib. 4. Ex eorum ſemine regenerari eum iuſſit.

Generaſco, is, ere. Naſcor, γίγνομαι. [Ital. Naſcere. Gall. Naiſtre. Hiſpani Naſcer. Germani. Geboren werden.] Lucret. lib. 5. - cur omnia membris Ex incunte ſuo generaſcant, ingenioq.

Generatio, onis, fœmin. gen. tert. declin. Quæ eſt (ut Speuſippus ait) motus ad eſſentiam, acceptio eſſentiæ, proceſſus in eſſe, γένεσις. [Ital. Generatione. Gallic. Generation. Hiſpanicè, Generacion, obra de engendrar. Germanicè, Gebärung.] Plinius lib. 10. cap. 52. Animum generatio ſimplex uidetur eſſe.

Generator, oris, maſcul. gen. ter. declin. Genitor, procreator, γεννήτωρ. [Itali. Generatore, genitore. Galli. Engendreur. Hiſpan. è, Engendrador. Germanicè, Ein Gebärer.] Cicero de Vniuerſ. Noſſe autem generatores ſuos optimè poterant.

Generabilis, le, Quod facilè generatur, γενητός. [Ital. Che ſi genera facilmente. Gall. Qui s'engendre facillement. Hiſp. Coſa que facilmente ſe engendra. Germ. Das leichtlich geboren wird oder entſtahet.] Plin. li. 2. ca. 45. Hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus.

Gener, ri, m. ſ. Filiæ meæ uir, quaſi generis propagator: adhibemus enim ad genus augendum, γαμβρός. [Itali. Genero. Gall. Gendre, le mari de ma fille. Hiſpan. Terno, marido de hija ò nieta. Germa. Tochtermann.] Plaut. in Caſtel. Ibi hic quidem Aedepol mei uiri habitat gener. Cice. 1. Offic. Cum ſoceris generi non lauantur. Perſ. Satyr. 2. Hunc optent generum rex, & regina. Tacit. lib. 1. Mox defuncto Marcello generum ſumpſit. ¶ A quo progenerata appellat auus neptis ſuæ uirum.

Gens, gentis. fœmin. gen. tert. declin. A genus deducitur, u littera detracta, idem ferè quod natio: quanquam gentis appellatio generalior eſſe uidetur, multasque ſub ſe comprehendere nationes, ἔθνος. [Itali. Gente, natione. Galli. Vne gent, nation. Hiſpan. Toda la gente de una nacion. Germanicè, Ein Volck oder geſchlecht.] Gens enim Itala Latinos habet, Herruſcos, Campanos, Vmbros, Picentes, & huiſmodi. Cic. de Natu. deor. Deum non curare ſingulos homines, nec ciuitates, nec nationes, nec gentes. Cicer. 1. Offic. Propior eſt eiuſdem gentis, nationis, linguæ coniunctio. Virgil. 2. Aeneid. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Plin. de Viris illuſt. Mithridates rex Ponti oriundus à ſeptem Perſis, magna ui animi & corporis, ut ſex iuges equos regeret, duarum & uiginti gentium ore loqueretur, bello ſociali, diſſidentibus Romanis, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit. ¶ Interdum pro familia ponitur, φύλον. ut gens Aelia, gens Valeria, pro Aeliorum & Valeriorum familia. Iude gentiles dicti, ex eadem gente, id eſt familia oriundi. ¶ Sine gente, id eſt ignobilis. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. Qui quamuis periurus eris, ſine gente, cruentus Sanguine fraterno, &c. ¶ Gens per translationem de apibus dicitur. Colum. lib. 9. cap. 9. Inteſtino bello totæ gentes conſumuntur. Et de piſcibus. Virgil. 4 Georg. Quum Proteus conſueta petens è fluctibus antra Ibat: eum uaſti circum gens humida ponti Exultans, &c. Vbi cũque terrarum & gentium, Cic. 7. Verr. Idem in Catil. O dii immortales, ubi nam gentium ſumus? quam Rempub. habemus? in qua urbe uiuimus? Nuſquam gentium, id eſt nuſquam omnino. Terent. Nam ego homo ſum infelix, primùm fratrem nuſquam inuenio gentium. Inter gentem & familiam hoc intereſt, quod Gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. Itaque illa tanquam totum continere uidetur, hæc quodam modo partem. Exempli gratia, Valerii omnes unius eſſe gentis dicũtur, quia uno nomine continentur omnes. At uerò partes gentis huius ſunt plures, quæ ex cognominum uarietate diſtinctæ ſunt, ex iſq; familiæ nominantur, ut in gente Valeria Maximi, Meſſalæ, Flacci, Leuini, Faltones in Cornelia Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ, in Aemilia Mamercini, Lepidi, Pauli, Scauri, Barbulæ. At uerò Valerii omnes unius ſunt gentis, idemque Cornelii atque Aemilii. Itaq; recte Feſtus gentem definiuit eam, quæ ex multis familiis conficeretur. Quod autem intereſt inter gentem & familiam, idem intereſt inter genus & ſtirpem, quæ quidem ita eſſe ex Veteribus hiſtoriis intelligitur. P. Manutius in Additamentis.

Gentilicus, penultima correpta, Idem quod gentilitius, πάτριος. [Italicè, Di quella iſteſſa gente. Gall. cè, De meſme gent ou nation. Hiſpanicè Del meſmo nombre, linage y parentesco. Ger. Das eines Volcks iſt.] Vnde gentilicius mos, id eſt gentis uel patriæ conſuetudo. Corn. Tacit. li. 3. Addũtur è ſeruitiis gladiatoræ deſtinati, quibus more gentilicio continuum ferri regimen (crupellarios uocant) intercedit ſtibus inhabiles.

Gentiles, com. t. Qui ex eadem familia ſunt, & eiuſdem nominis ſunt, οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, γενναῖοι. [Ital. Della medeſima famiglia. Gallicè De meſme race ou maiſon. Hiſpani. Dela meſma familia y nombre. Germani. Eines geſchlechts und nammes ſind.] Vnde Cincius, Gentiles mihi ſunt qui meo nomine appellantur. Cic. lib. 5. Tuſcul. Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominũ eſſe ſempiternos, antiquus ſanè: fuit enim meo regnante genitus. Hoc eſt Seruio Tullio, quia eiuſdem nominis erat. Idem in Topicis. Gentiles ſunt qui inter ſe eodem ſunt nomine, ab ingenuis oriundi: quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, & qui capite diminuti non ſunt. Autor ad Heren. li. primo. Si paterfamilias inteſtatus moritur, familia, perunis quoque eius agnatorum, gentilium quæ eſto. ¶ A gentilis deducitur ſubſtantiuum Gentilitas, quod accipitur pro tota familia hominum ingenuorum qui ſunt eiuſdem nominis: ſeruorum autem, aut libertinorum nulla eſt gentilitas. ¶ Interdum etiam Gentiles dicuntur qui ſunt eiuſdem nominis, etiamſi ex eadem familia non ſint oriundi. Vnde etiam ſerui dicebantur gentiles dominorum, quoniam dominorum nomine uocabantur. Plinius libro trigeſimotertio, capite primo, Singuli Marcipores, Lucipores ue dominorum gentiles omnes uictum in promiſcuo habebant: nec ulla domi cuſtodia à domeſticis opus erat. ¶ Item Gentile dicitur quod eſt gentis alicuius peculiare, & proprium: ut Iuuenalis gentilia tympana dixit, id eſt, gentis propria. Suetonius de Tyberio, Capillo ponè occipitium ſubmiſſiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in eo uidebatur. Rurſus ſcriptores rerum factarum Gentiles uocant idolorum cultores, qui alter quàm Chriſtiani de Deo ſentiunt, quos nonnulli uoce Græca malunt Ethnicos appellare. Qui loquendi ritus à Iudæis manauit, qui nationes omnes præter ſuam, Gentes, ſeu Gentiles nocitabant, גוים,

Gentilitius, a, um, γενικός, ὁμόγνιος. [Ital. Ciò che è di quella iſteſſa gente onero famiglia. Gallic. Qui apartient à une meſme race, commun ou propre à la race. Hiſpan. Coſa del meſmo nombre y familia. Germ. Das eines geſchlechtes ey gen iſt, das von einem geſchlecht oder Volck herkompt.] Quod eſt ex gente, aut familia: ut, Gentilitia nomina dicuntur quæ originem gentis uel familiæ declarant, ut Porcius Cornelius. Gentilitia ſacra quæ genti, hoc eſt, familiæ alicui ſunt peculiaria. Cice. de Aruſp. Multi ſunt etiam in hoc ordine qui gentilitia ſacrificia, illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniuerſaria faciebant. Gentilitium ſacerdotium quod ad ius familiæ pertinet, & nunc uulgò Ius patronatus dicitur. Gentilitium hoc illi, id eſt, hoc illi à gente ſua proprium eſt. Plin. in Epiſtol. Paſſenius Paulus ſplendidus eques Romanus, & in primis eruditus ſcribit elegos: gentilitium hoc illi: eſt enim municeps Propertii, atque etiam inter maiores ſuos Propertium numerat. Plinius libro 19. cap. 1. In Serranorum familia gentilitium eſſe fœminas linea teſte non uti. ¶ Interdum etiam gentilitium id nocamus, non quod familiæ alicui, ſed populo aut nationi cuipiam eſt peculiare: ut Gentilitium nomen, hoc eſt nationis, uel populi nomen. Gell. lib. 14. ca. 1. Vulgus autem quos gentilitio nomine Chaldæos dicere oportet, mathematicos nominat.

Gentilitas, tatis, generis fœminini, tertiæ declinationis, Gentilium coniunctio, & neceſſitudo. ἡ τῶν ἀνδρῶν συγγένεια, ὁμογνιότης, ὁμογένεια. [Italicè, Moltitudine di gente, ò di famiglia, ò di natione, gentilità. Gallicè, Parenté ou race, affinité, communication de meſme nom. Hiſpanicè, Gentilidad, communidad de la gente. Germanicè, Verwandtſchafft des geſchlechtes, vile des geſchlechts.] Cicer. de Aruſp. reſp. In ea cani. fuit oratoribus de toto ſtirpis & gentilitatis iure dicendum. ¶ Interdum accipitur pro ipſis gentilibus, hoc eſt pro multitudine ipſa uel familiæ, uel

gentis, ſiue nationis alicuius. Plin. de uiris Illuſtrib. Gentilitas eius Manlii cognomen eruerat, nequis poſteà Capitolinus uocaretur. Plinius in Panegyr. Ex quo intelligi poteſt quanta benignitatis quanti ſpiritus fuerit, ſparſas, atque (ut ita dicam) laceras gentilitates colligere, atque connectere.

Gēōdæſia, γεωδαισία, Terræ dimenſio, & ſcientia earum quæ in ſenſibilibus ſunt corporibus magnitudinum & figurarum, circa diuiſionem & compoſitionem uerſans.

Geodætes, γεωδαίτης, Qui geodeſiam nouit: terræ diuiſor, & agri menſor, inquit Budæus.

Gēōdes, γεώδης. Lapis eſt in concauitate ſua terram habēs, quemadmodum aetites lapidem: unde & ſuribus admotus ſonitum edit, ſed dilatiorem, quàm aetites. Facultatem habet aſtringendi & ſiccandi: unde & ea quæ claritati oculorum officiunt, purgat. Ex aqua quoque inunctis, mammarum genitaliumque inflationes ſedat. Author Dioſcorid. lib. 5.

Geōgrăphia, γεωγραφία.]Ital. Deſcrittione della terra. Gallicè, Deſcription dela terre, geographie. Hiſpanicè, Geographia, traço ò debuxo de la tierra. Germanicè, Beſchreybung des Erdreichs.] Dicitur terræ deſcriptio, γαῖα enim ſiue γέα, ſiue etiam γῆ terram, & γράφω ſcribo ſignifi cat. Cic. Attic. libro ſecundo, De geographia dabo operam ut tibi ſatisfaciam, ſed nihil certi polliceor: magnum opus eſt, ſed tamen ut iubes, curabo ut huius peregrinationis tibi opus extet.

Geomântia, pen. pro. γεωμαντία, Diuinatio ex terra. Inde geomantes, γεωμάντης, qui ex terra diuinat.

Gēōmĕtres, & Geometra, penult. cor. gen. com. γεωμέτρης. [Ital. Miſuratore ò diuiſore della terra. Gall. Geometre, arpenteur, meſureur de la terre. Hiſpanicè, Medidor dela tierra. Germanicè, Ein Mäſſer vnnd auſtheiler des Erdtreichs.] Terræ menſor ſiue diuiſor. Cicero quarta Academ. Quomodo aut geometres ea cernere poteſt quæ aut nulla ſunt, aut internoſci à falſis non poſſunt? Idem 4. Academ. Geometræ prouideant qui ſe profitentur non perſuadere, ſed cogere.

Geometria, æ, fœmin. gen. prim. decl. γεωμετρία. [Itali Geometria ſcientia da miſurare la terra. Galli. Geometrie, l'art de meſurer la terre. Hiſpanicè, Geometria, la arte de medir la tierra. Germanicè. Mäſſung des Erdtreichs] Terræ menſuratio dicitur, uel ars ipſa terram dimetiendi: quanquam etiam latius ad allarum rerum dimenſionem extenditur. Eſt autem Mathematicæ pars, quemadmodum Aſtrologia, Muſica, & Arithmetica, circa formas præcipuè ſeu figuras uerſans. Cicero tertio de Finibus, Quanquam ea uerba, quibus ex inſtituto ueterum utimur pro Latinis, ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Muſica: quanquam ea Latinè dici poterant, tamen quoniam uſu percepta ſunt, noſtra ducamus.

Gĕōmĕtrĭcus, a, um, adiectiuum, γεωμετρικός. [Ital. Seruente al miſurarè la terra. Galli. Seruant à meſurer & arpenter la terre, appartenant à geometrie. Hiſpanic. Coſa deſta arte de medir la tierra. Germanicè. Das zů der mäſſung des Erdtreichs gehört.] Quod ad Geometriam ſpectat. Cicer. primo Tuſculan. Socrates interrogat quædam geometrica de dimenſione quadrati. Idem 2. de Diuinat. Si uelim geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. Idem quarto Academ. Quòd ſi geometricis rationibus non eſt credituros, quæ uim afferunt in diuidendo, næ ille longè aberit ut rationibus credat Philoſophorum.

Geometrica, orum, γεωμετρικά, τά, Sunt ipſa de geometria præcepta. Cicero primo Tuſcul. Ita faciles interrogationes ſunt, ut gradatim reſpondens, eò perueniat, quaſi geometrica didiciſſet.

Geometrice, es, generis fœminini, primæ declinationis, γεωμετρική, Ars terram, aliudue quid dimetiendi: quæ & geometria dicitur. Plinius libro trigeſimoquinto, capite 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditur, præcipuè Arithmeticę, & Geometricę: ſine quibus negabat artem percipi poſſe.

Gĕōrgĭca, orum, γεωργικά, τά, dicuntur libri tractantes ea quæ ad agrorum cultum pertinent.

Georgicus, a, um, γεωργικός, Quod ad agriculturam ſpectat: ut, Carmen georgicum. Columell. libr. 7. cap. 5. Sed georgicum carmen affirmat, nullam eſſe præſtantiorem medicinam. Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Ulceris os, &c.

Gĕrănĭon, γεράνιον. [Itali. Roſtro di grua. Galli. Eſguille à berger, pié de colomb, herbe robert. Hiſpan. Pico de cigueña, aguiis pampillos. Germ. Storchenſchnabel, Kranchs halſs, Taubenfůſs.] Herbarum duarum nomen eſt: quarum altera foliis eſt anemones, diuiſuris longioribus, radice ſubrotunda: quum eſtur, dulci. Hanc Officinæ Acum paſtoris appellant. Altera, caules habet ſeſquipedales, teneres & piloſos, folia maluæ: in ſummis autem alis ſortum ſpectantia grana capitula cum ſuis roſtris: à quibus etiam nomen accepit. Nam γέρανος Græci gruem appellant. Hanc noſtræ ætatis herbarii Pedem columbinum nominant.

Geranogeton, Geranion apud Dioſcorid. libro tertio, capite 119.

Geranopodion, Lychnis coronaria Dioſcorid. libro tertio, capite 113.

Germanus, pen. prod. uide Germen.

Germen, inis, n. t. Dicitur quod ex arborum oculis naſcitur ſurculus ſcilicet prægnans, à generando dictus, quòd ſit generationis principium, βλαστός.] Ital. Germe. Gall. Germe & ſemence des arbres, bouton, ſorgeon ſcion. Hiſpan. Renueno dela planta Germani. Ein Zweyg, ein Schoſs.] Plinius libro 10. capite 19. Denſante ſe frondium germine. Idem libro 7. capite 11. Sed nihil faci'ē reperitur mulierum profluuio magis monſtrificum: acceſcunt ſuperuentu meſta, ſterileſcunt taſtæ fruges, moriuntur inſitæ, exurontur hortorum germina: & fructus arborum, quibus infidiæ decidunt: ſpeculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur, &c. Virgilius ſecundo Georgic. - huc aliena ex arbore germen Includunt.

Germĭno, nas, penult. correp. n. p. Pullulo, & germen emitto, βλαστάνω, βάλλω. [Italic. Germogliare, pullulare. Gallicè, Germer, ietter ou bourgeonner.]Hiſpanicè, Brotar y echar renueuo los arboles. German. Hertůrſproſſen, wachſen.] Plin. libr. 11 cap. 4. Fœmina citra florem germinat tantum ſpinæ modo. ¶ Huius compoſita ſunt Congermino, quod eſt coaleſcere facio, conſocio, coniungo. Varro li. 5. Rerum humanu. Poſtea cum his unam Remp. coniunxit ac congerminauit tenuere. Egermino, ἐκβλαστάνω, germen foras emitto. Colum. lib. 5 Nam plurimum intereſt, non eſſe longum ſarmentum quod inſeratur: & rurſus plures oculos quibus egerminet inciſæ Progermino, in germina excreſco. Idē ibidem, Vt & radices deorſum agat, nec ex propinquo negligenter in ſumma terra reſecta progerminet.

Germinatio, nis, bale, ſ. t. Pullulatio, βλάστησις. [Ital. Germinatione, quando germinano gli alberi. Gallt. Germement, quand les arbres ou herbes ietteut leur germe. Hiſpani. Obra de brotar ò echar renueno los arboles. Germ. Ein ſproſſung, ein hertůrſchieſſung.] Plin. lib. 16. capite 25. Alia protinus, ut animalia: tardius aliqua & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo uocatur. Columell. libro quarto, capite uigeſimoquarto. Propter quod palmes quem mox in germinatione ciauerit, imbecillis ac minus fructuoſus erit.

Germinatus, us, maſc. quar. Idem Plinius lib. decimoquinto, cap. 8. Oleam ſi capra depauerit, primo germinatu ſterilescere Autor eſt M. Varro.

Gĕrmĭnāſco, ſcis. Germen emitto, βλαστάνω. [Itali. Germogliare. Gall. Germer, bourgeonner. Hiſpani. Brotar y echar, renueno los arboles. Ger. Hertůrſproſſen, wachſen] à quo fit compoſitum Congermināſco, ſimul pullulo, συμβλαστάνω, & per translationem coaleſco, coniungor. Quadrigarius, Facite, exempla eorum ut cum illis congerminaſcere ſciatur.

Germānus, a, um, ἀμοπάτριος, ὁμοπάτωρ, ὁμογνήσιος [Italic Fratello, germano, generato del medeſimo germe. Gallicè, frere germain, engendré de meſme germe. Hiſp. Hermano di patre & y de madre, engendrado de meſmo renueno. Germa. Von einen eltern oder eines geſchlechts.] iisdem parentibus natus: quod nomen à germine deductum putat Feſtus. Germen (inquit) eſt quod ex arborum ſurculis naſcitur: unde & Germani, quaſi eadem ſtirpe nati. Hinc Germani fratres, αὐτοκασίγνητοι, dicuntur qui patre eodem eademq; matre editi ſunt: quēadmodum uterini dicuntur qui ex eodem utero prodierunt, qui ſcilicet matre eadem

eadem, diuersis autem patribus sunt procreati. Terent. in Andr. Si te in germani fratris dilexi loco. Aliquando sine fratre ponitur. Terent. in Adelph. O mi Aeschine, ô mi germane: ah uereor coràm in os te laudare amplius. Ibidẽ, Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. Cic. de Finib. Et L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. ¶ Cicero in Orator. Quum mutila quǽ dam & hiantia loquuti sunt, uel quæ fiue magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidis, hoc est putant se pares esse Thucydidi. ¶ Accipitur etiam germanus pro uero & syncero, hoc est non fucato, & non adulterato: quod Græci γνήσιον dicunt: sic, Germana institia. Cicero 1. Offic. Sed nos ueri iuris, germanæq; iustitiæ solidã & expressam effigiem nullam tenemus. ¶ Germana patria. Cicero 2. de Legibus, Quòd si uerum dicimus, hæc est mea & huius fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus. Germanum nomen. Plautus in Cap. Nam ille Theodoromedes fuit germano nomine. Germanæ gentes. Plaut. in Pœn. Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet, Gentes germanæ, atq; ædepol, λύκοι λύκων. Germanissimus Stoicis, id est, similimus. Cicer. 4. Academ. Erat quidem, si perpauca mutauisset, germanissimus stoicis. ¶ Fœmininum huius nominis est germana, ἀντωνομαστικῶς. Virg. lib. 4 Aen. Inueni germana uiam, gratare sorori. Germana soror. Cic. 1 de Diu. Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit.

Germanè, aduerbium. Hoc est syncerè, & in modum germani fratris. ἀδελφικῶς, γνησίως, ὁμοφύλως, ὁμογενῶς. [Ital. Sinceramente, da fratello. Gall. fraternellement, en frere germain. Hisp. Muy limpia ò enteramente. Germ. Brüderlich, Freündtlich.] Cicero ad Quin. frat. lib. 2. De quo petis ut ad te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil indulgens, germanè, fraternèq; rescribam, &c.

Germanitas, germanitatis, fœmin. gen. ter. declinationis, Est coniunctio, & uinculum quoddam necessitudinis, quale solet esse inter fratres. ἀδελφότης, φιλαδελφία. [Ita. Fratellanza, parentato. Gall. Parenté entre freres germains, fraternité. Hisp. Hermandad. Germ. Ein rechte freündtschafft als zwyschen natürlichen brüderen.] Cicero pro Ligario, Si fraternè, si piè, si cum dolore faciunt, moueant te horum lachrymæ, moueat pietas, moueat germanitas, ualeat illa uox quæ uicit. Liuius 7. belli Maced. Argis & illos, sicut sese & orifidos esse, ab ea germanitate fraternam sibi cum iis charitatem esse. Plinius libro 6. capite primo, Vnde nomen ambobus, & tanquam in dissociatione germanitas concors.

Gero, geris, gessi, gestum, actiuum, tertiæ cõiugationis, Proprié ßgnificat porto. κομίζω, φέρω. [Ital. Portare. Gal. Porter. Hisp. Traer. Germ. Tragen.] Virg. 7. Aeneid. Bella manu, lætum q; gero. ¶ Interdum est habere. ἔχω. [Ital. Hauere. Gal. Auoir. Hisp. Auer. Germ. Haben.] Virgil. lib. 2. Et nos aliquod nomen q; decus q; Gessimus. ¶ Interdum facere. πράττειν. [Ital. Fare. Gal. Faire. Hispan. Hazer. Germ. Thún, verwalten.] Virgil. lib. 9. nec tecum talia gessi, Magnanimum Aenean, & fata extrema sequutus. ¶ Interdũ administro. διανοοῦμαι, νέμω, διαχειρίζω. Cicero in Catone, Qui amplissimum magistratum gerunt. Hinc dicuntur gesta, & gestæ res, πράξεις. ¶ Cum accusatiuo reciproco ßgnificat uiuere: aut hoc, aut illo modo se habere: ut, Moderatè se gerere, χρῆσθαι ἑαυτῷ μετρίως. Cicero de Amic. Qui ita se gerunt, ita uiuunt, ut eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas. Plin. in Epist. Quia se in legatione turpiter gesserat. Gerere censuram. id est fungi censura. Plin. lib. 17. c. 1, Consulem gerere, Sallust in Iug. Formam alterius gerere, Plaut. in prol. Amphit. Honores gerere. Plin. in Epist. Ingenium callidum gerere, Plaut. in Asin. Gerere inimicitias, Liu. 10. bell. Mac. Iras gerere, Plaut. in Pœn. &c. ¶ Huius compositi sunt, Aggero, congero, digero, de quibus locis suis. Egero, effero. ἐκφορέω. Lactan. lib. 1. Qui simum stabulo, quàm qui uitia de corde egerit. Colum. lib. 1. Auiũ primum habetur stercus quod ex Columbariis egeritur. Quandoq; pro euomo, uel uentrem exonero ponitur. ἀφοδεύω, ἐκκρίνω. Ingero uide alibi. ¶ Oggero, intendo, seu adiicio: ut, Oggerere oculum, alicui rei adiicere, seu intentum habere, ἐπέχω. Plautus in Trucul. Quando intrò aduenium, Vnus eorum aliquis oculum amicè oggerit, dum illi agant. ¶ Progero, ultra seu foras gero. προφέρω. Columella libro primo, Id. oq; petiti rustici, quicquid ouilibus, stabulisq; conuersum progerunt, superpositis uirgis tegunt, nec arescere foris in curtu patiuntur. ¶ Regero, scriptis mando, quod legendo, aut audiendo didicerim, ἀπομνημεύω. Quintilianus libro secundo, capite octauo, Sunt enim uelut res gestæ in hos commentarios quos puer deduxerat schola. Vnde regesta dicuntur, quæ iam in tabulas, aut etiam in libros redacta sunt, τὰ ἀπομνημονευόμενα, τὰ ὑπομνήματα. Non ineptè etiam, teste Budæo, Regesta dici possunt, quæ uulgò Registra dicuntur. ¶ Aliquando Regero idem est, quod refero, reddo, reticlo, ἀναδίδωμι. Plinius libro secũdo, capite nono, In coitu quidem non cerni: quoniam haustum omnem lucis auersa illò regerat unde acceperit. Sic regerere crapulam, dixit Apuleius, pro euomere. Regesta (inquit) crapula uestem inquinauerat. Inde regestus participium: ut, Terra regesta, hoc est, eodem relata unde fuerat egesta. Ouidius undecimo Metamorphoseon, fecedit, humumq; effodit, & domini quales cõspexerat autes, Voce refert parua, terræq; immurmurat haustæ, Indiciũq; suæ uocis tellure regesta Obruit, & scrobibus tacitus discedit apertis. ¶ Suggero, & Suggestus, Vide suis locis. Sic & alia composita, ut armiger, belliger, moriger, & multa huiusmodi, quæ omnia habent penultimam syllabam correptam.

Gestus, a, um, particip. à gero. πεπραγμένος, ἀνηνεγμένος. [Ital. Fatto, portato. Gal. Fait, porté. Hisp. Hecho, traido. Ger. Gethon, Gehandlet, Getragen.] Plaut. Trin. Nihil euenit, ne timere bene gesta saluos redeo. Cic. pro Murꝛ. Gestus est mos & uoluntati, & dignitati tuæ. Idem ad Attic. Gestus mos utriq;.

Gestus, huius gestus, masc. gen. q. Est actio quædam & quasi pronunciatio corporis. παράσημοις, ὑποκρίσεις. [Ital. Gesto, atto, fatto. Gal. Geste, contenance, maintien, mine. Hispan. Gesto ò uisaie dela cara. Germa. Vuetis vnnd gebárt die einer thůt.] Gestio uerò, est administratio & actio, quã uis parum in usu sit, inquit Valla lib. 4. Cicero 1. de Natura deorum, In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius. Idem 4. Acade. Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat.

Gestuosus, gestuosa, gestuosum, Magna gestuum concinnitate pollens ὑποκριτικός, χειρονομικός. [Ital. Gestuoso, che ha gran gratia ne gesti. Gall. Qui fait beaucoup de gestes ou de mines. Hispan. El que haze gestos y uisaies con gracia. German. Zierliche gebárd tũrend oder treibend.] Gellius libro primo, cap. 5. Gestuosas Hortensii manus & argutas.

Gestio, gestionis, f. c. Curatio, & administratio. διοίκησις. [Ital. Administratione. Gal. Administration. Hisp. Administracion Germ. Ein handlung. Verwaltung.] Cic. 1. de Inuen. Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in negotii gestione considerantur, partim adiũcta negotio sunt, partim gestũ negocium consequuntur.

Gestio, gestis, gestiui, & gestii, 4. q. Propriè est lætitiam animi aut alium affectum gestibus corporis exprimo. γαυριάω, [Ital. Gogolare, rallegrarsi, farfesta. Gall. Sauter de ioye, & se resiouir, faire faiste. Hisp. Alegrarse, hazer gestos codiciando ò alcançando alguna cosa. Germa. Vor freüden ausswendige gebárd oder weyss treiben.] Cicero libro secundo de Finibus, Quorum alter lætitia gestit, alter dolore cruciatur. Idem lib. 1. Offic. Aut uoluptate nimia gestiunt: quorum omnium uultus, uoces, motus, status q; mutantur. ¶ Interdum etiam gestire, est uehementer cupere, & gestibus cupiditatem præ se ferre. ἱεμίζω, προθυμοῦμαι. Terentius in Phormione, Egone illi non succensebam? Ipsum gestio dari Mihi in conspectum, nunc sus ut sciat culpa Leuem patrem illum, factum me esse acerrimum. Sic Plaut. in Amph. Gestiũt pugni, hoc est cupiunt uerbe rare. Pers. Sat. 1. Non hic qui in crepida Graiorum ludere gestit. Cic. pro Marcel. Parietes mediusfidius (ut mihi uidetur) huius curiæ, gratias agere gestiunt. ¶ Huius compositum est, Prægestio, quod est ualde gestio, ut exponit Priscian. Horat. lib. 2. Car. nunc in ludo Ludere cum uitulis salietis Prægestientis, hoc est, ualde gestientis, siue (ut Porphyr. interpretatur) properantis.

Gestiens, participium. γαυριάων, ἱεμένος. [Ital. Chi salta

di allegrezza. Gal. Saultant & declarant par geſtes & mines l'affection qu'il a, ſaultant de ioye. Hiſpan. *El que ſalta de alegria haziendo geſtos.* German. Sich freüwend, Vor freüden etwas gebärden treibend] Cicero 5. Tuſcul. Elatus inani lætitia, exultans, & temerè geſtiens. Idem 2. de Natura deorum, Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſulamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac geſtientes comprimimus. De eloquentia loquitur.

Geſticulor, laris. d. p. Geſtum facio. *ὀρχέομαι, χαρεσσμέω.* [Ital. *Atteggiare*, giocolare. Gall. *Faire contenance*, faire mines, iouer moriſque. Hiſpan. Hazer geſtos. German. Etwas poſſen oder gebärden treyben.] Vnde Geſticulari carmina, dixit Suetonius in Nerone, pro eo quod eſt, ad numeros carminis ſaltare, & modulis corpus adaptare. Superabundantiſſimè (inquit) cœnam iocularia in defectionis decis carmina, laſciuèq; modulata, quæ vulgò innotuerunt, etiam geſticulatus eſt.

Geſticulator, geſticulatoris, maſcul. gene ter. declin. verbale, Qui corporis geſtu populum oblectat. *μίμος, ὀρχηστής.* [Ital. Che gioca di mano, ouero di perſona. Gall. *Ioueur de moriſques ou de farces, faiſeur ou repreſenteur de contenances & mines.* Hiſpanicè, *Hazedor de equellos geſtos.* German. Ein poſſenreiſſer. Gaugelſer.] Columella in Præfatione libro primo, Nec minus corporis geſticulatorem ſcrupuloſiſſimæ requirant ſaltationis ac muſicæ artis ſtudioſi.

Geſticulatio, geſticulationis, fœm. gen. ter. declin. Eſt ipſa ſaltatio, ſeu geſticulandi actus. *ὀρχησμὸς, μίμησις.* [Ital. Eſſo attegiare, giocolare. Gall. *Ieu de ſopleſſe, repreſentation de contenances & mines.* Hiſpa. *Aquella obra de hazer geſtos.* Germ. Poſſen übung, das gaugelſen.] Valerius Max. & Suetonius.

Geſticularis, geſticularis, fœm. gen. prim. declinationis. Idē quod mima, uel geſticulatrix, quæ ſcilicet corporis geſticulatione populum oblectat. *ὀρχήστρια, χαρεσσμένη, ἡ.* [Ital. Donna che gioca di mano ouero di perſona. Gal. *Ieu de moriſque.* Hiſp. *Hazedora de aquellos geſtos.* Ger. Ein poſſenüberin, ein fraumdie ein gaugelſpyl haltet.] Gell. lib. 1. cap. 5. Non iam hiſtrionem eum eſſe diceret, ſed geſticulariam, Dionyſiamq; cū notiſſimæ ſaltatriculæ nomine appellarit.

Gerŭlus, geruli, m. ſ. penultima correpta, Portator, qui fert aliquod onus: & pro baiulo accipitur. *ὁ κομίζων.* [Ital. Facchino, portatore. Gal. *Porteur, portefaix, gagnedenier.* Hiſpan. *El ganapan que lleua cargos.* Germ. Ein trager] Baiulum autem dicimus qui mercedis gratia onera ferre cō ſueuit. Suetō in Calig. Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octaua exigebatur. Hinc Nugigerulus, nugarū apportator. Plaut. in Bacch. Non dabis, ſi ſapies: nerūm ſi das maximè, Næ ille alium gerulum quærat, ſi ſapiet, ſibi: Nam ego non laturus ſum.

Geſtor, geſtoris, uerbale, m. t. *φορτὸς.* [Ital. Chi porta, portatore. Gall. *Porteur, raporteur.* Hiſpan. Lleuador, Germa. Ein trager.] Qui gerit ſiue portat. Plaut. in Pœnul. Homines qui geſtant, quiq; auſcultant crimina, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant: Geſtores lingois, auditores auribus.

Gerŭndium, ſiue uerbum ſit, (ut quibuſdam uidetur) ſiue participium, ſiue (ut alii malunt) nomen participiale, caret numeris & perſonis, & ſub una uoce actiuam & paſſiuam ſignificationem gerit. Vnde à gerenda duplici ſignificatione, quidam gerundia dicta eſſe exiſtimant. Gerundia ante ſe nullum habent caſum: poſt ſe, caſum habent uerbi actionis nam in paſſiua ſignificatione nullum habēt caſum. ¶ Habet autem gerūdium quatuor omnino caſus, nominatiuum, genitiuum, accuſatiuum & ablatiuum. De nominatiuo exemplum eſt apud Virgilium lib. 11. Aeneidos, Pacem Troiano à Rege petendum. Genitiuus iungitur nominibus ſubſtantiuis in utraq; ſignificatione. Virgil. 1. Aegloga, Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi? In paſſiua ſignificatione gerundium nullum habet poſt ſe caſum: ut non dicimus, Vrbs eſt in periculo capiendi ab hoſtibus. ¶ Inueniuntur aliquando gerundia genitiui caſus paſſiuè accepta, ſed abſq; caſu, ut apud Iuſtinum Trogi abbreuiatorem, lib. 17. Athenas erudiendi gratia miſſus, quanto doctior maioribus ſuis, tanto & gratior populo fuit. ¶ Datiui caſus gerundia nulla ſunt, niſi fortaſſis ſoluendo, & inficiando: quæ aliqui uolunt eſſe nomina adiectiua indeclinabilia, alii gerundia datiui caſus. Cicero in Oratore, Quum eſt inficiando reo, duo prima ſunt. Soluendo exigit datiuum, licet non ſemper adponatur. Quintilianus, Pauperi ſoluendo non ſumus. Cicero Lentulo, Ciuitatum principes ad me detulerunt ſumptes decerni legatis nimis magnos, ſoluēdo ciuitates non eſſent. Interdum etiam habet adiunctum genitiuum. Quintilianus, Maximi tamen uirorum, & quibus artis ſuæ ſoluendo non ſit humanitas. ¶ Accuſatiuus gerundii ſingitur uerbis ſignificantibus motum ad locum, & hæc præpoſitione Ad, aut etiam aliis uerbis cum præpoſitione Inter, & aliquando etiam cum præpoſitione ante. Virgilius in Bucolicis inter eundum Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto. Idem tertio Georgicōn, ante domandum ingentes tollent animos. ¶ Ablatiuus tribus modis accipitur. Primò ſine regimine: ut, Legendo diſco: & Currendo, cecidi. Et ponitur actiuè & paſſiuè. Actiuè, Virgilius tertia Aegloga, Cāndo tu illum? Paſſiuè. Idem, Frigidus in pratis cāndo rumpitur anguis. Idem, Alitur uitium, creſcitq; tegendo. id eſt, dum cantatur, & dum tegitur. Secundò cum præpoſitione, ex, à, ab, cum, uel in. Cicero, Ex quo ardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia: utrunq; enim amando. Idem, In defendendo maior labor eſt, quàm in accuſando. Quintilianus, Quum præcipere de aptè loquendo cœperimus. Tertiò cum uerbis ſignificantibus motum de loco: ut, Venio ab arando, redeo ſpectando. Licet magis uſurpemus ab aratione, & à ſpectaculo. Sed hæc non magnopere pertinent ad præſens argumentum: quandoquidem dictionum ſignificationes, non ſyntaxin, docendas ſuſcepimus.

Gerundius, A Grammaticis appellantur nomina adiectiua, quæ fiunt à gerundiis: ut à Legendi, legendo, legendum, fit Legendus, legenda, legendum.

Geſto, geſtas, actiui generis, primæ conjugationis. Sæpe, ad quaſi continuè gero. *φέρομαι, φέρω.* [Ital. Portar. Gallic. Porter Hiſpan. Traer, lleuar. German. Offt oder ſtätts tragen.] Plautus in Curcul. Rogita iſtum unde habeat nomen. C. Pater iſtum meus geſtauit. Idem in Stycho, Nam me illa aluo menſes geſtauit decē. Plinius libro decimooctauo, capite decimo de elephantis, Decem annis geſtare in utero uulgus exiſtimat. Terentius in Adelphis, Quem ego modo pocum tantillum in manibus geſtaui meis.

Geſtatus participium *βαστακθεὶς, φορηθεὶς.* [Ital. Portato. Gall. Porté. Hiſpan. Traido, lleuado. Germa. Getragen.] Martialis libro 1. Geſtatus biiugis Regulus eſſe equis.

Geſtito, as, pen. cor. frequentatiuum à Geſto, as. *φορῶ.* [Ita. Portar ſpeſſo. Gall. Porter ſouuent. Hiſp. Lleuar à menudo y muchas uezes. Germ. Tragen eins tragens.] Plautus in Ciſtel. Eloquere, unde ſunt tibi hæc citò crepundia: I. Mea hæc herilis geſtitauit, non tua. Idem in Amphitr. Nam ego homo infelix ſui, Qui non alias internelli: uelocem uocem geſtito.

Geſtatio, geſtationis, fœminini generis, tertiæ declinationis, Vectio, portatio. *φορὰ.* [Ital. Portamento. Gall. Portemẽt. Hiſpan. Lleuamiento, traimiento. German. Tragung] Celſus libro ſecundo, capite decimoquarto, Geſtatio etiam longa, & iam inclinatis morbis aptiſſima eſt. Idem Geſtationum leuiſſima eſt naui in porta. ¶ Geſtatio item, *αἰώρα*, locus erat in quo geſtabantur homines ſanitatis, uel uoluptatis gratia: cui forma quæ conuatio ambulatioq; dicitur. Plin. in Epiſt. Ab his geſtatio in modum circi, quæ buxum multiformē, humilēq;, ac recentes manu arboſculas circumit.

Geſtatus, huius geſtatus, maſculini generis, quartæ declinationis, Idem quod geſtatio, ſeu portatio *φορὰ.* Plinius libro decimoquinto, capite nigeſimoquinto, Italiæ gratus ſapor, ſed penè tantum ſub arbore ſua, adeo teneris, ut geſtatum non tollerent. Id eſt, geſtari non poſſent.

Geſtamen, inis, n. t. Quicquid geritur, ut ueſtes, arma, ſceptrū. *περιβολὴ, φόρημα.* [Ital. Coſa che ſi porta. Gal. Ce qu'on porte, faix, portée. Hiſ. Coſa que ſe trae ò lleua. Ger. Man tregt, ein burde, ein büntel] Virgilius 5. Aere cano clypeum magni geſtamen Abantis, Poſtibus aduerſis figo. Id eſt quod geri ſolebat à magno Abante. Iuuenalis Satyr. 2. Ille gerit ſpeculum, pathici geſtamen Othonis. Plinius

libro

lib.17.cap.8, Hoc vectigal, hoc̃ geſtamen diuites in cena gratiſſimum norunt.

Geſtatorius, a, um. φορητός. [Ita Che ſerue à portare. Gal. Seruant à porter. Hiſpan. Coſa para traer. ò pertenecſciente à traer. Ger. Das zů dem tragen gehört.] ut, Sella geſtatoria, in qua aliquis geritur. Suetonius in Nerone, interdiu quoque clàm geſtatoria ſella delatus in theatrum.

Geſtatorium, rii, Appellatur lectica, ſella, ſiue carruca, & omne id in quo geſtamur. φορεῖον. [Ita. Portatolo, lettica. Ga. Litiere. Hiſpan Andas ò litera para traer. Ger. Ein roſsbaar, ein tragſeſſel, Senffte, oder etwas anders dorin man ein treget.] Suetonius de Claudio, Solitus etiam in geſtatorio ludere.

Gerontocomion, γηροτροφεῖον, Vbi alimoniæ ſubminiſtrantur ſenibus egeritis. Vtitur hac voce Imperator C. de Sacroſanct. Eccleſ.

Gerontopogon, γηροντοπώγων, Herba eſt foliis hirci barbulæ, tenuioribus, longioribuſq; in modum capillorum, cui ſe paruo, ſuper quem calyx eſt longus, & barbula quæ ſummo ueruice incana funditur. Florem habet luteum qui in uolucres barbulas euaneſcit. Dictum Gerontopogō, quaſi ſenilis barba. Volgus Barbam ſacerdotum appellat.

Gerræ, arum, γέρρα. [Ital. Ciancie, coſe da niente. Gal. Bourdes, choſes de neant. Hiſpan. Deſuarios de uanas palabras. Ger. Geflochten lůrb, hůrd, Item Narren werck, vnnůtz nůtzöllend ding.] Crates uiminea à Græcis primùm appellabantur: quæ nox poſtea uulgò pro nugamentis, rebuſq; friuolis uſurpata eſt, autore Feſto Pompeio, hac quidem occaſione. Athenienſes enim quum Syracuſas obſiderent, & crebrò gerras poſcerent, irridentes Siculi gerras clamitare cœperunt. Hinc in prouerbiũ ceſſit. Plaut. in Aſin. Videlicet Solon eſt, Leges ut conſcribat quibus ſe populus teneat: gerræ. Idem in Pœn. Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt quod dici ſolet, gerræ germanæ, atq; ædepol λῆροι λήρων. Antonius ad Sym. Miſi itaq; ad te friuola gerris Siculis uaniora.

Gerrones, Nugatores, à gerrēdis nugis, φλύαροι, ἀδολέσχαι. [Ita. Cianciatori, chi narrano fauole, motti. Gal. Conteurs de bourdes, ia ſeurs. Hiſpan. Vanos, locos, mentirioſos que deſuarian en uanas palabras. Ger. Ein Tandtman, Clapperer, Der mit vnnůtzen dingen ůmbgadt.] Feſtus, Gerrones, lenes & inepti, à cratibus proſtratis dicti, quòd Siculi aduerſus Athenienſes cratibus uſi ſunt, quas Græci gerras appellant. ¶ Hinc fit Congerro, pro connugatore, uide ſuo loco.

Gerres, Piſcis uilis, & ſæculari genus, de quo Plinius libro 11. cap. 11. Martial. lib. 12, Telo lauant gerres, & pelle Melandria cana. Idem libro 13, Fuiſſe gerres, aut inutiles manas, Odor impudicus urcei fatebatur.

Gerulos, Gerundium, Vide gero.

Gerũſia, γερουσία, in Græcis urbibus nocabatur conuentus ſenum, quem & nos Senatum & Senaculum, ab ætatis nocabulo dicimus Plin. lib. 17. Sic extruxere domum regiam Attali Trallibus, item Sardibus Cræſi quam gerũſiam fecere. Vitruuius, Cræſi domus quam Sardiani ciuibus ad requieſcendum ætatis otio Seniorum collegio gerũſiani dedicarunt. Varro, Senaculum uocatum ubi ſenatus, aut ubi ſeniores conſiſterent, dictum gerũſia. Hoc nomine dicebatur ſummus Lacedæmoniorum ſenatus, in quem nemo niſi graui ætate uenerandus, probiſq; moribus ſpectatus, admittebatur. Erat enim ille ſummus Spartæ honos, utq; integrè acta ampliſſimam præmium quo iſtis maius contingere nullum poterat. Siquidem (ut eſt apud Demoſthenem in oratione aduerſus Leptineo) ſumma penes hunc ſenatũ Lacedæmone erat poteſtas, adeò ut quiſquis in gerũſiam legeretur, ſtatim cum ſui ordinis ſociis dominus efficeretur ciuitatis.

Geſeorera, nauigii ſpeculatorii genus, à Brutis inuentum, idem (ut quidam uolunt) cum eo quod Plautus proſumiam appellat. Sipontinus.

Geſos, uiros fortes Galli uocant.

Geſampini, arbores ſunt quæ ferunt lanugines, ex quibus ueſtes fiunt.

Geſta, orum, Vide Acta.

Geſtamen, Geſtatorium, Geſticulor, Geſtio, Geſto, Geſtus, Vide Gero.

Gethyum, γήθυον, Cepæ genòs condimentarium, nullo penè capite, ſed radice tantùm oblonga. Latini pallacanam uocant, teſte Plinio lib. 19. cap. 6.

Getulia, uide Gætulia.

Geum, herba ſimilis Meo uel Meo athamantico apud Plinium quanquam ſint plures codices qui Gethin habeant, non Geum. Vide Barb. in corol. Meu.

Geuma, atis, n. t. γεῦμα, guſtatus.

Geuſis, is, f. t. γεῦσις, guſtus.

G ante L

Giagones, buccarum muſculi.

Giarus, uide Gyarus.

Gibbus, bi, Propriè eſt tumor dorſi, aut etiam pectoris, ex ſpinæ flexu enatus. ὕβος, κύρτωσις, κύφωσις. [Ital. Gobbo, gibbo. Gal. Vne boſſe en quelque partie du corps. Hiſpanice. La corcoba ò comba. Ger. Ein hoger.] Martialis, Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. quo tamen in loco aliqui legunt, cum compare mulo. Nonnunquam tamen accipitur pro quouis alio corporis tumore. Iuuen. Satyra 6, mediiſq; in naribus ingens Gibbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli.

Gibbus, a, um, Idem ſignificans quod conuexus. κυρτός, κυφός. [Ital. Gobbo. Gal. Boſſu. Hiſpan. Corcouado. Ger. Gebogen, hogerechtig.] Celſus libro octauo capite primo, Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinſecus gibba, utriq; læuis.

Gibber, ra, rum, Gibbo deformatus: & propriè is cui ſpina extorſum flexa tumorem in dorſo creauit. ὕβος, κυφός, κυρτός. [Ital. Gobbo. Gal. Boſſu. Hiſpan. Corcobado. Ger. Hogerechtig, das ein hoger hatt.] Nam quibus illa introrſum flectitur, tumorem efficiens in pectore, regibberi; λοφίαι potius dicuntur. Plinius libro decimo capite decimoſexto, de gallinis Africanis. Hoc eſt gallinarum genus gibberum, uarijs ſparſum plumis. Varro ſecundo de Re ruſtica capite nono, Gallinæ Africanæ ſunt grandes, uariæ, gibberæ.

Gibboſus, a, um, adiectiuum, Idem ſignificans quod gibber hoc eſt gibbo deformatus. κυφός, κυρτός.

Gigas, gantis, γίγας. [Ital. Gigante. Gal. Geant. Hiſpan. Gigante à hijo de la tierra. Ger. Ein ryſs oder held.] Dictio compoſita creditur à uerbo Græco γίνομαι, quod eſt naſcor, & à γαῖα, Doricè γᾶ, quod terram ſignificat: quaſi ex terra genitus. Credidit enim uetuſtas Gigantes homines fuiſſe excelſiſſimæ ſtaturæ, & draconum pedibus, ab irata tellure procreatos in deorum perniciem, ut ſcilicet ſuperis bellum inferrent, Iouemq; de cæli poſſeſſione delicerent. Quo commento quid ſignificare uoluerint Poetæ, explicat Macrobius lib. 1. Satur. cap. 20, his uerbis, Gigantes quid aliud fuiſſe credendum eſt, quàm hominum quandam impiam gentem deos negantem, & ideo exiſtimatam deos pellere de cæleſti ſede uoluiſſe? Horum pedes in draconum uolumina deſinebant: quod ſignificat, nihil eos rectum cogitaſſe, totius uitæ eorum greſſu, atq; proceſſu in infera uergente. Phyſici uerò interpretantur Gigantes ſpiritus eſſe terræ incluſos, qui dum exitum non inueniunt, fractis interdum altiſſimis montibus ui erumpunt, & fruſta ipſa quaſi in cælum eiaculantur. Cicero de Natur. deor. Nec uerò, ut fabulæ ferunt, Dii bellis, prælijſq; certauerunt: nec ſolùm, ut apud Homerum, quum deos exercitus contrarios alij dij ex alia parte defenderent: ſed etiam cum Titanis, cum gigãribus propris bella geſſerunt. Hæc & dicuntur, & creduntur ſtultiſſimè. Idem de Senectute. Nam quid eſt aliud gigantum more bellare cum diis, niſi naturæ repugnare? Ouid. Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes Iuuenalis, Satyra quarta, Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum. Id eſt obſcuro & ignoto genere natus, quemadmodum gigantes, qui nullo parente è terra prognati creduntur. ¶ Gigantum arrogantia, γιγάντων φρόνημα: Dicebatur ubi quis uiribus ſuis fretus, temere nulloque conſilio res non tentandas moliretur: prouerbium admonet inauſpicatò cedere quæcunque citra conſilium aduerſus deos, aduerſus pietatem, aduerſus ius & æquum per uim inſtituuntur.

Giganteus, a, um, γιγάντειος. [Ital. Di gigante, Gallicè, De

geant. Hiſpan. Coſa de gigante. Ger. Das der Ryſen iſt.] nomen poſſeſſiuum, Ouid. 2. Triſt. Quumque gigantes memorantur prælia belli. Furiæ gigantes, Claudianus 4. Paneg.

Gigantŏmăchĭa, æ, γιγαντομαχία. [Ita. Pugna de gigants. Gal. Guerre des geants. Hiſpan. Pelea ò batalla de gigantes. Ger. Der ryſen krieg oder ſtreyt.] gigantum pugna: qualem Poetæ in campis Phlegræis inter Deos & Gigantes geſtam fabulantur, quum illi Iouem de cœli poſſeſſione deiicere conarentur.

Gigeria, orum, teſte Nonio, inteſtina ſunt gallinarum, & quæ cum his coquuntur. Luci. li. 8, Gigeria ſunt ſine allio: hiis veſcamur alacriter.

Gigno, gignis, genui, genitum, Genero. γεννάω. [Ital. Generare. Gal. Engendrer. Hiſpan. Engendrar. Ger. Gebáren.] Cice. 1. de Finib. Ad maiora enim quædam nos natura genuit & conformauit, ut mihi quidem uidetur. Plin. lib. 7. cap. 51, Hæc eſt conditio mortalium: ad has, & huiuſmodi occaſiones fortunæ gignimur. Idem li. 14. cap. 6, Faſtidium gignit uuas appetendi. Quinti. lib. 1. cap. 1, Ac ſicût aues ad uolatum, equi ad curſum, ad ſeuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria eſt mentis agitatio. ¶ Huius compoſitum eſt, Ingigno, ingenero, gignendo inſero, ἐγγεννάω. Cic. 5 de Fin. Siue, ut doctiſſimis uiris viſum eſt maior aliqua atq; diuinior hanc uim ingenuit: ſiue hoc fit ita fortuitò. Col. lib. 4. Tanquam naturali & ingenito ſterilitate laborantibus. Antiqui pro eodem dixerunt Geno, de quo ſuprà, unde adhuc manſerunt genui præteritum, & ſupinum genitum. Luc. lib. 5. Totum poſſe extra corpus durare genitq.

Gĕnĭtus, participium, Idem quod natus. γεννηθείς. [Ital. Generato, nato. Gal. Engendré. Hiſpan. Engendrado hiio. Ger. Geboren.] Plin. libro 11. capite 17, Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium, & narium defuere. Geniti dentes in palato, genitus annos nouem, genitus ad perdenda uina, genitus ad ſuperbiam, genitus in ſeruitio, pro eo qui ſeruus natus eſt, multaq; id genus alia paſſim occurrunt apud eundem Plinium. Hinc componuntur Vnigenitus, primogenitus, & progenitus: de quibus ſuis locis.

Gĕnĭtor, oris, Pater dicitur, qui ſcilicet genuit. γεννήτης, γενέτης, ὁ γεννήσας. [Ital. Genitore, padre. Gal. Engendreur, pere. Hiſpan. Engendrador, padre. Ger. Ein gebárer, vater.] Cicer. de Vniuerſ. Quo nihil ab optimo & præſtantiſſimo genitore melius procreatum. Genitores omnium uitiorum Græci, Plin. lib. 17. cap. 9. Genitor dubius. id eſt pater incertus. Ouid. 5. Metamor. Occidit Aſtreus Matre Paleſtina, dubio genitore creatus. Genitor deorum, id eſt Iupiter. Idem 2. Triſt. Iore igitur genitorq; deûm, rectorq; uocatur.

Genĭtrix, Mater dicitur, quæ ſcilicet genuit. γεννήτειρα, ἡ γεννήσασα.] Ital. Matre. Gal. Mere. Hiſpan. Madre. Ger. Ein gebárerin, Můter.] Virgil. 1. Aeneid. - nanque ipſa decoram Cæſariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ Purpureum, & lætos oculis adflarat honores. Genitrix frugum Ceres, id eſt inuentrix. Ouid. 5. Metam. Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores.

Gĕnĭtūra, æ, Quandoque generationem ſignificat. γένεσις. [Ital. Generatione, eſſo generare. Gal. Engendrement ou conception. Hiſpan. Generacion, obra de engendrar. Ger. Gebárung.] Plin. lib. 18. cap. 14, Inter diligentiſſimos conuenit, ut in ſilitum quadrupedumq; genitura, eſſe quoſdam ad conceptum impetus terræ. Idem libro 9. capite 51, Origo atque genitura conchæ eſt haud multum oſtreum conchis differens. ¶ Accipitur etiam pro ſemine humano, quod Græco uocabulo ſperma uocamus. Plin. lib. 22. cap. 22, Datur & contra profluuia genituræ uiris. Idem lib. 20. cap. 7, Semen eius extinguere genituram uirorum dicitur. ¶ Genituram horoſcopum uocauit Sueton. in Auguſto, Verùm genitura ſua uix & conſtanter edita, exiluit Diogenes, adorauitq; eum. Tantum autem mox fiduciam fati Auguſtus habuit, ut thema ſuum uulgauerit, nomamq; argenteam, nota ſyderis Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit. Iulius Firmicus libro tertio. Secundum hanc genituram, & ſecundum has conditiones ſtellarum, & ſecundum teſtimonia quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum uolunt fata diſponi. Budæus in Annotationibus.

Gĕnĭtālis, & hoc genitale, Idem quod natalis. γενεθλιακός. [Ital. Genitale, natio, Che ſerue à generare. Gal. Ou on eſt engendré, ſeruant à engendrer. Hiſpan. Coſa para generacion. Ger. Gebárig, das zů der gebárung gehört.] unde genitale ſolum, dicimus patriam in qua nati ſumus, quod & natale ſolum appellatur. Et genitalem diem, quo ſcilicet in lucem editi ſumus. Genitalia ſemina quibus aliquid procreatur & gignitur. Virgilius libro ſecundo Georgic. Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt. Colum. libro tertio capite ſexto, Adhibenda ratio eſt ſubtilior, ut ex his partibus trunci ſumantur, qui & genitales ſunt, & maximè fertiles. Idem libro ſeptimo capite nono, Fœminis quoq; uuluæ ferro exulcerantur, & cicatricibus claudantur, ne ſint genitales. id eſt ne poſſint generare. ¶ Genitalia membra, ſiue genitales partes, dicuntur pudenda, tam in uiro, quàm in fœmina. τὰ αἰδοῖα. Colum. lib 7. Et ipſos neruos, quos Græci cremaſteras appellant, quidam illis genitales partes dependent, comprehenſæ.

Genitale, τὸ γεννητὸν μορίων, τὸ αἰδοῖον. [Ital. Membro di maſchio da generare. Gal. Le membre d'un maſle, genitoire. Hiſpan. La cola ò rabo ò coion de animal para engendrar. Ger. Das geburtsglid.] ſubſtantiuum, tam de membro uirili quàm cæterorum animalium. Plin lib. 10. capite 63, Coitus auerſus elephantis, camelis, tigribus, lincibus, rhinoceroti, leoni, daſypodi, cuniculis, quibus auerſa genitalia. Idem lib. 11. capite 44. Ac præter genitale tantùm & hoc in maribus, uiſcera etiam interiora omnia ad exemplar. Colum. lib. 7, Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus.

Genitaliter, aduerbium. γενητικῶς, γεννητικῶς. Lucretius lib 4, - ut ſemina poſſint Seminibus commiſceri genitaliter apta.

Gĕnĭtīuus, a, um, γεννητικός. [Ital. Che ha forza di generare. Gal. Qui a force d'engendrer. Hiſpan. Coſa ordenada para engendrar. Germ. Kreftig zů gebáren.] Quod uim habet generandi, Vnde genitiuus humor: & genitiuus caſus, γενικὴ. ¶ Interdum idem eſt quod genitalis, ſine à natura ingenitus, & genuinus, & originalis, & cum naſcente congenitus: ut, Genitiuæ notæ quæ ſunt maculæ à natura ingenitæ. Suetonius de Auguſto, Corpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus, atq; aluum genitiuis notis, in modum & ordinem & numerũ ſtellarum cæleſtis Vrſæ. ¶ Interdum etiam ponitur pro gentilitio. Ouid. 3. de Ponto, Adiectiq; probent genitiua agnomina Cottæ.

Genius, nii, Veterum ſententia dicitur uniuſcuiuſq; anima rationalis, ideoq; eſſe ſingulos ſingulorum, δαίμων. Fuere etiam qui dicerent genios deos, aquam, terram, ignem, & aerem, quæ rerum ſemina ſunt, elementaq; appellata. Duodecim quoq; ſigna, Lunamq; & Solem inter hos deos putabant: & à gerendo, quòd multa gerere poſſent, genios, deinde genios nocitarunt. Cenſorinus ſcribit genios dictos, quia ut gignamur, curent: ſiue quòd unà gignãtur nobiſcum, uel etiam quia nos genitos ſuſpiciant, ac tueantur. προσδατοὺς, ἢ προσπαιδεύοντες. Certè à gignendo Genius appellatur. Terent. in And. Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, &c. ¶ Eundem eſſe genium & larem, multi ueteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus, duplicem omnibus nobis genium dicit appoſitum, hoc eſt duos lares. Hi etiam Penates dici ſolent. Aliquibus genius dicitur hoſpitalitatis, uoluptatis, & naturæ Deus. Hinc indulgere genio, eſt operam dare uoluptati, & quò quenq; natura trahat, ſubſequi. Perſius Sat. 5, Indulge genio, carpamus dulcia. Defraudare geniũ, negare naturæ quod appetit. Terent. in Phorm. Quod ille unciatim uix de demenſo Suo, ſuum defraudans genium. comparſit miſer, Id illa uniuerſum abripiet. Belgice rare cum genijs ſuis, idem quod defraudare genium. Plaut. in Trucul. - non iſtuc mea benignitas docuit te fabulari. A. ſed iſtes Qui cum geniis ſuis bellè geruat, parce promi. ¶ Interdum etiam genius accipitur pro energia quadam, ſeu potius gratia, lepore, aut neruſtate alicuius rei. Martial. lib 6. Victurus genium debet habere liber. Boni genii, ἀγαθοῦ δαίμονος, ſubaudi, nomine. Sermo eſt bene ominatis, in re quapiam aggredienda.

Gĕnĭālis, & hoc geniale, omnis generis, tertiæ declinationis, Græcè γαμήλιος, γενικός. Quod ad genium naturæ & uoluptatis deum pertinet: ut, Genialis dies, lætus

lætus & voluptarius. Iuuenalis, - genialis agatur Iſte dies. Genialis torus, ſiue lectus, qui in nuptiis ſternitur in honorem Geni θαλαμῳ γαμικῷ. Vergilius 6. Aeneidos, - lucent genialibus altis Aurea fulca toris. Cicero pro Cluen. Lectum illum genialem, quem biennio filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo, &c. Virgil. 1. Georg. Iouitat gegenialis hyems. Ouidius 3. Amorum, Nunc elegi molles, genialis Muſa, valete. Genialis homo, hoc eſt, hoſpitalis, & dapſilis. Genialis copia iucundum, id eſt, fœcunda. Plin. lib. 17. cap. Ros geniale, Amœnum, & voluptatis plenum, Ouidius Epiſt. 18.

Genialiter, aduerb. Oppiparè, & lautè. τρυφῶς, λαμπρῶς. [Ital. Con piacere & ſolennità. Gal. Ioyeuſement auec bonne chere. Hiſpan. Deleytoſamente. Germanicè, Frölichen, mit ſunderbarer zůrüſtung, mit wolluſt.] Ouidius undecimo Metamorphoſeon, Hoſpitis aduentu teſtum geniale egit.

Genuinus, a, um, Id eſt, nativus ac peculiaris. γνήσιος. [Itali. Natio, domeſtico. Gal. Naif, propre & naturel. Hiſpan. Natural. Germ. Natürlich, angeboren.] Apuleius, Genuino ſermone nomen Auguſti Cæſaris inuocare tentaui Gell. lib. 2 cap. 2. Quum extra Rempublicam in domeſtica re, atq; uita ſedeatur, ambuletur, in conuiuio quoq; familiari diſcumbatur, tum inter filium magiſtratum, & patrem priuatum publicos honores ceſſare, genuinos ac naturales exoriri. ¶ Genuini, dentes poſteriores qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouiſſimi. σωφρονιστῆρες, χραντῆρες. [Ital. Denti maſciellari. Gal. Dens maſchelieres. Hiſp. Las muelas cordales. Germa. Die ſtockzán, ſind die hinderſten, vnd die zů dem letſten wachſen.] Gignuntur enim, teſte Plinio lib. 11. cap. 37. circiter uigeſimum annum, multis etiam circiter octogeſimum. Dicti genuini q à genis dependeant. Cicer. 2. de Natura deorum, Dentibus in ore conſtructis manditur, atq; ab his extenuatur, atque molitur cibus. Eorum aduerſi acuti, morſu diuidũt eſcas, intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Quoniã autem hi dentes in poſtrema mandibulæ parte uelutioc cultati ſunt, neq; ita facilè patent aſpectui, quemadmodũ primores, aut canini, factum eſt, ut Rodere dente genuino, & Frangere genuinum, accipiantur pro eo quod eſt, clàm alicui detrahere. Perſ. Sat. 1. - ſecuit Lucilius urbem, Te lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Genimen, pen. cor. n. t. A gigno, generatio dicitur γέννημα. [Ital. Generatione. Gall. Generation, race. Hiſpan. Generacion. German. Ein gebárung oder geburt.] Vtitur ſemel atque iterum hac uoce interpres uulgatus Noui teſtamenti: ut. Genimina uiperarum, & Genimen uitis. Alioqui apud idoneos ſcriptores non temere inuenies.

Gilous, maſc. ſ. [Ital. Giggliolino. Gall. Fauue, de couler de miel, iaune ſtre, entre blanc & roux. Hiſp. Color nayo ò ruuio. Ger. Falb oder wachsgél, Bleichgél.] Color medius inter album & rufum, qui à Græcis teſte Gellio lib. 2. capite ultimo appellatur πύῤῥος. Hic à nonnullis uocatur melinus, quaſi mellinus, quòd mel eiuſmodi colorem habet. Virgilius tertio Georgicon, Luxuriatq; toris animoſum pectus, honeſti Spadices, glauciq; color deterrimus albis, Et gilno. Vbi Seruius. Aliud eſt candidum eſſe, id eſt quadam nitenti luce perfuſum: aliud album quod pallori cõ ſtat eſſe uicinum. Gilous autem melinus eſt color. Alii autem legunt, albis & giluo: ut non album & giluum, ſed albogiluum uituperet. Quòd ſi ſinguli colores uituperandi ſunt, quanto magis miſtus uterque, id eſt, albogilous.

Gingiua, gingiuæ, f. p. [Ital. Gengiua. Gal. Geneiue. Hiſpan. Encia. Germ. Die bilderen, oder das zanfleiſch.] Pars eſt oris, cui dentes inhærent, cuius exterior pars à Græcis ὄλον, interior ἔνδολον uocatur. Plin. lib. 24. cap. 6. Ex his dulcia quæ apyrina alio nomine appellauimus, ſtomacho inutilia habentur, inflationes pariunt: dentes, gingiuasq; lædunt. Laſtantius libro de Opific. Dentes autem ipſos, ne magis horrori quàm ornamento eſſent, gingiuis mollib. (quæ à gignendis dentibus nominantur) ac deinde labiorum tegminibus honeſtauit. Iuuenalis Satyra decima, Frangendus miſero gingiua panis inermi. ¶ Huius diminutiuum eſt Gingiuula, ὀλίον. Apul. in Apol. Magiæ, Cõplanatorem tumidæ gingiuulæ.

Gingrio, ris, grii, tum, n. q. Anſerũ uocis ῥηνῶ κλαγγάσω. [Ital. Fare la uoce dell' occa. Gallic. Faire la noix de l'oye. Hiſp. Hazer la uoz del pato ò ganſo. Germanicè, Gagen vnnd ſchreyen wie ein ganſs.] Vnde genus quoddam tibiarum exiguarum, Gingriæ dicuntur: & tibicen ipſe, gingritor. Autor Feſtus.

Ginos, Hippuris altera apud Dioſcoridem libro quarto, capite quinto.

Gis, Hippuris apud Dioſcoridem libro quarto, capite quadrageſimonono.

Girgillus, m. ſ. Inſtrumentum quo fila reuoluũtur. ῥόμβος. [Galli ſua lingua uocant, Va deuuydoir. Germa. Ein haſpel oder garnwind.]

Gith, genus ſeminis. Officinis Nigella Romana, μελάνθιον. [Ital. Nigella ortelana. Gal. Poyuretre, nielle. Hiſpan. Alpiore, axenuz. Germa. Schwartz Coriander.] Columel. lib. 10. ſeptimo, Interdum taſtidio ciborum langueſcit pecus: eius remedium genus ſeminis quod gith appellatur. Plinius libro nigeſimo, capite decimoſeptimo, Gith ex Græcis alii melanthion, alii melanſpermon uocãt. Plautus in Rudent. Os calet tibi nũ gith frigefactas? Ruellius credit eſſe ſemen illud quod ruſtici in Gallia ſua lingua uocant Poyuretum, quaſi minorũ piper, eo quòd tenuiores hoc ſemine cibos condire ſoleant nice piperis.

G ante L.

Gl. In notis antiquorum, gloria. GLA. S H INT E gloria ſua hic intueſt. GL E R. gloria exercitus Romani. GLI. gloria: GL. N. L gloria nominis Latini. GL P. gloria patrũm, uel patriæ, uel populi. GL. P. R. gloria populi Romani. GLR. gloria Romanorum. GL. S Gallus Sempronius. G. M. genus maſculum. GM. F. Germanus frater, uel germana filia, uel germanus filius.

Glaber, glabra, glabrum, Quod eſt leue & ſine pilis. ψιλός, λεῖος φαλακρός. [Ital. Pelato, polito, ſenza peli. Gal. Pelé, qui n' a point de poil. Hiſpan. Coſa lampinna y ſin pelos. Germ. Kaal, one haar, glatt.] Plaut. in Trinum. Oues ſcabræ ſunt tum glabræ, hem, quàm hæc eſt manus. Idem in Aulul. Tu iſtum gallum, ſi ſapis, glabriorem reddes mihi, quàm Volſus ludios. Quem locum explicans Nonius de Doctorum indagine, Legitur (inquit) quòd ludis præſulti pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem, quos antiqui ludios appellabant. Varro de Re ruſtica cap. 2. Siquem glabrum facere uelis. Sic glabræ ſues apud Columellam in Præfat. lib. 1.

Glabellus, diminutiuum, Glabra etiam ſine Glabella, uocatur interſtitium ſupercilii ſupra naſum diſterminãs: quia ſine pilis eſſe conſuenit. μεσόφρυον. [Ital. Spazzo tra le ci glie. Gall. Eſpace entre les ſourcils. Hiſp. Eſpacio que ay entre ceia y ceia. German. Das theil der ſtirnen ſo zwiſchen den augbrawen oben auff der naſen ohne haar iſt.] Capella lib. 2. Nupt. Philologiæ, Quarum una deoſculata Philologiæ frontem illic, ubi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.

Glabreta, glabretorum, neutri generis, ſecundæ declinationis, Loca ſatis, ſtirpibusq; nuda: quæ & Calueta à nonnullis appellantur: in quibus ſcilicet propter noxiam aliquã humorem nihil gignitur. φαλάκρια. [Ital. Terreno ouo non naſce biada ne altro. Gall. Terre ou il ne croiſt rien. Hiſpan. Terruno donde no nace nada. Ger. Dürre vnnd vnfruchtbare orth, an welchen nichts wachſt.] Colum. lib. 2. cap. 9. Solet autem ſalſam nonnunquam, & amaram uliginem uoni ere terra: quæ quamuis matura iã ſata, manente noxio humore corrumpit, & locis glabrentibus fine ulla ſtirpe ſeminum aream reddit. Ea glabrera ſignis adhibitis notari conuenit, ut ſuo tempore uitiis eiuſmodi medeamur.

Glabro, as, are, a. p. Pilos auferre. ψιλῶ, μαδίζω. [Ital. Pelare, ſpelare. Gall. Peler & oſter le poil. Hiſpan. Pelar y hazer lampinno. Germ. Das haar außrauffen oder abſchaben, glatt machen.] Columella libro duodecimo, cap. 13. Quã ob aqua pridie tues prohibiti ſunt, poſtero die maſtantur & uel aqua candente, uel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

Glabreo, glabres. Glaber ſum & depilis: quanquam etiam ad terram transfertur, quæ etiam glabrere dicitur, ubi ſatis ſtirpibusq; nuda eſt, nihilq; gignit. μαδάω, φαλακρόομαι. [Ital. Eſſere ſenza pelir. Gal. Se peler, perdre ſon poil, eſtre ſans poil. Hiſpan. Ser ſin pelos. German. Glatt vnnd one haar ſein. Kaal ſein.] Vnde loca glabrentia, apud Colum. libro ſecundo, capite nono.

Glabreſco, glabreſcis, n.t. Glaber, hoc eſt ſine pilis aut capillis, aut plumis fio: quod euenit nõnunquam morbo aliquo. μαλάω, ψιλόμαι. [Ital. Diuenir ſenza peli. Gall. Deuenir pelé, perdre ſon poil. Hiſp. Pelarſe, y hazerſe lampiño. Germ. Kaal werden.] Transfertur etiam quandoq; ad alia: ut Glabreſcere dicitur area, quum herbis attritis uel euulſis complanatur, & quaſi glabra redditur. Columella libro ſecundo, capite uigeſimo, Nam dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam unguliũ atteruntur, atq; ita glabreſcit, & fit idonea ſeminibus area, id eſt, fit glabra, mundaq;.

Glabriones, Dicti ſunt qui corpus glabrum, & pilis nudum habent. μαδῶντες. [Ital. Coloro che non hanno peli ſu la perſona. Gall. Pelez, qui ſont ſans poil. Hiſpan. Varrones lampiñnos y ſon pelos. German. Die ein glatten leib habẽ one haar.] Vnde Glabrionum non ignobilis Romæ familia nomen accepit, ex qua fuit M. Glabrio, M. Scauri ex ſorore nepos: cuius meminit Aſconius in orationẽ Ciceronis pro M. Scauro.

Glãcies, glaciei, f. quin. Aqua concreta gelu, quaſi gelacies. κρύσταλλος. [Ital. Chiaccio. Gall. Glace, glaſſon. Hiſpanic. Yelo o la elada. Germ. Eyß.] Plinius libro quinto, capite trigeſimooctauo, Aure ad glaciem appoſita. Virgil. 10. Aeg. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Idem 1. Georg. -ſilicumq; manipulis Sternere ſubter humum, glacies ne frigida lædat Molle pecus, ſcabiemq; ferat, turpeisq; podagras.

Glacio, glacias, Verbum eſt actiuum, idem ſignificans quod in glaciem conuerto. συμπήγνυμι. [Ital. Agghiacciare, ghiacciare. Gall. Glacer. Hiſp. Elar à otra coſa. Germa. Zů eyß machen. Gefroren machen.] Horat. Carm. lib. 1. Ode 10. Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus Inter pulchra ſitum tecta remugiat Ventis, & poſita ut glacies niues Puro nomine Iupiter. ¶ Inde paſſiuum Glacior, in glaciem conuertor. κρυσταλλίζομαι. Plin. lib. 24. cap. 13. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Idem lib. 19. cap. 11. Glaciatæ moles prodigii modo. Caſeus glaciatus, id eſt coagulatus, & concretus. Columella libro ſeptimo, capite 8. Nec dubium quin fici ramulis glaciatus caſeus iucundiſſimè ſapiat.

Glãciãlis, glaciale, om. gen. ter. dec. A glacie deducitur, & eſt quod in glaciẽ aſtringi ſolet. κρυσταλλώδης, κρυσταλλοειδής. [Ital. Di ghiaccio. Gall. Belé, glacé. Hiſpa. Coſa que ſe yela ò puede elar. Germ. Eyßrechtig.] Ouidius Sary. 2. Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum. Columella libro tertio, capite primo, Per quem omni penè regione, & omne declinatione mundi, niſi tamen glaciali, uel præferuida, curæ mortalium reſpondet. Fretum glaciale, Claudius 1. Paneg. Frigus glaciale. Ouidius nono libro Metamorphoſeon.

Glacitare, Proprium eſt uocis anſerum. κλαγγάζειν. [Ital. Far uoce d'occa. Gall. Vn mot propre es oyes quand elles crient. Hiſpa. Hazer la voz del pato. German. Gagen oder ſchnáderen wie die gáns.] In carmine de Philomela, quod Ouidii nomine circumfertur, Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer. Alii legunt glocitat.

Glãdius, dii, n. (. Enſis, à clade dici uidetur. c in g mutata, ut ſcribit Var. quòd ad cladẽ ſit inuẽtus. ξίφος, μάχαιρα. [Ital. Spada, coltello, pugnale. Gall. Vn glaiue, un couſteau, une eſpee. Hiſp. Cuchilla, ò eſpada. Ger. Ein ſchwárt.] Plaut. in Trin. Dediſtine hoc pacto ei gladium, qui ſe occideret? Id eſt, miniſtraſti materiam ad perniciem. Cæſar 7. belli Gallici, Gladiis diſtrictis, portas occupauerunt. ¶ Terẽ. in Adelph. Suo ſibi hunc gladio iugulo. Eraſmus, Suo gladio, ſuoue telo iugulari dicitur, qui ſuis ipſius dictis reuincitur: aut qui ſuopte inuento, doloue capitur: denique in quẽm quocunq; modo ſeu dictum, ſeu factum retorquetur quod ab ipſo profectum ſit. Translata metaphora ab iis qui in pugna ſuis ipſorum telis aliquoties confodiũtur. ¶ Gladio plumbeo iugulare, eſt leui argumento nulloq; negocio conuincere quempiam. Cicero ad Atticum, Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. ¶ Antiquiſſimi etiam gladium dixerunt in neutro genere: ut probat Varro hac Lucilii auctoritate. Herebat gladium mucrone in pectore totum. ¶ Eſt & gladius, genus piſcis marini, roſtro mucronato quo naues perfodit, & demergit in Atlantico Oceano. ξιφίας. De hoc Plinius libro trigeſimoſecundo, capite ſecundo & undecimo.

¶ Gladium acutum auertas, ἐξέλκε μάχαιραν ἀποτρέπαν. Opinor innui, à periculoſis negotiis abſtinendum. ¶ Huic finitimum eſt, Ne puero gladium, μὴ παιδὶ μάχαιραν, ſubaudiendum commiſeris. Allegoria prouerbialis admonens, non eſſe mãdandam poteſtatem uel adoleſcentibus, uel imperitis ac ſtultis, qua tum in ſuam tum aliorum perniciem ſunt abuſuri. ¶ Ficulnus gladius, συκίνη μάχαιρα. De friuola cauſa dici poteſt, quæq; tenui negotio queat retelli. Dictus eſt autem ficulnus gladius ſycophanta, quòd idem & mollis ſit & calumniator. Heſychius. ¶ Ne gladiũ tollas mulier, μὴ μάχαιραν ἄειρε θῆλυ. Hoc eſt ne ſuſcipias negotii molem, quam nequeas auxiliari.

Glãdiõlus, li, neu. gen. ſec. declin. Parum gladius. ξιφίδιον. [Ital. Coltellino. Gall. Couſtelet, petite eſpee. Hiſp. Eſpadano. Germ. Ein ſchwártlin, dágelin.] Quo etiam nomine à Romanis dicta eſt herba quædam, quam & Græci ξίφιον appellant, propterea quòd folium habeat gladii figuram referens. Iridi perſimilis eſt, niſi quòd folio minore ſit, & anguſtiore, & gladii modo mucronato, neruoſumq; in caulẽ exeunte, in quo purpurei flores in ordinẽ digeſti. De hoc Plinius libro uigeſimoprimo, capite undecimo.

Gladiãtõres, maſculini generis, tertiæ declinationis. Serui erant, quos laniſtæ armorum artem edocebant, ut poſſet populi delectandi cauſa in arena depugnarẽt. μονόμαχοι. [Ital. Schermitori, coltellatori. Gal. Jouenrs d'eſpée, eſcrimeurs. Hiſpan. Eſgremidores de eſpada. Germanic. Ein fáchter, mit dem ſchwert beſonder.] Cicero 1. Philippic. Quòd ſi iam (quod dii omen auertant) fatum extremum Reipublicæ uenit, quod gladiatores nobiles faciunt, ut honeſtè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiumq; omnium, &c. Idem 7. Philipp. Gracchorum pœnitentiam maiorem fuiſſe arbitramini quàm huius gladiatoris futura ſit? quem gladiatorem non ita appellauit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſoleret. ſed ut appellantur ii qui planè & Latinè loquuntur. Idem ad Caſſium, Cædem enim gladiator quærit. ¶ Inter gladiatores erant retiarii qui aduerſus mirmillones pugnabant. De quibus loco ſuo. ¶ De gladiatorum origine ac cauſa Iulius Capitolinus habet hoc pacto, Multi dicunt apud ueteres hanc deuotionem contra hoſtes factam, ut ciuium ſanguine litato, ſpecie pugnarum fortunam ſatiarent. Alii hoc literis tradunt, quod uerisimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas uidere, & uulnera, & ferrum, & nudos inter ſe cocuntes, ne in bello armati, hoſtes timerent, aut uulnera & ſanguinem perhorreſcerẽt. Hinc mos tractus uidetur, ut Imperatores ad bellum proficiſcẽtes, munus darent gladiatorium. ¶ Plura genera gladiatorum erant, Samnites, Prouocatores, Retiarii, Mirmillones, ex his oppoſiti in pugnis Samnites & Prouocatores. Cicero in Orat. Sext. & Quintil. lib. 4.

Gladiatorius, gladiatoria, gladiatorium, Quod ad gladiatores pertinet. μονομαχικός. [Ital. Cio che à ſ. hermitori ſi apartiene. Gal. Seruãt au ieu d'eſpee ou aux eſcrimeurs. Hiſp. Coſa perteneſciente a eſgremidor. Germ. Das zů dem fáchten gehórt.] ut, Spectacula gladiatoria, Ludus gladiatorius, munus gladiatorium. Cicero in Catilinam, Nemo eſt in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur. Plin. lib. 7. cap. 18. Ara inde ſublata gladiatorio munere Diui Iulii quod nouiſſimè pugnauit in foro. ¶ Terentius in Phormione, Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam. Quo in loco Animum gladiatorium uocat Terentius, animũ tam pertinacem, qui uel magno ſuo periculo rem aliquam perficere non dubitet, certus aut omnino ſuperare, aut labori ſuccumbere: Gladiatoribus enim, ubi ſemel in arenam deſcenderint, ea neceſſitas imponitur, ut aduerſarium uictũ occidant, aut idem ab illo expectent. Cicero 4. Tuſcul. Aut uerò uir fortis, niſi ſtomachari cœperit, non poteſt uir fortis eſſe? Gladiatorium id quidem: quanquam in eis ipſis uidemus eſſe ſæpe cõſtantiam. Salluſtius. Hem ex Senatus conſilio decreuere, ut gladiatoriæ familiæ Capuam & inter cætera municipia diſtribuerentur.

Gladiatura, æ, cõgreſſus gladiatorum. μονομαχία. [Ital. Scrimaglia, arte di ſcrima. Gall. Jeu d'eſpee eſcrimerie, l'art d'eſcrimer. Hiſp. Aquella arte de eſgremir. Ger. Ein gang den die fáchter zuſammen thůnd.] Cornelius Tacitus libro

libro tertio, addontur è ſeruitiis gladiatoræ deſignati.

Glans, glandis, Fructus quercus arboris, eſculi, cerri, ilicis, fagi, ſuberis, & ſi qui ſunt ſimiles. βάλανος. [Ital. Chiãda. Gall. Du gland. Hiſp Bellota de ciertos arboles. Germ. Ein eychel.] Plinius libro decimoſexto, Dulciſſima eſt omnium glans fagi. Virgil. 4. Georg Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. Colum lib 4. cap. 33. Glandem magis quàm caſtaneam poſtulabant. Plin. lib. 7 cap. 56. Ceres frumenta inuenit, quum antea glande ueſcerentur. Sed quia ex his homines quondam uiuebant glandis appellatione (ut Vlpianus ſenſit) omnes fructus continentur. ¶ Glans etiam dicitur plumbum, quod eſt in modum glandis formatum, quod antiqui loro alligatum, in hoſtẽ torquebant & ad ſe trahebant. Salluſt. in Iugurtha, Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Hirtius 5. bell. Aſia. Sagittasq; & tela uti fierent complura curare, glandes fundere, ſudes cõparare. ¶ Iteꝫ glãs pars ſumma colis dicitur, quæ præputio tegitur: oculo ſimilis. Præputiũ enim pellis eſt, qua glans tegitur: coles, ipſe penis, à quo colei pendẽt.

Glandula, læ, f. p. diminutiuum à glans, Significat carnem glandoloſam in ſue: cuius ſapor ab antiquis commendabatur. ὁ μικρὸς ἀδὴν, ἀ λέπη χοιρείας. [Ital. Picciola ghiãda de porci ò altre beſtie. Gall. Glande ſoit de porceau ou autres beſtes. Hiſpan. Landre ò Landrezilla de puercos ò otras beſtias. Germ. Trüſſechtig oder grũtzechtig ſchweinen fleiſch ſo am halſs bey dem ſtich ſtehet.] Plautus in Menæ. Iube nobis tribus apud te prandium accurari, Atq; aliquid ſito meutorum de foro obſonarier, Glandulam ſuillam, laridum, pernam item dein. Mart. Patitur apri glandulas paleſtritis. Idem lib. 7. Ter poſcit apri glandulas, quater lumbum. ¶ Glandulæ glandularum. Plin. lib. 11. cap. 37. in ſuibus glandulas appellari teſtatur quæ in homine uocantur tonſillæ, hoc eſt partes illas faucium, quæ utrinq; iuxta gargareonem ſitæ, à Græcis παρισθμίαι appellantur. ¶ Quidam etiam glandulas appellant, tumores ex pituita naſcentes, quos Græci χοιράδας, Latini ſtrumas appellant: quæ nihil aliud ſunt quàm adenes indurati, præcipuè in collo, alis, uel inguinibus.

Glanduloſus, a, um, Plenũ glandibus. ἀδενώδης. [Ital. Chi ha molte ghiande. Gall. Glanduleux, plein de glandes. Hiſpan. Coſa llena de landrezillas. Germ. Trüſſechtig.] Colum. lib. 7. cap. 9. Qui porcum laudat, qui eſt amplæ & glãduloſæ cernicis.

Glandium, glandii, Pars apri glanduloſa, quæ eſt circa cerui-cẽ uel ipſa cerois. in hac. n. glandulæ poſitæ ſunt. ἀδένες. [Ital. Copia ò golo del porco. Gall. Glandes de pourceau, ou le lieu ou ſont les glandes. Hiſp. La cogollada ò papada del puerco. Ger. Ein ſtuck trüſſechtigs fleiſch.] Plautus in Captiu. Prætruncauit tribus tergoribus glandia. Plinius libro octauo, capite 51. Hinc cenſoriarum legum pagina, interdictoq; cœnis abdomina, glandia, teſticuli. Idem libro ſexto, cap. 38. Quibuſdam ſunt tubera, ſicut ſunt in carne glandia.

Glandifer, a, um, Quod glandes producit. βαλανοφόρος. [Ital. Che produce ghiande. Gall. Qui porte gland. Hiſpa. Coſa que trae ò cria bellotas. Germa. Das eychlen tregt.] Plinius in Proem lib. 16. Primum erat narrare glandiferas quoq; Cicero 1. de Legibus, Quare glandifera illa quercus ex qua olim euolauit Nuntia tulua Iouis. Idem 2. Philip. Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leõtini in populi Romani patrimonio glandiferæ, & fructuoſæ ferebantur.

Glandarius, glandaria, glandarium, denominatiuum à glans. βαλανικός, βαλανικὸν. [Ital. Di ghiande. Gal. De glãd. Hiſpan. Coſa de bolotas. German. Das zů den eychlen gehört.] ut, Glandaria ſylua, quæ ſeruatur glandis ferendæ cauſa. Cato de Re ruſtica capite primo, Secundo loco hortus irriguus, &c. octauo arbuſtum, nono glandiaria ſylua. Sic Varrò libro primo de Re ruſtica capite ſeptimo.

Glandatio, fœminini generis, tertiæ declinationis, Glandiũ collectio, & paſtio ſuem ex glandibus βαλανισις. [Ital. Recognation de ghiande. Gall. Cueillete de glands. Hiſp. Cogimiento de bellotas. Ger. Eychlen ſamlung, oder meſtung mit eychlen.] Spontinus.

Glarĕa, glareæ, penultima correpta, fœm. gener. primæ declinationis. ψῆφος. ψάμμος. [Ital. Chiara, terra ſaſſoſa. Gall. Grauier, grauois. Hiſpan. Caſcaio, arena con guijas. Germ. Kiſs, Sandechtig, vnnd grienechtig erdtrich, als gemonlich iſt an den geſtaden der waſſeren.] Terra lapidoſa, qualis in fluuiorum ripis, uel maris littoribus eſſe ſolet Colum. lib. 2. cap. 2. Qui quum parte dimidia lapides minutos, uel nudam glaream repererint. Idem lib. 6. cap. 21. Stabula ſunt optima ſaxo, aut glarea ſtrata, non incommoda etiã ſabluoſa. illa, quòd imbres reſpuant: hæc, quòd celeriter ſorbeant, tranſmittantq; Lucanus. Aut impulſa leui turbatur glarea uena. Virgil. 2. Georg Nam ieiuna quidem eliuoſi, glarea ruris Vix humiles apibus caſias, roremq; miniſtrat.

Glareola, diminutiuum eſt, cum accentu in antepenultima. ψαμμίον, μικρὰ καὶ λεπτὴ ψηφὶς. [Ital. Picciola ghiara. Gal. Petit & menu grauois. Hiſpan. Pequenno caſcaio ò arena con guijas. Germ. Klein kiſs oder grieſs.] Plaut. Glareolam manu effundens.

Glarĕõſus, glareoſa, glareoſum, Quod abundat glarea. ψαφίδων, ἐμπλεως, ψαμμώδης. [Ital. Ghiaroſo. Gall Plein de grauois. Hiſp. Coſa llena de guijas arena. Ger. Kiſsechtig, grienechtig, ſandechtig.] Plinius libro nigeſimoſexto, capite octauo, Si laus naſcitur glareoſis & perennibus riuis, cubitalis, apii ſimilitudine. Colum. de Arbor. Glareoſa & ſaxoſa amat ficus. Liuius libro primo bel. Punici, Adhuc ſaxa glareoſa uolucas, nihil ſtabilis, nec turi ingredienti præbet.

Glaſtum, glaſti, neut. gen ſecun. declin. Herba ſimilis planta ginis, qua Britanni ſe inficiunt (ut autor eſt Cæſar lib. 5. belli Gallici) quo horridiori ſint aſpectu in pugna: efficit enim cæruleum colorem. ἰσατις. [Ital. Guado herba. Gal. Herbe appelée gueſde ou paſtel de Languedoc. Hiſpan. Paſtel yernua, ò color anuir. Germ. Vueide, iſt ein kraut.] Plinius libro 22. cap. 1. Simile plantagini glaſtum in Gallia uocatur: quo Britannorum conioges nurusq; toto corpore oblitæ, quibuſdam in ſacris nudæ incedunt, Aethiopum colores imitantes. Glaſtro infectores cæruleum colorem pannis inducũt. Maximos eius eſt prouentus in agro Toloſate, ubi uulgi uocabulo Paſtellum appellant.

Glaucia, Chelidonia, Dioſcorides libro ſecundo, capite duodecimo.

Glaciõ, corniculatum papauer dictũ à quibuſdam haud propriè.

Glauciolus, Dicitur equus qui felineis oculis eſt.

Glaucito, glauciras, apud autorem Philomelæ, uerbum eſt proprium catulis. Glauciras (inquit) & catulus, ac lepores uagiunt.

Glaucium, γλαυκίον, Species eſt rhœæ herbæ ſylueſtris, & erraticæ (ut autor eſt Plinius libro nigeſimo, cap. 19.) quæ alio nomine dicitur paralion. Naſcitur in afflato maris, aut nitroſo loco, unde nomen aſſumpſit. Nam glaucus cæruleum ſignificat, qui eſt color maris. Hodie hanc herbam pharmacopolæ uocant Memitham: ut docet Ruell. libro tertio, Herbæ huius folia fictili olla in tepidis clibanis calfaciunt, donec flacceſcant: deinde exemptis ac tuſis ſuccum exprimunt, qui & ipſe glaucion appellatur, teſte Dioſcoride.

Glaucoma, Glaucopis, uide Glaucus adiectiuum.

Glaucus, a, um, γλαυκὸς. [Ita. Colore meſchio tra'l biſcho è'l uerde. Gall. Verd ou peu meslé de blanc, de couleur d'aſur & d'eau. Hiſp. Color entre uerde y blanco. German. Graumblaw.] Color dicitur qui admiſtum habet uiridi alborem: qualis in noctuarum (quas Græci γλαῦκας appellant) oculis apparet. Gell. lib. 2. cap. 26 Sed ne uiridis quidem color pluribus, quàm à nobis uocabulis dicitur. Neq; non potuit Virgilius colorem equi ſignificare uiridẽ, uolens cæruleum magis dicere equum, quàm glaucum: ſed maluit uerbo uti nomine Græco, quàm uſitato Latino. Sic etiam alibi uocat frondes ſalicis glaucas, & oliuas glaucas. ¶ Item in hominibus & equis glauci oculi, pro uiridibus dicuntur, quales ſunt felis, leonis, & noctuæ. Plinius lib. 8 cap. 21. Oculis glaucis, colore ſanguineo, &c. Hic color à Latinis uocatur cæſius, quaſi cæſius, ut ex Nigidio probat Gellius. Nam à ueteribus illæ linguæ Latinæ autoribus Minerua cæſia uocatur, quę ab Homero γλαυκῶπις dicta eſt. Præterea maris color etiam glaucus dicitur, quem & cæruleum paſſim appellatum inuenimus.

Glauciuus, a, um, pen. corr. γλαύκινος, γλαυκοειδὴς. [Italic. Verdeſino. Gall. De couleur uerde. ou entre aſur & eau.

Hiſpan. Coſa de color uerde un poco. Germ. Das grauwblauw oder eyſenblauw iſt.] Quod glaucum habet colorem: unde Glaucinæ veſtes, quæ & glaucinæ abſolutè dicũtur. Martialis lib. 9. Pallia donauit glaucina Coſme tibi.

Glaucẽma, glaucomatis, n. t. γλάυκωμα. [Ital. Humor detto criſtallino nell' occhio. Gall. Une tache en l' œil. Hiſpa. La cegpedad que dando los ojos claros. Germ. Ein grauwer fläck in dem aug.] Vitium humoris eius qui cryſtallinus appellatur, in colorem glaucum mutantis oculum. Serenus, Si uerò horrendum ducent glaucomata plumbũ Spiritus alterius prodeſt, qui grana cymini Palloris mî dens uiſus exhalat in ipſos. Plin. lib. 29. c. 6. Glaucomata dicunt magi, cerebro catuli ſeptem dierum emendari, ſpecillo demiſſo in dextram partem, ſi dexter oculus curetur: in ſiniſtram ſiniſter, aut telle recenti aſionis. Hypochyſes uerò, ſiue (quod idem eſt) hypochymata, quæ nos effuſiones uocamus oculorum, fiunt ex humore inter corneam & cryſtallinam partem concreto. Interdumq; oculi potentiæ, qua cernitur, ſe opponunt. ¶ Legitur & Glaucoma, æ, fœminini generis. Plautus in Milite, Glaucomam ob oculos obliciemus, cumq; ita faciemus, ut quod uiderit, non uiderit.

Glaucõpis, penultima producta, f. c. γλαυκῶπις. [Ital. Femina d' occhi uerdeggianti. Gal. Femme ayant les yeux uars. Hiſp. Muger que tiene los ojos garços. Germ. Ein frauw die graume augen hatt.] glaucopidis, habẽs oculos cæſios. Quo nomine dicta eſt Pallas quæ à Latinis dicitur cæſia, à colore cæli, quaſi cælia. Diodorus ſcribit aetem nominatum eſſe Palladã: & ideo dici Glaucopim, quoniã aer glauci, hoc eſt cærulei ſit aſpectus.

Glaux, γλαυξ, Herba eſt, folia habens cytiſo, & lenticulæ ſimilia, quæ ſuperne uirent, auerſaq; candidiora ſpectantur. Ramuli à terra exiliunt quini ſeniue, tenues ab radice, dodrantem alti: flores ceu uiolæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen. Naſcitur circa mare. Vide Plinium libro 27. capite nono.

Glẽba, glebæ, fœm. gen. prim. declina. Fruſtum terræ, ita dictum quòd ſit quaſi globus. βῶλος. [Ital. Zolla, ceſpuglio di terra. Gall. Une bleſte ou motte de terre. Hiſp. El terrõ de tierra. Germ. Ein ſchollen herd.] Plin. lib 18. c. 19. Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exulcerent. Cic. pro Cecin. Quid igitur ſi glebis aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egerit? Ibidem, Vincet profectò non fuiſſe armatos eos qui ſaxa iacerent quæ de terra tollerent: nõ eſſe arma cæſpites, neq; glebas. Virg. 1. Geor. Multũ adeò raſtris glebas quæ frãgit inertes, Vimineaſque trahit crates, iuuat arua. ¶ Glebæ aruum, βῶλος ἄρουρα, ſubaudi αὔξανα, auget. Vbi quis exigua maximis apponit, credens ſe nonnihil iuuare.

Glebula, diminutionum. βωλίον. [Ital. Picciola ceſpuglio. Gal. Motette de terre. Hiſpan. Pequenno terron de tierra. Ger. Ein ſchöllelein herd.] Colu. lib. 1. c. 6 Eadem euentilata mundiora ſunt, lapillisq; carẽt & glebulis quas per triturã ferè terrenas emittit area.

Glẽbõſus, a, um. βωλώδης, ἀδρόβωλος. [Ital. Che abonde di zolle. Gall. Pici de bleſtes ou mottes de terre. Hiſp. Coſa llena de terrones. Germ. Schollechtig.] Quod glebæ in morem eſt cõuolutum, uel quod glebis abundat. Plinius libro 35. cap. 15. de ſuphore loquens, Genera quatuor, nimium quod Græci ἄκυρον uocant, naſcitur ſolidum, hoc gleboſum.

Gleſſum, n. ſ. Idem quod ſuccinum, uel electrum, quo Gleſſaria inſula abundat. ἤλεκτρον. [Ital. Ambro. Gall. Ambre. Hiſ. Ambar. Ger. Agſtein.] Pli. lib 37. c 3. Certũ eſt gigni in Inſulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari Gleſſum: itaq; & à noſtris unam inſularum ob id Gleſſariã appellatam, Germanico Cæſare ibi claſſibus rem gerente, Auſtranam à Barbaris dictam. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in Carafis, reſina pineis. Erumpit humoris abundantia, denſatur rigore, uel tempore autumnali. Hæc Plinius. Compertiora tamen hac de re tradidimus ſuprà in dictione electrum.

Gleucinum, γλεύκινον, Olei factitii genus, muſtum & aromata admiſta habens. Rationem conficiendi uide apud Columellam libro duodecimo, capite 51. Dictum gleucinum à muſto quod à Græcis γλεῦκος appellatur. Plinius libro 15. capite ſeptimo, Gleucino muſtum incoquitur uapore lento.

Glinon, Aceris genus, quod aliter craſſifoenium dicunt, campeſtre, candidum, nec criſpum Plinius libro 16 capite decimo.

Glis, gliris, m. c, Animal muri ſimile, maiori tamen corpore, nutritur in arboribus, & bonam anni partem ſomno conſumere dicitur. ἐλλός. [Ital. Ghiro. Gall. Vne loir, ou loirot, ou rat uerd. Hiſp. Liron animal noto. German. Ein eychorn, andere nennents ein Rellmauſs.] Vide Plin. lib. 8. c 57. Martial. Somniculoſos ille porrigit glires. Idem lib. 13. Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore ſum, quo nec nil, niſi ſomnus alit.

Glirãrium, n. ſ. pro loco in quo nutriuntur glires. ἐλλεών. [Ital. Luoco de nodrirui in ghiri. Gall. Le lieu ou on nourrit les loirs ou loirots. Hiſp. El lugar donde ſe crian los lirones Germ. Ein orth da man diſe thier zeücht.] Varr. 3. de Re ruſt. c. 15. Glirariũ diſſimili ratione habetur, q non aqua, ſed materia locus ſepitur.

Glĩſco, gliſcis, neutri generis, tertiæ cõiugationis, Creſco, augeor, inualeſco. αὐξάνω, ἐπιτείνομαι. [Ital. Creſcere, augmentare. Gal. Croiſtre. Hiſp. Creſcer. Germ. Vuachſen, Zunemmen.] Liu lib. 8. ab Vrbe, Gliſcente indies ſeditione. Gel lib. 2. c. 7. Eadem autem ipſa, quæ creſcente luna gliſcunt, deficiente contrà luna deficiunt. Gliſcere etiam terra dicitur, quum pingueſcit. ἰσθύνω, ἰσθυμίζω. Colu. lib. 2. Prius tamen quàm exilem terram iteremus, ſtercorate cõueniet: nam eo quaſi pabulo gliſcit. Idem lib. 2. de ſatione loquens, Paleis quæ penè omnibus regionibus abundant etiam gliſcit. ¶ Item ardeo, uehementer cupio. προθυμῶμαι. [Ital. Deſiderare. Gall. Deſirer, ardemment, Hiſpan. Codiciar. Germ. Hefftig begären.] Papin. lib. 1 Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbo Exule. ¶ Huius cõpoſitum eſt, Pergliſco. Colu. lib. 8. Quæ prima luna ſaginari cœpit, nigeſima pergliſcit. hoc eſt creſcendi & pingueſcendi finem accipit.

Glŏbũs, globi, maſc. gen. ſecun. declinat. Eſt corpus ſolidũ, undequaque rotundum σφαῖρα. [Ital. Globo, Sphera, coſa rotonda come balla. Gall. Vn' globa, choſe ronde comme un globe. Hiſp. Pelota ò goma ò ouillo de hilado. Ger. Ein kugel, ein runder klotz.] Virg. 6. Aeneid. Principio cœlum, ac terras, camposq; linquentes, Lucentemq; globum lunæ. Cic. 2. de Natura deorum, Quumq; duæ formæ præſtantiſſimæ ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis circulus, &c Idem 1. Tuſc. Globos terræ eminens è mari. Globum definiunt Geometræ eſſe corpus ſolidum, unica ſuperficie contentum, in medio habens centrum, à quo omnes lineæ ad ſuperficiẽ ductæ ſunt æquales. ¶ Ponitur quandoq; pro multitudine hominum in unum collecta, & quaſi conglobata. Salluſtius, Alii fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam ſparſi alii globis eruptionem tentauerunt. Liuius 8. ab Vrb. Extrema concio, & circa Fabium globus, increpabant inclemẽtem Dictatorem.

Glŏbŭlus, diminut. Paruus globus. σφαιρίδιον. [Ital Piccio la balla. Gal. Petit globe, boulette. petite boule. Hiſ. Pequẽa pelota. Ge. Ein kügelein, rõds klötzlein.] Plin. lib. 11. c. 7. Quum cinxere pictores, orbiculo uocant: eiusq; duo genera faciunt, lutcum quæ ſeruatur in lomenta: & liquidã globulis ſudore reſolutis. Accipitur pro genere edulii in globi modum conuoluti. Cato de Re ruſt. c. 79. Globulos ſic facito, caſeum cum alica ad eundem modum miſceto.

Glŏbõſus, a, um, Pro rotundo, ſpiſſatoq;. σφαιροειδὴς. [Italic. Tondo come balla: Gall. Rond come une boule. Hiſp. Coſa redonda, pelota. Ger. Rund, Kugelechtig.] Cicero de Vniuerſ. Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.

Globo, as, are, a. p. Aliquid ſolidum in rotunditatem componere. σφαιρόω. [Ital. Agomitolare, far rotondo. Gall. Faire rond comme une boule. arrondir. Hiſpa. Deuanar ò redondear. Ger. Rund oder kugelechtig machen.] Plin. lib. 2. c. 2. Formam eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe, nomen in primis, & conſenſus in eo mortalium orbẽ appellantium. Ibidem c. 67. Nanq; dependentes ubiq; guttæ paruis globantur orbibus. Globari in rotunditatem, Idem lib. 18. c. 13.

Glŏcĭdo, as, pen. cor. κακκάζω, κακκαβίζω. [Ital. Chiocciare, far uerſo di gallina che couano. Gall. Gloſſer ou claper comme

per comme une poule qui couue. Hiſp. Cloquear la gallina cluecca. Ger. Gackſen oder gúrcken wie ein hún.] Proprium eſt uocis gallinarum, quum omis incubitorꝝ ſunt, quod fit crebris ſingultibus, intericta uoce acuta. Feſtus.

Glocio, cis, Idem quod glocido. Colum. lib. 8. cap. 5 Obſeruare debet cuſtos, dum edant oua, ut ea quæ nata ſunt, recolligantur, notentúrq́ quo quæq́ die ſint edita, & quàm recentiſſima ſupponantur glocientibus.

Glŏmĕs, glomi, & glomus, glomeris, Eſt filum, uel aliquid ſimile in globi figuram conuolutum. κλωβός [Ital. Gomito lo gomitcello. Gal. un ploteon de fil. Hiſp. Ouillo ò pelota ò moncon: Ger. Ein knäuwle faden.] Plin. li. 14. ca. 22. Iuq́ baſi quadrata intus labiryuthum inextricabilem: quò ſi quis properet ſine glomere lini exitum inuenire nequeat. ¶ Bonorũ glomi. ἀγαθῶν ἀγαθίδες. De opibus extructis & offatim accumulatis.

Glŏmĕro, as, pen cor. Implico, & in globi ſpeciem formo, ſiue filũ in globi figurã cõuoluo. περισπυλόω [Ital. Inuiluppare, auiluppare. Gal. Amaſſer en plotton, amonceler en rond aſſembler rondement. Hiſp. Embouluer en redondo, ò denuar. Ger. Zu ein knäuwle faden auffwinden.] Ouid. 6 Meta. Lanam glomerabat in orbes. ¶ Per translationem ſumitur pro congregare, accumulare. Virgil. 9. Aeneid. Et ſæpe glomerant tempeſtatem imbribus arris collectæ ex alto nubes. Varro 1. de Re ruſt. cap. 5. Cibatui offas poſitas ea maximè glomerantur ex ficis & farre iuſto. Glomerata clades, Cic. 2. Tuſc. Virg. lib. 4. Georg. magnum miſtæ glomeritur in orbem. Compoſitum eſt Agglomero, uide ſuo loco.

Glomeratio, glomerationis, f. t. περίβωσις, ἐνείλημα [Ital. Eſſo ingiemare il filo. Gal. Amas en rond, amoncelemẽt. en rond. Hiſp. Aquel embolucr. Germa. Zuſſirindung an ein knäuwle faden.] Plin. lib. 8. cap. 41. Quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Glŏmĕramen, glomeraminis, n. c. σφαίρωμα, περίβωμα. [Ital. Mucchio. Gal. Monceau rond. Hiſp. Embolumiento en redondo. Ger. Ein auffgehauffet oder auffgewundẽ ding als ein knäuwli faden.] Lucret. lib. 2. Diſſimilis igitur formæ glomeramen in unum Conueniunt.

Gloria, gloriæ, f. p. Eſt frequens de aliquo fama cum laude. κλέος, δόξα [Ital. & Hiſp. Gloria. Gal. Gloire & los qu'on acquiert par bien faire. Germ. Lob, ehr, rhúm.] Quintilianus, Conſentiens laus bonorum, gloria appellatur. Cicero 2. Offic. Vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis, periculiſq́ aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. Idem pro Plancio, Is gloria maximè excellit, qui uel uirtute plurimum præſtat, Idem in Philipp. Ea autem eſt gloria & laus rectè factorum, & magnorum in Rempublicam meritorum. ¶ Inter gloriam & claritatem hoc interest, ut inquit Seneca lib. 3. Epiſto. quòd gloria multorũ iudiciis conſtat. claritas bonorum. ¶ Gloria futuri, τὸ δόξαν τοῦ μέλλοντος. Refertur in Plutarchi collectaneis. Admones famam laudemq́ rectè factorum contingere potiſſimùm apud poſteros.

Gloriola, læ, diminutiuum. δοξάριον. [Ital. Picciola gloria. Gal. Glorierte petite & legere gloire. Hiſpanic. Pequenna gloria. Germ. Ein kleiner rhúm.] Cicero Lucceio, Illa nos cupiditas incendit, quòd alacres animo ſumus, ut cæteri, nitentibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant, & noſmet ipſi mihi gloriola noſtra perfruamur. Idem ad Cæſarem libro ſeptimo, Hiſce cum ornes gloriolæ inſignibus.

Glŏriōſus, a, um, Gloria plenus, hoc eſt, præclarus, excellens, & cui omnes plurimũ laudis & gloriæ tribuũt. ἔνδοξος. [Ital. Glorioſo, pieno di gloria, degno di laude, famoſo. Gall. Glorieux, digne de grand' louange, plein de gloire. Hiſp. Famoſo, glorioſo. Ger. Ehrlich, verrhúmbt, lobreich.] ut, Glorioſus homo, glorioſus triumphus. Plaut. in Epid. Magnus miles Rhodius, raptor hoſtium glorioſus. Cic. 2. de Diuin. Magnificũ etiam illud, Romanis hominibus glorioſum. Idem 1. de Fin. Illuſtria & glorioſa facta. ¶ Horum contrarium eſt Inglorius: de quo ſuo loco. ¶ Interdũ tamen affectionem ſignificat, in malam: ut glorioſus dicatur qui ſe inaniter iactat, uel alterius inani laudatione efferitur, & laudari quærit. κενοδοξίας, κενόδοξος, ἀλαζών. [Ital. Vantatore. Gal. Glorieux & outrecuidé. Hiſpan. Glorioſo en mala parte. Germa. Ehrgeitig, rhúmrüchtig, prachtig.] Vnde Miles glorioſus inſcribitur Plauti Comœdia: Idem in Trucul. Vos nequam, & glorioſæ malæ hę, &c. Plin. in Epiſt. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam iactantes & glorioſas.

Glorioſè, a uerbiũ Cum gloria & laude. ἐνδόξως, ἐνκλεῶς. [Ital. & Hiſp. Glorioſamente. Gal. Glorieuſemẽt, auec gloire. German. Ehrlichen, mit lob vnd ehr.] Plin. de uiris illuſt. Ipſe quadragies quater accuſatus, glorioſè abſolutus. Cic. ad Cæl. In quem ſatis glorioſè triumpharent. ¶ Accipitur & in malam partem. Cic. 2. de Fin. Quid ergo attinet glorioſè loqui, niſi conſtanter loquare? Idem pro Milone, Tamẽ impunè Miloni palàm clamare, atq́ mentiri glorioſè liceret.

Glŏrior, ris, d. p. Gloria & prædicatione ſe efferre, aut aliquid iactanter de ſe pronunciare. μεγαλαυχέω, κενοδοξέω. [Ital. Gloriarſi. Gal. Se glorifier & vanter. Hiſp. Gloriarſe por algun hecho. Ger. Sich rhúmen.] & conſtruitur modò cum præpoſitione. Cic. 3. de Fin. Quis aut de miſera uita poſſit gloriari, aut non de beata? Idem de Senect. Vt de me aliquid more ſenum glorier. Lactan. de Ira, Apollodorus quidem, ut de ciui & populari ſua gloriatur. Modò cũ præpoſitione In Cic. in Offic. Nobis quoque licet in hoc quodãmodo gloriari. Modò ſine præpoſitione. Cic. 5. Ver. Vt tu in multis epiſtolis tuis ad amicos gloriaris. Cæſar 8. bel. Gal. Propterea quòd inſolenter aduerſarii ſui gloriarẽtur. Nonnunquã etiam à tergo accuſationum habere inuenitur. Cic. de Sene Equidem poſſe uellem idẽ gloriari qđ Cyrus. Salluſt. in Cice. Quaſi uerò togatus, & non armatus, ea quæ gloriaris, confeceris.

Gloriandus, a, um, Idẽ quod gloria & prædicatione dignus. σεμνυτός, κενοδοξητός. [Ital. Degno di gloria. Gal. Digne de gloire. Hiſp. Digno de gloria. Ger. Das zú rhúmen iſt, das lobens vnnd preiſens wárt iſt.] Cic. 5. Tuſc. Beata uita gloriandæ, & prædicandæ, & præ ſe ferenda eſt. Ibidem, Prædicabile aut gloriandum, nec in miſera uita quicquam eſt.

Gloriatio, uerbale, f. t. Glorioſa prædicatio. κενόδοξος. [Ital. Gloriatione, laudatione. Gal. Vanterie, glorifiement. Hiſ. Aquella obra de glorificar, glorificamiẽto. Ger. Rhúmúng, lobpreiſung.] Cic. 1. de Fin. Virtus eſt digna gloriatione. Ibidẽ, Illud uerò minimè conſectarium, ſed in primis hebes: illorum ſcilicet nominum gloriatione dignam eſſe beatã uitam.

Glŏriābundus, di, m. f. Qui abũdè gloriatur. κενοδοξίας. [Ita. Chi ſi gloria, vantatore. Gal. Qui ſe glorifie, glorieux. Hiſpan. Coſa que mucho ſe glorifica. Ger. Gantz rhúmſüchtig, ſtoltz.] Gel. lib. 5. c. 5. Contemplatione tanti, & tã ornati exercitus gloriabundos, Annibalem aſpicit.

Glos, f. t. γάλως. [Ital. Sorello di mio marito, & moglie di mio fratello. Gal. La ſœur de mon mari, ma belle ſœur, ou la femme de mon frere. Hiſp. La cunnada muger del hermano. Germ. Ein geſchwey, des mans ſchweſter.] Appellatur ſoror, atq́ item fratris uxor. Nonius.

Glŏſſa, gloſſæ. f. p. γλῶσσα. [Ital. Lingua. Gal. Langue. Hiſpa. Lengua. Ger. Ein zung.] per duplex ſſ, lingua dicitur. Vnde Gloſſæ à quibuſdam pro interpretationibus ponũtur, q́ uice linguæ, hoc eſt, uice doctoris fungũtur. [Ital. Ghioſe. Gal. Gloſes. Hiſp. Gloſas ò interpretaciones delo eſcuro. Ger. Ein auſslegung, erklárung.] Quint. li. 1. c. 1. Protinus enim poteſt interpretationẽ linguæ ſecretioris (quas Græci gloſſas uocant) dam aliud agitur, ediſcere. Quem locũ Quin. ſic uulgò interpretatur, ut gloſſæ dicantur interpretationes linguæ ſecretioris. Quod certè neq́ uerũ eſt, neq́ Fabii mẽti cõueniẽs: ut latius docebimus in dictione Gloſſema. Hic illud ſuffecerit dicere, gloſſas, & gloſſemata eſſe uoces obſcuriores, & minus uſitatas, quæ interpretatione indigent. Neq́ in Quin. exemplo relatiuũ referendum eſt ad accuſatiuum interpretationem, ſed ad genitiuos illos linguæ ſecretioris.

Gloſſemata, γλωσσήματα. Dicuntur uoces occultiores, abſtruſiores, & minus uſitatæ, quæ ſcilicet interpretatione egent: quales ſunt uoces aliquot in Tragœdiis, heroicis uerſibus, & ſimili genere gratioris poematis. Quin. lib. 8. c. 14. Circa gloſſemata etiam, id eſt uoces minus uſitatas nõ ultima eius profeſſionis diligentia eſt. His uerbis Fab. Innuit gloſſemata uoces eſſe quæ explanatione indigẽt: non ut uulgo accipitur expoſitiones Sex. Var. lib. 2. de ling. Lat. exponens uerſum Ennii Cquiũ Camilla expectata aduenit, &c. Camillam, inquit, qui gloſſemata interpretati ſunt, dixerũt adminiſtram: hoc eſt, qui uoces ptilcas, & minus uſitatas ſunt

tatis ſunt interpretati. Eiuſdem etiam ſignificationis eſt gloſſa, quod facile deprehendet qui locum Quintiliani quem ſupra in dictione Gloſſa, ex libro primo, capite primo citauimus, diligentius cum hoc loco quem iam ex cap. 14. eiuſdem libri adduximus, uelit cõferre: ibi enim Linguã ſecretiorẽ appellat quas hic uoces minus uſitatas.

Gloſſographi, γλωσσογράφοι. [Ital. Chioſatori. Gall. Gloſſateurs Hiſpan. Los que gloſan los libros, gloſadores. Germ. Erklärer der dunckelen wörtern, Die ſo die Gloſen über die bücher ſchreyben.] Dicũtur qui gloſſas, hoc eſt, obſcuriores, & minus uſitatas uoces interpretantur.

Gloſſopetra, γλωσσόπετρα. Gemmæ ſpecies linguæ humanæ ſimilis. Magi eam credunt non naſci in terra, ſed deficiente luna de cœlo decidere. Plinius libro trigeſimoſeptimo, capite decimo.

Glottis, glottidis, γλωττίς. Linguæ aſperam arteriam operiens, quæ & epiglottis dicitur. Hinc Plinius libro decimo capite 23. auem quæ rex coturnicum appellatur, glottida uocauit, quòd prælongam linguam habeat. [Ital. & Hiſp. Bitor. Gall. Vn oiſeau qui tire langua quand il a ſoif, qu'on dit le Roy des cailles. Germa. Ein wachtelen künig, iſt ein vogel.

Glũbo, glubis, u. t. Pellem uel corticem detraho. ξύω. [Ital. Scorticare. Gall. Eſcorcer, oſter l'eſcorce, peler, oſter la peau. Hiſpan. Deshollinar, Deſcortezar Germ. Die rinden abſchellen, ſchinden, die haut abziehen.] Vnde & pecus glubi dicitur, quum pellis detrahitur: & arbores, quũ cortice denudantur. Cato de Re ruſtica capite 31. Saliſtom ſuo tempore cadito, glubito, ſarcito alligato, libiſq; conſeruato. Cat. Nunc ſin quadrimgis & angiportis Glubit magna uimus Remi nepotes Glubi pecus dicitur (ut Feſt. ait) cuius pellis detrahitur. Glubere ramos, diſtringere, ualde ſtringere, inquit Non. Var. de Re ruſt. Duricies enim ea, nõ ſolũ ſtringit baccam, ſed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos.

Glucidatum, ſuaue & iucundum. γλυκύ, dulce.

Glochon, pulegium apud Dioſcoridem libro tertio, capite trigeſimoquarto.

Glũma, gluma, fem. gener. prim. declinat. Folliculus grani frumentarii: à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum, hoc eſt decorticetur. ἐλύτρον. [Ital. Follicolo, la guſcia del formento. Gal. La petite paille ou peau dont eſt veſtu un grain d'orge ou autre grain. Hiſpan. El hollejo del grano ò coſa ſemejante. Germa. Ein kornhülſchen.] Varro libro primo de Re ruſtica, cap. 48. de frumento loquens, Granum dictum eſt, quod eſt intimum, ſolidum: gluma, qui eſt folliculus eius: ariſta, quæ ut acus tenuis, lõga eminet è gluma. Proinde ut grani theca ſit gluma: & apex, ariſta.

Gluo, is, Nonnulli interpretati ſunt pro diſtringo, decepti corrupta lectione Varr. de Re ruſt. lib. 1. ubi ſic legunt: Duricies enim ea nõ ſolum ſtringit baccam, ſed etiam ramis gluit, ac relinquit ad gelicidiũ retectos. Quo in loco proculdubiò legendum eſt, ramos glubit: & ſic ferè omnia habent exemplaria.

Glũten, glutinis, neut. gen. ter. declinat. & glutinum, ni, id uocant Latini quod Græci κόλλαν. [Ital. Colla, incollamento. Gall. Colle, glu. Hiſpa. El engrudo ò cola. German. Lym.] Plinius libro undecimo, cap. 19. Boum coriis glutinum excoquitur, tauorumq;, & id præcipuum. Idem lib. 16. capite octauo, Laudatur Colophonium natione, Myſium, Prienenſe: ſpecie autem nitidum, & quamſimillimũ taurino glutini.

Glũtinoſus, a, um, Tenax, κολλώδης, κολλητικὸς. [Ital. Incollato. Gal. Gluant. Hiſpa. Coſa pegaioſa ò con engrudo. Germ. Lymechtig, klåberechtig.] Plin. lib. 15. cap. 16. Prioris lanæ, ut recens ſit & lenis, lingua: glutinoſa. Colum. in Præfat. lib. 1. In Aſia Myſiaq; denſa, etiam glutinoſa terra maximè exuberat.

Glutino, glutinas, penultima correpta, actiuum, prim. con. Contungo, ferrumino. κολλάω, συνάπτω. [Ital. Conſugnare, incollare. Gall. Coller, gluer, conioindre. Hiſpa. Engrudar ò pegar con cola. Ger. Lymen, zuſammen fügen.] Plin. lib. 35. cap. 15. Vis bitumiuis quæ ſulphuris ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat. Idem, quo genere ſiſtitur ſanguis, & uulnus glutinatur. ¶ Huius compoſita ſunt, Agglutino, συγκολλάω, συμφύω. Plin. lib. 23. Cortex uitium, & folia arida uulnerum ſanguinem ſiſtunt, ipſumq; uulnus conglutinant. Deglutino & Reglutino, à glutine libero, ἀνακολλάω. Idem libro uigeſimoquinto, Purgant ulcera oculorum expleuntq;, & ad cicatricẽ perducunt, palpebras deglutinant.

Glũtiamentum, glutiamenti, neut. gen. ſec. declina. Compactio, coniunctio. κόλλημα, κόλλησις. [Ital. Incollamento, congiontione. Gal. Collement, collure. Hiſpa. Obra de engrudar ò empegar. Germ. Lymung.] Plin. lib. 13. c. 11. Deprehenditur & lentigo oculis, ſed mediis inſerta glutiamentis tenuis. Loquitur de chartis. κόλλησις.

Glutinator, glutinatoris, m. ſ. κολλάτωρ. [Ital. Incollatore. Gal. Colleur. Hiſp. Engradador ò pegador. Germ. Ein lymer.] Cic. Attic. lib. 4. Etiam uelim mihi mittas de tois librariolis duos aliquos, quibus Tirannio utatur glutinatoribus: ad hoc, cætera adminiſtres, iisq; imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant.

Glũtio, tis, tiui, titum, a q. Deuoro. καταπίνω. [Ital. Deuorare, inghiottire. Gall. Engloutir, ualer gloutement. Hiſp. Tragar. German. Schlocken, verſchlinden.] Iuuenalis Satyra 4. Quales tunc epulas ipſum gluuiſſe putamus Iuperatorem?

Glucco, λιχνός, λαίμαργος, guloſus.

Glutus, a, um, apud antiquos inuenitur pro unito, & bene ſubacto. Cato cap. 41. Locus bipalio ſubactus ſit, bene glutus ſit. Eadem hæc uerba repetit Plinius libro 17. capite decimooctauo.

Glycerateon, glycyrrhiza, Dioſcorides libro tertio, capite ſexto.

Glycea, uarium ulcera apud Paul. Aegin.

Glycymerides, γλυκυμερίδες. Piſcis genus, quod à Macrobio enumeratur inter delicias in adiectali cœna Lentuli Flaminis appoſitas. Plin. lib. 32. c. 11. Inter cancrorum genera enumerat chamæ glycymeridas, maiores quàm pelorides. Quo nomine uidetur ſignificare uel glycymerides nondum adultas, uel genus aliquod iuſta glycymeride minus.

Glycyſide, γλυκυσίδα. Dioſcoridi, Herba quæ notiore nomine pæonia uocatur. Plinius libro uigeſimoſeptimo, capite decimo. Glycyſide, quam aliqui pæoniam, aut pentorobon uocant, &c.

Glycyrrhiza, æ, γλυκυρρίζα. [Ital. Regolitia. Gall. Rigoliſſe. Hiſpan. Regaliza. Ger. Süſſwurtz, Süſsholtz.] Frutex eſt exiguus, ramos habens duorum cubitorum, folia lentiſco ſimilia, florem accedentem ad hyacinthum: fructum pilularum platani magnitudine, ſed aſperiorem, cuminq; incluſum ſiliquis, lentis modo rubeſcentibus: radices ſuccolongas colore buxeo, ſapore dulci: unde & nomen accepit, quaſi dulcis radix. Theophraſtus lib. 9. plantarũ. Scythicã radicem appellauit. Officinæ hodie corrupto nomine nocant Liquiriam. Maxima eius copia prouenit in agro Fruentinati.

Glycyſaucon, Abrotonon. apud Dioſc. lib. 3. c. 27.

Glycythymus, ulitus ratio animum demulcens ac ſanitatem.

G ante N.

Gnãphallium, n. ſ. γναφάλιον. Herba quam quidã chamæzelon nominant, cuius folia ita alba, ac mollia ſunt, ut planè uideatur tomentum. Plin. lib. 27. c. 10.

Gnãphalon, γνάφαλον, Genus tomenti, ex lana illa ſcilicet brevi, atq; concisa quæ teſtibus à follone poliendo detrahitur. Vade ea quorum natura mollis, candida & omnino lanea eſt, γναφαλώδη appellantur.

Gnaphos, Frutex eſt ſpinoſus, & naſcens in eo carduus, quo panis recenter textis lana inducitur. Hæc Perottus. quæ tamen nullius eorũ qui de ſtirpium differentiis aliquid conſcripſerunt, teſtimonio confirmat.

Gnãrus, ri, m. ſ. & Narus, ſciens, peritus. ἐπιστήμων. [Ital. Dotto, perito, ſperto. Gal. Sauant & expert, bien entendant. Hiſp. Sabio y eſperimentado. Germ. Erfaren, verſtändig.] Plin. lib. 9. c. 17. Concha ipſa quum manũ uidet, compriminit, operiturq; opes, gnara propter illas ſe peti. Cic. in Orat. Pericles gnarus quibus orationis modis animi mouerentur. Idẽ pro Sext. Gnarus & prudẽs impendentiũ malorũ. Plac. in Afin. Tortores q; acerrimi os, gnarosq; noſtri tegit, Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt. ¶ Accipitur aliquando paſſiuè, pro cognito. Taci. lib. Tre-

debanturq; in paludem gnaram innocentibus, ſalquam ne ſciis. Idem lib. 12. At nobis ea pars militiæ maximè gnara eſt. Idem libro 17. Ioh nulli magis gnarum quàm Neroni. ¶ Veteres Narus dixerunt ſine g, etiamſi in compoſito ignarus, prius n, uertebant in g. Cicero in Oratore, Noſtrarant & naui, & nari: quibus cum In præponi oporteret, dulcius uiſum eſt, ignoti, ignaui, & ignari dicere, quàm ut ueritas poſtulabat.

Gnāritas, atis, Scientia. ἐπιστημοσύνη. Ital. Auenza ſapere & eſperienza Gall. Sauoir & experience. Hiſpan. Experiencia, aquella ſciencia experimentada. Germ. Vnüſſenheit, erfarung.] Salluſt. Nanq; alii fiducia gnaritatis locorum, occulta fuga ſparſi, alii globis eruptionem tentauere. Horum contraria ſunt, Ignarus & ignaritas.

Gnarè, aduerb. Peritè, & quandoq; apertè ἐπιστημόνως. [Ital. Dottamente, apertamente. Gall. Doctement, apertement. Hiſp. Sabia y claramente. Ger. Vnüſſentlich, gantz heiter.] Apul. Qui gnarè in noſtris oculis contemplati ſumus. Vide in dictione Ignoro.

Gnariter, pro gnarè antiqui dixerunt: à quo Prognariter, de quo ſuo loco.

Gnāthos, γνάθος. [Ital. Guancia, bocca, maſcella. Gall. Ioue, bouche. Hiſp. Boca, maxilla dela cara. G. Ein back oder wang.] Latinè gena, maxillaue dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium, Gnatho parafitus. Hinc componitur Tetragnathius, τετραγνάθιος, genus aranearum ita dictum à diſpoſitu lineaturarum, quatuor maxillarum ſpeciem referentium. Autor Plinius libro 29. cap. 4.

Gnātus, i, m. (Filius. υἱός. [Ital. Figliuolo. Gall. Fils, enfant. Hiſp. Hijo. Ger. Ein ſon.] cui eadem ratione præponitur g, qua & gnato Cic. pro Planc. Quanquam ad præcepta ætas nom eſt gnati Idem 1. de Diuin. O gnata, &c. Dulces gnati. Lucr lib. 4.

Gnauus gnaui, maſc. gen. ſecund. declinat. & Nauus, celer, ſtrenuus. ἐρασφόρος, φιλέργος. [Ital. Preſto, diligẽte. Gal. Diligent, habille. Hiſp. Prompto, vigilante, preſto Germ. Fleiſſig, geſchiffen, hortig.] A nauium celeritate, ut quibuſdam placet. Grammatici prothefin figuram appellant, quando apponitur litera principio dictionis: ut Gnatus, pro natus: gnotus, pro notus. Plautus Moſtella. Simul autem gnauos eſſe ad hanc rem mecum uos omnes uolo. Horat. Epiſt. 6 Gnauus manè forum, & neſpertinus pete tectum. Ouid. 1. de Pont. Eleg. 11. Nectar, & ambroſiã, lactes, epulasq; deorũ Det mihi formoſa gnaua iuuenta manu.

Gnauiter, aduerbium, diligenter. ἐρασμίως, ἐρασμίως. [Ital. Diligentemente, valoroſamente. Gall. Diligemmẽt, habillement. Hiſpan. Prompta y diligentemente. Germa. Fleiſſiglich, frütiglich.] Liuius decimo libro ab Vrbe, Ibi aliquãdiu nec ceſſatum ab armis, nec gnauiter pugnatum. Plaut. Ciſtel. Vt me, quem ego amarem gnauiter, fine rem cum eo niuere.

Gnēsion, γνήσιον. Aquilæ genus, à Latinis ſyncerum interpretatur, uelut uerum, ſolumq; incorruptæ originis: media magnitudine, colore ſubnubilo, raro niſum. Plinius libro 10. cap. 3.

Gnetus, corporis inſigne & prænomen, à generando dictũ, ut ex Græco γίγνεσθαι apparet. Feſtus.

Gnide, ſiue potius Coide, κνίδη. Piſcis genus, quod Latini unicam appellant Nomen accepit ἀπὸ τῆς κνίδης, hoc eſt à mordendo.

Gnitur, Pro gignitur Veteres dixerunt, & gnitus, pro genitus.

Gnōma, inquit Feſtus, Genus eſt machinulæ, qua regiones agrorum dignoſcuntur: quod Græci dicunt γνώμονα. ¶ Gnomæ item, γνῶμαι, dicuntur memorabiles ſententiæ, omnium iudicio, & aſſenſu comprobatæ. Vide Quintil. lib. 8. c. 5.

Gnomon, is. m. t. γνώμων. Eſt ſtylus in medio horologii ſolaris, umbra ſua horas indicans, quem Plinius umbilicum ſolis nocat. ita enim ait libro ſecundo, cap. 72. Solis itaque umbilicus, quem gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore æquinoctii die paulo plus quàm dimidiam gnomonis menſuram efficit: in Vrbe Roma, nonã pars gnomonis deeſt umbræ. In oppido Ancona ſupereſt quinta trigeſima, &c. Gnomon & regula, à γνώμων ἡ κανών, Prouerbio uocatur quod in re quapiã eſt præcipuũ, & ad quod unum reliqua omnia conferuntur. ¶ Gnomones, γνώμονες, etiam dicuntur dentes iumentorum, quibus ætas illorum dignoſcitur: unde Agnomones, ἀγνώμονες, dicuntur, quorum ætas dentibus perſpici nõ poteſt.

Gnoſtici, γνωστικοί, Hæretici quidam erant, ſic dicti ob ingenium eruditionem quam ſibi uendicabant, quum nihil illis nec ſtultius eſſet, nec indoctius, frequens horum eſt mentio in epiſt. D. Hieronymi.

G ante O.

GOTHI. In notis antiquorum, Gothicus. G. P. gula perentum.

Gōbius, gobii, maſculini generis, ſecundæ declinationis, κωβιός. [Ital. Peſce dette gobio & go. Gal. Vn poiſſon nómé goulon Hiſpan. Cierto peſcado. German. Ein Gõb, iſt ein Meerfiſch.] Piſcis exiguus qui & gobio dicitur. Iuuenalis Satyra 11. Nec nullum cupias, quum ſit tibi gobio tantùm In loculis. Martial. lib. 13. Principium cœnæ gobios eſſe ſolet.

Gōētia, γοητία, Incantatio, impoſtura, præſtigiatura. Quomodo autem differat à pharmacia, uide apud Cæl. Rhodi. lib. 5. cap. 62.

Gomor, γομὲρ, propriè menſura uini eſt, ut interpretatur Ambroſius in Epiſt ad Iuſtum.

Gonagra, genuum podagra.

Googri, rotunda internodia.

Gonorrhœa, γονορρόια, uitium eſt membrorum genitaliũ, quem cuiquam præter uoluntatem ſperma effluit: quod genus uitii prouenire ſolet ex retentricis facultatis imbecillitate. Qui uerò hoc uitio patiuntur, gonorrhœi, γονόρροιοι, appellantur. γονὴ nanq; ſemen ſignificat, ῥέω fluo, uide Galen. de Loc. affect. lib. 6.

Gorgōnia, γοργονία, teſte Plinio, lib. 39. c. 10. nihil aliud eſt quã corallium: ita dictum, quòd ex aquis exemptum, protinus in duritiem lapidis conuertatur, quemadmodum illi qui Gorgonas aſpexerant.

Gorgonion, eryngion. Dioſc. lib. 3. c. 24.

Gōſſipion, Frutex eſt, ex ſuperiori parte Aegypti, quæ in Arabiam uergit, primùm allatus, nunc etiam in quibuſdam Italiæ locis naſcens: ex quo lina fiunt quæ goſſipina dicũtur. ξύλον Alio nomine dicitur Xylon: & lina ex eo confecta, xylina. Plin. lib. 19 cap. 1. Superior pars Aegypti in Arabiam uergens gignit fruticem, quem aliqui goſſipion nocant: plures, xylon: & ideo lina inde facta, xylina. Pomulus eſt, ſimilemq; barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ſunt ulla eis in candore, molliciane præferenda. Ex quibus Plinii uerbis ſatis conſtat goſſipion fruticem eſſe, qui lanam illam molliſſimam profert, quam uulgò uocant Cotonium, quod & ipſum Latinè uocare poſſumus linum goſſipinum, uel xylinum. Hunc fruticem nos aliquando in Italia uidimus, pomumq; eius mali coronei ſimilitudine, quod maturescens, lanæ, quàm includit, copia dirumpitur, linumq; incluſum detegit.

G ante R.

G. R. In notis antiquorum, Genus Regium, uel rerum. G. R. gerens, uel gerit. GRA. Graccus. GR. AT. RS. B. genitor aũt ſeruator bonus, uel gerit rem Senatus bene. GRC. Graccus GR. D. gratis dedit, uel datũ. GR. E. gratia eius. GRT. gerit. G. RM. HI. RQ. Genus regium hic requieſcit. GS. geſſerunt. GS genus, uel geſſit. G S genio ſacrum. GT. gẽtem uel gentes. Grab fiſtula, oculi morbus.

Grābatus, grabati, maſcul. gen. ſecund. declin. κράββατος Suidæ. [Ital. Leticello. Gall. Vn petit lit ſurquoy on ſe repoſoit ſur le iour. Hiſpan. Lecho pobre Germanic. Ein gantſch, oder Interbette.] penultima producta, Lectus exiguus, in quo meridiari ſolẽt: dictus quaſi carabatus, quòd in eo capite recumbamus. κάρη enim caput, βατὸν peruium Græci dicunt. Alii κράββατον, παρὰ τὸ κρεμᾶν τὰς βάσεις, hoc eſt à ſuſpendendis pedibus dictum malunt. Vnde & pro lectis pauperum & medicantiũ grabati accipi ſolent. Cic. libr. 1. de Diuin. diuerſis facit lectos, & grabatos, quaſi air, Venit n. Iam in contentionẽ utrũ ſit probabilius, Deoſne immortales, rerum omniũ præſtantia excellẽtes, circumcurſare omniũ mortaliũ, qui ubiq; ſunt, non modò lectos, uerumetiam grabbatos, & quum ſtertẽtes aliquos

tes aliquot uiderint, obiicere iis uiſa quædam tortuoſa, & obſcura. Apud Latinos primam corripit: ſed apud Græcos eandē producit, & duplici ββ ſcribitur. Verg. in Mor. Mēbra leuat ſenſim nilli demiſſa grabato. Mart. lib. 6. Sed ſi nec focus eſt, mundi nec ſponda grabari.

Grācilis, le, adiectiuum, penultima correcta, omn. gen. ter. declinationis, Tenuis, macilentus. *ἰσχνὸς, λεπτὸς.* [Ital. Sottile, magro, ſcarno, tenue. Gall. Gresle, maigre, mince, menu, delié. Hiſp. Magro, ſutil, delgado. Germ. Kan, fleiſch, mager.] Terent. in Eunuc. Haud ſimilis uirgo eſt uirginū noſtrarum, quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe, uincto pectore, ut graciles ſient. Turpil. Noſti quàm ſit gracilli corpore, Gracilis lapis. Gracile marmor, gracili nucleo glans Graciles uindemiæ, apud Plin. leguntur. Gracilis liber. Mart. lib. 8. Siquid fortè petam timido, gracilíq; libello. ¶ Gracilis ponitur pro molli *ἁπαλὸς*. Hora. lib. 1. Carm. Quis multa gracilis te puer in roſa.

Grācilitas, cilitatis, f. t. Corporis habitus tenuior. *ἰσχνότης.* [Ital. Sottilezza, magrezza, tenuità. Gall. Greſleté, maigre tē, maigreur Hiſp. Magreza, ſotileza, delgadez. Ger. Kanheit, dünne.] Cice. 2. de Claris Orat. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur. Ibidem, Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas, & infirmitas corporis.

Gracilitudo, nis, Idem quod gracilitas. Accius in Amph. Tamen & ſtatuæ gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem. Nonius.

Gracilens, tis, om. g. Antiquis idem erat quod gracilis. Naeuius in Protefilao, Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. Nonius.

Gracilentus, a, um, Idem quod gracilis. *ὁ καὶ ἁπτομενῆ, ἰσχνὸς.* Ennius libro ſeptimo, Deducunt habiles gladios ſilo gracilento. Nonius.

Gracileſco, is, ere, n. t. Gracilis & tenuis fio. *ἰσχνύομαι.* [Ital. Diuenir, tenue, magro, ſcarno. Gal. Deuenir greſle & menu, amaigrir. Hiſp. Emagreſcer. Ger. Kan vnnd klein werden, mager werden.] Plin. lib. 17. c. 22. Cum aliàs feſtinatio ne pariendi gracileſcat.

Grācus, ſiue quod uſitatius eſt, Graculus, Nomen auis, cornici ſimilis, niſi quòd minor eſt, à uoce quam facit, uel à gerendo dicta, quòd iacta ſegetum ſemina gerat: uel quia ex oliuetis cubitum ſe recipiens, duas pedibus baccas, tertiam ore ferat, ſeu etiam quod gregatim uolitet: ſiue à gracilitate corporis. *κολοιὸς, ὁ κερμιάτης.* [Ital. Cornacchia. Gal. Vn gay ou gay. Hiſp. El grajo. Germ. Ein hätzel oder dull.] Eſt huic furandi natura, ex quo nonnulli monedulam eam appellauere, à furandis monetis. Exprimit ſermonem humanum, & cauea emiſſus reuertitur. Harum auiū tria ſunt genera: Maiuſculæ ſimiliores ſunt cornicibus, niſi quòd nigriores: minimæ, & inter eas mediæ, quibus roſtra & pedes rubent. Plin. lib. 10. cap. 29. Tranſpadana Italia iuxta Alpes Latium lacum appellat, amœnum arbuſto agrum, ad quem ciconiæ non tranſmeant, ſicuti nec oſtauum circa lapidem ab eo, immenſa alioqui finitimo Inſubrium tractu examina graculorum monedularum: cui ſoliani furacitas auri, argentíq; præcipuè mira eſt. Quo in loco quòd Plinius graculos monedulas dicit per appoſitionem nulla intercedente coniunctione, apparet monedulam eſſe ſpeciem graculi. ¶ Aeſopicus graculus, *Αἰσώπειος κολοιὸς*, dicitur qui aliena ſibi uſurpat, alieníſq; bonis ſeſe uenditat. Lucian. & Horat. Tractum ab Aeſopi apologo. ¶ Semper graculus aſſidet graculo, *ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἰζάνει.* Hoc eſt, Simile gaudet ſimili. Refertur à Diogeniano, notaturq; ab Ariſtotele. ¶ Sumitur etiā Graculus pro piſcis genere, qui & monedula dicitur à Plinio, Græcè *κολίας.*

Gradatim, Gradatio, Gradior, Gradiuus, uide Gradus.

Grādus, dus, maſc. à gradiendo, id eſt eundo, *κλίμαξ.* [Ital. Scaglione, grado. Gall. Degré, pas, marche. Hiſp. Eſcalon, grada. Ger. Ein ſtritt: item, ein ſtaffel, ſteigel.] Sunt etiam gradus ex quibus ſcalæ conſtant, & quibus ad ædificiorū altiora conſcenditur. Cic. Attic. Gradus templorū ad infima plebe cōpleti erant, Idē pro Seſt. Gradus eiuſde templi tollebātur. Virg. 1. Aen. Aerea cui gradibus ſurgebant limina. ¶ Gradus etiam idem interdū eſt quod greſſus, *βῆμα*, hoc eſt gradientiū pedū uiciſſitudo, ut apud Virg. gradibuſq; ſonare cōpoſitis. Addere gradū p accelerare. Liu. De. lib. 6. Alacreſq; milites alius alium ut adderet gradum, memor ad defendēdum ire patriam, hortabantur. Pleno gradu quadam prouerbii ſpecie dicitur ingreſſi, qui aliquid magno ſtudio inſtituerunt: cōtrà, qui leuiter rem quampiam attigerunt, ſummo pede dicuntur ingreſſi. Trebon. Cic. lib. 11. ¶ Gradum facere dicimus, ut ſi in arborem tectumue ſcandere uelim, ex ſaxo, aut ſcamno, aliquane alia re, gradum facio. *βάσιν πλίμακα ποιεῖν* Valla lib 5. c. 26. Gradum facere non eſt tranſitum facere, ſed aliquam rem gradum & quaſi ſcalam ad alia facere. Onid. 4. Met. Notitiam, primoſq; gradus uictoria fecit. ¶ Gradum facere ad aliquam rem, metaphoricè, quod barbari, Facere ingreſſum dicunt. Cic. contra Rullū, Hunc quaſi gradum quendam, atq; aditum ad cetera iuſtum intelligetis. ¶ Gradū inferre. Liu. Tandem gradum Romani acrius intulerunt, ceſſitq; Luſitanus. Tacit. lib. 19. Gradum inferunt, quaſi recentibus auxilijs auēti. ¶ Gradu mouere, eſt tertiò agere, propellere retrorſum. Liu. Primum gradu mouerunt hoſtem, deinde pepulerunt, poſtremò haud dubiè auertunt. ¶ Deiici de gradu, eſt amittere conſtantiam, & animi magnitudinem. *ἀπὸ τῆ φρονήματος & καταλείδω.* Cic. 1 Offic. Fortis enim animi eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur: ſed præcentis animi uti cōſilio. Sic etiam gradu dimoueri, id eſt, quā indignè ſeſe aliquid admittere. Venire gradibus. Cic. 1. de Nat. deor. Nam à beatis ad uirtutem, à uirtute ad rationē uideo te uenille gradibus. ¶ Interdum etiam gradus accipitur pro exiſtimatione & loco honoris. Cic. 2. Philipp. Et in querela mihi neceſſaria prohoc gradu, in quo S. P. Q. R. collocauit. ¶ Gradus quoq; cognationis dicti ſunt, ad ſimilitudinem ſcalarum, locorumue decliuium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id eſt in illum, qui quaſi ex illo naſcitur, ueniamus. Quapropter gradūs huiuſmodi alios ſuperioris ordinis eſſe Caius ſcribit, ut ſunt pater & mater, qui ſunt in proximo gradu: In ſecundo auus & auia: in tertio, proauus, & proauia. Alios inferioris, ut liberi. Alios ex tranſuerſo, ſiue latere, ut fratres & ſorores, liberiq; eorum. ¶ A gradus fiunt Tardigradus, da, dum, pen. cor. qui tardè graditur. *βραδύπους.* Vnde ceſtudinem tardigradam dicimus. Spiſſigradus, pro frequēti graduum motu incedente. Plautus in Pœnul. Spiſſigradiſſimos, tardiores multò, quā corbitæ ſunt in tranquillo mari.

Grādior, graderis, greſſus, d. t. Significat uado, incedo, ambulo, eo, progredior. *βαίνω.* [Ital. Andare, paſſeggiare. Gal. Marcher. Hiſpan. Andar paſſo à paſſo. German. Gehen, trätten.] Lactantius libro quarto, Claudis uerò, ac pedū uitio afflictis, non modò gradiendi, ſed etiam currendi facultatem. Virgilius primo libro Aeneidos, Ipſe ouo graditur comitatus Achate. Cicero ſecundo libro de Natura deorum, Iam uerò alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt. Idem 1. Tuſculana, Fidenti animo ſi ita res fert, gradietur ad mortem. ¶ Huius compoſita ſunt, Aggredior, antegredior, congredior, digredior, egredior: de quibus alibi. Ingredior, introgredior, *παρεισβαίνω*, praetergredior, progredior, regredior, ſubtergredior, ſupergredior & tranſgredior: quorum ſignificata uide ſuis locis. ¶ Progredior, ultra procedo. *προβαίνω.* Cicero in Lælium, Id primum uideamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat Hinc progreſſus & progreſſio, pro proceſſu. Idem libro primo Tuſculan. Qui errantium ſtellarum motus, progreſſiones, inſtitutionesq; notauit. Aliquando eſt anteire, Plautus, Extremum intra carcerem ipſum progreditur Parthenopæum. Prætergredior, ultrò tranſeo. *παραβαίνω, παραμείβω.* Cicero Appio Pulchro, Cornicas Lepta uenit mihiq; nunciauit, te iam caſtra prætergreſſum eſſe. ¶ Supergredior, ſuperambulo, ſupero, *ὑπερβαίνω, ὑπερβάλλω.* Subtergredior, *ὑποβαίνω.* ¶ Tranſgredior. ultra gradior, *μεταβαίνω*, & Tranſgreſſio, uide ſuo loco.

Greſſus. greſſa, greſſum, participium à gradior. *βεβηκὼς.* Virgilius ſexto libro Aeneidos, - & pariter greſſi per opaca uiarum.

Greſſus, ſus, m. q Inceſſus, ambulatio. *βάσις.* [Ital. L'andare, paſſo. Gall. Marchure, marche, pas, allure. Hiſ. El paſſo de la obra de andar. German. Ein gang eines.] Cicero 1. Offic. Cauendum

Cauendum eſt autem ne aut tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, &c. Virgi. 3. Georg. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Gradatus, a, um, In modum graduum factum. κλιμακωτὸς. [Ital. Fatto in gradi. Gall. Fait en degrez Hiſp. Echo en eſcalones Germ. Vnie die ſtaffeln gemacht.] Plin. lib. 15. capite 4. Denſis, gradatisq; corticum pollicibus. Plinius in Epiſt. Omnia maceria munimentur: hanc gradata buxus operit & ſubtrahit.

Grădatio, Apud Rhetores dicitur, quum ex prima ſententia oritur ſecunda, & ex ſecunda tertia, atque ita deinceps. κλῖμαξ. Cicer. 3. de Orat. Eſt etiam gradatio quædam & cõuerſio, & uerborum concinna tranſgreſſio. Autor ad Herennium libr. 4. Gradatio eſt, in qua non antè ad conſequens uerbum deſcenditur, quàm ad ſuperius cõſcenſum eſt: hoc modo. Nã quæ reliqua ſpes libertatis manet, ſi illis & quod libet licet: & quod licet, poſſunt: & quod poſſunt, audent: & quod audent, facinnt: & quod faciunt, nobis moleſtum non eſt?

Gradarii equi, qui ſine ſuccuſſatione molliter incedunt. ἁπαλοπερῆτες. [Ital. Caualli che hanno buono andare. Gallicè, Chcuaux qui vont un bon pas, qui vont à l'amble. Hiſpan. Caualles ambladores. Germanic. Zältroſs.] Lucil. libro decimoquarto, Ipſe equus non formoſus, gradarius optimus.

Gradatim, aduerbium, Significat per gradus. κλιμακηδὸν. [Italic. Paſſo à paſſo, à paſſo, à paſſo. Gallic. Par de grez, de gré en degré, petit, à petit, pas à pas. Hiſp. De paſſo en paſſo. Germ. Von einem tritt oder ſtaffel zů dem anderen, ſtůfs, für ſtůfs, Gemächlich.] Var. lib. 1. de Re ruſt. Cato quidem (inquit) gradatim alium præponens alii, agrum meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus. Plin. lib. 31. capit. 4. Foſſæ in quas perfluat, cauantur: agogas uocant: & ſternuntur gradatim. ¶ Gradatim, pro ſenſim, paulatim, ordinatè, & lentè βάδην. Cicero Dolabellæ, ita pedetentim & gradatim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum receſſus. Idem prima Tuſculana, Tamen ita faciles interrogationes ſunt, ut gradatim reſpondens eò perueniat quaſi Geometrica didiciſſet.

Gradiuicola, uide in Propriis.

Græcari, græcula roſa. Item uide Græcia in Propriis.

Græca ſalix, dicitur ſalix rubra.

Grălla, grallarum. fœm. prim. decl. τὰ παλαβατῶν βάθρα, ἢ τὰ σκωληβατιζόντων ἰδρύσματα. [Ital. Zanche. Gallic. Eſchaſſes Hiſpanicè, çancos. Germanic. Stältzen.] Fuſtes furculas habentes ſunt quibus mittuntur qui ſuper iis ambulant.

Grallător, maſc. ter. Qui grallis graditur, ac paſſus ingentes facit. παλωβάτης, σκωληβατίστης. [Italic. Chi va per ſcalle ò zanche. Gallic. Qui va ſur des eſchaſſes. Hiſpan. El que aſſi anda en çancos. German. Der auff ſtältzen gehet.] Plautus in Pœnul. At ſi ad prandium in ædem nos diuiſſem ducere, uinceretis ceruum curſu, & grallatorem gradu. Grallatores (inquit Feſtus) appellantur pantomimi, qui ut in ſaltatione imitarentur Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atq; in his ſuperſtantes ob ſimilitudinem crurum eius generis gradiebantur, utiq; propter difficultatem conſiſtendi.

Grallatorius, a, um, ὁ τῶ παλαβάτου: ut, Grallatorius gradus, id eſt, magnus, quales ſolent eſſe grallatorum: cui opponitur teſtudineus gradus, hoc eſt, lentus, quali incedunt teſtudines. Plaut. in Amph. Abſtine, quæſo, non potuimus Noſtros grandius grandire gradus. A. Sine grallatorius, ſine teſtudineus fuerit, certum eſt mihi, hunc ſceleſtum perdere.

Grămen, minis, n. r. Herba uolgatiſſima, ſic dicta à grandiendo, hoc eſt, pgrediẽdo, ſiue ſerpẽdo, quòd geniculatis internodiis mirificè ſerpat, crebroq; nouas ſpargat radices. κύρων. [Ital. Gramigna. Gall. Dent de chien. Hiſpan. La yerua que dizen grama. Germ. Graſs.] Hæc uerba (ut autor eſt Plin. lib. 24. cap. 19.) iumentis eſt gratiſſima, ſiue uiridis ſit, ſiue in fœno ſiccata. Virgil. in Buco. nulla neq; amoẽ Libabit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Cicer. 2. de Fin. Tus ſiet Puteolis gramina. Liuius 1. ab Vrbe, Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. Gramen floreum. Martialis lib. 9. Sit in gramine floreo reclinis.

Grămĭnĕus, gramĭnea, gramĭneũ, Quod ex gramine eſt factũ: ὁ τὸ ἀγρώστεως, χλωρός. [Itali. Gramignoſo, di gramigna. Gal. D'herbes, de uerdure, herbu. Hiſp. Coſa de grama. Ger. Von graſs oder kraut gemacht.] Iut. Graminea corona: Gell. lib. 5. cap. 6. Obſidionalis corona eſt, quam ii qui liberati ſunt obſidione, dãt ei duci qui liberauit: ea corona graminea eſt, obſeruarique ſolitum ut fieret è gramine quod in eo loco generatum eſſet, intra quem clauſi erant qui obſidebantur. Sic Plinius libro uigeſimoſecundo capite tertio, & Liuius ſeptimo libro ab Vrbe. Ceſpes gramineus, Ouidius 2 Amor. Elegia. 17. Campus gramineus, Ouidius 3. Faſtorum.

Graminoſus, a, um, Plenus gramine. χορτώδης. [Ital. Gramignoſo, pieno di gramigna. Gal. Herbu, plein d'herbes. Hiſp. Lleno de grama. Ger. Graſechtig. Voll graſs.] Colomel. in Præfat. li. 1. Quid ſylueſter ager, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus, & ſporcus recuſaret? Sic lib. 7. cap. 9.

Gramĭæ, ſiue Gramæ, ſunt oculorum pituitæ, λῆμαι, γλαμμαι.

Gramoſus, gramoſa, gramoſum, ſiue Graminoſus, id eſt, lippus. Cecilius apud Nonium, Gramoſis oculis ipſa, attritis dentibus.

Grammăta, grammatis, penul. cor. neut. gen. Latinè litera dicitur.

Grammatica, æ, uel Grammatice, es, f. p. γραμματικὴ. Eſt rectè loquelæ rectæq; ſcripturæ ſcientia: quæ uſu, ratione, auctoritateq; cõſtat. Latini numero plurali Literas uocant. Cicer. 3. de Finib. Quanquam ea uerba, quibus ex inſtituto ueterum utimur pro Latinis, ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Muſica, quanquam Latinè ea dici poterant, tamen quoniam uſu recepta ſunt, noſtra ducamus. Quint. lib. 2. cap. 14. Grammatice, literatura eſt, non literatrix. Et c. 1. Et Grãmatice, quã in Latinum transferentes, literaturã uocauerunt, fines ſuos norit.

Grammatica, grammaticorum, Studium literarum, quod profitentur ii qui grammatici uocantur. Cicero 1. de Orator. In Grammaticis poëtarũ pertractatio, hiſtoriarum cognitio, uerborum interpretatio, pronuncindi quidem ſonus.

Grammaticè, aduerbium, γραμματικῶς, ut Grammaticè loqui, eſt ubi cura ſermonis uitium non admittitur: Latinè loqui, ubi elocutione eluceſcit oratio. Quintil. lib. 1. cap. 4. Quare mihi non inuenuſtè dici uidetur, aliud eſt Latinè, aliud grammaticè loqui.

Grammătĭcus, ca, cum, γραμματικὸς, quod ad grammaticam pertinet, ut, Figuræ grammaticæ, Grammaticus ſtylus Grammatica oratio, Ars grammatica. Ad Heren. lib. 4. Hæc quæ ratione uitare poſſimus, in arte grammatica dilucidè diſcemus. ¶ Grammaticus ſubſtantiuum, qui grammaticã docet: Latinè dici poteſt Literatus. Suetonius de Claris Grammat. Appellatio Grammaticorum Græca conſuetudine inualuit: ſed initio Literati uocabantur. Cornel. quoq; Nepos in eo libello quo diſtinguit Literatos ab eruditis, Literatos quidem uulgò appellari ait eos qui aliquid diligenter, & acutè, ſcienterq; poſſint aut dicere aut ſcribere. Cæterùm propriè ſic appellandos Poëtarum interpretes, qui à Græcis Grammatici nominantur, eoſdem Literatos uocitatos. Hactenus Suet. Cic. 2. Tuſcula. Vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam, barbarè loquatur: aut ſi absurdè canat is, qui ſe uelit habere Muſicum, hoc turpior ſit quòd in eo ipſo peccet, cuius profitetur ſcientiam: ſic Philoſophus in ratione uitæ peccans, hoc turpior eſt quòd in officio, cuius magiſter eſſe uult, labitur: artemq; uitæ profeſſus, delinquit in uita. Horatius in Arte, Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. ¶ Grammatici à ueteribus etiam Critici dicti ſunt, eo quòd ſibi de omni genere ſcriptorum diiudicandi ſumebant poteſtatem. Eoſdem Literatores uocitatos, Meſſala Coruinus autor eſt. Sunt tamen qui Grammaticum à Grammatica diſtinguunt, ut Literatum à literatore, tanquam Grammaticus abſolutè, & perfectus doctus, ſicut Literatus Grammatiſta, ſicut Literator, tenuiter eruditus: in malam enim partem accipitur. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud Maiores (ait) quõ familiæ alicuius uænalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, ſed literatorem inſcribi ſolitum eſſe, quaſi non perfectum in literis, ſed imbutum.

Grammateus, huius grammatei, maſculini generis, ſecun. declinationis, γραμματεὺς. [Italicè, Scriuano. Gallicè, Eſcriuain. Hiſpani. Eſcriuano.] Dictio triſyllaba, ſignificat ſcribam.

ſcribam qui rationes publicas in tabulis ſcribit. Apull. libr. 11. Cum ex his unus, quem cuncti Grámatea dicebant. Suidas ait Grammatea eſſe notarium, & ἀναγράπτην, id eſt, ac canonum participem. Hinc Archigrammateus, princeps ſcribarum, quem hodie nocamus Cancellarium. Budeus.

Grammatocyphon, γραμματοκύφον, qui capite ſubmiſſo, & in genibus papyrum tenens ſcribit.

Grammatophylacium, cii, n. ſ. γραμματοφυλάκιον. [Italic. Luogo doue ſi conſeruano gl' atti publici, cancellaria. Gal. Le treſor des chartres, le lieu ou on garde les lettres & regiſtres publics. Hiſp. Lugar donde ſe guardan las letras publicas Ger. Ein Cantzlei, Ein ort da man gemeine bücher geſchrifften oder brieff hinbehaltet.] Locus ubi tabulæ & inſtrumenta publica, monumentaq; rerum geſtarum, actorumq; aſſeruantur: quod tabularium Latinè appellatur. Iuriſconſ. ictus in tractatu de pœnis. ἀρχεῖον fortaſſe, uel grámatophylacio.

Grammæ, gemmæ quæ per tranſuerſum alba linea præcinguntur.

Grammatias, Gemma eſt ex iaſpidum genere, ſimilis ſmaragdo, per tranſuerſum linea alba præcincta: quæ ab Orientalibus populis pro amuleto geſtari ſolet. Hæc & polygrammos (πολύγραμμος) dicitur. Plinius libro trigeſimoſeptimo, capite nono.

Gramme, f. g. γραμμή. [Ital. & Hiſp. Linea. Gal. Vne ligne. Germ. Ein linien.] à Græcis appellatur, quam Latini lineam uocant. γραμμὴ (inquit Euclides) μῆκος ἀπλατὲς, hoc eſt, gramme, ſine linea, longitudo eſt ſine latitudine. Emenſa uerò cum longitudine latitudo, ἐπιφάνεια, id eſt, ſuperficies dicitur. Augu. Si omiſſa latitudine, ſolum quis longitudinem uoluerit emetiri, longitudo ſine latitudine menſoræ ſubiecta, gramme dicitur. Non quòd ſit longitudo aliqua quæ careat latitudine, ſed quòd ſolam quis metiens longitudinem, grammen metiri dicitur.

Granarium, Granatus, uide Granum.

Grándis, de, om. te. Propriè ætatis magnitudinem denotat. πολυετὴς. [Ital. Grande. Gal. Grand. Hiſpan. Coſa grande en quantidad ò en dignidad. Germa. Groſs, Erwachſen.] Terent. in Adelph. An ſedere oportuit domi uirginem tam grandem? Cicer. pro Cluent. Reliquit hunc annos quindecim natum: grandem autem & nubilem filiam. Quòd ſi NATV addatur, prouectiorem ætatem ſignificat, & iam penè ſenilem. Plinius Iun. Mulier natu grandior, & tot liberorum parens. Cicer. pro Roſc. Com. Quid expectas, quàm mox ego Luſcium & Manilium dicam ordine eſſe Senatores: ætate grandes natu: natura ſanctos? ¶ Dicitur & de quauis alia magnitudine: neq; de ſolo homine grandis dicitur, uerumetiam ad inanimata refertur: ut, Grãde æs alienum. Plin. lib 7. cap. 38. Grandi Guidiorum ære alieno permotare eam conati. Grande pondus argenti. Cicer. pro Cecin. Grãde gaudium. Plau. in Sticho, Tantum à portu apporto bonum tam gaudium affero grande.

Grandiuſculus, la, lum, diminutiuum. ὑπομίκτης. [Ital. Grandetto, grandicello. Gal. Grandelet, un peu grandet. Hiſpan. Poquillo grande. Ger. Groſslecht.] Terent. in And. Nam ferè grandiuſcula profecta eſt illinc.

Gránditas, tis, f. t. Propriè ætatis magnitudo. πολυετία. [Ital. Grandezza. Gal. Grandeur. Hiſpa. Grandeza como quiera. Ger. Gróſſe, ártt.] Siſenna lib. 4. Hiſt. Neque ætatis grandi tatem, neq; ea mente, neq; ordinis honeſtatem, aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi. ¶ Accipitur etiam pro quauis alia magnitudine, ſiue ſublimitate. Cicer. de Claris Orato. Idq; apparet ex genere & granditate uerborũ. Plin. in Epiſt. Non illi uis, non granditas, non ſubtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos deſuit. Quibus in locis granditas accipitur pro ſublimitate, uel grandiloquentia uerborum, uel orationis.

Grandæuus, grandæua, grandæuum, Quod eſt profectioris ætatis, quaſi grandis ætatis eſt, ſenex. πολυετὴς. [Itali Di molta età. Gal. Qui eſt fort aagé. Hiſp. Coſa de grande edad. Ger. Eines groſſen alters.] Virgil. 1. Aeneid. Et qua ueſtros Abas, & qua grandæuus Alethes. Plin. lib. 2. cap. 7. Alios eſſe grandæuos, ſemperq; canos.

Grandæuitas, atis, f. t. πολυετία. [Ital. Grande età, uecchiezza. Gal. Grande aage, uieilleſſe. Hiſpa. Aquella grandeza de etad. Ger. Das hoch vnd groſs alter.] Accius, Ne quia nec uos, nec ille impunè irrideret meam grandæuitatem.

Grandiloquus, m. pen. cor. Qui grandi & ſublimi dicendi genere utitur, quiue nihil humile loquitur. μεγαλεξήμων. [Ital. Che ragiona di coſe grande. Gal. Qui dit choſes grandes, qui parle d' on haut ſtyle. Hiſpan. El que ſiempre habla grãdezas. Ger. Der hoch iuhár redt. Der von groſſen dingen redet. Herrliche wort braucht.] Cic. in Orat. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, eum ampla, & ſententiarum grauitate, & magnificatis uerborum uehementes. Idẽ 5. Tuſco. Quid tandem iſti grandiloqui contra hæc duo? ¶ Hinc grandiloquentia, μεγαλεξημοσύνη.

Grandiculus, pen. cor. diminut. ὑπομίκτης. [Ital. Grandicello. Gall. Grandelet, un peu grand. Hiſp. Poquillo grande. Ger. Groſslächt.] Plaut. Pen. In fundas infundebãtur diculos globos.

Grandio, dis, dii, ditum, 3. p. Grãdem facio. ἐπαύξω, ἐπάρω, [Ital. Aggrandire. Gal. Agrandir, faire grand. Hiſpan. Hazer grande otra coſa. Ger. Groſs machen.] Plaut. in Aul. Sic hodie hercle fuſtem capiam, aut ſtimulum in manum, Teque dineum iſtum tibi ego grandibus gradum. Idem in Amph. abſtine quæſo: non potuimus Noſtros grandius grandire gradus.

Grãdeſco, cis, neu. ter. Creſco, grandis fio. αὐξάνω, φύομαι, μεγαλύνομαι. [Ital. Creſcere, diuenir grande. Gal. Deuenir grand, croiſtre. Hiſp. Hazerſe grande. Ger. Groſs werden.] Plin. lib. 18. Creſcente luna frumenta grandeſcunt. Colum. lib. 2. cap. 11. Omne autem frumentum ſpicam à tertio ad quartum nodum emittit: & quum totam edidit, oſtio dicit defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatem peruenit. Cicero 1. de Diuin. Lentiſcus triplici ſolito grandeſcere fœtu. ¶ Hinc ingrandeſco, quod eſt, ualde grandis fio. Columell. Quæ ideo, ut celeriter prodeat, & ingrandeſcat, antequam ſeritur, ſimo arido permiſceri debet.

Grandigro, as, Antiquum uerbum eſt, quo Plau. in Truculento eſt, pro grandi gradu eo. Quid, inquit, clamitas inſane? Abire hinc ni properè grandigras, iam ego iſtos fictos, Compoſitos, criſpos, cinnos tuos unguentatos uſq; ex cerebro Expellam.

Grándo, dinis, f. t. Pluuia in aere congelata, ſic dicta, quòd granis ſimilis ſit. χάλαζα. [Ital. Tempeſtà, grandine. Gallic. Gresle. Hiſp. El granizo. Germ. Hagel.] Cicero 3. de Natur. deorum, At enim minora dii negligunt, neq; agellos ſingulorum, nec ulticulas perſequuntur: nec ſi uredo aut grando quippiam nocuit. Id Ioui animaduertendum fuit: ne in regnis quidem reges omnia minima curant. Virgil. 1. Geor. crepitans ſalit horrida grando. Horat. 3. Carm. Ode 1. Non uerberatæ grandine uineæ. Plin lib. 2. cap. 60. Grandinem conglaciato imbre gigni, & niuem eodem humore molliter coacto: pruinam autem ex rore gelido. Plaut. in Moſtel. Ea mihi aduentu ſuo quamprimum grandinem, imbremq; abſtulit. ¶ Drachmæ grando, ἀργυρᾶ χαλαζώδης, id eſt, Drachma grandinans. De lucro quod tanquam calitus emiſſũ obtigit. Nam olim theatrale præmium erat drachma, quæ ueluti grandinis in morem in populum ſpargebatur. Zedodotus & Heſychius. ¶ Grando item morbus eſt, ſiue uitũ oculorum, quod Græci χάλαζιον appellant: quum ſcilicet in extrema ciliorum ora, unde pili oriuntur, tubercũlũ enaſcitur mobile, quod digito huc illuc impelli poſſit. ¶ In ſuibus item Grando dicitur, quum ſub lingua nonnullæ uricæ ſiunt ac nigreſcunt. Autor Actius li. 13. ca. 10.

Grándinoſus, ſa, ſum. Quod abundat grandine. χαλαζώδης [Ita. Tempeſtoſo, che abonda di tempeſta. Gal. Subiet à la greſle, qui greſle ſouuent. Hiſp. Lleno de granizo, ò el que abunda de granizo. Ger. Zů dem hagel geneigt, das gern haglet.] Colum. lib 3. cap. 1. Poſt hæc non ignorabit dominus loci, plus poſſe qualitatem cæli frigidam uel calidam, ſiccam uel roſcidã, grãdinoſam, nouentoſam, uentoſamq; uel placidam, ſerenam uel nebuloſam.

Grandino, grandinas, penul. corre. Grandinare dicitur Deus. χαλαζῶ

Grãnum, n. ne. ſ. Propriè ſemen frugum dicitur, ut tritici, hordei, & huiuſmodi. βίκος. [Ital. Grano, grane'lo. Galli. Grain. Hiſpa. Grano ue ſimiente qualquiera. Ger. Ein korn oder kern.] Plaut. in Sticho, Videlicet illum fuiſſe nequã adoleſcentem qui ilico, Vbi ille poſcit, dare denegauit ſe granum tritici. Varro 1. de Re ruſti. cap. 48. Granum Jidũ, quod

quod eſt intimũ ſolidum. Et paulo pòſt. Granum à gerendo: id enim ſeritur, uti ſpica gerat frumentum. Cicer. 1. de Diuin. Fiunt certè diuinationum coniecturæ à peritis. Midæ illi Phrygio, quum puer eſſet: dormienti formicæ in os mitici grana congeſſerunt: ditiſſimum fore prædictum eſt, quod euenit. ¶ Granum etiam generaliter dicitur pro omni eo quod minutum eſt, & ſimilitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Vnde & mali punici acinos, grana, ipſumq; malum granatum dicimus. Fructum quoque arboris cuiuſdam ilici ſimilis, quem Dioſcorides κόκκον βαφικὸν appellat, à quibuſdam granum dicitur. Quod quia copioſiſſimè naſcitur in Bætica prouincia, factum eſt ut ea regio ab eo Granata dicatur.

Granarium, rii, n. ſ. Locus in horreis ſeruandis ſeminum granis paratus, uel in quo grana frugum reponuntur. σιτοφυλακεῖον, σιτοβολών. [Ital. Granaio, Gal. Grenier, un lieu à ſerrer à grains. Hiſp. Lugar para guarder los granos. Germ. Ein Korn hauß, Kornſchütte.] Varro 1. de Re ruſt. cap. 57. At triticum condi oportet granaria ſublimia quæ pertlentur uentis ab Exorto, & Septentrionali regione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aſpiret. Pro granariis qui dam habent ſub terris ſpeluncas quas uocant ſyros, alii puteos. Perſ. Sat. 5. Iam nunc aſtringas, iam nunc granaria laxes. Horat. 1. Ser. Saty. 1 Cur tua plus laudes cucumeris grana noſtris? Colume. lib. 2. cap. 10 Repoſitum in granario patitur ſuum.

Granatus, ta, tum, Quod abundat granis: ut malum granatum, ῥοιὰ μηλέα. πολύκοκκος. [Ital. Granato, che ha molti grani. Gal. Grené, qui à force grains. Hiſ. Granado de muchos granos. Ger. Das vil kernen hatt.] Colum. lib. 12. cap. 41. Et integra mala dulcia granata quæ Punica uocantur.

Granatum, ti, n. ſ. ſubſtantiuè accipitur pro malo Punico. μῆλον uel ῥοιά. [Ital. Pomo granato. Gal. Pomme de grenade. Hiſp. La granda fruto de granado. Ger. Ein Granatöpfel.] Plin. lib. 20. cap. 41. Singultus uomitus fiſtit cum ſucco granati.

Granoſus, ſa, ſum, Quod intus habet grana πολύκοκκος. [Ital. Granelloſo, di molti grani. Gall. Grenu, qui à beaucop de grains. Hiſ. Lleno de granos. Ger. Kernechtig, Vol kernẽ.] Plin. lib. 21. cap. 11. Quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, halicacabum uocant, & alii callion.

Granifer, ra, rum, κοκκοφόρος, κυοφόρος. [Ital. Che porta grani. Gal. Qui porte grains. Hiſp. Coſa que trae ò tiene granos. Germ. Das kernen trege.] Ferens granum: ut. Agmen graniferum, dictæ formicæ ab Ouid. 7. Metamorph. Graniferumq; agmen ſubiectis ſpargere in armis.

Graphẽ, f. p. γραφὴ. [Ital. Scrittura, accuſa. Gal. Eſcriture, accuſation. Hiſp. Eſcriptura, accuſation. Ger. Ger. Ein geſchrifft.] apud Græcos ſcripturam ſignificat. Aliquando etiam (ut inquit Suidas) Genus eſt cuiuſdam publicæ accuſationis, quãdo ſcilicet lex aliqua ut iniqua, aut perperam lata accuſatur.

Graphicẽ, ces, f. p. γραφική. [Itali. Arte de dipingere. Gal. L' art de peindre. Hiſp. Arte de pintar. Germa. Die kunſt deſt malens.] Ars pingendi, quæ & pictura à Latinis dicitur. Plin. lib. 35. cap. 10. Et huius autoritate effectum Sicyone primũ, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt picturam, in buxo docerentur. ¶ Graphice item dicitur, teſte Budæo, cura, uſus, meditatio elaborãdi limandiq; ea quæ ſcribimus: Cicero ſtylum appellat, libro ſecundo de Oratore. Huic opponitur extemporanea dicendi, ſcribendiue facultas, quam Græci uocant αὐτοσχεδιαστικὴν.

Graphis, phidis, f. t. γραφίς. [Ital. Diſegno, abozzamẽto. Gal. Proiet de peinture. de groſſement, delinement. Hiſp. El debuxo. Ger. Entwerffung eines gemãlds.] Eſt delineatio futuræ picturæ, quæ & ὑπογραφὴ à Græcis dicitur. Frequẽs eſt huius dictionis uſus apud Vitruuium lib. 1. ubi graphidem accipit pro primo illo linearum ductu, & umbrarum delineatione in inſtrumentis ſcithericis, quam & ſciographiam identidem appellat. Dicta graphis à ſtylo, quem Græci γραφεῖον & γραφίδα quoq; nominãt Plinius lib. 35. Graphidis veſtigia extant in tabulis, ac membranis ex quibus proficere dicuntur artifices.

Graphium, phii, n. ſ. γραφεῖον. [Ital. Stilo da ſcrimere in tauolette. Hiſp. Pinceau ou autre inſtrument dequoy on peint ou eſcrit ſur tablettes. Hiſpa. El puncon para debuxar. Ger. Ein griffel.] ſtylus ferreus, quo ueteres in cereis pugillaribus ſolebant ſcribere. Ouid. libr. 1. Amorum, Eleg. 11. Quid digitis opus eſt graphium laſſare tenendo?

Graphicus homo. γραφικὸς. [Itali. Ben fatto, come eſſer deue. Galli. Fait comme qui l'autoit peint, bien & naifuement fait. Hiſ. Bien y per teſtamẽte trecho, y compueſto, lindo. Germ. Ein wolgeſtaltes menſch an dem nicht vergãſſen iſt.] dicitur ad unguem factus, abſolutuſq; & quaſi pictoris manu expolitus. Plaut. in Epid. Næ tu habes ſeruũ graphicum, & quãtiuis pretij, ſi ſeruat fidem.

Graphicè, eleganter, politè, γραφικῶς. [Itali. Elegantemeur, galantement, polidamente. Galli. En bonne peinture, naifuement, fort bien. Hiſp. Linda. galana y gentilmente. Ger. Zierlich, Artlich.] Plaut in Perſa, Nunc huic ego graphicè facetus fiã, Submixis alis me inferam, atq; amicibor gloriosè. Idem in Trin. Exornetur graphicè.

Grãphiarium, rii, n. ſ. γραφιοθήκη. [Itali. Pinnarnolo. Galli. Vn calmar ou eſtuy de peintre ou eſcriuain. Hiſp. La caxa de aquellos punconer. Germ. Ein ſchreybzeug.] Theca in qua ſtyli reponuntur, quibus & ſcribere ſimul & pingere ſolebant antequam penicilli, & colores inuenirentur. Martiali. 14, Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro, Si puero dones, non leue munus erit. Eadem & theca graphiaria dicitur.

Graſſor, ſaris, d. p. ſi originem ſpectes, nihil aliud eſt quàm cum impetu & uehementia incedere. Creditur enim frequentatiuum eſſe à uerbo gradior. Frequentiſſimè tamen accipitur pro eo quod eſt uias obſidere, obuiosq; iniuriæ opportunos ueſtibus, aut pecunia, aut alia quauis te ſpoliare. Feſtus, Graſſari proprie dicuntur latrones uias obſidẽtes. Gradi ſiquidem, ambulare eſt: unde tractum graſſari, ab impetu gradiendi. Sed quum quis graſſatur, id eſt quũ impetu ſiue frequenti gradu uadit in aliquem, & bono & malo animo graſſari poteſt: ideo & in bonam & in malam partem accipi poteſt: ut apud Salluſt. in Iugurt. Sed dux atque Imperator uitæ mortalium animus eſt, qui ubi ad gloriam uirtutis uia graſſatur, abundè potens, pollensq; & clarus eſt. Liuius libro tertio ab Vrbe, Iam à ui tuta erat, quum aſſertor nihil opus eſſe multitudine concitata ait, ſe iure graſſari: non ui, hoc eſt iure procedere. Næuius, Nunc me res ipſa reprimit, ſæpe hac eadem graſſatus uia. Sæpius tamen in deteriorem partem accipitur pro ſæuire in aliquem: uel ui aliquem adoriri. κατασκήπτω, ἐγκατασκήπτω, λῃστεύω. [Ita. Aſſalsimare, ſtrugere. Gallicè, Aſſaillir, courir ſur, briganer, deſtreuſſer. Hiſpanicè, Saltear. Germanicè, Vberfallen. Vngeſtüm ſein, Mit gwalt anfallen.] Plautus in Ruden. Acta hæc eſt res: certum eſt mori, quàm hunc pati leuonem in me graſſari. Lactant. libro ſecundo, Suis enim uitiis perditis ſeruiunt, & graſſantur ut perdãt. Idem libro tertio, Archipirata quiſpiam uel latronum ductor, ſi ſuos ad graſſandum cohortetur. Cæſar, Graſſari in hoſtes uetat. Liuius libro ſecundo Trecenti coniuranimus principes iuuentutis Romanæ, ut in tabernã uia graſſaremur. Graſſatur peſtis hoc eſt cum ingenti clade hominum inualeſcit. ¶ Huius compoſitum eſt Oggraſſor, quod eſt obuiam ſeu contra cũ impetu gradior. Plautus in Pœn. Niſi cum impudicis condidiciſtis oggraſſari gradu.

Graſſator, oris, m. t. Proprie dicitur, qui urbis uicos obſidens, obuios aut ueſtibus aut pecunia ſpoliat? quales ſunt prima face in maioribus urbibus, miniſtris ueſtes detrahunt, aut cœnas quas dominis ferunt, ui eripiunt, metu uerberũ aut mortis intentato. λῃστὴς. [Italicè, Malendrino, ladrone, aſſaſſino da ſtrada. Gallicè, Brigant, deſtrouſſeur, de gens, guetteur de chemins. Hiſpanicè, Salteador de caminos y robador. Germanicè, Ein ráuber, der mit gwalt ein anfalt.] Iuuenalis. Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem. Calliſtratus, l. Capitalium. ff. De pœn. Graſſatores qui prædij cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur. Suetonius in Auguſto, Nam & graſſatorum plurimi palàm ſe ferebant ſuccincti ferro, quaſi tuendi ſui cauſa. Et paulò inferius, Igitur graſſatores, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus, inhibuit. Cicero de Fato. Hoc enim modo uiator quoq; bene ueſtitus, cauſa foret cur à graſſatore ſpoliaretur.

Graſſatio, tionis, uerbale, fœmin. tert. dicitur actus ipſe graſſandi. λῃστεία. [Italicè, Aſſaſsinamento. Gal. Courſe ſur un homme, deſtreuſſement, briganderie, uolletie.

Hiſpanicè. Aquella obra de ſaltear. Germanicè, Das neůn eo, Pſaltůmůeſcit, Kůoberey] Plinius libro tertio capite vigeſimoſecundo. Nero Cæſar claritatem ei dedit, ioui tio imperii noſturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens ſibi cum thure ceráque, & ſequente die contra famam cutem ſynceram circunferens. Budæus.

Graſſatura, rę, Idem quod graſſatio. Sueton. in Tiberio. In primis tuędæ pacis à graſſaturis, & latrociniis, ſeditionůmq; licentia curam habuit.

Gratæ, Grates, Vide Gratia.

Grătis, tiæ, fœmin. prim. Interdum idem eſt quod beneficium, inde dictum quòd gratis nobis detur. χάρισμα. [Italicè, Gratia, beneficio. Gallicè, Gracè, plaiſir, bienfait. Hiſpanicè, La gracia ò graciofidad. Germanicè, Gnad oder danck.] Cicero libro primo Epiſtol. Quum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam quam uel non capere animus meus uel in accipiendo, uel remunerando, cumulandóque illuſtrare poſſet. Terent. in Andr. Ego Charine neutiquam offícium eſſe liberi puto, Quum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi, hoc eſt poſtulare ut ſibi habeatur gratia, uel ut pro beneficio reputetur. ¶ Gratia gratiam parit, ἡ χάρις χάριν φέρει. Sophocles in Aedip. Colon. Sententia quo monemur, neminem fermè mortalium inueniri qui uelit in quempiam beneficiũ collocare, à quo non ſperet aliquid emolumenti uicißim ad ſe rediturum. ¶ Frequenter item gratia accipitur pro memoria accepti beneficii, & uoluntate referendi. Hinc dicimus agere gratias, pro eo quod eſt uerbis oſtendere nobis aliquid fuiſſe gratum. Habere autem gratias (χάριν ἐιδέναι.) Pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficii mentem animomq; habeo, & inuicem gratificandi uoluntatem. Referre uerò gratiam, eſt facto acceptum beneficium remetiri. ἀποδίδναι χάριν. ueſi à me ſubleuatus aliquo beneficio, alio me uicißim ſubleuet, gratiam mihi refert. Accipitur & in malam partẽ pro eo quod eſt iniuriam iniuria compenſare, & par pari reddere. Cicero in Salluſt. Quòd iſta inuſitata rabie in uxorem & filiam meam innaſiſti, (quæ ſe mulieres facilius à uiris abſtinuerunt, quàm tu uir à uiris) ſatis doctè ac peritè feciſti. Non enim ſperaſti mutuam me tibi gratiam relaturum: ut uicißim tuos compellarem. Terent. Eunuc Illis crucibus, quæ nos noſtramq; adoleſcentiam habent deſpicatui. Nunc referam gratiam, atq; eas itidem fallam ut ab eis fallimur. Referre igitur gratiam, tam in meliorẽ, q̃ in deteriorem partem ſumitur: quum ſit, ipſo facto acceptum beneficium, uel iniuriam compẽſare. Rectiusq; huic uerbo accuſatiuum ſingularem Gratiam iungimus, quàm pluralem gratias. Et contrà uſitatius dicimus, teſte Valla, Habere gratias, quam gratiam. Nunquam autem, uel rariſſimè, agere gratiam, ſed ſemper ferè, agere gratias. Liuius quinto bell. Maced. Satiatus tandem complexu filii, Remittate, inquit, gratias Regi me agere, referre gratiam aliam nunc non poſſe, quàm ut ſuadeam, non ante in aciem deſcendat, quàm in caſtra me rediiſſe audierit. Cic. pro Plan. Cui pro me Senatus gratias agendas putauit, ego à me gratiam referendam non putem? ¶ Interdum efferuntur hæ locutiones per uerba paſſiua: ut Habetur tibi gratia, & refertur gratia. Terentius in Eunuc. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita ut merita es, gratia. Vbi Donatus, Qui habet apud ſe gratiã, nondũ retulit: retulit, qui deſtitit habere. Multum ergo hic dixit, Et habetur gratia, & refertur. Quem ſenſum trãſtulit Salluſtius in bellum Iugur. Arma, pecuniam ſume, utere, & quoad uixeris, nunquam reddita tibi gratiam putaris: ſemper apud me integra erit. ¶ Cum illo magna eſt mihi gratia. Cicero ad Lentul. hoc eſt magna intercedit mihi cum illo familiaritas: uel, mutuò nos amamus plurimum. ¶ Cum bona, & cum mala gratia. Terent. in Phorm. cur non, inquam, Phormio, Vides, inter nos ſic hæc potius cum bona Ve componantur gratia, quàm cum mala? ¶ Eſt gratia, pro ago gratias. Plautus, in Menæch. Eamus intrò, ut prandeamus. Men. benè nocas: tum gratis eſt. Idem in Mercat. Saluе mi ſodalis Eutyche! Ve ualuiſti? quid parentes mei, ualent? Eut. tibi gratis eſt. Bene uocas, benigniè dicis, eras apud te cœnauero. ¶ Eſſe in gratia, pro gratioſum eſſe, & gratia aliquid ualere. Cicero Attico, libro ſecundo. Erit nebulo iſte cum iis dynaſtis in gratia. ¶ Facere gratiam, hoc eſt ex iure ſtricturi aliquid imminuere, uel remittere aliquid quod ſibi debeatur. Vnde facere gratiam iuriſiurandi, eſt iuſiurandi remittere. Plaut. in Rud. Nihil hercle hic tibi eſt, ne tu ſperes: iuſiurandi uolo gratiam facias. Liui. libro tertio, Omnium tibi Appi Claudi, quæ impiè nefariè per biennium alia ſuper alia ex auſus, gratiam tibi facio. ¶ Accipitur interdum gratia pro benuolẽtia & fauore. Salluſt. in Iugur. Ita bonum publicum priuata gratia deuictum. Hinc inire gratiam ab aliquo, eſt fauorem eius emereri. Terentius in Eunucho, Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam nideo uelle, inibo. Vbi Donatus, Gratiam inire, eſt dare beneficium, ac per hoc, inire gratiam, id eſt amicitiam. ¶ Recipimus in gratiam eum qui uolt nobis reconciliari, quum aliquando fuerit inimicus. Cicero pro Rab. Quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum uiolare non debeo. ¶ Redire in gratiam, eſt reconciliari. Cicero Attico, libro primo, Cum Luctatio in gratiam redi. ¶ Gratia pro cauſa, ratione, ſiue occaſione: idq; in ablatiuo duntaxat χάριν, ἕνεκα. Terentius in Andr. Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia. Vbi Donatus, Gratia ueteres pro cauſa ponebant. Salluſtius, Rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur. ¶ Poetæ tres Gratias finxerunt, Ionis & Autonoes, ſiue potius Liberi patris & Veneris filias, quæ & χάριτες à Græcis appellantur: quarum unam Aglaiam nominarunt ab hilaritate, ſeu lætitia: propterea quòd hilariter præſtandum ſit beneficium. Secundam, Thaliam, à uiriditate: quod beneficii memoria ſemper uirere debeat, & nunquam marceſcere. Tertiam, Euphroſynem, ab oblectatione, Quòd nõ minus in dando beneficio, quàm in accipiendo nos delectari conueniat. Harum una aduerſa pingitur, duæ ad nos conuerſæ: quo illud ſignificator, duplicem pro accepto beneficio gratiam rependi oportere. Nudæ ſunt beneficia enim ſine fuco eſſe oportet. Vnde locus factus prouerbio. Nudæ gratiæ, αἱ χάριτες γυμναί. Quo admonemur, ut candidè ac benè gaiter impertiamus amicis. Connexæ, quòd beneficium ſemper beneficium pariat: quódque perpetuum eſſe debeat benuolentiæ fœdus. Hilares: tales enim eſſe debemus in dandis accipiendiſque beneficiis. Iuuenes: beneficii enim accepti gratia ſeneſcere non debet, ſed perpetuò florere. Virgines ſunt, & in Acidalio Orchomeni fonte lauantur: uel quòd beneficia eſſe, nullámque retributionis ſpem habere, uel quòd nihil turpe rogare oporteat.

Grătus, ti, m. f. Qui gratiam pro beneficio refert, uel ſaltem memor eſt accepti beneficii. ἐυγνώμων, ἐυχαρις, εὐχαριστήμων. [Ital. Grato, recognoſcente del riceuuto beneficio. Gal. Aggreable, qui n'eſt point infirat, mains recognoit le plaiſir qu'on luy a fait. Hiſ. Agradecido ò aplazible. Germ. Danckbar.] Cicero primo de Legibus, Gratus eſt qui in referenda gratia non commodum, ſed eum ipſum, cui refert gratiam, cernit. Idem, Tu quàm gratus erga me fueris, ipſe exiſtimare potes. Brutus. Cicero libro undecimo, Gratiorem me eſſe in te poſſe quàm uti peruerſi ſint in me, exploratum habes. Cicero Plancio, Re ipſa, atque animo gratiſſimus. Terentius in Adelph. Scio non te uſum antehac amicitia mea: Memorem me dices eſſe, & gratum. Plinius in Paneg. Nam libertatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Cicero quinta Ver. Sed quòd ſua intereſſe putabant, ſe memores, gratoſq; exiſtimari, gratias iſti egerunt. ¶ Gratus interdum idem eſt quod acceptus & iucundus. χαρίεις. Liuius ſecundo ab Vrbe Gratæ in uulgus leges fuere. Terentius Andr. Et id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. Horatius ſecundo Ser. Satyra ſecunda, Siue operam uacuo gratus conuiua per imbrem, Vicinus. Gratum facere, obſequi, & inferire, χαρίζεσθαι. Cicero libro decimoterrio Epiſt. Si hunc iuueris, gratiſſimum mihi feceris. Huius contrarium eſt Ingratus, ἀγνώμων, ἀχάριστος. A quibus Gratitudo, ἐυχαριστία: & Ingratitudo, ἀχαριστία, ἀγνωμοσύνη. Gratè, & Ingratè, Gratis, & Ingratis aduerbia: de quibus ſuis locis.

Gratè, aduerbium: Grato animo. ἐυγνωμόνως. [Italicè, Gratamente. Gallicè, Agreablement, auec reconnoiſſance du plaiſir ou bienfait. Hiſpanicè, Agradecidamente. Germanicè, Danckbarlich] cuius contrarium eſt, Ingratè. Cicero pro Plancio, Audi, atque attende Laterẽſis, ut ſcias quid Plancio debeam: confiteare q̃ aliquando, quod faciam, me &

me & gratè & piè facere. Idem libro primo de Finibus. Nam & præterita grate meminit, & præſentibus ita potitur. ut, &c.

Grātiōſus, oſa, ſum, Qui gratia apud omnes plurimum ualet, uel, qui omnium gratiam & fauorem ſibi facilè conciliat: quod ferè fieri ſolet obſequio, & morũ comitate. *χαρίεις, χαριτηρός*. [Ital, Gratioſo gratiato, fauorito, di gran credito. Gall. Agreable, fauori, qui eſt en grace & credit, cortiſan, gracieux. Hiſpanicè, Gracioſo, que recibe aquellas gracias. Germanicè, Gunſtreich, Angenám, huldreich.] Cicero 3. Offic. Tum Pythius, ut argentarius qui eſſet apud omnes ordines gratioſus. Idem Lentulo, Vehementer confidit ſe his noſtris literis apud te gratioſi fore. id eſt ualde gratum. Cic. pro L. Murena, Nil tibi Conſulatum petenti à me defuit quod eſſet aut ab amico, aut à gratioſo, aut à Cõſule poſtulandum.

Gratioſè, aduerbium, Cum gratia. *χαριέντως*. [Italicè, Graziosamente, per fauore. Gallicè, Gratieuſement ou par faueur. Hiſp. Gratioſamente, per fauor. Germanicè, {Mit gunſt.] Vlpian. l. Tutor qui repertorium. paragrapho Competer. ff. de Adminiſt. tut. Competet aduerſus tutores tutelæ actio, ſi malè cõtraxerunt, ſi prædia non idonea emparauerãt per ſordes, aut gratiam. Quid ergo, ſi neq; ſordidè, neq; gratioſè. ſed non bonam cõditionem elegerint? Rectè quis dixerit, ſolam latam negligentiam eos præſtare in hac parte debere.

Grātis, aduerbiũ, gratuitò, ſine præmio, aut pretio. *ἀωρεὰν, ᾠοίνως*. [Italicè, Senza premio, ſenza pagamento. Gallicè Pour neant, gratis, ſans eſpoir de recompence. Hiſpanicè Debalde, de gratia, ò ſin merito ò precio. Germanicè, Auſslauttrem gonſt, Vmbſunſt, Vergébens.] Plautus in Cap. Nunquam erit tam auaros quin te gratis emittat mano. Cicero tertia Verr. In repente, ut Romam uenit, gratis Prætor factus eſt. Idem ſecundo de Finibus. Vt æquitatẽ, modeſtiam, uirtutes omnes per ſeipſas gratis diligant. Suetonius de Clar. Gram. Suet qui tradit, tanta eum honeſtate præditum, ut temporibus Syllanis proſcriptorum libertos gratis, & ſine mercede ulla in diſciplinam receperit. ¶ Gratis & Pretio, contraria. Cicero pro Roſc. Com. Hic primũm quæſtus eſt non leuiter Saturio, communem factum eſſe gratis cum Roſcio, qui pretio proprius fuiſſet Fannii. ¶ Aliquando ſignificat ſponte. *ἀκουσίως*. Vnde deducitur compoſitum ingratis, inuitè, non ultrò: quia ultronea grata ſunt. ingrata, quæ ab inuitis recuſantibus fiunt. *ἀκουσίως*. Plautus in Amph. Hæc heri immodeſtia coegit me, qui hoc noctis ingratis excitauit. Terent. in Eunu. Opus factum ut defatiger uſq; ingratis ut dormiam. Cicer. pro Quintio, Exprimendum eſt inuito atq; ingratis, quod non debet.

Grātuītus, ta, tum, penultima correpta. Quod datur gratis, id eſt ſine præmio, aut pretio. *ἀμισθί*. [Italicè, Gratuito, coſa donata ſenza ricompenſa. Galli. Gratuit, donné ſans eſpoir de recompenſe. Hiſpanicè, Gracioſo, ò ſin precio. Germanicè, Vnuerdienet, Vo umſũhung einer widergeltung.] Cicero libro primo de Legibus, Quid liberius? gratuita eſt: ſi cum mercede, conducta. Idem primo de Natur. deorum. Prata, & arua, & pecudum greges diliguntur iſto modo, quòd fructus ex his capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita eſt. Id eſt non ad fructum relata, ſed ad illius commoda qui diligitur: alioqui mercatura eſt, non amicitia.

Gratuitò, aduerbium, Idem quod gratis. *ἀμισθί*. [Italicè, ſenza premio. ſenza aſpettar ricompenſa. Gal. Sans loyer & recompenſe gratis. Hiſp. Debalde, ſin precio. Ger. Vnuerdienlich, freywilliglich, Vmb ſunſt.] Suetonius in Cæſar. Omnibus uerò circa eum, atq; etiam parte magna Senatus gratuitò aut leui fœnore obſtricti. Cicer. ſecundo Offic. Deſerti igitur hominis & facilè laborantis, quodq; in patriis eſt moribus multorum cauſas, & non grauatè & gratuitò defendentis, & beneficia patroni latè patent.

Grātes, f. t. Numero tantum plurali, & hac tantùm terminatione, pro gratia quæ referri debet, pro accepto beneficio. *χάρις*. Virgilius libro tertio Aeneidas. Grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ, Dido, Cicin Som. Scip. Et grates (inquit) tibi ago ſummæ Sol. Plautus Mil. Inde ignem in aram, ut Epheſiæ Dianæ lata laudes Grateſq; Quintili. Cur. Grates habebant, ueluti præſenti deo. Liuius ſeptimo bell. Pun. Diſcurſum inde ab aliis circa templa Deũm, ut grates agerent. Tacit. li. 20. Sed præcipuo deorum Marti grates agimus.

Grātĭ.ſcor, aris, d. p. Rem gratam facio. *χαρίζομαι, χάριν φέρω* [Italicè, Far coſa grata, far piacere ad alcuno. Gallicè, Faire biẽ, plaiſir ou ſeruice, faire au gré ou choſe agreable. Hiſpanicè, Gratificar al menor en gracia. Germanicè, Ein dienſtlichs beweiſen.] Cicero Lentulo, Quòd Pompeio ſe gratificari putant. Idem Valerio Iuniſco. libro primo, Cur tibi non gratificer, nescio. Differunt tamen gratificari, & gratum facere: quòd gratificari in tempore continet quiddam maioris: eſt enim beneficium eſſe. Vnde Cicero libro primo de Natu deorum, Dum hominibus gratificari, non gratum facere: quaſi gratificari ſit beneficia conferre: gratum facere, obſequi & inſeruire. Cic. li. 13. Epiſt. Si hunc iuueris: gratiſſimum mihi feceris.

Gratificatio, onis. *χάρισμα*. [Italicè, Piacere fatto per gratificarſi alcuno. Gal. Plaiſir fait, bien fait, gracieuſeté. Hiſp. Aquella obra de gratificar al menor, bien hecho. Ger. Ein dienſt beweiſung.] Cicero de Natur. deor. Vis autem quid mali daris quum imbecillitatem, gratificationem & benevolentiam ponimus? Impudens gratificatio. Idem 3. de lege Agrar.

Grātor, aris, Idem quod gratulor, hoc eſt ob fœlicitatem uel commoda alterius, lætitiam meam teſtor. *συνήδομαι*. [Italicè, Ringratiare, allegrarſi. Gall. S'eſiouir du bien auenu, remercier. Hiſpanicè, Alegrarſe con otro por ſu bien. Germanicè, Frolocken. Von wolfart frölich ſein.] Virg. 4. Aeneid. Inueni germana uiam, gratare ſorori. Dicitur quis & ſibi gratari, quum ob proſperum rei alicuius ſucceſſum ſecum lætatur. Ouid. 8. Metamorph. Totoq; libens mihi pectore grator. Gratari ſuperis, eſt diis gratias agere, & ob felicem rei alicuius ſucceſſum ſacrificare. quod Græci dicunt *χαριστήριον θύειν*. Ouidius ſecundo Faſtorum. Quiſq; quis ades, caſtæq; cohs penetralia Veſtæ, Gratare, Iliacis thuraq; pone focis.

Grabundus, a, um, Idem quod gratulabũdus. *συγχαίρων*. [Ital. Che ſi allieto del bene auenuto à ſe ò ad altri. Gal. Qui monſtre face de ſe reſiouir du bien auenu à ſoy ou à quelqu'un. Hiſpanicè, El que mucho ſe alegra con otro por ſu bien. Germanicè, Frolockend, Sich frówend.] Tacit. libro 13. Et proximi militum gratabundi reſpondent.

Grātŭlor, aris, ri, d. p. Eſt teſtari uerbis ſe gaudere de fortuna & fœlicitate alterius, ſeu ſua tãquam alterius. *συνήδομαι, συνχαίρω*. [Ital. Ralegrarſi, congratularſi, monſtrare di ralegrarſi del bene di alcuno. Gal. Dire & monſtrer qu'on s'eſiouit du bien & proſperité auenue. Hiſpan. Alegrarſe con otro por ſu bien, y gozarſe de algun bien. Germani. Frolocken, Fróud erzeigen.] Triplicem ferè habet conſtructionem. Interdum enim abſolutè ponitur ſine aliquo caſu à tergo. Ouid. 3. de Arte aman. Priſca iuuent alios, ego nunc me denique natum Gratulor. Interdum ſolo datiuo cõtentum eſt. Trebonius Cic. lib. 12. Itaque tibi (quòd uerè facere poſſum) libenter quoq; gratulor. Nonnunquam etiam accuſatiuum habet cum datiuo. Cic. 2. Verr. Appellat hominem, & ei uoce maxima uictoriam gratulatur. Inuenitur etiam aliquando cum ſolo accuſatiuo, ita tamen ut datiuus ſubaudiatur. Terent. in Eunuc. Saluտat, ad cœnam uocat, aduentum gratulatur. Conuertitur aliquando accuſatiuus in ablatiuum mediante præpoſitione. Cic. Lentulo. Quod mihi de noſtro ſtatu, & de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodii gratularis, minimè miramur. Interdum etiam ſine præpoſitione. Cælius Cicer. libro 8. Gratulor tibi affinitate uiri meâ uſidius optimi. ¶ Accipitur præterea gratulati pro eo quod eſt, ſuperis pro re bene geſta gratias agere, quemadmodum triumphantes ſolebant, qui equis albis, curruq; aurato in Capitolium uecti Ioui pro fœlici rerum ſucceſſu tantum immolabant, quod Græci dicunt *χαριστήριον θύειν*. Euripi. in Hecuba. Iupiter tibi ſum me, tandem malè rẽgeſta gratulor. Liu. Triumphantes in Capitolium aſcendebant, Ioui Opti. Maxim. cæteriſq; diis gratulaturi. ¶ Huius compoſitum eſt Congratulor.

Grātŭlātĭo, onis, uerbale, f. t. Modò ſignificat teſtationẽ gaudii ob fœlicem alicuius ſucceſſum. *σύγχαρμα, φιλοφροσύνη*. [Italicè, Allegramento, allegrezza, congratulatione, il rallegrarſi di proſperità auenuta à ſuoi o ad altri. Galli.

A la ioye qu'on meine du bien & proſperité aux autres ou à nous. Hiſpanicè, Aquella obra de alegraſſe con otro. Germanicè, Frolockung. [Glückwünſchung.] Cicero ad Atticum, Mihi facta ſtatim eſt gratulatio. Idem ſecunda in Verrem, Nuntiatur mihi, maximam gratulationē huic eſſe factam. ¶ Modò idem ſignificat quod ſupplicatio, χαριστήριον, hoc eſt, gratiarum actio, quę à Senatu nomine alicuius Imperatoris, qui rem in bello feliciter geſſerat, ad omnium deorum templa ſolet decerni. Cicero in Catilinam, Cæteris ſemper bene geſtis, mihi uni conſeruatæ Reipublicæ gratulationem decreuiſtis. Idem ad Brutum, Sed tamen tam recenti gratulationi, quam tuo nomine ad omnium deorum templa fecimus, &c.

Gratulabundus, Idem quod ualde gratulans. *ὁ συγχαίροντι, ἢ συνηδομένῳ ἐσπουδακώς.* [Italicè, Che ſta lieto del ben auenuto à ſe ò ad altri. Gallicè, Qui s'eſiouit ou monſtre ſigne de s'eſiouir de ſa proſperité ou de celle d'autruy. Hiſpanicè. El que mucho ſealegra con con otra por ſu bien. Germanic. Hefftig frolocken.] Gellius libro tertio, capite 15. Quumq; populus gratulabundus floreis undiq; in eum iaceret, &c.

Grāuis, & hoc graue, om. t. Significat ponderoſum, quod ſcilicet ſuapte natura deorſum fertur. *βαρὺς, βαρεῖα, βαρὺ.* [Ital. Graue, ponderoſo. Gal. Peſant, faſcheux, graue. Hiſp. Coſa graue, moleſta y peſada. Ger. Schwär, Gewichtig.] cui opponitur leue, cuius natura eſt ſurſum tendi. Virgilius Georg. Vomis & inflexi primum graue robur aratri. ¶ Per trāslationem dicitur morbus grauis, ſenectus grauis, id eſt, moleſta: quoniā qui moleſtiam ex ſenectute, morbo, cæteriſq; huiuſmodi ſentiunt, quaſi onere intolerabili premuntur, quod cupidè, uel graue onus à ſe uellent deponere. *Δεινὸς, βαρὺς, χαλεπὸς.* Cic. in Catone, Quod nunquam ſe ne ſtutem tibi grauem eſſe ſenſerim. ¶ Grauis item accipitur pro conſtanti & ſeuero, quadamq; autoritate & reuerentia pleno, quod Græci dicunt *σεμνὸν.* [Itali Modeſto, graue. Gal. Modeſte, graue. Hiſpani. Modeſto, no liuiano. Ger. Ernſthafftig, Standhafftig.] Quæ ſignificatio inde ducta eſt quòd quemadmodum grauia & maiora onera non facilè loco mouentur, ita homines ſeueri & conſtantes nec minis, nec precibus ab æquitate auelluntur. Cicero de Orat. Vir autoritate grauis. Idem alibi, Vir prudens & grauis. Idē in Hortenſio, Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius? ¶ Variis aliis modis dicitur graue, ſed ad hos reduci poſſunt. Nam ponitur pro pernicioſo, acerbo, nocente. Cicero 3. Off. c. Magnum illud bellum, & grauem aduerſarium imperii ſuſtuliſſent. ¶ Pro forti & robuſto. *ἰσχυρὸς.* Virg. lib. 5. Prima pares iuuent grauibus certa mina remis. Pro grandæuo. Idem 7. Aeneid. Hic grauis Entellus dictis caſtigat Aceſten. ¶ Pro utili, ſolido, firmo, conſtante, *σπουδαῖος, ἀξιος.* Cic. lib. 1 Offic. Veriam ſint alia grauiora, atq; meliora, tamen nos ſtudia noſtra naturæ regula metimur. ¶ Pro triſti. Virgil. lib. 8. Grauior ne nuncius aures Vulneret. ¶ Aes graue à Romanis dicebatur æs rude, & quod non erat ſignatum: idcirco quòd non numero, quem admodum hodie, ſed pondere in ſolutionem cederet. Liui. lib. 4. ab Vrbe, Patres bene cœptam rem perſeueranter tueri, conferre ipſi primi: & quia nondum argentum ſignatum erat, æs graue plauſtris quidam ad ærarium conuehentes, ſpecioſam collationem faciebant. Pro eodem etiam æs rude dicitur à Plinio libro trigeſimotertio, capite tertio, Seruius, inquit, rex primus ſignauit æs: antea rudi uſos Romæ Remeus tradit. ¶ Pro neceſſario. Lucil. lib. 29. Habeasq; animo mihi admodum cauſam grauem fore, quæ me ab illo commodo abducat tuo. ¶ Pro pleno. Virgi. 1. Aeneid. Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem Conſpexere, ſilent. ¶ Pro fœcundo & frugifero. Virgilius, Quid labor, aut benefacta iuuant? quid uomere terras Inuertiſſe graues? ¶ Pro multo. Varro apud Nonium, Vbi graues paſcantur & alantur pauonum greges. Saluſt. lib. 1. Cœpit per omnem prouinciā graue pretium fructibus eſſe. ¶ Pro amaro. Varro Quinquatribus, ut citat Nonius, Abſinthiū ut bibam graue & caſtoreum. ¶ Nonnunquam etiam pro grauido. Virgil. 1 Aene. Donec regina ſacerdos Marte grauis. Idem 1. Aegiog. Non infueta graues tentabunt pabula fœtas.

Grauitas, grauitatis, fœminini generis, tertiæ declinationis, Idem quod pondus, ſiue ponderoſitas. *Βάρος, βαρύτης.* [Italicè, Grauezza, peſo. Gallicè, Peſanteur, grauité. Hiſpan. Grauеza, peſadumbre y moleſtia. Germa. Schwäre.] Cic. 1. de Nat. deorum, Tanta contentio grauitatis, & ponderum. Idem de Fato, Atomos grauitate & pondere moueri. ¶ Accipitur & pro conſtantia & ſeueritate, quam Græci *σεμνότητα* uocant. Cic. Attico, Tu cum Sexto ſeruaſti grauitatem eandem quam mihi præcipis. Idem 1. Offic. Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem. ¶ Grauitas motibi, id eſt magnitudo, apud Cic. 2 de Nat deor. ¶ Grauitas cœli, id eſt, intemperies ærīs. Idem Attico, Corpore uix iuſtineo grauitatem cœli huius.

Grauiter, Idem quod moleſtè. *βαρέως, ἀνιαρῶς.* [Itali. Grauemente, moleſtamente. Gall Griefuement, grauement. Hiſpan. Graue y peſadamente. Ger. Schwärlich, Vast übel.] Salluſt. in Ciceronem, Grauiter, & iniquo animo paterer maledicta tua, M Tulli, &c. Cic. de Aruſp. reſponſ. Id grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam, quòd, &c. ¶ Accipitur item grauiter, pro conſtanter, ſeuerè, & cum quadā autoritate. Cic. de Orat. Thucydides res geſtas narrat grauiter ſanè, & probè. ¶ Interdum etiam pro ualdè, ſiue uehementer. *σφόδρα.* Cæcilius, Plocio, ut citat Nonius. Placere cœpit grauiter, poſtquam eſt mortua. Cic. in Catilinam, Si me meis ciuibus ſuſpectum tam grauiter atq; infeſtum uiderem, &c. Sic Grauiter ægrotare, id eſt, uehementer, & periculoſè, apud eundem lib. 1. Offic. & libro ſecundo de Finibus.

Grauedo, inis, f. t. Capitis morbus, quum humor craſſior et cerebro in nares decumbit, eaq; claudit, uocem obtundit & ruſſim ſiccam monens. *κόρυζα.* [Itali Peſamento di teſta, diſtillatione di ceruello. Galli. Peſanteur, de teſte, diſtillement de cerueau, catarre Hiſpan. El romadizo. Ger. Ein fluss des haupts ſo das ſchnär macht, Der prüſſel.] Celſus lib. 4. cap. 1. Aliud à deſtillatione malum, quamuis non multum diſtans, grauedo eſt. Hæc nares claudit, uocem obtundit, ruſſim ſiccā mouet: ſub eadem ſalſa eſt saliua, ſonit aures, uenæ mouentur in capite, turbida urina eſt. Hæc omnia *κορύζας* uocat Hippocrates: nunc mi deo apud Græces in grauedine hoc nomen ſeruari, deſtillationes *καταγωγὰς* appellari. Plaut. in Aſin. Quod illa autem ſimulet, quaſi grauedo profluat: hoc ne ſic faciat ro labellum abſtergas. Cic. Attic. lib. 16. Grauedini, quæſo, omni ratione ſubueni. Plin. lib. 23. Grauedinem enim capiti, morbumq; lethargicum faciunt.

Grauedinoſus, ſa, ſum, Non ſolum qui grauedine infeſtatur, ſed etiam qui ad eum morbum eſt procliuior. *κορυζῶν, κορυζώδης.* [Ital. Soggetto à peſamento di teſta. Gallic. Qui eſt ſubiect & couſtumier d'auoir peſanteur de teſte, catarreux. Hiſpanic. Coſa aromadizada, que tiene peſo de cabeça. Ger. Pnüſlechtig.] Cic. 4. Tuſcul. Itaq; dicimus quoſdam grauedinoſos, quoſdam torminoſos: non quòd iam ſint, ſed quia ſæpe ſint. Plin. lib. 9. cap. 15. appellat erucam grauedinoſum, quod bubus in patulo grauedinem facit.

Grauеolens, tis, om. ge. Quod malè olet. *Δυσώδης.* [Ital. Che ha cattiuo odore Gal Qui ſent fort. qui ſent mal Hiſpanl. El que hiede de la boca. German. Vbel riechend, übel ſtinckend.] Virgil. 4. Aen. Ad fauces grauеolentis Auerni. Plin. lib. 27. cap. 8. Grauеolentibus foliis.

Grauеolentia, æ, f. p. Grauis odor. *Δυσωδία* [Ital. Puzza, letzo. Gal. Mauuaiſe odeur, mauuaiſe ſenteur. Hiſpa. Hedor. de la boca, mal olor. Germ. Ein ſtarcker böſer geſchmack.] Plin. lib. 20. cap. 9. Sylueſtris, ſiue erraticæ braſſicæ effectus multò pius laudat Cato, adeò ut aridæ quoq; farinam in oleo factorio collectam, uel odore tantùm natibus rapto, uitia earum, grauеolentiamq; ſanare affirmet.

Grāuo, as, ăſt. pr. Propriè idem quod onero, ſiue graue reddo. *φορτίζω, βαρύνω.* [Ital. Grauare, caricare, Gall. Greuer, charger Hiſpan. Agraniar. hazer peſado à otro. Germanicè. Beſchwären. Beleſtigen.] Cic. 2. de Diuinat Iam uerò ſemper uiridis, ſemperq; grauata Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu. Liuius 7. bel. Pun Grauatis omnibus uino ſomnoq; Caput grauatum, hoc eſt, grauedine laborans. Colum. lib. 6. cap. 9. Signa febricitantis, manantes lachrymæ, grauatum caput, oculi compreſſi. ¶ Interdum grauare accipitur pro eo quod eſt moleſtia afficere. Virgil. 2. Aeneid Nec me labor iſte grauabit. ¶ Nonnūquam etiam pro eo quod eſt, grauius & moleſtius aliquid reddere. Ouidius quinto Triſti. Elegia undecima, At tu fortunam, cuius nocor exul ab ore, Nomine mendaci parce grauare meam. ¶ Huius compoſita ſunt, Aggrauo, grauius efficio, *ἐπιβαρύνω.* Columella

lmella libro ſecundo, Tum etiam ratio ruſtici aggrauatur exiguo profectu operis. ¶ Degrauo, deorſum grauo, βρύω, κατατραβαρύνω. Idem libro primo, capite quinto, Et quod prius extructum imminebit cedẽti, paulatimq; degrauatum pondere ſuo præceps attrahetur. Virgilius libro primo Aeneid. Degranat Aetna caput. ¶ Ingrauo, & Prægrauo, uide grauo. Liuius 8. bell. Maced. Deinde quum prægrauaret multitudo cedere cenſim, nihil contuſis turmatim ordinibus cœpit. Et lib. 7. Onerata & prægrauata telis corpora. Et hæc omnia habent penultimam correptam.

Grauor, grauaris, deponens, prim. Offendor, & graviter fero. βαρυνομαι, ἀνιφρῶ. [Ital. Aggrauarſi, hauer à male. Galli. Eſtre grenè, faire à regret & ennuy. Hiſpanic. Ser graue, hazerſe peſado. German. Sich beſchwáren, Ein verdruſs haben. Mit beſchwárd etwas thún.] Plaut. in Trinu. Non grauabor, Faciam ita ut uis. Idem in Ruden. Cur tu aquâ grauare amabò quam hoſtis hoſti commodat? Cicer. de Amic. Ego uerò non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem. Liuius 1. ab Vrbe, Minus tamen plebs grauabatur ſe templa deûm exædificare manibus ſuis. ¶ Grauari, cum accuſatiuo. Quintilianus libro primo, cap. 2. Quæ ſiquis grauabitur, nõ rationi defuerit, ſed oneri. Lucanus. Romanos odêre omnes dominos ſi grauantur. hoc eſt graviter ferunt dominos. ¶ Eſt etiam Grauor uerbum paſſiuum à uerbo grauo, poſtulans exigens ablatiuum: ut, Lentiſcus triplici fœtu grauato, apud Cic. 2. de Diuin.

Grauatus, participiũ. βεβαρυμένος, ἀνιχερωμένος. [Itali. Grauato, carico, che ſi aluna coſa mal uolentiere Gal. Grenè, chargé, qui fait quelq; choſe à regret. Hiſpan. Agraviado, que haze alguna coſa con peſo. Germ. Beſchwárt] Plautus in Rudente, nam nox me Præcantem huc foras excitauit, bonam atque obſequentem deam, atque haud grauatam Patronam exequuntur, benignamque multum. Id eſt, quæ ex animo facit quod ab ea petitur: non inuita, aut ægrè.

Grauatè, aduerbium, Inuitè, non libenter, ſine cum moleſtia. ἀηδῶς, ἀνιχερῶς. [Ital. Grauoſamente. Gal. A regret. Hiſpanic. Grauemente. Ger. Mit beſchwárd, Vnwilliglich, Vngern.] Plaut. in Bacc. Quàm grauatè pater dedit. Id eſt, quàm ægro animo & inuito. Cicero pro Balbo, Qui erranti comites monſtrant uiam, benignè non grauatè. Idem libro ſecundo Offic. Grauatè ille primò: quid multa? impetrat.

Grauatim, aliud aduerbium, Idem ſignificans quod grauatè, ἀηδῶς. Liuius 1. ab Vrbe, Haud grauatim ſocia arma Rutulis iunxit.

Graueſco, ſcis, n. t. Grauis fio, oneror. βαρύνομαι, βαρῦμαι. [Ital. Aggrauarſi, farſi graue. Gal. Deuenir peſant, ſe regreger, s'apeſantir. Hiſpan. Hazerſe peſado. Germani. Schwár werden.] Virgil. lib. 2. Georgic. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit. Id eſt, oneratur. Plin. lib. 11. cap. 41. Cameli lac habent, donec iterum graueſcant. Hoc eſt grauidæ ſiant & prægnantes. Valetudo graueſcit. id eſt, grauior fit. Tacit. lib. 1. Hæc atq; talia agitantibus graueſcere valetudo Auguſti. Idem lib. decimoquarto, Malis publicis in dies graueſcentibus. ¶ Hinc Aggraueſco, & Ingraueſco, de quibus ſuo loco.

Grãuĭdus, a, um, Onuſtus, grauis. ἔμφορτος. [Itali. Carico di peſo Gal. Plein & peſant. Hiſp. Coſa peſada. Ger. Schwár, Beleſtiget.] Plautus in Curcul. Neu qui manus attuleris ſteriles intrò ad nos, Grauidas foras exportet. Sed hoc tranſlatitium eſt: propriè enim mulier dicitur grauida, quæ iam concepto fœtu grauatur. ἔγκυος, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. [Ital. Grauida. Gal. Gros ou groſſe, prenigs. Hiſpan. Muger peſada de prenez. Germ. Schwangere oder tragẽde frauw.] Plautus in Amph. Et quum te grauidam, & quum te pulchrè plenam aſpicio, gaudeo. Cicero pro Cluent. Quum mulier eſſet grauida, & iam appropinquare partus uideretur. Alibi grauida. Ouidius 2. Amor. Eleg. 14. Si Venus Aeneam grauida temeraſſet in aluo, Cæſaribus tellus orba futura fuit. Plautus Amphit. Ex concubitu grauidam feci filio. Terentius in Andria, Iamprimùm hæc ſe è Pamphilo grauidã dixit eſſe: inuentum eſt falſum.

Grauiditas, grauiditatis, fœminini generis, tertiæ declinationis, Prægnatio, conceptio. κύησις. [Itali. Grauidezza, ingroſſamento di donna. Gallicè, Groſſeſſe, engroſſiſſement de femelle, portée. Hiſpanicè, Prennez. Germani. Schwangerheit.] Cicero primo de Natura deorum, Ipſe ſol, mundum omnem ſua luce complet, ab eoq; luna illuminata grauiditates, & partos afferat, maturitatesq; gignendi.

Grauido, grauidas, 2. p. Propriè eſt mulierem grauidam reddere: quamuis etiam ad alia transferatur. ἐγκύμονα ποιῶ. [Ital. Ingrauidare. Call. Engroſſir une femelle. Hiſpan. Embrennar. Germ. Schwanger machen.] Cic. de Nat. deorũ, Quippe quæ grauidata ſeminibus omnia pariat, & fundat ex ſeſe. Cecil. in Tych. Per myſteria, hic te inhoneſtè grauidauit probro. id eſt onerauit.

Grauicors, cordis, c. monis generis, tertiæ declinationis. βαρύφρων & grauis cordis.

Grauiloquus, Grauiter loquens. ἀνηλόγος. Inde Grauiloquentia, ἀνηλογία.

Grauaſtellus, Senior: à grauitate dictus, ut Feſto placet. Plautus in Epidico, Sed quæ eſt hæc mulierecula, & ille Grauaſtellus, qui uenit? Quidam tamen legunt rauaſtellus, à rauo colore.

Gregalis, Gregarius, Gregatim, uide Grex.

Greſſus, uide Gradior.

Grex, gregis, m. t. Differt ab armento, teſte Valla, lib. 4. capit. 14. quòd grex minorum animalium ſit cõgregatio, ut ouium, porcorum, caprarum. αἰγέλη, πρόβατα. [Ital. Gregge, greggia. Gall. Troupeau de beſtes. Hiſp. Grey ò manada, rebanno, como de ouejas ò cabras. Ger. Ein ſchar, ein herd.] armentum maiorum, ut camelorum, boum, equorum. Ouid. 6. Metamorph. Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas Paſcebant Virgil. 3. Georg. Hæc ſatis armentis: ſuperat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges, hirtaſq; capellas. Inuenitur tamen quandoq; grex de maioribus dici, ut de bobus, equabus, & ſimilibus: ſed tunc ferè habet adiunctum nomen adiectiuum, aut genitiuum determinantem, aut potius detorquentem eius ſignificationem ad rem aliquam, pro qua, ſi ſolùm poſitum eſſet, non ita aptè acciperetur. Virgil. Aeglog. 6. Aut aliquam in magno ſequitur grege. Vbi adiectiuum magno, efficit ut grex acciplatur pro armento. Sic Horatius quum uellet ſignificare bouem armẽta, dixit, Greges mugientium. Item Cic. 3. Philipp. Credit greges armentorum, reliquiſq; pecoris quodcunque nactus eſt. Idem 3. Verrina, Præterea greges equarum eius iſtum abigendos curaſſe. Ex his itaq; exemplis omnino dicendum uidetur gregis appellationem, generaliorem eſſe quàm armẽti. Hoc enim de maioribus duntaxat animalibus dicitur: illud autem, quoties ſoldm ponitur, ferè de minoribus: cum adiuncto autem, etiam de maioribus. ¶ Neq; ſolùm pro auium, atq; adeò ipſorum hominum multitudine accipitur. Horat. 1. Epiſt. 7. Ne, ſi fortè ſuas repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moneat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. Plaut. in Aulul. Etiam introduce, ſi uis, uel gregem uxalium. Terentius in Eunucho, Vnum etiam hoc uos oro, ut me in gregem ueſtrum recipiatis. Idem in Heaut. ancillarum gregem Ducunt ſecum. Sed hæ ſignificationes impropriæ ſunt, & tranſlatitiæ.

Gregarius, ia, ium. Quod eſt ex grege. ἀγελαῖος. [Ital. Di gregge. Gal. Du troupeau, de la troupe. Hiſpan. Coſa de manada. Germa. Aus der ſchar, Gemein oder geſchlecht.] ut, Gregarius bos, qui adhuc in grege paſcitur, nondum iugo domitus. Gregarius miles dicitur, non electus, ſed tumultuariè undecunq; collectus. Cicer. pro Plancio, At id etiam gregarii milites faciunt inuiti. Saluſtius, Deinde multi memores Syllanæ uictoriæ, quòd ex gregariis militibus alios Senatores uidebant, alios ita diuite ut regio uictu atq; cultu uitam agerent. Columella in Præfatio. lib. 6. Gregariorumq; paſtorum uelut minutam profeſſionis ſuæ diſciplinam cõſtantiſſimè repudiaſſe.

Gregalis, le, Quod ex eodem grege eſt. ἀγελαῖος. [Ital. Di uno iſteſſo gregge, di una iſteſſa mazza. Gal. Qui eſt du troupeau. Hiſp. Coſa rebanada y de un meſmo grey. Germani. Aus der ſchar, Gehórend zů der ſchar.] Varro lib. 2. de Re ruſtica, Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. ¶ Dicitur quoq; de hominibus: idq; ferè in deteriorem partem. Cicero pro Domo ſua, An ut crudelem tyrannum? quod uos Catilinæ gregales dicere ſolebatis. Idem pro Archia, Nec Cadius, nec quiſquam de gregalibus eius, aut conſiliarijs.

Gregatim, aduerbium, per diuersos greges. ἀγελαδὸν. [Itali. A greggi. Gall. Par troupeaux & bandes. Hisp. De rebanno, en rebanno, ò manadas. Ger. Scharáchtig, Mit hauffen oder scharen.] Varro lib. 4. de lingua Latina Merola quòd mera, id est, sola uolitet: cõtrà ab eo graculi, quòd gregatim. Plinius libro octauo, capite quinto, Elephãti gregatim semper ingrediuntur. ¶ Transfertur etiam ad homines, quemadmodum & nomen grex, à quo deriuatur. Cicero septima Verri. Vides ciues Romanos gregatim coniectos in latomias, &c.

Grego, as, a. p. à Grex deductum, colligo, congrego, ἀγείρω. Huius tamen composita magis in usu sunt, ut Abgrego, Cõgrego, Disgrego, quæ uide suis locis.

Grilius, uide Gryllus.

Grẽmium, mii, n. ὁ κόλπος. [Ital. Grembo, seno. Gall. Le giron. Hisp. El regaço. Germ. Die schoss.] est inter complexũ femorum, femineum, in quo complexu mulieres concipere solent. Differt autem à sinu: quoniam sinus est intra pectoris brachiorumq; complexum: unde sinus uestium: quales erant tunicæ Romanorum: & modò quorundam religiosorum supra cinctura laxitas illa uestis, quæ cingulũ operit. Littora quoq; curua, & quasi brachiis mare amplectentia, sinus uocamus. Et per translationem gremium terræ appellamus quum semen suspicit, conceptumq; retinet, quasi uiuentem fœtum posset paritura. Quare quum lactãtur infãtes, ad sinum admouentur: pueri uerò iam facti à sedentibus matribus, utique quum illis blandiuntur, ad gremium accipi solent: ut Cic. de Clar. Orat. Filius in gremio matris educatus. Virgil. 1. Aeneid. de Cupidine sub imagine pueri Ascanii, Hæret, & interdum gremio fouet inscia Dido. Quinetiam matres, nutricésue quum super genua collocant infantem, aut extremis uestibus repositum, & ad uterum usq; sublatum gestant, in gremio magis, quàm in sinu tenere aut gestare dicuntur. Vt idem de eodem, Et fotũ gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos.

Griphus, phi, m. s. γρῖφος. [Ital. Questione ò sententia difficile da solnere. Gall. Vnè question ou propos obscur difficile à souldre. Hisp. Questio ò sentencia escura, dificil de declarar. Germ. Ein netzitem, ein verborgene vnnd verwirrete red, Ein räterschen.] Rete, sagena. Item ænigma, hoc est sermo ita implicitus atq; intricatus, ut facilè dissolui nõ queat. Gel. lib. 1. cap. 2. Aliosq; id genus griphos neminem posse dicens, nisi se, dissoluere.

Grossus, grossi, masculini uel fœminini generis, Ficus immatura ὄλυνθος [Ital. Fico che non si matura mai. Gal. Vne figue qui n'est encores meure, figue sauuage, qui ne paruiẽt à maturité Hispan. Higo aun no maduro. Ger. Ein vnzeitige feygen.] Plin. lib. 15. cap. 7. Grossus eius non maturescit. Celsus lib. 5. Grossi in aqua cocti Plin. lib. 15. cap. 18. Deprehensasq; in his hyeme grossos. Idem lib. 23. cap. 7. Crudæ grossi uerrucas tollunt.

Grossulus, diminutiuum. μικρὸς, ἢ λεπτὸς ὄλυνθος. [Ital. Fico picciolo non maturo. Gal. Petite figue qui n'est encore meure. Hispan. Pequenno higo aun no maduro. Ger. Ein kleine vnzeytige feygen.] Columel. de Arboribus, capite 21. Si uoles ficum, quamuis nõ natura, seram facere, quũ grossuli minuti erunt, fructum decutito. Sic lib. quinto, cap. 10.

Grũes, s. c. Aues minimè soliuagæ, quæ non se segregant, siue quum uolant, siue quum pascuntur: à sono uocis ita dictæ. γέρανος. [Ital. Gru Gal. Vne grue. Hisp. La grulla. German. Kranich oder krey.] Excubias nocte diuidunt, capite subter alam condito dormiunt, alternis pedibus insistentes. Volantes autem ordine quodam, y literam faciunt: quod Palamedem primum deprehendisse ferunt. Vnde & Palamedis aues appellantur à Martiale. Turbabis (inquit) uersus, nec litera tota manebit, Vnum perdiderit si Palamedis auem. Virgilius lib. 1. Geor. Strymoniæ dant signa grues Horat. 1. Serm. decerpta ferentes Membra gruis sparsi. Mira de gruibus habes apud Plin. lib. 10. cap. 23. Et apud Cicer. lib. 2. de Natura deorum.

Grũo, gruis, grui, neutri generis, tertiæ coniugationis, De gruibus dicitur. κλαγγάζω. [Ital. Far la uoce di gru. Gallice, Gruir, chanter comme la grue. Hispan. Cantar la grulla. German. Vnie ein kranich schreyen.] ut grunnio de suibus. ¶ Hinc Congruo, pro conuenio, concordo. Terentius in Heautontimorumeno, Concede hinc domum, ne nos inter nos congruere sentiant. Id est, cõcordare. ¶ Hinc etiam dedenotatur Congruus, congrua, congruum, & uerbum Ingruo: quorum significationem uide suis locis.

Gruina, Geranium, apud Dioscoridem libro tertio, capite ce tesimotrigesimo.

Grũma, grumæ, fœm. prim. Mensura quædam, qua flexæ uiæ ad lineam diriguntur, ut est Agrimensorum & similium. γάθμη. Vnde apud Ennium lib. 17. refertote Nonio, legitur Grumam dirigere. ¶ Hinc fit uerbum compositum Degrumor, de quo suprà.

Grũmũs, mi, masc. secundæ decl. Terræ collectio, minor tumulo, quem etiam cliuulum uocamus. βρέμβος. [Italic. Muchio, monticello. Gall. Grumeau, petit monceau ou amas. Hispan. El cerro, mota ò monton de tierra. Germanic. Ein bühelein.] Columella lib. 2. cap. 18. Grumos quos ad uersuram pleruuq; tradæ faciunt crates, dissipabimus ita, necubi ferramentum fœniseccæ possit offendere. Grumus salis. Plinius lib. 31. cap. 4. Torretur & cum salis grumo, pondere triplici.

Grumulus, diminutiuum. τὸ βρεμβιον. [Italic. Mucchietto. Gal. Petit grumeau, petit monceau ou amas, grumisseau. Hispan. Pequenno cerro, mota ò monton de tierra. Germa. Ein kleins hüfflein grond in einem acker.] Plinius libro 19. capite 6. Quidam Vipicum, & allium in plano seri uerant, castellatimq; grumulis imponi distantibus inter se pedes ternos.

Grundire, n. q. Veteres dicebãt quod nos Grunire dicimus. γρυλλίσαι. [Ital. Fal la uoce del porco. Gall. Gronder, grongner comme les pourceaux. Hisp. Grunnir el puerco. Ger. Schreyen oder ruchlen als ein schwein.] Claudius lib. Analium 15. ut citat Nonius, Grundibat graviter pecus suillum. ¶ Hinc grundules Lares dictos accepimus quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ quæ triginta peperat porcos. Cassius Hemina, Sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt Laribus grundulibus.

Grũnio, is, ii, iui, & grunnii, itum, n. q. proprium est uocis porcorum γρυλλίσω, ίσω. Plin. lib 32. ca. 2. Grunnire cum quum capiatur. Iunen. Satyr. 15. Et cum remigibus grunnit se Elpenora porcis.

Grũnnitus, tus, n. q. γρυλλισμὸς. [Ital. Grunimento. Gallicè, Grongnement, grondement. Hispa. Aquel grunnido. Ger. Das rochlen oder saugeschrey.] Cicero quinta Tusculana, Nec grunnitum audit, quum mactatur sus.

Gryllus, li, m. s. γρύλλος. [Ital. Grillo. Gal. Vn gryllon ou crinon. Hispanic Et grillo animal conocido. Germanic. Ein muckheim, Gryll] Genus est locustæ, simile cicadæ, longiori tamen corpore, ubiq; gentium pernicies agris: reuò ambulat, terram terebrat, & noctu stridet: unde & nomen accepit. Plinius libro nigesimonono, capite sexto, Auribus prodest gryllus cum sua terra effossus, & illitus. Magnam autoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi: quoniam retrò ambulet, terramq; terebret, stridat noctibus. ¶ Fuit etiam Gryllus, Xenophontis Socratici filius qui pro patria fortiter pugnans, honestam mortem oppetiit, multoramq; ob id encomiis fuit celebratus. Autor Aristoteles in Policitis.

Gryphes, masc. γῦπες. [Ital. Griffi, griffoni. Galli. Gryffons. Hispanic. Griphos. Germanic. Greyffen.] Qui & gryphi, animalia pennata, & quadrupedia: omni ex parte leonesalis tantum & facie aquilis similia, equis uehementer infesta. Virgilius Aegloga 8. Iungantur iam gryphes equis. Plin. libr. 10. cap. 49. Pegasos equino capite uolucres, & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia. Idem libro 11. cap. 4. Aurum inuenitur in nostro orbe, ut omittamus Indicum, atq; à formicis, aut gryphibus apud Scythas erutum. Singularis nominatiuus est Gryps gryphis, uel gryphus, gryphi. Prioris iam dedimus aliquot exempla. Posterioris testimonium est apud Plinium lib. 7. cap. 2. Sed & iuxta eos, qui sunt ad Septentrionẽ uersi, produntur Arimaspi, quos diximus uno oculo in frõte media insignes: quibus assiduè bellũ esse circa metalla cũ gryphis, ferarum uolucri genere, quale uulgò traditur, eruẽte ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris custodientibus, & Arimaspis rapientibus, &c.

Grypus, γρυπὸς. [Ital. Colui che ha il naso aquilino. Gallicè, Qui a le nez aquilin ou crochu. Hispanicè, El que tiene la nariz corua ò aguilenna. Germanicè, Der ein habichts nasen

nisten hatt.] ſine aſpiratione. Dicitur qui naſum habet adũ cũ, fortaſsis à gryphorũ ſimilitudine, quos Græci γρύπας vocant. Feruntur enim gryphes roſtrum habere incuruatum in morem aquilę.

G ante V.

GV. In notis antiquorum, ganus. G.V. Granis Valerius. G X. grex.

Guardia, dicitur cuſtodia: & Guardiani, caſtodes: ut quibus caſtra & territoria cuſtodienda tradantur, & Guarentare, pro defendere, in oſibus Feudor. d. l. Contradic. capite, pares ſunt vocabula Longobardica & ab origine, Vuharen, Veruuhar. n.

Gŭberno, as, a. p. Propriè nauim rego. κυβερνάω. [Ital. Reggere, gouernare, amministrare. Gal. Gouuerner. Hiſp. Gouernar ò regir. Ger. Ein ſchiff leiten oder regieren, Verwalten, Herſchen.] Cicer. 1. Offic. Vt ſũ nauis certem quis eorum potiſſimum gubernet. ¶ Per translationem accipitur pro moderor, procuro, adminiſtro, διοικῶ. Cicero Curioni, Tęque horror ut omnia gubernes, ac moderere prudentia tua. Idem Attico lib. 6. Sed hæc deus aliquis gubernabit.

Gŭbernator, oris, m. t. Rector nauis, qui clauum moderatur. κυβερνήτης. [Ital. Temoniero, gouernatore. Gal. Gouuerneur. Hiſpan. Gouernador ò regidor. Germani. Ein ſteũrman. Regieren, Verwalter.] Cicer. de Senect. Gubernator clauum tenens ſedet in puppi. Idem 1. de Inuent. Nauis quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur. Idem 7. Philipp. Quanquam non eges conſilio, quo uales plurimũm, tamẽ & ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus à uectoribus admoneri ſolent. Gubernator equorum. Quint. lib. 9. cap. 4. Translatio eſt, quum in rebus, animalibuſue aliud pro alio ponitur: ut de agitatore. Gubernator magna contorſit equum ui. Cuſtos & gubernator Reipublicæ. Idem 7. Verrina.

Gubernatrix, fœminino. κυβερνήτειρα, διοικητική. [Ital. Donna che gouerna. Gal. Gouuernereſſe ou Gouuernante. Hiſ. La gouernadora ò regidora. Ger. Ein herrſcherin, Regiererin.] Cicer. 1. de Orator. Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

Gubernatio, onis, f. t. Propriè de nauis directione dicitur: quã uis per translationem pro quauis adminiſtratione capiatur. κυβέρνησις. [Italicè, Gouerno, amministratione. Gallicè, Gouuernement. Hiſpanicè, Gouernamiento, aquella obra de gouernar ò regir. Germanicè, Herrſchung, Regierung, Verwaltung.] Cic. 4. de Finib. Et ſi in ipſa gubernatione negligentia nauis eſt cuerſa. Idem 1. Inuect. in Catil. Vix uidetur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe.

Gŭbernăculum, li, n. ſ. Clauus nauis, quo illa gubernatur, & regitur. πηδάλιον. [Itali. Temone. Gall. Le gouuernail d'un nauire. Hiſpan. Gouernalle de naue. Germ. Das ſteũr rader in dem ſchiff.] Cicer. 2. de Inuent. Hic ille naufragus ad gubernacula acceſſit. ¶ Per translationem accipitur pro adminiſtratione. Cicer. pro Domo ſua, Quam Senatum à gubernaculis deiecitiſſes, populum è naui exturbaſſes: ipſe archipirata cum rege prædonum impuniſſimo pieniſſimis uelis nauigares. Gubernacula Reipub. tractare, apud eundem pro Settio. Gubernacula uitæ, apud Plin. libro 11. capite 37. Legitur & gubernaculum, per ſyncopen. Virgilius ſexto Aeneid. Nanque gubernaculum multa ui fortè reuulſum.

Gueſſellæ, uel Reſellulæ, uulgariter uocantur mures, quorum ſtercus habet odorem muſci, habitant in pratis, & ſuper tiuos, aliquando in domibus.

Gŭla, gulæ, f. p. [Italicè, Guaule, conduit par lequel, on uale le ce qu'on boit & mange. Hiſpan. La heruera con que tragamos. Germanicè, Der ſchlond oder ſchluck, Die ſpeiſs rör.] Eſt fiſtula colli interior, conſtans ex carne & neruo, per quam cibus & potus in ventriculum defluit. Græci οἰσοφάγον appellant. Plin. lib 11. cap 37. de epiglottide loquens, Opera eius gemina, duabus interpoſita fiſtulis: exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne ſpiritu ac uoce illac meante, ſi potus, cibúſue in alienum decerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior eſt, appellatur ſanè gula, qua cibus atq; potus deuoratur. Tendit hæc ad ſtomachum, inde in uentrem. Hanc per ulcus operit, quum ſpiritus tantũm aut uox commeat, ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat. Ex cartilagine & carne arteria: gula, carne & neruo cõſtat. Hactenus Plin. ¶ Inuenitur nonnunq; gula poſita pro anteriore parte colli, quã iugulũ uocamus. Plaut. in Mercat. Demiſiſti gladium in gulam: iam cadam. Salluſt. in Catil. Laqueo gulam frægere. Cic. 6. Verr. Quem obtorta gula in uincula abrupi iuſſit. Sed in hac ſignificatione uix inuenies in medicorum aut phyſicorum ſcriptis. Illi enim gulam, ut iam diximus, accipiunt pro fiſtula illa qua cibus & potus in ſtomachum demittitur. ¶ Vnde etiam per translationem accipitur pro uoracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu λαιμαργία. Cic. in Salluſt. Poſtea quam immenſa gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit. Iuuenalis. Quanta eſt gula quę ſibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum. Plin. lib. 19. cap. 4. Homines, illi glaciem potant, pœnaſq; montium in uoluptatem gulæ uertunt.

Gulōſus, a, um. Qui eſt deditus gulæ uitio. γαστρίμαργος. [Italicè, Goloſo, che ſi laſcia tirar da l'appetito di buoni boconi. Gallicè, Gourmaut, glout, goulu. Hiſp. nicè, Coſa golоſa ò glorona. Germanicè, Frãſſig, dem frẽſſen ergeben.] Martial. lib. 8. Eſſe tibi uideor ſæuus, nimiumq; gulоſus. Idē lib. 11. Non eſt Tucca ſatis quòd es guloſus: Et dici cupis, & cupis uideri.

Gulоsè, aduerbium λαιμάργως, ἀδηφάγως. [Italicè, Goloſamente. Gallicè Gloutement, en gourmand. Hiſp. Goloſamente. Ger. Frãſſlich.] Col. in Præfat. lib. 1. Contẽptiſſimorum uitiorum officinas guloſius cõdiendi ciboſ, & luxurioſius fercula ſtruendi. Degolo, degulas, & Iugluuies, uide ſuis locis.

Gullioę, Nucum iuglandium ſumma & uiridantia putamina. Autor Feſtus.

Gŭmmi, neut. indecl. [Italicè, Gomma. Gallicè, Gomme. Hiſpan. La goma. Germanicè, Gummi.] indeclinabile, & Gummis, gener. fœmin. Eſt gutta uiſcoſa ex arboribus quibuſdam per corticem diffluens. Plin. lib. 13. cap. 11. Gummi optimum eſſe ex Aegyptia ſpina conuenit. Colum. lib. 12. capite 50. Noſtrorum temporum agricolæ repudiauerunt, exiſtimauerunt; ſatius eſſe, noua dolia liquida gummi, perluere.

Gummitio, f. t. Illinitio, quædam ex glutinoſo illo arborum ſucco, quæ doliis fieri ſolebat, quemadmodum picatio ex pice. κόμμωσις. Colum. lib. 12. cap 50. Multi, quum ſemel noua dolia uel ſerias craſſa gummi linerunt, una in perpetuum gummitione contenti ſunt. Et ſanè quæ ſemel oleũ teſta combibit, alteram gumitionem non recipit.

Gummātus, a, um, adiectiuum. Gummatæ arbores dicuntur quæ gummi producunt. κομμοφόρος. [Ital. Che produce gẽme. Gall. Qui produit dela gomme. Hiſp. Coſa que haze goma. Germanicè, Bõm uoſs welchem gummi oder hartz treũfft.] Palladius, In ceraſis hoc eſt ſeruandum & in omnibus gummatis, ut tunc inſerantur quando is uel nõ eſt, uel deſinit gummi effluere.

Gummoſus, a, um. κομμώδης. [Itali. Pieno di gomme. Gall. Plein de gomme, gemmeux. Hiſpani. Lleno de goma, goma, moſo. Germanice. Voll gummi.] Quod multum gũmi habet. Plī. li. 12. c. 9. Facilius hoc, & cruſtoſius, amariuſq; et gummoſum.

Gummōsus, a, um. κομμώδης. [Itali. Fatto di gomma. Galli. Fait de gomme. Hiſp. Coſa hecha de goma. Ger. Aus gummi gemacht.] Quod ex gummi confectum eſt: ut Gummi num oleum, quod ex gummi elici ſolet, nerois in primis utile, teſte Plinio, li. 16. ca. 6.

Gurdus, di, m. ſ. Pro ſtolido, uox eſt Hiſpanica ἰνδικὸς, μωρός [Ital. Balordo. Gal. Sot, gourd. Hiſp. Ger. Nar, Tor, dũppel.] Quintil. libro primo capite quinto. Et gurdos, quos pro ſtolidis accipit uulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audiui.

Gūrges, gitis, m. t. Propriè locus eſt in flumine profundus, in quo aqua uertitur: quãuis, generaliter de omni aquarũ cõgerie dicatur, & de ipſo etiã mari. δίνη, ἄμπωτις [Ital. Gorgo. Halli. Vn gouffre d'eau, profondeur d'eau. Hiſpa. Lugar profundo en el agoa à enel lago. Germanicè, Ein wũrbel im waſſer.] Martial. libro primo. Rapidos fluminео uenit de gurgite piſcis. Plinius libr. octauo capite quinto. Amnem tranſituri minimos præmittunt, ne maiorum ingreſſu atterente, alueum creſcat gurgitis altitudo. Virgilius primo Aeneidos. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. ¶ Ponitur etiam translatè pro homine inſatiabili, aut alis

quamis re inexplebili. Cicero in Pisonem, Ille gurges, atque helluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. Idem in Verrem, Immensa illa uorago, aut gurges uitiorum turpitudinumq; omnium. Idem de Arusp. resp. Quæ unquã Charybdis tantos exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit?

Gurgulio, gurgulionis, siue potius Curculio, A rei anatomi cæ peritis uocatur caruncula quædam in fine palati ad fauces dependens, inter tonsillas, quam alio nomine columellam appellamus. γαργάρεων. [Italicè, Gargatore. Gallicè, Le gauion Hispanicè, El garguero. Germanicè, Die gurgel.] Varro libro secundo de Re rustica, capite tertio, uidetur posuisse pro colli parte anteriore, quam & guttur appellat. Hircus (inquit) molliori pilo, & potissimum albo, ac ceruice, & collo breui, gurgulione longiore. ¶ Rursus Gurgulio, uermis quidam qui in horreis nascens, frumentum absumit: sic dictus quòd totus sit guttur. τρώξ, κός. [Italicè, Tignuola. Gallicè, Calendre. Hispanicè, Gorgero del trigo. Germanicè, Kornwürm, Kornmilwen.] Virgilius libro primo Georgicon, populatq; ingentem farris aceruum Gurgulio, atque inopi metuens formica senectæ. Rectius scripseris curculio per secundam consonantem. Sic enim ueteres scripsisse constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ eiusdem nominis, in quo primæ uersuum literæ curculionis nomen exprimunt. Vide Curculio.

Gurgustium, gurgustii, & diminutiuum, gurgustiolum, neutri generis, secundæ declinationis, Genus habitationis an gustum, à curculione uerme sic dictum. εἰνίδιον. [Italicè, Stanza molto stretta. Gallicè, Logette estroitte, cabaret destorné. Hispanicè, Casa pobre ò choça. Ger. Ein klein nachgültig heüßlein, oder ein schlechte wonung.] Seruius docet gurgustium esse obscuram & latentem tabernam. Cicero in Pisonem, Memministine cœnam, quum ad te quinta ferè hora cum C. Pisone uenissem, quo è gurgustio te prodire, obuoluto capite, soleatum. Apuleius, Ergo breuitatẽ gurgustioli nostri ne sperues, pete, iis cõtectus lare paruulo.

Gusto, gustas, actiu. primæ coniugationis, Libo, labris primoribus attingo. γεύομαι. [Italicè, Gustare. Gallicè, Gouster. Hispanicè, Gustar prouando el sabor. Germanicè, Verſüchen, Küſten.] Cæsar quinto libro belli Gallici, Leporem & gallinam, & auserem gustare fas non putauit. Cicero ad Gallum, Fugi in Tusculanum, quum quidem biduum ita ieiunus fuerim, ut ne aquam quidem gustarem. Idem 2. de Natura deorum, Capræ dictamum quærũt: quam quum gustauerint, sagittæ quibus confixæ sunt, excidunt. ¶ Et per translationem accipitur pro leuiter attingere, experiri. Cicero pro M. Cælio, Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc uitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigissent. ¶ Huius composita sunt, Degusto, hoc est, Delibo, libo, labris admoneo, ἀπογεύομαι. Sallust. in Cat. Iade quum post execrationem omnes degustassent, sicut in sacris solennibus fieri consuenit, aperuisse consilium suum. ¶ Prægusto, antè gusto, προγεύομαι.

Gustatus, huius gustatus, masculini generis, quartæ declinationis, Verbale, idem significans quod gustus, hoc est sensus ille quo rerum sapores discernimus. γεῦσις. [Italicè, Gusto. Gallicè, Le gouſt, guoſtement. Hispanicè, Sentido de gustar. Germanicè, Verſuchung, Küſtung.] Cicero 2. de Natura deorum, Gustatus, qui sentire eorum quibus ne scimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit.

Gustus, huius gustus, masculini generis, quartæ declinationis, Vnus ex quinque sensibus exterioribus quo saporum diuersitatem discernimus. γεῦσις. [Italicè, Gusto. Gallicè, Le gouſt. Hispanicè, Sentido de gustar. Germanicè, Das verſüchen ob ein ding saur, ſüß, oder dergleichen seye.] Plinius libro decimo, capite septuagesimoprimo, Existimauerim omnibus sensum gustum esse. Quintilianus libro 6. capite quinto, Nec magis arte traditur, quàm gustus, aut odor. Vere laudis gustum non habere, metaphoricè. Cicero 3. Philipp. Vt quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi, nere laudis gustum non habent. ¶ De gustu cognoscere, ἐκ γεύματος γινώσκειν, hoc est minima experientia iudicare.

Gustatorium, gustatorii, n. s. Crater siue labrum (inquit Perottus) in quod aqua è fonte profluit. ἀκμών. [Italic. Luoco ò uaso da gustare. Galli. Vn lieu ou uaiſeau à gouſter. Hispan. Lugar ò uaso para gustar ò comer. Germ. Ein orth da man etwas verſüchet, oder das selbig geſchirr.] Plin. in Epist lib. 5. Gustatorium, grauiorib; cœnatio margini imponitur.

Gutta, guttæ, f. p. Minima pars aquæ, uel alterius materiæ liquidæ, quæ & stilla uocatur. σταγών, γαλαγμός. [Ital. Goccia, ghiocciola. Gall. Vne goutte. Hispan. La gota de soli quido que corre. Ger. Ein tropffen.] Plaut. in Casina, Dime & te intœdicét, si ego in os meum Vini guttam indidi. Plin. lib. 11. cap. 2. Distillantes quoq; guttæ in lapides durescunt in antris Coryciis. ¶ Quum ex magno loctu paululum quiddam alicui decidatur, guttam aspergi dicimus Cicero pro Cluentio, Atq; etiam ipse conditor totius negotii guttam aspergit hinc Bulbo. ¶ Ne gutta quidem ὑπερβολικῶς pro minimo. ¶ Gutta uini non miscetur aquæ sæpius infusa, γαλαγμὸς οἴνου μιγέντος χοὸς ὕδατος ἢ μίγματος. Quum paululo boni nimis mali uis admiscetur.

Guttula, diminutiuum. τὸ ψιλόν, μικρὸς γαλαγμός. [Ital. Goccioletta. Gall. Gouttelette, petite goutte. Hisp. Pequeña gota. Ger. Ein tröpflein.] Plautus in Epid. Ah guttula pectus mihi ardens aspersisti. Idem alibi, Vt guttulam hauriret ex guttulo.

Guttatim, per singulas guttas. κατὰ γαγόνα. [Ital. A goccia. Gal. Goutte à goutte, Hispa. Corriendo gota à gota. Germa. Tropffechtig, ein tropffen nach dem anderen.] Plaut. Cor edepol miserum meum, quod guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem.

Guttatus, guttata, guttatum, γαλαχθείς, στιγματισθείς. [Ita. Pomellato, sparso di goccie. Gall. Taschetè, mouscheté. Hispan. Gotado, manchado. Germ. Getheufft, Geſprengt.] Quod colorem habet maculis quibusdam in modum guttarum distinctum. Mart. lib. 5. Et picta perdix, Numidicæq; guttatæ.

Guttans, tis, formam participii habet, quasi à Gutto, tas, pro guttatim stillare. γαλάζων. [Ital. Che goccia. Gal. Degoutant, qui degoutte. Hispan. Que corre gota à gota. German. Tropffend.] Plin. li. 20. c. 8. Huius folia ambustis utilia, guttantia affrigunt.

Guttur, uris, n. c. Pars colli interior. βρόγχος. [Ital. Cola, cana dela gola. Gall. Le goſier. Hispanic. El papo ò garguero. Germa. Die kel.] Plin. lib. 11. cap. 37. Guttur homini tantũ & suibus intumescit, aquarum, quæ potantur, plerunq; uitio. Accipitur etiam pro uia ea qua spiritus à pulmone ad os transmittitur, quæ in homine aspera arteria appellatur. τραχεῖα ἀρτηρία. Cicero 2. de Diuin. Haud modicos uere molo fundens è gutture cantus. Virgilius in Georgicis, Et læta pecudes, & ouantes gutture corui. ¶ Olim erat masculini generis. unde inferiorem gutturem dixit Plaut. in Aulularia. Etiamne (inquit) obturat inferiorem gutturem, nequid animæ emittat dormiens?

Gutturosi, m. s. οἱ ἐν φάρυγγι ὀγκώδεις, οἱ βρογχοκήλην ἔχοντες. [Ital. Gozzuti, digrosse gola. Gal. Qui ont gros goſier, goitreux. Hispa. Cosas papudas ò que tienen garguero. Ger. Die grosse auffgeblasne kelen haben.] dicuntur quorum guttur tãquam spongia quædam intumescit: quod uitii genus βρογχοκήλην appellant, quum scilicet inter cutẽ & asperam arteriã, aut etiã in alia colli parte tumor nascitur, qui modò habet em carnem, modò humorem melli similem includit: interdum etiam minuta ossa, pilis admista. Solent autẽ huic uitio peculiariter obnoxii esse accolæ Alpium qui aquam bibunt ex niue resoluta. Vlpia, de Aedil. edicto. Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.

Guttumium, nii, Vas ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo quòd propter angustias guttatim fluat. Fest. πρόχους.

Guttus, ti, m. s. Poculi genus angusto colle, quo in sacrificiis utebantur. πρόχους. [Ital. Vaso da oglio. Gall. Vn goutteron ou burette soit à huyle ou autre chose. Hispa. Vaso que tiene angosta boca como azeytera. Germanic. Ein tropffgeschirr, ein gutteren.] Plinius libro sexto, Curius ieiunauit, se ex præda nihil attigisse, præter guttum fagineum quo sacrificaret. ¶ Erat etiam Guttus uasi ge-

nus in quo oleum aſſeruabatur. Gellius, Puerum ſuber Taurus oleum in ollam indere (erat is puer genere Atticus feſtiuiſſimus ad annos maximè natus viii, ætatis & gentis argutus ſcatens) guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam ſuccum oleum, affert, conuertit que eum: &, ut ſolitum eſt, circumegit per omnem partem ollæ manum, nullum inde ibat oleum. Vtebantur etiã gutto in balneis, ad conſeruanda unguenta ¶ Dictus eſt etiam gutturnus, teſte Varrone, à gutta, quòd propter colli anguſtiam humor inde guttatim effluieret.

Guttulus, penult. corrept. Diminutiuum, *μυροχύδιον, ἀλάβαστρον, ἰδίον*. [Ital. *Vaſetto da bere*. Gall. *Eſguiere ou biberon*. Hiſpa. Pequeno vaſo que tiene angoſta boca. Germ. Ein Gütterlein, ein geſchirrlein mit einem engen hälſlein.] Plaut. Ve guttulam hauriret ex guttulo.

G ante y.

Gygarthus, thi, maſcul. ſecund. Lectus eſt in quo paralytici, mentecque capti, quique uocantur dæmoniaci uinctí iacent ſenes. Vnde prouerbium, *γύγαρθον φυσᾷς*, id eſt. Gygarthum ſpiras, in inſana fruſtraque uociferatione, Paul. lib. 3. cap. 14.

Gygarii, apud Strabonem equi pumuli, idem quod Gumi.

Gymnas, adis, gen. fœm. *γυμνάς*. [Ital. *Eſſercitio*. Gall. *Exercice*. Hiſpanicè, Exercicio. Germanicè, Ein übung.] Exercitium. Stat. 4. Syl. ſic lubrica ponit Membra Terpſyca reſoluens gymnade Pollux. Idem 1. Achil. exercere proteruas Gymnadas.

Gymnaſium, aſii. n. ſ. *γυμνάσιον*. [Ital. *Luogo da eſſercitarſi*. Galli. *Lieu d'exercice*. Hiſpani. *Lugar donde ſe exercitan*. Germani. Ein ort an welchem man ſich etwan in übe.] Locus eſt in quo fit aliquid exercitii, *ἀπὸ τῦ γυμνάζειν*, hoc eſt ab exercendo. Vnde apud ueteres, loca illa in quibus palæſtritæ nudi exercebãtur, peculiari nomine Gymnaſia uocata ſunt. Plaut. in Amph. Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia, Apud emporium, atq; in macello, in palæſtra, atq; in foro. ¶ Verùm poſtea Gymnaſium pro ludo literario, & omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis, ſumi cœpit, quum philoſophi gymnaſia tenuerint, & in illis diſputauerint, quæ & ſcholæ & diatribæ nocitatæ ſunt. Cic. 1. de Orat. Ciamabunt credo omnia gymnaſia, atq; omnes philoſophorum ſcholæ ſua hæc eſſe omnia propria. Plin. in Epiſt. Gymnaſiis indulgent Græculi. Vnde apud Rhetores progymnaſmata, præexercitamenta dicuntur id eſt exercitationes quædam indicendo, antequam ad ueras actiones deſcendant.

Gymnaſtes, maſcul. gen. tert. declin. *γυμναστής*. [Ital. *Preposto ad luogo dell eſſercitio*. Gall. *Qui a la principale charge do lieu de l'exercice*. Hiſpani. *Maeſtro del exercicio*. Germ. Ein Schülmeiſter, der über ein übung zů einem Meyſter geſetzet iſt.] Præceptor exercitiorum, Athletas uel pueros exercens, *ἀπὸ τῦ γυμνάζειν*, quod eſt exercere.

Gymnaſtica, ſticæ, fœmin. genet. prim. declinat. *γυμναστική*, Ars ſeu doctrina, qua pueri exercentur, diſciplina exercitationis. Vnde Ariſtoteles præcipit libro octauo Poli. Adoleſcentes gymnaſticæ & prædotribicæ uacare debere, ut ita fiant exercitationes, firmioresq;. Plato libro ſeptimo de Legibus, gymnaſticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet: eamq; diuidit in ſaltationem & luctationem.

Gymnaſticus, a, um, *γυμναστικός*. [Ital. *Pertinente ad eſſercitio*. Galli. *Apartenant à exercice*. Hiſpani. *Perteneſciente al exercicio*. Germanicè, Das zů der übung gehört.] Quod pertinet ad exercitium. Plautus in Rud. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnaſtico & palæſtrico.

Gymnici ludi, Dicti ſunt in quibus ſe nudi atq; uncti exercebant palæſtritæ, *ἀγῶνες γυμνικοί*, à Lycaone in Arcadia primum inuenti, ut autor eſt Plin. li. 7. ca. 56 Gymnicos ludos etiam Romæ editos fuiſſe à Nerone teſtatur Suetonius in uita eius, cap. 12.

Gymnaſiarchus, uel gymnaſiarcha, *γυμνασιάρχης*, Præſes gymnaſii, id eſt loci in quo Athletæ nudi exercebantur. Cicero ſexto Verr. Demoliendum curauit Demetrius gymnaſiarchus, quòd is ei loco præerat. ¶ Accipitur & pro ludi literarii præfecto. Nam ut dictum eſt ſuprà in primitiuo, gymnaſium generaliter dicitur quiuis locus exercitio alicui deſtinatus.

Gynecanthe, Vitis alba, Dioſc. li 4. cap. 195.

Gynœciarii, erant qui pannos curabant, uel penicillo adhuc rupes tergebant, uel fortè lanæ nodos inciebant extra hebantq; opus quod à mulieribus fieri ſolet. Inde Gynœcium dictum. Quòd ſi uiri fœminis mixti id agebant, à loco dicti Gynœciarii, *ἀπὸ τῦ γυναικὸς*, id eſt, à fœmina. Alciatus in l. balluca. C. de Metal. lib. 11.

Gynœcium, cii, penul. prod. neut. ſecund. *γυναικεῖον*. [Ital. *Luoco apparato in caſa done ſi ritirano le donne*. Gall. *Vn lieu recullé a part en la maiſon ou les femmes ſeules hantent, un cabinet*. Hiſpan. *El retraymiento de mugeres*. Ger. Ein Hauſs oder Gemach in dem das Frauwenzimmer iſt.] Locus ſecretior in ædibus ubi ſolæ mulieres habitabant. Græci enim mulieres *γυναῖκας* uocant. Plautus in Moſtel. Dare uolt uxorem filio, quantum poteſt: ad eã rem facere uult nouum gynœceum. Cice. 2. Philipp. Syngrapha feſtertii centies, facta eſt in gynœceo. Pro eodem etiam dicitur gynœconitis, *γυναικωνῖτις* Aemilius Paulus, Materfamiliãs apud Romanos primum locum tenet ædium, atque in celebritate uerſatur: quod multò aliter fit in Græcia Nam neque in conuiuium adhibetur, niſi propinquorum: nec ſedet, niſi in interiore parte ædium, quæ gynœconitis appellatur.

Gynœcomaſton, eſt ſuperexcreſcentia pinguedinis præter naturam, mamillis ſubiectum ut plurimum.

Gypſum, pſi, n. ſ. *γύψος*. [Ital. *Geſſo*. Gall. *Du plaſtre*. Hiſpa. *Yeſſo*. Germ. Gyps.] Materia eſt calci ſimilis ex lapidibus exuſtis ut plurimum confecta, qua tectoria parietibus inducuntur, & ſigna arte plaſtica conficiuntur Plin. libro 36. cap. 24. Cognata calci res gypſum eſt Iuuen. Satyr. 2. quam quam plena omnia gypſo Chryſippi inueniat. Plura eius genera. Nam è lapide coquitur, ut in Syria, & Thuriis: & è terra foditur, ut in Cypro & Perrhæbia: è ſumma tellure, & Tymphaicum eſt.

Gypſatus, a, um, *γυψωτός*. [Ital. *Ingeſſato. Imbiancato*. Gal. *Plaſtré*. Hiſpani. *Coſa enyeſſada, cubierta de yeſſo*. Germa. Gegypſet.] Gypſo illitus. Tibul. lib. 3. Eleg. Nora loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coëgit Barbara gypſatos ferre catafta pedes. Columella, Quum deinde modicè aruerunt, in uaſa nouæ ſine pice opercula & gypſata, ſicco loco reponito. Ouid. 2. Amor. Eleg. 8. Deſpice gypſati crimen inane pedis. Cice. in Epiſtol. ad Treb. Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quàm ignouerunt Medęę matronæ opulentę optimates, quibus illa manibus gypſatis perſuaſit, ne ſibi illę uitio uerterent quod abeſſet à patria. Vbi gypſatas manus dixit Cicero, pro manibus medicamentis & ueneficiis infectis.

Gyrus, ri, m. ſ. *γῦρος*. [Ital. *Giro, circuito*. Galli. *Vn tour, ou tournoyement, & entortillement, rondeur*. Hiſpan. *Buelta en derredor*. Germani. Ein Ring. Kreiſs, umbwendung.] Circumuolutio in orbem, ambitus, circuitus, circulus. Cicer. ad Attic. lib. 2. Feneſtrarum anguſtias quod reprehendis, ſcito te *λύρᾳ πλαδίαν* reprehendere: nam quum ego iſtuc idem dicerem, gyrus agebatur. Virgil. 5. Aeneid. Dixerat hæc, adytis quam lubricus anguis abimis Septem ingens gyros, ſeptena uolumina traxit. Ouid. 2. Amor. Eleg. 6. Viuit edax uultu, ducitq; per aëra gyros Miluius: & pluuiæ graculos autor aquæ. ¶ Ducere ſeu compellere in gyrum, eſt anguſtis quibuſdam limitibus coarctare, & non ſinere latius euagari. Quę translatio tracta eſt ab equis, qui cum frenо diſcunt parere, non in liberum ducuntur campum, ſed in ſpatium aliquod anguſtius, ubi ſæpius ſit flectendum, quod & ipſum gyrus appellatur Cicer. 1. de Orat. Sed ſi his contenti eſſis, atq; iis etiã, quę dici uoluiſtis à me, ex ingenti quodam oratorem, immenſoq; campo in exiguum ſanè gyrum compellitis. Idem 1. Offic. Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibiq; præſidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinę duci oportet.

Gyro, as, a. p. *γυρόω*. [Ital. *Girare, circondare*. Gall. *Tourner en rond, entortiller rondement*. Hiſp. *Hazer buelta en derredor*. German. Ringsweiſs vmbtreiben, in einem Kreiſs vmbwenden.] In gyrum uertor. Vnde regyro, penul. prod. quod eſt in gyrum reflecti, de quo ſuo loco.

Gyratus, pen. pro Adiect. *γυρωθείς, γυρωειδής*. [Ital. *Circondato, tornito*. Galli. *Tourne en rond, entortillé rondemẽt*. Hiſp. *Bueltado enderredor*. Ger. Vmbgetriben, ringsweiſs, vmbgeträyet.] Pli. li. 2. c. 10 Ad effigiẽ Macedonicę chlamydis orbe gyratu lacinioſam. De Alexandria urbe Aegypti.

H

Elementum hoc à Latinis dicitur aſpiratio, fitq; ex utraq; aſpiratione Græca, quarum altera ſic ' ſcribitur altera uerò ſic ⁺: ex quarum coniunctione fit Latina aſpiratio, figura talis H. nomen priorum temporum me latet, noſtra ætate profertur hæc ea, cius poteſtas nulla, niſi quòd ſonũ auget illius, ſeu uocalis, ſeu conſonantis, cui adhæret. Ineptè meo iudicio nos Itali proferimus has duas dictiones mihi & nihil, quaſi h in his duabus uocibus locum obtineat ch. Si qui ſunt qui aſſeuerent eſſe hanc noſtri temporis pronunciationem eandem qua olim loquebantur maiores, omni ratione penitus carere uidentur. & neotericorum conſenſu, & candidioris ætatis teſtimonio, cùm cæteris, tum uel maximè in hoc elemento. Cicer. aperteſſima oratione id cõprobat: clarius explicari non poteſt, quàm Catul. ex epigrammate: Chommoda dicebat ſi quando commoda uellet Dicere, & hinſidias Arrius inſidias. O noſtra miſera tempora, ô feliciſſimũ illud ſeculum Tantam calamitatem deplorarũt cõplures doctiſſimi uiri: ſed aliubi diffuſius. Ineremus. H. Finalis in ſyllaba eſſe non poteſt, præterquam in Ab, & Vah, interiectionibus, quæ uel per apocopen dictæ ſunt, quum completæ ſint Aha, & Vaha: uel quia abſcondita uoce ſolent proferri interiectiones. Iungitur autem uocalibus omnibus, & quatuor conſonantibus, ſcilicet c. ut Chremes: p, ut Philippus: t, ut Thraſo: & hoc ut ualentius ſonet dictio. Ante Ciceronis tempora, ut ipſe in Oratore teſtatur, ſolis uocalibus addebatur aſpiratio, non autem conſonantibus, quemadmodum hodie quorum etiam pronuntiationem ipſe aliquandiu ſe ſuiſſe ſequutum fatetur. Quin ego ipſe (inquit) cum ſcirem ita maiores locutos eſſe, ut nuſquam niſi in uocali, aſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut Puleros & Cetegos, Triumpos & Cartaginem dicerem: aliquando, idq; ſerò, conuitio aurium quum mihi extorta ueritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. Gellius etiam libro 2. capite 3. autor eſt, in pleriſq; Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem, addi aſpirationem: quòd crederent ſonum firmiorem reddi & uegetiorem: idq; exemplo Atticorum, qui citra morem cæterarum Græciæ ciuitatum multas dictiones aſpirant. Aſpiratio autem (ut idem Gellius autor eſt) non ſolet literis interſeri, quemadmodum nos hodie facere conſueuimus, ſed more Græcorum ſupra literas annotari: quod & ipſum ſe uidiſſe affirmat, in quodam ueruſtiſſimo codice quem Virgilii autographon fuiſſe putat. In notis antiquorum H. Honeſtas, uel hic, uel hoc, uel hæres, uel hæredes, uel hæc, uel homo, uel honeſtas, uel haber, uel huius. H. Hora, uel Honeſtas. H. Honor, uel honori, uel hora, uel hoc. HA. Hadrianus, uel hora. H. AED. Q. C. P. AM. FE. Hoc ædificium quod cernis, prudens amator fecit. H B. Hæres bonorum. H. B. F. Homo bonæ fidei. HC. Hunc. HC. AM. N. Hunc amicũ noſtrum. HC. L. Hunc locum. HC. L. RO. Hunc locũ Romanũ H. COG. Hæredem cognitorem, uel hæredem cognouit. HC. V. Huic uitæ H. C. Hic dedicauit. H. DD. Hic dedicauit, uel dedicãt, uel dedicarunt, uel dedicauerũt. H. D. D. Hoc dono datum H. D. M. Hæc domus mortui.

Ha, interiectio eſt corripientis, ſiue admouentis nequid fiat, neſue quis in re cœpta progrediatur, ἅ, ἅ. Plautus in Moſtel. Ha caue ne illi obiectes nunc in ægritudine Te has emiſſe.

Haha he, Interiectio ridentis eſt. Terent. in Eunu. Ha ha he. *THR.* quid rides? *GNA* iſtuc quod dixti modò.

Hãbena, næ, penultima producta, fœminin. gen. prim. decl. *ἡνίοχος, ἡνίοχος ἡ ἱππαγωγός.* [Italic. Redena della briglia. Gall. La rene d'une bride. Hiſpani. La rienda para templar el freno. Germa. Ein Zaum, die Kiemen oder der Zügel am Zaum] Retinaculum & lorum illud quo equi regũntur, & cohibentur. Virgil. lib. 9. Aeneid. Ipſe ter adducta circum caput egit habena. Idem 1 Georg. ac per aperta uolans, ceu liber habenis Aequora. ¶ Sumitur etiam habena pro poteſtate, & facultate Virgil. 12. Aeneid. Terribilis ſeuam nullo diſcrimine cædem Suſcitat, iramq; omnes effundit habenas. Vbi Seruius, Habenas, poteſtatẽ, facultatem. Cicero primo de Orat. Senatum ſeruire populo, cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem, quaſi quaſdam habenas tradidiſſet. Rerum habenæ traduntur Aſdrubali, Silius lib. 1.

Habẽnula, læ, diminutiuum, *ἡ μικρὰ καὶ λεπτὴ ἡνία, τὸ ἡνιάριον.* [Ital. Picciola redena di briglia. Gall. Petite rene de bride. Hiſpanic. Pequenna rienda para templar el freno. Germani. Ein riemlin am Zaum, oder ein Binden wie es die wundartzen brauchen.] Celſus li. 7. ca. 20. Abora quoq; eius uulneris quod in inguine eſt, demenda habenula paulò latior eſt, quo maior plaga ſit.

Habentia, æ, Ab antiquis uſurpatum eſt pro diuitiis ab habeo, *ἕξις* [Itali. Auere. Galli. Auoir. Hiſp. Las riquezas. Germ. Hab vnd gůt.] ſicut à Sapio, ſapientia. Claud. Annal. ut citat Nonius, Verebar enim ne animos eorum inſolentia habentia.

Hãbẽo, bes, bui, bitum, act. ſec. In poteſtate tenco, poſſideo, *ἔχω.* [Itali. Hauere. Galli. Auoir tenir. Hiſp. Auer ó tener. German. Haben, beſitzen] Salluſt. in Iugurth. Animus impotens & corruptus, æternus, rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipſe habetur. Virgil. 1. Aeneid. Hoſtis habet muros. Plaut. in Aulul. Virginem habeo grandem, doctam caſtam, atque illocabilem. Idem Rud. Papæ, diuitias tu quidem habuiſti loculentas. *L.* Miſerum iſtuc uerbum & peſſimum eſt, habuiſſe, & nihil habere. ¶ Per tranſlationem ponitur pro tenere, *ἔχω.* Salluſt. in Iugur. Tale periculum Reip haud occultum habuit. ¶ Pro facere. Salluſt. in Catil. Igitur comitiis habitis, Conſules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. ¶ Pro tolerare. Salluſt. Neque eoiquam mortalium iniuriæ ſuæ paruæ uidentur, multi res grauius æquo habuere. ¶ Pro detinere. Salluſt. Neque ſemen, neque mens erat, qui fines eorum decerneret, quę res eos magno diuturnoque bello inter ſe habuit. ¶ Pro credere, exiſtimare, *νομίζειν.* Terent. in Andr. Semper eius dicta, atque habita eſt ſoror, hoc eſt, exiſtimata & reputata. ¶ Pro habitare. Plaut. in Trucul. Nam mihi hæc meretrix, Quæ hic habet, Phronetium ſuum nomen, omnem Ex pectore euomit meo phroneſim. Salluſt. apud Priſcianum, Tarteſſum Hiſpaniæ urbem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent. Idem in Catil. Credo falſa exiſtimant ea, quæ de inferis memorantur, diuerſo itinere malos à bonis loca tetra, occulta, fœda atq; formidoloſa habere. ¶ Pro intelligere: nam quod intelligimus, animo quodammodo tenere & poſſidere uidemur. Terent. in Heauton. Habet omnem rem: pergam quò cœpi, hoc iter. ¶ Habere fruſtra, idem eſt quod decipere, & deludere. Plaut. in Amph. Is ad uenientis ſeruum, ac dominum fruſtra habet. ¶ Nihil penſi habere, hoc eſt nihili pendere, non curare, *περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι.* ¶ Habere honorem, idem eſt quod exhibere reuerentiam. Terent. in Eunuch. Hic tibi pro eo monere bonos eſt habitus ab eo. ¶ Eleganter etiam ponitur habeo in peroratione operis. Cicero in Lælio, Hæc habui, de amicitia quę dicerem. ¶ Accipitur etiam pro tractare. Terent. in Hecyr. Nunquam ſecus habui illam, ac ſi ex me nata eſſet. ¶ Bene habere, idem eſt quod bene ualere, & incolumem eſſe: ſicut malè habere, infirmum, & ægrotum eſſe. Bene habet, uel malè habet: uel etiam ſic, Res benè, uel malè habet: hoc eſt fœliciter, uel infœliciter cedit. Liu. li. 7. ab Vrbe, Bene habet, iacta ſunt fundamenta. Idem li 8. Bene habet (inquit) Quirites: uicit diſciplina militaris, Belle habeo, idem eſt quod bene ualeo, uel incolumis ſum. Cic. in Epiſt. Tullia noſtra ualet, Terentia minus bellè habuit, id eſt, minus bene ualuit. ¶ Item habet, per ſe poſitum ſignificat percuſſus eſt, ut Donatus inquit: & propriè de gladiatoribus dicitur, quòd prius alii ſanguinem uideant, quàm illi ſentiant ſe percuſſos eſſe. Terent. in Andr. Certè captus eſt, habet. ¶ Sat habeo, id eſt ſufficit, *ἀρκεῖ ἔχω.* Cæſar li. 3. belli Ciuilis, Noſtri uerò qui ſatis habebant ſine detrimento diſcedere. ¶ Quando habere, eſt ſeruare, detinere: ut eſt illud Salluſt. in Catil. In cuſtodiis haberentur. ¶ Quandoque præbere, exhibere, ut apud eundem in Ciceronem, Ita largitionibus corruptus eſt, ut ſeſe ac fortunas ſuas uenales habeat. ¶ Habere gratiam uel gratias, in animo eſt, quum memorem acepti beneficii mentem, animumq; habemus, & uicem gratificandi ſeruatem. Cicero, Nec enim gratiam modò habuiſti, uerumetiam cumulatiſſimè retuliſti. Idem, Maximas tibi Panſa gratias & habemus, & agere debemus. Terent. in Andr. Dis pol habeo gratias quom in pariundo aliquot affuerunt liberæ. ¶ Habere iter, eſt proficiſci. Habere uerba, *λόγους ἔχειν*, eſt loqui. ¶ Habere ſi-

dem uerbis, eſt credere, πιστεύειν. Terent. in Andr. Nam propemodum habeo tibi iam fidem. Et in Heautont. Seni noſtro fidei nihil habeo. ¶ Habere rationem ſalutis, honoris, rei familiaris, eſt habere reſpectum. Λόγον ἢ πρόνοιαν ποιεῖσθαι. Sed ſi cum ablatiuo conſtruatur mediâte cum, ut Habere rationem cum re aliqua: idem eſt quod habere negotium & commercium, ἔχειν πρᾶγμα πρός τι. Cicero in Catil. Rem habet cum terra quæ nunquam recuſat imperium. Idem in Tuſcul. Quis eſt hominum qui modò cum Muſis, id eſt, cum humanitate & doctrina habet aliquod commercium, qui ſe non hunc Mathematicum malit, quàm illum Tyrannum? Et ad Atticum, Cum omnibus Muſis rationem habere cogito. Habere rem cum muliere, eſt coire, συνεῖναι. Habere rem cum aduerſario, eſt litigare, ἀντιδικεῖν. ¶ Habeo conuenire, habeo polliceri, habeo audire, pro conueniendum eſt mihi, pollicendum, audiendum. Cic. Lentulo, Tantum habeo polliceri. Idem in Catone, Neq; eos ſolùm conuenire habeo quos uidi, ſed etiam quos audiui & legi. Idem in Oratore, Audire habeo quid hic ſentiat. Vide Vallam lib. 5. ¶ Susque deque habere, uel Susque deque ferre (utroque enim modo dicimus) eſt æquo animo ferre, & non magni pendere, & penè idem cum eo quod Græci dicunt ἀδιαφορεῖν. Plautus in Amph. Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat: Quæ neque ſunt facta, neque ego in me admiſi arguit, Atque id me ſusque deque eſſe habitoram putat. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt Adhibeo, Cohibeo, Exhibeo, Inhibeo, Præbeo, Poſthabeo, Perhibeo, Prohibeo, & Rehibeo, de quibus locis ſuis. ¶ Aegrè habere, idem quod ægrè ferre, δυσχεραίνειν. Liuius 7. ab Vrbe, Ita ægrè habuit, filium id pro parente auſum. ¶ Si cuti pleraque mortalium habentur: hoc eſt ut ſolet accidere rebus hominum. Salluſt. in Catil. ¶ Habere delectum, id eſt deligere. Cicer. 5. de Finibus. Quum enim uirtutis hoc proprium ſit, earum rerum quæ ſecundum naturam ſint, habere delectum. ¶ Delectum militum habere, eſt cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæſar 1. bel. Ciuil. Tota Italia delectus habetur, arma imperantur, &c. ¶ Habere in deliciis, uehementer amare. Cic. 1. de Diuinat. Simia, quam rex Molloſſorum in deliciis habebat, & ſortes ipſas, & cætera quæ erant ad ſortem parata, diſturbauit. ¶ Habere dereliſtui uineam, id eſt relinquere incultam. Gell. lib. 4. cap. 12. Siquis arborem ſuam uineamque habuerit dereliſtui. Habere pro dereliſto oppidum aut regionem, eſt curam eius nullam gerere. Cicer. ad Attic. lib. 8. Id ego in eam partem accepi: hæc oppida, atque oram maritimam illum pro dereliſto habere: nec ſum miratus, eum qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis membris non parcere. ¶ Habere deſpicatum, pro ſpernere, & contemptui habere. Terent. in Eun. An id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam Deducar, & illis crucibus quæ nos noſtramque adoleſcentiam Habent deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis, Nunc referam gratiam? Habere deſpicatui, pro deſpectui. Plaut. in Menæch. Tu huc poſt hunc diem pedem intrò non feres, ne fruſtra ſis, Quando tu me bene merentem tibi habes deſpicatui. ¶ Habeo dictum, pro dixi. Plautus Perſa, Satis iam habeo dictum. Habeo dicere, id eſt, habeo quod dicam. Cicero tertio de Natura deorum. Hæc ferè dicere habui de natura deorum. Idem de Partit. Quid habes igitur de cauſa dicere? ¶ Habere dignitatem alicui: hoc eſt alicuius dignitatem plurimi facere. Plin. in Panegyr. ¶ Ita ſe habet. Cicer. de Senect. Quod quidem, ni ita ſe haberet, ne animi immortales eſſent, haud optimi cuiuſq; animus maximè ad immortalem gloriam niteretur. ¶ Habere penſi Tacit. libro 11. Neque fas, neque fidem penſi haberet, olim prouiſum erat. Salluſt. in Catil. Prorſus neque dicere, neque facere quicquam penſi habebat. ¶ Periculum habere, eſſe in periculo. Columel. libro 12 capite 21. Sed periculum habet ne uitietur uinum, ſi malè cocta ſit aqua. ¶ Potius habere, pro præferre. Cæſar 1. bell. Ciuil. Semper ſe Reipubl. commoda priuatis neceſſitudinibus habuiſſe potiora. ¶ Habeo in promptu, hoc eſt, prompta eſt mihi de hac re memoria. Cic. 4. Acad. Oportet igitur & ea quæ pro perſpicuitate reſponderi poſſunt, in promptu habere. ¶ Sic habeto: id eſt ita tibi perſuadeto, uel pro comperto teneto. Cicer. ad Tironem, Sic habeto, mi Tiro, neminem eſſe qui me amet, quin idem te amet. ¶ Habere ſtatiua, id eſt in aſtiuis agere. Liuius 2. bell. Macedo. Ibi ſtatiuis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo eſt. ¶ Habere ſuſpectum. Liuius quarto bell. Pun. Quia & ipſum ut ambiguæ fidei uirum, ſuſpectum iampridem habebat. ¶ Habere ſibi res ſeras, iubebatur uxor quæ à uiro repudiabatur. Cic. 6. Philipp. Illam ſuas ſibi res habere iuſſit. ¶ Sic habēdum eſt: hoc eſt ita intelligendum. Cic. de Amic. Sic habēdum eſt, nullam in amicitia peſtem eſſe maiorem quàm adulationem, blanditias, aſſentationem.

Habeſſit, pro habeat, antiquè dictum. Cicer. 2. de Leg. Separatim nemo habeſſit deos, neue nouos: ſed ne aduenas, niſi publicè aſcitos, priuatim coluito.

Hăbĭtus, ta, tum, ἐσχημένος. [Ital. *Hauuto*. Gall. *Eu, qu'on a eu*. Hiſpan. *Tenido*. German. *Gehabt, gehalten*.] participium à paſſiuo habeo, quod uarias habet ſignificationes, quemadmodum & uerbum à quo deſcendit. Plinius libro 11. capite 14. Vt mirum ſit, ullum honorem habitum ei. ¶ Interdum idem eſt quod affectus. Terent. in Heautont. Imò, ut patrem tuum uidi eſſe habitum, diu etiam duras dabit. ¶ Aliquando idem quod exiſtimatus, νομιζόμενος. Ital. Cæſar 7. bell. Galli. Hic ſummo in Aruernis natus loco, & magnæ habitus autoritatis. ¶ Interdum etiam dicitur de eo quod pingue eſt, & bona totius corporis habitudine, εὔσαρκος. Sed in hac ſignificatione, nomen potius eſt quàm participium.

Hăbĭtior, comparatiuus, id eſt obeſior. Plautus in Epid. Corpulentior hercle, atque habitior, id eſt pinguior. Terent. in Eunucho, Siqua habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum.

Habitiſſimus, pinguiſſimus. Gell lib. 4. Equum nimis ſtrigoſum & malè habitum, ſed equitem eius uberrimum & habitiſſimum uiderunt.

Hăbĭtus, us, m. g. Qualitas, & forma eſt corporis, & cuiuſcunque rei, σχῆμα. [Ital. *Habito*, qualità, forma. Gall. Contenance, port, eſtat, diſpoſition, qualité. Hiſpan. Habito, qualidad. German. *Ein weyß, geſtalt, gattung. Item, ein Bekleidung*. [Plaut. Qualis habitus oris. Colum. libr. 1. Vineæ non ſic altos & lacertoſos exigunt: nam is habitus foſſuris magis aptus. Virgil. lib. 1. Georg. - cultuſq; habituſque locorum. ¶ Accipitur etiam pro cultu corporis, ueſtiumque ornatu. Vnde habitus ſcenicus, habitus militaris, habitus religioſus dicitur. Plautus, Quis habitus iſte tam prolixus? Plinius, Qui ad nos lugubri habitu uenerat, & capillatior ſolito. ¶ Habitus, ἕξις, hoc eſt promtitudo frequentatis actibus collecta, & à Philoſophis definitur quòd ſit alicuius rei ſiue in animo, ſiue in corpore natura concepta, ſed uſu corroborata & plena perfectio. ¶ Habitum item uocant medici conſtantem corporis conſtitutionem, & ſolutè difficilem, ex proba improbaſue ſimilarium particularum temperamento, inſtrumentaliumque conformatione naſcentem. Vnde bonum corporis habitum (εὐεξίαν) firmam ſanitatem appellāt, omnibus corporis particulis probè actiones ſuas obeuntibus. Rurſus malum corporis habitum (δυσεξίαν) appellant conſtitutionē corporis in morbos procliuiorem, ualetudinemq; infirmam ex ſimilarium partium intemperie, uel improba inſtrumentalium proue nientem coagmentatione.

Hăbĭtūdo, dinis, f. t. Ipſe corporis habitus, quem barbari uocant Complexionem, ἕξις. [Ital. *Habitudine*. complesſione. Gall. *Habitudine*, eſtat & diſpoſition. Hiſp. Diſpoſicion de cuerpo, habilidad. Germa. *Die eigenſchafft vnd natur des Leibs*.] lib. 4. ad Heren. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſæpe, ita grauis oratio ſæpe imperitis uidetur ea quæ turget & inflata eſt. Terent. in Eunuc. Qui color, nitor, neſtitus? quæ habitudo eſt corporis?

Hăbĭlis, le, om. t. Quod eſt aptum, & optimè quadrat, εὐάρμοστος, προσήκων. [Ital. Habile, atto, acconcio, conueniente. Gall. *Habile, ſeant*, prope & bien conuenant. Hiſp. Coſa habil para tener ò tratar. Germ. *Gehandtſam, füglich, bequem*.] Virgil. 6. Aen. Namq; humeris de more habilem ſuſ penderat arcum Venatrix. Mart. lib. 11. Non habilis cyathis, & inutilis uua Lyæo. Cic. 1. de Orat. Si mihi calceos Sycionios attuliſſes, non uterer, quamuis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent uiriles. ¶ Huius contrarium eſt, Inhabilis, ineptus, indecens, quaſi parum habilis, hoc eſt minus aptus, ἀνάρμοστος.

Habiliter, penul. correp. Aduerbium, ἐπιτηδείως, δεξιῶς, εὐκαιρίως. [Ital. Commodamente. Gall. *Habilement*, propremẽt, commodement. Hiſpan. Habil y tratablemente. Germanicè, *Gehandtſamlich, füglichen, geſchicklich*.]

Paul.

Paul. in l. si ut. ff. de Aur. & arg. leg. Si ut habiliter gemmę geri possint, inclusæ auro fuerit.

Habilitas, ſæ. Conuenientia, aptitudo, ἁρμογή. [Itali. Habilità, proprietà, conuenienza. Gall. Habilité, proprieté, ſeance, & conuenance. Hiſpa. Habilidad, conueniencia. Ger. Bequemung, geſchicklichkeit.] Cic. de Leg. 1. Omitto opportunitates, habilitates q; reliqui corporis, moderationem uocis, orationis uim.

Hăbĭto, as, penult. corrept. neut. gen. prim. declin. frequentatiuum eſt ab habeo, ἑάω. [Itali. Habitare, dimorare. Gall. Habiter, demourer pour quelque temps ou un lieu. Hiſpa. Morar. Germ. Jnn haben, Vuohnen.] unde etiam quandoque cum accuſatiuo conſtruitur, quemadmodum primitiuum. Virgil. 2. Aeglog. Atq; humiles habitare caſas. Terent. in And. In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem. ¶ Huius paſſiuum in tertia perſona protulit Virgil. libr. 3. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. ¶ Inter habitare autẽ & commorari hoc intereſt, quòd hoc ſit ad tempus, illud uerò perpetuum: quanquam hæc differentia ſæpe confunditur. ¶ Habitare etiam antiqui acceperunt pro frequenter uel paſſim habere. Varro lib. 16. Rerum diuin. ut citat Nonius, Hoc modo antiquos ſecundis rebus comas habitaſſe. ¶ Tecum habita, prouerbii ſpeciem habet, pro eo quod eſt domi tuę habita, & tuo te pede metire. Perſ. Sat 4. Tecum habita, ut noris quàm ſit tibi curta ſupellex. Hoc eſt domi tuæ uiuito, ut intelligas quàm tenuis ſit tua fortuna. Tractum uidetur ab auiticis, quibus, quum alienis opibus, ut ſuis intumeſcant, domi nihil eſt miſerius.

Hăbĭtācŭlum, neut. ſecund. & Habitatio. f. t. Pro domo, & loco quem habitamus, οἴκημα. [Ital. Stanza el luogo da habitare. Gall. Habitation, demourance, maiſon à demourer. Hiſpan. Morada. Germ. Vuohnung, behauſung.] Cic. Mémio, Peto à te ut ei de habitatione accommodes. Colu. li. 1. Villico iuxta ianuam fiat habitatio.

Hăbĭtābĭlis, com. tert. Quod habitari poteſt, οἰκήσιμος. [Italicè, Che ſi può habitare. Gall. Habitable, qu'on peut habiter. Hiſp. Lo que ſe puede buenamente morar. Ger. Vuonhafft, das man ciuwohnen kan.] Cic. 1. Tuſc. Tum & habitabiles regiones, & rurſum omni, &c.

Habitator, Pro incola, οἰκήτωρ. [Ital. Habitatore. Gall. Habitant. Hiſpanicè, Morador. Germanicè, Ein ciuwohner.] Cicer. ad Quint. Fratrem, libro ſecundo, Tuam domum in cariuis mundi habitatores Camix conduxerunt. Lucanus libro primo, Rarus & antiquis habitator in urbibus erat Heſperiæ.

Habiola, ſiue habiola, uide in dictione Lupus.

Hac, aduerbium motus per locum, ταύτῃ, τῇδε. [Italicè, Per chi, qui. Gall. Par ci, par ici. Hiſ. A qui donde yo eſtoy. Germani. Hiedurch, des wägs.] Terent. Eunuch. Ite hac uos omnes.

Hactĕnus, pen. cor. Ex hac, aduerbio, & tenus compoſitum, idem ſignificat quod hucuſque, μέχρι τῶδε, μέχρι ἐνταῦθα. [Ital. Fin qui, fine à qui. Gall. Juſques ici, juſques à preſant, juſques à maintenant. Hiſpan. Haſta aqui, tiempo ò lugar. German. Biſshär, biſshieher.] Plin. in Panegyr. Hactenus ille, parcius fortaſſe quàm decuit optimum principem. Cicer. de Amicit. Hactenus mihi uideor de amicitia quod ſentirem, potiſſimè dixiſſe. ¶ Aliquando ſignificat non ultrà, uel non amplius. Sueton. in Nerone, Cœnæ quoque tempore interpellatus, tumultuoſioribus literis hactenus exanduit, ut malum iis, qui deſciſſent, minaretur. Hactenus & Adhuc æquè cõtinuationem ſignificant. Sed hoc differunt quòd Hactenus de re ſemper uſurpatur. Adhuc de tempore. Non enim recte dixeris, Hactenus ita ſenſi: ſed Adhuc ita ſenſi.

Hădrōbŏlum, li, penultima producta, generis neutri, ſecundæ declinationis, ἀδρόβολον, Bdellii genus eſt nigrum, & in oſſas conuolutum, naſcens in Arabia, India, Media, & Babylone, quod in ſacris uino perfundi ſolebat, ut eſſet odoratius. Dictum hadrobolum, à glebarum craſſitudine. Nam ἁδρὸν Græci craſſum & plenum appellant. Vide Plinium libro duodecimo, capite nono, & Dioſcorid. libro primo.

Hădrōſphærum, ἁδρόσφαιρον, Nardi genus, à folii amplitudine ita dictum, quemadmodum aliud genus minimo folio microſphærum: & rurſus aliud quod mediocri eſt folio, Neoſphærum eſt appellatũ. Author Plin. lib. 12. ca. 11.

Hæc, fœmininum. Vide ſuo loco.

Hœdus, di, m. ſ. ſiue ut alii ſcribunt, hœdus, Eſt fœtus capræ, ἔριφος. [Ital. Capretto. Galli. Vn cheureau. Hiſpan. Cabrito, hijo de cabra ò cabron. Germanicè, Ein Geiß, ein Gitze.] Qui per æ diphthongum ſcribunt, uolũt dictum eſſe hœdum, ἀπὸ τῶν αἰδοίων, hoc eſt à teſticulis. Alii uerò qui per e ſcribunt, à Lingua Sabina eius originem petunt: illi enim hœdum dicebant, quod Romani dicunt fœdum. Virgilius prima Aeglog. Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos. Ouid. 15. Metamorph. Fœtero laſciuior hœdo.

Hœdŭlus, Hœdillus, & Hœdiculus, diminutiua, ἐρίφιον. [Italicè, Picciolo capretto. Gall. Petit cheureau. Hiſp. Pequeno cabrito. Germanic. Ein Gitzlin.] Plaut. in Aſin. Dicigitur me tuum paſſerculum, gallinam, cotornicem, agnellum, hœdillum luneu. Satyr. 11. E Tiburtino ueniet pinguiſſimus agro Hœdulos.

Hœdĭnus, a, um, Nomen poſſeſſiuum, ἐρίφειος. [Italicè, Coſa di capretto. Gall. De cheureau. Hiſpan. Coſa de caprito. Germanicè, Geiſſin, Gitzin.] ut, Caro hœdina, quæ eſt carne hœdo: Et hœdinæ pelliculæ. Cicer. pro Murœna, At ille homo eruditiſſimus, ac Stoicus ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos.

Hœdĭlĭa, n. t. Suut hœdorum ſtabula, ἐριφοστάσια. [Itali. Le ſtalle de capretti. Galli. Eſtable à cheurcaux. Hiſpan. Chibital donde ſe acogen los cabritos. German. Ein Geiſs oder Geiſsſtal.] quo ratione etiam dicuntur captilia, ouilia, porcilia, equilia, & his ſimilia, quòd in his ea animalia continentur. Horat. primo Carmin. Ode 17. Nec uirides metuunt colubros, Nec martialeis hœdilia lupos. Vbi Acron, hœdilia, ſepta hœdorum: per continens, id quod cõtinetur, συνεχὲς συνεχοῦς.

Hæluolæ, uuæ inſignes ſunt colore inter purpureas nigraſq; medio ſæpius uariante, & ob id uariauæ appellatæ, ſiue nariæ.

Hæmagogon, Pæoniæ, apud Dioſcorid. libro tertio, capite 158.

Hæmăchātes, αἱμαχάτης, Gemma ex achatæ generibus, ſanguinei coloris. Plin. li. 37 ca. 10.

Hæmatinon, αἱματίνον, Vitri genus totum rubens, nõ pellucidum, ex quo eſcaria uaſa ueteres conficiebant. Dictum hæmatinum, quaſi ſanguineum, quòd ſanguinis colorem referret. Plin. li. 36. ca. 26. Fit & tinctura genere obſidianum, ad eſcaria uaſa, & totum rubens uitrum, atq; non translucens, hæmanthinon appellatum.

Hæmătītes, penult. product. maſc. tert. αἱματίτης, Lapis eſt duriſſimus, rubore adeò ſaturo, ut niger uideatur, coti tamen attritus, rubedinem manifeſtam oſtendit, ſanguinis colori ſimillimam. Quatuor ferè enumerantur hæmatitæ differentiæ, duritie tantùm diſtinctæ, & colore magis, minusue nigricante. Optimus tamen eſt, teſte Dioſcoride, qui friabilis eſt, & in quædam quaſi fila poteſt ſecari. Nomen habet ἀπὸ τοῦ αἵματος, hoc eſt, à ſanguine: uel quòd totus concreto ſanguini ſimilis ſit, uel quòd coti madefactæ attritus, facultatem habeat ſiſtendi ſanguinis. Vide Galen. li. 9. Simpl. medic. Dioſcoridem de materia med. li. 5. & Plin. lib. 36. cap 16.

Hæmătŏpŏdes, fœm. αἱματόποδες, Aues Aegypto pecoliares, muſcis præcipuè ueſcentes, ternisq; inſiſtentes digitis. Hæmatopodes dictæ à ſanguineo crurum colore. Habent enim crura prælonga, eaq; rubentia, teſte Plin. lib. 10. capite 46. & 47. Quanquam ibi in omnibus ferè exemplaribus, corruptè, ut arbitror, pro hæmatopode, himantopodem legamus, quod Latinè loripedem interpretari poſſumus, quo nomine quidam Aethiopiæ populi commemorantur à Plinio lib. 5. cap. 8.

Hæmŏrrhăgia, generis fœminini, primæ declinationis, αἱμορῤῥαγία. [Italicè, Fluxo di ſangue. Gallicè, Flux de ſang. Hiſpanicè, El fluxo de ſangre. Germ. Außblutung, außflüß des Bluts.] Eſt copioſus, immoderatusq; ſanguinis effluxus in quacunque corporis parte. Fit autem (teſte Galeno, libro de Sympt. differ.) tribus ferè modis, ex uaſorum uidelicet ruptura, uel ex croſione eorundem, uel ex nimia apertione orificiorum in uenis. Nonnunquam ex nimis ſanguinis tenuitate, quam uidelicet ſanguis magnam copiam

ſeroſi

ſeroſi humoris habet admiſtam. Modi Hæmorrhagiæ duo ſunt: unus per reſolutum & redundãtiam, alter per eruptionem, aut exeſionem uaſorum & inſtrumentorum, quæ in nobis ſunt. Arteriarum autem magis quàm uenarum: & eorum quæ ſunt in profundo magis, quàm quæ in ſuperficie, & quæ ſunt in locis uicinis, qui fluxus ſanguinis patiuntur, quibus ſ̃ difficulter ſiſtitur: temporales, muſculi, minynges, palatum, nua, collum, axilla, inguina, quæ βουβῶνες Græcè dicuntur, & alia id generis. Galen. definit. Hæmorrhides excæ, ex quibus nullus fluit ſanguis, ſed grauiore quàm aliæ dolore excruciant. Vnde Græcè Hæmorrhoides. Hæmorrhoidarum quoque differentiæ ſunt quinque. Aut enim magnitudine differũt, quòd in quibuſdã plures abundantiores, in quibuſdam uerò pauciores ſunt. Differunt etiam figura. Nonnullæ enim anguſtam baſim habẽt, illæ uerò latam. Differunt etiam loco, quando hæ in uno fiunt, aliæ in fibula. Differunt diſpoſitione: quando hæ quidem manſuetæ & mites, illæ malignæ & graues exiſtunt. Galenus de Deſin. Hæmorrhois eſt enecratio uaſorum, quæ ſedem ambiunt aut protegunt. Diciturq́ ἀπὸ τῦ αἵματος, id eſt, ſanguis, & ῥέω, fluo, quòd in eo morbo ſanguis fluat. Hæmorrhoides inter uiperarum genera in petroſis receſſibus commoratur, colore ſanguineo, partim nigro. Inhærent capiti, ueluti ſimilla cornua: tacitè pigreq́ ſerpit, obliquo ſemper itinere. Idq́ ſanguinis excretione per omnia membra euacuatos perimit. Aelian.

Hæmorrhois, penult. corr. αἱμορῥοΐς, Serpentis peſtiferi genus eſt, cuius morſu ſanguis omnis effluit è corpore, unde & nomen habet: αἷμα enim ſanguinem ſignificat, & ῥέω fluxeo. Lucan. li. 9. Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo. Dicitur etiam Hæmorrhois. Plin. lib. 11. cap. 117. Muſtum ſerpentibus aduerſatur, maximè hæmorrhoidi & ſalamandræ. ¶ Eſt etiam hæmorrhois. [Itali. Il male chiamato morice quando ſi uà ſangue. Gall. Hemorroides, flux de ſang, eaue ſangue. Hiſpan. Fluxo del ſangre, el almorrana de ſangre. Germa. Blůtfluſs ſo da kompt uuſs den Aderen hinden am affter.] genus morbi, quod intra ſedem naſcitur, immanis mori ſpecie, quum ora uenarum intra anum, tanquam ex quibuſdam capitulis turgent, & ſanguinem fundunt: quod & in ore uuluæ fœminarum incidere conſueuit. Vide plura apud Celſum, libro ſexto, capit. de Hæmorrhoid.

Hæmoſtaris, Nerion, apud Dioſcorid. libro quarto, capite 15.

Hæreditas, uide Hæres.

Hæreo, es, ſi, ſum, n. ſ. Arctè rei inſideo, & coniunctus ſum, ἅπτομαι, συμφύομαι. [Ital. Eſſere ſtrettamente congiunto & unito. Gall. Tenir contre, herdre, eſtre joint & y tenir. Hiſpani. Allegarſe à alguna coſa. Germani. Hangen, Klében.] Virgil. 2. Aeneid. Hærent parietibus ſcalæ. ¶ Et quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur, ideoq́ hærere, ac ſuſpenſi eſſe uidentur: factum eſt ut hærere aliquido ponatur pro dubitare, & ancipitem eſſe, ἀμφιβάλλειν, ἀπορεῖν. [Ital. Dubbitare. Gall. Doubter. Hiſpani. Dudar. Germani. In zweyffel hangen.] Terent. in Eunuch. Hæreo, quid faciam. Cicer. in Antonium, Hærebat nebulo, quò ſe uerteret non habebat. ¶ Quandoque ſimpliciter eſſe, manere, uel inſidere. Terent. in Hecyr. In te hæret omnis culpa. Virgil. lib. 4. Multa uiri uirtus animo multuſq́ recurſat Gentis honos: hærent infixi pectore uultus. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Adhæreo affixus uel coniunctus ſum, προσφύομαι. Lactant. lib. quinto, Quibus poſtea eiectis, omnes qui ſanati fuerint, adhærent religioni, cuius potentiam ſenſerant. Cohæreo, ſimul hæreo, coniungor & conuenio, συμφύομαι. Lactan. lib. 2. Ea enim quæ eſt Solis caſtore flagrantior, proxima eſt, & cohæret Orienti. Hinc Cohæreſco. Boëtius in Top. Cic. Hæc talia ſunt, ut ſæpius qui dem adiunctis ſibi cohæreſcant. Inhæreo, à quo inhæreſco: de quibus alibi.

Hæſito, as, penult. corr. act. p. frequentationum. Identidem, & moltũm hæreo, & progredi non poſſum. ἐνισχνομαι. [Ital. Accoſtarſi. Gall. S'accouſter, s'attacher, arreſter. Hiſpan. Mucho allegarſe. Germ. Beſtecken, beſtanden ſein.] Terent. in Phorm. In eodem luto hæſitas. Vbi hæſitare in eodem luto, prouerbialiter dictum eſt pro eo quod eſt, ita implicitum eſſe alicui negotio, ut te commodè explicare non poſſis, ſed ſemper in ſimile aut deterius incidas. Tractum à uiatoribus, qui ſimul atq́ in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immergantur. Aptiſſimè autem competit in eos qui uerſuram faciunt. Nam illi mutant quidem creditorem, ære tamen alieno ſe non liberant. ¶ Accipitur etiam hæſitare pro dubitare, & ſeſe explicare non poſſe. [Itali. Dubitare. Gall. Deſiter, doubter. Hiſpan. Hudar. Germ. Zweyfflen eins zweyffels.] Cicer. 2. de Finib. Aperiendum eſt igitur quid ſit uoluptas: quam ſi explicauiſſet, non tam hæſitaret. Idem 2. de Orato. Carbo hæſitans in maiorum inſtitutis, rudis in iure ciuili. Idem 4. Acad. Dubitant, hæſitant. Idem in Catil. Quum hæſitaret, quum cunctaretur, quæſiui quid dubitaret proficiſci eò, quòd tampridem paratus. Hæſitare lingua, eſſe titubare. Idem 1. de Orat. Idem lingua hæſitans, & uoce abſonus. Hæſitantia uerba, apud eundem pro Domo ſua.

Hæſitatio, onis, f. t. Pro dubitatione, conſtatione, & perplexitate, ἀπορία. [Ital. Dubitatione, dubbio. Gallic. Arreſt & doute, doutance. Hiſpan. Duda. German. Zweyfflung.] Cicer. Appio Pulchro, Noli ignoſcere hæſitationi meæ. ¶ Accipitur & pro titubatione, & linguæ hæſitantia, ἰσχνοφωνία. Idem lib. 2. de Orat. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio, tractuſq́ uerborum?

Hæſitator, oris, m. t. Cunctator, & dubitator, μελλητής. [Ital. Dubbitatore, dimoratore. Gall. Qui doute & eſt ſuſpens, arreſté. Hiſpan. El que mucho duda. Germ. Ein Zweyffler der in einer ſach beſtanden iſt, vnd nit weis wo aus.] Plinius in Epiſt. Sum ipſe in edendo hæſitator, tu tamen meam quoq́ cunctationem, tarditatemq́ uicisti.

Hæſitãtia, æ, fœmin. prim. Titubatio, balbuties, & difficultas explicandi quod ſentias, ἰσχνοφωνία. [Ital. Eſſo dubitare. Gall. Doute, arreſt qu'on ne peut paſſer. Hiſpan. Obra de dudar. Germ. Zweyffelhafftigkeit, Stamlung.] Cicer. 1. Philipp. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtupore mq́ cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Hæres, dis, generis communis, tert. decl. Qui defuncto ſuccedit in ius uniuerſum quod habebat, ab hæreo, quòd qui hæres eſt, hæret, hoc eſt proximus eſt illi cuius eſt hæres, κληρονόμος. [Ital. Herede, ſucceſſore. Gall. Heritier, ſucceſſeur, hoir. Hiſpanicè, Heredero. Germanicè, Ein Erb.] Quidam tamen hoc nomen ab herus deriuant, quòd dominus fiat bonorum quæ ad eum perueniunt. Hæres enim apud ueteres (autore Feſto) dominus dicebatur. Horat. lib. 2. Sermo Satyr. 3. ut hæres Iam circum loculos, uel claueis, lætus, quansq́ue Curreret. Ouid. 6. Metamorp. & auiti nominis hæres Tantalus. Cicer. pro Quintio, Hæredem teſtamento reliquit hũc P. Quintium. Idem pro Cluentio, Auiam tuam Dineam, cui tu es hæres. ¶ Secundus hæres dicitur qui hæredi inſtituto ſubſtituitur, ut inquit Boëtius in Commen. in Top. Ciceronis, ea lege, ut ſi prior hæreditatem non adeat, deuoluatur ad ſecundum. Cicer. pro Cluent. Memoria teneo, Mileſiam quandam mulierem, quum eſſem in Aſia, quòd ab hæredibus ſecundis accepta pecunia partem ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam. Idem 1. de Inuent. Qui patris pupilli hæredes ſecundi ſunt. ¶ Hæredes arboris, pro ſurculis & ramis. Plin. lib. 16. cap. 17. Cæſiq́ denſius innumero hærede proſint. ¶ Hinc compoſita, Cohæres qui ſimul hæret inſtitutus eſt cum altero, συγκληρόνομος. Ex hæres, qui extra hæreditatem eſt, id eſt qui hæreditate priuatus eſt, ἀκληρόνομος.

Hæreditas, tis, f. t. Succeſſio eſt in uniuerſum ius quod defuncti habebat tempore mortis, κληρονομία. [Itali. Hæredità, ſucceſſione. Gall. Heritage, hoirie, ſucceſſion aux biens du treſpaſſé. Germ. Ein Erbſchaffe.] Et apud antiquos dicebatur in duodecim unciis quæ aſſis nomine continetur. Plaut. Truc. Verùm nunc ſiqua mihi obtigerit hæreditas magna atq́ loculenta. Cic. 1 Offic. Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omniq́ patrimonio præſtantior, gloria maiorum, rerumq́ geſtarum.

Hæredium, hæredii, n. ſ. Patrium prædium, quod nobis ex hæreditate prouenit, χωρίον πατρικόν. [Ital. Hæredità. Gall. Vn heritage. Hiſpa. La heredad ò poſſeſſion de tierra. Germanicè, Ein Erbgůt.] Varro de Re ruſt. libro 1. capite 10. Quantum attinet ad antiquos noſtros, ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quot à Romulo primùm

diui

diuisa ferebantur uiritim : quæ quòd hæredem sequerentur, hæreditium appellarunt. Plinius libro decimonono, capit. 4. a duodecim tabulis legũ nostr. iam nusquam nominatur ulla, semper in significatione ea hortustin horti uerè, hæredium.

Hæredĭŏlum, oli, neut. secund. Cum accentu in antep. significat paruum hæredium, hoc est paruum prædium quod nobis ex hæreditate prouenit, λειμμάτιον, χωρίον πατρικὸν. [Ital. Picciola heredità. Gall. Vn petit heritage. Hispanicè, Pequenna heredad. Germa. Ein erbgůtle.] Colum. in Præfat. libr. 1. Ex qua Cincinnatus ob delectũ Consulis & exercitus liberator, ab aratro uocatus ad Dictaturam uenerit, rursus fascibus depositis, quos festinantius victor reddiderat quã sumpserat imperator, ad eosdem iuuencos, & quatuor iugerum auitum hærediolum redierit. Quo in loco hærediolum auitum hæredium uocat paruum prædium à maioribus relictum, & ueluti per manus traditum.

Hæredĭpĕta, tæ, pen. corr. com. p. Qui blanditiis, muneribus, & aliis huiusmodi artibus captat gratiam senum & uiduarũ, ut ab illis hæres instituatur, λιμπρονομιὰς, κληρονόμους.

Hæredĭtārius, a, um. Quod ad hæreditatem pertinet, λιμπρονομικὸς, κατὰ κληρονομίαν κτηθέν. [Italic. Pertinente à successione. Gall. Venant par succession, d'heritage. Hispanicè, Perteneciente à la herencia. Germa. Erblich, das zu der erbschafft gehört.] Cic. 6. Verr. Simol cum cæteris Chelidonis hæreditatis ornamentis ponentur. Hinc Bona hæreditaria, & Successio hæreditaria. Morbos etiam hæreditarios nocamus, qui parentum uitio nobis obtinguntur.

Hæresis, is, penultim. correp. fœminin. gener. tert. declinat, αἵρεσις. [Ital. Opinione ferma in bene, ò in male, setta. Gal. Opinion confirmée en bien ou en mal, secte, heresie. Hispani. Opinion confirmada en buena ò en mala parte, secta, heregia. German. Ein meinung, sie sey gůt oder bös, die jhm einer einmõlt, vnd der selbigen steiff anhangt, eins secr] Græca dictio est, qua optio, uel electio, & secta significatur: ab αἱρῶμαι, quod significat eligo, uolo, expeto. Vnde sumitur pro opinione tenaci & confirmata de aliquo dogmate, & tententia in qua persistimus, electa. Cicero in Paradoxis, Cato autem perfectus (meo sententia) Stoicus & ea sentit quæ non sanè probantur in uulgus, & in ea est hæresi quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogantiunculis, & quasi punctis quod proposuit efficit. ¶ Hinc componuntur Diæresis, διαίρεσις, diuisio: Aphæresis, ἀφαίρεσις, ablatio: Synæresis, συναίρεσις, coniunctio.

Hæresiarcha, Hæreticorum princeps.

Hæreticus proprè dicitur qui est alicuius opinionis, uel secta. Vnde à Theologis hæretici dicuntur qui sectam aliquam diuersam à recepta religione aut instituunt, aut sectantur.

Hæsĭto, hæsitas. Vide Hæreo.

Hæteri-archæ dici possent, qui eorum præcipuam curam habent, quos uulgò Dominicanos & Francisanos uocamus, autor Bud. in poster. annot.

Hăgĭŏgrăpha, ἁγιόγραφα, A Græcis dicuntur scripta sacra, Orthodoxorum omnium consensu in Sacræ scripturæ canone recepta. Quomodò autem differant ab Apocryphis, uide in Decretalibus, distinctione 15. capite Sancta Romana Ecclesia

Hagnus, Vide Agnus.

Halobatches, ἁλοβάτχης, Latinè salis præfectum sonat. Erat autẽ is præcipuus honos apud Aegyptios, teste Iosepho Anti. lib. ult.

Hălcўon, halcyonis, ἀλκυών, Auis est maritima, hyberno tempore in mari oua pariens, pullosque suos educens quo tempore summa est in mari tranquillitas, quam Alcedonia Plautus appellauit. Fabulantur Poëtæ, Halcyonem Aeoli filiam, & Ceycis uxorem in hanc auem mutatam fuisse: Aeolumq; hoc filiæ suæ posteritati tribuere, ut quandiu illa pullis procreandis uacet, tamdiu summa in mari sit tranquillitas. Seruius Ceycem Luciferi filium fuisse tradit, & Halcyones maritum: à quo cũ prohibitus, iret ad consulendum Apollinem de statu Regni, naufragio periit. Cuius corpus quum ad uxorem delatum foisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea miseratione Tethyos & Luciferi, conuersũ sunt ambo in aues maritimas quæ halcyones uocantur. Sanè scitndum est, quod quum de muliere dicimus, Hæc Halcyone facit, quum de auibus, hic & hæc halcyon, hi & hæ halcyones. Istæ autem aues nidos faciunt in mari media hyeme: quibus diebus tanta est tranquillitas, ut nihil penitus in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. Hæc Seruius. Dictæ autem sunt halcyones, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κυεῖν, hoc est ab eo quòd in mari oua pariant. Quo fit ut prima uocalis, si originẽ spectemus, aspiranda uideatur. Eustathius tamen contra etymi rationem tenui spiritu notandam præcipit, adiecto etiam generali canone, quo negat uocabulum uilem esse aspirandum quod initium sumat ab α, subiequente κ.

Hălec, ecis, uel ut alii scribunt halex, fœm. gen. piscis salsa aqua uictitans, quem Aristoteles μαινίδα appellat, si Theodori uersioni credimus. ¶ Est item halec, siue halex, liquaminis genus quod ex piscium intestinis conficitur. Martial. lib. 11. Cui portat gaudens ancilla paropside rotra hallecem, sed quam protinus illa uoret. Plin. li. 31. ca. 8. Halecum perfecta, necdum culaea. Legitur & in neutro genere. Horat. Serm. Saty 4. Ego faecem primus & halec inuenit. Idem. in Aul. Qui mihi holera cruda ponunt, halec dannat. Vbi tamen ratio carminis clamat legendum esse halecem, cui quidem uersui deerit syllaba.

Halecula, diminutiuum. Colum. libro octauo, capite 17. itaque præbent cõuentui tabentes halleculas, & talibus eadem cibaria idem.

Hales, achus, spuma solis apud Dioscorid. libro quinto, capite 118.

Halias, haliados, ἁλιὰς. Genus scaphæ, uel paruæ nauicula, ut ex Appiano docet Bayfius.

Hălĭæ̆ētus, ti. pen. corr. m. f. ἁλιάετος, Genus est aquilæ, ita à nonnullis dicitur, ab aliis accipiter, ab aliis milus. Hi sunt dicti aquilæ marinę. Ouid. Metam. li. 8. Et modò fuluus erat fuluis haliæetus alis. Plin. li. 10. ca. 3. Haliaetus tamen implumes etiamnum pullos suos percutiens, iubinde cogit aduersos intueri Solis radios, & si conniuẽtem, immotamq; animaduertit, præcipitat è nido, ueluti adulterinum, & degenerem: illum cuius acies firma cõtra sterneret, educat. Haliaeti suum genus non habent, sed ex diuersis aquilarum coitu nascuntur.

Halica, uide Alica.

Halice, auricula idem.

Hălĭcăcăbus, ἁλικάκαβος, Alterum solani genus, semen in folliculis rotundis habens, ad speciem uesicarum orbiculatum, rubens, & leue. Latini uesicariam uocant teste Plin. libro 11. cap. 21. Officinæ Mauritanos sequutæ, uocant Alcaquengi.

Hălicallios, Herba, aliàs dorion, aliàs strychnis, & erythros, neoris, quã Xenocrates scribit omnibus morbis corporis salutarem esse.

Halicastrum, stri, neut. gen. secund. declin. Columell. libro 2. capite 6. Semen trimestre, quod dicitur halicastrum, inige pondere, & bonitate est præcipuum. De farre cibario loquitur.

Halieutica, n. f. ἁλιευτικὰ, Dicuntur uolumina in quibus tractatur de piscibus Plin. li. 32. ca. 2. Mihi uidentur mira & quę Ouidius prodidit piscium ingenia, in eo uolumine quod halieuticõn inscribitur. Fuerunt & alii qui halieutica scripserunt: ut Olympius Nemesianus, quem Vopiscus tradit scripsisse cynegetica & halieutica: & Oppianus qui opus de Piscibus Antonio dicauit. Scripsit & Apicius, sed halicumin appellauit.

Halimus, ἄλιμος, Frutex sepimento uallari idoneus, similis thymo, fine spinis, foliis oleæ, sed latioribus. Nascitur in sepibus & maritimis, locisq; salsis, salsilaginemq; refert. Vnde & nomen uidetur accepisse. Alii sine aspiratione scribunt: indeq; Alimon dictum putant, quòd famem sreet. Tradit enim Solinus fruticem hunc in Creta nasci, mirabili effectu, quòd eo admorso fames aliquandiu nulla sentiatur. Vide de hac Dioscor. lib. 1. Theoph. li. 9 ca. 1.

Halinon, sic uocant oleum amygdalarum, Græcè ἔλαιον.

Haliphocos, lege Quercus.

Hăliphlœos, ἁλίφλοιος, Græcis arbor est, glandiferarum omnium deterrima. quæ à nostris salficortex appellatur est, cui glans tam amara, ut eam, præter sues, nullum animal attingat.

Hăliplĕumon, ἁλιπλεύμων, Marinus pulmo, genus pisc. is apud

apud Plin. lib. 11. capite undecimo.

Halito, Halitus, Vide Halo, halas.

Halituoſa, uocantur quæcunque per cutem foras effluere ſunt apta.

Hallucinor, aris, Vide Allucinor.

Hallux, cis, uel Hallus, li, utrumq; maſc. gen. Pollex, ex eo dictus quòd ſuper proximum digitum ſaliat, ἀντίχειρ [Ital. Dito groſſo. Galli. Le pouſſe. Hiſpani. Dedo pulgar. Germanicè, Der Daum an der Hand, oder der Schē am fůſs.] Nam conſtricta manu ſolus proximum digitum ſcandit. Vnde quidam à Græco ἅλλομαι trahũt, quòd Latinè ſcandere, ſeu ſalire ſignificat.

Hálmades, ἁλμάδες. [Ital. Olive di ſalamore. Gall. Olives confittes en ſaumure. Hiſpan. Oliuas de ſalmuera. Germa. Eingemachte Oliue, oder Lauᵛargen.] teſte Ruellio, Oliuæ dicuntur quæ condiuntur muria. Nam ἅλμη muriam uel ſalſuginem ſignificat.

Halme, Id eſt, muria, apud Dioſcorid. libro primo, capite 19.

Halmas, Herba, quam alii polygonon, alii caligonon, nonnulli carinonthum uocant: folia rutæ habet, parum à terra attollitur, ſimilis gramini.

Halmyris, Braſsicæ marinæ caulículus: ſic dictus, quod in maritimis præcipuè prouenit.

Halo, onis, m. t. heſterno uino langueus, quem Græci ἴουλον uocant.

Hálo, las, n. p Spiro, uel odorem emitto, ἀπαφίσω, ἐκπνέω. [Ital Spirare, mandar fuori odore. Gallicè, Halener, flairer & rendre odeur. Hiſpani. Echar de ſi baho. Germanicè, Riechen, ein geſchmack geben. Athmen.] Virgil. lib. 4. Georg. Inuitent croceis halantes floribus horti. ¶ Huius compoſita ſunt, Adhalo, Exhalo, de quibus ſuprà. Vnde exhalatio, ἀναθυμίασις, denſorum ſpiritũ euaporatio, quæ Cic. Halitos terræ appellatur. Inhalo, ἐνεφύσω, ἐμπνέω. Lact. de Ira Dei, Si ceræ inhalaueris.

Hálito, as, penult. correp. Expiro, halitum identidem emitto, ἐκπνέω. [Ital Spirare, reſpirare. Gall. Souuent haleter, halerter. Hiſpan. Soplar, echar amenudo de ſi baho. Germa. Hefftig Athmen] Ennius, Sublime iter quadrupedantes, flammas halitantes.

Hálitus, us, penultima correpta, m. q. Spiritum ſignificat: & eſt nomen uerbale ab halo, ſicut Spiritus à ſpiro, ἀναπνοή [Itali. Halito, ſpirito, uento, fiatto. Galli. Haleine. Hiſpani. Hoeigo ò acezo ò aliento. Germani. Der Athem.] Plinius lib. 9. capite ſeptimo, In aquas quidem penetrare hunc nitalem halitum quis miretur? Efflare extremum halitum. Cicero ſecundo Tuſculan. Halitus Solis, id eſt uapor & calor. Columella, Diſſectum deinde protinus ſimum ſparari & obrui conuenit, ne Solis halitu uires amittat. Halitos terræ pro uapore qui per terræ rimulas ſurſum aſcendit, ἀναθυμίασις. Plinius libro nodecimo, cap 12. Obuio terræ halitu infectus.

Halos, ἅλως. [Ital. & Hiſp. Corona, area. Gall. Coronne, cercle ou rondeur, aire. Germ. Ein ring vmb den Mon, ein hoff des Mons.] ab Ariſtotele in Meteoris dicitur quem noſtri modò coronam, modò aream circa lunam dicunt. Seneca li. 1. Quæſtio. Hunc Græci halon uocant, quem nos dicere coronam aptiſſimè poſſumus.

Halophanta, tæ, com. p. Hominum genus nequã, (ut ait Nonius) quod ob ſuenda mendacia miſerrima mercede cõducitur. Plaut. in Curcul. Aedepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactus eſt Phædromus, Halophantam, an ſyncophantam hunc magis dicam, neſcio. Quo tamen in loco legendum uidetur holophantam.

Halos, anthos, quid ſit, uide apud Dioſcorid. libro quinto, capite 129.

Halos, ἅχνη. lege Garum.

Hálõſis, pen. prod. fœmin. gen ἅλωσις. [Ital. Preſa, eſpugnatione. Gallicè, Priſe d'aſſaut. Hiſpanicè, Tomamiento por combate. Germanicè, Ein Einnemmung, oder ein Eroberung, ein Gewünnung] Latinè captio, uel expugnatio dicitur. Suet. in Nerone Hoc incendium è terra Metœnatica proſpectans, lætusq; flammæ pulchritudine, halõſin Ilii decantauit.

Hálter, eris, penult. genitini product. ἀπὸ τῦ ἅλλεσθαι, hoc eſt à ſaliendo dictus eſt, ſunt enim halteres, ἁλτῆρες, pilæ plumbeæ, maſſulæue, quibus utraq; manu ſe librabant qui ſaltu certabant ut certius aſſilirent. Martialis in Apoph. Quid pereunt ſtulto fortes haltêre lacerti? Exercet melius uinea foſſa uiros.

Halus, li, à Gallis uocatur herba, quam Veneti coronecam dicunt, ſimilis cuniculæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis & ſitim ſedans. Vide Plinij libro uigeſimoſexto, capite ſeptimo.

Hama, æ, generis fœminini, primæ declinationis, Inſtrumentum ad incendium compeſcendum, ἅμη. [Italic. Istromento da eſtinguere l'incendio. Galli. Vn croc. Hiſpanicè, Inſtrumento para apagar el encendimiento. Germ. Ein Feüerhack.] Plin. in Epiſt. Et alioqui nullus uſquam in publico ſipo, nulla hama, nullum denique inſtrumentũ ad incendia compeſcenda.

Hamatilis, Hamatos, Vide Hamus.

Hamaxa, ἅμαξα. [Itali. Carro. Galli Chariot. Hiſpani. Carro ò carreta para cargar. Germanicè, Ein Vuagen, ein Karren.] à Græcis dicitur, quod à nobis plaustrum. Vnde etiam ſydus illud, quod nos Septentriones dicimus, à figura, poſturaque ipſa, quia ſimile plaustri uidetur, ſimiliter hamaxa appellatur. Vide Gellium, libro ſecundo, capite 21.

Hamiotæ, Vide Hamus.

Hammites, Gemma quæ ouis piſcium ſimilis eſt. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Hammoniacum, ἀμμωνιακὸν, Reſinæ ſpecies ex arbore, quam meropium uocant, ſtillans in arenoſis, iuxta Hammonis templum. unde & nomen ſortitum eſt. Vide Ammoniacum.

Hammoniacus cornu, Inter ſacratiſſimas Aethiopiæ gemmas habetur auri colore. Plin. lib. 37. cap. 10.

Hammonium, n. ſ. Coloris genus tendentis in ſubruſum. Varr. de Re ruſt. li. 1. ca 2. Nunc ubi uides hic citrũ, ut aurum? num minium, aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithoſtrotum? illic omnia contrà. Sunt tamen qui hoc in loco malint legere Armenium.

Hamorrahones, Dicti ſunt uel piſcatores, uel qui cadauera traherent hamo. Nam ut eſt apud Suetonium, eorũ qui ſupplicio afficiebantur, cadauera, iuſſu principum unco ſæpe trahebantur in locum quem tũ Gemonias ſcalas dicebant.

Hamus, mi, m. ſ. Cateam ſignificat, ἄγκιστρον. [Itali. Chiane, hamo. Gall. Vne cheine ou hain, un hameçon, croc ou crochet. Hiſpanicè, Anzuelo para peſcar ò coſa ſemejante. Germanicè, Ein Bertten Ring. Item, ein jedes krumm Eyſen hackechtig wie ein Angel.] Virgilius, libro tertio Aeneid. Loricam conſeretam hamis, auroque trilicem, hoc eſt hamis aureis. ¶ Accipitur etiam hamus pro uncoex quo piſcatores eſcam ſuſpendunt ad capiendos piſces. Plaut. Sticho, Arundinem fert, ſportulamque & hamum piſcarium. Ouid. de arte amandi, Caſus ubique ualet: ſemper tibi pendeat hamus, Quo minimè credis gurgite, piſcis erit. Idem Epiſtol. decimaſexta, Nunc piſcem ducitis hamo. ¶ Præterea ab huius unci ſimilitudine hamus accipitur pro inſtrumento ferreo quo diuitum aræ numeriæ obſepiuntur. Iuuenalis Satyr. 14 Diſpoſitis prædiues hamis uigilare cohortem. Quo in loco hamus ptioren corripit, quam Poëtæ omnes producunt: aut certè dicendum erit ſ literam in dictione Prædiues cum præcedente uocali abſumi: in qua ſententia eſt Martinellus. Hamus etiam aliud inſtrumentum ferreum ſignificat, quo linum pectitur. Plinius libro decimonono, capite primo, Et ipſa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶ Aureo piſcari hamo dicuntur qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt, ut maximarum rerum faciant iacturam. Commemoratur inter facetè dicta Octauii Cæſaris à Suetonio. Fit enim nonnunquam ut piſcis hamum etiam ipſum ſecum auferat.

Hamulus, li, diminutiuum, τὸ ἀγκίστριον. [Ital. Picciolo hamo. Galli. Petit hameçon. Hiſpan Pequeno anzuelo para peſcar. Germanicè, Ein häcklin.] Hamulum Celſus uocat uncinum, quo chirurgi pterygion ex oculo eximũt. Celſus lib. 7. Specillo auriculario protrahendum eſt, aut hamulo retuſo.

Hamatus, a, um, Hamo inſtructum & munitum ſignificat, ἀγκιστρωτός. [Ital. Hamato, pieno de hami. Gall. Fait en meniere d'hameſſon, garni d'hameſſons. Hiſpan. Coſa con anzuelos. Germani. Mit hacken bewart, oder geſtrümbt wie ein hacken oder ein angel.] Cic. 4. Acad. Hamatis, uncinatisq; corpuſculis. Hamata munera, quæ ita dantur ut alia ſubinde dona ad ſe alliciant. Plinius in Epiſtol. Volo enim eum, qui ſit uereq; liberalis, tribuere patriq; propinquis, affinibus, amicis: ſed amicis dico pauperibus, non utiſti qui iis potiſſimum donant qui donare maximè poſſunt. Hos ego uiſcatis, hamatisque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere. Sagittæ hamatæ, Ouid. 3. Triſt. Eleg. 10. Pars cadit hamatis miſerè confixa ſagittis. Vngues hamati. Ouid. 12. Metamorph. Hamatiſque uiri laniauerat unguibus ora.

Hamatilis, & hamatile, pen. corr. Quod ad hamum pertinet: ut, Piſcis hamatilis, id eſt, hamo captus, ἀγκιστρωμένος. [Ital. Pertinente ad hamo, che ſi peſca con hamo. Galli. D'hameſſon, qu'on prend auec un hameſſon. Hiſp. Coſa perteneſciente á tal anzuelo ó que ſe toma con ello. Germani. Das zů dem Angel gehört.] Plaut. in Rudente, Poſt id hamatilem piſcem, ſaxatilem aggredimur, capiamus cibum in mari, id eſt hamo piſcamur.

Hamiotæ, Qui hamo ad piſcandum utuntur, γρηεῖς. [Itali. Coloro che pigliano i peſci con gli hami. Galli. Peſcheurs auec hameſſons, peſcheurs à la ligne. Hiſp. Peſcadores con los anzuelos. Germ. Die Fiſcher mit den Anglen.] Plaut. in Rudente, Saluete fures maritimi, conchitæ atq; hamiotæ, Famelica hominum natio. Varro, Cohortis coquorum atq; hamiotarum, aucupumq;. Sunt qui hic legendum putent hamiotarum: & ita etiam uidetur exigere ratio carminis apud Plautum.

Hamo, as, a. p. Curuo, ἀγκιστρόω. [Ital. Piegare, torcere à guiſa de hamo. Gall. Plier, faire crochu en façon d'hameſſon. Hiſpan. Piegar, coruar. Germa. Krümmen wie ein Angel.] A quo Hamatus, curuatus, de quo ſuprà. Hinc Adhamo, as, de quo ſuo loco.

Hanula, parua delubra, in quo loco f. ponitur aſpiratio, quæ ſi fanula, uide in dictione, Hariolus.

Hanum, Veteres pro fano uſurparunt: & hanolum, pro paruo fano.

Hanus barbatus, Vas paruum, & in latitudinem porrectũ, & ueluti prægnans, quo etiam aqua & uinum ferri ad menſam ſolet. Inuenitur & Hanum neutro genere.

Haphe, f. p. ἀφή, Inſperſio pulueris, quo inſpergebantur luctantes, ubi ceromate illiti fuiſſent, ut mutuas prehenſiones admitterent. Martial. lib. 7. Et flaueſcit haphe. Nam pulueres perfuſa luctantium corpora quodammodo flaueſcebant, lepram patientibus ſimilia. Plin. libr. 36. capit. 17. refert arenam tenuiſſimam è Nilo peti ſolitam, ad debellanda corpora palæſtræ ſtudiis. Haphe enim Græcè & tactum ſignificat, & unctoram, & contrectationem in palæſtra, & notas quibus lepra corpus maculat. Iulius Pollux haphen accipit primam infecturam, quoties neſtes imbuuntur coloribus.

Hăra, æ, f. p. συφεὸς, σταῦλος ὑῶν. [Itali. Stala da porci. Gallicè, Eſtable à porceaux. Hiſpani. La pocilga, apoſitamiento de puercos. German. Ein Schweinſtal, Saumſtal.] Porcorum ſtabulum. Donatus, Hara in qua pecora includuntur. Plaut. Aſin. Vos Dormitis interea domi, at harus in hara, haud ædibus habitat. Cic. in Piſon. Ex hara produſte, non ex ſchola. Ouid. 1. Epiſt. Tertius immundæ fidelis haræ. Columel. li. 7. Diligens autem porcilator frequenter ſuile conuerrat, & expias haras. ¶ Hara ſtabulum anſerum. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 10. Singulis ubi pariant faciendum haras quadratas circum binos pedes & ſemipedem. Sic apud Colum. lib. 8. cap. 14.

Harcola, Vide Arena.

Haringa, Apud priſcos ſignificabat hoſtiam: quæ inde dicta erat, quòd eius adhærentia inſpicerentur. Author Feſtus. A Donato autem haruga uocatur hoſtia: ab hara cui includitur.

Hăriŏlus, li. maſculini generis, ſecundæ declinationis, cum accento in antepenult. Futurorum diuinator, μάντις, ὁ χρησμολόγος, χρησμῳδός. [Ita. Profeta, Indouino. Gallic. Deuin, deuineur. Hiſpan. Adeuino. Germanicè, Ein Vorſager, Vueyſſager.] Dictus hariolus quaſi fariolus, à faris, uel à fando, ſicut hanula, quaſi fanula, hoc eſt, parua fana: aſpiratione (ut plerunque fieri ſolet) pro f littera poſita. Terentius in Phormione, Interdixit hariolus. Cicero primo de Diuin. Sibyllinorum uerſuũ decem interpretes diſertos ex ciuitate eſſe uoluerunt: ex quo genere ſæpe hariolorum etiam & uatum furibunda prædictiones.

Hariola, æ, fœmin. gen. prim. decl. ἡ χρησμολόγος, ἡ θεσπίς. [Italicè, Donna che indouina. Gallicè, Deuineresſe. Hiſpan. La adeuina. German. Ein warſágerin.] Plaut. Ciſt. Hariola, es.

Hăriŏlor, aris, ari, d. p. Diuino, μαντεύομαι. [Itali. Profetare, indouinare. Gall. Deuiner. Hiſpani. Adeuinar. Germanicè, Vorſagen.] Cicero de Diuinatione, Nec eos qui quæſtus cauſa hariolantur, agnoſco. Idem Attico libro octauo, προθεσπίζω igitur noſter Atticæ, non hariolans ut illa, cui nemo credidit, ſed cõiectura perſpiciẽs, &c.

Hariolatio, fœm. gen. tert. declin. Actus ipſe hariolandi, μαντεία. [Italic. Indouinamento. Gall. Deuinement. Hiſpanicè, Diuinacion por ſuperſticion. Germanicè, Vorſagung.] Cicero primo de Diuinatione, Superſtitioſæ hariolationes.

Harmala, ſic inquit Aetius, quidam rutæ ſemen uocarunt, ſerm. 8 cap. 47.

Hărmŏnĭa, pen. corr. fœm. gen. prim. declin. ἁρμονία. [Ital. Harmonia, concordança, concento. Gallic. Harmonie, accords de ſons differens. Hiſpani. Conſonancia en la muſica. German. Ein zůſammen ſtimmung, zůſammen richtung wollautung.] Latinè compoſitio, concordia, conuenientia, concentus, ἀπὸ τῆ ἁρμόζειν, quod eſt congruere. Muſici harmoniam uocant intentionem, concentumq; uocum in integros modos ſine ulla offenſione conſonantium. Cicero prima Tuſculan. Harmoniam autem ex internallis ſonorum noſſe poſſumus: quorum uaria compoſitio etiam harmonias efficit plures. Quintilian. libro primo, capite decimo, Nec illa modo contenti diſſimilium concordia, quam uocant harmoniam: ſonum quoque his motibus dederunt. Hæc etiam alio nomine dicitur ſymphonia. ¶ Eſt etiam Harmonia, mulieris proprium: quo nomine Gelonis filia, Themiſtii uxor appellata eſt, ab ἁρμόζω, coapto. ¶ Eſt præterea Harmonia, Martis & Veneris filia, Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, ſed ciuitale monile dedit, eo quòd ex coniugis adulterio fuiſſet progneta. Reliqua uide ſuprà in dictione Cadmus, & apud Ouid. lib. 4. Met.

Hărmŏnĭcus, a, um, ἁρμονικός. [Italic. Di accordamento & harmonia. Gall. Harmonieux, d'accord. Hiſpan. Coſa de aquella conſonancia. German. Das zů der zůſammen ſtimmung oder dem wollauten gehörig iſt.] Quod ad harmoniam attinet. Plinius libro ſecundo, capite centeſimonono, Harmonica ratio quæ cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere, addit huic menſuræ ſtadia ſeptem millia.

Harmoſtæ, Magiſtratus apud Lacedæmonios, qui efficiendis auribus & reficiendis ciuitatibus præerant, ἁρμοσταί, quaſi prouinciarum conſtitutores. Bud. Annot.

Harmus, Spatium dentibus interlocatum.

Harpaſticon, ſiue (ut aliqui exemplaria habent) harpaſticen apud Plin. li. 33. ca. 16. genus eſt gummi, ita dictum à celeritate auellendi.

Harpăgo, penultima producta, in genitiuo harpagŏnis, maſculini generis, tertiæ declinationis, ἅρπαγος, ἁρπάγη. [Italicè, Vncino con che ſi legano le naui inſieme ad la guerra. Gallicè, Croc, hauet. Hiſpanicè, El cloque dela naue. Germanicè, Ein Schiffhaꝛ.] Inſtrumentum eſt ferreum in fine aduncum, quo in nauali bus prælijs naues apprehenduntur, & tanquam in continenti cogunturdimicare: ita dictum à uerbo Græco ἁρπάζω, quod eſt rapio. ¶ Eſt & aliud inſtrumentum hoc nomine, quo ea quæ in puteum, uel fluuium deciderint, extrahuntur. Cuius inuentor traditur fuiſſe Anacharſis philoſophus, ut ſtè Plinio libro ſeptimo, capite quinquageſimoſexto. ¶ Eſt etiam harpago inſtrumentum ferreum, quod à nonnullis canis uocatur, quo uaſa uinaria conſtringuntur, ut commodius indicantur circi Liu. li. 10. bel. Pun. uſus eſt accuſatiuo Græco harpagonas. Affectes (inquit) ferreo unco præfixi (harpagonas uocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti.

Harpa-

Harpago, as, penultima producta, Rapio, ἁρπάζω. [Italicè, *Rapire*, rampinare. Gallicè, Berocher, tirer & oſter auec un crec ou hauet. Hiſpani. Arrebatar. German. Zůhinhacken, zůhinziehen, rappen.] Plaut. in Aulul. Hei mihi miſero mihi, autem mihi intus harpagatum eſt. Idem Bacchidibus, Nullus frugi eſſe poteſt homo niſi qui bene & malè facere ſcit: improbus cum improbis ſit, harpaget, furibus furetur quod queat.

Harpăſum, n. ἅρπαγμα. [Ital. *Palla dal calzo*. Gall. Boccalle, une groſſe pelotte à jouer. Hiſpan. Inſtrumento era para arrebatar. German. Ein groſſe Ballen mit deren mann kurtzweyl treibt.] Genus eſt pilæ, grandioris quàm pila paganica, minoris tamen quàm follis: ita dictum ab ἁρπάζω verbo Græco quod eſt rapio, eo quòd plures proiectum harpatum conẽtur arripere, & extra ludi limites ciicere. Nam hoc pilæ genus non repercutitur, ſed quum multi ludentes in duas partes diuiſi ſunt, quiſque annititur pilã arripere, & ad ſuos, qui poſt ſe ſunt uiciniores limitibus, tranſmittere: uictoriæque pars uictoria eſt quæ pilam extra limites ciecerit. Labor eſt omnium ludi genus eſt, grandioribuſque tantùm conuenit. Quum enim multi ſimul pilam arripere conantur, in terram ſe inuicem proſternunt, puluereque & ſudore infecti flaueſcunt. Martialis libro 14. Seu lentum cerotæ teris, rapidumque trigonæ, Siue harpaſta manu pulueulenta rapis.

Harpagus, vel gos ἅρπαξ. A Syris uocatum eſt electum, eo quòd teſtucas & paleas ad ſe rapiat: apudquos etiam mulieres uermiculos ex electra conficere ſolent. Plinius libro trigeſimoſeptimo, capite ſecundo, In Syria quoque uermiculos inde facere, & uocare harpaga: quia folia & paleas, teſtasque ſimiliter rapiat.

Harpē, es, harmin prim. ἅρπη. [Ital Scimitarra. Gall. Voe ſi meterre. Hiſpanicè. Cuchillo de Mercurio como guadanna. German. Ein Sebel, ein krumb Schwert.] Enſis eſt in ſummitate falcatus, quo Mercurius uſus fertur in occidendo Argo illo centoculo, & Perſeus in amputando Meduſæ capite Ouid. 5. Metamorp. Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Meduſæ. Lucan. lib. 9. Et ſubitus præpes Cyllenida ſuſtulit harpen.

Hărŭſpex, icis, maſc. ὑροσκόπος. [Ital *Indouino*, profeta, Gall. Deuin. Hiſpan. Adeuino. German. Ein warſager aus den eingeweyden der geopfferten thier.] Qui haruſpicis, id eſt hoſtiæ inſpectis fatura prædicit, μάντις. Terentius, in Phormion. Haruſpex uetuit ante bromam aliquid noui Negotii incipere. Hunc locum exponens Donatus Haruſpex, inquit, ab haruga derinatur, quæ eſt hoſtia, ab hara, in qua concluditur & ſeruatur. Melius itaque cum aſpiratione ſcribitur.

Haruſpex, ĭcis, fœm. prim. Diuinatrix, ὑποπλαγχνοσκόπος. [Ital *Indouinatrice*, indouina. Gall. Deuineresse. Hiſpan. Adeuinadora. German. Ein warſagerin aus den eingeweyden der geopfferten Thieren.] Plaut. in Milite, Da qui faciat, qui cõdiat: da quod dem Quinquatribus Percantatrici, collectrici, haruſpicæ, atq; haruſpicæ.

Haruſpicinus, a, um, penult. product. ὑροσκοπικός. [Ital. Pertinente ad indouinare. Gall. Seruant à deuiner. Hiſp. Coſa pertenesciente à adeuinar. Germani. Das zů diſer kunſt des warſagens gehört.] Vnde Libri haruſpicini dicuntur quid haruſpicina hoc eſt, haruſpicum arte præcepta tradunt Cicero primo de Diuinat. Quod Hetruſcorum declinat, & haruſpicini, & fulgurales, & rituales libri noſtri etiam augurales.

Haruſpicīna, æ, penult. prod. fœmin. prim. Eſt ars diuinandi ex cæſis hoſtiarum extis. ὑροσκοπική. [Ital. *L'arte d'indouinare*. Gall. L'art & ſcience pour deuiner par la conſideracion des entrailles des beſtes. Hiſpan. El arte de aquella diuinacion. Germanic. Die kunſt des warſagens aus der geſchlachten Thieren eingeweyd.] Cicer. 1. de Diuinat. Vt ordiar ab haruſpicina, quam ego Reipublicæ cauſa conſtitutam religionis colendam cenſeo. Vnde Haruſpicinam facere, eſt exercere huiuſmodi artem. Cic. ad Lepram. Quare bono animo ſim & mei & rei familiaris: neque enim erat faciendum, quum qui hodie haruſpicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur, &c.

Haruſpicium, ci, neut. gen. ſecund. declinat. Idem quod haruſpicina, id eſt, ars diuinandi ex inſpectione extorum, συλλαγχνοσκοπία. Catullus tamẽ ſuo more, ſi arte uidetur poſſis., quum ait, Naſcatur magus ex Gelli, matriſq; nefando Coniugio, & diſcat Perſicum haruſpicium.

Haſta, æ, ſ. p. Eſt inſtrumentum illud ex ligno terete, cuſpide præferrata, qua militer in bello utuntur, λόγχη, δόρυ. [Ital. *Haſta*, lancia. Galli. Lance, pique, jauelinc. Hiſp. Lança. Germani. Ein Spies.] Cicer. 2. de Finibus, Euclii iuſſit eam, qua tranſfixus erat, haſtam. Plaut. Bacch. Ibi curſu, ibi ſtando, haſta, diſco, pugillatu, pila, Saliendo ſe exercebant. ¶ Haſtam obiicere, eſt cauſæ diffidere, & contentionem relinquere. Cicero pro Mura. Videine tu illum eniſtem, demiſſum iacere, diffidit, abiecit haſtas. Erasmus in Chiliadibus. Haſtæ ſubiicere bona alicuius, eſt ea publica auctione, eiq; qui plurimum obtulerit, addicere. Solet enim haſta figi in omnibus auctionibus: unde factum eſt ut haſta nonnunquam pro ipſa auctione ponatur. Cic. Philip 8. Itaq; haſtam ſemper uidere cupiunt ii qui noſtris bonis imminẽt. Idem lib. 1 Epiſt. ad Caſſium, Cæſarem putabãt moleſtè laturum uereriq; ne haſta territiſſet. Sed haſta ſubire, eſt uẽdi. Plaut. in Moſtel. Veſtiti qui trium nummorum cauſa ſubeunt ſub haſta. ¶ Primas iactare haſtas dixit Cicero 2. de Orat. Pro uelitari: quod ad Oratorem transfert, cuius dictio initio debet eſſe lenis & ſedata, ut paulatim incandeſcat oratio. ¶ Ab haſta fit diminutiuũ Haſtula, quod paruam haſtam ſignificat.

Hăſtārĭum, ii, n. ſ. Venditio auctionaria, καπηλικὴ πωλία. [Ital. *Vendita à l'incanto*. Gall. Vente à l'encant. Hiſpanicè, Almoneda. Germanicè, Vergandtnuz, oder Verſauffung.] Vnde Tertullianus in Apologet. In haſtario ueſtigales ſumus.

Haſta centumuiralis, idcirco dicta, quòd Centumuiri haſta in foro poſita iudicabant. Bud. in Annot. prior.

Hăſtāti, Dicti ſunt qui primi in acie cum haſtis conſtituti ſolebant, αἰχμηταί. [Itali. Con lancia ò lanerina. Galli. Piquiers. Hiſpanicè, Armados de lança. Germanicè Spiesſer. Buechſe, mit Spiessen bewaffnet.] Haſtatus uerò primus dicebatur qui duas centurias, id eſt, ducentos milites ducebat in acie ſecunda, quem nunc Ducenarium uocant, ut Vegetius denotat. Varro de lingua Latina libro 4. Haſtati milites dicebantur qui primi haſtis pugnabant. Vide in dictione Antepilanus.

Haſtile, is, penult. prod. n. t. Dicitur quod ad haſtæ formam factum eſt, hoc eſt lignum teres, ebiongum, cuiuſmodi eſt haſta. λόγχη, τὸ ξύλον ἐν ἥλου, ῥάβδος. [Ital. *Fatto à guiſa d'haſta*. Gall. *Fait en forme de jauſline, pique ou lance*. Hiſpan. Haſtilò haſta pequena. Germ. Das wie ein Spiess gemacht iſt, oder ein Spiesſtang.] Cic. pro Rabir. Quum denique Q. Scæuola conſ. factus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis, haſtili nitens, &c. Virg. 1. Aen. - præfixa haſtilia ferro.

Haſtula regia fœm. gen. prim. declin. ἀσφόδελος. [Itali. *Aſphodello*. Gallic. Aſphodille. Hiſpan. Gamonito. Germanicè, Affodilwurtz.] Herbam ſignificat quæ & albucum, & aſphodelus uocatur. Plin. libro trigeſimoprimo, capite 17. & lib. 22. cap. 11.

Hau, Interiectio eſt mentis conturbatæ φεῦ, ἆ. Terent. in Eunuc. Hau obſecro mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit? Interdum etiam inuenitur geminatum. Teren. in Adelph. Hau hau mi homo, ſanúſne es?

Haud, Sin. [Italicè, *Non*. Gallicè, *Non*, non pas. Hiſpan. No. Germanicè, Nit, Nein.] aduerbium negandi, ſignificat non. Terent. in Andria, Haud muto factum. Haud quaquam, οὐδαμῶς, hoc eſt nullo pacto, uel nullomodo. Lucret. uel. Pun. Aſdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda.

Hāurĭo, ris, hauſi, hauſtum, ire. q. Significat propriè extrahо humorem, & educo ex profundo aliquo loco, ἀφύσσω, ἀντλέω, ἀντλάω. [Itali. *Trar fuori, attingere*. Gall. Puiſer & tirer. Hiſpanicè, Sacar afuera lo liquido. Germanicè, Schöpffen.] Cicero primo de Diuinat. Qui quum uidiſſet hauſtam aquam de tegi puteo, terræmotus dixit iuſtare. Idem de Clar. Orat. Sitis potare uelit, de dolio ſibi hauriendum putet. Idem 3. Acad. Veros à fontibus potius hauriunt, quàm riuis ſe conſentiunt. Idem de Diuinat. Aqua è puteo hauſta. ¶ Haurire auribus, eſt audire. Virgil. li. 4. Vocemque his auribus hauſi. Haurire oculis, eſt aſpicere: proco quo Poëta etiam interdũ dicunt Haurire, omiſſo ab

latino oculis. Virgil.10. Aeneid. Suſcipiens hauſit cœlum, mentemq; recepit. ¶Accipitur etiam pro contodere, ſeu uulnerare. Virgil.10. Aeneid. Per tunicam ſqualentem auro latus hauſit apertum. ¶Item tenere. Virgil.lib.4. Georgicor. - & medium ſol igneus orbem Hauſerat. ¶Item defatigare. Virgi. -exultantaque hauſit Corda pauor pulſans. ¶Item exequi, implere, *διατελέιν, ἐκπίνω*. Lucil. libro 30. ut citat Nonius, Quando hauſire animus Muſarum, & fortia geſtit. ¶Item luere. Virgil.4. Aeneid. Spero quidem mediis, ſiquid pia numina poſſunt, Supplicia hauſurum ſcopulis. Quo in loco Virgilii, obſeruato hauſurum dici abſque r, pro haſturum. ¶Item conſumo, *τίμομαι*. Liuius quinto, Tam longi temporis opus incendium hauſit. ¶Hauſire calamitatem, Hauſire dolorem, Hauſire regnum, unde Budæum in Annot. & in Epiſt. Huius compoſitum eſt Exhaurio, *ἐξαντλῶ*. ¶Legitur etiam nonnunquam præteritum hauſiui, & ſupinum hauſitum. Varro ad Ciceronem, Quum idem quoq; hauſierit. Apul.lib.2. de Aſino. Lagena facilis hauſitu.

Hauſto, ſtas, frequent. à quo fit compoſitum Exhauſto. Feſt. Exhauſtant, efferunt.

Hauſtum, ſti, neut.gen. ſecund declinat. eſſe uim hauriendi aquam è puteo uicini Iuriſconſ. indicat in 1. de Seruitute Ruſt. Prad.

Hauſtus, ſtus, maſculin.gener quart. declin. Sorbitio, & eductio liquoris ex alio quo loco, *ἀντλησις*. [Ital. Sorbimento, notatione Galli. Queiſement, un trait à boire. Hiſpani. Potaje, à beuraje, ò coſa que ſe beue, ſacamiento aſsuera de lo liquido. Germani. Schöpffung.] Columell. libro primo, Si deerit deſluens unda puteale, quæratur in uicino aqua, quæ non ſit hauſtus profundi, id eſt, quæ non è profundo puteo hauriatur, & extrahatur. Ouid.6. Metam. Hauſtus aquæ mihi nectar erit.

Hauſtus, ſta, ſtum, Participium accipitur pro abſumptus, deuoratus, *κατανωθεὶς &c.* [Ital. Conſumato, deuorato, beuuto Inghiottito Gall. Puiſé, tiré, engloutí. Hiſpanicè, Coſa beuida, gaſtada y tragada. German. Verſuncken, verſchluckt, vndergangen.] Liuius libro primo, Nec Ferro tantum periere, ſed in palu des quidam coniecti, profundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt. Idem tertio bell. Macedon. Multæ naues ictæ, multæ ita hauſtæ mari, ut nemo in terram enauerit.

Hauſtrum, ſtri, neut.gener. ſecund. declinat. Teſte Budæo, eſt machinæ genus rotam habens, qua haurimus, quod & tympanum uocatur, *ἄντλιον*. [Italic. Rota ò eltro ingegno da cauar'aqua. Gallic. Vn ſeau ou autre uaiſſeau à puiſſer, ou la roue qui ſert à puiſſer l'eau. Hiſpan. El alcaduz de anoria para ſacar agua. Germanicè, Ein Rad mit welchem man waſſer auß zeucht, ein Sodrad.] Lucret. libr.5. Ve fluuios uerſare rotas, atq; hauſtra uidemus. Nonius tamen mauult hauſtra eſſe ipſos cados, hoc eſt ſitulas in huiuſmodi machinis, quibus aqua hauritur.

H ante E.

H.E.M.TBNR. In notis antiquorum, hoc eſt, memoria tribunorum. HER.S. Herculis ſacrum. H.F. Hic fundauit, uel honeſta fœmina, uel fortuna, uel fundat.

Hesna, Fundamentum, uel ſaburra.

Heautontimorumenos, *ἑαυτὸν τιμωρούμενος*, Nomen eſt Comœdiæ Terentianæ, quod nos Seipſum excruciantem interpretari poſſumus, *τιμωροῦμαι* enim idem eſt quod ſeuio, punio, crucio: & *ἑαυτόν*, ſeipſum. Inducitur enim ſenex Menedemus ſeipſum excrucians, quòd filium Cliniam duritia ſua militiam profiteri compulerit.

Hebdómas, adis, fœminini generis, tertiæ declinationis, *ἑβδομάς*. [Ital. Settimana. Galli. Vne ſepmaine, une ſepteine. Hiſpanicè, La ſemana. Germanicè, Ein Vuochen.] & Hebdomada, dæ, dicitur numerus ſeptenarius, ſicut octonas numerus octonarius, & enneas nouenarius, decas denarius. Cicero Tironi libr. 16. Epiſt. Symphonium Lyſonis uelim uitaſſes, ne in quartam hebdomadã incideres. Vbi per quartam hebdomadam intelligit diem uigeſimum octauum: qui numerus conſtat ex quatuor ſeptenariis. Septimi autem quique dies in febribus criſimi ſunt, & periculoſi. Neque uerò ſolùm de diebus dicitur, ſed etiam de annis, & quibuſcunque rebus quæ ſeptenario numero comprehenduntur. Gellius, tibi addit, ſe quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta quinque librorum hebdomadas ſcripſiſſe.

Hebenotrichon, Capillus Venetis, apud Dioſcorid. libro 4. capite 137.

Hebenus, ni, gen. fœmin. & hoc hebenum, ni, penul. correp. *ἴβενος* Dioſcoridi. Cuius deſcriptionem, uide ſupià in uocione Ebenus.

Hebes, hebetis, om.t. Obtuſus, piger, tardus, & acumine carens, *ἀμβλύς*. [Itali. Spontato, ribatturo, rintuzzato, groſſolano, tardo non acuto. Gallic. Qui a la pointe ou la trenchant rebouché, refoulé, rebatu, mouce, lourd, groſſier, hebeté. Hiſpanic. Boto contrario de agudo, perezoſo, rudo de ingenio. Germau. Stumpff. Item: Toll, eines langſamen verſtands.] Cicero lib.2. Acad. Quid? Luna quæ lucentia ſunt putéſne dicere, cuius & naſcentis, alias hebetiori, alias acutiora uideantur cornua? Hic Cicero hebeti oppoſuit acutum. Ouidius 3. de Arte aman. Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. Vnde per translationẽ ingenium hebes dicitur, ſicut etiam obtuſum: & Homo hebes, hoc eſt tardus. Cicero 10. Philipp. Scilicet hæc Pania aut non uidet, (hebeti enim ingenio eſt) aut negligit? Id eſt ingenio non acuto, ſed tardo. Idem 2. de Diuinat. Vidéſne Epicurum, quem hebetem & rudem dicere ſolent Stoici quemadmodum, &c.

Hebẽo, bes, n.ſ Hebes ſum, *ἀμβλύνομαι*. [Ital. Eſſere ottuſo, rintuzzaro, ribatturo, ſpuntato. Gall. Eſtre rebouché, refoulé, rebatu & mouce. Hiſpan. Ser boto, embotarſe, ſer perezoſo. German. Stumpff ſein, Toll ſein.] Liuius libro tertio, bell. Pun. Num ferrũ hebetẽ an dexteræ torpentẽ Veſtra tuæ Annibalis ſuos increpantis. Virg. 5. Aeneidos, Sed enim geli dus tardante ſenecta Sanguis hebet, frigentq; effœta in corpore uires.

Hebẽſco, ſcis, n.t. Hebetior fio. *ἀμβλύνομαι*. [Italic. Diuenir più ottuſo, balordo, ſtupido. Galli. Se reboucher, deuenir ſtupide. Hiſpan. Embotarſe, emperezarſe. Germ. Stumpff oder toll werden.] Cicero 1. Tuſculan. Sic mentis acies ſeipſam intuens, nonnunquam hebeſcit, id eſt obtuſior, deſidioſior, & remiſſior ſit. Salluſt. Poſtquam diuitiis honori eſſe cœpere, & eas gloriã, imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere uirtus cœpit.

Hebẽto, as, penultima correpta, act.p. Obtundo, obſcuro, *ἀμβλύνω, ἀμβλύνομαι*. [Ital. Oſcurare, ottuſare, ſtupidire, rintuzzare. Galli. Reboucher, rebatre, refouler, faire mouce. Hiſpanicè, Embotar, eſcureſcer. German. Stumpff machen doll machen, verdunckleu.] Plin. in Panegyr. eodem ergo tẽpore nec animos modò, ſed & corpora ipſa langueſcere, gladios etiam incuria hebetari, retundiq; gaudebant. Plin. lib.7. ca.15. Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur, acies ferri perſtringitur.

Hebẽtátio, fœm. terr. uerbale, *ἀμβλυσις*. [Itali. Eſſo ſtupire, & rintuzzare. Gall. Rebouchement, refouleure, esbloüiſſement. Hiſpanicè, Aquella obra de embotar à otro, embotamiento. Germa. Stumpffe, vnſcharpffheit, dunckelheit.] Rei alicuius carentis acumine, uel mentis, ingenii, uiſus, ſimiliumq; obtuſitas. Plin. lib.8. cap.5. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.

Hebetudo, Idem.

Hebeteſco, ſcis, ſcere, *ἀμβλύνομαι*. [Ital. Diuenir debole, ſtupido, rintuzzato. Gall. Deuenir ſtupide, rebouché, & mouce. Hiſpanicè, Embotarſe. Germanicè, Stumpff vnnd vnſchneidig werden.] Plinius libro uigeſimooctauo, capite 7. Sed præter alia certum eſt acetum in cultris conſorum hebeteſcere.

Hebetatrix, fœm. tert. à *ἀμβλυντικὸ*. [Itali. Che oſcura. Galli. Celle qui fait esbloüir, & obſcurcir Hiſpan. La que haze eſcuro. Germ. Ein verdünckletin.] ut hebetatrix umbra, Plin. lib.2. cap.13.

Hebiones, um, com.t. à ueteribus pauperes dicũtur, quę nec indicat contemptum quendam.

Hecathei, Emplaſtrum, uide Celſum libro quinto, capite de cimonono.

Hecatómbe, fœm. pri. *ἑκατόμβη*. Sacrificii genus in quo ritus hic ſeruabatur, ut centena ſui generis macta rentur ui

ctima;

ſimarut centum ſues, centum hœdi, &c. Iul. Capitolinus. Tantum ſanè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat ut hecatomben faceret, quod tale ſacrificium eſt, Centum aræ uno loco conſtruuntur ex cęſpite: ad eas centum ſues, uel centum oues maſtantur. Iam ſi Imperatoris ſacrificium ſit centum leones, centum aquilæ, & cætera huiuſmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam feciſſe dicuntur, quum peſtilentia laborarent. Dicta hecatombe à numero uictimarum: uel à numero ſacrificantiũ, quia centum Peloponneſi urbes id faciebant. Iuuenal. Satyr. 12. Exiſtunt qui promittant hecatombeon.

Hecatŏmpĕdon, *ἑκατομπέδον*, Templum erat apud Athenienſes Minervæ dicatum, patens omni à latere pedes centum: unde & nomen accepiſſe exiſtimant. Alio nomine Parthenon dicebatur. Meminit huius templi Plutarchus in Pericle.

Hecatŏmphŏnia, *ἑκατομφόνια*, Sacra erat apud Meſſenios celebrari ſolita, à centum hoſtium cæde originem habentia. Meminit huius ſacri Plutarchus in conuiuio ſeptem ſapientum.

Hecatŏmpos, odis, *ἑκατόμπους*, nomen piſcis qui hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum quoq; egerat. Dictus Hecatompus à centum pedem numero: unde & centipes à Latinis appellatur. Dicitur & ſcolopendra, à terreſtris ſcolopendræ ſimilitudine.

Hecatŏn, *ἑκατὸν*, Latinè centum dicitur. Inde per compoſitionem deducitur, Hecatontarchus.

Hecatontarchus, m. ſ. *ἑκατοντάρχης*, centum militibus præfectus, quem Latini Centurionem uocant.

Hecta, (inquit Sipontinus) accipitur pro re minimi pretii, quaſi hiera, ab hic uerbo: quaſi hiatus & oſcitatio. Alii putaſum dicunt, quæ in cœquendo pane ſolet aſſurgere. Pomponius, Hic homo hecta me facit, & multibibam uocat, id eſt parui me facit.

Hexapalæ, *ἑξαπάλαι*, *ἀπὸ τῶν ἓξ παλαιστῶν*, id eſt, à ſex palaſtis, menſura eſt ſex palmorũ, hoc eſt, pedis uniuſcuiuſq; dimidio. Nam *παλαιστὴ* apud uos palmum ſignificat.

Hectĭca, æ, uel Hectĭce, es, fœm. gen. prim. declin. *ἑκτική*. [Italicè, *Hectica* febre. Galli *Fievre etique*. Hiſpan. Calenturnetica. Germ. Ein kalt Feber.] Febris genus curatu difficile, niſi adhuc naſcenti occurratur, non in ſpiritibus, ut diarin: non in humoribus, ut periodica: ſed in partibus ſolidis inſidens corpus ſ. paulatim conſumens. Dicta hectica, *ἀπὸ τῆς ἕξεως*, hoc eſt, ab habitu: unde & febrem habitualem nonnulli appellarunt. Duæ autem ſunt hecticæ differentiæ, quas uide apud Gal. lib. de Different. febr. cap. 10.

Hecȳra pen. cor. *ἑκυρά*, Latinis ſonat ſocrum, quemadmodum *ἑκυρὸς*, ſocerum: quo etiam nomine dicta eſt Terentii Comœdia. Malè tamen uidetur ſcribi cum aſpiratione, quum *ἑκυρὰ* notetur ſpiritu leni.

Hĕdĕra, penult. corrept. fœm. prim. Herba eſt perpetuò uirens, quæ quum per ſe ſtare non poſſit, arboribus & muris adhæret, *ἐρικτός*. [Ital. *Hedera*, hellera. Gall. *Lierre* ou *liere*. Hiſpan. La yedra. German Ephĕum.] Huius tria præcipua ſunt genera. Quædam enim à baccarum albedine, candida dicitur. Altera nigra, quòd baccas ferat ſubnigras, aut cœrè croceas, quæ & dionyſia appellatur. Tertia, elix dicitur, fructum nullum gignens, ſed albas habens uiticulas, & folia parua, anguloſa, & reliquis generibus multò concinniora. Virgil. 7. Aegloga, Candidior cygnis, hedera formoſior alba. Vbi Seruius, Alba hedera, quia ſunt & nigræ hederæ, aut hederæ pandunt neſtigia nigræ. Dicta hedera ab hærendo, quòd hæreat ſemper, & ſequatur quicquid proximum eſt: quamuis per diphthongum non ſcribatur, corripitur enim primam ſyllabam. Virgilius in Pharmaceutria, Atque hanc ſine tempore circum Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros. Quidam ab edo deducunt, quòd parietes edat, atq; conſumat. Feſtus. Hedera dicta, quòd hæreat, uel quòd edita petat, uel quia id, cui adhæſerit, edat: quæ in tutela Liberi patris putabatur eſſe, quia ut ille ſemper eſt iuuenis, ita hæc ſemper uiret.

Hĕdĕrăcĕus, a, um, Quod ex hedera eſt, *ἑρινεός*. [Ital. Di hellera. Galli. De lierre ou fait d'hierre. Hiſpanicè, Coſa de materia de yedra. Germ. Ephĕuin, aus Ephĕum gemacht] ut Corona hederacea, materia hederacea. Cato capite 111. Si uolet ſcire, in uinum aqua addita ſit nècne. uaſculum facito de materia hederacea, &c. Hederaceæ baccæ. Columell. libro 8. capite 10. Item oleaſtri, & hederaceæ baccæ, nec minus arbuti.

Hederalis herba, Ruta apud Dioſcorid. libro tertio, cap. quinquageſimoprimo.

Hedone, *ἡδονή*, Voluptas. Cic. Tuſc. li. 2.

Hedra, *ἕδρα*, Sedes Latinè dicitur, unde fit Cathedra.

Hedychrum, n. ſ. *ἡδύχρων*, Odoramenti genus eſt. Cicer. 3. Tuſcul. Collocemus in culcitra plumea, pſalteriam adducamus, hedychrum incędamus, demus ſcutellam dulciculæ potionis. Victorius tamen in ſuis in Ciceronem annotationibus indicat hedychrum à medicis inter unguenta potius nomerari, quàm inter odores: putatq; dictũ à ſuauitate coloris, quem faciei illitum inducit. Sed in hoc loco ex Cicerone adducto uidetur potius accipi pro aromatis genere quod igni acceſum ſuauem reddit odorem.

Hedioſmum, Latinè dicitur mentha, ab odoris gratia. Vide Plin. lib. 19. cap. 15.

Hedyoſmos, *ἡδύοσμος*, Herba nouiſſima, ab odoris ſuauitate ita dicta, quam Latini mentham uocant. Galenus libro 8. Simpli. duplicem facit mentham, hedyoſmum, quam & mentham odoratam appellat: alteram inodoratam, quam uocat calamintham. Meminit huius herbæ & Plinius lib. 19. cap. 15.

Hedypnois, idis, *ἡδυπνοΐς*, Inutile ſylueſtre genus eſt lactucaribus foliis, non crudum quidem, aluum ſiſtit: coctum uerò, uentriculum diſſoluendum aſtringit.

Hedyſmăta, neut. rect. *ἡδύσματα*, Græcè condimenta, ſed propriè quæ dulcore conſtant: qualia ſunt quæ τραγήματα Græci uocant.

Hedyſarum, Semen Pelicenum, Actius Sermone 12. capite quadrageſimoquarto.

Hegeleos, (Quod ut depraua tè ſcriptũ, ita perperã hoc relatum erat) uide Aegaleos.

Hegetēria, æ, *ἡγητηρία*, Ab Athenienſibus appellatus eſt fructus fici, quòd inter fructus omnes antiquitatis principatum obtineret. Dicuntur enim Athenienſes ante fruges inuentas ficis uictitaſſe, quemadmodum Arcades glandibus. Cœl. Rhodig. Antiqua. lect. libro deciməoctauo, capite nono.

Hei, *ēi*, Ital. Oime. Gall. Ha, helas. Hiſp. Aa. Germ. Hei, Ach, Owe.] Interiectio dolentis, ſiue ingemiſcentis, dativo ſũgitur pronomini. Vt apud Virg. 1. Aen. Hei mihi qualis erat. Cicero, Hei mihi non poſſum hoc ſine lachrymis commemorare. Aſpiratur natura, quòd is animi affectus aſpiratione melius declaretur.

Helbunion, Dictamnum apud Dioſcoridem libro tertio, capite 31.

Helcȳſma, *ἕλκυσμα*, Eſt ſcoria argenti. Plinius libro trigeſimotertio, capite ſexto, Scoriam in argento Græci uocant helcyſma.

Helcium, cii, neutri generis, ſecundæ declinationis, *ἑλκίον*. Dicitur inſtrumentum ante pectus equorum, & id genus animalium, ab armis, id eſt humeris pendens, quo & molæ per machinulam in nectæ uerſantur, & curricula per temonem trahuntur: unde & nomen accipit, *ἕλκω* enim Græcè traho Latinè dicitur. Apul. lib. 9. Metam. Defectum alioqui me, helcio ſparteo dimoto, neuu machinæ liberum applicat præſepio. Et paulò pòſt Helcio tandem abſolutus, refectuiſq; ſecurè redditus.

Helciārii, maſcul. ſecund. Qui in naui onera funibus moliuntur, uel qui naues deducunt, ſub ducentũe, ab officio inuicem adhortantes, ut uno conuixo pariter conſpirantes, ad moliri uniuerſis uiribus poſſint, quod ſinguli nequeunt. Hæc Budæus in prioribus Annot. in Pandect. Martialis lib. 1. Qui nec rumpere nauticum celeuſma, Nec clamor ualet helciariorum.

Hĕlĕnium, neutri generis, ſecundæ declinationis, *ἑλένιον*. [Ital. *Lella*, enula, enoa. Gall. Enula campana, aulnée. Hiſp. Raiz de ella. Germanicè, Alantwraut.] Herba quæ ex Helenæ lachrymis fingitur nata in Helenę inſula in qua Paris illi primùm obtulit ſtuprum. Fauere creditur formæ, & cutem nutrire incorruptam, Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in uino pota. Vide Plin. li. 12. ca. 10. Officinis Enula campana.

Helĭæa, *ἡλιαία*, Maximum erat Athenis iudicium, cuius iudices, heliaſtæ, *ἡλιασταί*, dicebantur, *παρὰ τὸ ὑπαίθριον*

ἵνα, ὑπὸ τῷ ἡλίῳ βάλλεσθαι, hoc eſt ab eo quòd ſub dio eſſet, & ſolis radiis verberaretur. Vide plura de hac voce apud Pollucem Ariſtophanis interpretem.

Helice, es, pen. corr. ἑλίκη, Græco nomine dicitur quæ à nobis Vrſa maior: ἀπὸ τῆς ἑλικᾶσθαι, hoc eſt à circumuolutione dicta, quòd diei noctisq; ſpatio circum Polũ Arcticum uoluatur. Ouidius 1. Triſtium, Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notetur Sidonijs, Helicen Graia carina notet. ¶ Fuit item Helice, oppidum Achaiæ proprijt dictæ, ad ſinũ Criſæum, maris impetu hauſtum. Plin. 2. ca. 92. Pyrrham & Auſtiſam circa Mæotim Pontus abſtulit: Helicen & Buran in ſinu Corinthio: quarum in alto veſtigia apparent Ouid. 15. Met. 4. Si quæras Helicen & Buran Achaidos urbes, Inuenies ſub aquis: & adhuc oſtendere nautæ Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

Helichryſos, ſiue heliochryſum, ἡλιόχρυσος, Herba eſt quã alio nomine chryſanthemon appellant, ramulis candidis, foliis ſubalbidis, abrotono ſimilibus, corymbos habens nunquam marceſcentes, in orbem dependentes, qui ad Solis repercuſſum aurei apparent. Plinius libro octauodecimo, cap. 25.

Helices, ἑλικτῆρες, Inaures ſunt, ſicut docet Iulius Pollux: quæ & helicæ dicuntur, à clauiculis uitium, quas helicas uocant.

Heliocaminus, ni, m. ſ. penult. prod. ἡλιοκάμινος. Vaporarium quoddam ſolare in aprico loco ſitum, ad calorem Solis excipiendum. Vlpianus l. Si arborem. ff. de Seruit. urba. præd. Si arbor, inquit, in heliocamino, uel ſolario Solem eximat, dicendum erit, quia umbram fecit in loco cui Sol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri. Heliocaminus, inquit Budæus in prioribus Annot. in Pandect. ad uerbum ſolaris formax dici poteſt. Eſt autem ſolare uaporarium, in aprico ſitum ad calorem Solis excipiẽdum, quo antiqui utebantur. Plin. in Epiſt. lib. 2. de dicta quadam loco eius, In hac heliocaminus quidam, alta zyſtum, alis mare, utrag; Solem: cubiculum autẽ ualuis, cryptoporticum feneſtra proſpicit.

Heliophyton, Smilax. Dioſc. lib. 4. cap. 145.

Heliõpus, ἡλίοπος, Nomen herbæ, eiuſdem cum heliotropio maioris: unde dictæ quòd Solem aſpiciat. Vide Marcel. Virg. in Dioſcor. lib. 4.

Heliofacte, Ibulus apud Dioſcoridem libro octauo, capite 187.

Heliõſcõpion, ἡλιοσκόπιον, Quartum tithymali genus eſt, foliis portulacæ, ramulis ſtantibus à radice quatuor, aut quinque rubentibus, ſemipedali altitudine, ſucci plenis. Naſcitur circa oppida, ſemine albo, columbis gratiſſimo, quod colligitur incipiente uua. Nomen accepit, παρὰ τὸ ὑποπτᾶν τὸν ἥλιον, hoc eſt ab aſpiciendo Solem, capita enim cum Sole circumagit. Ex Plin. li. 26. ca. 8.

Heliõſelinon, (quod hic pro apii genere corruptè legebatur) rectius ſcripſeris heleoſelinon. Eſt autem helioſelinon apii genus, latino maius, in paludibus, locisq; humidis ſpõte prouenies: unde & nomen accepit. Nam ἑλος Græcis paludem ſignificat.

Helioſtrophon, ἡλιόστροφον, Nomen herbæ quæ alio nomine heliotropium maius appellatur, teſte Plin. li. 22. ca. 22. Diſtum helioſtrophon ἀπὸ τοῦ συστρέφεσθαι τῷ ἡλίῳ, hoc eſt, ab eo quòd cum ſole conuertatur.

Heliõtrõpium, pii, n. ſ. ἡλιοτρόπιον. [Itali. Girafole. Gallicè, Tornefol, herbe au chaucre. Hiſpan. Tornaſol. Germanicè, Sonnenwürbel.] Herba ſolaris. dicta quòd ſe cum ſole circumagat. etiam nuoilo die ac nocte. Varro, Nec minus admirandum quod fit in floribus, quos uocant heliotropia: ab eo quòd ſolis ortum manè ſpectant, & eius iter ita ſequuntur ad occaſum, ut ad eum ſemper ſpectent. Plin. li. 21. cap. 11. duo facit heliotropii genera, Maius, in pinguibus tantùm locis culto; ſolo naſcens, quod & helioſtrophon nominant: uulgò, ut creditur, Cancri flos appellatus. Et minus, ubiq; prouenies, quod tricoccon, & ſcorpiurum appellat, quòd ſemen habeat, caudam referens ſcorpionis. ¶ Eſt etiam heliotropium, gemmæ nomen, uiridis quidem, ſed ſanguineis uenis diſtinctæ. Cauſa nominis eſt, autore Plin. libro 37. capite decimo, quòd in uas aquæ deiecta, radios ſolares accedentes in ſanguinis colorem mutare uideatur. Extra aquam autem ſpeculi modo ſolis imaginem reddit, eiusq; eclipſin prodit, lunam ſubeuntem oſtendens.

Helitis, penult. prod. ἑλῖτις, Dioſcoridis ſquamæ æris decuſſa ex clauis ex Cyprio ære confectis: quæ ſubtiliſſimæ eſt ſubſtantiæ, ſummamq; deſiccandi uim habet. Vide Galenum lib. 9. Simplicium.

Helix, icis, f. c. ἕλιξ, Teſtium hederæ genus, nunquã fructum ferens, folia habens exigua, angulosa, & concinniora, quàm reliqua duo hederarum genera. Vide Plin. lib. 16. ca. 34. Dicta helix ab eo quòd tenuibus ſarmentis, uelut clauiculis qui buſdã arboribus fruticibusq; circumuoluatur, ἕλικας enim Græci clauiculas appellant.

Hellanodices, ἑλλανοδίκης, Latinè iudex certaminis dicitur.

Hellẽborus, ſiue Helleborum, ἑλλέβορος Dioſcoridi, Herba eſt inſignem purgandi uim habẽs, quam Latini ueratrum appellant. Eius duo ſunt genera, album quod uomitione cauſas morborum extrahit: & nigrũ, per aluum quicquid noxium eſt deiicit: alio nomine melampodium dictum à Melampode quodam (ſiue is medicus, ſiue paſtor fuerit) qui eo Prœti filias in furorem actas, traditur perſanaſſe. Præcipuus huius uſus eſt in educendis noxijs humoribus, principis animæ facultatis ſedem infeſtantibus: unde melancholicis & furioſis dari ſolet, & comitiali morbo laborantibus. Hinc factum eſt, ut quos cerebro minus ſano eſſe dicimus ſignificare, Helleboro opus eſſe dicamus, aut Helleborum edere iubeamus. Plin. lib. 25. cap. 5. Efficacius helleborum ad uomitiones & ad bilem nigram extrahendam. Plaut. in Pœud. Helleborum Piſce hominibus opus eſt. Maſculino genere uſus eſt Virgil. 3. Georg. Helleboroſq; grauem, nigromiq; bitumen. Colu. li. 10. Sed negat helleboros, & noxia galbana ſucco. Præcipit Apuleius nominis huius primam uocalem eſſe aſpirandam, etymon, credo, ſpectãs: uolunt enim helleborum dictũ παρὰ τὸ τὴν βορὰν ἑλεῖν. Apud Dioſcor. tamen, cæterosq; Græcos, tenui ſpiritu conſtanter ſcribitur. Vide Elleborus.

Hellẽbrõſus, ἑλλεβρῶν, Dicitur qui plus hellebori ſumpſerit, quam par fuit. Plaut. in Rud. Helleboroſus ſum. T. At ego certus. Helleborum enim, ſi plus quo ſumatur, nõ medicere periculum creat: ſin minus ſumatur magnam ægritudinem leuare non poteſt. Vnde ſtomachatur Perſius in imperitos medicos, qui quum modũ miſtionis ignoraret non dubitabãt tamen rem tam ancipitem, & periculoſæ aleæ plenam, non ſine graui ſumentium diſcrimine aggredi. Dilue (inquit) helleborum, certo cum perſerre puncto Nec ſcius examen: uetat hoc natura medendi.

Helminthoborata, Abrotanũ ſic dictum à uermibus, quia ſemen eius uermes perimat. Barbarus in Corol.

Helops, ἑλὸψ. Piſcis delicatiſſimi ſaporis, quem Theodorus à Latinis acipenſerem appellari putauit. Cui tamen refragatur Ouidii autoritas, qui helopem Italiæ incognitum eſſe ſcribit, referente Plinio libro trigeſimoſecundo, capite ultimo.

Helos, ἕλος. Vitium eſt oleæ peculiare, & quædam quaſi ſolis inuſtio quam Latini nõnulli clauum, alii fungum, quidam etiam patellam appellant.

Heluacea. Genus ornamenti Lydii, dictum à colore boum, qui eſt helous, hoc eſt inter rufum & album. Autor Feſtus.

Heluellæ, arum, fœ. p. Sunt holera minuta (ut inquit Feſtus) quoniam helus, & heluſa uetere dicebant, pro holus & holera, λαχανάρια. [Ital. Hebetté Galli Denues herbes. Hiſpan. Menudas yeruas. German. Schlechte kreuter.] Cice. ad Gallum, li. 7. Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuauius.

Helũo, onis, n. c. Homo immoderatæ uoracitatis, prodigus, gulæ uentriq; deditus, λαφύρος, ἄσωτος [Ital. Mangione. diuoratore, ingordo. Gal. Gourmand, qui deuore tout. Hiſpanicè. Comilon, tragador. Germanicè, Ein Frass, ein Schlemmer.] Heluo (inquit Feſtus) qui immoderatè bona ſua conſumit: ab eluendo. Aſpiratur autem, ut uiderit magis exprobretur: ſic enim fit uox incitatior. Terent. in Heautont. At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. Cl. Quos? C. Si ſcire uis, ego dicam. Gerro, fraus, heluo, iners, ganeo, damnoſus. ¶ Ciceroper translationem Heluonem librorum dixit. pro nimis auido lectore librorum, qui legendo ſatiari nequit. Heluo patriæ, per tranſlationem, pro eo qui turpiſſimo ſcelerum genere patriam

perdit

perdit & infamat, uel patriæ bona prodigit ac deuorat, Cicero pro Sextio. Gurges atq; heluo, Idem in Pisonem. Heluo impurus, Idem 1. de lege Agra. Heluo immanis, spurcissimus, nequissimus, apud eundem pro Domo sua, & post reditum in Senatu.

Hĕlŭări, d p. Prodigere, perluxum consumere, uorare, λαφύσσειν, ἀσωτεύεσθαι. [Ital. Diuorare, consumare. Gall. Soubmander, deuorer, gloutement. Hispani. Tragar, gastar. Germani. Fräſſen, zächen, ſchlemmen, praſſen.] Cicer. pro Domo sua, Cur ille gurges, heluatus tecum simul Reipub. sanguinum, ad cœlum tamen exeruit nullam in Tuscul. uiscetibus crudelitatem. Idem pro Sestio, Quid? tu meo periculo gurges ac uorago patrimonii heluabere?

Heluatio, onis, f. t. Prodigalitas, uoracitas, dilapidatio, λαφυγμὸς, ἀσωτία. [Ital. Esso deuorare & pacchiare. Gal. Soubmandiſe. Hiſpani. Trago y gasto. Germa. Fräſſerey, ſchlemmerey.] Cic. post reditum in Senatu, Cur in luctris & heluationibus huius calamistrati saltatoris tã eximia uirtus tam diu cessauit? Budæus in Epist.

Heluus color, medius est inter rufum & album, πυῤῥὸς, πυῤῥοειδὴς. Varro libro secundo, de Re rustic. capite 5. de corio boum loquens: Corium, inquit, attacto nõ asperum ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubeo, tertiò heluo, quartò albo.

Heluolus, la, lum, pen. corr. ὑπόπυῤῥος. Quod accedit ad heluum colorem, sed tamen dilutiorem, ut plus ex albo participet quàm ex rufo. Vnde heluolæ uuæ dicuntur quæ eius sunt coloris. Colu. li. 3. ca. 2. Sunt & heluolæ quas nonnulli uarias uocant, neq; purpureæ, neq; nigræ, ab heluo (ni fallor) colore uocitatæ.

Helxine, es, fœm. terti. ἑλξίνη. [Ital. & Hiſpan. Parietaria, uiuola. Gallic. Pariroire. Germanicè. Tag und Nacht ein kraut. S. Peterskraut, Glaskraut.] Herba est mercurialis folia habens, caule hirsuto, cauliculos subrubentes, & circa eos semina aspera, uestibus adhærentia: unde & nomen accepisse uolunt. Alio nomine perdicium dicitur, quòd perdices ea unicè delectentur. A Romanis etiam urceolaris appellatur, quòd urceis detergendis aptissimè sua in primis sit idonea. Nascitur in parietinis, sepibus & maceriis: unde & parietaria uulgò appellatur.

Hemiovitis, describitur in Dioſc. li. 3. ca. 155.

Hemionos, Mandragora magica apud Dioscoridem libro 4. cap. 79.

Hem, φεῦ, Interiectio corripientis seipsum, uel indignantis, uel admirãtis. Seruius Sulpit. Ciceroni Epist. li. 4. Hem nos homunculi indignamur, quis nostrum interiit, aut occisus est, quorũ, &c. Apul. Hem hominis audaciam. ¶ Quandoque demonstrantis est. Terentius in Andr. Hem puer, hercle puer est.

Hēmĕrēsĭos, ἡμερήσιος. [Ital. Diurno. Gall. D'un iour. Hiſp. Cosa de un dia. Germanicè, Eines tags.] adiectiuum significans idem quod diurnus. Vnde tabella quæ uno die picta à Pamphilo Apellis præceptore, hoc nomine uocata est, cuius meminit Plinius lib. trigesimoquinto, cap. undecimo, Absoluit uno die, inquit, tabellam quæ uocata est hemereſios, puero pisto.

Hēmĕris, ἡμέρις, Genus est arboris glandem ferentis, teste Theophrasto, truncо neque erecto, neque læui, neque excelso, sed candice in orbem comoso, contorto, sinuosoque, ramorum alis multis, concauo, glande maxima, & post fagum dulcissima. Meminit huius arboris & Plin. libro 16. capite 6. Theodorus Græci uocabuli uim exprimens, placidam uertit.

Hēmĕrŏbĭus, ἡμερόβιος, Vermiculus est ad Hypanim Ponti fluuium, ultra diem unum non uiuens. Plin. lib. 11. ca. 36. Hypanis fluuius in Ponto, circa solstitiũ defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit uolucre quadrupes suprà dicti modo, nec ultra diem uiuit: unde hemerobion uocatur. ¶ Hemerobii præterea dicuntur homines in diem uiuentes, quibus crastini nulla est cura: qualis fuit Sesetradtus Diogenes Cynicus, qui & peculiariter idcirco hoc nomine fuit appellatus.

Hemerocallis, ἡμεροκαλλὶς Dioscoridi, Herba est folio & caule lilio similima, herbacei coloris, ut porrum: flores habens ternos, quaternosúe in singulis scapis erumpentes, lilii modo striatos: qui quum dehiscere cœperunt, in colorem uehementer pallidum immutantur. Nomen accepisse putatur à floris fugacitate, quòd uno tantùm die pulchritudinem suam tueatur. Meminit huius herbæ & Plin. lib. 21. cap. 21.

Hēmĕrŏdrŏmi, m. s. ἡμεροδρόμοι. [Ital. Corrieri. Gall. Courriers, postes. Hiſpan. Correos ò corredores. Germa. Schnelle Löuffer, ſo ein tag weit lauffen Poſten.] Dicuntur cursores qui die uno ingens spatium curſus emetiuntur. Liuius libro 1. belli Macedonici, Nisi speculator (hemerodromos uocant Græci) ingens die uno cursu emeticos spatium, contemplatus regium agmen à specula quadam, progressus nocte media Athenas peruenisset. Inter huiusmodi hemerodromos clarissimus fuit Philonides Alexandri magni cursor.

Hemicadia. Vasa dimidii cadi, Sipont.

Hemicranici, ἡμικρανικοὶ, Sunt qui dimidia parte capitis laborant: qui morbus Græco nomine ἡμικρανία, siue ἡμικρανίκη appellatur: quemadmodum cephalæa, quo totum caput infestatur. Gignitur uterq; à sonitu clamoreq; uehementiore, aut etiam ab immodico splendore, uel odore, aliisúe huiusmodi præualidis obiectis sensum lædentibus.

Hemicyclos, ἡμικυκλ☉. [Italicè, Mezzo cerchio. Gallicè, Demy cercle. Hiſpanicè, La myerad del circulo. Germanicè, Ein halbet vmbkreiſs oder Circkel.] Latinè interpretatur semicirculus: qua uoce Mathematici frequenter utuntur. Accipitur etiam pro cathedra semirotunda facta in medii circuli formam. Cicer. in Lælio, Tum memini domi in hemicyclo sedentem.

Hēmĭna, næ, penult. corrept. f. p. ἡμίνα, Genus est mensuræ, dimidium continens sextarii: à Græco ἥμισυ, quod dimidium significat. Gellius libro tertio, capite 11. Si è sextario hemina fusa sit, non dimidium sextarium fusum, dicendum est. Plaut. in Milite, Neq; equidem heminas octo exprompsi in urceum.

Hēmĭnārĭus, a, um, Quod heminæ mensuram habet, ἡμιναῖος☉. Per translationem accipitur pro exiguo. Quintil. li. 6. cap. 4. Fabius Maximus incosans Augusti congiariorum quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit, id est tenuia & exigua.

Hemineron, salsamenti genus piscis, sed à Coracino. Dicitur & Pelres & Saperda Coracinus: & ab aliis Aelius, à Meotide stagno commendatissimus. Quanquam alius piscis est Epicharina Aelius.

Hēmĭŏlĭon, ἡμιόλιον, Nauigii genus quod à poppi ad malum usque binis ramis, à malo ad proram unico tantùm agitatur: cuiusmodi sunt (inquit Bayfius) quas hodie fustas uocamus.

Hemiolius, ἡμιόλιος, Quædam Arithmeticæ proportio, continens aliquem totum numerum atque eius dimidium: ut se habent tres ad duo, & quindecim ad decem. Gellius lib. 18. cap. 14.

Hemionitis, describitur in Dioscoridis libro tertio, capite 151.

Hemionos, Mandragora magicè, apud Dioscoridem libro 4. cap. 78. 79.

Hēmĭŏnĭon, siue hemionitis, ἡμιόνιον, ἡ ἡμιονῖτις, Herba est dracunculi folio, lunato, radicibus cohærens multis, iisq; tenuibus, nunquam flores, neque semen, neque caulem gignens, in petrosis locis nascens, austero sapore. Alio nomine splenium, σπλήνιον, dicitur. Herbariorum plerique Linguam cerninam appellant. Officinæ etiam scolopendriam. Omnino tamen alia est à scolopendrio Dioscoridis.

Hemiplagia, Ea quæ & dimidia apoplexia apud Paul. libro 3. capite 8.

Hemiplexia, ἡμιπληξία, Paralysis, semiapoplexia, cum in alterum tantùm partem corporis malũ id incubuit: nã cum totum afficitur apoplexia nominatur.

Hēmĭsphærĭum, n. s. ἡμισφαίριον. [Ital. Mezza sphera. Gall. Vne demiſphere. Hiſpani. La meytad dela eſphera. Germa. Ein halbe Kugel.] Dimidia sphæra, hoc est cœli dimidium. Varro de Re rustic. libro tertio, capite 5. Intrinsecus sub tholo, stella Lucifer interdiu, nocte Hesperus, ita circumeunt à summo infimum hemisphærium ac mouentur, ut indicent quot sint horæ.

Hemis, apud nos traducitur semis, Græcè, ἥμισυς, dimidius.

Hemitogium,gii,n.ſ.Dimidia toga.

Hemitarichon,Salſamenti genus aliud ab Omotaricho.

Hemiſtichium,neut.gen.ſecund declinat.*ἡμιστίχιον*.[Ital. Mezzo uerſo.Gal.Demi uers Hiſpanicè,La meytad del uerſo.Germanicè,Ein halber Vers.]Verſus dimidiatus,qua ſi *ἥμισυ στίχος*, cuiuſmodi apud Virgil.ſũ aliquot legũtur imperfecta.

Hemitritæus,*ἡμιτριταῖος*,ſemitertiana febris,ſic dicta quòd parte aliqua tertianam præſentet,tertio die,ut illa, repetẽs, non tamen ut illa diem unum præſtet integrum, ſed inter horas xxxvi plus uel minus porrigitur.Martial.libro 11.Cui grauis & feruens hemitritæus erat. Morbi huius naturam & differentias uideto apud Galenum libro 2 de Differen. febr.ca.8 & 10.

Hemodes,uides Hæmodes.

Hendecaſyllabus,*ἑνδεκασύλλαβος*,Verſus undecim ſyllabarum,qui & Phaleucius dicitur ab inuentore:qualis ille Catullianus,Paſſer deliciæ meæ puellæ.

Hendiadys, Si receptioribus Grammaticis credimus, figura eſt qua unum in duo diuiditur:ut apud Virgil.1.Aen. Molemq́ & montes inſuper altos Impoſuit. Id eſt moles altorum montium.Sic alibi,Pateris libamus & auro. Id eſt pateris aureis.Meminit huius figuræ Seruius in primum Illiadem Aen.Vbi tamen in exemplaribus manu ſcriptis non hendiadyn legimus,ſed *ἐν διὰ δυοῖν*, hoc eſt, per unum duo: cui figuræ contraria legitur apud Donatum in Andr. Terentii,quum appellat *δύο διὰ ἑνὸς*,id eſt duo per unum.

Heo,*ἡώ*,Interiectio.Plaut.in Ciſtel.Heo tu quàm nos.

Hẽpar,atis.penult. gen.corr.neut.tert. Primum eſt ſanguinis generandi inſtrumentum,uenarumq́ omnium principium,quod Latinè iecur appellatur,*ἧπαρ*.[Ital. Fegato. Gall. Le foye Hiſpan. El higado. Germanicè, Die Läber.] ¶ Eſt item hepar,piſcis nomẽ ex genere locuſtarum, cuius meminit Plin.li.32.ca.11.

Hẽpaticus,a,um,Ad hepar pertinens,*ἡπατικός*.[Italicè, Cõ che à fegato s'appartiene. Gall. Apartenant à foye. Hiſpani. Coſa perteneciente à higado. Germanicè, Das zů der Läber gehört.]ur,Morbus hepaticus. Plaut.in Curcul. Tum te igitur morbus agitat hepaticus.

Hepaticus,a,um,*ἡπατικός*, Quod ad hepar attinet:unde à Celſo,lib 4.cap.9.hepaticus morbus dicitur, qui à Plauto appellatur hepatarius.

Hẽpatici,m.ſ.*ἡπατικοί*.[Ital Fegatoſi.Gall.Hepatiques.Hiſpanicè.Higadoſos.Germanicè,Läberſiech.]Qui ex hepate laborant: & propriè ii,quibus imbecillum eſt iecur, ſine tumore tamen & dolore.Plin.lib.26.cap.6.Datur hepaticis in farre coſta.

Hepatica,herba eſt, quam Latini uocant iecoriariam: dicta quòd hepatis ſimilitudinem referat, creſcit in fontibus & locis ſaxoſis.

Hepatites,*ἡπατίτης*,Gemma eſt quæ à iecoris figura nomẽ ſortita eſt.Plin.lib.37.cap.11.

Hẽpatorium,n,ſ.*ἡπατόριον*, A quibuſdam uocatur Eupatorio herba,eo quòd iecori affecto auxilietur.Autor Dioſc. li.4. Quanquam non deſunt qui hanc nomenclaturam inter eas reiiciendam putent, quæ à doctoribus inter autoris eius notha meritò annumerantur.

Hepatitis,pe.prod.*ἡπατῖτις*,Vena ampla,ex cana ſiue ſima hepatis parte emergens, omnes meſaraï uenas excipiens. Vulgus *Hepatis* portas appellat.

Hepatizon,*ἡπατίζον*.Aëris temperamentum, iecinoris colorem referens,magno olim in pretio habitum.Plin.li.trigeſimoquarto,capite ſecundo, Præter hæc eſt, cuius ratio non poteſt reddi, quanquam hominis manu facta dederit fortuna temperamentum ſimulachro ſignisque, illud ſuo colore pretioſum ad iecinoris imaginem uergens, quòd ideo hepatizon appellant,procul à Corinthio,longè tamen ante Aegineticum atque Deliacum, quæ diu obtinuere principatum.

Hephæſtites,*ἡφαιστίτης*,Gemma eſt rutili coloris,naturam ſpeculi habens in reddendis imaginibus: dicta *ἀπὸ τοῦ ἡφαίστου*,hoc eſt à Volcano, ſiue quòd igneï ſit coloris, ſiue quòd materiam aridam in ſole accendat. Vide Plin.libro 37.capite 10.

Hepialus,*ἡπίαλος*.[Italicè,Farfalla,Gall.Vn papillon.Hiſpanicè,Maripoſa.Germanicè,Ein Mocl oder pfeyffolter ſo vmb die Liechter fliegen.]Papilio qui in lucernarũ luminibus aduolat. Epialus autem ſpiritu tenui,genus eſt febris:de quo uide ſuprà ſuo loco.

Hepſema, *ἥψημα*, Muſtum ad tertiam partem decoctum, quod & ſapam appellant.Plin.li.14.ca.9.

Hepta, *ἑπτά*, apud nos ſeptem, & aſpiratur cum ſuis deriuatis.

Heptapachys,*ἑπταπαχυς*,Menſura ſeptem cubitorum:una de Achyllei Heptapachys eſt appellatus,Hermolaus.

Heptapleuros,*ἑπταπλευρος*,Plantaginis ſpecies eſt,foliis ſeptem laterum modo incluſa:unde & nomen habet.Autor Plin.lib.25.cap.8.

Hephthemimeris,*ἑφθημιμερίς*,Eſt cæſuræ genus,cum poſt tres pedes ſupereſt ſyllaba terminãs partem orationis:quæ interdum etiamſi natura brevis ſit,licentia tamen poëtica inuenitur produci. Virgil. tertio Aeneid. Dona dehinc auro gravia, ſectoq́ elephanto Imperat ad naues ferri. Idem duodecimo Aeneid. Congredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus. ¶ Componitur autem hephthemimeris ab *ἑπτὰ* ſeptẽ.*ἥμισυ* ſemis. & *μέρις* diuiſio uel pars, quaſi dicas ſeptimamdimidiam diuiſionem,uel dimidium ſeptem pedum.

Hepteres,*ἑπτήρης*.[Ital. Naue da ſette rami per banco.Gall. Vne nauire ayant ſept tireurs en chaſque banc.Hiſpa.Naue de ſiette ordenes. Germanicè, Schiff ſo an einer jetlichen ordnung ſibẽ Rüder haben.] Nauis eſt ſeptem habens remorum ordines.Liuius quarta, Decad. libro ſeptimo, Regia claſſis ſeptem & triginta maioris formæ nauium: erat in quibus tres hepteres,& quatuor hexeres habebat:præter has,decem triremes erant: & ij adeſſe hoſtes ex ſpecula quadam cognouere.Ibidem,Maximè exterruit hepteres regia,à minore Rhodia nauï uno ictu demerſa.

Hera,Vide Herus.

Heracleon,ſiue Heraclion,penultima producta,*ἡράκλειον*, Panacis ſpecies eſt,ab Hercule inuẽta,quam alii origanum Heracleoticum ſylueſtre dicunt: quoniam eſt origano ſimile,ut teſtatur Plinius libro uigeſimoquinto,capite quarto. Eſt & alia herba Heracleon ſiderion, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo,foliis coriandri, iuxta amnes & lacus naſcens,& omnia uulnera ferro illata efficaciſſimè ſanans. Autor Plinius libro uigeſimoquinto, capite 7.

Heracleotici, cancrorum genus, Plinius libro nono, capite 31.

Heracleotica nux,quære in dictione Iuglans.

Heracleum quid ſit,require in commentariis Leonicenſi:& inibi de eo prolixam diſputationem.

Heraclius,lapis ſiue Heracleus,*ἡρακλεία λίθος*,*ἡ μαγνῆτις* Suidæ.[Itali. Calamita,pietra o da prouar l'oro. Galli. Aimant,ou pierre de touche. Hiſpan. Piedra iman, ò el toque de oro. Germani. Ein Magnet,oder ein Goldſtein, Probierſtein.]Lapis occulta quadam naturę ui ferrum ad ſe trahens,qui & magnes dicitur. Plin.libr.36.cap.16.Quid ferri duritia pugnacius?ſed cedit & patitur mores. Trahitur namque à magnete lapide: domitrix illa rerum materia ad inane neſcio quid corrit: ut propius uenit, tenetur aſſiſtitq́, & complexu hæret: ſideritin ob hoc alio nomine appellãt,quidam heracleon. Hæc ille. Rationem autem nominis hanc afferunt, quòd primùm inuentus ſit circa Heracleam Magneſiæ ciuitatem. Meminit huius lapidis & Galenus lib.9.Simpli. Eſt & ad quem auri bonitatem explorãmus:quem & Lydium lapidem & coticulam appellamus. Plin.lib.33.cap.8. Auri argentiq́ mentionem comitatur lapis quem coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, (ut author eſt Theophraſtus)nunc uerò paſſim quem alii heraclium, alii Lydium uocant.Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis,binasq́ latitudinis nõ excedentes. His coticulis periti, cũ è uena lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri in ea, quantum argenti uel æris, ſcrupulari differentia,mirabili ratione non fallente. ¶ Hinc factum eſt ut Heraclius lapis,*λίθος ἡρακλεία*,proueꝛbialiter in eos diceretur qui uehementer acri exactoq́ iudicio eſſent, Refertur à Theophraſt. Vide Eraſ.in Prouerb.

Herba,bæ,quod à radice foliatum,ſine caudice prouenit,ſemenq́ cauli ſert ut frumenta atq́ olera.Herba Apollinaris, id eſt,

id eſt, hyoſciamus. Vocatur & *ὑοσκύαμον* patrio nomine, Aegyptium quoddam unguentum, propter galbani mixtionem. Nam lignum in quo galbanum naſcitur, Metopion quoque nocât. Deſcribit hoc unguentum Dioſcorid. libro 1. capit. 70. Herba fortis abſynthium. Herba ſancti Iohannis, uide perforata. Herba Mercurii, Mercurialis, apud Dioſcoridem libro quarto, capit. 101. Herba Nervalis Græcè *νευρώδης*, forteſſe Arnogloſſon. Vtitur ea Scribon. Largus. Herba pedicularis, ſtaphi ſagria. Herba Regia. artemiſia, apud Dioſcorid. lib. 3. cap. 115 Herba Rutinalis, ſpondilion apud Dioſcorid. libro 3. capite 88. Herba ſtataria, id eſt peucedanum. Herba Stellaris, Græcè *ἀστήριον*, figura ſtellæ ſimilis, noctu lucens, quam medici tradunt qualitatem habere Roſæ, nimirúmq; contra morbos genitalium, eamq; mirabilem. Herba inſana, id eſt, hyoſciamus: ſic enim Serenus hanc appellat: & quæ uulgari ſermone Inſana uocatur. Græcus hyoſcyamus propria ſcit dicere lingua. Herba fullonum, Lege Struthium. Herba Leonina, orobanche. Lege quid ſit Orobanche, uel erui angina. Herba ouilla, plantago. Herba presbyteri. Lege Gerôtopogon. Herba Sapongia. Lege Struthium. Herba Veneris, ſatyrion, apud Dioſcorid. lib. 3. cap. 147. Herba Veneres. Multas herbas in Dioſcor. ueniunt hoc nomine: metaphora tracta aut ab amore, uoluptate, aut dea ipſa Venere. Sic Siſymbrium quoq; Dioſcor. uocat. Herba uiperina, id eſt, echion. Lege Dioſcor. & Nicandri Echion. Herba Vrcolaris quæ ſit, ignoro. Vtitur ea Scribonius ad dolorem aurium, & tinnitum eorum. Ab aliquibus ſcribitur per diphthongum, quòd credant ab hærendo deductum, eo quòd terræ hæreat, *βοτάνη, πόα*. [Italicè, *Herba*. Gall. Herbe. Hiſpani. Yerua. Germani. Kraut.] Sed hęc etymologia, ut nimis friuola, ridetur à Tortellio, neque cuiquam eruditiorum placet. Significatio eius nota eſt. Ouid. 2. Metamorph. - inque ſolo, quod texerat herba iacebat. Virgilius 9. Aegloga, Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbra? ¶ Herbam porrigere, ſiue Dare herbam, tritum eſt prouerbium, pro eo quod eſt, ſe uictum fateri, & aduerſarium ſuum uictorem agnoſcere. Tractum (ut indicat Feſtus) ab eo, quòd olim paſtores curſu certantes, quum ſuperati eſſent, herbam ex eodem loco ſtatim decerptam, aduerſario porrigebant, uictoriæ agnitæ ſymbolum. Nonius, Herbam ueteres palmam, uel uictoriam dici uoluerunt. Virgilius 3. Georg. - atque immemor herbæ Victor equus. Accius Meleagro, Gaudent, currunt, celebrant, herbâ conferunt, donant, tenent pro ſe quiſq. Hæc ille. ¶ In herbis eſſe prouerbiali quadam ſpecie dicuntur quę nondum maturuerunt, ſed ſpem modò bonam de ſe præbent. Cice.

Herbula, æ, diminutiuum, *τὸ βοτάνιον, τὸ ποάριον*. [Italicè, *Herbetta*. Galli. Herberte, petite herbe. Hiſpani. Pequenna yerua. Germani. Ein Kreutlin.] Cic. 2. de Natura deorum, Cerueę ante partum perpurgant ſe quadam herbula quæ ſeſelis dicitur.

Herbaceus, a, um, quod eſt ex herba, *βοτανώδης, ποώδης*. [Itali. Di herba. Galli. Fait d'herbes, ou reſemblant à l'herbe. Hiſpan. Coſa de materia de yerua. Germa. Das von Kreutern iſt.] ut, Corona herbacea: aut quod in herbam excreſcit & aſſurgit. Plin. li. 12. c. 13. Herbaceum amomum peius.

Herbeus, a, um, Idem quod uiridis, uel herbæ colorem habēs, *ποώδης, ἰγχλωρός*. [Itali. Verde, di color d'herba. Gallicè, Reſemblant a l'herbe uerte, uert comme pré. Hiſpanicè, Coſa de color de yerua, coſa uerde de color. Germanicè, Kreutergrün, Graſsgrün.] Plaut. in Curcul. Qui hic eſt homo, Cum collatitio uentre, atq; oculis herbeis.

Herbarius, a, um, Quod ad herbas attinet, *βοτανικός*. [Itali. Ciò ch' all' herbe s'appartiene. Gall. Apertenant aux herbes. Hiſpani. Coſa perteneciente alas yeruas. Germani. Das zů dem kraut gehört.] Inde Herbaria ars dicitur, qua herbarum uires dignoſcimus: pro qua etiam Herbariam ſubſtantiuè dixit Plinius libro ſeptimo, capite quinquageſimo ſexto, Herbariam, & medicamentariam à Chirone Saturni & Phyllyræ filio, &c.

Herbarius, ſubſtantiuum, Qui Herbas, earumq; uires cognoſcit, & ex iis medicamenta efficit. *βοτανολόγος*. [Ital. Herbolaio, herbaiuolo. Gallicè, Vn herbier, expert aux ſimples, à les cueillir. Hiſpanicè, El herbolario. Germanicè, Ein Kreutler, der ſich auff die kreuter verſtadt.] Plinius libro uigeſimo, cap. 17. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum opio.

Herbifer, ra, rum, Herbas producens, *βοτανοφόρος*. [Italicè, Herboſo, che produce herbe. Gallicè, Qui porte force herbe & force uerdure, herbu. Hiſpanicè, Lo que trae ò cria ò tiene yeruas. German. Das Kraut tregt.] Plinius libro 17. capite octauo, Alioqui herbiferum eſſe & Pelium montem in Theſſalia.

Herbilis, & hoc herbile, Quod herba paſtum eſt: ut Anſeres herbiles quos Feſtus maiores eſſe aſſerit, quàm qui frugibus alti ſunt.

Herbeſco, is, ere, neutri generis, tertiæ declinationis, Eſt herbam producere, uel in herbam conuerti. *βοτανώδομαι*. [Italicè, Produrre herba, herbeggiare, conuertirſi in herba. Gallicè, Deuenir en herbe, ſe conuertir en uerdure. Hiſpa. Herueſcer. Germa. In ein Kraut wachſen, zů kraut wachſen.] Cicero de Senect. Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem, quæ ui ra fibris ſuis pium, ſenſim adoleſcit. Pro eodem etiam apud Plinium legitur Herbaſcere. Ita enim ait libro decimoſexto, capite octauo, Quin & ouillo ſimo nominatim uti: quoniam aliud herbaſceret, hoc eſt, herbas emitteret.

Herbōſus, a, um, Herbis abundans, *βοτανώδης*. [Italicè, & Hiſpanicè, Herboſo. Gallicè, Herbu, abondant en herbes. Germanicè, Graſsächtig, voll kraut.] Plinius lib. 13. cap. 4. Vlex ſiccatus uritur, & cinis eius lauatur, ſubſtrato cæſpite herboſo, ut fidat aurum. Ouid. 4. Metam. Soluitur herbo ſo religatus ab aggere funis.

Herbigrada cochlea, quæ ſuper herbam graditur. Cicer. 2. de Diuinat.

Herbidus, a, um, Idem quod herboſus, hoc eſt plenus herbis, *βοτανώδης*. Plinius in Epiſtol. Nullo in hoc nauis, (facer enim eſt) ſed innatant inſulæ herbidæ, omnes arundine & iunco teſtæ. Herbidus color, eſt qui herbam refert, hoc eſt uiridis, apud Plinium, libro 12. cap. 14. Herbidæ ſeges tes, Col. li. 2. ca. 6. Herbidus locus, uel campus, Liu. 1. ab Vrbe, & 9.

Hercíſcere, uide Erciſcere.

Hercule, & Hercle, Hercules, Mercules, & Mehercule, ad uerbia ſunt iurandi, ab Hercule deducta: quaſi dicas, per Herculem, *νὴ τὸν ἡρακλέα*, Terent. in Eunuc. Hercle hoc factum eſt. Cælius Cic. lib. 8. Hercule confecta omnia fœdè & inhoneſtè ſunt. Idem de Claris Orator. Et Hercules hæ quidem extant. Idem pro Plancio, Verè mehercules dicam. Idem Cælio lib. ſecundo, Mihi mehercule magnæ curæ eſt Aedilitas tua. Idem de Oratore, Libentius dixerim Mehercule, quàm Mehercules.

Hĕri, id eſt heſterno die, *χθές, ἐχθές*. [Italicè, Hieri. Gal. Hier. Hiſpan. Ayer. German. Geſter.] Cicer. ad Attic. Lepidus ad me heri ueſperi literas miſit Antio. ¶ Dicitur etiam Here, propter cognationem literarum i & e, ut ueſpere & ueſperi. Terent. in Eunucho, Inhoneſtum hominem quẽ mercatus eſt here? ¶ Heri & nudiuſtertius, *χθὲς & πρώην*. Prouerbialis hyperbole, tempus admodum nuper actum ſignificans. Plutarch. & Plato.

Heſternus, na, num, *χθίζος, χθιναῖος*. [Ital. De hiert. Gal. D'hier. Hiſpan. Coſa de ayer. German. Geſterig.] ſicut à cras, craſtinus, ut Dies heſternus, nox heſterna. Ouid. Epiſto. 18. Eſt mare (confiteor) nondum tracta bile nãdi: Nocte ſed heſterna lenior aura fuit. ¶ Accipitur nonnunquam pro pridianus. Terent. in Eunuch. Quo pacto exſtruxe heſterno patrem atrium uoces.

Hericius, cii, maſculini generis, ſecundæ declinationis, animal eſt ſpinis horridum, ſeſe, dum metuit, in globum conuoluens, *ἐχῖνος χερσαῖος*. [Ita. Riccio. Gallicè, Vn heriſon. Hiſpanicè, El erizo. Germanicè, Ein Igel.] Aliis nominibus, herinaceus, & echinus terreſtris dicitur. In ſepibus domoſis & uineis per Autumnum præcipuè uerſatur. Conditur in arboribus hyeme, & cibis per æſtatem paratis ueſcitur. Vbi ſenſerit uenatores, contractis ore & pedibus conuoluitur in formam pilæ, nequid comprehendi poſſit præter aculeos. Sunt è genere eorum maiores hiſtrices quibus longiores aculei: de quibus infrà. Vide plura apud Plin. libro 8. cap. 17.

Herifuga, Heritis, Vide Herus.

Herinaceus, Echinus terreſtri, qui & hericius dicitur, *ἐχῖνος χερσαῖος*. Vide ſuprà in dictione Hericius.

Hermæ, *ἑρμαῖ*, Statuæ eran. ſine ſigna, & præcipuè trunci,

quorum capita permutari poterant: cuiuſmodi Athenis plurimi erant Mercurii imaginem referentes: à quo & nomen acceperunt. Nam Mercurius Græcis dicitur ἑρμῆς. Cic. ad Attic. libr. 1. Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus nucis, de quibus ad me ſcripſiſti, nunc admodum me delectant. Probus Aemilius in Alcibiadem Plutarchi, id cum appareret, priuſquam claſſis exiret, accidit ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis deiicerentur, præter unam qui ante ianuam erat. Suidas dicit Hermas, ſtatuas dictas, quòd plurimum Mercurii ſtatuæ delinearentur. Vnde uidetur profectum eſſe uulgatum illud prouerbium, Non ex quouis ligno fit Mercurius. ¶ Solebant autem Hermæ præcipuè circum ſepulchra erigi, ad propagandam defunctorum memoriam. Solebant præterea Romani, Mercurii ac Mineruæ ſtatuas continguere in gymnaſiis, dicitéq́, quas Hermathenas Cicero nominat. li. 1. ad Attic. Epiſt. 1. Quod ad me, inquit, de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, ornamentum academiæ proprium meæ, quòd & Hermes commune omnium, & Minerua ſingulare eſt inſigne eius gymnaſii.

Hermathena, ἑρμαθήνη, Mercurii ac Mineruæ ſtatua coniuncta. Vide Herma.

Hermenia, fœm. prim. ἑρμηνεία. [Ital. Interpretatione Gal. Interpretation. Hiſpan. Obra de trujamanear. Germanicè, Ein auſlegung.] Latine interpretatio: ἀπὸ τῦ ἑρμηνεύειν, quod eſt interpretari. Vnde duos illos libros Dialecticos, quos περὶ ἑρμηνείας inſcripſit Ariſtoteles, nos De interpretatione dicere poſſumus.

Herminion, aloe apud Dioſcoridem lib. tertio, capite uigeſimoquarto.

Hermōglyphos, m. ſ. ἑρμόγλυφος. [Ital. Scultore, ſtatuario. Gall. Taillieur d'images. Hiſpan. Eſculpidor, ò entallador. Germ. Ein Bildhauwer.] Statuarius: nam, ut ſuo loco diximus, Græci ſigna & ſtatuas Hermas uocant: γλύφειν autem eſt ſculpere.

Hermōpōlium, penult. prodo. neut. ſecund. ἑρμοπωλεῖον. Officina eſt uel alius locus in quo Hermæ, hoc eſt ſtatuæ, uel ſigna uendebantur.

Hermubais, magicè pteris, uel filix apud Dioſcorid. libro 4. capite 196.

Hermubotanion, Mercurialis apud Dioſcorid. libr. quarto, capite 120.

Hermupoa, ἑρμοῦ πόα, Herba, uulgò in uineis naſcens, quam Græci linozoſtin uocant. Latini uerò Mercurialem, quaſi Mercurii herbam. Plinius libro uigeſimoquinto, capite quinto.

Hernĭa, æ. fœminini generis, primæ declinationis, Morbus eſt ſcroti intumeſcentis: propriè, quum erupto peritonæo, corpus aliquod in ſcrotum deciderit, λήλη. [Ital. Hernia, rottura, creuatura. Gall. Hargne, rompure, greuure. Hiſpa. La potra. German Ein Bruch der gemächen.] Eius multæ ſunt ſpecies: Enterocela ἐντεροκήλη, enim dicitur cum inteſtina dilabūtur in ſcrotum, hoc eſt, in ſeculum illum qui ambit teſticulos, quem Græci uocant ὄσχεον, Epiplocela, ἐπιπλοκήλη, quum omentum, Epiplocenterocele, ἐπιπλεντεροκήλη, quum inteſtina ſimul cum omento eodem fuerint delapſa. Hydrocela, ὑδροκήλη, quum in alterum è teſtibus humor confluit. Has ſpecies noſtri uocant Hernias, ut inquit Celſus, à duritie pellis, quæ fit poſt inteſtinorum deſcenſum. Hernium enim durum & aſperum dicitur. Tractum à Sabinorum lingua, qui herniam ſaxum uocant. Martialis, Denſor Fabianus herniarum, Omnes quem modo colei timebant Dicentem tumidas in hydrocelas. Ramices uerò uocant, quum integro peritonæo ſcrotum aliqua ex cauſa intumeſcit, quorum etiam aliquot faciũt ſpecies. Poroceleam enim, πωροκήλην, uocant, quum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſub duruit: Sarcocelam, σαρκοκήλην, quum in ipſo ſcroto concreuit caro: Cirſocelam, κιρσοκήλην, quum tomeſcentes uenæ ſcrotum replent. Bubonocelam, quum illæſo peritonæo, aliquod ſuperiorum corporum non in ſcrotum, ſed in inguem tantùm deſcenderit. Hæc tamen differentia inter ramices & hernias, ne ab ipſis quidem medicis ſemper obſeruatur. De bronchocela antè diximus. Neque enim illa inter ſpecies herniæ eſt connumeranda, ut pote quæ non pudendas partes, ſed collum infeſtat. Eſt enim bronchocele, tumor magnus & rotundus inter cutem & aſperam arteriam, cui modò cæde hebes, modò humor aliquis includitur interdum etiam minutis oſſibus pili immiſti. Sunt etiam qui herniam interpretentur teſtium thecam, in illo uerſum Martialis, Ingens iratis apparuit hernia ſacris.

Hernioſus, maſc. gen. ſecund. declin. Qui herniam patitur, κηλικός. [Ital. Rotto, creuato. Gall. Heigneux, greué & rompu. Hiſp. El potroſo. Germ. Gebrochen, der ein bruch der Gemächten hatt.]

Hernion, eryngion, apud Dioſcoridem libro tertio, capite 23.

Hero, herus in genitiuo, uide Ero.

Herodius, uide Erodius.

Herōs, in genitiuo heroi, penult. prod. m. g ἥρως. [Ital. Barone & ſignore, heroe, huomo illuſtre. Gallicè Demi dieu, homme noble & uertueux par excellence. Hiſpani. Senaor que tiene excelente uirtud. Germ. Ein Herrlicher dapfferer vnd fürträffenlicher mann, ein Held.] Dicti ſunt aũt à ueteribus heroes uiri nobiles & illuſtres, qui mortales quum eſſent: rerum tamen à ſe geſtarũ magnitudine, quàm proximè ad deos immortales acceſſerunt, eamque apud uulgus opinionem emeruerunt, ut poſt mortem in deorum numerum credantur relati, quales fuerunt ſemidii illi de quibus fabulatur antiquitas, quos altero parente Deo altero mortali progenatos credebant. Quanquam eſt uerisimilius hoc commentum à mulieribus excogitatum ad præterexendam adulteriorum turpitudinem. Lucian. in 1. Dialog. mor. definit Heroes hunc in modum, ἥρως ἐγὼ μέσος ἄνθρωπος καὶ θεὸς, μήτε θνητὸς μήτε ἀθάνατος ἐγώ, hoc eſt, Heros eſt qui neq́ homo eſt, neq́ Deus, & ſimul utrunq́ eſt. ¶ Quod ad huius uocis originem attinet uariæ ſunt opiniones. Sunt enim qui heroem dictum putent ἀπὸ τῦ ἔρωτος τῆς ἀρετῆς, hoc eſt ab amore uirtutis, prima uocali tenui mutata in aſpiratam. Auguſt. li. 10. de Ciuit. Dei, putat heroes dictos ἀπὸ τῆς ἥρας, hoc eſt à Iunone, primumq́ue neſcio quem eius filium Heroem appellatum. Hoc uidelicet myſticum ſignificante fabula, quòd aër Iunoni deputetur, ubi uolunt cum dæmonibus Heroas habitare. Quo nomine appellãt alicuius meriti animas defunctorum. Idem lib. 7. autor eſt inter Lunæ gyrum & nimborum ac uentorum cacumina, aëreas eſſe animas: ſed eas animo, non oculis uideri, & uocari heroas, & lares, & genios. Martianus Capella in nuptiis Philologiæ, dicit Heroas ab Hera quæ terra dicitur, nũcupatos. Horat. in Arte poẽti. Interierit multum Danusde loquatur, an heros. Cic. ad Attic. li. 1. Heros ille noſter Cato. Et li. 14. Illi non heroes, ſed dii futuri quidem, in gloria ſempiterna ſunt. Virg. 6. Aen. - tum maximus heros Maternas agnouit aues.

Herōĭcus, a, um, ἡρωϊκός. [Ital. Pertinente ad huomo pieno di uertu excellentiſſimo. Gal. Heroique, apartenant aux gens de uertu treſexcellente. Hiſpani. Coſa perteneſciente à ſenaor que tiene excelente uirtud. German. Das zů ſolchen fürträffenlichen vnd herrlichen Mannren gehört.] ut, Heroica ætas, in qua heroes floruerunt. Et Heroicus uerſus, quòd eo genere carminis heroum geſta deſcribantur. Cic. de Leg. libr. 2. Ne plus quatuor heroicis uerſibus quos longos appellat Ennius.

Heroides, f, r. ἡρωΐδες, ἡρωΐναι. [Ital. Femine per uirtu eccellente. Gallic. Femmes par excellence nobles & uertueuſes. Hiſp. Senoras que tienen excelente uirtud. Germ. Herrliche vnd weidliche Frawen.] A ueteribus dictæ ſunt fœminæ illuſtriores, quales ſunt heroũ uxores & filiæ. Papin. lib. 1. Syl. Qua ueteres Latias, Graiasq́ heroidas æquas. Martial. Mutatas formas heroidas inſuper iiſdem Addidit.

Herōĭna, æ. ἡρωΐνη, Dicta fuit ab antiquis quælibet fœmina illuſtris, ut ſunt heroum filiæ, & uxores, Propert. li. 1. Eleg. 11 Ia ſit Inachiis & blandior heroinis.

Herōus, a, um, ἡρῷος, Idẽ quod heroicus: unde Heroi pedes dicuntur quibus in carmine heroico utimur. Cicero 3. de Oratore, Quare primum ad heroum nos dactyli, & anapeſti, & ſpondei pedem inuitat. Heroi carminis opus, Propert. lib. 3. Eleg. 3.

Herpacantha, acantha, Dioſc. lib 3 cap. 7.

Herpes, ἕρπης, Tumor contra naturam, ſiue ulcus, ab intemperie partis proficiſcens, cum affluxu flauæ bilis, ἀπὸ τῦ ἕρπειν, id eſt à ſerpendo nomẽ habens, propterea quòd ad uicinas partes proſerpat, carnéq́ ſæpenumero uſq́ ad oſ

ſa deuoret: quod quum fit, *ἑρπυς ἀπὸ δύμεν* à Græcis dicitur. ¶ Eſt item herpes, animalis nomen, ſic dicti, quòd ulcera proſerpentia eo perſanentur. Plinius libro 30. capite de cimotertio.

Herpige, lege Impetigo.

Herus, ri, m. ſ. Dominus, *δεσπότης*. [Ital. Padrone, ſignore Gall. Maiſtre, ſire, ſeigneur. Hiſpan. El ſennor. Germa. Ein herr.] Terentius in Andria, Herus eſt, neq; præuideram. Cicero 2. Offic. Sed in iis qui ui oppreſſos imperio coerceant, ſic ſanè adhibenda ſæuitia, ut heris in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. Virg. 1. Aeneid. Nec uictoris heri tetigit captiua cubile. ¶ Herus interdum herilem filium ſignificat. *δεσποσύν*. Teren. in Andr. Quæ ſi non æſtu prouidentur me, aut herum peſſundabunt. Verba ſunt Daui de Pamphilo herili ſuo.

Hera, hęræ, priore correpta, fœmininum ab herus, idem eſt quod domina. *δέσποινα*. [Ital. Padrona, ſignora. Galli. Dame, maiſtreſſe. Hiſpan. Senora. Germ. Ein herrin, Frauw im hauſs.] Ouid. Epi. 9. Aequalq; formoſæ penſa repędis heræ. Terent. Andr. Quòd ſi omnes omnia conſilia ſua cõferant, Atq; huic malo ſalutẽ quærant, auxilii nihil afferant, Quod mihiq;, heræq;, filiæq; herili eſt. Ennius apud Ciceronem li. 1. Offici. Voſne uelit, an me regnare hera, quidue ferat ſors, Virtute experiamur. Quo in loco nonnulli malè accipiunt heram pro Iunone. Nam in ea ſignificatione (ut ſuprà oſtẽdimus) priorem producit, quum hic corripiatur. Neque alioqui aptè hic locus de Iunone intelligi poteſt, cui nihil cum bello eſt commercii, ſed de Fortuna potius quæ in bello ſuo arbitrio uictoriam, cui ſibi uiſum eſt parti, creditur tribuere. ¶ Qualis hera, tales ancillæ, *οἵη περ ἡ δέσποινα, τοίη καὶ θεράπαινίδες*.

Herifuga, herifugæ, Fugiens herum. com. p. *δεσπότης φύγας, ὁ δεσπότην φεύγων*. [Itali. Che fugge il padrone. Gall. Qui fon maiſtre, fuitif de ſon maiſtre. Hiſ. El que huyeſa ſennor. Ger. Der vom herren fleücht.] ut famuli herifugæ. Catul. Patria ô mea creatrix, patria ô mea genitrix, Ego quam miſer relinquens dominos ut herifugæ Famuli ſolent, ad Idæ tenuli nemora pedem.

Herilis, herile, penultima producta, poſſeſſiuum ab hero deductum. *δεσποτικὸς*. [Ital. Del padrone. Gal. Du maiſtre, apartenant au maiſtre. Hiſpan. Del Senor. Germ. Des herren im hauſs, Dem herren zůgehörig.] ut, Herilis filius, herilia imperia. Plau. in Amphit. Non ſoleo ego ſomniculoſe herilia imperia perſequi. Teren. in Andr. Herum fefellit in nuptias conieci herilem filium.

Heſperis, heſperidis, *ἑσπερίς*, teſte Plinio, libro uigeſimoprimo, capit. 7. Herba eſt quæ noctu magis olet: unde & nomẽ inuenit.

Heſternus, heſterna, heſternum, Quod heri fuit. *χθιεὸς*. Vide in Heri.

Heterocliton, *ἑτερόκλιτον*, Quod à communi nulgataq; declinãdi ratione deflexit, quaſi alieno & nouo quodam modo declinatum.

Heterocranea, *ἑτεροκρανία*, Morbus eſt capitis, quum caput inæqualiter dolet, tumetq;, & inter pilos rotunda, & humida hulcuſcula ſurgunt, & pus mali odoris. Plinius libro 31. capite nono, Ad heterocraneas, capitisq; hulcera, & puſtulas, papulaſue, &c.

Heterogenius, nia, nium, penultim. cor. *ἑτερογενὴς*, Quod eſt alterius generis: cui opponitur homogenius, quod eſt eiuſdem generis. *ὁμογενὴς*.

Heteromaſchala, *ἑτερομάσχαλα*. Veſtimẽta quæ ex altera tãtùm parte villoſa ſunt, & ſeruitiis dedicata. Contrà, amphimaſchala, & amphimalla, quæ ab utraque parte phillo-ſa, & ingenuis dedicata ſunt. Vide Bayſium, de Re ueſtiaria.

Heu, Interiectio eſt dolentis, & interdum exprobrantis. *οἴμοι*. [Italicè, Oime, ahi. Gallicè, Helas. Hiſpanicè, Hay. Germanicè, Ey, ey, Ach, Owee.] Iungitur nominatiuo accuſatiuo, & uocatiuo: de quibus ubiq; occurrunt exempla. Inuenitur etiam apud Plautum ſæpiuſculè cum datiuo, niſi exemplaria ſint uitioſa. Ita enim legitur in Militi, Heu mihi, nequeo quin fleam. Idem in Mercat. Heu miſeræ mihi. Ibidem, Heu miſero mihi: Si ille abierit, mea omnes dicant eſſe ignauia. Sunt tamen qui his omnibus in locis legant hei. Pro eodem etiam dicimus Eheu: de quo ſuo loco diximus. ¶ Interdum etiam geminamus heu: ſed tunc ferè ponitur ſine caſu. Plautus in Pſeudol. Heu, heu, quam ego malis modis perdidi quod tibi dedi tuli.

Heus, aduerbium uocantis. *ὦ*. [Italicè, Oh o. Gallicè, He, uien ou uenez. Hiſpanicè, He. Germanicè, Holla, Loſs, Boſcha.] Virgilius primo libro Aeneidos, At prior, heus, inquit, iuuenes monſtrate mearum, Vidiſtis ſiquã hic errãtem fortè ſororum. Terentius in Andria, Heus euocate hunc Dauum. Aliquando duplicatur, heus, heus. ¶ Nonnunquam interiectio dolentis eſt: ut, Heus, etiam menſas conſumimur, inquit Iulus. Aſpiraturiq; magis uſu, quã ratione originis, quum & Feſtus à Græco *αὖ* trahere uideatur, quòd uox doloris eſt, unde & ægritudinem deductam eſſe tradit.

Hexaclinon, penultima producta, *ἑξάκλινον*, Vocatur ſtibadium, hoc eſt, cœnatio ſex lectos cœnatorios capiens. Martialis, Et teſtudinem menſus quater hexaclion ingemuit.

Hexagonum, penultima producta, n. ſec *ἑξάγωνον*, Sex angulorum. Columell. lib. 5. cap. 2. Si fuerit ſex angulorum, ad quadratos pedes ſic redigitur. Eſto hexagonum quoquo uerſus lineis pedum triginta, &c.

Hexametrum, penult. corrept. *ἑξάμετρον*, Quod eſt ſex mẽſurarum ſiue pedum, unde uerſus hexametri dicuntur, qui ſex conſtãt pedibus. Cicero 3. de Orat. Solitus eſt uerſus hexametros, aliosq; uariis modis atque numeris condere ex tempore.

Hexameron, *ἑξαμερὸν*, apud nos ſex dierum, ab *ἑξ* & *ἡμέρα*.

Hexaphorum, *ἑξαφόρον*, Lecticam ſignificat, quæ à ſex ſeruis lecticariis ferri ſolebat. Martial. lib. 2. Lazior hexaphoris tua ſit lectica licebit. Vide Lectica.

Hexaplum, pli, ne. ſe. uel Hexapla, orum, *ἑξαπλᾶ*, exemplaria, ab *ἑξ* & *πλόος*, plica.

Hexaſtichum, *ἑξάστιχον*. Hordeum dicitur, cuius ſpicæ ſex ordines habent, ſicut diſtichum, cuius ſpicæ duos tantum habent ordines. Colum. lib. 2. cap. 9. Proximus eſt his ſtrumẽtis uſus hordei: quod ruſtici hexaſticum, quidam etiam cătherinum appellant.

Hexecontalithos, *ἑξηκοντάλιθος*. Gemma quæ licet uirat, in parua tamẽ magnitudine multicolor eſt: ita dicta quòd ſexaginta colores habeat: *ἑξήκοντα* enim ſexaginta, *λίθος* lapis. Vide Plin. lib. 37. c. 10.

Hexeres, penul. prod. *ἑξήρης*, Naues dicuntur, quæ ſex ordines remorum habent. Liuius 7. bel. Maced. Regia claſſis ſeptem & triginta maioris formę nauium erat, in quibus eres herpetes, & quatuor hexeres habebat, præter has, decem triremes erant.

H ante I.

H. I. In notis antiquorum, hæreditate, iure. uel hercle ſæpiuſſe. H. I. hic inuenies. HIC. IN. EDF. REG. hic inuenies ędificiũ regale. HIC LOC. HAER. NONSEQ. hic locus hæredes non ſequitur. H. L. honeſto loco, uel hic locus. H. L. D. hunc locũ dedit. H. L. N. honeſto loco natus. H. L. H. N. S. hic locus hæredes non ſequitur. H. M. honeſta mulier, uel hora mala, uel hora mortis. H. M. AD. H. N. TRAN. hoc monumentum ad hæredes non tranſit. H. M. D. H. hoc mandauit dari Auguſtus. H. M. EXT. N. REC. hoc monumentum exteros non recipit. H. M. D. M. A. huic monumento dolus malus abeſt. H. M. N. E. N. SEQ. hoc monumentũ hęredes eius non ſequuntur. H. M. H. N. S. hoc monumentum hæredes non ſequitur uel hæredem non ſequetur. H. M. M. hic memoria mirabilis. H. M. P. hic memoriæ poſuit, uel hoc monumentũ poſuit. H. M. S. M. hic mater ſua mortua, uel hora mala ſumpſit moram. H. M. S. S. E. H. N. S. hoc monumentum ſuis ſucceſſoribus eadem hæreditate non ſuccedit.

Hiacynthus, Delphinum, apud Dioſcoridem libro tertio capite uigeſimooctauo.

Hiaſco, Hiato, Hiatus, uide Hio, hias.

Hiberis, idis, *ἰβηρὶς*, Herba eſt folia habens naſturtii, nere uiridiora, caulem cubitalem, aut minorem, florem autem lacteum. Naſcitur in incultis. Ruellius eam credit quam Latini lepidium ſylueſtre, herbarii Valerianam pratenſem appellant.

Hiſteretis, id eſt, Iteris, uel *παρλλαγὴ*. Lege Iteris.

Hibiſcus, ſiue hibiſcum, Herba non diſsimilis malue (ut inquit Theophraſtus) folio maiori, quàm malue, piloſiori & canie. *ἀλθαία ἡμερος*. [Italicè, & Hiſpanicè, Malauiſco. Gal. Mauues, ou menus pauets, guimauues. Germanicè, Ybiſch kraut.] Alio nomine althæa dicitur, & à uulgo ſplaſtrum Biſmalua. Vſus eius ad rupta & tuſſes. Plinius libro 19. cap. 5. Hibiſcum à paſtinaca gracilitate diſtat, damnatum in cibis, ſed medicinæ utile. Virgilius accipit pro iunci ſiue uiminis genere, Aegloga 2. quum dicit, Hædorumq; gregem uiridi compellere hibiſco. Rectius Ibiteus ſcripſeris tuo hiſquidem à Dioſcoride & Theophraſto tenui ſcribitur ſpiritu.

Hic, Iſte, & Ille, [Ital. Queſto, coteſto, quello. Gal. Ceſtuy ci. Hiſp. Aqueſte, eſſe, aquel. Ger. Diſer, der.] Differunt in hũc modum: ut Hic, *ὅτος*, cum ſuis deriuatis & compoſitis dicatur de perſona, aut re loquentis, aut certè de re, aut perſona illi proxima. Iſte magis ſpectat perſonam audientis, quam nos uocamus ſecundam perſonam, hoc eſt perſonam uel rem ei, cui loquimur, proximam. Ille uerò ad tertiam perſonam refertur, quæ remota eſt tam à loquente, quàm ab audiente. Cicer Curioni, Putaréſne unquam accidere poſſe, ut mihi uerba deeſſent, neq; ſoldm iſta noſtra oratoria, ſed etiam hæc lenia noſtratia? Eadem quoq; ratio eſt eorum aduerbiorum quæ localia nominata, ab iiſdem pronominibus formantur: ut Hic denotet locum primum in quo eſt is qui loquitur, aut ſcribit: Iſtic, ſecundum locum ubi eſt cui loquimur, aut ſcribimus: Illic, tertium & remotum quendam locum, in quo neque ego ſum qui loquor aut ſcribo, neque tu, ſed tertius quidam locus remotus ab utroque noſtrum. Quare ſic aptè loquemur. Hic noui habemus nihil. quòd ſiquid iſthic uobis accidit, ſcire cupio. Item ſic, Regis Hiſpanorum oratores, qui diebus ſuperioribus hac iter habuerunt, ad quod tempus iſtuc peruenerint, facio te certiorem. Cicero Valerio, Ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quàm iſtic, ubi ſolus ſapere uideare. Illic uerò, *ἐκεῖνος*, cum aduerbiis ab eo formatis (quemadmodum iam diximus) ſignificat rem ſeu locum ab utroq; remotum. Plautus, Quis eſt, quem uidemus uenientem pannoſum ac ſqualidum: Illéne eſt noſter Syrus? Plinius, Hæc omnia ad nos ex illa prouincia comportantur. Illinc ſucci, illinc odores, illinc extremo orbe quæ ſitæ luxuriæ opes. ¶ Duobus autem modis conſtruuntur, demonſtratiuè & relatiuè. Terentius in Eunuc. Vidén' tu illum Thais? Seneca, Et qui hoc facit, ſanè prudens appellandus eſt. Et tunc hic, tandem ſignificationem habet quã is: à quo in nominatiuo pluralis numeri & maſculini ac fœminini generis, ſcriptura diſtinguitur. Hi enim & hæ cum aſpiratione & una uocali, ab eo quod eſt hic & hæc, deſcendunt. Ii uerò, & Eæ, cum duabus uocalibus ſine aſpiratione fiunt ab is, ea, id. ¶ Sciendum quoque eſt, quòd hic, quum pronomen eſt, indifferenter producitur, aut corripitur. Virg. 4. Aeneid. Solus hic inflexis ſenſus, animumq; labentem. Idem libro Aeneid. 2. Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. Quando uerò aduerbium eſt, producitur: ut, Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma. ¶ Hic interdum accipitur pro talis, ut apud Virgil. lib. 9. Aeneid. Hunc ego te Euryale aſpicio. ¶ Præterea quemadmodum hic pronomen accipitur aliquando pro talis, ita hic aduerbium pro in tali loco. Plautus Hicne eſſe oportuit qui frugi eſſent? hoc eſt in tali loco, & tam ſordido. ¶ Accipitur quandoq; iſte pro hic. Cicer. Quum iſto tempore ſtent cum gladiis armati. ¶ Hic & is, alio modo uiurpari ſolent ab autoribus: ut, Alexãder paruis copiis fretus ſuperauit Darium cum infinito exercitu, & id (*κατὰ τοῦτο*) uel hoc in adoleſcentia. ¶ Ab hic tam pronomine, quàm aduerbio, fiunt hicce, & hiccine, *ὅτοσι*: illud eiuſdẽ ſignificationis cum hic, hoc ſemper interrogatiuè ponitur, quaſi hícne? Dicitur & hicce, hæcce, & hocce, *τουτί*. Vnde apud Terẽtium hice, plurali numero dicitur, pro eo quod eſt hi: quum ait, Hice arbitrantur, nunc hunc munere ſuã eſſe Thaidem. Plaut. in Capt. Hice autem inter ſe confixerunt dolum.

Hic, *ἐνταῦθα, ἐνθάδι, ἐνθάδε*. [Italicè, Qua, In queſto luoco, ini. Gall. Ici, en ce lieu. Hiſpan., Aqui donde yo eſto. Ger. Hie an diſem ort, da.] Aduerbiũ in loco. Terẽ. Eunu. iam frater ipſe hic aderit uirginis. Ibidem, Thais, ego iãdudum hic adſum. ¶ Hic pro tum, Aduerbiũ temporis. Teren. Hecyra, Hic animus partim uxoris miſericordia Denictus, &c. Donatus. Cic. 5. Verr. Hic illi flentes rogare atq; orare cœperunt: ut, &c. Virgilius primo libro Aeneidos, Hic regina gravem gemmis auroq; poposcit, Implevitq; mero pate ram.

Hinc, aduerbium de loco. *ἐνθέν, ἐνθένδε, ἐνθενδί*. [Ital. Di qua, da queſto luoco. Gall. D'ici ou ie ſuis, de ceci, de celieu. Hiſp. De aqui. Germ. Von hinnen, Von dannen.] Plaut. Amphit. Atq; is repente abiit ex me hinc ante lucem. Terẽ. Adelph. Nam ut hinc forte ea ad obſtetricem erat miſſa, ubi eam uidi, illico Accedo.

Hac, aduerbium per locum. *ταύτη, ταῦδε, ταῦδι, ταυτηί*. [Ital. Per qua. Gal. Par ici. Hiſpan. Por aqui donde yo eſtoy. Germanicè, Hiedurch, diſen wãg.] Terentius in Eunucho, Ite hac omnes uos: ualete & plaudite. Hac iter eſt, Virg. 9. Aeneid.

Huc, aduerbium ad locũ. *ἀῦρε, αὐτόδε, ὧδε, ἐνθα, ἐνθάδε*. [Italicè, Qua, à queſto luoco. Gallicè, Ici, en ce lieu. Hiſpa. Aca donde yo eſto. Germanicè, Hiehar.] Virgilius Aegloga, Huc ades. Huc abii cum illo, Terentius in Eunucho. Cicero 1. Tuſculana, Huc arripe ad me manibus abſtractum ptis.

Hiæna, uide Hyena.

Hiera, commune confectionis nomen, ut apparet ex Auicẽna & Galeno, apud quos legitur Hiera Ruffini, Hiera Conſtantini, Hiera Galeni picra, id eſt, amara, ineptè pigra, ut legunt Barbari. Hiera Colocynthidos, confectio ex Colocynthide. Hiera omnes dictæ ſunt à iucundis & ualore. Extant earum diuerſæ compoſitiones, quæ ab autoribus ferè nomina trahunt. Scilicet hiera Ruffini, Galeni, Hermetis, Cõſtantini, Abbatis, Hieralogodion, &c.

Hieracites, f. t. *ἱερακίτης*, Gemma eſt à colore accipitris ſic dicta, quem Græci *ἱέρακα* appellant. Vide Plinium lib. 37. c. 10. & 11.

Hieracium, *ἱεράκιον*. Herba eſt duorum generum. Hieracium maius caulem emittit aſperum, ſubrubrum, ſpinoſum, canum: foliis ex interuallis rarioſculè diuiſa, ſimilia ſoncho per ambitum: flores autem luteos in capitulis. Hieracium minus, folia ex interuallis habet diuiſa in ambitu, cauliculos teneros, uirentes, in quibus lutei flores in orbem circinati emicant. ¶ Hieracia à Plinio inter agreſtis lactucæ genera numeratur, dictamq; exiſtimat ab eo quòd accipiter eius ſucco oculorum caligineꝫ diſcutiat. Vide locum ipſum lib. 20. cap. 7.

Hieracopodion, lychnis agria, apud Dioſcorid. libr. 3. capite 114.

Hieranoſos, morbus ſacer propter admirationem, ut inquit Cleomenes, quòd nihil habeat ſimile cum aliis morbis, curatuq; exercitationibus uel incantationibus. Aſclepiades uerò dicit ob Herculem, qui eo tenebatur, dici ſacrum.

Hieranthemis, uide Eranthemis.

Hiera picra, *ἱερὰ πικρὰ*. Confectionis genus eſt, à Galeno inuentum, ita dictum ab amaritudine aloes, quam multum recipit.

Hierarchia, *ἱεραρχία*, Sacrorum principatum ſignificat: & Hierarcha, *ἱεράρχης*, ſacrorum præfectum. Dionyſius in libro de Eccleſia Hierarchã. Hierarchiam definit ordinatam omnium Sacrorum adminiſtrationem: & Hierarchen, uirũ diuinum, omnium eorum quæ ad Sacrorum cognitionem pertinent, peritum.

Hieratica, *ἱερατικὴ*, Chartæ quoddam genus ſubtilius, religioſis tantùm uoluminibus dicatum, quæ ab adulatione Cæſaris Auguſti nomen accepit. Plinius libro 13. capite undecimo.

Hieris, id eſt, conſecratrix, atq; ſi Verg credimus, pro Conſecratione Hieris legendum eſt, apud Dioſcorid. lib. 1. de Iride Illyrica.

Hierobotanæ, fœminini generis, *ἱεροβοτάνη*. Verbenaca herba, ab uſu nomen ſortita, quòd ea in ſacris uterentur, ad Iouis menſam uerrendam, domumq; luſtrandam. Hanc etiam legati ad hoſtes ituri manu ferebant. Duo eius ſunt genera, quæ uide apud Plinium libro uigeſimoquinto, capite nono.

Hierobryneas, Geranii genus aliud, apud Dioſcoridem libro 3. capite 150.

Hierocomion, *ἱεροκομεῖον*. Locus eſt, in quo leproſi aluntur. *ἱερὰ* enim inter cætera, elephantiaſim ſignificat, quam Arabes lepram appellant.

Hieroduli, orum. pcu pro *ἱερόδουλοι*, Sacrorum miniſtri. Iulius Firmicus lib. 8. Matheſeos, ſcribit futuros ædituos, aut herodulos qui haberentur horoſcopũ in vigeſimaſexta parte Geminorum.

Hieroglyphicæ literæ, *ἱερόγλυφα γράμματα*, Dictæ ſunt apud Aegyptios notæ quorundam animalium, aut aliarum rerum, ſacris monumentis quæ illi hieroglyphica vocabãt, inciſæ: quibus vice literarum utebantur, quum literæ adhuc non eſſent inuentæ. Quod etiam apertiſſimè teſtatur Cornelius Tacit. Primi, inquit, Aegyptii per figuras animalium ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monumẽta memoriæ humanæ ſaxis impreſſa cernuntur, & literarũ inuentores perhibentur.

Hieromyrtos, Ruſcus, Dioſc. lib. 4. c. 147.

Hieronicas, *ἱερονίκας*, Vocamus victores ſacrorum certaminum. hoc eſt, Olympiorum, Pythiorum, Iſthmiorum ſeu Nemæorum.

Hierophanta, æ. p *ἱεροφάντης*, Aedituus, ſacrorum cuſtodiæ præfectus. Hieronymus contra Ioulnianum, Hierophantas quoq; Athenienſium uſq; hodie circumforaneis ſorbitione caſtrari: & poſtquam in pontificatum fuerint electi, uiros eſſe deſinere. In quem locum annotauit Eraſmus, Hierophantas nõ propriè dici ſacerdotes, ſed magis ſacrorum cuſtodes, quos Latinè uocamus ædituos. Hierophantæ dicti ſiue ab eo quòd ſacra oſtenderent, ſiue quod ſacris cibis ueſcerentur. Nonnunquam tamen accipimus pro ipſis ſacerdotib.

Hierophylax, lacis, *ἱεροφύλαξ*. [Ital. Ie. Gardiano di co'e ſacre. Gal. Secreſtain, gardian des choſes ſacrees. Hiſpa. Sacriſtan ò guardador del templo. Germ. Der über heilige ding ſorg vnd hũt tregt.] cuſtos ſacrorum, quaſi *τὰ ἱερὰ φυλάττων*. Scæuola de Ann. l. a. Annua ſacerdoti, hierophylaci & libertis.

Hieroſarchus, dicitur qui præpoſitus rebus ſacris fuiſſet. quaſi princeps ſacrorũ, *ἀπὸ τῦ ἱερῦ*. quod eſt ſacrum, *καὶ ἀρχῦ*, princeps, quaſi rerum ſacerdotii caput, pontificis maximi proprium eſſe conuenit. Alex. de Alexand. Genial. dier. libr. quinto, capite 18.

Higia Græca, id eſt, Saluatrix Græca, ut inquit Nicolaus, ex Græcis ſcriptoribus originem habens.

Higra, radix piperis, coſto ſimilis guſtu.

Hila, *ἶλαρ*, Inteſtinum tenue, ab hira, ſiue ab hilum (inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina) quod eſt minimum. Vnde quandoq; hilæ. pro inteſtinis farcis, aut lucanicis, accipi ſolent. Plautus, Atq; hilas eſt fumatus, & fumeo. ¶ Ab hila, ſiue ab hira, ut Feſto placet, fit diminutiuum hilla. Horat. 2. Sermonum, Satyr. 4. Perna magis, an magis hillis Flagitat immorſus refici. ¶ Quandoq; ponitur pro eo inteſtino quod in anum reſolvitur, quod medici uocant rectum. Laberius, Næue aliter hunc prædicabis, quomodo uideo aduleſcenti noſtro cædis hillas.

Hilaris, hilare, penultima correpta, om. t. iucundus lætus, *ἱλαρὸς, φαιδρὸς* [Ital. Allegro. giocondo, lieto. Gal. Ioyeux gay. gaillard. Hiſpan. Alegre. Germ. Frölich, Freüdig.] Plautus in Aſinaria, Credam itaque, ſi eſſem hilarem uidero. Cic. ad Qu. fratrem, Riſi niuem atram, teq; hilari animo eſſe, & prompto ad iocandum, valde me iuuat. Horat. lib. 1 Epiſto. 10. Oderunt hilarem triſtemq; iocoſi. Terent. in Eunucho, Certè tu quidem pol multò hilarior. ¶ Pro eodem etiam dicimus Hilarus, ra, rum, Plautus in Milone, Hilarus exii, impetrauit: inhiat quod nuſquam eſt. miſer. Terentius in Adelphis, Ita ut decet, hilarum ac lubentem face te in nati nuptiis.

Hilarulus, hilaruli, diminutiuum. *ἱλαρώτερος*. [Ital. Alquanto lieto. Gall. Joliet, guilleret, un peu ioyeux. Hiſpa. Alegre un poco. Germ. Zimlich frölich.] Cicero ad Atticum, libro decimoſexto. Atticæ, quoniã (quod optimum in poetis eſt) hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des.

Hilaritas, f. p. pro feſtiuitate & iucunditate. *ἱλαρότης*. [Italice Allegrezza. Gal. Ioyeuſeté, gayeté, reioüiſſance. Hiſpani Alegria. Germ. Frölichkeit.] Cicero Dolabellæ, Sed tamen hilaritas illa noſtra, & ſuauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis eſt. l. 6. ex 2. de Finibus, Non enim hilaritate, nec laſciuia, nec riſu, aut ioco comite leuitatis: ſed ſæpe etiam triſtes firmitate, & conſtantia, ſunt beati.

Hilarè, & Hilariter aduerbia, Idem ſignificant, quod lætè, ſeu cum hilaritate. *φαιδρῶς*. [Ital. Allegramente, giocondamẽte, lietamente. Gal. Loyeuſement, gayement. Hiſpa. Alegremente. Germ. Frölichen. Frödiglich.] Cicero de Fin. libr. 1. Dicimus aliquem hilarè uiuere: igitur ſi ſemel triſtior effectus eſt, hilara uita amiſſa eſt: Idem 3. de Orator. Quis unquam res, præter hunc, tragicas penè comicè, triſtes remiſſe, leueras hilarè, forenſes ſcenica propè uenuſtate tractauit?

Hilaritus, pro hilariter dixit Plaut. in Mil. Es, bibe, animo obſequere mecum, atq; onerato hilaritus me.

Hilãro, hilaras. act. p. Lætitiam, iucunditatemq; do, lætifico. *ἱλαρύνω. φαιδρύνω*. [Ital. Allegrare, dar allegrezza. Gal. Reſiouir, delecter. Hiſpan. Allegrar à otro. Germ. Frölich vnnd mutig machen.] Cicero libro 2. de Finibus. Omnem enim iucundum motum, quo ſenſus hilaretur, Græcè *ἡδονὴν*, Latinè uoluptatem uocant. Palladius, Quę manſiones hyemi parantur, ita ſunt conſtitutæ ut poſſit eas hyberni Solis totus propemodum curſus hilarare. Huius compoſitum eſt Exhilaro.

Hilareſco, is. r Hilaris fio. *ἱλαρύνομαι*. [Ital. Farſi alegro, allegrarſi. Gall. S'eſiouir, eſtre aiſe. Hiſpanic. Allegrarſe. Germ. Frölich werden.] Varro, In uotum amicorum domus fumat, hilareſco.

Hilaria, orum, *ἱλαρᾶ*. tantùm pluraliter, & gen. neutri: ſicut Saturnalia. Antiqui diem æquinoctium ueris colentes appellarunt, ut inquit Macrobius. nempe octauum Calendas Aprilis, quo fit æquinoctium ueruum: quo primũ tempore Sol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Flauius Vopiſcus in Aureliano. Vide Bud. in Epiſt.

Hilla, ſæ. gen. uel Hilla, orum, neut. *ἶγνα, ἰγνύλιον, ὀ ἀλλᾶς*. [Ital. Salciccia. Gall. Saulcice, ou endouille. Hiſp. Salcicis, longaniza. Germ. Ein darm oder wurſt.] Horat. 2. Sermo. Satyr. 4. Perna magis ac magis hillis Flagitat immorſus refici. Quo loco Acron, Hilla, inquit, dicuntur falſa inteſtina hirci. Poſitum eſt diminutiuè hæc hilla. Quidam in diminutione neutri generis eſſe dicunt. Alii dicunt farea ſalcitia. Hæc ille. Varro de lingua Latina, libro 4. ab hillum deducit, quod eſt minimum. Videtur eſſe inteſtinum illud porcinum farctum aliis inteſtinis. Plaut. Atq; hillas infumatas & fumeo.

Hilum, li, n. ſ. [Ital. Il negro della fava. Gall. Le noir de la feue. Hiſpan. El nero dela haua. Germa. Das ſchwartz flöcklein an den bonen.] Paruum illud nigrum, quod in ſummitate fabæ adhæret: unde & pro re exigua ſumitur, quæ parui uel nullius pretii eſt: quod Græci dicunt *χρὺ*. [Ital. Coſe picciola, niente. Gall. Si peu que rien, rien. Hiſpa. Nada. Germ. Etwas nichtſöllends, Das nichts wärt iſt.] Cicero 2. Tuſcul. Tum illud quod Siſyphus uerſat ſaxũ ſudans uolendo, nec proficit hilum, id eſt, quicquam, tantillum, minimumq;. ¶ Ab hoc nomine fit nihilum, quaſi ne hilum quidem: & per apocopen nihil: & per ſyncopen, nil. Lucret. Ex nihilo nihil, in nihilum poſſe reuerti. Varr. libro vlt. de Annal. Itaq; ut eum quem putamus eſſe non hili: dicimus nihilifici in quo putamus eſſe ne quicquã, dicimus unquam.

Hilarodus, di, m. ſ. *ἱλαρῳδὸς*, Laſciui & delicati carminis cantos ab *ἱλαρὸς*, & *ᾠδὴ*.

Hin, Dictio eſt Hebraica, quam Hieronymus interpretatur eſſe genus menſuræ continentis duos coros Atticos, hoc eſt, ſextarios Italicos. Vide interpretationes dictionũ publicarũ.

Hinc, uide Hic.

Hinnio, nis, niui, nitum, penult. produ. n. q *χρεμετίζω*. [Ital. Annitrire. Gall. Hennir, hinnir. Hiſp. Relinchar el cauallo. Germ. Wiehelen, Schreyen wie ein roß.] Proprium eſt uocis equorum. Quintilianus libro primo, capit. 5. Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, niſi indicio neceſſitatis niterentur.

Hinnitus, huius hinnitus, maſculini generis, quartæ declinationis *χρεμετισμὸς*. [Italicè, Annitrimento. Gall. Hennilſement, ou hinniſſement. Hiſpanicè, Aquel relinchido del cauallo. Germanicè, Das roßgeſchrey, oder das wiehelen der roſſen.] Cicero primo libro de Diuinatione,

Quum

Quum autem aliquantum progreſſos eſſet, ſubitò exandiuit hinnitum, reſpexitq́, & equum alacrem aſperit.

Hinnus, hinni, m. ſ. ὁ ἡμίονος, ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου θηλείας. [Ita. Mulo generato di cauallo & d'aſina. Gal. Mulet ou mule engendreé d'un cheual ou d'une aſneſſe. Hiſpa. El mohino, hijo de cauallo y aſna. Germanicé, Ein thier, das von einẽ roſs vnd eſslin geboren iſt, Ein kleiner maulesel.] Dicitur animal quod ex equo & aſina naſcitur. Varr. lib. de Re ruſt. cap. 8. Muli & hinni bigeneri, atq́ inſititii: non ſuopte genere ab radicibus Ex equa enim & aſino fit mulus: contrà ex equo & aſina hinnus. Ibidem paulo pòſt. Hinnus qui appellatur ex equo & aſina, minor eſt, quàm mulus corpore.

Hinnŭlus, li, pen. cor. Ceruorum, caprearum, capreolorum, damarum & ſimilium fœtura. νεβρός. [Itali. Figliuolo di caprinoli, dami, di caualli & ſimili. Gal. Faon de biche ou autre beſte. Hiſp. Enodio ò ceruatillo, hijo de ciervo ò otra beſtia. Ger. Ein iunges eines hirtzen, Rechbocks, Gembſen oder anderer derleythieren.] ¶ Accipitur etiam hinnulus pro paruo hinno, hoc eſt pro fœtu ex equo & aſina nato. Plin. lib. 8. cap. 44. Equo & aſina genitos mares hinnulos antiqui nocabant: contrarijq́ mulos, quos aſini & equæ generarent. ¶ Hinnulus leonem, ὑπὸ τοῦ λέοντα. Sub audiendum cepit, uicit aut pronocat, aut id genus aliquod pro ratione ſententiæ. Prouerbialis eſt allegoria, qua uti licebit, quoties præpoſtero rerum ordine qui uiribus multo eſt inferior, ſuperat potentiorem. Lucianus.

Hio, hias, n. p. Propriè ore aperto ſpiritum emitto. χάινω. [Ital. Sbadagliare, ſpirare con la bocca aperta. Gal. Baailler, s' entreouurir. Hiſp. Abrir la boca. ò henderſe alguna coſa, abriſſe. Ger. Geynen, Sich auffthůn oder von einander thůn.] Plinius libro octauo capite 25. Inuitat ad hiandum ſui pabuli gratia. Idem libro 10. capite 51. Perdices hiantes per id tempus exerta lingua æſtuant. ¶ Accipitur etiam hiare pro ſpõte, uel aliqua ui externa aperiri, ſuæ ſcindi: ut ligna hiant ariditate, & tellus æſtu. Salluſt. lib. 4. Atq́ hiauit humus multa, uaſta & profunda. ¶ Hiare flores dicuntur, quum aperiuntur. Propert. libro 4. Nec flet ullos hiat pratis, quin ille decenter Impoſitus fronti langueat antè meæ. ¶ Hiare orationem, dixit Quint. lib. 8. cap. 6. quæ malè coniuncta concinnatáq́ eſt. ¶ Per translationem, ſignificat mirari, dubitare, ſtupere Virg. lib. 8. Incertus clamor fruſtratur hiantes. ¶ Accipitur etiam hio pro concupiſco. Sene. in Epiſt. Quicquid accepit, integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat.

Hiātus, tus, Propriè eſt apertio oris. χάσμα. [Italicè, Hiato, apertura. Gallicè, Ouuerture, baaillement, ou entrebaaillement, fendaſſe ou creuaſſe. Hiſpa. Hendedura ò abiertura como de boca. Germanicè, Das geynen, Item, Ein ſpalt, klůmbſe.] Cicero de Natura deorum. Quædam animalia cibum oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt. Plinius libro 8. cap. 16. Iuxta littus conſpecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit. ¶ Per translationem accipitur pro terræ chaſmate, aliarumq́ rerum apertione. Plinius lib. 36. cap. 15. Hauriri urbes terræ hiatibus publicus mortalium dolor eſt. Ouid. in Epiſt. Briſeid. Deuoret ante precor ſubito telluris hiatu.

Hiſco, cis, ere, n. t, Propriè eſt labra diducere, & loquendi gratia os aperire. διαίρεσθαι τὸ στόμα. [Italicè, Aprir la bocca, aprirſi. Gallicè, Baailler. Hiſpanicè, Boquear, abrir la boca. Germanicè, Ginen, das maul auffthůn.] Vnde etiam accipitur pro eo quod eſt trepidè, hæſitanter, & imperfectè pauca eloqui: quod dicunt γήσιον. Cicero quinta Philip. Reſponderéne ad hæc, aut omnino hiſcere audè bis? Virg. 3. Aeneid. uix pauca foranti Subiicio, & raris turbatus uocibus, hiſco. Dicitur tamen etiam de aliis quibuſuis rebus. Vnde terra etiam hiſcere dicitur, quum præ nimio æſtu aperitur, & rimas agit. Ouid. 6. Epiſt. Hiſcere nẽ pe tibi terra roganda foret. Plautus in Pſend. Tace, ædes hiſcunt, hoc eſt patefiunt, & aperiuntur. ¶ Interet hiare & hiſcere, hoc intereſſe puto, quòd hiare, ſit patentem eſſe. Hiſcere uerò, patefcere, id eſt patefieri. ¶ Quandoq́ hiſcere accipitur pro hæſitare, & dubitare, χασμᾶσθαι. Nævius, Hiſcit: dubius eſt quid agat. ¶ Huius compoſita ſunt, Dehiſco, & Exhiſco.

Hiſco, cis, ere, Hiare, & aperiri. χάινω. [Italicè, Aprirſi. Gallicè, S' entreouurir, & entrebaailler. Hiſpanicè, Henderſe, abriſſe. Germanicè, Ginen, auffleck'en wie die veld tigen nuſs wan ſy noch in der ſcherpffe ſind.] Cato de Re ruſtica capite decimoſeptimo, Vbi primùm incipiunt hiaſcere, tum legi oportet. Hoc eſt, quando primùm incipiunt corticem inter apertum oſtendere. De nucibus loquitur.

Hiato, hiatas, a. p. frequentatiuum eſt, ſignificans ſæpe uel multum aperior. χασμάω. [Ital. Aprirſi ſpeſſo. Gal. S' entreouurir ſouuent. Hiſpan. Abriſſe muchas uezes. Germanicè, Offt ginen, weit auffgethon werden.] Plautus, Siqua fortè concio eſt, ubi quum hiatare nondum in mentem uenit, &c. Laberius paſſiuo uſus eſt. Hiatantur fores, inquit, propter quod eſt hiatant, id eſt, patent.

Hippace, es, ſ. p ἱππάκη. [Ital. Formaggio di caualla. Gallic. Fourmage de laict de iument. Hiſp. Formage ò queſo de yegua. Germ. Rôſs von roſsmilch, Roſskäſs.] Caſeus eſt ex lacte equino coagulatus. Plin. lib. 28. cap. 9. de caſeis loquens, Beſtiis eoſdem effectus equino, quos bubulo tradit. Hunc uocant Hippacen. In quem locum Hermolaus, Hippocrates (inquit) diſtinguit lac equinũ iam agitatũ in partes tres: ex quibus quod ſupernatat, butyrum uocatur, id quod fidit hippace: tenue illud, quod in medio ſubſidit, ὀρρὸν, ſerum.

Hippaco, hippacas, penultim. prod. Significat animam celeriter duco, ut inquit Feſtus: ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus.

Hippagiam. ἱππαδωγία. equorum ductio.

Hippagius, Alciatus idem eſt qui armiger.

Hippago, ginis, Genus nauigii, conuehendis equis aptum, quod à Iulio Polluce ἱππαγωγὸς dicitur: & à Liuio hippagoga. Ita enim ait libro 4 belli Maced. Fortè poſtero die quã ſybora claſſis tenuit, quinque & triginta naues, quas hippagogas uocant, ab Elea profectæ, cum equitibus Gallis, equisq́ Phanas promontorium Chiorum petebant.

Hippenemia, uide Hyppenemium.

Hippeus, ἱππεὺς, Cometæ genus, equinas iubas imitans, celerrimo motu in orbem circum ſe euntes. Autor Plin. li. 2. cap. 25.

Hippelaphos, ἱππέλαφος, Animal in Oriente, cerui magnitudine, habens cornua, & iubas poſt collum deſcendentes uſq́ ad ſcapulas, & barbam ſub mento. Theodor. ex Ariſto. Equiceruum uertit.

Hippi, ἵπποι. Cancrorum genus Phœniciæ peculiare, equorum propemodum celeritatem adæquans: unde & nomen accepit. Plinius lib. 9. cap. 31. In Phœnice hippi uocantur tãtæ uelocitatis, ut conſequi non ſit. ¶ Eſt & hippi Ioniæ oppidum iuxta Clazomenas, olim inſula, ſed ab Alexandro per duo ſtadia continenti annexum. Vide Plinium libro 5. cap. 29.

Hippiades, ἱππιάδες, Statuæ mulierum equeſtres appellabantur, cuiuſmodi uidentur Amazonũ, quas mortalium primas equum ſcandere auſas, Lyſiæ oratori creditur.

Hippice, ἱππικὴ. Herba eſt, de qua Plinius lib. 25. c. 8. Scythicam herbam in ore habentes, famam ſitimq́ non ſentiunt. Idem præſtat & hippice, dicta quòd in equis eundem effectum habeat.

Hippicum eſt, ut quidam uolunt, ſtadium quater multiplicatum octies M. paſſus efficiens: eſtq́ Hippicum menſura genus.

Hippoborus, ἱππίβορος, equorum paſtor.

Hippocampæ, ἱππόκαμποι, Equi marini, in piſciũ caudas deſinentes: ita dicti à flexu caudarum, quæ piſcoſæ ſunt, κάμπη enim flexura dicitur. Plinius libro 36. capite 5. hippocampos uocat, per ſecundam nominum inflexionem: Sed in maxima (inquit) dignatione Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipſe, & Thetis, atque Achilles, & Nereides ſupra delphinos, & cete, & hippocampos ſedentes.

Hippocampinus, hippocampina, hippocampinum, adiectiu. ἱπποκάμπινος, ου, Hippocampinus cinis. Plinius lib 32 c. 7. Alopecias replet hippocãpinus cinis, nitro, & adipe ſuillo miſtus.

Hippocomi, ἱπποκόμοι. Mangones ab equis curandis, colendum foco, robur inani ſagina (ut ait Quintilianus) mentientes.

Hippodamus, mi, m. ſ. bellicoſus, equorum domitor.

Hippo-

Hippodromus, penult. corr. m. *Ἱππόδρομος*. [Ital. Luogo. doue corrono i caualli. Gall. Vne lice & lieu pour faire courir cheuaux, & leur bailler carriere. Hiſpani. La corredera de caualos. Germ. Ein rennplatz, auff welchem man mit dē roſſen rennet.] Equorū curriculū, hoc eſt, ampla planities, in qua de pernicitate certatur citra pugnæ ſimulachrum. Nam ſtadium in quo equites imaginario prælio concurrere ſolebant, cataſtromus, *κατάδρομος*, dicebatur. Martial. lib. 11. Puluereſq; fugat Hippodromō ungula pulſat. Plaut. in Ciſtell. Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim herilem filiam noſtram ſuſtollere.

Hippogloſſa, ſiue Hippoglossum, *ἱππόγλωσσον* Dioſcoridi, Herba eſt folia habens ſylueſtris myrti, concaua & ſpinoſa, & in his ceu linguas quaſdam, folio paruo exeuntes de foliis. Plinius libro 27. cap. 11. Ruellius exiſtimat eam eſſe quā Itali ſua lingua Bonifaciam, ſeu Linguam paganam appellant.

Hippoglottion, *ἱππογλώττιον*, Herba quam alii Daphnitin, alii Carpophyllon, & Alexandrinam laurum uocant. Plini. lib. 15. cap. 30.

Hippolapathum *ἱππολάπαθον*, Herba lapatho ſatiuo maior, candidioribq; ac ſpiſſior, ut ſcribit Plin. lib. 20. c. 21. Officinæ Paricellam appellant.

Hippomachia, penultim. prod. f. p. *ἱππομαχία*, Pugna equeſtris. [Italicè, Combattimento da cauallo. Gallicè, Combat à cheual. Hiſpan. Pelea à cauallo. German. Ein ſtreit auff roſſen, Ein reitziger ſtreit.]

Hippomanes, pen. cor. gen. neutri, ſecundum Priſcianum, *ἱπποµανὲς* ab equę furore nomen habet, quaſi *τὸ ἵππου µανία*, Quid autem ſignificet, non ſatis conuenit inter ſcriptores. Seruius ſcribit eſſe uirus ex equarum inguibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem, quod in humana uiſcera deſcendens, furorem facit. Virg. lib. 3. Georg. Hinc demum, hippomanes uerò quod nomine dicunt Paſtores, lentum diſtillat ab inguine uirus. Sic Colu. libr. 7. Maximè itaq; curandum eſt ut tam fœminis quàm admiſſariis deſiderantibus, coëundi fiat poteſtas, quoniam id præcipuè armentum ſi prohibeas, libidinis extimulatur furis. Vnde etiam uenenum inditum eſt nomē *ἱππομανὲς*, quòd equinæ cupidini ſimilem mortalibus amorem accēdat. Plinius uerò libro 28. cap. 11. & lib. 8. cap. 42. aſſerit eſſe caruncularn in fronte pulli equini, caricę magnitudine, colore nigro: quam ſtatim edito partu mater è fronte dentibus conuellit. Quod ſiquis prius abſtulerit, pullum mater ad ubera non admittit. Virg. 4. Aeneid. Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus, Et matri prærepros amor. Hac caruncula mulieres medicamenta componēte, uertere homines feruntur in furorem.

Hippomanes, Capparis.

Hippomanes, Apocynon, apud Dioſc. lib. 4. cap. 84.

Hippomarathrum *ἱππομάραθρον*, Herba eſt foliis fœniculi, ſed maioribus, & guſtu acriore quod nōnulli Myſticum Officinæ Fœniculum ſylueſtre appellant. Plinius libro 20. cap. 15.

Hippŏpetæ, pen. prod. *ἱππεπῶται*. [Ita. Bolgie, ualigie, biſacie. Gallic. Bouges ou bouget de cuir, ou une male qu'on porte à cheual. Hiſpani. Etchiauinas, talegas Germani. Ein bulgen oder wōſchger ſo man zū roſſ türet.] Dicuntur ſacculi quibus equites neceſſaria itineri ſecū circunferunt. Senec. in Epiſt. ad Lucilium, M. Caro Cenſorius, quem tam neceſſarium fuit Reipubl. naſci, quàm Scipionem (alter enim cum hoſtibus noſtris bellum, alter cum moribus geſſit) canterio uehebatur, hiſ poperis quidem impoſitis, ut ſecum utilia portaret. Hæ à Pomponio Feſto uocantur Bulgæ.

Hippophaes, *ἱππεφάες*, Frutex in maritimis ſabuloſiſq; locis naſcens: foliis, quàm oleæ, anguſtioribus: & inter ea ſpinis, quum areſcunt, candidis, angulosis, geniculatim inter ſe diſtantibus, floribus hederæ corymbis ſimilibus. Radix craſſa eſt, & amara, lacte madens, quod thapſiæ modo excepton, aut per ſe conditur, aut in crustā farinā digeritur in paſtillos. Romani lappaginem, ſeu lappulam uocant. Vtuntur hoc frutice fullones in poliendis ueſtibus.

Hippophaſton, *ἱππόφαστον*, Spinæ fullonię genus eſt, in maritimis & ſabuloſis locis naſcens, ſine caule, ſine flore, ſaxis tantum calliculis, foliis paruis, & ſpinoſis, radiculis mollibus & craſſis: quarum ſuccus comitiali morbo utilliſimus habetur, teſte Plinio libro decimoſexto, capite ultimo.

Hippophorbus, hippophorbi, m. f. *ἱππεφορβὸς*, equorum paſtor.

Hippopion, pus in oculi cornea. Aulcenna uocat Ganion, in Siphac. Hali abbas Ganion, poſt corneam.

Hippopotamus, pe. co. m. f. *ἱπποπόταμος*, Equus fluuialis, ſeu aquaticus, in Nilo præcipuè naſcens, binis unguliis, qualeſ ſunt bobus, dorſo equi & iuba, & hinnitu, roſtro reſimo, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis, ſed minus noxiis. Huius meminit Budæus in Pandectis, & Plinius lib. 8. cap. 16.

Hippos, *ἵππος*, Latinè dicitur equus, à quo multa deducuntur.

Hippoſelinum, *ἱππεσέλινον*, Appii genus eſt, ſatiuo multo maius, quod Romani olus atrum appellant Hippoſelinum dictum, quòd inter ſpecies appii longè maximum ſit. Solēt enim Græci quum rem aliquam magnam ſignificare uoluunt, in compoſitione *ἵππος*, uel *βοῦς* præponere. Vide plura de hac herba apud Plin. libr. 20. cap. 22. & in Dioſc. libr. 3. cap. 77.

Hippothamoſis, is, f. morbus equorum.

Hippotelæ, pulli aſinorum, *ἱππεβέλαι*. Vide Equuleus.

Hipporoxotæ, m. p. *ἱππεξόται*. [Italic. Sagittarii à cauallo. Gallic. Archers à cheual. Hiſpa. Balleſteros à cauallo. Germ. Schützen die zū roſs ſind.] Dicti ſunt equeſtres ſagittarii: qua uoce utitur Hirc. lib. 7. bel. Aſia.

Hippŏris, *ἱππουρὶς*, Herba, à Latinis equiſetum dicta, & uulgò Cauda equina interpretatur. Plin. lib. 22. cap. 13. uide Equiſetum.

Hippurus, *ἵππουρος*, Piſcis ex genere locuſtarum, qui hybernis menſibus non capitur, propterea quòd id temporis frigoris impatientia in cauernas ſeſe abdat. Vide Plin. lib 9. c. 16. & lib 32. cap. ultimo.

Hir, nomen antiquum, quod pro uola, ſiue palma manus accipiebant *εἶρας*. [Italicè, Palma della mano. Galli Palme de la main Hiſp. Palma de la mano. Germa. Die flechte oder hōle der hand.] Genitiuum facit hiris, ſi Chariſio credimus. Probus tamen manule eſſe indeclinabile.

Hira, f. p. inteſtinum ecphyſi adhærens, quòd quia ſemper inane eſt, à Medicis ieiunum appellatur *ἰγνοίλεον*, *νῆστις*. Hinc deducitur hilla, quod quamuis diminutiuum uideatur, eiuſdem tamen eſt ſignificationis cū primitiuo. ¶ Fuit item Hira, *ἱρὰ* Stephano, Vrbs Meneſſiæ maritima, non procul à Pylo, Agamemnonis imperio parens: cuius meminit Hom. 11. Iliad.

Hircŭlus, Herba eſt ſemper naſcens cum nardo Gallico, cuiq; ſimillima, qua utuntur qui ſyncerum nardum uolunt adulterare. *τράγος* Dioſcoridi In hoc tamē diſtat à nardo, quòd ſine caulículo eſt, quodq; minoribus foliis, radicęq; amara, & minimè odorata. Autor Plinius, libro 12. capite duodecimo.

Hircus, ci, per c, m. f. D citur capratum admiſſarius, hoc eſt, caper, qui iam coire, & fœtere cœperit. *τράγος*. [Ital. Becco capro, caprone. Gal. Vn bouc. Hiſp. Cabron. German. Ein bock.] Horat. Epod. 16. Ameriq; falſa leuis hircus æquora. Plautus ad hominem tranſtulit immundum, & libidinoſum, quum ait in Aſin. flagitium maximum feci miſer, Propter opteam illius improbi hirci edentuli. ¶ Mulgere hircum, *τράγον ἀμέλγειν*, dicitur prouerbialiter de re abſurda. Virgil. 3 Aeglog Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui, Atq; idem iūgat uulpes, & mulgeat hircos. ¶ Hircus item dicitur alarum grauedolentia, ad hirci animalis fœtorem accedens. *τράγος*, *κινάβρα*. [Ital. Odore di capro, puzzo. Gal. Vne odeur & ſenteur de bouc, bouquin. Hiſp. Hedor del meſmo cabron. Germa. Der geſtanck vnder den achſen.] Horat. Epod. 8 Grauis hirſutis cubat hircus in alis. Catullus etiam caprum appellat. Valle ſub alarum trux habitare caper. Græcis enim *τράγος* dicitur: quo nomine Martialis quoq; uſus eſt, Inde tragos, celereſq; pili mirādiq; matri Barba.

Hircinus, a, um, pen. prod. Nomen poſſeſſiuum ab hirco formatum. *τραγικὸς*. [Ital Becchigno Gal. De bouc. Hiſp. Coſa de cabron. Ger. Böcklin. Das des bocks iſt.] Apul. Homo ſordidus, & hircina libidine fœtens. Plinius libro duodecimo, capite 17. In pellibus hircinis. Plaut. in Pſeud. Heus tu qui

ru qui cum hircins ſtas barba, reſponde quod rogo.

Hircoſus, a, um, Qui hircum olet: hoc eſt, cuius alæ fœdũ ſpirant odorem. τραγοσμίχαλος, πνευβρώδης. [Ita. Che ſente di bocco. Gal. Qui ſent le bouquin. Hiſpa. Coſa que hiede à cabron. German. Böckelentechtig, Das da ſtincket wie ein bock.] Perſius Satyr. 1. Hic aliquis de gente hircoſa centurionum. Idem Satyr. 5. Dixeris hæc inter hircoſos centuriones. Id eſt, ruſticos olidos, & omnis nitoris expertes, in quit Budæus.

Hircipili, penultima correpta. Dicuntur homines qui pilos duros habent, quemadmodum hirci. ἀκανθρωπίς. Feſtus.

Hires, Gnaphium, apud Dioſc. lib. 3. c. 131.

Hirquitallire, n. q. Proprie de pueris dicitur, ſiue adoleſcentulis, qui tam pubeſcentes, vocem emittere incipiũt grauem & ſubraucam, quod ferè accidere ſolet ſub finem ſecundæ hebdomadis, reſte Cenſorino, aut ſub initium tertiæ. τρεσχίδεκα. Quo tẽpore & pueros ipſos hirquitallatos appellãt: ſiue quòd tum primùm, hircum incipiunt olere, ſiue quòd vocem edant grauiorem & inæquabilem, hircinæq; non diſſimilem.

Hirquus, per q. ma. gen. Eſt angulus oculi. πανθός. [Ital. Canto dell'occhio. Gal. Le coin de l'œil. Hiſpan. Lagrimal del ojo. Germ. Ein augenwinckel.] Virgil. 3. Aeglog. Tranſuerſa tuentibus hirquis. Tractum eſt ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, retortis in angulũ oculis, captas obliquè aſpiciunt. Vide Seruium in locum Virgilii iam citatum.

Hirnea, hirnex, fœm. p. Vaſis genus, quod Plautus in Amphit. cirneam appellat. Cato de Re ruſt. cap. 11. Indito in hirneam fictilem.

Hirnire, proprium eſt vocis canis rabioſi. ἀράζειν.

Hirſutus, a, um, penultima producta. Pilоſus, ſetoſus, horridus. τριχώδης, λάσιος. [Ital. Peloſo. Gall. Velu, couuert de poil, rude, & piquant. Hiſpan. Velloſo y aſpero. Ger. Rauch von haar, Haarechtig.] Martial. lib. 10. Hirſutis ego cruribus geniſq;. Os oleſum tibi, debilisq; lingua eſt. Virgil. 7. Aeglog. Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ. Quo in loco Virgilius vocat caſtaneas hirſutas quæ adhuc ſuis echinis includuntur. Plin. lib. 20. capite nono, eius comparationem protulit, Folia habet bina, parua, rotunda, plantis oleris ſimilior, candidior ſatiua, & hirſutior. Ouid. 2. Triſt. Sumpſeris annales, nihil eſt hirſutius illis. ubi pro auſtero & inamœno accipitur.

Hirtus, a, um, Idem quod hirſutus. λάσιος, τριχώδης. Virg. lib. 3. Georg. Hirtasq; capellas. Plin. lib. 11. ca. 37. Hirtus ſetis muſculus marinus. Ouid. 10. Metam. Canities rigidis ſtetit hirta capillis. Columella libro decimo, Talis humus uel parietibus, uel ſepibus hirtis Claudatur. Hirta corpora, Plinius libro 7. capit. 1. Hirtæ oues, Varro de Re ruſtica libro 2. cap. 1.

Hirudo, penultima producta, huius hirudinis, f. ter. Sanguiſuga, ab hærendo carni dicta. βδέλλα. [Ital. Sanguiſuga, ſanguettola. Gall. Sanſue. Hiſpan. Sanguiſuella. German. Ein egel.] Horat. de Arte Poetica, Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Quod prouerbii quadam ſpecie dicitur. torqueri poterit in homines nimium ſedulos, & quibuſuis in rebus immodicos. Plaut. Epid. Iam ego me uortam in hirudinem, atq; horum eruebo ſanguinem. Plin. lib. 32. c. 10. Hirudinum, quas ſanguiſugas uocãt, ad extrahendũ ſanguinem uſus eſt. ¶ Hirudo grarii, per translationem, hoc eſt, exhauſtrix. Cicero ad Atticum lib. 1. Accedit illud quòd illa concionalis hirudo ærarii, miſera & ieiuna plebecula me adhuc Magno unicè diligi putat.

Hirundo, dinis, f. t. Auis notiſſima in tectis nidificans, ſub initium ueris ad nos tranſuolans. χελιδών. [Itali. La rondine. Gal. Une heronde ou herondelle. Hiſpa. La golondrina. Germ. Ein ſchwalm.] Virgil. 4. Georg. - autè Garrula quã tignis nidum ſuſpendat hirundo. Ouid. 2. Faſt. Fallimur: an ueris prænuntia uenit hirundo? Plin. lib. 11. capit. 2. Abeunt & hirundines hybernis menſibus, ſola carne ueſcens auis, ex iis quę aduncos ungues non habent: ſed in uicina abeũt, apricos ſecutæ montium receſſus, inuentæq; iam ſunt ibi nudæ atq; deplumes. Plautus in Aſinaria, Dic igitur me tuã anaticulam, columbellam uel catellum, hirundinem, &c. ¶ Vna hirundo non facit, μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Hoc eſt una dies non ſat eſt ad parandam uirtutem aut eruditionem. Sic in quaque re non ſat eſt unica coniectura. Sed multis hirundinibus opus eſt. Ariſtoteles libro Mirab. 1. & Ariſtipp. in Anibus. ¶ Hirundines ſub eodem tecto ne habeas, ὁμωρεφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. Hoc ſymbolo Pythagoras conuictorem ingratum parumq; firmũ monuit ablegandum. D. Hieronym. Ariſtotelis autoritatem ſequutus, interpretatur abſtinendum à comercio garruloſũ & ſuſuronum.

Hirundininus, a, um, Quod eſt hirundinis. χελιδόνιος. [Ita. Coſa da rondine. Gal. De heronde ou herondelle. Hiſp. Coſa de golondrina. Germ. Das der ſchwalmen iſt.] ut, Hirũdininus nidus, apud Plautum in Rudente, & apud Martia. lib. 11. In nido ſeges eſt hirundinino. Hirundininus ſanguis, Plin. lib. 30. cap. 14.

Hiſciacus, uide Iſchiacus.

Hiſpidus, a, um, penul. corr. Hirſutus, aſper, ſetoſus, horridus. λάσιος, ἀκανθώδης. [Ital. Peloſo, aſpro. Gall. Velu de gros poil, piquant. Hiſpan. Coſa aſpera con ſedas. Germ. Rauch von haar, Burſtig.] Virgilius, - cui lanugo tenuis hiſpida nanti Frons hominem præfert. Plinius lib. 16. Continentur hiſpido calyce. Hiſpidus aſpectus, apud eundem libr. 22. cap. 6.

Hiſpidoſus, hiſpidoſa, hiſpidoſum, Idem quod hiſpidus. λάσιος, ἰρίχωδης. Catullus, Non dico puero, ſed hiſpidoſo.

Hiſſopum, ſiue Hiſſopus, uulgaris notitiæ. Dioſcorides lib. 3. capi. 28.

Hiſter, Hetruſcorum lingua dicebatur Ludio. ἱστρίων. Autor Liuius libro ſeptimo ab Vrbe. Vide Hiſtrio.

Hiſtoria, hiſtoriæ, fœminini generis, pri. declinatio. ἱστορία. [Italicè & Hiſpanicè, Hiſtoria. Gal. Hiſtoire. German. Ein hiſtory, Das iſt ein erzellung einer geſchichte.] Latinè, narratio, & rerum geſtarum expoſitio. Proprie tamen eſt earum rerum quibus gerendis interfuit is qui eas narrat. Vnde pro meo habet, ἀπὸ τῆ ἱστορίᾳ, quod ſpectare, uel cognoſcere ſignificat Plautus in Menæch. Quin nos hinc domum redimus niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus? Cicero 4. Academ. Si nẽ doctum hominem, ut iudicat ipſius hiſtoria ſcripta Græcè. ¶ Accipitur etiam latius nomen hiſtoriæ, ut non ſolùm de narratione rei geſtæ dicatur, uerumetiam de quauis interpretatione, ſeu expoſitione. Vnde Plinius opus ſuũ ad D. Veſpaſianum, de Naturali hiſtoria inſcripſit. Hiſtoriã Cicero aliis uocabulis uocat, Memoriam publicam, memoriam rerum ueterum, Commemorationem antiquitatis, Monumenta rerum ueterum, Monumenta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarum. Omnium ſecretorum memoriam. Quomodo autem differat ab Annalibus, uide in dictione Annales.

Hiſtoricus, m. ſ. Hiſtoriarum ſcriptor. ἱστοριογράφος. [Ital. Hiſtorico, ſcrittor d'hiſtorie. Gal. Hiſtorien. Hiſpan. Hiſtoridor. Germ. Ein geſchichtſchreiber.] Cicero pro Murena, Tua uerò nobilitas Serui Sulpiti, tametſi ſumma eſt, tamẽ hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior: populo uerò & ſuffragatoribus obſcurior. Idem in Topicis, Philoſophi, Poetæ, & hiſtorici.

Hiſtoricus, hiſtorica, hiſtoricum. ἱστορικός. [Ital. Coſa d'hiſtoria. Gallicè, Hiſtorique, d'hiſtorire. Hiſpanicè, Coſa de hiſtoria. Germanicè, Das der geſchichten oder hiſtorien iſt.] Quod hiſtoriæ proprium eſt: ut, Fides hiſtorica. Ouidius tertio libro Amorum, Obligat hiſtorica nec ſua uerba fide. Hiſtoricum ſcribendi genus. Cicero de Claris Oratoribus, Non tam hiſtorica, quàm Oratorio genere perſcripſit.

Hiſtorialis, hiſtoriale, Quod ab hiſtoriam ſpectat. ἱστορικὸς γραμματικός, καθ' ἱστορίαν ἐργασίμενος. [Italice. Pertinente à hiſtoria. Gall. Apartenant à hiſtoire, fait ou peint par hiſtoires. Hiſpanic. Coſa pertenesciente à hiſtoria, ò hecha por hiſtorias. German. Zu den geſchichten zugehörig.] Plinius lib. 16. capite trigeſimotertio, Trahitur & etiam in picturæ opere hiſtoriali.

Hiſtorior, eris, pen. corr. f. g. ἱστορῶ, Enarratio autorũ. Quint. lib. 1. c. 9. Ratio loquendi & enarratio autorũ: quarum illam methodicem, hanc hiſtoricen uocant.

Hiſtriones, m. tert. Artifices ludiones, qui perſonati in ſcenis fabulas agũt. ὑποκριταί, μίμοι. [Ital. Hiſtrioni, che recitano le comedie. Gal. Ioueurs de farces, ioueurs de quelq; pet

ſonage.

ſonige. Hiſpan. Repreſentadores de perſonas, que repreſentandas comœdias. Ger. Ein Comediſpiler, Oder, der in einem ſpil ein perſon tregt.] ab Hiſtria regione, ex qua primùm neniſſe, indeq; nomen ſortitos eſſe, aſſerit Feſtus: cui tamen refragantur Livius, Valeriuſq; ſcribentes nomen hiſtrionibus fuiſſe inditum, quia Hiſter Tuſco uerbo ludio nocabatur. Cicer. libro 4. Tuſcu. Aguntur iſta præclarè, & ab oratore quidem melius (ſi modò eſt orator) quàm ab ullo hiſtrione. Idem de Oratore, Roſcius & Aeſopus hiſtriones clari.

Hiſtrionia, æ, uel Hiſtrionica, æ, ſ. p. Ars hiſtrionum. ὑποκριτική. [Ital. Arte di rappreſentare comœdie, Gal. L'art & meſtier de iouer ieux par perſonages. Hiſp. Arte de repreſentadores de perſonas. Ger. Die kunſt ſchawſpil zůhalten.] Plaut. in Amphitrione, quaſi uerò nonum Nunc proferatur, louem facere hiſtrioniam.

Hiſtricus, ca, cum, pen. corr. Quod ad hiſtrum, hoc eſt ad hiſtrionem pertinet. ὑποκριτικός. [Ital. Pertinente à hiſtrione, ò giuocoliere. Gallicè, Apartenant à iouceurs de farces. Hiſpan. Coſa perteneſciente à repreſentadores de comœdias. Germani. Das zů denen ſo ſich in ſchawſpilen üben gehört.] Plaut. in Pœn. Audire uos iubet Imperator hiſtricus. ¶ Hinc formauit diminutiuum Hieronymus contra Ruf. Si hiſtriculæ, & liuidæ mentis hominem à me ſubmouero, & ad unum ſtipitem cuncta iacula dirigo, qui uulnera ſua patiatur in multos.

Hiſtrionicus, a, um, Quod eſt hiſtrionis, ſeu quod ad hiſtrionem pertinet. ὑποκριτικός. [Ital. De giuòcoliere. Galli De iouceur de farces. Hiſpan. Coſa de repreſentador de comedias. Ger. Das zů einem ſchawſpiler gehört.] ut, Ars hiſtrionica, Hiſtrionicæ ueſtes, Hiſtrionicus geſtus, Hiſtrionica uerba.

Hiſtrionalis, le, om. t Ad hiſtrionem pertinens. ὑποκριτικός, ut, Studium hiſtrionale. Tacit. lib. 1. Miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus. Cic. de Orat. Vt laſciuia uerborum, grauitate ſententiarum, licentia compoſitionis, hiſtrionales modo exprimant.

Hiſtrix, ὕγρις, uide Hyſtrix.

Hiſcus, a, um, Peſſus, fariſcens χασμώδης. [Ital. Feſſo, aperto. Gal. Entreouuert, entrebaaille. Hiſpa. Coſa que ſe hien de ò abre. Ger. Geſpalten. Gineud.] Virg. 2. Geor. Hoc ubi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arua. ¶ Per tranſlationẽ etiam orationem dicimus hiulcam, quæ malè cohæret. Cic. de Orat. Nec aſper uerborum concurſus ſit, nẽue hiulcus. Diomedes hiulcos uerſus appellat exiles, & quaſi in media parte hiantes. ἰσχνόσαρκίνους.

Hiulcè, aduerbium, κεχηνότως, διαχισμένως. [Ital. Apertamente, diſuniramente. Gall. Sans s'entretenir, en s'entreouurant. Hiſpa. Abierramente, apartadamente. Ger. Mit anſtoſſenden worten.] Cicero de Orator. Ex quo ſic locutum eſſe eius patrem iudico, ſic maiores non aſpere, ut ille quem dixi, non uaſtè, non hiulcè, ſed preſsè, & æqualiter, & leniter.

Hiulco, as, Aperio, fiodo, hiulcũ facio. σχίζω, διαχίζω, χασμώδη ποιῶ. [Ita. Aprire, fendere. Gal. Fendre & faire ouurir, faire baailler & s'entreouurir. Hiſpan. Hender ò abrir. Ger. Spalten, Auffthůn, zů gineen machen.] Catullus, Aeſtus hiulcat agros.

H ante O.

HO In notis antiquorum, homo, uel honeſtus. HO.H. homo honeſtus. HOM. homo. H. HON. homo honeſtus. HOR VI. hora ſexta. HOS. hoſtis. H. HO. S. hic hora ſecunda. H P. honeſta perſona, uel honeſta puella, uel hora peſſima, uel hic poſuit uel poſſint. H P O S S hæreditatis poſſeſſor, uel poſſeſſores. H. PS. hora peſſima. HR. hæres. H. R. honeſta ratio. H. R. I. P. hic requieſcit in pace H. S. uel H. hora ſecunda, uel ſacra. H. S. hic ſunt, uel hoſtia ſacrilega. HSB. hoſtibus H. S. E. hic ſepultus eſt, uel hic ſitus eſt. H. S. H. N. S. hoc ſepulchrum hæredes non ſequuntur. H. S P L. M. A. hæc ſepultura modò aucta. HSS. hoſtes. HS. hoſtes ſacrilegi. H. S. S. hic ſepulti ſunt. H. S. V. F. M. hoc ſibi uiuens fieri mandauit.

Hoc, Pronomen demonſtratiuum neutri generis. τοῦτο. [Ital. Queſto. Gallicè, Ceſtuy. ci. Hiſpanicè, Aqueſte. Germanicè. Das.] cuius maſculinum eſt Hic. Virgilius libro quarto Aeneid. Hoc illud Germana fuit? Migrat interdum in aduerbium, idemq; ſignificat quod Huc. Αὖθι. Virg. 8. Aen. Hoc tunc Ignipotens cælo deſcendit ab alto. Sic enim legit Priſcianus.

Hŏdie, Hoc die. σήμερον, τὴν τήμερον, αὐτ]ήμῶς. [Ital. Hoggi, hoggidì. Gal. Auiourdhuy, huy, enhuy. Hiſp. Hoy. German. Heut.] Cicer. 1. Verrina, Nonæ ſunt hodie Sextiles: hora nona conuenire cœpimus. ¶ Accipitur item pro nunc, ſiue hoc tempore, ſiue hac ætate. Plau. in Aſin. Cenſen'eu illum hodie primùm ire aſſuetum in gyneum? Terentius in Eunucho, O populares, ecquis me uiuit hodie fortunatior? Cicer. pro domo ſua, Hodieq; Volaterrani non modò ciues, ſed etiam optimi ciues, fruuntur nobiſcum ſimul ciuitate.

Hŏdiernus, a, um: ut, Hodiernus dies. ἡ τήμερον ἡμέρα. [Italicè, Di giorno d'hoggi. Gal. Du iourdhuy. Hiſp. Coſa de oy eneſtadia. Germanicè, Heuttig.] Cicero tertia in Catil. Neq; à nobis ante hodiernum diem collocaretur. Idem ibidem, Vt quum hodierno mane per forum meo iuſſu, & coniurati, & eorum indices in eadem Concordiæ ducerentur, &c.

Hodœdocus, ci, m. ὁδοδόκος, latro & uiarum obſeſſor, ab ὁδὸς & δέχομαι.

Hŏdœpŏrĭcum, ὁδοιπορεῖον. Commentarius itineris cuiuſpiã confirmatus quæ in itinere acciderunt, deſcriptionem continens: quod & itinerarium Latinorum nonnulli uocauerunt. Græci enim ὁδοιπορεῖα dicunt, pro eo quod eſt iter facere: & uiatorem ipſum ὁδοιπόρον appellant.

Hoi, Interiectio deplorantis. Terent. in Eunu. obſecro te uerò Phædria. PH. Intrò DO. hoi hei.

Holmos, hepatis dolor: ſic enim Archigenes uocat. Dictus eſt autem ſic, id eſt, tractorius inferens, turpidus atque atrocius moleſtans. At uerbum illud, inquit Galen. de locis affect. lib. 2. Græcis inuſitatum. Sunt qui eum hepatis dolorem interpretantur, cùm uel indurati eſt, uel inflammatũ Vel cũ diuturno laborat morbo, uel cùm mediocri afficitur dolore, uel ut aliis placet, acri & uehementi. Denique dura hepatis diſpoſitio uocat Scribus, quod ſcribit Paulus Aegineta lib. 3.

Holcus, ὁλκός, Herba ariſtas è corpore educens: unde & nomen accepit, ἀπὸ τὸ ἕλκειν. quod eſt trahere. Plinius lib. 27. capite decimo, Holcus in ſaxis naſcitur: ariſtas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeum teſtibile. Hæc circa caput alligata, uel circa latera, educit è corpore aridas. Hanc quidam ob id ariſtidam uocant. Hoſtenus ille. Multi zeam eſſe putant, inter ſaxa naſcentem: alii ſylueſtrem auenam.

Holmiſcii, olentium molarium concauitates.

Holmos, uide Thorax.

Holobaræ ueſtes, quę ob aurum intextũ graues ſunt: βαρεῖς, enim Græcè grauem ſignificat. Inde apud Homerum βαρείαις ὀχεάτις. Alciat. Cod. de ueſtit. holob. libro 11.

Holobrizę ueſtes, quæ totæ ſunt ex obrizo: quod aurum puriſſimum eſt, & quantumuis coctum nõ diminuitur. Alc. Cod. de ueſt. holob. lib. 11.

Hŏlŏcaustum, n. ſ. ὁλοκαύστον, Victima quæ demtis extis integra aræ imponebatur: ὁλοκαύτωμα, παρὰ τὸ ὅλον καὶ καῦσαι, hoc eſt ab eo quòd totum cremaretur. ¶ Idem & holocautoma, ὁλοκαύτωμα, dicitur à uerbo ὁλοκαυτέω, quod eſt victimas integras comburo.

Hŏ ographum, phi, pen. cor. ὁλόγραφον. Teſtamentũ quod totum teſtatoris manu ſcriptum eſt. Holographa epiſtola, quæ tota ſcripta eſt manu eius cuius nomine mittitur. Hieron. contra Rufinum, Quæ epiſtola holographa tenetur ab iis ad quos perlata eſt.

Hŏ ophanta, m. p. ὁλοφάντης, Qui ob conſuenda mendacia uili conducitur mercede. Plautus in Curculione, Aedepol nugatorem lepidum hunc nactus eſt Phædromus: Holophantam, an ſycophantam hunc magis dicam, neſcio.

Hŏ ſĕrĭca ueſtis, uel ſubſtantiuè holoſerica, orũ, ὁλοσηρικά. [Ital. Veſta tutta di ſeta. Gallicè, Robe toute de ſoye Hiſpanicè, Veſtidura toda de ſeda. Germ. Ein gantz ſeiden oder ſammatin kleid.] Genus ueſtis quæ tota ex ſerico conſtabat, nulla alia materia admiſta, qua primus (teſte Lampridio) uſus eſt Heliogabalus. Tacitus autẽ Imperator holoſericæ ueſtis uſum uiris omnib. interdixit. Quã rarus autem

tem fuerit apud ueteres holoſerici uſus, quantæq; eius charitas, docet Vopiſcus in Aureliano his verbis, Veſtem holoſericam neq; ipſe in ueſtiario ſuo habuit, neque alteri utendam permiſit. Et quum ab eo uxor ſua peteret ut unico pallio olatteo ſerico uteretur, ille reſpondit, Abſit ut auro fila penſentur. Libra enim auri tunc libra ſerici fuit. Haſteons ille Sericæ autem veſtes à Seribus Indiæ populis ſunt appellatæ, apud quos uermiculus exiguus, qui σὴρ appellatur, cõficit molliorem illam lanam, quam ſericum appellamus: quod uermiculi genus, antea orbi noſtro ignotum, à mercatoribus quibuſdam è Serinda Indorum urbe ad Iuſtinianum Imperatorem allatum, hodie per omnem Europã ſparſum eſt. De uermiculi huius natura, uide plura apud Beyſium, ex quo hæc excerpſimus.

Hŏmŏcĕon, ὁμόκεον, Herba eſt quadrantalis, humi repens, foliis mitioribus q; coronopo, aut gramini proximis, guſtu aſtringentibus: radice alba, pratenſi, uſque in capillamenti ſpeciem, lõgitudine quatuor digitorum: dicta per antiphraſin, quaſi tota oſſea, quum tamen careat omni duritia. Plin. lib. 27. cap. 10. Holuſcon ſine duritia herba, ex aduerſo appellata à Græcis, ſicut tel dulce Herbarii molle gramen appellant.

Homelotari, piſces. Plin lib. 9 c. 47.

Homelium, lii, pilei genus, Feſtus.

Homagii, ſine hominis uexus (uocabula ſunt Feudiſtarum) quo differt à turamento, ut idem uocant, fidelitatis, not. in C. ex diligẽti. de Simonia, & c. nimis de Iureiu. Spec. de Feu. parag. nunc de Homag. Vide Cicus Fiduciarius.

Homicida, Homicidium, uide Homo.

Homilia, ſ. ὁμιλία, Græcis colloquium, & cœtum ſignificat: unde etiam concionem ſiue orationem, quæ in cœtu habetur, ſcriptores Eccleſaſtici homiliam uocant.

Homiliaticos, adiectiuum. Hieronymus ad Heliodorum. Quẽ laborem, inquit, ideirco ſuſcepimus, ne pulſatæ quæſtiones & relictæ (quod homiliatico dicendi genere ab illo ſæpe fieri ſolet) Latino Lectori faſtidium generaret.

Homo, hominis, com. g. Ab humo dictus, ut Varro placet. ἄνθρωπος. [Ital. Huomo. Gall. Homme ou femme. Hiſpa. El varon ò la muger. Germ. Ein menſch.] Cicero de Leg. Animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilii, quem uocamus hominem, præclara quadam conditione generatum eſſe à ſupremo Deo. Idem 1. Officio. Homo autem qui rationis eſt particeps per quam conſequentia cernit, principia & cauſas rerum uidet, &c. Idem 2. de Natur. deor. Homo ortus eſt ad mũdum contemplandum & mirandum. Et paulo pòſt. Deus homines humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, ut deorum cognitionem cœlum intuentes capere poſſent. Ouid. 1. Metamor. Pronaq; quum ſpectent animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit, cœlumq; tueri Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere uultus. ¶ Homo autem utrunq; ſexũ complectitur, tam uirum, quam fœminam. Nam & ſeparatim de fœmina dictum inuenitur, quanquam rarius. Plaut. in Ciſtell. Intus pauco, & formido foris, ita metus Nunc utrobiq; me agitat, illos homines miſeræ miſereri. Sulpitius ad Cic. Epiſt. Fami. lib. 4. In unius mulierculæ animula ſi iactura facta eſt, tantopere cõmoueris? quæ ſi hoc tempore non ſuum diẽ obiiſſet paucis poſt annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo nata fuerat. In quo tamen exemplo adiectiuum nata, non cohæret cum ſubſtantiuo homo, ſed cum ſubſtantiuo Tullia, uel pronomine Ipſa, quod facilè intelligitur. Hic enim eſt ſenſus, Quoniam ipſa nata fuerat homo, id eſt, humana ſorte, & conditione: quaſi dicat mortalis. Eadem ratione dici poteſt, ea nata erat animal. ¶ Homo homini Deus, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ θεὸς μείζων. Quod dici ſolet de eo qui ſubitam atq; inſperatam attulit ſalutem, aut qui magno quopiam beneficio iuuit. ¶ Huic quaſi diuerſum eſt, Homo homini lupus, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος. Quo monemur ne quid fidamus homini ignoto, ſed perinde atq; à lupo cauemus. Lupus, inquit Plautus, homo homini, non homo, qui qualis ſit non nouit.

Homuncio, Homulolus, Homunculus, & Homuncio. ἀνθρωπίσκος, ἀνθρωπίον, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπισκάριον. [Ital. Homicciuolo, huomo picciolo. Gal. Petit homme, homme de homuncca, hommelet, bout d'homme. Hiſp. Pequeño hombre, enano. Ger. Ein menſchlein.] Cic. in Piſon. Sed quoniam præterita mutare non poſſumus, quid ceſſat homulos ex argillo & luto factos Epicureus dare hæc præclara præcepta ſapientiæ, clariſſimo & ſummo Imperatore genero ſuo? Idem lib. 1. Tuſcul. Sed ut homunculus unus è multis. Terent. in Eunuc. Ego homuncio hoc non faceſſ.

Homicida, dæ, pe. pro m. p. Qui hominẽ necat. ἀνδροφόνος. [Ital. Homicida, homicidiale. Gallic. Homicide, meurtrier. Hiſp. Homiciano, que mato hombre. Ger. Ein todtſchläger, Oder ein menſchen ümb das lében bringt.] Cicero 2. Philipp. Fateor eos plus quàm ſicarios, plus quàm homicidas, plus quàm parricidas eſſe. Quintilianus libro ſeptimo, capite 4. An qui ſe interfecit, homicida ſit? ¶ Interdum cum laude dicitur, pro uiro forti, qui multos in bello occiderit. Vnde Horat. homicidã Hectorem cum laude dixit, & aliter quàm uulgò dicitur.

Homicidium, ii, n. ſ. Hominis necatio. ἀνδροφονία, μιαιφονία. [Ital. Homicidio. Gal. Homicide, meurtre. Hiſpan. Homicidio ò muerte de hombre. Germanic. Todtſchlag.] Plin. lib. 18. cap. 3. Frugem aratro quæſitam, furtim noctu pauſſe aſſeruiſſe, puberi duodecim Tabulis capitale erat: ſuſq; Dionysio Cereri necari iubebant grauius, quàm in homicidio conuictum Cicero 2. Philipp. Homicidii rei ſunt, an uindices libertatis?

Homocapni, orum. m. ſ. ὁμόκαπνοι, qui ad eundem fumum hoc eſt, ignem uitam ducunt.

Homoceuraurus, ri, m. ſ. anteriora humano ſimilis corpori, et teriora ſimo, colore albo, curſu uelociſſimus. Captus, libertatis amore, mauult inedia perire. Aelianus.

Hŏmœŏmĕri-a, ὁμοιομέρεια, Similitudo partium. Lucret. lib. 1. Hinc & Anaxagoræ ſeruetemur homœomeriam. Seruius ſuper illud Virgil. 4. Aeneid. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor: Secundum, inquit, Anaxagoram qui dicit homœomeriam, id eſt, omnium membrorum ſimilitudinem eſſe in rebus creandis: id eſt, ex oſſibus, ex ſanguine, ex medullis. nam omnia pro parte ſui tranſeunt in procreandũ. ¶ Homœomeria item appellatur, quum partes eandem rationem, atq; idem nomen cum toto obtinent. Sic terram uel aquam ὁμοιομερῆ eſſe dicimus, quòd quamuis ex quã terræ aquæue partem, terram aut aquam appellemus. Sic etiam à medicis in corpore animalis partes illæ minimæ, & ſenſu ſimplices, ὁμοιομερεῖς appellantur, quas nos ſimilares nominamus: quales ſunt caro, os, cartilago, & eiuſmodi quorum uel minimæ particulæ, totius & rationẽ obtinent & appellationem.

Hŏmœŏptŏton, ὁμοιόπτωτον. Figura eſt, quæ fit quũ diuerſæ dictiones in fine membrorum in ſimiles caſus exeunt. Saluſtius, Maximis ducibus fortibus, ſtrenuiſq; miniſtris Ennius, Mœrentes, flentes, lachrymantes, & miſerantes. Dictum homœoptoton, quaſi ὁμοίως πῖπτον, hoc eſt ſimiliter cadens, ut interpretatur Cicero.

Homœoſis, ὁμοίωσις. Figura eſt ſententiarum, qua per ſimilitudinẽ cogniti deducimus in cognitionem incogniti. Dicta homœoſis à uerbo Græco ὁμοιόω, quod eſt aſſimilo. Latini ſimilitudinẽ interpretãtur. Eius tres ſunt ſpecies, Icon, Parabola & Paradigma: de quibus uide ſuis locis.

Homœoteleuton, ὁμοιοτέλευτον, Similiter deſinens Figura, quum plura uerba in eandem uocem ſio iunt: ut, Abiit, diceſſit, euaſit, erupit. Differt ab homœoptoto, q illud ſolum fiat in caſibus ſimiliter deſinentibus: hoc etiam in his partibus orationis quæ caſus non habent.

Homogalactos, ὁμογάλακτος. [Italic. Nodrido d' un iſteſſo latte. Gallic. Nouri d' un meſme lait. Hiſpa. Criado de una meſma leche. Germa. Von einer milch erzogen, Oder von einer milch geſogen hatt.] Eodem lacte nutricius, quem Latini collactaneum uocãt. Vox compoſita eſt ab ὁμὸς, quod eſt unus, idem, uel ſimilis, & γάλα, lac. Verum huiuſmodi uocum ſignificatio ex Græcolatino potius Lexico petenda erat: quippe quæ neq; Latinis in uſu ſunt, neq; noſtris literis ſcribi conſueuerunt. Quare id genus non paucas, nullo prorſus iudicio huc congeſtas, ſuſtulimus, & uelut ab aliena familia remouimus: idq; eodẽ iure quo Latinas uoces è Græco dictionario eximeremus.

Homogene, homogenis, commonis generis, tertiæ declinationis, ὁμογενὴς, conſanguineus, eiuſdem generis. Vnde & Homogenium.

Homoleum, pilei genus quo ueteres utebantur.

Homologare, eſt roganti permittere, auctorem fieri & aſſeguari.

gnari. Vide Budæum in Annotationibus prioribus.

Homologia, ὁμολογία, confeſſio, pactum, aſſenſus.

Homohypni, ὁμόϋπνοι, Domeſtici, contubernales, ac familiares, quaſi unâ ſomnum capientes. Ita enim eos appellat Charondas, apud Ariſtotelem, libro primo Politicorum.

Homonœa, ὁμόνοια. Latinè interpretatur concordia. ¶ Fuit etiam caſtiſſimæ matronæ nomen, cuius epitaphium me mini me uidiſſe Romæ in ueteri marmore inciſũ, quod id temporis aſſeruabatur in periſtylio ædium Cardinalis Alexandrini. Erat autem huiuſmodi:

Tu, qui ſecura procedis mente, parumper
Siſte gradum, quæſo, uerbaq; pauca lege.
Illa ego, quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homonœa breui condita ſum tumulo.
Cui formam Paphiæ Charites tribuere decoram,
Quam Pallas cunctis artibus erudiit.
Nondum bis denos ætas mea uiderat annos,
Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc, morte eſt mihi triſtior ipſa
Mœror Atimeti coniugis ille mei.
ATIM. Sic tibi terra leuis, mulier digniſſima uita,
Quæq; tuis olim perfruerere bonis.
Si peoſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus:
Quantulacunq; meæ debentur tempora uitæ,
Penſarem pro te chara Homonœa libens.
At nunc, quod poſſum, fugiam locemq;, deosq;,
Vt te matura per Styga morte ſequar.
HOM. Parce tuam coniux fletu quaſſare iuuentam,
Fataq; mœrendo ſolicitare mea.
Nil proſunt lachrymæ: nec poſſunt fata moueri.
Viximus: hic omneis exitus unus habet.
Parce, ita nonnunquam ſimilem experiare dolorem,
Et faueant uoris numina cuncta tuis.
Quod mihi præripuit mors immatura iuuentæ,
Id tibi uicturo proroget ulterius.

Hŏmōnўmon, penultima correpta. ὁμώνυμον. [Itali. D'un iſteſſo nome. Gallicè D'un meſme nom. Hiſpanicè, De un meſmo nombre. Germanic. Gleichs oder eines nämens.] Lanuè ſonat Eiuſdem nominis. Propriè enim homonyma dicuntur res res diuerſæ eodem appellatæ nomine: ut, Taurus Aſiæ mons, & bos maſculus eodem appellantur nomimine, quum ſint res diueriſſimæ. Homonyma itaq; dici poſſunt, quæ à Grammaticis uocantur Aequiuoca, quæ ſub una uoce plura ſignificant: quale eſt Lupus, quod & animal terreſtre ſignificat & piſcem. Synonima autem dicuntur uoces diuerſæ, quę eiuſdem ſunt ſignificationis: qualis ſont enſis, & gladius.

Homoſius, ὁμόσιος, Eiuſdem ſubſtantiæ, quod Theologi uoce inter Latinos non ſatis recepta conſubſtantialem dicunt. Ὁμόσιος enim idem eſt quod unus, idem, uel ſimilis, & ἰσία, ſubſtantia.

Honeſtus, a, um, Honore & dignitate plenus. σεμνὸς, ἔντιμος, σεβάσμιος. [Ital. Honeſto, laudabile, di uirtu, gentile. Gall. Honneſte, louable, & de uertu, de bonne reputation, gentil. Hiſpan. Coſa honeſta, hermoſa, honrada y que parece bien. German. Ehrlich, Ehrbar, erſam, ehrenhafft.] Salluſtius in Iugurta, Calumnia paucorum, quibus omnia honeſta, atq; inhoneſta uendere mos erat. ¶ Item pulcher καλὸς, εὐειδὴς. Teren. in Eunuch. Hem Eunuchum tibi, Quàm liberali facie, quàm ætate integra: *TH.* Ita me dii amentˉ, honeſtus eſt. Et paulo poſt, Ducit ſecum unà uirginẽ donò huic, papæ, facie quàm honeſta. Sic etiam Inhoneſtus, modò idem eſt quod turpis, hoc eſt honoris & dignitatis expers ἄτιμος. Cicero pro domo ſua. Profectò illum Atilium hominẽ turpiſſimum iudicarent. Modò idem quod deformis. αἰσχρὸς. Teren. in Eun. Illumne, obſecro, inhoneſtum ſequi.

Honeſtiſſimus, Honeſtate, uel honore pleniſſimus. ἐπιφανέστατος. Cic. Lentul. Poſt tuum diſceſſum is dies nobis honeſtiſſimus fuit in Senatu.

Honeſtum, honeſti, ſubſtantiuum, neutri generis, ſecundæ declinationis, Virtutem, probitatemq; ſignificat, quo cauetur nequid indecorè, cœmineatè, libidinoſè, turpiter fiat, cogiteturue. τὸ καλὸν. [Italicè, Ciò che è honeſto, uirtù, honeſtà. Gallicè, Ce qui eſt honneſte, honneſteté. Hiſpanic. Lo que es hermoſo, honrado y honeſto. Germanicè, Ehrſamkeit, Ehrbarkeit.] Quintilianus libro ſecundo, capit. Sed nos iuſtum, pium, religioſum, cæteraq; his ſimilia honeſto complectimur.

Honeſtas, atis, f. t. Idem eſt quod dignitas, decus, laus uirtute comparata. τὸ καλὸν. [Ital. Honeſtà. Honeſte té. Hiſp. Honeſtidad. Ger. Ehrſamkeit, Ehrliche achtbarkeit.] Cic. Offic. In officio colendo ſita eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. Idem ad Atticum, O hominem amentem, & miſerum, qui ne umbram quidem unquam τὸ καλὸ uiderit. Vbi enim eſt dignitas, nisi ubi eſt honeſtas? Idem pro Murena. Nolite eum antè partis honeſtatibus, atq; omni dignitate, fortunaq; priuare.

Honeſtè, aduerbium, Cum honore & dignitate, aut ſaltem ſine dedecore. καλῶς. [Ital. Honeſtamente, honorevolmente. Galli. Honneſtement, vertueuſement, honorablement. Hiſpan. Honeſtamente, honroſamente, y ſin reprehenſion. Germ. Ehrlichen, ehrbarlichen.] Terentius in Eunucho, Alio pacto honeſtè quomodo hinc abeam, neſcio. Cicer. de Amic. Quod qui recuſarent, quamuis honeſtè id facerent, eius tamen amicitiæ deſerere arguerentur.

Honeſto, honeſtas, actiu primæ coniugæ. Decoro, honore afficio. ἐπισεμνῶ, τιμῶ. [Ital. Fare honore, honorare. Gal. Honorer, faire honeur. Hiſpa. Honrar, hazer honor à otro. Ger. Ehren, ehr anthũn.] Plautus Capt. Ne me ſecus honore honeſtes, quàm ego te, quum ſeruiebas mihi. Cicc. lib. 1. Offic. Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Idem 2. Offic. Quæcunq; igitur homines homini tribuunt, ad eum augendum atq; honeſtandũ, aut benevolentiæ gratia faciunt. Sallu. in Catil. Sed quòd indignos homines honore honeſtatos uidebam. ¶ Huius compoſita ſunt, Cohoneſto, quod eſt ſimul cum aliis honeſto. συνεπισεμνῶ. Cicero Bruto, Quos cohoneſtatis, in primisq; me, ſi Reſpublica, municipiumue tuo ſtudio, & diligentia bene adminiſtrata erit. Dehoneſto, quod eſt contrarium ſuo ſimplici. ἀτιμάζω.

Honor, honoris, & Honos, maſc. ter. decl. Reuerentia quam alicui exhibemus in uirtutis teſtimonium. τιμὴ. [Ital. Honore, ornamento. Gal. Honeur, dignité. Hiſp. Honra, hermoſura. Germ. Ehr.] Cic. pro Cælio, Nemini unquam præſenti Poteolani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio. ¶ Accipitur etiam honor ſiue honos pro dignitate, ſiue magiſtratu. Idem de Claris Orat. Honos eſt præmium uirtutis, iudicio ſtudioq; ciuium delatum ad aliquem. Idem in Epiſt. Quum honoribus ampliſſimis perfuncti eſſemus. Idem antequam iret in exilium, Qui ſunt aſſecuti ſummum gradũ honoris, non diſpoliabũtur honore. Vbi per ſummũ gradũ honoris intelligit dignitatem Conſulatus, ad quam per cæditatem & Præturam uelut per inferiores gradus paulatim aſcendebatur. ¶ Aliquando accipitur pro pulchritudine. κάλλος. Virgil. lib. 1. Et lætos oculis afflarat honores. Et alibi, Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorem. ¶ Aliquando pro cultura, obſeruantiaq; θεραπεία. Idem lib. 6. Semper honore meo, ſemper celebrabere donis. ¶ Inuenitur etiam aliquando poſitum pro ipſis ſacrificiis uel odoribus, quos ueteres diis ſuis accendebant. Virgil. 1. Aeneid. Aut ſupplex aris imponat honores? ¶ Aliquando pro præmio ut apud eundem, Ipſis præcipuè ductoribus, addit honores. Cic. 1. Tuſculan. Honos alit artes, omnesq; incendimur ad ſtudia gloriæ. ¶ Mortis honos, id eſt, ſepultura. Virgil. Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes. ¶ Aliquando pro amore. Virgil. 11. Aeneid. Siquis amatæ tangit honos animum. ¶ Honorem præfari dicimur, quum rem aliquam turpem dicturi, paucula uerba præmittimus, quibus turpitudinis uerecundiam à præſentibus precamur. Cicero Pæto, Nos autem ridiculè: Si dicimus, Ille patrem ſtragulauit, honorẽ non præfamur: ſin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus eſt. Pro eodem etiam dicimus. Habere honorem auribus. Curt. lib. 5. Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus: paulatim pudorem profanant: ad ultimum opus (honos auribus ſit habitus) ima corporis uelamenta proiiciunt.

Honorarius, honoraria, honorarium. Quod ad honorem pertinet. τιμητικὸς, ὀτιμητικὸς. [Ital. D'honore, pertinente à honore. Gal. D'honeur, appartenant à honeur. Hiſp. Coſa de hũra, perteneſciente à honra. Germ. Das zů ehren gehört.] Ius honorarium, id eſt, Prætorium, ab honore Prætorum. Honorarius arbiter dicitur quem honoris cauſa, utraque

pars ſummum facit ſuæ cauſæ & controuerſiæ iudicem Cicero quinto Tuſcul. Quorum controuerſiam ſolebat ea quam honorarios arbiter iudicare Carneades. ¶ Ludi honorarii quos antiqui liberalia dicebant, ut inquit Feſtus: dicti honorarii, ab honore uidelicet eorum qui munera ea populo edebant. ¶ Honorarium, donum erat teſte Budæo, quod Conſulibus olim in prouincias aduenientibus, honoris loco dabatur: qualia hodie principibus ſuas primùm urbes ingreſſis porrigi, uelut bene ominandi gratia, ſolent. *γερέσιον, τὰ γέρα, τὸ τιμῶν, τὸ φιλότιμον.* [Ita. Preſente di una città à un principe. Gallicè, Du preſent de ville ou autre à un prince ou magiſtrat. Hiſpanicè, Don ó dadiua que dana la ciudad á principe. Germanicè, Ein verehrung oder ehrenſchenckẽ] Honorarium ab ad dictum, quòd honoris cauſa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Cicer. in Piſonem, Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi, qui honorarii? ſi quidem portet ui & metu extortum honorarium nominari: quod quum peræquè omnes, tum acerbiſſimè Bœotii, Byzantii, Cherronenſes. Theſſalonica ſenſit. ¶ Eſt etiam honorarium apud iuriſconſultos, munus quod patronis dabatur à clientibus. Olim enim patroni non exigebãt officii tui mercedem, quemadmodum noſtri hodie aduocati, quòd turpiſſimum ducerent patronum eſſe mercenarium: clientes tamen ne accepti beneficii immemores uiderentur, patronis ſuis pro ſuo arbitrio munus aliquod offerebant, quod honorarium uocabant, eo quòd magis ad honorandum patronum, quàm ad mercedis ſatisfactionem pro arbitrio clientis ſoleret offerri. ¶ Honorarius tumulus, qui honoris cauſa erigitur. *πενοτάφιον.* Suetonius in Claud. Cæſ Cæterùm exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps ſtatuto die quotannis miles decurreret. Galliarumq; ciuitates publicè ſupplicarent. Quibus uerbis ſignificat cenotaphium Druſo in Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum eſſet. Sic uocari poſſunt hodie, quas repræſentationes in anniuerſariis exequiis uocamus. Vide cenotaphium. ¶ Honoraria, ludi qui à Romanis fiebant in honorẽ Liberi patris, qui & Liberalia dicebãtur. *Διονύσια.* Feſtus Honorarios ludos appellat.

Hŏnŏro, ras, pen. prod. a. p. Honore afficio. *τιμῶ, ἐν τιμῇ.* [Ita. Honorare. Gallicè, Honorer. Hiſpanicè, Honrar. Germanicè, Ehren, Ehrbeweiſen, in ehren behalten.] Cic. n. de Diuin. Amphiaraum autem ſic honorauit fama Græciæ, Deus ut haberetur. Idem in Philipp. Hic me non ſolùm meis laudibus ornat, ſed etiam honorat alienis. ¶ Honorare aliis à Cicerone dicitur, honorem habere alicui, honorem adhibere, honeſtare: in honore habere, honorem ei facere, honorem debitum alicui præſtare, honore augere, honore ampliſſimo ornare. ¶ Huius compoſita ſunt, Exhonoro & Inhonoro quę ſunt ſignificationis contrariæ ſuo ſimplici.

Honoratus, m. ſ. Qui in honore habetur. *ἔντιμος, τίμιος, ἐν λόγῳ* [Ital. Honorato. Gallicè, Honore. Hiſpanicè, Honrado. Germanicè, Ein in ehren man, der in ehren gehalten wirt.] Cicero libro primo Offic. Dicendum eſt etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe. Idem de Senect Manent ingenia ſenibus, modò permaneat ſtudium & induſtria, nec ea ſolùm in claris, & honoratis uiris, ſed in uita etiam priuata & quieta.

Honorate, aduerbium, cum honore & dignitate. *ἐντίμως, τιμίως, ἐνδόξως* [Ital. Honoratamente. Gal. Honorablemẽt. Hiſpan. Honoroſamente. Ger. Mit ehren.] Cic. 11. Philipp. Quæ de illo uiro Syllæ quæ Murænæ quæ Seruilius quæ Lucullus, quàm honoratè, quàm honorificè, quàm grauiter ſæpe in Senatu prædicauerunt. Tacit. li. 10. Quòd filiũ eius primo rerum motu in colonia Agrippinẽſi deprehenſum, honoratè cuſtodierunt.

Hŏnŏrabĭlis, le, om. t. Honore dignus. *ἔντιμος, ἀξιότιμος.* [Ital. Degno d'honore, honorabile. Gallicè, Honorable, digne d'eſtre honore. Hiſp. Digno de ſer honrado. Ger. Ehrwürdig.] Liu. 4. ab Vrbe, Quinq; Conſulatus eodem tenore geſti, uitaq; omnis conſulariter acta, uerendum penè ipſum magis, quàm honorabilem faciebant.

Hŏnŏrĭfĭcus, a, um, Quod honorem confert. *τίμιος.* [Itali. Ciò que fa honore. Gallicè, Qui fait honeur, honorable. Hiſpanicè, Coſa que honra. Germanicè, Das ehr bringt oder ehrlichmachet] Cicero Cælio, Honorificus in me Conſul fuit, & ſuauis amicus. Idem ad Brutum, Decreuit etiam interim, quòd quanquam uidebatur illi ætati honorificũ, tamen erat exercitum habẽti neceſſarium. Honorifica mẽtio alicuius, apud eundem ad Quintum frat. Item, Honorifica uerba, Honorificum Senatuſconſultum.

Honorificè, aduerbium, Idem quod honorate. *ἐντίμως.* [Ital. Honoratamente, honoreuolmente, con honore. Gall. Honorablement, auec honeur, en faiſant honeur Hiſpanicè, Honroſamente. Germani. Ehrlichen, Mit ehrerbietung] Cicer. ſexta Verrina, Itaq; in curiam uenimus, honorificè tanè conſurgitur: nos rogatu magiſtratus aſſedimus. Idem ad Cælium, In quo admirari ſolco grauitatem & iuſtitiam, & ſapientiam Cæſaris: nunquam, niſi honorificentiſſimè, Pompeium appellat. Honorificè dicere. Brutus Ciceroni, Nõ ſolùm enim uſi eſtis, ſed etiam quotidianum eſt aliquid audire de te quod pro noſtra dignitate fideliter atq; honorificè dixeris aut feceris Honorificè appellari Cæſar à belli. Gal. Itaq; honorificè ciuitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo. Cic. de pet. Conſ. Largè & honorificè promittere aliquid.

Hŏnŏrĭfĭco, ficas, a. p. Honore afficio, apud recentiores duraxat legitur. *ἀγῶ διὰ τιμῆς.* [Italice, Honorare, far honore. Gal. Honorer, faire honeur. Hiſpan. Honrar, hazer honra à otro Germani. Ehr anthũn, Ehr erbieten, Ehr beweiſen.] Lactantius lib. 7. Vt adorent & honorificent regem magnum.

Hŏnŏrus, a, um, Decorus, honorificus. *τίμιος.* [Itali. Chefa honore Gal. Honorable, faiſant honeur. Hiſpanicè, Honorable, que haze honra. Ger. Ehrlich.] Tacitus lib. 1. Fuerunt qui publici funeris pompam requirerent, compararetq; quæ in Druſum patrem Germanici honora & magnifica Auguſtus feciſſet. Honora oratio, apud eundem lib. 1. Vnde Inhonorus, ſine honore. *ἀλιξος, ἀτιμος.* Plin. lib. 5. ca. 30. Alieq; inhonore ciuitates.

Hŏplŏmăchus, pen. cor. m. ſ. *ὁ πλόμαχος.* Dicitur is qui ſcuto reliquiſq; armis inſtructus, in arenam deſcendit. Nam *ὅπλον* apud Græcos modò ſcutum, modò omnia generaliter arma denotat, quæ pugnantibus uſui ſunt. Mart. li. 8. Hoplomachus nunc es? Focras ophthalmicus antè: Feciſti medicus quod facis hoplomachus.

Hŏra, ræ f. p. *ὥρα.* [Ital. & Hiſpa. Hora. Gal. Heure. Germani. Ein Jedes theil der zeit, Ein ſtund.] Apud ueteres accipitur pro cuiuſuis tẽporis parte: unde quatuor illæ anni partes. Ver, Æſtas, Autumnus, & Hyems, anni horæ dictæ ſunt. Hodie tamen magis accipimus pro æqualibus illis ſpatiis in quæ dies diuiditur. Dictæ autem ſunt horæ (ut Macrobius putat) à Sole. Aegyptii enim Solem uocabant Horum. unde etiam horæ ab Ouidio Solis miniſtræ fingũtur. Sint (ut alii malunt) *ἀπὸ τῦ ὁρᾶ*, quod terminum ſignificat: ſiue ab *ὁρίζειν*, quod eſt terminare, definire, uel dividere. Sunt enim horæ, nihil aliud quàm ſpatia quædam æqualia, in quæ dies diuiduntur. Alii malunt horas dictas *ἀπὸ τῦ οὔρει*. quo uerbo urina ſignificatur. Ferunt enim Hermetem Trimegiſtum horas primùm obſeruaſſe ex urina ſacri cuiuſdam animalis quod Serapi erat dicatum. Nam quum animaduerteret ab eo animali dici. & poſtis unius ſpatio, æqualibus interpoſitis interuallis, urinam duodecies emitti, placuit in totidem horas diem ciuilem dividere: qui tamen poſtea duplicato numero in horas xxiiij. eſt diſtinctus. Terentius in Eunuch Dum. hæc dicit, abiit hora: rogo nunquid uelit. Cicero 6. Verrina, Hora ampliori iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. ¶ Hora etiam quandoque pro die accipitur, uel pro ſtato quodam & certo tempore. Cicer. 1. Verrina, Menſes mihi tres quum eripuiſſetis ad agendum maximè appoſitos, reliquum omne tempus huius anni me nobis remiſſorum putaſtis, ut quum horis noſtris nos eſſemus uſi, in binis iudiciis interpoſitis quadrageſimo poſt die reſpõderes. Vbi Aſconius, Horas ſuas uocat uiginti dies qui accuſatori dabantur ad accuſandum legitimi, totidemq; defenſori. Virg. li. 1. Georgic. Nunquam te craſtina fallet Hora, neq; inſidiis noctis capiere ſerenæ. ¶ Omnium horarum hominem, uetteres appellabant eum qui ſeriis pariter ac iocis eſſet accommodatus, & quicum aſſiduè libeat conuiuere. Atque ita appellatum Aſinium Pollionem, autor eſt Fabius lib. 8. ca. 4. circa finem. Vide Eraſ. Adag. ¶ Hora præterea, dea cuiuſdam nomen erat apud Romanos, ita dicta *ἀπὸ τῆς ὥρας*, hoc eſt, à uenuſtate & pulchritudine, cui præeſſe putabatur.

putabatur. Hanc Romani putabant eſſe Herſilium Romuli uxorem, quæ poſt Romuli apotheoſin, in cœlum tranſlata, pro Herſilia uocata eſt Hora. Ennius, Teq; Quirine pater ue neror, Horamq; Quirini. Apud Ouidium tamen in fine libri decimiquarti Metamorph. legitur Ora, ſine aſpiratione, & priore correpta. Priſcum (inquit) pariter cum corpore nomen Mutat, Oramq; uocat: quæ nunc dea iuncta Quirino eſt.

Horarius, a, um, Quod eſt unius horæ: unde Secretum horarium, dicitur ſecretum unius horæ. *ὡριαῖος*. [Ital. D'un' hora. che dura un'hora. Gal. D'une heure, qui dure un heure. Hiſpa. Coſa de una hora. Ger. Das einer ſtund lang iſt.] Sueton. in Domit. Inter initia principatus quotidie ſecretum ſibi horarium iumere ſolebat, ne quicquam amplius quam muſcas captare, ac ſtylo præcuto configere.

Horarium, rarii, ſubſtantiuum, n. ſ. Eſt inſtrumentum quodnis, quo dici horas deprehendimus, ſiue ſciotericum ſit, ſiue clepſydra, ſiue alia quæuis machina horas indicans. *ὡρολογεῖον*. [Ital. Horologio, horiuolo. Gallicé, Horologe. Hiſp. Relox. Germa. Ein inſtrument oder uhr ſo die ſtundē anzeigt.] Cenſorinus cap. de diebus, P. Cor. Naſica Cenſor ex aquâ fecit horarium: quod & ipſum à conſuetudine naſcendi horas, à Sole ſolarium cœptum uocari.

Horologium, gii, n. ſ. *ὡρολογεῖον*. [Itali. Horologio, horiuolo. Gal. Horologe. Hiſp. Relox. German. Ein inſtrument oder uhr ſo die ſtunden anzeigt.] Quaſi horarum ratio, inſtrumentum quo horæ deſignantur, quod olim ſolarium dicebatur: quoniam in ſole tantùm horarum ratio conſpiceretur. Apud antiquos enim erat concha hemycichia, lineis decem proportione diſtincta, cui præiongus ex ære, aut ligno baculus Soli oppoſitus ſupereminebat, & eius umbra lineas incidēs horas oſtendebat. Quanquā & alia habuerunt Priſci horologia, quæ aquæ, aut etiam arenulæ fluxu horas indicabant, quas ab aqua ſenſim defluente, clepſydras uocabant. Vide Plin. lib. 7. c. 60.

Horoſcopus, horoſcopi, penultima correpta. m. ſ. *ὡροσκόπος, παρὰ τὸ σκοπεῖν τὰς ὥρας*, hoc eſt, à perſpectandis horis, ſignificat eam cœli partem quæ hora qualibet ab inferiori hemiſphærio ſurgit ab Oriente. Aſtrologi noſtri ſeculi aſcendens appellant. Auguſtinus libro 5. de Ciuitate Dei. Ac per hoc ſi tam celeriter alter poſt alterum naſcitur, ut eadē pars horoſcopi maneat, paria cuncta quæro, quæ in nullis poſſunt Geminis inueniri. Si autem ſequentis tarditas horoſcopum mutat, parentes diuerſos quæro quos Gemini habere non poſſunt. ¶ Horoſcopos item id temporis monumētum ſignificat, quo quiſq; naſcitur, quaſi horæ inſpectionem, & notationem Perſius Satyra 6. - geminos horoſcope Varro Producis genios. ¶ Eſt etiam horoſcopus interdum a dictionum, ut inſtrumenta horoſcopa, & Vaſa horoſcopa dicuntur, in quibus horæ dignoſcuntur. Plin. lib. 2. c. 21. Vaſa horoſcopa non ubiq; eidem ſunt uſui, trecentis ſtadiis, aut longiſſimè etiam quingentis ſtadiis mutantibus ſemet umbris.

Horæum, *ὡραῖον*, per ſimplex r, cum diphthongo, dicitur mel æſtiuum, cæteriq; omnes fructus qui æſtate colliguntur, *ἀπὸ τῆς ὥρας*, hoc eſt à pulchritudine, quòd fructus eo anni tempore collecti, pulchritudine & bonitate cæteris præcellant. ¶ Dicuntur etiam hoc nomine quædam ſalſamenta ex piſcibus confecta. Athenæus. Salſamentum autē horum eſt, aut thynneum. In horæo macra pinguibus, in thynneo macris pinguia præferimus. Quæ cymbia dicuntur, inter macra ſunt: inter pinguia cordylæ.

Horarium, uide Hora.

Horſum & Forſum, Pro bono ueteres uſurparunt. Feſtus.

Hōrda, dæ, f. prim. Vacca prægnans. *βοῦς ἐγκύμων, ἢ ἔγκυος*. [Ital. Vacca grauida. Gal. Vne vache pleine ou preingne. Hiſpan. Vaca preñada. Ger. Ein tragende kū] nam quæ ſteriles eſt, taura appellatur. Varr. 2. de Re ruſt. c. 5. Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur: quæ prægnans, horda. Ouid mutata aſpiratione in digamma Aeolicum, pro eodem dixit Fordam, putatq; à ferendo detiuari. Forda ferens bos eſt: fœcunda dicta ferendo.

Hordicia, hordiciorum, Dicta ſunt ab Antiquis ſacra, in quibus hoſtiæ hordæ, id eſt, prægnantes, immolabantur. Feſtus.

Hordeum, *κριθάϊον*, Genus piſcis.

Hōrdeum, hordei, n. ſ. Ab horrore, quoniam horret calamus altior frumento, quàm hordeo ſit: ariſta tamen mordacior eſt hordeo. *κρίθη*. [Ital. Orzo. Gall. Orge. Hiſpanic. Ceuāda Herm. Gerſten.] Vel dicitur ab oriendi celeritate, quòd ex te omnia frumenta ſit aridum: aut certè ab antiquo adiectiuo hordus, quod apud ueruſtiſſimos ſignificabat grauidum: pro quo poſteriores mutata aſpiratione in digamma Aeolicum dixerunt Fordus. Plin. lib. 18. cap. 7. Hordeum frugum omnium molliſſimum eſt: ſeri non uult, niſi in ſoluta, & ficca terra, ac niſi læta. Palea ex optimis: ſtramento uerò nullum comparatur.

Hordeaceus, a, um, Quod eſt ex materia hordei. *κριθινος*. [Ital. D'orzo. Gal. D'orge. Hiſp. Coſa de cenada. Ger. Das vō gerſten iſt.] ut, Panis hordeaceus. Plin. libro decimooctauo capite. 11.

Hordearius, dea, um, Quod hordeo uiuit. *ὁ καὶ ἀποκριθοφάγος*. [Ital. Che uiue di orzo. Gal. Qui uit d'orge. Hiſp. El que uiue de cenada Ger. Das der gerſten gelēbt.] Plin. lib. 18. ca. 7. Antiquiſſimum in cibis hordeum, ſicut Athenienſium ritu Menandro autore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii uocabantur. Vnde Aes hordearium ueteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur Feſtus. Hordearia pruna. Plin. lib. 15. cap. 13. Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

Horia horiæ, Vide Oria.

Hōrizon, huius horizontis, pen. prod. *ὁρίζων*. [Ital. Horizonte. Gal. L'horizon. Hiſpa. Terminador del cielo. Ger. Der circkel an dem ſich das geſicht endet, wann einer auff der weite iſt, vnd in bedoncket es hange der himmel ringsweis vmbhār am erdtrich.] Finitor uel terminator Latinè dicitur, *ἀπὸ τῆ ὁρίζειν*, quod eſt terminare. Eſt autem circulus, uel cœli terminus quodam circo deſignatus: qui ſuper terram uidetur, quē ſibi unuſcuiuſq; circumſcribit aſpectus. Centum & octoginta ſtadia non excedit acies contrà uidentis. Vbicunq; terrarum ſteteris, uideris tibi quandam cœli concluſionem uidere, quam horizontem uocauerunt. Cic. 2. de Diuin. Quum enim illi orbes, qui cœlum quaſi mediū diuidunt, & aſpectum noſtrum definiunt, qui à Græcis *ὁρίζοντες* nominantur, à nobis finientes rectiſſimè uocari poſſunt, uarietatem maximam habeant, aliiſq; in aliis locis ſint: neceſſe eſt ortus, occaſuſq; ſiderum non fieri eodem tē pore apud omnes.

Hōrmēſion. Gemma igneo colore radians auro, portante ſecum in extremitate candidam lucem. Plin. lib. 37. capit. decimo.

Horminodes, Gemma quæ ex argumento uiriditatis appellata eſt, ambiente circulo aurei coloris. Plinius libro 37. capite decimo.

Horminum, *ὅρμινον*, Herba eſt folio marrubii, caule ſemicubitali, quadrangulo, ſemine Saluiæ ſimili. Volgus Saluiā tranſmarinam appellat.

Horno, aduerbiū, Significat Hoc anno. *τῆτες, τῆτῳ, τῷ ἔτει*. [Ital. Queſto anno. Gal. C'eſte annee. Hiſpa. Aqueſte anno. Germ. Heūr.]

Hōrnus, a, um, à pronomine hic & annus, idem eſt quod huius anni, uel quod ætatē unius anni nō exceſſit. *ἑτήσιος*. [Ital. D'un anno. Gal. D'un an. Hiſp. De uno anno. Germ. Heer zeūg. Das nitt über ein ihar alt iſt.] Vnde Hornam frugem dicimus, quæ hoc anno prouenit. Acron uerò hornū, quod eſt unius anni dixit. ut, Res horna: id eſt, annua, uel noua. Proper. lib. 4. Illa dies aguis eadem denuntiat hornis, id eſt, annicolis. At porphyrio hornum, huius anni expoſuit. Vnde ſuper illud Horatii in Epodo, Et horna dulci uina promens dolio: Horna (inquit) uina dicuntur huius anni. Nonius uerò, illius anni interpretatus eſt, & adducit Lucilium lib. 28. ita ſcribentem, Vtrum anno, anſ horno te abſtuleris à uiro. ¶ Hornam meſſem, prouerbiali figura dixit Plautus, pro maximo emolumento: quaſi dicat, tantum lucri quantum eo anno ſit prouenturum in agris. Vide Chiliades Eraſmi.

Hornotinus, a, um, pen. cor. ſicut à Diu, diutinus: Huius, uel unius anni. *ἑνιαῖος*. [Ital. Di queſto anno. Gal. Di c'eſt an. Hiſ. Coſa de queſto anno. Ger. Heūrig. Jārig.] Cic. 5. Verr. Has literæ, iudices, L. Metelli, quas audiſtis, hoc quantum eſt ex Sicilia frumenti hornotini, exarauerunt. Cato de Re ruſt. cap. 17. Hornotinæ nuces uirides. Colum. lib. 3. Plantas hornotinas, ſcrobibus pedalibus factis, ante Calendas Martii diſpoſitas habeas.

Horos, ὅρος, A Græcis dicitur finis & terminus cuiuſuis rei. Indè à Latinis oram dici quidam putant, cuiuſcunq; corporis extremum.

Horologium, uide Hora.

Horreo, Horreſco, uide Horror.

Hórreum, n. ſ. Ab horrore, quaſi horridum, propter aſperitatem ariſtarum. Priſci enim truges in ſuis ſpicis cum ariſtis in granariis condebant. ἀποθήκη, σιτοφυλακεῖον. [Ital. Granaro. Gal. Grenier. Hiſpan. Alholi, ò algorfa, ò granero. Germ. Ein ſcheür, Kornſpeicher.] Varro ab hordeo tractũ exiſtimat, quemadmodum à tarre, tarreum Nam quemadmodum tarreũ dicitur locus in quo reponitur far, ita horreum dicitur locus hordeo aſſeruando accommodatus: quanquam generalius accipitur pro quauislibet frugum repoſitorio. Virgil. Georg. Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. Cic. contra Rullum, Illi Capuam cellam atq; horreum, agri Cãpani eſſe uoluerunt. Nam ſolum autem horreum accipitur pro loco deſtinato ad cuſtodiam frugum, ſed etiam rerum aliarum pretioſarum, ſepoſitarum ad quotidianum uſum: ut apud Apuleium in Metamorpho, Demonſtrat horreum, ubi uetpere ſagaciter argentum copioſum recondi uidetur. ¶ Iureconſulti horrea frequenter uſurpant pro repoſitoriis mercium, & rerum pretioſarum. ¶ Ipſo horreo dari dicitur, quod prolixè & affatim datur.

Horreolum, n. ſ. τὸ μικρὸν σιτοφυλάκιον, ἢ μικρὰ ἀποθήκη. [Ital. Picciolo granaro. Gall. Petit grenier. Hiſ. Pequenno alholi, ò algorfa, ò granero. Ger. Ein ſcheürle.] Diminutiuum ab Horreum. Valer. Max.

Horrearius, m. ſ. σιτοφύλαξ, ταμίας. [Ital. Cardinno del granaro. Gal. Gardien de blé. Hiſp. Guardador, el que guarda el pan. Ger. Ein ſcheürenmeyer, Speichermeiſter.] Cui cõmiſſa eſt cura ac cuſtodia horrei. Cuſtos uel exercitor horrei. Vipian. in L. Celſus. ff. Ad exhib. Sed ũ nemo hæres ſit, cũ horreario agendum.

Horreum penſile, repoſitorium ſublime & editum, Plinius & Varro probarunt, ſuſpenſa & ſublimia, hoc eſt, penſilia horrea. Cõſimiliter penſilis uua dicitur, quæ ſuſpenditur ad perennitatem. Penſiles horti erant Thebis Aegyptiis memorabiles. Sergius item habuit penſiles balneas. Colum. libro 12. capite 49.

Horribilis, Horridus, uide Horror.

Hórror, horris, m. t. Tremor, propriè quum totum corpus uel frigore uel pauore intremiſcit, & ſucceſſatur. φρίκη. [Ital. Tremore, horrore, freddo, battimento di cuore. Galli. Friſſon, effrayement. Hiſp. Miedo, ò eſpeluzo por frio. Ger. Ein ſchauderung oder erzitterung.] Celſus lib. 3. cap. 3. Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ à frigore. Frigus uoco, ubi extremæ partes membrorum inalgeſcunt: horrorem, ubi totum corpus intremiſcit. Virgil. 3. Aeneid. mihi frigidus horror Membra quatit. Idem 4. Aeneid. Arrectæq; horrore comæ, & uox faucibus hæſit. ¶ Refertur etiam quãdoq; ad uenerationem pro metu illo, qui ex religione incutitur. Virgilius primo libro Aeneidos, Horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Lucanus, Arboribus ſuus horror ineſt.

Horridus, a, um, Hiſpidus, aſper. Ἀσπὶς, λάσιος. [Ital. Horrido, aſpro, peloſo. Galliс. Effrayant, hideux, eſpouuantable, aſpre, rude. Hiſ. Eſpantable ò eſpeluzado. Ger. Rauch, haarächtig: item, Scheürzlich.] Virg. lib. 4. Aeneid. Et glacie riget horrida barba. ¶ Interdum etiam accipitur pro inculto, & inornato. Terent. in Phormione, Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem: Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida. ¶ Per translationem etiam oratio dicitur horrida, quæ dura eſt, aſpera & ieiuna. Et horridos, timendos. φρικτούς. Virgil. 3 Aeneid. Horridus in iaculis hoc eſt, terribilis, ut exponit Seruius. Horrido contrarium eſt Nitens, uel nitidum. Cicero 1. de Orat. Ita de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædã eſt oratio tua.

Horridè, aduerbium, Hoc eſt aſperè, & inculte. τραχέως, λαισίως, αὐχμηρῶς. [Ital. Rozzamente, aſpramente. Gal. Aſprement, rudement, hideuſement. Hiſp. No labrada, impolidamente, aſperamente Germ. Rauchlich, Vnlieblichẽ, häſslichen.] Cicero in Ora. Putant enim qui horridè inculteq; dicat, modò id eleganter enucleateq; faciat, cum ſcilicet Attice dicere.

Horriditas, horriditatis, fœm. gen. tert. de. Ipſe horror. φρίκη. [Ital. Horrore. Gal. Horreur. Hiſpan. Miedo ò eſpeluzo por frior. Germ. Das ſchauderen oder zitteren.] Nam. Omnia mihi horriditati erant maximæ.

Horridulus, a, um, diminutiuum, Idem quod ſubhorridus, id eſt, parum bene cultus. ὑπότραχυς. [Italicè, Alquanto terremante, sbigottito. Gal. Vn peu effrayant, un peu aſpre & rude. Hiſp. Eſpantable ò eſpeluzado un poco. Ger. Scheürzlechtig. Das unlieblich iſt.] Perſius, Scis comitem horridulum tota donare lacerna. Cicer. 1. ad Attic. Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta uiſa ſunt: ſed tamen erant ornata hoc ipſo, quòd ornamenta neglexerant. Sic in Oratore, Horridulæ orationes.

Horribilis, le, omn. ter. Formidabilis. φρικτός, φοβερός. [Italic. Horribile, ſpauẽteuole. Gal. Horrible, eſpouuentable. Hiſ. Eſpantable o terrible. Germ. Grewlich, Scheürzlich, erſchrockenlich.] Cic. Et quod dictu quoq; horribile uidetur uiuentis ſanguine humano Virg. 4. Geo. Omnia transformat ſeſe in miracula rerum, Ignemq; horribilemq; feram, fluuiumq; loquentem.

Horrifer, horrifera, horriferum, Horrorem, hoc eſt uehemens frigus inuehens. φρικτός. [Ital. Che da ſpauento, & fa tremare. Gal. Qui donne frayeur. Hiſ. Coſa que tramite do. Ger. Das froſt und ſchauderen bringt.] Cic. 3 Tuſ. Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Ouid. 1. Metam. Septẽtriones Horrifer inuaſit Boreas.

Horrifico, as, Horrorem incutio. φρικῶ. [Italic. Far paura, & horrore. Gall. Effrayer, eſtonner, eſpouuenter. Hiſ. Eſpantar. Germani. Ein grauſen oder forcht machen, erſchrecken.] Virg. 4. Aeneid. Multaq; præterea uatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant.

Horrificus, a, um, Quod horrorem facit. φρικωδείς. [Ital. Ciò che fa horrore ò paura. Gal. Qui fait frayeur, effrayant. eſtõnant. Hiſpanicè, Coſa que haze eſpanto y miedo. Ger. Das ein grauſen unnd forcht mache.] ut, Horrificum bellum apud Ciceronem, pro Domo ſua. Virgilius tertio Aeneidos, At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt Harpyiæ.

Horripilo, as, pen. corr. Significat horridiore, aſperioreq; pilo frutificare. ἀκανθωμαι. Apul. lib. 3 Aures immodicis horripilant auctibus.

Horriſonus, horriſona, horriſonum, pen. cor. Quod cum horrore ſonat, ſiue quod horridum ſonum habet: ut, Horriſonus fremitus. ἠχητικός. [Ital. Che rende ſuono horribile. Gal. Qui rend ſon effrayant. Hiſp. Coſa que haze el ſon ò ſonido eſpantable. Ger. Das grauſam unnd erſchrockenlich tõner.] Virgilius 9. Aeneidos. Clamores excipiunt ſocii, fremituq; ſequuntur Horriſono. Cic. 2. Tuſcu. Horriſonum fretum.

Horreo, res, rui, neutr. g. ſecundæ coniugat. Horrorem habeo, propriè quum pili ſeſeq; in animante eriguntur. φρίττω. [Ital. Hauer horrore, paura, freddo. Gal. Friſſonner, ſe heriſſonner, & leuir ſon poil, ſe rehuper, trembler de peur. Hiſpa. Eſpelacarſe con frio, temer, reuer ò auer en horror. Germa. Ein grauſen haben: item, Fröſtelen oder froſt habẽ. Sich förchten unnd entſetzen, &c.] ¶ Verum quoniam hoc aliquando ex frigore fit, factum eſt, ut horrere aliquando accipiatur pro frigere Iuuena. Satyr. 1. Et horrenti tunicam nõ reddere ſeruo. ¶ Et quia frigus ſæpe à timore proficiſcitur, fit ut horreo accipiatur pro timeo. Virgil. lib. 3. Georg. Nec uanos horret ſtrepitus. Liuius 1. ab Vrbe, Conſules quoque Romani nihil præterea aliud quàm ſuas uires, ſua arma horrebant. ¶ Horrere item tremere ſignificat. Columella lib. 1. capite quarto, Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. ¶ Item aſperum eſſe: quoniam corpora quæ horrent, aſpera redduntur. Virgilius undecimo libro Aeneidos, tam latè ferreus haſtis Horret ager. ¶ Similiter horrere, eſt ſtupere, mirari. Virgi lib 3. Horrendum, ac dictu uideo mirabile monſtrum. ¶ Conſtruitur hoc uerbum modò abſolutè. Terentius in Eunucho, Torus horreo. Modò cum dativo. Plin. in Panegyrico, Nemo iam parens filio niſi fragilitatis humanæ uices horret. Modò cum ablativo, mediante præpoſitione, ut apud Lactantium libro 6. Nam de mortis generibus horret animus recordari, quum immanium beſtiarum ultra ipſam mortem carnificina ſæuierit. Modò cum accuſativo. Virgilius libro tertio Georgicon, nunquam cuſtodibus illis Nocturnos habe-

tabulis furem, incuſſuſq; luporum, Aut impactos à tergo horrebis lictores. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Abhorreo, exhorreo, exhorreo, inhorreo, & perhorreo: quæ uide ſuis locis.

Horreſco, horreſcis, n. t. Horridus fio: ut quum quis intrinſecus algorem ſeu tremorem in ſe citari & creſcere ſentit, pauore, ſtupore, aut febri inualeſcente ἐπιφρίττω. [Ital. Hauer horrore, diuenir horrido. Galli. Auoir frayeur, trembler de peur, craindre. Hiſp. Temer ò hauer horror. Germa. Ich beb an zů ſchauderen oder zůerzitteren.] Virgil. lib. 6. Horreſcit uiſu ſubito, cauſaſq; requirit. Plautus in Aſinaria, Horreſcet faxo lenna, leges quum audiet, id eſt, expaueſcet. ¶ Item contremiſcere. Virgil. lib. 1. Georg. Tum ſegetes altæ cũ pinq; natantes, Lenibus horreſcunt flabris. Terent. Adelph. Perii, horreſco, ſemper ubi pultare haſce occipio fores. Aliquando habet poſſe accuſatiuum. Virgil. lib. 1. Aeneidos, Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. ¶ Eius compoſita ſũt, Abhorreſco, exhorreſco, inhorreſco, & perhorreſco: quæ uide ſuis locis.

Horrendus, horrenda, horrendum, gerundiuum. Idem eſt quod timendus, & abominandus φρικτός. [Ital. Horrendo. Gall. Dequoy on doit auoir horreur, horrible, eſpouuentable. Hiſp. Coſa eſpantable y de temer. Germani. Erſchrockenlich, Abſcheũlich, Grauſam.] Virg. 1. Aenei. Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Idem 2. Aeneid. Clamores ſimul horrendos, ad ſydera tollit. Tibull. Eleg. 10. libro 1. Qui fuit horrendos primus qui protulit enſes.

Hõrſum, aduerbium loci, Verſus hunc locum. Ἄνῳ, Ἄνωι, ἄνω, ἀναδή, ἀναδί. [Ital. Verſo queſto luogo, uerſoqua. Gall. Vers ce lieu, de ce coſté, uers ceſte part. Hiſp. Hazia aquelle lugar. Germ. Hieharwerts, Hie hinauſs.] Plaut. in Rudente, Vidéſne alteram illam ut fluctus ciecit torasſ? Surrexit, horſum ſe capeſſit, ſalua res. Terent. in Hecyra, -erat, eccum Phidippum & patrem. Video, horſum pergunt.

Hortenſũ in lyra, id eſt, in arcola & ſulco horti. Hortenſia appellant omnia quæ ſeruntur & naſcuntur in hortis. Græco uocabulo dicuntur ceputica. Columella libro nono, capite quarto.

Hortenſis, uide Hortus.

Hõrtor, aris, com. p. Eſt uerbis ad aliquid faciendum impellere quempiam, uel conſilium dare ad rem aliquam aggrediendam. προτρέπομαι, παρακαλῶ. [Ital. Confortare, eſſortare. Gall. Enhorter, inciter à quelq; choſe. Hiſp. Induzir ò amoneſtar, incitar. Germ. Ermanen. Mit worten an halten vnd treiben.] Ēt differt à moneo, quia monemus auctoritate & conſilio: hortamur rationibus & precibus, etiam plerunq; blandiendo. Terent. in Hecyra, -ego propterea te ſedulò Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſeriat, Quin ſpolies. Cice. ad Lentulum. Pompeium & hortari & orare, & iam liberius accuſare & monere, ut magnam infamiam fugat, non deſiſtimus. ¶ Hortari, paſſiuè. Tacitus libro ſexto Annal. Memmium Pollionem conſulem deſignatum ingentibus promiſſis inducunt, ſententiam expromere, qua hortaretur Claudius Octauiam deſpondere Domitio.

Hortatio, onis, f. t. Hortandi actus, προτροπή. [Ital. Eſhortatione. Gal. Amonneſtament, enhortement. Hiſ. Inducion ẽ to. Germ. Ermanung.] Cic. 5. de Finib. Tamen mihi grata eſt hortatio tua.

Hõrtatus, huius hortatus, maſc. quint. Idem quod adhortatio & monitio. προτροπή. Cicero pro Archia, Quòd ſi hæc uox huius hortatu, præceptiſque confirmata, nonnullis aliquando ſaluti fuit, &c. Plin. lib. 11. cap. 1. Cuius hortatu exceperat eos dies.

Hortamen, inis, n. t. & Hortamentum, ti, neut. ſ. Idem ſignificant. προτροπή. Liu. 10. ab Vrbe, Vbi auditur P. Decii cuentus, ingens hortamen ad omnia pro Republica audenda. Idem lib. 7. Pugnatum haud procul porta Collina eſt totius ferè orbis, in conſpectu parentum, coniugumq;, ac liberorum: quæ magna etiam abſentibus hortamenta animi, tum ſubiecta oculis, ſimul uerecundia, miſericordiaq; mixtim accendebant.

Hortator, hortatoris, maſculini generis, tertiæ declinationis, Qui hortatur, & ſuadet ut aliquid fiat. προτρεπτής. [Italicè. Chi conforta & incita. Gallicè, Qui enhorte, amoneſte & incite. Hiſpanicè, Inducidor, amoneſtador. Germanicè, Ein ermaner.] Cicero pro Sexto Roſcio, Poſtremò iſto hortatore, autore, intercellore, ad Syllam legationem adierunt.

Hortatrix, Verbale. παραινέσα, νουθέτησα, παρακλητική. [Ital. Donna che conforta. Gall. Celle qui en horte & incite. Hiſpanic. Inducidora, amoneſtadora. Germani. Ein ermanerin.] Vt, Gloria hortatrix animoſi leti, Stat. 9. Thebaid.

Hortatiuus, hortatiua, hortatiuum, Adhortationi accommodatus. προτρεπτικός. [Italicè, Coſa che uſiamo per confortare. Gallicè, Dequoy on uſe & ſe ſert on à enhorter. Hiſpanicè, Coſa para induzir. Germanicè, Zů der ermanung tůglich.] Quintil. Hæc ad hortatiuum genus maximè pertinet.

Hõrtus, horti, m. ſ. Eſt locus in agro, ſiue etiam in urbe, in quo arbores, & olera oriuntur. κῆπος. [Ital. Horto, giardino. Gal. Vn iardin, un courtil. Hiſpa. Huerto para ortaliza, iardin. Germanic. Ein garten.] Horat. 2. Serm. Satyr. 4. Cato ſuburbano qui ſiccis creuit in agris Dulcior: irriguo nihil eſt elucius horto. Cic. 11. Philip. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrauit. ¶ Apud ueteres autem accipiebatur pro uilla, quòd in illis uiri ad bella orirentur. Plin. lib. 19. cap. In xii. Tabulis legum noſtrarũ nuſquam nominatur uilla: ſemper in ſignificatione ea hortus: ih horti uerò hæredium. Feſtus. Hortus apud antiquos omnis uilla dicebatur, quòd ibi qui arma capere poſſent, orirentur. Conſtat itaq;, ſi etymologiæ rationem ſpectemus, ſcribendum eſſe ortus ſine aſpiratione: fecit tamen receptus à doctioribus uſus ut aſpiretur, ad differentiam ſortiſſis participii ortus, uel nominis quartæ inflexionis. Vtcunq; tamen quis ſcribat, non multum peccauerit. ¶ Valla lib. 1. cap. 5. ponit differentiam inter hortum in ſingulari numero, & hortos in pluraliter hortus dicatur ubi olera naſcuntur, hoc eſt, quæuis herbæ ſatiuæ, quibus neſcimus horti uerò, qui arboribus conſiti ſunt, & uoluptatis cauſa comparati. Vnde in ſuperiori dicendum putat unum hortum, duos aut tres hortos: in poſteriore uerò, per numeros diſtributiuos loqui præcipit: ut ſcilicet unos, binos, ternos quaternos hortos dicamus. Hæc tamen differentia etiamſi frequentius uera eſt, non ſemper tamen obſeruatur. Teſtimonia uide apud Vallam loco iam citato. ¶ Horti penſiles qui ſupra ædificia facti, uel ſupra columnas erecti pẽdent. Plinius libro trigeſimoſexto, capite decimoquarto, Legunt & penſiles hortos, imò uerò totum oppidum feciſſe Aegyptiæ Thebæ.

Hortulus, li, diminutiuum eſt ab hortus. κήπιον. [Ital. Horticello giardinetto. Gal. Vn petit iardin, iardinet. Hiſpa. Pequeño huerto ò iardin. Germanicè, Ein gärtlein.] Plin. li. 35. c. 5. Erat tunc Protogenes in ſuburbano hortulo ſuo. Cic. 1. de Nat. deorum, Mihi quidem etiam Democritus uir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit.

Hortenſis, & hoc hortẽſe. Quod in horto naſcitur. κηπευτός. [Ital. Ciò che naſce nell' horto. Gall. De iardin, qui croit és iardins. Hiſp. Coſa de huerto ò que naſce en ello. Germani. Das in dem garten wachſet.] Plinius libro decimonono. cap. 10. Morbos hortenſia quoq; ſentiunt, ſicut reliqua terræ ſata.

Hortenſius, a, um, Idem quod hortenſis. κηπευτός. Plin. libro 19. cap. 8. Beta hortenſiorum leuiſſima eſt. Idem lib. 22. cap. 24. Sed medicinas è floribus, coronamentiſq;, & hortenſiis, quæq; manducantur, herbis proſecuti, quoniam modo frugum omittemus?

Horyberron, Leontopetalon, apud Dioſcoridem libro 3. capite 109.

Hoſpes, itis, gen. commu. t. Dicitur qui quæſe alterum hoſpitio ſuſcipit, uel ab eo excipitur. καταλύτης, ξένος, ξενοδόχος ὁ ξενίσων & ξενιζόμενος. [Ital. Albergatore, & chi è albergato, foreſtiere. Gal. Hoſte, hoſtelier, celuy qui loge ou eſt logé eſtranger. Hiſpa. Hueſped, que recibe ò es recebido. Germ. Ein wirt, oder ein gaſt.] Proprié autem dicuntur hoſpites amici diuerſarum patriarum, qui ſe mutuò recipiunt, quum alter in alterius patria peregrinus eſt. Ouid. lib. 1. Metamorphoſ. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Cicero pro Deiotaro, Per dextram iſtam quam hoſpes hoſpiti porrexiſti. ¶ Hoſpes item pro peregrino accipitur. Terentius in Andria, -nunc me hoſpitem Lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile atque utile. Aliorum exempla commonent. Cicero

Acad.1. Nam nos in noſtra urbe peregrinantes, errantesq; tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt: ut poſſemus aliquãdo, qui, & ubi eſſemus agnoſcere. ¶ Sunt qui putent hoc nomen eſſe omnis generis, eo quòd in numero plurali interdum legamus neutrum genus hoſpita, ut apud Virgilium 5. Aeneid. quò tutior hoſpita luſtres Aequora. Sed veriſimilius eſt hoc eſſe ab adiectiuo hoſpitus, a, um, cuius etiam fœmininum ſæpius inuenitur in ſingulari numero: ut, Auis hoſpita, apud Statium 1. Achil. & Nabis hoſpita, apud Ouid. 1. Faſtor. & Terra hoſpita, apud Virgil. 3. Aeneid. ¶ Huius compoſitum eſt Inhoſpitus, a, um, de quo ſuo loco.

Hoſpita, tæ, Quæ aliquem hoſpitio excipit, aut ab alio excipitur *ξενοδόχη, ξένη*. [Ital. Hoſtiera. Gal. Hoſteſſe. Hiſpan. La huéſpeda aſsi. Ger. Ein wirdin oder Gaſtfraow.] Cicer. 5. Verrina. Contemnere etiam ſignum illud Himetæ iam uidebatur, quòd cum multo magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. ¶ Accipitur etiam pro peregrina. Terent. in And. Nam illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ, Propter huiuſce hoſpitæ conſuetudinem?

Hoſpitium, tii, n. ſ. Domus quæ gratis liberaliterq; uenienti hoſpiti patet. *ξενών, ξενεῶν*. [Ital. Hoſpitale, allogiamento, hoſpitio. Gal. Logis pour les eſtrangers, hoſtellerie. Hiſ. Albergo, Hoſpederia por amiſtad. Ger. Ein herberg: wirtshauſs.] Liu. lib. 2. Ibi benigne excepti, diuiſiq; in hoſpitia curatis uulneribus. Sciendum antiqui inſtituti fuiſſe, ut hoſpitii neceſſitudo non modò inter priuatos, ſed etiam inter populos contraheretur: quod genus amicitiæ, Græci *πρόξενιαν*, Latini hoſpitium publicum uocauerunt. Nam quod hoſpitium inter priuatos contrahebatur, Græcè *ἰδιοξενία*, Latinè priuatum hoſpitium dicebatur: cuius erat nota, pignusq; teſſera hoſpitalis: ut ille apud Plautum ait in Pœnulo, Deum hoſpitalem & teſſeram Mecum fero. Liu. lib. 7. bell. Maced. Nihil nobis tota noſtra actione P. C. neq; difficilius, neq; moleſtius eſt quàm quòd cum Eumene nobis diſceptatio eſt: cum quo uno maximè regum, & priuatorum ſingulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitati noſtræ hoſpitium eſt. Budæus. Hoſpitium item familiaris quædam amicitia eſt, uel mihi hoſpitandi apud illum, uel illi apud me. Cic. Fuit mihi cum illo uetus hoſpitium. Idem 4. Verr. Dixit hoc idem M. Lucullus, ſe de his Dionis incommodis pro hoſpitio quod ſibi cum eo eſſet, iam antè cognoſſe. ¶ Hinc & ædes quæ publicè parantur ad egenos recipiendos, hoſpitia non ineptè poſſunt appellari: quæ nonnulli nocabulo non ſatis Latino uocant hoſpitalia. *ξενοδόκεια, πτωχοδοχεῖα*. Quæ uerò uiatoribus, peregrinisq; mercede patent, cauponæ, diuerſoriaq; uocantur.

Hoſpitális, & hoc hoſpitale, adiectiuum, Quod eſt hoſpitis, ſiue quod ad hoſpitem pertinet. *ξενικός*. [Italicè, Pertinente ad hoſteria. Gal. Apartenant ou ſeruant à loger. Hiſpanicè. Coſa pertenſciente à albergo ò hoſpederia. Germanicè, Das zů den geſten gehört.] Liu. libro 1. Exceptus benignè ab ignaris conſilii, quum poſt cœnam in hoſpitale cubiculũ deductus eſſet. Et li. 2. Alii profecti domos nũcii hoſpitalium beneficiorum: multos Romæ hoſpitium, urbisq; charitas tenuit. ¶ Accipitur item hoſpitalis pro liberali & facili ad ſuſcipiendum hoſpites hoſpitio, qui & genitalis dicitur *ξένιος, φιλόξενος*. [Ital. Cortese & liberale nel ricevere i foreſtieri. Gal. Qui eſt courtois & prompt à loger & receuoir ces eſtrangers. Hiſpan. Oſpedable, liberal para oſpedar los eſtrangeros. Ger. Gaſtfrey.] Cic. 5. Verrina. Homo qui ſemper hoſpitaliſſimus, amiciſſimusq; noſtrorum hominum exiſtimatus eſſet, noluit uideri ipſum illum Rubrium inuitus in domum ſuam recepiſſe. Hoſpitalis Deus, dictus eſt Iupiter, quod in eius tutela hoſpites eſſe credebãtur. *ξένιος*. ¶ Huius compoſitum eſt Inhoſpitalis, hoc eſt auarus, cuius domus hoſpitibus nõ patet *ἄξενος*. Item locus hoſpitalis ad quem hoſpitibus non patet acceſſus.

Hoſpitalitas, atis. f. t. Benignitas & facilitas in excipiendis hoſpitibus *φιλοξενία*. [Itali. Benignità, liberalità da ricevere gli foreſtieri. Gal. Courtoiſie & liberalité, à recueillir & feſtoyer les eſtrangers en ſa maiſon. Hiſpa. Hoſpedamiento y facilidad, para hoſpedar. Germanicè. Gaſtfreye. Fründliche entpfahung der geſten.] Cic. lib. 2. Offic. Rectè etiam à Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas.

Hoſpitaliter, aduerbium, Benigne, liberaliter, *ξενίως, φιλοφρόνως*. [Italicè, Benignamente, liberalmente. Gal. Liberalement, courtoiſement, en recevant les eſtrangers en ſa maiſon. Hiſpanicè, Hoſpedablamente y con amiſtad. Germanicè, Gaſtlich, Fründtlich, Gütlich.] Liuius 1. ab Vrbe, Inuitati hoſpitaliter per domos. Idem lib. 6. Moti exemplo Patres, uocari eos iam tum hoſpitaliter magis, quàm hoſtiliter iuſſere.

Hoſpitor, aris, com pr. Amicè in hoſpitium recipio. *ξενίζω*. [Italicè, Allogiare, albergare. Gal. Recevoir eſtrãger en ſon logis. Hiſpanicè, Hoſpedar ò otro dando la poſada. Germanicè, Beherbergen, Fründtlig auffnemmen.] uel hoſpitio utor *καταγόμαι*. [Ital. Eſſer'allogiato, eſſer albergato. Gal. Eſtre receu & logé en logis eſtrange. Hiſpanicè, Ser hoſpedado. Germanicè, Beherberger werden. Fründlich auffgenomen werden.] Seneca de Vita beata, Quid enim eſt cur illis bonum locum inuideat? ueniant, hoſpitentur. ¶ Et per translationem hoſpitari, pro in alieno ſolo creſcere. Plinius libro decimoſeptimo capite uigeſimo, de caſtanea loquens, Nuda enim radice tota, in ſulco proſternitur. Tunc ex cacumine ſuper terram relicto renaſcitur & alia ab radice: ſed trãſlata naſcit hoſpitari, paucis q; nouitatem.

Hoſpitus, a, um, adiectiuum ab hoſpite deductum. *ξενικός, ξένος*. [Italicè, Albergatore. Gallicè, Hoſte ou eſtranger. Hiſpanice, Hoſped ò eſtrangero. German. Frömbde.] Virgil. 3. Aeneid. Quò tutior hoſpita luſtres Aequora. Sic auis hoſpita, id eſt peregrina, apud Statium 2. Achil. nauis hoſpita, apud Ouidium 1. Faſt. Terra hoſpita, apud Virgil. tertio Aeneid. ¶ Huius compoſitum eſt Inhoſpitus: de quo ſuo loco.

Hoſtia, æ. f. p. Ab hoſtibus dicta eſt. *θυσία, ἱερεῖον*. [Ita. Hoſtia, uittima Gal. Sacrifice, oblation. Hiſpan. El ſacrificio ò coſa que ſe ſacrifica. German. Ein ſchlachtopfer.] Proprie enim erat animal quod immolabatur ab Imperatore ad bellum proficiſcente pro impetranda contra hoſtes uictoria: aut quod iam profligatis hoſtibus mactari ſolebat ab eo qui potitus erat uictoriæ, Ouidi. 1. Faſtorum, Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet. Feſtus putat hoſtiam proprie dictam fuiſſe ſacrificium quod Latibus immolabatur: eo quòd hoſtes ab illis arceri putabant: unde & ipſi Lares hoſtioli dicti ſunt. Alii hoſtias ab antiquo uerbo hoſtio dictas putant, quod apud antiquos inter alia ſignificabat ferio uel rependo, ut probat Nonius hac autoritate Pacuuii in Teucro, Niſi coercuero proteruitatem, atq; hoſtiero ferociam. Pro eodem etiam dicitur Victima, quæ creditur ab actis hoſtibus. Ouid. lib. 1. Faſto. Victima, quæ cecidit dextra uictrice, uocatur. Gellius hoc putat diſcriminis eſſe inter hoſtiam & victimam, quòd hoſtia à quouis ſacerdote mactari poſſet: victima tantum ab eo qui hoſtes uicciſſet. ¶ Mactata hoſtia lenior, prouerbiali figura dixit Horatius de manſuetis & ſponte ſuis. ¶ Hoſtia item puellæ nomẽ fuit, quam Propertius adamauit, & falſo nomine Cynthiã appellauit. ¶ Eſt & Hoſtia oppidi nomen in Latio, ad Tiberis oſtium: in qua tamen ſignificatione rectius ſcribetur Oſtia ſine aſpiratione.

Hoſticus, Hoſtilis, Vide Hoſtis.

Hoſtio, is, Æquam compenſationem retribuo, uicem reddo. *ἀμείβω*. [Italicè, Aguagliare, ricompenſare. Gal. Egaler, unir, rendre la pareille. Hiſp. Ygualar, raſar la medida, remunerar. German. Vuidergelten, Vergleychen.] Plaut. in Aſinaria, Quin promitto, inquam, hoſtire contra, ut meruiſtis, id eſt æqua reddere & talionem referre. ¶ Quandoque comprimo, coercco. Pacuuius in Teucro, ut citat Nonius Niſi coercuero proteruitatem, atque hoſtiero ferociã. ¶ Quandoq; offendo, exdo. Pacu. Erotopegnion, lib. 2. ut citat idem Nonius, Nunc id mihi moleſtum eſt, quòd hoſtit uoluntatem tuam. ¶ Huius compoſitum eſt Rehoſtio, quod eſt uicem refero, inquit Feſtus. Verũ eſt obſoletum.

Hoſtimentum, ti, n. ſ. Idem quod æquamentum uel retributio: ab antiquo uerbo hoſtire, quod inter cætera ſignificat æquare, uel æquum reddere, uel compenſare. *ἀμοιβή, ἀντάμειψις, ἀντιπαράδοσις*. [Ital. Aguagliamento. Gall. Vnement & egalite, la pareille, recompanſe de rant pour tant. Hiſp. Ygualdad, como la raſadura. Ger. Ein widergeltung, Vergleychung.] Plaut. in Aſin. Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. Feſtus, Hoſtimentum eſt beneficii penſatio.

Hoſtitium,

Hoſtorium, rii, n. g. [Italic. Il baſtone da radere il grano, detto randa. Gall. Une raſoire, baſton pour raſer le bled quand on le meſure. Hiſpan. El raſero dela medida. Germ. Ein ſtreich holtz] Lignum æquatorium, baculus quo modius & cæteræ menſuræ æquantur. Alio nomine radius dicitur.

Hoſtis, is, c. t. πολέμιος. Ita. [Inimico cõmune. Gal. Ennemi mortel. Hiſp. El enemigo publico. Ger. Ein feynd] communis generis, ab hoſtio, ſtis, quod inter alia ſignificat cum primere, & retundere: vt in illo Pacuuii apud Nonium, Niſi coercuero proteruitatem, atq; hoſtiero ferociam. Dicuntur autẽ hoſtes illi, cum quibus publicè bellum habemus: Inimici autem, cum quibus priuata odia exercemus. ¶ Apud antiquos tamen hoſtis dicebatur peregrinus, quem nunc uocamus hoſpitem ab hoſtiendo, hoc eſt, ab æquando: eo quòd ſuis legibus uiuens, nobis quodammodo æqualis uideatur. Cic. 1. Offic. Equidem illud etiam animaduerto quòd qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis uocaretur, leuitate uerbi triſtitiam rei mitigante: hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. ¶ Hoſtis, non hoſtis, ἀπολέμως πολεμικῶς, dicitur qui nulla laceſſitus iniuria, tamen quæ ſunt hoſtium facit: aut qui pacis obtextu facit hoſtilia. Conueniet etiam in illos qui prius quàm expoſtulauerint de iniuria cum amico, iam iaduni inimicè.

Hoſticus, a, um, pe. cor. Idẽ quod hoſtilis. πολεμικός, ἐχθρός. [Ital Coſa da nemico, inimico. Galli. De ennemi ou ennemis, ennemi. Hiſp. Coſa de enemigo, enemigo. Ger. Feindtlich.] Hora. lib. 1. Serm. Satyr. 9. Hunc neq; dira uenena, nec hoſtious auferet enſis. Colum. in Præfat. lib. 1. Quanquam inter ferũ & ignes, hoſticis incurſionibus uaſtatæ fruges: largius tamen condidere, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem ruſticam.

Hoſtilis, le, pen. prod. om. t. Quod eſt hoſtis. πολεμικός. [Ita. Ciò che è d'inimico. Gal. D'ennemi ou d'ennemis. Hiſpa. Coſa de enemigo. Germ. Feindtlich.] Virgil. 11. Aeneid. Indutoſq; iubet truncos hoſtilibus armis ipſos ferre duces. Hoſtilis in Rempub animus, Cic. ad Brut. Idem pro Cluentio, Hoſtile odium & crudelitas. Facere hoſtilia, uel pati omnia hoſtilia, eſt facere uel pati omnia quæ ab hoſtibus poſſent expectari. Tacit. lib. 15. Quo pro Armeniis hoſtilia facerent. Hoſtilia referre. Liuius libro primo bell. Punic. Legati retulerunt omnia hoſtilia: & Saguntı excidium nuntiatum.

Hoſtiliter, aduerbium, Ad modum hoſtium πολεμικῶς. [Ita, Ad uſo di inimico. Gal. En ennemi. Hiſp Enemiglamente. Germ. Feindtlichen.] Cic. 5. Phili Ergo Annibal hoſtiscius Antonius: quid ille fecit hoſtiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, & cogitet?

Hoſtilitas, atis, pen. cor. f. t. Ἀνοσιουργία, ἐχθρικά, τὸ πολέμιον. [Itali Inimicitiã Gall Inimicié, haine d'ennemi mortel. Hiſp. Ennemiſtad. Ger. Feindtſchafft.] Sene. de uita beata, Aduerſus hoſtes inhumana crudelitas, aduerſus ſuos etiam hoſtilitas eſt.

Hoſtimentum, uide Hoſtio, hoſtis.

Hoſtium, uide Oſtium.

Hoſtorium, uide Hoſtio, hoſtis.

Hoſtos, teſte Varrone, lib 1. de Re ruſt. cap 24. dicitur tantum olei, quantum uno ictu conficitur. Factum autem uocant quod uno tempore conficiunt. Vide item Catonem capite 6.

H ante V.

HV. In notis antiquorum Huius. H V. honeſta uita. H. V. B. P. Heres uerus bonorum poſſeſſor.

Hũber, huberis, ſecundum Aquilcium per h, ab ὕω pluo. εὔφορος, εὔκαρπος. [Ital. Abondante fruttifero, graſſo, diuitioſo, Gal. Plantureux, abondant, fertile, ample. Hiſp. Coſa fertil y copioſa. Ger. Fruchtbar, übertlüſſig.] Alii magis ab humeo, ſicut tuber à tumeo, in b conuertio. Loca enim arida, infœcunda ſunt: contrà, quæ humecta ſunt, feracia. Nõ deſunt tamen hodie qui ſine aſpiratione ſcribere malint. Eſt autem huber, ſiue uber, idem quod fœcundus, & fertilis: & in hac ſignificatione eſt adiectiuum omnis generis: quamuis in plurali numero neutrum genus non inueniatur. Cato libro ſecundo Orig. Ita res huber fuit. Cicero ad Quintum fratrem, Multis locis aquam profluentem, & eam huberem uidi. Idem libro ſecundo de Natura deorum, Huberrimi, latiſſimiq; fructus uitium. Idem primo de Natura deorum, Maiore expectatione, huberiore ſpe commoueri. Idem de Claris Orat. Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit. Neutro genere uſus eſt Seneca, Et omne id, inquiens, quod huberi ingitur ſolo. ¶ Huius contrarium eſt Iuhuber. Gellius, Inuberes, & multæ quidem, macræq; eſſent. ¶ Huber uerò ſubſtantiuum, idem fere eſt quod māma ὖθαρ [Ita. Mámella, teta. Gal. Mámelle tette. Hiſ. La teta Germau. Broſt.] Virg. 3. Aegl. Binos alit huberc fœtus. Proprie hubera uidentur interiora mammarum: mammæ uerò, huberum eminentiæ. Virgil. lib. 3. Geo. Læta magis manabunt hubera mammis. ¶ Inuenitur etiã quandoq; huber ſubſtantiuum poſitum pro hubertate, aut fœcunditate. εὐθηνία, εὐφορία. ut, Huber agri, id eſt, hubertas & fertilitas, quo pacto & Græci ὖθαρ ἀρούρης, dicunt. Virgilius libro primo Aeneidos, Terra antiqua, potens armis, atq; hubere glebæ. Pallad. libro primo, capite trigeſimo tertio, Prati uerò recentia ſtercora ſufficient ad huber herbarum.

Hubertas, atis, f. t. Fertilitas, abundantia, copia. εὐθηνία. [Ital. Abondanza, fecondità, fertilità Gallicè, Plantè & abondance, fertilité, fertilité, fecundité. Hiſp. Copia y fertilidad. Germanic. Fruchtbarkeit, Völle, übertlüſſigkeit.] Plin. lib. 7. c. 1. Hæc facit hubertas ſoli, temperies cæli, aquarum abundantia. Cicer. 2. de Nat. dor. Nuper nati mammas appetunt earumq; hubertate ſaturantur.

Hubertim, & Hubertimè, aduerbia ſunt comparatiui & ſuperlatiui gradus, ab adiectiuo huber deducta, idem ſignificantia quod copioſè, & copioſus. Cicero ad Appium, libro 3. Eadem illa fecerunt latiora mihi tuæ literæ: nõ ſolùm quia planius loquebantur & Huberius, quàm uulgi ſermo: ſed etiam quia magis uidebar gratulari. Idẽ. 5. de Diui. Atq; his libris annumerandi ſunt ſex de Republica, quos tunc ſeripſimus quum gubernacula Reipub. tenebamus: magnus locus, philoſophiæq; proprius, à Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaq; Peripateticorum familia tractatus uberrimè.

Hubero, as, a. p. Huber, & fœcundum facio. παχύνω, εὐφορον ποιῶ. [Ital Far abondante, far diuitioſo, fecondare. Galli. Rendre plantureux & fertile, engraiſſer. Hiſp. Hazer fertil y copioſo. Ger. Fruchtbar oder völlig machen.] Pallad. lib. 4. Hoc uelut cotu ſteriles arbores huberantur. ¶ Huberare, pro exuberare, ſeu huberem & fœcundum eſſe, dixit Colu. libro 5 c. 9. εὐθηνεῖν, παχύφορον εἶναι. Optimum eſt, inquiens etiam conſtitutas plantas circummunire caueis: deinde cõſtitutum iam & maturorum oliuetum in duas partes diuidere, quæ alternis anuis fructu induantur: neq; enim olea continuo biennio huberat, id eſt, fœcunda eſt, fertilis.

Hubertim, abundanter, copioſè. πορίμως, εὐθήνως. [Ital. Abũdantamente, copioſamente. Galli. Plantureuſement, fertilement, copieuſement, abondamment. Hiſpanicè, Copioſa y fertilmente. Germanic. Völliglich, übertlüſſiglich.] Catolius.

Hubertus, a, um, Abundans. εὔπορος. [Ital. Abondante. Gal. Aboudant, plantureux. Hiſpanic. Copioſo, fertil. Germani. Vberflüſſig, Fruchtbar, Völlig.] Gellius libro ſeptimo, capite 14. Sed ea ipſa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero ſunt, tria in tribus: magnificum in Vlyſſe, & huberum: ſubtile in Menelao, & cohibitũ: miſtum, moderatũq; in Neſtore.

Huc, aduerbium ad locum. δεῦρο. [Itali. Qua. Gallic. Ci, en ce lieu. Hiſpan. Aca, pon yo eſto. Germ. Hieher] Terent. in Eunuch. Ego cum illo, quocum uno rem habebam tum hoſpite Abii huc. Idem in Hecyra, Nam ſenex rus abdidit ſe: huc rarò in urbem commeat. ¶ Huc & illuc, δεῦρο, διᾷπειτα, incertum iter oſtendunt: quod etiam dicimus ſurſum & deorſum. Cicero ad Attic. Ne curſem huc & illuc deterrima uia. Idem in Offic. Pars quæ hominem huc & illuc rapit. ¶ Hucuſq; hoc eſt uſq; ad hunc locum, uel uſq; ad hoc tempus. Plin. lib. 6. ca. 29. Hucuſq; Neſtoris exercitum duxit.

Hui, Interiectio eſt admirantis, inquit Donatus. βαβαί, ὦ, φεῦ. Hui, oh. Terentius in Heautontimorumeno, Hui, tam grauis hos quæſo. M. Sic meritum eſt meum. Cicero ad Atticum, Hui, totieſne me literas dediſſe Romam, quum ad te nullas darem? ¶ Hui, hem, & cæteris eiuſmodi, utimur aduerſus eos quibus iraſcimur, interprete Donato. Te

rentius in Eunucho. Scibis, Principio eam eſſe dico liberam. THRAS. Hem. CHREM. Cinê Atticam. THRAS. Hui. Idem in Andria, Iuno Lucina fer opem, ſerua me, obſecro. ℘ Hui tam citò ridiculum.

Hvic, dativus pronominis Hic, hæc, hoc, τούτῳ, τούτῃ. Qui in carmine ferè, unica ſyllaba efferetur: ut apud Virgilium, Huic coniunx Sichæus erat. Quandoq; etiam per duas, ſed rarius. Statius lib. 1. Theb. Lætus huic domino videas dare iura nepotes.

Hviusce, genitivus ab hic, hæc, hoc, compoſitus cum ſyllabica adiectione ce, Cic. 7. Verr. Quos tamen fructus huiusce neceſſitudine in iſtius imperio tulit.

Hvismodi, & huiuscemodi, Nomina adiectiua omnis generis indeclinabilia, compoſita ex genitiuis huius, uel huiusce, & modi à modus, idem ſignificant quod talis. τοιοῦτος. [Ital. Di queſta guiſa, di queſta maniera. Gal. De ceſte ſorte, tel. Hiſp. Deſta manera Germa. Sölcherley, Derley, Dergleychen.] Plautus in Bacch. Homo adoleſcens Penetrem huiusmodi in palæſtram, ubi damuis deſudaſcitor: Terentius in Heautontimorum. Huiusmodi, obſecro, aliquid reperi. Ibidem, Huiusmodi mihi res ſemper commiſcere, ubi me excarnifices. Cic. 3. de Legib. Nec miror, ſed mœreo caſum huiusmodi.

Hvlcvs, uide Vlcus.

Hvlvla, uide Vlula.

Hvlvlo, uide Vlulo.

Hvmanvs, na, num, denominatiuum eſt ab homine deductum. ἀνθρώπινος, ἀνθρώπιος. [Ital. Humano, benigno. Gal. Humain, d' homme, doux, courtois. Hiſp. Coſa humana y benigna. Germanicè, Menſchlich.] ſicut à fera ferinus. Cicero quarta in Verrem, Quod eſt aliud in illa prouincia genus humanum? Plinius libr. 11. cap. 49. Sunt iis etiam humano calculo remedia præcipua, id eſt, calculo, qui in homine generatur. Cic. pro Roſc. Amer. Portentum atq; monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias uincat, ut propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce priuarit: quum etiam feras inter ſeſe partus atq; educatio, & natura ipſa conciliet, &c. ¶ Accipitur etiam interdum humanus pro eo quod ab hominis natura non abhorret. Terent. in Adelph. Nam hoc quidem ferendum aliquo modo eſt, Perſuaſit nox, amor, uinum, adoleſcentia: humanum eſt. Vbi Donatus, Nihil tandem ex ea ſumptum conſuetudine eſt quod non humanum. Et hoc dicere ſolemus, ubi peccatum quidem non negamus, ſed tolerabile eſſe dicimus. ¶ Significat etiam humanus, affabilem, benignum, comem, blandum, commodum, urbanum quem Græci φιλάνθρωπον dicunt. Terentius in Andria, Hæc ego putabam eſſe omnia humani, manſuetiq; animi officia.

Humanitas, humanitatis, f. t. Propriè naturam humanam ſignificat. ἀνθρωπισμός, ἀνθρωπότης. [Ital. Humanità. Gall. Humanité, courtoyſie. Hiſp. Humanidad. Germ. Menſchheit.] Cicero pro Roſc. Amer. Magna eſt uis humanitatis, communio ſanguinis, natura ipſa. Idem pro Sylla, Peccrem neniam errato meo ex intimis ueſtris cogitationibus & ex humanitate communi. ¶ Et quoniam eruditio, & bonarũ artium diſciplinæ ſoli homini ſunt propriæ, factum eſt, ut humanitas accipiatur pro eruditione, & bonarum literarũ ſcientia, quam Græci uocant παιδείαν. ut apertiſſimè oſtendit Gel. lib. 13. cap. 16. adducens locum Varronis ex libr. 1. Rerum humanarum. qui ſic habet. Praxiteles propter artificium nemini eſt paulum humaniori ignotus. Cic. in Ver. Tu ſine ulla arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis ſolus iudicas? Idem de Orat. Homo non hebes, neq; inexercitatus, neq; communium literarum & politioris humanitatis expers. ¶ Præterea quia homo inter omnia animalia maximè mitis eſt, ideirco humanus pro facili & miti ponitur, & humanitas pro facilitate, tractabilitate, manſuetudine, clementia, benevolentiaq;, quam Græci φιλανθρωπίαν uocant, quaſi amorem in homines. Cic. lib. 1. Offi. Non modò id uirtutis non eſt, ſed eſt potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis.

Humanitas quid ſignificet, in promptu uidetur eſſe, ut ego arbitror, apertam & omnibus exploratam notionem non habet. Quod enim exemplis licebit intelligere, non eadem ſemper huic uocì ſubiecta res eſt. Verum duobus modis accipitur: Vel ut uoluntaria quædam, à nonnullis eſt laude culta, ab iis quos Barbaros appellamus; ignorans uirtus, cultu, ſermone, conſuetudine, officio declarata: Vel ut non à uoluntate profecta, ſed nobiſcum genita neceſſitudo, per uniuerſum diffuſa genus humanum, omnesq; pariter honores attingens, ipſa quaſi commendante natura, & communi quodam mutuæ charitatis mundo adſtringente, hoc ipſo duntaxat nomine, quòd homines æquè ſimus, id eſt, eadem præditi forma, eadem uocis ac ſermonis uſu inſtructi, eiuſdem participes rationis. P. Manut. in Addita.

Humanè, aduerbium, Humano affectu, hoc eſt, benignè, manſuetè, faciliter, leniter. ἀνθρωποπαθῶς. [Italic. Benignamente, humanamente, corteſemente. Gallicè, Doumainement, comme un homme doit faire, courtoiſement. Hiſpanicè, Humana y benignamente. Germanic. Menſchlichen.] Terentius in Adelphis, Quum placeo, aduerſor ſeduld, & deterreo, tamen uix humanè patitur. Cicero ad Atticum libro 15. Ille quòd Purcolos proſequitur, humanè: quòd quæritur iniuſtè. Humanè ferre morbum, Cicero 2. Tuſculan.

Humaniter, aduerbium, Cum humanitate. φιλανθρώπως. [Italicè, Con humanità, como ad huomo ſi conuiene. Gallicè, Doumainement, auec humanité. Hiſpanicè, Humana y benignamente. Germanicè, Menſchlichen, Holtſeligklichen.] Cicero ad Marium libro ſeptimo Epiſtolarum, Propter moleſtiſſimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro, docebo profectò quid ſit humaniter uiuere. Idem ad Atticum libro primo, Sin aliter acciderit, humaniter feremus. Id eſt, æquo animo, & ut hominem decet, mille fortunæ telis expoſitum.

Humanitus, aduerbium, More humano. ἀνθρωπίνως. [Italicè, Come deue far l' huomo. Gallicè, Comme il aduient aux hommes, à la façon des hommes. Hiſpanicè, Humanamente. Germanic. Menſchlicher weyſs nach.] Plinius libro decimo, capite ſexageſimotertio, Vrſi autem (ut dictum eſt) humanitus ſtrati. id eſt, ut ſolent homines. Cicero 1. Philipp. Si quid mihi humanitus accidiſſet, id eſt, ſi fortuitò ſe morerer.

Humarium, ſacrificii genus.

Humatio, Humatus, uide Humus.

Hvmĕo, humes, humui, neutr. ſecundæ coniugationis, Madidus ſum. νοτίω. [Italic. Eſſer humido. Gallic. Eſtre ou deuenir moite ou humide. Hiſpa. Humedecerſe. Ger. Naſs oder feücht ſein.] Nicandro ὑγρὸς εἶμι. Ouidius decimo Metamorph. Dat gemitus arbor, lachrymiſq; cadentibus humet. Columella libro tertio, capite undecimo, Verùm eſt in opere difficilior, quòd neq; humentem fodere poſſis, quòd ſit glutinoſiſſima: nec nimium ſiccã, quia ultra modum prædura.

Humentia membra, in homine ſunt adeps, cerebrum, ſplen, medulla, ἀδίνες, in mammis cæteriſq; corporis partibus glandulæ.

Humeſco, humeſcis, neutri generis, tertiæ coniugationis, Humectus fio. ὑγρόω, ὑγρὸς γίνομαι. [Italicè, Diuenir humido. Gallicè, Deuenir moite ou humide. Hiſpanicè, Humedecerſe. Germanicè, Naſs oder feücht werden.] Virgilius libro tertio Georgico. Humeſcunt ſpumis, flatuq; ſequentum. Plin. in Paneg. Vidimus humeſcentes oculos tuos, demiſſumq; gaudio uultũ: tantumq; ſanguinis in ore quantum in alieno pudoris.

Hvmecto, humectas, actiuæ ſignificationis, primæ coniugationis, Humidum facio. διεμαι, βρέχω. [Italic. Bagnare, far humido. Gallicè, Ramoitir, mouiller. Hiſpanicè, Moiar, humedecer. Germanicè, Naſs oder feücht machen.] Virgilius libro quarto Georgic. Qua niger humectat flauentia culta Galeſus. Columella libro ſeptimo, capite tertio, Agnus, quum eſt editus, erigi debet, atque uberibus admoueri: tum eius diductum os preſſis humectari papillis, ut condiſcat maternum trahere alimentum.

Humectus, humecta, humectum, adiectiuum, Idem quod humidus. ὑγρὸς. [Ital. Humidito, humido. Gallicè, Mouillé, ramoiti, relent, humide. Hiſpanic. Coſa humida. Germa. Naſs gemacht, Befeüchtiget.] Iur. Humectus locus. Varr. 1. de Re ruſt. c. 24. Si locus humectus ſit, ibi cacumina populorum ſerunda, & arundinetum.

Humi-

Hūmĭdus, a, um, penult. corre. Quod humorem indacit, uel quod humorem habet, ὑγρός, ὑγιερός. [Ital. Humido. Gall. Humide. Hiſpani. Coſa humida ò mojada German. Naſs, feücht, oder das feüchte machet.] Virgil. 1. Aenetd. Et iam nox humida cœlo Præcipitat, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos. Cic. in Verr. Ignem ex lignis uiridibus, atq; humidis in loco anguſto fieri ruſſit.

Humidulus, diminutiuum, ut Linum humidulum apud Ouid. 3. de Arte amandi. Fallet & humiduli quæ ſiet acumine lini, ὑπενότι@, ὑγρυγ@. [Itali. Alquanto humido. Galli. Vn peu humide. Hiſpani. Coſa humida un poco. German. Naſslechtig.]

Hūmĭfer, a, um, Humefactus, humorem afferens, ὑγροφόρος @. [Itali. Che da humore & bagna. Galli. Ramoittiſſant, humide. Hiſpan. Coſa humida ò que haze humido. Germ. Das feucht vnd naſs machet.] Cicer. 1. de Diuin. Naribus humiferum duxere ex ære ſaccum.

Hum-gatus, Humore perfuſus, βιβρεγμέν@. [Ital. Bagnato. Gallicè, Bagné. mouillé Hiſpan. Mojado. Germanicé, Befeuchtet.] Apul. li. 1. Flor. Vel enim colliculus ſepimine cõ ſectatus, uel truncus dolamine effigiatus, uel cuſpes libamine humigatus, uel lapis unguine delibutus.

Hūmĕrus, ri, penultima correpta, maſculini generis, ſecundæ declinationis. Eſt pars illa corporis à qua depẽdent brachia: quæ etiam alio nomine uocatur armus, autore Feſto, quòd ab ea parte arma dependeant, ὦμ@. [Itali. Homero, ſpalla Gall. L'eſpaule Hiſpan. El ombro. German. Schulter oder Achſſeln.] Terent. in Eunuch. -quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe. Cicer. in Verr. Ab humero pendebant ſagittæ. Virgilius libro ſecundo Aeneid. Hæc fatus, latos humeros, ſubiectaq́ne colla Veſte ſuper, fuluique inſternor pelle leonis ¶ Humeri etiam de bobus dicuntur. Cicer. 2. de natura deorum, Quid de bobus loquar? quorum ipſa terra aires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda, &c. ¶ Dicuntur etiam humeri in auibus partes illæ à quibus dependent alæ. Columel. libro octauo, capite ſecundo, de gallinaceis, Iubæ deinde nariæ, uel ex auro flauæ per colla cerniceſque in humeros diffuſæ. ¶ Humeris ſuſtinere ſi dicuntur, quorum authoritas diligentiaq́ue plurimum ualet in conſeruanda ſalute cuiuſpiam. Cicero pro L. Flacco, De ſumma Reipub. tacco, quam uos uniuerſam hoc iudicio, ueſtris, inquam, humeris, iudices, ſuſtinetis.

Hūmĕrōſus, a, um, Quod latos humeros habet, εὐώμ@. [Ital. Di alte ſpalle. Gall. Eſpaulu, qui à hautes eſpautes. Hiſpani. Corcouado, que tiene los ombros altos. Germanicè, Das groſſe vnd breite Achſſeln hatt.] Humeroſus locus. Columella libro tertio, capite decimo, Itaque cuſtodiemus, ut à prædictis locis, quos humeroſos ruſtici uocant, ſemina legamus.

Humerāle, ralis, n. r. Humerorum tegumentum, quemadmodum Tibiale, tegumentum tibiarum, ὠμωμίς. [Italicè, Veſte da ſpalla. Galli. Eſpauliere. Hiſpani. Cierra ueſtidora del ombra Germ. Ein kleid das man zů bedeckung der achſſlen an zeucht.] Paulus, Nam ſi tibiale, uel humerale miles alienauit, caſtigari uerberibus debet.

Humeſco, Humidus, Vide Humeo,

Hŭmĭlis, le, penult. correp. om. c. Depreſſum, & quod à terra non altè attollitur, χθαμαλόν, ταπανόν. [Italic. Humile. Galli. Humble, humiliè, & rabaiſſé. bas Hiſpani. Coſa baxa ò abatida ò humilde. Germani. Nider, Niderträchtig] Cicer. in Tuſcul. Vites, & ea quæ ſunt humiliora, neq; ſe tollere à terra altius poſſunt. Columel. lib. 4. cap. 1. Humili ſtatu uitis plerunq; iuxta terram coercetur. Virgil. 2. Aeglog. Atque humiles habitare caſas. Idem 4. Aeglog. Non omnes arbuſta iuuant, humilesque myricæ. ¶ Accipitur etiam humilis pro contempto, abiecto, demiſſo: quod & Græci ταπανὸν dicunt. Cicer 3 de Finibus, Qui altiore animo ſunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. Idem de Amici. Nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum ſuſcipere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamq́ue contemptam. Idem ad Attic. libr. ſeptimo, Dicam idem quod Pompeius, neq; id faciam humili animo.

Hŭmĭlĭtas, atis, f. r. Contrarium altitudini, ταπανότης, χθαμαλότης. [Ital. Baſſezza, humiltà. Galli. Baſſeur, bas eſtat, petiteſſe. Hiſpan. Baxeza ò humildad. German. Nidere, niderträchtigkeit jtem demůt] Cic. 5. Tuſc. Sidera inter ſe altitudine, & humilitate diſtantia. Idem 2. de Diuin. Docet enim ratio Mathematicorum, quanta ſub iiſtate Luna feratur, terram propè contingens. ¶ Humilitas, ignobilitas, paupertas. Cic. lib. 1. Offic. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominum ignoratione uerſatur. Idem 13. Philipp. Is autem humilitatem deſpicere audet cuiuſquam, qui ex eadem ſuſtulerit liberos? Humilitatem generis alicui obiicere, apud Ciceronem, Antequam iret in exilium. ¶ Humilitas ut opponitur ſuperbiæ, ταπανοφροσύνη, deſinitur à Speuſippo, quòd ſit facilitas animæ, omnis expers iracundiæ. Verum in hac ſignificatione uſitatius Modeſtiæ uocabulo utimur.

Humiliter, aduerbium, Hoc eſt demiſſe, ταπανῶς. [Ital. Humilmente, baſſamente. Galli. Peritement, baſſement. Hiſpani. Baxa y humilmente. Germani. Nider, niderträchtlich] contrarium habet altè. Plin. in Epiſtol. Eadem enim facta claritate, uel obſcuritate facientium, aut attolluntur altiſſimè, aut humillimè deprimũtur. Liu. 4. bell. Pun. Hæc natura multitudinis eſt, aut ſeruit humiliter, aut ſuperbè dominatur.

Hŭmĭlio, lias, aũ. p. Humilem facio, & quaſi abiectum ac nullum, ταπανόω. [Ital. Far humile, humiliare. Gal. Abaiſſer, humilier. Hiſpan. Abazar ò abatir, ò humiliar. German. Er nideren, niderträchtig ſchlecht vnd vnachtſam machen] ut eſt illud, Humiliauit ſeipſum, formam ſerui accipiens. Frequẽs eſt huius uerbi uſus in Sacris literis: alioqui apud probatos linguæ Latinæ ſcriptores nix inuenis, in hac præſertim ſignificatione. ¶ Legitur tamen Humiliatus, participium pro eo quod eſt depreſſus, & humilis effectus, ita ut à terra parum attollatur. Cic. 2. de Nat. deor. Alia animalia humiliata, ut cibum terreſtrem facilè roſtris contingãt alia altiora ſunt, &c.

Humo, Vide Humus.

Humor, moris, m. r. Aqua, liquor: ab humus ſit, quia aquæ terris incluſæ ſunt, νοτὶς, ὑγρότης. [Ital. Humore, liquore. Gall. Humeur. Hiſpano. Humor. German Feuchte, feuchtigkeit.] Cic de Diuin. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectis domis uidemus, Auſtro, poteſt ſudorem imitari. Idem 2. de Natura deorum, de aſtris loquens, Et terrenis, maximiſque humoribus longo interuallo extenuatis alantur. Ibidem, Humor, & calor qui eſt infuſus in corpore. Virgil. 1. Georg. Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam. Humor pro portione uini aquoſa. Virgil. 1. Georgic. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Sic alibi humida uina uocauit tenuia, quæq́ue plurimum aquoſæ ſubſtantiæ haberent admiſtum.

Hūmus, mi, fœm. ſecun. Terra, γαῖα, γῆ. [Ital. Terra. Gal. La terre. Hiſpani. Tierra. Germa Die Erden, das Erderich.] Cic. de Senect. Humus ſubacta atq; dura. Idem 2. de Legib. Quos humus iniecta contegit. Virgil. 1. Georg. Necnon & Triſegetem, & ceteale papauer Tempus humo tegere, & iamdudum incumbere aratris. Idem 2. Georg. At quæ pinguis humus, dulciq́ue uligine læta. ¶ Humi, genitiuus uice aduerbii ponitur, & hoc tam cum uerbis motus, quàm cum uerbis quietis, ἐπὶ γῆς, κατὰ γῆς. χαμαὶ, χαμάζε. [Italicè. In terra. Galli. A terre. ſur la terre, en bas. Hiſpani. En tierra baxamente. Germani. Auff der erden, auff dem boden.] Plin. lib 9. cap. 13. Humi quoque nice pedum ſerpit. Columell. libro nono capite decimoquarto, Ineunt autem non ut prores aues, de quibus diximus, inſiſtentes humi. Ouid. 1. Metamor. Sternit humi iuuenem. Virg. 1. Aenetd. Nec prius abſiſtit quàm ſeptem ingentia uictor Corpora fundat humi ¶ Humi hauris, χαμαὶ ἀντλεῖς. De inaniter laborante. Nihil eſt enim quod è ſolo hauriasi hoc eſt, ab imo putei fundo, ſi is ſiccus ſit. Apparet dici poſſe quoties exhauſta copia, non multum ſupereſt quod haurias Zenodotus. ¶ Humi ſerpit oratio, cùm preſſior humiliorq́ue eſt quàm oportet, ſemper quaſi iacens, nunquam aſſurgens. Horatius:

Humo, mas, 2. p. Humo contego, ſepelio, θάπτω [Ital. Sepelire, coprire di terra. Gall. Enterrer. Hiſp. Enterrar los cuerpos. Ger. Mit erden bedecken, begraben.] Cic. 1. Tuſcul. Magorum eſt mos, non humare corpora ſuorum, niſi à feris ſint antè laniata. Ibidem, In terram enim cadentibus corporibus, hiſq; humo tectis, (ex quo dictum eſt humari) ſub terram cenſebant reliquam uitam agi mortuos

rum. Plin. lib. 7. cap. 50. Sepultus intelligitur, quoquo modo conditus: humatus uerò, humo contectus. Gell. libro septimo, capite octauo, de delphino, In sui pueri sepulchro humatus est. ¶ Huius cõpositum est, Inhumo, de quo suo loco, ἐδαφίζω.

Humatio, nerbale, κατὰ, ἐνταφιασμός. [Itali. Atto sepelire. Gall. Enterrement, enseuelissement. Hispan. Enterramiento. Germa. Begrebnuß, bestattung zů der erden] Cicer. 1. Tusc. Cuius hoc dicto admoneor ut aliquid etiã de humatione & sepultura dicendum existimem.

H ante Y.

Hyacinthus, ὑάκινθος. Suidæ. [Italicè, Cipola canina. Gall. Oignet ou oignon de chien. Hispan. Los mayos flores Germanicè. Ein blawwe Hornungs oder Merzen blum, Violbłů n.] Est genus uiolæ uernæ, colore obscuræ purpuræ, quam à Romanis uaccinium appellari autor est Dioscorides Galli teste Ruellio, libr. 3. cap. 4. seruato Latini nominis nominis uestigio uocant uacciciam: herbam autem, cæpam agrestem. Hoc uiolæ genus uenis quibusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, ut duarum Græcarum literarum α & ι figuram referant: quæ res Poëtis duplicis fabulæ occasionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quẽ imprudens disci ictu interfecit in hunc florem mutatum tradũt, interiectionem ἰ dolẽtis αἰ quæ ex duabus illis literis conficitur, uelut testimoniũ doloris, quem Apollo ex eius morte conceperat, habere inscriptam. Præterea etiam Aiacem in eundem florem conuersum aiunt, dum impatiẽtia prælati sibi Vlyssi sciplum interemit: dustὁ primas eius nominis literas in hoc flore manifestas impressas. Ouidius utramq; fabulam complexus est libr. 11. Metam. his uersibus, Rubefactaq; sanguine tellus Purpureum uiridi genuit de cæspite florem, Qui prius Oebalio fuerat de uulnere natus. Litera communis mediis puerὁ uirὁ; Inscripta est foliis, hæc nomiqis, illa querelæ. ¶ Est etia Hyacinthus gemmę nomen, colorem habens amethysto gemmæ non abũmilem, sed tamen dilutiorem. Vide Plin. lib. 14. cap. 9.

Hyacinthia, orum, ὑακίνθια, substantiuum (ut autor est Hieronymus contra Iouinianum) dicebantur quædam sacra nocturna, à Lacedæmoniis reperta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline disci iactu interfecti. Quod & testatur Ouid. lib. 10. Metam. his uersibus,

Nec genuisse pudet Sparten Hyacintho: honorq;
Durat in hoc ęui: celebrandaq; more priorum,
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Hyacinthinus, a, um, pen. correp. ὑακινθῖνος. [Ital Del color de hyacintho. Gall. De couleur de iacict, de couleur de pourpre. Hispani. Cosa de color de aquella violeta o de jacinto. Ger. Violbraun, geferbt als ein Hyacinth.] Quod habet colorẽ hyacinthi. Persius Sat. 1. Hic aliquis, cui circum humeros hyacynthina læna est. Flos hyacinthinus, Catullus in Epithalamio Iuliæ.

Hyacinthizõntes, ὑακινθίζοντες, Dicti sunt smaragdi quidam, ad hyacinthi colorem accedentes: quorum meminit Plin. lib. 37. cap. 5.

Hyæna, ὑαινα, cum diphthongo & penul. prod. Animal ferum & crudele, quod sermonem humanum assimilat, pastorumq; nomina addiscit, ut eos foras euocatos dilaniet. Plin. lib. 8. cap. 10. Hyænis utramque esse naturam, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri. Parere siue mare uolgus credit: Aristoteles negat, &c. Et paulo pòst, Multa præterea mira traduntur: sed maximè sermonem humanum inter pastorum fabula assimilare, nomenq; alicuius addiscere, quẽ euocatũ foras laceret. Item uomitionem hominis imitari, ad solicitandos canes quos inuadat. Hyænæ etiam meminit Ouidius libro 15. Metamorph. Et quæ modò fœmina tergo Passa marem, nunc esse marem miramur hyænam.

Hyalinus color, lege Color uarius.

Hyalorgus, pro Vitrario.

Hyalos, pen corr ὕαλος, Vitrum. Vnde color hyalli, dicitur color uiridis, qualis est color nitri. Virg. 4. Geor. Milesia uel lera nymphæ Carpebant hyali saturo fucata colore. ¶ Inde fit Hyalinus, ὑάλινος, pro uitreo: & Hyalurgus, ὑαλουργὸς, pro nitrario. ¶ Est item Hyalus, Asiæ fluuius, in Tmolo monte nascens, & non procul ab Hermi ostio, in mare Aegæum influens. Vide Strabon. lib. 12.

Hyberes, Hyberi, & Hyberia, quę hic ut perperam scripta, sic alieno loco inserta erant. Vide Iberes, Iberi & Iberia.

Hỹbernus, a, um, Quod est hyemis, χειμερινος. [Itali. Inuernale, d'inuerno. Galli. D'yuer. Hispanicè. Cosa de inuierno. German. Vuinterlich, das dess winter ist.] Ut Hyberna glacies: quod nomen ab hyeme deduci aspiratio indicio est. Plin. lib. 8. cap. 47. Multi hybernos aquos præferunt uernis. Soles hyberni. Virgil. 2. Georg. Quid tantùm Oceano properent se tingere soles Hyberni: uel quæ tardis mora noctibus obstet.

Hybernæ, arum, numero plurali, neut. sec. Dicuntur loca in quibus milites hyeme stationem habent: sicut Aestiua, in quibus æstiuo tempore commorantur, χειμάδια. [Italic. Luoghi done inuernano i soldati. Gall. Le lieu ou on se retire l'hyuer, ou on yuerne. Hispa. Lugar para inuernar. German. Vuinterläger] Cæsar, Post hæc legionibus in hybernа deductis, in Italiam profectus est. Cic. ad Catonem, Exercitum in hybernа dimisi. Tacit. lib. 1. Frumentum quod ex hybernis extulerat.

Hybernacula, hxbernaculorum, neut. gener. secund. declin. τὰ χειμάδια χωρία. [Ital. Luoghi da inuernare. Gall. Le lieux ou on se retire l'hyuer. Hispani. Lugar para inuernar. German. Otter an denen man im winter ist vnd wohnet, als in dẽ Stuben.] Castra hybernа. Liuius libro quinto, ab Vrbe, Hybernacula etiam, res noua militi Romano, ædificari cœpta. Tacitus cohortes alæque nouis hybernaculis locatæ.

Hỹberno, as, generis neutri, prim. coniugationis. Hyemo. Hyemem ago, stationem hyberno tempore aliquo in loco habeo, ἀυχμάζω. [Italicè, Inuernare. Gallicè, Hyuerner, passer l'hyuer en quelque lieu. Hispan. Inuernar, ò tener el inuierno. Germanicè. Das Vuinter läger haben, ůch im winter halten.] Liu. lib. 7. ab Vrbe, Quia procul ab domo, ac rebus suis hybernassent. Cic. pro Lege Manilia, Iam uerò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur.

Hybris, idos, uel Hybrida, æ, Propriè dicitur sus imparibus progenita parentibus, hoc est ex altero fero, & altero domestico: quæ tamen appellatio etiam aliis animalibus conuenit, teste Porphyrione, atque adeo ipsis hominibus, imparibus editis parentibus. Plin. libro 8. capite 15. In nullo genere æquè facilis mistura cum fero: qualiter natos antiqui hybridas, uocabant, ceu semiferos: ad homines quoq; ut in Cn. Antonium. Ciceronis in Consulatu collegam, ap pellatione translata. Appellatio uidetur tracta à Græco nomine ὕβρις, quod inter cætera significat adulterium. Videtur enim esse quædam quasi adulterii species, quũ aliquod animal cum alterius generis animali habet consuetudinẽ. Suetonius in Augusto Themasinum quẽdam Epicardum uocat hybridam, quòd natus esset ex patre Parthico, & matre Romana.

Hybris, ὕβρις, Auis ex accipitrum genere, quæ interdiu minus apparet, quia non clarè uidet, sed nocte uenatur more aquilæ. Pugnat etiam cũ aquila adeò acriter, ut sæpius ambæ implexæ deferantur in terram.

Hycca, Storio. Manardus lib. 9 Epist. 3.

Hydatides, id est, uesiculæ aquæ plenæ.

Hyderica, corpora quæ plurimo humore prægnantur.

Hydẽros, ὑδερος, Aqua subter cutem, quam & hydropa Græci appellant, utrὁ; nomine ἀπὸ τὸ ὕδατος, hoc est, ab aqua deducto.

Hydra, dræ, ὕδρα, Serpens in aquis uiuens: de quo uide plura in dictione Hydrus. ¶ Est & Hydra promontorium Aeolidis, quod Hermatunti alteri promontorii aduersum, Elaiticum sinum efficit. Author Strabo libro decimotertio. ¶ Item Aeoliæ oppidum, quod postea Lysimachiam appellarunt: teste eodem Strabone libro 10. ¶ Est præterea huius nominis insula iuxta Carthaginem, ut ex Ephori sententia tradit Stephanus.

Hydor, ὕδωρ, Hydas & Hydos, Latinè aqua, unde sunt quæ sequuntur.

Hydragogos, Vinca, peruinca, apud Dioscoridem libro 4. capite 150.

Hydrãgõgus, ὑδραγωγὸς. Adaquator, aquæ ductor, παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ὕδατα. Vnde & hydragogiæ dicuntur ipsæ aquarum deductiones.

Hydrargyrum, n. ſ. ὑδράργυρος. [Ital. Argento uiuo, mercurio. Gall. Vif argent. Hiſpa. El azogue. German. Queckſylber.] Genus eſt metalli liquidi, argentum colore, liquida uerò conſiſtentia aquam referens: unde & nomen accepit. Latini argentum uiuum appellant: argentum quidem à colore: uiuum autem à motu. Ariſtoteles ἄργυρον χυτὸν, hoc eſt fuſile, ſeu liquidum argentum uocat. Huius duæ ſunt ſpecies: nativum, ſiue foſſitium: & factitiũ, quod ex minio excoquitur: quod ſolum Galeno fuit cognitum. Dioſcorides utrumq; memoriæ. Plin. lib. 33. cap. 3. argentum uiuum ab hydrargyro uidetur diſtinguere, quum ait Aes inaurari argento uiuo, aut certè hydrargyro, legitimum erat. Sed ea controuerſia facilè poteſt tolli, modò intelligamus Plinium illic, quod nativum, ſiue foſſile eſſe diximus argentum uiuum: quod uerò ex minio excoquitur, hydrargyrum appellare. Vtraq; ſpecies peſtilentem exhalat odorem, auramq; planè exitialem.

Hydraulax, cis, ſulcus aquaticus.

Hydraſtina, ſylueſtris Cannabis apud Dioſcoridem libro tertio, cap. 166.

Hydraulos, maſc. gen. ὕδραυλος, Muſicum organum, aquæ decurſu ſonum reddens. Plin. libro nono, capite primo, Delphinus non tantum hominis amicum animal, uerùm muſica arte mulcetur, ſymphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli ſono.

Hydraulicus, a, um, ὑδραυλικὸς: ut, Hydraulicum organum. Plinius libro ſexto, capite trigeſimoſeptimo. Laudatus Cteſibius, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

Hydrelæum, ὑδρέλαιον, Oleum aquæ commiſtum, humectandi, molliendi, & penetrandi uim habens: ut eſt autor Galenus lib. 3. Simpl.

Hydria, fœminin. gen. prim. declin. ὑδρία. [Ital. Vrna d'acqua. Galli. Cruche à porter eau. Hiſpani. Tinaja ò uaſo para tener agua. Germani. Ein waſſerkrůg.] Vrna ſeu uas aquarium. Cic. 4. Verrina, Dicebant ſcyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretioſam ueſtem, ſtragulam, multa mancipia pretioſa Verri data eſſe Ibidem, Quum in hydriam ſortes conicerentur.

Hydrocele, ὑδροκήλη, Hernia aquoſa, quum ſcilicet aqua in ſcroto colligitur. Martial lib. 12. Quem cuncti modò coleti timebant Dicentem tumidas in hydrocelas. Inde hydrocelicus ὑδροκηλικὸς, qui hydrocele laborat. Vide in dictione Hernia.

Hydrocephalos, ὑδροκέφαλος, Dolor capitis, naſcens ex humore inter cutem & pericranium, aut certè inter hoc & cranium colligito. Vide Cels. li. 4. ca. 1.

Hydrolapathon, ὑδρολάπαθον, Lapathi genus quod in aqua naſcitur. Plin. li. 20. ca. 21. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydromantia, ὑδρομαντία, Diuinatio quæ fit per aquam. Auguſt. lib. 7. de Ciuit. ſcribit, Numam Pompilium hydromantiam feciſſe, ut uideret imagines deorum, uel ludificationes dæmonum: à quibus audiret quid in ſacris conſtituere atq; obſeruare deberet. Quod genus diuinationis Verro à Perſis dixit illatum, quo & ipſum Numam, & Pythagoram Philoſophum fuiſſe uſum commemorat.

Hydromeli, ὑδρόμελι, Aquæ mulſæ genus, ex imbre puriſſimo, & melle temperatum, & iam uetuſtate uini ſaporem referens. Nam quod recens eſt, & ad præſentem uſum confectum, melicraton potius nominatur. Plinius libro trigeſimoprimo, capite ſexto, Hydromeli quoq; ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus uinum ægris. Vide Marcellum Virgilium in Dioſcorid. lib. 5. cap 9.

Hydromelon, ὑδρόμηλον, Liquoris genus, ex melimelitis portione una, & duabus aquæ confectum, inſolatis ſimul per Canis ortum. Dioſcor. lib. 5. ca. 21.

Hydromphalos, ὑδρόμφαλος, Torpidi humoris in umbilico collectio.

Hydrophobia, fœmin. gen. prim. declin. ὑδροφοβία, Quam Latinè interpretari poſſumus aquæ fugam: morbi genus, quum æger ſupra modum aquam expaueſcit: quod accidere ſolet iis qui à rabido cane fuerint morſi. Hoc morbi genus intelligit Ouidius de Reme. amoris, quum ait, Tollere nodoſam neſcit medicina podagram. Nec formidatis auxiliatur aquis. Hinc hydrophobi, ὑδροφόβοι, dicti ſunt, ægri, qui aquam expaueſcunt, hoc eſt, quos canis rabidus momorderit, παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ. Plin. li. 29. cap. 5. Eſt limus ſalius ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu, ſieri hydrophobos non patitur.

Hydropiper, ὑδροπίπερι, Herba eſt circa ſtagnantes aquas, aut quæ pigro lapſu fluunt, naſcens caule geniculato, robuſto, multis alis concauo: foliis menthæ maioribus, candidioribus, tenerioribus, guſtu piperis amaro. Fructum gerit acrem in ramulis ſecundum folia, continẽti acinorum ſerie congeſtum, uuæ modo. Dictum hydropiper, teſte Galeno, à piperis ſapore, & locis aquoſis in quibus naſcitur, quaſi piper aquatile. Ruellius eam eſſe exiſtimat quam uulgus herbariorum falſo nomine Eupatorium appellat.

Hydropotes, ὑδροπότης. [Italicè, Beuitor d'acqua. Gallicè, Boy leau. Hiſpanicè, Beuedor de agua. Germanicè, Ein waſſertrincker.] Aquæ potator. Vnde Cyrus apud Xenophontem, monet ſuos, ut conſueſcant aquam bibere, ut ſint hydropotæ.

Hydrops, is, generis maſculini, tert. declin. ὕδρωψ. [Italicè, Hydropiſie. Hiſpani Hydropeſia, enfermedad de humor aguſo. Germani. Die waſſerſucht.] Morbum ſignificat qui Latinè dicitur aqua intercus, quòd ſub cute aqua naſcatur qua corpus turgeſcit. Horat. 2. lib. Carm. Creſcit indulgens ſibi durus hydrops: Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi Fugerit uenis, & aquoſus albo Corpore languor. Huius tria ſunt genera: tympanites, nomen habens à tympano inſtrumento muſico, quum corpus ſpiritu magis, quàm aqua diſtenditur pulſatumq; tympani ſonum reddit. Aſcites, ἀπὸ τῶν ἀσκῶν, hoc eſt, ab utre quum alimenta in aquam conuertuntur, quæ inter inteſtina & tunicam quam peritonæon uocant, ueluti in utrem colligitur. Tertium genus omnium periculoſiſſimum & penè incurabile, uocãt leucophlegmatian, uel hypoſarca, quum ſolidæ corporis partes in aquam reſoluuntur, adeò ut corpus pallidum reddatur, & cadaueri ſimile. Vide de his ſpecieibus Celſum libro tertio, capite nigeſimoprimo. ¶ Ab hydrops fit hydropicus, ὑδρωπικός. [Italicè, Hydropico. Gallicè, Hydropique. Hiſpanicè, Enfermo de hydropeſia. Germa. Waſſerſüchtig.] qui hydrope laborat. Horat. 1. Epiſt. 1. Si noles ſanus, curres hydropicus.

Hydrophiſis, is, f. 1. ὑδρώπισις, Idem quod hydrops, hoc eſt, aqua intercus. Plin. li. 20. ca. 1. Sic & contra phthiriaſim bibitur & hydropiſes.

Hydroſelinum, ὑδροσέλινον, Apium paluſtre, quod & eleoſelinum appellatur.

Hydrantheracele, ὑδροντεροκήλη, Herniæ genus quum & inteſtinum in ſcrotum delabitur, & aqua ibidem colligitur.

Hydros, & Hydra, ὕδρος, καὶ ὕδρα, Genus anguium in aqua degentium: ſed hydrus mas, hydra fœmina. Plinius libro uigeſimonono, capite quarto, In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt quod in aqua uiuit: hydri uocantur, nullis ſerpentium inferiores ueneno. Aelianus libro nono, author eſt, in Corcyra hydras procreari quæ ſi retrorſum ad inſequentes retorqueant, & grauem odorem exhalantes, inſectatores reprimunt. ¶ Magis uarius quam Hydra, ποικιλότερος ὕδρας. De callidis ac doloſis, quòd hydra ſerpens ſit uerſicoloribus notulis diſtincta. Aptè dicetur in uafros ac uerſipelles, aut etiam parum ſibi cõſtantes. ¶ Hydram finxerunt Poëtæ eſſe multorum capitum in Lerna palude, quorum aliquot exciſis, totidem cõtinuò renaſcebantur: quæ tandem ab Hercule & ſagittis & igne interfecta eſt. Reuera autem Hydra ſophiſtria fuit acutiſſima, quæ ita quæſtiones ſolebat proponere, ut uno ſoluto dubio multa ſubnaſcerentur. ¶ Hydram ſecare, ὕδραν τέμνειν, eſt, ita unum aliquod incommodũ tollere, ut in eius locum alia plura recipias. Accommodari poterit ad eos qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis.

Hyems, is, fœ. t. Pars anni frigidiſſima, media inter Autumnum & Ver χειμών. [Ital. Inuerno, inuernata. Galli. Hyuer. Hiſpan. El inuierno. German. Der Vuinter.] Virgil. 1. Georgic. -byemes optare ſereras Agricolæ, ἀνὰ νῦν, pluo: quòd id tempus anni pluuioſum ſit. Varro ab hiando deriuat, quòd anima quæ à nobis efflatur, tũ appareat. Spiritus enim noſter quum ſpiramus hyeme, quaſi in nebulam concreſcit.

concretas cernitur. ¶Interdum accipitur pro tempestate, procella, siue ventorum impetu.

Hȳēmo, as, .r: , Hyemem perago, stationē hybernam aliquo in loco habeo, quod & Hyberno dicitur, π. ῥ χειμάζω. [Ital. Inuernare Galli. Hyuerner, passer son hyuer. Hispan. Inuernar ò tener inuierno.] Germ. Vuinteren, das winter lāger halten, im winter wohnen.] Cæsar 1. bell. Gall. Duas ibi legiones conscribit, & tres quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. Cicer. pro Font. Cn. Pompeius maximus atque ornatissimus hyemauit in Gallia, M. Fonteio imperante. Horat. 1. Epistol. 17. Mediis hyemet mercator in undis. Hyemare item in tertiis dumtaxat personis, interdum uerbum est ex iis quæ Grammatici exempta actionis appellant: quorum actio soli Deo, uel naturæ conuenit: cuiusmodi sunt pluit, ningit, & similia, quæ interdum sola ponuntur sine nominatiuo qui facilè in his intelligitur: interdum eundem habent expressum. Sic aliquando dicimus hyemat, absolutè, χειμάζει, id est hyems niget, uel frigus uehemens est. Columell. lib. 11. cap. 2. Quinto Calendas Nouembri. Vergiliæ occidunt, hyemat cum fulgore & gelicidio. Interdum expresso nominatiuo, Deus, natura, uentus, sydus, uel dies hyemat. Plinius libro decimooctauo, capite uigesimooctauo, Delphini uespertini Occasu continui dies hyemant. Columel. libro 11. capite 2. Auster & Africus hyemat.

Hyemat o, onis, fœmin. tert. Hyemis traductio, παραχειμασία. [Ital. Il passare l'inuerno. Gall. Hyuernage, quand on passe l'yuer. Hispani. Obra de inuernar. Germani. Vuinterung, erhaltung uber den winter.] Varr. 1. de Re rust. capit. 16. Vt ne plus tertia pars existimatur melli, reliquum hyemationi relinquatur.

Hȳēmālis, ie, Hyberna us, ut hyemalis dies, χειμερινὸς. [Ital. Inuernale, cosa da inuerno. Galli. D'hyuer. Hispa. Cosa del inuierno. Germani. Vuinterlich.] Columella libro undecimo, capite primo, Hyemalis ois Cicer. 5. Tusculan. In ea tamen genere primum hi qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt. Caucasi iuuies hyemalemque uim perferunt sine dolore. Hyemalis nauigatio, & minimè portuosa apud Cicer. in Epist. familiar.

Hyeros, Vid. Hyrues.

Hygremplastrum, ὑγρὸς ἔμπλαστρος, Liquida emplastra: ficut xerum, ξήρα, quæ sunt arida. Ex Galeno.

Hygromyra, liquida unguenta, fœminarum auribus expetita.

Hygrotes, in arboribus: ab aliis sucus, ab aliis dacryon, δάκρυον, id est lachryma appellatur.

Hylactor, ὑλακτῶρ, Dictus est canis à latrato. Nam ὑλακτέω latro significat.

Hymber, bris, Vide Imber.

Hymen, enis, ὑμὴν, A ueteribus accipiebatur pro uirginitatis pellicula, quâ primo coitu rumpi putauerunt: quanquam inter rei Anatomicæ peritos satis constat, in uirginum dissectionibus pelliculam eiusmodi nullam inueniri. ¶Accipitur item Hymen pro Deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & coniunctis dictionibus Hymen Hymenæus dicitur. Catullus in Epithalamio, Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

Hymenon, Epanastes apud Galen. in oculis membranarum rebelliones, uel insurrectiones, uel exuberantiæ.

Hymnetes, ὑμνητὴς, Cantor, laudator.

Hymnus, m. s. ὕμνος. [Ital. Hinno, laudo, cãzone, Call. Cantique, ode, chanson, uers à la louange de quelqu'un. Hispa. Loor y alabança que se canta à dios. Germ. Ein Lob oder Lobgesang.] Latinè laus, canticum. Martialis li. 11. Inuitus puerum fatetur hymnos.

Hymnifer, penultima correpta, Adiectiuum, ὑμνοφόρος, ὑμνοπόλος, ὑμναγόρης. [Italicè, Che porta laude, canzone. Galli. Qui porte odes, chansons, & louanges lyrique. Hisp. El que trae loor ò alabanças. Germ. Der Lobgesang führet oder übet.] ut, Vultus Orphei hymnifici. Ouid. undecimo Metamorph.

Hyoscyamos, m. s. ὑοσκύαμος. [Ital. Dente cauallino, distorbio. Gall. Do hanebane ou iusquiame. Hispa. Veleno. Germani. Bilsamkraut.] Herba quam Latini Apollinarem appellant, Vulgus fabam porcinam uocat, uel iusquiamum. Colum. lib. 7. Est ὑοσκύαμος, cuius semen detritū, & cum uino datum, prædicto uitio medetur. Plinius libro 20. cap. 17. Colligitur succus eius, ut hyoscyami.

Hyoscyaminus, a, um, ὑοσκυάμινος. Quod est ex hyoscyamo: ut, Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. lib. 23. cap. 5.

Hyosiris, ὑόσιρις, Herba in tubo similis, sed minor, & rubusperior: quæ uulneribus contusa præclarè medetur. Plin. li. 27. cap. 10.

Hypæthra, ὑπαίθρα, siue Hypæthris, teste Budæo, Loca sub aperta, quasi sub æthere constituta, quę Latinè subdialia uocare possumus, quòd sub Dio, hoc est sub Ioue, & sine tecto sint. Vide Budæi Annotationes in Pandectas.

Hypagogeus, ὑπαγωγεὺς, Iustrum eorum quæ lapidicinæ expoliuntur.

Hȳpăgōn, penult. prod. m. s. Nonnulli uoluerunt esse nauticum instrumentum, adducti, ut opinor, truncis Plinii lectione, quam ex lib. 7. cap. 56. adducunt ad hunc modum. Velum Icarus, malum & antennam Dædalus, hypagum Salaminii, aut Pericles Athenienses. Ex quo loco hoc citato, ex iis quæ præcesserant de antennis & uelis coniecturam fecerunt, hypagum etiam esse instrumentum nauticum. Sed illi profectò, si paulò ulterius progressi essent, uidissent procul dubio, hypagum, siue potius hippagum (ut nos legendum docebimus) nauis genus esse, non instrumentum nauticū. Subdit enim Plin. Tectas longas Thasii. Illud enim uulgi nauim illam, qua ad transuehendos equos utimur. à Salaminiis, aut certè à Pericle fuisse inuētam, quemadmodum nauim tectam à Thasiis. Hoc autem nauigii genus ἱππαγὸς à Græcis uocatur, quod nos e in a longum mutato hippagum uocamus. Polyb. lib. 1. Ἐπεὶ δ' τούτοις ἐπέστησαν τὰς ἱππαγούς, ἐκβύσματα δόντες ἐξ ὑπὸ τὸν τοῖχον τῶν πλοίων, hoc est, Post hæc disposuerunt hippagos, dantes ex iis fora, & funes trajectorios nauibus, quæ in tertiis clisse erant. Ex his itaq; constat hippagum esse nauigii genus ad transuehendos equos accommodatum.

Hȳpăllăge, ὑπαλλαγὴ, Figura est, quam nos suppositionem uertere possumus, uel submutationem, quum scilicet nomen pro alterò subiicitur: ut quum agere dicimus, quod patimur: aut contrà: aut quum aliud quibus præposterè eferimus: ut Trade rati uentos, pro eo quod dicendum erat, Trade ratem uentis.

Hȳpēōon, ὑπήοον, Herba in segetibus arrosę nascēs, foliis rutæ, ramis exilibus, uires papaueri proximas habens. Alio nomine Hypopheon appellant.

Hypelate, ὑπελάτη, Lauri species, quam quidam laurū Alexandrinam, alii daphnem, alii corpophyllum uocant. Vide Plin. lib. 15. cap. ult.

Hȳpēnēmium ouum, n. s. ὑπνήμιον ὠὸν, Dicitur ex quo nihil gignitur, cuiusmodi sunt quæ gallinæ citra coitum edunt, ipsæ sibi uenerem figurantes. A quibusdam & Zephyrium ouum dicitur. Latini ouum irritum, & uentosum appellant. Plin. lib. 10. ca. 78. Et ipsæ autem inter se (si mas non sit) æquè saliunt, pariuntque oua irrita, quæ hypenemia Græci uocant.

Hyperberici mensis in Decretis Pontificiis mentio fit 25. distinct. c. propter, Quo loco scholiastes nodum in scirpo quærit existimans eandē esse rationem nostri mensis Octobris, quæ & Græcis. Opinatur tamen Alciat. Hyperberetæi legendum, quasi sic is mensis, autore Suida, apud Macedones nocetur, sitq; ultimus anni apud eos mensis.

Hȳpĕrāspistes, ὑπερασπιστὴς, Latinè protector, ἀπὸ τῆς ὑπερασπίδος, quod est scuto protegere. Vnde hyperaspistes dicitur, qui uelut scuto aliquem protegit, ἀσπὶς enim apud nos scutum sonat. Hieronymus in Præfat. Quum Aristæus eiusdē Ptolemæi hyperaspistes, & Iosephus non multo pòst nihil tale retulerint.

Hȳpĕrbā tis, ὑπέρβασις, siue hyperbaton, penul. corr. Latinè transgressio uerbi, interprete Quint. li. 9. ca. 4. quam hiequè ter ratio comparationis & decoris poscit. Fit enim frequentissimè aspera & dura dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui uerba redigantur. Longius ergo uerbum propriè hyperbaton est. Insigne huius exemplum est illud apud Virgilium 12. Aeneidos.

Interea reges ingenti mole Latinus
Quadrijugo uehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radiis fulgentis cinguntur:
Solis aut specimen bigis it Turnus in albis
Bina manu lato crispans hastilia ferro:

Hinc

Hinc pater Aeneas, Romanæ ſtirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cœleſtibus armis,
Et iuxtà Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ
Procedunt caſtris. Quo in exemplo poſt octauũ demum uerſum nominatiuo redditur uerbum. Vide Macrobium Satur. li. 6. ca. 6. Dicitur Hyperbaton, ἀπὸ τὰ ὑπερβαίνειν, quod eſt tranſcendere.

Hyperbole, les, pen. corr. ὑπερβολή, Dici poteſt eminentia, uel (ut ait Cicero) Superlatio: à Quintiliano Superiectio interpretatur: à quibuſdam uerò Exceſſus: ab ὑπερβάλλω, quod eſt exrendo, ſupero, excedo. Eſt enim Hyperbole figura, quum ſententia aliqua fidem excedit augẽdæ rei gratia: ut Niue candidior: &. Fulminis ocyor alis. Icẽ, Volantis Tefoli ſonitus terret: &, Vix oſſibus hærent. Virgil. 11. Aeneid. Qui candore niues anteirent, curſibus auras. Cicero in Topicis. In hoc genere Oratoribus & Philoſophis conceſſum eſt ut mota etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo poſſit, augendæ rei gratia dicatur aut minuendæ: quæ hyberbole dicitur. Vide Quintil. lib. 8. cap. 6.

Hyperbolicus, ca, cum, ὑπερβολικός, id eſt excelſior: & Hyperbolicẽs, aduerbium.

Hypercătălectĭcum metrum, n. ſ. ὑπερκαταληκτικὸν, Cui una ſyllaba, uel duæ ſuperant. Virgil. 1. Aen. Alloquitur Venus, ô qui res hominumq; deorumq;. Et Horat. Sylue laborantes geluq;. Illud dactylicum hypercatalecticum eſt: hoc uerò iambicum hypercatalecticum.

Hypĕricon, ὑπερικὸν. Herba eſt odore reſinam imitans: (unde & chamæpitis à quibuſdam appellatur) quæ digitis trita ſuccum ſanguineũ emittit: qua ex cauſa ἀνδρόσαιμον à Græcis cognominatur. Vulgus Perforatam ſeu Herbam diui Ioannis nominat.

Hypermĕter, & Hypermetros, ὑπέρμετρος, Dicitur uerſus abundans una ſyllaba, quæ plerunq; à prima ſyllaba ſubſequentis uerſus, incipiente à uocali, abſumitur. Virgil. lib. 1. Georg. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem, Et ſolis undam, &c.

Hyphær, ὕφαρ, Arcadum uocabulo dicitur quod Latini ulcum uocant, præſertim qui in abiete, ac larice gignitur. Vide Plin. lib. 16. cap. ult. & Theophraſtum libro 2. de Cauſ. plantarum.

Hyphen, ὑφέν. Subunio interpretatur, ex ὑπὸ ſub, & ἓν unũ: quod fit quum duæ dictiones proferuntur ſub uno accentu. Notatur autem linea ab ultima primæ dictionis litera ad primam ſequentis ſubducta. Virgil. 1. Aeneid. Neque enim ignari ſumus ante malorum. Vbi Seruius, Ante malorum, ὑφὲν eſt. Terent. in Andria, & heri ſemper lenitas Verebar quorſum euaderet. Vbi Donatus, Semper lenitas, hyphen.

Hypnale, ὑπνάλη, Aſpidis genus, ſolo ſomno, citrà ullum doloris ſenſum hominem necãs: cuius morſu ſibi Cleopatram mortem conſciuiſſe, autor eſt Solinus. Galenus ptyadem appellat, propterea quòd cerulcem erigens, ex internallo ueneuum exput.

Hypŏcauſtum, ſti, n. ſ. ὑπόκαυστον. [Ital. Stufa, luogo da ſudare Gal. Eſtoues, lieu eſchauffé par deſſus pour ſuer. Hiſp. Eſtufa, lugar para ſudar. Germani. Stuben oder Badſtuben.] Locus ad ſudandum, παρὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc eſt, à ſuccẽdendo. Solent enim hypocauſta ſub pauimento habere fornaces, quibus accenſis ipſa caleſiant. Latinè dicitur Vaporarium, ab excitandis uaporibus. Papin. lib. 1. Syl. Tenuem uoluunt hypocauſta uaporem. Plinius ad Callum, Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum pereriguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Vitruuius appellat hypocauſtum, cum ſcribit faciendæ eſt ahena ſupra hypocauſtũ tria, caldariũ, tepidarium, frigidarium.

Hypochalcus, ὑπόχαλκος, Latinè ſubæratus dicitur.

Hypŏchўſis, ſiue Hypochyma, ὑπόχυσις, ὑπόχυμα, Morbus eſt oculorum, quem Latini ſuffuſionem appellant. Eſt autem (teſte Aegineta) effuſio humorum lentorum inter corneam tunicam & cryſtaloidem congelatorum.

Hypŏchŏndrĭa, fœminini generis, primæ declinationis, ὑποχόνδρια. Partes ſunt laterales, utrinque nothis coſtis ſubiectæ, hepati & lieni ſuperiacentes, quas Latini præcordia uocant. Dicta hypochondria, quòd ἀπὸ τὸ χόνδρου, hoc eſt ſub cartilagine ſitæ ſint. Plinius libro trigeſimo, capite tertio, Præcordia uocamus uno nomine extra in homine: Græci quoniam ſub chondro, hoc eſt, ſub cartilagine ſunt, hypochondria.

Hypochondriacus morbus, Epilepſiæ tertia ſpecies quæ fit ex melancholia, de qua uide Galen. libr. De locis affect. capite ſexto.

Hypoprincipes, Myrti ramuli.

Hypociſtis, ὑποκιστὶς, Quiddam eſt mali punici cytinis non diſſimile, ſub ciſto frutice naſcens, unde & nomen accepit. Plin. duo facit hypociſtidis genera, candido & ruſo colore ea diſtinguens. Vide ipſum libro uigeſimoſexto, capite octauo.

Hypocriſis, fœmin. gener. tert. declinationis ὑπόκρισις. [Ital. Simulatione, hipocriſia. Gall. Hypocriſie, ſimulation. Hiſp. Simulacion, hipocriſia. Germanicè, Ein annemmung vnd nachfolgung eines anderen geſtalt, Gleiſnerey.] ut, Budæus interpretatur, eſt ſimulatio alienæ perſonæ, quam ſcilicet quis ſe alium uideri cupit, quàm eſt, ἀπὸ τὰ ὑποκρίνειν, quod inter cætera ſignificat ſimulare: unde etiam in Comœdiis, aut Tragœdiis actio ipſa uocatur hypocriſis, eo quòd actores alias ſimulant perſonas. ¶ A Rhetoribus item hypocriſis appellatur quam Latini pronuntiationem ſeu actionem uocant, in geſtu motuq; præcipuè conſiſtentem: cui Demoſthenes primas, ſecundas, & tertias tribuit.

Hypocrita, m. p. ὑποκριτὴς. [Ital. Simulatore, hipocrita. Gal. Hypocryte, diſſimulateur. Hiſpani. Simulador y fingidor, hipocrita. Germani. Der einer anderen Perſonen geſtalt annimpt, ein Gleiſsner.] eodem Budæo interprete, eſt ſimulator alienæ perſonæ: unde hiſtriones, & mimi, planipedes, & ſiqui alii ſint fabularum actores, qui perſonam aliquam aſſumunt, propriè uocantur hypocritæ. ¶ Transfertur tamen etiam ad eas perſonas quæ aliud in pectore gerunt, aliud in ore: quumq; ſe probos, pios q; uideri cupiant, longiſſimè tamen abſunt ab ea perſona quam ſimulant.

Hypŏdiaſtŏle, ὑποδιαστολὴ, quam nos ſubdiſtinctionem uocare poſſumus, eſt dextera pars circuli ad imam literam in fine dictionis applicata, qua nota Græci malè cohærentia diſcernunt.

Hypŏdidăſcălus, m. ὑποδιδάσκαλος. [Ital. Repetitore, ſecondo maeſtro. Gall. Vn ſecond maiſtre. ſous maiſtre. Hiſpan. Repetidor, ſegundo maeſtro Germ. Ein lehrmeyſter der vnder einem anderen iſt, ein Prouiſor.] Dicitur is quem uulgus in ludo literario ſubmonitorem uocat, uel coadiutorem. Ita dictus παρὰ τὸ ὑφ' ἑτέρου διδάσκειν, hoc eſt ab eo quòd ſub alio docet. Cic. ad Papyr. Scilla tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo.

Hypŏdўtes, æ, ὑποδύτης, Interior ueſtis, ſiue ſubucula, & propriè Pontificum, ut inquit Hieronymus; ἀπὸ τὸ ὑποδύεσθαι, quod eſt ſubinduere.

Hypŏgæa, orum, n. ſ. ὑπόγεια. [Ital. Luoghi ſotto terra. Gall. Lieux ſous terre. Hiſp. Lugares ſoterranos. Germ. Oerter, oder gemach vnder der erden, als die Keller ſeind.] Loca ſubterranea dicuntur à Græcis: quæ dictio frequens eſt apud Ioſephum & Hegeſippum. Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio complectitur cellas uinarias, carnarias, olearias, penuarias, promptuarias.

Hypŏgĕſon, ὑπόγαιον, Herba aizoi, ſedi, & ſemperuiui maioris nominibus notior: ita dicta quòd in ſubgrundiis naſcatur. Græci uamque partes tecti prominentes γάια appellant.

Hypoglŏſſis, ĭdis, ὑπογλωσσὶς, Caruncula quæ lingua cohæret inferiori parti oris: ita dicta quòd ſub lingua ſita ſit.

Hypoglottĭdes, Quibus item lingua cohæret uenæ inferioti parti oris.

Hypoglundis, uide Acetabula.

Hypoglutides, uide Acetabula.

Hypoglŏſſos, Acinos ferrubentes, tuſci modo. Dioſcorid. lib. 4. cap. 111.

Hypŏmnēma, pen. prod. ătis, n. t. ὑπόμνημα. [Ital. Comento, eſpoſitione. Gall. Cõmentaire, expoſition. Hiſp. Gloſa, & expoſicion. Germ. Ein auſzeichnung etlicher dingen der gedächtnuſs halb. Item, ein erklärung] & hypomnematum, ti, ſumitur pro interpretatione & cõmentariis. Cic. Tironi multũ mihi eripitur operæ in exeribendis hypomnematis. Plin. li. 7. ca. 5. Cuius commenta quæ appellantur

Græcè

Græcè *ὑπομνήματα*, ſub nomine Democriti falsò prodũtur. ¶Hinc hypomnematographi dicuntur Commentariorum ſcriptores. Qua uoce utitur Imperator C. de Decur. l. Siquis ſponte nec.

Hypophthoon, *ὑπόφθιον*, Herba eſt in ſegetibus aruiſq; naſcẽs, rutæ foliis, ramis exilibus, ſuccum emittens papaueris uiribus proximum. Alio nomine hypecoon dicitur.

Hypopyon, *ὑπόπυον*, Oculi morbus, quum pus ſub cornea tunica colligitur. In qua ſignificatione per y, in penultima ſcribi debet, quum *ἀπὸ τοῦ πύου*, hoc eſt à pure deducatur. ¶Hypopion autem per i noſtrum, antepenultima producta, *ὑπώπιον*, liuor eſt ſub oculis contingens, à ſanguine cõpreſſis uenulis exeunte, & ſub cute permanente: cuiuſmodi uitia Latini ſugillata appellant.

Hypoquiſtidos, lege *ὑποκυϛίδος*.

Hypoſitma, id eſt, Manna thuris.

Hypoſpigma, eſt extra ſuperficiem amoliti ſimile.

Hypoſphagma, *ὑπόσφαγμα*, ſanguinis ſubter cutem diffuſio, contingens ex ruptura uenæ, ictu, fuſte duroue alio corpore illato. Galenus *αἱματώδη ὑπόχυσιν*, id eſt, ſanguineam ſuffuſionem appellat.

Hypoſphatiſmos, ab inſtrumẽto ſcilicet, cui nomen eſt hypoſphatiſter, frontis inciſio, ſic appellata, quæ quomodo fieri debeat, require apud Paul. lib. 6. cap. 6.

Hypoſphatiſmus, cum ruina multum & calidum per oculos fertur, ac per uultum rubor apparet.

Hypoſphathiſter. Chirurgicum inſtrumentũ, quo in emendandis oculoũ uitiis uti ueteres ſunt, alio nomine Spatha dictum, uide Paul. lib. 6. cap. 6.

Hypoprophetæ, uaticinandi miniſtri, quibus ſcilicet prophetæ imperabant.

Hypopyrgium, Locus ſub turri, ex *ὑπὸ* & *πύργος*, turris.

Hypothemar, Quod ab indice ad minimum digitum eſt ſpacium.

Hypothetica propoſitio, uide *ϒπαρχικὸν*.

Hypoſtaſis, *ὑπόϛασις*, Subſtantia, ſiue natura ſubſiſtens. Una Theologis hypoſtaſes in Trinitate diuina, idẽ eſt quod *ἰδιότης*, & *πρόσωπον*, quam perſonam Latini nominant. ¶Hypoſtaſis item à medicis dicitur urinæ fex, in ima matulæ parte ſubſidens.

Hypothẽca, pen. prod. *ὑποθήκη*. [Ital. Pegno. Gall. Gaige. Hi La prenda quo ſe da. Germ. Ein Pfand.] Latinè pignus, teſte Martiano, qui dicit, Inter pignus & hypothecam tantùm nominis ſonus differt: cui aſſentitur Valla. Cicero ad Thermum, Cures uelim ut aut de hypothecis decedat, eaſq; procuratoribus Cluuii tradat, aut pecuniam ſoluat.

Hypothecarius, Adiectiuum, *ὑποτιθέμενος*, *ὑποτιθεμένου*, *ὁ ὑποθήκην λαβών*. [Itali. Chi preſta denari ſu pegni. Galli. Qui agaige, fourni ou garni de gaige. Hiſpani. El que tiene prenda. Germa. Dem man pfänder einſetzet, oder die von einer ſchuld wägen nimpt.] ut, Hypothecarius creditor. Vlpian. in l. 1. Parag. Sciendum eſt autem. ff. de ſeparat.

Hypothẽſis, penul. corr. fœmin. gener. tert. declin. *ὑπόθεσις*, Suppoſitio, ſcopus, inſtitutum. Vnde accipitur pro argumẽto, ſeu periocha operis, præcipua libri totius capita paucis perſtringente. ¶A Rhetoribus item hypotheſis dicitur quæſtio finita circa quam totius diſputationis cardo uerſatur. Quæ uerò infinitæ ſunt, & generaliter proponuntur, theſes potius appellantur. Si itaque in deliberationem ueniat, Num omnino ducenda ſit uxor, theſis erit: ſin hoc in contentionem addocatur, Num Catoni Martia ducenda ſit, hypotheſis cenſebitur. Cic. in Topicis, Quod Græci hypotheſim uocant, nos cauſam ex definito quæſtionum genere. Idem Attico, Hypotheſin hanc habebat, eamq; præ ſe ferunt, clariſſimorum uirum interfectum, Remp. perturbatam.

Hypothyra, *ὑπόθυρα*, *ἡ ὑποθυρίς*, apud Vitru. capitur pro uacuarum cauitate & inanitate.

Hypothicos (Quod hîc pro neſtis genere corruptè legebatur) Vide Hypodytes.

Hypozeuxis, *ὑπόζευξις*. Subcoonunctio, figura zeugmati cõtraria, quum ſingulis ſenſibus datur propria clauſula. Virgilius decimo Aeneidos. Regem adit, & regi memorat nomen, gentem, &c. Quidúe petat, quidue ipſe ferat, &c. A uerbo Græco, *ὑποζεύγνυμι*, quod eſt ſubiicio, uel ſubiungo.

Hypozygia, *ὑποζύγια*, Dicta ſunt animalia quæ iugum ſubeunt, quaſi ſubiugalia: *ὑποζύγιον*, iumentum dicitur.

Hyſge, *ὕσγη*, genus herbæ coccinei coloris.

Hyſginum, *ὕσγινον*, Plantæ genus, quo color tingitur coccineo ſimilis. Vnde Græci ueſtes *ὑσγινόβαφᾶς* appellant, hoc eſt hyſgino tinctas. Plinius libro uigeſimoquinto, capite 7. Quare Puteolanum potius laudarim, quàm Tyrium aut Getulicum, aut Laconicum: unde pretioſiſſimæ purpuræ. Cauſa eſt, quòd hyſgino maximè inficitur, rubiumq; cogitur ſorbere.

Hyſubrion Marum apud Dioſcoridem libro ſecundo, capite 97.

Hyſpaſpidias, eſt morbus in quo penis ſubtrahitur.

Hyſſõpus, penult. product. *ὕσσωπος*. [Itali. Hiſſopo. Gallic. Hyſſope Hiſpan. Hyſſopo, hyſſopillo. German. Yſop, oder Yſten.] fœminini generis, & Hyſſopum, neutri cum y, & gemino ſ, ſecundum Apuleium. Herba nonniſſima, pulmoni ualde utilis. Columel. libro ſexto, capite 10. Veterem toſim ſanant duæ libræ hyſſopi macerati ſextariis aquæ tribus. Plin. libro 27. capite 11. Hyſſopon in oleo contritum phthiriaſi reſiſtit, & prurigini in capite. Columell. libro 7. capite quinto, Remedio ſunt hyſſopus & ſal, æquis ponderibus contrita. ¶Apud Macrum legitur hyſopum unico ſ, duabus prioribus ſyllabis contra artem correptis. Eſt (inquit) hyſſopum ſiccum, calidumque, & tertius illi. Eſt in utriſque gradus.

Hyſſõpites, hyſſopitæ, maſc. gener. *ὑσσωπίτης*, Vinum factitium ex hyſſopo: ſicut Myrrites, ex myrrha, Abſinthites, ex abſinthio. Colu. li. 12. cap. 38.

Hyſtĕra, *ὑστέρα*, Latinè uocantur Secundæ. Sunt autem folliculi quibus infans inuolutus prodit in lucẽ, & quicquid infantem ex utero ſequitur.

Hyſterica, *ὑστερικὰ*. Dicuntur mulieres quæ uteri ſuffocatione laborant, in quibus ſenſum pulſumq; per intuallà nullum, aut certè peretiguum percipere poſſumus: quam paſſionem hyſtericam appellant *ἀπὸ τῆς ὑστέρας*, quo nomine Græci matricem uel uterum ſignificant.

Hyſterŏlŏgia, fœminini generis, primæ declinationis, *ὑστερολογία*, Locutio præpoſtera: figura eadem cum ea quæ dicitur hyſteron proteron, quum ſcilicet quod priore loco dicendum erat, poſterius dicitur.

Hyſteron proteron, *ὕστερον πρότερον*. Eſt figura quum ſententia ordine commutatur: ut Poſtquam altos rettigit fluctus, & ad æquora uẽnit. nam prius ad æquora uẽnit, quàm tangeret fluctus.

Hyſtrix, *ὕστριξ* Suidæ, hyſtricis penult. corr. Animal eſt ſpinis contectum, ex herinaceorum genere. [Itali. Porco ſpinoſo. Gall. Porc eſpic. Hiſpan. El puerco eſpin. Germanic. Meerſchwein, Stachelſauw.] Plin. lib. 8. ca. 35. Hyſtrices generat India, & Africa ſpinis contectas ex herinaceorum genere: ſed hyſtrici longiores aculei, & quum intendit cutem, miſſiles. Ora urgentium figit canum, & paulo longius iaculatur. Hybernis aũt ſe menſibus condit, &c. ¶Hyſtricis ſeta, *δορὶς ὑστριχὸς*, dici poterit dicterium aptè in quempiam rectum.

I

Vocalium nulla ſonum edit exiliorem, quare inter cæteros conſonantes non immeritò poſtremæ eſt notæ, etſi producitur. Hoc enim indicauit Plato: accommodum ait elementum eſſe ad exprimendas res ſubtiles, ac penetrabiles, declarant hoc, ut ipſe ait, *ἶνις*, *ἶς*, *ἶδος*, ac ſimilia. Dum profertur, ictu quodam petit ultimos dentes, quos genuinos appellant, naſcituſq; circa primorum dentium colliſio ſpiritus, neq; os multum aperitur, neq; labra hoc præſtant, ut os illuſtriore & hilariore ſono rideatur. Quod Vergilii plurimis in locis oſtendit, ſed in hoc maximè cognoſci poteſt, Olli ſubridens dixit non illi, cum ſubiuncturus eſſet ridendi nomen, à quo natura literæ in longa alienæ eſt. Hæc cauſa uidetur mutatæ literæ: ſi enim propter magnificentiam ſolùm fieret, quàm poſtulat heroici carminis maieſtas, hanc cauſam affert Phauorinus Gellianus, cur ſtuc magis fiat hic, quàm in aliis. Rurſus alio in loco Vir

co Vergilius cum narraturus eſſet ex perſona Aeneę excidi
um Troianum, in exordio in cæſuris principalioribus lo-
cum dedit huic elemento: Eruerint Danai quæque ipſe mi
ſerrima uidi, Et quorum pars magna fui. Huius tamen lite
ræ exiliras non ita exanguis, nec temper triſtis, ut non ſuo
loco amœnitatis, uel primum adducat uenuſta gracilitate:
qua de cauſa apud Latinos non rare in locum emigrat ac-
cita. Auget ſonum & diminuit, ſicuti cæteræ uocales, de
quibus ſuprà dictum eſt. I Litera uocalis eſt, quę etiam con
ſonans fieri conſueuit: & modò pro ſimplici conſonante,
modò pro duplici accipitur. Pro duplici conſonante accipi-
tur, quãdo in eadem dictione ponitur in medio duarum
uocalium, ita ut poſteriori cohæreat in eadem ſyllaba: ut
Maius, Pompeius, Pcius. Simplex autem conſonans eſſe in
telligitur, quoties in principio ponitur dictionis, ita ut cũ
ſequente uocali cohæreat in eadem ſyllaba: aut quoties ſub
ſequitur immediatè aliquam conſonantem: ut, Ianus, con
iuro. Notandum tamen i literam pro conſonante aſpirari
non poſſe, quum nulla conſonans ante aſpirationem reci-
pere ualeat. Vnde Hieroſolyma ſex ſyllabarum eſt, Hiul-
eus trium.

I ante A

In notis antiquorum, I. in. inter, interdum, intra, unum. Iuni
us, Iulius IA. Interea. IA. P Intra prouinciam. LAGL. In an
guio. IAD. Iam dudum, uel iamdiu. IA. S. D. Iã ſatis dictum.
IA. RI. Iam reſpondi. IA. Q. Iam aquam.

Iăcĕo, ces, iacui, iacĕre, neut. ſecund. Cubare, decumbere, &
proſtratum eſſe. *λείπομαι, ἐρείπομαι.* [Italic. Giacere, ſtar giu.
Gal. Eſtre couchè ou eſtendu, geſir. Hiſp. Yazer, ò eſtar echa
do ò acoſtadu. Germ. Ligen.] Virgil. in Buc. Silenum pue-
ri ſomno uidere iacẽtem. Idem 7. Aeglog. Strata iacent paſ-
tim ſua quæque ſub arbore poma. Plaut. in Amph. Quis eſt
hic ſenex, qui ante ædes noſtras ſic iacet? Dicimusq; iaceo
in ſtrato, iaceo humi. Liu. libro 1. bel. Pun. Humi iacentem
inter cuſtodias ſtationesque militum circumſpexerunt.
¶ Quandoque accipitur pro ſitum eſſe. Salluſt. In medio
campus iacet aquis undiq; ſcatens. Brutus ad Ciceronem,
Quem locũ uolo tibi eſſe notum: iacet inter Apenninum,
& Alpes, impediriſſimus ad iter faciendum. ¶ Quandoq;
etiam accipitur pro mortuum eſſe aut ſepultum, eo quòd
mortuorum cadauera nihil aliud poſſunt quàm iacẽre. Lu
can. lib. 8. Ille iacet, lætæ paci quem prætulit orbis. Martia-
lis, Non aliter cineres mando tacere meos. ¶ Aliquando
deiectum eſſe, ac contemni. Cicer. 2. de Finibus, Maximas
uerò uirtutes iacere neceſſe eſt, uoluptate dominante. ¶ Ia
cens animus, id eſt non alacer, ſine ſpe, deiectus. Cicer. de
Amic. Non eſt igitur amici, talem eſſe in eum, qualis ille in
ſe eſt: ſed potius niti, & efficere ut amici iacentem animum
excitet, inducatq; in ſpem, cogitationemq; meliorem. Hu-
ius uerbi compoſita ſunt, Adiaceo, iuxta iaceo, *πρόκειμαι.* Interiaceo, in medio iaceo, *παρέγκειμαι.* Liuius, De
ſcendunt in planitiem, quæ inter Capuam Tipharamq;
interiacet. Subiaceo, ſubtus iaceo, & ſubditus ſum, *ὑπόκειμαι.* Lactant. lib. 3. Quoniam igitur utriuſque ſublacet for
titudo. Obiaceo, de quo alibi. Habent autem hæc omnia
pen. corr. in triſyllabis.

Iăcio, cis, ieci, iactum, iacere, Significat emitto, ac ui impel
lo *ῥίπτω, βάλλω.* [Ital. Trarre, tirare, lanciare. Gall. Jetter,
lancer, tirer. Hiſpani. Echar, tirar, lançar, arrojar. Germani.
Werffen.] Cic. 6. Verr. In quem ſcyphum de manu iacere
conatus eſt. Virgil. 5. Aeneid. Sublataque procul dextra con
nixa coruſcat, Et iacit. Cæſar 1. bell. Gall. Undique murum
lapides iaci cœpti ſunt. ¶ Iacere fundamenta, eſt ponere
uel collocare lapides, quibus ædificium ſuperſtruatur. Sue
tonius in Calo. In area Capitolina nouæ domus fundo
menta iecit. ¶ Per translationem autem accipitur pro in-
choare, & rei alicuius exordium ſtatuere. Cicero prima
Philipp. In quo templo, quantum in me fuit, ieci funda-
menta pacis. Gradum iacere, atque aditum ad cætera, idem
eſt quod ueluti uiam parare, qua ad reliqua progrediamur.
Cicer. de Lege Agr. Hunc quaſi gradum quendam atque a-
ditum ad cætera iactum intelligatis. ¶ Iacere pro enuntia-
re, ſiue ſpargere in uulgus. Tacitus libro 1. Quædam de ha
bitu, cultuque, & inſtitutis eius iecerat. ¶ Iacere apud ali-
quem quidpiam. Tacitus libr. 4. Neque rarò, neque apud
paucos talia iaciebat. ¶ Iacere in aliquem aliquid, meta-
phoricè, pro eo quod eſt, dictum aliquod in quẽpiam tor-
quere. Liu. 4 bell. Maced. Rem detendam, non nos, in quos
iecit magis hoc Conſul uerbo tenus, quàm ut re infimula-
ret. Iacere contumeliam in aliquem. Cic. pro Syl. ¶ Huius
compoſita ſunt, Abiicio, *ἀποῤῥίπτω.* Adiicio, Coniicio, Cir
cumiicio: unde Circumiecta impedimenta dicimus. Deii-
cio, *καταβάλλω.* Diſicio, Eiicio, Iniicio, Abiicio, Proiicio,
Reiicio, Subiicio, Traiicio: quæ omnia uide to ſuis locis.

Iăcto, tas, a. p. Frequenter, & multum iacio. *ἀπορῥίπτω.* [Ita
licè, Lanciare ſpeſſo. Gall. Jetter ſouvent. Hiſpan. Lançar à
menudo. German. Vil vnd offt werffen, werffens werf-
fens.] Seneca. Dum lapillos iactaret in puteum. Virgil. lib.
1. Georgic. Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem.
¶ Aliquando idem eſt quod ſæpe multumq; animo reuol-
uere, *παραπολέω.* Virg. l. 11. Aeneid. Atque illum tales
iactantem pectore curas. ¶ Aliquando fatigare, uexare,
concutere, *λωπάω, ἐλαύνειν* ut Virgil. 1. Aeneid. Iactatos
æquore toto Troas reliquias Danaũm, atque immitis A-
chilli. Vbi Seruius, Iactamur in mari, fatigamur in terris. La
ctant. lib. 1. Qui patrem regno expulit, bello perſecutus eſt,
exulem toto orbe iactauit. ¶ Per translationem tamen e-
tiam latius accipitur pro quouis modo uexare, ſiue exagita
re. Cic. in Verr. act. 1. Iactatur domi ſuæ ut, primarius, & ho
mo honeſtiſſimus: pro ſe quiſque manus affert. Idem pro
Quintio. Acquitas multis iniuriis iactata, atque agitata. Et
paulo poſt. Multis uexatus contumeliis, plurimis iactatus
iniuriis. ¶ Aliquando pro ſeſe efferre, ſiue ambitioſius glo-
riari *μεγαλαυχέω.* [Ital. Vantarſi. Gall. Se vanter Hiſp.
Vanagloriarſe. German. Rhümen.] Cic. pro Roſcio Amer
tino Hæc tu Eroci, tot, & tanta ſi iactus eſſes in reo, quàm
diu diceres: quomodo te iactares? Quintil. lib. 4. cap. 1. Ad-
uerſarius enim fiduciam partis ſuæ iactat. ¶ Eſt interdum
iactare idem quod inaniter loqui. Virg. 2. Aeglog. ubi hæc
incondita ſolus Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani.
Idem 1. Aeneid. Talia iactanti ſtridens Aquilone procella
Velum aduerſa ferit. ¶ Aliquando frequenter emittere, ſi-
ue eiaculari. Idem 2. Geog. Et ſi non altum latè iactaret odo
rem, Laurus erat. Et alibi. Ipſi lætitiæ uoces ad ſydera iactãt,
id eſt crebrò emittunt. ¶ Aliquando frequenter ducere: ut
apud eundem, Haud unquam manibus iactata fatiſcit, id
eſt ductata.

Iactĭto, tas, frequentatiuum à Iacto, *ἐρριπίζω, σκαπτίζομαι.*
[Ital. Gittar ſouvente. Gall. Jetter ſouvent. Hiſpani. Echar
à menudo. German. Hin vnd wider treiben, embſig hand
len.] Liu. 7. ab Vrbe, Iuuentus, hiſtrionibus fabulatum ac-
tu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta uer
ſibus, iactitare cœpit.

Iactus, participium, *ἐρριμμένος, βεβλημένος, ὁ ῥιφείς.* [Ita li.
Gittato. Gallicè. Jetté. Hiſpanicè. Echado. Germanicè. Ge
worffen, item, gelegt.] Cicero ſecundo de lege Agr. 2. Hunc
quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera iactum
intelligetis.

Iactus, us, ui, m. q. Actus ipſe iaciendi. *βολή.* [Ital. Tiro, il trar
re, gittamento. Gall. Jet, jettement. Hiſpan. El lance. Ger-
mani. Ein wurff.] Terent. Adelph. Ita uita eſt hominum,
quaſi quum ludas talleris: Si illud quod eſt maximè opus
iactu, non cadit: Illud quod ceciidit forte, id arte ut corri-
gas. Virgil. 4. Georg. ſe iactu dedit æquor in altum. Iactus
piarum, Ouid. 2. Triſt. Iactus fulminum, Cic. 1. Catil. ¶ Ia-
ctus abſolutè, *βολή*, pro iactu retis. Valerius libr. 4. cap. 2.
A piſcatoribus in Mileſia regione periculum trahentibus,
quidam iactum emerat. ¶ Iactus item accipitur pro merci
um in mare proiectione, quæ in magnis tempeſtatibus fie-
ri ſolet nauis exonerandæ gratia. Vnde extat Titulus lib. 14.
Pandectarum, Ad legem Rhodiam de Iactu: quo cauetur,
ſi leuandæ nauis gratia iactus mercium factus ſit, omnium
contributione eſſe ſarciendum, quod pro omnibus dam-
ni factum eſt.

Iactanter, aduerbium, idem ſignificans quod inſolenter, &
cum iactantia, à participio Iactans, *ἀλαζόνως.* [Italicè. Con-
ſuperbia, ambitioſamente. Gall. Par vanterie & jactance.
Hiſpan. Vanaglorioſamente ò pompoſamente. Germanicè.
Stoltzlich, mit rümen.] Tacit. lib. 2. Periiſſe Germanicum
nulli iactantios mœrent, quàm qui maximè lætantur. Id
eſt maiori cum oſtentatione.

Iactātus, participium, *ἀνερρίμμενος, τετυχημένος, πλάνητος, καὶ φερόμενος.* [Italicè. Spinto, gittato qua & là. Galli-
cè. Agité, ietté d'un coſté & d'autre. Hiſpanicè. Acoſtado, e-
chado en diuerſas partes. Germanicè. Hin vnd här ge-
worffen vnd getrieben.] Virgil. 1 Aen. iactatos æquore toto
Troas reliquias Danaũm, atq; immitis Achilli.

Iactātus,

Iactatus, us, ui, uerbale, masc. gen. quart. declin. Agitatio, succussio *ῥίπη ἔφεσις*. [Ital. *Agitatione* ò smouimento. Gall. Agitation. Hispanicè, Acoſſamiento. Germanicè, Bewegung.] ut, Iactatus maris, *σάλος*. Plinius libr. decimoquarto, cap. 18. Sic & mari nauigato, cuius iactatus his quæ dura uerlar, tantum uenustatis adiicere sentitur, quantũ habuerint. Ouid. 6. Meta. Excussit pennas quarum iactatibus omnis Affiata est tellus.

Iactatio, nis, uerbale, fœm. gen. tert. declin. Agitatio, succussatio, *σάλος*, *κλόνος*. [Ital. Crollo. Gall. Secouement. Hispani. Sacudimiento Germani. Bewegung, hin vnnd hár tretbung.] Liu. 30. bel. Pun. Simul sperans leuiorem in nauigatione quàm in uia iactationem uulneris fore, & curationi omnia commodiora. Cicero pro Muræ. Quo tandem animo me esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram uidentem, in hunc cui uideo maximas Reipubl. tempestates esse obeundas? Idem 4. Tusculan. Iactatio (uel iactantia potius) est uoluptas gestiens, & se efferens insolentius. Insolentiam, & iactationem hominum ferre. Cicero ad Attico. libro decimo, Iactatio uerborum, Idem ab Brutum.

Iactator, toris, masc. tert. Gloriosus, insolenter se uenditans, *μεγαλαυχος*, *ἀλαζών*. [Ital. Vantatore. Gal. anteur, glorieux. Hispan. Alabancioſo, de ſi. Germani. Ein rhůmer der ſich groſſer dingen anſtheůt.] Quintil. lib. 11. cap. 1. de Cicerone, Is quidem rerum à se gestarum maior quàm eloquentiæ, fuit in orationibus utique iactator. Claud. 3. Paneg. Immodicus proprii iactator honoris.

Iactantia, æ, f. p. Quæ & iactatio dicitur, *μεγαλαυχία*, *μεγαλαυχὶα ἐπίδειξις, περιττωμα*. [Italicè, Soperbia, iattantia, vanto. Gallicè, Vanterie. Hiſp. Soberuia, alabança vana. Ger. Rhůmung, Rhůmſůchtigkeit.] Definitur à Cicer. 4. Tusc. quòd sit uoluptas gestiens, & se efferens insolentius. Quintil. libr. 9. capite 2. Veritus opinionem iactantiæ. Idem, Hoc enim inauis est iactantiæ. Tacit. libro 1. Iactantia, gloriaque ad posteros.

Iactuosè, iactanter, cum iactantia, *ἀλαζόνως*. [Ital. Ambitiosamente, soperbamente. Gall. Auec vanterie. Hiſpan. Vanagloriosamente. Germa. Stoltzlich, mit rhůmen.] Cicero Quum fiat multa iactuosè dicta. Sic enim legunt quidam: quamuis in castigationibus exemplaribus non iactuosè legatur, sed actuosè.

Iactura, æ, fœm. prim. Propriè dicitur damnum illud quod ex iactu consequimur: hoc est ex proiectione mercium in mare, quę fieri solet in magnis tempestatibus ad exonerandam nauem, *ἐκβολή*. [Ital. Danno, perdita. Gall. Perte domage. Hiſpanicè, Danno, perdida. Germanicè, Eigentlich der ſchad ſo einer erleidet in deſs Meers vngeſtümigkeit, auſs werffung der gůteren, ſunſt aber, ein jeder ſchaden vnd verluſt.] Salluſtius ad Cæsarem. Siquid aduersi eorum est, de illis potissimum iactura fit quæ minimi pretii sunt.

¶ Per metaphoram tamẽ accipitur pro quouis damno: ut apud Cicero. 2. de Finibus, Facere iacturam rei familiaris. Ouid. 9 Metamor. Hunc tamen ablati domuit iactura decoris. Idem 1. Meta. Est tamen humani generis iactura dolori Omnibus.

Iaculum, li, penult. ma correpta. neut. gen. secund. declinat. Propriè telum, siue hastile, quod manu iaculari potest, *ἀκόντιον*. [Ital. Dardo Gall. Ard. Hiſpan. Tiro, que ſe tira Germa. Ein Pfeyl oder etwas anders das man in die weite wůrfft.] Quintil lib. 12. cap. 2 Qui iaculum emittit, iaculari dicitur. Virgil. 9. Aeneid. & iaculum contorquens mittit in auras.

Iaculor, aris, penult. correp. deponens, prim. Iaculum emitto, telum conijcio *ἀκοντίζω*. [Ital. Tirare, lanciare. Gall. Darder, jetter vn ou pluſieurs dards. Hiſpa. Tirar ò lançar tiro. Germa. Schieſſen, werffen.] Iuuen. Satyr. 1. Quantas iaculetur Monychus ornos. Ouid. 2. Metamor. Iussit quoq; rector Olympi, Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra. ¶ Aliquando simpliciter accipitur pro proiicio. Columell. libro 2. Faba, quæ longius emittetur, puræ cò perueniet quòd ventilator eam iaculabitur. ¶ Legitur & Iaculo actiuum. Claudianus, Latis iaculabar in aruis. Hinc fit compositum eiaculo, quo usus est A. Gellius. Arionẽ (inquit) cum suis libris & indumentis, cum quibus se in salum eiacu[illegible]

Iaculatio, iaculamen, & Iaculamentum. Dicitur ipse ictus iaculandi, *ἀκοντισις*, *ἀκοντισμα*. [Itali. Il tirare, tiro. Gallic. Dardement, Jettement. Hiſpan. Aquella obra de tirar, lanct. Germa. Schieſſung, werffung.]

Iaculator, oris, uerbale, m. t. Qui iaculum emittit, *ἀκοντιστης*. [Ital. Tiratore, lanciatore. Gall. Dardeur, jetteur de tiro, arbaleſtier, archer. Hiſpan. Tirador ò lançador de tiro. Germa. Ein Schütz oder werffer.] Liu. 7. bell. Pun. Annibal turmatim per equites, peditumque iaculatores leuis certamina serens, &c. Horat. 3. Carmin. Ode 9. Enceladus iaculator audax.

Iaculatrix, cis, uerbale fœmininum, Mulier iaculationem exercens, *ἀκοντιστρια*. [Ital. Donna che lancia dardi. Gallicè, Dardereſſe, celle qui iette dards. Hiſpani. Lancadora de tiro. Germ. Ein Schieſſerin oder werfferin.] ut, Diana iaculatrix. Ouid. 3. Meram. Pallada nonne uides iaculatricemq; Dianam Abſcedſſe mihi?

Iaculabilis, le, om. t. Quod iaculari, hoc est longè proiici potest, *βλητὸς*, *ἀκοντιστὸν δυνάμενος*. [Ital. Ciò che ſi può tirare, Gall. Qu'on peut darder ou jetter. Hiſpan. Coſa que ſe puede tirar. German. Das gůt zůwerffen oder zů werffen iſt.] ut, Telum iaculabile. Ouid. 7. Metam. -sed non fortiùs isto Viderunt oculi telum iaculabile nostri. Pondus iaculabile, Stat. 6. Theb.

Iaculatorius, A dict. *ἀκοντιστικὸς*. [Itali. Coſa da lanciare. Gall. De dards, ou choſe pour darder. Hiſpan. Coſa para lançar aſſi. Germ. Das zů dem Schieſſen gehört.] ut, Campus iaculatorius, Vlpian. in L. Item. Paragraph. sed si. ff. ad leg. Aquil.

Iaculus, li, pen corr. Serpentis genus, arbores subiens, è quibus ui maxima se eiaculatur, penetratq; quodcunq; animal obuium fecerit fortuna, *σαυρία*. Lucan. libro 9 Et nastrix uiolator aquæ, iaculique uolucres. Plin. lib. 8. capite 23. Iaculum ex arborum ramis uibrari, nec pedibus tantùm pauendas serpentes, sed & missili uolare tormẽto. Vide Aelianum lib. 9. cap. 49.

Iachinum, uerbum adulterinum, in antiquis exemplaribus apud Vlpian. leg. si cui lana. de leg. 1. expungendum admonuit nobilis Grammaticus Bap. Plautius, Geminumq; substatuit Iamdudum.

Iam, aduerbium temporis, Quod penè est idem quod nũc, illico, *ἤδη* [Ital. Già, homai, hora. Gall. Deſia, maintenant, à ceſt'heure. Hiſpani. Ya. Germani. Jetzt, Jetzund. bald.] Terent. in Adelph. Tace, egomet conueniam iam ipsum. Idem in Eunucho, Nam aut iam reuertere, aut mox nocte adigent horsum insomnia. ¶ Interdum hortantis est, & celeritatem inuitantis. Terent. in Eunuc. Iamnè imus? Nonnunquam etiam accipitur pro modò. Virg. 3. Georg. Iamque boues curſu, iam præterit illos, hoc est modò hos modò illos. ¶ Interdum pro præterea, *ἔτι*, & quasi nodus est quidam coniungens sententias, ut apud Virgilium, Iam maris immensi prolem & genus omne natantum, Iam uarias pelagi uolucres. Hoc idem efficit coniunctum cum uerò, *ἔτι τοίνυν*. Cicer. 1. de Orat. Iam verò narrationẽ quòd iubent uerisimilem, &c. ¶ Iamdiu, Multo iam tempore, *πάλαι*. [Itali. Già molto tempo, gran tempo. Galli. Long temps y a. Hiſpani. Ya ha mucho tiempo. Germani. Jetzt langezeit.] Cic. de Senect. Carthaginis malè iamdiu cogitanti Idem ad Caſſ. Vetus, quem iamdiu plurimi facio, tantoin tervallo uiderem. ¶ Iamdudum, Et iam & dudum componitur, & frequentius de parua tẽpore dicitur, *παλαιὸν χρόνου*, *πολὺ*, *ἤδη χρόνου*. [Italice. Già buona pezza di tempo. Gal. Des pieça, il y a ia aſſez long temps. Hiſp. Ya ha poco tiempo. Germ. Vor langeſt, vor einer gůten weil.] ut, Iamdudum te expecto. Cic. in Epiſt. Vides me sudare iamdudum Plaut. in Mene. Iamdudum mulier tibi non imprudens adnersabar, hunc meuitabam. Aliquando de longiori. Plin. li. 19. Iamdudum excidere. Hiſpania Zelicum uenit in Italiam plagis utiliſſimum Macrobius. Iamdudum hæc quæstio ab Aristotele & proposita est, & soluta. Ponitur etiam pro continuo, & quàprimum. Virgi. 2. Aen. Iamdudum tumulo præsens. ¶ Iamiam, Repente, sine mora, *παραχρῆμα*, *ὄσον οὔπω*. [Ital. Hora hora. Gall. Maintenant, à ceſt'heure. Hiſp. Agora, luego. German. Eben jetzt, grad jetzt, jetzt bald.] ut, Iamiam aderit. Ponitur & cum præsenti, licet in futurorum resoluatur. Virg. 2. Aen. Iamiam, & manu tenet & premit hasta, quasi mox tenebit, & nũc uideatur tenere. Plerunq; figuratè per indignationem accipitur. Idem, -iamne iam nec maxima Iuno, Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit

ſpiciſ æquis. Et per miſerationem. Salluſt. in Iugurt. Iamiam animo meo chariſſime frater, quanquam tibi immaturo, & unde minimè deceſſit, uita erepta, tamen lætandum magis, quàm dolendum puto caſum tuum. Et per exhortationem. Quintil. Iamiam commilito, quicunq; caſus manet, etiamſi Imperator damnaturus eſt, habes ſolatium: ſatius eſt quàm à parte occidi. ¶ Iamolim. multo iamtempore, *ἐκ παλαιοῦ* [Itali. Per lo paſſato, d'aſſai tempo. Galli. Le paſſé, il y a aſſez long temps. Hiſpani. Ya ha luengo tiempo. Germ. Vorlangem.] Cicero, Iamolim à principio illud ſtatueram. Sumitur pro aliquando. Virgil. 2. Georg. Et iam olim ſeras poſuit cum uinea frondes. ¶ Olimiam, proiampridem, *ἐκ πολλοῦ ἄνω* Quintil. Olimiam Imperator inter fulgentes uirtutes liuor locum quærit, id eſt à longo tempore. ¶ Iãpridem, Aliquando iam tempore, *παλαιόθεν*. [Ital. Già tempo. Galli. Il ya ja long temps. Hiſp. Ya ha tiẽpo. Germani. Vmblangeſt, Vorlangeſt.] Seneca, Iampridem te expectantes ibi ſedebamus. Dicitur & de longiori tempore, ut idem ſit quod iamolim. Plinius. Quod maiores noſtros iampridem feciſſe manifeſtum eſt: quod genus nuper & patrum ferè noſtrorum memoria inuentum eſt: Accipitor item pro ſtatim, ſiue continuò. Lucan. lib. 1. Tollite iampridem uictricia tollite ſigna. ¶ Iam tum, ſignificat ex eo tempore, *ἐξ ἐκείνου*. [Ital. All' hora. Gall. Des maintenant, à ceſt' heure. Hiſpan. Dende entonces. Germ. Von der zeit hár, ſeithár.] Plautus, Iam tum occœpit uirginem amare. Virgil. 8. Aeneid. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes.

Iambus, *ἰαμβεῖον*, Pes metricus, conſtans ex priore breui, & poſteriore longa. Horatius in Arte. Syllaba longa breui ſub iecta uocatur Iambus. Dictus Iambus, ut quidam uolunt, ab inuentore. Feſtus *ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν* deduxit, quod eſt conuitiari, ſeu inuehi: quum tamen ueriſimilius ſit, *ἰαμβίζειν* uerbum, ab iambi pedis natura eſſe deductum. Hinc iambicum carmen, cuius multa ſunt genera, quæ latiſſimè exequitur Mycillus.

Ianeus, Ab antiquis dicebatur, quem hodie Ianitorem uocamus, teſte Feſto.

Ianitor, Vide Ianua;

Ianthinus, a, um, pen. corr. *ἰάνθινος*, Idem eſt quod uiolaceus. Nam Græci *ἰὰ* uiolas, & *ἄνθη* flores uocant. Ianthinum itaq; dicitur, quod floris uiolæ colorem refert. Vnde neſtis ianthina, & Ianthina, orum, ſubſtantiuè, dicitur ue ſtes uiolacei coloris. Martialis, Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ. Plin. lib. 21. ca. 6. Ex his uiolis quæ ſponte apricis ac macris locis proueniunt, purpureæ, latiore folio, ſtatim ab radice carnoſa exeunt: ſolæq; Græco nomine à cæteris diſcernuntur, appellatæ *ἰαι*: ab his ianthina neſtis.

Ianua, æ, fœminini generis, primæ declinationis, Primus ingreſſus ad interiora domus: à Iano dicta, quod huic Deo conſecratum erat omne principium, *θύρα*. [Italicè. Porta. Gall. Porte huys. Hiſpan. Puerta. Germani. Ein Thür, ein Gang in ein Hauſs] Et proprie domus eſt ianua: oſtium uerò, partium ut cubiculorum: licet cõfundantur. Nam & ianua, à quo ianitor, pro oſtio ponitur: & oſtium, à quo oſtiarius, pro ianua. Cicero. 2. de Orat. Vt illud Naſicæ, qui quum ad poëtam Ennium ueniſſet, eiq; ab oſtio quærenti Ennium. Et paulo pòſt, Quum ad Naſicam uenifſet Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Naſica, &c. Valla libro 4. capite 8. Porta murorum eſt, munitionumq; atq; caſtrorum: ianua parietis, atque domorum. Cic. 5. Verr. Seruius ſuis imperat robuſtis ut ianuam clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterent. Ouid. 2. Amor. Clauſa tuo maius ianua ſulmen habet.

Ianitor, oris, penult. corre. m. t. Cui ianuæ cuſtodia eſt commiſſa, *θυρωρός*. [Ital. Portiere. Galli. Portier, huiſſier. Hiſpan. El Portero. Germ. Ein Portner, Thürhüter.] Cic. 5. Ver. Hunc noſtri ianitores, hunc cubicularii diligunt. Ianitor carceris, apud eundem legitur 7. Verr. Ianitor inferorũ, Cerberus. Virg. 6 Aene. licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exangues terreat umbras.

Ianitrix, icis, fœminini generis, Mulier cui ianuæ cuſtodia eſt commiſſa, *θυρωρός, ὁ*. [Ital. Portinara. Gall. Portiere, huiſſiere. Hiſpan. Portera. German. Portnerin, Thürhüterin.] Plaut. in Curcul. Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix. Plin. libr. 15. cap. 30. Laurus triumphis propriè dicatur, uel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum; Pontificiumq;, id eſt quæ ſolet plantari ante domos Cæſarum & Pontificum. ¶ Vxores duorum fratrum dicuntur ianitrices Modeſtino in L. Non facilè. Parag. Ad fines ſunt. ff. de gradibus cognationum. In quibuſdam exemplaribus non legitur dictio ianitrices: ſed unico contexto ita legitur, Duorum fratrum uxores dicuntur apud Græcos *ἰανήτριδες*.

Ianual, libi genus quod Iano tantũmodo libabatur. Feſtus.

Ianuarius, rii, m. *ſ. ἰανουάριος, ὁ, μαμακτών* [Ital. Gennaio. Gallicè, Le mois de Janvier. Hiſpanicè, El mes de Enero. Germanicè, Der Jenner.] Primus menſium, à Iano appellatus, quem Numa Pompilius primum anni eſſe uoluit, tanquam bicipitis Dei menſem, reſpicientem & proſpicientem tranſacti anni finem, futuriq; principia.

Iaron, Diaconitium maius, uel Iaros.

Iaſionius, a, um eſt, ut inquit Theophraſtus, ſylueſtre, repens in terra cum lacte multo florem fert candidũ. Concilium uocant ſingulari folio. Sed ut deſcriptio tamen, & quaſi rudimentum multorum appareat. Plin. inquit, unum tantùm habet folium Iaſione, ſed ita implicitum ut plura uideantur. Huius flos conceptaculo auerſa parte non indiget, ſed poſtrema eius exeunt in angulos, qualis uerò oleagineus aſpicitur. Stimulat hæc herba coitum, lactis ubertatem præſtat. Phyſicis prodeſt, infantium illita capiti nutrit capillum. In Plinio tamen pro Iaſione, Laſſina, depranatum erat.

Iaſpis, m. t. *ἰάσπις*. [Ital. Iaſpe pietra pretioſa. Gall. Jaſpe. Hiſp. Iaſpe, piedra preciosa de color uerde. Germa. Jaſpis, ein Edelgeſtein.] Gemma eſt è uiridantium genere, cuius ut multæ ſpecies, ita uarii ſunt colores: ut eſt uidere apud Plin. lib. 37. ca. 9. Martialis li. 5. Sardonychas, ſmaragdos, adamantes, iaſpidas uno.

Portat in articulo Stella Seuere meus:

Iaſpideus, ea, eum, ut, Iaſpides gemma, quæ iaſpidis colorem refert, *ἰασπιδοειδής, ἰασπίτης*. [Ital. C'ha colore de iaſpe. Galli. Qui reſemble à une jaſpe, ou qui à couleur de jaſpe. Hiſpani. Coſa ſemeiante à tal piedra, ò que tiene color de iaſpe. Germani. Das ein farb hat wie der Jaſpis.] Plinius libro trigeſimoſeptimo, capite decimo, Cepionidæ in Aeolide ad Dardanum nunc pagum, quondam oppidum, naſcuntur multis coloribus translucentes, aliàs uitreæ, aliàs cryſtallinæ, aliàs iaſpideæ.

Iaſponyx, *ἰασπόνυξ*, Iaſpidis gemmæ ſpecies, maculis quibuſdam humano ungui non diſſimilibus uariegata: unde & onychipuncta dicitur. Vide Plinius libro trigeſimoſeptimo, capite 9.

Iatros, *ἰατρός*. [Italicè, & Hiſpanicè, Medico. Gall. Medicin. Germanicè, Ein Artzet.] Latinè medicus. Vnde Architatros, princeps medicorum: quo nomine dictus eſt Aeſculapius, tanquam præſes, denique medicorum Plinius libro 29. capite 1.

Iatraleptes, uel Iatralepta, *ἰατραλείπτης*, Medicus unguentarius, qui unguentis & perfrictionibus curat. Celſus lib. 1. capit. 1. Sanus homo qui & bene ualet, & ſuæ ſponte eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neque medico, neq; iatralepta egere.

Iatrãleptice, *ἰατραλειπτική*, Medicinæ genus, quæ unguentis, & perfrictionibus curat, quaſi medicina unguentaria: *ἰατρικὴ* enim medicina, *ἀλείπτης* unctor dicitur.

I ante B.

IB. in notis antiquorum, in breui.

Ibernia, Vide Hybernia.

Ibẽrica, herba, ſpartum dicebatur antiquis. Quintilianus libro octauo, capite ſecundo, Qui in actione ibericas herbas, ſe ſolo nequequam intelligente, dicebat, niſi irridens hanc uanitatem Caſſius Seuerus ſpartum cum dicere uelle indicaſſet.

Iberis, idis, *ἴβηρις*, Herba eadem cum lepido ſylueſtri: de qua uide Plin. li. 19. cap. 8.

Ibi, aduerbium loci, Significat in eo loco: quo propriè utimur in demonſtrando, *ἐκεῖ*. [Italicè, Vi, in quel luogo, la. Gallicè, La, en ce lieu la. Hiſpanicè, Ay ò alli do algo eſta. Germanicè, Daſelbſt.] Ibidem uerò relatiuum eſt, idem ſignificans quod in eodem loco, *αὐτόθι*. Cicer. pro Domo ſua. Ibi enim poſtis eſt, ubi templi aditus eſt. Idem in Epiſt. Nemo eſt quin ubiuis, quàm ibi ubi eſt, eſſe malit. ¶ Accipitur aliquando pro aduerbio temporis, idemq; ualet quod

tunc. Terent. in Eunu. Inuitat triſtis, manſit: ibi illa cum illo ſermonem occipit. ¶ Ab ibi fiunt compoſita, Inibi & alibi, ſeu aliubi, & ibidem: quæ uide ſuis locis.

Ibices, Capræ ſylueſtres ſunt pernicitatis mirandæ. Plinius libro 8 capite 51. Sunt capræ, ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquam onerato capite uaſtis cornibus, gladiorumque uaginis: in hæc ſe librant, ut tormento aliquo rotati in petras, potiſſimum è monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atq; recuſſu pernicius, quò libuerit, exiliant.

Ibidem, penult. product. In eodem loco, *αὐτόθι*. [Italicè, In quello iſteſſo luogo. Gallicè, En ce meſme lieu, la meſme. Hiſpanicè, Enel meſme lugar. Germanicè, Eben daſelbſt.] Virgil. 1 Aeneid. - Ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Cic. pro Quintio, Quod ibi reſtè cuſtodire poterũt, id ibidem cuſtodiant.

Ibis, ibis, *ἶβις*. Auis, ſoli Aegypto peculiaris, quæ ſerpentibus naſcitur. Hæc (ſicut Hieronymus ſcribit) duplex eſt: altera nigra tota eſt, altera ciconiæ non abſimilis, diuerſa tamen à ciconia. De hac. Cicer. lib. 2. de Natura deorum, Velut ibes maximam uim ſerpentium conficiunt, quum ſint aues excelſæ, rigidis cruribus, corneo proceroque roſtro: auertunt peſtem ab Aegypto, quum uolucres angues ex naſitate Libyæ uento Africo inuectas interficiunt, atque conſumunt: ex quo fit, ut illæ uiuæ nec morſu nocent, nec odore mortuæ. Hæc ille. Traditur autem ibis clyſteris uſum prima commonſtraſſe, quòd conſuetudinem habeat ſe purgandi, roſtri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. Author Plinius libro octauo, capite 27.

I ante C.

IN. IC. In notis antiquorum iuxta catulum, uel intra circulum, uel Iulius Cæſar, uel iuriſconſultus. I. C. E. V. Iuſta causa eſſe uidetur. I. CL. Iatra cliuum.

Iccirco, uel idcirco, ideo, ob eam rem, uel ea re.

Ichneumon, *ἰχνεύμων*. [Ital. Sorice è topo d'Egitto. Gallicè, Vn rat d'Egypte. Hiſpan. Raton de Egipto. Germ. Ein Egyptiſch Mauß.] Animal eſt magnitudine felis ſpecie muris: uulgò nunc Murem Indicum uocant. Naſcitur in Aegypto, & cum aſpide pugnat. Ichneumona Aegyptii adorant, quoniam ouа crocodilorum conterat: & luto conuolutus, quum os aperiunt, ita in uentres eorum inſilire ſoleat, ut exeſis inteſtinis eos interimat. Plinius libro octauo, capite 24.

Ichneutas, Quandoq; Nicander uocat ichneumones.

Ichnographia, *ἰχνογραφία*, Quaſi ueſtigii deſcriptio, eſt futuri operis delineatio, quam Galli planam formã uocant. Vide Vitru. lib. 1.

Ichtei aſinus, maiorana & ſamſuchus quondã magis ſic uocata, ut author eſt Dioſc. lib. 3. ca. 45.

Ichthia, Inſtrumentum, quo demortuus fœtus ex utero præciditur.

Ichthyocolla, *ἰχθυοκόλλα*. [Itali. Colla di peſce. Gallic. Colle faitte de peau de poiſſon, colle de bouche. Hiſpani. Cola de peſce. Germ. Hauſsblaſen, iſt ein leim von einem Fiſch.] Gluten ex piſce, à Dædalo primùm inuentum, ut tradit Plinius li. 7. c. 56. ¶ Eſt item ichthyocolla, piſcis cuiuſdam nomen, corium habens glutinoſum, ex quo glutinum conficitur. Autor Plin. li. 32. ca. 7.

Ichthyopõla, pen. prod. *ἰχθυοπώλης*, [Ital. Venditore de peſci. Gal. Vendeur de poiſſon. Hiſp. Vendedor de peſces. Germanicè, Ein Fiſch verkäuffer.] Piſcium uenditor. Locus autẽ uendendis piſcibus deſtinatus, Ichthyopolion, *ἰχθυοπώλειον* appellatur.

Ichthyotrophium, neut. gen. ſecun. declinat. *ἰχθυοτροφεῖον*. [Ital. Peſchiera, uiuaio. Gall. Eſtang uiuier. Hiſpan. Eſtanque de peſces. Germani. Ein Fiſch grub, ein weyer in dem man Fiſch behaltet.] Piſcina alendis piſcibus accommodata: quod & uiuarium à Latinis dicitur. Columel. libro 8. cap 1. Atq; etiam quum datur liquoris facultas, *ἰχθυοτροφεῖα*, ſedula cura exercentur: ea ſunt omnia (ut Latinè loquamur) ſicut auium cortalium ſtabula, necminus earum quæ conclauibus ſepta ſaginantur, uel aquatilium animalium receptacula.

Ico, cis, ici, ictum, act. 1. Ferio, percutio, *πλήττω*, *τύπτω*. [Italicè, Percuotere, ferire. Gall. Frapper, ferir, toucher. Hiſpan. Herir. Germ. Schlahen.] Plaut. Truc. Hoc uide, dentibus Frendit, icit femur. Cæcilius, Si unquam quiſquam uidet quem catapulta, aut balliſta iceriit. Plin. lib. 2. capite 55. Lauri fruticem non icit. ¶ Icere colaphum, *λικμᾶσθαι*, eſt impingere alicui colaphum. Plaut. Quæ hæc res eſt? hei colaphum icit, malum uobis dabo. ¶ Icere fœdus, Cic. in Piſonem, Tu ſcilicet homo religioſus & ſanctus, fœdus quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluiſti. ¶ Legitur & paſſiuum Icor. Plin. lib. 16. capite 30. Arborum manu ſatarum, receptarumq; in domos, fulmine lauros ſola non icitur. Liu. lib. 2. Ibi in turba ictus Remus cecidit.

Ictus, us, m. q. Idem quod percuſsio: à uerbo ico, *τυπή*, *ὅπη*, *πλαγή*. [Ital. Colpo, pe coſſa. Galli. Coup, frappement. Hiſpani. Colpe ò herida Germani. Ein ſtreich, oder ſchlag] Cic. 1. Offic. Ictu fulminis deflagrauit. Virgil. 5. Aeneid. - aut grauis ictu Semi ecce n liquit ſaxo, lacerumque uiator. Plaut. Moſtel. Perfacilè ego ictus perfero argenteos. Ouid. 3. Metam. Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas. ¶ Legitur & ictî, genitiuus à nominatiuo ſecundæ declinationis. Claud. Quadrigarius apud Gellium, Ne Gallus impetum ictî haberet.

Ictus, a, um, participiũ. Idem quod percuſſus, *πεπληγμένος*, *τετυμμένος*. [Ital. Percoſſo, ferito. Gall. Frappé, feru, touché. Hiſpan. Golpeado, herido. Germ. Geſchlagen, getroffen.] Ouid. 1. Triſt. Non aliter ſtupuit, quàm qui Iouis igni bus ictus Viuit.

Icon, onis, f. t. *εἰκών*. [Ital. Imagine, effigie. Gall. Image, ſtatue, ſemblance. Hiſp. Imagen. Germ. Ein Bildtnuß.] Effigies, imago, & ſtatua ex membris ipſis à pictoribus, ſeu ſtatuariis expreſſa. Plin. lib. 34. Eorum uerò qui ter ibi ſuperauiſſẽt, imagine ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas uocant. ¶ Eſt & icon, teſte Cicerone ad Herenn. figura, quum ſcilicet formæ ad formam cum quadam ſimilitudine fit collatio, aut laudis, aut uituperationis cauſa. Exemplum eſſe poteſt illud apud Virg. 6. Aen. Omnis Mauurio ſimilis, uocemq; coloremq;, Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

Icõnicus, a, um, *εἰκονικός*. [Ital. Ritratto dal naturale. Gallic. Tiré au uif, peint ou pourtrait ſur le uif. Hiſp. Debuxado de lo natural ſacando. Germ. Das alſo eigentlich und natürlich abgebildet iſt, als ob es lãbte] Quod eſt ita pictum, ſiue ſculptum, ut uiuam rei alicuius effigiem, membrorũq; omnium ſimilitudinem referat. Sueton. in Caligul. Simulachrum ſtabat in templo aureum, iconicũ, amiciebatur q; quotidie ueſte, quali ipſe uteretur. Plin. lĩ. 35. ca. 8. Adeò iam colorum uſus increbuerat, adeoq; ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur: Athenieſium, Miltiadem, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum, Datim Tiſſaphernem.

Iconcula, *εἰκόνιον*, diminut. parua icon.

Iconiſmus, *εἰκονισμός*, Verè, uluq; imaginis expreſsio: à uerbo Græco *εἰκονίζω*, quod eſt effingo, ſeu imaginem rei alicuius exprimo. Seneca li. 15. Epiſt. Iconiſmos, deſcriptiones interpretatur, aitq; eſſe uerbum Publicanorum.

Ictericus color, lege Color uarius.

Ictĕrõs, pen. corr. *ἴκτερος*. [Ital. Ictericia malattia, ceſa dicentur giallo. Gallic. La iaunifſe. Hiſpani. La ictericia dolencia. Germ. Die Gälſucht.] Eſt ſuffuſio bilis flauæ, uel nigræ per totum corpus. Plinius & Varro regium morbum appellant, quod multo præcipuè, regio planè potu, curaretur. Celſus & Apuleius uocant auriginem, à colore auri: & hominem hoc morbo laborantem, auriginoſum. Marcel. Virgilius ex Dioſcoride arquatum uertit, à colore cœleſtis arcus, *ἴκτερος*. [Italicè, Vccello giallo. Gall. Vn certain oiſeau qui eſt de couleur iaune. Hiſpan. La oropendola aue] ¶ Eſt item icteros auicula quædam flaui coloris, quam latini galgulum uocant, ſolo aſpectu regium morbum ſanãs: unde & nomen habet. Plinius libro trigeſimo, capite 11. Auis icterus uocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè uocari galgulum.

Ictĕricus, penult. correp. maſcul. gen. ſecund. declinat. *ἰκτερικός*. [Ital. Ictherico. Gall. Qui à la iaunifſe. Hiſpani. Enfermo de aquella dolencia. Germanicè, Gälſuchtig.] Qui eo morbo laborat, *ἀπὸ τοῦ ἴκτερου*, hoc eſt à miluo, quòd oculi bile ſuffuſi, miluinis ſimiles uideantur. Plin. lib. 20. cap. 9.

Ictericis,

Iſtericis, necnon & phœnoeticis radicis crudæ ſuccũ gargizandum bibendumq; demonſtrat. Idem lib. 21. cap. 10. uocat ſeile ſuffuſos. Iuuen. Satyr. 6. Conſulit iſtericus lento de fonere matris.

Iſtis, idis, *ἰστὶς*, inquit Ariſtoteles, Sylueſtris muſtelæ genus eſt magnitudine Melitenſis catelli: ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum aſtutia muſtelæ ſimile. Manſuefcit maiorem in modum, & officit alueariburs: mellis enim auida eſt: aues etiam petit, ut felis. Hanc martam ſpeciali uocabulo uocant. Genitale ei oſſeum eſt, medicamento uri næ ſtillationibus. Plin. lib. 29. cap.

Iſus, Vide Ico.

I ante D.

ID. In notis antiquorum, Iudex. Interdum idus, iudicatum, ID. Interis dis, uel in dimidio, uel iuris dicendi, uel iuri dicendo, uel in dominio. I. D. C. Iuris dicendi cauſa. ID. ID. iudicium iudicãdum. ID. E. Idem eſt. IDI. D. Iudiciũ dabo. ID P Iure dicendo præerit, uel iuri dicendo præfuit, uel iure dicendo præcepit. I. D. T. S P. In die tertio ſiue perendinum. ID. S Iudicatum ſolui. IDQ Idemq.

Id neutrum genus pronominis is: uariũ in oratione uſum habens, *τόδε*. [Ital. Ciò, queſto. Gall. Cela. Hiſpan. Eſto. Germanicé, Das.] Eleganter adiunctum habet genitiuum: ut Id ætatis, id temporis, id eſt ea ætate, eo tempore. Cic. in Epiſtol. Id ætatis iam ſumus, ut omnia fortiter ferre debeamus Idem in Catil. Quos ego id temporis ad me uenturos prædixeram. ¶ Id quod res eſt, idem eſt acſi diceremus. quod uerum eſt. Terent. in Adelphis, Verùm cogito id quod res eſt, *τὸ ὄν*. ¶ Idipſum, idem eſt quod hoc. Cic. Lentulo, Multi rogabantur, atq; idipſum Conſulibus inuitis. ¶ Ab id, fit ideo, *τοῦτο*, ob eam cauſam: & idcirco, propter hoc, *ἀνθ' οὗ, διὰ τοῦτο*, quæ uide ſuis locis.

Idquòd, pro ideo quod ueteres dicebant. Sic locutus eſt Terent. in Heaut. Id quòd eſt conſimilis moribus, conuinces facilè ex te natum. Et in Hecy. Illicò lætæ exclamant, uenit, id quod me repente aſperxerant.

Idra, radix acerba guſtu Dioſcor. libro quarto, capite quadrageſimo ſeptimo.

Idrus, lapis, Dactylus in Creta, apud Solinum cap. 19.

Idcirco, uel Iccirco, coniunctio, Idem quod ideo ſignificãs, *ἀνθ' οὗ, διὰ τοῦτο*. [Ital. Perciò, per tanto. Galli. Pource, pourtant. Hiſpan. Porende. Germ. Darumb, Derhalben] Terent. in And. Nam idcirco accerſor, nuptias quòd mihi apparari ſenſit. Cic. 7. Verr. Repetietis idcirco hæc in uno homine conſtituta, ut cæteris formidines, &c.

Idea, æ, penul. product. *ἰδέα, ἀπὸ τῦ εἶδος*, eſt prima rerum ſpecies, & inchoata intelligentia. Cice. in Oratore, Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi ſolùm, ſed etiam dicendi grauiſſimus autor & magiſter Plato, easque gigni negat, aitq; ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: cætera naſci, occidere, fluere, labi: nec diutius eſſe uno, & eodem ſtato. Ideas (inquit Auguſti. lib. 70. Quæſtionum) Latinè poſſumus uel formas, uel ſpecies dicere, ut uerbum è uerbo tranſferre uideamur. Ideas primus Plato appellaſſe perhibetur. Sunt autem Ideæ exemplaria æterna eorum quæ naturaliter fiunt immortales, immutabiles, inuiolabiles. Et ut res apertior fiat, opus eſt, præter omnes homines intelligere quendam hominem: & præter omnes equos, equum: & præter animalia, animal ingenitum. Et quemadmodum ex uno ſigillo complures fiunt impreſſiones, ſic ex uno homine ſexcẽtæ millia hominum. Et hæc eſt Platonis idea: à quo Ariſtoteles diſſentiens, nullas putat eſſe ideas. Euſeb. lib Præp. ideam ſic definit, Idea eſt perpetua ſubſtãtia, cauſa & principium, ut ſingularia talia ſunt, qualis eſt ipſa: & quemadmodum ſenſibilium exemplaria ad hæc corpora præcedunt, ſic quæ omnia in ſeipſa continet pulcherrima atq; perfectiſſima, huius mundi exẽplar eſt, ad quam à creatore Deo ab uniuerſa ſubſtantia mũdus ſimillimè formatus eſt.

Idem, componitur ex is, & demum. *ὁ αὐτὸς, τὸ αὐτό*. [Italic. Quello iſteſſo, quel medeſimo. Gall. Le meſme. Hiſpan. Eſlo meſmo. Germa. Eben der] In maſcul. gen. nominatiui ſingularis producit priorem, quam in neutro genere corripit, tam in nominatiuo, quàm accuſatiuo. Virg. 4. Aeneid. Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tulliſſet. Iuuenalis, Si feciſſet idem, caderet ſub iudice morum. Accuſatiuus maſculini & fœminini generis mutat m in n ante d, euphoniæ cauſa: ut Eundem eandem. Cæteri uerò caſus ex integro, & corrupto compoſiti inueniuntur: ut Eidem, eiuſdem, eidem, eodem: idem eadem, eiſdem, uel iiſdem, coſdem. Itaque per duo ii, uel per e & i, regula exigit ſcribi tam nominatiuum pluralem maſculinum quàm datiuum & ablatiuum plurales. Solent tamen poëtæ per Synæreſin duo ii, in unum contrahere. Vnde idem, & iiſdem in carmine ſunt diſſyllaba. ¶ Ponitur interdum pro etiam. Cic. primo Offic. Et huic coniuncta beneficentia, quam eandem, uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet, id eſt quam eam. Quintilianus, Si cauſam ueneficii dicat adultera, non M. Catonis damnata iudicio uidetur, qui nullam adulteram non eandem eſſe maleficam dixit. ¶ Ab Idem fit itidem, quaſi item, idem, quod eſt ſimiliter, eodem modo. Vide ſuo loco.

Idẽntidem, penult. corr. Componitur ex idem geminato, *ἅμα καὶ, αὖθις καὶ αὖθις*. [Ital. Souente, ſpeſſe fiate. Gall. Seuuentesfois. Hiſpan. Muchas uezes. Germa. Stätz, Jmmerdar, eins über das ander] ſed prius m, in n mutatur, & t interponitur euphoniæ cauſa ſignificatque frequenter, & (ut inquit Valla libro 2.) cum quodam interuallo. Liuius libro primo. Vnam longè ante alias inſignem ſpecie, & pulchritudine, à globo Thaſſalii cuiuſdam raptam ferunt, multisque ſciſcitantibus cuinam eam ferrent, identidem, nequis uiolaret, Thalaſſio ferri clamitatum. Plinius, Centum millia numorum pro domo eius identidem promittens. Suet. in Cæſare, Quum M. Cato identidem, nec ſine iureiurando denũtiaret, delatorum ſermonem eius ſimul ac primùm exercitum dimiſiſſet, id eſt frequenter, ſubinde, & quod, uulgò dicimus, per repetitas uices.

Ideo, Coniunctio collectiua, ſiue rationalis, ſignificans idcirco, *ὑπὲρ ὧν, διὰ τοῦτο*. [Itali. Perciò. Gall. Pource, pourtant. Hiſpan. Porende. Germ. Darumb, derhalben.] Cice. 6. Verr. Ideo Claudius Pulcher retulit, ut C. Verres auferre poſſet. Idẽ. de Iouen. Hæc ideo diligentius inducitur præſcriptio, ut apertè, &c.

Id genus, hoc genus, pro eius generis, & huius generis, elocutio elegans, à Beroaldo obſeruata, quòd ea Plaut. & Terent. Cicer. uſi ſint.

Idiographum, penultima correpta, *ἰδιόγραφον*. Latinè priuata ſcriptura.

Idĩoma, atis, neut. tert. *ἰδίωμα*. [Italicè, Idioma, linguaggio. Gall. Proprieté de langage. Hiſp. Propriedad de lenguaje. Germanicé, Einer ſprach eigenſchafft.] Proprietas ſermonis: ut ſunt quinque idomata Græcorum, quæ & dialecti uocantur.

Idiotes, ſiue Idiota, penult. product. com. p. *ἰδιώτης*. [Italicè, Ignorante, idiota. Galli. Idiot, lourdaut, ſot, ignorant, priuée perſonne. Hiſpan. Necio, ruſtico, indocto, loco. Germ. Ein ſchlechte Perſon, ſo kein Ampt tregt.] proprié idem eſt quod priuatus, nulloque munere publico fungens. Vnde *ἰδιωτεύειν* dicunt Græci pro eo quod eſt priuatam uitam agere. Apud Latinos tamen ferè accipitur pro illiterato, & imperito. Lucil. Quid ni, & tu idem illiteratum me, atque idiotam diceres? Cicero ſeptima Verrina, Quæ non modò iſtum hominem ingenioſum, atque intelligentem, uerumetiam quemuis noſtrum, quos iſte idiotas appellat delectare poſſent.

Idõlum, li, pen. prod. neut. ſecund. *εἴδωλον*. [Itali. Idolo, fimolacro. Gall. Idole, image. Hiſpanicé, Idolo. Germanicé, Ein Bild oder Götz.] Simulachrum, imago. Cicer. 1. de Finib. Imagines, quæ idola nominant ¶ Nonnunquam accipitur pro ſpectro, ſiue phantaſmate. Plin. in Epiſtol. Mox apparebat idolon, ſenex macie & ſqualore confectus, promiſſa barba.

Idõlatra, *εἰδωλολάτρης*. Idolorum cultor.

Idolatria, f. p. *εἰδωλολατρία*, Simulacrorum cultura: ex *εἴδωλον*, & *λατρεία*.

Idolopœia, *εἰδωλοποιία*, Figura eſt qua introducimus perſonam notam, ſed mortuã, & quæ loqui deſierit: ſicut in Hecuba Euripidis, Polidori introducitur idolum. & Appii Cæci in oratione Ciceronis pro M. Cælio.

Idõlothўtia, f. p. *εἰδωλοθυσία*, cum accentu in pen. Immolatio quæ fit idolis.

Idolothytum, pen. prod. *εἰδωλόθυτον*, Immolatum idolo.

Idoneor, familiaris uox eſt Iureconſultis, Super quo uide Albertum.

Idõneus, a, um, Conueniens, aptus, & alicui rei natus, *ἐπιτή-*

ἁρμόζω [Ital. Atto conueniente. Gallic. Idoine, propre & conuenant. Hiſpani. Coſa decente y idonea. Germa. Geſchicklich, tüglich, taugenlich.] Terent. in Andr. Adeón' uidemor uobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Idem in Hecyra, Nequeo mearum rerum initium ullum inuenire idoneum. Idoneus autor, Fidelis & ſufficiens, ἀξιόπιστος. Cicer. ad Atticum, Non mihi ſatis idonei ſunt autores ij qui à te probantur.

Idonea, orum. Tacit. li. 4. At apud Idoneā prouinciarū, id eſt, apud idoneos locos prouinciarum.

Idoneè, aduerbium, pro aptè, ſiue commodè, ἁρμόττοντως, ἐπιτηδείως. [Ital. Conuenuolmente, ſofficientemente. Gall. Conuenablement, comme il appartient. Hiſp. Digna y derentemente. Germ. Geſchicklichen, tüglichen.] Cicer. 1. de Inuentione, Exordium, eſt oratio, auditoris animū idoneè comparans ad reliquam dictionem.

Idus, Quæ quæ omnibus Idibus Ioui immolabatur. Feſtus

Idoare, Lingua Hetruſcorum diuidere eſt. Inde Vidoam dictam putat Gellius, quaſi uę iduam, hoc eſt ualde diuiſam.

Idus, duum idibus, *idei*, pluralis tantum numeri, & fœminin. gener. in Martio, Maio, Iunio, & Octobri dies eſt decimoſquintus: in reliquis, decimuſtertius. Dictæ idus, ut quidam exiſtimant, ab antiquo uerbo iduare, quod eſt diuidere: propterea quòd circa mediū menſis exiſtētes, in duas partes propemodum æquales, menſem diuidere uideantur. Varro uocis huius etymon è lingua Sabinorum, aut Hetruſcorum doctum putat: qua de re ui de ipſum li. 4. de Lingua Latina. Ab idibus autem denominationem ſumunt ſeptem dies nonas immediatè ſubſequentes: non quòd ipſæ ſint idus ſed quòd eas antecedant. Vnde octauo, ſeptimo, ſexto, quinto, quarto, tertio, & pridie idus dicimus: hoc eſt octauo uel ſeptimo die ante idus. Ab idibus, idules dictæ ſunt oues, quæ ſingulis idibus Ioui immolabantur.

I ante E

IE In notis antiquorum, intereſt. I.E Io eum, uel Iodex eſto, uel in ære I F Iulii filius, uel in foro, uel inter foit. I F.B In foro boario. I.F.CS In foro Cæſaris. I.F CS.A. In foro Cæſaris Auguſti I.F HA In foro Hadriani. I.F.IV. In foro Iulii. I. F.L In foro Liuii. I.F.FLAM. In foro Flaminii. I.F N In foro Neruæ. I FOR.CS.A. In foro Cæſaris Auguſti I FOR.Flam. In foro Flaminii I.FO P. In foro Pacis, uel Palladis. I FO. POP. In foro Popilii, uel popilii, uel Pompei, uel populi. I. FO P. R. In foro pro roſtris, uel in foro populi Romani. I. FO TR In foro Traiani.

Iecoroſus, qui ex iecore laborat.

Iecur, iecoris, & iecinoris, neut. tert. qui genitiuos (ut inquit Priſcianus) uiderur eſſe à nominatiuo iecinus, qui non eſt in uſu. [Itali. Fegato. Gall. Le foye. Hiſp. El higado. Germa. Die Läber.] Eſt autem iecur, uiſcus incraſſato ſanguini ſimile, ſedes concupiſcentiæ, nonnullorum omnium principium, & primum ſanguinis generandi inſtrumentum, uentriculum lobis quibuſdam, quaſi digitis, circumquaque complectens. A Græcis dicitur ἧπαρ. Plaut. in Curcul. Lien nec aterenes dolent, Pulmones diſtrahuntur: cruciatur iecur, radices cordis pereunt Horat. 1. Carmin. Ode 13. uę, meum Feruens difficili bile tumet iecur. Martial libro 13. Aſpice quàm tumeat magno iecur anſere maius. Plinius libro undecimo, capite trigeſimoſeptimo, Iecur in dextera parte eſt in eo quod caput extorum uocant, magnæ uarietatis. Ibidem, Sex ultimarum iecinora replicata intrinſecus reperta ſunt.

Iecuſculum, li, neut. gen. ſecund. declin. diminutiuum, Paruum iecur, ἡπάτιον. [Ital. Fegatello. Gal. Petit foye. Hiſp. Higadillo. German. Ein Läberlin.] Plin. libro 11. capite 37. Mariam iecuſculis fibræ ad numerum lunæ in menſe congruere dicuntur.

Ieiūnium, nii, neut. ſecund. Abſtinentia à cibo, uel dies, quibus à cibo abſtinemus, νηστεία, ἄσιτία. [Ital. Il digiuno, eſſo digionare. Gallī. Jeuſne, abſtinence de manger. Hiſpa. El ayuno Germ. Faſtung abbrechung eſſens vnd trinckens.] Liuius ſexto belli Macedonici, Eorum prodigiorum cauſa libros Sibyllinos ex S. C. Decem uiri quum adiiſſent, renuntiuerunt ieiunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoque anno ſeruandum eſſe. Ieiunio laborare, apud Columellam, libro tertio, capite duodecimo. Ouidius primo Metamorph. Longa domant illos inopi ieiunia uictu. Idem decimoquinto Metamorph. Carne feræ ſecant ieiunia.

Ieiuno, pen. prod. Á cibis abſtineo, νηστεύω.

Ieiūnus, a, um, Qui cibum nondum guſtauit, ἄσιτος, ἄνηστος. [Ital. Digiuno, che non ha ancora mangiato. Gallicè, Jeun, qui eſt à jeun. Hiſpani. Coſa ayuna, que no ha comido. German. Nüchter.] Plaut. in Pſeudolo, Io eorum qui ieiunus uenerit, aut ſitiens, is riſu, & uentre raſo uigilabit ſedulò. Idem Capt. Neque ieiunioſiorem, neque magis eſurientem fame uidi. ¶ Ieiunus animus, per translationem pro languido & imbecillo, apud Ciceronem 4. Philipp. quoniam qui ieiuni ſunt, minimum habent uirium. Ieiuna auiditas, hoc eſt maxima, & qualis ieiunis eſſe ſolet. Plin. libro decimo, capite 1. Ea ieiuna ſemper auiditatis, & querulæ murmurationis. Ieiuna oratio, cui opponitur copioſa & plena. Ieiuna glarea, apud Virgilium, pro ſicca & ſterili terra. Ieiunia ſallus, apud Columellam, quæ ab homine ieiuno exponitur.

Ieiunum inteſtinum, neut. ſecund. Medium inter cephyon, & ileon ſitum obtinet: inde nomen habens, quòd perpetuò inane reperiatur, νῆστις. [Ital. Vo' inteſtino coſi detto. Gallicè, Le boyau culier, boyau qui touſiours eſt jeun. Hiſpan. La tripa ayuna. Germa. Ein Darm der alſo ſpeiſt behaltet ſonder allen gläſt.] Nulla enim conſtatione expellit quicquid acceperit, affluentis in ſe bilis acrimonia laceſſitum. Hoc antiqui hilum, & per diminutionem hillam dixerunt, ut inquit Feſtus: & hillum neutro genere.

Ieiunè, aduerbium, ἀνηστί, ἀνόπως. [Ital. Magramente, à digiuno. Gallic. Sans boire ne manger, maigrement, petitement Hiſpan. Magramente, ſin beuer y comer. Germanicè, Schlächtlichen. Laum, on rechten eroſt vnd geſchicklig keit. Jur, ieiunè de re aliqua diſputare, agere, dicere: hoc eſt exiliter, frigidè, & languidè admodum. Cicer. in Oratore. Quod quum ſtatuerit, tum ut quicque erit dicendum, id dicet: nec ſatura ieiunè, nec grandis minutè, nec item contrà.

Ieiūnitas, tatis, fœ tert. Propriè eſt abſtinentia à cibo, νηστεία. [Ital. Digiuno, aſtinenza dal cibo. Gall. Jeuſne, abſtinence de manger. Hiſp. El ayuno German. Faſtung, nüchterkeit.] quanquam per translationem pro exilitate, & ariditate accipitur: cui contraria eſt ubertas, & copia. Cicero 1. Tuſcul. Sed reperiebantur nonnulli, qui quum obtuerentur copia ſententiarum, atque uerborum, ieiunitatem & famem ſemille, quàm ubertatem & copiam dicerent. Sic de Claris Oratoribus.

Ientāculum, culi, neutr. ſecund. Cibus qui ante prandium ſumitur, ἀκρατισμός. [Ital. Collatione, mangiare innanzi diſinare. Gall. Le deſieuner. Hiſpan. Almuerzo de mannana. Germa. Das Morgeneſſen, Morgenſupp.] Plaut. Truculente, non nouiſti, obſecro, Qui illic apud me erat, hauſtus pater? oſq; ad tentaculum Iuſſit ali. Suet. in Vitel. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpartiebat in ientacula, & prandia, & cœnas, comeſſationeſq;. Martialis in Diſtichis,

Surgite, iam uendit pueri ientacula piſtor
Criſtatæq; ſonant undiq; lucis aues.

Iento, ientas, neutri generis, primæ declinationis, Aliquid ante prandium guſto, ἀκρατίζομαι. [Itali. Fàl collatione. Gallicè Deſieuner. Hiſpani. Almorzar de mannana. Germ. Zů Morgen eſſen.] Varro in Marc. ut citat Nonius, Veſtat, ac Rempub. adminiſtret, & quod pulli ientent Afranius, Dum exeo domum ientare nulla inuitat. Vſus eſt eodem Suetonius in Vitellio.

I ante G

Igitur, Collectiuus uel rationalis coniunctio eſt, ex præcedentibus concluſionem inferens: adhibeturq; (ut inquit Valla) breuioribus concluſionibus, ἄρα, τοιγαροῦν. [Itali. Adunque, dunque. Gallic. Donc, doncques. Hiſpani. Aſſique. German. Darumb, derhalben.] Cic. pro Ligario, Habes igitur Tubero, quod accuſatori maximè optandum, confitentem reum. ¶ Ponitur interdū pro inde ſiue poſtea, εἶτα. Terent. in Eunuc. Quid igitur faciam? Plaut. in Amph. Sin aliter ſient animati, neq; dent quæ petunt: Eſſe igitur ſumma ui, uirisq; eorum oppidum expugnatum.

Ignarus, Vide Ignoro.

Ignāuus, a, fœ p. ab ignauo fit: & eſt contraria fortitudini, quum quod ratio aggredi fortiter ſuadet, id nos formido aggredi diſſuadet, & ab audendo retinet, κακθυμία, ἀργία. [Ital. Paura, pigritia, dapocaggine Galli. Couardiſa, lacheté, pareſſe. Hiſp. Negligencia à pereza. Germ. Faulkeit, vnfruchtſam-

fruchtſam ſein, forchtſame, zaghein.] Salluſt. in Catil. Scitis quidem, milites, ſocordiã, atq; ignauiã Lentuli quantam ſibi nobisq; cladem attulerit. Cicer. in Latio, Vt cum aliqua cura res ſibi contraria aſpernetur, atque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo Idem, ignauiam puſilli & abiecti animi uitium eſſe oſtendit, ad Cælium ſcribens, Etenim etiam hoc genere gloriari ſolitum eſſe familiarem noſtrum Hortenſium, quòd nũquã bello ciuili interfuiſſet: hoc noſtra laus erit illuſtrior, quod illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id exiſtimari non poſſe arbitror. Quid autem ſit fortitudo, docet author ad Herennium lib. 4. iſta non eſt fortitudo, inquit, ſed temeritas: propterea quod fortitudo contemptio eſt laboris, & periculi cum ratione utilitatis, & compenſatione commodorum. Temeritas eſt cum inconſiderata dolorum perpeſſione gladiatoria periculorum ſuſceptio. ¶ Ignauo item opponitur ſtrenuus. Salluſt in Catil. Comperum ego habeo, milites, uerba uirtutem non addere, neque ex ignauo ſtrenuum, nec fortem ex timido exercitum oratione Imperatoris fieri. Ex his colligi poteſt, quod ignauus ſit is qui in doctrius eſt, & ſtrenuus, ſiue fortis, ἴνεργος, ἀνδρεῖος. Cuius contrarium eſt

Ignauus, m. f. qui nõ eſt indoctrius, id eſt qui negligit, aut formidat rem aliquam egregiam aggredi, aut in re bene cœpta perſeuerare, ἀργὸς, ῥᾳθύμος, ἀνανδρος [Ital. Codardo, da poco, ville di cuore. Galli. Couard, laſche, pareſſeux, faitneant. Hiſpan. Coſa negligente ò perezoſa. German. Faul, unfruchtig, forchtſam, zag.] Virg. 4. Geor. Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent, hoc eſt inutile, & nullius artis Cicer. 1. Tuſcul. Vt enim fit in prælio, ut ignauus miles ac timidus, ſimul ac uiderit hoſtem, abiecto ſcuto fugiat. Liui. 3. ab Vrbe, Quam concione aduocata terrorem increparet ac fugam, fatos eſſe ab ignauiſſimo & fugaciſſimo hoſte. Differt hoc tamen, quantum intelligo, inter ignauum & indoctrium, quòd ignauus, propriè ſit is qui ad ſubeunda pericula, ac labores tolerandos, ſapiens & fortis eſt: indoctrinus qui ingenio quum multum ualeat, ut artifex bonus, aliquid ſtruere & negotiari, non otiari ſtudet. Cic. pro Pomp. Deinde cæteris ex ordinibus homines ignari & indoctri, partim in Aſia negotiantur, quibus abſentibus uos conſulere debetis, partim ſuas & ſuorum in ea prouincia pecunias magnas collatas habent. ¶ Componitur ignauus ex in & gnauus: ſiue ex in, & nauus, ablato g. Vide Gnauus.

Ignauè, ſiue Ignauiter, aduerb. Lentè, & ſegniter, ῥᾳθύμως. [Ital. Pigramente, lentamente. Gall. Couardement, laſchement, pareſſeuſement. Hiſp. Perezoſamente. Germa. Faullich, liederlich, onerenſt.] Cic. 2. Tuſcul. Sed hoc quidem in dolore maximè eſt prouidendum, nequid abiecte, nequid timidè, nequid ignauè, nequid ſeruiliter, muliebriterue faciamus. Hircius ad Ciceronem, Rure iam redierint, quæris? An ego, quum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam?

Ignauit, teſte Nonio, antiqui dixerunt pro ignauum fecit. Afranius Aeneadis decimo, ut citatur à Nonio, In parte inferiori hîc implicabitur caput fateor: ſed ſæpe ignauit fortẽ in ſpe expectatio. Verbum eſt omnino obſoletum.

Ignis, is, m. t. Ab in priuatiuo, & gignendo dicitur, quòd in eo nihil naſcatur, πῦρ. [Ital. Fuoco. Gal. Feu. Hiſp. Huego. German. Feür.] Virgil. 4. Georg. Aeſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis. Cæſar 1. bell. Ciuilis, Suosque omnes caſtris continuit, ignesque fieri prohibuit, quo occultior eſſet eius aduentus. Cicer. 3. Verrina, Cædere ianuam ſaxis, inſtare terro, ligna & ſarmenta circumdare, ignem ſublicere cœperunt. ¶ Per metaphoram accipitur pro amore. Virgil. 8. Aeneid. Vulcanus alit uenis, & cœco carpitur igni. ¶ Interdum pro eo, uel ea quam amamus, hoc eſt, pro ſcorto: eo quòd amantes, ſcortorum amore ueluti flagrent, & ardeant. Virg. 1. Aegloga, Ar mihi nunc ſeſe ultrò offert meus ignis Amyntas. Terent. in Eunucho, Accede ad ignem hûc, & caleſces plus ſatis. ¶ Ignis ſacer, quis dicatur, explicat Celſus lib. 5. his uerbis. Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. Eius duæ ſpecies ſunt: alterum eſt ſubrubicolor, aut miſtum rubore, atq; pallore, exaſperatumque per puſtulas continuus, quarum nulla altera maior eſt. In his ſemper ferè pus, & ſæpe rubor cum calore eſt. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipueque in plantis. Alterum autem eſt in ſummæ cutis exulceratione, ſed ſine altitudine, latum, ſublimidum, &c. Seruius in illud Virg. 3. Georg. Contractos artus ſacer ignis edebat. Sacer, inquit, ignis eſt, quem Græci ἱερὰν νόσον appellant. Quod tamen manifeſtè falſum eſt. Nam ἱερὰ νόσος, ut inter medicos omnes conuenit, idem eſt morbus cum epilepſia, ſiue morbo comitiali, quem & Latini morbum ſacrum appellant. Rectius itaq; ſentit Manardus, ignem ſacrum à Latinis appellari, quod eryſipelas dicunt Græci, Plin. lib. 26. cap. 11. Ignis ſacri multa aſſerit eſſe genera inter quæ periculoſiſſimum eſt quòd Græcè zoſter uocatur, hominem medium ambiens, &, ſi cinxerit, enecans. ¶ Ignis ad torrem ueniens, πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθὸν. De negotio quod raptim facileque conficitur, quaſi quum ultro ignis ad torrem tranſuolat Diogenianus. ¶ Ignem deſiccare, εἰς τὸ πῦρ ξηραίνειν, eſt iteritem operam ſumere. ¶ Ignis ferroq; minari dicuntur, qui extremam denuntiant inimicitiam. Quod uerbum & hodie tritiſſimum eſt. Cic. Philip. 13. ¶ Ignem igni ne addas. Mὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ: id eſt, Ne incendium incendio addas. Plato.

Igniculus, culi, m. t. Proprie diminutiuum eſt ab ignis, πυρίδιον. [Ital. Picciol fuoco, picciol ſtimulo. Galli. Petit feu, eſtincelle de feu. Hiſpan. Pequenno huego. Germ. Feürlin, funcklin.] Iuuen. Satyr. 1. Igniculum brumæ, ſi tempore poſcas. ¶ Per metaphoram accipitur pro incitamento, & ſtimulo quodam, quo accendimur ad capeſſendam uirtutem. Cic. 3. Tuſcula. Nunc paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusq; depranatis ſiſtinguimus, ut noſquam naturæ lumẽ appareat. Ingenii igniculi, Quintil. lib. 6. in Proœm. Deſiderii igniculus, Cicer. ad Trebonium, lib. 15. Epiſt. Virilis, igniculus, Idem lib. 15. ad Atticum.

Igneus, a, um, Quod ex igne, ſiue quod ignis naturam habet, πύρινος, ἔμπυος. [Ital. Di fuoco. Gall. De feu. Hiſp. Coſa toda de materia de huego. Germ. Feürig.] Cicer. 2. de Natura deorum. Nam omne quod eſt calidum, & igneum, cietur, & agitur motu ſuo. Igneus color, qui ignem imitatur. Plin. lib. 8. cap. 38 Areſcitur in gemmas carbunculis ſimiles & igneo colore fulgentes. Igneus feruor. Idem lib. 9. ca. 60. Hunc tam igneum feruorem eſſe tradunt, ut omnia in mari contacta aduret.

Igniteus, a, um, Nomen adiectiuum, pro candente, πυρόεις, διάπυρος. [Ital. Affocato, infocato. Galli. Ardent & embraſé. Hiſpani. Coſa encendida de huego. Germani. Glúyend, feüerig.] ut, Ferrum ignitum. ¶ Accipitur item pro eo quod quandam ignis ſimilitudinem refert, quodque calidæ, igneæque eſt naturæ. Sic Apuleius ignitam eſſe Martis ſtellam dixit. ¶ Ignitius uinum, hoc eſt, uehementius & generoſius. Gellius libro decimoſeptimo, capite 8. Tum ego reſpondi, coniectare me uinum idcirco minus coaleſcere, quòd femina quædam caloris in ſeſe haberet, eſſetq; natura ignitius.

Igneſco, ſcis, ſcere, neut. ter. ab antiquo Igneo, gnes, Idem eſt quod ignitum fieri. & in ignem conuerti, πυροῦμαι. [Ital. Diuenir di fuoco. Gall. S'embraſer, s'allumer. Hiſpan. Encenderſe. German. Feürig werden.] Plin. lib. 10. ca. 8. Idemq; uncias additis auri ſcrupulis ſenis, prætenui pyropi bractea igneſcit. Cicero ſecundo de Natura deorum, Ex quo euenturum noſtri, putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus igneſceret. ¶ Per translationem accipitur pro excandeſcere, uel uehementer iraſci. Virgil. 9 Aeneid. Haud aliter Rotulo muros, & caſtra tuenti, Igneſcunt iræ, & doris dolor oſſibus ardet. Colum. lib. 10. Ante amor igneſcit menti ſæuitq; medullis.

Igniarium, rii, n. t. Eſt quo ignis elicitur, conſtatque è ſilice, & ferro, quæ colliſa ignem emittunt: unde ſcintillæ decuſſæ, & in fomite, linteoq; aduſto exceptæ, flammam excitant, πυρίον, ἀναυσμα, ἐμπύρευμα. [Italicè. Focile, battifuoco. Gall. Fuſil, ſoit de bois ou autrement. Hiſpan. Inſtrumento para hazer huego. Germani. Ein Feürzeug.] Olim & ex lignis fiebat, mutuo attritu ignem concipientibus. Plinius libro 16. capite 40. Calidæ morus, laurus, hedera, & omnes è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc uſus in caſtris, paſtorumque reperit, quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur ergo lignum ligno, igneſque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis.

Igniter, a, um, Ferens ignem, πυροφόρος. [Itali. Che porta

fuoco. Gall. Qui porte feu. Hiſpanicè, Coſa que trae ò tiene huego. Germanicè, Das feür bringt, angezundet.] ut, Lampades igniferæ, Lucretius libr. 2. Ouid. 1. Metamorph. Non tamen ignifero quiſquam conüſtere in axe Me ualet excepto. ¶ Ne igniferi quidem relictus eſt, *ἀλλ' πυρφόρος & ἱλαρός*. Vbi ſignificamus omneis ad unũ interiiſſe, adeò ut ne ei quidem ſit parcitum, qui ignem præferat exercitui.

Ignĭfĭcus, fica, ficum, *πυριβόλος, πυρίπνους, ον.* [Itall. Che cola fuoco. Gall. Qui iette feu. Hiſpan. Coſa que echa de ſi huego. Germanicè, Dadurch das feür ſieuſt oder fart.] ut Cauernæ igniflux, apud Claudianum libro ſexto, Panegyr.

Igniper, pedis, om. t. Igneos pedes habens, *πυρόπους.* [Italic. Che ha piedi di fuoco. Galli. Qui porte le feu aux piés. Hiſpanicè, Coſa que tiue los pies de huego. Germanicè, Das feürig füſs hatt.] quod epitheton Solis equis tribuit Ouidius ſecundo Metamorph. Tunc ſcict ignipedum uires ex pertos equorum Non meruiſſe necem qui non bene rexerit illos. Martialis libro primo, Ignipedes poſſet ſine Colchide uincere tauros. Sic enim legunt nonnulli: quo tamen in loco legendum eſt, Aeripedes tauros, eſi diphthongo in prima ſyllaba. Loquitur enim Poëta de tauris illis Aeetæ Colchorum regis, quos Poëta fabulantur habuiſſe pedes æneos. Quod & ipſum indicat Ouid. in Epiſtol. Medeæ ad Iaſonem his uerſibus, Martis erãt tauri, plus quàm per cornua ſæui, Quorum terribilis ſpiritus ignis erat: Aere pedes ſolidi, prætentaq; naribus æra, Nigra per efflatus hæc quoq; facta ſuos.

Ignĭpŏtens, tis, pen. nominat. corr. Dictus eſt Vulcanus, quòd ignis poteſtatem habeat, *πυροδύνης* Virg. 8. Aen. Illam iam ter ſedes pallentem morte futura Fecerat ignipotens, undis & Iapyge ferri.

Ignĭſpĭcium, n. ſ. Ea forma dicebatur ab antiquis qua aruſpicium, *πυροσκοπία, πυρομαντία.* [Itali. L'arte dello indouinare del fuoco. Gall. Deuinement par le feu. Hiſpan. Diuinacion en huego. Germani. Ein warſagung ſo von deſs feürs brennen genommen wirt.] Erat autem Diuinationis genus quod ab ignis inſpectione ſumebatur. Plin. lib. 2. ca. 56. Aruſpicium Delphus, ignĭſpicia Amphiaraus, auſpicia auium Tireſias Thebanus inuenit.

Ignĭtăbŭlum, Ignis receptaculum, *πυρεῖον.* Feſtus.

Ignĭvŏmus, penultima correpta, Ignem uomens, *πυριβόλος.* [Itali. Che uomita il fuoco. Galli. Qui uomit le feu. Hiſpanic. Coſa que echa de ſi huego. Germanic. Der feür auſs wirfft oder auſsſpeüwet.] Lactantius in Carminib. de Reſurrectione Domini, Altius ignivomum Solem cœli orbita ducit.

Ignōbĭlis, bile, om. t. Dicitur ignotus, incognitus, uilis, & abiectus: cuius contrarium eſt Nobilis, hoc eſt clarus, celebris, conſpicuus, *ἀνογνώς, ἄσημος.* [Ital. Ignobile, uile, incognito. Gall. Incogneu, de bas eſtat & condition. Hiſpan. Coſa obſcura y no conocida. Germa. Vnedel, vnachtſam, ſchlecht, kleintfüg.] Virgilius libro ſeptimo, Solus ubi in ſyluis Italis ignobilis æuum Exigeret. Plaut. in Pſeud. Peregrina facies uidetur hominis, atque ignobilis. Cic. 1. Tuſc. Quid Cyrenæum Theodorum philoſophum non ignobilem, nonnè miramur? Virgil. 1. Aenei. Sæuitq; animis ignobile uulgus.

Ignobilitas, tatis, fœm. tert. Vilitas, humilitas, obſcuritas, conditio, atq; fortuna hominum infimorum, *Ἀνογένεια.* [Italicè, Ignobilità, humilià. Gall. Peritteſſe de nom. baſſe condition Hiſpan. Aquel eſcurecimiento. Germ. Vnachſame oder vnachtbarkeit, ſchlechte, kleintfüge.] Cicero pro Roſcio Amer. Iam quos nemo propter ignobilitatẽ nominat, ſexcenti ſunt. Idem 5. Tuſcul. Nunc igitur ignobilitas, aut humilitas, etiam popularis offenſio ſapientem beatum eſſe prohibebit? Ignobilitas generis. Cicer. pro Mur. Quanquam ego iam putabam, Iudices, multis uiris fortibus, ne ignobilitas generis obiiceretur, meo labore eſſe perfectum. Ouid. 6. Metam. Res obſcura quidem eſt ignobilitate uirorum, Mira tamen.

Ignōmĭnes, Qui laude & gloria carent, quaſi inglorii, illaudati, *ἀνώνυμοι, ἀνυπαίτιος.* [Italic. Che non hanno laude, ſenza nome. Gallicè, Sans nom, ſans louënge. Hiſpanicè, Sin loor, ſin nombre. Germanicè, Vnnamhafftig, Vnberümpt.]

Ignōmĭnĭa, æ, f. p. Nominis nota, interprete Nonio, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum, *ἀτιμία, ἀνοφημία.* [Itali. Infamia, uituperio, uergogna, biaſimo. Gallicè, Honte, diffame, deshonneur. Hiſp. Infamia ò mal nombre. uerguença. Germ. Schmach, ſchand, eines erlichen nammens verletzung.] Componitur ex in. & nomen, n litera commutata in g. Dicitur enim ignominia, quaſi boni nominis priuatio. Cic. lib. 4. de Repub. Itaq; quum omnis ea iudicatio uerſetur tantummodo in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt. Idem Thermo, Oſtendi graues te ſuſceperorum inimicitias, ſi adoleſcens potens & nobilis ignominia effectus eſſet. Et hercle ſine dubio erit ignominia: habes enim neminem gradu ſuperiorem.

Ignōmĭnĭōſe, aduerbium, Cum ignominia, & dedecore, *ἀτίμως.* [Ital. Vergognoſamente, con infamia. Gal. Auec infamie, honteuſement. Hiſpanic. Con uerguença y infamia. Germ. Schmächlicheo, Ehrverlerzlichen.

Ignōmĭnĭōſus, a, um, Notarus infamia, *ἄτιμος.* [Ital. Vituperato, fuergognato. Gall. Plein d'infamie & deshonneur, infame. Hiſpanicè, Infame y de mal nombre. Germanicè, Schandtlich, Vnehrlich, dem man ein ſchmach angethon hatt.] Virgilius libro ſeptimo, capite 3. Tibi, inquis accuſator, illos non licuit occidere: exul enim eras & ignominioſus. ¶ Accipitur etiam ignominioſus, pro eo quod affert ignominiã. Liu. 1. ab Vrbe, Hos ignominioſa fuga, domum ſe recipientes Romanus conſul Algido conſequutus ad unum omnes occidit.

Ignōmĭnĭo, as, Ignominia afficio, *ἀτιμάζω.* [Ital. Far uergogna, far uituperio. Galli. Diffamer, deshonnorer, faire honte. Hiſpani. Hazer uergueça à uituperio. Germ. Schmähen, Ehr verletzen.] uerbum eſt parum uſitatum: legitur tamen participium Ignominiatus, pro ignominia affectus. Gellius libro nono, capite ultimo. Quibus modis ignominiatus, tractatuſq; ſit à C. Cæſare Laberius poëta.

Ignōro, as, penult. ma producta, Neſcio. *ἀγνοέω.* [Itali Non ſapere. Gall. Ignorer, ne cognoiſtre & ne ſauoir pas. Hiſpa. No ſaber ò no conoſcer. German. Nit wüſſen.] Cicero pro Milone, At uerò tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac urbe uerſaris? tua peregrinantur aures? neq; in hoc perulgato ciuitatis ſermone uerſantur? Terent. Heaut. Hoc primùm, ut ne quid ignores, &c. Ibidem, Erras ſi credis, & me ignoras, Clinia. ¶ Ignoror paſſiuè. Ouidius primo Triſt. eleg. 4. Si tamen hæc nauis uento ferretur amico, Ignoraretur fortaſſan iſta fides.

Ignoratio, fœm. tert & Ignorantia, uerbalis, *ἄγνοια.* [Itali. Il non ſapere, ignorantia. Gall. Ignorance, faute de cognoiſſance. Hiſpani. Aquel no ſaber, mengua de ſaber. Germani. Vnwüſſenheit.] ſed ignoratio ad actum, & rem pertinet, quæ penitus neſcitur, nec ſciri poteſt, niſi prodatur. Cicer. lib. 3. Offic. Quorus enim quiſque reperitur, qui impenita re & ignoratione omnium propoſita, abſtinere poſſit iniuria? Idem pe Amic. Vt in fabulis. qui aliquandiu propter ignorationem ſtirpis & generis, in famulatu fuerint. Quo in loco in nonnullis exemplaribus corruptè legitur ignorantiam. Idem pro Aulo. Cluent. Quod erat odium dii immortales, quæ ſuperbia, quanta ignoratio ſui? Ignoratia uerò, ingenii uitium eſt, quum quis ignorat quid facere debeat, aut dicere Quintilian. lib. 7. cap. 2. Ignorantia præterea non poteſt. Cic. pro Flac. Vbi adoleſcentes nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam literarum. Quid autẽ interſit inter imprudentiam & ignorantiam, docet Donatus his uerbis, Imprudens, per ſe ignarus per alios, *ἀγνώς.* Ita & imprudentia per ſe, ignoratio per alios.

Ignōrābĭlis, le, om. t. Quod non cognoſcitur, uel quòd facilè ignorari poteſt, *ἄγνωστος.* [Ital. Incognito, non cognoſciuto. Galli. Incognu, qu'on ne cognoiſt point. Hiſpani. Lo que no ſe ſabe. Germani. Vnbekant, Vnwüſſend.] Plaut. in Pſeud. Quis hic eſt, qui oculis obuiam ignorabilis obiicitur. Gell. libro nono, capite duodecimo, Alterum autem illud ignorabilius obſcuriuſq; eſt. Cic. 2. de Inuent. Quod leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit.

Ignārus, a, um, compoſitum ab In, & gnarus, Idem ſignificans quod neſcius, *ἀγνώς.* [Italicè, Pazzo, ignorante. Gallicè, Ignorant, ignare. Hiſpanicè, Coſa no ſabidora de algo. Germanicè, Vnwiſſenhafft, Vnerfarẽ.] Terentius Eunucho, Imprudens harum rerum, ignarusque omnium. Virgilius decimo Aenetid. Aeneas ignarus abeſt. Idem; Aeneidos, Aut quis te ignarum no-

rum noſtris Deus appulit oris? Vbi ignarum dixit pro imprudente. Idem 1. Aeneid. O ſocii, neque enim ignari ſumus antè malorum. Vbi ignari poſuit pro immemores. ¶ Accipitur etiam interdum paſſiue, pro ignoto, uel ignorato, ut annotauit Gellius Noct. Attic. lib. 9. cap. 12. Virg. 10. Aeneid. Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Ouid. Meta morph. lib. 7. Iamque aderat Theſeus proles ignara parentis Incognita.

Ignōſco, ſcis, ui, tum, neut. tert. Valde noſco, & diſco, *συγγινώσκω*. [Ital. *Saper bene*. Gall. *Bien cognoiſtre*, & parfaitement Hiſpanic. Muy bien ſaber. Germanic. Vuol erkennen.] Auget enim hic in præpoſitio uerbi ſignificationem. Varro, Vos qui in theatrum uoluptatem auribus aucupatum concurriſtis domo, adeſte, & à me, quę feram, ignoſcite: domum ut feratis à theatro literas. Verùm hoc rarum eſt, & propemodum obſoletum. Nam frequentius ignoſcere, eſt ueniam dare, excuſatum habere: &, ut ait Cicero ad Atticum, ſceleris pœnam prætermittere, *συγγνώμην ἐν χειν, συγγινώσκειν*. [Ital. *Perdonare*. Gall. *Pardonner*. Hiſpanicè, Perdonar. Germani. Verzeihen, überſähen, nachlaſſen.] Vbi In præpoſitio priuatiua eſt, quaſi non agnoſco errorem. Plaut. in Aulularia. Id adeò te oratum aduenio, ut animo æquo ignoſas mihi. Idem in Merc. Ora ignoſcat delictis tuis, atque adoleſcentiæ. Terent. Adelphis. Venit ipſa ſuperbè lachrymans, orans, obſecrans. Fidem dans, iuraſſe illam ductorum domum. Ignotum eſt, tacitum eſt. ¶ Lactantius libro quinto, poſuit pro ignoro, & non intelligo, *ἀγνοέω*. Tum (inquit) quid legerint, ignouerunt. Gell. libro primo, Contra patriam (inquit Cicero) arma pro amico ſumenda non ſunt: hoc profectò nemo ignouit, id eſt neſciuit.

Ignoturus, particip. Cice. in Catone, Ignoturum alteri, quòd patrem, alteri quòd tutorem ſequutus eſſet. Caro li. 1. Orig. Quod eorũ nemo mihi ignoturus eſt. Quidam tamen contra regulam à præſenti tempore protulerũt futurum ignoſciturum. Piſo Pro. lib. 1. Annalium, Quodcunq; deliquiſſet, ignoſcitum affirmabat.

Ignoſcens, ignoſcentior, nomen ex participio, Qui facilè condonat, & ignoſcit, *συγγνωμονικός*. [Ital. Colui che facilmẽte perdona, perdomatore. Gall. Qui pardonne, enclin à pardonner. Hiſpani. El que ligeramente perdona. Germanicè, Gnädig, geneigt zů verzeihen.] Teren. in Heaut. Mi Chreme peccaui, fateor, uincor: nunc te obſecro, Quanto tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior, Vt meæ ſtultitiæ in filia tua ſit aliquid præſidi.

Ignóſcentia, æ, f. p. Condonatio peccati, *συγγνώμη*. [Italicè, Perdono. Gall. Pardonnement, pardon. Hiſpani. Perdon ò obra de perdonar. Germa. Verzeihung, nachlaſſung.] Gel. libr. 7. capit. 3. Interdum autem quaſi eos deliquiſſe concedat, ignoſci poſtulat, & ignoſcentias utiles eſſe rebus humanis docet.

Ignóſcibilis, le, om. t. Venia dignus, *συγγνωστός*. [Ital. Degno di perdono. Gall. Pardonable, meritant pardon. Hiſpani. Coſa que ſe deue ò puede perdonar. Germani. Verzeihens und überſähens wirdig.] Gellius libro decimotertio, capite 10. Hic neſter huiuſcemodi ueſtitus, de multo iam uſu ignoſcibilis eſt.

Ignōtus, a, um, nomen adiectiuum, non participium, ut quidam putauerunt. Incognitus, id eſt qui ignoratur, *ἄγνωστος*. [Itali. Incognito, non cognoſciuto. Gall. Incognu. Hiſpan. Coſa no conſcida. Germanicè, Vnbekant.] Virgil. lib. 1. Aeneid. Ignoti noua forma uiri. Locis ignotis errare, Ouid 4. Meta. Verba obſcuriora & ignotiora, Quintil. lib. ſeptimo, capite quarto, Pars ignotiſſima turbę Claudian. 1. in Europ. ¶ Interdum actiuè ponitur pro inſcio, hoc eſt, pro eo qui ignorat, *ἀγνώς*. Quintilia. 6 Decla. Nequis tamen erret ignotus, non eſt filii mei nouerca, ſed mater, hoc eſt ignorans.

I ante L.

I.H. In notis antiquorum, iuſtus homo, uel inhoneſtatem. IL. In notis antiquorũ, iure legis, uel in loco, uel iuſta lex, uel intra limitem. I.L.A. in loco abſenti. I.L.D. In loco diuino, uel in loco domus. I.L.P. In loco publico. I.L.P.I. In loco præſenti. I.L.R. in loco religioſo. I.L.S. In loco ſacro.

Ila, uide Illa.

Ila, pars lumbi ſeu lateris in ſue. Horat. Porrna magis an magis Ilia.

Ilarchus, *ἴλαρχος*, Equitũ turmæ præfectus. Nã Graeci *ἴλας*, equitũ turmas appellant. Vide Caelium Rhod. lib. 17. ca. 41.

Ilba, Vide Ilua.

Ile, per ſimplex l, ilis, neutri gen. Inteſtinum eſt omnium artiſſimum, immediatè uentriculo adhærens, in homine quidem & oue lactes dictæ, in cæteris animantibus ile appellatum, *ἔμφυσις*. Plin. lib. 11. ca. 37. Ab hoc uentriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus: in cæteris, ile: à quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominiq; flexuoſiſſimis orbibus.

Ilia, ilium, n. t. Partes ſunt imi uentris, inter coxas & pubem poſitæ, teſte Celſo lib. 4 cap. 1. *λαγών, νεφρὸς*. [Ital. *I fianchi*. Gall. Les flancs. Hiſpani. Yjares o interior dela yjada. German. Die Därm im bauch.] Perſius Sat. 4. Ilia ſubter Cæcum uitiuus habes, ſed lato balteus auro Protegit. Plinius libro 11. capite 37. Ilia appellat arterias quaſdam, quæ inter ueſicam & aluũ ſitæ, tendunt ad pubem. ¶ Sunt qui hoc nomen etiam ſecundæ declinationis eſſe aſſerant, adducentes teſtimonium ex libro quarto Corn. Celſi, ubi ſic legunt, Deinde ſuper tedum inteſtinum progreſſa iliis fœminæ latera ſua ionectit. Quo tamen in loco plerique exemplaria illibus habent, non ilis. Et profectò quum nominatiuus ſingularis, ile, paſſim legatur, nemini dubium eſſe debet, quin in numero plurali etiam ſit tertiæ declinationis. Nam quòd apud Marullum Mimographum legitur Tu Heſſorem imitaris: ab illo nunquam recedis. Alluſio eſt ad Ilium agri Troiani urbem, ut maior loco gratia adderetur.

Ilioſus, adiectiuũ, Qui ilibus laborat, quod morbi genus Graeci *λαγωπόνηρον* uocant.

Ileos, *εἰλεὸς*, uel Ileus, Morbus gracilioris inteſtini, quando ſcilicet obſtructis tenuibus inteſtinis, exitus excrementis negatur. Vnde eos, qui hunc morbum patiuntur, ſtercus per os uidemus eiicere. Plin. lib. 20. cap. 7. Granißimum uitium ileos appellatur. Idem lib. 20. cap. 6. Et contra ileum in oleo, & pulte.

Ilex, icis, per ſimplex l, & gen. fœm. tert. declin. Arbor eſt glandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, leui cortice: cuius duo ſunt genera: quæ uide apud Plin. li. 16. ca. 6 *περὶ φηγοῦ*. [Ital. *Albero alla querza ſimile*. Gal. *Eſpece de cheſne qu'on appele yeuſe ou euſe en Languedoc*. Hiſpa. *Vn genero de de enzina ò coſcoja*. Germ. *Ein gattung deſs Eichbaums*.] Virgil. lib. 6. Aeneid. Talis erat ſpecies auri frondentis opaca Ilice: ſic leui crepitabat bractea uento. Procera ilex, Horat. Epod. 17. Ramoſa ilex, Ouid. 8. Metam. Arguta ilex, Virg Aegloga 7.

Ilicēus, a, um, Quod eſt materiarum ex Ilice, *περίνεως*. [Italicè, Fatto d'ilice. Gallicè, Fait de yeuſe ou euſe. Hiſpan. Coſa de enzina. Germanicè, Eichbǒumin.] Stat. libro ſexto Theb. Ornique illiceæque trabes, metuendaque ſucco Taxus.

Ilicētum, ti, n. ſ. Locus ilicibus conſitus, *περιώρ*. [Italicè, Luoco piantato di pio illici. Gall. Vn lieu complanté d'yeuſes. Hiſpanicè, El enzimal, lugar de enzimas. Germanicè, Ein ort da vil diſer Eichbǒumen ſtond.] Martial. libr. 12. è cathedra Surgentem focus excipit ſuperba, Vicini ſtrue cultus illiceti.

Ilígneus, ſiue Ilígnus, a, um. Idem quod ilíceus, *περίνεως*. Terent. in Adelphis, Lectulos iligneis pedibus facien dos. Columell. libro 11. capite 2. Si nec hæc ſit, iligneam frondem bubus reſtè præbebimus. Sic iligneа corona apud Plinium libro 16. capite 4. Iligna glans, Plinius 16. capite 7. & Horat. 2. Serm. Satyra 4.

Ilia, ilium, uide Ile.

Iliacus, Iliades, uide Ilium.

Ilícet, per ſyncopam dictum, quaſi ire licet. Donatus, Sic iudices de concilio dimittebantur, ſuprema dicta quum præco pronuntiaſſet, Ilicet: quod ſignificat ire licet. Terentius in Phormione, Hoc nihil eſt: ilicet. Quod conterimur operam fruſtra? quin abeam? Vbi Donatus, Ilicet rei finem ſignificat. Ilicet pro ſtatim, confeſtim, *εἰς ἀεὶ, παραυτίκα*. [Italicè, Di ſubito. Gallicè, S'eſt fait, ſoudain. Hiſpanicè, Luego. Germanicè, Eins wegs, von ſtund an, Eilends.] Plaut. in Rudente, Sed propera. T. licet. D. Iam hic fac ſis, cœna ut curetur. T. licet. D. Omnia ilicet. T. licet. Virgilius ſecundo Aeneidos, Ilicet ignis edax ſummè ad faſtigia tecti Volitat. ¶ Ilicet aduerbium affir-

mantis. Plaut. in Epid. Illicet, ut nadimonium mihi hic ultro facit Idem in Curculione, -ilicet Pariter hos perite amando video.

Ilias, adis, ἰλιάς, Homeri opus clariſsimum omnium quotquot unquam exiterunt, Poëtarum ſcriptis circa controuerſiam prælatum. Dicta Ilias ab eo quod bellum continet apud Ilium inter Græcos & Troianos ob raptum Helenæ geſtum. Ouid. libr. 2. Triſt. Ilias ipſa quid eſt, niſi corpus adultera, de qua inter amatorẽ pugna uiriſq; fuit? ¶ Quoniam uerò hoc in opere nullum mali genus non recenſetur, factum eſt ut Ilias malorum, pro ingenti calamitate accipiatur, ἰλιὰς πακῶν. Cice. ad Atticum libro octauo, Non poſſum enim ſecus nuncinari, tanta impendet malorum Ilias. Præterea, quia hoc opus in primis eſt prolixum, xxiiij continens uolumina, factum eſt, ut quum opus aliquod impendiò prolixius indicare uolumus, dicamus id Iliade eſſe prolixius.

Illăbor, peñ. prod. illaberis, illapſus, d. c. Incido, influo, εἰσπίπτω, εἰσρέω. [Ital. Caſcare, ſcorrere, ſdrucciolare, Gall. Couler dedans, s'aualler, deſcendre doucement. Hiſpani. Deslizarſe à lugar. deleznar dentro. Germani. Einhinfallen, einhinfliessen.] Plinius lib. 5. cap. 29. loquens de Mæandro fluuio, Poſtremò Cariam placidus, omnesque eos agros fertiliſſimo riguus limo, ad decimum à Mileto ſtadium lenis illabitur mari. Cicero primo de Finibus, Nam ſi ea ſola uoluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam: & ad eos cum ſuauitate afflueret & illaberetur. Virgil. 2 Aeneid. -ſeu ſit medios illapſus in hoſtes Ibidem, Mediæque minans illabitur urbi.

Illāpſus, huius illapſus, m. q. ἔισροησις, ἔισροος. [Itali. Sceſo planamente. Gall. Douce chesute, deſcente. Hiſpani. Deslizamiento. Germ. Das einhinfallen, oder rinnen.] Col. li. 2. cap. 2. Vt ciuitatis conſtructio ripam ſuſtineat, ne præcludatur humoris illapſu atq; exitu.

Illăbōrātus, a. um, Quod ſine labore & diligentia confectum eſt, ἀνεργαστος. [Itali. Coſa fatta ſenza fatica. Galli. Qui n'eſt point elabouré, ou on n'a point prins grand' peine à le faire. Hiſp. Coſa hecha ſin trabaio. German. Das on arbeit und fleiſs gemachet iſt.] Quintilian. de Cicer. libro decimo, capite tertio, Tum interim hæc omnia, quæ uix ſingula quiſquam intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata.

Illac, aduerbium, Per locum, ἐκεῖ, ἐκεῖσε, ἐκεῖθεν. [Itali. Per quel luogo. Galli. Par la. Hiſpani. Alli, donde algun ò eſta. Germa. Dadurch.] Terent. in Eunuc. Pienus rimarũ ſum: hac atq; illac perfluo.

Illăcerabilis, & illacerabile, penult. correp. ἀνασπαστὸς, ἀνασπάστατος. [Ital. Che non ſi puo ſtracciare. Gall. Qu'on ne peut dechirer. Hiſpanicè. Coſa que no ſe puede deſpedeçar. Germanicè. Vnzerreiſslich.] Vt Spolium illacerabile. Silius libro 5.

Illacēſſitus, penult. prod. ὁ μὴ παροξυνθεὶς, ἀπροπαράκλητος. [Ital. Che non è prouocato ne irritato. Gall. Qui n'a peint eſté prouoqué, irrité, agacé, aſſailli. Hiſpani. Coſa no prouocada y no deſafiada. Germ. Der nit angereitzt iſt] Tacitus in uita Agricolæ, Tanta ratione curaq; ut nulla antè Britanniæ noua pars illacceſſita tranſierit.

Illăchrȳmo, as, penul. corr. act. p. Idem ferè quod lachrymo, ἐπιδακρύω. [Ital Piagnere. Gal. Larmoier, pleurer. Hiſpanicè, Llorar con lagrymet. Germ. Beweinen.] Liuius bel. Pun Secundi, libr. 7. Illachrymaſſe dicitur, partim gaudio, partim, &c. Illachrymare morti, uel errori alicuius, eſt propter errorem uel mortem eius lachrymas emittere, Idem decimo belli Macedonici, Si te, qui morti innocentis, qui meo infœlici errori unus illachrymaſti, in locum meum ſubſtitutum relinquam. ¶ Dicitur & de rebus inſenſibilibus, pro eo quod eſt exudare, ſeu humorem emittere. Virgil. 2. Georg. Illachrymat mœſtum templis ebur, æraq; ſudant.

Illachrymabilis, Inexorabilis, & qui tã durus eſt ut ad lachrymas, aut ad miſericordiam cõmoueri non poſsit, ἄδακρυς, ἀνοίκτιρμος. [Ital Chi non ha pietà, ne ſi piega per le altrui lacrime. Gallicè. Qu'on ne peut eſmouuir à l'armoier ou auoir pitié. Hiſpanicè, El que tiene compaſſion. Germanicè, Vnmilt, einer der mit weinen nit zubewegen iſt] Hoc epichethon Horatius tribuit Plutoni, libro ſecundo Carminum,

Illæſus, Nomen adiectiuum compoſitum ex in, negatiuo, & participio læſus, ἀβλαβὴς. [Ital. Non offeſo. Gall. Qui n'a aucune bleſure, ſain & entier. Hiſpan. No liſiado ò offendido. Germanicè, Vnuerletzt.] Plinius libro decimoquinto, capite trigeſimo, Gallinam conſpicui candoris ſedentem aquila ex alto obiecit in gremium illæſam. Martialis libr. 1. Illæſum timidis unguibus hæſit onus. Cupreſſus illæſa bruma. Stat. 6. Thebai.

Illætābilis, com. c. Inuocundus, ingratus, triſtis, ἄχαρις. [Italicè, Triſto, maniconioſo. Gal. Triſte, mal-plaiſant. Hiſpan. Coſa triſte, no alegre. Germani. Vnlieblich, das kein fröud macht.] Virg. 5. Aeneid. Hinc Drepani me portus, & illætabilis unda Accipit.

Illăqueo, as, a p. Laqueo conſtringo, ἐμπαγίζω [Itali. Allacciare. Gallic. Enlacer, prendre au laqs. Hiſpanicè, Enlazar. Germanicè. Einlãdſchen, verſtricken.] Cicero de Aruſp. reſponſis, Sed ſi etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, &c.

Illătebro, as, penult. correp. In latebris abſcondo, ἐναποκρύπτω. [Ital. Aſcondre dentro. Gall. Cacher & celer en lieu ſecret. Hiſpanicè, Eſconder dentro. Germani. In Hölle verbergen, verſtoſſen.] Gellius ex quinto Annali. Quint. Claudii, Arma plerique abiiciunt, atque inermes illatebrant ſeſe.

Illatro, as, ex in & latro, προυλακτίζω Lucanus.

Illaudātus, illaudati, maſcul. gene. ſecun. declin. Idem quod illaudabilis, teſte Gellio, & innominabilis, qui neque mẽtione, aut memoria ulla dignus eſt, neque unquam nominandus, ἀνεγκωμίαστος, ἀκατάβλητος. [Itali. No laudato' non degno di laude. Galli. Qui n'eſt point loué, indigne d'eſtre loué. Hiſpanicè. No alabado, no digno de ſer alabado. Germanicè, Vngelobt oder vnloblich, der keines Lobs oder rhũms wirdig iſt.] Sicut quondam à communi conſilio Aſiæ decretum fuit, uti nomine eius, qui templum Dianæ Epheſũ incenderat, nemo ullo tempore nominaret. Eſt enim nomen hoc, idoneum ad exprimendum ſceleratiſſimi hominis deteſtationem. Virgilius libro tertio Georgic. -quis aut Euryſtea durum, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? Eſt autem illaudatus, nomen, non participium: neque enim uerbum habet à quo deſcendat, neque ullum importat tempus. Nam dicitur illaudatus, non qui laudatus non fit: ſed qui laudari non meruit, ut eſt libro 7. Aeneid. Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos: pro inacceſſibiles, non ad quod nullus acceſſit, ſed ad quos nullus accedere debet. Sic fontem inexhauſtum dicimus non tam cum qui nunquam exhauſtus ſit, quàm qui exhauriri non poteſt.

Illaudābilis, le, om. t. Qui non eſt dignus ut laudetur, ἀνεγκωμίαστος. [Italicè, Indigno di laude. Gal. Indigne d'eſtre loué. Hiſpanicè. No digno de loor. Germanicè, Vnloblich, keins lobs wirdig.] ut Carmen illaudabile, Statius quinto Syluarum.

Ille, Illa, Illud: illius, in genitiuo, penultima indifferente, Pronomen eſt demonſtrationum, tertiam deſignans perſonam, tam à loquente quàm ab audiente remotam, de qua ſatis multa dicta ſunt in dictione HIC. ἐκεῖνος. [Ital. Quello, colui. Galli. Celuy-la, ceſtuy-la. Hiſpanicè. Aquel. Germ. Der, diſer.] ¶ Interdum emphaſim habet, uehemens tamq; addit orationi, quod Græci exprimunt per ὁ articulum. Terent. Andr. Hic ille eſt. Virg. in principio 2. Aen. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen.

Illĕcebræ, arum, pen. cor. i. p. Blanditiæ & pellacię, ab illicio dictæ, quòd animum ad ſe alliciant: quemadmodũ uoluptates, & diuitiæ quæ nulli non adblandiuntur, δίλυτρα, ἐπαγωγαί. [Ital. Carezze, coſe che adeſcano. Gall. Allichemens, toutes choſes qui attrayent, & allichent. Hiſpa. Los halagos. Germ. Anreitzungen.] Vtimur autem hoc nomine tam in bonã partẽ, quàm in malã. Cice. lib. 6. de Reb. Publ. te oportet illecebris ipſa uirtus trahat ad uerũ decus Idem pro Cælio. Erant apud illum illecebræ libidinũ multæ. Idem pro Seſtio. Nã ſi qui uoluptatibus ducantur, & ſe uictorem illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderũt, miſſos faciant honores, &c. Legitur etiam in ſingulari numero illecebra. Idem pro Milone, Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis ſpem?

Illĕcebroſus, a, um, Quod blandimentis hominem alliciat, ἐπαγωγὸς, δολιευτικὸς, δολερὸς. [Ital. Chi accarezza &

attrahe con lusinghe. Gall. Qui aliche fort, attrayant. Hisp. Cosa llena de halagos. Germanicè, Voll anreitzung. Anreizig.]

Illecebrosè, aduerbium. *διλητηρίως.* [Italic. Con lusinghe. Gal. Auec alicheme ns. His. Con halagos. Ger. Anreitzlich.] Plautus in Bacchid. Manum da, & consequere. P. Aha mine mè. B. Quid ita obsecro? P. Quia istoc illecebrosius fieri non potest.

Illecto, illectas, uide Illiceo.

Illegitimorum, (ut uramur uerbo apud nostros Doctores recepto) alii Incestuosi uocantur, puta ex cognatis procreati: alii nepharii ex descendentibus suscepti: alii spurii, qui & adulterini, ex adulterio nati. Hi nisi à principe, aut huius authoritate Legitimationis, ut uulgò dicitur beneficium impetrauerint, à successione parentum non tantum excludūtur. L. si adulterium. in prin. ff. ad Leg Iul. de Adult. l. quinetiam. ff. de Ritu nupt. & parag. ergo omnes. instit. eod. titu. sed alimentis etiam non censentur digni Iure Ciuili. Auth. Quibus mod. nat. effic. sui, parag. ult. At hæc Romani Pont. iniquum censentes, infantem à Deo creatum, fame necari, præstandā constituerunt. c. cum haberet de eo qui dux. in ux quam per adul pol.

Illepidus, illepida, um, In quo nihil leporis est, nec elegantiæ. *ἄχαρις, ἀνάφορλος.* [Ital. Senza piacevolezza. Gal. Mau fade, qui n'a aucune grace en soy. Hispan. Cosa desgraciada. Germ. Vnlieblich: vnholdselig.] Plaut. Bacch. Sine modo & modestia sum, sine bono iure, atq; honore: Incredibilis, impos animi, insanabilis, illepidus uino Cicero 3. de Natura deorum, Parentem habere auarum, illepidum, in liberos difficilem. Scortillum non illepidum, nec inuenustum, Catullus.

Illepidè, aduerbium, Inconcinnè, & infacetè. *ἀχαρίτως.* [Ital. Sgratiatamẽte, malaggiamente. Gal. Mauſadement, sans grace. Hispa. Desgraciadamente. Germ. Vnlieblichen.] Plinius in Præfat. totius operis, Nec Plancus illepidè quam diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, &c. Horat. 2. Epistol. 1. . non quia crassè Compositum, illepidúe putetur.

Iller, uide Illicio.

Illî cum circumflexo, aduerbium, Pro ibi, uel illic. *ἐκεῖ.* [Ital. Ai, in quel luogo. Gal. La, eñ ce lieu la. Hisp. Alt, donde alguno esta. Germ. Dört.] Terentius in Adelphis, Ego illi maximam partem feram. Vbi Donatus, Errant qui putant illi esse pronomen, quam sit aduerbium loci: ut Virgilius libro secundo Aeneidos, illi mea tristia facta, Degenerem̄q; Neoptolemum narrare memento. Idem in Hecyr. Nam illi haud licebat nisi præfinitè loqui. Idem in Phormione Interea dum sedebamus illi, interuenit adolescens quidam.

Illibatus, illibata, illibatum. Idem quod purus, intactus, & incorruptus. *ἄθικτος.* [Ital. Incorrotto, puro, non guasto. Gal. Qui n'est point entamé ne corrumpu, entier. Hispan. Cosa no tocada ni corropta. Ger. Vnberürt, Vnzerstört.] Est autem nomen, non participium: quum illibo non legatur. Liuius. 1. ab Vrbe, Illibatum imperium. Plinius libr. 17. cap. 17. Vt illibato cortice, atq; ut sectura inferior ponatur. Illibatum robur hominis, Colum. lib. 12. cap 1. & libr. 3. capite decimo, Ex proximo terræ integro illibatoq; succo alantur.

Illiberalis, le, om. t. Parcus, non munificus. *ἀνελεύθερος.* [Ital. Non liberale, non cortese. Gal. Qui n'est point liberal, vilain, chiche. Hisp. No liberal, no cortes. Germ. Vnfrey oder vnfreygäb, vndig.] Cicero Memmio, lib. 11. Non te in me illiberalem, sed me in te negligentem putabit. ¶ Interdum illiberale dicitur quod contrà fit ac liberum hominẽ decet. Illiberale facinus, libero homine indignum. Terent. Adelph. . ex illiane familia Tam illiberale facinus esse ortũ? locus illiberalis Cicero 1. Offic. Duplex omnino est iocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum.

Illiberalitas, tatis, f. t. Parsimonia, auaritia, sordes: cui opponitur Liberalitas & munificentia. *ἀνελευθερία.* [Ital. Villania tenacità, strettezza. Gal. Vilenie, chicheté. Hisp. Aquel cosa no liberal. Germ. Vnfreygäbigkeit, Vndigkeit, Kargheit.] Cic. 2. Offi. Habẽda est autem ratio rei familiaris, quã quidem delabi sinere, flagitiosum est: sed ut ita illiberalitatis auaritiæq; abfit suspicio.

Illiberaliter, Non liberaliter, inhoneste, inclementer, atq; aliter ac hominẽ liberũ decet. *ἀνελευθέρως, ἀγενῶς.* [Ital. Dishonestamente, villanamente, non da gentilhuomo. Gal. Vilainement, chichement. Hisp. No liberalmente. Ger. Vnfreyy, Vnbillicher vnnd vngezimlicher weis.] Illiberaliter apud ueteres dicebatur factum (inquit Donatus) siquis excessisset omne genus maleficii. Terent. Adel. - factum à uobis duriter, humaniter, misericorditer, atq; etiam, si est pater Dicendũ magis asperè, illiberaliter. Idẽ in Phor. Nã ni ita cum existimassem, nunquam tam grauis Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam, Quam is asperatur nunc tam il liberaliter.

Illic, *ἐκεῖ, αὐτόθι, αὐτοῦ.* [Ital. La, in quel luoco. Gall. La, en ce lieu la. Hisp. Alli donde alguno esta. Ger. Dört, an dẽ orth.] Aduerbium in loco. Terent. Adelph. Illic ubi etiam captiui cus magna est Plaut. Trinum. Illic sum, atq; hic sum. ¶ Illic pro ille. Terent. in And. Vbi illic scelus est, qui me perdidit? Idem in Eunuc. Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est.

Illicio, cis, s. t. attrabo, & quasi inesco, ex in & antiquo uerbo lacio. *ἐπάγω, δέλεαρ.* [Italic. Accarezzare, attrarre, adescare. Gall. Attirer, alicher. Hispa. Atraer con halagos. Ger. Anreizen, einhin ziehen.] Terentius in And. - tunc hic homines adolescentulos Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicit?

Illectus, participi. Attractus, inuitatus. *ἀπαχθεὶς, δελεασθείς.* [Ital. Allettato, adescato. Gal. Attiré, aliché. Hispa. Atraydo con halagos. Germa. Angereitzt, einhin gelockt, oder gezogen.] Cic. 4. Tusc. Libido ad id quod uidetur bonum, illecta & inflammata uidetur.

Illectus, tus, ui, m. q. Blanditiæ, & illectamenta rum, *ἐπαγωγή, κολακεία.* [Ital. Adescamento, lusinghe. Gallic. Alicheement, attraiement. Hisp. Halagos. Germanicè, Anreitzung Einlockung.] Plaut. Bacch. Magis illectum tuum quàm lectum metuo. ¶ Est item illectus, compositum à participio lectus, idem significãs quod non lectum, *ἀνεπίλεκτος, ἀνεπιτήδειος.* Ouid. libro primo, de Arte amandi, Si non accipiat scriptum, illectumq; remittat, Lecturam spera, proposituṁq; tenet.

Illecto, tas, frequenter illicio, *ἐπάγομαι.* [Ital. Allettare. Gallicè, Attirer, aliché. Hispan. Atraer con halagos. Germ. Offt oder stäts anreitzen, anlos geben] Augustinus, Quos ad peccata illectant.

Illex, illegis, om. t. Qui sine lege uiuit, *ἄνομος.* [Itali. Senza legge. Gall. Sans loy. Hisp. Hombre ò muger sin ley. Germ. Vngesatz, on mass.] Plaut. Persa, Impune, inhoneste, iniure, illex, labes populi. Quo in loco illex Valla idem significare arbitratur quod exlex.

Illex, icis, communis gen. Interdum substantiuè accipitur pro illecebris, & incitamento, *ἐπαγωγή.* [Ital. Incitamento, stimolo. Galli. Alichement, esguillon Hispani. Atraida por halagos. German. Anreitzung, einlockung] ut, Illex animi Venus, Plaut. Pœnul. Idem Persa, Impune, inhoneste, iniure, illex, labes populi. ¶ Interdum adiectiuè sumitur, ut idem sit quod illiciendi uim habens, *ἐπαγωγὸς, διλητήριος.* [Ital. Cosa che attrahe, & adesca. Gall. Alichant, attrayant. Hispan. El anzuelo. Ger. Anreitzung, das anreitzung gibt.] ut, Oculi illices, apud Apuleium, quòd aspectu ad libidinem incitemur.

Illicium, cii, n. Lab illiciendo dictum, pro incitamento, *δέλεαρ, ἐπαγωγή.* [Ital. Incitamento, stimolo, adescamento. Galli. Alichement, attraitment. Hisp. Atrayda por halagos. Germ. Ein lockung, anreitzung.] Varr. lib. 3. Sed si uisura sunt apes, eò, apiastro perticandum, quòd illicium hoc illis. Cicero ad Atticum libro undecimo, Postea quam mihi literæ à Cornelio Balbo minore missæ essent, illum existimare Qu. fratrẽ illicium mex profectionis fuisse, his uerbis ad Cæsarem scripsit.

Illicitus, illicita, tum, Quod non licet. *ἀθέμιτος.* [Ital. Illicito. Gal. Illicite, non loisible à faire ou dire. Hisp. Cosa illicita ò que no conuiene. Germa. Vnzimlich, Verbotten.] Cicero pro Cluentio, Multitudinem illicitum est contradicere.

Illicitè, aduerbium. *ἀθεμιτως, ἀθεμίτως, ἀθέτως.* [Italic. Illicitamente Gall. Illicitement. Hispa. No conuenientemente. Germanic. Vnzimlicher weys. Vngebürlichen.] Vlpi. in l. fideicommissa. parag. Si quis illicitè ff. de lega. & fideicom. lib. 3.

Illico, aduerbium est loci, Propriè idem significans quod ibidem, quasi in eodem loco. *αὐτόθι.* Ennius, Et quia quo

irent, neſciebant, illico manſerunt. id eſt, in eo loco. Teren. in Adelph. Otioſe nunc iam illico conſiſte. Donatus, Illico, modò locum, modò tempus ſignificat. ¶ Plerunq; ponitur pro ſtatim, ſine continuò, παραυτικα. [Ital. Di fatto, ſubito, inconnente. Gal. Soudain, ſur le champ. Hiſpan. Luego. Germ. Von ſtundan, eiuswegs, flux.] Cic. pro Murena, Simulatq; increpuit ſuſpicio tumultus, illico artes noſtræ contieſcunt. Idem pro Quintio, Illicone ad Prætorem ire conuenit.

Illido, dis, penultima producta, a. p. Duro alicui corpori affigo. atq; ita confringo. προσβαλλω, ἐπάγω, προσπήγω [Ital. Rompere, frangere. Gal. Heurter contre, froiſſer. Hiſp. Quebrar una coſa con en otra. Germ. Zuſtoſſen. Zu ein ding ſtoſſen oder ſchmeiſſen, Zerſtoſſen.] Valerius Maxim. libr. 1. Coactis Locrenſibus ex theſauro eius magnam illi pecuniam dare, quum onuſtus nefaria prædæ nauigaret, ui ſubita tempeſtatis tota cum claſſe uicinis Deæ littoribus illiſus eſt. Hoc eſt impegit ad uicina littora, & naues fregit. Cicer. de Aruſp. reſponſ. Iam iſta ſerpens compreſſa atq; illiſa, morietur. Virgil. 5. Aenei. duroſq; reducta Librauit dextra media inter cornua cæſtus Arduus, effractoq; illiſit in oſſa cerebro. Dentes illidere labellis. Lucret. lib. 4. Illidere dentem alicui rei, pro imprimere. Horatius ſecunda Serm. Satyr. 1. & fragili quærens illidere dentem, Offendit ſolido. Illidere manus, Cicero 3. Tuſcu. Aequora illiſa ſcopulis, Virg. 3 Georg.

Illiſus, us, ui, maſcu. quart. Idem quod illiſio, & ipſe actus illidendi. προσκρουσις, προσβολή. [Itali. Eſſo battere contra qualche coſa. Gal. Heurt & froiſſement contre quelq; choſe. Hiſpani. Quebradura de una coſa con otra. Ger. Zuſtoſſung, Zuſchmeiſſung.] Plinius lib. 27. c. 8. Illiſu ipſo repercuſſus.

Illigo, as, are, a. p. Innecto, intexo. ἐνδεσμεύω. [Itali Legare, auiluppare. Gall. Attacher, lier auec. Hiſpan. Atar. Ger. Einbinden, einknüpfen, einfaſſen.] ut quum emblemata poculis, uel aurum argento illigare dicimus. ¶ Per tranſlationẽ ſumitur pro implicare, ſine inuoluere. ἐμπλέκω. Liu. lib. 2. bell. Macedon. Poſteaquam nos neq; decernere id præſidiũ. neq; uelle illigari Romano bello uidit Liui. 2. bell. Maced. Priuatis etiam hoſpitiis, familiaritq; amicitia plerique alligati Philippo erant.

Illimis, me Purus, quaſi ſine limo. ἄπηλος, καθαρός. [Italic. Puro, ſenza fango Gal. Sans bourbier. Hiſp. Coſa clara, ſin limo ò cieno. Germ. Que lâte oder mûr. Lauter.] Ouid. tertio Metamorp. Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

Illinc, aduerbium de loco. ἐκεῖθεν. [Ital. Dela, di quel luogo. Gal. De la, de ce coſtè la. Hiſp. Alli, donde alguno eſta. Ger. Da dannen, von dannen.] Terentius in Adelphis, Illinc huc transferor uirgo. Cic. 2. Philipp. Omnem ſe amorem abieciſſe illinc, atq; in hanc transfudiſſe. ¶ Hinc, illinc, pro uerbiale Teren. in Adelph. an ſedere oportuit Domi uirginem tam grandem, dum cognatus hinc Illinc neſciret, expectantem?

Illino, is, ire, a. q. Inungo. ἐπιχρίω. [Ital. Vgnere. Galli. Oindre. Hiſpan. Vntar. Germ. Zuſalben, Vberſalben.] Colu. lib. 6. c. 14. Prædictoq; medicamento defricetur & illinitur: ſed ſi ex toto propter cervicis tumorem iugum recuſet, paucis diebus requies ab opere danda eſt: tum cervix aqua frigida defricãda, & ſpuma argentea illinienda eſt, id eſt, inungenda. Plinius libro trigeſimo, capite undecimo, Cornicis carnes eſſe, & nidum illinire, in longiſſimis morbis utiliſſimum.

Illino, uis, peu. cor. illeui, illitum, tertiæ coniugat. Inungo, liquidi quippiam rei alicui induco. ἐπιχρίω, ἐμπλάττω. [Ital. Vngnere. Galli. Oindre, enduire par deſſus quelque choſe humide. Hiſpan. Vntar. Germ. Zuſalben, Zuſtreichen. Mit ſalb beſtreichen.] Horat. 2. Ser. Saty 4. Et quodcunq; ſemel chartis illeuerit, omnes Geſtiet à furno redeũtes ſcire.

Illitus, ta, tum, penultima correpta. ἐπιχρισμένος. [Italicè. Vnto. Gallicè, Oint. Hiſpanicè, Vntado. Germanicè, Beſtreichet, Vberſalbet.] Virgilius, Illita tela dolis, nec Mortem comminus uſquam Auſa pati uirtus. Liuius lib. 2. Ita in uadis hæſitantes frumenti aceruos ſediſſe illitos in limo.

Illitus, us, ui, m. q. Illinendi actus. τὸ ἐπίχρισμα. [Ital. Eſſo ungere. Gallicè, Frottement, onction. Hiſp. Vntadura. Germa. Beſtreichung, anſalbung.] Plin. lib. 34. c. 6. Sonitus aurium emendat infuſu, ſtrumas illitu, nernorumq; nodos.

Illiquefacio, cis, In re aliqua liquefacto. ἐντήκω. [Ital. Liquefare in qualche coſa. Gal. Fondre dans quelq; choſe. Hiſpa. Derretir en algono. Ger. Zerwar in ſchmelzen, eingieſſen.] Cic. 5. Tuſcu. Et qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorũ, & tactionum, & odorationum, & ſaporum: quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam il liquefactæ uoluptates.

Illiteratus, illiterata, illiteratum, Literarum expers. ἀγράμματος, ἀγραμματος. [Ital. Non litterato, ignorante. Gallic. Non lettré, ſans lettres. Hiſpan. No letrado. Germa. Vngelert.] Cic. 2. de Ora. Quem cognouimus uirum bonum, & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium. Plin. Epiſt. 147. Eſt libertus mihi non illiteratus.

Illò, aduerbium ad locum. ἐκεῖσε. [Ital. Aquel luogo. Gallic. A ce lieu la. Hiſp. A culla do alguno eſta. Germ. Dahin, nach das ort.] Plaut. Capt. Vbi illò aduenî. Terent. Andr. Quum illò aduento, ſolitudo ante oſtium.

Illocabilis, & hoc illocabile, Quod locari non poteſt. ἀνίσθητος. [Ital. Che non ſi può alleogare. Gal. Qu'on ne peut pourloüir. Hiſp. Lo que no ſe puede poner en lugar. Germa. Vnvermiet, Die kein manu über kommen kan.] ut, Virgo illocabilis, quæ ob deformitatem, aut inopiam uirum inuenire non poteſt. Plautus in Aulul. Virginem habeo grandẽ, dote caſſam, atq; illocabilem, Neque eam queo locare cuiquam.

Illõcus, a, um, penultima producta, Quod locum non eſt, hoc eſt, quod ſordidum eſt & immundum. ἄλυτος. [Itali. Che non è lauato, ſporco, brutto, immondo. Gal. Qui n'eſt point lauê, ord, ſale. Hiſp. No lauado, ſozio. Germ. Vngewaſchen, vnſauber.] Vnde dicimus, Illotis manibus, uel pedibus rem aliquam aggredi, hoc eſt, irreuerenter, confidenter & imperitè rem aliquam attentare: uelut ſi grammatiſta alliquis triualibus illis diſciplinis, uix ad ſummam eorum uenturus, enarrationem Virgiliani poematis audeat aggredi. Tritum eſt adagium à ſacrorum cæremoniis: in quibus omnia pura conuenit eſſe, & probè lota. Vide Eraſ. Adagia. Illoti echini, Horat. 2. Serm. Satyr. 8 Erucas uirides, mulas ego primus amaras Monſtraui incoquere, illotos Catillus echinos.

Illuceo, illuces, ſecunda producta, neu. ſe. In re aliqua luceo. ἐμφαίνομαι, ἐπιλάμπω. [Ital. Lucere. Gal. Luire deſſur, reluire. Hiſp. Lucir. Germ. Einhin leüchten, oder ſcheinen.] Plaut. Capt. At pol te, ſi hic ſapiat ſenex, atra pix agitet apud carnificem, tuo quæ capiti illuceat.

Illucẽſco, cis, neutri, tertiæ coniugationis. Lucidus fio, quo uix aliter quàm in tertiis perſonis utimur: ut illuceſcit, id eſt, dies fit. Liu. lib. 3. ſecundi belli Punici, Vbi illuxit, recepere claſſem.

Illuc, aduerbium ſignificationis motus ad locum. ἐκεῖσε. [Ital. A quel luogo Gallic. A ce lieu la. Hiſpanicè Alli, donde alguno eſta. Germanicè, Dahin, daſelbſt hin.] ut, Huc atq; illuc intueri, apud Ciceronem de Oratore.

Illũctor, aris, deponens, primæ coniugationis. προσπαλαίω, ἐπιπαλαίω. [Ital. Lottare contra, sforzarſi. Gallic. Luitter contre, ſe reuencher. Hiſp. Mucho y contra luchar. Germa. Ermar in ringen.] Stat. 4. Theb. Et teneris meditatas uerba illuctantia labris.

Illudo, dis, penultima producta, actiu. pert. Derideo, ludibrio habeo. ἐμπαίζω, ἐντρυφάω. [Ital. Beffare, berteggiare, dar berta. Gal. Se iouer de quelq; choſe, ſe truffer, ſe mocquer. Hiſp. Eſcarnecer. Germa. Verſpotten, verriegen.] Dicimus autem illudo tibi, & illudo te, & illudo in te, id eſt, inſulto. Virg. 2. Aen. certantq; illudere capto. Teren. Andr. Adeone uidemur uobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Idem in Phormione, Satin' ſuperbe illudîtis me? Vbi Donatus, Et detinuum, & accuſationum caſum regit illudo. Virgilius non Aeneidos, uerbis uirtutem illuſe ſuperbis. ¶ Significat interdum per ludum nocco. Virg. 1. Geor. Nec uariè illudant peſtes.

Illuſus, partic. ἐμπαιχθείς. [Ital. Schernito, beffato. Gal. Abuſé, mocqué. Hiſp. Eſcarnecido. Ger. Verſpottet.] Tacit. lib. 14. Ille ferociam amici metuit, ſæpe aſperis facetiis illuſor. Veſtes illuſæ auro: id eſt, in quibus artifex ludens, auro aliqua depinxerat, inquit Seruius in illud Virgili. 2. Georgi. Illuſaq; auro veſtes.

Illuſio, illuſionis, uerbal. ſ. t. Irriſio. ἐμπαιγμός. [Ita. Scherno

deriſion

deriſone. Gal. Deriſon, mocquerie. Hiſpa. Eſcarneſcemiento. Germanic. Verſpottung.] Cicero 1. de Orator. Et extenuatio, & huic adiuncta illuſio à præceptis Cæſaris non abhorrens, &c.

Illumino, as, are, 1. p. Clarum & lucidum reddo. λαμπρύνω. [Ital. Illuminare, alluminare. Gal. Eſclairer, donner clarté & lumiere. Hiſp. Alumbrar dando lumbre. Germ. Erleüchten.] Cicero 2. de Natura deorum, Vt ſol mundum omnẽ ſua luce compleat, ab eoq; luna illuminata, grauiditates & partus afferat. Plinius libro nono, cap. 16. Diis aduocatur placandis, omnemq; veſtem illuminat. Cicero 3. de Orato. Quæ ſententiis orationem, verborum conformationibus illuminent.

Illuminatè, aduerbium, Clarè, aperte. ἐμφανῶς. [Ital. Chiaramente, apertamente. Gal. Clairement, auec grand'lumiere. Hiſpanic. Claramente. Germanic. Klarlich, Heiter.] Cicero tertio de Oratore, Qui diſtinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus, & verbis dicunt.

Illuminus, mina, minum, Quod eſt ſine lumine. ἀφεγγὴς. [Italic. Senza lume. Gal. Obſcur, ſans lumiere. Hiſpan. Coſa eſcura, ſin lumbre alguna. German. One liecht, Finſter.] Apuleius lib 6. Et illuminarum Proſerpinæ nuptiarum. Et lib. 3. Seruato noctis illumino tempore, id eſt, obſcuro, & ſine lumine.

Illunis nox, fœminini generis, tertiæ declinationis, Dicta eſt à Plinio Epiſtol. 106. pro obſcura, quaſi ſine luna, & lunari ſplendore uiduata. σκοτομήνη, νὺξ ἀσέληνος. [Ital. Notte ſenza lume della luna. Gal. Noire nuit, en laquelle la lune ne luit point. Hiſpa. Noche ſin luna. Germ. Ein nacht one monſchein.] Vix, inquit, uiam deſeruearamus, & nox, non quaſi illunis & nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto. Apuleius lib. 9. Met. per primam & ſecundam declinationem inflexit, Illunx, inquiens, caliginis, à nominatiuo illunus, a, um.

Illuſtris, illuſtre, omnis generis, tertiæ declinationis, Clarus, lucidus. λάμπρος, λαμπρὸς, φωτεινὸς. [Ita. Chiaro. Gal. Fort clair. Hiſpan. Eſclarecido. Germ. Erleücht, Heiter.] Colu. libro 1. Balnearia Occidẽti æſtiuo aduertantur, ut ſint poſt meridiem, & uſq; in veſperum illuſtria, id eſt, clara. Plinius libro 9. cap. 16. Noctibus quidem illuſtribus æquè quàm diẽ cernunt, id eſt, ſerenis. Plaut. in Rud. Illuſtriores fecit, feneſtraq; indidit. ¶ Per translationem accipitur pro nobili, celebri, & qui magni eſt nominis. ἐπιφανὴς, ἐνδοξος. [Ita. Illuſtre, nobile, famoſo, di gran nome. Gal. Fort renommé, illuſtre. Hiſp. Famoſo en bien. Germ. Durchleüchtig, Vermúmpt.] Cicero de Amic. Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum ueterum auctoritate, & eorum illuſtrium ueſcio quo pacto uidetur habere grauitatis. Idem in Verrem, Tam illuſtre ac nobile domicilium, illuſtre, notumq; omnibus factum, apud eundem ſeptima in Verrem, Facta illuſtria, & gloriosa. Idem 1. de Finibus. Fama illuſtris, Virgilius ſeptimo Aeneidos, Illuſtris & lata uia, Cicero 3. in Verrem.

Illuſtro, as, a. p. Rem aliquam lucidam & ſplendidam facio, uel lucem & ſplendorem affero. λαμπρύνω, καταλάμπω. [Itali. Illuſtrare, dar gran luce. Gal. Illuſtrer, donner clarté & lumiere ou lueur. Hiſp. Eſclareſcer. Germa. Erleüchten, Heiter machen.] Colum. lib. 1. Vinctis quàm ſalubertimis ſubterraneum ergaſtulum, plurimis & iis angustis illuſtratum feneſtris. Auri fulgore templum illuſtrare. Cic. 6. Verr. ¶ Per translationem accipitur pro nobilitare clarumq; & celebrem reddere. διαφημίζειν. [Ital. Di chiara fanca illuſtrare. Gal. Illuſtrer, bailler bruit. Hiſpan Ennobleſcer. Germ. Vermúmpt machen.] Cice. Lentulo lib. 1. Epiſt. Illuſtrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. ¶ Nõ nunquam etiam pro declarare, patefacere, manifeſtare, aperire: quòd quæ aperta ſunt, maiorem lucem præbeant. δηλῶ. [Ita. Dichiarare. Gal. Declairer, donner à entendre. Hiſpa. Declarar. Germ. Erleüteren, erklären.] Cic. in Catil. Omnia & Senatus, & uos quæ erant contra ſalutem omnium cogitata & patefacta uidiſtis. Idem de Oratore, Patefacere & illuſtrare obſcura. Illuſtrare philoſophiam Latinis literis, idem lib. 1. Acad. & 1. Tuſc.

Illuſtratio, tionis, ſ. t. τὸ καλλώπισμα, τὸ εὔγλωσσα. [Ital. Illuſtramento, ornamento. Gal. Eſclaircifſement, ornement, reparement. Hiſp. Eſclariſcimiento, ornamiento. Germa. Erleüchtung.] Quintilianus libro ſexto, cap. 2. Inſequetur ἐνάργεια, quæ à Cicerone illuſtratio & euidentia dicitur.

Illuſtramentum, menti, n. ſ. ἀλαμπρύτης, τὸ καλλώπισμα: Idem Quintil. lib. 11. cap. 3. Hæc ſunt uel illuſtramenta pronunciationis, uel uitia: quibus propoſitis, multa cogitare debet orator.

Illutibilis, le, Quod eluí nõ poteſt. ἀνείνητος, ἀνέπλυτος. [Ital. Che non ſi può lauare. Gal. Qui ne ſe peut lauer. Hiſp. Lo quel coſe puede lauar. Germ. Vnwáſchlich.] Plaut. in Menæch. Næ ex iſtoc loco ſpurcatur naſum odore illutibili.

Illuuies, uiei, f. q. Squalor, immunditia, ſordes, ἀλυσία. [Ital. Sporchezza, bruttura. Gal. Ordure, ſalleté. Hiſpa. Suziedad. Germ. Vnáſt, vnſauberkeit, vnflat.] Terentius in Heaut. Ea texebas uná.

I ante M.

IM. In notis antiquorũ Hymnus. I M. ſam. I. M Ioui Maximo. I. M. CIT. in media ciuitate. I. M. I. ST. B. ABCD. In memoria iſta ſunt bona abſcondita, & in monumento iſto ſunt bona abſcondita. IMP. imperator. uel IMPR. imperator. IMPRR. imperatores. IMP. AV. Imperator Auguſtus. IMP. CS. AV. Imperator Cæſar Auguſtus. IMPL. imperialis, imperiale.

Imago, imaginis, f. t. Simulachrum, ſpecies, exemplar, & alicuius rei præſentatio. εἰκὼν. [Itali. Imagine, figura, ſimulacro, ſembianza Gal. Image, repreſentation, ſemblance. Hiſpan. Imagen, ó ſemeianca. Germ. Ein bildnuſs.] Cicer. de Amic. Nemo unquam animo aut ſpe maiora ſuſcipiet, qui ſibi non illius memoriam atq; imaginem proponẽdam putet. Virgil. 5. Aeneid. atq; ipſius umbra Creuſæ Viſa mihi ante oculos, & nota maior imago. Cicero in Orat. Demoſthenis imaginem ex ære uidi. Idem de Natur. deor. Fac imagines eſſe quibus pulſantur animi, ſpecies duntaxat obiicitur quædam. ¶ Olim nobiliores maiorum ſuorum imagines ad uiuum expreſſas, in atriis ſuſpendere ſolebant, illatã multitudine nobilitatem metientes. Quo factum eſt ut imagines pro nobilitate accipiantur. Cicero de Lege Agra. ſignificare uolens ſe nouum hominem, id eſt, nulla generis, nobilitate commendabilem, Conſulem tamen factum, ita ad populum inquit, Quemadmodum quum petebam, nulli me uobis autores generis mei commendarunt: ſic ſiquid deliquero, nullæ ſunt imagines quæ me à uobis deprecentur. Idem in Piſonem, Obrepſiſti ad honorem errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile nihil habes præter colorem. Vbi fumoſas imagines appellat. Cicero antiquiſſimi generis ſtemmata. Plinius in Epiſt. li. 9. ad Proſocerum, Nec enim ardentius tu pronepotes, quàm ego liberos cupio: quibus uideor à meo, tuoq; latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus: naſcantur modò, & hunc noſtrum dolorem ſtudio mutent. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem parum antiquam, ſed repentè, fortunæq; beneficio quæſitam: quomodo noſtris temporibus multi extiterunt, ignotis natalibus orti, qui ne unum quidem, aut etiam patrem ciere aut poſſent, aut auderent, qui ſubitariis principum beneficiis, & aulicorum ſuffragationibus, ſupra ciuile faſtigium euecti, ingentium, ſplendidarũq; gentilitatum fundamenta iecerunt. Hæc ex Budæo. ¶ Imago pro uagina: quòd uoluti ſit imago eius rei quam claudit. Virgil. lib. 8. Curuam ſeruans ſub imagine falcem. Rhetores imaginem, εἰκόνα uocant quandam orationis figurã, quum res geſta non ſimpliciter indicatur, ſed ut geſta ſit oſtenditur, ut eſt illud, Ipſe inflammatus ſcelere ac furore in forum uenit, atq; ibant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.

Imagũcula, dim. Parua imago. εἰκόνιον. [Ita. Imagine. Gal. Petit image. Hiſ. Pequeña imagen. Ger. Ein kleine bildnuſs.]

Imaginarius, a, um, Quod uerum non eſt, ſed quod ita imaginamur & animo concipimus, ac ſi uerum eſſet: cuiuſmodi apprehenſionem propriè dicimus imaginationem, φανταστικὸς, σκιαγραφικὸς. [Ital. Imaginario, contrafatto. Gal. Imaginaire, contrefait, feint. Hiſp. Imaginar. Ger. Das durch einbildũg deſs gemüts gefaſſet iſt.] Sue. in Claud. Cæſ. Equeſtres militias ita ordinauit, ut poſt cohortẽ alã, poſt alã Tribunatũ legionis daret, ſtipendiaq; inſtituit, & imaginariæ militiæ genus, quod uocatur ſuper numerum, quo abſentes, & titulo tenus fungerentur, Imaginariis faſcibus cedere.

dere Liuius 1. ab Vrbe, Emptio imaginaria, Vlpian. l. Is qui ... fide manumiſſ. Si ab ignoto emptus ſit, poſtea autem ... ſuum obtulerit: dicendum erit non eſſe audiendum ab initio cui non hoc agi debet, ut imaginaria fiat emptio, & non fidem contractus inter emptorem & ſeruum agatur. Eſt autem imaginarius emptor, qui ſeruum illius nũquam vidit.

Imaginoſus, imãginoſa, noſum, In quo ſunt plures imagines. ... [Ital. In coi tono molte imagini. Gal. Plein d'images. Hiſp. Coſa llena de imagines. Germ. Voll bilder.] Vide Speculum imaginoſum, à Catulo dicitur ab imaginibus quæ in ſpeculo numeroſæ videntur.

Imagino, imaginas, actiu. prim. imagines facio, ſeu repræſento. ... [Ita Fare imagini, rappreſentare. Gal. Repreſenter ou rendre la ſemblance d' aucun, faire images. Hiſp. Hazer imagines. Germanic. Ein bildnuſs gáben, oder machen.] Gellius libro decimoquinto, ut ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginat, aliorſum translatum facit imagines.

Imãginor, imaginaris, d. p. Significat rei alicuius quæ facta ſit vel fieri poſſit, vel etiam quæ fieri non poſſit, ſimilitudinẽ mente concipio. ... [Ital. Imaginarſi, penſare. Gal. Imaginer, comprendre en ſa penſée. Hiſp. Imaginar ò fingir viſiones. Ger. Einbilden, ein bild draus mit dem gemüt faſſen.] Plinius lib. 20. ca. 17. Ideo præſtigio genitali datur, & Venerem crebrò per ſomnia imaginantibus Plin. in Epiſt. Caius quidem Vannius quod accidit, multo antè præſentiuiſus eſt ſibi per nocturnam quietem iacere in lectulo ſuo compoſitus in habitu ſtudẽtis, habere aute ſe ſeruium. (ita ſolebat) mox imaginatus vtrumle Neronem, in toro ſedisſe.

Imãginatio, fœminini gen. tertiæ declin. Pro huiuſmodi conceptu. ... [Ital. Imaginatione. Gallic. Imagination. Hiſ. Obra de imaginar, imaginamiento. Ger. Einbildung.] ut, Imaginationes libidinum, apud Plin. libro octogeſimo, capite ſeptimo. ¶ Imãginabile, Quod mente concipi poteſt. ...

Imãginatus, imãginata, imãginatum, Quod eſt ad alicuius imaginem factum ... [Ital. Fatto ad imagine d'alguno. Galli Imaginé, fait à la ſemblance ou image de quelqu'un. Hiſp. Imaginado ò fingido, hecho ala imagen de alguno. Germ. Eingebildet.] Lactantius libro decimoquinto, Sed terram digitis ſuis imaginatam metuant, & adorent.

Imbecillis, & hoc imbecille, & Imbecillus, a, um, Debilis, languidus, infirmus: quaſi baculo deſtitutus: quæ ſignificatio tracta videtur à tenerioribus plantis, quæ citra baculi adminiculum nix poſſunt ſubſiſtere. ...

Imbecillitas, imbecillitatis, fœmin. gene. tert. decli. Debilitas, infirmitas, defatigatio: & tam ad animum quàm ad corpus referitur, ſicut & imbecillus. ...

Imbecilliter, aduerbium, Debiliter, & remiſſè, ac languidè. ... [Ital. Debolmente, languidamente. Gall. Debilement, foiblement, laſchement. Hiſp. Flacamente. Germa. Schwachlich.] Cic. 4. Acad. Dubitant, hæſitant, reuocãt ſe interdum, his quæ videntur, imbecillius aſſentiuntur. Idem 1. Tuſcul. qui imbecillius horrent dolorem & reformidant.

Imbellis, & hoc imbelle, o. r. Timidus, ignauus, quaſi bello parum aptus. ... [Ital. Inetto alla guerra, timido. Galli Couard, laſche en bataille, debile. Hiſ. Flaco para poder pelear, indiſpueſto para batallar. Ger. Vnkriegiſch, Verzagt, Forchtſam.] Cic. 1. Offi. Nunquam periculi fuga committendum eſt ut timidi imbelles q; videamur. Ouid. in Epiſt. Tres ſumus imbelles numero, ſine viribus uxor, Laertesq; ſenex, Telemachusq; puer. Imbellis, inermis q; fœminarum turba, Liuius 8. bel. Pun. & 8. bel. Macedon. Imbelle telum. Virgilius ſecundo libro Aeneidos, Sic fatus ſenior, telumq; imbelle ſine ictu Coniecit. Imbelles damæ, Martialis libr. 13. Imbellis cithara, hoc eſt, molle quiddam & effœminatum reſonans, & à Martio tubæ ſtrepitu plurimùm diſtans.

Imbellia, æ. Ignauia, inertia, & belli imperitia. ... [Ital. Viltà, poca ſperanza di combattere. Gallic. Couardiſe en guerre, delité & faute de courage. Hiſp. Flaqueza para pelear. Germ. Zagheit, vnmannheit.] Macrob lib. 1. Satora. Tunc Pœnus cludeus ignauiam, imbelliamq; militũ eius pretioſè armatorum, Planè, inquit, ſatis eſſe credo Romanis hæc, etſi auariſſimi ſunt.

Imber, imbris, generis maſculini. in ablatiuo imbre, vel imbri. ... [Ital. Pioggia, pioua. Gal. Pluye. Hiſpa. Elagua lluuia, lluuia. Germ. Ein groſſer régen.] Virgi. 4. Aeneidos, & uentis pulſatur & imbri. Lucretius, Ex igni terrag; animæ naſcuntur & imbres. Eſt autem imber (ut inquit Apul. lib. de Mundo inquit) agmen aquarum largios ex concretis effuſum nubibus: nimbus uerò repentina, & uehementior pluuia: quæ quanto eſt improuiſior, tanto eſt præcipitatior, & breuiori aſtringitur caſu. Virgil. 1. Geor. Maximes agricolis, pelago q; parabitur imber. Plaut. in Moſtel. Venit imber, lauat parietes, perpluunt tigna. Terentius in Eune. Quo pacto Danae miſſile aiunt quondam in gremium imbrem aureum. Virgilius libro 4. Georg. - ipſe ferates Figit humo plantas, & amicos irriget imbres. ¶ Per translationem pro quouis humore aqueo accipitur. Virgil. lib. 1. Aeneid. pro aqua marina accepit, quum ait, Accipiunt inimicum imbrem. rimiſque fatiſcunt. ¶ Imber pro lachrymarum effuſione. Ouid. 1. Amor. Eleg. 5. Spargebat tepido ſtebilis imbre ſinus. ¶ Lapidis, lapidum, ſanguinis, & terræ imber, Cic. 1. de Diuin. Ferreus imber, Virgil. 12. Aeneid. Tempeſtas telorum, & ferreus ingruit imber. ¶ Sunt tamen qui hoc nomen cum h & y ſcribant, quod à Græco uerbo ... quod eſt pluere, deduci arbitrentur: unde & hyemem dictã eſſe ſuprà oſtendimus. Veriſimilius tamen uidetur à Græco ... deriuari, quod nobis imbrem ſonat. Sine aſpiratione autem ſcribi debere ex compoſitis apparet, quæ ſunt, September, October, November, & December.

Imbricus, imbrica, imbricum, Pluuioſus, & imbres ferens, aut generans. ... [Ital. Pionoſo. Gal. Pluuieux. Hiſp. Lluuioſo. Ger. Régenáchtig, Das zů régen geneigt.] Plin. in Mercat. Hic Fauonius ſerenus eſt, hic Auſter imbricus. Hic facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus concitet.

Imbrifer, ra, rum, penultima correpta, Pluuius, pluuias afferens. ... [Ital. Che apporta pioggia. Gal. Qui apporte ou ameine la ploye, pluuieux. Hiſpan. Coſa que trae agua. lluuia. Germ. Das régen bringt.] Iur, Auſter imbrifer, Cælum imbriferum. Colu. lib. 5. cap. 5. Hoc ego ſiccis locis fieri utiliter non negauerim: ſed ubi aut oliginoſa regio eſt, aut cœli ſunt imbriferi, minimè faciendũ cenſeo. Virg. 1. Georg. Vel quum ruet imbriferum uer.

Imberbis, & hoc imberbe, Quod non eſt barbarum. ... [Ital. Senza barba, ſbarbato. Galli Qui n'a point de barbe. Hiſp. Lo que no tiene barba. Germa. Vngebartet. On ein bart] Horat. de Arte, Vel quia turpe putãt parere minoribus, & quod Imberbes didicere, ſenes perdẽda fateri. Cicero pro Domo ſua, Quæ maior calumnia eſt, quàm uenire imberbem adoleſcentulum, &c. Idem primo de Natura deorum, Iſto enim modo dicere licebit Iouem ſemper barbarum, Appollinem ſemper imberbem.

Imbibo, bis, penul cor. n. t. Idem ferè quod bibo, uel humorem attrahо & in me recipio. ... [Ital. Beuere. Gallic. Boire, emboire. Hiſpanic. Embeuer en ſi. Germanicè, Trincken. Anfich trincken.] Plinius libro 10 capite 14. Imbibitur ad ſerpentium ictus decoctum. Idem lib. 14. cap. 17. Radix eius imponitur carbonibus cupreſſi, atq; is odor per infundibilium imbibitur in uetere uaſſi. ¶ Imbibere item, per metaphoram apprehendere ſignificat. ...

ἐπιλαμβάνω, ἐναπολαμβάνω. [Italic. Apprehendere. Galli. Prendre, concevoir. Hispanic. Prender. Germanic. Jnfich faſſen.] Cicer. 2. Verrina, an iſte unquam de ſe bonam ſpem habuiſſet, niſi de nobis malam opinionem animo imbibiſſet. Liu. lib. 2. ab. Vrbe, Nec uila ui domari poterat, tantum certamen animis imbiberat.

Imbrex, imbricis, penultima correpta, fœminini generis, tertiæ declinationis, Canalis eſt, uel tegula curua & obtorta, per quam imber deſluit. σωλήν. [Itali. Embrice, coppa, tegola da coprire le caſe. Galli. Tuille creuſe & à demi ronde. Hiſpanic. La teia ò canal del teiado. Germani. Ein dachlán nel oder holer ziegel.] Plautus in Milite. Quòd meas confregiſti imbrices & tegulas, Ibi dum condignam te ſectaris ſimiam. Siſenna libro tertio Hiſtor. Diſſipatis imbricum fragminibus, ac teſtis tegularum. Ex quibus locis conſtat, imbrices genus eſſe tegularũ incuruũ ex opere figlino, quo etiam hodie in pleriſq; locis utimur ad arcẽdum imbrem. Vnde imbricata tecta appellamus, quæ ex imbricibus ſunt confecta. Vide infrà.

Imbrico, imbricas, actiuæ ſignificat primæ coniugationis, in modum imbricis facio, & quaſi imbricibus tego. Vnde

Imbricatus, imbricata, imbricatum, Imbricis modo incurua tus, imbricum figuram referens. κυλινδοειδὴς. [Itali. Che ha figura d' embrice, fatto à forma di tegole. Galli. A demirond come tuille, deſgouts. Hiſp. Coſa canalada con canales. Germanic. Gekándet, oder aneinanderen geſetzt als die holen ziegel.] Plinius libro 11. capite primo, Supernè tantũ imbricatis flexibilibus uertebris. Vitruuius libro ſecundo, Inſerta uerò cæmẽta, alia ſuper alia ſedentia, inter ſe imbricata, non ſpecioſam, ſed firmiorem, quàm reticulata, præſtant ſtructuram. Quo in loco uocat imbricata cæmenta, quę imbricum in morem inter ſe ligata ſunt & compoſita. Budæus.

Imbricium, cii, n. ſ. Idem quod imbrex. Martial. Quam ſint crura tibi ſimilent quæ cornua Lunæ, Imbricium poteras Sextæ lauare pedes.

Imbricatim, aduerbium, Imbricum modo. γραπτοειδῶς, γεγραμμένως. [Italic. A foggia di tegole. Gall. A la facon de tuilles des eſgouts. Hiſpan. Comos canales. Germani. Auff die weiſe als die holziegel oder láoel.] Plin. lib. 9. c. 14. Iam diſtinctione irregulata, crinita, criſpa, caniculatim, peſtinatim, imbricatim undata.

Imbulbitare, actiu. prim. con. Eſt puerili ſtercore inquinare. βολβιτίζειν. ¶ Imbubinare autem menſtruo mulierum ſanguine polluere. Lucilius apud Nonium, Hæc te imbubinatur hic te contrà imbulbitat. Deductũ autem eſt imbulbitare à Græco βολβιτος: quo nomine fimus uel ſtercus ſignificatur.

Imbuo, imbuis, imbui, imbutum, 3. t. Liquore uel odore aliquid inficio, & (ut ita dicam) imbibere facio. ἐμβρέχω, ἐμβάπτω. [Italic. Tingere, empire, immergere. Galli. Abreuer de quelq; liqueur. Hiſpani. Embeuer ò empapar, ò henchir. German. Einnetzen, eingetzen.] Habetq; ferè præter accuſatiuũ, etiam ablatiuum eius rei qua quid imbuitur. Colum. lib. 10. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut luſiſſentes apes, quaſi per ſyphonem ſuccũ euocent. Horatius lib. 1 Epiſt. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Cicero 14. Philipp. Imbuti ſanguine gladii, P. C. legionum, exercituumq; noſtrorum, uel madefacti potius duorum Conſulum. ¶ Per translationẽ ſumitur pro initiare, inſtituere, erudire: unde imbutum literis, imbutum bonis moribus dicimus, id eſt, præditum, & ornatum ac perfuſum. ¶ Imbutum nitris, hoc eſt, inquinatum. Salluſt. Auaritia pecuniæ ſtudium habet quam nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi malis uenenis imbuta, corpus, animũq; uirilem effeminat. Cic. lib. 1. Offic. Plerunq; autem, parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moresq; deducimur. Gell. Farinam fermento imbuũ, id eſt, condiũ. Aliquãdo præterm ittitur ablatiuus, Cat. de Re ruſt. Dolia olearia noua ſic imbuito, amurca impleto, id eſt, infundito, uel illinito. Ver. 1. Ec. illius aram Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus, id eſt, inſperget, uel inficiet ſuo ſanguine.

Imitor, aris, d. p. pen. cor. Aliorum exempla ſequor, μιμοῦμαι. [Ita. Imitare, contrafare, rappreſentare. Gal. Jmiter, contrefaire, reſembler. Hiſp. Remedar, aſſemeiar, conformarſe, contrahazer. Ger. Nachfolgen eines anderen beyſpil, eines worten, ſitten vnd gebärden nachehmẽ.] ſed ad mores tantùm dicta factaq; pertinet. Sequor, & ad corpus, & ad mores ſpectat. Neq; enim rectè dixeris, Tu præcedis, ego te imitor: dicimus tamen, Tu ſequeris præcepta patris. Plinius in Epiſt. Quam ſanè quum componerem, illos habui in manibus, ut non æmulatæ (improbum enim ac penè furioſum) ſed tamen imitarer, & ſequerer, quantum id diuerſitas ingeniorum maximi & minimi, aut cauſę diſſimilitudo pateretur. Cic. de Clar. Orat. Quem Cotta cùm uerbis, tum ſono ipſo ſubruſtico imitabatur. Imitari chirographum alterius, id eſt, adulterare. Cic. de Nat. deo. Chirographum ſex primorũ imitetur eſt. Imitari, pro ſimulare. Tacit. lib. 1. Quanquam mœſtitiam imitarentur, contumaciæ priores.

Imitatus participium paſſiuè ſumptum, ἀπομιμημένος. [Italic. Contrafatto. Gal. Jmité, contrefait. Hiſp. Contrahecho. Germ. Nachgemachet, Nachgefolget.] Cic. de Vniuerſit. Quum autem ingreſſa eſt, imitata & efficta ſimulachra, bene agi putat, ſi ſimilitudinem conſequatur.

Imitatio, onis, f. p. μίμησις. [Ital. Imitatione, conformamento. Gallic. Jmitation. Hiſpan. Remedador. Germa. Nachfolgung.] Cic. 4. Philipp. Excellentium ciuium uirtute imitatione dignam, non inuidia, putarent.

Imitator, oris, m. t. μιμητὴς [Ital. Imitatore, chi cõtrafa. Gal. Jmitateur, contrefaiſer. Hiſ. Remedador. Ger. Ein nachfolgung.] Cicer. 3. de Legib. Nec enim tantum mali eſt, peccare principes (quantũ eſt hoc magnum per ſe ipſum malũ) quãtum illud, q; permulti imitatores principũ exiſtunt. Marti. lib. 1. Si quis erit rectũ cuſtos, imitator honeſti.

Imitatrix, icis, f. c. ἡ μιμητικὴ. [Italic. Donna che contrafa altri. Gal. Celle qui imite enſuite, & contrefait. Hiſp. Remedadora. Germ. Ein nachfolgerin.] Cicer. 1. de Legibus, Penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni uoluptas.

Imitabilis, em. t. Quod quis poteſt imitari. μιμητὸν. [Italic. Che ſi può imitare, imitable. Gal. Qu'aiſement ou inuite a ſe à contrefaire. Hiſp. Coſa que ſe puede remedar. Germani. Nachfolgig. Das gůt nach zů folgen oder nach zů thůn iſt.] Cic. in Or. Nam orationis ſubtilitas imitabilis quidẽ illa uideatur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.

Imitamen, minis, neut. gen. t Imitatio, μίμησις. [Ital. Imitatione. Gal. Jmitation. Hiſpanic. Aquella obra de remedar. Ger. Nachfolgung.] Ouid. 4. Faſt. Priſciq; imitamina facti, Acra dea comites, raucaq; terga mouent.

Imitamentum imitamenti, neutri generis, ſecundæ declinationis, Idem quod imitatio. μίμησις. [Italicè, Imitatione, conformamento. Gallicè, Jmitation, ſuite. Hiſpanicè Remedamiento. Germanicè. Ein gleyſnete nachfolgung.] Gellius libro ſeptimo, capite quinto, Igitur Polos lugubri habitu Electræ indutus, oſſa atq; ornam è ſepulchro tulit filii: & quaſi Oreſtis amplexus, oppleuit omnia, non ſimulachris, nec imitamentis, ſed luctu atque lamentis ueris & ſpirantibus. Tacitus libro decimotertio, Cæterùm peractis triſtitiæ imitamentis, curiam ingreſſus, &c. Idem libro tertio, Meditata ad memoriam uirtutis carmina, & laudationes, & lachrymas, uel doloris imitamenta.

Immadeo, Immades, Immadere, neutri generis, ſecundæ coniugationis, Madidum eſſe, ὑγραίνεσθαι. [Italice. Eſſere humido. Gallicè. Eſtre mouillé. Hiſpanicè, Moiarſe Germanicè, Gantz feůcht vnnd naſs ſein, oder werden.] Plinius libro decimoſeptimo, capite quinto, Et quũ à ſiccitate continua immaduerit imbre, tunc emittit illum ſuum lutitum diuinum ex ſole conceptum. Ouidius tertio libro Triſtium. Credibile eſt lachrymis immaduiſſe genas. Terra immaduit, Idem ſexto Metamorphoſion.

Immanis, & hoc Immane, penultima produ. om. ter. Significat crudele, ac minimè bonum, nocens ac ferum, ἄγριος, ἀπηνὴς. [Ital. Crudele, fiero, grande oltra miſura. Gal. Demeſure, cruel. Hiſp. Cruel, grande, inhumano. Germ. Grauſam, Grimm.] Virg. 4. Georg. Immanem ante pedes hydrũ moritura puella Seruantem ripas alta non uidit in herba. Idem 3. Aeneid. Pigmalion ſcelere ante alios immanior omnes. Cicero ad Quintum Fratrem, libro 1. Quòd ſi te

sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, immanibus ac barbaris nationibus, &c. Immania saxa, à Virgilio dicuntur pro asperis & horrendis, 1. Aeneid. - tenet ille immania saxa, Vestras Eure domos. ¶ Immane aliquando ponitur p ingenti, magno, siue immenso. *ὑπερμεγέθης, ὑπερμήκης.* Virgilius libro sexto Aeneidos, Posuitq; immania templa. ¶ Sumitur aliquando immane, pro fœdo. Sic enim interpretatur Nonius illud Accii in Andro, Immane te habet templum obuallatum ossibus. ¶ Immanè, pro immaniter. Salluſtius, Immanè quantum animi exarsere.

Immanitas, atis, f. t. Sæuitia. *ἀνήνεια, ἀγριότης.* [Itali. Crudelità. Gal. Cruauté Hispan. Crueldad Germa. Grauſamkeit.] Cic. lib. 1. Offic. Quò detestabilior illorum immanitas, qui laceraucrunt omni scelere patriam. ¶ Immanitas pretii. id est magnitudo. Plinius libro 35. cap. 11. Nec ullius in pictura nobilior manus fuit: artis uerò tantùm, ut immanitate pretii antecelleret celeberrimos eadem ætate imaginum pictores.

Immanſuetus, a, um, asper, indomitus, & mansueto contrarius. *ἀτιθάσσος, ἀνήμερος, ἄγριος.* [Ital. Intrattabile, fero ce Gall. Intraitrabile, farouche. Hisp. Cosa braua ò non mansa. Germ. Vnmilt, vngezämpt, wild.] Cic. 1. de Leg. Ipsisq; in hominibus nulla gens est neq; tam immansueta, neq; tã fera, quæ nõ, etiamsi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. Ouidius 15. Metamorph. At quibus ingenium est immansuetum, ferumq; Idem epist. 17. At tu de rapidis immansuetissimè uentis, Quid mecum certa prælia mente geris?

Immarceſco, is, ere, n. t. Corrumpor, putrefio. *διαφθείρομαι, σήπομαι, μαραίνομαι.* [Ital. Ammarcirsi. Gal. Se flestrir, & fener, se pourrir. Hisp. Marchitarse. Germ. Etwas in verfaulen, oder verdárben.] Hora. 2. Serm. Sat. 7. Nempe immarcescunt epulæ sine fine petitæ, Illusiq; pedes uitiosum ferre recusant Corpus. Id est corrumpuntur in stomacho cibi.

Immaturus, a, um, Non maturus, propriè de fructibus, & frugibus dicitur, quum ante tempus colliguntur. *ἄωρος.* [Italicè, Non maturo, acerbo. Galli. Qu'non est point meur, Hisp. Cosa no madura en su tiempo. Germani. Vnzeytig.] Plinius lib. 12. cap. 13. Est & quæ uocatur amomis, minus uenosa, atq; durior, ac minus odorata: quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturorum. ¶ Transfertur & ad alia: ut, Consilium immaturum, id est præcipitatum. Liuius 2. bell. Se, quæ consilia magis res dent hominibus, quàm homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum. Immaturus amor, id est intempestiuus. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum, inquit, obliti fratrum mortuorum, uiuiq; oblita patriæ. Immatura mors, qua quis ante constitutum uitæ tempus, & confectã ætatem seculo, eripitur ac moritur. Cic. 2. Philipp. Etenim si abhinc annos propè uiginti hoc ipso in tẽplo negaui posse mortem immaturam esse Consulari: quanto uerius nunc negabo senti?

Immaturitas, atis, f. p. *ἄωρία.* [Ital. Troppo gran fretta. Galli. Trop grand auancement deuant le temps & saison, indeuementé. Hisp. No madureza, ò madureza no en su tiempo. Germa. Vnzeytigung.] ut apud Suetonium in Augusto, Immaturitas, quæ nondum coniugio aptæ erant. Cicero pro Quintio, Quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat?

Immẽdiatè, aduerbium. *ἀμέσως,* Citò, ac celeriter. Gellius libro decimo, capite undecimo, Incuriosè, & immediatè, ac propriè etiam subrusticè, ex ipso loco ac tempore hybernarum uigiliarum, Atticas noctes inscripsimus. Quo tamen in loco crediderim rectius legi posse immediatè, *ἀπροσωπήτως, ἀμελέτως.*

Immedicabilis, le, om. t. Quod medicaminibus non potest sanari. *ἀνίατος, ἀθεράπευτος.* [Ital. Che non si può medicare. Gal. Incurable, qu'on ne peut guarir. Hisp. Cosa que no se puede sanar. Germa. Vnheilsam, Das mit artzneyen nicht wider zů bringen ist.] Ouid. 2. Metam. Vtq; malum latè solet immedicabile cancer Serpere. Telum immedicabile, Virgil. 12. Aeneid.

Immeio, is, immixi, immictum, immeiere. Budæus. Vlpianus his uerbis, De eo qui urinam facit, morbi genus significauit, quod à Græcis *ἰσουρέω*, dicitur, id est, immeiere Latinè.

Immẽmor, immemoris, penultima correpta, omnis generis, ter. decl. Qui non meminit. *ἀμνήμων.* [Ital. Non memore, non ricordeuole. Galli. Non memoratif, qui a oublié. Hispan. Cosa oluidadiza, que oluida. Germ. Vngedencklich.] Cicero pro Sylla, Adeone immemor rerum à me gestarum esse uideor? Terent. Andr. Num immemor re discipli? Cicer. de clar. Orat. Magna hæc immemoris ingenii signa. Idem ad Atticum, In alia incidi, non immemor istius mandati tui. Virgilius nono, - meriti tanti non immemor unquam. ¶ Immemor beneficium, passiuè. Terent. in Andria, Istæc cõmemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficii. Vbi Donatus, Immemoris beneficii, cuius nemo meminerit.

Immemorabilis, le, Quod commemorari non debet, aut non potest. *ἀνοφόρητος.* [Ital. Cosa della quale non si deue tener memoria. Gal. Indigne de qui on face memoire. Hisp. Cosa que no se deue ò puede recordar. Ger. Des man nit eingedencklich sein soll oder kan.] Plau. Capt. Neq; spurcidici insunt uersus immemorabiles. Spatium immemorabile, id est, maximum, Lucret. lib. 4.

Immemoratus, immemorata, immemoratum, adiectiuum, Non commemoratus. *ἄμνημόνευτος.* [Ital. Cosa nueua. Gal. Cose nouuelle de laquelle on n'ouitnamais parler. Hisp. Cosa nueua. Ger. Das nie erzelt, oder gehört worden ist.] Horat. 1. Epist. - iuuat immemorata ferentem

In genis occulis q; legi, manibusq; tenere.

Immẽnsus, sa, sum, Quamuis à principio mensus sit compositum, nomen tamen est, non principium, idem significans quod ualde magnum, & quod mensurari præ magnitudine non potest. *ἀμέτρητος.* [Ital. Smisurato, grande. Gal. Desmesuré, grand outre mesure. Hisp. Cosa sin medida. Ger. Fast gros. überschwencklich oder übermässig gros.] Cic. 1. de Diuin. Obseruata sunt hæc tempore immenso, hoc est, infinito, & uix mensurabili. Idem 1. de Diuinat. Post Anaximenes aera deum statuit, cumq; gigni, esseq; immensum, & infinitum, & semper in motu. Virg. 3. Aen. Clamorem immensum tollit, quo pontus, & omnes Intremuere undæ, penitusq; exterrita tellus Italiæ.

Immẽnsitas, atis, f. t. Infinitas. *ἀμετρία, ἀπειρία.* [Ital. Infinità. Gal. Grandeur, largeur, ou largeur de mesurée. Hisp. Infinidad, ũ medida. Germ. Vnermässigkeit.] Cic. 1. de Natur. deor. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinũ, infinita uis innumerabilium uolitat atomorum. Idem 2. de Natur. deor. Saxorum asperitates, impendentium mõtium altitudines, immensitatesq; camporum, &c.

Immẽo, as, are, n, p. Idem quod Meare, nisi aliquid addat præpositio in. *ἐνιβαίνω, εἰσπλέω.* [Ital. Intrare, andar dentro. Gal. Entrer, aller dedans con irar, ira dentro. German. Ein hingehen, oder schwimmen.] Plinius libro octauo, capite 25. Itaque & Delphini immeantes Nilo, quorum dorsum, &c.

Immeans, participium, Plinius libro undecimo, capite trigesimonono, Setas suum obstare tenuitati immeantis spiritus.

Immerẽns, Innocens, qui nihil commeruit. *ἀναίτιος.* [Ital. Chi nõ ha meritato. Gall. N'ayant point merité ny deserui. Hisp. Cosa que no lo merece. Germ. Vnuerdient, vnschuldig.] Sueton. in Tito, Multum questus, eripi sibi uitam immerenti. Plin. Epist. 9. Honestissimum, credidi non premere immerentem. Horat. 2. Carm. Ode 13. Te triste lignum, te caducum In domini caput immerentis.

Immerenter, aduerbium, Præter meritum. *ἀναξίως.* [Ital. Immeritamente, à torto. Gallic. A tort, sans l'ouoir merité. Hisp. No merecièndolo. Germ. On alle verdienst, vnschuldigklich.] Valer. lib. 6. cap. 1. Inferit se tantis uiris mulier alienigeni sanguinis, quæ à Philippo Rege remulento immerenter damnata, Prouocarem, inquit, ad Philippum, sed sobrium.

Immẽritus, immerita, immeritum, Qui nihil commeruit. *ἀναξίως, ἀναίτιος.* [Italicè, Che non hameritato. Gallicè, Qui ne l'a point merité ne deserui. Hispanicè, Indigno ò sin merescimiento, ò que no merece. Germanicè, Das nicht verdienet oder verschuldet hatt.] Virgilius tertio libro Aeneidos, Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritam uisum superis. ¶ Hinc deducitur superlatiuum Immeritissimus, & aduerbium Immeritò, hoc est præter meritum. *ἀναξίως.* Terentius in Phorm.

Iam dudum

Immodum te omnes nos accuſare audio Immerito, & me omnium immeritiſſimo.

Immérgo, is, immerſi, merſum, gere, a.t. Intingo. *ἐμβάπτω.* [Ital. Bagnare, immergere. Gal. Plonger, mettre auant dedans. Hiſp. ẽbullir ò anegar Germa. Eintuncken, vnderdin tuncken. Jut, Immergere panem accto. ¶ Interdum idem quod ſubmergo. *κατα δύω.* Virgi. tertio libro Aenei dos, -naſtoq; immergite ponto. Liuius tertio bell. Punic. Et eo impenſius, quo auidius ex inſolentia in eas ſe immerſerant.

Immerſabilis, le, Quod mergi non poteſt. *ἀβάπτιστος.* [Ital. Che non puo eſſere ſommerſo. Galli. Qu'on ne ſauroit ſumerger ou noyer. Hiſp. Coſa que no puede anegarſe. Germ. Das man nicht vnderhin tuncken kan.] Per tranſlationẽ ſumitur pro forti, firmo & erecto, quiq; nullis aduerſarum rerum fluctibus mergi poteſt. Horatius primo Epiſtolarum de Vlyſſe,

Et mores hominum inſpexit, latumq; per æquor,
Dum ſibi, dum ſociis reditum parat aſpera multa
Pertulit, aduerſus rerum immerſabilis undis.

Immĕratus, penultima producta, Non meratus. *ἄμετρος, ἀδιάκριτος, ἀδιόριστος.* [Ita. Non limitato, ſenza cõfine. Gal. Qui ne eſt point meſuré, limité, ne borné. Hiſ. Non deſlindado. Germa. Vnausgezeilet, Nicht ausgemachet.] Horat. 3. Carm. Ode 24. Viuunt & rigidi Getæ, Immerata quibus iugera, &c.

Immigro, as, are, neut. prim. In domum aliquam habitandi gratia ſe conferre. *μετοικίζομαι, μετοικέω.* [Italice. Andare ad habitare. Gal. Aller loger ou habiter. Hiſpan. Mudar caſa ò otro lugar. Germ. Einziehen in ein hauß oder wonũg.] Plautus in Moſtell. Poſteaquam immigraui in ingenium meum, perdidi operam fabrorum Ilico. Id eſt, pro animi ſẽtentia uixi. Cicer. 13. Philip. Nam paucis diebus & in domũ & in hortos paternos immigrabit. Idem 1. Tuſc. Neq; ea placẽ uidet animus, quum repente inſolitum, tamq; perturbatum domicilium migrauit.

Immíneo, penultima correpta, n.ſ. Significat inſto, impendeo. *ἐπίκειμαι, ἐπιτίθεμαι.* [Ital. Soraſtare. Gallicé, Penchet deſſus, eſtre pres de romber deſſus Hiſpa. Sobre eſtar ò ſobre pareſcer. Ger. Vber etwas einhin hangẽ, Nahe ſein.] Cic. 1. Tuſ. Mors propter incertos caſus quotidie immineꝛ. Liu. 1. ab Vrbe, Quum haud cuipiam in dubio eſſet bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem ſpe omnium ſerius fore. ¶ Imminere exitio alterius, eſt vigilare, & inſidiari ad inferendum alteri exitium. *ἐπιβουλεύω.* Ouidius libro primo Metamorp. Imminet exitio nir coniugis illa mariti.

Imminuo, is, ere, a.t. Attenuare, diminuere. *ἐλαττόω.* [Ita. Menomare, ſcemare. Gal. Appetiſſer, diminuer, amoindrir. Hiſpan. Amenguar ò diminuir. Germa. Mindern, Ringer machen.] Cic. 4. Acad. Ac uereor interdum ne talium perſonarum quum amplificare uelim, imminuam etiam gloriam. Plau. Ciſtel. Neq; pudicitiam meam mihi alius immiauit quiſquam. Ouid. in Epi. Sapphûs, Poſtquam ſe dolor Imminuit, nec pectora plangit, Nec puduit ſciſſis exulare comis. Cic. Act. lib. 1. Dolor acceſſit bonis uiris, uirtus non eſt imminuta.

Imminutio, uerbale, fœmin. ge. ter. declinat. *ἐλάττωσις.* [Ita. Diminutione, ſcemamento. Gallic. Diminution, apetiſſement, amoindriſſement. Hiſ. Obra de amenguar, amenguamiento. Germ. Minderung.] Cic. Pulch. lib. 3. Sine illa imminutione dignitatis.

Impetritus, a, um, qui eſt ſtabilis, quaſi in petra fixus *βέβαιος.* Plaut. in Aſin. Impetritum, inauguratum eſt.

Impetro, as, penultima correpta, a. p. Significat obtineo, & quaſi id quod cupio, facio ex in & petro: unde & Perpetro, pro perficio. *κατάνυσσω.* [Ital. Impetrare, ottenere. Gal. Impetrer, obtenir. Hiſp. Alcançar algo por ruegos. German. Erwárben, erlangen.] Plaut. in Curcul. neq; quicquam queo Aequi boniq; ab eo impetrare. Terent. in Heaut. Videndum eſt ne minus propter iram hanc impetrem quod poſſim: aut ne faciam plus, quod poſt minus me feciſſe ſatius ſit.

Impetratio, onis, verbale, ſ. t. *κατάνυσσις, κατάνυξις.* [Ital. Impetratione. Gal. Impetration. Hiſp. Alcançamiento. Ger. Erwárbung, erlangung.] Cicero ad Atticum libro undecimo, Illud moleſtius, iſtas impetrationes noſtras nihil valere.

Impetrabilis, impetrabile, paſſiuè, Quod facile poteſt impetrari, *κατάνυστος.* [Ital. Che facilmente ſi può impetrare. Gal. Qui aiſément ſe peut impetrer. Hiſ. Coſa que ſe puede alcançar. Ger. Das gůt zů erwárben oder zůerlangen iſt.] Liu. 6. bel. Maced. Iraq; præmiſſis à Philippo qui ſpē impetrabilis venia oſtendebant, &c. Idem, Omnia & impetrabilia & tuta. ¶ Aliquando actiuè accipitur pro eo qui facilè impetrat. Plaut. in Moſt. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. Idem in Merc. Impetrabilior, qui ullus eſt, nullus eſt dico.

Impetraſſo, pro impetro veteres dixere. Plau. in Aulu. Et iſtuc confido à fratre me impetraſſere.

Imperus, a, um, Nõ perus, ut, Barbę imperæ. *ἀκτένιστος.* [Ita. Non pettinato. Gal. Qui n'eſt point pigné, n'acouſtré. Hiſp. Coſa no peynada ò no raſa. Germ. Vngeſtrelt.] Virg. 3. Geo. Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Antiquitas triſtis & impexa, id eſt, inculta, apud Tacit. in Dialogo de Oratoribus. Comæ impexæ, Ouid. 5. Faſt.

Impico, impicas, impicare, Pice illinire. *πιτόω.* [Ital. Vngere di pece. Gal. Empoiſſer, enduire ou oindre de poix. Hiſp. Empegar con pez. Germ. Verbichen.] Colum. li. 12. cap. 19. De lacu quàm recentiſſimum addito muſtum in amphorã novam, eamq; oblinito, & impicato diligenter, ne quicquã aquæ introire poſſit.

Impiger, pen ultima correpta, Non piger, ſed ſtrenuus, & diligens. *ἄοκνος.* [Ital. Diligente, ſollecito. Gal. Qui n'eſt point pareſſeux. Hiſp. No pereçoſo, diligente. Germa. Hurtig vnträg. Fleiſſig, vnuerdroſſen.] Tibul. Impiger Aeneas volitãtis frater amoris. Cicero, Quis eſt tam impiger in ſcribendo quàm ego? Horat. 1. Epiſt. Impiger extremos curris mercator ad Indos Cic. pro Fon. Virum ad labores belli impigrũ, ad pericula fortem.

Impigrè, adverbium, Diligenter. *ἀόκνως* [Ital. Diligentemẽte, velocemente. Gall. Sans pareſſe, diligemment. Hiſpanic. No perezoſamente, ligeramente. Ger. Hurtiglich, vnuerdroſſenlich. Fleiſſiglich.] Liuius 1. ab Vrbe, Impigrè ſequenti ſunt. Plaut. in Rud. nam ut de nocte multa, Impigrè exorrexi, lucrum poſtpoſui ſopori & quieti. Liu. 9. bel. Pun. Omnia impigrè facta.

Impigritas, impigritatis, ſ. t. Pro impigritia. *ἀοκνία.* [Ital. Diligenza, ſollecitudine. Gall. Diligence à faire quelque choſe. Hiſpan. Aquella no pereza, preſteza. Germ. Vnfaulheit, vnuerdroſſenheit.] Cicero libro tertio de Republica, ut citat Nonius, Nunquam viri fortiſſimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

Impingo, gis, impegi, impactum, a. t. Ex in & pango, ſignificat impello & illido. *ἐπάγω, καταφέρω, συναπερείδω.* [Italicè, Sbattere, percontere, ſpingere. Gallic. Ruer & ietter contre, heurteur contre. Hiſpani Empoxar, tropecar en coſa leſiua. Germ. Eintreiben, Anſtoſſen, Zuperſchen.] Cicer. lib. 5. Tuſc. Quidi huic calix multi impingẽdus eſt, ut plorare deſinat. Impingendus dixit, quaſi illidendus, & nolente ingerẽdus. Denotat enim vim aliquam. Virgil. lib. 5. Aeneidos, Examinata ſequens impingeret agmina muris. ¶ Plautus in Capt. pro impono uſurpauit, Iubete huic craſſas compedes impingier. ¶ Impingere dicam, idem eſt quod ſcribere dicam, vel actionem intendere. Terentius in Phormione, Si tu illam attigeris, ſecus quàm dignum eſt liberam, dicam tibi impinguam grandem. *Αἶνιγμα ἐπάγω σε μεγάλην.*

Impinguo, impinguas, actio. prim. coniug. Pingue facio, ſagino. *πιαίνω, λιπαίνω* [Ital. Ingraſſare. Gall. Engraiſſer. Hiſp. Engordar ò engraſſar. Germanic. Feiſt machen.] Vnde

Roſcio Comœdo, Cillidem imperitus non fraudet. ¶ Imperita multitudo, imperitum vulgus. Cic. 1. Offic. Etenim quia ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non eſt habendus. Plin. lib. 34. c. 14. Quod imperitum vulgus appellat ferrum vivum. ¶ Imperitus rerum. Terent. Andr. Tunc hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum eductos liberè, in fraudem illicis?

Imperitia, imperitiæ, ſ. p. inſcitia. ἀπειρογαμία, ἀνεπιστημοσύνη. [Ital. Ignoranza, mancamento d'eſperienza. Gall. Ignorance, faute d'experience & ſauoir. Hiſp. Inexperiencia, ò noſabiduria, ignorancia. Germ. Vnerfarung, vnſönnenheit, vnwüſſenheit.] Plin. lib. 17. cap. 1. Contra Circium ſerere imperitia exiſtimatur.

Imperitè, aduerbium, Indoctè. ἀπείρως. [Ita. Ignorantamente. Gal. Sottement & lourdement, ignorantment. Hiſp. No experimentadamente. Germ. Vnverſtalich, vngeſchickterweiſe.] Cic. de claris Oratoribus, Dicebat enim Scipio non imperitè. Cùmque Pompeius Sext. F. aliquem numerum obtinebat. Idem pro Cornelio Balbo, Quid enim potuit dici imperitius?

Imperito, Imperium, vide Impero.

Impĕro, imperas, penultima correpta, neut. gene prim. con. iubeo, præcipio. κελεύω, ἐπιτάσσω. [Ital. Imperare, comandare. Gal. Enioindre, commander, d'autorité. Hiſp. Mandar con ſeñorio, enſeñorear. Ger. Gebieten, herrſchen, heiſſen.] Quintil. Nam quamuis inteſtum latronibus mare iuſſus intrauiſſem, diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri cur hoc mihi imperaret. Terent. in Andr. Non imperabat eorùm quid opus facto eſſet pueri per se. Idem in Eunuc. Hos prius iubeo ducam: & quæ volo, ſimul imperabo. Cicer. 1. de Legibus, Qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: & qui modeſtè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus eſſe. ¶ Imperare tributum dicitur princeps, quando ſubditos imperio cogit ad conferendum tributum. Imperare pecuniam, arma, naues, obſides. Cicero ad Atticum libro 4. Obſidibus acceptis, nulla præda, imperata tamen pecunia. Cæſar libro primo bel. Ciuil. Tota Italia delectus habẽtur, arma imperantur, pecuniæ, &c. Cicero 7. Verr. Superiorum conſuetudo quum hæc fuiſſet, vt naues ciuitatibus, certuſq; numerus nauium, militumq; imperaretur, tu & maximæ & locupletiſſimæ ciuitatis Mamertinæ nihil horum imperauiſti. Idem pro lege Manilia, Idem Cretenſibus, quum ad eum ex Pamphyliam legatos deprecatoreſq; miſiſſent, ſpem deditionis non ademit, obſidesq; imperauit. ¶ Imperare pro velle, Terentius in Andria. Animo iam nunc otioſo eſſe impero. Vbi Donatus, Impero pro volo.

Imperor, imperaris, paſſiuè. Horatius libro primo Epiſtol. 7. Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non inuitus. Seneca libro primo Theb. Malo imperari, quàm eripi mortem mihi.

Imperatum, neut. ſec. Idem quod iuſſum. πρόσταγμα. [Itali. Commandato. Gal. Commande. Hiſp. Coſa mandada, ò imperada. Germ. Ein geheiſs.] Vnde facerè imperata, pro eo quod eſt parère mandatis, apud Cæſarem, 1 bel. Gal. Liuius, Qui quum in pace eſſent, imperataq; prioribus Conſulibus feciſſent.

Impĕrito, impĕritas, 3. p penultima correpta, frequentatiuum eſt ab impero, quod modò ſignificat iubeo. κελεύω. [Itali. Comandare, imperare. Gal. Commandar, gouuerner. Hiſpa. Mandar con ſeñorio, enſeñorear. Germani. Gebieten, Mit gewalt heiſſen.] Plaut. in Capt. Quod ante hac pro tu re imperitabam meo. Modò dominor, ſiue imperium in alios habeo ἄρχω. Liu. 1. ab Vrbe, Qui Cære opulentorum oppido imperitans. Hora. 2. Ser. Sat. 7. nempe Tu, mihi qui imperitas, aliis ſeruis miſer.

Imperitabundus (ἀρχικὸς) idem quod imperitans.

Impĕrator, imperatoris, m. t. Ad quem rei militaris ſumma refertur: ab imperando dictus, propterea quòd exercitui, quæ facto opus ſunt imperet. πολέμαρχος. [Ital. Imperatore, capitano generale. Gal. Commandeur, empereur, chef de guerre. Hiſ. Imperador ò capitan general. Ger. Ein Oberſter eines Krigheer: item, Der oberiſt regent des Römiſchen reychs, Keyſer.] Id autem nominis nemo conſequebatur, niſi re bene geſta, atq; aliquot millibus externorum hoſtium cæſis. Plinius lib. 7. capite vigeſimoſexto, enumerans Pompeii laudes, Toties imperator, antequam miles. Cicero 9. Philipp. Faciam igitur vt imperatores inſtructa acie ſolent, quanquam paratiſſimos milites ad præliandum videant, vt eos tamen adhortentur. Idem 2. Tuſculan. In primis laudabat illud, quòd diceret, eoſdem labores non eſſe æquè graues imperatori & militi: quòd ipſe honos laborem leuiorem faceret imperatorum. Nunc ſummi principis Romani imperii nomen ſolum eſt, ſacroſanctum, maieſtateq; non impunè violabili munitum. Græci αὐτοκράτορα vocant.

Imperatrix, imperatricis, fœmininum, tertiæ declinationis, ἡ βασιλὶς, ἡ αὐτοκράτωρ, ἡ δυναστεία. [Ita. Imperatrice. Gal. Imperatrice, femme qui eſt chef de guerre. Hiſ. La hembra que manda ò ſeñorea. Germ. Ein herſcherin, Regierin, Keyſerin.] Cic. pro Cæl. Prægeſſit animus iam videre, primùm lautos iuuenes, mulieres beatæ ac nobilis familiæ deinde fortes viros ab imperatrice in inſidiis, atq; in præſidio balneorum locatos.

Imperatorius, a, um. βασιλικὸς, δυναστικὸς, στρατηγικός. [Ital. Imperiale, imperatorio. Gal. Imperial, des apartenances de un chef de guerre. Hiſp. Coſa para imperar. Ger. Dazů ein obriſten Feldherren gehört.] Quod ad imperatorem pertinet: vt, Imperatoria donatio, Cic. 5. Ver. Imperatorium ius. Idem 1. Ver. Publius Seruilius quæ ſigna atq; ornamenta ex Vrbe hoſtium virtute capta, bello lege, atque imperatorio iure ſuſtulit, ea populo Romano aſportauit.

Imperium, imperii, neut. gener. ſecũdæ declinationis, Significat iuſſum vel præceptum. ἐπίταγμα. [Ital. Comandamento, imperio. Gall. Puiſſance ſur autruy, commandement. Hiſ. El ſeñorio, ò mandado de gran ſeñor. Germ. Ein geheiſs. Befelch, gebott: item, ein Reych oder herſchafft.] Virg. 4. Aen. Imperio lęti parent. Aliquãdo dicitur dominiũ aut regnum. δυναστείαν, ἀρχὴ, διοικήσεως. vt apud Virgil. lib. 8. Aeneid Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris. ¶ Aliquando eſt poteſtas vel iuriſdictio. Vlpia. de Iuriſdictione iudi. l. Imperium. Merum eſt imperium, habere gladii poteſtatem ad animaduertendum facinoroſos homines, quod etiam Poteſtas appellatur. Miſtum eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit: vt iuriſdictio, iudicii dandi licentia.

Imperioſus, m. ſ. Qui nimius eſt in imperando, aut qui nimis acerbè imperat. [Ital. Imperioſo, troppo arrogante nel comandare. Gal. Qui eſt trop arrogant à commander. Hiſp. El que manda como ſeñor, ò que muy mucho manda. Ger. Herrſchig. Meiſterhafft, der zů ſtreng herrſchet.] Cicero in Oratore, Cognoſcat etiam rerum geſtarum, & memoriæ veteris ordinem, maximè ſcilicet noſtræ Vrbis: ſed & imperioſorum populorum, & regum illuſtrium. Liui. 7. ab Vrbe, Eodem tenore duos inſequentes Conſulatus geſſit: eodem hęc imperioſa Dictatura geretur. Sic etiam Cic. 2. de Finib. Manlium illum Torquatum qui filium, quòd iniuſſu ſuo cum hoſte pugnaſſet, ſecuri percuſſit, vocat imperioſum hoc eſt, nimis ſeuerum & crudelem in imperando. Plaut. in Pſeud. Nam neceſſe eſt hodie Sicyoni me eſſe, aut ero meo rem exequirita herus meus eſt imperioſus. Imperioſos ſibi, qui ſibi ipſe imperat, qui vitæ ſuæ modũ habet: ſiue, vt eadẽ dicitur, qui ſuis paſſionibus dominatur. Hora. 2. Serm. Satyr. 7. Quiſnam igitur liber? ſapiens, ſibiq; imperioſus. ¶ Imperioſiſſima & ſuperbiſſima familia, Liu. 9. ab Vrbe. ¶ Ab imperioſus fit comparatiuũ imperioſior. Hor. 1. Car. Ode 14. ac ſine funibus Vix durare carinæ poſſunt imperioſius æquor.

Imperioſè, aduerbium, Hoc eſt ſeuerè & acerbè, & imperioſi domini more.

Impermiſſus, a, um, a dictiuum, illiceitus. ἀδίμητος. [Ital. Non permeſſo, non lecito. Gal. Qui n'eſt point permis ne licite. Hiſp. Illicito. Germ. Vnerlaubt. Nicht nachgelaſſen.] vt, Gaudia impermiſſa, id eſt, illiciti concubitus, apud Hor. 1. Carm. Ode 6.

Imperſonale verbum, Dicitur quod non habet certas aut definitas perſonas, aut numeros: ſed ſub eadem voce omnibus perſonis vtriuſq; numeri attribuitur. ἀπρόσωπον. Eius duæ ſunt ſpecies: quædam enim ſunt imperſonalia actiuæ vocis, quædam paſſiuæ. De conſtructione eorũ, vide Syntaxin: neq; enim hic vocum conſtructionem, ſed ſignificationem docendam ſuſcepimus.

Imperterrĭtus, a, um. qui nulla re terretur. ἀδείλιαστος, ἀδειὴς. [Ital. Che non ha paura di coſa alcuna. Gallic. Qui n'eſt point eſpouuanté. Hiſpanict. No eſpantado. Germanict.

Vner-

Voerſchrecke, vnerſchrocken, vnerzitteret.] Virg. 10. Aene. -manet imperterritus ille. Imperterritus equũ impellebat, Silius lib. 7.

Impertio, pertis, 4. q. Participem facio, tribuo. *μεταδίδωμι.* [Ita. Partire, impartire, far participe. Gal. Departir, donner. Hiſpan. Partir ò dar parte. Germ. Mittheilen, Zutheilen.] Cicero de Oratore, Et te exorabo profectò, ut mihi quoque tuæ ſuauitatis aliquid impertias. Idem in Catilinam, Deinde collegæ meo laus impertitur. Habet autem hoc verbum poſt ſe vel datiuum perſonæ, cum accuſatiuo rei cuius qui particeps fit: ut in exemplis iam adductis. Vel accuſatiuum perſonæ cum ablatiuo rei. Terent. in Eunucho, Plurima ſalute Parmenonem ſuum impertit Gnato. ¶ Legitur & impertior deponens. Cicero pro l. Manil. Luculli tantũ impertiri laudis quantum viro forti debeatur. Idem pro Archia, Multis gratuito ciuitatem in Græcia homines impertiebantur.

Imperturbatus, adiectiuum. *ἀτάραχος, ἀτάρακτος.* [Ital. Non perturbato, chiaro. Gall. Qui n' eſt point troublé, ſans perturbation. Hiſp. No turbio ò perturbado. Germ. Vnbetrübet, oder vnbekümmeret.] Contrarium eſt Turbato. Plin. lib. 2. c. 23. Imperturbata lux. Ore imperturbato bibere venenum, Ouid. in Ibin.

Imperuius, imperuis, imperuium. ut, Amnis imperuius, id eſt non vadoſus. *ἄβατος.* [Ital. Qui non ſi puo paſſare. Gal. Par ou on ne peut paſſer. Hiſp. No paſſadero, que no ſe puede paſſar. Ger. Nicht durchzúgig oder nicht durch zú watten.] Ouid. 9. Metam. Vorticibusq; frequens erat, atq; imperuius amnis.

Impeſco, is, ere, In latam ſegetem paſcendi gratia immittere inquit Feſt.

Impes, etis, vide Impetus in Impeto.

Impetigo, impetiginis, tertia ſyllaba producta. fœm. tert. dec. ἕλφος quibuſdam, aliis λοχὼν. [Ital. Volatica Gall. Galle ou gratelle, ou feu volage. Hiſpan. El empeine. Ger. Die böſe ſpitzige raud.] Fœdatio cutis, ſerpens cum pruritu: quam alii ſcabiem ſiccam, aſperam & prominentem intelligunt: alii morbum ſimilem ſcabiei ſquamoſum, corpus dehonestantem. Ab impetu nomen deductum. Serenus, Si verò vitium eſt, quod ducit ab impete nomen, Hoc matutinis poteris cohibere ſaliua. Et apud Columellam li. 7. ſcribitur, quòd impetigines, & ſcabies aceto & alumine defricantur in equis. Plin. lib. 22. cap. 7. Hyberna caprificus in aceto cocta & mita impetigines tollit. Impetiginis ſpecies ſunt quatuor, quas vide apud Celſum, lib. 5. ¶ Olim etiam pro eodem dicebatur impetix, teſte Feſto. Item petigo quòd vicina petat, ſeſe latè ſumma cute diffundens. Lucil. libro 10. ut citat Nonius, Illuuies, ſcabies oculos huc, denique, petigo conſcendere.

Impeto, tis, penult. correpta. a. t. Inuado, adorior. *προσβάλλω.* [Ita. Aſſaltare Gal. Courrir ſus, aſſaillir. Hiſp. Arremeter acometiendo. Germ. Anfallen, Mitt gewalt angreiffen.] Varro 1. de Re ruſtica, capite 16. Iraq; impetentes à ſe eiiciunt fucos, quòd hi, &c. Apuleius, Iurgiis me oppidò impetens.

Impetus, huius impetus, maſculini generis quartæ declinationis, Vis vel violenta inuaſio. *ἐπιφορά, ὁρμή, βία.* [Italicè, Empito, aſſalto, violenza. Galli Impetuoſité, vehemence, effort, aſſaut, choc. Hiſp. Arrebatamiento, acometimiento, impeto. Germ. Anfallung, Vngeſtümmigkeit.] Plin. de viris illuſt. Quum Tarquinios in urbem reſtituere tentaret, & primo impetu Ianiculum cepiſſet. Lucret. lib. 1. Quamlibet in partem trudunt res antè, ruuntq; Impetibus crebris. Plin. lib. 9. In naufragos, urinantéſue impetum facit. Cicero pro Roſcio Amerino, Vos autem maximè debetis in eos impetum facere qui merentur. ¶ Legimus etiam pro eodem ablatiuum impete, ab antiquo nominatiuo impes, qui nunc nõ eſt in vſu. Statius ſeptimo Thebaid. Tranſiliunt campos aurigamq; impete vaſto Corripiunt. Plautus in Amphitryone, Quis tam faſto impete has foreis toto connulſit cardine?

Impetuoſus, a, um, qui magno fertur impetu. *βιαῖος, ἐπικὴς.* [Ital. Impetuoſo. Gal. Impetueux. Hiſp. Coſa muy arrebatada. Ger. Vngeſtümig, Gäch.] Plin. lib. 37. c. 10. Impetuoſus animos.

Impetritus, a, um, qui eſt ſtabilis, quaſi in petra fixus *βέβαιος.* Plau. in Aſin. Impetritum, inauguratum eſt.

Impetro, as, penultima correpta, a. p. Significat obtineo, & quaſi id quod cupio, facio: ex in & patro: nunde & Perpetro, pro perficio. *κατὰ δύναμιν ποιῶ.* [Ital. Impetrare, ottenere. Gal. Impetrer, obtenir. Hiſp. Alcançar algo por ruegos. Germ. Erwärben, erlangen.] Plaut. in Curcul. -neq; quicquam queo Aequi boniq; ab eo impetrare. Teren. in Heaut. Videndum eſt ne minus propter iram hanc impetrem quod poſſum: aut ne faciam plus, quod poſt minus me teciſſe ſatius ſit.

Impetratio, onis, verbale, f. t. *κατάδυσις, κατάληξις.* [Ital. Impetratione. Gal. Impetration. Hiſp. Alcançamiento. Ger. Erwärbung, erlangung.] Cicero ad Atticum libro undecimo, illud moleſtius, iſtas impetrationes noſtras nihil valere.

Impetrabilis, impetrabile, paſſiuè, Quod facilè poteſt impetrari, *κατάδυσιμος.* [Ital. Che facilmente ſi può impetrare. Gal. Qui aiſément ſe peut impetrer. Hiſ. Coſa que ſe puede alcançar. Ger. Das gutzú erwärben oder zuerlangen iſt.] Liu. 6. bel. Maced Iraq; præmiſſis à Philippo qui ſpē impetrabilis venire oſtendebant, &c. Idem, Omnia & impetrabilia & tuta. ¶ Aliquando actiuè accipitur pro eo qui facilè impetrat. Plaut. in Moſt. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. Idem in Merc. Impetrabilior, qui vlus ſit, nullus eſt dico.

Impetraſſo, pro impetro veteres dixere. Plau. in Aulu. Et iſtuc confido à fratre me impetraſſere.

Impexus, a, um, Nõ pexus. ut, Barbę impexæ. *ἀκτένιστος.* [Ita. Non pettinato. Gal. Qui n'eſt point pigné, n'acouſtré. Hiſp. Coſa no peynada ò no raſa. Germ. Vngeſtaltet.] Virg. 3. Geo. Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Antiquitas triſtis & impexa, id eſt, inculta, apud Tacit. in Dialogo de Oratoribus. Comæ impexæ, Ouid. 5. Faſt.

Impico, impicas, impicare, Pice illinire. *πιττόω.* [Ital. Vngere di pece. Gal. Empoiſſer, enduire ou oindre de poix. Hiſp. Empegar con pez. Germ. Verbichen.] Colum. li. 12. cap. 19. De lacu quàm recentiſſimum addito muſtum in amphorã nouam, eamq; oblinito, & impicato diligenter, ne quicquã aquæ introire poſſit.

Impiger, penultima correpta, Non piger, ſed ſtrenuus, & diligens. *ἐπιτήδειος.* [Ital. Diligente, ſollecito. Gal. Qui n'eſt point pareſſeux. Hiſp. No pereçoſo, diligente. Germa. Hurtig vnträg. Fleiſſig, vnuerdroſſen.] Tibul. Impiger Aeneas volitãtis frater amoris. Cicero, Quis eſt tam impiger in ſcribendo quàm ego? Horat. 1. Epiſt. Impiger extremos curris mercator ad Indos Cic. pro Fon. Virum ad labores belli impigrũ, ad pericula fortem.

Impigrè, aduerbium, Diligenter. *ἐπίτηδες* [Ital. Diligentemẽte, velocemente. Gall. Sans pareſſe, diligemment. Hiſpanic. No pereçoſamente, ligeramente. Ger. Hurtiglich, vnuerdroſſenlich. Fleiſſiglich.] Liuius 2. ab Vrbe, Impigrè ſequuti ſunt. Plaut. in Rud. -nam vt de nocte multo, Impigreq; exorrexi, lucrum poſtpoſui ſopori & quieti. Liu. 9. bel. Pun. Omnia impigrè facta.

Impigritas, impigritatis, f. t. Pro impigritia. *ἀπονία.* [Ital. Diligenza, ſollecitudine. Gall. Diligence à faire quelque choſe. Hiſpan. Aquella no pereza, preſteza. Germ. Vnfaulheit, vnuerdroſſenheit.] Cicero libro tertio de Republica, ut citat Nonius, Nunquam vlri fortiſſimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

Impingo, gis, impegi, impactum, a. t. Ex in & pango, ſignificat impello & illido. *ἐπάγω, κατάφημι, συνωθέω.* [Italicè, Sbattere, percontere, ſpingere. Gallic. Ruer & ietter contre, heurter contre. Hiſpani Empuxar, tropecar en coſa leſiua. Germ. Eintreiben, Anſtoſſen, Zuputſchen.] Cicer. lib. 5. Tuſc. Quid? huic calix mulſi impingẽdus eſt, ut plorare deſinat. Impingendus dixit, quaſi illidendus, & nolenti ingerẽdus. Denotat enim vim aliquam. Virgil. lib. 7. Aeneidos, Exanimata ſequens impingeret agmina muris. ¶ Plautus in Capt. pro impono vſurpauit, Iubere huic craſſas compedes impingier. ¶ Impingere dicam, idem eſt quod ſcribere dicam, vel actionem intendere. Terentius in Phormione, Si tu illam attigeris, ſecus quàm dignum eſt liberam, dicam tibi impinguam grandem. *Δίκην ἐπάξω σοι μεγάλην.*

Impinguo, impinguas, actiu. prim. coniug. Pingue facio, ſagino. *πιαίνω, λιπαίνω* [Ital. Ingraſſare Gall. Engraiſſer. Hiſp. Engordar ò engraſſar. Germanic. Feiſt machen.] Vnde

Impinguatus, participium, idem ſignificans, quod pinguis factus.

Impius, a, um, Scelerat⁹, nepharius, & præcipuè qui de Deo, patriaue aut parentibus malè meretur. *ἀνόσιος, ἀθέμιτος.* [Ital. Empio, ſcelerato, crudele. Gall. Deſchant, ſans religion & pieté. Hiſp. Malo, iniquo y ſin piedad. German. Vnfrom, Gottloſs.] Terentius in Eunucho, Vbi ego illum ſceleroſum miſera, atq; impium inueniam? Cicero in Piſo. Me fugerat deorum immortalium bas eſſe in impios & cõ ſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas. Gens impia, Virgilius 1. Georg. Domus impia, Ouid. 8 Metamorph. ¶ Impia herba, ea eſt, quam Officinæ & Herbarioꝝ uulgus Chriſtoculum appellant, *ἀνόσιος.* Ita dicta, ſiue quòd ſarculos habeat capitatos, iis ex quibus conſcuntur, ramulis altius inſurgentes, atq; ita uideantur liberi teſe ſupra parentes efferre: ſiue quòd à nullo animalium attingatur. Autor Plin. lib. 24. cap. 19.

Impie, Scelerat è, nepharièt & propriè quando quis de Deo, patria, aut de parentibus malè meretur, aut uerò de iis qui parentum loco ſunt. *ἀνοσίως, δυσμενῶς* [Italice. Empiamente, crudelmente. Gallice. Irreueremment, contre l'honneur de Dieu, cruellement. Hiſpan. No religioſamente, cruelmente. German. Gottloſslich, Schändelich] Cicero 5. Tuſculana, Vituperare quiſquam, loquam uitæ parentem, & hoc parricidio ſe inquinare audet, & tam impiè ingratus eſſe, ut eam accuſet quam ueteri deberet, etiamſi minus percipere profſet? Quintilianus libro ſeptimo, capite ſecundo, Tu impiè feciſti, quum exhæredationem meruiſti.

Impietas, Impietatis, fœminini generis, tertiæ declinationis, Sceleratus, inhumanus affectus aduerſus Deum, patriam uel parentes, eoſue qui parentum loco ſunt. *ἀνοσιουργία, ἀθεότης.* [Ital. Impietà, crudelità Gallice Meſpris de deux à qui on doit honneur & reuerence, impieté, cruauté Hiſpa. La heregia contraria de religion, crueldad. Germ. Gottloſe, Vnfromkeit.] Cicero 1. de Finibus, Etſi uerò impietas molita quippiam eſt, quamuis occultè fecerit, nunquam tamen conſideret id fore ſemper occultum. Idem 4. de Finibus, Sed nihil eſt quod tam miſeros faciat, quàm impietas & ſcelus.

Impio, impiat, a. p. Contamino, ſcelere polluo. *μιαίνω.* [Itali. Contaminare, uiolare. Gal. Souiller de meſfaits. Hiſp Enſuziar lo conſagrado, hazerſe cruel German. Beflecken mit ſünd vnd boſsheit, Vermaſigen.] ex in, & pio: cui opponitur Expio Plaut in Rud. Nam hoc mihi haud laboris eſt, laborem hunc potiri, ſi erga parentem, Aut deos me impiaui, id eſt ſi impius fui erga parentes.

Impiatus, maſculini generis, ſecundæ declinationis, Sceleratus, inquit Feſtus. *μιαιθείς* [Ital. Sporcato. Gall. Souillé de meſfaits. Hiſpan. Enſuziado por malhechos Germ. Laſterhafftig, Mit ſünden beflecket.] Significat etiam maculatum & pollutum. Apuleius, Cruore humano aſperſum, atq; impiatum. Thalami impiati facinore, Seneca Hippol.

Implacabilis, & hoc implacabile, Qui placari non poteſt. *ἀκατασπάστος.* [Ital. Implacabile, che non ſi può placare. Gal. Qu'on ne peut apaiſer, difficile à apaiſer. Hiſpa. Coſa que no ſe puede aplacar Ger. Vnerſünlich.] Cic. ad Q. fr. Nam ſi implacabiles iracundiæ ſint, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma eſt lenitas. Idem in Piſonem, Si aſpernaretur amicitiam meam, ſeſeq; mihi implacabilẽ, inexpiabilemq; præberet, tamen ei quum tantas res geſſiſſet, gereretq; quotidie, non amicus eſſe non poſſem. Ouid. tertio de Pont. Eleg. 3. Effice ſit nobis non implacabilis ira. Inde

Implacabiliter, aduerbium. *ἀκατασπάστως.* [Ital. Obſtinatamente, implacabilmente. Gall. Obſtinément, implacablement. Hiſpan. Confirmadamente en mal, implacablemẽte. Germanicè, Vnerſünlichen.] Tacitus libro primo, Scarum, cui implacabilius traſcebatur, filio non tranſmiſit.

Implacatus, implacata, implacatum. Non placatus. *ἀνάτε πραϋνθείς, ἀνίλεως.* [Ital. Non placato. Gallic. Non apaiſé, qui n'eſt pas content. Hiſp. No aplacado. Germ. Vnerſertig oder vnerſertiget.] ut, Gula implacata. Oui. 8. Meta. ſed in attenuata manebat Tum quoq; dira fames: implacatæq; uigebat Flamma gulæ.

Implacidus, a, um, inquietus, nõ placidus. *ἀηρεμής, ἀπρᾶος* [Ital. Inquieto. Gal. Mal plaiſant, & mal gracieux. Hiſ. Coſa no aſoſſegada ni planizierate. Ger. Vnruwig, vnfridſam.] ut, Diuũm implacidiſſimus Mars, Stat. 9. Thebaid. Horat. 4. Carm. Ode 14. Milite nam tuo Druſus Genaunos implacidum genus, Vindelicoſq;, &c.

Implãno, as, penultima correpta, a p. Decipio. *ἀπαλάω.* [Ital. Ingannare. Gal. Tromper, deceuoir. Hiſpa. Enganar. Ger. Betriegẽ] Cypria Siquis (inquit) putat ſe aliquid eſſe, quum non ſit, ipſum implanat.

Implanator, pro impoſtore, qui Græcè *πλάνος* dicitur. Apud claſſicos hoc uerbum non temerè inuenias.

Impleo, implet, actiuæ ſignificat. ſecundæ coniugat. Plenum facio. *ἐμπλάω, ἐμπίμπλημι, πληρόω, ἀναπληρόω.* [Itali. Empire. Gal. Emplir, remplir. Hiſp. Hinchir Ger. Erfüllen, Voll füllen.] Conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Virg. 1. Aen. Impleuit q; mero pateram. Ibidẽ, Implentur ueteris Bacchi pinguiq; ferinæ. Interdum etiam inuenitur habere ablatiuum cum præpoſitione. Cice. 4. Acade. De quibus rebus uolumina impleta ſunt, non à noſtris ſolùm, ſed etiam à Chryſippo. ¶ Implere ſuum officium, eſt quod barbari dicunt, Facere ſuum debitum Plin. in Epiſt. Vereor enim ne aut exceſſiſſe, aut nõ impleſſe officii mei partes uidear. Impleri etiam dicuntur fœminæ brutorum animantium, quũ adhibito admiſſario fœtum concipiunt. Plin. lib. 14. c. 6. Canes implentur uno coitu. Colu. lib. 7. Iceq; quinquennis parum habetur idoneus fœminis implendis.

Implexus, inuolutus, innexus. *ἐμπέπλεγμένος, ἐμπεπλεγμένος.* [Ital. Inuoltato, intricato. Gall. Entrelacé l'vn dedans l'autre. Hiſp. Enhetrado. Germ. Eingeflochten, eingewicklet.] Plinius libro trigeſimotertio, capite primo, Eſt quidem apud eundem Homerum, uirorum crinibus aurum implexus: ideo neſcio an prior oſus à fœminis cœperit. Virgilius quarto Georgic. Cæruleus implexæ crinibus angues Eumenides.

Implico, implicas, penultima correpta, act. prim. co. Idem eſt quod inuoluere uel innectere. *ἐμπλέκω, ἐμπλίνω.* [Itali. Ingroppare, auiluppare Gall. Entrelacer, enueloper, entortiller, intrinquer & meſler, empeſtrer. Hiſp. Embolueꝛ, ligar intricando. Ger. Einwicklen, verwirren.] Virgil. 2. Aen. Implicuitq; comam læua. Senec. in Epiſt. Quod malè implicuiſti, ſolues potius, quàm abrumpas. Ouid. 1. Meta. Dixit & implicuit materno brachia collo. ¶ Per translationem accipitur pro ſermonibus obruere & circumuenire. Liu. 3. bel. Pun. Eum primò incertis implicantes reſponſis, ut metus tormentorum admotus fateri uera coegit, edocuerunt literas ſe ad Annibalem ferri. ¶ Præteritum eius eſt implicui & interdum implicaui: ſupinum implicitum, uel implicatum. Cic. 1. Offic. Quæ quatuor, quamquam inter ſe colligata & implicata ſunt, tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur. Idem in Piſo. Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt? Plin. lib. 9. Epiſt. Implicitus ſuſpicionibus. ¶ Implicari morbo, detineri. Liu. 3. ab Vrb. Intra caſtra quies neceſſaria morbo implicitum exercitum tenuit. ¶ Implicari, & conſtringi multis officiis. Cic. 1. Acad. Nullis occupationibus implicatus Deus, Cic. 1. de Nat. deo. Muliebribus religionibus implicari, Cicero pro domo ſua. ¶ Implicare caput, hoc eſt, ornare. Plaut. Pœnul. Implicat ad ſpeculum caput.

Implicitus, participium. Ouidius 5. Faſt. Protinus accedẽt Charites, neſtuntq; coronas, Sertaq; cæleſtes implicitura comas.

Implicito, implicitas, implicitare, frequentationum, *συχνὰ ἐμπλίνω.* Plinius libro nono, Epiſtol. ad Caninium, Varios orbes implicitat, expeditq;, hoc eſt, inuoluit, & euoluit.

Implicatio, onis, f. t. inuolutio, connexio. *ἐμπλοκή.* [Italicè, Inuiluppamento, intricamento. Gal. Entrelacement, entortillement, enueloppement. Hiſp. Embolumiento. Germ. Einwicklung.] Cicero 2. de Natur. deorum, Hoic adde neruos, à quibus artus continemur, eorumq; implicationem corpore toto pertinentem. Idem pro Sest. Aut qui propter implicationem rei familiaris cõmuni incẽdio malint, quã ſuo deflagrare.

Implicitè, aduer. Perplexè, latenter, inuolutè: cuius antithecton eſt Expeditè, *ἁπλῶς.* [Ita. Intricatamente. Gal. Intricquement, obſcurement, auec empeſchement, & difficulté. Hiſ. Intricadamente. Ger. Mit verwirrung.] Cice. 2. de Inuent.

uent. Absoluta est quæ ipsa in se, non ut negocialis implicitè, & absconditè, sed patenter, & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

Imploro, imploras, penultima producta, a.p. inuoco: & propriè dicitur, quum quis in malis positus est, & cum miseratione auxilium petit. *ἀναπαλῶ, ἱκετεύω.* [Ital. Inuocare, dimandare aiuto. Gal. Demander aide en pleurant. Hispa. Rogar como llorando mucho, ò con instancia demandar ayuda. Ger. Anrüffen mit weinen.] Terent. in Adelph. Illæc fidem nunc nostram implorat Demea. Plin. in Epistol. Legati rursus inducti, iterum me iam præsentem aduocatũ postulauerunt, implorantes fidem meam, quam essent contra Massam Bebium experti. Cicero septima in Verrem, Vosq; etiam atq; etiam imploro & appello sanctissimæ deæ, quæ, &c.

Imploratio, Implorationis, f.c. Inuocatio, auxilii petitio in rebus affectis. *ἀναπλησις.* [Ital. Esso dimandare aiuto, supplicatione. Gall. Imploration, priere, requeste. Hisp. Aquel ruego como llorando. Ger. Anrüffung.] Liu. 8. ab Vrbe. Proditur memoriæ aduersus crebram deorum implorationem, &c. Cic. 7. Ver. Si res acerba illius imploratio, & uox miserabilis non inhibebat, nec ciuium quidem Romanorum fletu commouebatur. Idem de Ora. Omnium deorum, & hominum, & ciuium, & sociorum imploratio.

Implumis, & hoc implume, penultima producta, com. t. quod plumis caret. *ἄπτιλος, ἀπτίλως.* [Ital. Sẽza piume. Gallic. Qui est sans plumes. Hisp. Sin plumas, desplumado. Germ. Vngefiẽdert. Blut one fäderen.] Plin. lib. 8. c. 55. Lepus omnium prædo nascens, solus, præter desypodem, superfœtat, aliud educans, aliud in utero, pilis uestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Et libro 10. capite 3. Hirundines tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, &c.

Impluo, impluis, implui, uel impluui, implutum, implucre, a. Super aliquid pluere. *ἐμβρέχω* [Ital. Piouere sopra qualche cosa, strapiouere. Gall. Plouuoir dedans. Hispa. Llouer sobre algo. Germ. Einhin rägnen, einen auff rägnen.] Plaut. in Mostel. Quum impluit cæteris, ne impluat mihi. Colu. lib. 2. ca. 8. Tremellius quidem affirmat, prius quàm impluerit, ab auibus, aut formicis fata edi, ubi æstiuis serenitatibus ager aret.

Implutus, implura, implutum, Pluuia madefactus. *καταβεβρεγμένος.*

Impluuium, uii, inquit Varro, est locus sub cœlo in medio domus relictus, unde lumen deorsũ caperent: ita dictus, quòd eò impluerent. *ἀπὸ τοῦ ὑετὸν ἐμπίπτειν ὄμβρον δεξάμενος.* [Ital. Pioual, luoco scoperto doue si racco'gono le acque piouane. Gal. Vn lieu & petite court, entre les maisons ou tõbent les eaus de la ploye. Hispa. El patio de la casa. Ger. Ein tzgloch, ein hoff im hauss in welchen es rägnet.] Festus, Impluuium, quòd aqua impluit collecta de tecto. Terentius in Phormione, Monstra euenerunt mihi: Introiuit in ædes aster alienus canis: anguis per impluuium decidit de tegulis.

Impluuia, æ, Vestis erat, qua sacerdotes per imbrem utebantur. *χλαῖνα* Pluuiale nunc uulgò appellatur. Varro, Salũ quoq; sereno tempore impluuia amictũ fuisse criminabantur. Hæc Sipontinus. Alii tamen à colore hoc uestis genus dictum putant: nam impluuiatus color à Nonio dictus est, quem nos fuscum aut pullum uocamus, quasi fumato stillicidio imbuti.

Impluuiatus color, Id est, quem nos fuscum aut pullum dicimus inde dictus, teste Non. quasi fumato stillicidio imbutus. Vide Thylesium in libello De coloribus.

Impolitia, impolitiæ, fœmin. gen. primæ declinationis, Quasi inscitia, inelegantia. *ἀκομψία, ἀκαιρία.* [Italic. Rozzezza, negligentia di adornare qualche chosa. Gal. Negligence & paresse d'acoustrer, & orner quelque chose. Hisp. La no elegancia, ni galanis. Ger. Vnartigkeit. Liederligkeit oder faulkeitein ding zů seüberen oder aufs zů burzen.] Gellius lib. 4. capite duodecimo, Siquis equus Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum uisus est, impolitiæ notabatur. Impolitias facere dicebantur Censores, inquit Festus, quum Equiti æs abnegabant ob equum malè curatum.

Impolitus, a, um, Rudis, nondum perpolitus. *ἀνυπόστατος.* [Ital. Rozzo, goffo. Galli. Qui n'est point polt, gosse, lourd. Hisp. Cosa no polida ò aciculada. Ger. Vnaufgebutzet, vnaufsbaliert, Vnicht woll aufsgletret.] Cic. de Prou. Cons. Imperitiæ uero res, & acerbæ si erunt relictæ, quanquam sunt absciſſæ, tamen efferent sese aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent. Idem clar. Orat. Forma admodum impolita, atq; rudis. Idem 2. de Orat. Genus hominum rude, bebes, & impolitum.

Impolitè, aduerbium, Inelegantèr. *ἀκόμψως.* [Ital. Senza politezza, grossamente, iordamente. Gall. Sans politure, lordement, grossement. Hisp. No polida ò aciculadamente. Ger. Vnzierlichen.] Cic. 1. de Orat. Quum sæpissimè tibi Scotus breuiter impolitèq; dicenti, maximis sit de rebus allensus, &c.

Impollutus, a, um, Non pollutus. *ἀμίαντος, ἀμόλυντος.* [Ital. Non macchiato, non violato. Gal. Impollu non pollu ou souillé. Hisp. No sutio ni mancillado. Germ. Vnbefläckt.] ut fides impollutæ, Sil. lib. 13.

Impomenta, Quasi imponimenta, quæ post cœnam mensis imponebant. Festus.

Impono, imponis, penultima producta, a. tert. Sopra porre. *ἐπιβάλλω, ἐπιτίθημι* [Ital. Imporre, sopraporre. Gal. Mettre dessus ou dedans. Hisp. Poner en cima de otra cosa. Germ. Auffsetzen, Auffligen.] Virg. 1. Aen. Impositoq; mari & montes insuper altos Imposuit. Idem lib. 4. Vidit, turicremis quũ dona imponeret aris. ¶ Imponere finem uel clausulam rei alicui, est idem quod finire uel absoluere. Virgilius 7. Aenei dos. Finemq; imponere curis. ¶ Interdum iniungo. *ἐπιβάλλω, ἐπιτάττω, προσάγω.* or, Impono tibi hoc onus. Terent. in Andr. Tibi pater me dedo, quidquid oneris impone, impera. ¶ Cum dativo uerò significat decipere. *ἐξαπατᾶν.* Quintil. in Dec. Spes tibi perpetuæ lætitiæ imposuit. Cic. ad Qu. frat. li. 2. Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maximè Catonis, cui tam egregiè imposuit Milo noster. Imponere extremam manum, significat perficio. Donatus, Imponitur extrema manus rebus, cũ perficitur id quod cæperit: relinquitur, quum res imperfecta dimittitur. Virg. 7. Aen. Nec minus interea extremam Saturnia bello Imponit regina manum.

Impositus, penultima correpta, particip. *ἐπιτεθεὶς, ἐπιτιθεὶς.* [Ital. Posto dentro, di sopra, ò disotto. Gal. Imposé mis dedans, posé dessus. Hisp. Puesto en cima de otra cosa. Germ. Auffgesetzt, aufgelegt.] Plin. lib. 17. cap. 20. Tyberi impositæ iuxta nonum lapidem Flaminia ulæ. Citrellæ boui sunt impositæ, Cic. Attic. lib. 7.

Impositus, huius impositus, masc. gen. qua. declina. *ἐπίθετος.* [Ital. Esso ponere di sopra. Gal. Posimente dessus. Hispa. Postura en cima de alguna cosa. Ger. Auffligung.] Plinius libro 24. cap. 4. Vlcera commanducata, imposituq; efficacissimè sanari. Ex uetusto codice legitur, commanducato impositoq;.

Impositio, aliud uerba. *ἔνθεσις, ἐπίθεμα.* Plin. 27. c. 13. Succũ eius lactens in gummi spissatus uel semen, impositione spicula è corpore eiicit.

Imposititius, adiectiuum. *ἐπίθετικὸς.* [Itali. Posto. Gall. Posé, appliqué. Hisp. Puesto. Germ. Das auffgesetzt oder auffgelegt ist.] Quod impositum est: ut, Seruitus impositititia, hoc est, non naturalis. Vlpia. in l. De pupillo. parag. Sextus Pedius. ff. de Noui ope. nunc. Sextus pedius diffinit, noui operis nũciationis triplicẽ esse causã: aut naturalẽ, aut publicã, aut impositititiam. Et paulò post, Impositititiam, quum quis postea ius suum diminuit, alterius auxit. Hoc est, postea quam seruitutem ædibus suis imposuit, contra seruitutem fecit. Impositicia nomina, quæ à natura imposita sunt, unde alia derivantur. Ex Varrone.

Impsitiuus, penultima producta, adiectiuum, Plinius libro 18. capite 4. Pythagoræ inuentis non temerè fallere impositiuorum nominum imparem numerum, cælandi tates, &c.

Impositius nomina. *ἐπίθετα, ἐπώνυμα.*

Impostores, masculini generis, tertiæ declinationis, Dicũtur deceptores, uersuti, qui aliis imponunt, hoc est, decipiunt. *φένακες* [Itali. Ingannatori. Galli. Trompeurs, abuseurs, affronteurs. Hispanic. Engañadores, los que inegan de passa passa. Ger. Betrieger übertürer.] Vlp. l. 5. parag. Medi. ff. de Var. & extraor. cog. Nõ tamẽ si incantauerit, si imprecatus est, si (ut uulgari uerbo impostorũ utar) exortizauit.

Impoſtura, æ, f. p. Fraus, deceptio. *ἐξαπάτη, ψευσμός.* [Itali. *Fraude*, inganno. Gal. *Tromperie*, abus. Hiſp. Engaño. Germ. Betrug, Betchuis.] Unde impoſturam facere, eſt decipere, circumuenire. *ἐξαπατᾶσθαι, ψευσίζειν.* Vlpianus de crimine ſtellionat. l. 1. Si quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necẽ alterius, ſtellionatus poteſt appellari.

Imporco, imporcas, n. p. Porcas in agro facio. *ἀύλακας ἐλαύνω, ἀύλακας διορίσσω.* [Ita. Fare i ſolchi alla terra, lauorarla. Gall. *Faire des ſeillons en une terre, la labourer, & aſſeilionner.* Hiſpanic. *Aporcar algo con tierra*, labrar la tierra. Germanic. *Furchentzienlin machen mit erden.*] Columella libro primo, capite decimo. Et ſimiliter quum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcatumq; occabimus.

Imporcitor, oris, Qui porcas facit. Eſt autem porca, ut inquit Varro, lib. 2. de Re ruſt. terra eminens inter duos ſulcos. Cõtrà, Feſtus ſulcos rariores, qui aquæ ducendæ gratia fieri ſolent, porcas uocari tradit: crebriores autem, limos appellari.

Importo, importas, actiuæ ſignificationis, primæ coniugationis, infero. *εἰσφέρω.* [Ital. Portare dentro. Gall. Porter dedans, apporter. Hiſp. Traer à dentro de algun lugar. Germa. Eintragen, einhin tragen, einhin füren.] Cæſ. 8. bell. Galli. Sylueſtribus, anguſtiiſq; itineribus frumentum importare in oppidum inſtituit. Cic. 1. Offic. Per eoſdemq; ſiquid importetur nobis incommodi, propulſemus. Cæſ. 5. bell. Gall. Aere utuntur importato.

Importunus, importuna, importunum, penultima producta. Qui aliquid facit præter rationem loci, ſeu temporis, aut perſonarum. *ἀκαιρος.* [Ital. Importuno, faſtioſo. Gall. Importun, ennuyeux. Hiſpa. No conueniente al tiempo, ni al negocio, ni al lugar, importuno. Germ. Vberlegen, Der ein ding nicht am rechten ort oder zeyt angreifft.] Teren. in Heauton. Imò ille fuit ſenex importunus ſemper. Nonnunquam idem eſt quod immanis, & abominandus. Virgi. 11. Aeneid. Bellum importunum ciues cum gente deorum, Inuiſis q; uiris gerimus. Vbi Seruius, Importunum, inquit, bellum iode uocat, quòd portu, id eſt, quiete careat. Cic. in Anton. Non poſſum æquo animo uidere tam importunos, tam ſceleratos hoſtes. Pauperies importuna, id eſt, grauis & moleſta. Horatius 3. Carm. Importuna tamen pauperies abeſt.

Importunè, aduerbium, Intempeſtiuè, moleſtè, impudenter, præter loci, temporis, aut perſonarum rationem. *ἀκαίρως.* [Ital. Fuor di tempo, fuor di propoſito. Gal. Hors temps & ſaiſon. Hiſpa. Importunamente, inconuenientemente. Ger. Vberlägenlich, Zů vngelegenheit vnd vnzeyten.] ut, Importunè inſiſtere, apud Cic. 1. Acad.

Importunitas, importunitatis, fœminini generis, tertiæ declinationis, intempeſtiuitas, quæ neq; loci, ut ait Donatus, ueque temporis obſeruat commoditatem. *ἀκαιρία.* [Ital. Importunità, ſceleragine. Gal. Importunité, oultrage. Hiſp. Importunidad. Germ. Vberläg enheit.] Terent. in Andr. Importunitatem ſpectate aniculæ. ¶ Accipitur tamen importunitas non rarò pro immanitate, ſeu nephario aliquo & execrando ſcelere. Cic. pro Cluentio. Huius importunitatẽ matris à filii capite depellite. Idem in Piſonem. Animal ex omnium ſceleru m importunitate, & omnium flagitiorũ impunitate concretum.

Importuoſus, importuoſa, importuoſum, Quod eſt ſine portu. *λίμενος.* [Ita. Senza porto. Gal. Qui n'a point de port. Hiſp. Sin puerto. Germ. Das kein geſtad oder port hat.] Sal in lugure. Quem locum Catabathmon incolæ appellant: mare ſæuum & importuoſum, & ager frugum fertilis. Taci. lib. 12. Mare importuoſum.

Impos, tis, penultim. gen. corrept. com. Qui rem aliquam in poteſtate ſua non habet, cuius quid cupit, et uoto non ſuccedit. *ἀκρατὴς, ἀνυσὴς.* [Ital. Che manca di qualche coſa, che non ottiene qualche coſa. Gal. Qui ne peut ſe contenir, qui n'eſt maiſtre de ſoy. Hiſp. Impotente. Ger. Vnmächtig, vngewaltig.] Sic impotentem rationis, dicimus eũ qui rationem non habet cupiditatibus dominantem. *ἀκρατῆ λογισμῶ.* Item impotem animi, cui mens ſana non eſt, cuique animi inſtrumentum eſt uitiatum. *ἄφρονα.* Plautus Captiuis, Eripite huic gladium, quæ ſui eſt impos animi. Impos uoti, cui aliquid ex uoto non ſucceſſit, quiq; quod optabat, aſſecutus non eſt. *ἀτυχὴς.* Huius antithetum eſt Compos: de quo ſuprà egimus ſuo loco.

Impoſſibilis, impoſſibile, quod fieri non poteſt. *ἀδύνατος.* [Ital. Impoſſibile. Gall. Impoſſible. Hiſp. Coſa que no puede ſer. Germ. Vnmüglich.] quam uocem nonnulli putauerunt Latinam non eſſe: ſed illi profectò tota erant ola: non ſemel enim legitur apud Quintil. ut lib. 5. capite 11. Impoſſibilia aggrediantur, pro effectis reliquant uix dum inchoata.

Impoſtores, Impoſtura, uide impono.

Impõtens, tis, penultima correpta, Qui affectuum ſuorum potens non eſt, ſed ab appetitibus ſuis uincitur. *ἀκρατὴς.* [Ital. Impotente, debile, che non può raffrenar i ſuoi affetti. Gal. Impatient, impoteut, debile. Hiſpan. No poderoſo. Ger. Vnmächtig, vnleidtlich.] Cicero 5. Philip. Adoleſcebat ad urbem à Brundiſio homo impotentiſſimus, ardens odio, animo hoſtili in omnes bonos. Antonius. Idem Lepido, Sin iſta pax perditorum hominum in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtituta eſt. id eſt, ſuperbiſſimi, & quid ira, libidoq; rapiunt, ſequentis. Sic etiam impotentem Decemuirorum dominatum dixit Liuius ab Vrbe, pio crudeli, libidinoſo, & rationis frenis minimè coercito. ¶ Accipitur etiam impotens, pro inope, tenui, debili. *ἀδύνατος,* Cicero pro Marcn. Ad ſalutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitoſorum hæc ualeant.

Impotentia, impotentiæ, f. p. Plerunq; imbecillitatem ſignificat, ſiue infirmitatem, ut inquit Donatus. *ἀδυναμία, ἀδύνεια.* [Ita. Debolezza, impotenza. Gal. Petite & debile puiſſance, impuiſſance. Hiſp. Flaqueza, no potencia. Germ. Vnmächtigkeit, Schwachheit.] Teren. in Adelph. Omnes quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt aptio quomodo Suſpicioſi, ad contumeliã omnia accipiunt magis: Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. Quoties autem ad animum transfertur, ſignificat uitium illud, quum quis iracundiæ, uel aliis animi ſui affectibus imperare non poteſt. *ἀκρατεία, ὕβρις.* Cicero 4. Tuſcula. Item inflammant appetitione nimia, quam rem cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi à temperantia & moderatione plurimum diſſiderem. Cic. 5. Tuſcul. Qui mihi metuant, nihil agant, nihil concupiſcãt, nulla impotentia efferantur. Ad eundem etiam modum Tyrannus impotentiſſimus dicitur à Quintiliano: & Decemuiri, quorum principatus erat ſuperbus uiolentus, & immoderatus, à Liuio impotentes domini nuncupatur: & à Seneca impotentia Fortunæ aſcribitur: cuius ſucceſſu elatiores, inſolentioresq; reddi homines conſueuerunt.

Impotenter aduerbium. *ἀκρατῶς, ἀμηχάνως.* [Itali. Per tirannia. Gal. Deſreiglément, comme quand on eſt mené de colere par tyrannie. Hiſp. Por tyrannia. Germ. Vnmüglich, Tyranniſch.] Quintil. libr. 1. cap. 1. Nequid improbè, nequid impotenter faciat, mouendus eſt puer. Impotenter regnare, iniuſtè, & impiè, Hirc. lib. 4. bel. Alex. Impotentius regi, Liu. libr. 7. bel. Puni.

Impræſentiarum, uulgata dictio eſt, idem ſignificans quod tẽpore præſenti. *ἐν τῷ παραχρῆμα. ἐν τῷ παρόντι.* [Italic. & Hiſpanic. *Al* preſente. Gallic. Pour le preſent, alors. Ger. Jetzunder, Zů diſer zeyt, Gegenwertig.] Nec ſolùm dicitur de eo quod nunc præſens eſt, ſed ſæpius de eo quod præſens fuit, aut præſens erit. Cato cap. 144. de lege olex legendæ, Extra quam ſi quem ſocium impræſentiarum diſcerit. Vlp. de tabu. exhib. Quid enim, ſi occultatæ tabulæ, poſtea prolatæ ſunt, cur nocear ei qui reſponderit quod impræſentiarum ei uidebatur? Idem, Tempus enim ei dandum eſt, ſi non poteſt impræſentiarum exhibere. In præſentia autem duæ potius uidentur eſſe dictiones: quare non per m (ut à nonnullis ſcribi uideo) ſed per n potius diuiſis dictionibus ſcribendum puto.

Impranſus, a, um, Qui nondum pranſus eſt. *ἀνάριστος.* [Ita. Che nõ ha anchora deſinato. Gall. Qui n'a point diſné. Hiſ. El que no ha comido. Ger. Der noch nit zů mittag geeſſen hat.] Plaut. Stichо, Quàm mox coctа eſt cœna? impranſus ego ſum. Hora. 1. Serm. Satyr. 2. Verùm hic impranſi mecũ diſquirere. Plaut. Amph. Hoc adeò hoc commentus magis quia illo die impranſus fui.

Impre-

Imprĕcor, aris, ſecunda ſyllaba corr. act. p. Eſt mali quippiam in caput alicuius precari, *ἀράομαι*. [Itali. *Pregar* qualche male. Gall. Prier que mal auiene à quelqu'un, maudire. Hiſpanicè, Rogar que uenga mal à otro. Germanicè, Flůchen böſes wünſchen.] Quintilianus libro decimoquinto, Declama. Non imprecemur debilitatem, naufragia, morbos: pauper ſit, & amet quamcunque meretricem. Virgilius quarto Aeneid. Littora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor.

Imprecatio, onis, uerbale, fœmin. tert. Execratio, deuotio, dira, *ἀρά*.

Imprĭmo, is, penultima correpta, Rei cuipiam molli figuram aliquam induco, *ἐνυπόω, ἐγχαράττω, ἐπισφραγίζω*. [Ital. *Imprimere*, ſtampare, calcare. Gall. Empraindre, imprimer, marquer. Hiſpanicè, Imprimir como el ſello ò libros. Germanicè, Eintrucken.] Vnde impreſſæ literæ, obſignatæ dicuntur. Cicero primo Tuſculan. An imprimi, quaſi ceram, putamus animum ſi ſenem? Ideo pro Cecin. Niſi ex eo loco, ubi teſtigium impreſſerit, deiici neminem poſſe. Columell. libro ſeptimo, capite undecimo, Cum duobus uel ternis impreſſis per unamquanque plagam ſinguli teſticuli exprimuntur.

Impreſſio, fœm. tert. Id eſt uiolentus impetus, qualem facere ſolent acies inſtructæ, quum altera in alteram irrumpere conatur, *πρόσβολή*. [Ital. *Violenza*, aſſalto uiolente. Gall. Emprainte & marque, impreſſion, aſſaut & effort ou choc Hiſpanicè, Impreſſion, arrebatamiento. Germ. Eintruckung, ein gewaltig nachtruckung der Kriegsleuten im angriff.] Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 4. Hoſtes ſe arbitrati occaſionem habere uictoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra. Cicer. pro Flac. Non igitur impreſſio, non occaſio, non uis, non tempus, non imperium, non ſecures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Hircius in Comm. Cæſar equitum turmas ſuorum iubet in hoſtium equitatum, qui ad oppidum in ſtatione erat, facere impreſſionem. Bud. in Epiſt. ¶ Per translationem item impreſſiones dicuntur imagines quas imaginatiua animæ facultate apprehendimus. Cic. 4. Acad. Quum uiſa in animos imprimuntur, inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe.

Imprŏbus, a, um, penul. correp. Non probus, malignus, & nequam. *μοχθηρός, πονηρός, πανοῦργος*. [Itali. *Triſto*, malo, guo. Gall. Meſchant, reprouué, effronté. Hiſpanicè, Malo y deſuergonçado, irreuerente. Germanicè, Vnfrom, Böſs.] Plaut. in Pſeud. Verùm ita uos eſtis perditi, negligentes, ingenio improbo. Terent. in Andr. Tum ſiquis magiſtrum cepit ad eam rem improbum. Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque applicat. ¶ Interdum idem eſt quod ſæuus. Virgilius decimo Aeneid. -lauit improba teter Ora cruor. ¶ Interdum turpis. Lucilius, Omnes formoſi, fortes. Vbi ergo improbus eſt, hoc eſt turpis & fœdus, ut Nonius interpretatur. Plautus, Improbiorem non uidi faciem molieris. ¶ Interdum magnus, & indefeſſus *ἀκάματος*. Virgilius primo Georg. labor omnia uincit Improbus. Vbi Seruius, Improbus, uel magnus, uel nulli probabilis. ¶ Quandoque inſatiabilis, damnoſus. Virgil. 1. Georg. -nihil improbus anſer, Strymoniæque grues. Vbi Seruius, Improbus, inſatiabilis, nulli probandus. Improba merx, iniuſta, uel quæ facilè emptorem inuenit. Plaut. In Mil. Sicuti mercipreriũ ſtat, pro uirtute ut uæneat: Quę improba eſt, pro mercis uitio dominum pretio pauperat. Improbum os, inuerecundum, improbitatem, & impudentiam præ ſe ferens. Suet. de clar. Gram. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Salluſtiũ hiſtoricum, quòd eum oris improbi, animo inuerecundo ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra lacerauerit.

Imprŏbŭlus, diminutiuum, *ὁ μικρῷ μοχθηρότερος, μικρόν τι ἀδίκημα*. [Ital Cattiuello. Gall Vn peu audacieux & importun. Hiſp. Malo un poco. Germ. Böſslechtig.] Iuuenal. Satyr. 1. Finge tamen te improbulum: ſupereſt illi, qui ponere cogit.

Improbè, aduerbium. Non probè, prauè, peruersè, *πονηρῶς, ἀπαιδεύτως*. [Ital. Maluagiamente. Gall. Deſamment, impudemment Hiſpanicè, Mal ò deſuergançadamente. Germanicè, Vnfrommlich, boshafftig.] Plautus in Trinum. Siquid ſcis me feciſſe inſciè, aut improbè. Cicer. 1. Verr. Eſt aliquid quod improbius fieri poteſt? Idem libro ſecundo Offic. Nec ſi plures ſunt ij, quibus improbè datum eſt, quàm illi, quibus iniuſtè ademptum.

Improbĭtas, atis, fœm. tert. Malignitas, *μοχθηρία*. [Ital. *Ribalderia*, maluagità. Gall. Meſchanceté. Hiſpan. La maldad ò deſuergonça. Germanicè, Vntrommkeit, boshafftigkeit.] Plin. li. 11. ca. 45. Improbitas cordis humani. Cicer. 4. Verr. Ex multis ſimilibus ea ſumam quæ maximè improbitate excellere uidebuntur.

Incædŭus, a, um, cum diphthongo, Quod non cædi potuit ex ...io, & cædous, *ἀκμής*. [Ital. Che nõ ſi taglia. Gall. Qu'on ne coupe point, qui n'eſt point tondu. Hiſpani. Coſa que no ſe corta. Germanic. Das man nit abhauwet.] ut Incædua ſylua. Lucanus libro 3. Strat. uetus & multa incædua ſilua per annos. Sic Incædui montes, dicuntur ſylueſi, quos intonſos Virgilius appellat. Seruius, Intonſi montes, ſylueſi, incædui.

Incălĕſco, cis, incalui, neutri generis, tertiæ declinationis, Valde calidus fio, *διαθερμαίνομαι*. [Ital. Scaldarſi, diuenir caldo. Galli. Sẽchauffer. Hiſpani. Calentarſe. Germanicé, Warm oder heiß werden.] Plinius libro decimoquarto, capite uigeſimo primo, Item uaſis incaleſcentibus, operculiſque ſudantibus. Columell. libro ſecundo, cap. 4. Pingues campi, qui diutius continent aquam, proſcindendi ſunt anni tempore iam incaleſcente. Liu. lib. 9 bel. Macedo. Forte epulantibus iis, quum iam uino incaluiſſent, nuntiatum in conuiuio eſt.

Incălfăcio, cis, act. t Calidum facere, *θερμαίνω*. [Ital. Scaldare. Gall. Eſchauffer. Hiſpan. Calentar. Erwermen, warm machen.] Ouid. 4 Faſto. Quantum ſi culmos Titan incalfacit udos. Idem 15. Metamorph. Iſaque conflictos incalfacit hoſtia cultros.

Incălo, as, penultima correpta, Idem quod uocare, teſte Feſto, *ἰαχεῖν*.

Incallĭdus, a, um, per duplex ll, Non aſtutus *ἄδολος, ἁπλοῦς*. [Ital. Semplice, non aſtuto. Galli. Qui n'eſt pas fin, caut ne ruſé Hiſpanic. No aſtuto ni malicioſo. Germanic. Vngeſcheyd, vnliſtig.] Cicer. primo de Inuent. Sed quum à ſummis uiris maximæ res adminiſtrarentur, arbitror alios fuiſſe non incallidos homines, qui ad paruas controuerſias priuatorum accederent.

Incallĭdè, Simpliciter, non aſtute, *ἁπλῶς* [Ital. Senza accortezza, ſemplicemente Gall. Sans ruſe, peu finement, ſottement. Hiſpan. No aſtutamente. Germani. Vngeſcheydlich, one liſt.] Cicero tertio Officiorum, In his tribus generibus, quoquo modo poſſunt, non incallidè res gueruantur.

Incandĕſco, ſcis, incandui, neutri generis, tertiæ declinationis, Candens & ignitus fio, *ἐκπυρόομαι, πυροειδὴς γίνομαι*. [Italic. Diuenir affocato. Gallic. Sẽſchauffer fort ou hementement. Hiſpanicé, Encenderſe. Germanicé, Glüyendt oder feürig werden.] Ouidius ſeptimo Metamorph. Non ſecus exarſit, quàm quum Balearica plumbum Funda iacit: uolat hoc atque incandeſcit eundo: Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes. ¶ Per metaphoram accipitur pro uehementer irritari, & iracundia quodãmodo accendi.

Incānto, as, act. p. Verbis ſolis, uel etiam rebus quibuſdam adiunctis, aliquid ſupra naturam moliri, *ἐπάδω, γοητεύω*. [Ital. Incantare. Gall. Enchanter. Hiſpanicé, Encantar con palabras.

palabras. Germani. Verzauberen, bezauberen.] Plinius libro uigesimooctauo, capite secundo, Qui malum carmen incantasset.

Incantatio, fœm. ter. & Incantamentum, ti, ἐπῳδή, γοητεία. [Ital. Incantecúmo. Gall. Enchantement. Hispan. Encantamiento. Germanicè, Zauberey, Bezeuwerck.] Plin. libro 28. cap. uigesimoprimo, Valeántne aliquid uerba, & incantamenta carminum.

Incānŭs, na, num, Idem quod canus, aut valde canus, Seruio teste, πολιός. [Ital. Canuto, bianco di uecchiezza. Gallicè, Chenu, blanc de vieillesse. Hispani. Cosa muy cana y blanca. Germanicè, Gantz weyss oder Grauw alters halb.] Plautus in Rudente, Ecquem tu hic hominem crispum incanum uideris. Virgilius tertio Georgic. - nosco crines, incanáque menta. Incana herba, id est, subalbida lanugine canitiem referens. Columell. libro octauo, capite secundo, Palex ex rutilo albicantes, quæ uelut incanæ herbæ dependent.

Incanesco, uerbum, Canus fio, πολιόω. [Itali. Venir canuto. Gallicè. Deuenir blanc ou chenu. Hispanicè, Encanescer, Germanicè, Grauw werden] Catul. in Argonaut. Spumis incanuit unda.

Incāpistrāre, act. pri. Illigare: à capistro formatum uerbum, φιμόω, κημόω. [Italicè, Legare. Gallicè, Lier, encheuestrer. Hispanicè, Atar. Germanicè, Die halfter anlegen.] quod tamen apud classicos scriptores non temere inuenies.

Incarnātio, quæ in uulua fit, est carnosæ mollis productio, quam ex parte resecare necesse est, si magna fuerit, distillatéque ut citius mortificetur. Si autē fuerit modica, abstersum auferri conuenit.

Incāssum, aduerbium. Frustra, inaniter, φρόδως, μάτην. [Ital. In uano. Gallic. En uain. Hispanicè, En uano. Germanicè, Vergebens.] tractum à cassibus, ut ait Seruius. Sallust. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quintiū, uidistis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitentur: quæ profectò incassum agerentur, si prius quàm uos seruiendi, finem illi dominationis faceret. Virgilius septimo Aeneid. Turne tot incassum fusos peritúre labores: Incassum tela iactare, Liuius decimo ab Vrbe, Ignis incassum furit, Virg. 3. Georg.

Incāstigātus, a, um, Non castigatus, ἀνεπανόρθωτος. [Italic. Non castigato. Gall. Non corrigé. Hispanicè, No castigado ni corregido. Germanicè, Vngestrafft, Vngezüchtiget.] Horatius primo Epistol. decimo, Nec me dimittes incastigatum, ubi plura Cogere, quàm satis est, ac non cessare uidebor.

Incāuo, as, penultima correpta, act. p. Idem quod cauo, excauo, uel effodio, διορύττω, κοιλαίνω. [Itali. Cauare, incauare. Galli. Cauer dedans, creuser. Hispanicè, Cauer à fuera. Germanicè, Einhölen, Hol machen.] Columel. lib. 4. cap. 25. Nam quum in aduersum pressa manu desecare quid debet cultro utitur: quum autem retrahere, ūno: quum alleuare, scalpro, quum incauare, rostro.

Incāutus, ta, tū, Qui sibi cauere nequit, ἀβέλητος, ἄπλαστος. [Ital. Incauto, non auedoto. Gal. Imprudent & negligent. Hispani. No cauto ni astuto. Germanicè, Vnbehütsam, Vnfürsichtig.] Cicero pro Plancio, Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerunt: prouidentem ante, & præuentem nunquam certe mouebunt. Virgilius tertio Georgic. Continuò ferro culpam cum pelle, prius quàm Dira per incautum serpant contagia uulgus. Ouidius quarto de Pon. eleg. 14. Plectat & incauto semper ab ingenio.

Incautè, aduerbium, Improuidè, imprudenter, ἀπροσκόπτως ἁπλῶς. [Itali. Senza accorteza, imprudentemente. Gallic. Par mesgarde, imprudemment. Hispan. No prudentemente, sin cuidado. Germanicè. Vnbehütsamlich, Vnbemerklich.] Cicer. 7. ad Atticum, Nisi ego insanio, stultè omnia & incautè agi iudico. Liu. 4. Vrbe, Primo prælio, quod ab Sempronio incautè imprudenterque commissum est, &c. Legitur & inauctè, inconsultéque. Idem 9. belli Macedonici, Sed dum incautus subit muros, ictus, ex uulnere paucos post dies moritur.

Incedo, dis, penultima producta, cessi, cessum, neutri generis, tertiæ coniugationis. Ingredior, εἰσέρχομαι, seu propriè cum pompa, & quodam fastu, σείω. [Ital. Andare, camminare compostamente. Galli. Se marcher, aller. Hispa. Andar con pompa. Germ. Einhár trárren, dahar gon.] Virg. lib. 1. Aen. Ast ego, quæ diuūm incedo regina, Iouisq; Et soror & coniux. Liu. lib. 1. Ipse ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Senec. Tenero ac molli passu suspendimus gradum, nec ambulamus, sed incedimus. ¶ Aliquando significat simpliciter ire, βαδίζειν. Plaut. in Merc. Flagitiū est, si sequatur, quando incedit per uiam. Idem in Curcul. Cautè ut incedas uia. Liu. li. 7. bell. Pun. Secundi, Cū ignis prima luce motis, segniter agmen incederet.

Incessus, sus, masc. q. βάδισμα, βάδισις. [Itali. Camino con grauità. Galli. Allure auec gravité, marchement. Hispani. Andadura con pompa. Germ. Der gang, das einhár trátten.] Valla, Incedere est ambulare: unde incessus siue tardus, siue festinus, siue commotus, incompositus, immoderatusque: propriè tamen sublimior quidam, & fastum præ se ferens. Cic. 2. de Fin. Quòd si uultum, si incessum fingeres, quo grauior uideretur, non esses tui similis. Virg. 1. Aene. Et uera incessu patuit dea. ¶ Accipitur tamen quandoque pro quouis gressu, siue hominum, siue aliorum animalium. Plin. li. 10. ca. 38. Incessus omnibus animalibus certus, & uniusmodi, & in suo cuiq; genere.

Incesso, is, ssi, uel ii, act. 1. à supino uerbi incedo formatum, idem ferè significans quod lacesso, uel conuitiis infector, προκαλέομαι. [Ital. Molestare, prouocare. Gall. Venir sus, assaillir, molester, vexer. Hispa. Enojar, desafiar al enemigo. Germani. Anfallen, anreitzen mit lesterworten.] Lactant. lib. 1. Quid ergo te magistra illa uitæ docuit an ut potentissimum Consulem maledictis incesseres? Quintilian. libro 7. capite 1. Satius est omni se antea actæ uitæ abstinere consilio, quàm aut lebibus, aut frivolis, aut manifesto falsis reū incessere, hoc est lacerare uel accusare maledictis βλασφημέω. ¶ Dicimus etiam, Incessit me cupiditas, uel incessit mihi cupiditas, pro eo quod est inuasit, uel cepit me cupiditas. Sunt tamen qui in hac significatione uelint esse præteritum à uerbo incedo: quibus non facilè assentior, eo quòd in præsenti, aut futuro, aliisúe temporibus in quibus incedo distinguí potest ab incesso diuersitate scripturæ, nō uidetur incedo in hac significatione. Non enim dicimus, Incedit me cupiditas, uel incedet. Verisimilius itaque uidetur præteritum incessit, in hac significatione esse ab incesso. Liuius libro primo, Timor deinde patres incessit, ne ciuitatem sine imperio uis aliqua externa adoriretur. Et iterum, Perfectis patris mandatis, cupido incessit animos iuuenum sciscitandi ad quem eorum regnum Romanum esset uenturum. Valerius Maximus dativo iūxit, Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Terent. in Adelph. coniunxit cum accusativo, mediante in, Nona, inquit, nūc religio in te Istæc incessit? ¶ Aliquando ponitur sine dativo uel accusativo expresso, & significat ingruo, ἐπιβάλλω. Colum. libro secundo, capite uigesimoprimo, Si uerò procellæ uenturum, aut turbines incesserint, maior pars ad terram defluit. Idem cum dativo posuit, Famem quoq; si sterilitas annorum incessit hominibus, commodè propulsat. ¶ Interdum significat ingredior. Idem lib. 3. Et cum autumnus incesserit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet.

Incelebris, bre, penul. corr. Non celebre, ἀδόκιμος, ἄσημος. [Ital. Non celebre, non celebrato. Galli. Incognu, sans renom. Hispanicè, No famoso, no diuulgato. Germanicè, Vnberümpt.] ut, Vallis incelebris apud Silium libro octauo.

Incendo, dis, a. t. Inflammo, ἐμπυρίζω, ἐμπρήθω, κατακαίω. [Itali Inflamare, abbruciare. Galli. Faire brusler, mettre le feu allumer. Hispani. Encender. Germanicè, Anzünden.] Plaut. in Menæ. Sternite lectos, incendite odores. Cicer. 7. Verr. Inflammari nauem, incendiq; iussit. ¶ Hinc per translationem dicimus, Incendere aliquem ira, uel amore, hoc est ad amandum, uel irascendum inducere. Plaut. in Asin. Sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit.

Incensio, onis, fœmin. gener. tert. declinat. Inflammatio, ἔμπρησις, πυρπόλησις. [Ital. Abbraggiamento di fuoco. Gallicè, Embrasement, bruslement. Hispanicè, Encendimiento. Germanicè, Anzündung.] Cic. pro P. Sylla, Incensione urbem, internecione ciues, uastitate Italiam, interitu Rempublicam liberauit.

Incendium, dii, n. s. Inflammatio, ἔμπρησις, ἐμπύρωσις. [Italicè, In-

licè, Incendio, abbruſciamento. Gallic. Embraſement de feu, un grand feu bruslant une maiſon ou autre choſe. Hiſpanicè, El huego quando algo ſe enciende. Germani. Ein Brunſt.] Plinius libro duodecimo, capite decimonono, Donec id delubrum incendio conſumptum eſt. ¶ Per metaphoram etiam accipitur pro uehementia amoris. Plaut. in Aſin. Nam ni impetro, regem perdidi: ex amore tantum eſt homini incendium.

Incendiarius, rii, m.ſ. Qui tectis, ædificiiſue ignē iniicit, πυρ ἀπολλύς. [Ital. Incendiario. Gall. Boutefeu. Hiſpa. El que pone huego por hazer danno. Germanic. Ein Brenner.] Quintilia. Declam. 9. Morabar inter ſacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus una laus eſt) homicidas, incluſus turpiore cuſtodia. Vtuntur etiam hac uoce Suetonius in Vitellio, & Tacitus libro decimoquinto. ¶ Incendiaria, anus quædam infauſta, alio nomine Spinturnix dicta: cuius conſpectus tam inauſpicatus habebatur, ut eam ſolam obuiam, urbem ſæpius luſtratam fuiſſe, memoriæ proditum ſit. Quidam incendiariam auem eſſe uolunt, quæcunque apparuerit ex aris uel altaribus carbonem auferens. Vide Plin. libro decimo, capite decimotertio.

Incenſe, lege Thymiamata.

Incentio, Incentiuus, Vide Incino.

Incenſus, a, um, Qui non eſt cenſus, hoc eſt qui cenſum ſuum non eſt profeſſus: quod criminis grauiſſimi loco habebatur apud Romanos, adeò ut qui cenſum non eſſet profeſſus, libertate ſpoliaretur, ἀτιμῶ. Cicer. pro Cecin. Si pater uendidit eam, quem in ſuam poteſtatem ſuſceperat, ex poteſtate dimittit. Iam populus quum eum uendidit qui miles factus non eſt, non adimit ei libertatem, ſed indicat eum non eſſe liberum, qui ut liber ſit, adire periculum noluit. Quum autem incenſum uendidit, hoc indicat quum ij qui in ſeruitute iuſta fuerunt, cenſu liberentur, eum qui quum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe.

Inceptio, Inceptо, Inceptor, Vide Incipio.

Incerno, nis, neu. t. Compoſitum à Cerno, ſignificat cribro, διακλύω, ἀποκρίνω, σηθῶ, διαττῶ. [Ital. Criuellare, cernere. Gall. Cribler, faſſer, bluter ou tamiſer. Hiſpanicè. Cerner como harina. Germanicè, Vber etwas räden oder beutlen] Cato de Re ruſt. capite quadrageſimooctauo. Tum ſemen ſerito cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Vnde Incerniculum, cribri genus quofrumenta purgantur. Vitru. Superfricaturam, Iæuigationibus & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.

Incerniculum, lii, neutri generis, ſecundæ declinationis, Eſt inſtrumentum quo frumenta purgantur antequam molantur, πτιλία. [Itali. Criuello, tamiſo. Galli. Vn crible, faſſeu bluteau. Hiſpanicè, Cedaço para cerner harina. Germanicè. Ein Beutel oder Rennlen.] Plinius libro octauo, capite 44. Decretum fecere, quo cauerentur ne frumentarii negotiatores ab inceruicolis eum arcerent. Cato de Re ruſtic. cap. 3. Cribrum unum, inceruiculum unum, ſecurim unam, ſcamnum unum.

Incero, as, penultima producta, act. p. Aliquid cera tegere, λιπαίνω. [Ital. Incerare. Gall. Encirer, couurir ou eudoire de cire. Hiſpanicè, Encerar cubriendo de cera. Germanicè, Verwichſen.] Iuuen. Satyr. decimo, -genua incerate deorum.

Incertus, a, um. Dubius, ἄδηλος, ἄπορος. [Ital. Dubbio, incerto. Gall. Incertain, dobteux. Hiſpanicè, Dudoſo, no cierto. Germanicè, Vngewiß.] Plautus in Pſend. Certa amittimus, quum incerta petimus. Terent. in Heaut. Domum reuertor mœſtus, atque animo ferè Perturbato, atque incerto præ ægritudine. Incertum uulgus, hoc eſt, non ſibi conſtans. Cicer. pro L. Murena, Nihil eſt incertius uulgo, nihil obſcurius uoluntate hominum, nihil faliacius ratione tota comitiorum.

Incerto, as, act. p. Incertum, ſeu dubium reddo, ἀδηλέω, ἀπορέω, ἀμηχανίαν παρέχω. [Ital. Far dubbio. Gall. Faire ou rendre incertain. Hiſpanicè, Hazer dudoſo y no cierto. Germanicè, Vngewiß machen.] Plautus in Epid. Longa dies meum incertat animum. Verbum eſt deriuatum à nomine incertus.

Inceſſo, Inceſſus. Vide Incedo.

Inceſtus, ſtus, & Inceſtum, ſti, ἀνίερος μίξις βδελυρὰ. ἀνόσιος μῶ μιαρός. [Ital. Inceſto, congiontione carnale illecita, come tra parenti. Gall. Inceſte, cognoiſſance ou aſſemblee charnelle illicite, comme auec parentes. Hiſp. Ayuntamiento con parienta. German. Ein blůtſchand.] Dicitur flagitium quod committitur cum ea cum qua alioqui non erat futurum legitimum matrimonium, ut cum matre, ſorore, ſacris uirginibus, aut ſimilibus: ita dictum (ut Nonius putat) quaſi nō caſtum. Alii Inceſtum deducunt à ceſto Veneris cingulo, quo amor martialis in legitimis nuptiis conciliari putabatur: ut Inceſtus dicatur concubitus illegitimus, cui cingulum illud, inſtarum nuptiarum inſigne, nō adhibetur. Papinianus l. Si adulterium ff. ad legem Iuliam, de adult. Inceſtum autem quod per illicitam matrimonii coniunctionem admittitur, excuſari ſolet uel ſexu, uel ætate, uel etiam puniendi correctione, quæ bona fide interuenit. Cic. 4. Tuſcul. Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla uehementior: ut ſi iam ipſa illa accuſare nolis, ſtupra dico & corruptelas, & adulteria, inceſta denique, quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo. Seruius in illud 6. Aen. Toramq; inceſtat funere claſſem, Inceſtum interpretatur quamcunq; pollutionem.

Inceſtus, ſta, ſtum. Idem eſt quod polutus, μιαρός [Ital. Macciato, violato. Gall. Pollu, ſouillé. Hiſpan. Enſuziado. Germ. Mit blůtſchand beflecket.] Properr. lib. 3. eleg. 11. Scilicet inceſti meretrix regina Canopi. Cic. pro domo ſua. Iſtius qui non ſolùm aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio, & ſtupro polluit cæremonias, &c.

Inceſtè, aduerbium, Fœdè, turpiter, ἀσελγῶς, βδελυρῶς. [Ital. Con tale ſpurcitia carnale. Gall. Par uilaine, infame & illicite paillardiſe. Hiſpani. Con ayuntamiento con parienta. Germ. Schandtlichen.] Cic pro Cælio, Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceſtè uterere.

Inceſto, as, act. p. Polluo, μιαίνω. [Ital. Macciare, violare. Gallic. Polluer corrompre. Hiſpanic. Enſuziar, violar. Germanic. Ein blůtſchand begehn, beflecken.] Sueton. in Tiberio, capite quadrageſimotertio, Triplici ſerie connexi, inuicem inceſtarent ſe coram illo. Tacit. libro 5. Poſt quos Sextus Marius Hiſpaniarum ditiſſimus defertur, inceſtaſſe filiam, & ſaxo Tarpeio deiicitur. Virg. 6. Aeneid. Totamq; inceſtat funere claſſem.

Inceſtuoſus, maſcul. gener. ſecund. declin. Qui inceſtum commiſit, hoc eſt qui inconceſſo concubitu ſe polluerit: cuiuſmodi ſunt qui aut cum ſanguine iunctis, aut Deo dicatis uirginibus ſeſe commiſceant.

Inceſtificus, a, um, φθοροποιὸς, φθορεὺς. [Itali. Chi corrompe parenti. Galli. Corrompeur de femmes ſes parentes. Hiſpa. El que comete pecado de ayuntamiento con pariētes. Germanicè, Der ein blůtſchand begadt oder begangen hat.] Sen. Thyeſte, -ego caſtam manum Nefandus, inceſtificus, execrabilis Attrecto.

Inchoo, as, a. p. A nomine Chaos, ut autor eſt Feſtus, eo quòd Heſiodus omnium rerum initium dixerit eſſe chaos, ἄρχομαι. [Ital. Cominciar, dar principio. Gal. Commencer, encommencer. Hiſpanic. Començar. Germanicè, Anheben, anfahen.] Eſt autem inchoare idem quod incipere. Virgil. 3. Georg. Te ſine nil altum mens inchoat. Cicer. de Clar. Orat. Meos libros quos expectas, inchoaui, ſed conficere non poſſum his diebus. ¶ Quandóq; perficere, τελεῖν. Virgil. 6. Aeneid. Tunc Stygio regi nocturnas inchoat aras. Vbi Seruius. Inchoat, perficit: & eſt uerbum ſacrorum. ¶ Idem Seruius in illud 3. Georgic. Te ſine nil altum mens inchoat author eſt, antiquos olim ſcripſiſſe Incoho, aſpiratione interpoſita inter duas uocales, quòd putarent nullum uerbum eſſe Latinum quod ante o finale haberet alterum o: quod tamen hodie uidemus in uerbo Boo, & compoſito Reboo. In ſecunda autem ſyllaba uerbi Inchoo nullam ſcribebant aſpirationem, quòd tres tantum putarent eſſe uoces Latinas quę poſt c literam aſpirationem reciperent, ſepulchrum, orchus, & pulcher: ex quibus, inquit Seruius, pulcher tantùm hodie recipit aſpirationem. ¶ Martianus capella neutrum protulit, quū ait, India ab Emodis montibus inchoat.

Inchoatus, imperfectus, antitheton, perfectus. Cicero de Orator.

Inchoatiua uerba, A Priſciano appellantur quæ à uerbis ſectæ potiſſimum coniugationis, aut à nominibus quibuſdam adiectiuis deducta, in eo ſyllabam definunt: cuiuſmodi ſunt caleſco, & frigeſco, à calco, & frigeo: item mitеſco, dulceſco, ſterileſco, à nominibus adiectiuis mitis, dulcis,

& ſterilis deducta, ἀρχὴν ῥίμματα. Huius generis autem uerba Priſcianus Inchoatiua appellauit, quòd putauerit per ea ſignificari inchoationem actionum quæ per uerba primitiua denotantur. Quem ob id non immeritò reprehendit Valla lib. 1. Elegantiarum, docens ea augmentatiua potius appellanda, quum incrementorum potius imporrèt, quàm inchoationem. Aliquando tamen comparatiuè, id eſt, maiori cum augmentatione ſumuntur. Ver. Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. Vbi Seruius exponit. Crudeſcere, ualidior fieri. Idem, Aegreſcit & medendo. Exponitur: Inter medendum fit ægrior Et illud Lactantii, Ne ſi noſtra inualuerint, id eſt, inualidiora fiant. Aliquando comparatio appohitur. Teren. in Heaut. Nam mihi quotidie augeſcit magis de filio ægritudo. Verg. lib. 7. Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Quòd autem ſignificent incrementum, interpretum autorumque idoneorum autoritate ſimul & ratione probandum duxi. Nonius in priſcis dictionibus. Albicatur, candicatur, exalbeſcit, purpuraſcit, purpureum fit. Cicer. libro ſecundo Academ. Quid mare? nónne cæruleum? aut eius unda, cum eſt remis pulſa, purpuraſcit? Nigidius: Dicemus quæ ueruſtate deteriora fiunt uetuſcere, inueteraſcere, quæ meliora. Don. in Hecy. Pro Novas qui exactas feci, ut inueteraſcerèt, aut inueteraſcerent, in conſuetudinem uenirent, ſpectarentur, amarentur. Et in Aud. Vah perii, hoc malum integraſcit. Exponitur, integraſcit, quod eſt inſtauratur. Similiter apud Verg. libro 2. Georgic. Aëriaque diſſiliunt uulgò uelleraque rigeſcunt. Seruius, Rigeſcunt, durantur. Feſtus, Remorbeſcat, in morbum recidat. Et Obherbeſcere, herbam increſcere. Cicero libro 4. Tuſcul. Defeſcere, pro decreſcere, exponit. Aut rogandi, Inquit, orandiq; ſunt ſi quam habent uicitè dii uim, differant in tempus, dum deferuefcat ira. Deferueſcere autem, decreſcere ſignificat ardorem animi, inuita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cum illico factus eſſet iratior: Quo te modo (inquit) accepiſſem, niſi iratus eſſem? Idem pro Marcel. Nihil opera & manu factum, quod non aliquando cunctando, & conſumat uetuſtas: at uerò hæc tua iuſtitia & lenitas floreſcit quotidie magis. Quis ibi interpretatur, Floreſcit, pro incipit florida fieri. Cum illud potius uelit, Cæſaris lenitatem, tum quidem floridam, in diesſamen magis ac magis floridam fieri. & quotidie magis ita fiebat, profectò iſta continuatio dierum, dum hoc fieret, iam ab initio rem inchoatam ſemel fuiſſe, non quotidie incipi, apertè demóſtrat. Similiter Terent. in Heaut. Nam mihi quotidie augeſcit magis de filio ægritudo. Cic. etiam in Catone, Ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſe neſcit, nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. Si ætas ſenſim ſeneſcit, aut ſenſim incipit ſemper ſeneſcere Si ita eſt, ergò plus millies iſta inchoatio fit. Et ſic totics deſinet fieri ſenex, quoties ſenſim ſeneſcit, Sed quoniam ab initio, quo cœpi ſenex fieri, nunquam omnino deſiit fieri ſenex, patet quod Seneſco, ſignificat ſenex fio, non, incipio fieri ſenex. Simile eſt illud Lactant libr. 7. Quos autem morbus interimit, ſpiritum diutius exhalant, ut paulatim frigeſcentibus membris anima efflетur. Plinius quoque libro 11. de ortu roſæ, Paulatim (inquit) rubeſcens dehiſcit. Quo pacto Rubeſcens ſignificare poteſt incipiens fieri uel eſſe ruber. ſi paulatim rubeſcit? Nũquid toties incipit eſſe uel fieri rubra, quoties paulatim rubeſcit? Si ita eſt, quod tamen non eſt, toties quoque neceſſe erit eam deſinere fieri uel eſſe rubram, ut poſſit incipere eſſe uel fieri rubra, cum iam mediocriter, uel parum rubra facta ſit. Quapropter in Buc. Eclog. 1. Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus, dicit Seruius, Nemo unam & eandem rem ſæpe inchoat, hoc eſt non dicitur inchoare, quando id proſequendo ſæpe facit. Quod idem Plinius libro 31. oſtendit. In Sicilia quidem circa Meſſanam & Myias, hyeme in totum areſcunt, fontes æſtate exundant. Si in totum hyeme areſcunt, certè non partim ſiccantur, ut inchoatio areſcendi ex parte intelligi poſſit. Præterea ſi iſta uerba inchoationem ſignificarent, quid opus eſſet poëtas, oratores, hiſtoricos, quæ iſtis Cœpi, uel Incipio addere? Non enim putandum eſt tam excellentes uiros temerè ſed conſultò id feciſſe, nullis eos præſertim urgente cauſa. Iungimus autem hæc duo uerba iſtis uerbis in ſco terminatis, ſicut & aliis cum aliquid inchoari ſignificare uolumus, quæ ex hoc potiſſimum inuenta eſſe intelligimus, ut prædictis uerbis, & omnibus aliis iungi poſſent, cũ actus inchoationem deſignari neceſſe foret, quod non fieret, ſi ex ſe inchoationem ſignificarent. Quare Verg. dixit, Si in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. Colum. lib. 7. De elmo tamen anno tempora cauari incipiunt, & ſupercilia nonnunquam caneſcere, & dentes promittere. Et li. 9. Cytiſum cum aridum facere uoles, circa menſem Septemb. ubi ſemen eius grãdeſcere incipiet, cædito, paucisq; horis dum fraceſcat, in ſole habeto. Et libro 12. Oleum ſit optimum ex uaria olius, cum incipit nigreſcere. Iterum ibidem, Atque ubi conualeſcere cœperunt, adiecta incremẽta eorum proſequenda ſunt. Et rurſus: Non autè legendum eſt, quã cum matureſcere cœperit. Cato de Re ruſt. Et ubi primum incipiunt hiſcere, tum legi oportet. Plin. libr. 11. Et cum mella cœperint matureſcere, abigunt eos Idem libro 7. Sumatis colligenda eſt circa Martias Calen. cum flaueſcere incipit. Cæſ. in Com. Cum matureſcere frumenta inciperent. Lact. lib. 4. Cum primùm adoleſcere cœpit Et lib. 7 de Roma loquens. Cum eſſet adoleſcentia eius fine Punici belli terminata, tum demũ confirmatis uiribus cœpiſſe inuenescere. Gellius, Iam enim fama uirtuſque felicitatis Romanæ apud exteras gentes enitеſcere incepta erat. Ci. de Nat. in his animantibus quæ lacte aluuntur omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Et alibi dixit, Orationem ſuam caneſcere cœpiſſe. Salluſt. in Iugur. Sed ubi dies clareſcere cœpit. Idem in Catil. Poſtquam diuitiæ honori eſſe cœpere, & ea gloria, imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere uirtus, paupertas probro haberi, innocentia pro maleuolentia duci cœpit. Hæc extrema à me poſita ſunt, propter nonnullos qui inter doctiſſimos habiti ſunt, afferentes uerba in ſco finita rarò & in licentia Latini ſermonis iũgi cum uerbo incipio: & cum alia permulta reperiantur, quæ permittenda duxi, ne in maius quam par ſit uolumen excreſceret. Quieſcant igitur omnes qui ea uerba inchoatiua appellari uolunt, quando tot & tantorum interpretum atque autorum ſententiis retragari non licet. Formantur hæc uerba ut plurimùm à uerbis neutris, ſecundæ coniugat. à ſecunda perſona, iunctæ eo, ſyllabæ, ut Albeo, albes, albeſco Caleo, cales, caleſco. Quædam tamen ab actiuis, uel neutris tranſitiuis deducuntur, quæ paſſiuam nihilominus ſignificationem innatam habent: ſicut illa quæ à neutris, ſecundæ cõiugationis ſunt, ut Augeſco, ab augeo, Integraſco, ab integro, Saueſco, à Saneo, a in e mutata. Siccеſco, cruеſco, molleſco, marceſco, matureſco, hilareſco, graueſco, grandeſco. Quæ tametſi à nominibus uenire poſſe uideantur, tamen à uerbis eorum uel actiuis, uel neutris tranſitiuis fermè omnia uenire magis credo. Quædã uerò à nominibus formam conuenit, ut Miteſco, duleeſco, crudeſco, ſterileſco, lapideſco, rareſco, crebreſco. Sunt etiam quædam ambigua & uaria, quæ ſignificationem paſſiuam habent innatam, & à neutris ueniunt, & nihilominus etiam actiuam habere reperiuntur: ut Horreſco, Perhorreſco. Virgil. 1. Aeneid. Nec mea meſuram in orſus horreſce futuros. Alia ſunt quæ primitiuorum ſignificationem habentur, Labaſco, extimeſco, permiteſco, abhorreſco, præſentiſco, contimeſco, præſciſco, reſciſco, aſciſco, & conſciſco, & ſi qua ſunt alia. Aliter minantur in ſco, licet non ſint deriuata: ut, Poſco, diſco, gliſco, effuſco, inеſco. Sciendum etiam quòd hæc uerba, de quibus agimus, habent præteritũ perfectum, quamuis multi negent, ſed falluntur: quoniam cum primitiuis eorum aut ea communia habent, aut certè mutuò ab illis accipiunt. Quod Priſcianus in uerbis Aſciſco, & deſciſco non diſſimulauit: Aſciſco, inquit, aſciui, aſcitum: Dediſco, deſcidi, deſcitum. Vbi Linii exemplum ponit. Deſcitum ab Romanis. Poſtea uero ſubdit, Abſciſco, & Deſciſco compoſita ab inchoatiuo. Sciſco habere præterita à primitiuo Scio. Quo in loco Priſcianus malè appellat Sciſco inchoatiuũ, quum tamen inchoatiuum non ſit, neq; habet ſignificationem uerborum in ſco deſinentium. Diomedes quoq; præteritum oſtendit uerbi Adoleſco: Adoleſco (inquit) adolepi facit. Verg. Mox cum matura adoleuerit ætas. Colum. li. 2. Sed hoc idem ſemen in Ciliciæ Syriæq; regionibus ipſe ſui dimenſe Iunio Iulioq; conſeri, & per autumnum quum permaturuit, collegi. A permatureſco eſt, ſignificat enim permaturum factum eſt. Et libr. 10. At circa Calen. Martias locis apricis licet porrum, ſi iam ingranduit transferte. Ab Ingrandeſco eſt, non ab Ingrandeo, quod neſcio ſi inueniatur: nec ſi inueniretur ab eo eſſet, quia ingrãduit, grande factum eſt, ſignificat, non autem grande fuit, quod ſignificaret, ſi ab ingrandeo eſſet, ſed ſenſui non conueniret. Salluſtius, Hi poſtquam conuenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alii alio more uiuentes, incredibili memoratu eſt, quàm facilè coaluerint. Vbi coaluerint eſt à Coaleſco, quod ſignificat concreſco, non à Coalo, cuius

ſignifi-

ſignificatio actiuus repugnaret ſenſui orationis. Lact. libr. 5. Quinimò ſiqua illis fiducia eſt, uel in philoſophia, uel in eloquentia armant ſe, refellant hæc noſtra, ſi poſſunt congrediamur cominus, & ſinguli quęq; diſcutiẽt. Decet eos ſuici pere defenſionem Deorum ſuorum, ne ſi noſtra inualuerit, uti quotidie inualeſcunt, cum delubris ſuis, ac ludibris deſeruntur. Inualuerint, ualidiora fiant, ab inualeſcũt: quoniam ſubditur. Vti quotidie inualeſcunt. Quint. li. 5. Inſtit. Orat. Iam illa flamma quæ magna congerie conualuerat, diductis quibus alebatur. Vbi conualuerat, idem ſignificat quod creuerat, ſiue ualida facta erat, non ualida fuerat: à Conualeſco, non à Conualeo. Peccauit interpres noſtri tẽporis, cum iuquit: Surdaſſet, qui parum audit, hinc obſurdeo. Cic. lib. 4. de Rep. Hoc ſonitu omnes ferè completæ aures hominum obſurduerunt: ſignificat ſurdæ factæ ſunt, ab Obſurdeſco, non autem ſurdæ fuerunt, ab Obſurdeo, quaſi non amplius ſurdæ tunc forent. Hoc modo omnia præterita perfecta eiuſmodi interpretata ſunt. Et ſi ambigua ui debeantur diſquirendum erit, an à primitiuis an derinatiuis ueniant, quod ſignificatio & res de quo tractabitur, cõmouebun. Poſſunt nihilominus ſic diſcerni, ut ſi dicam Canui, pro canus factus ſum, tunc à caneſco erit: ſi uerò dicam, Hæc ueſtis canuit, pro cana fuit, quæ amplius cana non ſit, ut ſi eam pullam feceris, tunc à Canco erit. Similiter, Hæc arbor floruit, ſi de tẽpore quo florida fuit, loquar, tunc à Floreo erit: ſin eam floridam factam eſſe intelligi uolueru, à floreſco ſumetur. Hoc enim florida facta eſt ſignifi catillud uerò florida fuit. De his plura uide apud Vallam libro primo Elegan.

Incido, dis, incidi, inciſum, pen. prod. ex in, & cædo: act. ter. Quod eſt ferio, ſeu ſeco, *διατέμνω, κατατέμνω, ἐγκολάπτω*. [Ital. Tagliare, intagliare. Gal. Entailler, couper, inciſer, trancher, engrauer. Hiſpan. Cortar, entallar, eſculper. Germ. Zuſchneidẽ, einſchneiden.] Virg. 1. Aeneid. Atq; mala uites incidere falce nouellas. Accipitur etiã incido pro inſculpo. Plin. in Paneg. Quod ego titulis omnibus ſpecioſius reor, quando non trabibus, aut ſtatuis nomen tuum, ſed monumentis æternæ laudis inciditur.

Inciſus, ſa, ſum, Quod ſignificat per inciſionem inſcriptum, uel inſculptum, *ἐγκεκολαμμένον*. [Ita. Tagliato, ſcolpito, Galli. Coupé, entaillé, engraué. Hiſpan. Cortado, eſculpido, entallado. Germa. Eingehauwen, eingeſchnitten.] In qua ſignificatione habet poſt ſe datiuum: ut apud Suet. de Claris Grammaticis, In quo faſtos à ſe ordinatos, & marmoreo parieti inciſos publicaret. ¶ Interdum etiam accuſatiuum cum præpoſitione in. Liu. 3. ab Vrbe, Leges in æs inciſas in publico poſuerunt. Nonnunquam etiam ablatiuum cum eadem præpoſitione: quod eſt contra Laurentium Vallam. Cicer. in Orat. de ſignis, Id non modò conſcripſerunt, uerum etiam in ære inciſum tradiderunt. ¶ Inciſum aliquando ſignificat amiſſum, *ἀποκεκομμένον*. Liu. lib. 3. Itaq; ſpe inciſa, prius quàm prædicta dies adeſſet, Appius mortem ſibi conſciuit. ¶ Inciſum Oratores uocant ſenſum, non expleto numero concluſum: quod pleriſq; pars membri eſſe uidetur, *κόμμα*: ut, Domus tibi deerat, at habebas, pecunia ſuperabat, at egebas. Fiunt autem ſingulis uerbis inciſa Cic. in Orat. Quæ neſcio cur quum Græci *κόμματα & κῶλα* nominant, nos non rectè inciſa & membra dicamus.

Inciſio, onis, ſ. c. Eſt actus ipſe incidendi, *διατομή*. [Ital. Taglio. intaglio. Gall. Incision, coupure. Hiſpa. Cortadura, entalladura. Germani. Einſchneydung in ein ding.] Colum. libro tertio, Inſita inciſionem & alligaturam, falce acuta leuiter uitem uulnerato ex utraq; parte, ut his potius plagis humor defluat, quàm ex inciſione abundet. ¶ Inciſio alias in oratione pars membri eſt quod Græci *κόμμα* nominant. Cicero in Orat. In inciſionibus uerò multò magis, & in membris.

Inciſura, ræ, ſ. p. Ipſa inciſio, *διατομή*. [Ital. Taglio, Gall. Coupure, entailleure. Hiſp. Cortadura. Germani. Ein ſchnitt.] Plin. libr. 11. cap. 19. Pili reciſi, non ut herba ab ipſa inciſura augentur, ſed ab radice exeunt. Colum. lib. 12. cap. 14. Tum ſalem inter inciſuras raporum non nimium minutum aſpergito. ¶ Inciſuræ etiam dicuntur in manibus, quæ uulgò lineæ uocantur. Plin. lib. 11. cap. 51. Contrà longæ eſſe uitæ incuruos humeris, & in manu duas inciſuras longas habentes.

Inciſus, us, pen. prod. Idem quod Inciſio. Plin. lib. 16. ca. 11. Fructum quendam proximo anno ab inciſu largiuntur.

Inciſè, aduerbium, Idem quod inciſim, *κατὰ κόμματα*. [Italice. Minutamente, in più parti. Gallic. Par coupures, par morceaux, par pieces. Hiſp. A cortaduras, ò cortando. Germa. Stücklechtig.] Cice. in Orat. Quo autem pacto debeat inciſè, membratimue dici, iam uidemus.

Inciſim, ſignificat per inciſiones, minutatim, *κατὰ κόμματα, ἀποκεκομμένως* [Ital. A tagli. Gall. Par coupures, par inciſions. Hiſpan. A cortaduras, cortando. Germa. Stücklechtig, von ſtuck zů ſtuck.] Cicero in Orat. Hæc quidem duobus pedibus inciſim, deinde membratim dicere ſolebas.

Incidŭus, dua, duum, Quod cadere, uel incidere non licet, *ἄπτωτος*. [Itali. Che non ſi dee tagliare. Gallic. Qu'on ne coupe point, ou qui n'eſt licite de couper. Hiſpanicè, Lo que no ſe deue cortar. Germanicè, Das mann abhauwen darff.] Ouidius ſecundo Faſtor. Monte ſub Exquilio, multis inciduus annis, Iunonis magnæ nomine locus erat. Idem 3. Amor. Eleg. 1. Stat uetus & multos incidua ſylua per annos.

Incido, dis, incidi, penul. correp. n. t. Ex in, & cado: ſupinum facit inceſum, licet parum uſitatum, *ἐμπίπτω*. [Italicè, Accadere, Incorrere. Gallicè, Tomber d'aventure deſſus, choir deſſus ou pres. Hiſpanicè, Caer en algo ò acontecer. Germanicè, Eingefallen.] Omnia enim à cado compoſita proferunt ſupinum cum a, ſicut cado: quæ uerò à cædo pro ferio, mutant e in i, ut inciſum, reciſum. Vnde ab incido, incaſum, incaſurus. Plin. libr. 2. capite 27. Sed ea accidiſſe, non quia hæc facta ſunt, arbitror, uerum hæc ideo facta, quia incaſura erant illa. Eſt autem incidere, proprie idem quod in aliquid, ſeu ſupra aliquid cadere. Liu. libro 2. bel. Pun. ſecundi, Saguntini ruinæ (utinam falſus uates ſim) ueſtris capitibus incident. ¶ Sumitur tamen frequenter incidere pro eo quod eſt caſu incurrere, *περιπίπτειν*: aut de improuiſo labi, præſertim quando conſtruitur cum accuſatiuo mediante in: ut Incidi in latrones, Incidi in errorem. Cicer. Curioni, Quòd in id Reipublicę tempus non incideris, ſed ueneris. Incidere ergo, caſu uenire eſt: uenire uerò, certo iudicio, & ſententia, & conſultò. Quod ipſe Cicero in eo quod ſequitur declarat, Iudicio enim tuo, non caſu in ipſum diſcrimen rerum contuliſti Tribunatum tuum. Iungitur quandoque cum dativo: ut Mihi incidit ſuſpicio. Quandoque abſolutè ponitur: ut, Incidunt ſæpe multæ cauſæ: Obiurgationes incidunt neceſſariæ: & Incidit de uxoribus mentio. Item, Incidit quæſtio, Aliud ex alio incidit, in quibus tamen intelligitur datiuus, ſimiliterque exponuntur actiui datiuum haberent: ut, Incidit mentio, hoc eſt caſu nobis euenit ut de ea re faceremus mentionem.

Inciens dicitur propinqua partui, quòd fœtus eius incitetus. Feſtus.

Incile, huius incilis, *διώρυξ*. [Italicè. Canale, condutto, canone per condur uia l'acqua. Gall. Vne trenchée, foſſe, canal ou conduit, par lequel on fait couler l'eau en quelque lieu. Hiſpanicè, El cauze del molino ò acequia para regar. Germanicè, Eingehauwen gräblin oder Kánel dadurch mann das waſſer auſs einem Fluſs an ein ohrt hin leitet.] Teſte Vlp. l. 1. ff. de Riuis, eſt locus depreſſus ad latos flumenis: ex eo dictus, quòd incidatur. Scinditur enim lapis uel terra, unde primùm aqua ex flumine agi poſſit, quemadmodum in piſtrinis frumentariis uidemus. Quod autem ad incile opponitur aquæ derinandæ, compellendæue ex flumine cauſa (quod uulgò Clauſa dicitur) fuci id ligneum ſiue lapideum, ſiue ex qualibet alia materia, ad continendam tranſmittendamque aquam excogitatum. Latinè (Vlpiano teſte) ſeptum dicitur. ¶ Item incile dicitur locus per quem primùm deducitur et quocunque riuo aqua, irrigandi cauſa. Apud Feſtum pro eodem in plurali numero legimus incilias, ſiqua tamen fides haberi debeat libro à ſciolo quodam tam fœdè contaminato. Ego certè incili legendum puto.

Inciles, inquit Feſtus, canales ſunt, in quos aqua confluit in uilis lapide ſtratis: ab eliciendo dicti. Sic enim habẽt omnia exemplaria. Quo tamen in loco non inciles, ſed Inlices, ſine illices legendum eſt.

Incilo, las. penultima producta, Increpo, uel improbo, *ὑπερκαλέω, ψέγω*. [Italicè, Riprendere. Gallicè. Reprendre. Hiſpanicè, Reprehender. Germanicè, Schelten, Verwerffen.] Plautus, Melius tamen eſt ira uincere, nequit

noſtra incitet facta. Lucr. lib. 3. Iure (ut opinor) egat, iure increpet, incitetq.

Incingo, n. t. Idem quod cingo, & circumligo, περιζώννυμι. [Ital. Cignere. Gall. Ceindre, environner. Hiſpani. Ceñir. Germani. Vmbgürten, Eingürten, Vmbgeben. [Liu. 8. ab Vrbe, Ipſe incinctus cincto Gabino, armatus in equum inſilnit, ac ſe in medios hoſtes immiſit. Virg. 7 Aen. Pampineaſque gerunt incincti pellibus haſtas Ouid. 3. Amo. Eleg. 7. Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes?

Inciuo, nis, penult. correp. act. t. Cum quadam modulatione cano, ἐπᾴδω. [Ital. Cantar per ragione. Gall. Chanter, ſoit par voix ou par inſtrumens. Hiſpani. Cantar pàra incitar y con tazon. Germanicè. Singen auff einem Seitenſpiel ſchlahen.] Gellius libro quarto, cap. 13. Creditum eſt hoc à pleriſque. Iſchiaci, quum maxim è dolerent, tum ſi modulis leuibus tibicen incinat, minui dolores. Propertius, ſeu uarios inciuit ore modos. Gell. libro primo, capite 11 Et frequentamenta quædam uaria tibicen inciueret. ¶ Hinc fit frequentatiuum Incanto, tas, de quo ſuprà: & Incantio, de quo mox.

Incentio, nis, fœm. tert. Cantio, ſeu cantilena, ἐπῳδή [Ital. Canzone. Gall. Chanſon. Hiſpanicè, Cancion. Germanicè, Ein geſang.] Gellius libro quarto, capite 13. docet plurimos hominum morbis medicinam fuiſſe incẽtiones tibiarum. ¶ Incentio, Incantamentorum quod uocis modulatione fiebat. Gell. li. 16. cap. 11. Vt ſerpentum uirulentorum dimitores ſint, & incentionibus, herbarumq; ſuccis faciant medelarum miracula.

Incentiuus, ua, uum, ἐπαυλητικός: ut Tibia incentiua, apud Varronem quæ à dextra canit: ſicut Succentiua, quæ à ſiniſtra ſuccinit. Verba Varronis ſunt hæc, lib. 1 de Re ruſt. cap. 2. Et ut dextra tibia alia, quàm ſiniſtra, ita ut tamen ſit quo dammodo coniuncta: quòd eſt altera eiuſdem carminis modorum incentiua, altera ſuccentiua. ¶ Accipitur etiam incentiuum pro incentatiuo, ſiue irritatiuo, propterea quòd milites incentione tubarum ad bellum ſolent incitari, παροξυντικόν. Plinius in Paneg. Non tubæ ſolùm ſed etiam Spartanæ tibix incentiuum aliquid ferunt habuiſſe.

Incipio, pis, penultima correpta, ex in, & capio, act. ter. Signi ficat inchoo, ἄρχομαι, ἐπιχείρω. [Italicè. Cominciare, incominciare. Gallicè. Commencer, encommencer. Hiſpanicè, Començar. Germanicè. Anfahen, anheben.] Terent. in Adelph. Perii hercle: hæc ſpe illi hoc inceperunt Cõtinogitur cũ uerbo infinito: ut, incipio timere Deum, tu incipis eſſe probus, ille incipit docerè à præceptore, illum incipit tædere laboris. Poteſt tamen eſſe ſine infinito. Plau. in Capt. Quamdiu id factum eſt? S. T. hic annus incipit uigeſimus. ¶ Aliquando cum ablatiuo ponitur, cum præpoſitione à. Plin. libro 14. Vnde autẽ potius incipiemus, quàm à uitibus?

Inceprom. pri. neutr. ſecund. Inſtitutum, principium, ἀρχή. [Italicè, Commiciamento, principio. Gallicè. Commencement, encommencement. Hiſpanicè, Comienço. Germanicè, Ein anfang furnemmung.] Cic. in. Catil. Cuius ego ſi non modò factum, ſed inceptũ ullum, conatumúe contra patriam deprehendero.

Inceptor, oris, m. t. Qui incipit, ἐξάρχων, ἐπιβαλλόμενος. [Itali. Chi commincia ò uero chi ha comminciato qualche coſa. Gall. Entrepreneur, celuy qui cõmence ou commencé. Hiſp. El que comiença alguna coſa. Germ. Ein anfaher, anheber.] Terent. in Eunu. O Parmeno, ô meatũ uoluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector.

Incẽptio, onis, fœmin. tert. Principium, ἀπαρχή, ἐπιβολή. [Italicè. Commiciamento. Gallicè, Commencement. Hiſpanicè. Comiençio. Germanicè, Anfahung oder Anfang.] Terent. in Andr. Nam inceptio eſt amentium, non amantium.

Incepto, as, frequentatiuum, ἐπιχειρῶ. ἐπιβάλλω. [Itali. Incominciare. Gallicè, Encommencer. Hiſpanicè, Començar. Germanicè, Embũg anfahen.] Plaut. in Amphitrion. Quæſque incepiſtis res, quæſque inceptabitis. Terent. in Heaut. Vah, uideo quod inceptet facinus. Gell. lib. 1. cap. 11. Tibicines inter exercitum poſiti canere inceptabant.

Inciſe. Inciſim, Inciſio, Inciſum, Inciſura, Vide Incido, penult. product.

Incita, tæ, penultima correpta, Paupertas, & indigitas, ἀπορία. [Italicè, Poverta. Gal. Poureté. Hiſp. Pobreza, Germ. Armůt.] Plaut. in Trinum. Hic cuius eſtuat ad incitas redactus. Idem in Pœnulo. -tace modò: Profectò ad incitas lenonem rediget, ſi has abduxerit.

Incitega, penult. prod. Pro machinula, in qua amphora aini conſtituebatur: unde ſubinde uina in conuiuia ſubminiſtrarent. Feſtus.

Incito, as, pen. corr. ab in, & cito, act. p. quod eſt frequentatiuum à cieo, περικαλεῖσθαι, ἐκ παρορμᾶν, προτρέπειν, ἐπάγειν. [Itali. Incitare, prouocare. Galli. Inciter, prouoquer Hiſp. Incitar, mouer. Germani. Bewegen, anreitzen, antreiben.] Vnde & pro irritare, & prouocare ſumitur. Cæſar 3. bel. Gal. Sed multa tamen Cæſarem ad bellum incitabant. Plin. li. 10. ca. 7. Nec ulla res maiorem in cibis ſuidem incitat, inhibetq; eandem. Treb. ad Cice. li. 12. Epiſt. Ne putes in Aſia feriatum illum ab his ſtudiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum.

Incitatus, participium, ἐκκινθείς, παροξυνθείς. [Itali. Incitato, ſmoſſo. Gall. Incité, eſmeu, prouoqué. Hiſpanicè, Incitado, mouido. Germanicè, Bewegt, angereitzt.] Ut, Incitatus ira, aut aliqua perturbatione. Cicero 1. Offic. Itacundia incitatus populus, Idem lib. 4. Academ. Et tamen iſti phyſici rarò admodum, quum hærent aliquo loco, exclamant, quaſi mente incitati. ¶ Incitatum, pro uehementi, nomen ex participio. Cic. in Bruto, Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idem in Som. Scip. Hic uerò tantus eſt totius mundi incitatiſſima conuerſione ſonitus, ut eum ea res hominum capere non poſſint.

Incitatio, onis, fœm. tert. Inſtigatio, commotio, ὁρμητήριον, παρόρμησις. [Ital. Incitamento. Gall. Voideur, uiſteſſe, inſtigation Hiſpanicè, Incitamiento. German. Bewegung, anreitzung.] Cic. 2. de Orato Languentis populi incitatio, & effræuati moderatio. Idem 1. de Orat. Sic euolauit oratio, ut eius uim atq; incitationẽ aſpexerim, ueſtigia ingreſſumq; uix uiderim.

Incitatè, aduerbium, ὁρμητικῶς, σπουδαίως. [Itali. Incitatamente. Gall. De grande roideur, uiſtement. Hiſp. Incitadamente. Germ. Strengklich.] Cic. 2. ad Attic. Quas Numeſtio literas dedi, ſic te his euocabam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri poſſet.

Incitabulum, li, neut. ſ. Incitamen, inis, & Incitamentum, ti, Idem ſignificant, ἐνανσμα, ἐρεθίσμιον [Italicè, Incitamẽto. Gall. Incitement, eſguillon. Hiſpa Incitamento. Germ. Anreitzung, Tryb.] Gell. libro 17. capite 9. Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii, uirtutisq; Cice. pro Archia, Hoc maximum & periculorum incitamentum eſt, & laborum.

Incitamentum eſt, quod commouet, incitat, & accendit ad aliquid faciendum, mutamentum, illecebra.

Incitus, uerbale, pro incitatione, παρόρμησις. Plin. lib 2 capite 41. Qui ſiue aſſiduo mundi incitu & cõtrario ſiderum occurſu, naſcuntur, ſiue hic eſt ille generabilis rerũ: naturæ ſpiritus, &c.

Incitus, παρόρμητος, Compoſitum ex In & Citus, Idẽ quod uelox & celer [Ital. Veloce, ſmoſſo. Gall. Leger, eſmeu Hiſpanicè, Incitado, legero. Germanicè, Schnell durch anreitzung.] Cicer. de Natura deorũ. Sicut inciti alacres roſtris perfremunt Delphini. Ex Accio. Lucre. l. 6. -ualidi uis incita uenti.

Inciuilia, uerba, Appellat Gellius petulantiora, nihil prorſus habentia ciuilis modeſtiæ, σπουδῆς.

Inclamo, as, pen. prod. neut pri. Eſt clamore obiurgare, ὀνειδίζειν. [Ital. Riprendre gridando, ſgridare. Gall. Vocher, appeler à haute uoix. Hiſpan. Reprehender con grito, dar grandes uozes. German. Beſchreyen, mit ſchreyen ein beſchelten.] Plaut. in Aſin. Nimis ægrè riſum continui, ubi hoſpitem inclamauit, qui ſe abſente mihi fidẽ habere noluiſſet. Idem in Sticho, Tuos inclama, qui delinquunt. ¶ Aliquando accipitur pro intrò uocare. Ouid. libro 2. Faſtorum. Fit ſonus, inclamat comites, & lumina poſcit. Valerius Maxim. libro primo, Perterritus deinde tam tetro uiſu & nomine horrendo, ſernos inclamauit, ſciſcitatusq; eſt, ſiquem talis habitus aut intrantem cubiculum, aut exeuntem uidiſſent.

Inclamito, as, are, frequentatiuum, ἐπιβοᾶσθαι. [Italicè Chiamar ſpeſſo. Gallicè, Souvent hucher. Hiſpanicè, Llamar muchas uezes. Germanicè, Vñt beſchreyen.] Plautus

Epid.

Epid. Etiam inclamitor quaſi ſernus.

Inclārēo, es, n. ſ. uel Inclareſco, is, inclarui, n. t. Clarum fieri, manifeſtum, & notum, *ἐπιφάνομαι, διαφαμίζομαι.* [Ital. Diuenir chiaro, noto, manifeſto. Gallic. Deuenir clair, uenir en bruit. Hiſp. Aclararſe, hazerſe claro y manifeſto. Germanicè, Erleucht werden, vermũpt oder vernampt werden.] Plinius libro trigeſimoquinto, capite 11. Inclaruit maxime diſcipulo Nicea Athenienſi, qui diligentiſſimè mulieres pinxit.

Inclēmēns, tis, om. t. Durus & aſper, contrarium clementi, *ἀπηνής.* [Ital. Duro, aſpro. Gal. Sans clemence, rigoureux, impitoyable. Hiſpanicè, No miſericordioſo, aſpero. Germanicè, Vnmilt, Rauch, Vnbarmhertzig.] Liu. 8. ab Vrbe, Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

Inclēmēnter, Durè, aſperè, *ἀπηνῶς, ἀνηκέστως.* [Itali. Dura mente, aſpramente. Gall. Rigoureuſement, ſans clemence. Hiſpan. No miſericordioſamente. Germa. Vnmiltiglich, mit reũche vnd ſtrenge.] Plaut. in Amph. Iterum hic iam in me inclementer dicit, atq; id ſine malo. Liu. li. 3. Quæſo, inquit, Appi, primum ignoſce patrio dolori, ſiquid inclementius in te ſum inuectus.

Inclementia, tiæ, fœmin. prim. Duritas, *ἀπήνεια, ἀνηκεστία.* [Italicè, Aſprezza, durezza. Galli. Rigueur, rudeſſe. Hiſpan, Aquella no miſericordia, durezza. Germanicè, Vnmiltigkeit, Reũhe.] Virgilius ſecundo Aeneidos, uerùm inclementia diuûm Has euertit opes. ¶ Huius contrarium eſt Clementia.

Inclino, as, penult. product. act. prim. Inflecto, *διατροπέω, κατακάμπτω, ἐγκλίνω.* [Ital. Chinarſi, inchinare. Gall. Encliner, ſe baiſſer, tourner pers. Hiſpani. Incliner à otro, acoſtarſe, ò abaxarſe. Germani. Biegen, Neigen.] Iuuen. Saty. 9. Atque ipſos etiam inclinare maritos. Liu. 10. belli Macedonici, In præſentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad conſilia belli, ad quæ iam ſua ſponte animum inclinaſſet. Idem 1. ab Vrbe, Vt Hoſtius cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies. Dicitur autem acies inclinari, quum retrocedit, & paulatim in fugam conuertitur.

Inclinātio, onis, fœmin. tert. Inflexio, *ἐγκλισις.* [Itali. Inchinatione. Galli. Inclination, penchement. Hiſpani. Inclinacion. Germanicè, Biegung, Neigung.] Plin. lib. 18. capite 41. de lignorum ſcobem. Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quando Reipub. conſtitutio tenorem ſuum iam non amplius ſeruat, ſed ad mutationem ſpectare uidetur. Cicer. in Philipp. Minimis momentis, P. C. maximæ inclinationes temporum fiunt.

Inclinamẽtum, ti, n. ſ. Pro declinato, uel derivatione, uel terminatione, *ἐγκλισις.* [Itali. Mutatione, derivatione. Galli. Declinaiſon ſoit de noms ou de uerbes. Hiſp. Declinacion de nombres ò uerbos. Germ. Verenderung der ſylbaen an den wörteren.] Gell. li. 4. ca. 9. Hoc inclinamentum ſemper huiuſmodi uerborum, &c.

Inclinatus, us, m. q. Declinatio, *ἐγκλισις.* Gell. li. 3. ca. 12. Neq; aliud eſt, quod ſimili inclinatu dicatur.

Inclūdo, dis, pen. pro. a t. Intus claudo, *διατριβόω, ἐγκλείω.* [Ital. Rinchiudere, ſerrare di dentro. Gall. Enfermer, enclorre. Hiſp. Encerrar, meter ò poner dentro. Germa. Einbeſchlieſſen.] Virg. 2. Aen. Incluſos utero Danaos. Cic. de Senect. Nam dum ſumus incluſi in his compagibus corporis munere quodam neceſſitatis & graui opere perfungimur. Idem de Vniuerſitate, Sed quia nondum omne animal in mundo incluſerat.

Inclūſio, onis, fœmin. tert. *ἐγκλεισις, κατάκλεισις.* [Italicè, Rinchiudimento. Gall. Enfermement. Hiſpan. Encerramiento. Germanicè, Einſchlieſſung.] Cicer. in Varin. M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere uolueras.

Incluſio, fuit genus tunicæ interioris apud Rom. quę & ſubula dicitur. Alexand. ab Alexan.

Inclȳtus, a, um, pen. corr. cum y. Idem eſt quod glorioſus, excellens, atq; inſignis, quiq; ueluti fulgore quodam famæ reſplendet, *ἀοίδιμος, περιβόητος.* [Ital. Inclito, glorioſo, illuſtre. Gall. De grand renom, qui a grand bruit, illuſtre. Hiſpan. Glorioſo, preclaro, famoſo, illuſtre. Germanicè, Vermũpt, Herrlich, Nammhafftig.] Componitur enim ex *κλέος*, & *κλυτὸς*, quod clarum ſignificat, & glorioſum. Virgil. 2. Aeneid. O patria, ô diuûm domus Ilium, & Inclyta bello Mœnia Dardanidûm. Liu. 7. ab Vrbe, Inclyta iuſtitia, religioq; ea tempeſtate Numæ Pompilii erat. Idem 6. bell. Pun. Inclytum diuitiis templum. Sunt qui per i, noſtrum ſcribant, putentq; deriuari *ἀπὸ τῦ κλειτὸς*: quibus tamen reclamat accentus, & quantitatis ratio: quandoquidem ratione diphthongi *ει*, media deberet produci, quæ apud omnes corripitur.

Incoactus, a, um, Pro uoluntario, *ἑκούσιος.* [Ital. Volontario, non ſforzato. Galli. Non contraint, uolontaire. Hiſp. De ſu voluntad, voluntariamente. Germa. Vngezwungen.] Valer. li. 4. c. 7. Incoactam uoluntatem eſſe in amicitiis contrahendis. Senec. Epiſt. 67. Omne honeſtum iniuſſum, incoactumq; eſt, ſyncerum, & nullo malo miſtum.

Incoctilia, Incoctus, Vide Incoquo.

Incumbo, incumbis, incumbere, neutri generis, tertiæ conjugationis, Innitor, inhæreo, ſuper aliquid iaceo. *ἐπικεῖμαι, ἐπερείδω.* [Italicè, Appoggiarſi, dar opera à qualche coſa. Gallicè, Eſtre couché ou appuyé ſur quelq coſe. Hiſpa. Acoſtarſe ſobre alguna coſa, applicarſe à alguna coſa. German. Zuſſ etwas ligen, Sich etwar an lãnen.] Virgilius 8. Aegloga, Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ. Plin. lib. 2. capit. 64. Namq; in illo caua in ſe conuexitas uergit, & cardini ſuo. hoc eſt, terræ undiq; incumbit. Virgilius libro quinto Aeneid. Incubuitq; toto, dixitq; nouiſſima uerba. ¶ Aliquando accipitur pro eo quod eſt obnixè rei alicui operam dare. *σπουδάζειν, ἐπιμελεῖσθαι.* [Germanic. Obligen, Mit fleiß anhalten.] In qua ſignificatione ſæpe da tuo iungitur: ut, Incumbere literarum ſtudiis, Virtuti incumbere. Frequenter etiam accuſatiuo iungitur, mediante ad uel in, ut à Cicerone terè ſemper uſurpatur, Pergite, inquit, adoleſcentes, & in hæc ſtudia, in quibus eſtis, incumbite. Idem Attico libro 1. Quare incumbamus ad illa præclara ſtudia, hoc eſt totis uiribus, omniq; conatu enitamur. Nam cum operi alicui faciundo incumbimus toto pectore, ſignificatur diligentia & conatus. Similiter cum accuratiùs quid mente agimus, incumbo dicimus *ἐνίεμαι.* Cicero pro Pomp. Quare uidete num dubitandum uobis ſit omni ſtudio ad id bellum incumbere. ¶ Plus tamen ineſſe uidetur Accuſatiuo cum In quàm dativo, quaſi ſic inniti uel inſiſtere contra, ſiue Super. In quo deſignatur quid arduum uel mirabile, uel onoroſum, & hoc ex ui præpoſitionis In, accuſatiuo junctæ. Vt Cicero pro Cornelio Balbo, mirabile à ſe factum fuiſſe declarat, cùm ait: Hoc ſiue meum, ſiue Reipublicæ fatum, ut etiam in me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. Onoroſum ſeu arduum, ut idem Cornificio: Te tamen hortor, ut omni cura in Rempublicam incumbas, hoc eſt, ſuſtentandam, ſiue tuendam, quod difficillimum erat. Quare ſi dixero, Incumbo in remos, maior nixus in illos deſignatur, quàm in cumbo remis: ut ſit in remos quaſi totis uiribus, brachiis innitor contrà ſiue ſuper remos. ¶ Aliquando uerò in huiuſmodi forma ſignificat irruere. *ἐγκεῖσθαι, καταφέρεσθαι.* Cicero pro Planco, Portus quàm ab ipſis qui in ipſum incubuerunt te depulſum putas. Quintilianus libro quinto, Et fluctus eſſe cum magnis uentis in mare incubuit. Virgil. tamen Dativo junxit, quando dixit primo libro Aeneidos, Incubuere mari: cùm tamen irruo accuſatiuum poſcat, cum præpoſitione In, Terentius in Adelph. Fores effregit atque in ædes irruit alienas. Incumbo autem ad ſtudia, ſignificat animo & opera intendo, ſiue innitor ad ſtudia, ut Cicero pro Pompeio, Quare uidete, ne dubitandum uobis ſit omni ſtudio ad bellum incumbere. ¶ Aliquando poſt accuſatiuum adhibetur adiectiuum, ut effectus rei quæ deſignatur, demonſtretur: ut idem pro P. Sylla, Neminem eſſe ex illo honoris gradu, qui non omni ſtudio, uirtute, auctoritate incubuerit ad Rempublicam conſeruandam. Si uerò non ponitur adiectiuum, tunc ſubintelligitur: ut, Incumbere ad bellum, ſcilicet ſuſcipiendum, uel gerendum. &, Ad eius perniciem incumbenti, ſubaudi exequendam. ¶ Simile erit, ſi dixero, Remiges incumbunt ad remos, ſubintelligitur emendos, ſi temere uelint: uel habendos ſi prohibeantur, aut detineantur: uel obnixè tenendos, ne ſibi rapiantur, aut è manibus elabantur, & huiſmodi. Licet Valla, In remos, uel ad remos incumbere, dici poſſe neget, ſed remis tantùm. ¶ Eſt præterea quando incumbere ſignificat ſubire, ſiue ſuperuenire, ingruere. *ἐπιβάλλειν* Lactantius libro ſecundo, Si morborum peſtifera uis. Item ſuperiacere. *ἐπίκειμαι.* Virgilius libro quarto Aeneidos, Incubuitq; thoro, dixitq; nouiſſima uerba. Et libro ſeptimo, Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoq; petiuit.

Incunabula, incunabulorum, uide ſuprà in dictione Cunæ.

Incuratus, penultima producta, Adiectiuum. *ἀκήδεστος, ἀθεράπευτος.* [Italic. Non curato, no guarito. Gallic. Negligé, meſpriſé. Hiſpanicè. Hecho ſin cuidado. Germanicè, Vngeheilet, Vnuerſorget.] Horatius libro primo Epiſtol. decimaſeptima, Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Incũria, incuriæ, fœminini generis, primæ declinationis, Negligentia. *ἀμέλεια.* [Italic. Negligenza, poca cura. Gallicè, Negligence, nonchalance. Hiſp. El deſcuido, ò negligencia. Ger. Vnſorgſamkeit, Hinläſſigkeit.] Cic. Atti. Quo magis

utroperanda eſt rei tam neceſſariæ tanta incuria. Incuria, fame, uel morbo conſumi, apud eundem de prouinciis Conſul.

Incurioſus, ſa, ſum, Negligens, curæ uel curioſitatis expers. ἀμελὴς, ἀπερίεργος. [Ital. Negligente, poco curioſo. Gall. Negligent, nonchalant. Hiſp. Deſcuidado y negligente. Germ. Vnſorgſam, Sorgloſs, Hinläſſig.] Apuleius, Incurioſum agnum dixit pro pingui: quòd qui omni prorſus cura ſint liberi, pulcherrimè pinguęſcant.

Incurioſè, penultima producta, Aduerbium. Negligenter. ἀμελῶς, ἀφροντίστως, ἀμελημένως [Ita Negligentemente. Gall Negligemment. Hiſp. Floza y deſcuidadamente. Ger. Vnſorgſam ſlich.] Gell. lib. 2. cap. 6. Reprehendunt quaſi incurioſè & abiectè uerbum poſitum. Agere puerilia incurioſè, Tacit. lib. 17. Incurioſius agere, Taci. lib. 20. Plin. Rebellat ſæpe humor incurioſè datus.

Incurro, incurris, neut. ter. con. Contra aliquem curro, uel incido in rem aliquam. ἐμβάλλω, ἐπιτρέχω. [Ital. Correre contro à qualch' uno, incorrere. Gall. Encourir, courir dedans ou contre. Hiſp. Encontrar con otro, incurrir. Germa. Einlauffen, Anlauffen.] Liu. 1. ab Vrb. Eo prælio præcipua equitum gloria fuit: utrinq; à cornibus poſitos, quum iam pelleretur media peditum ſuorum acies, ita incurriſſe à lateribus ferunt, ut, &c. ¶ Aliquando eſt irruere, aut impetu ferri in aliquem. Sallu. Poſtquam Catilina fuſas copias, ſeq; cum paucis relictum uidet: memor generis atq; priſtinæ dignitatis, per confertiſſimos hoſtes incurrit, ibiq; pugnando confoditur. ¶ Incurrere maleuolentiam uel indignationē alicuius, idem eſt quod ſubire, uel incidere in eius odium, uel indignationem alicuius, idem eſt quod ſubire, uel incidere in eius odium uel indignationem. Lactantius, Aut oblitos eſſe propoſiti uidear, aut loquacitatis crimē incurrā. ¶ Aliquando ſignificat incurſiones facere, agrumq; hoſtilē populari. D. Brut. Cic. Aut Apennino, Alpibusq; ſe teneat, & decurſionibus per equites, quos habet multos, uaſtet ea loca quæ incurret.

Incurſus, ſus, m. q. & Incurſio, fœ. te. id eſt impetus, & acceſſus hoſtilis. ἐπιβολὴ, ἐπιδρομὴ. [Ital. Correrio del ſoldato. Gall. Courſe ſur quelques uns. Hiſp. Corrida de ſoldados. Ger. Ein anlauff, Anrennung.] Colum. Hoſticis incurſionibus uaſtatas fruges. Cæſ. 7. bell. Gall. Quòd à Pirustis finitimam partem prouinciæ incurſionibus uaſtari audiebat. Cic. pro Cecinna, Impetum armati Antiochi, cæterorumq; tela, & incurſus refugit.

Incurſo, as, are, a. p. frequentatiuum, Eſt curriendo petere & offendere. ἐπιτρέχω. [Ital. Correre ſopra alcuno. Galli. Courir ſus, faire courſe. Hiſp. Correr contra algo. Ger. Anrennē, Mit lauffen anfallen.] Plau. Amph. Aſini me mordicibus cindant, boues incurſent cornibus. Idem Aſinar. Vbi uinos homines mortui incurſant boues. Ouid. 2. Metam. atq; ſub æthere fixis Incurſant ſtellis. Tacit. libr. 19. Nutantem aciē victor equitatus incurſat.

Incurſans, tis, particip. προσπίπτων, ἐπιτρέχων. Plin. lib. 11. c. 17. Natura oculos compoſuit lubricos propter incurſantia, & mobiles.

Incūruus, ualde curuus. κυρτὸς, κυφός. [Ital. Torto grandemẽte. Galli. Courbé. Hiſpa. Encoruado hazia baxo. Ger. Gantz krumb.] Terent. in Eunuch. Continuò accurrit ad me, quã longè quidem, incuruus, tremulus, labiis demiſſis. Plinius lib. 11. cap. 52. Ariſtoteles longæ eſſe uitæ ponit incuruos humeris. Incurua carina, Ouidius 15. Meta. Cic. 1. de Diuin. Incuruum & leuiter à ſummo inflexum bacillum.

Incuruo, as. a. p Incuruum facio. κυρτόω. [Ital. Torcere. Gall. Courber, faire courbé. Hiſp. Encoruar otra coſa. Ger. Krũmmen, krumb machen.] Plin. lib. 16. cap. 42. Robur, olea, incuruantur, cedunt q; ponderi. Cic. 2. de Finibus, Incuruatum bacillum. Virgilius quinto libro Aeneidos, Tum ualidis flexos incuruant uiribus arcus. Membra incuruata. Ouid. 6. Metamorph.

Incuruęſco, incuruęſcis, n. t. incuruus fio. κυρτοῦμαι. [Italiè. Diuenir torto. Gall. Se courber & ployer. Hiſpa. Encoruarſe. Germ. Krumb oder gebogen werden.] Cic. lib. 1. Tuſcu. Arbores frondeſcere, ramos baccarum ubertate incuruęſcere.

Incus, incudis, pen. prod. fœm. gen. ter. Inſtrumentum ferreũ eſt, ſuper quod fabri ferrum cudunt. ἄκμων. [Ital. Incude, incugine. Gal. Vn enclome. Hiſp. La yunque. Germa. Ein amboſs.] Plin. lib 33. c. 4. Fit & cura electrum argento additò: quòd ſi quintam portionem exceſſit, incudibus non reſiſtit. Cic. 1. de Natur. deorum, Ex quo efficientur hæ rerum formæ atq; figuræ, quas uos effici poſſe ſine follibus & incudibus non putatis. ¶ Reddere uerſus incudibus, per translationem ſumitur pro emendare & expolire. Horat. in Arte, Et malè tornatos incudi reddere uerſus. ¶ Incus maximè non metuit ſtrepitus, ἄκμων μέγιστος ὑ φοβεῖται τὸν ψόφον. Excelſus animus non commouetur minis, aut fortunæ ſæuientis procellis. ¶ Eandem incudem aſſiduè tundere, dixit Cicero libro ſecundo de Oratore, pro indefatigabili aſſiduitate in operis alicuius ſtudio perſeuerare.

Incūſo, as, a. p. Mores, factumue alicuius reprehendo, idq; cũ querela, quòd officii limites ſit prætergreſſus. κατηγορῶ. [Italicè, Accuſare. Gallicè, Accuſer. Hiſpani. Querer de alguno accuſandolo. Germanicè, Anklagen, Beſchuldigen.] Cæſar primo libro Comment. Omnium ordinum adhibitis ad id conſilium Centurionibus, uehementer eos incuſauit.

Incuſatio, onis, uerbal. f. t. Reprehenſio, querela. κατηγορία. [Ital. Accuſa, beſtemia. Galli. Accuſation, plainte, blaſme, Hiſpa. Querzamiento de alguno accuſandolo. Ger. Ein anklag, beſchuldigung, beſcheltung.] Cic. 3. de Ora. Quorum partim habent uitiorum & peccatorum acrem quendam cum amplificatione incuſationem, aut querelam.

Incūſus, a, um, pen. producta, adiectiuum eſt à uerbo incudo formatum ἐγκόλαπτος. ut, incuſus lapis. apud Virgilium 1. Georg. -lapidemq; reuertens Incuſum, aut æra maſſam picis Verbe reportat. Quem locum exponens Seruius, Incuſum (inquit) lapidem, id eſt, manualem molam, cudendo aſperatam.

Incuſtoditus, a, um, Non cuſtoditus. ἀφύλακτος. [Ital. Senza cuſtodia. Gal. Qui n'eſt point gardé. Hiſ. No guardado. Ger. Vnuerwaret, vnuerhütet.] Ouid. lib. 2. Metamor. Incuſtoditæ Pylios memorantur in agros Proceſſiſſe boues. Idem 1. Triſt. eleg. 5. Vtq; rapax ſtimulante fame, cupidusq; cruoris, Incuſtoditum captat ouile lupus. Martialis libro primo, Incuſtoditis & apertis Lesbia ſemper Liminibus peccat.

Incutio, tis, pe. cor. cuſſi, ſſum, a. t. ex in & quatio, q in c, & a in u mutatis, Ictum infero, impingo, infligo. ἐμφορῶ, ἐντείνω. [Ital. Scuotere, ſquaſſare. Gal. Jetter, contre, ruer & frapper impetueuſement. Hiſp. Sacudir contra otra coſa. Germani. Einſchlahen, Schlahen.] ut, Incutere ſcipionem eburneum in caput alterius, apud Liuium 7. ab Vrbe, Incutere colaphum. Iuuenal. Satyr. 9. Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo. ¶ Per translationem ſumitur pro immittere. ἐμβάλλειν. Virgilius primo libro Aeneidos, Incute uim uentis. Cic. de Vniuerſ. Rurſusq; emergi errorem incutiunt rationem expertibus. Incutere metum, terrorem hoſtibus, apud Liu.

Incuſus, participium, ſiue nomen ex participio. ἔμβλητος, προσβλητὸς. Plinius libro uigeſimoſecundo, capite decimoquarto, Medetur cum mica ſalis, cõtuſis, incuſſisq; inſtis & ſtrumis.

Indago, pen. prod. a. p. Propriè uenatorum uerbum eſt, idem ſignificans quod feras inueſtigare. διερεύνημαι, τὴν ἀκριβεστέραν εἰς περιβάλλω, περιέρχομαι. [Ita. Inueſtigare, cercare. Gal. Cercher à latrace, cercher diligemment, s'enquerir. Hiſp. Buſcar por el raſtro ò piſadas. Germ. Dem geſpor nach ſuchē, erforſchen.] Cic. 2. de Finib. Canis natus ad indagandum. ¶ Per translationem accipitur pro quouis modo inquirere, uel perſcrutari. ἀκριβάζειν. Cic. de optimo gen. dicendi, Aut reprehendet quòd inuſitatas uias indagemus, trita relinquamus. Idem 5. Idem 5. de Fin. Conſideratio, cognitione rerum cæleſtium, & earum quas à natura occultas & latentes indagare ratio poteſt, &c.

Indagatio, f. t. Inquiſitio, perſcrutatio. ἀκριβασμὸς. [Ital. La cerca, il cercamento. Gal. Cerchement, enqueſte, inquiſition. Hiſp. Buſcamiento. Ger. Erforſchung, nachſuchung.] Cic. 1. Offic. Ineſt indagatio & inuentio ueri, eiusq; uirtutis munus eſt proprium.

Indagator, ris, m. t. Venator, inquiſitor. διερευνητὴς. [Itali. Cercatore. Gall. Cercheur, enqueſteur. Hiſp. El que buſca aſſi. Germ. Ein nachſucher.] Colu. lib. 9. c. 8. Sed indagatorẽ cõueniet matutina tempora veſtigandi eligere. Indagator aquarum, Idem lib. 2. c. 2.

Inda-

Indagatrix, cis, f. t. *ἐφευνητικὴ, ἰχνευτικὴ.* [Ital. Cercatrice. Gallic. Cercherelle. La que busca alli. Ger. Ein ſucherin.] Cic. 5. Tuſc. O uitæ philoſophia dux, uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum.

Indaganter, aduerbium *ἐφευνητικῶς.* [Ital. Seguendo la traccia. Gall. En ſuiuant la trace. Hiſp. Raſtreando. Germ. Mit nachſůchen vnd erforſchen.] Columella libro quinto, cap. 1. Boni uenatoris eſt indaganter quamplurimas feras capere.

Indago, ginis, f. c. Series plagarum, quibus ſaltus, ſtabulaq; ferarum cingũtur à uenatoribus, *τοίχωσις, ἀφνευγέτιον.* [Itali. Rete da pigliare le beſtie ſeluatiche. Gall. Toilles ou panneaux, tente de filets tout au tour. Hiſp. La red para tomar beſtias. Germ. Garn ſo die jäger auſſpannen das gewild in die ſelbigen zů herzen.] Virgil. 4. Aeneid. ſaltuſq; indagine cingunt. Lucanus libr. 6. - ſaltus, nemoroſiq; teſqua, Et ſyluas, uaſtaq; indagine claudit. Hic (inquit Budæus) Lucanus per metaphoram indaginem uocauit, foſſam & turrium munitarum ſeriem. Cæſ. 8. bel. Gal. Syluis undiq; impeditiſſimis, aut altiſſimo flumine uel indagine munitum. ¶ Per tranſlationem accipitur pro captionibus, quas quis non facile queat effugere. Tacit. lib. 11. de Seneca. Romæ teſtamenta & orbos uelut ciuis indagine capi. id eſt, captatorem eſſe orborum. ita ut nullus captiones eius euadat. ¶ Item generaliter ſumitur pro quauis indagatione, ſeu inquiſitione. [Ital. La cerca, il cercamento. Gal. Cerchement, enqueſte. Hiſpa. El buſcamiento. Ger. Erforſchung, Nachſůchung.] Plin. lib. 7. c. 49. In qua ſententia fuiſſe Ariſtot. uideo, & ea multis perſuaſiſſe doctrinæ indaginibus.

Inde, aduerbium eſt importans motum de loco, idem ſignificans quod ex eo loco. *ἐκεῖθεν.* [Ital. Indi, de li, di quel luogo. Gall. De la, de celieu la. Hiſp. Deude ò deſde alli adelante. Germ. Von dannen. Dannenhär.] Liuius lib. 1. ab Vrb. Primò in Macedoniam ueniſſe, dein in Siciliam quærẽtem ſedes, delatum. ¶ Aliquando dicitur non de loco, ſed de rebus. Liuius in præfatione, Omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri: inde tibi, rurſq; Reipub. quod imitere, capias. ¶ Aliquando ponitur pro deinde. *ἐντεῦθεν.* Liu. 1. ab Vrb. Crimini maximè dabant, in Nemiteris agros ab his impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu, hoſtilem in modum prædas agere. ¶ Hinc ſunt compoſita, Deinde, exinde, perinde, & proinde, quæ habent accentum in antepenultima.

Indebitus, a, um, Non debitus *ἐν ἀφαλόμῳ.* [Ital. Non douuto. Gall. Indeu, qui n'eſt pas deu. Hiſpa. Coſa no deuida. Germ. Das nicht ſchuldig iſt.] ut, Fletus indebitus. Seneca Her. Oetæo. - indebitos nato quidem Compeſce fletus mater Alcidæ inclyti. Ouid. Epiſt. 15. Præmia magna quidem, ſed non indebita poſco.

Indecens, tis, om. gen. Non decens, turpis, præter decorum, deformis. *ἀπρεπὴς, αἰσχρὸς, ἀπρεπὴς.* [Ital. Non conueneuole, diſconcio, bruto. Gall. Deſſeant. Hiſpa. Coſa fea y ſin gracia. Germ. Vngepürend. vngezimmend.] Martialis libr. 1. Oculoq; ludos ſpectat indecens uno. Seneca de Benef. libro 1. cap. 9. Indecentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium.

Indecenter, aduerbium. *ἀπρεπέτως.* [Ital. Sconueneuolmente. Gall. Mal conuenamment, par meſcance. Hiſpan. Fea y deſgraciadamente. Germ. Vngepürlichen, vnflätiglich.] Plaut. Merc. Nec toleraut, ut æquum eſt, patres: ſed clamãt indecenter obſtrepunt. Martial. lib. 11. Quàm ſit laſca Philænis indecenter, &c.

Indecet, penultima correpta, Verbum eſt in tertiis duntaxat perſonis uſitatum, idem ſignificans quod dedecet, ſiue indecorum eſt, & inconueniens. *ἀπρεπές ἐστι.* [Ital. Non ſi cõuiene. Gall. Il meſſied, & n'eſt pas ſeant ne conuenable. Hiſpan. Es coſa fea y ſin gracia. Germ. Es gezimpt oder gepürt ſich nicht.] Plin. Iun. in Epiſt. Iuuenes adhuc confuſa quædam & quaſi turbata non indecent: ſenibus placida omnia, & ordinata conueniunt.

Indeclinabilis, le, omn. gener. t. Quod declinari non poteſt. *ἀκλιτικὸς.* [Ital. Che non ſi può ſchiffare. Gallic. Qu'on ne peut euiter, qui ne varie point, qui n'eſt point muable. Hiſp. Coſa que no ſe puede apartar, o eſquiuar. Germ. Vnvermeidenlich. Das ſich nicht abwenden oder entſtlichen laſſt.] Gellius libro ſexto, ca. 1. Fatum eſt ſempiterna quædã & indeclinabilis ſeries rerum. Indeclinatus, Ouid. 4. de Ponto.

Hæc tibi, qui perſtas indeclinatus amico, Non eſt quòd linguæ dicta tremente putes.

Indecor, penultima correpta, huius indecoris, etiam penult. correpta, Idem eſt quod indecorus. *ἀσχήμων, ἄσεμνος.* [Ital. Diſhonorato, biaſimato. Gal. Meſſeant, laid, diſhoneſte. Hiſpan. Deshonrado. Germ. Vngeſtalt, vngeſchaffen, Häſslich.] Seruius putat compoſitum eſſe à nomine decor, & penultimam obliquorum naturaliter produci, quamuis à Virgi. aliquot in locis corripiatur, ut lib. 7. Non erimus regno indecores. Idem lib. 11. Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentinis agris, Nec genus indecores. Vbi Ser. ait, Aut ſyſtole eſt, aut certè dicimus nominativum non inueniri, ut in multis nominib. fit. Noni. oſtendit apud antiquos fuiſſe in uſu nominativum indecoris, & hoc indecore, citans illud Accii ex Athamante, Cuius ſit ulta indecoris, mortem fugere corpem haud conuenit. Hodie tamen nominativus non eſt in uſu, ſiue ille fuerit indecor, ſiue indecoris. Verum quæ eſt, penultima obliquorum ſemper corripitur. Quare magis uideri debet compoſitum à decus quàm à decor: ſicut à corpus fiunt compoſita bicorpor & tricorpor: aut certè bicorporis, & tricorporis. Qui quidem nominatiui etiamſi non ſint in uſu, frequenter tamen utimur eorum obliquis.

Indecorus, a, um, penultima producta, Turpe, contrarium decoro. *ἀπρεπὴς.* [Ital. Inconueniente, bruto. Gall. Deshoneſte, vilain, laid, meſſeant. Hiſp. Turpe, indecente. Ger. Vngeſtalt, vnzimmlich, Häſslich.] ut, Indecora laſciuia ludere, Plin. lib. 18. c. 14. Cic. 1. Offic. Et iuſta omnia decora ſunt: iniuſta contrà, ut turpia, ſic indecora. Indecorus quæſtus, Liu. 1. bel. Indecorus uiſus, Plin. lib. 13. c. 18.

Indecorè, aduerbium. Indecenter, turpiter. *ἀπρεπέως.* [Ital. Diſhoneſtamente, brutamente. Gall. Deshonneſtement, vilainement. Hiſp. Fea y deſoneſtamente. Germ. Vngeſchaffenlich. Häſslichen.] Cic. 1. Offic. Caueriq; ne quid indecorè, effœteq; aut faciat, aut cogitet. Ibidem, Et ea ſi non decorè, aut quàm minimè indecorè facere poſſimus.

Indefenſus, Non defenſus, defenſore, patronoue deſtitutus. *ἀνυπεράσπιστος, ἀνυπολόγητος.* [Ital. Non diſeſo. Galli. Qui n'eſt point defendu. Hiſp. No defendido. Germ. Vnbeſchirmbt.] Liu. lib. 4. Suos increpans clara uoce, Hic præbituri (inquit) uos telis hoſtium eſtis indefenſi, inultiq; id eſt, ſine defenſione, ſine uindicta. Plin. lib. 18. c. 7. Indefenſa quippe membranis continentur.

Indefeſſus, a, um, Non fatigabilis. *ἀκάματος.* [Ital. Nõ ſtracco. Gall. Qui ne laſſe point. Hiſp. No canſado. Germ. Das nicht ermüdet wirt.] Ouidius nono Metamorphoſeon, - de feſſa iubendo eſt Saua Iouis coniunx: ego ſum indefeſſus agendo.

Indefinitum, dicimus quod nullis rationibus circumſcriptum eſt. *ἀπεράτωτον.* [Ital. Indeterminato, oſcuro, intricato. Gal. Obſcur & intrinqué. Hiſp. Coſa no determinada, y eſcura. Germ. Das vnbeſtimmet oder vnausgezeylet iſt: item, Vnclel.] Vnde Grammatici indefinitè ſignum eſſe poſitum affirmant, quando nec relativè, nec interrogatiuè poſitum eſt. ¶ Significat etiam obſcurum & perplexum. Gellius lib. 16. ca. 4. Indefinitos, inexplicabilisq; ſermo fiet.

Indefletus, a, um. Non defletus, cuius mortem nemo lachrymis eſt proſecutus. *ἄκλαυτος.* [Ital. Non pianto. Gall. Qui n'a point eſté pleuré. Hiſpan. No llorado. Germ. Vnbewelnet.] Ouid. lib. 7. Metamo. Qui lachryment deſunt, indefletæq; agantur Natorum, matrumq; animæ, iuuenumq;, ſenumq;.

Indefiexus, a, um, non inclinatus. *ἀκαμπὴς, ἀκλινὴς.* [Itali. Non piegato. Gal. Qui n'a point eſté ployé. Hiſpa. Coſa que no ſe tuerce ò pleges. Germanic. Vngebogen.] Plinius in Paneg. Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris: ad hoc, ætatis indefleæa maturitas.

Indelebilis, indelebile, omnis generis, tertiæ declin. Quod deleri non poteſt. *ἀνεξάλειπτος.* [Ital. Che non ſi può diſtruere, ſempiterno, perpetuo. Gall. Qu'on ne ſauroit effacer ou aboli. Hiſp. Coſa que no ſe puede roer ò quitar. Germ. Das ſich nicht durchthün oder auſtilcken laſſt.] Ouid. 15. Meta. - nomenq; erit indelebile noſtrum.

Indelibatus, a, um, Idem quod illibatus, intactus. *ὁλόκληρος, ἀδιάφθορος.* [Italic. Non contaminato, intiero. Galli. Entier, qui

qui n'eſt encor entamé. Hiſ. Coſa no gaſtada ni tocada. Ger. Vnuerſúcht.] Ouid. 1. Triſt. Eleg 4. Dum licuit, & uultu ridet fortuna ſereno, Indelibatas cuncta ſequuntur opes.

Indemnatus, a, um, Non condemnatus. *ἄκριτος, ἀκατάκριτος*. [Ital. Non condennato. Galli. Qui n'a point eſté condamné. Hiſpan. No condenado. Ger. Vnuerdampt.] Plaut. in Curcul. proh deûm atq; hominum fidem: Hoccine pacto indemnatum, atq; intestatum me arripi? Cicer. pro lege Agraria, L. Silla, quum bona inde unatorum ciuium funeſta illa auctione ſua uenderet.

Indemnis, ne, om. t. Nullo affectus damno, nullum conſecutus detrimentum. *ἀβλαβής, ἀζήμιος*. [Ital Senza danno. Gall. Exempt de dommage. Hiſp. Sin danno. German. Das kein ſchaden erleidet.

Indemnitas, atis, f. t. Fuga uel uitatio damni. *τὸ ἀζήμιον, ſeu μίαν ἀπαλλαγὴν* [Ital. Schiffare il danno. Gall. Exemption de dommage, deſdomagement. Hiſpan. Eſquiuez de danno. Germ. Vermeidung ſchadens oder nachtheils.] Papinianus in l. Fideiuſſor. ff. De neg. geſt. Fideiuſſor imperitia lapſus, alterius quoq; contractus, qui perſonam eius non cõtingebat, pignora, uel hypothecas ſuſcepit, & utrunq; pecuniam creditori ſoluit: exiſtimans indemnitati ſuæ conſuliſ prædiis conſuli poſſe.

Indenſatilia, Quæcunq; uel impreſſatilia ſunt, uel preſſationem obtinent inconſtantem, 4. Meteor. c. 9.

Indeploratus, a, um, Idem quod indefletus *ἀκλαυτος*. [Ital. Non pianto. Gall. Qui n'a point eſté pleuré Hiſpani. No llorado Germ. Vnbeweint.] Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. Sed ſine funeribus caput hoc, ſine honore ſepulchri, Indeploratum barbara terra teget.

Indepravatus, penultima producta, Qui non corrumpitur. *ὁ οὐκ ἠδιάφθορος, ὁ οὐκ ἠδιάφθαρτος*. [Ital. Guaſto. nõ corrotto. Gall. Qui n'eſt point depravé ne gaſté Hiſpa. No gaſtado ò corrompido. Germ. Vnuerbóſeret, vnuerderbt.] Senec. Epiſt. 77. Si via indepravata uirtus eſt, & ſui iuris permanet, ſolum bonum eſt uirtus.

Indeprecabilis, Quod nullis precibus poteſt auerti. *ἀπαραίτητος*. Gel. Et pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.

Indeſertus, a, um, Quod nunquam deſeritur. *ὁ μήπω ἀπολελειμμένος*. [Ital. Che mai non ſi abbandona. Galli Non delaiſſé, qu'on ne delaiſſe iamais. Hiſ. No deſierto, ni deſamparado. Germ. Vnuerlaſſen.] Ouid. 2. amor. eleg. 9. Si tamen exaudis pulchra cum matre Cupido, Indeſerta meo pectore regna gere.

Indefeſſus, com. t. Impiger, qui deſeſſus non eſt. *ἄοκνος*. [Ital. Non pigro. Gall. Qui n'eſt point pareſſeux, ne oiſif. Hiſp. No perezoſo, ni floxo. Germ. Nicht träg oder faul, Hurtig.] Gellius libro ſeptimo, cap. 22. Id profectò exiſtimandum eſt, nõ omnino inculpatum, neq; indefeſſum uiſum eſſe, cuius corpus in tam modicum modum luxuriaſſet, exuberaſſetq;.

Indefinenter, aduerbium, Sine intermiſſione, ſemper & continuè, *ἀπαύστως, ἀδιαλείπτως, ἀκαταπαύστως*. [Ital. Continuamente. Gall. Touſiours, ſans ceſſe. Hiſpa. Siempre y de continuo. Germ. On vnderlaſs, one auffhören.] Varro 1. de Re roſtic. cap. 9. Et ſi alter indefinenter æger eſt, ne ſine cane grex ſit.

Indeconſus, a, um, Non conſus. *ἄκαρβος, ἄκυρος*. [Ital. Non roſato. Gall Qui n'eſt point rondu. Hiſpa. No traſquilado. Ger. Vnbeſchoren.] Ouid. 4. Metamorph. Additur his Nyſeus, indeconſuſq; Thyoneus.

Index, icis, uide Iudico.

Indicatio, Indicatura, Indicium, uide Iudico.

Indico, as, penultim. correp. are, a. p. Manifeſto, palàm facio. *ἐκφέρω, δείκνυμι*. [Ital. Manifeſtare, paleſare Gal. Monſtrer bailler à cognoiſtre. Hiſ. Demonſtrar y deſcubrir lo ſecreto. Germ. Anzeigen. Zů wüſſen thůn.] Plaut. in Aſina. egone hæc patiar, aut taceam? Emori me malim quàm hæc eius uxori non indicem. ¶ Aliquando demonſtro, indicio ſum. *ἐπιμαρτύρω*. Lactant. libr. 7. Ipſa ergo uirtutis perpetuitas indicat humanum animum, ſi uirtutem ceperit, permanere: quia & uirtus perpetua eſt, & ſolus humanus animus uirtutem capit. ¶ Aliquando defero, accuſo. *ἐνδείκνυμι*. Vnde Vlp. in l. indicaſſe. ff. de verb. ſignifi. Indicaſſe, inquit, reum, eſt, detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, conuiciſſe. Sed hæ ſignificationes in idem recidunt. ¶ Aliquando negotiationis uerbum eſt, & rebus uenalibus accommodatum. quod in mercibus diſtrahendis uſurpatur, quando ille cuius eſt merx, pretiũ ſtatuit rei quã uenundat. Eſt enim indicare, uenditoris: ſicut liceri, emptoris. *τιμᾶσθαι*. Plaut. Perſa, Indica, fac pretiũ. D. tua merx eſt, tua indicatio eſt. Idem in Mil. Venio ad macellum, rogito piſces, indicant eros. Apul. lib. 1. Et percontato pretio, q centũ nummis indicaret, aſpernatus, 110. denariis præſtinaui. Cic. 3. Offic. Scæuola Publii filius quum poſtulaſſet ut ſibi fundus, cuius emptor eſſet, ſemel indicaretur.

Indicatus, a, um, particip. *τετίμημαι*. [Italic. Poſto à prezzo. Gal. Mis à prix. Hiſp. Puesto à precio. Ger. Geſchetzt, angeſchlagen.] Plin. lib. 28. c. 13. Eadem ex cauſa emptionem uno li, quanti indicatus ſit.

Index, com. t. Pro eo uel ea, qui uel quæ aliquid indicat & defert. *μηνυτὴς, μηνυτρὶς* [Ital. Manifeſtatore, dimoſtratore. Gall. Monſtreur ou monſtre. Hiſpa. Deſcobridor del ſecreto. Germ. Ein zeiger, oder zeigerin.] Asconius ſcribit: qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita. Salluſt. in Catil. Plerique Cretico ex negotiis priuatis obnoxii, conclamabant indicem talium eſſe. Mar. lib. 1. Indice non opus eſt noſtris aut uindice libris. Cic. 7. in Verr. Cuius rei neq; index, neq; veſtigium aliquod, neq; ſuſpicio cuiquam eſſet ulla. Plin. lib. 8. ca. 16. Leonum animi index cauda, ſicut & equorum aures. Cicer. in Orat. Imago animi uultus eſt, indices oculi. ¶ Eſt præterea index in libris, quem alio nomine uocamus Elenchum: Barbari uocant repertoriũ. Cicer. 2. de Orato. In philoſophos ueſtros ſi quando incido, deceptus indicibus librorum, qui ſunt uelut inſcripti de rebus notis, uerbum prorſus nullum intelligo. Idem lib. 4. ad Attı. Iiſq; imperes ut ſumant mercedem, ex qua indices fiant, quos uos Græci, ut opinor, *εὐλογίστας* appellatis. Gell. lib. 10. c. 11. Neq; item deſunt qui indices libris ſuis fecerunt. ¶ Index item dicitur digitus pollici proximus. propterea quòd indicanda re quapiam eo uti ſolemus *λιχανὸς*. Lapis quoq; quo auri bonitatẽ exploramus, à Latinis Index appellatur. Ouid. 2. Metam. - periorq; pectora uertit In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur index.

Indicium, cii, n. ſ. Propriè eſt delatio detectione criminis, factà à quopiam qui eius conſcius fuerit. *μήνυσις, μήνυτρον*. [Ital. Manifeſtatione, ſegno. Gall. Indice, enſeigne, monſtre, ſigne. Hiſpan. Demonſtracion, deſcubrimiento delas coſas. Ger. Ein anzeigung oder entdeckung eines laſters.] Salluſt. in Catil. Itaq; conſulente Cicerone frequens Senatus decreuit indicium falſum uideri. ¶ Accipitur item indicium pro ſigno, argumento, veſtigio, ſiue nota alicuius rei. *γνώρισμα*. Idem poſt reditum, Specimen hoc uirtutis, hoc indicium animi ſui fore non putauit. Idem pro Cluc. Omnia quæ ſolent eſſe indicia & veſtigia uenenı, in illius mortui corpore reperta ſunt.

Indicina, næ, Idem quod indicium: qua uoce uſus eſt Apuleius. *μήνυσις*. Indicinæ (inquit) præmium occupaſſe.

Indiculum, diminutiuum, ab indicium, pro paruo & tenui indicio, apud Claſſicos non reperitur. Legitur tamen apud Auguſtinum in quodam Serm. Ego uobis fratres, hæc ſuggeredo, quaſi indiculo quodam directa, obſcurè inſinuare curaui.

Indicatio, tionis, f. t. Æſtimatio alicuius rei, ſiue appretiatio, quam uocant. *τίμησις*. [Ital. Eſtima del pretio di qualche coſa. Gal. Pris, priſee. Hiſp. Obra de eſtimar ò apreciar. Ger. Anſchlahung oder beſchetzung was ein ding wärt ſeye.] Plin. lib. 22. c. 24. Mellis cauſas atq; indifferentias, nationeſq; & indicationem, in apium ac deinde florum natura diximus. Plaut. in Perſ. Tua merx eſt, tua indicatio.

Indicatiuus, indicatiua, um, Dicitur id quo aliquid indicatur. *ὑφηγητικὸς, ἀποφαντικὸς*. Vnde indicatiuus modus dictus eſt, quia eo præſentem actum indicamus.

Indicatura, indicaturæ, fœminini generis, primæ declinationis, Æſtimatio. *τίμησις*. [Italic Prezzo, eſtimatione. Gallicè, Pris, ou priſée. Hiſpanic. Apreciadora. Germa. Schetzung, Anſchlahung.] Plin. in Præfat. Nec fiducia operis eſt hæc, ſed indicatura.

Indico, indicis, penultima prodocta, indixi, indictum. actiua, tertiæ coniugat. Multa ſignificat. Nam aliquando ſignificat denunciare. *παραγγέλλω, ἀναγγέλλω*. [Ital. Denociare. Gal. Denoncer, ſignifier. Hiſpan. Denunciar. Ger. Anſagen, Verkünden.] Quamuis inter ſe differant, quòd maiorem olim habeat indicere, quàm denunciare. Nam

denun-

deaut aiare propriè eſt ſignificare, & ſimpliciter ſumi poteſt ut, Ventus denunciat pluuiam: & denuntio mihi pedibus affuturum. Cic. pro Planc. Denunciaſti homo adoleſcens, quid de Repub. ſentires. Indicere verò, eſt ſolenniter, & quadam cum autoritate ſignificare. Quod Cic. lib 1. Offic. apertè docuit, qui vtrunq; verbum coniunxit, Ac bellì quidẽ, inquiens, æquitas fecialì populi Romani iure percepta eſt. Ex quo intelligi poteſt, nullum bellum eſſe iuſtũ niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum antè fit, & indictum. In his verbis duo genera belli gerendi ſignificat. Primùm rebus repetitis: quæ ſi negabantur reddi, & bellum cum illis geſtum fuiſſet, iuſtum habebatur. Alterum honeſtius iuſtiusq; erat, eo quòd repetitis rebus, niſi redditæ fuiſſent, bellum gerendum eſſe, maturo deliberabatur conſilio. Tum ad fines hoſtium, denunciatis belli ſuſcipiendi cauſis, bellum indicebatur. Sed quo paſto indiceretur. Liu. lib. 1. declarat his verbis, Quandocunq; pars maior eorum qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellũ erat cõcenſu fieri ſolitũ, ut fecialis haſtã ferratam, aut ſanguineã præuſtam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præſentibus diceret, Quod populi priſcorum Latinorum, hominesue priſci Latini aduerſus populum Romanũ Quiritium fecerũt, deliquerunt, q; pop. Rom. Quiritiũ bellum cum priſcis Latinis iuſſit eſſe, Senatúſue pop. Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego populusq; Romanus, populo priſcorũ Latinorum, hominibusq; priſcis Latinis bellum indico, faciog. Id ubi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. Hoc rum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellũ indictum, moremq; cum poſteri acceperunt. ¶ Voluptatibus bellum indicere, per tranſlationem dicimus pro eo quod eſt cum voluptate pugnare, libidiniq; & gulæ frænum iniicere. Cic. de Senec. Ne omnino bellum videar indixiſſe voluptati. Sic etiam dicimus. Indicere concilium indicere tributum, hoc eſt, ſolenniter & publica autoritate ſignificare, & veluti imperare. συγκαλεῖσθαι. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Longe à domo patribus exciti, ipſum qui concilium indixerat, non adeſſe. Idem lib 4. Vnde enim eam pecuniam confici poſſe, niſi tributo populo indicto? Cicero in Verrem, Act. 5. Legem ſibi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutum omnium, qui ab altero rationem vitæ repoſcũt. ¶ Indicere ſpectaculum, eſt denuncitiare & ſignificare futurum ſpectaculum. Liuius primo ab Vrbe condita, Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet. Indicere funus, eſt eos euocare homines per præconem ad funus. Suetonius in Cæſare Funere indicto rogus extructus eſt. Indicere iuſtitiũ, eſt imperare ceſſationem dicendi iuris: quod non aliter, quàm in maximo Reipublicæ luctu, aut periculo fieri conſueuit. Liuius libro decimo ab Vrbe, His nuntiis Senatus conterritus, iuſtitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iubet.

Indictus, indicta, indictum, dicitur quod eſt ſolenniter promulgatum. παραγγελθὲν. [Ital. Manifeſtato con ſolennità. Gall. Commandé, ſignifié, crié publiquement. Hiſpa. Denunciado con ſolenidad. Germ. Verkündet.] Vt indictum bellum dicitur, quod publica autoritate, & ſolenni rito eſt denunciatum. Indictum funus, denunciatæ exequiæ. Indictæ dapes, Ouidius 4. Faſtor. Tunc magis indictas concelebrantiq; dapes. ¶ Eſt præterea indictus, indicta, indictum, nomen compoſitum à participio dictus, & præpoſitione in, quod idem ſignificat quod non dictus. Terentius in Phorm. Quod dictum, indictum eſt: quod modò erat ratum, id irritum eſt. Liu. lib. 5. Itaq; quæ tum cecinerit, Diuino ſpiritu inſtinctus, ea ſe nec ut indicta ſint revocare poſſe. ¶ Sic etiam dicitur, Indicta cauſa, id eſt, non dicta, & nõ defenſa, ἄκριτος. Cic. pro Q. Rabirio, Sed indicta cauſa, civem Romanum capitis condemnari coegit.

Indictio, onis, f. t. Eſt tributi, vel exactionis genus, quod à principibus populo indicitur, hoc eſt imperatur. ἐφορά, συμβολὴ. [Ital. Taglia que ſi poneda i principi ſopra i popoli Gall. Taille, impoſt Hiſpan. Pecho ò pecha, tributo. Germa. Schatzung Steür. Zinsſzal.] Alcon. Pedianus in 4. Ver. Omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt, canonis, oblationis, indictionis. De hoc titulus eſt de indictionibus lib. 10. Codicis Iuſtiniani. Vide Annotationes Budæi in Pandectas.

Indictivus, a, um, Quod indictum eſt. σύγκλυτος. [Ital. Publicato Gall. Publié. Hiſp. Denunciado, publicado. Germanicè, Das verkündet oder ausgeküdet iſt.] ac, Fanus indictiuum, ad quod per præconem populus ſolet euocari. Et indictiuæ feriæ, quas Conſules vel Prætores indicunt.

Indidem penultima correpta, aduerbium, compoſitum ab inde, & idem, quod eſt ex eodẽ loco. κοτόθεν, ἐντεῦθεν. [Ital. Di quello iſteſſo luogo. Gall. De ce lieu la meſme. Hiſpanic. Del meſmo lugar. Germanicè, Eben von dem orth hár.] Plaut. in Caſtel. Indidem unde oritur, facio uti facias ſuititiam ſepelibilem. Cic. pro Sexto Roſcio Amerino, Si per alios feciſſe dicis, quæro ſeruoſne, an liberos: quos homines? Indidemne Ameria, an hoſce ex urbe ficarios?

Indies, vide in præpoſitione In.

Indifferens, indifferentis, generis omnis, tertiæ declinationis, Quod ſua natura neq; bonum eſt, neq; malum. ἀδιάφορον. [Italic. Indifferente. Gall. Indifferent. Hiſpanic. No differente. Germanic. Nicht vnderſcheiden, Gleych gáltend.] Cicero 3. de Finibus, Itaque id definimus, quod ſit in differens cum æſtimatione mediocri. Quid enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem. Indifferens homo, qui non diſcernit, nec eſt difficilis, aut moroſus in re aliqua. Suetonius in Iul. Cæſare, Nam circa victum C. Oppius adeò indifferentem fuiſſe docet, ut quondam ab hoſpite conditum oleum pro uiridi appoſitum, aſpernantibus cæteris, ſolùm etiam largius dicat appetiſſe. Indifferens dolor apud Stoicos. Gellius libro 11. ca. 15.

Indifferentia, indifferentiæ, fœminini generis, prima declinationis, Similitudo, affinitas, conuenientia. ἀδιαφορία. [Italic. Indifferenza, ſomiglianza. Gallic. Indifference, ſimilitude, conuenance. Hiſpan. No differencia, ſemejança. Germ. Vnunderſcheidung, Gleichförmigkeit.] Gellius lib. 13. cap. 1. Hoc ego ſcripſi de utriuſque vocabuli indifferentia ſic, notius eſt quã ut pluta in id verba ſumenda ſint.

Indifferenter, aduerbium, Indiſcriminatim. ἀκρίτως, ἀδιαφόρως. [Ital. Indifferentemente, ſenza differenza. Gall. Indifferemment. Hiſpa. Non differentemente, ſin differencia. German. Vnunderſcheidenlich.] Indifferenter ferre, hoc eſt, æquo animo ferre, uel non magni pendere: quod aliò modo dicimus, Suis deis ferre: Suetonius in Domit. Occiſum eum populus indifferẽter, miles grauiſſimè tulit.

Indigena, indigenæ, penultima correpta, communis generis, primæ declinationis, Qui eo in loco quem incolit, natus eſt: quaſi inde genitus. αὐτόχθων. [Ital. Colui che habita in quello iſteſſo luogo dove egli è nato. Gall. Nay & natif du pays. Hiſpan. Varon ò muger natural de alli. German. Ein einländiſcher, Heimiſch, Der im land geboren iſt.] Omnes habitatores aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut cõmenæ: aduenæ de uno loco uenientes: conuenæ de diuerſis, indigenæ, qui in ea ipſa regione in qua habitant, ſunt geniti. Liuius 1. bel. Pun. Nec maiores eorum indigenas, ſed aduenas Italiæ cultores. ¶ Aliquando adiectiui uim habet, iũgiturq; ſubſtantiuis cuiuſuis generis. Ouidius ſexto Metamorphoſeon, Naiadum, Faunig; fore tamen ara, rogabam, Indigenæue dei. Plinius lib. 14. cap. 6. Dixiſſe hoſpiti de indigena uino.

Indigeo, es, ere, n. f. Ex in, & egeo compoſitũ: d. Euphoniæ gratia interiecto, ſignificat idẽ qđ ſimplex egeo: iungiturq; nũc genitiuo nunc ablatiuo. ἀπορέω, δέομαι, χρείαν ἔχω. [Ital. Hauer bifogno Gal. Auoir faute & diſette, auoir beſoing, eſtre indigent. Hiſpa. Hauer menéſter algo. German. Bedórfen, mangelbar ſein.] Teren. in Andr. Quid mi pater? quaſi tu huius indigeas patris. Cic. de Orat. lib. 1. Iam illa non tã artis indigent, quã laboris. Cæſ. 2. bel Gal. His rebus indigebant quæ ad oppugnationẽ caſtrorũ neceſſariæ erant. Cæſ. Cic. Cohortatione reputo nõ indigere. ¶ Huius impersonali Plin. lib. 10. uſus eſt, Nunquam, inquit, conſpectis, niſi eſi præſidio earum indigetur.

Indigens, partic. Egens. ἐπαχούμενος, χρείας. [Ital. Biſognoſo, Gal. Indigent, ſouffreteux. Hiſp. Meneſteroſo. Ger. Bedórfend, Mangelbar.] Cic. de Amic. Quid enim ille erat indigens mei? Benigne facere indigentibus, Cic. 1. Offic. Ferre opem indigentibus, Idem 2. Fin.

Indigẽtia, æ, f. p. Inopia, egeſtas, penuria χρεία. [Itali Biſogno, pouerta. Gal. Diſette, ſouffrette, beſoing, faute. Hiſpan. Meneſter, pobreza. Ger. Dürfftigkeit, mãgel.] Cic. de Amic. Amare nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita.

Indig

lugus, a, um, penultima correpta, hoc eſt, egenus, uel qui indiget. ἐνδεὴς, ἄπορος. [Ital. Biſognoſo. Gal. Indigent, ſouſfreteux. Hiſp. Meneſteroſo. Germ. Mangelhafft, Dürfftig, Arm.] Plin. lib 8. c. 40. Stipendiorum indiga. Virg. 2. Georg. haud opis indiga noſtræ. Lucret. lib. 1. Ipſa ſuis pollens opibus nihil indiga noſtri.

Indigeſtus, indigeſta, indigeſtum, Digeſto, & ordinato cõtrarium, ἄτακτος, ἀδιάθετος. [Ital Diſordinato. Gal. Confus, qui n'eſt point mis par ordre. Hiſp. Coſa no bien repartida. Ger. Vngeordnet, Nicht ordenlich zerlegt.] Plin. lib. 30. cap. 17. Materia ſorda, & indigeſta ſimplicitas. Ouidius libro primo Metamorphoſion, - rudis, indigeſtaque moles.

Indigeſtè, aduerbium, Significat inordinatè, & incompoſitè. ἀδιαθέτως, ἀτάκτως. [Ital Diſordinatamente. Gall. Confuſément. Hiſpan. Sin orden. German. Vnordenlichen.] Gell. lib 20. cap. 11. Quas breuiter, & indigeſtè, & incondite, annotationibus, tractationibus, lectionibusq; uariis feceramus. Indigeſtum, & crudum, Macrobius Saturn. libro ſeptimo, capite ſeptimo.

Indigetes, penultima correpta, comm. tert. Dii ex hominibus facti. οἱ ἀποθεωθέντες. [Ital. Santi. Gall. Hommes deifiez ſelon la ſuperſtition des Anciens, ſaints Hiſpa. Los ſantos canonizados. Germ. Menſchen ſo zů götteren auffgenommen ſindt.] Quo nomine dictus eſt Aeneas, quum pugnans cum Mezentio, nuſquam apparuiſſet. Alii indigetes dicunt eſſe deos tutelares, quorum nomina uulgari non licet. Liu. 8. ab Vrbe, Lares dii nouenſiles, dii indigetes, diui quorum ea poteſtas noſtrorum, hoſtiorumq;, &c. Virgil. 12. Aeneidos, Indigitem Aeneam, ſcis ipſa, & ſcire fateris, Deberi cœlo, fatisq; ad ſydera tolli. Idem 1. Georg. Dii patrii indigetes, & Romule, Veſtaq; mater. Vbi Seruius, Patrii dii ſunt qui præſunt ſingulis ciuitatibus, ut Minerua Athenis, Iuno Carthaginis. Indigetes autem proprièſunt dii ex hominibus facti, quaſi in diis agentes. Abuſiuè tamen omnes dii generaliter poſſunt dici indigetes, tanquam nullius rei egentes. Vide Macrobium libro primo de Somn. Scip. capite nono.

Indigito, indigitas, penultima correpta, Antiquum uerbum eſt, idem ſignificans quod uolo, nomino ὀνομάζω. [Italic. Chiamare, nominare Gall. Appeler, monſtrer audoit. Hiſp. Llamar ò monſtrar conel dedo. Ger. Nennen.] ita dictum ab indicando, quaſi indicito: uel à digitis, quòd quempiam nominantes, perinde ſit ac ſi digito oſtendamus. Macrobius, Namq; uirgines Veſtales ita Apollinem indigitant, Apollo medice, Apollo Pæan Idem, Nam ita ab Incolis indigitantur.

Indigitamenta, Libri Pontificales, qui & nomina deorum, & rationes ipſorum nominum continent Feſt. Indigitamenta, incantamenta, uel indicia interpretatur.

Indignor, indignaris, dep. prim. coniug Grauiter fero, ſtomachor, mihi indignum uidetur. ἀγανακτέω, ἀσχαλάω. [Italic. Sdegnarſi. Gall. Se courroucer & marrir, ſe meſcontenter. Hiſpa. Enſannarſe. Germa. Zürnen, vnwirſch ſein.] Cicero 1. de Inuent. Duodecimus locus eſt, per quem indignamur, quòd nobis hoc primis acciderit. Ouid 9. Metam. Venerat huc Dryope fatorum neſcia: quoq; Induere magis, nymphis latura coronas. Seruius Cic. libro quarto, Hemnos homunculi indignamur ſiquis noſtrum interit, aut occiſus eſt.

Indignans, participium, ἀγανακτῶν, ἀγωσθλιῶν. [Ital. Chi è corrucciato. Gal. Qui ſe courrouce & marrit. Hiſp. El que ſe enſañna. Ger. Hoffertig zürnend, für übel auffnemmend.] Freta indignantia, Ouid. 4. Meta. Corda indignantia longam pacem, Stat. 3. Theb.

Indignans, nomen, qui facilè indignatur ἀγανακτῶν. [Ita. Corrucciato Gall. Courroucé. Hiſ. Ayrado y ſañudo. Ger. Zornig, vnwirſch.] Colu. lib 8. c. 17. Quum ſit molliſſimũ & ſeruitutis indignantiſſimum.

Indignatus, a, um, participium ἀγανακτήσας. [Itali. Chi è corrucciato Gall. Courroucé & marri. Hiſp. Ayrado y ſañudo. Ger. Erzürnet. Bewegt zů vngeſtümmigkeit.] Virg. 2. Georg. Arq; indignatum magis ſtridoribus æquor. Procellæ indignatæ, Stat. 1. Syl.

Indignatio, onis, Ira, ἀγανάκτησις Iuuenalis Satyra 1. Si natura negat, facit indignatio uerſus. Plinius libro nono, cap. 10. Conuertit in ſe cuſtodem indignationem aſſiduitate ferti immodici.

Indignabundus, indignans. ἀγανακτῶν τι ἐπικῶς, ὁ ἀσχαλῶν τινα. [Ital. Chi è corruciato. Gall. Tout courroucé, tout marri. Hiſp. Lo que mucho ſe enſanna. Ger. Voll zorn vnd vnwirſche.] Liu. 8. bel. Maced. Quum illa muliebriter indignabunda, nihil de communi filia ſecum conſultatum ſuiſſet.

Indignus, a, um, Non dignus. ἀνάξιος. [Ital. Indegno. Gal. Indigne. Hiſ. Coſa indigna y no mereſcedora. Ger. vnwirdig] Teren. Eunuc. Nam ſi ego digna contumelia hac Sum ita ut dixit: at tu indignus qui faceres tamen. Idem Adel. Adhibe ne Haccine flagitia facere te? hæc te admittere Indigna genere noſtro? Liu. 4. ab Vrbe, Itaq; ſicut priore anno per indignißimos ex plebeiis cãdidatos, omnium etiam dignorum tædium fecerant. ¶ Interdum pro miſerabili, fœdo, crudeli, graui. Ἀνιαρὸς. Idem, Indignis quum egomet ſim acceptus modis. Virgil. 6. Aen. atq; illi Miſenum in littore ſicco, Vt uenere, uident, indigna morte peremptum. ¶ Interdum pro magno: unde Ennius indignas turres dixit. id eſt, magnas.

Indignitas, atis, pen. cor. fœm. ter. ἀναξία, ἀπρέπεια. [Ital. Diſhoneſtà, villaccaria. Gall. Indignité, deshoneſteté, vilainie. Hiſp. Indignidad, deſoneſtad, deſoneſtidad. Ger. Vngebürligkeit, übelſtand, veerligkeit.] Liu. 2 ab Vrb. Egone has indignitates diutius patiar quam neceſſe eſt? Cice pro Marc. Neq; tamen ſatis ſeuerè pro rei indignitate decreuit. Indignitas calamitatis, Cic. 7. Verr.

Indignum, Aliquando interiectionis uim habet, & per parenthẽſim interponitur, quemadmodum & infandum. Ouid. 5. Metamor. Pectora rupiſſet niſi poſt altaria Phineus Iſet, & (indignum) ſcelerato profuit ara.

Indignè, aduerbium, inhoneſtè, præter dignitatem. ἀναξίως. [Ital. Indegnamente. Gall. Indignement. Hiſp. Indignamẽte y no mereſciendo. Ger. Vneerlichen, vngebürlichen.] Teren Adelp. Cui miſerè indignè per uim uitium obtulerat. Ibidem, eripuit mulierem Quum amabat: clamant omnes indigniſſimè Factum eſſe.

Indiligens, indiligentis, adiectiuum omnis generis, Idem quod negligens. ὀλίγωρος, ἀμελὴς. [Ital. Negligente, y no diligente. Gal. Negligent, mal ſoigneux, nonchalant. Hiſp. Perezoſo y no diligente. Germa. Vnfleiſſig.] Terentius in Adelphis, Sed uereor ne indiligens nimium ſies. Plin. libro 11. cap. 13. Deprehenditur etiam odore, quum fuerit indiligentior.

Indiligentia, æ, f. p. Negligentia. ὀλιγωρία. [Ital. Negligenza, dapocaggine. Gal. Nonchalance, negligence. Hiſp. Deſcuydo. Ger. Vnfleiſs.] Cic. ad Q. frat. Literarum miſſarum indiligentiam reprehendi.

Indiligenter, aduerbium, Negligenter. ὀλιγώρως. [Ital Negligentemente. Gall. Negligemment. Hiſ. Negligente y deſcuydadamente. Germ. Vnfleiſſiglich.] Terent. Phorm. - quia pol mei patris bene parta indiligenter Tutatur. Cic. Attic. lib. 16. Quanquam nihil ab eo arbitror neq; indiligenter, neque illiberaliter factum.

Indipiſco, cis, Aſſequor, adipiſcor, περιποιέομαι. [Ital. Conſeguire. Gal. Obtenir, gaigner, acquerir. Hiſp. Alcançar, conſeguir. Germ. Erlangen, überkommen.] Plaut. in Aulu. - neq; partem Tibi ab eo, cui ſit, indipiſces, neq; furem excipies. ¶ Pro eodem etiam dicimus indipiſcor, eris, in præterito indeptus. Liu. lib. 6 bel. Pun. Ne dirimi ab ſe hoſtem paterẽtur, quàm quis indeptus nauem erat, ferrea manu iniecta, &c. ¶ Gellius lib. 13. pro auſpicari, ſiue incipere uideretur poſſe. Sed enim, inquit, Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non ſidicularum tibiarumq; concentu, uerum conſenſu tacito nitibundos.

Indepto, as, frequentat. ἐπιτυγχάνω. [Ital. Acquiſtare. Galli. Acquerir. Hiſp Alcançar. Ger Erlangen.] Varr. Nec partẽ aliquam indeptauit hæreditatis.

Indeptus, indepta, indeptum, participium ab Indipiſcor. ἐπιτυχὼν, ἐπιτυχόντος. [Ital. Chi ha acquiſtato. Gall. Qui à obtenu, ou acquis. Hiſpa. El que ha alcançado Ger. Erlanget, überkommen.] Liuius 2. bel. Pun. Nec dirimi ab ſe hoſtem paterentur quam quis indeptus nauem erat ferrea iniecta manu Lucret lib 1.

Indirectus, indirecta, indirectum, Incompoſitus, & inornatus. ἀτακτος, ἀδιάθετος. [Italic. Inornato. Gallic Qui n'eſt point bien dreſſé ne conſtré. Hiſpa No compueſto ni polido. Ger. Vngerichtet oder vnrichtig.] Quin. lib. 7. c. 15. Indirecta ferè, atq; ut ſic dicam, clamoſa eſt actio.

Indiſcret

Indiſcriminātim, Indifferenter, & ſine diſcrimine, *ἀκρίτως, ἀδιαφόρως.* [Ital. & Hiſp. Indifferentemente. Gall. Indifferemment. Germa. Vnunderſchidenlich.] Varro 4. de Lingua Latina, Quibus nos in hoc libro, perinde ut nihil interſit, utamur indiſcriminatim.

Indiſcrētus, a, um, er ius, & diſcretus participio verbi diſcerno, compoſitum, Quod ægrè aut nullo modo diſcerni poteſt, *ἄκριτος,* [Ital. Che non ſi può diſcernere. Gall. Qui n'eſt point diuiſé ni ſeparé. Hiſp. No apartado. Germ. Vnzertheile, nicht vnderſcheiden.] Plin. li. 37. ca. 10. Imagines adeò ſimilitudinis indiſcretæ pinxit, ut, &c. Indiſcreta lux, hoc eſt, minimè diſcreta & inſeparata, Plin. li. 7. ca. 60.

Indiſertus, a, um, Non diſertus, ineloquens, *ἀφραδὴς* [Ital. Ineloquente, ſenza eloquenza. Gallic. Qui n'a pas le langage en main. Hiſ. No elegante, ni eſparzido. Ger. Vnberedt] Cicer. 1. de Natura deorum, Nam neque inditertum Academicum pertimuiſſem, nec ſine iſta philoſophia Rhetorem quamuis eloquentem Idem 1. de Finib. ut interpretes indiſerti ſolent.

Indiſertè, aduerbium, Sine aliqua eloquentia, *ἀφραδῶς.* [Ital. Senza eloquenza. Gall. Sans eloquence, en ſot langage. Hiſpanicè. Sin Elegancia. Germanicè, Vne wolredenheit.] Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. Orationem meam collaudauit ſatis multis verbis, non me hercule indiſertè Seuerus Antiſtius.

Indiſpoſitè, Aduerbium pro Inordinatè, *ἀδιαθέτως, ἀκοσμήτως, ἀτάκτως.* [Ital. Diſordinatamente. Gall. Deſordonnément. Hiſpan. Deſordonadamente. German. Vnordenlich.] Senec. Epiſt. 117. Multa animalia, perturbatè & indiſpoſitè mouentur.

Indiſſŏlŭbĭlis, le, om. t. Quod diſſolui, ſiue rumpi non poteſt *ἄλυτος.* [Ital. Indiſſolubile, che non ſi può ſlegare. Gallicè, Qu'on ne peut diſſoudre, diſioindre ou deſnouer Hiſpan. Coſa que no ſe puede deſatar. Germa. Vnauflöſlich, vnzerteilig.] Cic. de Vniuerſitate, Sed quoniam orti eſtis immortales, vos quidem eſſe indiſſolubiles non poteſtis.

Indiſſŏlūtus, ta, tum, Colligatus, non ſolutus, *ἄλυτος, ἀδιάλυτος.* [Ital. Que ſta ſempre ligato. Galli. Qui eſt demeuré ſans diſſoudre, ou diſioindre. Hiſpan. Que eſta ſiempre atado. Germani. Vnauffgelöſet.] Cicero de Vniuerſitate, Hæc ſunt indiſſoluta me inuito: quanquam omne colligatum diſſolui poteſt.

Indiſtinctus, a, um, Inordinatus, confuſus, *ἄτακτος, ἀδιάθετος.* [Ital. Confuſo, non diſtinto. Galli. Non diuiſé, ne ſeparé, confus. Hiſpani. No diſtincto, ni apartado. Germ. Nicht vnderſcheiden, vnzertheilt.] Quintil. lib. 8. ca. 2. Neque inordinata, nec indiſtincta. Gel. li. 13. ca. 26. indiſtincta namq; fient, & confuſa.

Indiſtinctè, aduerbium, Inordinatè, confuſè, *ἀτάκτως.* [Ital. Confuſamente, ſenza diſtinctione. Gall. Sans diſtinction, confuſement. Hiſpa. No diſtincta y apartadamente, confuſamente. Germ. Vnunderſcheidenlich, vnordenlich.] Gell. libro 10. cap. vlt. Indiſtinctè atq; promiſcuè adnotabam.

Indiſtrictus, a, um. Non diſtrictus, *ἀσφυκτος, ἀδιωκτος.* [Ital. Non offeſo. Gall. Qui n'a point eſté offenſé, ou bleſſé. Hiſp. No offendido. Germ. Vnuerletzt.] Ouid 2. Metam. - remo uebitur omne Tegminis officium, tamen indiſtrictus abibo. Id eſt illæſus.

Indiuĭdŭus, a, um, Quod non poteſt diuidi, uel quod nõ ſeparatur, *ἄτομος.* [Ital. Indiuiduo, che non ſi puo ſeparare. Gall. Qu'on ne peut diuiſer ou partir en pieces. Hiſpan. Coſa que no ſe puede partir. Germanicè, Vnzertheilig.] Cicero primo de Finibus, Ille atomos, quas appellat, id eſt corpora indiuidua. Indiuiduum à Dialecticis dicitur terminus ſingularis, qui de uno ſolo prædicatur, ut Socrates de ſeipſo.

Indiuĭdŭe, aduerbium, *ἀδιαιρέτως.*

Infræuatus, a, um, nomen adiectiuum eſt, Idem ſignificans quod non frænatus, ἀχάλινος. [Ital. Sfrenato. Galli. Qui n'eſt point bridé. Hiſpanicè. Deſentrenado. Germa. Vngezäumpt.] Liu. 6. bel. Maced. Non ſtratos, & infræuatos magna pars habebant equos.

Infrænus, a, um, & **Infrænis**, ne, Sine freno, non frænatus, ἀχάλινος. [Ital. Senza freno, sfrenato. Galli. Desbridé, ſans bride. Hiſpanicè. Deſenfrenado, ſin freno. Germanicè, Vngezäumpt, Zaumlos.] Virgilius libro decimo. Illum infeſtis equi lapſu tellure iacentem. Idem 4. Aenei. Hinc Numidæ infræni cingitur. Vbi Numidas infrænos uocat, quòd equis uterentur infrænatis, quos ſola regebant uirga. Infrænus curſus. Colum. li. 10. Sed quid ego infræno uolitare per æthera curſu Paſſus equos?

Infrágilis, le, om. c. Firmus & ualidus, ἄῤῥηκτος. [Italic. Fermo, ſaldo, non fragile. Gallic. Qu'on ne peut rompre, caſſer ou briſer. Hiſpanicè, Recio, y no flaco. Germanicè. Vnzerbrächlich.] Ouidius primo Triſt. Si uox infragilis, pectus mihi firmius eſſet. Animum infragilem tenere, Idem ad Liuiam.

Infrémo, is, re, neutri generis, tertiæ coniugationis, Idem quod ſimplex fremo, hoc eſt murmure & ſtatu indignationem oſtendo, βρέμω βρυχάομαι. φρυάττω [Italicè, Fremere Gallicè, Fremir, bruire. Hiſpanicè. Bramar. Germanicè, Vor Zorn murren vnd griſgrammen.] Virgilius libro decimo, de apro. Infremuitque ferox, & inhorruit armos. ¶ Accipitur aliquando pro perſtrepere, perſonare, & ſoni in horrorem incutere. Silius lib. 3. Nec bellum raptis tam dirum mille carinis Actius infremuit, trepidamq; exterruit orbem.

Infrendéo, des, infrendi, dere, n. ſ. Proprié, ſignificat dentes irascendo quatere, & inuicem collidere, ὑποτρίω τοὺς ὀδόντας, βρύχομαι. [Ital. Stringere, & sbatter i denti per ira & rabbia Galli. Grincer les dens, comme font courroucé. Hiſpani. Batir los dientes regannado. Germani. Vor Zorn mit den Zänen knirren.] Virg. 1. Aen. Dentibus infrendens gemitu, graditurq; per æquor Lem medium.

Infrendes. Dicuntur pueri ſine dentibus, qui frendere non poſſunt, ἀνόδοντες.

Infréquens, tis, omnis gen. tert. decli. Parum frequentatus, μανός. [Ital. Poco frequentato. Gall. Qui n'eſt point frequenté ou hanté. Hiſpani. Coſa no tratada ni poblada. Germanicè, Vnembſig, vneng, vnüberfeirt.] ut, Infrequens totum, in quo pauci conueniunt. Infrequens Senatus, pauci eorum Senatorum conuentus. Liu. 3. ab Vrbe, Præterquam quòd infrequens Senatus iudicio erat ſocijs affectam ciuitatem peſtilentia eſſe, non æſtum etiam reſpuonſum tulere. In frequens in loco aliquo quis eſſe dicitur, qui raro cum frequentat. Cic. ad Qu. frat. Et ſum equidem, ut ſcribis, & Romæ, & in prædijs infrequens.

Infrequentia, tiæ, ſ. p. Raritas, & paucitas, μανότης. [Italicè, Rarità picciolo aſſembramento di gente. Galli. Petite aſſemblée, rarité Hiſpani. Aquella no eſpeſſura ni poblacion Germanicè, Ein kleine verſamlung.] Cic. ad Qu. frat. Summa infrequentia, quum nullus exiit, à COSS retentus eſt. Liu. li. 2. ab Vrbe, Nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus.

Infriata, minutim inſparſa, Friabile id Latinè dicitur quod facilè diſteritur: uulgò uocant puluerizatum. Columel. 12. capite 5.

Infrico, as, are, Idem quod fricare & fricando contundere, uel illinere etiam fricando, ἐντρίβω [Ital. Fregare. Galli. Frotter. Hiſpan. Fregar. Germanicè, Einreyben.] Columel. li. libro duodecimo, capite 30. Et pondo quadrantem amphoris ſingulis infric. to, & oblinito.

Infrigo, gis, xi, ctum, act. 1. Simul trigo in patella, aut alio quouis inſtrumento, ἐντηγανίζω. [Italicè, Frigere inſieme. Gallicè, Frire auec ou dedans. Hiſpani. Freir juntamente. Germani. Einer in mit ſampt anderen Röſten.] Plin. lib. 20. cap. 23. Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum.

Infringo gis, act. 3. Valde frango, κατάῤῥηγνυμι. [Ital. Rompere grandemente. Gall. Enfraindre, rompre, briſer Hiſpanicè, Mucho quebrar. Germanicè, Zerbrächen.] Plinius libro trigeſimo ſecundo, capite ſexto, Ne infidens ales infringat. Cæſar 3. belli Ciuil. Ve primus excurſus, uiſque militum infringeretur, acieſque diſtenderetur, &c. ¶ Interdum eſt illidere, & infligere, ἐντρίβω. Terent. in Adelp. Plus quingentos colaphos infregit mihi. Hinc fit infractus, quandoque idem ſignificat quod fractus, uel ualde fractus. Vide ſuprà.

Infrio, as, neutr. gener. prim. Rem friatam & comminutam rei alicui intere, ἐντρίβω. [Ital. Minuzzare, tritolare intra altre coſe & in mezzo. Gallicè, Emier, menuiſer auec ou dedans. Hiſpanicè, Deſpoluerizar quebrando. Germanicè, Einreyben, das zerriben etwas über ſayen] Cato de Re ruſtic. capite 79. Eos melle ungito, papauer infricato. Colum. libro octauo, capite quinto. Atq; ita paulum triti ſalis uulneribus infriatur. Idem libr. 7. cap. 5. Superfuſoq; aceto, uel uiris æruginc infriata.

Infrúctuósus, a, um, Quod non fert fructum, ἄκαρπος. [Ital. Infruttuoſo. Gallicè, Infructueux Hiſpanicè, Coſa no fructuoſa. Germanicè, Vnfruchtbar.] Columel. libro 11. ca. 1. Poſt quem diem ſera & infructuoſa fit huiuſmodi rerum cultura. Infructuoſæ preces, nunc, fruſtra factæ, & ex quibus nihil ei qui rogat, fructus aut utilitatis prouenit. Plin. Epiſtol. 176. Quod uel maximè dolorem meum uicerat: obſtupuerunt oculis caſſi labores & infructuoſæ preces, & honor quem meruit.

Infrunitus, ἄῤῥος, ἀπεῤῥόητος. apud Senec. li. 3. de Beneficijs, legitur pro ſtolido & inſipiente. Vide Fruniſcor.

Infúco, as, penult. product. are, Fuco tingo: & per translationem tego, diſſimulo. φυκόω, ἐγχρίλω. [Ital. Imbellettare, coprire, diſſimulare. Gall. Farder, deſguiſer. Hiſpan. Afeytar con a-

con afeyte. German. Einfarb anſtreichen, verdecken.] Cicero 3. de Orat. In ſcripris, & in diſtis non aurium ſolùm, ſed animi iudicio etiam magis infucata nitia noſcuntur. Plaut. in Mil. Nunc pol ego metuo nequid infucauerit. Si hic non uidebit mulierem, aperitor dolus. Vbi infucare aliquid, dixit pro eo quod eſt, fallaciam aliquâ latenter ſtruere, & quibuſdam quaſi coloribus ita diſſimulare, ut difficilè deprehendatur.

Infŭla, læ, penult. correp. f. p. Faſcia eſt in modum diadematis (ut inquit Seruius in 10. Aeneid.) à quo dependent mitræ ab utraque parte, *λαινίαι*. [Italic. Una ſorte di mitra da Pontefici, la mitra de Veſcoui Gall. Vn ornement ancien duquel uſoient les pontifes anciens, mitre Hiſp. El velo ô toca de los ſacerdotes. Ger. Ein Yaſcleu.] Feſtus, Infulas, ſacerdotũ filamentũ uocabant. Alii ſcribunt infulas filamenta alba eſſe quibus templa ornabantur: & moris fuiſſe ut nubentes priuſquam mariti domum ingrederentur, infulis poſtes ornarent. Cice 3. de Orat. Pamphilum & neſcio quem, ſinamus in infulis tantam rem, tãquam pueriles delicias depingere. Idem 6. Verr. Præſtò mihi ſacerdotes Cereris cum infulis ac uerbenis fuerunt.

Infulātus, a, um, Quod eſt infula ornatum, *λαινίαι ἢ μίτραι κεκοσμημένος*. Virgil. 3. Georg. Lanea dum niuea circumdatur infula uitta.

Infulcio, infulcis, ire, Pro ingerere. Senec. epiſt. 115. Non deſinit omnibus locis hoc uerbum infulcire.

Infulgens, Participium, ſine uerbo, Idem quod fulgens, *ἐπιγλάβων*. [Ital. Rilucente, lampegiante. Gall. Reluiſant, reſplendiſſant. Hiſpa. Reſplendeſciente. Germ. Scheinend] Catull. Argonaut. Sæpe pater Diuûm templo infulgente reuiſens, &c.

Infūmo, as, penult. prod. act. p. Ad fumum ſicco: ſicut Inſolo, ad ſolem ſicco, *λαπνίζω*. [Ital. Seccare al fumo. Gallicè, Enfumer ſeicher à la fumée. Hiſ. Secar al humo, ſahumar. Germa. Rauchen, mit Rauch derren.] Vnde Carnes infumatæ dicuntur quæ fumo ſunt ſiccatæ, *λιπὰ κατατηγά*. Plaut. Atq; hillas infumatas, & ſumen. Plin. li. 28. ca. 9. Et in fumata pilis oculorum medetur.

Infumibulum, Spiraculũ per quod fumus exit, *λαπνοδόχη*. [Ital. Fornace, camino. Galli. Cheminée. Hiſpa. Chemínea. Germ. Ein Rauchloch.]

Infundo, dis, dere, act. t. Introfundere, *ἐνίημι, ἐγχέω*. [Italicè Infondere, gettare dentro. Galli. Verſer dedans. Hiſp. Derramar à dentro. Germanic. Eingieſſen, einhin ſchütten.] Columella libro ſexto, capite quarto, Ac poſtero die ſpicas ulpici uel allii, cum uino conteres, & in naribus infundas. Cicero 11. Philipp. Ac hic nuper ſororis filio infodit uenenum non dedit. ¶ Quandoque infundere eſt ſupra fundere, *ἐπιχεῖν* Virgil. 1. Georg. Certatim largos humeris infundere rores.

Infūſio, onis, fœmi. terr. Infundendi actus, *ἔγχυσις, ἐπίχυσις*. [Ital. Verſamento. Galli. Verſement dedans Hiſpan. Obra de derramar à dentro. Germa. Eingieſſung, einſchüttung.] Plinius libro uigeſimo, capit. 21. Valuas & cibo & infuſione mollit in oleo.

Infuſus, us, maſc. gener. quo. declin. Idem quod infuſio. Plinius libro 24 cap. 6. Sonitus aurium emendat infuſu, ſtrumas illitu.

Infundĭbŭlum, li, n. ſ. Inſtrumentum quo in uaſa liquores infundimus, *χώνη, ἐπίχυσις*. [Ital. Imbotatoia, piria. Gallicè, Vn entonnir, une tremuye de moulin. Hiſpan. Embudo, ô tolua de molino. Germ. Ein Trächter.] Cato, In cella olearia hæc opus ſunt, dolia olearia, & opercula. ſactarium olearium unum, labellum unum, infundibula duo. Colum. li. 14. cap. 15. Atq; is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tuſſi. Ruſtici noſtrates luram uocitant. Antiquiores autem os utris, luram dicebant. Vnde Lurcones, capacis gulæ homines nomen acceperunt, qui à Græcis appellantur *λαιμάργοι*, & *γαστρίμαργοι*.

Infūrnĭbŭlum, neu. ſ. Pala qua panes in furno diſponuntur, [Ital. Pala da infornare. Galli. Paele pour enfourner. Hiſp. Pala de horno. German. Ein Brotſchüſſel.] Plin. libro 24. capite 17. Radix eius ponitur in carbonibus cupreſſi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in uetere tuſſi. Quo tamen in loco uetuſti codices teſte Hermolao habent, Per infundibulum. Non malè tamen infumibulum legi poſſe idem Hermolaus fatetur, eo quòd Græci hoc genus hauriendi fumi, aut nidoris *ὑπαπτισμὸν* uocant.

Infŭſco, as, are, act. p. Fuſcum reddere, *ὑπομιλαίνω*. [Italicè Offuſcare. Galli. Brunir, noircir. Hiſpan. Embaçar ô ennegreſcer à otro. German. Braun oder Schwartzlecht machen.] Plin. li. 9. ca. 29. Infuſcata aqua abſconduntur, id eſt obſcurata, & turbida facta, uel turbata. Infuſcare uellem, Col. li. 7. ca. 3. Infuſcari barbarie, translatè pro inquinari. Cicer. de clar. Orat. Sed omnes tum ferè qui nec extra urbem hanc uixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, rectè loquebantur.

Infuſcus, Idem quod fuſcus, *φαιός*. [Ital. Foſco. Gall. Noir ſitre Hiſpanicè, Baço ò pardo en color. Germ. Schwartzlecht.] Colum. li. 9. cap. 10. Quidam etiam infuſci atq; hirſuti reperiuntur.

Ingelabilis, *πάγυδατα ὰ δυνάμενον*. Gellius libro 17 capite nono, Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile ſit. Quædam exemplaria habent incongelabile.

Ingĕmino, as, are, Idem quod geminare, aut frequenter geminare, *ἀναλαμβάνω, ἀναπλόω*. [Itali. Redoppiare. Gallic. Doubler, redoubler. Hiſpanicè, Repetir ò doblar. Germani. Zwey mal oder offtermal etwas auff einanderen thün, mit widerderen wol einbilden.] Virgilius primo Georg. Tum liquidas cœpi preſſò ter gutture uoces, Aut quater ingemi nant. Ouid. 6. Faſt. Hoſtiles ingeminauit opes. ¶ Ingemina re, neutrum. Virg. 1 Georg. ingeminant Auſtri, & denſiſſimus imber. Vbi Seruius ingeminant, pro ingeminantur poſitum eſſe ait.

Ingĕmo, mis, ſecunda ſyllaba correpta, ui, itum, n. t. Vehementer gemo & grauiter fero, *γέμω, γεμάζω, ἀναστενάζω*. [Ital. Gemere. Gall. Geindre, gemir, ſe guementer. Hiſpani. Mucho gemir. Germanic. Erſeufftzen.] Cic. in Som. Scip. Hîc cum exclamaſſet Lælius, ingemuiſſentq; cæteri uehementius, leniter arridens Scipio. &c. Idem quinta Philipp. Vna illa in re ciuitas ſeruitutis oblita ingemuit. Habet aliquando poſt ſe accuſatiuum. Virgilius in Daphnide, Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones Interitum.

Ingĕmiſco, cis, eiuſdem ſignificationis. Cicer. in Epiſtol. Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt uerbum dolore laniati. Ingemiſcere malo alicui, eſt mali alicuius gratia ingemiſcere. Idem 2. Tuſculan. Quem uidit nemo illi ingemiſcentem malo.

Ingĕnĕro, as, act. p. Ingigno, gigneudo infero, *ἐγγεννάω, ἐμποιῶ*. [Ital. Ingenerare. Gall. Engendrer. Hiſpani. Engendrar à dentro. German. Eingebären.] Cic. 1. Offic. Eademque natura ui rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & uitæ ſocietatem: ingenerat q; in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati ſunt. Idem 5. de Fin. Et illum appetitum rerum à natura accommodatarum ingeneratum putauerunt omnibus, qui continetur ea commendatione naturæ, qua ſeipſi diligunt. Idem pro L. Agrar. Ingenerantur hominibus mores à ſtirpe generis, uel ex his rebus, id eſt procreantur.

Ingĕnĭcŭlāri, act. p. Significat genu flectere, *γονυπετῶ*. [Italicè, Inginocchiarſi. Gallicè, S'aggenouiller. Hiſpanicè, Arrodillar, ô hincar las rodillas. Germanicè, Sich neigen, die Knieẽ biegen.]

Ingĕnĭum, nii, n. ſ. à Gignendo, propriè natura dicitur cuiq; ingenita. *φύσις*. [Itali. Natura, ingegno. Galli. La nature qu'un chaſcun, a engin, eſprit & enten dement. Hiſp. Naturaleza, ô ingenio natural. Germani. Die angeborne art oder natürliche neigung.] Salluſt. li 3. Hiſt. Coſtrisq; collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebantur, hoc eſt, natura & ſitu loci. Plaut. in Sticho, Vbi facillimè ſpectatur mulier quæ ingenio bono eſt. Terent. in Andria, Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi: id eſt cũ hominibus eius naturæ. ¶ Eſt etiã ingeniũ, uis quędã naturalis nobis inſita ſuis uirib. prævalẽs ad inueniendũ quod ratione indicari poſſit, *εὐφυία, ἀγχίνοια*. Ci. li. 5. de Fin. Prioris generis eſt docilitas, memoria: quę ferè omnia appellãtur uno ingenii nomine: easq; uirtutes q habẽt, ingenioſi uocãtur. Vnde præclara ingenia, & obtuſa ingenia dicimus, id eſt, acuta & rudia. Peracre ingeniũ, Cic. 3. de Orat. Rude. Quin. li. 1. ca. 1.

Ingenioſus, a, um, Qui naturalem uim ad aliquid agendum accommodatam habet, *εὐφυὴς, λόγιος*. [Italicè, Ingenioſo. Gallicè, Ingenieux, qu'a bon eſprit. Hiſpanicè, Ingenioſo y agu-

ſo y agudo de ingenio. German. Sinnreych, verſtendig.] Cicero pro Cluentio, Homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. Idem pro Roſcio Comœdo, Quo quiſque eſt ingenioſior, & ſolertior, hoc docet iracundius, & laboriоſius.

Ingenioſè, aduerbium, Subtiliter, & cum ingenio, *τεχνικῶς*. [Ital. Ingenioſamente, ſottilmente. Galli. Ingenieuſemẽt, ſuatilement. Hiſpa. Sotil, y ingenioſamente. Germ. Sinnreychlich. Kunſtlich.] Cicero 1. de Inuentione, Nam ſatis in ea uidetur ex antiquis artibus ingenioſè, & diligenter electas res collocaſſe.

Ingens, tis, m. t. Magnus & immenſus, *ὑπερφυὴς, ὑπερμεγέθης*. [Ital. Molto grande. Gal. Mout grand, fort grand. Hiſ. Coſa muy grande en ſu genero. German. Seer groſs.] Plus enim eſt ingens, quàm magnus. Terent. in Eunuch. Magnas verò agere gratias Thaïs mihi? G. Ingentes. Virgil. 1. Georg. - populatq; ingentem farris aceruum Curculio. Idem 2. Georg. - qui me gelidis in uallibus Hæmi Siſtat, & ingenti ramorum protegat umbra. Ingens animus, Fortis, magnus, & conſtans, *μεγαλοψυχία*. Plinius in Panegyrico, Si unius tertium Conſulatum eundem in annum, in quem tuũ, contuliſſes, ingentis animi ſpecimen haberetur. Horat. lib. 2. Sermo. Ingens uirtus atq; animus. Virgil. 3. Georg. Ingentes tollent animos.

Ingenuus, a, um, Qui in libertate natus eſt: cuius antitheton eſt libertinus. *ἐλεύθερος. γνήσιος*. [Ital. Libero, gentile. Gallicè, Noble & honneſte, franc, debonnaire. Hiſpani. Libre, hidalgo. German. Frey erboren, freymũtig.] Eſt enim libertinus, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt: aut certè qui liber quidem natus eſt, ſed ex parentibus libertis, *ἀπελεύθερος*. Vnde interrogare hoc modo ſolemus, Ingenuúſne, an libertinus eſt? id eſt liber natus, an ſeruitute liberatus, ſi ne ex libertinorum genere ortus? Plautus in Pœnulo, Quia Adelphaſium, quam herus deamat tuus, ingenuus eſt. Terent. in Phormione, Vt ne addam, quòd ſine ſumptu, ingenuam, liberalem nactus es. Cicero 3. Verr. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, &c. Ingenua facies, quæ & liberalis dicitur, hoc eſt elegans. Plaut. in Pœnulo, Facies quidem pol ingenua eſt. Artes ſine diſciplinæ ingenuæ, id eſt liberales, & ingenuis, hoc eſt liberis, dignæ. Cic. 1. de Fin. Sunt iſta Græcorum, quanquam ab his philoſophiam & omnes ingenuas diſciplinas habemus. Idem, Vt omittam has artes elegantes, & ingenuas.

Ingenuitas, tatis, f. t. Libertas, nobilitas, honeſtas, *ἐλευθερία*. [Ital. Nobilità, honeſtà. Gall. Ingenuité, honneſte, nobleſſe. Hiſpani. Hidalguia, honeſtidad, libertad. Germanic. Anerborne freyheit, Ehrſame vnd Adeliche art.] Cicero tertia Verrina, Veſtitus enim neminem commouebat is, quem illi mos, & uis ingenuitatis dabat. Præ ſe ferre probitatem quandam, & ingenuitatem. Cicer. 1. Academ. 3. Verrina, Detrahes ornamenta non ſolùm fortunæ, ſed etiam ingenuitatis.

Ingenuè, aduerbium, Libere & ſimpliciter, *ἐλευθερίως, ἁπλῶς*. [Itali. Francamente, da huomo da bene. Gall. Franchement, noblement, ſimplement. Hiſpan. Libre y hidalgamente. Germanicè Frey, Adelichen.] Ingenuè loqui dicimus, quum quis ita loquitur ut liberum hominem decet: hoc eſt, ut nihil timidè dicat, aut ſeruiliter. Sic ingenuè fateri, eſt libere, & audacter, ſimpliciterq; fateri. Cicer. ad Metellum, Quod me abs te cupiſſe laudari, apertè atque ingenuè confitebar. Ingenuè educari, hoc eſt liberaliter, & quẽadmodum hominem liberum decet. Idem 3. de Finibus, Quis autem honeſta in familia inſtitutus, & educatus ingenuè, non ipſa turpitudine, etiam ſi cum læſura non ſit, offenditur?

Ingenuatus, Ingenuis moribus dotatus. *ἐλευθέριος*. [Italicè, Nobile, libero. Galli. Noble, franc. Hiſpani. Libre, hidalgo. Germanic. Der freyer ehrſamer oder adelicher ſitten iſt.] Plautus in Milite, Itidem dinos diſpertiſſe uitam humanam æquum fuit, Qui lepidè ingenuatus eſſet, uitam longinquam darent.

Ingero, ris, penult. corr. act. t. Infero, importo, *εἰσφέρω*. [Ital. Portare dentro, por dentro. Gall. Porter, mettre ou ietter dedans ou contre. Hiſpani. Meter ô denero. Germ. Eyntragen.] Plautus in Pſeud. Tu qui argenti habes, aquam ingere: face, plenum ahenum ſic ciuẽ. Ingerere cibum uel potionem ægroto, pro uomitione. Celſus. Conuicia ingerere alicui, Horat. 1. Ser. Saty. 7. Ligna ingerere foco. Tibul. 2. Eleg. 1. Mala multa in aliquẽ ingerere. Plaut. Baccb. Oſculũ ingerere, Suet. de Clar. gram. Semen ſolo ingerere, pro ſeminare, Colu. lib. 2. cap. 10. Ingerere dicta in aliquem, pro maledicere, & conuitiari. Plaut. in Aſin. Nunc uxorem me eſſe me miniſti tuam? Modò quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram.

Ingeſtum, pro eo quod uiolenter oblatum eſt, *ἐπίμικτον, ἐπιφόρημα*. Tacitus libro 2. Nomen Patris patriæ Tiberius à populo ſæpius ingeſtum repudiauit.

Ingeſtabilis, le, om. t. Quod geſtari non poteſt, *ἀφόρητος*. [Ital. Che non ſi può portare. Gall. Qu'on ne peut porter. Hiſpani. Coſa que no puede ſer trayda. Germa. Vntraglich.] Plin. libr. 7. capit. 6. Ingeſtabile onus crurum, & inguinum leuis tumor.

Ingigno, is, ingenui, ingenitum, 3. act. t. Inter gignendum inſero, ingenero, *ἐγγενάω*. [Itali. Ingenerare, generare di dentro. Galli, Engendrer dedans. Hiſpani. Engendrar à dentro. Germani. Eingebären, mit der geburt in die natur pflantzen.] Cicerò quinto de Finibus, Siue ut doctiſſimis uiris uiſum eſt, maior aliqua cauta, atque diuinior hanc uim ingenuit. Idẽ li. 2. Et quoniã eadẽ natura cupiditatẽ ingenuit homini ueri inueniendi, &c. Natali & ingenita ſterilitate laborantibus, Col. l. 3. c. 7. Ingenita nobilitas, Ouid. ad Piſon.

Inguitas, Quaſi indigitas, id eſt paupertas, *ἔνδεια*. [Ital. Pouertà. Gallicè, Poureté. Hiſpanicè Pobreza. Germanicè, Armũt, Mangel.] Plautus in Pœnulo, Profectò ad inguitatem lenonem rediget, ſi eas adduxerit. Alii legunt, inciras. Vide ſuprà.

Inglŏmĕro, as, are, Accumulare, coacernare, & ueluti in glomi formam inuoluere, *προσεπιλέγω*. [Itali. Acomitolare, accumulare. Gall. Emmonceler, enueloper. Hiſpan. Emboluer. Germani. Vbercinandren winden oder kugeln.] Stat. 1. Thebaid. - ſed plurimus Auſter Inglomerat noctem, tenebroſa fulmina torquet.

Inglōrius, ria, rium, Qui nullam laudem, aut gloriam ſua uirtute, aut fortitudine conſequutus eſt, & ueluti ignobilis, *ἄδοξος, ἀκλεής*. [Itali. Senza gloria, ignobile. Gallicè, Qui n'a point de bruit, ſans honneur. Hiſpa. Coſa ſin honra y alabança. Germanicè, Vnberümpt, vnnammhafftig, der noch nie mit tugend ehr eingelegt hatt.] Virgilius nono Aeneidos, Enſe leuis nudo, parmaq; inglorius alba. Cicero 1. de Legib. Præter quam honeſtatis & gloriæ ſimilitudinem, beati, qui honorati ſunt, uidentur: miſeri autem, qui ſunt inglorii.

Inglūuies, ingluuiei, fœm. qui. Inſatiabilis uoracitas, *λιχνεία λαφυγμὸς, λαιμαργία*. [Ital. Ingordigia, Gall. Gourmandiſe, gloutonnie. Hiſpani. La grageantez ò tragonia. Germanicè, Frãſſigkeit.] Terent. in Eunuch. Quæ cum amatore ſuo quum cœnant, liguriunt: Harum uidere ingluuiem, ſordes, inopiam, &c. ¶ Accipitur etiam pro ſinu gutturis, in quem aues cibos recenter deuoratos demittunt. German. Der Kropff. Columel. libro octauo, capite 7. de gallinis loquens. Nam ſi nacua non eſt ingluuies, eruditatem ſignificat. ¶ Apuleius pro curculione poſuit, quum ait, Reſtis ad ingluuiem aſtricta.

Ingrandēſco, eis, dui, n. t, Augeor, grandior fio, *μεγαλύνομαι*. [Ital. Diuenir grande, aggrandirſi, farſi grande. Gall. Deuenir grand, s'aggrandir, accroiſtre. Hiſpanicè, Engrandeſcerſe. Germanicè, Groſs werden.] Colume. libro undecimo, cap. 3. Ac circa Calendas Martias, locis apricis, licet porrum (ſi iam ingranduit) transferre. Idem lib. 2. cap. 10. Quæ ut celeriter prodeat, & ingrandeſcat, antequam ſeratur, ſimo arido permiſceri debet.

Ingrātŭs, a, um, Iniucundus, non gratus, non acceptus, *ἀνιαρός*. [Itali. Ingrato, non grato. Gall. Ingrat, mes-cognoiſſant le bien qu'on luy a fait, non agreable. Hiſpanicè, Desagradeſcido. Germanicè, Vnangenẽm, vnlieb'ich.] Plinius libro decimoquinto, capite tricẽſimoquinto, Minus quinquennium eſt quòd prodiere quæ uocant laurea, non ingratæ amaritudinis loci non ingrati. Ouidius 3. Faſtor. Onos ingratum. Catull. Ingrata oratio, cui opponitur iucunda. Quintilianus libro octauo, capite tertio. Ingrati ſaporis caſeus. Colomella libro ſeptimo, capite octauo. ¶ Ingratus item dicitur qui non meminit accepti beneficii, nec gratiam ullam habet, *ἀχάριστος, ἀγνώμων*. Terentius in Andria, Adeóne me ignauum putas, Adeóne porrò ingratum aut inhumanum, aut ferum, &c. Cicer. ad Attic. Nihil cognoui

gnoui ingratius, in quo uitio nihil mali non inest. Ingratus animus, Senec. Epistol. primo, Nec mirum est, inter plurima, maximaque uitia nullum esse frequentius, quàm ingrati animi. ¶ Ingratus, inuitus & coactus, inquit Donatus Terent. in Eunuch. Opus faciam, ut defatiger usq; Ingratus ut dormiam.

Ingratè, aduerbium, ἀχαρίστως [Ital. Ingratamente. Gallicè, Ingratement. Hispan. Desagradescidamente. Germanicè, Vndanckbarlich.] Plinius libro uigesimoseptimo, capite secundo, Quòd inquis illa fortè ab homine excogitari potuisse credit, ingratè deorum munera intelligit. Idem libr. 18. capite 1. Non ingratè nominando Marcum Varronem, id est libenter.

Ingratis. Præter gratiam & meritum, & præter uoluntatem, ἀέκητι, ἀναγκαίως, βίᾳ, παρὰ γνώμην [Itali. Contra il mio uolere. Gallicè, Contre le gré, malgré, à regret. Hispanicè, Contra la uolontad de alguno. Germanicè, Mit vnwillen.] Plaut. in Amphit. Ingratis excitauit. Cicer. pro Quintio. Extorquendum est inuito atque ingratis, quod non debet. Vide Gratis.

Ingratiis, ablatiuus, aduerbialiter positus, pro ingratis: ut, Ingratiis tuis, id est, præter gratiam tuam uel meritum: quasi dicas, non est quòd tibi agam gratias Plaut. Mere. Nimium multum scis EVT. Tuis ingratiis. Idem in Cas. Siru nolis, filiusq; etiam tuus, Vobis inuitis, atq; amborum ingratiis, Vna libella liber possum ego fieri.

Ingratitudo, uocabulo hoc non est usus Cic. Sed eius loco dixit, ἀχαριστίας crimen subire, scribens ad Attic. li 8.

Ingrãuo, as, pen. corr. Exaggero, & grauius facio, ἀναπείσσω. [Itali Aggranare, far più graue. Galli. Faire plus pesant, appesantir, affaisser. Hispanicè, Agrauiar ò hazer pesado. Germanicè, Beschwæren.] Virgilius 11. Aeneid. Ingrauat hæc sæuus Drances.

Ingrãuésco, is, n. t. Gravior & molestior fio, ἐπιβαρύνομαι. [Italice. Diuenir più graue, più molesto. Galli. Deuenir pesant, s'appesantir, se rengreger. Hispan. Hazerse pesado. Germanicè, Beschwerlich werden.] Cicero de Senectute, Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingrauescunt, animi autem se exercẽdo leuantur. Idem ad Brutum, Ingrauescit in dies malum Ingrauescentem morbum præuidere. Cice. 2. de Diuin. Ingrauescens ætas, id est senectus. Cic. de Amic. Mutari etiam mores hominum sæpe dicebat, aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingrauescente.

Ingrédior, eris, d. t. Introeo, εἰσέρχομαι, εἰσβαίνω. [Italicè. Entrare Gallicè, Entrer Hispanicè, Entrar. Germanicè, Einhingehn.] Propert. libro 2. Nouus ingreditur tua templa sacerdos, ¶ Accipitur aliquando pro simplici gradior, siue incedo. Virgil. 1. Georgic. Continuò pecoris generosi pullus in aruis Alius ingreditur. Cicer. ad Attic. Si dormis, exspergiscere: si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris, aduola. ¶ Interdum est quasi incipere, εἰσπορεύομαι. Lael. li 6. Iustus ergo quoniam dorum asperumq; iter ingressus est. ¶ Interdum, prodire. Plaut. Nihil te pudet sceleste in conspectum ingredi.

Ingréssio, onis, f. t. Actus ipse ingrediendi, εἴσοδος. [Italicè, L'entrata. Gall. Entrée. Hispan. Entrada. Germ. Der eingang.] Cic. 5. Philip. Vt quomodo aditus hostium prohibe tur castellis, & aggeribus: ita ab ingressione fori populum Tribunosq; plebis propulsari uideres. Idem de Orat. libr. 1. Ac uideo hanc primam Ingressionem meam è media philosophia repetitam.

Ingréssus, us, m. q. Incessus, ambulatio βαδισμός [Ital. L'andare. Gall. Marchure, allure Hispani. Obra de andar, andadura. German. Ein Gang.] Cicer. 1. de Natura deorum, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio. Idem 1 de Orat. Orationis uestigia, ingressumq; non uidi. ¶ Ingressus, Initium, ἀρχή. Quint. li 9 ca 4. Si pars posterior in clausula deprehendatur, rursus prior in ingressu.

Ingruo, uis, neut. genet. tert. declinat. Est confertim, & cum clamore impetum facio, more greum, qui nõnisi magno agmine & uehementi clangore uolitant, ἐπιβάλλω. [Ital. Assalire. Galli. Assaillir auec impetuosité. Hispani. Arremeter con impetu. Germa. Hauffechtig oder vngestümiglich einhinfallen.] Plaut. in Amphitr. Nostri contrà ingruunt: nicimus ui feroces. Lactantius libro secundo, Si sæua tempestas, si grando ingruat, ad Deum confugitur. Columella libro secundo, Etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Dicitur enim de bello, de pluuia, de tempestate, de rolua, & huiusmodi.

Inguina, penultima correpta, neut. tert. A rei uocabulo petitis propriè dicuntur partes illæ corporis concauæ pubi utrinq; uicinæ, tumoribus quibusdam contra naturam, qui etiam bubones Græco nomine appellantur, maximè obnoxiæ, ὁ βουβών, ῶνος. [Ital. Inguinalia. Galli. L'aines, le bas du uentre ou sont les parties honteuses. Hispaniè, La ingle. Germanicè, Die theil des Leybs zunechst ben der scham, an Vueyb vnnd Mann.] Passim tamen à scriptoribus inguina accipiuntur pro ipsis pudendis, tam fœminarum, quàm uirorum, τὰ αἰδοῖα. Martialis, Secessi quoties ad opus, mistisq; mouemur Inguinibus. Suetonius in Nerone, Virorum, ne fœminarum ad stipem deligendorum inguina inuaderet. Liuius 7 ab Vrbe, Vno atq; altero subinde ictu uentrem, atque inguina hausit. Obscœnum inguen, Horat. 1 Serm. Satyr. 8 Candida inguina, Virgil. 6. Aegloga.

Inguinária, riæ, f. p. Herba est passim in uepribus nascens, quæ & aster Atticus dicitur. à capitulis quibusdam, quæ in cacumine habet stellarum modo radiata, βοτάνιον, ἀστὴρ ἀττικός. Inguinariam autem inde appellari docet Plinius 26. ca 9. quòd inguinis dolores sedet.

Ingúrgito, as, penultima correpta, act. p. Cum uehementia ingluuio, gulam impleo, cibo aut potu intemperanter me obruo, γαστρίζω, κοιμάω, ἐγχέω, ἐμφορέω [Ital. Trageggiare. Galli. Remplir par dessus, fourrer & mettre dedans iusques à creuer. Hispani. Tragar. Germani. Gerri ich ein hin schlucken, vberfüllen mit speys vnd tranck.] Plautus in Curcul. Vide, uide ut ingurgitat impura in se merum, quarter, plenis faucibus. Cic. in Antonium, Idem quum se cibis ingurgitasset. Ingurgitare ingenium poculis, Gell. lib. 19. ca. 2. Ingurgitare se in flagitia. Cice. in Pison Ingurgitare se in philosophiam. Gell. li. 5. Laßau lib 4. Sicut ius, quæ se ingurgitat cœno.

Ingũstábilis, le, Quod gustari non potest, ἄγευστος. [Italicè, Ingustabile, che non si può gustare. Galli Dequoy on ne n'oserit gouster. Hispani. Cosa que no se puede gustar. Germ. Das man nitt versüchen mag.] or, Ingustabilis fons, Plinius libro secundo, capite 106. Idem libro 16. capite 22. Fœmina post autumnum fere baccas acerbas & ingustabiles cunctis animantibus.

Ingustatus, a, um, nomen adiectiuum est, compositum ab in, particula negatiua, & participio gustatus: idem significans quod non gustatus, ὁ μήπω γευσθείς, ἄγευστος. [Itali. Non gustato. Galli. Dequoy, on n'a point encor gouste ou tasté. Hispan. Cosa no gustada al gusto. Germani. Vnuersüchte.] Horat. 1. Serm. Sat. 8. Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi, id est quæ antè nunquam gustaueram.

Inhãbilis, le, Non aptus, ἀνεπιτήδειος. [Itali. Inhabile, non atto. Gall. Inhabile, qui n'est point propre à quelque chose. Hispani. No habil, no atauiado. Germ. Vngeschickt, vnhandsam.] Colu. lib. 2. ca. 1. Progenerandis esse fœtibus inhabilem. Inhabilis magnitudo, Liu. 5. bell. Maced. Inhabile telum, Idem 4. bel. Pun.

Inhãbíto, as, are, In loco aliquo habito, ἐνοικέω. [Ital. Habitare. Gal. Habiter ou demeurer en quelque lieu. Hisp. Morar. German. Einwohnen.] Liu. 2. bel. Pun. Procul aberant uici qui inhabitantur. Plin. in Epistol. Inde inhabitantibus tristes. Inhabitat animus in oculis, Plinius libro nodecimo, cap. 17.

Inhabitábilis, le, om. t. Quod habitari non potest, ἀνοίκητος. [Ital Che non si può habitare. Gall. Inhabitable, où on ne peut habiter. Hispanicè, Cosa que no se puede morar. Germanicè, Vnwöhnlich, das man nit einwohnen khan.] Cicero primo de Natura deorum, Atque terræ magnas regiones inhabitabiles, incultasque uidemus. Sic Plinius libro 6. capite 17.

Inhæreo, es, neut. s. Ad rem aliquam hæreo, uel affixus sum, προσπλώσιμαι. [Ital Accostarsi, appoggiarsi. Gal. Tenir à ou contre, y herdre. Hispani. Allegarse. Germani. Anhangen, anklebẽ.] Columell. libro 1. Cacumina deinde eliue, sicut matri inhærent, utraque parte abradito, & ita Efficies aptato, cuneumq; eximito. Inhærebat oculis memoria imaginis: hoc est, semper præ oculis erat, & uersabatur ob oculos, apud Plinium in Epistol. Inhærere uestigiis. Columell. libro nono, capite octauo, Inhærere uoluptatibus, Cic. 1. de Finib.

Inhæresco, scis, neut. tert. Adhæreo, affigor, προσπλώσιμαι, προσίσχω

προσίχομαι. [Ital. Attaccarſi. Gall. Tenir ou herdre ou eſtre conjoint auec. Hiſpan. Allegarſe. Germani. Anhangen etwar in leben.] Columel. libro ſecundo, capite ſecundo, Perenigua conſpergitur aqua gleba, manuq; ſubigitur, ac ſic glutinoſa eſt, quamuis leniſſimo tactu preſſa inhæreſcit, & piſcis in morem ad digitos lenteſcit habēdo, ut ait Virg. Cic. li. 1. de Nat. deo. Prouiſum etiam, utſi qua minima beſtia conaretur irrumpere, in ſordibus auriũ, tanquam in uiſco, inhæreſceret. Inhæreſcunt penitus in mentibus. Cic. 3. Tuſculan.

Inhălo, as, penultima producta, Halitum inſpiro, ἐμπνέω, ἐνπνέω. [Italicè, Fiatare, ſpirare. Galli. Soouffler, reſpirer. Hiſpanicè, Soplar y eſpirar. Germanicè, Einhauchen.] Cicer. in Piſon. Quum iſto ore fœtido teterrima nobis opinionem inhalaſſes. Lactantius de Natura deorum, Si cera inhalaueris.

Inhĭbĕo, es, act. ſec ſecunda ſyllaba correpta, ex in, & habeo compoſitum, Eſt rem cœptam, ne ulterius progrediatur, impedire, ut docet Valla, lib 5. ἀνείργω, κωλύω. [Italicè, Prohibire, uietare. Galli. Retenir, engarder, empeſcher, inhiber, defendre. Hiſp. Vedar è defender. Germanicè, Aufhalten, hinderhalten, verhinderen nicht fürtrucken.] Virgilius 12. Aeneid. Parcite iam Rutoli, & uos tela inhibete Latini. Ouid. ad Liuiam, Sustentabat aquas, curſuq; inhibebat equorum. Mentem inhibere à turpi probro, Catullus. Fletus alienius inhibere, Ouid 5. Triſt. Inhibere aluum, id eſt ſiſtere: cui contrarium eſt ſoluere. Plinius libro decimo nono, capite decimooctauo, Mira differentia, ſi uera eſt, candidis ſolui aluos modicè, nigris inhiberi, hoc eſt, aſtringi. Inhibere imperium, eſt alicui, qui in magiſtratu eſt, interdicere ne utatur poteſtate: quod barbari dicunt Suſpendere ab officio. Liuius libro primo belli Macedonici, Et ad populum & in Senatu magnis contentionibus certatũ eſt, & imperia inhibita ultro citroq;, & pignora capta, & multæ auctæ. Inhibere remos, eſt in re aliqua cœpta ſubſiſtere, & ulterius non progredi. Quintilianus libro duodecimo in Præfat. Vnum modò in illa immenſa uaſtitate cernere uidemur M. Tullium: qui tamen ipſe quamuis tanta, tamq; inſtructa naui hoc mare ingreſſus, cõtrahit uela, inhibetq; remos, hoc eſt ulterius progredi non audet.

Inhio, as, are, act. p. Luporum proprium eſt, qui aperto ore, linguaq; exerta cibum appetere dicuntur, ἐπιχαίνω. [Ital. Star con la bocca aperta, deſiderare con la bocca aperta. Gallic. Bailler, & ouurir la bouche pour prendre quelque choſe, deſirer la bouche ouuerte. Hiſpani. Codiciar con la boca abierta. Germanicè, Einwar über gynen.] ¶ Frequenter tamen per trãſlationem accipitur pro eo quod eſt, rem aliquam uehementer appeto, eiq; adipiſcendæ neruis omnib. incũbo. Conſtruitur aũt modò cũ datiuo, modò cum accuſatiuo. Apul. libro 11. In quo roſæ uirgines matutino rore floebant, his inhians propius acceſſi. Cornel. Tacit. Patrer hortis inhians. Plautus in Stricho. Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus Statius in Thebaid. Fraternos inhiantem obiit us. Gell. libro primo, Dum eius mortem inhio, egomet uiuo mortuus inter uiuos. Plaut. Aulul. Credo illum iam audiſſe mihi eſſe thesaurum domi.

Inhŏneſtus, a, um, Idem quod turpis. fœdus, αἰσχρός. [Itali. Diſhoneſto, bruto. Galli. Deshonneſte, vilain, ord & ſale. Hiſpani. Coſa fea y deshdneſta. Germani. Vnehrlich.] Terentius in Eunucho, Illúmne obſecro inhoneſtum hominem: Cicer. ad Quin. fratrem libro primo, Inhoneſtiſſima cupiditas. Item pro Domo ſua, Profectò illum Attilium hominem turpiſſimum atq; inhoneſtiſſimum iudicares. Salluſt. in Ciceronem, Quę honeſtè nominari nõ poſſunt, inhoneſtiſſima.

Inhoneſtè, aduerbium, Turpiter, αἰσχρῶς. [Ital. Brutamente, diſhoneſtamente. Galli. Deshoneſtement, vilainement. Hiſpani. Deshoneſta ò feamente. Germani. Vnehrlichen, Schandtlich.] Terent. in Andr. Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hîc diuitias Potius, quàm in patria honeſtè pauper uiuere. Cicero ad Attic. libro 2. Fauonius meam tribum tulit honeſtius, quàm ſuam Lucceii perdidit: accuſauit Naſicam inhoneſtè.

Inhoneſto, as, are, act p. Dedecorare, ἀτιμάζω. [Itali. Infamare, ſpotcare. Galli. Deshonorer, vilainer, diffamer. Hiſpani. Deshoneſtar ò a fear algo. Germ. Entehren.] Ouid. 4. Triſt. elig. 7. Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas.

Inhŏnōrātus, a, um, Honorato contrarium, ἄτιμος. [Ital. Diſhonorato. Gall. Qui n'eſt point honoré, meſpriſé. Hiſp. Deshonrado ò ſin honra. German. Vnerehret.] Cic. 1. Tuſcul. Multi inhonorati proferuntur, & quidem propter idipſum beatiores. Inhonoratior triumphus, Liu. 1. bel. Mac. Suet. in Claud. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac ſine grata mentione tranſmiſit. Inhonorata dea, Ouid 8. Metamorph.

Inhonoros, m. f. Qui ignobilis eſt, & ſine honore, ἀνλεὶς, ἄδοξος, ἄτιμος. [Ital. Ignobile, ſenza honore. Galli. Dequi il n'eſt point de bruit. Hiſpan. No noble y ſin honra. Germ. Vnehrſam, vnuerümpt.] Plin. li. 7. ca. 30. Aliquæ inhonoræ ciuitates. Facies inhonora, Silius li. 10. Sacerdos inhonoros, Stat. li. 3. Theb.

Inhŏrrĕo, res, n. f. Horridus ſum, φρίττω. [Itali. Eſſere aſpro, horrido. Gal. Se heriſſonner, & dreſſer le poil de froid, trayeur ou courreux. Hiſpani. Eſpeluzarſe, ſer aſpero. German. Rauch oder erzitterend werden.] Livius octauo ab Vrbe, Haud ſecus quàm uallo ſepta inhorret acies. ¶ A quo inhorreſco, ualde horridus fio. Plin. li. 16. ca. 41. Inhorreſcunt edito ouo, excutiuntq; ſeſe, & circumactæ purificant. Virgilius 1. Georg. Spicea iam campis quum meſſis inhorruit, & quum Fruments in uiridi ſtipula lactantia turgent, id eſt, horrida facta eſt.

Inhŏſpĭtus, a, um, Quod hoſpitio aptum non eſt, aut commodum, uel propter aſperitatem, uel propter incultum loci ſtatum, uel propter inhumanitatem incolarum. ἄξενος. [Ital. Inhoſpito. Gall. Incommode & mal propre & leger. Hiſpan. Coſa de mal apoſentamiento. German. Vngeſtlich, Vnbewohnet, das niemãd zů herberg auff nimpt.] Ouid 1. Metamorph. Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni ingredior, id eſt in quibus non ſit eorum hoſpitium. Virgilius 4. Aene. Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis. Vbi Seruius, Inhoſpita, barbara, aſpera. Horat. Et inhoſpita teſqua, hoc eſt aſperrima loca, acceſſu difficilia.

Inhŏſpĭtālis, le, om. t. Qui nullos recipit hoſpites, ἄξενος. [Itali. Che non accetta alcun' hoſpite. Galli. Qui ne reçoit nuls hoſtes ou traitte mal. Hiſpan. Coſa de mal apoſentamiento, que no aposenta algo. Germa. Vngaſtfrey, vngeheür, oder vnficher jedermann.] Plin. li. 6. in Præf. Pontus Euxinus ante ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus.

Inhŏſpĭtālĭtas, atis, f. c. Vitium eſt contrarium uirtuti hoſpitalitatis, ἀξενία, ἀκαξενία. [Ital. Mal trattamento, crudeltà uerſo foreſtieri. Gall. Mauuais traittement d'hoſtes, cruauté & rudeſſe à traitter ou loger les eſtrangers. Hiſpan. Aquel mal apoſentamiento. Germ. Vngaſtfrey, vnfreündlichkeit frömbde Leut auffzunemmen.] Cicer. 4. Tuſcul. Quę autem his ſunt contraria, ea naſci putantur à metu, ut inhoſpitalitas eſt.

Inhūmānus, a, um, Crudelis, humanitatis expers, & uitæ cõmunis ignarus, ἀνάνθρωπος. [Italic. Inhumano, crudele. Galli. Inhomain, cruel. Hiſpan. Ageno de humanidad inhumano, cruel. German. Vnmenſchlich, grauſam.] Cicer. 4. Verr. Inhumanus homo. Idem pro Quintio. Inhumanus præco. Terent. in Phorm. Hic ſine homo inhumaniſſimus Pamphilam meam uendidit? Idem in Eunuc. Non adeò inhumano ingenio ſum Chærea, Neq; tàm imperito, ut quid amor ualeat, neſciam. Inhumana uox, Cicer. 3. de Fin. ¶ Inhumanus, pro non humano, ſed diuino Apule. libro 7. Lanacro polcherrimo, & inhumanæ menſæ lautitiis, eas oppiparè reficit.

Inhumānè, aduerbium, Inciuiliter, duriter, & contra legem humanitatis, ἀνανθρώπως. [Itali. Crudelmente, inhumanamente. Gall. Inhumeinement, cruellement. Hiſpan. No humanamente, cruelmente. Germani. Vnmenſchlichen, gantz vnfreundlich.] Terent. in Heaut. Enimuero Chremes nimis graniter eruciat adoleſcentulum, Nimisq; inhumanè. Cicer. 3. Offic. Nam ſiquid ab homine ad nullam partem utilitatis tuæ cauſa detraxeris, inhumanè feceris, contraq; naturæ legem.

Inhumāniter, aliud aduerbium, eiuſdem ſignificationis. Cicero ad Quin fratrem, Non poſſum ſcribere me mirorem eſſe illum tam inhumaniter feciſſe, ut ſine meis literis proficiſceretur.

Inhumānĭtas, atis, fœmin. gener. tert. declin. Crudelitas, inciuilitas, ἀφιλανθρωπία. ἀνανθρωπία. [Ital. Diſcortesia, inhumanità, crudelità. Galli. Inhumanité, cruauté. Hiſpani. Inhumanidad, crueldad. German. Vnmenſchlichkeit, Vnfreündlichkeit]

ſtrũ Idligkeit] Cic, ſecunda Philip. Sit hoc inhumanitatis tuæ. Idem 1. de Orat. Quod ego non ſuperbia, atque inhumanitate faciebam.

Inhũmo, as, penultima product. Humo intego, terra obruo, ἐνθάπτω. [Itali Sotterrare. Gall. Enterre, enſeuelir. Hiſpa. Enterrar. German. Vergraben.] Plinius libro decimoſeptimo, Non inhumare taleas, aut ficcare priusquàm ſerantur, utilius compertum.

Inhũmātus, a, um, Inſepultus, ἄταφος, ἄθαπτος. [Itali. Inſepolto, non ſepelito. Gall. Non enterré ne enſeueli. Hiſpa. Coſa no entrrada. German. Vnuergraben.] Cicero quarto Tuſcul. Diogenes iuſſit ſe proiici inhumatum. Idem de Diuin. Is quum eſſet proiectus inhumatus, amica eius texit corpus ſuo pallio.

Inĩbi, penultima correpta, Ex in, & ibi, quaſi intus ibi, uel in eo ipſo loco, αὐτόθι. [Ital. In quello iſteſſo luogo. Galli. En ce lieu la meſmes. Hiſpan. Enel meſmo lugar. Germanicè, Ebendaſelbſt.] Apul. Multa inibi dicta ſunt quæ cõmemorare nõ eſt opus. Plautus, Nos domum properamus: uos inibi adeſſe. ¶ Aliquando ſignificat mox. Cæcil. Plotio, ut citat Nonius, Libẽne eſtnõ tum, uerùm inibi eſt. ¶ Aliquando ſignificat inter iſtos. Plaut. in Capt. Pater captiuos commercatur alios, Tantùm ſtudeus ut natum recuperet, Et inibi emit olim amiſſum filium. ¶ Alibi ponitur pro Sic. Pacuuius Iliione, apud eundem Nonium, Profectò aut inibi eſt, aut iam potiuntur frugum.

Iniĕcio, cis. penult. corr. act. 1. Propriè intro iacio, immitto, ἐπιῤῥίπτω, ἐμβάλλω. [Ital. Gettare dentro. Gall. Jetter dedans, mettre dedans ou deſſus. Hiſpan. Echar en algo à dentro. German. Einhin werffen.] Plautus, Antequam hæc in domum iniiciat. Terent. in Andr. Quæ ſeſe in ignem iniicere uoluit, prohibui. ¶ Iniicere manus, eſt manibus apprehendere, & tanquam rem ſuam ſibi uẽdicare, ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας. Vnde Manus iniectio, dicitur uendicatio rei nobis debitæ, nulla iudicum autoritate expectata. Quintilianus, Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio fit. Paul. l. penult. ff. de Seruis export. Si Titius ſeruum uendidit ea lege, ut ſi Romæ moratus eſſet, manus iniicere liceret: emptor aliis eadem lege uendidit, & ſeruus fuit à ſecundo emptore, & Romæ moratus: quæro, an ſit manus iniectio, & cui. Virgil. 10 Aeneid Iniecere manum Parcæ, hoc eſt tanquam rem ſuam ſibi uendicauerunt, & abſtulerunt. ¶ Aliquando eſt cum impetu iacere, ſeu impetum facere. Ouidius, Qua ceorum quiſque parabat Iniicere anguipedum captiuo brachia collo. ¶ Aliquando ſimpliciter iacere. Plautus in Epiſtol. Tragulam in te iniicere adornat. ¶ Aliquãdo idem quod innectere uel ligare. Idem in Capt. Iniicite huic manicas maſtigiæ, id eſt innectite. Et in Caſ. Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam metum, id eſt immittam. Liuius libro primo ab Vrbe, Iniectæ Turno catenæ, id eſt impoſitæ. ¶ Huius compoſitum eſt Superiniicio, προσεπιβάλλω, Verg. 4. Georg. Et ratas ſuperiniice frondes.

Iniectus, huius iniectus, uerbale, m. q. ἐπιῤῥίψις, ἐπιβολή. [Ital. Eſſo gittare dentro. Galli. Jetrement dedans ou deſſus. Hiſpan. Echamiento en algo. German. Ein wurff.] Plinius libro octauo, capite 11. Vix credibili modo torpeſcente tanta illa feritate, quamuis læui iniectu aperto capite, ita ut denuinctator non repugnans.

Iniectio, aliud uerbale, ἐπιβολή, ἐμβολή. ut, Manus iniectio, ius domini in re capienda & uindicanda quam agnoſcit ſuam. Senec. ſecundo de Tranquil. uitæ, Habebat ergo ſecum uera bona, in quæ non eſt manus iniectio. Loquitur de bonis, quæ Fortuna non poteſt iniecta manu tanquam ſua repoſcere.

Iniecto, as, are, frequentatiuum, ἐπιῤῥίπτομαι, συχνὰς ἐμβάλλω Stat. 9. Thebaid. Auſus erat furto dextram iniecta re Leonteus.

Inimicus, ci, m. f. Qui alium odio proſequitur, ulciſcendi tempus expectat: ab in priuatiua particula, & Amicus, ἐχθρός [Ital. Inimico, nemico. Galli. Ennemi. Hiſpani. Enemigo. Germani. Ein Feyod.] Eſt autem inimicus propriè priuatus, Hoſtis publicus. Sueto. in Tib. Scribit etiam ad ipſum hoc familiariter, necdum planè inimicus, aut hoſtis. Plautus in Perſa, Nam inimici famam non ita, ut nata eſt, ferunt. Cicero quinto de Finibus, Neceſſe eſt quidem, ſiquis ſibiipſi inimicus eſt, eum quæ bona ſunt, mala putare.

Inimicus, a, um, Quod ad inimicum pertinet, ἐχθρικός, ἀνεμενής [Itali. Coſa da inimico. Gal. Ennemi, chose d'ennemi. Hiſpan. Enemigo, coſa de enemigo. German. Feyndtlich.] Cicer. 4. Verr. At uidete, quàm inimico animo ſim actus. Plaut. in Capt. Vidẽ' hunc, quàm inimico uultu tuetur? ¶ Transfertur & ad res inanimatas, accipiturq; pro contrario, & noxio. Plin. lib. 11. ca. 13. Inimicæ oculis uomitiones, maximè autem denibus.

Inimicitia, æ, fœmin. priu. Singulari numero, ἐχθρα, ἀπέχθεια. [Itali. Inimicitia. Gallicè, Inimitié. Hiſpani. Enemiſtad. Germanicè, Feyndtſchaffe.] Cicero libro quarto Tuſculan. Inimicitia, ira ulciſcendi tempus obſeruans. Cæſar lib. de Anal. plurali ſemper numero dicendas putat Inimicitias. Terent. in Phorm. Nitа exiſtimaſſem, nũquam tam graues Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam. Cice. 1. Offic. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut ſumptus ſuſcipere uolunt.

Inimico, as, cum accuſatiuo, Inimicum facio, ἐχθραίνω. [Ital. Inimicare, dimentare inimico. Gall. Eſtre ennemi, hair. Hiſpan. Enemiſtar, ò hazer enemigo. Germa. Zom Feyndt machen.] Horat. lib. 4 Carm. Ode ulti. non furor Ciuilis, aut uis eximet otium, Non ira quæ procudit enſes, Et miſeras inimicat urbes.

Inimicor, aris, deponens p. Inimicitias exerceo, ἀπεχθάνομαι. [Italicè, Dimentare inimico. Gallicè, Eſtre ennemi, hair. Hiſpanicè, Ser enemigo. Germanicè, Feyndtſchafft treyben.] Apud Quint. Ciceronem de Petitione Conſularus, Sin autem id neget, ſtatim alienant ſeſe, & inimicantur.

Inimicè, aduerbium, Hoſtiliter, auerſo animo, & contrario, ἐχθρωδῶς. [Itali. Inimicamente. Galli. Ondieuſement, en ennemi, hainеuſement. Hiſpani. Enemigablemente. Germ. Feyndtlichen] Cic. 2. Philip. Ego autem uide quàm tecum agam non inimicè.

Inimiciter, aduerb. obſoletum, eiuſdem ſignificationis. Accius Didaſcalicorum lib. 1. ut citat Nonius, Pacare hoſtem ſe rocem inimiciter accenſum.

Inimitabilis, & hoc inimitabile, Quod nemo facilè queat imitari, ἀμίμητος. [Ital. Che non ſi può imitare. Gall. Inimitable, qu'on ne peut imiter. Hiſpan. Coſa que no ſe puede remedar. German. Das niemand leichtlich nach thun kan.] Quint. li. 2. ca. 17. Opera quædam nobis inimitabilia Idem li. 10. ca. 1. Quædam ſunt inimitabilia quibus aut infirmitas naturæ non ſufficit, aut diuerſitas repugnat.

Inde, Ex eo loco, ἐκεῖθεν. [Itali. Doquel luogo. Galli. De celieu. Hiſp. De aquel lugar. Germ. Von dannen.] Liu. Iuſti exercitus inde domos abducti.

Iniquus, a, um, ab in, & æquus: æ in i producta conuerſa: idem eſt propriè quod inæqualis, hoc eſt non planus, ἄνισος. [Ital. Diſuguale. Galli. Inegual, mal. uni. Hiſpan. Coſa no yguал. Germanic. Vngleich, vneben.] Vnde iniquus locus dicitur qui æqualis nõ eſt. Liu. 2. ab Vrbe, Cum equis poſt aliquanto pugnatum eſt, inuito quidem Conſule, quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes. ¶ Per tranſlationem uerò dicitur de hominibus iniuſtis, & improbis, quibus totius æquitatis ſunt expertes, ἄνισος, ἀγνώμων. [Ital. Iniquo, ingiuſto, irragioneuole. Gal. Inique, iniuſte. Hiſpanic. Iniuſto. Germani. Vnbillich.] Terent. in Andr. ſed ea nunc me exquirere, Iniqui patris eſt. Idem in Heaut. Quàm iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes iudices. Cicer. 1. Tuſcul. Quod hi ſerunt inique animo, qui certis, &c. ¶ Aliquando capitur pro magno, ſeu immenſo, ἄπρατος. Virgil. 1. Georg. Iniquo pondere raſtri. ¶ Aliquando pro auguſto. Idem 4. Georg. Verùm hæc ipſe equidẽ ſpatiis exclusus iniquis Prætereo.

Iniquitas, atis, f. t. Iniuſtitia, malignitas, iniuria, ἀγνωμοσύνη, ἀδικία, παρανομία. [Itali. Iniquità, iniuſtitia. Galli. Iniquité, mauuaiſtié, iniuſtice. Hiſpanic Iniuſticia ò maldad. Germani. Vnbilligkeit, vngerechtigkeit.] Plinius libro 11. capite 19. Id acciderintè ob iniquitatem præpotentium, an fortè, non ſatis conſtat. Iniquitas loci, inæqualitas. Liuius 7. ab Vrbe, Si ab eo conſilio iniquitate loci deterrentur. Iniquitas temporis, difficultas, & angustia. Liu. 5. belli Maced. Nam ſi quòd aliquando ſeruerunt temporum iniquitate preſſi, &c.

Iniquè,

Iniquè, aduerbium, Iniustè, ἀγνωμόνως, ἀδίκως. [Itali, Iniquamente. Gall. Iniquement, à tort & sans cause. Hisp. Iniustamente. Germ. Vnbillichen.] Cic. ad Brut. Atq; hoc ipsum inquies, iniquè facis, qui hostilis animi in Remp. homines, ciues appelles.

Initre gregem, pro coire, uide Ineo.

Initium, tii, n. s. Cœptum, ἀρχή. [Ital. Principio, cominciamento. Gall. Commencement, entrée. Hisp. Comienço no table y principal. Germ. Ein Anfang.] Valla, Principium rei maioris, initium uocatur: ut, Initium orationis. Quinct. libr 4. cap. 1. Quod principium Latinè, uel exordium dicitur, maiore quadam ratione Græci uidentur prooemium nominasse: quod à nostris initium modò significatur, illi satis claré partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostenduut. Terent. in Hecyra. Hic adeò his rebus annulus initium fuit inuenièdis. Ibidem, Nequeo mearum rerum initium ullum inuenire. ¶ Initia item dicebãtur Cereris sacra, quæ & μυστήρια Græco nomine appellantur. Varr. li. 2. de Re rust. A fœillo pecore immolandi initium primum sumptum uidetur. Cuius uestigia, quod initiis Cereris porci immolantur, & quòd initiis pacis, fœdus quum fertur, porcus occidatur. Alio nomine initiationes nuncupantur, quas (ut ait Tertullianus) semper arcent profanos & arbitris carent.

Initio, as, act. p. Sacris imbuo, μυῶ. [Ital. Ordinare nelle cose sacre. Gall. Initier, bailler commencement en la religion. Hispan. Consagrar ò dar orden sacra. Der ersten anfengen vnterwisen in Göttlicher lehr berichten, weyhen.] Cic. 3. de Natura deorum. Vbi initiantur gentes orarum ultimæ. Plinius libro trigesimo, capite secundo, Magicis etiam cœnis eum initiauerat. Vnde Initiatus, sacris imbutus, μεμυημένος. Cic. 2. de Leg. ait mysteria appellari initia, quibus ex asperis uitia excolri ad humanitatem sumus, tãquam ea sint uitæ principia. Propriè tamen Initia dicebantur Cereris sacra, quibus neminem interesse fas erat, nisi initiatum. Varro de Re rust. lib. 1. ca. 1. Qui contentus eum est quòd initia uocantur pontificum quæ Cereri fiunt sacra. Liu. 1 Decad. Acarnanes duo iuuenes per Initiorũ dies non initiari templum Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingressi sunt. Pueri quoq; Edulia, Potiua & Cubatia edendi, potandi, & cubandi diebus, in ritu habentur, esse Varrone lib. 4. de Ling. Latin. quum à laste & cunis, & ad solidiores cibos & lectulos transibãt. ¶ Aliàs initiari, est inchoare & auspicari, ἄρχεσθαι. Firmicus, Ver initiatur, quum primã Arietis partem Sol fuerit ingressus.

Inito, as, Vide ineo, in's.

Iniucundus, a, um, Insuauis, tristis, molestus, ἀηδὴς. [Ital. Ingiocondo, triste, molesto. Gall. Desplaisant triste. Hispan. Cosa que no deleyta, triste. Ger. Vnlieblich.] Cic. 1. de Fin. Minimè nobis Iniucundus labor.

Iniucundè, aduerb. um, ἀηδῶς, ἀτερπῶς. [Italicè, Non giocondamente, non lietamente. Gallicè, Mal-plaisemment de mauuaise grace. Hispanicè, No trayendo deleyte. Germanicè, Vnlieblichen.] Cicero ad Attic. libro primo, Quæ res mihi asperius à nobis atq; nostris, & iniucundius acta uidebantur.

Iniucũditas, atis, fœmin. gener. ter. declin. ἡ δυσλιξ, τὸ ἀτερπές. [Itali. Spiacenolezza, mala gratia. Gallicè, Mauuaise grace, desplaisance, tristesse. Hispanicè, La disposicion de no deleytar. Germanicè, Vnlieblichkeit.] Cicero 2. de Natura deor. Sed tamen præterea dum est, nequid habeat iniucunditatis oratio.

Iniudicatus, a, um, Non iudicatus, ἄκριτος. [Italicè, Non giudicato. Gallicè, Qui n'est point jugé. Hispanicè, No iuzgado en iuyzio. Germanicè, Vngeurtheilt.] Gellius libro decimoterrio, capite uigesimoterrio, Decem hominibus ui tam eripis, indicta causa, iniudicatis, indemnatis. Quintil. lib. 10. cap. 1. Id quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo.

Inioges hostiæ, Vocabantur quæ nunquam domitæ, aut iugo subditæ fuerant, ἄζυγες θυσίαι. Festus & Macrob.

Iniungo, is, act. 1. Impono, demando, præcipio tor, Iniungo tibi hoc onus, uel munus, ἐπιτίθημι, προστάττω. [Itali Imporre, commettere. Gall. Imposer, commander. Hispani. Iniungir ò imponer. Germani. Auffliegen, befehlen.] Liuius 3. ab Vrbe, Comitiorum illi habendorum, quando mihi mus natu sit, munus cõsenso iniungunt. Idem 6. bell. Pun. Verterunt orationẽ eò, ut dicerent, priuatis id, seu æquum seu iniquum onus iniungendum esse. Sic Cæs. 8. bell. Gall. & 2. bell. Ciuil. ¶ Propriè tamen Iniungere, est intus, uel supra iungere, ἐπιζευγνύναι. Columel. lib. 7. Iugumq; quarto die accipiunt, cui ramus illigatus temonis uice traiicitur: interdum & pondus aliquod iniungitur, ut maiore nisu laboris exploretur patientia. Idem l. 1. Iteq; pingui terra singulis brachiis licebit bina iniungere iugera. In iungere detrimentum Reipublicæ, est inferre, aut adducere: quod & Facere detrimentum dicitur. Brut. ad Cic. 11. Epist. Tamen si quo etiã casu litteras se traiecerint, nequid detrimenti Reipubl. iniungant, summa à nobis dabitur opera. Id est ne damnum inferant Reipublicæ. Iniungere iniuriã, Liu. 3. ab Vrbe, Iniungere seruitutem, In seruitutem redigere. Idem 7. ab Vrbe, Iniungere tormentum. Pli. in Paneg.

Iniuratos, a, um, Qui non iurauit, ἀνώμοτος. [Ita. Che non ha giurato. Gal. Qui n'a point iuré. Hispanicè, No juramentado, que no iuro. Germanicè, Vngeschworen.] Plautus in Adelph. Nam iniurato scio plus crederet mihi Cicero pro Cecinn. Quum id iurati dicunt quod ego iniuratus infimulo.

Iniuria, æ, fœm. prim. Ex eo dicta est, quòd non iure fiat, ἀδικία, ὕβρις. [Itali Ingiuria. Galli. Iniure. Hispani. Iniuria ò iniusticia. Germani. Vnbilligkeit, das einem wider billich vnd recht zugefügt wirt.] Omne enim quod non iure fit, (inquit Vlpian. l. 1. ff. de iniuriis, & fam. libel.) Iniuria dicitur siue uerbis, siue re. Re, quum manus inferuntur: uerbis, quum fit conuitium. Specialiter uerò eodem Vlpiano teste, Iniuria dicitur contumelia, à contemnendo. ¶ Interdum etiam eodem Vlpiano teste, Iniuriæ appellatione damnum culpa datum significatur: interdum etiam iniurias, cùm quis iniquè uel iniustè sententiam dixerit. Plaut. in Aulul. Ego me iniuriam filiæ fecisse fateor tuæ Cereris uigiliis per uinum, atque impulsu adolescentiæ. Terent. in Heaut. Nunc aliud specta: matres omnes filiis In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse. ¶ Nõnunquam iniuria, aduerbialiter sumitur pro immeritò, ἀλόγως, οὐκ εἰκότως. Plaut. in Milite, Amant te omnes mulieres, neq; Iniuria, qui sis tam pulcher. Cic. in Catil. Ego tibi iniuria suspectus sum.

Iniuriosus, a, um. s. Quum de persona dicitur, eum significat, qui iniuriam infert, ὑβριστής. [Ital. Ingiurioso, Gall. Iniurieux. Hispan. El que haze injuria. Germani. Ein vnbillicher, der einem vnbillichkeit zůstarret.] Cic. 1. Offic. Primum in eo peccant, quòd sint iniuriosi in proximos. Quando uerò de rebus dicitur, id significat quod iniuriæ plenum est, ὑβριστικῶς. ut, Iniuriosus ictus. Plin. lib. 17. ca. 24. Aut circumfossor iniurioso ictu uerberauit. Iniuriosa uita, plena sceleribus, & iniquitatibus, quæq; alteri damnum infert & iniuriam. Cic. 1. de Leg. Quòd si pœna, si metus supplicii, non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa, facinorosaq; uita, nemo est iniustus.

Iniuriosè, aduerbium, ὑβριστικῶς. [Ital. A torto, contra regione. Galli. A tort & iniurieusement, contre tout droit & raison. Hispan. Iniuriosa ò iniustamente. Germanicè. Vnbillich vnd recht.] Cic. pro lege Manilia, Maiores uestri sæpe mercatoribus, ac nauicularioribus iniuriosius tractatis bella gesserunt. Colum. lib. 1. cap. 8. In cæteris præbitis iniuriosè tractentur.

Iniurius, a, um, Quod est iniquum, ἄδικος. [Ital Chi fa torto & dispiacere, Ingiusto. Galli. Qui fait tort, & desplaisir, iniuste Hispan. Iniusto, que haze iniusticia. German. Vnbillich.] Plaut. in Aulul. Si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est. Terent. in Hecyr. Iniurium autem uidisci aduersarios? Vbi Dominus Iniurius, iniquum: indignantis modo significatio est, & nimis aduerbii habet. ¶ Iniurius, qui audet aliquid contra omnem iuris. Terent. in Heaut. Enimuerò reticere neque multis modis iniurium Chaipho est. Idem in Andr. Si id necensent nunc quis non det tibi uxorem Chremes, Ipsus sua iniuria esse uideatur, neq; id iniuria.

Iniussus, a, um, Non iussus, ἀπαράγγελτος. [Ital. Non comandato Gall. A qui on n'a point commandé. Hispan. No mandado. Germ. Vngeheissen.] Horat. 2. Serm. Satyr 1. Omnibus hoc uitium est cantoribus inter amicos Ve nunquam inducant animum cãtare rogati: Iniussi nunquam

deſiſtant. Virg. 6. Aeglog. Non iniuſſa cano. Idem 1. Georg. -atq; iniuſſa virescunt Gramina.

Iniuſſus, ſus, m. q. ſubſtantivum, *ἀνυπροστάκτως*, Quod nix aliter quàm in ablativo uſurpatur: ut, Iniuſſu meo, id eſt me non præcipiente. Terent. in Phorm. Itáne tandē uxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Cic. de Senect. Veratq; Pythagoras iniuſſu Imperatoris, hoc eſt Dei, de præſidio, & ſtatione vitæ decedere. Idem ad Attic. lib. 4. Ne iniuſſu populi iudicarent.

Iniūſtus, a, um, Non iuſtus, *ἄδικος*. [Itali. Ingiuſto. Gallicè, Injuſte. Hiſp. No ioſto. Germ. Vngerächt.] Terent. Adelph. Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius, Qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat. Iniuſtus, qui iuſtā magnitudinem excedit. Virgil. 1. Georg. Iniuſto ſub faſce viam dum carpit. Cic. 2. de Orat. Me uerò iam pertimeſcente, ut illam non Norbani ſeditionem, ſed illam populi Romani iracundiam, neq; eam iuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defenderem.

Iniuſtē, aduerbium, Iniquè, iniuriosè, *ἀδίκως*. [Italicè, Ingiuſtamente. Gall. Iniuſtement. Hiſpan. Iniuſtamente. Germ. Vnder alles rächt.] Plautus in Pseudol. Non ſoles reſpicere te, quum dicas iniuſtè alteri. Cicero pro Flacco, Facis iniuſtè Lali.

Iniuſtitia, æ, fœm. prim. Iniquitas, *ἀδικία*. [Itali. Ingiuſtitia. Gall. Iniuſtice. Hiſpan. Iniuſticia, iniuria. German. Vngerächtigkeit.] Terentius in Adelph. Tot res repentè circumuallant, unde emergi non poteſt: Vis egeſtas, iniuſtitia, ſolicitudo, infamia. Idem in Heaut. Eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea.

Innāſcor, eris, dep. N. ſcendo inſeror, *ἐμφύομαι, ἐγγίγνομαι*. [Itali. Innaſcere, naſcere dentro ò inſieme. Gall. Naiſtre dedans ou auec. Hiſpanicè. Naſcer dentro. Germanicè. Innwachſen, mit geboren werden.] Plautus in Milite. Non mihi uxoris unquam innata eſt, ſatis habeo diuitiarum. Cicero lib. 1. Offic. Sed illud odioſum eſt, quod in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Terent. in Andr. Hoccine credibile eſt, aut memorabile, Tanta uecordia innatæ cuiquam ut ſit, &c.

Innātō, as, are, Innatus nato, *ἐννήχομαι*. [Itali. Notare dentro. Gall. Nager ou deſſus. Hiſp. Nadar en algun lugar. Germ. Etwar inn ſchwymmen.] Colum. lib. 11. cap. 4. Vbi non innatent, ſed ſemper ſint in ſore ſubmerſa. Plin. li. 8. ca. 40. Equos innatantes ſæpe demergent. Virg. 2. Georg. Necnon & torrentem undam leuis innatat alnus.

Innāuigābilis, le, Vbi quis nauigare non poteſt, *ἄπλοος*. [Itali. Innauigabile. Gall. Innauigable, ſur lequel on ne peut nager ou nauiger. Hiſpanicè, Donde no ſe puede nauegar. German. Darinn man nicht Schiffen mag.] Liu. 5. ab Vrbe, Iuſignis annus hyeme gelida, ac niuoſa fuit, adeò ut uiæ clauſæ, Tyberis innauigabilis fuerit.

Innōdo, as, are, act. t. Colligare, circumligare, *ἐμπλέκειν*. [Ital. Ligare, ingroppare. Gal. Lier & ioindre enſemble. Hiſp. Atar y trauar en nuo. German. Einknüpffen, an etwas verſtricken.] Virgilius octauo Aeneidos, . rum lactea colla Auro inuoluuntur. Colum. libro undecimo, capite primo, Itaq; mancipia uincta, quæ ſunt ergaſtuli, per nomina quotidie citare debebit, atq; explorare, ut ſint compedibus diligenter innexa.

Innīter penult. prod. inniteris, innīſus, uel innixus, v. t. Inhæreo, incumbo, *ἐπερείδομαι, ἐπερείδεσθαι*. [Ital. Appoggiarſi, attaccarſi. Gall. S'appuier deſſus, ou tenir ferme. Hiſpani Aillegarſe, eſtribar en algo. German. Zulcynen, etwar auff ligen, ſich anſtützen.] Conſtruitur autem cum dativo, uel ablativo. Dativo. Quint. li. 8. ca. 2. Omnia cum ratione, & ſi quis innitens. Liu. 8. bell. Pun. Itaq; ſteterunt ſcutis innixi. Virg. 4. Aeneid. Ter ſeſe attollens, cubitoq; innixa leuauit. Ablativo. Liu. 4. ab Vrbe, Et ipſa haſta innixus ſe in pedes excipit. Admittit & accuſativum, mediante præpoſitione *IN*. Plin. li. 7. ca. 13. Hora dici ſecunda, in P. Panſam fratrem innixus, obiit.

Inno, nas, per duplex nn, et in & no, quaſi Intus no, *ἐπινήχομαι, ἐπιπολάζω, ἐπινυματίζω, ἐπινέω*. [Ital. Notare. Gall. Nager. Hiſpanicè. Nadar por dentro. Germ. Innſchwimmen.] Cicer. 2. de Nat. deor. Quot genera, quamq; diſparia partim ſubmerſorum, partim fluitantium, & innantium beluarum. Liu. 1. bel. Pun. Nihil, dummodò innare aquæ, & capere onus poſſent, curantes. Virg. 3. Georg. Fluuios innare rapaces. Hora. 3. Carm. Ode 17. Et innantem Maricæ Lirinibus tenuiſſe Lyrim. ¶ Hinc fit Innato frequentatiuum de quo paulo antè.

Innāuābilis, bile, penult. correp. *ἀνήπλοος, ον*. [Italicè, Che non ſi può nauicare ne nuotare. Galli. Innauigable, ſur lequel on ne peut nager ou nauiger. Hiſp. Donde no ſe puede nauigar. Germ. Darin man nicht ſchwimmē kan.] Ouid. 1. Metam. Sic erat inſtabilis tellus innabilis unda.

Innōcēns, tis, omn. t. adiectiuum, Innoxius, crimine purus, *ἀνυπαίτιος*. [Itali. Innocente. Galli. Innocent, qui ne nuira perſonne. Hiſpa. El que no empece ni haze mal, innocente coſa. Germ. Vnſchuldig, vnſchädlich.] Cic. 5. Tuſc. Innocens dicitur non qui leuiter nocet, ſed qui nihil nocet. Terent. Adelph. Obtecro populares, ferte miſero atq; innocēti auxiliū. Cæſ. 6. bel. Gal. Ne communi odio Germanorum, innocentes pro nocentibus pœnas pendant. Cic. pro Roſc. Amer. Innocens ſi accuſatus ſit abſolui poteſt: nocens, niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt.

Innocentia, æ, ſ. p. Integritas, *ἀπραξία*. [Ital. Innocence. Hiſp. Aquella innocencia de no hazer mal. Gal. Innocence. Germ. Vnſchuld.] ſen ut Cic. 5. Tuſc. Et Affectio animi talis quæ nocet nemini. Salluſt. Vbi quæ Metellus agebat, ex nuntiis accepit: ſimul & de innocentia ſua certior Romæ factus, diffidere, ac tum demum ueram deditionem facere conatus eſt.

Innocenter, Innoxiè. Sine noxa, *ἀδίκως*. [Ital. Innocentemẽte. Gall. Innocemment, innocentement. Hiſp. No haziendo mal, innocentemente. Germ. Vnſchuldiglich.] Cic. in Salluſt. Antequam eos res ſuæ geſtæ, & uita innocentiſſimè acta commendauit. Plin. lib. 18. cap. 31. Omnia quæ ceduntur, carpuntur, tondentur, innocentiora decreſcente luna, quàm creſcente fiunt.

Innōcūus, a, um, Adhuc accipitur pro eo qui non nocet, *ἀνυπαίτιος*. [Itali. Che non nuoce ad alcuno. Galli. Qui ne nuit perſonne, qui ne fait tort à perſonne. Hiſ. El que no haze mal à ninguno. Germ. Vnſchuldig.] Plin. lib. 8. Eoſdem peſtiferos ferunt in Græcia, innocuos eſſe in Sicilia. ¶ Paſſiuè uerò pro eo cui non nocetur, *ἀπρακτος*. Virg. 10. Aeneid. . & ſedere carinæ. Omnes innocuæ, id eſt ſine detrimento. Vbi Seruius oſtendit, illud intereſſe inter innocuum & innoxium, ut innocuus dicatur, cui nocere nemo poſſit: innoxius, qui non nouit nocere. Quam tamen differentiam irridet Valla lib. 6. potaq; in loco Virgilii iam errore, naues non idcirco dictas eſſe innocuas quòd eis noceri non poſſet: ſed magis quòd nemini nocuiſſent.

Innōteſco, is, ui t. Notus fio, *γνωρίζομαι*. [Ital. Farſi noto. Gallicè. Venir en bruit, & eſtre cognu. Hiſp. Ser conoſcido, hazerſe conoſcer. Germ. Kundt oder bekant werdē.] Lact. li. 1. Deniq; à doctis huius ſeculi, quibus fortè ſcripta eius innotuerunt, deridari ſolent. Plin. libr. 17. cap. 11. Cteſilochus Appellis diſcipulus peruulanti picturæ innotuit.

Innouo, as, are, act. pr. Nouum facio, nouam rationem faſcio, nouum morem uel conſuetudinem in Rempublicam induco. Cic. in Piſon. &c.

Innōxius, a, um, Innocens, culpa carens, inculpatus, ſeu is qui nemini nocet, *ἀνυπαίτιος, ἀβλαβής*. [Italicè, Innocente, che non nuoce ad alcuno. Gall. Qui ne nuit à perſonne, in coulpable. Hiſpani El que no haze mal è alguno, innocente. Germ. Vnſchuldig, der niemandt ſchaden thůt.] Plaut. in Capt. Decet innocentem ſeruum atq; innoxium Confidentem eſſe, ſuum apud herum poſſimdm. Salluſt. Ipſi innoxii, florentes, ſine metu ætatem agere. Serpens innoxius. Virg. 7. Aen. Verba non innoxia. Virg. 2. Georg. ¶ Innoxius paſſiuè, cui noceri non poteſt. Colum. lib. 2 ca. 10. Sic condita, erit à curculionibus innoxia. Idem lib. 7. ca. 3. Vt ſit innoxius ab iniuria pecorum.

Innūbilus, a, um, Idem eſt quod clarũ, & ſerenum, nubiloq; contrarium, *αἴθριος*. [Itali. Chiaro, ſereno, non nubiloſo. Galli. Sans nuées, ſerain. Hiſp. Claro, ſin nuues. Germani. Vngewölckt.] Lucret. lib. 5. Neq; nix acri concreta pruina. Cana cadens uiolat, ſemperq; innubilus æther Integit: & large diffuſo lumine ridet.

Innūbis, & hoc innūbe, penult. product. Sine nubibus, *ἀνέφελος*. [Italicè, Senza nuuoli. Galli. Sans nuées, ſerain. Hiſpanicè. Sin nuues. Germanicè. Ohne gewölck, ſchön.] ut, Dies innubis, quo nulla apparent nubes. Seneca in Hercule, Namque ut reluxit pellicis captæ decus, Et ſul-

ſit lato

ſit Iolæ: qualis innubis dies.

Innūbo, is, ere, Propriè eſt tranſire ad domum mariti, ἐγγᾶσθαι μᾶρι. [Ital. Andar à marito. Galli. Prendre mari. Hiſp. Caſarſe la muger y andar à caſa del varon. German. Mannen ein Mann nemmen.] Accipitur tamen ſimpliciter pro tranſire. Lucil. libro ſexto Satyr. Innubere atque innubere cenſeor. Feſtus. Vnde innubere in illuſtrem familiam dicuntur mulieres, quæ viro generoſo nubunt, multisque imaginibus claro. Huic opponitur ennubere, quod eam reſpicit familiam à qua mulier nuptui traditur. Vnde ennubere è partibus, dicitur mulier Patritii ordinis, quæ viro plebeio nubit.

Innuba, penultima correpta, quæ nunquam nupſit, ἀ ἄγαμος. [Itali. Che mai ſi è maritata. Gall. Fille non mariée, qui ne fut jamais mariée. Hiſpanicè, La muger que nunca ſe caſo. Germanicè, Die noch keinen Mann genommen hatt.] Sic laurus dicitur innuba apud Ouid. li. 10. Met. propter Daphnem virginem, quam fabulantur in laurum fuiſſe transformatam. Ouid. 12. Metam. -contempto munere Phœbi Innuba permaneo. Idem 10. Metam. Nec tiliæ molles, nec fagus & innuba laurus.

Innuptus, a, um, Non nuptus, ἄγαμος. [Itali. Non maritato. Gal. Non marie. Hiſp. No caſado. Ger. Vnuermählet.] Virgil. 2. Aene. Circum pueri, innuptæque puellæ Sacra canunt. Cicer. 1. de Orat. Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis ivnxit nuptiis, id eſt illicitis, & præter ius faſq; contractis. Propriè de puellis dicitur.

Innūmĕrābĭlis, le, Quod numerari non poteſt, ἀναρίθμητος. [Italicè, Innumerabile. Gallicè, Innumerable, qu'on ne peut nombrer. Hiſpani. Coſa que no ſe puede contar. Germanicè, Vnzälich oder Vnzalbar.] Cicero 1. Verrin. Cognoſcite nunc innumerabilem pecuniam fumentario nomine ereptam.

Innumerabĭlĭtas, atis, f. t. Infinitas, ἀπειρία. [Ital. Infinità, innumerabilità. Gall. Vn nombre infini. Hiſpanicè, Infinidad. Germanicè, Vnzalbarkeit.] Cicero primo de Natura deorum, Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemq; mundorum, &c.

Innumerabĭlĭter, aduerbium. Lucr. li. 5. -qui corpore toto Innumerabiliter priuas mutatur in oras.

Innumĕrālis, le, Idem quod innumerabilis: ſed eſt antiquũ, ἄπαρος, ἀναρίθμητος. Lucr. li. 2. -cætera quæ ſunt, Non eſſe unica, ſed numero magis innumerali.

Innumĕrus, a, um, Idem quod innumerabilis. Plin. li. 2. cap. 5. Innumeræ rerũ effigies. Lucan. Adde quod innumeræ concurrunt undiq; gentes.

Innūmĕrōsus, a, um, Idem cum ſuperioribus. Plinius libro decimo, capite ſexageſimoquinto, Ex omnibus quæ perfectos fœtus, vel tantos & innumeroſos edunt, ſupra cuncta eſt murium fœtus.

Innuo, is, n. t. Signo aliquo capitis voluntatem oſtendo, ſive affirmem, ſive negem, ἐπινεύω. [Itali. Accennare. Galli. Faire ſigne de la teſte. Hiſpani. Hazer ſennas con la cabeça, como delos ojos. Germani. Vnicken mit dem Haupt.] Cicer. pro Murena, Atq; ille, ut ſemper fuit aperti ſſimus, non ſe purgauit, ſed indicauit, atque innuit. Idem ad Allienum, lib. 13. Hanc ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & innuo. Ad Herennium li. 4. Quòd ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, imò innuiſſet modò, hoc facilè perfici poſſet.

Innuptus, Vide Innubo.

Innūtrio, is, ire, 3 & q. Idem quod in loco aliquo nutrire, ἐντρέφω. [Ital. Nutrire di dentro. Gall. Nourrir dedãs. Hiſp. Criar dentro. Ger. Ernehren in ernehren.] Pli. in Epiſt. Hoc altro die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari ſubiret timendi pauor.

Inoblītus, a, um, Perpetuò memor, ἀπιλλησμόνητος, ἀνεπίλητος. [Ital. Che mai ſi domentica. Galli. Qui ne s'oblie iamais. Hiſp. Coſa que ſe guarda en la memoria. Germ. Vnvergeſſen.] Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. Semper inoblita repetam tua munera mente.

Inobrŭtus, a, um, Non obrutus, ἄκλυστος, ἀβύθιστος. [Itali. Non coperto di acqua. Galli. Qui n'eſt point couuert d'eau. Hiſpani. Coſa no ſoterrada ni anegada. Germani. Vnuberfallen, vnbedeckt.] Ouid. 7. Metamorp. Deucalioneas effugi inobrutus undas.

Inobſcūro, as, are, Obſcurum reddere, ἀμαυρόω, ἀπαμβλύνω. [Ital. Oſcurare. Gall. Obſcurcir. Hiſpanic. Eſcurecer à otra coſa. Germanicè, Verfinſteren, verdunckelen.] Cicero nona Philipp. Cui ſi ſtatuam in roſtris decreto veſtro ſtatueritis, nulla eius legationis poſteritate inobſcura hæc oblivio.

Inobſĕquens, tis, omnis generis, tert. declinat. Inobediens, ἀνυπήκοος. [Ital. Inobediente. Gall. Inobedient, non obeiſſant. Hiſp. Deſobediente. Germani. Vngefólgig.] Seneca in Hippol. Inobſequentes protinus frænis equi Rapuere currum.

Inobſervātus, a, um, Non obſeruatus, ἀπερεφύλακτος. [Itali. Non gardato, non cuſtodito. Galli. Dequoy on ne ſe guectoit point. Hiſpan. Coſa no guardada. Germ. Vngeachtet, vnwargenommen.] Mart. li. 8. Luſerat hoc caſus, niſi inobſeruata maneret. Ouid. 4. Metamo. -at ille Vt puer, & vacuus, & inobſeruatus in herbis, Huc it, & hinc illuc. Inobſeruata varietas, Plin. li. 28. ca. 5.

Inobſervābĭlis, le, Quod obſeruari non poteſt, ἀπαρατήρητος, ἀσύνλημπτος. [Itali. Coſa che non ſi puo comprendere. Gal. On ne peut comprendre. Hiſp. Coſa que no pue de guardar. Ger. Das man nicht recht warnemmen oder vermercken kan.] Plin. li. 2. ca. decimoſeptimo, Martis ſydere cuius eſt maximè inobſeruabilis curſus. Catull. Argon. Ne labyrintheis à flexibus egredientem Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error.

Inŏccĭdŭus, a, um, Nõ occiduus, ἀδιάπαυστος, ἀδιάλειπτος. [Itali. Perpetuo, che non cade mai. Galli. Qui ne reſconce point, durant ſans ceſſe, perpetuel. Hiſpa. Coſa que no ſe, perpetuo. Ger. Das nicht nider gadt, nimmer ſchlaffend] ut, Viſus inoccidui, id eſt oculi ſemper vigilantes. Stat. lib. 6. Theb. Spectat inoccidui ſtellatum vi ſibus Argum.

Inocco, as, Cooperio, βωλοπετέω. [Ital. Coprire. Galli. Couurir. Hiſp. Cobrir. Ger. Eggen, mit der Eggen überfaren.] quod fit quum ſemen in agro ſeminatum eſt, & glebas ſarculis, aut cratibus diſſolnimus, ut ſemen humo contegatur. Colu. lib. 2. ca. 8. Nam ſemen, quod ſicco ſolo ingeſtum & iam inoccatum eſt, perinde acſi repoſitum eſſet in hordeo, non corrumpitur. Componitur autem ex in, & occo, as, quod eſt comminuo: de quo alibi.

Inŏcŭlo, as, penult. correp. act. p. Oculum unius arboris alteri adhibeo, ſeu oculum in arbore aperio, ἐνοφθαλμίζω. [Itali Inſerire, por dentro, inestare, incalmare. Gall. Enter en eſcuſſon. Hiſpani. Enxerir de eſcudete. German Einzweygen.] Columell. libro 11. capite ſecundo, His quidem diebus arbores ficorum inoculantur: quod genus inſitionis, emplaſtratio vocatur.

Inŏcŭlātio, f. t. Plinius libro 17. capite 14. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua, ἐνοφθαλμισμός. [Itali. Inoculatione. Gall. Enture d'arbres en eſcuſſon. Hiſp. Aquel la obra de enxerir en eſcudete. Germ. Einzweyung in das aug eines Baums.]

Inŏdōrus, a, um, Quod eſt ſine odore, ἄοσμος, ἄνοσμος. [Itali. Senza odore. Galli. Sans odeur. Hiſpa. Coſa que no ha de ſi olor. Germanicè, Vngeſchmacket, das kein geruch hatt.] Perſius. Satyr. 6. -ornæ Oſſa inodora dabit. Gellius libro ſeptimo, capite ſexto, Quædam animalia alia carent alio, & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritáue. Alii legunt inora.

Inodoro, as, are, Odore inficere, ὄζειν ποιῶ. [Itali. Far ſentire odore. Gall. Faire ſentir quelque odeur. Hiſpa. Coſa que haze olor. German. Ein böſen geſchmack machen.] Colum. libro 11. ca. 3. Nam ſic ſata, & rurſus ſic recondita, exiſtimantur neque acerrimi ſaporis exiſtere neq; mandentium hallitus inodorare.

Inoffēnsus, a, um, Quod non offenditur, ἀπλαβὴς, ἀνεπιπρία στος. [Itali. Non offeſo. Gallic. Contre lequel on n' point heurté, non offenſé. Hiſpan. No offendido. German. Vnuerletzt.] ut, Inoffenſa tempora à valetudine, hoc eſt, nullo morbo læſa & offenſa. Gell. li. 2. ca. 1. Temperantia quoq; cum fuiſſe tanta traditum eſt, ut omnis ferè vitæ ſuæ tempora à valetudine inoffenſa duxerit.

Inoffĭcĭōsus, a, um, Qui facit contra officiũ, vel qui nullum officium præſtat amico, ἀνεθίκως. [Itali Diſcortese. Gall. Qui fait contre le deuoir, incivil. Hiſpa. Deſcortes, deſcuidado en la amiſtad. Germ. Der wider ſeines amptes pflicht thut, item vndienſtbar.] Cic. ad Attic. li. 13. Aliter enim non

fuiſſemus & in his inofficioſi, & in nóſmetipſos. Inofficioſum teſtamentum, dicitur (ut ait Paulus Iuriſc.) quod non ex officio pietatis paternæ conſectum eſt, filiis ſine legitima cauſa exheredatis, ἀνελλήνως διαθήκη. Cic. 2. Verr. Teſtamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficioſum, non inhumanum.

Inſĕtico, cis, ſeui. ſui, ctum, & itum, Superincreſco, ἐπιφύομαι. [Ital. Creſcere, aggrandirſi. Gall. Croiſtre & s'augmenter. Hiſp. Creſcer. Germ. Einwachſen.] Colum. lib. 5. capit. 10. Amygdala, ſi parum ferax erit, ſorata arbore lapidem adigito, & ita librum arboris inoleſcere ſinito. Virgil. 2 Georg. . hoc alienæ ex arbore germen Includunt, udoque docent inoleſcere libro. ¶ Inolevit, actiuè. Gell. li. 12. cap. 5. Natura omnium rerum quæ nos genuit, induit nobis, inolevitq; in ipſis ſtatim principiis, quib. nati ſumus, id eſt, inoleſcere, ioſeruit, confirmauit.

Inominatus, a, um, Malè ominatus, infœlix, ἀνοσιούργος, δυσμενής. [Ital. Infelice, ſfortunato. Gall. Portant malencontre, malheureux. Hiſp. Malauenturado, deſdichado, mal agüero. Ger. Vnfellig, vnglückhafftig.] Horat. Epod. 16. Aut pars indocili melior grege: mollis, & expes, Inominata perprimat cubilia.

Inŏpāco, as, are, Opacum reddere & obſcurum, ἐπισκιάζω. [Ital. Oſcurare. Gal. Ombrager, offuſquer. Hiſp. Hazer eſcuridad ò ſombra, eſcureſcer. Germ. Beſchattigen.] Colu. li. 8. cap. 17. Media rurſus terrena pars eſſe debet, ut coloca-ſiis conſeratur, aliiſq; familiaribus aquæ viridibus, quæ inopacant auium receptacula.

Inopinans, Nomen eſt adiectiuum, idem ſignificans quod incautus, improuidus, cuiſq; aliquid accidit præter opinionem, ἀπροσδόκητος. [Ital. Incauto, che non conſidera à quello che può accidere. Gall. Qui ne ſe doubte de rien, inconſideré. Hiſp. No prouey do, que non pienſa lo puede acontecer. Germ. Vnuerſähend, vnuermeinend.] Cæſ. 6. bel. Gal. Multos in agris inopinantes deprehendit.

Inopinanter, hoc eſt ſubitò, & præter expectationem, ἀπροσδοκήτως. [Itall. Subitamente, ſenza hauerni penſato. Galli. Sans y penſer. Hiſp. No penſandi. Germ. Vnuerſähenlich vngetharneter ſach.] Suet. in Tib. Cæſare, cap. 60 In paucis diebus quàm Capreas attigit, piſcatori qui ſibi ſecretum agent, grandem mulum inopinàter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem iuſſit.

Inŏpīnātus, a, um, Improuiſus, quod præter ſpem & opinionem euenit, ἀπροσδόκητος. [Ital. Di che non ſe penſa che poſſa auenire. Galli. Dequoy on ne ſe doubtoit point. Hiſp. Coſa no penſada. Ger. Vnuerſähet, vnuermeint, vngefinnet.] Cic. 3. Tuſc. Hæc enim ferè ſũ habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri. Repentina, & inopinata graviora, Cic. 1. Tuſc.

Inopinatè, & inopinatò, aduerbia, Idem quod præter ſpem, ἀπροσδοκήτως. [Itali. Impenſatamente. Gall. Sans y penſer. Hiſp. No penſando. Germanicè, Vnuerſähenlich.] Liuius 9. bel. Macedon. Quid ad id, quod futurum erat, ne inopinatè accideret, præparatis ſuorum animis ſigna extẽplo conuertit. Idem 6. belli Punici, Quum inopinatò in caſtra Romana Numidæ, Hiſpanique cum elephantis irrupiſſent.

Inŏpīnābilis, Quod quis nunquam exiſtimaſſet futurũ, παράδοξος. [Italic. Coſa che non ſi pue penſare che auenga. Gall. Qu'on ne penſeroit jamais qu'il deut auenir. Hiſpan. Coſa de que no ſe puede tener opinion. Germanicè. Das niemands gemeint hatt das es beſchähen ſolt, Vnuermeinet.] Gell. li. 17. ca. 21. Infames materias, ſiue quis mauult dicere inopinabiles Idẽ lib. 12. cap. 18, Atque id etiam quod magis inopinabile eſt.

Inopinus, a, um, penult. prod. Idem quod inopinatus: ut, Inopina quies. Virgil 5. Aen. Vix primos inopina quies laxauerat artus. Gaudia inopina, Stat. 1. Sylu. Dolor inopinus, Idem 1. Theb.

Inŏppŏrtūnus, pen. pro. ἄκαιρος, ἀνεπιτήδειος. [Ital. Non conueuole, improprio. Gallicè, Qui n'eſt point conuenable, mal propre. Hiſpanicè, No conueniente, no con ſaſon ò tiempo. Germanicè, Vngelägen, vnſommlich.] Opportuno contrarium. Cicero tertio de Orat. Eſt enim huic loco noſtro ſedes non inopportuna ſermoni. Importunæq; volucres, Virgil.

Inops, inopis, om. t. Pauper, ἄπορος. [Ital. Povero, ſenza aiuto. Gall. Poure, diſetteux, ſouffreteux. Hiſpan. Pobre y menguado de riquezas. German. Arm, dürfftig.] Cic. 2. Offic. Nam quum premeretur inops multitudo ab iis qui maiores opes habebant, &c. ¶ Aliquando dicitur ſine ope, ſine auxilio. Vnde inopem animi, inopem prudentiæ dicimus: id eſt ſine ope animi, ſine ope prudentiæ. Iungitur enim cum genitiuis omnium rerum. Inops auxilii Liu. 4. ab Vrbe, Inops conſilii, Idem 6. bell. Pun. Inops dicendi ſapientia. Cic. 3. de Diuin. Inops remedii, Plin. lib. 16. cap. 21. ¶ Aliquando inops dicitur inſepultus, ἄθαπτος. Virgil. libr. 6. Hæc omnis quam cernis, inops, inhumataque turba. Eam re enim Pontificio terra iniiciebatur & circa cadauer, & circa abſentium corpora, quibuſdam ſolennibus ſacris addictis. Inops igitur dicitur inſepultus, quaſi ſine terra, quæ Ops dicitur.

Inŏpĭa, æ, ſ. p. Egeſtas, indigentia. ἀπορία. [Ital. Pouertà. Gal. Poureté, diſette. Hiſpanicè, Pobreza y neceſſidad. Germanicè, Armůt.] Cicero de Amic. Humilem ſane relinquunt, & minimè generoſum, ut ita dicam, ortum amicitiæ, quam ex inopia, atque indigentia naſci volunt. Idem 3. de Inuen. Si propter inopiam in egeſtate eſtis, pecuniam non habetis.

Inopioſus, a, um, Sine ope, ἄπορος. [Itall. Senza aiuto. Gall. Poure, neceſſiteux. Hiſpanicè, Pobre y neceſſitado. Germanicè, Voll Mangel. Hilffloſs.] Plautus, Sæpe-go res multas tibi mandaui Milphio Dubias, egenas, inopioſas conſilii.

Inŏra, Dicuntur animalia ſine ore, ἄστομα. [Ital. Senza bocca. Gallic. Sans bouche. Hiſpani. Animales que no tienen boca. German. On ein Maul.] quales ſunt Aſtomi Indiæ populi, halitu viuentes & odore: quorum meminit Plin. libro 7. cap. 2.

Inŏrātus, a, um, Non oratus, ὁ μὴ παρακληθείς, ὁ μὴ παρακλητός. [Ital. Non dimandato, non pregato. Galli. Non harengué, ne demandé. Hiſ. No demandado ni rogado. Germ. Nicht erzelt noch erflärt.] Cic. pro Roſc. Amer. Legati Ameriã re inorata reuerterũt. Loquitur de Legatis ad Syllam miſſis, ab eo tamen non auditis.

Inŏrdĭnātus, a, um, Quod non eſt ordinatum, ἄτακτος. [Italicè, Diſordinato. Gall. Deſordonné, hors & ſans ordre. Hiſpani. Deſordenado. Germa. Vngeordnet] Cicero de Vniuerſ. Idq; ex ordinato in ordinem adduxit. Inordinati, & incompoſiti milites, Liu. 2. bell. Pun. Inordinatiſſimi pili, Plinius lib. 22. cap. 22.

Inŏrĭor, uerbum deponens, idem quod ſimplex, ἀνίσχω, ἐκγίγνομαι. [Italicè, Naſcere. Gallicè, Naiſtre. Hiſpanicè, Naſcer. Germanicè, Ermar innen entſtehn.] Tacit. libro undecimo, Recentia hæc: quid ſi memoria eorum morietur?

Inornatus, a, um, Ornato contrarium, ἀδιακόσμητος, ἄκομος, ἄκοσμος. [Ital. Diſornato, rozzo. Gall. Mal accouſtré ou ajancé. Hiſp. No afeitado ni compueſto. Germ. Vngezieret.] Cic. in Orat. Dum intelligamus hoc eſſe Atticum in Lyſia, non quòd tenuis ſit, & inornatus, ſed quòd nihil habeat inſolens & ineptum. Inornata verba, Horat. de Arte. Inornati capilli, Ouid. 5. Metam.

Inornatè, aduerbium, ἀκόμως. [Italic. Senza ornamento. Gallicè, Sans ornement. Hiſpanicè, No afeytadamente. Germanicè, Vnzierlichen.] Ad Herennium libro quarto, Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando, & in ludendo, aut in corpore, aut in animo aut in extraneis rebus dicere.

Inphronitos, dicitur inſolens & imprudens, Græci ἄφρονα, imprudentem dicunt, uide in dictione Fruniſcor, & Infrunitus.

In poſterum, penult. corrept. τὸ λοιπὸν, τ' ἐπιὸν, ἐς τὸ πρόσθεν. [Ital. Per l'auenire. Galli. A l'auenir, par cy apres. Hiſpa. De aqui adelante. Germanicè, Fürthin, für diſs mal hin.] Vide Poſterus.

In primis, penult. prod. Duæ partes ſunt, poſitæ loco aduerbii ordinis quæ idem ualent quod ante omnes, uel ante omnia, uel unum ex primis, εἰς τὰ πρῶτα. [Itali. In prima. Gallicè, Premierement, en premier lieu. Hiſpanicè, Primeramente. Germanicè, Vornäs, Fürnemlich.] Salluſt. Quæ quidem res in primis mihi uidetur cauſa fuiſſe facinoris maturandi.

Inquam, uide Inquio.

Inquantum, aduerbium, *ἐφ' ὅσο, ἐπὶ ὅσον.* [Ital. Inquanto. Gall. Autant que. Hisp. Tanto como. Germ. So vil als, oder so fast als.] Id est, tantum quantum Plinius in Epistol. Quæ, ut domus ipsa, patiuntur, à me tamẽ, inquantum potuerit, requirentur.

Inquies, tis, gen. om. t. pro Inquietus, ta, tum, Quod est sine quiete, *ἀνάπαυτος. ἄπαυστος.* [Itali. Inquieto. Galli. Qui n'a point de repos. Hispa. Cosa sin holgança. Germ. Vnrůwig.] Sall. lib. 1. Histo. Humanum genus inquies, atq; indomitum. Plin. in præfatione Naturalis historiæ, Iam sibi satis gloriæ quæsitum, & potuisse se desinere, ni animus inquies pasceretur opere. Apul. lib. 1. Quæ contentione & inquieti procacitate præditus asinus.

Inquies, substantiuum fœ. gen. q. *ἀπὸ τοῦ ἡσυχάζειν ἀδυναμία, ταραχή.* [Ital. Mancamento di ripoſo. Gall. Fauie de repos. Hispan. Aquella no holgança. German. Vnrůw.] Idem est quod inquietudo, solicitudo. Plin. lib. 19. ca. 22. Furiales somni, & inquies nocturna. Gell. li. 19. ca. 9. Vt interea labor hic vigiliarum & inquies suauitate paulisper nocum, atq; modulorum acquiesceret.

Inquiẽto, as, Turbo, quietem agere non permitto, *ἀνησυχάζω.* [Ital. Inquietare, turbare. Gall. Trauailler & moleſter, tormenter. Hiſpani. Moleſtar ò perturbar. German. Vnrůwig machen.] Colum. li. 9. Ne incubantes nutrices ab aliis auibus inquietarentur.

Inquiẽtùdo, inis, f. t. Turba, priuatio quietis, *ταραχή.* [Itall. Inquietudine, perturbatione. Galli. Inquietude, faute de repos trauail, moleſtie. Hiſpani. Aquello no holgança. Ger. Vnrůw.] Seneca de Benefic. lib. 2. capit. 8. Tametsi inquietudinem Tiberius ne hoc quidem modo quo putabat, potuit effugere.

Inquiẽtus, penult. product. Adiectiuum, *ἀγάπυστος, ἐχληρὸς, ἀσύχιος, ἀκοίμητος.* [Ital. Inquieto, senza riposo. Gallic. Qui n'a point de repos. Hiſpani. Cosa sin holgança. Germ. Vnrůwig.] Quieto contrarium: ut, inquietus animus: hoc est, turbulentus, Liuius primo ab Vrbe, Inquietus homo & ad Tribunatum spirans. Idem 3. ab Vrbe, præcordia inquieta, Horat. Epod. 5.

Inquietatio, uerbal. *σφαλασμός, ἐνόχλησις.* [Ital. Trauaglio, mancamento di ripoſo. Galli. Trauail, faute de repos. Hiſp. Aquella no holgança, trabajo. Germanicè, Vnrůw.] Liu. 2. bell. Pun.

Inquilinus, ni, m. s. penult. product. Ex in, & colo, Qui in alieno priuato habitat: propriè tamen in conducto, siue in urbe, siue ruri, ut inquit Valla lib. 4. *ἐνοικος, σύνοικος, μίτοικος.* [Ital. Chi tiene casa à fitto. Galli. Locatif ou louager. Hiſp. El que mora en cosa ò habitacion alquilada. Germa. Ein Hausswirt der in einem frömbden Hauss vmb den Zinss wohnet.] Sueton. in Claud. Cæs. Partem etiam census omnes ordines conferre iussit, & insuper inquilinos primarum ædium, atque insularum, pensionem annuam repræsentare fisco. Cicero 2. Philip. At uerò te inquilino (non enim domino) personabant omnia uocibus ebriorum. ¶ Inquilini etiam interdum dicuntur qui in eisdem habitant ædibus. Martial. libro 1. Vicinus Nonio uel inquilinus sit, siquis Nonium uidere non uult. Vide etiam in uerbo Incolo, is.

Inquino, as, penult. corrept. act. p. Maculo, deturpo, *λυμαίνω, μολύνω* [Ital. Macchiare, ibrattare. Gal. Souiller, honnir, salir. Hiſpani. Ensuziar ò manzillar. German. Verunsaubern, beflecken, verunreinigen.] Horat. lib. 1. Serm. Mentior at siquid, merdis caput inquinet albis Corvorum. Lactantius libro sexto, Pecudum sanguinis effusus quo aras inquinant. Cicero prima Tusculana, Quibus cæcati uelut domesticis uitiis, atque flagitiis sese inquinassent. Fit autem à cunio, is, ut inquit Festus. Cunire uerò est stercus facere.

Inquinatus, a, um, Fœdatus, contaminatus, pollutus, *μολυσμένος, χραυθείς.* [Itali. Macchiatto, imbrattato. Gall. Souillé, honni. Hiſpani. Ensuziado ò manzillado. Germani. Beflecket, verunsůbert, vnsauber.] Cicero de Aruspic. responsis, Fœdior atque inquinatior. Idem pro Flac. Nihil enim illo inquinatius. Sordidissima & inquinatissima ratio, Cicero 1. Offic.

Inquinatè, aduerbium, Sordidè, turpiter, *μιαρολυσμένως, μιαιμένως.* [Ital. Lordamente, sporcamente. Galli. Ordement, salement, villainement. Hiſpani. Suziamente. Germ. Vnsauberlich, Vnsůtiglich.] Cic. de Claris Orat. Itaque diligenter loquendi laude caruit, neq; tamẽ est admodum inquinatè locutus.

Inquinamentum, ti, n. sec. Sordes & immunditia, *ἰνυπαρία.* [Itali. Sporcitia. Galli. Souillure, ordure, saleté. Hiſpanicè, Suziedad. Germanicè, Vnsauberkeit, beflecklung.] Gellius libro secundo, capite sexto, Cuius significationis multo, assiduoque usu totum uerbum ita contaminatum est, ut iam squallor de re nulla alia, quàm de inquinamentis solis dici cœperit.

Inquio, is, Defectiuum est, significans idem quod dico, *φημί* [Itali. Dire. Galli. Dire. Hiſp. Dezir. Germani. Ich sag oder sprich.] Cic. libr. 1. de Orat. Aucupari uerba oportebit, inquio: ut ea quæ sunt frigidiora, uitemus. Pers. Satyr. 1. Hoc iuuat: hic, inquis, uero quisquam fazit olerum. Iuuenal. Satyr. 3. -quando artibus, inquit, honestis Nullos in urbe locus. Cicc. in Verr. Vbi sunt Pamphile (inquit) scyphi? Idem 2. de Orat. Tu uerò, inquisti, molestus non eris. Idem 4. Ver. Ergo, inquiet, aliquis, donauit populo Syracusano illam hæreditatem. Plaut. In Pseud. Ius bonum orat Pseudolus, Dabo, inquc. Teren. in Heaut. Eccum me, inquc. Autor ad Heren. libr. 4. Quid enim tibi uis, aliquis inquiat? Plin. in Aulul. Nunc quæ res tibi, & gnatæ tuæ Bene, fœliciterq; uortat, ita dii faxint, inquito. Hæc sunt ferè quæ in usu sunt huius uerbi inquio.

Inquam, uerbum est defectiuum, Idem significans quod dico, dicebam, uel dixi. Teren. in And. Matura *DAV.* Iam, inquam, hic adero. Plaut. in Captiuis, Quis agit hoc? quis prohibetur, inquam? quasi muti fient.

Inquiro, is, penult. product. act. t. Inuestigo, quasi intus quæro, *ἱστορέω, ἐπιζητέω.* [Ital. Cercare, inuestigare. Gall. Chercher, enquerir, enquester, s'informer. Hiſpa. Buscar. Germ. Fleissig nachhinsůchen, nachhinforschen.] Cicer. 1. Offic. Peregrini autem atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeq; esse in aliena Repub. curiosum. ¶ Inquirere pro eo quod uulgò dicunt, facere informationem. Cicero sexta Verrina, Nimirum, didici etiam dum in istum inquiro, artificum nomina. ¶ Inquirere in patrimonium & uasa, hoc est, patrimonii & uasorum ualorem scisciari. Senec. libro primo, Sed nomina facturi diligenter in patrimonium & uasa debitoris inquirimus. Sic etiam accipiendum est illud Ouidii, Filius ante diem patrios inquirit annos.

Inquisitio, onis, f. t. Inuestigatio, *ἀνιχνεία, βασανισμός.* [Ital. Inquisitione informatione. Gall. Cherchement, enquestue, information. Hiſp. Busca y informacion, inquisicion. German. Nachsůchung, erforschung.] Cic. 1. Offic. In primisq; hominis est propria ueri inquisitio, atq; inuestigatio. ¶ Inquisitio, pro informatione quam uocant. Cic. 4. Ver. Equidem existimatis unquã ulla in prouincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris, tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum?

Inquisitor, oris, m. t. Qui uestigat, *ἱστορικὸς, βασανιστής.* [Italicè, Cercatore, informatore. Galli. Chercheur, enquesteur, inquisiteur. Hiſp. Buscador, Inquisidor. German. Ein nachsůcher, nach hin gründer.] Plinius libro octauo, capite quadragesimo, Scrutatur uestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loco retrahens. ¶ Inquisitor, qui inquirit, & ut uulgò loquuntur, informat se de alicuius re. Plin. Epist. 9. Norbanum Licinianum legatum & inquisitorem reum postulauit.

Insălubris, bre, penultima producta, Quod est salubri contrarium, *νοσώδης.* [Ital. Non sano. Gall. Mal-sain. Hiſpa. No sano ni saludable. Germanicè, Vngesund.] Plinius libro decimooctauo, capite quinto, Neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum. Columella libro primo, capite quarto, M. Attilius Regulus dixisse memoratur, fundum sicut ne fœcundissimi quidem soli, quum sit insalubris, ita nec effœti, si uel saluberrimus sit, parandum.

Insălūtātus, ta, tum, Non salutatus, *ἀπροσαγόρευτος.* [Italic. Non salutato. Galli. Non saluć. Hiſpan. Non saluda do. Germanicè, Vngegrůsst.] Vnde Insalutato hospite discedere dicuntur qui clanculum se subducunt: quod facere solent ii qui facinoris alicuius sibi conscii, hospitis sui conspectũ subterfugiunt.

Insănābilis, le, Quod sanari nõ potest, *ἀνίατος, ἀθεράπευτος* [Ital. Che non si può sanare. Gal. Incurable, qu'on ne peut

guerir. Hiſpanicè, Coſa que no ſe puede ſanar. Germanicè, Vnheilſam.] Cic. pro Sestio, Ego uerò, ſi mihi uni pereundum fuiſſet, ac non accipienda plaga mihi inſanabilis illa mortifera, quam Reipub. impoſuiſſes.

Inſanus, penult. prod. Qui non eſt ſani conſilii, & qui non habet mentem integram, *παράφρων, μανιώδης.* [Italicè, *Pazzo.* Gall. Inſenſé, hors du ſens, phremetique. Hiſpani. Loco. Germ. Vnſinnig, Taub.] Terent. in Eunuch. Setum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit. Vnde Inſania, æ, ſtultitia, dementia, *μανία, παραφροσύνη.* Terent. in Adelph. Prò Iupiter, tu homo adiges me ad inſaniam. Plaut. in Aulul. Larux hunc, atq; intemperiæ, inſaniæq; agitant ſenem. ¶ Item inſanus magnus dicitur. Virgil. 9. Aeglog. Inſani feriant ſine littora fluctus. Inſanum ſtudium equorum, armorum, &c. id eſt, immodicũ, *ἱππομανία, ὁπλομανία.* ¶ Sunt qui exiſtimant inſanum aliquando accipi pro ualde ſano, ut *IN* particula intendendi uim habeat, ſicut in dictione infractus, & inclytus, citantq; illud Perſii ex Satyr. 1. Et inſano multum laudanda magiſtro. Quo tamen in loco accipi congruè poteſt pro nimis concitato ad curam diſcipuli, à quo ſubueretur reportare noram indiligentiæ. Nam ueteres præter notam ſignificationem peruicaces & intractabiles appellabant inſanos. Contentioſi quoq; qui nunquam ſuccumbebant, aliosq; improbabant, inſani uocati ſunt.

Inſanè, aduerbium, uehementer, propterea quòd inſani omnia uehementer faciunt, inquit Varro, neque rei alicuius ſeruant modum, *ἐπιμανῶς, ἀνιάτως.* [Itali. Pazzamente. Galli. Erragéement, en folie. Hiſpanicè, Locamente. Germ. Vnſinnigklich.]

Inſānia, æ, fœmin. gen. prim. declin. Dementia, *βακχία, μανία.* [Ital. *Pazzia.* Gal. Maladie quand on eſt hors du ſens, folie, phrenesie. Hiſpanicè, Locura. Germani. Vnſinnigkeit, Taübe.] Terent. Adelp. Prò Iupiter tu homo adiges me ad inſaniam. Plaut. Aulul. Larux hunc, atq; intemperiæ inſaniæq; agitant ſenem.

Inſanio, is, iui, itum, n. q. A ſanus compoſitum, pro eo quod eſt furere, uel inſanum eſſe, *μαίνομαι, παραφρονέω.* [Itali, *Impazzire.* Gall. Eſtre inſenſé ou hors du ſens. Hiſpa. Enloqueſcer. Germ. Vnſinnig oder taub ſein.] Terent. in Adel. Minimè miror qui inſanire occipiunt ex iniuria. Plaut. in Menæch. Hei mihi, inſanire me aiunt, ultrò quum ipſi inſaniant. ¶ Quandoq; eſt carmen componere. Virg. 1 Aeglog. Inſanire libet. Nam inſani, *ἐνθεοι* dicuntur, id eſt, Deo pleni. Seruius.

Inſanitas, atis, Idem quod inſania, *μανία, παραφροσύνη* [Itali. *Pazzia.* Galli. Folie, rage. Hiſpani. Locura. Germanicè, Vnſinnigkeit, Vngeſundheit] Cic. 3. Tuſc. Inſipientia aũt quaſi inſanitas, eademq; dementia.

Inſatiabilis, le, om. t. Quod ſatiari non poteſt, *ἀπλήρωτος.* [Ital. *Non* ſatievole, che non ſi può ſatiare. Galli. Inſatiable, qu'on ne peut ſaouler ne raſſaſier. Hiſpa. Coſa que no ſe puede hartar. Germ. Vnerſettlich.] Inſatiabilis cupiditas, Cic. 1. Tuſc. & 1. de Fin. Inſatiabilis uoluptas, Idem 4. de Finib. Inſatiabilis animus. Liu. 4. ab Vrbe.

Inſatiabiliter, aduerbium, *ἀκορέστως.* [Itali. Inſatiabilmente. Gall. Inſatiablement. Hiſpan. No ſe podiendo hartar. Germanicè, Vnerſettlichen.] Plin. in Epiſtol. Quos ego quum recordor in re inani, frigida, aſſidua, tam inſatiabiliter deſidere, &c.

Inſătivus, a, um, Quod non ſeritur, quod ſponte prouenit, *αὐτοφυής.* [Itali. Che non ſi ſemina. Galli. Qui ne ſe ſeme point. Hiſpan. Coſa que no ſe ſembra. Germ. Vngeſäyt das von im ſelbs wachſt.] Plin. lib. 19. ca. 11. Hoc inſatiuum rumex uocatur, naſciturq; fortiſſimum.

Inſătŭrabilis, le, Quod ſaturari non poteſt, *ἀπλήρωτος.* [Italicè, Che non ſi può ſatiare, inſatievole. Gal. Qu'on ne peut ſaouler & raſſaſier. Hiſpanicè. Coſa que no ſe puede hartar. Germ. Vnerſettlich.] Cic. pro Sestio, Libelli etiam pro nimio ſæpe oppigno rabatur: manebat inſaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

Inſaturabiliter, aduerbium, *ἀπλήστως.* [Ital. *Senza* ſatolarſe. Gall. Sans ſe ſaouler & raſſaſier. Hiſpan. No podiendo ſe hafter. Germani. Vnerſettlichen.] Cicero ſecundo de Natura deor. Ex ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus, quia conſumit ætas temporum ſpatia, annisq; præteritis inſaturabiliter expletur.

Inſcendo, is, ſcẽdi, ſcenſum. Idem eſt quod aſcendo, *ἐμβαίνω.* [Italicè, *Aſcendere.* Gall. Monter ſur quelque choſe. Hiſpa. Subir à riba. Germani. Zuſteigen etwar ein.] Plaut. in Amphit. Quadrigas ſi nun inſcendas Ioui, Atq; hinc fugiat. Gellius uſus eſt huius paſſiuo inſcendor. ita enim ait li. 5. c. 2 de Bucephalo Alexandri equo, Haud unquam ſeſe ab alio inſcendi, niſi à rege, paſſus eſt.

Inſciens, tis, adiectiuum, Ignarus, inquit Donatus, *ἄγνως.* [Ital. *Ignorante.* Galli. Qui n'en ſait rien, ignorant du fait. Hiſpani. Coſa neſcia ò no ſabidora. Germani. Vnwiſſend.] Plaut. in Trin. Me abſente, atq; inſciente, inconſulto meo, Aedes uenales haſce inſcribit literis. Terent. in Heaut. Si peccaui, mi Chreme, Inſciens feci. *CH.* id equidem ego, etiam ſi tu neges, certò, ſcio Te inſcientem atq; imprudentem dicere, ac facere omnia.

Inſcientia, æ, fœmin. gen. prim. declinat. Ignorantia, *ἄγνοια.* [Ital. *Ignoranza.* Galli. Ignorance, faute de ſauoir. Hiſpan. Necedad ò no ſabiduria. German. Vnwiſſenheit] Cic. pro Syl. Vos deniq; in tantis tenebris erroris & inſcientiæ clariſſimum lumen præluliſtis menti meæ. Idem 1. Acad. Sed inter ſcientiam & inſcientiam comprehenſionem illam quam dixi, collocabat.

Inſcienter, aduerbium, Per imprudentiam ſue ignorantiã, *δι ἄγνοιαν.* [Itali. Ignorantemente. Galli. Ignoramment. Hiſpanicè, No ſabiamente. Germanicè, Vnwiſſentlich.] Cicero in Topic. Partitione autem ſic utendum eſt, nullam ut partem relinquas: ut ſi partiri uelis tutelas, inſcienter facias, &c.

Inſcitus, ta, tum, Inelegans, & malè compoſitus, *ἄμουσος.* [Itali. Inelegante, mal compoſto. Gallicè, Sot, lourd, de peu d'eſprit. Hiſpanicè. No polido, mal compueſto. Germanic. Vngeſchickt, Vnſinnend.] Plaut. in Menæch. Mulier hæc inſcita eſt, & ſtulta, quantum perſpexi modò.

Inſcitè, Imperitè, incomptè, impolitè, inelegantèr, *ἀμαθῶς, ἀπαιδεύτως.* [Itali. Lordamente, ſanza giudico, goffamente. Gall. Sottement, lourdement, ſans jugement. Hiſpanic. No ſabia y ignorantemente, ſin juyzio. Germanicè, Vngeſchickelich, vnuerſtendiglich, Vnfrey.] Plaut. in Trin. Si quid ſcis me feciſſe inſcitè aut improbè, ſi id me Non aecum fas, tute ipſe obiurgandus es, ſcio.

Inſcitia, æ, fœminini generis, primæ declinationis, Ignorantia, imprudentia, *ἀνεπιστημία, ἀνεπιστημοσύνη.* [Ital Ignoranza. Gall. Ignorance, faute de ſauoir. Hiſpani. Necedad ò no ſabiduria. Germanic. Vnwiſſenheit, Vnſinnenheit.] Plaut. in Corcul. Heus tu mulier, malè mereri de immerente, inſcitia eſt. Terent. in Heaut. O Iupiter, tãtam ineſſe animo inſcitiam?

Inſcius, Neſcius, Imprudens, quaſi non ſciens, *ἀνεπιστήμων.* [Ital. Che non ſa, imprudente. Gal. Qui n'en ſait rien, ignorant du fait. Hiſp. Necio ò no ſabidor. Germa. Vnwiſſend, vnuerſtendig.] Cic. 4. Acad. Quam ſi ſubtraxeris, qui diſtingues artificem ab inſcio? Idem 5. de Fini. Nec uerò ſum inſcius eſſe utilitatem in hiſtoria, non modò uoluptatem. Inſcia ac temeraria turba, Liu. 4. bel. Pun.

Inſcribo, bis, penult. prod. act. p. Eſt rei alicui titulum, uel autoris nomen addere, *ἐπιγράφω.* [Itali. Sopra ſcriuere. Gal. Eſcrire ou engraver en ou ſur quelque choſe, intituler. Hiſpanicè, Intitular poniendo titulo, ſobreſcreuir. Germani. Einſchreiben.] Cicero libro Tuſculan. Quid noſtri philoſophi, nónne in his ipſis libris quos ſcribunt de contemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt? Idem Caſſio, In ſtatua quam poſuit in roſtris. Inſcripſit, Parenti optimè merito. Lactant. lib. 1. Minutius Felix in eo libro qui Octauius inſcribitur, ſic argumentatus eſt. ¶ Interdum dilacerare, *ἐπιξαίνω, ἐπιγράφω.* Plautus, Corpus tuum uirgis ulmeis inſcribam, id eſt, inſigniam: uel ita dilacerabo, ut notæ inſcriptæ appareant.

Inſcriptus, a, um, Quandoq; pro non ſcripto ſumitur, *ἄγραφος.* [Ital. *Non* ſcritto. Gall. Qui n'eſt point eſcrit. Hiſpa. No eſcriuido. German. Vngeſchriben.] ut apud Varronem lib. 2. capite primo, Itaq; greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum, atque ad publicanum pro ſitentur, ne ſi inſcriptum pecus pauerit, lege Cenſoria commitat mulctam. Quintilian. lib. 5. cap. 8. Alia eſſe ſcripta, & alia inſcripta.

Inſcriptum, ti, n. ſ. Breue quoddam in chartula ſcriptum, cuiuſmodi ſolent dare Præfecti urbium iis qui merces exportant,

nat, τὸ ἐπιγραπτὸν, τὸ πρόγραμμα. [Itali. Brene, bolletino. Gall. Vn bulerin, vn bullet. Hiſpa Latera del principe. Germ. Ein geſcribner Zedel.] Lucil. Facit idem quod illi qui inſcriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. ¶ Inſcriptum, pro inſcriptione. Gell. 10. cap. ulti. Quædam alia inſcripta nimis lepida, multaſq; prorſus concinnitates redolentia.

Inſcriptio, uerbale, fœmin. gener. tert. declinat. Modò titulus, modò nota, ἐπιγραφὴ, ἐπίγραμμα. [Ital. Sopraſcritta. Gal. Eſcriteau, inſcription, titre. Hiſpani. Sobreſcritura, titulo. Germani. Ein übergeſchrifft, Zedel.] Plinius libro 19. ca. 1. Hinc illa infœlicis monumenti inſcriptio, Turba ſe medicorum periiſſe.

Inſcălpo, pis, pſi, ptum, act. 1. à ſcalpo compoſitum eſt, teſte Diomede, non à ſculpo, quod Latinum non eſt, ἐγλύφω. [Ital. Scolpire. Gall. Enrailler, engraue. Hiſp. Eſculpir. Germani. Eingraben.] Mutatur autem prima vocalis in ultimam, quemadmodum in compoſitis uerbi Calco, inculco conculco, & proculco. Vnde gemmam ſcalptam contendit dicendum, non ſculptam. Eſt autem inſculpere, ineidere aliquid in re, in argento, in marmore, in gemma, & ſimili materia. Plin. in Epiſt. Inſciſa & inſculpta publicis, æternitiq; monumentis. ¶ Per metaphoram dicimus aliquid inſculptum eſſe in animo, quod ita memoriæ animoq; noſtro impreſſum eſt, & infixum, ut facilè excidere non poſſit Cic. 2. de Nat. deor. Omnibus enim innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe deos.

Inſĕco, as, are, act. p. Idem quod ſecare, ſine ictus ſecare, ἐντέμνω, ἐγκόπτω. [Ital. Togliare. Gal. Couper, tailler. Hiſp. Cortar. Germ. Einſchneiden, auffſchneiden.] Liu. li. 8. bel. Maced. Sed non tam parentibus plagis mouentur: interdum inſecta cute, ubi latior, quàm altior plaga eſt, etiã glorioſum ſe pugnare putant. Colum. li. 1. ca. 47. Quidam olim non contundunt, ſed acuta arundine inſecant. Idem li. 4. c. 15. Sequente deinde anno inſecatur ſuperior pars cui naturæ uſq; ad metallum.

Inſecta, n. c. Animalcula ſunt partim terreſtria, ut ſcolopendræ, ſtelliones: partim uolucria, ut apes, veſpæ: partim communtroq; participantia, ut formicæ: partim pennis & pedibus carentia, ut tineæ quæ in homine naſcuntur, ἔντομα. [Italicè, Piccioli animali che non hanno ſangue. Gall. Petites beſtes qui n'ont point de ſang. Hiſpa. Los animales ceuuidos. Germanic. Allerley kleine Thierlin ſo zwiſchen dem hanpt vnd brüſt oder zwiſchen der brüſt vnnd dem bauch. ſähen als ob ſy zerſchnitten wärind, als fliegen läter, &c.] Ariſtot. Dicta inſecta ab inciſuris, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum ſunt, atque alui. Hæc Albertus Magnus appellat annulata. Vide plura de his apud Plin. libro undecimo, cap. 1.

Inſecabĭlis, bile, omn. tert. Quod ſecari, ac diuidi non poteſt, quales ſunt atomi, ἄτμητος. [Itali. Che non ſi può tagliare. Gall. Qu'on ne ſauroit couper ne diuiſer. Hiſpani. Coſa que no ſe puede cortar. Germa. Vnzerſchneydig.] Quintil. li. 1. ca. 17. Ne hi quidem, qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora inſecabilia eſſe, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt.

Inſĕdātus, a, um, Non ſedatus, turbulentus, commotus, ταραχώδης, ἄγαν. [Ita. Non acquetato, commoſſo. Gallicè, Qui n'eſt point posè ne raſſis. Hiſpani. No aſſoſſepado. Germa. Vngeſtiller, vnruwig.] Cic. in Partit. Simulq; alitudo animi in capiendis incommodis, & maximè inioriis, & omne quod eſt eius generis graue, inſedatum, turbulentum, ἀπαώρατον, ἀνιαρὸν.

Inſĕdabĭlis, le, Quod ſedari non poteſt: unde aduerbium inſedabiliter. Lucret. libro 1. Inſedabiliter fictis arida corpora merſans.

Inſēmĭno, as, are, act. p. Inſerere, ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω [Itali. Seminare. Gall. Semer. Hiſp. Sembrar. Germ. Einſäyen.] Gell. li. 19. ca 5. Qui aquam minalem frugibus ſanè & arboribus fœcundam diceret, ſed hominibus potu nimio inſalubrem eſſe: rabem & morbos ſenſim atq; in diem longam uiſceribus inſeminare.

Inſĕnesco, ſcis, ſcere, neutri generis, tertiæ coniugationis, Diutiſſimè immorari, quaſique in eo ætatem conſumere, & ſenem fieri, ἐγγηράσκω. [Italicè, Diuenir uecchio in qualche negotio. Gallicè. Enuieillir, deuenir uieil. Hiſpani Ennegeſcerſe. Germ. Ein alt oder erralten.] Quintilian. lib. decimo, capite tertio, Singulis actionum partibus inſenescere. Tacitus libro tertio, Quum plerique iisdem negotiis inſenescerent.

Inſēnsĭbĭlis, le, om. t. Quod ſub ſenſum cadere non poteſt, ἀναίσθητος. [Ital. Inſenſibile. Galli. Inſenſible. Hiſp. Coſa que no ſe puede ſentir. Germanicè, Vnempfindtlich] Gellius libro 17. capite 10. Innumerabile eſſe ait, & propemodum inſenſibile.

Inſenſĭlis, le, Idem. Lucretius libro ſecundo, neceſſe eſt Ex inſenſilibus tamen omnia conſiteare Principiis conſtare.

Inſepultus, a, um, Non ſepultus, ἄθαπτος. [Itali. Inſepulto, non ſepelito. Gallicè, Qui n'eſt point enſeueli, ne enterré. Hiſpanicè, No enterrado. Germanicè, Vnbegraben.] Cicero quarta Catillin. Cerno animo ſepultam patriam, miſeros atque inſepultos aceruos ciuium. Horatius Epod. quinto, Pòſt inſepulta membra different lupi, Et exiliæ alites.

Inſĕquŏr, penult. correp. d. t. Sequor, uel ſubſequor, ἀκολουθῶ. ἐφέπομαι. [Itali Seguitare, ſeguir dentro, perſeguitare. Galli. Suiure, enſuiure, pourſuiure. Hiſpani. Seguir, perſeguir. German Nachfolgung, nacheylung.] Virgil. Aeneid. Inſequitur clamorq; uirûm, ſtridorq; rudentum. Cicer de clar. Orat. Hunc proximo ſeculo Themiſtocles eſt inſecutus. idem in Ora. Quinetiam poſtremam literam detrahebant, niſi uocalis inſequebatur. ¶ Item perſequi, & inſectari. διώκειν. Cic. lib 2. Philip. Si tum occiſus eſſet, quum te illum in foro ſpectante pop. Rom. gladio ſtricto inſecutus es. Virgil. Aen. Nunc eadem fortuna uiros tot caſibus actos Inſequitur: quæ das finem ex magne laborũ? Cic. pro Roſc. Amer. Quid uis amplius? ecquid inſequeris? quid oppugnas Inſequi clamore ac minis, Cic. pro Cluent.

Inſequens, participium, ἐφεπόμενος, ἑπόμενος. [Ital. Perſeguitante. Galli. Enſuiuant. Hiſp. Perſeguidor, el que ſiegue. Germa. Nachfolgend.] Cic. ad Auguſtum, Quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior pop. Rom. illuxit? Inſequenti officium, De quo mox dicturi aut deliberaturi ſumus. Plancus ad Senatum lib. 10. Epiſt. Ciceron. Huic prius excuſandum me eſſe arbitror, quàm de inſequente officio quicquam ulli pollicendum.

Inſequenter, aduerbium, Pro inconſequenter, ἀνακολούθως. [Itali. Senza à propoſito Galli. Inconſequemment, mal à propos. Hiſp. No figuiendo ſe. German. Auff das vorgehn à nicht folgend.] Gell. lib. 10. cap. 10. Obſcurè & inſequenter particula illa poſita.

Inſĕctor, aris, frequentatiuum, d. p. Sæpe & multum perſequi διώκειν. [Itali. Perſeguitare attentamente. Galli. Pourſuiure diligemment & inſtamment. Hiſpanicè. Perſeguir mucho y con diligencia. Germanicè. Mit eroſt nacheyllen.] Cicero pro Fonteio, Inſector ultrò, atque iuſto accuſatori iudices: inſector, inquam, ac flagitio teſteis. Plaut. in Capt. Nam iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrem, & patrem. ¶ Legitur etiam in actiua uoce inſecto, ſed apud ut ruſtiſſimos duntaxat. Plautus in Capt. Iam illic nos inſectabit lapidibus, niſi illum iubes Cor prehendi. ¶ Inſectari terram raſtris. Virgil. 1. Georgic. Aſſiduis terram inſectabere raſtris.

Inſectātio, onis, fœm. tert. διώξις, ἐπίλυσις. [Ital. Il perſeguitare con triſte parole. Galli. Pourſuite, comme quand on meſdit aucun. Hiſpan. Aquella obra de perſeguir con parolas injuriosas. Germanic. Verfolgung, nachung.] Liu. 1. ab Vrbe. Inde illam abſentis inſectationem eſſe natam, quòd mortando ſpem deſtituerit.

Inſĕro, is, penult. corr. Inſerui, inſertum, act. p. ſignificat immitto, impono, immiſceo, ἐμβάλλω, ἐντίθημι, ἐμβάλλω, ἐγκεντρίζω. [Itali. Inſerire por dentro, ineſtare, incalmare. Galli. Enter, mettre dedans. Hiſpan. Meter dentro, enxerir. Germanicè, Einlaſſen, Einſtoſſen.] Terent. in Heaut. Vidin' ego te modò manum in ſinum huic meretrici Inſerere? Colum. lib. 4. cap. 9. Nauſea diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inſeras. Plin. li. 10. cap. 57. Penna per tranſuerſas inſerta mares. ¶ Quandoque facit inſeui, inſitum, ſignificat idem quod inſemino. Colu. lib. 5. cap. 7. Arboribus rumpotinis, ſi frumentum non inſeritur, in utramq; partem uiginti pedum ſpatis interueniunt, hoc eſt, ſi inter arbores frumentum non ſeminetur. Solent enim Itali inter arbores illas quæ uitibus neſtiantur,

frumentum ſerere: qui mos etiam hodie manſit in Campania, & in agro Mediolanenſi. De arbore dicitur, quando ſcilicet ſciſſo trunco, ſurculus fœcundæ arboris inſeritur in ſterili, *ἐμφυτεύεται*. ſiue quum oculus unius arboris alteri adhibetur: quòd quidam inoculationẽ uocant: uel quando arbor ſeritur, aut plantatur. Virgil. 1. Aeglog. Inſere nũc Meliboee pyros, pone ordine uites. Colum. de Arbo. cap. 8. Vitem, quam inſiturus es, reſecato, & plagam leuato, atque ita findito, & paratos ſurculos in fiſſura demittito eatenus quà adraſi ſunt. Idem, Inſita eſt fructuoſior quàm quæ inſita non eſt, quàm quæ cum ramis, radicibuſq; ſeritur ¶ Per tranſlationem Laſt. lib. 5. Odium & inuidiam & dolum hominibus inſeuit, ut tam eſſent, quàm ſerpentes, uenenati, tam rapaces, quàm lupi. Diome. Inſeror, inſertus & inſitus facit. Et tradunt quidam inſitus arborum eſſe, Inſertus hominis uel alicuius rei. Seruius, Inſitas arbores dicimus, inſertas uerò cauſas aut fabulas. Plin. lib. 10. Penna per tranſuerſas inſerta nares.

Inſitum, ſiti, pen. corr. *τὸ ἐνεῖβιν. ἐμφύτευμα.* [Itali. Inestato, Piantato, una calma. Gall. Vn greffe, vn'ante. Hiſpan. Coſa enxerida ô enxerta. Germani. Ein zweyg, ein ſchoſs das man in ein anderen Baum zweyget.] Nomen, eſt ipſe ſurculus ex una arbore reciſus, & in aliam implantatus. Colu. li. 4. ca. 29. Tum quod ex inſito profundit, ſubligandum, ne uento ſurculus motus labefactetur, explantetúrue teneat pampinus. Idem de Arbor. ca. 26. Terram circa arborem aggerato uſq; ad ipſum inſitum.

Inſitus, penult. corr. participium. innatus, *ἐμφυτ/ός.* [Italicè, Inestato, incalmato. Gall. Inſeré, mis dedans. Hiſp. Enxerido. Germ. Eingepflantzet, eingeſäyt.] Cicero ſexta Verrina, Hoc quum cæteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, ut animis eorum inſitum, atque innatum eſſe uideatur. Inſitos urbi ciues, Salluſt. in Cicero. Inſitas genti mos per latrocinia militiam exercere, Liuius 8. bel. Pun.

Inſſus, us, penult. corrept nomen, m. q. Idem quod inſitio. Plinius libro decimoſexto, cap. 5. Et hactenus publica ſunt genera, cætera regionum locorumq;, aut ex his inter ſe inſitu miſta.

Inſitio, onis, fœm gener. tert. declinat. Inſerendi actus, *ἐμφυτεία.* [Ital. Inestamento, incalmatura. Gall. Entement, enture. Hiſpanic. Obra de enxerir arboles. Ger. Einzweygung. Ympfung.] Colu. li. 5. ca. 11. Tria genera porrò inſitionum antiqui tradiderunt. Ouid. 1. de Remedio amoris, Venerit inſitio, fac ramum ramus adoptet. Cic. de Senect. Nec contiones modò delectant, ſed etiã inſitiones, quibus nihil inuenit agricultura ſolertius.

Inſitor, oris, m. t. Qui inſerit, *ἐγκεντριστὴς, ἐμφυλλιστής.* [Ital. Incalmatore. Gall. Enteur. Hiſpan. Enxeridor. Germ. Ein Zweyger.] Plin. lib. 18. cap. 33. Hunc caueat inſitor calamis, gemmisq; inoculator.

Inſitĭtium, neut. ſ. Dicitur illud quod inſitum eſt, *ἐγκεντρισθέν.* [Ital. Inestato, incalmato. Galli. Enté, inſeré. Hiſpan. Enxerido. Germani. Eingezweyget.] ut, Surculus inſititius. ¶ Per metaphoram accipitur pro omni eo quod proprium aut naturale non eſt, ſed aliunde aſcitum. Plin. in Epiſt. Quid multa? inuideo Græcis quòd illorum lingua ſcribere maluiſti. Neq; enim coniectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, quum hoc inſititio & inducto tam præclara opera perfeceris.

Inſitĭcius, a, um, Idem quod inſititius, quod ſcilicet naturale non eſt, ſed aliunde adſcitum. Gellius, Corpuſq; & animũ benigne ingenitis primordiis inchoatum, inſitino degenerisq; alimento lactis alieni corrumpere. Cicero pro Seſtio, Quumq; inſitiuum Gracchum contra uim multitudinis incitatæ cenſu prohibuiſſet.

Inſerto, tas, act. p. frequentationum à ſupino inſertum formatum, *παρεντίθημι.* [Itali. Accommodare. Galli. Accommoder, mettre dedans. Hiſpanicè, Aranjar. Germanicè, Einhinſtoſſen.] Virgilius 2. Aeneid. Hîc ferro accingor rurſus, clypeoque ſiniſtram Inſertabam aptans, meq; extra tela ferebam. Stat. 5. Theb. -piger irrupiſſe nolentum Concilia, & cœlo mentem inſertaſſe uetanti. Dextras inſertare carenis, Stat. 12. Thebaid.

Inſẽrpo, is, ere, Idem quod ſerpere, & obrepere, *εἰσέρπω.* [Itali. Entrare dentro dolcemente. Gal. Se trainer & couler dedans, entrer doulcement. Hiſp. Entrar à eſcondidas. Ger. Einhinkriechen oder ſchleichen.] Statius primo Thebaid. -Iam ſomnus ſuetis Inſerpit curis.

Inſeruio, is, n. q. Obſequor alicui, & ſeruientis officium præſto, *δουλεύω, ὑπηρετέω.* [Itali. Seruire, far ſeruitio. Gal. Seruir, faire ſeruice. Hiſp. Seruir, hazer ſeruicio. Ger. Dienen] Cic. 1. Offic. A quo plurimum ſperat, etiam ſi ille his non egeat, tamen ei potiſſimum inſeruit. Antiqui etiam accuſatiuo iungebant. Plau. in Moſtel. Non meretricum eſt, unum inſeruire amantem. Inſeruire ſuis commodis, eſt utilitati ſuæ conſulere. Cicer. 2. de Finib. Ergo in his adoleſcentibus bonam ſpem eſſe dicemus, & magnam indolem, quos ſuis commodis inſeruituros, & quicquid ipſis expediat, facturos arbitramur.

Inſĭbĭlo, as, are, Idem quod ſibilare, uel ſpirare, *ἐμφυσάω.* [Itali. Subbiare. Gall. Siffler. Hiſp. Silbar Ger. Einpfeyfen.] Ouid. 15. Metamorph. Qualia ſuccinctis obi trux inſibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt. Membra inſibilat ignis, Silius libro 12.

Inſĕcĕtus, a, um, Non ſecetus, [Ital. Non ſeccato. Gallicè, Qui n'eſt point ſechè. Hiſp. Coſa no ſeca ni exuata. Germ. Vngetröcknet.] Stat. 3. Theb. Vulnerat; iſta furens puniceta cruore, Protinus ire peto.

Inſĭdĕo, es, pen. cor. n. ſ. In re aliqua ſiue ſuper rem ſedeo, *ἐπικάθημαι.* [Ital. Sedere ſopra qualche coſa. Gall. Eſtre aſsis deſſus. Hiſp. Aſſentarſe ſobre algo. Ger. Etwar auff ſitzen.] Pli. de Viris illuſtribus, Hic primus inſtituit, uti equites Romani Idibus Quintilibus ab æde Honoris equis inſidenter in Capitoliũ tranſirent. Liu. 7 ab Vrbe, Equo deinde quum poterat maximè exornato inſidentem ſe in ſpecum immiſiſſe. ¶ Aliquando pro inhæreo, *ἐμφύομαι.* Cic. li. 4. Tuſc. Quum autem hic feruor cogitationis animi inuenerunt & tanquam in uenis medullisq; inſederit. ¶ Aliquando locum aliquem occupo ad intercipiendum prætereuntes, *ἐνεδρεύω:* ut Inſidere arcẽ militibus. Liu. 6. bel. Pun. Quia gentis militibus arcem inſedit. Inſidere itinera, Liu. 5. bell. Pun. Quã fugam inclinatorum credebat, omnis itinera inſidere iubet. ¶ Aliquando obſidere, *περικαθίζεσθαι,* & modo cũ accuſatiuo conſtruitur. Liu. 2. bel. Pun. Mago locum monſtrabit quem inſideratis. Modò datiuo. Virg. li. 11. Arripuitq; locum, & ſyluis inſedit iniquis. Liu. li. 9. Inſeſſis omnibus uiis, per quas commeatus ex Samnio ſubuehebatur.

Inſĭdĕri, paſſiuè. Liu. 5. bell. Pun. Vixq; omnes hoſtium præſidiis inſiderentur.

Inſĭdiæ, arum, fœ. p. Doloſa expectatio ad aliquem aggrediendum: ab inſidendis locis quæ ad inſidias deligimus, *ἐνέδρα, ἐπιβουλή.* [Ital. Inſidie, agoati. Gal. Eſpies, embuches. Hiſp. Las aſſechanças. Germ. Ein heimliche hinderhaltig an ein verborgen ort gelegt. Jemandts vnvermũſſend zuberfallen, aufflatz, hinderliſt, betrug.] Solent enim qui hoſtibus inſidiantur, ea loca inſidere quæ illos iter facturos putant, ut incautos opprimant. Cæſ. 2. bel. Gall. Inſidiis ueritus. Cic. pro Cn. Plancio, Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. Idem 3. Offic. Sũtne igitur inſidiæ, tendere plagas, &c.

Inſĭdior, aris, d. p. Inſidias tendo, *ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω.* [Ital. Inſidiare, far agoati. Gal. Eſpier, guetter. Hiſpan. Aſſechar.] Germ. Mit liſten auff einen lauſtern, auffletzig ſein.] Salluſt. in Iugurtha, Adherbalem uitæ ſuæ dolis inſidiatum eſſe. Cic. de Orat. Non enim id agit ut inſidietur, & obſeruet, ſed fauet. Martis. li. 12. Si te delectant animoſa pericula, tuſcis (Tutior eſt uitus) inſidiemur apris. Virg. 9. Aeneid. -lupus inſidiatus ouili Ouid. 13. Metam. Hoſtibus inſidior, ſeſſas munimine cingo.

Inſĭdiator, oris, m. t. Qui tendit inſidias, *ἐπίβουλ/ος.* [Ital. Inſidiattore. Galli. Eſpieur, guetteur. Hiſp. Aſſechador. Germa. Ein auffſetziger, der einem mitt liſten nachſtellet.] Cic. pro Milone, Inſidiatori uerè & latroni quæ poteſt adferri iuſta lex?

Inſĭdĭoſus, m. ſ. Qui ſæpe inſidiatur, plenus inſidiis, fallax, *ἐπιβουλ/ος, ἐπιβουλευτικός.* [Ital. Pieno d'inganni. Gallicè, Pleio de tromperie. Hiſpan. Lleno de aſſechanças y engannos. Ger. Auffſetzig, argliſtig, heimlich nachſtellig.] Cic. 4. Verr. Quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior unquã? Inſidioſus latro, Mart. li. 14. Pli. li. 29. c. 1. In qua cõditione inſidioſiſſima auctoritatem peſſimi boni faciunt.

Inſĭdĭosè, Cum inſidiis, *μετ' ἐπιβουλῆς.* [Itali. Con tradimento, con inganno, con truffa. Galli. Par trahiſon, par decep-

tion &

ption & tromperie, en guerrant. Hiſpani. Cõ aſſechanças, con engaño. Germ. Zuſtrtzlich, mit hinderliſten.] Cic. 3. Offic. Ratio ergo poſtulat nequid inſidioſè, nequid timulatè, nequid fallaciter.

Inſido, is, pen. prod. inſedi, inſeſſum, Significat ad ſedẽdum deſcendo, uel clàm & ſecũm delabor, *ἐφέζομαι, ἐπιβάλλω.* [Ital. Sedere. Galli S'aſſoir & ſe poſer, reſider tus. Hiſpanice, Aſſentarſe. German. Eñtzitzen, ſich niderlaſſen.] Virgil. quinto Aeneid. Ac veluti in pratis, ubi apes æſtate ſerena Floribus inſidunt variis, & candida circum Lilia funduntur. Quintilian. libro 10, cap. 7. Mores, & ſecretum, & tileutium quæret, dum illa uerba fabricentur, & memoriæ inſidant. Lactant. lib. 6. Viranda ergo ſpectacula omnia non ſolùm nequid uitioſum pectoribus inſidat, id eſt, ſenſim ingrediatur, & inhæreat. Statius paſſuum protulit 1. Thebã. Feſſis inſiditur aſtris.

Inſignis, & hoc inſigne, om. t. Eximius, nobilis; & proprìè is in quo aliqua ſunt ſigna quibus ab aliis diſcernitur, *ἐπίσημος.* [Ital. Nobile, manifeſto, chiaro. Gall. Notable, ſegnalé bien marqué, remarqué Hiſpan. Claro ſenoaldo. Germ. Fürnemm, fürtrefflich, für ander aufs.] Virg. libro 1. Georgi. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo, hoc eſt, inſignitus, quibꝰ maculis ab aliis diſtinguitur Liu. 1. ab Vrbe. Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit, inſignibꝰ eum veſte, & Curuli regia ſella adornauit. Virgil. lib. 4. Aeneid. - oſtroꝰ inſignis & auro Stat ſonipes, hoc eſt, auro & oſtro inſignitus, uel inſigniter inſtratus. ¶ Inſigne itaq; generaliter dicitur quicquid ſigno aliquo, uel nota inter alia eminet. Vnde qui nobilitate, aut uirtute aliqua, aut etiam uitio inter alios eminent, inſignes dicuntur. Virgil. 1. Aeneid. Inſignem pietate uirum. Sic etiam inſignes latrones dicimus, qui maiore audacia graſſantur, & ſuis facinoribus omnibus innotuerunt. Item inſignia etiam facinora dicimus, quæ uulgaria non ſunt, ſed raramihilq; habent mediocre, ſed aut inſigniter bona, aut mala. Inſignis homo omnibus notis turpitudinis, Cicer. pro Rab. Terent. in Eunch. Iamdiu aliquam cauſam quærebat ſenex quamobrem aliquid inſigne faceret. Donatus, Inſigne aliquid, magnum, & nobile facinus. Sic etiam inſignia ſcelera, à Tacito dicuntur. Omne enim quod excellit, hoc illud ſit uitium, ſeu uirtus, inſigne dicitur. Vnde etiam quandoq; ſimpliciter pro magno ſumitur. Lucil. Cocus non curat eandam inſignem eſſe, modò pinguis ſiet.

Inſignĭa, inſignium, n. t. *παρασήματα* [Itali Inſegne, arme. Galli. Enſeignes, marques, armoiries, armes. Hiſp. Las inſignias de las honras, las armas. Germa. Zeichen, Wapen.] Dicuntur ea quæ in veſtibus, uexillis, & huiuſmodi inſignia ſunt: aut ipſæ veſtes, uexilla, & alia quæ ſiunt, aut ferunt ita ab aliis diſcreta ut noſci poſſint cuius ſint, & ad quos pertineant: ut veſtes militares, & inſignia militaria, regalia, cõſolariaue, quibus acies ab acie, eques ab equite Rex & Conſul à uiro priuato cognoſci debet. Virg. 1. Aen. Duna umꝰ inſignia nobis Aptemus clypeos. Liu. lib. 1 Ipſe en ille noſtris decoratus inſignibus magnificè incedit. Salluſt. cum faſcibus, atq; aliis imperii inſignibus ad Manlium in caſtra tendit. Mos enim fuit antiquorum, ut benemeritis inſignia tribuerent magiſtratum. Vnde ſcribit Tacitus de creta fuiſſe Narciſſo Quæſtoria inſignia à Claudio Cæſare. Ab eodem inſignia Prætoræ Criſpino decreta fuerunt ¶ Et non ſolùm ſigna & ornamenta ob uirtutem adepta, ſed etiam inſignia laudis, & inſignia gloriæ dicimus: ut Cicero Appio, Inſignia enim uirtutis multi etiam ſine uirtute aſſequuti ſunt. ¶ Dicimus etiã in numero ſingulari, Inſigne, is, Ouid. 1. de Arte, Eſte procul uitæ tenues, inſigne pudoris. Sic etiam dicimus inſigne regni, pro diademate quo reges ornantur. Cic. 1. Phili. Eſſet enim illi ſeruiendum, ſi Cæſar ab ipſo regni inſigne accipere noluiſſet.

Inſignio, is, ĭui, ītum, act. t. Signis noto, ſeu diſtinguo, *ἐπισημαίνω, ἐπισφραγίζω* [Itali. Ricamare, ornare. Gall. Marquer, noter & remarquer, ornet. Hiſp. Senoalar, ornar. Germ. Zeichnen.] ut apud Claud li. 1. Hic elementorum ſeriẽ, ſedeſq; paternas Inſignibat acu. Lib. 4. ad Heren. Si quam rem deformabimus turpem aut cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica deliberam inducemus, quo magis inſignita ſit forma Virg. 7. Aeneid. At læuem clypeum ſublatis cornibus Io Auro inſignibat. Inſigoire annum claſſibus, Tacitus, pro inſignem facere.

Inſignītus, penult prod participium aut nomen ex participio, Idem quod inſignis, *ἐπίσημος.* [Ital. Ornato, bollato. Gall. Marqué, ornè, ſegnalé Hiſp. Ornado ſennalado. Ger. Bezeichnet oder gemerket.] Cic. 1. de Diuin. Quòd plenus ſẽ ſit immortalium animorum in quibus tanquam inſignita notæ ueritatis appareant, Tacit. li. 4. His partæ victoriæ ſpes, & ſi cedatur, inſignitus flagitium.

Inſignītè, pen. prod. inſigniter, eximiè, *παρασήμως.* [Ital. Illuſtremente, manifeſtamente, chiaramente. Gall. Fort excellemment, notablement, euidemment, clairement. Hiſp. Notable y ſennaladamente. Germ. Trefflichen, augenſcheinlich, merclich.] Cice. pro Quincio, Neq; tamen quiſquã inuentus eſt tam inſignitè improbus. Plaut. in Menæc. Neq; ſinas in me inſignitè fieri tantam iniuriam.

Inſignĭter, aliud aduerbium eiuſdem ſignificationis, *παρασήμως, ἐπισήμως* Cice in Partitionibus, Parentibus, amicis, hoſpitibus præcipuè atq; inſigniter diligendis. Idem 5. Philip. Quis autem rex unquam fuit tam inſigniter impudens, ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni ornata? Colum. lib. 10. cap. 1. Superẽſt ergo cultus hortorum inſigniter neglectus quondam ueteribus agricolis.

Inſĭle, inŭlis, penult. correpta u t. Eſt ſuſpendiculum uel perpendiculum, quod talem demiſſum examinat: ita dictum, ut credit interpres Lucretii, eo quòd applauta pectine tela reſultet & ſubtiliat, Lucret libro 5. Textile poſt ferrum eſt, quia ferro tela parantur: Nec ratione alia poſſunt tam lenia gigni inſilia, ac foſi radii, ſcapiq; ſonantes. Alii uolunt eſſe duo inſtrumenta lignea, pedibus textorum ſuppoſita, quibus alternis reſurgentibus & depreſſis, telæ aperiuntur, & contrahuntur.

Inſĭlĭo, is, penult. corr. inſilui, inſiliui, inſilii, inſultum, n. q. ſalto ingredior, uel ſuper aliquid ſalio ſignificat, *ἐνάλλομαι ἐπιπηδάω* [Ital. Aſſalire, ſaltare in qualche coſa. Gal. Saillir ou ſauter deſſus, ou dedans, ſe ruer deſſus. Hiſp. Saltar en otra coſa. Germ. Eñſpringen oder einer auffſpringen.] Stat. libro 9. Thebaid Inſiluere uadis, magnoq; fragore ſoluatus Agger. Lucret. lib. 3. Inſiluit ſolo, nocituras ponere puppi Inſilire in equum Liu. 6. ab Vrbe Plaut in Rud. Enauti timidæ ambæ in ſcapham inſiluimus, &c. Plinius libro octauo, capite 16. Dum ſequitur, inſilit ſalto, quo in fuga non utitur.

Inſimul, Ex in, & ſimul, ſignificat unà *ἅμα.* [Ital. Inſieme. Gallicè, Enſemble. Hiſp. juntamente. Ger. Mit einanderen.] Stat. 1. Syl. Et gentes alis inſimul rogatas.

Inſimŭlo, as, pen. cor. act. p. Accuſo, crimen ingero, *προβάλλομαι, ἐνδείκνυμι, ἐγκύπτω, αἰτιῶμαι.* [Ital. Accuſare, incolpare. Galli Accuſer, blaſmer, mettre ſus. Hiſp. Acuſar, culpar. Germ. Zeyhen, beſchuldigen.] Cic. Trebatio, Hic tu me etiã inſimulas, nec ſatisfactionem accipis. ¶ Iungitur etiam quandoq; genitiuo. Terent. in Pharm. Si herum inſimulabis auaritiæ, malè audies. ¶ Accipitur etiam inſimulo pro ſuo ſimplici ſimulo, *προφασίζομαι.* Cic. li. 1 Offic. Solus neglexit fidem, furere inſimulauit, ne quò iret.

Inſimŭlātio, ſ. t. Quæ (ut inquit Donatus) eſt falſi uel ueri criminis incuſatio, *ἐγκύπτω τὸ ἐγκλημα.* [Ital. Accuſa, biaſmo Gall Blaſme, accuſation. Hiſpan. Aquella falſa acuſacion. Germa Zeyhung eines laſters, beſchuldigung.] Cicer. pro Fõreio, In falſam atq; iniquam proborum inſimulationem uocabatur.

Inſĭnŭo, as, act p. In notitiam alicuius adduco, *ὑποβάλλομαι, ἐγκολπίζω, ἐγκατακλίνω, οἰκοποιέομαι, παρεισδύομαι.* [Ital. Mettere in ſeno ò gittar dentro, demoſtrare. Galli. Mettre ou jetter au ſein, fourrer dedans, demonſtrer. Hiſp. Enſenar ò meter enel ſeno, demoſtrar. Germ. Sich einlehmeychen oder einflicken, zů appiſch machen.] Sueton de Clar. Gramm. Quare citò mansuetus Auguſto inſinuatus eſt, quòd eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticu ſuſcepit, hoc eſt, in notitiam Auguſti peruenit. Cicero de Amicit. Callidus ille & occultus ne ſe inſinuet, ſtudioſè cauendum eſt. Plaut. in Milit. Interim init hinc miles fortè Aenean aduenit: Inſinuat ſeſe ad illãs amicam heri mei ¶ Dicitur autem Inſinuo, quaſi in ſinum, uel pectus immitto. Apud Virgil. lib 2. Aeneid legitur inſinuat pro paſſiuo inſinuatur. Tum uerò tremefacta nouus per pectora cunctis Inſinuat pauor. Vbi Seruius, inſinuat, inquit inſinuatur.

Inſĭnŭātus, Inflexus, complicatus, compreſſus, *συνεσταλμένος* [Itali. Riuolto, torto. Galli. Tors, doublé, Hiſp. Doblegado, tuerto.

do, cuerto. German. [In Büſen gelegt.] Apule. libro nono, Siccine nacuus & otioſus inſinuatis manibus ambulabis mihi? Talt enim habitu manus otioſorum complicantur. Liuius pro eodem dixit, Compreſſis manibus, cuius hæc ſunt uerba ex li. 7. ab Vrbe. Quid aliud cauſæ eſſe credamus cur neceranus dux fortiſſimus bello, compreſſis (quod aiunt) manibus ſederet?

Inſinuatio, onis, παράδυσις. Cicero primo de Inuentione, Inſinuatio eſt oratio quadam diſſimulatione & circuitione obſcurè ſubiens auditoris animum. Vide Quintilian. libro quarto.

Inſipiat, apud Varronẽ, id eſt, alterando fiat inſipidũ. Quam quam alibi legatur, cum for incipiat.

Inſipidus, a, um, Quod iniucundum habet ſaporẽ, aut quod ſaporis omnis expers, ἄνοχυμος, ἄγευστος. [Ital. Che ha cattiuo ſapore. Gall. Qui ne ſent rien, ſtupide. Hiſpanicè, Coſa deſſabrida ſin ſal. Germanicè, Vngeſchmack.] ¶ Per translationem accipitur pro ſtulto & inſipienti, ἄνους. Gellius libro ſexto, cap. 1. Nihil eſt prorſus, inquit, inſipidius, qui opinantur bona eſſe potuiſſe, ſi non eſſent itidem mala.

Inſipiens, tis, om. c. Non ſapiens, qui non cogitat quæ agenda ſunt, ἀνόητος, ἄφρων, μωρός. [Ital. Pazzo, ſciocco. Gall. Fol, qui n'eſt point ſage. Hiſpan. No ſabido, necio. Germanicè, Vnweyſs.] Cic. 1. de Fin. Turpe eſt ſapientem ex inſipientium ſermone pendere. Idem de Amicitia, Nihil inſipiente infatuato intolerabilius fieri poteſt.

Inſipientia, æ, ſ. p. Imprudentia, dementia, ἀνοησία. [Ital. Pazzia. Gall. Folie. Hiſp. La necedad ò ignorancia. Germ. Vnweiſsheit, Torheit.] Plaut. in Amph. Iuſta autem ab iniuſtis petere, inſipientia eſt.

Inſipienter, aduerbium, Imprudenter, ἀνοήτως. [Itali. Pazzamente. Gall. Folement. Hiſpan. Neciamente. Germanicè Vnweyſslich.] Plaut. in Truculento, per tua obſecro genua, Vt tu iſtuc inſipienter factum, ſapienter feras, mihiq; ignoſcas.

Inſipo, as, are, Verbum eſt antiquum & obſoletum, quod Feſtus interpretatur iniicere. Cato de Re ruſti. capite octuageſimoquinto, Omnia bene permiſceto, & in ollam nouam inſipato.

Inſiſto, ſtis, n. c. Significat in re aliqua conſiſto, ἐνιστημί, ἐφίσταμαι, ἐνίσχομαι. [Ital. Affermarſi, ſtar fermo. Gall. Se tenir ferme ſur quelque choſe, s'yarreſter. Hiſpan. Eſtar firme, firmarſe en lugar. German. Feſtiglich auff ſtehn.] Plin. libr 7. cap. 2. Contuentes ſolem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere. Cæſ. 2. bel. Gal. Ac hoſtes etiam in extrema ſpe ſalutis tantam uirtutem præſtiterunt, ut quum primi eorum cecidiſſent, proximi iacentibus inſiſterent, hoc eſt, ſuper mortua cadauera ſtarẽt, & pugnarent. ¶ Inſiſtere ueſtigia, pro firmare. Virgil. lib. 11. Vtq; pedum primis infans ueſtigia plantis Inſiterat, iaculo palmas armauit acuto. Item inſiſtere, pro operam dare, ἐπιβάλλομαι, ἐνίημι. ¶ Item ſolicitare, urgere, ἐπείγω. Plinius, Frequentiusque ut id ageret inſiſtebat. Author ad Herennium in hac ſignificatione cum dativo coniunxit, Nunc identidem noſmetipſi nobis inſiſtemus: res enim communis agitur, id eſt uim faciemus. ¶ Item pro reſiſtere, immorari, & quaſi ſiſtere gradum: cuius contrarium progredi. Cicero 4. Verr. Quot uidetis eſſe in uno furto peccatorũ gradus: ut ſi ſingulis inſiſtere uelim, progredi iſte non poſſet. Idem in Orat. Sæpe accidit ut aut citius inſiſtendum ſit, aut longius procedendum. Inſiſtere haſtæ, hoc eſt ioniti. Plinius de uiris illuſtrib. Aduocato Marco Liuio Põtifice, haſtæ inſiſtens, & ſolennia uerba reſpondens, ſe & hoſtes diis manibus deuouit. Inſiſtere ueſtigiis alienis, hoc eſt inhærere, & ſequi aliena ueſtigia, Plinius libro ſexto, capite 17.

Inſtitio, nis. nerbale, f. t. Progreſſioni opponitur [Ital. Dimora, mora. Gall. Arreſt, demeure. Hiſpani. Tardança.] Cic. primo Tuſculan. Aut quis errantium ſtellarum curſus, progreſſiones, inſtitutiones norauit? Quo tamen in loco non nulli (ſed perperam) legunt inſtitutiones. Vocat enim Cicer. ſtellarum inſtitiones quum omnino non moueantur, ſed aliquoddam tempus inſiſtunt, ſiue conſiſtunt: id quod ipſemet teſtatur libro ſecundo de Natura Deorum.

Inſtito, Inſtitium, Vide Infero.

Inſitium, ab inſectione dictum, Pulmentum genus, ex inſectis et minutatim tritis carnibus confectum, ἐνθύριον. Apud Apitium ſæpe fit mentio de inſitiis.

Inſitum, inſitiuus, Vide Infero.

Inſociabilis, le, om. t. Quod coniungi non potẽ, ἀκατάσυντος, ἀσυναλλακτος. [Itali. Che non ſi può accompagnare. Gall. Qui n'eſt point accompagnable. Hiſpani. Coſa que no puede ſer accompannada. Germani. Vngeſellig, vnvereinbarlich.] Plin. libro decimoſexto, capite 43. In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter ſe, & cum aliis inſociabili glutino, ſicut robur. Sed nec ferè cohærent, niſi ſimilia natura, ut ſiquis lapidem ligumq; coniũgat. Indomita & inſotiabilis gens, Liuius ſeptimo belli Macedonici, Regnum inſociabile, Tacit. libr. decimotertio, Liu. 7. bel. Pun. Inuiſitati namque antea alienigenis, nec uidere ipſi aduenam in terra ſua adſueti, omni generi humano inſociabiles erant.

Inſolabiliter, aduerbium, Sine conſolatione, ἀπαραμυθήτως. [Ital. Senza conſolatione. Gall. Inconſolablement, deſolablement. Hiſpan. No podiendo ſer conſolado. Germ. Vntroſtlich, one troſt.] Horat. 1. epiſt. 19. Me quamuis Lamiæ pietas & cura moretur Fratrem mœrentis, rapto & deſratre dolentis Inſolabiliter.

Inſolens, penult. correp. om. t. Inſuetus & inſolitus, ἄθλος. [Ital. Inſolito, non ſolito. Gall. Inuſité, qui n'eſt point en uſage. Hiſp. No acoſtumbrado. Germ. Vngewon, ſeltzam] Horat. 3. Carm. Ode 29. Fortuna ſuo læta negotio, & Ludum inſolentem ludere pertinax. Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna. Saliuſt. Inſolens uera accipiendi. Gelli. lib. 1. Atque id quod à C. Cæſare excellentis ingenii, ac prudentiæ uiro, in primo de Analogia ſcriptum eſt, habe, ſemper in memoria atque pectore, ut tanquam ſcopulum, fugias inauditum atque inſolens uerbum. ¶ Per translationem ponitur pro ſuperbo & arrogante, qui præter legem agit humanam, atq; naturalẽ. & quem audacem, uel præſumptuoſum dicere ſolemus, ἀλαζών. [Ital. Arrogante, faſtidioſo. Gall. Inſolent, arrogant, ſuperbe ſier. Hiſp. Arrogante y ſoberuio. Germani. Vbermütig, hochtragend, Stoltz.] Quod eſt, quum quis audet facere uel dicere quod à modeſtis uiris fieri aut dici non ſolet. Cic. pro Marcel. In uictoria, quæ ſui natura inſolens & ſuperba eſt. Idem de Senect. Tertiam enim iam ætatem hominum uiuebat: nec erat ei uerendum ne uera de ſe prædicãs nimis uideretur aut inſolens, aut loquax.

Inſolentia, æ, fœminini generis, primæ declinationis, Inſuetudo, res non cõſueta aut ſolita, ἄθλια. [Ital. Inſolenza, non uſanza. Gall. Faute d'accouſtumance, inaccouſtumance. Hiſpani. Aquella no coſtumbre. Germani. Vngewonheit, vnbreüchligkeit.] Cic. 1. de Inuent. Primò propter inſolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem ſtudioſius audientes, &c. Liu. 8. bel. Macedon. Et offenderunt aures inſolentia ſermonis. ¶ Inſolentia, pro arrogantia, ſuperbia, ἀλαζονεία. [Ital. Soperbia, arroganza. Gallicè, Inſolance, arrogance. Hiſpani. Arrogancia y ſoberuia. German. Stoltze, hochtragenheit, übermüt.] Cicero 7. Verrina, De luxuria Apronii loquor, nihil de inſolentia, nihil de ſingulari nequitia ac turpitudine. Cic. 2. Tuſculan. Quæ quidem cogitans ſolco ſæpe mirari nonnullorum inſolentiam philoſophorum, qui naturæ cognitionem admirantur. ¶ Inſolentia, pro nouitate. Cice. pro Deiot. Moueor etiam loci ipſius inſolentia.

Inſolenter, aduerbium, Arroganter, & ſuperbè, ἀλαζονικῶς. [Ital. Superbamente, arrogantemente. Galli. Fieremẽt, arrogamment. Hiſ. Arrogante y ſoberuiamente. Ger. Stoltzlich, übermütiglich] Cic. 4. Tuſc. Inſolenter ſe efferre. Liu. 2. ab Vrbe, Tandem ſuperant externa: adeò ſuperbè, inſolenterq; hoſtis eludebat. ¶ Aliquando etiam inſolenter ponitur pro rarò. Cice. 3. de Inuen. Deinde natura eius euentis nonnulgò ſolent, an inſolenter & rarò.

Inſolidũ, ſine Inſolidò, pen. cor. Integrè, ἐν ὁλόκληρον, καθ' ὁλόκληρον. [Ital. Enteramẽte. Gal. Entieremẽt, en tout & pour le tout. Hiſ. Integramente ò enteramẽte. Ger. Gentzlich] Senec. de Benefi. lib. 2. Præſentia nondum tota inſolida ſunt: poteſt illa casus aliquis incidere. Obligari inſolidum. Vlpia. l. His uerbis. eod. titu. Spondere inſolidũ, Iulianus. l. Reos. eodem titu.

Inſolitus, a, um. Non ſuetus, ἄθλος. [Itali. Inſolito, non conſueto Galli. Inaccouſtumé, non accouſtumé Hiſpan. Deſacoſtumbrado, no acouſtumbrado. Germa. Vngewont.]

Virgil.

Virgil.1.Georg. - Inſolitis tremuerunt motibus Alpes. Cicero cerria Verrina, Cur prudentiſſimas, electiſſimasque feminas in tantum utrorum conuentum inſolitas, inuitasque prodire cogis? Inſolitus ad laborem exercitus, Cæſar 3.bel.Ciuil.

Inſolitè, aduerbium, ἀήθως. Gel lib.1 cap.5. Intempeſtiuè ac inſolite differebat. Sunt tamen qui eo loco legant, Inſubide diſſerebat.

Inſŏlo, las, penul.prod.act.p. Ad ſolem ſicco, ἡλιάζω, ἡλιόω. [Ital. Seccar al ſole. Gall. Mettre au ſoleil, ſeicher au ſoleil. Hiſpa. Aſſolear poniendo al ſol. Germani. Sónnen, an die Sonnen thún oder daran trócknen.] Columel. libro 11. capite 19. Quas per triduum inſolauerit. Idem libro quarto, capite 17. Nam & ſic facilius inſolatur humus, & fructus percoquitur.

Inſolatus, In ſole, ſeu ad ſolem ſiccatus, aut calefactus, ἡλιασμένος, ἡλιωθείς. [Ital. Seccato al ſole. Gall. Eſſuyé, & ſeché, aux ſoleil. Hiſp. Coſa aſolsonada, Germa. Geſónnet an die Sonnen gelegt.] Colum.li 7. Super hoc materiæ quæ fructum habeat, me las conualeſcunt, & uuæ commodius inſolatæ percoquuntur. ¶ Inſolare quoq; puellæ crines dicuntur, dum facie tecta paſſos capillos ad ſolem expandũt ſiccandi gratia. Et ipſi crines inſolati dicuntur. Plin. lib. 21. cap. 19 de cera loquens, Candidiſſima uerò fit poſt inſolationem etiamnum recocta.

Inſolubilis, le, om.t. Quod ſolui non poteſt, ἄλυτος. [Italicè Che non ſi può ſciogliere. Gall. Indiſſoluble. Hiſpan. Coſa que no ſe puede deſatar. Germani. Vnauflöslich.] Quintil. lib. 5. cap. 9. Hoc eſt ſignum inſolubile, ne his quidem eſt. Inſolubile iudicium, neceſſarium, quod urget hominem: apud eundem Quintil.

Inſolutum accipere, Eſt aliquid accipere in ſatisfactionem, aut certè deductionem rei debitæ. Seneca libro 2. de beneficiis, capite 16. Inde eſt ut omnia meruiſſe ſe exiſtimet, & inſolutum accipiat, nec ſatis pro ſuo pretio æſtimatum exiſtimet. ¶ Sic etiam dicimus Inſolutum cedere, id eſt, cedere inſolutionem. Exempla nuſquam non occurrunt apud Iuriſconſultos.

Inſolum, Veteres pro inſolitum dixerunt Afran. Orbitatem ſenectuti tuæ malum metui: quod inſolitum non uenit ea ætate ac dementi.

Inſomnium, nii, neut gen, ſecund. Quod in ſomnis uidemus ἐνύπνιον, ἐνυπνιασμός. [Ita. Sogno, uiſione ueduta in ſogno Gall. Sogne ou viſion qu'on voit en dormant. Hiſpan. Viſion en ſuennos. Germa. Ein Traum, ein geſicht ſo einem im ſchlaff fürkompt.] Tibul. Dii meliora ferant, nec ſint in ſomnia uera. Cic. de Senect. Coret ergo etiam uinolentia, et crudelitas, & inſomnia.

Inſomnis, inſomne, om.t. Quod eſt peruigil. ἄϋπνος. [Itali. Senza ſonno, uigilante. Gal. Sans dormir, ſans ſomeil. Hiſpan. Sin ſuenno ò deſuelado. Ger. Vnſchläffig, wachend.] Vade inſomnes noctes, apud Virgil. 9. Aeneid hoc eſt peruigiles. - noctem cuſtodia ducit Inſomnem ludo. Oculi inſomnes. Stat. 3. Thebaid.

Inſomnia, æ, Vigilia, ἀγρυπνία, ἀϋπνία. [Italice. Vigilia, uigilanza. Gall. Faute de dormir, quando on ne dort point. Hiſpani. La uela contraria del ſuenno German. Vnſchläffigkeit, das wachen.] Gellius Plotio, apud Nonium. Conſequitur comes inſomnia: ea porrò inſaniam affert. Donatus in illud Terentii in Eunuch. Aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Legitur, inquit, & Adiget, ut ſit inſomnia numeri ſingularis.

Inſomnioſus, Qui multum ſomniat, ἐνυπνιώδης. [Ital. Che ſi ſogna molte coſe. Galli. Qui ſonge pluſieurs choſes, ſongeart. Hiſpanicè, El que mucho ſuenna. Germa. Träumig, dem gero vil ſchweret träumẽ tũt ſommend.] Cato de Reuſt. cap. 157, Omnino qui inſomnioſus eſt, hac eadem ratione ſanum facies.

Inſons, tis, om.c. Innocens, qui extra culpam eſt, ἄνοσος, ἀναίτιος. [Itali. & Hiſpanicè, Innocente. Gall. Innocent. Germanicè, Vnſchuldig.] Liu. 4. ab Vrbe, Etiam ſi regni crimine inſons fuerit. Plaut. in Aſin. Ille ecaſtor ſuppilabat me, quod ancillas meas.
Suſpicabar, atq; inſontes miſeras cruciabam.

Inſŏno, as, are, n.p. Idem quod ſimplex ſono. ἐνηχέω. [Itali. Suonare. Galli. Sonner, rendre un ſon. Hiſp. Sonar. Germ. Ertönen.] Lucan. lib. 1 Inſonuere tubæ, & quanto clamore cohortes Miſcentur, ſtrepitum, &c. Ouid. 12. Meta. Nulla mora eſt, calamis agreſtibus inſonat ille.

Inſonus, na, num, pen.cor. Quod eſt ſine ſono & ſtrepitu, ἄφωνος, ἀνήχητος. [Itali Senſa ſuono, che non ha ſuono. Gall. Choſe ſans ſon ou bruit. Hiſp. Coſa ſin ruydo y ſin ſonido. German. Das kein getöſs oder gereütsch macht.] Apuleius Inſono uestigio me perduxit. Sic Abſonum, ſine ſono, uel malè ſonans. Vide ſuo loco.

Inſŏpitus, a, um, pen. prod. Inſomnis, peruigil: ut, Inſopitus draco, ἄϋπνος. [Ital. Vigilante Galli. Qui ne dort point, qui n'eſt poit aſſopi de ſomme Hiſp. Coſa que no puede adormeſcerſe, uelador toda la noche. Ger. Vnentſchläfft.] Ouid. 7. Metam. - cur non tauros exhortor in illum, Terrigenasq; feros, inſopitumq; draconem.

Inſortitus, a, um, ut Inſortita ſpicula, ἀκλήρωτος. [Italicè, Non partito per ſorte. Galli Qui n'eſt point diuiſé ne parti par ſort Hiſp. Coſa no partida por ſuerte. Ger. Vngetheilt, nicht durch das loſs werffen zugetheilt.] Plaut. in Caſi. Si non impetrauit, ſpicula etiam inſortita ſunt mihi.

Inſperãtus, tis, om. genet Qui non ſperat, ἀνέλπιστος. [Itali. Che non ſpera ſenza ſperanza. Galli N'eſperant point, qui n'eſpere point. Hiſp. El que no eſpera. Germa. Vnverhoffend.] Cicer. 1. de Orat. Inſperanti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonem delaberemini.

Ex inſperato, aduerb. Præter ſpem & opinionẽ, ἀνελπίστως. [Itali. Senza hauerni penſato, all'improuiſo. Gallicè. Sans qu'on l'eſperat, hors ou contre eſperance. Hiſp. No eſperando, fuera de eſperanza. Germ. Vnverhoffeter ſach, vnerſúhenlich.] Plin. li. 17. ca. 2. Caſuq; accidit ut milite à morſu cauſa, incipiente, &c. Seruatusq; eſt ex inſperato.

Inſperatus, a, um, penu'tima producta, ἀνέλπιστος. [Italicè. Coſa non ſperata. Galli. Non eſperé, qu'on n'eſpere point. Hiſpanicè, Coſa no eſperada. Germanicè, Vnverhoffet.] Non ſperatum mœror, Gaudium inſperatum. Terentius in Heaut. celem tam inſperatum gaudium, Quum illi nihil periculi ex indicio uenit: inſperatum, nec opinatum malum Cic. 1. Tuſc.

Inſperabilis, le, Quod uix ſperari poteſſet, ἀνέλπιστος, ἀνέλπιτος. [Ital Che non ſi può ſperare. Gall. Qui ne ſe peut eſperer. Hiſpan. Coſa que no ſe puede eſperar. Germ. Vnicht zu verhoffen, deſs kein hoffnung war.] Gellius libro quarto, capite decimooctauo, Pacemq; & uictoriam nobis peperi inſperabilem.

Inſpĕrgo, is, ere, act. t. Sparſim infundo ἐμπάσσω. [Ital. Spargere, aſpergere. Gallic. Eſpandre ou eſpardre par dedans ou deſſus. Hiſpan Derramar. German Einſprengen, einwar ein sprützen oder ſáyen.] Cicer. 2. de Diuin. Cor eſt in extis, iam abſcedet, ſi mulſe molam & uinum inſperſeris. Colum. lib. 11. ca. 2. Hoc eodem tempore ſtercoris pars in prata digerenda, pars oleis & cæteris arboribus inſpergenda. Nauiter ſi egregio corpori, Horat. 1. Serm. Saty. 6.

Inſpĭcio, is, pen. cor. act. t. Aſpicio, intueor, ac penitus cognoſco. κατόπτομαι, ἐφορῶ, ἐπισκοπέω, ἐπισκοπῶ. [Ital. Guardare, vedere. Galli. Regarder dedans, conſiderer & veoir de pres. Hiſp Mirar, y ver. Germ. Anſehen, einhinſehen, anſchauwen.] Terent. in Adelph. Denique inſpicere tanquam in ſpeculum uitas hominum iubeo, atque ex aliis exemplum ſumere ſibi. Plaut. in Menech. Quum inſpicio marſupium, Viticati hercle admodum attiuè ſumus. Idem in Moſt. Cupio hercle inſpicere has ædes.

Inſpectio, onis, fœmi. rere. Diligens rei alicuius conſideratio, ἐπισκοπή, φρόνησις, ἐπίσκεψις. [Ital. Conſideratione diligente di qualche coſa. Gal. Regard, conſideration, eſgard. Hiſ. Mirada diligente. Ger. Beſchauwung, beſichtigung.] Colum. li. 1. ca. 6. Nam prima inſpectione neq; uitia neq; uirtutes abditas oſtendit. Cic. 2. Philip. Nos enim aſpectionem ſolùm habemus. Conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem, id eſt cognitionem & iudicium.

Inſpecto, as, act. p. Continuè, ſiue attentè intueor, ἐφορῶ, περισκοπέω. [Italic. Guardar con diligenza. Galli. Regarder ſouuent & diligemment, conſiderer. Hiſp. Mirar à menudo ò con diligencia. Germa. Fleyſſig oder eigentlich beſichtigen.] Gel. li. 1. Ibi inſpectante populo, in oculis atq; manibus ſiliorem animam effabit. Cic. ad Brut. Quod utinam inſpectare poſſis timorem de illo meũ. ¶ Inſpectare etiam dicũtur ſatellites, quos principes prætidii cuſtodiæq; corporis ſui cauſa circum ſe habent. Suet. in Cæſare, Sunt qui putant

tent confiſum cum noviſſimo illo Senatuſconſulto, ac in reiurando etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladiis inſpectantium ſe remouiſſe.

Iuſpico, as, penult. produ. In modum ſpicæ uel ſpici acuo, *ἀιχμαλίζω*. [Ital. *Aguzzare*. Gall. *Faire aigu & pointu comme un eſpi, aguiſer*. Hiſpa. *Dentar la hoz, aguzar, eſpigar*. Germ. *Als ein ähr oder ſpitz machen*.] Virg. li. 1. Georg. Ferroq; faciem inſpicat acuto. Vbi Seruius, Acutoferro incidit, ad ſpeciem & imaginem ariſtarum.

Inſpiro, as, penultima producta, Affio, perflo, *ἐμπνέω* [Ital. *Laſpirare, ſpirare, ſoffiare*. Gall. *Souffler dedans ou deſſus*. Hiſpan. *Soplar, eſpirar*. Germ. *Einhin wäyen, einblaſen*.] Colum. li. 1. Sed granaria ſcalis adaperior, & modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. Virg. 1. Aen. Occultum inſpires ignem. Idem 4. Georg. Illos ira modum ſupra eſt, laſciq; venenum Moribus inſpirant.

Inſpoliatus, a, um, Non ſpoliatus, *ἀσυλήτ@*. [Ital. *Non ſpogliato*. Gall. *Qui n'a point eſté pillé ne deſpouillé*. Hiſpanicè *No deſpoiado*. Germanicè. *Vnberaubt, Vngeplündert*.] Quintilian. li. 7. ca. 2. Hominem occiſum eſſe conſtat, non inſolitudine, ut à latronibus ſuſpicer: non prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt: non hæreditatis ſpe, quia pauper fuit: odium igitur in cauſa.

Inſpuo, is, ere, o. r Super aliquid ſpuere, *ἐμπτύω*. [Ital. *Spuzzare ſopra qualche coſa*. Gall. *Cracher ſur ou dedans quelque choſe*. Hiſp. *Eſcupir en algo*. Germ. *Einwarein oder etwas auff ſpeyen*.] Plin. li. 22 cap. 22. Traduntq; commanducata ea ſi inſpuatur, mori ſerpentem. Idem li. 31. ca. 9. Daturq; lingendos, & oculis iumentorum inſpuitur.

Inſputo, frequentat. uerbum, *συχνὰ ἐμπτύω*. [Ital. *Sputare ſouente*. Gall. *Cracher ſouuent*. Hiſp. *Eſcupir amenudo*. Germ. *Vil vnd offt etwas auff ſpeyen*.] Plaut. Capt. Quib. inſputare ſaluti fuit, atq; iis profuit.

Inſtabilis, le, om. t. Inconſtans, uariabilis, *ἀγαβὴς, ἀβέβαι@*. [Itali. *Inſtabile, leggero, inconſtante*. Gall. *Inconſtant, legier, uariable*. Hiſpa. *Coſa que no puede eſtar queda*. Germ. *Vnbeſtendig, Vnſtät*.] Virgil. lib 4 Georg. Inſtabiles animos iudo prohibebis inani. Et paulo pòſt, Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram.

Inſtabilitas, atis, fœm. tert. Inconſtantia, *ἀγαβία*. [Ital. *Inſtabilità, inconſtanzà*. Gall. *Inſtabilité, inconſtance, legereté*. Hiſpan. *Mouedora, inconſtancia*. Germani. *Vnbeſtendigkeit*.] Plin. lib. 29. cap. 17. Hanc autem à Regibus Perſarum comedi atq; bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabilitatemq; mentis.

Inſtans, tis, n. t. *ἐνεστάμεν@, ἐνεστώς*. [Ital. *Inſtante, chi è preſente*. Gal. *Qui eſt pres, qui s'approche ou eſt preſent*. Hiſp. *Coſa preſente ò cercana*. German. *Gegenwirtig, ſchon vorhanden*.] Pro minimo temporis momento, apud claſſicos ſcriptores non legimus: quo tamen utuntur quidam noſtræ ætatis philoſophi, ut pleriſq; aliis quæ docti non recipiunt. Apud idoneos tamen ſcriptores legimus Inſtans tempus, pro tempore præſenti, uel pro momento illo temporis quod nunc inſtat: non tamẽ abſolutè (ut illi utuntur) pro quouis minimo temporis puncto. Tacit. li. 19. Præterita, inſtantia, futura pari oblivione dimiſerat. Quint. lib. 5 ca. 10. Præteritum, inſtans, futurum.

Inſtanter, aduerbium, Sedulò, perſeueranter, *ἐνεστικῶς*. [Ital. *De continouo, continouamente, perſeueratamente, ſenza ceſſare*. Gall. *Auec diligente pourſuite, perſeuerammment, & ſans ceſſe*. Hiſpani. *Apreſſuradamente*. Germ. *Beharrlich, trungenlich, vnabläſslich*.] Quint. li. 9. ca. 4. Vbicunq; acriter erit, & inſtanter, pugnacitérq; dicendũ, membratim, cæſimq; dicemus.

Inſtantia, æ. f. p. Sedulitas, aſſiduitas, & continua intentio, *ἐνστασις*. [Itali. *Inſtanza, continouatione, perſeueranza*. Galli. *Pourſuite continuelle, perſeuerance*. Hiſp. *Aquella preſencia ò cercanedad, inſtancia*. Germ. *Anhaltung beharrlig*.] Plin. li. 5. ca. 5. Quid eſt enim quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc inſtantia poſſit efficere?

Inſtar, Indeclinabile, licet Probus inſtaris genitiuum eſſe dixerit: & ferè ſine præpoſitione ponitur, *ἰσάζων*. [Ital. *Aguiſa, à ſimilitudine*. Galli. *A la comparaiſon à l'equipollent, comme*. Hiſp. *A ſemejança, à modo*. German. *Gleych wie, nicht anderſt dann als zůgleych*.] Et modo idem ſignificat quod ad æquiparationem, ſiue ad menſuram. Colum. libro 5. Vineam nouellam gemmas agre finito, ſimulatq; pampinus inſtar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato. Idem li. 12. In campo rarius, in colle ſpiſſius ſerendum eſt ſic inſtar quinq; modiorum diſponentur. ¶ Modò ad ſimilitudinem, ut illud Ciceronis accipi poteſt, Fugerunt maxima quæ fuit non uici inſtar, *ἐκφέρων @, ἐοικὼς @*. Sed ut bis quod erat Amani caput, &c. Et in Piſonem, Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam redii, quum Senatum egreſſum uidi, Populumq; Romanum uerſum. Suet. in Cæſ. Curios iam etiam (ſcilicet equi) inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit, id eſt effigiem conſimilem, *ἀνάτυπον*. Solimus cum præpoſitione ad dici eſt. Meſopotamiam optimat annuæ inundationis exercitibus, ad inſtar amnis Aegyptii terris ſuperfuſus, inuecta ſe li fœcunditate.

Inſtauro, as, a. p. Feſtus putat dictum eſſe ab Inſtar, eo quod propriè aliquid inſtaurari dicatur quum ad priſtinum ſimilitudinem reficitur, *ἀνακαινίζω, ἀνανεόω*. [Ital. *Rinouare, reſtaurare*. Galli. *Reſtaurer, racouſtrer, refaire*. Hiſpan. *Renouar lo uiejo*. Germ. *Erneüweren*.] Vnde Donatus in illud Terentii Amantium iræ, amoris redintegratio eſt: Integratio, inquit, hoc eſt inſtauratio. ¶ Virgil. ad animum tranſiuit, quum ait, Inſtaurati animi regis recenſite teſtis, hoc eſt recreati, & reſtituti. ¶ Alii uolunt inſtauro compoſitum eſſe à ſtauro antiquo uerbo, quod idem ſignificabat quod hodie inſtauro: negantq; ab Inſtar deriuatum eſſe, propterea quòd raro uſu ueniat ut exempla ædium ad ſimilitudinem priſtinam reſtituantur. Multaq; ad iſtam argumenta adducuntur, quibus probare conantur inſtaurare non eſſe dictũ ab inſtar, ſed ab antiquo uerbo ſtauro, quo & reſtauro aliqui uſurparunt. Melius itaq; dicemus inſtaurare nihil aliud eſſe quàm reficere, reſtituere, integrare. Liuius li. 4. Nam Phaliſci perpelli ad inſtaurandum bellum, neq; clade Romanorum, neq; ſociorum precibus potuere. Inſtaurandum, non ad ſimilitudinem priſtini gerendum: ſed integrandum, & denuo inferendum. Sic Cic. de Prouinciis conſularibus in Piſonem & Gabinium, Periculum eſt ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. Virg. li. 3. Ergo inſtauramus Polydoro funus, id eſt, integramus, ſupplemus, & facimus funus, quod fieri prius eo & tempore condecebat. Idem li. 7. Certatim inſtaurant epulas, id eſt denuo imponunt. Quum ergo inſtauro nihil ſignificato conueniat cum inſtar, nullo pacto ab inſtar formari dicendum putant, præſertim quum nec ad analogiam pertineat, quòd inſtauro, non inſtauro facere deberet. Reſtauro autem, quamuis penè aboleuerit, & pro eo inſtauro melius utamur, tamen Lab. li. 7. uſus eſt pro reduco, ſeu reformo, renouo, reficio: Verùm ille (inquit) quum deleuerit inſtitiam, iudicium q; maximũ fecerit, ac iuſtos qui à principio fuerunt, ad uitam reſtaurauerit, mille annis inter homines uerſabitur. Non enim, Ad antiquam ſimilitudinem reformauerit, intelligendum eſt, quum longè elegantiori forma ſint iuſtorum corpora reficienda, quàm ea quam prius habuerant.

Inſtauratio, onis. f. t, Refectio, *ἀνακαινή*. [Ital. *Rinouatione riſtoro*. Gal. *Reſtauration, acouſtrement, renouuellement*. Hiſpan. *Obra de renouar, renouacion*. German. *Erneüwerung*.] Cicero de Aruſp. reſp. Dii Indorum inſtaurationes placantur.

Inſtauratitius dies, Vltimus Circenſium erat, Iouis propitiũ di gratia additus: de cuius inſtitutione uide Macrob. libro 1. Satur. cap. 7.

Inſtauratiui ludi, dicebantur qui in locum eorum qui aut prætermiſſi erant, aut perperam facti, inſtaurabantur. Cicero 1 de Diuin. Itaque ludis intermiſſis inſtaurationi conſtituti ſunt.

Inſterno, is, a. t. Super ſterno, operio, ſuperextendo, *ἐπιστρώνυμι*. [Ital. *Diſtendere di ſopra, copire*. Gal. *Couurir, eſtendre deſſus*. Hiſp. *Cubrir, eſtender, ſobre algo, igualar loſpuro*. Germ. *Vberſpreiten, überlegen, bedecken*.] Plin. li. 19. cap. 1 Si palo adacto cauerna palea inſternatur. Liu. 30 bel. Pun. Tabulasq; ſuperinſtrauit, ut peruium nauibus ordinem faceret. Virg. 2. Aen. . felnibus inſternor pelle leonis.

Inſtratus ornatu regio, Plin. li. 8 ca. 42. Vnde inſtrata, equorũ ornamẽta dicuntur. Et inſtratus lectus dicitur, ut ſit ſtragulus. ex coltor. *ἐπιστρωμνύω @*. [Ital. *Coperto, ſteſo di ſopra*. Gall. *Couuert eſtendu par deſſus*. Hiſ. *Cubierto, eſtendido ſobre algo*. Germ. *Bedeckt, geziert*.

Inſtrãmen. ſubſtantiuum, n. ſ. Ab inſternendo, equorum operimentum, *ἐποχεῖον*. [Itali. *Coperta da cauallo*. Galli. *Tou-*

habille-

habillement ſeruant de couuerture, comme houſſe, loudier, & telles choſes Hiſp Eſtrado ò repoſtero de los cauallos. German. Ein Decke. Roſs decke.] Vlpian. l. Inſtrato. ff. de verb. ſignif. Inſtratum omne veſtimentum continere quod iniicitur, Labienus ait. Idem alio loco, Inſtratum, ſignificat omnem veſtem ſtragulam inſternendi cauſa paratam, στρώμα.

Inſtragulum, li, Idem quod ſtragulum, στρῶμα. Cato de Re ruſt. cap. 10. Culcitras octo, inſtragula octo, puluinos ſedecim, operimenta decem, mappas tres, &c.

Inſtigo, as, penult. prod. act. p. Ex in, & obſoleto uerbo ſtigo, cuius originem referunt ad uerbum Græcum στίζω, quod eſt pungo, ſeu ſtimulo, παροξύνω, ἐπικεντέω. [Ital. Inſtigare, ſtimolare. Gall. Eſguillonner, inciter, eſmouuoir Hiſpa. Hoſtigar à arguijonear. German. Antreiben, anreitzen, anhetzen.] Vnde Inſtigo pro inſtimulo: & tam in bonum quàm in malum ſumitur Inſtigare, incitare, & quaſi impellere obiurgatione quadam. Terent. in Andr. Age ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Liu. 5. bel. Macro. Infenſi & irati Romanos in Annibalem, & ipſos cauſam odii quærentes inſtigabant. Idem 10. ab Vrbe, Hæc precatus uelut inſtigante dea, & ipſe collegæ & exercitui uirtutem adæquauit ducis. Cicero in Piſon. An tu eras Conſul, quum in Palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus iniectis inſtigante te?

Inſtigatio, onis, f. t. Inſtigandi actus, παρακίνησις, παροξυσμός. [Ital. Inſtigatione, incitamento. Gal. Inſtigation, eſguillonnement. Hiſpan. Hoſtigamiento. German. Antreybung, anhetzung.] Ad Herenn. libro ſecundo, Amplificatio eſt res quæ per locum communem inſtigationis auditorum cauſa ſumatur.

Inſtillo, as, are, act. pr. Guttatim infundo, ἐνσταλάσσω, ἐπισταλάσσω. [Ital. Gocciare, inſtillare, lambicare. Galli. Degouter, deſtiller goutte à goutte. Hiſpani. Deſtillar gota à gota, gotear. German. Ein tröuffen, tropffechtig eingieſſen.] Plinius li. 20. Et aurium grauitati ſuccum raphani inſtillant. Cic. de Senec. Namq; hæc quoq; niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. Idem 2. Tuſc. Gutta quæ ſaxa aſſiduè inſtillando cauat. ¶ Per translationẽ accipitur pro eo quod eſt ſenſim in animum mittere. Cic. ad Att. li. 9. Attulit uberrimas tuas literas quæ mihi quiddam quo ſtarem, inſtillarunt.

Inſtimŭlo, as, are, penult. corr. διατενῶ, παροξύνω. [Ital. Stimolare, incitare. Gal. Eſguillonner, inciter. Hiſpan Hogar, aguijonear. Germa. Anſtopffen, antreyben, Reitzen.] Inſtigare, & ſtimulis quibuſdam impellere. Ouid. 6. Faſtor. Diſſimulata diram Latias Saturnia Bacchas Inſtimulat fiſtis inſidioſa ſonis.

Inſtinctus, us, ui, m. q. Inſtigatio, & quam Diuinam uocant inſpirationem, παροξυσμός. [Ital. Inſtinto, inſpiratione diuina Gall. Inſtinct, eſguillon, mouement, d'eſprit, inſpiration diuine. Hiſpani Mouimiento diuino. Germani. Eingebung. Tryb.] Cicero 1. Tuſcul. Sine cœleſti aliquo mentis inſtinctu. Idem 1. de Diuin. Quæ inſtinctu Diuino afflatuq; fundantur. Inſtinctu alicuius facere, hoc eſt, ſuaſu & impulſione. Plin. in Paneg. Multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam & imperio.

Inſtinctus, a, um, participium, Inſtigatus, ὠρμημένος, παρωξυμμένος. [Italic. Iſtigato. Gallic. Eſguillonné, prouoqué Hiſpanicè, Hoſtigado, aguijoneado. Germanicè. Angetryben, Bewegt.] Liuius quinto ab Vrbe, Itaq; quæ tum cecinerit Diuino ſpiritu inſtinctus, ea ſe nec, ut indicta ſint, reuocare poſſe, &c.

Inſtinctor, oris, m. t. Impulſor. ὁ ὀτρυντὴς, παροξυντὴς. [Ital. Stimolatore, incitatore. Gal. Eſguillonneur, prouoqueur. Hiſp. Hoſtigador. Germ. Ein antreyber, auffmeyſer] Cornel. Tacit. li. 7. Nec deerat ſceleris inſtinctor.

Inſtipŭlor, aris, com. p. Eſt certa & ſolennis quædam uerba concipere, quibus is qui interrogatur, aliquid ſe daturum factúmue promittit, διομολογοῦμαι. Stipulationis huiuſmodi exemplum inſigne eſt illud apud Plaut. in Pſeud. Mi ne oriundi ſanæ ac ſaluæ ſunt tibi, &c. Nullum periculum eſt quod ſe iam ſtipulerier. Vt concepta uerba, oriundi mihi dabin'? B. Dabuntur.

Inſtĭta, æ, penultima correpta, fœm. prl. Tenuis faſciola, qua honeſtæ tantum matronæ utebantur, (inquit Acron) quæ ſolæ imam partem ambiebat, ἡ παρὰ τὰς ἄκρας ἰδοῦσα παρυφὴ, ἡ πεῖσα, ἡ περίπεισα. [Itali. Liſta larga, che ſi uſaua anticamente à piè dello ueſti delle honeſte matrone. Galli. Vne bande qu'on ſouleit atacher, & coudre ou bas d'une robe à femme, comme un jet, & ou une quene. Hiſpan. Veſtidura inſignias de caſtidad. German. Die Belege an einem Frauwen kleid.] Horat. libro primo Sat. 10. Satyra ſecund., Nil medium eſt, ſunt qui nolunt tetigiſſe, niſi illas Quarum ſubſuta talos tegit inſtita ueſte. Contrà, alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem. Ouid. in Arte, Iſte procul uittæ tenuet, inſigne pudoris, Quæq; tegis medios inſtita longa pedes.

Inſtito, Vide Inſto.

Inſtĭtor, oris, m. t. penultima nominatiui correpta, Dicitur qui à mercatore negotiationi alicui eſt præpoſitus: quales ſunt illi quos negotiatores tabernis ſuis ſolent præponere, uel merces aliquas uendendas committere, παλιγκάπηλος. [Ital. Fattore di mercante, mercante. Gallic. Reuendeur, facteur de marchand. Hiſpanic. Regaton, mercader ò uendedor. Germ. Ein Krämer, einer Kauffmans factor.] Dicti autem ſunt Inſtitores (ut indicat Vlpian. in l. 3. Digeſt. de Inſtitor. act.) ab inſiſtendo, eo quòd negotio inſiſtant. Iuuen. Saty. 7. Inſtitor hyberno tegetis, niuisq; caduci. Liu. 6. ab Vrbe, Vrbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumq;, & inſtitorum opificumq; retenta. Propert. lib. 4. eleg. 2. Mundus demiſſis inſtitor in tunicis. ¶ Inſtitor eloquentiæ. Quint. li. 11. ca. 1. Commouerátne quiſquam eius fortuna quem tumidum ac ſui iactantem, & ambitioſum inſtitorem eloquentiæ in ancipiti ſorte uideat. ¶ Poëtæ ſæpè accipiunt inſtitorem pro eo qui uẽditor eſt mercium delicatarum, cuiuſq; ueſtiarii & lintearii dant veſtem circumferendam & diſtrahendam. Ouid. de Arte, Inſtitor ad dominam ueniet diſcinctus emacem. ¶ Plautus ancillam pro domina negotiantem, inſtitricem uocat. ¶ Vergiliarum quoq; ſidus Inſtitor ueſtis dicitur, quòd mense Nouembri quum earum occaſus eſt, ex hoc ſidere coniecturam faciunt hyemis. nam ſi nubilos fuerit earum occaſus, pluuioſam hyemem denuntiat. Ideoque negotiatores ſtatim augent lacernarum pretia, quibus pluuio tempore utimur: ſi uerò ſereno tempore occiderint, aſperitas hyemis denuntiatur. Idcirco reliquarum veſtigium pretia accendunt.

Inſtitorius, a, um, Quod ad inſtitorem pertinet, ἐμπορικὸς, καπηλικός. [Ital. Pertinente à mercantia & à tali factori. Gallic. Appertenant au fait des marchans ou des facteurs. Hiſpan. Coſa de aquella regatonia. German. Das zů einem Krämer gehört.] Vt Ars inſtitoria. Sueton. in Claud. Cæſ. ca. 17. Diſpoſitæ per littora & ripas diuerſoriæ tabernæ parabátur, inſignes ganeæ, & matronarum inſtitorias operas imitantium, atq; hinc inde orantium ut appelleret. Inſtitoria actio, dicitur qua dominus inſtitorem cõuenit, uel pro inſtitore conuenitur, δίκη ἐμπορική. Vlpia. l. Quicunq; ff. De inſtit actione. Si libitinarius (quẽ Græci λιτουργὸν uocãt) ſeruum pollinctorem habuerit, isq; mortuum ſpoliauerit, dandum in eum quaſi inſtitoriam actionem: quamuis & furti, & iniuriarum actio competeret.

Inſtĭtŭo, is, ere, in, & ſtatuo, act. 3. Propono, conſtituo, decerno, certum mihi eſt. προτίθεμαι. [Ital. Proporre, inſtituire. Gall. Inſtituer, propoſer, ordonner. Hiſpan. Conſtituir, proponer. Germ. Furnemmen, fürſetzen] Plaut. in Bacch. Ego dare me ludum meo gnato inſtitui, ut obſequium animo ſumere poſſit. Cicero quarta Verr. To qui inſtitueras in eos animaduertere, qui perperam iudicaſſent. ¶ Aliquando incipio, ἐπιχειρέω. Plinius, Prioſquam id opus inſtitueram. Cic. pro Cluentio, Quæſo, ut me, Iudices, ſicut facere inſtituiſtis, benignè, attentéq; audiatis. ¶ Aliquãdo doceo, inſtruo, παιδαγωγέω, παιδεύω. Seneca. Sunt enim non modò literis, ſed etiam bonis moribus inſtituendi adoleſcentes. Cicero pro Quintio, Qui apud te eſſet educatus, quem tu à puero inſtituiſſes, ut nobili ne gladiatori quidem haberet. ¶ Dicitur & de malis artibus. Iuuenalis, Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquas, id eſt docet eas uenefica. ¶ Aliquando ordino, & propriè de ludis, de orationibus, de moribus hominum dicitur, διδάσκω, γυμνάζω. Terent. Optimè uitam inſtituit. Salluſt. Ea familia ortum, ita ſe ab adoleſcentia uitam inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberet.

Inſtitutus, a, um, participium, Conſtitutus, ordinatus, ἐπιτεταγμένος

τεταγμένος [Ital. Ordinato, apparecchiato, Gall. Ordonné, constitué. Hispan. Ordenado, constituydo. Germ. Eingeſetzt, geordnet.] Cic. Attic lib. 2. Magiſtratus hic multos annos poſt Decemuiros inſtitutus eſt. ¶ Inſtitutus, eruditus. Cic. 5 de Fin. Eosmelius à natura inſtitutos fuiſſe, quàm inſtitui potuiſſent à philoſophia. Inſtitutus, inceptus. Cic. pro Domo ſua, Neq; inſtitutas cæremonias perſequi, neque uerbum ullum ſolenne potuit effari.

Inſtitutio, onis, f. t. Inſtructio, doctrina. παιδεία, ἀγωγή. [Ital. Inſtitutione, introduttione. Gall. Inſtruction, enſeignement. Hiſpani. Obra de enſenar. German. Vnderwey ſung, Lehr.] Cic. 1 Offic. Magis ad inſtitutionem uitæ cõmunis ſpectare uidentur. ¶ Inſtitutiones item dicuntur libri, ſiue præcepta ad artem aliquam uiam ſternentia, quas ἐισαγωγὰς appellant Græci. Vnde etiam Quintilianus opus ſuum, quo futurum Oratorem inſtituit, Inſtitutiones oratorias inſcripſit.

Inſtitutum, ti, n. t. τὸ παίδευμα, ἐπιτήδευμα. [Itali. Vſanza buona pigliata per conſiglio. Galli. Vne couſtume & maniere de faire, meurs, façon de uiure. Hiſpa Buena coſtumbre y bien deliberada. German. Ein ſatzung, gebrauch, gute gewonheit.] Bonus mos, conſilio, & ratione ſumptus, & domeſtica diſciplina quæ literis non mandatur, ſed obſeruatur communi opinione bonorum uirorum per quandam conſuetudinem, ἦθος. Vnde de inſtitutis antiquis, titulus eſt apud Valerium Maximum li. 2. id eſt, de moribus antiquorum uſu & conſuetudine receptis. Cic. de clar. Orat. Iuris publici leges, & inſtituta cognouerat. Idem 2. Ver. Veteri conſuetudine inſtitutoq; maiorum. ¶ Aliquando idem eſt quod propoſitum ſiue inceptũ, aut ſcopus, πρόθεσις, σκοπός. Cicer. in Topic. Sed ad huius libri inſtitutum nihil pertinent. Idem 2. de Inuent. Quod ad hoc noſtrum inſtitutum nihil pertinet.

Inſto, as, n. p. Idem eſt quod urgeo: & ferè dativo iungitur, ἐνίστημι, ἔγκειμαι. [Ital. Inſtare, affrettare con inſtantia. Gallicè, Preſſer de pres, ſoliciter & hafter. Hiſpan. Appreſſurar ò aquexar. Germani. Anhalten, obligen, treyben.] Cic. pro Quinctio, Verùm quoniam tibi inſtat Hortenſius ut eas in conſilium: à me poſtulat, ne dicendo tempus abſumam. ¶ Interdum incumbo, ἐγκειμαι, ἐφίσταμαι Virg. 1. Aeneid. Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat Per medios inſtans operi regnisq; futuris. ¶ Inſtare etiam dicuntur hoſtes, quum undiq; urgent & impreſſionem faciunt. Liu. lib. 1. Ita incurriſſe à lateribus ferunt, ut non ſiſterent modò Sabinas legiones ferocius inſtantes cedentibus, ſed ſubitò in fugam auerterent. Quidq; uerò accuſatiuum habet. Plautus in Curcul. Si magis me inſtabunt ad prætorem, ſufferam. ¶ Interdum etiam accipitur Inſto pro inſiſto, hoc eſt, ingredior. Idem in Aſinar. Rectam inſtas uiam, id eſt inſiſtis, uel ingreſſus es rectam uiam. ¶ Inuenitur etiam ſine aliquo prædictorum caſuum, licet poſſit intelligi. Saluſt. in Catil. Veterani uirtutis priſtinæ memores comminus acriter inſtare: illi haud timidi reſiſtunt. Inſtare pro inſtabãt quaſi contra ſtabant, id eſt pugnabant. Terent. in Andr. Ego illud ſedulò Negare factum, ille inſtat factum, id eſt, contendit & perſeuerat eſſe factum. ¶ Aliquando idem eſt quod imminere, uel propinquum eſſe. Saluſt in Catil. Optimum factu ratus, noctem quæ inſtabat, antè cœpere, nequid eo ſpatio nouaretur, id eſt proxima erat, uel ſequebatur. Cæſar primo belli Gall. Cæſar ubi ſe diutius duci intelexit, & diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.

Inſtito, as, re, Frequentatiuum eſt, Sæpe contra ſtare, repugnare. Cæſar libro primo. Id conſpicati Heluetii qui in montem ſeſe receperant, rurſus inſtitare, & prælium redintegrare cœperunt.

Inſtantia, æ. Inſtanter, aduerbium, Inſtabilis, & Inſtabilitas, uide ſupra ſuo ordine.

Inſtatio, onis, f. t. ἔφοδος, Dicitur quaſi imminentia: ab inſto, ſtas. Ambroſ. lib. de Reſurr. Quomodo laudabis hominem priuſquam inſtatio mortis ſucceſſerit.

Inſtragulum, Inſtramentum, Vide Inſterno.

Inſtrẽnuus, a, um, Contrarius ſtrenuo, Minimè generoſus, ignobilis, indiligens, & ad res gerendas minimè promptus, ἀνανδρος, ῥᾴθυμος. [Itali. Non bellicoſo, non generoſo, inſtrenuo. Galli. Qui n'eſt point vaillant ne hardi, couard. Hiſpan. No dieſtro, no hidalgo, no diligente. German. Vndapffer, vnhortig vngefliſſen.] Plaut. in Moſtel. Arbi obſil. Io immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, Immũdus, inſtrenuus, hìc iam edibus nitiem adderet. Inſtrenuus animus, Ingeneroſus, ignobilis. Terent. in Heaut. Ambo accuſandi: etſi illud inceptum tamen animi cõpendentis ſignum, & non inſtrenui.

Inſtrẽpo, is, ere, n. t. In re aliqua ſtrepitum edo: ut quum pes floribus inſtrepere dicimus, ἐμβεμβᾶν. [Ital. Farſire pieo. Gall. Faire bruit. Hiſpanicè, Hazer eſtruendo. Germanicè, Einhin rauſchen, ein gereüſch machen.] Aliquando accipitur pro ſimplici ſtrepo, cum quadam tamen intentione ſoni, ex ui præpoſitionis accedente: ut ſit Inſtrepere, grauem ſtrepitum, & ſonum emittere. Virgil. 3. Georg. Pôſt ualido nitent ſub pondere fagineus axis Inſtrepit. Claud. 1. Paneg. Dentibus horrendum inſtrepit. Liuius 4. ab Vrbe, In de ſiquid inſtrepat terroris, ſine Patritio magiſtratu placere Rempub. opprimi.

Inſtringo, is, ere, act. t. ἐπισφίγγω. [Italice. Strignere. Gallicè, Eſtraindre. Hiſpan. Apretar. German. Eingürten, iremcnt gürten.] Catul. de Leſuia, Quin te animo offirmas, teq; inſtringis q, redigis q. Et diis inuitis deſinis eſſe miſer?

Inſtrũmẽntum, ti, n. ſ. Ab inſtruo fit, ἀρχαλέιον, σκεῦος. [Italicè, Inſtromento. Gall. Inſtrument. Hiſpan. Inſtrumento. Germ. Rüſtzeüg, werckzeüg, rüſtung] quo nomine ſignificatur omne illud quo quis ad operandum utitur. Sic dicimus arma inſtrumenta belli eſſe, σκεύη πολεμικά. Cicer. 1. Academ. Totius belli inſtrumentis, & apparatu. Ligones, marras, ſarcula, inſtrumenta agricolationis. Item dicitur id quo quis inſtruitur, hoc eſt docetur, διδάσκαλον. Vnde dicimus, Inſtrumentum uetus & Inſtrumentum nouum, pro Lege noua. Ex his enim homo inſtruitur quid agere, aut ui tare debeat. ¶ Aliquando ſumitur pro apparatu quo fundos, taberna, & id genus alia inſtruuntur, διάκοσμοι. Cic. pro Domo ſua. In fundum autem alicini Conſulis, nõ modò inſtrumenta, aut ornamenta uillæ, ſed etiam arbores transferebantur. Idem in Verr. Hæc omnia in inſtrumento ac ſupellectili C. Verris nominabantur. Suet. in Auguſt. Alexandria capta nihil ſibi, præter calicem, ex inſtrumento regio retinuerit. Sic apud Iuriſconſultos titulus eſt de Fundo inſtructo, & inſtrumento legato. ¶ Aliquando Inſtrumenti nomine intelligitur monumentũ ſcripturarum, ad res geſtas pertinentium, quale fermè eſt repertorium, quod uulgò Inuentarium appellatur, ἀπογραφή. Sueet. in Veſpa. Vndiq; inueſtigatis exemplaribus inſtrumentum imperii pulcherrimum ac uenuſtiſſimum confecit.

Inſtruo, is, xi, ctum, act. t. Ordino, apparo, compono, σκευοποιῶ, παρασκευάζω. [Itali. Apparecchiare, ordinare. Galli. Acouſter, equipper, ordonner, inſtruire. Hiſpan. Fornecer, ordenar, poner à punto. German. Zürüſten, bereiden, ordnen.] & dicitur de acie, de claſſe, de cauſa, ac etiam de mente alicuius ἐντάττω, παρατάττω. Plaut. in Amphit. Nos noſtras more noſtro & modo inſtruximus legiones. Cicer. pro Murena, Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. Lactant. lib. 1. Quod malum à Græcis orrum eſt, quorum lenitas inſtructa dicendi facultate & copia, incredibile eſt quãtas mendaciorum nebulas excitauerit. Idem lib. 3. Apparet falſam & inanem eſſe omnem philoſophiam, quia nec inſtruit ad iuſtitiæ munera, nec officium hominis, rationemq; conſummat, hoc eſt, non præparat, imbuit, aut inſtituit. Colum. lib. 1. Nonnulli ſtrenuè fabricant nauigia, nec conſummata perinde inſtruunt armamentis, miniſtriſq; id eſt, armant uel muniunt. ¶ Inſtruere epulum, eſt apparare, παρασκευάζειν, ἑτοιμάζειν. Gell. lib. 2. Verba Lælii hæc ſunt, Quibus indicat hœdum, qui ad epulas fuit allatus, dimiſſum, cœnamq; ita ut lex Licinia ſanxiſſet, pomis oleribusq; inſtructam, id eſt, paratam. ¶ Inſtruere diſcipulos, id eſt docere, literis & diſciplinis imbuere: quinis Valla neget ſe in eo ſignificatu reperiſſe, διδάσκειν. Quint. lib. 2. ca. 5. Orationũ lectione ſuſceptos à ſe diſcipulos inſtruxerit. Idem, His omnibus admiſcebitur, ut quiſq; locus poſtulabit, dicendi ratio: quæ non corũ modo ſcientiã quibus ſolis quidam nomen artis dederant, ſtudioſus inſtruat.

Inſtructor, oris, m. t. Qui parat, & inſtruit, διατακτικὸς, ἐπιτηδευτής. [Ital. Colui che ordina, che apparecchia. Gall. Qui apreſte & appareille. Hiſpani. Forneſcedor, ordenador. Germ. Ein Zürüſter.] Cicero poſt red. in Sen. Hi ſunt conditores, inſtructoresq; conuiuij.

Inſtru-

Inſtructus, us, m. q. Apparatus. *παρασκευή, κατασκευή.* [Itali. Apparechio, ordinatione Gall. Appareil, equippage. Hiſp. Fornecimiento, aparejo. Germ. Zůrüſtung, Zůbereitung.] Cicero 1. de Orator. Rivis eſt deducta oratio, non fontibus: & quocunque ingreditur, eodem eſt inſtructu ornatuq; comitata.

Inſtructio, onis, f. t. Conſtructio. *κατασκευή.* [Ital. Inſtruttione, ordinatione. Gall. Ordonnance, equippage. Hiſp. Obra de fortaleçer y poner à punto. Germ. Erbauwung, Zůbereitung, Ordnung.] Traianus in Epiſt. Plin. Si inſtructio noſtri balinei oneraturæ uires Præſentium non eſt, poſſumus deſiderio eorum indulgere. Inſtructio exercitus, Inſtructio militum, apud Cic. 2. de Nat. deor.

Inſtŭpĕo, es, n. t. Idem quod ſtupeo, aut valde ſtupidus, & ſenſus expers ſum. *ἀναισθήτως ἔχω.* [Ital. Stupire. Gallic. Eſtre eſtonné & eſtourdi. Hiſp. Eſtar ſin ſentido y paſmado. Ger. Verſtannen, vnentpfindtlich werden, verſtarren.] Plin. li. 28. c. 4. Salpæ torporem ſedari, quocunq; membro inſtupente, ſiquis in ſinum exuat.

Inſuaſum, inſuaſi, neutri generis, appellabant antiqui colorẽ (inquit Feſtus) ſimilem luteo, qui fiebat ex fumoſo ſtillicido. Plautus in Trucul. Aduenisti huc ſubtenratum exornatis oſſibus, Quia tibi inſuaſo infecisti propudioſa pallulam.

Inſuauis, inſuaue, Iniucundus. *ἀηδής.* [Ita. Non ſoaue, aſpro ingiocondo. Gal. Non doux ne ſouef, amer Hiſp. No ſoaue al ſentido, aſpero Germ. Vnlieblich.] Cicero de Amic. Inſuauem illam admirationem ei fore, quæ incũdiſſima fuiſſet, ſi aliquem, cui narraret, habuiſſet. Idem 2. de Orat. Qui vitam inſuauem ſine his ſtudiis putaretis.

Inſubidus, *ἄσκεπτος, ἄβυλος.* [Ital Troppo ſubito, ò fretto loſo, temerario Gall. Trop ſoubdai & hatif, temeraire, incõſideré. Hiſp. Subito, oſado y ſin razon. Germ. Vnbeſint, der fräuenlich one vor betrachtũg ein ſach zů handẽ nimpt.] Gell. lib. 19. c. 9. Sed ne nos, id eſt, nomen Latinum, tanquã profectò, vaſtos quoſdam & inſubidos *ἀπροβούλους* cõdemnetis.

Inſubidè, aduerbium eſt. *ἀπερίσκεπτως, ἀβύλως.* [Ital. Subitamẽte, frettoloſamente, temerariamente. Gal. Temerairement, ſans y auoir penſé, inconderément. Hiſpa. Subita y oſadamente. Ger. Vnbeſinter weiſs, fräuenlich.] Quo vtimur Gel. lib. 1. c. 2. Multa atq; immodica de philoſophiæ doctrinis intempeſtiuè, atq; inſubidè differebat. id eſt præcipitanter, priuſquam ſubiret, aut in mentem veniret quid diceret Macrob. lib. 7. Satur. Ipſam verò videndi naturam non inſubide introſpexit Epicurus.

Inſubriliter, penultima correpta, aduerbium. *ἀνεπιτηδείως, ἀνεπιφυῶς, ἀφυῶς.* [Ital. Non ſottilmente, goffamente. Gal. Non ſubtilement, lourdement Hiſpa No ſotilmente. Ger. Ger. Vnſubtilich, vnſchäpflich.] Non ſubtiliter. Vlpian. Li. parag. Si ex fundo. ff. de Hæred. inſtitut. Marcellus non inſubtiliter non putat hodie hoc prodere.

Inſŭco, inſuccas, Succo imbuo, humecto, irrigo. *ἐγχυλίσω, ἐγχυματίσω, ἐμβρέχω.* [Ital. Bagnare. Intingere. Galli. Mouiller, tremper, baigner en quelq; liqueur. Hiſp. Empapar en çumo, moiar. Ger. Saffelig machen. Befeüchtigen, Jn ein ſafft einmachen.] Colum. lib. 7. c. 5. Fracta pecudum non aliter, quàm hominum crura ſanantur, involuta lanis, oleo atque vino inſuccatis, atque mox circumdatis ferulis colligata.

Inſueſco, is, & Conſueſco, n. t. Idem quod aſſuefio. *ἐθίζομαι.* [Ital. Aſſuefarſi, auezzarſi, Gall. S' accouſtumer. Hiſp. Acoſtumbrarſe. Germ. Gewonen.] Plautus in Captiui. Impera re inſue. Terentius in Adelphis, Nam qui mentiri, aut falle re inſuenit patrem, aut audebit, Tanto magis audebit extros. Columella libro 6. capite 27. Cui partui deinde quum decem diebus inſuevit equa. Tacitus, Duas pellices, quarũ corpori inſueverat. Id eſt, cum quibus conſuetudinem habuerat. ¶ Inſueſcere, frui parta victoria. Livius 7. bell. Puni. ¶ Inſuneſci, paſſiuè. Colum. lib. 11. cap. 1. Atq; ubi cœperunt aliquod incrementum habere, ſic inſuneſci debent, ut in id ſpatium quod ſulcis interiacet, inclinentur.

Inſuefacio, cis, ere, a. t. Conſuefacere. *ἐθίζειν.* [Italic. Acoſtumare. Gall. Accouſtumer. Hiſpan. Acoſtumbrar. Germ. Gewennen.] unde Inſuefactus, aſſuefactus. Cæſ. 4. bel. Gal. Notiſſimis locis audacter tela coniicerent, & equos inſuefactos incitarent.

Inſuetus, a, um, Inſolitus, vel cui non aſſuemus. *ἀήθης.* [Ital. Non vſato, non ſolito, diſuſato. Gall. Jnaccouſtumé. Hiſp. No acoſtumbrado. Germ. Vngewonet, vnbreüchig.] ut apud Virgil. 6. Aen. Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos. Idem 1. Aeglog. Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas. ¶ Inſuetus alicui rei dicitur is, qui rei alicui non aſſuevit. Liu. 3. bell. Punic. Vt non Syphacem modò barbarum, inſuetumq; moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facundè, aliquando ſibi conciliaret. Inſuetus mos. Cicero ad Articum libro quarto, Quo Senatuſconſulto recitato, quum populus mox hoc inſueto & nouo, plautum eo nomine in recitando dediſſet, habui concionem. Inſuetus contumeliæ, Idem ad Att. lib. 2. Inſuetus laboris, Cæſ. 7 bell. Gall.

Inſula, inſulæ, penul. corr. f. p. Dicitur terra quæ undiq; aquis clauditur, proprié autem in mari. *νῆσος.* [Ital. Iſola Gallic. Vne isle. Hiſp. La isla tierra cercada de mar ò de rio. Germ. Ein Inſel.] Vnde quidam à ſalo appellatas inſulas volũt: quòd in ſalo, id eſt, mari, ſitæ ſint. Hinc Peninſula, quæ quaſi inſula eſt, & undiq; ferè aquis clauſa, anguſto tantum terræ ſpatio, quod dicitur Iſthmos, continenti annectitur. *χερρόνησος.* Mediamnis autem vocatur, quam amnis circuit. *μεσοποτάμιος.* Inſulas tamen nullo diſcrimine vocamus etiam eas, quæ flumine vel lacu ambiuntur. Cicero 3. de Leg. Inſula quæ eſt in Fibreno flumine. Idem pro Milone, Inſula in lacu Precio. ¶ Inſulæ etiam dicuntur domus in urbe ab aliis ſeparatæ, & vicos undiq; habentes, quòd ſicut inſulæ ſunt in mari loca undiq; ambita, undiq; diſcreta à continenti, ita domus nullis connexa ædificiis cohærẽtibus, inſulæ nominantur. *διὰ λαμπρότητα εἰναι* Budæo. Vnde Spartianus ſcribit ceciderv. inſulas olim Romæ incendio abſumptas fuiſſe. Vlpian. l. Stipulationes non diuiduntur. ff. De verb. oblig. Planè ſi in inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit, non eſt expectandum ut inſula ruat. Cicero pro M. Cælio, Nunc demum intelligo Pub. Clodii inſulam eſſe venalem, cuius hic in ædiculis habitet decem, ut opinor, millibus.

Inſularis, are, om. t. Quod eſt inſulæ, & ad inſulam pertinet. *νησιωτικὸς.* [Ital. Ciò che s' appartiene ad iſola. Galli. Des appartenances d' iſle. Hiſp. Coſa perteneciente à isla. Ger. Zů der Jnſel gehört.] ut, Morbus inſularis, ex inſulis inuectus. Pli. Qui primus inſularem morbũ in urbẽ inuexit. Inſularis pœna, qua quis in inſulam deportatur. Marcellus, Nec ſtrepente vllo, nec obſiſtente, inſulari pœna mulctati ſunt.

Inſularius, m. ſ. Qui inſulas, hoc eſt ædes potentiorum ab aliis ædificiis diſcretas cuſtodiæ cauſa inhabitat. *ὁ οἰκίας περιμαφόδα* vel *συνοικίας τινὸς ἐπιστάτης.* [Itali. Guardiano di caſa. Gall. Concierge. Hiſp. Gardador de aquella tal caſa. Germ. Der zur hůt in einem eintzigen hauß wonet, Das niemand anſtöſſig iſt, ein Burguogt.] Hoc verbo vſus eſt Pomponius in l. Si ita. ff. de Vſu & habit. Dominus, inquit, proprietatis, etiam inuito vſufructuario, vel vſuario, fundum vel ædes, per ſaltuarium vel inſularem cuſtodire poterit. Budæus.

Inſulſus, a, um, Propriè id dicitur quod ſalſum, aut ſalitum non eſt. *ἀνάλμυρος.* [Italic. Non ſalato. Gall. Sans ſel, ſans ſaueur. Hiſpa. Coſa ſin ſal, no ſalada. Germa. Vngeſaltzen.] Sæpius tamen per translationem accipitur pro fatuo, inepto, ſiue inſipiente. *ἀπερόκαλος, ἀνοίδυτος.* [Ital Goffo, senza gratia. Gal. Sot, mauſade, ſans aucune ſageſſe ne grace. Hiſp. Coſa ſoſa y ſin gracia. Ger. Torecht, vngeſchickt.] Plautus in Rudente, Bonum eſt quòd habeas gratiam meritò mihi, Qui te ex inſulſo ſalſum feci opera mea. Terentius in Eunuc. Fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit noctesq; & dies. Cic. 1. de Orato Sed qui eius rei rationem quandam conati ſunt, arteméq; tradere, ſic inſulſi exiterunt, ut nihil aliud eorum niſi ipſa inſulſitas rideatur.

Inſulſitas, atis, f. t. Inepti. *ἀπαρόκαλία, ἀνοιδυσία.* [Italic. Inettia, rezezza Gall. Sottiſe ou ſottiſe. Hiſpani. Soſedad ò deſgracia Ger. Vnlieblichkeit, Torheit, vngeſchicklichkeit.] Cic. ad Att. lib. 13. De hortis ex tuis literis cognoui, & Chryſippo in villa, cuius inſulſitatem bene noram. Idem pro Rab. Iam noſtis inſulſitatem Græcorum.

Inſulſè, aduer. Imprudẽter, ineptè *ἀπερόκαλως, ἀνοιδύτως,* [Ital. Inettamente, imprudentemente. Gallic. Sottement, Hiſ. Deſſabrida ò deſgraciadamente Germ. Vngeſchicklich, Torechtiglich.] Cicer. ad Cæſ. lib. 2 Epiſt. Sed ita locutus

inſulſè eſt, ut mirum Senatus conuitium exceperit. Idem ad Att. lib. 15. Omnia uidentur inſulſè fieri.

Inſulto, inſultas, frequentatiuum ab Inſilio, cuius ſupinum eſt Inſultum, ἐνπηδάω. [Ita. Aſſalire, deleggiare. Gal. Sauteler, s'eſleuer contre quelqu'un. Hiſp. Saltar para mal hazer, Germ. Mit vngeſtümme ſpringen.] Inde Inſulto proprie eſt multum & cum impetu ſuper rem aliquam ſalire. Et aliquando habet poſt ſe accuſatiuum. Terent. in Eunuc. Ne tu iſtas, faxo, calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. Sæpius autem datiuum. Virg. 3. Georg. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. ¶ Per translationem accipitur pro irrideo, & contumelioſus in aliquem aliquid uel dico, uel facio. ὑπερφάω, σαρκάζω. Sallu. Multos tamen ab adoleſcentia bonos inſultauit. Cic. pro Flacc. Nunc uerò non inſultabo uehementius, nec uolitabo in hoc inſolentius, neq; in iſtum nugatorem inuehar. Idem pro Milo. Clodius qui tot annos in hanc Remp. inſultauit.

Inſultatio, tationis, f. ter. Amara irriſio, & inſolentia calumniatæ alicuius contumeliæ. σαρκασμός. [Ital. Oltraggio, beffamento. Gall. Outrage, moquerie. Hiſpan. Aquella obra de mal hazer, eſcarnecimiento. German. Ein ſchmächliche verſpottung.] Quin. lib. 8. c. 5. Non tam probatio, quàm extrema quæ inſultatio.

Inſultura, inſulturæ. Inſultandi actus. ἐνπήδησις. Plautus, Nam ego iſtam inſulturam & deſulturam nihil hic morot.

Inſum, in re aliqua ſum. ἐνειμι. [Itali. Eſſere in qualche coſa. Gall. Eſtre en ou dedans. Hiſp. Ser en algo. Germ. Etwarin ſein.] Lactant. lib. 2 Ineſt ergo ſideribus ratio ad peragendos meatus ſuos aptaſ: ſed Dei eſt illa ratio. Terentius in Eunucho, In amore hæc omnia inſunt uitia, iniuriæ, &c. Idem in Andria, Triſtis ſeueritas ineſt in uultu, atq; in uerbis fides. Plin. in Paneg. Cui plus iniuriæ, quàm pulchritudinis ineſt.

In ſumma, Diuiſis dictionibus, & Summatim eandem ferè habent ſignificationem. κεφαλαιωδῶς. [Ital. In ſomma. Gal. En ſome. Hiſp. Reduciendo en ſumma. Germ. In einer ſumm, überal.] Quintilianus, In ſumma non recedo: fas eſt mihi inuitis etiam parentibus piè facere. Perinde etiam ac ſi diceremus, Quod ut ſummatim comprehendam.

Inſumo, inſumis, per ſimplex m, penultima producta, a. t. Significat impendo, conſumo ἀναλίσκω, ἀκπανάω. [Itali. Conſumare ſpendere. Gall. Employer, deſpendre. Hiſpanic. Gaſtar, conſumir. Germ. Anwenden verthún, Aufgábē.] Gel. lib. 2 c. 24. Lex Fannia lata eſt quæ ludis Rom. itē ludis plebeis, & Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus in ſingulos dies, centenos aris inſumi conceſſit. Cic. ad Attic. libr. 5. Nos tamen, etſi hoc te ex aliis audire nolo, ſic in Prouincia nos gerimus, ut nullus teruncius inſumatur in quenquam. Inſumere curam, Plin. lib. 9. cap. 46. Omnis ergo cura ad ſpeculandum hoc malum inſumitur. Inſumere operam, Cic. 5. Verr. Quantam igitur ſpem illi prædæ propoſuit tam arbitramur fuiſſe, qui tantū præſēs lucrū nulla opera inſumpta cō tempſerit, atq; deſperexerit? Liuius decimo libro ab Vrbe, Malle fruſtra operam inſumptam, quàm quicquam incidiſſe.

Inſuo, inſuis, a. t, In re aliqua ſuo, includo ἐνράπτω. [Ital. Cuſcire in qualche coſa, Gall. Coudre en ou dedans. Hiſpa. Coſer en algo. German. Einnähen.] Varro 2. de Re ruſti. Quæ intra capita inſuitur pellis mollis. Virgil. 5 Aene. Terra boū plumbo inſuto, ferroq; rigebant. Ouid. 3 de Arte amand. Nec prodite graues inſuto uellibus auro. Valer. Max. lib. 1. Tarquinius M. Tullium Duſmuirum, quòd librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem cuſtodiæ ſuæ commiſſum, pecunia corruptus, Petronio Sabino ſcribendum dediſſet, culeo inſutum, in mare abiici iuſſit. ¶ Per translationem accipitur pro implicare, immiſcere, coniungere. Liuius 10. bell. Mace. Lepidus molem ad Terracinam ingratum opus quòd prædia habebat ibi, priuatamq; publicæ rei impenſam inſuerat.

Inſuper, penultima corrept. Ad hoc, præterea. πρόσετι. [Italicè, Oltre à ciò. Gallic. Dauantage, par deſſus, oultre. Hiſpanicè, Allende deſto. German. Darüber, über das.] Cicero ad Qu. fratrem, Nam ne te fugiat, latius inſuper Epicurus. Plaut. in Trucul. Vt illud acceptum ſit prius, quod perdidi hoc addam inſuper.

Inſuperabilis, inſuperabile, om. t. Quod ſuperari & domari non poteſt. ἀδάμαντος. [Ita. Inſuperabile, inuincibile. Gal. Inſuperable, inuincible. Hiſ. Lo que no puede ſer vencido. Ger. Vnüberwindtlich, vndemlich.] ut, Morbus inſuperabilis, id eſt, incurabilis. ἀθεράπευτος, ἀνίατος. Plin. in Epiſt. Rogauitq; ut medicos conſuleremus de ſumma ualetudinis: ut ſi eſſet inſuperabilis, ſponte exiret è uita. ¶ Interdum idem eſt quod impetuoſus, inacceſſus: propriè de montibus dicitur, qui facilè traiici non poſſunt. ἀνάβατος. Liu. 1. bel. Pun. Conſtabat non tam bello motos, quàm longinquitate uiæ, Alpiumq; inſuperabili tranſitu. Inſuperabilis bello, inuictus, qui bello ſuperari non poteſt. ἀνίκητος. Virgil. quarto Aeneid. Genus inſuperabile bello.

Inſurgo, inſurgis, gere, n. t. Surſum me erigo. ἀνίσημι. [Italic, Leuarſi. Gal. Se leuer à l'encontre. Hiſpa. Leuantarſe. Ger. Vnider ſtemandts aufſtehen. Sich auffhöumen, widerſtreben entpören.] Virgil. 11. Aen. Tum ualidam perhyarma uiro, perq; oſſa ſecurim, Altior inſurgens oranti & multa precanti Congeminat: uulnus calido rigat ora cerebro. ¶ Inſurgere remis, idem eſt quod incumbere, & uehementer niti. Solent enim remiges, quum toris uiribus remis incūbunt, é ſedilibus ſuis allurgere. Virg. 5. Aen. Nunc nunc inſurgite remis, Ouidius nono Metamorp. Credensq; ſuis inſurgere remis. ¶ Inſurgere altius in Oratione uerba dicuntur quum ſubſequentia pondere ſuperant priora. Quinti. lib. 8. c. 4. Hæc etiam ſolet creſcere uerbis omnibus altius atque altius inſurgentibus.

Inſuſurro, inſuſurras, n. p Leni ſuſurro, alicui quicquam in aurem dico. ἐνψιθυρίζω. [Ital Mormorare, rampognare. Gal. Dire tout bas, & en l'oreille, murmurer entre ſes dēs. Hiſpan Zumbar ò murmurar en algo. Ger. In die oren blaſen oder tliſmen.] Cic. 1. Tuſcul Leuiculus tanē noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ſcientis mulierculæ (ut mos eſt in Græcia) inſuſurrantisq; alteri, Hic eſt ille Demoſthenes Macrob. lib. 2. Saturn. Vale dicenti hoc tantùm inſuſurrauit, Non putabam me tibi tam familiarem Cic. 4. Acad. Verùm quoniam non ſolùm uerba ſignificat, ſed etiam Fauonius ipſe inſuſurrat, nauigandi nobis tempus eſſe.

Inſuſceptus, a, um, Non ſuſceptus. ἄδεκτος. [Ital. Non piglato, non receuuto. Gall. Non prins ne receu. Hiſp. No tomado ni ricebido. Ger. Nit zuhanden genommen.] Ouid. ad Liu. Dixit & iratus uota inſuſcepta reliquit: Duraniq; animum, deſtituitq; preces.

Inſyncerus, inſyncera, inſyncerum, Non ſyncerus, parum integer, corruptus. ἀκέραιος, ἐνίκμος. [Ital. Non ſincero, corrotto. Gall. Qui n'eſt point pur ne ſain ne entier. Hiſpa. No limpio ni apurado. Germ. Vnauffrecht, Falſch, vnlauter.] Gel. lib. 5. c. 3. Is Protagoras inſyncerus quidem philoſophus, ſed acerrimus ſophiſtarū fuit. Cruor inſyncerus. Virg. 4 Georg. Tempus & Arcadii memoranda inuenta magiſtri Pandere: quo modo cæſis iam ſæpe iuuencis, Inſyncerus apes tulerit cruor.

Intabeſco, intabeſcis, intabeſcere. n. t. Idem cum ſimplici, Marcore uel delicet ac tabe cōſumi. μαραίνομαι, ἐπίκομαι. [Ita. Ammarcirſi. Gal. Deuenir ou eſtre etique, aſſeicher ou fleſtrir. Hiſ. Corromperſe. Germ. Endorren, Zuſzeeren.] Colum. lib. 9. c. 3. Nouella uerò dum adoleſcit, niſi omnis iuſta percepit, ad ultimam redigitur maciem, & ſic intabeſcit, ut nullis deinceps impenſis recreari poſſit. Horat. Epod. 5. Cibo interminato intabuiſſent pupulæ Oui. 15. Metam. ut lata plumbea funda Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo.

Intactus, intacta, intactum, Integer, immaculatus, impollutus. ἀμίαντος, ἀμόλυντος, ἄφθαρτος. [Ital. Non tocco, non corrotto. Gal. Il qui on n'a point, touché, ſain & entier. Hiſp. No tocado, no corrumpido. Ger. Vnberürt, vnbefleckt.] Liu. lib. 5. ab Vrb. Integri, intactiq; fugerunt. Idem lib. 8. bell. Macedo. Infamia intactum, inuidia, quæ poſſunt, urgent. Intacti religione animi ſunt, hoc eſt, quem nulla religio tangit. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Intactus à ſibilo nunquam exſibilatus, aut explosus. Cælius Ciceroni, Hoc magis animad uerſum eſt, quòd intactus à ſibilo peruenerat Hortenſius ad ſenectutem. Virgo intacta manet, Catullus in Carmine nuptiali Carmen intactum Græcis. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 10. Grex intactus, Virg. 1. Aen.

Intactile, Tactum refugiens, ſiue quod tangi non poteſt. ἀψαυστον. [Ital. Che non ſi può toccare, che fuge il tatto. Gall. Qu'on ne peut toucher ou attoucher. Hiſ. Lo que no puede

puede ſer tocado. Ger. Das man nit berüren oder betaſten kan] Lucret. lib. 1. Sin intactile erit, &c.

Intaliare, antiqui dicebant pro eo quod eſt ſcindendo formare, teſte Varrone, ἐγκόπτειν, quemadmodum Taliare, pro ſcindere.

Intaminatus, Idem eſt quod incontaminatus. ἀμόλυντος, ἀμίαντος. [Ital. Incorrotto, non contaminato. Galli. Non contaminé, ut ſouillé, entier. Hiſp. No corrompido Germa. Vnbefleckt.] Horat. 1. Carm. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ, Intaminatis fulget honoribus.

Intantum, & Inquantum, Idem valent quod eatenus, & quatenus. ἐπιτόσον, τόσον, τοσοῦτο. [Ital. Tanto. Gall. Tant, entant. Hiſpan. Tan. Germ. So vil.] Seneca de beneficiis libro 2. Quomodo dandi intantum producenda notitia eſt meritis ſui, inquantum delectatura eſt cui datur: ita, &c. Virg. 6. Aen. Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latines In tantum ſpe tollet auos.

Integer, gra, grum, penultima correpta. Si de ætate dicitur, intelligitur ea quæ in flore conſiſtit, ſcilicet in iuuentute, in qua robur viridum, & ſanguis adhuc integer eſt, qui ætate in ſenium nondum emineuit. ἀκμαῖος. [Itali. Intero, intero, integro. Gall. Entier. Hiſpan. Entero. Germ. Gantz volkommen.] Teren. Andr. Egregia forma, atq; ætate integra. Integra res, quæ eſt perfecta, de qua nihil eſt imminutum: ut integrum corpus, cui nihil deeſt. ὁλομελὴς. Integer uir, qui eſt innocens, candidus, nullo q; uitio corruptus. ἀνήρ κακός, χρηστός. Cic. pro Planc. Quumq; illo nemo eſſet neq; integrior, neq; ſanctior. Integer homo & caſtiſſimus, Cicero 1. de Orat. Integer ævi, dicitur cui adhuc ætas integra eſt. ἀκμαῖος. Vide Ennius deos integros ævi uocat, quòd quum immortales ſint, nihil de eorum æuo imminuatur. Integrũ mihi eſt, ſignificat in arbitrio eſt & poteſtate. Cic. pro Rab. Ego autem ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem hoc crimen, agnoſcerem, confiterer. In integro res eſſe dicitur, hoc eſt, in poteſtate, ita ut adhuc poſſit uel fieri uel omitti. Idem lib. 3. de Orato. Sed quoniam hæc iam neq; in integro eſſe poſſunt, &c. ¶ Integer, pro firmo, recenti, & laboribus non fracto. Cæſar, Quum crebro integri defeſſis ſuccederent. ¶ Idem pro ſobrio, quiq; ex crapula nihil ſentit detrimenti Cic. de Nat. deor. Multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo & uino, perturbata & confuſa cernimus. Integrum ſe ſeruare, pro neutri parti ſe adiungere. Cic. ad Att. lib. 7. Quòd me amiciſſimè admones, ut me integrum, quoad poſſim, ſeruem, gratum eſt. Integrum reſtituere, eſt in priſtinum ſtatum reducere. Teren. Phorm. Si hoc uidetur, quod te abſente hic filius Egit, reſtituam in integrum, æquum eſt. Cic. 7. Verr. Ve damnati in integrum reſtituantur, ninſi ſoluantur. ¶ Hinc aduerbium, Adintegro, denuò, rurſus. ἐξυπαρχῆς. Virg. l. 4. Aeglog. Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo. Deintegro, idem. Terentius Heautontim. Ratio deintegro ineunda eſt mihi. Deintegro incidere in morbum, Cicero ad Cornif. Epiſtol. lib. 12.

Integro, integras, penultima correpta, Rurſus inchoo, inſtauro, ſiue innouo. ἀνακαινίζω. [Ital. Reintegrare. Galli. Faire ou rendre entier, reſtaurer. Hiſp. Enterar à otra coſa. Germ. Vnder ergántzen, widerumb anheben, erneũweren.] Virg. 4. Georg. ramoſq; ſedens, miſerabile carmen Integrat. Liu. libr. 7. Simul ut ab religione animos remiſerunt, integrant ſeditionem Tribuniplebis. Cic. 1. de Inuent. Sic animus defeſſus audiendo, aut admiratione integratur, aut riſu renouatur. Statius octauo Thebaidis, - bellum integrabat Eryo.

Integraſco, ſcis, n. t. Idem quod integror, inſtauror, ab integro redeo. ἀνακαινίζομαι. [Ital. Eſſere fatto intero, eſſere reintegrato. Gal. Retourner en ſon entier. Hiſp. Enterarſe. Ger. Vnderumb erneũweret werden.] Terent. Hoc malum integraſcit. Vbi Dona. Integraſcit, id eſt, integratur.

Integritas, integritatis, forminini generis, tertiæ declinationis, Incorruptio, innocentia. ἀδιαφθορία, ἀδιαφθορία. [Ital. Integrità. Gall. Integrité. Hiſp. Entereza. Ger. Vnuerſehrtheit des gemüts vnd leibs frommkeit.] Cic. 1. Ver. Mulierem eximia pulchritudine, ſed eam ſumma integritate, pudicitiaq; exiſtimari. Idem 2 de Ora. Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutem uocatur. Integritas corporis, id eſt, integra ualetudo. ὑγίεια. Cicero de Finib. Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.

Integrè, aduerbiũ, Purè, ſyncerè, caſtè. ὁλοκλήρως, ἀκεραίως. [Ital. Integramente. Gall. Entierement. Hiſp. Enteramente. Germa. Vnuerſehrtiglich, Gántzlich.] ut, Integrè uiuere, apud Cic. 4. de Fin. Incorruptè, atq; integrè iudicare, Idẽ 1. de Fin. Caſtè, integrèq; uerſari in periculis amicorum, Idẽ pro lege Manil.

Intego, integis, penultima correpta, integere, 3. t. idem quod ſimplex tegere καλύπτω, σκεπάζω [Ital. Coprire. Gall. Couurir. Hiſpa. Cubrir. Germ. Bedecken.] Cæſ. 2. belli Ciuilis, Integebantur porticus lignis coniunctis inter ſe. Liuius 7. belli Punici, Poſtquam neq; in æquum dimitti agmen oſtendit, & tum loci altitudine, tum uallo etiam integi Romanos, &c.

Integumentum, ti, neut. ſe. Quo quid integitur. σκέπασμα. [Ital. Coprimento, copert. Gall. Lo couuerture. Hiſp. Coberturas. Germ. Ein decke.] Liu. 10. bel. Maced. Deorum capita quæ in lectis erant, auerterunt ſe, lanaq; cum integumentis quæ Ioui appoſita fuit, decidit. Cic. in Piſ. Verror nequis ſit qui iſtius inſignem nequitiam, frontis inuolutam integumentis, nondum cernat.

Integre, Integraſco, Integritas, Integro, Vide Integer.

Integumentum, uide Intego.

Intelligo, is, penultima correpta, xi, ctum, 3. t. Intellectu apprehendo, ſeu mente percipio. σύνιμι. [Ital. Intendere Gall. Entendre. Hiſp. Entender. German. Verſtehen.] Cic ad Tironem, To iſtic, ſiquid librarii mea manu non intelligent, monſtrabis. Terent. in Andr. Quantum intellexi modò ſenis ſententiam de nuptiis. Cic. 3. de Nat. deor. Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipſa per ſe cognoſci atq; intelligi poteſt. ¶ Intelligitur impersonale, Cic. 1. de Fi. Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter ſe fugiendam eſſe. Idem de Amic. Id ſi minus intelligitur, quanta uis amicitiæ, concordiæq; ſit, ex diſſenſionibus atq; ex diſcordiis percipi poteſt. ¶ Huius compoſitum eſt, Subintelligo, quod eſt mediocriter intelligo.

Intellectus, ctus, m. q. Nobiliſſima animæ rationalis pars, quæ & mens, & intelligentia dicitur, qua præditus homo, unus cæteris antecellit animantibus, cuiusq; opera res incorporeas, & ab omni materia ſeiugatas, notiones, atq; formas ſolus apprehendit. νῦς, σύνεσις. [Ital. Intelletto. Gal. Entendement. Hiſp. Entendamiento potencia del anima. Germ. Der verſtand.] ¶ Impropriè tamen paſſim ad ſcriptores intellectus uocabulum etiam de brutis animantibus dicitur, in eadem ſcilicet ſignificatione, qua nos & ſenſus, & perceptione, & cognitionis uocabulis utimur. Plin. lib. 8. c. 42. de equis, Nam in circo ad currus iuncti, non dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Idem lib. 10. c. 17. Columbis ineſt quidam gloriæ intellectus. ¶ Intellectus, pro ſignificatione. Quintil. lib. 7. c. 10. Verba quædam diuiſos intellectus habent. Idem lib. 1. ca. 11. Quidam literis inſtituendos, qui minores ſeptem annis eſſent, non putauerunt, q illa primum ætas & intellectum diſciplinarum capere, & laborem pati non poſſit. Sic intellectus ſaporum eſt cæteris in prima lingua, homini & in palato.

Intelligens, entis, nomen ex participio, Sagax, ſapiens, doctus, prudens. σύνετός. [Ital. Intelligente, dotte. Galli Entendu, cogneiſſant. Hiſp. Entendido, docto. Ger. Verſtándig.] Terent. Eunuc. Dii immortales, homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens Quid intereſt.

Indiligenter, Aduerbium. συνετῶς, ἐπιστημόνως. [Ital. Intendamente. Gall. Entendiblement. Hiſp. Entendiendoſe. Germ. Verſtándtlichen.] Cic. in Partit. Sumuntur autem trium rerum gratia: ut amicè, ut intelligenter, ut attentè audiamur. Plin. in Epiſt. Quàm ſtudioſè, quàm intelligenter lectitabat?

Intelligentia, intelligentiæ, fœmin. generis, primæ declinat. Facultas animæ nobiliſſima, qua res etiam incorporeas & ab omni materia abſtractas cõtemplamur. νόησις, σύνεσις. [Italic. Intelligenza. Gall. Intelligence, cognoiſſance. Hiſp. Obra del entendimiento. Germ. Der verſtand.] Cicero 1. de Natura deorum, Mens ſimplex fugere intelligentiæ noſtræ uim ac notionem uidetur. Idem 2. de Diuinatione, Pars animæ quæ rationis atq; intelligentiæ ſit particeps. Idem de Vniuerſo. Deus intelligentiam in animo, animum cluſit in corpore. ¶ Intelligentiæ item dicuntur particulares notiones quas mente apprehendimus. Idem lib. 1. de

Legibus, Naturæ hominis rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enodauit, tanquam fundamenta ſcientiæ.

Intelligibile, Quod mente percipi poteſt. *νοητὸν* [Itali. Che ſi può intendere. Gal. Qui ſe peut entendre. Hiſpa. Coſa que ſe puede entender. Ger. Verſtändtlich.]

Intemerandus, Non violandus, aut contaminandus: refertur ſæpe ad res ſacras. *ἀμιαντος, ἀμόλυντος.* [Itali. Che nõ deue eſſer violato. Gal. Qu'on ne doit point corrompre. Hiſpan. Coſa que no deue ſer corrompida. Germ. Nit zůbetle cken, noch zů vermaſegen.] Valer. Flac. 3. Arg. An Martia templa Intemeranda minus?

Intemeratus, intemerata, intemeratum, Inuiolatus, incorruptus. *ἀμίαντος, ἀμόλυντος, ἄφθαρτος* [Ital. Inuiolato, incorrotto. Gall. Qui n'eſt point violé. Hiſp. No corrompido. Germ. Vnbefleckt, vngeſchendt.] Virgil. 2. Aeneidos, Siqua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam Intemerata fides. ¶ Intemerata ſacra dicuntur, quæ ritè perfecta ſunt, & ut ſacrificii ratio exigebat. Virgil. lib 3. Aeneidos, Corripio è ſtratis corpus, tendoq; ſupinos Ad cælum cum voce manus, & munera libo Intemerata focis. Vbi Seruius, Intemerata, ritè perfecta, ut ſi leniter eſt fundendum vinum, aut mola iniicienda, ſic fiunt, ut ratio exigit ſacrificii: aliter ſi fiant, temerata ac turbata ſunt ſacra.

Intemperans, tis, os. Immoderatus, incontinens, voluptatibus & ventri præter modum indulgens. *ἄκρατος, ἀκόλαστος.* [Ital. Intemperato, immoderato. Gal. Intemperant, immoderé. Hiſp. Deſtemplado. Germ. Vnmäſſig.] Cicero de Senectute, Libidinoſa etenim & intemperans adoleſcentia efferum corpus tradit ſenectuti. Liuius libro quarto belli Puni Auidus atq; intemperans plebeiorum animus. Cic. 1. Acad. Intemperantis etiam arbitror eſſe, ſcribere quod occultari velit.

Intemperantia, intemperantiæ, ſ. p. Incontinentia, immoderatio. *ἀκολασία, ἀκρασία.* [Ital. Intemperanza, incontinenza. Gall. Intemperance, incontinance. Hiſpa. Deſtemplança. Germ. Vnmäſſigkeit.] Cicer. 4. Tuſcul. Omnium autem perturbationum foutem eſſe dicunt intemperantiam, quæ eſt à tota mente, etiam à recta ratione defectio, ſic auerſa à præſcriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi, nec regi, nec contineri queant. Plin. lib. 11. capite 37. Intemperantiam riſus cõſtare lienis magnitudine quidam putant.

Intemperanter, aduerb. Immoderatè, immodicè. *ἀκράτως.* [Italic. Intemperantemente. Gallic. Intemperamment, deſmeſurément. Hiſ. Deſtempladamente. Ger. Vnmäſſiglich.] Cicero prima Philippica, Nimis iracundè hoc quidem, & valdè intemperanter. Idem quinta Philippi. Ne honoribus noſtris elatus, intemperantius ſuis opibus vtatur.

Intemperatè, aliud aduerbium, Incontinenter. *ἀκολάστως.* [Ital. Stemperatamente, ſenza modeſtia. Gall. Intemperément, ſans attrempance. Hiſp. Deſtempladamente. German. Vnmäſſiglich, über die maaſs vnzimlichen.] Cic. de Vniuerſ. Qui aût immoderatè & intemperatè vixerit, eum ſecundus ortus in figuram transferet.

Intemperatus, a, um, Incontinens, immodicus. *ἄκρατος, ἀκρατος.* [Ital. Incontinente intemperato. Gall. Intemperé, immoderé, deſreiglé, deſmeſuré. Hiſp. Deſtemplado. Ger. Vnmäſſig.] Cicero in Piſon. Quid ego illorum dierum epulas quid lætitiam & gratulationem tuam, quid cũ tuis ſordidiſſimis gregibus intemperantiſſimas perpotationes prædicem? &c. Idem de Amic. Intemperata quædam benevolentia.

Intemperiæ intemperiarum, Erant quædam dez habentes vim nocendi, & per intemperantiam ſeuiendi, quas Cato de Re ruſtic. cap. 141. facto ſacrificio iubet propitiari, *ἰφυγιὸς, ἰυμενίδες* Plaut. Larum hunc atq; intemperiæ agitant ſenem. Idem Amph. Di noſtram fidem, quæ intemperiæ noſtram agunt familiam.

Intemperies, ei, fœmi. generis, quintæ declinationis, Rerum miſtarum inconuenies temperatura. *ἀνωμαλία.* [Italic. Mala diſpoſitione, diſtemperanza. Galli Indiſpoſition intemperance. Hiſpa Deſtemplança. Germa. Vordchte diſpoſicion vngewitter] Sic intemperiem cœli dicimus, quum aër eſt immoderatè aut calidus, aut frigidus, aut humidus & ſiccus. Colu. li. 1. in Præf. Sæpenumero ciuitatis noſtræ principes ſudio culpantes modò agrorũ infœcunditatem, modò cœli per multa iam tempora aoxiam frugibus intemperiem. Liu. li. 8. ab Vrb. Fœdus inſequens annus ſeu intemperie cœli ſeu humana fraude fuit.

Intempeſta nox. *ἀνωμαλία.* [Italic. Quand' ogn' vn dorma Gall. Le temps de la nuit que tout le monde repoſe, cõme la minuit. Hiſp. El ſilencio dela media noche. Ger. Die ſtille nacht zu deren etwas anzůfahen vnzeytigiſt.] Varro li. 4. de lingua Latin. Inter veſperugínem & iubar diſtat intẽpeſtas: vt in Bruto Caſſii, quod dicebat Lucretia, Keſſe intẽpeſta noſtram demenit domum. Intempeſtam Aelius dicebat, quum tempus agendi eſt nullum: quod alii conticinium appellarunt, quòd fere omnes tunc cubarent: alii ab eo quòd ſileretur, ſilentium ut Ennius, quod id tempus Plaut. comm. inſũ. Videmus (inquit) tacẽtũ nolo, tacito conticinio. Hæc Varro. Virgil. 1. Georg. aut intempeſta ſilet nox. Et tertio Aeneid. Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat. Vbi Seruius intempeſta, media, hoc eſt omnium obſcura. Intempeſta dicta eſt nox media, inanuoſa, carens actibus, per quos tempus dignoſcimus, Vnde eſt, intempeſtiuè venit, id eſt *ἀκαίρως.* Hæc Seruius. Liu. 7. ab Vrbe, Ab Samnitibus intempeſta nocte venit. Cic. 7. Ver. Reperiẽt nocte intempeſta ſeruorum armatorum ſic concurſus atq; impetus. Macrob lib 1 Satur. & Cenſorinus de Die natali, cap. de dieb.

Intempeſtam noctem docent eſſe eam partem noctis quæ eſt inter noctem concubiam, & mediam noctem: potuiſſe dici tam intempeſtam, quaſi intempeſtiuam, quòd ea pars noctis intempeſtiua ſit rebus agendis: Vide Macrobium & Cenſorinum locis iam citatis: vbi omnes dici & noctis partes ex ordine explicant. Intempeſtæ grauiſcæ. Virgil. in Aen. Et Pyrgi veteres, intempeſtæq; Grauiſcæ. Vbi Seruius, Grauiſcarum oppidum alii intempeſtum dicunt, quaſi nemorum ac tempeſtatibus careas: quod nulla poteſt ratione contingere. Intempeſtas ergo Grauiſcas, aut ſi placuit peſtilentes. & ſecundum Plinium in Naturali hiſtoria, & Catonem in Originibus: ut, Intempeſtas intelligat ſine temperie, id eſt, æqualitate, aut tẽperatura. Nam ut ait Cato, ideo Grauiſcæ dictæ ſunt, quòd grauem aerem ſuſtinent.

Intempeſtas, intempeſtatis, fœmin. g. ter. declin. Intemperies ut, intempeſtas cæli, hoc eſt iniuria. *Ἀνωμαλία* [Itali. Mala diſpoſitione, indiſpoſitione d'aria ò di tempo. Gallic. Mauuaiſe heure, temps ou ſaiſon, indiſpoſition de temps. Hiſpa. Indiſpoſition Germ. Vngewitter [Plin. lib. 18. c 6. Malũ patrem familiãs, quiſquis interdin faceret quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cæli.

Intempeſtiuus, intempeſtiua, intempeſtiuum, Quod ſit præter opportunitatem temporis. *ἀκαίρος, ἄωρος.* [Italic. Fuor di tempo, importuno. Gall. Mors temps & ſaiſon, incommode, mal à propos. Hiſp. Coſa fuera de ſu tiempo. Ger. Vnzeytlich, das zů vngelägner ſtund vnd vnbequemlicher zeyt beſchicht] Habetq; antitheta tempeſtiuus & opportunus. Cic. de Amicit. Nunquam intempeſtiua, nunquam molеſta eſt amicitia. Idem ad Attic. lib. 4. Si nihil habebis, tamẽ ſcribas aliquid, nunquam enim mihi tua aut intẽpeſtiua epiſtola, aut loquax viſa eſt. ¶ Intempeſtiuus, pro molеſto, & mali portenti. Plinius lib 18. c. 35. de indictis tẽpeſtatum, Anſeres continuò clangore intempeſtiui, pecoris exoltandi, & indecora laſciuia ludentia eandem ſignificationem habent.

Intempeſtiuè, aduerbium, importunè. *ἀκαίρως.* [Ital. Fuori di tempo ò di ſtagione Gallic. Mors heure, temps & ſaiſon. Hiſp. Fuera di tiempo y hora. Ger. Zů vnzeyten, oder zů vngelegner zeyt.] Cic. li. 1. Offic. Ne ſi iraſcamur, aut intempeſtiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus, aut modo ſeratem inutilem, & odioſam incidamus. Columella in Proœmio, Et ne ſingulos intempeſtiuè nunc proſequar, &c.

Intendo, ẽdi, ẽ. Vehementer tendo, vel extendo: ut, Intendere arcum. *ἐντείνω, ἐπιτείνω.* [Ital. Tirare, drizzare. Gal. Tendre, eſtrendre. Hiſp. Tender, eſtender ò enteſar. Germanic. Spannen] Cic. 7. Ver. Tabernacula quemadmodum conſueuerat temporibus æſtiuis, quod antea iam demonſtraui, carbaſeis intenta velis collocari iuſſit in littore. Idem in Catone, Intentum animum, tanquam arcum habebat: nec languens ſuccumbebat Senectuti. ¶ Intendo aliquando idẽ eſt quod animaduerto, diligenter̃ intueor. *ἐφίημι.* Virgilius quinto libro Aeneidos, Intenti expectant ſignum. Vnde intendere animum rei alicui, eſt animum adhibere & applicare. Salluſtius in Iugurtha, In regnum Adherbalis animum

lis animum intendit. ¶ Intendere animum re aliqua, per traoslationem dicimus, pro eo quod eſt, rei alicui arduæ tuis ingenii viribus incumbere: cui opponitur, Relaxare animum, quod eſt intenſam animi curam re quapiam amœniore remittere. Cicero in Hortenſio, Quæro, non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem. ¶ Interdum Intendere idem eſt quod innectere, illigare. ἐπιπλέκειν. Virgilius ſecundo Aeneidos, & ſtuppea vincula collo Intendunt.

Intentus, tùe intenſus, utrunque dicitur, participium, Extenſus, porrectus. ἐντεταμένος. [Ital. Intento, teſo, ſteſo, Gal. Tẽdu, eſtẽdo. Hiſ. Tendido. Ger. Geſpänen, geſtrecket.] Cic. de Orat. Voces & chordæ ſunt intentæ. Plin. lib. 8 cap. 8. Intentos, iugentes arcus defigunt humi. ¶ Intentus, attentus. πρόσεχων. Livius tertio libro ab Vrbe, Operti certè (id quod conſtat) agreſti intentus, &c. Quint. lib. 10 decimo, cap. 1. Vix ſingula quiſquam intentiſſima cura conſequi poſſit.

Intentè, adverbium, Accuratè dicit genter. ἐπιμελῶς [Ital. Intentamente, diligentemente. Gal. Ententivement, diligemment, ſoigneuſement. Hiſp. Diligentemente y con cuydado. Germ. Fleyſſiglich, Aufmerckſam.] Audire aliquem intentè, & modeſtè. Quintil. lib. 2. cap. 2. Plin. Epiſt. 9. Non mehercu le tam mea ſunt, quæ mea ſunt, quàm quæ tua: hoc tamen differunt quòd ſolicitius & intentius tui nec, quàm mei excipiunt. Livius ſeptimo belli Punici, Hoſtilium intentius monuit, ut in eo ſpem non moturos quicquam Hetruſcos ponerent.

Intentus, tus, tui, verbale, maſculi gen. quartæ declinationis, Significat rei alicuius in alterum extenſionem, ἐπίτασις, ἔντασις. [Ital. Stendimento, sforzamento. Gall. Eſtendement, effortcement. Hiſp. Eſtendimiento, eſtuerco. German. Das ausſtrecken] ut, Intentus gladii in iugulum. Intentus palmarum, id eſt, manuum extenſio cum quadam comminatione: cuiuſmodi fieri videmus in ſeditione & diſcordia, aut reclamatione alicuius turbæ: cuius non ſolùm voces verumetiã manus intenſæ conſpiciuntur in eum, quẽ explodere & eiicere cupiunt. Cic. pro Sest. Voces quidem & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnẽ præfudere unæ.

Intentio ſiue intenſio, f. t. Extenſio, cui opponuntur laxatio, & remiſſio. ἔντασις. [Ital. Eſtendimento. Gall. Eſtendemẽt. Hiſp. Eſtendimiento. Germa. Spannung. Ausſtreckung] Colum. lib. 6 cap. 6. Crudilatis ſigna ſunt crebri ructus, ac ventris ſonitus, faſtidia cibi, nervorum intentio, hebetes oculi. Intentio corporis Cic. 2. Tuſcul. Intentio vocis, quæ & vociferatio dici poteſt. Plin. lib. 28. cap. 16. ¶ Intentio & remiſſio contraria Cic. 2. Tuſcul. Ve onera contentis corporibus facilius ferantur, remiſſa opprimunt: ſimillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem pondus: remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat exrollere. ¶ Eſt præterea intentio, finis quò animus, ad quod intenditur, dirigitur. σκοπός. Plin. in Epiſt. Tu ergo intentionem ſcribentis accommodes. ¶ Intentio etiam accipitur pro diligentia, & ſtudio. Quinti. lib. 8 capite ſecundo. Idipſum in conſilio eſt habendum, non ſemper tam eſſe acrem iudicis intentionem, ut obſcuritatem apud ſe ipſe diſcutiat. Plinius in Epiſt. Ve tantum curæ intentionisq; ſuſcipere & poſſint & velint. ¶ Intentio apud Oratores eſt oratio crimẽ, debitũ nue alicui obiiciens Cic. 1. de Inuent. At ſiqua intentionis depulſio non eſt, ea nec conſtitutio, nec pars cõſtitutionis eſt. ¶ Intentio, augmentum, incrementum, ἐπίτασις. Gellius libro 16. capite quinto, Ve particula, ſicuti quædam aliæ, tum intentionem ſignificat, tum minutionem.

Intento, as, are, ſæpiu. gen primæ coniugation's, Comminor, ἀπειλέω, ἀπειλέομαι, ἐπιβάλλω. [Ital Minacciare. Gall. Menacer. Hiſp. Amenazar ò attentar. German. Trówen.] Virg. lib. Aeneid. Præcurrentemq; uidis intentaſſe omnia mortem. Liu. 8. bel. Maced. Vno in loco ferro ignique geſta res eſt, à duobus irrito incepto, quum intentaſſent magis quàm inſſent certamen. Acceſſi abſceſſerunt, id eſt, quum non rem certamen inſſent. quàm ſpecie certaminis hoſti terrorem incutere conati eſſent. ¶ Intentare manus alicui, pro inſidiari. Hircius ſexto belli Hiſpan. Eum qui legatos iugulaſſet, lapidare, & ei manus intentare cœperit. ¶ Intentare ac ma Latinis, Liu. 6 ab Vrb. Intentare ſicam, Cic. pro Milone.

Intentatus participium. ἀπείρατος. Livius nono libro ab Vrbe, Gladii etiam pleriſq; intentati, & vulnerati quidam necatiq;.

Intentatus, tata, tatum, nomen, Non expertus, non tentatus, ἀπείρατος. [Italic. Non provato ne esperimentato. Galli. Qu'on n'a point experimenté ne eſſayé. Hiſp. No experimẽtado. Germ. Vnuerſucht oder vnerfaren.] Cic. in Lalio, Nemo eſt qui non quocum conſuevit, libentius utatur, quàm intentato & novo Virg. 10. Aene. hæc intentata manebat Sors rerum. Martial. lib. 2. Nihil intentatum Scitus, nil linquit inausum. Plin. lib. 17. cap. 7. Quid enim intentatum Græcis?

Intẽpẽo, es, ere, n. ſ & Intepeſco, intepeſcis, neut. gener. tertiæ coniugat. Incaleſcere & tepidum fieri χλιαίνομαι. [Italic. Diuenir tepido Gal. S'attiedir, deuenir tiede. Hiſp. Entibiarſe. Germ. Vuarmlechtig werden] Propert. lib. 4. Eleg. 11. Et lacus æſtuis intepet Vmber aquis. Ouidi. 5. Faſt. Et uariæ ſeras diis intepuere comæ.

Inter, Extra compoſitionem medium quiddam importat: & tam de loco, quàm de tempore, & perſona dicitur. μεταξύ. [Ital. Tra, fra, entre, au milieu. Hil. Entre. Ger. Zwyſchen.] Cic Act. lib. 1. Inter me & Brundiſium Cæſar. Idem 5. Verr. Ve dies quadraginta quinque inter binos ludos tolleretur. Idẽ de Ami. Quæ ſæpe inter me & Scipionẽ de amicitia diſſerebãtur. Inter cœnam, hoc eſt, in cœna, vel dum cœnatur. Cic. 2. Phil. Si inter cœnã, in tuis illis immanib. poculis hoc tibi accidiſſet. Inter falcarios, dixit Cic. in Cat. pro eo qd eſt, In eum locum, ubi ſunt falcarii. Dico, inquit, te priore nocte venuiſſe inter falcarios (non agam obſcurè) in M. Lecæ domum. ¶ Inter ſe diligere, eſt ſe mutuò diligere. Cic. 1. de Nat. deor. Dii inter ſe diligunt. Idem ad Qu. fra. Pueri valẽt & nos, & inter ſe amant. ¶ In compoſitione ſæpe idem valet quod in medio: ut, Interpono, interſero. Modò privationem ſeu deſtructionem importat: ut, Interficio, interimo. Modò idem valet quod ex vel in univerſum: ut, Interbibo, pro ebibo. Modò ſignificat maximè: ut, Interdico, interminor. ¶ Componitur autem ferè cum omnibus literis, & integra manet: a, ut interareſco: b, ut interbibo: c, ut intercedo: d, ut interdico: e, ut intereo: f, ut interficio: i, ut interiacto: l, ut interlinio: (notetur intelligo, ubi r mutatur in l:) m, ut interminor: n, ut interneco: p, ut interpello: r, ut interregnum: ſ, ut interſum: t, ut interturbo: u, ut in interuenio. Ab inter fiunt interea & interim.

Interalbico, cas, care, διαλευκάινομαι, διάλευκος γίνομαι. [Ital. Rittirarſi ſolbianco. Gal. Eſtre blanc par endroits. Hiſpan. Ser blanco en algunas partes. Germ. Vueyſslecht ſein weyſs fürhin ſcheinen.] Eſt colorem album per interualla oſtendere, inter alios colores emicantem quod in quibuſdam variis coloris gemmis accidere ſolet, & in veſtibus quibuſdam, quarum ſubtegminis color diſtat à colore ſtaminis. Plin. lib. 37. ca. 10. Leucochryſos ſit chryſolito interalbicante.

Interanea, orum, n. ſ. Dicuntur inteſtina, à præpoſitione intra, eò quòd intra corpus ſint condita. τὰ ἔντερα. [Italicè, Interiori. Galli Entrailles. Hiſpa. Los inteſtinos y aſſadura. Germ. Die eingeweid.] Plin. Medelæ ſunt innumeræ ad interanea. Idem lib. 9. cap. 41. Hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant. Columella lib. 10. Quidam exemptis interaneis, occiſas aues intus includunt quæ tempore hyberno plumis ſuis delitescentibus apibus præbent teporem.

Interareſcere, n. t. Eſt penitus areſcere, hoc eſt, omnino aridũ fieri: ſicut interbibere, funditus ebibere. διαξηραίνεσθαι. [Ital. Seccarſi affatto. Galli. Deuenir ſec ou rari. ſe ſecher, ſe tarir du tout. Hiſp Secarſe de todo punto. Germ. Verdorren.] Cicero quinta Tuſculana, Nihil enim interareſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum in quibus vita beata conſiſtit.

Interbibo, is, penult. corr. n. t. Totum bibo. ἐκπίνω, διαπίνω. [Ital Bere affatto. Gal. Boire tout. Hiſp. Beuer todo. Germ. Gar außtrincken.] Plau. Aul. præterea bibiſſem. Quæ mihi interbibere ſola, Falerno ſcatear, Corinthienſem fontem Pirenen poteſt. Donatus.

Interbito, interbitas, interbitare, interuenire. ἐπέρχομαι. [Italicè, Interuenire. Gallicè, Entreuenir, ſorueuir. Hiſpanicè, Entreuenir. Germanicè, Darzwyſchen kommen.] Plautus in Moſtell. Hic ego tibi præſidebo, ne ulla interbi-

ret quæſtio. Verbum eſt antiquum, compoſitum ex in ter, & ito, interpoſita litera b, cauſa ſolidioris ſoni.

Intĕrcălo, intercalas, intercalare, n.p. Interſerere, ſeu interpo nere παρεμβάλλειν, παρεντιθέναι. [Ital. Intraporre, intra mettere. Gal. Mettre ou inſerer dedans ou parmi Hiſpani. Entreponer Germ. Zwyſchen einhin ſetzen.] Cato de Reruſt. cap. 150. Si intercalatum erit Calendis Maiis, agnos xxx. ne amplius promittat. Plin. lib. 18. cap. 27. Ita ut xij. annis cō tionis non intercalaretur. ¶ Intercalare, differre, Liu. 9. ab Vrbe, Sed ſi me audiatis, priuſquam dedantur, hic in comitio uirgis cæſos, hanc rem ut intercalatæ pœnæ uſuram habeant. Bud.

Intercalaris, & hoc intercalare, Interiectitius, interpoſitius. παρεμβλητικός, ἐμβόλιμος [Ital Interpoſto. Gall. Inſerẽt. Hiſpa. Enxerido, entrepueſto Germ. Das man zwyſchen einhin ſetzt oder ſpirt.] ut, Intercalaris menſis dictus eſt, cui inſerebatur dies qui deeſſet ad complendum annum, diuerſis quidem rationibus diuerſo tempore. Is autem mẽſis erat Februarius, quoniam erat ultimus anni. Non tamen intercalabatur in fine menſis, ſed poſt uigeſimum & tertiũ diem Terminalibus iam peractis: deinde reliquos Februarii dies, qui erant quinq; poſt intercalationem, ſubiungebant, uetere ſuæ religionis more, ut Februarium omnino Martius ſequeretur. Vide de hoc plura in dictione Biſſextus. ¶ Intercalares Calendæ, dicuntur Calendæ menſis intercalaris. id eſt, Februarii. Alii intelligunt Calendas Martias, nõ quòd eo menſe intercalarentur dies, ſed quòd eſſent proximæ diebus intercalatis: id eſt quòd ſtatim ſequerentur intercalationem, quinq; tantùm diebus interpoſitis, aut certè eo quòd in omnibus menſibus dies qui Idus ſubſequitur, denominationem ſumunt à menſe ſubſequente. Cic. ad Ligarium, Familia. 6. Ego tamen quum ad tertium Calendas intercalares rogatu fratrum tuorum ueniſſem mane ad Cæſarem. ¶ Intercalares dies, ἐπαγόμεναι ἡμέραι, Græci emboliſmos, ſiue hyperboliſmos, ſiue hyperbolicos nominãt. ¶ Intercalaris uerſus, qui frequenter inter aliquos uerſus interponitur, ut eſt apud Virgil. Incipe Mænalios mecum mea tibia uerſus.

Intercalarius, a, um, Idem quod intercalaris. ἐμβολιμαῖος. Liu. 7. bell. Maced. Triumphauit menſe intercalario pridie Calendas Martias.

Intercalarium, rii ſubſtantiuè, pro tempore quod intercalatur, ut annus cum curſu Solis conueniat Cicer. 4. Vernus, Tunc Cephaleditani decreuerant intercalarium quadragin ta quinq; dies longum, ut reliqui menſes in ſuam rationem reuerterentur.

Intercapedo, penultima producta, genitiuus, intercapedinis, fœm. t. Interſtitium temporis uel loci inter duo ſpatia interceptum. διάστημα, διαχώρημα. [Ital. Interuallo, ſpatio di tempo ò di luoco tra dur. Gallic. Eſpace de temps ou de lieu entredeux. Hiſ. Eſpacio entre dos tiempos o lugares. Germ. Der begriff oder weite zwyſchen zweyen dingen.] Cicero Trironi Famil. 16. Itaq; iam me nõ puniebit intercapedinem ſcribendi feciſſe. Idem 1. de Finibus, Alij audaces, proterui, iidem intemperantes & ignaui permanentes: quas ob cauſas in eorum uita nulla eſt intercapedo molestiæ.

Intercedo, intercedis, penultima producta, ſſi, ſum, n. t. Propriè Idem eſt quod medium eſſe, inter duo ſpatia ſiue temporis, ſiue loci interponi. διέχειν, παρεῖναι. [Italicè, Intercedere, intrametterſi. Gall. Eſtre entredeux, venir entredeux. Hiſp. Interceder, entreponerſe. Germa. Darzwyſchen kommen.] Cæſ. lib. 1. Non ſe hoſtem metuere, ſed angustias itineris, & magnitudinem ſyluarum, quæ inter eos & Arioniſtum intercederent. Cic. lib. 2. de Orat. Vix annus interceſſerat. ¶ Intercedere etiam illud eſt quod barbarè dicimus, Opponere ſe, hoc eſt rem aliquam impedire & prohibere ne ſtatuatur. διαπορίσεσθαι. ad uerbum Plutarchus, ἀντιπίπτω, ἐμποδὼν ἵσταμαι, ἐνίσταμαι. ut, Tribuni interceſſerunt, hoc eſt oppoſuerunt ſe, & rem impediuerũt contradixerunt. Cæſar libro octauo, Quòd ad Aricinos ſpectat, nihil intercedit quo minus Samniti populo pacis, belliq; arbitrium ſit. Terentius in Andria, Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. id eſt, interuenerit, uel impedierit ¶ Dicimus etiam, Intercedit mihi tecum neceſſitudo (id eſt amicitia) ἐγγύς. Et intercedit tibi cum illo affinitas: hoc eſt, media eſt, quæ me tibi, & te illi conciliat. Cicero Appio Pulchro, Famil. 4. Veteres mihi neceſſitudines cum his omnibus intercedunt, quibuſcum ego agere de re non deſtiti. Gel. pro inhibere ac coercere poſuit, Ne tibi, inquit, intercedamus, quo minus ſuapte poteſtate uti liceat. Similiter Suetonius in Cæſare, Cæterum Cælio Metello Tribuno plebis turbulentiſſimas leges aduerſus collegarum interceſſionem ferenti autorem, propugnatoremq; ſe partis ciſſimè præſtitit. ¶ Intercedere item aliquando accipitur pro ſpondere, ſeu fideiubere. ἐγγυᾶσθαι. Cic Att. lib. 1. Accefiuit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. Item lib. 6 Adſcribit, & quaſi calcar admouet, interceſſiſſe ſe pro iis magnam pecuniam. Idem Philippi. 2. Tantum pro re interceſſiſſe dicebant. ¶ Quidam etiam hoc uerbum uſurparunt pro eo quod eſt conciliandi gratia intercedere, & pacificatorem, deprecatoremue agere. Apul. Dum pro inope & calamitoſo intercederem.

Intercęſſio, ſionis, f. t. Impeditio & prohibitio nequid fiat quam uulgi uocabulo Oppoſitionẽ uocamus. διαπορία. [Ital. Oppoſitione, impedimento. Galli Oppoſition, empeſchement. Hiſpan. Contrapoſition, empacho. Germa. Fürkommnus, Verhinderung.] Erat autem interceſſio propriè Tribunorum, quibus inerat intercedendi, hoc eſt, uetandi prohibendiq; Nam (ut Gellius docet) Tribuni plebis antiquitus creati uidentur, non iure dicendi, ſed interceſſionibus faciendis, ut iniuria quæ coram fieret, arceretur, & ut nim fieri prohiberent. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Refertur ſtatim de interceſſione Tribunorum. Interceſſioni cedere, uel prouocationi: hoc eſt non procedere ultrà, & admittere oppoſitionem.

Interceſſor, oris, m. t. Is quem uulgus Oppoſitorem uocat. ἐνστάτης, διαπορίσεσθαι. [Ital. Chi oppone & impediſce. Gall. Qui oppoſe & empeſche. Hiſpan. Aquel ui entreuenidor, empachador. Ger. Ein verhinderer der ſich zwyſchen etwas legt das es nicht fürgehen mag.] Cic. 3. de Leg. Parere iubet lex interceſſori. Ibidem, Interceſſor rei malè ſalutaris ciuis eſto.

Intercido, intercidis, penultima producta, cidi, ciſum, a. t. Et inter & cædo: æ diphthongo in i productam mutata. Per medium ſeco. διαπρίω, διατέμνω. [Ital. Tagliare per mezo. Gall. Couper par le milieu. Hiſpani. Entrecortar. Germa. Entzwey hauwen.] Cæſ. libr. 2. Vt ſi poſſent, caſtellum, cui præerat Titurius Quintus legatus, expugnarent, pontemq; interciderent.

Intercīſus, penultima producta, participium. διαπρισός. [Ital. Tagliato, rotto per mezo. Gall. Coupé par le milieu. Hiſp. Entrecortado. Ger. Zerhauwen, Zerbrochen.] Vnde intercīſæ pactiones, dicuntur abruptæ, & non integræ. Cic. in Paradoxis, Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercīſas, &c. Intercīſi dies dicebantur, deorũ, hominumq; communes: ita dicti, quòd ueluti diuiſi eſſent, partemq; ſibi dixi, partem homines uendicarent. Macrob. lib. 1. Satur. Interciſorum dierum quibuſdam horis fas eſt, quibuſdam fas non eſt ius dicere, nam quum hoſtia cæditur, fari nefas eſt: inter cæſa & porrecta fari licet. Quibus uerbis ſignificator medio illo interuallo, quod erat inter uictimam cæſam, & exta porrecta, dum ſacerdos cæremonias quaſdam perageret, fas fuiſſe Prætori ius dicere, & fari uerba illa Do, dico, & addico. Et ita dies interciſi, ex parte feſti, & ex parte profeſti ſunt. Cic. ad Atticum, Nequid inter cæſa & porrecta (ut aiunt) oneris mihi addatur, aut temporis. Quo in loco non nulli malè legunt intercæſa unica dictione, quemadmodũ etiam in loco Macrobii iam citato: quum tamen intercæſa Latinũ non ſit. Nã ab intercido dicitur interciſum. Eſt itaq; legendum utroq; loco inter cæſa, diuiſis dictionibus: ut inter cæſa & porrecta, intelligamus tempus illud intermediũ quod eſt inter uictimas cæſas, & exta porrecta: hoc eſt, illud tempus quo exta porriciuntur: quo medio tempore ſacerdotes ſolebant cæremonias quaſdam peragere, ut autor eſt Varro libro ſecundo de lingua Latina. Cicero autem loco iam adducto prouerbialiter dixit, Inter cæſa & porrecta, pro eo quod eſt inter hæſitationem & cunctationem rei alicuius cœptæ, aut perficiendæ, aut omittendæ.

Intercīſio, onis, uerbale, f. t. διαπρισμός, ἡ διαπρίσις. [Ital. Tagliamento per mezo. Gal. Coupure ou coupe par le milieu. Hiſp. Entrecortadura. Ger. Durchſchneidung.] ut, Interciſiones ſtomachi, apud Plin. lib. 20. cap. 14. quas Dioſcorides libro tertio, cap. 26. Ἀνδρὸς γομφὸς, morſus & eroſiones ſtomachi uocat.

Interci-

Interciſe, aduer. Seſtim & per inciſiones. *συττόμως*. [Ital. Facendo in pezzi, in particelle. Gall. Par morceaux & parcelles. Hiſpan. A cortaduras ò cortando. Germ. Stuck weyſs, oder zerſchnitner weyſs.] Cic. in Partit. Inuertatur ordo, & idem quaſi ſurſum verſus, retroq; dicatur: deinde idem interci'è atq; permiſtè.

Intereido, is, pen. corr. intercidi, intereſum, n. t. Pereo, interreo, & temporis ſpatio euaneſco. *Διαπίπτω*, *Διαπίπτω*. [Ital. Cadere, morire. Gal. Gheoir, mourir. Hiſp. Caer, morir. Ger. Verfallen, vergehē, verloren werden.] Liu. li 2 Credo, quia nulla geſta res inſignem fecerit Conſulatum, memoriam intercidiſſe. Gellius. Certè quidē maiore nunc copia populi oppreſſ. intercidiſſem. Plin. lib. 37. cap. 8. Sive extant ſive intercidere. Cic. pro Deio. Pereant amici, dum unà inimici intercidant. Plin. lib. 9 cap. 17. Ea excludunt quinquageſimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. ¶ Intereidere pro cadere. Liuius 6. bel. Pon. Ita in arcto ſtipatæ erant naues, ut uix ullum telum in mare unum intercideret.

Intereident pulſus, Lege pulſuum differentiæ.

Intercinctus, participium ab intercingo, Maculis quibuſdā circum quaque diſtinctus. *Διεζωσμένος*. [Itali. Intracinto, circondato. Gall. Entreceint, entrelacé Hiſpa. Entrecennido. Germ. Zū ring ombher abgetheilt vnd vnderſcheidē.] Plin. li 37. c. 10. Candore intercincto uarijs coloribus. Idem lib 16. ca. 8. Thmaicus intercinctus aureis guttis inuenitur in Africæ parte Aegypto aſcriptæ.

Intercino, intercinis, penultima correpta, act. ter. Cantum immiſceo. *παραᾄδω*, *Διαυλίω*. [Ital. Cantar tra due. Gallic. Entrechanter, chanter entredeux. Hiſp. Entrecantar. Germ. Darzwyſchen ſingen.] Horat. in Epiſt. per translationem dixit, neu quid medios intercinat actus. Quod non propoſito conducat. hoc eſt nihil ſcribat quod non ad propoſitū faciat.

Intercipio, intercipis, penultima correpta, a. t. Inſcitum per inſidias capio, interuerto, efficioq; nequid eō perueniat quò deſtinatum eſt. *ὑποτίμνομαι*, *ἀπολαμβάνω*, *μεσολαβίω*, *Διαλαμβάνω*. [Ital Tor di mezzo, pigliare. Gall. Prendre cependant, ſurprendre. Hiſp Entreſacar, tomar. Germa. Mit liſten auffhen che dān es an ſein ſtatt kompt.] Plautus in Aſin. Quid ſi fortè in inſidias deuenero, Tum redimes me, ſi me hoſtes interceperint? Cic. pro Cluent. Id quū diceretur in mulſo, Balbutium quendam eius familiarem interceſſe, bibiſſe, itaq; eſſe mortuum. Idem ad Qu frat. Ego ad te nē hęc quidē ſcribo, ne cuiuſquam animum meę literæ intercepta offendant. Intercipere regnum. Plin. de Viris illuſt. Intercipere victoriam, Idem in Paneg. Intercipi morbo, Colum. lib. 7. capite tertio. ¶ Quandoq; tamen ſignificare poteſt totum capio: ſicut exponit Donatus illud Terentii in Eunucho, Quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Interceptus, participium. *μεσολαβηθείς*. [Ital. Soprapreſo. Gal Surprins Hiſ. Entreſacado. Ger. Darzwyſchen ergriffen oder auffgefangen.] ut, Interceptus mortalitate, præuentus, præpeditus. Plin. in Epiſt.

Interceptio, onis, f. t. *Διάλαψις* [Ita. Eſſo ſopraprendere. Gal. Surpriſe. Hiſp. Entreſacamiento. Ger. Auffahung.] Cic. pro Cluen. Per quem porrò datum? unde ſumptū? quæ dein de interceptio poculi?

Interceptor, oris, m. t. *μεσολαβίων*. [Ital. Chi ſopraprende. Gal Surpreneur Hiſ. Entreſacador. Ger. Ein auffaher.] Livius 4. ab Vrbe, Prædæne interceptorem fraudatoremq; etiā malum minari militibus? Interceptor litis alienæ, Liu. 1. ab Vrbe.

Intercludo, is, p. pr. 2. t. Ab iter & cludo: n, euphoniæ cauſa interiecta. Iter impedire, quaſi iter claudere. *ἀπολαμβάνω*, *Αἴρω*. [Ital. Serrar il paſſo. Gal Euclarre, couper ou fermer le paſſage. Hiſpan. Cerrar en medio Germ. Den weg verlegen oder ſchlieſſen, Die ſtraſs vermachen.] Varro 1. de Reruſt. cap. 61. Sub terra qui habent frumentum in his quos uocant ſyros quod cum periculo intrō itur recenti apertione, ita ut quibuſdam ſit interclusa anima. Cicer. ad Terent. Epiſt. 14. Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, ut quū uelitis exire, non liceat. ¶ Aliquando etiam accipitur pro impedio. Virgil. 1. Aeneid. Sæpe illos aſpera ponti Interclusit hyems, & terruit Auſter euntes Auror ad Heream. Vt ille qui ad diem cōmeatus non uenit, quòd cum aquæ intercluſſent. Commeatum inimicis intercludere, eſt, impedire, & itinera obſidere, ne inimicis commeatus poſſit deferri. Plaut. Mil. Interclude inimicis commeatum, tibi muni uiam. Cæſar 1. bell. Gal. Eo Conſilio, uti frumento, commeatuq; qui ex Sequanis & Heduis importaretur, Cæſarem intercluderēt. Fugam intercludere, iter occupari per quod inimici fugam arripere poſſent. Cæſ. libro ſeptimo bel. Gal. & Liuius libro quinto belli Punici, Hoſtes intercludere ab oppido, & ponte, & commeatu omni, Cæſar libro primo, bel. Ciuil. Dolore intercludi, id eſt, impediri, Cic. ad Attic. libro 8.

Interclusio, onis, f. t. Impedimentū, occupatio. *ἐναπόλειψις*. [Ital Rinchiudimento, tagliamento di via Galli Eſtoupement, coupement ou cloſture de paſſage. Hiſp. Aquella obra de encerrar, encerramiento en medio. Germ. Verhinderung, verſchlieſſung.] Cic. 1. de Orat. Clauſulas enim & interpuncta uerborum, animæ interclusio, atq; anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

Intercolumnium, n. ſ. *μεσοστύλιον*. [Ital. Spatio l'una & l'altra colonna. Gal. L'eſpace qui eſt entre deux colomnes. Hiſpan. El eſpacio entre columnas German. Die weyte zwyſchen zweyen ſeulen.] Dicitur ſpatium illud in ædificiis quod eſt medium inter columnas. Vide Columna.

Interconciliare, Benevolum reddere *ἐυνοϊσθαι*. [Ital. Conciliarſi, farſi benevolo. Gall. Concilier, mettre amitié entre. Hiſp. Halagar ò enamorar, hazer amigo. Germa. Zwyſchen einichen fryden vnnd einigkeit ſchaffen.] Quin. lib. 12. c. 10. Sive aliud interconciliandi uidetur præſtare officium. Ibidem, in docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in monendo grauitas uideatur.

Intereulco, intereulcas, are 1. p *διὰ μέσου πατῶ*. [Ital. Calpeſtare tra due con piedi. Galli Fouler aux piés entre par le milieu. Hiſp. Entreſecalcar, recalcar en medio. Germ. Darzwyſchen mitt füſſen tratten oder ſtampffen.] ex calco cō poſitum, in medio, uel inter aliqua calco. Colum. lib. 12. ca. 41. Et deorſum uerſus ſpectantes ollæ componuntur, ita diſtantes ut intereulcari poſſint uinacei.

Intercurro, intercurri, intercurſum, ere, n. ſ. Interuenire, intercedere, ait Budæus. *μεσεπέσω*. [Ital. Traſcorrere, intrauenire Gal. Courir entre, ſeruenir. Hiſp. Entreuenir, entrecorrer. German. Darzwyſchen lauffen.] Cicer. 8. Philipp Pugnator acerrimè: qui intercurrerent, miſimus tres principes ciuitatis: hos contempſit. Idem ſecunda Tuſculana, Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit.

Intercurſo, ſas, ſare, frequentatiuum. *παρεμβάλλομαι*. [Ital. Metterſi tra due. Gall. Se mettre ou eſtre entredeux. Hiſpa. Entrometterſe, ſer entre dos. German. Vil vnd offt darzwyſchen lauffen.] Plin. lib. 29. c. 4. Vnū ſimile formicæ, ſed multò maius, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurſantibus reſperſum guttis.

Intercurſus, us, ui, maſculini gen. quar. declin. Interuentus, interceſſio. *παρέμπτωσις*, *παρέγκλισις*. [Ital. Sopraueniměto di alcuno. Gal. Survenement de quelqu'un parmi. Hiſ. Entrevenimiento de alguno. Ger. Darzwyſchen lauffung, Vnderlauffung. Liu. 2. ab Vrbe, Conſulū intercurſu rixa ſedata eſt. Idem quarto libro belli Macedon. Quum Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro ignis collatis dimicatur: nonne intercurſu matronarum inter acies duas prælio ſedatum eſt?

Intercus, intercutis, penultima genitiui correpta. *ὁ μεταξὺ σαρκὸς καὶ δέρματος*. [Ital. Tra carne & pelle. Gall. Qui eſt entre cuir & chair, interieur. Hiſpanic. Entre cuero y carne. Ger. Das zwyſchen haut vnnd fleiſch iſt.] adiectiuum eſt, idem ſignificans quod inteſtinus, a, um, quaſi inter carnem & cutem, uel quaſi intra cutem. Vnde Aqua intercus. *ὕδρωψ* Cic. 3 Offic. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, &c. Sic uitium intercus appellat Gellius libro decimotertio, capite octauo, Quod foris non apparet, quaſi intra cutem conſiſtens. Quum (inquit) uitia facundiſſimè accuſarent, intercutibus uitiis ipſi madentes.

Intercutaneus, intercutanea, intercutaneum, Quod infra cutem eſt. *τὸ ὑπὸ τὸ δέρμα τι*.

Interdatus, cibus, apud Lucretium, lib. 4. hoc eſt per corporis partes diuiſus. Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus, & recreet uires interdatus. *Διανεμηθείς*. [Italic.

Donato tra due. Gal. Donné & distribué, ou mis entre. His. Puesto ò entendido en medio. Germ. Die speyss in die glider ausgetheilt.]

Interdico, cis, pen. prod. a. t. Veto, prohibeo. παραγγέλλω, ἀπαγορέυω, ἔργω. [Ital. Prohibire, vietare, interdire. Gall. Defendre quelq choſe à aucun. Hiſp. Poner entredicho, vedar. Ger. Verbieten.] Interdicitur autem locus, homo, res. Et conſtruitur cum dativo, & ablativo. Cic. in Cat. Malè rē gerentibus, patriis bonis interdici ſolet. ¶ Interdum etiam res qua quis prohibetur, in accuſativo ponitur. Suet. de Neron. Et quum interdixiſſet uſum amethyſtini ac Tyrii colorīs, præſulis cunctos negociatores. Sene. lib. 3. de Ira, Si iuber Cæſar, ſtatim illi domum meam interdicam. Quod eſt contra Sipontinum, qui negat poſſe conſtrui cum accuſativo. In paſſivis autem locutionibus accuſativus huiuſmodi in nominativum convertitur. Cic. pro Domo ſua, ut M. Tullio aqua & ignis interdicatur. πυρὸς καὶ ὕδατος εἴργεσθαι. ¶ Significat quandoq; obſtare: & tunc duntaxat cum dativo conſtruitur. Cic. Ver. 4. Nemo noſtrùm poſſet ædes ſuas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere: ſi quum hæc à quopiam uelitrum petita ſunt, pater improbus, cui nemo interdicere poſſit, det quem uelis iudicem.

Interdictus, a, um, participium, Idem quod uetitus, ſeu prohibitus. ἀπηγορευμένος, ἀπαγορευθείς. [Ita. Coſa interdetta. Gall. Interdit, defendu. Hiſp. Coſa entredicha. Germ. Verbotten.] Horat. 1. Epiſt. 6. Cui potior patria fuit interdicta uoluptas. Sueton. in Caligul. c. 15. Brevi q; miſſam facit, interdicto cuiuſquam in perpetuū coitu.

Interdictum, ti, ſubſtantiuum, n. ſ. Idem quod uetatio, ſiue prohibitio. παράγγελμα, ἀπόρρημα. [Italic. Interdetto, diuieto. Gallicè, Defenſe. Hiſpanicè, Entredicho. Germanic. Ein verbott.] Vnde interdicta Prætorum, dicuntur formæ, & conceptiones uerborum quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maximè faciebat, quum de poſſeſſione inter aliquos cōtendebatur. Cic. contra Rullum, Ergo hac lege Prætorum interdicta tollentur. Idem ad Atti. Cæſaris interdicta reſpuentur. Idē pro Cecin. Poſſeſſionem per interdictum repetere.

Interdictio, onis, uerbale, ſ. c. Idem ſignificat quod prohibitio. ἀπόρρημα, παράγγελμα. [Ital. Interdetto, prohibitione. Gal. Defenſe, prohibition. His. Entredicho, vedamiento. Germ. Verbietung.] Cic. pro Domo ſua, Id autem ut eſſet faciundum, non ademptione ciuitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebat.

Interdiu, aduerbium temporis, ſignificat per diem. μεθ' ἡμέραν. [Ital. Di giorno. Gal. De iour, ſur iour. Hiſpa. Entredia. Germ. Am tag, Tags zeyt.] Cui contrarium eſt Noctu. Cato de Re ruſt. Canes interdiu clauſos oportet, ut noctu acriores & uigilantiores ſint. Plin. lib. 18. c. 6 Malum patrem familiās, quiſquis interdiu faceret quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cœli. ¶ Olim etiam pro eodem dicebatur interdius. Plaut. in Moſtel. Sed quid hoc occluſa ianua eſt interdius. Et in Aul. Neſcio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenent: Vel pervigilat noctes totas: tum autē interdius Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

Interdūctus, us, Interpunctio. & diſtinctio quæ inter ſententias à librariis duci ſolet. διαγολή. [Ital. Segno tra le clauſule di no parlare, done ſi prende ripoſo & lena Gall. Note ou marque entre les clauſes d'une oraiſon, qui ſignifie en quel endroit il faut repoſer, & reprendre ſon haleine Hiſpa. El eſpacio entre dos coſas. Germ. Ein ſtrich oder vnderſcheidung in einer red verzeichnet, darbey man abnimpt wo man ein klein ſtill halten ſoll.] Cicero in Oratore, Ne infinitè ferator, ut flumen oratio quæ non aut ſpiritu pronunciantis, aut interductu librarii, ſed numero conſtare debet inſiſtere.

Interdum, aduer. Idē quod aliquādo, uel nonnunquā, ex inter & dum, quod antiqui interduatim dicebant. ἐνίοτε. [Ital. Qualche volta. Gal. Aucunes fois, quelques fois, parfois. Hiſp. Alas vezes. Ger. Zů zeyten, Vnderweylen.] Virg. libr. 1. Georg. Interdum aut hederæ penduat uestigia nigræ. Teren. Eunu. Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdū propter dormiet.

Interea, aduerb. temporis eſt, compoſitum ex integris duobus inter, & ea: quod quum ſit neutrum plurale, debuit corripi: ſed quia factum eſt aduerbium, producitur, ſicut præterea, antea, & ſimilia. Poteſt tamen & ablativus ſingularis intelligi, qui in compoſitione ſolet huiuſmodi inuenīri: ut, Quæ propter, Quocirca. Significat autem interim, tantiſper, hoc interim ſpatio. μεταξύ, ἐν τούτῳ. [Ital. Tra tanto, in questo mezzo. Gall. Ce pendant, ce temps pendant. Hiſpa. Entretanto. Ger. Darzwyſchen.] Terent. in Hecy. Quid interea ibatne ad Bacchidem? Vbi Donatus, Interea, interea dies. Idem in Andria, Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis protrahar dies: Interea fiet aliquid ſpero. ¶ Interdū ſignificat tamen. Virgil. 1. Georg. Nec ulla interea eſt inarata gratia terræ.

Interea loci, Idem eſt quod interea temporis. ἐν τῷ μεταξύ. [Ital. Tra questo tempo. Gal. Durant ce temps. Hiſpa. Entretanto tiempo. Ger. Dieweyl, Darzwyſchen.] Sæpe enim locus accipitur pro tempore: ut apud Terent. in Andr. Et multa alia quæ non eſt nunc narrandi locus. Plau. in Pœn. Interea loci Si lucri quid detur, potius rem diuinam deferam. Terentius in Heautont. Dum ego propter te meas patria careo demens, tu interea loci Collocupletaſti te Antiphila.

Intereo, interis, interii, Pereo, occido, morior, intereido. διαφθείρομαι, ἔρρω, ἀφανίζομαι, παραπόλλυμαι. [Italicè, Morire affato. Gal. Mourir de tout. Hiſpa. Perecer del todo. Germ. Verdärben. Zů grund gehen, Sterben.] Cic. 3. de Nat. deor. Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant: non tabescant aut humore aut ſpiritu amiſſo. Idem ad Attic. Vt poſſe uideremur ſine dolore interire. Plaut. Amphit. Vigilans ſomnio, uinus & ſanus intereo. Ita interit mors, Ouid. 1. de Arte. Morte interire, Ouid. in Ibin. Interire radicitus, eſt penitus, & ſine ulla ſpe renaſcendi interire: metaphora ducta à plantis, quæ cum radicibus euelſæ nonnunquam repullulant. Lact. li. 5. Sed & genus omne impiorum radicitus interibit. ¶ Habet autem interire maiorē uim, quā perire. Ter. Hec. Perii, interii, cor mihi id nō dixti?

Interitus, participium, διαφθαρείς. [Ital. Morto. Gallic. Mort. Hiſp. Muerto. Ger. Verdärbt. Zů grund gangen, vmbkommen.] Reperitur in paſſiua ſignificatione, apud Quintum Claudiū, Pugna acriter cōmiſſa, & multis utrinque interitis.

Interitus, us, m. q. Pro morte. ἀνάιρεσις. [Ital. Il perire, diſtruttione. Gal. Deſtruction, perdition, mort. Hiſpa. La Muerte, obra de perecer. Ger. Der vndergang, Tod, verderbung.] Cic. 1. Tuſc. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio, ac diremptio earum partiū quæ ante interitum iunctione æquabantur. Interitus patriæ, id eſt, euerſio patriæ. Cic. 3. Tuſc. Interitus patriæ, exilium, ſeruitus, &c. Interitos legum, hoc eſt abolitio. Cic. in Catil. Aruſpices legum interitum, & urbis occaſum appropinquare dixerunt.

Interitio, onis, uerbale, ſ. c. Idem quod interitus. ἀνάιρεσις. Cicero in frument. Quum bis in eadem prouincia magnæ fugitiuorum copiæ uerſatæ ſunt, tum interitio facta nulla eſt. Sic enim legit Nonius. Sunt tamen qui legant hic, internecio.

Interequito, as, In medio equito. διππεύω. [Itali. Caualcare tra mezzo. Gal. Cheuaucher parmi ou entre autres. Hiſp. Caualgar entremedias. Germ. Darzwyſchen reyten.] Cæſ. lib. 6 bell. Gall. Ordines interequitant. Liu. 5. bel. Maced. Obſtabant duces haſtilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, ſed interequitantes alarii non patiebantur.

Intereſt, componitur ex in & re, & eſt, ut ſit, quaſi in re eſt. διαφέρει. Vnde mea intereſt. διαφέρει μοι τοῦτο, διαφέρει μοι τοῦτο. μέλει μοι τοῦτο. [Ital. Appartenere, eſſere differenza. Gall. Appartenir, eſtre difference. Hiſpa. Pertenecer, ſer differencia. Germ. Es trifft an, oder es iſt nutz: item, Es iſt darzwyſchen, &c.] In re mea eſt, hoc eſt, in mea utilitate. Ideoq; conſtruitur cū his ablatiuis, Mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra, & cuiuſſiue ſit perſonale, ſiue imperſonale, quum in aliis nominibus genitiuus iungatur, ut Socratis intereſt: id eſt in re Socratis eſt. ¶ Pro eodem interdum inuenitur, in re eſt, diuiſis dictionibus. Liu. Quid enim in re eſt aliud, ſi plebeiam Patricius duxerit? Quid iuris tandem mutat? Plaut. Si tuam eſt quippiam in rem, id eſt ſi tua intereſt. Idem, Vtrum uenias necne, nihil in re eſt mea. ¶ Ponitur quandoq; ſine aliquo caſu. Plin. lib. 9. Serī etiam radices illi eas ſimo intereſt. Sic dicimus, Intereſt unde quis gaudeat: id eſt multum facit, uel magna differentia eſt. Valer. Max. Nihil intereſt an humi, an ſublimi putreſcā. Cic. genitiuū iunxit, quum ait, Permagni intereſt, quo tempore hæc epiſtola tibi red-

tibi reddita ſit. Similiter Livius, Si nihil intereſt regis, peto ut dū dico, vinculis liberet. Nam hæc nomina, magni, parui, tanti, quanti, & aduerbia, facilè, multum, plus, plurimū, parum, paulum, pauiolum, pauxillum, nihil, nunquid, aliquis, magis, minus, maximè, minimè, iunguntur cum his verbis intereſt & refertur, Minimè intereſt, minimè refert. ¶ Interdum etiam intereſt, componitur ex inter & eſt, ſignificatq; interdum præſentem eſſe. παραγίγεσθαι, παρεῖναι, & ſic conſtruitur cum dativo. Cic. Lentulo, Quæ geruntur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis nō interfuit ſolū, ſed etiam præfuit. Valer Max. Quò facilius laboribus & periculis intereſſet. ¶ Interdum in medio eſſe, interiacere. παρεγγείσθαι. Liu. 2. de bell. Punic. Id morari victoriam rati, quod intereſſet amnis. Colum. Arbores quæ intereruntur, ablaqueabuntur. ¶ Interdum differentiam importat. διαφέρει. & conſtruitur cum duobus accuſativis, mediante inter. Cic. 1. Offic. Inter hominem & belluam hoc maximè intereſt. Dicimus quoq; Sapiēs intereſt à ſtulto, & inter eſt ſtulto. Terentius in Eunucho, homini homo quid præſtat? Stulto intelligens quid intereſt. Idem alio modo protulit in Adelp. Hoc pater, hoc dominus intereſt: id eſt, hoc inter patrem & dominum.

Interfacio, interfeci, interfactum, Interim ſeu per intervalla facio. [Ital. *Fare* in mezzo. Gal. *Faire* entredeux. Hiſp. Hazer entremedias. Germ. Darzwyſchen thún.] Liu. 1. bell Punic. Reliquit tamen modicum præſidium, ut ūmul interfacien do muro adiuuaret, &c.

Interfaris, interfatur, interfari, d. p. Interpellare, loquentem interrumpere. διακόπτειν. [Ital Interrompere, inframettere à parlare. Gall. Parler parmi le propos d'autruy, entrerōpre la parole de quelqu'un. Hiſpa. Eſtorvar al que habla, interromper. Germ. In die red fallen.] Plin. in Epiſt. Et quē interfari nefas eſſet, etiam hunc conuitia aodire, etſi inultra pateretur. Virgil. 1. Aeneidos, - nec plura querentem Paſſa Venus, media ſic interfata dolore eſt. Liu. 1. ab Vrb. Priuſquā aut ille poſtulatum perageret, aut Virginio reſpondendi da retur locus, Appius interfatur.

Interfatio, uerbale. λόγου παρεμβολή. [Ital. Parlamento inter poſto. Gal. Parole entreiectée parmi quelq; propos. Hiſpa. Habla entrepueſta. Ger. Einredung, darzwyſchen redūg.] Quint. lib. 4. Interim expediet narrationes breuiter interlatione diſtinguere.

Interfeminium, uide Femen.

Interficio, interficis, penultima correpta, a. t. Significat occidere. κατεργάζομαι, διαχειρίζομαι, ἀποκτείνω. [Ital. Vccidere, ammazzare. Gall. Tuer. Hiſp. Matar. Ger. Vmbbringē, Tōden.] Cæſ. 7. bel. Gal. Equitem Romanum qui rei frumentariæ iuſſu Cæſaris præerat, interficiunt. Interficere uita, hoc eſt uita priuare Plau. in Truculi. Salue, qui me interfeciſti penè & uita, & lumine. Gell. lib. 11. capi. 7. Eadem mulier & uirum & filium eodem tempore, uenenis clàm datis, uita interfecerat. Interficere peſſimis exemplis. Plau. Muſtell. Pro Iuppiter: nam quod malum uerſatur mea domi: ut dii deæq; omnes me peſſumis exemplis interficiant. Interfectus omni ſupplicio Cic. pro lege Manil. Vos legatum populi Romani omni ſupplicio interfectum inultum relinquetis. Interfectus uſus ædium, Plautinus ſermo, in Merc. Vſus, fructus, uſus, cultus iam mihi harumce ædium interemptus eſt, interfectus eſt, alienatus eſt: occidi. Interficiuntur etiam inanimata dicuntur. Virgilius 4. Georgicon. Per ſtabulis inimicum ignem, atq; interfice meſſes. id eſt perde & crema.

Interfector, oris, m. t. φονεύς. [Ital. Amazatore. Galli. Tueur, meurtrier. Hiſp. Matador. Ger. Tōder, todſchleger.] Brutus Ciceroni, Hic ipſe puer, quem Cæſaris nomen incitare uidebatur in Cæſaris interfectores. Cic. Poſt reditum, Si hoſtes atq; interfectores Reip. reuixiſſent. Idem 4. Philip. Vt non modò impunè, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſet.

Interfio, is, interfieri, Pro conſumi & interire, apud antiquos. ἀναιρεῖσθαι, διαφθείρεσθαι. [Ital. Conſumarſi, morire. Gal. Mourir, perir du tout. Hiſpan. Morir, peteſcer. Germanicè, Verzert werden.] Lucretius libro tertio, - ut aut putreſcat corpore poſſo, Aut flammis interfiat, malifue ferarum.

Interfluo, interfluis, per medium fluo. διαρρέω. [Ital. Scorrere per mezzo. Gall. Paſſer & couler entre. Hiſpanic. Correr entremedias. German. Darzwyſchen flieſſen.] Plinius libro decimoſeptimo, capite decimooctauo. Flumine medium oppidum interfluente. Livius ſeptimo belli Punici, Et Acroli nauibus per fretum, quod Naupactum, & Patras interfluit (Rhion incolæ uocant) exercitu traiecto, depopulati erant.

Interfluus, interfluus, um. Quod interfluit. ὁ μέσος διαῤῥέων. [Ital. Che ſcorre di mezzo. Gal. Qui coule entredeux. Hiſp. Lo que corre entremedias. Ger. Darzwyſchen flieſſend.] Plinius libro ſexto, cap. 26. Interfluo Euphrate, id eſt, interfluente.

Interfringo, gis, ere, a. t. Idem quod infringere. διαῤῥήγνυμι. [Ital. Rompere, frangere. Gall. Entrerōpre. Hiſp. Rōper, quebrar. Germa Zerbrechen.] Cato capite quadrageſimoquarto, Qui locus rectè ferax erit, quæ arida erunt, & ſiquid uentus interfregerit, ea omnia eximito. Sic Plinius libro 17. capite 18.

Interfŭro, interfuris, rere. neut. tere. In medio duorum inſanio. διαμάχομαι, μεταξὺ μάχομαι. [Ital. Pariare di mezzo. Gall. Enrager ou forcener entre. Hiſpan. Enloquecer entremedias y entre dos. Germ. Vnder anderen wūten vnnd taub ſein.] Stat. 1. Achil. - dumq; arma parantur Dorica & alternum Mauors interfurit orbem.

Interfundo, a. t. Per medium fundo. διαχέω. [Ital Spargere di mezzo. Gall. Eſpandre entredeux. Hiſp. Derramar entremedias. Germ. Darzwyſchen außgieſſen oder flieſſen.] Plin. lib. 2. Idem Oceanus interfuſus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Aſiam diſperit. Idem lib. 3. cap. 8. Sicilia Brutio quondam agro cohærens, mox interfuſo mari auulſa. Virgilius 4. Georg. - & nouies Styx interfuſa coercet.

Intergerini, parietes appellantur, qui intergeruntur, hoc eſt, ferunt, & ſuſtinent onera, quos è Creta iubet Vitruuius conſtituere. οἱ μεταξὺ βαστάζοντες, διαπαχίματα. [Ital. Muri ſaldi, molio fermi. Gall. Murs forts ou murailles moiroyennes. Hiſpan. Muros ò pared en medio de dos caſas. German. Mittelmaur, Mittelwānd.] Dicti intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura intergeruntur. Vitruuius, & catenis colligatæ in eo loco, qui finitus erit, conſtituantur: & intergerinis è creta, beroniburq; ex ulua factis calcetur. Feſtus, Intergerini parietes dicuntur qui inter confines conſtruuntur, & quaſi intergeruntur. Budæus putat eoſdem parietes intergerinos dici, qui à Papiniano concretitii uocantur, qui communiter à duobus uicinis ædificantur ad gerendum onus duorum ædificiorū quæ illis incumbūt. Barbari uocant medianum parietem. Plin. lib. 35. cap. 14. Romæ nō ſunt talia ædificia, quia ſeſquipedalis paries non plus quàm onam contignationem tolerare cantoniq; eſt ne communis craſſior fiat, nec intergerinorum ratio patitur.

Inter hæc, Duæ dictiones loco aduerbii poſitæ, eiuſdem ſignificationis cum interea. μεταξύ. [Ital Fra queſto mezzo. Gal. En ces entrefaites, tandis. Hiſpan. Alli entretanto. Ger. Zwyſchen.

Interiaceo, es, pen. cor. n. ſ. παρίημαι, παρατίθεμαι. [Ital. Eſſer ſteſo tra due. Gall. Eſtre couché & eſtendo, entredeux eſtre entre. Hiſpanic. Yazer ò eſtar entre dos. Ger. Zwyſchen ligen.] In medio iaceo. Plī. Epiſt. 250. Et duo publica opera quanquam uia interiacente. Liu. lib. 7. bell. Pun. Interiacebat campus: colles imminebant nudi. ¶ Interiacet Capuā & interiacet Capuæ dicimus. Plinius lib. 5. capite quarto, Et à regione quæ duas Syrtes interiacet. Columella libro undecimo, capite tertio, Vt in id ſpatium, quod ſulcis interiacet, inclinentur. De ſeminibus. Interiacet hæc inter eam, Vide Plinium libro quarto, capite duodecimo.

Interibi, aduerbium, Idem ſignificans quod interea. ἐν τῷ μεταξύ. [Italicè. Fra queſto mezzo. Galli. Ce temps pendant, tandis Hiſpanicè. Alli entretanto. Germanicè. Darzwyſchen. Sinweyl.] Plautus in Aſina. Agè tu interibi, da ſuauium. Gellius libro tertio, capite ſeptimo, Conſul interibi dum ea pugna fit, ſe in locos ſubducit tutos atque editos.

Interiicio, iicis, tertia ſyllaba correpta, actiui generis, tertiæ coniugationis, Inter aliquid iacio, interpono, intermitto, intermiſceo. παρεμβάλλω, παραμβάλλω. [Italiè. Gettare tra qualche coſa. Gallicè, Entreiecter, letter parmi ou entredeux. Hiſpanicè, Entreponer ò meter.

Germ. Zwyſchen einwerffen.] Columella lib.1. Vt ſiqua interiecta ſint ſtramentis, aut paleis ſpinarum, uel germinum ſemina intereant. Liu.lib.1.ab Vrbe, Aliasq; interiectas collibus ualles. Ibidem, Paucis interiectis diebus. Cæſ.lib.7.bel. Gal. Galli inter equites, raros ſagittarios, expeditoſque læuis armaturæ interiecerant, qui ſuis cedentibus auxilio ſuccurrerent.

Interiectus, participium. *παρεμβεβλημένος, παρενθεμένος.* [Ital. Interpoſto. Gall. Entreiecté, mis entredeux. Hiſpa. Entiepu eſto Germa. Zwyſchen eintruckten.] Cæſ.7.bell.Gall. Neq; inter ſe contingant trabes, ſed paribus intermiſſæ ſpatiis ſingulæ ſinguliis taxis interiectis, arctè contineantur. Interiectus inter Philoſophos, id eſt, intermedius, inquit Budæus. Cic.1 Offi. Aut interiecti inter philoſophos, & eos qui Remp. adminiſtrarent, delectarentur re ſua familiari. Idem 2.de Nat.deos. Naſus quaſi murus oculis interiectus. ¶ Interiectum tempus hoc eſt, interpoſitum, *ὁ παρεμβεβλημένος χρόνος.*

Interiectus, us, ui, maſcul.gen. quartæ declina. Ipſe iniiciendi actus *παρένθεσις, παρεμβολή.* [Ital. L'interporre. Gall. Entreiet, interpoſition. Hiſp. Obra de entreponer. Germ. Dar zwyſchen ſetzung, legung.] Cic.2.de Nat.deo. Interpoſito interiectuq; terræ. Colum lib 3.c.21. Si uerò interiectibus ea pete cuiuſq; generis fructum aucat, &c.

Interiectio, f.t. Interpoſitio, & inſertio. *παρένθεσις.* [Itali. Interpoſitione. Gall. Entreiet, interpoſition. Hiſpa. Entrepoſition. Ger. Zwyſchen einwerffung.] Quin.li.9.c.2. Ne ſentẽtia quidẽ uelut fatigatum intentione ſtomachum iudicis reficere diſuaſerim, maximè quidem breui interiectione. Idem lib.8.c.2. Etiã interiectione, qua & Oratores & Hiſtorici frequenter uruntur, ut medio ſermone aliquem inſerãt ſenſum, impediri ſolet intellectus, niſi quod interponitur, breue eſt. Autor ad Heren.lib.1. Et ramen occultè dicemus interiectione uerborum. ¶ Eſt etiam interiectio pars orationis, animi affectum exprimens: ita dicta quòd orationi iniiciatur.

Interim, penultima correpta, aduerbium temporis, Idem ſignificans quod interea, tantiſper, hoc interim ſpatio. *μεταξύ.* [Ital. Fra queſto mezzo. Gall. Tandis, ce pendant. Hiſp. Entretanto. Germ. Darzwyſchen.] Terẽa in Andr. Funus interim procedit, ſequimur. Cic.3.de Orat. Hoc interim in ſpatio conclaue illud concidit. Idem pro Liga. Interim Varos Vticam uenit. ¶ Ponitur & pro aliquando, *ἐνίοτε.* Quintil 1.lib.cap.9. Prima barbariſmi ac ſolœciſmi fœditas abeſt. Sed quia interim excuſantur hæc uitia aut conſuetudine, aut autoritate, aut uetuſtate, denique uicinitate uirtutum, acriter ſe in illud tenue diſcrimen Grammaticus intendat. ¶ Aliquando pro repentè. Terent. in Hecyr. Primũ dies compluſculos benè conueniebat ſanè inter eas: interim Mitis modis odiſſe cœpit Soſtratam. Vbi Donatus interim, exponit pro repente. ¶ Interim aliquando diſceretio eſt rei quæ ad narrationem pertinet, ut apud Terentium in Andr. Triſtis interim, nonnunquam collachrymabat.

Interimo, interimis, penultima correpta, actiu. ter. coniuga. Interficio. *ἀπαλλάττω, ἀφανίζω, διαφθείρω.* [Ital. Ammazzare, uccidere. Gall. Tuer. Hiſp. Matar. Germ. Vmbbringen tödẽ.] Plaut. in Ciſtel. Accurrite, ne ſe interimat. Cic.1.de Nat. deor. Si quæ interimuntur, innumerabilia ſunt: etiam ea quæ conſeruent, infinita eſſe debent. Idem pro Mil. Me quidem examinant & interimunt hæ uoces Milonis. ¶ Interdum ponitur pro priuo. Plautus in Ciſtell. Nam dudum, ut concurrimus, Alceſimarchus ne ſe uita interimeret.

Interemptio, f.t. uerbale. *ἀφανισμός, καθαίρεσις, διαφθορά.* [Ital. Vccisione, homicidio. Gal. Meurtre, tuerie, occision. Hiſp. Matança. Ger. Vmbbringong, ertödung.] Cice. pro L. Manil. Teſtis eſt Gallia, per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum interemptione patefactum eſt. Vetus exemplar legit, internecione.

Interior, *ἐνδότερος*, & Interius, *ἐνδοτέρω.* [Ita. Più à dentro. Gall. Qui eſt plus dedans & plus auant. Hiſp. Mas à dentro. Germ. Der innere, Bas dainnen.] Ab interius antiquo poſitiuo, uide Intra.

Interitus, us, uide Intereo.

Interiungo, actiui generis, tertiæ coniugationis, Subſtractum à contro, cuius rotæ interiecta ſude iunguntur, ut quieſcat. *ἐφίστημι.* [Ital. Raggiungere, far fermare. Gal. Entretoncher, entreioindre. Hiſp. Entreiuntar. Germanicè, Stillſtehen, oder ſtillhalten.] Martialis libro ſecundo, Et quum correre debeas Bonillas, Interiungere quæris ad Camœnas. Interiungere equos, eſt equos è curru ſolue-ſoluere, ut & paſtu & quiete reficiantur. Idem lib.3. & hora laſſos Interiungit equos meridiana. ¶ Interiungere dextras, quod & iungere dextram dextræ dixit Virgil. Liu.2. bell. Punic. Tum dextræ interiunctæ, militesque concione dimiſſa, à notis, ignotiſq; benignè atque hoſpitaliter inuitati.

Interlino, is, pen. cor. interlĕui, interlĭui, uel interleui, interlitum, actiu. ter. Scripturam, uel picturam litoris corrumpo, *παταλείφω.* [Ital. Cancellare. Galli. Canceler, effacer. Hiſp. Truncar ò caſſar la eſcriptura. Germanic. Durchthün, ver ſtreichen, verſudlen.] Cicero pro Cluentio. Qui tabulas publicas municipii ſui corrupiſſe iudicatus ſit, qui teſtamentum interleuerit. Ibidem, In eo codice non haberet, qui tũ interlitus proferebatur. Idem 4. Ver. Corrupţ, atq; interlitę tabulæ.

Interloquor, penultima correpta, deponen. tertiæ coniugationis, Alio loquente ſermones intermiſcere, ac quodammodo interturbare loquentem. *διαπαίζω.* [Italic. Romper il parlare. Gall. Entreietter quelque propos. Hiſpanicè, Eſtorvar al que habla. Germa. Zwyſchen einreden, In die red fallen.] Terentius in Heauton. Siccine mihi interloquere? ¶ Quandoq; ſignificat aliquid inter agendum definire. Vnde interlocutoria ſententia uocatur quæ non definit cõtroueſiam, ſed aliquod obiter ad cauſam pertinens decernit. Gellius libro decimoquarto, capite ſecundo. Aliter atq; aliter eadem in cauſa, eodemq; in tempore ſentire, & interloqui uideatur.

Interlocutio, tionis, f.t. Sermonis interpoſitio. *διαλογισμός.* [Ital. Parole dette tra l'altrui parlare. Gall. Propos entreietté. Hiſp. Habla entrepueſta. Germ. Einredung.] Quinti. libro quinto, cap.7. Breui interlocutione patroni refutandus eſt.

Interluceo, ces, penultima producta, In medio luceo, uel interea luceo, uel inter aliquid luceo. *παρεμβαίνω.* [Ital. Tra lucere. Gall. Entreluire. Hiſp. Entrelucir. Germ. Vnder etwas oder bey etwas ſcheinen.] Liuius 9.bell. Punic. Duos ſoles uiſos & noctu interluxiſſe, & facem ſtellæ ſeptries ab ortu ſolis ad Occidentem porrigi uiſam. ¶ Interluceet per tranſlationem, pro interapparet, & interconſpicitur. Liuius libr. 1.ab Vrbe, Quibus inter gradus dignitatis forenſiq; aliquid interluceat, poſteri fama ferrent. Virgilius libro nono Aeneidos, interluceręque corona Non tam ſpiſſa uiris.

Interluco, cas, penultima producta, n.f. Ramos ſeu plantas inutiliter pullulantes cum interuallo reſecare: & à loco deductum uidetur, quòd quum cedũtur rami fiat ipſi arboli amplior. *διακλάδισις.* [Itali. Tagliar i rami inutili del albero quò elà. Gall. Esbrancher un arbre. & comme luy bailler iour. Hiſp. Entreſacar los ramos de los arboles. Ger. Ein baum erhauwen das er dünner werd.] Plin. lib.17.ca.15. Deputantur enim pariter cum uite interlucata, dẽſitate ramorum, qui ſint ſupernacui.

Interlucatio, uerbale. f.t. *τῶν πλατέων δένδρων ἐπισκευὴ τῶν διακλάδεσι.* [Ital Sbrancamento d'alberi. Gall. Eſbranchement d'arbres. Hiſp. Entreſacamiento delos ramos delos arboles. Germ. Erhauwung eines baums von vil vnnützen äſten.] Plin. lib.17. c.17. Interlocatio arboribus prodeſt: ſed omnium annorum trucidario inutiliſſima. Eadem dicitur colluctatio, apud Cat. & Var.

Interlunium, nii, n.ſ. Dicitur id ſpatium temporis, in quo nec amplius luna uetus apparet, nec adhuc noua uidetur: quia radiis ſolaribus ſuperuẽ illuſtratur, non autem ab ea parte quæ nobis conſpicua eſt. *σύνοδος, ἡ τοῦ φωτὸς σελήνης.* [Ital. Tempo tra la luna uecchia & nuoua. Gall. Le temps d'entre la uieille & nouuelle lune. Hiſp. La coniuncion de la luna conel ſol, tiempo entre la luna uieia y nueua. Ger. Die zeyt zů derẽ der Mon nit ſcheint, die zeit deſs neüw mons.] Plin. li.7.c.5. Septimo nonniſi pridie, poſterone plenilunii die, aut interlunio cõcepti naſcuntur. Idem lib.18. cap.29. Inter omnes conuenit, utiliſſimè lo coitu lunæ ſterni: quem diem alii interlunium, alli ſilentis lunæ appellãt. Horat.1.Carm. Ode 25. Tracio bacchante magis ſub interlunis uento.

Interlus,

Interluo, interluis, a.t. Interfluo. *παρεμπίπτω.* [Ital. Bagnare in mezzo. Gall. Mouiller en paſſant par dedans ou au milieu. Hiſpan. Morar entremedias. Germa. Zwyſchen durch flieſſen.] Claudius. lib. 1. Trinacria quondam Italiæ pars una fuit, ſed pontus, & æſtus Mutauere ſitum, rapuit confinia Nereus Victor, & abſciſſos interluit æquore montes. ¶ Aliquando lauare eſt. *Διανίπτω.* Cato de Re ruſtica Manus interluito, poſtea uinum ſumito. Virgi 3 Aeneid. Hæc loca ui quondam, & uaſta conuulſa ruina, (Tantum ſui longinqua ualet mutare uetuſtas) Diſſiluiſſe: quum protinus utraq; tellus Vna foret, uenit medio ui pontus, & undis, Heſperiam Siculo latus abſcidit: aruaq; & urbes Litore diductas angusto interluit æſtu.

Intermaneo, intermanes, intermanere, n.ſ. Inter uel in medio maneo. *μεταξὺ διαμένω.* [Ital Stare in mezzo. Galli. Demeurer entredeux. Hiſp. Quedar entremedias. German. Darzwyſchen beleiben.] Luca. li. 6. Deſeſſus Cæſar medijs intermanet agris.

Intermedius, a, um, Interiacens. *παρεμπίπτων, μέσος.* [Ita. Fra mezzo. Gall. Qui eſt entredeux, qui eſt au milieu. Hiſp. Entremedias. Germ. Der in mitten darzwyſchen iſt.] Cic. in Orat. Eſt autem quidam interiectus, intermedius & temperatus, nec acumine poſteriorum, nec flumine utens ſuperiorum: uicinus arborum, in medio. Varro lib. 1 de Re ruſt. In lateribus dextra & ſiniſtra porticus ſunt, primoribus columnis lapideis intermedijs arbuſculis humilibus ordinatæ.

Intermenſtruus, vide Intermeſtris.

Intermeo, as, are, Idem quod interfluere, hoc eſt per medium meare, & fluere. *παρεμπίπτω.* [Ital. Scorrere di mezzo. Gal. Paſſer entre, paſſer parmi. Hiſp. Correr lo liquido entremedias. Germ. Durchgehen, mitten durchin flieſſen.] Plin. lib. 5. c. 10. Lŏgæq; clariſſimum Aſiæ Pergamum, quod intermeat Silenus.

Intermeſtris luna, Dicitur interluniũm, & coitus Lunæ. *σύνοδος.* [Ital. Cõgiontione della luna con ſole. Gall. Conionction de la lune auec le ſoleil. Hiſpan. Coniuncion de la luna conel ſol. Germ. Die zeyt ſo der Mon zů der Sun neu kompt vnd ainũ wirt.] Plinius libro decimoſeptimo, capite 18. Niſi intermeſtri luna, atq; dimidiata, ac tangas materiam.

Intermenſtruus, a, um, adiect. Idem: ut, Luna intermenſtrua. Plinius lib. 18. cap. 28. Maximè autem intermenſtrua dimidiaq; ſtercorato. Var. li. 1. de Re ruſt. Quod à nouæ lunæ creſcit ad plenam, & inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, quoad ueniat ad intermeſtruum: à quo die dicitur luna eſſe extrema & prima.

Intermico, as, penult. corr. In medio ſplendeo. *Διαγίλβω.* [Ital Riſplendere in mezzo Gall. Reſplendir ou reluire en meſme. Hiſpan. Reſplandeſcer entremedias. Germa. Zwyſchen etwas ſcheynen oder gleyſſen.] Claudius lib. 1. rutilum ſquamis intermicat aurum. Auguſtin. de Ciui. Dei lib. 9. Id quoq; uel in altiſſimis tenebris rapidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare.

Interminor, penultima correpta, aris, d. p. Magnum malum denuntio, uehementer minor. *ἀπειλέω, ἐμβριμῶμαι.* [Ital Minacciare qualque gran male. Galli. Menacer fort. Hiſpan. Amenazar ſo pena grave. Germ. Heffig trõwẽ.] Plaut. in Aſin. Mihi tibiq; interminatus eſt, nos fratres ulmeos. Ni hodie Argyrippo eſſent uiginti argenti minæ. Terent. in Andr. Dixine tibi? Interminatus ſum ne faceres? nõ uerbos: Plautus Capt. Eminor, interminorq;, nequis mihi obſtiterit obuiam. Interminari uitam. Plautus Caſina, imitatur malarum malam Diſciplinam, uiro quæ interminatur ſuo uitam. Id eſt, quæ uirum ſe interfecturam minatur.

Interminatus, a, um, Non terminatus, termino carens, indefinitus. *ἀπέραντος, ἄορίστος.* [Ital. Non terminato. Gallic. Qui n'a point de borne ne de fin. Hiſp. Coſa ſin termino y fin. Ger. Vngezeyelt.] Cic. 1 de Natura deorum, Contogitis ad Deum, cuius operam profectò nõ deſideraretis, ſi immenſam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum uideretis.

Interminus, interminis, interminum. Quod non habet terminum. *ἀπέραντος, ἀόριστος* [Ital. Senza termine. Gall. Sans bornes, ſans limites. Hiſpanicè. Coſa ſin termino y fin. Germanicè, Das kein zeyl noch end hatt.] Siuum ad Fontei. Dominis ſimplicio, & Appellinari interminis interceſſione uos comperi, &c. ¶ Hanc tamen uocem apud quempiam ueterum non facile inuenias.

Intermiſceo, intermiſces, intermiſcere, n.ſ. Miſcere in medio. *παρεμμίγνυμι* [Ital. Metchiare di mezzo. Gall. Entremeſler, meſler parmi. Hiſpa. Mezclar entremedias. Germanicè, Zwyſchen einmiſchen.] Colum. lib. 11. ca. 1. Deinde ad Calendas Februarias ſereno die conuenit ſemina ſpargi, quibus & aliquod ſatureiæ ſemen intermiſcendum erit. Plini. lib. 19. c. 6. Intermiſceri ſatureiam, quoniam melius proueniat. Virg. Aeglog. 10. Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Intermitto, actiu. tertiæ coniugat. Ad tempus omitto, ceſſo. *Διαλείπω, ἐπίσχω.* [Ital. Tralaſſiare. Gall. Entrelaiſſer, ceſſer par fois. Hiſp. Entrometer, ò dexar eſtar. Ger. Vnderlaſſen.] Cic. Etſi ego id tempus intermiſeram potius, quàm omiſeram. Cæſar 1. bel. Gall. Quum iter non intermitteret. Cic. 1. Offic. Acriores autem remorſus ſunt intermiſſæ libertatis, quàm retentæ. Idem lib. 1. de Finib. Nec uerò intermittunt aut admirationem earum rerum quæ ſunt ab aliquibus repertæ, aut inueſtigationem nouarum. Teren. Adelp. Poſſis quidem iam hic aderit: Nam nunquam unum intermittit diem quin ſemper ueniat.

Intermiſſus, us, maſcul. geu. quarte d. Idem quod intermiſſio. *Διάλειψις.* [Ita. Intermiſſione. Gal. Ceſſe. diſcontinuation. Hiſp. Ceſſacion ò intermiſſion. Ger. Vnderlaſſung.] Plini. lib. 10. c. 29. Luſciniis, diebus ac noctibus quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus.

Intermiſſio, onis, uerbale, Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. *Διάλειψις.* Cicero 2. de Natura deorum, Nec tamen uideo quomodo uideatur iſte Deus beatus quũ ſine ulla intermiſſione pulſetur, agiteturq; atomorum incurſione ſempiterna. Idem Trebat. Neque alia ulla fuit cauſa intermiſſionis epiſtolarum, niſi quòd ubi eſſes planè neſciebam.

Intermoritor, intermoreris, d. t. Morior, pereo, intereo, perdor. *παραπόλλυμι.* [Ital Morire, Gall Mourir. Hiſpanic. Morir. Germ. Sterben.] Bithynicus ad Cic. lib. 6. Epiſt. Petò à te ut abſentem me, quibuſcunq; in rebus opus fuerit, tuearis ſi nullum officium tuũ apud me intermoritorũ eſſe ſtimas. ¶ Intermortuum uerò, Latini dicunt eum qui inter mortem uitamq; ex dolore procumbit, ſimilis expiranti. Plin. lib. 31. c. 10. Vituli marini adeps inſtillatur naribus intermortuarum uuluæ uitio. Sueto. de Neron. Poſtquam deinde Galbã, & Hiſpanias deſciiſſe cognouit collapſus, animoq; male facto diu, & ſine uoce, propè intermortuus iacuit. Cic. in Piſo. Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitaſtis. Id eſt ex reliquiis propemodum extinctis. Memoriam generis propè intermortuã reuocare. Idem pro Mur.

Intermundium, dii, n. ſ. *τὸ μεταξύμιον.* Spatium medium inter plures mundos: ſicut intercolumnium, ſpatium inter columnas. Voluit enim Epicurus infinitos eſſe mundos & inter eos ſpatia magna inania, per quæ atomi nolitanter alios atq; alios mundos cosgmentarent. Cic. lib. 1. de Finib. Individua quum diciris, & intermundia quæ nec ſunt ulla nec poſſunt eſſe, intelligimus. Idem 1. de Natura deorum. Tanquam modò ex Epicuri intermundiis deſcendiſſet. Budæus.

Intermuralis, & hoc intermurale, penultima producta. *ὁ ἐν τῷ τείχει μεταξὺ, ὁ καὶ μεσότοιχος.* [Ital. Tra due muri. Gall. Qui eſt entre deux murs. Hiſp. Entre dos muros. Ger. Der zwyſchen zweyen mauren iſt.] Liu. lib. 4. Decad. 1. Nem. Mœnia urbis coniuncta procul uidentur, diuiſa eſt inter morali amni, & eadem ponte iuncta.

Internaſcor, internaſceris, depon. tertiæ coniugat. In medio naſci. *παρεμφύομαι.* [Ital. Naſcere in mezzo. Galli Naiſtre parmi ou entredeux. Hiſpa. Naſcer entremedias. Ger. Darzwyſchen wachſen.] Plin. lib. 18. c. 15. Internaſcentesq; herbas excludi Liu. 8. bel. Pun. Auguſtiæ & internatæ uirgultæ ordines dirimebant. Tacit. lib. 20. Virgulta poſtremò, & ſtirpes, & internatas ſaxis herbas uellentes, miſeriarum patientiæq; documentum fuere.

Interneco, as, pen. cor. interneci, internecatum, & internectum, Deleo, ſimul interficio, & multitudinem totam ferè complectitur. *ἐξολεθρεύω.* [Ital. Vccidere, ammazzare. Gallicè, Tuer tout. Hiſpanicè, Matar. Germanicè,

Alias

Aller ertóden.]Plaut.in Amphit. Legiones reuenisse domum, duello extincto maximo, atq; internecis hostibus. Cicero 14. Philipp. Internecii notha testamenta credo subiiciunt.

Internecio,ſ.f.Vitæ priuatio.πανολεθρία. [Italic.Vecisione. Gal.Tuerie,occision.Hiſp.Muerte violenta. Ger.Ein ertó dung da gar nach nichts überbleibt.] Liu.li.9.Lucerini,ac Samnites ad internecionem cæſi.Cic.5.Ver.Tamen aratorẽ internecio facta nulla eſt. Cic.ad Att. Neq; enim reſiſti ſine internecione poſſe arbitramur.

Internecinus,internecina,internecinum, penultima producta,Quod ad internecionem pertinet.πανολεθρικός. [Itali. Ciò che ſi appartiene ad occiſione. Gallic.Pernicieux,mortel.Hiſp.Cota pertenesciente à matar.Ger.Das zů der ertódung gehórt.] Vnde internecinum teſtamentum dicitur, autore Feſto, propter quod dominus eius neceatus eſt.Internecinum bellum, cuius exitus alteri parti internecionem affert.Liu.libr.9.Nullus modus fuit cædibus,deletaq; Auſonum gens,uix certo deſectionis crimine, perinde ac ſi internecino bello certaſſet Plinius libro octauo, cap. 24. de aſpide loquens,Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone.

Internecto,internectis,internectere,a.t.Colligare,inter ſe cõnectere.συνδέω,συμπλέκω [Ital Ligare inſieme. Gall.Entrelacer,entrelier Hiſp.Atar juntamente.Germ.Zůſammẽ knüpffen oder hefften.]Sta.9.Theb.. uix magna lauare Vulnera,& effluentes libet internectere plagas.

Internigrans penultima correpta,internigrantis.Paſſim nigricans.ὁ ἐν τῷ μεταξὺ μελανίζων [Ital.Negrezzante.Gal. Entrenoir,entreſemé de noir.Hiſp.Entrenegreguante.Ger. Darzwyſchen ſchwertzgen.] Statius ſexto Thebaid.. no ctemq; diemq; Aſſimilans, maculis internigrantibus albas.

Internidifico,cas, penul correp.ἐν τῷ μεταξὺ ἐννιοτεύω.[Ital.Nidificare tradue.Gal.Faire ſon nid entre ou parmi Hiſpan.Anidar entre dos.Germ.Zwyſchen einniſten.] Plinius libro decimo, capite trigeſimotertio, Tertium eſt earum genus quæ ripas excauant, atque ita internidificant.

Internitco,internitis,nitere,neu.gen. ſecun.coniugationis, Inter alia nitere,uel pellucere. διαφίλφω, μεταξὺ φίλβω. [Ital.Lucere tra l'altre coſe.Gali.Entreluire,luire ou reluire entre ou parmi Hiſp.Lucir entremedias German Zwyſchen anderen furhin ſchelnen.] Plin li.17.c.1.Tunc enim tellure internitent:quia his uentis maximè arenæ mouentur. Curtius, Spiſſæ nubes intendere ſe cœlo, & quicquid lucis interuitebat,offuſa caligine extinctum.Idem alibi, Armorum internitentium fulgor.

Internodium,dii,n.ſ.Eſt ſpatium intermedium inter duos nodos, quale uidemus in arundinibus & culmis.φάλαγξ. [Ital.Spatio tra l'uno & l'altro nodo.Galli.Ce qui eſt entre deux nœuds ou ioinatures.Hiſp.El canuto entre dos nuudos Germ.Die weite zwyſchen zweyen gleychen.] Colu. lib de Arbo.cap 5 Virgam malleolarem non amplius quàm ſex gemmarum eſſe conuenit:ita tamen, ſi breuia internodia habet. Plinius libro ſeptimo, capite ſecundo, Arundines uerò tantæ proceritatis,ut ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant.Ouid.11.Metam. -longa internodia crurum., Idem 6.Meta. Mollia nodoſus facit internodia poples.

Internoſco,inter alios noſco,ſiue diſcerno.διαγινώσκω. [Italicè,Diſcernere,cognoſcere tra gl'altri. Gall.Entrecognoiſtre,cognoiſtre entre autres.Hiſpan.Diſtinguir entre diuerſos.Ger.Vnder anderẽ kennen,vnderſcheidẽ.] Plau.Amp. Nunc internoſſe ut uos poſſitis facilius,Ego has habeo uſq; in petaſo pinulas. Cic.1.de Ora. Quos quum inhumare uel leuir.non potuerunt obtritos internoſcere. Idem de Amic. Secerni blandus amicus à uero,& internoſci poteſt, adhibita diligentia.

Internũntius,tii,m.ſ.Qui inter alios medioeſt ad aliquid tractandũ,& modò huic,modò illi per uices nũciat.διάκτωρ. [Ital.Meſſeto,mezzano,interprete,ſaſale. Galli.Meſſager entre deux parties,truchement.Hiſpan.Meſsagero entre diuerſos.Ger.Ein bott zwyſchen zweyen, ſo von einem zů dem anderen geher.]Plaut.in Amph.Sed per ſcriptas literas,ſiue qui ipſe ambiſſet ſibi,ſiue per internuntium.Terentius in Eunucho,Eho,nũmnam tu hic relictus cuſtos, Nequis fortè internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet?Cæſar 1.belli Ciuilis, Poſt paulò tamen internuntiis ultrò citroq; miſſis,quæ ignorabant de L. Domitii fuga, cognoſcũtur.Internuntius,& miniſter rei alicuius, Liuius tertio libro belli Macedon.Augures interpretes, & internuntii Iouis,Cicero octaua Philipp. ¶ Huius fœminino eſt internuntia.

Internuntio,internuntias,a.p. διαγγέλλω, παραγγέλλω. [Ital.Iouiare meſſaggiere uno all'altro. Gall.Annoncer les uns aux autres.Hiſp.Traer menſage ò nueuas entredos.Ger. Botten von einem zů dem anderen ſchicken.] Liu.libr 1. Deca.5.Pauliſper internunciando cunctatio fuit, uti transgrederentur.

Inter opus,Hoc eſt in ipſo opere,uel quum opus fit. μεταξὺ ἐργαζομένου. Tibul. Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Intĕro,is,ere,a.t.Terendo immitto.ἐντρίβω. [Ital Triture. Gal.Broyer dedans ou parmi.Hiſpan.Maiar como en mortero.Germ.Einbrocken,einreiben.] ut.Interere paenula ſi. Varro 2.de Re ruſtica capite nono,Necnon ita paratum hordeaceũ dandum, ut non potius cum in lacte desmittum,&c.Cato de Re ruſtica, capite 156 Et eò cyminum interito. Terentius in Phormione,Ad te ſumma ſolum Phormio redit:Tute hoc intriſti,tibi omne eſt exedendum. Vbi Donatus,Paræmia apta parаſito, quæ de cibo eſt. Hoc autem inter ruſticos de alliato mortario dici ſolet. Et bene intriſti : proprié enim intrita dicitur huiuſmodi cibus.

Intritum,penultima producta, Genus edulii ex alliis,caſeo, oleo,ouis,& porro concionatum:ita dictum quod in mortario teratur.μυτωτὸς Theodoro. ¶ Eſt etiam intritum uel melius intrita,calcis genus manibus ſubactum, neque ſtatim ad opus adhibitum, ſed tempore maceratum,ſemẽtatumq;,ut inquit Hermolaus in hunc locum.Plin.libr.36. c.25.Ruinarum orbis ea maximè cauſa, quòd furto calcis,ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur. Intrita quoque quo uetuſtior, eo melior. ¶Eſt etiam intrita apud Catonem emplaſtri genus ad inſitionem accommodatũ, quod conſtabat ex argilla manibus ſubacta. Plin.lib.17.c.11.Sed id etiam apud ueteres Græcos inuenitur,& apud Catonem qui oleam ficumq; ita inſeri iuſſit: menſura etiam præfinita ſecundum reliquam diligentiam ſuam: cortices ſcalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & tium latitudine,atq; ita coagmentari,& illa ſua intrita oblini.

Interordinium,interordinii,neut.gener.ſecun.declinationis, Spatium quod eſt inter ordines.τὸ μεσοστίχιον. [Ital.Spatio tra gli ordini.]Gall.L'eſpace qu'on laiſſe entre les rangées. Hiſp.Eſpacio entre dos ordenes. Germani. Die weyte zwyſchen zweyen ordnungen.] Colum.lib.3. capite decimotertio,Minimum eſt quinq; pedum interordinium, ſeptem maximum. Idem libro quinto,capite quinto, Sed de ſpatiis ordinum eatenus præcipiendum habemus, ut inter ligant agricolæ,ſiue aratro uineas culturi ſint, laxiora inter ordinia relinquenda, &c.

Interpateo,interpates,penultima correpta,Interpatere.Macrobius libro 7. Satur. capite 15. Propterea tot meatibus diſtinctus eſt,& interpatet rimis. De pulmone loquitur.

Interpedio,is,pe.co,dire.Macro.lib.7 Satur.c.12.Color ſenſum occupat:& guſtatum linguæ, ferior interpedit.

Interpello,as,are,a.p.Eſt loquentẽ,uel aliquid agentẽ interrumpere. διακόπτειν,παρεμπεσεῖν τῷ λέγοντι, ἢ λόγῳ ἐμβάλλειν.[Ital.Interrompere.Gal.Rompre le propos,parole ou entreprinſe de quelqu'un.Hiſp.Eſtoruar al que algo haze. Ger.Einreden.Jn die red faren,Mit anreden verhinderen.]Cic.1 Tuſc.Sed nihil te interpellabo: contionem audire malo.Hirt.a bel.Alia.Quum in Aſiã uenisſet,reperiebat Titum Appiũ conatum eſſe auferre pecunias ex æde Dianæ: ſed interpellatum aduentu Cæſaris profugiſſe. ¶Aliquando eſt dicere,uel commonere. Lucil. lib.28.ut citat Nonius, Verùm tu quid agis?interpella me ut ſciam. ¶Aliquando rogare. Valer.Maxim.lib.3. Cato rogatus ut ſocios apud auunculum adiuuaret conſtanti uultu non factorum ſe reſpondit. Iterum deinde ac ſæpius interpellatus,in proposito perſtitit. ¶Interpellare uirginem uel matronam de ſtupro,frequens eſt apud Iuriſconſultos, pro ambire uel petere eius concubitum. Interpellare ſtuprum,idem eſt quod impedire, & interrompere. Liuius 3.ab Vrbe, Stupro interpellato magis quàm cæde motus.

¶ Interpellas

¶Interpellare debitorem, eſt debitum exigere. Pomp. Si nemo ſit qui à parte promiſſoris interpellari traiectitia pecunia poſſit. ¶ Interpellare partam victoriam, impedire, remorari. Cæſar 3. bel. Ciuil. Sed ſiue ipſorum perturbatio, ſiue error aliquis, ſiue etiã fortuna partem iam, præſentemq; victoriam interpellaſſet, dandam omnibus operam ut acceptum incommodum virtute ſarciretur. ¶ Interpellare de negotio aliquem, eſt conuenire, & verba cum eo facere, λόγυς περιτινὶ προσάγεσθαι. Seuer. li. Decla 8. Diues pauperem de nuptiis ſibi interpellauit.

Interpellatio, onis, f. c. λόγυ παρεμβολὴ, διακοπὴ. [Ital. Sturbamento. Gal. Rompement de propos. deſtourbier. Hiſpa. Eſtoruamiento. Germ. Einredung, verhinderung.] Cicero de prouinciis Conſularibus, Interpellatio mea laudatur, quæ paulo antè interrupta eſt oratio mea. Idem ad Att. li. duodecimo. Putabam enim commodius me idem iſtud domi agere poſſe interpellatione ſublata. Idem Lepta libro de cimolectio, Itaq; literæ quidem meæ impediuntur, in quibus ſine vlla interpellatione verſor. Plinius in Epiſtol. Ingerdum laſſo mihi opportuna interpellatione ſubueniunt.

Interpellator, interpellatoris m. c. Inuentor qui interrumpit ſermonem, aut aliquid aliud agentem. ὁ τῳ λέγοντι παρεμπλέκων. [Ital. Sturbatore. Gal. Deſtourbeur, entrerompeur de propos. Hiſp. Eſtoruador. Germ. Ein einreder, Der einẽ mit einreden vnderſtellig macht.] Cic. 3 Offic. Diſtabat ſe hortulos aliquos emere velle, quò inuitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. Idem Att. li. 15. Sed in interpellatores illic minus moleſti. Autor ad Heren. lib. 1. Diſtrahi alieni ſermonis moleſti interpellatores. Cic. li. 3. Epi. In literis ſine interpellatore verſor.

Interpenſiua, apud Vitruu. Perticarum, tigillorum, aſſerumue genera ſunt quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in colliquias deriuandos, uel aliarum quarumuis vſum interlocantur, quaſi ea quæ à pendendo Græci appellant περιαπτήρια.

Impenſiui parietes, ſunt qui ſupra contignationem ſtruũtur, nec in ſolo fundamentum habent, ſed in pendenti ſurgũt. Hermolaus περιαπτήρια.

Interplico, as, are, Paſſim implico. παρεμπλέκω. [Ital. Trapiegare. Gal. Entrepoer. Hiſp. Entreplegar. Germ. Einflechten oder wicklen.] Stat. 4. Theb. Albaq; puniceas interplicat inſula criſtas.

Interpolo, as, are, a. p. Eſt immutare, & inſtaurare, & rebus uetuſtis nouam formam inducere: à polliendo dictum, ut Petrotus exiſtimat. ἀνακαινίζω. [Italic. Rinouare, inſtaurare. Galli. Repoulir, racouſtrer, regrater quelque choſe vieille, & la renouueller. Hiſp. Renouar ò afeitar ò adorar. Germ. Erneüweren, Zuſzbutzen als wenn es neüw wäre.] Vnde veſtimenta interpolata, quibus à fullonibus ita noua lana eſt inducta, ut pro nouis fallere poſſint. Cic. ad Quin. Fratrẽ. Vult, inquam, Appius, renouare eundem magiſtratum, quo minus togam prætextam quotannis interpoſet. ¶ Sic mancipia interpolata dicuntur, quæ quum ſint veterana, tamẽ & uenalitiariis ita ornantur, fingũtur, & quaſi renouãtur, ut pro nouis uendi poſſint. Vlpian. in l. præcipiunt ædiles. ff. de Aedil. edict. Quia igitur uenalitiarii ſciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, ideirco interpolant veteratores, & pro nouitiis uendunt. Plin. libro 13. c. 14. At hercle Alexandriæ, ubi chora interpolatur, id eſt, rudia quum ſint, polliuntur. Conuehebatur enim illuc rhus rude, aſpectu ſimile cortici. Plaut. in Amphit. Illic me homo interpolabit, meumq; os finget denuò.

Interpolatio, interpolationis, fem. gener. tertiæ declinationis. ἐπισκευή, ἀνακαίνωσις. [Ital. & nouatione di coſe uecchie. Gall. Renouuellement de choſes uieilles. Hiſp. Renouamiẽto de coſas uicias. Ger. Erneüerung.] Plin. lib. 13. ca. 11. de chartis, Hanc excepit Romæ Fanni ſagax officina, tenuatamq; curioſa interpolatione principalem fecit è plebeis.

Interpolator, interpolatoris, m. c. Qui antiquas veſtes recognouat ac renouat, ut facilius uendat. ἐπισκευαστὴς. [Itali. Rigattiere, racconciatore de veſti uecchie. Gal. Radoubeur frippier. Hiſp. Renouador, afeytador. Ger. Der alte kleider alſo zurüſtet als wann ſy neüw wären.]

Interpolatrix. [Ital. Raccontiatrice de veſti uecchie. Gal. Radoubeuſe, frippiere. Hiſpan. Renouadora, afeitedora. Germ. Ein anſzbutzerin alter kleideren als wann ſy neüw wären.] Mulier quæ antiquas veſtes renouat, ut eas facilius uendat. ἀνακαινίστρια. Pompon. Interpolatricem accerſire oportet, quæ huic veſtem adducat.

Interpolis, & hoc le, Quod interpolatum eſt. ἐπισκευαστὸς. [Ita. Riſſato, rinouato. Gal. Radoubé, renouuellé, reparaſſé. Hiſpan. Aſeyrado, adobado, renouado. Germ. Erneüwert.] Plinius libro decimonono, Eſt quidem eius natura interpolis: rurſus & quamliber uetuſtum nouo miſcetur. ¶ Sic per translationem mulieres etiam interpoles dicuntur quę uitia deformitatis arte occultant. Plautus in Moſtell. Nam iſtæc ueteres, quæ ſe unguento unctitant, interpoles,
Vetulæ edentulæ, quæ uitia corporis fuco occultant.

Interpolus, a, um. Idem quòd interpolis, hoc eſt, reconcinnatus. ἐπισκευαστὸς. Vlpian. l. Labeo. ff. de Contrahen empt. & uend. Si veſtimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præſtandum quod intereſt, ſi ignorans interpola emerit.

Interpõno, interponis, interponere, a. c Interſero, interiicio. παρεντίθημι, παρεμβάλλω. [Itali. Interporre. Gall. Entremettre, interpoſer. Hiſp. Entreponer. Germ. Zwüſchen einhin ſetzen.] Cicero de Amicit. Quaſi enim ipſos induxi loquẽtes, ne inquam & inquit ſæpius interponeretur. ¶ Interponere accuſatorem, eſt ſubmittere uel ſubornare. Cice. 3. Verrina, Interpoſuiſtis accuſatorem, qui quum ego mihi centum & decem dies ſolos in Siciliam poſtulaſſem, centũ & octo ſibi in Achaiam poſtularet. ¶ Interponere autoritatem ſuam, eſt autoritate ſua impedire ne quid fiat. Cice. 3. Philipp. Quòd ſi autoritatem tuam interponis ſine armis, magis quidem laudo. Fidem ſuam interponere, eſt aliquid in fidem ſuam recipere. Cæſar 3. bell. Gall. Ipſi uerò nihil noctium iri, inq; eam rem ſe ſuam fidem interponere. Interponere poſtulata, eſt proferre ea quæ quis ſibi poſtulet concedi. Cic. 8 Philipp. Poſtulata hæc ab eo interpoſita ſunt, quominus quod opus eſſet ad bellum, à nobis pararetur. Interponere ſe rei alicui, eſt ſe immiſcere. Cic. in Diuin in Verrẽ, Cur te interponis inuitiſſimis his, quibus maximè lex conſultum eſſe uult?

Interpõſitus, a, um, participium. παρεμβληθὶς. [Ital. Poſtetra due. Gall. Interpoſé, mis entredeux. Hiſpanic. Entrepueſto. Germ. Darzwüſchen geſetzt.] Plinius libro decimooctauo, cap. 16. Interpoſitis quibuſdam diebus. Hoc eſt interiectis, uel intermiſſis.

Interpoſitus, us, ui, maſcul. gen. quartæ declinationis, idem quod interpoſitio. παρένθεσις, παρεμβολὴ. [Ital. Interpoſitione. Gal. Interpoſement, aſſiette entredeux. Hiſpa. Aquel entreponer. Ger. Einhin ſetzung, darzwyſchen ſetzũg.] Cicero 2. de Natu. deor. Tum ipſa incidens in umbram terræ, quum eſt e regione ſolis, interpoſitu interſectus terræ repẽte deficit. De luna.

Interpoſitio, onis, f. c. Inſertio, interiectio. παρένθεσις. [Italic. Intraponimento di una coſa tra due. Galli. Interpoſition, entrelacement. Hiſp. Aquel entreponer. Ger. Darzwyſchen ſetzung.] Cic. de Inuen. Quæſtionẽ autem eam appellat, quæ habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam, ſine certarum perſonarum interpoſitione. ¶ Interpoſitio, proiis quæ lineis ſuperſcribi, & inſcribi ſolent, dum aliquid emendatur. Cic. ad Tironẽ li. 16. Tu iſtic, ſi quid librarii mea manu non intelligẽt, monſtrabis. Vna omnino interpoſitio difficilior eſt, quam ne ipſe quidẽ facilè legere ſolco, de quadrimo Catone.

Interprẽmo, penult. corr. Comprimo, uel premendo collido. συμπιέζω. [Ital. Rinchiudere, premere tra due. Gall. Entreſerrer, entrepreſſer. Hiſpa. Apretar entredos. Ger. Zwyſchen etwas zuſammen klemmen.] Vnde interpremere fauces, eſt faucibus compreſſis ſpiritum intercludere. Plaut. in Rudi. Aedepol, infortunio hominẽ præclarè donabilẽ. T. Qui ſcelestus fauces interpreſſerit.

Interprẽs, tis, omnis gen. ter. Eſt qui in aliqua re agenda medius eſt, & ueluti conciliator, & autor. ἐρμηνεὺς, πρόξενος. [Italic. Interprete Gall. Truchement, interprete Hiſpanic. Truiaman ò faraute de lenguas, el que declara lo eſcuro. Germanice Ein ſcheidmann: item, Ein dolmetſch.] Virg. 4 Aeneid Tuiq; harum interpres curarum, & conſcia Iuno. Interpretes ab Aſconio dicuntur per quos inducitur pactio. Quoniam uerò huiuſmodi homines, animos eorũ quibus dati ſunt interpretes, ſciſcitantur, & inuicem illi exponunt, factum eſt, ut interpres pro eo accipiatur qui ob-

qui obſcurè exponit. Virgil. 4. Aeneid. Troiugena interpres diuûm. Vbi Seruius, Interpres, auticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Cic. 1. de Diuin. Interpretes portentorum Galeotę in Sicilia nominabantur. Ibidē, Quorum omnium interpretes, ut grammatici poetarum, proximè ad eorum quos interpretantur, diuinationem uidentur accedere. ¶ Interpres item, qui uertit aliquid ex una lingua in aliam. Cicero de optim. genet. Orator. Nec conuerti ut interpres, ſed ut orator, ſententiis iiſdem, & earum formis, tanquam figuris, uerbis ad noſtram cōſuetudinem aptis.

Interpretor, aris. pen. correp. dep. pr. Expono, explico, explano. *ἑρμηνεύω*, *ἐξηγέομαι*. [Ital. Interpretare ſponere. Gall. Interpreter, expliquer, donner à entendre Hiſp. Trotamanear, declarar lo eſcuro. Ger. Auſslegen, verdolmetſchen.] Cic. 2. lib. Offic. Nec quicquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari uelis, quàm ſtudium ſapientiæ. ¶ Interpretari. pro iudicare. Cic. ad Attic. Quòd ſi auderem, Athenas peterem, ſanè ita cadebat ut uellē. Nunc noſtri hoſtes ibi ſunt, & te non habemus: & ueremur ne interpretentur illud oppidū non ſatis ab Italia abeſſe. Liu. 1. ab Vrb. Rectè, an perperam interpreter, fuerit iſta eius deliberatio qui bellum ſuſcepit. Interpretari memoriæ alicuius: hoc eſt, reducere in memoriam. Plau. Epid. Iniquè iniurius es. P. quid iam? M. quis tux memoriæ Interpretari me æquum cenſes.

Interpretatus, interpretata, tum, participium, Expoſitus, explicatus. *ἑρμηνευθείς*. [Ital. Interpretato, dichiarato. Galli. Interpreté, declaré. Hiſp. Declarado. Ger. Auſsgeleget, erklärt.] Cic. 2. de Leg. Veſta quaſi focus urbis, ut Græco nomine eſt appellata: quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus.

Interpretatio, onis, f. t. Expoſitio. *ἑρμηνεία*. [Ital. Interpretatione, dichiaratione. Gall. Declaration, interpretation. Hiſ. Obra de eruiamenear y declarar. Ger. Auſsleguug.] Cic. 1. Offic. Nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatio. Interpretatio, inquit autor ad Heren. lib. 4. eſt quæ non iterans, idem redintegrat uerbum, ſed id commutat quod poſitum eſt alio uerbo quod idem ualeat. ¶ Interpretatio. Coniectura & indicium. Liu. 2. ab Vrbe, Non crediderit factum, an tāmen animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio eſt facilis. Bud.

Interpretamētum, ti, n. ſ. Interpretatio. *ἑρμηνεία*. Gel. Ex quibus diuerſa Latinæ linguæ interpretamenta collegimus. Idem lib. 7. c. 18. Cuius Latinum interpretamētum ſcriptum eſt in libro Sempronii.

Interpunctus, interpuncta, ctum, Quod punctis diſtinctum eſt. *διαστολὴν ἔχων*, *διαστιχθείς*. [Ita Diſtincto con certi punti Gal. Diſtingoē par points. Hiſpan. Apartado con puntos. Mit punctē vnderſcheiden.] Cic. 1. de Orat. Sed & feſtiuitatem habet narratio diſtincta perſonis, & interpuncta ſermonibus.

Interpunctum, ti, neut. gen. Diſtinctio. *διαστολὴ* [Ital Diſtintione con punti. Gal Diſtinction par points. Hiſp. Apartamiento con puntos. Ger. Vnderſcheidung mit punctē.] Cic. 3. de Orat. Clauſulas, & interpuncta uerborum, animæ interclusio, & angustiæ ſpiritus artulerunt.

Interpunctio, onis, f. t. Idē quod interpunctum. Cic. pro Mur. res enim ſunt paruæ propè in ſingulis literis, atq; interpunctionibus uerborum occupatæ.

Interpūgare. *διακαθαίρειν*, *περικαθαίρειν*. [Ital. Cauare di quà & di là quel che è ſouerchio. Gal. Oſter par ci par la ce qui eſt mauuais & ſuperflu, farcler. Hiſpa. Quitar ò purgar de todas partes lo ſuperfluo. Ger. Eſeüberen.] Plinius libro decimooctauo, capite uigeſimoſexto, Ficus interpurgari, ſemina fieri.

Interputo, as, penultima correpta, a. p. Quaſi per circuitum putare & purgare *περικαθαίρω*. [Ital. Tagliare i piccioli rami de gli arberi Gall. Eſmonder, oſter & couper les petites branches des arbres Hiſpa. Podar los pequennos ramos del arbol Ger. Erhauwen uond abſeüberen die überflüſſigen äſt.] Columella libro tertio, Roſam frondibus ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales conuenit, per idem tempus quo & uiolam: ſed omnibus annis fodi ante Calendas Martias, & interputari oportet: hoc modo multis annis perennat.

Interquieſco, interquieſcis, interquieſcere, neutri generis, tertiæ coniugat. Idem quod quieſcere. *ἡσυχάζω*. [Ital. Ripoſare. Gallic. Se repoſer. Hiſpan. Holgar, quedarſe. Germa. Darzwiſchen ruwen.] Plin. in Epiſt. Iulio menſe quo maximè lites interquieſcunt, poſitis ante lectos cathedris, amicos collocaui. Cic. de Clar. Orat. Quum hæc diuiſſem, & paululum interquieuiſſem, &c.

Interrado, dis, penultima producta, a. p. Hinc illinc abrado. *ἀπαξίω*. [Ital. Radere d' ogni intorno. Gallic. Racler entre. Hiſpan. Raer en derredor. Germa. Hin vnd wider ſchaben vnd ſeüberen.] Colum. de Arbo. c. 19. Nam ſi ſpiſſæ poſueris neq; infrà quic quam ſerere poteris, nec ſic ipſæ fructuoſæ erunt, niſi eas interraſeris. Plin. lib. 15. cap. 1. Oleæ arrondentur, ſicut & uites, neq; etiam interradi gaudent. ¶ Interradere, pro exculpere, hinc illinc radere, & excauare. Plin. libr. 35. capite primo, de pictura, Nec tantùm, inquit, ut parietes tori operiantur, uerùm & interraſo marmore, uermiculatiſque ad effigies rerum animalium quę cruſtis. Budæus.

Interraſilis, interraſile, Idem quod interraſus, hoc eſt per interualla eraſus, & exculptus. *διαξυόν*. [Ital. Raduto d' ogni intorno. Gal. Raclē à l'entour. Hiſp. Raido en derredor. Ger. Darzwiſchen geſeylet oder geſchaben.] Plinius libro duodecimo, capite 19. Coronas ex cinamomo, interraſili auro incluſas.

Interrex, interregis, m. c. Dicitur is qui regis mortui munera fungitur, donec nouus rex creatus ſit. *μεσοβασιλεύς*. [Ital. Vicere la morte del Re. Gal. Viroy, un regent qui gouuerne cependant qu' il n' y a point de Roy. Hiſp. El uicerey ye tre rey y rey. Ger. Ein ſtatthalater eines Künigreychs zwiſchen des Künigs abſterbē vnd eines neüwen erwellung.] Hic autem magiſtratus introductus fuit poſt mortem Romuli. Nam quum inter Patres de Rege creando conuenire non poſſet, res ad interregnum rediit, placuitq; Rempoblicam à Patribus adminiſtrari, donec nouus rex creatus eſſet. Vide Liuium libro primo ab Vrbe. Cicero contra Rullum. L. Flaccus interrex legem de Sylla tulit, ut omnia quæcunque ille feciſſet, rata eſſent. Idem libro tertio Epiſtolarum; Ego omnibus unde petitur, hoc conſilii dederim, ut à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent.

Interregnum, interregni, n. ſ. Regni interuallum, & ſpatium temporis quouſq; in locum demortui Regis alius ordinatur. *μεσοβασιλεία*. [Ital. Tempo tra la morte di un re & la creatione di un altro. Galli. Le temps entre le treſpas d'un roy & la creation d'on nouueau. Hiſpa. Aquel medio tiempo de rey y rey. Germa. Die zeyt vnd weyl ſo ſich verlaufft von der abſterbung eines Künigs, zu der erwellung eines neuwen.] Cic. ad Atti. Nam permagni eius intereſt, rem ad interregnum non uenire. Idem ad Qu. frat. Res ſpectat ad interregnum.

Interritus, interrita, interritum, penultima correpta, Idem quod inperterritus. *ἀδεής*. [Itali. Che non ha paura. Galli. Aſſuré, qui n' a point de peur. Hiſ. El que no ha miedo. Ger. Vnerſchrocken.] Ouid 10. Metam. Quid quòd ineſt uirtus & mens interrita lethi? Idem 6. Metamor. ſola eſt interrita uirgo.

Interrogo, gas, a. p. Quæro, rogo. *ἐρωτάω*, *πυνθάνομαι*. [Ital. Interrogare, dimandare. Gal. Interroguer, demāder, enquerir. Hiſ. Preguntar reſpuesta. Ger. Fragen.] Cic. in Ora. ut in interrogando urgeat, & rurſus quaſi ad interrogata ſibi ipſe reſpondeat. Idem in Partit. Sic ego te uicißim eiſdem de rebus interrogem. Plautus in Pœnulo, Si exierit leno, ecquis hominem interrogem, Meos ſeruos ſi ad eum uenerit, necne.

Interrogatio, f. t. *ἐρώτησις*. [Ital. Interrogatione. Gal. Interrogation, demāde. Hiſ. Pregunta de reſpuesta. Ger. Ein frag.] id eſt, Petitio, & interrogatiuū, *ἐρωτηματικὸς*. Cic. de Fato, Rectè genº hoc interrogationis ignauū atq; iners nominatū eſt. Inſtare interrogationi, Quintilianus libro quinto, capite ſeptimo, Longius repetita interrogatio. Idem ibidem.

Interrogatiūcula, æ, dimi. *τὸ μικρὸν ἐρώτημα*, *ἐρωτημάτιον*. [Italicè. Picciola dimanda. Gallic. Petite interrogation, petite demande. Hiſpan. Pequenna pregunta. Germa. Ein frāglein.] Cic. in Para. Sed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. Idem 4. de Fin. Pungunt quaſi aculeis, interrogatiunculis angustis.

Interrogatoria ſunt, quæ facit pars teſtibus productis contra ſe, & dantur ſuper articulis, & formantur per circumſtantias cauſæ

tias uocis & personarum. Gloss. in c. præsentium, de Testib. libro sexto.

Interrumpo, interrumpis, actiu. ter. con. Medium abrumpo. *διαῤῥήγνυμι, διαῤῥήγνυμαι.* [Ital. Interompere, disturbare. Gall. Interrompre, destourner. Hisp. Interromper. Ger. Zerbrächen. In mitten durchbrächen.] Plancus Cicc. Pontes quos feceram, interrupi. Interrumpere ordinem, id est, confundere. Colum. lib. 11. c. 2. Interrumpere somnos, Interturbare, Plin. lib. 28. c. 4.

Interruptus, participium. *Διῤῥηγμένος, διῤῥωγώς* [Italic. Rotto, discontinuato. Gall. Interrompu, discontinué. His. Entrerompido. Germ. Zerbrochen, Zerrennt.] Amnis interruptus aquis, Lucan. lib. 2. Interrupta consuetudo, Intermissa, Cic. ad Cassium, Epist. lib. 15.

Interruptè, aduerb. Inciſè, uel cæsim, aut diuisè. *συντόμως.* [Ital. Diuisamente, separatamente, interrottamente. Galli. Par interruption, sans continuer. Hispa. Cortando, apartadamente. Germa. Zerrenter vnd vnordenlicher weyss.] Cic. 2. de Orat. Erit autem perspicua narratio, si uerbis usitatis, si ordine temporum conseruato, si non interruptè narrabitur.

Interscalmium, interscalmii, ne. s. Dicitur spatium illud in naui quod est inter scalmum & scalmum. *μεσοσκάλμιον.* [Itali. Spatio tra scalmo & scalmo doue s'appoggiano i remi. Gall. L'espace qui est entre les cheuilles d'un nauire. Hispa. El espacio entre remo y remo Germa. Die weite zwüschen den zweyen orten des schiffs in welche man die rüder legt.] sicut Interstitium, spatium duarum columnarũ. Est autem scalmus lignum illud ad quod remus inhæret, & circumflectitur.

Interscapilium, interscapilii. *τὸ μεταυχένιον.* [Ital. Spatio tra due spalle. Gallic. L'entredeux des espaules. Hispani. El cerro entre espalda y espalda. Germ. Die weite so da ligt zwüschen beyden schulteren.] Propriè est spacium illud in dorso quod inter scapulas est. Higinus in descriptione Vrsæ, In humero claram unam, in pede de posterioribus nouissimo duas, in summo interscapilio unam.

Interscindo, dis, a. t. Mediũ abrũpo, siue discindo. *Διαπόπτω.* [Italic. Fendere, tagliare per mezzo. Gall. Couper par le milieu. Hisp. Entrecortar. Ger. Zerschneiden, abwerffen.] Liu. 3. bel. Pun. Pontemq; interscinderẽt. Cic. 2. de Leg Nec quia nusquam erat scriptum, ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret, à tergoq; pontem interscindi iuberet. Lactant. de Opific. Labra ipsa quæ quasi antea cohærebant, quàm decenter interscindit. Liuius octauo bel. Puni. Nam & ipsa Chalcis, quanquam eiusdem insulæ orbis est, tamen adeo arcto interscinditur freto, ut ponte continenti iungatur.

Interscribo, interscribis, penultima producta, a. t. Inter uersus scribo, interpono, interscro. *παρεγγράφω.* [Ital. Scriuere di mezzo. Gall. Escrire entredeux Hispa. Escriuer entre medias. Ger. Darzwüschen schreiben.] Plin. Epist. 129. Poteris & quæ dixeris post obliuionem retractare, multa detinere, plura transire, alia interscribere, alia rescribere.

Interseco, as, pen. corr. 2 p. In partes secare. *Διατέμνω.* [Ital. Tagliare in pezzi. Gall. Entretailler. Hisp. Entrecortar. Ger. Zerschneiden.] Ad Heren. li. 3 Vt ipsa pronuntiatione res ipsas quas demonstrauimus, insecare, atq; intersecare uideamur in animis auditorum

Interscpio, pis, penultima producta, a. q. Velut sepibus quis bustã intercludo, uel iter in medio. *Διείργω, διαλαμβάνω.* [Ital. Intermezzare. Gallic. Enuironner & clorrede hayes, boucher. Hispan Distinguir entre partes. Germ. Vnderzeũnen, Mit einem hag vermachen.] Liu. 2 bell Maced. Per triduum insequens territauit eos, nunc præliis lacessendo, nunc operibus interseptendo quædam, ne exitus ad fugam esset. Interscpire urbem uallo, id est munire, Liu. 5. bel Pun. Lactant. de Opific. At id uelut pariete per medium ducto interscpit. Cicero pro Cor. Balb Ne interseptum sit huius iter perpetuò ad hoc amplissimum præmium ciuitatis.

Interseptum, Dicitur quicquid in re aliqua medium est, uel est cartilago illa quæ uelut paries intermedius nares diuidit: item septum illud transuersum quod uiscera uitalia separat à naturalibus. *Διάφραγμα* [Ital. Il mezo. Gal. Le milieu. Hisp. El medio. Germ. Ein vnderschlag das in mitten zweyer dingen ist.]

Interscro, seris, interseui, interſitum, pen. corr. a. t. In medio aliorum plantę, semino, inseruo. *παρεμφυτεύω, παρεμβάλλω.* [Ital. Piantare ò seminare fra altre cose. Gall. Planter ou semer entredeux. Hispan. Plantar ò sembrar entre medias. Germ. Darzwüschen säyen oder pflantzen.] Colum. de Re rust. lib. 3. c. 16. Coxquato deinceps pastinato malleolus ordinarius uiribus interserendus est. Idem libr. 8. cap. 17. Eæ congregantur interſitis buxeis, aut myrteis fruticibus. Ouidius decimo Metamorphos. - mediis interserit oscula uerbis.

Interscro, interseris, interseui, interſertum, a. t. Interpono, interiicio. *παρεμβάλλω, παρεντίθημι.* [Ita. Trametter, interporre. Gal. Entremesler, inserer parmi Hisp. Entreponer, entrexerir. Germani. Zwüschen setzen.] Plinius in Epistol. Prædia agris meis ultima, atque etiam interserta, uenalia sunt.

Interſisto, interſistis, interſistere, pro resistere in medio spatio. *Διίστημι τρίχωμα.* [Ita Fermarsi in mezzo, ò tra due. Gal. S'arrester au milieu, ou entredeux Hisp. Estar entre medias. Germa. Zwüschen einstehen.] Quint. lib. 8. cap. 4. Quia ultima prioris syllabæ litera, quia exprimi nisi labiis eorum non potest, aut interſistere nos indecentissimè cogit, &c. Item libro nono, capite quarto, Interſistentes clausulæ.

Interſistitur impersonal. lib. 9. c. 4. Tum longè per se, & uelut ultimæ syllabæ, aliquid etiam medii temporis inter uocales quasi interſistatur assument.

Interspiro, as, pen. prod. Perspiro, expiro. *Διαπνέω.* [Ital. Spirare, soffiare tradue. Gall. Souffler entre deux, respirer. His. Espirar y respirar. German. Durchaushin dempffen.] Cato, manu comprimito arina, ut combibant aquam marinam: ubi impleueris dolium, operculo opperito, reliquito quã interspiret.

Interspiratio, uerbale, f. t. *Διαπνοή.* [Itali. Respiratione. Galli. Respiration. Hisp. Respiracion. Germa. Erholung des athems.] Cicero 3. de Oratore, Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, &c. Plinius libro uigesimotertio, capite 1. A balneis raptim & sine interspiratione necat. De musto loquitur.

Interserno, nis, interiicio, intermisceo. *παρεμβάλλω.* [Itall. Interporre. Gall. Estendre ou coucher entredeux. Hisp. Entreponer. Ger. Zwüschen etwas ströuwen oder spreiten.] Iustin. lib. 1. Hoc Babyloniã condidit, murumq; urbi cocto latere circumdedit, arena, pice, bitumine interstrato. Plin. li. 19. c. 2. Alii hastulis tedæ subiectis, & subinde interstratis, oleo aspersam accendunt.

Interstinguo, guis, a. t. Distinguo. *Διαχίζω, κατακίζω.* [Itali. Distinguere, separare. Gal. Distinguer, separer Hisp. Apartar uno de otro. Germ. Vnderscheiden.] Statius tertio Syluarum, Spatia interstincta columnis. ¶ Interdum idem quod extinguo. Festus, Ignis Vestæ si quando interstinctus esset, uirgines uerberibus afficiebantur à Pontifice, Apuleius, Iamq; protinus oblisis faucibus interstinguere eam debuisset. Id est, animam intercludere, seu suffocare.

Interstitium, tii n. s. Spatiũ & distãtia inter aliqua. *Διάστημα.* [Ital. Spatio, distanza. Gal. L'entredeux de quelq; chose ce soit, interualle. Hisp. Espacio entremedias. Germ. Die weyte zwuschen zweyen dingen.] Macrobius, Quum quatuor sint elementa, ex quibus constant corpora: terra, aqua, aer, & ignis, tribus sine dubio interstitiis separantur: quorum unum est à terra usq; ad aquam, ab aqua usq; aera, sequens: tertium, ab aere usq; ad ignem. Higinus, Quod ab eo sidere paruo interstitio differt. ¶ Interstitium Lunæ, idem quod interlunium, seu coitus Lunæ cum Sole quo tempore q; superiore parte tantùm illustretur, à nobis cerni non potest. *σύνοδος.* Apul. Difficultas itineris, ac globosi sideris interstitium.

Interstitio, onis, f. t. Intermissio, cessatio, uacatio. *Διάλειψις.* [Ita. Vacatione, cessamẽto. Ga. Relache, cessation, uacatiõ. His. Cessamiẽto. Ger. Vnderlassung.] Gel. lib. 20. c. ult. Quãdo animus eorum, interstitione aliqua negotiorũ data, laxari indulgerique potuisset. Idem lib. 20. c. 1. Velut quoddam interstitium, id est iuris inter eos quasi interstitionem quãdam & cessationem.

Interſto, as, inter aliquid intercedo. *Διίστημι.* Vnde Interstantia, & interstitium.

Interstrepo, is. Strepitum inter alios emittere. *μεταξὺ κτυπέω, διακτυ-*

win, διαφορία. [Ita. Far ſtrepito tragl'altri. Gal. Faire bruit entre autres ou parm. Hiſpanicè, Hazer eſtruendo entre otros. Germanicè, Vnder etwas rauſchen oder tõſen.] Virgil. 9. Aeglog Digna ſed argutos interſtrepere anſer olores Quo ramen in loco uidetur rectius legi poſſe, Inter ſtrepere, diuitis dictionibus: ut ſit ordo, ſtrepere inter argutos olores.

Interſtringo, interſtringis, Comprimo. *συμπίεζω.* [Ital. Stringere. Gall. Eſtreindre, ſerrer entre quelq choſe. Hiſp. Eſtrennir ò apretar. Germ. Zůſammen ſtricken oder truckẽ.] ut, Interſtringere gulam, id eſt, ſuffocare, uel strangulare. *τραχηλίζω* Plaut Aul. Ibo intrò, atq illi tuo ſocieno iam interſtringam gulam.

Interſtrŭo, interſtruis, Simul inter ſeſe conſtruo, compto, compono. *συνεπαίρω, συντάττω.* [Ita. Mettere inſieme, compor re. Gall. Baſtir. & conioindre pluſieurs choſes enſemble. Hiſpan. Componer ò ordenar iuntamente. Germ. Zůſammen ſetzen oder fügen.] Silius libro decimo, - Theleſinus ad oſſa Illiſo fazo quâ ſpina interſtruit artus, Occumbit.

Interſum, Praeſens ſum, adſum. *παρῆμι.* [Ital. Eſſere preſente. Gall. Eſtre preſent, ſurvenir Hiſpa. Entrevenir. Ger. Zůgegen ſein.] Cicero Lentulo, Quæ hic geruntur, accipies ex Pollione qui omnibus negotiis non interfuit ſoldm, ſed etiam præfuit. Idem de Senectute, Sæpe interfui querelis meorum æqualium. ¶ Significat etiam differre, diſcrepare. *διαλέγεσθαι.* Teren. Eunu. Stulto intelligens quid intereſt? Vide Intereſt.

Intertextum, interteti, neut ſec. Quod in medio textum aliquid habet *παρύφαντον.* [Ital. Teſſuto in mezzo, che ha qualche coſa teſſuta di mezzo. Gallic. Entretiſſu, pourfilé, brouché Hiſp. Coſa texida entremedias Germa. Zwůſchen welches etwas eingewében iſt. Geſtickt.] ut Clamys inter texta auro, eſt chlamis ſerica quæ aurũ habet inter biſſum translucens à Phrygionibus intextum: quod genus veſtiũ à Suetonio in Augur. Phrygiæ uocantur. Vulgus hodie uocat *Brocatas.* Quin lib 8. c. 5. Neminem decet intertexta pluribus notis veſtis.

Intertrăho, intertrahis, Eripio, aufero. *ἁρπάζω.* [Ital. Rapire, leuar uia. Gall. Arracher d'entre ou de parmi Hiſp. Quitar alguna coſa de lugar, arrebatar. Germ. Einziehen oder auſziehen.] Plaut. in Amph. Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

Intertrigo, penultima product. huius intertrigenis, f. c. nomẽ ab interterendo deductum. Eſt id malum quum ſimul mẽbra interteruntur, & confricantur, accedentq; ſudore excoriantur: quod mali genus in fœminibus maximè ſolet accidere, quum ſcilicet equitantium, uel pedibus incedentiũ femina atteruntur, aduruntur q, *παράτριμμα.* [Ital. Scorticatura de piedi per lungo camino. Gall. Entretail, bleſſure ou eſcorchure des piés quand on s'entretaille en chemi nant. Hiſp. El ſahorno del ſudor. Germa. Der wolff in dem hinderen oder einem anderẽ glyd, Ein abgegiffeter bletz von der haut.] ¶ Dicitur etiam intertrigo in mentis, quo m uitioſo ingreſſu calces, aut etiam ſuffragine atterun tur. Colum. libro ſeptimo, Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida, mox d ecocto ac trito ſale, cũ adipe deſiccatur.

Intertrimentum, ti, n. ſ Quid ſit declarat Varro lib. 4. de lin. Latina. Detrimentũ (inquit) à detritu dicitur, quòd ea quę trita ſunt, minoris pretii ſunt. Ab eadem mente intertrimẽtum ab eo, quòd duo quæ inter ſe trita ſunt, etiam diminuta ſunt *βλάβη.* [Ital. Danno. Gall. Perte, dommage, dechet. Hiſp. Danno Germ. Ein abgang oder ſchad.] Terentius in Heaut. Nunc quum ſine magno intertrimento non poteſt Haberi, quidnis dare cupis. ¶ Intertrimentum pro evanida argenti parte, quæ ex incoctione deperit, accepit. Liuius li. 5. bell. Maced. Carthaginenſes eo anno argentum in ſtipendium primum impoſitum adoexerunt: id quia probũ non eſſe Quæſtores renunciauerunt, experientibuſq; pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua ſumpta, intertrimentum argenti ſuppleuerunt. Cic. 1. Verr. poſuit pro communi iactura, quæ accidit in conficiendo aliquo negocio. L. Rabonio (inquit) eidem Caſtoris tradi oportebat. Is caſu lunii pupulli tutor erat teſtamento patris. Cum eo nullo intertrimento cõueneral iam quemadmodum traderetur. Aſconius. Detrimentum unius partis eſſe poteſt: intertrimentũ uerò dantis & accipientis. Secundum quod Cicero interterimentum pro communi conficiendi alicuius negotii iactura poſuit. Bud.

Interritura, turæ, Idem quod intertrimentum, hoc eſt damnum, & propriè in auro, argento, aut veſtibus, quorum pretium uſu atq attrectatione imminuitur. *βλάβη.* Scæuola de Pig. actio. l Pignori. Quæro, Intertrituram quæ ex operis facta eſt, unum, &c.

Interturbo, a. p. Valde turbo, ſeu aliquid aut agentem, aut decentem interpello. *διαταράττω, παρενοχλέω, διωθέω.* [Ital. Diſturbare. Gal. Deſtourner Hiſpa. Eſtorvar. German. Verwirren, Einen vorũwig machen der etwas anders zũ ſchaffen hat.] Plaut. in Bacch. Ne interturba: imperatum iã in cera eſt. Terentius in Andria, Davus interturbat omnia. ubi Donatus, Hic inter, auctiua particula eſt, adeo ut non pro media ſignificatione ſit, ſed qua maiorem habet non poteſtatur, interfectus.

Interturbatio, onis, *διατάραξις.* [Ital. Turbamento, diſturbo. Galli. Diſtourbier. Hiſpa Eſtorvamiento. German. Betrũbung, Vorũw.] Liuius 5. bel. Pun. Ipſiq valetudinem excuſans patri, animi quoq eius mirabilem interturbationẽ quum quæreret, &c.

Interuasco, cas, penultima correpta, In medio uacuus manco. *διακενῶμαι.* [Ital. Reſtare uacuo in mezzo. Gall. Eſtre uuide & uacant entredeux. Hiſpan Ser uazio entremedias. Zwůſchen lär ſein.] Colum. lib. 5. Bulbus tripedaneis inter uacantibus ſpatiis obrutos, anno celerius maturam pernicem præbet.

Interuallum, Interualli, neut. ſ. Spatium quod eſt inter palos uallum caſtrenſe conſtituentes: à quo omne ſpatium inter uallum eſt nuncupatum. *διάστασις, διάστημα.* [Ital. Interuallo, ſpatio. Gall. Interuallo. diſtance, eſpace. Hiſp. Eſpacio de tiempo ò lugar Germa. Ein iede weite zwůſchen etwas eigentlich aber zwůſchen den pfälen.] Plin. lib. 2. cap. 22. Septem dierum interuallo taxato. Cic. ad Caſſium. Primũ ut te, quem iamplurimi facio, tanto interuallo uideré: deinde ut tibi, &c. Ex tanto interuallo. Cicero ad Caſſium, Cui ex tanto interuallo rem defuctã uſurparetur. Longo interuallo. Cic. 8 Verr. Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter, non Dionyſius, &c. Quod etiam dicitur, longo pôſt tẽpore.

Interuallatus, a, um, Quod poſt certa temporum interualla reuertitur. *περιοδικός.* [Ital. Che va & ritorna. Gal. Qui va & reuient. Hiſp. Que tiene eſpacio entre ir y tornar. Germa. Das mit vnderſchlahung oder vnderleybung wider kommet.] ut, Interuallata febris, quam intermittentem, & reuertentem uocamus. Gell. lib. 17. c. 12. Hæc biduo medio interuallata febris.

Interuello, is. 4. t Paſſim è medio aliorũ euello. *παρατίλλω.* [Ital. Stirpar dimezzo. Gall. Arracher d'entre les autres. Hiſpan. Arrancar entremedias. Ger. Zwůſchen außrupffen.] ut quum aut lolium è tritico, aut canos è barba, aut capillos euellimus. Palladius, Si ſpiſſa ſunt, interuelles aliqua ut cætera roborentur. Plautus in Amphitryone, - nec ego infelix homo fui Qui non alias interuelli, uolucrem uocẽ geſſito.

Interuenio, interuenis, penultima correpta, n. q. In medio negotio, quaſi ex inſidiis ſuperuenio, & opprimo in ipſo actu eos qui rem celatam uellent. *ἐπέρχομαι, ἐπιφαίνομαι.* [Ital. Sopra uenire, interuenire. Gall. Entrevenir. ſorvenir. Hiſp. Entrevenir. Ger Darzwůſchen oder darzů kommẽ.] Terentius in Adelphis, Interuenit homo de improuiſo. ¶ Accipitur etiam aliquando pro intereſſe. *παραγίνεσθαι.* Cic. Quod non eſſet factum, ſi ipſe interueniſſem. ¶ Interuentum eſt, impersonale. Teren. Heau. Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri.

Inuictus, a, um, Qui uinci non poteſt. ἀνίκητος. [Ital. Inuitto, che non ſi può uincere. Gall. Inuincible, qu'on ne peut uaincre ne ſurmonter. Hiſp. Coſa nunca uencida. Ger. Vnüberwindtlich.] Cic. pro Marce. Rectè igitur unus inuictus es, à quo etiam ipſius uictoriæ conditio, otiq; denicta eſt. Inuictum ſe à labore præſtare, id eſt, indefeſſum. ἀκάματος. Cic. 1. Offic. Nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, uinci à uoluptate. Armis inuictus Annibal, Cic. 3. de leg. Agr. Dux inuictus, Oui. 4. Triſt. eleg. 2.

Inuideo, ſecunda ſyllaba correpta, n. ſ. Ex alicuius rebus ſecundis

cundis dolore afficior. φθονῶ, βασκαίνω. [Itali. Hauer inuidia, inuidiare. Galli. Auoir enuie, estre marri du bien qu'a un autre. Hisp. Hauer embidia. Germ. Verbünnen, verbünstig sein. [Tractum à nimis uidendo, teste Cic quòd oculos, & animum in eos quibus inuidemus, continuè intentos teneamus. Vnde etiam cum accusatiuo constructum inuenitur. Ouid. Epist. 15. Troadas inuideo. ¶ Sæpius tamen cum dativo. Cic. pro Cor. Balbo, Est huius seculi labes quædam & macula, uirtuti inuidere. Idem 6. Philipp. Nemo alterius qui suæ confidit uirtuti inuidet. Interdum cum utroq; cũ dativo scilicet personæ, & accusativo rei. Virgil. 7. Aegloga, Liber Pampineas inuidit collibus uuas. Idem 8. Aenei. Sed mihi tarda gelo, seclisq; effœta senectus Inuidet imperium. Sic etiam deceater dicimus, Inuideo tibi doctrinam. φθονῶ σοι τὴν λόγων. Fortuna inuidet diuitias. Plin. Ne quo ego (ut multi) inuideo aliis bonum quo ipse careo. Apul. Mihi fortuna inuidias inuidit. Cice. 5. Tuscul. Vt nobis optimam naturam inuidisse uideantur. ¶ Sunt qui dicãt. Inuidere aliquando accipi pro non uidere, adducẽtes illud Ciceronis ex 2. lib. de Oratore, Itaq; ne hoc possim dicere, me omnino ignorare quid possideam, neq; planè nosse atq; inuidere. Quo tamen in loco, ut in plerisq; aliis, decepti sunt corruptis exemplaribus, qui Dictionarium hoc conflarunt. Nam in hoc loco apud Ciceronem, Inuidisse legendum est, non inuidisse. ¶ Eius passiuum est inuideor. φθονοῦμαι. Horatius in Arte poetica, Ego cur acquirere pauca Si possum, inuideor? ¶ Aliquando etiam legitur Inuidetur impersonaliter. Plau. in Trucul. Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis. Nam inuidere alii bene esse, tibi malè esse miserũ est. Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem habent.

Inuidia, æ. f. p. Mœror ex aliena prosperitate. φθόνος βασκανία. [Ital. Inuidia. Gall. Enuie, haine & male grace. Hisp. Embidia, ò odio, ò enemistad. Germ. Vergunst.] Cicero 14. Philipp. Hæc interposui P. C. ut quosdam monerem, uti excellentium ciuium uirtutem imitatione dignam, nõ inuidia putarent. Horat. 1. Epist. 2. Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. ¶ Est autem inuidiæ uocabulum ambiguum, quod tam in eum cadit qui inuidet, quàm in eum cui inuidetur. Inuidentia autem actiuè solùm accipitur. Cicero 4. Tuscul. Ab inuidendo inuidentia rectè dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod uerbum dictum est à nimis uidendo fortunam alterius. Cadit enim in utrunq;, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Et paulò antè, Aegritudini subiicitur inuidentia: tenendum est enim decendi causa uerbo minus usitato, quoniam inuidia non in eo solùm qui inuidet, dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur. ¶ Aliquando pro odio & malevolentia sumitur, ut siquis calamitates suas referat, ostendens, ut autori calamitatum concitet odium exterorum, tunc dicitur inuidiam facere, uel uocare, uel adducere in inuidiam. Quin. Nec ei tot scelerum commemoratione cõcitarem inuidiam. Teren. And. ita ut Sine inuidia laudẽ inueniat, & amicos pares.

Inuidiola, diminutiuum. τὸ φθονάριον, ὁ μικρὸς, καὶ ἐν τέλει φθόνος. [Ital. Picciola inuidia. Gallicè, Petite enuie. Hispan. Pequenna embidia. Germanic. Ein vergünstlein.] Cic. Quum nescio quid inter eos inuidiolæ exortũ fuisset.

Inuidentia, inuidentiæ, fœm. primæ declin. Aegritudo animi, ex alterius rebus secundis suscepta, quæ præsertim nullam iacturam afferunt inuidenti. φθόνος. [Ital. Inuidia. Gall. Enuie. Hisp. Embidia. Ger. Vergunst eines anderen wolfart.] Huius aũt antitheton est misericordia. Cic. 4. Tusc. Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. Ibidem, Ab inuidendo inuidentia rectè dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod uerbum dictum est à nimis uidendo fortunam alterius, cadit enim in utrunq;, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Vbi inuidentiam potius quàm inuidiam dicere maluit, tãquam inuidentia inuidi sit, inuidia utriusq;, tam eius qui inuidet, quàm eius cui inuidetur. Sed in frequenti usu est inuidia magis, quàm inuidentia, apud doctos indoctosq; indiscriminatim. Inuidia distat ab odio, quòd inuidemus fortunato, odimus uitiosum, inuidiam profiteri erubescimus: odisse palàm, decorum est, inuidia hominum tantùm est, odium reliquarum etiam animantium, ut inquit Plut. in lib. de Inuidia & Odio.

Inuidos penult. corr. m. f. Qui alicui inuidet, hoc est qui ex alterius prosperitate dolore afficitur. φθονερὸς, βασκανος. [Ital. Inuido. Gall. Enuieux. Hisp. Embidioso. German. Vergünstig.] Horatius, Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Plinius in Paneg. Alienisq; uirtutibus tunc quoque inuidus.

Inuidè, aduerbium, Idem significans quod ex inuidia, uel instinctu inuidiæ. φθονερῶς. [Ital. Inuidamente. Gall. Enuieusement, par enuie. Hisp. Embidiosamente. Ger. Vergünstiglich.] unde inuidè aliquid facere dicitur is qui inuidia ductus aliquid facit quod alterius aut laudi aut prosperitati obfuturum arbitratur.

Inuidiosus, a, um. propriè is dicitur cui inuidetur. ἐπίφθονος. [Ital. A cui si ha inuidia, chi è inuidiato. Gall. Enuié, plein d'enuie: à qui on porte enuie. Hisp. Cosa de que se ha embidia. Germ. Vollen vergunst von anderen hãt, Dem man vergünstig ist.] Ouid. 11. Meta. Pactolumq; petit, quàquam non auarus illo Tempore, nec rariis erit inuidiosus arenis. Sic potentia & opes, inuidiosæ dicuntur. Cic. pro Cor. Balbo, Pecunia L. Cornelii neq; inuidiosa est, & quotacunq; est, &c. Hoc est, non est tanta ut merito ei quis possit inuidere. ¶ Inuidiosum etiam dicitur quod inuidiam, hoc est odium alicui conciliat. Cic. de Leg. Agrar. contra Rull. Qui possessiones inuidiosas tenebant. Idem ait de Inuent, Hoc ubi inuidiosum futurum est. Idem de Amicitia, Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum. Inuidiosus etiam actiuè accipitur (ut quidam uolunt) pro inuido. hoc est, pro eo qui inuidet. Ouidius decimoquinto Metamorphos. Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uetustas Omnia destruitis. Quo tamẽ in loco non absurdè uetustas inuidiosa accipi potest, hoc est, odiosa, cuiq; omnes malè cupiunt.

Inuidiosè, aduerbium: ut, Inuidiosè aliquid dicere, uel facere, est eo animo quippiam dicere uel facere, ut aliquem in inuidiam, hoc est, in odium adducamus. ἐπιφθόνως. [Italice. Per rendere odioso. Gallice. Par enuie, pour mettre en male grace. Hisp. Embidiosamente. Germ. Vergünstiglich.] Cicero 4. Acad. Num minus hæc inuidiosè dicuntur? Idẽ pro Mil. Cantiones illæ quibus inuidiosè potentiam meam criminabare.

Inuigilo, as, pen. cor. n p. Cum cura & solicitudine uigilo, uel rei alicui incumbo. ἐπιμελοῦμαι. [Ital. Vegglare. Galli. Veiller. Hisp. Velar ò trabaiar. Germa. Vuachbar obligen.] Colum. lib. 10. c. 10 Inuigilate uiri: tacito nam tempora gressu Diffugiunt, nulloq; sono cõcutitur annus. Virg. 4. Geor. Namq; alias uictum inuigilant, & fœdere pacto Exercentur agris.

Inuinius, m. f. Abstemius, quasi sine uino. ἄοινος. [Ita. Che nõ bee uino. Gal. Qui ne boit point de uin. Hispan. El aguado. Ger. Vnweinig, Der kein weintrincket.] Sicut Inuius, sine uia. Qui enim uinum non bibit, inuinius dicitur. Apu. lib. 11. Nec ullum animal essem, & inuinius essem. Vox noua est, & ut pleræq; aliæ, asino Apuleii aptissima, qui rudere interdum maluit, quàm loqui.

Inuiolabilis, inuiolabile, omnis gen. ter. declinat. Quod uiolari non potest, aut uulnerari. ἄβιαστος. [Italice. Che non si pod uiolare. Gall. Inuiolable. Hispa. Cosa que no puede ser corrumpida. Ger. Vnuerletzlich.] Sil. li. 16. uelut inuiolabile telum Sert abant, sacrumq; caput.

Inuiolatus, inuiolata, inuiolatum, Integer, incorruptus, illæsus. ἀμίαντος, ἀδιάφθορος, ἀμόλυντος. [Ital. Inuiolato. incorrotto. Gal. Non uiolé ne gasté. Hispa. No corrumpido. Ger. Vnuerletzt, vnuerseert, vngeschändt.] Cice. pro Rab. Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium. Romanorum defendo seruari oportere. Idem pro Sest. Omnino inuulnerati, inuiolatiq; uixerunt. Colum. lib. 12. c. 1. Quæ domum autem inferentur diligenter inspicere, ne delibata sint, & ita captorata atq; inuiolata recipere.

Inuiolatè, aduerbium, incorruptè. ἀνυβρίστως. [Italicamente, senza corruttione. Gall. Entierement, sans corruption, inuiolablement. Hisp. Enteramente, non podiendo ser corrompido. Germanic. Vnuerletzlichen, Gäntzlich.] Cicero de Senectute, Memoriam nostri piè, inuiolatèq; seruabitis.

Inuiso, is, ere, n. t. Idem quod simplex uiso, nisi quid addat compositio uehementiæ. ἐπισκοπῶμαι. [Italice. Andare à

uedere. Gall. Aller uoir, uiſiter. Hiſpan. Yrà uer alguna coſa. Germ. Beſúchen, Beimſúchen.] Cice. ad Atti. lib. 1. Et ne iam inuiſas nos, non ſoldm rogo, ſed etiam ſuadeo. Virgil. 1. Georg. Incertum eſt, urbiſne inuiſere Cæſar, Terrarumq; uelis curam.

Inuiſus, a, um, Non uiſus. ἀθέατος. [Ita. Non uiſto. Gal. Qu' on n'a point, ueu. Hiſpan. No uiſto. Germ. Vngeſéhen.] Cic. de Aruſp. reſpon. Occulta & maioribus non inuiſa ſo lùm, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruerrit. Aliàs ponitur pro odioſo, ſeu pro odio habito, & quem æquo animo uidere non poſſumus. μισητὸς. [Ital. Odioſo, uedoto mal uolentier. Gall. Odieux, hay, qu' on ne uoit point uolontiers. Hiſp. Coſa odioſa y aborreſcida. German. Verhaſſt, Das man ſchier nicht anſehen mag.] Cic. pro lege Manilia, Ne aut inuiſa diis immortalibus oratio noſtra aut ingrata eſſe uideatur. Plaut. in Merca. Ego me obi inuiſum meo patri eſſe intelligo Atq; odioſum, &c. Cic. 2 Off. Quò enim quis uerſutior & callidior eſt, hoc inuiſior, & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. Plinius libro octo ſimoſecundo, capite decimotertio, Vrtica quid eſſe inuiſius poteſt? Plin. Epiſt. ult. Cuius mortem inimiciſſimus, ipſi inuiſiſſimus fuerat.

Inuito, inuitas, penultima producta, Ad cœnam epulaſue ad uoco. παρακγέλλω, προσκαλέομαι. [Ital. Inuitare. Gal Inuiter. Hiſp. Combidar. Germ. Laden, Zú gaſt laden.] Cicer. 1. Offici. Et ſimul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in poſterum diem Inuitare in hoſpitium, & hoſpitio. Liu. lib. 8. Punic. Vt eos per idoneos homines benigno uultu ac ſermone in hoſpitium inuitatos, ſopitoſq; uino, necarent. Cic. 11. Philipp. Poſſeſſiones enim ſunt P. Clodii, tota familia occurret, hoſpitio inuitabit propter familiaritatem notiſſimam. ¶ Inuitare aliquem poculis maioribus, eſt propinare, & ad largius bibendum prouocare: quod Cicero dixit Maioribus poculis poſcere. Plautus Rudente. Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit. Sic inuitare ſe, eſt ſeipſum ingurgitare nullo urgente. Plautus ibidem, Mira ſunt, niſi ſe inuitauit in cœna plusculum. ¶ Per translationem inuitare accipitur pro allicere, attrahere, & incitare. ἐπάγειν, Cicero de Senectute, Ad quem fruendum non modò non retrahit, uerumetiam inuitat atq; illectat ſenectus. Virgilius 1. Georgic. Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit.

Inuitatus, us, m. q. Inuitamentum, & inuitatio, Illectamentũ, incitatio, allectio, prouocatio. πρόσκλησις, ἐπάγιμον. [Ital. Inuitamento, allettamento. Gal Inuitation, ſemonce, conuoy. Hiſpa. El combite Ger. Ladung, reitzung] Cicero Cæſari, Mitto ad te Trebatium, atq; ita mitto, ut initio meo ſponte, poſt autem inuitatu meo mittẽdum duxerim. Idem in Hortenſio, Voluptates autem nullas ad res neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus. Idem pro Planco. Is autem qui uerè appellari poteſt honos, non inuitamẽtum ad tẽpus, ſed perpetuæ uirtutis eſt præmium. Idem ad Atti. lib. 9. In Epirum uerò inuitatio quàm ſuauis, quàm liberalis, quàm fraterna?

Inuitabilis, bile, om. c. Pellax, blandus, delectabilis, iucundus, ἐπαγωγὸς. [Ital. Dilettenole, coſa che inuita, che adeſca. Gall. Allichant, attrayant. Hiſp. Lo que attrahe halagando, ò que da plazer. Germ. Anreitzig, Kurtzweylig] Gellius libro decimotertio, capite undecimo, Sermones iucundos, & inuitabiles, & cum quadam illecebra & uoluptate utiles. Interdum etiam inuitabile dicitur quod uitari non poteſt, ἀλίσκεσθαι, ἄλυκτον, quod frequentius uſitatiusq; ineuitabile dicimus.

Inuitus, a, um, Qui non libenter, ſed tergiuerſans, contra uoluntatem, & repugnãs aut coactus aliquid facit. ἀβούλητος. [Ita. Suo malgrado, cõtra ſua uolontà. Ga. Qui fait à regret maulgré ſoy & enuy, contraint. Hiſp. Coſa contra ſu uoluntad. Germ. Vngern, unwillig.] Cui contrarium eſt libens. Terent. in Andria, Feci hodie, ut fierent inſperante atq; inuito Pamphilo. Idem in Heau. Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet, Quam inuitus facias. Autor ad Herennium. Sin eſt probus, cur talem inuitam inuitum cogis re' inquere?

Inuitè, adverbium, Non libenter, coactè. ἀκουσίως. [Ital. Contra uoglia, mal uolentieri, à mal grado. Gall. Enui, à regret, Hiſp. Contra ſu uoluntad. Ger. Vngern, Mit unwillen.] Cicero ad Attic. lib. 8. Inuitè cœpi Capuam, non quòd minus illud defugerem, &c. Idem 1. de Oratore, Quem ego paulò ſciebam uel impudentius, uel inuitius (nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſius) ad hoc genus ſermonis accedere.

In uniuerſum, Vniuerſaliter. ὅλως, καθόλου. [Ital. & Hiſp. Generalmente, uniuerſalmente. Gall. Generallement, uniuerſellement. Ger. Vberal.] Quintil. In uniuerſum autem præcipiè, id eſt, generaliter.

Inuius, inuia, inuium, Quod eſt ſine uia, & per quod iri non poteſt. ἄπατος, ἀδιέξοδος, ἄβατος. [Ital. Senza uia, oue non ſi può andare. Gallic. Sans chemin, par ou on ne paſſe pas aiſement. Hiſp. Coſa ſin camino ò no paſſadera. Germ. Vnwágig, unwágſam, ungebanet.] Plinius lib. 12. c. 14. Saba regio nudis rupibus inuia. Virg. 4. Aen. Poſtquam altos uẽtũ in montes, atq; inuia luſtra. Inuii ſaltus, Liu. 9. ab Vrbe. Inuia, ſcilicet loca, ad quæ accedi non poteſt, aut ad quæ uel per quæ difficillime accedit ur, quæ Græci ἄβατα uocãt quaſi inacceſſa, uel inacceſſibilia. Ouid. 5. Faſt. Et non acceſſis inuia fluminibus.

Inula, f. p. Herba eſt folia ferens herbaſci foliis non diſſimilia, ſed anguſtiora & oblongiora, radice ſubcandida, ad Ruſſũ colorem nonnihil tendente, ex qua gratiſſimum condimẽtum fieri ſolet, Iuliæ Auguſtæ quotidiano cibo maximè illuſtratum. ἐλένιον Dioſcoridi. [Ital. Enola, enoa. Call Enule campana, aulnée. Hiſ. Raiz de alla. Germ. Alantwurtz.] Rationem autem eam condiendi docet Colu. lib. 12. c. 41. Vulgus Enulam campanam uocat.

Inultus, inulta, inultum, Impunitus, Non uindicatus. ἀτιμώρητος, ἀτιμώρητος. [Ital. Non uendicato. Gal. Qui n'eſt point uengé Hiſp. Coſa no uengada de iniuria Germ. Vngerochen.] Cic. pro Cluen. Cur hunc eſſe inultum tam diu ſinis. Cic. 1. de Diuin Mortem ſuam ne inultam eſſe paterer. Terentius in Andria, Ego pretium ob ſtultitiam fero, ſed inultum hoc nunquam auferet. ¶ Interdum etiam inultus de eo dicitur qui accepit iniuriam, de qua nulla ſumpta eſt uindicta. Ouidius 4 Faſtor. Nos hæc patiemur inulta. Virgil. 2. Aeneidos, Nunquam omnes hodie moriemur inulti.

Inũmbro, as, are, a p. Eſt regendo umbram facere, & quod dicitur oppacare. ἐπισκιάζειν. [Ital Far' ombra, adombrare. Gall. Vmbrager, faire umbre à quelque choſe. Hiſpa. Hazer ſombra à otra coſa. Germ Beſchattigen, oder überſchattigen] Colum. li. 4. cap. 14. Nam uitis frequenter ſolum exercedum eſt, dũ id incremento ſuo uites inumbrent. Virgil. Aen. Inſtructoſq; toros obtento frondis inumbrat. ¶ Per metaphoram tamen ponitur pro tueri atq; defendere: quæ translatio ſumpta eſt ab arboribus quæ ſua umbra noſ tũ tur ab iniuria ſolis.

Inuncо, as, a. p. Rapio, & quaſi uncо ad me. ἁρπάζω, ἁρπαγῆναι. [Ital. Arrampinare. Gal. Acrocher Hiſp. Arrebatar. Germ. Zúhin hacken, Als mit einem hacken einwũſchen] Lucilius, Aut qui nummos triſtis inuncat. Colum. lib. 7. cap. 3. Tum etiam quotidie minuitur lana, quæ quanto prolixior in pectore concreſcit, tanto magis obnoxia eſt robi quibus uelut hamis inuncata, à paſcentium tergoribus auellitur. Apul. lib. Flor. Vnde roſtro tranſfodiat, unde ungoibus inuncet.

Inundo, das, Aliquando abſolutè ponitur pro eo quod eſt, extra alueum diffluo, uel effundor. πλημμύρω. [Ital. Spandeſi fuori, inondare Gal. Se desborder, s'eſpandre Hiſpan. Reboſſar, creſcer ò uenir como rio. Ger. Vberfliſſen, überſchwemmen, übervallieren.] Plin. Antequam Nilus inundaret. Virg. 10. Aeneid. Inundant ſanguine foſſæ. ¶ Per tranſlationem accipitur pro copioſè accorrere, & undatim moueri quaſi affluere. Virgil. 12. Aeneid. hinc denſi rurſus inundant Troes, Agyllynis, & pictis Arcades armis. ¶ Quandoq; abſolutè accipitur pro eo quod eſt undis obruere, uel aqua operire. ἐπιπλύσειν. Cic. de Clar. Orato. Terram inundat aqua. Plin. Agros & ſata omnia inundauit.

Inundatio, onis, f. c. Idem quod diluuium. ἐπίκλυσις, κατακλυσμὸς [Ital. Diluuio. Gall. Desbordement, inondatiõ, Hiſp. Reboſſadura, diluuio. Ger. Ein überſchwemmung, ein ausgieſſung des waſſers.] Colum. lib. 2. c. 11. Vel etiam ualles quæ fluminum alluuie, & inundationibus concreuerint, aptas eſſe uineis aſſeuerat.

In unguem, Idem quod ad unguem, hoc eſt, perfectè: unde

Adua-

Ad unguem factum dicitur quod ita elaboratum eſt, ut in eo nihil poſſit reprehendi, *ἐξωνυχισμένον*. [Ital. Perfettamente. Gall. Perfaitement. Hiſp. Perfectamente. Ger. Beyeinem nägelin.] Arbores in unguem poſitæ, id eſt, ita ordine ſuo collocatæ ut nulla extra alias emineat. Virg. 2. Geor. nec ſecius omnis in unguem Arboribus poſitis ſecta via limite quadret. Translatio à lapidicis, qui ungue marmoris lævitatem experiuntur.

Inungo, is, n. c. Illinc, *ἐπαλείφω*. [Ita. Ongere Gal Oindre Hiſ. Untar. Ger. Beſalben, überſalben.] Plin. lib. 28. c. 10. Mira ſolertia uiſco inungunt oculos. Idem lib. 18. c. 30. Sunt qui lentem ſiccatam oleo inungant.

Inunctio, onis. f. r. Illitus, illitio. *ἐπάλαμμα*. [Itali. Ontione. Gall. Onction, oinctore. Hiſ. Untadura. Germ. Beſalbung, überſalbung.] Plin. lib 28. c. 8. Felle glaucomata & ſuffuſiones corrigi propè creditur tridui inunctione.

Invoco, cas. pe. cor. Intro voco: & nonnunquam non voco? quanquam poſte ius hoc rarius eſt. *εἰσκαλέω*. [Ital. Chiamare dentro. Gall. Appeler dedans. Hiſpa. Llamar para venir dentro. Ger. Einhein rüffen.] Plaut. in Capt. utranque ſignificationem complexus eſt quum inquit, Nam ſcorta invocantur, & nos parati invocamur. ¶ Aliquando ſignificat in auxilium vocare, & ſubſidium petere, & proprie in rebus afflictis. *ἀναπαλέω*, *ἐπικαλέω*. [Ital. Invocare, chiamare per aiuto, per ſoccorſo. Gal. Invoquer, reclamer, appeler à ſecours. Hiſp. Llamar à ayuda. Germ. Vmb hilff anrüffen.] Plaut. in Aſin. Deam ſibi invocet quam lubebit, propitiam. Cic. 2. de Nat. deor. Apud noſtros Iunonem Lucinam in pariundo invocant. Idem antequam iret in exilium, Auxilium ab alienis eſflagitabo, quum ciues veſtros deſeratis? Sociorum invocem ſubſidium, quum à ciuibus intercluſum ſit præſidium?

Invocatus, adiectiuum, Non vocatus. *ἄκλητος*. [Ital. Non chiamato. Gall. Non appelé Hiſp. No llamado. Germanicè, Vnberüfft.] Plautus Captiuis, Iuuentus nomen indidit ſcorto mihi. Quòd invocatus ſolco eſſe in conuiuio. Cælius ad Ciceronem, Epiſtolarum libro octauo, At ego ſimulatq; audiui, invocatus ad ſubſellia rei accurro.

Involo, as, are, à vola fit, quæ eſt manus. & pedis concauitas, & ſignificat furari quum aliquid furtim uola manus ſubtrahitur, quaſi volam iniicere. *ἁρπάζω*, *ἁρπάσω*. [Italic. Involare, rubbare. Gall. Deſrober. Hiſp. Hurtar. Germ. Darauff greyffen.] Lucanus lib 6. - quid corpore magni Proiecto rapiat, quos Cæſaris involat ictus, quàm capit. ¶ Dicitur etiam involare, pro eo quod eſt, manus violenter in aliquem iniicere. *ἐγχειρῶ*. *ἐπιβάλλω τὰς χεῖρας*. Terent. Eunucho, Vix me contineo, quin ei involem in capillum. ¶ Aliquando Involare compoſitum eſt à verbo Volo, las, idemq; eſt, quod intrò volare. *εἰσπέτεσθαι*. Colu. lib 8. capite tertio, Neque enim debent ipſis nidis involare, nedum adſiliunt, pedibus ova confringant. Varro tertio de Re ruſtica. At in villam intrò involant columbæ, de quibus merula, &c.

Involito, as, are, frequentatiuum. *πολὺς ἱπτάμαι*. Horat. 4 Carmin. Ode 10. Et quæ nunc humeris involitant decidere crines.

Involueris, cre, o. t. Quod adhuc volare non poteſt. *ἀπτέρυξ*. [Ital. Che non può volare. Gal. Qui ne vole point Hiſp. Coſa que no puede volar Ger. Vngeflücket.] Gel. lib. 2. c. 29. Pulli tunc involucres erant.

Involucre, involucrum, uide Involuo.

Involuo, uis, ere, a. t. In ſeu ſuper aliquid voluo, uel volendo impono, aut inicio. *πτυλίνδω*. [Ita. Involgere, avilupare. Gall. Enueloper, entortiller, rouller deſſus. Hiſpa. Embuer. Ger. Etwar auff welrzen: item, Einwinden, einwicklen.] Virgil. 1. Georg. Oſſa frondoſam involuere Olympo. Ouid. 12. Metam. Saxa trabeſq; ſuper totoſq; involuite montes ¶ Sæpe tamen accipitur pro circumplico, circumuoluo, & re aliqua intego. Plin lib. 11. capite vigeſimoquarto de araneis, Nam & lacertarum catulos amantur, hos primùm tela involuêres, & tunc domum labra utraq; morſu apprehendentes, &c Crinem involuit caſſide, Silius lib. ſeptimo Ouid 4. Faſtorum, Captiuum ſtipula, fœnoq; involuit, & ignes admouet. Horatius 4. Carm. Ode 29 & mea Virtute me involuo, probamq; Pauperiem ſine dote quæro. ¶ Per tranſlationem accipitur pro obſcurare. Virgilius tertio Aeneidos, Involuere diem nimbi, & nox humida cœlum Abſtulit. Idem 6. Aeneidos, Obſcuris vera involuês.

Involucius, li, pe. cor. Idem uermiculus qui & Convolvulus dicitur, q; ſeſe foliis arborum & uitiũ circumuoluat, & implicet *ἑλιξ*, *ἰουλος* Suidæ. [Ita Verme che rode i germogli delle uite, voluolo Gal. Vercoqain, ou hurbec. Hiſ. El guſano rebolton. Ger. Ein raup, ein würmlein ſo ſich in die bletter wicklet.] Plau. Ciſt. imitatus nequã beſtiam, & damnificã. P. Sed quidnam amabo. L. Involuolum, Quæ in Pampini folio intorta implicat ſeſe.

Involucre, is, ſubſtantiuum, n. t. Eſt lintheum illud quo tonſores humeros tondendorum involuunt, ne veſtes capillorum ſegmentis ſordidentur. *τὸ ἐλαγμα καρικὸν*. [Itali. Panno che' l barbierie pone alle ſpalle di coloro che ſi fanno toſare. Gall. Enueloper un linge ou couurechef qu' un barbier eſtend ſur celuy à qui il fait la barbe. Hiſp. Trouaia para el cuello. German Ein ſchürtüch das man vmb einen ſchlecht.] Plaut Capt. Ne is quidem involucre iniicere uoluit, veſtem ut ne inquinet.

Involucrum, involucri, penultima producta, n. ſ. Quo quippiam involuitur, aut integitur. *εἴλημα*, *ἐνείλημα*. [Ital. Invologlio, involupo. Gal. Enueloper. Hiſpa. Embolvedor para embolver. Ger. Darein man etwas wicklet.] Cicero 1. de Oratore, Sic modò in oratione Craſſi diuitias ac ornamenta eius ingenii, per quædam involucra atque integumenta perſpexiſſe ea quum contemplari cuperem, vix aſpiciendi poteſtas fuit: Involucris ſimulationum tegi, hoc eſt, ſimulatis affectibus. Cicero ad Quin. Frat. lib. 1. Multis enim ſimulationum involucris tegitur, & quaſi vellis quibuſdam obtenditur uniuſcuiuſq; natura. ¶ Fit autem Involucrum à verbo Involuo, uis, cuius ſupinum eſt involutum, mutata tum, in crum, fit Involucrum. *ἑιλέω*, *ἑιλίττω*, *περιπτύσσω*. Sic fiunt multa alia, ut Lauacrum, ſimulacrũ, Ambulacrum, Aratrum, Sepulcrum, quę habent penultim. producta.

Inurbanus, a, um, Inciuilis, inuenuſtus, ruſticis moribus prædictus. *ἀνεπιδέξιος*. [Ital. Inciuile, roſtico, rozzo. Gal. Inciuil, ruſtique. Hiſ. Ruſtico y deſcortes. Ger. Vnhöflich, beürliſch.] Cic. 2. de Orat. Inopẽ quendam humanitatis, & inurbanum. Idem de claris Ora. Sed omniũ oratorũ, ſiue rabularum qui & planè indocti, aut inurbani, aut ruſtici etiam fuerunt, &c Hor. in Art. - ſi modò ego, & uos Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto.

Inurbanè, aduerbium, Inciuiliter. *ἀκαιρέως*, *ἀκόμψως*. [Ita. Diſcortesemente, inciuilmente. Gal. Sans courtoiſie, inciuilement, ruſtiquement. Hiſp. Ruſtica y deſcortesemente. Ger. Vnhöflichen.] Cic. 3. de Na. deo. Alabandenſes quidẽ ſanctius Alabandũ colunt, à quo eſt urbs illa condita, quã quenquam nobilium deorum, apud quos non inurbanè Stratonicus, ut multa, &c.

Inurgeo, inurges. *ἐπιπέρχομαι*, *προσβάλλω*, *προσπίπτω*. [Itali. Premere, urtare, ſpingere. Galli Pouſſer & heurter contre. Hiſpan. Empuxar. Germanic. Treyben. Stoſſen.] Lucretius libro 5. Cornua nata prius uitulo, quàm frontib. extent. Illis iratus petit, atque infenſus inurget.

Inurino, as, pe. pro. Idem quod urinare, id eſt in aquam mergi, & natando emergere. *ἐγκολυμβῶ*. [Ital. Nuotar ſotto acqua. Gal. Se plonger en l'eau. Hiſp. Nadar y ſalir del agua nadando. Ger. Vnder das waſſer ſchieſſen oder ſchwimmen.] Colu. lib. 8. c. 14. Lacus, piſcinæ; manu fiant, ut ſint quibus inurinare poſſint ſues.

Inuro, is, re, a. t. Ignito ferro ſtigma imprimere, ut ſeruorum fronti, & equorum coxis, ut cognoſcantur à domino. *ἐγκαίω*, *καυτηριάζω*. [Ita. Segnare con ferro caldo. Galli. Marquer d'un fer chaud, imprimer quelq; marque. Hiſ. Senalar. de huego. Germ. Einbrennen, auff etwas brennen.] Inurere, adhibito igni fingere: quod genus picturæ Encauſtice dicitur. Plin. li. 35. c. 4. Coius ſupra caput tabula biga pendet quã Nicias ſcripſit ſe inuſſiſſe. ¶ Et per tranſlationẽ Inurere ſignificat ita imprimere, ut deleri nequeant: aut, Inurere ignominiã alicui. Cic. de Pro. Con Sed fruatur ſanè hoc ſolatio: atq; hanc inſignẽ ignominiã quoniã nõ præter ſe inuſta eſt, potet eſſe leuiorẽ. Inurere ſibi maculã, eſt crimẽ indelebile ſibi cõtrahere. Liu. lib. 3. ab Vrb. Prehenſabat ſingulos, orabatq; ne Claud. æ genti eam inuſtam maculam vellent.

Inuſitatus, a, um, Inſolitus, præter conſuetudinem, rarò uiſus, inauditus. *ἀσύνηθης*, *ἀνήκοος*. [Italic. Inuſitato, fuor d' uſanca. Gal. Inuſité. Hiſpani, No acoſtumbrado, deſuſado.

Germ Vnbreüchig] Plin. in Epiſt. Hora diei ferè ſeptima mater mea indicat ei apparere nubē inuſitata & magnitudine & ſpecie Cic. 2. de Orat. Alter lepōrem quendam inuſitatum noſtris oratoribus eſt conſecutus.

Inuſitatè adoerbium. *ἀλόγως, ἀλογίστως.* [Itali. Contra'l coſtume. Gall. Contre ou outre la couſtume. Hiſp. Deſuſadamente, contra la coſtumbre. Ger. Vnbreüchlichen.] Cic. ad Q. Frat. Abſurdè, & inuſitatè ſcripta epiſtola. Idē de Clar. Ora. Inuſitatè loqui.

Inūtilis, le, om. c. Qui nulli uſui eſt. *ἄχρηστος.* [Ital. Inutile, diſutile. Gal. Inutile. qui n'eſt point proffitable. Hiſp. Deſa prouechado ò ſin prouecho. Ger. Vnnützz] Cic. 1. de Inue. Is inutilis ſibi, pernicioſus patriæ ciuis alitur. Idem 2. de Diuin. Quin quum quæritur qui ſit optimus Reipublicæ ſtatus, quæ leges, qui mores aut utiles, aut inutiles? Ouid. 15. Metam. donec ſolertior iſto, Et ſibi inutilior, timidi commenta retexit.

Inutiliter, aduerbium. *ἀχρήστως.* [Ital Inutilmente, ſin proſitto Gall. Inutilmente, ſin proffito. Gall Inutilement, ſans proffit. Hiſ. Deſaprouechadamente. Germ. Vnnützlichē.] Plin. lib. 16. cap 19 Alij non inutiliter relinquunt. Hircius de bello Alexandrino, Multa Romæ malè & inutiliter adminiſtrari.

Inutilitas, atis, ſ. t. *ἀχρηστία.* [Ital. Mancamento d' utilità & commodo. Gal. Inutilité. Hiſp. Deſaprouechamiento. Ger. Vnnützligkeit.] Cic. 2. de Inuen. Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes ſint, honeſtas & utilitas: & uitandarum, turpido & inutilitas.

Inuulneratus, a, um. Non uulneratus *ἀθραύστος.* [Ital. Non ferito. Gall. Qui n'a point eſté bleſſé. Hiſpa. No herido. Ger. Vnuerwundt] Cicero pro Sextio. Cæteri uerò aut repentina ui periculi, ac temp. ſtate populari per populum tamē recreati ſunt, atq; reuocatis ut omnino inuulnerati, inuio latiq; uixerunt,

I ante O.

Io, *ἰώ.* Dolendi particula eſt Tibullus, Vxor io, remoue ſæua puella faces. ¶ Quandoq; exprimit geſtientis lætitia affectum. Ouidius ſecundo de Arte, Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan.

Iocinalis, Onobrychis apud Dioſc. lib. 4. c. 171.

Iŏcŭs, ci, maſculini generis, pluraliter hi ioci, uel hæc ioca, Dicitur quod ſerium non eſt. *παιδιά.* [Ital. Scherzo, gioco. Gal Jeu, raillerie, gaudiſſerie. Hiſp. Burla, iuego. Germ. Ein ſchimpff.] & differt à ludo, quòd ludus factis, locus præcipuè uerbis fieri dicatur. Mart. Cōſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triumphi Salluſt. in Iugurtha, Ioca, ſeriaq; cum homil limis agere. Gell lib. 12. Inſulſi hominis ioca non præteribo. Cic. 1. de Finib. Ac quicum ioca & ſeria, ut dicitur, quicum arma, quicum occulta omnia?

Ioculus, diminut. *σκωμμάτιον* [Ital Picciolo gioco. Gal. Petit ieu Hiſ. Pequenno iuego Ger. Ein ſchimpflein.] Plau. in Stricho, Noui illum, ioculo hæc dixit.

Iocoſus, a, um. Quod ſerium non eſt. *παιδιώδης.* [Ital. Giocoſo, piaceuole. Gal Joyeux, & recreatif railleur. Hiſpan. Coſa llena de burlas. Germanic Schimpfig.] Cicero primo Offic. Si de rebus ſeriis loquatur, ſeueritatem adhibeat, ſi de iocoſis, lepórem. Martialis, Non potuit melius litem finire iocoſam.

Iocoſè Non ſeriò, ſed ſolius feſtiuitatis gratia. *παιδιῶς.* [Ital Piacceolmente, da gioco. Gal. Par ieu, en ieu, par raillerie. Hiſ. De burla, contrario de ueras Ger. Schimpfflichē] Cic. Q. frat. cumq; luſi iocoſè ſatis. In eadem ſignificatione dicimus & loco, aduerbialiter. Teren. Heau. Iocone illæc dicat, neſcio.

Ioculor, iocularis, depon. primæ coniuga. Per iocum aliquid dico, facioue. *παίζομαι, χαριεντίζομαι.* [Ita. Scherzare. Gal. Se iouer, faire ou dire quelque choſe par ieu. Hiſpa. Burlar. Ger Schimpffwerck treyben.] Liuius 7. ab Vrbe, Inter carmina propemodum incondita militariter ioculantes, Torquati nomen auditum.

Iocularis, re, loco, riſuq; digna. *παιδιώδης.* [Ital. Coſa gioco ſa. Gal. Joyeux & plein de raillerie. Hiſp. Coſa de burla. Ger. Schimpflich.] Terentius in Phorm. quid mea? Illa quidem noſtra erit. D. Iocularem audaciam. Cic. de Fato, O licentiam iocularem.

Iocularius, a, um. Quod ioco fit, diciturue, neq; ſerium eſt: uel quod ioco, riſuq; dignum eſt, *παιδιώδης.* [Ital. Pieno di piacevolezze. Gal. Joieux & plein de raillerie Hiſpan. Lleno de burlas. Ger. Schimpflich, ſcherzig.] Hora. 1. Ser. Sat. 1. Pigeres ne fic, ut qui iocularia ridens Percurrā. Teren. Andr. Iocularium in malum inſciens penè incidi.

Ioculariter, iocoſè, per iocum & riſum. *παιδιῶς.* [Ital. Di gioco. Gal. Par ieu, en raillant. Hiſ. De burla, burlando de palabra. Ger. Schimpfflichen, in ſchimpfis weyſe.] Plin. li. 22. cap. 22. Hæc eſt, quam Ariſtophanes Euripidi Poetæ obiicit ioculariter, Martem eius ne olus quidem legitimū uendituſſe olim, ſed ſcandicem.

Iŏcŭlātōrĭus, a, um. Quod fit per iocum. *παιδιώδης.* [Ital. Coſa gioco ſa Gal. Joyeux, plein de raillerie. Hiſp. Lleno de burlas. Ger. Das in ſchimpfis weyſe beſchicht.] Cic. Attic. 14. Huic ioculatoriæ diſputationi ſenem illum, ut noras, intereſſe ſanè nolui. Quidam legunt ioculatorem: ſed an rectè, ipſi uiderint.

Iocor, iocaris, depon. primæ coniug. Nugas age, non ſeriò loquor, cauillor. *παίζομαι, χαριεντίζομαι.* [Ital. Scherzare. Gal. Se iouer, railler, ſe gaudir. Hiſp. Burlar, iogar. Germa. Schimpffen, ſchimpffwerck treyben] Cic. lib 1. Epiſt. Sed iam cupio tecum coràm iocari. Plau. in Menæ. Solet iocari ſæpe mecum illo modo. Cic. 4. de Fin. Habent enim acceſſionem dignam in qua laboretur, ut mihi in hoc iocari uideantur interdum, quum ita dicant.

Iocans, iocantis, participium ὁ *παίζων.* [Itall. Chi ſcherza di parole. Gal. Se iouant, ſe raillant, ſe gaudiſſant. Hiſpani El que ſe burla Germ. Schimpffend, ſchertzend.] Cicero quarto Academ. Me quoque iocanſne, an ita ſentiens, (non enim ſatis intelligebam) cœpit hortari ut ſententia deſiſterem.

Iocatio, iocationis, uerbale, ſ. t. Iocoſa & faceta narratio, aut locutio. *τὸ παίγμα.* [Ital. Giouacramento. Galli. Raillerie. Hiſp. Burla, obra de burlar. Germ. Schimpffung, ſcherz.] Cic. ad Papyr Nunc uenio ad iocationes tuas.

Ionthi, *ἰόνθοι,* à Galeno appellantur exigui duriq; faciei tumores, à craſſo humore generati, quos Plinius Celſuſq; oros, Itali ſua lingua Coſſos appellant, teſte Manardo Epiſto. Med. lib. 7. & 8.

Ionthos, *ἰόνθος,* Græci dicunt, quos Latini uuas apellant.

Iota, litera eſt Græca, ſed ponitur pro nihilo, ac re nullius momenti. Cic. de Orat. Ut iotham literam tollas, & ſ planiſſimum dicas.

Iouinianos, *ἰοβιανούς,* Dious Maximianus noluit uocari, qui ſe fortiter in Illyrico geſſiſſent.

Iouis gemma, Quæ ultra candorem & leuis eſt & tenera. *Διὸς λίθος.* Plin. lib 37. c 10.

Iouis flos, Flos eſt actiuus & inodorus, colore purpureo, cuius gratia coronamentis expetitur *Διὸς ἄνθος.* Plin. li. 21. c. 10. Colore tantùm placet Iouis flos, odor abeſt: ſicuti & illi qui Græcè, Phlox uocatur.

I ante P.

Ipparchia, æ, ſ. t. *ἱππαρχία.* præfectura, & quaſi magiſterium equitum. Quidam pro ala LXII. equitum accipiunt.

Ipes, quę & Senipes, *ἶπες, ἡ σκνίπης,* à Græcis appellantur uermiculi ueroo tempore, & potiſſimùm ſpirante Auſtro, in uitibus naſcentes, oculoſq; earum erodentes: quos ruſtici ſolent ampelitide terra enecare, ut docet Gelen. lib. 9. Simplic. Medic.

Ips, *ἶψ,* Vermiculus eſt uitium oculos erodēs, ut & cis fromēta, trips, ligna, ſis ueſtes, ſs uitrum, midas fabam. Vide ipſius ſuprà in dictione Ipes.

Ipſe, a, um. Pronomen demonſtratiuum, quod cum aliis pronominibus iunctum, eorū accipit ſignificationem: ut, Ego ipſe, tuipſe, ſuipſe. *αὐτός.* [Ital Eſſo Gall Luy, luy meſme. Hiſp. El meſmo. Germanic. Er.] Inuenitur tamen ſæpe abſque aliis per eclipſim prolatum, & tamen eorum habēs ſignificationem, quæ cum eo ſubaudiuntur. Virgilius ſecūdo Aeneidos, Quæq; ipſe miſerrima uidi. ¶ Aliquando relatiuum eſt. Idem 1. Aeneid Ipſe arduus, altaq; pulſat Sydera. ¶ Aliquando emphaſim habet, expoſitionem alicuius rei latentis habet. cuiuſmodi eſt illud apud Virgilium ſecundo Aeneidos, Ipſe pater Danais animos, uiresq; ſecundas Sufficit. Ibi enim ipſe, latentem quandam habet energiam: quaſi dicat, Ipſe Iupiter, qui ſe omnibus æquum ſolet præbere, & quem minimè uerſimile erat talia facturum fuiſſe. Quòd ſi addatur particula met, diſcretio ſignatur, ut

Ipſemet,

Ipſemet, hoc eſt ipſe per ſe, & non per alios. ¶ Apud veteres ipſus, pro ipſe dicebatur. Teren. Ipſius eſt. ¶ Item ſuperlatiuum ipſiſſimus, *αὐτοτατίζω*. ¶ Hinc fit compoſitum ipſpſe, id eſt, ipſe & non alius.

Ipſullices, Breues dicebantur in muliebrem, uitilemue ſpeciem expreſſæ. Feſtus.

I ante R.

Ir, ſine potius Hir, per aſpirationem, neut. ge. & inde Propriè manus concauitas, licet quandoq; pro ipſa manu capiatur, *θέναρ*. uide Hir.

Ira, f. p. Animi exacerbeſcentia, in corde ſedem habens: ita dicta eſt ab eo quod eſt ire. *ἰρὰ* [Ital. Colera, ira Gal. Ire, courroux, cholere. Hiſpan. Ira. Germ. Zorn.] Nam à ſe it qui irascitur, & furit. Vnde & qui iram deponit, ad ſe redire dicitur. Teren. Adelph. Tandem reprime iracundiam, & ad te redi. Cic. 4. Tuſc. Quæ autem libidini ſubiecta ſunt, ea ſic definiunt, ut ira ſit libido puniendi eius uideatur laeſiſſe iniuria. Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum, Terent. in Andria. Iram euomere in aliquem, Terent. in Adelph. Cic. in Offic. Prohibenda maximè eſt ira in puniendo. Iudomitæ iræ. Virgilius ſecundo Aeneidos, Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Exercete iras, Virgil. 3. Georg. Hoc quondam monſtro horribile, exercuit iras Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ. Ouidius 11. Metamorphoſ. roſtroq; & aduncis unguibus iras Exercent, aliasq; aduerſaq; pectora laſſant.

Iracundus, da, dum. Qui ex parua, uel nulla cauſa præcedente irascitur: quibus natura ad iram procliuis eſt, etiamſi tunc nulla moueatur ira. *ἐργίλος, χολώδης, θυμοειδὴς, θυμικός*. [Ital. Colerico, iracondo. Gall. Cholere, qui ſe courrouce in continent & pour peu de choſe. Hiſpa. Ayrado. Ger. Zornmütig.] Plaut. in Mil. Opus eritne tibi aduocato triſti, iracundo? Ecce me. Idem in Pœn. Eia haud neſtrum eſt iracundos eſſe quod dixi loco.

Iracundia, f. p. dicitur procliuitas in iram *ἐργιλότης*. [Ita. Deſiderio di uendetta, diſpetto. Gall. Deſpit, ire. Hiſpa. Aquella ira que permaneſce. Germ. Zornmütigkeit.] Donatus, Ira de cauſa eſt, iracundia de uitio multum irascentis. Cicero 4. Tuſcul. Ex quo in aliis anxietas, unde anxii in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: eſtq; aliud iracundum eſſe, aliud iratum. Seneca, Ira quo differt ab iracundia, apparet: quo ſcilicet ebrius ab ebriolo, & timens à timido: Iratus, poteſt eſſe non iracundus: iracundus poteſt aliquando non iratus eſſe. Vſurpatiuè tamen iracundia ponitur pro ira. Cicero 3. Tuſcul. Quanquam ipſa iracundia libidinis eſt pars: ſic enim definitur, Iracundia eſt ulciſcendi libido. Terentius in Adelph. Me miſerum, uix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.

Iracundè, aduerbium, Furioſè, animoſè, cum ira. *ἐργίλως, ἐπιθύμως*. [Ital. Sdegnoſamente, con ira. Gall. Auec ire, par courroux, de cholere. Hiſpan. Ayradamente. Germanic. Zornmütiglich.] Cic. Philip. 8. Nam me tecum iracundè agere dixiſti ſolere, non eſt ira, uehementer me agere fateor, iracundè nego.

Iraſcor, iraſceris, iratus ſum, dep. Ira commoueor, ſtomachor, irritor, exacerbeſco *ἐργίζομαι*. [Ital. Irarſi, adirarſi, corrucciarſi. Gall. Se courroucer, ſe deſpiter, ſe cholerer. Hiſp. Enſennarſe de preſto. Germ. Zürnen. Zornig ſein.] Et modò abſolutè ponitur. Teren. Eunuch. Ille continuò iraſci, Neq; negare audere. Idem Adelp. Rurſum Demea iraſcere? Modò conſtruitur cum dativo. Cic. ad Att. lib. 1. Pœpeii noſtri amici negãt me eti iratũ fore, ſi ad meas conuicia non uenerit. Plaut. Noli amabò Amphitruo iraſci Soſiæ cauſa mea. Cicero pro Quinct. Roſc. Dii immortales hominibus iraſci & ſuccenſere conſueuerunt. ¶ Iraſci uicem alicuius, pro dolere, Liu. 4. belli Macedo. ¶ Huius compoſita ſunt, Subiraſcor quod eſt paulũ uel leuiter iraſcor. obiraſcor, cõtra iraſcor, *ἀνθεργίζομαι*. Liuius libro primo, Fortunæ (ut fit) obirati, cultum reliquerant Deũm.

Iratus dicitur, qui aliqua re laceſſitus exacerbeſcit: etiam ſi natura non iracundus *ἐργισθείς*. [Ital. Adirato, corrucciato. Gall. Iré, courroucé, deſpité, cholerè. Hiſpa. Ayrado y ſanudo. Germ. Zornig, erzürnt.] Cicero pro Cælio, Huic ego deos propitios, pleriq; autem iratos putant. Idem ad Attic. Nolo te illum iratum habere. Iratior. Cicero ad Atticum libro decimoquinto, Antonio eſt enim fortaſſe iratior. Iratiſſimus. Cicero quarta Philippica, Cæſar ipſe qui illis fuerat iratiſſimus, tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat.

Iratè, aduerbium, per iram ſignificat. *πρὸς ὀργήν*. [Ital. Iratamente, corrucciosamente, con ira. Gall. Par courroux, par cholere. Hiſpan. Ayradamente, ſannudamente. Germanicè, Zornigklich.] Colum. lib. 7. cap. 12. Satis eſt ſeueros eſſe, nec blandos ut nonnunquam etiam conſeruos iratius intueantur, ſemper exacerbeſcant in exteros.

Irceus, genus eſt farciminis. Feſtus.

Ire pedibus in ſententiam, *προρρίδην*, quid ſit uide ſupra in uerbo Eo, is.

Irenarches, ſiue Irenarcha *εἰρηνάρχης*, Qui ad tollendas diſcordias & pacandos ciuium animos, ſiue qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur. Græci enim *εἰρήνην* pacem uocant: *ἄρχον*, præfectum aut principem. Horum officium erat tranquillitatem publicam ſeruare, & iter facientibus uias ſecuras præſtare. Vide Vlp. l. Mun. ff. de Muneribus & honoribus.

Iris, huius iris, uel iridis. f. t. *ἶρις*. [Ital. L'arco del cielo. Galli. L'arc du ciel. Hiſp. El arco del cielo ò delas nueues. Germa. Ein regenbogen.] Arcus cœleſtis: ab *εἴρω*, quod eſt dicere, uel nunciare: propterea quod arcus huiuſmodi pluuias denuntiet: unde etiam Poëtæ Irim Iunonis nuntiam eſſe finxerunt. Virgil. 5. Aeneid. Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno. Huius arcus cauſa eſt radius Solis, cum nubi immiſſus qui repulſa acie in ſolem refringitur. Nubes enim formam arcus diſcoloris efficiunt, quia alia parte earum humidiores ſunt, alia ſubmiſſiores, & quadam craſſiores quam ut Solem tranſmittant, aliæ imbecilliores quàm ut excludant. Hæc inæqualitas alternis lucem umbramq; commiſcet, & exprimit illam mirabilem arcus uarietatem. ¶ Eſt & Iris, *ἶρις*. [Ital. Iride, giglio ſzzorro, lilio celeſte. Gallicè, Flambe ou glayeul. Hiſ. Lirio cardeno. Ger. Blaum gilgẽ.] herba gladioli foliis, ſed maioribus, latioribus, & pinguioribus, radice odorata, & ſternutamenta mouente. flores eorũ uarietate arcus cœleſtis ſpeciem referente. Vulgus Lilium caeruleum appellat. Vide Plin. lib. 21. c. 7.

Irinum, n. ſ. *ἴρινον*. [Ital. Onguento fatto di iride. Galli. Onguent fait de glayeul. Hiſp. Vnguento hecho de lirio cardeno. Germ. Ein ſalb von blaumen gilgen gemacht.] Vnguẽtum quod ex iride fit. Plin. lib. 13. cap. 1. Irinum Corinthi diu maximè placuit. Idem lib. 20. c. 17. Capitis dolores diſcutit illitũ ex aceto & infuſum naribus cum irino, oculorũ epiphoras, & tumores.

Irion, onis, *ἰρύσιον*. Frugis genus eſt, culmo aſſur ferolaceo foliis & flore ſeſamo nõ diſſimili. Seritur in Italia ante Ver giliarum exortũ: in Græcia autem & Aſia, ſub eiuſdem occaſum. Vide Plin. lib. 18. c. 7.

Irnella, Vaſis genus in ſacris. Feſtus.

Ironia, penultima producta, *εἰρωνεία*, Figura eſt in pronuntiatione uim omnem habens, quam nos uel diſſimulationem, uel irriſionem dicere poſſumus: quum ſcilicet pronũciatione ipſa nos diuerſum oſtendimus ſignificare ab eo quæ uerba ipſa uidẽtur ſonare. Eiuſmodi eſt illud Iunonis apud Virg. 10. Aen. Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Niſi enim amaritudo pronuntiationis adiuuerit, confiteri uidetur quod negare contendit.

Irpices, Raſtri ſunt dentati, in agris ad extirpãdas radices herbarum accommodati. Feſtus.

Irradio, as, pen. cor. *ἀντιβολῶ, ἀντίνω περοβάλλω*. [Ital. Mãdar raggi come il ſole, lampegglare. Gal. Jetter rayons comme fait le ſoleil, ietter clarté & lumiere. Hi. Echar de ſi rayos de luz. Ger. Einhin glantzen, beſcheinen.] Irradiare, Illuſtrare, & quaſi iuros radiare. Plaut. Faciunt quod conſueuerunt, irradiant ſalibus menſam, omnes ad riſum prouocãt.

Irraſus, pen. prod. m. f. Non raſus *ἀνήρητος*. [Ital. Non raduto. Gal. Qui n'eſt point rais ne tondu. Hiſp. No rayado. Ger. Vnbeſchoren.] Plautus in Rud. Dii te ament cum irraſo capite.

Irrationabilis, le, pen. cor. o. t. Ratione carens. *ἄλογος*. [Itali. No ragione uole. Galli. Choſe ſans raiſon. Hiſpa. Coſa fuera de razon. Germ. Vnvernünfftig.] Quint. lib. 7. cap. 4. Falſa eſt finitio, ſi dicas, Equus eſt animal rationale: nam eſt equus animal, ſed irrationabile. Sunt tamen qui & hic & alibi apud eundem autorem, non rationabile, ſed irrationale legant.

Irrãucio, cis, irrauſi, ſum, teſte Priſciano, ſine irraucesco, cui n. f. Rau-

n.f. Raucus fio. βραγχῶ βραγχίσω. [Itali. Diuenir rauco. Gall. Estre enroué. Hisp. Entroqueceerse. Germ. Heiser werden.] Cic. 1. lib. de Orat. At Aesopum, si paulum irraucuerit, explodi. Prisci a. legit irrauserit.

Irredux, is, penultima correpta. ἄνοδος. [Italice. Per lo quale non si puo tornar saluo. Gall. D'on on ne retourne point. Hisp. Donde non se torna del peligro. Germ. Vonwiderkom lich.] Contrarium est nomini redux: ut apud Lucan. lib. 9. Irreducemq; uiam deserto limite carpit. hoc est, uiam à qua rediturus non est.

Irrĕdiuiuus, a, um, ὁ οὐκ ἀναβιῶναι οἷός τε ὤν. [Ital. Che non si puo rifare. Gall. Qu'on ne peut refaire ne reparer. Hispan. Cosa que no se puo rehazer ò renouar. Germ. Nicht wider zů bringen.] Contrarium rediuiuus ponit, Irrediuiuus ponit apud Catullium, pro irreparabili, inquit Budæus. Catulli uerba hæc sunt, Epig. 17. ad Colon. sed uereris inepta Crura ponticuli, sed his totus irrediuiuus Ne supinus eat, cauusq; in palude recumbat.

Irreligatus, a, um. Idem quod solutus, & non ligatus. ἄλυτος. [Ital. Sciolto. Gall. Qui n'est point lié, deslié. Hisp. Cosa no atada. Germ. Vngebunden.] Ouid. 1. de Arte, Vtq; erat è summo tunica uelata recincta, Nuda pedem croceas irrigata comas.

Irreligiosus, irreligiosa, irreligiosum, Pietati, & religioni repugnans. ἀνόσιος, ἀσεβὴς. [Ital. Irreligioso. Galli. Qui n'est point religieux, irreligieux. Hisp. Cosa no religiosa. Ger. Vngottsförchtig.] Liu. 5. ab Vrbe, Saluo etiam tum discrimine diuinarum, humanarumq; rerum, irreligiosum ratus, sacerdotes publicos, sacraq; populi Romani pedibus ire, ferriq; se & suos in uehiculo conspici. Plin. in Epist. 111. Sed eã reuerentiam cum literis ipsis, tum scriptis tuis debeo, ut sumere illa, nisi uacuo animo, irreligiosum putem.

Irremeabilis, le, omnis gen. tert. decl. Vnde remeare non possis. ἄνοδος, ἀνέξιτος. [Ital. D'onde non si può tornare à dietro. Gall. D'ont on ne peut reuenir retorner. Hispa. Cosa que no puede tornar. Ger. Vonwiderkerlich.] ut, Error irremeabilis. Virg. 5. Aen. ancipitemq; Mille uiis habuisse dolum, qua signa sequendi Falleret indeprensus, & irremeabilis error. Idem 7. Aen. Occupat Aeneas aditum custode sepulto. Euaditq; celer ripam irremeabilis undæ. Vix irremeabiles. Senec. Hercul. furente.

Irremediabilis, le, om. c. Cui mederi, siue remedium adhibere non possumus. ἀνίατος, ἀθεράπευτος. [Ital. Cui non si può trouare remedio. Gall. Aquoy on ne peut remedier. Hispan. Cosa sin remedio. Germ. Vnheilsam.] Plin. lib. 10. ca. 7. E quibus dixisse non pudeat, si in defectu Lunæ, Solisue congruat uis illa, irremediabilem fieri. Idem libr. 25. cap. 13. Sed in uino pota irremediabilis existimatur.

Irremunerabile, Quod ob magnitudinem remunerari non potest, nec par pari rependi. ἀνταπόδοτον. [Ital. Che nõ se può remunerare. Gall. Qui ne se peut remunerer. Hispan. Cosa que no se puede galardonar. Germa. Das man nicht vergelten kan.

Irreparabile, n. t. Quod reparari, & in integrum restitui non potest. ἀνεπισκεύαστον. [Ital. Che non si può reparare. Gall. Irreparable, qu'on ne peut reparer. Hisp. Cosa que no se puede reparar. Germa. Vnwiderbringlich.] Virgil. 3. Georg. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Irrepertus, a, um, Non repertus. ἀνεύρετος. [Ital. No ritrouato. Gal. Non encor trouué. Hisp. No hallado. Germ. Vnerfunden.] Horat. 3. Carm. Qua tumidus rigat arua Nilus Aurum irrepertum, & sic melius situm Quum terra celat. Id est, nondum repertum.

Irrepo, is, pen. prod. n. t. Passim & latenter more reptilium introeo. παρεισπίπτω, τοὐδάφους παρέρπω, παρεισέρχομαι. [Itali. Rampicare, rampicarsi. Galli. Se couler tout doucement, & trainer en quelque lieu. Hispa. Entrar à escondidas ò gateando. Germ. Heimlich hærein kriechen.] Cuius frequentatiuum est Irrepto. Plin. lib. 22. cap. 1. Non fuerat hæc lues apud maiores, parresq; nostros, & primò Tiberii Cæsaris principatu medio irrepsit in Italiam. Cic. 3. de Orat. Irrepit in hominum mentes.

Irreprehensus, irreprehensa, sum, Qui reprehendi iure non possit. ἀνέλεγκτος ἀνεπίληπτος, ἄμεμπτος. [Ital. Che non si può reprendere. Gall. Sans reprehension, sans blasme, irreprehensible. Hisp. Lo que no se puede reprender. Germa. Vorschelten.] Ouid. 5. Trist. Eleg. 13. Et tandem probitas irreprehensa fuit.

Irrequietus, a, um, Quod nullam habet requiem. ἀνάπαυστος. [Ital. Che non ha quiete. Gal. Qui n'a point de repos. Hisp. Cosa no descansada. Germ. Vnruhig.] Plin. lib. 2. cap. 3. Aeterno & irrequieto ambitu, &c. Marc. lib. 4. Discurris toto uagus urbe, nec ulla cathedra est, Cui non manè ferat irrequietus aue. Bella irrequieta, Ouid. 2. Trist. Sors irrequieta, Ouid. 2. Metam.

Irrefectus, a, um, Non refectus. ἀδιάσχιστος. [Itali. Non taglato. Gal. Non coupé ne rogné. Hisp. No cortado. Germanic. Nicht abgeschnitten.] Horat. Epod. 5. Hic irrefectum saua dente lupus Canidia rodens pollicem.

Irresolutus, ta, tum, Quod nunquam remittitur. ἀδιάλυτος. [Ital. Non sciolto. Gall. Qui n'est point deslié. Hisp. No atado. Ger. Vnaufgelöst, Nit nachgelassen.] Ouid. 1. de Pont. Eleg. 2. At semel intentus neruo leuis arcus equino, Vincula semper habens irresoluta manet.

Irretio, tis, ast. quart. con. Dolo capio, & quasi reti quodam inuolno. περιβάλλω, περιτίθημι, σαγηνίω. [Ital. Irretire. Gal. Enueloper en ses rets ou laqs. His. Enredar ò embolver. Ger. Jns garn bringen, fahen.] Cic. 4. Acad. Quid enim ad illum qui te captare uult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem? Irretire illecebris allectare, & detinere. Cicero in Cati. Cui tu adolescentulo quem corruperatorum illecebris irretisse, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem protulisti?

Irretitus, m. f. Dicitur qui aliqua fraude uel blanditiis aut dolo, quasi reti captus est. περιπλανὴς, ἀδιάντυμενος. [Ital. Legato, preso. Gal. Enuelopé, & prins au filé. Hisp. Atado, enredado. Germ. Jn das garn gebracht, mit listen gefangen.] Cic. 5. de Fin. Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus uir irretitus teneretur.

Irretortus, a, um. Pro recto. ἀγκαμπὴς. [Ital. Non torto. Gallic. Non tourné. Hisp. No torcido. Ger. Vngewendet.] Horat. 1. Carm. Ode 1. Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat aceruos.

Irreuerens, miles ponitur l. miles agrum. parag. irreuerens. ff. de Re milit.

Irreuerenter, aduerbium, Sine reuerentia & honore. ἀναιδῶς, ἀτιμῶς. [Ital. Senza reuerenza. Gall. Irreuerammment, sans reuerence. Hisp. No acatando. Ger. Vnehrerbietig, Vnzüchtiglich.] Plin. Epist. 18. Cæteri audaces, atq; etiam magna ex parte adolescentuli obscuri ad declamandũ huc transeunt, tam irreuerenter & temerè, ut mihi Attilius noster expressè dixisse uideatur, sic in foro pueros à centumuiralibus causis auspicari, ut ab Homero in scholis.

Irreuerentia, æ, f. p. Reuerentiæ contraria. ἀναίδεια. [Ita. Irreuerenza. Gall. Irreuerence. His. Aquel no acatamiento. Ge. Vnzucht, verachtung.] Taci. lib. 15. Quibusdam coalitam libertate irreuerentiã eò prorupisse frementibus. Plin. Epist. 21. Studiorum irreuerentia.

Irrenocabilis, le, omnis gen. ter. decl. Quod non potest reuocari. ἀνεπίστροφος, ἀμετάπειστος. [Itali. Che non si puo riuocare. Gal. Qui ne se peut reuoquer. Hisp. Que no se puede reuocar. Ger. Vnwiderrüfflich.] Pli. Epi. 11. Cuius tu dio ad mortem irreuocabili constantia decurrit, usq; ad supremũ diem beatus & fœlix. Horat. 1. Epist. 18. Et semel emissum nolat irreuocabile uerbum.

Irreuocandus, a, um: Idem: ut, Error irreuocandus, apud Claudian. de bel. Germ.

Irreuocatus, irreuocata, irreuocatum, Non reuocatus. ὁ οὐκ ἀνεπίστροφος, ὁ οὐκ ἀνακαλούμενος. [Ital. Non reuocato. Gall. Non reuoqué. Hisp. No reuocado. Germ. Vnd nicht ab zů wenden ist.] Horat. 2. Epist. 1. Quum loca iam recitata reuoluimus irreuocati. Ouid. 11. Metam. sed enim irreuocatus ab acri Cæde lupus perstat dulcedine sanguinis asper.

Irreuolutus, a, um. Contrarium reuoluto. ἀνέλικτος. [Italice. Non riuolto. Galli. Qui n'a point esté reuoluë, fueilleté, ne desfoulé. Hisp. No rebuelto. Ger. Vnumbgewendt.] Marti. lib. 11. Vadas, & redeas irreuolutus.

Irrideo, des, si, sum, penultima produ. ex in & rideo, es, s. f. Derideo, ludibrio habeo. παίζω, γελάω. [Ital. Beffare, schernire, befleggiare, deleggiare. Gall. Se moquer, & rire de quelqu'vn. His. Burlar, escarnecer. Germ. Verlachen, verspotten.] Terent. in Heauton. Irrides in re tanta, neq; me quicquam consilio

consilio

conſilio adiuuas. Idem in Eun. Cupit ad id alludere, Et me irridere Cic. 2. de Nat. deor. Etiam per iocum deos irridens, quom caua liberati pulli, &c.

Irritus, participium, *κατεγελασθείς*. [Ital. Schernito. Gallic. Moqué. Hiſp. Eſcarnecedo. Germ. Verlachet.] Taci. lib. 4. Ad uana, & toties irriſa reuoluetus.

Irriſus, pen. pro. m. q. *χλευασία* [Ital. Schernimento. Gal Moquerie, irriſion. Hiſp. Burla eſcarneſcemiento. Ger. Das verlachen.] Tacit. lib. 1. Retinentis centuriones irriſu, & contumeliis, poſtremò uerberibus inſectantur. Idem lib. 3. Non ſine irriſu audientium poſtulauit. Irriſui eſſe, id eſt ludibrio haberi. Plin. lib. 22. cap. 2. Imò uerò pleriſque ultrò etiam irriſui ſumus, iſta commentantes, ac friuoli operis arguimur.

Irriſio, onis, f. t. Subſannatio *χλευασμὸς*. [Italic. Scherno. Gall. Moquerie Hiſpan. Eſcarneſcemiento. Germ. Verlachung.] Cic. 1. Offic. Deforme etiam de ſeipſo prædicare, falſa præterea: & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.

Irriſor, irriſoris, maſculin. t. Qui irridet *χλευαστὴς* [Italic. Schernitore Gal. Moqueur Hiſp. Burlador, eſcarneſcedor. Germ. Ein verlacher, Verſpotter.] Cic. in Parad. Veniant igitur iſti irriſores huius orationis ac ſententiæ, & iam uel ipſi iudicent, &c.

Irridiculè, aduer. Infacetè, inelegantèr. *ἀγελείως, ἀχαρίτως*. [Ital. Senza gratia, ridiculoſamente. Gal. Sans grace & reuerence, ſans moquerie. Hiſp. Sin gracia, y burla Ger. Lächerlich, ſpöttlich.] Cæſ. 1. bel Gall. Quod quum fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, pluſquàm pollicitus eſſet, Cæſarem facere.

Irrigo, pen. cor. ex in, & rigo, 2. p. Adaquo, humecto, quaſi riuos in agrum deduco *ἀρδεύω, βρέχω, ὑγραίνω*. [Ita. Adacquare, bagnare. Galli. Arrouſer Hiſpa. Regar derramando agua. Germ. Das waſſer hinein füren, wäſſeren.] Cic. 2. de Nat deor. Aegyptum Nilus irrigat. Idem 1. de Nat. deor. Democriti fontibus Epicurus horculos ſuos irrigauit. Plinius libro ſecundo, capi. 63 Quamq; ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus. Sopor irrigat artus. Virgilius 3. Aeneidos.

Irrigatio, onis, uerbale, f. t. Actus irrigandi. *ἀρδεία, ὑγρασία*. [Ital. Addacquamento Gall. Arrouſement. Hiſpa. Regadio ò regadura. Germ. Wäſſerung.] Cicc. 1. Offic. Adde doctus aquarum, derinationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, &c.

Irriguus, gua, guum, Quod irrigatur, uel facilè irrigari poteſt. *κατάρρυτος* [Ital Che facilmente ſi può adacquare. Gall. Arrouté d' eaux qui ſortent ſor le lieu. marecageux. Hiſp. Coſa que ſe puede regar, ò que es regada Germ. Das man wäſſeret, Gewäſſeret] Cato cap. 1. de Re ruſt. Vineæ eſt prima: ſi uino multo opus ſiet: ſecundo loco hortus irriguus. ¶ Accipitur & quandoq; in ſignificatione actiua: ut, Aqua irrigua, quæ irrigat. Virg. lib. 4 Georg. irriguumq; bibant uiolaria fontem. Tibul. Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Irripio, intus rapio, *εἰσβάλλω*. Cicero, Irripiunt in ædes ſubitò.

Irrito, penultima product. a. p. frequentatiuum ab irruo, per mutationem u. in i. euphoniæ cauſa. Eſt autem irritare idem quod laceſſere, prouocare, & ad iram inceadere. *ἐρεθίζω, ἐπάγω, παροξύνω, παροτρύνω*. [Ital Prouocare, irritare, ſtimulare. Gal. Irriter, agacer, atiner, inciter à corroux. Hiſ. Prouocar à encender ò aſſomar. Germ. Anreitzen, Zů zorn bewegen.] Quæ ſignificatio à canum more tracta uidetur, qui in laceſſentem irruunt, uel ut Donatus ait, reſtrictis dentibus, r literam imitantur. Virgil. lib. 1. Aeneid. Irritatq; utrum telis, & uoce laceſſit. Ouid. lib. 2. Faſt. Tum ſicco primas irritat cortice flammas id eſt, ſuſcitat. Plaut. in Amphitryone, Irritabis crabrones. ¶ Ab eodem fonte manat & Prorito, tas, pen. prod Nam ſicut irrito pro laceſſo, ab irruo eſt, ita prorito à prorro: nec multum in ſignificatione differũt. Nam prorito idem eſt quod prouoco. *παροτρύνω*. Colum. lib. 2. Lini ſemen, niſi magnus eſt eius in ea regione quam colis, prouentus & pretium protitat, ſerendum non eſt. Hoc eſt, niſi precium alliciat, & inuitet. Differunt autem prorito, & irrito, quòd illud & in malam partem, uti prouoco, capi poteſt: irrito, nonniſi in malam.

Irritatus, a, um, particip. *ἐρεθισθείς, παροξυνθείς*. [Ita. Irritato incitato, ſmoſſo. Gall. Irrité, agacé, eſmeu. Hiſ. Prouocado, encendido. acçomado. Ger. Angereitzt, bewegt.] Gens irritata, Ouid. lib. 1 Meta. Voluptas irritata. Idē 2. de Arte. ¶ Irritatus pro irato. Terent. Phorm. Ita ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.

Irritatus nomen ex particip. Gel. lib. ult. c ult. Quo fit quotidiana maledicorum hominũ ſæuitas, & inuidẽtia irritatior.

Irritatio, onis, f. t. Inſtigatio. *παροξυσμὸς*. [Ita. Aticzamento, irritatione. Gal. Agacement, irritation. Hiſp. Prouocation, encendimiento. Ger. Anreitzung.] Liu. 2. bel. Maced. Et irritatio animorum ea prima fuit.

Irritabilis, le, om. t. Quod facile irritatur: cuius contrarium placabilis. *εὐερέθιστος, εὐκολίσθητος νῖπτος*. [Ital Che facilmente ſi prouoca, facile à corruceiarſi. Gal. Aiſé & facile à corroucer. Hiſp. Coſa que puede ſer prouocada, enoiadizo. Ger. Das ſich gern zů zorn reitzen laſſt, Zuſſbindig.] Cic. Acti. lib. 1. Nam ſi ita fuerit, & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominũ, & eoſdẽ placabiles, &c. Hora. 1. Epiſt. 2. Genus irritabile natum.

Irritamẽtũ, ti, n. f. Quo quis irritatur, & accẽditur *ἐρεθισμὸς*. [Ita. Prouocamẽto. Gal. Prouocation. Hiſ. Prouocaciõ. Ger. Ein anreitzũg.] Plin. li. 37. c. 6. Subinde inſulis impactus, totidem incitatus irritamentis, poſtremò, &c. Ouid. lib. 1 Meta. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Sic irritamenta gulæ, dicuntur condimenta quibus edendi auiditatem prouocamus.

Irritamen, inis, n. Idem *ἐρέθισμα*. Ouid. 12 Metam. Haud ſecus exarſi, quàm circo taurus aperto Quum ſua terribili petit irritamina cornu. Irritamen amoris, Ouid. lib. 9. Meta morph. Idem 3. Metam. magnus Adieciſſes opes, animi irritamen auari.

Irritus a, um, compoſitũ ab in, & ratus: Idem quod nõ ratus. *ἄβεβαιος, ἄκυρος*. [Ita. Vano. Gal. Vain, qui n'a point d'effet. Hiſpan. Callado, uano Ger. Vnbeſtãdig, Vergäbenlich.] Terent. Phorm. Quod dictum, indictum eſt: quod modò erat ratũ, id irritum. Labor irritus anni, Ouid lib. 1. Metam. Irritæ preces, id eſt, uanæ, futiles, & incaſſum fuſæ. Plin in Paneg. Ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant. Tela irrita, Virg. 4. Aeglog. Verba irrita, Ouid. 1. de Remedio amo. ¶ Interdũ irritus idem eſt quod ad nihilum redactus. Virgil. 4. Aeglog. Te duce, ſiqua manent ſceleris veſtigia noſtri, Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Irroboro, as, pen. cor. Inualeſco, uires acquiro. *ἐπιῤῥώννυμι*. [Ital. Diuenir forte. Gal. Prendre force & vigueur, s' enforcir. Hiſ. Fortaleſcerſe. Ger. Erſtarchen, An kräfften zůnemmen.] Gellius libro primo, capite uigeſimeſecundo, Irroborauit falſa atq; aliena uerbi ſignificatio, quòd dicitur, Hic illi ſupereſt.

Irrogaſſit, antiquum uerbum, pro quo apud Cic. in leg corruptè legitur interrogaſſit.

Irrogo, as, penultima correpta, a prim. conit. Infero, infligo, impono. *ἐπάγω, προστρίβομαι*. [Ital Dare, imporre. Galli. Impoſer, requerir qu'on impoſe Hiſp. Dar, atribuyr, imponer. Ger. Auflegen, anthůn.] Plaut. in Cap. Qui contium iniere, quo nos uiſtu & uita prohibeant: His diem dicam, irrogabo multam, ut mihi cœnas decem Meo arbitratu deut, quum cara annona ſit. *ἐπιβαλῶ ἐπιβολὴν*. Plin Non modò culpã omnem, ſed etiam multam irrogauit Cic pro Domo ſua, Vetant leges ſacratæ, uetant xij. tabulæ leges priuatis hominibus irrogari: id eſt enim priuilegium. ¶ Irrogare alicui mortem. Tacit. lib. 4 Sibimet irrogaret mortem, quam patri ſtruxerat.

Irrogatus, a, um, participium. *ἐπιβληθείς* [Ital. Impoſto. Gal. Impoſé Hiſp. Impueſto. Ger. Auffgelegt] Tacitus libro decimotertio, Exilium q; accuſatori irrogatum, & tabulæ exuſtæ ſunt.

Irrigatio, is, f. t. *ἐπιβολὴ, εἰσγραφὴ*. [Ita. Impoſitione Ga. Impoſition. Hiſ. Impoſició. G Auffleggũg.] Cic. pro Rab. Nũ quid ego ad lõgam orationem comparem, quod eſt in eadẽ multæ irrogatione præſcriptum, hunc nec ſuæ, nec alienæ pudicitiæ peperciſſe?

Irroro, roras, penultima producta, Rore aſpergo, ſeu madefacio. *ἐπιδροσίζω, βρέχω*. [Italicè, Bagnare, ſprozzare di ruggiada. Gallicè. Arrouſer, mouiller de rouſée. Hiſpanicè, Roiar, rociar derramando rocio. Germanicè, Mit toow beſprengen. Befeüchtigen.] Columella libro undecimo, cap. 2. Septimo Idus Decembris

Aquilo

Aquilo manè oritur, Africus, interdum Auſter Irrorat. Idē lib.12.c.22. Noſtribus autem labrum operire conueniet, ne Irroretur. Dicimus autem, Aquam irrorare agro, & Agrum irrorare aqua Ouid.1.Meta. Inde ubi libatos irroranere liquores Veſtibus. Idem 7.Met. Terſe conuertit, ter ſumptis flumine crinem Irroranit aquis. ¶ Somnus irrorat quietem oculis, Silius lib.10.

Irrubeo, es, pen. cor. uel irrubeſco, is, n. t. Rubrum fieri, rubore ſuffundi. *ἐρυθριάω*. [Ital. Parſi roſſo. Gall. Se rougir. deuenir rouge. Hiſpa. *Hazerſe roxo*. Germa. Rot werden.] Stat. 9 Theb. irrubuit cœli plaga ſydere miſto, Occurſuſq; ſacro pariter inbar arſit utrinq;. Ignis irrubuit meis multib. apud eundem libro quinto Syl. pro eo quod eſt, ſuffudit uultus meos.

Irructo, as, Eſt ructu afflare. *ἐπιφυσάω*. [Itali. Ructare contra. Gal. Rotter ou reuper contre. Hiſpa. Regoldar contra algo. Ger. Angörpſen, ein görpſs etwar an laſſen.] Plaut. Pſeud. Quid tu, malùm, ergo in os mihi Ebrius irructas?

Irrugio, gis, n. q. Valde rugio. *ἐπιβρυχάομαι*. [Ital. Ruggire grandemente. Gall. Rogir beaucoup, comme le lion. Hiſpa. Mucho bramar el leon. Germ. Hefftig dahär brüllen.]

Irrugo, as, are, In rugas contrahere. *ῥυτιδάω*. [Ital. Creſpare. Gal. Se rider. Hiſp. Arrugar haziendo rugas. Germ. Runtz lechtig machen.] Gell. libr.11.cap.1. Ne æquor illud uentris irrugetur.

Irruino, as, à Rumo mamma, uide Fello.

Irrumpo, is, pen. t. Violenter cum impetu ingredior. *εἰσπίπτω*, *εἰσβάλλω*. *ἐμβάλλω*. [Ital. Irrare con impeto, correre violentemente. Gal. Entrer par force, ſe ruer impetueuſement deſſus. Hiſp. Entrar con impetu. Germ. Mit gewalt hinein brechen.] Plin. lib.35. Hoſtilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat. Ouid.15. Meta. portas irrumpere apertas. Virgil.11. Aeneid. portas irrupere patentes. Lactant. lib. 2. Nam quum ab Alexādro capta eſſet ea ras eſſet, ac milites ad eam ſpoliandam irrupiſſent. Et fermè ſemper in hac ſignificatione hoc uerbo utuntur autores. Lacta. propriè ſumpſit lib. 6. pro penitus frāgo. *ἀπορρήγνυμι*. Summum (inquit) inter ſe hominum uinculum eſt humanitas, quod qui irruperit, nefarius & parricida exiſtimandus eſt.

Irruptio, onis, f. t. Impetus, incurſio. *εἰσβολή*. [Ital. Entrata impetuoſa. Gal. Entrée impetueuſe. Hiſp. Entrada con impeto. Germ. Ein vngeſtümer einbruch.] Cic. pro lege Manil. Nam quum hoſtium copiæ non longè abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur.

Irruo, is, ui, pen. corr. rutum, n. t. Cum impeto aliquem aggredior, uel violenter me aliquò immitto. *εἰσβάλλω*, *εἰβιάζω*. [Ital. Aſſalire con furia. Gall. Se ruer & ietter deſſus illiſ. Acometer cō furia y impeto. Ger. Mit vngeſtümme einfallen oder anfallen.] Sallust. in Iugurtha. Quum fortè in eum irruerent, facilè repulſi. Cic. 2. de Finib. Et equo admiſſo in mediam Latinorū aciem irruebat. Teren. Adel. Foreſ effregit, atq; in ædes irruit alienas.

Irtinia, æ, genus uitis. Vmbriæ, Piceno, & Menanati agro peculiare, teſte Plinio libro decimoquarto, capite tertio. Colum. lib. 3. c. 2. Nam has nuper mihi cognitas pergulanam dico. & irtiolam, ferreolamq;, non facilè aſſeuerem quo gradu habendæ ſint.

I ante S.

Is, ea, id, eius. Pronomen eſt eandem habens ſignificationem quam ille, aut hic: eundemq; in oratione ſicum obtinet. *ἐκεῖνος*, *οὗτος*. [Ital. Queſto, il medeſimo, colui, coſtui quello. Gal. Il, iceluy, ceſtuy la, celuy. Hiſ. El, ella, ello. Ger. Der.] Et modò demonſtratiuè accipitur. Cice. lib. 2. Neq; tu is es, qui, ani ſcis neſcias. Idem pro P. Sylla, Neq; enim una eſt ratio defenſionis ea quæ poſita eſt in oratione. Modò relatiuè. Cic Arti. lib. 1. Venit mihi obuiam puer tuus: is mihi literas abs te reddidit. Idem 6 Philipp. Antonius cum una legione, & ea quidem uacillante, L. fratrem expectat. Idem de Diuinat. Plurimis noſtris exemplis uſus es, & iis quidem illuſtribus. ¶ Nonnūquam accipitur is pro talis, uel eiuſmodi. Cic. lib. 2 Epi. Is enim tu uir es, & eum me eſſe cupio, ut, &c. Idē Ad. li. 1. Itaq; ego is in illum ſum, quē tu me eſſe uis.

Isagoge, pen. prod. *εἰσαγωγὴ* [Ital Introduttione Gall Introduction. Hiſ. Introduction. Ger. Ein einleitung, einfürūg.] Prima artis, ſcientiæue alicuius rudimenta, ad maiora altioraq; uiam munientia. A Græco uerbo *εἰσάγω*, quod ſignificat inſtituo, & prima artis cuiuſpiam elementa trado. Quidam ex noſtris uerbum ex uerbo reddentes, introductionem appellarunt. Gell. lib. 19. cap. 8. Quum diſciplinas dialecticas induci atq; imbui uellemus, neceſſe fuit adire atque cognoſcere, quas uocant dialectici *εἰσαγωγὰς*.

Isagōgicon, *εἰσαγωγικὸν*, Liber prima artis alicuius præcepta tradens, & ad interiora altióraue uiam quandam munions. Quidam ex noſtris Introductorium uertunt uocabulo inter doctos non ſatis recepto.

Iſatis, *ἴσατις*. [Ital. Guado. Gal. Guede, paſtel en Languedoc. Hiſp. Paſtel. Germ. Vueidt, ein krauт.] Græcis uocatur herba quam Latini glaſtum appellant. Eius duo ſunt genera: iſatis ſylueſtris, folia habet lactucæ, ſed maiora: caules pratenues multifidos, quadātenus rubentes: in quorum cacuminibus folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus ſemen habet flore tenui & loteo ſatiua, folia habet plantagini ſimilia, uerūm pinguiora nigrioraq;, caulemq; duorum cubitorum altitudinem excedentem. Hanc trufatilibus molis premunt ut herbaceam ſaniem excludant: deinde abacto liquore digerunt in magnos globos. quos in tabulatis in cinere puttreſcere ſinunt. Toloſates paſtellum ab effigie paſtillorum, in quos glomerantur, nominant

Iſca, æ, f. p. medulla nucis quæ in ligno ipſo continetur, teſte Accio, ſed deprauatè ut ſuſpicamur, quemadmodū multa alii, atq; forte legendum eſca, quoniam pro ignaui & cauario quoq; eſt medicis.

Iſchades, *ἰσχάδες*. Græco nomine fici aridi appellantur, teſte Polluce, nam *σῦκα* proprie de recentibus dicuntur.

Iſchas, adis. *ἴσχας*, Raphani agreſtis genus quod apion nonnulli, alij agrioraphanum appellant. Autor Plinius.

Iſchæmon, *ἰσχαίμων*. Herba à Thracibus primùm inuenta, quæ ferunt ſanguinem ſiſti, non aperta modò uena, uerumetiam præciſa. Serpit è terra millo ſimilis, foliis aſperis & lanuginoſis. Autor Pli. li. 25. ca. 8.

Iſchias, adis, *ἰσχιὰς*, *λινοκάνθα*. Herba quædam radice cyperi, quæ commanducata dentium dolorem ſedat. Alij leucacanthum uocant, alij pollygonaton. Plinius libro 22. capite decimoſexto.

Iſchia. *ἰσχία*, Oſſa duo ſunt in poſteriore hominis parte oſſi ſacro, in anteriori inuicē *κατὰ σύμφυσιν*. cohærentia. Latinè coxendices appellantur. Vtrunq; horum grandi cauatū eſt acetabulo, in quo inſertum femoris caput circumuoluitur.

Iſchia, adis, *ἰσχιὰς*. [Ital. & Hiſp. Sciatica. Galli. Vne goutte ſciatiq;. Ger. Hüfftwee.] Arthritidis ſpecies eſt apud Aeginetam, coxendices (quæ *ἰσχία* uocant Græci) præcipuè infeſtans. Vulgo corrupto nomine Sciaticam uocant. Pli. lib. 27. c. 1. Bibitur propter iſchiada & ſtrangoriam in uino.

Iſchiacus, siue iſchiadicus, m. f. *ἰσχιακὸς*. [Itali. Chi patiſce di ſciatica. Gal. Qui eſt malade d'vne goutte ſciatiq; Hiſ. El doliente de ſciatica Ger. Der hüfftwee hat.] Qui iſchiade morbo laborat. Plin. lib. 23. c. 1 Prodeſt ſtomacho, &c. uertigini, torminibus, iſchiadicis. Cato de Re ruſt. c. 113. Vinum ad iſchiacos ſic facito, &c.

Iſchnos, gracilis, macer. Vnde *ἰσχνότης*. gracilitas.

Iſchoria, *ἰσχουρία*. A Græcis dicitur urinæ ſuppreſſio: quæ octo modis fieri ſolet: inflammatione, duritia, ſanguinis collectione, reſolutione, lapidis procidentia, ulceratione, & lithiaſi.

Iſchyros, Latinè fortis dicitur, *ἰσχὺς* enim fortitudo eſt.

Iſicium, Farciminis genus.

Iſia, emplaſtrum conferens in atra bile, apud Aetium Serm. 12. cap. 24.

Iſocinnamō, *ἰσοκίνναμον*, Frutex eſt præſtantiſſimi odoris in iiſdem ferè locis naſcens, in quibus & cinnamum naſcitur & caſia. Dictum iſocinnamum, quòd cinnami præſtantiam adæquare uideatur. Alio nomine daphnoidem appellant. Vide Plin. lib. 12. c. 20.

Iſocolon, *ἰσόκωλον*. A rhetoribus uocatur ſchema, quod Latinorum nonnulli compar appellauerunt: quum ſcilicet periodos duabus aut pluribus ſententiis breuibus, & inter ſe paribus exigitur. Exemplum eius hoc affert Sipontinus, Nequaquam mihi res eſt cum eo, qui neq; finem habet cupiendi, neq; modum ſtatuit utendi: Nam & multum deſiderare, egentis eſt ſignum: & nihil parcere, egeſtatis eſt initium.

Iſodomon,

Iſodomon, *iσόδομον*. Vocabant genus ſtructuræ in ædificiis, in quo coria omnia æqualis ſunt craſſitudinis. Nam ubi craſſitudo eſt inæqualis, pſeudiſodomon appellant. Plin. lib. 36. c. 22. Græci è lapide duro ac ſilice æquo conſtruunt, uelut lateritios parietes: quum ita fecerint, iſodomon uocant genus ſtructuræ. At quum inæquali craſſitudine ſtructa ſint pſeudiſodomon.

Iſonomia, *iσονομία*, Cum accentu in penultima, Latinè, iuris æqualitas dicitur. Cic. 1. de Nat. deor. Summa uerò uis in firmitatis magna ac diligenti contemplatione digniſſima eſt in qua intelligi neceſſe eſt eam eſſe naturã ut omnia omnibus, paria paribus reſpondeant, hanc *iσονομίαν* appellat Epicurus, id eſt, æquabilem tributionem.

Iſpohagus, pro Octophagos, barbarè.

Iſopyron, *iσόπυρον*, Herba quam aliqui uocant phaſeolum, quoniam eius folium quod eſt aniſo ſimile, in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena ſeminis melanthii. Plin. lib. 27. c. 11.

Iſopleurõ, *iσοπλευρον*; Figura cuius latera omnia ſunt æqualia. Nam *iσον* Græcis æquale ſonat, & *πλευρὰ* latus.

Iſoſtates, *iσοστάτης*, Æqualitatis recognitor. Co. de Pond. & mur. l. I. Quoties. Quoties de æqualitate ſolidorũ orta fuerit contentio, placet quem ſermo Græcus uocat iſoſtatem, pro ſua fide & induſtria, ut neq; fallat, neq; fallatur, contentionem dirimere.

Iſothanios, confectionis nomen tuſſi & tibi conferentis, apud Aet. Serm. 8 c 55.

Isoncos, idem, uide eodem loco.

Iſte, iſta, iſtud, genetiuo iſtius, penultim. Indifferente. ἐυτος. [Ital. Queſto, coteſto Gall. Ceſtuy-ci, celui qui eſt aupres de toy. Hiſp. Eſſe. Germ. Der.] Propriè dicitur de eo qui apud te eſt, aut de quo loqueris. Tereu. Eun. Mirum ni tu credas quod iſte dicat. Cic. Cælio lib. 2. Putaſtine unquam accidere poſſe, ut mihi uerba deeſſent, neq; ſolùm iſta uelles oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia?

Iſtò, aduer. ad locũ, Idẽ ſignificãs quod iſtuc. *ἐυταῦθα, ἐυταυθοῖ*. [Ital. La donde tu ſei. Gal. La ou tu es. Hiſ. De ay dõde tu eſtas. Germ. Dahin, Daſelbſt hin.] Plin. Epiſt. 10. Deſtino enim, ſi tamen officii ratio permiſerit, excurrere iſtò.

Iſtic, iſtæc, iſtoc, pro iſte hic. Terent. Heaut. Quid iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt Clitiphoníta ne fieri oportet.

Iſtuccine, pe. cor pro iſtudne. Teren. Eunu. Iſtuccine intermissa ſum hinc abiens tibi.

Iſtiuſmodi, pen. co. *τοιουτοτροπον*. [Ital. Cotale, di queſta ſorte. Gal. De ceſte maniere, tel, de ceſte ſorte. Hiſp. Coſa de eſſa manera. Germ. Dergleychen, Solliche.] Nomen indeclinabile: hoc eſt iſtius formæ & ſpeciei: uel talis. Plau. in Moſt. nihil moror mihi clientes iſtiuſmodi. Id eſt tales. Idem Epid. malim iſtiuſmodi mihi amicos furno merſos, quàm foro.

Iſtic, aduerbium, eſt loci, quietem, uel motum ſignificans eo in loco in quo tu es. *ἐυθὰ* [Ita Coſti, in coteſto luogo. Gal. La ou tu es. Hiſp. Ay donde tu eſtas. Ger. Daſelbſt.] Terent. in Eunuchio. Omitte, iam iſtic adero. Idem in Adelph. Tibi uerò quid iſthic eſt rei. Cicero Valerio libro primo. Et ibi malis eſſe ubi aliquo numero ſis, quàm iſtic, ubi ſolus ſapere uidearis.

Iſtinc, aduerbium de loco. *ἐυτεῦθεν, ἐυθένδε*. [Ita. Di doue tu ſei Gal. Dela ou tu es. Hiſp. Ay donde tu eſtas. German Da dannen.] Cic. Arti. li. 7. De malis noſtris tu prius audis, quã ego: iſtinc enim emanant.

Iſtoc, aduerb. Ab iſto loco. [Ital Di doue tu ſei. Gall De la ou tu es Hiſp. Ay donde tu eſtas. German. Deſs auſshin.] Terentius in Adelphis, - accede iſtuc Parmeno: Nimium iſtoc abiſti.

Iſtac, aduer. Per locum. *διὰ τῆδε τῆ τόπω, τῆδε. ὧδε*. [Italic. Per la doue tu ſei Gall. Par la ou tu es. Hiſp. Por ay donde tu eſtas. Germ Daſelbſt durchhin.] Teren. Hea. Abi deambulatum. *GL.* deambulatum, quòd *S.* nah, quaſi deſit locus. Abi ſanè iſtac, iſtorſum, quò uis.

Iſtorſum, aduerbium. Verſus eum locum ubi tu es. *πρὸς τὸν δε τὸν τοπον*. [Ital. Verſo la doue tu ſei. Gall. Vers la ou tu es. Hiſ. Hazia alla donde tu eſtas. Germ. Gegen dem orth.] Teren. Phorm. Concede hinc à foribus paululum iſtorſum ſodes Sophrona.

Iſthmia, *ἴσθμια*, Inter quatuor ſacra certamina numerantur, quæ quinto quoq; anno in Græcia celebrari ſolebant, in honorem Neptuni inſtituta à Theſeo, ut Plutarcho uidetur: aut certè in honorem Palæmonis, ut ex Archiæ Poetæ Græco Epigrammate colligitur. quod etiam hodie circumfertur. Huius certaminis victores pinu coronabantur. De inſtitutione horum ludorum ſic ſcribit Plutarchus in uita Theſei, Theſeus primus Neptuno certamen inſtituit, gloriariq; eſt ſolitus, ob Herculem Iouí, ob ſe uerò iſthmia Neptuno celebrari. Quod enim ibidem in Melicertæ honorem inſtitutum eſt, noſtri agebatur, initiandi magis, quàm ſpectaculi ſpeciem præterens. Hactenus ille. Dicta autem ſunt Iſthmia, à Peloponneſi iſthmo, in cuius faucibus celebrantur, non procul à Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

Iſthmus, mi, m. *ἰσθμὸς*. Eſt anguſtia illa intermedia inter peninſolam & continentem, & ueluti quædam ceruix, quæ à continẽte, uelut à corpore gracileſcens, peninſolam cum continente, tanquam caput cum reliquo corpore connectit. Iſthmo opponitur porthmus. id eſt, fretum anguſtum inter duos continentes: quale eſt fretum Gaditanum, exiguo interuallo Europam ab Africa dirimens. Iſthmos omnium celeberrimus eſt ille quẽ & Corinthiacum & Achaicum uocamus, quinq; tantum millium ſpatio Ægæum mare ab Ionio ſubmouens, anguſtoq; tramite Helladi Peloponneſum annectens. In huius iſthmi faucibus Corinthus olim ſita fuit, totius Peloponneſi urbs clariſſima. ¶ Iſthmũ perfodere dicebantur, qui magno quidem conatu, ſed irrito molirentur aliquid. Ductum ab hoc Iſthmo Corinthiaco, qui efficiebat ut naues longo & anceps ambitu iuxta peninſolam circumagerentur. Vnde complures illum aderti ſunt, quà erat anguſtiſſimus, perfodere, nempe Demetrius rex, Dictator Cæſar, C Princeps Domitius Demetrius Nero, infauſto, ut omnium patuit exitu, incepto. Autor Plin. lib. 4. cap. 4.

I ante T.

Ita aduerbium eſt ſimilitudinis, Idem valẽs quod ſic. *ὅτως*. [Ital. Sì, coſì, à queſto modo, in tal maniera. Gall. Ainſi, tel lement, uoire ouy. Hiſp. Si, tambien. Ger. Ja, alſo.] Cic. in Ver. Eſt ita, ut dicitur, iudices. ¶ Cum negatione idem ferè ualet quod nalde. Cic. libro 3. Epiſtol. Caſſius non ita multum furore uritur. Idem 2. de Finib. Acceſſione utuntur nõ ita probabili. Idem de Clar. Orat. Ille non ita pridem abiit. Teren. Aud. Nõ ita diſſimili ſunt oratione ac ſtylo. ¶ Quã doq optantis. Pacuuius, Ita te diiament, ita tibi pro uoto ſe cundent omnia. ¶ Quandoq illatiua coniunctio eſt, pro igitur. Cic. Ita nobiliſſima ciuitas Græciæ & olim potentiſſima, ſepulchrũ ciuis ſui ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. ¶ Similiter quando componitur cum que, ſemper eſt coniunctio cauſalis, & habet accentum in prima ſyllaba. idemq; ſignificat quod ergo uel igitur *ἄρα, ὥστε*. Si aũt duæ partes ſunt, habet accentum in penultima, & dicimus itaq; *καὶ ὅτως*. Tere. And. Imò ita, itaq; poſtulo, ut fiat. Plau. Amph. Verùm ita animatus fui, itaq; ſum nunc, ut ea re petera donem. ¶ Ita ſanè, concedentis eſt particula cum affirmatione *ναὶ πάνυ γε*.

Item, aduerbium, Significat ſimiliter, quaſi iterum idem. *ὁμοίως, ὡσαύτως*. [Ital. Similmente. Gal. Auſſi, ſemblablement, pareillement. Hiſp. Eſſo meſmo, ſemejantemẽte. Ger. Deſsgleychen.] Autor Dona & Vall. lib. 2. c. 11.

Iter, iteris, n. t. ſecundum Priſc. & itineris, ab antiquo nomis natiuo Itiner, quo uterers uſi ſunt. *πορεία, ὁδοιπορία*. [Ita. Viaggio. Gal. Chemin. Hiſ. Camino Ge Ein reyſs oder wãg fart.] Plautus in Mercator Ergo itiner meum exequi me ſines? Varro, Expectant itiner longo ſermone leuare. Genitus etiam iteris, quamuis hodie non ſit in uſu, legitur tamẽ ablatiuus itere apud Lucretium lib. 5. Concuſſos itere, & labefactos aere multo. Dictum iter, ab eundo, cuius ſupinum eſt itum: fluc ab ito frequentatiuo. Eſt autem iter idem ferè quod uia, uel effectio ipſa: uel etiã nauigatio: ut apud Teren. Ain' tu tibi incommodum euenisſe hoc iter? Non hercle Parmeno uerbis dici poteſt, quantum re ipſa nauigare incommodum eſt. ¶ Iter facere, *ὁδοιπορεῖν*, eſt ire, quod & iter tenere, *τὰς ὁδὸς ἐρχεσθαι*, dicimus. Virgilius primo Aeneidos, Quoue tenetis iter? Habere iter, idem quod iturum eſſe: ut, Iter habeo ad Cæſarem. id eſt, oportet me ire, uel iturus ſum ad Cæſarem. At aliam facere, *ὁδοποιεῖν*, non eſt iter facere: ſed locum ubi non erat uia, aperire

quod

quod etiam dicimus, uiam munire. ¶ Iter pro incepto, & inſtituto. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. Quare neq; ego impediri Ciceronis iter atq; illam diſciplinam uolo: & ipſe puer magis illo declamatorio genere duci & delectari uidetur: in quo quoniam ipſi quoq; fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus. Id eſt, noſtro dicendi genere.

Iterro, pen. cor. a p. Repeto, reſumo, quaſi iterum aliquid ago. ἀναλαμβάνω. [Ital. Rifare, replicare. Gal. Reprendre & repeter quelq; choſe, la reiterer. Hiſpa. Repetir algo la ſegunda uez, iterar. Germa. Quider̃eren, widerumb thũn oder anheben.] Liuius lib. 1. ab Vrbe, Rebellare, atq; iterare pugnã iubet. Iterare æquor, apud Horatium lib. 1. Carm. Ode 7. pro iterum nauigare. Iteratu ridiculum, Plaut. Caſina. Iterandũ eadem iſta mihi. Cic. ad Attic. lib. 10. Iterare campum, terrã, agrum, pro iterum proſcindere, Colum. lib. 2. cap. 4. Igitur uiginoſi campi proſcindi debent, poſt Idus menſis Aprilis quo tempore quum arati fuerint diebus interpoſitis circa ſolſtitium, quod eſt nonum, uel octauum Calendas Iulias, iteratos eſſe oportebit: ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos. Idẽ, Colles pinguis ſoli, &c. Februario ſtatim proſcindendi ſunt: deinde de Aprili medio uſq; in ſolſtitiũ iterandi, tertiandiq;.

Iteratio, onis, f. r. Repetitio, reſumptio. ἀνάλαψις. [Ital. Il replicare qualche coſa. Galli Repriſe & repetition de qualche choſe. Hiſpa. Obra de repetir algo la ſegunda uez. Ger. Ein widerãfferung.] Cic. in Orat. Item q; ſi quæ uerborum iterationes contentionem aliquam, & clamorem requirẽt, erunt ab hac ſummiſſione orationis alienæ. Iteratio, ararionis genus qua ager ſecundò proſcinditur, apud Plin. lib. 18. cap. 20. ¶ Iteratio præterea ſecunda olearum preſſura dicitur, apud Colum. lib. 12. cap. 50. Apud Gellium lib. 1. ca. 18. legitur iterare pro iter facere. Sed eos (inquit) Senatores qui Magiſtratum coruleum nondum acceperant, pedibus iteraſſe in Curiam. Quo tamen in loco omnino legendum puto, itauiſſe.

Itinerarium, n. ſ. Deſcriptio itineris, hoc eſt commentarius earum rerum quæ in itinere accideront. ὁδοιπορικὸν. [Ital. Charta del uiaggio. Gal. Charte à noiager, laure pour mõſtrer les chemins & diſtances des lieux. Hiſpan. Libro de los lugares del camino. Ger. Ein verzeichnung oder beſchreibung einer reyſs oder wägfart.

Itineror, itineratis, d. p. Iter facio. ὁδοιπορέω. [Ital. Far uiaggio. Gal. Voiager. Hiſp. Hezer camino Germanic. Reyſen, wanderen.] Vitur hoc uerbo Apuleius, & recentiores quidam. Alioqui apud claſſicos ſcriptores non temerè occurrit.

Iterum, aduerbium, Idem ualens quod rurſus. αὖθις, αὖ. [Ital. Eſſer, Vn altra uolta, di nouo, anchora. Gall. Encor, derechef, pour la ſecunde fois. Hiſp. La ſegunda uez. Ger. Widerumb.] Virgilius quarta Aegloga, Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. ¶ Interdum ſignificat ſecũdò. ἐπὶ δεύτερον. Cicero libro primo de Inuentione. Primò quidem pecipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertiò turpẽ.

Ithyon, Græci uocant ad naturam & ad mores & ad omnem conſuetudinem accommodum. Cic. 1. Offic.

Ithytherion, hedera apud Dioſc. lib. 2, c. 199.

Itiadendros, hippuris, apud Dioſc. lib. 4. c. 49.

Itidem penultima correpta, Similiter, eodem modo, quaſi iterum idem. παραπλησίως. [Ital. Medeſimamente, ſimilmente, parimente. Gall. Pareillement, ſemblablement. Hiſpan. Otra y otra uez, ſemejantemente. Germ. Zůgleych.] Terent. Andr. Ibo ad eum, atq; hæc eadem quæ tibi dixi, dicam itidem illi. Suetonius de Auguſt. Centuriones ſtatione deſerta, itidẽ ut manipulares, capitali animaduerſione puniuit.

Itio, onis, f. r. Profectio, actus eundi. πορεία. [Ital. L'andare, il partirſi. Gall. Partement, allé. Hiſpan. Andadura, partida. German Ein gang, ein wandlung.] Terentius in Phormione, Hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni?

Ito, itas, uide eo, is.

Itrion, panis placentarius, qui cõſtat ſeſamo, melle & farina.

Itus, us, uerbale, uide Eo.

I ante V.

IV. In notis antiquorum, uel IIII. quatuor. I. V. Iſtus uir. IVD. Iudicium. IVNON. ET. PROSER. Iunoni & Proſerpinæ.

IVRD. Iuriſdictio. IVV. Iuuenalis, uel Iuuentus.

Iubæ, arum, f. p. Crines animalium à collo pendentes χαῖται. [Ital. Crini. Gall. Les crins. Hiſp. Las cerneias ò crines. Ger. Die mãne oder langen halſshaar an den thieren, als roſs, Löwen, &c.] Plin. lib. 10. cap. 63. Equarum iubas tondere præcipiunt. Caſ. 1. bel. Gal. Equorum iubis ſubleuari. Plin. lib. 8. c. 16. Leonis præcipua generoſitas tunc, quum tollit moſq; ueſtiunt iubæ.

Iubatus, a, um, Quod iubas habet. ὁ χαίταν ἔχων, ὁ χαίτην, χαιτόεις. [Ital. Chi ha crini. Gal. Crinu. qui a des crins. Hiſ. Coſa con aquellas crines. Ger. Das lang halſshaar hat.] Vnde iubati leones dicuntur qui iubas habent, ad differentiã eorum qui iubas non habent. χαιτήεντες. Iubati angues, id eſt, criſtati, & cervicibus erecti. Plau. Amph. Denoliteas gues iubati deorſum in impluuium duo.

Iubar, aris, pe. co. n. t Propriè eſt ſplẽdor ſolis, aliorumq; ſiderum, iubarum quandam ſimilitudinem referens. εἶδαρ. [Ital. Il ſplendor del ſole ò d'altera ſtella. Gall. Lueur & reſplandiſſeur, comme du ſoleil & eſtoilles. Hiſp. La claridad del ſol ò otras eſtrellas. Germ. Der ſchein vnnd glantz der Sonnen, ſternen, oder auch anderer dingen.] Virg. 4. Aen. Et portis iubar exorta delecta iuuentus. Hoc eſt, exorto ſole uel ſolaribus radiis, non autem Lucifero, ut quidam interpretantur: quod ex eo quod præcedit, facilè poteſt intelligi: ubi primos craſtinus ortus Extulerit Titan, radiisq; retexerit orbem. Ouid. 1. Faſt. Et tremulum ſumma ſpargit in æthere iubar. Et non tãtùm de Solis ſeu ſtellæ claritate dicitur, ſed etiam de cuiuſcunq; rei ſplendore, ut auri, argenti, gemmarum, aut ſimilium rerum. ¶ Vnde & ad maieſtatem hominis transfertur. Claud. Per fratris regale iubar.

Iubeo, es, ſi, ſum, 2. ſ. Impero, præcipio, mando. κελεύω, προστάττω. [Ital. Comandare. Gal. Commander. Hiſp. Mandar como ſennor. Ger. Heiſſen, Befelhen.] Terent. Eunuc. In beſne? CH. Iubeo, cogo, atq; impero. Quintilia. 9. Decl. Nam quamuis infeſtum latronibus mare iuſſus intrauiſſem, neq; diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri, cur hoc mihi imperaret. ¶ Interdum ponitur pro rogare. Virg. lib. 2. Aen. Infandum regina iubes renouare dolorem. ¶ Interdum pro precari optareq; ut Iubeo te ſaluere, Iubes me bene ſperare. Teren. Andr. Iubeo Chremetem ſalutere. ¶ Interdum pro decernere. ψηφίζεσθαι. ut populus iuſſit, id eſt, decreuit. ¶ Inuenitur aliquando hoc uerbũ cum accuſatiuo. Lucan. lib. 2. Iamq; ſecuturo iuſſurus claſſica Phœbo.

Iuſſio, onis, f. t. Iuſſus, us, & Iuſſum, ſi, n. ſ. Id eſt, mandatum. πρόσταγμα, ἐπίταγμα. [Ital. Comandamento. Gall. Cõmandement. Hiſp. El mandamiento. Ger. Ein geheiſs.] Plaut. in Amph. Iouis iuſſu uenio. Plau. in Curcul. Poſtquã ſuo iuſſu profectus peruent in Cariã. Gel. lib. 10. c. 20. Lex eſt generale iuſſum populi, &c. Virg. 4. Aen. Ille patris iuſſa exequitur. Si ſen. lib. 1. Tamen Tuderibus ſenatoſconſulto & populi iuſſo dat ciuitatem. A iuſſus componitur iniuſſus, ut, Terent. in Hecy. Quamobrem incendor ira, te eſſe auſum facere in iuſſu meo. ἀπαραγγέλτως.

Iubilum, li, Dicitur id quod ex gaudio fit uoce, nec tamẽ uerbis explicatur. ἀγαλλίαμα. [Ital. Grido che ſignifica alleggrezza. Gal. Eſcri de ioye. Hiſ. La gritã ò alborbolas como de Moros. Ger. Ein fröudgeſchrey, jauchtzung vor fröud.] Silius lib. 13. Et lætus ſcopulis audiuit iubila Cyclops.

Iubilo, as, pen. cor. Eſt ruſtica & incõdita uoce gaudiũ teſtari. ἀγαλλιάω. [Ital. Iubilare, far feſta. Gal. S' eſcrier de ioye. Hiſ. Hazer arbolbolas cõ grito como los Moros. Ger. Jauchtzen vor fröuden wie die bauren.] Iubilare (inquit Feſtus) eſt ruſtica uoce inclamare. Auguſtin. uerò ſic, Iubilare proprièeſt, gaudium uerbis non poſſe explicare, & tamen uoce teſtari quod corde conceptum eſt, & uerbis explicari non poteſt.

Iubilatus, m. q eſt clamor ruſticorũ: Quiritatus urbanorum ut oſtendit Valla ex Var. autoritate.

Iucipellum, lege Iuniperos parua.

Iucundus, a, um, Suauis, gratus, lætitiam & uoluptatem afferens: à iuuando dictum, teſte Cic. 1. de Fin. propterea quòd quæ iucunda ſunt, mentem & ſenſus iuuent. καταθύμιος, ἡδὺς. [Ital. Soaue, giocondo, dilettoſo, dolce. Gal. Plaiſant ioyeux, recreatif, qui donne plaiſir. Hiſp. Coſa que da plazer à otro. Ger. Lieblich, Kurtzweylig, ergetzlich.] Vnde iucũdæ literæ, iucunda oratio, iucundus aſpectus. Cicer. ad Atticum, Fuit mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua iucũda, & timor

& timoris conſulatio grata. Idem 4. Inuect. In Catilinam. Eſt mihi iucunda in malis, & grata in dolore noſtra erga me voluntas.

Iucunditas, f. tert. Amœnitas quædam, ex qua naſcitur voluptas. ἡδότης, ἡδονή, τέρψις. [Ital. Giocondità, piacere che ſi donna ad alcuno. Gal. Reiouiſſance, plaiſir, recreatiõ. Hiſp. Aquel plazer y alegria. Ger. Liebligkeit, ergetzligkeit, luſt.] Cic. ad Att. Mihi nihil unquam ex plurimis tuis iucũditatibus gratius accidiſſe, quàm quòd meam Tulliolam diligentiſſimè coluiſti.

Iucundè, aduerbium, Suauiter, dulciter. ἡδέως, ἱλαρῶς, προσηνῶς. [Ital. Giocondamente, con diletto. Gall. Ioyeuſement, plaiſamment, auec recreation. Hiſp. Plazenteras y alegremente. Ger. Lieblichlichen, ergetzlichen.] Cic. 1. de Fin. Clamat Epicurus is quem uos nimis uoluptatibus eſſe deditum dicitis, non poſſe iucundè uiui, niſi ſapienter, honeſtè, iuſteq; uiuatur, &c.

Iucũdor, is, d. p. Voluptate, & delectatione afficior. ἡδύνομαι. [Ital. Hauer piacere, riceuer dilettatione. Gall. Se recreer, ſe reſiouyr. Hiſp. Alegrarſe. Germa. Beluſtiget oder ergezet werden.] Lact. lib. 4. Quotidie aũt iucundabar ante faciem eius, quum lætaretur orbe perfecto gaudio affici. ¶ Inuenitur autem iucundo, das, Augu. lib. 17. de Ciui. Dei, Exaltaſti dexteram, iucundaſti omnes inimicos eius. apud Claſſicos neutrum facilè inuenias.

Iudaicus lapis, ἰουδαϊκὸς λίθος. Iude nomen accepit, quòd in ſola Iudæa naſcatur. Candidus eſt, figura glandis, lineis diſtinctus inter ſe æqualibus, uelut torno factis. Autor Diſco. lib. 5. Retinet nomen in officinis.

Iudex, Iudicatio, Iudicium, uide Iudico.

Iũdico, iudicas. 1 & prim. coniugat. Ius dico, iudicium exerceo, ſtatuo, decerno κρίνω, δικάζω. [Ital. Giudicare. Gal. Iuger. Hiſ. Iuzgar. Ger. Richtẽ vrtheilẽ.] Cic. pro Flac. Itaq; re cuperatores contra iſtum rem minimè dubiã prima actione iudicarunt. Cice. Att. lib. 6. Conſulibus permiſſum erat, ut de Cæſaris actis cognoſcerẽt, ſtatuerent, iudicarent. ¶ Interdum idem eſt quod æſtimare, & opinionem de re aliqua in animo concipere. Cic. pro M. Marcello, Serui itaq; etiam etiam iis iudicibus, qui multis poſt ſeculis de te iudicabũt, & quidem haud ſcio an incorruptius quam nos. ¶ Cum accuſatiuo perſonæ idem ualet quod condemnare: ut, Iudicare aliquem capitis. Teren. in Adelph. Hominem maximi pretii eſſe hodie te iudicaui animo meo. Cic. de Amicit. Sed ut mihi uideris, non rectè iudicas de Catone. Liu. libro 6. ab Vrbe, Centurionem nobilem militaribus factis, iudicatum pecuniæ quum duci uidiſſet, medio foro accurrit. Iudicatum pecuniæ, dixit, pro eo quod eſt, iudicatum, uel cõdẽnatũ actione pecuniæ. κατακεκριμένον χρημάτων. Ge. lib. 10. cap. 1. Quantæq; pecuniæ iudicati eſſent, prædicabatur. ¶ Huius compoſita ſunt, Abiudico, adiudico, diiudico, & præiudico, de quibus ſuis locis. ¶ Iudicatum facere, eſt parere iudicato, & perſoluere quod iudex depẽdendum eſſe pronunciauit. ἐκπληρῶσαι τὸ κριθὲν, κατακτῆσαι ἢ ἀποτίσαι τὰ κριθέντα. Cicero pro Flacco, Quum iudicatũ non faceret, addictus Hermippo, & ad hoc ductus eſt. ¶ Iudicare quempiam creditori, eſt debitorem ei addicere, ita ut abduci poſſit & uinciri. Plaut. Menæch. Nam ego ad Menæchmum, cui iamdiu ſum iudicatus, ultrò eo, ut me uinciat. ¶ Iudicaſſit, pro iudicauerit: antiquum. Cic 3. de Legi. Quum magiſtratus iudicaſſit, interrogaſſitue, per populũ multæ pœnæ certatio eſto.

Iudicatus, a, um, participium. κεκριμένος, κατακεκριθώς. [Ital. Giudicato. Gall. Iugé. Hiſp. Iuzgado. Germa. Geurtheilt.] Cicero 4. Verr. Atque ut aliquando de rebus ab iſto cognitis iudicatiſq; & de iudiciis datis dicere deſiſtamus. Ne iudicatum ſit, id eſt, ne ualeat ſententia, apud Vlpianum de Feriis.

Iudicatio, onis, f. r. Actus uel facultas iudicandi. κρίσις. [Ital. Giudicio. Gal. Iugement. Hiſp. Iuyzio. Ger. Ein vrtheilũg, entſcheidung.] Quintil. lib. 6. cap. 5. Conſilium eſt ratio quædam alicè petita, habetq; in ſe & inuentionem & iudicationem. ¶ Interdum Iudicationis nomine id dicitur, quod in iudicium uenit, & in quo præcipuus cauſæ totius cardo uertatur. τὸ κριτέον. Cicero ſecundo libro de Inuentione, Quæſtio in coniecturali eadem quæ iudicatio.

Iudicatus, us, ui, m. q. Iudicatio, iudicandi facultas, uel officiũ iudicis. κρίσις, ἐπίκρισις. [Ital. Giudicio. Gal. Iugement, pouuoir & autorité de iuger. Hiſpanic. Iuyzio. Germanicè, Das ampt oder der gemalt zů vrtheilen.] Cicero ad Attic. lib. 11. De Cocceio & Libone quæ ſcribis, approbo: maximè quòd de iudicatu meo reſpoſitum ſit. Gellius libro 14. capite ſecundo, Iuraui mihi non liquere, atq; ita iudicatu illo ſolutus ſum.

Iudicatũ, ti, ſubſtanti. n. ſ. τὸ κριθὲν, τὸ κεκριμένον πρᾶγμα. [Ital. Coſa giudicata. Gall. Choſe iugée & decidée. Hiſp. Cota iuzgada. Ger. Eines gerichts rechtlicher entſpruch.] Eſt (ut ait Cic. 1. de Inuent.) de quo iam antè ſententia alicuius aut aliquorum conſtitutum eſt. Ibidem lib. 1. Iudicatum eſt res aſſenſione, aut autoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Idem pro Flacco, Frater meus pro ſua æquitate prudentiaq; decreuit, ut ſi iudicatum negaret, in duplum iret.

Iudicato, aduer. Idem quod maturo iudicio, & non temerè. προκρίτως, μετὰ κρίσεως. [Ita. Con giudicio. Gal. Auec iugement. Hiſ. Con iuyzio Ger. Mit zeytigem vrtheil.] Gel. lib. 14. c. 1. An id ſerio iudicatoq; pronuntiaret.

Iudex, cis, m. r. Quaſi ius dicens populo, ſiue quòd iure diſceptet κριτὴς, δικαστής. [Ital. Giudice. Gal. Iuge. Hiſ. El iuez. Ger. Ein richter.] Iure autem diſceptare, eſt iuſtè iudicare. Eſt itaq; Iudex, qui ex iuriſdictione propria, aut ſibi delegata & cõmiſſa, ius habet cauſas litigãtium cognoſcendi. Et qui ex propria iuriſdictione illud habet, dicitur Iudex ordinarius: qui uerò ex delegata, dicitur delegatus, ſeu extraordinarius. Cic. pro Sex. Roſc. L. Caſſius ille, quem populus Romanus ueriſſimum & ſapientiſſimum iudicem putabat, idem idem in cauſis quærere ſolebat, cui bono fuiſſet. ¶ Iudex rerum pro æſtimatore. Horat. 2 Serm. Sat. 7. at ipſe Subtilis ueterum iudex & callidus audis. Cic. 1. de Fin. Quia te æquiſſimum habeo eorum ſtudiorum, quæ mihi communia tecum ſunt, æſtimatorem & iudicem.

Iudĩcium, dicii, n. ſ. Eſt legitima diſceptatio duorum aut plurium coram iudice. κρίσις, δίκη. [Ital. Giudicio. Gal. Iugement. Hiſ. El iuycio Ger. Ein gericht. Cic. pro Cecin. Omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorũ cauſa reperta ſunt. Idẽ pro Q. Roſ. Aliud eſt iudicium, aliud arbitrium: iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Capitale iudicium, Quint. lib. 4. c. 1. Iudicium capitis, Cic. 1. Tuſcul. ¶ Apud ueteres conſultos uariis modis dicitur iudicium: ſed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione cauſæ diſcutiendæ in iure fit coram iudice: & eſt actus legitimus trium perſonarum, ſcilicet iudicis, actoris, & rei. Quintil. lib. 7. c. 5. Iudicium redditur, an reus cauſa ſit moꝛtis. ¶ Accipitur etiam iudicium pro exiſtimatione, ſiue opinione alicuius. Cic. de Clar. Ora. Intrãq; parietes aloit eam gloriam, quam nemo quidem in dicio eſt conſequutus.

Iudicialis, & hoc iudiciale. o. r. Quod ad iudicium pertinet: ut, Iudiciale genus cauſarum. δικανικὸν. [Ital. Ciò che è giudicio s'apartiene. Gall. Judicial, des apartenances de iugement. Hiſp. Coſa perteſciente al iuyzio. Germa. Das zů dem gerichte gehört.] Cicero 1. de Inuent. Iudiciale eſt quod poſitum in iudicio, habet in ſe accuſationem & defenſionem, aut petitionem & recuſationem. Iudiciales ſuppreſſiones. Cicero pro Cluentio. Iudicialis moleſtia. Cic. ad Attic.

Iudiciarius, a, um, Quod ad iudicem, ſiue ad iudicium pertinet: aut, controuerſiæ iudiciariæ. δικανικὸς. Cic. 3. Verrina, Vt ſuis aliquando iudiciariæ controuerſiæ conſtitueretur. Gellius, A poetarum & Rhetorum epilogis ad iudicandas lites uocatus, rem iudiciariam, quoniam uocis (ut dicitur) uiuæ penuria erat, à motis (quod aiunt) magiſtris cognoſcerem. Cice. pro Cluent. Hic ille planus improbiſſimus quæſtu iudiciario paſtus, &c. Idem in Piſonem, Ecquid uides, ecquid ſentis, lege iudiciaria lata, quos poſthac iudices ſimus habituri.

Iuga fracta, genus uineæ, uide iugum.

Iugalis, Iugamentum, uide Iugum.

Iugere dicuntur mili, quum uocem emittunt. Feſtus.

Iugerum, ri, pen. cor. n. ſ. τὸ πλέθρον, τὸ πλέθρον. [Ital. Campo, ſpatio di terra che un giorno ſi ara con un paio di buoi. Gall. Autant de terre que deux bœufs accouplez peuuent labourer en un iour, deux harpents de terre. Hiſp. Vna obra da de un par de bueyes eſpacio debanto cãpo quanto puede arar un par de bueyes en un dia. Germ. Ein juchart, iſt ein feld 240. ſchůch lang, vnd 120. ſchuch breit.] In ſingulari frequentius eſt ſecundæ declinationis, & in plurali ſæpius per tertiam declinatur, iugera, iugerum, iugeribus: ab anti-

quo nominatiuo iuger, uel iugus, à quo adhuc in uſu ſunt genitiuus iugeris, & ablatiuus iugere. Similiter à nominatiuo iugerum legitur adhuc datiuus & ablatiuus pluralis iugeris. Varro libro 1. de Re ruſt. In Hiſpania uerò terra metiuntur iugis, in Campania uerſibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. De genitiuo iugeris, teſtimonium eſt apud Pomponium Melã, Sed ultrà (inquit) quàm canalem habet, cuchi plus iugeris ſpatio ſublimis. Ablatiuo iugere uſus eſt Tibullus, Vt multo innumeram iugere paſcat ouem. Eſt autem iugerum, menſura, quam Hieronymus Mathematicus ducentis pedibus contineri ſcribit. πλέθρον. Quintilianus autem ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidij in latitudinem id iugo dictũ, teſte Plin. li. 8. eo quòd tantum ferè ſpatij uno iugo boum in die arari poſſit. Varro libro 1. capite 10. Iugerum, quòd quadratos centum actus habeat. Actus quadratus, qui & laeua, pedes centum uiginti, & longus totidem: is modius ac mina Latinè appellatur. Iugeri pars minima, dicitur ſcrupulum, id eſt decem pedes, & longitudine & latitudine quadratum. Alij iugerum inde dictum putant quòd conſtet ex duobus actibus quadratis ſimul iunctis. Columel. libro 5. capi. 1. loquens de actu quadrato, Hoc duplicatum facit iugerum: & ab eo quod erat iunctum, nomen iugeri uſurpauit. ¶ A iugerum fit compoſitum ſemiiugerum, quod continet dimidium iugeri: hoc eſt centum & uiginti pedes in longitudinẽ, & ſexaginta in latitudinem. Galli olim etiam uocauerunt Arrepennum, ut teſtatur Co lu. lib. 5. cap. 1.

Iũgẽrãtim, Per ſingula iugera. κατὰ πλέθρα. [Ita. Per ciaſcuno giugero. Gal. Pardemi arpents. Hiſp. De obrada en obrada. Ge. Von iuchart zů iuchart, durch alle iuchart.] Co. lib. 3. cap. 3 Vt prima uinea centenas amphoras iugeratim præberet.

Iuges, Iugis, uide Iugum.

Iuglans, ſ. c. Eſt quæ per antonomaſiam nux appellatur, & inter nuces primum locum obtinet. κάρυον βασιλικὸν. [Ital Noce Galli Noiz Hiſp. La nuez. Ger. Ein baumnuß.] dicta quaſi Iouis glans, teſte Macrobio, ea formæ compoſitionis quaſi Iupiter componitur ex nominatiuo aut uo Iouis & Pater quaſi Iouis pater. Creditum eſt enim hoc nucis genus Ioui ſacrum eſſe, quòd hæc arbor inter omnes nuces ſuauiſſimum ferat fructum. Cloatius, referente Macrobio, Diuglandem primò nocatam ſcribit, quaſi Διὸς βάλανος: poſtea detractione primæ literæ iuglandem. Cic. 5. Tuſc. Inſtituitq; ut candentibus ſuis iuglandium putabimus barbam ſibi & capillum aduereret. Conſtat ſanè apud antiquiſſimos maximo in honore fuiſſe glandem, antequam mortales ad delicias ſe conuertereent, ut quæ ſola ſimplici uitæq; innocuæ alimenta præbebat Quapropter quum hunc fructum, ſcilicet nucem, ueteres illi egregium exiſtimarent, decorare cum digna appellatione uolentes, iuglandem quaſi Iouis cibum nuncupauere. ¶ Hanc nucem ob excellentiam Græci baſilicam appellant, quaſi nucem regiam, Plin. Et iuglandes è Perſide à regibus translatas, indicia ſunt Græca nomina. Optima earum genera ſunt quæ perſica atq; baſilica uocant. Perſica quidem intantũ augẽtur, ut putamen rũpant, ideoq; molliſſimæ nuces, à putaminis mollitie nocitantur. ¶ Eſt & aliud nucis iuglandis genus quæ Tarentina dicitur, fragili putamine. & ita molli, ut uix attrectata frangatur, & auium furto ſemper expoſita. Vnde quidã Tarentũ appellatũ putant, q̃ nuces iuglandes, & pinças molles habeat, ac ſimiliter oues. Tarentũ autẽ Sabini uocant quod nos dicimus molle. Ad quod alludens Horati. molle Tarentum nocauit. Secundum inter nuces locum obtinet pinea, exiles nucleos habens, quãuis totius corporis magnitudine alias ſuperet. Hæc ſylueſtris pinus dicitur ad differentiam alterius quæ urbana uocatur. Eſt & tertium genus eius quæ pinus picea appellatur, quòd picea potius quàm pino ſimilis ſit: idcirco etiam apinam uocant, quaſi minimè pinum. Nux hæc cutem uerius, quàm putamen, adeò mollem habet, ut ſimul mandatur. Quartũ genus, apinaſtrum uocant. Tertio loco numerãtur auellanæ, quas antea abellinas patrio nomine conſtat uocitatas, ab Abellino Campaniæ oppido ubi abũdant, cæteris minores: unde à Satyrico poeta Numæ nuces nocantur. Propriũ arboris nomen eſt corylus. Eædem & Prænestinæ uocantur, quòd his Prænestini abundent: uel quòd à Pœnis obſeſſi hoc nucis genere famem toleraſſent: ut refert Macr. lib. 3. Satur. Et Ponticæ, quòd in Aſiam Græciamq; primò è Ponto uenêre, inquit Plin. Hinc ubi Pampiniſ es illa decaſyllab. Quicquid nobile Ponticis nucetis. Deinde ſequitur amygdala, nucleum habens diſſimilem latitudinæ. Hæc & nux Græca uocatur, & Thaſia à Thaſo inſula Traciæ adiacente, è regione Neſſi fluuii, olim Aeria, & Aethria dicta: cuius populi, Thaſii uocantur. Poſtea nux caſtanea ta echinato calyce, quæ & Heracleotica. Sunt & caſtanex triangulari forma, quæ in aqua naſcuntur, & coſtina uocantur.

Iugo, as, uide Iugum.

Iugulus, li, penultim. corr uel in neut. gen. Iugulum, ferè ſumitur pro colli parte anteriori, in qua aſpera arteria eminere. Ἀορτή. [Ital. Gola, ſtrozza. Gal. Le goſier ou gauion Hiſpan El cuello ò garganta, ò ſtilla. Germ. Das gurgeleln vmb den knopff am halſs.] Periti tamen rei anatomicæ iugulos appellant concauitates duas in ſumma thoracis parte ſub clauibus ſitas: quorum alterum dextrum, alterum ſiniſtrum iugulum nominant, Græcè στρυγία dicuntur. Plin. lib. 11. Vni homini ſunt duo iugeli dextrum, & ſiniſtrum. Apulcius, Per iugulum ſiniſtrum capulo tenus gladium totum ei demergit. Coro. Celſus lib. 8. A dextro iugulo, ſi id factum eſt, ad ſiniſtram: à ſiniſtro, ad dextram. Neutro genere uſus eſt Cic. de Fato, Quòd iugula concuſſa non haberet. Paſſim tamen (ut iam diximus) iugulus pro parte anteriore colli accipitur: qui locus quia maximè lethalis eſt & penetrabilis, factum eſt ut iugulare accipiatur pro quouis modo interficere, pro quo etiam Iugulum ferire frequenter legimus apud idoneos autores. ¶ Dare iugulum, & Petere iugulum. Cic. pro Milo. Quòd ſi ita putaſſet, certè optabilius Miloni fuit dare iugulũ. P. Clodio non ſemel ab illo, neq; tum, primùm petitum: quàm iugulari à nobis quia ſe illi non iugulandum tradidiſſet. ¶ Obtenturæ iugulum pro capite alicuius, eſt uelle ſe obiicere periculo capitis pro uita alterius. Cicero ad Att. lib. 1. Me uerò teſte producto, credo te ex acclamatione Clodii aduocatorum, audiſſe quæ conſurrectio iudicum facta ſit, ut me etiam circũſteterint, ut apertè iugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentarint. ¶ Virgil. 10. Aeneid. Hæc loquitur, iugulo q̃ haud inſcius accipit enſem. Ouid. 1. Metam. Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit. ¶ In agendis cauſis iugulum petere, tunc dicitur Orator, quando quod eſt potentiſſimum, id iuuadit ac premit ualidiſſimè aduerſarium, uideturq; illum iugulare argumentis, perinde ac uibratis telis. τύπτειν κατὰ κῶλον. Quinti. lib. 8 c. 6 Nam illa agendis cauſis iam detrita, Pedem conferre, & Iugulum petere, & Sanguinem mittere inde ſunt, nec offendit tamen.

Iugulo, as, a. p. Iugulum incido, interficio. σφάττω, σφάζω. [Ital Scannare, tagliare la gola. Gall. Couper la gorge, esgorger, esgorgeter. Hiſp Degollar, cortar el cuello. Germ. Die gurgel oder den halß abſtechen, Tödten.] Cicer. 5. Tuſcul. Nec grunnitum audiunt, quum iugulatur ſus. Lio. 4. bell. Pun. Inter hæc abſtractam penetralibus iugulant. Lactant. lib. 3. Qui quum timeant ne ab hoſte iugulentur, ipſi ſe iugulant, ut mortem morte deuitent. ¶ Et non ſolùm de gladio, ſed etiam de morbo dicitur. Celſ. lib. 3. Quartanus neminem iugulat. ¶ Trãſfertur interdum ad inanimata. Marti. Scelus eſt iugulare Falernum. ¶ Iugulare hominem ſuis uerbis, hoc eſt conuincere. Teren. Eunuch. Pulchrè mehercle dictum, & ſapienter, patrũ iugulaſtis hominem, quid ille? Sic apud Cicer. 7. Verr. Iugulari ſuo confeſſione. Iugulari ſuo gladio, ſuoq; telo dicitur qui ſuis ipſius dictis reuincitur, aut qui ſuo inuento, doloue capitur: denique in quem quocunq; modo ſeu dictum ſeu factum retorquetur, quod ab ipſo profectum ſit. Vide Adagia Eraſmi. Iugulare gladio plumbeo, hoc eſt, facilè, nulloq; negocio aliquem conuincere, ſeu reum peragere. Cic. Attic. lib. 1. Quum illam plumbeo gladio iugulatum tamen iri dicere.

Iugulatio, onis, Verbale, ſ. t. ὑπόσφαξις. [Itali. Scannamente, eſſo tagliare la gola. Gal. Esgorgement. coupemẽt de gorge. Hiſpa. Degollamiento, obra de cortar el cuello. Ger. Erwürgung, Tödtung.] Hirtius 8. bel. Hiſp. Iugulatione oppidanorum facta.

Iũgum, gi, n. ſ. Vertex ſiue cacumen montis. κορυφὴ, ἀκρώρεια. [Ital. Sommità di monti. Gal. Le ſommet ou coupet d'une montaigne. Hiſ. La cumbre del monte alto. Ger. Der ſpitz oder gipffel eines bergs.] Virg. 7. Aeglog. Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit. Cæſ. 4. bel. Gall. Tandem Germani à dextro latere ſummum iugum nacti, hoſtem loco

loco depellunt. Ouid. 1. de Reme. amo. Nunc tua frondoſis retia tende iugis. ¶ Eſt & ligneum inſtrumentum quo iungũtur boues, & ad iouicem arctantur. *ζυγὸς, ζεῦγος*. [Ital. Giogo, paro. Gal. Vn iong, un couple. Hiſpan. *El yugo para vnnir los animales.* Germ. Ein joch.] Plin. lib. 8. c. 16. de leonibus, Iugo ſubdidit eos, primuſq; Romæ ad currum iũxit M. Antonius. Idem lib. 10. c. 49. Leones iugũ ſubeunt. ¶ Accipitur & pro pari boum. [Ital. *Vn paio di buoi.* Gal. Vn couple de bœufs, un paire de bœufs. Hiſ. La yunta de un par de bueyes ò otros animales. Ger. Ein par ochſen oder rinder.] Cic. 7. Ver. Quid qui in ſingulis iugis arant, qui ab operis ipſũ non recedunt, &c. Plin. lib. 9. c. 15. Nec niſi boum iugis extractos. ¶ Per metaphoram etiam iugum accipitur pro ſeruitute, onere, uel tyrannide. Cic. 1. Philip. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerant. Hinc iactare iugum apud Iuuen. pro, incommodè ferre ſeruitutis neceſſitatem. Translatum à bubus nõdum aſſuetis iugo. ¶ Item ligniũ quo textores telam connectũt. Ouid. 6. Metam. Tela iugo iunctis ſtamen ſecernit arundo. ¶ Præterea iugũ dicebantur, ſub quo ignominiæ gratia uicti hoſtes mittebantur. Nam fixis in terra duabus haſtis, ſuper eas ligabatur tertia: tunc uicti hoſtes diſcingebantur, & ſub illa trãſire cogebantur Inermes. Cic. 3. Offi. At Tit. Veturius, & Sp. Poſthumius, quum iterum Conſules eſſent, quia quum male pugnatum apud Claudiũ eſſet, legionibus noſtris ſub iugum miſſis, pacẽ cum Samnitibus fecerãt, dediti ſunt his. Liu. lib. 3. ab Vrb. Sed ut exprimatur tandem confeſſio, ſubactam, dominamq; eſſe gentem, ſub iugum abituros. Tribus haſtis iugũ fit, humi fixis duabus, ſuperq; eas tranſuerſa una deligata. Sub hoc iugo Dictator Equos miſit. Hinc ſubiugare, pro debellare, ac ſubiicere. *χειροῦσθαι*. ¶ Itẽ iugum in uinea dicitur quum duabus aut pluribus perticis fixis aliæ ſuperaltas alligantur, in quibus uites continuantur, & qua ſic iugum, id eſt, ſummitatem quandã faciunt: à quo uites ipſæ ſeu uineæ iugatæ dicuntur. Quòd ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticę in unam tantũm partem omnis annectuntur, uniiugę uineę dicuntur: & genus ipſũ iugi, cæteriũ ruſtici uocant. Plin. lib. 18. c. 17. Salices quædã in proceritatẽ magnam emittunt iugis uinearum perticas. Idem lib. 17. c. 21. Simplici iugo conſtat porrecto ordine quæ canterium appellant. Hinc Iugati uineę dicuntur quæ in iugum conſtituuntur. Colum. Sequitur iam adminiculandæ iugandæq; uineæ cura. ¶ Item iugum cœli Var. inquit lib. 2. de Re ruſt. c. 10. in Hiſpania ulteriore uocatur quod iũcti boues uno die cæcurrere poſſunt, quod Romani uocant iugerum. ¶ Dicitur etiam iugum, ferrum, uel iugum tranſuerſum in libra, à quo lances dependent, quod & Græci *ζυγὸν* appellant. ¶ Rurſus iugi, *ζυγά*, ſunt tabulæ nauium in quibus remiges ſedent, quæ & Tranſtra uocantur. Virg. 6. Aene. Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant, Deturbat, laxatq; foros. ¶ Bos ſub iugum, *βοῦς ὑπὸ ζυγόν*. Vbi quis aſſiduè laborat, aut ubi ſe quis laborioſo inuoluit negotio. Dictum à bubus agricolis. Zenodotus refert. ¶ Ego & tu idẽ tenemur iugum, *ἐγώτε κἀσὺ, τὸν αὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν*. De iis qui ſimilibus uitiis aut malis obnoxii ſunt. Translatum à bubus arantibus.

Iugo, as. a. p. Cõiungo: quaſi ad unum iugũ alligo. *ζεύγνυμι*. [Ital. Congiongere. Gal. Accopler, lier enſemblẽ. Hiſp. Ayũtar. Ger. Zuſammen jochen, zuſammen fügen.] Colo. libr. 11. c. 19. Inter quaternos pedes figere, & perticis iugare Cice. 2. Tuſc. Hoc quidem eſt commune uirtutem: omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. ¶ Dicitur etiam de iis qui maritali iugo, inſtar boum colla ſubiiciunt. Huius compoſita ſunt, abiugo, adiugo, cõiugo, deiugo, ſubiugo: quæ omnia habent pen. corr.

Iugoſus, ſa, um. Quod in iugum acuitur, quod & accline dicimus. *ὁ πολλὰς ἀπωρείας ἔχων, ὁ πολυδειρὰς, πολυαύχην*. [Ital. Pieno di monti. Galli. Montagneux Hiſpa. Lleno de combres ò de mõtes. Ger. Gipfflechtig, Storzechtig.] Iugis abundans. Ouid. 1. Amo. Eleg. 1. Quis prohibet ſyluis Cererem regnare iugoſis? Lege phatecratæ uirginis arua colli?

Iugum, i, & hoc iugale, om. t. Vt iuga'e uinculum, copula materiamen. *ζεῦγος, ἐμβόλη*. [Ital. Accopiato di giogo. Galli. Accouplé de iong Hiſpa. Coſa de yugo, ayuntado. Ger. Das deſs iochs iſt.] Virg. 4. Aene. Cui uincla iugalia curæ. Idem 4. Aen. Sieui me uinclo nullam ſociare iugali. ¶ Vnus in alia. Ouid. 7. Metam. Eſſe meus cœpit, ne iura iugalia conſor Non bene ſeruaſſet. Lectus iugalis. Virgil. 4. Aen. Exuuiaſq; omneis, lectumq; iugalem, Quo perii, ſuperimponas. Tori iugales. Stat. 3. Syl.

Iugales, ſubſtantiue, dicuntur equi eidem iugo ſubacti. *ὁμόζυγες, σύζυγες*. [Ita. Sotto un iſteſſo giogo. Gal. Cõpaignons, de ioug, accouplez ſous un meſme ioug. Hiſp. Ayuntados en un meſmo yugo. Ge. Zuechtroſs, Rõſſer die zuſammen eingeſpannen ſind.] Claud. lib. 2. de Raptu Proſerpi. Emeritos uertunt ad paſcua nota iugales. Virg. 7. Aen. Abſenti Aeneę currum geminosq; iugales.

Iugamenta, n. t. In ædificiis dicuntur feneſtrarũ ſtructuræ, ſiue eæ ligneæ ſint, ſiue lapideæ: ita dictæ à iugi militaris ſimilitudine, *τὰ ζυγώματα*. Solebant enim iugum ita fieri, ut duabus perticis erectis tertia ſuperimponeretur. Ad eundem etiam modum in feneſtris duobus tribuſue erectis poſtibus limen ſuperimittitur, quandam iugi ſpeciem exhibet. Cato de Re ruſt. c. 15. Iugamenta & antepagmẽta quę opus erunt, ex lapide indito.

Iugarius, ii eſt bubulcus & auriga boum, ſiue arator qui iuga ducit & regit. *βοώτης*. [Ital. Biffolco, aratore. Gallic. Celuy qui accouple les bœufs ou chevaux, bouvier. Hiſ. Carretero, boyero Ger. Der die eingeiochter rinder weidet und führt.] Colum. lib. 1. ca. 6. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, uel minimum nouem: quę menſura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat.

Iugatorius, toria, rium, Vt iugatorius bos, qui iugo ſubditur. *ζυγιαῖος*. [Ital. Bue che tira il carro ò'l giogo. Gal. Vn bœuf de harnois, qui tire la charrue. Hiſpa. Buey que trae el carro. Ger. Ein eingeiochet rind.] Var. 2. de Re ruſt. c. 1. Boni enim generis in Italia plerique Gallici ad opus: contrà, iugatorii Liguſtici.

Iuges, Dicuntur eiuſdem iugi pares. *ὁμόζυγες*. à quo Iniuges boues, qui nunquam iugo adhibiti ſunt. Coniuges, uir & uxor. Biiuges, ſiue Biiugi, *δίζυγες, ſυνωρίδες*, Quadriiuges, Quadriiugi, equi bigæ, uel quadrigæ trahentes.

Iugis, ige, om. t. Aſſiduus, continuus, quaſi ſemper iugo affixus. *ἀενναὸς, συνεχὴς*. [Ital. Continouo. Gal. Continuel, perpetuel. Hiſp. Perenal, continuo, manantial. Ger. Ewig, ſtätig.] Plau. Pſeud. Iſtoccine pacto me adiutas? do id quod mihi eſt: Nam is mihi theſaurus iugis in noſtra eſt domo. Cicero 2. de Diuinatione, Qui quum uidiſſet exhauſtam aquam de iugi puteo, terræmotus dixit inſtare. Idem 2. de Diuinatione, Etiamne futurum eſſe, aquæ iugis colore præſentiunt?

Iugiter, aduerbium, Continuè. *Διηνεκῶς*. [Ital. Continouamente. Gallic. Continuellement. Hiſpanic. Perenalmente. Germ. Stäts, On vnderlaſs, Ineinanderen.] Plautus in Milite, Venerem, amorem, amœnitatemq; accubans exerceo. Et quidem edepol omnes mores ad uenuſtatem iugiter.

Iugata uitis, à Iugo, quod ad ſimilitudinem militaris iugi fiebat. *ἐπιζυγωμένη*. ut ſuprà uidere licet in dictione Iugum.

Iulep, clarificata potio uel clarus liquor potabilis.

Iũli. *ἴουλοι*. Propriè dicuntur teneræ illæ lanugines, quæ in arboribus flores antecedunt, ut in ficu groſſuli. Plin. lib. 16. c. 19. Ferunt & auellanę iulos compactili callo ad nihil utiles. Vnde per metaphorã dicũtur iuli teneræ illę lanugines quæ in iuuenũ genis primæ enaſcuntur. Hinc Seruius Aſcaniũ Aeneę filiũ Iulum cognominatum exiſtimat, quòd adhuc adoleſcens, quum primam cœpiſſet emittere lanuginem, Mezentium ſingulari certamine ſuperarit: quanquam Virgilius non uno in loco etiam antequam in Italiam appelleret, Iulum fuiſſe cognominatum oſtendit. ¶ Eſt item Iulus uermis multipes, & lanugineſus, arboribus paſſim adrepens.

Iumẽtum, ti, n. ſ. à iuuando, id eſt operã præbendo. *κτῆνος*. [Ital. Giumento, beſtie cauillane, & beſtia della quale ci ſeruiano à portar peſi. Gal. Jument, toute beſte ſeruant à porter ou tirer. Hiſ. Beſtia de carga como aſno. Ger. Ein ietlich arbeitſam thier, als roſs, eſel, camel, ochſen.] Cuius appellatione continentur animalia quæ uel ſarcinas gerunt, uel currus trahunt, uel terram excolunt: ut equi, muli, aſini, cameli, boues. Colum. in Præf. lib. 1. c. 1. Nec tamen ulla regio eſt, in qua modò frumenta gignantur, quæ non ut hominũ ita armentorum adiumento iuuentur. Vnde etiam iumenta nomen à re traxere, quòd noſtrum laborem uel onera ſubeundo

uectando, uel arando iungerent. Plin. lib. 8. cap. 8. de camelis, Omnes aut in iumentorum in iis terris dorso funguntur. Colum. ferè iumenti nomine intelligit equos, non autem boues, ut lib. 1. ca. 6. Nec altius edita esse præsepia conuenit, quàm ut bos aut iumentum sine incommodo stans uesci possit. Idem lib. 6. ca. 19. Machina fabricanda, qua clausa iumenta, boues q; curentur. ¶ Est & iumentum uehiculi genus. ζεύγλη, quod adiunctis pecoribus trahebatur, quod à iungendo quidam dictum existimant. Gel. lib. 10. c. 1. Iumẽtum non id solùm significat quod nunc dicitur, sed uectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri iumentum à iungendo dixerunt. ¶ Suo iumento sibi malum accersere, dicitur qui ipse sibi malorum est autor tanquam suo sumptu, suo opera, quasi suopte plaustro, malorum farcinam apportet sibi. Plautus in Amphitryone:

Iuncus, ci, m. ſ. à iungendo, quoniam usus eius ad iuncturas utilis est. σχοῖνος, βρύλλος. [Ital. Gionco. Gal. Ionc. Hisp. El iunco. Ger. Ein binz.] Iuncorum autem multæ sunt species, de quib. uide Plin. lib. 21. c. 18. Molli iunco deterere aliquid, Virg. 1. Aegl. Paluſtres iunci, Ouid. 8. Metam. Limoſus iuncus. Virg. 1. Aeglo. Tibul. lib. 1. Eleg. 1. Et ſiſcella leuis detexta eſt uimine iunci.

Iunculus, diminutiuum. σχοινίον. [Ital. Picciola gionco. Gal. Petit ionc. Hiſp. Pequenno iunco. Germ. Ein binzlein.] ¶ Iunculos item uocabant cibi genus ex opere dulciario qui ad ſimilitudinem iuncorum figuratus erat, quales hodie in opere piſtorio uenales conſpiciuntur. Vel dicitur opus lactarium, hoc coagulatum, inſtar metæ formatum, iũcis incluſum, quæ meta lactis à Martiale dicitur. Vulgus Iũcatam à iuncis nominat.

Iunceus, a, um, Quod eſt ex iũco. βρύλλινος, σχοίνινος. [Ital. Di gionco. Gal. De ionc. Hiſ. Coſa de iunco. Ge. Binzin.] ut, iunceæ cratis, Plin. lib. 21. c. 19. Et apud Colum. lib. 12. c. 6. iunceæ ſportæ. ¶ Per translationem uirgo iuncea, id eſt tenuis, gracilis & tenera, in modum iunci. Teren. Eun. . . deducunt cibum, Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura inceas.

Iuncinus, adiectiu. Ex iunco factum. σχοίνινος. [Ital. Fatto di gionco. Gal. Fait de ionc. Hiſpa Hecho de iunco Ger. Aus binzen gemacht.] Plin. lib. 15. c. 7. Sic & Rhodinum è roſis iuncinum è iunco.

Iuncoſus, a, um, Iuncis plenũ. σχοινώδης. [Ita. Pieno de gionchi. Gal. Plein de ioncs. Hiſ. Lleno de iuncos. Ger. Binzechtig.] Plin. li. 18. c. 6. Iuncoſus ager uerũ pala debet. Littora iuncoſa, Ouid. lib. 7. Metam.

Iuncetum, ti, n. ſ. Locus iuncis conſitus. σχοινών. [Ita Luogo done ſono, molti gionchi Ga Joncaye, lieu ou croiſſent les joncs. Hiſp. Lugar donde naſcen muchos iuncos. Ger. Ein orth da vil binzen ſtehen, ein Riede] Varr. 1. de Re ruſt. c. 7. Primum genus quod dixi, maximè quærit ſalicta, ſecundum arundineta, tertium iuncera.

Iuncus odoratus, A roſæ odore, quem ſpirat, nomen accepit, σχοῖνος ἀρωματικός. Scapo eſt exili rubente, flore copioſo, uinoſo, ſapore linguam mordicans. Præſtantiſſimus naſcitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. Vide Plin. lib. 12. c. 22.

Iungo, is, xi, ctum, 3. c. Cõnecto, cõpono, quaſi in unũ ago. ζεύγνυμι [Ital. G. iungere, congiungere. Gal. Ioindre, acoupler. Hiſ. Ayuntar. Ger. Fügen. oder zuſammen fügen.] Plin. libr. 11. c. 51. Ceruix articulorũ nodis iungitur. Sapientia iuncta eloquentiæ, Cic. de Clar. Orat. Virgi. 8. Aeneï. Queis neq; mos, neq; cultus erat: nec iungere tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parto. ¶ Huius compoſita ſunt, Abiũgo, adiungo, coniungo, diſiungo, deiungo, quod eſt ſeparo. Plaut. Aiũ. Ne nos deiunge amantes. Iniungo, interiũgo, ſubiungo, & ſeiungo.

Iunctus, partic. ἐζευγμένος. [Ital. Congionto. Gal. Ioint, accouplé Hiſp. Ayuntado. Ger. Zuſammen gefügt.] Amor legitimo fœdere iunctus, Ouid. 2. Triſt. Eleg. 7. Puella iuncta matrimonio, Liu. 10. bell. Puni.

Iunctio, onis, f. c. Idem quod coniunctio. σύζευξις. [Ital. Congiontione. Gal. Conionction. Hiſp. Ayuntamiento. Ger. Zuſammen fügung.] Cic. 1. Tuſc. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio earum partium, quæ antè iunctione aliqua tenebantur.

Iunctura, æ, f. p. Idem quod coniunctio. σύζευξις. Colum. lib. 12. cap. 4. Hoc enim genus iunturæ maximè probatum eſt. Genuum iunctura, Ouidius ſecundo Metamorphoſeon, Iunctura uerborum, id eſt, compoſitio, Quinti. libro nono, capite quarto.

Iunctim, aduerbium. Sine intercapedine. ἀπαύστως. [Ital. Inſieme, giontamente. Gal. Tout ioignant, tout enſemble. Hiſp. Ayuntadamente. Ger. Zuſammen deren, oder miteinander.] Sueto. Magiſtratus & materias inchoauit, & penè iunctim percurrit.

Iunices, pen. prod. Teneræ ætatis boues fœminæ, quæ iam eſſe aluntur ut uitulæ eſſe, necdum tamen ad ſummam magnitudinem peruenerunt: dictæ quaſi iuuenices, à iuniore ætate. ἀμαλλίδες. [Ital. Manzuele, torelle. Gal. Genices, jeunes taches. Hiſ. Mugeres mancebas ò nouillas. Ger. Kůlbelen.] Perſ. Saty. 3. Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liqueſcant. Nominatiuus ſingularis eſt iunix. Plautus in Milite, Quàm mox ad ſtabulum iunix recipiat ſe de pabulo. Mares autem in eadem ætate, iuuenci, μοσχοι appellantur.

Iunſcellus, Palmes uetus in magnam longitudinem, & ad quartum uſq; pedamentum porrectus, quod alio nomine draconem uocant, ad maſculeta conficienda idoneum. Plin. lib. 17. cap. 25. Nec ueterem placet palmitem in longum, & ad quartum uſque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iuniculos uocant, ut faciant quæ maſculeta appellant.

Iunior, uide Iuuenis.

Iuniperus, ri, pen. cor. f. ſ. ἄρκευθος. [Ital. Ginepro. Gal. Genieure, ou geneure. Hiſp. El enebro. Ger. Wacholter ſtaud.] Arbuſcula, quæ in locis arenoſis frequens naſcitur, profolis ſpinas habens perpetuò uirentes: unde & topiario operi idonea eſt: materiamq; habet cariei non obnoxiam. Vide Plin. lib. 8. c. 25.

Iuniperum paruum, Græci ἀρκευθίδια uocãt, alii μυρσίνην, alii ἀκανθαλίδα. Ægypti Libium, Galli, Lumpellum, Romani Iuniperum. Eius duo genera, altera maior, altera minor. Vtraq; acris eſt excalfacturia. Vide Dioſc. lib. 1. Plin. lib. 34. capi. 25.

Iunis, & hoc Iune, quod eſt ætate uiride, νέος. Vnde iunior, comparatiuus fit, inquit Cornutus.

Iunix, uide Iunices.

Iuramentum, Iuratus, uide Iuro.

Iurgo, as, a. p. Contendo, litigo, rixor. ζηλοτυπέω, ἐρίζω, φιλονεικέω. [Ital. Contendere, litigare. Gal. Noiſer & tancer, debatre. Hiſp. Rennir, ò mordazmente reprehender. Ger. Zancken, haderen, Kyblen.] Teren. Andr. Quum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. Differt autem iurgare à litigare, & iurgium à lite, quoniam iurgium leuior res eſt. Siquidè inter beneuolos aut propinquos diſſenſio, uel concertatio iurgium dicitur: inter inimicos diſſenſio, lis appellatur. Cicero de Repub. Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio eſt: lis inimicorum, non iurgium dicetur. Idem. Ergo lex putat inter ſe uicinos non litigare. ¶ Eſt & iurgor deponens. Horat. 2. Serm. Sat. 2. . iure, inquit Thrafius iſtis iurgatur uerbis. ¶ Ab his fiũt compoſita, Obiurgo, & obiurgor, de quibus alibi.

Iurgiũ, ii, n. ſ. Contentio, diſſenſio, & leuior quædam lis, qualis nonnunquã etiam inter amicos ſolet accidere. φιλονεικία, ἔρις. [Ital. Contentione, lite. Gal. Noiſe & debat. Hiſpa. Renzilla, contencion. Ger. Ein zanck, hader] Cic. de Sene. Vt Themiſtocles ferunt Seriphio cuidam in iurgio reſpõdiſſe. Idem 4. Tuſc. Ira, cuius impulſu exiſtit etiam inter tres tale iurgium.

Iurgioſus, a, um, Contentioſus, ſeu contumelioſus. φιλόνεικος. [Ital. Contentioſo. Gal. Noiſif, noiſeux Hiſ. Renzilloſo. Ger. Zänckiſch, Häderiſch.] Cel. lib. 1. c. 17. Mulier morioſa admodum fuiſſe fertur, & iurgioſa, De Xantipe Socratis uxore.

Iuridicus, Iuriſdictio, uide Ius.

Iuro, as, a. p. Iureiurando aliquid affirmo, uel nego: quod uerbum à iure deductum putatur, quòd iurare propriè ſit aliquid ita ſanctè promittere, ac ſi ius eſſet. ὀμόω, ὄμνυμι [Ita. Giurare. Gal. Iurer. Hiſp. Iurar. German Schweeren.] Cic. ad Metel. Iurandi ioſiurandum ueriſſimum. ¶ Iurare conceptis uerbis, eſt iurare certa uerborum formula, quam iuraturo præit is qui iuramentum defert. Plaut. in Ciſtell. At ille conceptis iurauit uerbis apud matrem meam. Me uxorem ducturum eſſe. ¶ Iurare in leges alterius, id eſt iurare ſe ſeruа-

ſe ſeruaturum leges alterius. Plin. de uir. Illuſt. Aqua & igni interdixit ei, qui in leges ſuas non iurasſet. ¶ Iurare ſin litem. Cic. pro Roſc. Com. Quod in Codicem iniuratus referre nolnit, id iurare in litem non dubitet? Iurare in uerba. Cæſ. 2. bel. Ciuil. Princeps in hæc uerba iurat ipſe: ad idem iuſiurandum adigit Afranium. ¶ Huius compoſita ſunt, Abiuro, adiuro, coniuro, deiuro, exiuro, detero, peiero, obiuro, præiuro, & eiuro: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Iuratus, Aliquando actiuè accipitur pro eo qui iurauit. *ὀμωμοκώς, ὁρκωτής.* [Ital. Che ha giurato. Galli. Qui a iuré. Hiſp. El que ha iurado. Ger. Geſchworen, der geſchworen hat, beeidiget.] Autor ad Heren. Ex eo quòd ait ſe non potuiſſe adeſſe ita ut iuratus fuerat, id eſt, iurauerat. Sic iniuratus, qui non iurauit. *ἀνώμοτος.* Idem in Verr. Malo ei iurato ſuam quàm iniurato allorum tabellas committere. Plautus in Amph. Nam iniurato, ſcio, plus credet mihi, quàm iurato tibi. Paſſiuè protulit Lucan. libr. 8. Mihi per Latium iurata tonantem. Idem lib. 5. uſus eſt uerbo paſſiuo iuror, Et lætæ iurantur aues bubone ſiniſtræ.

Iurāmentum, ti, n. ſ. Sacramentum, iuſiurandum, hoc eſt, affirmatio, uel negatio rei alicuius ſacræ atteſtatione firmata. *ὅρκος.* [Ital. Giuramento. Gal. Iurement, ſerment. Hiſp. El iuramento. Ger. Ein eidſchwúr.] Senec. libr. 1. de Clem. O uocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius uerba principes regesq; iuramentum faciant, hoc eſt, in cuius uerba reges, & principes iurent.

Iurandem, di, Idem quod iuſiurandum. *ὅρκος.* [Itali. Giuramento. Gal. Iorement, ſerment. Hiſ. El iuramento. Ge. Ein ſchwúr, ein eidſchwúr.] Plau. in Ciſtel. Verùm haud metuo ne iurandum noſtrum quiſquam culpitet. Et paulo poſt, Aot quærere, uti tuo iurando ſatis ſit ſubſidii.

Iureiurare, Idem quod iurare. *ὀμνύναι.* [Ital. Giurare. Gal. Iurer. Hiſpan. Iurar. German. Schweeren.] Liuius Decad. quintæ, libro primo, Prætores ambo in eadem uerba iureiurarunt.

Iurulentus, uide Ius pro liquore.

Ius, iuris, n. t. Liquor eorum quæ coquuntur, & ad coquinariam pertinet. *ὑγρὸς.* [Ital. Brodo. Gal. Brouet, potage. Hiſpan. El caldo dela carne ò peſcado. Ger. Ein brúye.] Plaut. Moſtel. Itidem olent quaſi quum unà multa iura confundit coquus. Terent. Eunuch. Quo pacto ex iure heſterno panem atrum norent. Vocare piſces in ius, Varro 3. de Re ruſt. Sic hos piſces nemo coquus in ius uocare audebit. Ius cõditum. Cic. 5. Tuſcul. Quid uidimus Lacedæmoniorũ in Phidiſis nonne uidemus? ubi quum tyrannus cœnaſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod caput cœnæ erat, delectatum. Tomatis qui illa cœperat, Minimè mirum: condimenta enim defuerunt.

Iurulentus, a, um. Quod cum iure coctum eſt *ζωμώδης.* [Italic. Cotto con brodo. Gal. Qui eſt acouſtré en potage. Hiſp. Coſa guiſada con ſu çumo. Ger. Brúáchtig, In der brúy gekochet.] Corn. Celſ. 2. cap. 10. Tum res eadem magis alit iurulenta, quàm aſſa, magis aſſa quàm frixa. Varro, Vbi pultem aut iurulenti quid ponebant, à capiendo catinum nominarunt. Apul. uerò in Magiæ Apolo. iuſſulentum, non iurulentum formauit, ſic de Ennio dicens, Oſtendit, qualiter quiſq; piſcium aſſus aut iuſſulentus optimè ſapiat.

Iuſcum, ſiue quod uſitatius eſt iuſculum, n. ſ. liquor eorum quæ coquuntur. *ζωμίδιον.* [Ital. Brodetto, guazzetto Gall. Vn chaudeau, un petit brouet Hiſp. El caldo. Germa. Ein brúylein.] Apuleius. Offenſo Photidem, quæ ſuis dominis parabat iuſcum farrim conciſum. Cato de Re ruſtica, capi. 156. Poſtea inde iuſculum frigidum ſorbere.

Ius, is, à iuſſu, ut quidã uolũt, deducitur n. t. *Δίκη, τὸ δίκαιον.* [Ital. Ragione, dritto, giuſticia. Gal. Droit, raiſon, iuſtice. Hiſpa. Razon, derecho. Ger. Das recht oder billich.] Nihil enim aliud eſt ius, quàm quod uel natura, uel ciuitas aut populus, uel gens, uel conſuetudo iubet. Terent. in Heaut. Quid cum illis agas, qui neque ius, neq; bonum, atq; æquũ ſciunt? Et differt à lege, quòd ius generale eſt: lex, iuris ſpecies. Rurſus ius ad non ſcripta etiam pertinet, lex tantum ad ius ſcriptum. Diuiditur autem ius, in naturale, gentium & ciuile. Naturale quod eſt commune omni nationi, eo q; ubiq; inſtinctu naturæ habetur, non aliqua conſtitutione facta ab homine, ſed ab ipſo naturæ conditore: ut maris & fœminæ coniunctio, liberorum ſucceſſio in bonis parentum, puerorum educatio, communis omnium poſſeſſio, quia iure naturali omnia hæc omnib. nationibus ſunt communia: quemadmodum & rei depoſitæ uel commodatæ reſtitutio, uiolentiæ per uim repulſio, quod ubi uis fieri ut alteri facias, & econtrario. Ius gentium, quo gentes humanæ utuntur, quòd à naturali proceſſiſſe facilè intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe conuenit: ut ſcilicet Deo, religioni, patriæ & parentibus pareamus, ut uim atq; iniuriam propulſemus. Ius ciuile, quum aliquid cõmuni iuri uel additur uel detrahitur: hoc eſt, quum populus ſibi conſtituit quaſi proprium ius ciuitatis. Hoc autem ſcripto conſtat, ut ſunt leges, plebiſcita, Senatuſconſulta, principum decreta. Aut hoc ſcripto, ut ea quæ autoritate prudentium fiunt: quæ legum interpretationes rectius dici poſſent, quàm leges. Vnde qui hoc profitentur, Interpretes iuris & Iureconſulti, & Iuris prudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt, Iuris antiſtites nominantur. ¶ In ciuili iure Prætorium ius continetur, quod Prætores ſupplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerunt, ob publicam utilitatem. Hoc à Prætoris honore, honorarium appellatur. ¶ Eſt etiam ius ſingulare, quod cõtra tenorem rationis, ob aliquam utilitatem autoritate cõſtituentium introductum eſt. ¶ Ius conſuetudinis, quod in morem uetuſtas uulgi approbatione produxit. ¶ Ius militare, quo ſoli milites ſunt adſtricti, ut belli inferendi ſolemnitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato egreſſio in hoſtes, & pugnæ commiſſio, ſigno dato receptio, ſtipendiorũ modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, prædæ diuiſio pro perſonarum qualitatibus. Iuris præcepta tria ſunt, honeſtè uiuere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere. ¶ In noſtra etiam religione eſt ius diuinum, in quo diuina oracula comprehenduntur: & ius principum, quod principes ſingulis ſuis regnis præſcripſerunt. ¶ Aliquando ius ponitur pro autoritate, ſiue libertate quadam atque licentia. *ἐξουσία.* Cicero pro Archia, Quare ſuo iure noſter ille Ennius, ſanctos appellat Poetas, id eſt ſua quadam autoritate, & pro libertate ſibi omnium conſenſu ut grauiſſimo poetæ, conceſſa. Idem, Pro meo iure dico, quaſi confidenter. Hinc ſui iuris eſſe dicuntur, qui nullius imperio ſunt ſubiecti, *αὐτεξούσιοι, ἀνυπότακτοι.* ¶ Aliquando pro neceſſitudine: ut, Eſt mihi cum illo ius cognationis, uel amicitiæ. ¶ Aliquando pro loco in quo ius redditur appellatione collata ab eo quod fit in id in quo fit: quem locũ definiunt ubicunq; Prætor ſalua maieſtate imperii ſui, ſaluoq; more maiorum ius dicere conſtituit. Ius ſuum obtinere non poſſe dicebant ueteres eum, quem nunc iuſtitium habere, uel conſequi non poſſe dicimus. Cicero, Hic Philodamus, poſt quam ius ſuum obtinere non potuit, ut humanitatem, cõſuetudinemq; ſuam retineret, laborabat. In eadem etiam ſignificatione dicimus, ius ſuum non retinere. Idem Cicer. in Antonium actione 4. Hoc edicto non Siculi, ſed iſti ipſi equites Romani, qui ius ſuum retinere ſe contra Apronii poſſe erant arbitrati, ſplendidi homines, & aliis Prætoribus gratioſi, uincti Apronio traditi ſunt. ¶ Ius, fas, lex, iuſtum, praui rectiq; partes: id eſt, iuris iniuriæq;. Iure ſublato nihil eſt quare exploratum cuiquam poſſit eſſe, quid ſuum, aut quod alienum ſit, nihil eſt quod æquabile inter omnes atq; unum omnibus eſſe poſſit. Cicero pro Cecinna. Iuris eſt nobis omnis ratio explicanda. Quod diuiditur in duas partes primas, naturam atq; legem, & utriuſq; generis uis in diuinum & humanum ius eſt diſtributa. Quorum æquitatis eſt unum, alterum religionis. Æquitatis autem ius duplex. Cuius altera directi & ueri, & iuſti, & ut dicitur, æqui & boni ratione defenditur. Altera ad uicißitudinem referendæ gratiæ pertinet. Quod in beneficio grata, in iniuria ulto nominatur. Atq; hæc communia ſunt naturæ atq; legis, ſed propria legis, & ea quę ſcripta ſunt, & ea quę ſine literis aut gentium iure, aut maiorum more retinentur. Scriptorum autem priuatum aliud eſt, publicum aliud. Publicum lex, ſenatuſconſultum, fœdus. Priuatum tabulæ, pactum, conuentum, ſtipulatio. Quæ autem ſcripta non ſunt, ea aut cõſuetudine, aut conuentu hominum, aut quaſi conſenſu obtinentur. Atque etiam hoc imprimis ut noſtros mores legesq; tueamur, quodammodo naturali iure præſcriptum eſt. Idem in Partit. de iure adoptionis. Ius adoptionis eſt, ut is adoptet, qui neq; procreare iam liberos poſſit, & eum potuerit, ſit expertus. Cicero pro Domo ſua ad Pon. Ius ciuile, ius legitimum uel publicum, iuris ciuilis ſcientia uel diſciplina, iuris ſtudium, ciuilis ſcientia, prudentia iuris publici uel ciuilis. Cicero pro Cornelio, Leges de iure ciuili, eſt

æquitas cõſtituta his qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas. Cic. in Top. Ius ciuile, iuriſperitorum auctoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate, conſiſtit. Ibidem, Sic in iure ciuili finis hic, legitimæ atq; utilitatis in rebus cauſiſq; ciuium æquitatis conſeruatio. Idem 1. de Ora. Conſuetudinis ius eſſe putatur, id quod uoluntate omnium ſine lege uetuſtas comprobauit. In ea autem iura ſunt quædam ipſa iam certa propter uetuſtatẽ. Quo in genere & alia ſunt multa, & eorum multò maxima pars quæ Prætores edicere conſueuerunt. Quædam autem genera iuris iam certa conſuetudine facta ſunt, quod genus pactum, parte iudicatum. Idem 2. de Inuent. Ius conſuetudinis, eſt quod aut leuior à natura tractum aluit, & maius fecit uſus, ut religionem, aut ſiquid eorum quæ antè diximus, à natura profectum, maius factum propter conſuetudinem uidemus. Aut q̃ in morem uetuſtas uulgi approbationem perduxit, quod genus pactum, par, iudicatũ. Ibidem: Lege ius, eſt quod in eo ſcripto quod populo expoſitum eſt, ut obſeruet, continetur. Dicitur etiam ius. ὑγρὸν liquor eorum quæ coquuntur. Terent. in Eunuch. Quo pacto ex iure heſterno panem atrum uorent. Ius album piſcium ſic cõficitur, cum ſine garo, magiſq; etiam ſine conditura eiuſmodi, παχυκάϊον Græci nocant, præparatur, ſcilicet anetho ſaleq; cum oleo, & porri exiguo in aqua coniectus.

Iure, ablatiuus, aliquando aduerbialiter ponitur, pro eo quod eſt meritò. Quint. Quis eum id non meruiſſe, quis non iure paſſum affirmet?

Iuſiurandum, di. n. Eſt affirmatio religioſa, ut inquit Cic. lib. 3. Offic. ὅρκος, ἐνωμότιον. [Ital. Giuramento, ſacramẽto. Gal. Jurement, ſement. Hiſ. Iuramento. Germ. Ein eidſchwůr.] Plaut. in Pſeud. Quid item, ut nos, iureiurando quæruunt rem. Cic. 1. Offic. Nullum enim uinculũ ad ſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerũt.

Iuriſdictio, dictionis, f. t. Iuris dicendi officium. Δικαιολογία, δικαιωσις. [Ital. Giuriſditione. Gal. Iuriſdiction, puiſſance de iuger. Hiſ. Iuriſdicion como ſe nonbre. Ge. Gwalt oder gerächtigkeit recht vnd gricht zůhalten.] Seruius Sulp. Cic. Poſtremo die quum ab eo digreſſus eſſem eo conſilio ut ab Athenis in Bœotiam, reliquam q̃ iuriſdictionem abſoluerẽ. Cicero 4. in Verrem, Is æqualem iuriſdictionem in Sicilia habuit.

Iuriſconſultus, ti, ſiue iureconſultus, m. f. Iuris ſiue legum ſu interpres. ὁ νομικὸς, ὁ δικαιγνώστης, συμβουλευτικὸς. [Ital. Giuriſta, dotto in leggi. Gal. Juriſconſulte. iuriſte. ſauant ès loix. Hiſp. Letrado en la ley y por pleytos. Ger. Ein rechtskündiger, ein rechts gelehrter.] Cic. 2. de Leg. Sed iuriſconſulti, ſiue erroris obiiciendi cauſa, quò plura, & difficiliora ſcire ui deantur: ſiue (quod ſimilius ueri eſt) ignoratione docendi (nam non ſoldm ſcire aliquid artis eſt, ſed quædam ars etiã docendi) ſæpe quod poſitum eſt in una cognitione, id in in finitas diſpertiuntur: uelut in hoc ipſo genere, quàm magnũ illud Scæuolæ faciunt Pontifices ambo, & iidem iuriſperitiſſimi Conſultus iuris, apud Horat. de Arte.

Iuridicus, a, um, pen. cor. Quod iuriſdictioni deſtinatum eſt, uel quod ſecundum ius eſt. εὐθύδικος. [Ital. Giuridico, pertinente al dritto. Gal. Juridic, apartenant au droit. Hiſp. Pertenesciente al derecho. Ger. Rächtlich, das nach dem rechten oder gſatz iſt.] Vnde iuridicus dies, quo ritè ius dici poteſt. Et iuridica actio, quæ ſecundum ius eſt. ¶ Dicitur etiã iuridicus, qui ius dicit. Δικαστὴς. [Ital. Giudice. Gal. Iuge. Hiſp. Iuez. Ger. Ein richter.] Senec. in Herc. fur. Flentes Euridicẽ iuridici ſedent. Iuridici conuentos ei quatuor. Id eſt in quibus iura redduntur.

Iuridicialis, le, o. t. Idem quòd iudicialis. Δικαστικὸς. [Ital. Ciò che à giudice, ò à giudicio s'apartiene. Gal. Apartenant à iuge ou à juger. Hiſp. Coſa pertenesciente al iuyzio, ò iuez. Ger. Das zů dem rechten gehört.] Cic. 1. de Inuen. Huic generi Hermagoras partes quatuor ſuppoſuit, deliberatiuam, demonſtratiuam, iuridicialem, negotialem. Iuridicialis ſtatus apud Quintil. lib. 3. c. 6.

Iuriſprudentia, Eſt diuinarum rerum, & humanarũ noticia, iuſti atq; iniuſti ſcientia, hoc eſt, ipſa ἐγκυκλοπαιδεία, diſciplina rotunda, integra, & ſine offenſione. Budęus in lib. 1. de Iuſt. & Iud. uel eſt ars boni & æqui. Neq; enim uoluit Iuriſconſultos hac poſteriore definitione ius definire, ſed ipſam iuriſprudentiam quæ eſt habitus animi, ipſius uidelicet intellectus. Ius uerò nihil aliud eſt quàm relatio. Nam & Obligatio eſt ius, & Actio eſt ius, & Dominium & oſtruſtus, & pleraq; in legibus infinita nimirum ſpecies ipſius iuris. Ex Appello.

Iuſculum, uide Ius pro liquore.

Iuſſus, particip. à Iubeo, & Iuſſum, ſi, Vide Iubeo.

Iuſtinũ, à Iuſtino Imperatore primo inuenta, deſcriptio ad uerſum malum calculi. Citatur ab Nicolao.

Iuſtus, Qui à iuris præceptis non deflectit. *Δίκαιος*. [Ital. Giuſto. Gal. Juſte. Hiſp. Coſa iuſta è ygual. Ger. Gerächt.] Cic. 1. Offic. Iuſtus homo, is q̃ quem bonum uirum dicimus. Ita pro Sextio, Ariſtides, qui unus omnium iuſtiſſimus iudicatus fuiſſe traditur. ¶ Interdum ponitur pro ſatis magno & mediocri quum & ius ipſum mediocritas quædam ſit. Vnde iuſtam magnitudinem alicuius rei dicimus, quum nec debita minor eſt, nec modum excedit. Iuſtum opus, ſatis magnum, non exiguum. Plin. in Præf. lib. 8. Opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi. Sic iuſtum prælium, iuſtum exercitum, hiſtorici dicunt magnum, & non contemnẽdum. Sic etiam Aſconius, iuſtas inimicitias, pro magnas apud Ciceronem expoſuit. ¶ Interdum pro uero. *γνήσιος*. Vnde apud Iureconſultos, qui filium adoptat, interrogatus, an uelit eũ quem adoptat, iuſtum ſibi filium eſſe. id eſt uerum filium. Iuſtus dominus, pro uero, cui contrarius eſt alienus. Cic. lib. 1. Offic. Quare L. Syllæ, & C. Cæſaris pecuniarum translatio à iuſtis dominis ad alienos, non debet liberalis uideri. Iuſta mater familiæ, & Pellex contraria. Lio. 9. bell. Mac. Nec etſi minor ætate quàm Perſeus eſſet, hunc tamen iuſta matrefamiliæ, illum pellice ortum eſſe. ¶ A iuſtus fit compoſitum iniuſtus, qui contra ius facit, & qui iuſtam magnitudinem excedit. *ἄδικος*. Cic. 5 Tuſcul. quæſt. Vir malefica natura & iniuſtus. ¶ Interdum accipitur pro nimis magno. Virgil. 3. Georg. Iniuſto ſub faſce uiã dum carpit. ¶ Iuſti dies qui fuerint apud ueteres, apertiſſimè docet Gellius lib. 16. cap. 1. his uerbis, Confeſſi itaq; aris, ac debiti iudicatis, triginta dies ſuos dati cõquirendæ pecuniæ cauſa, qui diſſoluerentur. Eosq; dies Decemuiri iuſtos appellauerunt, uelut quoddam iuſtitium, id eſt, iuris inter eos quaſi interſtitionem quãdam & ceſſationem, quibus diebus nihil cũ his agi iure poſſet. ¶ Dicebantur præterea in bellis ſuſcipiẽdis dies iuſti, numero tres & triginta, ab eo ſcilicet die quo res repetitæ erant per Fecialem: quibus elapſis, niſi redditæ res eſſent, haſta in fines hoſtium conjecta, bellum indicebatur. De hoc uide Liu. lib. 1. ab Vrbe.

Iuſtè, aduerb. Rectè, legitimè, iure. *Δικαίως*. [Ital. Giuſtamente. Gal. Juſtement. Hiſ. Iuſta ò ygualmente. Ge. Gerächtig lich, Billigklich.] Bru. Cic. At hoc ipſum, inquies, iniquè facis: imò iuſtiſſimè. Idem in Salluſt. Id uos ſi iuſtè offendi mini, iuſtius huic quàm mihi ſuccenſere debetis. Iuſtè & legitimè imperare, Cic. lib. 1. Offic.

Iuſto, ablatiuus pro aduerbio: ut, Lõgius iuſto, id eſt, longius quàm par eſt. Quint. lib. 9. c. 4. Membrum longius iuſto, tardum: breuius inſtabile eſt.

Iuſta, neut. pl. Exequiæ, ſiue parentalia quæ mortuis impendũtur, ita dicta quòd iuſtè fierent his qui de nobis uiuentes bene meriti fuerant. *ἐναγίσματα, νεμεσίσματα, νενομισμένα*. [Ital. Eſſequie, pompe funerali. Gall. Les obſeques, funerailles, ſacrifices & ceremonies qu'on faiſoit aux treſpaſſez. Hiſ. Las exequias de los muertos. Ger. Beſtattung der todten, Seelgrädt oder opferung für die ſelbigen.] Salluſt. in Iugurtha, More regio iuſta magnificè fecerant. Ouid. Hanc quia iuſta ferunt, dixere Fetalia lucem. Cicer. 2 de Legibus, Non ſoldm uita cruciari atq; dedecore, uerùm & ſepultura & iuſtis exequiarum caruerunt. ¶ Iuſta pro conſtitutis, quæ neceſſariò præſtari debent. Colum. lib. 11. cap. 2. Item uinearum foſſio iiſdem locis peragenda, arboſtorumq; ſiue putatio, ſiue alligatio ſumenda eſt, quorum ipſa certa eſſe non poſſunt. Ad iuſta perducere, id eſt ad iuſtum laborem. Colum. lib. 6. cap. 14. Iuſta reddere, opus debitum & conſuetum perficere. Columella libro primo, capite octauo.

Iuſtitia, æ, f. p. ut inquit Cic. 1. de Fin. Eſt habitus animi, communi utilitate ſeruata, ſuum cuiq; tribuens, atq; ſocietatẽ coniunctionis humanæ munificè, atq; æquè tuens. *Δικαιοσύνη*. [Ital. Giuſtitia. Gal. Iuſtice. Hiſ. La iuſticia que yguala las partes. Germ. Gerächtigkeit.] Virgil. 1. Aeneid. O regina, nouam cui condere Iupiter Vrbem, Iuſtitiaq; dedit gentes frenare ſuperbas. Ouid. 1. de Ponto, Iuſtitia uires temperat ille ſuas. Differt autem Iuſtitia à Iudicio, & ab æquitate, quia

te, quia (ut Dicet Hirtius) Iuſtitia eſt actio recta: Iudicium, diſcretio boni & mali. Aequitas, rectitudo mentis intelligitur. Iuſtitia eſt in his quæ ſecundum regulam veritatis bene operantur. Iudicium in iſtis, quibus recta deſcriptione cum proximis agimus. Aequitas in eo, cum ſyncera intentione Deo ſoli in his quæ rectè gerimus, vel iudicamus, placere contendimus. Iuſtitia, eſt obtemperatio ſcriptis legib. inſtitutiſq; populorum Cic. 1. de Leg. Iuſtitia eſt quæ ſuum cuiq; diſtribuit.

Iuſtificus, a, um, Iuſtitiam faciens. δίκαιος. [Ital. Che fa giuſtitia. Gal. Qui fait iuſtice. Hiſp. El que haze juſticia. Germa. Der gerechtigkeit thůet.] Catullus Arg. Iuſtitiæ mens deorum.

Iuſtitium, tii, n. ſ. Quaſi iuris ſtatio dicitur. Eſt enim iuris dicendi intermiſſio, quæ fieri ſolet in publico luctu, & Reipublicæ calamitatibus ἀπραξία Plutarcho. [Ital. Vacatione da render ragione. Gal. Vacation quand on ceſſe de plaider. Hiſp. Las vacationes delos yuyzios. Germa. Zuſtillehalung oder anſtellung des gerichts.] Liu. Dictator quum iuſtitiũ ediciſſet, omnes iuniores ſacramento adegit. Idem, Iuſtitiũ edicit: claudi tabernas tota urbe iubet: uetat quempiam priuatæ quicquam rei agere. Triſti iuſtitio clauſa fora, Luc. lib. 7. Dicitur & Iuſtitium remittere, pro eo quod eſt iuſticio finem imponere. Liu. lib. 10. Vt Romam reditum eſt, iuſtitium remiſſum eſt.

Iuſum, aduer. loci, idem quod deorſum. Et contrarium eſt ei quod ſuſum uel ſurſum. Quanquam hæc & huiuſcemodi alia quædã adſcribenda fortè non erant, cùm non ſint Latina, ſed merè Gallica: quia tamen ſubinde in lectione quorundam non infimi nominis autorum occurrunt, eorum uel meminiſſe ſaltẽ libuit, uariarum ſcilicet artium ſtudioſi ut conſuleremus.

Iuuamen, uide Iouo.

Iuuenalia, Iuuenalis, uide Iuuenis.

Iuuencus, ci, m. t. Bos iunior, qui iam uitulus eſſe deſiit, nondum tamen in iuſtam magnitudinem excreuit. μόσχος, πόρις. [Ital. Manzo, giouenco. Gall. Vne ieune beſte, un ieune bœuf ou toureau. Hiſpa. El mancebo ò buey nouillo. Germ. Ein iunger ochs oder ſtier.] Dictus à iuuando, ut Varroni placet, quòd iam dominum in agro colendo adiuuare poſſit. Colum. lib. 6. ca. 1. Nam ubi plauſtro aut ſtarro iuuencum conſuetiſſimus, ex domitis bubus ualentiſſimũ, eundemq; placidiſſimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Sociare iuuencos impoſito aratro, Stat. 1. Theb. Virgil. 3. Georgic. Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ Paſcit equos: ſeu quis fortes ad aratra iuuencos. ¶ Iuuencus & iuuenca, non tantùm de bobus, ſed & de hominibus iuuenibus intelliguntur. Ouid. Epiſt. 7. Graia iuuenca uenit, quæ te, patriamq; domumq; Perdat, Io prohibe, Graia iuuenca uenit. ¶ Propriè tamen iuuenci uel iuuencæ dicuntur boues qui iam deſierunt eſſe uituli. Varr. enim lib. 2. c. 5. de Re ruſt. quatuor diſtinguit bubuli generis ætates: quarum prima eſt uitulorum, ſecunda iuuencorum, tertia boum nouicliorũ, quarta uetulorum. ¶ Iuuencus quoq; de homine iuuene. Horat. 1. Carm. Ode 8. Te ſuis matres metuunt iuuencis, Te ſenes parci, miſeræq; nuper Virgines nuptæ. In quem locũ annotauit Porphyrion, iuuencum non ſolùm de bobus uerumetiam de hominibus adoleſcentulis dici: quamuis in ea ſignificatione frequentius iuuenculos dicamus, & iuuenculas.

Iuuenculus, diminut. μειράκιον. Catul. ad puerum, Qui flos ſeculus es iuuenculorum.

Iuuenca, æ, f. p. Vacca iunior, quæ iam uitula eſſe deſiit, nondum tamen in iuſtam magnitudinem excreuit. δαμάλις, πόρτις. [Ital. Manza, manzuela. Gal. Geniſſe, ieune vache. Hiſpa. Manceba ò nouilla. Germ. Ein kůalbelen.] Virgil. 3. Georg. Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca. ¶ Accipitur aliquando pro puella, uel florentis ætatis muliere. πάρις. Ouidius quinta Epiſtola. Graia iuuenca uenit, quæ te, patriamq; domumq; Perdat: Io, prohibe, Graia iuuenca uenit. Reliqua uide in dictione Iuuencus.

Iuuẽnis, com. t. à iuuando, quòd ea ætas maximè ſit apta ad laborem tolerandum νέος. [Ital. Giouane. Gall. Ieune, iouuenceau. Hiſp. Mancebo ò manceba en edad, iouen. Germ. Jung, ein jung mannus oder weibs bild.] Et à Iureconſultis iuuenes dicuntur, qui adoleſcentiæ exceſſerunt ætatem, quod incipiunt inter ſeniores numerari. Virgil. 5. Aeneid. Hoc iuuenẽ egregium præſtanti munere donat. ¶ Iuuenes feruidi. Hora. 4. Carm. Ode 11. Poſſent ut iuuenes uiſere feruidi, Multo non ſine riſu, dilapſam in cineres facem. Plin. lib. 7. c. 16. Cornelia enim iuuenis eſt, & parere adhuc poteſt. ¶ Hinc formatur comparatiuũ iunior. Nam & apud Colu. lib. 9. c. 11. legitur iuueniori examini, arbitror librariorũ culpa accidiſſe: præſertim quum in uenerandæ cuiuſdam fidei exemplaribus legatur iuniori. Horat. 2. epiſt. 1. Qui uel mense breui, uel toto eſt iunior anno. Iuniores ſerui. Plin. lib. 8. ca. 51. Alioqui ante frontem prominere ſolitos iunioribus. ¶ Iuuenis de oue. Colu. li. 7. c. 3. Fœmina poſt bimatum maritari debet, iuuenis & habetur quinquenuis. ¶ Iuuenis, pro iuuenili, adiectiuè. Ouid. 7. Meta. & admonitus iuuenes nutricibus annos Poſſe ſuis reddi.

Iuuenilis, le, adiectiu. Quod ad iuuenem pertinet. νεανικός. [Ital. Da giouane, giouenille. Gall. De ieuneſſe, appartenant à iouuencau. Hiſpan. Coſa de mancebo. Germ. Jung zů der iugent gehört.] ut, Aetas iuuenilis Iuuenile robur. Colu. lib. 4. c. 3. Iuuenilis ludus uel iocus. Liu. 1. ab Vrb. Virg. 5. Aeneid. Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore uires. Ouid. lib. 5. Triſtium, eleg. 1. Integer & latus, læta & iuuenilia luſi. Idem libro 14. Metamorph. Siquis & ſuis ſemper iuuenilior annis.

Iuuenili̇ter, aduerb. Quod eſt more iuuenum νεανικῶς. [Ital. A foggia da giouani. Gall. A la façon de ieunes gens. Hiſpa. En manera de mancebo. Ger. Nach der iungen art.] Cicer. in Carone. Et Annibalem iuuenili̇ter exultantem patientia ſua molliebat. Ouid. 7. Metam. Venatum in ſyluas iuuenili̇ter ire ſolebam.

Iuuenalis, le, adiect. νεανικός. Idem quod Iuuenilis. Plin. lib. 33. ca. 1. Quum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucuparetur. Iuuenalis dies dicebatur feſtum quoddam quod à iuuenibus peculiariter celebrabatur primo die poſt elapſa Saturnalia, à Caligula primũ inſtitutum. Suet. de Calig. Adiecit diem Saturnalibus, appellanitq; iuuenalem.

Iuuenalia, n. t. Erant ludi, qui pro ſalute iuuenum celebrabãtur, νεανικά. Sidonius, Iam uerò iuuenalibus peractis, Quẽ te præbueris ſequente in ænea, Chartis poſteritatibus lequemur. Tacit. lib. 14. Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, inſtituit ludos iuuenalium uocabulo, in quos paſſim nomina data.

Iuuenesco, is, n. t. Iuuenis fio νεανεύομαι. [Ital. Ingiouenirſi, farſi giouane. Gal. Raieunir. Hiſp. Hazerſe mancebo. Germa. Jung werden.] Ouid. 1. Am. Illius à tactu Pylius iuuenesce re poſſet. Plin. li. 14. c. 19. Vites ſqualore deciſo annis omnibus cogimus iuuenescere. Idem lib. 8. c. 27. de gliribus, Rurſus æſtate iuuenescunt.

Iuuenari, Temere & inconſideratè, & iuuenum more aliquid dicere, uel facere. νεανίευμαι. [Ital. Parlare inconſideratamẽte, parlare di giouane. Gal. Faire comme ieunes gens, parler comme eux. Hiſp. Hablar, ò parlar no bien mirando, como mancebo. Germa. Tarrechtig vnd vnbedůnt reden wie die jungen.] Horat. in Arte, Aut nimium teneris iuuenentur uerſibus unquam.

Iuuentus, tutis, f. t. Aetas iuuenilis, quæ & Iuuenilitas, & iuuenta dicitur. νεότης. Salluſt. Ibiq; iuuentutem ſuam exercuit. ¶ Sæpius accipitur pro multitudine iuuenũ. νεολαία. [Ital. Giouentù. Gall. Jeuneſſe, ieunes gens. Hiſp. Mocedad ò mancebia. Germ. Die jugent.] Serm. Sulpit. Cic. Licitum eſt tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum eligere. Cic. 2. Tuſc. Iuuentutem laboribus erudiunt. ¶ Alì quando ponitur pro dea quæ præeſſe putabatur huic ætatis hoc eſt Hebe Iunonis filia & Herculis uxor. Liu. 4. Deca. li. 6. Iuuentutis ædem in circo maximo C. Licinius Lucullus Dunmuir dedicauit. Plin. lib. 35. c. 10. Pinxit hic raptũ Proſerpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Mineruæ delubro, ſupra ædiculam Iuuentutis.

Iuuenta, æ, f. p. Aetas iuuenilis. νεότης. [Ital. Giouentù. Gall. Jeuneſſe. Hiſpan. Mocedad ò mancebia. Germa. Die zeyt der iugent, das alter der iugent.] Plin. lib. 7. c. 11. Aliis ſterilis eſt iuuenta: aliis ſemel in uita dator gignere. Idem lib. 9. ca. 55. Nec niſi iuuenta conſtat ille qui quæritur nigor. Viridis iuuenta, Virgil. 5. Aen. Audax iuuenta, Idem 4. Georg. Imbellis iuuenta, Hora. 3. Carm. Ode 2. ¶ Iuuenta, pro iuuenum multitudine, quæ & iuuentus dicitur. νεολαία. Martial. lib. 2. Quintiliane uagæ moderator ſumme iuuentæ. Iuuenta,

dea melioris ætatis, & iuuentutis, apud Valerium, libro quarto.

Iuuentas, Dea quæ & iuuentuti præesse putabatur. ἥβη. Horatius 1. Carm. Ode 10. Et parum comis sine te iuuentas. Vbi Acron, Aliud est iuuenta, aliud iuuentas, aliud iuuentus. Iuuenta ætas putatur: iuuentas, ipsum nomen: iuuentus, ipsi iuuenes. ¶ Accipitur tamen aliquando iuuentas pro ætate ipsa iuuenili Lucr. lib. 5. Tum demum puerili æuo florente iuuentas Occipit & molli uestit lanugine malas.

Iuuo, as, iuui, iutum, 1. p Opē ferre & auxilior. ὠφελέω. [Ital. Giouare. Gal. Aider. Hispa. Ayudar. Germ. Helffen.] Plautus in Trinummo. nunc ego te quæso, Vt me opera & consilio iuues Teream. iu Heaut. Crede, inquam, mihi, Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero. Lactant. lib. 5. Si eloquentia, si uirtute ingenii diuinarumq; rerum doctrina iuuisset. ¶ Iuuare, pro eo quod est beneficio & misericordia prosequi. Cic. 4. Verr. Legis Corneliæ meminit, quæ proscriptum iuuari uetat. Liu. Iuuisse eos omni commeatu classē hostium. ¶ Iuuat, impersonale: id est, delectat. τέρπει. Virg. 3 Aen. Iuuat euadisse tot urbes. Dicimus autem hodie, iuuat me: olim etiam, iuuat mihi. Plaut. in Capt. Neq; unquā quicquam me iuuat quod edo domi. Idem in Cistel. Quando ita tibi iuuat, uale atq; saluc. ¶ Iuuari passiuum, pro adiuuari, & auxilium accipere Plin. lib. 17. c. 17. Quod sic etiā iuuatur. Ouid. 1 de Ponto, eleg. 4. Sed nereor, ne me frustra sanare labores: Nec iuuet admota perditus æger ope.

Iuuans, participium. ὠφελῶν, ὠφελήσων. [Ital. Aiutante. Gal. Aidant. Hispan. Ayudador. Germa. Helffend.] Cicero ad Trebel. Meq; diis iuuantibus ante brumam expectabis.

Iuto, as, frequent. de quo Adiuto.

Iuuamen, Iuuatio, & Iuuamentum idem significant, scilicet auxiliū. ὠφέλημα, ὄνησις. [Ital. Giouamento. Gal. Aide. Hisp. Ayuda. Ger. Helffen, helffung.]

Iuxtà, Præpositio semper separatur, & significat apud uel pro pē. παρά. [Ital. Appresso. Gal. Aupres, iouxte, ioignant His. Cerca. Germ. Bey, oder nach bey.] Virgil. libr. Aeneid. Humilis uocat æquora iuxta. Plautus, Iuxta te sum, ut pié tueris oportet. ¶ Aliquando significat simul, coniunctim. ἅμα. Varro de uita pop. Rom. Quum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam, id est simul cū ancillis. ¶ Quādo uerò aduerbium est, significat æquè, similiter, eodem modo ὥσπερ. Plautus, Dixi tibi, mater: iuxta mecum tem tenes. id est, æquè atq; ego. Sallust. in Iugur. Hyemem atq; æstatem iuxta pati. ¶ Interdum etiam secundum, uel post. Gel. lib. lib. 4. c. 9. Nigidius figulus, homo (ut arbitror) iuxta M. Varronem doctissimus, hoc est, secundum Varronē, & post Varronem.

Iuxtim, aduerbium. Significat propè. πλησίον. Sueto. in Tyb. Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerunq; se offerebat consiliarium, assidebatq; iuxtim, uel ex aduerso in parte primori.

I ante X.

IXiX. In notis antiquorum. Duodeuiginti. IXI. nonus decimus.

Ixia, ἰξία, Herba quædam, cum terra colorem mutans: unde & chamæleonem appellarūt. Ixias aūt dicitur ἀπὸ τῦ ἴξω, hoc est à uisco, quod quibusdam in locis circa radicē eius inuenitur, quo pro masticbe utuntur mulieres. Huius duæ sunt species, candido & nigro colore distinctæ. Vide Plin. li. 21. cap. 18.

Ixine, interpretatione Theod Chamæleon albus.

Ixon, ἶξον, Græci appellant uiscum, quo aues capiuntur: unde & chamæleonē herbam ixiam uocauere, quòd quibusdā in locis ad radicem eius uiscum inueniatur, quo mulieres uice masticbes utuntur.

Iynx, iyngis, ἴυγξ, Auis quæ uertiella, à colli uersura uocatur. Hæc paulo maior est quàm fringilla, colore uario, linguam serpentibus similem habet, quam longitudine quatuor digitorum exerit, rursumq; contrahit intra rostrum, collum circumagit in aduersum, reliquo quiescente corpore. Vnde & torquilla à quibusdam est appellata. Sunt qui & turbinem uocant, putantq; auem esse amatoriis medicamētis infamem. Frequens auis huius mentio est apud Theocr. in Pharmaceutria.

De litera K.

K Litera, Græcorum est, non Latinorum, quam ipſi κάππα nominant. Et Latini non utuntur, nisi in dictionibus Græcis, quibus tanquam Latinis utuntur: ut Kyrie eleison, κύριε ἐλέησον, id est, Domine miserere. ¶ Sunt autem duæ dictiones. Nam κύριε uocatiuus casus est nominatiui κύριος, & ἐλέησον, imperatiui aoristi primi à uerbo ἐλεέω. Per apostrophon dicimus κυρι ἐλέησον. Sed huiusmodi, quoniā merè Græca sunt, factus fuerit scribere Græcis literis. Nam & Priscianus testis est, K apud Latinos esse supervacuum: & Quintilian. non obscurè innuit loco eius nos habere literam c, quæ ad omnes uocales uim suam perferat. In notis antiquorum K Calendæ, uel caput, uel carissimus, uel cardo, uel castra, carissima, uel Cælius. KAR. Carthago. K AP. Calendis Aprilis. KAL. IAN. Calendas Ianuarii. K. AVG. Calendas Augusti. KARO. Carthago. KARO. G. Carthago ciuitas. KAR. M. Cardo maximus. KAR. F. Cardo finalis. K. Carthago, ciuitas, uel capite, censu, uel censuum, uel cæsus, uel calumniq; causa. K DD. castra dedicauit, uel dedicamus, uel dedicata, uel dedicandi, uel dedicauerunt K FX. Castra fixit. K. FEB. Calendis Februariis KL. Calendæ, uel Calendis. KLD. Calendis. KL SEP. Calendis Septembris. KL. NOV Calendis Nouembris KL. OCT. Calendis Octobris KL DEC. Calen. Decemb K M. Carissimus, uel cardo maximus. K. MA. Calend. Mai. K MART. Calendis Martii K. MR Cara memoria. K. M. T. Cælius mortuus. KO. Carolo. K. P. Carolo positus, uel castra ponit, uel posuit uel castra ponti K PR. Castra peregrina K Q Calēdæ Quintilis, uel Quintiles. KR. Chorus. KR C Cara ciuitas. KRM. Carmen. KRA C. M. Cara cane me. KR. AM. N. Carus amicus noster. K R. N. Carus rex noster KS. Chaos K S. Calendæ Sextiles, uel Sextilis. K. T. Capite tonsus.

L

Litera Latinorum est, Græcorū lamda sono & potestate respōdens, una ex iis, quæ à Græcis ἀμεταβλητα, hoc est immutabiles, à Latinis liquidæ appellantur. Quo fit ut mutam immediatè subsequens in eadem syllaba, præcedentem syllabam, si breuis fuerit, reddat indifferentē. Hinc fit ut Atlas, priorem syllabam habeat indifferentem, quum natura breuis sit. Martial. Non aliter ridetur Atlas cum cōpare molo. Et alibi, Conturbabit Atlas. Virgilius eandem producit, 8 Aeneid. At maiam maximus Atlas. Idem, Atlas generat, cœli qui sydera fulcit. ¶ Nomina uerbaq; ab hac littera incipientia, si cum præpositione Ad uel In componantur posterior litera præpositionis conuertitur in l, ut Allabor, alluo, illuo, illustris, proadlabor, adluo, inluo, inlustris. In notis antiquorū L Lucios, uel Lucia, uel Lælius, Lælia. libertus, locus, lex, lector, Lolius, quinquaginta. L. A. lex alta. LA. C Latini coloni. L. A D. locus alteri datus. L AEL. Lucius Aelius. L AG. lex Agraria. L. AN. quinquaginta annis, uel Lucius Annius. L. AP. ludus Apollinis, uel Appollineos, uel Appollinaris. LAT. P. VIII. E S. latum pedes octo. & semis. L. ADQ. locus adquisitus. LB. liberi. L. BIB. Lucius Bibulus. L. B M. D. locum bene merenti dedit. L. BO. lex Boaria. L. B. P. locus bene possessus. L. C. locus. L C. Latini coloni, uel Lucius Cattius, uel Lucius Cornelius, Libertatis causa, Latini ciues, uel consules. LC. DIV. lucrum diuinum. L S. lucrum sacrum, uel locus sacer. L. CAE. uel L. COE. Lucius Cælius, uel Lucius Cœlius. L CEN. Lucius Censorianus. L CIN. lex Cinica. LD. laudandum. L. D. locum deditum, uel lucrum dedititium, uel locum dedit, uel legem dat, uel locus diuinus. L. D. A. B. M. locum dedit Aelius bene merenti. L. DD. locus deditus. L. D. D locus dono datus, uel locū dono dederunt, uel dedit. L. D. D. D. locus datus decreto Decurionum, uel libens dono dedit, dicauit, uel libens dato decreto Decurionū. L. D. DD. locum dis dedicauit. L. DIV. locus diuinus.

Labarum, penultima correpta λάβαρον, Vexillum erat militare, ante Imperatorem gestari solitum, auro intertextum, gemmisq; intermicantibus splendidissimum: tantæ olim existima-

existimationis ut à militari turba adoraretur. Huius deinde loco Constantinus crucis Dominicæ insigne iussit præferri. Meminit huius vexilli Ambrosius in Epist. Septimius in Apologitico. Sozomenus Historiæ Tripart. lib. 1. cap. quinto, Et præter hos Cassiodorus, Rufinus, & Prudentius in Symmachum.

Labasco, uide Labo.

Labefacio, Labefacto, uide Labes.

Labellum, uide Labrum.

Labes, huius labis, fœminini generis, tertiæ. Ruina, lapsus: à labendo. πῆμα, κηλὶς, φθορά, λύμη. [Ital. Rouina, macchia. Gall. Tache, macule, souillure. Hisp. Mancilla ò caymiento. Germ. Ein einfal: item, ein maasen oder fleck.] Virgilius 5. Aeneid. Hinc mihi prima mali labes. ¶ Est quoq; labes uiolenta quædam illuuies aquæ: aut tempestatis, grandinisue ruina: aut quum terra in altissimum hiatum, barathrumue aperitur. Cic. 1. de Diuinat. Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset. Ibidem, Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræq; desederint. Labes, atque eluuies ciuitatis, Cicero pro Domo sua. Labes atq; pernicies prouinciæ, Idem 2. Verri. ¶ Labes item accipitur pro macula, qualis fieri solet ab oleo, aut simili liquore in uestem delapso. κηλὶς, σπίλος. ¶ Frequentius tamen per translationem pro quouis animi uitio accipitur. Cicero pro Domo sua, Hanc labem turpitudinis, & inconstantiæ populi Romani dignitas sustinere? Ouidius in Epistol. Deinnitæ, Lætaque sit uitæ labe nouerca tuæ. Cicero tertio Officior. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ uulnera?

Labecula, diminutiuum. φῦσος, ἰντελὶς, κηλίδιον. [Ital. Picciola taccia, picciola rouina. Galli. Petite tache ou souillure ou rouine. Hisp. Pequenna mancilla ò caimiento. Germ. Ein mäslein.] Cic. in Vatin. Sed quum Annium tantopere laudes, & clarissimo uiro nõnullam laudationis tuæ labe culam aspergas, &c.

Labefacio, is, a. t. Rumpo, frango, perdo, mobile & instabile reddo. παραπηγνύω, λυμαίνομαι. [Ital. Destruggere, rouinare, collare. Gal. Rompre, & gaster, perdre, & corrompre. Hisp. Hazer caer à otro, destruyr, quebrar. Germani. Verderben, Schwechen, Beschenden, waggelnd machen.] Terent. in Adelphis, Omnes dentes labefecit mihi. Præterea colaphis tuber est totum caput. ¶ Aliquando pro deterrere, & à constantia abducere. Cicero pro Sestio, Quem nulla unquam uis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit. ¶ Labefacere fidẽ suam dicitur debitor, quum malè soluendo efficit nequis ei quippiam uelit credere. Suetonius, Redit sanè nihilo opulentior, ut qui propè labefacta fide, omnia prædia fratri obligaret. ¶ Aliquando pro eneruare, frangere, debilitare, resoluere. Lucretius, - usque adeò Veneris compagibus hærent Membra uoluptatis dum ui labefacta liquescant.

Labefactio, onis, f. t. κλαδὶ, κλύμη, βλάβη. [Ital. Rouina, scorlamento. Gall. Gastement, branlement. Hisp. Caiada, caimiento. Germ. Vnagglung, erschütterung.] Plinius libro uigesimotertio, capite 1. Tussim ueterem inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœam, dentium labefactionem.

Labefactus, participium. λελυμβὶς, λελυμανθὶς. [Ital. Rotto, guastato. Gall. Rompu, gasté. Hispa. Rompido, gastado. Ger. Verderbt, erschüttert, vnd bewegt.] Virgilius 4. Aeneidos, Animum labefactus amore. Robora labefacta, Ouid. 15. Metamorphos.

Labefacto, as, frequenta. a. p. Affligo, perdo, corrũpo, mobile, & instabile reddo, uacillare facio. λυμαίνομαι, παραπηγνύω. [Ital. Rompere, guastare, corrompere. Gallic. Gaster, ruiner, corrompre. Hispani. Hazer caer à otro, destruyr, gastar, corromper. Germanic. Verderben, Beschenden, erschütten, vnnd bewegen.] Columella libro secundo, Igitur in opere boues artẽtiunctos habere conuenit, quò speciosius ingrediantur sublimes, & elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur. Cicero in Catilinam, Quòd si legere uel audire oclitis, extremas maximas Respublicas ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis. ¶ Aliquando pro commouere, & à proposito auertere. Cicero ad Corni. Nec uerò postea destiti labefactare eum qui summa cum tua iniuria, contumeliaq; Reipubl. prouinciã absens obtinebat.

Labium, bii, & Labrũ, bri, n. s. Eiusdem sunt significationis. χεῖλος. [Ital. Labro. Gall. Leores, baulieure Hispan. El beco ò labio de la boca. Germ. Ein läfftzen.] Sunt enim extremitates, & opercula oris, & ueluti uallum quoddam ad tegendam dentium deformitatem à natura datum. Persius, Nec fonte labra prolui Caballino. Terentius in Eunucho, Labiis demissis. Cæsar 5. belli Gallici, Capilloq; sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput, & labrum superius. Martialis libro 2. Basia dimidio quod das mihi Posthume labro, &c. ¶ Admouere labra poculis. Virgilius 3. Aegloga, Necdum illis labra admoui, sed condita seruo. ¶ Primoribus seu primis labris aliquid degustare, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod est leuiter & perfunctoriè aliquid attingere. Cicero 1. de Natura deorum, Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiã? Idem 2. de Orat. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. ¶ Mordere labrum, δάκνειν τὰ χείλη, uel hodiernis temporibus uulgo dicitur qui stomachatur, animoq; tingitur. Sumptum ab indignantium gestu. Aristoph. in Vespis. ¶ Labra item dicuntur rei cuiuslibet extremitates: unde summi fossarum & fluuiorum margines, labra appellantur. Cæsar 7. belli Gallici, Fossam pedes uiginti latam directis lateribus duxit, ut eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant. ¶ In uulneribus quoq; extremæ oræ, quæ acui longuntur, labra dicuntur. ¶ Labrũ item dicitur uas amplũ & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. Plin. epist. 10. Inter has marmoreo labro aqua exundat, circumiectasq; platanos, & subiectis planetas ceu aspergine fouet. ¶ Est & labrum genus uasis in balneis ad lauandum aptum, quasi lauabrum, λουτήρ. Cicero 3. Verrem. Labrum si in balneo nõ est, fac uasit. ¶ Item quodlibet aliud uas amplum & patulum. Virgil. 8. Aeneid. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen aheneis, Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ. ¶ Hinc labra oinaria, lupinaria, & olearia dicuntur in quibus lupini conduntur, & in quæ uina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato, Oleum in labrum primum indito. ¶ A labrum in primo significato fit sublabrum: de quo infrà. ¶ Apud antiquos etiam labias legimus in fœm. gen. Plau. in Stic. Age tibicen, quãdo bibisti, refer ad labias tibias. Sic enim legit Non. Item apud Gel. Labias sensim primores emouemus.

Lãbo, as, n. p. Cado, uacillo, nuto. ὑποφέρομαι. [Ital. Cadere, uacillare. Gall. Branler, chanceler, uaciller. Hispanic. Caer, bambanear. German. Fallen, Zů dem fal seneigen.] Ouid. 11. Metam. Iamq; labant cuncti, spoliataq; tegmine cœli Ima patet. Virgilius libro 2. Aeneidos, Labat arietc cælsus in ima. Horat. 3. Car. Ode 6. Delicta maiorum immeritus lues Romane, donec templa refeceris, Aedesq; labantes deorũ. Virgilius 12 Aeneidos, Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis. ¶ Et per translationem labare sermone, pro inconstanter & timidè loqui. Plinius libro 14. capit. 22. Labant animi, hoc est, deficiunt, Liu. 6. bel. Maced. Labat consilium meum. Cicero ad Atticum lib. 8. Mens labat, Celsus lib. 2. ca. 7.

Labasco, labasci, labascere, uerbum inchoatiuum, neutri generis, tertiæ coniugat. Idem quod casum minari & ruinæ uicinum esse. κατα φέρομαι, ὑποφέρομαι. [Ital. Minaccia re rouina, cascare. Gal. Commencer à cheoir, uaciller, chancelet. Hisp. Caer, amenazar caida. Germa. Ludenlecht fein, Anfahen fallen, wöllen fincken.] Lucret. lib. 4. Vincitur in longo spatio tamen atq; labascit. ¶ Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de pristina constantia excidere. καταθυμῶ. Terent. in Eunucho, L. baseit oratus uno uerbo, quàm citò. Hoc est, suis blandis uerbis perpellit ea illum, ut assentiatur. ¶ Repertur & labascor, deponens pro neutro. Varro Rer diuin. lib. 7. Postquam uidit animi sui cordis labasci mentem infirmam populi. Nonius.

Labor, eris, lapsus, depon. tertiæ declinat. Cado, leniter & sensim deorsum feror. πίπτω, ὀλισθάνω. [Ital. Cascare, scorrere. Gall. Cheoir peu à peu, defaillir. Hispani. Caer, deslizarse, delezuarse. German. Fallen, Hinfallen.] Cicero de Aruspic. respon. Vt aliquis lapsus de cœlo cæcus hominum aderat. Lactant. lib. 6 Aut hostili aliquo imperu diruuntur, aut certè uetustate ipsa dissoluta labuntur. ¶ Interdum idem est quod in desuetudinem abire, siue exolescere. Liuius in præfat. libro primo, Labente deinde paulatim disciplina. ¶ Aliquãdo errare, falli, peccare. Cic. 1. de Fin. Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum, non ferè labitur.

¶ Labi etiam dicuntur ij qui in lubrico ſtantes ueſtigia in retrorſum mouent.

Labilis, e, *ὀλισθηρὸς*, quod facile labitur.

Labina, æ q Ruina, caſus, præcipitium. *πτῶσις, ὀλίσθημα.* [Ital. Rouina, errore. Gal. Cheute, coulement, gliſſement. Hiſpan. Refualadero, caida. German. Ein fall, ſchlipffung.] Plin. lib. 7. cap. 37. Et uidor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarū exiſtimauerit. ¶ Per translationem etiam accipitur pro errore, uel culpa per imprudentiam admiſſa. Plin. lib. 7. cap. 1. Haud alio fidei prodiere lapſa, quàm ubi falſæ rei grauis arbiter extitit. ¶ Item lapſus ſerpentum, progreſſus dicitur, Virg. 2. Aene. Argentini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt. ¶ Lapſus rotarum à Virg. 2. Aen. dicuntur, quaſi labiſſe rotæ: quibus ſcilicet ſubiectis, facilius laberetur ingens ille equus ligneus.

Lapſio, ſ. Idem quod lapſus pro ruina. *ὀλίσθημα, πτῶσις.* [Ital. Rouina. Gal. Cheute. Hiſpan. Caida. Germ. Ein fall.] Cic. 2. Tuſc. Sed hæc in bonis rebus, quòd alia ad alia bona ſunt aptiora, facilitas notior eſt, in malis proclinitas, ut ſignificet lapſionem in neutris habeat ſuperuacuum nomen.

Lapſo, as, q. frequẽ. Labrico, & nutãti gradu incedo. *ὀλισθαίνω.* [Ital. Scottere. Gal. Se couler, gliſſer ſouuent. Hiſ. Deleznar ſe. Ger. Schwancken, Gehen als wann einer alle tritt fallẽ wölte.] Virg. 2. Aen. - hæc dicens altaria ad ipſa trementem Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati. ¶ Lapſantem greſſum firmare, Sil. lib. 3.

Labor, oris, m. e Opera, defatigatio. *πόνος, κάμα[τος].* [Ital. Fatica. Gal. Labeur, peine & trauail. Hiſp. Trabaio con afan. Germ. Arbeit, Mũy.] Nec me labor iſte grauabit. Vall. Labo primam breuem habet: labor primam longam. Hinc labor, oris, & laboro, as, prima breui: quod an ab altero illorum deriuetur, an uterq; potius, liberũ optaueris relinquo. Cicero de Senectute. Nonne melius fuiſſet otioſam ætatem & quietam ſine ullo labore, aut contentione traducere? Ouid. 2. de Arte. Pars eſt exhauſta laboris. Cic. pro Archia, Quid eſt quod in hoc exiguo uitæ curriculo, & tam breui, tantis nos laboribus exerceamus? Labor exercet apes, Virg. 1. Aen. ¶ Labor apud Poetas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, uel alio quouis incommodo. Virgil. 1. Aeneid. Me quoq; per multos ſimilis fortuna labores Iactatã, hac demum uoluit conſiſtere terra. Idem 5. Aene. Requies ea certa laborum. Ouid. Epiſto. 9. Series immenſa laborum. ¶ Dicitur etiam labos, ſicut lepos, arbos. Plaut. Trin. Quam quam ibi animo labos grandis capitur. Aſidous labos, Vale. 6. Agon. ¶ Laborem facere, *πόνον σπείρειν*, uulgo dicebãtur qui fruſtra laborarent, quaſi nihil fructus è labore reportaturi præter laborem. Diogenianus.

Laboro, laboras, penultima producta, n. p. Fatigor, & cum labore aliquid ago. *πονέω, κάλαπορέω.* [Ital. Affaticarſi, fatticare, durar fatica. Gall. Labourer. trauailler, peiner, ahanner. Hiſp. Trabaiar afanando. Ger. Arbeiten, mercken.] Seneca, Iugiter fodiendo laborat. Cic. 5. Ver. Omnibus nũ neruis mihi contendendum eſt, atq; in hoc laborandum, ut omnes, &c. ¶ Ambitioſè circa aliquid laborare, Quintilian. lib. 1. cap. 11. ¶ Arma laborare, id eſt laborando conficere, Statius 3. Thebaid. ¶ Vnde & per translationem laborare, pro malè habere ſumitur, ut quum aliquem laborare quartana. *τετραγαίζειν*, aut laborare podagra dicimus. Plinius, Succus eius podagra laborãtibus prodeſt. Laborare ex renibus, Cicero 2. Tuſcul. Laborare ex dolore puerperii, Teren. in And. Laborare à frigore, Plin. 11. capite decimo. ¶ Aliquãdo pro conari, ſiue anniti: quod & allaborare dicimus. Cicero de Prouinciis, Nec decreui ſolũm, ſed etiam ut uos decerneretis laboraui. ¶ Interdum idem quod angor, & ſollicitus ſum, *φροντίζω* Cicero epiſtol. 110. Nam de iudiciis quod quæris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes reiſit uel Seliuſtam eloquens, ut probare poſſit ſe laberum, non laboro. Idem Q. fratri, De filii tui eruditione quod labores nihil eſt. Idem D. Bruto, Senatum, populumq; Romanum de te laborare non ſolùm ſalutis ſuæ cauſa, ſed etiam dignitatis tuæ. Aliquando pro componere, colere. *κοσμεῖν, λιπαρεῖν.* Virgilius ſecundo libro Aeneidos, Arte laboratæ ueſtes, id eſt compoſitæ. Et laboratus ager, dicitur qui probè cultus eſt. *ἀσκητὸν χωρίον.* Laborati libri, hoc eſt compoſiti, elucubrati. Martialis libro primo, Plena laboratis habeas quum ſcrinia libris, Emittis quare Soſibiane nihil? ¶ Non laboro de hac re: hoc eſt, non curo, neque anxius ſum, inquit Budæus. Cicero pro Roſcio Amerino, Quoniam cuius conſilio occiſus ſit inuenio: cuius manu ſit percuſſus, non laboro. Idem 4. Academ. Sed quia non laboro quàm ualde ea quæ dico, probentur ſis, eo minus conturbor. ¶ Laborare re frumentaria. Cæſar 3. belli Ciuilis, Illi omnia perpeti parati, maximè re frumentaria laborant. ¶ Laborare uitiis. Liuius quarto belli Macedon. Diuerſis & duobus uitiis, auaritia & luxuria ciuitatem laborare. ¶ Laboratur, imperſonale. Cicero ad Lentulum libro primo, Laboratur uehementer, inclita res eſt. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Allaboro, & elaboro: de quibus egimus ſuprà ſuis locis. A laboratus fit compoſitum illaboratus, illaborata, illaboratum, quod ita ſecernitur ab elaborato, quòd inelaboratum dicitur, quod non ſatis artificio excultum eſt, *ἀνέργαστον.* Illaboratum uerò, quod ex tempore & ſine labore factum uidetur, *αὐτοσχέδιον.* Illud uitio dari ſolet, hoc laudi. Quintilianus de Ciceronе, Quum interim hæc omnia, quæ uix ſingula quiſquam intermiſſa cura conſequi poſſet, fluunt illaborata.

Laborioſus, laborioſa, laborioſum, *ἐπίπονος, καματηρός.* [Italicè, Faticoſo. Gallicè, Laborieux, penible. Hiſpanicè, Trabaioſo con afan. Germanicè, Arbeitſam.] ut, Laborioſus homo, dicitur laboris multum ſuſtinens. Cicero pro Cælio, Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis, nec in cõmuni quidem otio licet eſſe. Laborioſus ager, in quo colendo plurimum laboratur. Cælius, Durum rus fugit, & laborioſum. Laborioſum opus difficile, & quod non ſine labore perficitur. Plautus in Mercat. Laborioſi nihil tibi quicquam operis imperabo. Laborioſæ exercitationes. Cicero primo de Finibus, Quis noſtrũm exercitationem ullam corporis ſuſcepit laborioſam, niſi ut aliquid ex ea commodi conſequatur? ¶ Hinc laborioſior, laborioſiſſimus.

Laborioſè, *ἐπιπόνως.* [Ital. Faticoſamente, con afanno. Gall. Auec peine & trauail. Hiſp. Trabaioſamente. Ger. Mit arbeit, Kümmerlich.] Laborioſius, laborioſiſſimè, aduerbia. Quod eſt cum maximo labore *ἐπιπονώτατα.* Cic. 1. Ver. Itaq; ſemper hi diligentiſſimè, laborioſiſſimeq; accuſatoꝛ, qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis uenire arbitrati ſũt. Idem pro Roſc. Iam quo quiſq; eſt ingenioſior, hoc docet, iracundius, & laborioſius.

Laboriter, penultima correpta, adiectiu. Idem quod laborioſus, ſeu laboris patiens. *ἐπίπονος.* [Ital. Saldo alla fattica. Gal. Laborieux, qui porte ou endure trauail. Hiſpan. Trabaioſo, que trae labor. Germa. Arbeitſam, der arbeit hatt.] ut, Hercules laborifer. Ouidius 9. Metamorph. Nanq; laberi fera quum iam natalis adeſſet Herculis. Idem 11. Metamor. - num enim ſuperbum Cæde laborifera creduntur gaudere iuuenci.

Labrum, ri, uide Labium.

Labellum, li, n. ſ. diminut. ſicut à Flabro, flabellũ. *γελάστρον.* [Ital. Labretto. Gall. Petite leure. Hiſp. El beço. Germ. Ein läfftzlein.] Cicero 1. de Diuinat. At Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſpondiſſe fertur, ſingulari illum ſuauitate orationis fore. ¶ Interdum etiam pro auriculi genere ponitur, facto ad ſimilitudinem labri, quo in balneis uti ſolemus ad lauandum. Plin. Cinerem in labellis aqua addita contricant manu, & confidere patiuntur.

Labroſus, a, um, Quod extremitates habet, ueluti quædam labra prominentes *χειλώδης.* [Ital. Coſa con orlo, ò con labro. Gall. Lippu, qui a groſſes leures ou gros bord. Hiſp. Coſa de grandes beços. Ger. Das ein port oder läfftzen hat.] Celſ. lib. 7. c. 26. Ferramentum fecit in ſumma parte labroſum, in ima ſemicirculatum.

Labrum uenereũ, Herba eſt ex genere aculeatarum, echinata ferens cabitula, quibus fullones pannis ueſtibuſq; lanam inducunt. *δύψακος.* Dioſcor. dipſacum appellat. Vulgus Herbariorum *Virgam* paſtoris.

Labrus, Piſcis genus, cauda placens, ab uno Ouid. memoratum, referente Plin. libr. 32. cap. ult.

Labrũſca, æ, f. t. Vitis agreſtis, quæ & erratica dicitur. *ἀγριάμπελος, ἄμπελος ἀγρία.* [Ita. Lambruſca. Gal. Vigne ſauuage. Hiſpanicè, La una dela uid ſilueſtre. Germanicè, Ein wilde weinräb.] Labruſca dicta, teſte Seruio, quòd in agrorum labris: hoc eſt, marginibus, & ſepibus naſcatur. Virgil. in Bucol. Sylueſtris raris ſparſit labroſca racemis. Legitur & Labruſcum neutro genere. Virgil. in Cul. Denſis uirgultis

virgultis aridè labruſca petuntur.

Laburnum, Arbor eſt Alpina, dura candidæ materiæ, aquæ ſuperfugiens, cuius florem cubitali longitudine non attingunt apes. Autor Plinius lib. 16. cap. 18.

Labyzus, λάβυζος, Aromatis genus, ex quo myrrhæ commiſto Perſicorum regum diademata ſolent parari. Eſt autem labyzus, gummi quoddam myrrhę non diſſimile, ſed longè pretioſius, odoratiusq. Cæl. Rod. lib. 18 c. 18.

Lac, lactis, n. g. Succus maternus, quo animalia nutriuntur, dictum à lacendo, quòd admotis mammis infantes alliciantur. γάλα. [Ital. Latte. Gall. Du lait. Hiſp. Leche Ger. Milch.] Virgil. 3. Aegl. Et lac ſubducitur agnis. ¶ Lacte, genere neutro in nominativo dixit Plautus in Milit. Tam ſimilem quàm lacte lacti eſt. Idem in Menæch. Nec aqua æquæ, nec lacte lacti, mihi crede, uſquam ſimilius. Lac ſchiſton, γάλα σχιστόν, appellatur in qua pars caſeoſa ſeparata eſt à ſeroſa. Lac Cyrenaicũ, laſerpitii ſuccus, quod & Laſer appellatur, in Cyrenaica regione primùm repertum. Vide in dictionibus Laſer & Laſerpitium.

Lactes, pluralis numeri, gen. fœm. τὰ μεσεντέρια. Dicuntur graciliora inteſtina per quæ labitur cibus, quæ tria ſunt, tenue, ieiunum, pylorus: inuoluuntur q. meſenterio, ut à ſpinæ contactu duro munitiora tutioraq. reddantur. Dictæ lactes à lacte, aut propter mollitiem, aut propter candorem pinguedinis: aut certè ab antiquo uerbo lacio: propterea quòd cibum alliciant. Plaut. Curcul. Ita cibi uacuitate uenio laxis lactibus. Plinius exiſtimat lactes tantùm in hominibus & ouibus dici, in cæteris autem animalibus illæ appellari. Eius uerba ſunt lib. 11. cap. 37. Ab hoc uentriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus: in cæteris, illæ: à quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominiq. flexuoſiſſimis orbibus. ¶ Quidam pro inteſtinis pinguibus accipiunt: unde Perſius, Emeris auriculas pulmone & lactibus unctis.

Lactarius, a, um, Quod lac in ſe habet, ſiue ſuccum lacteum γαλακτώδης. [Ital. Che ha latte. Gall. Laitier, qui rend du lait. Hiſp. Coſa que tiene leche. Germ. Das milch hatt, oder milch gibt.] Plin. lib. 16. cap. 8. Tithymalum noſtri herbam lactariam uocant, alii lactucam caprinam. Lactaria animalia, quæ lactis gratia paſcuntur. Varro lib. 2. de Re ruſtica cap. 1. Dandum bubus lupinum, & lactariis medica & cytiſum.

Lactarius, rii, maſc. ſ. Piſtor qui cibos ex lacte conficit. γαλακτοπώλης. Spartianus in Heliogabalo, Dulciarios & lactarios ſales habuit, ut quæcunq. coqui de diuerſis edulis exhibuiſſent, uel ſtructores, uel pomarii, illi modò de dulcibus, modò de lactariis exhiberent.

Lacteus, a, um, Quod ex lacte eſt. γαλακτώδης. [Ital. Di latte. Gall. De lait. Hiſp. Coſa tode de leche. Ger. Das von milch iſt.] Quandoq. accipitur pro nitido & lactis candorem referente: ut, Colla lactea. Virgil. 8. Aeneid. Tum lactes colla Auro innectuntur. Lacteus porcus, qui lacte alitur. Martialis lib. 1. Nondumque uiſta lacteum faba porcum: hoc eſt, porcum adhuc lactentem, & fabam per ætatem frangere non ualentem. ¶ Lacteus orbis, ſiue circulus, in cœlo dicitur, quem Græci γαλαξίαν uocant: utroque nomine à lactis candore deducto. Cicero in Somnio Scipionis, Erat autẽ is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, quem uos (ut à Græcis accepiſtis) orbem lacteum nuncupatis. Plinius lib. 2. cap. 15. Omnes fermè ſub ipſo Septentrione aliqua eius parte non certa, ſed maximè in candida, quæ lactei circuli nomẽ accepit. Vide Macrobium in Somn. Scipion.

Lacteolus, a, um, diminut. à γαλακτώδης. ut, Puellæ lacteolæ, Catull. in Camerium, Epigr. 11. Folia lacteola, Politianus in Elegia quadam de Violis.

Lacteo, es, n. ſ. Lac ſugo. θηλάζω. [Ital. Lattare. Gall. Teter, ſucer du lait de la mamelle. Hiſpan. Mamnar la leche. Germ. Milch ſaugen.] Varro 2. de Re ruſt. cap. 1. Lactentes cum matribus ne cubent. Cic. 2. de Diuin. Romulus lactens fulmine ictus. Vnde lactens porcus eſt, qui adhuc lac ſugit. Varro 2. de Re ruſtica cap. 4. Porci qui depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delici uocantur: neq. iam lactentes dicuntur. Lactentia frumenta uocat Virgilius lib. 1. Georgic. eorum, quaſi lacſcentia: hoc eſt, albeſcentia, & lactis colorem referentia.

Lactesco, is, ere, n. t. Eſt in lac conuerti, γαλακτοῦσθαι. [Italice. Conuertirſi in latte. Gal. Deuenir lait, auoir du lait. Hiſpan. Ser ò hazerſe leche. Germ. Zů milch werden.] Cicero 1. de Natura deorum, Omnis feré cibus matrum lactescere incipit. Nonnunquam idem quod lacte impleri. Plinius libro undecimo, capite 41. Aſinæ prægnantes continuè lactescunt.

Lacto, as, a. p. Lac præbeo, quod propriè matrum eſt. θηλάζω. [Ital. Lattare, dar il latte. Gall. Alaitter Hiſpa. Dar à mamar la leche. Germ. Seügen, oder zů ſaugen geben.] Varro 2. de Re ruſtica, capite ſeptimo, Anniculis iam factis dandum hordeum, & furfures uſquequo aderunt lactantes. Lactans mulier propriè dicitur quæ lac in mammis habet. Gell. lib. 12, capite primo, Nam plerunq. ſine diſcrimine quæcunque lactans eſt eo tempore, offerri ſolet. Celſus lib. 2. cap. 18. uidetur lactantia accipere pro lactariis: hoc eſt pro iis quæ ex lacte confecta ſunt. Lac (inquit, mel, adeoq. lactantia, atq. omne piſtorum opus. Idem cap. 19. eiuſdem libri, Mel crudum, lac, lactantia omnia, multum. ¶ A lacto fit compoſitum Ablacto, hoc eſt, à lacte arceo: quod uide ſuo loco. ¶ Eſt præterea lacto frequentatiuum ab antiquo uerbo lacio, quod ſignificat decipio, & per blanditias in fraudem illicio. ἀπάγομαι, ἀπατῶμαι. Terentius in Andria, Nonne tibi ſatis eſſe hoc uiſum ſolidum eſt gaudium, Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? Ibidem, Tunc hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum, edoctos liberè in fraudem illicis? Solicitando, & pollicitando animos eorum lactas?

Lactatus, us, ui, m. q. Actus ipſe lactandi. θηλασμὸς, τιθήνησις. [Ital. Lattamento. Gall. Alaittement, tettement. Hiſpanic. Aquella obra de dar à mamar la leche. Germa. Seügung.] Plin. lib. 32. capit. 2. Ob id ſibilo à piſcatoribus tanquam ſerpentibus euocari, & capi, pingueſcere lactatu, &c. De murænis.

Laccii renalcum, Silphium eſt.

Lacca, ſecundum quoſdam cancanum, eſt gummi quoddã genus, fluens ex arbore, tinctoris utile. Vide Barb. in Corol. 23. lib. 1. Dioſc.

Lacæna, λάκαινα, φαινεμπὶς. Genus veſtimenti.

Lacænus, a, um, Vide in dictione Laconica.

Lacer, ri, & Lacerus, a, um, penultima correpta, Dilaniatus. διπρόσωπος, ῥωγαλέος, ἐκπεπλυμένος. [Ital. Stracciato, ſquarciato. Gal. Deſchiré, deſmembré, mutilé. Hiſpan. Deſpedaçado en partes. Ger. Zerzert, zerriſſen. Eines glids beraubet.] Proprié, ait Aſconius, lacerus dicitur amputatus membris, aut oculis, uel auribus. Virgil. 6. Aeneid. Atq. hic Priamidẽ laniatum corpore toto Deiphobum uidit, lacerum crude literora, Ora, manuſq. ambas, populataq. tempora raptis Auribus & truncas inhoneſto uulnere nares. Tacitus, Donec ſoluta compage ſcutorum, exanges, lacerosq. proſternerent. Lacer (inquit Feſtus) dicitur qui auribus curtatus eſt: item, Lacerum, quodcunque in corpore imminutum.

Lacero, as, a. p Dilanio, membratim diſcerpo. περιτέρω, σπαράττω. [Ital. Stracciare, ſquarciare. Gal. Deſchirer, deſmembrer, mutiler, mettre par pieces Hiſp. Deſpedaçar en partes. Germ. Zerzerren, Zerreiſſen.] Tractum à lanijs qui diſcindendo corpora dilaniant. Virgil. 3. Aeneid. Quid miſerum Aeneam lacerasˀ Terent. Adelph. Tum autem Syrum impulſorem, nãh quibus illum laceratum modis. Lacerare morſu uiſcera, Cicero ſecunda Tuſculana, Lacerare unguibus, Ibidem. Lacerare homines malè ſuadendo, Plaut. Curculione. Lacerare diem, in nanum conſumere tempus diei, Plautus in Stricho. Lacerare rem ſuam, abſumere bona ſua, Plautus Merc. Lacerat me meus mœror. Cicero ad Atticũ libro tertio.

Laceratio, onis, f. t. σπάραγμα. [Ital. Stracciamento, ſmembramento. Gal. Deſchirement, deſmembrement. Hiſpa. Deſpedaçadura. Germa. Berauben eines glids, Zerreiſſung.] Cicero in Piſ. An ego ſi te & Gabinium cruci ſuffixos uiderem, maiore afficiar lætitia ex corporis ueſtri laceratione, quàm afficior ex infamia? Muliebres lacerationes genarum Cic. 3. Tuſc.

Lacerna, æ, f. p. Veſtis exterioris genus, pluuiæ, frigoris iniuriæ propulſandæ in primis accommodatum. φαιλόνης. [Ital. Mantello. Gal. Manteau. Hiſ. La ueſtidura trépada, capra de cemino. Germanic. Ein rägen mantel.] Plin. lib. 18. cap. 25. de Virgi-

de Virgiliarum occaſu agens, Ergo ex occaſu eius de hieme auguruntur, quibus eſt cura inſidiandi negociatoris auaritia. Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denunciãt, ſtatimq; augentur lacernarum pretia. Hactenus Plinius. Ob eandem etiam cauſam à uiatoribus lacernæ ſumebantur, præſertim ab iis qui expeditè & ſine togæ impedimento iter facere uolebant. Hinc M Antonio obiicit Cicero, quòd nimio feſtinandi ſtudio ordinis magiſtratuſq; ſui oblitus, non togæ aut calceis ornatus, ut Conſulem decuit, ſed gallicis, & lacerna, ut quiuis è uulgo, in urbem rediiſſet. Verba eius ſunt hæc, 2. Philippic. Nam quòd quærebas, quomodo rediiſſem, primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. In caſtris item nobiliores lacernis utebantur. Propert. lib. 3. Texitur in caſtris quarta lacerna tuis Ouidius 2. Faſtor. Mittenda eſt domino, nunc nunc properate puellæ, Quàm primum noſtra facta lacerna manu. Verba ſunt Lucretiæ puellas ſuas ad opus adhortantis, ut uiro ſuo in Ardeæ obſidione agenti lacernam mitteret. Lacernis item in ſpectaculis utebantur, & potiſſimum candidis, quæ togis ſuperinduebantur. Martia. in Diſtichis, Amphitheatrales nos commendamur ad uſus, Quum tegit algentes noſtra lacerna togas. Candidis autem potiſſimùm lacernis in ſpectaculis uſos fuiſſe, ſatis indicat Epigramma Martialis in Horatium quendam, qui quum ſolus nigra lacerna ſpectaculis intereſſet, cæteris omnibus albatis, factũ eſt ut repentè cadente niue, cæteris concolor redderetur. Verba eius ſunt hæc,

Spectat modò ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Quum plebs, & minor ordo, maximuſq;
Sancto cum duce candidus ſederet:
Toto nix cecidit repentè cœlo:
Albis ſpectat Horatius lacernis.

Mulieres quoq; lacernis quandoq; uſas legimus. Iuuenalis Satyra prima, Ipſe lacernatæ dum ſe iactaret amicæ. ¶ Feſtus lacernam dictam putat, quaſi laceram, hoc eſt, parte aliqua imminutam, eo quòd minor ſit (ut ille ait) capitio.

Lacernatus, penultima producta, Qui lacerna eſt indutus. *ὁ μανδύᾳ κεκοσμημένος, φελονῃ ἐνδεδυκώς.* [Ital. Mantellato. Gal. Emantelé. Hiſpan. Veſtido di tal veſtidura. Germa. Mit einem regen mantel bekleidet.] ut, Amica lacernata, Iuuen. Saty. 1.

Lacerta, æ, f. p *σαῦρα.* [Ital. Lucerta. Gall. Laiſarde. Hiſp. Lagarto animal reptile. Ge. Ein grüner heydochs, gröſſer aber dann die eydexen.] uel Lacertus, ti, Serpentis genus notiſſimum, inde nomen habens quòd pedes habeat ad noſtrorũ lacertorum, hoc eſt brachiorum ſimilitudinem accedentes. *σαῦρος.* Eius duo ſunt genera colore & magnitudine diſtincta. Minorem zigniyda uocant, ſine calcidem, tergo ſerugineo maculis quibuſdam nigricantibus diſtincto. Alterum genus uiride eſt, ſuperiore multo maius, Italiæ quàm noſtris regionibus frequentius. Vtroq; in genere mas lacertus dicitur. Virgilius Aegloga ſecunda, Nunc uirides etiam occultant ſpinea lacertos. Cicero ad Atticum libro ſecundo, Nam ad lacertas captandas, tempeſtates non ſunt idoneæ.

Lacertus, Piſcis genus mari peculiare, cuius multæ enumerãtur ſpecies à Plin. lib. 32. c. ult. *σαῦρος.* Martial. Quum ſaxetani fertur tibi cauda lacerti.

Lacertus item in homine dicitur ſumma brachii pars, inter ſcapulæ & cubiti oſſa intercepta, quæ à Celſo humerus, à Galeno *πραχίων* appellatur. *ὁ ἐν τῷ βραχίονι μῦς, ὁ μυώδης τόπος*, alii *βραχίων.* [Ital. Moſcolo, la parte carnoſo del corpo, doue è la forza, il braccio. Gal. Muſcle, & partie charnue du corps, cõme la fouris du bras, le bras. Hiſp. El morezillo de morecillo de muslo ò braço, el braço. Germa. Die dicke oder die maſs deſs arms.] Ouid. 1. Meta. Laudat digitoſq; manuſq;, Brachiaq;, & nudos media plus parte lacertos. Virg. 5. Aen. ferit æthera clamor Nauticus, adductis ſpumant freta uerſa lacertis. Cic. de Senectu. Milo ex lacertis & lacertis ſuis nobilitatus. Idem 4. Tuſcu. O pectora, ò terga, ò lacertorum torti. ¶ Et quoniam partes illæ corporis muſculoſæ ſunt, & ualidis toris compactæ, factum eſt ut lacertos pro uiribus ac robore accipiamus: neq; ſolũ pro corporis robore, uerumetiam pro uehementia & pondere orationis: quos & neruos appellamus. Cic. de clar. Or. Quanquã in Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic ut fieri nihil poſſit ualentius. Amentatas haſtas ab aliquo accipere, & eas ex tot ris lacertis, uiribuſq; torquere, apud Cic. lib. 1. de Orat.

Lacertoſus, a, um, Id eſt toroſus & muſculoſus. *μυώδης.* [Ital. Forte, poſſente, de groſſi moſcoli. Gal. Qui a gros muſcles, fort & puiſſant. Hiſp. Coſa con morezillos, fuerte. Germa. Groſs oder ſtarck von armen.] Colu. lib. 7. Feminibus lacertoſis, cruribus compactis. ¶ Quandoq; idem quod ualidus & robuſtus Cic. 8. Philip. Quos centuriones pugnaces & lacertoſos inter Mimorum & Mimarum greges collocauit.

Laceſſo, is, ſiui, & laceſſi per ſyncopen: & laceſſiſſe, pro laceſſiuiſſe: & laceſſierunt pro laceſſiuerunt. 2. t. Eſt autem laceſſo, idem quod pronoco, irrito, incito. *προκαλῶμαι, ἄρχω, ὑπάρχω, κατάρχω, προπυλακίζω, παροξύνω.* [Ital. Prouocare, incitare. Gal. Irriter, agacer, prouoquer. Hiſ. Prouocar ò desafiar. Ge. Reitzen, Zuisbieten.] Et tam in bonam partem accipitur quàm in malam. Teren. in Prol. Eunuch. ne erret, moneo, & deſinat laceſſere. Cicer. Hos ego ſermones, qui & multi ſunt, & tuam exiſtimationem (ut ſentio) non offendunt, laceſſiui nonnunquam. id eſt excitaui, inquit Bud. Salluſtius, Pridie legiones in monte poſitas laceſſiuit. Cic. Cornif. Sic igitur facies, meq; amabis, & ſcripto aliquo laceſſes. Ego enim reſpondere facilius poſſum, quàm prouocare. Virg. 1. Aegl. Efficiam, poſthac ne quenquam uoce laceſſas. Sallu. Poſtremò diſſimulandi cauſa, ſiue expurgandi, ſicut turgio laceſſitus foret, in Senatum uenit. Colu. lib. 2. c. 2. Nonnunquam ſtimulo laceſſat iuuencum: quod retractantem calcitroſum reddit.

Laceſſor, paſſiuum. Cicero 1. de Orato. Teſtis ſæpe non lædit, niſi laceſſatur. Idem pro Pompeio, Nationes, quas nunquã pop. Rom. neq; laceſſendas bello, neque tentandas putauit. ¶ Legitur & laceſſiri per quartam uerborum declinationẽ ab indicatiuo laceſſior, quemadmodum accerſo dicimus, & accerſio.

Lachanon, *λάχανον.* [Itali. Herba da mangiare. Gal. Herbe à manger. Hiſpan. Orlatiza. German Kraut das man iſſet.] Græcum nomen eſt generale ad omnia olera. Horatius libro 1 Sermon. Satyr. 6. Ad porri & ciceris refero, lachanique catinum.

Lachanopola, pen. pro. *λαχανοπώλης.* Olerum uenditor, Et Lachanopolis, *λαχανοπώλις*, mulier olera uendens.

Lachanopolium, penultima producta, n ſec. *λαχανοπωλεῖον*, Forum olitorium, hoc eſt locus uendendis oleribus deſtinatus.

Lachanizo, as, are. *λαχανίζειν, βλακεύειν.* [Ital. Eſſer laſſo, molle, debole. Gal. Eſtre laſche, mol & failli. Hiſp. Ser mudle, ſer flaco, muelle. Ger. Faul vnd träg ſein.] Languere. Sueton. in Augu. c. 87. Et betizare pro languere, quod uulgò lachanizare dicitur.

Lachryma, æ, f. p. [Italicè, & Hiſpanicè, Lagrima. Gal. Larme. German. Ein träher.] uel potius lacryma ſine aſpiratione, à Græco *δάκρυον*, d in l mutata, cuius rei argumento illud eſſe poteſt, quòd ueteſtiſſimi dacrymas dicebant, ſeruato d. Feſtus. Dacrymas pro lacrymas Liuius ſæpe poſuit: nimirum quod Græci *δάκρυα* appellant. Sunt tamen qui negent hoc nomen Græcum eſſe, ſed Latinum à lacerando: ut ſint lachrymæ dictæ, quaſi lacerrimæ, quoniam ex animi laceratione lachrymę ciantur. Quicquid id eſt, conſtat certè abſq; aſpiratione ſcribendum. Eſt autem lachryma, humor ex oculis fletuum manans. Quintil. lib. 6. capite ſecundo, Solet nonnunquam mouere lachrymas ipſa confeſſio. Ouid. lib. 2. Metamorpho. Perfudit lachrymis, & aperto pectore fouit. Cicero in Partit. Citò areſcit lachryma, præſertim in alienis malis. Idem 1. de Inuention. Lachryma nihil citius areſcit, *ὑδὼρ θάσσον ξηρὸν ἔσται δακρύου.* ex Appollonio dictum: quòd uehemens affectus facilè uertitur in tædium. ¶ Lachrymæ arborũ dicuntur, autore Theophraſto, ipſe humor naturalis, quem interdum ipſę arbores toris oſtendunt, uel qui in ipſis interioribus partibus continetur. Plinius in Proœm. lib. 21. Lachryma nitium, quæ ueluti gummi eſt, lepras & lichenas & ſporas nitro antè præparatas ſanat.

Lachrymula, diminut. *δακρύδιον.* [Ital. Picciola lagrima, lacrimetta. Gal. Petite larme, larmette. Hiſ. Pequenna lagrima. Ger. Ein träherlein.] Terent. Eunu. Hæc uerba una me hercule falſa lachrymula, Quam oculos terendo miſerè uix ui expreſſerit, Reſtinguet.

Lachry-

Lachrymo, as, pen. cor. neut. & Lachrymor, aris, depon. uel potius lacrymo, & lacrymor ſine aſpiratione. Lachrymas effũdo, aut profundo. *Δακρύω.* [Ital Lagrimare, piangere. Gall. Larmoyer, pleurer, ietter, larmer. Hiſp. Lagrimar, llorar con lagrimas. Ger. Vueinen, Greinen.] Tere Adelp. Oh, lachrymo gaudio. Oui. 3. de Arte aman. Quõ non ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter: Quoq; uolunt plorant tempore, quoq; modo. Lachrymat id, hoc eſt ob id, Teren. Eunuc. Num id lachrymat uirgo? Cicer. 7. Verr. Ecquis fuit quin lachrymaretur. Ouid. 13. Metam. manuq; ſimul uelut lachrymantia terſit Lumina. ¶ Lachrymare etiam dicuntur plantæ, quum humor ex eis deſtillat. Plin. lib. 17. c. 14. Ideo lachrymantes calamos inſeri nõ oportet, non hercule magis quã aridos. ¶ In qua ſignificatione interdum inuenitur poſt ſe habere accuſationũ. Lacta. in Hym. Dominicæ reſurrectionis lachrymat ſua gaudia palmes.

Lachrymatus, lachrymata, lachrymatum, participium à paſſiuo lachrymor. *Δεδακρυμένος.* [Ita. Lacrimato. Gal. Larmoyé. Hiſp. Lagrimado. llorado German. Geweynet.] Ouidius libro primo Faſtorum, Nondum perculerat lachrymatas cortice myrrhas Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas.

Lachrymatio, lachrymationis, f. t. *Δάκρυσις.* [Ita. Eſſo lacrimare, & piagnere. Gal. Larmoyement, pleuremẽt. Hiſpan. Lloro con lagrimas. Germ. Vueinung.] Plinius in Proœm. lib. 11. Generatum ſcabiem emendat, oculorumq; lachrymationes.

Lachrymoſus, lachrymoſa, lachrymoſum, Abundans lachrymis. *Δακρύεις.* [Ital. Pieno di lacrime. Gal. Plein de larmes. Hiſp. Leno de lagrimas. German. Voll tráheren vnnd weinens.] Plin. libr. 17. cap. 18. Quin & uitium radicibus aquã falſam iubent affundi, ſi ſint lachrymoſæ. Carmen lachrymoſum, Ouidius lib. 1. Triſt. Fumus lachrymoſus, hoc eſt, prouocans lachrymas, Horat. lib. 1. Sermon. Sat. 7. Funera lachrymoſa. Ouidius epiſt. 13. Riſus lachrymoſus, Stat. libro ſeptimo Theb.

Lachrymoſè, aduerbiũ. *μετὰ πολλῶν δακρύων, δακρυτικῶς.* [Ital. *Lacrimoſamente.* Gal. Auec larmes, en larmes. Hiſpa. Con lagrimas, llorosamente. German. Vnd́glichen, Jo geſtalt der tráheren.] Plin. lib. 16 c. 41. Staminacam hoc uſu probant uenam, & uocant tertilem: argumento ſimilitudinis quoniam lachrymoſè criſpa.

Lachrymabilis, le, om. t. Lachrymas commonens, miſerabilis. *πολύδακρυς* [Ital. Coſa per laquelle ſi deue piagnere. Gal. Qu'on doit pleurer, digné d'eſtre pleuré. Hiſpa. Coſa digna de ſer llorada. Ger. Vnd́chlich, Jámerlich, Das einem die tráheren angewinnt.] ut bellum lachrymabile. Ouid. 8. Metamorph Later, ait, dolcamne geri lachrymabile bellum. Idem. 1. Metamor. Vix tenens lachrymas, quia nil lachrymabile cernit.

Lachrymabundus, da, dum, *δακρύοντι ἐοικώς, δακρυρροῶν.* [Ita. Pieno di lacrime, fondato in lacrime. Gal. Tout eſploré, larmoyant à groſſes gouttes. Hiſpani. Lleno de lagrimas. German. Vueinend, Greinend.] Liuius tertio ab Vrbe, At ille lachrymabundus, Gratum eſt, inquit, craſtina die neſtra opera utar.

Lacinia, lacinię, f. p. in neſtimento pars extrema, & cæſura particulatim conciſa decoris cauſa, inquit Sipontinus, à lacerando dictum. *ἰδίτης τὸ κατατμήσας, παρυφή.* [Ital. Orle delle neſta, frenza, merli, criſpe, falde delle neſte. Gal. Le bord ou le pli d'un habillement chiqueté & frangé Hiſpan. Falda ò trepa ò orilla de la neſtidura. Germanic. Die zerhauwen zátterlein zů cúſſeſt an den saumẽ der kleideré.] Lacinię itaq; ſunt in neſtimento partes extremæ, quas interdum in humerum ſolemus renocare, quibuſq; in ſinum collectis, aliquid geſtare conſueuimus: ita dictæ, ut Feſtus indicat, à lacerando, quòd ſint partes quædam, & ſegmenta neſtem diuidentia. Plaut. Merc. At ita ædepol ſome laciniam, atq; abſterge ſudorem tibi. Cic. Tironi, Videor enim uidere te ementem ruſticas res, cum uillico loquentem, in lacinia ſeruantem ex mensa ſecunda ſemina. ¶ Colum. lib. 8 Iubet pecus ægrotum diſtribui in lacinias, id eſt, in particulas ſeparari, ut facilius conualeſcant. Nam diſcreta animalia, & in partes diuiſa, in lacinias ſegregata dicũtur. ¶ Laciniã tenere dicuntur, qui leuiter rẽ tenent, hoc eſt extrema neſtis ora. Cic. lib 1. de Ora. Nam illud alterum genus quod eſt temporibus, locis, rebus deſiuitum, obtinent, atq; id ipſum lacinia.

Laciniatus, adiect. Vnde Laciniata neſtis, id eſt ſinuoſa.

Laciniatim, aduc. Quod ſignificat particulatim, & ſeparatim. Apul. Non laciniatim diſperſo, ſed concatim ſtipato commeatu, difficultates illas tranſabiremus.

Lăcĭnĭōſus, ſa, ſum, Amplus & ſinuoſus. *ὁ πολλὰ ἔχων.* [Ital. *Pieno di falde.* Gal. Qui a des plis. Hiſp. Lleno de halas. Germ. Faltechtig, weit.] ut Veſtis laciniosa. Sermo laciniosus, id eſt, flexuoſus, multisq; ambagibus inuolutus. Hieronym. ad Theod. Laciniosus contra nos ſermo protractus eſt. Ab eodem diſputatio laciniosa dicitur, pro tortuoſa & implicata. Ab Apuleio, Conuallis laciniosa. ¶ Plinius etiã Alexandriam laciniosam fuiſſe ſcribit, hoc eſt, extenſis ueſtium laciniis ſimilem. Verba eius ſunt hæc, lib. 5. cap. 10. Metatus eſt eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, XV. M. paſſ. laxitate inſerta, ad effigiẽ Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosam, dextra lęuaq; angulo ſo procurſu. Laciniosa folia, Plinius libro 15. capite decimo.

Lăcio, is, laci, & lexi, ſecundum Priſcianum, & in ſupino lacitum, & lectum, Significat in fraudem ducere: ab obſoleto nomine lax, quod fraudem ſignificat. *ἀπάγω.* [Ital. Menare alla mazza. Gal. Tromper, mener quelqu' un pour le tromper. Hiſpan. Guiar al engannо, ò por engannar. Germ. Hinfüren zůbetriegen, einlócken.] Feſtus, Lacit, id eſt decipiendo inducit. Lax enim fraus eſt. Simplex tamen lacio deſiit eſſe in uſu. ¶ Eius compoſita ſunt, Allicio, delicio, elicio, illicio, oblicio, pellicio: ex quibus fiunt frequentatiua, Allecto, delecto, electo, illecto, oblecto, pellecto. Et habent quidẽ duo præterita, eodem Priſciano teſte, & duo ſupina, quemadmodum lacio: quamuis ab elicio, elicui ſolùm inueniatur. Ex eo tamen quod faciat de ſe frequentatiuum Electo, uidetur aliquando etiam habuiſſe præteritum, elexi, & ſupinum, electum. Plautus in Aſinaria, Ibo aduerſum, atque electabo quicquid illud ſit. Cætera uſitatius præteritum per xi, & ſupinum per ctum faciunt: ut, Allicio, allexi, allectum: Pellicio, pellexi, pellectum. Legitur tamen & præteritum pellicui, apud antiquos. Liuius Andronicus in Laudam, Te illo Aſiatico ornatu flucns pellicuit.

Lacon, Autor eſt Pollux, generoſos eſſe canes Laconicos, Arcadicos, Argolicos, Celticos, Ibericos. Tradunt antiquitùs Laconicos canes ex uulpibus canibusq; progenitos, & ob id Græco uocabulo uocari *ἀλωπεκίδας*, quaſi à uulpe Vulpi canes. Columell. libro 7. cap. 12. Laconici canes. Lege Alopecides.

Laconicum, ci, n. ſ. ſubſtantiuum. *λακωνικὸν.* [Ital. Stoffa. Gal. Eſtuue. Hiſp. Lugar enel banno para ſudar. Germ. Ein orth in der badſtubẽ an welchem man trucken ſchwitzet.] Ponitur pro loco in balneis orbiculari ambitu in te recurno, quo ſudor elicitur ſicco calore, ut docet Celſus libro 2. Nonnulli hypocauſton, alii uaporarium appellant. Vitruu. lib. 5. præcipit laconicum, ſudationesq; conuenire debere theatro. Eſt enim fornacula ex terra & tegulis mammatis addito tomento cõcinnata, quæ incluſa igne per ſpiracula parua calefacit per præfurnium laconici. Frequentabatur laconicum à crudis, uti per deſudationem exugeretur quicquid excrementitii & ſudorifici humoris in corpore reſediſſet. Colu. in Præf. lib 1. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianam eruditatem laconicis excoquimus, & exucto ſudore ſitim quærimus. Dictum laconicum, quòd eo Laconet peculiariter uterentur.

Laconiſmus, mi, m. ſ. *λακωνισμὸς.* [Ita. Parlar breue & corto. Gal. Vn parler bref & court. Hiſp. Hablar breue. Germanic. Ein kurtze red.] Breuiloquium. Tractum à Lacedæmoniorum moribus, quibus prolixa loquacitate nihil erat odioſius. Cicero ad Brutum libro undecimo, Sed quid agot? Non imitor laconiſmum tuum: altera iam pagella procedit.

Lacryma, æ, Lacrymo, as, uide Lachryma, & Lachrymo.

Lactantia, Celſus uocat omnia quæ lac emittunt, uel pro iis quę nulgò Lacticinia dicũtur accipit, uel pro cibis lactariis.

Lactaris, Tithymali maſculus Dioſcorides libro quarto, capite 168.

Lactĭdici, Sunt quæ circa umbilicũ calce percuſſi ſunt, quia ea pars delicata & mollis eſt, aut quia inteſtina circa umbilicum eſſe noſcuntur. *λελακτισμένοι.*

Lactoris, Herba eſt olęr folio, ſed minore, & flore luteo: intus plena lactis, quod guſtatum nomitiones concitat. Eadem

dem esse putatur, aut certè simillima illi quæ militaris herba appellatur, quoniam vulnus ferro factum nullum non sanat intra dies quinque ex oleo imposita. Plinius libro 19. cap. 18.

Lactuca, æ, penult. prod. f. p. Herba acetariorum usu notissima, inde dicta, quòd abundantia lactis exuberet. θριδακίς. [Ital. *Lattuca* Gal. Laictue. Hispa. Lechuga. Germ. Lattich, ein Kraut.] Plinius lib. 19. cap. 8. Quæ meconis vocatur à copia lactis soporiferi, quanquam omnes somnum parere creditur. Apud antiquos Italiæ hoc solum genus clarum fuit: & ideo lactucæ nomen adeptæ. Lactucarum aliæ sunt Cæcilianæ, aliæ Cappadoces. Item Tarteſiacæ, Paphiæ, siue Cypriæ, & sessiles. Lactucarum crispas Cappadocas vocant, Sessiles quæ latè per terram diffunduntur, quæ & Laconicæ dicuntur, teste Plin. lib. 19. c. 8. Martial. lib. 3. Claudere quæ cœnat lactuca solebat auorum: Dic mihi cur nostras incipit illa dapes? Horat. lib. 1. Ser. Sat. 4. nam lactuca innatat acri Post vinum stomacho.

Lactucula, æ, diminutiuum, τὸ θριδάκιον. [Ital. Piccola lattuca Gal. Petite laictue. Hiſp. Pequenna lechuga, lechuguino. Germ. Ein lattichlein.] Colu. lib. 10. Iam teneris frondeas lactucula floris.

Lacuna, vide Lacus.

Lăcus, us, genet. masculi. quart. Locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos & flumina. λίμνη, λάκκος. [Ital. Lago. Gal. Vn lac. Hiſp. El lago que tiene agua viua. Germ. Ein See.] Differt à stagno, quòd hoc tẽporalem habeat aquam stagnantem, quæ plerunq; hyeme colligi solet, æstate siccari: quum lacus aquas sit perpetuas & perennis Virg. 4. Georgic. Iamq; domum mirans genitricis & humida regna, Speluncisq; lacus clausos, lucosq; sonantes. Idem 8. Aeneid. Deinde lacu fluuius se condidit alto. Colum. lib. 8. cap. 10. Nec ulla re magis gaudet quam riuis atq; cœnoso lacu volutari. ¶Item lacus dicitur vas amplũ in quod mustum pedibus prælone expressum influit. [Ital. Vaso nel quale cade il vino del torcolo. Gal. Vn grand vaiſſeau à receuoir le vin qui coule du preſſoir. Hiſp. La cuena. Ger. Ein bottich, in welchen das moſt ab dem trottbet laufft.] Colum. lib. 12. cap. 19. Antequam prela vinacea subiiciantur, de lacu quàm recentissimum addito musto in amphoram nouam, eamq; oblinito, & impicato diligenter. Ouidius in Fastis. Premia de lacubus proxima musta tuis. Plinius in Epistol. Ipse vindemias colligo, si tamen colligere est, nonnunquam decerpere vuam, torculo inuisere, gustare de lacu mustum. Varro lib. 1. cap. 59. Quæ calcatæ vuæ erunt, earum scapi cum folliculis subiiciendi sub prælum, ut siquid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Græcè ληνὸς dicitur: vnde Lenæus Bacchus: & Lenobates, vuæ calcator. ¶Lacuum item distinguunt granaria, ut separatim quæq; legumina ponantur, ut est videre apud Columellam lib. 1. cap. 6. ¶Interdum lacus accipitur pro trabe plana in ædificiorum contignationibus, teste Seruio, vel pro ipso tignorum interstitio, lacuum quandam similitudinem referente. Lucilius, Resultantq; ędes q; lacusq;.

Lacusculus, diminutiuum, λακκίδιον. [Itali. Fossetta. Gal. Vne petite fosse. Hiſp. Pequenna cava, lagunaio. Germani. Ein waſſergrübelein.] Columell. libro duodecimo, capite quinquagesimo, Oportet habere lacusculos tam multos quàm postulabit modus olivæ.

Lacuna, æ, penultima producta, à lacu fit, & est aquæ collectio, vel fossa, ut Festus docet, in qua aqua collecta stare cõsueuit. τέναγος. [Ital. Acqua morta, laguna. Gal. Lacune, fosse. Hiſp. Laguna de agua repoſada, lagunaio. Germa. Ein pfütz, ein Laatlach.] Virgil. lib. 1. Georg. Præsertim incertis si mensibus amnis abundans Exit, & obducto latè tenet omnia limo. Vnde cauę tepido sudant humore lacunæ. Vbi Seruius, Lacunæ sunt fossæ in quibus collecta aqua stare cõsueuit. Vnde etiam in agris lacunæ dicuntur fossæ ad siccandos agros paratæ. Virgilius libro tertio Georgicon, Et totas solidam in glaciem vertêre lacunas. ¶Lacuna pro quacunque etiam fossula siue concauitate accipitur. Varro 1. de Rust. cap. 7. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterquam quum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana & sub iis lacunæ, ex obseruato dicunt eum equum habere annos sedecim. ¶Lacuna in pauimento pro loco fidente ponitur à Vitruuio libr. 7. cap. 1. ¶In libris quoque lacunæ dicuntur loca hiantia & mutilata, in quibus ad perfectionem nonnihil desideratur. ¶Explere lacunam rei familiaris, per translationem dicitur pro eo quod est facere damnum acceptum, uel rem familiarem exinanitam explere, & redintegrare. Cicero Act. 2. in Verrem, Censores fecerunt idem, quod in nostra Republica solent ij qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam vtiq; potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. ¶Item vallecula superioris labri, per similitudinem lacuna vocatur à Lactantio. ¶Lacuna in auro, id est adulteratio, uel fraus, & legitimi vsoris imminutio. Cicer. Atti. Vide ne qua sit lacuna in auro. ¶Huius diminutiuum est Lacunula.

Lacunosus, lacunosa, lacunosum, adiectiuum. Idem est quod scrobiculatus, & lacunis plenum. σηραγγώδης, τελματώδης. [Italicè, Pieno di fosse. Gal. Plein de fosses ou fossettes, creux par ci par là. Hiſpanicè. Lleno de lagunas y cauas. Germanicè, Grůbechtig, pfützechtig.] Cicero 2. de Natura deorum, Quid pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæq; nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum anguis, nihil antractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?

Lacuno, as, penultima producta, Lacunar facio, uel lacunaris similitudinem rei alicui induco. φατνόω, σανιδόμαι. [Italicè Far lago ò lagune. Gal. Plancheter de pieces caues ou creuses. Hiſpanicè, Labrar de çaquiçami. Germa. Vberſchiessen.] Ouidius octauo Metamorphoseon, Mollit tellus erat humida musco Summa lacunabant alterno murice conchę.

Lacunatus, lacunata, lacunatum, Ad lacunę formam depressum. ὀρόφη τετραγώνως, σηραγγώδης. [Ital. Cauato à trogia di lago. Gal. Caue & faite comme une foſſe creux. Hiſpanicè, Cauado, labrada de çaquiçami. Ger. Grůbechtig, vneben.] Plin. lib. 17. c. 18. Intus exiles nucleos lacunatis includi toris.

Lacunar, lacunaris, penultima producta, neutri generis, tertię declinationis, Contignatio exsculpta, tignorum interstitiis lacuum, siue lacunarum quandam similitudinem referens. φάτνωμα, πίτυρον. [Ital. Trauę che ſostenta la fabrica. Gal. Les cheurons ou plâcher d'une maiſon, ou le lambris du plancher. Hiſpa. El ſobrado ò entreſuelo hecho en goſa de laguna ò lagoniio, ò labrado de çaquiçami. Germa. Die bũne oder verträfelung eines iedes gemachs.] Suetonius in Nerone, Lacunaria quę nocte super dormientem, laxata machina, deciderent, parauit. Horatius libro secundo Carminum, Non ebur neq; aureũ Mea renidet in domo lacunar. Cic. 1. Tusc. In hoc medio appparato fulgentem gladium è lacunari, setâ equina appensum, demitti iussit. ¶Eadem & laquearia dicuntur. Virg. 2. Aene. Dependent lychni laquearibus aureis.

Lada, Plinio, λάδανον, Dioscoridi, Frutex est ex cysthi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quę vere tempore pingue quiddam & roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhæreſcit, indeq; depexum colatur, cogiturque in offas. Id ladanum appellant, in Cypro insola præcipuè laudatum. Plinius libro duodecimo, capite decimoseptimo.

Ladanum, λάδανος, Est quiddam pingue ladæ herbæ insidens, barbisq; caprarum adhæreſcens. Hæc autem herba nascitur in Cypro. Vide Plinium libro duodecimo, capite decimoseptimo, Et quæ suprà annotauimus in dictione Lada.

Lædo, is, si, sum, per æ diphthongum, actiuum, tert. Verbo, facioue aliquem offendo. βλάπτω. [Ital. Offendere, far diſpiacere. Gal. Bleſſer, nuire, offenſer, faire tort. Hiſpa. Dannar ò liſiar. Germ. Letzen, Schädigen mit worten oder mit werken.] Quod verbum quidam à Græco λοιδορέω tractum putant, quod significet maledictis & conuiciis quempiam incessere. Et conſtruitur ferè cum accusatiuo. Virgil. 10. Aeglog. Ah ne te cupido lædant. ¶Interdum præter accusatiuum habet datiuum. Teren. in Adelph. Ille clemens, placidus, nulli lędere os, arridere omnibus. ¶Nõnunquam etiã ablatiuum. Cic. pro Cluent. Iaq; diutius suspicionibus ob scuris lędi famam eius noluit. Ouidius queritur de Ponto, eleg. 6. At si quem lędit formæ cerasis iniqua, Mollior ei animo fœmina nulla fuit. ¶Huius composita sunt, Allido, collido, elido, illido, oblido, quę habent pen. pro. de quibus vide suis locis.

Lęsus, participium, βλαβείς. [Ital. Offeſo. Gal. Offencé. Hiſpa. Danado.

Damnado, liſiado. Germ. Verletzt.] ut, Cor vulnere læſum, Ouid. 12 Metam. Fœdus læſum, Virg. 12. Aen. Pudicitia læſa, Ouid. Epiſt. 5.

Læſio, onis, ſ. t. ὕβρισις. [Ital. Offeſa, nocimento. Gall. Offenſe, nuiſance. Hiſp. El danno ò liſion. Ger. Verletzung.] Cicero 1. de Orat. Purgatio, conciliatio, læſio, optatio, atq; execratio. ¶ Læſio humani corporis eſt, qua corpus in operatione ſua naturali, uitali, uel animali exercenda læditur. Et læſio ipſa eſt triplex. Vna connaturalis, uidelicet quæ à cæleſti conſtitutione contrahitur, ut claudicatio, cęcitas. Alia non connaturalis, quæ ſua diuturnitate potius habitus quidam exiſtimatur, quales ſunt podagra, chiragra, ethica φθίσις, cancer, σπασμὸς, & id genus alia. Tertia, quæ ex perniciioſis humoribus contrahitur.

Læmargia, λαιμαργία, Crapula, uoracitas, & uentris inglu uies. Læmargos, λαιμαργὸς, uorax, helluo. Sed hæc ſatius fuerit è Græcolatino Lexico petere. Hæc enim nihil pertinent: quippe quæ neq; Latinis in uſu ſunt, neq; noſtris literis ſcribi conſueuerunt.

Læmoſchăton, λαιμοσχάτον, Præmium quod reportabant qui ex gladiatura victores exiſtiſſent. αἷμα enim eſt ſanguis, guttur: σχίζω uerò uenam ſeco: quaſi præmium illud gladiatoribus daretur ob iugulationem. Præmium autem Græcis erat ex Demoſthene & Suida, centum minæ.

Læna, æ, ſ. p. Veſtis lanea (teſtibus Varrone & Feſto) habitus duplicis, quæ ſuper cætera veſtimenta imponebatur χλαῖνα. [Ital. Habito de gli antichi, uſato da gli auguri & da ſoldati. Gal. Vne ſorte d'habit double dequoy vſoyent les augures, auſſi les gens d'armes en hiuer. Hiſpa. Cierta veſtidura antica de ſoldados. Germ. Ein doppelfeld. doppelrock.] Nonius putat eſſe veſtem militarem, citans illud Virg. 4. Aene. Tyrioq; ardebat murice læna Demiſſa ex humeris. Pertuſa læna, Iuuen. Sat. 5. Cic. de clar. Orat. docet, lænam etiam fuiſſe veſtem ſacerdotalem, qua Flamines uti ſolebant: quũ ſacrificia facerent. Qui (inquit) quum Cõſul eſſet, eodemq; tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat Flamen carmentalis, plebis contra Patres concitatione & ſeditione nunciata, ut erat læna amictus, ita uenit in concionem.

Lætus, læta, lætum, Qui hilaritatem, quam intus habet, etiã uoltu oſtendit: à latitudine mentis, ut quidam putant. φαιδρὸς, γηθόσυνος. [Ital. Alegro, lieto. Gall. Ioyeux, gay. Hiſp. Alegre. German. Frölich.] Nam qui gaudium aſpectu promunt, dilatare quodammodo faciem uidentur. Virgil. 4 Aeneid. Imperio læti parent. ¶ Læras oues (ἰφια μῆλα Homero) dicimus quæ bona ſunt corporis habitudine atque pinguedine. ¶ Inanimata uerò læta dicuntur, quæ aſpectu homines lætificant. Plin. in Paneg. Dies triplici gaudio lætus. ¶ Læta ſegetes, id eſt, fertiles. Virgil. 1. Georg. Quid faciat læta ſegetes. Idem, Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen. Læta uerò prata, læta domus, quæ lætos nos faciunt. ¶ Lætum aliquando à poetis inuenitur poſitum pro celeri: idcirco fortaſſis quòd in iis quæ læto animo aggredimur, celeritate utamur. Virg. Lætus Eois Eurus equis. ¶ Accipitur præterea lætus pro fauſto & felici. Plin. lib. 8. cap. 47. Sunt enim delubra gemina, alterum intraſſe, lætum eſt: in altero, dira protendit.

Lætè, aduerbium, lucundè, & hilariter, cui opponitur Seuerè. ἱλαρῶς, ἡδέως. [Ital. Allegramente, lietemente. Gall. Ioyeuſement, gayement. Hiſp. Alegramente. German. Frölichen.] Quintil. lib 8. cap. 1. Concitatè dicere, an moderatè: lætè, an ſeuerè, &c. Lætius frondere, Lætius fruticare: id eſt, uberius, apud Columellam lib. 5. cap. 6. & Plin. lib. 16. capite decimotertio.

Lætor, lætaris, d. p. Gaudeo, delectationem capio, ſed extrinſecus: quum gaudere ſit intrinſecus: quamuis ſæpe confundantur. γήθομαι, εὐφραίνομαι. [Ital. Allegrarſi, hauer diletto. Gall. S'eſiouir, prandre plaiſir. Hiſpan. Alegrarſe, hauer plazer. Germ. Frölich ſein, Sich freũwen.] Terentius in Heautont. ego non tam meapte cauſa Lætor, quàm illius quam ego ſcio honore quouis dignam. ¶ Conſtruitur ſæpè cum ablatiuo Cicer. 2. de Diuinatione. Ad Cn. Pompeium cenſes tribus ſuis Conſularibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuiſſe, ſi ſciret ſe in ſolitudine Aegyptiorum trucidatum iri? ¶ Interdum etiam legitur cum accuſatiuo. Cicero ad Marium, Vtrunque lætor & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo uoluiſſe, Quo tamen in loco uidetur intelligi præpoſitio Propter: ut hic ſit ſenſus, Lætor propter utrunque. ¶ Inuenitur etiam cum genitiuo. Virgil. lib. 11. Nec ueterum memini, lætorue malo lorum. ¶ Hinc fit compoſitum Collætor, ſimul lætor. συνάδομαι.

Lætans, tis, participium. χαίρων, ἡδόμενος. [Ita. Chi ſe rallegra. Gal. Qui ſe reſiouit. Hiſp. El que ſe alegra. Ger. Frölich, Sich freũwend.] Cicero pro Cluentio, lætaque nouit Oppianico continuo Saſſio lætanti animo & ſpe optima confirmata.

Lætandum, Cic. pro leg. Man. Atq; illud in primis lætandum mihi eſſe uideo. Salluſt. Tamen lætandum magis quàm dolendum caſum tuum puto.

Læto, lætas, lætum facio. φαιδρύνω. [Ita. Far allegro. Gal. Rendre ioyeux, reſiouir. Hiſpan. Alegrar è otro. Germa. Frölich machen, erfreũwen.] Accius Pelopodis, ut citat Nonius, Et te ut triplici lætarem dono Antiquum eſt.

Lætifico, lætificas, actiui generis, primæ coniugationis, Idem. εὐφραίνω. Plautus, Ita meum cor hæc anus lætificauit modò. Cicero ſecundo libro de Natura deorum, Contrahit terram, tum uiciſſim lætificat, ut cum cœlo hilarata uideatur.

Lætificor, caris, deponens, Lætor, lætus ſum. γήθω, γήθομαι. Eſſere allegro. Gall. Eſtre ioyeux, s' eſiouir. Hiſpa. Ser alegre. Ger. Frölich ſein.] Plau. Aul. Nunc eo ibi lætificantur meo malo, & damno.

Lætificus, lætifica, lætificum εὐφραντικὸς. [Italicè, Chi rallegra. Gallicè, Qui reiouit. Hiſpanicè, Que alegra. Germani. Das frölich macht.] ut, Lætificæ uites, Cic. 1. Tuſc. ex antiquo poeta.

Lætiſco, is, neut. te. dec. Antiquiſſimi dixerunt, pro lætus fio. φαιδρύνομαι. Siſen. libr. 4. apud Non. Vtrumne dii curent erga ſe mortalium lætiſcant, an ſupernæ gentes humana neſciant. Verbum eſt prorſus obſoletum.

Lætitia, æ, ſ. p. Eſt exultatio animi (ut definit Gellius lib. 2. cap. 17.) cum gaudio efferuentiore, propter euentum rerum expetitarum. εὐφροσύνη, γηθοσύνη, χαρά. [Ital. Lætitia, allegrezza. Gall. Ieſſe, ioye, reſiouiſſance. Hiſp. Alegria. Germa. Freũd.] Cic. 4. Tuſcul. Lætitia, opinio recens boni præſentis in quo efferri rectum uidetur. Et propriè lætitia eſt, quum ita mouetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in uultu: gaudium, quum animus exhilaratur aliqua re, neq; tamen ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facilè appareat. Hinc dicunt Stoici, Gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiã nõ poſſe. Vide Gaudiũ. Cic. in Cati. Hic tu qua lætitia perfruere epulis, quibus gaudiis exultabis, quum ea in uoluptate bacchabere? Proſequi aliquẽ lætitia, Quint. lib. 5. cap. 11.

Lætitudo, inis, Idem quod lætitia. χαρμονύνη, χαρά. Accius in Bacchis, ut citat Nonius, Quanta in uenando affectus eſt lætitudine.

Lætabilis, lætabile, Id eſt, lætitia dignus. γηθόσυνος. [Itali. Degno d'allegreza. Gall. De quoy on ſe reſiouit, digne de reſiouiſſance. Hiſp. Coſa digna de alegria. Germ. Freũwens würt, Freũdenreych.] Cic. lib. 1. Tuſcul. Quod ut ita ſit, (nihil enim pugno) quid habet iſta res aut lætabile, aut glorioſum? ¶ Inde fit compoſitum Illætabilis, contrariæ ſignificationis.

Lætamen, lætaminis, n. t. Fimus qui per agros iacitur, quòd lætas, hoc eſt pingues ſegetes faciat. κόπρος. [Ital. Letame. Gal. Fiens pour femer la terre. Hiſp. Eſtiercol para eſtercolar la tierra. Germ. Miſt ſo man auff die acker thůt.] Plinius libro 12. cap. 16. Ipſumq; pro lætamine eſt.

Læua, æ, ſ. p. Manus ſiniſtra dicitur. ἀριστερὰ. [Ita. Mano ſiniſtra, manca. Gal. La main ſiniſtre ou gauche. Hiſpa. La yzquierda mano. Ger. Die linocke hand.] Vnde & Scæuola nomen tractum eſt à Græco λαιὸς, quod ſiniſtrum ſignificat. Cicero 4. Acad. Quum autem læuam manum admoueret, &c. Virgilius 5. Aeneid. Læuam cuncta cohors remis uentiſq; petiuit. Liu. 4. ab Vrbe, Dextra montibus, læua Tyberi amne ſepta.

Læuus, læua, læuum, Adiectiuum, Idem quod ſiniſter. λαιὸς, σκαιὸς. [Italicè, Siniſtro. Galli. Gaucher, ſeneſtre. Hiſpanicè, Siniestro ò yzquierdo. Germ. Linck.] ut, Læua manus, apud Ciceronem primo Academicarum, Læuus humerus, Ouidius ſexto libro Metamorphoſeon, Læuum cornu,

Cæſar

Cæſar 3. Comment. ¶Per translationem accipitur pro inauſpicato & infœlici. *Δυσοιώνιστος*. Virgil. 1. Aeglog Si meus non læua fuiſſet. Idem lib. 4. Georg. - ſiquos Numina læua ſinunt, auditq; vocatus Appollo. ¶Læuum tamen fulmen quum dicimus, proſperum ſignificamus, *εὐοίωνιστον*. propterea quòd quæ nobis ſiniſtra ſunt, ſuperis ſunt dextra. Hetruſci cœlum in ſedecim partes diuiſerũt: è quibus octo ab exorto ſiniſtras, totidem econtrario appellauere dextras. Hinc omnia fulmina læua exiſtimãtur eſſe proſpera: quoniã à læua parte mundi ortus eſt, ſicut ſcribit Plinius. Et (ut auctor eſt Cicero de Diui.) Optimum auſpicium habebatur apud Romanos, quod ſiniſtrum fuerat. Vnde Virgilius anti quitatis conſultiſſimus dixit, Intonuit læuum, quod felicitatem portendere credebatur.

Lævis, læue, cum diphthongo in priori ſyllaba, om. t. Quod planum, politum, & tactu aſperum non eſt. *Λεῖος*. [Ita. Spolito, ſpianato. Gal. Poi, poli, aplani doux au toucher. Hiſp. Coſa liza, polida, y ſin pelos. Germ. Glatt.] Virgilius ſeptimo Aeneidos, At læuem clypeum ſublatis cornibus lo Auro inſignibat. Accipitur aliquando pro glabro & depilato. Perſius Satyr. 1. Troſſulus exulet tibi per ſubſellia læuis. Virgilius 6. Aegloga, Et ſæpe in læui quatiſſet cornua fronte. Tibul. lib. 3. eleg 8. Charior eſt auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora, nec amplexus aſpera barba terit. Ouidius quinto de Arte amandi, Fœmina quid faciet, quum uir ſit læuior ipſa?

Lævitas, atis, f. t Eſt aſperitati contraria. *Λειότης*. [Ital. Vna cierta equalità che da piacere toccando. Gal. Vne douceur qu'on ſent en touchant quelq; choſe qui n'eſt point rude. Hiſp. Aquella liſura ò raſura Ger. Glette.] Martianus, Lunarem circulũ ingreſſa Virgo, cõſpicatur globoſum quoddam tenerumq; corpus, è ſuperni roris læuitate compactũ, inter ſpeculi pendentis. ¶Accipitur interdum læuitas pro lubricitate. Celſus libro quarto, capite 16. Ex tormínibus interdum inteſtinorum læuitas oritur, quæ continere nihil poſſunt, & quicquid aſſumptum eſt, imperfectum protinus reddunt.

Lævor, læuoris, generis maſculini, Idem quod læuitas, aſperitati contrarius. *Λειότης*. Plinius libro 13. cap. 12. Spectantur in chartis tenuitas, denſitas, cãdor, lævor. Idem lib. 9. c. 35, Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, &c. De unionibus.

Lævigo, as, penul. corr. a. p Complano, polio, quaſi læue ago. *Λειαίνω*. [Ital. Polire, ſpianare. Gal. Aplanir, unir, polir. Hiſpan. Aliſar o acepillar o acicalar. Germ. Gletten, glatt machen.] Plinius, Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote læuigantur. Idem lib. 11. cap. 12. Scabritia chartæ læuigatur dente.

Lævo, as, idem quod læuigo. *Λειαίνω, ξέω* Stat. li. 1. Theb. Pars teretes læuare manu, ac diſponere menſas. Celſ. Læuat quæ exaſperata ſunt.

Lævatus, tior, tiſſimus, Gellius libro decimoſeptimo, capite 8. Ad cœundum ideo uidentur faciliora, quæ læuiora, læuiſq; ſunt.

Laganum, ni, penultima correpta, *Λάγανον*. [Itali Laſagne. Gal. Bignet ou crepet Hiſp. La laſanna. Germ. Ein gattũg kuchlein oder ein paſtet.] Placẽtæ genus ex farina aqua ſubacta, addito caſeo, aliiſq; condimentis, ſimul in pingui iure decoctis. Lagana (inquit Acron) ſunt quædã quaſi membranulæ ex farina & aqua, quæ iure pingui cocta, & caſeo, pipere, croco, cinnamoq; condita, in cibis dantur.

Lageos. *Λάγεως*. Genus uuæ, quæ & leporaria dicitur, Virgilius libro 1. Georgi. Et paſſo pſythia utilior, tenuiſq; lageos. Seruius.

Lagari, *Λάγαροι*. Verſus dicuntur, qui medio claudicant pede ſicut myuri, qui poſtremo: & acephali, qui à breui ſyllaba incipiunt. Ex Hermolao.

Lagena, æ, f. p. Genus uaſis teſtacei, ad uinum præcipuè accommodatum. *Οἰνοφόρον*. [Ital. Vn fiaſco ò barleto. Galli. Vn flacon ou one boteille. Hiſp. Barril de uino. Ger. Ein lagel oder fleſch.] Columell. Omnis ſpurcitia cum ſpumis eximatur, quæ decocta quum tam craſſa fuerit quàm defrutum, refrigeretur, & bene picatis lagenis condatur. Plaut. in Curcul. Quaſi tu lagenam dicas, ubi uinum ſolet cheum eſſe. Martialis libro ſeptimo, Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis. Idem libro primo, Et nigri Syra defruti lagena.

Lagoncula, æ, diminutiuum, Parua lagena. *Οἰνηκάτιον*. Plin. in Epiſto. Proinde quum uenabere, licebit autore me, ut panarium & lagunculam, ſic etiam pugillares feras. Cic. Attic. lib. 6. In his inuentæ ſunt quinq; lagunculæ matronarum, &c.

Lagenium, pharmacum quoddam ſic inſcriptum apud Aetium hydropicis odoneum, ſermone decimo, capite nigellæ ſexto.

Lagides, lege lepus terreſtris.

Lagium, uide Cambio.

Lagois, penultima producta, *Λαγῶις*, Genus auis quæ leporinas habet carnes. Nam *λαγὼς* apud Græcos lepus eſt. ¶Eſt & genus piſcis. Horat. 2. Serm. Sat. 2. - pinguem nitis, albumq;, nec oſtrea, Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lagophthalmos, *λαγόφθαλμος*. Dicitur oculorum uitium, quum ſuperior palpebra non deſcendit. Cui uitio contrarium eſt eſtropium, quum inferior palpebra parum ſurſum attollitur, nec cum ſuperiore committitur. Dictum à leporibus qui apertis oculis dormire conſueuerunt.

Lagopus penultima producta. *Λαγώπους*. [Ital Vccllo co'l piedi peloſi come la lepre. Gall Vn certain oiſeau ayant les piés uelus comme ceux d'un lieure. Hiſp. Cierta aue que tiene los pies peludos como la lebre. Germa Ein ſchneehün, oder ſteinhün die in hohen alpen ſind.] Auis eſt Alpina, de qua ſic ſcribit Plin. lib. 10. cap. 48. Et præcipuo ſapore lagopus: pedes leporino uillo ei nomen hoc dedere, cæterò candidæ, columbarum magnitudine. Martial. lib. 7. Si meus arrita gaudet lagopode Flaccus. ¶Eſt etiam lagopus herba quædam à pedis leporini ſimilitudine. Plin. lib. 28. Lagopus ſiſtit aluum è uino pota, aut in febri ex aqua. Naſcitur in ſegetibus.

Lagotrophia, *λαγωτροφεῖα*, Leporaria ſunt, id eſt, loca, in quibus lepores aluntur. Vtitur hac uoce Columella libro 8. cap. 1.

Laicus, a, um, penultima correpta. *Λαϊκὸς, ἰδιώτης*. [Ital Chi non è chierico. Gall Qui n'eſt point clere. Hiſpa. El que no es clerigo Ger. Ein ley, ungeiſtlicher, gemeiu.] Quod commune eſt, & nõ ſanctum: hoc eſt, quod attrectabile eſt. ſicut ſacrum & ſanctum dicitur cuius tactu populo interdictum eſt Nunc laicos uocamus quaſi populares, & profanos, qui ſacris initiari non ſunt. Bud.

Laliſio, uis, Pollux, onagri. *Ὀνάγρου ἄρσεν*, uel *ὀνάγρος πῶλος*. [Ital Aſinello ſaluatico Gal. Petit aſnon ſauuage. Hiſpanicè, El hijo del aſno ſiluestre. Germanicè, Ein jonger waldeſel.] Martialis, Dum tener eſt onager, ſolaque laliſio matre Paſcitur hoc infans, ſed breue nomen habet.

Lallare, Antiqui dixerunt pro eo quod eſt lac ſugere. *Θηλάζειν, λαλεῖν, λαλαγεῖν, θηλάζειν, φορεῖν ἐπιτιθῶ*. Videntur eſſe ex iis nocibus, quibus nutrices alumnis ſuis accommodant. Cuiuſmodi ſunt papa & tata pro patre, & mamma pro matre, & ſimiles. Perſius Satyr. 1. Et ſimilis regum pueris pappare minutum Poſcis, & iratus mammæ lallare recuſas.

Lamæ, *πέτηλα*, Rupium fractura.

Lama, æ Aquarum collectio eſt, interprete Feſto, quæ & lacuna dicitur. *Τέναγος*.

Lambo, is, bi, tum, a. t, ſecundum Priſcia *λείχω, λιχμάομαι*. [Ita. Leccare. Gal. Lapper comme font les chiens ou beuãt, licher. Hiſp. Lamer ò lamber. Germ. Lecken.] Lucilius libro 14 Iucundasq; puer qui lamberat ore placentas. Eſt autem lambere, lingere: hoc eſt lingua aliquid leuiter tangere, ſicut canes bibentes. *Λάπτειν*. Colum. lib. 8 cap. 17. Nam quia dentibus carẽt, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandare quidem non poſſunt. Martial. lib. 14. Lambere quæ turpes prohibent tua prandia muſcas. Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit. Idem lib 6. Sit placidus licet, & lambat digitoſq; manuſq;. Virgilius pro tangere poſuit tertio Aeneidos, Attollitq; globos flammarum, & ſidera lambit. ¶Interdum ſumitur pro leuiter alluere. Horat. lib. 1. Carm. Vel quæ loca fabuloſus Lambit Hydaſpes. ¶Allambo, compoſitum, uide ſuo loco.

Lamella, uide Lamina.

Lamentor, aris, d. p. Voce querula, triſtiq; oratione damnum ac dolorem teſtor *θρηνῶ, ὀλοφύρομαι*. [Italic. Lamentarſi dolerſi. Gal. Lamenter, braire & crier de douleur, & cauſ qu'on

qu'on a. Hiſp. Llorar con uozes gritando. Germ. Kläglich weynen, heülen, weeklagen.] Terent. in Andr. Quę tum mihi lamentari, præter cæteras uiſa eſt. Idem in Phorm. Modò quandam uidi uirginem hîc uicinię Miſeram ſuam matrem lamentari mortuam. ¶ Cic. 1. Tuſc. pro lamentatione dignum aliquid monſtrare poſuit, quum inquit, Nam hæc quidem uita mors eſt, quam lamentari poſſem ſi liberet. Idem 1. de Orat. Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coegiſſet.

Lamentatus, ta, tum, participium. ὠδυρμένος. [Ital. Lamentato. Gall. Lamenté. Hiſpan. Llorado. Germ. Kläglich beweynt.] ut, Fata diu lamentata, Silius lib. 13.

Lamentatio, f. r. Eſt (ut Cic. 4. Tuſc. docet) ægritudo cum eiulatu. ὀδυνὴ ὀλοφυρμός. [Ital. Lamento. Gal. Lamentatiõ. Hiſp. Llanto con uozes. Germ. Vueeklagung, das kläglich weynen.] Idem 1. Tuſcul. Sed illa lugubris lamentatio, fletuſq; mœrens, ex eo eſt quod, &c.

Lamentas, Pro lamentationibus dixêre ueteres. Pacuuius in Herm. Lamentas, fletus facere compendi licet. Nonius.

Lamentum, ti, n. ſ. Ipſa lamentatio. ὀδυνὴ. [Ital. Lamento. Gall. Lamentation. Hiſp. Llanto con uozes. Germ. Heülung, weeklagung.] Cic. de Senect. Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat uelle ſuam mortem dolore amicorum, lamentiſq; uacare. Virgil. 4. Aen. Lamentis gemitu & fœmineo ululatu, Tecta tremunt, reſonat magnis plangoribus æther.

Lamentabilis, le, om. t. Quod eſt dignum multa lamentatione. πολύθρηνος. [Ital. Lamentenole. Gall. Digne de lamentation, lamentable. Hiſp. Coſa digna deſer llorado. Germ. Kläglich, beweynens wärt.] Virg. 2. Aen. Troianas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. Cic. 2. de Legibus, Poſteaquam, ut ſcribit Phalereus, ſumptuoſa fieri funera & lamentabilia cœpiſſent, Solonis lege ſublata ſunt. Lamentabili uoce deplorare, Cic. 2. Tuſcul. Carmen lamentabile, Statius 5 Syl.

Lamentarius, a, um, Quod ingerit lamentationem. θρηνώδης. [Ital. Coſa che muoue à lamentarſi. Gall. Pleureux, qui eſmeut à lamenter. Hiſp. Coſa que haze llorar. Germ. Das einen zů weyneu bewegt.] Plaut. in Capt. Quæ ædes lamentariæ mihi ſunt.

Lāmĭna, pen. cor. f. p. Metalli cuiuſuis fruſtum in latitudinem ductum: craſſius tamẽ quàm bractea. ἔλασμός. [Ital. Lama, piaſtra. Gall. Lame, plaſtron, une table ou bande large, & aſſez eſpoiſſe, ſoit de cuiore ou autre metail. Hiſp. La lama ò hoja de metal. Germ. Ein lonnen oder blat von einem metail.] Liuius 5. Bell. Pun. Etiam tria ſigna cum titulo laminæ eneæ inſcripto, Manitium pro militibus, qui, &c. Cæſar 2. Bell. ciuil. Eo ſuper tigna bipedalia iniiciunt, eaq; laminis clauiſq; religant. Cic. 4. Verr. Quid eum ignes, cauentesq; laminæ, cæteriſq; cruciatus admouebantur?

Lamella, æ, diminut. τὸ μικρὸν ἔλασμα. [Ital. Kama picccola. Gall. Petite lame. Hiſp. Pequenna lama ò hoja de metal. Germ. Ein blechlin.] Vitruu. lib. 7. cap. 3. Speculum argenteum tenui lamella ductum. Seneca, Maiorem dierum partem in æruginoſis lamellis conſumit.

Lamna pro lamina, apud Horat. lib. 2. Carm. Nullos argento color eſt auaris Abdito terris, inimice lamnę Criſpe Sallu ſti, niſi temperato Splendeat uſu.

Lamium, Vrticæ genus mitiſſimum, prorſuſq; innoxium, quam Vrticam mortuam Herbarii appellant. Plinius libro 21. capite 17. Quæ innoxia eſt, morſu carens, Lamium uocatur.

Lāmpās, adis, pen. corr. λαμπάς. [Ital. Lampada. Gall. Vne torche, ou un flambeau. Hiſp. La lampara. Germ. Ein ampel, facḱel oder fackel.] Idem quod fax, ἀπὸ τῦ λάμπειν, quod eſt ſplendere. Virgil. 9. Aen. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. ¶ Frequenter tamen ſumitur pro inſtrumẽto, in quo ellychnium accenſum oleo fouemus, quod & lychnum penſilem uocamus: ut apud Iuuenalem Satyr. 3. Aenea lampas. Colum. lib. 12. cap. 18. Ferreis lampadibus ardentibus caleſiunt. Ouid. 12. Metam. Lampadibus denſum rapuit funale corruſcis. ¶ Eſt etiam lampas genus facis in aere. Plin. li. 2. cap. 26. Duo genera faciunt: Lampades nocant planè faces: alterum bolidas: quale Mutinenſibus maliis uiſum eſt. Vulgus Faces ardentes, uel lanceas ignitas nocat. ¶ Lampada curſu tradere, elegans eſt prouerbium, pro eo quod eſt, partes ſuas quaſi ſucceſſione in alium transferre. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 16. Sed ô Metula, Axius noſter ne dum hoc audit, phyſicè addiſcat, quòd de fructu nihil dixi: nunc curſu lampada tibi trado. Tractum à conſuetudine lampadophororum, qui in certamine lampadodromico, ſi lampadem ad metam inextinctam non pertuliſſent, eam alteri tradebant.

Lampas, Lychnis ſyluęſtris apud Dioſc. lib. 3. cap. 119.

Lampetra, træ, f. p. Genus piſcis, à lambendis petris nomen ſortiens, μύραινα. Hos piſces nonnulli Murænas uocant. Vide Muſtela. Diuerſa eſt Muræna à Lampetra.

Lampſana, Romanæ hieraciæ herba, apud Dioſcor. libro 3. capite 70.

Lampȳris, idis, f. c. λαμπυρίς. [Ital. Lucciola. Gall. Vne petite mouche, ou petit uer qui reluit de nuit, luſerne. Hiſp. La luziernaga. German. Ein wurm oder motz ſo zů nacht ſcheint.] Vermiculus noctu lucẽs: nonnulli Noctilucam, alii Nitedulam uocant. Plin. lib. 11. cap. 28. Lucent ignium modo noctu laterum & clunium colore lampyredes, nunc pinnarum hiatu refugientes, nunc uerò compreſſu obumbratæ: nõ antè matura pabula, aut poſt deſecta conſpicuæ: Idem lib. 18. cap. 26. Eſtq; ſignum illius maturitatis, & horiſationis commune, lucentes ueſpere per arua cicindelæ: ita appellãt ruſtici, Stellantes uolatus: Græci uerò lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

Lamyrus, Piſcis eſt ex genere lacertorum, apud Plinium libro 22. cap. 11.

Lāna, æ, f. p. Quæ de ouibus detondetur, aut decidítur, à laniando. ἔριον. [Ital. & Hiſp. Lana. Gal. Laine. Germ. Vuollen.] Laniare enim ſcindere eſt. Scinditur autem nunc lana, quæ uelli ſolebat: unde à uellendo uellus dicebatur. Cicero 2. de Orat. Quando ad me uenis cum tua colu & lana? Virg. 1. Georg. Quid memora Aethiopum molli canentia lana? Ouidius 1. de Arte amandi, Conſule de gemmis, de tincta murice lana, Conſule de facie, corporibuſq; diem. Sunt qui à læuitate: hoc eſt, à mollitie lanam dictam putent. Eſt autem in ſola oue lana: nam cæteræ quadrupedes pilos aut ſetas habent.

Lanaris, & hoc lanare, Quod habet lanam. ἐριῶδες, ἐριῶδον. [Ital. Lanoſo. Gall. Qui a ou porte laine. Hiſp. Lanudo de lana. German. Das wollen tregt.] Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 19. Nos qui pecus paſcimus lanare.

Lanarius, rii, ſubſtantiuum, maſc. geo. ſecund. declin. Qui lanam curat. ἐριουργός. [Ital. Lanaio. Gall. Celuy qui apreſte ou acouſtre laine. Hiſp. El que obra lana. Germ. Ein wollen bereiter.] Plautus in Aulul. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Lanatus, ta, tum, Lana tectus. [Ital. Lanoſo, coperto di lana. Gall. Lanu, qui a ou porte laine. Hiſp. Coſa lanuda, de lana. Germ. Vuollechtig, das wollen tregt.] ut, Lanatæ oues, apud Colum. lib. 12. cap. 1. Lanatæ pelles, Colum. lib. 6. cap. 1. Sed iaculi quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti ſunt. Lanatæ uites, aminææ dictæ, quòd caneſcant lanugine. Colum. lib. 3. cap. 2. Lanatam quoque aminæam quidam maximè probant: quæ uocabulum non ideo uſurpat, quod ſola ex omnibus amineis, uerùm quòd præcipuè caneſcit lanugine.

Lanatior, ius comparatiuum. Plin. lib. 21. cap. 20. Hi & folia eius thymo ſimilia tradunt, niſi quòd molliora ſunt, & lanatiore canitie.

Laneus, a, um, adiectiuum, Quod eſt ex lana. ἔρινος. [Ital. Di lana. Gall. De laine. Hiſp. Coſa de lana. Germ. Vuöllin.] ut, Pannus laneus. Plautus in Milit. Caucaſiam Habeas ferruginem, culturam ad oculos laneam. Laneum pallium, Cicero 3. de Natura deorum. Lanea uitta, Propert. lib. 3 Eleg. 6. Laneum latuſculum, id eſt, latus molliſſimum, Catullus ad Thallum.

Lanicium, nicii, n. ſ. Idem quod lana, uel lanæ prouentus. ἔριον. [Ital. Lana, prattica ò arte di lana. Gall. Laine ou l'art & reuenu dicelle. Hiſp. Lana, prouecho ò arte de lana. Germ. Vuollwerck.] Plin. li. 6. cap. 17. Primi ſunt hominum, qui noſcantur, Seres, lanicio ſyluarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem. Virgil. 3. Georg. Si tibi lanicium curæ, primùm aſpera ſylua Lappæq; tribuliq; abſint. Vbi Seruius, Lana, inquit, dicimus, & lanicium, quem admodum fuga & effugium.

Lanificium, cii, neutr. ſ. Lanæ opificium. ἐριουργία, ταλαεία.

[Ital. Lanificio. Gall. Fait ou art d'acoustrer de laine. Hisp. Aquella obra de lana. Germ. Wullwerck, arbeit mit der wollen.] Plin. de Præclar. gest. Rom. Exinde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Columella lib. 12. in Proœmio, Nunc verò quum plerisq; sic luxo & inertia diffluant, ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur.

Lanificus, m. f. Qui lanæ artem exercet. ἐριουργός, παλαιουργός. [Ital. Lanaiuolo. Gall. Qui besoigne de laine. Hisp. El que obra lana. Germ. Wullenspinner oder wäber.] Martialis lib. 6. Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores Stamina, nec surdos nox habet ista deos. Manum lanificam imponere pensis. Tibull. lib. 1. Eleg. 1. Artis lanificæ doctissimus, Claudian. 2. in Eutrop.

Lanifer, a, um, Quod lanam fert. ἐριοφόρος. [Ital. Che porta lana. Gall. Qui porte laine. Hisp. Cosa que trae lana. Germ. Das wollen tregt.] ut, Lanifera arbore. Plin. lib. 15 cap. 19. Aethiopia Aegypto conterminia insignes arbores ferè non habet, præter laniferas.

Laniger, a, um, Lanam ferens. ἐριοφόρος. Eiusdem insulæ (inquit Plin. lib. 12. cap. 10.) excellisore suggestu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum. Virgil. lib. 3. Georg. Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas. Idem lib. 3. Aen. Lanigeræ comitantur oues, &c.

Lanipendia mulier, Paulus in l. sed si uir ex lana, de Donat. inter uirum & uxor. pro lanifica, seu quæ lanificiis ipsis pensa dividit.

Lanoculus, Qui lana tegit oculi uitium, inquit Festus.

Lanosus, a, um, Lana abundans. ἐριώδης. [Ital. Lanoso. Gall. Lanu. Hisp. Lanudo. Germ. Voll wollen, wullechtig.] Columella libro 7. capite 1. Eliges bimam, uasti corporis, cerui ce prolixa, prolixi uilli, nec asperi, lanosi, & ampli uteri.

Lanaria, Herba est, quam uulgus Saponariam appellat, inde nomen habens, quòd lanæ quæ ob pinguedinem colorem recipere non possunt, eius succo eluantur. τρύβιον. Plin. lib 24. cap. 18. Herba lanaria ouibus ictionis data, lactis abundantium facit.

Lancus lupus, Piscis est Timaui fluuii, qui idcirco lancus dicitur, quòd iuxta hunc fluuium maxima ouium copia sit, uberrimusq; lanarum prouentus. Martial. Lancus Euganei lupus excipit ora Timaui, Acquoreo dulces cum sale pastus aquas.

Lancea, æ, fœm. pr. λογχή. [Ital. Lancia. Gall. Une lance, pique ou jaueline. Hisp. Lança, arma para pelear. Germ. Ein glán, ein schifflin.] Teli genus longissimum, quod quidã à ferri latitudine, alii à Græco λογχὴ deductum putant. Gellius tamen lib. 19. cap. 10. Hispanicam uocem esse affirmat. Plin. lib. 15. cap. 30. de lauro loquens, Romanis præcipuè lætitiæ, uictoriarumq; nuntia additur literis, & militum lanceis, pilisq; fasces imperatorum decorat, &c. Tacitus, Dissultam fluitantemq; testudinem lanceis, contisq; testantur, donec disiecta compage scutorum exangues prosterneret. Lucanus lib. 6. Nulla fuit non cerra manus, non lancea fœlix. Festus autor est, lanceam olim à Lucullis uocatam fuisse loculleam. ¶ Lanceam Budæus etiam esse dicit spiculum uenabuli, uel iaculi.

Lanceola, dimin. cum accentu in antepenultima, fœ pr. λογχάριον. [Ital. Picciola lancia. Gall. Petite lance. Hisp. Pequenna lança, lanceta. Ger. Ein klein glán, spiesslin.] Hieronymus lib. 1. Regum, Prophetæ lucorum insidebant se lanceolis, donec sanguine perfunderentur.

Lancearius, arii, m. s. Qui lanceam gerit. λογχοφόρος. [Ital. Che porta lancia. Gall. Lancier ou piquier. Hisp. El lancero. Germ. Der ein glán oder spiess fürt, ein lantzknecht.] Lancearii sunt ex Tranquillo, inquit Budæus, cui nunc uulgò Picarii, quasi spicularii dicuntur.

Lanceatus, ta, tum. Lances armatus. λογχωτός. [Ital. Chi ha lancia, armato di lancia. Gall. Armé & garni de lance. Hispan. Armado de lança, alanceado. Germ. Mit einem glán oder spiess gewaapnet.] ¶ Lanceati etiam dicuntur, qui ictu lancea necantur. Iulius Firmicus, Quicunque habuerint horoscopum in uigesimaprima parte Tauri, lanceati oriuntur.

Lances, f. t. Vasa lata & rotunda, minus exacuata, quàm patinæ, quibus caro tam tosta, quàm elixa, mensæ infertur, παροψίδες, πίνακες. [Ital. Piati grandi. Gall. Plats grands ou grandes escuelles. Hisp. Platos grandes. Germ. Duryte vnd flache blatten, oder teller.] Iuuenalis Satyra 5. Aspice quàm magno distendat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla, & quibus undiq; septa Asparagis. Plaut. in Amphytr. Interea dum isti certant, in popinam diuertendum est mihi: Lances detergã omnes, omnesq; trullas hauriam. Plin. li. 33. Lances è centenis libris argenti tunc supra quingentas numero Romæ fuisse constat. Horat. 2. Serm. Satyra 4. Illigna nutritus glande rotundas Curuat aper lances. ¶ Lances etiam in libra dicũtur duo illa uascula lancium eiusdem similitudine, in quorum altero pondus, in altero uerò res ponderanda imponitur: unde & libræ bilances dictæ sunt, quòd duas habeant lances. τὰ πάλαστα, εἰ πλάστιγγες. [Ital. Scodelle della balanza. Gall. Bassins de la balance. Hisp. Las escudillas de balanca. Ger. Die wagschälin.] Cicero lib. 5. de Finib. Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Persius Satyr. 4. Scis etenim iustum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. ¶ Lancem etiam uas esse rebus diuinis aptum, docet Ausonius in Monosyllabis, Thuribula, & paterã: quæ tertia uasa Deũm, lanx.

Lancino, nas, penult. corr. act. pr. Lacero, uexo. ἐντρίβω, κατατραχήλω. [Ital. Lacerare. Gall. Poindre, piquer, deschirer. Hispan. Despedacar. Ger. Stechen, zerreissen.] Plinius libro 11. capite 39. Est & uolucre canibus peculiare suum malum, aures maximè lancinans, quæ defendi morsu non queunt. Seneca, Aliam inter leges celebrisq; spectaculum fori lancinavit.

Lanerum, Vestimenti genus ex lana succida confectum. εἶδος ἱματίου. Festus.

Laneus, Vide Lana.

Langa, g. r, A Græcorum quibusdam animalis genus creditum est, quod & Lanuginam appellarũt, circa Padum Italiæ fluuium uitam agens: cuius urinam Zenothemis inclytarum putauit concrescere: quod tamen falsum esse constat, ut plerasque omnia, quæ Graci scriptores de tota electri ratione prodiderunt. Plin. lib. 37. cap. 2. Alii ditèr langurium, & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas uocat, & circa Padum iis uitam affirmat.

Languor, guoris, m. t. Defectio uirium, & remissio uigoris & tam de corpore, quàm de animo dicitur. παράλυσις, κάμψις. [Ital. Languore, il languire. Gall. Langueur, defaillance de force. Hisp. Flaqueza con dolencia. Germ. Kraffloss, schwachheit, vnvermögenheit.] Cic. de Diuin. Animus quum languore corporis nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in uaria uisa & incerta. Idem 4. Philippica, Expectatio legatorum quantum languoris afferat animis, quis non uidet? Cicero libro 1. Officiorum, Nihil autem magis cauendum est senectuti, quàm ne languori se desidiæq; dedat. Plautus in Asinar. pro lassitudine posuit, quum ait:

Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores ulmeis affectos lentis uirgis.

Languco, es, ui, n. s. Deficio, infirmus sum, dissoluor. κατακλῶμαι, χαλάω, παραλύομαι. [Ital. Languire, essere debole. Gall. Langoir, venir en langueur, defaillir. Hisp. Enflaquescerse. Germ. Schwach sein, abnemmen.] ut, Languens uox, apud Cic. 1. Offic. Idem in Pisone. Quanquam languet iuuentus, nec perinde, atq; debet, in laudis & gloriæ cupiditate uersatur. Idem 1. Philipp. Quumq; languerem è uia, & mihimet displicerẽ, nisi, &c. ¶ Interdum est timidum esse. Sallust. in Catil. Quantò uos attentius ea agetis, tantò illis infirmior erit animus: si paulum quodà uos languere uiderint, iam omnes feroces aderunt. ¶ Interdum otiosum esse. ἀθυμεῖν, ἀθύμως ἔχειν. Ibidem, Sed si pauci adiuuarent, languentibus aliis in curiam impetum faciorum. ¶ Huius uerbi composita sunt, Elanguco. ἐξαδύνατῶ: à quo elanguesco, quod est ualde infirmus fio. παρίεμαι. Relanguco, à quo relanguesco, in languorem recido. Ouidius lib. 6. Metamor. Imposito fratri moribunda relanguit ore. Claudianus libro 1. Relanguere pro remissum esse posuit: Vix ille pepercit, Erubuitq; preces, animusq; relanguit atrox.

Languesco, n. t. Inualidus, tepidus, seu otiosus fio. ἀσθενῶ, χαλάω. [Ital. Diuenir languido, languire. Gal. Venir en langueur,

en langueur, languir, perdre cœur, defaillir. Hiſp. Enflaqueſcerſe. Ger. Můd oder muglos werden, kraffteloſs werdē.] Cicer. in Catone, Orator, metuo, ne langueſcat ſenectute. ¶ Aliquando ponitur pro languore confici. Virgil. lib. 11. Purpureus veluti quum flos ſuccisus aratro, Langueſcit moriens. ¶ Aliquando pro minui. Plin. Epiſt. 171. Seu quia ita natura comparatum, ut proximorum incurioſi, longin qua ſectemur: ſeu quòd omnium rerū cupido langueſcit, quum facilis occaſio eſt.

Languefacio, a. t. Languorem affero, ſiue languere facio. [Italicé, Far languire. Gal. Faire languir. Hiſp. Enflaqueſcer à otro. Ger. Můd oder kraffteloſs machen.] Cic. de Legib. Incitare languentes, & languefacere excitatos.

Languidus, a, um, Remiſſus, debilis, infirmus. ἐπισυρμός, παρειτὸς, χαλαρὸς. [tal. Languido. Gall. Qui languit, langoureux, laſche. Hiſp Flaco por dolencia. Germ. Kraffteloſs, ſchwach, blöd, matt.] Ouid lib. 5. Faſtor. Violas arere videres, Filaq; punicei languida facta croci. Plin. Epiſt. 190. Quum iam ſatis ille primus impetus deferbuiſſet, & languidior in dies ira ad iuſticiam rediſſet. Cic. in Catil. Qui mihi accubantes in conuiuiis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, ſertis redimiti, unguentis obliti, debilitati ſtupris, eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atq; urbis incendia.

Languidulus, la, lum, diminut. ὑπόνωθρος. [Ital. Vn poco languido. Gall. Vn peu langoreux. Hiſpan. Flaco un poco. Germ. Traglechtig, lampechtig.] Ut, Somni languiduli. Catullus Argon. Languidulæ coronæ, Quintil.

Languidè, aduerbium. νωθρῶς. [Ital. Languidamente. Gall. Laſchement, langoreuſemẽt. Hiſp. Flacamente. Ger. Gemachlich, vnfrůtſamlich, faulẽlich.] id eſt, conſtanter, negligenter, otioſè. Colum. lib. 11. cap. 1. Hoc igitur cuſtodire oportet uillicum, ne ſtatim à prima luce familia conſtanter & languidè procedat. Cæſar lib. 7. Belli Gall. Quòd paulo incautius cuſtodias in muro diſpoſitas uidebat, ſuos quoque languidius in opere uerſari iuſſit, & quid fieri uellet, oſtendit.

Langārium, Quidam ex Græcis ſcriptoribus ſucrinum appellarunt, quòd putarent circa Padum fluuiū beſtias quaſdam eſſe, langorias, ſiue langas appellatas, quarum urinam exiſtimabant in ſuccinum concreſcere. Vide Plinium lib. 37. cap. 2.

Laniger, Vide Lana.

Lānius, nii, ſeu Lanio, onis, m. ſ. & t. Qui carnes in carnario uendit populo: à laniendis pecoribus, quòd eas concidat laniet q. κρεωπώλης, λαρναγός. [Ital. Beccaio. Gall. Boucher. Hiſp. El carnicero. Germ. Ein metzger.] Plaut. in Captiuis. Dii immortales, ut ego collos pertruncabo tergoribus? Quanta peruis peſtis uenit? quāta labes larido? Quanta ſomini abſumedo? quanta collo calamitas? Quanta laniis latitudo? quanta porcinariis? Varro 2. de Re ruſtica, capite 5. Lanii qui ad cultrum bouem emunt. Terentius Eunucho, Concurrunt læti mihi obuiam cupedinarii, cetarii, lanii, coqui.

Laniena, æ. p. Officina in qua laniantur, ac uendūtur carnes. λαρνακεῖον. [Ital. Beccaria. Gall. Boucherie. Hiſp. La carniceria. Germ. Ein metzg oder ſchol.] Plaut in Epid. Per myropolia & lanienas, circumq; argentarias rogitādo ſum raucus factus. ¶ Accipitur etiam pro ipſa laceratione à laniando. λαρναγία.

Lanionius, a, um, Quod ad lanīū pertinet. κρεαγρικός. [Ital. Pertinente à beccaio. Gal. Apartenant à boucher. Hiſp. Pertinente à carnicero. Germ. Das zu dem metzger gehört.] Vnde Lanionio more. λαρναγικῶς. Et, Lanionia menſa, in quibus ſcinditur caro. Sueton. in Claud. Carnificem ſtatim accīri cum machæra, menſaq; lanionia flagitauit.

Lanio, as, a. p. Scindo. κρεαγῶ, διακατέμνω, διακατεμαπίζω. [Ital. Fendere, ſtracciare. Gall. Deſchirer, deſpecer. Hiſp. Hender, deſpedacar. Germ. Zerſtucken, zerhauwen, zerreiſſen.] Virgil. lib. 3. Georg. Ipſāque ſuos iam morte ſub ægra Diſcerſos nudis laniabant dentibus artus. Liuius 2. Bell. Macedon. Et Formis, duo lupi oppidum ingreſſi, obuios aliquot laniauerant.

Laniatus, a, um, participium. κατακεκομμένος. [Ital. Stracciato, ſquartato. Gall. Deſchiré, deſpecé. Hiſp. Deſpedacado. Ger. Zerhauwen oder zerriſſen.] Virgil. 12. Aen. Et roſeas laniata genas. Claſſis laniata, Ouid. Epiſt. 7. Capillos laniata, Idem Epiſtol. 14. Huius compoſitum eſt Dilanio, diſſeco, diuello. διαπάω. de quo ſuprà.

Laniatus, us, ui, m. q. Ipſe actus laniandi. λαρναγία, σπάραγμα. [Ital. Il ſtraccio, il ſtracciare, il ſcorticare Gal. Deſchirement, deſpecement, eſquartellement. Hiſp. Obra de deſpedacar como carne. Germ. Zerhauwung, zerreyſſung.] Cicero 1. Tuſcul. Quid igitur mihi ferarum laniatus obtrit nihil ſentienti? Plinius lib. 11. cap. 37. Ora apertiora laniatu uiuentibus. Idem lib. 8. cap 40. Laniatoq; & latratu adactum, ut cogeretur fateri ſcelus.

Laniarium, rii, n. ſ. Idem quod laniena. λαρνακεῖον. [Ital. Beccaria. Gall. Boucherie. Hiſp. La carniceria. Germ. Ein metzg oder ſchol.] Varro 2. de Re ruſtic. cap 4. Igouum & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario inſpenderit potius ab laniario, quàm ex domeſtico fundo.

Laniſta, m. p. Præfecti ludi gladiatorii, qui gladiatores inſtituebant exercebantq; ad mutuam lanienam. γυμναστὴς. [Ital. Maeſtri di ſcrimia. Gall. Maiſtre d'eſcrime. Hiſp. Maeſtros que enſannan à eſgremir. Germ. Fechtmeiſter.] Hi familias habebant domi ad gladiaturam exercendam: quas inſtituēre, & mox paratas uendere ſolebant muneratis. Iuuenalis Satyra 3. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenisq; laniſtæ. ¶ Hinc Laniſtæ animi, dicti ſunt à Columella, qui aues certaminibus præparabant.

Lānugo, ginis, penult. prod. fœm. t. Tenera quaſi lanæ colubra mollities, qualis in adoleſcentium genis, & in pomis cernitur. ἴουλος. [Ital. Prima barba, lanugine. Gall. Poil follet, barbe qui commence à uenir. Hiſp. El uello, flueco, primera barba. Germ. Das erſte zund zarte barthaar, gauchhaar. item, Die wollen an etlichen früchten.] Columella libro 4. Lanatam quoq; amineam quidam maximè probabant: quæ hoc uocabulum non ideo uſurpat, quòd ſola ex omnibus amineis, uerùm quòd præcipuè caneſcit lanugine. ¶ Ponitur aliquādo pro ſcobe. Colum. li. 4. cap. 29. Nulla interueniente lanugine, quæ excitabat antiqua terebra.

Lanuginoſus, adiectiuum. ὁ καὶ ἡ χνοώδης, ἰουλώδης. [Ital. Chi ha moſco ſottile. Gall. Qui a force barbe folette, force cotton ou mouſſe. Hiſp. Coſa llena de flocos ò uellos. Ger. Der vil zarte haar hatt.] Plin. lib. 22. cap. 2. Eſt & alia ſimilis, pſeudanchuſa ob id appellata, à quibuſdam uerò euchuſa, aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginoſior, & minus pinguis.

Lanx, cis, Vide ſuprà Lancea.

Laois apheſis, λαοῖς ἄφεσις: id eſt, populis miſſio, uerba ſūt, quæ dicūtur poſt expleta myſteria, quibus ſignificatur perfectam eſſe rem ſacram, & cuiq; liberam fieri abeundi potestatem, ſicut apud nos, Ite miſſa eſt.

Lāpathum, λάπαθον, Herba eſt acidi ſaporis, quæ à Latinis rumex appellatur. Multæ autem ſunt lapathi ſpecies, quas uide apud Plin. lib. 2. cap. 11.

Lāpis, idis, m. t. [Ital. Pietra, ſaſſo. Gall. Pierre. Hiſp. Piedra. Germ. Ein ſtein.] Quem Græci λίθον uocant, à nonnullis ita diſtinguitur à laxo, ut lapis mitior ſit, minorq; ac tenerior: ſaxum malus, aſperius, duriusq;. Vnde gemmæ lapides non ſaxa dicuntur. Plinius lib. 36. cap. 18. Nuſquam hic utilior, quàm in Italia gignitur, lapisq;, non ſaxum eſt. Idem, Eſt & nitidis lapis, uehementer igni reſiſtens, ſed nuſquam copioſus: & ubi inuenitur, lapis, non ſaxum eſt. Sed hæc profectò differentia non uidetur cum Plinio conuenire, qui non magnitudine diſtinguit ſaxum à lapide. Nam etiam columnas ex uno lapide fieri, & Laocoōtis ſtatuam ex uno lapide exciſam fuiſſe affirmat. Videtur itaq; magis dicendum, ſaxum eſſe, quod ex ropibus uel lapicidinis excinditur: lapidem qui è terra effoditur. ¶ Et quoniam apud ueteres lapidibus milliaria ſignabantur, ponitur quandoque lapis pro milliario. Vnde legimus, ad tertium, ad quartum lapidem. ¶ De lapide emptos quoque dicimus, qui publica auctione à præcone erant uenditi, Nam priſco more præcones ex lapide facere præconium ſolebant: ubi mancipia quoque uenalia, præconis uoce proclamabantur. Columella lib. 4. Non tamen excedunt ſeptem iugera, unius operam uinitoris, quem uulgus quidem parui æris, uel de lapide noxium poſſe comparari putat. Cicero in Piſonem, Tribunus de lapide emptos eſſe ait, quia mercede id faciebant. Traductum autem eſt à lapide quodam editiore, quem Romæ fuiſſe complurium autorum teſtimonio conſtat, unde præcones in auctionibus res uenales pro

nuntiabant. Vnde Marcus Tullius nilliſſimos homunculos, de lapide emptos appellat. ¶ Hominem præterea lapidem quandoque dicimus, qui negligens ſtupidusq; ſit, quique ad id agendum quod maximè oporteat, non moueatur. Terentius in Heauton. Hei, quid ſtas lapis? Ibidem, Quot res dedêre, ubi poſſem perſenti'scere, Niſi eſſem lapis, quæ uidi? ¶ Lapis interdum pro petra accipitur. Virgilius Aegloga 1. Et tibi magna ſatis quamuis lapis omnia nudus, Limoſoque palus obducat paſcua iunco. ¶ Lapis incuſus, manualis mola eſt, cudendo exaſperata. Virgilius 1. Georg. -Lapidemque reuertens Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat. ¶ Lapis bibulus, qui arenarius uocatur. Virgilius 2. Georg. Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas: hoc eſt, pumicem. ¶ Lapidem decoquis, λίθον ἑψεις, pro eo quod eſt, Inaniter laboras. Neq; nuſquam molleſcit lapis quantumuis diuina coctione. ¶ Lapides flere. De re uehementer miſeranda, prouerbiali hyperbole dici ſolet, eam eſſe tam lamentabilem, ut uel lapides cogantur ad fletum. Cicero pro Muræna. ¶ Verberare lapidem, prouerbiali quadam forma, dicimus aptè ubi quis obiurgat incaſtigabilem, aut docet indocilẽ, aut inanem operam ſumit in re quapiam. ¶ Vitiabit lapidem longum tempus, Σάψει καὶ μακρὸς μῆλιν χρόνος. Nihil in rerum natura fato durabilius: at id quoq; temporum diuturnitate abſumit.

Lapideus, dea, deum, Quod ex lapidis materia conſtat, λίθινος. [Ital. Di pietra. Gall. De pierre. Hiſp. Coſa de materia de piedra. Germ. Steinin.] ut, Lapideus murus, apud Liuium libro 1. ab Vrbe. Lapideus imber, apud eundem libro 10. Belli Punici. & Lapidea Niobe, id eſt, in lapidem conuerſa. Cicero 3. Tuſculanarum, Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium. ¶ Per translationem ponitur lapideus pro graui & ponderoſo. Plautus in Truculento, Lapideus ſum, commouere me miſer non audeo.

Lapidoſus, a, um, Quod lapidibus abundat. λιθώδης. [Ital. Pieno di pietre, pietroſo. Gall. Plein de pierres, pierreux. Hiſp. Lleno de piedras. Germ. Steinechtig, voll ſteinen.] Ouidius de Nuce, Cauſabor quare ſit lapidoſus ager. Plinius libro 19. capite 8. In locis occultis, lapidoſis. ¶ Aliquando pro duro ponitur. Virgil. 2. Georg. Et prunis lapidoſa rubeſcere corna.

Lapidarius, ria, rium, Quod ad lapides pertinet. λατομικός. [Ital. Pertinente à pietre. Gall. Apartenant à pierres. Hiſp. Perteneſciente à piedras. Germ. Das zů denn ſteinen gehört.] ut, Latomiæ lapidariæ. Plautus in Capt. Tyndaros in latomias lapidarias ab Aegione damnatur.

Lapidarius, rii, ſubſtantiuum, m. ſ. λιθοξόος, λιθουργός, λατόμος, λιθοτόμος. [Ital. Tagliapietra. Gal. Tireur de pierres, quarrier ou tailleur de pierre. Hiſp. El cantero. Germ. Ein ſteinbrecher.] Vlpian. in l. Si ut certo. parag. ſed interdum. Commod. uel contra. Nam & Mela ſcripſit, ſi ſeruus lapidario commodatus, ſub machina perierit, teneri fabrũ commodati, qui negligentius machinam colligarit.

Lapillus, li, dimin. m. ſ. Calculus, parnus lapis. λιθίσκος. [Italicè, Pietra picciola, pietruccia. Gall. Petite pierre, pierrette. Hiſp. Piedra pequenna. Germ. Ein ſteinlin.] Plinius lib. 10. cap. 23. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede ſoſtinentes, qui laxatus ſomno & decidens, indigentiam corguat. ¶ Lapillorum itẽ nomine gemmas, hoc eſt, lapides pretioſos intelligimus. Curtius, Lapilli auribus pendent. Horatius 1. Serm. Satyr. 2. Nec magis huic intra nitentes uiridesq; lapillos. Ouidius de Nuce, Peregrini lapilli.

Lapicida, æ, & **Lapidicida**, æ, generis maſcul. primæ declin. Qui lapides uel ex rupe excindit, uel ædificio adaptat. λατόμος, λιθεύς, λιθοτόμος, λατύπος, λιθουργός. [Ital. Tagliapetra, ſcarpellino. Gall. Tireur de pierre, quarrier ou tailleur de pierre. Hiſpan. El cantero. Germ. Ein ſteinhauwer, ſteinmetz.

Lapidicina, penultima producta, uel potius lapicidina, fem. gener. primæ declin. quemadmodum lapicidam & homicidam dicimus: Locus ubi lapides excinduntur, quam λατομίαν uocant Græci. Vnde & carcerem Latomias uocamus, ſiue quòd damnati ad lapides excidendos mittebantur: ſiue quòd Syracuſanorum tyranni latomias habebant inſtar carceris excauatas, ex quibus exciſi lapides fuerant ad urbem extruendam, hiſq; pro carcere utebantur. λατομία, λατομία. [Ital. Cana de pietre. Gall. Vne quarriere d'ou on tire les pierres. Hiſp. La canteria. Cer. Ein ſteinbruch, oder ſteingrůb.] Plautus in Captiuis, In lapicidinas facite deducius ſiet. Cicero 2. de Diuinatione, Poteſt igitur tale aliquid etiam ſua ſponte in lapicidinas Chiorum extitiſſe.

Lapido, as, penult. corr. act. pr. Lapidibus obruo, uel lapides in aliquem iacio, λιθάζω, λιθολογέω, [ια]λιθόω. [Ital. Lapidare. Gall. Lapider. Hiſp. Apedrear. Germ. Steinigen, oder verſteinigen.] Vnde ſcribit Macrobius lapidatum à populo Romano fuiſſe Vatinium, ſignificare uolẽs, lapidibus iactis fuiſſe impetitum. ¶ Transfertur etiam ad maiora: ut lapidare aliquem uerbis, pro eo quod eſt inceſſere. Macrobius, Notantes eius impotentiam hic dicacitate lapidatam. ¶ Lapidare aliquando eſt lapiditus pluere. Liuius libro 7. Belli Punici, Veiis de cœlo lapidauerat. Idem libro 3. Decad. 5. Reate imbri lapidauit. Suetonius in Caligula, Quo die obiit Germanicus lapidata ſua templa.

Lapidatio, uerbale, f. t. id eſt iactus lapidum. λιθολογία. [Italicè, Lapidamento. Gal. Jettement de pierres, lapidement. Hiſp. Apedreamiento. Germ. Steinigung, mit ſteinen werffung.] Cic. 6. Verrin. Fit magna lapidatio. Plin. de Vita illuſtr. Intercedentẽ Bebium collegam facta per populum lapidatione ſubmouit.

Lapidator, m. t. Lapides iaciens. λιθολόγος. [Ital. Chi lapida, chi tira pietre. Gall. Lapideur, jetteur ou tireur de pierres. Hiſp. Apreador. Germ. Ein ſteinniger, der mit ſteinen wirfft.] Cic. pro Domo ſua, Percuſſor, lapidator, ſoni depopulator, obſeſſor curiæ.

Lapio, is, iui, itum, Durum efficio, & quaſi in lapidem conuerto. λιθόω. Pacuuius, Lapit cor cura, ærumna corpus cõficit. Feſtus, Lapit, id eſt, dolore afficit. Obſoletum eſt.

Lapidéſco, ſcis, ſcere, n. t. Legitur pro in lapidem conuerti, ſeu in lapideam duritiem. λιθόομαι. [Ital. Diuenir pietra, conuertirſi in pietra. Gall. Deuenir pierre, ou auſſi dur que pierre, ſe conuertir en pierre. Hiſp. Hazerſe piedra. Germ. Steinin, oder ſteinhert werden.] Plin. lib. 31. de baccis coralii, Aiunt tactu protinus lapideſcere. Idem lib 5. cap. 10. Similiter in flumine Silari ultra Surrentem, non uirgulta modò immerſa, uerùm & folia lapideſcunt.

Lappa, æ, ſ. p. [Ital. Lappola. Gall. Bardane. Hiſp. Yerua, amor del hortolano. Germ. Kletten.] Herbæ genus, capitula habens leuiter hamata, ideoq; uestibus adhærentia. Tres autẽ ſub ſe complectitur ſpecies: nam quædam dicitur canaria, quæ eſt exigua, canibuſque adhæret. Altera maior eſt, & φιλάνθρωπος appellatur, quòd uestibus hominum adhærens, ipſos amare uideatur: eadem uocatur ſparine. Tertia appellatur perſonata, & maxima eſt, naſcituq; inter riuos & flumina. Græci eam ἄρκιον uocant.

Lappago, pen. prod. f. t. Herbæ nomẽ eſt, quã deſcribit Plin. lib. 26. cap. 10. his uerbis, Et lappago ſimilis anagallidi, niſi quòd ſet ramoſior, ac ploribus foliis, aſpera, rugoſa, aſperioris ſuci, grauis odoris. Quæ talis eſt, Mollugo appellatur: ſimilis, ſed aſperioribus foliis, aſperugo.

Lapſana, pen. cor. f. pr. λαψάνη. Olus ſylueſtre trium foliorum: de quo Plin. lib. 19. cap. 11. Inter ſylueſtres braſſicas & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis foliis, napi ſimillimis, niſi candidior eſſet flore. Coquitur in cibo, aluum leniter emollit. Idem lib. 19. cap. 9. Nec non olus quoq; ſylueſtre eſt trium foliorum, diui Iulii carminibus, præcipuè iocis militaribus celebratum. Alterni quippe uerſibus exprobrauere, lapſana ſe uixiſſe apud Pyrrhachium, prænomiñ parſimoniam cauillantes.

Lapſio, Lapſus, Vide Labor.

Laquãre, aris, neutri generis, tertiæ declinationis, & per ss pocopen, laquear, aris: & laquearium, rii, Dicitur camera: hoc eſt, pars ſuperior cubiculi & cœnationis cõcaua, quæ uariis adornari ſolet ſculpturis & coloribus. φάτνωμα, ἐνειδώματα. [Ital. Trauo maeſtro di caſa. Gall. Le plancher d'une maiſon ou le lambris du plancher. Hiſpan. El ſobrado ò entreſuelo labrado de caquicami. Germ. Die obere bũne oder gewelb eines gemachs. ¶ Hæc etiã laquearia appellantur, propterea q; tignorũ intermalla quandã lacunæ ſpeciem præbere uideantur. Horat. lib. 2. Carm. Non ebur, neque

neq; aureum Mea renidet in domo lacunar. Seruius in illud Virgil. 1. Aen. Dependent lychni laquearibus aureis: à nomine lacus significante trabem in ædificiis planam, ait diminutiuum esse lacunar, à quo lacunarium, & per antistœchon laquear & laquearium.

Laqueatus, a, um, Quod est laqueis irretitum. ἐμπεπλεγμένος. [Ital. Legato, allaciato. Gall. Lassé, enlassé, tenu en laqs. Hispan. Enlazado. Germ. In stricken, verfangen oder gebunden.] Colum. lib. 6. cap. 19. Cæterùm corpus laqueatum, & distentum temonibus obligatur, immotumq; medentis arbitrio est expositum. ¶ Laqueatum item, dicitur id quod Laquearibus est ornatum. φατνωτόν. Vnde laqueata tecta. Cic. 1. de Legib. Magnificas uillas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Et apud Liuium 5. Decad. lib. 1. Laqueatum auro templum dicitur: hoc est, laquearibus aureis, uel auratis ornatum: qualis structura in tectis Regii palatii Parisiis uisitur. Verba Liuii sunt hæc, Antiochiæ Iouis Capitolini magnificũ templum, nõ laqueatum auro tantùm, sed parietibus totis lamina inauratum: hoc est, non tantùm habens laquearia inaurata, sed etiam ipsos parietes auro incrustatos.

Laqueus, quei, m. s. Vinculum ita nexum, ut pondere depressum claudatur. παγίς. [Ital. Laccio. Gall. Laqs, lien, licol, piege, lasson. Hisp. Lazo para prender. Ger. Ein strick.] Vnde dicimus, Laqueo uitam finiuit: id est, suspendio uitam finiuit. Cic. 6. Verrin. Homini iam collum in laqueum inserenti subueniſti. Ouid. 6. Metam. - Laqueoq; animosa ligauit Guttura. Virg. Georg. 1. Tum laqueis captare feras, & fallere uisco Inuentum. ¶ Ponitur etiam laqueus pro quacunque re, qua homo capi ac irretiri potest. ¶ Hinc gryphos captiosasque argumentationes, laqueos dicimus. Cic. de Fato, Ad Chrysippi laqueos reuertamur. Gellius libro 1. cap. 2. Atq; interea uocabulis haud facilè cognitis, syllogismorum captionumque dialecticarum laqueis strepebat. ¶ Hinc & Cicero pro Milone, laqueos iudicii dixit, Quum, inquit, illam beluam iudicii laqueos declinãrem, iam irretitam teneret. Et pro Cecinna, capi aliquẽ laqueo uerbi dixit, pro eo quod est, irretire aliquem argutiis uerborum. Si ad interdicti sententiam confugis: & de quo fundo fit actum tum, quum Ebutius restituere iubebatur, id quærendum esse dicis, neq; æquitatem rei uerbi laqueo capi putas oportere: in meis castris, præsidiisq; uersaris. ¶ Laqueus auxiliari uidetur, ἀμμένα, ὡς ἑοικέναι πάγῃ: id est, Laqueus, ita ut uidetur, bono est. Dictitari consueuit, quoties incommodum alicui uerteretur in bonum. ¶ Suo ipsius laqueo captus est. In eum qui sibi malorum est author. Psalm. 9. ἐν παγίδι ταύτῃ ἣν ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν: id est, in ipso laqueo quẽ abscondernnt, comprehensus est pes eorum. Nota metaphora. ¶ In laqueum inducere, est arte sic concludere quempiam, ut iam nullũ sit effugium. ¶ Laqueus laqueum cepit, ἀτὰρ ἡ πάγη ἑαυτὴν, λέγεται πάγην: id est, Laqueum laqueus, ita ut uidetur, ceperit. Vbi malus malum obseruat. ¶ Mandare laqueum dicimur iis quos usqueadeò negligi à nobis significamus, ut uel si suspendant sese, nihil ad nos attineat. Iuuenalis de Democr. - Quum fortunæ ipsæ minaci Mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem.

Lardum, di, siue laridum, Caro suilla quo alis modo salita. χοιρία σάρξ. [Ital. Lardo. Gall. Du lard, du pore salé. Hisp. El lardo ò timpano de tocino. German. Speck, gesaltzen schweynen fleisch.] Ouid. lib. 6. Fastor. Pinguia cur illis gustantur larda Calendis? Laridum legitur apud Plautum in Captiuis, Quanta, inquit, penuis pestis uenit? quanta labes lardo?

Largior, iris, com. q. Profusè dono. περίειμαι, χαρίζομαι. [Ital. Donare largamente. Gall. Donner largement, & abondamment. Hisp. Dar largamente. Germ. Reychlich ausſgeben, schencken.] Largiri ciuitatem. Cic. pro Corn. Balbo, Homo tum grauitate & prudẽtia præstans, tũ uel nimium pareus in largienda ciuitate. Largiri cœnam. Plaut. Amph. Proin tu istam cœnam largire, si sapis, esurientibus. Largiri libertatem populo. Cic. 3. de Legib. Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, ut autoritate ualeant, & utantur bonis: sic enim à me recitata lex est de suffragiis. Largiri uitam. Plaut. Asin. - Iam ipse Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam. Si tempus non largitur: id est, non permittit: nõ concedit. Colum. lib. 5. cap. 9. Largiri se ultrò. Plaut. Milit. Nam tu te nilem feceris, si te ultrò largibere. Largibere, pro largiẽris. Sicut idem Plaut. in Bacch. Tum libertatem Chrysalo largibere.

Largitor, uerbale, masc. t Id est, profusor, prodigus. δότης, δωρητής. [Ital. Prodigo di donare. Gall. Liberal, donneur. Hispan. El que da largamente. German. Der reychlich ausſgibt on dancken.] Liuius 6. ab Vrbe, Quum urbem impetu cœpisset, Dictator, prædam militi dedit, quo minus speratam, minimè largitore duce, eo militi gratiorem. Cicero hac uoce frequentissimè utitur, pro eo qui largitione populum corrumpit, & ambitus crimen committit, quemadmodum in Oratione pro Cælio, Non potest qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impunè unquam esse largitor. Idem 1. Offic. Existuntq; in Republica plerunq; largitores & factiosi, ut opes quàm maximas consequantur.

Largitas, atis, fœm. t. ἀλαζόνεια. [Ital. Liberalità, largità. Gall. Largesse. Hisp. Liberalidad, largueza. Germ. Ein freywillige reychliche gaab on einigs gesuch des gunsts.] & Largitio, onis, ἀλαζονεία, inter se differunt, quòd Largitas (ut Agretius ait) humanitatis sit: Largitio, ambitionis. Est enim largitas rationabilis, & definitus liberalitatis effectus: largitio, expensa quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magistratuum. Terentius in Adelph. Quæ isthæc subita est largitas? ¶ Quandoq; tamen largitio pro liberalitate ponitur. Cæsar 1. Bell. ciuil. Simul à tribunis militum, centurionibusq; mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit: quo facto duas res consecutus est, quòd pignore animos Centurionum deuinxit, & largitione redemit militum uoluntates.

Largus, ga, gum, Idem quod copiosus, multus. Plinius lib. 11. cap. 19. Pili equis in iuba largiri, in armis leoni. ¶ Accipitur etiam pro eo qui multa largitur: hoc est, pro eo qui liberalis est, uel etiam prodigus, splẽdidus, dapsilis. λαμπρός, ἀλαζών. [Ital. & Hisp. Largo. Gall. Large, abondant. Ger. Gãbig, gendig.] Cicero libro 2. Officiorum, Omninò sunt duo genera largorum, quorum alteri prodigi alteri liberales.

Largè, aduerbium, Liberaliter, abundanter. ἀλαζόνως. [Ital. Largamente, copiosamente. Gall. Largement, abondamment. Hispan. Larga y copiosamente. Germ. Reychlichen, vberflüssiglich.] Horatius lib. 1. Carm. Ligna super foco large reponens.

Largiter, aliud aduerbiũ, quamuis non ita in usu sit. Brutus Attic. Sed persuade tibi de uoluntate propria mea nihil esse remissum, de iudicio largiter.

Largitus, pen. cor. teste Nonio, pro largè, siue largiter: sed anti quum est, & obsoletum. Afranius, Quid istuc est? quid fles? quid lachrymas, largitus proloquere.

Largiloquus, m. s. Qui abundanter loquitur. πολυλόγος. [Italicè, Gran parlatore. Gall. Grand parleur. Hisp. Que largamente habla. Germ. Ein vnnutz man, der vil schwetzt, ein klapperer.] Plautus in Cistell. - Quæ ubi saburratæ sumus; Largiloquæ exemplo sumus: plus loquimur, quàm sat est. ¶ Sic etiã largifluum dicimus, pro eo quod largè & abundanter affluit. Cic. 3. de Orat. Grando mista imbri largifluo subita, & præcipitans cadit.

Larimnum, Nascitur apud Scabræos, inquit Strabo lib. 16. suffitu odoratissimum.

Larinx, sucs, lege Petalides. & Barb. Corolla lib. 2.

Lăriz, f. p. Theophrasto, ſ Theodoro credimus, Arboris genus cognatum abieti & pino, nullam quantumuis longa senecta cariem sentiens, neq; ignẽ per se concipiens, neq; ulla ratione ardens, eo q; plurimùm terrestris, aqueæq; habeat substantiæ, minimum autem ignea, aut aëriæ. Nec est alia ratio eam consumendi, quàm si magna lignorum copia uratur, quemadmodum in iis contingit lapidibus, qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas, & maris Adriatici littora, nix alibi nota. Vide Plin. lib. 16. cap. 10. Lucan. lib. 9. Et larices, fumoq; grauem serpentibus uirus Abrotanum.

Larvæ, arum, f. p. Noxiæ inferorum umbræ: à Laribus (ut quidam putant) dictæ. μορμόνες, μορμολύκεια. [Ital. Spiritti di notte. Gall. Esprits qu'on dit aller de nuit, loups garous. Hisp. Fantasma que pareſche de noche. Germ. Ein nacht gspenſt, boldergeiſt, rumpelgeiſt.] Plaut. in Amphyt. Nam hæc quidem edepol larvarum plena sunt. Vnde Larvati,

νυμφόληπτοι, dicuntur furioſi, & mente moti, quaſi à larvis exterriti: quales ſunt quos vulgò Dæmoniacos appellant. Plautus, Larvatus, ædepol hominem miſerum mendicum quæritat. Hi etiam Ceriti dicũtur, à Cerere, quaſi Cereris ira animo vexati. Plautus, Certé, larvatus, aut ceritus. ¶ Larva etiam perſona, πρόσωπεῖον, μορμολύκειον. [Ital. Volto finto, maſchera. Gall. Maſque, faux viſage. Hiſp. La maſcara, ò carratula ò carantonna. Germ. Ein vortzenantlit.] Dicitur quam Barbari vocant Maſcam: & Larvatum, dicimus perſonatum. Horatius 1. Serm. Sat. 7. Nil illi larvæ, aut tragicis opus eſſe cothurnis. Apul. in Apol. Larvas appellat noctium occurſacula, buſtorum formidamina ſepulchrorum terriculamenta. Auguſt. lib. 4. de Ciuit. Dei, Larvæ dicuntur animæ hominum depravatæ, & in malis vitæ meritis maculoſæ, quæ à corpore ſeparatæ, terriculamentũ ſunt mortalibus. ¶ Cum larvis luctari dicuntur ii qui vitæ defunctos infectantur maledictis: qua re nihil eſſe poſſet indignius ingenuo viro.

Larvalis, Vide in Larvæ.

Larvalis, le, Terribilis, deformatus, pallẽs, emaciatus, ac prorſus horrẽdus. μόρμυρ. Sidonius, Facies veluti umbris mœſtificata larvalibus.

Lārŭs, ri, Avis eſt aquatica, colore furuo, magnitudinem columbæ non multum excedens. λάρος. Quidam fulicam interpretantur. ¶ Larus hians, λάρος λιχανὸς, proverbiali metaphora de furibus dicitur. Eſt enim hæc avis mirum in modum rapax & vorax. Suidas.

Lăſănum, pen. corr. n. ſ. λάσανον. [Ital. Ciangola. Gall. Pot de chambre, pot à piſſer, official. Hiſp. Orinal. Germ. Ein ſcheiß kübel, oder kachel.] Vaſculum euacuando ventri accommodatum. Horat. 1. Serm. Sat. 6. Quum Tybure via Prætorem quinq; ſequuntur Te pueri, laſanum portantes, ænophorumq; que.

Laſchiſton, appellant quaſi ſciſſile ac dimidium, quoties ui delicet concretam eius partem, quę Caſcalis dici poteſt, ab Seroſa, ut Galeno placet, ſeparamus. Improprié tamen, inquit, Schiſton hæc nonnulli appellant id, in quo aut litorales calculi, aut ferrum ardens reſtinctum ſit, de cuius inuamentis uide Dioſc. lib. 1. cap. 77.

Laſcivus, ua, uum, penul. prod. Proteruus, ſalax, plus molliciei (ut inquit Valla in Raudenſem) quàm roboris aut conſtantiæ habens. ἀσελγὴς, λάγνος. [Ital. Laſciuo, molle, luſſurioſo. Gall. Laſcif, ſemillant, luxurieux. Hiſp. Diſſoluto, loçano, retoçon. Germ. Geil. mutwillig, üppig.] Virgilius 3. Aegl. Malo me Galatea petit laſciua puella. Plinius lib. 8. cap. 40. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ Regis, uxore eius Conſiugi lacerata, propter laſciuiorem eius cum marito iocum. ¶ Dicitur etiam de brutis animantibus. Virgil. 2. Aegl. Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. ¶ Ali quando ponitur pro impudico. Martial. li. 1. Laſciua eſt nobis pagina, uita proba.

Laſciuia, æ, f. p. Mollities, petulantia, nequitia, Incontinentia animi, nec uirtutem, nec probitatem reuerentis, procacitatęq; ſe oblectantis. ἀσέλγεια, λαγνεία. [Ital. Laſciuia, luſſuria. Gall. Incontinence & laſciueté, paillardiſe. Hiſpan. Locania, obra de retocar. Germ. Mutwill, geilheit, üppikeit.] Procedit enim laſciuia ab animi alacritate. ¶ Aliquando ponitur pro ioco, petulantia, & procacitate improba. Plinius lib. 25. cap. 1. Graviſſimum ex his morbis Lichenas appellauêre Græco nomine: Latinè, quoniam in mento ferè oriebatur, ioculari primùm laſciuia, (ut eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox & uſurpato uocabulo, mentagram, occupantem in multis totos utique uultus. ¶ Laſciuia maledicendi, apud Quintil. lib. 9. cap. 2. ponitur pro dicacitatis uoluptate. Aſſiſtentes, inquit, oderint hanc maledicendi laſciuiam. ¶ In oratione quoque ludibunda & exultante dicitur eſſe laſciuia. Idem Quintil. Ne recentis huius laſciuiæ floſculis capti, uoluptate quadam prava deliniantur.

Laſciuibundus, adiectiuum. Plaut. Quidnam dicã Dinacium laſciuibundam tam libenter mœrere?

Laſciuè, aduerbium, id eſt, petulanter, procaciter, molliter, nequiter.

Laſciuio, is, n. q. Significat petulanter agere. ἰβυβρίζω, ἀσελγαίνω. [Ital. Laſciuire, luſſuriare diſordinadamẽte. Gall. Rager, ſolaſtrer, eſtre laſcif, s'esbauder. Hiſp. Retorcar ò burlar. Germ. Geil oder mutwillig ſein.] ut equi indomiti ſolent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter ſolitum, aut luſitare, exultareq; ſolent. Colum. lib. 7. Satietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt. ¶ Laſciuire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli habertate luxuriant. Budæus.

Laſer, eris, Succus laſerpitii, eximii in medicamentis uſus. ὀπὸς σιλφίου [Ital Belgiouino. Gall. Beniouin. Hiſp. Meazoin, aſſarabacar. Germ. Teufelsdreck.] Plin. lib. 19. cap. 1. Ab his proximum dicetur authoritate clariſſimum laſerpitium, quod Græci Silphion uocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius ſuccum uocant Laſer, magnificum in uſu, medicamentiſq; Colomel. lib. 5. cap. 10. Non exiguum admodum laſeris uino diluimus, & ita cacumina arboris ſumma oblioimus. Laſeris in conditoris meminit Apicius. Palladius libro 3. laſer appellat opon Cyrenaicum, eo quòd laſerpitium herba ex qua hic ſuccus conficitur, primùm in Cyrenaica regione ſit reperta. Officinæ Aſam ſœtidam appellant.

Laſerpitium, pitii, n. ſ. Virgultum herbidum, ex cuius culmo exudat ſuccus roſcidus, quem uocant Laſer, magnificũ in medicamentis, & in Cyrenaica prouincia laudatiſſimum. σίλφιον. Hinc Catull. ad Lesbiam laſerpitiferas uocat Cyrenas. Caulem laſerpitii Magudarim uocari autor eſt Galenus, quanquam non deſunt qui ipſum etiam ſemen eodem nomine appellent. A laſerpitio Cato formauit Laſerpitiatus, ata, atum, capite 116. de Re ruſtica, Lentim quomodo ſeruari oporteat: Laſerpitium aceto diluito, permiſceto lentim aceto laſerpitiato, & in ſole ponito. Plinius libro 18. capite 30. Sunt qui lentem aceto laſerpitiato reſpargant.

Laſibus, pro latibus protulerunt ueteres.

Laſſus, Nomen eſt adiectiuum, id cm ſignificãs quod feſſus, uel fatigatus: hoc eſt, corporis uel animi labore fractus. λυπικός. [Ital. Stracco, affatigato, laſſo. Gal. Las, laſſé Hiſp. Canſado con trabajo, fatigado. Germ. Müd, laſ.] Plaut. Amph. Laſſus ſum hercle, è naui ut rectus huc ſum: etiam nunc nauſeo. Terent. Hecyr. Etenim laſſam oppidò tũ aiebant, eo ad eam non admiſſa ſum. Plaut. Pſeudol. Nam ut laſſus veni de uia, Me uolo curare. Amore laſſus. Ouidius 3. Amor. Eleg. 6.

Laſſulus, uli, diminutiuum. ὁ σμικρόν τι πονηθείς, ὑπνῶδης ὤν, σχεδὸν ἀπειρών. [Ital. Alquanto, ſtanco. Gall. Qui eſt un peu ou aucunement las. Hiſp. Canſado ò trabajado. Germ. Müdlechtig.] Catullus, Itaque ut domum Cybeles tetigerunt, laſſulæ, Nimio è labore ſomnum capiunt ſine Cerere.

Laſſitudo, nis, f. t. Pro moleſtia quam ex labore ſuſcipimus. λύπη, λάμα. [Ital Stracchezza, l'eſſere ſtracco. Gall. Laſſeté Hiſp. Conſancio pro trabajo. Germ. Müde.] Salluſtius, Non famem aut ſitim, neq; frigus, neq; laſſitudinẽ operiri. Plaut. Capt. Illic ibi demum eſt locus, Vbi labore, laſſitudo eſt omnis exigunda ex corpore. Cic. ad Cornificium, Sed nulla laſſitudo impedire officium & fidem debet. Cæſar ſecundo Belli Gallici, Curſu ac laſſitudine exanimatus.

Laſſeo, es, Laſſus ſum, à quo Laſſeſco, is, laſſus fio, fatigor. ἀπονάμην, ἐκπάμην, ἐκποιῶ, ἀποτρύομαι. [Ital. Diuenir laſſo, ſtancarſi. Gall. Se laſſer, deuenir las. Hiſp. Canſarſe. Germ. Müd werden.] Plin. lib. 10. cap. 16. Non laſſeſcere in ullo labore, qui nerues ex alis gruis & cruribus habeant. Idem libro 19. capite 2. Si non præpinguis ſoli habertas laſſeſcentem ſuſtineat.

Laſſo, ſas, act. pr. Fatigo. λυπῶ, ἀποτρύω, φαπανοῶ. [Ital. Stancare, affaticare. Gal. Laſſer. Hiſp. Canſar à otro. Germ. Ermüden, müd machen.] Plin. lib. 4. Epiſt. Multiſq; cauſis non laſſaretur modò, verùm etiam confunderetur. Martialis lib. 8. Laſſare dominum ſupplicibus libellis. Ouid. 3. de Ponto, Mitius ille perit, ſubita qui mergitur unda, Quàm ſua qui tumidis brachia laſſat aquis. ¶ Huius compoſitũ eſt delaſſo, uehementer laſſo. Plaut. in Aſin. Eum etiam hominem in Senatu dare operam aut clientibus ibi labore delaſſatum, noctem totam ſtertere.

Laſſor, aris, paſſiuum. Ouidius 2. Meram. In molli nequicquam laſſor arena.

Laſſatus, particip. λυπηθείς, καταπονηθείς. [Ital. Fatticato.

Gall.

Gall. Lassé. Hisp. Cansado. Germ. Ermüdet.] Iuuenal. Sat. 6. Et lassata uiris, nondum satiata recessit.

Lastauros, ri, masc. ſ λάσταυρος, à Græcis dicitur uir egregiè muroniatos, quasi lasius: hoc est, hirsutus circa tauros, id est, uirilia: nam teste Aristotele, homines hirsuti iuxta femora & crura, præcabidi sunt ad Venerem.

Lătĕo, es, latui, n. ſ. In occulto sum. λανθάνω. [Ital. Essere nascoso, nasconderſi. Gall. Se cacher, estre caché, n'estre veu ne cognu. Hisp. Esconderse. Germ. Verborgen ligen.] Virgilius 3. Aegloga, Latet anguis in herba. Cic. 3. Verrin. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm hæ quæ latent in simulatione officii. Horatius 1. Epistol. Velanius, armis Herculis ad postem fixis, latet abditus agro. ¶ Et quoniam ea quæ in occulto sunt, ferè ignoramus, factum est, ut latere accipiatur pro incognitum esse, uel ignorari. Et in hac significatione plerunq; accusatiuum habet, Virgilius 1. Aeneid. Nec latuêre doli fratrem Iunonis, & iræ. ¶ Sic dicimus, Hæc res latet me: id est, ignoro hanc rem. Latet plerosq; id est, in occulto est pleriſq;, uel pleriq; ignorant. Plin. lib. 2. cap. 10. Latet plerosq; magna cœli affectatione compertum à principibus doctrinæ uiris, superiorum trium siderum ignes esse. ¶ Aliquando etiam in hac significatione cum dativo legitur. Lucan. lib. 10. Tu mihi causa lates. ¶ Huius uerbi composita sunt, Deliteo, de quo suprà: Obliteo, & Obliteſco, de quibus suis locis.

Latenter, aduerbium, clàm, occultè. λαθραίως. [Ital. Nascosamente. Gall. En cachette, secrettement, couuertement. Hispan. Escondidamente. Germ. Verborgenlich.] Cic. in Topicis, Quum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ euentus obscura causa, quæ latenter efficitur.

Lătito, tas, penultima correpta, n. ſ. Sæpe, aut ferè semper lateo. λανθάνω, κλέπτω. [Ital. Nascondersi spesso. Gal. Se cacher, ne se monstrer point. Hispan. Esconderse à menudo. Germ. Stäts verborgen ligen vnd niergends fürhin kom men.] Cicero pro Cluentio, Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio. Horatius 3. Carm. Ode 12. Catus idem per apertum fugientes Agitato grege cervos iaculari, & Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. Lactantius libro 3. Latitantem atque ignotam sibi ueritatem differendo eruere uoluerunt. Cato tamen latitauerunt dixit, pro frequenter fuerunt, frequentatiuum secundum uerbi Fero, feris. ¶ Latitare, inquit Budæus, dicuntur qui ad iudicium uocati frustrantur, & ludificantur. Cic. pro Quint. Ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit.

Latitatio, onis, ſ. f. λαθραίφυλος. [Ital. Nascondimento. Gall. Cachement. Hisp. Escondimiento. Germ. Das innligen.] Quintil. lib. 7. cap. 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & similia.

Latebra, bræ, penul. corr. fœm. pr. & Latebræ, arum, locus ubi aliquid occultatur. φωλεός. [Ital. Nascondimento, ascosa gna. Gall. Cachette. Hispan. Escondrijo, lugar de esconder. Germ. Ein ort, in dem sich einer verborgen haltet.] Lucanus libr. 1. Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra Lesbus erit. Quintilianus, Et quamuis odio euersoris nostri euocatus ex latebris suis, populus subsellia non implet. Quidam ita distinguunt: ut latebræ de hominibus dicantur, latibula de feris. quod quamuis aliquando uerum sit, non semper tamẽ obseruatur. Nam & latebræ passim apud receptæ authoritatis Scriptores pro ferarum lustris inueniuntur accipi. Liuius lib. 46. Iacet nepres, & latebras ferarum nostem unam delituit. Plinius lib. 10. cap. 19. Oenanthe quidem etiam statos latebræ dies habet. ¶ Neq; soldm de ferarum cubilibus, uerùm etiam de quibuslibet locis dicitur, in quibus aliquid absconditur. Plautus in Aulul. Non mereo, ne quispiam inueniat, ita probè in latebris situ est. ¶ Ponitur interdum latebra pro excusatione, & prætextu. περίχυμα. Cicero 3. Officior. Sed si hoc tibi sumunt, nollam esse fidem quæ infideli data sit, uiderint, ne quæratur latebra periurio: id est, excusatio qua lateat: id est, non uideatur periurium.

Latebricola, læ, pen. corr. Latebras incolens. φωλεύτης. [Ital. Chi fa occulta in luocho nascosti. Gall. Qui se tient & demeure en cachettes. Hisp. Morador en escondrijos. Germ. Der in einem verborgẽ ort sich enthaltet.] Plaut. Trin. Latebricolarum hominum corruptor.

Latebro, bras, ἐμπεπλεκτικῶς, abscondo, quamuis non sit in usu. A' quo fit compositum illatebro, de quo suprà.

Latebrosus, sa, sum, ut Latebrosus locus, in quo frequentes latebræ sunt. φωλεώδης. [Ital. Done sono molti nascondimenti. Gall. Plein de cachettes. Hisp. Cosa llena de escondrijos. Germ. Ein ort vol heimlicher schlüpfen, oder verborgner wonungen.] Plautus in Bacchid. Nam huic ætati non conducit mulier latebrosus locus. Latebrosus locus ad equites tegendos, Liuius 1. Belli Punici. Colles latebrosi, Silius libro 5. Flumina latebrosa, Virgilius 8. Aeneidos. Nox latebrosa, Lucanus libro 6. Via latebrosa, Cicero pro Sestio.

Latebrosè, aduerbium, Occultè, clàm. λαθραίως. [Ital. Ascosamente. Gall. En cachette. Hisp. Escondidamente. Ger. Verborgenlich, heimlich.] Plaut. Trin. Pater adsum, Impera quid uis, neque tibi ero in mora: neq; latebrosè me abs tuo Conspectu occultabo.

Latibulum, buli, n. ſ. In quo aliquid delitescit. φωλεός. [Ital. Luogo duone si nasconde. Gall. Caverne, tasniere, cachette. Hispa. Escondrijo. Germ. Ein hüle oder loch darin sich ein thier verschleüfft.] Valla distinguit latibulum à latebra, quòd latebra hominum sit, latibulum ferarum. Sed hæc differentia non semper obseruatur. Nam quemadmodum suprà ostendimus, latebram etiam pro ferarum lustris accipi: ita etiam latibulum aliquando de iis locis dicitur, in quibus homines se occultant. Cicero Attico libro 12. Ego autem uolo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei.

Latibulo, las, neutrum, & latibulor, aris, deponens, significat lateo. φωλεύω. [Ital. Nasconderſi. Gall. Se cacher, se musser & tapir. Hispan. Esconderse. German. Verborgen ligen.] Varro, Vide ne seruos dominis latibulet. Accius, Progredere, & ne quis latibuletur prospice. Antiquum est.

Lather, Hyssopus apud Dioſc. lib. 3. cap. 28.

Lăter, masc. generis, laterem, latere: & lateres in plurali integrum inuenitur pro terra & cocta, & in lapidem durata: genitiuus & dativus plurales rarò leguntur. πλίνθος. [Ital. Quadrello, mattone. Gall. Brique ou tuille. Hisp. Ladrillo. Germ. Ein ziegelstein, oder bachenstein.] Cic. 1. de Diuinat. Nunc hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta est, potuit ualere? Columel. lib. 2. cap. 14. Itaque quum id accidit, ueteri lateri later conteritur, eoq; intrito, &c. Idem lib. 9. cap. 6. Reliqua sunt aluearum genera duo, ut uel ex fimo fingantur, uel lateribus extruantur. Valla libro 1. Coctiles lateres, qui cocti sunt, & non crudi. Vitruuius, Siue silex, siue cæmentum, aut coctus later, siue crudus, his erit utendum. Plaut. Latere firmior. Laterum tria genera sunt, διάδωρον, à longitudine duorum palmorum ita dictum, palmorum (inquam) maiorum, quorum singuli ualent palmos minores tres: hoc est, digitos duodecim: quæ mensura geminata conficit sesquipedẽ: quæ erat dodori longitudo: latitudo autem pedis unius. Alterum tetradoron, τετράδωρον: tertium πεντάδωρον nominabit, à mensura quatuor & quinque palmorum. Græci enim antiqui δῶρον palmum uocabant, & ideò δῶρα muneris, quia manu darentur. Vide Plinium lib. 35. cap. 14. ¶ Laterem lauare, prouerbiali specie dicitur, pro eo quod est, operam ludere. Inde tractum, quod rubedo illa in lateribus ablui non possit. Terent. in Phorm. Purgem me laterem lauem, id est, frustra agam.

Latercŭlus, li, diminutiuum, Paruus later. πλινθίον. [Ital. Mattonello. Gall. Petite tuille. Hispan. Pequeno ladrillo. Germ. Ein ziegel scherb, bachensteinlin.] Plinius, Crudis latercŭlis ad formam camini. Curtius libro 5. scribit latercŭlo coctili structos fuisse muros Babylonis. Columel. lib. 12. cap. 14. Sub porticibus deinde quadratæ harẽ cæmentis, uel etiam latercŭlis extruuntur.

Lateritius, tia, tium. Quod est materiatum ex latere. πλίνθινος. [Ital. Mattonato di mattoni. Gall. Fait de thuile ou de brique. Hisp. Cosa obrada de ladrillos. Germ. Zieglin, aus ziegelsteinen gemacht.] Plin. Lapide duro, ac silice, quo construunt, ueluti lateritios parietes. Idem lib. 35. cap. 14. Græci præterquam ubi è silice fieri poterat structura, parietes lateritios præculêre.

Laterarius, adiectiuum, Idem quod lateritius. πλίνθινος. Plin. lib. 7. cap. 56. Laterarias domos constituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis. Sic enim legit Calepinus. quum tamen omnes Plinii exemplaria, quæ quidem nobis uidere contigit, hunc in modum legendum ostendant, la-

dant, lererarias ac domos conſtituerũt. &c. ut laterarias intelligamus officinas formacesq́ fingendis, coquendisq́ laterib aptas. ¶ Lateratum, genus tigni. Vitruuius li. 1. cap. 20. Ipſũ autem laterarils circa fixis contineatur, teganturq́ tabulis maximè palmeis.

Lateralis, Vide Latus, ſubſtantiuum.

Latercolum, Iuſtin. in Conſtit. 17. cui tit. eſt, ſecundum Haloandrum præcepta præſidum, aliàs de Offic. præſid. Eadem mandata, inquit, in libris legum tranſcribere, & in ſacro laterculo deponi præcipitur.

Lăterna, næ, fœm. pr. à lateo, licet lateo habet primam correptam, laterna uerò productam. *ἐπινὸς, φανός*. [Ital. & Hiſpan. Lanterna. Gall. Lanterne. Germ. Ein latern.] Martialis libro 14. Dux laterna uiæ clauſis feror aurea flammis: Et tuta eſt gremio parua lucerna meo. Dicta laterna, quòd lumen in ea incluſum lateat. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur, ne à uento extinguatur. Plautus in Amphytrione, Quòd ambulas tu, qui Vulcanum incluſum in corno geris?

Laternarius, rii, m. ſ. Qui alteri laternam præfert. *λυχνῦχος, λαδῦχος, λυχνοφόρος, ἰπνοφόρος*. [Ital. Che porta la lanterna. Gall. Qui porte la lanterne. Hiſp. Lanternero, el que lleua la lanterna. Germ. Ein laternẽ trager, der einem mitt der laternen vor zũndt.] Cic. in Piſon. An cum altero barbaro Epicureo, cum altero Catilinæ laternario.

Lateſco, Vide Latus adiectiuum.

Lătex, icis, m. t. Omnis humor dicitur ab eo quòd intra aliquid lateat. *ὑγρὸν*. [Ital. Ogni humore. Gallicè, Toute liqueur. Hiſpan. Toda humor. Germ. Ein jede feuchtigkeit.] De aqua, Virgil. 4. Aen. Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni. De uino, Idem 1. Aeneid. Regales inter menſas laticemq́ Lyæum. Sic Ouidius, Palladios latices dixit, quum oleum dicere uellet. Et Lucret. Abſynthii laticem. Liquoris uitigeni lacte, Lucr. lib. 1. Cærulei latices, Ouid. 1. Triſt. Eleg. 10. Calidi latices, Virgil. 6. Aeneid. Abſynthii amarum perpotare laticem. Lucret. lib. 4.

Latex Scythicus, Cœleſtis aqua.

Latiporphyrides, Lege Porphyrides.

Lăthyris, *λάθυρις*. Herba quæ Cataputia maior appellatur, de qua ſic Plinius lib. 27. cap. 11. Lathyris folia habet multa, lactucæ ſimilia, tenuiora, germina multa, in quibus ſemen tunicullis continetur, ut capparis.

Latialis, Vide Latium.

Latibulum, Vide Lateo.

Laticlauium, Latifolia, Latifundium, Vide Latus adiectiuum.

Latine, Latinus, Vide Latium.

Latio, Vide Fero.

Latito, Vide Lateo.

Latitudo, Vide Latus, adiectiuum.

Lătŏmĭæ, uel Latumiæ, arum, fœm. pr. *λατομίαι*. [Ital. Luogo done ſi ſcarpellano ſaſſi. Gall. Quarrieres. Hiſp. La cantera, minera de cantos. Germ. Steinbruch, ſteingrůben.] à Græcis dicuntur, quas nos uocamus lapicidinas: hoc eſt, loca unde excidontur ſaxa. *λᾶς* enim à Græcis uocatur, qui à nobis lapis; & *τόμος* ſectio. Liuius 6. belli Pun. Comprehenſa poſtea priuata ædificia, comprehenſæ latomiæ, forumq́ piſcarium. Ad latomias damnari ſolebant ii qui in opus metalli damnabantur. Plautus in Capt. Tyndarus in latomias lapidarias ab Aegione damnatur. Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias. ¶ Et quoniam carceres in pleriſque locis fiebant in lapicidinis iam effoſſis, ut in Sicilia Latomiæ Syracuſanæ, factum eſt ut latomiæ de quouis carcere dicantur. Cicero 7. Verrin. Carcer ille qui eſt à crudeliſſimo Tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ Latomiæ uocantur, in iſtius imperio domicilium Romanorum fuit.

Latomus, maſc. ſ. *λατόμος*. [Ital. Tagliapietra. Gall. Tireur de pierre, quarrier, tailleur de pierre. Hiſp. Cantero que ſaca las piedras y labra. Germ. Ein ſteinbrecher, ſteinhauwer.] Latinè dicitur Lapicida, qui è rupibus ſaxa excindit, aut ad opus adaptat.

Lator, oris, Vide Fero.

Lătria, æ, penultima prod. fœ. pr. Latinè cultus, obſequium, ſeruitus, *λατρεία*. [It. Seruitù, oſſeruatione, Gal. Seruice, reuerence. Hiſpan. Honra ò acatamiento al mayor. Germ. Ein verehrung, dienſt.] Auguſt. li. 10. de Ciu. Dei. Latriam noſtri, ubicunq́ ſanctarum Scripturarum poſitum eſt, interpretati ſunt ſeruitutem. Sed ea ſeruitus quæ debetur hominibus: ſecundum quam præcipit Apoſtolus ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine Græcè nuncupari ſolet. Latria uerò ſecundum conſuetudinem qua locuti ſunt, qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut frequẽter, aut penè ſemper ea dicitur ſeruitus, quæ pertinet ad colendum Deum.

Lătrina, næ, fœm. pr. Locus priuatarum ſordium, & ad eas eluendum uentrem accommodatus: à lauando, ſiue potius à lauando, ut mox Varronis teſtimonio docebimur. *ἀφεδρών, ἀπόπατος*. [Ital. Cacatoio, luocho da ſcaricare il uentre. Gall. Vn retrait, latrine. Hiſp. La privada ò neceſſaria de la caſa. Germ. Ein profey, heimlich gemach.] Apuleius de Aſino lib. 9. Omnia prorſus ut in quandam cœnoſam latrinam, in eius animum confluxerant uitia. Fornices uerò loca publica, in quibus licet omnibus uentrem exonerare. Cloaca, aquæ ductus ſubterraneus dicitur, ad eluendas urbis ſordes accommodatus. Antiqui lauatrinam dixerunt: quæ poſtea, ſyllaba una ſublata, latrina eſt appellata. Varro lib. 1. de Analogia, Deinde quum breuitatis cauſa nomina contraherent, quo eſſent aptiora, pro lauatrina latrinam nominarunt: ſicut ex maxillis, axillis, uexillis, mala, ala, & uela diminuta ſunt. Ex quo apparet, latrinam à lauando dictam eſſe, proprieque ſignificare colluuiem omnium ſordium quæ ex tota domo in unum locum confluunt. Plautus in Curcul. Iſtas tuas magnas minas non pluris facio, quàm ancillam meam, quæ latrinam lauat. Videnturq́ latrinæ differre à cloacis, tanquam priuatæ à publicis. Columella libro 10. Immundis quacunque nomine latrina cloacis.

Lătro, tras, neut. pr. Proprium eſt canis, quum uocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens. *ὑλακτέω*. [Ital. Abbaiare. Gall. Abayer, japper. Hiſp. Ladrar propriamente los perros. Germ. Bellen.] Virgilius 5. Aegloga, Multùm latrante Lyciſca. Plautus in Pœnul. Etiámne meæ in me latrant canes? Cicero pro Roſcio Amer. Quòd ſi luce quoque canes latrent, quum deos ſalutatum aliqui ueniunt. ¶ Latrare, ad homines transfertur, pro uociferari, & intentiore uoce clamare. Cicero 1. de Oratore, Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari poterit, quum à Philippo interrogatus quid latraret, furem ſe uidere reſpondit? ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Allatro & Oblatro, de quibus ui de ſuis locis.

Latror, aris, paſſiuum. Plin. lib. 11. cap. 10. Hanc habentes negant latrari à canibus.

Latratur, impersonale. Ouid. 1. Triſt. Scit cui latretur, quum ſolus obambulat ipſe.

Latrans, tis, particip. *ὑλακτῶν*. [Ital. Che abbaglia. Gall. Qui abbaye. Hiſp. Coſa que ladra. Germ. Bellend.] ut, Colla latrantia canis. Propert. lib. 3. Eleg. 18.

Latratus, particip. à paſſiuo latror. *ὑλαχθείς*. [Ital. Abbagliato. Gall. Abbayé. Hiſp. Ladrado. Germ. Angebullen.] Statius 1. Achil. - Ioxtaque Caphareus Latratum pelago tollens caput.

Latrator, maſc. t. *ὑλακτήρ*. [Ital. Abbagliatore. Gal. Abayeur Hiſp. Ladradar. Germ. Ein beller.] Virgil. 8. Aencid. - Et latrator Anubis.

Latratus, us, m. q. ipſa uox canum, ſiue ipſe latrandi actus. *ὑλακή, ὑλαγμός*. [Ital. Abbagliamento. Gall. Abayement. Hiſp. Ladrido de perros. Germ. Das bellen.] Virgil. 7. Aen. - Sæuit canum latratus in auras. Ouid. 2. Faſtor. Sicut aper longè ſyluis latratibus actus Fulmineo celeres diſſipat ore canes. Plin. lib. 8. cap. 40. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini, laniatu & latratu adactum, ut cogeretur fateri ſcelus.

Latrones, com. t. Græca dictio eſt, qua ſignificantur uiarum obſeſſores, qui uiatores aut uita, aut pecunia ſpoliant. *λῃσταί*. [Ital. Ladroni. Gall. Larrons. Hiſpan. Ladrones. Germ. Mörder, ſtraasſtrőuber.] Horat. lib. 1. Epiſt. Vt ingulent homines, ſurgunt de nocte latrones. Ita dicti, authore Feſto, q à latere adoriantur: uel à latendo, q latenter inſidientur. Cicero 2. Philip. Erat enim uincendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. Horat. 2. Sermon. Satyra 1. - Quem cur diſtingere conet Tutus ab infeſtis latronibus

latronibus? ¶ Vſurpant poetæ latronem pro nenatore. Virgil. lib. 12. Fixumq; latronis Impauidus fregit telum: quum ſuperius dixiſſet, Sanctus ille graui uenantum uulnere pectus. ¶ Apud antiquos etiam, latrones dicebantur conducti milites, à λατρεύω inſeruiendum ſeruiebant mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator, & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen. Varro autem huiuſmodi ſtipatores putat latrones dictos, quaſi lateroneſ: quoniam circa latera eſſe ſoleant, quos nunc ſatellites nocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & lateranei & ſtipatores, & σωματοφύλακες nocantur. Plautus in Milit. Nam ego hodie ad Seleucum regem miſi paraſitum meum, Vt latrones quos conduxi hinc, ad Seleucum duceret. Qui eius regiam tutarentur.

Latrunculus, diminutiuum, m. ſ. Paruus latro. τὸ λῃστίδιον. [Ital. Ladronello. Gall. Larronneau. Hiſp. Ladro, pequeno. Germ. Ein ſtraſſenräuberlin.] Cic. de Prouinc. Conſul. Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis à Propretore una cohorte auxiliaria geſta. ¶ Sunt etiam latrunculi ſine latrones, quibus ludimus, ſedecim ſcrupis gemina acie utrinq; directionis quib. duo reges ſunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, ſedecim pedites, quatuor ſatellites, totidem centuriones. [Ital. Schacci. Gall. Eſchecs. Hiſpan. Axedrez. Germ. Ein ſchaachſpiein.] Martialis, Inuidioſorum ſi ludis bella latronum. Seneca, Latrunculis ludimus.

Latrunculator, toris, m. t. Qui rerum capitalium iudex, ſiue quæſtor appellatur, & aulgò iudex maleficiorum. Ἀνακρίτης τῶν λῃστικῶν χολάσεων. [Ital. Giudice de malefici. Gall. Preuoſt des mareſchaus. Hiſp. El iuez delos ladrones. Ger. Ein blůtrichter, ein blůtuogt.] Vlp. lib. 1. Pand. Iſolemus de Iudic. Latrũculator de re pecuniaria iudicare nõ poteſt.

Latrocinor, aris, penul. cor. d. p. Latronum more prædor. λῃστεύω. [Ital. Rubbare. Gall. Deſrobber, brigander, deſtrouſſer Hiſp. Robar. Germ. Mörderey oder rauberey treiben.] Cic. pro Milone, Quaſi Appius ille Cæcus uiam ſtraſſiſſet, non qua pop. Rom. uteretur, ſed in qua poſteri ſui impunè latrocinarentur. Cic. 1. de Natur. deor. Tot millia latrocinantur morte propoſita: alii omnia quæ poſſunt fana compilant. ¶ Significat & mercede milito. Plaut. in Milit. An quia latrocinaris, arbitramini Quidnis uobis licere facere, uerbero? Idem in Curcul. Latrocinatus annos decẽ mercedem accipio.

Latrocinium, nii, n. ſ. Ipſe latrocinandi actus. λῃστεία. [Ital. Ladroneccio, latrocinio. Gall. Briganderie, deſtrouſſemẽt de gens, uolerie, larcin. Hiſpan. Aquel robo publico. Germanicè, Mord, diebſtal.] Columella, Et in ipſo facto latrocinium. Cæſar 8. Belli Gallici, Quia repentino latrocinio atque impetu incolæ illorum erant oppreſſi. Cicero pro Deiotaro, Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium, & latrocinijs. ¶ Ponitur aliquando pro ipſa militia, Plautus, Qui apud Regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti.

Latrocinatio, uerbale, fœm. geo. tert decl. Idem quod latrocinium. λῃστεία. Plin. lib. 19. cap. 4. Multitudinis innumeræ ſæua latrocinatio.

Latus, a, um, Spacioſus, amplus, laxus: cuius contrarium eſt anguſtus. εὐχώρος, πλατύς. [Ital. Lato. Gall. Large, de grand eſtendue. Hiſp. Ancho en reſpecto de luengo. Germ. Weyt, breit vnnd groſs.] Plinius 12. cap. 7. Lata radice arbor. Terent. in Heauton. Huc eſt introꝰ latus ledus. Cicero 6. Verr. Vna uia lata perpetua, multaq; tranſuerſa Syracuſis. Ibidem, Inſula eſt Melita, ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoq; diſiuncta.

Latus, etiam aliquando participium eſt à Feror, idem ualẽs quod portatus. ἐνεχθείς, κομισθείς. [Italicè, Portato. Gall. Porté. Hiſp. Traido. Germ. Getragen.] Cic. ad Quint. fratrem lib. 2. Latus lectica.

Latè, aduerbium, Idem quod In multis locis. ἐυρέως, Ἀνεῳγότως. [Ital. Largamente, ampiamente. Gall. Largement, au large, amplement. Hiſp. Largamente, anchamente. Ger. Weit vnd breit an vilen orten.] Cic. pro Lege Manil. Latè longeq; diffuſa laus Pompeii. Idem pro M. Marcel. Vagabitur nomen tuum longè atq; latè. Virgil. 8. Aen. Locus latè ſacer. Cic. in Catil. Latius opinione diſſeminatũ eſt hoc malum. Idem 1. Offic. Hoc latiſſimè patebit, ad plurimoſq; pertinebit. Idem lib. 5. de Finib. In omni autem honeſto, de quo loquimur, nihil eſt tam illuſtre, nec quòd latius pateat, quàm coniunctio inter homines hominum.

Latitudo, fœm. t. Pro ſpacioſitate. πλάτος, ἐυρύτης [Ital. Largheza. Gall. Largeur, eſtendue. Hiſpan. Anchura, largura. Germ. Breite, weyte.] Cic. 1. de Natur. deor. In hac immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. Cicero 1. de Lege Agraria, Qui latitudinem poſſeſſionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non poſſunt. Idem 2. de Oratore, Oris prauitatem, & uerborum latitudinem mirabitur.

Lateſco, n. t. Latus fio, & in latum extendor. πλατύνομαι. [Ital. Dilatarſi, allargarſi. Gall. S'eslargir, deuenir large. Hiſp. Enſanchar ſe ſer ancho. Germ. Breit werden, weyt werden.] Colum. lib. 2. Iugerum agri non amplius ſextariis ſeminis obſeredum eſt, quarta parte amplius napis ſpargendum, qui nõ in uentrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt. Cic. in Arato, Hic equus à capite & longa ceruice lateſcit.

Latifolia, Arboris glandiferæ genus, quam nonnulli eandem putant cum eſculo: à latitudine foliorum nomen habens. πλατύφυλλος. Plin. li. 16. cap. 6. In querna glande alia dulcior molliorq; fœminæ, maris ſpiſſior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus latifolia, & Myrtus latifolia, apud Plin. lib. 17. cap. 7.

Latifundium, dii, n. ſ. Magnus & amplus fundus. ἐυρυχωρία. [Ital. Gran fondo, gran poſſeſſione. Gall. Vn fond d'heritage de grand' eſtendue. Hiſp. Heredad entera y grande. Ger. Ein breit vnd groſs ligend gut.] Plin. lib. 18. cap. 12. Latifundiis non legitima naturæ ſeſtimatio: id eſt, non poteſt una certa ratio præſcribi amputandæ uineæ in magnis prædiis: quòd alia ſerius id, alia maturius deſiderant. Idem li. 18. cap. 6. Latifundia perdidere Italiam.

Latuſclauus, m. aſc. ſ. Tunica erat purpurea prætexta, latior tunica uulgari, qua Senatores utebantur. πλατύσημος. Hoc neſtis genere primus uſus eſt Tullus Hoſtilius Romanorũ Rex, teſte Plinio libro 9. capite 19. Vtebantur eo & ſacerdotes, ut non obſcurè oſtendit Silius Italicus libro 3. quum ait, Sacrificam lato neſtem diſtinguere clauo. Et quoniam hac neſte utebantur peculiariter Senatores, factum eſt ut Latuſclauus accipiatur pro dignitate Senatoriã. Plinius in Epiſt. Ego Sexto latumclauum à Cæſare noſtro, ego Quæſturam impetraui. Ab Ouidio Clauus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate, illo uerſu, Curia reſtabat, claui mẽſura coacta eſt.

Laticlauii, Senatores appellati ſunt, à latoclauo. πλατύσημοι. Sueton. in Auguſt. Ac ne expers caſtrorum eſſet, binos plerunq; laticlauios præpoſuit ſingulis alis Laticlauia tunica. Valerius lib. 1. Et tunica laticlauia donatum ad Maſiniſſam remiſit.

Latus, teris, n. t. Quod eſt infra alam. πλευρόν. [Ital. Lato, fianco, coſtato. Gall. Le couſté. Hiſp. Lado ò coſtado. Germ. Die ſeyt.] Virgil. 2 Aeneid. Lateriq; Argiuum accommodat enſem. Quintilianus libro 1. capite 11. Inclinatio laterum fortis & uirilis. Cicero pro Cluentio, Is ex equo cecidit, & latus offendit uehementer. ¶ Hinc Lateris dolor, quem Græci πλευρῖτιδα uocant. Cicero 3. de Orat. Craſſus laterum dolore conſumptus. Horatius 1. Serm. Satyr. 9. Hunc neq; dira uenena, nec hoſticus auferes enſis, Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra. ¶ Aliquando Latus pro uiribus & ſpiritu ponitur. Cicero de Senectute, Quum legem Voconiam magna uoce & bonis lateribus ſuaſiſſem. Idem de Senectute, Neq; enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus & lacertis tuis. ¶ A latere, dicuntur chari & amici principum, qui eorum lateribus ſemper adſunt. Liuius 4. Belli Punici, Ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita uiliſſima fingenti inter dolores gemitusq; occurrerunt. Curtius libro quinto, Quum ad perniciem eius etiam à latere pecunia ipſius ſolicitaret hoſtis.

Latuſculum, ſculi, diminutiuum, neutr. gen. ſecundæ declinationis, Parum latus. πλευρίδιον. [Italicè, Picciolo lato. Gall. Petit couſté Hiſp. Pequenno lado ò coſtado. Ger. Ein ſeytlin.] Catullus ad Thallum, Ne laneum latuſculum, manuſque molliculas Inuſta turpiter tibi flagella, conſcribillent. Specolorum latuſcula, id eſt, parua latera. Lucretius libro 4. Quinetiam quæcunque latuſcula ſunt ſpeculorum.

Lauacrum, Vide Lauo.

Lauacrum Veneris, Dioſc. lib 3. cap. 12. Dipſacus.

Laudemium, Quidam accipiunt premium illud nempe quinquageſimam quod præſtatur iuxta ſanctionem Iuſtiniani in l. 3. C. de Iur. empt. pro renouatione emphiteutica à uerbo Laudo deducêtur, quũ latinius eſſet Laudatiuum, ſicut Donatiuum.

Laudo, das, act. prim. Commendo, uerbis extollo. ἐπαινέω, ἐγκωμιάζω. [Ital. Laudare, lodare. Gall. Louer, dire bien, nomer en bien. Hiſp. Loar ò alabar. Germ. Loben.] Virgil. 2. Georg. - Laudato ingentia rura, Exiguum colito. Differt autem à uerbo Probo: quòd re magis probemus, laudemus uerbis. Plautus in Trinum. utrunq; continuxit, Laudo (inquiens) conſilium, & probo. ¶ Aliquando laudare, eſt nominare. Plautus in Captiuis, Id ſcias, louem ſupremum teſtem laudo. ¶ Laudare, inquit Macrobius lib. 1. cap. 7. Saturnalium, ſignificat priſca lingua nominare, appellareq;. ¶ Nonnunquam etiam citare, & in teſtem adducere. ἐπάγομαι. Gellius lib. 3. cap. 16. Varro undecimo menſe naſci hominem poſſe dicit, eiusq; ſententiæ, tam de octauo, quàm de undecimo mẽſe, Ariſtotelem laudat autorem. Cic. 3. de Orat. Atq; hæc quidem ab his philoſophis, quos tu maximè diligis, Catule, dicta ſunt: quod ea ſæpius teſtificor, q authoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam: id eſt, his philoſophis nominatim citandis, & tanquam ad teſtimonium dicendum euocandis, quos authores harum rerum habeo. ¶ Laudare cum exceptione: id eſt, non integrè. Cicero lib. 1. Epiſtol. ad Quintum fratrem, Vnum eſt, quod tibi ego præcipere non deſinam, neq; te patiar cum exceptione laudari. Omnes enim qui iſtinc ueniunt, ita de uirtute, integritate, humanitate, commemorant, ut in tuis ſummis laudibus excipiant unam iracundiam. ¶ Huius compoſita ſunt, Allaudo, de quo ſuprà. Elaudo, quod ueteres uſurparunt pro eo quod plus quàm nomino. Varro, Elaudat, nomenq; eius mihi repetit. Collaudo, ſimul laudo, προεπαινῶ, συνεπαινῶ, συνεπιφημίζω. Cic. Lentulo, Si rem ipſam ex ſententia geſſeris, fore ut abſens à multis: quum redieris, ab omnibus collaudêre. Perlaudo, ualde laudo. Lactant. lib. 6. Ea res, quas etiam homo ſi contempſerit, iure perlaudator.

Laudatus, a, um, participium, ſiue nomen ex participio. ἐπαινετός. [Ital. Lodato. Gall. Loué. Hiſpan. Alabado. German. Gelobt.] Abundè laudatus. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 6. Falſò laudata fœmina. Idem 3. Amor. Eleg. 11. Laudatiſſima forma. Idem Epiſt. 18.

Laudator, oris, maſc. tert. ἐπαινέτης, ἐγκωμιαστής. [Ital. Chi lauda altrui. Gal. Celuy qui loue & dit bien de quelqu'un. Hiſp. Alobador. Germ. Ein lober.] Ad Herennium lib. 4. Nolo eſſe laudator, ne uidear adulator. Laudator uoluntarius. Cic. 6. Verrin.

Laudatrix, icis, fœm. gener. tert. declinat. ἐγκωμιαστικὴ. [Ital. Donna che lauda. Gall. Celle qui loue. Hiſpan. Alabadora. Germ. Ein loberin.] Cic. 5. Tuſcul. Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laudandus, gerundiuum: ut, loci non laudandi. Ouid. 1. Triſtium, Eleg 8.

Laudatio, onis, fœm. t. Ipſa laudantis oratio. ἐγκώμιον. [Ital. Laude, lode. Gall. Louange. Hiſp. Loor, alabança, ò obra de alabar. Ger. Lobung.] Cic. 4. Verr. Præclara laudatio. Idem 2. de Finibus, Lege laudationes, Torquate, non eorum qui ſunt ab Homero laudati, &c.

Laudabilis, le, om. t. Quod meritò laudari poteſt. ἐπαινετὸς, ἀξιέπαινος. [Ital. Lodeuole. Gall. Louable, digne d'eſtre loué. Hiſp. Coſa digna de ſer alabada. Germ. Loblich, lobwärt.] Plaut. in Perſa, Aedepol dediſti uirgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſobriam. Laudabilis uita, apud Cic. de Amicit. Recta & laudabiles res, Idem 1. de Finibus. Opus laudabile, Lucret. lib. 5. Carmen laudabile, Horatius de Arte.

Laudabiliter, aduerbium, Cum laude & commendatione. ἀξιοθαύμαστως. [Italicè, Lodeuolmente. Gall. Louablement, auec louange. Hiſpan. Loablemente. German. Loblichen.] Cicero quinto Tuſculanarum, Quid? ad rectè, honeſtè, laudabiliter, poſtremò ad bene uiuendum, ſatisne eſt præſidii in uirtute?

Laudatiuus, a, um, Quod laudationi eſt accommodatum. ἐγκωμιαστικὸς. Vnde Laudatiuum genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine Demonſtratiuum uocant Rhetores. Quintilianus libro 2. capite 18. Laudatorum totam, quæ eſt pars Rhetorices tertia. Et laudatiuum cauſa, dictus eſt accuſatiuus, quia per hunc uidemur ad iram cire, uel laudare.

Laus, dis, fœm. gen. tert. declin. Præconium, commendatio, gloria. ἔπαινος. [Italicè, Laude, lode, gloria, honore. Gall. Louange, los. Hiſp. Loor, alabança, ò honra. Germ. Ein lob.] Terent. in Adelph. - Dii noſtrum fidem, Vnum hodiòne id ſibi habet, an laudi putet fore, ſi perdiderit patrem? Propriè uirtus eſt, non aliunde prouenies, ſed ſua nixa radicibus. Virgilius 5. Aeneid. Primum meroi quibus de coronam. Dicta ἀπὸ τῦ λαοῦ: hoc eſt, à populo, quòd propriè laus ſit populi, de aliquo recta loquentis. Certant laudibus alicuius. Virgil. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hamus, Laudibus Italiæ certent. Concedere laudem alicui. Cic. 1. de Orat. Veterũ quibus ſumma dicendi laus à noſtris hominibus conceſſa eſt. &c. Conciliare laudem. Quintil. lib. 2. cap. 7. Et laudem ſæpe minorem, quàm ſi noſtra ſint, conciliant. Ponere in laude. Cic. de Oratore, Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuum ſit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Cic. Metello lib. 5. Ego dolori non ſolùm ignoſco, ſed ſummam etiam laudem tribuo.

Laueondulam, Nardum Gallicam, uel ſpicam Celticam primus M. Virgil. in Commentario pronunciauit: uerùm ad rem, alii uiderint.

Lauer, eris, neutr. gen. & aliquando fœm. εἶδος. [Ital. Gorgoleſtro. Gall. Berle. Hiſpan. Rabacar. Germ. Bachpongo waſſer gaucheyl.] Herba eſt in aquis naſcens, frutice pingui, recto, foliis latis, oluſatro ſimilibus, ſed minoribus odoratis. Dioſcorides, Plinius. libro 20. capite octauo. Luer quoque naſcens in riuis, condita & cocta torminibus medetur.

Lãuo, as, act. pr. Idem eſt quod abluo, & quod fordidum aqua purgo. λάω, νίπτω, πλύνω. [Ital. Lauare. Gall. Laue. Hiſp. Lauar. Germ. Waſchen.] Plautus in Aulul. Aqua hercle plorat, quum lauat, profundere. Idem in Truculento illam, atq; operire ibi, iam exibit: nam lauabat. Virg. 3. Aeglog. Omnes in fonte lauabo. Ouid. Epiſt. 2. Mane lauabis aqua. Idem 3. de Arte, Lachrymis uulnera ſæua lauat. Præteritum facit laui. Terentius in Heauton. Atq; ſi iam lauerit, mihi nuntia. Supinum eſt lotum: unde fit participium lotus. Martialis lib. 5. Lotus nobilis eſt, hilaris cœnauit, & idem inuentus eſt manè mortuus. Andragoras. Olim etiam lauatum faciebat, & per ſyncopen lautum. Terentius in Eunucho, Abeunt lauatum, ſi pergunt. Horatius 1. Serm. Saty. 4. Aſt ubi me feſſum ſol ad ire lauatum Admonuit. Ouidius 3. Faſtor. Sacra lauabant manè perebat aquas. ¶ Veteres hoc uerbum per tertiam coniugationem inflectebant. Virgilius lib. 10. Aeneidos, Luminibus ſuperinfundens lauit improba teter Ora cruentatio 1. Serm. Satyr. 5. Ora manuſque tua lauimus [illegible] lympha. Quibus in locis quum prima ſyllaba hoc tempore corripiatur, certum eſt non eſſe præteriti temporis: quæ diſſyllaba præterita priorem neceſſariò producant. Nam eſt illud apud Virgilium 3. Aeneidos, Luminis effectum dum lauit inde cruorem. ¶ Interdum ſignificat rigare, humectare. βρέχειν. Plautus in Pſeudol. Geſtas lauas tecum, eas lachrymis lauit. ¶ Huius compoſita ſunt, Alluo, colluo, circumluo, deluo, diluo, eluo, illuo, proluo, præluo, reluo, & ſubluo: quorum ſignificata ſuis locis.

Lauatio, ſ. t. Ipſe lauandi actus, aut lauacrum. λοῦσις. Lauamento. Gal. Lauement, balgnement. Hiſp. Lauar. Germ. Waſchung.] Plin. lib. 9. cap. 25. Lauationes quæ traduntur pingueſcere. Cic. Varroni. Si mihi quæ in Comanum, & antè te certiorem faciam parata ſit, id eſt, balneum:

Lauacrum, n. ſ. Balneum, in quo quis commodè lauat. λουτρόν. [Ital. Doue ſi laua. Gall. Lauoir, lauer. Hiſp. Lugar do ſe lauan. Germ. Ein bad.] Plin. lib. 9. cap. 25. Lauacra ingentium, longis ambuleris & mollibus, ſicum refrigerantibus lauacris. Auidus ſplendidi Claudian. 2. in Eutrop. Huius dictionis ſecunda ducitur, quum à ſupino lauatum deriuetur.

Lautus, a, um, Modò ſignificat idem quod lotus. [Ital. Lauato. Gall. Laué. Hiſpan. Lauado. G

ſchen, gebadet.] Terent. Téne aſymbolum uenire unctum atq; lautum è balneis? Horat. 2. Serm. Sat. 3. Libertinus erat qui circum compita ſiccus Lautis manè ſenex manibus currebat. Cic. pro Deiot. Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? Modò idem ferè quod mundus & ſplendidus. πολυτελής. [Ital. Delicato, polito, honeſto, magnifico, eccellente. Gall. Magnifique & ſomptueux, honneſte, honorable. Hiſp. Afeytado ò delicado. Germ. Sauber, zierlich, molzů gerüſtet.] Vnde Lauta cœna apud Plin. in Epiſt. 194. dicitur, quæ magnificè, oppiparèq; eſt inſtructa. ¶ Et homo lautus, dicitur, qui elegans eſt, mundus & ſplendidus. λαμπρός. Cic. 3. Verr. Quum iſte, atq; iſtius amici, homines lauti, atq; urbani, ſermones huiuſmodi diſſiparent. ¶ Modò diuitem & potentem. Terent. in Heaut. Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Cic. Acilio lib. 11. In Haleſina ciuitate tam lauta, quàm nobili coniunctiſſimos habeo. Lautum & copioſum patrimonium, apud eundem pro Rabir. Poſthumo.

Lautè, aduerbium, id eſt, eleganter. λαμπρῶς. [Ital. Delicatamente, galantemente, magnificamente. Gall. Mignonnement, ioulinement, gentemẽt. Hiſp. Afeitada y delicadamente. Germ. Herlichen, köſtlichen.] Plaut. in Caſ. Lautè ueſtitus, exornatuſq; ambulat. Idem in Mil. Loquitur lautè, & minimè ſordidè. A lautus ſit diminutiuum lautulus: à quo aduerbium lautulè.

Lautitia, æ, f. p. Epularum magnificentia, à lauatione dicta, ut Feſto placet: quia apud antiquos elegantiæ quæ nunc ſunt, non erant, & rarò quis lauabat. πολυτέλεια. [Ital. Delicatezza, magnificenza in habiti & in cibi. Gall. Magnificence en habits ou banquets. Hiſpan. Afeyte ò delicadeza en manjares. Germ. Zierlicheit, köſtlicheit.] Lautitia igitur mundities eſt quæ in ueſtitu & cibo ſit. Plin. lib. 9. cap. 17. Quum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, lautitiam eius omnem apparatumq; detrectant. Cicero in Epiſtolis, Fama ad te mea noua lautitia uenit. ¶ Antiquitùs etiam lautitia dicebatur, teſte Feſto, farina ex tritico aqua conſperſo.

Lautia, orum, n. ſ. Munera dicebãtur quæ Romani per Quæſtores, legatis exterarum nationum mittebant. λαύτια, ut inquit Plautus in Prob. [Ital. Preſenti di Romani à gli ambaſciatori eſterni. Gall. Preſens & dons que les Romains enuoyoyent aux ambaſſades des eſtrangers. Hiſp. Las dadiuas que dauan los Romanos à los ambaxadores eſtranneros.] Germ. Gaaben oder ſchenckinen ſo der Römiſch gewalt frömbden botſchafften zůſchicket, ſy zůuerehren.] Vnde ſcribit Liuius, Lautia Attalo fuiſſe decreta. Feſtus, Lautia dicebant ueteres quæ Lautia dicimus: dabantur legatis hoſpitii gratia. Liuius 8. Belli Pun. Locus inde, lautiaq; legatis præberi iuſſa. Legimus & Lautias fœm. gen. in eadem ſignificatione. Liuius 8. Bell. Pun. Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ, legatis decreta. Ex Budæo. Lautia dicuntur, quæcunq; ad lautitiam atq; elegantiam cultus & menſæ pertinent. Iureconſ. de Aur. & arg. l. argumento. Mundo, inquit, muliebri continentur lautica, arcus reticula, & huiuſmodi. Lautica uocem, ni fallor, nihili Nebriſs. interpretatur, ac pro ea re ponendum putant uocabulum Calentica, ut habet editio Norenberg. cuius nõ tantum hîc, ſed & alibi meminit Vlpian. Erat autem tegmen muliebre capitis, ut Baſſus ex Ciceronе docet.

Lautrices, Lege Lauatrices.

Lautulæ, A' lauando dictæ ſunt, quas Græci θερμὰς nominant.

Laurea, Vide Laurus.

Laurẽotis, huius laureotis, pen. prod. Spodii genus eſt ex argento. Eſt autem ſpodium cineris genus ex metallis, dũ in fornace coquuntur, fauillæ modo euolans, & in fornacis pauimentum recidens: ut docet Galen li 9 Simpl. medic. qui ea ratione diſtinguit ſpodium à pompholige, q hæc ob lenitatẽ ad ſummas uſq; fornacum cameras euolaret, iiſq; adhæreſceret: illud neq; tam altè euolaret, & mox in pauimentum recideret. Plin. tamen ſpodon etiam illud appellat, quod ſummis fornacum teſtudinibus adhæret: diſtinguitq; à pompholyge ſolo colore, q pompholyx minus candida ſit. Verùm de re omni metallica tutius Galen. ducem ſequemur, qui ut exploratoria hæc de re tradere poſſet, præſens metalla artificumq; officinas perluſtrauit. Erit itaque laureotis (ut diximus) cineris ſpecies ex argẽti fornacibus, fauillæ modo euolans, & in pauimentum recidens. Plinius lib. 34. cap. 17. Fit & in argenti fornacibus ſpodos, quam uocant Laureotin.

Laurices, Fœtus ſunt cuniculorum è matre execti, uel oberſi bus ablati, qui olim cũ interaneis non repurgatis cocti, gratiſſimis in cibis habebantur. Autor Plin. lib. 8. cap. 55.

Laurus, ri, f. ſ. [Ital. Lauro, alloro. Gall. Laurier. Hiſp. Laurel arbol. Ger. Ein lorbeer baum.] Hodie ſecundæ eſt declin. olim etiam quartæ fuit. Vnde aliquando legitur ablatiuus ſingularis lauru, & accuſatiuus pluralis laurus. Eſt autẽ genus arboris, perpetua uirens coma: unde & Apollini ſacra eſſe putatur, eo q is Deus ſemper iuuenis & imberbis eſſe exiſtimetur. A' Græcis Δάφνη dicitur: quæ res Poetis fabulandi occaſionem uidetur præbuiſſe, Daphnen puellam ab Apolline adamatã, quum uim eius effugere nõ poſſet, deorum miſeratione in laurum fuiſſe mutatã. Laurus (inquit Plin. lib. 15. cap. 30.) triumphis propriè dicatur, uel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum, pontificumq; quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam. Delphica laurus dicta, q victores Delphis ea coronarentur: & eſt uiridior laurus, maximis baccis, & è uiridi rubentibus. Cypria, folio breui, nigro, ſubaſperiſpa. Quidam muſtaceam addiderunt, ita dictam, quoniã muſtaceis ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maximo conſtat, flaccidoq;, & albicante. ¶ Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera Tinus, quã nonnulli ſylueſtrem laurum intelligunt, nonnulli ſui generis arborẽ. Differt colore: eſt enim ei cærulea bacca. ¶ Item regia laurus, quæ & auguſta cognominatur, ampliſſima & arbore, & folio, baccis quoq; guſtatu non aſperis. ¶ Sunt & alia lauri genera, quæ uide apud Plin. li. 15. cap. 30. ex quo hæc paucis uerbis immutatis: Laurus Apollinea, q Apollini dicata ſit. Ouid. 6. Faſt. Venit Apollinea longas concordia lauro Nexa comas. Delphica lauro comam cingere, Horat. 3. Carm. Ode 30. Fatidica laurus, Claud. in Paneg. Vel q Apollini fatidico deo eſt dicata: uel q ex eius eremate ſtrepitu futura colligebant, ut Porphyrius philoſophus, & Iliad. 1. ſcribit Euſtathius. Fragoſus enim combuſta fœlicitatem portendere credebatur. Tibull. lib. 2. Eleg. 6. At laurus bona ſigna dedit, gaudere coloni. Contrà, ſi tacitè conflagraſſet, triſte erat augurium. Propert. lib. 2. Eleg. 29. Et iacet extincto laurus aduſta foco. Vide Cæl. Rhodig. lib. 5. cap. 7. Laurus ipſa pacifera. Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium.

Laurea, f. p. Propriè lauri folium appellatur, perpetuò uirens, & topiario operi accedens. Δάφνη. [Ital. Foglia di lauro. Gall. Fueille de laurier. Hiſp. Hoja de laurel. Germ. Ein lot beerblat.] Ouid. 3. Faſtor. Cedit ab Iliacis laurea cana focis. Plin. lib. 15. cap. 30. Vnus arborum Latina lingua nomẽ imponitur uitis: unius folia diſtinguntur appellatione: laureã enim uocamus. Quem Plinii locum ſic intellige, Nullam eſſe arborem à qua uitis nomen ſit impoſitum, præter unam laurum: deinde nullam eſſe arborem, cuius folia habeant diſtinctã appellationẽ, præter unius lauri folia, quæ laureæ dicuntur. ¶ Aliquando ponitur pro lauro. Virg. 7. Aeglog. Populus Alcidæ gratiſſima, uitis Iacchо, Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo. Horat. lib. 2. Carm. Tum ſpiſſa ramis laurea feruidis. ¶ Aliquãdo pro corona ex lauro facta, quæ in triũphis adhibebatur. [Ital. Ghirlanda con fogille di lauro. Gal. Chapeau de fueilles de laurier. Hiſp. Corona ò guirnalda de laurel. Ger. Ein lorbõminer krantz.] Martial. lib. 2. Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua eſt. Cato uerò de Re ruſtic. lib. 1. Lauream & laurum, & mutata diphthongo au, in o literam, Loream pro eodem accipit.

Laureus, a, um, Quod eſt ex materia lauri. Δαφνῶος. [Ital. Di lauro. Gal. De laurier. Hiſp. Coſa de laurel. Ger. Lorbõmin.] quomodo roſeus, myrteus, quod ex roſa myrtóue cõfectum eſt: ut, Laurea corona, & ſerta laurea. Plinius lib. 15. cap. 30. Ouid. 2. Triſt. Ponat & in nitida laurea ſerta coma.

Lauretum, n. ſ. Locus in quo laurorum copia eſt. Δαφνών. [Ital. Luogo pieno d'alloro. Gal. En lieu planté de lauriers. Hiſp. Lauredal, lugar de laureles. Germ. Ein ort da vil lorbõum ſtond.] ueluti roſetum, myrtetum, ſpinetum, locus roſis, myrtis, ſpinisue conſitus. Plin. lib. 15. cap. ult. Durat & in urbe nomen impoſitum loco, quando lauretum in Auentino uocatur, ubi ſylua lauri fuit.

Laureola, læ, cum accentu in antepenultima, diminutiuum, & pro corona triumphali capitur. Δάφνῶος στέφανος, Δαφνὶς μικρά. [Italicè, Ghirlanda di lauro. Gall. Petit chapeau ou guirlande de laurier. Hiſpanicè, Corona ò guirnalda di

nalda de laurel. Germ. Ein lorbǒumin krentzlin.] Cic.li. 2.Epiſt.Famil. qualemcunq; triumphum Laureolam aplat. Velles enim, ait, tantum modò ut haberē negotii, quod eſſet ad laureolam ſatis. Laureolam in muſtaceo quærere, eſt ex re friuola inſignem laudem captare. Cic.ad Attic. Bibulus, credo, uoluit appellatione hac inani nobis eſſe par: in eodem Amano cœpit laureolam in muſtaceo quærere. Vide Eraſ. Prouerb.

Laureatus, a, um, nomen eſt non participium. Laureo enim uerbum, quamuis nonnulli eo utantur Latinum non eſt. Hinc laureati, qui laureis coronati ſunt. *Δαφνηφορούντες.* [Ital. Inghirlandati di lauro. Gal. Coronés de laurier. Hiſp. Coronados de laurel. Germ. Mitt einem lorbǒumin oder lorbletterin krentzlin bekrǒnt.] Cic. pro Murena, Qui imaginem parentis ſui laureatā in gratulatione ſua conſpexit. Sic faſces laureatos dixit idem Cic. 2. de Diuin. id eſt, faſces laurea uel lauro circūuolutos. Plin. li. 37. cap. 18. Tantumq; non cum laureatis faſcibus remitti illò, unde cretatis pedibus aduenieſſent.

Laurifer, ra, rum, & Lauriger, Ferens, ſeu gerens laurum. *Δαφνηφόρος.* [Ital. Che produce lauri. Gall. Qui porte lauriers. Hiſp. Que tiene ò trae laurel. Ger. Der etwas lorbǒumins treget.] Plin. lib. 17. cap. 10. Lauriferam tellurem illam oſculatus ex reſponſo. Lucan. lib. 5. Lauriferos nullo comitetur uulnere currus. Mart. lib. 3. Laurigeros ageres quum læta triumphos. Ouid. 3. de Arte, Viſite laurigero ſacrata palatia Phœbo.

Lauricomus, a, um. *ὁ καὶ ἡ δαφνόκομος, ὁ δαφνίας.* [Italicè, Qui porta lauro. Gall. Qui porte ou a du laurier. Hiſp. Coſa que tiene hojas de laurel. Germ. Das vil lorbǒum hat.] ut, Montes lauricomi: id eſt, lauri comis ornati. Lucretius libro 6.

Laurinus, a, um, pen. pro i. Quod ex lauro factum eſt. *Δάφνινος.* ut, Laurinum oleū. *Δαφνέλαιον.* [Ital. D'alloro Gall. De laurier. Hiſp. Coſa de materia de laurel. Germ. Lorbǒumin.] Plin. lib. 23. cap. 4. Oleum laurinum utilius, quòd recentius. Idem lib. 14 cap. 8. Item laurino folio. Idem li. 19. cap. 8. Exit & in cubitalem altitudinem, foliis laurinis, ſed mobilibus.

Laus, dis, Vide Laudo.

Lautia, Lautitia, Lautus, Vide Lauo.

Lax, Dacorum lingua, Syluestris portulaca.

Laxamentum, Laxare, Laxatus, Vide Laxus.

Laxus, xa, xum, Propriè idem eſt quod non tenſus ſiue remiſſus. *χαῦνος.* [Ital. Rallentato. Gall. Laſche, large. Hiſp. Floxo, ancho. Germ. Vneit, luck, abgelaſſen.] ut, Laxæ fides, laxi rudentes, laxi arcus. Virgil. 11. Aeneid. Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. Idem 3. Georg. Et primùm laxos tenui de uimine cliclos Cernici ſubnecte. Sic laxa uela dicimus, quæ nentorum flatu nō tenduntur. ¶ Item Laxas habenas pro molli & leni imperio, translatione ab equis ſumpta, qui habenis abductis moleſtius & laboriosius incedūt, quàm iiſdem relaxatis. ¶ Accipitur item laxus, pro amplo & capaci. *ἰυρύς.* Colum. lib. 1 cap. 3. Nec dubium quin minus reddat laxus ager, non rectè cultus, quàm anguſtus eximiè. ¶ Laxum tempus, id eſt, longum: cui opponitur breue & anguſtum. Plinius in Epiſtol. Fecit enim hoc quoq; ut cætera, impudentiſſimè, quòd poſt duos & Conſulares, & diſertos, tempus ſibi & quidem laxius uindicauit, id eſt, longius. Cicero ad Atticum libro 6. Ego ſic diem ſtatuo, ſatis laxam: id eſt, tempus ſatis longum. Proculus l. quum ſtipulatus. ff. de Verborum obligationibus. Quum ipſe arbitratu meo aliam diem operi faciendo laxiorem dederim: id eſt, quum diem protulerim. ¶ Hinc Prolixum, quaſi porrò laxum. Inuenitur & Laxùm aduerbium, pro latè. Martialis, Et adhuc ſuperet centies tibi laxùm.

Laxè, aduerbium. *χαύνως.* [Ital. Largamente, remiſſamente. Gall. Laſchement, au large. Hiſp. Floxamente, anchamēte. Germ. Vneit, oder nitt eng.] Cic. pro Domo ſua, Habitare laxè & magnificè uoluit. Laxè & anguſtè ſunt contraria. Varro 2. de Re ruſt. cap. 10. De numero paſtorum alii anguſtius, alii laxius conſtituere ſolent.

Laxitas, atis, f. t. Propriè opponitur contentioni. *χαύνωσις.* [Ital. Rallantamento, remiſſione, allentamento. Gall. Eſtendue ou large, largeur. Hiſpan. Floxura, anchura. Germ. Vneite.] ut, Laxitas in fidibus eſſe dicitur, quum tenſæ non ſunt. Accipitur tamen non rarò pro amplitudine, ſeu magna capacitate. *ἰυρότης.* cui opponitur anguſtitas. Laxitas domus. Cicero 1. Officiorum, Sic in domo dati nominis, in quam & hoſpites multi recipiendi ſunt, & admittenda hominum cuiuſque modi multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis. Laxitas uiarum. Columella libro 1. capite 18.

Laxo, xas, a. p. Propriè idem quod laxum facio, & quod tenſum erat, remitto. *χαυνόω.* [Ital. Rallentar, rilaſciare. Gall. Detrer ou large, laſcher, relaſcher. Hiſpan. Afloxar, enſanchar. Germ. Vneit oder luck machen, nachlaſſen.] ut, Laxare arcum, laxare fides citharæ, laxare rudentes. ¶ Accipitur tamen non raro pro dilatare, ſeu ampliare. *ἐυρύνω.* Cic. Attico lib. 2. Ve monumentum illud eo uſque laxemus, & uſq; ad atrium liberalitatis explicaremus. Plinius lib. 12. cap. 14. Laxatur hîc plaga, non adimitur. ¶ Aliquando accipitur pro relaxare, & ex eo quod debebatur, aliquid remittere. *ἀνίημι.* habetq; antitheton ſtringere. Cicero ad Atticum, Tantum abeſt, ut ex eo quo ſtricti ſumus, aliquid laxari uelim, ut, &c. ¶ Aliquando ponitur pro libero. Lucceius ad Ciceronem lib. 5. Epiſtol. Vt iſtis te moleſtiis laxes. Cic. in Catone Maiore, Qui ſe à libidinum uinculis laxatos eſſe nō moleſtè ferrent. Idem 1. Tuſc. Quodq; nunc facimus, qui laxati curis, &c. ¶ Aliquando ponitur pro aperio. Virg. 2. Aen. Laxat clauſtra Sinon. ¶ Hinc componitur Relaxo, quod eſt, rurſus laxo, recreo, remitto. Cic. lib. 1. Offic. Atq; etiam quum relaxare animos uoluerint, concedant interemptum.

Laxamentum, ti, n. ſ. Idem quod relaxatio, ſiue remiſſio intentionis, uel requies. *ἄνεσις.* [Ital. Rallentamento, relaſſamento da fatica, recreatione. Gal. Relaſche, relaſchement, eslargiſſement, recreation. Hiſp. Floxura, anchura, recreacion. Germ. Ein nachlaſſung, vnderleibung.] Cicero 7. Epiſtol. Ego tamen nactus in nauigatione noſtra portum laxamenti, concinnaui tibi munuſculum. Idem Cluentio, Non modò cauſæ, ſed ne legi quidem quam per Tribunos laxamēti, nec uenire habere, ſi modo excefferis.

L ante E.

LEG E. D. In notis antiquorum, Lege eius damnatos. Legio. LEG. III ITL. legionis tertiæ Italicæ. LEG. X. legionis decimæ. L. EM. locus emptus. L. F. Lucii filius, uel Lucius Flauius, uel Lucius Flaminius. L. FIL. Lucii filius. L. Lucius Furius. LG. legauit, uel leges, uel legatum. LGD. legauit, uel dedit, uel legio decima. LG. EG. legem egit. F. S. legem fecit ſuam. LG. PM. legē promiſit. LG. F. S. ſuam fecit. LG. S. I. legem ſeruare iuſſit. LG. SP. legem promiſit, uel percepit. L. H. locum hunc, uel locus hæ uel locum hæredibus.

Lea, Leonis fœmina eſt, quæ & Lena, *λέαινα* dicitur. Leona, leoneſſa. Gall. Lione. Hiſpan. La leona. Germ. Lǒwin.] Lucretius libro 5. Irritata leæ iaciebant ſaltu. ¶ Lea item braſſicæ genus, latis foliis & candidis tibus: unde & *κραμβέλη* quidam nocauere. Græci *λέαιναν* appellant: hoc eſt, læuem, à foliorum læuitate. Plinius libro 10. capite 9. ¶ Eſt item Lea, Inſula ſita tam, una Sporadum: cuius meminit Plinius libro 11. ¶ Item oppidum Syenitarum, qui ſunt populi Africæ parte, quæ ſinum Arabicum ſpectat. Vide lib. 6. cap. 29.

Lena, penult. prod. fœm. pr. *λέαινα.* Leonis fœmina. ut Lea appellatur. Virgilius 2. Aegloga, Torua leæna ſequitur, lupus ipſe capellam. Plinius libro 8. cap. Ariſtoteles tradit leænam primo fœtu parere quinos, ac per annos ſingulos uno minus, ad unum informesque, minimasque carnes eſſe initio mutilatarum: ſemeſtres uix ingredi poſſe, nec ſemeſtres moueri. ¶ Foit præterea Leæna, ſcortum Athenis non ignobile, ob lyræ cantum Harmodio tonitoni familiare. Hanc memoriæ proditum cem uſque à tyrannis excruciatam, nullis tantis adduci potuiſſe, ut tyrannicidarum conſ ret. Quamobrem Athenienſes & honorem lentes, nec tamen ſcortum celebrare, animal fecere: atque ut intelligeretur cauſa honoris, quam addi ab artifice uoluerunt. Author Pl capite 8.

Lepores, Ayxoum apud Dioſcor. lib 4. cap. 91 Lebetides: lepores Hiſpani lepores.

Lĕbēs, tis, maſcul. gen. penultima genitiui producta. λέβης. [Ital. Paiuolo. Gal. Chauderon ou marmite. Hiſp. El calderon de cobre. German. Ein eerner haſen oder keſſel, denn man vber das feür henckt.] Vas æneū, in quo quid igni applicamus, ut ebulliat: ut docet Porphyrius in 9. lib. Iliados. Ouid. in Epiſt. Briſeidos ad Achillem: Viginti fuluos opere ſo ex ære lebetes. Virg. 5. Aeneid. Tertia dona facit geminos ex ære lebetes.

Lĕcānŏmantīa, λεκανομαντία, cum accentu in penultima, Diuinatio quæ fit per peluim. Vnde Strabo lecanomantas & hydromantas in Perſide frequentes fuiſſe tradit lib. 6. Geographiæ.

Lecte, Vide Lego, gis.

Lectici, Lecticarius, Vide Lectus.

Lectio, & Lectus, participium, Vide Lego.

Lectus, maſc. ſ. Notæ ſignificationis eſt: dictus (ut Varro inquit, quòd lectus herbis, & frondibus, & ſtramentis fieri ſolebat. λέπτα, ἐυνή. [Italicè, Letto. Gallicè, Lit ou couche. Hiſpan. Lecho. Germ. Ein beth.] Vel (ut alii putant) ab alliciendo, quòd fatigatos ad quieſcendum alliciat. Alii à Græco deducũt. Nam quem nos lectum dicimus, antiqui Græci uocabãt λέπτρον. Cic. ad Patrum, lib 9. Epiſt. Dixi te in lecto eſſe, q̃ ex pedibus laborares. Idem 7. Verrin. Nam pater grandis iam diu lecto tenebatur, id eſt, decumbebat, iacebat, & morbo uexabatur. ¶ Lectos etiam olim habebant in triclinijs, in quibus recumbentes cibum ſumebant: quos ab uſu diſcubitorios, & triclinares appellabant: ad quorum differentiam lectos cubiculares uocat Cicero 1. de Diuinat. quos nocturnæ quietis cauſa in cubiculis habemus.

Lectulus, m. ſ. dimin. λεκτίδιον, λεκτάριον, λεκτίς. [Ital. Letto picciolo. Gall. Vn petit lit, une couchette. Hiſp. Pequeño lecho. Germ. Ein bethlin.] Cic. Attic. lib. 14. A ducenda autem uxore ſic abhorret, ut libero lectulo neget eſſe quicquam iucundius. Terent. in Adelp. Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit.

Lectica, æ, pen. prod. fœ. p. Cathedra aut ſedes, qua ferebantur diuites & potentes, in qua puluinar & lectulus ſtratus erat. φορεῖον, λεκτίκη. [Ital. Lettica. Gall. Littiere, ou on ſe fait porter. Hiſpan. Las andas ò litera. Germ. Ein tragbeth, ſenffte, roſsbaar.] Iuuenal. Satyr. 3. Namq̃ facit ſomnum clauſa lectica feneſtra. Græci modò ἐξαφόρον, modò ἐκτωφόρον appellant, à numero ſex aut octo ſeruorũ lectica geſtantium.

Lecticula, læ, diminutiuum. λεκτάριον. [Ital. Picciola lettica. Gal. Petite littiere. Hiſp. Pequeñas andas ò litera. Germ. Ein tragberthlin.] Suetonius in Auguſto, A cœna in lecticulam ſe lucubratoriam recipiebat. Cic. Mario, Vt noſtras obire, & mecum ſimul lecticula circumcurſare poſſis.

Lecticarius, rii, m. ſ. Qui lecticam ferebat. λεκτοφόρος. [Ital. Portatore di lettica. Gall. Qui porte ou aide à porter la litiere. Hiſp. El que à cueſtas lleua las andas. Germ. Einer ſo ein beth oder ſenffte hilffe tragen.] Seruius Sulpit. ad Cic. Coactus ſum in eadem illa lectica qua ipſe delatus eram, meiſq̃ lecticariis in urbem eum referre.

Lecticariola, æ, à Martiale uocatur mulier quæ lecticariorum (id erat uiliſſimum ſeruorum genus) amores ſectatur: quemadmodum contrà ancillariolus ab eodem appellatur, qui ancillarum cõſuetudinem appetit. Locus eſt Martialis in lib. 11. in Alaudam, Ancillariolum tua te nocat uxor: & ipſa Lecticariola eſt: eſtis Alauda pares.

Lectiſternium, nii, n. ſ. Quum ſacrorum gratia lecti in templis ſternebantur ad diſcumbendum, ſiue pernoctandum: Propriè Iouis epulum dicebatur. διαπνὰ apud Athenæum. In Capitolio enim ſtratis tribus lectis, conuiuium apponebatur tribus diis, Ioui, Iunoni, & Minervæ Iupiter: id eſt, Iouis ſimulachrum, ſtruebatur in lectulo recubans: Iuno & Minerua in ſellis conſidebant, ſed appoſitis epulis, non ipſi dii, ſed ſeptem epulones fruebantur. De inuentione lectiſterniorum lege Liuium lib. 5.

Lectiſternĭator, oris, maſcul. gen. tert. decl. Qui lectum ſternit. ὁ λέκτρα τρώτας, στιβάδας ποιῶν. [Ital. Chi fa il letto. Gall. Qui fait le lit. Hiſp. Que haze el lecho ò ſtrado. Germ. Ein bethſpreiter.] Plaut. in Pſeudol. Tu eſto lectiſternator: to argentum eluito.

Lecythūs, penult. corr. m. ſ. λήκυθος. [Ital. Boccare da l'oglio. Gall. Bocal à tenir d'huile, gouteron ou burette. Hiſpan. El azeytera. Ger. Ein ölkrũg, ein geſchirr mit einem weiten bauch vnd engen halſs in dem man öl hatt.] Vaſis genus uentre protuberante, oreq̃ anguſtiore, oleo aſſeruando accommodatum: quod Aul. Gellius guttum appellat. Iulius Pollux Lecythum etiam inter unguentaria uaſa annumerat. ¶ Per translationem item lecythum pro orationis ſplendore, & excuſſa in ſcribendo cura poſitum legimus. Cic. Attic. lib. 1 Noſti illas λεκύθους. ¶ Lecythum habet in malis, ἔχειν λήκυθον πρὸς ταῖς γναθοις: id eſt, Lecythum habere ad malas. Tectum & ænigmaticum conuitium eſt in anus, quæ rugas illitis pigmentis diſſimulãt. Ariſtophanes in Concionat. ¶ Non eſt oleum in lecytho, ἔλαιον οὐκ ἐνεστιν ἐν τῷ ληκύθῳ. Scilicet quum ſignificamus non eſſe precibus locũ apud inexorabilem. Ariſtoph. in Auib. Eſt autem alluſio ad uocem: nam ἔλαιον oleum ſignificat: & ἐλεὸς miſericordiam.

Legalis, Vide Lex.

Legarium, Vide Lego, gis.

Legatarius, Legator, Legatum, Vide Lego, gas.

Legifer, Vide Lex.

Legio, onis, fœm. t. A' delectu militum dicta eſt. τάγμα. [Italicè, Legione. ſquadra de ſoldati. Gal. Legion. Hiſp. Ein legion, iſt ein zaal oder hauffen auſſerleſener vnnd gemuſterter kriegsleüten bey 6000.] teſte Varr. lib. 4. de Ling. Latina, eo quòd legionis milites uiritim legi: hoc eſt, eligi ſolebant. Diuiditur q̃ legio in decem cohortes: cohors in quinquagintæ manipulos: manipulus in uiginti quinque milites: Legiones Romanæ à numero, atq̃ ordine nomina ſumebant: ut Primani, Secundani, Decumani milites uocabãtur, qui erant primæ, ſecundæ & decimæ legionis. Liuius 7. Belli Macedon. Romana acies unius propè formæ fuit, & hominum, & armorum genere: duæ legiones Romanæ, duæ ſociorum & Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos ſingulæ habebant. Vide Vegetium de Re milit. libro 2. cap. 2. & ſequent. In quauis legione erant, ætas prima triariorum: altera, principum: tertia, haſtatorum: ultima, uelitum: quæ uilibus exceptis, diuidebantur ſingulæ in decem centurias: ſingulis autem centuriis primarii, centuriones præerant.

Legiuncula, læ, diminut. Parua legio. ταγμάτιον. [Ital. Picciola legione. Gall. Petite legion. Hiſp. Pequenna legion. Germ. Ein ſchlechte oder kleine legion.] Liuius lib. 5. Belli Maced. Videretis uix duarum malè plenarum legiunculârum inſtar in caſtris Regis.

Legionarius, a, um, Quod eſt legionis, uel quod ad legionem pertinet. ταγματικός. [Ital. Pertinente à legione. Gall. Appartenant à legion. Hiſp. Perteneſciente à legione. Germ. Das zů einem ſolchen kriegs volck gehört.] Afinius Pollio Ciceroni libro 10. Epiſt. Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi. Cæſar 3. Belli ciuilis, Et legionarii, interioris munitionis defenſores, ſcalis admotis, &c. Legionariæ cohortes. Liuius 7. Belli Macedonici.

Legicupa, Legislator, Legitimus, Vide Lex.

Legiuncula, Vide Legio.

Lego, gas, act. pr. In legationem mitto, oratorem conſtituo; uel meo, uel publico nomine aliquid acturum. διαπρεσβεύω, ἐπιπρεσβεύομαι. [Ital. Mandar legati, ambaſciadori. Gall. Enuoyer en ambaſſade. Hiſp. Embiar embaxador. Germ. Zuſchicken, ausſenden, mit befelch abfertigen.] In qua ſignificatione præter accuſatiuum inuenitur habere datiuum ſignificantem eum, ad quem aliquis legatur. Plautus in Amphytr. Delegit uiros primorum principes eos legat Telebois. ¶ Sæpius loco datiui accuſatiuum habet cum præpoſitione Ad. Cic. 5. Verr. Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. ¶ Cum nominibus locorum conſtructum, eandem habet cõſtructionem quam cætera uerba motum ad locum includentia. Nam ſi ea fuerint ciuitatum, caſtellorum, aut uicorum nomina, in accuſatiuo collocabuntur ſine præpoſitione: ut, Legare quempiam Carthaginem, uel Corinthum: ſin regionum ea fuerint nomina, in accuſatiuo ponẽtur, mediante præpoſitione In, Salluſt. in Iugur. Legantur tamen in Africam maiores natu. ¶ Interdum legare, uerbum eſt militare, i-

dem ſignifi-

dem ſignificans quod legatum ſibi ſubſtituere & parti copiarum aliquem præficere Cic. Attico lib. 8. Dolabella me ſibi legauit. Idē A. Cecinam, Caſſium ſibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. ¶ Quandoq; committere. Plaut. in Caſ. Quin ruri es in præfectura tua? Quin potius quod legatū eſt tibi negotium, id curas? ¶ Quandoq; decernere, & teſtamento aliquid alicui relinquere. *Διατιθέναι, διαταλάντων*: ut, Teſtator liberto ſuo argēti pondo decem legauit: hoc eſt, decreuit ex hæreditate ſua decem argenti pondo liberto ſuo conferri. Liuius 1. ab Vrbe, Numitori qui ſtirpis maximus erat, regnum uetuſtū Syluiæ gentis legat. ¶ Ali quando aſſignare, adſcribere, imputare. Liuius 8 Bell. Pun. Patere nos omnia quæ proſpera tibi & pop. Rom. imperio euenêre, tuo conſilio aſſignare: aduerſa, caſibus incertis belli, & fortunæ legare. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Ablego, allego, delego, à quo ſubdelego, relego, ſublego, quæ habent pen. prod. Deriuatiua ſunt, Collega & Collegium: de quibus omnibus uide ſuo loco.

Legatus, ati, m. ſ. Qui legatione fungitur, ſiue qui refert mandata alterius. *πρεσβύτης, πρέσβις*. [Ital. Ambaſciatore, legato. Cal. Legat, ambaſſadeur. Hiſp. Legado ò nuncio ò embaxador. Ger. Ein geſandter bott, der mit etwas gwalts vnd befelchs abfertiget iſt.] Virg. 11. Aeneid. Legati reſponſa ferunt. Cic. 9. Philip. Lartes Tolumnius rex Veientum, quatuor legatos pop. Rom. Fidenis interemit. ¶ Legatus item in bello dicebatur, qui Imperatoris uice fungebatur, maximāq; eo abſente in exercitu obtinebat autoritatem, quiue ab imperatore cum parte expeditionū mittebatur, aut præſidio præficiebatur. *ὕπαρχος, ἀντιστράτηγος*. Cæſar lib. 1. Belli ciuil. Neq; ſe ignorare quod ſit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Vbi Legatum propterea fiduciariam operam obtinere dixit, teſte Budæo, quia re deuote Imperatore aut Conſule, cedere eum oportet. Legatum mittere de aliqua re, eſt mittere aliquē qui de aliqua re cum alio, noſtro nomine tractet. Cic. 2. de Orat. Quum Athenienſes ad Senatū legatos de ſuis rebus maximis mitterent. Legatos decernere, eſt cenſere legatos mittendos eſſe, ſiue legatos ſententia ſua conſtituere. Cic. ad Lentulum, Craſſus tres legatos decernit.

Legatio, onis, uerbale, f. t. Munus, officium, uel functio legati. *πρεσβεία, πρεσβύνομαι*. [Ital. Ambaſcieria, ambaſciata, legatione. Gal. Ambaſſade, legation, l'office d'un ambaſſade. Hiſp. Legacia ò embaxada. Germ. Botſchafft, das ampt eines geſandten.] Cic. 9. Philipp. Etenim cui legatio mortis cauſa fuiſſet eius monumentum extare uoluerunt: ut in bellis periculoſis obirent homines legationis munus audacius. ¶ Legatio interdum pro ipſis legatis qui mittuntur, ponitur. Quintil. lib. 10. cap. 1. Miſſa ad Achillem legatio. ¶ Legatio quoq; quædam eſt quæ libera dicitur. Legationes, inquit Budæus, liberæ olim ornamenti tantūm cauſa ab Senato impetrabantur: quemadmodum honorarii magiſtratus à principibus honeſtamenti cauſa conceduntur, titulosq; tenos obeuntur & geruntur. Has autem ii Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in prouinciis, ut qui hæreditates perſequi, aut legata, aut qui nomina exigere uolebant in prouinciis, legatorum perſonis acceptis commendabiliores controuerſias haberent, atq; honorabiliores. Quamobrem lege xii. tabul. id uetitum erat his uerbis, Rei ſuæ ergò ne quis legatos eſto. Cicero contra Rullum, Legatos noſtros autoritate tenui, qui quanquam rerum priuatarum cauſa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre olx poſſunt. Graue eſt enim nomen imperii: idq; etiam in leui perſona pertimeſcitur, propterea quòd ueſtro, non ſuo nomine abuntur. Brutus ad Ciceronem lib. 11. Quum in his anguſtiis uerſarer, placitum eſt mihi ut poſtularem liberam legationem mihi, reliquiſq; noſtris, ut aliqua proficiſcendi cauſa honeſta quæreretur. ¶ Eſt & Legatio uotiua, quæ uoti prætexto ſuſcipitur. Cic. ad Attic. lib. 15. Votiua ne tibi quidem placebat: etenim erat abſurdum, quæ ſi ſtetiſſet Reſpub. nouiſſem, ea me, euerſa illa, uota diſſoluere. Legationem dare, eſt alicui obeundæ legationis munus iniungere. Cic. contra Rull. Quibus uos legationem dediſtis. Legationem accipere, id eſt, ſuſcipere onus legationis obeundæ. Cic. pro Flacc. Qui hanc ipſam legationem, quam habet, non accepit à ſuis ciuibus, &c. Legationem gerere, id eſt, fungi legatione, & legatum eſſe. *πρεσβύειν*. Quintil. lib. 7. cap. 5. Malæ geſtæ legationis apud Græcos.

Legationum, ui, n. ſ. Dicebatur id quod dabatur legato nomine uiatici & impenſæ. *τὸ βρεσβεῖον, τὸ πρέσβιον ἐφόδιον*. [Ital. Speſa d'uno imbaſciatore. Gall. Ce qu'on baille à un ambaſſadeur pour deſpendre & faire ſon voyage. Hiſp. Gaſto ò deſpenſa del embaxador. Germ. Das man einem geſandten für ſein belohnung vnd koſten gibt.] Vipian. in l. Munerum. ff. de muner. & honor. Legati quoq; qui ad ſtrarium principis mittūtur, quia uiaticum quod legationi dicitur, interdum ſolent accipere: ſed & nicoſtrategi, & piſtrinorum curatores perſonale munus ineunt. Idem l. 1. ſ. de Legat. His qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuum ex forma reſtituitur. Sic legit Budæus: aliū legatitium legunt.

Legatum, ti, n. ſ. Diminutio quædam hæreditatis, qua teſtatur ex eo quòd non ſit uerſum hæredis foret, alicui quid cō latū uelit. *τὸ διαταλαντόμενον*. [Ital. Vn laſcito in teſtamento. Gal. Vn legat, un legis, choſe laiſſée par teſtament. Hiſp. La manda enel teſtamento. Germ. Ein vermachtnuß oder erbgemacht.] Modeſt. l. legatum. ff. de legat. 1. Legatum eſt donatio quædam teſtamento relicta: & Legati appellatione fideicommiſſum, & mortis cauſa donatio continetur. Plinius Epiſt. 44. Illa ut in periculo credula, poſcit codicillis legatum Regulo ſcribit. Petere legatum ex teſtamento. Quinct. lib. 4. cap. 14.

Legatarius, m. ſ. uel Legataria, f. p. Dicitur cui ex teſtamento aliquid legatum eſt. *λεγατεύόμενος*, etiam *λεγατάριος*. [Ital. A cui è laſciata qualche coſa per teſtamento. Gal. Legataire, à qui on a laiſſé quelque choſe par teſtament. Hiſp. Aquel à qui en ſe dexa una tal manda. Germ. Dem etwas zů ſeinem erbtheil etwas vermachet worden iſt.] Iuſtin. Inſtit. de legat. Sed ſi rem legatarii quis ei legauit inutile eſt legatum. Legataria prouincia, dicitur quæ a delegata eſt. Cic. ad Attic. lib. 15. O rem miſeram, priuallum ab iſtis legationem: deinde, ſi aliquam hanc legatariam prouinciam.

Legator, oris, m. c. Qui aliquid legat per teſtamentum. *διατιθέμενος, διατίμενος*. [Ital. Teſtatore che laſcia legato teſtamento. Gall. Teſtateur qui laiſſe quelque legs Teſtador que dexa la tal manda. Ger. Der ein erbgeſ auffrichtet, ein vermacher.] Suet. in Tiber. Iterum ſente, ut Trebianis legatā in opus noui theatri pec ad munitionem uiæ transferre concederetur, obtin potuit, quin rata uoluntas legatoris eſſet.

Lego, gis, gi, ctum, a. t. Propriè colligo, hinc atq; illin po. *ἀναλέγομαι*. [Ital. Racunare. Gall. Recueillir Hiſp. Coger lo derramado. Ger. Samlen, leſen Aegl. Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga. lib. 2. Optimam quamq; ſpicā legere oportet, ſepa ex ea ſemen reponere. Virg. 2. Aegl. Ipſe ego cana le ra lanugine mala. ¶ Hinc tractum eſt, ut Legere oculis ſcripta percurrere: quoniam literæ oculis colligi uidētur. *ἐπιλέγεσθαι, ἀναγινώσκειν*. [Ital Gall. Lire. Hiſp. Leer. Germ. Leſen.] Cic. Mario li modo is tibi quiduis potius q̄ orationes meas le 4. Aegl. At ſimul heroum laudes, & facta parenti re. ¶ Propter quod ea quoque quæ picta ſunt, l mur. Virg. 6. Aen. - Quin protinus omnem Per culis. Tractum à Græcis, qui *γράφειν* ſcribere & cunt. ¶ Item, quoniā nautæ dum aſpera loca legere, id eſt, colligere uela conſueuerunt: quan tur pro præterire, uel præternauigare. *παραλέγ* 1. Bell. Maced. Oram Italiæ legens. Virgil. 3. Aen que Epiri legimus. ¶ Aliquando pro ſurripe quæ furamur, colligimus. *λαλιπεῖν*. Virgil. 10 ſoceros legere, & gremiis abducere paſtas? Qu nius exponit legere pro furari. Idem Aeglo ſublegi tacitus tibi carmina nuper. ¶ Hinc *ληροσύλια*.

Lectus, ta, tum, participium, Quod interdum ne, & temporis amiſſione in nomen migrat gnificat quod ſelectus, ſiue ex aliorum nume *ἀπόλεκτος*. [Ital. Raccolto, eletto tra gli altri choiſi. Hiſpan. Elegido. Germ. Erläſen, oder Horat. in Carm. ſeculari, Virgines lectas, pu Diis quibus ſeptem placuere colles, Dicere c 9. Aeneid. Præterea bis ſex genitor lectiſſima t pora, captiuoſq; dabit. Cic. 5. Verr. Lectiſſimu tic: & in 1. Lectiſſimi uiri, atq; ornatiſſimi. Id

ad Atticum libro 10. Lectiſſima fœmina.

Lectè, lectius, lectiſſimè, aduerbium. Cic. in Orat. Sententiis uerbiſq; lectiſſimè dicere.

Lectio, onis, fœ. t. Propriè eſt actus legendi. ἀνάγνωσις. [Ital. Lettione. Gal. Lecion, lecture. Hiſp. La leccion, obra de leer. Germ. Das lẽſen.] Cic. ad Attic. Quotus enim quiſq; eſt, qui epiſtolam paulò grauiorem terre poſſit, niſi eam per lectionem reuelauerit? Quintil. lib. 2. cap. 12. Et ipſius lectionis tædium uicibus leuatur. ¶ Accipitur etiam lectio pro recitatione poematis: quæ ſic definitur à Diomede: Lectio eſt artificialis interpretatio, uel uaria cuiuſq; ſcripti pronuntiatio, ſeruiens dignitati perſonarum, exprimensq; animi cuiuſq; habitum. ¶ Aliquãdo ponitur pro electione. ἐκλογὴ, αἵρεσις. [Ital. Elettione. Gall. Election. Hiſp. Elegimiento. Germ. Auſerlẽſung, erwelung.] Liuius, Et eam lectionem nemo ratam habuerat. ¶ Aliquando pro collectione. συλλογή. Columel. lib. 2. cap. 2. At ſaxoſum facilè eſt expedire lectione lapidum.

Lectus, us, ui, m. q. Electio ſiue collectio. ἐκλογὴ, συλλογὴ. [Ital. Scielta, eletta. Gall. Eſlitte, chois, election. Hiſp. Elegimiento, obra de elegir. Germ. Erlẽſung, auſerlaſung, auſerung.] Tacit. lib. 20. Tutor, Treuirorum copias recenſuit Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, uetera no pedite atq; equite firmauit.

Lectito, tas, penult. corr. Frequenter lego. ἐπαναγινώσκω. [Italicè, Leggere, ſpeſſo. Gall. Lire ſouuent. Hiſp. Leer à menudo. Germ. Vil vnd offt leſen.] Cic. Pæto, Pyrrhi te uideo libros lectitaſſe. ¶ Ponitur & pro identidem colligere. Valerius lib. 9. Conchulas & calculos in litore lectitaſſe.

Lector, oris, m. t. Qui aliquid legit. ἀναγνώστης. [Ital. Lettore. Gall. Lecteur. Hiſpan. El lector. Germ. Ein leſer.] Cic. de Orat. Brutus duos lectores excitauit: & alteri Crafli oration legendam dedit, alteri de Leg. Seruil. Idem lib. 1. Epiſt. Nihil eſt aptius ad delectationẽ lectoris, quàm temporum uarietas, & fortunæ uiciſſitudines.

Legulus, guli, penul. cor. Qui uuas aut oleas colligit. συλλεγεύς. [Ital. Raccoglitore. Gall. Cueilleur, uendẽgeur. Hiſp. Cogedor de cauſas menudas. Germ. Ein ablẽſer, abbrecher.] Cato cap. 149. Legulos quot opus erit, præbeto, id eſt, collectores.

Legumen, pen. prod. huius leguminis, n. t. Quicquid ex terra ſatis in ſiliquis naſcitur: ut ſunt fabæ, piſa, cicer, lentes & ſimilia. ὄσπριον. [Ital. Legume. Gal. Tout ce qu'on cueille en arrachant de terre, comme pois, feues & choſes ſemblables, legume. Hiſp. Legombre. Germ. Allerley gemüſs das in hülſchen wachſet.] Dictum eſt autem legumen à legendo, quòd manu legatur. Varro lib. 1. de Re ruſt. de Cicere. Hoc enim quoq; legumen, ut cætera, quæ euelluntur è terra, non ſubſecantur ut fruges: quæ quòd ita legantur, legumina dicta. Virgilius 1. Georgic. Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.

Legumentum, ti, & Legarium, rii, n. ſ. Idem quod legumen. χέδροψ. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap 31. Viciam lentem, cicerculam, eruiliã, cæteraq; quæ alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant, &c.

Legus, a, um, Nonniſi in compoſitione inuenitur. Pro eo qđ colligit: ut, Apes mellilegæ dicuntur, quoniam mel legant, id eſt colligant. Ita λέγω Græcè componitur.

Lẽma, æ, ſ. p. λίμη. [Ital. Lacrima congelata. Gall. La chaſſie des yeux. Hiſp. Lagrima yelada, dolencia de los ojos. Germ. Die butzen der augen ſo aufs grober feuchte entſtond.] Humor albus in oculis concretus. Plinius lib. 25. cap. 2. Aut ſi cruore ſuffunduntur oculi, uel ſi lemæ in oculis erunt. Inde Lemoſi, λημῶντες, λημαλέοι. Celius libro ſeptimo, capite 6.

Lembus, m. ſ. λέμβος Naviculæ exiguæ genus, ſed miræ uelocitatis: cuiuſmodi ante claſſem explorandi gratia ſolent præmitti. Polybius lib. 1. Ὁ μὲν οὖν τοὺς ἐν τῷ πρὸ τοῦ λιμένος τεταγμένους ταμίας, ἀνήγγειλαν οἱ προπλεῖν εἰθισμένοι λέμβοι τὴν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων: hoc eſt, Similiter & Quæſtoribus, qui à Syracuſanis præmiſſi erant, annuntiarunt lembi qui ſolebant antecedere aduerſariorum aduentum. Liuius lembos inter naues actuarias uiderur annumerare: ut Decad. 4. lib. 4. Naues quas ciuitatibus maritimis ademiſſet, redderet: néue ipſe nauim ullam, præter duos lembos, qui non plus quàm ſedecim remis agerentur, haberet. Erant autem & maiores lembi, & leues utiles. Idem lib. 1. Decad. 5. Antenor, qui cum claſſe lemborum ad phauas ſtabat, Caſſandriam inde traiecit. Erant & minores, ſcapharum inſtar, quibus à litore ad onerarias aduehebantur. Plaut. Merc. Dum hæc aguntur, lembo aduehitur pater tuus paux: Iulo. Virgil. quoq; 1. Georg. Lembos inter fluuiatiles lyntres annumerat. Nõ aliter (inquit) quàm qui aduerſo uix flumine lembum Remigiis ſubigit, ſi brachia forte remiſit, Atq; illum in præceps prono rapit alueus amne.

Lemma, atis, n. t. λῆμμα. Dicitur id quod in ratiocinationibus aſſumitur, ſiue per ſe, ſiue in ſubiectis pronuntiationibus. Cic. 2. de Diuin. ſumptionem interpretatur. Sed demus (inquit) tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici: ſed nos Latinè loqui maluimus. Vocantur præterea lemmata, quædam ueluti themata, quæ carmini aliiſue operi præfixa, paucis uerbis eius indicant argumentum. Martial. lib. 14. Lemmata ſi quæris cur ſint adſcripta, docebo: Vt ſi malueris, lemmata ſola legas. Vbi lemmata uocat, ſuccinctos illos ueluti titulos quos Epigrammatis ſuis præfixit, ad indicanda ſingulorum argumenta. ¶ Accipitur etiam lemma, pro themate, ſiue argumento, quod nobis in carmine, aliiſue opere ſcribendo proponimus. Plin. Epiſt. 91. Nam lemma tibi ſumpſit, quod ego interdum ueribus ludo.

Lemniſci, orum. m. ſ. λημνίσκοι. [Ital. Fiocchi, nappe. Gall. Rubens ou bendes eſtroittes à lier chapeaux de ſeurs ou de triomphe, deſquelles les bouts pendent. Hiſp. Las uendas ò uanuas de lenco. Germ. Die geferbte fädel oder bendel ſo von den krentzen oder kronẽ herab hangen.] Faſcia lx coloriæ dependentes ex coronis: inde dictæ, quòd antiquiſſimum genus coronarum fuit laurearum, inquit Feſtus. Plin. lib. 21. cap. 1. Craſſus diues primus argento, auroq; folia imitatus ludis ſuis coronas dedit: acceſſerunt quoq; & lemniſci, quos adtici, ipſarum coronarum honos erat propter Hetruſcas, quibus iungi, niſi aurei, non debebant. ¶ Celſus libro 7. capite 28. uidetur accepiſſe lemniſcum pro linamento, quod chirurgi uulneribus imponunt, oleo uel unguento illitum. Intus (inquit) implicitum in longitudinem linamentum (λημνίσκον Græci uocant) in aceto tinctum demittere.

Lemniſcatus, adiectiuum. λημνίσκους διαδεδεμένος. ut, Palma lemniſcata. Cic. pro Roſc. Amer. Multas eſſe infames palmas: hanc primam tamen eſſe lemniſcatam, quæ Romæ deferatur.

Lemonion & Lemonia quid differat ab Scolino, & Carduo, Vide apud Dioſcor. lib 3. cap. 15.

Lẽmõnium, Herba eſt ſuccum lacteum emittens, concreſcentem gummi modo, humidis locis. Author Plinius libro 25. cap. 9.

Lemuria, orum, Feſta erant Lemuribus ſacra, quæ quum celebrabantur (id autem erat menſe Maio) templa omnia claudebantur, nuptiæq; omnes infauſtæ putabantur. Quæ res fecit locum prouerbio, Malum menſe Maio nubere. Ouid. libro 5. Faſtor.

Ritus erit ueteris nocturna Lemuria ſacri,
Inferias tacitis Manibus illa dabunt. Et paulò pòſt,
Fana tamen ueteres illis clauſêre diebus,
Vt nunc ferali tempore operta uides.
Nec uiduæ tedis eadem nec uirginis apta
Tempora, quæ nupſit, non diuturna foit.
Hac quoq; de cauſa (ſi te prouerbia tangunt)
Menſe malas Maio nubere uulgus ait.

Lena, næ, Vide Leno.

Lenis, & hoc lene, om. t. Idem quod facilis, non iracundus, clemens, indulgens. πρᾶος, ἤπιος, πρᾷος. [Ital. Mansueto, facile. Gall. Doux & gracieux, qui n'eſt point rude. Hiſpan. Coſa blãda al tocar, ò coſa manſa. Ger. Sanfft, milt, gütig.] Terent. in Hecyr. Ego ſum animo leni natus, nõ poſſum aduerſari meis. Cicero pro Roſc. Amer. Veſtrum nemo eſt quin intelligat populum Romanum, qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborare. ¶ Lene & Aſperum ſunt contraria: ut uidere eſt apud Ciceronem lib. de Finib. 2.

Lenis

Lenis enim idem ferè ſignificat quod lene: hoc eſt, quod tactu nullam aſperitatem habet. Quidam à lento dictum exiſtimant. Nam lentum propriè ſignificat tenerum & facilè flexuoſum. ¶ Lenes cibi & acres, apud Celſum lib. 2. cap. 21. opponuntur. ¶ Lene uinum dicitur delicatum, nõ ue hemens, aut aſperum, neq; linguam, aut cerebrum feriens. Terent. Heaut. - Pitiſſando modò mihi Quid uini abſumpſit? ſic hoc dicens, Aſperum Pater hoc eſt, aliud lenius. ¶ Lene uenenum dicitur, quod mitem quodammodo & uix ſenſibilem mortem inducit. Cic. ad Attic. lib. 2. Sed ita lenibus uti uidebantur uenenis, ut poſſe uiderẽtur ſine dolore interire. ¶ Lenis ſonus, id eſt, placidus. Cic. libr. 3. de Orator. Ille autem ſuperior leniore quodam ſono eſt uſus. ¶ Leniſſimus Auſter quoq; à Cicer. lib. 7. ad Attic. dicitur, id eſt, leniter ſpirans.

Lenitas, tis, f. t. Manſuetudo, facilitas. *πραότης*. [Ital. Manſuetudine, facilità. Gall. Douceur, gratieuſeté. Hiſpan. Halago, manſedumbre. Germ. Sánfftmut, oder ſanfftmuᵗ, mildᵗeit.] Terent. in Andr. Mirabar hoc ſi ſic abiret: atq; heri ſemper lenitas Verebar quorſum euaderet. Cic. ad Atticum lib. 10. Patris autem lenitas amanda potius ab illo, quàm tam crudeliter negligenda. Lenitas guſtus, id eſt, ſuauitas: contraria aſperitati. Plinius lib. 26. cap. 8. Differentia intelligitur lenitate guſtus.

Lenitudo, dinis, fem. t. Idem quod lenitas, hoc eſt, facilitas. *πραότης*. Cic. 6. Verrin. Verebar ne eorum nimia lenitudine oppugnarer. Lenitudo orationis, id eſt, ſuauitas expers aſperitatis. Idem 5. Tuſcul. Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea ſi bona dicemus, quid erit in philoſophi grauitate?

Leniter, aduerbium, Placidè, non uehementer, *πράως, ἡπίως*. [Ital. Placeuolmente, manſuetamente. Gall. Doucement, gratieuſement. Hiſp. Blanda ò manſamente. Germ. Sanfftiglich.] ut, Leniter arridere, apud Cic. 1. de Finib. Leniter diſputare, apud eundem 4. Acad. Leniter agere. Liuius 7. Bell. Pun. Caſtigando, increpandoq;, & plus quàm leniter agendo. ¶ Legitur & lenè, in eadem ſignificatione, licet non æquè uſitatè. Martial. lib. 1. Tepida natabis lenè Congredi uada.

Lenio, nis, niui, uel nii, nitum, a. q Mulceo, placo, flecto. *ἡμιάω, λιπλέω*. [Ital. Mitigare, placare, humiliare. Gall. Adoucir, apaiſer, aleger. Hiſp. Halagar ò amanſar. Ger. Milteren, ſenfftigen, verſũnen.] Salluſt. in Catil. In tali tempore tanta uis hominis magis leniunda, quàm exagitanda uidebatur. ¶ Aliquando imminuere, leuare, mitigare. Cic. in Catil. Nonnulli ficta & hæc, & multa præterea exiſtimabant ab iis qui Ciceronis inuidiam, quæ poſtea oborta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris, qui pœnas dederant, id eſt imminui. Cicero Trebatio, Tuam profectionem amore proſequar, reditum ſpe expectabo, abſentem memoria colam, omne deſiderium literis mittendis, accipiendiſq; leniam. ¶ Legitur & lenibo, futurum antiquum. Propert. Lenibunt tacito uulnera noſtra ſono. ¶ Huius compoſitum eſt Delenio. *διαπτηνίω*. de quo uide ſuo loco.

Lenimentum, ti, n. ſ. Idem quod mulcimentum, ſiue mitigatio. *λίλησις, πραΰνσις*. [Ital. Adolcimento, conforto, pacificamento. Gall. Adouciſſement, apaiſement, alegement, Hiſp. Halago. Germ. Ein milterung.] ut, Elleborum dare cum lenimento raphani. Plin. lib. 25. cap. 4.

Lenimen, inis, n. t. Idem quod lenimentum: hoc eſt, quo aliquid lenitur, & dulcoratur. *πάλαξις*. Ouid. 11. Metam. Addidit illis Hoc quoq; lenimen, quo ſolo flexis amantem.

Lenobates, *λειπνοβάτης*, Vox.

Leno, onis, m. t. Qui ſcortorum proſtitutione quæſtum facit: ita dictus ab alliciendo, quòd adoleſcentulos alliciat. *μαχρωπὸς, πορνοπώλης*. [Ital. Ruffiano. Gall. Maquereau. Hiſp. Alcahuete, ò alcahuetador. Germ. Ein frauwenwirt, oder hůrenwirt.] uel à leniendo, quòd leniendo animos adoleſcentium corrumpat. Terent. in Adelph. Leno ego ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium. Ouidius lib. 1. Amor. Eleg. 10. Denouet imperium tamen hæc lenonis auari. Priſcianus exiſtimat hoc nomen duobus generibus commune eſſe: quamuis habeat fœmininum lena.

Lena, næ, f. p. Appellatur ab Vlp. l. Palàm. ff. de ritu nupt. quæ mulieres quæſtuarias proſtituit *μαχρωπὸς, ή*. [Ital. Ruffiana. Gall. Maquerelle. Hiſpan. Alcahueta ò alcahuetadora. Germ. Ein hůrenwirtin.] Item ea quæ alterius nomine hoc uitæ genus exercet. ¶ Item ſi qui cauponam exercens, in ea corpora quæſtuaria habeat, ut multæ ſolent ſub prætexto inſtrumenti cauponii proſtitutas mulieres habere, dicendum eſt hanc quoque lenæ appellatione contineri.

Lenulus, li, diminutiuum, m. ſ. *μαχρώπιον*. [Ital. Roffianetto. Gall. Petit maquereau. Hiſp. Pequenno alcahuete. Ger. Ein hůrenwirtlin.] Plautus in Perſa, ita ut occepit dicere, lenule, de illa pugna.

Lenunculus, li, aliud diminutiuum, m. ſ. *μαχρώπιον*. [Ital. Roffianello. Gall. Petit maquereau. Hiſpan. Pequenno alchauetador. Germ. Ein hůrenwirtlin.] Plaut. in Pœn. Sic deriſorem ære militari tetigero lenunculum. ¶ Eſt & lenunculus nauigium piſcatorium. *τὸ λιμβάδιον, λέμβος πλοῖον*. [Ital. Naue picciola da peſcare. Gall. Nauire à peſcher. Hiſpan. Pequenno naue para peſcar. Germ. Ein fiſcherſchifflin, oder weydling.] Salluſt. lib. 1. Hiſtor. Indicit fortè per noctem lenunculo piſcandum. Cæſar 1. Bel. ciuil. Horum fuga nauium onerariarũ magiſtros incitabat: paucis lenunculi ad officium imperiumq; conueniebant. Ammianus Marcel. lib. 14. Nam ſole orto magnitudine anguſtiarum, & profundi, à tranſitu arcebantur: & dum piſcarios quæruntur lenunculos, uel iunare temerè contextis rebus. Idem lib. 16. Auido flatu uentorum lenunculo ſe cotmiſiſſe piſcantis.

Lenonius, nia, nium, Quod ad lenonem pertinet. *μαχρωνὶς*. [Ital. Coſa di roffiano. Gall. De maquereau. Hiſp. Cosa perteneſciente a alchuete. Germ. Das zů dem hůrenwirt gehört.] Plaut. in Menæch. Ab iis locis lenoniis. Idem in Rudent. Ne ut leno poſtules. Tu hîc fide lenonia uti nontes: ſeruãda eſt fides. Idem Aſin. Portitorum ſimillima ſunt lenoniæ lenoninæ.

Lenocinium, nii, n. ſ. Lenocinandi actus, hoc eſt, exercitium lenonis. *μαχρωνία*. [Ital. Roffianeſmo, roffianezzo. Maquerellage, alichement, amadonement. Hiſp. Alcateria. Germ. Hůrenwirtſchafft.] Vlpian. l. Palàm. ff. de nupt. Lenocinium facere, non minus eſt q̃ corpore ſtum exercere. Quid autem ſit lenocinium facere, docpianus l. Athletas. ff. de his qui not. infam. Lenocinium cit (inquit) qui quæſtuaria mancipia habuerit: ſed in liberis hunc quæſtum exercet. Plaut. in Epid. Qui lenocinium facio, qui quidem habeam alienos dom 5. Verr. Pudorem & pudicitiam qui colit, poteſt ani quo iſtius quotidiana adulteria, meretriciam diſcipdomeſticum lenocinium uidere? Ponitur interdi dilinimento, allectamento, illecebra, blanda aſſimne *βίλγητρον*. Cic. pro L. Muræn. Verum lenocinquit à grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarurium à pop. Rom. probas? Idem pro Seſtio, Et ſe uillecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt. doq; ſumitur pro exquiſitiore elegantia. *λεμφεία, τος*. Sueton de Auguſto, Forma fuit eximia, & pe ætatis gradus uenuſtiſſima, quanquam & omnis negligens, & in capite comendo incurioſus. Cic. deor. Perſpicuum eſt enim quò compoſitiones uum, quò ciborum conditiones, quò corporum proceſſerint.

Lenocinor, aris, tertia ſyllaba cor. d. p. Lenocinium *γρωπεύω, προαγωγεύω*. [Ital. Roffianare. Gall. quereau, amadouer, blandir. Hiſp. Alcahuetar. Gren wirt ſein.] ¶ Per translationem pro blandiri ſiue allicere, quod lenones facere ſolent. Cic. 5. V niet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto cont poteſt. ¶ Interdum ſignificat gratiam concili a. Epiſt. Poteſt tamen fieri, quanquam in his c bus, libro iſti nouitas lenocinetur. Budæus.

Lens, dis, fœ. gen. t. Ouum pediculorum, capilli ex quo poſtea pediculi generantur. *λοῦις, ή*. [It Gall. Lende. Hiſp. Liende. Germ. Ein niſz Serenus, Vnda maris capiti lendes deducit ini li. 29. cap. 11. Quo cum aceto calefacto & lend Idem lib. 29. cap. 6. Lendes tolluntur adipe cu guibus in cibo ſumptis anguillarum modo.

Lens, tis, f. t. Genus leguminis, folio uiciæ, trilinc in ſiliqua granis, inter legumina minimis.

Lentichia, lente. Gall. Lentille. Hiſp. Lenteja. Germ. Ein linſe.] Dicta autem putatur lens, ab adiectiuo lenis, quòd qui ea neſcuntur, leues ac moderati fiunt. Plin. lib. 18. cap. 12. Inuenio apud ueteres autores æquanimitatem fieri neſcentibus lente. Virgil. 1. Georg. Nec Peluſiacæ curam aſper habere lentis. ¶ Lentim pro Lentem in accuſatiuo frequens eſt apud Catonem, ut cap. 35. Lentim in rudeto, & ſubricoſo loco qui herboſus non ſiet, ſcrito. ¶ Ante lentem augere ollam, πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνειν τὴν λοπάδα, Prouerbiali figura dictum: pro eo quod eſt, ſpes ingentes in animo concipere, priuſquam res ipſa teneatur. Aut pollicere ſi quod ipſe nondum habeat. Aut præpropere ſibi placere, quaſi iam poſſideat ea quæ procul etiã abſumit ut teneantur. Citatur à Cratete & à Plutarcho. ¶ Diues factus, iam ad ſitit gaudere lente, ἅπαξ πλουτῶν, ἤδη δ' ἥδεται φακῇ. Lens pauperum ac tenuium cibus eſt: quæ faſtiditur ſimulatq; fortuna contigit. Vnde prouerbium in eos quibus ad ubertiorem conditionẽ euectis faſtidio ſunt ea quæ prius inopes boni conſulebant. Ex Ariſtoph.

Lenticula, læ, f. pr. Genus eſt leguminis lenti ſimillimum, ſui tamen generis. φακή. [Ital. Lente picciola. Gall. Petite lentille. Hiſp. Pequenna lenteja. Germ. Klein gemüſs wie linſen.] Plinius lib. 18. cap. 12. Folia ſunt lenticulæ ſimillima. Græci φακῆν appellant, ut ex Theodori uerſione annotauit Hermolaus: quum lentem φακὸν nominent. Vnde tritum illud Græcorum prouerbium, τὸ ἐμπὶ τῇ φακῇ μύρον. Sic ferè omnes uertunt, In lenticula unguentum. Quod quidem prouerbium in eos dici ſolet, qui nullo rerum diſcrimine quas agunt dicúntue, pari nixu cuncta moliuntur: quod genus homines Græci κακοζήλους, νῦν ἀπερυσάλους appellant. ¶ Lenticula etiam genus uaſis eſt à figura leguminis dictum. Videturq; id eſſe quod Diſcus appellatus apud Dioſcoridem. Plin. lib. 18. cap. 12. Duo lentis genera in Aegypto: alterum rotundius, nigriusq; alterum ſua figura: unde uario uſu translatum eſt in lenticulas nomen. Videtur autem Lenticula fuiſſe uaſis unguentarii genus, In qua etiam ſignificatione à ſacrotũ Bibliorum interprete uſurpatur. ¶ Ab huius item uaſis ſimilitudine, in gemmis quoq; lenticula appellatur, figura circa ſui medium lata, rotunda, & depreſſa. Plin. lib 37. cap. 12. Figura oblonga maximè probatur: deinde quæ uocatur lenticula: poſtea clypeidos. ¶ Rurſus Lenticulæ maculæ ſunt in corpore, quæ & lentigines dici ſolent. Celſus lib. 6. cap. 5. Lenticulas tollunt galbanum & nitrum.

Lenticularis, & hoc lare, adiectiuum. φακοειδὴς ut, Lenticularis forma. Apul. lib. 2 Flor.

Lentco, Lenteſco, Vide Lentus.

Lentigo, penult. prod. genitiuo lentiginis, fœm. tert. Macula ſubrufa, & nigra interdum, in facie, ad lentis ſimilitudinem. φακός. [Ital. Lentigine. Gall. Petite tache rouſſe en forme de lentille qui uient au uiſage ou au corps. Hiſp. Peca. Germ. Ein loubfleck deſs leybs.] ¶ Vnde & lentiginoſus. φακώδης. [Ital. Lentiginoſo. Gall. Lentilleux, qui eſt plein de taches qu'on appelle lentilles. Hiſp. Pecoſo. Germ. Loubfleckechtig, voll loubflecken.] Plin. lib. 9. cap. 20. de ſtriplice. Ac niſi mutata ſæpe aqua coquendum, ſtomacho contrarium eſſe, lentigines & papulas gignere. Idem li. 20. cap. 17. Sugillatis illinitur cum melle, & uua paſſa, & aceto: lentigini nigræ ex aceto.

Lentiſcus, fœ. f. Arbor eſt in Chio præcipuè naſcens (quanquam & in Italia, & in Narbonenſi Gallia proueniat) magnitudine roboris, ſorbi folio, terebinthi odore, acinis, dũ matureſcunt, rufis: ubi maturuerint, nigris: maſtichen exudans in modum gummi. σχῖνος. [Ital. Lentiſco. Gall. Lentiſque. Hiſp. Lentiſco, mata. Germ. Der maſtix baum, vnd in Teutſchen landen vnbekant.] Hæc arbor perpetuò uiret: eſtq; in anno fructus profert. Quod & ipſum teſtatur Cicero de Diuinat. uerſibus ex ueteri aliquo poeta adductis: Iam uerò ſemper uiridis, ſemperq; grauata Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu: Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi. Dictam autem lentiſcum putat Ruellius, quòd liquore quodam lenteſcat. Sudat enim reſinam, quam in Chio inſula Maſtichen uocãt. Eius fructum Hippocrates σχινίδα uocat: arborem autem σχῖνον. Ex arboris huius ligno præſtantiſſima fiunt dentiſcalpia. Mart. lib. 14. Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis Defuerit, dentes penna leuare poteſt. ¶ Lentiſcum manducare σχῖνον διαπρώγειν, dicuntur, qui nimio comendi corporis ſtudio ſuperſluunt. Nam ex lentiſco dentifricium fieri conſueuit: Huiuſmodi igitur quibus dentiſcalpium ſemper in ore eſt, lentiſcum arrodere dicuntur, & σχινοτρώγες, lentiſci arroſores dicuntur.

Lentiſcinus, na, num, denominatiuum, Quod ex lentiſco factum eſt. σχίνινος. [Ital. Di lentiſco. Gall. De lentiſque. Hiſp. Coſa de lentiſco. Germ. Das von dem maſtixbaum gemachet iſt.] ut, Oleum lentiſcinum Plinius libro 23. capite 1. Tunc addito oleo lentiſcino illita, una nocte rufat capillum.

Lento, tas, Vide Lentor.

Lentus, ta, tum, Idem eſt quod tenax & uiſcoſus. γλισχρός. [Ital. Flexibile. Gall. Qui plie facilement ſans ſe rompre, lent. Hiſp. Liento, que ſe puedo doblegar. Germ. Vueich, zách.] Plautus Menæch. Quàm lentum eſt, & uiſco ſimile! ¶ Nonnunquam idem quod molle, flexibile, & minimè fragile. Virg. 7. Aegl. Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ. ¶ Sed translatum ad animum, pro leni ac placido capitur, & æquanimi: ut, Vir patiens & lentus: apud Cic. lib. 2. de Orat. ¶ Interdum pro facili. Lucil. Satyr. lib. 11. ut citat Nonius, Lucius Cotta ſenex Craſſi pater huius Paneti Magnus trico fuit numarius ſoluere nolli Lentus. ¶ Interdum pro tardo βραδύς. [Ital. Tardo. Gall. Tardif, lent. Hiſp. Tardio, perezoſo. Germ. Träg, langſam.] Plin. Epiſt. 197. Ibat illa lento gradu, quaſi grauis uinculis. ¶ Interdũ pro ſecuro & otioſo. Virgil. 1. Aegl. Tu Tityre lentus in umbra, &c. ¶ Interdum pro remiſſo & frigido. Virg. 1. Georg. Noctis lentus non deficit humor. ¶ Habet & alias ſignificationes, ut quum dicimus, Lentum colorem, id eſt, tinctum, & facilè euaneſcentẽ. Plin. lib. 21. cap. 17. Color in quacunq; natione præfertur rufus, & pinguiter lentus. ¶ Lentus ignis, dicitur moderatus, non uſq; adeò caleſcens. Plin. lib. 13. cap. 4. Lentus ignis è palmis. ¶ Lentus repor. remiſſus. Plin. lib 12. cap. 19. Probatur caba guſtu q̃ maximè feruens, potius q̃ lento tepore leniter mordens. ¶ Lenta uiuacitas, id eſt, longa, & tenax. Plin. lib. 8 cap. 27. Alioqui uiuacitatis adeò lentæ, ut electis interaneis diu pugnet.

Lentè, aduerbium, Id eſt, tardè, & conctãter. βραδέως. [Ital. Tardamente, pigramente. Gall. Lentement, tardiuement. Hiſp. Tardiamente, perezoſamente. Germ. Langſamlich, gemächlich.] Plin. Epiſt. 33. At tum quoq; lentè, & conctanter ueniunt, nec tamen permanẽt, ſed ante finem recedit. ¶ Lentè aliquid ferre, eſt illud patienter & æquo animo pati. Cicero 2. de Oratore, Neq; enim eſt facile perficere, ut iraſcatur ei cui tu uelis, iudex, ſi tu ipſe id lentè ferre uidearis. ¶ Lentè agere, eſt remiſſè & ſegniter agere. Liuius 1. ab Vrbe, Lentè agere iis Tatius, Sabiniq; uiſi ſunt. ¶ Lentè ac faſtidioſè probare aliquem, eſt longo temporis tractu, & poſt diuturnam moroſamq; tentationem aliquem probare. Cicero ad Atticum libro ſecundo, Quem tibi ego non eſſem auſus mittere, niſi eum lentè ac faſtidioſè probauiſſem.

Lentitia, tiæ, f. p. Idem quod lentor ſeu flexibilitas. γλισχρότης. [Ital. Tenerezza, facilità à piegare come una uimina. Gall. Molleſſe & facilité à ſe plier. Hiſp. Lentura, doblegadura. Germ. Vueiche, záche.] Plin. lib. 16. cap. 37. Albæ uirgas ſequacis ad uincturas lentitiæ.

Lentitudo, inis, f. t. Tarditas. βραδύτης. [Ital. Tardezza. Gall. Tardiueté, faitserdiſe. Hiſp. Tardança y pereza. Germ. Langſame.] Cic. ad Quint. fratrem lib. 1. Nam illud non ſolùm eſt grauitatis, ſed nonnunquam etiam lentitudinis. Idem 4. Tuſcul. Eamq; quam lenitatem nos dicimus, uitioſo lentitudinis nomine appellant. Tacitus libro 16. Lentitudine exitus graues cruciatus afferente. Idem libro 15. Seneca interim durante tractu, & lentitudine mortis, Statium Anneum, &c.

Lentor, oris, maſc. t. Humor tenax & glutinoſus, inquit Budæus. γλισχρότης. [Ital. Humore tenace. Gall. Humeur tenant & gluant. Hiſpan. Humor liento y retenedor. Germ. Schleim, allerley záhe feuchtigkeit.] Plinius li. 9. cap. 16. de purpuris, Congregantur uerno tempore, mutuoq; attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuant. Idem lib 13. cap. 5 Fert folliculos emittentes animalia, lentoremq; reſinoſum. Columella lib. 5. cap. 6. Vt aliquem tamen ſuccum & lentoꝛ

rem habeat, inliciemus aris. Plin.lib.9. cap.51. de Piſcium generatione, Quæ durioris teſtæ ſunt, ut murices purpuræ, ſaluatio lentore.

Lento, tas, a.p. Lentum reddo. χαυνόω. [Ital. Lentare, piegare. Gal. Plier & ployer. Hiſp. Doblegar, hazer liento. Germ. Vueich machen, biegen.] Virgil. lib.3. Antè & Trinacria lentandus remus in unda. Vbi Seruius, Lentandus: aut lentè tibi nauigandum eſt (nam totam Siciliam circuit) aut flectendus: unde Lentum uimen dicimus, id eſt flexibile.

Lenteo, tes, n.ſ. Lentus ſum, tener & mollis. λισχραίνομαι. [Ital. Eſſere lento, molle, tenero. Gall. Eſtre gleux, & tenãt, eſtre tardif. Hiſp. Ser liento. Germ. Vueich oder langſam ſein.] Vnde apud Lucil. legitur, Lentet opus, pro eo quod eſt, lentè procedit.

Lenteſco, ſcis, ſcere, n.t. Lentum, ſeu tenerum ac molle fieri. γλισχραίνομαι. [Ital. Diuenir molle, lento. Gall. Deuenir mol & lent. Hiſp. Hazerſe liento y muelle. Germ. Vueich, oder zách werden.] Colum. lib.11. cap.2. Quæ ſi natura minus lenta eſt, ante dies quindecim præcidenda, & purgata in ſtercore obruenda eſt, ut lenteſcat. ¶ Virgil. li.2. Georg. Sed picis in morẽ ad digitos lenteſcit habendo: id eſt, cohæret, ut exponit Seruius. Colum. li.2. ca.11. Cicera bubus crui loco freſa datur in Hiſpania Bætica: quæ quum ſuſpenſa mola diuiſa eſt, paulùm aqua maceratur, dũ lenteſcat: hoc eſt, cohæreat: uel (ut ait Budæus) glutinoſa fiat. ¶ Cum lenteſcunt tempore. Ouid.2. de Arte amandi, Sit mora tota breuis, lenteſcunt tempore curæ: Vaneſcitq; abſens, & nouus intrat amor.

Lenulus, Lenunculus, Vide Leno.

Leo, es, leui, letum. Hodie in uſu non eſt: ex compoſitis tamen eius quæ ſunt deleo & releo, apparet eiuſdem ſignificationis fuiſſe cum uerbo lino, quod etiam præteritum ab eo mutuò accepit. Horat. lib.1. Carm. Græca quod ego ipſe teſta Conditum leui.

Leo, nis, m.t. λέων. [Ital. Leone. Gall. Lion. Hiſpan. El leon. Germ. Ein löwe.] Animal ferox, & omnium animalium generoſiſſimum, tam præcipuè quum colla armoſque uestiunt iubæ, quod ætate accidit. Leones tantùm ex feris clementia utuntur in ſupplices, proſtratis parcunt, coeunt auerſi, quemadmodum & lynces, cameli, elephanti, rhinocerotes & tigrides. Eorum animi index eſt cauda, ſicut equorum aures: uim ſummam in pectore habent, ſociati innoxii ſunt. Timent rotarum orbes circumactos, & currus inanes, & criſtas, cantuſq; gallinaceorum, ſed maximè ignes. Vide Plin. li.8. cap.16. ¶ Eſt & Leo matinus ex cancrorum genere, apud Plin. lib.32. cap.11. ¶ Item Leo, cœleſte ſignũ, apud Plin. lib 17. cap.24. quem putant fuiſſe leonem Theumeſium ab Hercule occiſum, in cœlũ ab Ioue translatum. Dictus eſt autem Theumeſius, à Theumeſſo Bœotiæ monte. ¶ Leones radere dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt, magno ſuo periculo. Socrates apud Platon. de Repub. lib.1. ¶ Leonem ſtimulas, τὸν λέοντα ἰανύπτεις. De iis qui potentem ac ferocem in ſuum ipſius exitium prouocant atq; extimulant. ¶ Leonem ex unguibus æſtimare, ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γινώσκειν, eſt una ex quapiam coniectura negotium uniuerſum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima coniicere. Natum nidetur adagium à Phidiæ ſtatuario, qui (ſicut narrat Lucian. in Hæreſibus) inſpecto dumtaxat leonis ungue, quantus eſſet totus leo perpendit, totumq; ex indicio unguis effinxit.

Leoninus, na, num, adiect. λεόντειος. [Ital. Di leone. Gall. De lion. Hiſp. Coſa de leon. Germ. Löwin.] ut, Adeps leoninus, apud Plin. lib. 29. cap.17. Et leonina ſpecies, apud Varronem lib.2. de Re ruſt. cap.9.

Leoninus lapis, Lithoſpermon apud Dioſcoridem libro 5. capite 159. Leontion Lithoſpermon, apud eundem eodem loco. Leonides inſignis Chirurgus, citatus à Paulo lib.6. cap. 7. Leontochoron, Polium montanum, apud Dioſcoridem lib.3. cap.122.

Leoromiges, Canes Arcadici, ex canibus & leonibus prognati.

Lĕŏntĭcē, λεοντική, Herba eſt, quam Dioſcorides Caeſiam appellat, foliis grandibus & candidis, inter quæ ſemen dependet minutis margaritis ſimile: cuius grana 15. in oleo macerata, atq; aduerſo capillo illita, porrigine tollunt. Vide Plin. lib.35. cap.12. Officinæ Carui agreſte appellant.

Leontios, λεόντιος, Gemma à leonino pelli ſimilitudine nominata, quemadmodum pardalios à ſimilitudine pellis pantheræ. Author Plinius lib. ultimo, cap.11. Fuit præterea Leontios quidam eximius ſtatuarius, qui Olympiæ fecit Stradiodromon Aſtylon, aliaq; opera quæ commemorantur à Plinio, libro 34. capite 8. ¶ Fuit item Leontios, quidam Tripolis Lydiæ epiſcopus, ex Mœſia ortus, de quo uide Suidam.

Lĕŏntŏpĕtălon, λεοντοπέταλον, Herba eſt caulem emittẽs dodrantalem, plurimis alis concauum, & in cacumine feminea parua duo aut tria, eaq; in ſiliquis, ciceris modo: flores punicei coloris, anemonæ ſimiles: folia braſſicæ, ſed papaueris diuiſura, radicibus nigris, rapæ ſimilibus. Naſcitur in aruis. Vide Plin. lib.27. cap.11. Vulgus à ſimilitudine pedis leonini, Pacam leonis appellat.

Lĕŏntŏphŏnos, λεοντοφόνον, Exiguum eſt animal in Africæ tùm regionibus naſcens, in quibus gignuntur leones: quibus tam præſens eſt uenenum, ut guſtato leontophono, leo ſtatim moriatur: unde etiã animal ſculum hoc leontophoni nomen accepit. Autor Plin. lib. 8. cap.18.

Lĕŏntŏpŏdĭon, λεοντοπόδιον, Herbula eſt duorum digitorum, folio paruo, anguſto, digitorũ trium, quatuórue longitudine, hirſuto, lanoſioreq; ad radicem, & ſubcandido: cacumine caulium capitula tanquam perforata, floribus nigris erumpentibus, ſemen quod oculis uix poſſit deprehendi propter circundatam lanuginem. Ruellius criſtinam eſſe, quam uulgus Cruciatam appellat. Plinius lib. 27. capite 8.

Lĕŏpārdus, maſc. ſ. λεοπάρδαλις. [Ital. Leopardo. Gall. Leopard. Hiſp. Animal mezclado de leon y pardo. Germ. Ein leopard, iſt ein grauſams thier von einem pandthier vnd einer löwin erboren.] Animal ex pardo & lerna natum, iubis carens, nigris maculis, leoninam pellem diſtinguẽtibus. Naſcitur in Africa, ubi propter penuriam aquarum paucos amnes multitudo ferarum conuenit, ideo multiformes ibi animalium partus, mutuò ſeſe miſcentibus uerſorum generum animalibus. Vnde ortum eſt prouerbium, Semper aliquid noui Africam afferre. Vide Plin. lib.8. cap.17.

Lepadna, Græci dicunt coria lata circa pectus equorum. de Alcias. in l. quoniam. C. de Curſ. pub. lib.12.

Lepides, Vide Norrigo.

Lĕpĭdĭum, λεπίδιον, Herba eſt in cubitalem, cohæ maiſue altitudinem aſſurgens, foliis lauri, ſed mollioribus, floribus, quæ trita ſinapi olent, & piperis acrimoniam refunt. Vnde uulgus herbariorũ Piperium uocitat. Quidam etiam raphanum, q raphano ſylueſtri, quem amoenum alio nomine dicunt, planè ſimilis eſt. Lepidium autem effectu appellatur, quòd τὰς λεπίδας: hoc eſt, ſquamas maculas facies delet & repurget.

Lepidotes, λεπιδωτὰς, Gemma quæ ſquamas piſcium refert. Plin. lib.37. cap.10.

Lĕpĭdus, a, um, pen. cor. In quo lepõris eſt plurimum. Vulgus imperitum Bonam gratiam uocat: & tam in ſermone, quàm de oratione, & aliis rebus dicitur. λαμπρὸς, λιπαρὸς, χαρίεις. [Ital. Piacevolo, gratioſo. Gall. Ioly, joli, qui eſt de bonne grace. Hiſp. Gratioſo en las coſas. Germ. Holdſälig, lieblich, angenẽm.] Terent. O lepidum caput. Plaut. in Milite, At quidem illi qui ſit, non inuenies alterum Lepidiorem ad omnem in Aulul. O lepidum diem. Idem in Pœnul. Lepidum mihi memoras facinus. Idem in Epid. Fida & liberali. Idem in Moſtel. Quin tu te exornas lepidis, quam lepida tute es. ¶ Lepidum interdum bialiter ponitur pro lepidè. Plaut. in Pœnul. Lepidè quere. ¶ Lepidus, politus, inquit Donatus, ἐντὸ ἀστεῖον. id eſt, à lamina, ſeu ſquama. Plin. lib. 34. Ex ueteri ſili ſquamæ quas nocant lepidas.

Lepidè, aduerbium, id eſt, cum lepõre. γαμβρῶς, ἀστείως, λιπαρῶς. [Ital. Piacevolmente, gratioſamente. Gall. Plaiſamment, gaillardement, de bonne grace. Hiſp. Gratioſamente. Ger. Holdſälliglich, ſeinlichen.] Cicero ad Atticum libro ſecundo, Nunquam illa ἰσχνότης radiorum. Plaut. in Perſa, Lepidè uenit: hoc eſt, eleganter, & opportunè. Idem in Mercatore, Lepidè facere?

Lepidulè, diminutiuum. Plautus in Pſeudol. Eam circumdu cam lepidulè.

Lepiſta, ſtæ, Vaſis aquarii genus, teſte Feſto, idem fortaſſis cum eo quod Ariſtophanes λεπαστὴν uocat. Varro libro 1. de Vita pop. Romani, ut citat Nonius, Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſq; aut fictiles ſunt, aut æneæ.

Lĕpŏr, ŏris, & Lepos, ŏris, m. c. Propriè eſt uenuſtas, urbanitas ſermonis. λαλιὰ πικρὰ, χαριεντισμὸς, [Ital. Piacevolezza, gioconditè, humanità. Gal. Jolieté, bonne grace, dexterité. Hiſp. Gracia en donayre, dulce hablar, ſuauiloquencia. Germ. Lieblicheit, zierlicheit der red, wolſtand.] Plin. lib. 17. cap. 1. Craſſus faceto lepŏre ſolens. Cic. 7. Verr. Lepŏre ac uenuſtate afflocens. Idem 1. de Orat. Magnus in iocando lepos erat in homine. Lepor dicendi, eſt ornatus, concinnitas, elegantia. Cic. 4. Acad. Cuius primò non admodum probata ratio, quanquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepŏre dicendi, &c.

Leporarium, Leporinus, Vide Lepus.

Lĕpra, æ, ſ. t. λέπρα. [Ital. & Hiſp. Lepra. Gall. Lepre, ladrerie. Germ. Die maltzey oder auſſatz.] Galeno, cæteriſq; Græcis medicis, ſcabiei genus eſt, cutem deformi obductã cruſta, ab atra naſcens bile, corpoſq; uehementer prurigine infeſtans. In qua ſignificatione lepræ uocabulo utuntur etiam Latini. Plinius lib. 24. Lachryma uitiom, ueluti gemma, lepras, & lichenas, & pſoras nitro antè præparatas ſoluit. Antiqua uerò, cæteriq; Arabiæ factionis, lepræ uocabulum impropriè uſurpant pro elephantiaſi, quod morbi genus ſuperiori multò eſt perniciofius: ut quod non ſolùm cutem infeſtet, uerùm etiam carnem ipſam uſque ad oſſa depaſcatur.

Lĕptŏ ărȳs, λεπτοκάρυα, Græco nomine dicuntur anellanæ, quæ & Pontice, & Heracleotice appellantur.

Leptoiudia, Ficus ſunt, quemadmodũ Numidicæ puellæ.

Lepton centaurium, λεπτὸν κένταυρον λεπτόν: hoc eſt, centaurio minus, herba eſt, quam Latini Fel terræ uocant, propter ſummam amaritudinem. Galli uocant Exacum, eo quòd potum, omnia medicamenta mala per aluum exigat. Plura uide apud Plin. lib. 25. cap. 6.

Lĕptŏphȳllon, λεπτόφυλλον, ſeptima tithymalli ſpecies eſt, in petris naſcens: ita dicta à tenuitate foliorum. Alio nomine dendroides, δενδροειδὲς, appellatur, eo quòd ex omnibus tithymali generibus comoſiſſimum ſit. Vide Plinium lib. 26. cap. 9.

Leptŏrages, λεπτόραγες, Vaſa quædam dicuntur, dolcea quidem habentes acinos, ſed tenues tamen & minutoſculiſmodi ſunt quas Vaſa Corinthiaca uulgò appellamus. Plinius lib. 14. cap. 1. Eſt & illa naturæ laſciuia, ut prægrandibus adhæreant pergulis parui, mites, & ſuauitate certantes: Leptorages has uocant. Hactenus Plinius. Dictæ autem ſunt leptorages, ab acinorum tenuitate. Nam λεπτὸν exiguum eſt, & tenue, ῥάγες autem à Græcis uuarum acini dicuntur.

Lĕpŏs, oris, maſc. Animal ſatis notum, à celeritate dictum; quaſi leuipes. λαγώς. [Ital. Lepore. Gall. Lieure. Hiſp. Liebre. Germ. Ein haſs.] ſiue (ut Varro putat lib. 3. de Re ruſt. cap. 12 ab eo quòd Aeoles antiquo uocabulo λέπορα uocabant, quem nos leporem. Vide plura de hoc apud Gell. libro 1. cap. 18. Virgil. 3. Georg. Et canibus leporem, canibus uenabere domos. Idem 1. Georg. Auritoſq; ſequi lepores, tum figere damas. Horatius Epod. 2. Pauidumq; leporem; & aduenã laqueo gruem lucunda capræ præmia. ¶ Per translationem pro infami, impudico, ſiue pathico accipitur: ſiue quòd hoc animal poſteriore potiſſimùm ſui parte: hoc eſt, lumbis & clunibus, pulpamentum de ſe præbeat: ſiue quòd puerorum amatores non ſecus illius ſectentur, uenenturq; atq; canes leporem: ſiue quòd lepori utrumque ſexum tradant ineſſe, ſicut & hyænæ. Terentius in Eunucho, Lepus tute es, & pulpamentum quæris: id eſt, quod in te habes (inquit Donatus) hoc quæris in altero. ¶ Lepus etiam piſcis eſt ex lacertorum genere, inter marina uenena numeratus, præſertim in Indico Oceano, ubi uel ſolo tactu peſtilens, uomitum diſſolutionemq; ſtomachi protinus creat: in noſtro mari colore tantum lepori ſimilis: in Indis & magnitudine, & pilo duriore. Hæc Plinius lib. 9. cap. 49. ¶ Lepos dormiens, λαγὼς καθεύδων. Quadrat in eum, qui quod non facit, id facere ſeſe adſimulat: aut quod facit, id ſe facere diſſimulat. Nam leporem paterni bus genis dormire, quum alii permulti tradunt, tum Plinius lib. 11. cap. 37. id quod etiam hominibus nonnullis ait accidere, quos Graci περυδαιτεῖς appellant. Nec perperam dicetur & in timidos. Adagium à multis refertur. ¶ Leporem non edit. Antiquitùs ſuperſtitioſè creditũ eſu leporinæ pulpæ conciliari formam. ¶ Lepus pro carnibus, λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν: ſubaudi periclitatur. In eos dicitur, qui ob aliquam ſui utilitatem in diſcrimen uocantur. Nam leporem non inſectamur quòd uocat, ſed quòd pulpamentum habeat. ¶ Bouem uenari leporem, τὸν βοῦν τὸν λαγὼν λυκᾶν, dicuntur qui rem abſurdam, ſtultam, ac præpoſteram aggrediuntur. Plutarchus. ¶ Leporis uitam uiuere, λαγωοῦ βίον ζῆν, dicuntur qui ſæpe anxii trepidiſq; uiuunt, quòd id animal omnium prædæ expoſitum, ac ſomnum quidem capit, niſi oculis apertis. Demoſthenes in Aeſchinem.

Lepuſculus, li, m. ſ. diminutiuum. λαγίον. [Ital. Leprettino. Gall. Leuraut, petit lieure. Hiſp. La lebraſtica. Germ. Ein bäſslin.] Cic. 6. Verr. Si minus eiuſmodi quidpiam uenari poterant, illa quidem certè pro lepuſculis capiebantur, patella, pateræ, thuribula, &c. Idem 1. de Nat. deor. Si Scriphi natus eſſes, nec unquam egreſſus ex inſula in qua lepuſculos, uulpeculaſq; ſæpe uidiſſes, &c.

Leporarium, rii, n. ſ. Non tantùm pro loco ubi lepores aluntur, ſed etiam pro omnibus ſeptis uillæ affixis accipitur, quæ habent incluſa animalia, quę intùs paſcuntur. λαγωοτροφεῖον. [Ital. Chiuſura, ſerraglia da nottrirui ſalnaticine. Gall. Garenne, parc ou clos à nourrir lieures ou autres beſtes ſauuages. Hiſpan. Biuar, lugar de liebres ò otras beſtias. Germ. Ein thiergartẽ, ein eingeſchloſſen ort in dem man nit nur haſen, ſonder auch andere thier zeuchr.] Gell. lib. 2. cap. 20. Viuaria ueteres quandoque Leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur animalia. Varro de Re ruſtica lib. 3. cap. 3. Leporaria te accipere uolo, non ea quæ tritaui noſtri dicebant, ubi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta, affixa uillæ quæ ſunt, & incluſa habeat animalia, quæ paſcuntur. Hæc antiquiores Roboraria etiam appellari uoluerunt: à tabulis roboreis, quibus ſepta erant antè quàm muro cingerentur.

Leporaria affectio, ea quam Græci alias λαγωφθαλμίαν uocant.

Leporinus, a, um, pen. prod. Quod eſt ex lepore. λαγῶος. [Italicè, Ciò che è di lepore Gall. De lieure. Hiſp. Coſa de liebre. Ger. Häſin.] ut, Pes leporinus. Leporinus cinis, apud Plin. libr. 28. cap. 11. Leporinum lac, Varr. 2. de Re ruſt. cap. 11. ¶ In leporinis, ἐν λαγώοις, carnibus uiuere dicebantur, qui lautè atq; in deliciis uitam agebant.

Leſſus, ûs, m. q. Lugubris ciulatio. θρῆνος. [Ital. Pianto. Gal. Pleur, eſcri de deuil, lamentation. Hiſp. Endecha ò llanto fobre muerto. Germ. Ein klägliche heulen vnd weynen.] Plautus in Truculento, Thetis etiam quoque lamentando, leſſum fecit filio. Cicero 2. de Legibus, Mulieres genas ne radunto, neue leſſum funeris ergo habento. His enim uerbis ſignificatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

Leſtiris, Ariſtolochiæ tertia ſpecies, de qua uide Dioſcoridem lib. 3. cap. 3.

Lethalis, le, Vide Lethum.

Lethargus, gi, m. ſ. λήθαργος. [Ital. Malattia che induce ſonno, & ſcordamento d'ogni coſa. Gall. Maladie qui fait dormir exceſſiuement, & aſſopit le malade en ſorte qu'il luy fait oublier toutes choſes. Hiſp. La enfermedad que mata durmiendo. Germ. Die ſchlaaffſucht, iſt ein ſolche kranckheit, do einer vber die maſs vil ſchlaaffen můs, aller dingen vergiſt, vnnd ſchier von jm ſelbs kompt.] Eſt torpor & inexpugnabilis penè ſomni neceſſitas, cum alienatione mentis, ut inquit Celſus lib. 3. cap. 20. Plin. lib. 20. cap. 12. Præterea inſaniam facere, & lethargos, & iecinoris uitia, &c. Quidam Latinè ueternum dici putant: quamuis Plinius in raphani medicinis ueternum à lethargo diuiſſe uideatur. Locum eundẽ in corpore occupat, quẽ phrenitis, nimirũ cerebrum: materiam uerò habet cõtrariam.

Gignitur enim ex abundantia pituitæ, quum phrenitis ex flaua bile adusta nascatur. Dicitur autē lethargus (ut quidam putant) ἀπὸ τῆς λήθης: hoc est, ab obliuione. Nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum, à pituita frigidiore, humidioreq; cerebrum refrigerante, & madefaciente, & præcipuè posteriores ventriculos cerebri occupante, in quibus quidam memoriæ sedem esse uolūt, quanquam uerisimilius est eam per totum cerebrum esse diffusam.

Lethargia etiam pro lethargo ponitur. Plin.lib.24.cap.9. Semen instillatur in oleo decoctum capiti, in lethargia & phrenesi.

Lethargicus, a, um. λαθαργικὸς. [Ital. Infermo di lethargo. Gal. Qui est malade de lethargie. Hisp. Que tiene tal dolencia. Germ. Mit der schlaafsüchte behaden.] Qui lethargum patitur. Horatius 2. Serm. Satyra 3. Lethargicus hic quum sit pugil, & medicum urget. Plinius libro 20. capite 9 Hydropicis quoque ex acetо, & sinapi sumpti, & lethargicis. ¶ Ponitur etiam adiectiuè: ut, Lethargicus morbus. Plinius lib.24. Graueolentem enim, morbumq; lethargicum patitur.

Lethum, thi, n. s. Pro morte. μοῖρα θάνατος. [Ital. Morte Gall. Mort. Hisp. Muerte. Ger. Der tod.] Cic.1. de Diuin. Tamen eodem sibi letho, quo ipse interisset, pereundum. Idem ad Attic.lib.10. Vide quàm turpi letho pereamus. Virgilius 12. Aeneid. An fratris miseri lethum ut crudele uideres? Idem 5. Aen. Militia multa daret letho, gemerentq; repleti Amnes. Ouid.1. Trist. Eleg.2. Genus miserabile. De etymo, & scriptura huius dictionis, diuersi diuersa sentiūt. Prisciānus putat ab antiquo uerbo leo derivari, quod ueteres usurparunt pro deleo: unde etiam sine aspiratione scribendum putat. Apuleius à leo deducit, & per æ in priore syllaba scribi præcipit. Alii per antiphrasin dictum putant ab adiectiuo lætus, quòd minimè sit lætum, sed omnium rerum tristissimum. Verissima tamen uidetur Varronis & Festi opinio, qui ἀπὸ τῆς λήθης: hoc est, ab obliuione dictum putant, eo quòd per mortem omnium rerum obrepat obliuio. Vnde etiam poetæ Lethen fluuium apud inferos esse finxerunt, quo gustato nos omnium rerum protinus obliuiscī uoluerunt. Rectius itaq; facturi uidemur, si lethum per aspirationem scripserimus.

Lethalis, le, o.c. Mortiferum. θανάσιμος. μάρος. [Ital. Mortifero, mortale. Gall. Mortel. Hisp. Cosa mortal. Ger. Todtlich.] Plin.li.11.cap.ult. Homini non ante diem septimum lethalis inedia. Durasse & ultra undecimum, certum est Plinius de Viris illustr. Tarquinium graui quidem, sed nō lethali uulnere accepto petere, ut, &c. Virgil.11. Aen. Qua uulnus lethale ferat. Ouid.13. Metam. Qua patuit, ferro lethalem condidit ensem.

Lethaliter, aduerbium. θανασίμως, ὀλεθρίως. [Ital. & Hisp. Mortalmente. Gall. Mortellement. Germ. Tödtlichen.] Plinius lib.11.cap.37. Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Lethifer, ra, rum, Quod mortem infert. θανατηφόρος. [Ital. Che da morte, mortifero. Gall. Qui apporte la mort, qui fait mourir. Hisp. Cosa mortal. Ger. Das den todt bringt.] Colum.lib.7.cap.12. Et ut plurimi pastores affirmāt, rabies arcetur. Lethifer morbus huic generi. Ouid.7. Metam. Lethiferis calidi spirarunt æstibus Austri. Virgil. 10. Aeneid. Queis tela, sagittæ Corytiq; leues humeris, & lethifer arcus. Annus lethifer, Virgilius 3. Aeneid. Anguis lethifer, Statius 5. Theb.

Letho, as, a, p. Morte afficio. θανατόω. [Ital. Dar la morte, uccidere. Gall. faire mourir, tuer. Hisp. Matar, dar la muerte. Ger. Tödten.] Vnde lethata corpora legimus: hoc est, morte mulctata & interempta. Ouidius 5. Metam. de Cadmi sociis à serpente interemptis, Ve nemus intrauit, lethataq; corpora uidit, Victoremq; supra spatiosi corporis hostem, &c.

Leuamen, Leuamentum, Leuatio, Leuatio, Vide Leuo in Leuis.

Leuca alba, Leuia emplastra, ferè non grauibus uulneribus accommodata.

Leucacantha, λευκάκανθα, Herba est in cacumine aculeū habens, radice cyperi, quæ manducata dentium dolores sedat. Alio nomine Rhamnos dicitur. Dioscor.lib.3.cap.21. Plinius lib.22.cap.16.

Leucachates, chatæ, masc.gen. λευκαχάτης, Gemma candida ex genere Achatarum. Plin.lib.37. cap.10.

Leucanthemis, λευκάνθεμις, Herba est quæ & Anthemis & Leucanthemum à nonnullis uocatur: ab aliis etiam Chrysanthemelon, eo quòd mali odorē habeat. Vide plura de hac herba apud Plin.lib.21.cap.21. Officinæ hodie Chamomillam uocant.

Leucargillum, λευκαργίλλος, Argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico utuntur, in humida domantes, frigidāq; terra proiecientes. Vide Plin.lib.17.cap.7.

Leucanthemum, Parthenium apud Dioscoridem libro 3. cap.156. Leucanthemon Anthylis, apud Dioscoridem libro 3.cap.154. Leucanthemon, Oenante, apud Dioscoridem libro 3. capite 134.

Leucē, λεύκη, à Græcis appellatur, quam Latini Populum albā appellāt. Galli à tremula frondium mobilitate Tremulam nominant. Vide infrà in dictione Populus. ¶ Est item Leuce, herba mercuriali similima, nisi quòd per medium folium linea alba transcurrat: unde & Melolencon appellarunt. Author Plin.lib.27.cap.11. ¶ Est item Leuce morbi genus, quod Latini distilliginem albam appellant.

Leucochrysus, λευκόχρυσος, Gemma est ex hyacinthorum genere, inter auri colorem uena candida intercurrens. Author Plin.lib.37.cap.9.

Leucŏgæa, Gemma est tota candida, quæ & Galactites Leucographia appellatur, lactis succo & sapore notabili. Plin.lib.37.cap.10.

Leucocuta, æ, f.p. Vide Leucrocuta infrà Leucrocotes, i, ardea, interpretatione Theodori Gazæ.

Leucographis, idis, λευκογραφίς, Herba quædam utilis (ut quidam existimant) ad lepram. Plin.lib.27.cap.11.

Leucŏīon, λευκόϊον Dioscoridi. [Ital. Viola, gratiano. Gall. Violette. Hisp. El atheli blanco. Germ. Weglintviolen.] Licet pro ratione erymi uiolam albam uideatur significare, tamen & pro luteo & purpureo solet usurpari. Neq; mirum est quòd Leucoii nomine eum intelligas florem, quem λείριον Græci, Latini Violam propriè appellant: sed quæ quidem ab odoris similitudine Caryophyllon nominant, siue albus sit, siue luteus, siue purpureus. Vnde Leucoion dixit Colum.lib.11. innocuas nimirum etiam aliarum rerum esse Leucoia.

Leucōma, penultima producta, huius leucomatis, λεύκωμα, Album dicitur: hoc est, tabula illa in qua iudicum scripta erant nomina, & in qua singulorum annorum lucris mandabantur à Pontifice maximo. Pistatium dicitur, & matrix. Hermolaus. ¶ Accipitur etiam pro albugine oculorum, & albo ouitellum ambit.

Leucōmelides, λευκομηλίδες, Pisciculi exigui, qui apud nos appellantur, ut ex Speusippo annotauit Hermolaus.

Leucon, λευκόν, Latinè album dicitur.

Leuconium, λευκόνιον, Tomentum, siue xylinum. Leuconicum dicitur. Martialis lib. 21. Accipe Leuconicum uellera rasa sagis. Idem libro 14. Calcitra leuconia uidisti fuso.

Leucophyphos, λευκόφυφος, Candidis uestibus tus, nullo; pretioso succo inebriatis. Est enim uestium contextus. Vnde etiam est apud Græcum, ἱμάτια λευκόφυφα ἐστι, τὰ ἐξ ἁπλόου ὑφασμένα: in eos dici solitum, qui in uestium quidem frugi sunt, animi uerò luxu diffluunt. Vide Calcagninum libro 10.cap.7.

Leucŏpētălos, λευκοπέταλος, Gemma, quæ candidis auro distinguit. Plin.lib.37. cap.10.

Leucŏphæus, cum diphthongo. λευκόφαιος. [Ital. quasi nero. Gal. Couleur meslé de blanc & gris, blanchastre. Hisp. El pardillo. Germ. Grauwlichtes. Grauwlichtinus ex albo & fusco mistus. Nam λευκὸν albū Græci, & φαιὸν fuscum, hoc est, subnigrum. Plin.lib.11. cap.10. Iecur rubetæ, uel cor adalligatum in panno, & quartanis prodest. Vitru. de his colore Fontes, inquit, & flumina sunt, quorū potu pecudes alba fiunt, aliis locis procreāt uellera leucophæis pulla, aliis coccino colore. Idē, In cāpis Tridentinis flumē armēta rufa, & pecora leucophæa nascuntur. Leucophæum colorem cinericiū uocamus, uulgus nostrū Grisum.

Le

Leucophæatus, masc. s. λευκοφαιατὸς. [Ital. Vestito di fosco. Gall. Vestu de gris. Hisp. Vestido de pardillo. Ger. Grauw bekleidet, als die Bartüsser münch.] Qui est leucophæo colore indutus, cuiusmodi sunt Franciscani. Martial. lib. 1. Amator ille trithum lacernarum, Et bæticatus, atq; leucophæatus. ¶ Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine: quasi subfusca, siue subcandida.

Leucophlegmatia, λευκοφλεγματία, Species est hydropis, qua aqua subter cutē inæqualiter collecta, alibi aliter extuberat. Alio nomine hyposarca, ὑπόσαρκα appellant. Vide Celsum lib. 3. cap. 21.

Leucophorum, λευκοφόρον, Glutinum, quo aurū ligno inducitur. Fit ex sinopidis Pontica selibra, filis lucidi libris decē, & melini Græcensis libris duabus, mistis, & per dies duodecim unà tritis. Plin. lib. 35. cap. 6.

Leucophthalmos, λευκόφθαλμος, Gemma quæ candidam, nigramque oculi speciem continet, alias Rutila. Plin. lib. 37. capite 10.

Leucopygi, λευκόπυγοι, Molles & effœminati, quasi candidis natibus, qui scilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur Melampygi: hoc est, fortes & uirtes, quibus nates pilis nigricant.

Leucostictos, λευκόστικτος, Marmoris porphyritici genus, candidis interuenientibus punctis.

Leucrocūta, Aethiopica fera est pernicissima, humanas imitans uoces, asini magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite cameli, bisulca ungula, ore ad aures usq; rescisso, dentium locis osse perpetuo. Autor Plin. lib. 8. cap. 21.

Leuidensa (autore Seruio) Vile genus uestis: sic dictum, quoniam filo admodum raro esset textum. Cic. Dolabellæ, Sed ego hospiti ueteri & amico munusculum mittere uolui leuidensia, crassio filo, cuiusmodi esse solent ipsius munera. Ita Cicero parum elaboratam atque expolitam orationem suam pro Deiotaro, quam Dolabellæ requirenti mittebat, uocat prouerbiali figura Munus leuidense: hoc est, munus uile & minimi pretii, cuiusmodi solent esse regis Deiotari munera. Quondam inter hospitum xenia uestes in primis erant.

Leuigo, Vide Læuis.

Lēuir, leuiri, penul. genit. corr. m. f. Affinitatis nomen, quò significatur frater uxoris uel mariti. Ἀκήρ. [Ital. Cognato. Gall. Le frere du mari, le beau frere, soit au mari ou à la femme. Hisp. El marido de la hermana, ò el cunado. Germ. Der ehemannen oder deis chemans brüder, schwager.]

Lēuis, leue, om. t. Significat id quod est sine pondere: unde leuis stipula. ἐλαφρὸς, κοῦφος, ἀβαρής. [Ital. Leggiero, lieue, senza peso. Gall. Leger. Hispan. Liuiano de peso ò seso. Germ. Leicht, gering.] Virgil. lib. 11. Corytiq; leues humeris & lethifer arcus. Leue illud propriè dicitur esse, quod facilius sursum attollitur, quàm deorsum tendat: ut ignis. Leue etiam dicitur quod licet non prorsus sine pondere sit, parum tamen habet ponderis: ut, Leuis armatura. Cic. 10. Philipp. Nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, &c. Leuis armaturæ milites sunt pedites expediti, non magno armorū pondere onerati. Eadem quoq; ratione Leuis armaturæ equites dicuntur. Et à Cic. 2. de Diuinatione, Leuis armaturæ excursio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorum leuiorum textura. Sed hæc, inquit, fuerit nobis tanquam leuis armaturæ, prima orationis excursio, nunc cominus agamus, experiamurq;, si possimus cornua cōmouere disputationis tuæ. ¶ Transfertur etiam ad animum: unde Leues homines uocantur inconstantes, qui facilè opinionem mutant, uiles, & nullo honore digni. κοῦφοι, quemadmodum econtrario graues dicimus, constantes, seueros, prudentes. Plaut. Menæch. Quid ais homo leuior, quàm pluma? Hinc Leuis author, à Liuio lib. 7. ab Vrbe, dicitur cui nulla adhibenda sit fides. Sed, inquit, autorem leuem, nec satis fidum super tanta re esse patres rati. Et à Terentio in Hecyra, ea dicuntur leuia, quæ uana sunt, & nullius, aut certè parui momenti: Leuia, inquit, hæc sunt, quæ tu pergrauia esse. In animum induxti tuum. Et Cic. ad Attic. lib. 4. quod indiligenter agitur, leui brachio agi, dixit: Consules, inquit, qui illud leui brachio egissent, rem ad Senatum detulerunt. ¶ Leuis quandoque accipitur pro paruo: ut, Leuis dolor. Cic. 1. de Finib. Quòd mors sensu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate brevis soleat esse. Plautus in Pœnul. Verùm ita sunt omnes nostri diuites: Si quid benefacias, leuior pluma est gratia: hoc est, nullam aut paruam habent gratiam. Plin. lib. 11. cap. 11. Mortem illicò affert leui tactu. Leui admodum uomere sauciare summam partem terræ, dixit Columella lib. 2. cap. 2. pro eo quod est, leuiter terram arare. Leuis esse sententiæ, dicuntur ii, qui sententiam, siue propositum sæpe mutant. Terent. in Hecyr. Itidem mulieres illæ sunt fermè ut pueri, leui sententia. ¶ Leue interdum pro inefficaci ponitur: ut quum dicitur, Leue nomen. Cic. pro Roscio Amer. Sin eos, quos qui leuiore nomine appellant, percussores appellant, &c.

Leuiculus, la, lum, diminutiuum à leuis. ἐλαφρίδιος. [Ital. Alquanto leggiero. Gall. Vn peu leger. Hispan. Liuiano un poco. Germ. Etwas leichtfertig.] Cicero libro 1. Tuscul. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia est.

Leuitas, s. t. Quæ modò dicitur de re nō ponderosa. ἐλαφρότης, κουφότης. [Ital. Leggerezza, inconstanza. Gall. Legereté, inconstance. Hispa. Liuiandad de peso ò de seso. Germ. Leichte: item, Leichtfertigkeit.] Plin. lib. 12. cap. 12. Syncerum quidem deprehenditur leuitate. Modò de uitio grauitati & constantiæ contrario. ἀγχοτία. Cic. quum in Antonio genus quoddam sordidissimū uitæ demonstrare uellet, quòd in caupona deliteſceret, quòd ad uesperum potaret, quòd ore inuoluto iter faceret, ne cognoſceretur, Vide te (inquit) hominis leuitatem: tanquam prorsus ista dedecora hoc uitio notarentur.

Leuiter, aduerbium. ἐλαφρῶς, κούφως. [Ital. Leggiermente, da buffoni. Gall. Legerement, soudainement, briefuemēt, Hisp. Liuianamentro. Germ. Leichtlichen, schlechtlich an hin.] Sueton de Clar. Gramm. Functusq; militia, studia repetit, quæ iam inde à puero non leuiter attigerat: id est, nō parum tempore literis operam dederat, aut non indiligenter à puerilia attigerat, & multò plus quàm à limine salutauerat. ¶ Aliquando ponitur pro breuiter. Cic. in Catone, Tamen ut leuissimè dicam, &c. Idem pro Roſc. Amer. Non omnia dicam, & leuiter unumquodq; tangam: hoc est obiter, & quod dicitur, in tranſcursu. Idem pro eodem, Sed in animo est, quemadmodum antè dixi, leuiter transire, ac tantum modo perstringere unamquamq; rem: hoc est, succinctè & breuiter tractare. ¶ Dicitur etiam pulchrè eadem in significatione. Leuiter in transitu attingere aliquid: ut apud Quintil. lib. 7. cap. 4. ¶ Ponitur aliquando pro parum, & pro eius diminutione secundo paululum, siue admodum parum. Plautus in Pœnulo, Et quanquā bene uolumus leuiter leuonibus. Plinius in Epiſt. lib. 6. Ea tamen quæ sunt pretiosiora, aut integra manent, aut leuissimè læsa sunt: id est, admodum parum. Cic. 2. de Nat. deor. Genæ oculis subiectæ, leuiterq; eminētes: id est, paululum. Idem lib. 1. de Orat. Leuiter eruditos homo: id est, parum, & uix mediocriter. ¶ Aliquādo ponitur pro facile, patienter, siue æquo animo. Cic. de Prouinc. consul. Atq; hoc uelim probare omnibus P.C. sed leuissimè feram, si fortè his minus probaro, qui inimicum meum repugnante uestra autoritate texerunt. Idem ad Attic. Id graviter equidem, sed aliquanto leuius ferebam.

Leuifidus, a, um, pen. cor. Qui facilè fidem uiolat. ἐυπίστος, ἄπιστος. [Ital. Che non a ferma fede. Gal. Qui est de legere foy, qui n'est point ferme. Hisp. Cosa de mala y liuiana se. German. Der sein glauben oder zůsagen ring schetzt.] Plaut. in Persa, Omnes sunt lenæ leuifidæ.

Leuipes, pen. cor. huius leuipedis, om. gen. Celer, & pedibus leuis. ἀερόπους. [Ital. Che ha i piedi ueloci. Gall. Qui est leger de pié, qui na tost. Hisp. El que ha los pies legeros. Ger. Ringzů fůs.] Varro 3. de Re rustica capite duodecimo, Aelius putabat ab eo dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes esset.

Leuisomnus, a, um, Quod leui somno est: elegans canum epitheton, qui leui somno premūtur. ἐλαφρὸς ὑπνῶν. [Ital. Che ha il somno sottile. Gall. Qui est aisé à esueiller, de leger somne. Hisp. El que ha el suenno ligero, y sutil. Germ. Leisschläffig.] Lucret. li. 5. Et leuisomnos canum fido cum pectore corda.

Leuisticum, id est, ἄγνον, uel uitex. Existimo legendum Ligusticum, quod & Herm. Barb. & M. Virgil. uidetur.

Lęuo, as, pen. cor. a. p. In altum tollo, ueluti leue quiddam. ἀείρω. [Ital. Leuare, alzare. Gal. Hauſſer, leuer en haut. Hiſp. Alçar. Germ. Zuffheben, auffluͤpfen.] Liuius, Mox aqua leuata uento, quum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet. ¶ Interdum eſt auferre. Virg. 2. Aen. Atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. ¶ Interdum exonerare, & quaſi relęuare. Virg. 9. Aegl. Ego hoc te faſce leuabo. ¶ Poſſumus etiam cum datiuo dicere, Leuabo tibi hũc faſcem, in eadem ſignificatione. Plautus in Milit. Leuandum mor bum mulieri uideo. ¶ Interdum extenuare, minuere, & leue facere. κουφίζω. Virgil. 1. Aen. Noſtrumq; leues quæ cunque laborem, id eſt, leuem facias: ut exponit Seruius. Plaut. in Epid. Virgini paupercułæ, Tuæq; matri me leua re paupertatem. Hic, Leuare uirgini paupertatẽ, eſt ſubueni re paupertati, uel inopiam ſubleuare Cic. pro Milon. & pro Corn. Balbo, Gaditani pop. Rom. in charitate frumẽto ſup peditato leuarunt: id eſt, ſubuenerunt pop. Rom. annonæ penuria laboranti. ¶ Ponitur aliquando pro recreare. Cic. in Catone, Et corpora quidẽ defatigatione & exercitatione ingraueſcunt: animi autem ſe exercendo leuantur. ¶ Ponitur aliquando pro liberare. Plin. lib. 28. cap. 4. Leuatur ilicò percuſſus à pœna. Cic. de Amic. Qui hac opinione non modò uerbis, ſed etiã opere leuandi ſunt. ¶ Aliquando ponitur pro curare, ſiue ſanare. Plin. lib. 7. cap. 1. Crates Pergamenus in Helleſpõto circa Parium genus hominum fuiſſe tradit, quos Ophiogenes uocat, ſerpentum ictus contactu leuare ſolitos. ¶ Compoſita huius uerbi ſunt, Alleuo, colleuo, eleuo, releuo, & ſubleuo, de quibus ſuis locis.

Leuaſſo, Antiquum uerbum, pro Leuo, ſicut abiuraſſo, pro abiuro. Cic. de Senect. in uerſu quodam Ennii, O Tite, ſi quid ego adiuto curam´ue leuaſſo.

Leuatio, uerbale, f. t. Quod præter alia ſui uerbi ſignificata, pro conſolatione ponitur, ſiue pro alleuatione. ἀναψυχός. [Ital. Alleuiamento. Gall. Allegemẽt. Hiſp. El aliuio. Germ. Ein leichterung, ein troſt.] Cicero ad Attic. lib. 11. Leuatio quædam eſt, ſi minus doloris, at officii & debiti. Idem 1. Tuſc. Quæ leuationem habent ægritudinum.

Leuamen, inis, n. t. Quod leuat, & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit. ἀναψυχός. [Ital. Alleuiamento, alleggiamento. Gall. Solagement, allegeance, ſoulas. Hiſp. El aliuio. Germ. Ein leichterung, das einem etwas leichter vnd ringer macht.] Cic. ad Att. lib. 11. Quòd ſi eſſet aliquod leuamen, id eſſet in re uno. Martial. li. 6. Hic tibi curarum ſocius blandumq; leuamen. Virgil 3. Aen. Heu genitorem omnis curæ, caſuſq; leuamen Amitto Anchiſen.

Leuamentum, ti, n. f. Idem quod leuamen. Cic. 5. de Fin. Nos autem non ſoldm beatæ uitæ iſtam oblectationem uidemus, ſed etiam leuamentum miſeriarum. Plin. lib 8. Epiſt. Studia uulcum doloris leuamentum. Tacit. lib. 3 Sed reuertẽtibus poſt laborem, quod honeſtius quàm uxorium leuamentum.

Leuor, Leuus, Vide Lęuus.

Lex, fœ. t. Dicta putatur quòd publicè legatur, ut omnibus nota ſit, ut ab omnibus obſeruetur. νόμος. [Ital. Legge. Gall. Loy, ordonnance, conſtitution. Hiſp. La loy. Germ. Ein geſatz.] Hanc quidam definiunt eſſe generale iuſſum populi, aut plebis rogante magiſtratu, & hoc duntaxat in libera ciuitate. ¶ Quinetiam regum & principum iuſſa leges dicuntur, præſertim Imperatoris, poſtquam in eum populi Rom. maieſtas translata fuit. Rogabat magiſtratus populum, quod conſtituendum eſſet, populus iubebat. Id iuſſum, ſi generale eſt, & ad omnes pertinens, lex dicitur, ſi ad ſingulos ciues ſpectat, priuilegium eſt. Cic. 1. de Legib. ſic lege definit, q ſit ratio ſumma, inſita in natura, quæ recta ſuadeat, prohibeatq; contraria. Legum appellatione, Leges duodecim tabularum, Senatuſconſulta, Plebiſcita, Edicta Prætorum, Decreta principum, Legitimæ actiones, Interpretationes prudentium, & alia id genus continentur. Legis uirtus eſt imperare, uetare, permittere, punire. Dicimus eleganter, Lege agere cum aliquo: quod aliter dicimus Actionem intendere in iudicio, ſiue iudicio experiri. Plaut. in Aulul. Lege agito mecum, moleſtus ne ſis, & cœnam coque. ¶ Interdum lege agere, eſt exequi ſententiam à iudice latam, ſiue iudicis iuſſum explere: ut ſi iudex ſentẽtiam tulerit, ut qui uincti ſunt, uirgis cædantur, deinde ſecuri ſe cłantur, & lictori dicat Iudex, Lege age: hoc eſt, exequere ſententiam. Liuius de Campanis loquens, Fuluius acceptis literas, neq; reſolutas, quum in gremio repoſuiſſet, præconi imperauit, ut lictorem lege agere iuberet: id eſt, ut ex officio ſuo ageret, & ſententiam in damnatos exequeretur. ¶ Interdum lege agere, pro eo quod eſt legitimè agere, ponitur. ¶ Legibus aliquem ſoluere, pulchrè etiam dicitur, quod nunc diſpenſare uulgus uocat. Liuius 10. ab Urb. Tribuni plebis nihil id impedimento futurum aiebant, ſi ad populum laturos, ut legibus ſolueretur. Is legibus ſolui dicitur, cui ſpeciali priuilegio conceditur, ut legibus parere non teneatur. Cic. Philip. 11. Qui ex ædilitate Conſulatum petit, legibus ſoluatur. Legem ferre, eſt legis authorem eſſe. Cic. Poſt reditum, Legem Trib. pleb. tulit, ne auſpiciis, &c. Concedere leges, eſt leges obſeruãdas præcipere. Vnde condictores legum dicuntur, quos Legiſlatores appellamus, νομοθέται, quales apud Athenienſes fuerunt Draco & Solon: apud Lacedæmonios, Lycurgus: Romæ, Decem uiri. Pro eodem etiam dicimus, Componere leges, conſtituere legem, ſancire leges, dare leges, imponere leges, ſcribere leges, iubere legem. Quibus contraria ſunt, Perrumpere leges, diſſoluere leges, perfringere leges. ¶ Lex quoq; pro conditione ponitur. Plaut. in Afinar. Agedum, iſtum oſtende quẽ conſcripſiſti ſyngraphum Inter me, & amicã, & lenã leges pellere. Dicimus & Hac lege, ſiue ea lege: id eſt, hac conditione, ſiue hoc pacto, ſiue hoc iure. Cic. 1. Tuſc. Ea lege nos eſſe natos, ut nemo in perpetuum eſſe poſſit cæpe mali. Terent. in Eunuc. Verùm hæc tu, lege hac tibi meas aſtringo fidem. ¶ Accipitur item lex pro norma uiuendi. Cic. 3. de Orat. Hanc igitur, Craſſus inquit, ad legẽ cuiuſque exercitationem, tum ſtylo, qui & hoc maximè ornat, accommodate, formanda nobis oratio eſt. Idem in Orat. Quo etiam difficilius eſt oratione uti, quàm uerſibus, quòd in illis certa quædam & definita lex eſt, quam ſequi oportet. ¶ Lex Cornelia, quam Corn. Sylla Dictator tulit, aduerſus tyrannos, cuius pœna erat in liberum, deportatio, & bonorum omnium publicatio: in ſeruum, capitis ſupplicium: ut ait Martianus l. 1 ff. ad leg. Corn. de falſ. ¶ Lex Lepidaria, quam Lepidus tulit: quæ & ſumptuaria dicta eſt, quòd ſumptuarum ſumptus reſtringeret. ¶ Lex Licinia, lata eſt a Licinio Craſſo diuite: cuius ferendum tantum ſtudium optimatibus impẽſum eſt, ut Senatuſconſulto iuberetur ea tantummodo promulgata, antequam trinundinum confirmaretur, ita obſeruaretur ab omnibus, quaſi iuſſa populi ſentẽtia comprobata eſſet. Huius legis ſumma erat, Calẽdis, Nonis, nundinis liceret cuiq; in dies ſingulos taxat triginta aſſes edendi cauſa conſumere: cæteris diebus ne amplius apponeretur quàm carnis aridæ partis, & ſalſamentorum libra, & quod ex terra, uite, arbore natum eſſet. ¶ Lex municipalis, quam unaquæque ſibi priuatim conſtituit. ¶ Lex Orchia, prima omnium de cœnis lata ad populum fuit, quam tulit Orchius plebis, de Senatus ſententia, tertio poſt anno quàm Cenſor fuerat. Hæc numerum tantùm conuiuarum ſcribebat, iubebatq; ut patentibus ianuis cœnitaretur, obſeruatio eius uideri poſſet. ¶ Lex plagiaria, quæ ſuper plagiarios erat lata: hoc eſt, qua puniebantur ii, qui mancipia ad fugam incitabant, uel fugitiua recipiebant. Vide Plagium. ¶ Lex Satyra, dicebatur quæ unam multa ſimul comprobabat. ¶ Lex tabellaria, ſuffragia ferre nõ permittebat, ſed puncto notare iubebat. νόμος. ¶ Lex & regio, νόμος καὶ χώρα. Admonet populum ſeruiẽdum & obſecundandum eſſe moribus regionis in qua uerſeris. ¶ Lex in manibus, ἐν χερσὶν νόμος eſt, Lege manuum: dicitur quũ res ui geritur, non ex ſcripto legum. Aeſchines contra Timarchum.

Legislator, oris, m. t. Qui legem tulit. νομοθέτης. [Ital. Che fa la legge. Gall. Legislateur, qui fait loy ou ordonnance. Hiſp. El que haze ô da la loy. Germ. Ein geſatzgeber.] ¶ Dicitur etiam Legumlator, & ſeparatim Lator, uel Lator legis. Liuius 4. Belli Macedonici, Noſter legislator non in pacorum manu Rempub. eſſe uoluit. In Catil. Latorem legis Sempronię iuſſu populi publicæ dependiſſe.

Legifer, ri, m. f. Idem quod legislator. νομοθέτης. Amor. eleg. 9. Optauit Minos ſimiles ſibi legifer oras

Legifera, fœminino. νομοθετικὸς. Virgilius 4. Maſtant de more bidentes Legiferæ Cereri, Phœbique Lyæo.

Legirupa, pæ, com. p Qui legem fraugit. παράνομος. [Ital. Che rompe la legge. Gall. Rompeur & violateur des loix. Hiſp. El que quitra la loy. Germ. Ein geſatzbrecher.] Plaut. in Pſeud. Impudice, ſceleſte, uerbero, buſtirape, furcifer, ſocifraude, parricida, ſacrilege, periure, legirupa, pernicies adoleſcentum.

Legirupio, onis, Qui rompit leges. παράνομος. [Ital. Violatore di legge. Gal. Violateur, infracteur de la loy. Hiſp. Quitador de loy. Germ. Ein geſatzbrecher.] Plaut. in Rud. Iube modò accedat propè hunc legirupionem.

Legitimus, a, um, Quod eſt æquum, iuſtum, conueniens, & ſecundum legem factum. γνήσιος, νόμιμος, γεγενέμενος. [Ital. Leggittimo. Gall. Legitime, ſelon la loy. Hiſp. Iuſto y hecho por ley. Ger. Geſatzlich, ordenlich nach fürſchreibung des geſatzes.] ut, Vxor legitima. Martial. lib. 1. Quæ legis cauſa nupſit tibi Lælia Quinte, Vxorem potes hãc dicere legitimam. Ouid. 10. Metam. Ergo legitima uacuus dum coniuge lectus, &c. Aetas legitima ad petendum Conſulatum. Liuius 7. belli Punici, Amor legitimus, Ouid. Epiſt. 13.

Legitima, eſt portio hæreditatis, iure naturali liberis debita, Munuſcula dicta. Sic appellata, quòd fratrum naturales leges alimentorum uice ſubrogatur. Fer. Inſtit. Quib. mod. teſt. infir. parag. igitur quartam. Politus dubitat, an hæc portio hodie Quartæ nomine uenire debeat.

Legitimè, aduerb. νομίμως. [Ital. Leggittimamente. Gall. Legitimement. Hiſp. Legitima y iuſtamente. Ger. Nach dem geſatz, ordenlichen.] Cic. 1. Offic. Iuſtè & legitimè imperáti: Idem pro Aul. Cecin. Is qui legitimè procurator dicitur. Cuius contrarium eſt illegitimum. Vnde legitimi filii, qui ſecundum legem nati ſunt.

Leguleius, leij, maſ. g. Qui legum ſtudia ſectatur, ſeu uerſatur in legibus. νομικός. [Ital. Colui che ſtudia nelle leggi, leggiſta. Gal. Legiſte. Hiſp. Letrado y docto en las leyes. Germ. Ein geſatzgeiehrter, einer der ſich der geſatzen annimpt.] Cic. 1. de Orator. Ita & tibi Iureconſultus per ſe nil niſi leguleius quidã cautus uidetur, & acutus præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum.

Legalis, le, om. t. Quod ad legem pertinet. νομικός [Ital. Pertinente à legge. Gall. De la loy, des apartenãces de loy. Hiſp. De ley, ò pertenecſciente à la ley. Germ. Das zů dem geſatz gehört.] Quintil. lib. 1. cap. 10. Aliquando etiam incidere poſſunt legales tractatus in priuata maximè conſilia.

Lexipyretas, Medicinas nominant quæ febres ſiniunt, ἀπὸ τῆ λήγειν τὰς πυρετός.

Lexis, huius lexeos. λέξις. [Ital. Vocabulo, lexe. Gall Parole, diction. Hiſp. Palebra. Germ. Ein wort.] Dictio. Cic. 1. de Orat. Quàm lepidè lexes compoſtæ ut teſſeculæ omnes Ac te pauimento atq; emblemate uermiculato. Ex Poeta quopiam uetuſto.

L ante I.

LIB. In notis antiquorum, libertas, uel liberius, uel liberti. LIB. LIBQ. POSSTQ. EOR libertis, libertatibuſq; poſteriſq; eorum. L. I. D. A. C. lex Iulia de adulteriis coercendis. L. I. D. A. G. Lex Iulia diui Auguſti. L. II. locus iniuriæ. L. II. Q. locus iniuriæ Quiritum. L. IMPL. locus imperialis. L. II. F. locus inter fines. LITR. literæ. L. I. V. REP. lex Iulia repetundarum. LL. Lælius. L. L. Lucii libertus, uel Lucii liberti, uel Lucius libertus, uel Licii libertus, uel laudabiles loci. L. L. L. Lucii liberti locus. L. L. L. M. M. lacerat lacertũ, Largii mordax Memmius uel Menius. L. L. Q. E. libertis libertãtibuſq; eorum. L. LVC. Q. F. Lucius Lucius Quinti filius. L. M. Lucius Muræna uel Miræna, Locum monumẽti, uel locus mortuorum. L. MAN. Lucius Manlius. L. M. D. locus mortuis deditatus, uel locus manibus dicatus. L. M. E. lex mecum eſt. L. MO. Lucius Muræna. L. N. Latini nominis. L. NN. F. Lucius Nonius Fauſtinus.

Lix, Sunt foramina quæ in ſummo mali recipiunt funes.

Libadion, λιβάδιον, Herbæ genus, quæ noſtris uulgò Centaurion minus appellatur: nomen habet ab eo quòd fontibus & locis irriguis gaudeat. Nam Græci fontium ſcaturigines λιβάδας appellant. Vide Plin. lib. 25. cap. 65.

Libamen, Libamentum, Vide Libo.

Libanochros, λιβανόχρως, Gemma, quæ thuris ſimilitudinem oſtendit, & ſuccum mellis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Libanotis, pen. prod. λιβανωτίς, Frutex odorem thoris habens, qui Roſmarinus appellatur. Plin. lib. 19. cap. 12. Libanotis radicem habet oloſatri, nihil à thure differentẽ. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam alio nomine Roſmarinum appellant. Hactenus Plinius. Eius tres ſunt ſpecies, quas uide apud Dioſcoridem.

Libanotis, Conizæ tertia ſpecies, apud Dioſcoridem lib. 3. capite 137.

Libatio, Vide Libo.

Libella, Vide Libra.

Libellio, Libellus, Vide Liber priore correpta.

Libens, Libenter, Vide Liber.

Liber, ra, rum, Propriè is dicitur, qui ſeruitutem nõ ſeruit: hoc eſt, qui aut ingenuus natus eſt, aut ab hero ſuo libertatem eſt aſſecutus: habetq; antitheton Seruus. ἐλεύθερος. [Ital. Libero, non ſeruo. Gall. Libre, franc. Hiſpan. Libre de ſeruidumbre. Germ. Frey.] Cic. 2. de Nat. deor. Qui de libera matre eſt, liber eſt. Idem pro Cecin. Non poteſt iure Quiritium liber eſſe, qui in numero Quiritium non ſit. ¶ Liber item dicitur is, qui ad gratiam non loquitur, ſed liberè profert quicquid ſentit. παρρησιάζεσθαι. Cic. 1. de Nat. deor. Epicurus homo ad ſcribendi licentiam liber. ¶ Aliquando Liberum etiam dicimus pro otioſo, & omni negotio, curaq; uacuo: ut Soluto, liberoq; animo eſſe, apud Cic. 4. Verr. Idem 1. Offic. Si ab omni animi perturbatione liber ſis. Martialis uno in diſticho ſignificationem hanc cum ſuperiori coniunxit, ludens in uocis ambiguitate. Liber homo es nimiũ, dicis mihi Chœrile ſemper: (hoc eſt, nimiom liberè loqueris.) In te qui dicit Chœrile, liber homo eſt: hoc eſt, uacuus negotiis, & quod agat, non habens. ¶ Liber etiam ponitur pro eminenti & extanti. Varro in Eumenid. ut citat Nonius: Iterum Tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. ¶ Item pro magno ſeu ualido. Ouid. Epiſt. 8. Perfruor infœlix liberiore malo. Vnde campus liberior, ἐυρυχωρία, qui amplus eſt, lateq; patens, & in quo equi libero inoffenſoq; curſu uagari poſſunt. Indeque ſumpta tranſlatione, Oratores liberum ad dicendum campum noſtros dicimus, quum in locum latè patentem inciderunt, amplam ſuppeditantem materiam ad latius expatiandum. ¶ Libera uti lingua, παρρησιάζεσθαι, eſt audaciter loqui quod ſentias, nihilq; aut potentiæ alicuius, aut gratiæ tribuere. Plaut. in Ciſtel. Quia quum adeò me complexui flore Liberi, Magis libera uti lingua collibitum eſt mihi. ¶ Libero corde fabulari, eſt fabulari liberè, & ſine timore. Plaut. in Epid. Facilè tu iſtuc ſine periculo, & cura corde libero Fabulare Ioui. ¶ Liberæ ædes, quibus quis uti poteſt, tanquã ſuis. Plaut. in Mil. Liberæ ſunt ædes, liber ſum autẽ ego, me uti uolo liberè. ¶ Liberum arbitrium, eſt animi uoluntas, ac ſententia libera. Liuius 7. bel. Maced. Et permiſſo liberò arbitrio, ne in corpora ſua ſæuiretur, meruebant. ¶ Liberum cœlum, quod omnibus æquè cõmune eſt. Cic. 1. Tuſc. Er in liberum cælum, tanquam in domum ſuã, uenerit. ¶ Liberæ literæ, quæ liberius atq; audacius loquuntur. Cic. ad Attic. li. 1. Itaq; neq; Achaicis hominibus, neq; Epiroticis paulò liberiores literas committere audeo. ¶ Libera mandata, quæ plenam rei conſtituendæ poteſtatẽ habent. Liuius 7. bel. Maced. de legatis loquens, His quæ præſentis diſceptationis eſſent, libera mandata de ſumma rerum Senatus cõſtituit. ¶ Liberũ tempus, id eſt, uacuum, quo omni cura ſoluti ſumus. Cic. 1. de Fin. Nam libero tempore, quum ſolutæ nobis eſt eligendi optio, quumq; nihil impedit, &c. ¶ Aliquando Liber ponitur pro immuni, ſiue pro alicui rei non obnoxio: & ablatiuo iungitur cũ præpoſitione, & ſine præpoſitione: ut, Liber à delictis, qui nulli delicto eſt obnoxius, apud Cic. pro lege Agrar. ¶ Liber à fide, qui fidem ſoluit. Liuius 7. bel. Pun. Ita tollit inducias, ut liber à fide incœpta exequeretur. ¶ Liber ab irriſione, qui nihil aut fecit, aut dixit, cur meritò poſſit irrideri. Cic. 4. Acad. Liber igitur à tali irriſione Socrates, liber Ariſto Chius, &c. ¶ Liber à legibus, qui non ſubditur legibus. Plaut. in Trin. Ambitio iam more ſancta eſt: libera eſt à legibus. ¶ Sic liber à prædonibus, Liber à metu. ¶ Sine præpoſitione: ut, Liber omni cura animus: apud Cic. 1. de Fin. ¶ Sic Liber pauore, liber metu, liber religione animus. ¶ Aliquãdo cũ genitiuo conſtruitur, pro liberali. Plaut. in Amphit. Nam ego uos nouiſſe credo iam, ut ſit pater meus, Quàm liber harum rerũ multarũ ſiet. Liberum eſt mihi, elegãter dicitur, pro licet mihi, uel poſſum, & in arbitrio meo conſtitutum eſt. Plinius in Epiſt. Erit enim & poſt e-

mendationem liberũ nobis uel publicare, uel continere.

Liberè, Quod modò idem ſignificat quod ingenuè & liberaliter. ἐλευθερίως. [Ital. Liberamente, ſplendidamente. Gal. Librement, franchement. Hiſp. Libremente. Germ. Frey.] Terent. in Andr. - Tũne hic homines adoleſcentulos Imperitos rerum, educatos liberè in fraudem illicis? Modò idem qđ ſoluтè, & ſine alicuius obſtaculo. Plaut. in Bacch. An non uides, ut ſolæ liberè graſſentur? Liberè uiuere, id eſt, ſuo more uiuere, neq; ſubiici alterius uoluntati. Terent. in Andr. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia, Liberius uiuendi fuit poteſtas. Liberè loqui, eſt confidenter loqui, ita ut nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ cuiuſquam, παῤῥησιαζεσθαι. Cic. pro Plancio, Aſperius (inquit) loquutus eſt, imò uerò liberius.

Libertas, atis, fœ. t. Seruituti oppoſita eſt. ἐλευθερία. [Ital. Libertà, licenza. Gall. Liberté, franchiſe. Hiſpa. Libertad ò licencia. Germ. Freyheit.] quam ſic definit Florentinus l. Libertas. ff. de ſtatu hominum. Libertas, eſt naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet, niſi quod ui, aut iure prohibetur. Cicero in Parad. Libertas eſt poteſtas uiuendi ut uelis. ¶ Accipitur item libertas pro eo quod Græci uocãt παῤῥησίαν: hoc eſt, pro loquendi, admonendi, increpandiq; fiducia, quum ſcilicet quiduis quod ſentimus, liberè loquimur, nullius reſpectu, gratia, aut potentia commoti. Et in hac ſignificatione libertas accipitur ferè in meliorem partem, eique opponitur aſſentatio. Licentia uerò in malam ferè partem accipitur, quum quis libertate abutitur, uſque ad temeritatẽ, & procacitatem. Eſt enim licentia immoderata, immoderata impunitaq; quædam facultas agendi, dicendiq; quicquid uelis. Quintilianus, Quæ in alijs libertas eſt, in aliis licentia uocatur. Terentius in Heautont. Deteriores omnes ſumus licentia. Ponitur tamen quandoque licentia pro libertate in bonam partem, ut apud Ciceronem libro 3. Offic. Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunque probabile maximè occurrat, id noſtro iure liceat defendere. Idem libro 1. eiuſdem operis, Magnis enim illi & diuinis bonis hanc licentiam aſſequebantur. ¶ Libertas quandoque etiam in malum accipitur, pro effræni quadam animi libidine. Cicero 5. Verrina, Nunquam ipſimet nobis prærideremus iſtam licentiam, libertatemq; uiuendi. Adimere libertatem, eſt alicui libertate ſpoliare. Cicero pro Domo ſua, Quod idem in poſterum de extraordinariis poteſtatibus libertatem ademiſſes. Amittere libertatem. Ibidem, Nemo ciuis Romanus aut libertatem, aut ciuitatem poſſit amittere, niſi ipſe autor factus ſit. Dicimus præterea, Dare libertatem alicui, habere libertatem, largiri libertatem, retinere libertatem, recipere libertatem, tenere libertatem, uindicare in libertatem: quorum exempla nuſquam non occurrunt. Libertas etiam libertatis Dea dicebatur: cuius templum in Auentino conſtitutum fuiſſe narrant hiſtoriæ. ¶ Libertatis nomen propriè conuenit in manumiſſos, ſed transfertur ad multa. Eſt enim libertas primùm quæ ſeruum liberat à domino, deinde quæ nexu à creditore: quandiu enim uinculis ob æris alieni grauitatem tenetur, liber non eſt tertiò, quæ ciuem à magiſtratus iniuria. Quouis enim delicto ac ſcelere (uno excepto perduellionis crimine) ciues Romani à ſecuribus & faſcibus: id eſt, à nece & uerberibus, ueterum legum Valeriæ, Porciæ, Semproniarumq; beneficio, defendebantur. Poſtremò latius etiam libertas diffunditur, cùm ius illud ſignificatur, quod inter omnes ciues æquum, nullo neque fortunæ, neq; dignitatis diſcrimine, leges conſtituunt, ut omnes liberi ſint, utnimi quiſquam, præter quàm legibus, pareat. Ex quo etiam liberi populi dicebantur, qui ſuis legibus uterentur, neq; regibus, neque cuiquam populo parerent, neq; omnino cuiquam uectigal ullum penderent: qualis aliquando Carthago, Corinthus, Athenæ, ipſa uerò ultra quingentos annos Roma fuit. P. Manl. in Addita.

Liberalis, le, om. t. Benignus, munificus. ἐλευθέριος, ἀνυφείλικτος. [Ital. Liberale, magnifico. Gall. Liberal, franc. Hiſpan. Liberal, franco. Germ. Freygáb.] cui contraria ſunt, Parcus, auidus, tenax & ſordidus. Cic. pro Quint. Roſcio, Liberalis auidum fraudaſſe dicitur. Idem Antequam iret in exilium, Eſt enim liberale officium, ferere beneficium, ut metere poſſis fructum. Idem pro Cælio, Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. Idem pro Roſcio, Roſcius ſemper liberaliſſimus munificentiſſimuſque fuit. ¶ Differt tamen liberalis à munifico: quia liberalis dicitur qui rogatus: munificus, qui ſponte beneficium contulit. Cic. lib. 3. de Orat. Quid tam porrò regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre ſupplicibus? ¶ Sunt etiam qui ita diſtinguunt, ut liberalis ſit, qui paruis & priuatis hominibus beneficia præſtat: munificus, qui magnis, & in magnis rebus: ſic liberalitas, naturæ benignitas, quæ maximè in præſtanda opera amicis perſpicitur, & uerſatur inter priuatos & paruos homines: munificentia inter magnos. Quod nomen à Libero patre (ut Varro maximo credimus) deductum eſt. ¶ Accipitur quandoq; liberalis pro pulchro & eleganti. Plautus in Milit. Lepida & liberali forma eſt. Terentius in Eunuch. Quàm liberali facie, quàm ætate integra? ¶ Liberali ingenio dicitur eſſe, qui eſt, ut uulgò dicitur, Bonæ naturæ, hoc Boni coloris. Terentius in Adelph. Nam ingenium nouui tuum liberale. Liberale reſponſum: hoc eſt, ingenuum, & minus diſſimulatum prolatum. Cic. ad Attic. lib. 3. Quòd ſi non modò tu, aut quiſquam fuiſſet, qui me Pompeii minus liberali reſponſo perterritum, à turpiſſimo conſilio reuocaret, &c. Liberale coniugium, eſt quod liberè, & inter honeſtos fit. Terentius in Andr. Spero conſuetudine & coniugio liberali deuinctum, Chreme, Dehinc facilè ex illis ſeſe emeiturum malis. Liberale iudicium, & cauſa liberalis, in quo de alicuius libertate. ἐλευθερίας ἀγών. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quocirca Longus Solpitius, qui quum ipſe fœdiſſimus eſſet, eum contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. ¶ Plautus in Curcul. Memet promiſiſſe te, ſi quiſquam hanc liberali Cauſa manumiſeret, mihi argentum omne redditurum. Terentius in Nam ego illam liberali cauſa aſſero manu. Vbi Donatus Ordo eſt, Ego liberali cauſa aſſero illam manu: & ſunt uerba: à quibus etiam aſſertores dicuntur uindices ſeu libertatis. Quin & cauſa ipſa liberalis dicitur, quæ ad eam continet in ſe libertatis. Vide Aſſero. ¶ Liberales, quæ ſolius ingenii, non manuum miniſterio perficiuntur. ἐλευθέρια μαθήματα. cuiuſmodi ſunt, Grammatica, Dialectica, Geometria, cæteraq; id genus: ideo liberales dictæ, quòd liberum hominem potiſſimùm deceant. Sunt artes quædam habet, & ſeruile. Cic. 1. de Inuent. Quos habuerim liberalium magiſtros, quos uiuendi præceptores. Plin. lib. 14. Peſſum ire uitæ pretia: omnesq; à maximis liberales dictæ artes in contrarium cecidêre, ac ſeruile ſola profici cœptum. Cic. de Orat. ingenuas artes uocat, Studia liberalia, Tacit. lib. 3 Liberalis doctrina, Cic. Finib. Liberalis eruditio & doctrina, Cic. 2. Tuſc. ¶ Illiberales uerò mechanicæ, quæ in manuum opera conſumuntur habent enim ſeruile miniſterium.

Liberalitas, t. t. Munificentia. ἐλευθερίοτης. [Ital. Liberalità, magnificenza. Gall. Liberalité honneſte largeſſe. Hiſpan. Liberalidad, franqueza. Germ. Freygábigkeit.] Cic. 1. de Nam quum ita nati facti q; ſimus, ut & agendi alijs diligendi aliquos, & liberalitatis, & referendæ gratiæ cipia in nobis contineremus, &c. Idem 1. Officiorum tiæ eſt coniuncta beneficentia, quam eandem uel bitatem, uel liberalitatem appellari licet. Liberalitas quit Speuſippus) eſt habitus, qui in quærendis, ere que pecuniis decorum ſeruat: hoc eſt, decens & ta acquiſitio, & erogatio pecuniæ, auaritiæ, & pitatis extremis circunſcripta. Nam ſi non tantum tum oportet, tribuas, auaritia oritur: ſin excedas modum, deſq; plus q̃ oportet, & cui non oportet, do, & qua cauſa non oportet, in ultimum laberis pitis. ¶ Aliquando ita accipitur liberalitas, ut ſeru opponatur. Terent. in Adelph. Pudore & liberali ros retinere ſatius eſſe credo, quàm metu.

Liberaliter, Largè, munificè. ἐλευθερίως. [Ital. Liberamente, magnificamente. Gal. Liberalmente, franchement. Liberalmente, francamente. Germ. Freygábiglich.] 4. Verrina, Hi porrò, qui ſucceſſerunt, ut hementer pidi: liberaliter ex iſtius cibatis tractati, non contra me fuerunt. ¶ Interdum liberaliter quod ingenuè, & ut libero homine dignum eſt. Fabius, Eſſeq; hominis ingenui, & liberaliter educ le bene audire à parentibus. Liberaliter eruditur, qui optimis artibus inſtitutus eſt. Cic. 2. Tu

possumus, eos excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam differendi elegantia, ratione & uis philosophantur. Sic liberaliter instructus apud Cæsarem libro 3. belli Ciuilis. Liberaliter seruire, id est, bono animo, & libero, libenter obsequendo. Terent. in Andr. Propterea quòd seruiebas liberaliter. ¶ Aliquando pro indulgenter. Sallustius, Exercitum, quem in Asia ductauerat, luxuriosè, nimisq; liberaliter habuerat. Cuius contrarium est illiberaliter, de quo suo loco.

Liberi, orum, plurali tantùm numero, m. s. Dicuntur filii, uel filiæ: quamuis etiam Liberorum appellatione unus filius, & una filia intelligatur. τὰ τέκνα, παῖδες. [Ital. Figliuoli. Gall. Enfans, ou enfant, liguée. Hisp. Los hiios. Ger. Kinder.] Caius in l. Non est. ff de uerbor. significe. Non est sine liberis, cui uel unus filius, unáue filia est. Terent. in Hecyra, Qui illum decreuerunt dignum, suos cui liberos committerent. Sic & Cicero, Eu cui tuos liberos committas, quum de uno ageret. Olim tamè in usu erat nominatiuus singularis liber, pro filio. Catul. in Argon. Optauit genitor primæui funera gnati Liber ut innuptæ poteretur flore nouercæ. ¶ Item nepotes & pronepotes, cæteriq; ex his descendentes, Liberorum appellatione continentur. Paulus ff. de grad. affin. l. iuriscon. Liberi, inquit, uocantur usq; ad trinepotem. Callistratus l. liberorum. ff. de uerbor. significe. Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæteriq; qui ex his descendunt, continentur: hos enim omnes Liberorum appellatione lex duodecim Tabul. comprehendit. Similes patri liberi. Seneca, Medea. Parere liberos, Idem Thebaid. Procreare liberos, Quintil. lib. 5. cap. 8. Auctus liberis, Tacit. lib. 3. Tanquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis urgeret. Dare operā liberis, est procreandorum liberorum causa cum uxore rem habere. Cicero 1. Officiorum, Liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum.

Libertus, m. s. Qui quum esset seruus, factus est liber: Ita dictus quasi liberatus. ἀπελεύθερος, ἀπελευθερωθείς. [Ital. Fatto libero di seruo. Gall. Affranchi & mis en liberté. Hispan. El que de siruo fue hecho libre. Ger. Ein freygelassener.] Huius relatiuum est patronus. Plaut. in Asinar. Magis decorum est, libertum potius quàm patronum onus in uia portare. Vlpianus cum esse liberum definit, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Quintilianus lib. 7. cap. 6. Patrono in libertum manus iniectio fit. Idem lib. 11. cap. 1. Eadem pro libertis aduersus patronos obseruantia.

Liberta, fœminino. ἀπελευθερωθεῖσα. [Ital. Fatta libera di serua, francata. Gall. Affranchie & mise en liberté. Hispan. Puesta en libertad. hecha franca y libre.] Horatius 1. Sermonum, Satyra prima, - Ad hunc liberta securi Diuisit medium fortissima Tyndaridarum. Modestinus, Libertis, libertabusque meis, libertum libertæ testatoris non contineri.

Libertinus, tini, m. s. Antitheton est ingenui. ἀπελεύθερος, ἐλεύθερος. Libertus autem relatiuum patroni. Per libertinum enim significamus conditionē hominis, sicut per ingenuum: per libertum uerò priuatū quendam respectum ad patronum. Plaut. Milit. Ingenuam, an libertinam? Propriè itaq; libertini dicuntur, qui ex libertis procreati sunt: hoc est, qui ipsi quidem nunquam seruierunt, sed quorum parentes, antequā filii nascerentur, è seruitute manu emissi sunt. Cic. 4. Philipp. Ipse ex libertini filia suscepit liberos. ¶ Postea tamen libertinorum, & libertorum uocabula in eadem significatione usurpari cœperūt, pro iis scilicet, qui post iustam seruitutem libertatem essent cōsecuti. Quod manifestissimè ostendit Suetonius in Claudio, his uerbis, Ignarus temporibus Appii, & deinceps aliquandiu, liberti nos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.

Libero, ras, act. pr. Modò idem significat quod manumitto, & ex seruo libertum facio. ἐλευθερόω, ἀπελευθερῶ. [Ital. Liberare, donnare la libertà. Gall. Deliurer, mettre en liberté. Hisp. Librar de seruidumbre ò peligro. Germ. Freyen, le digen, erlösen.] Proprieq; heri est, quum seruum de potestate sua emittit. Nonnunquam tamen & seruus se liberare dicitur, quum peculio se redimit. Cic. 1. de Orat. Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seseq; liberasset. Modò iudicii uerbum est, idem significans quod absoluo, & ab actione intentata liberum iudico. ἀφίημι. Cicer. pro Cluentio, Iudices hunc quem iam bis condemnatum acceperant, liberarunt. Idem 4. Verr. Qui Sopatrum eodem illo crimine liberarant. ¶ Aliquando generale uerbum est, idem significans quod molestia, damno, uel periculo eripio. Cic. Attic. Nam te mea solicitudine magna liberaris. Liberare fidem, est præstare promissum. Cic. pro Flacco, Ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. Liberare se ære alieno, est creditam sibi pecuniam creditori numerare, siue debita persoluere. Cic. ad Attic. lib. 6. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, &c. Liberare etiā debitorem dicitur creditor, aut eius hæres, quum quod sibi debebatur, ei acceptum fert. Papin. l. quum. hæres. ff de liberat. legat. Quum hæres rogatur debitorem suum liberare, de eo tantùm cogitatum uidetur quod in obligatione mansit. Paulus l. legati Titio. ff eod. tit. Si is cui Titius debebat, debitum ei remittere uoluerit, nihil interest hæredem suum iusserit, ut eum liberaret, an prohibeat eum exigere: utroq; enim modo liberandus est debitor, & utroque casu competit ultro ad liberandum debitorem actio.

Liberator, oris, nerbale, m. t. id est iudex libertatis. ἐλευθερωτής. [Ital. Liberatore, chi mette en libertà. Gall. Qui de liure, & met en liberté. Hisp. El que libra. Germ. Ein erlöser.] Cic. ad Attic. Patriæ liberatores urbe carebant ea, à cuius ceruicibus iugum seruile deiecerāt. Idem alibi, Romæ nostri liberatores tuto esse non possunt.

Liberatio, onis, f. t. Actus ipse liberandi, remissio, absolutio. ἀπόλυσις, ἄφεσις, ἀπαλλαγή. [Ital. Liberatione. Gall. Deliurance. Hisp. Libramiento. Germ. Erlösung, erledigung.] Cic. in Pison. Reorum acerbissimæ damnationes, libidinosissimæ liberationes. ¶ Accipitur præterea liberatio p acceptilatione, quæ à Græcis ἀπαχὴ dicitur, siue pro absolutione à nexu. Vnde Titulus est in Pandect. de Liberatione legata.

Liber, bri, substant. priore corr. m. s. Propriè corticis genus est tenuius, quod in phillyras plures diuidi potest: cuiusmodi erant quæ papyris in Aegypto detrahebantur, chartæq; usum præbebant. φλοιός. [Ital. Scorza d'albero. Gall. Escorce d'arbre. Hisp. La corteza de arbol. Ger. Bast, die inner baumrinden.] Cic. 2. de Nat. deor. Trunci obducuntur libro aut cortice, quò sint à caloribus & frigoribus tutiores. Plin. lib. 13. cap. 11. Palmarum foliis primò scriptitatum: deinde quarundam arborum libris. Indifferenter tamen pro quouis cortice positum inuenitur. Colum lib. 5. cap. 10. Ita librum arboris inolescere finito. Virgil. 10. Aegl. Quum moriēs alta liber aret in ulmo. Idem 2. Georg. Huc aliena ex arbore germen Includunt, udoq; docent inolescere libro. Et quoniam libri: hoc est, tenuiores arborum cortices, chartæ olim usum præbebāt, codices quoq; qui ex iis compaginari solebant, libri βίβλοι. [Ital. Libri. Gall. Liures. Hisp. Libros. Germ. Bücher.] dicti sunt: obtinuitq; usus, ut quamuis mutata re, aliisq; iam inuētis chartarum generibus, priscum tamen manserit nomen, libriq; dicantur qui ex pluribus concinnati sunt chartis, ex quacunque materia præparatis. Iidem & codices dicūtur, ab arborum caudicibus, ex quibus antiqui tabulas ligneas ad scribendi usum solebant conficere, easq; cera obducere. Cic. Attico, Demetrii librum de concordia tibi remisi. ¶ Sic Virgilii opera simul compacta, unum dicimus librum. Plin. Epist. 20. Postea recisa, ac purgata, in unum librum grandē quidem, unum tamen, coactasse. ¶ Quandoq; tamen libros uocamus operis alicuius partes, certaq; segmenta, in quæ totum corpus distinguitur. Græci λόγους, τόμους καὶ βιβλίας appellāt. ut quum dicimus Virgilii Aeneida in duodecim libros distinctā esse. ¶ Liber præterea ponitur pro Inuentario, ut uulgò dicitur, siue registro. Cic. 5. Verr. Misit literas ad Carpinatiū, quas ego Syracusis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarū missarum apud Tullium magistrum familiarem tuum inueni. Budæus. ¶ A liber, quando corticem significat, fit uerbum Delibro, penult. corr. quod est, corticem detraho. ἀπολεπίζω, ἀποφλοῶ. Vide suo loco.

Libellus, li, masc. s. Paruus liber. γραμμάτιον, βιβλίον. [Ital. Libretto. Gall. Vn liuret, petit liure. Hisp. Librillo. Germ. Ein büchlin.] Mart. lib. 4. Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello Constabit numis quatuor empta tibi. ¶ Ali

quando etiam ponitur pro epiſtola, ſiue tabella. Brutus ad Cic. lib. 11 Nec de Planco quidem ſpem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti. ¶ Inde libelliones dicti ſunt, de quibus infrà. ¶ Ponitur aliquando pro punctis, ſiue articulis ſcriptum aliquod diſtinguentibus. Cic. in Verr. Recita mihi hunc primum libellum: deinde illum alterũ Canuleii. ¶ Libelli etiam dicuntur quod uulgus ſupplicationes *ἱκετηρίας* appellat: quos Martialis Supplices libellos nominauit illo hendecaſyllabo, Idem ſupplicibus uacat libellis. Tales enim principibus dari ſolent ad negotia explicanda à ſubditis, in quibus petitiones continentur. Suet. in Cæſare, pro eodem ſine addito dixit libellum, Libellumq; indicem inſidiarum, ab obuio quodam porrectum, libellis cæteris, quos ſiniſtra tenebat, quaſi mox lectorus commiſcuit. ¶ Libellus ponitur etiam pro commentario, quam Memoriam uulgò uocant. Quintil. lib. 11. cap. 2: Peſſimæ uerò conſuetudinis eſt libellis eſſe contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronũ, aut alii ex genere aduocatorum. Quo in loco, teſte Budæo, libellos accipitur pro ſcripto memoriæ cauſa parato, p quo etiam libellum memorialem dicimus. Sueton. in Iul. Cæſ. Epiſtolæ quoq; eius ad Senatum extant, quas primùm uidetur ad paginas, & formam memorialis libelli conuertiſſe. A Cicerone autem ad Attic. Libellus mandatorum dicitur in quo memoriæ cauſa, quæ alicui mandantur, ſiue iniunguntur, ſunt perſcripta. ¶ Libellus etiam, eodem Budæo teſte, dicitur Epiſtola aſſertoria, qui uulgò certificationem uocamus: ut quas uectigalium & tributorũ immunes ad publicanos deſtinare ſolent, ne pro uectura res ſuas aduehentes, importantéſue inhibeant. Paul. in l. ſi publicanus. ff. de publican. Significet, inquit, id libello manu ſua ſubſcripto, eumq; ad publicanum mittat. ¶ Eſt & libellus menſuræ genus. Cato de Re ruſt. cap. 17. Parietes uillæ ſi locet in pedes centum: id eſt, pedes denos quoquouerſum, habeat libellum in pedes quinos, &c. ¶ Dicitur quoque libellos ſcripti genus, quo aliquis in iudicium uocatur. Plaut. in Cur. Vbi tu es qui me libello Venereo citaſti? ecce me ſiſto, edes contrà. ¶ A libellis autẽ miniſtri illi eſſe dicuntur, qui principi in hoc negotio ſubſeruiunt, ut ſupplices libellos accipiant, euoluant, iiſq; reſpondeant. Sueton. Epaphroditũ à libellis capitali pœna condemnauit. ¶ Libellos proponere in locis celeberrimis, eſt ſcriptũ aliquod in locis publicis affigere. Cic. pro Quintio, De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè, obſcureq; cõceditur. Libellos ſignare, ſiue ſubnotare dicitur is qui libellis ſupplicibus, quas uulgus Requeſtas uocat, reſpondet. Plin. in Epiſt. Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas. Pro eodem legitur & libellos agere: ut in Lreſcriptum. de Diſtr. pign. Reſcriptum eſt ab Imperatore, libellos agente Papiniano: id eſt, Papiniano libellis apud Imperatorem præfecto. ¶ Apud Legulcios libellus diuerſis modis dicitur. Nam eſt libellus accuſationis, conuentionis, repudii, & huiuſmodi. *ἔγκλημα τὰ ἐπιγεγραμμένα.*

Libellulus, diminut. à libellus. *βιβλίδιον.* Hieronymus, In libellulo præſenti edoceat.

Libellio, onis, m. c. A' ueteribus dicebatur, quem nos Tabellionem uocamus. *γραμματεύς.* [Ital. Porta lettere, notaio. Gall. Porteur de lettres, notaire. Hiſp. Menſajero, eſcriuano. Germ. Ein bott, oder briefftrager.] Varro, Tum ad me ferunt, quòd libellionem eſſe ſciebãt. ¶ Accipitur interdum pro librario, qui libros ſcribit, & uendit. Stat. 4. Sylu. Sed Bruti ſenis oſcitationes, De capſa miſeri libellionis, Emptum plus minus eſſe Catano. Donas.

Librarius, a, um, Quod ad libros pertinet *γραφικός.* [Italicè, Ciò che s'appartiene à libri. Gall. Qui apartient à liures. Hiſpan. Coſa perteneciente à libros. Germ. Was zů denn bücheren gehört.] ut, Atramentum librarium, quo libri ſcribuntur: quemadmodum ſutorium, quo coria: & tectorũ, quo parietes denigrantur. Plin. lib. 35. cap. 6. Omne autem atramentum Sole perficitur: librarium & tectorium glutino admiſto. Taberna libraria, in qua libri uenales proſtant. *βιβλιοπωλεῖον.* Cic. 2. Philipp. Quum tu illum in foro ſpectante populo Romano gladio ſtricto inſecutus es: negotiumq; tranſegiſſes, niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet.

Librarius, rii, m. ſubſtan. Qui libros manu ſua deſcribit, pretio ad id conductus. *βιβλιογράφος.* [Ital. Libraio, libraro, ſcrittrore de libri. Gal. Libraire, eſcriuain de liures. Hiſp. Librero, ò el eſcriuano que eſcriue los libros. Germ. Ein büchſchreiber, der vmb lon bücher ſchreibt.] quem qui emit uendit, Græco potius nomine Bibliopola dicitur. *βιβλιοπώλης.* Cic. pro lege Agrar. Aliquando tandẽ me dehgnato, lex in publicum proponitur, concurſũ meo paſſim librarii, deſcriptã legem ad me deferunt. Liuius 8. belli Macedonici. In L. Scipione malim equidem librarii mendum, quàm mendacium ſcriptoris eſſe in fontem auri argenti. Horat. in Arte. Vt ſcriptor ſi peccet, ſtatim librarius uſq; Quamuis eſt monitus, non uenia caret. Plin. lib. 7. cap. 25. de inſigni memoria Iulii Cæſaris, Epiſtolarum tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, uti nihil aliud ageret, ſeptenas.

Librariolus, li, dimin. m. ſ. Pro ſeruulo à manu. *γραμματιδίφωρ.* [Ital. Picciolo libraio ò ſcrittore de libri. Gall. Petit libraire ou eſcriuain de liures. Hiſp. Pequeno libraro, ò eſcriuano de libros. Germ. Ein büchſchreiberlin.] Cic. ad Attic. lib. 4. Et iam uelim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyrannio urator glutinatoribus. Idem 1. de Legib. Cuius loquacitas habet aliquid argutarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, ſed ex librariola Latinis.

Libraria, æ, ſubſtantiuum, f. p. Taberna in qua libri proſtant. *βιβλιοπωλεῖον.* [Ital. Libraria. Gall. Librairie, bibliotheque. Hiſp. La libreria de libros. Ger. Ein büchladen.] Gellius lib. 5. cap. 4. Apud Sigillaria forte in libraria ego & Iulius Pollux poeta, uir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus.

Librarium, rii, n. ſ. Theca eſt, ſiue ſcrinium quo libri continentur. *τὸ βιβλιοφυλάκιον.* [Ital. Groſſo regiſtro, ò luogo guardare i libri. Gall. Vn guarde liures ou regiſtre, ou bigros regiſtre. Hiſ. Grueſſo regiſtro, lugar para gardar libros. Ger. Ein büchkammer, libercy.] Cic. pro Domo ſua, Exhibe quæſo, Sexte Clodi, librarium illud legum noſtrarum quod te aiunt eripuiſſe è domo, & ex mediis armis, tuisque nocturna, tanquam Palladium, ſuſtuliſſe.

Libet, uerbum imperſonale, Idem ſignificans quod placet à labendo (ut Varro inquit) quòd quæ placẽt in mentem prolabãtur *δοκεῖ ἐπιρρέπειν.* [Ital. Piace. Gall. Il plaist. Antoja, ò plaze. Ger. Es gelieben mir, es gelüſt mich.] habet præterita, libuit & libitum eſt. Plautus in Pſeud. id auſus facere? B. Libuit: id eſt, ſic uolui, ſic placuit. Idem in Aſin. Si quid te uolam, ubi erit? L. Vbicunq; libuerit animo meo. ¶ Hinc fit Collibet, penul. corr. uel luber, collibuit, collibitum eſt, collibere, idem quod Terent. in Eunuc. Si quid collibuit, noui te. Colum. cap. 2. Facturus mox, ſi collibuiſſet, quod nunc aggr

Libens, tis, Volens, uoluntarius, gaudens. *ἑκών, ἐθελοντής*, Italicè, Voluntario, facile. Gall. Qui uolontiers & de gré fait quelque choſe, uolontaire. Hiſp. Aplazible y na gana. Germ. Gůtwillig, gern.] Cic. ad Att. lib. 10. ſunt, ignoſces: ſi falſa, me libente eripies mihi hunc. Idem pro Cluent. Eamq; animis noſtris aut libentibus æquis remittatis. Liuius lib. 9. bel. Pun. Vt modicas non æquo animo pati, ſed propè libẽti uideri poſſe ad Attic. lib. 4. Illam porticũ redemptores ſtatim libentiſſimis omnibus.

Libens, autore Donato, interdum aduerbialiter pro libenter. *ἑκόντως.* Terentius in Andr. Fugin' hinc ne rò ac libens.

Libenter, Non grauatè, æquo, grato q; animo. *ἑκουσίως.* [Ital. Volontieri. Gal. Volontiers, dehait. Hiſpan. Ganoſamẽte. Germ. Gern.] Cic. 4. Acad. Iſt. aliud diceret atq; ſentiret, libenter uti ſolitus eſſ mulatione, &c. Horat. 1. Epiſt. Dicit enim citius q que libentius illud, Quod quis deridet, quàm q bat, & uenerator. Libenter uiuere, & cœnare, aut to, eſt bonorum ciborum edacem eſſe. Terent. in Tu hercle eum illa Phædria Et libenter uiuis: c ne libenter uictitas.

Libentia, tiæ, fœ. p. Voluptas, illecebræ. *ἡδονή.* [Ital. Gal. Volupté. Hiſp. Deleyte. Germ. Vuolluſt.] C 15. cap. 2. Cui libentiæ gratiſq; omnes conuiuio guitæ ſint.

Libido, penult. prod. genitiuo libidinis, fœ. r. Eſt c

temerè ſuſcepta rei alicuius cupiditas. *ἐπιθυμία, ἡδυπάθεια.* [Ital. Libidine, luſſuria. Gall. Plaiſir, volupté deſordonnée, appetit deſreiglé, paillardiſe. Hiſpan. Gana, antojo, luxuria. Germ. Mùtwill, ein jede vngezämpte vnd vnordenliche begird.] Vnde ferè ſemper in deteriorẽ partem accipitur. Plautus in Epid. Nequam es homo Epidice, cui libido eſt malè loqui. Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. Dei, ſcribit Libidinem eſſe generale vocabulum omnis cupiditatis, quum & ipſam iram nihil eſſe quàm vlciſcendi libidinem, veteres definierint: & Auaritiam, libidem habendi pecuniam: Petulciciam, libidinem quomodocunq; vincendi: & Iactantiam, libidinem gloriandi. Et quum multarum rerum libidines ſint, tamen quum libido dicitur, neq; cuius rei libido ſit, additur, nõ ferè ſolet animo occurrere, niſi illa qua obſcœnæ partes corporis excitantur. Cic. 4. Tuſcul. Voluntas eſt quæ quidem ratione deſiderat: quæ autem aduerſus rationem incitata eſt vehementius, ea libido eſt, uel cupiditas effrœnata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Salluſtius in Catilina, medium vocabulum eſſe oſtẽdit, quòd tam in meliorem, quàm in deteriorem partẽ accipi poſſit: hoc eſt, pro voluptate tam honeſta, quàm inhonesta. Magisq; (inquit) in decoris armis, & militaribus equis, quàm in ſcortis & conuiuiis libidinem habebant. ¶ Libido nauſea, id eſt, cupiditas vomendi. Cato capite 156. Vbi libido veniet nauſeæ, eumq; apprehendet, decumbat, purgetq; ſeſe.

Libidinoſus, a, um, Qui in libidinem propenſus eſt, quiq; ne neri plus æquo indulget. *ἀσελγὴς, ἀκρατὴς, ἀκολαστος, ἀφροδίσιος.* [Ital. Luſſurioſo, libidinoſo. Gall. Impudique, ſujet à ſon plaiſir deſordonné adonné à paillardiſe. Hiſpan. Luxurioſo. Germ. Geil, mùtwillig, böſen glüſten ergeben.] Cic. de Senect. Libidinoſa enim & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. Plin. lib. 11. ca 39 Libidinoſiores hominum quoq; hirtos colligens. Quintilianus lib. 6 cap. 4. Libidinoſior es quàm ullus ſpatio. Libidinoſas ſententias Cicero pro Domo ſua dixit, quæ pro libidine cuiuſq; ferantur. Libidinoſæ dapes, dicuntur exquiſitæ & curioſæ. Colum. in Præfat. lib. 10. Mox quum ſequens, & præcipuè noſtra ætas dapibus libidinoſis pretia conſtituerit, &c.

Libidinoſè, adverbium, Idem quod impotenter, & pro animi libidine. *ἀκρατῶς.* [Ital. Luſſurioſamente, diſhoneſtamente. Gall. Impudiquement, d'un appetit deſordonné. Hiſp. Luxurioſamente. Germ. Mùtwilliglich.] Salluſt. in Iugurt. Pòſt ubi paulatim licẽtia creuit, iuxta bonos & malos libidinoſè interficere. Cic. 1. Verr. Vt quæ ille libidinoſè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. Idem lib. 1. Offic. Cauerèq; ne quid libidinoſe aut faciat, aut cogitet. Liuius lib. 3 ab Vrbe, Abſtinebatur à patribus, in humiliores libidinoſè, crudeliterq; conſulebatur.

Libidinor, aris, d. p. Libidinem perago, voluptati indulgeo. *ἡδυπαθέω.* [Ital. Darſi alla luſſuria. Gall. S'adonner à paillardiſe. Hiſp. Luxuriar. Germ. Mùtwillẽ vnd geilheit treyben.] Sueton. in Nerone, cap. 28. Olim etiam quoties lecticæ cum matre vehereтur, libidinatum inceſtè, ac maculis veſtis proditum affirmat.

Libidinoſus, Libido, Vide Libet.

Libitinarius, rii, m. ſ. Proprié dicitur is qui locat aut vendit ea quæ ad pompam funebrem ſunt neceſſaria, uel qui earum habet ſepeliendorum funerum. *λαπιστὴς, ταφεὺς.* [Ital. Colui che vende, ò da à pigioni quello che ſi appartiene alla pompa de morti. Gall. Celuy qui fait meſtier d'enſeuelir les morts, & faire ſepulchres & funerailles. Hiſp. El que apparteja coſa del mortuorio. Germ. Der die ding ſo zů einer begrebnuſs vonnöten ſind zůrüſtet verſihet oder verkaufft, ein todten greber.] Tractum eſt nomen à Libitina dea, in cuius æde aſſeruabantur ea quæ ad inſtructionem funebris pompæ erant neceſſaria. Vlpian. l. Quicunq; ff. de Inſtitor. act. Si libitinarius, quem Græci *λαπιστὴν* vocant, ſeruum polinctorem habuerit, iſq; mortuum ſpoliauerit, dandum in eum quaſi inſtitoriã actionem. Ex quibus uerbis patet, libitinarii exercitium honeſtius fuiſſe quàm polinctoris. Habebãt enim libitinarii domi ſuæ ſeruos, quorũ opera vtebantur ad polinciendа: hoc eſt, ad abluenda, ungenda, & conſuenda cadauera: quos polinctores vocabãt, à poliendis cadaueribus. Deſignatores autem dicebantur, qui pompam funebrem inſtruebant, & cuique incedendi præſcribebant locum, quos Græci *βραβευτὰς* appellant. de quibus ſuis locis. Seneca de Benef. An tu Aruntium, & Ateium, & exteros qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores & libitinarios, notas?

Libium, Lege Iuniperus parua.

Libo, as, act. pr. Leuiter degusto, & quaſi primis labris attingo. *λείβω.* [Ital. Deguſtare legiermente, aſſaggiare con la lebra. Gall. Gouſter d'vne choſe, comme en mouiller ſeulement ſes leures. Hiſp. Guſtar. Germ. Bloſs verſüchen, mit dem läfftzen antüpfen.] Sunt qui libare dictum putant, quaſi labiare: quum tamen conſtet verbum eſſe Græcum. Illi enim dicunt *λείβω*, quod nos *ei* d phthongo in i longum commutata, vertimus libo. Virgil. lib. 4 Georg. Purpureoſq; metunt flores, & flumina libant. ¶ Per translationem quandoq; ponitur pro leuiter tangere. Virg. 1. Aen. Oſcula libauit natæ. Quandoq; pro ſacrificare. *πρεσβύμαστα, καὶ ἀφροπαστάγματα ποιεῖσθαι.* Virgil. 3. Aen. Tendoq; ſupinas Ad cœlum cum voce manus, & munera libo Intemerata focis. Cic. lib. 3. de Legib Certas fruges, certasq; bacas ſacerdotes publicè libanto. Lactant. li. 5. Nihil enim ſancta & ſingularis illa maieſtas aliud ab homine deſiderat, q̃ ſolam innocentiam, quam ſi quis obtulerit Deo, ſatis piè, ſatis religioſè libabit. ¶ Libare laudem ex alienis laboribus, hoc eſt laudis, quæ alteri debebatur, partem præripere, & ſibi vendicare. Author lib. 4. ad Heren. Vide ne facias impudenter, qui tuo nomine uelis ex aliorum laboribus libare laudem. ¶ Libare, interdum eſt excipere legendo authores, & quod ſibi vtile eſt, tranſumere. Cic. lib. 5. Tuſc. Sed à te impetrare libenter uelim, niſi moleſtum ſit, quoniam nulla vincula te impediunt vllius certæ diſciplinæ, libaſq; ex omnibus quodcunq; te maximè ſpecie veritatis mouet. ¶ Huius verbi compoſita ſunt, Delibo, prælibo, prolibo, penult. prod. Plin. lib. 35. In ſacris quidem etiam inter has opes, nõ myrrhinis, cryſtallinisue, ſed ſictilibus prolibatur ſympulis innocentius.

Libatus, participi Idem quod decerptus. *λαφθὲις.* [Ital. Guſtato, ſcielto. Gall. Gouſté, extrait ou cueilli. Hiſp. Guſtado, cogido. Germ. Geſamlet, abgeläſen.] Cic. lib. 1. de Diuin. Naturale quod animus arriperet, aut exciperet extrinſecus ex diuinitate, vnde omnes animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus.

Libamen, inis, n. c. Libamentum, ti, n. ſ. & Libatio, onis, fœm. Pro eodẽ ſumũtur, ſignificantq; quicquid in ſacris libatur: à Libero patre (vt nonnulli putãt, qui primus Ioui libauit. *λοιβὴ, σπονδὴ, σπενδὴ, χοή.* [Ital. Coſa offerta in ſacrificio. Gal. Ce qu'on offre en ſacrifice. Hiſp. Coſa offrida en ſacrificio, offrẽda. Ger. Ein opfer.] Ouid. li. 3. Faſt. Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Liber enim, qui Bacchus dictus eſt, quum victor de Scythis aliiſq; nationibus extitiſſet, rerum primitias magno Ioui obtulit. Veriſimillius tamen videtur hæc omnia deducta eſſe à verbo Græco *λείβω*, quod inter alia ſignificat leuiter guſto. Cic. 2. de Legib. Quod tempus vt ſacrificiorum libamenta ſeruentur, fœtuſq; pecorum, quæ dicta in lege ſunt, diligenter habenda ratio intercalandi eſt. Plin. lib. 17. cap. 20. Præterea in aras addita ea, Traditur libamenta non amburi. Virgil. 6 Aeneid. Ignibus imponit ſacris libamina prima. Val. Flac. 1. Argon. Pingui cumulat libamine flammam. Statius 3 Syluarum, Hæc ego naſcentes lætas bacchatus ad aras Libamenta tuli. Vide Libo.

Libatio, verbale, fœm. tert. decl. Sacrificatio, vel ea deguſtatio quę in ſacrificiis fieri licebat. *λοιβὴ, σπονδὴ.* [Ital. Offerta che ſi fa à Dio, ſacrificio. Gall. Offrande, ou offerte qui ſe fait à Dieu, ſacrifice. Hiſp. Offrenda que ſe haze à Dios, ſacrificio. German. Opferung, verſüchung.] Cicero de Aruſpicum reſponſis, Te appello, Lentule, tui ſacerdotii ſunt tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

Libum, bi, n. ſ. Genus dulciarii cibi, ex farre, caſeo, melle, & oleo. *ψωμὶς.* [Ital. Foccaccia, torto. Gall. Vn gasteau, ou vne tarte. Hiſp. Torta. Germ. Ein gattung eines ſüſſen kůchens, ein opferkůch.] Virg. li. 7. . Et adorea liba per herbã Subiiciunt epulis. Dictum eſt autem libum à nerbo Græco *λείβω*, quod nos mutata *ei* diphthongo in i longum, dicimus libo. Solẽt enim liba ſacrificiis adhiberi. Alii à Libo

ro patre dictum esse putant librum: quod etiam indicat Ouidius lib.5. Fastor. Libra deo fiunt, succis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Et paulò pòst, Melle pater fruitur, liboq; infusa calenti Iure repertori candida mella damus. Quo pacto autem fieri soleat librum, docet Cato de Re rust cap.71. his uerbis, Librum sic facito: Caseum bene differe in morterio: ubi bene triueris, farinæ saliginæ libram, aut si uoles tenerius esse, selibram semiliginis solùm eodem indito, permisceto quæ cum caseo bene: eoum unum addito, & permisceto una bene. Inde panem facito, folia subdito, in foro calido sub testa ea coquito leniter.

Libra, brę, f.p. Quæ & As, & Mina, seu Mna & pondo dicitur, duodecim constat unciis. λίτρα. [Ital.& Hisp. Libra. Gall. Vne liure. Germ. Ein pfund.] Libra tamen unciarum uarietatem accepit, pondo semper idem fuit. ¶ Erat præterea libra apud Romanos mensuræ genus, constans ex duodecim partibus æqualibus, quas similiter uncias uocabant. Hanc autem mensuram ad differentiam ponderis, libram mensuralem uocabant, uel libram mensuram: alteram autem, qua res appenduntur, hoc est pondus ipsum, Libram ponderalem, uel libram pondo. Erat autem libra mensuralis, teste Galeno lib.1. de Comp. medicam. mensura cornea, qua oleum admetiebantur Romani, interfecta lineis quibusdam dioidentibus ipsam in duodecim partes. Huius uerò libræ pars duodecima, hoc est, interstitium inter duas lineas, uncia uocabatur. Porrò quantum differat libra mensuralis in pondere à libra ponderali, docet idem Galenus eiusdem operis libro 6. ostendens libram mensuralem, æqualem esse decem unciis ponderalibus: hoc est, duabus unciis minorem esse libra ponderali. Corneis autem mensuris oleum apud Romanos uendi consuesse ostendit etiam Horatius lib.2. Serm. Sat.2. Ac nisi mutatum parcit diffundere uinum: &, Cuius odorem olei nequeas præferre (licebit Ille repotia, natales, aliósue dierum Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri Caulibus instillat, ueteris non parcus aceti. ¶ Propriè autem libra, instrumentum est quo res ponderantur, duas habens lances, ex quarum depressione, uel elevatione iustum rei pondus deprehenditur. Vnde etiam bilancem uocant. Cic.1. Tusc. Quo in loco quam uim habeat libra illa Critolai, qui quû in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem puter, ut terram & maria deprimat. Persius Satyra 4. Scis etenim iustum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. Cicero lib 5. de Finib. Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere Statera uerò instrumentum est, quo res sine lancibus ponderantur. ¶ Est Libra cœleste signum, quod Cæsaris ætate octauo, hodie decimotertio Calend Octob. Sole ipsum ingrediente, æquinoctiũ facit autumnale. Virgil. 1. Georg. Libra die, somniq; pares ubi fecerit horas. Plinius lib.18. cap.25. Alterumq; æquinoctium libræ. Ouidius 4. Fastor. Pendula cœlestes libra monebat aquas. Seneca Hercul. furent. Libra Phœbeos tenet æqua currus. ¶ Libra etiam est instrumentum fabrile, seu potius geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, uel fluuiorum, num scilicet altiora fiant eo loco quò ea ducere constituimus. Quanquam etiam non rarò Libræ uocabulum usurpamus pro ipsa altitudine, quam machina huiusmodi deprehendimus. Vnde lacum dicimus esse pari libra cum mari, id est, æquali altitudine. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cuius scaturigo monte est inferior. Columella libro 8. capite 1. Sin autem locus ubi piuarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes nouem defodiatur piscina. Et paulò pòst, Quoniam modus ille aquæ iacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quàm si maior recentis freti uis ineesserit. ¶ Idem instrumentum & libella appellatur per diminutionem. Colum. libro 2. cap. 1. Hos autem meatus fieri censemus per imam concepti partem si loci situs ita competit, ut in solo piscina posita libella septem pedibus sublimius esse maris æquor ostendat. ¶ Ponitur quoq; pro libramento. Plinius lib 10. cap 16. Contra fiatus quoq; pernicax libra Bononiensibus calamis.

Libella, læ, diminutiuum, f.p. Quod modò pro statera accipitur: hoc est, pro ponderandi instrumento, duas habentes lances ζυγὸν. [Ital. Stadanza. Gall. Balance. Hisp. Balanca. Germ. Ein wägin.] ¶ Modò pro pondere duodecim unciarum. λίτρα. [Ital. Peso di una libra. Gal. Le poit d'une liure Hispan. El peso di una libra. Germ. Ein gewicht zwölffen vntzen, ist das alt Römisch pfunde, thut vnserer gewicht 14. lott.] ¶ Aliquando etiam pro numulo argenteo, qui & As dicitur. Cic.4. Verrin. Equis Volcatio, si ipsi sponte uenisset, unam libellam dedisset? Libellam pro asse posuit, ex eo dictam, quòd libram æris ualebat, id est assem. Quum autem minimam peconiam significare uolebant, assem & libellam dicebant. Plaut. in Capt. At ob eam rem mihi libellam pro ea argenti ne duis. Libella argentea dicitur, quòd numulus erat argenteus decima pars denarii. Cic. ad Attic. lib.7 Fecit palàm te ex ea libella, me ex triunce: subaudi, hæredem. ¶ Libella, etiam est fabrile instrumentum, quod nostrates, autore Budæo, Niuellam appellant. ἡ γαῦμα, ἡ μολυβδίς. [Ital Piombino da giustare. Gall Vn niueau, un plomet. Hisp. El niuel para nivelar. Germ Ein richtscheyt oder bleywag.] Plin. lib.7. cap.56. Fornicem autem & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius, subaudi, inuenit. Idem li.36. cap.22. Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet.

Libralis, & hoc brale, om t. Quod est unius libræ. λιτραῖος. [Ital. D'una libra. Gall. D'une liure. Hisp Cosa de peso de una libra Germ. Pfündig.] Plinius lib.19. cap.1. Excedunt sæpè magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Librales offæ, quæ libræ unius pondus exæquant. Columella libro 6. capite secundo. Post hæc deductis malis, educito linguam, totumq; eorum palatum sale defricato, libralesq; offas in præsulæ adipis liquamine cinctas, lingula demittito.

Librarius, a, um, à Libra. Quod est libræ. λιτραῖος. [Ital. Di libra. Gall. De liure. Hisp. De libra. Germ. Das eines pfunds ist.] Colum. lib. ult. cap.15. Caro in librariis frusta concidituR Vbi frusta librania uocat, quorum singula singulas libras pondere ad æquarent.

Librarius, à Libra. Quo nomine significatur ancilla quæ præficitur partiendis pensis. Iuuen. Sat.6. Si nocte maritus Aduersus iacuit, perit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas.

Librile, pro. pr. n. t. Scapus libræ, inquit Festus: hoc est, trabs illa transuersa, ex qua libræ dependent. ὑγὸν, γαλμίχες. [Ital. Il fondo di una ballanza Gall. La brayette d'une balance. Hisp. Astil de la balança. Germ. Das joch, oder vber zwerch ding doran die wag hangt.]

Libripens, dis, m.t Antiquitus dicebatur, qui ante argentũ signatum, quum Romani adhuc ære graui uterentur, militibus appendebat stipendia. Dictus libripens à libra ænea, qua utebatur ad pendenda: hoc est, ad ponderanda stipendia. ζυγοστάτης. [Ital. Chi pesa tenendo in mano la ballanza. Gall. Qui poise tenant la balance. Hisp. El que peza con balança. Germ. Ein wagmeister.] Plinius lib.33. cap.3. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum usus est. Libralis (unde etiam nunc libella dicitur) & dipondius appendebatur assis. Quare uis gravis pœna dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere. Quin & militum stipendiorum: hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinii uerbis clarissimè ostenditur, cum primum dictum fuisse libripendem, cuius officium erat militibus appendere æs graue in stipendium. Postea uerò libripendis nomẽ transiisse ad eum, qui in mancipationibus: hoc est, in contractibus imaginariis, quibus res mancipii, adhibito ære & libra, alienabantur, tenebat libram. Nam apud ueteres, ut docet Boethius in secunda parte Comment. in Top. Ciceronis) res mancipi: hoc est, quæ nostri sunt dominii, alienari non poterant, nisi adhibitis, ut minimum, quinque testibus ciuibus Rom. puberibus, & eo qui libram tenebat, qui uocabatur libripens. Quo autem ritu id fiebat, docet Caius lib. 1. Instit. his uerbis. Est autem mancipatio (ut suprà indicauimus) imaginaria quædam uenditio. Eaq; res agitur, adhibitis non minus quàm quinque testibus Rom. puberibus, & præterea alio eiusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenẽs, ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isq; mihi emptus est hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram, idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit quasi pretii loco.

Libro.

Libro, as, aũi. pr. Pondero, trutino, æſtimo, examino. *ταλαντεύω.* [Ital. Peſare, ponderare, effeminare. Gall Poiſer, baſlancer, contrepoiſer. Hiſp. Peſar cõ peſo. Germ Wagen.] Plin. li. 19. cap. 5. In priore mirè tenui pediculo libratus pondus immobile aurę. Metum librare. Statius 9. Theb. Paulùm ſtetit anxius heros, Librabatque metus. Apul. Omnia, priuſquam aliquid ſtatuas, libranda ſunt. ¶ Aliquando graue facere. Plin. lib. 11. cap. 11. Apes, ſi oriatur procella, apprehenſũ ponduſculo lapilli ſe libiant: id eſt, grauiores faciunt. Virgil. 4. Georg. Excurſuſq; breues tentant, & ſæpe pillos Tollunt, his ſeſe per inania nubila librant. ¶ Aues etiam ſe librare dicuntur, quum uelut ſagitta arcu excuſſa, ex alto in terram ſe præcipitant. Plin. lib. 10 cap. 3. Supereſt haliæetus clariſſima oculorum acie, libratis ex alto ſeſe, &c. Ouid. 8. Metam. Corpus librauit in alas. ¶ Aliquando æquare. Columel. lib. 4. Sic permenſum & libratũ opus in ſimilitudinem ueruſti ſemper procedit. Idem lib. 10. Et paribus Titan orbem librauerat horis. Librare ponderibus. Cic. 5. Tuſc. Vnde terra & quibus librata ponderibus, quibus cauernis Maria ſuſtineat, &c. Librare malleum. Ouid. lib. 2. Metam. Lactentis uitulo dextra libratos ab aure, Tempora diſcuſſit claro cana malleus ictu. ¶ Ponitur interdũ pro iaculari, & magna ui quicquam iacere. Plin. in Paneg. Nihil à cæteris, niſi robore ac præſtantia differens, quùm ſi bello Marte nunc cominus tela librares, nunc uibrata ſuſcipere. Virgil. 9. Aeneid. Hoc actior idem Ecce aliud ſumma telum librat ab aure. Huius uerbi compoſita ſunt, Delibro, quod eſt optimè pondero. Gellius, Quid relinquitur, niſi delibrari ſibi cœnas iubeant, ne edendo defatigentur? Perlibro, exactè libro. Colum. lib. 4. Pariter imæ foſſæ ſolum metitur atq; perlibrat.

Librator, m. t. *ταλαντιστής.* [Ital. Scandagliere. Gall. Poiſeur, tontenier Hiſp. Niuelador. Germ. Ein wäger, ein ſeiſſiger erweger der waſſerco vnnd brunnen wie hochman ſy hinein leyten ſöndte.] Dicitur qui in ducendis aquis peritiam habet librandi: hoc eſt, expendendi, & examinandi altitudinem fontium, uel lacuum, quanto ſcilicet altiores ſint eo loco, quò eos ducere conſtituimus. Plin. in Epiſt. Supereſt ut tu libratorem, uel architectum, ſi tibi uidetur, mittas, qui diligenter exploret, ſit ne lacus altior mari, quem artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorẽ eſſe contendunt. ¶ Libratores etiam dicuntur, qui eminus cum hoſtibus pugnant, tela, aut glandes torquentes. Tacit. lib. 2. Libratoribus, funditoribusq; attributus locus, unde eminus lapides, & glandes torquerent. Idem lib. 2. Sonſtil dux imparem cominus pugnã remotisq; paulùm, legionibus, funditores libratoresq; excutere tela, & proturbare hoſtem iubet.

Libramentum, ti, n. g. Aequamentum. *ἰσορροπία.* [Ital. Aguagliamento. Gall. Niuellement, contrepoix Hiſp. El nivel. Germ. Gewicht.] Colum. lib. 1. cap 5. Nam eiuſmodi poſitio medium libramentum, temperamentumq; ventorum hyemalium, & æſtiuorum tenet. Plin. lib. 31. cap. 5. Libramentum aquæ in centenos pedes ſurſum elici minimũ erit. ¶ Libramenta tormentorum, ſunt habenæ & lora, ſeu funes quibus librantur, ſeu uibrantur tormenta. Tacitus libro 19. Vincula, & libramẽta tormentorum abſcidiſſent. ¶ Libramenta plumbi, ſunt maſſæ plumbeæ in arietes conflatæ & uibratæ. Liuius libro 8 Decad. 4. In arietes telonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipitẽſue robuſtos incutiebant.

Librilla (inquit Feſtus) Inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachii craſſitudinem, in modum flagellorum, loris reuincta, inde dicta quòd librari manu, id eſt, ponderari uidentur.

Libraria, Librarius, Vide Liber & Libra.

Librile, Librilla, Libripens, Libro, as, Vide Libra.

Libum, Vide Libo, bas.

Liburna, & Liburnum, Vide in proprijs.

Libyca citrus, Lege Mala medica.

Libycontes, Carbunculi, ſiue gemmæ quæ languidius lucent.

Libyon, Lotus urbana apud Dioſc. lib. 4. cap. 112. Vocatur & ſylueſtris.

Lĭcĕo, es, cui, citum. *πλειστηριάζομαι. ἀνατιμάομαι.* [Ital. Eſſere eſtimato, eſſere appretiato Gal. Eſtre mis à prix, eſtre appreſté. Hiſp. Ser puеſto in precio. Germ. Geſchetzt oder angeſchlagen werdẽ.] Antiquum uerbũ eſt, ſub uoce neutra paſſiua habẽs ſignificationem: unde à Grammaticis neutrum paſſiuum eſſe dicitur: quemadmodum uaneo, & napulo: quæ quum uoce neutra ſint, ſignificationem tamẽ habent reſpondentem uerbis paſſiuis uendor, & uerberor. ¶ Licere itaque res aliquã dicitur, quum pretium pro ea offertur. Contrà liceri dicitur is qui rei alicuius emendæ animo pretium pro ea offert. *ἀντωνιάζω.* ¶ Indicare autem dicitur uenditor, quum merces ſuas emptoris certo æſtimat pretio. *ἐπιτιμᾶσθαι.* Plautus in Menech. Die ſeptimo auctio fiet. MES. Menæhme. MEN. Manè ſanè Venibunt ſerui, ſuppellex, fundi, ædes, omnia Venibunt, quique licebunt præſenti pecunia: hoc eſt, quantulumcunq; eorum nomine offeretur. Horatius 1. Sermon. Contra Leuinum Valeri genus, unde Superbus Tarquinius regno pulſus fuit, unius aſſis Non minoris emptum. Nonnonquam pretio pluris licuiſſe. Martialis libro 6. Paruo quum pretio diu liceret. Cicero ad Atticum libro 12. De Druſi hortis quanti licuiſſe tu forſitan, id ego quoque audieram: &, ut opinor, heri adhuc ſcripſeram.

Licĕor, eris, d. ſ. Idem eſt quod pretium offero in auctione alicuius rei. *ἐπιβάλλω, ἀντωνιάω.* [Ital. Mettere all' incanto. Gal. Priſer en mettre enchere, apretier. Hiſp. Poner en precio, en almoneda. Germ. Auff ein feil ding bieten.] Plautus Stich. Iocos ridiculos uendo, agite licemini. Perſius Satyra 1. Et centum Græcos curto centuſſe licetur. Huius uerbi præteritum ratione analogiæ deberet eſſe Licitus ſum, quod teſte Valla, non eſt in uſu. Eo tamen uſus eſt Cicero 5. Verrina, Heribitenſes quum uiderent, ſi ad Aetchrionem pretium rediſſet, ſe ad arbitrium libidinoſiſſimæ mulieris ſpoliatum iri: liciti ſunt utique eò, quoad efficere poſſe arbitrabantur. ¶ Liceri contra aliquẽ. Cic. 3. Offic. Non licitatorem uenditor, nec qui contra ſe licetur, emptor opponet.

Licitator, oris, maſcu. gen. tert declin. Qui crebrò licetur, quiq; pro re emenda conducenda ue pretium alio maius pollicetur. *ὁ ἀντωνιάζων, πλειστηριάστης.* [Ital. Chi mette prezzo all' incanto. Gall. Encheriſſeur, celuy qui met en chere ſur ce qu'on uent. Hiſpan. El que pone precio en almoneda. German. Der bäts auff ein ding mehr beütet, ein abbieter.] Licitatorem apponere, eſt ſubornare aliquẽ, qui coram emptore maius pretium offerat, ut res pluris æſtimetur, uendaturque. Cicero ad Marium libro 7. Nunc quoniam tuum pretium nomi, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris uaneat. Idem libro 3. Offic. Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem uenditor, nec qui contrà ſe licetur, emptor apponet.

Licitor, aris, d. p. Quamuis frequentatiuum uideatur à uerbo liceor, eiuſdem tamen omnino eſt ſignificationis cum ſuo perfecto, ut autor eſt Valla li 3. *ἀντωνιάω, ἐπιβάλλω.* [Ital. Mettere prezzo. Gall. Mettre pris, mettre enchere. Hiſpan. Poner en precio en almoneda. Germ. Auff etwas bieten.] Nihil enim aliud eſt licitari, quàm pro re uanali pretium offerre. Curtius de rebus Alexandri, Quum habeatis arma, licitamini hoſtiũ capita. *ἐπιπηρίζετε χρήματα.* Plinius libro 7. capite 38. Ariſtidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis Rex Attalus licitatus eſt. ¶ Licitari item, teſte Nonio, congredi & pugnare ſignificat. Cæcilius in Hymnis, Quin machæra licitari aduerſum eum cœpiſti ſciens. Ennius, Pars ludicrè ſaxa iactant, & inter ſe licitantur.

Licitatio, uerbale, fœmin. gener tertiæ declin. Id eſt auctio, uel ſubhaſtatio. *ἀντώνησις.* [Ital. Prezzo, offerta ſopra coſa che ſi uende. Gall. Enchere miſe ſur ce qu'on uent au plus offrant. Hiſpa. Aquella poſtura de precio. Germ. Ein bott auff etwas, ein ſchetzung was etwas wärt ſey.] Licitationẽ facere. Cic. 4. Verr. Exquiſitis palàm pretiis, & licitationibus factis, deſcribebat Cenſores, &c.

Licĕt, impersonale, Modò idem ſignificans quod fas eſt. *ἔξεστι ἐγγίνεται, ἔξεγε.* [Ital. E lecito, glie lecito. Gall Il eſt permis, il eſt licite. Hiſp. Es licito, conuiene. Germ. Es zimpt ſich, es wirt zugelaſſen, man darff daſs.] Cic. Neq; enim licebat locum numini conſecratum turpi flagitio contaminare. Virgil. 9 Aen. Quandoquidem Auſonios cõiungi cõdere Teucris Haud licitũ, nec ueſtra capit diſcordia finem. ¶ Modò ſignificat poſſibile eſt, ſiue conceditur, aut poteſtas datur.

ἐνδέχεται, ἐνδέχει. Martial. Piſcinam peto, non licet natare. Cic. lib. 1. Tuſcul. Idq; quum maiꝭ aliis rebus, tum è Pontificio iure, & cæremoniis ſepulchrorum intelligi licet. Cic. 1. Tuſcul. Licuit enim eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminundæ. Quintil. lib. 4. cap. 4. Procuratorem tibi eſſe non licuit. Cic. pro Corn. Balbo, Si ciui Romano licet eſſe Gaditanum. Quibus in teſtimoniis hoc animaduertendum eſt, utrꝭ modo rectè dici, Licet mihi eſſe otioſo, & otioſum. Cic. Act. lib. 1. Quo in genere mihi negligenti eſſe non licet. Idem pro Flacco, Cur his per te frui libertate ſuadetur, dealiꝭ eſſe liberos non licet? ¶ Si per te licet, id eſt ſi permiſeris, uel ſi potero, à te non impeditus. Plautus in Aſin. Aſinaria uult eſſe, ſi per uos licet. Terent. in Prologo Heaut. Date poteſtatem mihi ſtatariam agere ut licebat per ſilentium id eſt, ut ego poſſim agere nobis tacentibus. Lucanus uerò li. 7. Omnia maiorum certamus buſta licebit: pro eo quod eſt, ius faſꝭ erit. ¶ Licet abſolutè, pro poteris facere. Cic lib. 1. de Inuent. Hanc ſi quis partem putat eſſe orationis, ſequatur Hermagoram licebit: id eſt, poterit ſequi. ¶ Modò ſignificat facile eſt. Cic. li. 1. Offic. Licet enim oris ipſa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine, aut motu commmoti ſunt, &c. id eſt, facile eſt. ¶ Modò aduerbium concedentis eſt, idem ſignificans quod eſto. Virgilius 6. Aeneid. - Licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exangues terreat umbras. ¶ Modò eſt coniunctio aduerſatiua pro quamuis. *εἰ καί.* [Ital. Ben che. Gall. Iaſoit que, non obſtant che. Hiſp. Aunque. Germ. Vuiewol, ob ſchon.] Quintil. lib. 1. cap. 10. Licet enim dicamus propriũ, ſpecioſum, ſublime: nihil tamen horum, &c.

Licitum eſt, Idem quod licet. *ἔξεστιν.* Plautus in Amphyt. Quin introite in ædes nunquam licitum eſt: id eſt, nunquam permittetur.

Licitum, Cic. ad Atticum lib. 2. Quòd nihilo magis ei licitum eſſet plebeio Rempublicam perdere, quàm ſimilibus eius, &c.

Licentia, æ, ſ. p. Libertas immodica, impunitaſq; quædam facultas agendi, dicendiq; quicquid uelis. *ἄνεσις, ἄδεια.* [Ital. Licenza. Gall. Licence, abandon. Hiſp. Licencia, la ſoltura para mal hazer. Germ. Erlaubung, nachlaſſung, gefattung.] Terent. Deteriores omnes ſumus licentia. Lucan. lib. 1. Quis furor, ô cives, quæ tanta licentia ferri? Quintil. Quæ in aliis libertas eſt, in aliis licentia uocatur. ¶ Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, ut idem ſit quod libertas. Cic. 3. Offic. Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunque probabile maximè occurrat, id noſtro iure licebat defendere. Idem lib. 1. Officiorum, Magnis enim illi, & diuinis bonis licentiam hãc aſſequebantur.

Licentior, oris, & **Licentius**, Quod immodicè liberum eſt, *παῤῥησιαστικώτερος.* [Ital. Più licentioſo. Gall. Trop abandonné. Hiſp. Mas ſuelto de regla. Germ. Das mehr erlaubung hatt, frãfenlicher, meiſterhafftiger.] ut, Licentior epiſtola, in qua nimis liberè ſcribimus. Plin. in Præf. Natur. hiſtoriæ, Licentiore epiſtola narrare conſtitui. Licentiora mancipia, dicuntur nequiora, quaſi multa per licentiam facientia. Licentior uita, id eſt, diſſoluta. Valer. lib. 9 cap. 1. Licentior dithyrambus. Cic. 3. de Orat. Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. Idem in Orat. Quid uerò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quò eſſent aptiora?

Licentioſus, a, um, Qui nimis utitur licentia. *παῤῥησιαστής.* [Ital. Licentioſo. Gall. Trop licencieux, trop hardi. Hiſp. Suelto de regla. Germ. Das zuuil freyheit oder erlaubung hatt, muͤtwillig.] Quint. li. 1. cap. 10. Nam ebur dicere, non minus eſt licentioſum, quàm ſi ſulphuri & gutturi ſubiice rem o mediam in genitiuo. Tacit. Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentioſus.

Licenter, aduerbium, ab adiectiuo Licens, Idem ſignificans quod nimium liberè. *ἀδεῶς.* [Ital. & Hiſp. Licentioſamente. Gall. Licencieuſement, abondannément. Germ. Nach lãſſlich, frãfenlich.] Cic. in Orat. Solutum quiddam ſit, nec uagum tamen, ut liberè, non ut licenter uideatur errare. Idem 1. de Nat. deor. Tanta eſt impunitas garriendi, ad quam licenter fluentium frequẽter tranſitio ſit uiſionum, ut è multis una uideatur. ¶ Ab hoc Gellius formauit Prælicenter, quod eſt quaſi nimis licenter, Quæ uerba (inquit) fluxit prælicenter.

Lichas, *λίχας*, Menſura eſt, quam Galli ſuo lingua impropriè Palmum uocant: hoc eſt, illud interſtitium quod ſi inter pollicem & indicem, quàm maximè extenſos.

Lichen, enis, *λειχήν*, uel **Lichenes**, plurali numero, *λειχῆνες.* [Ital. Infirmità, mentagra. Gall. Dartre ou feu ſolage, qui eſt une maladie ſur la peau de la perſonne. Hiſp. El empeyne. Germ. Die vernuſtung deſs angeſichts mit ſchuppechtiger rauhd, zittermaal.] Morbi genus faciem præcipuè infeſtans, quem Latini, quòd à mento potiſſimum oriatur, Mentagram appellarũt. Irrepſit in Italiam Tiberii principatu, antea uniuerſæ propemodum Europæ incognitus, ſine ullo quidem dolore, & ſine uitæ pernicie. tanta tamen fœditate, ut quæcunq; mors præterenda eſſet. Hæc Plin. lib. 26. cap. 1. Galenus tamen, cæteriq; Græci, lichenum nomine leuius quoddam mali genus uidentur intelleciſſe, quia quod à Plinio deſcribitur: illud ſcilicet quod Latini impetiginem appellant. Quinetiam Plin. ipſe lib. 20. cap. 1. lichenas impetiginem interpretatur, ſicut pſoram, ſcabiem. Vide Manardum Epiſtol. Medic. lib. 7. ¶ Eſt & lichen, herbæ genus, ſingulari aduerſus lichenas remedio: unde & nomen accepit. Eius duo ſunt genera: quorum alterum in locis ſcitur ſaxoſis, folio uno ad radicem lato, caule uno, pareo longis foliis dependentibus: alterum petris roſcidis adhæret, ut muſcus. Autor Plin. lib. 26. cap. 4.

Licia, orum, n. ſ. Sunt fila, quibus in telis textrices implicant ſtamina: quamuis nonnunquam etiam pro ipſis accipiantur ſtaminibus. *μίτος.* [Ital. Lici, fila da trama. Gall. Las de la treme d'un tiſſerant. Hiſp. Los lizos dela tela. Germ. Das wäber geſchürr, gereits dadurch der zettel auffgezogen wirt.] Plin. lib. 8. cap. 48. Plurimis uerò licijs texere quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. Virg. 8. Aegl. Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore licia circundo. Ouid. 2. Faſtor. Tunc cantata tenet cum ſuo licia plumbo. Vnde Trilicem dicimus veſtem, quæ tribus liciis conſtat. Et Titinilicis, fila de tela decidere. Plaut. in Caſi. Non ego uerbum emptitem titinilicis eſt, te admodum uili.

Liciatorium, *μιτοκάνειον τῶν ὑφαντῶν*, Lignum quod licia inuoluuntur. Hieron. lib. 1. Regum, Haſtile eius erat quaſi liciatorium texentium.

Licinia, æ, Genus olivæ quæ & Liciniana dicitur, ab ea re. Cato de Re ruſt. cap. 6. Qui ager frigidior, & maceriæ, ibi oleam licinianam ſeri oportet. Colum. lib. 5. Videntur autem & alia genera huic rei magis eſſe ſicut licinia & culminea.

Lictator, Licitor, Vide Licen.

Licion, Medicamentum, cuius deſcriptionem uide mihi lib. 22. cap. 7.

Licentonica, Verba ex etymo nominis ſic dicta, quæ lupi eam attingerent, morianiur.

Lictor, oris, Miniſter Conſulis, Proconſulis, & ſimilium. *ῥάβδοῦχος.* Plutarcho in Romulo. [Ital. Sbirro, bollette. Gall. Sergeant, bourreau. Hiſpan. El macero reſtatt knecht oder ſcherg, ein diener der oberkeit.] Duodeni lictores Conſulis erant, aliorum ſenũ tantũmodo uirgarum faſciculos cum ſecuribus ligatos. Hos præibant, ac quoties iuſſi erant, faſciculos ſolui uirgis cædebant damnatum, mox ſecuri feriebant. Miſſiq; lictores ad ſumendum ſupplicium uirgis cædunt, ſecuriq; feriunt. Hos primus inſtituſſe, ut autor eſt Plutarch. in uita eius. Dicti autẽ à ligando, eo quòd magiſtratus pop. Rom. quemptam uerberari iuſſiſſet, pedes & manus illi iubebat ligari: quod & ipſum non obſcurè in Orat. pro Rabir. Lictor, inquit, colliga manus. Lictor & Viator, ut Lictores dicãtur miniſtri Prætorũ, Proconſulum, Præſidum, cæterorum imperio ſunt. Viatores, Tribunorum miniſtri. Verbe, Ardeas itaq; ira Tribunus, viatorem miſit ſulem, Conſul lictorem ad Tribunum. Gellius pite 13. ex libro 21. Rerum humanarum Varro ſtatu habent alii uocationem, alii prehenſionem. Vocationem, ut Conſules, & cæteri quoperium: Prehenſionem, ut Tribuni plebis, & bent uiatorem: Neq; prehenſionem, neq; uocQuæſtores, & cæteri, qui neq; lictor ẽ habẽr, ne

Lictorius, ria, rium, Quod ad lictorem pertinet. *ῥαβδοῦχικός.* [Ital. Pertinente à bois. Gal. Apartenant à bourreau ou ſergent. Hiſp. Perteneſciente à macero real. Ger. Das zů dem ſtaffelnrechten oder ſchergen gehört.] Plinius lib. 7. cap. 30. Faſces lictorios Ianus ſummiſit, cui ſe Oriens Occidenſq; ſummiſerat.

Lictus, ûs, Vide Linctus.

Lido, dis, *λείρω*, Verbum antiquum, ſignificat confingo, deleo, cuius compoſita ſunt, Allido, collido, illido.

Lien, enis, gen. maſcul. t *σπλήν.* [Ital. Milza. Gall. La rate ou ratelle. Hiſp. El baço. Germ. Das miltze.] Viſcus eſt in humano corpore ſiniſtram partem occupás, concauus ſui parte in dexteram, hepar uerſus, gibba uerò ad ſpinalium coſtarum extrema conuerſum, humoresq; melancholicos ex hepate per uas uenoſum ad ſe attrahens, quorum partem tenuiſſimam in ſui alimentum conuertit, reliquam per proprium quendam meatum, quem ſtomachum uocant medici, in uentriculum eructans. Alio nomine Splen dicitur. Perſius Sat. 1. Sed ſum petulanti ſplene cachinno: hoc eſt, procliuior ſum ad riſum. Tradunt enim phyſici lienis magnitudinem, riſus intemperantiam gignere. Intumeſcit quandoq; lien, ut cingere hominẽ uidetur. Plaut. in Cure. Nam quaſi zona, liene cinctus ambulo. Geminos in uentre habere uideor filios: Nihil metuo, niſi medius diſtrum par miſer.

Lien capræ, Secundum Prophetas, quos alii Magos interpretantur, Malua hortenſis.

Lienoſus, Qui liene laborat. *σπληνικὸς, σπληνιῶν.* [Ital. Chi patiſce di milza. Gall. Qui a douleur de rate. Hiſpan. El que cria baco. Ger. Miltzenſüchtig.] Accidit autem hic morbus (ut inquit Ariſtot. lib. 3. de Part. animal) quoties plus excrementi in lienẽ diuertit, quàm calor eius uiſceris poſſit conficere. Plin. lib. 7. cap. 2. Quodam corpore partes naſcuntur ad aliqua mirabiles: ſicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cuius tactu lienoſis medebatur. Lienoſum cor, lienis naturam habens, ut turgeat ſicut lien. Plaut. in Caſi. Vbi ſim neſcio: Perii, cor lienoſum, opinor, habeo: iamdudum ſalit.

Lienicus, Idem quod lienoſus. Plin. lib. 29. cap. 3. Hæc & illita lienicis, &c.

Lienteria, æ, f. p. *λειντερία.* [Ital. Fluſſo di uentre. Gall. Flux de uentre. Hiſp. Fluxo de uentre. Germ. Die rür, der bauch lauff.] Fluxus uentris ex læuitate inteſtinorum: quum ſcilicet inteſtina ob læuitatem cibum non contineẽt, ſed talem propemodum excernunt qualis eſt ingeſtus. Nam *λεῖον* Græci leue dicunt, & *ἔντερα* inteſtina. Hoc morbo qui laborant, Lienterici dicuntur.

Ligamen, Vide Ligo.

Ligeon, Græci nocant & arborem, & herbæ quoddam genus, quod, ut inquit Athenæus, in nidos ſuos pariturí cygni inferunt.

Ligellum, li, n. ſ. Breue domicilium & tugurìolum. *διαλύβη, οἰκίδιον.* [Ital. Caſſetta, caſſuppola. Gall. Loge ou logette. Hiſp. Choça ò caſa pagiza. Ger. Ein hütlin, ein ſchlechts heüslin.] Plaut. in Aulul. Diuũm atque hominum clamat cõtinuo fidem, De ſuo ligello fumus ſi quà exit foras. Quo in loco Nonius Ligelli nomine domunculam ſiue tugurium intelligit. Quanquam non inuenuſtè ligellum interligere poſſumus diminutiuũ eſſe à ligno, quemadmodum tigellum à Tigno.

Ligilium, Genus herbæ, de qua apud rei ruſticæ Scriptores ſit mentio, quomodo ſentur.

Ligneum, Putamen nucis, quod nucleum nucis immediatè continet.

Lignarius, a, um. *ξυλικός.* [Ital. Pertinente à legno. Gal. Apartenant à bois. Hiſp. Perteneſciente à lenna. Germ. Das zů dem holtz gehört.] Quod ad lignum pertinet, ut Faber lignarius, qui ligna dolat. ¶ Lignarius, arii, ſubſtantiuum. *ξυλεύς, ξυλοκόπος.* [Ital. Legnaiuolo. Gall. Boſcheron, charpentier. Hiſp. Cortador de madera. Germ. Ein holtzhauwer, holtzer.] qui lignum ſecat, aut qui ligneatum it. Liuius 1. Belli Maced. Et idem porticum extra portam Trimeginam inter lignarios fecerunt.

Lignum, ni, n. ſ. A legendo (inquit Varro) quòd ligna cædua in agris legebantur, quibus ad focum uterentur. *ξύλον.* [Ital. Legno. Gall. Bois. Hiſpan. Lenna ò madera. Germ. Holtz.] Plin. lib. 12. cap. 11. Quoniam fructus is conſtat radice, fronice, cortice, ligno, &c. Cic. 5. Verr. Cædere ianuam ſatis, inſtare ferro, ligna & ſarmenta circumdare, ignẽ ſubiicere cœperunt. Horat. 3. Carm. Ode 17. Dum potes aridum Componere lignum, cras geniũm mero Curabis. Virgil. 2. Georg. Nam primi cuneis ſciudebant fiſſile lignum. Idem 2. Georg. Quid tibi odorato referam ſudantia ligno Balſamaq; & baccas ſemper frondentis acanthi? ¶ Io ſyluam ligna ferre, eſt aliquem iis rebus augere uelle, quibus ipſe maximè abundet. Horat. ¶ Lignum cum nodo, haud unquam rectum, *ξύλον κηκίλον ἀδιόρθωτον ἀεί.* Diſtorta prauaq; ingenia uix unquam ad bonam frugem traducuntur. Viut pauit Galenus.

Lignum, Vocatur quod ex neruo eſt & humore. Lignum Gallicum, apud Palladium, aut Laricem ſcripere oportet aut ei ſimile quid, ut inquit Herm. Barbarus.

Ligneus, ea, eum. Quod ex ligno eſt. *ξύλινος.* [Ital. De legno. Gall. De bois Hiſp. Coſa de madera ò de lenna. Germ. Höltzin.] ut, Ligneus equus. Plaut. Rud. Nempe equo ligneo per uias carrulcas eſtis nectæ. Ouid. 11. Metam. Quæ mota ſacerdos Lignea contulerat ueterum ſimulachra deorum. Cic. 2. de Inuent. Materiam ligneam flamma uri poſſe neceſſe eſt. Soleas ligneas in pedes induere. Idem 2. de inuentione. Ponticulus ligneus, Idem 7. Tuſcul. Lignea turris, Liuius 5. Bell. Punici.

Lignеolus, diminut. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. Hanc ſcripſi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Lignile, huius lignilis, pen. prod. & n. t. *ξυλώη.* [Ital. Legnaio, ſtiua di legno. Gal. Lieu à tenir bois. Hiſp. Lugar do ſe guarda la lenna. Ger. Ein holtzhauſs oder holtzlege.] Dictum eſt ubi ligna in domo ad comburendum parata ſunt: ſicut fornile, ubi eſt, uel eſſe ſolet fœnum. Sic bouile, equile, caprile, & huiuſmodi.

Lignoſus, a, um, Quod inſtar ligni durum eſt *ξυλώδης.* [Italicè, Legnoſo, duro como legno, ſimile à legno. Gall. Abondant en bois, reſemblant à bois, dur comme bois. Hiſp. Coſa llena de lenna ò de madera, ò dura como madera, ò ſemejante à ella. Germ. Höltzin, hert wie holtz.] Plin. li. 12. cap. 7. Arbor radice lata, lignoſa.

Lignor, aris, ari, dep. p. Verbum eſt caſtrenſe, idem ſignificans quod ligna colligere, ſiue congerere. *ξυλεύεσθαι.* [Ital. Far legne, andare à pigliar legna alla foreſta. Gall. Aller querir du bois, ou en couper ou aporter. Hiſp. Hazer lenna, y por lenna à madera. Germ. Holtzen, jn das holtz gon oder faren.] Propriè enim milites lignari dicuntur, quum in ſyluam profecti ligna incidunt, quæ in caſtra conuehant. Liuius lib. 10. ab Vrbe, Reſpondentibus; lignatum ſe ire, An tandem, inquit, nunc caſtra uallata non habetis? Plautus Capt. Ite iſtinc, afferte lora. C. Num lignatum mittimur?

Lignatio, onis, f. t. Lignorum defectio, uel deportatio. *ξυλλεμὸς, ξυλεία, ξυλοφορία.* [Ital. Taglio di legno, portamente di legno, luoco oue ſi taglia. Gall. Aport de bois, taillis, le lieu ou on coupe le bois. Hiſp. Aquella obra de yr por lenna el lugar doue ſe haze lenna, corradura de lenna. Ger. Holtzung, holtzſamlung.] Cæſar 7. Bell. Gall. Vt nonnulli milites, qui lignationis munitionisque cauſa in ſyluas diſceſſiſſent, repentino equitum aduentu interciperentur. ¶ Lignatio pro loco ubi ligna accipi poſſunt. Columella libro 1. capite 5. Sit autem uel intra uillam, uel extrinſecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumque uicinum.

Lignatores, maſcul. gen. tert. declinat. Dicti ſunt milites, qui lignatum uadunt. *ξυλευταί.* [Italicè, Soldati che uanno à far legno. Gall. Qui uont querir ou aporter bois, boſcherons. Hiſpan. Los que uan por lennar para quemar. Germ. Die ausgond, oder ausfarẽ zů holtzen.] Liuius lib. 10. ab Vrbe, Paucis citra millibus lignatores ei cum præſidio occurrunt. Cæſ. 7. Bel. Gal. Subitoq; expreſſis lignatoribus, magna manu, &c.

Ligo, as, aſi p. Vincio, conſtringo. *δέω, δεσμεύω.* [Ital. Legare. Gall. Lier Hiſpan. Atar. Germ. Binden.] Quintil. libro 5. capite 14. Quæ apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolum nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inextricabili ſerie connectunt. Guttura ligauit laqueo. Ouidius 6. Metam. Vulnera ligare. Ouidius 7. Metam. Legibus ligare aliquem, Statius 5 Syluar. Cicero 4. in Catilin. Filium eius impuberem ligatum à Prætore miſſum. ¶ Huius compoſita ſunt,

Alligo,

Alligo, circunligo, deligo, illigo, obligo, præligo, religo, ſubligo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Ligamen, inis, n. t. Ligaculum, li, Ligamentum, ti, ſignificant id quo aliquid ligatur. *Δεσμα, Δεσμός.* [Ital. Legame, legatura. Gall. Lien, liaiſon, liement. Hiſp. Atadura. Germ. Ein band.] Columella libro 11. capite 2. Poſſit etiam ſalix deciſa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad oitium ligamina præparari. Propertius libro 2. elegia 30. Nocturna limina mitte.

Ligo, onis, maſc. t. Ruſticum inſtrumentum ad extirpandas herbarum radices accommodatum. *Δίκελλα, μάκελλα.* [Ital. Zappa. Gall. Vn hoyau. Hiſpan. El acada ò el acadon. Germ. Ein hauw oder hárſt.] Plinius libro 18. capite 6. Adduxit graues ligones, uomeres ponderoſos. Ouid. 1. Amor. Quum benè iactati pulſarunt arua ligones.

Ligographi, A rationibus publicis conficiendis, perſcribendis dicti ſunt, quanquam apud oratores hæc dictio aliter accipiatur, iidem fermè qui tabularii, qui in tabulas publicas referunt, quæ ad Rempubl. pertinent.

Ligula, Vide Lingua.

Ligurio, ris, iui, uel rii, ritum, neut. q. Significat multa auidè conſumo, & ſuauiora edulia carpo, & per heluationem patrimonium uoro. *Λιχνεύω, λιχνεύομαι.* [Ital. Conſumare il ſuo in pacchi. Gall. Gourmander, licharder, ou prendre les meilleurs morceaux. Hiſp. Comer y geſtar en golofinas. Germ. Verſchleckelen, verſchlemmen.] Perſonæ triſyllabæ huius uerbi penultimam producunt, contra conſuetudinem eorum quæ ſunt eiuſdem terminationis. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 2. -Puer unctis Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit. ¶ Eſt etiam ligurire, ſuauiſſima quæque degustare paulatim, & cum quadam mora atque elegantia comedere, quaſi ſinendo ut per ſe cibus in ſtomacho liquefiat. Terent. Eunuch. Quæ cum amatore ſuo quum cœnãt, liguriunt. Dictum *ἀπὸ τῆ λιγυρῆ*, quod Græci ſuaue dicunt, ut inquit Donatus. Per translationem Cicero D. Bruto ſcribens, ad ſuppilationem rerum uſus eſt. Quum quidam (inquit) de collegis noſtris agrariam liguriret curationem, diſturbaui rem, totamq; nobis integram reſeruaui. Quidam tamen non poſtremæ notæ uiri, liguirent, interpretantur ibi, pro eo quod eſt appeterent, & propterea quadam ſpe quaſi deuorarent. ¶ Ligurire lucra, pro eo quod eſt ſenſim depeculari. Cic. per translationem dixit 5. Verr. Commiſſa eſt, inquit, pecunia tanta Prætori: non reperieris hominem timidè, nec leniter hæc improbiſſima lucra ligurientem, &c.

Ligurritores, maſ. t. Dicuntur goloſi, & uoratores eduliorum duleiorum, qui conſumptis dapibus catillos etiã linguut, quos antiqui catillones appellabant, *λίχνοι.*

Liguritio, onis, fœm. tert. decl. Auiditas, immoderata appetentia. *Ἡ λιχεία, τὸ λίχνον, ἡ φιλοψία.* [Ital. Auidità grande, ardente appetito. Gall. Gourmandiſe & friandiſe, appetit deſordonnè de licharder & manger bons morceaux. Hiſpan. Aquella obra de comer golofinas. Germ. Verſchleckung, oder ſchleckerhafftigkeit.] Cic. 4. Tuſcul. Aegrorationi autem talia quædam ſubiecta ſunt, mulieroſitas, pernicacia, liguritio, uinolentia, cupedia, & ſi qua ſunt ſimilia.

Liguſticum, n. ſ. Herba eſt in ea Apennini parte præcipuè naſcens, quæ Liguriæ immineat: unde & nomẽ habet. Quidam Panaceam appellarunt, quod panaceam Heracleoticam & caule referat, & radice & effectu. Galenus literæ unius immutatione Libyſticum uocat. Officinæ Leuiſticum appellant.

Ligüſtrum, ſtri, n. ſ. A lego, quaſi leguſtrum, *λύγος* quibuſdam, aliis *φλυρία.* [Ital. Liguſtro. Gall. Du troeſne. Hiſp. El arbor dela alhenna. Germ. Beinholtz, oder mundweiden.] Arbor, ex cuius ligno texeræ fiunt aptiſſimæ, oliuæ ſimilis folio, ſemine coriandri, flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturq;, quod poſtea Cyprinum uocatur, ab arbore ſua, quæ dicitur Cypros alio nomine: à cuius ubertate Cypro Ciliciã maris inſulæ nomẽ inditum eſt. Plinius lib. 24. cap. 10. Liguſtrum eadem arbor eſt quæ in Oriente Cypros. Suos in Europa uſus habet. Liguſtra (inquit Plinius) non niſi in aquoſis proueniunt, ſicut ſalices, alni, populi, filer. Eſt etiam Liguſtrum (ut quidam putant) herbæ genus per ſepes & macerias ſerpens. Colum. lib. 10. Et nigro permiſta liguſtro Balſama. Alii tamẽ malunt Co lumellam de liguſtro arbuſcula loqui, quã idcirco nigram appellauit, quòd nigras proferat baccas. Liguſtrum quidam exiſtimauerunt eſſe, quæ apud Plinium Cyprus uocatur lib. 12. cap. 14. arbor eſt oliuæ foliis circum ramos latioribus, mollioribus, & uiridioribus: flore candido, muſco ſo, odorato: ſemine ſambuci, nigro. Fortè illud eſt, quod Mauri uocant ſuum Alcanna Seruius Grammaticus Commentario in ſecundam Eclogam Virgilii. Huc. Liguſtrum, inquit, flos eſt candidiſſimus, ſed uiliſſimus: tamen refert Grammaticum etiam aliarum literatũ eſſe peritum. Sunt qui conuoluoli hunc florem exiſtiment. Sed qui tandem uerius exiſtimarint, non uideo. Certè dum Grammaticos & Medicos complures perquirimus, tamen nemo eorum adhuc mihi demonſtrare uoluit, quàm uerum ſit Liguſtrum. Tametſi Virgilius exiſtimat in Ciſalpina Gallia eſſe notiſſimum, & Hetruria adhuc corrupta uoce uocari Ruſticum, ſine labore cognoſcendum in ſcipibus Maio mense, cum flore: Autumno autem quum maturuerit, parum nigreſcit.

Lilium, lii, neut. ſec. *λείριον.* [Ital. Giglio. Gal. Herbe ou fleur qu'on appelle Lis. Hiſp. Açucenena. Germ. Ein gilgen oder lilien.] Flos eſt notiſſimus, proximam (teſte Plinio) rosæ nobilitatem obtinens, eximio candore, foliis foris ſtrictis, & ab angustiis in latitudinem paulatim ſe laxantibus, effigie calathi, reſupinis per ambitum labris, tenuiq; folio, & ſemine, ſtantibus in medio crocis. Ex hoc flore conficitur oleum, ſiue unguentum quod Græci *λείριον* uocant. Nam illi *λείριον* uocant florem, quem nos Lilium dicimus. Sunt autem diuerſa liliorum genera: quæ uide apud Plin. lib. 21. cap. 4. Virgilius 6 Aeneid. Et candida circum Lilia funduntur. Idem 4. Georg. Hîc rarum tamen in medis olus, albaq; circum Lilia uerbenasq; premẽs, uescumque papauer.

Liliaceus, cea, ceum, adiectiuum. *Λειρινος.* [Ital. Di giglio. Gall. De lis. Hiſpan. Coſa de acucena. Germ. Gilgen, aus gilgen gemacht.] ut, Oleum liliaceum, Palladius libro 6. capite 14.

Lirinon, *λείριον.* [Ital. Oglio ò unguenti di giglio. Gal. Huyle ou unguent de lis. Hiſpan. Azeyte ò unguento de acucenas. Germ. Gilgen ſalb, oder öl.] Vnguentum ſiue oleum ex liliis. Plin. li. 21. cap. 5. Lilium roſæ nobilitate proximum eſt, & quadam cognatione unguenti, oleiq;, quod Lirinon appellatur. Idem li. 23. cap. 4. Lirinon, quod & Phaſelinum, & Syrium uocauimus, renibus utiliſſimum eſt, ſudoribuſque euocandis, &c.

Lilietum, ti, n. ſ. Locus, in quo liliorum copia eſt. *λειριών.* [Italicè, Luogo doue ſono molti gigli. Gal. Lieu ou croiſſent les lis. Hiſp. Lugar de muchas acucenas. Germ. Ein ort da vil gilgen ſtend.] Palladius, Lilieta, cunctis ponenda ſunt. Idem lib. 3. cap. 21. Nouas lilieta formabunt.

Limã, æ, fœm. pr. Inſtrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud terendo expolitur. *Πρίων.* [Ital. Lima. Gall. Vne lime. Hiſp. La lima de hierro, inſtrumento para limar. Germ. Ein feile.] Quintil. lib. 10. cap. 3. Opus poliat lima. ¶ Hunc non inelegantèr dicimus, Scriptis deeſſe ultimam limam, quum ſignificare uolumus non ſatis terſa eſſe, & expolita. Item lima uti, pro caſtigare & expolire. Ouid. lib. 1. de Ponto, Scilicet incipiam lima mordacius uti, Vt ſub iudicium ſingula uerba uocem.

Limo, as, act. pr. Lima polio, leuigo, & ſuperflua detrabo. *Ξυνω, ἐκτρίβω, περιῤῥάω, λειαίνω.* [Ital. Polire, limare. Gall. Limer, polir à la lime. Hiſpan. Polir, limar con lima. Germ. Feilen.] Plin. lib. 36. cap. 6. Scalpere atq; limare gemmas. ¶ Ponitur aliquando per translationem pro expolire, & redundantia circuncidere. Cic. 2 de Orat. Neq; hæc ita dico, ut ars aliquid limare non poſſit: neq; enim ignoro, & quæ bona ſunt, fieri meliora poſſe doctrina. ¶ Aliquando eſt limis oculis aliquid intuerî. Horatius, Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam Limat. ¶ Aliquando eſt coniungere, teſte Nonio. Plautus in Pœn. At oide ſit, cum illa nunquam limauit caput. Idem in Merc. Niſi cum illo, aut ille mecum neuter ſtupri cauſa caput limaret. ¶ Huius compoſita ſunt Delimo, & elimo, quæ habent penultimam productam.

Limatus, a, um, Nomen ex participio. *Ἐξῃρημένος.* [Ital. Limato, polito, ornato. Gall. Limé, poli, orné. Hiſp. Limado, ornado, afeytado. Germ. Gefeilet, aufgebutzt.] Cic. de Clar. orator. Nihil cauſelatè, quo fieri poſſit aliquid limatius. Ho-

tius. Horat.1.Serm.Satyr.10. - Fuerit Lucilius, inquam, Comis & urbanus, fuerit limatior idem Quàm rudis.

Limatè, tius, ſimè, aduerbium. hoc eſt, politè, ornatè. [Ital. Ornatamente. Gal. Ornecment. Hiſp. Ornadamente. Ger. Zierlichen, geſtreyfft.] Cic.5.de Finib. Vnum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabãt: alterum limatius, quod, &c.

Limatulus, li, diminutiuum. ἐξῃνυσμένος. [Ital. Alquanto limato & polito. Gall. Vn peu limé & poli. Hiſp. Limmado y ornado un poco. Germ. Zimlich geſtryfft.] Cicero Volumnio, Opus eſt hîc limatulo & polito tuo iudicio: id eſt, terſo & ſubtili.

Limatura, ræ, f.p. Scobs, hoc eſt, puluiſculus limando detrà ctus. ῥῖνημα. [Ital. Limatura. Gall. Limure, limaille. Hiſp. Limadura Germ. Abfeileten, feilenſpán.]

Limax, cis, fœ.g. teſte Varr.lib.6.de Ling.Lat. Idem eſt quod cochlea, nomenq; habet à limo, in quo per hyemem delitefcit, uere prodiens. κοχλίας. [Ital Lumaca. Gall. Limace ou limaçon. Hiſp. Caracol. Ger. Ein ſchneck.] Colum.lib.10. Implicitus conchæ limax, hirſutaq; campe. Nonnulli tamen uolunt limacis nomẽ generalius eſſe quàm cochlex: ut cochles tantùm dicatur quæ cõchæ includitur, ſuamq; ſecum domum circunferr: limax etiam illa quæ teſta caret.

Limbus, bi, m. ſ. Eſt pars infima ueſtis muliebris, imos pedes contingens: uel potius faſcia extremitatem ueſtium circunquaq; ambiens. πρόσωρος, ὕφασμα. [Ital. Lembo, orlo. Gall. Bord, bordure. Hiſp. El cabo ò borde dela ueſtidura. Germ. Ein ſaum oder belege, fürnemlich an weibs kleideren.] Ouidius. - Quam limbus obibat Aureus, ornabant ornata monilia collum. Virgilius 4. Aeneidos, Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Vbi Seruius, Limbus, eſt faſcia extremitatem ueſtium ambiens, ſecundum antiquum ritum. ¶ Huius diminutiuum eſt Limbulus, à quo limbellus.

Limbelarius, rii, Qui limbum ueſtiũ cõſuit. ὑφαντοῤῥάπτης. [Ital. Chi fa tali orli. Gall. Brodeur, qui faict bords. Hiſpan. Bordador ò boslador. Ger. Belege näyer.] Plaut.in Aulul. Textores, limbolarii, acularii, &c.

Limina, Veteres dicebant omnia tranſuerſa, à quo & limina oſtiorum, per quæ foris & intus itur: & limites, quòd per eos foris & intus eatũr.

Limen, nis, n.t. Dicitur quod ex tranſuerſo in ianua eſt: à limo, id eſt, obliquo, quòd ingredientibus, exeuntibusq; tranſuerſum ſit, ut eſt apud Donatum, Feſtumq; φλιὰ, σταθμὸς, βαθμός. [Ital. Soglia, ſoglio della porta, entrata di caſa. Gall. Le linteau ou ſueil de l'huis, l'entrée d'un huis ou porte. Hiſp. El lumbral dela puerta. Ger. Die thürſchwell, die ober vnd vnder.] Terent.in Hecyr. Iam ut limen exirem, ad genua accidit. ¶ Nec ſolùm inferiorem partem ſignificat, quæ ſub pedibus calcari ſolet in ingreſſu, ſeu etiam ſuperiore, quam Græci ὑπέρθυρον, ἢ ὑπερθύριον appellant. Iuuenal. Satyr.6. Pendentia liquit Vela domus, & adhuc uirides in limine lauros. Næuius uerò limen ſuperum & inferum dixit, Exime limen ſuperum, quod mihi miſero ſæpe cõfregit caput: inferum quoq; ubi ego omnes defregi digitos. ¶ Limen ſuperum, inferumq; ſalue, ſimul autem uale. ¶ Ponitur interdũ limen pro ingreſſu. εἴσοδος. Virgil.2. Aeneid. Limen erat, cæcæq; fores, & peruius uſus Tectorum. ¶ Interdũ pro domo ipſa. Virgil.2. Georg. Penetrant aulas & limina regum. ¶ Interdum pro carceribus unde ſtadiodromi curſum auſpicantur. Virgil.5. Aen. - Signoq; repentè Corripiunt ſpatia audito, limenq; relinquunt. ¶ Interdũ pro amicitia, ut teſtatur Seruius, enarrans illud de Turno, - Se limine pelli. Iuuenal. Satyr.3. Limine ſubmoueor: id eſt, repellor ab amicitia. ¶ Ad limina ſeruus, pro attienſi, apud Apul. de Aſin. & apud Virgil lib. 9. Fidusq; ad limina cuſtos: id eſt, Ianitor, inquit Budæus. Limina imperii: id eſt, extremi fines. ¶ Muſas uix à limine ſalutaſſe, prouerbiali metaphora dicuntur ii, qui uix leuiter, & ſummis tantùm labris literas degustarunt? ¶ Ipſum oſtii limẽ tetigiſti, αὐτὸν διέρχεσαι τὸν βατῆρα τῆς θύρας. Dici ſolitum quoties ad rem ipſam peruenitur.

Liminaris, re, om.t. adiect. ut, Lapis liminaris, qui in domus aditu tranſuerſus iacet. Item uerbum Elimino, & nomen Poſtliminium: de quibus ſuis locis.

Limẽarcha, æ, maſcul gen. p λιμεναρχης. [Ital. Chi guarda un paſſo, di mare, ò un porto maritimo. Gall. Celuy qui garde les paſſages ſur mer, qui à la charge des ports de mer, maiſtre des ports. Hiſp. Gardador de los puertos marinos. Germ. Ein oberſter, ſo perordnet iſt zů der hůt eines meerhafens oder paſſes in frömbde land.] Diſtio Græca eſt, quâ Latinè Præfectum portus interpretari poſſumus. λιμένα enim Græci portum dicũt. Erant autem Limenarchæ, qui portubus præerant, ex quibus frequens erat traiectus ad exteras nationes. Hos Ariſtoteles lib.6. Politicôn λιμενοφύλακας appellat. Hæc ferè Budæus in l. limenarchæ. ff. de ſeruis fugit.

Limes, itis, maſcul.gen. Semita tranſuerſa, militari uia anguſtior. ἀτραπός. [Ital. Via per trauerſo, termino, confine. Gall. Frontiere ou liſiere, chemin trauerſant les terres, ſente. Hiſp. La linde ò termine. Germ. Ein zwercher fůſswåg durch ein acker.] Colum.lib.1. Semitas, nonnoſq; limites in agro fieri non patiatur. Virgil.8. Aeneid. Hæc ego uaſta dabo, & lato te limite ducã. Idem.2 Aen. - Tunc longo limite ſulcus Dat lucem. Quintil.lib.2.cap.13. Itaq; & ſtratum militari labore iter ſæpe deſeritmus, compendio ducti: & ill rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circuire cogimur. Liuius lib.bel.Maced. Intra portam, extraq; latæ ſunt uiæ: ut & oppidani dirigere aciem in foro ad portam poſſent: & extra limes mille fermè paſſus in Academiæ gymnaſium ferens, pediti, equitiq; hoſtium liberũ ſpatium præberet. Budæus. ¶ Limites item in agris dicuntur ipſi termini, quibus agrorum fines diſtinguuntur. Feſtus, Limites in agris modò termini, modò uiæ tranſuerſæ dicuntur. Virgil.1.Georg. Nec ſignare quidem aut partiri limite campum Fas erat. ¶ In agris limites duo maximi erant, cardo & decumanus. Limes decumanus eſt, qui ab Oriente in Occidentem ſpectat: Cardo à Meridie ad Septentrionem. Reliqui limites angustiores, diſtantq; inter ſe paribus interuallis. Vide Plin.lib.18.cap.35. Sunt alti limites actuarii, alii linearii. Actuarius eſt limes, qui primus actus eſt ab eo quintus quiſque: quem ſi numeres cum primo, erit ſextus:



quoniam quinque centurias ſex limites claudunt, reliqui medii limites linearii appellantur, in Italia ſubruncini. Actuarii autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent pedum xii. quidam ex his latiores ſunt xii. pedibus, linearii limites menſuræ tantùm diſterminandæ cauſſa ſunt conſtituti: & ſi finitimi interueniunt, latitudinem ſecundum legem Maniliam accipiũt. In Italia itineri publico ſeruiũt ſub appellatione ſubruncinorũ. Habẽt latitudinẽ pedũ. 8.

Limito, tas, pennult.corr. act.pr. Termino, ſiue limitibus diſtinguo: quemadmodum Semito, in ſemitas diſtinguo. ἀφορίζω, περιορίζω. [Ital. Limitare, terminare. Gall. Limiter, borner par ſentiers & voyes, diuiſer & partir par chemins & bornes. Hiſp. Deslindar ò poner linder. Ger. Mit wägen vnderſcheiden, vndermarcheu.] Vnde limitatus ager, dicitur in centurias diuiſus, inquit Feſtus. Plin.lib.17. cap.22. Vineas limitare oportet decumano 18. pedum latitudinis, ad contrarios uehiculorum tranſitus, aliisq; limitibus denũm pedum diſtingui per media iugera. Aut ſi maior modus ſit, totidem pedum cardine, quot decumanus limitari: ſemper uerò quintanis ſeminari: hoc eſt, ut quinto quoque palo ſingulæ iugo paginæ includantur. ¶ Per translationem accipitur pro reſtringo, ſiue reſeco. Cicero Appio Pul. De tua prolixa beneficaq; natura limitauit aliquid poſterior annus, propter quandam triſtitiam temporum. Quo tamen in loco, quædam exemplaria limauit habent, non limitauit.

Limitanei milites, Qui ſunt in limitibus, id eſt, in finibus Imperii in præſidio conſtituti, ad incurſus inimicorum uicinorum arcendos. ὅριοι οἱ ἐν τοῖς μεθορίοις. [Ital. Gente d'arme, alle frontiere. Gall. Gens d'armes qui ſe tiennent és frontieres d'un pais. Hiſp. Hombres de armas en frontera. German. Kriegsleüt ſo auff den grentzen anſtöſſen zůr hůt ligend.] ¶ Item agri limitanei, qui in limitibus alicuius prouinciæ, proximè hoſtes ſunt ſiti, Iuriconſultus

in l final. de Fundis limitrophis, Agros limitaneos uniuersos cum paludibus, omniq; iure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere uacuos ipſi curare pro ſuo compendio, atq; arare conſueuerunt, &c. Limitati fundi, ſunt limiti deputati.

Limitatio, onis, f.t. ὁρισμὸς, ἀφορισμὸς. [Ital. Diuidere il camino. Gall. Limitation, diuiſion des ſentiers & chemins. Hiſp. Obra de deslindar ò poner lindes, apartamiento de caminos Germ. Vndermarchung, pudeſcheidung.] Columella lib. 12. cap. 11. Non intempeſtiuè commemorabimus Iolii Græcini conſcripta, uelut formulam, ad quã poſita eſt limitatio terræ uinealis.

Limeum, Herba qua uenatores ſagittas inficiunt: unde à nonnullis Venenum ceruarium appellatur. Plinius libro 27. cap. 11.

Liminium, nii, Cic. in Top Cum ipſius poſtliminii uis quæritur, & uerbum ipſum notatur, in quo Seruius noſter, ut opinor, nihil putat eſſe notandum, niũ poſt, & liminium illud productionem uerbi eſſe uult.

Limnẽſium, λιμνήσιον, Herba eſt, quam alio nomine Centaurium minus appellant, copioſiſſimè circa lacus proueniens, & paludes, quas λίμνας Græci appellãt: unde & nomen accepit Dioſcor. lib. 3 cap. 7.

Limõnia, æ, λειμωνία, Alterum genus anemones. Plinius li. 21. cap. 11.

Limõniates, λειμωνιάτης, Gemma eadem uidetur, quæ ſmaragdus. Plin. lib. 37. cap. 10.

Limõnion, λειμώνιον, Herba eſt ſimilis betæ, uerum foliis tenuioribus, & minoribus, numero circiter decem, caule tenui, recto, altitudine liliorum, pleno ſeminis rubri, quod guſtatum linguam aſtringit. Plin. Betam ſylueſtrem appellat lib 20. cap. 8. Vulgo Beta prateoſis.

Limonium, Frutex eſt, nunquam cubito altior, criſtiſq; foliorum ac radice nigra, ſed duici, recipit ipſum in cibis Oriens. Ex Plin. lib. 22. cap 22.

Limpĭdus a, um, Clarus, purus, lucẽs διαφανὴς. [Ital. Chiaro, limpido. Gall. Clair comme eau de roche. Hiſp. Coſa limpia. Germ. Lauter, klar.] Colum. lib 11. cap. 2. Vere florente roſa, defæcatum quàm limpidiſſimum in uaſa bene picata & pura transferto. Lacus limpidi, Catul. ad Simionem Peninſulam. Epigram. 29.

Limpĭtudo, dinis, fœm. t. Puritas, claritas διαφάνεια. [Ital. Chiarezza, purità Gall. Clairté d'eau ou d'autre choſe. Hiſpan. Limpieza. Germ. Lauterkeit, klarheit.] Plinius libro 31. capite undecimo, Stant uelut ſullo cruce longo, in arena defixæ, hiantesque qua limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio.

Limus, limi, m. ſ. Genus ueſtis, ab umbilico ad pedes pertingens, qua teguntur, ut ait Seruius pudenda poparum. Hæc autem ueſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt flexuoſam: unde & nomẽ accepit: nam limum obliquum dicimus. Virgilius 12. Velati limo & uerbena tempora uincti. ¶ Limus præterea lutum ſignificat, ſeu cœnum illud mollius, quod ab aquis deferri ſolet. ἰλὺς, πηλός. [Ital. Fango, mata, loto Gall. Boue, fange. Hiſpan. Limo de la tierra ò cieno. Germ. Kaat, láht.] Virg. 6. Aegl. Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit Vno eodemque igni: ſic noſtro Daphnis amore Idem 4. Georg. Tu tamẽ & læui rimoſa cubilia limo Vnge. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. Siue grauis ueteri craterę limus adhæſit.

Limoſus, oſa, oſum, Limo plenus & cœnoſus, ἰλυώδης, πηλατώδης. [Ital. Pien de fanga Gal Boueux, fangeux, plein de boue & de fange. Hiſp. Coſa llena de limo è cieno. Ger. Láthechtig, múrechtig] Virgilius 2. Aeneidos, Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in ulua Delitui. ¶ Hinc Illimis, & hoc iſtinc, penultima producta, quod eſt ſine limo, defæcatum, ſyncerum. ἄπηλος. Ouid. lib. 4. Metamorp. Fons erat illimis, nitidis argenteus undis. ¶ Hinc & Oblimo, de quo alibi.

Limus, ma, mum, Obliquus, tranſuerſus, obtortus, pro quo etiam Limis dicimus, teſte Feſto, per tertiam declinationem. διαγραμμένος, παράβλωψ. [Ital. Trauerſo, torto, Gall. Qui eſt de trauers, torné. Hiſp. Coſa tuerta ò atrauesada. Germ. Schálb, ſchlimm, uberzwerch.] Vnde Oculi limi, uel limes dicuntur, quibus ex obliquo aliquem aſpicimus. Plautus in Milite, Aſpice limis oculis. Plinius libro 8. capite 16. Nec limis intuentur oculis: aſpiciq; ſe ſimili modo noluerunt eſt, obliquis oculis. Vnde qui obliquè aſpicit, limis oculis ſpectare dicitur, παραπλέπειν, παραβλέπειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, παραβλέπειν. Terentius in Eunucho, Ego limis aſpecto hic per flabellum clanculum. Vbi Donat. Limis, ſi nominatiuus ſingularis eſt, tranſuerſum ſignificat: ſi ſeptimus pluralis, deeſt oculis. Nam Limis eſt tranſuerſus: unde limen dicitur quoque quod ingredientibus, recuntibuſque tranſuerſum eſt. Quum igitur diſſimulant homines ſe uidere quod uident, & non recta facientes tranſuerſa intuentur limes dicuntur aſpicere. ¶ Hinc Limulus, diminutiuum. Plaut. in Bacchid. Videᵒ limulis ut obſecro intuentur.

Linamentorum, Vide Linum.

Linĕa, æ, fœm. pr. A Geometris propriè appellatur longitudo, latitudinis prorſus expers. γραμμή. [Ital. Linea ò ſpagada lagnaiuolo, ſegno tirato ſur qualche coſa Gal. Ligne, raye, cordeau de charpentier Hiſp. La linea ò raya ò trago. Germ. Ein linien, ein richtſchnur.] ¶ Hoc item nomine dicitur filum illud quo fabri utuntur ad ſignandam materiem: ſiue quòd ex lino fieri ſolerat, ſiue quod ea creta aut rubrica infecto, linea materiæ ſolerent inducere. ¶ Pretura Linea dicitur filum omne ex lino, & quicunque tenuis funiculus. Columella, Ligata pede longo linea gallina cubo dicitur. Plinius, Muræna deuorant hamum, admouentique dentibus lineas, atque ita erodunt. Quo in loco accipitur linea pro funiculo illo cui annexus eſt hamus, quo piſcatores utuntur ad decipiendos piſces. ¶ Lineam mittere, apud Plautum in Moſtel. uidetur accipi pro eo quod eſt explorare, uel explorare aliorum conſilium. Non dixit ex templo oſtendam meum ſenſum: lineam mittam: hoc eſt, explorabo illorum mentem. Sunt qui à nautis ductum putent prouerbium, qui ad explorandum locorum profunditatem funiculum mittunt in mare, cui plumbum in extremo adhæret. Græci βολίδα uocant. Alii à piſcatoribus ductum putant, qui ad capiendos piſces lineam hamatam in aquam mittunt. Sunt etiam qui à pictoribus ortum putent, qui ubi aliquid pingere uolunt, lineam prius umbræ cuipiam ſimilem mittunt, per quã ipſi picturam dirigunt: ſed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi poteſt de picturæ forma. ¶ Nullam hodie lineam duxi, τὴν ἡμέραν ἀγράμματον ἤγαγον. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat quibus ceſſatum ab exercitio ſtudii artiſq; ſuæ. Plinius lib. 35. cap. 10.

Lineo, as, act. pr. Eſt lineas ducere, lineis rem aliquam figurare, & deformare. διαγράφω. [Ital. Tirar linee, lineare. Gal. Aligner, marquer à ligne, pourtraire par lignes & traits. Hiſp. Traçar, debuxar. Germ. Linien ziehen, entwerffen.] Cato de Re ruſt. cap. 10. Et quæ opus ſunt domui, præſtabit, & ad opus dabit, ſuccidet, dolabit, lineabit, ſecabitq; materiam ſolam duntaxat.

Lineamenta, n. ſ. Lineæ quædam in corpore apparentes, ex quibus rei uniuſcuiuſq; forma dignoſcitur: à lineari pictura tracta, in qua per ſolas lineas effigies hominis cognoſcebantur. γραμμαί. [Ital. Lineamenti, figure tratte à linee. Gall. Traits, pourtraits premiers, lineaments. Hiſp. Trazas. Germ. Die lydmaſs.] Iuſtinus lib. 1. Lineamentorum æqualitas matri & filio perſimilis. Cic. 4. Verr. Contemnere etiam ſignum illud Himeræ iam uidebatur, quòd eſt multò magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. Plinius lib. 35. cap. 15. Nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta, inuentus eſt. Lineamenta in geometria ſunt linearum productiones Cic. 1. de Orat. In geometria lineamenta, formæ, interualla, magnitudines, &c. Lineamenta animi, ſunt ornamenta. Cic. 1. de finibus, Animi enim lineamenta ſunt pulchriora, quàm corporis.

Linearis, re, om. 1 Quod ad lineam pertinet. γραμμικὸς. [Italicè, Lineare. Gall. Aparrenant à ligne Hiſp. Coſa perteneciente à la linea. Germ. Das zů den linien gehört.] Vnde linearis pictura nocata eſt, quæ nullis adhibitis coloribus, ſola pingendæ ſimilitudinẽ ſolis lineis expriment. i. Primi hanc picturam exercuerunt Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius, ſine ullo colore, ſpargentes tamen lineas intus: unde & Græci huiuſmodi picturam γραφικὴν appellarũt. Vide Plin. lib. 35. cap. 3.

Lingo,

Lingo, gis, xi, ctum, act. pr. Eũ aliquid lingua molliter delibo. λείχω [Ital. Leccare. Gall. Lecher, ſucer. Hiſp. Lamer. Germ. Lecken.] Plaut in Cafin. Mel mihi uideor lingere. Plinius Epiſtol. 171. Auditum eſt frequenter ab ipſo, quum quæreretur de contumeliis debilitatis ſuæ, digitos ſeruorum ſuorum quotidie lingere. ¶ Nonnunquam idem eſt quod paulatim deglutio: ut quum aliquid ore tenentes ſenſim demittimus in uentriculum. Plin. lib. 37. cap 10. Tecolithos oleæ nucleo ſimilis uidetur: neque eſt gemmæ bonos, ſed lingendum calculos frangit, pellitq. ¶ Hinc fit compoſitum Ēlingo, quod idem ſignificat cum ſuo ſimplici. Plautus in Curcul. Hîc hodie apud me nunquam elinges ſalem.

Linctus, us, uerbale, m. q. Hoc eſt ipſe lingendi actus. τὸ λεῖγμα, τὸ ἔγλειμμα, τὸ ἐγλειτόν. [Ital. Lecca, ſucchio. Gall. Lichement ou ſucement. Hiſpa. Obra de lamer. German. Leckung.] Plinius libro 31. capite 9. Multi tuſſim ueterem linctu ſatis diſcuſſêre. Quæ uerò in eum uſum fiunt ut delingantur, à Græcis uocantur ἐκλείγματα, quaſi dicas deslinctoria. Qua etiam uoce uſus eſt Plinius, Hſemine lini fiunt ecligmata.

Lingua, æ, fœm. pr. Pars corporis nobiliſſima, uoci formandæ, digooſcendiſq; ſaporibus deſtinatatita dicta quòd eius miniſterio lingentes utamur. γλῶσσα. [Ital. Lingua. Gall. Langue. Hiſp. Lengua. Germ. Die zung.] Plaut. in Pœnul. Iſthic eſt thetaurus ſtultis in lingua ſitus, Vt quæſtui habeãt malè loqui de melioribus. Cic. 1. de Orat. Hæc tibi eſt excidenda lingua, qua uel euulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Coruſcare linguis dicuntur ſerpentes, Ouid. 4. Metam. Virg. 3. Georg. Linguis micat ore triſulcis. Ouid. 7. Metam. Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem, Qui criſta linguiſque tribus præſignis, & uncis Dentibus horrendus. Biſulca lingua, Ouid. 4. Metam. Aſpera lingua premit fauces, Virgil. 3. Georg. Compreſſam forcipe linguam Abſtulit. Ouid. 6. Metam. Linguam conuertere ad mores alicuius, eſt reprehendere. Plaut in Pœnul. Reſpondebunt, Punicè pergam loqui: Si non, tum ad horum mores linguam diuertero. ¶ Eſt & lingua minor, quæ à Græcis Epiglottis dicitur, ἐπιγλωττὶς, operculum cartilaginoſum, quod fiſtulam ſpiritualem in gutture claudit: ne quippiam in eam deerret. Hæc, quum ridemus, attollitur, quia riſus omnia concutit. Quapropter periculoſum eſt, ne nos riſus inuadat, quum deglutimus. Hoc enim operculum natura inſtituit, ne quid eſculenti, poculentiue ad pulmonem feratur: quod ſi acciderit, niſi reiiceretur, hominem ſtrangularet. ¶ Accipitur quandoque lingua pro differentia ſermonum. Plautus in Pœnul. Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. Vnde dicimus Linguam Latinam, Linguam Græcam. ¶ Quinetiam in una lingua ſermonis diuerſitas, διάλεκτος, lingua dicitur: ut in Græca lingua quinque præcipuæ ſunt linguarum diuerſitates, Attica, Aeolica, Ionica, Dorica, & Cõmunis. ¶ Lingua, pro oblocutione. Cic. ad Varr. lib. 9. Tibi autem idem conſilii do, quod mihimetipſi, ut uitemus oculos hominum, ſi linguas minus facilè poſſimus. Tela linguæ. Ouid. 4 de Ponto, Hoſtibus eueniat, quàm ſis uiolentus in armis, Sentire & linguæ tela ſubire tuæ. ¶ Eſt præterea lingua, ſiue lingula promontorium, uel alia quæuis terra longa, & anguſta, quæ in modum linguæ exertæ in mare excurrit. Cæſar 3. bell. Gall. Erant eiuſmodi ferè ſitus oppidorum, ut poſita in extremis lingulis, promontoriiſq; neque pedibus aditum haberent, &c. Bodæus. Plin. lib. 7. cap. 7. Inde in altum lingua mille paſſuum excurrit. ¶ Lingua item Plinio lib. 24 cap. 19. herba eſt, quæ circa fontes naſcitur, cuius radix combuſta & trita, alopecias emendat. ¶ Similiter lingua bubula, genus herbæ, quam Græci βύγλωσσον dicunt, boum linguæ ſimilis. ¶ Lingua canina, alia herba, quæ κυνόγλωσσον nocatur à Græcis. ¶ Lingua petræa, genus lapilli, quod inter gemmas connumeratur. ¶ Lingua amicus. ἀπὸ γλώττης φίλος, qui uerbis oſtendit, non re præſtat beneficium. Aut qui non amat ex animo, ſed benuolentiam præ ſe fert. Theog. in Sententiis. ¶ Lingua bellare, γλώττῃ πολεμίζειν, dicuntur qui magnificè conuiciantur, ac minantur hoſti, ſed quũ tutũ eſt. ¶ Lingua iuranit, γλῶσσ' ὤμοσεν, ubi quis non præſtat fidem promiſſi: aut ubi non ex animo pollicetur. Euripides.

Lingula, Secundum Priſcianum, & per conciſſionem ligula. γλωσσίδιον, γλωσσὶς. [Ital. Picciola lingua, correggia, la correggia d'una ſcarpa, ſpatola, cusliero. Gal. Vne controye, une ſparule, un cuillier, une eſcumoire, un friquet, une eſguillette. Hiſp. Pequenna lengua, la lengua ò puerta del caparo, la eſpatula del aboticarlo, aguieta, cinta. Germ. Ein zũnglin.] Feſtus, Lingula per diminutionem dicta, aliàs à ſimilitudine exertæ linguæ, ut in calceis: aliàs inſertæ, id eſt intra dentes coercitæ, ut in tibiis. Docti noſtræ ætatis Priſcianum ſecuti indifferenter ſcribunt lingula, uel abiecta n litera, ligula. Martial. tamẽ irridet ſuperſtitionem Grammaticorum ſui temporis, qui quum Senatorum, & Equitum, eorumq; qui emendatiſſimè loquebantur, uſus obtinuiſſet, ut ligula diceretur, etymologiæ tamen rationem ſecuti, lingula dicendum contendebant: Quamuis (inquit) me ligulam dicant Equitesq; Patresq;, Dicor ab indoctis lingula Grammaticis. Quo in loco prima ſyllaba corripitur: quemadmodum & apud Iuuenalem Satyr. 5. Et ligulas dimittere ſolicitus, ne Tota ſalutatrix iam turba pererret orbem. Martialis lib. 2. eandem produxit: ubi ſic legitur, Non extrema ſedet lunata ligula planta. Vnde nonnulli putant ibi legendum eſſe lingula. Sed uerisimile non eſt Poetam in idem uitium labi quod in aliis reprehendit. ¶ Eſt etiam ligula inſtrumentum cauum & oblongum, in ſpeciem linguæ factum: quale eſt illud quo utuntur aromatarii ad extrahenda è uaſis unguenta. Plinius libro 21. capite 14. Cera Punica fit hoc modo: uentilatur ſub dio ſæpius cera ſuiua: deinde feruet in aqua marina ex alto petita, addito nitro: inde ligulis eliguut florem. Columel. lib 9. cap. 15. ligulam uocat inſtrumentum ad purgandum è uaſe ſpumam: Deinde (inquit) ubi liquatum mel in ſubiectum alueum defluxerit, transfert in uaſa fictilia, quæ paucis antè diebus aperta ſint, dum muſteus fructus efferueſcat: isq; ſæpius ligula eſt purgandus. ¶ Accipitur etiam ligula pro menſura quadam, quæ alio nomine cochlear dicitur, quæ eſt quarta pars cyathi. Nam quatuor ligulæ complent cyathum. De quo uide Agricolam lib. 1. Plin. lib. 20. cap. 5. Item opiſthotonicis, & iecinorum uitiis, & torminibus, & ſtrangoriæ, duarum aut trium ligularum menſura. Idem, Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta, ſexta, ſeptima, ligulæ menſura, id eſt, cochlearis. ¶ Veteres etiam gladiolum oblongum in ſpeciem linguæ factum, ligulam uocitauêre: cuius rei teſtis eſt Gellius lib. 10. capite 25.

Lingulatus, adiect. γλωσσώδης, ut, Lingulatus tubulus, apud Vitruuium lib. 8. cap. ult.

Linguax, cis, om. t. Verboſus, multum loquens, qui nimium & ſtultè loquitur. λάλος. [Ital. Canciatore. Gall. Languart, bauart, babillar. Hiſp. Parlero, ò hombre deslenguado. Ger. Schwätzig, flapperechtig.] Gell. lib. 2. cap. 15. Hoc genus homines in uerba proiectos, locutuleios, & blateroues, & linguaces dixerunt.

Lingulaca, lacæ, Piſcis, ex planorum genere delicatiſſimus, quem Germani Linguam uocant, Galli à ſimilitudine ſolearum, quæ calceis ſubſuuntur, Soleam appellant. Plautus in Cafin. Vin' lingulacas? ST. Quid opus eſt? quando uxor eſt domi, Ea lingulaca eſt nobis: nam nunquã tacet. Quo in loco facit Plautus, quod nuſquam non agit, ut undique concitandi riſus occaſionem quærat. Nam quum Olympio cui à Stalinone hero negotium erat iniunctum obſonandi: hoc eſt, obſonia coẽmendi, quæſiuiſſet, nellémne lingulacas, quod genus erat piſcis delicatiſſimi: detorſit Stallno uocis eius ſignificationem ad mulierem linguacem: reſpondit q; nihil ſibi opus eſſe lingulacis, quum domi haberet uxorem linguaciſſimam. Eſſe autem lingulacam piſcis genus apud Plaut. clariſſimum eſt, eo quod ſtatim ſubiicit Olympio: In re præſenti ex copia piſcaria Conſulere licebit quid emam.

Liniger, Vide Linum.

Līnio, is, iui, itum, quartæ coniugationis, Vngo, uel frico, aut aliquid ſimile, quod digito, aut aliquo inſtrumento alieni rei ſuperinducitur, fricatur, uel imprimitur, ſed tenuiter, non craſſè. χρίω, ἀλείφω. [Ital. Vngere, fricare. Gall. Oindre. Hiſpa. Vntar. Germ. Beſtreichen, ſalben, ſchmirben.] Columel. lib. 8. Ferè autem per æſtatem ſic muſcis aures canum exulcerantur ſæpe, ut totas amittant. Quod ne fiat, amaris nucibus contritis liniẽdæ ſunt. A linio com

ponitur Circunlinio. *περιχρίω*. Lactantius libro primo, Circunliniatur modò poculum cœlesti melle sapientiæ, ut possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione potari.

Lino, linis, linui, uel leui, litum, act. t. Rem aliquam mollem alteri induco. *ἀλείφω, χρίω*. [Ital. Vngere, macchiare. Gal. Oindre, maculer, tacher. Hisp. Untar, manchar. Germ. Bestreichen.] Columella lib 7. Sed illius sanatur noxia fibula ahena si locum læsum compungas, cretaq; cimolia & aceto linas. ¶ Aliquando obturare. Virg. lib 4. Georg. Neque illi Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. ¶ Aliquando insignire, & quasi liniendo & poliendo exornare. Cic. ad Quint. fratrem lib. 2. Lucretii poemata, ut scribis, lita sunt multis luminibus ingenii, id est, insignita, & quasi fucata. Præterito lini usus est Quintilianus in Declam. Cæci. Et ne quid scelerì impio deesset, mariti tui cruore parietem linisti. Colum. lib. 12. cap. 50. usurpauit præteritum liui, Multi (inquit) quum semel noua dolia uel seriæ crassa gummi liuerunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt. Præteritum leui uidetur mansisse, ab antiquo uerbo leo: quod tamen hodie inter præterita uerbi lino est usitatissimum. Horatius lib. 1. Carm. Ode 20. Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego ipse testa Conditum leui. Cato de Re rustic. Postea dolium calefacito minus quàm si picare uelis: tepeat satis est: lignis lenibus facito calescat: ubi temperatè tepebit, cuminum indito, postea linito. Si rectè leueris in doliis quinquagenarium pedum quatuor satis erit. Supinum unum tantum habet, litum, penultima correpta. ¶ Eius composita sunt, Allino, ad aliquid lino. Palladius, Si stercus primo geniti uituli allinamus oribus uasculorum. ¶ Collino. Gellius. Postea tabulas cera colliuisse. ¶ Circunlino. Cicero 1. Tuscul. Condiunt Aegyptii mortuos, & eos seruant domi. Persæ etiam cera circunlitos condiunt, ut quàm maximè permaneant diuturna corpora. ¶ Delino, illino, interlino, idem est quòd deleo: hoc est, inducto atramento, aut alio liquore scripturam aliquam picturámue destruo, *περιγράφω, ἐξαλείφω*. Sic interlitæ literæ dicuntur, quæ deletæ sunt, ita ut legi non possint. ¶ Elino, inquino, fœdo. Lucilius libro 6. Si hæc uestimenta eleuit luto. ¶ Perlino, idem quod oblino, uel obduco. *διαχρίω, διαλείφω*. Columella libro 8, Mox ulcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur. Relino, quod obturatum erat aperio, *ἀνοίγω, ἀνακρίω*. Terentius in Heautont. Releui omnia dolia, omnes seriæ. ¶ Sublino, mediocriter fœdo, decipio, & pro ridiculo habeo, *ὑποχρίω, ὑπιλλω*. Plautus in Epid. Senex tibi os sat litum est planè & probè: id est, uerba tibi data sunt. Et in Captiuis, Quantò in pectore hanc tem meo magis uoluto, tantò mihi Aegritudo auctior est in animo, ad illum modum sublitum os esse Hodie mihi: id est, ita me esse irrisum, uel ita mihi data esse uerba.

Litus, a, um, participium, Idem quod unctus, siue oblitus. *λιπαρός, χρισμένος*. [Ital. Machiato, ongio, sporco. Gall. Oint, tachè, maculé. Hisp. Votado ò manchado. Germ. Bestrichē, gesalbet, besprengt.] ut, Litæ ueneno sagittæ. ¶ Aliquando idem quod maculatus, siue maculis quibusdam aspersus, *κατάστικτος*. Virgilius 4. Georgicor. Elucent aliæ & fulgore coruscant Ardentes auro, & paribus lita corporis guttis.

Litura, ræ. Macula uel deletio in scriptura, picturáue, quum scilicet superinducto atramento, alióue liquore scripturam uel picturam destruimus, *κατάγραμμα*. [Ital. Cassatura. Gall. Effacement, effassure. Hisp. Borron ò raedura de letra. Germ. Ein durchstreichung.] Cicero pro Archia, Et unius nominis litura se commotum esse dixerunt. ¶ Ponitur aliquando pro ipsa linitione uel liniamento. *χρίσις, ἐπίχρισις ἄλειμμα*. Colum. lib. 4. cap. 24 Nam & teredinem formicamq; prohibet: solem etiam & pluuias arcet eiusmodi litura.

Liturо, ras, a. pr. Cancello, expungo. *περιγράφω, ἐξαλείφω*. [Ital. Cancellare. Gall. Effacer Hisp. Borrear ò rer la letra. Germ. Durchstreichen, ausstilchen.] Sidon. Apol. Tunc uel certius te probasse reliqua gaudebo, si lituraſſe aliqua cognouero.

Linōstŏphon, *λινόστροφον*, Herba est notissima, quam nonnulli Prasion, alii Marrubium uocant. Vide Plinium libro 20. capite 22.

Linōzōstis, *λινόζωστις*, Dicitur herba, quam Latini Mercurialem uocant. Plin. lib. 27. cap. 5.

Linquo, is, liqui, lictum, a. t. Secundum Priscianum, quamuis in simplici supinum in usu non sit. *λείπω*. [Ital. Abbandonare. Gall. Abandonner, laisser, delaisser. Hisp. Dexar, desamparar. Germ. Lassen oder verlassen.] Sunt qui putent Nestorem sequuti, priorem præteriti liqui indifferenter esse, decepti (quod res ipsa loquitur) corrupta Virgilii lectione, quam sic adducunt, Namq; suam patria liquerat tellure sepultam. Quem tamen uersum omnium cum Grammaticorum, tum exemplarium cõsensu sic legendum constat, Namque sua patria antiqua, cinis ater habebat. Est autem linquere idem quod deserere, relinquere. Plaut. in Amphyt. Vbi me liquisti? S. Domi cum Alcumena coniuge. Virgilius 1. Aeglogâ, Et dulcia linquimus arua. Idem 3. Aeneidos, Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq; uolamus. Item qui animo: hoc est, deficere, & deliquium pati. Cortius, Linqui denique animo & submitti genu cœpit. ¶ Huius compositum est Delinquo & Relinquo.

Linquens, participium: ut, Linquens animus, à Cortio uocatur animus deficiens, & deliquium patiens. Linquentem (inquit) reuocauit animum, & nudum hostis latus subiecto mucrone hausit.

Linteārius, Linteātus, Linteones, Linteolum, Vide Linteum.

Linter, tri, masculini, uel fœminini generis, tert. declin. Propriè dicitur arbor excauata, qua accolæ fluuiorum olim utebantur uice nauicularum. *σκάφη, σκαφίδιον*. [Ital. Battello, patischermo. Gall. Petit batteau. Hisp. La canoa, barco de un madero pequeno. Germ. Ein weydling, ist eigentlich ein ausgehölter baũ so man an statt eines schifflins braucht.] Virgilius lib. 1. Georg. Cauat arbore lintres. Cæsar lib. 7. bell Gall. Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Tibullus lib. 2. Eleg Exiguus polla per uada linter aqua. Plin. lib. 6. cap. 23. Præterea longè à terra abest nauium statio, lintribusq; efferuntur onera quæ geruntur. Liuius lib. 1. belli Pun. Itaq; ingens coacta uis nauium est, lintriumq; temerè ad uicinalem usum paratarum. Cic. pro Mili. Repentè lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atq; arma conuexit. Inde Lintrarii, quorum meminit Vlpianus in. leg. 1. Nautæ, cauponarii, stabularii, lintrium sunt exercitores.

Lintĕum, lintei, n. s. Pannus lineus: & sudarium quo in balneis utimur, & aliis negotiis ad extergendum. *ἔλουτρον*. [Ital. Panno di lini, fazuolo. Gall. Linceul, linge de quelque sorte quil soit. Hisp. Lienco, ò sauana de lino. Germ. Allerlei leinwaat, ein leinen tuch.] Plautus in Mostell. Linteum cape, tuq; exterge tibi manus. Martialis, Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. ¶ Lintea etiam dicuntur uela quibus utuntur nautæ. Virgilius 5. Aeneidos, Certum est dare lintea retro. ¶ Item quæ in theatro tendi solent ad spectantium umbracula. Vnde legimus Cæsarem totum forum linteis adumbrasse. ¶ Accipiuntur etiam lintea pro uestibus lineis.

Linteolum, oli, diminutiuum, n. s. *ῥάκος, ὀθόνιον*. [Ital. Linzuolo picciolo. Gall. Petit drapeau, drapelet, petit liceul. Hisp. Pequeño lienco. Ger. Ein leinen tüchlin, lümplin.] Plin. lib. 21. cap. 12. Vulneribus (inquit) in linteolis imponitur. Idem lib. 20. cap. 17. Distillationem nariũ discutit ustum, in linteolo olfactum. Columella lib. 6. cap 16. Præfractis cornibus linteola sale atque aceto & oleo imbuta superponuntur.

Linteātus, mas. s. Linteis indutus: id est, lineis uestibus: quali habitu fuisse fertur Appollonius philosophus: quoniam huiusmodi habitus uidebatur mundior quàm qui ab animalibus deglubebatur. *ὁ ἐθέλων ἐνδεδυκώς*. [Ital. Vestito con lenzuolo. Gal. Vesto de linge. Hisp. Vestido de lienco. Germ. Mitt leinwaat bekleidet.] Liuius 10. ab Vrbe, Et legio linteata ab integumento constepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est.

Linteārius, rii, masculi. gen. secundæ declinat. Qui lintea conficit, aut uendit. *λινουργός, λινεμπόλης*. [Ital. Che fa ouero uende linzuoli. Gall. Linger, qui vend linge. Hisp. El lencero. German. Einer der mitt leinwaat vmbgadt, es sey

das er es mache, oder allein verkauffe.]

Linteones, masc. 1. Qui texunt linteamina in vestium usum: ut docet Seruius lib. 7. Aeneid. ὑφαντικοὶ, λινοπλόκοι. [Ital. Tessari di tela. Gall. Tisserans de toilles, lingers. Hisp. Texidores de tela. Germ. Leinwäber.] Plaut. in Aulul. Aut manuleari, aut myrobrecarii, Propola, linteones, calceolarii. Firmic. lib. 2. Math. Si Luna in Veneris signis constituta feratur ad Martem, ista coniunctio facit linteones, aut tabernarios, atq; colorum tinctores.

Linteus, a, um, adiect. Vide Linum.

Linum, lini, n. g. λίνον. [Ital. & Hisp. Lino. Gall. Du lin, fil ou fillet de lin. Germ. Flachs, werck.] Herba est notissima, quæ cannabis modo in lanæ molliciem contusa, netur in usum intimarum vestium. Virgilius 1. Georgicorum, Vrit enim campum lini seges. Plinius libro 10. capite 13. Atgatilis appellatur eadem figura ex lino intexens. ¶ Linum pro filo posuit Celsus libro 7. capite decimoquarto. A quibusdam, inquit, tumor ad imum acu traiectatur duo lina ducente: deinde utriusque lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur.

Lineus, a, um. λίνεος, λινοῦς. [Ital. Cosa di lino. Gall. Qui est fait de lin. Hisp. Cosa de materia de lino. Ger. Flächssin.] Quod ex lino est: ut, Vestis linea, de lino facta. Plin. lib. 12. cap. 6. Sed unde lineas vestes faciũt. Virg. 7. Aen. Nodos & vinocula linea ropit.

Linniger, ra, rum, Gerens vestes lineas. λινοφορέω. [Ital. Vestito di lino. Gal. Vestu de lin. Hisp. Vestido de lino. Ger. Das flächssin, oder leinin kleidung tregt.] Ouid. 1. Met. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Sacerdotes Isidis intelligit, qui lineis vestibus indui solebant. Iuuenal. Satyra 6. Qui grege linigero circundatus, & grege calvo Plangentis populi currit derisor Anubis. Ouidius 1. Amorum, Elegia 2. Nec te linigeram fieri quid possit ad Isim Quæsieris.

Linteus, a, um, Quod ex lino est confectum. λίνεος. [Italicè, Cosa fatta di lino. Gal. Chose faitte de lin. Hisp. Cosa hecha de lino. Germ. Aus flachs gemacht, leinin.] ut, Vestis linteas: id est, lino compacta, & contexta. Cic. 7. Verrina. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam, thus alii atque odores, vestemq; lineam. Linteæ libri, qui de lino fiebant, cuiusmodi Sibyllini quidam fuerunt. Liuius 4. ab Vrbe, Licinius Macer autor est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ inuentiq; Plinius lib. 13. cap. 13. In plumbeis, linteisq; uoluminibus scripturarum constat.

Linamentum, menti, n. g. Penicillus ex linteo decerptus, qui vulneri imponitur ex linteolo, uel spongia, uel lana ad excitecandam saniem, & purulentiam extrahendam. μύτος, τιλτός. [Ital. Drapo di lino ò di lana. Gall. Drapeau ou chartie, tente de charpie, de drapeau, de laine ou d'espongе. Hisp. El panno de lino, las hilazas de lienco, la mecha ò el pauilo. Germ. Ein leinin meissel so man in die wunden thut.] Celsus libro 7. Linamentum sanolotum & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendumq; in nares. Idem libro 7. capite 28. Et intus implicitum in longitudinem linamentum, λίμνιστον, Græci uocant, in aceto tinctum demittere: supraque succidam lanam aceto madentem deligare. ¶ Linamenta item dicuntur quæcunque ex lino constant. Plinius libro 32. capite 10. Delphini adipe linamenta accensa excitant uuluæ strangulatu oppressas.

Linospermon, Lini semen.

Linum, Thymelæa apud Dioscor. lib. 4. cap. 185.

Linus, λῖνος, Species hymni.

Lipodermus, Est defectus & penuria pellis eius, quę penè nulla, adeò ut ea non possit distrahi.

Lipopsychia, fœm. pr. λειποψυχία, Vox Græca est, Latinè sonans animi defectionem, uel animi deliquium: quæ & συγκοπὴ dicitur.

Lipothymia, λειποθυμία, Latinè defectus animi, sine animæ, quæ & Lipopsychia dicitur.

Lippus, pi, masc. g. Qui oculos habet lachrymantes, quum putredo ab his defluit. λημιᾶν. [Ital. Lippo. Gall. Chassieux, à qui les yeux pleurent. Hisp. Cegajoso. Germ. Ein trieffaug.] Plaut. in Milit. Cubare in naui lippam, atq; oculis turgidis nauclerus dixit. ¶ Lippa ficus dicitur, i. e. quòd succus foliorum eius lacteus lippis prodest, uel quòd dum folia & ramuli truncantur, succum lachrymosum emittant. Martialis libro septimo, Et lippa ficus, debilisque boletus.

Lippitudo, dinis. fœm. gen. tert. decl. Ipsorum oculorum lachrymantium uitium. λῆμα. [Ital. Lacrimatione d'occhi. Gall. Mal des yeux quand ils pleurent & sont chassieux. Hisp. Aquella dolencia de los ojos. Germ. Augentrieffung, das augen rünnen.] Coel. Celsus, Si frons prurit, lippitudinis metus est.

Lippio, is, ivi, itum, Lippus ẽo: hoc est, marcorem in oculis cõtraho. λημάω. [Ital. Diuenir lippo. Gall. Estre chassieux, auoir les yeux chassieux. Hisp. Ser cegajoso. Ger. Trieffend, oder triefflige augen haben.] Plin. lib. 28. Oculorum uitia fieri negant, nec lippire eos, qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Cic. ad Atticum lib. 7. Quum leuiter lippirem, has literas dedi. Plaut. in Curcul. ad fauces transtulit, Prospicio parum: Os amarum habeo, dentes pleuos, lippiunt fauces fame, Ita tibi uacuitate uenio laxis lactibus.

Lippitur, penul. prod. impersonale. Plin. lib. 27. cap. 8. Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & croci uncia.

Liptæ, æ. pcu. cor. λεῖψαι. tantum pluraliter declinatum, Nomen est quo apud nos reliquiæ significantur.

Liptōtē, A quibusdam recentiorum Grammaticorum uocatur figura, quando nis uerborum rei magnitudini non respondet: ut apud Virgilium 1. Aeneid. Non ignara mali miseris succurrere disco. Vbi Non ignara mali dixit, pro eo quod est, in malis magnopere exercitata. Originem autem huius dictionis referũt ad uerbum λείπομαι, quod est deficio, eo quòd eiusmodi orationibus uis quædã uerborum deesse uideatur. In antiquissimis tamen Seruii, aliorumq; commentariis manu scriptis, non Liptote legitur, sed Litotes, λιτότης, quæ uox Græcis inter cætera tenuitatem significat, & simplicitatem. Hinc fit, ut credã recentiorum Grammaticorum inscitia factum esse, ut figura quam uetustiores λιτότητα nominarũt, Liptote cœperit appellari.

Liquamen, Liqueo, Liquesco, Liquefio, Vide Liquo, as, in Liquor.

Liquamen sociorum, Lege Garus Latinum.

Liquaminarii, Gari concoctores.

Liquet, impersonale, Vide pòst Liquor & Liquefio.

Liquidus, Vide Liquor, ris.

Liquõr, ris, tertiæ coniugat. absq; præterito & supino, Idem est quod resoluor, defluo, destillo, liquefio, uel liquesco. τήκομαι, χέομαι. [Ital. Essere fatto liquido. Gal. Se fondre, couler. Hisp. Derretirse. Germ. Zerschmiltzen, zerfliessen.] Producit autem hoc uerbum primã syllabam quæ in uerbis liquo, liquesco, liquefio, & in nomine liquor corripitur. Lucanus lib. 9. Femorum quoq; musculus omnis Liquitur, & nigra distillant inguina tabe. Liquidus autem apud Lucret ponitur indifferenter, eo quòd tam à liquor fieri possit, quàm à liqueo. Crassaq; (inquit) conueniunt liquidis, & liquida crassis.

Liquidus, da, dum, penult. corr. Molle, fluxum. ὑγρός. [Ital. Liquido. Gall. Liquide, fondu. Hisp. Humido. Germ. Zerflüssig, weich.] Plautus Milite, Liquidius cultriosq; quàm ventus est Fauonius. Liquidus uenter dicitur à Martiale lib. 11. qui est fluidus & laxus. ¶ Aliquando ponitur pro puro. διαυγής. [Ital. Puro, chiaro. Gall. Clair, pur, sans lie. Hisp. Puro, claro y sin hez. Germ. Klaar, lauter, heiter.] Virgilius 6. Aeneid. Liquidumq; per aera lapsæ. Idem libro 4. Georg. Dulcia mella premes, nec tantùm dulcia, quantùm Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem: id est, defæcata, & sine fordibus. ¶ Aliquando pro prospero, siue optimo. Plaut. in Pœnul. Ab sinistra auspicio, atque ex sententia confidentia est, Inimicos me posse perdere.

Liquidum, liquidi, substantiuum, Pro aqua. Horatius 1 Sermonum, Satyra 1. Vt tibi si sit opus liquidi non amplius urna Vel cyatho.

Liquidò, Quod significat purè & manifestè. ἀκριβῶς. [Ital. Puramente, chiaramente. Gall. Liquidement, clairement, manifestement. Hisp. Claramente, manifestamẽte. Germ. Klaarlichen, gantzheiten.] Terentius in Andr. Quia si fortè opus

te opus ſit ad herum iurandum mihi Non oppoſuiſſe, ut liquidò poſſim. Cicero ad Catonem libro decimoquinto, Gratiſſimum eſt, te libenter amicitiæ dediſſe quod liquidò meritati dares. Liquidò dicere, id eſt, apertè. Cicero quarta in Verrem, Nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquidò diceret.

Liquidè, liquidius, liquiſſimè, Idē quod liquidò. Cic. ad Plan. libro. Liquidius de toto ſenſu tuo iudicaui, hoc eſt apertius, certius ac facilius.

Liquor, liquoris, maſculini generis, tertiæ declinationis, Humor liquidus. ὑγρότης. [Ital. Liquidezza Gal. Liqueur, humeur coulant. Hiſpa. Licor delo que coela. Germa. Allerley feüchtre ſo da fleüſſt, als waſſer, wein, ſafft, &c.] Plinius libro 10, cap. 52. Piſcium ova ex liquore mollia. Cicer. 2. de Natura deorum. Aquæ admiſtum eſſe calorem, primùm ipſe liquor tum aquæ declarat effuſio. Virgilius tertio Georgic. Rurſus abundabat fluidus liquor, omniaq; in ſe Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Pellucidi anuium liquores. Cicero 2. de Natura deorum, Virgenei liquoris latex, Lucretius libro quinto.

Liqueo, es, Hcui, liquere, n. ſ. Liquidū & fluidū eſſe. τήκεσθαι. [Ital. Eſſere liquido Gal. S'amollir, ſe fondre. Hiſp. Derretirſe. Germ. Vueich vnd fluſſig ſein, Zerflieſſen.] Vnde Il quens nomen ex participio, idem ſignificans quod liquidus. Virgilius ſexto Aeneidos, Principio cœlum, & terras, camposq; liquentes Spiritus intus alit. Vbi campos liquentes dixit pro mari. ¶ Hinc fiunt compoſita Colliqueo, & Deliqueo: à quibus rurſus fiunt augmentatiua, Colliqueſco, & Deliqueſco: quorum ſignificata inde ſuis locis.

Liqueſco, is, o. t. Liquidus, fluidusq; fio, molleſco. τήκομαι. [Italic. Deuenir liquido Gal. Deuenir liquide. S'amollir. ſe fondre. Hiſpan. Derretirſe. Germ. Vueich werden, anfahen ſchmeltzen, zergehē.] Perſius Sat. 1. Tot tibi quum in flammas iunicum ómenta liqueſcant. Virgilius 8. Aeglog. Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cæra liqueſcit. Idem 8. Aene. Vulnificusq; chalybs naſta fornace liqueſcit. Vbi Seruius Liqueſcit, propriè dixit: nam terrum non ſoluitur, ſed molleſcit. Liqueſcere voluptate, & fluere molliri, eſt mollem eſſe, & voluptati deditum. Cicero 2. Tuſcul. Opinio eſt enim quædam effœminata & leuis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liqueſcimus, fluimusq; mollius, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. Liuius primo belli Punici, Vetere tot hominum iumẽtorumq; ingeſſu dilapſa eſt: per quam infra glaciem, fluentemq; labem liqueſcentis niuis ingrediebatur.

Liquo, as, a. p. Priora ſyll. cor. Significat liquidum facio, quum ſcilicet aurum uel plumbum igni diſſoluimus. τήκω, χέω. [Ital. Liquefare. Gal. Fondre, amollir, eſpraindre & tirer le ſus. Hiſp. Derretir. Germ. Schmeltzen, Zerlaſſen.] Lucan. lib. 7. Ereptaq; tela liquauit. Cic. 2. Tuſcul. Ex quo liquatæ ſolis ardore excidunt guttæ Ouid. 4. Faſto. Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer Sumere, & expreſſis mella liquata fauis. Liquare aluum. Celſ. lib. 4. cap. 4. Liquanda aluus interdum etiam ducenda. Aluus liquida, fluida & libera, non aſtricta. Ducta aluus, quæ liberius fluit quàm natura patiatur, ac multum ſoluta. ¶ Huius paſſiuum eſt Liquor, compoſitum Eliquo, quod eſt aliquando elicio, uel liquidū reddo. Lactant. lib. 2. Vnde autem, uel quomodo Deus hæc duo principalia, ignem & aquam uel accenderit, uel eliquauerit, ſolus poteſt ſcire qui fecit. ¶ Deliquo, effundo. Colum. lib 12. cap. 19. Deinde poſt uigiliarum uel triginta dies, quum deferbuerit, in alia naſa deliquare, & confeſtim operculà gypſare & pellucare.

Liquamen, inis, n. τὸ χύλισμα, τὸ ἐγχύλισμα, ὁ χύλος. [Italice, Graſſo è ſcuo colaro. Galli. Graiſſe, ſein ou autre choſe fondoe. Hiſpan. La manteca de coſa detretida. Germ. Etwas das geſchmeltzt oder zerlaſſen iſt, als ſch maltz, feiſte, &c.] Pinguedo ani pallum ad ignem liquefacta, & in uſum coquinariam ſeruata ad condiendos cibos. De aliis etiam dici poteſt quæ non comedūtur. Et genus condimenti liquidi, ex putrefactis piſcium inteſtinis, aliaue ratione confectū & in uſum coquinarium ſeruatum ad condiendos cibos: licet & de aliis dici poſſit quæ non comedūtur. γάρον ut apud Columellam libro ſeptimo, capite quarto, Succus excocti lupini, uetereis uini ſæx & amurca pari menſura miſcentur: eoque liquamine tonſa ouis imbuitur. Idem libro ſexto, capite ſecundo, Librales q; oſtreæ in præſulſæ adipis liquamine tinctus ſingula demittitur.

Liquefacio, liquefacis, actiui generis, tertiæ coniugationis, Idem eſt quod liquidum & fluidum facio, admoto ignis uel Solis calore: à quo liquefio eiuſdem cum liqueſco ſignificationis. χέω, ἐκτήκω. [Ital. Liquefare, far liquido. Gall. Faire fondre ou amollir. Hiſpan. Derretir. Germ. Fluſſig machē, Zerlaſſen, Schmeltzen.] Cic. in Catil. Et ſtatuæ veterum hominum delectæ, & legum æra liquefacta. Virgil. 1. Georg. Flammarumq; globos, liquefactaq; uoluere ſaxa. id eſt ignes ſoluta, inquit Seruius. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Illiquefacio, inſtillo, quaſi intus liquefacio ἐντήκω Cic. lib. 4. Tuſcul. Quæ ſunt omnia uarios generis ad perfundendam animum, tanquam illiquefactæ uoluptates. Colliquefacio, συντήκω.

Liquefio, liquefis, Fundor, liqueſco χέομαι, τήκομαι. [Italic. Diuenir liquido. Gall. Deuenir liquide. Hiſpani Derretirſe. German. Zerſchmeltzen. Zerſchmeltzt werden.] Cicero primo de Natura deorum, Glaciem calore liquefactam, & dilapſam diffundi. Idem in Catilin. Quum & legum æra liquefacta ſint.

Liquet, imperſonale. Idem quod conſtat, ſine manifeſtum & certum eſt: quoniam quæ reſoluuntur, certa, conſtantia, & manifeſta fiunt. σαφής, ἄδηλος ἐγί. [Ital. E manifeſto. Galli. Il apert, il eſt manifeſte. Hiſpanic. Es manifeſto. Germani. Es iſt offenbar, es ligt heiter am tag.] Terentius in Eunucho, Illũ liquet mihi delerare his mẽdis tex non uidiſſe plus ſimis, Niſi nunc quum minimè uellem. Cicero 1. de Natura deorum, Nec uerò Protagoras qui eſſe negat omnino de diis habere quod liqueat, ſint, non ſint, qualeſue ſint, quicquam uidetur de natura deorum ſuſpicari. Liquet inter nos, id eſt compertum, & certum habemus. Cicero primo de Natura deorum, Sed quod inter nos liqueat, nec ru quidem intelligis Non liquere ſibi de cauſa, dicebant iudices, quando non ſatis ſibi conſtabat, condemnandusne eſſet reus, an abſoluendus: nec commodè poterant iudicare, niſi cauſa denuò diceretur. Quum ita illud ſignificare uolebant, ſibi de cauſa non conſtare, reumq; eſſe ampliandum inſcribebant in illis tabellis quæ ad colligenda ſuffragia in dicibus dari ſolent, duas haſce literas NL. Ita enim erant nota ampliationis, quemadmodum A abſolutionis, & C condemnationis. Quòd ſi collectis ſuffragiis, maxima pars tabellarum notam ampliationis haberet inſcriptam, tunc Prætor, aut is qui iudicio præerat, Iudicibus de cauſa non liquere, reumq; ampliandum uideri pronuntiabat: hoc eſt, cauſam denuò eſſe dicendam, & reum in aliud tempus reiiciendum. Vlpianus de Arbitr. I. Idem Pomponius. Proinde ſi forte orgeatur à Prætore ad ſententiã arbiter, æquiſſimum erit, ſi iuret ſibi de cauſa nondum liquere, ſpatium ei ad pronunciandum dari. Gellius libro decimotertio, Vt abſoluerem tamen, inducere in animum non quiui, & propterea iuraui non liquere, atq; ita iudicatu illo ſolutus ſum.

Liră, æ, prim ſyll. pro. ſ. p. Sulcum ſignificat, ſiue foſſam reſtã in agro, teſte Nonio, in quam terræ uligo confluit. ἄυλαξ. [Ital. Solco, è eleuatura di terra tra due ſolchi. Gal. Seillõ, terre eſleuée entre deux ſeillons, ou raions. Hiſ. La tierra entre dos ſulcos, emeiga. Germa. Ein waſſerfurch einer acker dardurch das regenwaſſer ausfihin gleiret wirt.] Colu. tamẽ liras eaſdem uiderur facere cum porcis, hoc eſt editiores terræ cumulos inter duos ſulcos interceptos. Sic enim ſcribit lib. 11. c. 2. Liras ruſtici uocant eaſdem porcas, quum ſic arātum eſt ut inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat. Idem libro undecimo, capite tertio, Eſt autem lira ſimilis ei porcæ quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt, ut uligines uitent.

Lirare, a. p. ἀύλακας ἐλαύνω, ἀύλακι διακρίνω. [Ital. Fare tra li eleuatore tra ſolchi. Gal. Faire ſeillons en une terre labouree. Hiſ. Emelgar lo arado ò ſembrado. Ger. Vnaſſer furchẽ machen: item, Eggen.] Quod eſt liras facere, ut in ſulcos ex porcis aqua defluat: quod fieri ſolet tertia aratione, iacto iã ſemine. Solebant enim antiqui, teſte Varrone de Re ruſt. li. 1. capit. 29 tres facere arationes. Primò enim arabatur terra, idq; uocabant proſcindere. Deinde ſecunda aratione excitæ grandiores glebæ frangebantur, quod uocabant offringere. Tertia aratione iacto ſemine, bonæ liræ dicuntur, quã tabellis ad uomerem additis, ſimul & ſatim frumentũ operiunt in porcis, & ſulcãt foſſas quò pluuia aqua dilabatur.

Plinius

Plin. lib. 18. cap. 20. Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate, uel rastro: & sato semine ioratio. Hoc quoq; ubi consuetudo patitur, crate dentata, uel tabula aratro adnexa, quod uocant lirare, operientes semina: unde primùm appellata deliratio est.

Liratim, aduerbium, Per liras. *λιστ' αὔλακας.* [Ital. Solco à solco. Gall. Par seillons. Hisp. De emelga en emelga. Germ. Den furchen nach.] Colum. Exq; quum sint diuisæ, liratim seri debent.

Lirioum unguentum, Vide Lilium.

Lis, tis, f. c. Controuersia: à limite, id est termino, dicta: quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerint. *δίκη, ἔρις.* [Ital. Lite controuersia. Gal. Noise, debat. proces. Hisp Lid ò pleyto, ò contencion. Germ. Ein zanck oder spann.] Lis & Iurgium sic differunt, teste Nonio, quòd leuior dissensio, uel discordia inter benuolos, aut propinquos, iurgium dicatur: grauior disceptatio inter inimicos, lis. Cic. de Republica 4. Si iurgant, benuolorũ concertatio est: nam lis inimicorum, non iurgium dicitur. Et paulò pòst, Iurgare igitur lex putat inter se uicinos, non litigare. ¶ Litis instrumentum à Quintil. pro ipsis actis quas Productiones uocamus. Dicimus eleganter, Litem habere cum aliquo, litem alicui intẽdere, litem capitis in aliquẽ inferre. Litem suam facere: id est, litis causam suscipere, & tanquam suam defendere. Litem perdere: id est, eius rei causam, de qua agebatur, dimittere. Litem in rem suã uertere: id est, rem inter duos controuersam adiudicare sibi: quod fit quũ iudex ita cum litigatoribus agit, ut ei iure suo cedant. ¶ Litis contestatio, est hinc inde apud Iudicem negotii principalis facta narratio. Oritur enim litis contestatio ex petitione actoris, & exceptione rei.

Litigo, as, pen. cor. n. p. Discedo, contẽdo, tam in foro, quàm extra iudicium. *ἀμφισβητῶ, ἐριζω, δικάζομαι, διαφέρομαι.* [Ital. Litigare, far lite. Gall. Auoir noise, debat, different ou proces contre quelqu'vn. Hisp. Pleytar ò contender. Germ. Zancken, spannig sein.] Cic. pro Cælio, Aliquot enim in causis uideram cum frustra litigarem. Martial. lib. 7. Ab miser & demens uiginti litigat annos Quisquam cui uinci Gargiliane licet? Plaut. in Rudent. Qua de re nunc litigatis inter uos? Cic. ad Attic. Hircios cum Quinto acerrimè pro me litigauit. Idem Quint. frat. Litigarem tecum, si fas esset.

Litigium, gii, n. s. Litis actio. *ἀμφισβήτησις, ἔρις.* [Ital. Lite, controuersia Gall. Noise, debat, proces. Hisp. La lid, pleyto ò contencion. German. Ein rechtshandel eines spans halben.] Plaut. in Casina, Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos? Idem Menæch. Litigium tibi est cum uxore. Plin. lib 37. cap. 10. Siderites ferro similis, & litigio illata discordias facit.

Litigiosus, a, um, Qui frequens in litibus uersatur, uel quauis de causa litem mouet. *φιλόδικος, δίκηρις, ἐριλλιματικὸς, ἀμφισβητικός.* [Ital. Litigioso. Gall. Noiseux, litigieux, plaidereau, contentieux. Hisp. Pleyteador, contencioso. Germ. Zanckisch, spännig, der gern rechtiget.] Cic. in Verrin. Hominem id ætatis minimè litigiosum, quàm tumultuosissimè aggrediuntur. Idem pro Murena, Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebantur? ¶ Litigiosa disputatio. Cicero 5. de Finibus, Fora litigiosa, plena litibus. Ouidius 4. Fastorum. ¶ Interdum litigiosum idem est quod controuersum: hoc est, de quo lis est & controuersia. *ἀμφισβητήσιμον.* ut, Litigiosum prædium, apud Ciceronem de Orator. Litigiosus ager, Ouid. 2. Fastorum.

Litigator, m. t. Qui litigat: hoc est, qui litem habet in iudicio pendentem. *ὁ δικάζων, ὁ δικαιολογούμενος.* [Ital. Chi fa lite, litigante. Gall. Plaideur, faiseur de noises, grand debateur. Hisp. Pleyteador, contendedor. Germ. Ein zancker, der ein handel am rechten hart, oder führt.] Cic. pro Domo sua, Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius q̃ æstimabat. Sueton. de clar. Gram. Cassius Severus interpellatis iudicibus dilationem petiit, ut litigator suus alium Grammaticum adhiberet.

Litania, *λιτανεία*, Idem est quod supplicatio: à uerbo Græco *λιτανεύειν*, quod significat supplicare, & uota suscipere. Vulgus ineptè uocat Letaniam.

Litera, teræ, fœm. pr. Quamuis ratione etymologiæ primam uideatur debere corripere: (creditur enim litera dicta, quasi litura) ubiq; tamen apud ueteres poetas eandem producit. *γράμμα.* [Ital. Lettera. Gall. Lettre. Hisp. Letra. Germ. Ein buchstab.] Superflua itaq; anxietas eorum potest uideri, qui primam huius dictionis syllabam producere non audent, nisi geminata consonante: insignis autem illorum temeritas, qui eam nullo ueterum exemplo corripiunt, fri noloq; ac incerto etymo freti, ab unanimi ueterũ omnium consensu non dubitant discedere. Propriè autem Literæ dicuntur minimæ ac individuæ partes orationis, ex quibus constituuntur syllabæ, & tam singulari quàm plurali numero elementum significat, uidelicet A, B, &c. Cicero pro Sylla, Literæ posteritatis causa repertæ sunt. Quintilianus lib. 1. cap. 4. Vt pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius literam dicere non posset, irridet. Cicero 4. Verrin. Huic etiam Romæ uidemus in basi statuarum maximis literis incisum à communi Sicilia datas. ¶ Dicitur autem Litera, quasi legitera, ut quibusdam placet, eo quòd legenti præbeat iter: uel quòd in legendo iteretur, ut ait Seruius: uel à lituris, quòd scripta deleri possit: in ceratis enim tabulis antiqui plerunq; scribere solebant, & deinde delebant. Vel à Lino, linis, quòd in scribendo atramentum illinitur: hoc est, leuiter inducitur chartæ. ¶ Aliquando Litera capitur pro scribentis manu. Cicero ad Atticum, Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ. ¶ Plurali numero Literæ epistolam designant. *γράμματα.* [Ital. Lettere. Gall. Lettres missiues, epistres. Hispan. La letra, carta mensagera. German. Brieff, send brieff.] nisi apud Poetas, apud quos legitur Litera pro epistola, *γράμμα* quoque à Græcis. Ouidius in Epistolis, Quam legis, ab rapta Briseide litera uenit. ¶ Vocantur præterea Literæ, *λόγοι*, disciplinæ, quæ literarum monumentis continentur. Plautus in Trucul. Literas didicisti, sine alios discere. Vnde Dare literis operam dicimus: hoc est, incumbere artibus quæ scriptæ sunt. Ad literam, idem quod ad uerbum, & quod barbari Literaliter dicũt. Quintilianus lib. 9. cap. 1. Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam subieci. ¶ Aliquando ponitur pro scriptura. Cicero in Verrem, act. 1. Vt Romam rediit, nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit: id est, schedulam nullam scripsit, qua testaretur & agnosceret se accepisse pecunias, &c. ¶ Nullam literam ad me misit, aut scripsit: pulchrè pro eo quod est, nihil scripsit, nullas literas misit. Cicero Caninio lib. 2. Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam unquam misit: id est, tantùm abest ut ad me literas miserit, ut ne literam quidem miserit. Literas attingere, est ipsas tractare, seu uersari in studiis literarum. ¶ Literæ interiores, seu abstrusiores, altioresque disciplinæ. Vulgares & Reconditæ literæ sunt contrariæ. ¶ Literæ publicæ sunt, quas barbari Regiſtra uocant. Referre aliquid in literas publicas, est quod barbari Inregiſtrare dicunt. ¶ Ponuntur interdum Literæ pro alicuius scriptis. Cicero ad Atticum, Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude esses perstrictus: id est, meis omnibus scriptis. Literæ in terminis inuentæ quid significent, ostenditur in libro uariorum de limitibus.

Literula, diminutiuum, f. p. *γραμμάτιον.* [Ital. Picciola letera. Gall. Petite lettre. Hisp. Pequenna letra. Germ. Buch stäblin.] Cic. ad Tironem libro 16. Accepi tuam epistolam pacillantibus literulis. ¶ In numero plurali pro epistolio. Cic. ad Attic. lib. 14. Etsi noui nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti literulas. ¶ Aliquando eodem numero pro scientiis, siue disciplinis, aut earum studiis. Cic. ad Tiron. lib. 16. Literulæ meæ, siue nostræ tui desiderio oblanguerunt.

Literatus, m. s. Qui literis præditus est, literis ornatus, eruditus, doctus. *ὁ φιλολογῶν, ὁ ἀμφὶ λόγοις ἐγγράμματος.* [Ital. Litteraco, dotto. Gall. Lettré. & sauant. Hisp. Letrado, hombre de letras. Germ. Gelert.] Cicero in Verrem act. 1. Circumpedes autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisse. Idem, Frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facilè diceret, Hic uerbis Plautinis non est, hic est. ¶ Literatus etiam dicitur, cui aliquid inculptum est, & superscriptum. Plautus in Pœnulo, Haud secus tu uidens literatas ibi epolas, &c. Literatum otium, in quo literis operam damus. Cic. 5. Tuscul. Quid est enim dulcius otio literato? Huius contrarium est, Illiteratus: de quo suo loco. ¶ Literatulus, diminutiuum est.

Literatè, adverbium, Doctè, eruditè, eleganter. *παιδευτῶς, γραμματικῶς.* [Ital. Dottamente. Gall. Doctement. Hiſp. Doctamente. Ger. Künſtlich.] Cic. in Piſon. Ita enim ſunt perſcriptæ ſcitè & literatè.

Literarius, ria, rium, Quod ad literam, uel ad literas pertinet. *γραμματικός.* [Ital. Ciò che ſi appartiene à lettere. Gall. Apartenant aux lettres. Hiſp. Coſa para letras, ò perteneciente à letras. German. Das zů denn buchſtaben oder künſten vnd der gſchrifft gehört.] Vnde dicitur Ludus literarius. *παιδαγωγεῖον, διδασκαλεῖον.* Plin. lib. 9. cap. 8. Ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, &c. id eſt, in ſcholam.

Literator, oris, m. t. Qui leuiter literis tinctus eſt, uel qui prima literarum elemẽta docet. *γραμματιστής.* [Ital. Alquanto dotto. Gall. Lettré tellement quellement. Hiſp. El mal grammatico ò letrado. Germ. Ein halbgelerter, der ein wenig gelert iſt.] Literatorem enim non perfectum literis, ſed imbutum tantùm eſſe docet Suetonius de Claris Gramm. Vnde apud maiores quum familia alicuius uænalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, ſed literatorem inſcribere ſolebant, quaſi non perfectum literis, ſed imbutum.

Literatura, ræ, fœm. pr. Eadem quæ grammatica. *γραμματική.* [Ital. Scrittura, ſcienza. Gall. Literature, cognoiſſance des lettres. Hiſpan. El letrero, conoſcimiento de las letras. Germ. Die kunſt der buchſtaben vnnd gſchrifft.] Quintilianus libro 2. capite 1. Nos ipſam nunc uolumus ſignificare ſubſtantiam, ut Grammatice literatura eſt, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria, quemadmodum oratoria. ¶ Aliquando ponitur pro literarum ſcientia & cognitione. Cicer. 2. Philipp. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. De Cæſare loquitur.

Literoſus, ſa, ſum, Idem quod literatus. *ἐγγράμματος.* Caſſius Hemina Annal. lib. 4. Homo uerè literoſus. ex Nonio. Antiquum.

Lithargȳrus, *λιθάργυρος.* Corporis metallici genus, quod à Plinio Argenti ſpuma appellatur: quamuis non ex ſolo argento, uerùm etiam ex auri uena fiat, & ex plumbo. ¶ Sunt eius tria genera, Chryſitis, Argyritis, & Molybditis: quæ uide apud Plinium libro 33. capite 6. & Dioſcoridem libro 5.

Lithiāſis, is, *λιθίασις,* Calculi generatio in ueſica, per quem urinæ excretio prohibetur. A' uerbo Græco *λιθιάω,* quod calculo laboro. ¶ Lithiaſis præterea dicitur, quum in palpebris gignuntur albicantia quædam, & dura tubercula lapillorum modo.

Lithizontes, *λιθίζοντες,* Gemmæ quædã ex genere carbunculorum, liuidius & languidius lucẽtes: unde & nomẽ acceperunt, quòd ad lapidum potius quàm ad gemmarum naturam accedant. Autor Plin. lib. 37. cap. 7.

Lithocōlla, *λιθόκολλα,* Glutinum quo lapides coniunguntur. Fit autem ex lapide Pario, aut marmore, cum tantino glutino. Hermolaus.

Lithoglyphus, pen. cor. m. f. *λιθόγλυφος.* [Ital. Scarpellino. Gall. Tailleur, eſculpteur. Hiſpan. Seulpidor ò entallador. German. Ein ſteinhauwer, oder bildhauwer.] Sculptor lapidum.

Lithoſpermon, *λιθόσπερμον,* Herba eſt quæ hodie nomine notiore Milium Solis dicitur. Lithoſpermon ideo dictum, quòd ſemina tanquam calculos ferat, candore, & rotunditate margaritarum, duritia uerò lapidea. Vide Plinium lib. 27. cap. 11.

Lithoſtrōtos, penult. prod. *λιθόστρωτος* Græcis. [Ital. Terraz zo battuto, laſtricato con pietre. Gall. Pauć de pierres. Hiſpan. El ſuelo ſolado de piedras. Germ. Mit ſteinẽ oder einem eſterich beſetzt.] Adiectiuum eſt, idem ſignificans quod lapide ſtratus: à nomine *λίθος,* lapis, & uerbo *στόρνυμι,* quod eſt ſterno. ¶ Hinc Lithoſtrota dicta ſunt quædam pauimentorũ genera, quæ ex minutis lapillis ſternebantur, colorum diuerſitate rerum quarumlibet imaginem exprimente. Plin. lib. 36. cap. 25. Pauimenta originẽ habent apud Græcos elaborata arte, picturæ ratione, donec lithoſtrota expulere eam. Et paulo pòſt, Lithoſtrota cœpta nẽre iam ſub Sylla, parnulis certè cruſtis: extatq; hodie qd in Fortunæ delubro Prænęſte fecit.

Lithōtŏmia, fœm. pr. *λιθοτομία.* Lapicidina, quæ & Latomia dicitur: à nomine *λίθος,* lapis, & uerbo *τέμνω,* cædo, uel ſeco. ¶ Fuit etiam carceris nomen apud Syracuſanos, in quo nonii aſſeruabãtur, qui inde uidetur fuiſſe appellatus, quòd in loco quodam extructus eſſet, unde olim exciſi erant lapides. Meminit huius carceris Thucyd. lib. 6. & Strabo Cic. in Verrinis.

Litigator, Litigioſus, Litigo, Litigium, Vide Lis, tis.

Lĭto, tas, aſt. pr. Sacrificio facto deos placo, uotumq; impetro: uerbum à precibus dictum, teſte Feſto, quas Græci λιτὰς uocant. *παλλιρρέω.* [Ital. Placare con ſacrificii, impetrare con ſacrificii. Gall. Impetrer de Dieu par ſacrifices. Hiſp. Impetrar y placar por ſacrificio. Germ. Mit opffer Gott verſünen etwas zuerwärben.] Suetonius in Cæſare, de pluribus hoſtiis cæſis quum litare nõ poſſet, introiit curiam. ¶ Inter Litare & Sacrificare hoc intereſt (inquit Nonius) Sacrificare eſt ueniam petere: Litare eſt propitiare, & uotum impetrare. Virgil. 4. Aeneid. Tu modò poſce deos ueniam, ſacriſq; litatis indulge hoſpitio. Sacris (inquit) litatis: id eſt, uenia per ſacrificia impetrata, uel fœlicem euentum promittente uictima. Plaut. in Pœn. Si hercle iſtuc ita quam factum eſt, tum me Iupiter Faciat, ut ſemper ſacrificem, neq; unquam litem. Litare uictimas, apud Tranquillum, uictimis cæſis litare. ¶ Aliquando ponitur pro ſatisfacere. Plin. in Paneg. de ſtatuis loquens, Illæ autem ſorex, & innumerabiles ſtrage & ruina publico gaudio litauerũt. ¶ Litatò, id eſt addicentibus uictimis: ſicut Auſpicato, id eſt, addicentibus auibus: hoc eſt, lætum rei inſtitutæ exitũ promittentibus. Liuius 5. ab Vrbe, Non deorum ſaltẽ, ſi nõ hominum memores, nec auſpicatò, nec litatò inſtruunt aciem dictatia in cornua. Litandum, gerundium: hoc eſt, litari debet. Virgil. 2. Aeneid. Sanguine quærendi reditus, animą; litandum Argolica.

Litatio, onis, f. t. Voti per cæſam uictimam impetratio, uel uictimæ læta promittentis mactatio. *διαλλίερημα.* [Ital. Impetratione con ſacrificii. Gall. Impetration de ce qu'on demande à Dieu. Hiſp. Obra de impetrar ò placar por ſacrificio. Germ. Ein erwärbung durch auffopferung, ein verſünung.] Liuius 7. belli Punici, Per dies aliquot hoſtiæ malores ſine litatione cæſæ: diuque non impetrata pax deûm. ¶ Huius compoſitũ eſt Perlito, quod eſt perfectè lito. Gell. Si hæ res diuinæ factæ, riteq; perlitatæ eſſent, aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſura eſſe.

Lithurgus, gi, m. f. Græcè dicitur, qui publicè operatur, circa res ſacras præſertim: *λειτουργὸς* enim miniſter publicus eſt. Cuius etiã in Epiſt. Plin. Cæcil. meminit. Qui & Litus ebus nõ abſimili ſignificatione dici poteſt, habens curam rei ſacræ, *ἀπὸ τῆ λειτῆ κὴ ἔχω.* Sicut etiam Rhabducus dicitur præſes, curatorq; athletarum. *ἀπὸ τῆ ῥαβδῆ κὴ ἔχω.* Suidæ & cæteris. Alciatus in Iomnes indices. C. de Cupreſſis lib. 11.

Litus, oris, n. t. Dicitur terra adiacens mari, quæ fluctibus alluitur: unde & nomen inueniſſe putatur ab alluendo, uel allidendo. *κυματώγη, ἀκτὴ ὑγρά.* [Ital. Lito. Gall. Le bord ou le rinage de la mer ou d'vn fleuue. Hiſp. La ribera del mar ò tierra cerca della. Germ. Ein gſtad deſs meers.] Litus (inquit Celſus l. Titius. ff. de uerb. ſign.) eſt quouſque maximus fluctus è mari peruenit: idq; M. Tullium aiunt, quum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe. Propriè itaq; litus de mari dicitur: ripa, de fluminibus. *ἀκτὴ.* Ouid. 1. Metam. Campoq; recepti Liberioris aquæ pro ripis litora pulſant. Sueton. in Neron. Diſpoſitæ per litora & ripas diuerſoriæ tabernæ. ¶ Quandoq; etiam litus dicitur de fluminibus. Virgilius in Diris, Littora quæ dulceis auras diffunditis agris, quum de Mincio Mantuani agri fluuio loqueretur. ¶ Sumitur interdum pro agro mari uicino. Virgilius 4. Aeneidos, Cui littus arandum, Cui leges dedimus. ¶ Interdum pro ſpatio circa aram: à litando, quia ibi litabantur hoſtiæ. Nam (ſicut docet Donatus) nauigantes eundo & redeundo in litore ſacrificabant. Si itaque Donate à litando litus dici credimus, uidetur unico t eſſe ſcribendum: quemadmodum etiam à nonnullis ſcribi uidemus. In carmine tamen ambes geminant conſonantem. Sed

ne hoc quidem uidetur neceſſarium, quum nuſquam inueniatur breuiari. Vnde uidetur potius natura longa eſſe, quàm per epentheſin geminatæ conſonantis liceat ter produci. Malo tamen rem integram cuiuſque arbitrio permittere, quàm de re tam incerta quicquam temerè pronuntiare.

Litoreus, a, um, adiectiuum: ut, Litorea domus, quæ in litore, aut iuxta litus conſtructa eſt. ἀκταῖος, ἐπάκτιος. [Ital. Chi è alla ſpiaggia del mare. Gall. Qui eſt ſur le bord de la mer. Hiſp. Coſa deſta ribera. Germ. Das zů dem geſtad des meers gehört.] Martial. libro 10. Auxuris æquoreis placidos Frontine receſſus, Et propius Baias litoreamq; domum. Litoreæ aues apud Virgil. 11. Aeneid. Litoreas agitabat aues: id eſt, paluſtres.

Litoralis, ale, Idem: ut, Litoralis piſcis: id eſt, in litore uiuens. Plinius lib. 9. cap. 17. Nec litoralibus gratia. Dii litorales. Catullus de Phaſel. Neque nulla mea litoralibus deis Sibi eſſe facta.

Litoroſus, litoroſa, litoroſum, ὁ πολὺ αἰγιαλώδης. [Ital. Chi è appreſſo il lito del mare. Gall. Qui eſt frequent au bord. Hiſp. Que eſta caſi ſiempre à la ribera. Germ. Das bey dem geſtad deſs meers iſt.], Plin. lib. 37. cap. 10. Calais ſapphirum imitatur, candidior, & litoroſo mari ſimilis: id eſt, eũ aquæ marinæ colorem referens, qui eſt circa litus.

Litura, Vide Lino.

Lituus, ui, maſ. ſec. ὁ λίτυος, τὸ μαγικὸν ξύλον ἐπικαμπὲς ἐκβατέρῳ, πέρας ἔχον καμπύλον ῥάβδος. Plutarcho, Baculus incuruus quo ſedentes Augures auibus templa deſignabant. [Ital. Tromba, picciola uerga uſata da gli auguri. Gal. Vn baſton ou vne verge dequoy vſoyent les augurs anciennement, vn cor ou cornes. Hiſp. La trompeta baſtarda ò cuma, ò cierta verga que vſauan anticamente en los agueros. Germ. Ein ſtab der oben auſs krumb iſt, vor zeyten von denn weiſſagern gebraucht, die auff der vögel geſchrey vnd fliegen achtung trůgen vnd augures hieſſen.] Gellius lib. 7. cap. 8. Lituus eſt uirga brevis, in parte qua ro buſtior eſt, incurua. Primus litui uſus à Romulo manaſſe creditur, qui dum urbem conderet, huiuſmodi baculo regiones direxit: quod & ipſum aſſerit Cicero lib. 1. de Diuinatione, Quid (inquit) lituus iſte noſter (quod clariſſimum eſt inſigne Auguratus) unde nobis eſt traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus id eſt incuruum, & leuiter à ſummo inflexum bacillum (quod ab eius litui, quo canitur, ſimilitudine nomen inuenit) quum ſitus eſſet in Curia Saliorum, quæ eſt in Palatio, camq; deflagraſſet, inuentus eſt integer. Eadem ferè de hoc lituo ſcribit Plutarchus in Vita Romuli: Lituus, inquit, conſecratus eſt in Palatino colle uſque ad Gallorum tempora, à quibus capta urbs incenſa fuit. Sed poſtea expulſis à Camillo hoſtibus inter alteſſimas fauillas illæſus quum ignis omnia conſumpſiſſet, inuentus eſt. ¶ Eſt præterea lituus, authore Feſto, buccinæ genus incuruum, gracilem edens uocem, quo in bello utebantur: qua qui canebat, Liticen dicebatur σαλπιγκτής. Virgilius libro 6. Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta. Lucanus libro 1. Stridor lituum, clangorque tubarum. Ouidius tertio Faſtorum, Iam lituus pugnæ ſigna dare turus erat. Statius 6. Thebaid. Et lituis aures circumpulſantur acutis.

Liueo, Liueſco, Liuidus, Vide Liuor.

Liuor, oris, m. t. Color ex pallido nigreſcens, quem & plumbeum nonnulli appellant: qualem in contuſis corporis partibus uidere eſt, quum fuſte alio ue corpore duro ictu illato, exiles uenæ contuſæ ſanguine ad extremam cutem diffundunt. σπιλώσιμα, σμώλυξ. [Ital. Liuidore, liuidura, color ſimile à plombo. Gall. Couleur de plomb. Hiſp. El cardenal, color de plomo. Germ. Die bleyfarb, oder blawe, als die ſtreichmaſen ſind, bleich vnnd ſchwartzlecht durcheinander.] Plin. lib. 20. cap. 22. Illinitur & liuoribus, ſuggilatisque cum melle. Hinc Liuorem contrahere, eſt ni greſcere. Columella libro 12. capite 47. Quia hæc candidior eſt oliua, quàm ea quæ contuſione liuorem contrahit. ¶ Et quoniam talis eſt color inuidorum, ideo liuor accipitur pro inuidia. Lucan. lib. 1. Liuor edax tibi cuncta negat. Claud. lib. 3. Rabiem liuoris acerbi Nulla poteſt placare quies.

Liuidus, a, um. Propriè is dicitur qui ex ictu fuſtis, alteriuſue corporis duri, plumbeum colorem in parte læſa contraxit: quod accidere ſolet exilibus uenis ictu collisis, ſanguineq; ad cutem diffluente. μελανὸς. [Ital. Liuido, chi ha liuidure, de colore ſimile al piombo ò con liuidura. Gall. Qui a la chair meurtrie ou en eſt de la couleur, ou de couleur de plomb, terné. Hiſp. Amarillo ò negro de golpe, coſa cardena. Germ. Blaw, der vil blawer ſtreichmaaſen hatt.] Plin. Thapſiæ ſuccus ſuggillatis ac liuidis prodeſt. ¶ Hinc liuidum pro eo quod ſubnigrum eſt, ponitur: qualis eſt color plumbi. Virgilius 6. Aeneidos, Quíque petunt animæ, uel quo diſcrimine ripas Hæ linquunt, illæ remis uada liuida uerrunt. Brachia liuida armis, Horatius 1. Carminum, Ode 8. Vorago paludis liuidiſſima, Catullus ad Coloniam. Ora liuida fuſca digitis, Ouidius Epiſt. 19. ¶ Quoniam uerò qui inuidia laborant, exedentes ſe dolore, hunc colorem contrahunt, liuidos ſæpe pro inuido ponitur. βάσκανος. Martialis libro 1, Omnibus inideas liuide, nemo tibi.

Liuidulus, diminutiuum, id eſt, ſubliuidus. ὑποτέλης. [Ital. licè, Alquanto liuido. Vn pen terné. Hiſp. Cardeno vn poco. Germ. Bleichlechtig ans ytel verbun.] Iuuen. Saty. 11. Ponebant igitur Tuſco farrata catino Omnia tunc: quibus inuideas, ſi liuidulus ſis.

Liueo, ues, n. ſ. Liuidus ſum, hoc eſt, plumbei coloris. μέλας εἶναι. [Ital. Eſſer liuido. Gall. Eſtre terné, ternir. Hiſp. Ser cardeno. Germ. Blawbleich oder bleyfarb ſein.] Plinius lib. 11. Cortex uerò (ſcilicet helioſtrophi) liuentibus colorem reddit. Ouidius 2. Metam. Liuent rubigine dentes. Cura liuentia compedibus, Ouidius 2. Amor. eleg. 2. Labellis impreſſis liuere. Idem 1. Amor. eleg. 7. ¶ Per translationem accipitur pro inuidere. βασκαίνειν, φθονεῖν. Tractum ab inuidorum conſuetudine, aliena fœlicitate pallentium. Pomp. Malignus homo, fortunis aliorum ſemper liuens. Martial. lib. 10. Liuet Carinus, rumpitur, &c. Fata liuentia, Statius 1. Sylu.

Liueſco, is, n. t. μελανὸς γίνομαι. [Ital Diuenir liuido Gall. Deuenir terné, ternir Hiſp. Hazerſe cardeno. Ger. Bleichſchwartz werden.] Claudianus libro 1. Haud equidem inuideo, nec enim liueſcere fas eſt, Vel nocuiſſe deos. Martialis libro decimooctauo, Liueſcit nulla caligine fuſca, nec odit Exploratores nubila maſſa focos. Digiti liueſcunt in pedibus, Lucretius libro 3. ¶ Huius compoſitum eſt Allineſco.

Lix, licis, fœm. t. Cinis dicitur, in quem materiæ redigũtur, quum fuerint exuſtæ. λιτὶς. [Ital Cenere. Gall. La cendre du fouyer. Hiſp. La ceniza del hogar. German. Aſch.] Plinius libro 36. capite 27. citat Varronem dicentem, Lix cinis eſt foci.

Lixiuia, æ, f. t. Aqua, in qua lauandi gratia decoctus eſt cinis. λιτία. [Ital. Liſſia. Gall. Leſſiue. Hiſpan. La lexia de ceniza. Germ. Laug.] Columel. lib. 12. cap. 16. Sunt qui culmos fabæ exurant, & ex eo, quod cremarint, cinere lixiuiam faciant. Et paulò pòſt eodem capite, Deinde in lixiuiæ ſextarios, decem ſalis cyathos, & olei cyathum adiiciant. Et rurſum paulò antè, In olla fictili ampla, præparatam lixiuiam cineris ſarmentis calefieri conuenit. Nonius Marcellus lixiuium effere neutro genere. Lix, inquit, cinis dicitur, uel humor cineri miſtus. Nam etiam nunc id genus lixiuium uocatur.

Lixæ, lixarum, maſculini generis, primæ declinationis, Dicti ſunt, inquit Sipontinus, qui uilioris quæſtus gratia exercitum ſequuntur, utpote lauandi aut coquendi gratia: à cinere, qui lix antiquis dicebatur, ut Varronis teſtimonio docet Plinius libro 36. capite 27. σκευοφόροι. [Ital. Cuoci di gente d'arme, ſaccamanni. Gall. Qui ſuiuẽt le champ pour gagner à ſeruir, & blanchir ou cuire aux gens de guerre. Hiſpan. Los aguaderos que llevan agua al real, ò que ſeruen à otras coſas. Germ. Sudelbůben mitt kochen vnnd wäſchen, ſchmutzlöch.] Nonius tamen affirmat antiquos lixam dixiſſe pro aqua: indeq; elixum dictum eſſe, quod ex aqua coctum & mollitum eſſet: & lixas, qui militibus aquã ad caſtra uel tentoria ſolent ferre. Silius lib. 1. Inutile Marti Lixarũ uulgus. Scipio apud Liuium, Actium Vmbrum appellat ſemilixam, quaſi ſemi mancipium, nomine ignominioſo. Varro lixulas & ſemilixulas uocabulo Sabino

ſcribit dici circulos ex farina, caſeo & aqua commiſtos, olim inter uiliora cibaria numeratos.

Lixo, as, a. p. Aqua coquo: quod tamẽ apud ueteres non facilè inuenies. ἐψέω. [Ital. Aleſſare. Gall. Cuire en eau, faire boulir en eau. Hiſp. Cozer en agua. Germ. Sieden oder lochen.] Magis in uſu eſt compoſitum eius elixo, quod eſt eiuſdem ſignificationis. Prolixo hoc nõ pertinet. Neq; enim fit à lixo, ſed ab adiectiuo prolixus, quod componitur ex porrò & laxus.

Lixus, xa, xum, Quod aqua coctum eſt: à lixa antiquo nomine, quo ueteres aquam ſignificabant, teſte Nonio. ἑψητός. [Ital. Cotto à Leſſo. Gall. Bouillit, cuit en l'eau. Hiſp. Cozido en agua. Germ. Geſotten, gekochet.] Frequentiore tamen in uſu eſt elixus, quemadmodum elixo uſitatius eſt quàm lixo.

Lixabundus, Dicitur qui exiguæ mercedis gratia, uiliſſimis ſeſe obſequiis immiſcet. ἑψητὴ ἰσπιὼν, uel σκευοφορῶν. Tractum à lixarum conſuetudine, qui uiliſſima quæq; in exercitu munia obibant. Plaut. Qui famam tuam lixabundus, & nomen fœdas.

L ante O.

LONG. P. VII. L. P. III. In notis antiquorum, Longum pedes ſeptem, latum pedes tres. L. P. Locus propitius, uel proprius: uel, lege punitus: uel, Latini priſci: uel, locus publicus, uel priuatus. L. P. C. R. Latini priſci ciues Romani. L. P. D. locus publicè datus. L. PL. lex plebeia: uel, locus publicus. L. POS Lucius Poſthumius. L. PR. locus priuatus. L. PVB. locus publicus. L. Q. S. locus qui ſupra, uel Quos. L. Q. S. E. locus qui ſupra eſt. L. R. lex Roman. uel, locus religioſus. L. RV. lex ruſticana. L. R. I. lex regis iuſta. L. S. laribus ſacrum, uel ſacrorum: uel, locus ſacer: uel, Lucius Samius. L. SC. locus ſacer. L. S. DEN. Lucius Sicinius dentatus. L. S. PAL. loca ſacra palatii. L. T. Lucius Tacius: uel, legem tulit: uel, Lucius Titius. LT. PR. Latini patres.

Lõbæ, fœm. pr. In milio Indico dicuntur culmi, ſiue comæ arundinaceæ, ſemen complectentes. λόβια. Plinius lib. 38. cap. 7. Milium (inquit) intra hos decem annos ex India in Italiam eſt inuectum, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem, prægrandibus culmis (Lobas uocant) omnium frugum fertiliſſimum.

Lõbus, bi, λοβὸς, Ima auricula: ἀπὸ τῦ λαμβάνειν: propterea quòd eam apprehendamus, quempiam admonentes. In hepate quoq; partes extremæ, & quædam ueluti ſegmẽta, uentriculum circunquaque amplectentia, Lobi dicuntur. Nicander in Theriacis, Ηπατος ἀκρότατον νίφας λοβὸν, ὅς τε τραπέζης Ἐφύπτιαι. Vbi interpres τράπεζαν accipit ſummam ſolidamq; hepatis partem ex qua lobi dependent.

Lõcãrium, n. ſ. Pretium quod pro taberna ſtabulo'ue perſoluitur, ut in eo quis ſe locare, hoc eſt, collocare poſſit. ἐνοίκιον. [Ital. L'affitto. Gal. Lonage de maiſon, paiement de lonage. Hiſp. La paga del meſon. Germ. Das ſtandtgelt, ſtalgelt.] Autor Varro lib. 4. de Lingua Latina.

Locellus, Vide Loculus in Locus.

Locito, **Loco**, Vide Locus.

Loculatus, **Loculamentum**, **Loculus**, **Locuples**, Vide Locus.

Lõcus, huius loci, & in plurali numero Loci, orum, uel Loca orum, Quicquid aliquid continet: ſiue, ut ait Varro, libro 4. de Ling. Lat. ubi quicquam conſiſtit. τόπος. [Ital. Luogo. Gall. Lieu, place. Hiſp. Lugar. Germ. Ein ort.] Virgil. 3. Aeneid. Hic locus urbis erit. Ser. Sulpitius Ciceroni libro 4. Epiſt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiæ locum delegimus, ibiq; eum combuſſimus: poſteaque curauimus ut iidem Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreũ faciendum locarẽt. ¶ Frequentiſſimè etiam accipimus locũ pro uice: ut quum dicimus, Loco patris te habeo: hoc eſt, uice patris, & ea charitate te amplector, qua patrem. Sic etiam dicimus, Diligo te in loco germani. Terent. in Andr. Si te in germani fratris dilexi loco. ¶ Mouere aliquem loco, eſt aliquem de ſuo loco, uel dignitate depellere. Horat. lib. 2 Epiſtol. Audebit quæcunque parum ſplendoris habebunt, Verba mouere loco. Cic. ad Quint. fratr. lib. 2. Exarſit dolor: urgere illi ut nos loco mouerent. ¶ Accipitur etiam Locus pro natalibus, uel conditione natiuitatis. Salluſtius, Inter ſuos non obſcuro loco natus. ¶ In plurali numero indifferenter dicimus Loca, uel Locos, pro eo quod aliquid continet. De neutro genere ubiq; plurima occurrunt exempla. Maſculino genere uſus eſt Virgilius 6. Aeneid. Deuenêre locos lætos. Idem 1. Aeneid. Deuenête locos, ubi nunc ingentia cernis Mœnia. Gellius lib. 6. cap. 6. eodem in loco utroq; genere uſus eſt. Nam quoniam non ipſæ tantùm aues quæ proſperius prævolant, ſed etiam loci quos capiunt, quòd idonei felicesq; ſunt, præpetes appellant: idcirco Dædali pennas præpetes dixit: quoniam ex iis locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat. ¶ Frequentius tamen Locos, τόπους, accipimus pro ſedibus argumentorum, ex quibus, ueluti ex promptuariis quibuſdam petuntur argumenta. ¶ Loci etiam in mulieribus dicuntur maſculi ſemen recipientia, in quibus (ut ait Varro) naſcẽdi initia conſiſtunt. Plinius lib. 11. cap. 37. Fœminis eadem omnia, præter ueſicæ iunctus utriculus. Vnde dictus uterus, quod alio nomine Locos appellant, hoc in reliquis animalibus ualuam tantùm dicimus. Columel. tamen lib. 6. cap. 27. equarum etiam genitalia uocat locos. Quòd ſi (inquit) admiſſarius ineris eſt in uenerem, odore perfricãtur deterſis ſpongia fœminæ locis, & admota equi naribus. Idem etiam lib. 8. cap. 11. pauonum loca appellat, in quibus oua naſcuntur. Sepiusq; (inquit) digitis loca fœminarum tentãda ſunt: nam in prompta gerunt oua. ¶ E loco interiore agere, eſt adire dices. De ſuperiore loco agere, eſt pro roſtris. Ex æquo loco agere, eſt in Senatu: ut etiam annotauit Budæus. Cic. 3. de Orat. Nam ſiue de cœli natura loquitur, ſiue de terra, ſiue de diuina ui, ſiue de humana, ſiue ex inferiori loco, ſiue ex æquo, ſiue ex ſuperiore. ¶ Priore loco cauſam dicere, eſt antè defendere, quàm quis accuſatus ſit. Cicero pro Quintio, Vt ipſe cauſam capitis, ſi ſponſionem feciſſet, priore loco diceret. Poſteriore uerò loco dicere, eſt defenſorem eſſe, & pro reo dicere. Idem ibidem. Quoniam maiores ita conſtituerunt, ut qui pro capite diceret, is poſteriore loco cauſam diceret. ¶ Secundo loco, à Cicerone ad Lentul. pro præterea ponitur. Facile, inquit, ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum, &c. ¶ Pulchrè etiam dicitur, Si in iſto eſſem loco, pro eo quod eſt, ſi meum eſſet negotium, ſi mea res ageretur. Plautus in Bacchid. Verùm, ut ego opinor, ſi ego in iſtoc ſiem loco Dem potius annũ, quàm illum corrumpi ſinam. ¶ Ponitur aliquando locus pro ſtatu. Plautus in Bacchid. In eum nunc reuenit res locum, &c. Terent. in Adelph. Peiore res loco non poteſt eſſe quàm in quo nunc ſita eſt. Cicero ad Brutum, Noſtræ res meliore loco uidebantur: id eſt, ſtatu & fortuna. ¶ In loco res poſita dicitur, quæ reſtè digneq; poſita ſiue collocata eſt. Cic. 7. Verrin. Reſtè collocata, & iudicio populi in loco poſita eſſe uideatur. ¶ Ponitur interdum locus pro æſtimatione, amore, gratiaq;. Cic. in Philipp. Quem locum apud Cæſarem obtinuiſti? quo numero fuiſti? Eſſe magno loco apud Regem, dixit idem in Epiſt. Cæſar 1. Commentar. Qui ſi iuuiſſent, eodem ſe eos loco, quo Heluetios, habiturum. ¶ Ponere in loco maledicti, & contumeliæ, eſt quod barbari dicunt, Capere ad malum & ad iniuriam. Cic. in Piſonem, Túne etiam auſus meum diſceſſum in maledicti & contumeliæ loco ponere? ¶ Tenere principem locum, eſt maximo eſſe in pretio, & autoritate, primumq; dignitatis gradum obtinere. Cic. pro Plancio, Qui in mea ſalute principem ſemper locum, autoritatemq; tenuiſtis. ¶ Locus aliquando ponitur pro opportunitate. καιρός. Cic. de Offic. Locum autem actionis, opportunitatem temporis eſſe dicunt. ¶ Loco aliquid quærere, eſt quærere quando res poſtulat. Cic. in Partit. Loco tu quidem quæris, ſed plenius, &c. ¶ In loco, id eſt, opportunè. Terent. in Heaut. In loco ego uerò laudo. Cic. antequam iret in exilium. Fidem conducit, inquit, in loco beneficium tribuere. ¶ Loco dicere, eſt aliquem rogatum ſententiam dicere. Cic. 1. de Legibus, Vt loco dicat, id eſt, rogatus: ut modò, ne ſit infinitus. ¶ Locus non eſt bonitati, id eſt, bonitas non eſt in pretio. Cic. 5. de Finib. Quod ni ita ſe haberet, nec iuſtitiæ ullus eſſet, nec bonitati locus. ¶ Locum alicui dare, eſt ipſum admittere, & recipere. Cic. de Orat. Hæc turba & hæc barbaria forenſis dat locũ uel uitioſiſſimis oratoribus. ¶ Aliquando locus ponitur pro tempore, uel ſpatio. Terent. in Heautont. Nam & cognoſcendi, & ignoſcendi dabitur peccati locus. Locus precì non eſt relictus: hoc eſt, precibus im-

bus amplius flecti non poteſt. Terentius in Andria, Nihil eſt preci loci relictum. ¶ Locus etiam in ſcriptoribus dicitur quæuis operis particula. Terent. in Prolo. Adelp. cum Plautus locum Reliquit integrum, eum hic locum ſumpſit ſibi in Adelphos. ¶ Loci, in muliere dicuntur uaſcula ſemen & materiam ſanguinem recipientia, inter ueſicam & inteſtinum rectum ſita, in duos diuiſa ſinus: unde & locos plurali numero appellarunt. *Δελφύς.* Aliis nominibus & uterus dicitur, & uulua. Quanquam inter hæc Plinius ita diſtinguit, ut uulua brutorum animantium dicatur, locus autem & uteros ſolarum mulierum. Verba eius ſunt hæc lib. 11. c. 37. Fœminis eadem omnia, præter ueſicæ iunctus utericulus: unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animantibus nullam. ¶ Loci igitur à Dialecticis appellantur ſedes argumentorũ, ex quibus, uelut ex promptuariis quibuſdam petuntur argumenta. *τόποι.* Cic. 3 de Orat. Ariſtoteles locos (ſic enim appellat) quaſi argumentorum notas tradidit. Ibidem lib. 2. Ariſtot. propoſuit quoſdam locos ex quibus omnis argumentatio ad omnem diſputationem inueniretur. Et paulò antè, Locus argumentorum paratos & expeditos habere oportet.

Loca ſalubria & inſalubria, quæ ſunt eligenda in regimine ſanitatis, & extruendis ædibus, omnium doctiſſimè diſſeruit Vitruu. lib. 1. c. 4.

Lŏcĕllŭs, li, diminut. m. ſ. Exiguus & anguſtus locus. *χωρίον.* [Ital. Luogherto. Gal. Petit lieu. Hiſp. Pequeño lugar. Ger. Ein örthlein.] Plaut. Mil. Sed in cella paululum erat loculi lubrici. ¶ Aliquando loculi dicuntur loculamenta quædam ſeparata in piſcinis, ornithotrophiis, aliorumue animalium ſtabulis, in quibus unaquæque ſeorſum aluntur. *σπυρίδες.* Var. lib 3 de Re ruſt. ca 17 Hortenſius familiaris noſter quàm piſcinas haberet magnas pecunia ædificatas, ac loculos, ita ſæpe cum eo ad uillam iui. ¶ Sæpe etiam loculos accipimus pro faculo in quo pecunia ſeruatur *βαλλάντιον.* [Ital. Borſa. Gal. Bourſe ou gibbeciere. Hiſp. Bolſa ò bolſico. Ger. Ein ſeckel oder täſch.] Martial. lib. 14. Hos niſi de flaua loculos implere moneta Non decet. ¶ Interdum etiã loculus, *σορὸς.* [Ital. Cataletto. Gal. Sercueil ou coffre en quoy on garde les corps morts. Hiſp. Vaſo dela ceniza delos muertos. Germ. Ein todenbaar.] pro capſula, ſeu conditorio quo mortuorum reliquiæ condunturi. Plin. lib. 7. cap. 2. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt, conditumq; loculo in templo.

Locellus, li, id eſt crumenula, diminut. à loculis. *βαλλάντιον.* [Ital. Borſetto, ſaccheto. Gal. Petite bourſette, ſachet ou gibbeciere. Hiſp. Boſico ò caxa pequeña. Germ. Ein ſeckelein oder täſchlein.] Martialis lib. 14. Siquid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli, Munus erit: nihil eſt: ipſe locellus erit.

Loculatus, la, latum. Quod habet diuerſos locos. *σπυρωτὸς.* [Ital. Doue ſonno piu luoghi da porui coſe diuerſe ſeparatamẽte. Gal. Ayant pluſieurs petits trous & lieux pour mettre pluſieurs choſes chacune à part. Hiſpa. Coſa de muchas bolſas y lugares para gardar las coſas. Ger. Das vil dätlein oder vnderſchlechtlein hat.] Var. 3. de Re ruſt. c. 17. Nam ut Pauſanias & cæteri pictores eiuſdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi diuerſi colores ſint, certas: ſic hi loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habent piſces.

Loculoſus, a, um, quod multos habet loculos, ſeu ſinus, ſepto aliquo intermedio diſtinctos. *σπυρώδης.* [Ita. Pieno di luoghi. Gal. Plein de lieux & petit trous. Hiſ. Coſa llena de muchos lugares y bolſas. G. Voll thätlinẽ oder vnderſchlächtlineo.] Plin. lib 15. c. 21. Sola differentia generum in putamine duro fragilue, & tenui ac craſſo, loculoſo & ſimplici.

Loculamenta, orum, n. ſ. Loca diſtincta, ſiue capſulæ in quibus aues, apes, aut etiam maiora animalia ſeorſum nidificare, ſeu habitare ſolent: & à loculis deduci uidentur. *σπυρίδες.* [Ita. Diuerſi loughetti da farui nido gli uccelli. Gal. Petits lieux & trous ſeparez pour retirer quelche choſe, cõme miches à miel & ou nichent les oiſeaux. Hiſp. Cauones ò caſillas como del palomar. Ger. Beſondere vnd vnderſcheidne örtlein oder gemächlein.] Columella libro octauo, capit. 8. Vel ſi non ita competit paxillis adactis rabulæ ſuppponantur, quæ uel loculamenta, quibus nidificent aues, uel fictilia columbaria recipiant. Idem libro nono, capite duodecimo, Crepitaculis æreis, aut teſtarum plerunq; uulgo iacentium terreatur fugiens inuentus: ſeq; quæ uel pauida quũ repetierit alueum maternum, & in eius aditu glomerata pependerit, uel ſtatim ſe ad maximam frondem contulerit, protinus cuſtos nouum loculamentum in hoc præparatum perlineat intrinſecus prædictis herbis. deinde gutta mellis reſperſum admoueat, tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. ¶ Ponitur aliquando pro conceptaculo ſiue theca rei alicuius. Vitruuius libro decimo. Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, incluſum in alterum loculamentum collocetur.

Locuples, pe. cor. genitiuo locupletis, pen. pro. o. t. Dines, multa poſſidens: quaſi locorum plenus, hoc eſt multos habens agros, ſeu poſſeſſiones. *πολυκτήμων, πλούσιος.* [Ital. Rico. Gal. Riche. Hiſ. Ricco. Ger. Reych, fürnemelich an ligenden güteren, als der vil aecker, matten, oder gärten hat.] Plin. lib. 18. c. 3. Cognomina etiam prima: inde Pilumni, qui pilũ piſtrini inuenerunt: Piſones à pinſendo: hinc & Locupletes dicebant, loci, id eſt, agri pleni. Eſt autem hoc nomen omnis generis, ſecundum Priſcia. tam in i, quàm in e finias ablatiuum. Cic. Atti. Nec moderatior quàm Sylla in pecuniis locupletium. Idem in Frum. In prouincia locupleti & referta Hora. 2. Serm. In locuplete domo. Neq; ſolùm prudite, & loco multa poſſidenti accipitur, uerumetiam pro firmo, certoq; & magnæ autoritatis, indubitatæq; fidei homine. Vnde locupletem amorem, teſtem, tabellarium dicimus de cuius fide meritò nemo debeat ambigere. *ἀξιόπιστος.* Cice. lib. 3. Offic. Accedit eò teſtis locuples. Poſſidonius. Et paulo pòſt, Quorum quidem teſtem non mediocrem, ſed haud ſcio an grauiſſimum Regulum nolite quæſo uituperare. Quem enim locupletiorem quærimus quàm principẽ pop. Roma. qui retinendi officii cauſa, cruciatum ſubierit ultrò? Locupletis antitheta ſunt Egens & tenuis Cic. 4. Ver. Nam locupletiſſimi cuiusq; cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant. Idem pro Planc. Egentes in locupletes armabãtur. ¶ Locuples oratio, dines uerborum, & abundans. Cic. 3. de Ora. Inde ille licentior, & diuitior fluxit dithyrambus: cuius membra & pedes, ut alt idem, ſunt in omni locuplete oratione diffuſa. ¶ Locuples etiam aliquando per tranſlationem ponitur pro inſtructo & copioſo. Cic. 1. de Natura deo. Locupletior igitur hominum natura ad beatè uiuendũ quàm deorum: quòd pluribus generibus fruitur uoluptatum.

Locupleto, pen. prod. a. p Dito, locupletem reddo. *πλουτίζω.* [Ital. Arrichire. Gal. Enrichir. Hiſp. Enriqueſcer à otro. Ger. Reych machen.] Colum. lib. 3. Vt antè perpenſum & exploratum habeamus, ut locupletet patrem familiæ uinearum cultus. Plautus, Viſus eſt paterna hæreditate locupletarier Cicero 5. Ver. Ob haſce res, quoniam te locupletaui, hoc anulo aureo dono. Idem 1. Offic. Hiſq; arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos uiſum iri, ſi locupletent eos quacunque ratione. ¶ Huius compoſitum eſt Collocupleto, quod ſignificat ualde dito. Vide ſuo loco.

Lŏco, as, a. p. Pono, conſtituo. *τάττω.* [Itali. Collocare, porre. Gal. Mettre en quelq; lieu, aſſeoir, poſer. Hiſp. Poner alguna coſa en lugar. Germ. Setzen, Ordnen.] Liu. lib. 1. Caſtra ab urbe haud plus quinque millia paſſuum locat. Virgil. 1. Aeneid. hic alta theatri Fundamenta locant alii. ¶ Interdum eſt reponere. Plaut. Aulul. Dum eulam domi locatam perquirit, ablatam reperit. ¶ Interdum nuptui tradere. *ἐκδιδόναι, συνοικίζειν.* [Ital. Maritare. Gal. Donner en mariage, marier. Hiſp. Caſar hija, ò nieta ò criada. Germ. Zur ee geben, Verheyraten.] Teren. in Phorm. Quæſo quid ſi filiã ſuam unicam locaret? ¶ Pro eodem etiam dicimus, Locare filiam nuptum. Terentius in Phormione, Vt potui, uirginem nuptum locaui huic adoleſcenti. Item locare in matrimoniũ. Plaut. in Trinumo. Vbi erit locata uirgo in matrimonium. ¶ Interdum idem eſt quod pretio tuendum do. *μισθῶ, ἀπομισθῶ, ἐκδίδωμι.* [Italicè, Affitare. Gallicè, Bailler à loage, loer. Hiſpanicè, Arredar alguna coſa à otro. Germanicè, Verleichen vmb gelt.] In qua ſignificatione frequenter datiuum habet perſonæ cui quid locatur, cum accuſatiuo rei quæ locatur & ablatiuo pretii: ut ædes quas in Palatio ampliſſimas habebas, centum te ſeſtertiis Mutio locaſſe audio. ¶ Sæpe tamen pretium non exprimitur. Cicero in Verrẽ, Menonis nobiliſſimi honoris uxoris fundus erat colonis locatus. ¶ Locare alicui operã ſuã, eſt aliquid mercede faciẽ-

faciendum ſuſcipere. μισθαρνᾶν. Gell.li.5.cap.3. Ob quæ rendum uictum ad circumagẽdas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasse. Plaut. Trin. Nam operam meam tribus nomis ego locaui ad artes nugatorias. ¶ Locare alicui opus faciundũ, dicitur is qui pro opere faciundo alteri mercedem constituit. μισθοῦν. Sulpitius Ciceroni, Coraimus ut tidem Athenienſes in eodem loco monumentum et marmoreũ faciendum locarent. ¶ Interdum locare idem eſt quod collocare, ſiue impendere: ut quum operam pecuniamue bene aut male locatã dicimus Plaut. Mostel. Nec quicquam argenti locaui tam diu uſquam æquè bene. Idem Amph. Optumè optumo optuma operam das, datam pulchrè locas.

Locito, as, pen. cor Frequentatiuum formatũ à ſupino uerbi Loco, a in i mutata. ἀπομισθῶ, ἐνοικιάζομαι. [Ital. Affitare ſpeſſo. Gall. Bailler ſouuent à loage, loger ſouuent. Hiſp. Arrendar á menudo. Ger. Státs verleihen, oder ausſleihen.] Terent. in Adelph. Agelli eſt hîc ſub urbe paululum quod locitas foras: Huic domus qui tuator.

Locator, ris, m. ὁ μισθαρνῶν, ὁ μισθωτής. [Ital. Colui che da á fitto. Gall. Loeur, qui baille à loage. Hiſp. El que arrienda ó otro por renta. Germ. Ein verleiher vmb gelt, oder vmb ein zinſs.] Propriè dicitur is qui rem aliquam pretio utendam dat: ut, Locator prædii uel ædium, dicitur is qui prædii ædiúmue uſu conductori conceſſo pretium accipit. ¶ Interdum tamen locator is dicitur qui redemptori pro opere aliquo faciundo mercedẽ conſtituit. Budæus. Quanquam locator ſit plerunq; qui pretiũ accipit, & conductor qui dat: ut ſit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nonnunquã uiceuerſa euenit, ut locator pretiũ det, conductor accipiat. Plin. lib. 7. cap. 53. Romæ quoq; Corũdium matertera ſuæ maritum, funere locato reuixiſſe, & locatorem funeris ab eo ciatum.

Locatio, onis, uerbale, fit. Relatiuum eſt Conductionis: proprieq; eius eſt qui pretium accipit. ἀπομίσθωσις. [Ital. Locatione, il dare à fitto. Gall. Loage, bail à loage. Hiſp. Arrendamiento. Germ. Ein ausſleihung: item ein verdingung.] Cic. 3. Verr. Hîc iſtius ſcelerata locatione, nefarioq; latrocinio, bonis patriis, fortunisq; omnibus ſpoliatus uenit in iudicium. Idem ad Attic. lib. 4. Diſturbata porticus Catuli quæ ex S.C. COSS. locatione reficiebatur, & ad tectum penè peruenerat. ¶ Inducere locationem, eſt irritam facere locationem, tabulasq; de locatione confectas interlinire, aut diſcerpere. Cic. ad Attic. lib. 1. Aſiani qui de Cenſoribus conduxerunt, queſti in Senatu ſe cupiditate prolapſos nimium magno condoxiſſe, ut inducerentur locatio poſtulauerunt.

Locuſta, æ, fœm. pr. Inſecti genus eſt, infirmas habens alas, tam modicis ſe uolatibus è terra attollens, ut ſaltare potius uideatur, quàm uolare. ἀκρίς. [Ital. Caualetta. Gal. Vne langoſta, vn ſauterau ou ſauterelle. Hiſp. Langoſta. Ger. Ein hôwſchrecł.] In Africa & Syria maiore corpore naſcuntur, firmioribusq; alis: tanta autem copia, ut herbas, meſſesq; omnes aut erodant, aut tactu adurant. Quinetiam & maria transuolare dicuntur, & abſumptis domeſticis omnibus, externa pabula quærere, nõ ſine infausto præſagio eorum ad quos penetrarint. In Iudia monſtroſæ magnitudinis naſci traduntur, ut interdum trium pedũ longitudinem excedãt: ex quorũ femoribus & cruribus, quũ inſtruerint, ferræ ſolent cõfici. Vide plurade his apud Plin. lib. 11. cap. 29. ¶ Locuſta etiam piſcis eſt ex genere croſtaceorum, corpore longo, cornua ante oculos bina, longa & aſpera habet: dictus à ſimilitudine terreſtris. Plin. lib. 9. cap. 30. Locuſtæ fragili cruſta muniuntur in eo genere quod caret ſanguine. Latent menſibus quinis: & ueris principio ſenectutem exuũt, anguium more, renouatione tergorum. Cætera in aquis natant: locuſtæ reptantium modo fluitant. Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus quæ ſunt rotundicate præpilata, ad latera porrectis: in pauore, in latera procedunt. Cornibus inter ſe dimicãt. Vnum hoc animal, niſi uinum feruẽti aquæ incoctum, fluida carne non habet callum.

Locutio, Locutor, Locutuleius, Vide Loquor.

Locyothos, per y, uitellum oui, per i, putamen lentis, per u, ampulla, uel guttum olearium.

Lodix, dicunt per i non per e Lodex, doctiſſimi quiq;

Lôdix, icis, penult. prod. Lecti operimentum, ſiue linteolum, quo in lecto utimur, & frequenter uocatur. γρῦπος. [Ital. Coltre ſchiauina, coperta di letto. Gall. Loudier ou groſſe couuerture de lit Hiſp. La manta ó coberton de cama. Ger. Allerley bethdecke als leinlach, gauterẽ, &c.] Iuuen. Sat. 6. Ζωὴ, καὶ ψυχὴ modo ſub lodice relictis Veteris in turba.

Lodicula, æ, diminutiuum. ἡ μικρὰ καὶ συντελὴς στρῶσις. [Ital. Picciola ſchiauina ó coltra. Gall. Vn petit loudier ou couuerture de lit. Hiſpan. Pequeña manta ó coberton de cama. Germ. Ein leinlachlin.] Suetonius in Auguſto, ita ut in extremis ſpatiis ſubſultim decumberet ſtricula, uel lodicula inuolutus.

Lædõria, λοιδορία, cum accentu in penultima, A Græcis dicitur mordax conuitium: differeq; à ſcommate, quòd hoc ſit mordacitas quædam urbanitate & loco adumbrata: lædoria uerò apertum amarulentumq; conuitium, nullius urbanitatis ſpecie uelatum. Vide Macrob. in Saturn.

Logarium, Logeum, Logice, Logion, Logiſtæ, Logiſtrium, Logiſticè Logiſtoricus, Logodædalus, Logogryphi, Vide Logos.

Lŏgŏs, λόγος. [Ital. Ragionamento, parola, ragione. Gall. Parole, raiſonnement. Hiſpan. Razon, palabra, razonamiento. Germ. Ein red oder wort: item die vernunfft.] Apud Græcos modò ſermonem ſignificat, modò uerbum, modò rationem. Hieronymus ad Paulinum, Logos Græcè multa ſignificat: nam & uerbum eſt, & ratio, & ſuppuratio, & cauſa uniuſcuiuſque rei, per quam ſunt ſingula, quæ ſubſiſtunt. Auguſtinus contra Hæreſes, Hermes, qui Latinè dicitur Mercurius, ſcripſit librum, qui λόγος τέλειος appellatur, id eſt, uerbum perfectum. ¶ λόγοι item Græci uocant operis tomos, ſiue ſectiones, quos & Libros Latinè appellamus. Habet & alia ſignificata apud Græcos, quæ ad inſtrum inſtitutum nihil pertinent. Hoc tamen hîc præteundum non fuit, logos etiam à Latinis ſcriptoribus ſæpe ſumpari pro uerbis futilibus, & ad nihil prorſus conducentibus. Cicero Gallo, Ego te certò ſcio omnes logos, quæ dicendis dicti ſunt, animaduertiſſe. Terentius in Phormione, Ineratum iſtud beneficium tibi pulchrè dices. D. id eſt, ridicula dicta, & uerba inutilia. ¶ A logos ſiunt Catalogus, epilogus, dialogus, elogium, analogia, & propè innumera alia.

Logarion. λογάριον. [Ital. Picciol conto, picciol regiſtro. Gall. Petit conte, ou petit regiſtre. Hiſp. Pequenna cuenta ó pequenno regiſtro. Germ. Ein regiſterlin oder rechenbüchlin táglichs ausſgebens.] apud Vlpian. l. 1. de leg. 1. legat. Accipitur pro leuioribus minutioribusque rebus, quales iis de rebus quæ quotidie in uſum familiæ geruntur, in aduerſariis ſolent conſcribi. Verba Vlpiani hæc, Sed & chartas ad ratiunculam, uel ad logarion tas, contineri appellatione Penoris.

Logeum, penultima producta, λογεῖον, Pulpitum ubi in quo chorus Tragœdiarum & Comœdiarum (Comœdiæ chorum habuerunt) cæteriq; perſonas habentes, fabulæ ſubſeruiebãt. Vtitur hac uoce Vitruuius libro quinto.

Logica, æ, & Logice, es. λογική. [Ital. Logica, dialette de diſputar Gall. Logique, dialectique, ſcience de diſputer. Hiſp. La logica, arte de diſputar. Germ. Eine ſo da lehret ſich artlich mitt einanderen vnderreden die waarheit ergründen.] Ars differendi, uerumq; inueniendi, quæ & Dialectica dicitur. Nonnulli Græcæ uocis hanc reddentes, rationalem philoſophiæ partem. Cic. 1. de Fin. Iam in altera philoſophiæ parte, quæ eſt tota rendi ac differendi, quæ λογική dicitur, iſte uetus quidem uidetur, planè inermis ac nudus eſt. Ibi ratio eſt logicæ, quam rationẽ differendi uoco. Boet. in Commen. Top. Hæc eſt (inquit) diſciplina quædam quædam magiſtra, quã Logicen ueteres Peripatetici uocarunt, continens in ſe inueniendi, iudicandiq;

Logica orum, neut. gen. plur. num. Cic. 4. Tuſc. Ha de perturbationibus enucleatè diſputant Stoici ca appellant, quia differuntur ſubtilius.

Logion, pen. cor. λόγιον. Græci oraculum appellatum ſoluta oratione editum. Nam quod carmine dabatur, χρησμὸν potius nominant: ut poſt Suidam tradit Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 6.

Logiſtæ, m. p. λογισταὶ. Sopputatores, ſiue æſtimatores dicuntur ἀπὸ τῆ λογίζεσθαι, quod eſt rationes ſubducere, æſtimare, ſeu rem aliquam diligenter expendere. ¶ Athenis Logiſtæ magiſtratus erant, quorum munus erat expendere quæ in magiſtratu quiſq; geſſiſſet. Ariſtophanis tamen interpres Logiſtas eoſdem fuiſſe exiſtimat cũ Agoranomis, quorum munus idem ferè erat cum eorum officio, qui Romæ Aediles dicebantur.

Logiſtice, ces, λογιστικὴ, Ars ſupputandi, quam vulgò Abacum uocat: ἀπὸ τῆ λογίζεσθαι, quod eſt ſupputare, & calculum ſubducere.

Logiſterium, n. λογιστήριον. Locus in quo exercitus recenſetur, militiq; ſtipendium penditur. Iul. Pollux inter Athenienſium diceſteria numerat & Logiſterium: interpretaturq; locum fuiſſe, in quo Logiſtæ conſidere, & muneri ſuo uacare conſueuerunt.

Logiſtoricus, Liber fuit Varronis ſermonum, & dictorum inſignium narrationem continens. Gellius libro 4. cap. 19. Marcus Varro in Logiſtorico ſcripſit, &c. Macrobius libro 1. Saturnal. Varro in Logiſtorico, qui inſcribitur Martius de Fortuna.

Logodædalos, λογοδαίδαλος, Qui inanem uerborum ornatum, non rerum, pondus ſequitur: ſine qui captioſa, arteq; compoſita oratione alium in fraudem conatur inducere. Cic. in Orat. Hæc tractaſſe Thraſymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium multoſq; alios quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

Logographi, pen. cor. m. ſ. λογογράφοι, Teſte Suida, dicuntur qui acta iudicialia excipiunt. Cuius ſententiæ ſubſcribit & Ammonius περὶ ὁμοίων, νὶ διαφόρων λέξεων: cuius hæc ſunt uerba, λογογράφος ἐστὶ, ὁ τὸς δικανικὸς λόγους γράφων. Demoſthenes tamẽ & Aeſchines uocem hanc in deteriorem partem ferè uſurpant, magnoq; conuitii loco ſeſe mutuò λογογράφους appellant.

Lothos, Eſt ſyrupus inſpiſſatus, ad modum electuarii, uiſcoſus, & qui lambi poteſt: id quod Græcè Eclegma, ſiue ut aliis placet, confectio uiſcoſa & mucilaginoſa.

Loion, Frumentum ipſum adhuc herbidum, quomodo eſt quum per hyemem in campis uiret.

Lŏligo, penul. prod. genitiuo loliginis, fœm. t. Piſcis genus, à nolatu dictum, teſte Varrone. τευθὶς Theodoro. [Ital. Peſce calamaro. Gall. Vn poiſſon qu'on appelle callemar, ou traute. Hiſpan. El calamar peſcado con oſcido. Germ. Ein meerfiſch der ſchwartz blůt hatt wie dinten.] Nam (ut ex Trebii Nigri ſententia ſcribit Plin. lib. 32. cap. 2.) tanta interdum multitudine è mari euolant loligines, ut nauigia demergãt. Coeunt linguis, quemadmodum & ſepiæ, componentes inter ſe brachia, & in contrarium nantes: pariũt autem ore. Itali hodie à theca calamariæ ſimilitudine Calamarium appellant. Habent enim duo oſſicula, quorum alterum calami, alterum gladioli perſpicui, pellucidiq; imaginem refert. Ad hæc cruorem habet nigrum, atramenti ſimilitudine. Vnde ſuccum loliginis pro liuore hominis parum candidi poſuit. Horatius 1. Serm. Satyr 4. Hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt Aerugo mera. Vbi Porphyrio, Ex loliginis ſucco liuorem mentis uult intelligi: ex æruginis, uenenum. Prima huius dictionis ſyllaba ſemper producitur, idque contra naturam primitiui Volo, quod ŏ uocem corripit. Vnde nonnulli in carmine geminato lĭ ſcribunt Lolligo.

Loliguncula, dimin. τευθίδιον. Plaut. in Cafin. Emito ſepiolas, lepidas, loliguncular.

Lŏlium, lii, n. ſ. Herba eſt hordeo ſimilis (cuius etiã uitium eſſe putatur) in ſegetibus naſcẽs. Gallis Yurea, ab inebriando dicitur. ἄιρα, ζιζάνιον. [Ital. Loglio. Gall. Yuraye. Hiſp. El joyo à uallico. Germ. Lůlche, dorr.] Virgil. 1. Georg. Infœlix lolium, & ſteriles dominãtur auenæ. Plin. lib. 19. cap. 19. Nam lolium, & tribulos, & carduos, lappasq; non minus q̃ rubbos inter frugum morbos potius quàm inter ipſius terræ peſtem numeraueris. ¶ Lolio uictitare dicuntur, qui uiſu ſunt imbecillo: nocet enim oculis lolium, propter uapores acres quos in cerebrum attollit. Ouid. 1. Faſt. Et careant lolio oculos nitiantibus agri.

Loliaceus, a, um, Quod ex lolio eſt. ἄιρινος. [Ital. Di loglio. Gall. D'yuraye. Hiſp. De joyo ò uallico. Germ. Lůlchin, dorrin.] ut, Farina loliacea.

Loliarius, a, um. ἀιρικός. [Ital. Pertinente à loglio. Gall. Qui appartenant à yuraye. Hiſp. Perteneſciente à joyo ò uillico. Germ. Das zů dem lůlch gehört.] ut, Cribrum loliarium, quo lolium ex frumento excernitur. Columel. lib. 2. cap. 5. Cribro uicario, uel loliario, qui iam fuerit in uſu, pulli ſuperponantur.

Lolius, Genus piſcis admodum parui, & facie à loligine diffidens. τευθὸς. Vide Hermolaum in Plinium.

Lŏmentum, ti, n. ſ. Farina fabacea, qua ad eruganda corpora uſa eſt antiquitas. ἀρτυμὸς. [Ital. Farina di fane. Gall. Farine de feues. Hiſpan Harinas de las bauas. Germ. Bonenmål.] Martial. li. 3 Lomento rugas uteri quòd condere tentas. Plin. lib. 22. cap. 25. de faba loquens, Lomento, inquit, ex aceto decocto tumores maturat atq; aperit. ¶ Eſt item Lomentum coloris quoddã genus quod in uſum pictorum ex cæruleo confici ſolet. Plin. lib. 33. cap. ult. Ex cæruleo fit, quod uocatur lomentum: perficitur id lauando terendóque: & hoc eſt cæruleo candidius. Et paulò pòſt, Eſt & ſubtiliſſimum genus lomenti, (quidam tritum uocant) quinis aſſibus æſtimatum. Poſtremum hoc genus à Græcis propriè λείωμα appellatur.

Lonchitis, fœm. t. [Ital. Herba di lungo gambo. Gall. Eſpece de plaintin qu'on dit plaintin ou lancelée. Hiſp. El carmel yerua nota. Germ. Ein kraut diſes nammens nit einerley art, deren eines genampt wirt Spicant.] Herba eſt in locis ſitientibus naſcens, foliis porri, ad radicem rubentibus, flores habens ceu galericulos, perſonis comicis ſimiles, paruam exerentes linguam: ſemen uerò inuolucris clauſum, triangulum, & lanceæ ſimile: unde ſibi nomen uendicauit. Non eſſe autem eandem cum Xiphio, ſeu Phaſganio (ut haſtenus à Dictionarii huius concinnatoribus perperam creditum eſt) apertiſſimè docet Plinius libro 25. capite 11.

Longano, nis, A quibuſdam appellatur inteſtinum rectum, à craſſo inteſtino, quod κῶλον appellant, ad ſedem uſque porrectum, ſpinæ è directo incumbens. ἀνιυβιαμῖνον ἔντερον. Ratio nominis inde tracta eſt, quòd in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, ut cætera inteſtina. Apicius, Longanones porcinos ex rure Tarentino, fartos cunctos in cinere pullorum.

Longæuus, Longanimis, Vide Longus.

Longo, gas, μηνύω, μακρύνω, quamuis nõ ſit in uſu, habet tamen compoſita in frequenti uſurpatione habita, quæ ſunt Elongo, prolongo, quod eſt protraho. Plaut. Quæ mihi anus prolongat promiſſa.

Lŏngus, a, um, Propriè (inquit Nonius) idem eſt quod per planum porrectus. μακρὸς. [Ital. Longo. Gall. Long. Hiſp. Luengo. Germ. Lang.] Virgilius 3. Georg. Tum longo nullus lateri modus. ¶ Nonnunquam idem quod in altum erectus: hoc eſt, porrectus. Virgilius 9. Aeneidos, Stant longis innixi haſtis, & ſcuta tenentes. Plautus Trinum. Qua facie eſt homo? S. Seſquipede quidem eſt quàm ru longior. Longus pedes ſeptem. Plinius, In hoc cœli circumplexu æquinoctii die media, umbilicus, quem gnomonem uocant, ſeptem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Longus pedum quatuor. Columella, In morem horti areas latas pedum denũm, longas pedum quinquageſimũ facito. Idem, Atque ita menſe ultimo Aprilis ſeritur tantum quantum ſinguli cyathi ſeminis locum occupent, decem pedum longum, & quinque latum. ¶ Per translationem ponitur quandoque pro diuturno. Virgilius libro 3. Aeneidos, Et longum Andromache teſtantur amorem. ¶ Ponitur nonnunquam pro prolixo & fuſo. Plautus in Trinum. Longo ſermone utimur. Cicero libro 1. de Natura deorum, Sed nolo eſſe longior. Longum eſt, id eſt, multi temporis. Cicero 3. Verr. Longum eſt dicere quàm improbè fecerit. ¶ Quandoque pro magno: unde Longiores dies, maiores dicimus. ¶ Quandoque pro pernicioſo. Virgil. lib. 1. Aeneid. Necnon & uario mortem ſermone trahebat Infœlix Dido, longumq; bibebat amorem. ¶ Longa dies, pro longo tempore. Plaut. Epid. Longa dies animum incertat meum. Iuuen. Sat. 10. Longa dies igitur quid contulit? ¶ Ne longum faciam, id eſt, ut breuiter dicam. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 3. In longum du-

gum ducere. Virgil. 9. Aegl. Cantando noſtros in longum ducis amores.

Longum, aduerbialiter, Quod ſignificat longo tempore. *μακρόν*. [Ital. Longamente. Gall. Longuement. Hiſp Luenga mente. Germ. Lange weyl oder zeit.] Martial. Vtq; tuis longùm dominusq; puerq; fruantur Muneribus. Virg. 10. Aen. -Non me, quicunq; es, inulto Victor, nec longùm lætabere. Idem 3. Aegl. Et longùm formoſe uale, uale, inquit, Iola.

Luſorius, a, um, Quod ad ludum ſpectat. ὁ τῆς παιδιᾶς, παιγνιώδης. [Ital. Pertenecſciente à giuoco. Gall. Apartenant à jeu. Hiſp. Pertenecſciente à juego. Germ. Das zů dem ſpyl gehört.] ut, Tabula luſoria, in qua teſſeris luditur. Plinius libro 37. capite 2. Tranſtulit alueum cum teſſeris luſorium gemmis duabus. Luſoria quæſtio, quæ uel ludo fit, uel de ludo tractat. Plinius libro 7. capite 55. Pudore Diodorus ſapientiæ Dialecticæ profeſſor, luſoria quæſtione nō protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta, obiit.

Ludifico, cas, ſtiuum: & Ludificor, caris, deponens, pr. Derideo, ſeu per iocum & ludum fallo. ψεύδομαι, ἐντρυφῶ. [Ital. Beffare, dileggiare. Gall. Se moquer, abuſer, tromper & deceuoir. Hiſp. Eſcarnecer, y burlar. Germ. Verſpotten, äffen, betriegen, fatzen.] Plaut. in Caſin. Iam hic eſt lepidè ludificatus. Terent. in Phorm. Ergo ſic me ludificaminì? Plautus in Ciſtell. Meamq; rem perire, & ludificare filiam. Idem in Amphytr. Rogāſne improbe etiam, qui ludificas me? Cic. pro Roſc. Amerino, Quum enim aliquid habeat quod poſſit criminoſè ac ſuſpicioſè dicere, apertè ludificari & calumniari ſciens non uideatur. Liuius 1. ab Vrbe, An quicquam ſuperbius eſſe, quàm ludificari ſic omne nomē Latinum?

Ludificans, tis, particip. ψευδόμενος, καταπαίζων. [Ital. Chi beffa. Gall. Qui ſe moque. Hiſp. El que ſe burla. Ger. Verſpottend, äffend.] Silius lib. 7. Sicci ſtimulabant ſanguine enſes Ludificante ducem Fabio.

Ludificatus, aliud participium. καταπαίζων. Silius lib. 7. ora ſiſtè nunc læuus in orbem, Nunc dexter, lenibus flexo per deuia gyris Ludificatus equo. Plaut. Bacch. - Neu quid ei ſuccenſeat Mea cauſa, de auro quod eum ludificatus eſt. Ludificatus paſſiuè. ἐξαπατηθείς, ἐμπαιχθείς. [Ital. Ingannato, beffato. Gall. Trompé, mocqué, abuſé. Hiſp. Eſcarneſcido, burlado, enganado. Germ. Betrogen, geäffet.] Salluſt. in Iugurt. Ludificari incerto prælio.

Ludificatio, onis, f. t. ἐμπαιγμα, κλευασμός. [Ital. Inganno, ſcherno. Gall. Tromperie, mocquerie, abuſement. Hiſp. Eſcarneſcemiento, enganno. Germ. Verſpottung, äffung, betriegung.] Liuius lib. 8. Decad. 4. Ferri iam ludificatio iſta non poteſt.

Ludificabilis, le, om. t. ἐμπαικτός, ἐμπαικτέος. [Ital. Che ſi può giouacare. Gall. Qu'on peut jouer, ou qu'on doit mocquer. Hiſpan. Coſa que ſe puede jugar. Germ. Betrieglich, ſpöttwig.] Plautus Caſinatia, Neque uſquam ludos tam feſtiuos fieri, quàm Hîc intus fiunt ludi ludificabiles Seni noſtro.

Ludibrium, brii, n. ſ. Res uana & deridenda. τὸ καταγέλαστον. [Ital. Schermo. Gall. Mocquerie, riſée. Hiſp. Burla ò eſcarnio. Germ. Ein geſpö .] Virgil. 6. Aeneid. - Foliis tantum ne carmina manda: Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus, ἐντρυφᾶσθαι: id eſt, deriſui, & contemptui. Terentius in Hecyr. ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. Eſſe alicui ludibrio, eſt deridere, uel illudi ab aliquo. Cicero ad Brutum, Nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperium populi Romani.

Ludicrum, cri, ſubſtantiuum, pen. corr. Eſt, ludus, & quæcunq; res iocularis, & non ſeria. ἄθυρμα, παίγνιον. [Ital. Coſa de ſcherzo. Gall. Jeu de baſteleur, facetie, jeu de plaiſance. Hiſpan. Coſa de buerla, juego. Germ. Ein ſchertz, ſchimpff, ſpyl, kurtzweilung.] Liuius lib. 1. ab Vrbe, Iam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & à Palanteo urbe Arcadica Palanteum deinde Palatium montē appellatum. Ibidem, Turbato per mœrorem ludicro mœſtæ parētes uirginum profugiunt. Idem lib. 7. bel. Pun. Simul quòd Olympia ludicrum ea ætate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. Vertere in ludicrum prouerbij id eſt, iocoſo prouerbio celebrari. Plin. lib. 3. cap. 11. Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumq;, & urbes duas quæ in prouerbii ludicrum uertēre Apinam & Tricam.

Ludicer, a, um, locularis, lenis. παιγνιώδης. [Ital. Pertenente à giuoco, ò à ricreatione. Gall. Apartenant à jeu Hiſp. Pertenecſciente à juego Ger. Schimpffig, ſchertzig kurtzweilig.] Virgil. 11. Aeneid. - Nec enim leuis aut ludicra petuntur Præmia. Artem facere ludicram: id eſt, hiſtrionem exercere. Vnde duodecim tabularum lege cauetur ne ſa quatuordecim gradibus ſederet, qui artem ludicram exiſſet. Plaut in Aulul. Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram: id eſt, ſubſilire. Ludicræ tibiæ, quibus in ludis uti ſolebāt ad modos faciendos. Plin. li. 16. cap. 36. Ne ſacrificæ Tuſcorum è buxo, ludicræ tibiæ loto, ut Ebur nínis & argento fiunt.

Lŏes, f. t. Dicitur quum in urbe aut in agro febris, aliu morbi genus homines uel pecora, arbores'ue corripi ſata. λοιμός. [Ital. Malattia contagioſa ſupra huom beſtie. Gall. Maladie contagieuſe, qui court generale ſur les beſtes & gens, peſte publique. Hiſp. Peſtilencia, lencia ò enfermedad que ſe pega. Germa. Ein pla ſucht ſo gemeinlich vber leut vnd vich anfigadt.] D que à peſte, quòd hæc aut citò perimit quæ corripit, tò abit ab eo quem inuaſit. Lues uerò generalius ac etiam pro iis malis quæ leuiē ea quæ corripiunt, cor Dictam autem putat Feſtus luem à lauando, quòd quæ corripuit, ad nihilum uſq; diluat. Alii luem dic tant, ἀπὸ τῆ λύειν, quòd omnia diſſoluat. Cic. de A reſpon. Vt eos ludos hæc lues impura pollueret. Vi Aeneid. - Subitò cum tabida membris Corrupto c Cœu, miſeranda; q; uenit Arboribus; q;, ſatis; q; lues, & annus.

Lăgĕo, es, xi, ctum, act. ſ. à uerbo Græco λύω (ut quidā tant) quod eſt ſoluo: eo quòd continuo luctu ui nis ſoluatur. ὀλοφύρομαι, πενθέω. [Ital. Piang pleurer abondamment. Hiſp. Llorar. Germ. Be weinen, leid tragen.] ¶ Accipitur autem modò flere, aut deplorare. καταδακρύω. Ouid. lib. 11 M trem lugebat ademptum. Cic. ad Curium lib. 7 mehercule & tum Rempublicam lugebam, quæ ſuis ergo me, ſed etiam meis ergo ſe beneficii charior. Lactantius libro 4. Quis tam facundus uerborumq; copia inſtructus exiſtet? quæ o affluentiæ ubertate decurrens, ut illam crucem ploret, quam mundus ipſe, & tota mundi elem runt? ¶ Modò neutraliter, & abſolutè poni quod eſt, in luctu eſſe. Cicero pro Plancio, Hos gere, hos gemere uidebam. Idem pro Domo ſ Senatu, mœrentibus bonis omnibus. ¶ Acci rea lugere, pro eo quod eſt, ob neceſſarii alic tum ueſte lugubri dolorem teſtari. Liuius lib. Bruto, Matronæ annum ut parentem, eu quòd tam acer ultor uiolatæ pudicitiæ fuiſ uerbi compoſita ſunt Prolugeo, & elugeo: qu ſata uide ſuis locis.

Luctus, us, m. q. Eſt dolor extrinſecus, apparens chrymis, geſtibus, aut clamore. πένθος. [Ital. pleur, dueil, gemiſſement. Hiſpan. Lloro llan Ein heulung, ein leid, fürnemlich von weg ſtorben.] Cic. 4. Tuſc. Luctus, ægritudo e

tras fuerit, interitu acerbo. Idem pro Planc. Quam quidem nunc multitudinem videtis, iudices, in squalore & luctu supplicem nobis. Ouid. 8. Metam. Per coaceruatos pererat domus impia luctus. Virgil. 2. Aeneid. Crudelis ubiq; Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago. ¶ Sæpe etiam ipse habitus, multusq; & uestes, luctus dicitur: nam in luctu strati sunt, purpura, auroq; depositis: quum eluxerunt, nigram uestem exuunt, purpuramq; resumũt. Vnde post eladem illam Cannensem Senatusconsulto cautũ est, ne matronæ ultra triginta dies in luctu essent. Quo in loco luctus pro dolore accipi non potest: quandoquidem in potestate Senatus non erat dolori imperare: sed potius pro ueste lugubri, cæterisq; exterioribus doloris indiciis. ¶ Anti qui etiam declinabant Luctus, ut Accius, Cesso hinc ire, & rapere luctũ uestem in lecto coniugis.

Luctifer, a, um, Dicimus ferens uel nuntians luctum, *γοερός*. [Ital. Ch' apporta pianto. Gall. Qui apporte ou annonce dueil. Hisp. Cosa que trae lloro. Ger. Das leid vnnd weinen bringt, oder anzeigt.] Seneca Hercul. fur. Hîc uultur, illic luctifer bubo gemit. Fax luctifera, Senec. Medea, Ter latratus Audax Hecate dedit, & sacros Edidit ignes fax luctifera.

Luctificus, a, um, pen. cor. Quod luctum inducit, *γοώδης, ὀδυνηρός*. [Ital. Ch' induce pianto. Gall. Qui cause dueil, qui fait porter dueil. Hisp. Cosa que haze lloro ò luto. Ger. Das leid anstattet, das heulen vnd weinen macht.] Cic. 1. Tusc. Luctifica clades nostro infixa corpori. Lucanus lib. 7. Luctificus Titan nunquam magis æthera contra Egit equos. Verba luctifica, Sen. Theb. Luctifici clangores, Stat. 10. Thebaid.

Luctisonus, a, um, Luctum sonitu præ se ferens. *γοέρωδης*. [Ital. Sono che significa duolo. Gallicè, Son qui signifie dueil. Hisp. Cosa que sona luto ò lloro. Germ. Kläglichtönend.] Ouid. 1. Metam. Quos potuit solos, tendens ad sydera uultus, Et gemitu, & lachrymis, & luctisono mugitu, Cum Ioue uisa queri est, finemq; orare malorum.

Luctuosus, a, um, Luctu plenum. *θρηνώδης, γοώδης*. [Ital. Pieno di pianto. Gall. Plein de dueil. Hisp. Lleno de luto ò lloro. Germ. Voll leids.] Sallust. in Catil. Virorum more pugnantes, cruentam atq; luctuosam uictoriam hostibus relinquatis. Horat. 1. Carm. Ode 6. Di multa neglecti dederunt Hesperiæ mala luctuosæ. ¶ Dicitur etiam Luctuosum, quod luctum affert. Cic. pro leg. Agrar. Quàm me hercle ego præconi huic ipsam luctuosam, & acerbam prædicationem futuram puto.

Lugubris, & hoc lugubre, pen. corr. om. t. Quod ad luctum pertinet. *πενθικός*. [Ital. Lugubre, funesto. Gall. De dueil, apartenant à dueil. Hispan. Cosa llorosa ò enlutada. Germ. Leidlich, das zů leid gehört.] ut, Vestis lugubris, qua dolorem ob necessarii alicuius interitum testamur. Terent. in Heaut. Mediocriter uestitam uestè lugubri. Cic. post reditum, ad Quirit. Me fratris miserrimi, atq; optimi, quotidiana lachrymæ, sordesq; lugubres à nobis deprecatæ sunt. Idem 1. Tusc. Sed illa lugubris lamentatio, fletusq; mœrens ex eo est, quod, &c. Idem Attico lib. 8. O rem lugubrem: itaq; intercludor mœrore. ¶ Lugubria absolutè, pro uestibus lugubribus. Ouidius 11. Metamorph. Surge, age, da lachrymas, lugubriaq; indue, nec me Indeploratum sub ima Tartara mitte. Seneca Hercul. furen. Amicta coniux lugubribus.

Lugubre, penultima correpta, adverbium, Idem quod luguriter. *πενθικῶς*. [Ital. Con pianto ò duolo. Gall. Auec pleur & dueil. Hisp. Con luto ò lloro. Germ. Jämerlich.] Plautus Cistell. Nam si hæc non nubat, lugubrè fame familia pereat.

Lama, mæ, Genus spinæ quæ in pratis nascitur, & locis uliginosis: sic dicta, quòd agricolæ eam è terra lauant: id est, soluunt. *ἄκανθος*. ¶ Hinc Lameta, loca lamis plena: & Lamaria falx, qua lameta secantur: ut ait Varro de Lingua Latina libro 4.

Lumbrici, m. s. Vermes terreni à lubricitate dicti. *ἕλμινθες*. [Ital. Vermi di terra. Gall. Vers de terre. Hisp. Lumbrizes. Germ. Herdwürm, mettel.] Plaut. in Aulul. Foras lumbrice, qui sub terra crepsisti modo. Colum. li. 7. cap. 9. Terram rimentur, effodiantq; lumbricos. ¶ Lumbrici etiã uermes dicuntur, qui in uentre hominis, aut etiam aliorũ animalium nascuntur: qui teste Galeno ad finẽ Methodi, in tribus plici sunt differentia. Aut enim lati sunt, aut teretes, aut omnium minimi, quos *ἀσκαρίδας* nominant. Colum. li. 6. cap. 14. Solent autem uitulis nocere lumbrici qui terè nascuntur cruditatibus. Idem lib. 6. cap. 30. Solent etiam uermes quasi lumbrici nocere intestinis.

Lumbus, bi, m. s. uel quod usitatius est, **Lombi**, orum, A' rei anatomicæ peritis dicitur pars inferior spinæ, quinq; ossa constans uertebris, quæ mediæ sunt inter os sacrum, & uertebras dorsi. *ὀσφύς, ψόα, ψοΐον*. [Ital. Lombi. Gal. La partie dudos qu'on appelle le rable. Hisp. Los lomos. Germ. Die lende.] Plin. lib. 20. cap 2. Lumborum uerò dolori, femine sole siccato. Plautus in Epid. Plaudite, ualete: lumbos extollite, atq; exurgite. ¶ Dicuntur etiam lumbi de Brutis. Horat. lib. 1. Serm. Curto ire licet mulo, uel si libet, usq; Tarẽtum, Mantica cui lũbos onere ulceret, ac eques armos. ¶ Hinc fit Elombus, a, um, uel Elumbis, be, quod lumbis caret, seu potius quod lumbos confractos habet, aut inualidos. *ἀσθενωμένος*. Bona enim pars uirium in lumbis sita est: ut qui soli, nullius alterius ossis adminiculo superiorem corporis compagem sustineant. Hinc factum est, ut elumbis accipiatur pro debili. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdix prægrauem, aut elumbem sese simulans. ¶ Item Delumbis pro molli & effœminato Persius Satyr. 1. Summa delumbe saliua, Hoc natat in labris. ¶ Inde Delumbe carmen, pro lasciuo minimeq; uirili. ¶ Et uerbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare. *ἰσχναίνειν* Plin. lib. 20. cap. 4. Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur. ¶ Delumbare sententias, per translationem, pro eo quod est, neruis & robore suo spoliare. Cic. in Orat. Nec minutos numeros sequens concitet delumbetq; sententias.

Lumbulus, li, diminutiuum. *ψοάριον*. [Ital. Picciolo lombo ò rognone. Gall. Petit rable. Hispan. Pequenna lomo. Germ. Ein kleine lende.] Plinius libro 28. capite 11. Sicca lippitudo, lumbulis suum tostis, atque contritis, & impositis tollitur.

Lumbifragium, gii, n. s. Id est, fractura lumborum. *ψοάγιον*. [Ital. Rottura de rognoni. Gal. Rompure de rable & reins. Hisp. Quebradura de lomos. Germ. Ein lendebruch.] Verbum est fictitium, quo usus est Plaut. in Amph. Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lumbago, Vitium & debilitas lumborum, ut ait Festus, *ὀσφύος, ἀλγημα*.

Lumbare, fœm. gen. tert. decl. Vitium & debilitas lumborũ, ut ait Festus.

Lumbare, Tegmen, quo pudenda teguntur. *περίζωμα*. Apud Hieremiam, Sicut tu potuisti lumbare istud ad lumbos tuos.

Lũmẽ, minis, n. t. Res aliqua splendorem de se diffundens: ita dictum quasi lucimen. *φῶς* [Ital. Lume. Gall. Lumiere. Hisp. Lumbre ò luz qualquiera. Ger. Ein liecht.] Seruius in 2. Aeneid. Lumen à luce distinguit, quòd in lumine sit splendor, sed cum fumo: in luce solus splendor. Virgil. 7. Aeneid. Tum fumida lumine fuluo Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis. Idem 6. Aeneid. Nec fomes tedit Lumina. Idem 9. Aeneid. Piceum fert humida lumen Teda. Verùm hæc Seruii differentia non est perpetua. Nam & Solem & Lunam, & cætera cœlestia corpora lumina appellamus, quæ tamẽ procul dubio fumi omnis sunt expertia. Alii lumina intelligũt corpora ipsa lucida, quæ claritatem de se diffundunt. Sic Solem ipsum lumẽ appellant, lucem autem claritatem à Sole profectam. Sed hoc, ut in Sole fortasse uerum est, ita in cæteris locum non habet. Neq; enim splendorem à candela, lychnóue per ædes diffusum, statim lucem appellaueris. Lucem itaque alii uni Solis splendori proprium esse uolunt: aliarumq; rerum claritati nonnisi per abusum, aut per translationem tribui. ¶ Ponitur aliquando pro luce, siue die. Cic. pro Rabir. Posth. Si te secundo lumine hîc offendero, moriẽre. Virgil. 6. Aeneid. Vix lumine quarto Prospexi Italiam. ¶ Aliquando pro oculo, quòd oculorum beneficio lumen conspiciamus. Quintil. in Proœm. libri 6. Prior alterum ex duobus eruit lumen. ¶ Doctorem ac lumẽ desiderare, est desiderare rei alicuius difficilis ac obscuræ interpretationem. Cic. ad Trebat. lib. 7. Qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen, lumenq; desiderant. ¶ Luminibus obstruere, est ædificando offendere luci domus alicui. Cic. pro Domo sua, Quum ille negaret, prin-

garet primò ſe luminibus eius obſtructurum minabatur. ¶ Per translationẽ quoq; alterius luminibus obſtruere dicimur, quum nominis eius claritatem obſcuramus. Cic. in Bruto, Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum, quaſi exaggerata altius oratio. Lumina præferre menti alicuius, id ſignificat quod vulgò loſpirare aliquem dicimus. Cic. antequã iret in exilium, Vos, uos obteſtor, dii immortales, qui meæ mẽti lumina prætuliſtis, quum conſenſum extiuxi coniurationis, arcemq; urbis ab incendio ac flamma liberaui. ¶ Lumina ciuitatis, dicuntur inſignes uiri, & clari. Cic. in Caul. Orat. 3. in fine, Lumina ciuitatis extincta ſunt. ¶ Lumina in pictura, umbræ opponuntur. Plin. lib. 35. cap. 5. Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, & inuenit lumen atq; umbras, differentia colorum alterna uice ſeſe excitante: deinde adiectus eſt ſplendor alius hic quàm lumen, quẽ quia inter hoc & umbrã eſſet, appellauerunt tonon. ¶ Lumina orationis, ſunt ſententiæ & figuræ quæ ſuis locis, uelut emblemata quædam interiecta, orationem mirum in modum illuſtrant. ¶ Lumen ſoli mutuas, τὸ φως ἡλίου δανείζεσθαι. Quum docemus doctiſſimum, monemus uchementer prudẽtem: aut quum conamur exponere quæ per ſe ſunt clariſſima. Simile huic eſt, quod Quintil. refert, Lumen ſoli inferre.

Lumino, as, 1. p. φωτίζω. [Ital. Illuminare, allumiare. Gall. Eſclairer. Hiſp. Alumbar. Germ. Leuchten.] à quo Illumino, as, eiuſdem utrunq; ſignificationis. καταλάμπω. Martianus, Quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri umbratis ignium luminabant. ¶ Relumino, lumen reddo.

Luminare, naris, n. t. Ipſum lumen, aut id quod claritatem, ſplendorem'ue de ſe diffundit. φωστήρ. [Ital. Lume, luminare. Gall. Lumiere & clairté, luminaire. Hiſp. Lumbrera, à cuerpo luzio. Germ. Ein lieche.] Hieronymus in Geneſ. Fecit Deus duo luminaria magna: unum ut præeſſet diei, alterum ut præeſſet nocti. ¶ Luminaria item per translationem appellamus uiros eximios, in quibus ſingularis quidam uirtutis ſplendor elucet, quiq; ſui ordinis hominibus decori eſt, & ornamento. Cicero 2. Philipp. In te autem M. Antoni, id decreuit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, &c. id eſt, tot egregiis uiris, qui ſunt lumen & ſplendor, ac ornamentum Senatus & ciuitatis.

Luminoſus, a, um, Quod eſt clarum & apertum. φωτεινός. [Ital. Luminoſo. Gall. Plein de lumiere, fort reluiſant & eſclairant. Hiſp. Coſa llena de lumbre. Germ. Voll liechts, heiter.] Cic. in Orat. Tum ſunt maximè luminoſæ, & quaſi actuoſæ partes duæ.

Lũa, æ, f. p. A' lucendo dicta, quòd noctu ſola lucet. σελήνη. [Ital. & Hiſp. Luna. Gall. Lune. Germ. Der mon.] Alii lunam quaſi lucem alienam dicunt, quòd lumen à Sole recipiat. Cic. in Somn. Scip. Ex quibus ea erat minima, quæ ultima cœlo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis diſcipula, obſequitur curſibus ſupernis, & prout accedit ad Solem, uel recedit à Sole, creſcens aut ſeneſcens, diſpenſat lumen, ideoq; ſemper eſt inſtabilis. Ouid. 15. Metamor. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ Eſſe poteſt uſquam, ſemperq; hodierna ſequente, Si creſcit, minor eſt: maior, ſi contrahit orbem. Luna (ut inquit Macrobius) diſpenſationibus ſeptenariis luminis ſui uices ſempiterna lege uariando diſponit. Primis ſeptem diebus dimidiata ſemiorbem oſtendit, Græcoq; ſermone διχόμην & διχότομος uocatur, quaſi dimidia. Secundis totum orbẽ complet, ſitq; plenilunium, quod Græci πανσέληνον uocãt. Tertiis rurſus διχότομος efficitur. Quartis ſit totius lunæ cum Sole, quod interlunium uocant, & ſilentẽ lunam, & intermenſtruum. Græcè σύνοδος dicitur. Hinc plenilunium, quod eſt quùm luna quintadecima & rotunda eſt, Soliq; ex diametro opponitur. Plin. lib. 18. Quum uerò occidente Sole oritur (ſcilicet luna ex aduerſo) ita ut pariter aſpiciantur, tum erit plenilunium. Interlunium, quum apparere deſierit, & noua fit, & coeunte uel ſilenti luna. Vnde lunæ coniunctio dicitur dies ſilentis lunæ. Luna uigeſima, pro uigeſimo die poſt nouam lunam. Plin. lib. 2. cap. 97. Aeſtus idem triduo in menſe conſiſtit, ſeptima, octaua, nonaque luna. ¶ Quarta luna nati, ἐν τετράδι γεγενῆσθαι, dicuntur, qui parum feliciter nati ſunt, ut auctor eſt Euſtathius in libro Iliad. 2. Propterea quòd Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis uita uoluptatum omnium expers ac laborum plena fuit. Dici poteſt & in eos qui laboribus ſibi non tiquam frugiferis fatigantur, Hercules ridiculi exempli, qui iuuandis aliis ſudauit, ſibi inutilis.

Lunula, diminutiuum, fœm. pr. σελήνιδιον. [Ital. Picciola luna. Gall. Petite lune. Hiſpan. Pequeña luna. Germ. Ein mönlin.] Plaut. in Epid. Lunulam, atq; anellum aureum in digito.

Lunaris, are, om. r. Quod ad lunam pertinet. σεληναῖος, α, ον. Lunaris ratio, Lunaris annus. Plin. lib 15 cap 29. Lunaris annus, qui menſe uno ſuum efficit curſum. Ouid. 4. Met. Cæruleus, & uultum ferrugine lucifer ater Sparſus eras ſparſi lunares ſanguine corpus. Idem 1. Faſt. Sol quoq; cum ſtellis nulla grauitate retentus: Et noſ lunares cæluiſſe qui. Cicero in Somno Scipion. Quam ob cauſam ſummus ille cœli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, arto & excitato mouetur ſono: grauiſſimo autem hic lunaris & infimus.

Luno, lunas, lunare, act. prim. In modum lunæ, quando cornua curuatur, flectere. σελήνοω, ῶ ποιῶ. [Ital. Torcer à guiſa di luna. Gall. Faire & tourner ou courber en la forme de la lune croiſſant. Hiſpan. Plegar en guiſa de luna. German. Nach des mons geſtalt biegen.] Ouidius primo Amorum, Lunauit genu, ſinuoſum torſerat arcum, id intendit.

Lunatus, ca, tum, Quod eſt ad lunæ ſimilitudinem factus uel quod habet ſpeciem lunæ. σεληνοειδής. [Ital. Che ſa di luna cornuta. Gall. Cornu comme la lune. Hiſp. Ligado en guiſa de luna. Germ. Geſtaltet oder gebogen der Moo maun er eſt neũw worden iſt.] ut, Lunata ferramentorum. Columel. libro 11 cap 19 Deinde, ſicut ſuetuerunt ſalgamarii, decuſſatim ferramento lunato dito. Tres enim ſunt figuræ creſcentis lunæ, nam curuatur in cornua, modo in orbem circumacta, ut q eſt plena, & Soli admodum aduerſa: modo dimidiata: cata: hoc eſt, quum æqua proportione diuiditur & noſtris diuiduã Græcis διχότομος uocatur. Virg. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthe rens. Claſſis lunata, Lucanus lib. 3. Cauda lunata norum, Seneca Oedip. Frons lunata uituli, Claudia Rapt. Proſerp.

Lunatici, mat. f. Dicuntur qui furore laborant, non illdem perpetuo, ſed internallis quibuſdam recurrent λυπαίνομενοι. [Ital. Lunatici, matti per luna. Gall. L ques, fols ou malades par lunes. Hiſpan. Lunaticos dos, locos por lunas. Germ. Monſüchtige.] Quo genus inde nomen accepit, quòd iis qui ipſo intelle ti ſunt, familiare eſſe conſueuerit: ſiue quòd ſtatis l tione interuallis ſoleat reuerti. Iulius Firm. 4. Mathe luna malè fuerit collocata, aut ſpaſticos, aut lunati caducos facit.

Lunaria, riæ, fœm. pr. Herbæ nomen, ſed quam non di. Mira de ea fabulantur Herbarii, quæ tamen n beant, ut non inficior, ita cò proclinios credeten rei periculum aliquod aut feciſſem, aut ab alio t A Mercurio exhibitam primùm Marſilius Ficin thor libro de Triplici uita 3. capite 14. cæruleis atq dis foliis. Fertur creſcente luna unum quotidie re folium, decreſcente luna deponere, & annos ut mittere lunares.

Lũo, luis, lui, n. t. Significat perſoluo λύω, ῶ. [Ital pagare. Gall. Payer, ſatisfaire, ſouffrir punition. ſtar à pagar la pena. Germ. Bezalen, büſſen.] Li ab Vrbe, Vt tamen debito ſupplicio ſcelus luere uertet, ſeu purgaret. Dictum putatur à uerbo G quod inter cætera ſignificat etiam purgo: au λύω, quod eſt lauare, ſiue abluere. Luere pœ pœnas, ſeu ferre ſupplicium. Cic. Attic. lib. 3. It eſti luo pœnas. Sic luere ſupplicium, eſt ſupp Iuſtin. libro 2. Quicunque capi potuerunt, ſup eibus luerunt. Luere capite, eſt capite plecti. Vrbe, Obſides etiam ſexcenti imperati capi Lucre maculas ſanguine, eſt abſtergere, purga tum à lauando quidam dictum uolunt. Ci rem, act. 7. Errabas Verres & uehementer errat maculis furtorum & flagitiorum tuorum, ſo centium, ſanguine lucre arbitrabare. Lucre pe

ſtorum ſupplicium ferre. Liuius 8. belli Macedonici, Ego tamen & cum aliis pro dignitate imperii noſtri coactis luere peccata ſua, pacem pepegi. ¶ Luere aliquando eſt pretium redemptionis redemptori offerre, ait Bud. Vlpian. Qui ſtatus controuerſiam patiuntur, non debent per id tempus militare: ſed nec hi qui ab hoſtibus redempti ſunt, prius quàm ſe luant.

Luitur, impersonale. Lucan. lib. 2. Hac cæde luatur Quicquid Romani meruerunt pendere mores.

Luitio, onis, fœm. genet. tert. declin. λύσις. [Ital. Pagamento per riſcatto. Gall. Rachat, payement de rançon. Hiſpan. Pagamiento de deſtajo. Germ. Bezalung.] Vlpianus de capt. & poſtlim. reuer. l. Si patre. Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius poſt mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum eſt ſuum ei poſſe hæredem exiſtere.

Luitorus, participium. Luitura pœnas puppis. Claudian. 4. Panegyricon.

Luendus. Ouidius 2. Triſtium, Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt.

Lupa, Ricinum, uel Cnici apud Dioſcoridem libro quarto, capite 163.

Lupa. Lupanar. Lupanarius. Lupatum. Vide Lupus.

Lupinus, lupini, & Lupinum, lupini, ſubſtantiuum, Legaminis genus eſt omnium amariſſimum, quod ſui circumactu agricolis horas etiam nubilo die oſtendit. θέρμος. [Ital. Lupino. Gall. Du lupin. Hiſp. El atramuz. Ger. Feigbonen, wolffsſchotten.] Dictus autem putatur Lupinus à lupini natura, quòd non minus terram appetat, uoraxque illius ſit, quàm lupus: & tellurem adeò amat, ut quamuis ſtrutetoſo ſole conjectum inter folia uepreſque, ad terram tamen radice perueniat. Vide Plinium libro 18. capite 14. Horatius 1. Epiſtol. 7. Nec tamen ignorat quid diſtent æra lupinis. Vide Eraſmum in Chiliad. Virgil. 1. Georg. Triſtiſq; lupini Suſtuleris fragiles calamos.

Lupos Ceruarios. Gaza ait, Græcis θωὰς uocari.

Lŭpus, pi, maſc. ſ. Animal rapax, quod nulli notum non eſt. λύκος. [Ital. Lupo. Gall. Vn loup. Hiſp. Lobo. Germ. Ein wolff.] Huius fœmininum eſt Lupa. Ouidius 1. Triſt. Excuſa eſt auidi dentibus agna lupi. Horatius Epod. 15. Dum pecori lupus, & nautis infeſtus Orion Turbaret hybernum mare. Virgil. 3. Georg. Quid lynces Bacchi uarix, & genus acre luporum, Atq; canum? Horatius Epod. 16. Habitandæq; ſuæ Apris relinquunt, & rapacibus lupis. Virgil. 6. Æneid. Pleno lupus inſidiatus ouili. ¶ Eſt etiam lupus, piſcis genus, quem Romani olim piſcibus omnibus prætulerunt: eoſq; præcipuè, qui in Tyberi inter duos pontes capti eſſent: quos catillones, hoc eſt liguritores uocabãt: metaphora ducta ab hominibus gulioſis, & delicatis, quos ideo catillones uocabant antiqui, quòd abſumptis cibis ipſos etiam catillos lingerent. λάβραξ. Eſt enim hic piſcis uoraciſſimus, ſtercorumq; ac latrinarum auidiſſimus ſectator: à nullo ſordium genere temperans. Paulus Iouius in eo libello, quem de Piſcibus Roman. edidit, Spigolam uocari oſtendit: multisq; argumentis eorum opinionem conuincit, qui hunc Sturionem eſſe putauerunt. Plinius lib. 9. cap. 17. Poſtea præcipuam autoritatem fuiſſe lupo & aiellis Cornelius Nepos, & Laberius poeta Mimorum tradidere. Luporum laudatiſſimi qui appellantur lanati, à candore mollitiaq; carnis. Martialis libro 13. Laneus Eugani lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas. Idem libro 2. Mullum dimidium, lupumq; totum. ¶ Item Lupus, genus eſt frœni aſperrimi, quod & Lupatum dicitur, à lupinis dentibus, qui inæquales ſunt: & propterea morſus eorum aſperrimos. His frœnis utebantur Galli. Ouidius libro 4. de Triſtibus, Tempore paret equus lentis animoſus habenis, Et placido duros accipit ore lupos. ¶ Item lupus, eſt inſtrumentum aduncum, quo uaſa quæ in puteum fortè ceciderunt, extrahuntur. ἅρπαξ Græco uocabulo, & à noſtris harpago nominatur. Liuius 3. belli Pun. In alios lupi ſuperne ferrei iniecti, ut in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur. ¶ Item aranei genus. Plin. lib. 11. cap. 24. Luporum nomine minimi non terrent. ¶ Hoc nomine etiam dicta eſt herba, quæ aſparagi inter mandi ſolet: quæ & lupus ſalictarius appellatur, quòd ſalices ad ſimilitudinem uitis alcendat. Hanc herbam uocant Lupulum, Galli Houbelon. Ea utuntur Belgæ ad condiẽdam ceruiſiam admiſtis frugibus. ¶ Item Lupus (ut Palladius autor eſt) ferula manubiata uocatur. ¶ Quem lupo commiſiſti. Terent. in Eunuch. Concinnè hoc utemur prouerbio, quoties ei ſeruãdum aliquid committitur, cuius gratia cuſtodem magis oporteat adhiberi. Cic. 5. Philip. Etenim in concione dixerat ic cuſtodem futurum orbis, uſq; ad Calendas Maias ad urbem exercitum habiturum. O præclarum cuſtodem ouium (ut aiunt) lupum. Cuſtósne urbis an direptor & uexator eſſet Antonius? Quadrare uidetur quoties inimico negotium committitur: eique qui nobis peſſimè uelit: propterea quòd lupus & agnus genuino quodam odio diſſident. ¶ Lupo agnum eripere. Plaut. Pœnul. Lupo agnum eripere poſtulant: nugas agunt. Hoc uti poſſumus prouerbio, ubi quis fruſtra conatur prædam recipere, cui ſemel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim uidetur ſperare futurum, ut lupus agnum ſemel arreptum amittat. ¶ Lupus eſt in fabula, prouerbium eſt notiſſimum, quo utimur quoties noſtro ſermoni ſuperuenit is de quo loquebamur, & nobis ſua præſentia imputat loquendi facultatem. Prouerbium tractum eſt à lupi natura, quem ferunt iis quos prior aſperſerit, uocem intercludere. Ad quod alludit Virgilius 9. Aegl. Vox quoq; Mœrim Iam fugit ipſa: lupi Mœrim uidêre priores. ¶ Lupum auribus tenere, prouerbium eſt qđ in re ancipiti periculoſaq; dici ſolet. Nam qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere poteſt ſine periculo. Sueton. in Tiber. Conſtandi cauſa erant metus undiq; imminentium diſcriminum, ut ſæpe lupum ſe auribus tenere diceret. ¶ Lupus aquilam fugit, λύκος ἀετὸν φεύγει. Vbi periculum eminens euitari non poteſt. Aquilam enim allata quum ſit, fruſtra lupus fugit. ¶ Lupus ante clamorem feſtinat, λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει. Vbi quis admiſſi conſcius, ultrò timèt, priuſquam accuſetur: ſiquidem lupus ſimulatq; prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto ruſticorum clamore, ueniat in periculum. ¶ Aſe luporum catulos, δίψαι λυκιδέας. Prouerbium eſt, teſte Theocriti interprete, in eos qui laduntur ab iis, de quibus benemeriti ſunt, aut in ingratos. ¶ Lupos hiat. λύκος ἔχανεν. Dicebatur, ſi quis re multum ſperata, multumq; appetita fruſtratus diſcederet. Aiunt enim lupum prædæ iubilantem rictu latè diducto accurrere: qua ſi fruſtretur, obambulare hiantem Ariſtophanes in Lyſiſtrata. ¶ In laqueos lupi, εἰς παγὰς ὁ λύκος. Quum improbus quiſpiam tandem in extremum adducitur diſcrimen. ¶ Ex ore lupi, ἐκ λύκου στόματος. Vbi res quæpiam præter ſpem recipitur, quæ iam planè periiſſe uidebatur. ¶ Vt lupus ouem amat, ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ. Qui ſui commodi gratia ſimulat amorem: nam is uulgò dicitur amor, quum reuera ſit odium. Socrates in Phædro. ¶ Lupus pilum mutat non mentem, ὁ λύκος τὴν τρίχα, ἀλλ' οὐ τὸν τρόπον ἀλλάττει. Senecta canitiem affert improbis, non item aufert malitiam.

Lupa. pæ. ſ. p. λύκαινα, πόρνη. [Ital. Lupa, putana. Gall. Louue, paillarde publique. Hiſp. Loba, ò la puta del bordel ò ramera. Germ. Ein wölffin.] Plin. de Viris illuſtr. Ad uagitum lupa accurrit, eoſq; uberibus ſuis aluit. Ouid. lib. 3. de Arte amand. Rapidæ tradis ouile lupæ. ¶ Ponitur tamẽ quandoq; pro meretrice, quòd ut lupa cibis, ita hæc uel libidinis, uel quæſtus appetens ſit. Plaut. in Epid. Denortunt mores uirgini longè, ac lupæ. Cic. pro Milone, Ille qui ſemper ſecum ſcortã, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat.

Lupanar, pen. prod. n. t. Proſtibulum, gr. neutr. in quo lupæ, hoc eſt, meretrices proſtãe. πορνεῖον, χαμαιτυπεῖον. [Ital. Bordello. Gall. Bourdeau. Hiſp. El burdel. Germ. Ein hüren hauſ.] Quintil. lib. 7. cap. 4. An deprehenſus in lupanari cum aliena uxore, adulter ſit, quæritur. Iuuenal. Satyr. 6. Intrauit calidum ueteri centone lupanar. Oblitum lupanar, Catullus.

Lupanarium, rii, n. ſ. Idem quod lupanar. πορνοβοσκεῖον. Vlpian. de Petit. hæred. Licet à lupanario præceptæ ſint. Nam & in multorum honeſtorum uirorum prædiis lupanaria exercentur.

Lupanaris, & hoc lupanare, om. t. ut, Infamis lupanaris, apud Apuleium, pro ſpurca & fœda fama, qualis eſſe ſolet

meretricibus. χαμαιτυπικός. [Ital. Di bordello. Gall. De bourdeau. Hiſp. Coſa de burdel. Ger. Das deſs hüren hauſs iſt:] Amoroſ. Cum meretricibus ſcortaberis in contubernio lupanari.

Lupor, aris, ari, d. p. Scortari, meretricari. πορνεύω. Turpibus apud Nonium, Qui cum meretrice per uias habitu noſtro lupantur. Antiquum.

Luparius, ri., m. ſ. Qui uenatur lupos. λυκοθήρας. [Ital. Cacciatore de lupi. Gall. Chaſſeur de loups. Hiſp. Caçador de lobos. Germ. Ein wolffsjäger.] Seruius in Commentariis Georgic. Conſtat enim luparios carnibus tuſtis uenenо lupos necare.

Lupatum, ti, n. ſ. Idem quod lupus, pro freno aſperrimo. χαλινός. [Ital. Morſo. Gall. Un mors de bride fort rude, un frein fort aſpre. Hiſp. El freno de la brida ò de coſcoja. Ger. Ein ſcharpff gebiß wie man es den roſſen einlegt.] Virgil. 3. Georg. -Preſſis negabunt Verbera duris pati, & duris parêre lupatis. Dicta lupata (ut Seruius inquit) à lupinis dentibus, qui inæquales ſunt: unde & eorũ morſus uehementer obeſt. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. Aſper equus duris contunditur ora lupatis.

Lupinus, a, um, Quod eſt lupi. λυκεῖος. [Ital. Lupino, di lupo. Gall. De loup. Hiſp. Coſa perteneſciente à lobo, à loba. Germ. Das deſs wolffs iſt, oder von einem wolff.] Cic. in Catil. Quem inſuratum in Capitolio paruum atq; lactantem uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. Plin. lib. 28. cap. 11. Lupino quoq; adipe, uel medulla ſuum fricari oculos contra lippitudines præcipiunt.

Lura (inquit Feſtus) Os cutis, ſiue utris ab antiquis dicebatur.

Lurco, cas, Cibum cum auiditate nimia ſumo. λαφύσσω. [Ital. Traggugiare. Gal. Gourmander, manger auidement. Hiſp. Tragar mucho. Germ. Geitig freſſen, ſchlemmen.] Pompeu. Syrus, ut citat Nonius, Lardum lurcabat lubens.

Lurcor, aris, dep. Idem. Lucilius Satyr. 2. Ve lucraretur lardum carnaria furtim.

Lurcones, m. t. Di ſunt guloſi, & bonorum ſuorum conſumptores. λιχνοί. [Ital. Tragogghiatori, guloſi. Gall. Gourmands qui deſpendent tout leur bien en gourmandiſe. Hiſpan. Golofos ò glotones. Germ. Schlemmer, praſſer, die jr haab vnd gůt vnnützlich verdempffen.] Plaut. in Perſa, Perenniſerue, lurco, edax, fugax, furax. Lucil. Satyr. lib. 5. ut citat Nonius, Edite lurcones, comedones, uiuite, uentres. Sueton. de clar. Gramm. cap. 15. Laſſaurum, & lurconem, & nebulonem, popinonemq; appellãs, & uita ſcriptisq; monſtroſum.

Luridus color, Lege Fulous.

Lãrĭdŭs, a, um, pen. corr. Quod eſt ſupra modum pallidum, quaſi loridum, ſeu loco percuſſum, & liuidum factum. ὠχρὸς, πελιδνός. [Ital. Pallido molto. Gal. Fort palle & comme battu & meurtri d'eſcourgées, blaffard. Hiſpan. Coſa de color amarillo. Germ. Gantz bleich.] Horat. lib. 2. Carm. Mœretq; partos fulmine luridam Mittos ad Orcum. Ouidius 1. Metam. Lurida terribiles miſcent aconita nouerca. Horat. 4. Carm. 13. Et refugit te, quia luridi Dentes, te quia rugæ torpant, & capitis niues. Ouidius 15. Metamorph. Solis quoque triſtis imago Lurida ſolicitis præbebat lumina terris.

Luror, oris, maſc. gen. tert. declin. Pallor, color ſubflauus. ὠχρότης. [Ital. Pallidezza. Gall. Palleur. Hiſpan. Amarillez. Germ. Bleich, todtenfarb.] Lucretius libro 4. Lurida præterea fiunt, quæcunque tuentur Arquati: quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt ſimulachris obuia rerum.

Lũsciuĭa, niæ, fœ. p. Auis cantus ſuauitate præcellens, quæ & Philomela appellatur: ita dicta, ut uolunt, quòd lugens canat, aut certè quòd canat ante lucem. ἀηδών. [Ital. Roſignuolo, luſignuolo. Gall. Roſſignol. Hiſp. Ruyſennor. Ger. Ein nachtgall.] Plinius libro 10. capite 29. Luſciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſo cantus, denſante ſe frondium germine, non in nouiſſimum digna mirato ane. Poetæ fabulantur, Philomelam à Tereo uiolatam, in hanc auem fuiſſe mutatam: ad quam fabulam alludit Martialis libro 14. Flet Philomela nefas inceſti Tereos, & quæ Muta fuit, garrula fertur anus. Ob eandem cauſam & Atthis dicitur. Fuit enim Philomela patria Athenienſis, Pandionis regis filia. Martialis libro 6. Sic ubi multiſona feruet ſacer Atthide lucus. Animaduertendum contrà, ac multi fabulam tradiderunt, eam ſtimaſſe Gorgiam Philomelam in hirundinem, Progne ſororem ipſius in luſciniam conuerſam fuiſſe, quam etiam opinionem ſequutus eſt M. Varro. Luſciniola, luſcinii cantu existimatur, atque eſſe ex Attica progne in loctu ſuo. Et Virgilius Aeglog. 6. Quas illi Philomela dapsi. Et Commentariis Petri Victorii in 1. lib. Rhetor. Ariſtotelis. ¶ Nec quantum luſciniæ dormiunt, διὰ τὸ ἡδέως ἄδειν τὸ νύκτωρ. In eos conuenit, qui ſomni ſunt pertinaciſſimi. Luſciniæ minimum dormire feruntur, uel propter lethyeam cauſam, uel propter timiditatem. Potius dictum uidetur, quòd luſciniæ uernis menſibus per omnẽ ferè noctem perpetuo cantu garriant.

Luſciniola, diminutiuum. ἀηδόνιον. [Ital. Picciolo luſignuolo, luſignoletto. Gall. Petit roſſignol, roſſignolet. Hiſpan. Pequeño ruyſennor. Germ. Ein kleine nachtgall.] Plaut. in Bacch. Poſt ego quoque metuo, luſciniola ne defleat cantio.

Lũſcus, ſcus, ſiue Luſcitioſus, m. ſ. Is dicitur, teſte Nonio, qui ad lucernam non uidet. μύωψ. [Ital. Che ha corta uiſta. Gall. Qui a courte veue. Hiſp. El que non ve ſino con poca luz. Germ. Vberſichtig, ein blintzaug der bei dem liecht nichts geſicht.] Varro Diſcipl. lib. 8. ut citatur à Nonio, Veſperi non uidere quos appellant luſciolos. Idem Andabatas, Acdepol idem cæcus non luſcioſus eſt. Budæus in Annotat. luſcioſos, ſiue luſcitiotos eos dici exiſtimat, qui propius admota oculis uident, remota uerò non: quod genus hominum res intuendas oculis ferè contingere ſolent, & his etiam clauſis oculis eoſdem aſpicere, eoſdemq; Græcis μύωπας uocari ait.

Luſcitus, a, um, μύωψ, Qui bebeti oculo eſt, & qui meliorem quàm die uidet.

Lũscus, ſci, m. ſ. Qui altero captus eſt oculo. ἑτερόφθαλμος. [Ital. Loſco. Gall. Louſche. Hiſpan. Tuerto, mengudo vn ojo. Germ. Einöugig.] qualis fuit Annibal, de quo uenalis Satyr. 10. Quam Getula ducem geſtaret bellua ſcum. Cicero libro 2. de Oratore, Et tamen id dixit, quod in omnes luſcos conueniret. Martialis libro 8. Oculo læuis ſemper altero plorat: Quo fiat iſtud quæris modo? luſca eſt: ¶ Compoſitum, Eluſco, ſcas, quod eſt luſcum facio, & oculum eruo. πωρόω. Scribit Iulianus Iureconſultus, Aquilia lege teneri eum qui eluſcauerit diſcolem in diſciplina.

Luſio, Vide Ludo in Ludus.

Luſito, Vide Ludo in Ludos.

Luſtrum, ſtri, m. ſ. Ferarum habitaculum in ſyluis: à Seruius putat eo quòd apri ſuesq; ſyluestres in luteis locis ſus habeant cubilia. σπήλαιον, κατάδυσις. [Habitacolo delle fere, cauerna doue ſe ritranno gli animali ſaluatichi. Gall. Caverne ou ſe retirent les beſtes ſauuages. Hiſp. Lugar de las fieras. Germ. Ein höle der thieren.] Alii putãt luſtrum per antiphraſin dictum, minimè ſit illuſtratũ, ſed obſcurum & immundum. lib. 2 Georg. Non abſunt illis ſaltus ac luſtra feraru quæ ſimilitudine ii qui in locis abditis ac ſordidis & uentri indulgent, in luſtris uitam agere dicuntur propter quod & luſtra dicuntur popinæ & lupanaria, id eſt meretrices, delitescunt. τὰ πορνεῖα, τὰ ἑταιρεῖα. Cic. 2 Philip. Quum omnes importunitates in domo quotidie ſuſceperis, uino, luſtris & cõfeſſis. Caſſio, Quæ autem in luſtris & in uino commentus eſſet? ¶ Luſtrum item dicebatur ſacrificii genus, quo urbis luſtrandæ gratia ſus, ouis & taurus molabantur. Liuius libro 1. Omnes centuriæ, & campum Martium conuocati, ſue. one. tauro condiderunt: quod luſtrum eſt dictum, ſicuti à ſacrificio ſus obtinuit nomen luſtri. ¶ Quia uerò cenſus luſtrum quinto quoq; anno habebatur (quando dabat Cenſorum magiſtratus) inualuit conſuetudo, Luſtri appellatione ſpatium quinque annorum intelligeretur: quod Olympias apud Græcos dicitur: id eſt quinquennium: ita tamen ut quadriennio exacto, quinto quoque anno ineunte, luſtrum peractum intelligatur.

τετταρα, ἡ περιοδος τετταρων, περιοδος. [Ital. Spatio d'anni cinque. Gall. Espace de cinq ans. Hisp. Espacio de cinco annos. Germ. Ein zeyt fünff jar begreiffend.] Plinius annorum libro 2. capite 47. Omnium quidem (si libeat observare minimos ambitus) redire eosdem vices quadrennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modò, verùm & reliquarum tempestatum magna ex parte. Est & principium lustri eius semper intercalari anno Canicule ortu. Intercalarem annum dixit, quem Bissextilem dicimus. Vlpianus de Rebus cred. Nam etsi colonus post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat. Tacitus secundum lustrum dixit, ut secundam Olympiadem, de ludicro quinquennali loquens Romæ instituto. Hæc Budæus.

Lustro, as, xâd. p. Peragro, ambio, circumago. περιπολέω, περιέρχομαι, περιοδεύω. [Ital. Circondare. Gall. Environner, tourner. Hispan. Andar en derredor de lugar. Germ. Vmbgon, vmbgon, beschawen.] Lactantius libro 2. Sed Luna, quæ orbem illum signiferum triginta dierum spatio lustrat. Cicero libro 5. de finibus, Cuiquam Pythagoras & Aegyptum lustranti, & Persarum Magos adisti? Virgilius lib. 3. Aeneid. Quo tutior hospita lustres Aequora, & Ausonio possis considere portu. Idem libro 4. Georgic. Arnaque Rhipheis nunquam videnda proinus Ludebat. ¶ Interdum significat expiare. ἀγνίζειν, καθαίρειν. [Ital. Purgare. Gall. Purger. Hisp. Purgar, alimpiar. Germ. Reinigen.] Livius lib. 5. ab Vrbe, Vbi instructum exercitum oue, sue, tauris tribus lustrauit. Virgilius 5. Aeglog. Et quum solennia vota Reddemus nymphis, & quum lustrabimus agros. Idem libro 6. Aeneid. Idem ter fontes pura circumtulit unda, Spargens rore leni, & ramo fœlicis oliuæ, Lustrauitque viros, dixitq; nouissima verba. ¶ Interdum idem est qd circunquaque aspicio, & oculis quodammodo ambio. περιβλέπω. Virgil. lib. 8. Aeneid. Ille os, oculosq; loquentis Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus. Lustrare animo, id est, perpendere & examinare. ἐξετάζειν. Cic. lib 3. Offic. Sed quum omnia ratione atq; animo lustraueris. ¶ Interdum lustrare accipitur pro sequi. ἀκολουθεῖν. Virgil. 2. Aegl. At mecum raucis, tua dum vestigia lustro, Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. ¶ Interdum patefacere, clarificare, illustrare. περιλάμπειν, λαμπρύνειν. Virgil. lib. 3. Aeneid. Postea Phœbea lustrabat lampade terras Orta dies. ¶ Lustrare exercitum, id est, recognoscere, recensere. ἐξετάζειν. Cæsar lib. 7. belli Gall. Legionibus quæ ex omnibus hybernis ad finem Treuirorum euocatis, eò profectus est, ibiq; exercitum lustrauit. ¶ Huius verbi composita sunt Collustro, circunspicio, περισκοπῶ. Cic. li. 5. Tusc. ¶ Illustro, illumino. περιλάμπω: ut, Auri fulgore templum illustrare, apud Cic. li. 5. Verrin. Interdum patefacere, explicare, aperire. Cic. pro Cælio, Signa quibus veritas illustrari solet. Aliquando idem quod celebrare, & nobilem reddere. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. ¶ Perlustro, peragrando perspicio, περιπολέω, περιέρχομαι. Interdum idem quod recenseo. ἐξετάζω. Livius lib 1. ab Vrbe, Hercules ad primam auroram exercitus, quum gregem perlustrasset oculis. Vide suis locis singula plenius.

Lustror, ris, passiuè. Ouid. lib. 11. Metam. Ego lustror ab illis, Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto, Pectora fluminibus iubeor supponere centum. Idem lib. 10. Metam. Magico lustrabere ritu. Virgil. lib. 7 Aeneid. Lustramurque Ioui, vocisq; incendimus aras. Vbi Seruius, Aut lustramur, id est, purgamur, ut Ioui sacra faciamus, aut certè lustramur Ioui, id est expiamur.

Lustror, aris, d. p. Significat scortor, in lustris & lupanaribus versor. A lustris, quæ interdum pro meretricum latibulis accipiuntur. πορνεύω. [Ital. Andare à meretrici. Gall. Hanter le bourdeau, bordeler. Hisp. Andar por las putterias. Germanicè. Hůrey treiben, zů böſen heuſeren gon.] Plautus in Pseudolo, Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod habent.

Lustratus, participium, Purgatus, expiatus. λελουμένος. [Ital. Purgato. Gall. Purgé & nettoyé. Hisp. Amplado por sacrificio. Germ. Gereiniget.] ut, Lustratum atq; purgatum Capitolium. Livius libro 2. ab Vrbe. Martial. in Præfat. lib. 8. Meminerit, nonnisi religionis purificatione lustratos accedere ad templa debere. Corpus lustratum diuino odore, Ouid. 14. Metam.

Lustratio, verbale, fœm. prim. Circuitio, peragratio. περιέρχησις. Ital. [Il torniare, l'andare quà & là. Gall. Allée, tournoyement. Hispan. Andadora en derredor. German. Das vmbgon, das hin vnd här gen.] Cic. 2. Philip. Quæ fuit eius peragratio itinerum? lustratio municipiorum? ¶ Ponitur & pro sacrificio expiationis. ἁγνισμός, καθαρισμός. [Ital. Purgatione. Gall. Purgation. Hispan. Purgacion. Germ. Ein reinigung durch etwas opffer.] Columel. lib. 2. cap. 28. Hoc loco certum habeo quosdam, quum solennia lustrorum percensuerim, desideraturos lustrationum, ceterorumq; sacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priscis usurpatum.

Lustramen, minis, neutr. tert. Idem quod lustratio. Valerius libro 6. Argonaut. Semnoceasq; ducis inter sua tela, suosque Inter equos, sæuum miseri lustramine uersant Concretem.

Lustramentum, menti, neutri generis, secundæ declin. Purgatio facta per maleficium, aut sacrificium, aut incantationem, à lustrando dictum. Marcel. ad Leg. Cornel. de Venef. & licar. l. eiusdem. Si qui, inquit, lustramenti causa dederit cantharides.

Lustralis, lustrale, omnis generis, tertiæ declinat. Quod lustrandi, hoc est, purgandi, seu expiandi vim habet. ἁγνιστικός, καθαρτικός. [Ital. Purgatiuo. Gall. Purgatif. Hispan. Cosa para alimpiar. German. Das zů der reinigung, oder verſünung gehört.] Vnde aqua lustralis dicitur, qua à sacerdote lustrationis: hoc est, purgationis causa aspergebantur. Ouidius 5. de Ponto, Spargit aqua captos lustrali Graia sacerdos. Sic lustrale sacrificium dicitur, quod lustrationis causa fit. Liuius libro 1. Sacrificium lustrale in diem posterum parat. Lustralia exta, veteres dixerunt præpinguia: eo quòd lustralis, id est, quinquennalis bos dicitur esse per fecta ætatis.

Lustricus, a, um, Idem ferè est quod lustralis. καθαρτήριος. ¶ Vnde Lustrici dies infantium appellantur: puellarum octauus, puerorum nonus, quia his infantes lustrantur, & nomina eis imponuntur. Hæc Festus. ¶ Et qui eos lustrãt, Lustratores vocantur, & fœminæ Lustratrices: & qui lustrantur, lustrati nominantur.

Lustrificus, a, um, Idem quod lustralis. ἁγνιστικός. ut, Cantus lustrificus. Valerius 3 Argon.

Lusus, Vide Ludo in Ludus.

Lutamentum, Lutatius, Vide Lutum.

Lutea, tex, fœm. pr. Herba est in palustribus & aquosis locis nascens, flore rufo, uel aureo, caulículos spargens cubitales, colq; maiores, quorum è geniculis folia exeunt graciliá, falicis folia non dissimilia. λυσιμάχιον quibusdam. Rustici Cornelam uocant, pannorum infectoribus hoc nomine notissimam, qui cæruleí coloris pannos in incoquentes, colorem uiridem efficiunt. Nam ex flaui cæruleíque commistione uiridis color emergit. Qua ratione olim etiam adulterinam chrysocollam conficiebant, lutea herba cæruleo subtrita. Plinius libro 33. capite 7. Luteam putant à lutea herba dictam, quam ipsam cæruleo subtritam, pro chrysocolla inducunt, nilissimo genere atque fallacissimo.

Luter, eris, pen. prod. λουτήρ. Vasis genus est (ut quidam existimant) quo uinũ diluitur: cuius meminit Hieronymus in Iouinianum. ¶ Alii hoc nomine peluim significari arbitrantur, aut certè uas in quo uasa abluuntur. Quibus etiã uocis ipsius etymũ suffragari uidetur, quod ἀπὸ τῦ λούειν: hoc est, à lauando tractum uideatur. ¶ Vnde & λουτήριον diminutiua forma, uasis genus est, Iulio Polluci, in quo cælices abluuntur.

Lutescere, Vide Lutum.

Lūteus, tea, teum, prima syllaba producta, Quod est coloris rufi, sed dilutioris. ὠχρός. [Ital. Di color d'oro, giallo. Gall. Iaune. Hispan. Cosa de color amarillo. Germ. Gél, oder gálfarb.] unde Luteum oui dicimus pro uitello, qui albumine ambitur. ¶ Huius nominis primitiuum est

lutum priore ſyllaba producta, quo nomine herba quædam ſignificatur, croceo colori tingendo idonea, quam & luteam nominat Plinius, ut paulo pòſt latius ſumus dicturi. Hoc colore nuptialia uela, quæ flammea uocabant, olim tingebantur. Plinius libro 21. capite 8. Lutei uideo honorem antiquiſſimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Lucan. lib. 1. Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus.

Luteolus, diminutiuum. ὑπώχρεως. [Ital. Alquanto giallo. Gall. Vn peu iaune. Hiſp. Vn poco de color amarillo. Ger. Gälechtig.] Virgilius 2. Aegloga, Mollia luteola pingit uaccinia caltha. Columella libro 11. capite 97. Oliua pauſea uel orchita, quum primùm ex albo dulcorantur, fiúque luteola.

Luteos, priore correpta, Vide Lutum priore correpta.

Luto, as, Vide Lutum.

Lutra, træ, f. p. Animal eſt ex iis quæ Græci ἔμφιβια, uel ἔνυδρα uocant, ſimile fibro, ſola cauda ab eo differens. ἔνυδρις Herodoto. Nam fiber piſcis, caudam habet. [Ital. Lodra animale. Gall. Vn loutre. Hiſp. Nutria. Germ. Ein otter.] Plinius lib. 8. cap. 30. de fibro loquens, Cauda piſcium iis, cætera pars lutræ. Vtrunq; aquaticum, utrique mollior pluma pilus.

Lūtum, ti, penult. cor. n. ſ. Terra eſt humore ſoluta, quam & cœnum uocamus. πηλός. [Ital. Fango, lotto. Gall. Boue, fange. Hiſp. Lodo. Germ. Lät, laat, leim.] Iuuenal Satyr. 6. Compoſitiq; luto nullos habuêre parentes. Horatius lib. 1. Epiſtol. 2. Viriſſet canis immundus, uel amica luto, ſus. Fictus ex argilla & luto homulus, Cicero in Piſonem. Volutatus in luto totius corporis veſtigiis Verres. Cic. 6. Verrin. Pocula compoſuit de facili luto, Tibullus libro 1 Elegia 4. ¶ In eodem luto hæſitare: id eſt, ſic implicari cuipiam negotio, ut ſe inde nequeat extricare quin in idem, aliúdue ſimile recidat. Terentius in Phormione, Quid nunc porrò? Quid fiet? in eodem luto hæſitas, uorſuram ſoluis Getæ: præſens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ creſcunt. ¶ Huic penè contrarium eſt, Extra lutum pedes habes, ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις: hoc eſt, emeriſti è periculo, aut extra periculum conſtitutus es. A' uiatoribus ſumptum. ¶ Lutum luto purgare, πηλῷ πηλὸν καθαίρειν ἄλλο, dicitur ubi res ſordida ſordibus tolluntur: hoc eſt, quũ ſordes non tolluntur, ſed aut mutantur, aut augentur etiã. Apollonius. ¶ Per translationem Plautus in Perſa lenonem uocat lutum. Poſſum, inquit, te facere, ut argentum accipias lutum.

Luteus, a, um, prima ſyllaba correpta, Quod ex luto confectum eſt. πηλώδης. [Ital. Di terra, di lotto. Gall. Fait de boue ou de mortier de terre. Hiſp. Coſa toda de lodo. Ger. Leimin, aus läet gemacht iſt.] ut, Luteus paries, lutea uaſa. Ouid. lib. 1. Faſt. Ignotaq; prodit hirundo, Et luteum celſa ſub trabe fingit opus. ¶ Per translationem luteum dicimus, quicquid uile eſt, & nullius pretii. Plaut. in Pœn. Neq; perniorior, neq; petor alter uſquã eſt gentium, Quàm herus meus eſt, neq; tam luteus, neq; tam cœno collitus. Idem in Trucul. Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in uino ad rem ſuam. Cic. 6 Verr. Tum illos cœpiſſe Prætori dicere, putaſſe id ſe, quod audiſſent, alicuius pretii ſcyphos eſſe Pamphyli: luteum negotium eſſe, non dignum quod in ſuo argento Verres haberet.

Lutoſus, a, um, Cœnoſus, luto plenus, uel luto infectus. πηλώδης. [Ital. Fangoſo. Gall. Boueux. Hiſp. Lleno de lodo. Germ. Läterechtig, laatechtig.] Plin. lib. 18. cap. 19. Lutoſam terram ne tangito. Columel. lib. 11. cap. 14. Raporum quàm rotundiſſima ſumito, eáq; ũ ſint lutoſa, detergito, & ſummam cutem nouacula decerpito.

Lutulentus, a, um, Idem quod lutoſus. πηλώδης, βορβορώδης. Colum. lib de Arbor. cap 12 Lutulentam terram neq; arare, neq; fodere oportet. Cic. in Sallust. Itaq; nihil aliud ſtudet, quàm ut lutulentus ſus cũ quouis uolutari. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. de Lucilio, Quum flueret lutulentus, erat quod tollere uelles.

Luto, as, a. n. Luto inficio, ſiue oblino. πηλόω. [Ital. Infangare. Gall. Enduire ou faire de boue. Hiſp. Enlodar con lodo. Germ. Mit leim oder läet beſtreichen, mit läet oder laat mauren.] Cato de Re ruſt. cap. 91. Poſtea conſpergito amurca bene omne quod lutatum erit. ¶ Ponitur etiam pro maculare. Martialis lib. 14. Ne lutet immundum nitidos coma capillos.

Lutescere, ſignificat luteum fieri, & in luti morem mollescere. πηλοῦσθαι. [Ital. Diuenir fango. Gall. Se conuertir en boue. Hiſp. Ser enlodado. Germ. Zů laat werden, lied werden wie der laat.] Colum lib. 8. cap. 17. Nam quæ limo cœnoq; lutescunt, ut antè iam dixi, conchylijs magis, & iuuentibus apta ſunt animalibus. Nonius ex Poeta quopiã, Sanguine diluitur tellus, cana terra lutiſcit.

Lutamentum, ti, n. ſ. Paries, aliúd'ue opus ex luto confectũ, luto'ue oblitum. πήλωμα. [Ital. Coſa fatta di terra ò loto. Gall. Choſe faite de terre ou boue. Hiſp. Coſa hecha de lodo, ò de tierra. Germ. Ein leimine oder laatige ding.] Cato de Re ruſt. cap. 128. Neq; muros cana facient, neq; hæc naſcentur, neq; lutamenta ſcindent ſe.

Lutarius, a, um, Quod in luto degit. πηλωτικός. [Ital. Che viue nel fange. Gall. Qui vit en boutbier. Hiſp. Coſa que viue enel lodo. Ger. Das in dem laat oder mûr lebt.] ut, Teſtudines lutariæ, apud Plin. li. 32. cap. 4. Lutarius mulus, qui ex luto ſibi pabulum petit, uiliſſimum ex omni mularum genere, teſte Plin. lib. 8. cap. 17.

Lūtum, penult. prod. n. ſ. Herba eadem eſt, quam & luteam diximus uocari, quæ olim cæruleo ſubtrita chryſocollam adulterinam faciebant. λυσιμάχιον quibuſdam. Virgil. 4. Aeglog. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice, iam croceo mutabit uellera luto. Vitruuius luteum appellat per tres ſyllabas. Vnde nonnulli etiam apud Virgil. Luteo, legendum cenſent, duabus poſtremis ſyllabis in una contractis.

Lūx, cis, f. t. Splendor, fulgor, claritas, & propriè ea quæ ſe diffuſa orbem illuſtrat. φῶς. [Ital. Luce ſplendore. Gall. Lumiere, clairté Hiſp. La luz. Ger. Liecht.] Cic. de Diu. Si Deus erat, cur ſe contra naturam abdidit, ut paretaq; aratro lucem aſpiceret? Hinc lucem intueri dicimus, eo quod eſt, uita frui. ¶ Quoniam autem dies clara quemadmodum nox obſcura, ponitur quandoq; pro ſicut nox pro tenebris. Gellius lib. 2. cap. 29. Alta luce auis in paſtum profecta eſt. Martial. lib. 8 Quum facia ſus nulla non luce ducentos. Cic. pro Milone, Centx lux eſt hæc ab interitu P. Clodii, &, opinor, ultra. ¶ luce: hoc eſt, ubi primùm cœperit diluceſcere: ſicut tũ, Primis tenebris: id eſt, incipiente iam nocte. Terc Adelph. Cæterùm rus cum filio cum prima luce ibo Vbi Donatus, Cum primo lucu legit, dicens: Cum lucu, neteres dicebant, Lucum pro luce, ſeu Sole po Ergo, Cum primo lucu, quum primum Sol cœperſcere. Liuius 1. ab. Vrbe, Vt omnes ciues Romani, eq ditesq; in ſuis quiſq; centuriis in campo Martio pri ce adeſſent. ¶ Lux autem ἀπὸ τῆς λύσεως, dicta eſt: enim ueteres Græci appellant primam lucem, qua dit Solis exortum: quod etiam ſummum mane. ¶ Aliquando idem eſt quod ſplendor & nitor. Lu 4. Viridis cum luce ſmaragdi. Virgil. 1. Aen. Exulta luce coruſcus ahena. ¶ Ponitur aliquando pro u 1. Tuſc. Tamen obliciebatur interdum animo me dam, cogitanti fore aliquando finem huius lucis, ſionem omnium uitæ commodorum. ¶ Lucis alicui dare, eſt finere eum uiuere. Cic. in Verr. act. quam, ciuibus Romanis, quos piratæ ceperãt, ſecu percuſſis, ipſis piratis lucis uſurã tam diuturnat ¶ In luce, pro publico dixit uenuſtè. Cic. in Cat Nec uerò ille in luce modò, atq; in oculis ciuium ſed intus domiſq; præſtantior. ¶ Lux mea, blandi nus, quo mulierculis blandimur. Martial. ad G mentiris, ſi uerũ lux mea dicis. Cic. Terent. lib. 14 luz, meũ deſiderium. ¶ Lux pro oculis. Stat. li Et effoſſæ ſqualent veſtigia lucis. ¶ Luces in ſtellis. Cic. in Arat. Illæ quæ fulgent luces ex ore

Luci, aduerb. Id eſt, interdiu. [Ital. Di giorno. Ga Hiſp. Entredia. Germ. Im tag, oder tagszeit.] tur noctu. Cic 2. Philip. Quis enim audeat luci litari uia, quis bene comitatum, quis illuſtr Plaut. in Menæchmis, O facinus indignum & d damnaii ciues, herum meum Hoc in pacato op ripier in uia?

Luculentus, a, um, Quod eſt luce plenum, ſplen πρὸς, περιφανής. [Ital. Splendido, pieno di lu

clair, plein de lumiere. Hiſpan. Claro, lleno de luz. Germ. Heiter, háll, liecht.] Cic. Trebat. Camino luculento utendum. Plaut. in Cure. Pulchrum & luculentum hoc nobis cuênit prælium. ¶ Aliquando accipitur pro ornato, perſpicuo & aperto. Salluſt. in Catil. Tum M Tullius orationem habuit luculentam & utilem Reipubl. ¶ Ponitur aliquando pro probato & optimo: ut quum Cic. ad Attic. lib. 7. dicit, Luculentus autor, & Luculenta conditio: id eſt, optima, uel opima. Plaut. in Rudent. Vín' tibi luculentam conditionẽ ferre me? ¶ Aliquando pro diuite. Plaut. in Capt. Multos iam lucrum luculẽtos homines reddidit. ¶ Aliquando pro magno. Cic. 7. Philipp. Luculentam tamen ipſe plagam accepit, ut declarat cicatrix.

Luculenter, aduerbium, Egregiè & ſplendidè. λαμπρῶς. [Ital. Chiaramente, ſplendidamente. Gall. Clairement, gentement. Hiſp. Clara y manifieſtamente. Germ. Fein, herrlich, ſcheinbarlich.] Cic. 1. de Finib. Quum Græcè, ut uideor, luculenter ſciam.

Luculentè, Idem. Cic. de Diuin. Quum ipſe paucis interpoſitis uerſibus dicas ſatis luculentè. ¶ Aliquando ponitur pro apertè. Cic. de Clar. Orat. Et luculentè ſcripſerũt, etiam ſi minus, quàm tu, politè.

Luculentitas, tis, Antiquum eſt. Laberius Tucca, ut citat Nonius, Dominus noſter tua luculentitate captus.

Lucco, ces, xi, n. ſ. Splendeo, lucem emitto. σιλαγίω, λάμπω, φέγγω. [Ital. Lucere, riſplendere. Gall. Luire, tendre lumiere & clairté. Hiſp. Luzir ò reſplandeſcer. Germ. Scheinen.] Cic. in Soma. Scip. Luna quæ luce lucebat aliena. ¶ Aliquando ſignificat diem eſſe. Plautus in Milit. Vigila, expergiſcere, iuquam, lucet. Cicero pro Roſcio Amerino, Occiſus eſt cœna redieus: nondum lucebat, quum Ameriæ ſcitum eſt. Idem 7. Verrina, Lucebat iam ferè. Lucere facem alicui, aut cereum, eſt alicui præferre facem, aut cereum. Plautus in Caſin. Primum omnium huic lucebis nuæ nuptæ facem. Idem in Curcul. Tute tibi puer es lautus, luces cereum. ¶ Eius compoſita ſunt, Alluceo, colluceo, diſluceo, eluceo, illuceo, interluceo, pelluceo, ſiue perlucco, reluceo, & transluceo: quorum ſignificata ſuis explicantur locis.

Lucéſcit, impersonaliter, Clarum fit. ἐλλάμπει, ἡμέρα γίνεται. [Ital. Si fa giorno. Gall. Il fait clair, il fait iour, le iour poind. Hiſp. Se haze dia. Germ. Es taget, es fahet an heiter werden.] Plaut. in Amphit. Exire ex urbe, priuſquam lucéſcat, uolo. Liuius 4. ab Vrb. Et iam lucéſcebat, omnia ſub oculis erant.

Lucens, participium, Splendens, conſpicuus. φαίνων. [Ital. Lucente. Gall. Luiſant. Hiſp. Luzida coſa, reſplandeſciente. Germ. Scheinend.] Virgilius 6. Aeneidos, Lucentemque globum lunæ. Faces lucentes, Ouidius 3. Faſtor. Marmora lucentia, Statius 1. Syl. Tunicæ lucentes auro, Idem 2. Thebaid.

Lucidus, a, um, Quod eſt clarum, perſpicuum. φαεινὸς, φωτεινός. [Ital. Lucido, chiaro. Gall. Clair, plein de lumiere, rendant clarté. Hiſp. Claro, luzio y reſplandeſciente. Germ. Das heiter vnnd háll iſt, ſcheinbar.] Iut. Lucida nox, apud Plin. lib. 2. cap. 7. Ouid. Epiſt. 21. Nec premit articulos lucida gemma meos. Idem 1. Faſt. Lucidior uiſa eſt, q̃ fuit antè, domus. Horat. 1. Carm. Ode 3. Sic fratres Helenæ lucida ſydera, &c. ¶ A' quo Pellucidus & Translucidus. διαφανὴς. Quintil. lib. 8. Similiter illa translucida, & uerſicolor quorundam elocutio res ipſas efformat.

Lucifer, pen. cor. m. ſ. Stella Veneris, ita dicta, quum antegreditur Solem: quum uerò ſubſequitur, Heſperus uocatur, teſte Cic. lib. 2. de Nat. deor. & Varr. 3. de Re ruſt. cap. 5. φωσφόρος. [Ital. Stella diana. Gall. L'eſtoile du iour. Hiſp. El luzero del alua. Ger. Der morgenſtern.] Infima eſt quinque errantium (inquit Cicero) terræ proxima ſtella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quũ antegreditur Solem: quum autẽ ſubſequitur, Heſperus. Virg. lib. 2. Aeneid. Iamq; iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ, Ducebatq; diem. Ouid. 8. Metam. Iam nitidum retegente diẽ, noctisq; fugante Tempora lucifero: cadit Eurus, & humida ſurgunt Nubila, &c.

Luciferus, a, um, adiectiuum. ὁ φωσφόρος. [Ital. Che porta lumiera ò luce. Gall. Qui porte lumiere. Hiſp. Coſa que haze ò trae luz. Germ. Das liecht bringt.] Iut. Diana lucifera. Valerius Argon. 7. Equi luciferi, Ouid. epiſt. 11. Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi, Denaq; Lucíferos Luna premebat equos. Luciferum Poetæ filium faciunt Iouis & Auroræ, qui Trachyniam nympham amauit, & ex ea ſuſcepit geminam prolem, Ceycem uidelicet, & Dædalionem. Dictus autẽ eſt Auroræ filius, quia ſtella illa quæ & Venus dicitur, manè ſolem præcedens, quaſi ex eiuſdem ſinu oriri uidetur. Virgil. Aegl. 8. Naſcere præq; diem ueniens age Lucifer almum.

Lucifico, as, pen. cor. Lucidum facio: à quo compoſitum Elucifico, de quo ſuprà.

Lucifugus, & **Lucifuga**, pen. cor. ὁ τὸ φῶς φεύγων φιλόσκιος. [Ital. Che fugge la luce. Gall. Qui fuit la lumiere. Hiſp. Coſa que huye de la luz. German. Ein liechtſcheuw, der das liecht fleucht, vnd lieber in der finſtere iſt.] Qui fugitat lucem, & gaudet tenebris. Cic. 1. de Finib. Lucifugi, maledici, monſtroſi, etiam aliis amatoriis lenitatibus dediti. Virgil. 4. Georg. Nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio, & lucifugis congeſta cubilia blattis. ¶ Seneca lucifugos homines appellat, qui contra naturam nocte utuntur pro die: qui & λυχνόβιοι dicuntur, quaſi lucernarii.

Lucigena, Luce genitus. λυκιγενὴς. [Ital. Generato di luce. Gall. Engendré de lumiere. Hiſp. Engendrado de luz. Ger. Vom liecht erboren.]

Lucerna, fœm. pr. Inſtrumentum, in quo unum plura'ue ellychnia accenſa, oleoq; ſota, nobis lumen præbet: quanquam etiam non rarò pro ipſo lumine accipitur. λύχνος. [Ital. Lucerna. Gall. Lampe, lumiere. Hiſp. El candil. Ger. Ein kertz oder ampel.] ¶ Huius prima corripitur, quum tamen in luceo producatur. Iuuenalis, Diſpoſitæ pinguem nebulam uomuêre lucernæ. Cic. 4. Academ Itaq; Timagoras Epicureus, negat ſibi unquam, quum oculum torſiſſet, duas ex lucerna formulas eſſe uiſas. Plaut. in Moſtel. Lucernam fortè oblitus fueram extinguere. Plinius, Ex medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Lucernarum uſum primi Aegyptii monſtrauêre, ut autor eſt Euſebius lib. 10. Præpar. Euang. Lucernarum alia ſimplex eſt, quæ habet partem unam tantùm exporrectam, & quæ uno ellychino contẽta eſt: quæ cubicularia dicitur: de qua Martial. lib. 14. Alia demyxos, ad duo ellychnia ferenda, alia trimyxos, ad tria: alia polymyxos, ad plura. Martial. li. 14. Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis, Totq; geram myxos, una lucerna uocor. ¶ Lucernam adhibes in meridie, λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις: id eſt, facis non ſuo tempore: aut, explicas quæ per ſe ſunt clariſſima.

Lucernula, diminut. λυχνίον.

Lucernarius, Qui lucernam fert. λυχνοῦχος.

Lucubro, bras, pen. cor. Vigilo, & nocte ad lucernam aliquid compono. νυκτογραφῶ. [Ital. Vegghiare, componere qual che coſa vegghiando. Gall. Veiller de nuit, beſongner à la chandelle. Hiſp. Velar trabajando ala candela. Germ. Bey dem liecht zůnacht arbeiten.] Varr. de Origin. Non ſolum ad Ariſtophanis lucernam, ſed etiam ad Cleanthis lucubrauí. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Sed nocte ſera deditam lanæ, inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. Cic. in Paradox. Accipies igitur hoc paruum opuſculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Lucubratio, onis, f. t. Vigilia, & opus quod fit lucubrando. ἡ πρὸς φῶς διαπόνησις, ἀγρυπνία. [Ital. Vegghia ò compoſitione fatta alla candela. Gall. Veille ou beſongne faitte à la chandelle. Hiſp. Aquella obra de velar ò trabajar ala candela, coſſa hecha ala candela. Ger. Ein arbeit zů nacht bey dem liecht.] Cic. lib. 1. de Nat. deor. Nam iſta quæ uos dicitis, ſunt tota commentitia, uix digna lucubratione anicillarum. ¶ Sunt & lucubrationes ruſticanæ, veſpertinæ & antelucanæ, quando à veſpere & ante lucem conficiunt intra uillam opera rei uillaticæ conducibilia. Colum. li. 11. cap. 2. Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem uel radicas quinq; conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem.

Lucubratoria lectica à Tranquillo in Auguſto cap. 78. dicitur in qua lucubrare ſolebat Auguſtus.

Lūxo, as, a. p. Membrum aliquod intorqueo, & loco ſuo moueo. στρέφω, ἐξαρθρόω. [Ital. Seneſtrare, mouer di luogo. Gall. Deſmettre de ſon lieu, deſnouer. Hiſp. Deſconcertar ò deſencaſar hueſſos. Ger. Verrencken.] Vnde luxa, ſiue luxata membra, dicũtur locis ſuis mota & ſoluta. ἐξηρθρωμένα.

Plinius

Plinius lib.28. Cato prodidit luxatis membris carnem auxiliari: M. Varro podagris. Idem lib.31.cap.6. Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cuiuslibet generis aquam, facillimè in artus redeunt. ¶ Et luxati, dicuntur, quorum membra suis locis mota sunt. *ἐξηθρωμένοι*. Idem, Althæa radix decocta luxatis prodest. ¶ Scirpium quoq; radices luxari dicuntur, quum aratro aut ligone perstrictæ motilantur, locoq; mouentur. Plin.lib.17. cap.24. Aut culpa uinitorum colentium ægrotant uites, quum perstringuntur: aut circumfossor iniurioso ictu uerberauerit, uel etiam subarator imprudens luxauit radices, corpúsue desquamauit.

Luxus, xus, m.q. Non soldm pro re uenerea, sed etiam, & fere semper propriè pro omni superfluitate & nimia profusione, & sumptuoso cibi, uestitus, & aliarum rerum cura dici solet. *ἀσωτία*. [Ital. Lussuria, sontuosità. Gall. Superfluité, excez. Hisp. Qualquiera superfluidad uiciosa, luxuria. Germ. Ein vnzymlicher vberfluß, vnmaaß, geilheit.] Cic.5.Verr. Nisi fortè existimatis, eum in uino & luxu non ritisse, qui, &c. Regali luxu splendida domus, Virg. lib.1. Aeneid. At domus interior regali splendida luxu Instruitur. Regifico luxu paratæ epulæ, Virgilius sexto Aeneidos. Tacitus libro uigesimo, Effugi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus. Luxum deponere, est fastum, pompam, habitusque splendorem abiicere. Claudianus libro secundo, Sub tua purpurei uenient fastigia reges, Deposito luxu.

Luxuria, riæ, fœm pr. siue Luxuries, ei, fœm. quint. Immodicus uoluptatum, deliciarumq; usus, nimiusq; non modò in rem ueneream, uerùm etiam in molliorem uestitum, lautioresq; epulas profusio. *ἀσωτία*. [Ital. Lussuria, superfluità. Gal. Superfluité, excez. Hisp. Luxuria, superfluidad. Germ. Vberflüſſikeit, vnmäſſigkeit, geilheit, v*ñ will in eſſen, trincken, kleidung, &c.] Cic.lib.1.Officiorum, Luxuria quum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Et paulò pòst, Turpe est diffluere luxuria. Idem pro Murena, Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Idem pro Sexto Roscio, In urbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia. Idem 2. Ver. Luxuries in flagitiis, crudelitas in supplicijs. ¶ In segetibus item, cæterisq; fœcundis, luxuries dicitur, quum alimenti ubertate quodammodo lasciuiunt, herbarum frondiúmue copiam iusto maiorem emittentes. *ἐξυβρισις*. Virgil lib.1. Georg. Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

Luxuriosus, a, um, Immodicè uoluptatibus deliciisq; indulgens, & non soldm in rei uenereæ usu, uerùm etiam in epularum apparatu, uestiumq; ornatu modum excedens, & plus satis lasciuiens. *ἀσωτος*, *ὑπερβαλλομένως*. [Ital. Lussurioso, superfluo, excessiuo. Gall. Luxurieux, excessif, trop sompteux. Hisp. Vicioso, superfluo, y luxurioso. Ger. Vberflussig, vnmäſſig, geil.] Quintil. in Proœmio libri 1. Muliebris & luxuriosus cultus non corpus exornat, sed detegit mentem. Cicero de Lege agraria contra Rullum, Vt in suis rebus, ita in Rempublicam luxuriosus nepos. Idem 2. Philipp. Multa & lauta suppellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Cic.1.de Finib. Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia uoluptatum, liberarent eos deorum & mortis, & doloris metu, &c. Ibidem, Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quòd ita uiuant, ut persequantur cuiusq; modi uoluptates. ¶ Luxuriosa lætitia, dicitur nimia & profusior quàm par sit. Liuius lib. 1. ab Vrbe condita, Sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia. ¶ Luxuriosa frumenta, quæ tam confertim & copiosè nimis proueniunt, ut immitti in ea soleant oues ad depascendum. Cic. in Orat. de rusticis loquens, Siquidem est eorum gemmare uites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. ¶ Luxuriosa uitis, quæ plures æquo frondes habeat, aut sarmenta. Colum.li.4.cap.21. Siquidem luxuriosa uitis, nisi fructu compescitur, malè defloreſcit, & in materiam frondemq; effunditur. ¶ Luxuriosa pabula, quæ maximam herbarum copiam adferunt. Plin.li.17.cap.4. Nec luxuriosa pabula, pinguis soli semper indictum habent.

Luxuriosè, aduerbium. *ἀσώτως*. [Ital. In superfluità, eccessiuamente. Gall. Auec excez & superfluité, excessiuement. Hisp. Viciosa y superfluamẽte. Germ. Vberflüſſiglich, vnmäſſiglich, in mütwillen vnd vberfluß.] ut, Luxuriosè uenere: id est, molliter & delicatè. Cic. pro Cal. Cum facinorosis audaciter, cum libidinosis luxuriosè uiuere.

Luxurio, as, neutr. & Luxurior, aris, dep. Propriè de plantis dicuntur, quum nimia alimenti ubertate quodammodo lasciuiunt ramos, frondesq; iusto plures emittentes. *ἐξυβρίζω*. [Ital. Soprabondare, lussuriare. Gall. S'abandonner toutes superfluitez, delices & uoluptez, croistre trop. Hisp. Enuiciarse, ser superfluo. Germ. Geilen.] Colum. lib. 4. cumina uiti serum, ne luxurientes demutilato. Plin. lib. 17. cap. 24. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni in tardius, ne ante hyemem luxurient. Agri quoq; pinguiores luxuriare dicuntur, quum abundè stercorati præterquàm dum feraces euadunt. Ouid. 1. Epist. Luxuriat Phrygio pinguine pinguis humus. ¶ Transfertur & ad homines, qui & ipsos luxuriare dicimus, quum rebus secundis, otiosi esse uiuunt. [Germ. Sich vberflüſſig, mütwillen vnd geil pflegen.] Tibul. Luxuriant animi rebus plerumq; secundis. Ouidius epistol. 17. Delicijsq; decet luxuriare nouis. Idem lib. 5. Fast. Nos quoq; idem facimus tunc, quum iuuenibus annis Luxuriant animi, corporaq; ipsa uigent. Lib. 1. Positis exterorum periculorum curis, ne lommorio animi, quos metus hostium disciplinaq; militaris tinuerat. ¶ A luxurior fit compositum Eluxurior, q est, ualde luxurior. Colum. lib. 3. Quod si pingui agro das uites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur.

Luxurians, tis, particip. *λιπαρογονταῖος*. Horat. lib. 2. ep. Latiumq; beabit diuite lingua: Luxuriantia compescimis aspera sano Lenabit cultu.

Luxuriatus, participium, *πλαγιογονιάσας*, Ouid. lib. 5. Non tamen ut lusit, rursus mea littera ludet: Sit sem mea luxuriata ioco. Fames luxuriata multo sanguine tius 1. Theb.

L ante Y.

Lybiestason, Glycyrrhiza, Dioſc. lib. 3. cap. 6.

Lycanthemon, Smilax apud Dioſc. lib. 4. cap. 145.

Lycapsos, Anchusa, teste Aetio, Serm. 10. cap. 2.

Lychene, Rubus apud Dioſc. lib. 4. cap. 147.

Lychni fictiles, per noctem lucentes, monomyxi, dimyxi, polymixi: id est, angulorũ & fluminum, unirum, plurium: uiolæ similis, quo corol læ faciitatu Dioſc. lib. 3. cap. 119.

Lycanthropia, *λυκανθρωπία*, Melancholicæ affecti ne insaniæ genus est, in quo qui afficiuntur, lycan *λυκάνθρωποι* dicuntur, teste Aegineta, eo quòd mitentur, noctu è lectis exilientes, & ad diem usq; pulchra diuersantes, facie interim pallida, oculisq; tibus, & lingua, sitibundi quoq;, cruribusq; immec ter exulceraris.

Lychnis coronaria, *λύχνις στεφανωτική*, Herba est q manis Genicularis, seu Bellaria uocatur. Flore uiolæ albæ magnitudine, sed purpureum. Nectit tenas. Plinius lib. 21. cap. 4. Rosam Græcam appe gus hodie Candelariam. ¶ Lychnis syluestris, *γία*, herba est satiuæ lychnidi per omnia similis, dicem Asiani Boliten uocant. Dioscorides à Ro cipitrinum pedẽ appellari testatur. Penitus tam sa est à Lysimachia, siue lutea, quam uulgus hodie ni pedis nomine agnoscit. ¶ Plinius libro 27. cap chnidem agriam scribit esse herbam lino similem nullo, flore hyacinthi, semine uitulinarum nariu tudinem referẽte: alioq; nomine antirrhinon, siu non appellari.

Lychnites, penult. prod. *λυχνίτης*, Marmor albu in Paro insula effodiebatur: sic cognominatum lucernam in cuniculis crederetur, ſicut Plinius cap. 5. testatur. ¶ Est etiam hoc nomine gemma ita dicta à lucernarum accensarum præcipua g lib. 37. cap. 7.

Lychnitis, lychnitidis, fœminini generis, tertiæ d nis, *λυχνίτις*, Herba est ex phlomidos generibu mine Thryallis dicta, foliis ternis, aut quaternis pinguibus, plumosis, ad lumina lucernarum nu tor Plin. lib. 25. cap. 10.

Lychnus, ni, m. ſ. λύχνος. Græcis idem eſt quod lucerna, παρὰ τὸ λύειν τὸ νύχος. [Ital. Lucerna, lume. Gall. Lampe, lumiere, chandelle. Hiſp. Candil, lumbre. Ger. Ein liecht, fewr oder ampel.] hoc eſt, ab eo quòd tenebras ſoluat. Virgilius 1. Aeneidos. Dependent lychni laquearibus aureis. Plautus, Lucernam emunge paromper, ut uideat anus ubi pedes ponat. Lychni penſiles lucernæ erant multis lucernis myxis, quæ ex laqueariis ſuſpenſæ totum illuſtrabant triclinium. ¶ Hinc Illychnium, ἐλλύχνιον, dicitur fusiculus, qui lucernis adhibetur, ut affuſo oleo flammam nutriat.

Lychnobii, λυχνόβιοι, Dicti ſunt, qui loco dierum noctibus uruntur, & ad lucernas uiuunt, quaſi lucernarii. Apparet ex prouerbiali ioco dictos qui lucernariam uitam ducerent, ut torqueri poſſit uel in nocturnum potorē, uel hominem ſupramodum ſtudioſum, quiquemadmodum dictum de Demoſthene) plus abſumat olei quàm uini, uel in ſordidum & parcum, quaſi de lucernario oleo uicitantem. Seneca ult. Epiſt. Nil conſumebat, niſi noctem. Itaq; crebro dicentibus illum quibuſdam auarum & ſordidum, Vos, inquit, & lychnobium dicetis.

Lychnuchus, m. ſ. λυχνοῦχος. [Ital. Lucerniere. Gall. Vn chandelier, ou qui ſouſtient la lampe, qui tient la chandelle ou autre lumiere. Hiſp. Donde ſe pone el candil. Germ. Ein liechtſtock, alles das darauff ein liechtſtadt, ein liechtreger oder da zündet.] Græcè nominatur quicquid lucernas ſuſtinet, ſiue id ſit candelabri genus, ſiue homo quiſpiam lucernam geſtans. Plinius libro 34. cap. 3. Placuêre & lychnuchi pensiles in delubris, aut arborū modo mala ferentium lucentes.

Lycium, λύκιον Dioſcoridi, Spinæ genus folia habens buxeis ſimilia: unde & pyxacantham appellarunt. Virgas habet tricubitales, quibus cum radicibus tuſis, ſuccoque expreſſo, fit medicamentum quod & ipſum lycium appellant. Naſcitur hæc ſpina copioſiſſimè in Lycia Aſiæ regione, teſte Dioſcoride: unde & nomē uidetur accepiſſe. Plin. lib. 24. cap. 14. Lycium præſtantius è ſpina fieri tradunt, quā & pyxacanthon Chironiam appellant.

Lycium, cii, n. ſ. Medicamētum ex radice rhamni ſyluestris factum. Plin. li. 24. cap. 11. Hæc radice decocta in aqua fit medicamentum quod uocant Lycium.

Lycoctonon, λυκτόνον, Aconiti genus, ita dictum, quòd ſo in crudæ carnis oſſis occultato lupos necēt uenatores. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 68.

Lycophthalmos, λυκοφθαλμός, Gemma eſt quatuor colorum, ex rutilo & ſanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia ſimilis. Plinius lib. 37. cap. 11.

Lycopſis, λυκόψις, Anchuſæ ſpecies, longioribus quàm lactuca foliis, craſſioribus, caule longo, hirſutoq;. Vide Plinium libro 27. capite 11. Galli Linguam caninam appellant.

Lycos, λύκος, Minimum aranei genus, à rapacitate dictum. Plin. lib. 10. cap. 6. Araneus, & maximè qui lycos uocatur, dolenti medetur lieni. Idem alibi lupum appellat: ut libro 11. cap. 24. Luporum nomine minimi non terunt.

Lydius lapis, Coticula eſt, cuius attrito aurum proditur huiuſmodi ſit: alio nomine Heraclius lapis uocatus, teſte Theophr. de Nat. lapid. βάσανος. Latini etiam Indicem appellant: in quem Batus ille paſtor apud Ouidium transfiguratus fingitur, manente nimirum etiamnum prodendi ſtudio. De hoc meminit Plin. lib. 33. cap. 8 his quidem uerbis. Auri, argentiq; mentionem comitatur lapis, quē Coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, ut autor eſt Theophr. nunc uerò paſſim: quē ubi Heraclium, alii Lydium uocāt. His coticulis periti cùm è uena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri ſit in ea, quantum argenti, uel æris, ſcrupuli differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Vicem autem proberbii habet in eos qui uehemēter acri exactoq; iudicio ſunt, ut lapides Lydii, λίθοι λυδικοὶ, ἢ λίθοι λυδίαι uocantur.

Lygeus, a, um, Latinè tenebricoſus. Inde Homerus Lygeam noctem uocat.

Lygos, ſeu Lygus, λύγος, Frutex eſt ad ioſtæ penè arboris magnitudinem excreſcens, is aſperis naſcens locis, & ferè in fluuiorum ripis, ramos habens longos, folia oliuæ, ſed molliora. ¶ Duo eius ſunt genera, unum flore partim albo, partim purpureo, alterum flore purpureo tantum, & ſemine piperi nō diſſimili. Ratio nominis ducta eſt à ramorum flexibilitate. Nam λύγος à Græcis dicitur uimē. Ob quam etiam rationem à Græcis Vitex dicitur. Officinæ uocant agnum caſtum.

Lympha, fœm. pr. νᾶμα, [Ital. Aqua. Gall. Eau. Hiſp. Agua. Germ. Waſſer.] A noſtris aqua, per mutationem n in l, quaſi Nympha. Nam Græcè dicitur νύμφη. Columel. libro 10. Doctaq; Parthenope Sebethide roſcida lympha. Virgilius 4. Aeneid. Dic corpus properet fluuialī ſpargere lympha. Horatius Epod. 16. Montibus altis Leuis crepitante lympha deſilit pede. Virgilius 9. Aeneidos. Hauſit de gurgite lymphas. Reſtinguere pocula lympha Horatius 1. Sermonum, Satyra 5.

Lymphaticus, i, m. ſ. νυμφόληπτος. [Ital. Matti, pazzi, furioſi. Gal. Forcenez, troublez d'eſprit par quelq; viſion. Hiſp. Locos, rauioſos. Germ. Vnſinnig, verſcheucht.] Furioſi, inſanientes: quaſi Nympharum conſpectu in furorem uerſi. Nam creditum eſt ab antiquis, ut inquit Feſtus, qui in fonte ſpeciem quandam, id eſt, imaginem nymphæ uidiſſet, furore corripi, quos Græci νυμφολήπτους, Latini Lymphaticos uocant. Plinius libro 25. capite 5. de Elleboro albo. Medetur itaque morbis comitialibus, uertigini, melancholicis, inſanientibus, lymphaticis. Plinius lib. 10. cap. 8. Semen eius potum lymphatica ſomnia facere dicitur. Linius 10 ab Vrbe, Ita uictorem equitatum uelut lymphaticus pauor diſſipat. Tales ſunt ferè ii qui ceriti & laruatici dicuntur: quaſi Cereris ira, aut laruarum occurſatione uexati. Plaut. Laruatus certè es, aut ceritus. Et alibi, Iube hanc pro cerita circunferri.

Lympho, as, uerbum actiuum, pr. In furorem ago. ἐκμαίνω, [Ital. Infuriare. Gall. Mettre hors du ſens. Hiſp. Raviar, y hazer raviar à otro. Germ. Vnſinnig oder verſcheucht machen, verwirren.] Valerius 5. Argonaut. Rupta quies: Deus ancipitem lymphauerat urbem: id eſt, turbarat, & in belli furorem uerterat. Eius paſſiuo uſus eſt Plinius li. 24. cap. 17. Hac herba epota lymphari homines. ¶ Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teſte Priſciano, ut apud Curtium, Quippe lymphari, trepidare cœperunt, omnia peſtera occulto metu percurrente. Niſi fortè ibi malimus legere lymphati.

Lymphatus, ta, tum, adiectiuum, Idem quod inſanus, uel furore correptus. νυμφόληπτος, φρενόληπτος. [Ital. Inſano, furioſo, pazzo. Gall. Forcené, troublé de ſon ſens pour quelq; viſion. Hiſp. Rauioſo. Germ. Vnſinnig.] Horat. lib. 1. Carm. Mentemq; lymphatam Mareotico Redegit in ueros timores. Virgil. 4. Aeneid. Immenſam ſine more furit lymphata per urbem: id eſt, mente commota, furiata. Plin. lib. 30. cap. 10. Rurſus magi tradunt lymphatos ſanguinis talpæ aſperſu reſipiſcere. Meru lymphato trepidare, Lucan. lib. 7. Pectora lymphata, Ouid. 11. Metam.

Lymphatio, nis, ſ. t. νυμφολαψία, φρενολαψία. [Ital. Pazzia, furia. Gall. Troublement d'eſprit forcenerie. Hiſp. Aquella obra de rauiar. Germ. Vnſinnung.] Plin. lib 15. cap. 15. Et præfixiſſe in limine è ſepulchro euulſos clauos, aduerſus nocturnas lymphationes.

Lyncurium, λυγκούριον, Gemma eſt coloris ſubflaui, quam uetuſtas credidit ex lyncis urina concreſcere: unde & nomen uidetur accepiſſe. In qua etiam ſententia fuit Plinius lib. 8. cap. 38. Item Ouid. 15 Metamorph. ubi ſic habet. E quibus (ut memorant) quicquid ueſica remiſit, Vertitur in lapides. & congelat aere tacto. Recentiores tamen aſſeruerunt lyncis urinam non concreſcere: quod etiam ſuperioribus annis compertum eſt, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aductis.

Lynx, maſculini, uel fœminini gener. genitiuo lyncis. λύγξ. [Ital. Lupo ceruiere. Gall. Lynx, une eſpece de cerf de diuerſes couleurs, & ayant le cuir tachete & de veue fort aigue. Hiſpan. Lobo cerual, animal de aguda viſta. German. Ein luchs, iſt ein flecchrig thier, hatt vberaus ein ſcharpff geſicht.] Animal eſt ex luporum ceruaniorum genere, uario colore & maculoſo tergore, acutiſſimoq; uiſu. Plinius libro 28. capite 8. Peregrinæ ſunt & lynces, quæ clariſſimè omnium quadrupedum cernunt. Horatius 2. Carm.

Carminum, Timido agitare lynces. Virgilius 1. Aeneidos, Maculoſæ tegmine lyncis. Huius urina in calculi duriciem uerti olim credebatur, & in lapidem eum concreſcere, quem ob id Lyncurium appellant. Quod tamen falſum eſſe nuper compertum eſt, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aductis.

Lynceus, a, um, adiectiuum, penult. corr. λύγκειος. Horatius 1. Serm. Satyra 2. - Ne corporis optima lynceis Contemplêre oculis. Eſt enim prius hemyſtichium uerſus dactylici finis: niſi per ſynæreſin malis duas ſyllabas in unam contrahi. ¶ Homo lynceus: id eſt, uehementer perſpicax, quem non facilè quis fefellerit. Cic. ad Varr. lib. 9. Epiſt. Quis eſt tã lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat.

Lynoſtrophon, Vide Linoſtrophon.

Lynter, Vide Linter.

Lyparis, Vide Liparis.

Lyptote, Vide Liptote.

Lȳrã, lyræ, fœm. pr. λύρα, χέλυς. [Ital. Lira. Call. Vne harpe. Hiſp. Certo inſtrumento muſico de cuerdas, como guitarra. German. Ein leire.] Inſtrumentum muſicum, in quo quot ſunt fides, tot reſonant uoces. Lyra dicta, quaſi λύτρα: propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur inueniſſe) pro boum compenſatione fuerit data: quum antè chelys diceretur. Formam habet (ut inquit Plinius lib. 9. cap. 10.) teſtudinis. Horatius 1. Carmin. Ode 10. Te canam magni Iouis, & deorum Nuncium, curuæque lyræ parentem. Ouidius 11. Metamorp. Diſtinctamque lyram gemmis, & dentibus Indis Suſtinet à læua. Idem 10. Metamorph. Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt. ¶ Lyra etiam ſignum cœleſte eſt. Varro lib. 2. de Re ruſtica, capite 5. Hoc ſecundum aſtri exortum facito, quod Græci uocant Lyram, Fidem noſtri. Lyra occidit quarto Nonas Februarii, uel certè Calẽdis Februariis, idque noctu, teſte Higino, quando occidunt terga Leonis. Ouid. 2. Faſtor. Illa nocte aliquis tollens ad ſidera uultum Dicet, ubi eſt hodie, quæ lyra fulſit heri? Qui poeticam Aſtrologiam ſcripſerunt, uolunt hanc lyram eſſe à Mercurio primùm inuentam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam: Apollinem autem inuenta cithara Orpheo lyram conceſſiſſe, mortuo autem Orpheo, à Muſis in cœlo fuiſſe collocatam. Alii dicũt eſſe lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri tyranni Corinthiaci, & primus fuit omnium cithariſtarum.

Lyricus, ca, cum, adiectiuum, Quod ad lyram pertinet. λυρικός. Hinc Poetæ Lyrici, dicti quòd ad lyram ſua carmina cantabant, ſtatuebaturq; eis chorus quinquaginta uirorũ, ac tauro donabantur. Horatius 3. Carmin. Ode 1. Quòd ſi me lyricis uatibus inſeris, Sublimi feriam ſidera uertice. Modi lyrici. Ouidius epiſt. 20. Quum lyricis ſim magis apta modis.

Lyrica, orum, neutr. gen. ſec. declin. Pro carminibus lyricis. Plinius Iunior lib. 1. epiſt. 3. Scribit enim & utraq; lingua lyrica doctiſſima.

Lyricen, nis, pen. corr. m. t. Qui lyra canit, cuius ſignificationis eſt etiam lyriſtes. λυρῳδός. [Ital. Sonatore de lira. Gall. Ioueur de harpe. Hiſpa. Tannedor de aquel inſtrumento. Germ. Ein leirer.] Plin. Iunior ad Genitorem, Quàm multi, quum lector aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt, calceos ponunt? Pro eodem etiam dicimus lyriſta, ſicut cythariſtes & cythariſta.

Lyron, Alyſma apud Dioſc. lib. 3. cap. 170.

Lyſimachia Plinio, λυσιμάχιον Dioſcoridi, Herba eſt quæ uulgò Salicaria dicitur, ſiue quòd folia habeat ſalicis, ſiue quòd ſubter ſalices naſcatur. Dicta Lyſimachia, ſiue ab inuentore Lyſimacho, ſiue παρὰ τὸ λύειν τὴν μάχην. Refert enim Plin. tantam huic herbæ componendorum diſſidiorum uim ineſſe, ut diſcordantibus iumẽtis iugo impoſita, aſperitatem eorum cohibeat.

Lyſis, huius lyſis, & lyſios. λύσις id eſt, ſolutio, à λύω, ſoluo. Cic. 3. Tuſc. Ex quo ipſam ægritudinem, & λύσιν Chryſippus, quaſi ſolutionem totius hominis appellatam putat. ¶ Lyſis in architectura, hiatus eſt ianuarum: id eſt, ſolutio continui parietis. Vitruuius lib 6. cap. 10.

Lȳtta, ſ. p. λύττα, Genus uermiculi, qui naſcitur in lingua canum. Hic ſi infantibus catulis eximitur, nec nihil latrant, nec faſtidium ſentiunt. Plin. lib. 29. cap. 5.

M



Litera una eſt ex iis quas Grammatici ἡμίφωνα ἄναλα, ἀμετάβλητα, hoc eſt ſemivocales ſimplices & immutabiles, Latini liquidas appellãt. In compoſitione & derivatione migrat in n, ſequente d, uel c, uel q: ut Tandem, tantundem, idem, idẽdem. Eorum eorundẽ, Nam, tamen, non, nonquis, nunquam. Sic etiã unusquisque, tanquam, namque, quenq, quandq, quicunq. Similiter Am præpoſitio ſequentibus ſ, uel c, uel q, mutatur in n, ut anfractus, &c. Vide in dictione Anfractus. M in interiori eius parte ſonum colligit, compreſſis labris, concluſo ore: quem poſtea mutato quodam non ſine moleſtia extrudit. Eius potiſſimum felicitas apparet, cùm claudit dictiones, quòd cum Latina lingua nimis quã ſæpe patiatur, habetur & ipſa infelix Græca cum in nulla dictione id ferat, hoc etiam nomine cenſetur beatior. Huius elementi mugientem ſonum fugiunt Poetæ Latini, curant id elidendum in carmine, ſequente uocali. Eius ſoni tamen maior & minor obſcuritas deprehenditur à loci ſitu: augetur & his modis, idemq; minuitur, quibus & aliæ mutæ, ut ſuprà dictum eſt. M in notis ſignificat quorum Marcus, uel Mutius, uel Martius, uel monumentum, uel mulier, uel miles, uel meum, uel meam, mihi, uel meſtus, modò, mors, munus. M A. Macuuius. MAG Magiſtros. M A G. Militis ager. M A G E Q. magiſter equitum. MAG MIL. magiſter militum. MAI. maior. M. AEM. Marcus Aemelius. MAT. P. FEC. ET. S. P. Q. mater piiſſima fecit, ſibi, ſuis, poſteriſq; eorum. MARIT. Maritus. M AVRelius Aurelius. MAX. Maximus. M B. Mulier bona. MCipio. M. C. Marcus Cicero, uel Marcus Cenſor, uel monumentum condidit, uel conſtitit, uel conſecrauit. M mortis cauſa fecit, uel fuit. M. C. M. mortis cauſa maſſus. M C V. manu conſertum uocauit. M. C. S. Marcus M. D. O. mihi dare oportet.

Mācellum, macelli, neutri generis, ſecundæ declinationis. Locus Romæ, quò uenalia omnia quæ ad uictum hominum pertinebant, contrahebantur. ὀψοπωλεῖον. [Ital. Piacco, mercato. Gallicè, Boucherie, marchè. Hiſp. Carniceria, ò peſcaderia. Germanicè, Ein ſpeyſe an dem man allerley dẽge ſpeyſs, als fleiſch, eyer, fiſch hat, Ein metzg.] Plautus in Aulular. Venio cellum, rogito piſces: indicant caros: aguinam, carnem omnia. Cicero ſecundo de Diuinatione, Si Epicurus luxuriæ liber corroſus eſſet, putarem annonam incariorem fore. Dictum Macellum, teſte Varrone à Macello quodam homine improbiſſimo, qui in uicinium exercebet, quo damnato Cenſores Aemylius ſtatuerunt ut in domo eius obſonia uenderentur, dactis in ærarium eius bonis. Alii Macellum dictum quòd ibi fuerit hortus, quem macellum à Lacedæmonio appellatum ferunt. Et Ioues oſtia horrorum Macellabant, ut ait Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Donatus à macellis pecoribus deriuat.

Macellarius, macellarii, maſculini generis, ſecundæ declinationis, Dicitur uenditor eorum quæ ad uictum hominum non ſolùm carnium, ſed omnium obſoniorum præter panis & frumenti uenditor: nam hæc omnia uenundabantur ὀψοπώλαις. [Italicè, Vendit uiuanda. Gallic. Vendeur de toutes uiandes. Hiſp. carnicero ò el que uende peſcado y otras coſas. Ein ſpeyſs verkeüffer.] Varro libro tertio, capite Duo ſunt ornithonis genera: unum delectationis fructus cauſa, quo genere macellarii, & in urbe habent loca clauſa: & rure maximè conducta. & apud in Cæſare. Ea quæ ad epulum pertinebant, quæ uilis oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

Macellarius, adiectiuum, ut Macellaria taberna γαστρίον, ὀψοπώλιον. Valerius Maximus libro capite quarto.

Mācer, macra, macrum, Exilem, extenuatum quem medici gracilem uocant. cuiſmodi ſunt omnes ἰσχνὸς λεπτός. [Italicè & Hiſpanicè, Magro. Germ. Mager, dürr.] Virgi. 3. Ae

quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo? Colum.lib.1. cap. 9. Nã uel pinguiſſima, uel macerrima humo iaciatur. Sipontin. à Græco *μακρὸς*, deduci putat. Illi enim *μακρὰ*, longa dicunt: quæ autem tenuia ſunt, longiora uidentur. ¶ Macer, *μάκηρ*, eſt etiam poetæ proprium, qui de herbarum uiribus ſcripſit.

Macellus, la, lum, Diminutiuum à Macer, pro macilento. Lucilius libro ſexto, Si noſti, non magnus homo eſt, naſutus, macellus. Nonius. ¶ Fuit præterea Macellus hominis improbiſſimi & ſeditioſi nomen, quo capitis damnato, redactiſq; in ærarium eius bonis, ædes etiam eius diruꝛ ſunt, eaq; in area extructum eſt ædificium uenundandis obſoniis deſtinatum: quod ab eius nomine Macellum fuit appellatum.

Macilentus, maſc.ſ. Macie extenuatus, interprete Feſto. *λεπτόπρωτος, σφακώδης*. [Ital. Macilento. Gall. Fort maigre. Hiſp. Coſa muy magra. Germ. Ermágeret, ganꝛ mager.] Plaut. Aſin. Macilentis malis rufulus, aliquantum uentrio ſus. Idem Capt. Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates? AR. Dicam tibi, Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Macies, f.q. Macritudo & Macor, ſiue Macror: Corporis extenuationem ſignificant. *λεπτότης, ἰσχνότης*. [Ital. Maggrezza. Gal. Maigreté ou maigreur. Hiſp. Magreza. Germ. Die mágere, oder magerheit.] Plautus in Capt. Oſſa atq; pellis ſum miſera macritudine. Pacuuius, Corpuſq; meum tali morrore, errore, macrore ſenet. Columel. lib. 6. cap. 14. Eſt etiam illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tuſſis & macies. Plinius lib. 10. cap. 41. Verres ſubantis audita uoce, niſi admittatur, cibum non capit uſq; in macrem. Virgil. 5. Aen. Quum ſubitò è ſyluis macie confecta ſuprema Ignoti noua forma uiri, miſerandaq; cultu Procedit. Idem 3. Georgic. Ipſa autem macie tenuant armenta uolentes.

Maceo, ces, cui, n.ſ. Idem quod macreo: hoc eſt, macer ſum. *λεπτύνομαι, συντήκομαι*. [Ital Smagrirſi. Gall. Eſtre maigre. Hiſp. Emmagreſcerſe. Ger. Mager ſein.] Plaut. in Aul. Qui oſſa, atq; pellis totus eſt, ita cura macet.

Macesco, ſcis, n.t Macer fio. *ἰσχαίνομαι, λεπτύνομαι μαραίνομαι*. [Ital. Diuenir magro. Gall. Deuenir maigre. Hiſpan. Emmagreſcerce. Germ. Mager werden.] Colum. li. 1. cap. 9. Conſtat arua ſegetibus eius (ſcilicet hordei) macreſcere. Varr. 3. de Re ruſt. cap 16. Tum propter laborem aſperantur, & macreſcunt.

Macio, as, a.p Macrum facio. *λεπτύνω, ἀποτρύω*. [Ital. Immagrire. Gall. Amaigrir. Hiſpan. Emmagreſcer à otra coſa. Germ. Ermágeren, mager machen.] Cuius compoſitum eſt Emacio, de quo uide ſuo loco.

Macreo, creꝛ, n.ſ. Macer fio: à quo Macreſco, eiuſdem ſignificationis. *λεπτύνομαι*. [Ital. Diuenir magro. Gall. Deuenir maigre, s'amaigrir. Hiſpan. Emmagreſcer. German. Mager werden.] Columella libro 6. capite 3. Dabimusq; operam, ne penuria cibi macreſcat pecus. Varro, Quia earum aſpectus ad deſiderium macreſcere facit uolucres incluſas. Martialis libro 13. Ne nimis exhauſto macreſceret inguine gallus.

Macero, as, act. pr. Quum ad corpus refertur, ſignificat attenuo, contero: ab eo quod eſt Macer, *ἀποτρύω, ἐκτήκω*. [Italicè, Macerare, ammolire, nell'acqua, ſmagrire. Gall. Amaigrir, rendre maigre, amollir, atendrir, deſtremper. Hiſp. Emmagreſcer, curtir ò remojar. Germ. Zuſmerglen, auſmágeren.] Horat. 1. Carm. Quàm penitus lentis macerer ignibus. Plaut. in Capt. Multos iſte morbus homines macerat. ¶ Quum autem ad animum, ſignificat affligo, ac nimia cura, ſtudio, uel ſolicitudine meipſum conficio, & attenuo. Plaut. in Milit. At hoc me facinus miſerum macerat, Meumq; cor, corpuſq; cruciat. Terent. Andr. Tu modò, anime mi, noli te macerare. Ibidem, Sed quid ego, cur me excrucio? cur me macero? ¶ Accipitur etiam frequentiſſimè pro eo quod eſt, humore aliquo emollire, uel in aqua quippiam aſſeruare, donec ſalſedinem aliámue ſaporem deponat. [Germanicè, Beitzen, weichmachen.] Terentius in Adelphis, Saiſamenta hæc, Stephanio, fac macerentur pulchrè. Columel. lib. 1. Piſcinas duas, alteram quæ anſeribus, pecoribuſq; ſeruiat: alteram, in qua lupinum, uimi nimina, & uirgas, atq; alia, quæ ſunt uſibus noſtris apta, maceramus. ¶ Eſt etiam Macerare aliquando proluere, madefacere. Plin. lib 11. cap. 41. de Poppea, Totum corpus illo lacte macerabat. Idem Plin. lib. 16. cap. 10. iubet podagricos macerare pedes in decocto uerbenacæ. Vitruuius etiam iubet calcem coctam diu macerari, antequam fabri ea utantur.

Maceratus, a, um, Participium, Mollis & tener factus. *ἐπλαγείς, ἐκπεφρασμένος*. [Ital. Macerato, ammollito. Gall. Deſtrempé, macerć. Hiſpan. Curtido ò remojado. Germ. Geweicht, lind gemacht.] Plaut. Pœn. Macerato hoc pinguet fiunt auro in Barbaria boues.

Macereſco, Idem eſt quod Maceror, hoc eſt, madefio, & mollificor. *ὑγραίνομαι*. [Ital. Macerarſi. Gall. Se deſtremper & amollir. Hiſp. Remojarſe. Germ. Yueich werden.] Cato de Re ruſt. cap. 92. Frumento curculio ne nocear, neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearum paulum additο, fiolte macereſcant.

Macro, as, Macero, cuius compoſitum eſt Emacro, quod eſt ualde macrum facio. *ἰσκαίνω*. [Ital. Smagrare. Gall. Amaigrir. Hiſp. Emmagreſcer à otro. Germ. Zuſmágeren.] Plinius libro 18. Terram emacrari hoc ſatu, ſcilicet milii, exiſtimantes.

Macēria, riæ, fœm. pr. & Maceries, ei, fœm. quint. Paries ſine morus, uel congeries lapidum in unum compactorum, ſine intrita, aut alio genere terruminis: cuiuſmodi parietes ferè eos eſſe uidemus, quibus uineæ claudi ſolent. *τὸ τειχίον, ἀγγύς*. [Ital. Muro ſecco, ſenza calcina. Gall. Murail le ſeche ſans mortier. Hiſp. El albarada de piedras ſin barro. Germ. Ein ſolche maur in welcher die ſtein an einandern nit gepflaſteret ſind, ein ſteinmeeren.] Terent. in Adelph. Iobe hanc maceriam dirui. Varro tamen aliter lib. 3. de Re ruſtic. cap. 12. Quis ignorat ſepta è macceriis ita eſſe oportere in leporario, ut tectorio tecta ſint, & ſint alta? Cato de Re ruſt. cap. 15. Macceria ſi ex calce & cæmentis, uel ſilice ædificetur. ¶ Legitur quandoq; Maceries apud antiquos, pro macie, uel macilentia. *λεπτότης*. Atranius, Si ille hoc nunc ſenrit, facere illi ſatis uis, quanta illius mors ſit maceries tibi. Nonius.

Măchæra, æ, ſ.p. *μαχαῖρα*. [Ital. Spada, ſcimiterra. Gal. Glaiue ou eſpée. Hiſp. Eſpada. Germ. Ein ſägen.] Sica, gladius, culter. Quod nomen impoſitum eſt à Græcis, à uerbo *μάχομαι*, quod eſt pugno. Iuuenal. Saty 7. Ames nomen uictumq; machæræ. Apul lib. 9. de Aſin. Comminabatur ſeſe conciſurum eum machæra truſtatim.

Machærophorus, m.ſ. *μαχαιροφόρος*. [Ital. Spadaccino. Gal. Eſpadaſſin, maiſtre d'eſcrime. Hiſp. Eſgremidor, que trahe eſpada. Germ. Der ein ſägen tregt.] Sicarius, gladium ferens. Cic. ad Quint. fratr. lib. 6. Hominem portani ad mare æſtophoro, machærophoris centum ſequentibus.

Machæropœus, m.ſ. *μαχαιροποιός*. [Ital. Spadaio. Gall. Forbiſſeur, taiſeur d'eſpées. Hiſpan. El que haze eſpadas. Germ. Ein meſſer ſchmid.] Faber gladiorum. Quo nomine dictus eſt Demoſthenis pater, ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multisq; artificii ſeruis inſtructam habebat.

Machæron, Viridis cuiuſdã compoſitionis nomen, in re medica, ad morbos articulares & Iſchiada. Macherion medicus. Citatur eius pharmacũ in atræ bilis cura ab Actio, Ser. 2. cap. 82. Machæromion. Xiphion apud Dioſc. li. 4. cap. 23.

Mathalaum, Nomen Græcum, compoſitum ex *μάθη*, quod magnum ſignificat, & *ἀλαὸς*, cæcum & errantem. Oppidum Brixia, agro Inſubrum clade nobile.

Machīna, pen. corr. fœm. p. Molitio, inuentio. *μηχανή*. [Ital. Machina. Gall. Machine, ſubtile inuention. Hiſp. Fabrica, ſotil inuencion. Germ. Ein gerüſt oder rüſtzeug.] Vnde Mechanicus, faber, ſeu opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul & manibus fiunt. Et Mechanica ars, fabrilis. Vnde artes diuidunturin Liberales, & Mechanicas. Aſconius, Machina dicitur, ubi non tam materiæ ratio, q̃ manus, atq; ingenii ducitur. ¶ Machina etiam dicitur inſtrumentum, quo moles aliqua facilè quocunq; uolueris, impelli poteſt. Plin. lib. 19. cap. 1. de Spartho loquens, Qui uolet miraculum æſtimare, quanto ſit in uſu omnibus terris nauium ac mamẽtis, machinis ædificationum. Et Machinas bellicas, *ἑλεπόλεις*, uocamus opera fabrilia, quib. in bello utimur. Virgil. 2. Aeneid. Quo molem hanc immanis equi ſtatuêre? quis

quis autor? Quidue petunt? quæ religio? aut quæ machina belli? Horat. 2. Epist. 2. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Vitruuius lib. 10. cap. 19 Constituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè λιτροβόλον dicitur, in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries. ¶ Morales machinæ. Plin. lib. 7. cap. 56. ¶ Item ipsa consilia, quibus decipere hostem conamur, Machinæ uocantur. Plaut. in Bacch. Aliquam machinabor machinam. Cic. 1. de Nat. deor. Nec quid inde auferam, Nec quem dolum ad eum, machinámue commoliar, Scio quicquã. Idem ad Brutum, Ad reliquos hic quoq; mihi labor accessit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem.

Machinalis, & hoc machinale, om. t. Quod ad machinas spectat, μηχανικός. ut, Machinalis scientia apud Plin. lib. 6. capite 17. Grande & Archimedi Geometricæ & machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit.

Machinarius, rii, masc. s. Machinarum opifex. μηχανοποιός. Paul. l. Si putator. ad leg. Aquil. Si machinarius hominem prætereuntem occiderit.

Machinor, aris, d. p. Imaginor, cogito, per dolum aliquid molior. ἐπινοῶμαι, μηχανεύω. [Ital. Machinare, imaginare. Gall. Machiner, trouuer quelque finesse. Hispan. Buscar y pensar cosa de engenno. Germ. Erdencken, vnderston, zurüsten mit listen.] Frequentius enim in malam partem accipitur. Plaut. in Casin. Illa nubet mihi: machinare quod lubet. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Confestim Turno necem machinatur. Sallust. in Catilin. Iam tum non Consulibus, sed plerisq; Senatoribus perniciem machinabãtur. Dicitur autem machinari à μηχανάομαι, quod est inuenio. Vnde μηχάνημα, inuentæ & molimen dicitur. Cic. 3. de Nat. deor. Niobe, parúmne ratiocinari uidetur, & sibi ipsa nefariam pestem machinari? Machinari pestem aliquam in omnes. Cic. in Catil. ¶ Accipitur etiam machinari in bonã partem, pro inuenire rationem. Cic. 2. de Diuin. Nam primùm aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis causa natura machinata est.

Machinamentum, ci, n. s. Pro machina capitur. μηχανή. Liuius 4. belli Punici, Turres contabulatas, machinamentaq; alia quatiendis muris portabant. Tacit. lib. 1. Adiabeni quum promouere scalas & machinamenta inciperent, facilè detrusi

Machinator, ris, m. t. Machinarum inuentor, aut opifex. μηχανοποιός. Liuius 4. belli Punici, Archimedes is erat, unius eus spectator cœli, syderumq;, mirabilior tamen inuentor ac machinator tormentorum bellicorum, operumq;, qui ea, quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perleui momento ludificaretur. ¶ Machinator item dicitur, doli alicuius & fraudis consutor. μηχανορράφος. Cic. in Catil. Improbissimus machinator omnium scelerum: hoc est, inuentor & autor.

Machinatio, fœm. t. Aliud uerbale, pro inuentione & astutia. μηχάνημα. [Ital. Inuentione, astutia. Gall. Inuention & subtil moien, engin. Hisp. Sotil inuencion de engenno. Germ. Ein listige erdenckung oder erfindung.] Colum. li. 6. cap. 2. Hac machinatione consequemur, ut etiã contumaces boues grauissima onera non recusent. Interdum etiam pro ipsa machina. Cæsar 2. bel. Gal. Primus irridere ex muro, atq; increpitare nocibus, quòd tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur.

Machinosus, a, um, πολυμήχανος, Machinis confectus, uel dolis excogitatus: ut, Nauigium machinosum apud Suet. in Nerone, cap. 14. Repetentiq; Baulos in locũ corrupti nauigii, machinosum illud obtulit.

Machalis, Fera est Scandinauiæ insulæ peculiaris, alcæ similis, sed nullo suffraginum flexu. Vnde dormitura non'cubat, sed arbori se acclinans somnum capit: quæ à nenatoribus antè soccisa, quum semel ceciderit, erigere se non potest, eaque sola ratione capitur: aliàs miræ uelocitatis. Labrum ei superius prægrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Vide Plin. lib. 8. cap. 15.

Macĭdatus, m. s. Liquoris infusione madens. [Ital. Bagnato. Gal. Moillé, trempé. Hisp. Mojado. Ger. Genetzt, befeüchtiget.] Apuleius libro 8. Ille spongiis macidatis tumores comprimere.

Macir Plinio, aliis Macer, μακίς Dioscoridi, Cortex est subrufus, & magnæ radicis, qui ex India adnehitur, detractus ex arbore sui nominis. Vide Plin. lib. 12. cap. 8. Officina Macis appellatur.

Macrocatalectos, μακροκατάληκτος, Dictio in longum desinens.

Macrochira, f. pr. μακρόχειρα. Tunica manicata, quæ & chirodata appellatur. Lamp. Macrochiras ex purpura ad usum suum reuocauit. Has Romæ induere fuit indecorũ. Augustus lib. 1. de Doctr. Talares ac manicatas tunicas habere apud ueteres Romanos, flagitium erat.

Luxurio, as, neutr. & Luxurior, aris, dep. Propriè de plantis dicuntur, quum nimia alimenti ubertate quodammodo laſciuiunt ramos, frondeſq; iuſto plures emittentes. *ἐξυβρίζειν*. [Ital. Soprabondare, luſſuriare. Gall. S'abandonner à toutes ſuperfluitez, delices & uoluptez, croiſtre trop. Hiſp. Enuiciarſe, ſer ſuperfluo. Germ. Geilen.] Colum.lib.3. Cacumina uitigerum, ne luxurientur demutilato. Plin lib.17. cap.24. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni in calidis ſerius, ne ante hyemem luxurient. Agri quoq; præpingues luxuriare dicuntur, quum abundè ſtercorati præter modum feraces euadunt. Ouid.1.Epiſt. Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus. ¶ Transfertur & ad homines, quos & ipſos luxuriare dicimus, quum rebus ſecundis, otióue laſciuiunt. [Germ. Jem vberfluß, mutwillen vnd geilheit pflegen.] Tibul. Luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis. Ouidius epiſtol.17. Deliciiſq; decet luxuriare nouis. Idem lib.1. Faſt. Nos quoq; idem facimus tunc, quum inuenilibus annis Luxuriant animi, corporaq; ipſa uigent. Liuius lib.1. Poſitis exterorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hoſtium diſciplinaq; militaris cõtinuerat. ¶ A luxurior fit compoſitum Eluxurior, quod eſt, ualde luxurior. Colum.lib.3. Quod ſi pingui agro ualidas uites depoſueris, pampinis magis eluxuriabuntur.

Luxurians, tis, particip. *διαλαμπρυνόμενος*. Horat.lib.2.epiſt.2. Latiumq; beabit diuite lingua: Luxuriantia compeſcet, amis aſpera ſano Lenabit cultu.

Luxuriatus, participium, *πλαταγωνιάσας*, Ouid.lib.5.Triſt. Non tamen ut luſit, rurſus mea littera ludet: Sit ſemel illa mea luxuriata loco. Fames luxuriata multo ſanguine, Statius 2. Theb.

L ante Y.

Lybiſtaſon, Glycyrrhiza, Dioſc.lib.3.cap.6.

Lycanthemon, Smilax apud Dioſc.lib.4 cap.145.

Lycapſos, Anchuſa, teſte Aetio, Serm 10. cap.2.

Lychene, Rubus apud Dioſc.lib.4.cap.147.

Lychni fictiles, per noctem locantes, monomyxi, dimyxi, et myxi, polymixi: id eſt, angulorũ & luminum, unius, duorum, plurium: uiolæ ſimilis, quo corollæ facilitatur. Vide Dioſc.lib.3.cap.119.

Lycanthropia, *λυκανθρωπία*, Melancholicæ affectionis & uecinſaniæ genus eſt, in quo qui afficiuntur, lycanthropi, *λυκάνθρωποι* dicuntur, teſte Aegineta, eo quòd lupos imitentur, noctu è lectis exilientes, & ad diem uſq; inter ſepulchra diuerſantes, facie interim pallida, oculiſq; arefactis, & lingua, ſitibundi quoq;, cruribusq; immedicabiliter exulceratis.

Lychnis coronaria, *λύχνις στεφανωτική*, Herba eſt quæ à Romanis Genicularis, ſeu Bellaria uocatur. Florem habet uiolæ albæ magnitudine, ſed purpureum. Nectitur ad coronas. Plinius lib.21.cap.4. Roſam Græcam appellat nunc gus hodie Candelariam. ¶ Lychnis ſylueſtris, *λυχνὶς ἀγρία*, herba eſt ſatiuæ lychnidi per omnia ſimilis, cuiorem dicem Aſiani Boliten uocant. Dioſcorides à Romanis capitrinum pedẽ appellari teſtatur. Penitus tamen diuerſa eſt à Lyſimachia, ſiue lutea, quam uulgus hodie accipiti pedis nomine agnoſcit. ¶ Plinius libro 21. capite 10. Lychnidem agriam ſcribit eſſe herbam lino ſimilem, radice nulla, flore hyacinthi, ſemine uitulinarum uarium ſimilitudinem referẽte: aliiſq; nomine antirrhinon, ſiue anarrhinon appellari.

Lychnites, penult. prod. *λυχνίτης*. Marmor album, quod in Paro inſula effodiebatur: ſic cognominatum, quòd ad lucernam in cuniculis caderetur, ſicut Plinius libro 36. cap.5. teſtatur. ¶ Eſt etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta à lucernarum accenſatum præcipua gratia. Plin. lib.37.cap.7.

Lychnitis, lychnitidis, fœminini generis, tertiæ declinationis, *λυχνῖτις*, Herba eſt ex phlomidos generibus, alio nomine Thryallis dicta, foliis ternis, aut quaternis, craſſis, pinguibus, plumoſis, ad lumina lucernarum utilibus. Autor Plin. lib.25.cap.10.

Lychnis,

Lychnus, ni. m. ſ. λύχνος. Græcis idem eſt quod lucerna, ὡς παρὰ τὸ λύειν τὸ νύκτωρ. [Ital. Lucerna, lume. Gall. Lampe, lumiere, chandelle. Hiſp. Candil, lombre. Ger. Ein liecht, kertz oder ampel.] hoc eſt, ab eo quòd tenebras ſoluat. Virgilius 1. Aeneidos. Dependent lychni laquearibus aureis. Plautus, Lucernam emunge parumper, ut uideat anus ubi pedes ponat. Lychni penſiles lucernæ erant multis lucentes myxis, quæ ex laquearibus ſuſpenſæ totum illuſtrabant triclinium. ¶ Hinc Illychnium, ἐλλύχνιον, dicitur fu niculos, qui lucernis adhibetur, ut affuſo oleo flammam nutriat.

Lychnobii, λυχνόβιοι, Dicti ſunt, qui loco dierum noctibus uruntur, & ad lucernas uiuunt, quaſi lucernarii. Apparet ex prouerbiali ioco dictos qui lucernariam uitam ducerent, ut torqueri poſſit uel in nocturnum potorē, uel hominem ſupramodum ſtudioſum, quiſquemadmodum dictum de Demoſthene) plus abſumat olei quàm uini, uel in ſordidum & parcum, quaſi de lucernario oleo uictitantem. Seneca ult. Epiſt. Nil conſumebat, niſi noctem. Itaq; crebro dicentibus illum quibuſdam auarum & ſordidum, Vos, inquit, & lychnobium dicetis.

Lychnuchus, m. ſ. λυχνοῦχος. [Ital. Luceriere. Gall. Vn chandelier, ou qui ſouſtient la lampe, qui tient la chandelle ou autre lumiere. Hiſp. Donde ſe pone el candil. Germ. Ein liechtſtock, alles das darauff ein liechtſtade, ein liechtreger der da zündet.] Græcè nominatur quicquid lucernas ſuſtinet, ſiue id ſit candelabri genus, ſiue homo quiſpiam lucernam geſtans. Plinius libro 34. cap. 3. Placuêre & lychnuchi penſiles in delubris, aut arborū modo mala ferentium lucentes.

Lycium, λύκιον Dioſcoridi, Spinæ genus folia habens buxeis ſimilia: unde & pyxacantham appellarunt. Virgas habet tricubitales, quibus cum radicibus tuſis, ſuccoque expreſſo, fit medicamentum quod & ipſum lycium appellant. Naſcitur hæc ſpina copioſiſſimè in Lycia Aſiæ regione, teſte Dioſcoride: unde & nomē uidetur accepiſſe. Plin. lib. 24. cap. 14. Lycium præſtantius è ſpina fieri tradunt, quā & pyxacanthon Chironiam appellant.

Lycium, cii, n. ſ. Medicamētum ex radice rhamni ſyluestris factum. Plin. li. 24. cap. 11. Hac radice decocta in aqua fit medicamentum quod uocant Lycium.

Lycoctonon, λυκοκτόνον, Aconiti genus, ita dictum, quòd eo in crudæ carnis eſſe occultato lupos necēt uenatores. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 66.

Lycophthalmos, λυκοφθαλμός, Gemma eſt quatuor colorum, ex rutilo & ſanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia ſimilis. Plinius lib. 37. cap. 11.

Lycopſis, λυκόψις, Anchuſæ ſpecies, longioribus quàm lactuca foliis, craſſioribuſq; caule longo, hirſutóq;. Vide Plinium libro 27. capite 11. Galli Linguam canibam appellant.

Lycos, λύκος, Minimum aranei genus, à rapacitate dictum. Plin. lib 30. cap. 6. Araneus, & maximè qui lycos uocatur, dolenti medetur lieni. Idem alibi lupum appellat: ut libro 11. cap. 24. Luporum nomine minimi non ceſſant.

Lydius lapis, Coticula eſt, cuius attrito aurum proditur huiuſmodi ſit: alio nomine Heraclius lapis uocatus, teſte Theophr. de Nat. lapid. βάσανος. Latini etiam Iudicem appellant: in quem Batus ille paſtor apud Ouidium transfiguratus fingitur, manente nimirum etiamnum prodendi ſtudio. De hoc meminit Plin. lib. 33. cap. 8 his quidem uerbis. Auri, argentiq; mentionem comitatur lapis, quē Coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, ut autor eſt Theophr. nunc uerò paſſim: quē ubi Heraclium, alii Lydium uocāt. Iis coriculis periti cum è uena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri ſit in ea, quantum argenti, uel æris, ſcrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Vicem autem proberbii habet in eos qui uehemēter acri exactoq; iudicio ſunt, ut lapides Lydii, λίθοι λυδικοὶ, ἢ λίθοι λυδίαι uocantur.

Lygeus, a, um, Latinè tenebricoſus. Inde Homerus Lygeam noctem uocat.

Lygos, ſeu Lygus, λύγος, Frutex eſt ad ioſtæ penè arboris magnitudinem excreſcens, in aſperis naſcens locis, & ferè in fluuiorum ripis, ramos habens longos, folia oliuæ, ſed molliora. ¶ Duo eius ſunt genera, unum flore partim albo, partim purpureo, alterum flore purpureo tantùm, & ſemine piperi nō diſſimili. Ratio nominis ducta eſt à ramorum flexibilitate. Nam λύγος à Græcis dicitur uimē. Ob quam etiam rationem à Græcis Vitex dicitur. Officinæ uocant agnum caſtum.

Lympha, fœm. pr. νᾶμα. [Ital. Aqua. Gall. Eau. Hiſp. Agua. Germ. Waſſer.] A noſtris aqua, per mutationem u in l, quaſi Nympha. Nam Græcè dicitur νύμφη. Columel. libro 10. Doctaq; Parthenope Sebethide roſcida lympha. Virgilius 9. Aeneid. Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Horatius Epod. 16. Montibus altis Leuis crepitante lympha deſilit pede. Virgilius 7. Aeneidos. Hauſit de gurgite lymphas. Reſtinguere pocula lympha Horatius 1. Sermonum, Satyra 5.

Lymphatici, m. ſ. νυμφόληπτοι. [Ital. Matti, pazzi, furioſi. Gal. Forcenez, troublez d'eſprit par quelq; viſion. Hiſp. Locos, rauioſos. Germ. Vnſinnig, verſcheucht.] Furioſi, inſanientes: quaſi Nympharum conſpectu in furorem uerſi. Nam creditum eſt ab antiquis, ut inquit Feſtus, qui in fonte ſpeciem quandam, id eſt, imaginem nymphæ uidiſſet, furore corripi, quos Græci νυμφόληπτους, Latini Lymphaticos uocant. Plinius libro 27. capite 5. de Elleboro albo, Medetur itaque morbis comitialibus, uertigini, melancholicis, inſanientibus, lymphaticis. Plinius lib. 28. cap. 8. Semen eius potum lymphatica ſomnia facere dicitur. Liuius 10 ab Vrbe, Ita victorem equitatum uelut lymphaticus pauor diſſipat. Tales ſunt ferè ii qui ceriti & laruatici dicuntur: quaſi Cereris ira, aut larorum occurſatione uexati. Plaut. Laruatus certè es, aut ceritus. Et alibi, Iube hanc pro cerita circunferri.

Lympho, as, ere, actiuum, pr. In furorem ago. ἐκμαίνω, [Ital. Infuriare. Gall. Mettre hors du ſens. Hiſp. Raviar, y hazer raviar à otro. Germ. Vnſinnig oder verſcheucht machen, verwirren.] Valerius 5. Argonaut. Rupta quies: Deus ancipitem lymphauerat urbem: id eſt, turbarat, & in belli furorem uerterat. Eius paſſiuo uſus eſt Plinius li. 20. cap. 17. Hac herba epota lymphari homines. ¶ Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teſte Priſciano, ut apud Curtium, Quippe lymphari, trepidare cœperunt, omnia pectora occulto metu percurrente. Niſi forte ibi malimus legere lymphati.

Lymphatus, ta, tum, a. dictiuum, Idem quod inſanus, uel furore correptus. νυμφόληπτος, φρενόληπτος. [Ital. Inſano. furioſo, pazzo. Gall. Forcené, troublé de ſon ſens pour quelq; viſion. Hiſp. Rauioſo. Germ. Vnſinnig.] Horat. lib. 1. Carm. Mentemq; lymphatam Marcotico Redegit in ueros timores. Virgil. 4. Aeneid. Immenſam ſine more furit lymphata per urbem: id eſt, mente commota, furiata. Plin. lib 30. cap. 10. Rurſus magi tradunt lymphatos ſanguinis talpæ aſperſu reſipiſcere. Metu lymphato trepidare, Lucan. lib. 7. Pectora lymphata, Ouid. 11. Metam.

Lymphatio, nis, f. t. νυμφολαψία, φρενολαψία. [Ital. Pazzia, furia. Gall. Troublement d'eſprit forcenerie. Hiſp. Aquella obra de rauiar. Germ. Vnſinnung.] Plin. lib 15. cap. 15. Et præfixiſſe in limine è ſepulchro cruſtos clauos, aduerſus noſturnas lymphationes.

Lyncurium, λυγκούριον, Gemma eſt coloris ſubflaui, quam uetuſtas credidit ex lyncis urina concreſcere: unde & nomen uidetur accepiſſe. In qua etiam ſententia fuit Plinius lib. 8. cap. 38. Item Ouid 15 Metamorph. ubi ſic habet. E quibus (ut memorant) quicquid neſica remiſit, Vertitur in lapides, & congelat acre tacto. Recentiores tamen aſſeruerunt lyncis urinam non concreſcere: quod etiam ſuperioribus annis compertum eſt, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aductis.

Lynx, maſculini, uel fœminini gener. genitiuo lyncis. λύγξ. [Ital. Lupo cerulere. Gall. Lynx, une eſpece de cerf de diuerſes couleurs, & ayant le cuir tachete & de ueue fort aigue. Hiſpan. Lobo cerual, animal de aguda viſta. German. Ein luchs, iſt ein flecchtig thier, hatt vberaus ein ſcharpff geſicht.] Animal eſt ex luporum cerauinorum genere, uario colore & maculoſo tergore, acutiſſimoq; uiſu. Plinius libro 28. capite 8. Peregrinæ ſunt & lynces, quæ clariſſimè omnium quadrupedum cernunt. Horatius 2.

Carm

Carminum, Timido agitare lynces. Virgilius 1. Aeneidor, Maculoſæ tegmine lyncis. Huius urina in calculi duriciem uerti olim credebatur, & in lapidem eum concreſcere, quem ob id Lyncurium appellant. Quod tamen falſum eſſe nuper compertum eſt, lyncibus aliquot ex Africa in Gallia aductis.

Lynceus, a, um, adiectiuum, penult. corr. λύγκειος. Horatius 1. Serm. Satyra 2.- Ne corporis optima lynceis Contemplêre oculis. Eſt enim prius hemyſtichium uerſus dactylici finis: niſi per ſynæreſin malis duas ſyllabas in unam contrahi. ¶ Homo lynceus: id eſt, uehementer perſpicax, quem non facilè quis fefellerit. Cic. ad Varr. lib. 9. Epiſt. Quis eſt tã lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat.

Lynoſtrophon, Vide Linoſtrophon.

Lynter, Vide Linter.

Lyparis, Vide Liparis.

Lyptote, Vide Liptote.

Lyra, lyræ, fœm. pr. λύρα, χέλυς. [Ital. Lira. Gall. Vne harpe. Hiſp. Certo inſtrumento muſico de cuerdas, como guitarra. German. Ein leire.] Inſtrumentum muſicum, in quo quot ſunt fides, tot reſonant uoces. Lyra dicta, quaſi λύτρα: propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur inuenieſſe) pro boum compenſatione fuerit data: quum antè chelys diceretur. Formam habet (ut inquit Plinius lib. 9. cap. 10.) teſtudinis. Horatius 1. Carmin. Ode 10. Te canam magni Iouis, & deorum Nuncium, curuæque lyræ parentem. Ouidius 11. Metamorp. Diſtinctamque lyram gemmis, & dentibus Indis Suſtinet à læua. Idem 10. Metamorph. Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt. ¶ Lyra etiam ſignum cœleſte eſt. Varro lib. 2. de Re ruſtica, capite 5. Hoc ſecundum aſtri exortum facito, quod Græci uocant Lyram, Fidem noſtri. Lyra occidit quarto Nonas Februarii, uel certè Calẽdis Februariis, idque noctu, teſte Higino, quando occidunt terga Leonis. Ouid. 3. Faſtor. Illa nocte aliquis tollens ad ſidera uultum Dicet, ubi eſt hodie, quæ lyra fulſit heri? Qui poeticam Aſtrologiam ſcripſerunt, uolunt hanc lyram eſſe à Mercurio primùm inuentam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatum: Apollinem autem inuenta cithara Orpheo lyram conceſſiſſe, mortuo autem Orpheo, à Muſis in cœlo fuiſſe collocatam. Alii dicũt eſſe lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri tyranni Corinthiaci, & primus fuit omnium cithariſtarum.

Lyricus, ca, cum, adiectiuum, Quod ad lyram pertinet. λυρικός. Hinc Poetæ Lyrici, dicti quòd ad lyram ſua carmina cantabant, ſtatuebãturq; eis chorus quinquaginta uirorũ, ac tauro donabantur. Horatius 1. Carmin. Ode 1. Quòd ſi me lyricis uatibus inſeris, Sublimi feriam ſidera uertice. Modi lyrici. Ouidius epiſt. 10. Quum lyricis ſim magis apta modis.

Lyrica, orum, neutr. gen. ſec. declin. Pro carminibus lyricis. Plinius Iunior lib. 1. epiſt. 3. Scribit enim & utraq; lingua lyrica doctiſſima.

Lyricen, nis, pen. corr. m. t. Qui lyra canit, cuius ſignificationis eſt etiam lyriſtes. λυρῳδός. [Ital. Sonatore de lira. Gall. Ioueur de harpe. Hiſpa. Tannedor de aquel inſtrumento. Germ. Ein leirer.] Plin. Iunior ad Genitorem. Quàm multi, quum lector aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt, calceos ponunt? Pro eodem etiam dicimus lyriſta, ſicut cythariſtes & cithariſta.

Lyron, Alyſma apud Dioſc. lib. 3. cap. 170.

Lyſimachia Plinio, λυσιμάχιον Dioſcoridi, Herba eſt quæ uulgò Salicaria dicitur, ſiue quòd folia habeat ſalicis, ſiue quòd ſubter ſalices naſcatur. Dicta Lyſimachia, ſiue ab inuentore Lyſimacho, ſiue παρὰ τὸ λύειν τὴν μάχην. Refert enim Plin. tantam huic herbæ componendorum diſſidiorum uim ineſſe, ut diſcordantibus iumẽtis iugo impoſita, aſperitatem eorum cohibeat.

Lyſis, huius lyſis, & lyſios. λύσις: id eſt, ſolutio, à λύω, ſoluo. Cic. 3. Tuſc. Ex quo ipſam ægritudinem, & λύσιν Chryſippus, quaſi ſolutionem totius hominis appellarunt putat. ¶ Lyſis in architectura, hiatus eſt iunaurum: id eſt, ſolutio continui parietis. Vitruuius lib 8. cap. 10.

Lytta, ſ. p. λύττα, Genus uermiculi, qui naſcitur in lingua canum. Hic ſi infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. Plin. lib. 29. cap. 5.

M

Litera una eſt ex iis quas Græci Grammatici ἡμίφωνα ἄφωνα, uel ἀμετάβολα, hoc eſt ſemiuocales ſimplices, & immutabiles, Latini liquidas appellãt. In compoſitione & deriuatione migrat in n, ſequente d, uel t, uel c, uel q: ut Tandem, tantundem, idem, idẽ tidem. Eorum eorundẽ, Num, nunc uel, nonquis, nunquam. Sic circunquaque, tanquam, nanque, quenq, quanq, quicunq. Similiter Am præpoſitio ſequentibus t, uel c, uel q, mutatur in n, ut anfractus, &c. Vide in dictione Anfractus. M in interiori eius parte ſonũ colligit, compreſſis labris, concluſo ore: quem poſtea mugitu quodam non ſine moleſtia extrudit. Eius potiſſimum in felicitas apparet, cùm claudit dictiones, quòd cum Latina lingua nimis quã ſæpe patiatur, haberur & ipſa infelicior. Græca cum in nulla dictione id ferat, hoc etiam nomine cenſetur beatior. Huius elementi mugientem ſonum fugiẽtes Poetæ Latini, curant id elidendum in carmine, ſequente uocali. Eius ſoni tamen maior & minor obſcuritas dependitur à loci ſitu: augetur & his modis, idemq; minuitur quibus & aliæ mutæ, ut ſuprà dictum eſt. M in notis antiquorum Marcus, uel Murius, uel Martius, uel monumentum, uel mulier, uel miles, uel meum, uel mesa, mihi, moleſtus, modò, mors, munus. MA. Macuuius. MAG. Magiſtratus. MAG. Militis ager. MAG. EQ. magiſter equitum. MAG MIL. magiſter militum. MAI. maior. M. AEM. Marcus Aemelius. MAT. P. FEC. ET. S. P. Q. mater piiſſima fecit, & hi, ſuis, poſteriſq; eorum. MARIT. Maritus. M AVR Marcus Aurelius. MAX. Maximus. M B. Mulier bona. MC. Macipio. M. C. Marcus Cicero, uel Marcus Cenſor, uel monumentum condidit, uel conſtitit, uel conſecrauit. M. C. F. mortis cauſa fecit, uel fuit. M. C. M. mortis cauſa manumiſſus. M. C V. manu conſertum uocauit. M. C. S. Marcus Cæſ. M. D. O. mihi dare oportet.

Mãcellum, macelli, neutri generis, ſecundæ declinationis. Locus Romæ, quò uenalia omnia quæ ad uictum humanum pertineb. nt, contrahebantur. ὀψωνιλεῖον. [Italicè, Piacco, mercato. Gallicè, Boucherie, marchè. Hiſpanicè, Carniceria, ò peſcaderia. Germanicè, Ein ſpeyſmarckt an dem man allerley ãſige ſpeyſs, als fleiſch, eyer, kãſs, &c. feil hat, Ein metzg.] Plautus in Aulular. Venio ad macellum, rogito piſces: indicant caros: agninam eram, ea omnia. Cicero ſecundo de Diuinatione, Si Epicuri de Voluptate liber corroſus eſſet, potatem annonam in macello cariorem fore. Dictum Macellum, teſte Varrone & Feſto, à Macello quodam homine improbiſſimo, qui in orbe latinitium exercebet, quo damnato Cenſores Aemylius & Fulvius ſtatuerunt ut in domo eius obſonia uenderentur, redactis in erarium eius bonis. Alii Macellum dictum putãt, quòd ibi fuerit hortus, quem macellum à Lacedæmoniis appellatum ferunt. Et Iones oſtia horrorum Macellorum uocabant, ut ait Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Donatus à macrandis pecoribus deriuat.

Macellarius, macellarii, maſculini generis, ſecundæ declinationis, Dicitur uenditor eorum quæ ad uictum pertinent, non ſolùm carnium, ſed omnium obſoniorum, quinetiã panis & frumenti uenditor: nam hæc omnia in macello uenundabantur. ὀψοπώλης. [Italicè, Venditore d'ogni uiuanda. Gallicè, Vendeur de toutes uiandes. Hiſpanicè, El carnicero ò el que uende peſcado y otras coſas. Germanicè, Ein ſpeyſs verkeuffer.] Varro libro tertio, capite quarto, Duo ſunt ornithonis genera: unum delectationis, alterum fructus cauſa, quo genere macellarii, & in urbe quidam habent loca clauſa: & rure maximè condũcta, &c. Suetonius in Cæſare. Ea quæ ad epulum pertinebant, quanuis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

Macellarius, adiect. uum, ut Macellaria taberna, ὀψεπώλιον ἀγορίον, ὀψοπώλιον. Valerius Maximus libro tertio, capite quarto.

Mãcer, macra, macrum. Exilem, exenuatum & ſpiniſſe, quem medici gracilem uocant. Eiuſmodi ſunt bilioſi fere omnes ἰσχνὸς λεπτός. [Italicè & Hiſpanicè, Magro. Gallicè, Maigre. Germ. Mager, dürr.] Virgi. 3. Aeneid. Hecbe quam

quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo? Colum. lib. 2. cap. 9. Nã uel pinguiſſima, uel macerrima humo iaciatur. Siportin. à Græco μακρὸς, deduci putat. Illi enim μακρὰ, longa dicunt: quæ autem tenuia ſunt, longiora uidentur. ¶ Macer, μάκρων, eſt etiam poetæ proprium, qui de herbarum uiribus ſcripſit.

Macellus, la, lum, Diminutiuum à Macer, pro macilento. Lucilius libro ſexto, Si noſti, non magnus homo eſt, naſutus, macellus. Nonius. ¶ Fuit præterea Macellus hominis improbiſſimi & ſeditioſi nomen, quo capitis damnato, redactiſq; in ærarium eius bonis, ædes etiam eius diruꝛ ſunt, eaq; in area extructum eſt ædificium uenundandis obſoniis deſtinatum: quod ab eius nomine Macellum fuit appellatum.

Macilentus, maſc. ſ. Macie extenuatus, interprete Feſto. λεπτόπρωτος, σφριγόδης. [Ital. Macilento. Gall. Fort maigre. Hiſp. Coſa muy magra. Germ. Ermágeret, gantz mager.] Plaut. Aſin. Macilentis malis rufulus, aliquantum uentrio ſus. Idem Capt. Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates? AR. Dicam tibi, Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Macies, f. q. Macritudo & Macor, ſiue Macror: Corporis extenuationem ſignificant. λεπτότης, ἰσχνότης. [Ital. Maggrezza. Gal. Maigreté ou maigreur. Hiſp. Magreza. Germ. Die mágere, oder magerheit.] Plautus in Capt. Oſſa atq; pellis ſum miſera macritudine. Pacuuius, Corpuſq; meum tali mœrore, errore, macrore ſenet. Columel. lib. 6. cap. 14. Eſt etiam illa grauis pernicies, quum pulmones exulceruntur: inde tuſſis & macies. Plinius lib. 10. cap. 63. Verres ſubantis audita uoce, niſi admittatur, cibum non capit uſq; in macrem. Virgil. 5. Aen. Quum ſubitò è ſyluis macie confecta ſuprema Ignoti noua forma uiri, miſerandaq; cultu Procedit. Idem 3. Georgic. Ipſa autem macie tenuant armenta uolentes.

Maceo, ces, cui, n. ſ. Idem quod macreo: hoc eſt, macer ſum. λεπτύνομαι, συντήκομαι. [Ital. Smagrirſi. Gall. Eſtre maigre. Hiſp. Emmagreſcerſe. Ger. Mager ſein.] Plaut. in Aul. Qui oſſa, atq; pellis totus eſt, ita cura macet.

Maceſco, ſcis, n. t Macer fio. ἰσχαίνομαι, λεπτύνομαι, μαραίνομαι. [Ital. Diuenir magro. Gall. Deuenir maigre. Hiſpan. Emmagreſcerce. Germ. Mager werden.] Colum. li. 1. cap. 9. Conſtat arua ſegetibus eius (ſcilicet hordei) maceſcere. Varr. 3. de Re ruſt. cap 16. Tum propter laborem aſperantur, & maceſcunt.

Macio, as, a. p Macrum facio. λιπαυαίω, ἀποτρύω. [Ital. Immagrire. Gall. Amaigrir. Hiſpan. Emmagreſcer à otra coſa. Germ. Ermágeren, mager machen.] Cuius compoſitum eſt Emacio, de quo uide ſuo loco.

Macreo, creas, n. ſ. Macer fio: à quo Macreſco, eiuſdem ſignificationis. λεπτύνομαι. [Ital. Diuenir magro. Gall. Deuenir maigre, s'amaigrir. Hiſpan. Emmagreſcer. German. Mager werden.] Columella libro 6. capite 3. Dabimusque operam, ne penuria cibi macreſcat pecus. Varro, Quia earum aſpectus ad deſiderium macreſcere facit uolucres incluſas. Martialis libro 13. Ne nimis exhauſto macreſceret inguine gallus.

Macero, as, act. pr. Quum ad corpus refertur, ſignificat attenuo, contero: ab eo quod eſt Macer, ἀποτρύω, ἰκτίνω. [Italicè, Macerare, ammolire, nell'acqua, ſmagrire. Gall. Amaigrir, rendre maigre, amollir, atendrir, deſtremper. Hiſp. Emmagreſcer, curtir ò remojar. Germ. Zuſmerglen, zuſmágeren.] Horat. 1. Carm. Quàm penitùs lentis macerer ignibus. Plaut. in Capt. Multos iſte morbus homines macerat. ¶ Quum autem ad animum, ſignificat affligo, ac nimia cura, ſtudio, uel ſolicitudine meipſum conficio, & attenuo. Plaut. in Milit. At hoc me facinus miſerum macerat, Meumq; cor, corpusq; cruciat. Terent. Andr. Tu modò, anime mi, noli te macerare. Ibidem, Sed quid ego, cur me excrucio? cur me macero? ¶ Accipitur etiam frequentiſſimè pro eo quod eſt, humore aliquo emollire, uel in aqua quippiam aſſeruare, donec ſalſedinem aliúmue ſaporem deponat. [Germanicè, Beitzen, weichmachen.] Terentius in Adelphis, Salſamenta hæc, Stephanio, fac maceruentur pulchrè. Columel. lib. 1. Piſcinas duas, alteram quæ anſeribus, pecoribusq; ſeruiat: alteram, in qua lupinum, nimi citrinu, & uirgas, atq; alia, quæ ſunt uſibus noſtris apta, maceramus. ¶ Eſt etiam Macerare aliquando proluere, madefacere. Plin. lib 11. cap. 41. de Poppea, Totum corpus illo lacte macerabat. Idem Plin. lib. 16. cap. 10. iubet podagricos macerare pedes in decocto uerbenacæ. Vitruuius etiam iubet calcem coctam diu macerari, antequam fabrica utantur.

Maceratus, a, um, Participium, Mollis & tener factus. ἐπλαγείς, ἐκπεδηκώς. [Ital. Macerato, ammolliro. Gall. Deſtrempé, maceré. Hiſpan. Currido ò remojado. Germ. Geweicht, lind gemacht.] Plaut. Pœn. Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues.

Maceſco, Idem eſt quod Maceror, hoc eſt, madefio, & mollificor. ὑγραίνομαι. [Ital. Macerarſi. Gall. Se deſtremper & amollir. Hiſp. Remojarſe. Germ. Yoeich werden.] Cato de Re ruſt. cap. 91. Frumento curculio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearum paulum addito, fiuite maceſcant.

Macro, as, Macero, cuius compoſitum eſt Emacro, quod eſt ualde macrum facio. ἰσκαίνω. [Ital. Smagrare. Gall. Amaigrir. Hiſp. Emmagreſcer à otro. Germ. Zuſmágeren.] Plinius libro 18. Terram emacrari hoc ſatu, ſcilicet milii, exiſtimantes.

Macĕria, riæ, fœm. pr. & Maceries, ei, fœm. quint. Paries ſiue murus, uel congeries lapidum in unum compactorum, ſine iniritu, aut alio genere ferruminis: cuiuſmodi parietes ferè eos eſſe uidemus, quibus uineæ claudi ſolent. τὸ ταχὺ ἔργον. [Ital. Muro ſecco, ſenza calcina. Gall. Murail le ſeche ſans mortier. Hiſp. El albarada de piedras ſin barro. Germ. Ein ſolche maur in welcher die ſtein an einandren nit gepflaſteret ſind, ein ſteinmeeren.] Terent. in Adelph. Iube hanc maceriam dirui. Varro tamen aliter lib. 3. de Re ruſtic. cap. 12. Quis ignorat ſepta è maceriis ita eſſe oportere in leporario, ut rectorio tecta ſint, & ſint alta? Cato de Re ruſt. cap. 15. Maceria ſi ex calce & cæmentis, uel ſilice ædificetur. ¶ Legitur quandoq; Maceries apud antiquos, pro macie, uel macilentia. λεπτότης. Atranius, Si ille hoc nunc ſenrit, facere illi ſatis uis, quanta illius mors ſit maceries tibi. Nonius.

Machæra, æ, f. p. μαχαίρα. [Ital. Spada, ſcimitarra. Gal. Glaiue ou eſpée. Hiſp. Eſpada. Germ. Ein tägen.] Sica, gladius, culter. Quod nomen impoſitum eſt à Græcis, à uerbo μάχομαι, quod eſt pugno. Iuuenal. Saty 7. Ames nomen uictumq; machæræ. Apul lib. 9. de Aſin. Comminabatur ſeſe conciſurum eum machæra fruſtatim.

Machærophorus, m. ſ. μαχαιροφόρος. [Ital. Spadaccino. Gal. Eſpadaſſin, maiſtre d'eſcrime. Hiſp. Eſgremidor, que trahe eſpada. Germ. Der ein tägen tregt] Sicarius, gladium ferens. Cic. ad Quint. fratr. lib. 6. Hominem portaui ad mare uſtophoro, machærophoris centum ſequentibus.

Machæropœus, m. ſ. μαχαιροποιός. [Ital. Spadaio. Gall. Forbiſſeur, faiſeur d'eſpées. Hiſpan. El que haze eſpadas. Germ. Ein meſſer ſchmid.] Faber gladiorum. Quo nomine dictus eſt Demoſthenis pater, ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multisq; artificii ſeruis inſtructam habebat.

Macharon, Viridis cuiuſdã compoſitionis nomen, in re medica, ad morbos articulares & Iſchiada. Macherion medicus. Citatur eius pharmacũ in atræ bilis cura ab Actio, Ser. in. cap. 81. Macharomion. Xiphion apud Dioſc. li. 4. cap. 23.

Mathalaum, Nomen Græcum, compoſitum ex μάθη, quod magnum ſignificat, & ἀλαὸς, cæcum & errantem. Oppidum Brixia, agro Inſubrum clade nobile.

Machina, pen. corr. fœm. p. Molitio, inuentio. μηχανή. [Ital. Machina. Gall. Machine, ſubtile inuention. Hiſp. Fabrica, ſotil inuencion. Germ. Ein gerüſt oder rüſtzeug.] Vnde Mechanicus, faber, ſeu opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul & manibus fiunt. Et Mechanica ars, fabrilis. Vnde artes diuiduntur in Liberales, & Mechanicas. Aſconius, Machina dicitur, ubi non tam materiæ ratio, q̃ manus, atq; ingenii ducitur. ¶ Machina etiam dicitur inſtrumentum, quo moles aliqua facilè quocunq; uolueris, impelli poteſt. Plin. lib. 19. cap. 2. de Spartho loquens, Qui uolet miraculum æſtimare, quanto ſit in uſu omnibus terris nauium at mamẽtis, machinis ædificationum. Et Machinas bellicas, ἑλεπόλεις, uocamus opera fabrilia, quib. in bello utimur. Virgil. 2. Aeneid. Quo molem hanc immanis equi ſtatuêre? quis

quis autor? Quíduc petunt? quæ religio? aut quæ machina belli? Horat. 2. Epiſt. 1. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Vitruuius lib. 10. cap. 19 Conſtituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè λιθοβόλον dicitur, in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo inſuper conſtitutus aries. ¶ Murales machinæ. Plin. lib. 7. cap. 56. ¶ Item ipſa conſilia, quibus decipere hoſtem conamur, Machinæ uocantur. Plaut. in Bacch. Aliquam machinabor machinam. Cic. 1. de Nat. deor. Nec quid inde auferam, Nec quem dolum ad eum, machinámue commoliar, Scio quicquá. Idem ad Brutum, Ad reliquos hic quoq; mihi labor acceſſit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem.

Machinalis, & hoc machinale, om. t. Quod ad machinas ſpectat. μηχανικός. ut, Machinalis ſcientia apud Plin. lib. 6. capite 17. Grande & Archimedi Geometricæ & machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contigit.

Machinarius, rii, maſc. ſ. Machinarum opifex. μηχανοποιός. Paul. l. Si putator. ad leg. Aquil. Si machinarius hominem prætereuntem occiderit.

Machinor, aris, d. p. Imaginor, cogito, per dolum aliquid molior. ἐπινοέμαι, μηχανεύω. [Ital. Machinare, imaginare. Gall. Machiner, trouuer quelque fineſſe. Hiſpan. Buſcar y penſar coſa de engenno. Germ. Erdencken, vnderſton, zůrüſten mitt liſten.] Frequentius enim in malam partem accipitur. Plaut. in Caſin. Illa nubet mihi: machinare quod lubet. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Conteſtim Turno necem machinator. Salluſt. in Catilin. Iam tum non Conſulibus, ſed pleriſq; Senatoribus perniciem machinabátur. Dicitur autem machinari à μηχανάομαι, quod eſt inuenio. Vnde μηχάνημα, inuentum & molimen dicitur. Cic. 3. de Nat. deor. Niobe, parúmne ratiocinari uidetur, & ſibi ipſa nefariam peſtem machinari? Machinari peſtem aliquam in omnes. Cic. in Catil. ¶ Accipitur etiam machinari in bonã partem, pro inuenire rationem. Cic. 2. de Diuin. Nam primùm aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt: quod perpetuitatis cauſa natura machinata eſt.

Machinamentum, ti, n. ſ. Pro machina capitur. μηχανή. Liuius 4. belli Punici, Turres contabulatas, machinamentaq; alia quatiendis muris portabant. Tacit. lib. 5. Adiabeni quum promouere ſcalas & machinamenta inciperent, facilè detruſi

Machinator, ris, m. t. Machinarum inuentor, aut opifex. μηχανοποιός. Liuius 4. belli Punici, Archimedes is erat, unius eus ſpectator cœli, ſyderumq;, mirabilior tamen inuentor ac machinator tormentorum bellicorum, operumq;, qui ea, quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perleui momento ludificaretur. ¶ Machinator item dicitur, doli alicuius & fraudis conſutor. μηχανορράφος. Cic. in Catil. Improbiſſimus machinator omnium ſcelerum: hoc eſt, inuentor & autor.

Machinatio, fœm. t. Aliud uerbale, pro inuentione & aſtutia. μηχάνημα. [Ital. Inuentione, aſtutia. Gall. Inuention & ſubtil molen, engin. Hiſp. Sotil inuencion de engenno. Germ. Ein liſtige erdencklung oder erfindung.] Colum. li. 6. cap. 2. Hac machinatione conſequemur, ut etiã contumaces boues graviſſima onera non recuſent. Interdum etiam pro ipſa machina. Cæſar 2. bel. Gal. Primus irridere ex muro, atq; increpitare uocibus, quòd tanta machinatio ab tanto ſpatio inſtrueretur.

Machinoſus, a, um, μολυμήχανος, Machinis confectus, uel dolis excogitatus: ut, Nauigium machinoſum apud Suet. in Nerone, cap. 34, Repetentib; Baulos in locũ corrupti nauigii, machinoſum illud obtulit.

Machalis, Fera eſt Scandinauiæ inſulæ peculiaris, alcæ ſimilis, ſed nullo ſuffraginum flexu. Vnde dormitura non'cubat, ſed arbori ſe acclinans ſomnum capit: quæ à uenatoribus antè ſuccíſa, quum ſemel ceciderit, erigere ſe non poteſt, eaque ſola ratione capitur: aliàs miræ uelocitatis. Labrum ei ſuperius prægrande: ob id retrogreditur in paſcendo, ne in priora tendens inuoluatur. Vide Plin. lib. 8. cap. 15.

Mãcĭdatus, m. ſ. Liquoris infuſione madens. [Ital. Bagnato. Gal. Moillé, trempé. Hiſp. Mojado. Ger. Geneetzt, befeüchtiget.] Apuleius libro 8. Ille ſpongiis macidatis tumores comprimere.

Macir Plinio, aliis Macer, μακίρ Dioſcoridi, Cortex eſt ſubrufus, & magnæ radicis, qui ex India aduehitur, detractus ex arbore ſui nominis. Vide Plin. lib. 12. cap. 8. Officinis Macis appellatur.

Macrocatalectos, μακροκατάληκτος, Dictio in longum deſinens.

Macrochira, f. pr. μακρόχειρα. Tunica manicata, quæ & chirodata appellatur. Lamp. Macrochiras ex purpura ad uſum ſuum reuocauit. Has Romæ induere fuit indecorũ. Auguſt. lib. 1. de Doctr. Talares ac manicatas tunicas habere apud ueteres Romanos, flagitium erat.

Macrocola, orum, pen prod. μακρόκωλα. [Carta reale. Ger. Regal papeir.] teſte Hermolao in Plinium, maiores, & longiores chartæ, quas nos hodie chartas regias uocamus: quo etiam nomine Catullus chartæ quoddam genus appellauit. Cic. ad Attic. lib. 13. Sed tamen ego non deſpero, probatum iri Varroni: & id quoniam impenſam fecimus in macrocola, facilè patior teneri. Arbitratur autem Hermolaus Macrocolum dici, ἀπὸ τῦ μακρῦ καὶ λώλα, quaſi longum membrum, uel potius longam membranam. Vnde potius unico l ſcribendũ uidetur: quemadmodum & protocolon: nã utriuſq; cadẽ uidetur origo. Eſt enim Protocolõ prima illa charta, in qua ſcribæ acta breuiter delineãt, ornatius & amplius, quoties res popoſcerit, deſcripturi. Macrocolorũ meminit Plin. li. 13. cap. 12. de generibus chartarum loquẽs: Præterea, inquit, in chartis ſpectatur tenuitas, denſitas, candor, & læuor. Primatum mutauit Claudius Cæſar. Nimia quippe Auguſtæ tenuitas tolerandis nõ ſufficiebat calamis. Ad hoc tranſmittens literas lituræ metum afferebat aduerſæ, & aliàs indecoro uiſu pertranslucida. Igitur & ſecundo ordine facta ſunt ſtatumina è primo ſubtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat menſura, & cubitalis macrocolis. Hæc Plinius. Sunt qui Macrocollum ſcribant gemino l, putantes dictum eſſe ἀπὸ τῦ κόλλας; hoc eſt, à glutine, quo chartæ glutinantur.

Macrocoſmus: id eſt, Maior mundus.

Macrologia, μακρολογία, Sermonis prolixitas: cui opponitur βραχυλογία, ſiue Laconiſmus. μακρολογεῖν enim Græcis eſt multa loqui, & prolixo ſermone uti.

Mactræ, fœ. pr. Dicuntur pretioſa edulia. μάζαι. [Ital. Chi di molto pretio. Gal. Viandes exquiſes & de grand prix Hiſp. Manjar magnifico y coſtoſo. Ger. Schlecht koſtliche ſpeiſen.] Sueton. de Caligula, Multis uenenatas mactras miſit. Quo in loco nonnulli legunt Mattyas, aliàs Matteas. Apud Martialem legitur Mactra pluralis numeri, & neutri generis. Mactra, inquit, ſola iuuant. Vide exactius infrà in dictione Mattya.

Mactĭcus, pen. corr. Qui habet magnas malas, & os patens, quaſi malacticus. Feſtus.

Mãcto, ctas, act. pr. Interficio. σφάττω. [Ital. Ammazzare. Gall. Tuer, occire, mettre à mort. Hiſpan. Matar. German. Merzgen, tödten, ſchlachten.] Cicero de Aruſp. reſpon. Clodius diuiſores omnium tribuum domi ſuæ crudeliſſima morte mactauit. Plaut. in Amphyt. At ego certè crucæ excruciatum mactabo. Tractum eſt à ſacris, ubi mactari hoſtiæ dicuntur, quæ immolantur. θύεσθαι. Virgil. 4. Georg. Ex nigram mactabis ouem, lucumq; reuiſes. Idem 4. Aen. Mactant lectas de more bibẽtes. Vbi Seruius, Mactant, uerbum ſacrorum, διατ' ἐυφημισμὸν dictum, ut adolere. Mactare ſuppplicio. Cic. in Catil. Nónne hunc in uincula duci, non ad mortẽ rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis? ¶ Mactare Orco id eſt, ad Orcum demittere, & præcipitare. Liu. lib. 9. ab Vrb. Sacratos more Samnitium militeſ, coſq; candida ueſte, & paribus candore armis inſignes, eos ſe Orco mactare Iunius dictitans, quũ introiſſet ſignũ, &c. ¶ Mactare infortunio. Plaut. in Pœn. Diuitem audaciter ſolemus mactare infortunio. Dictum eſt autẽ Mactus, quaſi magis auctus: hoc eſt, augeo. Nam prius quàm uictimam immolarent, thus, aut uinum ſuper eam fundebant. Vnde Mactum eſſe taurum dicebant, thure, uel uino cumulatam hoſtiam, quaſi magis auctã. ¶ Hinc Mactare, promagis augere, ueteres uſurparunt. Cic. de Repub. Ferunt laudibus, mactant honoribus. ¶ Per translationẽ ponitur pro malo afficere, ſeu malè tractare. Plaut. in Aul. Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt uiri, Dotatæ mactãt & malo & damno uiros. ¶ Quandoq; pro præcipitare. Accius, Aut à

lorum copias fundam in campo, aut naues uram, aut caſtra mactabo in mare. Quandoque pro honorare. Plautus, Tamen honeſtè mactatum reducam domum. ¶ Quandoque pro uiolare. Ci. 6. Ver. Quum uideant ius ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatum.

Mactātus, ta, tum, Participium. *ἱσφαγμένος, τιθυμένος*. [Ita. Ammazzato. Gall. Tué. Hiſ. Matado. Ger. Geſchlachtet.] ut, Hoſtia mactata. Horati. 11 Carm. Ode 19. Mactata ueniet lenior hoſtia. Ouid. 15. Met. Vite caper morſa Bacchi mactatus ad aras Dicitur ultoris.

Mactandus, da, dum, Seneca Tro. Mactanda, uirgo eſt Theſſali buſto ducis.

Mactātūs, huius mactatus. m. q. *φόνευσις*. [Ita. Vccisione. Gal. Tuerie, aſſommement. Hiſ. Matanca. Ger. Schlachtung, Metzgung.] Luere. li. 1. Nubendi tempore in ipſo Hoſtia conciderat mactatu mœſta parentis. (ſenum.

Mactator, oris, Senec. *θυτὴς, σφαγεύς*. Troad. Perge mactator

Mactra, Acca panaria, quæ *παράδοπον* à Græcis dicitur: à uerbo Græco *μάττω*, quod ſignificat ſubigo, uel pinſo. [Itali. Mattara, arcella. Galli. Vne huche, on may. Hiſp. Arca para guardar el pan Ger. Ein brotkorb oder Brotkenſterlin.]

Mactus, ta, tum, *ἐπαυξηθείς*. [Itali. Accreſciuto. Galli. Augmenté, amplifié. Hiſp. Creſcido. Ger. Fürtreffenlich, Gemehrt.] Putatur eſſe dictio cõpoſita ex aduerbio Magis, & nomine actus. Solus autem uocatiuus utriuſq; numeri ab hoc nomine eſt ut in uſu: in numero ſingulari Macte, & in plurali Macti: quibus propriè utimur, quum aliquem ob rem bene cœptam laudamus, & ad perficiendum adhortamur. Conſtruituriq; tam cum genitiuo, quàm cum ablatiuo. Virgili. 6. Aeneid. Macte noua uirtute puer, ſic itur ab aſtra. Martialis lib. 12. Macte animi quem rarus habet, morumq; tuorum. Sil. libro 7. uenerande pudici Doctor macte animi. Cice. Attic. Macte uirtute eſto. Plin. lib. 2. cap. 12. in laudem Aſtrolog. Macti ingenio eſte cæli interpretes, rerumq; naturæ capaces. Stat. libro 7. Thebaid. Macte animo iuuenis. Simillimum eſt illud apud Græcos, *εὖ ναι ἐν, εὖ ναίειν*, quibus utuntur re gnauiter & fœliciter geſta. ¶ His autem dictionibus Macte & Macti, quanuis uocatiui ſint, attamen ex uſu autorum tam pro nominatiuo, quàm pro accuſatiuo licitè utimur, nõ ratione, ſed autoritate. Liu. li. 2. ab Vrb. Iuberem macte uirtute eſſe, ſi pro mea patria iſta uirtus ſtaret. Idem li. 4. ab Vrb. Macte uirtute Seruili eſto, liberata Rep. ¶ Ponitur aliquando aduerbialiter. Plau. in Mil. Is amabat meretricem macte Athenis Atticis. id eſt ualde, uehementer, & quantum poterat amabat.

Măcŭlă, læ, ſ. p. Sordes ſiue labes. *κηλὶς, σπιλάς*. [Itali. Macchia. Gal. Tache, macule. Hiſp. Manche ò manzilla. Germ. Ein macel, ein maſen oder fleck.] Pli. Fullones eas maculas è ueſtibus tollunt. Virg. 3. Geor. Ne maculis infuſcet uel lera pullis Naſcentũ. Lucentes maculæ. Stat. 1. Syl. ¶ Quandoque pro infamia. Cice. Cuius ut aduleſcentiæ maculas, ignominiaſq; præteream. ¶ Quandoq; pro retis foramine, ſeu plaga. Idem in Ver. act. 7. Reticulum ad nares ſibi admouebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenũ roſæ. Varr. lib. 2. pro reti poſuit, Septum totum grandibus maculis integitur. ne eò inuolari aquila poſſit, néue ex ea euolare aues. ¶ Maculæ item in corpore dicuntur, colorum uarietates, à reliquo corporis colore differentes. Plautus in Captiuis, Vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Atra bilis agitat hominem. ¶ Marmora item uariegata maculis, picta dicuntur. Seneca Epiſt. 116. Delectant nos in gentium maculæ columnarum. ¶ Eleganter dicimus, Delere maculam. Cic. pro lege Man, Delenda eſt nobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. Eluere maculam. Cice. pro Seſt. Quoniam illa in Repub. macula regni publicati maneret, quam nemo iam poſſet eluere. ¶ Inurere maculam. Cice. in Salluſt. Nónne tibi uiderer æternas inurere maculas, quas reliqua uita eluere nõ poſſit? ¶ Afficere macula. Ci. pro Roſc. Com. Legationis ipſius cæremoniam polluerit, maculaq; affecerit.

Măcŭlōſus, a, um, Sordidus, immundus. *ῥυπαρὸς, κατάσπιλος*. [Ital. Macchiato, ſporco. Gal. Plein de taches & macules, tacheté. Hiſpa. Manchado, manzillado. Ger. Maſſechtig, můſt.] Plaut. Sordida & maculoſa facie. Cic. 2. Philip. Auctionis uerò miſerabilis aſpectus: ueſtis Pompeij nõ multa, ſed maculoſa. Maculoſus, potis, ſiue maculis conſperſus. Virgil. 1. Aeneid. Succincta pharetra, ac maculoſæ tegmine lyncis. Maculoſus homo, per translationem dicitur immundus, & impurus. Cice. Attic. lib. 1. Non enim unquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit: maculoſi ſenatores nudi equites, &c. Tacitus. li. 17. Auaritia & libidine fœdus, & maculoſus. Horat. 4. Carm. Ode 5. & mos, & lex maculoſum edomuit nefas.

Măcŭlo, as, a. p. Id eſt, fœdo, turpo. *ῥυπαίνω, κηλιδόω*. [Itali. Macchiare, ſporcare. Gall. Maculer, tacher, ſouiller. Hiſpa. Manchar ò manzillar, enſuziar. Germ. Befleckẽ, vermaſgen, vermůſten.] Plautus in Captiu. Vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Virg. 3. Aeneid. Et terram tabo maculant. Ouidi. 7. Metamor. Exiguo maculauit ſanguine ferrum. Virgilius decimo Aeneid. Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen, Pulſus ob inuidiam ſolio ſceptriſq; paternis. Cicero pro Mil. Tuiq; ex tuo edito monte Latialis ſancte Iupiter, cuius illę latus, nemora, fineſq; ſæpe omni nefario ſtupro & ſcelere macularat. ¶ Hinc Cõmaculo, las, & Immaculatus, qui eſt ſine macula.

Mădĕo, es, n. ſ. Madidus ſum, & humore aliquo conſperſus. *βρέχομαι*. [Itali. Eſſere humido, bagnato, molle. Gal. Eſtre trempé ou mouillé, eſtre moiſte. Hiſ. Moiarſe. Ger. Feůchtvnd naſs ſein.] Pli. li. 8. ca. 27. Tergoris ad ſcuta galeaſq; impenetrabilis, præterquam ſi humore madeat. ¶ Madere meru, eſt præ timore, ſudore, aſperſum eſſe. Plautus in Moſtel. Hei mihi quum iſtæc blanda dicta, quòd eueniant, cogito, madeo meru. ¶ Madere uino, eſt ebrium eſſe Martialis lib. 11. Hic totus uolo rideat libellus, Et ſit nequior omnibus libellis, Qui uino madeat, nec erubeſcat. Ouid. 15. Metam. arripit enſem: Hoc ait utendum eſt in me mihi: quiq; cruore Sæpe Phrygũm madoit, demini nunc cæde madebit. Idem primo Faſtor. Sparſaq; cæleſti rore madebit humus. Idem 3. Triſt. Eleg. 7. Oſq; madens fletu, pal'Idiuſq; meo.

Madeſco, ſcis, Habet ſignificationem paſſiuam innatam, idemq; ferè eſt quod madidum fieri, humeſcere, ſiue humeſtari. *ὑγραίνομαι*. [Itali. Eſſere bagnato. Galli. Eſtre mouillé. Hiſpa. Moiarſe, ſar moiado. Ger. Naſs werden.] Colu. mel. libro 11. cap. 1. Hæc enim res efficit ut in coctura celerius madeſcat, & uiridem colorem ſine nitro conſeruet. ¶ Aliqui hanc differentiam conſtituunt inter Madeſcere & madefieri, quòd madeſcamus ſudore, uel alio humore ex nobis proueniente, Madefiamus humore extrinſecus ueniente. Sed hoc non eſt omnino uerum. Colume. lib. 7. Stabuletur ſicco loco, ne humore madeſcant ungulæ. ¶ Hinc componitur Permadeſco, quod eſt ualde madidos fio. *διάβρεχθ' γίνομαι*. Idem li. 2. In id tempus conuenit inter peritos rei ruſticæ, non eſſe arandũ, niſi ſi magnis (ut fit nõuunquam) ſubitaneis imbribus, quaſi hybernis pluuijs terra permaduerit.

Mădĕfăcio, cis, a. t. Madidum facio, humore aſpergo. *δίνημι, ὑγραίνω, βρέχω*. [Ita. Bagnare inhumidire. Gal. Ramoiſtir, mouiller, tremper. Hiſp. Moiar. Ger. Naſs machen, Befeuchtigen, Netzen.] Cicero primo de Diuinat. Vaticinatum, madefactum iri minus xxx diebus Græciam ſanguine. Virgil. 5. Aen. Humum uiridesq; ſuper madefecerat herbas. Colum. lib. 2. cap. 4. Quum poſt longas ſiccitates leuis pluuia ſuperiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attigit.

Madefio, Habet ſignificationem paſſiuam, Idemq; eſt quod madidus fio, uel humore aſpergor. *διάνεμαι*. [Itali. Eſſere bagnato, eſſere inhumidito. Galli. Se mouiller. Hiſpan. Ser moiado. Germani. Naſs werden.] Suetonius in Cæſarem. Quum decidiſſet in mare, per ducentos paſſus euaſit ad proximam nauem elata læua, ne libelli quos tenebat, madefierent. Ouidius 8 Metamorph. madefactaq; terra cruore eſt. Idem 15. Metamor. Emathijſq; iterum madefient cæde Philippi.

Madidus, a, um, Aliquo liquore reſperſus: cui opponitur Siccus. *διάβροχθ'*. [Itali. Humido, bagnato. Galli. Humide, mouillé, moiſté. Hiſpani. Moiado. German. Naſs.] Ouid. 1. Metamorph. Tum quoq; ut ora Dei madida rorantia barba Contigit. Virgilius 7. Aeneid. madidaq; fluens in ueſte Menœtes. Ouidius primo de Arte am. Fac madidas uideat, ſi potes, illa genas. ¶ Ponitur aliquando pro ebrio. Plau. in Amphit. Faciam, ut ſit madidus ſobrius, id eſt efficiam ut uideatur ebrius, quum nihil biberit. ¶ Quandoq; idem quod imbutus re aliqua. Mart. Siquis Cecropiæ madidus, Latiæq; Mineruæ Artibus. ¶ Hinc Semimadidus. *ὑποβεβρεγμένος*. Colomella libro ſecundo, Sed quandocunque arabitur, obſeruab mus ne lutoſus ager tractetur,

nēue erigeis nimbis semimadidos.

Madido, das, a. p Madidum facio *ὑγραίνω*. [Ital. Inhumidire. Gall. Mouiller. Hisp. Moiar otra cosa. Germa. Nass machen.] Claud. libro 2. de Rapt. Proserpinæ: . . ille nouo madidantes nectare pennas Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.

Mădĭfico, as Idem quod madefacio. *ὑγραίνω, βρέχω* [Ital. Bagnare, inhumidire. Galli. Mouiller. Hispa. Maiar otra cosa. Ger. Nerzen, Nass machen.] Plin. lib. 18. capite 7. Et si contra epiphoras feruentes oculorum anguli subinde madificentur.

Mădŏr, oris, s. Humiditas. *ὑετὸς, ὑγρασία.* [Ital. Humidità. bagnamento. Gal. Moisteur, humidite. Hisp. Moiadura, humidad. Ger. Nesse oder feuchte.] Sallust. lib. 3. Histo. Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat, ne ex latere nona munimenta madore infirmarentur. Nam omnia oppida stagnabant redundantibus cloacis aduerso æstu maris.

Mădŭlsa, æ. f. p. Ebrius, quòd quasi madidus sit uino: apud Plaut. in Pseud. [Ital. Vbricaro. Galil. Yure yurogna. Hispa. Borracho, embriago. Ger. Truncken vol weins.] Festus legit Madusa sine l. his uerbis, Madusa, ebrius, à Græco *μαδάω* deductum, uel quia madidus sit uino.

Mădon, Herba est, quæ à Latinis uitis, à Græcis *ἀμπελίδων* dicitur. Huius sarmenta longis & exilibus internodijs geniculata scandunt. Folia habet pampinosa ad similitudinem hederæ. Plin. li. 18. ca. 1.

Mæmacterion, *μαιμακτηριὼν*. Mensis September, ita appellatus à turbido aere.

Mæna, mænæ, f. p. *μαινὶς*. Aristoteli, Piscis est marinus, qui Latinis Alecula, siue Alec dicitur, interprete Theodoro, ex quo salsamenta fieri solent. Plin. lib. 31. cap. 7. Quin è muria salsamentorum recoquitur, iterumq; consumpto liquore ad naturam suam redit: nulgò è mænis iucundissimus. Ci. 2. de Finib. Qui enim uoluptatem ipsam contemnunt, his licet dicere se acipenserem mænæ non anteponere. Mænas Græci *μαινίδας* appellant, lautissimas è Lipara: Volgus Mœnulas, Alculas, ut ex Plauto Diodorus interpretatur. Sed aleculæ uocabulum generale est, ut inquit Her. Bar. Idem apud nos significans quod apud Græcos Anthacides. In Pannonia, inquit, copiosissimũ, piscicũlũ uenantur, & inueterant Atengam uocantes, ipsi quoq; Alecem hodie nominant. Similes inter se uolt Speusip. esse Mænas, Boscas, & Smarides. Candidiores nẽpe Mænas sunt qui Boacas siue Bescas appellat, hoc est Leucomedas. Smarides uero, siue Marides, sunt quos nõnulli uocãt Cynosemata: ut inquit Athe. Aristop. Bizantius solus non Boscas, sed *βεσκὰς* nos cãdos existimabat, quia parui essent, & magnos oculos haberent. Hæc Barbarus, in Corollario Mænarum.

Mænomenõ mel, *μαινόμενον μέλι*, Genus est mellis uẽnefici quod in Ponto ex Rhododrendi flore cõtrahitur: ita dictum ab insania quam gignit. Plin. li. 21. ca. 13.

Mæreo, Mæstus, & Mæstitia, Vide Mœreo.

Magar, Pœnorũ lingua uillam siue tuguria pastoritia significat, quæ & Magalia Virgilio dicuntur, quanuis Magaria (secundum Seruium) dici debeãt. Vir. 1. Aen. Miratus molem Aeneas magalia quondam.

Magas, adis, siue Magadium, *μαγὰς, ἡ μαγάδιον*, Instrumentum est musicum, tabula quadrata constans, leniter conuexa, intentis in ea citharæ fidibus. ¶ Dicitur etiam ea pars lyræ, in qua plectrum illiditur, id est ubi percussio fit chordarum manu dextra. Iugum uerò dicitur, ubi sinistra manu chordæ premuntur. Budæus.

Magia, Vide Magus.

Magice, Magicus, Vide Magus.

Magidæ, *μαγίδες*, mensæ, seu coquinarii instrumenti genus habetur, & panis, seu offæ genus, quod Magida quoque appellant.

Magidophori, Qui agonothetas in certaminibus comitantur, Arcadius de munerib. & honoribus l. munerũ.

Maginor, aris, Quasi tardè conor, & nogor, inquit Festus.

Măgiros, penultima producta, *μάγειρος*. Latinè coquus dicitur. Vnde Archimagirus, *ἀρχιμάγειρος*, princeps coquorum.

Magis, idis, *μαγὶς*, ut ex Polluce docet Budæus, Idem est quod mactra: hoc est nas illud in quo farinæ subigunturs.

¶ Nonnunquam etiam rotundæ mensæ genus, tripodi imponi solitum, ut eiusdem Pollucis testimonio probat Budæus. ¶ Idem autor est hoc nomine etiam appellari posse orbiculatum instrumentum, quo panifices, & dulcearum florum, quos pastillarios uocamus, subigendis farinis opificij sui utuntur: Rondellum appellant. Est etiam genus lancis eiusdem formæ. Plin. li. 33. ca. 11. Cornel. Nepos tradit tympana, seu iuuenes, appellata stateras & lances, quas antiqui Magidas appellauerunt, Platellam nostri uocant.

Măgis, aduerbium, significat Plus. *μᾶλλον, ἐπιπλέον, ἔτι πλέῖον*. [Ital. Piu. Gal. Plus d'auantage. Hisp. Mas en cõparacion. Germanicè Mehr.] unde Magis ac magis, *ἔτι πλέον ἐφεξῆς*, deducitur; à Magnus: & præter naturam aliorum aduerbialium comparatiuorum terminatur in is, quum reliqua omnia similia sint cõparatiuo neutri generis. ¶ Ponitur interdum comparatiuo Plaut. in Stic. Imò enim hic magis est dulcius. ¶ Mage ponitur interdum pro magis. Plautus in Trucul. Quem ęcastor mage amo, quàm dudum. A quo fit compositum Demagis, quod significat ualde magis, & pro nimis à ueteribus ponebatur, teste Festo.

Măgister, stri, m. s. *διδάσκαλος, καθηγητὴς*. [Ital. & Hispa. Maestro. Gal. Maistre. Germ. Ein Meister.] Propriè artium præceptor dicitur, autore Festo. Terent. in Andr. - nam antea Qui scire posses, aut ingenium noscere, Dum ætas, metus, magister prohibebant? Cice. de Amic. Quæ disputata ab eo meminisse magister meus Scæuola. Quanuis etiam magistri nomen ad omnes transferri possit, quibus præcipua cura rerum incũbit. Hinc magistri pagorum, societatum, uicorum, collegiorum dicuntur, *ἐπιστάται*, qui pagis, societatibus, uicis, & collegijs præsunt. ¶ Magister equitum, *ἱππάρχος* dicitur, qui summa potestas erat in equites: uulgus Gallicum Conneſtabilem appellat. Varro 4. de Ling. Latio, Magister equitum dicebatur, quòd summa potestas ei esset in equites & accensos. Addebaturque semper Dictatori, cui summa potestas erat in populum, à quo & magister populi dicebatur. Cice. 1. de Finib. Rectius magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla, qui immanium pestiferorum uitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. ¶ Magister aliquando pro pædagogo ponitur. Terent. in Phorm. one, Abeſtes ambo hinc tum senes, me filijs Relinquunt quasi magistrum. Vbi donatus, Magistrum: sic Latini, quem Græci pædagogum appellant. Quinti. 1. cap. 2. Doctissimum, & incomperabilem magistrum domi habeat. ¶ Magister pecoris, Pastor. Varr. 3. de Re rust. ca. 10. Contrà peruocare quemque ad suum gregem, esse omnes sub uno magistro pecoris, eum esse maiorem nato potius quàm alios, & peritiorem quàm reliquos. ¶ Magister ludi, & Ludimagister uno uerbo dicitur. Cice. 1. Verr. Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis alienis orationibus compositum dedit, uerbo uno discesseris. ¶ Magister morum. Cice. ad Appium libro tertio, Eo breuior est hæc epistola, & ut aduersus magistrũ morum modestior. ¶ Magister nauis est, cui totius nauis cura mandata est: ut docet Vlpian. de Exerci. act. lib. 1. ¶ Magister scripturæ dicitur, qui ciuitatis alicuius publicos pecorum prouẽtus scribendi munus habet. Cice. 3. Verr. Misit in Siciliam literas ad Carpinatum, quum esset magister scripturæ, & sex publicanorum. ¶ Magistri etiam dicuntur, qui bona sub hasta uendunt. Cic. ad At. li. 1. Vna agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio. & is, quem putabant fore magistrum, si bona uenirent, L. Pontius. Vide Cælium Rhodig. Antiq. lect. li. 11. ca. 5.

Măgistra, æ, f. p. *διδάσκαλος, ἡ*. [Ital. Maestra. Gal. Maistresse. Hisp. Maestra. Ger. Ein meisterin.] Cic. 1. de Finib. Magistra ac dux natura. Idem pro Rosc. Amerin. Vita autẽ hæc rustica, quam tu agrestem uocas, parsimoniæ, diligẽtiæ, industriæ magistra est. Quint. li. 1. ca. 3. Certissima loquendi magistra, consuetudo. Oui. Epist. 5. Quid grauis Antenor, Primus quid suadeat ipse, Consule: queis ætas longa magistra fuit.

Magistellus, li, diminutiuum, Parous magister.

Măgistĕrium, rii, n. s. *ἀρχὴ*. [Ital Magistero. Gal. Maistrise & gouuernement. Hisp Dignidad del ministro. Ger. Ein meisterschaffe.] Magistri dignitas, seu officium. Nã Magisteria sic à magistro uidentur deduci, quomodo à ministro ministeria, Sueto. in Augusto, Annis municipalibus magisterijs contentus, abundante patrimonio tranquillissimè senuit: id est officijs municipij sui. Cice. de Senect. Me uerò & magisteria

gisteris delectant à maioribus instituta, & is sermo, qui more maiorum à summo adhibetur magistro in populo. Plin. l. 2. ca. 40. Inter se exercent etiam magisteris.

Magistro, as, προστατεύω, Moderor, guberno, autore Festo.

Mägisträtŭs, tus, m. q. Modò significat eos, qui in potestate aliqua sunt cõstituti: οἱ ἐν ἀξιώματι, οἱ ἐντέλει, οἱ ἐν τοῖς πράξεσιν πολιτευόμενοι. [Ital. Magistrato. Gall. Magistrat, ou officier. Hisp. El que tiene officio para regir ò amaestrar Ger. Die Oberkeit, Oberen oder Oberherren.] ut sunt Consules, Proconsules, Prætores, Proprætores, & alij qui ciuitates, & prouincias regunt. Cic. ad Papyr. Pæt. Quẽ magistratus comprehendi & in uinculis teneri iusserat. Idem lib. 3. de Leg. Videtis igitur hanc esse magistratus uim, ut præsit, præscribatq; recta & utilia, & coniuncta cum legibus. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus, neréque dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem, mutum magistrum. Idem 1. Offic. Est igitur propriũ munus magistratus, intelligere, se gerere personam ciuitatis, debereq; eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura describere, & fidei suæ commissa meminisse. ¶ Modò ipsam potestatem, seu officium. πολίτευμα, τέλος. Ger. Das ampt der Oberkeit. Cic. Nãistum in urbe magistratum gerebat. Idem de Amic. Vbi eos inueniemus qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant? ¶ Magistratuum alij Maiores, ut Consules, Censores, Prætores. Alij præter hos dicebantur Minores: ut Aediles, Quæstores, Tribuni. ¶ Vetusto dicimus, Creare magistratum, Dare magistratum, Gerere magistratum, Habere magistratum, Mandare magistratum, Abire magistratum, Accipere magistratum, Venire in magistratum, Magistratum imminuere, quod est derogare iuri, & prærogatiuis officij.

Mägmăta, pen. corr. μάγματα, Pastilli, & massæ factæ ut unguentorum fœcibus odoris gratia. ἀπὸ τῦ μάσσειν, quod est terere & miscere, & in massam redigere. Plin. li. 13. ca. 2. Sic eis odoribus constant, quæ Diapasmata nocantur: nam fæces unguenti Magmata appellant.

Mägmentum, inquit Festus, ueteres dixerunt, quasi maius augmentum, & auxilium, quoniam augebant numerum hi, qui accedebant alienigenæ, ut adiumento essent.

Magnanimus, Magnanimitas, Vide Magnus.

Magnalia, lium, n. t. μεγαλεῖα. sicut ingenia facta, & admiratione digna. Vox est biblijs tantùm & theologis. at parũ Latinis usurpata.

Mägnărius, m. s. μεγαλέμπορος. [Itali Che ha gran maneggio. Gal. Qui a grand maniement d'affaires, grand negotiateur. Hisp. Grande negociador. Germa. Ein grosser gnárbs man, der mit grossen kauffmãschátzen umbgadt, ein kauffherr.] Apud Apuleium, pro magno negotiatore ponitur, à negotiorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

Mägnātes, pen. prod. m. t. μεγιστᾶνες. [Itali Nobili, potenti. Gal. Nobles, puissans, les grands. Hisp. Los grandes en dignidad, y nobles. Ger. Die Grossgeachtete, fürnemmen.] Dicuntur nobiliores, & potentiores, quorum magna est potentia, & autoritas.

Mägnēs, etis, m. t. μαγνῆτις. [Ita. Calamita pietra. Gal. Une pierre qu'on appele aimant. Hisp. La piedra y mencebo del hierro. Ger. Ein Magnet, ist ein stein dises art dass er eisen an sich zeücht.] generis masculini, Genus lapidis, ad se ferrum attrahentis, Plin. lib. 36. cap. 16. Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit, & patitur mores: trahitur nanq; à magnete lapide, domitrix illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atq; ut propius uenit, assistit, tenetorq;, & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellãt, quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, ut ex Nicãdri sententia tradit Plin. li. 36. ca. 15. qui quum pecus pascens, pedem fortè haberet ferratum, & crepidas ferreis clauis compactas, animaduertit lapidem hunc ferro adhæ rescere. Alij à Magnesia dictum uolunt Lydiæ regiuncula, in qua lapidem hunc primùm uolunt esse inuentum circa Heracliã urbẽ, unde & Heracleon appellauerunt. In qua sententia est Lucre. li. 6. ubi sic scribit, Quod superest, agere incipiam, quo fœdare fiat Naturæ, lapis hic ut ferrum ducere possit, Quẽ Magnera uocant patrio de nomine Graij, Magnetum quia sit patrijs in finibus ortus. Cic. 1. de Diuin. Vt si Magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat & trahat: at rationem cur ita sit, afferre nequeam.

Magneticus, a, um, Claudianus de Magnete, Venerẽ magnetica gemma figurat.

Mägnētes, etum, μάγνητες. [Ital. Senatori. Gal. Senateurs. Hisp. Senadores. Ger. Radtsherren, Regenten.] Apud Macedones erant, qui apud nos Senatores dicuntur, siue principes & capita urbis: unde & summum magistratum uocant Magnetarchen, teste Liuio li. 5. bel. Maced.

Magnus, a, um, μέγας. [Italicè, & Hispanicè, Grande. Gallicè, Grand. Germani. Gros.] Grandis, cuius comparatiuum est Maior, superlatiuum Maximus. Virg. 1. Georg. Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum. Idem 2. Aeneid. Tum magnum exitium (quod dij prius omen in ipsum Conuertant) Priami imperio, Phrygibusq; futorum. Cic. in Orat. Magnum opus & arduum Brute conamur. Idem 1. de Orato. Studio acriore, otio ac facultate discendi maiore ac maturiore, & labore ac industria superiore. Ouid. 15. Metamorph. quæritur istis, Quàm mihi maior honor. Cic. Qu. frat. lib. 2. Eum tibi commendo maiorem in modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. Idem de Amicit. Sed hi ne comparentur Catoni maximo & spectato uiro. Ouid. ad Liuiam, Maximus ille armis, maximus ille toga. ¶ Maior, ad annos relatum, pro longior ætate. Terent. Eunuc. Verùm illa si uiuit, annos nata est sedecim, Non maior. Martial. li. 9. Maior erat mensibus illa tribus. ¶ Magno natu. Liu. 3. ab Vrb. Consurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Idem bel. Pun. Inter hæc è media turba obsidium mulier magno natu, Mandonis uxor, &c. ¶ Maior natu. Cic. 1. Tusc. Anno ante natum Ennium, qui fuit maior natu quàm Plautus & Næuius. ¶ Maximus natu. Liu. 1. bel. Pun. Ita enim maximus natu ex ijs in consilio respondit. ¶ Magnum facere: id est magnum aliquid præstare. Horat. 1. Serm. Sat. 10. At magnum fecit, quòd uer bis Græca Latinis Miscuit. Cic. 1. Acad. Magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud uerum & simplex bonũ, hoc est magni laboris. uel magnæ utilitatis. Quod maius est. Cic. de Amicit. Quòd si tanta uis probitatis est, ut eam uel in eis, quos nunquam uidimus, uel (quod maius est) in hoste etiam diligamus. ¶ Concipere maiora animo, Ouid. 15. Met. Viribus maiora audere, Virgi. 10. Aen. Maior morbus, qui & comitialis dicitur, Celsus lib. 3. cap. 23. Inter notissimos morbos est etiam is, qui comitialis, uel maior nominatur. ¶ Magno, Absolutè, pro magno pretio. μεγάλου. Apul. Me denique pauperculus quidam hortolanos cõparat quinquaginta numis, sed magno aiebat. Varr. lib. 3. de Re rust. Piscinæ ædificantur magno. Virg. 3. Aen. Hoc Ithacus uelit, & magno mercentur Atridæ. Cic. 5. Verr. Qui, ut ais, magno uendidisti. Eiusdem significationis est genitiuus Magni, uerbis æstimationem importantibus iunctus. Cic. Cæs. libro 15. Magni erunt mihi literæ tuæ. id est habebo eas in pretio. Plin. Epist. 2. lib. 3. Itaq; magni æstimo, dignitati eius aliquid astruere. ¶ Magnum, Pro ualde. μέγα. Plaut. Mil. Eho, an dormis Sceledrus intus? Luc. Non naso quidam: nam eo magnũm clamat, tetigit calicem. Idẽ Mostel. Atq; ille exclamat de repente maximum. ¶ Optimus maximus, non solum de Deo dicitur, sed etiam de fundo, agro, domo, & alijs. Celsus in l. Quum uenderes ff. de contrah. empt. Quum uenderes fundum, non dixisti, Vt optimus maximusq; est: uerum est quod Quint. Mutio placebat, non liberum sed qualis esset, fundum præstari oportere. ¶ Maximus Pontifex dicebatur, quòd rerum quæ ad fana & religiones pertinent, maximus iudex sit, uindexq; cõtumaciæ priuatorum, magistratuumq;. ¶ Minorum pontificum Maximus dicitur, qui primus in id collegium uenit. Item Minimus, qui nouissimus. ¶ Maximæ dignationis Flamen (inquit Festus) Dialis est inter quindecim Flamines, & quum cæteri discrimina maiestatis suæ habeant, minimi habetur Pomonalis: quòd Pomona leuissimo fructui agrorum præsidet, hoc est pomis. Maiores flamines appellabantur patritij generis. Minores, plebeij. ¶ Maximus Curio, cuius autoritate Curiæ, omnesq; Curiones regun-tur. ¶ Maximi annales appellabantur, non magnitudine, sed quòd eos Pontifex maximus confecisset. ¶ Maiorem Consulem L. Cæsar putabat dici, uel eum penes quem fasces sint, uel eum qui prior creatus sit. Prætorem autem maiorem, urbanum: minores, cæteros. Maximum prætorem putant dici alij eum, qui maximi imperij sit: alij, qui ætatis maximæ in collegio: quãuis Augurum decretum sit, quòd in salutis augurio Præteres maiores & minores appellantur, non ad ætatem, sed ad uim imperij pertinere. ¶ Ma-

gnum annum dicunt mathematici, quo ſeptem ſydera errantia expletis propriis curſibus ſibimet concordẽt. ¶ Maximam hoſtiam ouilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, ſed ab animo placidiore. ¶ Maxima multa, antiquitus erat boum triginta & duarum ouium *μεγίστη ζημία*. Sed quum in fraudem multæ dictæ ſoluerentur boues oueſq; parui pretij, ideirco conſtituti ſunt poſtea in ſingulas oues deni æris, in boues uerò æris centeni. Erat itaque multa maxima trium millium & uiginti æris. hoc eſt trecentarum & duarum drachmarum. ¶ Magnum ſocerum, appellat uir uxoris ſuæ auum. Magnam ſocrum, uir uxoris ſuæ aniam appellat. Maior ſocer, uxoris meæ proauus. Maior ſocrus, uxoris meæ proauia. Maior patruus, aui & auiæ patruus. Maior amita aui & auiæ amita. Maior auunculus, aui & auiæ auunculus. Maior magiſtratus Conſul dicitur. Hæc Feſtus. Magnum habere diſcrimen dicunt Medici, quæcunq; inuicem diſtant Speciebus, ueluti dolorem, qui ponderis cuiuſdam ſimilitudinem gerit, ab eo qui uidetur ferire, uel aliquid uel aliud pati. Magnus morbus, lege de morborum differentijs. Magnus pulſus, lege pulſuum differentias.

Mājōres, m. t. *προαληφότες, προλαβόντες, οἱ ἄνωθεν, κατὰ τὴν γενέαν, πρόγονοι*. [Ital. Magiori, antichi, Gal. Les anceſtres. Hiſ. Los padres ſubiendo arriba. Ger. Die voreltern oder Altuorderen.] Intelligi poſſunt quicunq; aui, abaui, proaui, ataui, tritaui, & ante hos in infinitum: ſicut Minores, qui etiam poſt trinepotes futuri ſunt. Cicer. in Salluſt. Ego meis maioribus uirtute præluxi, ut ſi prius non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſuæ, Cæſa. bell. Gall. Quòd Germanorum conſuetudo hæc ſit à maioribus tradita quicunq; bellum, &c. ¶ Accipiuntur etiam Maiores indifferenter pro omnibus qui ante nos fuerunt: quemadmodum Minores pro poſteris: utimurq; his duobus nominibus in duabus iam dictis ſignificationibus, tantùm in numero plurali.

Māgănĭmĭtās, mi, m. f. *μεγαλήτωρ, μεγαλόψυχος*. [Ital. Magnanimo. Gal. Courageux, magnanime. Hiſp. De grande animo, magnanimo. Germani. Groſsmütig, eines dapferen gmüts.] Qui magni eſt animi. Cic. 1. Offic. Itaq; uiros fortes, & magnanimos, eoſdẽ bonos, & ſimplices, ueritatis amicos, minimeq; fallaces eſſe uolumus. Ouidi. 1. Triſt. Eleg. 5. Corpora magnanimo ſatis eſt proſtare leoni. Idem 12. Met. Nẽue ea magnanimus fruſtra memorauerit heros. Virgi. 4. Georg. Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis Mores, & ſtudia, & populos, & prælia dicam.

Māgănĭmĭtās, atis, f. t. *μεγαλοψυχία*. [Itali. Magnanimità. Gal. Magnanimité, grand cœur & courage. Hiſp. Grandeza de animo, magnanimidad. Ger. Groſsmütigkeit.] Eſt ſublimitas, & præſtantia animi: quam ſic definit Speuſippus, Magnanimitas eſt moderatus contingentium uſus urbanus cum hominibus converſatio, magnificentia cum ratione. Cicer. 1. Offic. Nam quum omnis honeſtas manet à partibus quatuor, quarum una ſit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c. Plin. li. 7. ca. 15. Idem magnanimitatis præbuit exemplum, cui comparari non poſſit aliud, &c.

Māgnĭfĭcŭs, a, um, *μεγαλοπρεπής*. [Ital. Magnifico, ſplendido. Gall. Magnifique, honnorable. Hiſp. Coſa magnifica y liberal. Ger. Groſsthatig, herrlich, prachtig.] Qui in magnis pro dignitate ſumptum facit: quiq; circa munera impenſas facit honorificas, ueluti in ludis, in rebus diis ſacrificatis, in ædificijs, in epulo publico: non autem qui in ſeipſum ſumptuoſus eſt. Plaut. Aſinaria, Exemplo facio facetum me, atq; magnificum uirum, Dico me eſſe atrienſem, Terent. Heaut. Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis. Cicer. 1. Offic. Delectant etiam magnifici apparatus, uitæq; cultus cum elegantia & copia. Magnifica uerba. Terent. Eun. Vrbes magnificæ, Ouid. 2. de Pont. Magnifica domus, Plin. 17. ca. 1. ¶ A Magnificus fit comparatiuus Magnificentior: & ſuperlatiuus Magnificentiſſimus. Cic. 1. de Finib. Ad altiora quædam, & magnificentiora, mihi crede Torquate, nati ſumus. Idem 1. Offic. L. Craſſus Qu. Mutio magnificentiſſima ædilitate functus eſt.

Māgnĭfĭcentĭa, æ, f. p. Eſt (ut inquit Cicer. 2. de Inuent.) rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadã & ſplendida propoſitione agitatio, atq; adminiſtratio. *μεγαλοπρέπεια* [Ital. Magnificenſe. Gal. Magnificence. Hiſpan. Magnificencia, grandeza de animo. Germani. Groſsthätigkeit,, Prachr.] Idem de Amicitia, Nec metiamur eam, ut quidam ſodoſi, uerborum magnificentia. Idem eorum Rullum, Hoc uix eſt liberi populi: uix ueſtrorum amicorũ magnificentiæ. Quint. lib. 4 cap. 2. His tribus narrandi uitijs adiiciunt quidam magnificentiam, quã *μεγαλοπρέπειαν* uocant.

Māgnĭfĭcè, aduerbium, Lautè, honorificè. *μεγαλοπρεπῶς*. [Ital. & Hiſp. Magnificamente. Gal. Magnifiquement. Germanicè, Herrlichen, Prachtlichen.] Terent. in Adelph. Nunquam ita magnificè quicquam dicam, Id uirtus quia ſuperet tua. Brutus ad Cicer. Iouat enim magnificè loqui & certè decet aduerſus ignorantes. Plin. lib. 13. cap. 7. Siccifici ſtomachum laduntgutturi & faucibus magnificè uiles. Cic. 1. Offic. Hæc præſcripta ſeruantẽ licet grauiter, magnificè, animoſeq; uiuere: atq; etiam ſimpliciter, fideliter, & uitæ hominum amicè. ¶ Magnificius Cato pro Magnificentius dixit, ſeruata regulari formatione à comparatiuo Magnificè. Vide Feſtum.

Māgnĭfĭco, as, a. p. Extollo, exalto. *μεγαλύνω*. [Ital. Eſſaltare, magnificare. Galli. Magnifier, extoller. Hiſp. Engrandeçer. Ger. Groſsmachen, erheben.] Plin. li. 28. ca. 16. Magnificãt & uituli, qui nondum herbam guſtauerint, ſimum Plin. li. 17. cap. 9. Arceſilaum quoq; magnificat Varro. Plaut. Menæch. Te unum ex omnibus Venus uoluit me magnificare.

Māgnĭlŏquŭs, m. f. Qui magna loquitur. *μεγαλορρήμων*. [Ital. Che parla coſe grande. Gall. Qui parle d' un ſtile, beau & magnifique parleur. Hiſp. El que habla grandezas. Ger. Der groſſe ding redt oder rümet, Prachtig in der red.] Mart. li. 2. Candide κοινὰ φίλων, hæc ſunt tua, Canè de παίζα, Quæ tu magnilo quos noſte dicq; ſonas. Tacitus in uita Agricolæ, Atq; illi modò cauti ac ſapientes, ſtúpti poſt euentum, ac magniloqui erant.

Māgnĭlŏquentĭa, f. p. *μεγαλορρημοσύνη*. [Ital. Il parlare coſi grande. Gall. Parole on ſtile de haut appareil, magnifique & hautaine parole. Hiſp. Grandeza de palabras. Germ. Ein red von hohen vnnd groſſen dingen.] Cicer. in Orat. Quòd illic dactylicus numerus hexamerorum magniloquentiæ ſit accommodatior. Homeri magniloquentia, Cicer. Cæſari lib. 13. Epiſt.

Māgnĭpendo, is, act. t. In magna æſtimatione habeo. *περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι*. [Ital. Eſtimar grandemente. Gal. Fort eſtimer & priſer. Hiſ. Eſtimar ò apreciar mucho. Ger. Groſs achtẽ, Groſs ſcherzen.] Plaut. Curcul. Neq; eum ad me adire, neque me magni pendere Viſus eſt. Liui. Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promiſſa eius magnipenderentur. Terent. Adelph. Ego quoq; à meis me amari, & magnipendi poſtulo.

Māgnĭtas. pro Magnitudine apud antiquos. Accius, Nanque ſat frugi: neq; dici poteſt pro magnitate.

Māgnĭtūdo, f. t. Copia, amplitudo, ſublimitas. *μέγεθος*. [Ital. Grandezza. Gal. Grandeur. Hiſpa. Grandeza generalmente. Ger. Gröſſe.] Cicer. pro Roſc. Amer. Magnitudo eris alicui. ¶ Magnitudo animi, id eſt excellentia, præſtantia *μεγαλοψυχία*. Cic. 4. de Finib. Quæq; ab eiſdem de temperantia, de modeſtia, de magnitudine animi, de omni honeſtate loquuntur. ¶ Magnitudo periculi pro grauitate. Cicero pro Quintio, Primùm magnitudo periculi ſummo timore hominem afficit.

Māgnŏpĕrĕ, aduerbium, Id eſt ualde, uehementer. *μέγα*. [Ital. Grandemente. Gall. Grandement, beaucoup. Hiſpa. En grande manera. Germ. Gröſslich, heftig, Seer.] Plaut. in Truc. Malem rem is & magnam: magnopere ſerua uiaticũ. Terent. Heaut. Meminiſtine me eſſe grauidam, & mihi te magnopere interminatum, Si puellam parerem, uolle tolli? Lucret. lib. 2. Sed in omnibus rebus magnopere à uero lapſi uidentur. Cicero ad Caſſium libro 15. Ego ceterarum rerum cauſa tibi Romam magnopere properandum cenſeo. ¶ Magnopere facere. Cicer. 7. Verr. Quid inquam, magnopere potuit Cleomenes facere, iſtius auaritia nauibus etiam nitis? Non magnopere laboro: quod barbari dicunt, Non multum curo. Cic. pro Roſc. Comœ. Et quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. ¶ Magno opere ſeparatim aliquando legitur. Plaut. Caſi. Atq; id non tam ægrè eſt iam uiciſſe uillicum, Quàm id expetiiſſe operæ magno ſenem.

Maiuſculus, Grandior. Cicero Epi. In aliqua maiuſcula cura-

Māximus Pontifex, *μέγιστος ἀρχιερεύς*, amplißimus, ſummus, immanis, incredibilis, ingẽs, ſingularis, unicus, diuinus, immortalis, maximè rarus, magnas opes habens, qui

(uerſari.

rerum

rerum quæ ad ſacra & religionem pertinent, curam habebat, uindexq́ erat contumaciæ priuatorum magiſtratuũ. Maximus Curio, uide Magnus Curio.

Maximè, *μάλιστα*. [Ita. Maſsimamẽte, ſopra tutto. Gal. Grãdement, principalement, ſur tout. Hiſp. Mayormente. Ger. Vorauſs, fürnemlich, &c.] Quod quandoq́ Præcipuè, quandoq́ ſæpiſſimè ſignificat. Cice. Lentulo, Vel etiam id, quod mihi maximè libet, Idem pro domo ſua. Intuemini pauliſper animis iuuentutem, & maximè eo qui, &c. Idem 1. de Nat. deorũ, Quæ ratio poetas, & maximè Homerum impulit. Sæpiſſimè autem pro ſummè, & uehementer. Ci. 1. Offic. Ve quiſq́ maximè opis indigeat, ita ei primùm opitulari. Idem de Ora. Dicere quàm maximè ad ueritatem ac cõmodatè. ¶ Interdum eſt affirmatiua reſponſio. Teren. in Eun. Tu Parmeno hoc fac illi adducantur. P. Maximè.

Maximopere aduerbium, *ὑπερφυῶς*. [Ital. Grandiſsimamẽte. Gal. Grandement. Hiſp. Mayormente. Ger. Gantz hefftig, zum höchſten.] Cice. Epiſtol. A te maximopere peto, & quæſo.

Maximitatem, Veteres pro magnitudine dixerunt. Lucilius. Neq́ ad hoc me rogas inani maximitate.

Măgŏdaris, ſiue (ut alii ſcribunt) Magydaris, *μαγώλαφις*, Caulis eſſe creditur ex laſerpitii radice enaſcens. Pli. li. 19. ca 5. Alij tradunt laſerpitij radicem fuiſſe maiorem cubitali, rubetq́ in ea ſuper terram. Hoc inciſo profluere ſolitum ſuccum, ceu lactis, ſupernato caule, quem Magydarin uocarunt. ¶ Eſt etiam Magudaris laſerpitij ſpecies, ut teſtatur Plinius eodẽ libro & capite, Alterum, inquit, genus eſt quod Magydaris uocatur, tenerius, & minus uehemens ſine ſucco. Plaut. in Rudente, Si tibi confidis fore multam magudarim. Colum. lib. 6, ca. 16. Facit & radix, quam Græci uocant *μαγώλαφιν*. Vulgus noſtra conſuetudine uocat laſerpitium. Vni tamen quædam exemplaria, *σίλφιον* habent, non *μαγώλαφιν*.

Măgĭ, gi, m. ſ. *μάγοι*. [Ital. Mago, incantatore. Gal. Magicien, enchanteur. Hiſ. Hombre ſabio enel arte magica. Ger. Ein weiſer, weiſſager, Item, ein zauberer.] Dictio Perſica, qua apud eos ſignificatur ſapiens. Sic enim Perſæ Magos uocant, ut Græci Philoſophos, Latini ſapientes, Galli Druydas, Aegyptij Prophetas, ſiue Sacerdotes, Indi Gymnoſophiſtas, & Aſſyrij Chaldæos. à Chaldæa Aſiæ regione. Accipitur etiam Magus pro incantatore, qui maleficas, & omnibus legibus uetitas artes exercet. Nam quum Magi apud Perſas potiſſimùm deorum colẽdi nacare ſolerent, in tantum poſtea auſta eſt eorum uanitas, ut non ſolùm obſeruatione ſyderum futura prædicere, ſed artibus quibuſdam, & maleficijs, & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur.

Magia, æ, cum accentu in penultima, ſ. p. *μαγεία*. [Itali Magia, incantatoſimo. Galli. Art magique, enchanterie. Hiſpa. La arte magica. Ger. Vueiſhheit vnnd verſtand heimmlicher vnnd verborgner dingen, Item, Zauberey oder zauberkunſt.] Vox eſt Perſica, quam illi ferè accipiunt pro ſapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Vnde & Magi ab illis appellabãtur, quos Græci uocãt Philoſophos. Duplex tamen traditur Magiæ ſpecies: quarum altera, quam iam diximus, nihil aliud eſt quàm conſummatos naturalis philoſophiæ apex, quam Pythagoras, & Plato, & Empedocles, cæteriq́ inter Philoſophos præſtãtiſſimi, noluti ſanctiorem quandam diſciplinam, indefatigabili ſtudio, longinquiſq́ peregrinationibus conquiſiuerũt. Altera, quam Goetiam, *γοητείαν*, uel Thurgiam uocant, dæmonum inuocatione, infandisq́ incantationibus conſtat, quam & leges omnes execrantur, & Plin. artem inteſtabilem uocat, irritam & inanem. Eccleſiaſtici Magicas præſtigias uocant, eò quòd rerum ueritatem ementiantur, hominum mentes fallacia præſtringentes. ¶ Huius Magiæ plures ſunt ſpecies: Hydromantia, *ὑδρομαντία*, quæ fit ex aqua. ¶ Axinomantia, *ἀξινομαντία*, quæ fit ſecuribus & aliis dolabris. ¶ Lecanomantia, quę fit peluibus, quas Græci *λεκάνας* uocant. Nam apud Perſas erant Magi Lecanomantici dicti, ut li. 15. docet Strabo, quaſi ex peluibus diuinãtes. Nam uaticinantes peluim accipiebant aqua plenam, dæmonibus congruentem, in profunda tepentibus. Vbi autem dæmon illapſus erat, aqua edebat ſonum quendam tardicũ. ¶ Catoptromantia, *κατοπτρομαντεία* quæ fit per ſpecula. De qua Spartianus in Iuliano intellexit quum ait, Carmina profana incantauerunt, & ea quæ ad Speculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantãdo futura reſpicere dicuntur. ¶ Pyromantia, *πυρομαντία*, quæ fit per ignem, Hanc Amphiaraus primus inuenit. ¶ Geomantia, *γεομαντία*, quæ fit per terram. Chiromantia, *χειρομαντία*, per lineamenta manuum. ¶ Necromantia, ſiue Necyomãtia, *νεκρομαντία*, *ἀνεκυομαντία*, quæ fit per euocationes umbrarum, & per inferorum colloquia. à qua Necromantici, quorum incantamentis mortui reſuſcitari, diuinare, ad interrogata reſpondere uidentur. Quam nonnulli etiã Sciomantiam uocari putant. Quidam inter Necyomantiã Sciomantiamq́ diſtinguunt, quòd in Necyomantia ad erigendum cadauer ſit ſanguis neceſſarius: in Sciomantia ſola ſufficiat umbræ euocatio. ¶ Capnomantia, *καπνομαντία*, quæ fit ex fumo aræ, cuius motu futura cognoſcebãt: à qua Capnomantæ dicuntur. ¶ Coſcinomantia, *κοσκινομαντία*, quæ fit per cribrum: quo genere etiam hodie mulieres aliquot in Gallia utuntur, ad inueſtigandas res furto ablatas. Ex hoc Magiæ fonte deriuati ſunt apud Italos Hetruſci aruſpices, apud Indos Brachmanes & Gymnoſophiſtæ, apud Gallos Druydæ, & Bardi: apud Siculos Galeotæ: ubiq́ autem terrarum Aſtrologi, qui & Chaldæi uocantur: quamuis alibi ſint nati.

Magice, huius magices, penu. corr. *μαγικὴ*, *γενικῶς*. [Ital. & Hiſp. Arte magica. Gal. Art magique. Germa. Die zauberkunſt, Schwartzekunſt.] Ars ipſa incantandi, quam quidam Magiam uocant. Plin. li. 30. ca. 1. Si non expers ſedes eius tota Thrace magices fuiſſet.

Măgĭcŭs, a, um, *μαγικὸς*, *γενικῶς*. [Itali. Pertinente ad arte magica. Gal. Apartenant à art magique. Hiſp. Pertenesciente à arte magica. Germ. Zauberiſch, Das zů dem zauberer oder der zauberi künſt gehört.] Quod ad magum, uel etiã magicen pertinet: ut, Magicas artes, Magicas herbas dicit, quibus magorum uanitas gloriatur. Virg. 4. Aeneid. Te Deor chara deos, & te germana, tuumq́ Dulce caput, magicas inuitam accingier artes. Virg. 8. Aeglo. Coniugis ut magicis ſanos auertere ſacris Experiar ſenſus. Pli. li. 25. ca. 5. Nec alia dico magica portenta, niſi ubi cauenda ſunt, aut coargenda, in primis fide eorum damnata. De magica arte uide Plinium li. 30 ca. 1. & 2.

Maiales, m. t. Porci caſtrati, *χοῖροι τομίαι*. [Ital Porci caſtrati. Verrats oder pores chaſtrez. Hiſ. Puercos caſtrados ò marranos. Ger. Barg.] Var. 2. de Reruſt. ca. 4. Caſtrantur uerres cõmodiſſimè anniculi utq́, nec minores quàm ſemeſtres. Quo facto nomen mutant, atq́ uerrib. dicuntur Maiales.

Maieſtas, ātis, f. t. A magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus, amplitudo, & dignitas uel populi, uel Senatus, uel Principis, Imperatoriſue, aut etiam priuati magni uiri, aut alterius etiam inanimatæ rei. *σεμνὸν*, *μεγαλεῖότης*, *ἀξίωμα*]ια *τινὸς*, *ἀξίωμα*. [Ital. Maieſta. Gal. Mageſté, excellence de dignité. Hiſp. Maieſtad del Rey ò principe.] Ger. Fürtrefflicheit herrlichkeit oder würdikeit, Maiſtet.] Hora. 2. Epiſt. ſed neq́ parnum Carmen maieſtas recipit tua: nec meus audet Rem tentare pudor, quàm uires ferre recuſent. ¶ Vnde maieſtatis crimen, Iureconſulti definiunt, quod aduerſus Populum Rom. uel ſecuritatem eius committitur. Et rei maieſtatis dicuntur, qui eiuſmodi criminis accuſantur. Maieſtas etiam dea credita eſt, Honoris & Reuerẽtiæ filia, de qua Ouidi. Donec Honor, placidoq́ decens Reuerentia nulla, Corpora legitimis impoſuere toris. Hinc ſacra Maieſtas, quæ mundum temperat omnem, Quæ die parta eſt edita, magna fuit. Nec mora, conſedit medio ſublimis Olympo Aurea, purpureo conſpicienda ſino. ¶ Maieſtas populi dicebatur: Autoritas autem, ſenatus. Populus enim ſciſcere ſolebat, & iubere: Senatus cenſere, & autor eſſe. Ci. 3. Phili. Tantus autem conſenſus municipiorum, coloniarumq́ prouinciæ Galliæ, ut omnes ad autoritatem huius ordinis, maieſtatemq́ Pop. Rom. defendendamq́ conſpiraſſe uideantur. ¶ Maieſtas nominis, Eſt magnitudo, ſiue dignitas. Marc. li. 1. Quum pars libri, & maior, & melior ad maieſtatem ſacri nominis tui allegata ſit. ¶ Maieſtas alicuius loci, eſt eius præſtantia, ſiue excellentia. Liui. 1. ab Vrb. Concipit animo eam magnitudinem Iouis templi, quæ digna Deũm, hominumq́ rege, quæ Romano imperio, quæ ipſius etiam loci maieſtate eſſet. ¶ Maieſtas in oratione, eſt grauitas. Cic. de Amic. Quanta in oratione maieſtas. ¶ Imminuere, uel minuere maieſtatem. Eſt aliquid committere contra dignitatem, uel amplitudinem populi, aut principis. Pro quo etiam dicimus, Ledere maieſtatem, uel Soluere maieſtatem. Cic. in Partit. Maieſtas eſt imperii, atq́ in

omni populi Romani dignitate: quam minuit is, qui per vim multitudinis, rem ad seditionem vocavit. Et deinde, Existit illa disceptatio, minuerit maiestatem, qui voluntate populi Romani rem gratam, & æquam per vim egit. Idem 2. Orat. Tamen ab illo maiestatem immiuutam negabam, &c. Suet. in Claudio Cæs. ca. 16. Ex quibus verbis appareret, maiestatem populi Romani læsam maiores ob id existimasse, quòd civis Romanus affectam se regi, & comitē præbere non dubitasset contra morem maiorum ut creditam pecuniam reciperet. Conerā, Retinere maiestatē, est quod Vulgus ait, Servare auctoritatem, Cic. in Orat. Ius omne retinendæ maiestatis habiti causa continebatur, Constituere maiestatem, est lapsam, aut labentem dignitatis venerationem amplitudinisq; existimationem confirmare. Sallu. Maiores nostri paranoi iuris, & maiestatis constituendæ gratia per secessionem armati bis Aventinum montem occupauere. ¶ Conservare maiestatē, est idem quod retinere.

Maior, Maiores, vide Magnus.

Maiorum descriptionem lege apud Dieæ. li. 3. ca. 45. dicti. Sampsuchum.

Maiuma, Festinitas est, quæ fit Romæ Maio mense. Ni Romani maritimam urbem adeuntes hostium, inter aquas voluptatibus incumbebant, inuicem sese inuadentes. Quam quidem solēnitatem sustulit Anastasius imperator. Sed & in præsentem diem quercum Calend. Maij ludentes in Vrbem iuuenes portant.

Maius, m. s. μαῖος, παρὰ τὸ μείζονα φορεῖν. [Ita. Maggio. Gal. Le mois de May. Hispan. El mes de Mayo. Ger. Der monat May.] Mensis, à maioribus dictus, (ut inquit Macrobius) quorum concilio Respub. gerebatur: sicut Iunius à iunioribus, qui rem armis gerebant. Postquam enim Romulus populum Rom. in maiores, minoresq; diuisit, ut altera pars consilio, altera armis Rempub. tueretur, in honorem utriusq; partis hunc Maium, sequentem Iunium vocauit. Ouid. 5. Fasto. Hinc sui maiores tribuere vocabula Maio. Iunius à iuuenum nomine dictus abest. Sūt qui Maium à Maiestate dea denominatum velint, quòd flamen Vulcanalis Calendis Maijs huic deæ rem diuinam faceret. Alij à Maia Mercurij matre: propterea hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio sacrificare solliti erāt. Quam opinionem etiam attingit Ouid. loco iam citato, Aut tu materno donasti nomine mensem Inuictor curæ foribus apte fidis. Hoc mense Romæ Lemuriæ celebrabantur, tēplaq; omnia clausa erant: putabaturq; id tempus nuptijs contrahendis parum esse idoneum: quæ opinio nostra etiam tempora permansit. Vide Ouidium lib. 5. Fastor.

Mālā, æ, pen. pro. s. ρ. Est pars faciei eminens inter oculum, nasum, & buccam, quæ & Gena dicitur, κόρρη, σιαγών. [Ital. Guancia. Gal. La ioue ou la maschoire. Hisp. La mazilla de la cara. Ger. Ein wange, der oberteil des backens so vmb etwas erhaben ist.] ita appellata, quòd rotundam speciem mali præ se ferat. Plin. li. 11. cap. 37. Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci Genas vocabant. ibi ostenditur pudor. Virgilius tamen lib. 3. Georg. equino generi malas tribuit, quum ait, -quo tempore Glauci Potniades malis membra assumpsere quadrigæ. Plaut. Trinum. -at pol etiamsi uetet, edam, atq; ambabus Malis expletis uorem: & quod illi placeat, præripiam potissimum. Virgil. 5. Aen. Duro crepitant sub vulnere malæ. Luc. lib. 5. Inuēctas molli uestit lanugine malas. Cice. in Orat. Malam à Maxilla dictam esse ostendit, abiectis aliquot mediis literis. Quinetiam (inquit) verba sæpe contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo uester Axilla, Ala factus est, nisi iuga literæ posteriores quā literam è maxillis, è axillis, è uexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit.

Malābathrum, pen. corr. μαλάβαθρον. Dioscoridi folium est nardi odore, quod ex India aduehitur: cuius duo sunt genera. Alterum in Indiæ paludibus quibusdam gignitur, nullis q; hærens radicibus, lenticulæ modo aquis innatat. Alterum in Syria, copiosius q; etiam in Aegypto arboribus eiosdem nominis detrahitur. Ex utroq; unguentum conficitur odoratissimum, quod Malabathrinum, & Folicorum appellatur. Scribitur & Malobathrum, per quartam vocalem in secunda syllaba.

Malabustum, alias Malauistum, sed perperam Alberic. alt. habetur in l. parag. specie. ff. de publica. Sunt enim qui Malobostrum ibidem legunt. Tam pro illis genuinum restituit Holoander. Malabathrum scilicet.

Mālāchē, μαλάχη, pen. corr. Species est malue ventrem emollientis: unde & nomen habet. Nam Græcè μαλακίζειν dicunt, quod nos molle. Plin. li. 20. ca. 21. Duo maluarum genera amplitudine folij discernuntur. Maiorem Græci Maiopen uocant in satiuis: alteram ab emolliendo uentre, dictā putant Malachen.

Malachra, quam alio nomine Maldacon uocant, Arbor est in Bactriana regione, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici gummi genus exudans, quod Bdellium uocant. Plin. li. 12. ca. 9.

Mālāchites, μαλαχίτης, Gemma spissius uirens: ita dicta à colore malue, quę Græcè μαλάχη dicitur. Eadem & Molochites appellatur. Nam Græci μαλάχαν, & μολόχαν pro eodem dicunt. Plin. li. 36. cap. 9. Non translucet molochites spissius uirens, à colore maluę nomine accepto, reddendis laudata signis, & infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine.

Mālācōs, a, um, μαλακός. [Ital. Molle. Gal. Mol. Hisp. Mole. Ger. Vueich lind.] Latinè mollis, delicatus. Plautus in Bacc. Pro lorica malacum capiam pallium. Id est molle, & effœminatum. Ibidem, Hic nostra agetur ætas in malacum modum, hoc est molliter, & suauiter.

Mālācia, ciæ, f. p. μαλακία [Ital. Bonacia, languidezza. Gal. Tranquillité de mer, quand la mer est calme, foiblesse. Hisp. Bonança en la mar, ò calma. Ger. Die Meerstille.] Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quiescunt, & langueant, neq; ulla aura commouentur. Cæs. 4. Bel. Gal. Ac cōuersis in eam partem nauibus, quò uentus ferebat, tanta subitò malacia ac tranquilitas extitit, ut se loco mouere non possent. Luc. Pellaciam, à pelliciendo appellat, ubi dicit, Subdola quum rides placidi pellacia pōti. ¶ Est etiam Malacia, mollities quædam prægnantium & defectio, quæ modò hoc, modò illud appetunt: adeò ut ne terra quidem, aut carbonibus extinctis abstineant, quod uitium alio nomine πίτ]α, hoc est Pica uocatur. Prouenit hoc inommodum à conceptu potissimùm mense tertio, nequeunte fœto omnia ad se delata alimenta absumere. Plin. li. 25. ca. 8. Malicorium expetitur grauidarum malacia, quoniam gustata moueat infantem. Ibidem, Horum semen edendum præbent in malacia prægnantibus. ¶ Malacia stomachi, hoc est depranatus appetitus, propter oris uentriculi affectum ab humorum erodentium copia. Plin. li. 18. ca. 7.

Mālāciſſo, as, Mollio, subigo, μαλακίζω. [Itali. Ammollire, domare. Gal. Amoller, & pestrir, rendre lasche. Hisp. Amollentar. Ger. Vueich machen.] Plaut. in Bacch. Ab nimium ferus es. P. mihi sum. s. malaciſſandus es.

Malāſſo, as, Mollio, subigo, maturo. μαλάσσω. [Ita. Far molle, maturare. Gal. Amollir, & pestrir, rendre lasche. Hisp. Hazer muelle, madurar. Ger. Erweichen, Beereo.] Commalasso, quod est mitigo, maturefacio, Var. In dolore adiaphoron esse, quòd philosophia commalassaret eam partē, quæ concuti cupiditatibus solet.

Malacostracon, μαλακόστρακον, Græci uocant, quod mollē habet testam: unde Malacostracos pisces, μαλακοστράκους ἰχθύας, uocamus, qui testam quidem habent, sed tamen molliorem: ut in cancrorum genere est uidere. Pisces enim omnes aut squamis tegūtur ut mugil & cyprinus: aut molli cute, quos μαλακοδέρμους uocāt Græci ut polypus & sepiola: aut testis duriorib. qui ὀστρακόδερμοι à Græcis appellātur, quales sunt ostreæ, purpureæ, & buccinæ: aut molliore testa, quos μαλακοστράκους iam diximus appellari.

Malagma, tis, n. s. μάλαγμα, Fomentum, quum res dura per alterius admistionem mollescit, sicut emplastrum. Nā malagmata contusa & super cutem iniecta, abundè mollificant, à μαλάττω, mollio. His molliuntur apostemata, & matura fiunt. Columel. libro 7. Adijcitur exiguum picis liquidæ, & exungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. Differunt autem emplastra à malagmatis, & pastillis. Emplastra imponuntur uulneribus, Malagmata in integram cutem injiciuntur: pastilli aut illinuntur, aut alicui molliori cerationi miscentur. Malagma Ipoterium, inscriptum quomodo conficiatur, require apud Aetium Sermone. capite 22.

Male, aduerbium, uide Malus pen. corre.

Maledico, Maledictum, Malefacio, uide Malus adiectiuū.

Malenolentia, uide Malus adiectiuum.

Malleolum

Malicŏrium, n. s. Putamen mali granati *σίδιον*. [Ital. Scorza del pomo granato. Gal. L'escorce d'une grenade. Hisp. Corteza de granada. Ger. Granatópfel rinden.] Plin. li. 24. c. 11. Huius aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur. Idē li. 23. cap. 6. Vulgus coria maximè perficere illo nouimodo id malicorum appellant medici.

Maligno, Malignus, Vide Malus adiectiuum.

Malitia, uide Malus adiectiuum.

Mallĕus, lei, m. s. Fabrile instrumentum notissimum: ita dictum, quòd res duras molliat, quasi molleus: uel quòd quæ dura sunt, molliuntur ad ignem, ut malleis flagellentur. *σφῦρα*. [Ital. Martello. Gal. Maillet ou marteau. Hisp. Martillo. Ger. Ein hammer.] Varr. de Re rust. li. 1. ca. 22. Corbes fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli. Plaut. in Menech. quam tu nunc mihi nauem narras? Men. ligneam, Sæpe peritiam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.

Mallĕŏlus, li, m. s. Diminutiuum à Malleus: id est parvus malleus. *σφύριον*. [Ital. Martellino. Gal. Mailet. Hisp. Pequeno martillo. Ger. Ein hámmerlin.] ¶ Ab huius similitudine etiã uocatur Malleolus. *μόσχευμα*. [Ital. Sarmento di uite. Gal. Marquotte de vigne ou let ferment. Hisp. El sarmiento. German. Ein iung rábschoss, Ein schützling, Ein heurige rábgertẽ.] nouus palmes, uitis, innatus prioris anni flagello. dictus quòd in ea parte, quæ deciditur, ex ueteri sarmento prominens utrinq; malleoli speciem præbet, & plantationi aptus est. In qua etiam sententia fuisse Plinius uidetur, quum ait lib. 17. cap. 21. furculum utrinq; capitulatum è duro seri consueuisse, cuius argumento malleolum etiam nunc uocari. Cice. de Senect. Malleoli, plantæ, farmenta, uites, traduces, propagines, nonne ita afficiunt, ut quemuis cum admiratione delectent? Dicuntur etiam Malleoli, fasciculi ex pice, sulphure, aliisq; id genus incendij fomitibus confecti, ad comburenda ædificia accommodati. Cice. in Catil. Definant insidiari domui suæ Consuli, circumstare tribunal Prætoris urbani, obsidere cum gladijs curiam, malleolosq; ad incendendam urbẽ, faces q; comparare. Idem pro Milone, Domus in clino Capitolino scurris referta, plena omnia malleolorum ab urbis incendia comparatorum.

Mallĕŏlaris, & hoc, lare, g. t. A Malleolus fit. *μοσχευματικός*. [Ital. Pertinente à sarmento de uice. Gal. Apartenant à marquotte ou sarment. Hisp. Perteneciente à sarmiento. Ger. Das eines iungen rábschoss ist.] Col. li. 3. Virgam malleolarem non amplius quàm sex gemmarum esse conuenit.

Mallĕātus, ta, tum, Quod malleo factum, aut contusum. est, *σφυρωτός*. [Itali. Martellato. Gal. Batu ou acoustre au maillet, martellé. Hisp. Martillado, ò hecho al martillo. Ger. Gehemmeret, Mit dem hammer geschlagẽ.] Vnde Malleati libri dicũtur, qui malleo percussi, & complanati sunt: quod ferè fieri solet, antequam libri compaginentur. Vlpi. l. Librorum appellatione, de Legat. 3. Sed & perscripti, non dum malleati, nec ornati continebuntur. Colum. lib. 12. capite 19. Is q; qui præerit huic decoquendo, cola iuncea, aut spartea, ex crudo. i. nõ malleato sparto præparato habeat.

Malleo, las, n. p. quasi malleo operor. *σφυρᾶμαι*. unde

Malleator, m. t. *ὁ ἐν σφύρᾳ ἐλαύνων*. [Ita. Martellatore, Gal. Qui use de maillet ou de marteau. Hispa. Aquel que maia ò martilla. Germani. Ein hámmerer, der mit dem hammer schlacht.] Mart. li. 12. Illinc paludis malleator Hispanæ Tritum nitenti fuste uerberat saxum.

Mallŭŏlum, uii, n. s. Vas in quo lauantur manus. *χερόνιπτρον*. [Itali. Lauatolo da mani. Gal. Bassin ou uaisseau à laver les mains. Hisp. El plato o fuente para aguamanos. Ger. Ein handbecke.] Et fœminino genere Malluuia, (ut Festus sit) sicut pelluuium, & Pelluuia, quo lauantur pedes.

Malo, mauis, mauuit, malui, malle, Magis uelle. [Ital. Voler più tosto, amar meglio. Gall. Aimer mieux. Hisp. Mas querer. Germani. Lieber wöllen.] Cicero de Clar. Orat. Meo iudicio multò stare malo, quàm aliorum. Idem 1. Tuscull. Næ ego haud paulò hũc animum malim, quàm omnium fortunas. Ad Attic. libro 14. Tamen arbitror malle quietam senectutem potius agere, quàm solicitam. ¶ Legitur & Mauolo. Mauellem, Mauelim. pro Malo, Mallem, Malim. Plaut. Asin. Amari mauolo, mi gnate me abs te. Idem Amphi. Expariri istuc mauellem me, quàm mihi memorari. Idē Aul. Mortuum ego me mauellem letho malo, Quàm non ego illi eidem hodie insidias seni.

Malobathrum, thri, *μαλόβαθρον φύλλον*. Folium est, nardi odorem referens: cuius duæ sunt species: alterum in quibusdam Indiæ paludibus gignitur, nullis q; hærens radicibus lenticulæ modo, aquis innatat. Alterum in Syria, copiosius q; etiam in Aegypto, arboribus eiusdem nominis detrahitur. Ex utroq; unguentum, uel oleum exprimitur odoratissimum, quod & Malobathrinum, & Foliatum uocatur, eoq; matronæ, & effœminatiores aliquot uiri Romæ uti solebant ad ungendos capillos. Horat. 2. Carm: Quum quo morantem sæpe diem mero Fregi coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. Scribitur & Malabathrum, *μαλαβάθρου* Dioscoridi. Vide suprà

Maloion, *μαλοῖον*, A quibusdam appellata est herba, quam Dioscorides *λυχνίδα γιφανωματικὴν*; hoc est Lychnidem coronarium appellat.

Maltha, æ, f. p. *μάλθη*, Cera erat pici liquidæ commista, tabulis cerandis idonea, *ἀπὸ τῆς μαλθακίας*, hoc est à mollitie nomen habens. Hoc etiam nomine appellatur limus quidam flagrans, magna in copia proueniens in stagno quodam Samosatæ, urbis Comagenes, natura tam admirabili, ut aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samosatæi urbẽ suam, Lucullo oppugnante, defenderunt, hostes unà cum armis exurentes, ut autor est Plinius libro secundo capite 107. ¶ Est præterea Maltha, materia quædam durissima, ex calce uiua, adipe suillo subacta, aduersus omnem annorum iniuriam inuicta. Vide eundem libro 36. capite 24. ¶ Hinc deducitur uerbum Maltho, as, quod est maltham rei alicui inducere, uel maltha oblinere: quod præcipuè fiebat in ijs monumẽtis, quæ æterna esse uolebant, & aquæ resistentia. Plinio loco iam citato, Quæ maltantur, oleo perfricantur anté.

Malua, æ, f. p. *μαλάχη, καὶ μολόχη*. [Ita. Herba malua. Gal. Malue. Hisp. La malua. Ger. Pappelen ein kraut.] Herba est notissima, cuius duo genera posuit Plinius libro 20. capite 21. quæ foliorum amplitudine discernuntur. In sativis maiorem Græci Malopen: alteram ab emollienda aluo, Málachen dixere. Cicero Gallo libro 7. Ita ego, qui me ostreis & murænis facilè abstinebam, à beta, & à malua deceptus sum, Mart. Vtere lactucis, & mollibus utere maluis.

Maluaceus, cea, ceum, *μαλάχινος*. [Ital. Di malua. Galli. De malue. Hisp. Cosa de malua. Germ. Das der pappelen ist.] Plin. li. 21. ca. 4. Alia funditur è caule maluaceo.

Malus, li. fœmini. gener. s. Arbor, cuius fructus est Malum, notissimum pomi genus. *μηλέα*. [Itali. Il melo pomaro. Galli. Pomier. Hisp. Mancano. Germa. Ein ópfelbaum.] Virgilius Aegloga 3. Malo me Galatea petit, lasciua puella. Tractum nomen à Græcis, qui malum, *μῆλον* dicunt. Vnde Melimela dicuntur penultima producta. Virgil. 3. Aeglo. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. ¶ Malum granatum Plin. libro 23. cap. 8. ¶ Malum Persicum, Pli. lib. 15. cap. 14. Plura alia malorum genera inuenies apud ipsum Plin. & Col. lib. 5. ca. 10. & Varronem de Re rust. li. 1. ca. 59.

Malum Punicum, n. s. *ῥοιά*, [Ital. Pomo granato. Galli. Pome de grenade, une grenade. Hispani. La granada. German. Ein Granatópffel.] Mali genus, quod à granorum multitudine etiam Granatum appellatur. Dictum Punicum, quòd è Pœnorum regione, primùm in orbem nostrum sit translatũ. Mart. li. 1. Aut imitata breues Punica mala rosas.

Malum terræ, A Latinis uocatur herba, quæ à Græcis Aristolochia dicitur: cuius quatuor sunt species, quas recenset Pli. li. 25. ca. 8.

Malinus, adiect. Materiatum ex malo. *μήλινος*. [Itali. Cosa fata di pomaro. Galli. Chose faitte de pomier. Hisp. Cosa hecha de mancano. Germani. ópffelbáumin.] Columella lib. 7. cap. 8. Est etiam non ingrati saporis muria præduratus, atq; ita in malini ligni, uel culmi fumo coloratus.

Malus, li, priore producta masc. genere, Arbor nauis, quòd instar mali sit in summitate, uel quia cingitur quasi quibusdam malis, quorum uolubilitate facilius leuantur uela. *ἱστός*. [Italicè, L'arbore della naue. Gallicè, Le mat ou arbre d'un nauire. Hispanicè. Mastel dela naue. Germa. Ein ségelbaum.] Virgil. 5. Aen. Ingentiq; manu malum de nauis Seresti Erigit. Oui. Epi. 5. Rigido pendẽtia lintea malo. Cic. de Senect. Vt si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alij malos scandant, alij per fores cursent. Luca. li. 3. Antennas, proram, malos, tonsasq; natantes.

Mălŭs, la, lum, prima corrept. Dicitur quod opponitur bono, *κακὸς, φαῦλος*. [Ita. Cosa mala, cosa cattiua. Gal. Mauuais. Hispani. Cosa mala. Germani. Böſs.] Cicero 1. Offic. Philosophi quidam minimè mali illi quidem, sed non satis acuti. Ouid. 4. Trist. Leuior fortuna malorum. Pœnas exercere malorum, hoc est castigare malos. Virgil. 6. Aeneï. Mala ætas, Plaut. Aulula. Atque ut te dignam mala malam ætatem agas. Homo malus, Plautus Menæch. 8 hominem malum. Vt dissimulat, ¶ Dicimus etiam malum militem, qui est imbellis. Malum imperatorem, qui est imprudens. Malum Grammaticum, qui est rudis. Malum iudicem, qui est iniquus. Malam faciem, quæ est deformis. ¶ Præterea Malum substantiue sumitur pro labore, afflictione, & angustia. *παλαιστρία, ἄθλος*. Virg. 2. Georg. Assuetum malo Ligurem. Plaut. Pœn. Siquid boni promittunt, pro ſpisso euenit. Id quod mali promittunt, præsentariò est. Terẽ. in And. Quid facias illi, qui dederit damnũ, aut malũ? Cic. 5. Verr. Tu, nisi malo coactus, rectè facere nescis. Idem, Nam ui, malo, plagis adductus est, ut frumenti daret, non quantum haberet, sed quantum cogeretur. Fessus malis, Ouid. 9 Metamor. Causa, crimen, caputq; malorum, Virgil. 11. Aeneid. Opes irritamenta malorum, Ouidius 1. Metamor. Deforme malum, Idem 3. de Arte. Fatale malum, Ouid. 5. Trist. Affligi malo, Quintil. in Proœ. libri 6. Ego uel hoc uno malo sic eram afflictus, ut me iam nulla fortuna posset efficere fœlicem. ¶ Item sumitur pro malignitate. Seneca, Imberillum, insontemq; damnare, summum est malum. ¶ Item Malum, pro interiectione, perinde acsi diceremus, Proh nefas. Qui loquendi mos, per interrogationem & honestus & usitatus est. Gellius, Quæ (malum) ista ratio est? Plinius lib. 9. capi 11. Quæ (malum) ista dementia est iterari uiam morte? Terent. in Adelph. Quod hoc (malum) infœlicitatis in eundem sensum Cic. ad Atticum dixit, Qui (malum) isti Pindenissi? ¶ Aliquando capitur Malum pro paruo: sicut bonum pro magno.

Malè. Prauè, nequiter, uitiosè, improbè. *κακῶς*. [Ital. Male mente, inquitosamente. Galli. Mauuaisement, mal Hispa. Malamente. Ger. Böſslich, übel.] Cic. Attic. O factum male de Alexione. ¶ Aliquando ponitur pro nalde. Idem de Clar. Orat. Addebat etiam, id q; ad rem pertinere credebat, scriptores illos malè multatos. Id est magna pœna affectos. ¶ Similiter quum dicimus, Malè formido, Malè macror, Malè metuo. Malè timeo, Malè odi, significat ualde multum, siue uehementer. ¶ Modò pro parum. Virgil. 9 Georg. Heu malè cum mites defendit pampinus uuas. ¶ Modò pro incommodè, sicut Bene pro commodè: ut, Male habito. Bene habito. ¶ In compositione habet uim negationis, *δύς*, ut Malesanus. Malefortis. Ouid. lib. 4. Fast. Nondum tradiderat uictas uictoribus artes Græcia, facundam, sed malefortè genus. ¶ Malè uiuere, Est pauperrimè, & in egestate, uel anxiè, & solicitè uiuere. ¶ Malè loqui, est maledicere. ¶ Malè habet me hæc res, id est illud me molestat, iratus sum ob id, illud me angit, uexat, solicitat. ¶ Male docere quid sit, hæc Terentij uerba docebunt in Heaut. Malè docet te mea facilitas multa, id est causa est tibi ut malè agas: arripis inde ansam malè faciendi. ¶ Malè consolere in aliquem, Est aliquid illius incommodo, & damno facere. ¶ Malè acceptus inopia rerum dicitur, qui propter inopiam malè tractatur. ¶ Malè aliquem uerbis accipere, Est iniuria afficere. Subauditur tamen aliquando ablatiuus, Verbis. ¶ Malè animatus erga aliquem is dicitur, qui illi malè afficitur, & non bene uult. ¶ Malè esse animo tum dicitur, quum ictu alicuius mœroris perculsus animus nõ sustinet corpus, sequiturq; ruina membrorum. ¶ Malè aliquid cuipiam credere. Est non tutò credere Plaut. in Pœn. Male credam, & credam tamen. Hora. 2. libro Sermonum, pratenſibus optima fungis Natura est: aliis malè creditur. ¶ Malè cadere, id est malè succedere, sine accidere alicui, quod non sperabat. Cæs. in Comment. V bi tantos suos labores & apparatus malè cecidisse uiderunt, &c. ¶ Malè audio, Significat alicuius maledicta sustineo, seu infamor, ulcuperor, culpor. *κάκῶς ἀκούω, κακῶς ἀκούομαι*. [Ital. Hauer cattiua fame, hauer mal nome. Gal. Auoir mauuais bruit, estre diffame & mal renome Hisp. Ser infamado. Germa. Ein böſs geſchrey oder lümbden haben] sicut Bene audio, laudor. Huius antitheton est Maledico. Teren. in And. Si pergat maledicere, pcius audiet. Cic. in Orat. Non quòd libenter malè audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo, Idem ad Attic. Hanc nonnulli amici Appii ridicu lè interpretantur, qui me idcirco putent bene audire uelle, ut ille malè audiat. ¶ Male cogito de te, Id est malè affectus sum erga te, & maleuolo in te animo. *κακονοητέω*. Ouid. in Epist. Didos, Non tamẽ Aeneam, quamuis male cogitet, odi. Cælius Ciceroni, Et ipse facilè animadoerte rem, malè eum de me cogitare. Huic contrarium est, Bene cogito. *εὐνοῶ*. ¶ Malè conciliatus, Terent. Eun. Fugitiue prodi, malè conciliate. Vbi Donatus, Malè, magnò significat, ut Plaut. Amphit. Hæc nox ſcita est exercendo ſcorto conducto malè. Ergo. Malè conciliate, magnè empte significat. Plaut. Pseud. Exite hinc, agite, ite ignaui, malè habiti, & malè conciliati. ¶ Malè iudico, *κακῶς κρίνω. κακῶς φρονῶ*, malè cẽſco, malè opinor. ¶ Malè mereor de te, *κακῶς ποιῶ*, malè tracto te, tibi noceo, & incommodo. Cuius contrarium est, Bene mereor, *εὐποιῶ, εὐεργετῶ*. Cicero de Finl. Malè, credo, mererer de meis ciuib. ſi ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transterrem. ¶ Malè opto ti bi, *κακῶς ἐυχομαίσοι*, malè precor, uel imprecor tibi rem aliquam malam. ¶ Malesuadus, pen. prod. Qui male ſuadet. Plaut. Most. Perij hercle, ni ego illam pessimis exemplis euasso. Illa hanc corrumpit mulierem malesuada uulgi na. Fames malesuada, Virgil. 6. Aen. Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas. Amor malesuadus sceptri. Statius Thebaid. ¶ Malè uertere, Est in perniciem uertere. *κακῶς τρέπω*. [Ital Volgere in rouina. Gall. Venir en ruine, venir à mal Hisp. Tener mal prouecho. Germ. übel ausſchlirzen, übel eiſchiessen.] Terent. in Adelph. Minis uiginti tu illam emisti, quæ res tibi uertat malè. Vbi Donatus, Vertumnus dicitur Deus, qui rebus ad opinata reuertentibus præest. Sæpe autẽ malè cedit, quod bonum putatur: & hoc est, malè uertisset ille gladius, qui muneri datus, admisi culum foit regnæ peruenti: de quo Virgil. 9 Aen. ensemq; reclusit Dardanium, non hos quæſitum munus in usus. ¶ Malè uolotibi, Odi te: quod & malè copio dicitur. *κακῶς*. [Ital. Voler mal. Gal. Vouloir mal. Hisp. Malquerer. Ger. übel wöllen.]

Maledico tibi, Id est Maledictis te afficio: in te maledicta, id est conuitia, probra, contumelias conicio. *κακολογία, κακηγορία*. [Ital Maldire. Gal. Medire, iniurier, blasmer. Hisp. Maldezir. Ger. übelreden Lesteren, Schmähen.] Terent. in Eun. Nescis, cui maledicas nunc viro.

Mălĕdĭcus, a, um, maledicentior, & maledicentiſsimus, Qui proclivis est ad maledicendum, aut obtrectandum *βλάσφημος*. [Ital Che dice male d'ogn'uno. Galli. Medisant. Hispanicé, Maldiziente. Germani. Zů übel reden geneigt, Schmachredig.] Cic. pro Flac. In tam suspitiosa, & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit, Idem lib. primo de Finl. Homo natura maleuolus, & maledicus. Idem pro Flac. Qui in uberrima re turpe compendium, in maledicentiſsima ciuitate, in suspicioſsimo negotio maledictum omne, non modò crimen effugit. Plaut. in Merc. Ac ego pol maledicentiorem, quàm te noui neminem.

Mălĕdĭcentĭa, f. p. Obtrectatio, conuitium. *κακολογία, ἀσχημοσύνη*. [Ital. Detrattione. Gall. Detraction. Hisp. Aquel habito de maldezir. Ger. übel redung, Schmächung.] Gell. li 3. ca. 3. Ob assiduam maledicentiam, & probra in principes ciuitatis, &c.

Maledicè, aduerbium. Id est contumeliosè. *κακολογῶς, ἀσχημόνως*. [Ital. Dar detrattione, dicendo male. Gal. Parler detraction, en mediſant. Hisp. Maldiziamente. Ger. Schmälichen. Mit übel reden.] Cic. 1. Offic. Quod maximè tum solet euenire, quum studiosè de absentibus detrahẽdi causa aut per ridiculum, aut seuerè, aut maledicè, contumelioſè dicitur.

Maledictum, ti, n. ſ. Conuitium, probrum, contumelia. *λοιδορία*. [Ita. Maldetto, uillania. Gal. Vilanie, diffon. Hisp. Maldicho, iniuria de palabras. Ger. Ein ſchmachwort, Lesterwort.] Cic. ad Qu. frat. li 2. Quum omnia maledicta, uersus denique etiam obſcœniſsimi in Clodium & Clodiam dicerentur. Ouid 3. Met. maledictaq; culpæ Additis, & non est patientia libera nobis. ¶ Figere omnes maledictis Cic. de Nat. deor. Congerere maledicta, Quintil. lib. 9 cap 3. Conijcere maledicta in uitam alicuius. Cic. pro Flanc. Vexare aliquẽ probris & maledictis. Cice. pro Flac.

Mălĕdĭctĭo, onis, n. ſ. *κακηγορία*. [Ital. Maledittione. detrattione. Gall.

tione. Gal. Mandiſſon, detraction. Hiſp. Maldicion, maldizimiẽto. Ger. Ein Schmachred, übel redung.] Ci. pro Cęlio, Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam.

Mălĕfăcio, a, t. *κακῶς ποιῶ, κακοῦργω*. [Ital. Far male. Gall. Malfaire, nuire. Hiſp. Mal hazer. Germ. übel thůn, Böſes thůn.] Cic. ad Brutum lib. Epiſt. 11. Dij iſti Segulio malè faciant, homini nequiſſimo omnium, qui ſunt, &c. Idem ad Attic. Quòd ſi iſte Italia reliquer, faciat omnino male. Et Malefacio compoſitum. Terent. Adelph. Neq; tu verbis unquam ſolues quod mihi te maleſeceris.

Malefactum, ti, n. *κακούργημα*. [Ital. Maleficio, danno. Gal. Malfait, ou meffait. Hiſp. Malhecho. Ger. Ein übelthat oder ein böſe that.] Cic. 1. Offi. Benefacta male locata, malefacta arbitror. Ex Ennio. Inſignia malefacta, Luc. lib. 1.

Mălĕfĭcus, ca, um, Pro pernicioſo, qui damnum infert, & qui nocet alteri. *κακοῦργος*. [Ital. Colui che fa male. Gall. Malfaiſant, dommegeable. Hiſ. Coſa malhechora. Ger. Schädlich, das etwas übels oder ſchadens thůt, Schadhafft.] Cic. 7. Ver. In exteroorum hominum & maleficiorum, ſceleratorumq; cuſtodias, in prædonum, hoſtiumq; tu tãtum numerum ciuium Romanorum includere auſus es? Pli. li. 11. ca. 52. Oculi quibuſcunq; ſunt longi, malefi cos eſſe indicant: qui carnoſos à naribus angulos habent, malitiæ nota præuenti. Var. 1. de Re ruſt ca. 7. Vt locus omnis ſit illuſtris, nẽue quæ ſerpens, aliúdue quid animal maleficum introire queat. Maleficum frondibus animal, capra. Pli. li. 11. ca. 7. ¶ Interdum idem eſt quod ueneficus, & incantator: unde Maleficas mulieres dicimus incantatrices: quæ & Sagæ dicuntur: & Maleficas artes, pro incãtationibus, & ueneficijs.

Mălĕfĭcium, cii, n. ſ. Malefactũ, iniuria, facinus. *κακούργημα*. [Ital. Maleficio. Gal. Malfait, ou meffait, mal Hiſp. Maleficio, ò malhecho. Germa. Ein übel that, Miſshandlung.] Budæus, Maleficiũ dicitur, quicquid improbè admiſſum eſt. Vlpia. l. j. ff. ſi fam fort. fec. dic. Vtiliſſimum id edictum Prætor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus malefi cia ſeruorum. Cicc. pro Roſc. Amer. Vt ſi diſſimulare omnes cuperent ſe ſcire, ad quem maleficium pertineret. Idẽ 2 Offi. Vt ne illi quidem, qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine ulla particula iuſtitiæ uiuere. Committere maleficia, & Admittere maleficia. apud Cicc. pro Sex. Roſc. Amer. Temperare à Maleficio. Cęſ. 1. bel. Gal. Neq; homines data facultate itineris per prouinciam faciendi, exiſtimabat temperaturos ab iniuria & maleficio.

Mălĕfĭcentĭa, æ, f. p. Damnum, iniuria, facinus *κακουργία*. [Ital. Maleficio, danno, ingiuria. Gal. Malfaiſance. Hiſp. Malhecho, danno, ioiuria. Germani. Beſchädigung.] Cæſ. lib. 1. bell. Gall. Sibi eſſe in animo iter facere per prouinciam ſine ulla maleficentia. Plin. lib. 9. cap. 9. Abeſt enim illa laſciuia, maximè tamen roſtris canicularum maleficentia aſſimulati.

Maleficioſè, aduerbium. *κακούργως, ὑβριστικῶς*. [Ital. Malitioſamente. Gal. Malicieuſement. Hiſ. Malicioſa y aſtutamẽte. Germ. Böſshafftilich.] Cic. pro Cecin. Quum hoc nouæ litis genus tam maleficioſe intenderent. Sic enim legit Calepinus: quum tamen conſtet, Malitioſe ibi, non Maleficioſe legendum eſſe: nam Maleficioſus, & Maleficioſe Latina non ſunt.

Mălĕuŏlus, m. ſ. *κακόνους*. [Ital. Malcuolo, inuido. Gal. Malueillant. Hiſp. Coſa que mal quiere à otro, mal quiſto. Ger. Böſswillig.] Inuidus, & malum cuiquam exoptans, Cicc. 3. Tuſc. Nam illam quidem noueram ex commentatione alienorum malorum ad maleuolos conſolandos eſſe accõmodatam. Idem ad Brutum, Atq; illo die cognoui paulò plures in ſenatu maleuolos eſſe, quàm gratos.

Maleuolens, tis, Idem quod maleuolus. *κακονόος*. [Ital. Maleuolo Galli. Malueillant. Hiſp. Malquiſto. Ger. übel wóllend.] Plaut. uiuo maleuolente genio natus.

Mălĕuŏlentĭa, æ, f. p. *κακόνοια, δύσνοια*. [Ital. Maleuoglienza. Gal. Malueillãce & enuie. Hiſp. Malquerencia. Ger. Böſswilligkeit.] Inuidia, odium, & (ut Cicer. 4. Tuſc. definit) uoluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo. Item ad Qu. frat. lib. 1. Quanquam illorum erit uerius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.

Mălignŭs, a, um, Qui malo eſt & depraualo animo, & conſuetudine maleuolus: ut interpreta. Nonius. *κακόθυμος, φθονερός*. [Ital. Maligno, ſcelerato, che ha mal'animo. Gal. Malin, malicieux. manuais. Hiſ. Maligno, malicioſo Germa. Böſshafftig. Vngůtig, Miſsgünſtig.] Plinius, Homo malignus & inuidus. ¶ Interdum idem quod iniquus, & alienus. Terent. Hec. Sed ut fit, poſtquam hunc alienum ab ſe ſe uidet, Maligna multò & magis procax facta illico eſt: Hinc Maligna uia, quæ anguſta & ardua eſt. Virgili. 11. Aen. Aditusq; maligni, Maligna lux, quæ ſubobſcura eſt. Idem 6. Aene. Quale ſub incertam lunam, ſub luce maligna. ¶ Interdum idem quod parcus, & minime liberalis: *γλίσχρος, φιλόλως*, cuius antitheton eſt Benignus. Vnde Malignus ager dicitur, hoc eſt ſterilis, quiq; domino ſuo ſe quodam modo ingratum exhibet, ſemenq; ſibi creditum parum liberaliter refundit Virgil. 2. Georg. Difficiles primum terræ colleſq; maligni. ¶ Laudatores quoq; malignos dicimus qui intra modum & frigidè laudant, adeò ut præ inuidia ex meritis laudibus aliquid detrahere uideantur. Quintill. In laudandis diſcipulorum dictionibus nec malignus, nec effuſus.

Mălignĭtas, tatis, f. t. Quæ eſt peruerſa, & depraualo uoluntas. *κακοθυμία*. [Ital. Malignità. Galli. Malignité, mauuaiſtié, malueillance. Hiſp. Malignidad. Ger. Böſshafftigkeit, Vergunſt.] Plaut. in Capt. Nam hercle huic diei, ſi liceat, oculos effodiam lubens, Ita malignitate oneranit omnes mortales mihi. ¶ Quandoq; pro parſimonia ponitur. Liuius, Malignitas conferendi ex priuato.

Malignè, aduerb. Peruersè, depraualè, & quod Cicero dicit, Malitioſe, parum candidè, & cum quadam parſimonia. *κακοθύμως, κακοτρόπως*. [Ital. Malignamente. Gal. Malicieuſement. Hiſp. Malicioſa y aſtutamente. Ger. Vngůtlich, untreulich.] Liu. 3. ab Vrbe, Malignè Senatus in unũ diem ſupplicationes Conſulum nomine fecit. Laudare alicquem malignè. Horat. 2. Epiſt. 1.

Mălĭtĭa, æ, f. p. Peruerſitas, quæ uirtuti, ſeu bonitati contraria eſt. *κακία*. [Ital. Malitia. Gal. Malice. Hiſp. Malicia, aſtucia. Ger. Böſsheit, Böſsertigkeit, Schalckheit.] Sene. In hoc ſumma bonitas, in illo extrema malitia. ¶ Proprie autẽ Malitia eſt, quum quis data opera male agit. Senec. Epiſto. 47 Hoc habent inter cætera boni mores, placent ſibi, & per manẽt: leuis eſt malitia, ſæpe mutatur non in melius, ſed in aliud. ¶ Frequenter autem ſumitur pro uerſutia. *ἀγχίνοια*. Cic. 4. Tuſc. Huius igitur uirtus contraria eſt uitioſitas: ſic enim malo quàm malitiã appellare, quam Græci *κακίαν* appellant. Nam Malitia, certi cuiuſdam uitii nomen eſt: Vitioſitas, omnium. ¶ Antiquis Malitia uocabulum mediom fuiſſe uidetur: quod & in bonam partem accipi poterat. Vnde Malitiam malam, legimus apud Plautũ in Aulularia. Equidẽ (inquit) te ciuem ſine omni malitia mala etiam ſemper ſum ratus, & nunc arbitror. ¶ Accipitur etiam quandoq; Malitia pro inclementia, uel intẽperie. Vnde cæli uel terræ malitia dicimus, pro mala cæli, uel terræ tẽperatura. Pli. Quod modò cæli, modò terræ malitia facit. Varro, Id ſæpe accidit malitia ſoli.

Mălĭtĭōſus, m. ſ. Verſutus, callidus, aſtutus, fallax *ἀλάστωρ, πανοῦργος*. [Ital. Pien di malitia. malitioſo. Galli. Malicieux. Hiſp. Malicioſo, aſtuto. Ger. Böſshafftig, Böſsertig.] Cic. 3. Offic. Hoc autem celandi genus quale ſit, & cuius hominis, quis non uideat? certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non uiri boni, uerſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, ueteratoris, uafri. Malitioſa iuris interpretatio. Cicc. 1. Offic.

Malitioſè, aduerb. Callidè, doloſè. *πανούργως*. [Ital. Malitioſamente Gal. Malicieuſement, par fineſſe & tromperie. Hiſpc. Malicioſa y aſtutamente. Ger. Böſsfertiglich, Auſs böſen liſt.] Plau. in Mil. At nõ malitioſe tamẽ feci, id nõ feci ut deciperẽ. Ci. 2. Verr. Malitioſè neceſſe eſt iuſtiuſmodi rationi aliquo conſilio obſiſtere. Idem in Orat. Et in eligendo fecit malitioſè. ¶ Malitioſius gerere rem mandatam, Cic. pro Roſcio Ame.

Peior, & hoc peius comparatiuum. *κακίων, νεῖχείρων*. [Ital. Peggiore, men bueno. Gal. Pire, plus mauuais. Hiſp. Peor, menos bueno. Ger. Böſſer.] Cic. 2. Tuſc. Turpitudo peius eſt quàm dolor.

Peius, aduerbium, Magis ac multo magis uehementius. Cicero libro ſeptimo Epiſtol. Poſtremũ uix ueriſimile fortaſſe uidetur, oderam multo peius hunc quàm illum ipſum Clodium.

Pęſsimus, pen. corr ſuperlatiuum, ut Omnium peſſimus poeta, Catullus ad M. Tul.

Peſsimè, aduer. Ci. 1. in Ver. Intelligit ſecũ actũ eſſe peſsimè.

Mamillana, Fici genus eſt, à mamillarum ſimilitudine ita dictum: cuius meminit Plin. lib. 15. cap. 18.

Mamma, æ, f. p. Dicitur receptaculum lactis in fœmina, quo fœtum educat: quod & uber dicitur. *μαστὸς, ὄυλὴ*. [Itali. Poppa, mamma. Gal. Mamelle, tette. Hiſpa. Lateta. Germa. Die bruſt oder durten.] Iuuenalis Satyr. 1. Et nuda teneat uenabula mamma. ¶ Mammas habent & capræ. Plin. lib. 11. cap. 40. Quibus ſolida ungula, nec ſupra geminos partus, hæc omnia binas habent mammas, nec alicubi quàm in fœminis. ¶ Mammæ etiam porcorum dicuntur. Mart. lib. 2. Quicquid ponitur, hinc & inde uertis, Mammas fœminis, imbriemcq; porci, &c. ¶ *Μάμμα* quoq; Græca dictio eſt, qua ſignificatur Auia, id eſt patris, ſeu matris mater. ¶ Hoc etiam nomine infantuli matrem uel nutricem appellant, ſicut patrem Tatam. Marti. lib. 1. Mammas, atq; tatas habet Afra. Plaut. in Moſtel. Nunc comeſſatũ ibi ad Philolachetẽ, ubi nos hilari ingenio, & lepido accipiet. Ecquid tibi uideor mammam Adire? Cato, Qui cibum, ac potionem Buas, & Pappas uocant, & patrem Tatam, & matrem Mammam.

Mamilla, læ, f. p. Quãuis diminut. ſit à mamma, quod gemina ta conſonante ſcribitur, unico tamen m, contentum eſt, primamq; ſyllabam contra primitiui naturam corripit. *τιτθίον*. [Ital. Mamella Gal. Mamelle, petite tette. Hiſpa. Pequenna teta. Ger. Ein dũttlin.] Iuuen. Sat. 6. Illa loqui recta facie, ſtrictiſq; mamillis. ¶ Mamillæ pẽſiles in capris. Varr. lib. 2. de Re ruſt. cap. 1. Duas ut mamillas penſiles habeant, quòd hæ fœcundiores fiunt, &c.

Mammula, læ, aliud diminut. à Mamma. *μαστίον*.

Mamillare, ris, n. t. Velum, ſiue faſcia, aut quoduis aliud amiculi genus, quo mulieres mammas tegere conſueuerunt. *ἐπιμαστίδιον*. [Ital. Veloda coprire le mamelle. Gall. Vn gorgias ou gorgerette dequoy les femmes couuroyent les tettes. Hiſp. Faxa para faxar las tetas. Ger. Ein halſsmentel, das fleid mit dem die brũſt bedeckt werden.] De quo eſt diſtichon illud apud Mart. lib. 14. Taurino poteras pectus conſtringere tergo: Nam pellis mãmas non capit iſta tuas

Mammare, *θηλάζειν*, eſt mammas ad ſugendum præbere. Auguſt. in Pſal. Interpret. Væ prægnantibus & mammantib. illis diebus.

Mammatus, ta, tum, Quod mammarum ſimilitudinem refert: *μαστοειδὴς*: unde Tegulæ mammatæ dictæ ſunt, quæ balneis adhibentur, & aquæ ductibus.

Mammeatus, ta, tum, Idem quod mammoſus, *μαστώδης*. Plautus, Cuius amicam mammeatam uidimus.

Mammoſus, ſa, ſum, Quod habet magnas mammas. *μαστώδης*. [Ital Che hagram mamelle. Gal. Qui à grandes mameiles, Hiſp. Tetudo, que tiene grandes tetas. Germ. Mit groſſen dutten.] Mart. li. 14. Mammoſas metuo: teneræ me trade puellæ. Varro lib. 2. cap. 9. Canes etiam mammoſas appellat. Et apud Plin. lib. 11. cap. 41. Pyra mammoſa. Apud eundem lib. 12. cap. 14. Thus mammoſum dicitur, pro fœminino, ad differentiam maſculi thuris. ¶ Mammoſum panicum, Idem lib. 18. cap 7.

Mammolariam, Qui huc ex Brunsfelſii Onomaſtico tranſtulerunt, pro Acantho herba, ii profectò imperitum ſequuti gubernatorem, unà cum illo in ſcopulum impegerunt. Nam in caſtigationibus Dioſcoridis exemplarib. Marmoraria legitur, non mammolaria. Vide infrà.

Mammona, pen. prod. *μαμμωνᾶς*, Vox eſt Syriaca, diuitiarum Deum ſignificans. Quem Græci *πλοῦτον* uocant: accipiturq; pro ipſis diuitiis. Qui plura de eo noſſe cupit, uideat annotationes Eraſmi in Matthæum.

Mammotreptus, pti, m. f. adiect. *μαστοτρεπτὰ* quid ſignificet, Auguſt. in interpretat. in Pſalter. declarat. Si eum (inquit) quæris imitari & ex illo pendere, adhuc lacte uis nutriri, & fies mammotreptus, quales dicuntur pueri qui diu fugunt. quod non decet. Et paulo pòſt. Faciunt hoc nutrices mammotreptis, ut aliqua amaræ ponant in papilis ſuis, quibus offenſi paruuli, ab ubere reſiliant, & ad menſam inhient.

Mamphur, Lignum rotũdum, loro circumuolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Feſtus.

Manalis, Vide Mano.

Manceps, pis, m, c. Qui aliquid à populo emit, conducitue, quia ſublata manu, ſignificat ſe autorem emptionis eſſe *ἐργολάβος*. [Ital. Chi compra ò piglia à fitto del publico. Gal. Vn achepteur ou fermier des choſes publiques. Hiſp. El que compra ò arrenda en almoneda. Germ. Ein kouffer oder Entpfaher, Ein ſolcher der von einer Oberkeit oder einer gmeind etwas vmb ein benampt gelt kaufft oder nur entpfacht, als da ſind zöll, zähenden, &c.] Conductor aliàs Latinè, & redemptor, & Sector appellatur. Cicer. pro Roſcio Amerino, Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus. Paul. l. qui fideiuſſor. ff. Locati, Qui fideiuſſor exiſtit apud mancipem pro colono publicorum prædiorum, hoc eſt apud publicanum. Cic. 5. Verrina, Si populus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe, quam ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe. Quo in loco Manceps accipitur pro redemptore ſartorum tectorum. Sueto. in Veſpaſiano, cap. 1. Non negarim lactatum à quibuſdam Petronii patrem è regione Tranſpadana fuiſſe mancipem operarium, id eſt conductorem mercenariorum, & operariorum ſeruorum, ut opera eorum ad quæſtum uteretur. Plin. lib. 10. ca. 41. uidetur Mãcipem accepiſſe, pro magiſtro officinæ, qui operis opificum redemptis utitur ad quæſtũ aut certè pro eo, quem Græci Propolam uocant, qui minoris emit, ut carius uendat. Hunc (inquit Plinius) ſuo cum lucro incitatus manceps proximæ ſutrinæ, ſiue iracundia ſubita, ut uoluit uideri, excrementis eius impoſita eluere macula, exanimauit. In hac etiam ſignificatione hoc nomine uſus eſt idem Plinius libro 11. cap. 6. Aut aliquis pecunioſus manceps annonam flagellet. Hæc ferè Budæus.

¶ Quandoq; accipitur pro mancipatore, qui dat aliquid mancipio. Plaut. ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alſum quenquam. Antea autem dixerat, Egón' abs lenone mancipio aliquid acciam, quibus ſui nihil eſt? Metaphoricòs hac dictione uſus eſt Plinius Epiſt. lib. 2. Sequũtur auditores actoribus ſimiles, conducti, & redempti mancipes: conuenitur à conductis, & redemptis in media baſilica. Mancipes, inquit, id eſt ii qui cauſidicos in cauſis agendis, conducta ad hoc corona uulgi plaudentis, laudando redemerunt.

Mancipium, pii, uel Mancupium, n. ſ. Homo in bello captus, & ſeruituti ſubiectus. *ἀνδράποδον*. [Ital. Mancipio, ſchiauo. Gal. Eſclaue & ſerf. Hiſp. Sierno ò ſiervo eſclauo. Ger. Ein Leibeigner menſch, als da ſind die man erkaufft Im Krieg fahet, &c.] Varro, Mancipiũ dicitur, quòd manu capiatur. Plautus in Sticho, Damna euenerũt maxima miſero mihi: Ita me mancipia miſerum affecerunt malè. ¶ Aliquando eſt dominii comparatio, poſſidendiq; iuris, quæ etiam dominium, & mancipatio. Cic. 3. Offic. Ex Sergio ſeruiebant, ſed hoc in mancipio Marius non diceret. ¶ Sic materfamilias dicitur eſſe in mancipio mariti, hoc eſt in eius dominio, & poteſtate. ¶ Mancipio dare, Eſt rem ita dare, ut euictionem præſtaturos nos ſpondeamus. ¶ Ex mancipio accipere, Eſt ea lege emere, ut uenditor præſtet euictionem. Plaut. in Curcul. Memini, & mancipio tibi dabo. CV. egóne à leuone quicquam mancupio accipiam, quibus ſui nihil eſt, niſi una lingua: Lucre. lib. 3. Vitaq; mancipio nulli datur, id eſt nulli ita datur, ut propriam ac perpetuam habeat. ¶ Sui mancipii eſſe, eſt nullius dominio ſubiectum eſſe. Brutus ad Ciceronem, Quærenda eſſe rerum potaſti, quibus dominari prohiberetur Antonius. An ſollicet ut illo prohibito rogaremus alterum, qũi ſe in eius locum reponi pateretur, an ut eſſet ſui iuris, & mancipii Reſpublica? Quo in loco Sui mancipii Rempublicam dixit Brutus, quæ nullius dominio ſubiecta eſſet, antequam Auguſtus Imperium occupaſſet. ¶ Inde res mancipi, (ut antiqui loquebantur) res mancupi dicũtur, quæ in noſtro ſunt mancipio, hoc eſt quæ noſtro dominio, iuri, aut poteſtati ſunt ſubiectæ, quaſq;, quoties lubet, poſſumus alienare. Quæ autem in nullius ſunt poteſtate, quaſq; alienari non poſſunt, Res nec mancupi, uel res ſui iuris dicuntur, quæ ſcilicet in nullius ſunt mancipio. ¶ Emptio mancipi, dicebatur ſolenne quoddam genus imaginariæ emptionis, quod fiebat præſentibus non minus quinque teſtibus puberibus Romanis, & eo, qui lancem tenebat, Libripenſq; uocabatur: quibus præſentibus, is qui mancipium accepit, æs tenens, ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum eſſe aio: iſq; mihi emptus eſt hoc ære, eneaq; libra. Deinde ære percutit libram: idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi pretii loco. ¶ Sunt itaq; Emptio mancipi, & Mancipatio, quaſi contractus. Nam reſpectu uenditoris cõtractus hic dicitur Mancipio

cipatio: contrà reſpectu emptoris, dicitur Emptio mancipi. De his latius diximus in dictione Libripens. Quod autē attinet ad Grammaticæ rationem, in hiſce locutionibus, Res mancipi, uel mancupi, Res nec mancipi, Emptio mancipi, & ſimilibus, Mancipi genitiuus eſt à Mancipium, abiecta ultima uocali per apocopen: quanquam non deſunt qui aut nomen indeclinabile putent, aut datiuum eſſe à Manceps: qui certè falluntur, ut alibi latius docuimus. Huiuſmodi emptionis meminit Plin. lib. 33. ca 3. Qua conſuetudine (inquit) in iis emptionibus, quæ mancipi ſunt, etiā nunc libra interponitur.

Mancipo, pas, a. p. pen cor. à nomine Mancipium fieri uidetur: idemq; eſt quod in mancipium, hoc eſt in dominium alterius trado, hoc eſt uendo, obligo, uel quouis modo alieno. *ἀνδραποδίζω, χειρὶ χειρὸς μι.* [Ital. Mancipare, alienare. Gal. Se deſſaiſir & ſaiſir vn autre de quelque poſſeſſion & droit. Hiſp. Agenar, vender. Germ. Zů einem Eigenthumb gäben, Zůfrömbde hand gäben.] Plaut. in Curc. Alienos mancipatis, alienos manumittitis, alienis imperatis: Nec uobis autor ullus eſt, nec uoſmet eſtis ulli. Cic. Philip. 1. Tum iſte uenditum atq; mancipatum tribunatum conſiliis noſtris oppoſuit. Mancipatum emphaticos dixit, quod plus eſt quàm uenditum.

Mancipatus quoq; participium, Ponitur pro deuincto, ſeu aſtricto. *χειρωθεὶς ἀνδραποδισθείς.* [Ital. Venduto, obligato, mancipato, dato ò uendoto in ſeruitù. Gal. Mis ou vēdu entre les mains de ſon ſeigneur. Hiſp. Vendido, apropriado. Ger. Verpflichtet, vnderworffen, verbunden.] Cic. in Cato. Maior. Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt, &c.

Mancipatio, f. t. Quod eſt genus imaginariæ uenditionis, fieri ſolitum ſolenni quodam ritu, quem iam aliquoties deſcripſimus, tam in dictione Libripens, quàm paulo antè in nomine Mancipium *χείρωσις, ἀνδραποδισμός.* [Ital. Vendita. Gal. Saiſie apres auoir achepte. Hiſp. Aquella obra de comprar ò apropriar. Ger. Verkauffung oder vbergäbung zů eigen thumb.] Mancipatio (inquit Boethius 3. Commēt. in Top. Cic.) eſt imaginaria quædam uenditio. Ea res ſic agitur: adhibitis non minus quàm quinq; teſtibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui Libripens dicitur, is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominē ex iure Quiritium meum eſſe aio: iſq; mihi emptus eſt hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram: idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi pretii loco. ¶ A mancipio fit compoſitum, Emāncipo, quod eſt, Iure meo libero, quaſi extra māncipiū, hoc eſt extra dominium meum pono. ¶ Item uerbale Emancipatio: de quibus ſuis locis diximus.

Mancus, m. ſ. Propriè dicitur, qui altera manu caret. *μηρὸς, χωλός.* [Ita. Che ha una mano ſola, debole. Gal. Manchot mutile. Hiſpa. Manco de manos. Ger. Der nur ein hand hatt, Præſthafft. Vnuolkommen.] quanquam & pro debili accipiatur & pro infirmo, cuius ſcilicet membrum aliquod naturales ſuas actiones probè obire non poteſt. Cic. pro Rabirio, Quintus Scæuola confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus & debilis. Ouid. 1. Faſtor. Et licet antiquo manibus collatus Epeo Sit prior, irata Pallade mancus erit. ¶ Transfertur & ad res inanimatas. Cic. 1. de Fini. Qui mancam fore putauerunt ſine aliqua acceſſione uirtutem.

Mandatarius, Mandatum. Vide Mando.

Mandībŭla, læ, fœm. pri. In qua dentes ſunt ſiti, quæ & Maxilla dicitur. *γνάθος, γένυς.* [Italicè, Maſcella. Gallicè, Maſchoire. Hiſpanicè, La quixada, aſſiento delos dientes. Germanicè, Ein Kinbacken.] Sunt autem duæ mandibulæ, ſuperior ſcilicet, & inferior: à manducando.

Mando, das, act. prī. Committo. *παρατίθημι, παραδίδωμι.* [Italicè, Commettere, importe. Gallicè, Mander, baſiller charge ou commiſſion. Hiſpanicè, Mandar. Germanicè, Befelhen, Vbergeben.] ut quum quid memoriæ mandatur, committitúrue, ut memoriter teneatur: ſiue ex propria memoria id fiat, quum quid repetitur, auditur: ſiue ex ſcripto. ¶ Ex memoria propria, Libro tertio ad Herennium, Quoniam nuperrimè dictum facilè memoriæ mandatur, utile eſt, quum dicere deſinamus, recentem aliquam relinquere in animis auditorum firmam argumentationem. ¶ Ex ſcripto, Gell. Memoriæ mandatum, Platonem philoſophum tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. ¶ Et ſic Mando ſignificat manu ſcribendo memoriæ dare: ut Cicero pro Sext. Hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandātur, poſteritati propagantur. Nam mandare monumentis aut annalium, aut literarum, Eſt ſcribere, & poſteritati relinquere. ¶ Aliquando utrunq; coniungimus. Mandare aliquid memoriæ, & literis. Idem libro duodecimo Philip. Quid huic facias, qui hoc literis, memoriæq; mandauit? Lactant. libro ſexto, O ingenia hominibus indigna, quæ has ineptias protulerunt: miſeros atq; miſerabiles, qui ſtultitiam ſuam literis, memoriæq; mandauerunt. Literis & memoriæ capere licet, non ſolùm ſcripto id mandatum eſſe, ut rem ordine geſtam ipſi ſcriptores haberent, ſed etiam ut memoriæ poſteritati darent. Nam non intelligi par eſſe cenſeo, Literis & memoriæ, dictum ex abundantia, ſed ex diuerſitate rei. Eſt etiam Mandare memoriæ, in memoria figere, & retinere. Cicero de Amicit. Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandaui. ¶ Mandare terræ ſemina, Idem eſt quod ſeminare Columell. libro tertio, Semina quàm recentiſſima terræ mandare conuenit. ¶ Interdum Mandare, Committere, iniungere, *παραγγυᾶν, ἐπιτρέπειν, ἐντέλλεσθαι.* Plautus in Curcu. Mandatum eſt mihi ut has tabellas ad eum ferrem. Terentius in Adelph. Huic mandes, ſi quid rectè curatum uelis. Et à manu danda declinatum conſtat, quòd in dandis accipiendiſq; mandatis manus ſibi inuicem dare mos erat. ¶ Mandare aliquid æternitati, ſiue immortalitati, Eſt curare ut ſit æternum. ¶ Mandare in ultimas terras, Eſt mittere. ¶ Mandare aliquid animis, Eſt ipſis animis committere, uel in animos immittere. ¶ Mandare animis, & mentibus, Eſt memoriæ committere, & memoria tenere: Cicero in Catilin. Attendite, quæſo, diligenter quę dicam, & ea penitus animis ueſtris mentibuſq; mandate. ¶ Mandare fidei alicuius, Eſt committere eius fidei. ¶ Mandare ſe fugæ, Eſt fugere. Similiter mandare uitam fugæ, quod eſt fugiendo uitam ſeruare, & tueri. ¶ Mandare literis, Eſt ſcribere. ¶ Mandare ſcriptis, Eſt ſcriptum poſteritati relinquere. ¶ Mandare aliquem humo, Eſt inhumare. ¶ Mādare tumulo, Idem. ¶ Mandare uinculis, Eſt in uincula conijcere. Cicero in Catilinam in Senatu, Cæſar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris uinculiſq; mandare. ¶ Mandare uerbis, Eſt carmine aliquid conſcribere: apud Ciceronem pro Archia. ¶ Mandare honores alicui, Eſt honores tribuere. ¶ Mandare magiſtratum, Eſt decernere. Cicero pro Plancio, Populus in mandādis magiſtratibus non inanis eſt dignitatis iudex. ¶ Mandare curam, uel curas alijs. Eſt eas alijs relinquere, ſiue committere. ¶ Mandare infra mortuos, dixit Cicero pro Quintio, Is non modò ex numero uiuorum ex turbatur, ſed, ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos mandatur. ¶ Mandare uetuſtati, Eſt poſteritati relinquere. ¶ Compoſita huius uerbi ſunt, Amando, Admando, Commendo, Demando, Præmando, & Remando: de quibus ſuis locis.

Mandātor, m. t. Verbale, Qui alteri mandatum aliquod iniūgit. *ἐντελλόμενος, προστάτης.* [Ital. Chi commette ad alcuno una impreſa. Gal. Qui donne charge ou commiſſion de faire quelque choſe. Hiſp. Mandador el que manda. Ger. Ein befelcher heiſſer.] ¶ Mandatores item Budæus ait impulſores eſſe delatorū, interq; delatores numerari. Suet. in Veſp. Inter aduerſa temporum & delatores, mandatoresq; erant.

Mandatarius, Cui dantur mandata peragenda. *ὁ ἐπιτραμμένος.*

Mandātum, n. ſ. Et participium, & nomen eſſe poteſt. Participium ut mādatum eſt mihi *ἐπιτέτακται*, apud Plautum. Cicero pro Roſc. Amer. in priuatis rebus, ſi quis rem mandatam non modò malitioſius geſſiſſet, &c. ¶ Nomen, ut apud Quintilianū, Mandata tamen tua fili perago. ¶ Et eſt propriè Mandatum, Commiſſio, hoc eſt quod committitur *ἐντολή, ἐπίταγμα* [Itali. Commiſſione, commandamento. Gal. Mandement commiſſion, charge. Hiſ. El mādado. Ger. Ein befelch, Geheiſs.] Sallu. C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martiū Regē mittit, cum mandatis huiuſmodi. Eleganter dicimus, Venire cū mandatis. Mandata, & legatos mittere. Mādata accipere ad aliquē. Habere mādata ab aliquo. Facere mādata. Mādata digerere, perſequi, cōficere. Mādata addere. Exhaurire mādata, id eſt exeq & abſoluere.

& abſoluere. Dare mandata de aliquibus rebus. Dare mandata alicui ad aliquem.

Mãndo, mandis, mandi, manſum, a. t. Significat cibum dentibus conficio. μασάομαι. [Ital. Maſticare. Gal. Maſcher, manger. Hiſp. Maxcar ò comer. Ger. Kewen.] Cic. 1. de N. t. deor. Alia ſugunt, alia carpunt, alia norant, alia mandunt. Serenus, Purgatur cerebrum manſa radice pyrethri. ¶ Accipitur etiam pro rodere, uel mordere. Virg. 4. Aeneid. Stat ſonipes, ac fræna ferox ſpumantia mandit. Huius compoſitum eſt Remando, ἀναμασάομαι, quod eſt rurſus mãdo, rumino. Plin. lib. 10. Pontici quoq; mures ſimili modo remandunt.

Mãnſito, frequentatiuum. Plautus in Amphit. - mutatos Atticos in Arcadia homines, Et ſæuas belluas manſitaſſe.

Mando, mandonis, Edax, qui aſſiduè mandit. φάγος. [Itali. Mangione. Gal. Vn grand maſcheur ou mangeur. Hiſp. Comilon, que mucho come. Ger. Ein fraſs.] Lucilius apud Nonium, Atq; omnes mandonum gulæ.

Mãndũco, cas, pen. prod. Idem quod mando. μασῶμαι. [Ital. Mangiare, maſticare. Gal. Manger, ou maſcher. Hiſpa. Comeró maxcar. Ger. Eſſen, zerkewen.] Suet. in Auguſto, Qui in balneo demum poſt horam primã noctis duas buccas manducaui prius quàm ungi inciperem.

Manducor, aris, Deponens apud antiquos. Luci. lib. 4. (ut citat Nonius) Illud qui faciat, quod manducamur in ore. ¶ Eius compoſitum eſt Commanduco. Plin. libro 20. Huius cucurbitæ cõmanducatæ ſuccus ſtomacho admodum prodeſt.

Manſus, particip. μασηθείς. [Ital. Maſticato. Galli. Maſche. Hiſp. Maxcado. Ger. Gekewet.] Quintil. lib. 1. cap. 1. Cibos manſos ac prope liquefactos demittimus. Cic. 2. de Orato. Atq; omnia minima manſa (ut aiunt) nutrices infantibus pueris in os inſerant.

Manſutius, à mandendo, Edacem ſignificat, inquit Feſtus. πολυφάγος.

Manducatus cibus, & Commanducatus, non tam ſignificat comeſtum, quàm manſum, & dentib. comminutum, maſticatũq;, qui deinde pro medicamento imponi ſolet. Διαμεμασημένος, διαμάσημα.

Mãndũco, onis, m. t. Edacẽ ſignificat, teſte Nonio, ἀδηφάγος. [Ital. Mangione, gran mangiarore. Gal. Vn grand maſcheur, ou mangeur, goulu. Hiſp. Comilon, que mucho come. Ger. Ein fraſs oder frãſsiger.] Hæc enim omnia ferè idem denotant, Mandones, Manducones, Manduci, Mãſutii, Comedones, Comedi, Edones, Edaces, Epulones, Luxones, Cargoliões, Helluones, Paraſiti, Gulones, Phagones, Ligurritores, Nepotes, Catillones.

Mãndũcũs, ci, m. ſ. Idem quod manduco, onis, teſte Nonio: Plautus in Rud. Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduco locem? Manduci effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas, & formidoloſas imagines ire ſolebat. Erant enim laruato capite humano, maxillas haſta magnitudine, haſtiſq; armatas dentibus habentes: quis oris hiatu, dentiumq; crepitu ſeſe in utranq; partem uiæ dum flecterent, ridentem turbam uertebant in fugam. Quædam exemplaria hoc in loco apud Plautum habent Manduca. Feſtus legit Manduce à nominatiuo Manduces, uel mandux.

Mandra, æ, f. p. μάνδρα. [Ital. Mandra. Gal. Eſtable à bœufs, cheuaux, ou autres beſtes. Hiſp. El cobre ò recua de beſtias. Ger. Ein Viehſtelle, Viehſtall.] Spelunca, cubile, & receptaculum ouiũ, boũ, aliorumq; huiuſmodi. ¶ Item agmẽ ipſum ueterinorũ, aut aliorũ brutorum animantiũ. Iuuen. Satyr. 1. - & ſtantis conuitia mandræ Eripiunt ſomnũ Druſo. Probus ſcribit, Mandram eſſe uici oſtium, uel flexum, uel arrectum, aut breue, & uile ædificium, quod anguſtat latitudinem uici: uel ingens uehiculum, quo trabes portãtur: quod Græcè Mandron dicitur. Mart. lib. 1. Vixque datur longas multorum uincere mandras, Quæq; trahi multo marmora fune uides.

Mãndrãgõra, æ, f. p. μανδραγόρας. [Ital. Mandragora. Gall. Mandragore. Hiſp. Mandragola. Ger. Alraun.] penul. corrept. Herbæ ſoporiferæ genus eſt, quod alio nomine appellatur Circeium. Eius duæ ſunt ſpecies, quas & ſexu diſtinguunt. Nam candidam, marem putant: nigram fœminam. Ferunt mala auellanarũ nucum magnitudine. Mandragoram tollunt ab aduerſante uento cauent, & occaſum ſpectant. Vis eius in poculo ſomnifera eſt, ac etiam olfactu. Colu. li. 10. Mandragoræ pariat flores. De hac herbã uide Plinium. ca. 13.

Mãne, πρωί, ἑωθινόν. [Ital. La mattina. Gal. Le matin, au matin. Hiſp. La mannana. Germa. Morgenstrũ.] Dici principium, quum dies clarus eſt: ab homine boni nominis. Manum enim ueteres bonum dicebant, ut ait Seruius. Teſte autem Nonio, Manum ueteres clarum dixere. Macrob. lib. 1. Saturnaliorum, putat Mane dictum eſſe à Manibus, eò quòd exordium lucis ab inferioribus partibus emergat. Varro à mando deriuat, quòd cum Sole manet dies ab Oriente. Vnde Manij, & Lucij, qui nati ſunt mane, & luce. ¶ Inuenitur ſæpe adiectiuis, migratis in nomen ſubſtantiuum. Martial. lib. 1. Sed mane torum dormiens. Perſius Satyr. 3. Iam clarum mane feneſtras intrat. ¶ Iunguntur quoq; ei aduerbia. Cic. 3. ad Atti. Bene mane hæc ſcripſi. ¶ Inuenitur ſimplum genitiuo: ut, Mane diei Hirc. de bel. Alexandr. 1. Præſertim quum milites à mane diei ieiunii ſterilem defatigati.

Mãneo, nes, manſi, ſum. n. ſ. μένω. [Italic. Reſtare, remanere. Gal. Demeurer & s' arreſter, ne bouger. Hiſpa. Quedar. Ger. Bleiben, Sich an einem ort enthalten.] Significat me continco aliquo in loco, moror, commoror, reſiſto, firmo ſto. Cic. li. 3. Offic. Cyrillum quendam ſuadentem ut in orbe maneret. Virg. 10. Aen. - Manet imperterritus ille, Hoſtem magnanimum opperiens. ¶ Quandoq; expectare. ἀναμένειν, περιμένειν. Plaut. Ego hic te manebo. ¶ Quãdoq; inſtare, imminere. μένειν. Cic. 2. Phili. Cuius te fatum, ſicut Curionem, manet. Hoc eſt cuius fatum tibi imminet, ſicut Curioni. ¶ Quandoq; inhærere, fixum eſſe. Virg. 1. Aen. - manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis. ¶ Quandoq; durare, perſiſtere, perſtare. Terent. in Heaut. Manere affinitatem hanc inter nos uolo, ſi ullo modo poſſit, quod ſpero fore. ¶ Manere promiſſis, idẽ quod ſtare promiſſis, quod barbari dicunt, Tenere ſua promiſſa. Virgil. 2. Aen. Tu modò promiſſis maneas, ſeruataq; ſerues Troiæ fidem. ¶ Mane gaudentis aliquando particula, non operiri iubentis. inquit Donatus. Teren. in Adel. Sed quidnam foris crepuit? mane, ipſe exit foras. ¶ Huius cõpoſita ſunt, Commaneo, Emaneo, emineo, imminco, obmaneo, permaneo, præmineo, promineo. De quibus ſuis locis.

Manſio, ouis, f. t. à Maneo. Actus ipſe mandi, aut quieſcendi in aliquo loco, cui contrarium eſt Deceſſio. Cic. ad Sulpi. libro 4. Is mecum ſæpe de tua manſione, an e deceſſione communicat. ¶ Ponitur etiam pro hoſpitio. ξενία, πανδοκεῖον. [Ital. Dimora, alogiamento. Gal. Demeure ou reſt qu'on fait en quelque lieu. Hiſp. La eſtanza, aposamento, quedada. Ger. Ein wohnung, herberg.] Suet. in Tit. Veſpaſ. cap. 10. Deinde ad primam ſtatim manſionem fabrinactus, quum in lectica transferretur, &c. ¶ Ponitur quandoq; pro itinere unius diei. Plin. 12. ca. 14. Manſionibus octoſtat regio thurifera à monte excelſo. Idem. libro 6. capi. 21. A Copto camelis itur æquationum ratione manſionibus diſpoſitis.

Manſito, as, frequentatiuum à Maneo. διαμένω, πολὺν μένω. [Ital. Molto & ſpeſſo morare. Gal. Demeurer ſouuent. Hi. Quedar muchas uezes. Ger. Offt und dicl bleibẽ oder wohnen.] Tacitus lib. 13. Quippe manſitaſſe una conuincebatur. Idem li. 14. Quum uetere ex more familiam omnem, quæ ſub eodem tecto manſitauerat, ad ſupplicium agi oporteret.

Manes, manium, m. t. Seruius putat per antiphraſim dictos ab antiquo adiectiuo Manus, hoc eſt bonus, quòd minimè eſſent boni. ἀχάμενοι. [Itali. Anime infernali. Galli. Les eſprits & ames des treſpaſſez. Hiſpani. Animas de muertos. Ger. Die Geiſter der abgeſtorbnen. Oder die geiſter ſo bey der abgeſtorbnen greber ſind.] Putabant enim ueteres Manes eſſe deos inferos, eoſq; inter numina Iouis numerabant, placabãtq; eos ſacrificijs, ne nocerent. Alii putãt hoc nomine appellatas fuiſſe animas ſeparatas à corpore: unde uidemus ueteſta ſepulchrorũ monumẽta Diis manibus eſſe inſcripta. In qua etiã ſentẽtia uidetur fuiſſe Apuleius de dæmonio Socratis. Manes (inquit) animæ dicuntur melioris meriti, Quæ in corpore noſtro Genij dicũtur, corpori renũtiãtes: lemures, quũ domos incurſionib. infeſtarẽt: Laruæ appellabãtur: cõtrà ſi bonæ fuerint, Lares familiares. Sunt etiã qui putẽt Manes eoſdẽ eſſe, quos ueteſtas Genios appellauit, duoſq; Manes corporib. ab ipſa ſtatim cõceptione aſſigna-

ne assignatos fuisse, qui ne mortuæ quidē corpora deserāt: cōsumptisq; etiam corporibus, sepulchra inhabitent: Quare qui sepulchra demoliebantur, Deos manes violare putabantur. Cic. 2. de Legibus, Deorum manium iura sancta sunto. ¶ Quandoq; manes dicuntur pœnæ. Virg. 6. Aenei. Quisq; tuos patimur manes. Vbi Seruius, Manes, id est supplicia, quæ sunt apud manes.

Manethus, uide paulò antè Manæthos.

Mangōnes, m. t. Dicti sunt magistri formæ puerorum, & mentiendi coloris artem probè callentes, qui homines uendebant *σωματέμποροι, ἀνθρωποκάπηλοι.* [Ital. Venditori & mercadanti d'huomini. Galli Fardeurs, regrateurs, maquignons. Hispa. Pregoneros que venden esclauos. Ger. Sind vorzeiten die gewesen, welche die leut so sy verkauffen wolten auffmutzen, das sy dest verkōuffiger wā rind.] Solebant enim pueris, puellisq; quò facilius uendi possent, artificio quodam inducere colorem fuco, ac nerū robur inani sagina mentiri, ut carius uenderent. Martialis, Millia pro puero centum me mango poposcit. Sueton. in Domi. Castrari mares uetuit: spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Plin. Thynni sanguine oblitos pueros pubescere negant mangones. ¶ Aliarū quoq; rerum Mangones dicuntur qui merces poliunt, atq; interpolant, ut pluris uendant. Vnde Plin. lib. 36. cap. 7. Decussi fragmenti paululum, quod in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum. ¶ Nec mares tantùm, sed etiam fœminæ, Mangones uocantur. Plin. Mango obstetrix erat.

Mangōnīzo, mangonizas, Orno, compono rem ad alliciēdos emptores. *μαγγανεύω, σωματεμπορῶ.* [Ital. Ornare le cose accioche più facilmente si uendano. Gal. Regratter, rabiller, farder. Hisp. Afeytar lo que se vende. Germa. Zů dem kauff auffputzen oder auffmutzen. Mangen.] Plin. libro 21. cap. 1. Succus radicis uitis nigræ, cum cruo, lætiore quodā colore, & cutis teneritate mangonizat corpora. ¶ Trāsfertur etiam ad alia: nam & Oratio māgonizata, & forma, & domus, & reliqua dici possunt, ut lenociniis, & fuco potius quàm ueritate allectent. ¶ Hodie etiam mangonizantur panni, siue lanei, siue linei. ¶ Quin & equos mangonizatos uenire uidemus. Hos Græci ab equis comendis *ἱπποκόμους* uocant.

Mangōnīcus, ca, cum, Quod ad mangonem pertinet. *σωματεμπορικός,* [Ital. Cosa pertinente à tale venditore. Gall. Appertenant à fardeur, frippier, ou regrateur. Hispa. Cosa perteneciente à pregoneros. Germa. Das zů einem gehörer der altne oder sunst vngeschaffne ding zů dem kauff auffmutzet.] Plin. lib. 21. cap. 16. Radix hyacinthi bulbacea, māgonicis uenalitiis pulchrè nota, quæ in uino dulci illita, pubertatem coercet, & non patitur erumpere. Sueton. Ne cessatio q; ad mangonicos quæstus sustinendæ dignitatis causa descendit.

Mangōnīum, mangonii, Artificium, quod ad res facilius uendendas adhibetur. *μαγγανεία, σωματεμπορία.* [Ital. Artificio, & abellimento di cose uechie per meglio uendere. Gal. Fardement, desguisemēt, regrattement, fripperie. Hisp. Eel afeyte de lo que se vende. Ger. Mangmeisterey, die kunst denen dingen so man verkauffen will ein farb anzůstreichen, vnd auffzůputzen.] Plin. lib. 10. ca. 50. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, hic clune, alibi pectore tantùm gallinarum laudatis.

Manīæ, maniarum, f. p. *μανίαι*, Deformes personæ, autore Festo. ¶ Manias item laruas, quas nutrices pueris minitari solent, appellant. ¶ Item Mania dea, Latium mater, cui olim sacrificabant. ¶ Maniæ etiam dicebantur ficta quædam ex farina in hominum figuras, quòd deformes essent, quas etiam Maniolas appellabant. Autor Festus.

Mānĭa, æ, f. p. *μανία.* [Ital. Turbamento d'animo, pazzia. Gal. Troublement d'esprit, folie. Hisp. La locura. German. Vnsinnigkeit.] Teste Actio, insaniæ genus est sine febri, ex sanguine non putrido proueniens, in caput irruente, cui quandoq; & bilis miscetur. Differt à melăcholia, quòd hæc ex atra bile fit: mania uerò, ex tenuium, & biliosorum humorum malignitate: ut testatur Galenus in 3. lib. Aphorismorum Cic. 4. Tuscul. Græci *μανίαν* unde appellent, nō facilè dixerim: eam tamen distinguimus nos melius, quàm illi. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ latius patet, à furore distinguimus. Græci uolunt illi quidem, sed parum valent uerbo: quem nos furorem, melancholiam illi nocant: quasi uerò atra bile soluto mens, ac non sæpe uel iracūdia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Quo genere Athamantem, Alcmęonem, Aiacē, Orestem furere dicimus. Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum uetant duodecim Tabulæ. Itaq; non est scriptum, Si insanus: sed, Si furiosus esse incipit. Sultitiam enim censuerunt, id est inconstantiam sanitate uacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & uitæ communem cultum, atq; usitatum. Furorem autē rati sunt mentis ad omnia excitatem, quod maius est quàm insania.

Mānĭcæ, manicæ, pen. corre. f. p. Pars uestis, qua manus teguntur. *χειρίς.* [Ital. Maniche. Gall. Manches, gant, gantelet. Hisp. Guante dela mano, ô manga de la uestidura. Ger. Ein ermel an einem kleid.] Virgil. 9. Aen. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. ¶ Hinc Manicata uestis, quæ manicas habet: quas, uelut probrosas, & fœmineas taxat Poeta, quòd prisci Romani breues, & circa humerum desinētes uestes primò gestauerint. Cicer. in Catill. Quos pexo capillo nitidos, aut imbrebes, aut bene barbatos uidetis, manicatis talaribus, aut tritis tunicis, uelis amictos, non togis. ¶ Manicæ etiam dicuntur manuum uincula, quem admodum Pedicæ, uel Compedes, uincula quibus pedes ligantur. *πέδαι.* Virg. 2. Ae. manicas, atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. ¶ Aliquando etiam manicæ per trāslationem dicuntur uincula nauiū. Lucanus, Astalias manicæq; ligant, teretesq; catenę. ¶ Item Manicæ, thecæ sunt ex ferro, quibus brachia & manus contra hostium iniurias muniuntur. Iuuenalis, Quale decus rerum, si coniugis auctio fiat, Baltheus, & manicæ, cristæ, cruris q; sinistri Dimidium tegmen. Brasseletum, Gallicum uulgus appellat. ¶ Et manicæ dicuntur, quibus aduersum uim frigoris manus inuoluuntur. *χειρόδυτα.* Plini Iunior ad Macrum, Ad latus notarius cum libro, & pugillaribus: cuius manus hyeme manicis muniebātur, ut ne cœli quidem asperitas ullum studii tempus eriperet.

Mānĭcātus, pe. cor. Adiect. Quod habet manicas. *ὁ χειριδωτός,* [Ital. Chi ha maniche. Gal. Qui a manches. Hisp. Cosa de luengas māgas. Ger. Das ermel hatt.] ut manicata tunica, Cicer. in Catil. Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos uidetis, manicatis & talaribus tunicis, uelis amictos, non togis. Columel. libro 11. capite 1. Quæ utraque prohibeatur optimè pellibus manicatis & sagatis cucullis.

Mānĭcon, *μανικὸν.* Sthruemi herbæ species est quam si quis drachmæ pondere sumpserit, uariæ species ac lætitia plenæ animo obseruantur: quod pondus duplicatum mentis excessum triduo affert, triplicatum mortē. Alio nomine Dorycnion appellatur, eo quòd cuspides in præliis eo tingerētur. Vide Plin. li. 25. ca. 11. Ea putatur esse: quæ hodie in officinis, Solatrum mortale apppellatur.

Manicula, æ, diminutiuum, Parua manus, *χειρίον.* [Ital. Picciola mano. Gall. Petite main. Hisp. Pequenna mano. Ger. Ein hendlin.] Plaut. in Ruden. Duæ connexæ manicule & fuscula. ¶ Manicula item dicitur transuersa regula in stiua aratri, ita dicta, quòd manu bubulci teneatur. Autor Varro li. 4. de Lingua Latina.

Mānĭfestus, a, ū, adiectiuum. Idem quod clarus, & apertus: ab antiquo adiectiuo Manus, quod clarum significabat, (teste Nonio) & uerbo Facio. *ἄδηλος, φανερός.* [Ital. Manifesto, chiaro, aperto. Galli. Manifeste, clair & euident. Hispa. Cosa manifiesta y clara. Ger. Offenbar, heiter.] Cic. 6. Verr. Manifestis in rebus hominem iam teneri uidebitis. ¶ Iungitur pulchrè genitiuo: ut, Manifestus sceleris, aut mendacij: cuius scelus, aut mendacium omnibus palam est. Sall. in Iugurth. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra uerum niti, &c. Dicimus autem uenustè, Manifestum facere, & Manifestum habere.

Manifestè, aduerbium, id est palām, perspicuè, clarè, non obscurè. *φανερῶς.* [Ital. Manifestamente, chiaramente, apertamente. Gal. Manifestement, clairement, euidemment. Hisp. Manifiestra y claramente. Ger. Offentlich, klarlich.] Cicero in Catill. Vt tota res à uobis manifestè deprehenderetur.

Manifestò, aduerbiū, eiusdem significationis. Cic. pro Cluen. Oppianici facimus manifestò compertū, ac deprehensum

Mānĭfesto, as, uerbum, 1. p. Palām facio. *φανερόω.* [Ital. Manifestare, dechiarare. Gal. Manifester, declairer. Hisp. Manifestar y declarar. Ger. Eröffnen, entdecken.]

Mānĭfestārius;

Mānifēstārius,a, um, Idem eſt quod manifeſtus: quòd vulgò dicimus Notorium. *δῆλος, φανερός* [Ital. Manifeſto. Gal. Manifeſte, clair. Hiſp. Manifieſto y claro. Ger. Offēdlich] ut, Res manifeſtaria. Plaut. in Milite, Mitte Sceledrem manifeſtaria res eſt. ¶ Fur manifeſtarius, *κλέπτης φανερός*, uel Adulter manifeſtarius, qui in ipſo furto, uel adulterio deprehenſus eſt. *κατάφωρος μοιχός*, Idem in Aul. Capio fuſtem, obtrunco gallum furem manifeſtarium.

Mānipŭlus,li, m.ſ. A manu ſit, & propriè ſignificat manualem herbarum faſciculum, quem manu quis apprehendit metendo. *δράγμα, δγκαλίς*. [Itali. Manipolo, branchata. Gall. Vne poignee, une iuelle, un boteau. Hiſp. El manojo de hierua. Ger. Ein büſchele ſo groſs als es einer in der hand faſſen mag, ein handuol.] Plin. 18. cap. 28. Iuſtum eſt una opera iugerũ deſecari, alligariq; manipulos tria millia ducenta, quaternorum pondo. Manipulos fœni hic uocat Plinius, quos noſtri Botellos uocant, inquit Budæus. ¶ Interdum ponitur pro exigua militum manu, quæ unũ ſequitur ſignum. *λόχος, μανίπλος*. [Ital. Manipolo. Gall. Vne chambree de dix hommes de guerre. Hiſpa. Senna de cada eſquadra. Germ. Ein burſs oder rott kriegsleüten.] Et legione quidem erant triginta manipuli. Dictus Manipulus (ut inquit Varro) ab eo quòd plures militum manus iũguntur. ¶ Seruius docet Manipulos eſſe ſigniferos, quòd imperante Romulo, quum Romani & Latini ſub uno centurione bellum aggreſſuri eſſent, manipulo herbæ haſtæ alligato pro ſigno uterentur. Ouidius tertio Faſtor. Pertica ſuſpenſos portabat longa manipios, Vnde manipularis nomina miles habet. At Vegetius libro ſecundo ſcribit Manipulum uocari contubernium decem tantummodo militum ſub uno papilione degentium, ab eo quòd coniunctis manibus dimicabant. Terent. Eunu. Cedò alios: ubi centurio eſt Sanga, & manipulus forum? hoc eſt manus militũ. ¶ Inde Commanipulones, qui in eodem manipulo ſunt: & Commanipulatio. quibus nominibus utitur Spartianus.

Mānipŭlāris,re, om. t. Quod ad manipulum pertinet, quodq; eſt de manipulo: ut Miles manipularis, unus è manipulo: quem & Manipularem dicimus abſolutè. *εἷς τῆς σπείρας, ἐντελὴς ἐν τοῖς στρατιώταις*. [Ita Della ſquadradi dieci homini. Gal. Qui eſt de la chambrée ou compagnie de dix hõmes de guerre. Hiſpa. El que eſtra debaxo de eſquadra. Ger. Das zur rott kriegsleuten gehört.] Plau. in Moſte. Conueniunt manipulares: eccos, prædam participes petunt. Cice. ad Atti. lib. 9. Et me una hæc res torquet, quòd non omnibus in rebus labentem, uel potius ruentem Pompeium, tãquam unus manipularis ſecutus ſim. Cæſar 7. bel. Gal. Tres ſuos nactos manipulares atq; ab iis ſublenatos, murum aſcendit.

Manipulatim, aduerbium, Significat per manipulos. *κατὰ λόχους*. [Ital. A ſchiedra. Galli. Par petites bandes. Hiſp. De eſquadra en eſquadra. Ger. Durch alle rotten, Rottechtig. Mit rotten der kriegsleüten.] Plautus in Pſeud. Manipulatim mihi Munigeruli facite ante ædes iam hic aduſſur. Liuius lib. 8. ab Vrb. Et quod antea phalanges ſimiles Macedonicis erant, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe.

Mānna, ſ. p. *μάννα, ἀρτομέλι, ἀερόμελι*. [Ital. Manna. Gal. Manne, comme miel qui tombe du ciel. Hiſ. Manna. Ger. Milteaw, himmelbrot.] Manna. Hebraicum uel certè Syriacum eſt uocabulum, quo ſignificatur ros melleus matutinus, teſte Cælio lib. 11. ca. 16. qui à Coro. Celſo Ros Syriacus appellatur. Galenus lib. 6. de Alimentis, autor eſt, hoc mellis genus copioſiſſimè colligi in Libano Syriæ monte, eiusq; regionis ruſticos expanſis humi uelleribus, concuſſiſq; arboribus plena ſæpe fictilia eius roris domum referre. ¶ Manna thuris, *μάννα λιβάνου* Dioſcorid Mica thuris ſunt è maioribus guttis, nocturæ concuſſione eliſæ. Omnis enim thuris ſubſtantia in antiqua medicina triſariam diuiſa fuit, in thus, corticem thuris, & eiuſdem mãna, quam & pollinem thuris nonnulli appellarunt. A Græcis etiam *ὑπόσταμα*, à concuſſu dicitur: nihilq; habet commune cũ melle aerio, quod uoce ab Hebræis detorta recentiores, Mãna appellant. Vide Plin. libro 12. capite 14. Dioſcor. libro 1. cap. 72.

Manni, orum, m.ſ. Equi ſunt exigui rotlutim ueſtigia glomerantes: qui & Aſturcones ab Aſturia regione Tarraconẽſis Hiſpaniæ, & Gradarii appellantur. *εἱ μάννοι, τὰ ἱππάρια*, [Ital Caualetti. Gal. Cheualets. Hiſp. Caualios enanos. Germani. Zeltner rõslin.] Horat. in Epod. Et Appiam mannis terit.

Mannŭlus, li. Equinus pullus. *ὁ μάννος, ἱππάριον μικρόν*. [Ital Poledro, caualetto. Gall. Cheualet, petit cheual. Hiſp. Caualio enano, pollo hijo de caualio. German. Ein tãy.] Martial. lib. 12. Nuſquam eſt mulio, manuli tacebunt. Plinius Epiſtol. 67. Habebat puer mannulos multos, & iunctos, & ſolutos: habebat canes maiores, minoresq;. ¶ Dicti autem ſunt Manuli, ſiue, ut eſt apud Horatium, Manni, quòd manſuetudine manum ſequantur: ut ſcribit Acron illud Horatij, lib. 1. Car. Si per obliquum ſimilis ſagittæ Terret manuls.

Mãno, manas, manare, n.p. Propriè dicitur quum aliquid ex integro, ſed non ſatis ſolito, per minutiſſimas partes ſtillat. *μετοχετεύεσθαι, ῥεῖν*. [Itali. Stillare, ſorgere, colare. Gal. Sortir, ſourdre, couler. Hiſp. Manar como agua de fuente, deſtillar. Germa. Tropfen, Treptechtig rãnnen oder flieſſen.] Tractum à Græcis, qui *μακρὰ* rarum, & ſine denſitate appellant. Feſtus Manare à Manè aduerbio dictũ putat. Solisq; proprium eſſe exiſtimat, quum orientes radij ſplendorem iactare incipiunt: ſed frequentius ad aquam & humores refertur. ¶ Per translationem ponitur pro deſecedere, fluere, procedere. *πρόεισι χεῖσθαι*. Et huiuſmodi res, quæ manat, quandoq; in nominatiuo ponitur. Virg. 8 Aeneidos, Tum gelidus toto manabat corpore ſudor. Lactan. li. 2. Quid mirum ſi ab hac gente uniuerſa flagitia manauerunt? id eſt proceſſerunt. ¶ Quandoq; in accuſatiuo. Plin. libr. 14. Arborum ſucco manantium picem, reſinamq; alias orta in Oriente, alias in Europa ferunt. ¶ Quandoq; in ablatiuo. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Cultrum ex uulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ ſe tenens, id eſt fluentem, uel ſtillantem. Quandoq; ponitur pro diſſemmari, diſpergi, ſerpere, percrebreſcere. Cice. 2. Tuſco. Latius enim manabit hæc ratio, & aliquanto maiorem locum, quàm de uno dolore occupabit. ¶ Sic fama uel rumor rei alicuius dicitur manare, hoc eſt diſpergi, & diuulgari. Liuius lib. 7. ab Vrbe, Diuiſa enim erant per Campaniæ urbes, manauerantq; à Capua conſilia in exercitum omnem. Cic. 2. Philipp. Quum, ut ſcitis, hoc triduo, uel quatriduo triſtis à Mutina fama manaret. ¶ Sic Manat malum, apud eundẽ, Phil. 3. ¶ Huius uerbi compoſita ſunt, Emano, & Permano: quæ uide ſuis locis.

Manalis fons, dictus, quia aqua ex eo perpetuò manat. ¶ Manalis urceolus, ſiue gutturnium. Vas dicebatur ex quo aqua in pollubrum, dimittitur. *πρόχους*. ¶ Manalis lapis, Oſtium eſt Orci, per quod animæ inferorum ad ſuperos manant qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam uocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis: quem quum propter nimiam ficcitatem in urbem perraherent, ſequebatur ſtatim pluuia: eumq;, quòd aquis manaret, Manalem lapidem dixere, Feſtus.

Mānōbarbŭlus. Teli genus ſimile plumbeæ pilæ, quo uteres milites ipſi Manobarbuli dicti ſunt. Hi poſtea à Maximiano Cæſare, quòd ſe fortiter in Illyrico geſſiſſẽt Iouiani, & Herculani dicti ſunt. Sipontinus putat eſſe uocabulũ peregrinum.

Manon, *μάνος*, Spongiæ genus minus ſpiſſum, & mollius *ἀπὸ τῆς μανότητος*, hoc eſt è raritate appellatum. Plin. libro 9. ca. 41. Spongiarum tria genera accepimus: ſpiſſum, prædurum, & aſperum. Tragos id uocatur: minus ſpiſſum & mollius, Manon: tenue denſumq;, ex quo penicilli, Achillum.

Manŭſĭterna, Aquæ urna, id eſt urceus. *ὑδρία*. Plaut. in Bac. Effer manuſiternam cum aqua foras.

Manſuētus, a, um, Mitis, cicur, quaſi manu aſſuetus, quòd omnia quæ ſunt natura fera, manuum permulſione mitescant. *τιθασὸς, χειροῆτης, πρᾶος, ἥμερος*. [Italicè, Manſuetto, dolce, tratta bile. Galli cè, Doulx & traitrable, priué & aprinoiſe. Hiſpani cè, Manſo. Germani. Senfft, zam, geſchlacht.] Virgilius ſeptimo Aeneidos, Ille manum patiens, menſæq; aſſuetus herili. Terent. in And. Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenii, Manſuetiq; animi officia. Cic. 3. Philip. Illud quæro, cur tam ſubitò manſuetus

tus, In ſenatu fuerit, quũ in edictis tam fuiſſet ferus? Ouid. 3. Triſt. Elegia. 6. Numinis ut læti fiat manſuetior ira. Idem in Ibin, Huic igitur meritas grates, ubicunq; licebit, Pro tam manſueto pectore ſemper agam. Cice. 1. de Orat. In moribus ſuis erga neceſſarios declarandis manſuetiſſimus. Feſtus, Manſuetus, neq; miſericordia mœſtus, neq; ira delitare ſæuus, ſed modeſtia temperatus. ¶ Beſtiæ manſuetæ, etiam placidæ, & cicures dicuntur. Plin. trifariam diuidit animantia: in placida, fera, & intermedia. Nam hirundines, apes, delphini, nec placida ſunt, nec feræ: ſed mediæ inter utrunq; naturæ.

Manſuetè, aduerbium, Placidè, clementer. *πρᾴως*. [Ital. Dolcemente. Gal. Doulcement, paiſiblement. Hiſp. Dulcey mẽ ſamente Ger. Gütlich, Senfftlich, lieblich.] Cic. pro Marcel. At uerò quum aliquid clementer, manſuetè, iuſtè, moderatè, ſapienter factum, in iracũdia præſertim, quæ eſt inimica conſilio, & in victoria, quæ natura inſolens & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus, quo ſtudio incendimur, ut eos ſæpe quos nunquam uidimus, diligamus.

Manſuetũdo, manſuetudinis, f. t. Lenitas, clementia, facilitas, & ut inquit Speuſippus, conſtantia animæ aduerſus iræ impetum immobilis. *πραότης*. [Itali Manſuetudine, humanità. Gal. Doulceur, humanité, priuaute. Hiſp. Manſedumbre. Ger. Senfftmůt.] Cic. 1. Offic. Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt, eum, qui cum bellum geras, tã molli nomine appellari?

Mănſuefăcĭo, is, a. t. Manſuetum reddo. *τιθασεύω*. [Itali, Domeſticare, far manſueto. Gall. Aprinoiſer, adoulcir donter. Hiſp. Amanſar. Ger. Zam machen, zãmmen.] Plin. li. 8. ca. 16. Primus autem hominum leonem manu tractare auſus, & oſtendere manſuefactum Liu. 3. ab Vrb. Paulatim permulcendo, tractandoq; manſuefeceram plebem. Cic. 1. Tuſc. A quib. manſuefacti, & exculti, à neceſſarijs artificijs ad elegãtiora defluximus.

Manſuefio, Manſuetus fio, manſuefco, cicuror. *τιθασεύομαι*. [Ital. Eſſere fatto manſueto Gal. S'aprinoiſer. Hiſp. Ser amanſado. Ger. Zam werden.] Cæſ. 6. bel. Gal. Sed aſſueſcere ad homines, & manſuefieri, ne paruuli quidem excepti poſſunt.

Manſuĕs, etis, c. t. Antiqui dicebant pro mãſueto. *τιθασός*. [Ital. Manſueto. Gal. Doulx, traittable, priue, aprinoiſe. Hiſ. Manſo, amanſado. Ger. Senfft oder senfftmũtig, Zam.] Plautus Aſinar. Reddam ego te ex fera fame manſuetem. Accius Meleagro, Nunc me matrem manſues miſericordia capſit.

Manſuēſco, is, n. t. Manſuetus fio, miteſco. *τιθασεύομαι, ἡμερόομαι*. [Itali Eſſere domõſticato. Gal. Deuenir doulx & priue, s'adoulcir & aprinoiſer. Hiſp. Amanſarſe, ſat amanſado. Ger. Zam werden, Senfft oder milt werden.] Col. li. 6. Nã per hæc blandimenta triduò feræ manſueſcunt. Vir. 4. Geo. Neſcia q; humanis precibus manſueſcere corda. Luca. li. 4. Sic ubi deſuetæ ſyluis in carcere clauſo Manſueuere feræ. Virg. 2. Georg. Tellus manſueſcit arando. Varro lib. 1. de Reruſt. pro manſuefacio poſuit, quum inquit, Sic ex animalibus, quum propter eandem utilitatem, quæ poſſent, ſylueſtria deprehenderent, ac concluderent, & manſueſcerent. Forteſſe legendum manſuefacerent.

Manſuētārĭus, m. t. Qui feras manſuefacĭt. *τιθασευτής*. [Ita. Coloro che domeſticano le fiere. Galli. Aprinoiſeur. qui aprinoiſent les beſtes ſauuages Hiſpa. Los que amaſan ò doman animales bravos. Ger. Thier zãmmer.] Lampridius in Heliogo. Habuit leones, & leopardos, quos edoctos per manſuetarios, ſubitò ad ſecundam menſam iubebat accũbere Ioli. Firmicus li. 8. Matheſeos, Septẽtrione oriẽte nati, erunt manſuetarij ferarum.

Mansare, Veteres pro manere uſurpabant, teſte Nonio. *μένειν*. Plautus in Pſeud. At dabit, parabit aliquid hos dies: manta modò. Cæcilius Hypebraſtaria, ut citat Nonius, In uolto eodem, in eadem mantat malitia. Plaut. Pſeud. - nos heros apud eadem Veneris mantet.

Mantēlum, manteli, & Mantelium, mantelii, n. ſ. & Mantele, mantelis, Cõpoſita dictio ex Manus, & Tela: quaſi mappa, à manibus tergendis. *χειρόμακτρον*. [Ital Mantile, tovaglia. Gal. Serviette ou touaille a maine, ou nape. Hiſpa. Panizuelo de manos o toualla. Germa. Ein handzwehel, Tiſchzwehel.] Eſt enim lintеolũ, quo manus tergere ſolemus. Ouid lib. 3. Faſt. Dixerat, ad dextram uilis mantele ſolutis. Martial. libro 12. Mantele à menſa ſuſtulit Hermogenes. Aliqui hoc in loco legunt Mentile: quod tamen in idem recidit, ut ſuo loco dicemus. ¶ Rurſus Mantelia, ſeu Mantela accipiuntur pro penulæ genere, quo ſe, ut lorica, milites ſolent munire, ſiue pro thorace, quo pectus armatur. Græci hanc *μαστίαν* uocant, uti Suidas ait Plin. lib. 7. cap. 2. Oſſib. humanorum capitum bibere. cutibuſq; cum capillo pro mantelibus ante pectora uti. ¶ Ponitur metaphoricõs. pro tegmine quolibet, ſiue uelamento, Plautus in Capt. Nec mendacijs ſubdolis mihi uſquam mantelum eſt meis. Ponitur ibi pro pallio, latebra, aut quouis alio tegmine, quo dolus tegi poſſit.

Mantes, mantis, m. t. *μάντης, ὁ μάντις*. [Ita Indouino Gal. Deuin, ſourcier. Hiſp. Adeuino ò adeuina. Ger. Ein weiſſager, oder warſager.] Latinè uatem ſonat. Cic. 1. de Diu. Nam Athenienſes omnibus ſemper publicis conciljs diuinos quoſdam ſacerdotes, quos Mantes uocant, adhibuerunt.

Mantēum, mantei, pen prod. n. ſ. *μαντεῖον*, Locus oraculis dicatus. Cicero libro ſecundo de Finibus, Vt quaſi de manteo promanãt medicamenta illa Epicurea, dolor ſi grauis, breuis: ſi longus, leuis. Vetera exemplaria habent, De narthecio. Plin. lib. 7. ca. 29. Ab Epheſio manteum aliud Colophoniorum.

Mantĭcē, mantices, pen corr. f. p, *μαντική*. [Ital. L'arte d'indouinare. Gall. L'ars & ſcience de deuiner Hiſp. Arte para adeuinar. Ger. Die kunſt des weiſſagens.] Ars ipſa diuinãdi, Cic. 1. de Nat. deorum. Sequitur *μαντικὴ* noſtra, quæ Latinè Diuinatio dicitur.

Mantĭa, æ, f. p. *μαντεία*. [Ital. Diuinatione, profetia. Gal. Deuinarion. Hiſpan. Diuinacion. Germanicè, Vueiſſagung.] Diuinatio, uaticinium. A Mantia per compoſitionem fiunt Necromantia, Hydromantia, Pyromantia, & alia huiuſmodi, quorum penult. producitur. Vide ſupra in dictione Magia.

Mānĭ. a. æ, penu. prod f. p. Perula uiatoria, qua ſcilicet iter facientes uiaticum, aliãue neceſſaria circunferunt *πήρα*. [Ital. Biſaccia Galli Gourſe ou gibeciere, beſace ou biſſac, Hiſ. Los arguenes ò alforias ò mochila. Germa. Ein meidſack oder ſack in welchen einer alle ding thůt wann einer über feld reiſst, ein watſack.] Finxit Aeſopus mortales ſingulos binas habere manticas, quarum altera ante pectus, altera, à tergo propenderet: ſed in priorem aliena uitia conijcere, in poſteriorem ſua. Hinc ortum eſt prouerbium, ut dicamus homines nõ uidere quod in tergo manticæ eſt, hoc eſt quum aliena uitia acutiſſimè uideant, In ſuis prorſus excutire. Catullus ad Varum, Sed non uidemus, manticæ quod in tergo eſt.

Manticula, pro parua mantica. In qua (ut ait Feſtus) pecunias ſuas tenuiores ſolent recondere. *τὸ ταμιεῖον*.

Mantĭcŭlārĭus, dicuntur ea quæ in frequenti uſu habentur, & quaſi manu tractantur. Frequens enim ad manus tergendas uſus fuit mantelorum, unde hæc trahitur ſimilitudo. Feſtus.

Mantĭcŭlārĭus, rij, m. ſ. Dicitur fur, qui inferens ſe conferta multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificio doloſo aperit, & euacuat, ablata pecunia. *βαλλαντιστόμος*. [Itali. Tagliaborſe Gal. Coupebourſe. Hiſp. Ladron corrabolſas. Ger. Ein seckelraumer, ein seckel abschnider.] Dictũ à manticulis, in quibus tenuiores, teſte Feſto, pecuniam recondebant.

Manticulatio, Aſtus & fraus, furtum, inciſio loculorum. *κατατομή, κατατομήματα*.

Mantĭcŭlor, aris. d. p. Eſt autore Feſto, furandi gratia mãticulas attrectare. *τιχνάζομαι*. [Ital. Marinolare, rubbare. Galli. Deſrober. Hiſpa. Deſalforiar. Ger. Einem zum seckel grieffen darauss: stehlen.] Iude ponitur pro aliquid doloſè ago. Pacu. Ad mãticulãdum aſtu aggreditur. Hoc uerbo etiã uſus eſt Plau. in Capt. Sume, poſce, prome quidquid: re facio cellarium. Nam hercle niſi manticulatus probè hæc fuiſſi, petito. Aeternum tibi dapinato uictum, ſi uera autumas.

Mantĭchŏra, *μαντιχώρας*, Beſtia in India, quæ triplicem dentium ordinem, & hominis faciem unà cum corpore leonis habet, humanas carnes maximè affectans. Plinius libro 8. cap. 21. De manthicora ſic ſcribit Aelianus libro 7. capi. 2. Apud Indos (inquit) naſcitur immẽſo robore animal, cui Indorum lingua Mantichora nomen eſt, magnitudine maximi leonis, colore rubrum, canis modo uilloſum, facie eadem

Digitized by Google

eadem propè quæ hominis, dentium triplici utrinq; ordine acuiſſimorum, caninis maiorum, auribus hominis ſimilibus niſi quòd hæ & grandiores & villoſiores ſunt: oculis cæſiis, & his non diſſimilibus hominis: pedibus & unguibus iiſdem, qui leonis. Summa cauda illi ſcorpionis modo terreni, aculeo plus quàm cubitali armata, reliquũ caudæ utrinq; aculeis cuſpidatum eſt: quos, tanquam tela, ſiquis inſequatur, eminus iaculatur. Humanis carnibus maximè delectatur: quocirca complures homines interficit: nec ſingulos duntaxat homines inuadit, ſed plures collectos ſolum interimit. ¶ Ideo Indicè Mantichora appellatur, quòd beſtia ſit hominum conficientiſſima, ex rebus quas gerit, nomen trahens. Vide plura apud Aelianum loco tam citato.

Mantile, lis, penul. prod. gen. neut. Idem quod mantelum. *χαρόμαγρον*. [Ital. Mantile, touaglia. Gal. Seruiette ou touaille à mains, nape. Hiſpa. Panizuelo de manos, touaia. Ger. Ein handzwehel, Tiſchzwehel.] Virg. 4. Georg. tonſiſq; ferunt mantilia villis. Seruius inquit, maiores mappas villos habuiſſe. Epigramma eſt apud Mart. lib. 14. de mantili, ſine Gauſapa villoſa, Nobilius villoſa, tegant tibi lintea citrum, Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt. Pli. li. 7. ca. 2. Cutibusq; cum Capillo pro mantilibus ante pectora uti. Quo tamen in loco in pleriſq; Plinij codicib. Mantelibus legitur per ſecundam uocalem in antepenultima.

Mantis. Diuinus, uel uates. Vide **Mantes**,

Mantiſſa. f. p. Lingua Tuſca, autore Feſto, dicitur additamẽtum rei quæ uenditur, id eſt panxillum illud quod adiicitur ponderis ita dictum quòd manu addatur. *περίδεμα*. [Ital. Giunta. Gal. Addition au poix. Hiſp. Anadidura al peſo iuſto. Ger. Ein zůg das man in einem kauff zůgibt.] Lucilius, Mantiſſa obſcœnum uincit.

Manualis, oxyſchinos. Dioſc. lib. 4. cap 55.

Manubiæ, & **Manubrium**. Vide poſt **Manus**.

Manum, Dicitur clarum, unde etiam Mane, poſt tenebras diei pars prima. Nonius.

Mănus, huius manus, à manẽdo dicta eſt, quòd ex brachiis manet, uel quòd ex ea manent digiti. *χείρ*. [Ital. & Hiſp. Mano. Gal. Main. Ger. Ein hand.] Ouid. Epiſtol. 17. Iam tibi formoſam porriget illa manum. Catullus Berecyntia, Niueis citata cepit manibus leue tympanum. Virgil. 1. Aenei. Tendentemq; manus Priamum conſpexit inermes. ¶ Plena manu, hoc eſt ampliter, copioſè, prolixè, munimeq; malignè. Cicer. Attic. libro 2. At hercle alter tuus familiaris Hortenſius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit. Manufactus, una dictione, ſine duabus opponitur naturali. Celſus, Naturales, uel manufactæ natationes. Cicer. tertio de Finibus. Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius: aut in operibus manufactis tam compoſitum, ramq; compactũ, & coagmentatum inueniri poteſt? ¶ Manus præterea inſtrumentum, & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus raptæ tenentur: à manus humanæ ſimilitudine. Plin. libro 7. capite 56. Anacharſis harpagonas, manus Pericles Athenienſis inuenit. ¶ Item Manus multitudo uocatur, uel exercitus. Virgil. 6. Aeneid. Hic manus ob patriam pugnando uulnera paſſi. Idem 8. Aeneid. Iuuenum manus emicat ardens Littus in Heſperium. ¶ Accipitur etiam Manus pro poteſtate: ut quum dicimus, rem aliquam in manu noſtra eſſe ſitã: quod Græci dicunt, *ἀνὰ χεῖρας εἶναι*. Lucanus lib. 1. In manibus neſtris, quantus ſit Cæſar, habetis. ¶ Manumittere, Eſt de ſeruo liberum facere, libertatẽ dare. *ἀφίημι*. Cic. pro Cælio, Adſunt ſerui ex cognatorum ſententia manumiſſi. ¶ Manumiſſus, Liberatus à poteſtate domini. *ἀφειτός*, *ἐλευθερωθείς*. Nam quandiu quis in ſeruitute eſt, manui, hoc eſt poteſtati ſubditus eſt. ¶ Interdum uerbum hoc diuiditur: dicimusq; Mittere manu, uel Emittere manu. Plautus in Aulul. Igitur orabo, ut manu me mittat. Frequentius coniunctim ſcribitur. ¶ Hinc manumiſſio, quæ eſt datio libertatis. Cic. pro Cæl. Sed ſcire cupio, quid habeat argumenti iſta manumiſſio. Erat autem mos in manumiſſione, ut dominus caput, aut aliud mẽbrum ſerui tenens, diceret, Hunc hominẽ liberum eſſe uolo: & mittebat eum è manu. ¶ Inde Manumiſſio dicta eſt, & Manumiſſus, à poteſtate liberatus. ¶ Item Manus capitur pro proboſcide elephanti, quòd ea in decerpẽdo pabulo pro manu utatur elephantus. Curt. lib. 4. de elephanto loquens. Præcipuè terribilis illa facies erat, quum manu arma uirosq; corriperent, & ſuper ſe regentibus ruderent. Idem de eodem, Copidas uocabant gladios leuiter curuatos, falcibus ſimiles, quibus appetebant beluarũ manus. ¶ Nonnunquam pro ſcriptura manuum. Quinc. lib. de Orthographia, Cauſſa, Caſſus, Cicer. & Virgil. ſcripſerunt: ſic manus eorum docent. Cic. ad Attic. li. 4. Occupationum mearum uel hoc ſignum erit, quòd epiſtola librarii manu eſt. Idem ad Attic. lib. 11. Quibus tibi uidebitur, uelim des literas nomine meo: noſti familiares ſignum requirent, & manum: dices iis, me propter cuſtodias eas uitaſſe. Budæus. Manum conſerere, Eſt prælium incipere, & comminus pugnare. *συμβάλλειν*, *συμπλέκεσθαι*. Propriè tamen Manum conſerere, nihil aliud eſt quàm manus coniungere. Apud Iuriſconſultos autem Manum conſerere dicebantur litigantes, quum in agrum, aut aliã rem, de qua lis erat, profecti, præſente Prætore, rem litigioſam manu apprehendebant iuſq; ſuũ in re præſenti uindicabant. Poſtea tamẽ propagatis Italiæ finibus, Prætoribusq; aliis negotiis occupatis: placuit ut litigantes ſine Prætore in agrum proficiſcerentur, glebamq; inde in ius ad Prætorem deferrent, & in ea, tanquam in toto agro, uindicarent, aduerſariumq; ex iure manu conſertum ad Prætorem uocarent. Vide ea quæ de hoc annotauimus in uerbo *Conſero*. ¶ Ad manus uenire, ſimiliter eſt prælium, ſeu contentionem incipere. Plaut. Itur ad manus, arma ſumuntur. ¶ Manu factũ, Quod naturale non eſt, ſed hominis manu fabricatũ. *χειροποίητον*. Ci. 3. de Fin. Quid eſt aut in natura, aut in operib. manu factis, &c. Idẽ pro Marcello, Nihil eſt opere, aut manu factũ, quod non aliquãdo cõſumat uetuſtas. ¶ Manibus prælium facere, Eſt manus conſerere. Salluſt. in Iugur. Romani pro ingenio quiſq; pars eminus glande, aut lapidibus pugnare: alii ſuccedere, ac modò manum ſuffodere, modò ſcalis aggredi, cupere manibus, pẽ lium facere. ¶ Manu docere, Eſt apertè docere. Cicer. 1. de Nat. deor. Epicurus aũtres occultas, & penitus abditas non modò uiderat animo, ſed etiam ſic tractauit, ut manu deceat nos, eam eſſe uim & naturam deorum. ¶ Primas & ſecundas manus (quas legere eſt apud Quintil. lib. 1.) Hee molaus uocari poſſe ait, quando feſſis recentes ſuccedunt: ſed tamen potius ictus ſignificari uidentur, ut ait Budæus. ¶ Inter manus arripere aliquem, eſt collaris ſimul manib. aliquem ſublimẽ ferre. Plaut. in Moſtel. Arripite hunc intrò actutum inter manus. ¶ Inter manus aliquid eſſe, dicitur per translationem, pro in poteſtate eſſe. Virgil. Ante oculos, interq; manus ſunt omnia neſtros. ¶ Verſari inter manus, Eſt in uſu eſſe. ¶ Sub manu eſſe, id eſt ad latus, expeditum, promptumq; in uſum, ſiue eſſe in prompta, & in proximo. ¶ In manus ſumere librum, pro eo quod eſt librum legere. ¶ Eſſe in manibus liber dicitur, qui editus eſt, & legitur. ¶ Manus remittere in aleæ ludo, eſt colluſori iactum condonare, quem ſua quiſque manu damnoſum iecit. ¶ Manu capere, Idem quod bello quærere. Sallu. Populus Romanus quaſcunq; urbes, & agros manu ceperat, Regi donat. ¶ Succedere ſub manus, Eſt aliquid bene, & ad optatum contingere. ¶ Rem ad manus uenire, Eſt etiã ad contentionem & pugnam uenire. ¶ Per manus tradere, Idem quod de manu in manum, quo utitur Cic. ad Cæſ. Imperator lib. 7. Totum denique hominem tibi trado de manu, ut dicitur, in manum tuam iſtam. ¶ Per manus tradita diſciplina, uel hiſtoria dicitur, quæ non monumentis literarum, ſed uerbo tantum traditur, & à maioribus ad poſteros ſine literis tranſmittitur: quemadmodum ſacrorum myſteria olim tradi ſolebant. ¶ Præ manibus, pro In manibus, uel inter manus. Plaut. in Bacchid. Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus. ¶ Præ manu dare, Eſt quod uulgò dicitur, Ante omnia, uel ante manũ dare, Gallico ſermone, Auãcer. ¶ Tollere manus, Modus eſt loquendi, ſignum lætitiæ ſignificans. Cic. Cæſ. Suſtulimus manus & ego, & Balbus: tanta fuit opportunitas. ¶ Tendere manus, Eſt petentis auxilium, uel miſericordiam implorantis ſignum. Cæſ. lib. 1. belli. Gall. Hedui manus tendere, deditionem ſignificare. ¶ Plus illi eſt in manu, quã tibi, Id eſt ditior eſt te. ¶ Nihil illi eſt in manu. Id eſt nihil habet. Habere enim in manibus dicuntur, qui aliquid poſſident, & diuites ſunt. ¶ Manus tua hæc eſt Hoc eſt hi faueẽt tibi, & te iuuant. ¶ Manus uetant prius, quàm penes ſeſe habeant, quicquam credere, Plaut. in Truc. id eſt nihil credam te daturum, niſi prius numeraueris. ¶ Manus multas poſcit

poſ… ſit hoc opus. Plin. in Epiſtol. 118. id eſt, hoc opus eſt mul…
ti… aboris. ¶ Manus oculatæ dicuntur à Plauto in Aſinaria, …
q… æ re ipſa aliquid uolunt exhiberi, non oratione promit…
… Semper (inquit) oculatæ noſtræ ſunt manus: credunt …
quod uident. ¶ Manu fingere, Eſt arte, curaq; formare: tra
ctum à palaſtis, qui è molli luto manu imagines faciunt.
¶ Manum ferulæ ſubducere, Eſt iam aliquo modo in lite-
ris profeciſſe, & deſinere in ludo literario uerſari. Nàm anti
quitus Grammatici ſolebant puerorum manus ferula per
cutere. Iuuena. Saty. 1. Et nos ergo manum ferulæ ſubduxi
mus, ¶ Manum tabula tollere neſcire, Eſt in re aliqua con
ficienda nimis anxium eſſe. Tractum ab Apellis elogio de
Protogene, quo dicebat illum manum de tabula tollere ne
ſcire. ¶ Manum non uerterim, Prouerbialis eſt hyperbole
qua utimur quoties nos rem aliquam ſuſq; deq; ferre uolu
mus ſignificare, & de ea nos nihil eſſe ſolicitos. ¶ Manum
ſub pallio habere, dicuntur Rhetores, qui inter agendum
non commouentur. Nam bona pars actionis in manibus
conſiſtit. Quæ omnia uide latius in Adagiis Eraſmi. ¶ Ma-
nus iniectio, Dicitur quoties nulla iudicis autoritate expe-
ctata, rem noſtrã nobis uindicamus. *χειρῶν ἐπιβολή*. De
quo uide in Iniicio. ¶ Manibus ac pedibus quicquam obi
re, Id eſt ſumma diligentia: illis enim uerbis extremum co-
natum ſignificamus, *ποσί τε καὶ χερσὶ τί λαστρεύειν*. Te-
rent. in Andr. Quem ego credo manibus, pedibusq; obni-
xè omnia Facturum. ¶ Ad manum, In promptu, in proxi-
mo, & parabile *πρόχειρον*. Sene. Ad manũ eſt, quod ſat eſſe.
Manum mittere in carpum, Galeno authore, eſt arteriæ mo
tiones explorare.
Manicula, manículæ, diminutiuum, uide ſuprà poſt Ma-
nicon.
Mantiola, mantiolæ, diminutiuum item à manus. Parua ma
nus. Nonius, Mantiolis tene illis.
Mānūālis, lẽ, om. t. Quod extenſæ manus altitudinem habet.
Plin. lib. 24. cap. 13. Ob id incipientibus hydropicis efficax,
manualibus ſcapis eius in tribus hemitis aquæ decoctis
uſq; ad tertias. ¶ Manualis faſciculus lini, *δραγμα, ὁ χειρο
πληθιαῖος, ὁ καὶ ὁ χειροπληθής*. [Ital. Quanto ſi poo tene-
re in mano. Gal. Qu'on peut empoigner ou tenir en la ma
in. Hiſ. Coſa que ſe puede tener en la mano. Ger. Ein hand
uol, das man in einer handfaſſen mag.] (apud Plin. li. 9. cap.
1.) hoc eſt qui manus implet: noſtræ ætatis medici Manipu
lum uocant.
Mānūārius, a, um, Quod ad manum pertinet. *ἐγχειρίδιος*.
[Ital. Ciò che appartiene à mano. Gal. Appartenant à la ma-
in. Hiſ. Coſa perteneciente à mano. Ger. Das zů der hand
gehört.] unde Act manuarium, quod manuum labore ac
quiritur. Gell. Hoc ære quaſi manuario collecta cœnula pu
rabatur.
Manualeatus, a, um. Idem quod manicatus *χειριδωτός*. [I-
tal. Veſtito di habito con maniche. Gal. Veſtu d'un habil-
lement ayant manches. Hiſp. Veſtido de veſtidura con mãgas. Ger. Das ermel hatt.] Plaut. in Pſeud Manualeatam tu
nicam hominem habere addecet, hoc eſt tunicam manicas prolixioris habẽtem. ¶ Manicatum, aut Manualeatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. Sueto. in Calig. ca. 52. Gemmatasq; induitas penulas, manualeatus, & armillatus in publicum proceſſit.
Manuleatios, m, f. Qui veſtimenta manicata conficiebat. *ὁ χειροδωτῶν χιτώνων ποιητής*. Plaut. in Aul. Aut manulea
rij, aut myrobtecharij.
Mānubrium, brij, n. ſ. A manu, Capulus cuiuſcunq; rei appel
latur, quòd manu teneatur, *κώπη, λαβή*. [Ital. Manico. Gal
li. Manche. Hiſp. Empuñadura, como de eſpada. Ger. Ein
hẽffte, ein handthab.] Plaut. in Aul. Exemi ex manu manu
brium. Plin. li. 16. ca. 41. Hyginus manubria ruſticis, carpina,
illigna, cerrea. Col. li. 11. c. 2. Vel facta manubria aptare, quo
rum optima ſunt illignea.
Manubriolum, li, diminutiuum, Paruũ manubrium. *τὸ λαβί
διον, τὸ κωπίον*. [Ital. Manicchetto. Gal. Petit manche. Hi
ſpa. Pequenna empuñadura. Ger. Ein hẽffelin.] Celſus li.
7. cap. 7. Lini duo capita apprehendere, & per ea erecto un-
gue, ſi qua parte oculo inhæret manubriolo ſcalpelli dilu
cere, donec ad angulum ueniat.
Mānūbĭæ, arum, f. p. Dictæ ſunt, quòd manu capiãtur ab hoſti
bus. *λάφυρα*. [Ita. Prede torte al' inimici Gal. La deſpouil
le & le butin qu'on a gaigné ſur les en nemis. Hiſp. Botin,
el deſpoio de la cauelgada. Ger. Beũt oder raub ſo dem fey
end abtrungen iſt.] Eſt enim præda ab hoſtibus capta. A-
ſconius ſcribit Manubias eſſe prædas Imperatoriſi pro por-
tione de hoſtibus capta. Vnde Cic. 1. Verrina, facetè Manu-
bias uocat, ſigna & tabulas, quæ è Sicilia Verres, tanquã ho
ſtium ſpolia deportauerat. Nónne (inquit) perſpicuum eſt,
Verrem eſſe qui noſtras uillas ſuis manubiis ornet. Sueto. in
Nero. Ac ne non hinc quoquam quarum poſſet prædæ &
manubiarum inoaderet, pollicitus cadauerum & ruderũ
gratuitam egeſtionem, nemini ad reliquias rerum ſuarum
adire permiſit. ¶ Spolia quoq; quæſita de hoſte nobili per
deditionem, Manubias ueteres dicebant, de quibus quod
uellent, facerent. Gellius uerò libro 11. ca. 18. quid præda à
Manubiis diſtet, his uerbis declarat Nam præda, inquit, di
cuntur corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt: Manubiæ ap-
pellatæ ſunt pecuniæ, quæ à Quæſtore ex uenditione præ-
dæ redactæ ſunt. Dicit tamen quoſdam non ignobiles ſcri-
ptores, aut temerè, aut incuriosè prædam pro manubiis, &
manubias pro præda poſuiſſe: ſed qui propriè locuti ſunt,
ſicut Cicero in oratione de Lege Agraria, Manubias pecu-
niam dixiſſe. Verba autem Ciceronis ſunt hæc, Quod ad
quemq; peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Quo in loco M. Tullius manifeſtè diſtinguit Prædam à
Manubiis: ut annotauit Nonius Marcellinus: qui prorſus ea-
dem de manubiis ſentit, quæ Gellius. ¶ Manubias facere,
eſt prædari. Cic. in Verrem. Qui manubias ſibi tantas ex L.
Metelli manubiis fecit. ¶ Eſt quoq;, ut iactus fulminum
Manubiæ dicantur. *περαυνοβολίαι*. Vnde ait Seneca lib. 2.
Quæſt. Ioui tres manubias dari quarum prima monet, ſe-
cunda prodeſt, tertia adhibitis conſilio diis emittitur.
Mānŭbĭālis, & hoc, biale om. t. Quod ad manubias pertinet;
ἀπὸ τῶν λαφύρων χρήματα. [Ital. Di bottino. Gal. De bu
tin. Hiſp. Coſa de botin. Germ. Das zů der peut oder dem
raub gehört] ut Manubialis pecunia, quæ ex uenditione
manubiarum contracta eſt. Sueto. in Aug. Quò autem facili
us undiq; urbs aditretur, deſumpta ſibi Flaminia uia Arimi
no tenus mittenda, reliquas triumphalibus uiris ex manu
biali pecunia ſternendas diſtribuit.
Manubiarius, adiectiuum, Manubiarium particeps, Plaut. in
Truc. Amicus mihi eſto manubiarius.
Manuor, aris, deponens, Idẽ eſt quod Furor, furaris. *κλέπτω*.
Accius, Manuatus neſtem amicæ.
Manupretium, Dictio compoſita, idem ſignificans quod mer
ces. Cic. in Piſonem, Quum uerò iſta tibi prouincia manu
pretium fuerit non uerſæ per te, ſed perditæ ciuitatis.
Māpālia, orum, n. *ſ. παλύβαι, οἰκίδια*. [Ital. Capane. Gal. Lo
gettes, maiſonnetes à la mode des Perſes. Hiſp. Maiadas co-
mo de ganado. Ger. Hütten, hirten heuſsle.] Punica lin-
gua, agreſtes caſæ dicuntur, autore Feſto, in quibus quia ni
hil eſt ſecreti, ſolet id uocabulum ſolutè uicentibus obli-
ci. Sunt autem quaſi rotundæ cortes, ut inquit Cato lib. 4.
Orig. Liu. 9. bel. Pun. Familiæ aliquot cum mapalibus, pe-
coribuſq; ſuis (ea pecunia illis eſt) profecuti ſunt regem.
¶ Mapalia, inquit Seruius, idem ſignificat quod Magalia,
hoc eſt Afrorum caſas: ſed Magalia, ma, producit, Mapalia
uerò corripit. Virg. 1. Geor. Et raris habita mapalia tectis. I-
dem 4. Aen. Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.
Māppa, æ, f. p. Linteum quo menſa tergitur, aut certè qua
manuum ſordes in menſa abſtergimus. *ἐδών*. [Itali. Toua
glia. Gal. Nape. Hiſp. Los manteles ò touaias. Ger. Ein Ti-
ſchlach oder Tiſchzwähel.] Nam in conuiuium pro ſe
quiſq; mappam afferebat. Mart. li. 12. Attulerat mappam be
mo, dum furta timentur. Pli. li. 19. ca. 1. Ardentes in focis cõ
uiuiorum uidimus mappas, ſordibus exuſtis, ſplendeſcen-
tes igni magis quàm poſſent aquis. ¶ Mappam (inquit Qu.
li. 1. cap. 9.) uſitatum Circo nomen Pœni ſibi uendicant. Id
circo autem dicit mappam Circo uſitatam, quòd in ludis
Circenſibus Prætor ſoleat præſidere, qui mappæ miſſione
ſignum dabat iucundi certaminis. Martia. lib. 12. Cretatam
Prætor quum uellet mittere mappam, Prætori mappam
ſurripit Hermogenes. ¶ A Mappa uero fit diminutiuum
Mappula.
Marāſmus, *μαρασμός*, Idẽ quod tabes, hoc eſt, totius corpo
ris, uel partis alicuius ſiccitas, quæ accidere ſolet, humore
natiuo ui caloris abſumpto. A uerbo Græco *μαραίνομαι*,
quod eſt tabeſco. ¶ Hinc Febris maraſmodes à medicis ap
pellatur hectica ſpecies quæ contingit ex febri ardente a-
deò propagata, ut humorẽ totius corporis abſumat. Vide

Galenum de different. feb. li. 1. ca. 10.

Marsitha, quæ in rubis naſcuntur mora, quanquam corrupta Hippocratis lectio eſt, & fortaſſe pro μάραθρα ἀπὸ βατῦ legendum μόρα ἀπὸ βατῦ.

Marathis, Hippomarathrum Dioſc. li 3. ca. 80.

Marathron. μάραθρον. [Ital. Finocchio. Gal. Du fenoil. Hiſpani. Hinojo. Germani. Fenckel-]. Latini fœniculum dicunt. De Marathro & Hippomarathro uide Plinium libro 20. cap. 19.

Mărathrites, μαραθρίτης οἶνος. [Ital. Vino di finocchio. Galli. Vin de fenoil. Hiſp. Vino de hinoio. Ger. Fenckelwein.] Vinum eo modo diſtũ quo Aromatites, nempe quod marathrum infuſum habet: ualetq; ad uiſus imbecillitatem adiuuandam. Col. li. 12. ca. 15.

Marceo, es, ui, n. ſ. Putreo. σήπομαι, μαραίνομαι. [Ital. Marcire. Gal. Eſtre fleſtri, pourri & gaſté. Hiſp. Marchitarſe. Ger. Faulen. Verwelcken. Item, Abnêmen oder kraffloſs werden.] Marc. li. 5. Marcentes tibi porrigentur nuæ. ¶ Nonnunquam idem quod languco. Ouid. 1. Amorum, Eleg. 15. Cur ego plector amans, ſi uir tibi marcet ab annis Celſus li. 2. capit. 1. Si marcet animus, ſi corpus torpet, ſi moueri loquiq; piget. Liu. 3. bel. Pun. Sed qui pugnent, marcere Campana luxuria, &c.

Marceſco, n. t. Putreſco. σήπομαι, μαραίνομαι. [Ital. Marcirũ, guaſtarſi. Gal. Deuenir ou eſtre pourri ou gaſté. Hiſ. Marchitarſe, ſer marchito. Germa. Anhebenfaulen, Item Kraffloſs werden.] Plin. lib. 10. cap. 48. Corpus occiſæ ſtatim marceſcit. ¶ Ponitur quandoq; pro langueſco. Sueton. in Calig. Marceſcẽte adhuc ſtomacho pridiani cibi onere. Liu. 8. bel. Pun. Ad hæc equitem marceſcere deſidia. ¶ Huius cõpoſita, Emarceſco, & immarceſco, de quibus ſuis locis.

Marcĭdus, a, um, adiectiuũ. Id eſt putridus ſiue langueſcens. μαραστώδης. [Ital. Marcio, marcito. Gal. Fleſtri, pourri. Hiſp. Coſa marchita ò muſtia. Ger. Faul, welck.] Plin. lib. 11. cap. 17. Feſſis equis aures marcidæ. Plin. in Paneg. Alii marcidi ſomno, hesternaq; cœna redundantes, comitiorũ ſuorum nuntios opperiebantur.

Marcor, marcoris, m. t. Putredo, uel languor, & conſumptio, quæ & Tabes dicitor. σηπεδών, σῆψις. [Ital. Marcia. Galli. Fleſtriſſure ou pourriture. Hiſp. Marchitura. Germa. Feule, Verwelckung, Verzeerung.] Plin. lib. 22. cap. 22. Si ferri uel chalybis aliqua rubigo uel panni marcor affuerit. Celſus de lethargo, li. 3. ca. 20. In hac marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi neceſſitas.

Marchaſita, idẽ quod Pyrites, teſte Georgio Agricola. Nam quod Græci, & poſt eos Latini Pyritem, Arabes Marchaſitã appellant. Cæterũm ne id tibi imponat multa etiam genera Pyritis. De quo alibi Martianus, Medicus, Apher, citatur ab Actio Ser. 11. cap. 11. Scripſit morborum remedia uaria. Martiaton unguentum ab inuentore ſic dictum.

Marchion, nis, m. t. uidetur Alciato Celticum uocabulũ eſſe, quo præfectus Equitum figuificetur, quod autè Rhenanus noſter admonuit, & Althamerus latius explicat, in Cõmentar. Germaniç. Doctiſſimus uir Glareanus autor eſt hodie magna ex parte Celticè loqui Heluetios, Rætiacos, Sequanos, Rheno proximos, Briſgoẽſes, ac Elſaticos noſtros. Annotauit in Para. Alc. & apud Gallos hodie uſurpare Marcare, pro eo quod eſt, equitare: & Pauſaniã ſcribere, triplicẽ equitum ordinem è Celtis, qui in exercitu Brennis erant, Trimarciſiam dictam, fuiſſeq; hanc uocem, & rerum in Italia potientibus Longobardis, & deinde Francis Regib. (origine Germanis) Magiſtri ſtaboli, ſeu equitum nomen, deinde in propriç iuriſdictionis appellationem trãſiſſe, ſicut & Duces, Comites, Marchiones, ſeu Margraphij, ut Iuriſconſultiſſimus Bonifacius Amerbachius monuit, originẽ ex Limitaneis præpoſitis traxerunt, quòd limitibus quos nunc Marcken appellamus, graphi, id eſt, præpoſiti fuerunt. Vide Zaſ. in tit. Qui feud. dare poſſ. Quidam à marca, quod equũ ſignificat equorũ ſtabuli Magiſtrũ, Marckſtaller, & equorũ præfectũ, Marckgraffen, exiſtimant appellatũ. Sed magis eſt, ut Amerbachii ſententiam ſequamur, Marchio autem, & Comes, propriè Regni, uel Regis Capitanei dicuntur, qui ab his Feudum accipiunt, propriè Regis uel Regni Valuaſores quaſi ad ualuas ſtantes. qui & ipſi Capitanei nũ cupari poterint C. ſi Capitanei de Feu. Machiç. Rurſũ Feudum capientes ab eis minores, Valuaſores appellantur. Vide Baronem à Tautenberg. de his, qui Feud. dar. poſſ.

Marcĭpor, Marci puer, hoc eſt famulus: ſicut Publipor, Lucipor, & alia huiuſmodi. Plin. li. 33. ca. 1. Singuli Marcipores, Lucipores q; , dominorum gentiles, uictum in promiſcuo habebant. Quibus uerbis ſignificat Plin. priſcos Romanos ſingulis ſeruis contentos fuiſſe: quare Marcipores, quaſi Marci pueri uocabantur, hoc eſt miniſtri & aſſeclæ. Græci παῖδας uocant ſeruos. Quod in numeroſa familia poſtea fieri non potuit. Fabius li. 4. In ſeruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino: unde Marcipores, Publipores.

Marcŭlus, Eſt nomen inſtrumẽti, quo fabri ærarii uti ſolent. ὁ ῥαιστὴρ, χαλκέως σκεῦος. [Ita. Martello di magnano. Galli. Vn marteau de chauderonnier. Hiſp. El martillo de hierro. Germ. Ein hammer oder dergleichen werckgſchirr der ärtzſchmiden.] Plin. li. 7. ca. 56. Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius, & metalla æris, utrunq; in inſula Cypro: item forcipem, marculum, neſtem, incudem. Mart. li. 12. Negant uitam ludimagiſtri manè, nocte piſtores, ærariorum marculi die toto.

Mărĕ, huius maris, n. t. Notæ eſt ſignificationis: dictum (ut putatur) ab amaritudine aquarum. θάλασσα [Itali Mare. Gal. La mer. Hiſp. La mar. Ger. Das Meer.] Virg. 1. Aeneid. uaſtum maris æquor arandum. Idem 2. Aeneid. quum Iuppiter æthere ſummo Deſpiciens mare ueliuolum terraſq; iacentes. Cic. 1. Tuſcul. Tanquam ratis in mari immenſo noſtra uehitur oratio. ¶ Maximum autem illud mare, quod totam terram ambit, & uelocitate Oceanum appellant. Illud uerò quòd inter Abylam & Calpen irũpens, Africam diuidit ab Europa, Mediterraneum mare uocatur. Vtriuſq; autem maris partes à prouinciis quas alluunt, uaria ſortiuntur nomina. Sic Oceanum Atlanticũ uocamus mare illud, quod ab Occidente Atlantem montem alluit. Britanicum, quod Britanniæ: Germanicum, quod Germaniæ eſt proximum. Ad hunc etiam modum ſinus ille maris, quem Mediterraneum mare uocamus, à regionibus quas alluit, uaria inuenit nomina. Nam ubi Hiſpaniam alluit, Ibericum appellatur: ubi Ligoriam, Ligufticum: ubi Tuſciæ proximũ eſt, Toſcum mare, uel Tyrrhenum appellatur. Sed hæc latius ſuis locis. ¶ Mare cælo miſcere, Eſt omnia turbare, nihilq; non facere. Virgilius de Iunone omnia aduerſum Troianos tentante, - maria omnia cælo Miſcuit. Iuuena. Saty. 6. - clames licet, & mare cælo Confundas, homo ſum ¶ Mari terraq; quærere, id eſt ubique. Plaut. in Pœn. poſtquam eas perdidit, Mari, terraq; illas uſquequaq; quærit. Sic Cic. Terra mariq; conquiniſti. ¶ Mare quandoq; pro quacunq; grandiore aqua uſurpatur. ¶ Mare rubrum, ἐρυθρὰ θάλασσα. Sinus maris eſt Arabiam fœlicem à meridie alluens, ab angoſtiis Arabici ſinus uſq; ad ſinum Perſicum extenſus. Rubrum appellatum, nõ quòd aqua eius re uera ſit rubra (ut plerique putauerunt) ſed q; eiuſmodi appareat, à ſubiecta arenæ rubedine, uel Solis repercuſſu. Siue (quod magis placet) imitatione Græcorũ, qui mare hoc Erythræum appellarunt, ab Erythra rege Perſei & Andromedes filio, qui ea in ora imperauit: ubi etiam ſepulchrum eius oſtendi ſolet, teſte Strabone lib. 16. Latini itaq; rati Erythræum à Græcis dictum, quòd ἐρυθρὸν, hoc eſt rubrum eſſet, ipſi quoq; Rubrum mare appellarunt. Vide latius apud Strabonem loco iam citato.

Marinus, a, um, Quod mare incolit, uel quod eſt in mari. θαλάσσιος, ἁλίκος. [Ital. Marino. Gal. De mer, marin. Hiſp. Coſa de mar. Germ. Das in dem meer wohner.] ut Piſces marini, Marina aqua, Oſtreæ marinæ. apud Plin. li. 10. ca. 49. Cic. 1. de Nat. deor. Probabile eſt igitur præſtantem intelligentiam in ſyderibus eſſe, quæ & ætheream partem mundi locolunt, & marinis terrenisq; humoribus longo interuallo extenuatis alluuntur. ¶ Tranſmarinum autem dicimus, quod trans mare eſt. ὑπερθαλάσσιος, ut Tranſmarinæ merces, & Tranſmarinos triumphus.

Măritĭmus, a, um, pen. corre. Quod mare accolit, uel quod ad mare eſt, uel ad mare fit. ἐπιθαλαττίδιος, παράλιος. [Ital. Maritimo. Galli. Maritime, qui eſt ou demeure aupres ou ſur le bord de la mer. Hiſp. Coſa cerca de la mar. Germ. Das an daſs meer ſtoſst, Das deſs meers iſt.] ut Ora maritima χώρα ἐπιθαλαττίδιος. Gens maritima, Bellum maritimum. Cic. ad Attic. lib. 2. Quod extremum eſt, te in Arpinati uidebimus, & hoſpitio agreſti accepiemus, quia maritimum hoc contempſiſti. Plaut. Ciſt. Modò quod fuerit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat. Maritimis moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem animum.

Id e ſt

id eſt, periculum de me ita faxit, mare quum iactatur uarijs fluctibus. ¶ Accipitur etiam aliquando Maritimus, pro eo quod ex mari eſt, uel quod ad mare pertinet. Cice. 2. de Nat. deor. Aeſtus maritimi multum accedentes, & recedentes. Sic etiã Plautus in Rudente, Fluctus maritimos dixit, pro fluctibus marinis.

Marga, gæ, f. p. Genus terræ in modum cretæ albæ, qua ruſtici utuntur ad agros ſtercorandos. Vide Pli. li. 17. ca. 6.

Margarides, μαργαρίδες, Palmæ ſunt à margaritis nomen trahentes, quoniam & breues, & candidæ, & rotundæ ſunt, acinis, quàm balanis ſimiliores. Pli. li. 13. ca. 4.

Margărita, æ, f. p. uel Margaritum, ti, n. ſ. μαργαρίτης. [Ital. Perla. Gal. Vne perle. Hiſp. Aliofar menudo ò perla gruaſſa. Ger. Ein párlin.] pen. prod. & antepen. corr. Lapillus candidus eſt in conchis naſcens, quem Romani Vnionem uocant, quòd nulli duo reperiantur indiſcreti. Pli. li. 9. cap. 35. Principium ergo, culmenq; omnium rerum pretij margaritæ tenent. Et paulo pòſt, Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus: in tantum, ut nulli duo reperiantur indiſcreti. Cic. 6. Verr. Nego uillam gemmam, aut margaritam fuiſſe quin abſtulerit. Tacitus in uita Agricol. Ferè Britannia aurum & argentum, & alia metalla gignit, & Oceanus margarita, ſed ſuffuſca, & liuentia.

Mărgăritārii, m. ſ. μαργαριτόπωλοι. [Ital. Venditori di perle. Gal. Vendeurs de perles. Hiſpa. Vendidores de aliofares menudos ò groeſſas perlas. Ger. Perlinkrämer, die mit párlin vmbgondt.] Negotiatores, mangonesq; margaritarum, apud Firmicum.

Mărgăritifer, a, um, adiect. μαργαριτοφόρος. [Ita. Che produce perle. Gal. Produiſant perles. Hiſp. Coſa que trae ò cria aliofar ò perlas. Ger. Das párlin tregt oder gebirt.] Quod fert margaritas. Plin. lib. 32. cap. 11. Concharum genera, inter quæ & margaritifera cochlea.

Margo, tam maſculini, quàm fœminini gen. uniuſcuiuſq; rei extremitas. στάλις, περάτιον. [Ital Margine. Galli. La bord de quelque choſe que ce ſoit, la marge, ' la frontiere. Hiſp. La margen ò cabo de alguna coſa. Ger. Das eüſſeriſt an einem ietlichen ding, das bort.] Ouid. li. 1. Met. Nec bracchia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Iuuen. Satyr. 1. Plena iam margine libri. ¶ Margines teſtudinis. Plin. libro 9 ca. 10. Dentes non ſunt teſtudini, ſed roſtri margines acuti, ſuperna parte inferiorem claudẽde pyxidũ modo. Margines fluminum, Varro 3. de Re ruſt. cap. quinto, Quum habeam ſub oppido Caſſino flumen, quod per uillam fluat liquidum, & altum marginibus lapideis, latum pedes LVII. ¶ Margines imperij. Plinius lib. 20. ca. 20. Quin & in noſtro orbe feritur extremo in margine imperij, quà Rhenus alluit. Grammineus margo fontis. Ouid. 3. Metamorph.

Mărgĭnĕus, a, um, & Marginatus, a, um. λωμάτωθεὶς, περάτωθείς. [Ital. Di grande orla ò margine. Gal. Bargé, qui a grand bord. Hiſp. Coſa que tiene margen. Germa. Das ein groſs bort hatt.] ut Marginata tabula, apud Pli. li. 37. ca. 11. quæ marginem habet latiſſimum.

Marinus, Martianus. Vide Mare.

Marinus color, lege Color Varius.

Mărĭſcæ, f. p. Ficus grandiores, ſed inſipidæ, quas à Græcis βύρυνα appellari tradit Feſtus. [Ital. Fici inſipidi. Galli. Figues foles. Hiſp. Vn cierto genero de higo ſin ſabor. Germ. Vngeſchmackte feygen.] Mart. li. 14. Infanti melimela date, fatuiq; mariſcas Pli. li. 17. ca. 18. Cato de ficis ferendis ita meminit, Ficos mariſcas in loco cretoſo, & aperto ſerito. Col. li. 10. Purpureiq; chelidoniæ, pinguesq; manſeæ. ¶ A fructus huius ſimilitudine etiam Mariſcæ dicuntur, tubercula ulceroſa, quę ex præpoſtera libidine circa podicem naſcuntur: & fortaſſe eadem ſunt cum illis, quæ Mart. in Cęcilianum Ficos appellat. Iuue. 2. Sat. Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariſcæ.

Mariſcus, maſculini generis: uel Mariſcum gen. neutri, Genus iunci maioris, quem ὀλόσχοινον Græci uocãt, hoc eſt totum iuncum. Ex eo fiunt tegetes, & marinæ naſſæ: ut ait Pli. li. 21. ca. 18.

Mărĭtus, ti, m. ſ. Vxoris uir, à nomine Mas, maris. ἀνὴρ, ἀνδρότος. [Ital. Marito. Gal. Mari. Hiſp. Marido de muger legitima. Ger. Ein eheman.] Plaut. in Caſ. Quid agis tu marite, mi uir: unde ornatu hoc Aduenis? ¶ Ignara puellæ mariti, hoc eſt uirgo, Horat. 1. Epiſt. 1. Iura uiolata mariti, Ouid. 2. de Arte, Neq; ſolùm de uiro, ſed alijs quoq; animantibus dicitur: ut de gallinaceo apud Columel. lib. 8. cap. 15. Rarior eſt in his auibus, maritis bonitas. Olentis uxores mariti, hoc eſt capræ, Horatius primo Carm. Ode decimaſeptima ¶ Maritæ, dicuntur mulieres nuptæ. ἐυνοιοῦσθαι. [Ital. Dõne maritate. Gal. Femmes mariees. Hiſp. Mugeres legitimas de alguno maarido. Germani. Eheweiber.] Ouid. libro 2. Faſtor. - dura cum ſorte maritæ Reddebant uteri pignora rara ſui. Transfertur etiam ad arbores uitiferas, quales ſunt ulmi & populi, cæteræq; id genus arbores, quibus uites applicantur, quasq; ſuis clauiculis complectuntur. Plinius libro decimoquarto capite 1. Iam in campano agro populis nubunt uites, maritasq; complexæ, atq; per ramos earum procacibus, brachijs, geniculato curſu ſcandentes cacumina æquant.

Mărito, tas, aũt. p. Viro trado, ſeu aſſocio. ἐυνοιῶ. [Ital. Maritare. Galli. Marier, conioindre. Hiſpa. Ayuntar marido y muger. Ger. Verehelichen.] Sueton. in Veſp. cap. 14. Vitelli hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritauit, dotauitq; etiam & inſtruxit. Tacit. libro 12. Capto rurſus initio, quando maritandum principem cuncti ſuaderent, deligi oportere fœminam nobilitate, puerperijs, ſanctimonia inſignẽ. ¶ Neq; ſolùm de hominibus, ſed etiam de alijs dicitur: ut de arboribus, quæ uites ſuſtinent. Columel. libro 3. Sexto anno ſi iam uidebitur firma, maritabitur hoc modo. De arbore loquitur. Et lib. 4. cap. 1. Et ideo maritandis arboribus nemo minorem bipedanea ſcrobem uitibus comparat. ¶ Maritari etiam dicuntur canes. Varro 2. de Re ruſt. capite 9. Tum enim dicuntur catulire, id eſt oſtendere ſe uelle maritari.

Mărĭtālis, & hoc maritale. om. t. γαμήλιος, γαμικός. [Ita. Pertinente à maritaggio, ò marito. Galli. Apartenant à mariage ou mari. Hiſp. Coſa perteneſciente à caſamiento ò à marido y muger. Ger. Das zů dem eheman oder der verehelichung gehört.] Col. in Proœmio li. 2. Xenophon. Atheniensis eo li. P. Syluine, qui Oeconomicus inſcribitur, prodidit maritale coniugium ſic comparatum eſſe natura, &c. Capiſtrũ maritale Iun. Saty. 6. S tulta maritali iam porrigit ora capiſtro. Veſtis maritalis. Ouidi. 2. de Arte, Luſa maritali Gallica ueſte manus.

Maritus, a, um, adiectiuum, Idem ſignificans quod coniugalis. σύζυγος. [Ital. Coniugale. Galli. Marié, conioint ou lianec. Hiſp. Coſa de marido y muger. Ger. Das der eheleüten iſt, ehelich.] Liu. li. 7. tertij bel. Vagabatur cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesq;. Ouidi. in Epiſt. Paridis ad Helenam: An pudet, & metuis Venerem ſi mere maritam, Caſtaq; legitimi fallere iura thori? ¶ Sic maritum oliuetum per translationem dixit Col. li. 3. cap. 11. Rariſſimum (inquit) arbuſtum, uel oliuetum, quod non fuerit maritum, uineis deſtinator. ¶ Marita pecunia, hoc eſt dotalis, apud Plautum in Epid. Pulchra ædepol dos pecunia eſt. P. Quæ quidem ædepol non eſt marita.

Marmarites, μαρμαρίτης. Herba à quibuſdam appellatur, quam Dioſcorides καπνίαν: nos Fumariam, uel fumum terræ dicimus. Eſt autem ex iſs nomenclaturis, quas inter notha Dioſcoridis reijciunt eruditi.

Mărmărītis, pen. prod. μαρμαρίτις, Herbæ genus, quam alio nomine Aglaophotim uocant, propter mirabilem colorem. Naſcitur in marmoribus Arabiæ: qua de cauſa Marmaritis uocata eſt. Vide Plinium li. 24. ca. 17.

Mărmor, oris, pen. corr. n. t. μάρμαρος. [Itali. Marmo. Galli. Marbe. Hiſp. Piedra marmolenna, marmol. Ger. Ein marmelſtein.] Genus lapidis duriſſimi, & ſolidiſſimi: cuius diuerſa ſunt genera. ¶ Quoddam enim album, Parium dicitur à Paro inſula: quale & in Liguria olim Lunenſium lapicidinæ dederunt. ¶ Aliud Laconicum, quod eſt uiride & cunctis hilarius. ¶ Aliud Lucullеum, quod ferè atrum erat, quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. ¶ Aliud Ophites, à maculis ſerpentum, quibus diſtinguitur, nomẽ accipit. ¶ Aliud Porphyrites, quod eſt rubrum, candidis interuenientibus punctis, quod & Leucoſtictos uocatur. ¶ Baſaltes ferrei coloris & duritiæ, unde nomẽ mutuatur ¶ Onychites, ex Arabiæ montibus eſt, ex quo uaſa potoria in Germaniam afferuntur. ¶ Alabaſtriten quoq; cædidum cauare ſolent ad myrotheca: iquoniam unguenta incorrupta ſeruare creditur. Sũt & alia marmoris genera, quæ brevitatis cauſa omitto. Vide Pli. li. 36. ca. 5. Templum de marmore. Virgilius quarto Aeneidos, Preterea fuit in tectis de marmore templum. Inciſa notis marmora, Horat. 4. Car.

Ode 1. Virgilius 6. Aeneid. Solido de marmore templa.

Mārmŏratio, onis, f. t. μαρμάρωσις. [Ital. Fabrica, edificatione di marmo. Gall. Baſtiment de marbre. Hiſp. Encaladura de marmol. Germa. Ein bauw oder beſetze auſs marmelſtein.] Ex marmore conſtructio, à Marmoro, ras, quod eſt ex marmore conſtruo, Apul. lib. 3. Flo. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio, nec proſcenæ contabulatio, nec ſcenæ columnatio, ſed nec culminis eius pretium, & artificis miniſterium, quæ mihi nec in mediocribus quidem ciuitatibus iniquè detuere.

Mārmŏrātus, a, um, μαρμαρωτός. [Ital. Coperto di marmo. Galli. Pauć ou reueſtu de marbre. Hiſpa. Edificio de piedra marmol, cubierto de marmol Ger. Mit marmelſtein bedeckt, Gemarmelt.] Quod ſuperficiem tantùm ex marmore habet: ut Marmorata pauimenta, apud Ci. 1. de Leg. Var. li. 3. de Re ru. ſubſtantiuum uſurpauit. Intrinſecus (inquit) quaſi læuiſſimo marmorato toti parietes, ac cameræ oblinuntur, & extrinſecus circum feneſtras, nemus aut lacerta attepere ad columbaria poſſit.

Mārmŏrĕus, a, um. μαρμάρινος, μαρμάρεος. [Ital. Marmoreo, di marmo. Gal. De marbre. Hiſp. Coſa de marmol. Ger. Marmolſteinen.] Quod ex marmore eſt: ut Sepulchrum marmoreum. Pli. li. 13. ca. 1. Varro autor eſt, Pitiũ quendam Prætora functum marmorei ſigni faciem habuiſſe propter id uitium. Cic. pro Domo ſua, Columnæ marmoreæ ex ædibus meis inſpectante Populo Romano ad ſocerum Conſulis portabantur. Ouid 4. Met. Marmoreum ratus eſſet opus. ¶ Tecta marmorea, & ſola marmorea, apud Ciceronẽ in Para Ceruix marmorea, hoc eſt candida, niuei marmoris ſimilitudine, Virg. 4. Georg.

Mārmŏrōſus, a, um, adiectiuum. μαρμαρυδής. [Ital. Pieno di marmo, duro come marmo. Gal. Plein de marbre, dur come marbre, reſſemblant à marbre. Hiſ. Coſa llena de marmol, ò que tiene marmol, ò ſemeiãte à marmol Ger. Sem marmelſtein gleich, Hart wie marmelſtein] Quod marmoream formam, uel duritiam habet. Pli. li. 35. ca. 12. Sil propriè limus eſt optimum ex eo quod Atticum uocatur. Pretium in libras XLXII. Proximum marmoroſum ſub dimidio Attici pretio.

Marmotæ, mures Alpini.

Maronie, Centaurea è Maroniæ Thraciæ monte & Maronia ciuitate, quib. locis copioſè fortaſſe, uel præſegnis naſcitur. Vide Dioſc. li. 3. ca. 7.

Marplacidæ, Nauigii genus, quo Sicili utebantur.

Mārra, f. p. Ferreum inſtrumentum, ad excindendas herbas accommodatum. τὸ μάρρον. [Italicè, Marra. Galli. Vne marre de vigneron. Hiſp. Almadana ò marra Ger. Ein beckheurle, ein krautbauwe.] Colu. lib. 10. Contundat marra, uel fracti dente ligonis. Iuue. Sat. 3. Ne marræ, & furcula deſint.

Marrŭbium, bii, n. ſ. Herba ſatis nota, quæ exulcerare neſciũ putatur Græci πράσιον, alii Linoſtrophon, quidam Philoxæde, nonnulli Philochares appellant. [Ital. Marrobio. Gal. Herbe appelée du Marrubium. Hiſpa. Marrubio, marroios. Ger. Vneiſſer Andorn, oder Marobel.] Pli. li. 20. cap. 22. ¶ Eſt & Marrubium nigrum, πράσιον μέλαν, & βαλλωτὰ à Græcis appellatum: quod & Marrubium fœtidum nonnulli nominant, apud Dioſc. li. 3. ca. 117. & 118.

Mars, Martius, Martiger, Martialis, Vide Mars in Propriis.

Marſŭpium, pii, n. ſ. μαρσύπιον. [Ital. Borſa. Gal. Gibbeciere, bourſe. Hiſp. La bolſa. Ger. Ein ſeckel oder Täſch.] Sacculus nummorum. Cato de libris, Et quod perſpicuũ eſt, maiorem curam habere marſupij noſtri, quàm uitæ noſtræ. Plau. Amph. Vt bene nummarum ſeruaretur marſupium. Varro 3. de Re ruſt. ca. 17. Magis ad oculos pertinent, quàm ad ueſicam: & potius marſupium domini exinaniunt, quã replent.

Martes, tis, Fera exigua, ex genere muſtelarum: cuius pellis ſummo habetur in pretio. Marr. li. 16. Venator capta martes ſuperbus adeſt.

Martyr, martyris, penul. gene. corre. μάρτυς, à Græcis dicitur, quem nos teſtem uocamus. Quo factum eſt, ut qui ſanguinis ſui pignore Chriſto diuinitatis teſtimonium dederunt, Martyres uocentur. ¶ Hinc Martyrium μαρτύριον, teſtimonium

Maroda, menſuræ genus, quod hemins ſex capiebat. Autor Iulius Pollux.

Marum, μάρον. Dioſcori. Herba eſt ſorculoſa, flore origani, ſed odoratiore, foliis q; multò candidioribus: quæ circa Magneſiam & Trallets copioſa gignitur. Pli. quoq; li. 21. cap. 14. in Aegypto marum naſci tradit, ſed peius, quàm Lydium, maioribus foliis, ac nariis.

Mas, maris, maſc. gen. t. Sexus uocabulum eſt, fœminæ appellationi oppoſitum. ἄῤῥην, ἄρσην. [Itali Maſchio. Galli. Maſſe. Hiſ. El macho. Germ. Ein Man oder Mansbild] Cic. 1. de Nat. deor. Beſtiæ aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt. Lib. bel. Pun. Cere porcus biceps, & agnus mas, idemq; fœmina Col. li. 8. cap. 2. Contumax ad cõcubitũ dedignatur gallina admittere marem. Varro 3. de Re ruſt. ca. 12. Quis item neſcit, paucos ſi lepores mares in fœminas intromiſeris, breui tempore fore ut impleatur leporarium? Columel. libro 6. capite 29. Menſe Iulio fœminæ maribus plerunq; permittendæ.

Maſcŭlĕſco, is, ere, n. r. Eſt maſculum fieri. ἀῤῥενόομαι. [Itall. Imaſchirſi. Gal. Deuenir maſle. Hiſp. Hazerſe macho ò marrezio. Ger. Zů einem man werden.] Pli. li. 18. c. 13. de rapiũ napis loquens, Genera eorum duo prima fecere, maſculinum, fœmininumq; & ea ſerendi modo ex eodem ſemine. Denſiore enim ſatu maſculeſcere, hoc eſt ex fœminis maſculos fieri.

Maſcŭlo, las, a. p. Maſculum animum induo, firmo, robora. ἀῤῥενόω. [Ital. Immaſchire. Galli. Faire meſle Hiſp. Hazer macho. Ger. Mannlich vnnd gehertzt macheo.] A quo Commaſculo. Apuleius 2. de Aſino, His cognitis, animum meum commaſculaui. Emaſcalo, uide alibi.

Maſcŭlētum, ti, n. ſ. Locus in quo plantæ uinearum maſculæ conſitæ ſunt. Plantæ autem maſculæ ſunt, quæ non ſubigũtur, ut palmites alios emittant: ſed altius creſcunt: & in altum attolli permittuntur. Pli. li. 17. ca. 22. Nec uetere placet palmitem in longum, & ad quartum uſq; pedamentum emitti: quod alij Dracones, alii Iuniculos uocant: ut faciant quæ Maſculeta appellant.

Maſcŭlŭs, li, ſubſtantiuum, m. ſ. diminutiuum eſt à Mas. siue ἀρσίων. [Ital. Maſchio. Gal. Maſle. Hiſp. Macho. Germa. Ein Mänlin.] Plaut. in Ciſt. Bona fœmina, & malus maſculus hic te uoluit. ¶ Aliquãdo adiectiuum eſt, Idem ſignificans quod maſculinus. ut Maſcula facies. ἀῤῥενωπία. Maſcula Sappho, dicta eſt ab Horat. li. 1. Epi. eo quòd tribas eſſet, & in portentoſo mulierum concubitu uiri uice fungeretur. ¶ Maſcula proles, Horat. 3. Car. 6. Sed ruſticorũ maſcula militi proles. Sabellis docta ligonibus Verſare glebas. ¶ Aliquando accipitur pro forti, & uehemẽti. & quod uirum decet. Sic maſcula bilis dicitur à Perſio 6 Sat. calido ſub pectore maſcula bilis Intumuit. Pli. li. 40. ca. 18. quadam thuris ſpeciem Thus maſculum appellat, ad differentiam fœminini. Idcirco aũt thus maſculum quidam dicipotant, quòd teſtium ſpeciem habeat.

Maſcŭlīnus, na, num. ἀῤῥενικός. [Ita Di maſchio. Gallicè, De maſle. Hiſp. Coſa de macho. Ger. Männlich] ut Maſculinum genus, quod maſculum eſt. Pli. li. 18. ca. 19. Genera eorum Græci duo prima fecere, maſculinum fœmininumq;, & ea ſerendi modo ex eodem ſemine.

Maſpĕtum, maſpeti, pen. corr. μάσπετον. Dioſco. Caulis eſt laſerpitij, ferulæ ſimilis. Pli. autem li. 20. ca. 3. folia laſerpitij hoc nomine tradit appellari.

Maſſa, maſſæ, f. p. μᾶζα. [Ital. Paſta & ſimili coſe ſpeſſe. Gall. Paſte, maſſe, choſe maſſiue & eſpiſſe. Hiſp. La maſſa de pan y tal coſa ſemeiãte. Ger. Ein teig Item, ein klotz] Farina omnis macerata, & aqua ſubacta. ¶ Significat etiam quicquid denſum eſt, ſpiſſumq; ad ſimilitudinem farinæ ſubactæ: ut Maſſa auri. Maſſa ferri, hoc eſt pila, & neluti moles. Columel. lib. 12. cap. 5. Quidam ferri maſſas exurunt, ita ut ignis ſpeciem habeant, Virgili. 1. Georg. Maſſam picis urbe reportat.

Maſſŭla, eius diminutiuum eſt. τὸ μαζίον, ἢ μαζίσκη. [Itall. Picciola maſſa. Galli. Petite maſſe Hiſpa. Pequeña paſta. Ein teiglin oder klötzlin.] Col. li. 12. ca. 38. Poſt hæc complures ex ea maſſulæ fiunt, & ita per latera ſeriæ in muſtum dimittuntur, &c.

Maſſaricię, uocabulum è uulgi trinio ſumptum ut plerisq; eius noræ apud Doctores reperiuntur. Bartolo dicuntur ſupellectilia ad domum pertinentia: quod & alicubi Zaſius indicauit.

Maſſaris, Vua eſt, quæ ex uite ſylueſtri cum flore in Africa decerpitur

decerpitur: medicinæ tantùm, & odoramentis idonea. Vide Plinium libro duodecimo capite ulti. & in Proœmio libro 25.

Mastiche, es, penul. corr. cum aspiratione in ultima syllaba, μαστίχη. Dioſc. [Ital. Maſtice. Gall. Du maſtich. Hiſp. El almaciga goma de lentesco. Ger. Ein gümi aus dem baum lentisco.] teste Plinio lib. 12. ca. 17. Lachryma est, quam lentiscus arbor, gummi modo sudat.

Masti, pro fistulis, uide mastus.

Mastax, pro brucho apud Nicandrum.

Mastix, igis, pen. cor. obliquorum prod. m. t. μάστιξ. [Itali. Staffile, scorregiata. Gal. Fouet, verges à fesser. Hiſp. El acote. Germ. Ein geiſſel.] Scutica, seu flagrum, quo mancipia ceduntur, à Græco uerbo μαστιγῶ, flagris cædo. ¶ Inde Homeromastix appellatus est Zoilus ille Homeri calumniator: de quo uide infra in dictione Zoilus.

Mastigŏphŏrus, m. f. μαστιγοφόρος, Dicebatur seruus flagilli fer, qui scilicet agonothetas in sacris certaminibus comitabantur, uirgas præferens, ad submouendam turbam, & cohibendas seditiones. Budæus.

Mastigia, antepen. prod. m. p. μαστιγίας. [Ital. Huomo da baſtoue, pezza d'aſino. Gal. Digne d'auoir du fouet, batable. Hiſpa. Acotadizo. Ger. Der geiſslens wärt iſt.] Dici potest uerbero, hoc est uerberibus dignus. Plaut. Crucior lapidē non habere, ut illi mastigiæ cerebrum excutiam.

Mastigĕus, mastigei, Idem quod Mastigia. Plaut. in Trinum. Aggrediundus est hic homo mastigeus.

Mastruca, f. p. Vestis genus, qua Sardi utebātur. ἡ μαστρύκη. [Ital. Veſte uſata de Sardi. Gall. Vne ſorte d'habillement, duquel uſent les Sardes. Hiſp a. Veſtidura propria delos de Cerdenna. Ger. Ein gattung eines kleids der völckeren in der Inſel Sardinia.] Cic, pro Scauro, Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit.

Mastrucatus, Qui mastruca utitur. ὁ μαστρυκωτὸς, μαστρύκην ἐνδεδυμένος. [Ital. Veſtito di tale habito. Gal. Veſtu de tel habit Sardian. Hiſp. Veſtido de aquella ueſte. Germa. Mit einem ſolchen Sardiniſchen kleid angethō.] Idem de Prouinciis Consularibus, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Propretore una cohorte auxiliaria gesta:

Mastŭprări, Est manu tractando uirilia rem Veneream peragere. λίφομαι. Inde mastupratores dicti, quo uerbo utitur Mart. Mastuprabantur Phrygii post ostia serui, hoc est, præputia ducebant. Nam à manu & stupro deriuatur. Hi alio nomine ab Apostolo Molles dicuntur.

Mastus, μαστός. Latine m. amma, & propriè animalium est. Per translationem tamen Masti etiam appellantur tubuli mammati in fontibus, & aquæductibus, quos Latinorum nonnulli Mammas, Varo etiam Papillas uocat. Vitruu. libro septimo, Athenis (inquit) huiusmodi locis & fontibus masti usque ad portum Piræum ducti sunt salientes. A Cassiodoro etiam Vbera appellantur, Quanto (inquit) pulchrius est Claudiam aquam per tot ficca montium iuga lacteris, & domibus liquores purissimos fistularum uberibus immisisse. Pli. li. 26. ca. 13. herbam etiam eius nominis esse dicit, quæ potui indita, pilos mammarum è partu nascentium aufert.

Matæŏtechnĭa, ματαιοτεχνία, Superuacua artis imitatio, & uanitas artis dicitur, quæ scilicet artifici nihil affert cōmodi. Eiusmodi fuit ars eius, qui ciceris grana ex spatio satis longinquo in acū sine frustratione iniiciebat. μάτακον enim uanum dicitur, τέχνη ars.

Matella, Matellio, uide Matula.

Matcola, apud Plinium, & Catonem, Genus est farculi. Cato de Re ru. ca. 46. Quū ralcam demittes, pede tantùm opprimito: si parū descendit, malleolo aut matcola adigito: caueto ne librum scindas, quum adiges.

Mătĕr, huius matris, f. t. Notæ significationis nomen est, à Græco μητήρ. [Ital. & Hiſp. Madre. Gal. Mere. Germ. Ein mŭter.] Cice. pro A. Cluen. Nam Sassia mater huius Habiti (mater enim à me nominis causa, tamesi in hunc hostili odio & crudelitate est, mater in quam appellabitur: nec unquam ita de suo scelere & immanitate audiet, ut naturæ nomen amittat.) Virgil. 8. Aeglo. crudelis tu quoq; mater. Carentes matre priuigni. Horat. 3. Carm. Ode 24. ¶ Aliquādo tamen pro nutrice ponitur. Plau. utranque significationem complexus est, Ita forma simili pueri, ut matet sua Non internosse posset, quæ mammam dabat: Nec adeò mater ipsa, quæ illos pepererat. ¶ Sumitur etiam hoc nomen latius, ut & de brutis animantibus dicatur, quæ fœtum ediderunt. Mater, inquit Nonius, quæ quoduis animal partu edit. Virg. 1. Georg. excretos prohibent à matribus hœdos. ¶ Mater mellis, apis. Varro 3. de Re ru. ca. 7. Denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur respectu propaginum, quæ ex ipsis nascuntur. Pli. li. 12. cap. 5. Superiores eiusdē rami in excelsum emicant, syluosa multitudine, uasto matris corpore. ¶ Luxuries auaritiæ mater. Cic. 2. de Orat. ¶ Sapientia omnium bonarum rerum mater. Idem 2. de Legibus.

Matercŭla, æ, diminutiuum à mater, τὸ μητρύδριον, μητρίδιον. [Ita. Picciola matre. Gal. Petite mere. Hiſp. Pequeuna madre. Ger Ein Mŭterlin.] Cicer. pro Flac. Nunc denique matercula suæ festiuus filius, aniculæ minime suspiciosæ purgat se per epistolam. Hora. 1. Epi. Dum pueris omnis pater & matercula pallet.

Maternus, a, um, Quod matris est. μητρικός. [Ital. Di madre. Gall. De mere. Hiſpani. Coſa de madre. Germani. Mŭterlich.] ut Maternus paternusq; sanguis. Cicero pro Rosc. Ameri. Idem Cluen. Nomen amantius indulgentiusq; maternum. Ouidius tertio Metamorph. maternaq; tempora complet. Virgilius 4. Aeneid. Materno ueniens ab auo Cyllenia proles. Vbera materna, Stat. 1. Thebaid. Maternus animus, Terentius in Heau. Res maternæ atq; paternæ absumptæ, Horat. 1. Epist. 16.

Matertămĭlĭas, Vxoris species est. σποδέσποινα. [Ital. Padrona di caſa, donna, madonna. Gal. Dere de famille, la maiſtreſſe ou dame de la maiſon. Hiſpa. Muger caſada patida. Ger. Ein hausmŭter.] Non enim quæuis uxor statim materfamilias est, sed ea sola quę in mariti manu mancipioq; est, aut in eius, in cuius manu, mancipioq; est maritus: ita dicta, quoniam nō in matrimonium tantùm, sed in familiam quoq; mariti, & in sui hæredis locum uenit. Festus dicit, non antè matrem familiæ dici, quàm uir eius paterfamilias appelletur: nec posse hoc nomine plures in una familia appellari, sed unam tantum matremfamilias dici. Vlpia. l. pronuntiatum ff. de Verb. signi. aliter hoc nomen interpretatur. Matrēfamilias (inquit) accipere debemus eam, quæ non inhoneſtè, sed honeſtè, & cum dignitate uixit. Matrem enim familias à cæteris fœminis mores discernūt, atq; separant: proinde nihil interest nupta sit, an uidua: ingenua, an libertina. Nam nec nuptiæ, nec natales faciunt matremfamilias, sed boni mores. Liu. 9. bel. Mace. Et quom tibi uiro liceat purpura in ueste stragula uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non fines? Iusta materfamilias, & Pellex, contraria. Liui. 9. bell. Maced. Hunc iusta matrefamilias, illum pellice ortum esse. Vide hac de re plura apud Gel. li. 18. ca. 6. & apud Boethium Cōmen. 3. in Topica Ciceronis. Porrò quod ad uocis huius cō positionem attinet, Familias, antiquus est genitiuus, Græcorum imitatione formatus: qui genitiuum fœmininorū in a purum desinentium, mutant in as.

Mater magna, Dicebatur Tellus, deorum (ut uetustas credidit) omnium mater, à Græcis Cybele dicta: cui sus prægnās mactabatur, quæ hostia est propria terræ. κυβέλη. Dicitur Mater alma, quòd omnia alat. ¶ Iter Mater deum, quòd omnia generet. ¶ Vocatur item Mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma uocant.

Mater matrima, Illa quæ quum mater sit, adhuc habet matrē uiuentem. Vide infrà in dictione Matrimus.

Mater Matura, Aurora dicitur, quam antiqui, teste Festo, ita appellarunt à uetusto nomine Manum, quod illis bonum significabat. λευκοθέα. Hanc Poetæ fingunt fuisse Ino Cadmi filiam, quæ Athamantis furorem metuens, unà cum Melicerta filio sese in mari præcipitauit: qui quum nusquam conspicerentur, in marinos deos mutari credebantur: atque ipsa quidem à Græcis λευκοθέα, & à nostris Mater Matura: Melicertes autē ab illis παλαίμων, & à Latinis Portunnus appellatus est. Cice. primo Tuscul. Ino Cadmi filia λευκοθέα nominata à Græcis, Matura habetur à nostris.

Matertĕra, f. p. Matris soror, quasi mater altera, inquit Festus. μητραδέλφη. [Ital. Zia. Gal. La sœur de ma mere, ma tanta. Hiſp. Hermana dela matre. Ger. Der mŭter ſchweſter.] Cic. 2. de Orat. Quo cum nostra erat matertera, &c. Idem 1.

Digitized by Google

de Diuin. Puellam defatigatam petiſſe à materterâ, ut ſibi concederet pauliſper, ut in eius ſella requieſceret. Ouid. 1. Metam. tu tantùm fida ſorori Eſſe uelis: prolisq; meæ materterâ dici.

Matralia, Matris Matutæ feſta, tertio Nonas Iunii celebrari ſolita, *μητρῶια*. Ouid. lib. 6. Faſt. Ite bonæ matres, uestrũ Matralia feſtum, Flauaq; Thebanæ reddite liba deæ.

Mātrōna, æ, f. p. Dicitur, inquit Gellius li. 18. cap. 6. quæ in matrimonium cum uiro conuenit, ut in eo maneat, etiam ſi liberi adhuc non ſunt ſuſcepti. *εἰκοδέσποινα*. [Ita. Patrona di caſa, matrona. Gal. Dame, maiſtreſſe d'une maiſon. Hiſp. Matrona, ſenora de caſa. Ger. Ein erlich Ehēweib.] Quippe appellationem habet à matris nomine, non iam adepto, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcẽdi. Vnde ipſum quoq; Matrimonium uocatum eſt, quoniam ea uir & uxor coniungantur, ut illa mater fiat. Plaut. Caſ. Non matronarum officium eſt ſed meretricũ, Viris alienis, mi uir, ſublandirier. Cicer. 3. de Nat. deor. Nauo quoq; deputanda eſt: quæ quia partus matronarum tuetur, à naſcentibus Natio nominata eſt Oui. 2. Met. Senſerat hoc olim magni matrona Tonantis. ¶ Diſtinguitur autem Matrona à Materfamilias, quod Materfamilias dicatur, quæ per coemptionem in manum mancipiumq; uiri conuenit, & in ſui hæredis locum: uiroq; inteſtato, ueluti filia ſuccedit. Matrona autẽ, quæ & uxor uſu dicebatur, quæ in lecti tantũ conſortiũ ueniebat, non etiã bonorum. Vide Boeth. in Top. Ciceronis.

Mātrōnālis, & hoc le, adiectiuum, om. t. apud Liu. 4. bel. Mac. Matronale decus apud Col. li. 12. in Proœ. Matronalis labor, qui matronæ eſt. Matronales genæ, Oui. 2. Faſt. de Luc. Quæ quę poteſt narrari: teſtabant ultima, fleuit, Et matronales erubuere genæ. *γυναικῶν ὁ τῶν εἰκοδεσποινῶν*. [Ital. Di femina honorata. Gallicè, De matrone, de femme d'honneur. Hiſp. Coſa de matrona. Ger. Das eines erenweibs iſt.]

Matronalia, Qui erant dies matronis feſti, quibus uiri pro cõſeruatione coniugij diis ſupplicabant.

Mātricida, æ, co. p. Qui matrem occidit: unde Matricidium, actus ipſe, hoc eſt matris occiſio. *μητροκτόνος, μητραλοίας*. [Ital. Vccidítor della madre. Gal. Homicide & meurtrier de ſa mere. Hiſ. El que mato à ſu madre. Ger. Der ſein mũter ertödet.] Cic. ad Qu. Frat. li. 1. Quem ſcribis certiſſimum matricidam.

Matricidium, i, n. Factus ipſe. *μητροφονία, μητροκτονία*. [Itali. Micidio de madre. Gal. Homicide fait de ſa mere. Hiſ. Matanca de madre. Germ. Ertödung oder todtſchlag ſeiner mũter.] Cic. 1. de Inuc. Orestes ſi accuſetur matricidii, &c.

Mātrīmōnium, nii, n. ſ. Eſt maris & fœminæ coniugatio. *συζυγία, ἐπιγαμία*. [Ital. Matrimonio. Gal. Mariage. Hiſp. Caſamiento, matrimonio. Ger. Die ehe oder ehſtand.] Cic. 5. Verr. Vectius affinis cuius ſororem habes in matrimonio. Cicero pro Cluent. Saſſiam in matrimonium ducere cupiuit. Idem, Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonii dignitate, ſed ſceleris ſocietate coniũctæ. Idem 2. Phil. Curio te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili, & certo collocauit.

Matrimoniale, eſt adiectiuum, Quod ad matrimoniũ pertinet. *γαμικόν*. [Italicè, Di matrimonio. Galli, De mariage. Hiſ. Matrimonial coſa. Ger. Das dem Ehēſtãd zugehört.] Auguſt. li. 15. de Ciui. Quid cubitus coniugalis, qui ſecundum matrimonialium præſcripta tabularum procreando tum fit cauſa liberorum.

Matruelis, com. t. Dicitur qui ex matris meæ fratre prognatus eſt. Vlp. l. 2 ad Legem Pompon. de Patricidiis. *ἀδελφοῦ ἀνὴρ ἢ γυναικῶν, ὁ υἱὸς ἢ ἡ θυγάτηρ τοῦ μητραδελφοῦ*. [Itali Figliuolo ò figliuola del fratello di mia madre. Gal. Neſueu ou la fille du frere ou de la ſœur de ma mere. Hiſpa. El cunnado, hiio del hermano de la madre. Germ. Meiner mũter brũders kind.]

Matreſcere, n. t. Eſt matri ſimilem fieri. *μητρώζειν*. [Ita Aſſimigliarſi alla madre. Gal. Eſtre fait ſemblable ſa mere. Hiſ. Semeiarſe ala matre. Ger. Der mũter gleich werden.] Pac. Vtinam nunc matreſcam ingenio, ut meum patrem ulciſci queam. Nonius

Mātrimus, mi, pen. corr. *ὁ ἔτι μητέρα ζῶσαν ἔχων*. [Ita. Colui che hau la matre anchora uiua. Galli. De qui la mere eſt encor uiuante. Hiſ. El que tiene la ſu madre uiua. Ger. Deſſen mũter noch lebt.] Qui matrem adhuc habet ſuperſtitẽ. Cic. de Aruſ. reſ. Si puer ille patrimus, ac matrimus terram non tenuit. Reliqua uide latiùs in dictione Patrimus, & infrà, Materna Trima.

Matrix, cis, f. t. Fœmina, quo fœtus gratia tenetur. *μήτρα*. [Itali. La femina di qualche animal che ſe tienne per razza. Galli. Vne portire, une femelle qu'on garde pour porter des petits. Hiſp. La madre ò que puede de ſerlo. Germ. Ein iedes weiblichs geſchlechte darvon man Junge zeuche, ein zuchtmũter.] Co. Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus. Idem li. 7. cap. 3. Ve eadem ratione matrices ineantur. ¶ Medici tamen accipiunt Matricem pro utriculo, qui in fœminis iunctus eſt ueſicæ, ad recipiendum ſemen, & continendum fœtum accommodatus. Vide Gel. li. 12. ca. 1. ¶ Matricem arborem dixit Soct. in Aug. ex qua ſtolones ſuccreuerunt. Ex ea arbore, inquit, continuò nata Soboles, adeò paucis diebus adoleuit, ut non æquipararet modò matricem, uerumetiam obtegeret. Matrix autem arboris appellatur, quod medio ligni uel caudicis tertium à cortice continetur: à nonnullis Cor, ab aliis Medulla dicitur, à Theophraſto *μήτρα*. Vide Ruellium li. 1. ca. 2.

Mātēria, riæ, f. p. ſeu Materies, ei, f. q. Eſt ex qua aliquid fit. *ὕλη*. [Ita. Materia. Gal. Matiere, comme bois à baſtir, murain, ou autre choſe. Hiſpa. Madera, materia. Germa. Allerley zeũg oder materi darauſs man etwas macht.] ut Materia libri, membrana eſt, & atramentum. Ouidi. 2. Met. Regia Solis erat ſublimibus alta columnis, Clara micante auro, &c. Et paulo pòſt, Materiam ſuperabat opus, nam Mulciber illic Aequora cælarat media cingentia terras, &c. ¶ Rudis materia, apud Lucanum lib. 2. id eſt primum chaos, Siue parens rerum, quum primùm informis regno. Materiamq; rudem flamma cedente recepit, &c. ¶ Materia domus, calx, lapides, ligna, ſaxa, tegula: quanquam Materiæ appellatione peculiariter intelligantur ligna, quæ ædificiis apta ſunt. Liuius, Multam materiam ceciderat miles. Quali 7. ca. 1. Opera extruentibus ſatis non eſt, ſaxa, & materiã, & cætera ædificanti congerere utilia, niſi diſponendis ea, collocandisq; artificum manus exhibeatur. Col. li. 5. uocat materiam lignum, quod eſt intra corticem. Quaſi cuneum ferreum (inquit) uel oſſeum inter corticem & materiam ligneæ dimittito, ne lædas, aut rumpas corticem. Idem li. 5. ca. 6. Materiam uocat palmitem, qui de nouello naſcitur: & in tenero alligatus dependet. ¶ Materies de equis etiam dicitur. Col. li. 6. ca. 27. Equinum pecus tripartitò diuiditur: eſt enim generoſa materies quæ circo ſacrisq; certaminibus equos præbet. ¶ Accipitur etiam Materia pro argumento libri: Græci *ὑπόθεσιν* uocant: [Itali. Argomento, ſoggetto. Gal. Argument, matiere, ſubiet. Hiſp. Argumento, materia. Germa. Der inhalt, Alles das davon in einem bũch oder geſchrifft gehandlet wirt.] Hòra. de Arte Poet. Sumite materiam neſtris, qui ſcribitis, æquam Viribus. Sueton. de Cla. Grãm at. Ad exercitanda diſcentũ ingenia, æquales inter ſe committere ſolebat, propoſita non ſolùm materia quam ſcriberent: ſed & præmium, quod victor auferret. Cice. ad Atti. li. 2. Quòd me, ut ſcribam aliquid, hortaris, creſcit mihi quidem materies, ut dicis, ſed tota res etiam nunc fluctuat, &c.

Mātēriāle, Quod eſt materiæ. *ὑλικός, μετουσιαρχικός*. Quo Materialiter, *τεχνικῶς*, aduerbiũ. Vnde materialiter aliquid ſumi dicitur, quum nõ forma rei, ſed materia ſignificatur.

Mātēriārius, rii, m. ſ. Dicitur qui materiã ad ædificia ſuppeditat. *ὑλαργός*, [Italic. Maeſtro de legnami, chi prepara la materia à i muratori. Gal. Charpentier ou boſcheron. Hiſp. El madero. Ger. Der daſs holtz eines baues zurüſtet oder zuhinfergget.] à materia, cuius nomine ligna ad fulciendum, ædificandumq; neceſſaria idoneaue ſignificantur. Plautus in Milit. Adſunt fabri, architecti, cum quidem ad rem haud imperiti. A Si non nos materiarius remoratur, quo quidem opus eſt, Noui indolem noſtri ingenii, citò erit parata nauis.

Materiarius, adiectiuum. *ὑλικός*. [Ital. Pertinente à materia. Gal. Apartenant à matiere. Hiſp. Coſa perteneſciente à materia. Ger. Das zũ dem holtzwerck gehört.] ut Materiarius faber ligonarius, & Materiaria fabrica lignaria. Pli. li. 7. c. 56. Fabricam materiariã Dædalus, & in ea ferrã, aſciam, &c. inuenit.

Materior, aris, Deponens, uerbum eſt caſtrenſe, ea forma dictum, qua Lignor. *ὑλοτομῶ*. [Itali, Fabricare. Galli. Charpenter.

penter. Hiſp. Obrar de madera, maderar. Ger. Holtz fellen ſich mit holtz verſähen.] Et autem Materior idem quod materiam cædo. Propriè enim milites materiari dicuntur, quum materiam cædunt ad conficiendum uallum. Cæſar 7. bel. Gal. Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri neceſſe.

Mātĕrĭātus, a, um, adiectiuum, Quod ex materia confectum eſt. *ὑλικὸς, ξυλόφρακτος*, [Itali. Fatto de legami. Galli. Fait de matrei. Hiſ. Maderado de madera y otra coſa. Ger. Jus allerley zeůg gemacht.] Sic Cic. li. 3. Offi. uocat ædes male materiatas, quæ ex mala, & improba materia ſunt cõfectæ.

Materiatio, & **Materiatura**, uerbale eſſe uidetur à uerbo Materio quod tamen nuſquam (quod quidem ſciam) legitur. Vtroq; uſus eſt Vitru. li. 4. ca. 2.

Matĕris, huius materis. *ἡ ξυλεία, τὸ ὕλημα, τὸ ὑλοτομία.* [Itali. Legname d' una fabrica. Gall. La charpenterie d' un edifice. Hiſp. Aquella obra de maderar. Germa. Ein langer pfeyl doch kürtzer dann ein glãn.] Teli genus poſt lãceam longius. Siſenna, Gallia materibus, Sueui lanceis configũt. Fœminini generis eſt. Nonius.

Maternus, Materterа, uide Mater.

Mathēſis, ſis, f. t. *μάθησις*: uel Mathema, atis, pen. prod. *μάθημα*, diſciplina: à *μανθάνω*, quod & diſco ſignificat, & doceo. Propriè autem de iis dicuntur artibus, quæ firmis demonſtrationibus conſtãt: cuiuſmodi ſunt Geometria, Aſtrologia, Muſica, & Arithmetica.

Mathēmătĭcus, m. ſ *μαθηματικὸς*, A nomine Græco *μάθημα*, quod diſciplinam ſonat: Dicitur propriè, qui Geometriæ, Muſicæ, Arithmeticæ, Aſtrologiæq; diſciplinas nouit. Nam hæ propriè Mathematicæ ſcientiæ, uel diſciplinæ dicuntur, eò quòd diſcantur plane, & per demonſtrationem aliquam percipiantur. Philoſophia uerò, Logica, cum aliis non diſcuntur Diſciplinæ, quia non firmiſſima demonſtratione, ut illæ, ſed ratione quadam, & ſtudij inueſtigatione percipiuntur. Cice. 1. de Orat. Quis ignorat, ij qui Mathematici uocantur, quanta in obſcuritate rerũ, & quàm recondita in arte, & multiplici, ſubtilíq; uerſentur. Iu. Sat. 14. Nora mathematicis geneſis tua.

Matralia, Vide Mater.

Matreſco, Matricida, Matrinus, Matrimonium, Matrix, Vide Mater.

Matrona, Matronalis, Vide Mater.

Matrici, Feſto, Homines dicuntur malarum magnarum, atque ore latè patenti.

Mătta, f. p. Storia, & teges, quæ fit ex cannabale, lino, iunco, palma, ſcirpo, aut ſparto: ubi ſtuppa, uel fœnum, uel lanæ rudiores, aut quid ſimile infertum eſt. *σπάρτον, ψιάθος*. [Ital. Stuoia, copertura à ſtora con ſtoppa, ſcirpo ò gionco, un materazzo. Galli. Loudier, materas ou matellats, nate. Hiſpa. Eſt era de eſparto y iuncos. Germa. Ein ſergen oder decke aus hẽw, ſtrow, hanff, bintzen vnd dergleichen dingen gemacht.] Ouid. 6. Fa At dominus, diſcedite, ait, plauſtroque morantes Suſtulit: in plauſtro ſcirpea matta fuit.

Mattici, lege Matrici.

Mattya, æ, quid ſit, oſtendit Cælius lib 9. cap. 12. his uerbis, Mattyã (inquit) putant ex farina, oleo, & aqua confici ſolitam. Suidas etiam ex lacte unde mox paulò nata & mattya eſt: dictaq; eo nomine pretioſa omnia edulia, ut ſcribit Athenæus. Marti. lib. 10. Diues & ex omni poſita eſt inſtructa macello Cœna tibi, ſed te mattya ſola iuuat. Suet. in Caligula, Et multis uenenatas mattyas miſit.

Mătŭla, ę, f. p. Vas eſt in quod ueſicam leuamus: quod & Matella & Scaphium dicitur: quanquam Scaphium propriè mulierum eſſe uolunt. *ἠρύη, ἠρυδλίχη, σκαφίον*. [Itali. Orinale, boccale da orinare. Gal. Pot à piſſer, urinal. Hiſp. Orinal. Ger. Ein brontzlachel.] Plaut in Moſtel. Iam hercle ego uos pro matula habebo, niſi matulam datis. ¶ Pro meticuloſo, uanoq; accipere uidetur. Idem Plaut. in Perſa. Taceo', an non taces? nunquam ego te tam eſſe matulam credidi. Quid metuis?

Mătella, f. p. à matula, Vas, in q urinã reddimus. *ἠρυτρὶς, ἀμίς, ἀγγεῖον, ἠρυρόν* [Ital. Maſtelletta, Orinale. Gal. Pot à piſſer. Hiſp. Orinal. Ger. Ein brontzlachel.] Martia. lib. 10: Diſpeream, ſi tu Pyladi præſtare matellam Dignus es. Græci *σκαφιον* uocant. ¶ Sunt tamen qui ita matellam diſtinguunt à ſcaphio, ut illa uirorum ſit, hoc mulierum, tam ad uentris onus, quàm ad urinam excipiendam accommodatum. Matellam uerò, quòd anguſtiore eſſet ore, urinæ tantùm excipiendæ fuiſſe utilem. ¶ Eſt item Matella, aquarũ uas, teſte Nonio, Plaut. Amphitryone, Ne tu poſtulas, matellam unam tibi aquę infundi in caput. Var. Endymionibus, ut à Nonio citatur, Diuitum aphocaſchias ad communem reuocat matellam.

Matellio, Vaſis aquarij genus, teſte Varrone libr. 4. de Lingua Lat. ita dictum à Matula, à cuius figura tamen nonnihil recedit. Varr. de Vita paſt. Poſtularet truellum, matellionem, peluim. Cic. in Parad. Quid enim cenſes, ſi L. Mummius aliquem iſtorum uideret matellionem Coriothium cupidiſſimè tractantem, &c. ¶ Matellio item Pompeio Feſto uas eſt, in quod urina redditur: quod & Matella appellatur.

Mātūrus, a. um, pen prod. Quod neq; crudum, neq; immite, neq; caducum, neq; nimium coſtum, ſed in tempore tẽperatum prouenit: & propriè de fructibus dicitur: ut Poma matura. *πέπαιρος, ὡρεῖος*. [Ital. Maturo. Galli. Meur, auancé, haſté. Hiſp. Coſa madura ò ligera. Ger. Zeitig.] Cic. in Catil. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, ui euelluntur: ſi matura, & coſta decidunt. ¶ Per translationem ponitur quandoq; pro ſene: ut Maturus ætui homo, id eſt ſenex, & perfectam ætatem habens. Virgi. 7. Aen. Aeui maturus Aceſtes. ¶ Matura ætas, Senilis, quaſi omnino perfecta, & tempus debitum aſſecuta. *ὡραία ἡλικία, ὥρα τῆς ἡλικίας*. ¶ Ponitur interdum pro celeri, & feſtino, ſine repentina notat Matura ſenectus. Celſus, Ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturã ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit. Cic. 7. Ver. Vt etiam illa uox, & illa imploratio, Ciuis Romanus ſum, quæ ſæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros, & ſalutem tulit, ea mortem illis acerbiorem & ſupplicium maturius ferret. ¶ Maturum malũ. Plaut. in Pſeud. Mittam hodie huic ſuo Die natali malarem magnam & maturam. ¶ Maturum facere, Eſt citò expedire. Gel. li. 1. ca. 7. Maturum cenſeo, ſi rem ſeruare uis, faciendum. ¶ Quandoq; pro graui ac conſtanti. Cic. pro Cecina. Siquis quod ſpopondit, qua in re uerbo ſe uno obligauit, id non facit, maturo iudicio, ſine ulla religione iudicis condemnatur. ¶ Virgo matura uiro. Gel. li. 11. ca. 7. Virginem habeas immaturam uiro. Hora. 3. Car. Ode 6. Motus doceri gaudet Ionicos, Matura uirgo. ¶ Virginitas matura toris, apud Stat. 1. Achil. ¶ Eius compoſita ſunt duo, Immaturus & Præmaturus, de quibus alibi.

Maturiſſimus, ſuperlatiuum. Colu. lib. 4. ca. 29. Fœcundos, & quàm maturiſſimos ſurculos oiti detraxerit. Idem li. 11. ca. 3. Horum autem roborum ſemina quàm maturiſſima eligi oportet.

Maturrimus, aliud ſuperlatiuum. Tacitus li. 12. Robur ætatis quàm maturrimum præcari.

Mātūrĭtas, atis, f. t. Propriè eſt perfecta coctio ſucci in fructibus. *πέπανσις*. [Itali. Maturità. Gal. Deureté, maturité. Hiſpan. Madureza, ò preſteza. Germa. Zeitigung.] Cice. de Orat. Nõ poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum. Idem de Nat. deor. Cõmutationes temporum quadripartitæ, ad maturitatẽ frugum aptæ. Col. Nos quoq; medicatam fabam ſic comperimus, quum ad maturitatem perducta ſit, minus à curculione infeſtari. ¶ Transfertur & ad alia: ut Maturitas orationis, Maturitas ætatis. Cic. Sulp. li. 4. Epiſt. Tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit, maturitate credo ætatis, ad prudentiam. Idem de Senectute, Sic ſenectutis maturitas naturale quiddam habet, quod ſuo tempore percipi debeat. ¶ Maturitas uirtutis. Cic. pro Cæl. Quæ ſtudia in his iã ætatibus noſtris contractiora eſſe debent: in adoleſcentia tanquam in herbis ſignificant, quæ uirtutis maturitas, & quantæ fruges indoſtriæ ſint futuræ. Accipitur item Maturitas, pro tempore maturo, ſine oportunitate. Cic. ad Attil. 1. Inducendi ſenatuſconſultum maturitas nondum eſt. Idem ad Qu. frat. li. 1. Sed eius rei maturitas necdum uenit, & tamen nunc appropinquat.

Maturè, aduerbium, Tempeſtiuè, ſine ad tempus, uel in tempore. *ὡρέως*. [Ital. A tempo, preſto. Galli. Deurement, de bonne heure, a temps, ſudainement. Hiſpa. Maduramente ò preſto. Ger. Zeitlich, bei zeiten.] Sal. in Car. Prius quàm incipias, conſulto: at ubi conſulueris, maturè opus eſt facto. ¶ Aliquãdo ſignificat citò, ante tempus. Plaut. in Cur. Qui homo maturè quæſiuit pecuniam, niſi eam maturè parcit, maturè eſurit. ¶ Comparatiuum Maturius. Cice. 4. Aca. Quòd quidem maturius uenimus, &c.

Matūriſsimè, uel Maturrimè, ſuperlatiuum: Cicer. 2. de Orat. Quippe qui omnium maturrimè ad publicas cauſas accesserim. Idem pro Cecin. Nam ut quæq; res eſt turpiſſima, ſic maximè & maturiſſimè indicanda eſt. ¶ Pro eodē etiā legimus Maturatè. Liui. 2. Belli Macedonici. Iuſſis cæteris, quantum maximè poſſent, maturatè ſequi. Plaut. Mil. Iube maturatè illam exire huc. Idem Pſeud. At maturatè prope ra: uides tam diei multum eſſe.

Mātūro, ras, aū p. Maturum facio, perficio. *πεπαίνω*. [Itali. Maturare. Gal. Deurir, haſter, auancer. Hiſ. Madurar. Ger. Zeitig machen.] Cic. in Cat. Primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. ¶ Interdum Maturare, eſt accelerare, ita ut adhibeatur induſtriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus duobus contrarijs fit maturitas, ut neq; aliquid citius, neq; ſerius fiat. Hoc uerbū Diu. Auguſtinus duobus Græcis nocabulis exprimere ſolebat, *σπεῦδε βραδέως dicit*: quæ ſignificant, Accelera tardè. Vnde Virgi. libro 1. Georgi. quaſi contraria ſeparauit Maturare, & Properare: quum ait, Frigidus agricolam ſi quando detinet imber, Multa ſerant, quæ mox cælo properanda ſereno Maturare datur. Vnde Maturè fit, quod tempeſtiuè fit. Idem Aen. li. 2. Maturate fugam: quod eſt, quaſi cum maturitate, id eſt cum tranquillitate & lenitudine diſcedite. Salluſtius uidetur ſimpliciter poſuiſſe properare: quum ait, Antonius Catilinam cum exercitu perſequi maturet. Sic. Liu. li. 10. Inde comitiorum cauſa Romam profecturus maturauit. Hīc exemplis manifeſtum eſt Maturare abſolutè dici poſſe, & Maturare rem aliquam. ¶ Maturare cœpta. Eſt maturè abſoluere. Liu. 4. bel. Pun. Domum ad cœpta maturanda redire iubet. ¶ Maturare alicui mortem, hoc eſt accelerare ut apud Ciceronem pro Cluen. Huic mortem maturabat inimicus. ¶ Maturare iram, Eſt mitigare & lenire. ¶ Paſſiuū eſt Maturor, eiuſdem ſignificationis cum matureſco. *πεπαίνομαι*. Plin. li. 15 ca. 18. Contrà nouiſsima ſub hyeme maturatur chelidonia.

Maturatus, participium, id eſt maturus factus, *ὁ πεπανθείς, ὁ πέπαρος*. [Ital. Affrettato, maturato, Gal. Auancé, haſté, meuri, mꝛur. Hiſpa. Maduradᵒ, maduro, preſto. Ger. Zeitig worden.] Cic. in Cat. Deinde maturata dulceſcit. ¶ Maturatum negotium dicitur acceleratum aut maturè perfectum. Et apud Plinium, Maturata concoctio, id eſt perfecta. ¶ Maturato opus eſt, hoc eſt Opus eſt celeritate & maturitate. Liu. 4. bel. Pun. Sed quod uolebant, non quàm maturato opus erat, grauiter expediebant. Idem 1. ab Vrb. Vt cum ſingulis fidelibus amicis uenianᵗ: ita facto, maturatoque opus eſſe: rem atrocem incidiſſe.

Maturatè, id eſt Feſtinanter. De hoc diximus in aduerbio Maturè.

Mātūrēſco, ſ. e. à Matureo, Maturum fieri, *πεπαίνομαι*. [Itali. Maturarſi. Gall. Demeurir, deuenir meur. Hiſp. Madurarſe. Ger. Zeitig werden, reiff werden.] Plin. li. 11. Quum mella cœperint matureſcere, abigunt fucos Col. li. 9. Nam & quæ matureſcere incipiunt, tempeſtiuè leguntur: & quæ nondum maturitatem ceperunt unæ, ſine diſpendio differuntur. ¶ Matureſcere dicitur homo, quum nondum grauis eſt, ſed iam incipit eſſe grauis. ¶ Et apoſtema matureſcere dicitur, ſi perducitur ad maturitatem, ut uel frangi per ſe, uel ferramento aperiri poſſit.

Matureſcens, participium. *πεπαίνων, ὑποπεπαίνων*. [Itali. Che ſi fa maturo. Gal. Se meuriſſant, deuenant meur. Hiſ. Que ſe haze maduro. Ger. Zeitigend.] Plin. li. 10. ca. 1. Malus Aſſyria omnibus horis pomifera eſt: aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis ſubnaſcentibus.

Mātūta, tæ, pen. prod. f. p. A noſtris Aurora, *λευκοθέα*. [Itali. Aurora. Gal. L' aube du iour. Hiſp. Alua, madrugada. Ger. Die Morgen röte.] à Græcis dicitur, hoc eſt alba dea: ita dicta, eo quòd matutino tempori præſit: ut ait Cice. lib. 1. Tuſcul. ſic inquiens, Quid Ino Cadmi filiæ nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris? Hæc fuit filia Cadmi, nomine Ino, Athamātis uxor, quæ mariti inſaniam fugiēs, in mare ſeſe præcipitauit una cum Melicerta filio: quorum corpora quū nuſquam inuenirentur, pro diis marinis habiti ſunt: & Ino quidem à Græcis *λευκοθέα*, à noſtris Matuta dicta eſt: Melicerta autem à Græcis Palæmon, à Latinis Portunus eſt appellatus.

Mātūtīnūs, na, num, & Matutinum tempus *ἑωθινός*. [Ita. De la mattina, matutino. Gal. Du matin, matinal. Hiſp. Coſa de la madrugada. Ger. Die zeit des morgens vnnd herbſt chenden tags.] quum ſcilicet Matuta, hoc eſt aurora incipit apparere. Cic. ad Att. li. 1. Itaq; quum bene compoſitus domus eſt, tempore matutino, quum ad eorum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus, reperire ex magna turba neminem poſſumus, quo cum aut iocari liberè, aut ſuſpitare familiariter poſſimus. Quare te expectamus, &c. ¶ Matutinis omnib. p quolibet mane dixit Pli. li. 10. ca. 41. Corui omnibus matutinis euolant in roſtra. ¶ Matutino, pro manè, idem Pli. li. 9. ca. 10. & ſubauditur Tempore. Ferunt, inquit, & paſtum egreſſas noctu, auideq; ſaturatas laſſari, atq; matutino ſumma aqua obdormiſcere. ¶ Matutinus homo. Virgil. 8. Aen. Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat. Vbi Seruius, Rem temporis ad perſonam tranſtulit.

Matutinum, matutini, pen. prod. Manè, *τὸ πρωϊνον*. Qu. lib. 12. ca. 18. Pridie ad ſe uenire litigatorem, aut eodem mane nō iubent.

Mauolo, mauis, Idem quod Malo: quod frequēs eſt in Plauti Comœdijs.

Maxilla, læ, f. p. Non eſt diminutiuum à Mala, (ut putauit Priſcianus) ſed mala à Maxilla fit per detractionem mediæ ſyllabæ, ſicut docet Cic. in Orat. ad Brutum. Vide ſupra in dictione Mala. *σιαγών*. [Ital. Maſcella. Cal. La maſchiera, quixada ò maxilla de la cara. Ger. Ein kinbacke es ſey der vnder oder der ober.] ¶ Eſt autem Maxilla, in qua fixi ſunt dentes, quanuis etiam de parte exteriore quādoq; dicatur, quæ barbam emittit Perſius Satyr. Tu quum maxillis balanarum gauſape pectas, Inguinibus quare detonſus gorgeia exstat? ¶ Hinc Maxillaris, & hoc, re, quod ad maxillam pertinet: ut Deus maxillaris, *γόμφιος*, qui etiam dicitur Molaris. Plin. li. 11. cap. 37. Maxillares ſi ita ſanari dentes præcipuè putant.

Maximates. Dicuntur primarij ciuitatis, qui & Summates, & Primates, & Optimates nocantur. *ἄριστοι, μεγιστᾶνες*.

Maximus, Maximopere, Vide Magnus.

Maza, *μάζα*, Panis genus eſt conſtans farina, oleo, & aqua, aut etiam ex lacte, teſte Suida. Vide Cælium Rhodig. lib. 9. cap. 12.

Mazara, æ, f. p. Genus teli quo antiqui in bello utebātur. Cæſa 1. bell. Gall. Et nonnulli inter carros, rotasq; mazaras, ac tragulas ſubiiciebant, noſtrosq; uulnerabant.

Mazonōmum, pen. corr. n. ſ. *μαζονόμον, μαζονομεῖον*. Græca dictio, qua lanx grandior ſignificatur ad ferenda obſonia in menſam Horat. 2. Serm. Sat. ult. Mazonomo magno diſcerpta ferentes Membra grui. Var. li. 3. de Rem. ca. 4. Vt in eodem tecto omithonis incluſum triclinium haberet, ubi delicatè cœnitaret, & alios turdos uideret in mazonomo poſitos coctos, alios uolitare circa feneſtras captos.

M ante E.

MEN. In notis antiquorum, municeps eius municipij. MENS. menſes. MER. S. Mercurij ſacrum. MENS. IAN. menſis Ianuarij. MES FEBR. &c. M. Marci filius, ad mala fide, uel malè fidus, uel malæ fidei. M. FA. Marcus Fabius. MA. F. manifeſtum fecit. MAN. L. manifeſtus locus. MA. OPP. manifeſtum oppidum. M TER. manifeſtum territorium. M H. malus Homo, M. H. E. mihi hæres erit.

Me, pro mihi, inquit Feſtus, dicebant antiqui. Ennius lib. 2. Si quid me fuerit humanitus, ut reneatis, &c.

Mēapte, Compoſitum ex ablatiuo Mea, & particula Pte, extra compoſitionem nihil ſignificante: ut, Meapte cruſa, *ἰδίᾳ ἐνεκα*, id eſt mea propria. Terent. in Heaut. Ita me dij ament, ut ego nūc non tam meapte cauſa Lætor, quàm illius: quam ego ſcio eſſe honore quouis dignam.

Meatus, eus, uide in dictione Meo, meas.

Mecaphroditon, *μηκαφρόδιτον*. Species eſt papaueris, ſpumeum habens ſemen: unde etiam à Dioſcoride, *μηκαφρώδης*, hoc eſt ſpumeū papauer appellatur. li. 4. ca. 70. Pelops eſt apud Dioſc. li. 4. ca. 179. Meconion à quibuſdam Tithymalus. Vide Barbari de Tythimalis Cor. Meconium differt ab Apio, ſi propriè loquaris, ſicut apud nos ſuccus à lacte, quod & ſapor & lachryma quoq; dicitur. Succus & Meconion uocatur, qui decocto uel crudo papauere in cyathis exprimitur: lac uerō & apiū quod cauleinciſo manat è papauere nigro cum turgeſcit. Incidi iubēt, ſub capite & calice. Nec in alio genere inciditur caput. Herm. Barbarus in Corol. papauerum Meconion.

Mecaſtor, *νὴ τὸν κάστορα*, Iurandi aduerbium. Mecaſtor, ſi

Feſtus

Feſtus, & Mehercules, iuſiurandum erat: quaſi diceretur, Ita me Caſtor, Ita me Hercules: ut ſubaudiatur iunct. Terẽ. in Hecyr. Salue mecaſtor Parmeno. Vbi Donatus, Olim ſalutantes addebant iuſiurandum, ut hoc ſeduló facere ni derentur.

Mechānīcus. m. ſ. *ἀπὸ τοῦ μηχανᾶσθαι & μηχανικός.* [Ital. Mecanico, artefice de opere ingenioſo. Gal. Mechanique, faiſeur de machines ou d'autres œuures mechaniques. Hiſpan. Official de qualquier arte Germa. Ein handwercker oder handwercks man] pen. corr. Faber opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul ac manibus fiunt, *ἀπὸ τῆς μηχανῆς*: quod inuentionem ſignificat. Suet. in Veſp. Aug. ca. 18. Mechanicon quoq; grandes columnas exigua impenſa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commẽto non mediocre obtulit.

Mechanicus, adiectiuum: ut Ars mechanica, *βαναυσικὴ τέχνη*, quæ manu exercetur: cuiuſmodi eſt ars fabrilis. Vnde artes diuidũtur in liberales, & mechanicas.

Mecōnium, *μηκώνιον*, Succus eſt papaueris, teſte Dioſcoride, adeò frigidus, ut epotus exitium afferat.

Meconites, *μηκωνῖτης*, Gemma eſt papaueris ſimilitudinẽ exprimens: de qua Pli. li. 37. ca. 10.

Mecōnis, *μηκωνὶς*, Lactucæ genus: à copia lactis ſoporiferi. *μήκωνα* enim Græci papauer dicunt. De hoc uideas Dioſ. li. 6. ca. 17. & Hermolaum Barbarum in eundem li. 4. ca. 68. & Pli. li. 8. ca. 19.

Mēcum, *μετ' ἐμοῦ*. [Ital. Meco, con meco. Galli. Auec moy. Hiſpani. Comigo. Germani. Mit mir.] Id eſt cum me, ubi præpoſitio euphoniæ cauſa poſtponitur. Ci. in Oratore ad Brut. Ex eo Mecum & Tecum: non cum me, & cum te, ut eſſet ſimile illis Vobiſcum, atque Nobiſcum. Interdum mecum, *μετ' ἐμαυτὸν πρὸς ἐμαυτόν*, ſignificat intra me. Terent. in Hecy. Haud propterea te rogo, ut hæc proferam, ſed ut tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiſcum, & Vobiſcum. ¶ Mecum cum Simul pulchrè iungitur. Plaut. in Bacch. Atque ut eum mecum ad te adducam ſimul. ¶ Similiter cum Vnà Teren. in Hecy. Vt colloqui mecum unà poſſit. ¶ Interdũ hæc tria coniungimus, Mecum, Vnà, Simul. Terent. in Heau. Clinia hæc fieri uidebat? M. quidni? mecum unà ſimul. ¶ Mecum facere, ſignificat mecum ſentire: quod inſulsè dicitur. Facere pro me. Cicer. pro Cecin. Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur, uerbo me excludi dicebat.

Mecy. Anagallis ab Aegyptijs.

Meddix, Summi magiſtratus nomen erat apud Oſcos. Ennius, Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

Mederga, pro me erga, id eſt Erga me, dixerunt antiqui, interpoſito d, propter hiatum uocalium. Plau. in Epid. quaſi quid filius meus Deliquiſſet mederga.

Mēdĕor, deris, d ſ. *ἰάομαι, ἰατρεύω.* [Ital. Medicare. Gal. Medeciner, remedier. Hiſ. Amelezinar. Ger. Heilen, Mit artzen gſund machen.] A medius fieri uidetur, eo quòd ad mediũ temperamẽtũ, quoad fieri queat, æger debeat reduci. ¶ Eſt autem Mederi, remedium afferre. Et conſtruitur ferè cum datiuo. Cic. pro Quintio, Ita fit, ut ego qui tela depellere, & uulneribus mederi debeam, &c. ¶ Quandoq; cum accuſatiuo. Terent. in Phor. Quas quum res aduerſæ ſint, minus mederi poſſit. Inuenitur etiam Mederur impersonale. Pli. lib. 27. Ex eo mederur oris ulceribus peruncti hoc ſucco foliis puſillis. ¶ Dicimus etiam Mederi contra morbum. Pli. lib. 9. cap. 15. Contra ſerpentium ictus medentur.

Medendo gerundium, quod etiam in paſſiua ſignificatione inuenitur, ut annotauit Seruius in illud Virgilij 12. Aeneï. Exuperat magis, ægreſcitq; medendo, id eſt dum ei medetur. Huius uerbi compoſitum eſt, Immedeor, quod eſt intus medeor. Colu. li. 6. Si oportebit palorum capita, & imas partes miſto fimo cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi.

Mēdĕla, æ. f. p. Idem quod medicina, ſiue morbi remedium. *ἰατρεία, ἴασις, ἄκεσις.* [Ital. Medicina. Gal. Medecine. Hiſ. Medicina. Ger. Ein artzney.]

Mēdĭca. æ, f. p *μὴ ἄκλητος* [Ital. Medica, tre foglie. Galli. Herbe appelée grand Treffle au foin de Bourgongne. Hiſ. Trebol. Ger. Burgundiſch oder Medeiſch heuw.] Herba eſt triũ foliorum, ſemper uirens, equorum pabulis laudatiſſima: quæ ſemel ſata, decem annos durat, ſingulisq; annis quaſi aut interdum ſeries demeſſa, ſua ſemper ſponte ſuccreſcit: ita dicta quòd in Media abundet. Seruius ſcribit Medicam à Medis in Græciam fuiſſe translatam, quo tempore Romani eam inuaſerunt. Col. li. 7. Ad maciem nulla res tã tum, quantum Medica, poteſt. Vide Catonem de Re ruſti. ca. 41. & Var. li. 1. de Re ruſt. ca. 41. & Col. li. 7.

Mediaſtinus. Vide Medius.

Medico, cas, & Medicor, aris, Idem ſignificant quod Medeor. *ἰατρεύω*, [Ital Medicare. Gal. Medeciner, remedir. Hiſpa. Amelezinar, ò curar dolencia. Ger. Heilen, artznen.] Virg. lib. 1. Georg. Semina uidi equidem multos medicare ferentes. Ouid. 1. Amor. Eleg. 14. Dicebam, deſiſte tuos medicare capillos, Tingere quam poſſis, iam tibi nulla coma eſt. Eius paſſiuo uſus eſt Plin. lib. 16. ca. 27. Ficus ſola ex omnium arborum fœtu maturitatis cauſa medicatur. Sed hoc rarius. Frequẽtius enim utimur uerbo deponente Medicor: quod modò cum datiuo iungitur Virg. 2. Georg. Senibus medicantur anhelis. Terent. in And. Eius labore, atq; eius dolore Gnato ut medicarer tuo. Modò cum accuſatiuo. Idem lib. 11. Aen. Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum Eualuit.

Mĕdĭcātus, 2, um, Quod medicamentis admiſtis eſt infectum. *φαρμακευθείς.* [Itali. Medicato, meſcolato di qualche liquore medicinale. Gal. Medecine. mixtionẽ de qual que drogue ou liqueur. Hiſp. Amelezinado, maſclado con melezina. Ger. Mit artzneien vermiſcher, etwar mit vermengt.] ut, Medicatę fruges. Virg. 9. Aen. Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam. ¶ Sic medicata pocula, Medicatæ ficus, Medicatus ſapor, Medicatus odor. Mar. li 9 Santonica medicata dedit mihi pocula uirga. Pli li. 21 ca. 7. de ficis, Nouiſſimæ ſalubriores, quàm primæ: medicatæ uerò nunquã. Pli. Epiſt. Color cæruleo albidior, uiridior & preſſior, ſulphuris odor, ſaporq; medicatus, uis, qua fracta ſolidã tur. Medicata ſuffitione uita, Colum. lib. 1. cap. 6. Tela medicata ueneno, Silius lib. 7.

Mĕdĭcātĭo, uerbale. f. c. *ἰατρεία, ἄκεσις.* [Ital. Medicamento, rimedio. Gal. Medicament, medecine, remede. Hiſ. Melezina, medicina. Ger. Artzneiung, heilung.] Col. li. 2. cap. 10. Poteſt tamen etiam citra iſtam medicationem cineri miſta commodè ſeruari.

Mĕdĭcus, ci, m. ſ. Qui artem medendi nouit *ἰατρός.* [Ital. Medico. Gal. Medecin. Hiſpa. Medico, curador de dolencias. Ger. Ein Artzet.] Huius duo ſunt ſcopi, ut ſcilicet præter naturam affectos, quoad eius fieri poteſt, ad naturalem ſtatum ſciat reducere: aut ſi id fieri non queat, ut ſaltem dinoſcat qui ſanabiles ſint, & qui deploraci. ¶ Officium medici (ut inquit Aſclepiades) eſt, ut tutò, ut celeriter, ut iucundè curet. Vocantur quoq; medici, *ἀσκληπιαδῶν παῖδες* à Græcis. Plau. in Ru. Imò ædepol una litera plus ſum, quàm medicus. C. tam tu medicus es? L. tetigiſti acu. Cicero pro Cluentio, Iam hoc quoq; propè iniquiſſimè comparatum eſt, quòd in morbis corporis, ut quiſq; eſt difficillimus ita medicus nobiliſſimus, atq; optimus quæritur: in periculis capitis, ut quæq; cauſa difficilima eſt, ita deterrimus, obſcuriſſimusq; patronus adhibetur. ¶ Cura ſolers medicorum, Ouid. 1. de Pont. Eleg. 7. Celer, atq; fidelis medicus, Horat. 2. Serm. Sat. 3. Conuocare medicos, Catullus.

Medicus, a, um, Quod eſt medici *ἰατρικός.* [Ital Di medico. Gal. De medecin Hiſp. Coſa de medico. Ger. Der artzeet.] Virgilius libro tertio Georg. Dum medicas adhibere manus ad uulnera paſtor Abnegat. Ars medica, Tib. libro 2 Eleg. 1. Ope medica iuuare aliquem, Ouidius ſecundo Amorum. Plinius libro 8. cap. 16. Vnde medicas manus hominis ſciunt?

Medicum malum, Vide Media.

Mĕdĭcīna, æ, f. p. Modò ipſam medẽdi artem ſignificat, quam Græci *ἰατρικὴν* uocant. [Ita. & Hiſp. Medecina. Gal. L'art de medecine. Ger. Die kũſt des artznes, oder ein artzney] Cic. 5. de Fini. Quoniam ut medicina ualetudinis, nauigationis gubernatio: ſic uiuẽdi ars eſt prudẽtia. ¶ Modò pharmaca, & remedia, quibus quis curatur. Idem ad Att lib. 16. Sed deſperatis etiam Hippocrates uetat adhibere medicinam. Idem 1. de Orat. Sicut medico diligenti priusquàm conetur ægro adhibere medicinam, nõ ſolùm morbi eius, cui mederi uolet, ſed etiam conſuetudo ualetudinis, & natura corporis cognoſcenda eſt. ¶ Somnus medicina curæ. Ouid 1. de Ponto Eleg. 2. At puto quum requies, medicina q; publica curæ Somnus adeſt, ſolitis nox uenit orba malis. ¶ Adhibere medicinam reip. Cic. pro Seſt. Et cohorreri auſus eſt accuſator in hac cauſa uos Iudices, ut aliquãdo eſſe-

Digitized by Google

tis ſeuerì, aliquando medicinam adhiberetis relp. Non ea eſt medicina, quum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur, atq; integræ, carnificina eſt iſta, & crudelitas. ¶ Afferre medicinam. Cice. in Catil. Deinde ſingulis medicinã conſilij, atq; orationis meæ, ſi quam potero, afferam. ¶ Facere medicinam. Cicero Terentiæ, Ita ſum leuatus, ut mihi deus aliquis medicinam feciſſe uideatur. Plaut. Ciſtel. confidam tore Si medicus ueniat, qui hoc morbo facere medicinam poteſt. ¶ Parare medicinam. Ouid. 1. de Reme. Principiis obſta: ſerò medicina paratur. Quum mala per lõgas inualuere moras. ¶ Medicinam, inquit Nonius, dicimus & uenenum: tractum à Græcis, qui uenenum φάρμακον appellant. ¶ Medicinæ inuentorem Chironem Centaurũ perhibent: hic inuenit herbarum uires. Nonnulli Aeſculapio hoc tribuunt. Apud Ouid. 1. Metam. medicinæ inuentionem ſibi Apollo uendicat, Inuentum, (inquit) medicina meum eſt. Plurimum deinde medicinæ contulit Hippocrates: ſupremũ autem faſtigium Galenus impoſuit. ¶ Medicinæ tria genera ueteres fecere: διαιτητικὴν, χειρουργικὴν, καὶ φαρμακευτικὴν: quarum prima uictus ratione, altera manu, tertia pharmacis medetur.

Medicinæ, arum, f. p. Medicorum tabernæ, uicus thurarius, tabernæ aromatariæ, ubi pharmacopolæ obuerſantur, & pharmaca uendũtur. ἰατρεῖον. [Ita. Speciarie, botteghe da medicine. Gal. Botiques de medecins ou apothicaires. Hi. Tiendas de eſpecias, y medicinas. Ger. Ein Apotecł, Ein ort darin man artzneiẽ feil hatt.] Plaut. in Amph. Nam omnes plateas perreptani, gymnaſia, myropolia. Apud emporium, in macello, in palæſtra, atq; in foro, In medicinis, in tonſtrinis, apud ædes omnes ſacras.

Medicinalis, le, adiect. om. t. Quod ad medicinam pertinet. ἰατρικὸς. [Ital. Medicinale. Gal. Medecinal. Hiſp. Coſa pertenecciente ala medicina, medicinal. Ger. Das zur artzney dienet.] ut Herba medicinalis, πόα ἰατρική. Cucurbita medicinalis, σίκυα ἰατρικὰ, uaſculum ore anguſto, infernè latius, quo ſanguis exigitur, cute prius ſcalpello inciſa. Nomen accepit à cucurbita hortẽſi, quam ſimilitudine refert. Plin. lib. 23. cap. 10. Quippe eadem ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora leuanda ſanguine. Celſus, Vir nulla perpetua præcepta ars medicinalis recipit. ¶ Medicinalis uerò digitus, dictus eſt minimo proximus, ut inquit Macrobius, quem & Annularem ueteres appellarunt, quod in eo digito ueteres anulum potiſſimum geſtabant. Cuius rei rationem hanc reddit idem Macrob. li. ult. neruum ſcilicet quendam à corde ad hunc digitum proficiſci: ideoq; potiſſimùm anulo, ueluti corona quadam circundari.

Medicabilis, le, o. t. Cui adhiberi medicina poteſt. ἰάσιμος, ἰατρευτός. [Ital. Atto à eſſere medicato. Gal. Qu'on peut guerir, medicinable. Hiſpa. Coſa que ſe puede amelezinar. Ger. Das zů artznen vnd zůbeileo iſt.] Ouid. 1. Metamor. Hei mihi, quòd nullis amor eſt medicabilis herbis. Idem Epiſt. 5. nulla medicabilis arte Læſa pudicitia eſt. Sunt tamen qui legant reparabilis. ¶ Quandoq; ponitur pro medicinali. Col. li. 7. cap. 10. Quippe ligni ſuccus medicabilis, epotus in teſtini tumorem competcit.

Medibile, Idem quod medicabile, ἰάσιμος. Feſtus, Medibile, medicabile.

Medicamen, inis, n. t. Idem quod Medicina. ἄκεσμα. [Ital. Medicamento. Gal. Medecine, remede, medicament. Hiſ. Melezina. Ger. Artzney.] Plin. lib. 7. cap. 16. Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis, ſaliuam inſici. Ouid. 1. de Arte, Ergo agè, & iratæ medicamina fortia præbe, Illa ferè requiem ſola doloris habẽt. Cic. in Piſo. Et quum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te uti ualetudinis: quòd diceres, uinolentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari. ¶ Accipitur & Medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, hoc eſt inficiuntur, ſeu tinguntur: unde & pro ſucco purpuræ poſuit Plin. lib. 9. cap. 38.

Medicamentum, ti, n. t. Idem quod medicina: quo nidelicet homines, ac etiam cætera animalia curantur. ἄκεσμα, φάρμακον. [Ital. Medicina. Gal. Medicament, remede. Hiſpa. Melezina. Germa. Ein Artzney.] Cic. 1. Offic. Si quis medicamentum cuiptam dederit ad aquam intercutem, pepigeritq; ne illo medicamento unquam poſtea uteretur, &c. Idem 2. de Nat. deor. Medicamentorum ſalutarium pleniſſima terra. ¶ Sumitur quandoq; Medicamentum pro ueneno, ſicut Venenum pro medicamento: quoniam Graci utrunq; φάρμακον uocant. Caius Ioreconitius de uerb. ſign. Qui uenenum dicit, adijcere debet bonum uel malũ: nam & medicamenta, uenena ſunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum, naturam eius cui adhibitum eſt mutat. Quum id quod nos Venenum appellamus, Graci Pharmacum dicunt, apud illos quoq; tam medicamenta quàm quæ nocent, hoc nomine continẽtur. Vnde adiectione alterius nominis diſtinctio fit. ¶ Medicamenta amatoria, dicuntur philtra, aut alia quæcunq; uenena, quæ ad amorem conciliandum dantur. Medicamenta ſopotifera, quibus ſomnus accerſitur. Medicamentum ex aloe, uocatur Hiera picra, alij ſimpliciter Picram appellant. Medicamentum amarum, id quod alio nomine uocant Picram uel ex aloe.

Medicamentarius, rij, ſubſtantiuum, m. ſ. Qui medicamenta conficit. φαρμακοποιός. [Itali. Colui che fa medicine. Gal. Medecin, qui apreſte les medecines. Hiſpa. Medico ò que adoba melezinas. Ger. Der artzneien macht, Ein Apoteker.] Plin. lib. 19. cap. 6. Sectui duo genera: hoc herbarũ folio inciſuris euidentibus, quo utuntur medicamentarii. ¶ Medicamentaria, Ars conficiendi medicamenta. φαρμακευτικὴ. Plin. li. 7. ca. 56. Medicinam uolunt Aegyptij apud ipſos repertam: alij per Arabũ Babylonis, & Apollinis filium: herbariam & medicamentariam à Chirone.

Medicamentõſus, m. ſ. Quod remedium adfers, & medicamẽti uice eſt. ἰατρικὸς. [Ital. Medicinale, che porta medicina. Gal. Medicinal, portant medecine. Hiſp. Coſa medecinal. Ger. Heilſam, Dreiftig zůr artznei.] Cato cap. 15. Et primùm ſcito. de omnibus braſſicis nulla eſt illiuſmodi medicamentoſior.

Medicas, Vide Medius.

Medimnus, μέδιμνος. Genus mẽſuræ, teſte Budæo, quæ ſenos capit modios: Galli ſua lingua Minam uocant, Cic. Verr. Sed tritici ſeptem millia medimnum ex Nymphonis oratione ibi edicta pœna, &c. Dicimus & Medimnum neutro gen. Idem ibidem, In lugere Leontini agri medimnum ierè tritici ſeritur.

Mediocris, Mediocritas, Mediocriter, Medioximus, Vide Medius.

Medion, μέδιον, Herba eſt Mediæ peculiaris (unde & nomen accepit) in locis umbroſis, petroſisq; naſcens. Romani Tritolium odoratum uocant. Vide Dioſcoridem lib. 4. cap. 10.

Medioxumi Dii, uide Mediocris in Medius.

Medipontus, Inſtrumentum funarium, quod apud Catonẽ cap. 3. numeratur inter ea quæ neceſſaria ſunt ad conficiendum oleum.

Meditor, aris, pen. corr. d. p. Quaſi medio animo uerſo, hoc eſt cogito, & mẽte pertracto. μελετῶ, φροντίζω, φιλοσοφῶ. [Ital. Penſare, curare. Gal. Mediter, penſer diligemment & atentiuement. Hiſp. Mucho penſar. Ger. Betrachten, Bedencken, Nachſinnen.] Plaut. in Amph. Ea nunc meditabor, quomodo illi dicam, cum illò aduenero. ¶ Interdum eſt cogitando inuenire. Terent. in Andr. Venit meditatus, allcſide ex ſolo loco. ἐπιμήνομαι. Pli. in Paneg. Igitur qui temperamentũ omnes in illo ſubito pietatis calore ſeruamus, hoc ſinguli quoq; meditati teneamus, &c. Meditati, inquit, id eſt præparata oratione. ¶ Interdũ exercere. Virg. 6. Aeglog. Agreſtẽ tenui meditabor arundine muſam. Plaut. in Sticho, Simulq; ad curſuram meditabor Me ad ludos Olympios. ¶ Inde Meditationes, μελέται, ἀσκήματα, in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarij quidam conflictus, qui citra ſanguinem fiebant. Nam ut militaris, teſte Vegetio, ut cæteræ omnes artes, meditatione perficitur. ¶ Meditari alicui inſidias, uel dolũ. Idem eſt quod tendere inſidias, uel dolũ. Virg. 1. Aegl. Nec lupos inſidias pecori, nec retia ceruis Vlla dolũ meditantur. ¶ Sæpius putat Meditor dictũ eſſe, quaſi melitor, à uerbo Græco μελετῶ, per immutationem l, in d. Interdum enim hæ duæ literæ ſibi mutuò cedunt: ut quum dicimus, Sellam pro Sedda. Hinc eſt quod Meditor interdum accipitur pro ſuauiter cano: ut apud Virgil. 1. Aeglog. Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena. ¶ Reperitur etiam hoc uerbum in paſſiua ſignificatione. Terent. in Phorm. Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda. πεφρόντισται ἐμοὶ τὰ. Cic. 1 Offic. Leniora enim ſunt ea quæ repẽtino aliquo motu accidunt

dunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.

Meditatè. *ἐννοημόνως*. [Ital. Penſatamente *per* longo tempo. Gal. Pour y auoir penſé de long temps. Hiſp. Con mucho penſamiento. Ger. Mit betrachtũg, mit erwägung.] Plaut. in Bacch. Nam illorum mores perquàm meditatè tenes, quaſi dicat, probè calles illorum mores, illosq; ad unguem noſti ex longa meditatione, uſu, & experientia. ¶ Huius compoſitum eſt, Præmeditor. ¶ Immeditatus, participium ſine uerbo, non meditatus. *ἀμελέτητος*. Cic. lib. 1. Offic. Id ſe in foro optimè iam immeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

Mĕdĭtātĭo, onis, f. t. Commentatio, exercitatio *μελέτη*. [Ital. Gran penſiero. Gal. Grand penſemente. Hiſp. Grande penſamiento. Ger. Ein Betrachtung, übung.] Cic. 2. de Orat. Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atq; expeditos habere debetis. Idem 1 de Diu. Multi natura uitium meditatione, atq; exercitatione ſuſtulerũt: ut Demoſthenes. Idem 3. Tuſc. Stulta eſt meditatio futuri mali. Definitur autẽ hoc modo, Meditatio, eſt reuocatio ſenſuum interiorum ad ſuam originem, ſedemq; principalẽ.

Mĕdĭtāmentum, ti, n. ſ. Idem quod meditatio. Tacit. li. 20. Et exteris belli meditamentis militem firmabant. Idem li. 15. Nomina ſummæ curæ, & meditamenta.

Mĕdĭtābundus, cogitabundus. *ἐννοητικὸς ἐπὶ φροντίδων*. [Ital. Penſoſo. Gall. Penſif. Hiſp. El que mucho piensa. Ger. Voll betrachtens vnnd nachſinnens.] Et aduerbium Meditabundè, cogitabundè *φροντιστικῶς*.

Meditatiuum, Dictio ficta à Grammaticis, qui Meditatiuum uerbum appellant, quod ſenſum quendam meditandi uideatur habere, cuiuſmodi ſunt Eſurio, Miſturio, & ſimilia: quæ Valla deſyderatiua uocat, quòd deſyderium ſignificẽt actus per uerbum primitiuum ſignificati.

Mĕdĭus, dĭa, dium, Quod menſuratum æqualiter diſtat ab extremis. *μέσος*. [Ital. Mezzo. Gal. Qui eſt au milieu, moyen. Hiſp. Coſa medio entre dos cabos. Ger. Das mittelſt, das in mitten iſt.] quanuis etiam Medium dicatur, quicquid inter duo extrema eſt, etiam ſi non æqualiter diſtet ab utroq; Virg. 6. Aen. Interea mediũ Aeneas iam claſſe tenebat Certus iter. ¶ Quandoq; idem ualet quod in commune, ſiue in commodum uſum. Virg. 1. Geor. Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant. Idem 11. Aen. Conſulite in mediũ, & rebus ſuccurrite feſſis. Cic. 1. Offic. Et omnes utilitates in medium afferre mutatione officiorum. ¶ Aliquando Medium dicitur, quod ex uno tantum participat, quantum ex altero. Liu. li. 1. ab Vrbe, Medium erat Anco ingenium, hoc eſt proclive tam ad pacis, quàm ad belli artes: ita religione Numam ſuum ſuum exprimens, ut militarem diſciplinam non negligeret. ¶ Aliquando pro dubio ponitur. Li. 7. bel. Macedon. Medio reſponſo ſpem ad uoluntatem interpretantibus fecerat ceſſurum patrum autoritati eſſe. ¶ Quandoque manifeſtum. Virg. 1. Aen. Medioq; ex hoſte recepi. Ibidem, Quanquam in media iam morte tenetur. Vtrobiq; exponit Seruius Medium pro manifeſto. In priore tamen exemplo, non inepte interpretari poſſumus, E medio hoſte, E mediis hoſtibus, uel E medio hoſtium. ¶ Quandoq; intercedens, aut potius importunus, ac incongruus. Idẽ 1. Aen. Ne qua ſcire dolos, mediiſue occurrere poſſit. ¶ Accipere aliquem medium, hoc eſt per medium corpus. Liu. 1. ab Vrbe, Multò & ætate & uiribus ualidior, medium arripit Seruium, elatumq; è curia in inferiorem partem per gradus deiecit. Sic apud Terentium in Andria, Accurrit, medium mulierem complectitur. ¶ Eleganter dicimus, Ponere in medio, uel, quod idem eſt, Proferre aliquid in mediũ, pro eo quod eſt Publicè exponere, & omnibus ea de re iudicandi poteſtatem facere Cic. de Nat. deor. Ponam in medio ſententias Philoſophorum. ¶ Vocare in medium, Idẽ ferè eſt quod uocari in dubium, & clarius de re aliqua uel le cognoſcere Cic. pro Cluent. Rem in medium uocare cœperunt, & cauſam illam totam depoſcere. ¶ Venire in medium, Eſt in diſputationem, & controuerſiam uenire. Cic. 1. de Finib. Prima uenit in medium Epicuri ratio. ¶ Procedere in medium. Eſt in coronam prodire: & interdum idẽ cũ ſuperiori. ¶ Relinquere aliquid in medio, Eſt indeciſum, & controuerſum aliquid relinquere, nihilq; de eo ſtatuere. ¶ In medio eſſe, uel, poſitum, aut ſitum eſſe in medio. Eſt manifeſtum eſſe, facilè, uel in promptu. Cic. 4 Ver. Tabulæ poſitæ ſunt in medio. Aliquando tamen In medio eſſe, ponitur pro eo quod eſt, Dubium eſſe, uel in compertum: ut apud Suetonium, Quod diſcrepat, in medio ſitũ hoc eſt indecitum relinquatur. ¶ In medium conſulere, Eſt in commune cõſulere, uel ad communem utilitatem: de quo ſuprà diximus. ¶ Pellere de medio, uel è medio, Eſt extra conſortium noſtrum abigere. Ennius apud Ciceronem pro Murana, Pellitur è medio ſapientia. ¶ Recedere de medio, Eſt ſe ſubducere, & occultare. Cic. pro Sext. Roſc. Recede de medio, per alium tranſigam. ¶ Sumere argumenta de medio, Eſt ex rebus manifeſtiſſimis, & omnibus notis argumenta ſumere. ¶ Tollere de medio, pro occidere. Cic. pro Roſc. Am. Perfacilè hunc hominem incautum, & ruſticũ, & Romæ ignotum, tolli de medio poſſe. ¶ Medio excedere, pro mori. ¶ E medio diſcedere, pro ſecedere, & occultari, ait Budæus. ¶ Priſcianus Medium dictum putat à modo, hoc eſt à menſura: unde & modium: & differẽtiæ cauſa Mediũ dici exiſtimat, mutato o, in e. Alij malunt à Græco *μίσος* deducere, quod idẽ eſt quod medius. ¶ Hinc dimidius, a, um, quaſi per medium diuiſus.

Media uocabula, Dicuntur quæ in bonam, & in malam partem accipi poſſunt. *μέσα* à Græcis dicta. Qualia ſunt Tempeſtas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Induſtria, Periculum, Venenum, Contagium: & apud ueteres Honor, quod etiam ſignificabatur iniuria. Vide Gellium libro duodecimo cap. 5.

Mĕdĭĕtas, atis, f. t. Alicuius pars media, *μεσότης*. [Ital. Metà. Gall. Le milieu, la moitié. Hiſ El medio de dos extremos, mediania. Germani. Das halb theil deſs ſo durch die mitte zertheilt iſt, Oder die mitte ſelbs.] Hac uoce Cicero nõ ausus eſt uti, ut teſtatur in libello de Mundo, ſiue Vniuerſitate. Sic enim ibi habet, Vt in ſingulis eſſent bina media: uix enim audeo dicere medietates, quas Græci *μεσότητας* uocant: ſed quaſi ita dixerim, ita intelligatur: erit enim planius.

Mĕdĭŏcris, & hoc, cre, om. t. Medium tenens, modeſtus. *μέτριος*. [Ital. Mediocre, mezzano. Gal. Mediocre, moyen, ne trop grand ne trop petit. Hiſp. Comunal ò mediana. Ger. Mittelmäſſig.] Cicer. 1. de Orato. Hæc ſunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem uel maximæ. Idem 3. Tuſculan. Omne enim malum, etiam mediocre, magnũ eſt. Cic. de Amicit. Nec uerò negligenda eſt fama, nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet benenolentiam ciuium.

Mĕdĭŏcrĭtas, t. t. Id eſt medium, ut ait Nonius. *μέτριον, μετριότης*. [Ital. Mediocrità, ne troppo ne poco. Gal. Mediocrité, ne trop ne peu, moyen. Hiſp. La mediana entredos extremos. Ger. Mittel mäſſigkeit, Zimlikeit, maſs.] Cic. lib. 1. Offic. Eadem ratio eſt habenda ueſtitus: in quo, ſicut in pleriſque rebus, mediocritas optima eſt. Col. lib. 4. Mediocritas in electione loci maximè probatur, quoniam in confinio boni, malíq; poſita eſt.

Mediocriter, aduerbium, Id eſt medio quodam modo, ſine prudenter, & moderatè. *μετρίως*. [Itali. Mediocremente. Gal. Mediocrement. Hiſp. Medianamente. Ger. Zimlich, Erlicher maſs. Mäſſiglich.] Cic. 5. Verr. Quod mehercule iudices, mihi non mediocriter ferendum uidetur. Idem 2. Tuſc. Nemo mediocriter doctus ignorat. Terent. Andr. Horum ille nihil egregiè præter cætera Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Mĕdĭŏxĭmus, uel Medioxumus, pen. cor. Mediocrem, ſiue medium ſignificat. *μέσος, μεσαίτατος*. [Ital. Mediocre. Gall. Mediocre, moyen. Hiſp. Coſa cerca del medio. Germ. Der mittleſt oder mittelmäſſig.] Vnde Medioximi dij uocantur, poteſtatis mediæ. Seruius in lib. 8. Aeneid. dicit Herculem eſſe communem deum, utriuſq; naturæ medium, inter mortalitatem, & diuinitatẽ. Eſſe enim numina aliqua tantùm terreſtria, aliqua tantũ cæleſtia, aliqua media, quos deos Apuleius Medioxumos uocat. Plaut. in Caſ. At ita me dii, deæq; ſuperi & medioxumi, &c. In Ciſtel. Medioxumã quam duxit uxorem, ex ea nata eſt hæc uirgo.

Mediuſculus, Putauit Calepinus dimin. eſſe ab adiectiuo Medius, deceptus corrupto Plinii loco, quem ex lib. 11. cap. 37. citat ad hunc modum, Oculos unicolores nulli, cum candore omnibus mediuſculo differentes. Qui locus hodie ſic reſtitutus eſt, Oculus unicolor nullus, cum candore omnibus medius color differens.

Mĕdĭūsfĭdĭus, Aduerbium eſt iurandi, ex tribus compoſitũ, putaturq; idẽ ſignificare quod Mehercules: quaſi dicas, ita me

me Iouis filius amet. *νὴ τὸν Ἡρακλέα.* Nã Δία, Græci dicũt quem nos Iouem. Fidium autem pro filio dictum uidetur: quia antiqui pro I, literam d, ſæpiſſimè collocabãt. ¶ Quidam interpretantur Per diui ædem: quidam per diuini tẽporis, id eſt diei fidem. Hæc Feſtus. Alij ſic exponunt, Medius fidius, hoc eſt Per deum Fidium: nam Fidius deus eſt qui fidei præeſt. Plautus in Aſin. Per dium Fidium credis iurato mihi Cic. ad Brut. Ego medius fidius non exiſtimo tam omnes deos auerſos. ¶ Fidij dei alia duo fuerunt nomina: nam & Sancus, & Semicaper appellabatur fiebatq; ei ſacrũ Nonis Iunij in colle Quirinali: ubi templum habebat à Sabinis (ut putatur) primùm dedicatum: qui in urbem recepti, deos quoq; patrios in urbem tranſtulerunt. Ouid. 6. Faſtorum. Quærebam Nonas Sanco, Fidióne referrem, An tibi Semicaper: tunc mihi Sancus ait, Cuicunq; ex iſtis dederis, ego munus habebo, Nomina terna fero: ſic uoluere Cures.

Mĕdĭānus, a, um. Quod in medio eſt. *μέσαιτος.* [Ital. Mezzano. Gal. Qui eſt au milieu & entre deux. Hiſp. Coſa mediana è puеſta en medio Ger. Mittelteũl.] Vnde Medianus colũnas dixit. Vitr. li. 3. ca. 1. ut ab angularibus, quæ craſſiores ſunt, diſtingueret.

Mĕdĭāſtĭnus. pen. prod. *μεσοῴκτης, μεσίτης.* [Ital. Famiglia cio. Galli. Seruiteur qui ſert en choſes uilles, un ſouillon. Hiſpa. Sieruo de poco precio. Germa. Ein Sudelbůb ein knecht ſo man zů aller groben vnnd ſudelechtigen hausarbeit braucht, Ein Bauſsbuſsier.] Mancipium abiectius eſt, re: ſe Budæo, quod uiliſſima & ſordidiſſima miniſteria obire domi cogitur: qualia ſunt domum uerrere, purgamẽta efferre, ligna congerere, & huiuſmodi alia facere: ob hoc ita dictum, quòd in media domo ad imperia omnium nutusq; ſoleat excubare. Cic. in Catil. Magnopere contemno exercitum collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis decoctoribus, ex iis qui uadimonia deſerere, quàm illum exercitum, maluerunt. Colu. li. 1. ca. 7. Mediaſtinus quaſiſcunq; ſtatus poſſit eſſe, modò perpetiendo labori ſit idoneus. Ibidem, Separandi ſunt aratores à uinitoribus, atq; à mediaſtinis. Horat. 1. Epiſt. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Lucil. Villicum. Ariſtocratem mediaſtinum, atq; bubulcum. Vlp. li. 1. Digeſt. Naucup. ſtabular. Qui mediaſtini operi fungitur, non cõtinetur: ut purpurarij, atriarij, & focarij, & his ſimiles. ¶ Priſc. Mediaſtinos interpretatur ſeruos eſſe abiectiſſimos lauantibus in balneis miniſtrare ſolitos: itaq; appellatos exiſtimat, quòd in medio balnei ſtare ſoleant, ad ſordiſſima quæque miniſteria parati. ¶ Mediaſtinum appellant medici membranas in uentre hominis medio, quę ſunt ueluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in duos ueluti uentriculos.

Mĕdĭaſtŭticus, pen. cor. Summus apud Campanos magiſtratus erat. Liu. li. 4. Decad. 3. Mediaſtuticus (qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt) eo anno Seppius Leſius erat loco obſcuro, tenuiq; fortuna ortus, &c.

Mĕdĭterrāneus, a, um, Quod eſt à mari remotum, quaſi in media terra. *μεσόγαιος.* [Ita. Chi ſta intra terra. Gal. Qui eſt au milieu de la terre. Hiſp. Coſa lexos de la mar y en medio dela terra. Germ. Das weit vom meer vnnd faſt in mitten deſs lands ligt.] Cæſ. 5. bell. Gall. Naſcitur ibi plumbum in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum. Qu. li. 5. c. 1. Montanos, an planos: maritimos, an mediterraneos. Cic. 2. de Nat. deorum. Ita fit, ut mediterranei mare eſſe non credant. Mediterraneum mare. *ἡ ἐσω θάλασσα*, quod ex Oceano inter Abylam Mauritaniæ, & Calpen Hiſpaniæ promontorium irrumpens, per medias terras diffunditur, Africámque dirimit ab Europa.

Mediterreus, adiectiuum, Idem ſignificans quod Mediterraneus. Feſtus, Mediterream melius quam Mediterraneam Si ſenna dici putat. Antiquum.

Mĕdĭtēllium, lij, Non medium terræ, ſed procul à mari, quaſi meditellium, ab eo quod eſt tellus. *τὸ μέσον.* Cic. in Top. dicit, tullium in hoc uerbo extenſionẽ uocabuli eſſe nihil ſignificantem.

Medo, onis, mulſa, uel aqua, uel mel, Græcum *ὑδρομέλι.*

Mĕdŭlla, æ, f. p. Dicta eſt, quòd in oſſibus media ſit. *μυελός.* [Itali. Midolla. Galli. Mouelle. Hiſpa. Meollo, tuetano del hueſſo. Germ. Das marg.] Plaut. in Stich. At ego petii, cui medullam laſitudo perbibit. Plin. lib. cap 32. Et medolla ex eodem uidetur eſſe, in iuuenta rubens, & ſenecta albeſcens. Cic. 4. Tuſc. Quum autem hic feruor, concitatio q. animi inuoluerit, & tanquam in uenis medullisq; inſederit, tum exiſtit & morbus, & ægrotatio. Idem 5. Tuſc. Tuus rò Metrodore, qui omne bonum in uiſceribus medullisq; cõdideris, &c. ¶ Hinc emedullo, *ἐκμυελόω*, quod eſt medullam extraho. Plin. de limonio. Item grauceolentiam alarũ emẽdat, radicis emedullatæ uncia in uini Falerni heminis tribus decocta. ¶ Per translationem ſignificat declaro. Plaut. Narra iam rem nobis omnem, atq; emedulla.

Mĕdŭllĭtus, pen. cor. aduerbium eſt, ſignificans Ex ipſis medullis, uel uſq; ad medullas. *ἐκ μυελῶν.* [Ital. Profondamẽte. affettuoſamente. Gal. Profondement, affectueuſement. Hiſp. Profunda y affectuoſamente. Ger. Von dem innerſten herauſs, innigklich.] Varro, Medullitus Aquilonium ſeruat frigedinem. ¶ Per translationem ſignificat intimè, uel ex intimo affectu. Plaut. in Moſtel. Vt uideas eam medullitus me amare.

Mĕdūſa, *μεδοῦσα.* A quibuſdam appellatur herba ea, quam Romani Venerem, ſiue Lanceolam, Dioſcorides *λογχίτιν* appellauit. Habet hæc herba florem inuerſo pileolo ſimilẽ, qui theatralis laruæ, & hiſtrionicæ perſonæ formam refert ex cuius medio, quaſi ex aperto & hiante ore, ſe profert quædam quaſi lingua candido colore. Ob quam cauſam & Meduſam appellarunt, à Gorgonis abſciſſi capitis ſimilitudine. Nam etiam hodie in antiquis monumentis Meduſæ caput ita effictum uidemus, ut quàm maximè poteſt, aperto ore, linguam exerat. Vide Mare. Verr. in Dioſco.

Mega, *μέγα*, Latinè magnum: unde Megaron, *μέγαρον*, domus ampla.

Megalium, *μεγαλεῖον*, Vnguentum à magnificentia ſic appellatum, eo quòd exciſſerit Telinum ante ſe cantariſſimum: alij à Megaleo inuentore Siculo, ſiue Athenienſi dictum malunt. Vide Dioſcoridem lib. 1. ca. 6. & Hermolaum in Plinium.

Mĕgălēſia, orum, *μεγαλήσια*, Dies qui dicatus erat magnæ matri deorum. Ludi quoq; qui celebrabantur ante templũ in ipſo Magnæ matris deum conſpectu, Megaleſia, ſiue Megalenſia dicebantur, & Ludi Megalenſes. Liu. lib. 2. ab Vrb. M. Iunus Brutus ædem Magnæ matris deum in palatio dedicauit, & ludos ob eam dedicationem factos, Megaleſia appellauit. Cic. de Aruſp. reſpon. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio noſtri maiores ante templum in ipſo Matris magnæ conſpectu Megalenſibus fieri, celebrarię uoluerunt.

Megalophron, *μεγαλόφρων*, magna ſapiens, magnanimus.

Mĕgălŏprepeia, *μεγαλοπρεπεία.* [Ital. Magnificenza. Gall. Magnificence. Hiſpa. Franqueza. Germa. Großmáchtikeit, herrlikeit,] Magnidecentia, uel munificentia, quæ inter magnos uiros uerſatur, magnisq; in rebus. ¶ Et Megaloprepes, *μεγαλοπρεπὴς*, dicitur, qui huiuſmodi magnidecentia, aut munificentia utitur: quem Magnificum quidã appellant.

Megalopſychia, *μεγαλοψυχία*, Magnanimitas: & Megalopſychus, *μεγαλόψυχος.* Magnanimus.

Megiſtanes, *μεγιστᾶνες.* [Ita. Magnati, gran perſonaggi. Gal. Grands perſonnages, & excellens. Hiſ. Grãdes en dignidad. Ger. Die Fürnempſten.] Dicũtur proceres, primatesq; nã *μέγιστος.* Latinè dicitur Maximus. Corn. Taci. Megiſtanes Armenios, qui primi à nobis defecerãt, pepulit ſedib. Suet. in Caligula cap. 5. Regem etiam regum & execratione uenãdi, & conuictu megiſtanum abſtinuiſſe.

Mehercŭle, Iurandi aduerbium, Idem ſignificans quod per Herculem. *νὴ Δία, νὴ τὸν Ἡρακλέα.* Cic. ad Att. lib. 10. Epiſtola tua gratiſſima fuit mea Tullia, & mehercule mihi. ¶ Dicimus etiam Mehercules in eadem ſignificatione. Feſtus, Mecaſtor. & Mehercules iuſiorandum erat, quaſi diceretur, Ita me Caſtor, ita me Hercules, ut ſubaudiatur, iuuet. Cicero in Oratore, Imperatum eſt, inquit, à conſuetudine. ut peccare ſuauitatis cauſa liceret: & Pomeridianas quadrigas, quàm Poſtmeridianas libentius dixerim, & Mehercule, quàm Mehercules.

Mĕio, is, n. e diſſyllabum, tertiæ coniugationis, Significat urinã emitto, *οὐρέω, οὐρίζω.* [Ital. Orinare. Gal. Piſſer, uriner. Hiſ. Mear, orinar. Ger. Bruntzen, Seichẽ.] Diomedes præteritũ quidem proprium Meii eſſe dicit, ſed Minxi eſſe

in uſu

in uſu. Perſius Satyr 7. ſacer eſt, pueri, locus, extra Meiite. Horat. 2. Serm. Saty. 7. Ditior aut formæ melioris meiat eodem. Marc. lib. 3. Minxiſti currente ſemel Pauline catina: Meiere nis iterum, iam Palinurus eris. Iouen. Satyr. prima Cuius ad effigiem non tantùm meiere fas eſt. ¶ Miſtum, miſtu in ſupino. Horat. 1. Ser. Sat. 8. acq in me ueniat miſtũ atque cacatum Iulius & fragilis Pedacia. Mula meiens, Catullus.

Mĕl, huius mellis, n. t. à Græco *μέλι*, notæ ſignificationis eſt. [Ital. Mele. Gal. Miel. Hiſp. Miel. Ger. Honig.] Cicero de Senect. Villa q̃ tota locuples eſt, abundat lacte, caſeo, melle. Idem 3. de Finibus. Mel etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum aliis, dulce eſſe iudicatur. Virgil. 4. Georgic. hinc cœli tempore certo Dulcia mella premes. Ibidem, Feruet opus, redolentq̃ thymo fragrantia mella. Ibidem, & ſpumantia cogere preſſis Mella fauis. Plaut. in Trucul. In melle ſunt linguæ ſitæ noſtræ atq̃ orationes, Corda in felle ſunt ſita, atq̃ acerbo aceto. Sunt qui dicant mel eſſe cæli ſudorem, alii ſyderum ſaliuam, alii purgantis ſe aeris ſuccum. Conſtat ſanè ex aere decidere ſyderum maximè exorto, ſublucanis temporibus. Vnde ſub primam auroram, folia arborum melle roſcida inueniuntur. ¶ Mel uernum, dicitur Anthinum mel. ¶ Mel æſtiuum, uocatur *ὠρεῖον*. ¶ Mel quod per ſe finxit, Acæton uocatur, quòd ſine terrimento ſit. ¶ Mel ſylueſtre, Ericæum, ab erica frutice, quam & giſarum nominant, folia habet tamarici ſimilia. ¶ Acraton, Mel purum atque integrum, quod neq̃ acceſcere cœpit, nec ullum paſſum eſt uitium. Vide Plio. li. 11. cap. 14.

Melliculum, li, dimin. blandientis *μελίτιον*. Plaut. Caſi M. ũ corculum, melliculum, ferculum. Idem Curcul. Egón' apicularum opera congeſtum non feram, Ex dulci oriundũ melliculo dulci meo?

Mellarius, a, um, Quod ad mel pertinet, *μελιτοποιϊκός*, [Ita. Pertinente à mele Gal. Apartenant à miel. Hiſp. Pertenecſciente á miel Ger. Das zú dem honig gehört.] Pli. li. 21. cap. 14. Vaſa mellaria, aut fauos lauari aqua præcipiunt.

Mellarium ſubſtant. uide infrà Melittones.

Mellārius, rii, ſubſtant. m. ſ. Qui mellis opus exercet. *μελιτουργός* [Ita. Chi ha in gouerno le api & il mele. Gal. Celuy qui a le gouuernement des mouſches à miel & qui en retire le miel. Hiſp. El colmenero. Ger. Honig macher, Der mit honig umbgadt.] Var. li. 3. de Re ruſt. ca. 16. Ad extrema, quæ mellarij fauũ eximere poſſint, opercula imponunt alueis.

Melitorgus, *μελιτουργός*, Latinè Mellarius dicitur, qui mellificium exercet: ſic enim interpretatur Var. lib. 3. de Re ruſt.

Mellātio, onis, ſ. t. Mellis uindemia, quum mel exprimitur. *μελίτωσις*. [Ital. Raccolta del melle. Gal. Cuillette de miel. Hiſp. La caſtraſon de las colmenas. Ger. Honigſammlung, das honig nemmen den Ymben.] Pli. li. 11. cap. 16. Hæc ergo mellatio ſine uindemiæ & uirgiliarum occaſu, Idib. Novembris ferè includitur. Idem li. 11. ca. 15. Æſtiua mellatione decimã partem Thaſio Dionyſio apib. relinqui placet.

Mellĕus, a, um, Quod ex melle eſt, uel mellis dulcedinem refert ipſo guſtu. *μελιτώδης*. [Ital. De mele, ſoaue. Galli. De miel, ou luy reſſemblant. Hiſ. Coſa de materia de miel. Ger. Das von honig iſt, honigſüſs.] ut Melleus ſapor, apud Pli. li. 15. ca. 14. Per translationem quoq̃ uocem melleam dicimus, pro ſuaui, & audito iucunda.

Mellilus, a, um, dimin. à melleus. *μελιδάσιος*. Plaut. Caſi. Mea uita, mea mellila, mea feſtiuitas Sine tuos ocellos deoſculer uoluptas mea. Quanquam non abſurdè fortaſſis Mellila, diminut. ibi intelligere poſſimus à nomine Mel: ut Mea mellila, plurali numero dictum intelligamus, pro eo quod eſt, Mea mella, uel mea delicia.

Mellītus, a, um, pen. prod. Quod eſt melle conditum: ut, *μελιτώδης*, *μελίχιος*. [Itali. Mellato. Galli. Fait de miel ou doux comme miel. Hiſp. Coſa dulce como miel. Ger. Mit honig angemacht oder vermiſcht.] Placentæ mellitæ. Horat. 1. Epiſt. 10. Vtq̃ ſacerdotis fugitiuus, liba recuſo. Pane egeo iam mellitis potiore placentis. Plin. lib 16 cap. 10. Mellites ſuccum remittit dulcem, mellitumq̃ tuſus. Var. 3. de Re ruſt. cap. 16. Et faui melliti intus ponendi, à fancibus longè. ¶ Mellitus puer, pro ſuaui, & iucundo Cic. ad At. li. Ita ſum ab hominib. deſtitutus, ut tantũ requietis habeã, quantũ cũ uxore, & filiola, & mellito Ciceronc cõſumitur Catullus ad Iuuencũ, Mellitos oculos tuos Iuuenci, &c.

Mellĭfĭcus, a, um, Ex quo fluit mel, uel fluere uidetur. *μελίῤῥυτος*, *μελίῤῥυτος*, hoc eſt dulce, iucũdũ: ut Mellifluus oratio.

Mellĭfĭco, as, act. p Mel facio. *μελιτοιῶ*. [Itali. Far melle. Gal. Faire du miel Hiſp. Hazer miel las abeias. Ger. Honig machen.] Virg. in quodam Epigrammate, Sic uos non uobis mellificatis apes.

Mellĭficus, a, um, *μελιτοποιϊκός* [Ital. Di mele. Gal De miel. Hiſp. Coſa hacha de miel. Ger. Das honig machet.] Col. libro 8. Vt ab opere mellifico euocarę apes fœtibus expleant. ¶ Item Mellificatio, onis, *μελιτοποίησις*.

Mellĭfĭcium, cii, n. ſ Mellis factio. *μελιτοποίησις*. [Ital. Artificio far mele. Galli. Facon de miel, aconſtrement de miel. Hiſpa. Aquella obra de hazer miel. Ger. Honigmachung, honigwerck.] Var. de Re ru. li 3. ca. 16. Sed hoc aptiſſimum ad ſanitatem apium, ſic ad mellificiũ, thymum. Idẽ, Quod ad mellificium bonum uehementer prodeſt. Col. li. 9. c. 11. Apes magis mellificis, quàm fœtibus ſtudent.

Mellifer, ra, rum, Ferens mel. *μελιτοφόρος*. [Itali. Chi porta mele. Gal. Qui porte miel. Hiſp. Coſa que trae miel. Germ. Das honig bringt oder ſammlet.] Ouid. 15. Met. Nónne uides quos cera tegit ſexangula, fœtus Mellificatorum apium ſine membris corpora naſci?

Mellĭgĕnus, na, num, pen cor. Quod eſt eiuſdem generis cum melle. *μελιώδης*. [Ital. Di mele. Gal. De miel. Hiſp Coſa miel. Ger. Das der art oder gattung deſs honigs iſt.] Pli. li. 16. cap. 7. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, uerno tamen tempore melligeni ſucci. Hoc eſt eiuſdem ſucci, cuius eſt mel ipſum.

Mellĭtĭſmus, Linctura eſt ex melle, uel id quod Græcè Eclegma.

Melabathrum, penul. corr. *μελάβαθρον*, Herba eſt, quæ alio nomine Parthenium dicitur, chamæmelo adeò ſimilis, ut pro ea ſæpe fallat legentem. Vide Dioſcoridem li. 3.

Melamirum, Piſcis à nigra cauda nomen trahens.

Melamorrhizon, Veratrum nigrum, apud Dioſ. li. 4 ca. 152.

Mĕlampĕlos, pen. corr. *μελάμπελος*, Herba eſt, quæ alio nomine Helxine dicitur: quidam etiam ex Latinis Vitem nigram appellant. De hac Dioſcorides li. 4.

Melamphyllon, *μελάμφυλλον*. Herba eſt aculeata, folio in nigredinem tendente: unde & nomen accepit. Alio nomine Acanthus dicitur. Vide Plinij libro 22. capi. 22. & Dioſcoridem libro 3. & qua ſuprà annotauimus in dictione Acanthus.

Melampycnos, herba ea quæ & Myſaros, & Myagros.

Melampyros, *μελάμπυρος*. Herba eſt in ſegetibus naſcens, teſte Theophraſto, quæ alias Myagros appellatur. Latinè ſonat frumentum nigrum.

Mĕlampŏdĭon, *μελαμποδίον*, Genus eſt nigri hellebori, ita dictum à Melampode quodam, qui eo uti in diuinationib. ſolebat, appellatum: uel à paſtore eiuſdem nominis, qui primus hanc herbam inueniſſe dicitur, dum capras eo purgari animaduertit. Vide Pli. li. 25. ca. 5.

Melan, *μέλαν*, Latinè nigrũ, quo in compoſitione utimur.

Mĕlanchŏlia, Cum accentu in penultima, Latinè dicitur nigra cholera, hoc eſt atra bilis, quæ ſæpe in furorem agit homines. Græcè *μελαγχολία*. [Itali. Melancolia. Galli. Melancholie. Hiſp. Melancolia. Germa. Die ſchwartz gall. der ſchwartz ſchleim von der gallen in dem geblüt.] Cic. 3. Tuſcula. Græci uolunt illi quidem, ſed parum ualent uerbo, quem nos furorem, melancholiam ipſi uocant: quaſi verò atra bile ſolùm mens, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. ¶ Melancholiæ uariæ ſpecies, uide apud Galenum in tractatu de Atra bile.

Mĕlanchŏlĭcus, m. ſ. Qui nigra bile plurimùm abundat. *μελαγχολικός*. [Ital. Meninconico. Gal. Melancholique. Hiſp. Melancolico. Germani. Voll ſchwartzer gallen oder Schwartzgeblüt.] Pli. li. 10. ca 7. Dantur & melancholicis candidæ copioſiores, &c. Ci. 1. Tuſc. Ariſtoteles quidem ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe: ut ego me tardiorẽ eſſe non moleſtè ferã. Idem 1. de Di. Ariſtoteles eo etiã qui ualetudinis uitio furerent & melancholici dicerentur, cẽſebat habere aliquid in animis præſagiens, atq̃ diuinum.

Mĕlan-cŏrўphus, phi, m. ſ *μελαγκόρυφος*, auis. quæ & Ficedula dicitur: ſed Ficedula tantũ autũno ab edẽdis ficis, aliis temporib. melancoryphus uocatur, quòd *κορυφὴν μέλαιναν*, hoc eſt uerticem nigrum habeat. Latinè Atricapillam dicere

dicere poſſumus. Plin. libro 17. capite 8. Sunt qui in Arabia inuenirí eas dicant in nidis auium, quas Melancoryphos uocant.

Melandris, genus Tyni grandiſsimum.

Melandryum, genus herbæ, de qua Plinius libro uigeſimo ſexto cap. 7.

Melandryon, μελάνδρυον, Roellius interpretatur intimã, duriſſimamq; roboris materiam, quæ cortice & albumo detractis relinquitur.

Melanion, μελάνιον, Flos eſt ſubnigri coloris. Latinè uiolã albam poſſumus interpretari.

Melanorrhizon, penul. prod. μελανόῤῥιζον. Herba eſt, quam alio nomine Veratrum nigrum appellant. Nomen habet à radicis nigredine, μέλαν enim nigrum eſt, & ῥίζα, radix. De hac Dioſcor. lib. 4.

Mĕlantēria, μελαντηρία, Alio nomine Atramentum metallicum appellatur, quo mulomedici utuntur ad putrefactã, ſiue exteſcentem carnem conſumendam. Vulgus Gallorum Armoniacum uocat.

Melanthion, μελάνθιον, Herba eſt, ſiue potius frutex puſillus, à ſeminis nigredine nomen habens, quod à Plin. li 20. cap 17. Gith appellatur, & à quibuſdam Melaſpermon. Officinæ Nigellam uocant.

Melănūrus, μελάνουρος, Piſcis eſt ſaxatilis, nigricantem habens caudam. Penultima huius dictionis producitur, quũ apud Græcos ſcribatur per υ diphthongum. Lippius in 3. Oppian. Haud facili parous melanurus fallitur arte. Ennius tamen contra orthographiæ rationem penultimam corripuit primamq;, quæ per ει ſcribitur, licuerit producit in hoc uerſu, Melanurum, turdum, merulam, timbramq; marinam. ¶ Eſt præterea Melanurus, ſerpentis genus, præcipuè in Libya & Arabia naſcens, uipera minus, ſed ad inferendam perniciem multò uelocius. Morſi ab eo ſiti torquẽtur, immodicèq; bibentes ſibi necem inferũt. Cauda lineis duabus nigris diſtinguitur (unde & nomen accepit) corpore reliquo albicante. Vide Cæl. lib 14. cap. 6.

Melappium, Mali genus, ita dictum ab Appii mali ſimilitudine. Plin. lib. 15. cap. 14.

Mĕlēagrides, f. r. μελεαγρίδες. [Ital. Galline d'India. Gal. Gelines d'Afrique. Hiſp. Gallinas moriſcas. Ger. Indianiſche hüner.] Gallinæ Africanæ ſunt, quas uulgus Indicas gallinas uocat. Has Ouid. lib. 8. Metam. fabulatur Meleagri ſorores fuiſſe, doloris impatientia, quem ex morte fratris conceperant, in has aues conuerſas. Plin. lib. 10. cap. 16. Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia Africæ: hoc eſt gallinarum genus giberum, uarijs conſperſum plumis. Varr. lib. 3. de Re ruſt. Gallinæ Africanæ ſunt grandes, uariæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci. Hæ nouiſſimæ in triclinium gancarium introlerunt è colinis. propter faſtidium hominum. Vide ea quæ in dictione Gallina annotauimus, de tribus gallinarum generibus.

Melgemella, male ſunt quæ & Capuncula uocant.

Meli, μέλι. Latinè mel, à quo per compoſitionem plurima nomina deſcendunt.

Melia, μελία, A Græcis dicitur arbor, quam Latini Fraxinũ uocant. Vide Ruellium lib. 2. ca. 82. ¶ Eſt & Melia Cariæ oppidum, apud Hecatæum li. 1. Genealog.

Melia terra, μελία γῆ, Terræ genus eſt Bretriæ cinereæ non diſſimile, quod & digitis confricatum ſtridorem reddit tri to pumici ſimilem. Vires habet in medicina eaſdem ferè cũ alumine, paulò tamen ignauiores. Pictoribus etiam uſui eſt, ad diuturniorem colorum firmitatem. Plin. Melinum uocat, nomine deducto à Melo inſula, una Sporadum, unde aduehi ſolet.

Mĕlĭcēris, dis, pen prod. μελικηρίς, Abſceſſus ſpecies eſt ex pituitæ affluxu geoerati, qui humorem in ſe continet, mellis & craſſitudinem & colorem referentem. Vnde & nomẽ accepit. Plin. lib. 21. de Meliloto, Peculiariter contra meliceridas efficax Celſus lib. 5. hoc abſceſſus genus, μελικηρίαν, uocari aſſerit, nomine ſumpto à fauo, cuius ſimilitudinem refert.

Melichros, μελίχρους. Gemma eſt mellei coloris: unde & nomen habet. Plin. li 37. ca 11 Colos appellauit chryſolithum aureus, chryſopratum herbaceus, melleus melichrota.

Melichryſos, μελίχρυσος, Gemma quæ ex Indis mittitur, quaſi per aurum ſyncero melle translucente. Plinius libro 37. cap. 9.

Melicratum, Mulſa aqua apud Dioſc. lib. 5.

Melicraton, μελίκρατον, Potus eſt cõfectus ex aqua & melle, qui à Latinis Aqua mulſa dicitur. Nomen accepit ἀπὸ τῦ μέλιτος. hoc eſt à melle, & uerbo κεράω, ſiue κιράνημι, quod eſt miſceo, ſiue tempero.

Mĕlĭcus, a, um, μελικός. [Ital. Muſico. Gall. Muſicien. Hiſp. Dulce en canto. Germ. Ein ſenger, der geſang macht oder ſich in denen übt.] pen. corr. Idem quod muſicus, à Græco nomine μέλος, quod carmen, ſiue cantum ſignificat. Vnde poetæ lyrici, Melici dicti ſunt. Auſonius, Tu melicos, lyricosq; modos, Cic. de Opt. ge. Orator. Poematis enim magici, comici, epici, melici etiam, atq; dithyrambici, &c.

Melicæ Gallinæ, teſte Colu. lib. 8. ca. 2. uulgò appellatæ ſunt, quæ Medicæ dici debuerant.

Mĕlĭlōtos, pen. prod. μελίλωτος, quaſi dulcis, & melleus lotos. Herba eſt croco ſimilis, frequens Campaniæ, quæ quòd coronamentis adhiberi ſolet, Sertula Campana appellatur à Latinis. De hac Plinius libro 21. capite undecimo & Rodlius li 3. ca 35. Ouid. Pars thyma, Pars flores, pars melilotos amant.

Mĕlĭmēla, pen. prod. μελίμηλα, utrobiq; per ſimplex l, dicuntur poma muſtea, ſiue dulcia, quaſi mellea mala. Nam μέλι mel, μῆλον malũ ſignificat. Var. de Re ruſt. li. 2. ca. 59. Quæ antea muſtea uocabant, nunc melimela appellant. Eadem uulgò Nana uocantur, à paruitate arborum, in quibus producuntur. Plin. li. 15. ca. 14. Muſtea à celeritate mitescendi, quæ nũc Melimela dicuntur à ſapore melleo. Mart. lib. 7. Infanti melimela dato, fatuasq; mariſcas: Nam mihi, quæ nouit pangere, Chia ſapit. Vide Columellam libro 5. capite 10.

Mĕlĭna, æ, f. p. μελίνη, Vt Feſtus ait, genus tibiæ acutiſsimi ſoni. ¶ Eſt & genus veſtis, uel à colore, uel à Melo inſula, ut de affereabatur ſic dictæ. Plaut. in Epid. Vbi ergo eſt? niſi ſi in uidulo, Aut ſi in melina artulifti.

Mĕlīnum, ni, n. r μέλινον. [Ital. Meliſſa. Gal. Meliſſe. Hiſp. Torongil. Ger. Meliſſen kraut oder Byn kraut] Iacet. ge. Apiaſtrum uocat Var. li. 3. de Re ruſt. ca. 16. ¶ Eſt & melinũ (ut ait Pli. li. 23. ca. 6.) oleum ex flore malorum. ¶ Eſt & unguentum. Pli. li 13. ca. 1. Amarcinum in Coo: poſtea eodem loco prælatum eſt melinum. ¶ Melinum quoq; coloris cũ didi ſpecies eſt, à Melo inſula, una Sporadum, nomen habens, ubi præſtantiſſimum efficitur. Dioſcorid. lib. 5. Meliam terram uocat Plin lib 35. capi. 6. Melinum candidum & ipſum eſt, optimum in Melo inſula. In Samo quoq; naſcitur, ſed eo non utuntur pictores, propter nimiam pinguedinem. Plaut. in Moſt. Neq; ceruſam, neq; melinum, neque aliam offuciam.

Melior, Meliuſculus, Melioreſco, Vide Bonus.

Melion, a quorum Satyrium eritbronion apud Dioſc. libr. 3. cap. 145.

Melipecta, μελίπηκτα, Cibaria mellita, cuiuſmodi ſunt placentæ mellitæ.

Meliphyllon, μελίφυλλον. [Ital. Meliſſa. Gal. Meliſſe. Hiſp. Torongil. Germani. Melliſſenkraut oder Honigblatt.] Herbæ nomen eſt, quæ alio nomine dicitur Apiaſtrum. Varro libro tertio de Re ruſt. capite decimoſexto, Reliquum thymo, & cythiſo obſeuiſſe, & apiaſtro, quod alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλιτον appellant. Virgili. 4 Georg. huc tu iuſſos aſperge liquores Trita meliphylla. & cerinthæ ignobile gramen. Vbi Seruius annotauit, Melyphylla per ſyncopen eſſe dicta, quaſi meliſſophylla.

Melipontus, Quem & Medipontum uocari ſuprà oſtendimus, Funis genus eſt, quod à Catone non uno in loco numeratur inter ea quæ neceſſaria ſunt oleum conficiẽtibus. Cato ca. 22. Vbi in uindemia & oleitas facta erit, prela extollito, funes, torculos, melipõtos, ſubductarios, aut in cænario, aut in prelo ſuſpendito.

Melis, huius melis, fœm. gen. μέλις, Animal, quod & Taxo, ſiue Taxo dicitur, quòd ſit mellis auidiſſimum, & alueribus ſemper infeſtum, in cauernis uiuens, aſperũ, mordacis magnitudine uulpis, colore helis, ex cuius pelle pharetras, & canũ collaria obtegunt Pli. li. 8 ca. 18 hanc eſſe ait melibœo ſimilem ſolertiam, ut ſuffoſſa cute diſtenta, ictus hominum & morſus canum arceant.

Meliſſones,

Meliſſones, Græci *μελίσσας* uocant apes. Vnde Meliſſones dicuntur apiaria, quæ mellaria quoq; nominant, loca uide licet in quibus ſiti ſunt aluei apum. Vide Melittones.

Meliſſophyllon, *μελισσόφυλλον*. [Ital. Meliſſa. Gal. Meliſſe. Hiſp. Torongil. Ger. Meliſſenkraut, oder Ymbenblatt.] Herba eſt ballotæ ſimilis, quæ & Apiaſtrum, & Citrago, & Meliphyllum, & Melinum appellatur. Nomen habet *ἀπὸ τῶν μελίσσων*, hoc eſt ab apibus quæ eo tantopere oblectantur, ut ſi eo aluearia perungátur, nuſquam diffugiant. De hac herba uide Colum. lib. 9. ca. 8. & Varr. de Re ruſt. li. 3. cap. 16.

Melites, *μελίτης*, Gemma ſic dicta à colore mali Cydonei, quod *μῆλον κατ' ἐξοχὴν* dicitur. Plin. lib. 37. ca. 11. ſic ait, Melites mali coloris, nec plura addit.

Melithæa, Meliſſophyllon uel apiarium. Dioſcorid. lib. 3. cap 117.

Melithæum, Apiaſtrum apud Dioſcoridem, libro 3. capite 117.

Mĕlītites, maſc. gen. *μελιτίτης*. pen. prod. Genus potionis dulcis (ut ait Plin. lib. 14. cap. 9.) factæ ex melle & muſto, hoc eſt ex congio mellis, & quinq; congiis auſteri muſti, & cyatho ſalis, unà feruefactis. Diſtat autem à mulſo, in quo binis uini ſinguli mellis congii admiſcẽtur, ut docet Dioſ. lib. 5. ¶ Eſt præterea Melitites, lapis cinericei coloris, qui co ti attritus, uel cum liquore contuſus, liquorem dulcem emittit. Vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 36. cap. 19. & Galenum lib. 9. Simpl.

Mĕlittōnes, *μελιττῶνες*, pen. prod. Alnei, in quibus apes nutriuntur. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 16. Melittones ita facere oportet, quos alii *μελιττοτροφεῖα* appellant. Eadẽ quidam Mellaria. Vulgus Gallicum Ruchos uocat.

Meliturgus, Vide Mel.

Melium, *μήλιον*. Herba eſt in aquis & locis uliginoſis naſcens, ſemen habens lini ſemini non diſſimile, aliquanto tamen maius & firmius, & præ lætore ſplendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioſc. lib. 3.

Melius, comparatiuum à Bene, & Meliuſcule, Vide Bene in Bonus.

Melizomum, *μελίζωμον*, penult. prod. Condimentum quoddam uocat Apicius, ex mellis deſpumati miſtura confectum.

Mellacium, *ἔψημον*, *ἕψημα*. Muſtum ad mediam partem decoctum, quam Sapam appellamus, ut inquit Nonius.

Mellificatio, Mellificator, Mellifico, Mellitus, Vide Mel.

Melligeta, Cardamomi genus, Barb. Corol. Cardam.

Mĕlligo, inis, fœ. r, *μελίτωμα*. pen. prod. Succus è lachrymis arborum, ſiue florum quem apes deuorant, poſtea ad alueos regreſſæ euomunt, operaq; componunt. Plin. lib. 11. cap. 6. Primùm itaque fauos conſtruunt, ceram fingunt, deinde ſobolem, poſtea mella. Ceram ex floribus, melliginẽ è lachrymis arborum, quæ glutinum pariunt, ſalicis, ulmi, arundinis ſucco, gummi reſina. ¶ Ponitur & pro quocunque ſucco floreſcentis fructus adhuc, atq; immaturi. Plin. li. 11. cap. 27. In prima lanugine demittitur una, eiusq; melligo, reliquum corpus ſole coquitur.

Mĕllĭlŏquŭs, pen. corr. Cui oratio ſuauis inſtar mellis, ex ore profluit. *μελίγηρυς*, *μελίφωνος*.

Mellum, quid ſit in Plinio non ſatis conſtat, niſi fortè Mel non Mellum legendum eſt.

Melocarpos, *μελόκαρπος*. Herba eſt, quæ alio nomine Ariſtolochia longa appellatur. Dioſc. lib. 3. cap. 4.

Melocarpos, *μελόκαρπος*. Herba eſt, quæ alio nomine Ariſtolochia longa appellatur. Dioſcor. lib. 3. cap. 4.

Melolontha, *μηλολόνθη*, Scarabæi genus eſt, colore uiridi naſcens.

Mĕlŏmĕli, *μηλόμελι*. Confectio quædam ex malis cydoneis melle obrutis in lagœna. Ratione conficiendi docet Col. lib. 12. cap. 47. & Dioſcor. lib. 5.

Melones, A Palladio dicuntur, qui ex genere peponum ad malorum rotunditatem accedunt: à quibuſdam, facto ex malo & pepone nomine, Melopepones appellantur.

Melonomus, *μηλονόμος*, pen. cor. Ouium paſtor. Nam *μῆλον*, & poma, & oues ſignificant.

Mĕlŏpĕpŏnes, *μηλοπέπονες*, Fructus ſunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, ſed humi rotundantur, & odorem iucundiſſimũ habent, ubi maturuere. Palladius Melones uocat. Vide Rucellium lib. 1.

Mĕlŏs, *μέλος*. [Ital. Dolcezza di canto, melodia. Gal. Doulceur de chant, melodie. Hiſp. El canto dulce. Ger. Der lieblich ton deſs geſangs.] generis neut. & indeclinabile eſt, aut certè defectiuum: nam genitiuum, & datiuum ſingulares, totumq; pluralem numerum apud Latinos non habet. Ablatiuo Melo uſus eſt Lactantius Firmianus in Hymno de Reſur. Dominica, Fitq; repentino ſuſo dulcior aura melo. Apud Græcos declinatur *τὸ μέλος*, *τοῦ μέλους*. Eſt autem Melos, cantus ſuauitas, ex apta uocis modulatione, & flexu procedens. Perſius in proœmio Satyrarum, Coruos Poetas, & Poetridas picas Cantare credas Pegaſeum melos. ¶ Hinc multa deriuantur, de quibus mox.

Mĕlōdĭa, ſ. p. *μελῳδία*. [Itali. Melodia. Gal. Melodie, doux chãt. Hiſpan. Canto dulce. Ger. Ein lieblich oder ſüſs geſang.] cum accentu in penultima, Dulcis cantus, ſiue melleus.

Melodes, penult. product. *μελῴδης*, Accipitur pro melicò dulcia carmina cantante. Sidon. Proculus melodes inſonare pulſibus.

Melota, æ, & Melote, es, *μηλωτὴ*, pen. pro. Dici poteſt pellis ouina unà cum lana corpori detracta. *μῆλον* enim à Græcis dicitur, quæ à nobis ouis.

Melothrum, *μήλωθρον*, Herba eſt, quæ alio nomine *ἄμπελος λευκὴ*, hoc eſt uitis alba appellatur. De hac Dioſcorid. libro 4.

Membrum, bri, n. ſ. Propriè dicitur caro artus tegẽs. *μέλος*. [Ital. Membro. Gal. Membre. Hiſp. Miembro. Ger. Das vnd fleiſch domit die glider deſs leibs vberzogen ſind. Item, Ein Jetlichs glid.] unde Membrana, ſuperior membri pars dicitur, hoc eſt pellis ipſa. Silius, & uenis malè iuſta trementibus oſſa Extant conſumptis uiſu deformia mẽbris. ¶ Accipiuntur tamen etiam Membra pro ſingulis corporis partibus, ut manus, pes, auris, membra dicuntur. Terent. in Adel. Membra metu debilia ſunt. Cicer. 3 de Fin. Iam membrorum, id eſt, partium corporis, alia uidentur propter eorum uſum à natura eſſe donata, ut manus, crura, pedes, &c. alia autem nullam ob utilitatem, quaſi ad quendam ornatum, ut cauda pauoni. Virg. 9. Aen. Quò ſequar? aut quæ nunc artus, auulſaq; membra, Et funus lacerum tellus habet? ¶ Membra principalia ſunt, Cor, cerebrum, iecur. Quomodo autem differant membra ab Artubus, uide in dictione Artus. ¶ Sumitur etiam Membrũ pro parte rei inanimatæ. Plin. Epiſtol. 17. lib. 2. Adhæret dor mitorum membrum, tranſitu interlacente. Hoc eſt pars domus quieti corporum dicata. Cicer. 1. de Natura deorum Omnes autem eius partes, atq; omnia membra tam facillimè noſcuntur, quam totæ quæſtiones ſcribendo explicantur. Columella præterea & Apuleius partem domus membrum nominant. Et Vlpian. de manumiſſionibus, Quæri, inquit, poteſt, ſi fabris duobus, uel pictoribus templum uel membrum depictum eſſet. ¶ Membra præterea in Oratione dicuntur partes periodi, quæ Græci *κῶλα* uocant: eæq; rurſus diuiduntur in Inciſa, quæ illi *κόμματα* dicunt. Autor ad Herennium, Membrum, omnis appellatur res breuiter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Cicero in Oratore, Quę Græci *κόμματα*. & *κῶλα* nominant, nos rectè inciſa, & membra dicimus. ¶ Sumitur etiam pro parte, quũ ad inanimata transfertur. ¶ A Membrũ fiunt adiectiua, Bimembris, *δίκωλος*. Trimẽbris, *τρίκωλος*, Quadrimẽbris, *τετράκωλος*, hoc eſt duarũ, triũ, quatuor partiũ.

Membranulum, dimin. à Membris Apul. lib. 6. Verũ cor uinũ aſini craſſum, ſed hirundinis tenue circundedit membranulum, *μεμβράγγιον* Græcè dicitur.

Mĕmbratim, aduerbium. Significat per membra ſingula *κατὰ μέλη*. [Ita. A membro à mẽbro. Gal. Par membres, par pieces, membre à membre. Hiſp. Miembro à miembros. Ger. Von einem glid zů dem anderen, in ſtucks weiſs.] Plin. li. 9. ca. 17. Hi membratim cæſi, cervice & abdomine cõmendantur. Idem lib. 11. ca. 37. Itaq; nunc per ſingulas partes corporis, præter iam dictas, membratim tractetur hiſtoria. Cic. in Partit. Narratio autem accuſatoris erit, quaſi mẽbratim geſti

geſti negotii ſuſpicioſa explicatio. Quint. lib. 9. cap. 4. Vbicunq; acriter erit & inſtanter, pugnaciterq; dicendum, mẽ bratim cæſimq; dicendum.

Mẽmbrāa, æ, ſ. p. Pellis exterior, quæ membra tegit. *δέρμα*, [Ital. Pelle ſottile. Gal. Laye, petite peau. Hiſp. La tela. Ger. Die cũſerſt haut deſs leibs.] quanquam generaliter pro quauis tenuiore pellicula accipiatur, in quacunq; parte animalis ſita. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ primùm oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit & ſepſit. Luer. lib. 4. Membranas mittunt uituli de corpore ſummo. Plin. libro 9. capite 29. Membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. ¶ In ligno quoq; membrana eſt. Plin. lib. 13. de tilia, Inter corticẽ & lignum tenues tunicas multiplici membrana. ¶ Membranæ. *περγαμηνὰι*. [Ital. Bergamina. Gall. Parchemin. Hiſp. Pergamino. Ger. Perment ſo man auſs etlicher thier heũt macht dorauff zũſchreiben.] etiam dicũtur chartæ Pergameneæ, quòd de animalium membris ſint detractæ, in quorum tergoribus primùm ab uno latere ſcribi cœpti, deinde ab utroq;, deraſis pilis. Earum uſus Pergami, regnante Eumene inchoauit: magnamq; earum olim Rex Attalus Romam miſit, ut penuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde Pergamentarum nomen ad hanc uſque diem, tradente ſibi inuicem per manus poſteritate, ſeruatum eſt. Quintilian. lib. 10. cap. 3. Illa quoque minora non ſunt tranſeunda, ſcribi optimè cœtis, in quibus facillima eſt delendi ratio, niſi forte uiſus infirmior membranarum potius uſum exiget. Plin. lib. 7. capite 21. In nuce incluſam Iliada, Homeri carmen in membrana ſcriptum, tradidit. Cic. Mart. lib. 1. Hos eme, quos arctat breuibus membrana tabellis. Horat. de Arte, Membranis intus poſitis delere licebit. Quod non edideris. ¶ Differt autem Charta à Membrana, quòd Mẽbranæ pelliceæ ſunt, & Pergami primùm inuentæ: unde & Pergameneæ ſunt appellatæ. Chartæ autem ex papyro olim in Aegypto fiebant, ut Plinius oſtendit: apud nos decem tonibus certo quodam modo maceratis, & glutino coneretis formantur. Chartam ex papyro in uictoria Magni Alexandri inuentam ſcribit Varro, antea palmarum foliis ſcripitarum fuiſſe, deinde quarundam arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox & priuata linteis, & ſchedis confici cœpta. Ptolemæus autem chartas, Eumenes uerò membranas, quum uterque eorum maximas haberet bibliothecas, inuenerunt: quorũ alter Pergami, alter Aegypti rex fuit. Plinius autem putat chartarum uſum Numæ temporibus fuiſſe, idq; auctoritate Caſſij Heminæ confirmat, qui Cn. Terentium ſcribam, agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem, inueniſſe ait arcã, in qua Numa rex ſitus eſſet, & in ea libros eius è charta ſcriptos. Sed Numam pluribus ætatibus ante Alexandrum fuiſſe conſtat.

Mẽmbrānŭla, diminut. *τὸ ὑμένιον*. [Ital. Pelle ſotile. Galli. Laye, petite peau. Hiſp. La tela. Ger. Ein permentlin.] Cic. ad Attic. lib. 4. Iisq; imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant.

Mẽmbranācĕus, a, um, Quod ſimilitudinem membranæ habet. *ὑμενώδης*. [Ital. Simile à membrana. Gal. Semblable à parchemin. Hiſ. Coſa ſemejante à pergamino. Ger. Dem Pergament gleich.] Plin. li. 16. ca. 31. Quibuſdam cortex mẽbranaceus, ut uiti. Idem lib. 16. cap. 61. Volucrum animal parit ueſpertilio tantùm, cui membrana ceu pinnæ.

Mẽmbrānĕus, a, um, Quod ex membranis eſt. *διφθερικὸς, περγαμηνός*. [Ital. Di bergamina ò membrana. Gal. De parchemin. Hiſp. Coſa de pergamino. Ger. Permentin. auſs perment gemacht.] Vlp. l. librorum appellatione. ff. de Leg. iij. Quòd ſi in codicibus fiat membrancis, uel chartaceis, uel etiam eboreis.

Membrari, Significat membra formari, *ἀρθροῦσθαι*, quo uerbo utitur Cenſorinus, in lib. de Die natali.

Membratura, Eſt membrorum poſitura. *διαμέλωσις*.

Membroſus, a, um, *μελώδης*, Qui magna habet membra.

Memecylos, *μεμήκυλος*, Species eſt arboris. Plin. libr. 15. capite 24. de unedone loquens, Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, Comaron, & Memecylon. Ex quo apparet totidem eſſe genera & apud nos. Vide Dioſcoridem lib. 1.

Mĕmĭni, A Meno antiquo uerbo fit, quo ueteres uſi ſunt pro recordor, & in mentem reuoco: à quo prima ſyllaba geminata, ut præteritum Memini, ſicut à Pungo, Pupugi, *μέμνημαι*. [Ital. Ricordarſi. Gall. Se ſouuenir, auoir memoire. Hiſp. Recordarſe. Ger. Ich bin eingedenck.] Et quinis ſit præteriti temporis, in præſenti tamẽ ferè ſemper accipitur, teſte Valla in Randen. Plaut. Epid. Lunulam, atque anellum aureolum in digito? V. memini mi homo. E. Non meminiſti me in autem ad te afferre natali die? Idem Aſin. In ius uoco te. LE. nõ eo. ME. nõ is? memento. LE. memini. Terent. in And. Factorũ quæ uoles, ſcio eſſe omnia. P. memini. Cic. pro Quin. Memini, uetus eſt, de ſcurra multò facilius diuitem, quàm patremfamilias fieri poſſe. Virg. 2. Aen. Quanquam animus meminiſſe horret, luctuq; refugit, Incipiam. Ouid. 9. Metam. Dum loquor, horror habet: parcq; eſt meminiſſe doloris. ¶ Requirit genitiuum, uel accuſatiuum. Terent. in Eunuch. Facis ut huius loci dicis, meiq; ſemper memineris. Virg. 9. Aeglo.. numeros memini, ſi uerba tenerem. Ouid. Epiſt. 21. - meminerunt omnia amantes. Cic. de Senect. Omnia, quæ curant, ſenes meminerunt. Sed quum ſignificat mentionem facio, recuſat accuſatiuum, poſtulatq; ablatiuum cum præpoſitione DE, uel genitiuum. Quint. lib. 11. capit. 2. De quibus multi meminerunt. Ibidem, Neque omnino huius rei meminit Poeta ipſe. ¶ In priore ſignificatione iungitur tam cũ præterito infinitiui, quàm cum præſenti. Virg. 9. Aeglo. Nanq; ſub Ocbalia memini me turribus altis Coricium uidiſſe ſenem. Idẽ, Cantando puerum memini me condere Soles. Cicero Appio, Ad me adire quoſdam memini. Idem Papyrio libro 4. Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiãt. Quod erit, magnificum ſit & lautum. Memini te mihi Phaniæ cœnam narrare: temperius fiat, cætera eodem modo. Idem Attic. lib. 1. De comitiis meis, & tibi me permiſiſſe memini. Idem pro Roſc. Am. Meminiſti me ita diſtribuiſſe iudicia cauſam. ¶ Huius compoſitum eſt, Commemini, de quo ſuo loco.

Mĕmŏr, huius memoris, pen. cor. gen. omnis, tert. ſecundum Priſcianum, à uerbo Memini, qui rei alicuius recordatur. *μνημονικὸς, μνήμων*. [Ital. Ricordeuole, memore. Gal. Memoratif, qui à memoire. & ſe ſouuient. Hiſp. El que ſe recuerda. Ger. Eingedenck.] Plaut. in Pſeud. Aduerte ergo animum, & fac ſis promiſſi memor. Idem Cap. Nunquid uis? P. uenias tempori. A. memorem mones. Virgil. 4. Aeneid. Et bene apud memores ueteris ſtat gratia facti. Idem 6. Aen. Quiq; ſui memores alios fecere merendo. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. Viue memor quàm ſis æui brevis. ¶ Quum autem de inanimatis rebus dicitur, ſignificat rem cuius nos memores ſumus. Virgil. 1. Aen. Sæua memorem Iunonis ob iram. Horat. lib. 1. Carm. Sine puer furens Impreſſit memorem dente labris notam, hoc eſt tam uehementem, ut non facilè excidat memoria. Ouid. Epiſto. 19. Et uocem memori condidit aure tuam. Idem 4. de Ponto Eleg. 2. Carmina ſola tibi memorem teſtantia curam Non data ſunt quid enim, quæ facis ipſe, darem? ¶ Huius contrarium eſt Immemor, *ἀμνήμων*, cui res aliqua ex memoria excidit. Cicero pro P. Syl. Adeóne immemor rerum à me geſtarum eſſe uideor.

Mĕmŏrĭa, æ, f. p. (ut inquit autor ad Herennium, lib. 1.) Eſt firma animi rerum & uerborum diſpoſitionis percepno. *μνήμη*. [Ital. Memoria, rimembranza. Gal. Memoire. Hiſpa. La potentia de ſe recordar, memoria. Ger. Gedächtnuſs.] Cic. 2. de Inuen. Memoria eſt, per quam animus reperit illa quæ fuerunt. Idem de Clar. Orat. Quorum memoria & recordatio in maximis noſtris grauiſſimiſq; curis iucunda ſanè fuit. Idem ad Plancum li. 10. Epiſt. Nihil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo opportunius accidere uidi. Terentius in Andr. In memoria habeo. *διὰ μνήμης ἔχω*. Vbi Donatus, Plus eſt, quàm ſi diciſſet, Scio. Nam quæ ſcimus, poſſumus obliuiſci: quæ uerò memoriæ commendamus, nunquam amittimus. ¶ Aliquando pro antiquitate ponitur. Pacuuius, Perq; noſtram egregiam humanitatem, quam memoria firmauit. ¶ Nominis huius in oratione uarius eſt uſus. Dicimus enim, inſidet in memoria, Memoriæ affigere, Memoriæ mandare, Memoria cuſtodire, Memoriam alicuius rei ſibi proponere, In memoria eſſe alicui, Memoriam alicuius uſurpare, Memoriæ alicuius dare operam, Memoria tenere, Memoria continere, Memoria complecti, Memoriam alicuius tenere, Memoria meminiſſe, Memoriæ prodere, Memoriam alicuius rei prodere poſteris, Memoriæ tradere: Memoria eſt, pro eo quod eſt, Memini: Memoria cadit uel intercidit, Memoria falli, Memoria repetere. In

memoriam

Digitized by Google

memoriam redigere, In memoriam reuocare, Reducere in memoriam, In memoriam redire, Referre memoriam alicuius, Omni memoria, uel in omni memoria, pro in omni tempore: Superiori memoria, pro superiori tempore: Vsq; ad hanc memoriam, id est usq; ad hoc tempus: Vt mea memoria est, id est quantum possum meminisse, aut reminisci: Memoria mea factum non est illud, id est quantum meminisse possum. Quarum locutionum testimonia passim bonos autores legenti occurrent.

Memoriola, diminutiuum. Cice. ad Attic. libro 12. Sed quod scribis igniculum matutinum γεροντικώτερον, est memoriola uacillare.

Mēmŏrĭter, aduerbium, significat quod imperiti dicunt, Mēte tenus. μνημονικῶς. [Ital. Memorioſamante. Galli. Par memoire, par cœur. Hiſpa. De coro ò de memoria. Germa. Auſswendig.] Cice. de Amicitia, Qu. Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucundè ſolebat. Sic dicimus, Memoriter cognoſcere, Memoriter memorare, Memoriter colligere, Memoriter meminiſſe. Memoriter narrare, Memoriter reſpondere, Memoriter exponere, Memoriter uocare.

Mēmŏrābĭlis, le, o. t. Qui eſt dignus memoria. ἀξιόμνημος, ἀξιόλογος. [Ital. Memorabile. Gal. Memorable, digne de memoire. Hi. Coſa digna de memoria. Ger. Gedächtnuſs wirdig.] Col. in Præfat. li. 1. Quum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces. Cic. de Amicitia. Quum ac cepiſſemus à patribus maximè memorabilem C. Lælii, & Pub. Scipionis familiaritatem fuiſſe. Terent. Heaut. Heus tu, non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile. Virg. 4. Aen. magnum & memorabile numen. Idem 2. Aen. nanq; etſi nullum memorabile nomen, Fœminea in pœna eſt. Cic. 1. de Finib. Si enim ſapiens aliquis miſer eſſe poſſit, nec ego iſtam glorioſam memorabilemq; uirtutem non magno æſtimandam putem.

Mēmŏro, as, pen. cor. a. p. ad memoriam reduco. μνημονεύω. [Ital. Commemorare, ricordare. Gal. Penſer & rememorer, reduire en memoire. Hiſp. Recordar à algo. Ger. Zu gedächtnuſs bringen, widerholen, Item, Erzellen.] Plaut. in Pœn. Memorandum mihi, ſi noui fortè, aut ſi ſunt cognati mihi. ¶ Interdum eſt dicere, narrare, ſeu exponere, recitare. λέγειν, ἐξηγεῖσθαι. Liu. lib. 1. ab Vrb. Hercolemq; in ea loca, Geryone interempto, boues mira ſpecie abegiſſe memorant, id eſt dicunt. Virgil. 1. Aeneid. Muſa mihi cauſas memora, id eſt dic, expone. Plaut. in Trin. Agedum, nomen tuum primùm memora mihi. Idem in Amphit. Ibi nunc meus pater memorat, legiones hoſtium ut fugauerit, hoc eſt commemorat, uel narrat. ¶ Huius compoſita ſunt Commemoro, & Rememoro, quod eſt in memoriam reduco. Legitur & paſſiuum Memoror. Plautus in Amphit. Experiri iſtuc mauellem me, quàm mihi memorarier. Salluſt. Incredibile memoratu eſt, quàm facilè coaluerint.

Mēmŏrātor, oris, uerbale, m. t. Qui memorat. ὁ μνημονευτής. [Ital. Raccontatore. Gal. Raconteur. Hiſpan. Recordador. Ger. Ein erzeller.] Propter. lib. 3. Eleg. 1. Necnon ille tui carus memorator Homerus.

Mēmŏrātus, us uerbale, m. t. Idem quod memoratio. ἀνάμνησις. [Ital. Remembranca. Gal. Memoire. Hiſpa. Obra de recordarſe. Cer. Vnidergedächtnuſs, widerholung.] Gell. lib. 11. capite 4. Eos uerſus non minus frequenti, aſſiduoq; memoratu dignos puto, quàm philoſophorum dii officijs decreta.

Memphites, æ, uel, is, penul. produ. μεμφίτης. Lapis eſt pinguis, uarioq; colore in membris ſecandis uel urendis citra omne periculum ſenſum adimens. De hoc Dioſcorides libro 5.

Menæchmi, μέναιχμοι. Apud Plautũ comœdia, in qua gemini introducuntur eiuſdem nominis, qui indiſcreta ſimilitudine miros aſpicientium errores excitant. In caſtigatioribus exemplaribus legitur Menæhmi ſine c.

Menalumæ, Lege Saxatiles.

Meneps, ἐκφρών. Mente captus.

Menda, æ. f. p. & Mendum, di, n. ſ. Error, uel erratũ. πλάσμα. [Itali. Menda, errore. Gal. Faute. Hiſpa. Tacha, ò manzilla, ò mentira. Ger. Ein fäler oder irrthumb.] Cecinna Ciceroni lib. 6. Fam. Nam quum mendum ſcripturæ litura tollatur. Ouid. lib. 1. de Arte, Nocte latent mendæ, uitioq; ignoſcitur omni. Cic. Arti. li. 2. Caſtritianum mendum nos corrigemus, &c. Idem 4. Ver. Quod mendum iſta litura correxit. Oui. 1. Amor. Elegia 7. In toto nuſquam corpore menda fuit. ¶ Hinc etiam fit uerbum Emendo, as, quod eſt quaſi mendas tollo. Remendo pro eo quod eſt rurſus mendam tollo, Latinum non eſt: quanuis id quoq; recenſuerit Cælius inter deriuata à nomine mendum, deceptus corrupto loco Columellæ, quem ſic citat ex li. 3. cap. 17. Quidam flagellum totum, ſicut erat matri detractum, crediderunt ſationi conuenire, idq; per gemmas quinas, uel etiam per ſenas partiti, complures tale oleaſter remendauerũt: quod ego minimè probo. Quæ in loco caſtigatiora exemplaria ſic habent, Taleolas terræ mandauerunt.

Mendōſus, a, ũ, Quod eſt erroribus plenũ. πλημμελής. [Ita. Pien d' errori, ſcorretto. Gal. Incorrect, plein de fautes. Hiſ. Coſa llena de mentiras ỳ erradas. Cer. Voll fäler.] ut, Exemplar mendoſum, apud Pli. in Epiſt. Cic. 4. Verr. Cur ſeruus ſocietatis, qui tabulas confecerit, ſemper in Verrutij nomine certo ex loco mendoſus eſſet? Idem 2. de Oratore Deinde ſingulorum generum partes, in quo & deeſſe aliquam partem, & ſuperare mendoſum eſt. Idem de Clar. Orat. Quanquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarũ eſt facta mendoſior. ¶ Ponitur quandoq; pro uitioſo. Oui. 2. Amor. Non ego mendoſos auſim defendere mores. Horat. in Serm. Mendoſa eſt natura.

Mēdosè, id eſt incorrectè, inemēdatè. πλημμελῶς, ψευδῶς. [Ita. Scorrettamente, con molti falli. Gal. Auec beaucoup de fautes. Hiſp: Mentiroſamente, enomuchas erradas. Ger. Falſchlich, vnfleiſſiglich mit vil fäler.] Ci. ad Qu. frat. li. 3. De Latinis nerò quo me uertã neſcio, ita mendosè & ſcribuntur, & uocuent. Idem 1. de Inuen. Neq; eo dico, quòd eius ars, quam edidit, mihi mendoſiſſimè ſcripta uideatur, &c. Perſius Sat. 5. mendosè colligis, inquit

Stoicus, hic autem mordaci lotus aceto.

Mēndācium, cii, n. ſ. Eſt orationis uanitas. ψεῦδος. [Ita Bugia menzogna. Galli. Menſonge, menterie. Hiſp. Mentira. Germa. Ein lug.] Ouid. Epiſt. 21, Nec uos decipiant blandæ mendacia linguæ. Cice. pro Cluent. Homo qui eſſet totus ex fraude & medacio compoſitus. Idem pro Muræna, Improbi hominis eſt mendacio fallere. Magnum & impudens mendacium, Idem pro Cluent. Dicere mendacium, & Mentiri, quomodo differant, uide in uerbo Mentior, iris.

Mēndācĭūncŭlum, li, diminutiuum, n. ſ. Paruum mēdacium. τὸ μικρὸν καὶ ἐυτελὲς ψευδολόγημα. [Ital. Bugietta. Galli. Petite menſonge, petite menterie. Hiſp. Pequenna mentira. Ger. Ein kleiner lug.] Cice. lib. 2. de Orat. Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum.

Mendāx, cis, om. t. Vanus, futilis, qui frequenter dicit mendacium. λογοποιὸς, ψεύστης. [Itali. Mendace, bugiardo. Galli. Menteur. Hiſpa. Mentiroſo. Ger. Lugenhafftig.] Cice. pro Roſc. Com. Quid intereſt inter periurum & mendacem? qui mentiri ſolet, peierare conſuenit. Idem 2. de Diu. Mendaci homini ne uerum quidem credere ſolemus. Virgili. 8. Aen. Raptabatq; uiri mendacis uiſcera Tullus Per ſyluam, & ſparſi rorabant ſanguine uepres. Splendide mendax, Horat. Carm. Ode 11. Fui mendax mihi, hoc eſt falſa mihi perſuaſi, Ouid. Epiſt. 2. ¶ Et genitiuo iungitur: ut Mendax huius rei eſt: id eſt de hac re mentitur. Plaut. in Aſin. Si huius rei eſſe mendacem inueneris. ¶ A mendax fit comparatiuum Mendacior, ſuperlatiuum Mēdaciſſimus, & Aduerbium Mendaciter, ψευδῶς.

Mēndācĭlŏquus, penul. corr. m. ſ. Qui loquitur mendacium. ψευδολόγος. [Ital. Che dice bugie, bugiardo. Gal. Menteur, qui dit menſonges. Hiſp. El qua habla mentiras, mentiroſo. Ger. Ein lügner, lugefager oder lugemaul.] Plaut. in Trin. Nihil eſt profectò ſtultius, neq; ſtolidius, neq; mendaciloquius, neq; argutum magis.

Mendĭcŭla, pen. cor. f. p. πτωχικὴ στολή. Veſtis: à Mendice dicta, quod magiſtratus nomẽ erat apud Oſcos, ut ait Feſtus. Plaut. Epid. Quid erat indutæ an regillam induculam, an mediculam.

Mendicum, (inquit Feſtus) dici putant uelum quod in pro ra ponitur.

Mendĭcus, penul. prod. m. ſ. Qui niſi cum oſtiatim quæritat, πτωχὸς, πρωκάτης. [Ita. Mendico, pittocco. Gal. Mendiant, qui de mande l'auſmoſne. Hiſp. Mendigo, el que pide mendigando. Ger. Ein battler.] Et, ut refert Feſtus, Verrius

dictum putat à mente, quòd mentem eius fefellerit fortuna: uel à medēdo, quòd precetur ut omnes uitæ suæ medeā tur cibo: uel quòd manu indicet. Plaut. in Trin. Semper mendici molesti sunt. Idem Persa. Cum hac dote poteras uel mendico nubere. Cice. 5. Tuscul. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quamuis sit sapiens. Ponitur aliquando adiectiuè pro misero, & inope: unde apud Ciceronem pro Murena legimus superlatiuum Mendicissimus, pro miserrimo, pauperrimoq. Solos (inquit) sapientes, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites. ¶ Interdum accipitur pro infirmo & imbecillo. Cic. 1. de Oratore, Instrumentum artem hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex uulgi opinionibus, exiguū sanè ac mendicum est. hoc est infirmum & inualidum, quodq; mendici in morem alienum postulet auxilium.

Mendicolus, diminutiuum. ὁ πτωχίσκος. [Itali. Mendico picciolo. Gal. Gelistreau. cagnardeau. Hisp. Medigo pequeño. Ger. Ein bättlerlin.] Cic. in Cat. Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, &c.

Mēndico, as, pen. prod. a. p. Vitæ alimenta postulo ostiarim, προσαιτέω, πτωχεύω. [Ital. Mendicare. Gal. Mandier, demander l'asmosne. Hisp. Mendigar Germa. Bättlen, heüschen.] Iuuen. Satyr. 6. Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem. Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plaut. in Amph. Quia senecta ætate à me mēdicas malum.

Mēndicans, pen. prod. participiū. πτωχεύων, προσαιτέων. [Ital. Mendicante. Gal. Mendiant. Hisp. Mendigo. Germa. Bättlend.] Plau. Cap. decere uideatur magis Me seruum seruire apud te, sumptu & uestitu tuo, Quàm illic, ubi minimè honestum est, mēdicantem uiuere.

Mendicatus, pe. prod. Aliud participium; ut, Cibo medicato pasci. Ouid. 6. Trist.

Mēndicitas. Et Inopia. πτωχεία. [Ital. Pitoccheria, mendicatione. Galli. Mendicité, poureté iusques à mendier d'huis en huis, Hisp. Mendiguez. Germa. Bättelwerck, bättlerey, Grosse armut vnnd mangel.] Cicero pro Flac. Potuit dare Sextilius: nam fratres quidem consortes sunt mēdicitatis. Plaut. Rud. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua, Dum tuis auscultо magnidicis mendacijs. Cic. 5. de Fini. Quum mendicitatem multi perpetiantur, ut uināt, Idem in Cati. Vt omnes animi cruciatus, & corporis egestas, & mendicitas consequatur.

Mendiciter. Idem quod miserè, & tenuiter. πτωχῶς.

Mendicimonium, Idem est quod inopia. πτωχεία. qua uoce usus est uerborum insignis innouator Laberius, ut refert Nonius.

Mēndicābŭlum, n. ſ Mendicatio ipsa, siue ipse mendicus. πτωχία. [Ital. Pittoccheria, mendicatione. Gal. Mendicité. Hisp. Mendiguez. Ger. Ein abbättlung oder ein bättler.] Plaut. in Aulo. Nam istos reges memorare nolo, hominum mendicabula.

Mendum, Vide Menda.

Menelaetus, μενέλαιτος. Auis ex aquilarum genere, minima magnitudine, uiribus præcipua, colore nigricans, quæ sola fœtus suos alit, frequensq; uersatur in montibus. Vide Plin. lib. 10. cap. 3.

Mēniana, Aedificia quædam dicta sunt, à Menio inuentore, qui primus excogitauit hoc structuræ genus, ut tignis extra columnam proiectis, tabulisq; superpositis, ampliataq; columnæ summitate, plurib. in una colūna spectatoribus locus fieret. Vulgò nunc Podioli, & Lobiæ dicuntur. Scribit Porphyrio, Menium scurrilitate notissimum, post abrosum patrimonium uendidisse domum quam habuerat ad forum spectantem, una sibi recepta columna, unde gladiatores spectaret, quæ ex eo Menij columna nominabatur. Super columna (ut nonnulli tradiderunt) Menius, testū proiecit & tabulata: unde & ipse & posteri eius spectare munus gladiatorium possent. Vnde factum putatur, ut omnia id genus ædificia Meniana uocarentur. Suet. in Calig. Pauci è proximis menianis spectabant.

Menianthes, Trifolium apud Dioſc. lib. 3. cap. 122.

Mēninges, f. t. μήνιγγες, Membranæ duæ sunt, cerebrum circunquaq; contegentes, quarum exterior, quæ aduersus cranij impressiones cerebri uelut propugnaculum est & tegumentum, Crassa siue Dura meninx appellatur: & uulgò Dura mater. Hæc craduin intus succingit, inter se & alteram meningem tantū relinquens spatij, quantum cerebri pulsibus satis est. Est autem hæc cribri ritu perforata, duplicaturaq;, ut cōmodius uenas muniat, quas in se habet ad summum capitis uerticem ascendentes. Altera cerebro penitus coniuncta est, quæ quòd tenuissimæ illi membranæ (quam in fœtu χώριον, id est secundas uocant) persimilis sit, χοριοειδὴς appellatur: Vulgò Pia mater.

Menoles, uide Mænoles cum diphthongo.

Mennonia, Gemma, de qua nisi quòd candida est, nihil aliud commemoratur.

Mēns, huius mentis, fœm. gen. tert. νόος. [Ita. Mente, penſiero, memoria. Gal. Entendement, penſee, eſpreit, memoire. Hiſpa Entendimiento, ò memoria. Ger. Der verſtand, Vernunfft, das gmüt.] Est princeps animæ facultas, quæ & intelligentia à quibusdam uocatur: qua solus homo præditus, cæteris antecellit animantibus: quaq; res incorporeas & ab omni materia abstractas contemplatur. Hinc fit, ut mentem pleriq; dictam existimem, quasi eminentem, siue quòd inter omnes animæ facultates maximè eminet, siue quòd per eam inter animalia plurimū eminemus. Ouid. 15. Met. Mente deos adijt, & quod natura negabat Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit Cic. de Sen. Homini sine natura, siue Deus, nihil mente præstantius dedit Idem pro Rabirio, Itaq; cùm multis alijs de causis uirorum bonorū mentes diuinæ mihi atq; æternæ uidentur esse, tum maximè, quòd optimi & sapientissimi cuiusq; animus ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare uideatur. Idem 1. Offic. Hominis autem mens discēdo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, uidendiq; & audiendi delectatione ducitur. Lactan. li 7. Primùm non idem est mēs, & anima. Aliud est enim, quo uiuimus: aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima sopitur: & in furiosis mens extinguitur, anima manet, Et ideo qui mentis compotes non sunt, non excordes, sed dementes appellantur. Mens ergo (id est intelligentia) uel augetur, uel minuitur pro ætate, anima in statu suo semper est. Et ex quo tempore spirandi accepit facultatem, eodem usq; ad ultimum durat, donec emissa corporis claustro, ad suam sedem reuolet. Thales Milesius, Velocissimum (inquit) omnium quæ sunt, est mens: nam tantæ celeritatis est, ut uno temporis puncto cælum omne collustret, maria peruolet, terras & orbes peragret. ¶ Qui uerò Animum & Mentem idem esse dicunt, falluntur: quum mens sit cogitationis, consilijq; subtilitas quæ certæ rationi consentanea. Ideo Amentes & Dementes dicuntur, qui nullo consilio utuntur. Animus uerò est uitæ, & uoluntatis fundamentum. Plautus in Cistel. Exanimor, differo, distrahor, diripior, ita Nullam mentem animi habeo. Idem in Epid. Pauor terrirat mentem animi, neque est ubi meas collocem spes. Ex quibus Plauti testimonijs clarissimè ostenditur, Mentem esse rem diuersam ab Animo. Alioqui enim Plautus ineptè dixisset, mentem animi. Similiter etiam Terentius in Andr. Animum & Mentem res diuersas facit. Mala (inquit) mens, malus animus. ¶ Ponitur quandoque pro uoluntate, sententia, siue (ut uulgus loquitur) intentione. Virgilius 1. Aeneid. - in primis regina quietum Accipit in Teucros animum mentemq; benignam. Cice. libro 4. Tuscu. Quæst. Humanus autem animus, qui decerptus est ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo (si hoc est fas dictu) comparari potest. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata, ut nec necetur erroribus, sit perfecta mens id est absoluta ratio, quod est idē quod uirtus. ¶ Ponitur quandoq; Mens pro consilio, γνώμη. Virg. 2. Aeneid. Nostrum nunc accipe mentem. ¶ Quandoq; pro animo. Cic. 1. de Ora. Ego autem defendebam hac eum mente fuisse, &c. ¶ Suæ mentis esse dicuntur, qui sibi rectè prospiciunt, & bonam mentem habent. Cicero in Pisonem, Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, &c. ¶ Deponere mentem mentorum; in gremijs mimarum dixit Cicero in Antonium Philip. 3. ¶ Huius composita sunt Amens, Demēs, Vehemens. ¶ Mente captus, pro amente accipitur. ἄνους, παράφρων. quemadmodum Oculis captus pro cæco. Festus, Mente captus dicitur, quum mens ex hominum potestate abiit.

Mentio, onis, f. p. à supino Mentum, Quod à meno uerbo antiquo deducitur teste Valla lib. 3. ἀπομνημόνευσις. [Itali. Mentione, memoria. Gal. Mention, memoire. Hiſpa. Mencion ò memoria. Ger. Erdenckung, gedencknung.] Mentionē facere

facere alicuius, eſt commemorare. Terent. in Eunu. Siquan do illa mentionem Phædriæ facit, &c. Cice. ad Sulpitium lib. 11. Hominem eſſe neminem, qui unquam mentionem tui ſine tua ſumma laude fecit. ¶ Dicimus etiam Mentionem facere de aliquo. Mentionem habere alicuius, Incidere in mentionem alicuius, Intermittere mentionem alicuius. Plin. lib. 2. cap. 8. In mentione terræ dicetur, id eſt dum terræ faciemus mentionem.

Mentior, iris, d. q. Contra id quod in mente eſt, loquor. *ψεύδομαι, ψευδολογέω.* [Ital. Mentire, dir bugie. Gall. Mentir, feindre. Hiſpani. Mentir. Ger. Liegen.] Plaut. in Amph. -uerbero, mentiris nunc: At iam faciam ut uerum dicas dicere. Terentius in Heaut. Non eſt mentiri meum. Id eſt non conſueui mentiri. Qui enim mentitur, non ipſe fallitur, ſed alterum fallere conatur in eius detrimentum. Qui uero mendacium dicit, tum etiam fallitur, quum credit ſe uerum dicere. Vnde Nigidius, apud Gellium. Vir bonus præſtare debet ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. ¶ Aliquando tamen Mentiri, eſt per imprudentiam falſum dicere, ſicut & Mendacium dicere. Cice. lib. 4. Tuſc. Nunc ad Philoſophos ueniam, qui negant amorem ſtuprũ eſſe, atq; in eo litigant cum Epicuro non multum mentiẽtes. Priſcianus nullo hoc uerbum eſſe commune. ¶ Interdũ eſt fingere, ſimulare, & uelle uideri id quod non eſt: ut quũ dicimus Mentiri ſexum, Mentiri colorem fuco. Martialis libro primo, Mentitur{q;} uirum prodigioſa Venus. Colum. in præfa. lib. 1. Attonitiq; miramur æſtus effœminatorum, quòd à natura ſexum uiris denegatum muliebri motu mẽtiantur, decipiant{q;} oculos ſpectantium. Quintil. libro 2. capi. 15. Et mangonum, qui colorem fuco, & uerum robur inani ſagina mentiũtur. ¶ Et dicimus Mentiri aliquẽ, Mẽtiri in aliquem, Mentiri alicui, & Mentiri de aliquo: teſtimonia paſſim eſt inuenire. ¶ Huius compoſitum eſt emen tior quod eſt apertè, ſeu publicè oſtendo quod non eſt. *καθυπουργίσομαι.*

Mẽnſa, æ, ſ. p. Ad quam accumbimus cibum ſumpturi: dicta, (inquit) Varro, quaſi meſa, quòd inter duos poneretur. *τράπεζα.* [Italicè, Menſa, tauola. Gal. Table. Hiſpan. Meſa en que comemos. Germani. Ein Tiſch.] Virgil. 1. Aene. Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt Pocula. Duo autem fuerunt apud Romanos pretioſiſſima menſarum genera, Citrea ſcilicet, & Acerna: de quibus apud Martia. lib. 14. Epigrammata duo. Ouid. 12. Met. Hunc pede con nulſo menſæ Pellæus acernæ Strauit humi Belatas, deiecto in pectora mento Ad Vmbras. Cice. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimã menſam citream à Lutadio atruliſti. Horatius 1. Sermo. Satyr. 3. - modò ſit mihi menſa tripes, & Concha ſalis puri, & toga, quæ defendere frigus, Quamuis craſſa, & queat. &c. ¶ Quandoque ponitur pro prandio, uel cœna. Iuuenal. Satyr. prima quum de tot præclaris orbibus, & tam Antiquis uno comedunt patrimonia menſa. Vnde & Primæ, & Secundæ menſæ, id eſt primi & ſecundi cibi: uulgus Introitum & Exitum menſæ appellat. Ouid. de Nuce, Poma cadũt menſis non interdicta ſecundis. Cice. ad Attic. lib. 14. Secundam menſam, dixit in numero ſingulari. Hæc (inquit) ad te ſcripſi, appoſita ſecunda menſa. ¶ Accipitur etiam Menſa pro abaco nomulariorum, quemadmodum apud Græcos *τράπεζα*: unde & ipſi numularij à Cicerone Menſarij uocantur, quos Græci uocãt *τραπεζίτας*. Cice. in Piſo. Quid? ſtipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus, menſis paſſim propoſitis, eſſe numeratum? ¶ Ponitur quandoq; pro diſco, ſiue quadra, qua utimur in menſa ad epulas in froſtula conſcindendas. Fieri ſolet frequentius ex ligno, aut ſtanno, olim etiam ex pane. Virgili. 7. Aeneid. Acciſis coget dapibus conſumere menſas. ¶ De menſa mittere, id eſt de iis quæ appoſita erãt menſæ. Cic. ad Att. li. 5. Diſcubuimus omnes præter illam: cui tamen Qu. de menſa miſit, illa reiecit. ¶ Antiqui menſam uaſorum quadratam habuerunt, uocauerunt{q;} Vrnarium: de quo uide Varronem. ¶ Fuit & menſa uinaria rotunda, nomine Celebantum, *κατὰ τὸν πύλεμον*: ſic enim Græci calicem uocant. Altera erat quadrata una columella ſubnixa, Cartibulum uocabatur. Autor eſt idem Varro de Lingua Latina lib. 4.

Menſa etiam dicitur, oſſis ſcapulæ lata pars.

Mẽnſũla, æ, diminutiuum. ſ. p. *τραπέζιον.* [Ital. Picciola tauola. Gal. Petite table. Hiſp. Pequenna meſa. Ger. Ein Tiſchlin.] Plaut. in Moſtell. Credo aquam manibus, puer, appone hic menſulam.

Mẽnſãrius, rij, m. ſ. Qui & argentarius à Latinis, à Græcis *τραπεζίτης, ἢ πολλαχῶς* dicitur. [Ital. Cambiere, branchiere. Gal. Banquier, caiſſier, changeur. Hiſp. Banquero ò cãbiador. Germa. Ein mechsler.] Liu. libro 7. ab Vrbe, Solutionem æris alieni in publicam curam uerterunt: quinq; uiris creatis, quos Menſarios à diſpenſatione pecuniæ appellarunt. Cic. pro Flac. Cũ ciuitate mihi res eſt acerrima, & conſcientiſſima literarum, in qua nummos mouere nullos poteſt ſine quinq; Prætoribus, tribus Quæſtoribus, quatuor menſarijs, qui apud illos à populo creantur.

Menſularii, lidem qui menſarii, & argentarii dicuntur. *τραπεζῖται.* Vtitur hac uoce Vlp. l. Si uentri. ff. de priuil. cred.

Menſio, onis, Vide Mentior.

Mẽnſis, is, m. t. A Metior deducitur, quaſi res numero dierum menſa. *μὴν.* [Ital. Meſe. Gall. Dois. Hiſp. El mes. Ger. Ein Monat.] Cice. libro 2. de Natur. deorum. Qui quia menſa ſpatia conficiunt. Menſes nominantur. Macrobius à Græco *μὴν*, id eſt à Luna trahit: nam Lunæ curriculo menſis conficitur. Terent. in Adelph. Commeſſa grauida facta eſt: menſis hic decimus eſt. Horat. 2. Epiſt. 1. Qui uel menſe breui, uel toto eſt iunior anno. Stat. 3. Syl. Quisquis ſuper ipſe laborem Annus & anguſto bifidi limite menſes. Virgi. 3. Georg. Sæpe diem, noctemq; & totum ex ordine menſem Paſcitur. Terent. in Adelph. Hæc dum dubitas, menſes abierunt decem. Virgilius tertia Aeglog. Et incipient magni procedere menſes. ¶ Menſes in plurali, ſunt mulierum mẽſtrua. Plin. lib. 11. cap. 15. Ciet menſes è uino potus. Idem lib. 21. capite 12. Prodeſt & orthopnoicis & arthelationi mulierum V. menſib. retardatis. ¶ Hinc Trimeſtris, *τρίμηνος*, trium menſium Auguſ. libro decimotertio de Ciuit. Arcades, quorum anni trimeſtres fuerunt. ¶ Bimeſtris, duorũ menſium.

Mẽnſtrãus, a, ũ, Quod eſt unius menſis. *μηνιαῖος, ἐπιμήνιος.* [Itali. Di un meſe. Galli. D'un mois, ou qui uient de mois. Hiſp. Coſa que dura un mes. Ger. Das eines Monats iſt.] Cice. 1. de Nat. deorum. Huius hanc luſtrationem eiuſdem incenſa radijs menſtruo ſpatio luna complet. Lucan. libro 1. Menſtruus in Faſtos diſtinguit ſecula Conſul. Varro de Re ruſt. libro 1. capite 27. Et quando tempora duorum generum ſunt, unum annale, quod Sol circuito ſuo finit: alterum menſtruũ, quod Luna circumiens comprehendit, &c. Cic. pro Roſc. Com. Quid eſt, quòd negligenter ſcribamus aduerſaria? quid eſt, quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa? quia hæc ſunt menſtrua, illæ æternæ. ¶ Menſtrua cibaria, apud Cic. 5. Verr. quæ ſunt unius menſis. Sic Opus menſtruũ, Menſtrua uita. ¶ Menſtruum etiã ponitur aliquando pro alimento in ſingulos menſes legato: ut Annuum, quod in ſingulos annos. Vlpian. in l. Qui ponis. ff. de ceſſ. bon. Siquid miſericordiæ cauſa fuerit relictum, puta menſtruum, uel annuum, alimentorum nomine.

Mẽnſtrũa, orum, ſubſtantiuũ, pluralis numeri. ge. neut. Mulierum profluuium eſt, & purgatio frigidi & indigeſti humoris, quem natura quaſi noxium expellit, *τὰ καταμήνια, τὰ ἐμμηνα* [Ital. Fluſſo di ſangue che patiſcono le dõne ogni meſe. Gal. Le flux de ſang qui uient és femmes tous les mois, leur male ſepmaine. Hiſpa. La Purgacion de la muger. Ger. Die viermũchige kranckheit der weyberen.] Dicta ſunt autem Menſtrua, quòd unoquoq; menſe mulieribus, quæ eius ætatis ſunt, ut poſſint concipere, ſoleant accidere: unde etiam Menſes appellamus. Menſtrui uirus deſcribit Plinius libro 7. capi. decimoquinto his uerbis, Sed nihil facilè reperitur mulierum profluuio magis monſtrificum: aceſcunt ſuperuentu muſta, ſterileſcunt tactæ fruges, moriuntur inſita, exurantur hortorum germina, & fructus arborum quibus inſidere, decidunt: ſpeculorum fulgor ipſo aſpectu hebetatur, acies ferri præſtringitur, eboris{q;} nitor: aluei apum emoriuntur, æs etiam atq; ferrum rubigo protinus corripit, odori{q;} durus æra. Et in rabiem aguntur, guſtato eo canes, atq; inſanabili ueneno morſus infigitur.

Mẽnſtruãlis, le, om. t. Quod ſingulis menſibus fit. *μηνιαῖος.* [Ital. Coſa che ſi fa ogni meſe. Galli. D'un mois, qui ſe fait par chacun mois. Hiſ. Coſa que ſe haze cada mes. Ger. Das alle Monat beſchicht.] Plaut. in Capt. Qui ſolebã menſtruales epulas antè adipiſcier. ¶ Menſtualis mulier, quæ mẽſtrua patitur, quæ mulieribus ſingulis menſibus accidere ſolent

ſolent. ἡ τὰ ἐμμηνα ἰχνεα. Plin. lib. 19. cap. 10. Omnia nerò acceſſu mulieris menſtrualis flaueſcunt. Idem lib. 7. ca. 15. Solum autem animal menſtruale mulier eſt.

Menſtruatus, a, um, quod menſtruum patitur. Vnde dicimus menſtruatam mulierem, τὴν ἐν ἀφίδρῳ ὕδατι, τὴν ἐν καθαρσίοις καθημένην, τὴν τὰ ἐμμηνα ἰχθυαν.

Menſurnus, a, um, μήνιος, à menſe: ſicut diurnus à die. Cic. ad Heren. Pars quædã æternitatis, cum alicuius annui, mẽſurni, diurni, nocturnúe ſpacij certa ſignificatione. Verùm ibi legimus nunc menſtrui, non menſurni.

Menſura, Vide Metior.

Menta, mentæ, fœm. prim. dec. χωλή, genitale membrũ, cuius diminutiuum eſt Mentula, à quo mentulatus, χωλάς, ut in Priap. Deus Priapo mentulatior non eſt. Dicitur & Membrum per excellentiam, quoniã ipſum generat. Vocatur præterea Muto. Horat. libro tertio Serm. Huic ſi mutonis uerbis mala tanta uidendi Diceret hæc animus. Hinc mutoniatus ἰνοχλεῖν, ut illud: Dormis cum pueris mutoniatis. Et apud ueteres Mutunus quoq; & Tutunus dicitur Priapus, qui membris deus, membrum quoq; ſignificat Lactant. libro primo, Et Tutunus, In cuius ſinu pudendo nubentes præſident, ut illarum podicitiam prior delibaſſe uideatur. Appellatur & Verſa, χωλάς, ab inuerſa pellicula.

Mentagra, æ, f. p. Morbus dictus à Mento, à quo incipit, & faciem quidem, collum, & pectus, manuſq; fœdo quodam furfure occupat. λειχήν. [Ita. Infermità che uienne al mẽto. Gal. Gala dartre. Hiſp. La bube è empeyne dela barua. Ger. Ein böſe raud ſo an dẽ kyne anfacht vnnd weit vmb ſich friſſt.] Vide Plinium lib. 20. cap. 1. & ea quæ annotauimus in dictione Lichen.

Mente captus, Vide Mens.

Mentha, æ, f. p, ἡδυοσμὶς. [Ital. Menta herba. Gal. Herbe appelée méthe. Hiſ. La yerua buena. Ger. Münтz, ein kraut.] Herba uulgò nota, etiam hodie apud nos nomen retinens: ita dicta à Græca dictione μίνθα. Sic enim olim hæc herba à Græcis nocabatur à nomine Minthes Cocyti filiæ, quam Proſerpina cum Plutone deprehenſam in hanc herbam commutauit: quæ poſtea, commutato nomine, propter odoris ſuauitatem dicta eſt ἡδυοσμὶς. Plin. libro 19. capi. 8. ¶ Menthæ nomen ſuauitas odoris (hoc enim ſignificat Hedyoſmos) apud Græcos mutauit: quum alioqui Mintha uocaretur: unde ueteres noſtri nomen declinauerunt.

Mẽthaſtrum, n. ſ. Sylueſtre olus dictum, quòd mentham imitetur, quaſi ſylueſtris mentha. ἡδυοσμὶς ἄγριος. [Itali. Menta ſalnatica. Gal. Du pouliot ou de la mente ſauuage. Hiſp. El maſtranto. Ger. Vuilde münтz.] Plin. lib. 20. ca. 4. Dioſcorides lib. 3. cap 40.

Mentigo, inis, pen. prod. Genus morbi, quod pecudes inuadere ſolet λειχήν. Col. lib. 7. cap. 5. Eſt autem Mentigo, quã paſtores Oſtiginem uocant, mortifera lactantibus. Ea plerunq; fit: ſi per imprudentiam paſtoris emiſſi agni, uel etiã hœdi, roſcidas herbas depauerint, quod minimè committi oportet: ſed quum id factum eſt, uelut ignis ſacer, os, atq; labra fœdis ulceribus obſidet.

Mentior, iris, Vide Meor.

Mentula, uide ſuprà Menta.

Mẽtum, ti, n. ſ. ab eminendo: à gula enim eminet. γένειον. [Ital. Mento Gal. Le menton. Hiſp. La barba de hombre ò muger. Ger. Das kyne.] Et quanuis Plin. lib. 11. ca. 37. dicat mentum nulli præter hominem eſſe, Plautus tamen in Menæch. porcis etiam menta tribuit: Glandonicam (inquit) ſuillam, lardum, pernam, Itidem autem ſyncipue, aut mẽta porcina. Item Virg. 3. Georg. de boue, Et crurum tenus à mento palearia pendet. Cice. Tuſcula. Mento ſummam aquam attingens ſiti eneſtus Tantales. Vir. 1. Georg. Nec minus interea barbas, incanaq; menta Cinyphij tondẽt hirci, ſeraq; comantes Vſum in caſtrorum, & miſeris uelamina nautis.

Menus, lege Mœnus.

Mẽo, as, n. p. Vado, ultrò citrò; eo. πορεύομαι. [Ita. Andare. Gal. Aller à trauers, paſſer. Hiſpa. Andar, ir. Ger. Gehen.] Plini. libr. 9. cap. 12. de accipenſere, Vnus omnium ſquamis ad os uerſis, contra aquam nando meat. Idem lib. 6. cap. 14. Interruptis anguſto tranſitu ingis, ita ut uix ſingula meent plauſtra. Anima means in membra diuerſa, Lucan. libro 1. Mobilitas meandi per magnum inane. Lucret. lib. 2. ¶ Eſt item Meare, fluere, manare. ῥεῖν. Vnde Meatus, quos Græci πόρους uocant. Plin. lib. 20. cap. 22. Succus malæ decoctæ, poros, hoc meatus ſuaues facit. ¶ Huius compoſita ſunt, Commeo, Immeo, Permeo, Remeo, & Tranſmeo, de quibus ſuis locis.

Mẽatus, m. q. ἡ πορεία, ὁ πόρος, ἡ βάσις. [Itali. Corſo, paſſaggio. Gal. Cours, paſſage. Hiſp. Corrida, paſſamiento. Germ. Ein gang oder bewegung.] Plin. lib. 10. cap. 18. ponitur pro itione, ſiue pro incedendi, aut uolandi ratione. Aues ſolæ (inquit) uario meatu feruntur & in terra, & in aere. Item libro 2. capite 8. Meatus ſyderum, hoc eſt curſus & motus aſtrorum.

Mẽabilis, & hoc bile, adiectiuum. ὁ, ἡ βατὸς, πορευτός. [Itali. Chi paſſa facilmento per tutto. Galli. Qui paſſe facilement & ua par tout. Hiſp. Coſa paſſadera por lugar. Germ. Gãng, durchtringig.] Pli. lib. 2. cap. 8. Vitalem hunc & per cuncta rerum meabilem, aerem, id eſt qui facilè per omnia meat, & fluit.

Mẽum, μῶυ Dioſcoridi, Herba eſt folia habens anſo non diſſimilia, quam Plinius libro 20. capite 23. Meu appellat.

Mẽphitis, huius mephitis, pen. prod. f. t. Terræ putor, ex is quis maximè ſulphuratis, atq; corruptis proueniens. ἀτμὸς ἀποφορά. [Ital. Puzza di terra ſolforata. Gal. Vne puanteur de terre & eau enſoulfrees. Hiſpan. Hedor dela piedra, tierra y agua ſuffre. Ger. Ein ſtarcker geſtanck ſo von dem erdtrich oder geſchwäfelte waſſerẽ herauß dempft.] Eſt & in nemoribus grauior ex denſitate ſyluarum, Virgil. libro 7. nemorum, quæ maxima ſacro Fonte ſonat, ſæuamque exhalat opaca mephitim. ¶ Alij Mephitim Deum eſſe uolũt, Leucotheæ connexum: ſicut eſt Veneri Adonis, Dianæ Virbius. ¶ Alij Iunonem intelligunt, quam aerem eſſe conſtat. Omnis autem putor, nonniſi ex corruptione aeris naſcitur, ſicut bonus odor de aere incorrupto: ut ſit Mephitis, dea odoris grauiſſimi, id eſt grauiolentiæ. Hæc Seruius in locum Virgilij iam citatum.

Mephiticus, a, um, Apud Sidonium Appollinarem pro fœta lento. μυδαλέος.

Mẽracus, a, um, penult. prod. ut ſtatim docebimus, Idem eſt quod merum, hoc eſt ſolum & purum ἄκρατος. [Itali & Hiſp. Puro. Gal. Pur. Ger. Lauter oder vnvermẽgt.] Plin. li. 23. capite 1. Meracis potionibus per uiginti dies ante Canis ortum, toridemq; poſtea ſuadet Heliodus uti. Vnde Vinum meracum dicitur, quod nihil habet aquæ admiſtum Hora. 2. Epiſt. 2. Expulit helleboro bilem, morboſq; meraco. Propertius, Ah pereat quicunq; meracas repperit uuas, Corruptiq; bonas nectare primus aquas. Calepinus putauit, huius dictionis penultimam ſyllabam corripi, adducens hõc uerſiculum ex Priapeijs, Conſtitui meracas, edidicit; uuas. Sed quoniam hic uerſiculus neq; certi eſt autoris, neq; mendæ ſuſpicione caret, tanti apud nos eſſe non debet, ut receptiſſimorum poetarum teſtimoniis, quæ iam addximus debeat præferri.

Meracus diminutiuum. ἀκρατότερος, πάνυ ὑγρός. Plin. li. 20. ca. 19. Opium ex uino meraculo, ſi protinus detur, feceptionum ictibus reſiſtit.

Meracior, comparatiuum, & Meraciſſimus ſuperlatiuum. Vnde Meracius bibere dicuntur il quæ minus aquæ, uino miſcent, ἀκρατότερον, ἀκρατέτερον, ὑρότερον: ſicut e contrariò Dilutius, qui plus aquæ adhibent. Celſus præcipit hyeme meracius bibendum eſſe, æſtate dilutius. Cice. 3. de Nat. deo. Vt ſi medicus ſciat, eum ægrorum, cui ioſſiſſet uinum ſumere, meracius ſumpturum, ſtatimq; perimi, magna ſit in culpa.

Mercalis, Mercator, Mercatura, Mercatio, Mercatus, participium, Mercatus, adiectiuum, Vide Mercor.

Merces, cedis, f. t. A merendo ære, inquit Varr. lib. 4. de lingua Latina. μισθός. [Ital. Mercede, ſalario. Gall. Loyer, ſalaire. Hiſpa. ſornal. de cada un dia. Ger. Ein belohnung, lid lohn.] Eſt enim Merces, præmium quod datur pro labore, ſe ſtipendio. Iuue. Sat. 7. Scire uolunt omnes, mercedem ſoluere nemo. Cic. pro Sext. Roſc. Interim mihi uideris frueri una mercede duas res aſſequi uelle: nos iudicio perfundere: accuſare autem eos ipſos, à quibus mercedem accepiſti. ¶ Quandoque ponitur pro penſione, & reditu annuo. Cice. 2. de Fin. Vides igitur ſi amicitiam ſua charitate metiare, nihil eſſe præſtantius: ſin emolumento, ſummas

familiaritates

image
not
available

quod conferre aliquid boni, uel mali in aliquem, & hoc ferè cum altero horum aduerbiorum Bene, uel Malè: ut, Bene mereri de aliquo, *ἐυεργετῶ*, eſt aliquid beneficii in aliquem conferre. Virg. 4. Aen. Si bene quid de te merui. Malè mereri de aliquo, *κακῶς ποιῶ*, idem eſt quod offendere. Plaut. in Curc. Heus tu mulier, malè mereri de immerente inſcitia eſt. ¶ Interdum ſine his aduerbijs, Mereride aliquo dicimus, quod modò in bonam, modò in malam partem accipitur pro exigentia argumenti. Cic. 6. Ver. Talis ille uir fuit, ita de Pop. Romano meritus, ut non uni familiæ, ſed uniuerſæ ciuitati commendatus eſſe debeat. hoc eſt tam multa beneficia in populũ Romanũ contulit. ¶ Tertiò ſignificat ſtipendia facio militia, *μισθοφορέω*, hoc eſt ſtipendij gratia milito, & dimico: & tunc datiuum, aut ablatiuum requirit, uel abſolutè ponitur. Lucan. li. 10. Aere merent paruo. Stati. libro 4, Theb. - non hi ſolum Amphiarae merent. Lucre. lib. 7. Scæua uiro nomẽ, caſtrorum in plebe merebat. Ouidius 3. Faſtrorum, - totidem Pilanus habebat Corpora, legitimo quis merebat equo. Dicimus etiam Merere pedibus. Liu. 4. belli Punici. Vt ij omnes, quos Cenſores notaſſent, pedibus mererent. ¶ Aliquando etiam accuſatiuo iungitur, ut apud Suetonium, Prima ſtipendia meruit. Et in hac ſignificatione uix utimur uerbo deponente Mereor. Non enim dicimus Mereri pedibus, uel Mereri ſtipendia: ſed Merere pedibus, Merere equo, Merere ſtipendia. ¶ Hinc Emeriti milites dicuntur, qui militia perfuncti ſunt: id eſt qui perfectè meriti & exempti ſenio à labore efficiuntur. Plinius libro 11 Nouiſſimeq; feſſis, & iam emeritis inchoatæ. Nonnunquam etiam paſſiuè ſumitur, ut apud Quintilianum, Emeritis huic bello ſtipendijs, Et per translationem Emeriti boues dicuntur, & quædam alia. Emeriti uerò ſenes, ſolent habere eos qui pro ſe laborent, qui dicuntur pro alio opus agere. ¶ Iungitur etiam ablatiuo cum præpoſitione Cum. Cice. 7. Verr. Clamabat ille miſer ſe ciuem eſſe Romanum, municipem Cæſarum, meruiſſe cũ L. Pretio ſplendidiſſimo equite Romano, qui Panormi negotiaretur. ¶ Et cum præpoſitione Sub. Liuius lib. 1. Dec. 3. Cum hac indole uirtutum ac uitiorum triennio ſub Aſdrubale Imperatore meruit. ¶ Accipitur etiam Mereo, pro eo quod eſt, turpem quæſtum facio, *ἐργάζομαι ἑταιρῶ*. Inde Meretrices dicuntur, quæ corpore quæſtum faciunt: & Meritorij pueri qui quæſtus gratia ad præpoſterã libidinem proſtituuntur, & Meritoria taberna dicitur diuerſorium mercenarium, ubi quæſtus gratia hoſpites accipiuntur. ¶ Compoſita ſunt, Commereor, Demereor, Emereor, Promereor: ſiue Cõmereo, Demereo, Emereo, & Promereo: de quibus ſuis locis.

Mĕrĭtŭs, ta, tum, nomen ex participio, Idem eſt quod congruum, & conueniens. *ἄξιος*. [Ital. Meritato, conueniente. Gal. Merité, deſerui. Hiſp. Mereſcito, conueniente. Ger. Billich, gebürlich. Item, verdienet, beſchuldet.] Virgi. 1. Aenei. Meritos aris imponet honores. Idem 5. Aen. Et pater Anchiſes paſſis de littore palmis Numina magna uocat, meritoſq; indicit honores. Ouid. in Ibin, Huic igitur meritas grates, ubicunq; licebit, Pro tam manſueto pectore ſemper agam. ¶ Vbi uerò Meritus, eſt participium actiuè eum ſignat, qui aliquid meruit. Pli. li. 7. cap. 19. de Cicerone, Primus in toga triumphum linguæq; lauream merite. Paſſiuè etiam interdum accipitur. Idem li. 7. ca. 18. Quæ canis corona merita. Virg. Aene. 8. - Merita accendit Mezentius ira. ¶ Huius contrarium eſt Immeritus, *ἀνάξιος*. Virg. 3. Aen. Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritam uiſum ſuperis. A quibus Meritiſſimus, & Immeritiſſimus. Terentius in Phormio. Iamdudum te omnes nos accuſare audio immmeritò, & me omnium horum immeritiſſimũ. ¶ Meritum meum eſt: hoc eſt meritus ſum. Terent. in Heaut. Hui. tam graues hos quæſo? M. ſic meritum eſt meum. Idem in Phorm. Faciamq;, & dicam. P. benignè dicis. M. Pol meritum eſt tuum. Id eſt meritus es. ¶ Sic merito meo. Plaut. in Aſin. - nemo enim me accuſauit Merito meo. Hoc eſt propter peccatum à me admiſſum. Ibidem, Decet uerecundum eſſe adoleſcentem Argyripe. A R. ædepol pater, Merito tuo facere poſſum. Id eſt meritus es tuis in me beneficijs, ut illud præſtem. ¶ Pro merito, hoc eſt ita ut meritus eſt quiſpiam. Terentius in Phorm. Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia

Mĕrĭtum, ti, n. ſ. Dicitur quodlis noſtrum factum, quo alicuius animum demeremur, uel offendimus. Eſt enim uocabulum medium, quod tam in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi poteſt, & pro locorum ratione intelligendum eſt. Quando in bonam partem accipitur, idem fere eſt quod Beneficium. *σπουδαῖον ἔργον, ἀγαθοεργία*. [Ital. Merito. Gal. Merite. Hiſpa. Mereſcimiento. Ger. Ein verdienſt oder güthat, wolthat.] Plancus Ciceroni, Quid enim pro maximis tuis, ac penè immortalibus in me meritis, præſtare amplius poſſim? Virgil. 9. Aeneid. - Meriti tanti non immemor unquam. Ouidi. Epiſt. 11. Eſt aliqua ingrata meritum exprobrare uoluptas. Idem 8. Met. Nil agis, ah ira ſtra meritorum oblite meorum? ¶ In peiorem partem uſus eſt Ouid. Epiſt. 5. Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum eſt. Item Varinius ad Ciceronem, Scis meam fortunam: neſcio quomodo facile obtrectatores inuenire, non meo mehercule merito. Id eſt culpa. Græcè *ἀξίως*. ¶ Dicitur etiam Meritum, pro mercede, ut annotauit Budæus ex illo Terentij in Phormione, Egóne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem? Nihil ſuaue meritum eſt. id eſt nihil mihi mercedis ſuaue eſt, ut ego illam cum illo nupti ferã.

Meritiſſimum, ſubſtantiuum, hoc eſt maximum meritum. Plaut. in Aſin. - iube aduenire, quæſo, Meritiſſimo eius, quę uolet, faciemus.

Meritò, aduerbium. Id eſt digne, iure. *εἰκότως, ἀξίως*. [Ital. Degnamente, meritamente. Galli. A bon droit & à bonne cauſe, ao l'ayant merité Hiſp. Dignamente, mereſcidamente. Ger. Billichlich, aufs verdienſt.] Terent. in Adelph. Bene facis, meritò te amo. Cic. 3. Ver. Quanquam meritò ſum iratus Metello, tamen hæc, quæ uera ſunt, dicam. Superlatiuum habet Meritiſſimò, itidem aduerbium, citra tamen comparationem. Cic. de Orat. lib. 1. Primum Scæuolæ te deſti, quem omnes amare meritiſſimò pro eius eximia ſuauitate debemus.

Mĕrĭto. as, a. p, A ſupino uerbi Mereo, ſignificat quæſtum, uel lucrum ex re aliqua referre. *μισθοφορέω*. [Ital. Guadagnare. Galli Meriter, deſeruir, gaigner. Hiſp. Ganar. Germani. Gewünnen.] Plini. lib. 7 cap. 12. Quippe quum iam apud maiores Roſcius hiſtrio HS quinquaginta annua meritaſſe prodatur.

Mĕrĭtōrĭus, a, um, Quod quæſtus gratia locatur. *μισθωτός*. [Ital. Che ſi da per quadagno, che ſi da à nolo. Gal. Meritoire, mercenaire, de louage. Hiſpa. Coſa alquilada por precio. Ger. Das man vmb gelt oder gewünns willen aufleihet.] Vnde equi meritorii, & Meritoriæ rhedæ. *ἵπποι μίσθιοι*. Meritoria uehicula. Tranq. in Calig. cap. 19. Quicquid inſtrumenti ueteris aulæ erat, ab urbe repetit, comprehenſis ad deportandum meritorijs uehiculis. ¶ Meritorium quoq; cœnaculum idem Tranquillus dixit, pro ablocatitio diuerſorio: ita de Vitellio ſcribens, Satis conſtat exituro uiaticum defuiſſe: tanta egeſtate rei familiaris, ut uxore, & liberis, quos Romæ reliquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret. ¶ Pueri meritorii, dicuntur ſcorta maſcula, quæ ad turpem quæſtum proſtituuntur: quemadmodum mulieres, quæ corpus ſuum uirorum libidini proſtituunt, Meretrices appellantur: utrig; à merendo dicti, quòd corpore ſuo mererent, hoc eſt turpem quæſtum faciant. Cice. in Anton. Ingenui pueri cum meritorijs, ſcorta cum matribusfamilias uerſabantur. ¶ Taberna meritoria, diuerſorium atq; hoſpitium mercenarium, quo cuiq; introire licet danti mercedem. ¶ Ratio uerò meritoria, quaſi oilis & malè coempta. ¶ Aliquando Meritorium abſolutè dicitur, pro taberna mercede conducta. Iuuen. Satyr. 3. - nam quæ meritoria ſomnum Admittunt.

Mĕrĕtrix, cis, f. t *ἑταίρα, πορνή*. [Ita. Meretrice. Gal. Paillarde, putain. Hiſp. Puta. Ger. Ein hur oder Dirn, ein gemeine mätz.] A merendo, teſte Valla, nam mercede ſuam exercet militiam, quæ copiam ſui corporis facit. Hæc etiam Proſtibula dicitur, ſiue à proſtando, ſiue (ut alij putant) quòd pro ſtabulis, hoc eſt ante diuerſoria ſoleat habitare. Vnde & Plautus in Ciſtel. Intro ad bonam meretricem: in uia ſola proſtibula ſanè eſt. Idem Truc. Meretricem ego itidem eſſe reor, Mare ut eſt, quod des deuorat, nunquam abundat. Idem in Cap. Hic neq; periurus leno eſt, nec meretrix mala. Ouid 1. Amor. Eleg. 15. Dum fallax ſeruus, durus pater, improba lena Viuet, dum meretrix blanda, Menandrus erit. Horat. 1. Ser. Sat. 4. - à turpi meretricis amore Quã deterreret.

Meretricula, diminutiuum. *ἑταιρίδιον, πορνὴ ἰυτιλής*. [Ital. Picciola meretrice. Gal. Petite putain, petite paillarde. Hiſpanã

Hiſp. Pequenna puta. Ger. Ein hůrlin.] Ci. 5. Verr. A mere tricula commendari.

Mĕretrīcius, a, um. *ἑταιρικός.* [Ital. Coſa de meretrice. Galli. De paillardes, apartenant à putains. Hiſ. Coſa de puta. Ger. Hůriſch.] Quod eſt meretricis, uel quod ad meretricem pertinet: ut Ars meretricia. Terent. in Heaut. Iguaram artis meretriciæ. Idem in Andr. Ac meretricios amores nuptijs glutinas. Idem in Eunuch. Quis homo pro mœcho unquam uidit in domo meretricia Deprehendi quenquã? ¶ Meretricia diſciplina, Cic. 6. Verr. Meretriciæ opes, Idem pro Cælio.

Mĕretrīcium, cĭi, n. ſ. *ἑταίρησις.* [Ital. Arte meretricia. Galli. Paillardiſe & puterie. Hiſp. Arte de puterias, puteria. Ger. Hůrẽwerck, hůrey.] Ipſa meretricandi ars. Tranq. in Cal. Additumq; ad caput legis, ut tenerentur publico, & quæ meretricium, & quæ lenocinium feciſſent.

Mĕretrīcĭè, aduerbium, Id eſt in modum meretricis. *ἑταιρικῶς.* [Ita. A foggia di meretrice. Gal. A la facon d'une paillarde. Hiſpa. En manera de una puta. Germ. Auff hůriſche weiſs.] Plaut. in Milit. Quàm dignè ornata incedit, haud meretricié.

Mĕretrĭcor, aris, pen. prod. d. p. *ἑταιρίω, πορνεύω.* [Ital. Putteggiare. Gal. Paillarder, putaſſer. Hiſpa. Putannear. Ger. Hůrey treiben.] Scortor. Aulus Gellius, Thais meretricãdo magnam pecuniam demerebat. Columel. libr. 11. cap. 1. Quippe plurimum affert mali, ſi operario meretricandi poteſtas fiat.

Mergæ, arum. f. p. *τὰ βίργη, ποιαστὶ ὄργανα βίργη.* [Ita. Forcole: forche. Gal. Vn iauelſer, fourches. Hiſpa. Las horcas para traſtonar manoios. Germani. Ein forn gabel oder ſchauffel.] Furculæ ſunt, autore Feſto, quibus acerui frugũ fiunt: dictæ à mergis nolucribus. Vt enim illę ſe aquã mergunt, dum piſces perſequuntur: ſic meſſores furcas in fruges mergunt, ut elevare poſſint manipulos. Plaut. in Pœn. Palas uendundas ſibi mergas datas, Vt hortum fodiat, atq; ut frumentum metat. ¶ Alij mergas ferramenta eſſe exiſtimant, quibus olim in frugibus demetendis utebantur. Nã in rariore ſegete ea metendi erat ratio, ut culmi medii falce inciderentur, ſpicæq; inter duo ferramenta diſtringerentur, quæ à Colum. Mergæ appellantur. Sic enim habet ille lib. 1. ca. 21. Sunt autem metendi genera complura: multis falcibus ferriculatis, atq; iis uel roſtratis, uel denticulatis medium culmen ſecant: multi mergis, alii peſtinibus ſpicam ipſam legunt, idq; in rara ſegete facilimũ, in denſas difficillimum eſt. Plin. lib. 18. cap. 10. Mergites appellat.

Mĕrges, itis, pen. cor. f. t. *τὸ βίργιον, τὸ φακιόλιον.* [Ital. Faſſo di ſpiche. Galli. Vne poignee ou iauelle d'eſpics de blé. Hiſp El manoio. Ger. Ein forngarb.] Spicarum manipulus: à mergendo dictus, inquit Seruius. Vir. li. 1. Georg. Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi. Proventuq; oneret ſulcos. Mergites quoq; à ueteribus dicebantur ferramenta quædam, quibus in rariore ſegete meſſores ſpicas ſolent diſtringere, quæ Mergæ uocantur à Colum. ut ſuprà ſuo loco oſtendimus. Plin. libr. 18. cap. 10. Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duos mergites ſpica diſtringitur.

Mĕrgo, gis, ſi, ſum, a. t. Sub aquam pono, liquore aliquo operio. *βύπτω.* [Ita. Mergere, attuffare, porre ſotto acqua. Gal. Plonger en l'eau, mettre tout dedans l'eau & l'couurir. Hiſ. cabullir ſo el agua. Ger. Eintuncken, in das waſſer ſtoſſen, Tauffen.] Plinius libro nono capite 18. Rurſusq; mergitur lana carminata, donec omnem ebiberit ſaniem. ¶ Interdum etiam ſimplex Mergo, pro compoſito ſubmergo legitur, *καθ' ὑπέρωσιν.* Virgilius Aeneidos ſexto, quis te, Palinure, deorum Eripuit nobis, medioq; ſub œquore mergit. Manifeſtius etiam Plin. lib. 9. cap. 14. Piſcantium cymbas ſpeculatur, occultusq; adnatans mergit. ¶ Per translationem autem Mergere dicimus pro obruere, inuoluere, ſeu implicare. Virgilius Aeneid. ſexto, Sed me fata mea, & ſcelos exitiale Lacænæ, His merſere malis. ¶ Huius compoſita ſunt, Demergo, *κατα δύνω, καταποντίζω*, quod eſt, deorſum mergo, quod fit quum aliquid ſub aqua, uel ſub terra, & huiuſmodi figitur. Lact. lib. 4. Nam ut poetæ Arionẽ mẽtiuntur in pelago incedentem, qui demerſa corporis parte, humeris ſupereminet undas. Columel. libro primo. Neque pecora maiora, niſi quum ſicciſſimum eſt, quoniam demerguntungulas, & atterunt, ſciduntq; radices herbarum. Accipitur etiam per trãslationem Demergo pro obruo, ſiue implico. Lactantius libro ſexto, Quæ autem ab illo altero id habent officium, ut cæleſtibus auocatum, terrenisq; demerſum ad pœnam interficiant ſempiternã, quod eſt ſummum malum. ¶ Emergo, *ἀναδύω*, extra mergo, & quaſi ex loco ubi ſubmerſus fueram, exeo, & in lucẽ prodeo Liu. lib. 1. ab Vrbe, Primùm ex profuſa emerſus palude. Teren. per translationem in And. dixit. Facilè ex illis ſeſe emerſurum malis, hoc eſt, facilè ſe euaſurum ex impendentib. malis. ¶ Immergo, *ἐμβάπτω*, intus mergo. Ver. li. 6. Aen. Triton (ſi credere dignum eſt) Inter ſaxa uirum ſpumoſa immerſerat unda. ¶ Submergo, ſubtus mergo. Idem Aen. 1. Pallasne exurere claſſem Argiuum, atq; ipſos potuit ſubmergere ponto?

Merſo, ſas. Sæpe mergo. *κυβιστάω, βαπτίζω.* [Italicè, Mergere ſpeſſo. Gal. Plonger en l'eau ſouuent. Hiſp. cabolir ſo el agua muchas uezes. Ger. Offt oder embſig eintuncken.] Colume. lib. 7. capi. 4. Quarto die, ſic eſt uicini maris, ad litus deducta mertatur ouis. Virgili. 1. Georg. Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri. Catullus, Fluctibus fortunę merſor.

Merto, as. Idem quod merſo. Accius Deiphobo, Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præſentem præſens dictis mertare inſtituit. Hæc Nonius. Feſtus, Mertat, pro merſat antiqui dicebant. Fabius uerò Qu. li. 1. ca. 6. Et hæc ipſa (inquit) ſ. litera. ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit. Nam Mertare, atq; Poltare, dicebant.

Mergulus, li. *ἐνύχνιον*, [Ita. Stoppino, luſignuolo, Galli. La meche. Hiſp. La mecha del candil. Ger. Ein dachte.] Dicitur funiculus ille qui in lychno flammã nutrit. Græco uocabulo Ellychnium uocamus.

Mergus, gĕris, *ὑδρία*, Genus uaſis, quam nonnulli ſtrolam appellant, ita dictum, quòd puteo mergatur, dum eo aquã haurimus.

Mergus, gi. n. ſ. *κάϋθυια.* [Ital. Smergo. Gal. Vn oiſeau appelé plongeon. Hiſp. Cuerno marino. Germa. Ein teũcher oder teũchent.] Auis ita dicta, quòd ſe in aquam, cibũ captans, aſſiduè immergat, teſte Var. li. 4. de Lingua Latina, & Ouid. Met. 11. de Aeſaco Priami filio, ita ſcribens, Aequor amat, nomenq; manet, quia mergitur illi. Virg. 5. Aen. immotaq; attollitur unda Campus, & apricis ſtatio gratiſſima mergis. Ouid. 2. de Ponto eleg. 7. Nam prius incipient turres uitare columbæ, Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas, Quàm malè ſe præſtet ueteri Græcinus amico. Huius auis natura eſt, ut ſæpe mergens auratum ſigna colligat, & prævidens tempeſtatem futuram, properè medio reuolet ex æquore, & ad litorum tuta cum clamore contendat. ¶ Eſt & Mergus in uite, ut docet Colu. lib. 4. cap. 15. quum ſupra terram iuxta ſuum adminiculum uitis curuatur, atq; ex alto ſcrobe ſubmerſa, perducitur ad uacantem palum Palla. Mergum dicimus, quoties uelut arcus ſupra terram relinquitur, alia parte uitis infoſſa. Et paulo pòſt, Mergi uerò poſt biennium recinduntur, in ea parte quæ ſuprà eſt, & in loco iuſtas uites relinquunt.

Mergina, *μεργίνη*, A Romanis uocatur herba illa, quã Græci *σμίλακα τραχεῖαν*, hoc eſt ſmilacem aſperam uocant. Vide Dioſcoridem lib. 4.

Meribibulus, Vide Merus.

Mĕridies, ei, m. q. Medius dies, quaſi medidies. *μεσημβρία.* [Ital. Meriggio, mezzodi. Gal. Medi. Hiſp. Medio dia. Ger. der mittag.] Nam (ut inquit Varro) d, antiqui, non r, in hoc loco dicebant, ſed ſuauioris ergò pronuntiationis muratum eſt d, in r, quod & confirmat Cicero in Oratore ad Brutum, dicens, Ipſum meridiem, cur non medidiem? credo, quòd erat inſuauius. Plautus in Moſtel. Heus iam appetit meridies. Id eſt inſtat, appropinquat. Hora. 1. Carm. Ode 28. Inclinare meridiem ſentis. Terentius in Adelph. - præter hæc, Meridie ipſo faciam ut ſtipulam colligat. Semper autem maſculinum eſt, quia certum diei tempus ſignificat.

Mĕridiānus, a, um, Quod ad meridiem ſpectat. *μεσημβρινός.* [Itali. Di mezodi. Galli. De midi. Hiſpa. Coſa de medio dia. Ger. Mittágig.] Sic Plin libro 2. capite 19. Meridianum Solem dicit, & lib. 13. cap. 5. Orbem Meridianum. ¶ Meridianò, pro meridie, id eſt hora meridiana. Plinius libro 2. ca. 26. Emicant, & faces nonniſi quum decidunt, niſa: qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente, præter ora populi meridianò trãſcurrit. ¶ Meridianus pro gladiatore. Sueto. in Claud. cap. 34. Beſtiariis, meridianiſq;

adeò delectabatur, ut etiã luce prima ad ſpectaculũ deſcẽderet: & meridie dimiſſo ad prandium populo præſideret: præterque deſtinatos etiam leui, ſubitaq; de cauſa quoſdam committeret. ¶ Inde fit compoſitum Pomeridianus, de quo infrà.

Meridianus, ſiue Meridianus circulus, *μεσημβρινὸς κύκλος*, Vnus eſt ex ſex maioribus ſphæræ circulis, per polos mundi, & uerticem noſtrum ductus, qui unà nobiſcum mutatur, quoties aut Ortum, aut Occaſum uerſus, nos conferimus. Dictus Meridianus ab eo, quòd Sole in noſtro hemiſphærio ad circulum hunc accedente, apud nos ſit meridies: & rurſus media nox, quum hinc inferiore hemiſphærio ſol ad eundem peruenerit.

Mĕridio, dias, & Meridior, diaris, deponens, p. Significat cibum meridianum capio. *μετ' ἄριστον φάγω*. [Itali Mangiare ouero dormire dopo mezzo giorno. Galli. Merienner, repoſer ou dormir à midi. Hiſpa. Merendar o comer ò dormir à medio dia. Ger. Zů mittag oder zů imbiſs eſſen.] Plaut. Lentando, meridiando, comeſſando, pergræcando uitam ducere. ¶ Aliquando ſignificat ſomnum meridianũ capio, *ὑπνοσημβρίαν καθεύδω*. Cornu. Celſus li. 1. ca 2. Longis diebus meridiari potius antè cibum, utile eſt: ſin minus poſt eum: per hyemem totis noctib. cõquieſcere. Sueto. de Nerone, Miſſos à Meſſalina uxore Claudii, qui eum meridiantem, quaſi Britannici æmulum, ſtrangularent.

Mĕridiãtio, ſ. f. 1. Quies meridiana, *μεσημβρίνη, ἀνάπαυλα*. [Ital. Eſſo dormire à mezo giorno. Gallicè, Merienne, le repos ou dormir ſur le midi ou ſur iour. Hiſpanicè, Aquella obra de dormir à medio dia. Germa. Die Mittags ruw mittagſchlaffe.] Cic. li. 1. de Diui. Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi: quibus antea uti non conſueueram.

Merix, *μηρὶς*, Herba eſt, quæ alio nomine Tripolio appellatur. De hac Dioſcorides lib. 4.

Mĕriſmos, *μερισμὸς*, A Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Diſtributionem uocant: quum ſcilicet genus in ſpecies, aut totum in partes diſſecamus: ordine diſcreto: quæ ſententiarum figura diuiſioni ac partitioni affinis eſt. Nam diſpoſitio (quæ utrunque complectitur) eſt, autore Fabio, utilis rerum ac partium in loco diſtributio. Huc etiam pertinet *διάλυσις*, id eſt diſſolutio, quum diſperſa diſtributione diſſipantur: quali Cicero uſus eſt in Epiſtola ad Lucceium ſecunda, Familiarium lib. 5. Transferam animum ad ea quibus ſecundæ res ornantur, aduerſæ adiuuantur.

Merito, aduerbium, **Merito**, meritas, **Meritorius**, **Meritũ**, Meritus, adiectiuum. Vide Mereo.

Merobibus, a, um, Vide Meribibulus.

Meroſtes, Lapillus porracei coloris, qui lacte ſudat. Plin. li. 37. cap. 10.

Mĕrops, *μέροψ*, Auis eſt teſte Aeliano, pietate in parentes uolucrib. cæteris præſtans: nam ubi primùm per ætatem uolare poteſt, parentes in altiſſimis ſpecubus reconditos alit, Infeſta in primis eſt aluearijs, apesq; abſomit: unde & Apiaſtra à quibuſdã appellatur. Virgili. 4. Georg. Abſint & picti ſqualentia terga lacerti Pinguibus è ſtabulis, meropesq; aliæq; uolucres. De hac aue ſic ſcribit Plin. li. 10. ca. 33. Nec uerò iis minor ſolertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitæ ſublime petere. Merops uocatur, genitores ſuos reconditos paſcens, pallido intus colore pẽnarum, ſupernè cyaneo, priori ſubrutilo. Nidificat in ſpeco, ſex pedum defoſſa altitudine. ¶ Meropes præterea diuerſarum linguarum homines dicuntur: à *μερίζω*, quod eſt diuido, & *ὄψ*, per o, breue, quod nocem ſignificat. ¶ Eſt etiam Merops, Gigantis nomen, unius ex iis qui Iouem de cœlo deturbare conati ſunt: à quo Cos inſula Meropis appellata exiſtimatur.

Merſo, & Merto, Vide Mergo.

Merũla, ſ. f. Auis ſic dicta, quod ſola uolet, & ſolitaria paſcatur: quaſi mera uolans. *κόσσυφος*. [Itali. Merla uccello. Gal. Vn merle Hiſp. La mierla. Germa. Ein amſel.] Hanc tamen etymologiam, ut ſuperſtitioſam & plus iuſto curioſam, ridet Fabius libro 1. ca. 10. ita Varronem uellicans, Sed huic tanti fuit uertere, ut merula, quia ſola uolat, quaſi mera uolans nominaretur. De huius auis natura Plinius libro 10. cap. 29. Merula ex nigra ruffeſcit, æſtate canit, hyeme balbutit. circa ſolſtitium muta. Roſtrum quoq; aniculis, in ebur tranſigurator duntaxat maribus. Horat. 2. Serm. Sat. 8. Vidimus & merulas poni, & ſine clune palombes. Idem de Arte, Intentus merulis aucceps. ¶ Eſt etiam piſcis ſaxatilis Plin. teſte, li. 32. cap. 11. ¶ Hoc nomine etiam dictus eſt fluuius, qui Albingæ ciuitatis latus alluit: alio nomine Centa dictus, quia centenis amnibus augetur.

Mĕrus, a, um, Quod eſt ſolum. *ἄκρατος*. [Ital. & Hiſpa. Solo. Gal. Seul. Germa. Allein, lauter, vnvermiſchr.] Terent. in Phor. Nihil habet, niſi ſpem meram. ¶ Per translationem ponitur pro puro. Cic. li. 2. de Orat. Ecce tibi exortus eſt Ilo crates, magiſter iſtorum omnium, cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes αὐτοπρότορες exierunt. Idem 3. de Nat. deor. Vehementius quidem innectus es in meram Stoicorum rationem. Idem de Atti. lib. 4. Venerat horis duabus antè Cherippus, mera monſtra nuntiaret. Idem, Quid eſt igitur quod laborem? amicos habet, meras nugas. &c.

Mĕrum, ſubſtantiuum, n. ſ. Vinum aqua non dilutũ. *ἄκρατον*. [Ital. Vino puro. Gal. Vin pur & ſans eau, & ſans aucune mixtion. Hiſp. Vino puro ò no meſclado. Ger. Vnvermiſchter wein.] Plin. lib. 23. ca 1. Merum quidem remedio eſt contra cicutas, cotiadrom, aconita, uiſcum, meconium, argentum uiuum. Ouid. 15. Met. odium q; meri permanſit in undis. Idem 9. Metam. Haud alio multo, quàm ſi conuiua iaceres inter plena meri redimitus pocula ſertis. Virg. 3. Aene. Tum pater Anchiſes magnum cratera corona Induit, impleuitq; mero, diuosq; uocauit. Stans celſa in puppi.

Mĕribĭbŭlus, li, m. ſ. [Ital. Colui che beue il uino ſenza acqua Gal. Qui boit le uin ſans eau. Hiſp. Beuedor de uino ſin agua. Germ. Der eitel oder lauter wein trincket on waſſer.] Qui uinum ſine aqua bibit: cuiuſmodi homines à Græcis *ἀκρατοπόται* appellantur: quo uocabulo peculiari epitheto apud illos Thraces notati ſunt. Aug. Quum temeti auidior eſſet, quadam die ab irata ancilla per conuitium appellata eſt meribibula: quę res tantum ei pudorẽ iniecit, ut poſt modum ſobria prorſus fuerit. Et hoc quidem nomen diminut. eſt: Sicut enim bibulũ dimin. uidetur à Bibus, quo extra compoſitionẽ non utimur, ita Meribibula, uel Merobibula, à Merobiba: quo nomine licentioſa compoſitione uſus eſt Plaut. in Cur. Anus hic recubare ſolet, cuſtos, ianitrix: nomen eſt lenæ multibiba, atq; merobiba.

Merx, huius mercis, ſ. f. Eſt ſpecies ipſa quæ emitur, uenditur. *ἐμπορία*, [Ital. Merce. Galli. Marchandiſe, denrée, Hiſp. Mercaderia. Ger. Kauffmanſchatz. wabr.] Mercatura uerò eſt ipſum negotionis exercitium. Cic. li. de Rep. 3. Phœnices primi mercaturis, & mercibus ſuis, auaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Graciam. ¶ Porrò Merx ſingulare interdum legitur, ſed minus uſitatè. Plin. lib. 12. ca. 25. Sarmenta quoq; in merce ſunt. Plaut. in Ciſtel. Mala merx hera hæc, & callida. Idem in Milit. Sicuti merci pretium ſtat pro uirtute ut uæneat. Qua improba eſt, pro mercis uitio dominum pretio paupertat. Idem Perſa, Merx tua mala eſt. Qu. li. 1. ca. 12. Sordidæ mercis negotiator. Geſtat mercem ſine fuco. Horat. 1. Serm. Sat. 2. Frequentius uerò in plurali. Horat. in Arte, Vt præco, ad merces turbam qui cogit emendas. Cice. 7. Verr. Mercibus ademptis in uincula coniectos eſſe mercatores. ¶ Eſculentæ merces, apud Col. lib. 2. hoc eſt ea quæ hominum eſui accommodata uenduntur. Fallaces & fucoſæ merces, Cic. pro Rabir. Poſth. Mutare merces, Ouid. 1. Triſt. eleg. 2.

Mercimŏnĭum, n. ſ. eiuſdem ſignificationis: nomen quidem antiquum, ſed quod tamẽ non reformidauit exactiſſimus uerborum cenſor Laurentius Valla, ſtatim in fronte uerſionis Latinæ Herodoti Græci hiſtorici uſus eſt, & Plaut. in Curc. Sed quid agit meum mercimonium apud uos?

Meſa, *μέσα*, Teſte Vitruuio, ſunt partes mediæ ædium, quas idem Latinè Medianas appellari aſſerit.

Meſæum, *μεσαῖον*, Vide Meſenterium.

Meſarchon, *μεσάρχων*, Dicitur corpus illud uenoſum, per quod hepar, ueluti per manum chylũ ex uentriculo attrahit. Alio nomine Meſmerium dicitur.

Meſauli, *μεσαῦλοι*, Aedium itinera dicuntur, quæ inter duas aulas. Id eſt duo atria, ſunt interpoſita. A nonnullis etiã Andrones nocantur, teſte Cælio Rhodig. lib. 27. cap. 24.

Meſenterĭum, *μεσεντέριον*, Craſſa quædam & adipoſa membrana eſt, multis & neruis, & uenis, & glandulis interſerta, medium

medium inter inteſtina ſitum obtiuens: unde & nomen accepit. Huius ueluti manus cuiuſdam opera, iecur chylũ à ueutriculo attrahit, per eas uenas, quas meſaraicas uocãt. Alio nomine Meſaræum appellatur.

Μέσος, hõrũ, pen. cor. *μεσόχορος*, Qui in media turba ſtans, reliquis canendi, uel aliud agendi ſignum proponit. Sidonius, nullus ibi lyriſtes, Choraules, meſochorus, tympani ſtria, pſaltria canit. Vide Cælium Rhod. libr. quarto capite decimoquarto.

Meſocranium, *μεσοκράνιος*, Vertex capitis, medium cranii locum obtinens.

Μέσος ὄνυξ, *μεσόλευκος*, Gemma, quam mediam linea alba diſtinguit, de qua Pli. lib. 37. cap. 10. ¶ Eſt præterea hoc nomine herba quædam, habens candidam lineam per folium diſcurrentem. Plin. lib. 27. cap 11. Leuce Mercuriali ſimilis, nomen ex cauſa accepit, per medium folium candida linea tranſcurrente: quare Meſoleucon quidam uocant, *μέσος* nanq; medius eſt, & *λευκὸς* albus.

Meſomelas, *μεσομέλας*, Gemma eſt uigram habẽs uenam, quemlibet colorem per medium ſecantem: de qua Pli. lib. 37. cap. 10.

Meſomerium, quod coxas interiacet.

Μέσος, *μέσον πρόσωπον*, autore Feſto, Perſona Comica appellatur aut coqui, aut nautæ, aut eius generis dicta ab inuentore eius Meſone Comœdo, ut Ariſtophanes ait grammaticus. Quanquam rectius uidetur manare à fonte Græco, *μέσον* nanq; medium ſignificat. Potrò coquorum, nautarum, cerdonum, atque huiuſmodi opificum perſonæ mediæ ſunt: ut quæ neque ſeruiles uideantur, quum liberæ ſint operæ, neque omnino liberæ, quum mercenariæ. Eſt autem merces, teſte Cicerone, autoramentum ſeruitutis. Proinde mediæ ſunt & miſtæ perſonæ, quę *μέσα πρόσωπα* dici poſſunt: ut *πόρνα καὶ προστάτικα*, dicimus in Comœdiis. ¶ Fuit præterea Meſon, *μέσων* quidam Aſtrologus qui Athenienſibus in expeditionem Sicilienſem proficiſcturos, quum ipſe quoq; ad id bellum delectus eſſet, immicuentem toti exercitui cladem proſpiciẽs, proprijs ædibus ignem iniecit, furoremq; tam ſciẽtè aſſimulauit, ut ueluti inſanus, & bello parum ideneus, domi fuerit relictus. Vide Plutarc. in Nicia, Alcibiade, & Pyrrho. Item apud Cæl. lib. undecimo cap. 26.

Meſonauta, æ, m. p. in nauí uilis mancipii nomen eſt: ut Mediaſtinus domi. Eſt enim Mediaſtinus mancipium abiectius, quod & uiliſſima & ſordidiſſima officio abire domi cogitur, domum uerrere, purgamenta afferre, ligna congerere, &c. Bud. in l. 1. de Arbit. Item Meſonautæ ſunt, qui in nauibus cuſtodiæ gratia præponuntur, ut ſunt dictarii, *μεσονεῶται* Græcè. Alciatus. l. 5. Deſpunct. c. 21. Idem quoque, ut ipſe fatetur in Parerg. dubitauit quandoque, quid Meſonautæ appellatione ſenſiſſet, quoniam Herm. Barb. mancipium ea uoce intelligit, in medio nauis unicuique deſeruiens, quales ſunt, Mediaſtini in principum domib. Sed ipſe hanc ſententiam non probat. cum Vlp. l. fin. Naut. caup. ſtab. Ecquid, inquit, ſi quis ſit ex his quos uulgò *μεσονάυτας*, Græci *ναὺς ἐπιβάτας* dicunt, quibus uerbis ſignificatur. Meſonautam uulgari uoce eum dici, qui nauem incendit, & nequid nauli nomine domino nauis ſolua, ducẽdis remis operatur. Epibates enim, propriè nauis aſcenſorem ſignificat, nunc & milites qui in naui pugnãt, eo nomine uocantur & *ἐπιβάδες*, naues tranſportandorum hominum cauſa factæ.

Μεσονύκτιον, *μεσονύκτιον*, Media nox. Vide latius ſuprà in dictionibus Aurora & Dies.

Meſoſphærum, *μεσόσφαιρον*. Indici nardi folium, ut magnitudine, ita & pretio medium ex tribus ſpeciebus locum obtinens. Vide Plin. lib. 12. cap. 12.

Meſpilus, li, pen. cor f. f. *μέσπιλος*. [Ital. Neſpolo. Gal. Neflier, ou meſſlier, ou meſſlier. Hiſp. Meſpero. Ger. Ein neſpelbaum.] Genus arboris, cuius fructus Meſpilũ. *μέσπιλον*. [Ital. Neſpolo frutto. Nesle, meſſle, ou neſſle. Hiſp. Meſpero fruta. Ger. Ein neſpel.] dicitur. Palladius de inſitionibus, Meſpila q; exarmat pugnacibus horrida membris Hæc arbor foliis eſt prius rubris, quàm deciduis, radice inextirpabili: ignota Italiæ Catonis æuo.

Meſſio, Meſſor, Meſſoris. Vide Meto.

Meſſis, huius Meſſis, f. t. Modò ſignificat tempus metendi. *τὸ θερίσιμον*, *ἀμητός* [Ital. Raccolta. Gall. La moiſſon, le temps de la moiſſon. Hiſ. La meſſe la mies ò los panes. Ger. Die ernd.] Virgilius 1. Aeg. An locum, ſi frigus erit: ſi meſſis, in umbra. ¶ Modò ſegetem ipſam iam maturam, *ἄμητος*. Idem 1. Georg. Illius immenſæ repetunt horrea meſſes. Neque ſolùm de ſegete dicitur, ſed etiam de unarum, pomorum, aut etiam herbarum prouentu. Ouid. 3 de Ponto, Triſtia per uacuos horrent abſynthia campos, Conueniensq; ſuo meſſis amara loco eſt. ¶ Per translationem accipitur pro multitudine uel copia cuiuſuis rei. Plautus in Trinũ. Neq; quicquam hic uile eſt, Niſi mores malì: eorum licet iam meſſem metuere maximam. ¶ Proprié tamen Meſſis dicitur de ſegetibus, nisi rebus quæ metuntur: unde & nomen accepit. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 50. Meſſis proprio nomine dicitur de iis quæ metuntur, maximè in frumento: & ab eo eſt uocabulo declinata. ¶ Interdum idẽ eſt quod Meſsio, ſiue actus metendi, *θερισμός*. Cicero de Orat. Tamẽ nemo tã ſine oculis tã ſine mente uiuit, ut quid ſit ſementis, ac meſſis, quid arborum putatio, ac uitium, quo tẽpore anni, aut quo modo ea fiant, omnino neſciat.

Met, Piam, & Te, ſyllabicæ ſunt adiectiones, extra compoſitionem nihil ſignificantes, in compoſitione autem aliquid addentes ſignificationi dictionum cum quibus componũtur: ut Egomet, Quiſpiam, Tute. Sed Met, iungitur caſibus omnibus pronominis primæ perſonæ, tam pluralis, quàm ſingularis numeri, abſque genitiuo Pluralis: ut Egomet memet, noſmet, & reliqua. Secundæ uerò perſonæ obliquis tantùm caſibus: ut Tuimet, ubimet. Nominatiuo non addunt ne uerbũ poſſet Tumet à tumeo, ſed Tute, & Tutemet profertur. Aduerbio Tanquam, coniunxit etiam Plaut. in Truc. Tanquammet genium meum. Et quidem ſic iuncta diſcretionem ſignificat: ut Ipſimet, id eſt ipſe per ſe, & non per alios. ¶ Pte, iungitur cum ablatiuis horum quinq; pronominum Mea, Tua, Sua, Noſtra, & Veſtra: ut Meapte, Tuapte, Suapte, Noſtrapte, Veſtrapte. Vel cum eorum maſculis aut neutris: ut Meopte, Tuopte, &c. ¶ Te, Similiter cũ pronomine ſecundæ perſonæ idem efficit: ut Tute id feciſti, id eſt tu ipſe per te, & non per alium. Sed hoc ſoli nominatiuo iungitur. Nam Tutte, aut Tibite non dicimus. In accuſatiuo aliquando legimus Tete: ſed tunc diuiſæ potius uidentur dictiones, maioris affectus cauſa figuratè geminatæ: quemadmodũ etiã aliquando legimus Me me. ¶ Ce, uerò iungitur obliquis horũ pronominum Hic, Ille, Iſte. In s literã deſinentibus: ut Huiuſce, Hiſce, Hoſce, Haſce, Iſtiuſce, & Illiuſce: unde fiunt cõpoſita Huiuſcemodi, Iſtiuſcemodi, & Illiuſcemodi. Interdum etiam inuenitur iunctum cum caſibus horum pronominũ deſinentibus in c literã: ut Hicce, hæcce, hoccepro quibus tamẽ frequentius utimur Hicine, hæccine, hoccine. Virg. Hocce erat alma parens, quòd me per tela, per hoſtes Eripis? Terent. Hoccine eſt credibile aut memorabile factũ? ¶ Hicce, ſeu hiccine, *σιγμοί*: Siccę, ſiue ficcine, *ἰναρσοί* Hæccine, hãccine, illiccine, *ἰναρσοί*. Iſticce, illaccine. Terenti. Illaccine mulierem dixit, pro illãmne.

Meta, æ, f. p. Congeries, ſeu ſtrues in acutum tendens, ſeu turbo inuerſus: ita dicta quòd eſſet poſita in dimenſo ſpatio: uel quia eam metiantur quadrigæ circumcurrentes. *κῶν*. [Ital. Meta. Gal. Vn but ou borne, ou autre choſe large par bas & montant en pointe. Hiſp. Et termino. Ger. Ein iedes ding ſo dannden breitlecht vnnd oben ausgeſpitzet iſt, wie ein Kegel.] Moris enim erat ſepties metam luſtrare. Propert. libro 2. Eleg. Aut prius infecto depoſcit præmia curſu, Septima quàm metam triuerat ante rota. Quum enim iam carceribus emiſſæ ad metam ueniſſent quadrigæ, erat opus ut circum ipſam flecterentur. Virgil. 5. Aen. Hic nitidem Aeneas frondenti ex ilice metam Conſtituit ſignum Nautis. ¶ Hinc etiam agrorum termini, quòd pyramidali figura fieri ſoleant, Metæ uocantur. ¶ Eadem etiam ratione Metæ fœni uocantur, qua ita congeſtæ ſunt, ut inferiori partes latiores, ſupernè in anguſtum deſinant conum. Col. li. 19. ca. 2. Certè quicquid ad eum modum, quo debet, ſiccatum erit, in metas conſtrui conuenier, easq; ipſas in anguſtiſſimos uertices exacui. Sic enim cõmodiſſimè fœnũ defenditur à pluuijs. ¶ Per trãslationem uerò quoniã meta collocari conſueuit in fine circi, uel alterius ſpatij, in quo quadrigæ certabant, factum eſt ut Meta accipiatur pro quocunq; termino ac fine. *ὅρος*, *τέρμα*. Virgil. li. 2. Aen. His ego nec metas rerum, nec tem-

pora pono. Ouid ad Liuiam, Tendimus hoc omnes, metã properamus ad unam, Omnia ſub leges mors uocat atra ſuas. ¶ Hinc peruenisse ad metam dicuntur, qui iter aut aliud opus perfecerint. ¶ Accipitur quandoq; pro inferiori parte molæ, ſicut Catilius pro ſuperiori. Vide in dictione Catillus. ¶ Meta lactis, dicitur caſeus, qui factus eſt ad formam metæ. *τυρὸς κονικλίας*. Martialis, Fert ille cetis cana cum ſois mella, Metamq; lactis Saſſinate de ſylua.

Metula, læ, diminutiuum legitur apud Plinium Iuniorem in epiſtolis.

Mĕtăbăſis, f.t. *μετάβασις*, Latinè Tranſitio: figura qua monemus quid dictum ſit, & proponimus quod ſupereſt: ut Cicer. pro Deiota. Habetis crimina inſidiarum: nihil enim dixit amplius, & paulo pòſt ſequitur, Reliqua pars accuſationis duplex fuit. Huius figuræ Fabius (quam eſſe ait, quũ ſenſus non mutatur, ſed forma loquendi) longè diuerſum exemplum adducit, lib. 9. cap. 1. ex Virgil. Aeneid. libro primo, Fas omne abrumpit, Polydorum oberuncat, & auro Vi potitur. qd nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?

Mĕtăbŏlē, *μεταβολὴ*, quam quidam Traiectionem interpretantur: Figura eſt quæ fit contrariis ita tranſpoſitis, ut à priori poſterius oppoſitum proficiſcatur: ut apud Terentium in Andr. Quoniam id fieri quod uis non poteſt, id ue lis quod poſſit.

Mĕtălēpſis, fœm. *μετάλημψις*, Figura eſt, quæ fit quum aliqua dictio aliud à propria ſua ſignificatione, ex iis quæ præceſſerũt, denotat: ut apud Virg. 1. Aeg. Poſt aliquot, mea regna uidens, mirabor, ariſtas. Poſt aliquot (inquit) ariſtas, hoc eſt poſt aliquot æſtates, uel poſt aliquot annos. Nam ex ariſtis æſtates, ex æſtatib. annos intelligimus. Idẽ 1. Aen. Speluncis abdidit atris. Vbi ex atris, tenebroſæ: ex tenebroſis profundæ intelliguntur. Latinè Tranſſumptionem uocare poſſumus. Deducitur enim, *ἀπὸ τῆ μεταλαμβάνειν*, quod inter cætera ſignificat tranſſumere.

Mĕtallum, li, n. ſ. *μέταλλον*. [Ital. Metallo. Gal. Metail. Hiſp. Metal. Ger. Ein metall, Ein Jedes ertz ſo man außs dem erderich grabt, als gold, ſilber, eiſen, &c.] Dicitur quæuis materia dura, è terræ uiſceribus effodi ſolita: ut aurum, argentum, cuprum, ſtannum, plumbum, & ſimilia. Dictum putatur à uerbo Græco, *μεταλλᾶ*, uel *μεταλλεύω*, hoc eſt à fodiendo, uel perſcrutando. Alii dictum putant, *παρὰ τὸ κατὰ τὰ ἄλλα ἐυρίσκεσθαι*: eo quòd uix ulla metalli uena inuenitur, quin alterius metalli uena in propinquo poſtea inueniatur. Plin. lib. 33. cap. 6. Id quoq; in ſterili ſolo, atq; etiam in montibus & ubicunq; una inuenta uena eſt, non procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni ferè materia: unde Metalla Græci uidentur dixiſſe. Virgil. lib. 2. Geor. Hæc eadem argenti riuos, æriſq; metalla Oſtendit uenis, atq; auro plurima fluxit. Oui. 4. Faſtor. Omnia purgat edax ignis: uitrumq; metalli Excoquit. Horat. 1. Epiſt. 10. Sic qui pauperiem ueritus, potiore metallis Libertate caret. ¶ Metallum miniarium. Fodina ex qua effoditur minium. *μιλτωρυχία*, ſicut argentarium, ex quo argentum, & Plumbarium, ex quo plumbum effoditur. Plin. lib. 33. cap. 7. Celeberrimum ex Siſaponenſi regione in Bæticæ miniario metallo, uectigalibus populi Romani nullius rei diligentiori cuſtodia.

Mĕtăllārĭi, ſiue Metallici. m. ſ. *μεταλλεῖς*. [Ital. Canatori de metalli. Gal. Lucurs de metaux. Hiſpa. Cauadores y ſacadores de metal. Germ. Ertz graber, Die zů einer ſtraff in das bergwerck verdampt ſind.] Qui in metallis uerſantur, & præcipuè qui ad effodienda metalla damnati ſunt: de quibus apud Iuriſcon. ff de Pœnis & C. de Metal.

Metallĭcus, adiectiuum *μεταλλικός*. [Ital. Di metallo. Galli. De metall. Hiſp. Coſa de metal. Ger. Des ertzes.] Quod ad metallum pertinet. Plin. lib. 27. cap. 4. Fuere qui traderent, in Iudæa ſuper Hieroſolymam eius naturam metallicam. ¶ Metallicum atramentum, Corpus eſt metallicum, quo mulomedici exeſcentem in iumentorum ulceribus carnem conſumunt *μιλτωτηρία*. Vide ſuprà in dictione Melanteria.

Mĕtăllĭcŭs ſubſtant. m. ſ. *μεταλλεύς*. [Ital. Canatore de metalli. Gal. Tireur de metail. Hiſp. El que anda à buſcar mineros, ſacador de metal. Ger. Ein ertzknapp, Bergknap.] Qui metallis effodiendis, & purgandis dat operam. Plin. libro 34. cap. 16. Lauant eas arenas metallici, & quod ſubſidit coquunt in fornacibus.

Mĕtăllĭfer, m. t. Metallum gignens. *ὁ ἢ ἡ μεταλλοφόρος*. [Ital. Chi porta metalli. Gal. Qui porte metail, ou il y a mines de metail. Hiſ. Coſa que trae ò cria metal. Ger. Das ertz oder metall tregt.] Statius ſyluarum lib. 4. Anne metallifera repetit iam mœnia Lunæ?

Mĕtămŏrphōſis, *μεταμόρφωσις*, pen. prod. Transfiguratio, ſeu transformatio Latinè dicitur à uerbo Græco *μεταμορφῶ*, quod ſignificat transformo. Hoc nomine Ouid & Apuleius libros transformationum ſuarum inſcripſerunt.

Mĕtăphŏra, æ, pen. cor. f. p. *μεταφορὰ*. Translatio à Cicerone dicitur, fitq; quum nomen aut uerbum ex proprio loco in eum transfertur, in quo aut proprium deeſt, aut translatum proprio melius eſt: ut, Claſſisq; immittit habenas. Virgil. Aeneid. 6.

Metaphrenum, *μεταφρενον*, Pars illa corporis, quæ præcordiis à tergo eſt obiecta: ita dicta quòd *μετὰ τὰς φρένας*, hoc eſt poſt præcordia ſita ſit.

Metaphyſica, orum, Supernaturalia dicuntur, cũ tamen uerè ex ipſius operis, quod conſcripſit Ariſt. titulo *μετὰ τὰ φυσικὰ* ſcribatur.

Metaplaſmus, *μεταπλασμὸς*, Dici poteſt transformatio. Eſt autem teſte Donato, translatio recti, ſolitiq; ſermonis in alteram ſpeciem, metri uel ornatus, uel neceſſitatis gratia, ut Agreſte, in ablatiuo, pro Agreſti. Fit à uerbo *μεταπλάττω*, quod eſt transformo.

Metathecſis, pen. cor. *μετάθεσις*, Latinè tranſpoſitio, quum una litera neceſſitatis cauſa, ex uno dictionis loco in alũ tranſponitur, ut Tymbre, pro Tymber. Virg. 10. Aen. At tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

Metator, & Metatio, Vide uerbo Meto.

Metaxarii, Negotiatores dicuntur, qui ſerici mercatorum exercent. Nam *μέταξα* Græcis ſericum eſt. Vtitur hac uoce Iuſtinianus, C. de Pignorib. l. fin. eamq; interpretatur Alciatus in l. Balluca. C. de Metal.

Mĕtempſўchōſis, pen. prod. f. t. *μετεμψύχωσις*, Latinè reddi poteſt Animæ tranſmigratio, hoc eſt tranſitus animarum ex uno corpore in aliud. Putabat enim Pythagoras nihil intereſſe inter animam hominis, quã rationalem animam uocamus, & brutorum animantium: ſed mortuo homine eius animam tranſmigrare in corpora brutorum. Vnde Ouid. Pythagoræorum dogma, li. 15. Metamor. explicans, ait, Morte carent animæ, ſemperq; priore relicta Sede, nouis domibus uiuunt, habitantq; receptæ. Ex hoc Pythagoræ dogmate Inducta eſt ab eſu animalium abſtinentia, ne forte (ut feſtiuiter ait Tertullianus) bubulam quis de aliquo proauo ſuo opſonaret. Hiero. Probabo non Empedoclis & Pythagoræ uos dogma ſectari, qui propter *μετεμψύχωσιν* id eſt, transformationem, omne quod monetur, & uiuit, edendum non putant.

Mĕtĕōra, pen. prod. n. ſ. *μετεώρα*, à Græcis dicuntur, Miſta imperfectè, eò quòd in ſublimi, hoc eſt in aere generentur: cuiuſmodi ſunt pluuiæ, nines, grandines, faces ignitæ, de quibus tractat Ariſtoteles tribus primis libris Meteorologicis: nam quarto, qualitates perſequitur.

Mĕtĕōrŏſcŏpus, penu. corrept. *μετεωροσκόπος*, Qui ſublimia reſpicit. ¶ Accipitur p ſtolido, rebusq; gerẽdis inutili.

Methŏdus, f. f. *μέθοδος*, pen. cor. ex *μετὰ* & *ὁδὸς* aſpiratio componitur. Methodum appellat Quin. lib. 1. Inſtitut. quã Cicero uiam, artem, & rationem uocat: & alibi breue dicendi compendium uertit, quaſi brenem uiam, qua quàm celerrimè ad peritiam euadimus.

Methŏdĭci, m. ſ. *μεθοδικοί*. A methodo dicti ſunt, qui rationem artis, & diſcendi cõpendia ſequuntur. ¶ Et Amethodi, *ἀμέθοδοι*, hoc eſt à uia, & ratione docendi, diſcendũq; abhorrentes, quaſiq; auii. Hæc ex Budæo in Pandectas.

Meticuloſus. Vide Metuo.

Mētĭor, metiris, menſus, d. q. Significat menſuro, τιμῶ. *μετρέω*. [Itali. Miſurare. Gal. Meſurer. Hiſp. Medir. Germ. Meſſen oder Außmeſſen.] Ci. 1. de Nat. deo. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quã nulla temporũ circunſcriptio metiebatur. Idem 1. Offic. Etiam ſi dinumerare ſe ſtellas, aut metiri mundi magnitudinem poſſe arbitretur. Idem de Amic. Iam uirtutem ex conſuetudine uitæ, ſermonisq; noſtri interpretemur: nec meriamur eã, ut quidam indocti, uerborum magnificentia. ¶ Metiri ſtipendia.

Cæſ.

Cort. lib. tertio, Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus sexcenti denarij tributi, peregrinus eques quingenos accepit, ducenis pedestrium stipendium mensum est. ¶ Metior pro æstimo. Cice. in Catone, Neq; enim ipsorum conuiniorum delectationis, corporis uoluptatibus magis, quàm cœtu amicorum, & sermonibus metiebar, id est æstimabam. ¶ Quandoque metiri ponitur pro transmeare. Virg. Georg. 4. - magnum qui piscibus æquor, Et iuncto bipedum curſu metitur equorũ. Plaut. in Pseud. Quin hinc metimur gradibus militarijs (id est quin hinc abimus, ¶ A supino Mensum fit Mensio, quæ est mensura. Cice. in Orat. Vide infra. Composita eius sunt, Permetior, hoc est, ad finem usq; metior, uel peragro. Virg. 1. Aen. Nos tumidũ sub te permensi classibus æquor, id est, euecti, ut inquit Seruius. ¶ Remetior, Rursus metior, *ἀναμετρέω*. Idem li. 2. Aen. Arma, deosq; parant comites, pelagoq; remenſo Improuiſi aderunt.

Mensŏres, n. t. à Metior, Appellantur agrorum finitores, *μετρητάι*. [Itali. Misuratori. Gal. Arpanteurs, mesureurs. Hiſpa. Medidores. Ger. Auſmäſſer, veldmäſſer.] Colu. lib. 1. cap. 1. Ego non agricolæ, ſed menſoris officium eſſe dicebã. ¶ Menſores præterea ſunt (inquit Vegetius lib. 2. ca. 7.) qui in caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, uel hoſpitia in ciuitatibus præſtant. Hoc in loco Podiſmus eſt dimẽſio pedibus facta. Hi etiam Metatores (autore Budæo) dicuntur.

Mēnſio, mensionis, f. t, à uerbo Metior, Idem quod menſura. *μέτρησις*. [Ital. Miſuramiento. Gal. Deſurement, meſurage. Hiſp. Obra de medir, medimiento. Ger. Ein mäſſung.] Cicero in Oratore, Aures, uel animus aurium nuntius naturalem quandam in ſe continẽt uocum omnium mẽſionem.

Mēnſūlă, menſuræ. f. p. Inſtrumentum quo metimur: unde & nomen habet: aut quo rei alicuius quantitatem deprehendimus. *μέτρον*. [Ital. Miſura. Gal. Deſure. Hiſp. Medida. Ger. Ein maſs oder mäſs.] Plin. lib. 7. ca. 56. Menſuram, & pondera Phidon Argiuus, aut Palamedes (ut maluit Gellius) inuenit. ¶ Tranſumitur etiam ad alia. Idem lib. 2. ca. 1. Quaſi uerò menſuram ullius rei poſſet agere, qui ſui neſciat. Plinius Iunior in Epiſt. Ex illo enim menſuram bene ficij tui prorſus intelligo. Menſura corporum humanorũ apud Solinum cap. 5.

Menſura ſic definitur & exponitur ab ijs qui de limitibus ſcripſerũt, quorum hæc ſunt uerba: Menſum eſt, quicquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, animoq; finitur. Malores itaque Orbem in partes, partes in prouincias, prouincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in Centurias, centurias in iugera, iugera in Climata: Deinde climata in actus, perticas, paſſus, gradus, cubitos, pedes, palmos, uncias & digitos diuerſetur. Tanta fuit eorum ſolentia. P. Manut. in Addita.

Mĕto, tis, meſſui, meſſum, a. t. Fruges ſeco, & fructus colligo. *θερίζω, ἀμάω* [Ital. Mietere. Gal. Moiſſonner, recueillir le grain, anoſter. Hiſp. Segar. Ger. Schneiden, eraden.] Proprié enim ſegetes meti dicuntur, & herbæ, quum falce alioue inſtrumento reſecantur. Cice. 3. de Orat. Vt ſementem feceris, & ita metes. Cæſar 4. belli Gall. Tum diſperſos depoſitis armis, in metendo occupatos ſubitò adorti. ¶ Vuas quoque metere, dixit Virgilius 2. Georg. pro colligere uas, ſeu uindemiam facere. Sermenta (inquit) & uallos primus ſub teſta referto: poſtremus metito. ¶ Sumitur etiam latius pro ſeco, uel amputo. Lactant. libro quinto, Qui uirilia ſuo ferro metunt. ¶ Item pro depaſcor. Virgil. 4. Geor. Illæ continuò ſaltus ſyluasq; peragrant, Purpureoſq; metunt flores. ¶ Metere maximam meſſem malorum, dixit Plautus in Trinum. pro eo quod eſt, maximam malorum hominum copiam inuenire. Vide in dictione Meſſis. Idem in Epidico, Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur: hoc eſt iſta res nihil ad me pertinet, ut quæ neq; meo periculo fiat, neque emolumento. Vide Eraſmum in Chilia. ¶ Huius cõpoſita ſunt, Demeto, *κατάμαω*, quod eſt metendo decutio. Columella libro 7. Illud deinceps præcipiendum habeto, ut demeſſis ſegetibus, iam in area futuro ſemini conſulamus. ¶ Emeto, extra uel ualde meto. ¶ Præmeto, Antè ſeco. Inde Præmeſſum, Quod libatiõis cauſa præmetitur. Feſtus, Sacrima appellabant muſtum, quod Libero patri ſacrificabant pro uineis & uaſis, & ipſo uino conſeruandis: ſicut Præmeſſum de ſpicis, quas primum meſſuiſſent, ſacrificabant Cereri.

Mĕſſio, f. t. Ipſa metendi, id eſt fruges uel herbas ſecãdi actio, à uerbo Meto, metis. *θερισμός*. [Ita. Eſſd mietere. Gal. Moiſſonnement, Hiſp. Miesse ò mies. Germa. Schneidung, das eroden.]

Mĕſſŏr, meſſoris, m. t. Dicitur qui metit. *θεριστὴς, ἀμητὴρ*. [Ital. Mietitore. Galli. Moiſſonneur. Hiſp. Segador. Ger. Ein ſchnitter.] Virg. Georg. 1. - quum flauis meſſorem induceret aruis Agricola. Ci. 3. de Orator. Non mihi oratores antiquos, ſed meſſores uideris imitari. Virg. 2. Aegloga, Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu Allia, ſerpillumq;, herbas contundit olentes. Plaut. in Capt. - rogas? Sartor, ſatorque ſcelerum, & meſſor maxumé.

Mĕſſōrius, meſſoria, meſſorium, Quod ad meſſorem pertinet. *θεριστικός*. [Ital. Pertinente à mietitore. Gal. Apartenant à moiſſonneur. Hiſ. Coſa perteneſciente à Segador, Ger. Das deſs ſchnitters iſt.] Cice. pro Seſtio. Meſſoria ſe corbe contexit. ¶ Sic etiam Operam meſſoriam dicimus, pro labore ipſius meſſoris.

Metœcus, *μέτοικος*, Qui de una ciuitate in aliam migrauit habitandi animo. Latinè aduena dici poteſt, uel Inquilinus. Pompon. de uerbo. ſignifi. l. Pupillus, Paræcum, *πάροικον* appellat.

Mĕtŏnўmia, *μετωνυμία*, cum accentu in penultima. Latinè tranſnominatio, Figura eſt, quæ fit quum inuentorem pro re inuenta ponimus. Terent. in Eunuch. Sine Cerere, & Bacchо friget Venus. ¶ Aut contrà, ſed tamen paulò durius eſt: ueluti ſi Vinum ponamus pro Baccho. ¶ Vel quum continens pro eo, quod continetur, uſurpamus. Virgilius, Nunc pateras libate Ioui, id eſt uinum contentum in pateris. ¶ Aut contrà, contentum pro continenti, Virgilius lib. 1. & 7. Aeneidos, Crateras magnos ſtatuunt: & uina coronant. Non uina, ſed crateras in quibus uina continentur. ¶ Vel quum dominus rei, pro re ipſa ponitur: ut Hunc tibi comedendum propino, id eſt eius bona deuoranda tardo. ¶ Vel quum ex effectu efficiens accipimus. Virg. 1. Aen. - mœſtumq; timorem Mittite, id eſt timorem qui mœſtos facit. ¶ Aut contra. Virgil. lib. 8, Aene. Hic melior remis. Significat enim uelocitatem, quæ per remos fit. ¶ Vel quum ducem pro his qui ſubſunt: ut, Annibale cæſa ſunt apud Canas ſexaginta millia. ¶ Vel quum autor pro opere ſumitur, ut Terenti. ſemper in manibus habendus, non Terent. quidem, ſed Terentij liber, ſeu opus. Hæc tum ex tabulis Moſellani, tum ex copia Eraſmi.

Mĕtōpĭō, *μετώπιον*, Arbor eſt in Africa Aethiopiç ſubiecta naſcens, ex qua Ammoniaci lachryma in ſubiectas arenas deſtillat. Plinius libro 12. capi. 20. Ergo Aethiopiæ ſubiecta Africa Ammoniaci lachrymam ſtillat in arenis ſuis. Inde & nomen etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam Metopion uocant. Hactenus Plin. ¶ Dioſcoridi uerò Metopion, ferula eſt in Syria naſcens, ex qua galbanum deſtillat. ¶ Eſt & Metopion olei genus ex amaris amygdalis confectum, teſte Plinio libro decimoquinto capite 7.

Mĕtōpōſcŏpus, *μετοπόσκοπος*, Latinè frontis inſpector interpretari poteſt: *ἀπὸ τῦ μετώπου*, quod frontẽ ſignificat *καὶ σκοπεῖν*, quod eſt contemplari, inſpicere, conſiderare. Sunt enim Metopoſcopi, qui ex frontis & faciei lineamentis, quid cuiq; euenturum ſit, diuinant. Suet. in Tito, Quo quidem tempore aiunt metopoſcopum à Narciſſo Claudij liberto adhibitum, ut Britannicum aſpiceret, conſtantiſſimè affirmaſſe, illum quidem nullo modo, cæterùm Titum, qui tum propè adſtabat, utiq; imperaturum. Plin. li. 35. cap. 10. Imaginum ſimilitudines adeò indiſeretè pinxit, ut (incredibile dictu) Appion Grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuinãtem (quos Metopoſcopos uocant) ex ijs dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.

Mĕtŏr, metaris, a. p. Propriè ſignificat metas in agris terminandi gratia diſpono, & menſuro locum futuro ædificio, uel caſtris, uel alteri cuiuis operi. *ὁρίζω, μετρέω*. [Itali. Porre meta, miſurare. Gal. Aligner, mettre bornes, meſurer, aſſeoir. Hiſp. Apoſentar, poner termino. Ger. Auſzylen, Auſmarchẽ, auſmäſſen.] Gel. li. 1. ca. 1. Nã quũ fere cõſtaret curriculũ ſtadij, quod eſt Piſis apud Iouẽ olympiũ Herculem pedibus ſuis metatũ, idq; feciſſe longum pedes ſexcentos. ¶ Hinc uſus inualuit, ut Metari ſimpliciter p diſponere, ac

parare

parare uſurpetur. Virg. lib. 1. Georg. -ſi pinguis agros metabere campi, Denſa ſere. ¶ Item pro collocare. *τιθέναι*. Vnde Caſtrametari dicimus, pro eo quod eſt Caſtra collocare. *γραστοπεδεύειν*. Salluſt. in Iugurtha, Sylla pariter cum ortu Solis caſtrametabatur. ¶ Metari cælum. Ouid. 1. Faſtor. Nos quoq; ſub ducibus cælum metabimur illis, Ponemuſq; ſuos ad uaga ſigna dies. ¶ Inuenitur etiam Meto, metas, Virgil. in Culice, Metabat ſeſe circum loca. ¶ Compoſitum à Metor eſt Emetor, penult. produ. quod eſt, perfectè menſuro. *Διαμετρέω*. Lactan. de Opificio Dei, Nam ſi peritus architectus, quum magnum aliquod ædificium facere conſtituit, primò omnium cogitat quæ ſumma perfecti ædificij futura ſit, & antè emetator, quem locum lene pondus expetat.

Mētātio, metationis, f. t. Ipſe metandi, hoc eſt collocandi, dividendi, uel diſponendi actus. *μέτρησις, κατεμέτρησις, διάθεσις, διάταξις*. [Ital. Ordine, aſſettamento. Gal. Aſsiette, alignement. Hiſp. Aposentamiento. Ger. Zuſszylung, Ordnung, ſetzung.] Col. li. 9. cap. 1. Hæc in quincuncem uinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur.

Mētātor, metatoris, nomen uerbale, m. t. Qui arbores in ſeminario, uel arbuſto diſponit, & ordine quodam degerit. *μετρητὴς, διατάκτης, διατάξας*. [Ital. Chi pianta gli alberi à linea. Gal. Qui aſſiet, qui plante les arbres à la ligne. Hiſp. Aposentador, el que planta ò aſſenta los' arboles por orden. Ger. Ordner, aufſetzer, aufszyler.] ¶ Item qui locũ futuro ædificio, aut caſtris collocandis metitur, aut qui agrum, aliumue quemuis locum in certas diſtribuit partes. Cic. in Phi. Saxa, caſtrorum antea metator, nunc, ut ſperat, urbis. Ibidem. Saxa peritus metator & callidus, urbem iam decempeda ſua diuiſerat. Lucan. lib. 1. Heſperios audax ueniam metator in agros. Pro eodem Cic. in Phil. Decempedatorem dixit. L. Antonius (inquit) agri publici & priuati æquiſſimus decẽpedator. ¶ Metatores etiam dici poſſunt, qui iuſſu atq; autoritate principis militib. diuerſoria aſſignãt: quib; in caſtris, figendis, tentorijs locum unicuiq; oſtendunt. Vegetius li. 2. ca. 7. Metatores (inquit) in caſtris dicuntur, qui præcedentes, locum caſtris idoneum eligunt. Hi etiam Menſores dicuntur: ut ſuprà ſuo loco docuimus.

Metatus, participium, quod aliquando paſſiuè acceptum, uidetur eſſe à uerbo paſſiuo Metor. Horat. li. 2. Carmin. Nulla decempedis metata priuatis Opacam porticus excipiebat Arcton.

Metrenchyta, *μητρεγχύτα*, Inſtrumẽta ſunt medicorum: per quæ Medicamenta in uterum iniiciuntur. Linacrus uertit Vterinos clyſteres, Vide Galenum 5. Methodi.

Metrēta, æ, penu. prod. f. p. Genus uaſis, conſtans ex duobus batis. *μετρητής*. [Ital. Miſura di gieci congii. Gal. Vne ſorte de meſure contenant ſelon la ſupputation de Budee ſoixante ſeptieres. Hiſp. El arreua ò cierta otra medida. Germ. Ein maſs bey denn Griechen hielt zwölff Congios, das macht ſechs vnnd dreiſſig maſs.] Quod (inquit Budæus libro 5. de Aſſe) Dioſcorides metretam dixit, Plinius Cadum tranſtulit, quod & ipſum Græcum eſt, ſed utroq; noſtri utuntur, Metretam enim Cato, & Columella dixerunt. Eſt autem congiorum decem, ut autor eſt Dioſcorides libro 5. his urbis. *Ἔστι δὲ ἡ μετρητὴς χόες δέκα*. Decem autem cõgii ſexaginta ſextarios ualent, id eſt amphoram & quadrantem. Pollux tamen in 10. de Vocabulis ait, Cratinum comicum metretam amphoram appellaſſe. De hoc nomine plura apud Budæum.

Metricus, a, um, Vide Metrum.

Mētrŏcōmia, *μητροκωμία*. Sic eſt inter uicos, ut Metropolis inter urbes, à ſuis q; coloniis agnoſcitur. Eſt enim proprie Metrocomia uicus uel pagus, unde in alios uicos ductæ ſunt coloniæ, quemadmodum Metropolis urbs eſt, ad quam deductæ coloniæ, uelut ad matrem, originem ſuam referunt. Vide Annot. Budæi. Vtitur hac uoce Iuſtinianus in ſuo Codice, titulo, Non licere habitatoribus metrocomiæ poſſeſſiones ſuas ad extraneum transferre, & luriſcõ. l. ulti. de Exact. tribut. Latinè Matrix uilla dici poteſt, quemadmodum Metropolis, Matrix ciuitas. Nam *μήτηρ* matricem ſonat, & *κώμη* uicum, ſiue uillam.

Mētrŏpŏlis, f. t. *μητρόπολις*, pen. corr. Dicitur urbs, teſte Budæo in prioribus Annot. in Pand. ex qua coloniæ deductæ ſunt, quales multæ ex Athenis miſſæ ſunt, & ab urbe Roma. Latinè Matricem ciuitatem dicere poſſumus. Nam *μήτηρ* matricem ſonat, & *πόλις* ciuitatem. Nam quemadmodum in pecore ex matricibus noui ſemper fœtus: ita ex metropoli nouæ ciuitates propagantur. Poteſt & *ἀπὸ τοῦ μητέρος* compoſitum uideri. Sic enim ſe habet Metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam: id quòd illo Thucydidis loco manifeſtè declaratur. *Ἀποβίᾳ τὸν μὲν πάλαι σφε, τιμᾷ τὴν μητρόπολιν ἀδικημένην δὲ, ἀλλοτριοῦται*, id eſt Colonia beneficio affecta, honore Metropolin ſuam proſequitur: iniuria autem affecta, ab ea alienatur. Metropoles, inquit Suidas, dicuntur quæcunq; ciuitates colonias deduxerunt. Latinè dici poſſunt Matrices urbes.

Metropolitani, *μητροπολίται*. Qui ex Metropoli orundi ſunt, quiue metropolim inhabitant.

Metropolites, *μητροπολίτης*, pen. prod. Metropolitanæ ciuitatis incola.

Metrum, metri, n. t. *μέτρον*. [Ital. Miſura. Gal. Meſure. Hiſp. Medida. Ger. Ein maſs oder máſs.] Menſura. Etquoniam menſurantur uerſus, à noſtris dicuntur Metra. Colum. li. 3. capite 10. Nam idipſum conſueuiſſe maiores noſtros non dubium eſt, quanuis nullo alio ſit ſcripto proditum, exceptis, quæ retulimus, metris Virgilianis. Definitur Metrum, quòd ſit connexio quædam atq; ordinatio pedum, ad delectationem auium inuenta. ¶ Hinc fiunt per compoſitionem, Monometrum, quod unica menſura maiori, hoc eſt duobus pedibus conſtat. ¶ Dimetrum, quod duabus mẽſuris, hoc eſt pedibus quatuor. ¶ Trimetrum, quod ſex pedibus. ¶ Tetrametrum quod octo pedibus, ſiue quatuor menſuris conſtat: quem numerum pedum rarò ſupergedimur. ¶ Pentametrum dicitur, quod quinq; habet menſuras minores, quas nos uocamus pedes. ¶ Hexametrum, quod ſex minoribus menſuris ſeu pedibus conſtat.

Metricus, a, um, *μέτρικος*, Quod ad metrum, hoc eſt ad ortſum, ſiue ad menſurã pertinet: ut Ars metrica, *μετρική*, & Lex metrica. Plin. lib. 11. ca. 37. Arteriarum pulſus in modulos certos, leges metricas per ætates ſtabilis, aut citatus, aut tardus.

Mĕtŭo, metuis, metui, n. t. Idem quod timeo. *Δέδια, φοβοῦμαι*. [Ital. Temere. Gal. Craindre, auoir peur. Hiſp. Temer. Germa. Förchten.] Varro à motu animi deductum putat, quum id, quod malè caſurum putat, mens refugit. ¶ Quãq; uehementiam in mouendo, ut ſe habeat, foras ferunt, Formido appellatur. ¶ Si autem ex horrore uenturæ rei uehementer tondatur pectus, à pauiendo Pauor dicitur. Pauire enim tunnere eſt. Inde pauimentum, quòd pedibus pauiatur, id eſt tundatur. ¶ Et quia in hac perturbatione id geſcimus, ab horrendo Horror dicitur, ut à tremendo Tremor. ¶ Et proprie Metuere, ſeruorum eſt: Vereri, liberorũ. Cicero in Cato. Metuebant eum ſerui, uerebantur liberi, charum omnes habebant. Quærit Ariſtoteles in Problematis cur tremunt, qui metuunt? An propter refrigerationem? Deficit enim calor, atq; contrahitur. Hinc Virgilius, gelidusq; per ima cucurrit Oſſa tremor. Metuẽtibus aluus tonditur, & algor ſitis prouocatur, teſticuli contrahuntur, dẽtes crepitant, & arietantur. ¶ Dicimus Metuo te, & Metuo tibi. quemadmodum Timeo te, & Timeo tibi: quæ ſic differunt. ut Metuo, uel Timeo te, idem ſit quod metuo, nequid mihi mali inferas. Metuo uel Timeo tibi, nequid tibi mali accidat. Teren. in Eun. Metuebant omnes iam me:

Metuens, nomen ex participio. *φοβούμενος, Δεδιώς*. [Ital. Temente. Gal. Craignant, craintif. Hiſpani. Temeroſo. Ger. Förchtſam, oder förchtend.] ut, Metuens legum, Metuens iudiciorum. Cicero poſt reditum in Senatu, Nam consules, modeſti, legumq; metuentes, impediebantur lege, non ea quæ de me, ſed ea quæ de ipſis lata erat. Idem pro domo ſua, Homines legum, iudiciorumq; metuentes.

Mĕtŭentior, comparatiuus. Ouid. 6. Faſt. Regis opus placidi, quæ non metuentius ullum Numinis ingenium terra Sabina tulit. Idem Epiſt. 18. Quid tamen euenit, cur ſis metuentior undæ?

Contemptumq; prius, nunc uereare fretum?

Mĕtŭendus. Cic. de Aruſp. reſp. Eodem ferè tempore fatus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræmotus horribilis, cum quibuſdam multis, metuendisq; rebus.

Mĕtūtus, pen. prod. participium, Luc. lib. 5. Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.

Mĕtŭs, tus, m. q. Timor, & eſt (ſicut Vlpianus ſcribit) de inſtãti uel futuro periculo, mẽtis trepidatio. *φόβος, δέος*. [Ital. Timore

Timore, tema, paura. Gal. Peur, crainte. Hiſp. Miedo, eſpanto. Ger. Ein forcht.] Cic. 4. Tuſc. Metus eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe uideatur. Ibidem, Aegritudini finitimus eſt metus: eſt enim metus, ut ægritudo præſentis, ſic ille futuri malitiaq; nonnulli metum Pœmo leſtiam appellabant, quòd eſſet quaſi dux cõſequentis moleſtiæ. ¶ In metu aliquem ponere, pro metuere dixit Cic. ad Attic. Quid autem, inquit, abſurdius hunc metuere, alterum in metu non ponere? Et tam actiuè, quàm paſſiuè ſumitur. Nam metus hoſtium, rectè dicitur, & quum timẽt hoſtes, & quum timentur. ¶ Capitur interdum pro religione: quoniam (ut docet Seruius) nata eſt ex timore. Virg. lib. 7. moltoſq; metu ſeruata per annos.

Meticulus, dimin. Hinc

Mĕtĭcŭlōſus, m. f. Significat timidum. *ψοφοδὲς*. [Ital. Pauroſo, timido. Gal. Craintif, paoureux. Hiſp. Medroſo ò temeroſo. Ger. Forchtſam.] Plautus in Moſtel. Neſcis quàm meticuloſa res ſit ire ad iudicem? Idem in Amphitryo. Nullus eſt hoc meticuloſius æqué.

Metys, Purgamentum ceræ, ex quo partem aluei priorem apes illinunt. Hæc Sipontinus. Plin. tamen libro 11. cap. 7. (unde Sipontinus hæc uidetur eſſe mutuatus) primum ceræ fundamentum Commoſim appellat. Quare libet ſuſpicari, Perottum depraualo Plinij uſum eſſe exemplari.

Meu, per duas ſyllabas, *μῶυ* Dioſcoridi, Herba eſt caule, foliis q; aniſo non abſimilis: de qua Plinius libro uigeſimo cap. 21.

Mĕŭs, mea, meum, pronomen poſſeſ. ut Meus ager. *ἐμός*. [Ital. Mio. Gal. Mien mon. Hiſp. Mio. Germ. Mein.] Quum uerò dico, Meus ſum, perinde eſt ac ſi dicerem, Meæ poteſtatis ſum, *ἀὐτεξούσιός*. ¶ Perſius Satyr. 5. Poſtquam meus à Prætore receſſi. ¶ Aliquãdo etiam, Meus, Tuus, Suus, ſubſtantiuè accipiuntur: facilq; in eis ſubauditur ſubſtantiuum aliquod, Amicus, Familiaris, uel Domeſticus. Virgil. lib. 4. dulcesq; meorum Reliquias. Et lib. 5. Cape dona extrema tuorum. Terent. in Phorm. Ego meorum ſolus ſum meus carnifex, (apud eundem in Andria) qui me excarnifices. ¶ Meum eſt, hoc eſt Mei officii eſt. *πρὸς ἐμὲ ἐστί*. S.c Tuum, ſuum, noſtrum, & ueſtrum eſt, id eſt tuum, ſuum, noſtrum, & ueſtrum officium eſt. Meum non eſt, id eſt nõ eſt mea natura. Terent. in Heaut. Non eſt mentiri meum. ¶ Mea, Mea tu, & huiuſmodi mulierbia ſunt blandimenta, ſine quibus, inquit Donatus, nõ progreditur colloquiũ fœminarum, & maximè trepidantium. Terent. in Adelph. Modò dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem in Eunuc. Heu obſecro mea Pythias, quid iſtuc nã monſtri fuit? ¶ Meum eſt, pro Meũ eſt inuentum, excogitaui illud. Ibidem, Tuũ obſecróne hoc dictum erat? uetus credidi. Trab. Audieras? Gna. ſæpe: & fertur in primis. T H. Meum eſt, id eſt ego ipſe huius dicti autor ſum. ¶ Mea quidẽ ſententia, pro, ut ego ſentio, ut opinor. Idem in Adelph. Et errat longè, mea quidem ſententia. ¶ Mea eſt deſcriptio. apud Ciceronem de Senect. pro, Egomet deſcripſi. ¶ Meo pretio, in prologo Hecyræ, interpretatur Donatus pro Pretio à me facto, & à me ſtatuto. ¶ Mea uuius ſalus, Cic. in Vatin.

M ante L.

MI. In notis antiquorũ, mihi. M L. maximo Ioui. MES menſes uel menſib. MIL. miles, uel militauit, uel millia. MIN. minor. M. INTER morte interuentus. M L miles uel maleficus. M. L. militis locus, uel Martii liberi, uel Marci liberti, uel libertus. M L C. REG. INST. Marcus Lepidus ciuitatẽ Regentiũ uel regit, inſtauratit. ML. PR. multũ primũ. M. L Q V. melius quicũq; uelit. M L T. milites: MM. militẽ. MM A. monumentũ accepit. M M A N. Marcus Manlius. M MAR. Marcus Marcellus. MM. L. monumenti locus, uel memoriæ Latonæ. MM. LE. memoria legatorũ. M M. F. Mutius Martij filius. MMN matrimonium MM. P monumentũ patet uel poſuit. M. M. P. malo mãcipio poteſtate. M M. R G. memoria Regis. MMT. monumentum.

Mi, *μοὶ*, Dandi caſus, à genitiuo Mis, Virg. 6 Aen. Et mi genus ab Ioue ſummo. ¶ Mi, uocatiuus à meus. Terent. in Adel, O mi Aeſchine, ò mi germane. Idem in Phor. Mi patrue, ſalue. Quo in loco, Mi, uim blandimenti habet. Idem in Eunuc. Ne crucia te obſecro anime mi Phædria. Fœminarum, inquit Donatus, oratio, etſi non blanditur, blanda eſt tamen. ¶ Mi, inuidioſè roganti. Idem in Hecyra. Illius dices culpa factum. Soſtr. haud equidem dico mi La-

ches. Donat.

Micã, micæ, f. p. Puluiſculus ille, qui in arena quaſi argentũ fulget. *ψιττάκιον*. [Ital. Poluere che lampeggie nella ſabbia, ogni pezzo di pane. Gall. Miette, mie, petit morceau comme ce qui reluit parmi le ſablon. Hiſp. La migaja. Ger. Ein gleſslin, iſt das glitzerend bũzlin in dem ſand dem wie ſilber.] A quo & panis, & omnium rerum fruſtula, quæ trahentibus nobis aliquam rem, & inde emicant, Micas appellamus. Vnde eſt & illud, Nam & catelli comedunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorũ. Catullus, Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis. Ouid. 1. Fast. Antè, deos homini quod conciliare ualeret, Far erat, & puri lucida mica ſalis. Horat. 1. Carm. Ode 22. Mollibit aueſſos penates Farre pio & ſaliente mica. Vbi Porphyrion, Satiẽtem micam, ſalis granum intellige, quòd ſaliat quum in ignem miſſum ſit.

Mico, micas, n. p. Propriè eſt ſubinde, & per intervalla, ut micæ faciunt, fulgeo, & reſplendeo. *ἀστράπτω, διαφίλβω*. [Ital. Reſplendere, relucere. Gall. Reluire par fois, eſtinceller, iecter lueur. Hiſp. Reſplandecer. Ger. Gleiſſen, glitzeren, zwitzeren.] Virg. 1. Aen. crebris micat ignibus æther. Idem lib. 10. Aen. Qualis gemma micat, fulvum quæ diuidit aurum. Et quoniam talis quædam uariatio, dum digitis ſortimur, apparet, per translationem Micare capitur pro digitis ſortiri, *ἐπαλλάττειν τὸν δακτύλους*. Varro, Micandum erit cũ Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. ¶ Eſt autem Micare digitis, luſus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, ut repentè porrectis digitis, certantium uterq; numerum diuinet. Huius meminit Cicero lib. 2. de Diuin. Quid enim ſors eſt? idem propemodũ quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras. ¶ Ab hoc ludi genere tractum eſt, ut qui certiſſima eſſet fide, quiq; uir bonus exiſtimaretur, cum antiqui dignum dicerent, qui cum in tenebris micaretur. Cic. lib. 3. Offic. Hæc nõne turpe eſt dubitare philoſophos, quæ ne ruſtici quidem dubitent? A quibus natum eſt id, quod iam triũ eſt uetuſtate, prouerbium. Qui enim fidem alienius, bonitatemq; laudant, digum eſſe dicunt, qui cum in tenebris micet. Porrò qui cũ in tenebris micet, ei liberum eſt, ſi uelit, fallere. Proinde dignus qui cum in tenebris micet dicitur, qui ſit uſqueadeo certa fide, ut nec ſi turpe poſſit, uelit quempiam medacio fallere. Ex Eraſmo. ¶ Et quia ſplendor tremulus eſt, & intermiſſis uicibus mouetur, factum eſt ut Micare accipiatur pro eo quod eſt interpoſitis intervallis moueri. *ἀμείβεσθαι*. Virg. lib. 3. Georg. & linguis micat ore triſulcis. Cic. 2. de Natur. deor. Iam uerò uenæ, & arteriæ micare non deſinunt quaſi quodam igneo motu. Huius compoſita ſunt, Dimico, hoc eſt pugno, Et Emico, *ἀκτίζω*. extra ſplendeo, Intermica, inter uel in medium mico. Auguſt. lib. 8 Ciu. Id quoq; uel altiſſimis tenebris rapidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare, Promico, *ἀπαφίλβω*, Extendo uel longè iacco ſplendeoq;. Habent autem hæc omnia penultimam correptam.

Micrõcõſmos. *μικρόκοσμος*, Latine paruus mundus reddi poteſt: quam appellationem Philoſophorum nonnulli homini in primis cõuenire uoluerunt, quod corpus quidem habeat ex quatuor elementis, animam autem ex cælo decerptam.

Micrõlõgia, *μικρολογία*, à Græcis appellatur, anxia cura circa minutula & ſedulitas quouis modo rem augendi. Is quoq; qui rem uilem magni facit & tenuiſſimũ lucellũ undecũq; aucopatur, Micrologus. *μικρολόγος*. appellatur.

Microſpchos. pen. corre. *μικρόψυχος*. [Ital. Puſillanimo, di poco animo. Gal. Puſillanime, de pen de cœur. Hiſ. Medroſo ò temeroſo, de poquillo coracon. Ger. Kleinmütig.] Puſillanimus dicitur, & timidus. Nã *ψυχὴ* anima, & *μικρὸς*, Paruus. Plin. lib. 22 cap. 24 Inuenio apud autores hunc potum bibendum alſiolis: item animi humilis, ac præparci, quos illi dixere microptychos.

Microſychia. *μικροψυχία* Puſillanimitas.

Microſphæron. *μικρόσφαιρον*, Nardi folium eſt. ex tribus ſpeciebus ut minimum, ita & longè præſtantiſſimum. Vide Plin. lib. 12. cap. 12.

Miction em, citat Nicandri interpres in Theriacis, herbarium medicum.

Micturio. micturis. penultim. corre. n. q. Verbum deſyderatiuum à Meio. Idem quod cupio meiere, uel teneor deſyderio meiendi. *οὐρεσιᾶν*. [Italicè, Deſiderare de urinar.

Gall.

Gal. Auoir faim de piſier, nouloir uriner. Hiſp. Hauer gana de mear. Germ. Mich bruntzert, es thůt mir not zůbruntzen.] Iuuc. Satyr. 6. Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic.

Midas, *μίδας*, Vermiculus eſt in fabis naſcens, inquit Theophraſtus lib. 4. de Plantarum cauſis, & Hermolaus in Plin. lib. 21. cap. 19. ¶ Eſt item Midas fœliciſſimus iactus in ludo teſſerarum, à Mida beatiſſimo rege nomen habens.

Midion, genus nauigii apud Feſt. Pomp.

Migro, migras, n. p. Eſt, inquit Valla lib. 5. cap. 85. domicilium muto, & aliò me ad habitandum confero, relicta priore habitatione, *μετοικίζω*, *μετοικέω*. [Ita. Mutar ſtanza, andare ad habitare altroue. Ga. Desloger, changer de logis, aller demourer d'vn lieu en aultre. Hiſp. Mudarſe de caſa à caſa. Ger. Zuſsziehen, Zuſs einer wohnung oder behauſung in ein andere ziehen.] Liuius lib. 1. ab Vrbe, Et Româ inde frequenter migratum eſt à parentibus maximè, & propinquis raptarum. ¶ Migrare ex uita, idẽ eſt quod mori. *μεταναστ]ευτὸν βίον*. Cic. li. 6. de Repub. Antequam ex hac uita migro, conſpicio in meo regno & his tectis P. Cornelium Scipionem. Idem de Finib. 1. Non dubitat, ſi ita melius ſit, migrare de uita, id eſt mori. ¶ Legitur interdum Migrare actiuè pro transferre, *μεταβάλλω*. Gell. li 2. cap. 29 Ita Caſſita nidũ migrauit. ¶ Apud antiquos in uſu fuit Migraſſit, pro Migrauerit: ut apud Cice. 3. de Leg. XII. Tabul. Quiſquis earum rerum migraſſit, noxiæ pœna par eſto. ¶ Huius compoſita ſunt Commigro, quod eſt in locũ aliquem migro. Terentius in Andria, Ex Andro commigrauit huic uicinæ. Demigro, de loco diſcedo, & aliò habitandum eo. Cicero pro domo ſua, Demigrandum potius aliquò eſt, quàm habitandum in ea urbe. Liu. li. 1. ab Vrb. con. Quũ hoſtes adeſſent, pro ſe quiſq; in urbem ex agris demigrant, urbem ipſam ſepiunt præſidijs. Emigro, exeo. Cæſar, Vt domo emigrent, aliud auxilium, alias ſedes remotas à Germanis petant. Immigro, in locum aliquem habitationem transfero. Remigro, in priſtinum domicilium reuertor. Idem, ibidem in noſtram domum remigremus. Semigro, ad ſeorſum habitandum eo. Cicero pro Cælio, reprehendiſtis, à parte quòd ſemigrarit: quod quidem iam in hac ætate minimè reprehendendum eſt. Transmigro, ultrà ad habitandum eo, hoc eſt, in longinquiorem locum domicilium transfero. Et habent hæc omnia penultimam correptam.

Migrátio, onis, f. t. Verbale à Migro, uerbi ſignificationem retinet, *μετοίκησις*. [Ita. Eſſo dislogiare, il mutar ſtaza. Gal li. Deslogement, changement de logis. Hiſpa. Mudanca de caſa. Germa. Das auſsziehen von hauſs zu hauſs, verendertig der wohnung.] Cic. Fam. 9. Migrationem, & emptionẽ fœliciter euenire uolo, tuumq; in ea re conſilium probo. Idem Tuſc. 1. Sin uera ſunt quæ dicuntur, mortem eſſe migrationem in eas oras, quas, qui uita exceſſerunt, incolunt, id multò iam beatius eſt.

Mihi, pronomen datiui caſus ab Ego uarium uſum habet. *ἐμοὶ*, *μοί*. Nonnunquam ſignificat Ad meam utilitatem. aut Ad meum damnum. Terent. in Adelph. Siquid peccat Demea, mihi peccat. ¶ Aliquando, Quantum ad meum iudicium, ut interpretatur Donatus illud in Adelphis, Nã is mihi eſt profectò ſeruus ſpectatus ſatis, Cui dominus curæ eſt. ¶ Aliquando, A me. Idem in Heaut. Syrus eſt prehendendus, atq; adhortandus mihi. ¶ Aliquando, In me, Circa me. Idem in Heeyr. Vt uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. ¶ Aliquando Mihi & Tibi, In oratione ponuntur feſtinitatis tantùm gratia. Cicero in Piſonem, Is mihi etiam gloriabitur ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſequutum? ¶ Mihi crede, ſeu Credas mihi uelim, affirmãtis ſunt particulæ, quæ idem ſignificant, quod certè. Cicero, Tuis (mihi crede) literis perlectis, exilui gaudio. ¶ Mihi metipſi, datiuus eſt ab Egometipſe: quo uſus eſt Cicero pro Quintio, Breuitas poſtulatur, quæ mihimetipſi amiciſſima eſt.

Mihipte, Pro mihiipſi poſuit Cato. *ἐμαυτῷ*. Feſtus.

Milax, *μίλαξ*, A Galeno appellatur frutex hederæ ſimilis, quem Similacem uocat Dioſcorides. Vterq; duas eius facit ſpecies, aſperam, & læuem. Vide infrà in dictione Milax.

Miles, huius militis, gen. commu. t. *στρατιώτης*. [Ital. Soldato. Gal. Soldat, homme de guerre, & gendarme. Hiſp. Hombre armado para la guerra, ſoldado. Ger. Ein kriegs man.] Dicitur quicunq; militiam exercet, autore Valla, lib. 6. ca 32. ſed propriè, qui pedes militat: à militia, id eſt à duritia, quam pro Repub. ſuſtinet, dictus: aut à multitudine, aut à malo, quod arceat: aut à mollitie per contrarium (ut Feſtus putat) eo quòd nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. Vel à mille, quaſi milleſimus quiſque, quòd trium millũ prius legio fiebat, & ſingulæ tribus, Tatienſium, Rammenſium, Lucerum, mille milites mittebant. Cicero pro lege Manil. qui extrema pueritia miles fuit ſummi imperatoris Idem pro Corn. Bal. C. Marius P. Africani diſcipulus ac miles. ¶ Leuis armaturæ milites. Cæſar 8. bel. Gal. Quibus celeriter ſubueniunt leuis armaturæ milites. Hoc eſt pedites, & expediti milites. ¶ Aerarij milites, ut ait Varro 4. de Lingua Latina, dicuntur ab ære quòd ſtipendia facerent. ¶ Aurati, & Argentati milites. Liu. 9. ab Vrb. Tunicæ ruatis militibus uerſicolores, argentatis linteæ cãdidæ. ¶ Caſarij milites, hoc eſt morbo aut debilitate affecti, ob idq; ad ſare coacti. Liu. 6. ab Vrb. Tertius exercitus ex exulariis ſenioribus à Lu. Quintio ſcribatur, qui urbi, moenibusq; præſidio ſit. ¶ Legionarii & Auxiliarii milites. Aſinius Pollio Ciceroni libro decimo Epiſt. Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſit. ¶ Tria autem ſunt (ut inquit Seruius) militum genera, Euocati, qui non milites, ſed pro milite erant. Vnde Conſul ſolebat dicere, Qui uult Rempub. ſaluam, me ſequatur. Nam diuerſi ad diuerſa loca propter cogendos exercitus mittebantur. Virgil. 9. Aeneid. Mittitur & magni Veniũ Diomedis ad urbem. Salluſt. Ab his omnes euocatos centuriones Tumultuarij, qui neceſſitate aliqua electi ad unũ dumtaxat bellum, militant, quando uicinum periculum urbis ſingulos iurare non patitur. Virgil. lib. 7. ſimul omne tumultu Coniurat trepido Latium. ¶ Sacramento religati, qui poſt electionem in Rempubl. iurabant, ſe non receſſuros à præcepto Conſulis, niſi poſt completa ſtipendia: quod militare ſacramentum dicebatur. Hi plenam militiã habebant, eranteq; quinque & uiginti annis obligati: utapud eundem in illud Virgilii 2. Aeneid. Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura. De his tribus militiæ generibus uide Budæum in Pandectas.

Mileſia, herba citatur ab Actio ſermone 13. cap. 123. ſed mihi planè ignota.

Miliaria, Anis ita dicta, quòd milio neſcatur, & pinguescat. *κεγχρίς*. Huius meminit Varro libro 3. de Re ruſtic. cap. 5. ¶ Miliaria etiam herba eſt, quæ milium necat. Plin. li. 22. cap. 25.

Militia, æ, f. p. bellum, & rem militarem ſignificat. *στρατία*. [Ital. Militia, ſoldo. Gal. Guerre, le temps de la guerre. Hiſ. La guerra ò tiempo dela guerra. Ger. Ein krieg, Kriegs rüſtung.] Cic. 1. Offic. de Vlyſſe, Sed inſimulant eum tragediæ, ſimmulatione inſaniæ militiam ſubterfugere uoluiſſe. Horatius libro 1. Sermon. Satyr. 1. O fortunati mercatores, grauis annis Miles ait, multò iam fractus membra labore. contrà mercator, nauim iactantibus Auſtris, Militia eſt potior, quid enim? concurritur: horæ Momẽto aut cita mors uenit, aut uictoria læta. ¶ Quandoq; per metaphoram pro quouis exercitio & uſu ſumitur. Cic. ad Attic. lib. 5. Gratæ hæc & magna, mihiq; nondum laborioſa ex illa uetere militia. Militiæ nomẽ dare, eſt, inquit Bud. in Anno. in Pãdectas ultrò ſeſe exhibere, nomenq; ſuum in militum album deſcribendum edere. Cic. in Philip. Re & ueritate nobis milites ſine ulla recuſatione, ſummo etiam cum ſtudio nomina dant, id eſt, *ἑαυτὸς ἐνδιδόασιν ἀπροφάσιστα*. ¶ Militiam urbanam ſequi, dixit Cicero pro Murena, pro eo quod eſt in iudiciis uerſari, & cũ aduerſariis in foro cõtendere. ¶ Imaginariam militiam uocat Sueton. in Claud. pugnam ſimulatam ad ſpectatorum delectationem exhibitam. ¶ A militia fit compoſitum Commilitium, hoc eſt ipſa belli ſocietas: & Commilito, onis, qui nobiſcum militat. *συστρατιώτης*. Cicero pro Deiotaro, Hic uerò adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. ¶ Militiæ, genitiuus aduerbii uice poſitus, ſicut Domi. Terent. Adelph. unà à pueris paruuli Sumus educati: unà ſemper militiæ domi Fuimus. Salluſt. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Rom. domi militiæq; mari atq; terra præclara facinora fecit.

Milito, tas, n. p. Militiam exerceo, & ſtipendia in bello mereo, neutrum eſt, *στρατεύω*, *ὑμαι*. [Ita. Militare, eſſercitare l'arte de la guerra, guerregiare. Galli. Guerroyer, militer, ſuiuir ou faire la guerre. Hiſpanicè, Eſtar ò andar à la guerra, guercar.

Digitized by Google

guerrear. Ger. Kreigen, im krieg vmb ſold dienen.] ut, Hic ſub Cæſare militauit. Pli. in præfat. lib. 25. Militare didiciſſet ſub Annibale. Cic. Offi. 1. Qui in eadem legione militabat. ¶ Aliquando habet poſt ſe ablatiuum pretii. Curtius. Græcis mercede apud Perſas militantibus.

Militatur, impersonaliter. Plau. in Perſa, Illa militia militatur magis. Legitur & Militor paſſiuum. Horat. Epod. 1. Libenter hoc, & omne militabitur Bellum in tuæ ſpem gratiæ.

Militāris, & hoc tare, om. t. Quod ad milites aut militiā pertinet. στρατιωτικός. [Ital. Ciò che ſi appertiene à militia. Gal. Militaire. de guerre. Hiſp. Coſa perteneciente ala guerra. Ger. Kriegiſch.] ut Militaris homo. Plautus Epid. Scio Te eſſe quidem hominem militarem. Salluſt. Præmittit illis homines militares. ¶ Militaris uia, Quæ uulgò communis dicitur, alio nomine Regia, ſeu Conſularis, ſiue etiam Prætoria, aut Publica uia. λεωφόρος. ¶ Dicta eſt autem militaris, quòd à militibus ſterneretur, uel quòd milites in bellum proficiſcentes, per eam iter facerent. Eiuſmodi fuerunt Romæ Salaria, Flaminia, Appia, Aemilia. ¶ Aetas militaris, hoc eſt robuſta, & ad militiam apta. Tacitus libro 1. Referebat habitaſſe quondam ſeptingenta militia ætate militari. ¶ Signa militaria. Cice. in Catil. Quum arma, quum ſecures, quum faſces, quum tubas, quum ſigna militaria, quum aquilam illam, &c. ¶ Timor militaris. Plau. Pſeud. ſic ego illum dolis Atq; mendaciis dabo in timorem militarem aduenam.

Militaris herba, quam & Dioſcorides στρατιωτικὴν appellat. Herba eſt quæ aliis nominibus Achilla, Millefolium, & Supercilium Veneris appellatur. Militaris dicta, quòd ab ea milites uulnerati petere ſoleant præſidium.

Militarius, adiectiuum, Antiqui uſurpauerunt pro militaris. στρατιωτικός. Plautus in Pſeud. Quin hinc metimur gradibus militarijs.

Militāriter, aduerbium, ſignificat more militum, ſeu more militiæ, στρατιωτικῶς. [Ita. Da ſaldato. Gal. En homme de guerre, en facon de la guerre. Hiſp. A manere de guerra, ala ſoldada. Ger. Auff kriegiſche weiſs, kriegiſch.] Li. 1. ab Vrb. Aduerſus hæc Tempanij oratio incompoſita fuiſſe dicitur, cæterum militariter grauis, non ſuis uana laudibus, non crimine alieno læta.

Milito, tonis, m. t. Idem quod miles, unde cōmilito, συστρατιώτης, qui ſimul militat, hoc eſt, qui ſocius eſt in bello. Hinc com militium, ipſa belli ſocietas.

Milium, milii, n. ſ. Genus frugis, à mille dictum eſt (ut putat Feſtus) propter multitudinem granorum κέγχρος. [Ital. Miglio. Gal. Du milles. Hiſp. El mijo. Ger. Hirſ.] Martial. libro 12. Frumentum milium, ptiſanamq; fabamq; ſolebas Vendere. Plin. lib. 18. cap. 10. Milio Campania gaudet præcipuè, pulcremque candidam ex eo facit: ſic & panis perdolcis. Ibidem capite 7. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum eſt, nigrum colore, amplum grano arūdineum culmo: adoleſcit ad pedes altitudine ſeptē prægrandibus culmis: Lobas uocant omnium frugum fertiliſſimum.

Milium inflammatio, ac paruæ puſtulæ per ſummam cutem erumpentes in modum milii, de cuius cauſa lege Gale. ad Glauconem lib. 2. Milium ſolis Dioſc. Litthoſpermon. Milium Græcè κέγχρος, notum egit de eo, Dioſc. lib. 2.

Mille, ſubſtantiuum, & neutri generis. χίλιοι. [Itali. Mille. Galli. Mille Hiſpani. Mil. Germani. Tauſent.] Declina tur q; in utroque numero: quanuis in ſingulari numero genitiuus, & datiuus non inueniantur. Ablatiuus, quānis hodie in uſu non ſit, inuenitur tamē apud antiquiſſimos. Lucilius libro 9. ut citat Gellius libro 1. capite 16. Tum mille numum potes uno quærere centum. Vbi, Vno mili numorum dixit, pro mille numis: acſi diceret, Potes mille numis acquirere centum millia. ¶ Conſtruitur autem Mille ſubſtantiuum cum genitiuo, tam in numero ſingulari, quàm in plurali. Cic. in Anton. Quis unquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum? Quadrigarius li. 3. Analium, Ibi occiditur mille hominum. Varr. lib. 7. Rer. hum. Plus mille, & centum annorum eſt. Plaut. in Mili. Qui mille annorum perpetuò uiuūt. hoc eſt quod Græci χιλιέτεα uocant. ¶ Aliquando mille adiectiuum eſt pluralis numeri tantùm, & indeclinabile, quemadmodum, & Centum: quum dicimus, Mille nummi, Mille propugnacula. Nec licet dicere, Millia homines, quia ſubſtātiua non cohærent ſine copula. Dicimus tamen, Decem millia, & ducenti homines, quod intelligitur, decem millia hominum, & ducenti homines. Georg. Valla putat Mille adiectiuum etiam ſcriptura differre à ſubſtantiuo, quòd illud gemino conſonante ſcribi debeat, hoc unico l, contentum ſit, quemadmodum Ille, & Cubile & reliqua eiuſdem terminationis.

Millēſimus, a, um, adiectiuum, Ordinis numerus eſt, à Mille formatus. χιλιοστός. [Ital. Milleſimo. Gal. Milieſme Hiſp. Coſa de mil en orden. Germani. Tauſentiſt.] Cicero ad Attic. li. 19. Feciſti mihi pergratum, quòd Serapionis libriū ad me miſiſti: ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimam partem uix intelligo, Idem de Fato, Quanquam id milleſimo ante anno Apollinis oraculo edictum eſſet.

Millēfŏlium, millefolii, n. ſ. Herbę genus eſt, quod Græci μυριόφυλλον appellant: de quo uide Plinium libro 24. capi. decimoſexto.

Millefolia, æ, Panacis genus eſt, ab Achille inuentum: unde Achilleos appellatur. ἀχίλλειος. Pli. li. 25. cap. 5. Aliqui & hanc Panacem Heracleon, alij Sideritin, & apud nos Milleſoliam uocant, cupitali ſcapo, ramoſam, minutioribus, quàm fœniculi folijs ueſtitam ab imo.

Millēpēda, æ, animal eſt (teſte Plin. lib. 29. cap. 6.) è uermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactuq; contrahens ſe χιλίπους. Oniſcon Græci appellāt, alii Tilon, qui multo pedum agmine ſcatet, ab aliis Centipeda, aut Multipeda dicta. Hieronymus contra Iouinianū, Coge Syrum, Africum, & Arabam, ut uermes Ponticos glutiat: ita eos aſpiciet ut muſcas, millepedas, & lacertos.

Miliarius, a, um, Mille librarum χιλίων λιτρῶν. [Ital. Miglia tio. Galli. De mille Hiſpa. Coſa de mil. Ger. Das da tauſent begreifft, das tauſent pfūndig iſt.] Vnde apri milliarij apud Columellam dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum. Sen. lib. 12 Epiſt. Non magnam rem facis, quòd uiuere ſine recto apparatu potes, quòd non deſyderas milliarios apros, nec linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxuriæ iam nota animalia taſtidientis. Pli. lib. 17. cap. 12. Miliarias uocari mulas oleas narrant à pondere olei, quod ferant annuo prouentu. Et miliarius grex, apud Varronem de Re ruſt. lib. 2. cap. 108. Item milliaria porticus apud Suetonium in Ner. ca. 31. Veſtibulum eius fuit, in quo coloſſus cexx pedum ſtaret. Ipſius effigiei tanta laxitas, ut porticus triplices miliarias haberet.

Millĭārium, rii, n. ſ. Mille paſſuum ſpatium μίλιον. [Ital. Miglio. Gall. L'eſpace de mille pas, une demie lieue. Hiſpa. La milla. Ger. Ein meil wegs tauſent ſchritt lang.] Ci. ad Atti. li. 8. Poſtea audiui à tertio miliario tum eum eſſe: πολλὰ μαθεῖν, καὶ χαυμαῖν ἄστυ. Hoc etiam milium dicitur. Vide Budęum in prior. Annot. in Pand. Huius octaua pars ſtadium uocatur, paſſus continēs 125. Paſſus autem ex quinq; conſtat pedibus: & ſinguli pedes è quatuor palmis: ſingulī autem palmi quatuor digitis. ¶ Miliarium etiam dicitur uas ad coquendum accommodatum. ὑλακή. Cato de Re ruſt. Inter orbem & miliarium unum digitum intereſſe oportet. Palladius li. 1. Vas æneum milliario ſimile, id eſt altum & anguſtum, ueſpere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accenſum. ¶ Miliarium aureum, fuit columna aurata in capite fori Romani, in qua inciſæ omnes uiæ Italiæ terminabantur. Et hoc miliarium, Plinij, Tranquilli, Plutarchi, atque Taciti monumentis celebratur.

Miliare, Idem quod miliarium, hoc eſt mille paſſuum ſpatium. Cic. ad Atti. lib. 6. Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentiſſimè.

Millĭes. aduerbi. eſt numerandi, idem ſignificans quod mille uicibus. χιλάκις [Ital. Mille uolte. Gal. Mille fois. Hiſpa. Mil uezes. Germani. Tauſent mal.] ut Millies te uidi. Sic Decies, Centies, & huiuſmodi. Cic. in Ver. Act. 1. Millies audiui. Terent. Phor. At enim tædet iam audire eadem millies. Cice. 1. Offic. Milies oppetere mortem, quàm illa pati, maluiſſet.

Millus, ſiue Milum, li, ἀμφίκαμβος. [Itali. Collare da can. Gal. Vn collier, comme celuy qu'on met aux chiens, ayāt des piquans par dehors. Hiſp. Collar del cancon carrancas. Ger. Ein dornechtig halsbād ſo mā denn hündē anlegt.] ná utroq; modo dicitur, Collare canū uenaticorum, factū ex corio

ex corio multis clauis ferreis eminentibus,aduersus impetum luporum. Scipio Aemylianus ad populum, Nobis (inquit) reiq; publicæ præsidio exitis,quasi millus cani. Dictus Millus,à multitudine clauorum, hoc est à mille clauis:uel quasi melinus, quòd ex pelle animalis melis ferè hæc collaria fiant. Varro de Re rusti.lib.2.cap.9. Nec uulnerentur canes à bestiis,imponuntur his collaria,quæ uocantur millum,id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clauis capitatis, cui intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri.

Milos,Smilax siue Taxus apud Dioſc.lib.4.cap.83.

Miluus,& Miluius,m.ſ.utroq; modo dicitur, Auis rapacissima:à molli uolatu (ut quibusdam placet) uel fictitio nomine à uoce quam edit.*ἰκτῖνος*.[Ita.Nibbio.Gal. Vn milan,ou un hua,ou une escoufle.Hispa.Milano. Germ.Ein Vueihe.] Ouid.lib.1.Fast. Iuppiter alitibus rapere imperat: attulit illi Miluius, & meritis uenit in astra suis. Terent.in Phorm.Non rete accipitri tenditur, neque miluio. Plin li. 10.cap.10. Mihi ex eodem accipitrum genere magnitudine differunt. Notandum in his rapacissimam, & famelicam semper alitem,nihil esculenti rapere unquam ex funerum ferculis,nec Olympiæ ex ara. ¶ Ab huius auis similitudine piscis quidam Miluius,siue Miluus dicitur, quòd se saltu supra mare attollens, miluii in modum uolare uideatur.Plin.libro 9. cap. 16. Volat hirundo sanè quàm similis uolucri hirundini:item miluus. ¶ Ponitur & pro sydere cœlesti,in quod miluus, qui Ioui elapsum anulum retulit, fertur mutatus.Ouidius lib.1.Fast. Stella Lycaoniam uergit decliuis ad arctos Miluius, hæc illa nocte uidenda uenit. ¶ Item, Miluus per translationem de homine rapaci dicitur.Plaut.in Pœn. Tenesis me arctè mea uoluptas,malè ego metuo miluos,Mala ista bestia est,ne forte me auferat pullum tuum.

Miluinus,adiect.à nomine Miluus, quod ad miluũ pertinet. *ἰκτινώδης*.[Ital.Di nibbio. Gal. De milan,hua ou escoufle. Hisp.Cosa de Milano.Ger. Vueihin,oder des Vueihens.] Miluinæ tibiæ dicuntur, quæ in accentus exeunt acutissimos. ¶ Item Miluinæ ungulæ,pro manib.rapacibus.Plaut. in Pœud.An to inuenire postulas quêquam coquum, Nisi sit miluinis,aut Aquilinis ungulis? ¶ Et Miluinus pes, herbæ nomen est apud Col.lib.11.ca.7. quã nonnulli eandem esse putant cum coronopo.

Mīmēsis,f.t *μίμησις*.[Ital.L'arte da imitare i gesti & le parole d'altri.Gal.Art pour contrefaire tous gestes & contenances.Hisp.Arte para contrahazer las personas. Ger.Ein erdichtete nachthũgung frömbder gebärden.] Latinè imitatio morum alienorum. Alio nomine à Græcis dicitur *ἠθοποιΐα*.Quin.li.9.ca.2 Imitatio morum alienorũ, quæ *ἠθοποιΐα*,uel (ut alii malunt) *μίμησις* dicitur, iam inter leuiores affectus numerari potest. Est enim posita ferè in eludendo,sed uersatur in factis & in dictis: in factis quod est *ὑποκριτικὸν* uicinum:in dictis,quale est apud Teren. in Eunuch.At ego nesciebam quorsum tu ires, Paruula hinc est abrepta:eduxit mater pro sua: Soror dicta est:cupio abducere, ut reddam suis. Donatus super illo Terentij loco in Phor. Ad precatorem abeam,credo,qui mihi sic oret,Nunc omitte quæso hunc: cæterùm Posthac si quicquam, nihil precor,&c. Mimesis,inquit, dicitur ubi non uerba modò, uerumetiam gestum,nocemq; fingimus alienam. Idem alibi,Mimesis est quando aliqua uerba sic pronuntiamus, ut mala uideantur. Mimesis igitur figura est cognata ironiæ, quãdo alterius uerba,seu gestum imitamur: quod ferè deridentes,improbantesq; facimus.

Mīmus,mimi,m.ſ.*μίμος*.[Ital.Mimo,buffone.Gal.Basteleur, bouffon, qui contrefait tous gestes & contenances. Hisp.El momo,contrahazedor de personas. German. Ein Gaucklerso närrischer weiſs anderen leüten Jre wort oder werck vnd geberdt nachthũt.] Effictor Latinè, qui uel intra,uel extra scenam gesticulationes exercet, imitaturq; dicta, factaq; mortalium hominum & naturas. A *μιμέομαι*, (ut Diomedes inquit) quod significat imitor.Histrio uerò personatus in scena Comœdias & Tragœdias,uoce & corporis gestu agit. Inde Pantomimi, id est omniũ personarũ imitatores,effictoresq;.Et Archimimi, pro histrionũ principibus.Hæc fusius à Budæo declarantur in Proœmio Annot. in Pandect. ¶ Mimi etiam dicuntur Poemata, sine reuerentia lasciuiam imitantia:quod genus Latini uocant Planipedias. Ouid.2.Trist.Scribere si fas est imitantes turpia mimos. Sueton. in Cæsare, Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit. Cicer.pro Cælio,Mimi ego et iam exitus,nõ fabulæ. ¶ Mimus quoq; pro ridiculo facto, & quasi fabula risu digna translatè ponitur. Sueton.in uita Othonis cap.3.Quare diducto matrimonio,sepositus est per causam legationis in Lusitaniam: & satis usum,ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret:qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit, Cur Otho mentito sit quamuis exul honore? Vxoris mœchus cœperat esse sor. Dicimus etiam,Mimo subseruire,pro eo quod est,Facere contrariam uocem in symphonia,hoc est tigmentum, uel fabulantem adiuuare.

Mima,mimę,f.p.*ἡ ὑποκρῖτρις*.[Itali.Donna che contrafà gli altrui gesti.Galli.Celle qui contrefait tous'gestes & contenances.Hispa.La muger contrahaxedora de personas.Ger. Ein Gaucklerin mit ausstructung vnnd nachthũgung frömbder geberden.]Cic. in Philip. 2.Vehebatur in essedo Tribunus pleb. lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur:quam ex oppidis municipales homines honesti obuiam necessario prodeuntes nõ uero illo, & mimico nomine,sed uolumniam salutabant.

Mimŭla,diminutiuum à Mima, quod gesticulatricẽ significat.*ἡ ἰντελὴς ὑποκρῖτρις*.Ibidem paulo pòst,Venusti Bũdusum in sinum quidem & complexum tuæ mimulæ.

Mimographus,penul.corr.Lasciui poematis scriptor,ut fuit Philistio,ut Publius,ut Laberius.

Mimicus, a, um, adiectiuum, à Mimus, sicut à Satyrus Satyricus, Quod ad mimum pertinet. Cicero de Orat.2. Vitandum est oratori utrunque:ne aut scurrilis iocus sit,aut mimicus.

Mīna,æ,f.pi*Græcè μνᾶ*, Atticum est uocabulum,quo tum in appellatione rei numariæ, quàm ponderalis Atheniensis utebãtur.Constabat autem ex drachmis Atticis centũ: erat q; maior Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc nonaginta sex tantùm pendebat drachmas. Fannius apud Prisc ianum,

Accipe præterea paruo quam nomine Graij
Moam uocitant,uostriq; Minam dixere priores.
Centum hæ sunt drachmæ:quod si modò dẽpseris illis
Quatuor,efficies hanc nostram demq; libram.

Sed hoc de mina noua intelligi debet, quæ & Solonis mina à quibusdam appellatur. Cõstat enim minam Atticam antiquitus fuisse drachmarum tantùm septuagintaquinque:quæ auctis postea à Solone ponderibus Mina uerus appellata est: de qua intelligi debet quod subdit Fannius apud Prisc ianum, Attica quæ fiet, quartam si dẽpseris hinc mna.Quo tamen in loco Fannius sentire uidetur,Minam Atticam esse, quæ constat septuagintaquinque drachmis, quam nos Minam ueterem uocauimus:alteram uerò,quæ centum constat drachmis, Minam Græcam uocari. Sed hoc non esse uerum, facile Plinij autoritate conuinci potest:qui lib.11.cap.ulti. ubi ex professo Atticorum ponderum interpretationem tractat, subdit in fine capitis, Mna, quam nostri Minam uocant, pendet drachmas Atticas cẽtum. Vide plura eius rei testimonia tam Græca,quàm Latina apud Georg. Agricolam. Quoties aũt apud scriptores minæ mentio occurrit, de mina noua intelligendum est, quæ epitriti portionem habet, ad minorem seu ueterem minam: quemadmodum & talentum maius ad talentum minus.Continet itaq; Mina,si de pondere intelligas,uncias duodecim & semissem.Quòd si de re numaria sit sermo, Mina ad monetæ Gallicæ æstimationẽ reducta, ualebit circiter libras Turonenses septemdecim, & semissem. Tantum enim conficiunt centum drachmæ, singulæ tribus solidis Turonensibus & semisse æstimatæ. Budæus æstimat Minã aureis coronatis decem: quod in idem recidit,modò sanè intelligas singulos coronatos ab eo triginta quinque dotaxat solidis Turonensibus æstimari. ¶ Mina etiam mensuræ genus est,qua agri metiuntur, qui & Modius dicitur, & Actus quadratus. Habet in latitudine pedes centum uiginti,& longitudine totidem. Vide Varr.de Re rusti.lib.1. cap.10. ¶ In pecore item ouillo,Minæ dicuntur,quæ uentre sunt glabro. Idem lib.2.cap.2. Emptor stipulator prisca formula, illasce oues sanas rectè esse, uti pecus ouillum, quod rectè sanum est extra luscam, surdam, minam, id est uentre glabro.

Minaciæ, minaciarum, à Planto dicuntur, quas nos hodie Minas uocamus, *ἀπειλαί*. ut in Truc. Melius, te inuocare certare mecum, quàm minaciis. Idem in Rud.Minacias ego istas

ego iſtas flocci non facio tuas.

Minæ, minarum, ſ. p. Comminationes, & metus inconſtio per verba aut ſigna. ἀπειλή. [Ital. Minaccie. Gal. Menaces. Hiſpa. Las amenazas. Ger. Tróungen, tróuwort.] Terent. in And. Si illum relinquo, eius ante timeo ſtio opitulor, huius minas. Cicero ad Attic. lib. 1. Minæ Clodij, contentiones q̃p, quæ mihi proponuntur, modicè me angunt. Liuius 2. ab Vrbe, Deſtitutus tum quoq; inter tantas fortunæ minas, mercendus magis quàm mercens. Virgil. 3. Aeneidos, Dij prohibete minas: dij talem auertite caſum. ¶ Quando quæ etiam dicuntur eminentiæ murorum, quæ pinnas, ἐπάλξεις vocant, teſte Seruio: & Minor, aris, deriuatur, quod inter cætera extare & eminere ſignificat. Virgilius 5 Aeneidos, -pendens opera interrupta, minæq; Murorum ingentes.

Minor, aris, d. p. Minas infero, terrorem alicui incutio denuntiatione periculi. ἀπειλέω, ἐπαπειλέομαι. [Ital. Minaccia re. Gall. Menacer. Hiſpa. Amenazar. Germani. Tróuwen.] Cic. 1. Tuſcul. Cui quum Lyſimachus Rex crucem minaretur. Ouid. Epiſtol. 10. Multa mihi terra, multa minantur aquæ. Terenti. Heaut. Abiturum ſe abs te eſſe illico minabitur. ¶ Item Eminere, extare, efferri. Vir. 1. Arn. geminiq; minantur in cælum ſcopuli.

Minans, minantis, participium. ἀπειλῶν. [Ital. Minacciante. Gal. Menaçant, qui menace. Hiſp. Amenazador, que amenaza. Ger. Tróuwend.] Ouid 2. Faſtor. Edidit impauidos ore minante ſonos. Idem 5. Metamorph. Ridet Proxides, ſperuntq; minantia uerba. ¶ Compoſita huius uerbi ſunt, Comminor, & Interminor, quæ habent penulti. correptam.

Minatio, onis, ſ. f. Minæ uel actus comminandi. ἀπείλησις. [Ital. Minacciamento, Gal. Menacement. Hiſp. Amenazamiento. Ger. Tróuwung.] Cic. de Orat. Execrationes, admirationes, minationes.

Minanter, aduerbium. Idem quod minaciter. ἀπειλητικῶς. [Ita. Minaccioſamente. Gal. En menaçeant, par menaces. Hiſp. Amenazando. Germani. Mit tróuwen.] Ouid libro tertio de Arte amandi, Multaq; ſubmiſsè, multa minanter agant.

Minitor, aris, d. p. Frequentatiuum, ſæpe uel impetuosè minor. ἀπειλέω. [Ital. Minacciare. Gal. Menacer, ou fort menacer. Hiſp. Amenazar. Germ. Offe oder heffig tróuwen.] Plaut. in Curcul. Mihin' malum minitare? &c. Atq; adepol nõ minitabor, ſed dabo. Cicer. 2. Catil. Vobis, atq; hoc ubi ferro, flammaq; minitantur. ¶ Pro eodem etiam legimus Minito, as, præſertim apud antiquos. Plaut. in Amph. Quid minitabas te facturum, ſi iſtas populiſſem fores?

Minitans, tis. participium. ἀπειλῶν. [Ital. Minacciante. Gal. Menaçant, qui menace. Hiſp. Amenazador. Ger. Heffig vnd vil tróuwend.] Cic. 5. Ver. Quem iam ingredientem nauem, & Verri nimis atrociter minitãrem, à ſe retractum eſſe, & aſſeruatum, &c.

Minitabundus, m. Hoc eſt valde minans, quaſi plenus minarum. ἀπειλήμων. [Ital. Minacciante, pieno di minaccie. Gal. Menaçant, uſant de menaces, plein de menaces. Hiſ. Coſa que mucho amenaza llena de amenazas. Germ. Voll tróuwens, ſtáts tróuwend.] Liu. 9. bel. Maced. Etenim quo que minitabundus perebat.

Minitabiliter, Veteres dixerũt pro minaciter. ἀπειλητικῶς. Pacuuius in Antiopa, Minitabiliterq; increpare dictis ſeuis incipit.

Minax, cis, m. c. Qui frequenter minatur. ἀπειλητικός. [Ital. Minaccioſo. Cal. Menaceur, ou qui menace. Hiſ. Coſa que mucho amenaza. Ger. Tróuwig, der da tróuwet.] Virg. lib. 3. Georg. 1. & ire uiam, & fluuios tentare minaces Audet, & ignoto ſeſe commettere ponto. Ci. pro Font. Inducio maros iſte minax atq; arrogans. Idem. Cæſ. minaces & acerbas literas ad Senatum miſit.

Minaciter, aduerbium. ἀπειλητικῶς. [Ital. Minaccioſamente Gal. En menaçeant, par menaces. Hiſp. Mucho amenazando. Ger. Mit tróuwen.] Liu. lib. 2. Minaciter fremunt, id eſt iurgiosè, & cum minis. Plautus in Stich. An potius tentem leniter an minaciter? ſcio lites fore. Cice. in Philip. 2. Nunc putatis Pub. C. diciſſe eum minacius, quàm factuum foiſſe?

Mingo, mingis, minxi, mictum, n. ſ. Vrinam facio. ἐρέω. [Ital. Piſciare, orinare. Gal. Picer. uriner. Hiſpa. Mear, orinar. Ger. Brontzen, harmen, ſeichen.] pro quo magis uti mur Meio. Vnde & Perminogo. πατρέω. Horat. Hunc pera minxerunt, calones, atq; caballi. ¶ Hinc Micturio, & Micturo, tas, quæ uide ſuis locis.

Miniaria, Minisarius, Mintacius, Miniatus, Vide Minium.

Minimus, minimè, Vide Paruus.

Miniacula cera notare, id eſt, rubra cera ſignare.

Minii gleba, id eſt, Lẽnia terra, ſic enim Celſus uocat. De qua uide Dioſcoridem lib. 5. capite 104. Minium Sinopicum quid ſit, uide apud eundem libr. 8. capi. 101. Minium Ming. Bergzinober.

Minio, minias, miniare, Vide Minium.

Miniſtro, as, a. p. Seruio, porrigo, præparo. ὑπηρετῶ, ὑμαι, ὑπαρχέω. [Ital. Miniſtrare, ſeruire. Gal. Adminiſtrer, ſeruir. Hiſp. Seruir. miniſtrar. Ger. Dienen, darreichen.] Plaut. in Curc. Tu tabellas conſignato. hic miniſtrabit, id eſt ſeruiet. Gel. lib. 2. Idq; facilè factu dixit, quoniam filij ſui pocula in conuiuio regi miniſtrarent. Virgil. 1. Aeneid. Iamq; faces & ſaxa uolant, furor arma miniſtrat. Varro 1. de Re ruſti. capi. 17. Quum non paulò ſumptuoſius ſit, quàm ego, his miniſtret uictum. ¶ Huius compoſita ſunt, Adminiſtro, quod uario modo ponitur, διοικέω. Columel. in Præfatione libro 1. Vt his tantum modo diebus uibanæ res agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſticæ, id eſt, curarentur. Idem lib. 4. Quia maior pars putationis, per id tempus adminiſtratur, id eſt, agitur, exercetur. ¶ Subminiſtro, ſubſeruio, ſeppedito, ſuggero, ὑπαρχέω. Lactantius libro quinto Victum ſubminiſtrat, quietem ſomni dulciſſimam tribuit.

Miniſtrator, miniſtratoris, m. c. Qui miniſtrat. ὑπηρέτης. [Ital. Seruitore. Gal. Seruiteur, miniſtre, adminiſtrateur. Hiſpa. El que ſierue, ſierno. Ger. Ein diener.] Cic. 2. de Oratore. Vt quum ipſum Solpitij obiurgabam, quod miniſtratorem peteres, non aduerſarium.

Miniſtratrix, cis, ſ. c. ὑπηρέτις. [Itali. Seruitrice. cameriera. Gal. Seruante, chambriere. Hiſp. Sierua, la que ſierue. Ger. Ein dienerin, dienſtmagt.] Idẽ quod miniſtra. Cic. de Orat. Sed ut omnes Comites atq; miniſtratrices eſſe diceres.

Miniſtratorius, adiectiuũ, Quod ad miniſtrationem pertinet. ὑπηρέτικος. [Ital. Coſa da ſeruire. Gal. Choſe pour ſeruir. Hiſ. Coſa para tal ſeruicio. Ger. Das zů dienẽ gehórt.] ut Miniſtratorij urceoli apud Mart. lib. 14.

Miniſter, ſtri, m. ſ. Qui inſeruit, & miniſtrat. ὑπηρέτης. [Itali. Miniſtro. Gal. Seruiteur ou miniſtre. Hiſp. Sierno. Germa. Ein diener, gehũff.] Cic. 1. de Orat. Infimi homines mercedula adducti, miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus. Valer. Flac. in Argon. - taciti ſedent ad iuſſa miniſtri. Cic. de Amic. Vt aut libidinis miniſtri, aut adiutores eſſent ad iniuriam. ¶ Huius fœmininum eſt miniſtra. ὑπηρέτις. Idem ſecundo de Finib. Miniſtræ & ſatellites uoluptatum, uirtutes.

Miniſterium, rii, n. ſ. Propriè miniſtri opera eſt. διακονία, ὑπηρεσία. [Itali. Miniſterio. Gal. Miniſtere, ſeruice, maniement. Hiſp. Seruicio, miniſterio. Ger. Ein dienſt oder dienung.] Quanuis & pro omni operatione poni conſueuit, ut de rege Latino Virg. 7. Aene. Abſtinuit tactis pater, auerſusq; refugit Fœda miniſteria: & cæcis ſe condidit ũmbris. Plin. lib. 10. capite 71. Et minor uarietas in pedum miniſterio. Virg. 6. Aenei. - pars ingenti ſubiere pheretro, Triſte miniſterium. Ouid. 11. Metamor. Somne quies rerum, placidiſſime Somne deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Feſſa miniſterij mulces, reparasq; labori, &c. ¶ Aliquando miniſteria ponimus pro miniſtris. Sicut Seruitia pro ſeruis. Paulus Iureconſultus, Vrbica miniſteria dicimus etiam, quæ extra urbem nobis miniſtrare conſueuerunt.

Minitor, & **Minitabiliter**, Vide Minor, minaris, in Minæ.

Minium, minii, n. ſ. Pigmenti genus eſt laudatiſsimi coloris, quod in argenterijs metallis cum argento uiuo inueniri ſolet. μίλτος. [Ital. Minio. Gal. Vermeillon. Hiſpa. Bermellon. Ger. Minien, bergzinober.] Maxima eius copia, teſte Pli. li. 33. ca. 7. effoditur in Hiſpania, ſed hoc durum eſt & arenoſum. Optimum naſcitur ſupra Epheſum in Cilbianis agris. Quo pacto autem purgetur minium, docet idem Plinius paulo pòſt, arenam eſſe colore cocci, quæ teri conſueuit, & deinde lauari, abiectiſq; purgamẽtis, quæ in aqua ſupernatant minium in fundo inueniri. Nonnulli per errorem Minium idem eſſe putant cum cinnabari: quum

propriè cinnabaris fit ſanies draconis moricntium elephã tam põdere eliſi, utriuſq; animalis ſanguine permiſto. Idẽ loco iam citato, Comperiꝝ uulgò pro cinnabari Indica in medicamenta minium addi ſcitia nominis, quod eſſe uenenum docebimus inter pigmenta.

Miniaria, æ, ſ.p. Locus in quo foditur minium, *μιλτωρυχία*. Plinius libro 33. cap. ſeptimo, Siſaponenſibus autem minia rijs ſuæ uenæ arena ſiue argento excoquitur. Anti modo probatur.

Miniarium, adiectiuum, ut Miniarium metallum. Pli. ibidẽ, Celeberrimum ex Siſaponenſi regione in Bætica miniario metallo, &c.

Miniacius, cia, cium. Quod eſt ex minio. *μιλτώδης*. Vitruuius libro ſeptimo, Parietes paſſim expolitione minjacia expoliebantur.

Miniatus, & per diminutionem Miniatulus, idem eſt quod rubrum, quaſi minio tinctum. *μιλτοπάρυ@*. Homero. Vnde ceram miniatulam ueteres dixerunt, quam nos rubram dicimus. Et Miniatula cera aliquid notare, pro eo quod eſt, loca corrigenda annotare. Cic. ad Dollabellam in Epiſt. ad Attic. lib. 15. His literis ſcriptis, me ad *συντάξεις* dedi, quæ quidem uereor, ne miniatula cera tua pluribus locis notãdæ ſint. Idem ad Atti. lib. 19. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam.

Mĭno, as, Duco. *ἄγω*. [Itali Menare, condurre. Gal. Mener, conduire. Hiſp. Llenar, goiar. Ger. Füren oder treiben.] Feſtus, Agaſones equos agentes, id eſt bene minantes. Apud Antiquos etiam pro minor legitur, A quo minito, tas, ut ſuprà docuimus ex Priſciano.

Minor, minaris, Vide Minæ.

Minor, comparatiuus à parus. Vide Parous.

Minthos. *μίνθ@*. Præter uulgatam illam ſignificationem, qua apud Græcos ſtercus humanum ſignificatur, etiam floris nomen eſt in ſterquilinijs enaſcentis, quo mirum in modum afficiũtur hirci. ¶ Alii caprarum retrimenta hoc nomine ſignificari uolunt, quibus frigentium hircorum nares paſtores illinunt, & ita commoto ſternutamento curant. Vide Cælium Rhod. lib. 10. cap. 22.

Mĭnŭo, minuis, minui, minutum, 3. t. Minorem reddo, detraho, derogo, exhaurio, extenuo, eleuo, debilito, deceſſionem de ſumma facio. *ἐλαττόω, μειόω*. [Itali Minuire, menomare. Gal. Amoindrir, apetiſſer, diminuer, menuiſer. Hiſpan. Deſmenuzar, amenguar. Ger. Mindern, ringern.] Pli. Sadix commanducata dentium dolorem minuit. Cic. ad Atti. Si putares meam moleſtiam minui poſſe. Idem in Catil. Neqnid de ſumma dignitate Reipub. minueretur. Terent. in Prolog. Heaut. Vt aliqua pars laboris minuatur mihi. Cæſar 5. bell. Gall. Nam & noſtris militibus ſpem minuit, & hoſtes ad pugnandum alacriores effecit. ¶ Huius compoſita ſunt, Comminuo, quod eſt ſimul in fruſta diuido, *συντρίβω*. Lactant. Frangebant ipſi panem minutatim, carnemq; piſcium comminuebat, utraque in manibus eius augebantur. ¶ Diminuo, idem quod minuo, uel confringo. Teren. in Eunuch. Diminuam ego hodie caput tuum, niſi abis. ¶ Imminuo, *πολύω, ἐπικόπτω, περικόπτω, πλθαρέω*.

Minūtio, nerbal. ſ. t. *μείωσις, ἐλάττωσις*. [Itali Diminutione: Cal. Minuiſement, diminution. Hiſp. Deſmenoçamiento, amenguamiento. Ger. Minderung.] Gel. lib. 16. cap. 5. Vt particula tum intentionem ſignificat, tum minutionem. Qu. lib. 4. cap. 3.

Minūtus, a, um, & parrici. & nomen eſſe poteſt. Participium ſignificat comminutum, hoc eſt minus factũ. *λεπτομερής*. [Itali Minuto, menomato. Gal. Amoindri, menuiſé, apetiſſé. Hiſp. Menudo, deſmenuzado, amenguado. Ger. Gemindert.] ut Minuta ſpes, pro imminuta, apud Tacitum in uita Agricolæ, nomen, idem eſt quod breue uel paruum. *λεπτόν*. Ger. Klein, gering.] Cicero 7. Verr. Reticulum admares admouebat: tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenũ roſæ. ¶ Aliquando ponitur pro puſillanimo & ſcrupulo, teſte Nonio, ut à Græcis dicitur *λεπτομερὴς*. Ci. 1. de Finibus, Ecce autem alii minuti, & anguſti, & omnia ſemper deſperantes: aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi.

Minutulus, diminut. *λεπτομερέστερ@, μικρότερ@*. Plaut. in Pœnulo, Si minus curaſſint, quom ueniant heri domum, Nutrices pueros infantes minutulos

Minūtim, ſignificat in minutiſſimas partes, *εἰς λεπτότατα*, [Ital. A minuto. Gal. Par le menu, petit. Hiſp. Deſmenuçando en piecas. Germani Stückelichtig.] Columell. libro 8. capi. 14. Naſturtium confectum minutatim. ¶ Aliquando etiam accipitur pro paulatim. Varr. libro 1. de Re ruſtica. Tum ita ad ſubigendum ut minutatim aſſuefaciant, & ut tironem cum ueterano adiungant. Imitando enim facilius domantur.

Minutim, aduerbium, In minutas partes ſignificat. *λεπτομερῶς*. [Ital. Minutamente. Gal. Par pieces menues, fort menu, par le menu. Hiſp. Deſmenuçando en pedaços. Ger. Zu kleinen ſtücklinen.] Colum. li. 5. Inſequitur deinde foſſor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim ſoli ergà cõminuat.

Minūtia, æ, ſ.p. Contemptibilis parultas cuiuſcunq; rei, inquit Sipontinus. *σπίβαλον, λεπτόν*. [Itali. Minutia. Galli. Petite pieccete, morceles. Hiſp. Parte pequenna de cada coſa. Germ. Ein gar klein ſtücke.] Lactant. de ira Dei, Hæc (inquit) per inane irrequietis motibus uoltant, & huc atque illuc feruntur, ſicut pulueris minutias uidemus in ſole, quum per feneſtrã radios, ac lumen immiſerit. ¶ Minutia etiam dicta porta Romæ, à Minutio, quòd Minutij ſacello proxima eſſet. ¶ Et Minutia, uirgo Veſtalis, quæ propter ſuſpicionem ſtupri uiua defoſſa eſt. Liuius 8. ab Vrbe.

Minutal, Genus edulii, quod ex conciſis minutatim oleribus fit, autore Apicio. *μυτ]ωτός*. Fiebat inter cætera marino piſce, liquamine, oleo, uino, porris, & coriandro. Martial. lib. 11. Hinc exit uarium coco minutal.

Minorizo, Idem quod parua uoce ſuccino. *Μινυρίζω* enim cantillo ſignificat, & modulatè concino. [Ital. Cantar ſotto uoce. Galli. Chanter bas. Hiſp. Cantar baxo. Ger. Kleinfingen uund lieblich.] Sidon. lib. 1. Epiſto. Diluculo autem philomela inter frutices ſilerum Prognen, & inter aceres minurizantem. ¶ Hinc minurizationes, *μινυρισμοὶ*, dicti ſunt, teſte Feſto, auium minorum cantus.

Minos, Minuſculum, Vide Minor, in Parus.

Mirabilis, Miraculum, Mirificus, & alia, Vide Minor.

Mirmillōnes, m. t. Erant pugiles Retiariorum aduerſarii. Nam dimicantium alter Retiarius, alter Mirmillo appellabatur. Feſtus, Retiario. inquit, pugnanti aduerſus mirmillonem cantatur, Non te peto, piſcem peto, quid ne fugis Galle? Quia Mirmillonicum genus armaturæ Gallicũ eſt, ipſiſq; Mirmillones antè Galli appellabantur: quorum galeis piſcis effigies inerat. Quod genus pugnæ inſtitorum eſt à Pſittaco, uno ex ſeptem ſapiẽtibus, qui aduerſus Phrinonẽ dimicaturus, propter controuerſias finium, quæ erãt inter Atticos, & Mitylenæos, reti occultè allato, impedinit Phrinonem.

Mīror, aris, d.p. Propriè ſignificat re aliqua, tanquam noua, obſtupefio. *θαυμάζω*. [Ital. Ammirare, ſtupire. Galli. S'émerueiller, & esbahir. Hiſp. Marauillar ſe. Ger. Verwunderen.] Virg. 1. Aen. Artificumq; manus inter ſe, operumq; labore Miratur. ¶ Mirari etiam eſt, cum uoluptate intueri. Idem 2. Georg. Sea quis Olympiacæ miratur præmia pugnæ. Item neſcire, quia (ut Donatus inquit) admiratio ab ignorantia deſcendit. Terent. in And. Miror unde ſit. ¶ Sed quum dicimus, Miror me, Miraris te, Miratur ſe: tunc Mirari ſignificat placere, & de ſe magnificè ſentire. Marial. lib. 13. qui ſe mirantur, in illos Virus habe. Conſtruitur hoc uerbum cum accuſatiuo, & cum genitiuo. Virgil. 11. Aene. Iuſtitiæne prius mirer, belline laborum. ¶ Quandoq; abſolutè ponitur. Ouid. libro 15. Metamorph. Dumq; motos miratq; ſimul fugit omnis in undas. ¶ Huius compoſita ſunt, Admiror, Demiror, Emiror: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Mirātio, ſ. t. *θαυμασμός*. [Ital. Ammiratione. Gal. Admiration. Hiſp. Marauillamiento. Ger. Verwunderung.] Cic. 1. de Diuin. Cauſarum enim ignoratio, in re noua mirationem facit.

Mirātor, m. t. *θαυμαστής*. [Ital. Chi ſi marauiglia. Gall. Émerueilleur, qui s'eſmerueille. Hiſp. El que ſe marauilla. Germ. Ein verwunderer.

Mirātrix, cis, fœmininum: ut Turba miratrix. Iuu. Sat. 9. Item Fama miratrix, apud Senecam in Hippolyto, Fama miratrix ſenioris æui.

Mirāndus, a, um, Admiratione dignus. *θαυμαστός*. [Ita. Degno d'admiratione. Gal. Digne d'admiration. Hiſpa. Coſa digna

digna de marauilla. Ger. Vnnderſam, verwũderens wärt, wunderbar.] Terentius in Andr. Mirando hoc tanto, tam repentino bono. Cicero ſexta Verr. Quoniam mirandum in modum Græci rebus iſtis, quas nos contemnimus, delectantur.

Mirabũdus, m. f. Qui mirator. θαυμάζων. [Ita. Pieno di marauiglia. Galli. Qui s'eſmerueille ou fait de l'eſbahi. Hiſpa. Coſa que mucho ſe marauilla. Ger. Der ſich verwũderet.] Liuius quinto bel. Pun. Extemplo improuida res pauorem incutit Pœnis, mirabundique unde tot hoſtes tam ſubitò exorti, &c.

Mirãs, a, um, Admiratione dignus. θαυμάσιος. [Itali. Marauiglioſo. Gal. Merueilleux, digne d'admiration. Hiſp. Marauilloſo. Ger. Vnnderbar.] Plin. lib. 2. ca. 18. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia mirus, adijcit ſtadiorum paulò minus xxv. millia. Idem lib. 12. ca. 9. Mira arborum natura. Idem lib. 9. cap. 11. Miræ ad cauendum ſolertiæ. Virgili. 4. Aeneid. Præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui, miro quod honore colebat. Plautus in Amphi. Enimuero illud præter alia mira, miror maximè, ũ hæc habet pateram illam. ¶ Hinc Permirus, a, um, penul. prod. Cicero Appio Pul. Illud uerò mihi permirum accedit, tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente. ¶ Apud ueteres mira pro monſtris atq; horrendis ſumuntur. θαύματα, τέρατα. Plaut. in Amphi. Mira memoras, nimis formidoloſum prædicas facinus Virgi. autem Georg. 4. de Proteo canens, res huiuſmodi admirandas, & portentoſas uocat. Miracula. Omnia (inquit) commutat ſe ſe in miracula rerum. ¶ Mirum ni, idem ferè eſt quod nimirum, hoc eſt certè, uel profectò. Plaut. in Amph. Mirum ni hic me quaſi murænam exoſſare cogitat. Terentius in Andr. Age igitur ubi nunc eſt ipſus? C. Mirum ni domi eſt. ¶ Mirum, reſponſio aduerbij cuiuſdam formam habens. Terent. Eunuc. Rex te ergo in oculis. T. ſcilicet G. Geſtare. T. uerum credere omnem exercitum, Conſilia. C. Mirum. ¶ Hinc Mirios antiqui dixerunt pro magis mirum. Varr. Nunquid hoc mirius. ¶ Mirum in modum, id eſt in maiorem modum. Vide infrà. ¶ Mirum in modum, & Mirandum in modum. θαυμαστὸν ὅσον, θαυμάσιον ὅλιον, id eſt maiorem in modum, uel ſuprà modum. Plaut. in Amphit. Vterq; deiuditur dolis mirum in modum. Cicer. Metello, Marcellum tuum Conſulem factum, reip. ea lætitia eſſe affectum, mirandum in modum gaudio. ¶ Mirum quantum, eiuſdem ſignificationis Liu. li. 1. ab Vrbe. Mirum quantum illi uiro hæc nuntianti fides fuerit.

Mirè, aduerbium, pro miro modo: ſiue mirabiliter. θαυμαστῶς, θαυμασίως. [Ital. Mirabil mente. Gal. Merueilleuſement. Hiſ. Marauilloſamente. Ger. Vnderbarlichen.] Cic. ad Att. Puero municipia mire fauent.

Mirificus, a, um, Quod eſt mirabile. θαυμάσιος. [Ital. Mirabile. Galli. Merueilleux, admirable. Hiſpa. Marauilloſo. Ger. Vnderbar, das verwunderung bringt.] Cic. in Caton. Mirificos fructus ferunt. ¶ Hinc ſuperlatiuum mirificiſſimos. Terent. in Phorm. Quidnam arbitraris, neſcio, atqui mirificiſſimum, ſcilicet facinus.

Mirificè, aduerbium, pro Mirum in modum. θαυμαστῶς. [Itali. Marauiglioſamente. Gal. Merueilleuſement. Hiſpa. Marauilloſamente. Ger. Vnderhafftig.] Cic. 4. Acad. Delectabatur autem mirificè lectione librorum.

Mirificio, as, act. p. Mirabilem facio. θαυμαστοποιῶ. [Itali. Far marauiglioſo. Gal. Faire merueilleux. Hiſp. Hazer marauilloſo. Ger. Vnderſam machen.] Plaut. in Amphit. Quamquam adeò Thebani cives modo miro mirificans.

Mirãbilis, & hoc mirabile, om. t. Quod eſt admiratione dignum. παράδοξος, θαυμαστός. [Ital. Mirabile. Gal. Admirable, merueilleux. Hiſ. Marauilloſo. Ger. Vnderbar, das zů verwunderen iſt.] Cic. lib. 1. Officiorum. Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo, aut laudabilius, aut præſtantius.

Mirabilitas, f. r. pro ſtupore θαῦμα. [Ita. Mirabilta, Gal. Merueille. Hiſ. Marauilla. Ger. Verwunderung, wunderſame.] Cic. lib. 5. ad Attl. Ea erga, & hęc animi diſpicientia mirabilitatem magnam facit.

Mirabiliter, aduerbium. θαυμαστῶς. [Ita. Mirabilmente. Gal. Merueilleuſement. Hiſp. Marauilloſamente. Ger. Vnderbarlichen, überaus.] Cic. ad Cæſ. lib. 13. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.

Miraculum, n. ſ. Dicitur quicquid admiratior e n afferre poteſt, quaſi ſit contra naturam θαῦμα. [Ital. Miracolo. Gal. Miracle. Hiſ. Milagro ò maruilla. Ger. Ein wonder oder wunderwerck.] Vnde ueteres miracula pro monſtris poſuere. Liu. lib. 1. Adjiciunt miracula huic pugnæ, ſilentio proximæ noctis & ſyloa Arſya ingẽtem auditam uocem. ¶ Hinc Accius perſonas diſtortas, oribus deformes, mirliones appellat. ¶ Miracula ſeptem mundi ſunt hæc, Templum Dianæ Epheſi, quod ſummæ magnificentiæ fuit, & admirationis apud priſcos. Ducẽtis uiginti annis conſtat factum eſſe à tota Aſia. Coloũæ centum uiginti ſeptem à ſingulis regibus factæ, ſexaginta pedum altitudine: ex his triginta ſex celatæ Simulachrum ipſius deæ ex hebeno eſſe traditũ. Plin. lib. 7. cap 39. & lib. 16. cap. 40. & lib. 35. ca. 5. & 14. Secundum, Mauſoli regis ſepulchrum, Plin. li. 35. ca. 14. Tertium, coloſſus Solis apud Rhodios. Plin. lib. 34. cap. 7. Quartum, Iouis Olympici ſimulachrum, quod Phidias fecit ex ebore, Plinius libro 7. capite 38. & lib. 14. cap. 3. & lib. 35. cap. 8. & li. 36. capite 5. Quintum, muri Babylonis, quos Semyramis regina conſtituit. Sextum, Pyramides in Aegypto Plinius libro 36. capite 12. Septimum, Domus Cyri Medorum regis, quam Menon arte prodiga, illigatis auro lapidibus fabricauit.

Miſanthrõpos, pen. prod. μισάνθρωπος. [Ital. Che ha in odio l'huomini. Gal. Qui hait les hommes. Hiſp. Aborreſcedor delos hombres. Ger. Ein leutſcheuher, der mit niemande kein gmeinſchafft haben mag.] Oſor hominum, qui homines odit, qui fugit hominum congreſſus, quaſi μισῶν τὸς ἀνθρώπους. Hoc cognomine peculiariter dictus fuit Timon quidam Athenienſis, qui hominum genus uniuerſum exoſum habebat, nulliusq; congreſſum admittebat, præterquam unius Alcibiadis, quo ſe idcirco delectari aiebat, quòd ſciret eum aliquando populo Athenienſi magni mali cauſam futurum.

Miſceo, ſces, miſcui, miſtum, per ſ. non per x, u. f. Tempero, turbo, confundo, & ſine ratione, perturbatéque facio. μίγνυμι, μίσγω, κυκάω. [Itali. Meſciare, meſcolare. Galli. Meſler, brouiller, mixtionner. Hiſpa. Mezclar ò enturbiar. Ger. Miſchen, vermiſchen, vermirren.] Virg. 1. Aen. Interea magno miſceri murmure pontum, hoc eſt turbari. Plinius. 7. ca. 39. Vinum aqua miſcere Staphilus docuit. Col. li. 6. ca. 4. Multi largo ſale miſcent pabula. Idem li. 7. ca. 5. Cæleſtis aqua pari menſura lacti miſcenda eſt. Cicero pro Sext. Roſcio, In tenebris ruebant, omnia miſcebant. hoc eſt perturbabant. ¶ Quando q eſt potum miniſtrare, κεράννυμι: tractum à commiſtione calidi & frigidi: aut certè aquæ & uini Iuuena. Satyr. 5. neſcit tot millibus emptus Pauperibus miſcere puer. ¶ Miſcere abſolutè, pro Miſcere omnia. Cicero ad Quintum fratrem libro 2. Pompeius abeſt, Appius miſcet. ¶ Huius compoſita ſunt, Admiſceo, quod eſt ad aliquid miſceo, ἐπιμίγνυμι. Lactantius libro ſexto, Idem eriam mares moribus admiſcuit, & nefandos coitus, contra naturam, cõtraq; inſtitutũ Dei machinatus eſt. Cõmiſceo, συμβάλλω, ſimul miſceo. Cicero pro Domo ſua, Cuius ignem non ſum paſſus cum totius urbis incendio commiſceri. Immiſceo, intus miſceo, παραπλέκω, ἐγκαταμίγνυμι. Lactantius libro ſecundo, Secundum deinde quod homines faciunt ſi & alijs ultrà purgamentis immiſceatur, cum per ſe naturæ eſt fermentioris, & idcirco terrã perurit. Intermiſceo, In medio miſceo, διαμίγνυμι. Permiſceo, ualde miſceo, ἀναπλέκω. Cicero in Vatinium. Ne tua as ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas. Permiſceo, unde Promiſcuus, cua, cuum. Salluſtius in Cat. Diuina atq; humana habere promiſcua, nihil penſi, atq; moderati habere. Miſtus, participium, hoc eſt, temperatus. Liu. 5. ab Vrbe, Ea colluuio miſtorum omnis generis animantium, &c.

Miſtus, participium, hoc eſt temperatus. μεμιγμένος, σύμμετρος, ὁ μιγθείς. [Ital. Meſcolato, temperato. Gal. Attrempé, meslé. Hiſp. Templado, mezclado. Ger. Gemiſchlet oder vermiſchet.] Liu. 1. ab Vrbe, Ea colluuio miſtorum omnis generis animantium, &c.

Miſtũra, æ, f. p. Temperatura, confuſio, & moderatura, ut ait Nonius. μίξις. [Itali. Meſcolanza, miſtione. Gal. Meſlange, mixtion. Hiſ. Mezcladura. Ger. Ein vermiſchung.] Col. lib. 7. cap. 5. Nam ea miſtura palatum, atq; lingua, torum q os perficatur.

Miſcellaneus, a, um, Quod uariarum ex rerum cõmiſtione, nullo obſeruato ordine, conflatum eſt. σύμμικτος. [Ital. Meſcolato. Gal. Meſlé, mixtioné. Hiſp. Mezclado. Ger. Das vermiſchlet iſt.] Gel. lib. ulti. ca. 11. Quia uariam & miſcellaneam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerunt, eò titulos quoq; ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt. Sic Apulcius in Metamor. Miſcellaneam turbam uocat, ex promiſcua colluuione hominum diuerſi ordinis, atq; dignitatis conflatam. Nec mora (inquit) cõ magna irruptione patefactis ædibus magiſtratib. eorumq; miniſtris, turba miſcellanea cuncta completa.

Miſcellanea, orum, n. ſ. Dicuntur quecunq; ex uarijs diſſimilibusq; rebus, nullo ſeruato ordine, ſunt commiſta. σύμμικτα. [Ital. Meſcolamenti, miſcugli. Gal. Meslanges. Hiſ. Mezclamientos. Ger. Miſchleten, Vilerley ding on ordnung zů ſamen getragen.] Vnde nõnulli opera ſua, in quibus res uarię nullo ordine tractantur, Miſcellanea uocauerunt. ¶ Inter ludos quoq; miſcellanea dicebantur, in quibus uaria ſpectacula nullo ordine exhibebantur: ita dicta à permiſtis ſpectaculis, ſiue (ut aliis placet) à confuſis conſeſſibus, quòd in iis ſedendi ordo, ut in iuſtis ludis non ſeruaretur. Iuuenal. Satyr. 11. Sic ueniunt ad miſcellanea ludi.

Miſcellus, la, lum, adiect. Quod miſtum eſt. συμμικτός. [Ita. Meſchio. Gal. Meſlé. Hiſp. Mezclado. Ger. Vermiſchet aus mancherley dingen.] Miſcellos ludos Lugduni edidiſſe Caligulam, ſcribit Suetonius in Calig. cap. 20. Varro lib. 3. cap. 7. Miſcellum uocat columbarum genus, quod neq; agreſte eſt, nec domeſticum, ſed ex utroq; temperatũ. Ex his duabus ſtirpibus (inquit) fit miſcellum tertium genus fructus cauſa, atq; incedunt in locum unum. Et has columbas Bergomates noſtri Cornarolos appellant. ¶ Item Miſcellæ uites, quæ omni agro conueniunt, quòd cæteris ubique utiliter miſceantur. Cato de Re ruſt. cap. 6. Cæteræ uites, & de his miſcellæ maximè, in quemuis agrum conueniunt. Varro 1. de Re ruſt. cap. 54. Nam & præcox, & miſcella, quã uocant nigram, multo antè coquitur. Miſcellas uuas uocat Cato cap. 23. quibus præligneum uinum fit, quod operarij bibant.

Miſellus, Vide Miſer.

Miſer, ra, rum, Flebilis, calamitoſus, ærumnoſus, infœlix. ἄθλιος, λυγρός, τάλας. [Ital. Miſero, meſchino. Gal. Miſerable, malheureux, piteux. Hiſp. Coſa mezquina ó deſdichada. Ger. Arbeitſälig, Ellendthafft, Leidenhafft.] Terent. Eunuch. Apparet ſeruum hũc eſſe domini pauperis, Miſeriq;. Idem Heaut. Nemo eſt miſerior me. Salluſt. in Iugurt. Etiã nate experiens ſum parum fidei miſeris eſſe. ¶ Miſer animi. Plau. in Milite, Quid illam miſeram animi excrucias. Quæ nunquam malè de te merita eſt? Miſer animo, & Miſer ex animo, apud eundem in Truculento, & Sticho. ¶ Interdũ Miſer ponitur pro ægroto: nam ægritudo genus eſt infœlicitatis. Plaut. in Pœn. Miſeram eſſe prædicat buccam, Fortaſſe medicos nos arbitratur. ¶ Interdum innocens. Cic. pro Milone, Miſeros interdum ciues optimè de Republica meritos. ¶ Inuenitur etiam pro interiectione dolentis poſitũ, acſi diceremus, Nefas. ἀρρώ. Virg. 6. Aen. Cecropidæ iuſti (miſerùm ſeptena quotannis Corpora natorum. ¶ Miſerrimum miſeriarum. Cic. ad Quintum fratrem lib. 1. Epiſtol. Quod de fratre, ubi cum uiſuri eſſemus, neſciebamus: quem quidem ego, nec quo modo uiſurus, nec ubi dimiſſurus ſim, ſcio, id eſt maximum & miſerrimum mearum miſeriarum.

Miſellus, a, um, dimin. eſt à Miſer. παλαίπωρος. [Ital. Meſchi mello. Gal. Pouret, pours petit malheureux. Hiſp. Meſquino ó deſdichado un poco. Ger. Zimlich arbeitſälig, Ellend.] Plautus, Cenſẽ' miſello mali aliquid facturum? ¶ Miſellum pallium. Plaut. in Rud. Heu, ſum redactus ad hanc uſq; unam tuniculam, Et ad hoc miſellum pallium? Cic. ad Attic. lib. 3. Meum Ciceronem, cui nihil miſello reliquo præter inuidiam, & ignominiam nominis mei, tuere, quoad poteris. Idem ad Terentiam, Sed certè quoquo modo res ſe habebit, illius miſellæ & matrimonio & famæ ſeruiendum eſt.

Miſerè, aduerb. Infœliciter. ἀθλίως, παλαιπώρως. [Ital. Miſeramente, infelicemente. Gal. Miſerablement. malheureuſement. Hiſ. Mezquina ó deſdichadamente. Ger. Jämerlich. Ellendiglich.] Cice. Neq; commoueri eius deſiderio non poſſum, qui tam miſerè periit. ¶ Quandoq; ſignificat Valdè, nimis, Plaut. Curc. Vidẽ' ut miſerè moliũtur, neq; queunt compleſti ſatis. Terent. Aod. - nam omnes nos quidem Scimus, quàm miſerè hãc amarit. Idem Adel. Neſcio, niſi quia tam miſerè hoc eſſe cupio uerum, eo uereor magis. Ibidem, - nam hunc diem Miſerè nimis cupio, ut cupi, perpetuum in lætitia degere. Idem Heaut. Eam miſerè amat.

Miſeriter, Idem quod miſerabiliter. οἰκτρῶς. [Ital. Miſeribilmente Galli. Miſerablement. Hiſpa. Miſerablemente. Ger. Ellendiglich, erbärmlich.] Laberius apud Nonium, Mens incorrupta miſeriter corrumpitur.

Miſeria, æ, ſ. p. Infœlicitas, calamitas, quum ſcilicet quis patitur uel egeſtatem, uel damnum. παλαιπωρία. [Ital. Miſeria, infelicità. Gal. Miſere, malheur. Hiſ. Miſeria, deſdicha. Ger. Arbeitſäligkeit, Jamer vnnd ellend.] Cic. 2. Tuſc. Gentes noſtras flebunt miſerias. Plaut. Amph. Miſerrima iſtæc miſeria eſt ſeruo bono, &c. Cic. 1. de Finib. Ita qui proceſſit aliquantulum ad uirtutis aditum, nihilo minus in miſeria eſt, quàm ille qui nihil proceſſit.

Miſeritudo, f, t. Idem quod miſeria. ἀθλιότης. Accius, Qui ſe lix miſeritudine factus eſt aliena. Idem in Alphefibœa, Miſeritudo eorum iſta eſt liberum. Ex Nonio.

Miſẽror, d. p. Miſereris, miſertus, uel miſeritus, uerbum deponens. ἐλεέω, οἰκτείρω. [Itali & Hiſpani. Hauer miſericordia. Galli. Auoir pitié & compaſſion. Ger. Sich erbarmen, erbärmd tragen.] conſtruitur cum genitiuo. Eſt autem miſereri, ex alicuius miſeria corde anxium eſſe. Habet enim paſſionem affectum. Virg. 2. Aeglo. Nil noſtri miſerere, mori me denig; cogis. Brutus Ciceroni, aut miſerebor noſtri. Cic. pro Corn. Balbo, Miſeremini eius qui non de ſuo peccato, ſed huius ſummi & clariſſimi uiri facto diſceptat. Virgi. 2. Aen. - miſerere laborum Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.

Miſereo, antiqui uſurpant pro Miſereor. ἐλεῶ. Ennius in Hecuba, Miſerete manus, date ferrum, ut me anima priuem. Nonius.

Miſẽret, Imperſonale, ſimili modo paſſiuũ affectum habet, ſicut Miſereor, ἐλεεῖς uel οἰκτίρεις γίνεται. Idẽ eſt enim, Miſeret me illius, & Miſereor illius. quia utrunq; ſignificat Ex illius miſeria angorem ſuſcipio. Cic. Miſeret me infœlicis familiæ. Virg. 3. Aene. Si te lapſorum miſeret, quæ mucro Nyſo Digna dabit? ¶ Miſeret me, eadem forma, inquit Feſtus, dicitur, qua piget, pœnitet, tædet. Terent. in Eun. quid eſt? P. Miſeret me, itaque ut ne uiderem, miſera hinc effugi foras. ¶ Miſeret me uicem tuam. Terent: Heaut. Ita me di amabũt, ut nunc Menedemi uicem Miſeret me, tantum denecceſſe ad eum mali.

Miſereor, apud Veteſtiſſimos legitur pro Miſeret. Turpillus Epicleto, Quàm matris, nunc patris me miſereatur magis. Nonius.

Miſẽreſco. ſcis, n. t. Moueor miſericordia. οἰκτίρομαι. [Ita. Mouerſi à miſericordia. Hal. Auoir pitié & compaſſion. Hiſp. Hauer miſeribordia, y compaſſion. Ger. Sich erbarmen, Erbärmd vberkommen, Zů mit leiden beweget werden.] Virgil. 2. Aen. His lachrymis uitam damus, & miſereſcimus ultrò. Plaut. Epiſt. Siquid eſt homini miſeriarum, quo miſereſcat miſer, ex animo eſt. Et tam accuſatiuo, quàm genitiuo iungitur. Apule. Commoddm omnes miſereſcimus. Stat. li. 1. Theb. Et generis miſereſce tui. Virg. 8. Aen. At nos ô ſuperi, dinum ru maxime rector Iuppiter Arcadij quæſo miſereſcite regis. ¶ Inde compoſitum Commiſereſcit Terent. in Hecyr. Demum tam agrè tulit, ut ipſam Bacchidẽ, ſi adeſſet, credo, commiſereſceret.

Miſereſcit, imperſonale, cum ſignificato ſui uerbi. Terent. in Heaut. Atq; inopis re miſereſcat mei.

Miſẽricors, dis, omn. gen. t. Qui ex alicuius calamitate dolorem animo ſuſcipit, quiq; facilè ad commiſerationem mouetur. ἐλεήμων. [Ital. Miſericordioſo. Galli. Miſericordieux. Hiſpa. Coſa que ha miſericordia. Ger. Barmhertzig.] Cice. 4. de Finib. Nec miſericordem iudicem eſſe oportere. Idem pro Ligario, Si honeſto, & miſericordi mendacio ſaluti ciuis calamitoſi conſultum eſſe uellemus.

Miſericordior, comparatiuus antiquus, quo utitur Plaut. in Rud. Nulla miſericordior eſt me fœminarum.

Miſẽricordia, æ, f. p. Eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis, inquit Cic. 4. Tuſc. ἐλεος, ἐλεημοσύνη. [Ital. & Hiſpa. Miſericordia, compaſſion. Gall. Miſericorde, compaſſion. Ger. Barmhertzikeit.] Idem pro Deiota. Non débeo tentare quonam modo dicendo miſericordiam mi

commouere

commouere poſſim: ipſa enim occurrere ſolet ſupplicibus, nulla oratione euocata. Idem 3. Tuſcul. Quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis, ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. ¶ Miſericordia, inquit Auguſtinus, quid eſt, niſi alienæ miſeriæ quædã in noſtro corde compaſſio, qua (ſi utrq; poſſumus) ſubuenire compellimur? Stoici miſericordiam inter uitia animæ computant. Vnde Seneca, qui ſe Stoicorum ſectæ addicit, Vitium, inquit, animi eſt, miſericordia: nec miſerebitur ſapiens, ſed ſuccurret. Auguſt. libro 9. Ciuit. Stoicorum eſt, miſericordiam ſolere uulpare. Vnde Cice. 3. Tuſcu la tanquam Stoicus dixit. Si ſapiens in ægritudinem cadere poſſet, poſſet & in miſericordiam, poſſet & in inuidentiam. Verùm in oratione pro Ligario in laudem Cæſaris, tanquam Peripateticus dixit. Nulla de tuis uirtutibus plurimis nec gratior nec admirabilior miſericordia eſt. Terent. And. Tot me impediſt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt: Amor, miſerſcordia huius, nuptiarum ſolicitatio. Cic. pro Roſc. Am. prædia mea tu poſſides, ego aliena miſericordia uino.

Miſericorditer, aduerbium, Significat, cum miſericordia. *ἐλεημόνως*. [Ital. & Hiſp. Miſericordioſamente. Gal. Miſericordieuſement. Ger. Barmhertziglich.]

Miſerŏr, raris, a. p. Affectum actiuum habet, ſignificatq; uerbis, aut lachrymis, aut opere dolorem, quem ex alicuius miſeria habemus, oſtendere: & conſtruitur cum accuſatiuo. *οἰκτίρω*. [Ital. & Hiſp. Hauer miſericordia. Gal. Auoir pitié & compaſſion. Ger. Beweinen oder klagen, ein mein ſams vnnd hertzliehs bedauren tragen.] Feſtus, Miſeratur is, qui conqueritur aliena incommoda. Salluſt. in Iugur. Eos multa pollicendo, ac miſerando caſum ſuum, confirmat, id eſt lamentando. Cæſar 1. bel. Gal. Abditi in tabernaculis aut ſuom fatum querebantur, aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur, id eſt deplorabant. Virgilius quarto Georgic. Contuſoq; animos, & res miſerabere fractas. Idem 10. Aeneid. Ingemuit miſerans grauiter, dextramq; tetendit, Idem 12. Aeneid. Turni ſortem miſeratur iniquam Miſerata animi, pro animo. Virgilius 10. Aeneid. Iuuenemq; animi miſerata repreſſit, ¶ Hinc Cõmiſeror: & uerbale Commiſeratio, quæ eſt ſignificatio miſericordiæ, qua ex alicuius infœlicitate mouemur: quã ſcilicet uel ex aſpectu alicuius, uel oratione uel etiam cogitatiõe adducimur, ut eius miſereamur. *οἰκτιρμός*. Liuius lib. primo ab Vrbe, Agmen migrantium impleuerat uias, & conſpectus aliorum mutua miſeratione integrabant lachrymas. Autor ad Heren. liij. Commiſerationem breuem eſſe oportet.

Miſero pro Miſeror dicebant ueteres: ut Accius in Athamante, Atque ita de illis merui ut iure hæc nunquam miſerarent mala.

Miſeratĭo, onis, f. p. Commiſeratio, ægritudo, qua ex alicuius infœlicitate mouemur. *οἰκτιρμός*. [Ital. Pietà, compaſsione. Gall. Pitié, compaſſion. Hiſp. Aquella obra de miſericordia, compaſſion. Ger. Ein erbarmd oder erbarmung, bedaurung.] Plin. Epiſt. 21. Quod me recordantem fragilitatis humanæ miſeratio ſubit, Cice. Luceio li. 5. Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas nõ cum quadam miſeratione delectat?

Miſerandus, a. um. Miſeratione dignum. *ἐλεεινός*. [Itali. Degno di miſericordia. Galli. Miſerable, de qui on doit auoir pitié & compaſſion. Hiſ. Lo que merece miſericordia. Ger. Das zů erbarmen iſt, erbärmlich.] Cic. 2. Tuſc. ex Sophocle, Accede, accede nate, aſſiſte, miſerandum aſpice Eniſce ratum corpus lacerari patris. Idem primo de Orator. Hũc in minimis, tenuiſſimisq; rebus ita labi, ut alijs miſerandus, alijs irridendus eſſe uideatur.

Miſerabĭlis, le, om. t. Miſeratione dignus, id eſt per quem alij miſericordia commouentur. *ἐλεεινὸς, οἰκτρός*. [Ita. Degno di miſericordia. Gal. Miſerable, de qui on doit auoir pitié & compaſſion. Hiſp. Coſa digna de miſericordia. Ger. Erbärmlich, klaglich, jämerlich.] Ouid. in Ibin, Sisq; miſer ſemper, ne ſis miſerabilis ulli. ¶ Aliquando dicitur flebilis, lamentabilis. Liu. li. 1. ab Vrbe, Euentus tamen belli minus miſerabilem dimicationem fecit, quòd nec acie certatum eſt, & tectis modò dirutis alterius urbis, duo populi in unũ confuſi ſunt. Ibidem. Voces etiam miſerabiles exaudiebantur, mulierum præcipuè. ¶ Miſerabile, pro miſerabiliter, nomen pro aduerbio. Virg. 2. Aen. miſerabile cæſis Hoſtibus inſultans, Seruius.

Miſerabĭliter, Idẽ ũgnificat quod miſerè. *ἐλεεινῶς, οἰκτρῶς*. [Ital. Miſerabilmente. Gal. Miſerablement Hiſ. Miſerablemente. Ger. Erbärmblich, ellendiglich.] Cic. 1. Tuſc. Etſi enim flemus, quum legimus, tamen non miſerabiliter uir clarus emoritur. Liu. 3. ab Vrbe, Proſequuntur coniuges liberiq;, cuinam ſe relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia, nec libertas ſancta eſſet, miſerabiliter rogitantes.

Miſeranter, aduerbium, Cum commiſeratione. *ἐλεεινῶς*. [Ital. Con pietà & compaſſione. Gal. Auec pitié & compaſſion. Hiſp. Con compaſſion & miſericordia. Ger. Erbärmlichen.] Gel. li. 10. ca. 3. Et quid eſt quod aut amplius, inſigniterq; aut lachrymoſè, aut miſeranter, &c.

Miſocali, *μισόκαλοι*, Græco uocabulo appellantur, qui ab omni literarum elegantia, nitoreq; dicendi abhorrent, tãquam inuenuſti & honeſtatis oſores.

Miſŏgŏnia, f. p. pen. prod. *μισογόνεια*, Odium mulierũ, quæ le fuit in Euripide Tragœdiarum ſcriptore, qui mulieres fere omnes maiorem in modum exoſus fuiſſe dicitur: unde & *μισογυνὴς*, id eſt oſor mulierum dictus.

Miſſa, uocabulum, pro ſacro piaculari, in Dictionario Albertici, ſeu Græcum falſò interpellatio exponitur. Hoc autem ut Barbarum, nonnulli etiam magnum nomen in bonis literis conſecuti, reijciunt, licet alijs quibuſdam uiris impẽ ſẽ item doctis, maximè autem Reuclino noſtro uiſum eſt Hebræum: tamen certum eſt, à mittendo Miſſam dictã. In hoc enim Sacro, quod miſſa uocatur, duplex quondã fuit Miſſio, hoc eſt, dimiſſio: Nam mittere & miſſum facere pro dimittere legitur apud idoneos authores, ſicut Miſſio, pro dimiſſione, cuius apud ueteres Iuriſconſſ. mox ut dicemus, plura genera exiſtunt. Erant autem huius ſacri duæ partes: quod doctiſſimi uiri Volzius & Rhenanus ante me, & primi, quos ego ſciam, monuerũt. Prior fuit ab introitu uſq; ad offertorium inclusiua, in qua fiebat cõfeſſio, cantio, lectio, interpretatio, increpatio, adhortatio, oratio, oblatio. Quibus conſummatis, Diaconus ex more, ac edito loco, ſublata uoce clamabat, Si quis non communicat, det locum, teſte diuo Gregorio, Dialog. li. 2. ca. 25. uelut Iſidorus, Vuilhelmus Durandus in Ratio. l. 6. ſcripſere, Si quis eſt Catechumenus, exeat foras, Tum enim demittebantur & catechumeni, & qui alioqui, uel ſuo uel eccleſiæ iudicio, cõmunione corporis Chriſti cenſebantur indigni. Indeq; nocata eſt hæc prior huius ſacri pars miſſa, Catechumenorũ. In altera parte huius ſacri fiebat Panis fractio, corporis & ſãguinis Chriſti communio. Agape, Euchariſtia, ſiue Gratiarum actio. Quibus exactis iam altera fiebat miſſio, quando fideles Chriſtiani (qui ſoli norunt ut Diu. Aug. ait, quid ſit edere corpus Chriſti, & ſanguinem eius bibere) quoque dimittebantur, iterum clamante Diacono, Ite, Miſſa eſt, ſcilicet eccleſia, quæ eſt fidelium congregatio, quam & Latinè Collectam, & Græcè Synaxim uocauerunt, & ab hac miſſione dicta hæc ultima ſacri pars Miſſa fidelium: quod & fideles mitterentur ad ſua quiſq; negotia priuata. In ſacris quoque gentium non admodum diſſimiliter agebatur. Nam ſacrificus rem Diuinam facturus, dicebat *τίς τίδε*, id eſt, Quis hic? Qui aderant, reſpondebant, *πολλοὶ καγαθοὶ*, id eſt, multi & boni. Hæc uerò dicebantur, ut quis ſibi eſſet cõſcius admiſſi piaculi, à Myſterijs diſcederet. Peracta uerò re Diuina, conuerſus ad plebem ſacerdos aiebat, *λαοῖς ἄφεσις*, id eſt, populis miſsio, ut eſt apud Apule. li. 11. locum reſtituit nobis Beroaldus, & doctè enarrauit, Vis, inquiẽs, exemplum ſimile? Proximum habes. Nam quotidie in myſterijs noſtris, ſolet Sacerdos poſt peracta ſolennia dicere: Ite, Miſſa eſt. Vt autem hoc Sacrum ſit Miſſa uocata, longa die factum eſt; denominatione deducta à fine, ubi dictum eſt, Ite, Miſſa eſt Siquidem à fine plerunq; denominationẽ fieri, nemo doctus ignorat. Confirmata eſt autem hæc nominatio per ſacri huius uulgationem, quando ſine delecta illotisq; manibus Sacris initiati ſunt. Idcirco maiores noſtri ſubinde miſſam eſſe, pro finire, & miſſam pro fine ſeu completione uſurparũt. Ita Ioan. Caſs. li. 3. cap. 7. de eo qui ad orationem tardius occurit, Si congregationis, inquit, miſſam ſtans pro foribus præſtolabat. Et cap. 8. Vt contentũ, ait, ſummo, qui nobis poſt uigiliarum miſſam, uſq; ad lucis indulgent aduentum. Et paulò inferius, Niſi, inquit, poſt Vigiliarum miſſam ſomni quantumcunq; guſtarit, &c. Sanctus quoque Benedictus in regula ſua, quo de pub. precibus dicit cap. 9. Infiniantur, & cap. 12. 13. Completum eſt, hoc cap. 17. ſemel dicit Miſſæ ſint & bis, Fiant

miſſæ, uel fieri, pro finitum atq; completum eſſe, uel fieri intellexerunt. Et ita fortè quidam acceperunt, quod dictũ erat, Ite, Miſſa eſt, id eſt, finita, completa. Inde & complenda dict. uideri poteſt.

Miſſile, Miſſio, Miſſus, Vide Mitto.

Miſy, yos, *μίσυ*, Corpus eſt metallicum, quod in fodinis æratis ſupra Chalcitim & Sory inuenitur, colore ſubflauo in morem ſulphuris ignem iam experti. Vulgus Vitriolum appellat. ¶ Miſy præterea Plinio li. 19. ca. 5. turpis genus eſt, ſuauitate odoris & ſaporis præcipuum, quod in Cyrenaica prouincia naſcitur, noſtratibus carnoſius.

Mitella, Vide Mitra.

Mitefco, mitetcis, Vide Mitis.

Mithras, *μίθρας*, Cum h. à Perſis dicitur Sol: cuius ſimulachrum effingebant ritu Leonis, cum tiara, utraq; manu bouis premens cornua. Solem enim multæ gentes pro deo colucrunt: alij alijs eum appellantes nominibus. Quod & Statius indicat lib. 1. Thebaid. hiſce uerſibus, Adſis ô memor hoſpitij, Iunoniaq; aura Dexterames, ſeu te roſeum Titana uocari Gentis Achemeniæ ritu, ſeu præſtat Oſirim Frugiferum, ſeu Perſei ſub rupibus antri Indignata ſequi torquentem cornua Mithram. Strab. lib. 14. Perſæ cælum Iouem putant: colunt Solem, quem Mithram uocant. ¶ Ponitur aliquando pro primario ſacerdote. Apul. libro vlti. ipſumq; Mithram illum, ſuum ſacerdotem, præcipuum ſacrorum miniſtrum decernit.

Mithriaca, orum, *μιθριακά*, Sacra Mithræ (ſic enim Perſæ ſolem appellabant) quæ in antro fieri ſolent boue inde cornibus educto, quem poſt hymnorum concentum Soli immolabant. Lampridius in Commodo, Sacra Mithriaca homicidio uero polluit, quum illic aliquid ad ſpeciem timoris uel dici, uel fingi ſolcat.

Mithrax, *μίθραξ*. Gemma eſt, uariis coloribus contra Solem refulgens: de qua Pli. lib. ca. 10. Mithrax à Perſis accepta eſt, rubri uaris montib. multicolor, cõtra Solẽ uariè refulgẽs.

Mithridatium anditorum, *μιθριδατικὸν ἀντίδοτον*, Vide in Propriis.

Mithridamon, Scordium apud Dioſc. li. 3. cap. 123. Mithridacium id quod aliàs Mithridatum.

Mitigo Mitigas, Vide Mitis.

Mitis, & hoc mite, omn. Idem eſt quod lenis, dulcis, manſuetus, ſuauis. *πρᾶος*, *πρόσηνής*. [Ita. Manſuetudo, humano, placeuole. Gal. Doux, debonnaire. Hiſp. Manſo ò blando. Ger. Mit, ſanfftmütig, gütig.] Cic. de Senect. Facit per ſæpe ſibi audientiam, diſerti ſenis compta & mitis oratio. Eius contrarium eſt Immitis, *ἀπρᾶος*. id eſt aſper, ſæuus, crudelis. Virg. 1. Aen. Troas reliquias Danaum, atq; immitis Achilli. ¶ Quandoq; Mitis ponitur pro tranquillo, & Immitis pro procelloſo & inquieto. Idem libro 9. Mitis ut in morem ſtagni, placidæq; paludis Apul. Erat enim turbidum, atque immite pelagus. ¶ Quandoque præmaturo. *ὀπταῖος*. Virgil 1. Aeglo. ſunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles. Pli. Immitia, adhuc, & cruda poma. ¶ A Mitis fiunt aduerbia Mitius, & Mitiſſimè. Cæſ. 7. bel. Gal. Quàm mitiſſimè poteſt legatos appellat. Ouid. 15. Met. ſimiles aliorum reſpice caſus, Mitius iſta feres.

Mitẽſco, is, n. r. Manſuefco. *πρᾴνομαι ἡσυχάζω*. [Ital. Manſuefarſi. Gal. Deuenir doux & traittable, s'adoucir. Hiſp. Amanſarſe, ablandarſe. Ger. Zam werden milt werden, &c.] Pli. lib. 11. ca. 37. Vt feræ domi educatæ mitẽſcunt. ¶ Aliquando tranquillum fieri. Apul. Conflacceſcunt fluctus, mare mitẽſcit. ¶ Aliquando matureſco. *πεπαίνομαι*. Pli. li 15. ca. 11. Reliquorum pomorum uelocitas citò mitẽſcentium tranſuolat.

Mitĩgo, as, penu. cor. act. p. Placo, quaſi mitem ago. *πράϋνω*. [Ital. Mitigare, indolaire. Gal. Adoucir, amollir. Hiſp. Amãſar ò ablandar. Ger. Milteren, perſũnen, begütigen.] Cic. 7. Verr. Neq; in parentum luctu atq; lachrymis, te mei nominis commemoratio mitigauit. Virg. 1. Aen. Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla. Leſt. li. 4. Donec rurſus pœnitentia populi mitigatus, liberaret eos ſeruitute. ¶ Item maturare, *πεπαίνω* Cic. lib 4. de Repub. Quum; autumno terras ad concipiendas fruges parefaceret, hyeme ad concipiendas relevaret, ſua matur. tate alia mitigauerit, alia torruerit. ¶ Huius compoſitum eſt Commitigo, de quo ſuprà.

Mitigátio, onis, nomen uerbale. f. t. *πρᾴνσις*. [Ital. Mitigatione, placamento. Gal. Apaiſement, adouciſſement. Hiſp. Obra de amanſar ò ablandar. Germ. Milterung.] Cic. de Orat. Omnis; ad omnem animi motum impulsio, & ſitus ferat, mitigatio.

Mitigatorius, adiectiuum, Quod habet uim mitigandi. *πραϋντικός*. [Ital. Lenitiuo, c'ha uirtù di placare. Gal. Lenitif, qui a vertu & puiſſance d'adoucir. Hiſp. Coſa que pue de amanſar ò ablandar. Ger. Trefftig zů milteren.] Pli. li. 28. ca. 6. Contra renũ, & lumborũ, uaſicaq; cruciatus in balnearũ ſolijs pronos urinam reddere mitigatoriũ habetur.

Mitĩſco, as, act. p. Mitem ac placidum facio. *ἡμερίζομαι*. [Ital. Manſuefare, domeſticare. Gal. Rendre doux & apriſer. Hiſp. Amanſar ò ablandar. Ger. Zam machen, milteré.] Pli. li. 8. ca. 7. de elephantis, Capti celerrime mitificãtur hoc nei ſucco. ¶ Mitificare cibum, concoquere. Cicer. 2. Diuin. de gallis loquẽs, Depulſo enim de pectore, & in omnem corpus diuiſo, & mitificato cibo, cantus edere quiete ſaciatos.

Mitra, æ, f. p. *μίτρα*. [Itali. Mitra. Gal. Mitre. Hiſp. Mitra, ornamenta dela cabeça. Ger. Ein gattung eine hůts oder hůben zů der hauptzierd von etlichen völckeren vorzeiten gebraucht, ein Biſchoffshůt.] Dictio barbara, qua ſignificatur quoddam capitis ornamenti genus, hoc eſt pilei incurui genus, quo primùm Mæonij, deinde Ægyptij, Syri, Phryges, & Lydi uſi ſunt. ¶ Aliquando tamen & pro molliebri corona ad ornatum capitis adoleſcentularum accipitur, ex qua pendebant faſciolæ, quæ Phylla dicebantur, quòd foliorum inſtar penderent. Noſtri quoq; Pontifices mitris utuntur, quum rei diuinæ operam dant. Et apud Græcos non ſolùm pro ornatu capitis ſed etiam pro faſcia in loricæ modum contexta, ad latera defendenda ſumitur. Virg. 9. Aene. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. ¶ Fuit etiam Mitra zonæ quoddam genus, quam ſolebant primum parientes, & Dianæ conſecrabant, quamob cauſam eam *μυελοῦνην* cognominabant. Vide Celium Rhodig. lib. 16. cap. 19.

Mitella, diminutiuum. Parua mitra. *μιτρίσκη*. Virg. Copa Syriſca caput Graia redimita mitella.

Mitto, tis, miſi, miſſum. a. p. Nota eſt ſignificatiõis. *πέμπω*. [Ital. Mandare. Gal. Enuoyer. Hiſp. Embiar. Ger. Schicken, Senden.] Cic. in Catone, Hunc librum ad te de Senectute miſimus. ¶ Interdum excludere, uel emittere, uel deponere. *ἀφίημι*. Vig. 1. Aenei. moſtumq; timorem Mittere. Terent. in Adelph. Hera lachrymas mitte. ¶ Item donare. Virgi. 9. Aeglog. Hos (illi quod nec bene uertat) mittimus hœdos. ¶ Mittere in conſilium, eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendam, ubi orator dixerit. Dixit autor Alcenius. Cice. pro Cluent. Cur Stalenum, quum in conſilium iretur, Cluentius & Canutius abeſſe patiebantur & quum in cõſilium mitrebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Budæus. ¶ Miſſum facere, id deponere, ac etiam è noſtro conſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrio dimittere: quod quidam barbarè dicunt. Ea re licentiam, uel Licentiare. Terentius in Phorm. Miſſum te facimus. ¶ Mitti ſanguis dicitur, quũ fit phlebotomia. *φλεβοτομεῖσθαι, ἰφὶσθαι αἷμα*. Cornel. Celſ. libro 2. Mitti ſanguis debet ex brachio. Idem, Sanguinem, Inciſa uena, mitti nouum non eſt. ¶ Huius compoſita ſunt, Admitto, Amitto, Committo, Immitto, Omitto, Permitto, Præmitto, Promitto, Remitto, Manumitto, Summitto, & Tranſmitto. de quibus ſuis locis.

Miſſus: a, um: participiũ, eas ſignificationes habet, quas Mitto. *πεμφθείς*. [Ital. Mandato. Gall. Enuoié. Hiſp. Embiado. Ger. Geſchickt, geſendet.]

Miſſus, us, ſubſtant. quartæ declin. immiſſionem ferarum, ſine ludorum, aut gladiatorum in arenam ſignificat *ἔφεσις, θηριομαχία*. [Ital. Gittamento. Galli. Jettement. Hiſ. Echamiento. Ger. Die herfürlaſſung der thieren oder fechteren zů einẽ ſchauſpyl.] Sue. in Domit. In his Citẽſium dies quo facilius centum miſſus peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſpatijs ad quina corripuit. Idem in Claudio. Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nõnunquam interiecta per quinos miſſus uenatione. Hæc Budæus. ¶ Aliquando ſumitur pro immiſſione ferculorum. *πεμφθεά*. [Ital. Meſſo. Gal. Mets. Hiſp. El maniar, ò coſa que ſe lleua en plato. Ger. Ein tracht einer mal zeit.] Vnde Lampridius ſcribit Heliogabalum celebraſſe tale conuiuium ut apud amicos ſingulos ſinguli miſſus appararẽtur & aliquando

& aliquando omnes miſſus ſola carne phaſianorum ſtruxiſſe. Budæus.

Miſſio, t. t. Actus ipſe mittendi. πόμπη. [Ita. Il mandare. Gal. Enuoy. Hiſp. Obra de embiar. Ger. Schickung, ſendūg.] Cic. ad Attī. lib. 1 De literarum miſſione ſine cauſa abs te accuſor. Legatorum miſſio. Idem 7. Phil. Nō ſine cauſa legatorū iſtam miſſionem ſemper timui, nunquā probaui: quorum reditus quid ſit allaturus, ignoro. ¶ Miſſio non ſolùm ſignificat ipſum mittendi actum, ſed etiam dimittendi. ἄφεσις, ἀπόπεμψις, Sueto. in Cæſare, Miſſionem continuò efflagitauit. Huiuſmodi miſſionum in re militari multa ſunt genera. Eſt enim honeſta, quæ emeritis ſtipēdijs ab imperatore indulgetur. Eſt cauſaria, qua quis propter valetudines à laboribus militiæ ſoluitur. Vnde Cauſarij milites dicuntur à Liuio. Eſt & Ignominioſa, quam quis propter delictum ſacramento ſoluitur.

Miſſito, tas. penultima corre. frequentatiuum. Sæpe mitto. προσαναπέμπω. [Ital. Mandàr ſpeſſo. Gal. Enuoyer ſouuent. Hiſp. Embiar à menudo. Ger. Offt ſchicken.] Liu. 9. ab Vrbe, Quod incolumi Hermico nomine ſimul cum ijs Samnites auxilia miſſitauerant.

Miſſĭcŭlo, las, Iteratiuum eſt, à uerbo Mitto, eiuſdemq; ſignificationis cum Miſſito: hoc eſt frequenter, & repetitis uicibus mitto, πεμπάζω. [Ital. Mandar ſpeſſo Galli. Enuoyer ſouuent. Hiſp. Embiar à menudo. Ger. Offt vnnd dick ſchicken, widerumb ſchicken.] Plaut. in Epid. -empta eſt ancilla, quòd tute ad me literas Miſſiculabas.

Miſſĭlis, & hoc miſſile, adiect. pen. cor. om. t. Quod facile mittitur, Miſſile, penul. corr. ſubſtantiuè, Telum quod manu mittitur. ὀιστὸς, βέλος. [Ital. Ogni ſorde di dardo. Gal. Toute ſorte de dard. Hiſp. La lanca ò por lo que ſe tira. Ger. Was leicht zů werffen oder zů ſchieſſen iſt, als da ſind pfeil, ſchäfelin, ſtein, &c.] Virg. 9. Aen. -ſed pellere nullo Miſſilibus certant. Vnde & lapides Miſſilia dicuntur. Plin. lib. 28. capt. 4. Ferunt difficiles partus ſtatim ſolui, quum quis tectum, in quo ſit grauida, tranſmiſerint lapide uel miſſili, ex his quæ tria animalia ſingulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, urſum. Miſſiles lapides, Liu. 1. ab Vrbe. Pondos miſſile diſci, Propert. li. 3. Eleg. 14. Miſſilia ſaxa, & miſſilia tela. Liu. 2. & 5. ab Vrbe. Miſſilia tormenta, Plī. li. 8. ca. 21. ¶ Miſſilia etiam dicuntur munera quæ à Principibus populo ſpargebantur, ut puta bellaria, lintea, odores, unguenta. ἐπιδόσεις. Suet. in Calig. Sparſit & miſſilia uariarū rerum, & panaria cum obſonio uiritim diuiſit. Idem in Nero. cap. 11. Quare ſpectaculum multiplicatis miſſilibus in ſerum protrahebatur.

Miſy, ſit ex ſuccis ſtomachum confortantibus, pirorū ſcilicet uel cydoniorum.

Mixobarbari, μιξοβάρβαροι, Dicebantur qui ex altero parente Græco, altero Barbaro prognati erant: quo nomine dicti fuerunt Medeæ liberi, quos illa ab Iaſone repudiata, Aegeo peperit. Nōnulli recentiorum, detorto nonnihil uocabulo, Mixobarbaros uocauerunt, qui quum Barbari eſſent, Græcè tamen noſſent.

Mixtarius, uel potius Miſtarius, Vas quo uinū aqua miſceremus. κύαθος, Lucil. Vrceus, aut gemina longus miſtarius anſa.

M ante N.

M. N. In notis antiquorum, meo nomine, uel mīlia nummum uel nūmorum. MNF. L manifeſtus locus. MNM. manumiſſum. MN. MN. municipalis, municeps.

Mna, μνᾶ, Græcè, Latinè Mina. Vide Mina.

Mnemŏnica, μνημονικά, ab Autore ad Herennium li. 3. uocantur præcepta memoriam adiuuātia. Quemadmodum (inquit) qui literas ſciunt, poſſunt id quod audierunt ſcribere, & recitare quod ſcripſerunt: ita qui mnemonica didicerunt, poſſunt quæ audierunt, in locis collocare, & ex his memoriter pronuntiare.

Mneuis, μνεῦις, Suidæ, Bos Soli ſacer, quem Heliopolitæ pro deo colebant, in ſepto eum nutrientes. Autor Strabo li. 17.

Mneſithium, Buphthalmus, apud Dio c. li. 3. ca. 157.

M ante O.

MO. In notis antiquorum, modi, uel, modo, mors. M. p. mālè poſitus, uel Marcus Pacuuius, uel menſæ poſuit, uel Maximus princeps M. P. D. maiorum Partē dici: M. POP. Marcus Popilius. M. R. miles Romanus. M. R. militia Rhauennatis. M. REG. militiæ Regienſium uel militum. MS. menſes, uel menſibus, uel moleſtus. M. S. P. memoriæ ſuæ poſuit M. mos uel mus. M. T. E. malo tuo factum eſt.

Mobilis, Mobilitas, Mobiliter, Vide Moueo.

Moderate, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Modero, Modeſte, Modeſtia, Modeſtus, Modice, Modificū, Modifico, Vide Modus.

Mochnium, Aegyptiorum lingua, ſylueſtris portulaca.

Mŏdĭus, dii, m. ſ. ut inter doctos noſtræ ætatis ferè cōuenit, mēſuræ genus fuit cōtinens ſedecim ſextarios. μέδιμνος, ὁ μεδίμνος, qui etiam μόδιος. [Ital. Moggio Galli. Vn muy ou un boiſſeau. Hiſ. Celemin ò almud. Ger. Ein mäſs wirt bey vnnſs gemeinlich für ein ſeſter genommen.] Cic. de Amic. Verumq; illud eſt quod dicitur, Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. Idem 1. Offi. Ne Marco quidem Scio uitio datum eſt, quòd in caritate aſſe modium populo dedit. Voluſius Metianus, Quadrantal, quod nunc plerique amphoram uocant, habet urnas duas, modios tres, ſemodios ſex, congios octo, ſextarios octo & quadraginta, heminas ſex & nonaginta, quartarios centum nonaginta duos, cyathos quingentos ſeptuaginta ſex. Ex quibus Voluſij uerbis facillimè colligi poteſt capacitas modij. Nam quum dicit Amphoram, quam antiqui Romani Quadrātal uocabant, continere tres modios ſextarios autem octo & quadraginta, ſequitur neceſſariò Modium tertiam partem eſſe 48. ſextariorum, quæ eſt ſedecim ſextariorum. Lapſus eſt itaq; Perottus, & poſt eum Calepinus, qui Modium eſſe putauerunt duorū & uiginti ſextariorum: quanquā utrobiq; librariorum (ut arbitror) culpa Sextertiorum legatur, non Sextariorum. ¶ Hinc fit cōpoſitum Semodius, quod ſignificat modij dimidium. Colu. lib. 2. Eadem quatuor modijs, nonnunquam tribus, aliquando etiā duobus ac ſemodio iugerum occupat. ¶ Modius uini Pariſinus, tricenos ſenos ſextarios noſtros capit: Sextarius autem octonas eas, quas pintas dicimus. Budæus. ¶ Modius tritici Pariſinus, quatuor & uiginti medimnos Atticos capit. ¶ Modius agri, Actus quadratus, qui latus eſt pedes centum uiginti, & longus totidem: Mina etiā Latine dicitur, teſte Varrone 1. de Re ruſt. ca. 10. ¶ Modium neutro genere etiam dicitur. Plin. lib. 18. cap. 16. Id præſtant in iugera modia nicena.

Mŏdĭus, us, li, cum accentu in antepenultima, m. ſ. πλέμνη, χοινικίς. [Itali. Moggio picciolo, Galli. Vn petit muy ou boiſſeau. Hiſpa. Pequenno celemin ò almud. Ger. Ein ſeſterlin oder viertelin.] Eſt quarta pars modij, ut putat Stolo Pontinus, adducens illud Plauti ex Ciſtel. -uix exculpſi ut diceret, Quia ei promiſi modiolum uini dare. Ex quo Plauti loco ſatis conſtat modiolum eſſe genus menſuræ: cuius tamen fuerit capacitatis, neq; ex loco deprehendi poteſt, neq; alibi memini me legiſſe. ¶ Hoc etiam nomine dictū eſt paruum uas quadratū ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam. Horum autem modiolorum (ut eſt apud Frōtinum de aquæ ductib.) alius eſt erogatorius, alius acceptorius, ut multis in locis intueri licet Vitruuius, ita quoq; rota à calcantibus uerſabitur, modioli pleni ad ſummum elati, & rurſus ad imum reuertentes, infundent in caſtellum ipſi per ſe quod extulerunt. ¶ Modiolus etiam eſt uas menſurarium potui paratum, ut phiala, ut trulla: non tamen poculum, inquit Scæuola in l. Scīæ. ff. de auro & argen. legat. Hæc Bud. ¶ Modiolus in rota, cui affixi ſunt radij. Plī. li. 9. ca. 4. ¶ Apparent & rotæ appellatæ à ſimilitudine, quaternis diſtinctæ radijs modiolos earum oculis duobus utrinq; claudentibus. ¶ Eſt præterea Modiolus inſtrumentum chirurgicum. Celſus li. 8. ca. 3. Excidunt uerò os duobus modis: ſi paruulum eſt, quod læſum eſt, modiolo, quem χοινικίον Græci uocant: ſi ſpatioſus, terebris. Deinde ſubdit, Modiolos ferramentum concauum, & teres eſt, imis oris ferratum, per quod medium clauus ipſe quoq; interiore orbe cinctus, dimittitur.

Mŏdĭālis, le, om. t. A modio. μεδιμνιαῖος. [Itali. D'un moggio. Gal. D'un muy. Hiſp. Coſa de uno celemin. Ger. Ein ſeſter haltet.] ut Vas modiale, quod modium continet. Plautus in Capt. Aulas, calicesq; omnes confregit, niſi quæ modiales erant.

Mŏdŏ, Quando habet o finalem corr. ſignificat tempus præſens, uel mox præteritum, uel nondum præteritum, ſed ſtatim futurum. ἄρτι. [Ital. Mopure. Gall. A ceſte heure, tantoſt, n'agueres Hiſp. Agora, poco ha paſſado. Ger. Jetzund, eben erſt.] ut Modò id ago. Terent. in Eunu. Modò

sit, modò negat. Sic etiam dicimus, Modò dicebam. Modò ueni, Modò faciam. ¶ De tempore præterito testimonium est apud eundem in Eunuc. Quàm dudum? DO. Modò. Vbi Donatus, Nota Modò apertè pro tempore præterito dictum esse, id est inadnudum. Nam qui uitiauerat uirginem, non modò, sed longe antè uestem mutauit cum eunucho. ¶ Ponitur etiam aliquando pro duntaxat, solùm, tantum modo. *μόνον*. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Euentus belli minus miserabilem dimicationē fecit, quod nec acie certatum est, & tectis modò dirutis alterius urbis, duo populi in unum confusi sunt. Id est solùm uel tantùm unius urbis tectis diruti, Qu. lib. 1 cap. 15 Quidam enim circa res omnes, quidam circa ciuitas modò uersari Rhetoricè putauerunt. ¶ Aliquando etiam idem est quod Si modò, Dum modò. *γε δή*. Terent. in Heaut. Modò liceat uiuere, spes est. Virgil. lib. 4. Aen. Si modò quod memoras factum fortuna sequatur. ¶ Hinc & Solummodo, Tantummodo, & Amodo, *ἀπὸ τότε*, quod significat Posthac. Apule. Vt nemo me eo modo tam manè egredientem solùm uidebit, Quòd si modo producta ultima syllaba proferatur, datiuus uel ablatiuus casus est à Modus. ¶ Modò pro saltem. Teren. in Adel. Vtinam hoc sit modò defunctum. ¶ Modò pro interdum Propert.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis.
Thermodonteis turba lauatur aquis:
Et modò Taygeti crines aspersa pruina
Sectatur primos per iuga longa canes.

¶ Modò non, idem est quod Ferè, uel propemodum: pro quo etiam dicimus, Tantùm non. Terent. in Phor. Modò non auri montes pollicens.

Modulor, Modulatio, Modulator, Modulatus, uide Modulus in Modus.

Mōdŭs, di, m. s. Propriè rationem significat, id est mensurā, siue formam. *μέτρον, τρόπος*. [Ital. Modo, misura, regola. Gal. Poin, maniere & facon. mesure, regle. Hisp. Manera, medida. Germani. Ein mass weis, gattung.] Ratio uerò iubet nequid nimis, sed omnia cū moderamine fiāt. Vnde Quomodo & quemadmodum dicimus, id est qua ratione. ¶ Et Admodum pro Satis, quasi secundum rationē & propemodum. ferè quasi parum abśit à modo, hoc est à ratione. ¶ Et Mirum in modum. Maiorem in modū, quasi ultra rationem. ¶ Et commodum, aptum, conueniens: quasi cum modo & ratione. Plaut. Pœn. uerùm hoc unū tamen cogitato, Modus omnib. in rebus soror est optimū habitu. Cice. de Orat. In omnibusq; rebus uidendum est quatenus: etsi enim suus cuiq; modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. Idem de Senect. Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic uiuendi modū. Idem 1. Offic. His enim rebus quæ tractantur in uita, modū quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus cō seruabimus. Col. lib. 2. Est autem modus in siccando fœno, ut neq; peraridum, neq; rursus uiridi colligatur. Id est mensura quædam, & moderatio. Idem lib. 1. In quo scrobe desti naueris nuces serere, terram minutam in modum semipedis ponito. Id est mensuram. ¶ Modus etiam dicitur quantitas, ut apud eundem libro 2. Atq; rursus in Sole siccata, & mox refrigerata recondituri: si maior est modus, in horreo: si minor, in uasis oleariis, salsamentariisq;. ¶ Interdum dicitur finis seu euentus, *πέρας*. Iuuenalis. Imponiq; modum sapiens, & rebus agendis. Virg. lib. 4. Aen. Sed quis erit modus? ¶ Accipitur etiam Modus pro mensura illa quam cātores inter canēdum obseruare solent. Cic. 1. de Orat. Solet idem Roscius dicere, se quo plus ætatis sibi accederet, cō tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum. Vnde etiam illud in titulis Comœdiarum Terentij, Modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis paribus, dextris & sinistris.

Mōdŭlus, li, m. s. diminutiuum est à nomine modus: & propriè significat mensuram, *μέτρον*. [Ital. Misuretta, modello. Gal. Petite mode & mesure. Hisp. Pequenna medida ò manera. Ger. Ein mass.] Sueton. in Nerone, Scrobem coràm fieri imperauit, dimensus ad sui corporis modulum. ¶ Modulos etiam uocabant ueteres architecti particulas quasdam, ad quas totum opus solent dimetiri. uulgus hodie Parū pedem uocat. Paul. in l. Non solum. ff. de Oper. noui nuntiat. Sed ut probari possit quid postea ædificatū sit, modulos sumere debet is qui opus nouum nuntiat. ¶ Erant præterea Moduli, quædam mensuræ in aquæductibus, quibus aqua ex castellis ad priuata ædificia ducī solet. Vlp. l. damni infecti. ff. de Damno infecto. Vnde Labeo putabat eum, qui modulorum aut riui faciendi causa opus faceret, etiam satisdare debere. Hæc ferè omnia ex Budæo. ¶ Est etiam Modulus, idem quod Modulatio, uel ipse cantus, aut flexus uocis, uel ipsa (ut loquuntur) cantus mensura. Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulsus in modulos certos, legesq; metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Idem lib. 7. cap. 56. Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx inuenit. ¶ Modulus, siue Modus potest etiam dici id cantionis genus, quod Galli cantores uocant Vn motret.

Modulor, aris, pen. corr. d. p. Mensuro, siue cum mensura & numerorum ratione compono. *μετρέω, μιλῳδέω, κατὰ μέλος*. [Ital. Misurare, comporre qualche cosa con misura. Gallicè, Chanter, prononcer, ou jouer de mesure. Hispanicè, Medir, & musique composer par mesure. componer algo con medida. Germ. Zuosmässen. Nach gewisser mass ordnen, Mässen, Item, Singen.] Gell. lib. 1. ca. 1. Scitè subtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philosophū dicit, in reperiendis modulandisq; sonis longitudinis & eius præstantia. ¶ Sic modulari carmē, est componere, uel decantare. Virgil. 7. Aeglo. Carmina descripsi, & modulans alterna notaui. Idem 10. Aeglog. Carmina pastoris Siculi modulabor auena. Cic. in Ora Ipsa enim natura, quasi me dolaretur hominum orationē, in omni uerbo posuit acutam uocem, nec una plus, nec à postrema syllaba circa tertiam: quò magis naturam ducem ad aurium uoluptatem sequatur industria.

Modulatus, a, um, Participium. ut Modulata cantica. *καθαρμολθείς*. [Ital. Fatto con misura. Gal. Fait & composé par mesure. Hisp. Hecho con medide. Ger. Zu weis vnnd mass nach dem schlag gestelt.] Qu. li. 9. ca. 2. Nomen ductum à canticis id aliorū similitudinē modularis. ¶ Sonus modulatus. Sen. Agam. nō quę uerno nobile carmē Rama canat querula Aedonis Itys, in uarios modulata sonos.

Mōdŭlātus, us, ui, m. q. Modulādi actus. *μέλος, ἐυμμετρία*. [Ital. Misura di musica. Gal. Mesure de musique. Hisp. Medida de musica. Ger. Das singen nach dem schlag.] idem quod modulatio. Sen. Here. furente, Cuiusq; muros natus Amph. Ioue Struxit canoro saxa modulatu trahens.

Mōdŭlātio, onis, uerbale, f. t. *μέλος & ῥυθμίας, συμμετρία*. [Ital. Misura di musica, molida. Galli. Mesure de musique, melodie. Hisp. Medida de musica, melodia. Ger. Ein gsangweis.] Qu. Quorum alterum modulatione, alterum canore, ac sonis constat.

Modulamen, inis, neut. gene. t. Idem quod Modulatio. Autor Philomelæ, Nam quanuis aliæ uolucres modulamine tentent,

Nulla potest modulis æquiualere tuis.

Mōdŭlātor, oris, m. t. Qui modulatur *ῥυθμοποιὸς, μουσικός*. [Ital. Che impara à cantare, cantore. Galli. Faiseur de chansons, chantre. Hisp. El cantor que canta suaue. Ger. Ein gsangdichter, ein sänger.] Colum. in Præfa. lib. 1. Placitæ disciplinæ consectentur magistrum uocis, & cantus modulatorem.

Modulatè, aduerbium, Concinnè, & cum mensura. *ῥυθμικῶς, μετ' ᾠδῆς*. [Ital. Con misure. Gal. Bonne mesure. Hisp. Con medida. Ger. Nach der weis.] Cic. 2. de Natu. deor. Si ex oliua modulatè canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicinis quædam scientia?

Mōdĭficor, aris, a. p. Est metiri, aut mensurare. *μετρέω*. [Ital. Misurare. Gal. Mesurer. Hisp. Medir. Ger. Messen, das mass machen.] Gell. lib. 1. cap. 1. Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est: atque ita id collegit quod erat consequens, tantò fuisse Herculem corpore excelsiorem quàm alios, quanto Olympicum stadiū cæteris pari numero factis anteiret. Cic. 1. de Orat. Verba illa modificata esse debebūt. ¶ Hinc Modificatio, pro æquiperantia, modo, uel mensura. *μετρίοτης*.

Mōdĭcus, a, um. Paruum, ac pusillum. *ὀλίγον, τυτθόν*. [Ital. Pocco, picciolo. Galli. Moyen, mediocre, petit. Hisp. Pequenno, poquillo. Ger. Klein.] ut Modica pecunia. Plin. li. 10. ca. 55. Sed inuentum, ut ova in calido loco imposita paleis, igne modico fouerentur. Horat. 2. Epist. 1. ex modico, quantum res poscet, acerno Tollam. Col. li. 6. ca. 2. Humilis enim & modica corporatura pecori operarii debet esse.

esse. Apul. Modico labore fatigatur. ¶ Sic Immodicum pro nimis magno ponitur. ἄκριτος, ἄμετρος, Col. C. Licinius damnatus est, quoniam in magistratu rogatione tribunitia quam promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. ¶ Refertur etiam ad numerum ut idem sit quod paucus. Plau. In angiporto turba est, domũ modici introierunt. Cic. in Parad. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & rectè: est enim ad uulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me flebo, de te loquar. Sic immodicos, dicimus nimis multos, Mart. Atria ịs immodicis arctat imaginibus. ¶ Propriè tamen Modicum dicitur, non cui aliquid sit imminutũ sed quod non excedat modum, & modestum est, & temperatum, μέτριον. Plaut. Cui animus modicus, continens, expers ambitionis.

Mŏdĭcum, ci, substantiuum n. ſ. ὀλίγον. [Itali. Poco. Galli. Peu. Hisp. Poco, pequenno Ger. Ein kleins, ein wenig.] Iuue. Sat. 9. modico contentus agebas

Mŏdĭcĕllus, a, um, diminutiuum à Modicus. ὀλιγοστιώτερος, ὑπομέτριος. [Ital Picciolino Galli. Petit. Hisp. Poquillo. Ger. Vast klein.] Suet. in Neron. ca. 48. Decubuit super lectum modicella culcitra, uetere pallio stratum, &c.

Modicũ, aduerbium, Significat parũ. τὸ ὀλίγον, τὸ μέτριον. [Ital. Vn poco. Gal. Vn petit, moyennement. Hisp. Mediana mente, poco. Ger. wenig lützel.] Idem, Aedepol id modicum curat.

Modicè uerò, Temperate. μετρίως. [Itali. Moderatamente, temperatamente. Gal. Temperement, moyenement, assez petitement, Hisp. Medianamẽt, templademente. Ger. Zimlich, mittelmässlich.] Idem in Milite, Modicè sapis. Hoc est mediocriter & temperatè, neq; nimis, neq; parum. Varro de Re rust. Quum aer est modicè temperatus. ¶ Im modicè, nimis, uel intemperate. ἀμέτρως. Col. lib. 2 Magisq; conducere agricolæ, frequenter id potius, quàm immodicè facere. ¶ Aliquando etiam Modicè idem uidetur significare quod parum. Plin. lib 6. cap. 22. Aedificia modicè à terra extantia.

Mŏdĕror, raris, d. p. Rego, moderationem adhibeo, modum pono. διοικῶ, ἐνισχύω, ἰσθύνω, ἐπιστατῶ, ἡγοῦμαι, χαλινὰ γνώω. [Itali. Moderare, reggere. Gal. Moderer, regir, gouuerner. Hispa. Regir y templar. Ger. Mässigen. Inn mass halten. Meisteren, Regieren.] & tam accusatiuo, quam datiuo iungitur. Sallust. Fortuna, cuius libido gentibus moderatur. Plaut in Cure. Linguæ moderandum est. Suet. in Aug. Nec successum uictoriæ moderatus est. Teren. Heaut. Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit. Cic. 6. Tusc. Tibicines, iis q; qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio cantus numerosq; moderãtur. ¶ Linguæ moderari. Plau. Cure. Sed interim crepoere fores, linguæ moderandum est mihi. Hoc est tacendum est mihi. ¶ Dicitur & Modero, ras, in eadem significatione. Sallust. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Consul gladium eduxerit, quis illi finem statuet aut quis moderabit? Accius in Epigonis, apud Nonium, Vidẽ', ut te impietas stimulat, neq; moderat metus?

Mŏdĕrātio, onis, f. r. μετριότης, ἐυταξία. [Ital. Gouerno, mesura, temperamento. Gal. Gouuernement, mesure, attrempance. Hisp. Regimiento y templança. Ger. Mässigung.] Cic. 1. de Senec. Moderatio modò uirium adsit, & tantum quantum quisq; potest nitatur. Vide Modestia.

Moderans, particip. κυβερνάων, διοικέων. [Itali Donante misura. Gal. Qui modere & gouuerne, qui donne mesure. Hisp. El que da medida y regimiento. Ger. Regierend, leitend.] Iuue. Sat. 10 de Demosth. seruus & illorum Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ Torrentem, & pleni moderantem frena theatri.

Mŏdĕrāter, aduerbium. μετρίως. [Itali Temperatamente, moderatamente. Gal. Temperement, moderement Hispa. Templadamente. Ger. Mässlich.] Lucre. lib. 2. Quis regere immensi summam, quis habere profundi Indomitum possit motus? quisq; potis est moderanter habenas? Ouid. 1 Metam. moderãtius, oro, Curre, fugamq; inhibe, moderãtius inse quar ipse. Huius cõpositũ est Præmoderor, ante moderor.

Mŏdĕrātus, adiectiuum. ἐυτακτος, μέτριος [Ita. Moderato, temperato. Gal. Temperé, moderé. Hispa. Templado Ger. Mässig, bescheiden.] Cic. de Sene. Moderati enim, & nec difficiles senes, nec inhumani, tolerabilẽ agũt senectũ. Oui. 1. Trist. eleg 8. Nec solet irasci, neq; enim moderatior alter.

Moderatè aduerbium, Cum moderatione. ἐυτάκτως, μετρίως [Ital. Moderatamente, temperatamente. Gal. Temperement, moderement. Hisp. Templademente, medianamente. Ger. Mässlich, Bescheidenlich] ut Moderatè dictum. Cic. pro Font. Ab his quicquam sanctè, aut moderate dictũ putabis: Idẽ de Fini. Qui autẽ, si maximè hoc placeat, moderatius tamẽ id uolunt fieri Idẽ 1. de Leg. Quæ res quũ sapientissimè, moderatissimè q; constituta esset à maioribus nostris, nihil habui (sanè non multum) quod putarem nouandum.

Moderatim, aliud aduerbium Lucret lib. 1. naturaq; rebus Paulatim tribuit, moderatim crescere cogens.

Mŏdĕrātor, oris, m. r. Rector, gubernator. διοικήτης, ἐπιστάτης. [Itali. Moderatore, gouernatore. Galli. Gouuerneur, maistre & regent Hisp. Regidor ò templador. Ger. Ein Regierer, tũrer vnd leiter in gewisser mass.] Cice. li. 1. Tusc. Hæc igitur, & alia innumerabilia quum cernimus, possumúne dubitare quin his præsit aliquis conditor, uel effector, si hæc nata sunt, ut Platoni uidetur, uel si semper fuerunt, ut Aristoteli placet, moderator tanti operis & muneris? Idem 2. de Natu. deor. Postea quũ uidissent motus eius finitos & æquabiles omniaq; ratis ordinib. moderata, immutabiliq; cõstantia, cœpisse intelligere inesse aliquã nõ solũ habitatorẽ in hac cælesti, & diuina domo, sed etiã rectorẽ & moderatorẽ, & tanquam architectũ tanti operis, tantiq; muneris. ¶ Moderator iuuẽtæ, Præceptor & pædagogus. Mar li 2. Qu. uage moderator summe iuuẽtæ. Oui. 2. de Pon. eleg. 6. Succedatq; suis orbis moderator habenis.

Moderatrix, f. r. Gubernatrix, rectrix. κυβερνήτειρα, διοικήτειρα. [Ital. Gouernatrice. Gal. Gouuernante. Hisp. Regidora, gouernadora. Ger. Ein regiererin.] Cic. de Inuc. Moderatrix rerũ sapientia Idẽ 1. de Nat. deor. Eius autem uniuersę fictricem & moderatricem diuinam esse prouidentiam.

Mŏdĕrāmen, inis, n. r. Idẽ quod moderatio. διοίκησις, [Ital. Gouerno Gal. Gouernement. regiment Hisp. Regimiento. Ger Regierung, leitung.] Ouid. 1. Met. Obstupui, capiatq; aliquis moderamina, dixi, de nauis moderamine, hoc est gubernatione, intelligit, quẽ κυβερνησιὴν uocant Græci. Idẽ 2. Met. Vltima prona uis est, & eget moderamine certo. de equorũ moderamine loquitur, q ἡνιόχησιν uocãt Græci. Somere moderamina mũdi, Claudia de laudib. Serenæ.

Mŏdĕstus, a, um. à Modico, Contrarium est arroganti, qui sẽl licet animi elationi, cæterisq; cupiditatibus moderatur, & in rebus omnibus modum seruat κόσμιος, ταπεινόφρων. [Ita. Modesto, accostumato, temperato Gal. Modeste, tẽperé, Hisp. Modesto y templado, moderado. Ger Züchtig, bescheiden, fittig.] Terent. in Adel. Proba & modesta. Vbi Donatus, Proba sibi & modesta apud alios. Idem Hecy. Hęc ita uti liberali esse ingenio decet, Prudens, modesta: incommoda, atq; iniurias Viri omnes ferre, & tegere contumelias. Modestus uultus, id est ipso aspectu modestiam quandam præ se ferens. Terent. And. & uultu, Sosia, Adeò modesto, adeò uenusto, ut nihil supra. Ci. Nam & modestum hominem cognosces & prudentem. Idem pro Plan. Adolescentis modestissimi pudor. Idem contra Rullum, Plebs optima, & modestissimi mores.

Modestè, κοσμίως. [Ita. Modestamẽte, con misura. Gal. Modestement, auec mesure. Hisp Modesta y templadamente. Ger. Züchtiglich, bescheidenlich, mässiglich.] Cum modo. & temperatè. Teren. in Phor. Animus, qui modestè isthæc ferat. Var. Non eos optimè uixisse, qui diutissimè uixerunt, sed qui Modestissimè.

Mŏdestia, æ, f. p. τὸ κόσμιον, κοσμιότης, ἐυταξία. [Ita. Modestia, mediocritá. Gal. Modestie, attrempance. Hisp. Templança, moderacion. Ger. Mässigkeit oder Mässigũg, zucht.] & Moderatio, μετριότης hunc habet ordinẽ, quòd modesta fundamentũ, soliditas, & basis ipsa uirtutis est, ex qua gignitur moderatio, quæ tẽperat, aurigatur q modos in factis & dictis, & cæteris talibus, quæ agẽdi officio utuntur. Autor ad Heren, lib. 1. Modestiam definit, quòd sit in animo continens moderatio cupiditatum. Cic. 1. Offi. Sic fit, ut modestia scientia sit opportunitatis idoneorum ad alii quid agendum temporum. Claudia. 2. Paneg. Seruat inoffensam diuina modestia uocẽ. Qu. li. 5. ca. 7 Nam sæpe qui aduersus insontẽ pugnassent, modestiæ mitigantur. Cic. 1. de Diuin. Vbi ille paulo antè sapiens uirginali modestia?

Modiperatores, Dicuntur, teste Nonio, qui in conuiuijs

modificandi autoritatē habent, quaſi modum imperantes. *συμποσιάρχαι.* Varr. Rer. human. libro 20. ut citat Idem Nonius, In conuiuiis inſtituti ſunt modiperatores atque magiſtri.

Mœchus, m. ſ. *μοιχός.* [Ita. Adultero. Gal. Adultere, paillard. Hiſp. Adultero de caſada. Ger. Ein Ehebrecher.] Adulter. Plaut. in Amphit. illa illum cenſet Virum ſuum eſſe, quæ cum mœcho eſt. Terent. Eunuc. Nunc minatur porrò ſeſe id quod mœchis ſolet. ¶ Huius fœmininum eſt Mœcha, *μοιχὶς*, idem quod adultera. Martial. lib. 10. Ad nocturna iacēs faſtoſæ limina mœchæ. ¶ Mœchus mulierum. Plaut. Mil. Herus meus ita magnus mœchus eſt mulierum, ut neminem Fuiſſe ęquè, neq; futurum credo. Ponitur tamē pro quocunq; inhoneſtè per libidinem peccante.

Mœchiſſo, as, are, Per adulterium polluo. *μοιχεύω.* [Itali. Adulterare. Gal. Adulterer, paillarder. Hiſpa. Adulterar con caſada. Ger. Mit dem ehbruch beflecken.] Plau. in Caſ. in adulterio dum mœchiſſat, Caſinam, credo perdidit.

Mœchor, aris, d. p. Inhoneſtè per libidinē peccо, adulterium committo. *μοιχεύω.* [Itali. Commettere adulterio. Gal. Adulterer, commettre adultere, paillarder. Ger. Die ehbrechen, ehebruch begon.] Catullus. Mētula mœchatur, mœchatur mentula certē.

Mœnia, mœnium, pluraliter tantùm declinatur, n. t. à muniendo dicta. *τείχη.* [Itali. Mura, muraglie. Galli. Les murs d'une ville. Hiſp. Los muros dela ciudad ò villa. Ger. Die ringlmaurē einer ſtatt.] Veteres enim œ, & u, indifferenter ponebant. Et propriè dicuntur, quæ urbem cingunt. Virg. 2. Aen. & mœnia pandimus urbis. Non tamen urbis tantùm ſunt, ſed etiam munitionum, caſtrorum, & aliorum ædificiorum. Cæſa. bel. ciuil. Quum penè ædificata in muris ab exercitu noſtro mœnia uiderētur. Cic. 1. de Nat. deor. Diligentioręq; urbem religione, quàm ipſis mœnibus cingitis. Virg. 9. Aen. ingenti clamore per omnes Cōdunt ſe Teucri portas, & mœnia complent. Idem 1. Aen. O ferrea nati, quorum iam mœnia ſurgunt. ¶ Hinc fit Submœnis, quod eſt ſub mœnibus. Vnde Submœnianæ, uel Summœnianæ, meretrices dictæ ſunt, quæ ſub mœnibus in fornicibus proſtabant. Mart. lib. 8 Connius Zoili quiſquis poteſt eſſe, Summœnianas ceret inter uxores. ¶ Mœne ſingulariter protulit Ennius teſte Feſto, Apud emporium in campo hoſtium per mœne.

Mœnitus, Mœnibus cinctus. *τειχιδάτης.* [Itali. Cinto di mura. Gal. Enclos de murs. Hiſp. Cien cerrado de muros. Ger. Mit ringlmauren vmbgeben oder bewart.] Plaut. Bacc. Quum Priami Pergamum diuina mœnitum manu. Participium eſt paſſiuum antiqui uerbi Mœnio, quo ueteres utebantur pro Munio: quemadmodū & Pœnio pro Punio.

Mœreo, r es, mœſtus, per œ diphthongū, neut. paſſ. deduci putatur *ἀπὸ τῆς μοίρας.* quo nomine Græci Parcam ſignificant, ſiue mortem: Varro tamen à marcendo dictum putat, quòd mœrore corpus marceſcat: ita per æ ſcribendū uideretur. *συγκλαυμα, συνδεωπάω.* [Itali. Eſſere gramo, attriſtarſi. Gal. Eſtre triſte & dolent, ſe contriſter. Hiſp. Entriſtecerſe. Ger. Trawren, traurig ſein, betrübt ſein.] Eſt autem Mœrere, tri ſtari, & dolore affici. Cic. de Amic. Quocirca mœrere hoc eius euentu, uereor ne inuidi magis ſit, quā amici. Hora. Epod 17. Eheu trāslatos aliò mœrebis amores. ¶ Aliquando etiam inuenitur cum accuſatiuo conſtructum. Cic. Terentiæ, A te quidem omnia fieri fortiſſimè & amantiſſimè uideo: nec miror, ſed mœreo caſum eiuſmodi, ut tantis tuis miſerijs meæ miſeriæ ſubleuentur. id eſt doleo. ¶ Item deploro, ut apud eundem lib. 1. Tuſcu. At illa ſicut acerbiſſimam rem mœret. *ἀδύρομαι.* Et iterū, Quum grauiter filij mortem mœreret.

Mœro, ras, act. p. Mœrentem & triſtem facio. *λυπέω.* [Ital. Ingramire, attriſtare. Gal. Contriſter, faire marri. Hiſp. Entriſteſcer à otro. Germ. Betrüben, traurig machē.] Paccuius, Nam me multis mœrauit modis. Nonius.

Mœrens, tis, participiū. *λυπούμενος, ὀλυρόμενος.* [Ita. Cheſta dolente. Gal. Qui eſt dolent & marri. Hiſp. El que tiene triſteza, triſte. Ger. Traurend.] Virg. 1. Aen. & dictis mœrentia pectora mulcet. Ouid. Epiſt. 11. Interea patrius uultu mœrente ſatellęs Venit.

Mœror, oris, m. t. Eſt ipſe mœrendi actus & uehemens triſtitia: & maior eſt quàm dolor *λύπη.* [Ital. Grammezza, dolore, noia. Gal. Triſteſſe & dolcur de cœur, marriſon, ducil. Hiſp. Triſteza ò lloro. Ger. Traurikeit, kummer.] Cic. Ami. lib. 12. Mœrorem minui, dolorem non potui. Iuuc. Satyr. 10. in q; Perpetuo mœrore, & nigra ueſte ſeneſcant.

Mœſtus, a, um, adiectiuum, Triſtis, miſerandus. *λυπηρός.* [Ital. Meſto, triſte. Gal. Triſte & dolent. Hiſp. Triſte, muſtio lloroſo. Germanicè, Traurig.] Virgilius 1. Aeneid. & mœſtas promere uoces. Cæſar 7. belli Galli. At ij, qui ab Alexia proceſſerant, mœſti, propè uictoria deſperata, ſe in oppidū receperūt. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. Alter ab alterius funere mœſtus erat. Luc. li. 8. quarū tellure latebas Mœſtior, in medijs, quā ſi Cornelia cāpis Emathiæ ſtares. Virg. 2. Aen. In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi.

Mœſtitia, æ, f. p. & Mœſtitudo, inis, idē quod mœror, uel uelut mens triſtitia. *κατήφεια.* [Ital. Meſtitia, triſtezza. Gal. Triſteſſe, deueil. Hiſp. Dolencia, triſteza, lloro. Ger. Traurikeit, kummer, hertzleid.] Plaut. Cui tanta mœſtitudo obtigit. Quin. Dolore, atq; animi mœſtitia langues. Cic. 1. de Finib. Sapientia enim eſt una, quæ mœſtitiam pellat ex animis. Tacit. libro tertio. Cæſar flexo in mœſtitiam ore, ſuam inuidiam, &c.

Mœſtè, aduerb. *λυπηρῶς.* [Itali. Con dolore, con maninconia. Gal. Auec doleur & triſteſſe. Hiſp. Con dolencia ò miſeria. Ger. Traurikich.] Autor ad Heren. Tum clementer, mœſtè, hilariter.

Mœſtiter, aduerbium antiquum, pro Mœſtè. Plaut. in Rud. Obſecro tam mœſtiter eſtis?

Mœri, orum, m. ſ. pro muris *τείχη.* [Ita. Mura. Gal. Les murs ou murailles. Hiſp. Muros. Ger. Mauren.] Virg. 10. Aeneid. Quin intra portas, atq; ipſis prælia miſcent Aggeribus mœrorū. Vbi Seruius, Mœrorum, pro murorum, antiquè Nam ueteres, pleraq; eorum quæ nos per u, dicimus, per œ diphthongum pronuntiabant. Hinc eſt Mœrorum pro Murorum, & contrà Punio pro Pœnio.

Mogilali, *μογίλαλοι*, qui difficulter & malè pronunciant.

Mōla, læ, f. p. nomen habet à mole, eo quòd ſaxi mole fruments, legumina q; in ea terantur. *μύλη.* [Ita. Macina. Gal. Vne meule. Hiſpani. Muela. Germani. Mule.] Alij à mouendo dictam putant, quòd ſpecies in eam coniectæ motu, & ratione lapidis comminuātur. Iuuen. Satyr. 5. tritoq; trahunt epiredia collo Segnipedes, dignaq; molam uerſare nepotis Ouid. 3. de Arte. Illa ſonat raucum quiddam, atq; inamabile ridet. Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola. Cic. ad Attic. lib. 2. Vt Rhodi uideretur molis potius, quàm Moloni operam dediſſe. ¶ Punicæ molæ. Ouid. ſexto Faſt. Inde focum ſeruat piſtor dominamq; focorum, Et quæ puluerea uerſat aſella molas. ¶ Molas antiqui ab aſinis Aſinarias, alias à manu Manuarias, à trudendo Truſatiles appellabant, quæ & Verſatiles dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 18. Idem molas uerſatiles Volſinijs inuentas, quarum aliquas & ſpōte motas inuenimus in prodigijs. Sumunt quoq; molæ minus ex rebus quæ per eas comminuuntur: unde Molas frumentarias dicimus, & Molas fabarias. ¶ Molæ oleariæ dicuntur, quibus ex nucibus, aut ex ſemine aliquo oleum exprimitur. Et Latinè quidem Mola, Græcè *μύλη* ſine *μύλαι* dicitur: unde Amylum, *ἄμυλον*, placentæ genus ſine mola factum ex tritico. In molendinis ſuperiorem partem, Metam uocant, *μύλαι*: inferiorem uerò Catillum, *ὄνον.* Accipitur etiam quandoq; Mola *μύλη*, pro mandibula, ſiue maxilla. ¶ Dicitur præterea aliquando Mola, caro informis, & inanima in utero mulieris, ſine uiri ſemine genita: quæ licet his quoq; accidat quæ coitum nouerunt, quoties menſtrua ultioſa ſunt aut ſemen uiri ad ſeminandū fœtum debile eſt, atq; ineptum, frequentius tamen his accidit quæ à coitu abſtinent, ſolitæ alias coire, quales uiduæ ſunt: in quibus fit huiuſmodi tumor præter naturā, quum ſemen ſanguini miſtum induruerit in carnem: quāuis aliquando ex ſolo ſpiritu fiat mola, quæ mouetur natura tentante eam expellere. De hac Ariſt. li. de Gener. anim. Quō ex humore crudo conceptus fierit, tunc mola gignitur, idq; in mulieribus meritò aut ſolis, aut maximè. ¶ Præterea Mola, à molito farre, dicitur farroſtum, & ſale ſpelſum, quòd eo molito hoſtiæ aſpergantur. *ἁλαχύτης.* Plinius. 22. ca. 18. Nec minus propitij erant dii mola ſalſa ſupplicantibus, imò uerò (ut palàm eſt) placatiores. Plau. in Amphitruone. Mola ſalſa hodie, aut thure cōprecatum oportuit. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Tu quum pro uitulo ſtatuis dulcē Aulide natā Ante aras, ſpargisq; mola caput, improbe,

improbe, falsè. Luc. lib. 1. Iam fundere Bacchum Cœperat, obliquoq; molas inducere coltro. ¶ Inſpergere molâ. Cic. ſecundo de Diuina. Caput eſt in iecore, cor in extis: iam abſceder, ſimulac molâ & uinum inſperſeris. ¶ Apud antiquos poſt glandes & arbuta uſus farris in honore fuit, ſeruatus in tantum, ut ſacrificium non fieret ſine ſale & farre. Virgil. 8. Aeglog. Sparge molam. Hinc Immolo, las, de quo ſuo loco.

Mŏlāris, is, ſubſtantiuum generis maſculini. *μυλίτης*. [Ital. Maſcellare. Gal. Dent maſceliere Hiſpa. La muela para maſcar. Ger. Ein ſtockzan darauff man die ſpeiſs mol zermalet.] Dens maxillaris eſt: à mola pro maxilla deducto nomine, quòd cibum cæteris dentibus confractum, dentes maxillares molant. ¶ Aliquando etiam Molaris accipitur pro molæ fragmento. Ouid. lib. 3. Met. Aut comes (inquit) ero: dixit, dextraq; molarem Suſtulit. Stat. li. 3. Theb. Vaſtaq; ſudes, fractiq; molares.

Molaris, & hoc molare, adiect. om. t. *μυλικός*. [Itali. Coſa da far mole. Gal. Propre ou cõuenable à faire meule de moulin. Hiſpa. Coſa para hazer muela. Ger. Das der mũle iſt.] ut, Lapis molaris, ex quo mola fit. Plinius libro 16. capite 25. Vtilior eadem ex effoſo lapide, quàm ex ripis fluminũ collecto: utilior è molari, quia eſt quædam pinguior natura eius. ¶ Hunc quidam Pyriten uocant, quòd ei inſit plurimus ignis, quẽ *πῦρ* Græci dicunt: uel à frumento, quod *πυρὸν* nominant, quod eo conteritur. Vide infra.

Mŏlārĭus, a, um. Quod ad molam pertinet. *μυλικός*. [Itali. Da macina. Galli. De mule. Hiſp. Coſa de muela Ger. Das zů der mũle gehórt.] ut Aſinus molaris, quo utimur ad molam. Cato de Re ruſt. ca. undecimo, Molarium aſinum unum.

Mŏlo, lis, molui, molitum, act. 1. Significat mola tero. *ἀλέω*, *μύλλω*. [Ital. Macinare. Gal. Mouldre. Hiſp. Moler. Germa. Malen.] Terent. Phorm. Molendum uſq; in piſtrino, papulandum. Pli. lib. 7. ca. 56. Ceres frumenta inuenit, quum antea glande uescerentur: eadem molere, &c. Cæſar libro 1. Comment. Trium menſium molita cibaria ſibi unumquemq; domo efferre iubet. Compoſitum eius eſt Permolo. quod aliquando pro ſubagitare accipitur. Hora. 1. Serm. Sat. 2. Huc iuuenes æquum eſt defendere, non alienas Permolere uxores. Trãslatio ſumpta à mola. Commolo, ſimul molo. *συναλύω*. Lactant. de Opi. Contritos & commolitos dentibus cibos colligit, & cõglobatos ui ſua deprimit, & tranſmittit ad uentrem. Emolo, perfectè molo. Habent autem hæc pen. corr.

Mŏlīta, mola, contuſa. Media correpta pronuntiatur Molitũ. Col. lib. 6. cap 9.

Mŏlītūra, f. p. *τὸ ἄλημα*. [Ital. Molitura Gal. Mouture. Hiſpa. La Moledura obra de moler. Ger. Das malen.] Pli. lib. 37. ca. 25. Molitura etiam præſtant ieiunio fœminarum quãdam imaginem panis.

Mŏlītor, pen. corr. m. t. Qui molit. *μυλωθρὸς*, *ἀλέτης*. [Itali. Molinaio. Gal. Meuſnier. Hiſpa. Molinero ò el que muele. Ger. Ein Müller.] Vulgò Molendinarius dicitur. Et Molitrix, quæ molit. *μυλήτρις*. Eſt & Molitor, pen. prod. à Mollior, uide ſuo loco.

Mŏlendĭnārĭus, a, um. Quod ad molendinum pertinet. *μυλικός*. [Ita. Da malino. Gal. Apartenant à mouldre. Hiſpa. Coſa para mõler. Germa. Das zů der mũle oder malen gehórt.] ut. Aſina molendinaria. Paulus Iuriſconſultus. Aſinam molendinariam negant ea appellatione contineri.

Mŏlĕtrīna, æ, penu. prod. f. p. à molendo, Piſtrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non molebantur. *μυλὼν*, *μυλωθρεῖον*. [Ita. & Hiſp. Molino. Gal. Vn moulin. Ger. Ein ziechmũle. Item, ein waſſer mũle.] Cato in Themum, (ut Nonius citat) Carcere, neruo, moletrina. Budæus credit etiam hoc nomine appellari poſſe aquariarum molarum loca.

Mŏlīle, molilis. Inſtrumentum quo aliquid mollitur, ſiue imminuitur, uel id quod molæ, aut collis boum, uel humeris ſeruorũ adalligatur ad trudendas molas. *μηχάνημα*, *τοῖς βραχίοσι*. Cato capite 106. Molas aſinarias unas, & truſatiles, unas. Hiſpanienſes unas, molilia tria, abatum unum. Ibidem, lugæ ploſtrariæ duo, lugum aſinarium unum, molile unum.

Mōles, huius molis, f. t. *ὄγκος*, *βάρος*. [Ital. Grandezza, mole. Gal. Toute choſe grande, puiſſante & maſſiue. Hiſ. Grandeza ò peſadumbre. Germ. Ein laſt, etwas daſs groſs vnnd ſchwár iſt.] Res magna, & ingentis ponderis nomen habens à mouendo, quòd ægrè moueatur. Feſtus, Moles pro magnitudine ferè poni ſolet. Virgi. 6. Aeneid. totamq; infuſa per artus Mens agitat molem. id eſt magnitudinẽ mũdi. Columel. libro 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Idem libro ſecundo capite 1. Atq; hoc modo tota mole corporis, totoq; pondere nititur. Ouid. Epiſtol. 1. Eſt ſinus adductos modicè falcatus in arcus, Vltima præruptæ cornua mole rigent. ¶ Molem & montes, apud Virgilium, pro Molem montium. libro primo Aeneidos, Hoc metuens, molemq; & montes inſuper altos Impoſuit. ¶ Quoniam uerò quæ magna ſunt, difficilia eſſe conſueuerunt, capitur quandoq; moles quo difficultate. Virgili. lib. 1. Aene. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. ¶ Et in mari Moles opera dicuntur ſiue aggeres, quibus excluditur aqua. Cic. ad Atti. lib. 4. Conſtat enim aditus inſulæ eſſe munitos mirificis molibus. Accipitur & pro motu. Virgili. 1. Aene. Inde Gyam ipſamq; ingenti mole Chimæram Conſequitur.

Mŏlĕſtus, a, um gravis, odioſus, qui alicui offertur, nec ſinit eũ quieſcere. *ἀνιαρὸς*, *λυπηρὸς*, *ἀχληρός*. [Ital. Moleſto. Galli. Faſcheux. ennyeux Hiſpa. Peſado ò enoioſo. Gal. überlegẽ, überläſtig. Beſchwárlich.] Cic. de Amic. Moleſta ueritas eſt: ſiquidem ex ea naſcitur odium. Idem de Sene. Importunitas autem & inhumanitas omni ætati moleſta eſt. Terent. in Andr. Moleſtus ei certè fuero, atque animo morem geſſero. ¶ Moleſta tunica dicebatur alimentis ignium illita & inſerta, qua reos in pœnam inducebant Iuuenalis. Auſi quod liceat tunica punire moleſta. Vide Cæl. Rhodig. lib. 30. cap. 5.

Mŏleſtĭa, æ, f, p. Solicitudo, & grauitas. *ἀθυχίρεια*, *ἀνία*. [Ital. Moleſtia, faſtidio. Gal. Ennuy & faſcherie. Hiſp. Peſadumbre y enoio. Ger. überlägenheit, verdruſs, beſchwerd.] Cic. 4. Tuſc. Moleſtia ægritudo permanens. Idem de Sene. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, ut non modò omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem etiam & iucundã ſenectutẽ. Terent. Eunu. ſi ſapis Neq; præterquã quas ipſe amor moleſtias Habet, addas. ¶ Inde fit compoſitum Præmoleſtia. Cice. lib. 4. Tuſc. Alij merum Præmoleſtiam appellabant: id eſt anticipationẽ moleſtiæ, quaſi metus ſit præuius dux moleſtiæ futuræ.

Moleſtè, aduerbium, Grauiter, ægrè. *ἀνιαρῶς*. [Itali. Con diſpiacere, con affanno. Gal. Auec ennuy & faſcherie. Hiſpa. Graue y enoioſamente. Ger. überläſtiglich, mit beſchwerd vnnd verdruſs.] Ci. 4. Acad. Non Moleſtè (inquit) fero nos hæc contuliſſe. Idem 2. Verr. Cupiebam diſſimulare, me id moleſtè ferre: cupiebam animi dolorem uultu tegere, & tã citurnitate celare.

Mŏleſto, ſtas, act. p. Moleſtia afficio, & quaſi molem affero. *ἀνιάω*. [Ital. Moleſtare, faſtidiare. Galli. Moleſter, faſcher, doner ennuy. Hiſpa. Agrauiar ò enoiar. Ger. Beſchwáren, überlägen ſein.] Modeſt. Ab Aurelio Sẽpronio fratre meo neminem Moleſtari uolo.

Mŏletrīna, Molile, uide Mola.

Mōlĭor, iris, d. q. à mouendo, uel à mollibus. Significat rem aliquam cum difficultate, magnoq; conatu loco moueo. *ἀποκινέω*, *μηχανῶμαι*. [Ital. Mouere con difficultà. Galli. Pouuoir auec peine. Hiſ. Difficultoſamente mouer. Ger. Ein laſt von ſeinem ort rucken, vnnd entwegen. Item, mit arbeit vnderſton zůthůn, zůrůſten.] Liu. li. 9. ab Vrbe, Nũ montes moliri ſua ſede paramus? ¶ Eſt itẽ moliri, uel ingenio, uel corpore ad aliquid agẽdum moueri. ¶ Et pro ueritate appoſiti exponi ſolet. ¶ Nã moliri claſſem eſt parare. *παρασκευάζειν*. Virg 3. Aene. claſſemq; ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur mõtibus Idæ. Moliri iter eſt, peragere. Idem 6. Aen. Inde datum molitur iter. ¶ Moliri habenas, eſt gubernare. idem 12. Aen. Et manibus molitur habenas. ¶ Moliri inſidias, eſt meditari aut tendere ut libro 1. Georg. Inſidias auibus moliri, incendere nepres. Apuleius, Dum mihi moliuntur inſidias. ¶ Moliri arcẽ, eſt extruere. *κατασκευάζειν*. Virg 1. Aenei. pars ducere muros, Molirique arcem. Cuius contrarium eſt Demoliri. ¶ Moliri moram, eſt moram facere. Virgi. 1. Aene. Molitúne moram, aut uenienti poſcere cauſas. ¶ Moliri iacula, eſt iaculari. Idem 1. Georg. Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra. ¶ Moliri bellum, eſt bellum præparare, uel machinari. Col. in Præf. Qui bella molitur, armorum & militiæ quæſtor adhibeat. ¶ Moliri etiam ſimpliciter poſitum,

fitum, ſignificat Inuenire. Plautus, Aliquid moliar, quo me hoc diſcrimine liberem. Quod etiam Machinari dicitur. ¶ Aliquando conari. Cic. de Vniuerſitate, Mundum efficere molicus Deus, terram primum ignemq; coniunxit. Idē 3. de Legib. Qui aliquod munus efficere molitur. ¶ Ali quando operari, uel facere. Cic. lib. 1. Tuſc. Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, unde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Colu. lib. 1. Et ideo minoribus aratris moliuntur, id eſt operantur. ¶ Aliquando paſſiuè Moliri, pro retardari. Lucr. lib. 7. Mutilamur, molimur, ſubducimur. ¶ Huius compoſita ſunt, Amolior, recedo, ἀπέρχομαι. Admolior, idem ferè eſt quod admoueo, ἐπιτίθημι, ἐπιχειρῶ. Plautus in Aſin. Vbi facto manus ſis admolitus. Demolior, deſtruo. Remolior, remouco, & à conatu reuoco. Sueto. in Auguſt. Quidā confeſſus eo inhibitum ac remolitum, quo minus, ut deſtinarat, in præcipitium propelleret.

Molitus, particip. ἐργασάμενος, μηχανησάμενος. Cic. lib. 1. de Finib. Molita quippiam Impietas.

Molitio, onis, uerbale, f. t. Ipſe moliendi actus, conatus ipſe, & machinatio. [Ital. Sforzo che ti fa per fare qualche coſa. Gal. Effort pour faire quelque choſe. Hiſp. Esfuerco para hazer alguna coſa. Ger. Zurüſtung, das vnderſton.] Cic. 1. de Natu. deor. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ, qui minſtri tanti moneris fuerunt?

Molimen, inis, pen. prod. n. t. Niſus & conatus, quo aliquid molimur, & conamur πρόσπτωσις, μετάβολή. [Ita. Sforzamento. Gal. Effort. Hiſp. Esfuerco. Ger. Ein arbeitſame vnderwindung oder zurüſtung, das vnderſton.] Liu. 1. ab Vrbe, Res tamen ſuo ipſo molimine grauis certaminibus in annum extrahitur. Ouid. 1. de Pont. Eleg. 3. Magna tenent illud numen molimina rerum. Idem 15. Metamor. ſolidoq; re uellere dumo Annoſam pinum magno molimine tentat. ¶ Pro eodem etiam dicimus Molimentum. Liu. 7. bel. Maced. Et eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe, quòd in fluminis modum, longum, & anguſtum, & uadoſum oſtium portus ſit.

Molitor, pe. pro. m. t. Qui aliquid machinatur, conatur, ſtruit aut efficit. σκευαστὴς, ποιητής. [Ita. Chi ſi sforza di fare qual che coſa. Gal. Qui ſe efforce de faire quelque choſe. Hiſp. El que ſe esfuerca para hazer algo. Ger. Ein vnderſtecher oder zurüſter, der etwas groſſes vnhanden nimpt.] Cic. de Vniuer. Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorq; Deus, ut unum opus totum atq; perfectum ex omnib. totis atq; perfectis abſolueret. ¶ Molitor rerum nouarū, apud Suetonium in Domitiano cap. 10. Molitrix nouarum rerum, Idem in Claud. cap. 15.

Molitrix, pen. cor. Vide Molitor in Mola.

Mollis, le, om. t. Teuer, non durus, tactui cedens: à mouendo, quaſi mobilis, quòd in quancunq; partem facilè trahi ac moueri poſsit. μαλθακὸς, μαλακὸς, [Ital. Molle, tenero. Gal. Dol, delicat. Hiſp. Muelle ò blando al ſentido delto-cat. Ger. weich, lind.] Virgl. 2. Geor. Quid nemora Aethiopum molli canentia lana. Cic. 1. de Orat. Sicut molliſſimā ceram ad noſtrum arbitriū formamus & fingimus. ¶ Cū homine iunctum, in deteriorem partem ferè accipitur, pro effœminato ſcilicet & minimè forti. Cicer. 1. de Orat. Quis hoc philoſophus tam mollis, tam languidus, tam eneruatus, tam omnia ad uoluptatem corporis, doloremq; referēs, probare poſſet? Idem de Clar. Orator. Solutus & mollis in geſtu. Liu. 3. bel. Maced. Quum in publico epulatos, reuerteretur domum temulentus, proſequentib. mollib. uiris, qui ioci cauſa conuiuio celebri interfuerant. ¶ Molle ingenium, hoc eſt docile, cuiq; facilè doctrina imprimitur. ¶ Mollis animus, hoc eſt tractabilis, flexibilis, placabilis, qui ſcilicet facilè accipit offenſiones, & facilè deponit. Ci. Att. li. 1. Quanta ſit in Qu. frat. meo comitas, quāta iuncū ditas, quā mollis animus & ad accipiendā offenſionem, & ad deponendam, nihil attinet ad te, qui ea noſti, ſcribere. ¶ Quoniam uerò ea quæ tenera ſunt, pro uoluntate noſtra facilè tractamus, & quocunq; lubet ducimus, factū eſt ut Mollis quandoq; pro domito ſumatur. Virg. 3. Geor. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. ¶ Quandoq; pro facili. Ibidem. Iuuat ire iugis, qua nulla priorum Caſtalium molli diuertitur orbita clivo. ¶ Quandoq; pro maturo, πέπων. Idē 1. Aeg ſunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles. ¶ Mollia uina, dicuntur defæcata, & aſperitate carentia, ut annotauit Seruius in illud Virgilij primo Georg. Tunc agni pingues, & tunc molliſſima uina. ¶ Quandoque pro opportuno ac tempeſtiuo, ἐύκαιρος. Idem quarto Aene. Sola uiri molles aditus, & tempora noras. ¶ Quandoque pro remiſſo, & contemnendo χαῦνος. Idem tertio Georg. Tua Mecœnas haud mollia iuſſa. ¶ Quandoq; pro ſuaui, iucundo & placido. Idem, Molles q; ſub arbore ſomni. ¶ Hinc Mollior, & Molliſſimus. Liu. 9. bell. Maced. Vola id quàm molliſſima uia conſequi. Colu. libro 6. cap. 1. Cor pore denſo breuiq;, colore rubeo, uel fuſco, tactu corporis molliſſimo.

Molliculus, a, um, Diminutiuum à Mollis. ἁβρὸς, ἁπαλός. [Ital. Delicato, tenerello. Gal. Mollet, douillet. Hiſp. Lozanioſo à delicato. Ger. weichlechtig, itē ein zertling.] Plaut. pro tenello & delicato poſuit, quum inquit in Caſina, ted lepide uolo Molliculus eſcas, ut ipſa molliccula eſt. Caro. ad Aurelium, Qui me ex uerſiculis meis putaſtis, Quòd ſint molliculi, parum pudicum.

Molliecllus, diminutiuum à Molliculus, μαλάκιον. Carol. Cloude Thalli mollior cuniculi capillo, Vel anteris modi lula, uel inula mollicella.

Mollitia, s, ei, f. q. quæ & Mollitia, æ, f. p. Idem quod mollitudo. μαλθακία, μαλακότης, χαυνότης. [Ita Mollitie, dezezza. Gal. Molleſſe, delicateſſe. Hiſp. Molledura blandura, delicadez. Ger. weiche, lindſame.] Plin. li. 11. cap. Item omnium auricularū ac nares, quæ modicam eminēt flexili mollitia. Idem lib. 13. cap. 9. Sed nux illi, huic pomum, differens breuitate ac mollitie. ¶ Quandoq; & in malā, pro effœminatione capitur, Salluſtius. Sed inertia & mollitia animalium alium expectātes cunctamini. Teren. in Eunu. Abiſq; nihil dicis Parmeno: Eiciunda herle hæc mollities animi: nimis mihi indulgeo. Cic. 1. de Finib. Qui officia deſerunt mollitia animi, id eſt laborum & dolorum & fuga. ¶ Mollities maris, Placiditas, tranquillitas μαλακία. Plin. de Vir. illuſt. Vbi per mollitiem maris anguis proximum Aeſculapij fanum perijt. Col. li. 7. ca. 2. Ex his rurſus quoſcquid conceptum eſt maternam mollitiam, paternum & animi colorem.

Mollitudo, f. t. Contrarium duritiei. μαλακότης. [Itali. Tenerezza. Gal. Molleſſe, delicateſſe. Hiſp. Molledura, ò blandura. Ger. weiche.] Cicer. 2. de Natur. deor. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongijs mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. Idem 3. de Orat. In ipſo tactu ineſt & mollitudinis, & leuitatis modus. ¶ Accipitur & pro facilitate, & flexibilitate. Auctor ad Herenn. li. 3. Mollitudo uocis, quam eam torquere pro commodo noſtro poſſumus.

Molliter, aduerbium, Id eſt leniter, non duriter. μαλακῶς, πράως. [Ita. Mollamente. Gal. Pollement, delicatement. Hiſp. Muellemente, ò blandamente. Ger. Sanfftlich, zartlich, fittiglich.] Plin. li. 15. ca. 10. Mira naturæ cura molliter ſemina collocandi. Ci. 2. de Nat. deor. Et cubilia ſibi, nidoſq; que conſtruunt, eosq; quàm poſſunt molliſſimè ſubſtruunt, ut quàm facillimè ova foueantur. Ferre molliter, id eſt placidè, æquo animo. Cic. de Sene. ¶ Quod ferendum eſt molliter ſapienti. Idem de Finib. Aberat enim omnis dolor, qui ſi adeſſet nec molliter ferret, &c. ¶ Aliquando ſignificat delicatè. ἁβρῶς, μαλακῶς. [Itali. Delicatamente. Gal. Delicatement. Hi. Delicadamente. Ger. Zärtlich, zartlich.] Terent. in Adelph. Aedepol. Syriſcete curaſti molliter. Plaut. Pœn. Ego id quæro hiſpitium ubi ego curer mollius. Quàm regi Antiocho curari hoſpites ſolent.

Mollius, comparatiuum. Tacit. lib. decimooctauo, Et amici adolantes, mollius interpretabantur unius legionis eam ſeditionem.

Mollio, is, mollíui, uel molli, mollitum, act. q. Molle reddo. διαμαλάσσομαι, μαλακίζω. [Itali. Far molle, mollificare. Galli Amollir, adoucir. Hiſp. Amollentar, ò blandar. Ger. weichen, lind machen.] Horat. 1. Serm. Sat. 4. dum ferrum molliat ignis. ¶ Accipitur & pro ſedare, mitigare, ſiue placare, ἐκμαλάσσω: ut, Mollire mare, Mollire uentos. Gel. li. 10. ca. 1. Sed poſtea, quòs Brunduſiū aduentaremus, mollirig eſſent uēti maris, percunctatus ego eum ſum, quæna illa ratio eſſet paoris ſui. Accius Telepho, Remiſq; niſi, propere nauē in fugā tradunt ſubter ſaxa ad leuā, quam ò ſæuā libat mare. ¶ Mollire animos, pro tēperare, mites facere. Cic. 2. Tuſc. Mollunt animos noſtros, ita ſunt deinde dū

ces, ut

ces, ut non legantur modò, ſed etiam ediſcantur. ¶ Mollire animos, pro effœminare. Cic. 5. Tuſc. Sed nos umbris, delitijs, otio, languore, deſidia animum infecimus: opinionibus, malo{q} more deliuimus molliuimus, Salluſtius: Loca amœna, uoluptuoſa facilè in otio feroces militum animos molliuerant. id eſt effœminauerant. Ouid. 5. Faſt. Iamq; mollire puellæ Diſcant, & plenas eronerare colos. ¶ Huius cõpoſitum eſt Emollio, quod eſt ualde mollio. ἐμμαλάσσω. Plin. Quæcunq; emolliri opus ſit, anſerino adipe curantur. Et præmollio. προμαλάσσω.

Mollĕſco, is, n. t. Mollis aut placatus fio. ἀπομαλάσσομαι. [Ital. Ammolitſi, placarſi, acquetarſe. Gal. S'emollir. Hiſp. Hazerſe mas muelle, ò blado. Ger. Vueich werdẽ, ſanfft oder begütiget werden.] Claud. lib. 1. de Rap. Proſerp. diriſq; ſeueri Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis Ouid. 4 Met. Quiſquis in hos fontes uir ueneris, exeat unde Semiuir, & tactis ſubitò molleſcat in undis. Idem 1. de Pon. eleg. 7. Pectora molleſcunt, aſperitaſq; fugit. Plin. lib. 11. cap. 17. Ladanum uiſa aridum, ſtatim tactu molleſcere. ¶ Hinc componitur Remolleſco. Ouid. 1. Metam. precibus ſi numina iuſtis Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum. Cæſar. Vinum ad ſe omnino importari non ſinunt: quòd ea re ad laborem ferendum remolleſcere atque effœminari arbitrentur.

Mollifico, as, act. & Mollefacio, is, act. t. Idem quod mollio, μαλάσσω.

Mollipes, pedis, com. t. Qui mollem habet pedem. μαλακόπους. [Ital. Che hai piedi molli. Gal. Qui a le pié mol, & tendre. Hiſp. El que tiene los pies mueſles ò blandos. Ger. Lind füſſig.] Cic. 1. de Diu. Mollipedeſq; boues ſpectantes limina exili.

Mōlĕstra, æ, f. p. Pellis ouina. μηλωτή. [Ital. Pelle pecorina. Gal. Peau de brebis. Hi. Pelleia ò cuero de oueja. Ger. Ein ſchafffäl.] Molleſtras (inquit Feſtus) antiqui uocabant pelles ouinas quibus galeas extergebant.

Mollicina, æ, penu. prod. Veſtis (inquit Nonius) à mollitie dicta. μαλακὸν ἱμάτιον. Meminit Plautus in Epidico, Mollicinã, crocotam, chirodotam, ticam.

Molo, mŏlis, unde Mola.

Mollugo, inis, Species eſt lappaginis, ſimilis anagallidi, niſi quòd ramoſior eſt, ac pluribus foliis, aſperaq; alioqui, & grani odore. Plin. lib. 26. cap. 10. Quidam eadem ereduunt coma ea, quam Dioſcorides uocat Hippophæſinon.

Mōlŭ ca, æ, ſ. p. τὸ ἀφύλλιον μηλακίδιον μυρ. Nux eſt è genere iuglandium, cortice adeò molli, ut uix attacta ſtatim frangatur: unde & nomen accepit. Hæc etiam Nux Perſica appellatur, quòd è Perſide primùm ad nos ſit trãſlata: cuius rei optimus teſtis eſt Sucuius apud Macrobium, qui hoc nucis genus eo tempore quo Alexander Macedo cum regibus Perſarum bellum geſſit, in Græciam translatum affirmat. Meminit huius nucis & Plin. li. 15. ca. 22. ait{q} tam maturescentem putamen ſuum rumpere. Macrobius putauit Molluſcam eandem eſſe cum malo Perſico, adducens Sucuij teſtimonium, qui idem eſſe cum malo Perſicum & Molluſcam: ſed in hoc fallitur Macrobius, quòd puter Sucuiũ de Pomo Perſico loqui, quum de nuce loquatur. Vide Rellium lib. 1. cap. 29.

Molluſcum, n. ſ. Vber eſt aceris arboris, quemadmodum & Broſcum: Sed broſcum intortius eſt criſpum, molluſcum uerò ſimpliciùs ſparſum: & ſi magnitudinem mensarũ caperet, haud dubiè prælatum à ueteribus credo fuiſſet. Plin. lib. 16. cap. 16. Pulcherrimum uerò eſt broſcum, multo{q} excellentius etiam molluſcum.

Mŏlŏche, quæ & Malache, μολόχη, ἢ μαλάχη. Herba eſt notiſſima, quam Latini Maluam appellant.

Molochē agria, μολόχη ἀγρία, Herba eſt inter ſylueſtris malue genera annumerata Galeno. Plin. Hibiſcum interpretatur, lib. 20. cap. 4. paſtinacæ ſimilem facit.

Molochinus color, Qui in purpuram inclinat quod malue flori ſimilis ſit, μαλαχινός: Græci enim μαλάχην maluam dicunt.

Molochinarius, Molochini coloris infector. Cæcilius in Pauſimacho (ut citat Nonius) Carcaſina, molochina. Plaut. in Aul. Aſtant molochinarij, petunt fullones.

Mŏlŏchites, μολοχίτης, Gemma eſt non translucens, ſpiſſa pit iditate malue colorem referens: unde & nomen accepit. Nam maluam Græci μολόχην, καὶ μαλάχην appellant. Plin. lib. 37. cap. 8. Non translucet molochites, & ſpiſſus ulrens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata ſignis, & infantium cuſtodia quadam, innato contra pericula ipſorum medicamine.

Molorthus, Idem quod perpendiculum, hoc eſt plumbum à filo & gnomone dependens, quòd à ſummo ædificio deorſum demiſſum, rectitudinem eius, uel obliquitatem indicat. πάθιſος. Dictus autem putatur Molorthus, quaſi μόλυβδος ὀρθός, hoc eſt plumbum rectum, fine prioris dictionis in compoſitione euphoniæ gratia abiecto.

Moloſſus, μολοσσός Pes metricus dictus eſt ab eius regionis ſaltatione: uel quòd odas eo pedis genere magna ex parte cõſtantes Moloſſi in templo Iouis canere conſueuerunt, in memoriã Moloſſi filij Pyrrhi & Andromaches: à quo poſtea feſta Moloſſia ſunt dicta. Vel (ut alij uolunt) quòd Moloſſi ad bellum procedentes, huius modulata compoſitione utebantur. Conſtat autem tribus longis, ut Aeneas.

Molocrum, pen. corr. Lignum quadratum eſt, autore Feſto, quo ueteres immolabant. ¶ Item illud quo molæ uertuntur, quod Græci μύλαυρον dicunt. ¶ Item tumor uentris, qui etiam uirginibus accidere ſolet, Molucrum uocatur. Afranius, Ferme uirgini, tanquam grauidæ mulieri, creſcit uterus: molucrum uocatur, tranſit ũne doloribus.

Mōly, μῶλυ, Herba eſt Homeri carmine celeberrima, de qua ſic ſcribit Plin. lib. 25. cap. 4. Laudatiſſima herbarum eſt Homero teſte, quam à dijs uocari putat Moly: & inuẽtionem eius Mercurio aſſignat, contra{q} ſumma ueneficia demonſtrat. Naſci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, ſpecie illa Homerica, radice rotunda, nigra{q}, magnitudine cæpæ, folio ſcillæ: effodi autẽ difficulter. Græci autores florem eius luteum pinxere, quum Homerus cãdidum ſcripſerit. Ibidem plura. Nomen habere putatur παρὰ τὸ μωλύειν τὰς νόσους.

Molybdæna, μολύβδαινα, pen. prod. Eſt (inquit Plin. li. 33. cap. 6.) quæ aliàs Galena uocatur, plumbi & argenti uena communis. ¶ Eſt etiam (ut idem aſſerit lib. 25. ca. 25.) genus herbæ, ſic dictæ, quòd nomine Plumbago dicitur.

Mōlybdītis, f. t. μολυβδῖτις. Argẽti ſpuma, quę fit ex plumbi fuſura. Pli. li. 33. ca. 6. Fit in iſdem metallis & quæ uocatur ſpuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chryſitin uocant, ſecunda, quã argyritin: tertia: quam molybditin. Deinde ſubdit: Cyryſitis ex ipſa uena fit, argyritis ex argento, molybditis ex plumbi fuſura, quæ ſit Puteolis, & inde nomen habet.

Molyris, idis, μολυρίς, Ariſtotelis locuſtæ genus, quæ frumẽta depopulatur.

Molyſi, μώλυσι, ab Hippocrate appellatur allij caput cum ipſa coma. Vide Ruellium lib. 1. cap. 85.

Mormar, Sæculi ſtultum uocant, authore Feſto.

Momen, mominis, id eſt momentum. Luc. li 3. Nomine uti paruo poſſint{q} impulſa mouerl.

Mōmentum, n. ſ. dicitur qualecunq; ſpatiũ temporis, & qualecunq; pondus, ſiue magnũ hoc ſit, ſiue parũ ὁποσονοῦν γε μικρὸν. [Ita. & Hiſ. Momento. Gal. Momẽt. Ger. Ein ende rũg verruckung oder neigũg es ſey der zeit, deſs gewichts, &c.] Cic. Trebat. Omnia momenta obſeruabimus, nec ullum prætermittemus tui iuuandi & leuandi locum. Idem 3. de Fin. In his momenta ſunt maxima ad beatè uiuendũ. ¶ Accipitur etiam frequẽter Momentũ pro minimo puncto temporis, quod Græci ἄτομον uocãt, uel ἀκμήν. Ger. Ein augenblich.] Horat. li. 1. Ser. Sat. 1. quid enim? concurritur: horæ Momenta cita mors uenit, aut uictoria lætа. ¶ Nonnunquã etiam pro aliarum rerum minima quantitate. Pli. li. 20. ca. 7. Proſunt & combuſtæ, ut cinis earum bibatur in uino, addito reſinæ momento. ¶ Momentum etiam ſexta cum modum dicitur, quo multi dicunt, Res parui momenti: id eſt quæ magnum uel paruum pondus, & uim habet. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Rege ſuperato nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copijs fore. Cic. 4. de Fin. Sic errare Zenonẽ, qui nulla in re niſi in uirtute aut uitio propenſionẽ ne minimi quidẽ momenti ad ſummũ bonũ adipiſcendũ eſſe diceret. Idẽ in Vat. Cuius teſtimoniũ propter turpitudinẽ uitæ, ſordes{q} domeſticas, nullius momẽti putaretur. Braſſica nullius momẽti in medicina. Pli. lib. 20. cap. 9. ¶ Momentũ pro particula. Pli. li. 28. ca. 14. Sol autem quotidie ex alio cæli momento, quàm pridie oritur.

Momentaneus,

Mōmentānēus, nea, neum, Quod eſt caducum, & quod facilè mutatur, ac defic.t. *πρόσκαιρος*, *ὀλιγοχρόνιος*.

Mōmentārius, a, um, Quod in momento fit, *ἀκαρής*. [Ital. Ciò che ſi fa en un momento. Gal. Ce qui ſe fait en un moment. Hiſpa. Coſa que ſe haze en uno momento. Ger. Augenblichlich.] Ambro. Syros uerò Elyſeus, quos obſidentes in ciuitatem induxerat, momentaria cœcitate percuſſos, quàm, quò ingrederentur, uidere non poterant, &c.

Mōmentōſus, m. Alicuius momenti. *ὁ μεγάλην ῥοπὴν ἔχων, πολὺ διαφέρων, ὁ πρὸς τὰ πρόσκαιρα, ἐπικαίριος*. [Ital. Di molta importanza. Gal. De grande importance. Hiſpa. Coſa de grande peſo. Ger. Erſchiefslich, das vil vermag, fürderſam.] Qu. Declam. 11. Nunc uerò, differendum mihi eſt, quàm momentoſa ſit huius animalis rapina. Loquitur de apibus, quæ ita leuiter flores decerpunt, ut nulla appareat rapinæ iactura.

Momiſtam, uocant molarium partem, quæ abſidet gingiuæ. Superiorem uerò qua conficiuntur cibi, *τράπεζαν*, id eſt, menſam.

Mōnachus, chi, m. ſ. *μόναχος*, *ἀσκητής* [Ital. Monacho, ſolitario. Gal. Moind, ſolitaire. Hiſ. Monie, ſolitario, ſolo. Ger. Ein Münch, der ein abgſünderet eintzig läben fürt.] Latinè ſolitarius, *ἀπὸ τῦ μονάζειν*, quod eſt in ſolitudine uiuere. Primi enim monachi quo contemplationi, ſacrarum literarum ſtudio, ac orationi commodius uacare poſſent, hominũ cœtus fugiebant, & in naſtiſſimas ſe conferebant ſolitudines. Hinc Monaſterium, *μοναστήριον*, *ἀγιαστήριον*: antiquitus *φροντιστήριον*. [Ital. Monaſterio. Gal. Donation. Hiſp. Monaſterio. Ger. Ein einöde, Cloſter, ein abgeſündert ort.] Solitudo.

Mōnarchia, æ, f. p. *μοναρχία*, cum accento in penultima, Eſt unius principatus, quem Suetonius appellat Arbitriũ orbis terrarum. Hac qui potitur, Monarcha *μονάρχης* dicitur. Monarchia id eſt, unius principatus, primas tenet in tribus ſpeciebus gubernationum: quas iuſtas cenſuerunt Philoſophi. Hęc uerè legitima poteſtas, quæ ſi innocua fuerit, Dei typum in terris refert, nudè propria eſt apud Romanorum, hoc eſt, omnium Chriſtianorum Imperatorem, Regemue: qui abſq; Auguſto rerum potitur. Fatti enim non iuris eſt, quod cæteri reges Imperatoriæ maieſtati detrahunt. Alciatus de Francis occidentalibus loquens: Qui licet, inquit, Regibus Germanorum quos Imperatoris titulo Romani pontifices inſignierunt, non ſubſint: Romani tamen Imperij, & ipſi pars, eoq; iure pluũ. Monarchiam orbis, Imperatori eleganter aſtruit Baro Tautenbergus ex patrum ſententijs interpretans titulum de Feud. Marchiæ. lib. 1. Feudorum. Nec refragatur olim gentes nonnullas ditionem Imperatoris non agnouiſſe, ſicut & hodie nonnulli agnoſcere recuſant, de iure tamen, dubio procul, agnoſcere debere: ſecundum Iaſonem, in l. cunctos populos, deſunt trio. pro Cloſ. minimè recognoſcat. in C. per uenerabilem. Qui filij ſunt legis.

Mōnas, nadis, f. t. *μονὰς*. à *μένω* deducitur ſignificat unitatem. [Ital. Unità. Gal. Unité. Hiſp. El numero de uno. Ger. Die einzige zaal.]

Monaulos, *μόναυλος*, Tibia ſimplex: *μόνος* enim ſolus interpretatur, & *αὐλὸς* tibia. Martial. libro 14. Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet. Pli. libro ſeptimo capite 56. Monaulon, id eſt unicam & ſimplicem tibiam, Mercurius inuenit.

Mōnēdŭla, æ, f. p. Auis ex graculorum genere, quaſi moneta, quòd monetas ſurripiat. *κολοιός*. [ital. Monaccia. Galli. Chucas ou chouete. Hiſpa. La graia. Ger. Ein Dole.] Huic enim aui foracitas argenti atq; auri præcipuè eſt. Plin. lib. 10. ca. 29. Inſubrium tractu examina graculorum, monedularumq; cui ſoli aui foracitas auri argentiq; præcipuè mira eſt. Ouid. 7. Metam. Nigra pedes, nigris uelata monedula pennis.

Mōnĕo, mones, monui, itum, act. f. Admoneo, ſuadeo, hortor, præcipio, prædico, memorem facio. *ὑπομιμνήσκω*, *παραγγέλλω*. [Itali. Auiſare, ricordare, ammonire, auertire. Gal. Amonneſter, auertir, conſeillier. Hiſp. Amonneſtar, recordar. Ger. Varnen, vermanen.] Cic. ad Qu. Frat. Tu me de retinenda Seſtij gratia literis monuiſti. Idem ad Atticum. Idipſum me mones, quod triduo antè cogitaram. Idem de Amic. Sed quum tot ſignis natura declaret quid uelit, obſurdeſcimus tamen neſcio quomodo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Ibidem. Nam & monendi ſæpe amici ſunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè quum benuolè fiunt. Plaut. in Pſeud. At hoc uolo monere te, monendus ne me moneas. ¶ Interdum Monere, inuitare eſt, ſicut inuitantur amici ad cœnam. *παρακαλεῖν*. Terentius Heaut. - ſed ut dici tempus eſt, Monere oportet me hunc uicinum Phaniam, ad cœnam ut ueniat. ¶ Conſtruitur nonnunquam cum duobus accuſatiuis: ut Moneo te hoc. Cic. in Cati. Sed eos hoc moneo, deſinant furere. ¶ Modò cum ablatiuo mediante præpoſitione De, uel pro. Cic. 1. de Diu. Quod idem dici de Moneta poteſt: à qua, præterquã de ſua plena quid unquam moniti ſumus? Terent. in And. Habeo pro illa re, illum quod moneam probè. Modò cum genitiuo. Valer. Max. Ab eo qui proximè aſſideat, ſolutæ à ſe legis ſuæ admonitus. ¶ Moneris, pro moueris, antiquè. Paccuius in Armorũ iudicio, ut citator à Nonio, Die quid faciam: quod me moneris, effectum dabo. Idem in Chryſide, Dij monerint meliora. Compoſita ſunt, Admoneo, Cõmoneo. Emoneo, Præmoneo, & Submoneo, quorum ſignificata nide ſuis locis.

Mōnĭtum, ti, n. ſ. Quod quis non monet. *παράκλησις*, *παραίνεσις*. [Ital, Auiſo, documento, ammonitione, Gall. Auertiſſement, amonition. Hiſp. Amoneſtamiento, enſeñamiento. Ger. Ein warnung oder ermanung.] Ci. 9. de Fin. Itaq; quæ ſunt eorum conſolationes, quæ cohortationes, & etiam monita à conſilio ſcripta ad ſummos uiros. Virg. 2. Aen. - cum Hetruſca reſedit Hoc acies campo, monitis exterrita diuum. Ouid. 3. de Arte, Hæc quoq; pars monitis erudienda tuis.

Monĭtus, us. pen. corr. maſc. q. & Monitio, Idem ſignificant. *παράκλησις*. [Ital. Ammonitione. Gal, Amonnition, auertiſſement. remonſtrance. Hiſp. Amoneſtamiento. Ger. Ein warnung, ermanung.] Liui. 1. ab Vrbe, Seu uoce cœleſti ex Albano monte miſſa (nam id quoq; traditur) ſeu aruſpicũ monitu. Iuue. Sat. 14. Et ſuo monitu pueros producit auos. Virg. 4. Aen. Multaq; præterea uatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant.

Mōnĭtor, oris, m. t. Qui nos alicuius rei monet. *παραινέτης*, *ὑπομνηματισμός*. [Ital. Ammonitore, auiſatore. Gal. Amonneſteur, auertiſſeur. Hiſpa. moneſtador. Ger. Ein ermaner warner.] Cic. in Cat. Forteſſe minus erunt, hoc monitore, & autore huiuſce ſententiæ, mihi populares impetus pertimeſcendi. Externus monitor. Stat. 5. Sylu. - nec enim ex terno monitore petẽdus Virtutis tibi pulcher amor. ¶ Accipitur interdum etiam Monitor pro uocatore, qui ſcilicet aliquem monet, hoc eſt uocat, ut ad cõuiuiũ accedat. Terent. in Heaut. Monere oportet me hunc uicinum Phaniam, Ad cœnam ut ueniat: ibo ut uiſam ſi domi eſt. Nihil opus fuit monitore: iamdudum domi Præſtò apud me eſt ſane. ¶ Dicuntur præterea Monitores, qui in iudicio ſum miſſa uoce oratorem admonent eorum quæ dicenda ſunt. Cic. in Diuin. in Verrem, Video mihi non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus tenet. ¶ Sic etiam in ſcena Monitores dicuntur, autore Feſto, qui ſtrliones, eorum quæ dicenda, agendaue ſunt, monent Galli uocant Protocolles.

Monitorius, a, um, Quod monet. *παραινετικός*. ut Liber monitorius.

Mōnĭtrix, f. t. Quæ ſit ante cõmiſſum *παραίνουσα*, *ὑπόμνησις*. [Ital. Ammonitione, auiſamento. Gal. Ammonition, auertiſſement. Hiſp. Amoneſtamiento. Germ. Ein warnung.] Obiurgatio, poſt turpe factum. Cic. lib. 1. Offi. Habenda ratio & diligentia eſt, primùm ut monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.

Mōnēta, æ, pen. prod. f. p. dicta eſt, quòd nos ſigni impreſſione uel autoris, uel pretii moneat. *νόμισμα*. [Itali. Moneta. Gal. Monnoye. Hiſ. La moneda. Ger. Münz oder gelt.] Martial. libro primo, Et centum dominos nouæ monetæ. ¶ Quo etiam nomine picta eſt Iuno. Cic. libro primo de Diui. Poſt cladem illam maximam à Senonibus Gallis factam, audita uox ex arce Iunonis fuit, ex quo Iuno illa appellata Moneta eſt.

Mōnētalis, & hoc monetale, Quod ad monetam pertinet. *νομισματικός*. [Ita. Ciò che s' apartiene à moneta. Gal. Ce qui apartiẽt à monnoye. Hiſ. Coſa de moneta. Ger. Was zů der mũntz gehört.] Apul. de Aſ. Plorina pretioſiſſimis monilibus, & auro monetali rotis refertis inclaſſa. ¶ Monetales Trium-

les Triũniri dicti ſunt(ſicut ſcribit Pomp.Luteconſul. li. 2. de Orig.iur.)æris,argenti,atq; auri flatores. Ci.ad Att.li.10. de Vulteio loqueus,Monetali autem adſcripſi,quod ille ad me Proconſulem.id eſt,In ſumma epiſtola ſcripſi, Vulteio monetali.Budæus.

Mŏnētārĭus,m.ſ. Qui monetam cudit,*ἀργυροκόπος*. [Itali. Monetar. Galli. Vn monnoyeur , batteur ou forgeur de monnoye.Hiſp.Monedero,foriador de moneda.Ger. Ein mũntzer.]Fitmicus, Habẽtes horoſcopum ſub ſigno hoc, erunt monetarij.

Mŏnīle,pen.prod.n.t.*ὅρμος*,*περιαύχιον*. [Ital.Collana,monile.Gal.Collier,carquan.Hiſ.Coliar ò cadena de oro.Ger. Ein halßzierd,etwas das man vmb den halß legt oder doran henckt zur gezierd.] Ornamentũ gutturis, quod tolet de collo uirginum pendere Græcè *ὁμοιον* nuncupatur, inquit Hieronymus:dictum quod geſtantem uirtutis admoneat:nam primò ob aliquod egregium factum dari ſolebat. Ouid.10.Metamorph. Dat digitis gemmas,dat longa monilia collo. ¶ Neq; ſolum illud Monile dicitur quod ex hominum, uerumetiam quod ex equorum,aliorumq; animalium collo dependet. Virgili.7.Aeneid . de equis Latini, Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. Gell. libro 5. capite quinto,Equitatum frænis: ephippiis, monilibus. phaleriſq; præfulgentem. ¶ Monile etiam ſegmentum dicitur, quod quibuſdam bracteolis quaſi præſegminibus conſtat.

Monimentum,Vide Monumentum.

Monobeli , *μονόβελοι* , A Lampridio in uita Heliogabali uocantur qui ſolo obelo, hoc eſt longitudine conſpiciendi ſunt.

Mŏnŏcĕros,oris,pen.corr.m.ſ.*μονόκερως*. [Ital.Alicorno Galli. Vne licorne.Hiſp.Vnicornio.Ger. Ein einhorn]Animal unicum cornu gerens, quod & Vnicornis appellatur. Habet equinum corpus,caput cerninum,mugitum horridũ. Plĭ.lib.8.cap.21. Aſperrimam autem ferã monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem , capite ceruo,pedibus elephanto,&c.

Mŏnŏchŏrdum,n.ſ.*μονόχορδον*. [Itali.Monocorda . Galli. Vn manicorde,oo eſtinete.Hiſp. Monacorido en la muſica.Germa.Ein gattung eines ſeitenſpyls,ſo gleiche ſeiten hatt.] Inſtrumenti muſici genus eſt,ita dictum,non quòd unam chordam,ſed omnes chordas unius uocis habeat,niſi pannículi nexu diſtinguantur.

Monoclonos,*μονόκλωνος*, ſpecies eſt Artemiſiæ , à ramuli unitate ita appellata,quemadmodum *πολύκλωνος* à ramulorum multitudine.Vide Dioſcoridem lib.3.

Mŏnochrōmăta,neut g. *μονοχρώματα*. Picturæ dicebãtur, quæ non uariis(ut hodie)ſed ſingulis coloribus conſtabãt. Plin. lib.35.capi.7. Cinnabari ueteres quæ etiam nunc uocant monochromata pingebant Idem Plin.lib.35.ca.3.autor eſt , primum picturæ genus fuiſſe lineare , quod nullis adhibitis coloribus,rei pingendæ ſimilitudinem circunductis lineis exprimebat Dehinc huic ſucciſſe alterum picturæ genus, quod ſingulis coloribus rerum imagines imitabatur:idq; poſtea inuenta operoſiore pictura, Monochromaton eſſe appellatum.

Monochromateus,adiectiuum.Plinius libro 35.capite quinto,Qui monochromatea genera picturæ uocauerint , qui deinde, &c.

Monocuncta , Expunge apud Alber.& repone Monozonton.Extat nox apud Imp.in l.quidam ignauiæ.C.de Decutione lib.10.ſignificat autem ſolitariè uiuẽtes.Alciato Monoxonii uocabulum magis placet : quod & interpretatur locum in eremo,in quo Monachi congregantur.

Mŏnōdĭa,cum accentu in pen. *μονῳδία*.Lugubris cantus, qui fit à præfica in defunctorum funeribus, quaſi unius cãtus . Nam cæteris flentibus ſola præfica canit . Huiuſmodi cantus etiam Nænia dicitur.

Mŏnōgămus,pen.corr.m.ſ.*μονόγαμος*. [Ital. Colui che ha hauuto una moglie ſola. Gal. Qui a eſte marié vn fois. Hiſ. Caſado una uez Germ. Der nur ein ehemeib genommen hat.]Vnius uxoris ui. Vnde & Monogamia Hieron.Quã ſancta ſit monogamia , hinc oſtenditur , quòd digamus in clerum eligi non poteſt.

Mŏnōgĕnŏn , *μονογένων* .Herba eſt inſignis, quæ notiore nomine Pæonia appellatur . Legitur quibuſdam Dioſcoridis codicibus.Adoctioribus tamen hæc nomenclatura,ut plerisq; aliæ ex Brunsfelſij Onomaſtico huc translatæ, inter Notha Dioſcoridis numerantur.

Mŏnōgrāmmi,m.ſ.*μονόγραμμοι*.[Ita.Magri,ſcoza colore. Gal. Maigres,eſchars,ſans couleur.Hiſp. Muy magros.flacos ſin color. Germa. Magere, dũrre vnnd übel gefarbte leut] Dicti ſunt homines macri, pertenues , ac decolores. Vnde apud Cice.lib 2.de Nat.deor. Dij ab Epicuro Monogrammi dicuntur . Translatio ducta eſt ab antiquiſſimo picturæ genere,quæ ſolis lineis rei ſimilitudinem exprimebat,nondum additis reliquis, quæ iuſtam picturam abſoluunt. Hanc Græci *μονόγραμμον* Plin. lib.35.cap.3.picturam linearem appellat.

Mŏnōlŏgĭon , *μονολόγιον* , Sermo per omnia ſibi ſimilis, uel eadem orationis facies,quam nulla uarietate leguntur tædium.

Mŏnŏmăchia,f.p.*μονομαχία* [Ital.Duello.Gal.Combat de ſeul à ſeul.Hiſpa.El deſafio de uno por uno. Germani.Ein kampff in welchem nur zween mit einanderen ſtreiten.] A Latinis Duellum , uel ſingulare certamen appellatur, quod fieri ſolet ad eruendam rei alicuius ueritatem,uel ad purgationem inducendam: idq; hunc in modum : ut qui ſe ſic probaturum purgaturúmue aliquid obtulerit, & uicerit, probaſſe uel purgatus eſſe credatur : ſin ſuccubuerit, in probatione defeciſſe,uel obiecti criminis conuictus eſſe putetur . Hoc tamen probationis genus hodie iure etiam ciuili eſt eliminatum . Nam in otio ciuili , & domeſtica quiete,cruenta ſpectacula ſibi non placere, Imperator atte ſtatur l. Vnica . C. de gladiatoribus . ¶ Qui hoc certaminis genere congrediuntur , Monomachi *μονομάχοι* dicuntur.

Mŏnŏphăgi,*μονοφάγοι*. Dicebantur,teſte Athenæo, qui ſeorſum cibum ſumebant,more diuerſo à Romanis, qui ſimul cum amicis accumbebant : unde & Cœnam appellabant,*ἀπὸ τῆς κοινωνίας*. ¶ Dicuntur præterea Monophagi,qui eodem perpetuo cibo utuntur : quæ uiuendi ratio etiam Monophagia *μονοφαγία* appellabatur.

Mŏnŏphŏdĭum, *μονόδιον* , Dicitur menſa unico tantùm pede ſubnixa.Liu 9.bel.Maced. Et quæ tum magnificæ ſupellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam adnexerunt.

Mŏnŏpōlĭum,lii.*μονοπώλιον*, Dicitur,quum penes unum aliquem ſpecies alicuius uendendæ poteſtas eſt,*ἀπὸ τῦ μόνῳ πωλέσθαι*. Hoc enim fit,quum unus ſolus aliquod genus mercaturæ uniuerſum emit, ut ſolus uendat, Pretiũ ſuo modo ſtatuens. Quod genus hodie in multis rebus ſeruatur,ut in coralijs Aphricæ apud Hipponem, alumine in Sicilia&Etruria,uuis paſſis in Achaia,bitumine in Iudæa: quod quia Græci Aſphalton uocant , omne monopolium uulgò Aſphaltium dicitur.Plautus, Habes murium & calamum,potes monopolium inſtituere . Legimus apud Iuſtinianum monopolia non eſſe admittenda,quoniam non ad commodum Rei.ſed ad labem,detrimentaq; pertinent.

Mŏnōps,*μόνωψ*.Feræ genus eſt Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri , quod quum ab inſequentibus urgetur , ære & igneum ſtercus excernit:quod ſi in uenatorem quempiam inciderit , mortem repentè affert. Autor Aelianus libro 7. capite 8.

Mŏnōptōton,*μονόπτωτον*,pen.prod Vnius caſus,quod unum ſolum habet caſum:ut Natu ablatiuus,quum aliquẽ maiorem,aut minorem natu dicimus.Reliqui enim caſus non ſunt in uſu. ¶ Aptota.*ἄπτωτα*,uerò dicuntur, quæ ſine caſu ſunt, hoc eſt nomina indeclinabilia.

Monos,Latinè ſolus.

Monoſtylon,unius columnæ:*στύλον* enim columnã Græci dicunt.

Monotropos,ſolitarius, unius moris ſolus.

Mŏnōxўla,*μονόξυλα*,Lintres ſunt,ex ligno uno(ut nox ipſa ſtatim indicat)excauatæ: quibus Aegyptij per ſtagna, & Nili inundationes utuntur Strab.li.17.Plĭ.li.6.ca.23.Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becarim conuehitur,uocatur Cottona.

Mŏns,huius montis,m.t.Terræ tumor altiſsimus, ab eminendo,quaſi eminens dictus. *ὄρος*. [Itali Monte,montagna.Gal.Vne montaigne,un mont.Hiſp. El monte, altura dela tierra.Ger. Ein berg.] propter quod omne q̃ eminet, Mons dici poteſt. Virgili,præruptus aquæ mons. Tacit lib. 4. Cæli temperies hyeme mitis obiectu montis . Virgili.12. Aeneid.

Digitized

Aeneid. totusq; remugit Mons circum, & uocem latè nemora alta remittunt. ¶ Sumitur quandoq; pro ſaxo. Idem ſexto Aeneidos, Prenſantémque uncis manibus capita aſpera montis Ferro inuaſiſſet. ¶ Sic aliquando Saxum pro monte, ut apud eundem, Saxi de uertice paſtor. ¶ Hinc Septimontium, locus qui habet ſeptem montes. Montes Aureos polliceri: prouerbialiter hyperbole, de iis q̃ immenſa promittunt, ſpesq; ampliſſimas oſtentant. Vide Chiliades.

Mŏticĕlus, diminuti. Paruus mons. *ὄρεσμβραχύ.* [Ital. Monticello. Gal. Montaignette, petite montaigne. Hiſpani Pequeno monte Germa. Ein Bärglin.] Dicitur & Monticellus.

Mŏntānus, a, um, Quod eſt ex monte. *ὀρεινός.* [Ital. Montano, di monte. Gal. De montaigne. Hiſp. Coſa montannoſa ſa ò de monte. Germ. Das dels bergs iſt, Oder vom berg kompt,] ut, Montani imbres. Ouid. 11. Met. Pana q; montanis habitantem ſemper in antris. Idem 2. Faſtor. Campos erat, campi claudebant ultima colles, Syluaſq; montanas oculere apta feras. Cic. contra Rull. Ligures montanos, duros, atq; agreſtes, docuit ager ipſe, nihil ferendo niſi multa cultura, & magno labore quæſitum.

Mŏntŏſus, a, um, Vbi ſunt multi montes, *ὄρεσσι.* [Itali. Montuoſo. Gal. Montaigneux. plein de montaignes. Hiſp. Coſa de monte, ò lleno de montes. Ger. Bergechtig.] ut Montoſa regio, non montuoſa. Plin. Naſcitur in montoſis & aſperis, aliquando & herboſis. Virg. lib. 7. Et te montoſæ miſere in prælia Nurſæ. Cicc. de Amicit. Quum locis etiam ipſis montoſis delectemur, & ſylueſtribus.

Montigena, In monte genitus. *ὀρεσιγενής.*

Mŏntĭuăgus, pen. cor. m. f. Qui per montes uagatur. *ὀρεσσίδρομος.* [Ital. Che uaga per monti. Gal. Qui court, fuit ou uague par les montaignes. Hiſp. Coſa que uaga por los montes. Ger. Bergſchweiffig.] Cic. 5. Toſc. Quid beſtiæ nõne frigus, non famem, non multiuagos atq; ſylueſtres curſus, atq; luſtrationes patiuntur?

Mŏnſtro, as, Oſtendo, declaro. *δείκνυμι.* [Itali Monſtrare. Gal. Monſtrer & enſeigner Hiſp. Demonſtrar como à la niſta. Germa. Zeigen.] Terent. in Adelph. Scio ubi ſit, uerum hodie nunquam monſtrabo. ¶ Monſtrare aliquando, pro docere. Plaut. in Bacch. Iam perdidiſti te, atq; me, atq; operam meam. Qui tibi nequicquam ſæpe mõſtraui bene. Cic. de Diui. Qui ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant uiã. ¶ Huius compoſita ſunt, Commonſtro, Demonſtro, & Præmonſtro.

Mŏnſtrātio, onis, uerbale. f. t. *δεῖξις, ἐπίδειξις.* [Ital. Dimoſtratione, aſſegnamento. Gall. Demonſtration, enſeignement. Hiſpa. Demoſtracion, enſeñamiento Ger. Zeigung, weyſung.] Terent. Adel. Defeſſos ſum ambulando: ut Syre te, cum tua Demonſtratione magnus perdat Iuppiter.

Mŏnſtrātor, oris, uerbale. m. t. *προδεικτής. μηνύτωρ.* [Ital. Moſtratore. Gal. Monſtreur, qui monſtre. Hiſp. El que demoſtra, enſenador. Ger. Ein zeiger.] Virg. 1. Georg. Addis ô Tegeæe fauens, oleæq; Minerua Inuentrix, uncig; puer monſtrator aratri.

Mŏnſtrābilis & hoc monſtrabile. om. t. *δεικτός, δεικτέος.* [Ital. Digno di eſſer monſtrato & cognoſciuto. Gal. Digne d' eſtre monſtré & cogneu. Hiſp. Digno de ſer monſtrado conoſcido. Ger. Zeigẽswärt, vernampt.] apud Plin. Epiſt. 107. Neſcio an notis hominem, quãquam noſſe debes, eſt enim probitate morum, ingenij elegantia, operum uarietate mõſtrabilis.

Mŏnſtrum, ſtri. n. ſ. A monſtrando dictum eſt, quòd aliquid ſignificando demonſtret. *τέρας.* [Itali Moſtro, miracolo. Galli. Monſtre. Hiſpa. Milagro. Ger. Ein wunderding, ein vnatürlich, vnd vngewonlich ding.] Cic. 2. de Nat. deor. Monſtra, prædictione s, & præſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea quæ futura ſunt, portendi, prædici? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Virg. 1. Aen. Horrendum, & dicto uideo mirabile monſtrum. Idem 2. Aen. Et monſtrum infœlix ſacrata ſiſtimus arce. ¶ Monſtrum pro prodigio. Vir. 2. Aen. Nec dubius ea ſigna dedit Tritonia monſtris. Cic. 5. Ver. Non mihi iam furtum, ſed monſtrum ac prodigium uidebatur. Virgi. etiam Polyphemum unoculum, monſtrum horrendum ingẽs appellauit. Et ſic quicquid eſt naturæ deforme, hoc eſt præter naturam aut deficit, aut excedit, monſtrum, & res monſtroſa eſt. Terent. in Eun. Quid iſtuc nam monſtri fuit? Donat. Monſtrum, eſt omne contra naturam, ſi ſit ut eunuchus eſt, & uitiauit uirginem, contra rerum naturam factum eſt. ¶ Quandoq; Monſtrum. *φάσμα* ponitur pro monſtratione, ut apud Virg. 5. Aen. Monſtra deum refero. ¶ Monſtrum alij dicimus, ubi quid occulti nitil; latere ſignificamus. Haud ſcio an inde ducitur metaphora, quòd monſtra ob pudorem clancolùm aluntur, & occultantur. Terent. in And. Quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor, Aliquid monſtri alunt. Vide latius in Adag. is Eraſmi.

Mŏnſtrōſus, a, um. Quod monſtrum refert. *τερατώδης.* [Ital. Moſtruoſo. Gal. Monſtreux. Hiſp. Milagroſo. Germ. Ein vnatürliche vnnd wunder ſeltzame geſtalt hatt.] Lucan. lib. 1. Monſtroſiq; hominum partus. Cic. 2. de Diui. Quid minus mirum, quàm illam monſtroſiſſimam beſtiã uiuam euertiſſe, ſortes diſſipauiſſe?

Monſtroſè, aduerbium, Præter naturam. *τερατώδως.* [Itali. Monſtroſamente, contra natura: Galli. Monſtreuſement, contre nature. Hiſpa. Milagroſamente, contra natura. Ger. Vnförmlich, Scheürzlichen, vnatürlichen.] Cic. 2. de Diui. Nihil tam præpoſterè, tam inconditè, tam monſtroſè cogitari poteſt, &c.

Monſtrĭfĕr, ra, rum, adiectiuum, Monſtrũ referẽs. *τερατώδης.* [Ital. Moſtruoſo. Gal. Monſtrueux Hiſ. Milagroſo. Ger. Ein wunderſame geſtalt hatt.] Plin. li. 6. cap. 10. Animalium hominumq; effigies monſtrifera circa extremitates eius gigni minimè mirum. Lucil. lib. 6. ...mondumq; coercent Monſtriferos agit unda ſinus.

Monſtrĭfĭcus, a, um. Qui monſtra dicendo, uel faciendo præfert. *τερατώδης.* [Ital. Moſtruoſo. Gal. Monſtrueux. Hiſp. Milagroſo. Ger. Das wunder ſeltzam ding macht.] Plin. lib. 6. cap. 5. Inuenta in his & ratio inferendi, monſtrificis hominum ingenijs. Idem lib. 6. cap. 17. Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuio magis monſtrificum.

Monſtrĭfĭcè, aduerb. *τερατώδως.* [Ital. Moſtruoſamente. Gal. Monſtreuſemente. Hiſ. Milagroſamente. Ger. wunderſeltzamlich, ſcheuzlichen.] Plin. li. 28. ca. 11. Equarum uirus è coitu in lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit, equinos capitum uiſus repræſentare monſtrificè.

Montanus, Montigena, Montiuagus, Montoſus, Vide Mons.

Mŏnŭmĕntum, ti, n. ſ. Vel etiam monimentum per i. *μνημεῖον. μνῆμα.* [Ital. Memoria, monumento. Galli. Memoire, monument, ſouuenãce. Hiſ. Memoria, à recordacion, amoneſtamiento. Ger. Ein gedächtnuſs zeichẽ, etwas das vns eines vergãgnẽ dings erinneret, ein gedächtnuſs.] Dicitur quicquid nos monet, ſiue monere poteſt rei alicuius præteritæ, ut tituli, ſepulchra, ſtatuæ, fana, porticus, carmina hiſtoriæ, documenta, doctrina, libri, cæteraq; eiuſmodi. Vnde Cic. ad Cæſarem, Sed ego quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor, ad memoriam magis ſpectare debere poſteritatis, quàm ad præſentis temporis gratiam. Ouidius Met. Ac poto, funerib. dotabere regia uirgo, Conderuntq; tuum monumentis corpus uuitis. Cic. 1. Toſc. Quid teſtamentorum diligentia? quid ipſa ſepulchrorum monumenta? quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? Florentinus Iureconſultus l. monumentorum ff. de Relig. & ſumpt. funerum. Monumentum generaliter eſt res memoriæ cauſa in poſterum prodita, in quam ſi corpus, uel reliquiæ inferantur, fiet ſepulchrum: ſi uerò nihil eorũ inferatur, erit monumentum memoriæ cauſa factũ. quod Græci *κενοτάφιον* appellant. Varro lib. 5. de lingua Latina, Monumenta à monendo, quæ ſunt in ſepulchris. Et ideo ſecundum uiam, quò prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. Abeo cæteris quoq; ſcripta ac facta memoriæ cauſa Monumenta dicta. Hactenus Varro. Rerum geſtarum monumenta, ſunt hiſtoriæ, uel annales, quæ eorum fortium memoriam ab interitu uindicant, quæq; poſteros admonent, ut illorum exemplo, pericula omnia pro patria intrepidè ſubeant. Cice. primo de Orat. Rerum geſtarum monumenta. & uetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent. Idem 2 de Fini. Vt enim nos ex Annalium monumentis teſtes excitamus eos, quorum omnis uita conſumpta eſt in laboribus gloriоſis. ¶ Monumentum etiam dicitur pignus aut res reliqua, memoriæ cauſa apud aliquem relicta. Græci *μνημόσυνον* uocant. Virgil 5. Aeneid. -quem candida Dido Eſſe ſui dederat monumentum & pignus amoris.

Mŏra, æ, f. p, Expectatio, temporis dilatio. *διατριβή, ὑπέρθεσις*

μορία

μετρία ἀναβολή. [Ita Indugio, dimora. Gal. Demeure, retardement, delay. Hiſp. La tardanca ò detenimiento. Ger. Ein verzug oder verhinderung.] Plautus, Cui mora ſemper obfuit, diligentia profuit. Cice. 6. Philip. Itaq; bellum nefarium illatum Reipublicæ quum uiderem, nullam moram interponendam inſequendi Antonium putaui. Terent. And. Nec mora ulla eſt quin eam uxorem ducam. Virgil. 3. Aeneid. Hic tibi nequa morę fuerint diſpendia tanti. Idem 3. Aeglog. In me mora non erit ulla. Terent. And. Sed ſequere me intrò, ne in mora illi ſis.

Morula, æ. Diminutiuũ à mora. *Διατριβή*. Auguſt. libro 11. Conf. Quæro quoniam dies dicitur non tantùm morula Solis ſuper terram, ſecundum quod aliud eſt dies, aliud nox.

Mŏramentum, ti, n. c. Idem quod mora. *μέλλησις*. [Itali. Dimora Gal. Demeure, retardement, delay. Hiſp. Tardanca. Ger. Ein verhinderũg.] Apuleius in Floridis. Hiſce igitur moramentis omnibus, qui nolunt equitare, ad uectorem ſibimet equum deligunt.

Mŏrator, uerbale, m. c. Idem quod retardator. *μελλητὴς, ἐμποδιστής*. [Ital. Dimoratore, tardatore. Gal. Retardeur, d'ilayeur. Hiſpani. Tardador. Germani. Ein verhinderer.] Liui. 2. ab Vrbe, Quatuorq; Tribunorum aduerſus unum moratorem publici commodi auxilio delectum COSS habent.

Moratorius, a, um, adiectiuum. *ὑπερθετικός*. [Itali. Coſa da tardare. Gal. Choſe pour retarder. Hiſpa. Coſa para tardar à otra. Germ. Das deis verzugs iſt.] Paulus Iureconſul. Quòminus prædium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio nõ admittitur. Hoc eſt cautio quæ datur ut quis differat & expectet.

Mora rusticana, *κυνόσβατος*, A Romanis uocatum fuiſſe rubi fruſtum, autor eſt Dioſcorides lib. 4. cap. 37.

Moralis, Moratus, Vide Mos.

Mŏrbŭs, bi, m. c. Eſt habitus cuiuſcunq; corporis contra naturam, qui uſum eius faciat deteriorem: & aliàs & in toto corpore, aliàs in parte accidere ſolet. *νόσος, νόσημα*. [Ita. Morbo, male. Galli. Maladie. Hiſp. Dolencia, enfermedad, mal. Ger. Ein kranckheit, ſucht.] Totius corporis morbus eſt, ueluti phthiſis & febris: partis autem uelut cæcitas, aut pedis debilitas. Apud Iureconſultos ſcriptum eſt, Morbũ & Vitium diſtare: quòd Morbus temporalis ſit imbecillitas, & ſanari queat: Vitium perpetuum impedimentum. Cic. lib. 4. Tuſc. Morbum eſſe totiùs corporis corruptionẽ. ueluti febris eſt: Vitium, quum partes corporis inter ſe diſſident. Ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. Cic. Attl. lib. 11. Tullię meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. Idem 1. in Cat. Vt homines ęgri morbo graui, quum æſtu, febrib; iactantur. Idem 1. Offic. Quapropter in adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui leuiter ægrotantes, leniter curant: grauioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Virg. 1. Georg. omnia q; in ſe Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Galenus in tractatu de differentiis morborum. Morbus (inquit) eſt affectus contra naturam, primò uitians actionem. Quare quum actio uitiata non fuerit, morbi nomen non meretur. Euenit autem tripliciter, ut actio impediatur. Aut enim id contingit ex primarum qualitatum intemperie, aut ex partium immoderatione, aut ex ſolutione unitatis. ¶ Morbi in animo dicũtur uitia inueterata & dura: ut eſt auaritia, ambitio. Cic. 4. Tuſcul. Quomodo autem in corpore eſt morbus, ægrotatio, & uitium: & ſic in animo Salluſt. in Cic. Grauiter, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, ſi te ſcirem iudicio magis, quam morbo animi, petulantia iſta uti. Et dicimus, Affici graui morbo, Laborare morbo, Conualeſcere ex morbo, &c.

Mŏrbĭdŭs, a, um, Quod eſt morbo infectum. *νοσερὸς, ἐπίνοσος, νοσηματώδης*. [Ital. Morbato, infettato. Gal. Malade, maladif, malſain. Hiſpa. Doliente, ò enfermo. Ger. Siech. kranck.] Plin. li. 8 ca. 16. Atque ita profluuio ſanguinis morbidum aliàs corpus exonerat. Luc. lib. 6. languens, quem contulit agricolarum Copia conueniens ex omni morbi de parte. Varro 1. de Re ruſt. ca. 14. Aut quum ſunt apes morbidæ propter primores uernos paſtus. Morbida uis, quæ morbum affert. Lucret. lib. 6. unde repentè Mortiferam poſſit cladem conflare coorta Morbida uis hominum generi, pecudumq; catervis, Expediam. Idem, Fit morbidus aer.

Morbificus, a, um, Quod morbum infert *νοσοποιός*. [Itali. Che apporta morbo. Gall. Qui porte maladie. Hiſpa. Coſa que haze ò trahe dolencia. Germ. Das kranckheit bringt, vngeſund.

Mŏrbōſus, a, um, Idem quod morbidus, obnoxius uidelicet morbo, qui & Valetudinarius dicitur. *νοσηρός*. [Ital. Malſano. Gal. Malſain. Hiſp. Doliente ò enfiermo, ò de mucha dolencia. Ger. Kranck, der vil kranckheit hat.] Cato de Re ru. c. 2. Ferramenta uetera, ſeruum ſenem, ſeruum morboſum & ſiquid aliud ſuperfit, uendat.

Mŏrdĕo, des, momordi, & olim morſi, morſum, 2. c. *δάκνω*. [Ita. Mordere. Gal. Mordre. Hiſp. Morder, mordiſcar. Ger. Beiſſen.] Lucan. libro 1. Exhibuit primus chalybem frænoſq; momordit. Plaut. in Trin. Ni fugiſſem (inquit) medium, credo, præmorſiſſet. Eſt autem Mordere, dentibus lędere. Ouid. 13. Metam. manuq; Pabula decerpſi, decerptaq; dente momordi. Cic. pro Roſc. Amer. Latrant & mordent canes. ¶ Per translationem uerò ſignificat detrahere. Terent. in Eunuch. Inuidere omnes mihi, Mordere clanculum ego flocci pendere. ¶ Item pungere, ſine dolore afficere. Cic. Attic. lib. 13. Valde me momorderunt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra. ¶ Compoſita ſunt Admordeo, ualde mordeo *ἐπιδάκνω*. Virgi. lib. 2. Georgic. duriq; uenenum Dentis, & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix Commordeo, (ut equi contumaces & præferoces) mordeo ſimul, *ἁρπάζω*. Demordeo, *κατατάκνω*, morſus decerpo, Immordeo, morſum infigo. Obmordeo, circum mordeo, Præmordeo, ante mordeo. Remordeo, crucio, ſolicito. Virgilius 1. Aeneidos, Quando hæc te cura remordet. Propriè tamen remordeo, eſt illum à quo quis eſt morſus, mordere, *ἀντιδάκνω*. Lactan. lib. 6. Sed quia ipſe caninam facundiam (ſicut Sallu. ab Appio dictum refert) exercuit, uoluit hominem canino modo uiuere, ut remordeat laceſſitus.

Morſus, a, um, partici. *δαχθείς* [Ital. Morſo, morſicato. Galli. Qui eſt mors. Hiſp. Mordido. Ger. Gebiſſen.] Plin. lib. 26. cap. 3. Datur morſis à cane rabioſo ne rabidi fiant.

Mŏrſus, us, nomen, m. g. Propriè dicitur actus mordendi. *δάγμα*. [Ita Morſo, morditura. Gal. Morſure. Hiſp. Borrado ò mordedura. Ger. Ein biſs.] Cice. de Diuin. li. 2. Quid Ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit. &c. Idem de Fato, Philoctetes ulceratus ſerpentis morſu. Catul. lib. 1. Epig. Acq; acres ſolet incitare morſus. ¶ Accipitur etiam Morſus pro dolore & ægritudine. Cic. 3. Tuſc. Itaq; & dolor corporis, cuius eſt morſus acerrimus, perferetur, ſpe propoſita boni. ¶ Nonnunquam etiam pro detractione. Horat. li. 1. Epiſtolarum,

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro, morſuq; uenenat.

Morſiuncula, æ, diminuti. Paruus morſus. *δαγμάτιον* [Ital. Pieciole morditura. Gal. Petite morſure. Hiſp. Pequena mordedura. Ger. Ein biſslin.] Plaut. in Milit. Gõpreſſiones arctæ amantium compares,

Teneris labellis molles morſiunculæ.

Mŏrdax, cis, om. c. Qui mordẽdo lædit, uel qui aliis detrahit. *δακτικός*. [Itali. Mordace, morditore. Galli. Mordant, poignant. Hiſp. Coſa que muerde ò maldize. Ger. Beiſſig, Item, ein nachreder, hinderſtecher.] Plin. li. 16 ca 14. Mordacia ſunt quibuſdam folia, ut urticis. Plautus Truc. Nam tibi iam, amabo, ianua eſt mordax mea, quò introire Metuas, mea uoluptas? Mordax folium: hoc eſt pungens, & tactum. uel guſtum ferions.

Mordācĭtas, tis. c. *τὸ δακτικὸν, ἡ δακτικὴ δύναμις*. [Ital. Mordacità. Gal. Aſpreté mordante. Hiſp. Aquella obra de morder ò maldezir. Ger. Beiſſung oder ſtechũg etlicher kreuteren, das brennen.] Plin. li. 22. ca. 16. 16. Iis enim omnibus ſolijs ineſt aculeata mordacitas.

Mordĕo, bus, pro morſibus, *δάγμασι*. Plaut. in Aul. Aſini me mordicibus ſcindant.

Mordĭcus, pen. cor aduerbium. Significat mordendo. *δακτικῶς*. [Ital. Co denti. Gal. Auec les dens, en mordant. Hiſp. A bocados. Germani Mit beiſſen.] Plautus in Corc. Manum arripuit mordicus. Idem in Menech. Oportebat iam naſum ademptum mordicus. ¶ Aliquando ſignificat ſtrictim, & quaſi morſu ac dente. Sueton. in Cæſ. Elata lxna. de libelli, quos tenebat, madefierent, paludamentum mori

dicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis. ¶ Mordicus tenere per translationem, pro ſumma pertinacia tueri. Cic. 4. de Finib. Quum id fugiunt, re eadem defendunt, quæ Peripatetici, uerba tenent mordicus.

Mordico, cas, pen. cor. Dolorem affero, perinde acſi morſu laderem. *δάκνω*.

Morſicatim, Significat mordendo. *ὀδακτῶς, δηκτικῶς*. [Itali. Mordendo. Gal. En mordant. Hiſp. Mordendo. Ger. Mit beiſſen.] Varro, Sicut pupilli incedunt, & in bellis morſicatim ludunt. Ex Nonio.

Mŏrĕtum, ti, pe. pro. n. ſ. *μορετόν*. [Ita. Tarta di farina, latte, uino, formaggio, & aliri ſorte à herbe. Gal. Certain gasteau, tarte ou torte au fait de farine, lait, uin fromage, & d'herbes Hiſ. El armodrote ò ſalſa ſemeiante. Ger. Ein fladē ūb chē ſo auſs milch, wein, kāſs vnd etlichē kreūterē gemacht wirt.] Genus libi ex lacte, uino, caſeo, & herbis cōfectū, quale deſcribitur à Virgilio in eo opuſculo cui titulus eſt Moretū Ouid. 4. Faſt. Non pudet herboſum, dixi, poſuiſſe moretum. In dominæ menſis? an ſua cauſa ſubeſt? Lacte, mero ueteres uſi narrantur, & herbis Sponte ſua ſiquas terra ferebat, ait, Candidus elixæ miſcetur caſeus herbæ, Cognoſcat priſcos ut dea priſca cibos. Dictum autem eſt Moretū (ut non obſcurè innuit Virgilius loco iam citato) à uerbo Græco *μορέω*, quod inter cætera ſignificat abrado. Virgilii uerba ſunt hæc, Tum demum digitis mortaria tota duobus Circuit, in ſq; globum diſtantia contrahit unum, Conſtet ut effecti ſpecies nomenq; moreti.

Morganitica, Lex apud Mediolanenſes, quæ alibi Salica dicitur. Extat tit. in Platicis Feuda. De filiis natis ex matrimonio ad Morganat. cōtract. Illuſtris interpres à Tautenberg, nactus quendam ueruſtiſſimum codicem, teſtatur in eo, pro uoce Morganitica, ſcriptū Morgingabicum: quod uocabulum uidetur ex idiomate noſtro confectum. Nā morgin, noſtrate lingua, mane, ſiue matutinū ſonat, & gab, donum ſignificat. Morgingabicum igitur quaſi donum matutinum interpretari licebit, qua donationem propter nuptias ſignificari ſolitam, idem nobiliſſimus interpres putat. Ger. Morgengab.

Mōrlōnes, *μωραίνοντες*, Stulti, principum delicię. Mart. li. 8. Morio dictus erat, uiginti millibus emi.

Morion, Lapidis pretioſi nomen. Plin. lib. 37. cap. 10. Morīō Indicus quæ nigerrimo colore trāslucet, uocatur Pramnīō: in qua miſcetur & carbunculi color, Alexandrinum: ubi Sardæ, Cyprium.

Mormyra, Piſcis eſt marinus, uariis coloribus pictus, cuius meminit Ouid. in Halieut. referente Plin. lib. 32. cap ult.

Morochthus, *μόροχθος*, Lapis eſt in Aegypto naſcens, quē nonnulli à lacteo colore Galaxian, & Leucographia appellant. Vtuntur eo Linteariorum officinæ ad candorem teſtium, propterea quòd mollis ſit, & facillimè diluatur. Autor Dioſc. lib. 5.

Morior, Vide Mors.

Mŏrŏr, raris, priore corr. d. p Expecto. *περιμένω*. [Ital. Aſpettare, indugiare. Galli. Retarder, detenir, amuſer, attandre. Hiſpa Eſperar lo que ha de uenir, tardar. Ger. Verziehen, warten.] Lentulus Senatui, inter Epiſtolas Ciceronis, Diutius morari, aut expectare prætidium, non neceſſe habui.

¶ Aliquando etiam accipitur pro Curo uel æſtimo. Plaut. in Aul. pallas, purpuram Nihil moror, quæ in ſeroitutem ſumptibus redigunt uiros. Idē, Nihil moror iſtas magnas dotes dapſiles, hoc eſt nihil curo, nihil facio, *οὐδὲν μοι μέλει*. ¶ Sæpiſſimè etiam Morari, eſt detinere, retardare, *ἐπέχειν, ἀνέχειν*. Quintilian. in Mathematico, Quid me adhuc pater retines? quid moraris abeuntem? Plaut. in Epid. Nihil ego te moror: id eſt detineo, uel expectare facio. ¶ Item Morari, manere. *χρονίζειν* Cæſar bell. Gal. lib. 2. Itaque pauliſper apud oppidum morati, agroſq; Rhemorum depopulati, &c. ¶ Item hærere, dubitare. Virgil. 2. Aeneid. Quidue moror, ſi omnes uno ordine habetis Achiuos. Et in his omnibus ſignificationibus habet primam correptā. ¶ Morari uerò prima producta, ſignificat Inſanire, deſipere. *μωραίνειν*. [Ital. Impazzire. Gal. Folaſtrer. Hiſpa. Hazer bouerias. Ger. Vnſinnig ſein.] quod oſtendit Suetonius, ſcribens ſolitum eſſe dicere Neronem, Deſiiſſe Claudium inter homines morari: nam Græci *μωρὸν*, ſtultum uocant & fatuum. Videbatur dicere, Claudium deſiiſſe manere & uiuere inter homines: quum intelligi uellet, eum deſiiſſe per mortē delirare & deſipere, qui uiuus deliraſſet. ¶ Morans, antis. particip. Virgi. 4. Georg. nunq; morantes Martius ille æris rauci canor increpat. Vbi Seruius, Morantes, id eſt tardè incedentes. ¶ Cōpoſita à Moror ſunt, Cōmoror. quod eſt maneo, & firmam habitationem habeo. Laſt. lib. 7. Colos poſteri, quum diutius in Aegypto commorarentur, in magnam frequentiam creuiſſent. Demoror. ¶ Immoror, moram traho, *ἐνδιατρίβω* Laſt. libr. 2. Sed uereor, ne ſi fuero in propoſitione rerum contrariarum diutius immoratus. Remoror, detineo, retardo. Habent autem hæc pen. corre.

Mōrōs, *μωρός*. [Ital. Stolto. Gal. fol. Hiſpa. Loco, bobo. Ger. Ein narr, tor.] Græca dictione appellatur, qui Latinè ſtultus. Plaut. in Trinu. Amor mores hominum moros, & morioſos efficit. ¶ A quo morari uerbum prima longa. Vide paulò antè in uerbo Moror.

Mōrŏlōgus, gi, *μωρολόγος*. [Itali. Che ragiona pazzie. Galli. Qui parle follement, & ſottement. Hiſp. El que habla bouerias. Germa. Der vil torechtigs geſchwetz oder narren tādung treibt.] pen. corr. qui ſtulta & inepta loquacitate utitur. ¶ Vnde ſermones huiuſmodi Morologiæ, *μωρολογίαι*. dicuntur qui & periphraſticōs. Morologi ſermones appellantur à Plauto in Pſeudolo, Nec Moleſtum eſſe, nec ſermonibus morologis. *μωρὸς* enim ſtultus, *λόγος* ſermo. Plau. in Per. Morologus fio. hoc eſt ſermone ſtulto utor incipio.

Moroſus, Vide Mos.

Morotis, & Moroſis *μωρότης*, Memoriæ uitium, & inſania, quotieſcunq; ex ſomnifico grauamine reſipiſcētia non datur ad mentem. Hæc enim non modò memoriam, ſed uſum quoq; rationis intercipit.

Morphnos, *μορφνὸς*, Aquilæ genus, circa paludes & lacus uitam præcipuè agens: ab Homero Percnos, ab aliis etiam Plancus & Anataria appellatur. Vide Plin. lib. 10. cap. 3. ubi ſex aquilarum genera enumerat, Melænaeton, Pyrgagen, Morphnō. Percnopterum, Gneſion, & Halyaeton, &c.

Mŏrs, tis, f. t. teſte Plutarcho, Nihil aliud eſt quā *σώματος καὶ ψυχῆς διάλυσις*, hoc eſt animæ & corporis diſſolutio. *τὸ χρεὼν, καταφορὰ, κατάλυσις, θάνατος*. [Ital. La morte. Gal. La mort. Hiſpa. La muerte. Ger. Der Tod.] Cicer. Tuſcul. Sunt enim qui diſceſſum animi à corpore putent eſſe mortem. Ibidem, A malis igitur mors abducit, non a bonis. Mors (inquit Seneca) eſt naturæ lex, tributum, officiumq; mortalium, malorumq; omnium remedium. Hæc à ueteribus dea credita eſt, Noctis, & Erebi filia, quæ in mortales omnes uitæ necisq; haberet poteſtatē. Statius, In ſepulcris mors ſæua ſedet. Cic. 1. Tuſc. Mors non eſt interitus, omnia tollens, atque delens: ſed quædam quaſi migratio, commutatioq; uitæ: quæ in claris uiris & fœminis duci in cælum ſolet eſſe. Horat. 1. Epiſtol. 17. Mors ultima linea rerum eſt. Virgili. 1. Aeneid. - crudelis ubique Luctus, ubique pauor, & plurima mortis imago. Ouid. 14. Metam. At uerō fuga nos ab acerba morte reduxit. ¶ Accipitur quandoq; Mors pro aliarum rerum interitu, etiam inanimatarum. Plin. lib. 14. capite 22. Hinc rerum omnium obliuio, morſq; memoriæ. ¶ Legitur etiam nonnunquam in numero plurali Mortes. Cice. 2 de Finibus, Præclaræ mortes ſunt immortalitatis. Plin. lib. 11. cap. 37. Qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortesq; miſeras. Quintil. Declama. Contra uerbera, & experimēta telorum, mortium perdere patientiam.

Mŏrĭor, eris. & iris, d. t. & q. nunc tertij, olim etiam quartæ conditionis, *μεταλλάττω, καταλύω, ἀποθνήσκω*. [Ita Morire. Gallī. Mourir. Hiſpa. Morir. Germ. Sterben.] Ouid. li. 4. Metam. At ſtrepitum mortemq; timens, cupidusq; mori. Plaut. Rud. acta hæc res eſt, certum eſt moriri, quàm hoc pati Lenonem in me graſſari. Significat autem è uita decedere. ¶ Præteritum eius eſt Mortuus ſum. Auguſt. lib. 4. Ciuit. Non importunè, neq; incongruè arbitror dicere, etſi non humana induſtria, iudicio fortaſſe diuino, ut hoc uerbum quod eſt Moritur, in Latina lingua nec Grammatici declinare potuerint ea regula qua cætera talia declinantur. Namque ab eo quod eſt Oritur, fit uerbum præteriti temporis Ortus eſt: & ſiqua ſimilia ſunt quæ per præteriti temporis participia declinantur: ab eo uerò quod eſt Moritur, ſi quæramus præteriti temporis uerbum, reſponderi ſolet, Mortuus eſt, u, litera nominata. Sic enim dicitur Mortuus, quo modo Fatuus, Arduus, Conſpicuus, & ſiqua ſimilia.

ſimilia, quæ non ſunt præteriti temporis, ſed quoniam nomina ſunt, ſine tempore declinãtur. Illud uerò, quaſi deficiente quod declinari nõ poteſt, pro participio præteriti tẽporis ponitur nomen. Conuenienter ergo factum eſt, ut quemadmodum id quod ſignificat, non poteſt agendo, ita ipſum uerbum non poſſet loquendo declinari. Horat. tertio Carm. Ode 2. Dulce, & decorum eſt pro patria mori: Mors & fugacem perſequitur uirum, Nec parcit imbellis iuuentæ Poplitibus, timidoq; tergo. Virgilius quarto Aeneid. Quin morere ut merita es, ferroq; auerte dolorem. Idem 3. Aeneid. O fœlix una ante alias Priameia uirgo, Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori. ¶ Moriar, iurandi uerbum, quemadmodum Diſpeream. Cic. ad Atti. lib. 8. Moriar, ſi magis gauderem ſi id mihi accidiſſet. ¶ Compoſita huius uerbi ſunt, Commorior, Demorior, Emorior, Immorior, Intermorior, & Præmorior: de quibus ſuis locis.

Mŏrĭbŭndus, Moriens. *ἀποθνήσκων.* [Ital. Morendo, chi ua morendo. Gal. Qui ſe ua mourant, qui ſe meurs. Hiſp. Moriendo, ò del to muerto. Germani. Sterbend.] Liu. 6. bel. Puni. Atque ita gladio, quem ueſte texerat, per aduerſum pectus tranſfixus, ante pedes Imperatoris moribundus procubuit.

Mŏrtālis, le, om. r. Qui morti ſubiectus eſt, *θνητός.* [Ital. Mortale Gal. Mortel. Hiſp. Mortal ò que puede morir. Germa. Tödtlich, Sterblich.] cuius contrarium eſt Immortalis. *ἀθάνατος.* Qu. lib 3 cap 12. In clariſſimum ſolem mortale lumen inferre. Ci. 3. de Nat. deorum, Mortale igitur omne animal, & diſſolubile, & uiuidum ſit neceſſe eſt. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. - terreſtria quando Mortales animas uiuunt ſortita.

Mortalior, comparatiuus. Pli. li. 34. cap. 14. Eidemq; prouidẽtia nihil in rebus mortalius faciente, quàm quod infeſtiſſimum mortalitati.

Mŏrtālis, ſubſtantiuum, pro homine. *ὁ βροτός, ὁ θνητὸς ἄνθρωπος.* [Ital. Huomo mortale. Gal. Homme mortel. Hiſ. Hombre mortal. Ger. Ein menſch ſo ſterblich vnnd hinfellig iſt.] Pli. li. 11. ca. 17. Tanta mortalibus ſuarum rerum facietas eſt, alienarumq; auiditas Cic. 7. Ver. Nam iſtũ pauris horis primæ actionis omnium mortalium ſententijs condemnaui. Ouid. 2. Met. Inde deos hominesq; uoco, nec contigit illum Vox mea mortalem.

Mŏrtālĭtas, atis, ſ. r. Cuius contrarium eſt Immortalitas, *τὸ θνητόν.* [Ital Mortalità. Gal. Mortalité, ce qui eſt ſubiect à mort. Hiſp. Mortalidad ò condicion de morir. Ger. Tödtlicheit, ſterblicheit.] Cic. 1. de Natu. deor. Aut non omne quod ortum ſit, mortalitas conſequatur. ¶ Mortalitas, etiam pro hominibus mortalibus. Plin. lib. 2. capite 70. Mortalitas ipſa inuenit ſibi medium quiddam. Idem libro 7 cap. 40. Vana mortalitas, & ad circunferibendũ ſeipſam ingeniosa.

Mŏrtĭfer, ſiue Mortiferus, a, um, pen. corr. Quod mortem affert. *θανατηφόρος.* [Ital. Mortifero. Gal. Mortel, qui fait mourir. Hiſp. Coſa matadera ò que trahe muerte. Ger. Das den tod bringt. Tödtlich.] Col. li. 7. Eſt etiam mortiferus ſerpentis ictus. Pli. li. 10. ca. 70. Pullis anſerum ortica mortifera contacta Cic. 1. Tuſc. Et quum penè in manu iã mortiferum illud teneret poculum, locutus ita eſt, ut non ad mortem trudi, uerùm in cælum uideretur aſcendere. Vir. 6. Aen. - mortiferumq; aduerſo in limine bellum. Celſus li. 7. ca. 18. Nam muſculus percuſſus mortiferus eſt, præciſus ſanitatem recipit.

Mŏrtŭāle, Quod ad mortuos pertinet *νεκρικόν.* [Itali. appertiene à morti. Gal. Mortuaire. Hiſp. Coſa perteneciente à mortuorio. Ger. Das zů den todten gehört.] Plaut. in Aſin. Hæc ſunt non nuge, non enim mortualia. ¶ Vnde Emortualis dies, in quo quis eſt mortuus: ſicut Natalis, in quo quis natus eſt. Idem, Certum eſt enim hunc emortualem facere ex natali die.

Mŏrtĭcīnus, a, um, pen. prod. Quod eſt exangue, corruptum, & ſponte ſua mortuum. *θνησιμαῖος.* [Ita. Morto da per ſè. Gall i. Qui eſt mort de ſoymeſme, & qui n'a point eſté tuè. Hiſp a. Muerto de ſu uoluntad. Ger. Das von im ſelbs erſtorben iſt, toterſchelm.] Vnde Morticinam carnem dicimus animalium, quæ non ſunt mactata, ſed per ſe mortua. Pli. Sola hæc auis in eo genere morticinam carnem non attingit. Var. 2. de Reruſt. ca. 9. Morticinæ oues nõ patiuntur uelci carne.

Morticini, Claui dicuntur pedum, quòd uelut morticina caro ſit, quam Græci *θνησιμαῖον* uocant. *ἧλοι.* Pli. li. 22. cap. 21. Clauis pedum, qui uulgò morticini appellantur, &c.

Morſicarim, Morſiuncula, Morſus, Vide Mordeo.

Mortārium, n. ſ. in quo res, quæ reſoluendæ ſunt, piſtillo teruntur. *θύϊα, ὄλμος, ἴγδις.* [Ital. Mortaio. Gal. Mortier. Hiſ. Hiſpa El mortero para maiar. Germa. Ein mörſel.] Plaut. in Aul. Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, Quæ utẽ da uaſa ſemper uicini rogant. Lapis mortariorum, *θύϊτης*, ex quo mortaria confici ſolent. Plin. li. 36. ca. 22 Autoribus curæ fuere lapides mortariorum quoq;, nec medicinalium tantùm, aut ad pigmenta pertinentium. ¶ Huius diminutiuum, eſt Mortariolum, *θυείδιον*, Hieronymus in Numeris, Ponent cum eo thuribula, mortariola, cyathos & cratores ad uina fundenda. ¶ Eſt & mortarium locus, & ſuſceptaculum, in quo calx, ſiue intrita ſubigitur, ſeruarúue, quæ loca etiam hodie uulgò Mortaria appellantur Budæus, Mortarium locus eſt ubi arenarum rutro ſubigitur. Vitru. li. 7. cap 3. Græcorum uerò rectores non his rationibus ſolùm utendo faciunt opera firma, ſed etiam mortario collocato, calce & arena ibi confuſa, decuria hominum indu ta, ligneis uectibus pinſant materiam, & ita ad certamen ſubacta tunc utantur.

Morticinus, Mortifer, Mortualis, Vide Mors.

Morus, ri, f. ſ. Arbor *μορέα, συκάμινος.* [Itali. Moro albero. Gal. Vn meurier. Hiſp. El moral arbol. Ger. Ein maulbeer baum.] Morum fructus *συκάμινον*, à mora, id eſt tarditate, ut quidam putant: nam poſtrema omnium arborũ morus fl reſcit: propter quod prudentiſſima arbor dicitur, quia lædi ſe à frigore non ſinit: neq;, niſi omni frigore peracto, germen emittit: ſed quum cœpit, in tantum uniuerſa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, etiam cum ſtrepitu. Sunt tamen qui à Græco id nominis deriuent. *μωρὸν* enim nigrum dicitur. Pli. li. 16. ca. 44. In hoc arborem morí eximiæ erate noſtræ adamauit Paſſienus. ¶ Mora quoq; in ra - - - ſunt, ſed multum ab his differentia. Colu. lib. 3. de pru - - - Nonum ab Idibus Februarijs uſq; in æquinoctium uer - - - ceſſe ſeres.

Morus Pyramica, arbor ſub qua occubuerũt Pyramis & Thyſbe. Fabula eſt apud Ouid. lib 4. Met.

Mos, moris, m. r. Eſt uitæ inſtitutum conſuetudine firmatum. *ἔθος, ἦθος* [Ital. Coſtume, uſanza. Gal. Maniere, couſtume, facon de faire. Hiſp. Coſtumbre. German. Sitten, brauch, gewõheit.] Var. ait, Morem eſſe inſtitutum animi, quod ſequi debeat conſuetudo. Cic. pro Cluen. Non mos, conſuetudoq; ſeruata. Ci. de Clar. Ora. Mos eſt hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere. Virg. 1. Aen. Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram. Idem 4. Aene. Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degere more feræ. ¶ Interdum ſumitur pro conſuetudine approbata, quæ habetur pro lege, Cic. 1. Offi. Quæ more aguntur inſtitutiſq; ciuilibus. Idem contra Rullum, Eſt hoc in more poſitum inſtitutoq; maiorum. ¶ Mores plurali numero *τρόποι*, conſuetudo cuipiam familiaris, & in habitum recepta, à qua bene uel malè morari dicimur. Eſt enim uocabulum medium, quod tam in bonam, quàm in malã partem accipitur. Plautus in Trin. Nam hic nimium morbus mores inuaſit bonos. Ita plerunq; omnes iam ſunt intermortui: Sed dum illi ægrotant, interim mores mali, Quaſi herba irrigua, ſuccreuerunt uberrimè. ¶ Mores cæli. Pli. li. 14. ca. 1 Soccis tantùm gratia ex his pluribus modis ad cæli mores, ſolijs ingenia. Virgil. 1. Georgic. Varium cæli per diſcere morem. ¶ Transferre ad morem. Cic. in Orat. Græcorum prudentiam poſſe ad noſtrum morẽ, uſumq; transferri. ¶ Hinc fit Moratus, Moralis, Morigeratus, & quod hodie in uſu non eſt, Moſculus diminutiuum, quod apud Catonem legitur.

Mŏrātus, m. ſ. Nomen eſt, non participium, à nomine Mos, dicituriq; ut plurimum de eo qui bonis laudatisq; moribus eſt præditus. *ἠθικὸς, εὐτρεπής.* [Ita. Coſtumato. Gal. Moriginé, aprins & accouſtumé. Hiſpa. Bien acoſtumbrado. Ger. wol gebárdet, der gůtter ſitten vnnd gebárden iſt. itẽ, übelgebárdet.] Plaut. in Aul. Dum mihi morata uenîat dotata eſt ſatis. Cic. 2. Tuſc. Quotus enim quiſq; philoſophorum inuenitur qui ſit ita moratus, ita animo ac uita conſtitutus, ut ratio poſtulat? Idem de Clar. Quæ erant propria eius præſtantis in Rep. tum bene moratæ, & bene conſtitutæ ciuitatis. ¶ In malam partem uſus eſt Plaut. in

Trucul. Noui ego hominum mores. Ita nunc adoleſcentes morati ſunt. Item Terent. in Hecyra, Sed quid moliere is uxorem habes, aut quibus moratam moribus?

Mōrālis, Ad mores pertinens, *ἠθικός*. [Ital. Morale, che s'appartiene à coſtumi. Gal. Moral, apartenant aux meurs. Hiſp. Coſa perteneſciente à coſtumbres. Ger. Das zů ſitten vnnd der zucht gehört.] Cic. de Fato, Quia pertinet ad mores, quos *ἤθη* Græci uocant, nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus: ſed decet augeatē linguam Latinam nominare Moralem, explicandaq; uis eſt, ratioq; enuntiationum, quæ Græci *ἀξιώματα* uocant.

Mōrigĕror, ratus, d. p. Morem gero, obſequor, & quaſi ad alterius uoluntatem mores transformo *χαρίζομαι, ὑπηργέω*. [Ital. Compiacere. Gal. Faire au gre d'aurun, obeir. Hiſpa. Obdeſcer, cōplazer. Ger. Gehorſam ſein, willfārig ſein.] Cic. in Orat. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. Terent. Adel. Si adoleſcenti eſſes morigeratus. Plaut. Morigero, dixit in Amp. Volo deludi illum dum cum hac uſuraria Vxore nunc mihi morigero. ¶ Inde Morigeratio, *ὑπηκοή*, & Morigerē *ὑπηκόως*, aduerbium.

Mōrĭgĕrās, a, um, pen. corr. Obediens. *πειθήνιος* [Ita. Obediente. Galli. Obeiſſent, qui fait au gré d'aucun. Hiſpanicè, Coſa obediente á otra coſa Germanicè, Gehorſam, willfārig] Plaut. in Caſ. Vt tibi morigeros hodierno uoluptati fuit? Terent. in And. Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi, Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Mōrōſus, a, um, Curioſus, diligens, qui nimis exactè omnia fieri expoſcit. *ἀνήνιλος, ἀνήρεπος, ἀνακρίτος, ἀσυναλλακτος*. [Ital. Faſtidioſo, tropo diligente. Gal. Faſcheux & difficile à ſeruir, malaiſé à contenter. Hiſp. Intractable y deſamorado. German. Zůnilgeſůchtig, můeſālig, vngeſchlacht.] Moroſus (inquit Porphyrio) is eſt qui multorū morū inter ſe cōtrariorum eſt. Vnde Senectus moroſa. Eſt enim hoc ſenum præcipuum uitium, ut difficilibus & faſtidioſis ſint moribus Cic. li. 1. de Oratore, Vſqueadeò moroſi ſumus, ut nobis nō ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. Suet. de Cæſare, Circa corporis curam moroſior, ut non ſolùm raderetur diligenter, ſed etiam uelleretur. Idem de Sen. eſt. At ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, & difficiles ſenes: ſiquærimus, etiam auari: ſed hæc morum uitia ſunt, non ſenectutis.

Morosè. Aduerbium, *ἀνακρίτως, ἀνηνόλως*. [Ital. Con difficultà & faſtidio. Gal. Chagrinement. facheuſement, difficilement. Hiſp. Intractable y deſamoradamente. Ger. Zůnilgeſůch, vngeſchlachtlich.] Plin. li. 18. ca. 19. Terram non morosè eligit, penè ubi nihil aliud ſeri poſſit. Cic. de Clar. Orat. M. Piſo iracundius reſpuebat ineptias hominum, ſiue morosè, ut putabatur, ſiue ingenuo, liberoq; faſtidio.

Mōrōſitas, atis, f. e. Dicitur illa morum difficultas, quum nulla penè res, quantumuis exacta, animo alicuius ſatisfacit. *τὸ ἀνακρίτον* [Ital. Difficulità di ſeruire ad alcuno. Gall. Quand aucun eſt difficile à ſeruir ou cōtēter. Hiſ. Aquella intractabilidad y deſamor. Ger. Eigenſinnigkeit, vngeſchlachte der ſitten da einem nůt gůt gnůg iſt.] Cic. de Senect. At moroſitas tamen, & ea quæ dixi uitia, habent aliquid accuſationis.

Mōrōſus, *μώρωσις, ὁ μωρόσις*. Vitium principalis animæ facultatis, non modò memoriam, uerumetiam uſum rationis imminuens.

Moſchata, Moſchomyra, Moſchelea, unguentorum nomina & compoſita apud Paulum Aetium.

Mōſchātēla, Peri moſcatelli, Pyra quædam dicuntur, teſte Sipontino, quæ odorem moſchi referunt. ¶ Eſt autem Moſchus animalculum ſimilitudine muris, binos in ſuperiore mandibula dentes habens, & totidem in inferiori, eosq; ad interiora recuruos, in cuius corpore iuxta umbilicum apoſtema ſanguinolentum naſcitur, quod unà cum pelle exciſum ſiccatumq; præſtantiſsimum ſpirat odorem, & inter primas hominum delicias habetur, cibisq; & medicinis, & unguentis paſſim adhibetur. Hunc etiam dolorem ab animalis nomine Moſchum uocant Arabes: ueteribus enim creditur fuiſſe incognitus. Hinc itaq; pyri quoddam genus Moſchatulum dicitur, quòd ad hunc odorem proximè accedat. ¶ Alio nomine Superba pyra dicta ſunt, quòd celeritate quadam matureſcendi principatum inter pyra uideantur uelle obtinere.

Moſcheuton, *μοσχεύτον*, Roſæ genus, è caule malnacco, ſuſum, foliis habens oleaceis. Vide Plin. lib. 21. cap. 4.

Mōtācilla, f. p. Auis ſemper mouens caudam, unde Cauda tremula dicitur. *σφενδόνη*. [Ital. Squaſſacorda. Galli. Boniſeau qui remue touſiours la queue. Hiſ. La pezpital, ó aguzanene, aue nota. Ger. Ein waſſerſtelz] Autor Vocab. de ling. Lat.

Mōtābilis, Motus, Vide Mouco.

Mŏuĕo, ēs, moui, motum, a. ſ. Notæ ſignificationis. *κινῶ*. [Ital. Mouere. Gal. Mouuoir, remuer. Hiſp. Mouer. Ger. Bewegen.] Cæſar 3. bell. Gall. Poſtero die caſtra ex eo loco mouent. ¶ Per translationem ponitur pro excludere, ſine poſſeſsione, aut iure ſuo aliquem deiicere. *ἐξελαύνω, ἐξαγω*. Cic. lib. 3 Offic. Quid ego nōnne nocet, qui quodam quaſi ueneno perficiat, ut ueros hæredes moueat, in eorum locum ſuccedat? Mouere animum, eſt inducere, allicere. Virgil. lib. 3. Georg. Non umbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt Prata mouere animum. Seruius, Mouere animum, in ſui deſyderium illicere. ¶ Mouere, prodiſcedere. Cic. ad Attic. lib. 6. Hæc autem ſcribebam pridie Non. XIII. die poſtquam ille Canuſio mouerat. ¶ Mouere loco. Cic. ad Quintum fratrem. li. 2. Exarſit dolor, urgere illi, ut loco nos moueremus. ¶ Mouere ex opinione. Cic. 3. de Natu. deor. Nec me ex ea opinione, quā à maioribus accepi de cultu deorum immortalium, ullius unquam oratio aut doctì, aut indoctì mouebit. ¶ Mouere Senatu, uel de Senatu. Cic. pro Cluent. Vt alter de Senatu mouere uelit alter retineat. Liu. 9. bel. Macedo. Sep. eum mouerunt Senatu. ¶ Sic moueri ſtatu. Liu. li. 10. bel. Pun. ¶ Mouere aluum, uel uentrem, hoc eſt ciere aluum Cato de Re ru. ca. 118. Vinum ad aluum mouendam. Marc. li. 11. Prima tibi dabitur uentris ſtuca mouendo. ¶ Arma mouere Plin. Scribonius arma Illyrico contra Claudium mouerat. Virg. 11. Aen. Tum demum mouet arma leo. ¶ Bellum mouere. Liu. 8. ab Vrbe, Quia toties iam Sidicini aut ipſi mouerant bellum, aut mouentibus auxilium tolerant. ¶ Mouere ſe, ſum, pro excitare. Horat. 1. Epiſto. 3. Ne ſi fortè ſuas repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. ¶ Signa mouere. Vir. 3. Georg. Signa mouet, præceps; oblitum ferror in hoſtem. ¶ Mouere ſtomachum alicui, pro irritare. Cic. ad Attì. lib. 6. In quo tamen ille mihi riſum magis, quàm ſtomachum mouere ſolet. ¶ Mouere tragœdias, ſignificat uerbis rem atrocem, & indignā efficere, quale eſt opus tragicorum, de rebus atrocibus ſemper, mœſtisq; loquentium. Sicut econtrario Comœdias agere, pro ridiculè, ac dicaciter loqui. Qu. li. 8. cap. 3. Nam in paruis litibus mouere tragœdias tale eſt, qualeſi perſonam Herculis, & cothurnos aptare infantibus uelis. ¶ Monet me. Papin. de Condic. furt. l. Parui refert. Nec me mouet, præſens homo fuerit, nēcne. ¶ Mouentur res magnæ. hoc eſt cōmouentur, excitantur. Cic. ad Qu. Fratrē li. 2. Epiſto. Itaq; magnæ mihi res moueri uidebantur. ¶ Aliquando inuenitur Mouere poſitum pro paſſiuo Moueri. Gel. li. 4. ca. 6. Vt terram mouiſſe nuntiari ſolet, caſq; res procuratur: ita in ueteribus memoriis ſcriptum legimus, nuntiatum eſſe Senatui, in ſacrario, in regia haſtas Martias mouiſſe. hoc eſt, motas eſſe. Budæus. ¶ Compoſita huius uerbi ſunt, Amouco, Admouco, quæ ſunt contraria, Commouco, Dimouco, Emouco, Extramouco, *ἐξίστημι*. Idem li. 4. Hominumq; mentes emotas, *ἐξεστημένας. διαλελοιμένας*, & malis incurſibus furias, in ſenſus priſtinos reponebat. Promouco, uehementer, ultrà mouco, prolongo, procedo, *προάγω, παράγω*. Terent. in And. Ehò ut imprudens, nō ſatis habes, quod tibi dieculam addo. Quantum huic promouco nuptias? id eſt, prolongo. Permouco, ualde mouco, *ἐξάγω*. Salluſt. in Iugurth. Exiſtimans Adherbalem dolore permotum, iniurias ſuas iudicaturum manu. Demouco, deorſum mouco. Liu. lib. 6. ab Vrbe. Quantum Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti. ¶ Remouco, alieno, diſcedo, tollo, *ἀπάγω*, uide ſuo loco. Semouco, ſeorſum mouco. Summouco, tollo, aufero, *παραιτέω*. Col. lib. 1. Quam licear uel cauere ne talis proficiatur negotio, aut iam præpoſitus ut ſummoueatur, curare. Idē ii. 7. Fructus ſummotus à terra minus putreſcit, hoc eſt ſublatus, uelà terra remotus.

Mōtus, ta, tum, participium. *κινηθείς*. [Ita. Moſſo. Gal. Meu, eſmeu, remue. Hiſp. Mouido. Ger. Bewegt.] Virgi. 1. Aene. Sed motos præſtat componere fluctus. Liu. 4. bell. Mace.

Nullis

Nullis minis, nullis terriculis ſemotos, ſperantes ſatis opis & auxilij ſibi in Romanis eſſe.

Mŏtŭs, us, m.q. Ipſa motio. *κίνησις*. [Ital. Moto, monimento. Gal. Mouuement, remuement, eſmeute. Hiſpani La mouida. Ger. Bewegung.] ut Motus animi. Motus terræ. Cic. de Ami. Quibus rebus ad illum primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardeſcit benevolentiæ magnitudo. Ouid. Epiſt. 18. Sæpe per aſſiduos langueut mea brachia motus. Horat. 2. Carm. Ode 6. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. ¶ Motus, pro commotione, ſiue perturbatione. Cic. pro Flac. Videtis quo in motu temporum, quanta in conuerſione rerum ac perturbatione verſemur. Idem pro Domo ſua, Magnificentiſſimus ille tot totius Italiæ motus, mutus, municipiorumq; concurſus. ¶ Motus, pro cauſa. Plin. Epiſt. 4. lib. 5. Audiſti cum filij mei motus.

Motio, verbale. f. t. *κίνησις*. [Ita. Moto, monimẽto. Gal. Mouuement, remuement. Hiſp. Mouida. Ger. Bewegung.] Cic. 2. de Nat. deo. In corporum etiam motione, atq; geſtu multa cernunt ſubtilius.

Mŏtŏr, oris, uerbale. m. t. *κινητής*. [Ital. Motore. Gal. Remueur. Hiſp. Mouedor. Ger. Beweget.] Marr. lib. 11 Cunarum fueras motor Charidemæ mearum, Et pueri cuſtos, aſſiduuſq; comes.

Mŏto, tas, Frequentat. à Moueo. *κινέω*. [Italic. Mouereſpeſſo. Gal. Remuer ſouuent. Hiſp. Mouer muchas uezes. Ger. Offt oder heffrig bewegen.] Virg. 7. Aeg. Siue ſub incertas Zephyris motantibus umbras. Idem Aegl. 6. Tum uerò in numerum Faunoſq; , ferasq; uideres Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus. Plat. Amph. Neq; ſe luna quoquam motat, ſtarq; uti exorta eſt ſemel.

Motuantur, pro Motantur, dixit Plau. in True, Ne ut in æſtu motuantur iræ.

Mŏbĭlis, le, om. t. Qui facilè mouetur *εὐκίνητος*. [Itali. Mobile, uolubile. Gal. Meuble, mobile, inconſtans. Hiſp Coſa mudable ò mouible. Ger. Beweglich.] Plin. li. 11. cap. 17. Superciliis hominũ & pariter, & alterne mobilibus. Horat. 2. Sermo. Satyr. 3. In amore hæc ſunt mala, bellum Pax rurſum hæc ſiquis tempeſtatis propè ritu Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet, ac ſi Inſanire petat certa ratione modoq; . Mobili animo eſſe, hoc eſt leui. & inconſtanti. Quintus Mucel. ad Cic. lib. 5. Etiam mobili in me meoq; eſſe animo, nõ ſperabã. ¶ Quorum contraria ſunt, Immobilis, *ἀκίνητος*: & Immobilitas, *ἀκινησία*.

Mŏbĭlĭtas, ſ. t. *εὐκινησία*. [Itali. Mobilità. Galli. Habilité à ſe mouuoir, uiteſſe. Hiſp. La habilidad para ſe mouer. Germ. Beweglichkeit.] Virgil. 9. Aen. Fama malum, quo non aliud uelocius ullum, Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo. Cice. 2. de Natura deorum, Neceſſe eſt quòd animal in eo gignatur, idem quoq; ſenſu acerrimo, & mobilitate celerrima eſſe. ¶ Mobilitas etiam pro inconſtantia & leuitate accipitur. Cic. 7. Phil. Quid eſt enim inconſtantia, mobilitate, leuitate, cum ſingulis hominibus, tum uerò uniuerſo Senatu turpius?

Mobiliter, aduerbium. *εὐκινήτως*. [Ita Mobilmente Gal. Legerement, en ſe mouuant. Hiſ. Mouible y mudablemente. Ger. Beweglicher weiſs, mit bewegen.] Cic. 2. de Nat. deo. Animaduerſũq; ſæpè eſt, cor animantis alicuius euulſum, ita mobiliter palpitare, ut imitaretur igneam celeritatem.

Mobilito, as, are. a p *εὐκίνητον ποιῶ*. [Itall. Far mobile. Galli. Remouuoir. faire mobile. Hiſp. Hazer mouible. Ger. Beweglich machen.] Luc. li. 1. Inde calor motus, & uenti cæca poteſtas Accipit: inde aer, in omnia mobilitantor.

Mŏx, aduerbium, ſignificat Statim. *εὐθέως, αὐτίκα*. [Ital. Toſto, incontanente, preſto. Gal. Tout incontinent, tantoſt, apres. Hiſpa. Luego ò ſubito. Ger. Bald.] Terent. in And. Mox ego huc reuertar. ¶ Significat etiam Paulo pòſt, uel poſtea. Cice. lib. 1. de Orat. Verùm illa mox: nunc de ipſa excitatione quid ſentias, quærimus. ¶ Mox pro Deinde, Plinius libro 12 capite 12 In noſtro orbe prorumè laudatur Syriacum nardum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. ¶ Quàm mox. Teren. in Phormione, Dum expecto quàm mox ueniat.

M ante V.

MV. In notis antiquorum, Mutios. MV. F. Murij filius. M. VI. menſibus ſex. MVL. B, mulier bona, MVL. M. mulier mala. MVL. P. mulier peſſima. MVNR. munerabilis. MVN. municipium, uel municeps.

Mucŏr, coris, m. t. Lanugo, quæ diutino ſitu contrahitur, quemadmodum in pane, carne, aliiſq; huiuſmodi fieri uidemus. *ἀύχμος, ἰυφώς*. [Ital. Muffa. Gal. Moiſiſſure. Hiſp. El moho. Ger. Schimmel, iſt das grauw wollechtig ding.] Col. lib. 12. cap. 4. Ne ſi tu pecora mucorem contrahant.

Mucĭdŭs, a, um, pen. corr. Quod mucorem ex uetuſtate contraxit. *ἀύχμωδης, ἰυφώδης*. [Ital. Muffo. Gal. Moiſi. Hiſp. Mohiento ò mohoſo. Ger. Schimmlig, grauw von ſchimmel.] Iuuc. Sat. 14. neq; enim omnia ſuſtinet unquam Mucida cærulei panis conſumere fruſta. Mart. libr 8. Argenti furioſa ſui quem ſtemmata narrat Cattulus, & uerbis mucida uina facit.

Mŭcĕo, ces, mucui, Mucidus ſum: à quo **Mucĕſco**, n. t. mucidus fio, mucorem contraho. *σήπομαι*. [Itali. Muffarſi, eſſer muffo. Gal. Se moiſir, eſtre ou deuenir moiſi. Hiſp. Enmoheſcerſe. Ger. Schimmlig oder grauw werden.] Plin. lib. 18 Iterumq; exporrigi in ſole ſuper linteа: quod niſi feſtinatò peragatur, ſordido colore mucеſcere. Cato de Re ruſtica, Vini ſingulæ urnæ dabuntur quod neque aceat, neque muceat.

Mŭcro, cronis, m. t. Propriè cuſpis, & acumen enſis, ac telorum. *ἀκωκή, ἀκμή*. [Ita. Ponta di arma aguzza, ſpada. Gal. La pointe ou le bout agu de quelque choſe que ſe ſoit. Hiſ. La punta de qualquier coſa aguda, eſpada. Ger. Ein ſpitz beſonder an einem jetlichẽ gewcer.] Marr. li. 4. Tabuit in calido uulnere mucro tenor. Apul. Circulatorẽ aſpexi equeſtrem, ſpatham præacutam infeſto mucrone devoraſſe. Seneca ad Lucil. Gladium bonum dices, non cui deauratus eſt balteus, nec cui uagina gemmis diſtringitur, ſed cui ad ſecundam ſubtilis eſt acies, & mucro munimentorum omne rapturos. ¶ Figuratè ponitur pro enſe, ſicut Teſtam pro domo. Ouid. libro 1. Metamor. Iugulum mucrone reſoluit. ¶ Accipitur etiã Mucro, pro ſummo cuiuſuis rei acumine. Vnde apud Plinium, herbarum, dentium, unguium mucrones dicuntur: ut libro 9. cap. 15. Mitum, pardos, pantheras, leones, & ſimilia, condito in corporis uaginas unguium mucrone, ne refringantur, hebetenturq; ingredi. Mucronem Tribunitium exacuere, apud Cic. 5. de Leg. Quis (inquit) unquam tã audax, tam inimicus uobis fuiſſet, ut cogitaret unquam de ſtatu noſtro labefactando, niſi mucronem aliquem Tribunitium exacuiſſet in nos?

Mucrōnātus, a, um. Quod eſt acutum. & ad mucronis ſpeciem formatum. *ὀξύς*. [Ital. Aguzo. Gal. Pointu, agu. Hiſpa. Coſa de punta, agudo. Ger. Geſpitzet.] Plin. lib. 32. ca. 8. Trebius Niger autor eſt, xiphiam, id eſt gladium roſtro mucronato eſſe, à quo naues perfoſſæ mergantur in Oceano.

Mucula, Perſarum lingua appellatur gemma cordis colorem habens: unde & Telicardios appellatur. Plinius libro 37. cap. 10.

Mūcus, ci, m. ſ. Narium humiditas, & craſſior pituita. *μύξα, πέρυσα*. [Ital. Mocogno, mocco. Gal. Morue ou morueau de nez. Hiſpa. El moco, humor de las narizes Ger. Ein naſenbutz, ſchnuder kengel.] Catullus, Mucuſq; & mala pituita naſi.

Mūcōſus, a, um. Muco plenus. *μυξώδης, κορυσῶν πρόξυς μεγέθ*. [Ital. Muſſoſo, moccoſo Gal. Morueux. Hiſp. Mochoſo ò incoſo. Ger. Schnuderechtig, ſchleimechtig.] Colu. lib. 6. cap. 7. Sequitur torminum uitium, quorum ſignum eſt cruenta & mucoſa uentris prolauies.

Mūgil, mugilis, & Mugilis in nominatiuo, m. t. penul. corr. Genus piſcis capitoſi: unde etiam à Græcis *κέφαλος* appellatur. Hic omnium piſcium ſquamis inſectorum uelociſſimos eſt, teſte Aeliano lib. 12. cap 19. adeò ut reti implicitus, in ſublime ſeſe iaculetur, retiaq; quantum uis alta tranſiliens, ſpem piſcatoris eludat Plin. li. 9. ca. 17. Mugilum natura traditur, in metu capite abſcõdito, totos ſe occultari credentium.

Mūginor, aris, pen. corr. d. p. *γογγύζω*. [Ita. Mormorare Gal. Murmurer. Hiſ. Murmurar. Ger. Murmlen.] Idem qui mormoro, interprete Nonio. Lucilius, Muginamur, molimur, ſubducimur. Feſtus nugari interpretatur, & tardè conari. Cic. Attic lib. 17. De ocella dum tum muginaris, nec mihi quicquam reſcribis conſilium domeſticum.

Mūgio, mugis, mugiui uel mugi, itũ. n. q. *μυκάομαι*. [Ital. Muggire Gal. Mugler, hurler. Hiſpa. Bramar como buey,

boucar. Ger. Lúyen wie ein Rind.] Factitium uerbum à noce boum. Autor ad Heren. lib. 1. Vagire, mugire, murmurare, sibilare. ¶ Per translationem accipitur pro grauiter sonare. Lact. lib. 7. Cur emicent fulgura, cur tonitrus mugiant. ¶ Huius composita sunt, Admugio, Emugio, Immugio, Remugio. De quibus uide suis locis.

Mūgitus, pen. prod. m. q. *μυκηθμὸς, μύκημα*. [Itali. Muggito de buoi. Gal. Buglement, le cri d' un bœuf, vache ou taureau. Hispa. Bramamiento, obra de bramar como buey. Ger. Das lúyen oder Rinderschrey.] Ipsa boũ uox. Liu. 1. ab Vrbe, inde quum actę boues quædam ad desyderium, ut fit, relictarum mugissent. Virg. 2. Georg. Mugitusq; boum. ¶ Per translationem etiam Mugitus dicitur quiuis sonitus. Vnde Mugitus nemorum. Plin. lib. 18. cap. 17. Equidem & montium sonitus, nemorumq; mugitus prædicunt.

Mula, Mularis, Vide Molos.

Mulceo, si. sum, & dum act. f. *καταψάω, καταρρίπτω, δέλγω*. [Ital. Mitigare, intenerire, indolcire. Gal. Adoulcir, apaiser, alicher, amandouer. Hisp. Mitigar, halagar. Ger. Streichlen, begútigen, versúnen, sánfftigen.] Priscianus, Mulceo, mulsi, multum, & mulctum, unde Cic. in Contentione Metelli, Permulsa, atq; recreata. Var. in Sat. Capite permulso. Sal. li. 4. Hist. Dein lenita iam ira, & postera die liberalibus uerbis permulcti sunt. Est autem Mulcere, lenire, mollire, blandiri, mitigare, dulcem facere, ungere, delectare, polire. Ouid. 4. Trist. Eleg. 1. Pastor arundineo carmine mulcet oues. Vir. 1. Aen. & dictis mœrentia pectora mulcet. Ceruix mulcetur dextra, Cic. in Arato. Virg. 7. Aen. Aethera mulcebant cantu. Aurę mulcent florem, Cat. in Carm. nupt. Vir. 1. Aen. Et mulcere dedit fluctus, & tollere uentos. ¶ Huius composita sunt Demulceo, Permulceo, *καταπαλάω, ἐψύχω, ἐξομαλίζω*, placo, mollio li 3. ad Here. Nam lædentur arteriæ, si antè, quàm uox bene permulsa est, acri labore cõpelletur, id est mollificata. Gel. li. 2. Nihil adeò in congrediendis hostibus, atque in principijs præliorum ad salutem, uirtutemq; aptius, rati, quàm si permulcti sonis mitioribus, non immoditè ferocirent.

Mulcēdo, inis, f. t. Permulsio, blándimentum. *δέλγητρον*. [Ital. Mitigatione, esso intenerire. Gal. Adoulcissement, alichement. Hisp. Halago. Ger. Sánfftigung.] Gell. li. 9. ca. 9. Quæ nullas uoluptates, nullamq; mulcedinem Veneris, neque Musæ haberet.

Mulcta, æ, Vide Multa, æ.

Mulctra, Mulctrale, Vide Mulgeo.

Mulgēo, ges, mulsi, uel xi, tum, & mulctum. act. f. *ἀμέλγω*. [Ital. Molgere, cauare il latte. Galli Tirer le lait d' une mamelle. Hispa. Ordeannar ò chupar. Ger. Mélcken.] Priscia. Mulgeo quoq; mulsi facit, quanuis differentiæ causa quidam mulxi protulerunt, quia Mulceo quoq; mulsi facit. Est autem Mulgere, lac è mammis exprimere. Virg. 3. Geor. Quod surgente die mulsere, horisq; diurnis, Nocte premunt, Virgil. 3. Aeg. Hic alienus oues custos bis mulget in hora. ¶ Mulgere hircos, prouerbium de re palàm absurda. Virg. 3. Aeg. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui, Atq; idem iungat uulpes & mulgeat hircos. Eius composita sunt Emulgeo. *ἐκμέλγω*. Col. li. 8. Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendum est. Terent. in Phorm. per translationem dixit, Emulsi argento senẽ. Sic enim legit Calepinus: castigata tamen exemplaria habent Emunxi: & melius. ¶ Immulgeo, intus mulgeo, *ἐγκμέλγω*. Plinius, Fœbulosum arbitror de strigibus, ubera eas infantium labris immulgere.

Mulctra, træ, f. p. Vas in quo mulgetur, *σίλλα, ἀμολγεύς*. [Ital. Secchia doue si molga. Gal. Le pot dedans quoy on tire le lait. Hisp. El tarro ò herrada para ordeannar. Germ. Ein mélck túbel, Oder mélckteren.] Virg. li. 3. Geo. Quam magis exhausto spumauerit ubere mulctra Læta magis pressis manabunt ubera mammis. Idem 3. Aeg. Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus. Col. li. 8. Sed mulctra quum est repleta lacte, non sine tepore aliquo debet esse. ¶ Interdum accipitur pro ipso lacte emulcto: ut apud Col. li. 8. ca. 27. Et nuces digitis fractæ sunt dandæ, nec minus elixum molle sorbum, quique sunt cibi sorbilibus maximi: ut mulctra, recens caseus, si loci conditio, uel lactis annona permittit.

Mulctrale, lis, Idem quod mulctra, hoc est uas quo excipitur lac, quod ex animalium uberibus emulgetur. *ἀμολγίς*. Virg. 3. Geor. Implectunt mulctralia uasce

Mulctrum, tri, Idem quod mulctra. *σίλλα*. Horat. in Epod. Illic iniussæ ueniunt ad mulctra capellæ.

Mulgo, gas, p. Palàm facio, *ἀκμάζω*. [Ital. Manifestare, far palese. Galli. Manifester, publier. Hisp. Manifestar, publicar. Ger. Offenbar oder lautprecht machen.] Plaut. in Cist. Pro puella seruolos nequam, qui dominum mulgat, atque illicum. ¶ Huius composita sunt, Dimulgo, & Promulgo: de quibus alibi.

Mŭlier, eris, f. t. A mollitie (ut inquit Varro) dicta est, immutata & detracta litera, quasi mollier: & propriè Mulier dicitur, quæ uirgo non est. *γυνή*. [Itali. Donna. Gal. Femme. Hisp. Muger. Ger. Ein weib oder frauw.] Vlp. l. Alioquin. ff. de contrahen. empt. Quòd si (inquit) ego me uirginem emere putarem, quum esset mulier, emptio non ualebit. Vnde Cic. obiurgantibus quod sexagenarius Popilium uirginem duxisset, Cras mulier erit, inquit. Horat. de Arte, ex turpiter atrum Desinit in piscem mulier formosa superne. Idem 2. Serm. Sat. 1. mulier si fortè dolosa, &c. Cice. pro Mur. Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorũ potestate esse uoluerunt. Caius scribit, Mulieris nomine etiam uirginem uiri potentem contineri. Vlpi. 2. no in loco utroq; significato usus est, in l. Quæritur. ff. de Aedilit edict. Mulierem ita arctam, ut mulier fieri nõ possit, sanam nõ uideri constat. Eandem dixit, mulierem, & non mulierem. Primùm pro quauis fœmina: secundo pro ea, quæ est corrupta. Salu. in Iugur. Quum interim Hiempsal reperitur, occultans se in tugurio mulieris ancillæ, quò initio pauidus & ignarus loci profugerat.

Mŭlĭercŭla, æ, diminutiuum. *γυναῖον, γυναικάριον*. [Ital. Femminella. Gal. Petite femme, femmelette. Hispa. Pequenna muger, ò mugercilla. Ger. Ein weiblin, fráwlin.] Cice. 5. Tusc. Leuiculos sanè noster Demosthenes, qui illo fusorio delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ.

Mulierculārius, Qui alienas mulieres affectatur, ea forma qua Vxorius, qui propriam uxorem amat, nox 1 Constant. Imper. usurpata. sicut Ancillarius, seu *ὑποπορνικός*. Ancillarius, apud Martialem, qui ancillas sequitur, & in eis insanit: & lecticaria, quæ lecticos nobilium non aspernatur, ex Alciato.

Mŭlĭebria, muliebrium, n. t. Tantùm plurali numero dicuntur menstrua. *τὰ γυναικεῖα, τὰ ἐμμηνα*. Interdum sumũtur pro muliebri natura, *τὸ γυναικεῖον*: sicut Virilia pro pudendis uiri. Interdum pro præpostera libidine, quũ quis sexus sui oblitus alterius libidini obsequitur, & mulieris quodammodo partes suscipit. *γυναικίσμος*. Quo. Nobilis adolescens & à Centurione muliebria passus. Sic Salu. in Cat. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

Mŭlĭebris, & hoc muliebre, o. t. Quod ad mulieres pertinet, seu quod est, aut fuit mulieris: ut Muliebris sexus, Muliebre uestimentum. *γυναικεῖος, γυναικώδης*. [Ital. Donnesco. Gal. De femme, appartenant aux femmes. Hispa. Cosa perteneciente à mugeres. Ger. weibisch oder weiblich.] Plaut. in Menæch. Muliebris malitia. Idem in Epid. Muliebris animus, timidus, & ineõstans. Cic. 1. Offi. ex Ennio, Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres. Idem pro Cœlio, Aluesne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos uiros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit? Idẽ pro Milo. Muliebri & delicato ancillarum puerorumq; comitatu. ¶ Muliebris folliculus, Fœtus receptaculum, quod & uulua, siue uterus appellari consuevit. *μήτρα*.

Muliebritas, atis, f. t. *γυναικώδης*, mollities.

Muliebriter, aduerbium, Quod significat molliter, effeminatè, seu more mulierum. *γυναικείως*. [Itali. Feminalmente, mollemente. Gal. En femme, en mode & maniere des femmes. Hispa. Mugerilmente, muellemente. Ger. weibischen, Nach weibischer art.] Iustin. Quæ non muliebriter hostium aduentu territa. Cic. 2. Tusc. Nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebriterue ut faciamus in dolore, maximè prouidendum est.

Mŭlĭĕrōsus, m. f. Qui nimium appetit mulieres. *φιλογύνης, φιλογύναιος*. [Ital. Che ha troppo desiderio di donne. Gal. Trop amoureux de femmes. Hisp. Dado à mugeres. Germ. weibsbegirig, weibischer, denn weiberen ergáben.] Cic. de Fato, Hunc scribunt ipsius familiares, & ebriosũ, & mulierosum fuisse. ¶ Nonnunquam idem quod muliebris, ad effœminatos. Plautus in Pœn. Sanè genus hoc mulierosum est,

tum eſt, tunicis demiſſitijs.

Mulierōſitas, ſ.t. *γυναικομανία, φιλογυνεία.* [Ital. Inchinatione femina. Gal. Amour de femme deſraiſonnable. Hiſp. El uicio de ſe dar à las mugeres. Ger. weibsbegird.] Cic. 3. Tuſc. Similiterq; cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulierоſitas, ut ita appellem eam, quæ Græcè *φιλογυνεία*, id eſt amor mulierum dicitur.

Mulierārius, a ſ. Idem quod mulieroſus. *φιλογύνης.* [Ita. Femminieres Gal. *Femenin*, addonné aux femmes. Hiſp. Mugeril Ger. *Ein weibsbegiriger.*] Iul. Capitol. Mulierarius inter primos amatores.

Mulīēro, ras, Effœmino, *γυναικίζω, θηλύνω.* [Ital. Effeminare, far molle. Gal. Effeminer, debiliter. Hiſp. Debilitar ò coſlaqueſcer, hazer mugeril. Ger. *Vnetbiſch machē.*] Var. apud Nonium, Et res, & miſellus ille pauper amat, habetq; ignē intus acrem: hic ephebum mulierauit.

Mulio, Vide Mulus.

Mullei, orum, m. ſ. Calcei regum Albanorum erant, pore purei coloris, poſtea patritiorum, à mollando, id eſt à ſuendo, ut ex Titinnio probat Feſtus. Cato Orig. libro 7. Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos mulleos allucinatos, cæteri perones. Vopiſcus in Aureliano, Calceos mulleos, & cereos, & albos uiris omnibus abſtulit, mulieribus reliquit.

Mullus, per duplex ll. m. ſ. *τρίγλα.* [Itali. Barbone. Gall. Vn poiſſon nommé barbeau ou ſurmulet. Hiſp. El barbo. Ger. *Ein meerbarb.*] Genus piſcis marini, maximæ nobilitatis, & gratiæ, tanti autem pretij, ut à Plin. li. 9. cap 17. memoriæ proditum ſit, Aſinium Celerem uirum Conſularem Claudij Cæſaris temporibus mullum unum octo millibus nummorum emiſſe: quum tamen, eodem Plinio teſte, hic piſcis duarum librarum pondus raro excederet. Hor. li. 2. Ser. Satyr. laudas inſane trilibrem Mullum. Mart. Nolo mihi ponas rombum, mullumq; bilibrem. Habent autem mulli in inferiore labro geminam barbam: unde peculiari epitheto Barbati & Barbatuli appellantur à Cicerone in Paradoxis, & Varrone lib. 3. de Re ruſt. Mullorum autem nomē acceperunt (ut ex Feneſtellæ ſententia docet Plin.) à colore mulleorum calceamentorum. Romani ſeruato Græco uocabulo, etiam hodie Triglam appellant.

Mullulus, pen. corr. Diminutiuum. *τριγλάριον.* [Ital. Piccolo barbone. Gal. Vn petit barbillon Hiſpa. Pequenno barbo. Germ. *Ein bārbelin.*] Cic. in Paradox. Et uidentur aliquem ſummis populi beneficijs uſum barbatulos mullos exceptantem de piſcina & pertractantem.

Mulſum, li. n. ſ. Potio ex melle & uino. *οἰνόμελι.* [Itali. Vino melaro. Gal. Vin miellé ou empriellé. Hiſp. La clarea compueſto de uino y miel. Germa. *Ein mārt aus honig vnnd wein gemacht.*] à mulcendo (ut quidam putant) hoc eſt mollien do, eo quòd uini auſteritas mellis dulcedine mollietur. Plin. li. 22. ca. 24. ſcribit mulſum ex ueteri uino utiliſſimum fieri, quòd facilimè cum melle concorporatur. De hoc Martia. Attica nectareo turbatis mella Falerno, Miſceri decet hoc à Ganymede merum. Hoc ſi calidum bibatur, nocem permulcet: ſi frigidum, exaſperat. Cic. lib. 1. de Orat. Quum uocem in dicendo obtudiſſet, ſuadebat Granius, ut mulſum frigidum biberet ſimul ac domum rediſſet. Perdam (inquit) uocem, ſi id effecero. Vlpianus uini appellatione ait mulſum non contineri, œnomeli contineri: interpretaturq; *οἰνόμελι* uinum dulciſſimum. Quæ ſententia ſi uera eſt, mulſum non erit idem quod œnomeli: Si quis tamen ea quæ paulo antè de mulſo ex Plinio annotauimus, diligentius conferat cum ijs quæ Dioſcorides lj. 5. ca. 9. tradit de confectione œnomelitos, facilè intelliget alterum ab altero non differre. Vtrunq; enim fit ex uino uetuſtiſſimo, & optimo melle, & confert ægrotis.

Mulſēus, a, um, Hoc eſt dulce, quodq; mulſi ſaporem refert. *μελιτώδης* [Ital. Dolce. Gall. Doulx. Hiſp. Dulce. Ger. *Ein ſüs oder geſchmack iſt wie ein meinmāt.*] Col. li. 12. c. 41. Hæc ratio non ſolùm ipſa mala cuſtodit, ſed etiam liquorem mulſei ſaporis præbet. Plin. lib. 21. cap. 19. Vtriuſq; radix mulſei ſaporis eſt.

Mulſus, a, um, adiectiuum. Quod habet aliquid mellis admiſtum: ut, Aqua mulſa *ὑδρόμελι*, potio ex aqua & melle confecta. Plin. li. 21. ca. 19. Rurſus naturam rerum pernoſcere uolentibus, in mellis operibus, & aqua mulſa tractari debet. Col. li. 9. cap. 12. Rorem marinū aqua mulſa deſtillatum. Lac mulſum. Plin. li. 9. ca. 21. Exemplum quoq; iactæ mulſo angetur. ¶ Dicta mulſa, hoc eſt ſuauia. apud Plaut. in Rud. Idem in Caſin. Mea mulſa dixit, blandientis affectu, pro eo quod eſt, Mea ſuauitas.

Multa, æ, ſ. p *προστιμον, ἐπιτίμιον, ζημία.* [Itali. Pena, condannagione in denari. Gal. Amande, peine pecuniaire. Hiſpa. La pena que ſe pone dinero. Ger. *Ein büſs oder ſtraff.*] Pœna pecuniaria, quæ pro delicti magnitudine uariè irrogabatur, ita dicta, teſte Varrone, quod multa (mul imperabantur, idq; contra antiquorum conſuetudinem, qui ſingulos tantū, aut certè unius generis res multæ nomine exigebant. Feſtus tamen autor eſt uocabulum hoc Oſcum eſſe, non Latinum. In hoc autem Multa differt à Pœna, quòd Pœna generali nomine dicitur omnium delictorum correctio: Multa uerò ſpecialis eſt peccati, cuius animaduerſio pecuniaria eſt. Pœna, *τιμωρία*, contrà non tantùm pecuniaria, ſed & capitis, & exiſtimationis irrogari ſolet. Et Multa quidem ex arbitrio eius uenit, qui multam dicit: Pœna non irrogatur niſi quæ lege, uel quo alio iure ſpecialiter ſingulis delictis conſtituto. Superna multa, teſte Gel. libro 11. cap. 1. apud priſcos erat in ſingulos dies triginta bouum, & duarum oium: minima, ouis unius. Poſtea tamen quū in multę diēq; frandem pecorum inimi pretii ſoluerentur, conſtitutum eſt lege Aeterna, ut in ſingulas oues aris decem, in boues centeni ſoluerentur: hoc eſt, pro ſingulis bobus denarii decem, pro ſingulis autem ouibus denarius unus. Erat itaq; multa ſuprema trium millium, & uigenti aris, ſeu trecentarum duarum drachmarum: quas ſi ad Gallicæ pecuniæ æſtimationem reducas, inuenies libras Turonenſes duas & quinquaginta, & ſolidos ſeptendecim. Dicimus autem in eadem ferè ſignificatione, Dicere multam *ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν*. iniungere pœnam, & Facere multā, quorum poſtremum uſos eſt Cato lib. 4. Orig. Imperator, in quietas, noſtri, ſiquis extra ordinem depugnarunt iuit, ei multam facit. ¶ Multam dicere prius quàm res iudicis uel magiſtratus: exigi tamen non poterat, niſi populus rectè multatum uideri cenſuiſſet. De hoc multa ſcribit Budæus in Pand. Multam (inquit) dicere antiqui ſimul dicebant, quum ad populum, & in comitio multa diſceptanda irrogabatur, quod ipſi Certare multam dicebant. Lio. li. 7. bel. Pun. Spi. & L. Camilii, quum rem inuiſam, infamemq; cernerent, ducentum millium aris multam M. Poſthumio dixerunt: cuius certandę quum dies adueniſſet, concilium q; frequens plebis adeſſet, una ſpes uidetur eſſe, ſi Caſca Trib. ple. qui propinquus erat, cognatusq; Poſthumio, prius quā ad ſuffragium tribus uocarentur, interceſſiſſet. Idem paulo pòſt, Hæc quum ab optimo quoq; pro atrocitate rei acta eſſent, uimq; eam contra Rempublicam perniciosè exemplo factā Senatus decerneret, confeſtim Camilij Trib. ple. omiſſa multæ certatione, rei capitalis diem Poſthumio dixerunt: ni uades daret, prehendi à uiatore, atq; in carcerem duci iuſſerunt. His uerbis apparet, moris fuiſſe ut Tribuni pleb. multam dicerent, quæ poſtea populi ſuffragijs uel irrogaretur, uel abrogaretur, uel etiam remitteretur: quo tempore Multa certari dicebatur. Non enim Tribuni damnare multa poterant, ſed tantùm rogare populum: apud quem quum reus non iure multatum ſe cōtenderet, iis illa multatitia diſceptabatur. Hæc Budęus. ¶ Nonnulli hodie ſcribunt Mulcta per c, eiusq; originem referunt ad uerbum Mulgeo, quia quemadmodum pecora, dum mulgentur, ſuo ſpoliantur lacte, ita cui multa dicitur, emungitur, & ueluti emulgetur pecunia. Ita tamē à ueteribus ſcribi nō ſolere, ex ijs quæ paulo antè ex Varrone adduximus, ſatis poteſt intelligi.

Multo, as, act. p. Punio, condemno, multam dico, uel irrogo. *τιμῶ, ζημιῶ, προστιμῶ, ἐπιβάλλω.* [Ital. Punire, condemnare. Gal. Condamner à l'amende, punir. Hiſ. Imponer pena de dinero, cōdenar. Ger. *Straffen, ein ſtraff auflegen.*] Et conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Virg. Aen. Multatam triſti morte Camillam. Curtius li. 5. Is quoq; inſulas præſidiis occupat, pecunia multat. Tacit. lib. 13. Vt quidam accuſatorū eius exilio multarentur. Cic. 3. Ver. Multos eruditiſſimè per uim morte eſſe multatos. ¶ Interdū ſignificat Priuare. Vir. in Cin. Quod ſi perdiderim, patria multabor. ¶ Interdū lacerare, mutilare, uerberare, diſſoluere. Terent. in Adel. Ipſum dominū atq; omnem familiam multabit uſq; ad mortem. Col. li. 2. ca. 2. Quo euenit, ut in iteratione quoq; ſeamna fiant, & boues inæquitate operis maxime è multentur. ¶ Interdum agere, & noti compotē facere. Nęuius in Colace, apud Nonium, Et nobis quidem gratias

ago, quam uotis me multatis meis. ¶ Interdum malè tractare. Colu. li. 1. ca. 1. Nam illud uetus eſt Catonis. Agrum peſſimè multari, cuius dominus quid in eo faciendum ſit non docet, ſed audit uillicum. ¶ Multare matrimonio, eſt repudiare cõiugem, & diuortium facere. Plaut. in Amph. Nunquid cauſam dicis quin te multem matrimonio?

Mūltātītĭus, tia, tium, Quod ex multa fit, uel quod ad multam pertinet, ſiue quod nomine multæ exigitur. *τετιμωμένος, πρόστιμος.* [Ita. Scoſſo per condamagione. Gal. Qui prouient des amandes. Hiſp. Coſa de pena de dineros. Ger. Das der büſs oder der ſtraff iſt.] Liu. li. 10. ab Vrbe, Ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuarijs dãnatis, ludi facti. Et lib. 7. bel. Pun. Aediles plebis ex multatitio argento ſigna ænea ad ædem Cereris dedere.

Multus, ta, tum, Notæ ſignificationis. *πολύς.* [Itali. Molto. Galli. Beaucoup. Hiſpani. Mucho. Germani. Vil.] Cicero pro P. Sest. Et in cæteris, quæ rerum potitæ ſunt, multis fortiſſimis atq; optimis uiris, iniuſtis iudicijs tales caſus incidiſſe. ¶ Multus in opere: hoc eſt continuus. Sallu. in Iug. loca atque ſeria cum humilimis agere, in operib. in agmine, atq; ad uigilias multus eſſe. Multus in eo fuit, ſiue in ea re Cice. 4. Acad. Ad multum diem, Cicero ad Attic. libro 13. Multo die, hoc eſt bona diei parte tranſacta. Cæſar 1. bel. Cal. Multo denig die per exploratores Cæſar cognouit, & montem à ſuis teneri, &c. Sic, Multa nocte, Cicer. ad Quint. Frat. lib. 1. Multa nocte uenit ad Pompeium. Multo mane, Cicero ad Attic. ¶ Multo tantò, ea forma dicitur, qua altero tãtò: quod Græci dicũt, *πολλαπλάσιος.* Plaut. in Ruden. Ego multò tantò miſerior, q̃ tu Labrax. ¶ Multus pro Multiplici. Plī. li. 19. ca. 1. Radice, multa, craſſaq;.

Multum, aduerbium. Valde, uehementer *πολύ.* [Ital. Molto, Ger. Beaucoup. Hiſpa. Mucho. Ger. Hefftig oder vil.] Plaut. in Perſa, Dic me illam amare multum. Cic. ad Gallum lib. 7. Epiſt. Sed opinor Caſſium uti non ita multùm ſorore. Idem de Senec Adſum amicis, uenio in Senatum frequens, ultroq; affero res multum & diu cogitatas.

Multò, *πολλῷ, πολὺ, μᾶλλον.* [Italicè, Aſſai piu. Gallicè, De beaucoup. Hiſpa. Mucho. Ger. Vil.] Aduerbium, cum dictionibus Alius, Aliter, Secus, Anteà, Pòſt, Præſto, Malo, Antecedo, Excello, item cum comparatiuis, aut ſuperlatiuis, aut eorum uim habentibus, elegantem in oratione uſum habet. Terent. Prol. And. Verùm aliter euenire multò intelligit. Ci. in Ver. Cui quemadmodum reſiſtam, multò mihi antè eſt, Iudices, prouidendum. Idem Acti. Nõ multo pòſt, quàm tu à me diſceſſiſti. Idem, Multò ſecus euenit. Salluſt. Multò præſtat beneficij, quàm maleficij memorẽ eſſe. Cic. de Amic. Sed obſequium multõ moleſtius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit. Idem pro Lege Manil. Magna ac multò maxima parte non modò utilitatis, ſed dignitatis, atq; imperij caruit.

Mūltĭtūdo, dinis, f. t. Frequentia & copia. *πλῆθος.* [Ital. Moltitudine. Gall. Multitude. Hiſ. Muchedũbre de coſas. Ger. Die vile.] Cic. de Orat. lib. 1. Habet enim multitudo uim quandam talem, ut quemadmodum tibicen ſine tibijs canere, ſic orator ſine multitudine audiente eloquens eſſe non poſſit. Idem 1. Tuſc. Eſt enim philoſophia paucis contenta iudicibus, multitudinem conſulto ipſo fugiens, ei; ipſa & ſuſpecta, & inuiſa, &c.

Mūltāngŭlŭs, la, lum, Multos angulos habens. *πολύγωνος.* [Ital. Che ha molti cantoni. Gal. Qui a pluſieurs coins ou angles. Hiſp. Coſa de muchos rincones. Ger. Das vil eckẽ hatt, Eckechtig.] Luc. lib. 4. Eſſe minora igitur quædam, maioraq; debent multa rotunda, modis multis multangula quædam.

Multeſima pars, Pro quantitate infinita, eaq; forma dicitur, qua Milleſimus. *πολλοστημόριον.* Luc. lib. 6. Quam ſit parua pars, & quàm multeſima conſtet.

Mūltībarbus, m. f. Qui habet multam barbam. *πολυγένειος.* [Ital. Che ha molta barba. Gal. Qui a grand' barbe. Hiſ. Coſa que tiene mucha barba. Germ. Volgebartet, der vil barts hatt.] Apul. in Flori. Multibarbus ſpinis obſitus, & pilis.

Mūltĭbĭbus, m. f. Dicitur qui multi eſt potus. *πολυπότης.* [Ital. Che beue molto. Gal. Grand buueur, qui boit beaucoup. Hiſp. Coſa que mucho beue. Ger. Ein groſſer trincker.] Plau. in Car. Nomẽ eſt leno: multibiba, atq; merobiba.

Mūltĭcăŭātus, a, um, penu. prod. Multa habens cauа. *πολύτρητος.* [Itali. Di molti caue ò fori, Galli. Qui a beaucoup de trous. Hiſp. Coſa que tiene muchos agujeros. Ger. Vol gehölet oder gelöcheret.] Var. 3. Re ruſt. capite 16. Fauus eſt quem fingunt multicauatum è cera, quum fingula caua, ſingula latera habeant.

Mūlticănus, a, um, Multum habens concani. *πολύτριχος* [Ital. Che ha molto concauo. Gal. Qui a force trous. Hiſp. Coſa que tiene muchos agujeros. Ger. vol gehölet oder gelöcheret.] Ouid. 8. Meta. Pumice multicauo, nec læuibus atria trophis Structa ſubit.

Mūlticaŭlis, le, o. t Multos habens caules, *πολύπαυλος* [Ita. Di molti gradi. Gal. Qui a pluſieurs tiges. Hiſ. Coſa que tiene muchos tallos. Ger. Das vil ſtengel hat.] Plī. lib. 11. ca. 16. Eſt & illa differentia, quòd quædam in iis multicaulia roſaq; ſunt, ut cardous.

Mūlticŏlor, oris, omn. gener. t. Quod habet multos colores. *πολύχρωμος.* [Ita. Di molti colori. Gal. De beaucoup de couleurs. Hiſp Coſa de muchos colores. Ger Das vilerley farben hatt.] Plin. li. li. 17. ca. 10. Hexecõtalithos in parua magnitudine multicolor, hoc ſibi nomen adoptauit.

Mūltĭfăcio, cis, act. t. Magni æſtimo. *περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι.* [Ital. Eſtimara molto. Gal. Eſtimer beaucoup. Hiſp. Eſtimar en mucho precio. Ger. Hoch oder Groſsachten,] ſicut Magnifacio, & Paruifacio. Cato, Neq; idem, neq; iuuandum neq; pudicitiam mutifacit. Feſtus.

Mūltĭfārĭus, ria, rium, Id eſt uarium, quod multis modis poſſit diuidi: uel quod multarum eſt ſpecierum. *πολύχρωτος πολύτροπος.* [Ital. Vario. Gal. De diuerſes ſortes & manieres. Hiſ. Coſa de muchas maneras. Ger. Mancherley vilerley.] Gel. li. 5. cap. 6. Militares coronæ multifariæ ſunt.

Mūltĭfārĭè, aduerbium, Variè, multis modis. *πολλαχῶς.* [Ital. Variamente, in diuerſe maniere. Galli. El pluſieurs ou diuerſes manieres & facons. Hiſ. En muchas maneras. Ger. Vff mancherley weiſs.] Plī li. 6. ca. 24. Et tamen multifariè priſcos ſeruare ritus.

Mūltĭfārĭam, aduerbiũ, Idem quod multifariè *πολλαχῶς.* [Ital. Variamente. Gal. En pluſieurs ſortes. Hiſ. En muchas maneras. Germ. Vff mancherley weiſs, Vff vilerley gattung.] Ci. 2. de Ora. Quod eſſet multifariam deſcriptum. Idẽ 1. de Leg. Hodie multifariam nulla ſunt. Suet. in Cal. ca. 18. Scenicos ludos & aſſiduè & uarii generis multifariã fecit.

Mūltĭfer, ra, rum. Multa ferens, fertilis. *πολυφόρος.* [Ital. Fertile. Gall. Fertil, qui porte & produit pluſieurs ou diuerſes choſes. Hiſp. Fertil, coſa que mucho trahe. Germ. Das vil tregt.] Plī. li. 16. ca. 8. Tam multifera ſunt, & tot res, præter glandem, pariunt robora. Idem de Braſſica, Nullo æquè genere multifero, donec ſua fertilitate conſumatur.

Mūltĭfĭdus, a, um, Quod in multas partes finditur, & multas diuiſuras habet. *πολυμερής.* [Ita. Feſſo in molte parti. Gal. Fendu en pluſieurs parts Hiſpa. Coſa hendida en muchas partes. Ger. Das in vil theil geſpalten.] Plī. li. 11. ca. 37. Cornua nulla, quibus multifidi pedes. Marc. lib. 14. Multifido buxus quæ tibi dente datur. Iſter multifidus. Lucan. libro tertio, Linguæ multifidæ, Val. Flacc. primo Arg. Faces multifidæ, Ouid. 6. Met. Timauus multifidus, quòd in multa oſtia fiſſus in mare prorumpat. Marc. lib. 8. An tua multifidum numerauit lana Timauum.

Mūltĭfōris, re, Quod eſt multorum foraminum. *πολύτρητος.* [Ital. Di molti pertugi. Gal. Qui a force trous. Hiſpa. Coſa de muchos agujeros. Ger. Löcherechtig, voll löcheren.] Plin. lib. 8. ca. 55 Iniicient eas in ſpecus, quæ ſunt multifores in terra. Pro eodem etiam dicimus Multiforus, a, um. Oui. li. 12. Met. Longaq; multifori delectat tibia buxi.

Mūltĭfōrātĭlis, Idem quod multiforis. *πολύτρητος.* ut Tibia multiforatilis, apud Apuleium in Floridis.

Mūltĭfōrmis, me, om. t. Varius, quaſi multiplicis formæ, aut uariæ. *πολύμορφος.* [Itali. Vario, di forme diuerſa. Galli. De diuerſes, manieres & facons Hiſpani. Coſa de muchas formas y maneras. Germani. Mancherley oder vilerley geſtalt.] Plinius libro undecimo capite 37. Oculi contextu multiformes. Colu. lib. 8. cap. 9. Vt per anni diuerſa tempora, mala, pruna, pyrum, multiformes nuces, ac ficum præbeat. Cic. 1. Acad. Ex iis autem ortæ uariæ ſunt, & quaſi multiformes.

Mūltĭfōrmĭter, aduerbium, Variis modis. *πολυμερῶς.* [Itali. In diuerſe maniere Gallicè, En diuerſes ſortes & manieres. Hiſpani. En muchas formas. Germ. Vff vilerley weiſs.] Gell. libro nono capite quinto, Plato ante hos omnes ita uariè & multiformiter diſſeruit de uoluptate. Plinius lib. 36. cap.

16. cap. 16. Peſtilentiæ, quæ Solis obſcuratione contrahitur, ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certum eſt.

Mūltigĕnĕris, & multigenere, Significat quod eſt multorum generum. πολυγενής. [Itali. Di molti generi. Gall. Di pluſieurs ſortes. Hiſpanicè, Coſa de muchos generos ò eſpecies. Ger. Vilerley gſchlecht oder gattung.] Plaut. in Capt. Multis, & multigeneribus opus eſt tibi militibus.

Multigenus, a, um, Idem quod Multigeneris. Plinius libro 11. cap. 1. Multa hæc & multigena, terreſtrium, uolucrumq; uita.

Mūltiĭŏgus, a, um, & Multiiugis, pen. corr. Quod eſt multiplex, uarium, multum, & numeroſum. πολύχους. [Itali. Di molte ſorti, uario. Gal. De diuerſes ſortes. Hiſp. Coſa de muchas maneras. Germani. Mancherley, manigfaltig.] Vbi Iugus nihil ſignificat, ſicut in Poſtliminium, Meditullio, & huiuſmodi. Prima pars in multiiugum, multum ſignificat, reliqua pars protractio ſola eſt, nihil ſignificans. Apul. in Apolog. Legiſti Ariſtotelis multiiuga uolumina. Cic. ad Atti. lib. 14. Veruntamen de Rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidem multiiugas accepi uno tempore à Veſtorii liberto.

Mūltilŏquus, m. ſ. Qui multa loquitur. πολυλόγος, πολύφωνος. [Ital. Che parla molto. Gal. Qui parle beaucoup, grād parleur. Hiſp. El que habla muchas coſas. Ger. Ein ſchwetzer der vil tandtet, ein tandtman.]

Mūltimŏdus, a, um. Multiplex, uarius. πολύχους. [Ital. Di molti modi. Gal. de pluſieurs & diuerſes ſortes. Hiſ. de muchas maneras. Ger. Vilerley weiſs, Mācherley gattung.] Liu. 1. bel. Pun. Oppidani ad omnia tuenda atq; obeunda, multi moda arte deſtineri cœpti ſunt, & non ſufficiebant.

Mūltĭnŭmus, adiect. pe. pro. πολυχρήματος. [Ita. Di molti denari. Gal. De beaucoup de pecune & prouſit. Hiſ. De muchos dineros y prouecho. Ger. Vil geld gewinnend] Var. 1. de Re ruſt. ca. 17. Ego enim uno ſeruolo, hordeo non multo, aqua domeſtica, meos multinumos alo aſinos. id eſt quorum opera multos paro numos.

Multipartĭtus, a, um, adiectiuum. πολυφυές. [Ital. Diuiſo in piu parti. Gal. Diuiſé en pluſieurs parties. Hiſp. Partido en muchas partes. Germa. In vil abgetheilt.] Plin li. 9. cap. 19. Nanq; uita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.

Multipes, Multipedis, uel Multipeda, æ, Vermis eſt piloſus, multis pedibus arcuatim proſerpens, qui & Centipeda & Millepeda appellatur. ἰούλος. [Ital. Verme di molti pies di. Gal. Vne cloporte, ver qui a pluſieurs piés. Hiſp. El ciento pies guſano ponconnoſo. Germ. Ein würmlin das vil füſs hat, ein eſel.] Plin. lib. 22 cap. 25. Ad multipedum morſus cum melle. Idem lib. 19. cap. 6. Millepeda, ab aliis Centipeda, aut Multipeda dicta, animal eſt è uermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactuq; contrahens ſe.

Multiplex, cis, omn. gen. Varius, inuolutus, multas plicationes habens, cui contrarium eſt Simplex. πολλαπλάσιος. [Itali. Moltiplice, uario. Gal. Qui a pluſieurs plis, de pluſieurs & diuerſes ſortes. Hiſp. Plegado muchas uezes, de muchas maneras. Ger. Vilfaltig.] Suet. de Clar. Gram. Multiplici uariaq; doctrina cenſebatur. Plautus in Epid. Simul xrumnam multiplex exercitia Habet paupertas. Virgili. 4. Aene. Hæc tum multiplici populos ſermone replebat Gaudens, de Amic. Qui fieri poterit, ſine in uno quidem quoq; uno animus erit, idemq; ſemper, ſed uarius, commutabilis, multiplex.

Multipliciter, aduerbium, Titulus eſt apud Plinium, De eodem multiplicius. lib. 7. cap. 14. πολλαπλασίως.

Multiplicabilis, le, om. t. Quod poteſt multiplicari: & nonnunquam idem quod multiplex. πολλαπλασιαστός, πολυπλοκής. [Ita. Che ſi può multiplicare. Gal. Qui ſe plie & entortille en pluſieurs plil. Hiſp. Lo que ſe puede multiplicar. Ger. Das vilfaltig zů machen.] Cic. 1. Tuſcul. ex quodam poeta, Hæc interemit totum multiplicabili Draconem auri feram obtuto aſſeruantem arborem.

Multiplico, as, are, a. p. Multiplex reddo, aut facio. πληθύνω. [Itali. Moltiplicare. Gal. Multiplier, acroiſtre, augmenter. Hiſp. Multiplicar ò acreſcentar. Germ. Vilfaltig machen, meeren.] Plin. lib. 34. cap 8. Primos hic multiplicaſſe uarietatem uidetur. Cicer. ad Quintum Frat. Si diem nobis Clodius dixerit, totaltalia concurret, ut multiplicata gloria diſcedamus. Ouid. 2. de Remed. Flumina collectis multiplicantur aquis

Multiplicātio, ſ. p. πολλαπλασιασμός. [Itali. Moltiplicatione, anmentatione. Gal. Multiplication, acroiſſement. Hiſ. Acreſcentamiento. Ger. Vilfaltigung, meerung.] Col. li. 3. ca. 2. Nam ſordibus, aut illis eſt, feraciſſimam quanq; ſere re conducit, ut multiplicatione frugum reditus augeatur.

Mūltipŏtĕns, tis, om. gen. Qui multum poteſt. πολυκράτης. [Itali. Chi può molto. Gal. Fort puiſſans, qui peut beaucoup. Hiſ. Lo que mucho puede. Ger. Gwaltig, vil vermögend.] Plaut. in Bac. nequius nihil eſt, Quàm egens conſilii ſeruus, niſi habet pectus multipotens, Vbicunq; uſus fiet. Idem Trinum. Salūpotenti, & multipotenti Iouis fratri tibi Nerei Neptune Lætus, laues laudes ago.

Multiſcius, m. ſ. Qui multa ſcit, & multas ſcientias habet. πολυμαθής, πολυίστωρ. [Itali. Che ſa molto. Gal. Qui ſait beaucoup. Hiſp. El que mucho ſabe. Ger. Vil wüſſend.]

Mūltiſŏnŏrus, a, um, πολυφώνος. [Ital. Che rende ſuoni diuerſi. Gal. Qui rend diuers ſons. Hiſpa. Coſa que ſuena por muchas partes. Ger. Das vil getöns gibt.] Claudia. de mulabus Gallicis, Eſſeda concordes multiſonora trahunt.

Mūltiſŏnus, adiectiuum. πολύφωνος. Mart. lib. 2. Sic ubi multiſona feruet ſacer Atthide lucus.

Mūltiuăgus, a, um, Qui multùm uagatur. πολυπλανής. [Itali. Che uaga molto. Galli. Qui uague en pluſieurs ſortes, qui ne ſe peut arreſter. Hiſ. Coſa que uaga por muchas partes. Ger. Vilſchweiffig, vmbſchweiffig.] Pli. li. 10. ca. 37. Ferunt nō mutare ſedem columbas, multiuaga alioqui aue. Multiuagus lunæ curſus, apud eundem lib. 2. ca. 10.

Multiuidus, a, um, ἰνυφόπος, multa uidens.

Multopere, Ea forma dixit Plaut. qua Magnopere dicimus, ut in Merc. Multopere in mundo ruſtico ſe exercitum. ἰνμαλα, πάνυ. [Ital. Grandemente. Gal. Moult, beaucoup. Hiſ. En grande manera. Ger. Hefftig.]

Mūltĭtĭa, orum, n. ſ. Indumenta dicebantur minutiſſimis filis contexta, unde à multis filis, & propterea ſubtilibus, nomen indità, πολύμιτα. [Ita. Veſti de fili ſottili. Gal. Draps ou acouſtrement de ſoye dont le tiſſu eſt moult deſtiè & ſubtil. Hiſ. Veſtiduras de ſeda ſubtil. Ger. Reine vond zarte kleider.] Vel à mulcendo, quoniam carnem demulceāt. Et tantùm pluraliter declinatur. Iuuē. Sat. 2. quæro an deceant multitia teſtem. Ibidem, ſed quid non faciant alij, quum tu multitia ſumas Creticē?

Mūltiuŏlus, a, um, Qui multarum rerum deſyderio tenetur. πολύβουλος. [Ita. Che uuole molto. Ga. Ayant diuerſes uolōtez, qui ueut beaucoup. Hiſ. Coſa que quiere muchas coſas. Ger. Vilwöllend, willwenclig.] Catullus ad Mallij, Multiuola eſt mulier.

Plus, ris. πλέον, πλείων. [Itali. Più. Galli. Plus, d' auantage. Hiſp. Mas. Ger. Mehr.] Generis neutri, in obliquis uerò, & numero plurali trium generum, ſecundum Priſcianum, comparatiuum eſt, ſignificatione tantùm, non uoce, ab eo quod eſt Multum: quanuis Gel. li 5. ca. ult. ex Capitonis auctoritate putauerit eſſe abſolutum, hoc eſt poſitiuū. ¶ Plus nominatiuo aliquando iungitur. Liu. de bello Macedon. Plus quinquaginta hominum milia cecidere. ¶ Aliquando accuſatiuo. Terent. in Eunuc. Non plus triduum. Vitru. li. 7. Aſſeres directi diſponantur inter ſe, nec plus ſpatium habentes pedes binos. ¶ Aliquando ablatiuo. Plaut. in Menæch. Plus triginta annis natus ſum. In quibus omnibus locutionibus intelligitur particula Quàm, quæ plerunq; etiam exprimitur. ¶ Iungitur aliquando & genitiuo, communi more omnium ſubſtantiuorum: ut Plus ſapientiæ apud Plautum in Milite. ¶ Aliquando temporis aduerbium ſit, idem ſignificans quod Diutius. Terent. in Hec. Vt cum matre unà plus eſſet. ¶ Plures pro Multi, paſſim apud autores legitur. Cic. 2. de Fini. Plures dies manere non poteſt. Plin. lib. 9. ca. 12. Aquatilium tegmenta plura ſunt. ¶ In plurali numero, Plura dicimus, & Pluria. Donatus, Antiqui hoc Complure, & hæc Compluria, quod noſtri Cōplura dicunt. Cic. in Orat. Confirmanda genera compluria. Credo quia ueteres hic & Pluris, & hoc Plure, non, hoc Plus, dicebant. Hæc ille. Gellius uerò refert Capitonē docuiſſe Pluria Latinum eſſe: Plura uerò barbarum. Nunc autem de uſu & Pluria, & Plura dicimus. Vnde & Compluria & Complura. Terent. in Phorm. Multa aduenienti, ut ſit, noua hic compluria. ¶ Sed differunt ab inuicem Plura & Complura, quòd Plura de duobus dici poſſit, Cōplura

nonniſi de maiore numero. Eſt preterea illud cõparatiuũ, hoc minimè, ideoq; regit caſum. ¶ Cõplurimus nõ reperitur, ſed tantùm Plurimus. ¶ Eſt etiã Plus, aduerb. Plus ſatis πλέον τῦ ἱκανοῦ dicimus, pro eo quod eſt abundè, & plus quàm ſatis. Terentius in Eunoch. Accede ad ignem hunc, iam calefces plus ſatis. ¶ Plus minus, Plus miniſue, Plúſue, minúſue, in eadem ſignificatione uſurpantur, pro Circiter: frequentius tamen inuenitur Plus minus: ut Dies plus minus triginta, pro eo quod eſt Paulò plus aut paulò minus, hoc eſt, circiter. ¶ Dicimus etiam, Plus, Pluris pro eo quod eſt, in dies uehementius. Cicero ad Atticum libro ſexto. Quem mehercule plus, pluris in dies diligo. ¶ Hinc Perplures compoſitum, idem ſignificans quod permulti. Plin. lib. 11. cap. 24. Spondetq; iugero eius annuos perplures oct mediocri ſolo reditus. ¶ Vnde Perplurimũ, aduerbiũ: ut, Perplurimum refert, apud eundẽ li. 2. ca. 54. ¶ Item deriuatiua, Pluralis, & plurale, πλεόνων τινῶν, & Pluratiuus, a, um, eiuſdem ſignificationis, ut apud Macrobium Pluratiuus numerus.

Pluſculus, a, um, diminutiuum à plus. παρεπελήν. [Itali. Vn'poco piu. Gal. Vn peu n'auantage, un peu plus. Hiſp. Vn poco mas. Ger. Ein wenig mehr.] Quanuis, Plus maſculinum, fœmininumue genus nõ habeat: idemq; ſignificat quod Paulò, uel aliquando plus. Terent. in Phor. Tum pluſcula ſuppellectile opus eſt. ¶ Inde fit compoſitum Cõpluſculus. Idem in Hecy. Primùm dies cõpluſculos. ¶ Pluſculum, li, ſubſtantiuum, neutri generis Columel. libro 12. capite 49. Deinde exiguum aceti piperati, & pluſculum mellis, aut mulſi adiiciunt. Cicero de Orat. Verùm ut aliquando ad cauſas deducamus illum, quem conſtituimus, eas quidem, in quibus pluſculũ negotij eſt. Cic. Lucceio li. 5. Pluſculũ etiã, quã concedit ueritas, amori noſtro largiare.

Pluſcularius, adiectiuũ, Varius, multiugus. πολύχρους. [Ital. Vario, di molti ſorti. Gal. En pluſieurs ſortes & manieres. Hiſp. Coſa de muchas maneras. Ger. Vilerley, mañfaltig.] Suet. in Claud Cæſar. Gladiatoria munera pluſcularia, ac multiplicia exhibuit. Quadam exemplaria hic legunt Pluriſariam, aduerbialiter.

Plũriſãriam, aduerbium. Significat pluribus modis, ſiue pluribus locis, πλειονεχῶς. [Ital. A molti modi, in molti luoghi. Gal. En pluſieurs ſortes. Hiſ. En muchas maneras. Ger. Vilfaltiglich, Vilerley weiſs.] Suet. de Tyb. Cubicula pluriſariam diſpoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarum picturarum adornauit.

Plurimũs, a, um, pen cor. Superlatiuum à Multus. πλεῖστος. [Ital. Aſſaiſſimo. Gall. Beaucoup plus. Hiſp. Mucho mas. Ger. Gantz vil, vberaus vil.] Plaut. in Aul. Quod me ſolicitat plurimis miſerum modis. ¶ Quandoq; pro longo ponitur. Virgil. 1. Aeneid. Iamq; aſcendebant collem qui plurimus urbi Imminet. Vnde apud eundem. Nox plurima: id eſt longa, quã ſignificatur amygdalum. ¶ Plurimum eorum generationi tribuit. Plurimum ætatis, plurimum iucunditatis. Cic. Nam quòd in publicanorum cauſa uel plurimum ætatis meæ uerſor, uehementerq; illum ordinem obſeruo, &c. Idem 1. de Finibus, Iuſtq; ne iuſtitiam quidem rectè quis dixerit per ſeipſam optabilem: ſed quia iucunditatis uel plurimum affert. ¶ Plurimi. genitiuus uerbis æſtimandi iungitur. Cicero 1 de Fin. Sic bonum hoc, de quo agimus, eſt illud quod plurimi æſtimandum: ſed ea æſtimatio generatur laetitia non magnitudine. Plau. Bac. Imò unicè illum plurimi pendit.

Plerumq; num, aduerbium. Id eſt permultum. πλεῖστον. [Italic. Molto, la piu parte del tempo. Gallicè. Beaucoup, la plus part du temps. Hiſpanicè. Muco mas, la mayor parte del tiempo. Ger. Vberaus vil.] Cicero de Amicitia. Plurimùm ſibi confidit. ¶ Quandoque ponitur pro Vt plurimum ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Terent. in Phor. Domum ire pergam, ibi plurimum.

Mũlus, pe. ſimplex l. m. f. Animal quod ex aſino & equa generatur. διάφορον ἐρίνε. [Ital. & Hiſp. Mulo. Gal. Vn mulet. Ger. Ein maul ſel, maulthier.] qui autem ex equo & aſina gignitur pullus, Hinnulus dicitur. Plin. li. 8. ca. 28. Ex aſino & equa mulos gignitur mẽſe duodecimo, animal uiribus in labore eximiũ & paulo pòſt, Equo & aſina genitos mares, Hinnulos antiqui uocabant: contraq; Mulos, quos aſinus & equa generarent. Vide de hoc latius in dictione Hinnus. ¶ Muli Mariani, furculæ ſunt, teſte Feſto, quibus religatas ſarcinas uiatores gerunt: quarum uſum quia Marius inuenit, Muli Mariani poſtea ſunt appellati, ἡμίονοι μαριανοί. Plaut. Aerumnulas uocat. Front li. Strategic. C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen onerator, uaſa & cibaria milĩ in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus, & facilis requies eſſet.

Mula, æ, fœm gene. ἡμίονος. [Itali & Hiſpa. Mula. Gal. Vne mule. Ger. Ein Mauleſelin.] Plin. li 8. ca. 44. Gignitur mula ex equo & aſina, ſed efferatis & tarditatis indomitæ. Iuu. Sat. 7. Mundæ olitet ungula mulæ. Fœta mula. Idem Sat. 14. Et fœtæ comparo mulæ.

Mulãris, & hoc Mulare, adiectiuum, à mulo. ἡμιονικός. [Ital. Da mulo, ò mola. Gal. De mulet ou mule Hiſp. Coſa perteneſciente à mulo, ò mula. Ger. Mauleſeliſch.] Colu. lib. 6. cap. 27. Eſt enim quæ circo ſacrisq; certaminibus equos præbet: eſt mularis quæ precio fœtus ſui comparatur generoſo.

Mulio, onis, om. t. Qui mulos citellarios, ſiue quadrigarios ducit. ἀγωγαβλάτης, ἱππονόμος. [Itali. Malattiere. Gal. Mulatier. Hiſ. Azzemittero ò mulatero. Ger. Ein eſeltreiber.] Iuue. Sat 3. Nam mihi commota tandudũ mulionis ira. ¶ Mulios, multi, quod hic legebatur pro mulione. Latinum non eſt: quanuis Catepinus deceptus inmendate Horatii lectione, putauerit indifferenter pro eodem dici Mulionem, & Mulium. Locus Horatii qui Catepino impoſuit, eſt Ser. Sat. 7. Addit cum magno blaterat clamore furiſq;, Miluius. Sic enim legi debere, & conſtanti caſtigatiorum exemplariorum conſenſu, & Acronis auctoritate conſtat, qui Miluium inſignem fuiſſe aſſerit Horatii temporibus parasitum. ¶ Eſt preterea Mulio genus cerealicum. Plin. li. 18. ca. 18. Impugnant eas naturæ eiuſdem degeneres oeſpæ, atq; crabrones, & è cuiſcum genere qui uocantur Mulliones.

Mũliõlus, a, um, Quod ad mulionem pertinet. ἀγωγαβλάτης ἱππικός. [Ital. Pertinente à mulatiere. Gal. Apartenant à mulatier. Hiſp. Peteneſciente à mulatero. Ger. Das deis eseltreibers iſt.] Cice. pro Seſt. Mulioniam penulam amiſit, cum qua primum Romam ad Comitia uenerat, &c.

Mũndũs, a, um. Quod eſt purum, terſum, politumq; καθαρός, κόσμιος. [Ital. Mõdo, polito, netto. Gal. Net, poliſ. Limpio, ò afeytado. Ger. Sauber, Rein, wol gefegt.] Cælius cõtrariũ eſt immundus. Plau. in Ciſt. Nec munda neque ut ſoles. Terent. Eun. Quæ dum foris ſunt, nihil uidentur mundius, Nec magis compoſitum quicquam. Horat. 2. Epiſt. 1. Iandudum ſplendet focus, & tibi munda ſupellex. Idem Sat. 2. unde Mundior exiret uix libertinus honeſtè. ¶ Mundior iuſto cultus. Liu. lib 9 ab Vrbe.

Mundulus, diminutiuum, qui nimis mundities uitor, ut placeat mulierculis. ὁ καθαριότητος. Plaut. in Truc. Nũc ego iſtos mundulos urbanos amaſios. Hoc ſibi uult exponam.

Mundus, di. ſubſtantiuum, m. f. Dicitur ornatus muliebris quo ſcilicet mulier mundior ſit. κόσμος, γυναικῖος. [Ital. Ornato. Gal. Ornement. Hiſpa. Las layas de la muger. Ger. Vueiberzierd, das d e weiber brauchen ſich damit zuzieren vnd mutzen.] In cuius nominis appellatione continentur ſpeculum, inaures, armillæ, anuli, gemmæ, & ſimilia, quibus mulier ornatur. Cato pro lege Oppia. Mundities ornatus, & cultus. fœminarum iudicia ſunt: hic gaudent, & gloriãtur. Hinc Mundum muliebrem appellarunt noſtri maiores. Liu. 2. bel. Macedo. Non aurum modò ijs, ſed & poſtremò ueſtem, mũdumq; omnem muliebrem ademit. Col. lib. 12. cap. 1. Poſtea mundum muliebrem, qui ad dies feſtos comparatur. Dicitur, & Mundum, neutro genere. Lucil. Legauit quidam uxori mundum omne, penumq;. Hinc etiam Mundus accipitur pro elegantia illa, ornatuq; totius uniuerſi machina, quæ ex omni eo conſtat quod eſt ambitu continetur. [Ital. & Hiſp. Mondo. Gal. Le monde. l'vniuers. Germ. Die welt.] Nam ſicut Græci κόσμον, quod apud eos ornatum ſignificat, ita nos à perfecta, abſolutaq; elegantia uocamus Mundum, quòd nihil eo ſit mũdius & pulchrius, & ornatius. Hæc ex Pli. libr. 2. cap. 1. & 2. Cic. de Finib bon. & mal. li. 3. Mundum autem cenſent regi numine deorum, eumq; eſſe quaſi communem urbem, & ciuitatem hominum, & deorum, & unumquenque noſtrũ huius mundi eſſe partem: ex quo illud naturæ cõſequitur, ut cõmunem utilitatem noſtræ anteponamus. Idem 2. de Nat. deor. Mundus eſt quaſi communis deorum atq; hominum

hominum domus, atq; urbs utrorumq;

Mūndānus, na, num, Quod mundi eſt. κοσμικός. [Ital. Mondano. Galli. Domonde. Hiſpani. Coſa del mondo. Germa. Vuáltlich] Vnde interrogatus Socrates philoſophus, cuias eſſet, Mundanum ſe eſſe reſpondit. Vide Cice. 5. Tuſculanarum.

Munditer, aduerbium. καθαρῶς, κοσμίως. Plau. in Pœn. Nã quum ſedulo munditer eos habeamus, uix ægrè amatorcu los inuenimus.

Mūnditĭes, ei, f.q. & Munditia, æ, f.p. pro lautitia, Puritas, elegantia, nitor. καθαριότης. [Ital. Méndezza, politezza. Gal. Netteté. Hiſ. Afeyte, limpieza. Ger. Sawberkeit, reinikeit, ausmutzung.] Cic. li. 1. Offi. Adhibenda præterea munditia eſt, non odioſa, nec exquiſita nimis: tantùm quæ fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam. Ouid. 3. de Arte, Mũditiis capimur, ne ſint lege capilli. Col. li. 9. ca. 14. Nec quamuis amantiſſimus munditiarum, offendunt odore ſuo. ¶ Munditias facere apud Catonem cap. 1.

Mundifico, Mundum facio. καθαροποιῶ.

Mūndo, as, act. p. Detergo, purifico καθαίρω. καθαρίζω. [Ital. Mondare, nettare. Gal. Nettoyer, monder. Hiſ. Alimpiar ò afeyter. Ger. Seuberen, reinigen.] Pli. li. 15 Ob id crebrius uaſa mundanda. ¶ Hinc componitur Emundo, expurgo, ſordibus libero. ἐκκαθαίρω. Col. lib. Quædam pluuiis diebus, ut bubilia, & ouilia, debent emundari.

Munero, moneras. Vide Munus.

Mūngo, mungis, xi, ctum, a. r. quaſi mucum ago. μύσσω. [Ital. Mocciare. Gal. Mouſcher Hiſ. Limpiar los mocos. Ger. Die naſen butzen.] Id enim mungere eſt, quũ è naribus mucus trahitur. Vnde Emungo fit, ἐκπύσσω de quo ſuprà. Inuenitur etiam Mungor deponens. Cato de liberis educandis, Neq; mungẽtur libertatem.

Municeps, Vide Munus.

Mūnĭo, ĭs, iui, uel munii, nitum, a. q. Significat Fulcio, uallo, circũdo, reparo, præparo, defendo. ἐχυρόω, τειχίζω, ἀσφαλίζω, ὀχυρόω. [Ital. Fortificare, guarnire. Galli. Fortifier, munir, garnir. Hiſpa. Fortaleſcer, ò guarneſcer. Ger. Bewaren, be feſtigen.] Plaut. in Mil. Magnum illic honorem inciſis, ſi magna munis mœnia. Idem in Perſa, Ve munitum muro tibi uiſum eſt oppidum? P. Si incolæ bene ſunt morati, pulchrè munitum arbitror. Col. Quantumq; res paſtur à frigore & tempeſtatibus munimus. Plaut. in Mil. Tibi munii uiam qua cibatus, commeatusq; ad te & legiones tuas cutò poſſit pernenire. ¶ Munire uiam (inquit Valla) eſt repurgare, reficere. ac ſubſtruere: idq; interdum lapidibus, quales ſunt uiæ Romanæ à pleriſq; portis, in multorum dierum iter ſilicibus ſtratæ. Cic. pro Mil. Ideóne Appius ille Cæcus uiam muniuit, non qua populus uteretur, ſed in qua ſui poſteri impunè latrocinarentur? ¶ Et per translationem pro præparare, & aditum ſibi quodammodo patefacere. προοδοποιῶ. Ci. 1. Tuſc. Abiit ad deos Hercules: nunquam abiiſſet, niſi quum inter homines eſſet, eã ſibi uiam muniſſet. Sic dicimus Munire ripam, Munire alueum, Munire aditum, quum illa uel reficimus, uel reparamus.

Mūnitio, onis, f. t. Idem quod munimentum, uallum, agger. περιτείχισμὸς φράγμα. [Ital. Munitione, guarnimento. Gal. Fortification ou fortereſſe, munition, defenſe. Hiſpa. Fortaleſcimiẽto ò guarnicion. Ger. Befeſtigũg, ſchantz.] Cic 8. Phili. Antonius Mutinam operibus munitionibuſque ſepſit. Idem 1. de Orat. Fons qui totus fluctibus operiretur, niſi munitione, ac mole lapidũ mari diffũctus eſſet.

Mūnimen, inis, n. t. ſiue Mūnimẽtum, ti. n. ſ. pe. prod. Idem eſt quod Munitio, quæ propriè caſtrorum eſt, cæterarumq; rerum, quæ contra aduentum hoſtium muniuntur, ſiue uallo, ſiue foſſa, ſiue alio quouis modo, quo hoſti aditus præcludatur. ἐπιτείχισμα, ἀσφάλισμά, ἐπιτειχισμὸς, ἀλλο ὑπερώιον, φράγμα. Liu. 1. ab Vrbe, Quiritum quoq; foſſam haud paruum munimentum à planioribus aditu locis. Anci regis opus eſt. ¶ Munimen ad imbres, uel æſtum: hoc eſt, quo imbres, uel æſtum arcemus. Virg. 2. Georg. hoc eſſoſos munimen ad imbres, Hoc, ubi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arua.

Munis, Vide Munus.

Mūnus, eris, n. t. δῶρον, γέρας. [Itali. Dono, preſente. Galli. Don, preſent. Hiſ. Donò dadiua ò beneficio. Ger. Ein gaab oder ſchenckẽ.] Quatuor modis dicitur. Primo, pro dono: unde Munera dari, ac mitti dicuntur: Dictum Munus (ut inquit Varro) ab eo quòd qui mutuo animo ſunt, id dant officij gratia. Plaut. in Truc. Melior re munere certare mecum, quàm minacijs. Terent. in Eun. Munus noſtrum ornato uerbis quod poteris ¶ Altero, pro onere, quod quum remittitur, uacationem militiæ præſtat. τέλος. Nam munera publica ſine labore, atq; onere exercitari non poſſunt: unde Immunitas appellatur, & Immunis. Pli. li. 15. ca. 4. Vacatio munerum omnium ipſi, patriq; & auo paterno conceſſa. Cice. ad Brut. Quanquam enim Lamia ſummo ſplendore, ſumma gratia eſt, magnificentiſſimo munere ædilitio tamen, &c. Liu. 4. bel. Pun. Ita inter ſe munera belli partiti ſunt, ut Epicides præeſſet cuſtodiæ urbis. Hippocratei, &c. Suſceptum Reip. munus explere. Cic. de Prouinc. Conſular. Munera regis exequi Idẽ de Senect. Maſiniſſa ſenex omnia regis officia munera exequitur. Grãmatici, oratores, medici & philoſophi uacationem habẽt munerum ciuilium. ¶ Gellius etiam pro priuato onere poſuit, quum dixit, adhibendas puero nutrices, ne ad dolores, quos eniten do mater tuliſſet, munus quoq; nutricationis graue ac difficile accederet. ¶ Tertio, pro officio, ἔργον, τάξις. unde Munera militaria uocantur, & milites quidã Municipes dicuntur, qui in ciuitatem recepti, munera cum ciuibus faciunt, id eſt officia. Cice. Eiuſq; mercatis hoc munus proprium. ¶ Tuum eſt munus, tuæ partes, Cice. ad Brut. li. 11. Et 5. in Ver. Oſtendit illud munus non eſſe ſuum. ¶ Quarto, pro ſpectaculis, ſeu ludis, qui à principe populo quaſi muneris loco exhibentur. ἀγῶνες. Nanq; id genus obiecta menti antiqui Munera nominarunt, quòd populus tali ſpectaculo, perinde ac munere quodam capiebatur Suet. in Cæſare, Beſtias quoq; ad munus populi comparatas tranſcidarat. Mart. li. 1. Priſca fides tacebat, nam poſt tua munera Cæſar, Hæc iam fœminea uidimus acta manu. ¶ Munus gladiatorium dicebatur, quũ in ſpectaculis multa gladiatorum paria exhibebantur. Sueto. in Cæſ. Edidit ſpectacula uarij generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota.

Mūnuſcŭlum, li, diminutiuum, n. ſ. τὸ δωρημάτιον [Itali. Picciol dono. Gal. Vn petit don, vn petit preſent. Hiſ. Don pequeno. Ger. Ein kleine ſchenckẽ oder gab] Cic. 5. Ver. Quam tu totam inſulam cuidam tuorum ſodalium, ſicut aliquod munuſculum condonaras. Virg. 4. Aeg. At tibi prima puer nullo munuſcula cultu, &c. Catu. Arg. Non ingrata, tamen fruſtra, munuſcula diuis Promittens.

Mūnĕrārius, m. ſ. Spectaculi exhibitor, qui ludos gladiatorios exhibet populo, unumq; uel plura paria gladiatorum ad ſpectacula pugnatura producit. ἀγωνοθέτης, ἀθλοθέτης. Suet. in Domit. ca. 10. Partem familias, quòd Thracem mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum à ſpectaculis in arenam, canibus obiecit. Quint. lib. 8. cap. 3. Munerariam Auguſtus primus dixit. Qui uerò familiam gladiatorum habet, gladiatoréſque domi inſtituit, ac poſtea uendit, à laniando dicitur Laniſta. Vnde apud hiſtoricos frequenter legimus, Laniſtas uendidiſſe gladiatores munerarijs.

Mūnĕrālis, adiectiũ, quod ad munus pertinet. δωροδόκος, δωρημάτιος. [Ital. Pertinente à dono Gal. Apartenant à don. Hiſ. Coſa perteneſciente à don ò dadiua Ger. Gaab gehörig.] Vnde Muneralis lex, περὶ δώρων. qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere. Plau. Nec muneralem legẽ, neq; lenoniam rogo: fuerit nécne, flocci extimo

Mūnĕrŏ, tas, & Muneror, aris. deponens. p. In eadem ſignificatione, qua dono. δωρέομαι. [Ital Donare, preſtare. Gal. Remuneter, faire preſent, donner. Hiſp. Dar don Ger. Begaabeu, Schenckẽ.] Plaut. in Capt. & dij poteſtatem dabunt, Vt beneficium bene merẽti noſtro merito muneres Terent. in Heaut. Nam diſciplina eſt eiuſdem, munerarier Ancillas primùm, ad dominas qui affectant uiam. Cice. 1. Inuent. Aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. Macrob. 1. Satur. cap. 7. Ianus quum Saturnum claſſe profectum excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiam iuris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas uitã in melius redegiſſet, regni eũ ſocietate muneraſſe. ¶ Hinc Remunero. ἀντιδωρέομαι. Liu li. 2. ad Vrbe, Tum Mutius quaſi remunerans meritum.

Munis, inquit Feſtus, Officioſus, antiquè. Plaut. in Merc. Dico eius pro meritis gratum me, & munem fore.

Mūnĭa, orũ, n. ſ. Onera lege debita: & officia, quæ publicè præſtantur.

ſtantur. ἔργα, τέλη. [Ital. Vffici. Gal. La charge, l'office, ou le deuoir. Hiſ. Los officios. Ger. Die pflicht oder dempter ſo einer ſchuldig iſt.] Cic. pro Murena. Hęc ſunt officia neceſſariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorũ. Col. li. 12 ca. 1. Sic enim & magiſtri ſingulorum officiorum ſedulò munia ſua exequuntur. Liui. 1. ab Vrb. Interim Seruio Tullio iubere populum dicto audientem eſſe, eum iura eſſe rediturum, obiturumq; alia regis munia. Ibi idem, Cenſum enim inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli pacisq; munia non uiritim, ut antea, ſed pro habitu pecuniarũ fierẽt. Hinc Immunis, ἀτελὴς, qui ab eiuſmodi onere liber eſt. ¶ Item Communis, de quo diximus ſuo loco.

Municeps. Vide Municipis.

Mũnicipalis, & hoc le, o. c. Quod ad municipes pertinet. Cic. 3. de Legib. Veniam, inquit M. Cic. iſto animo, atque uirtute in ſumma Republi. uerſari nobiſcum, quàm in municipali maluiſſes. Municipales homines dicuntur, qui in municipijs degunt, hoc eſt in ijs oppidis quæ ciuitatis Romanæ ius ſunt adepta. Cic. ad Atti. lib. 9. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum ruſticani. Budæus municipales homines interpretatur pro ſimplicibus, & imperitis: fortaſſis idcirco, quòd homines in municipiis degentes minus aſtu & calliditate ualeant, quàm urbani. ¶ Municipalia ſacra uocantur, quæ ab initio habuerunt municipes ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obſeruare eos uoluerunt Pontifices, & eo more facere, quo facta fuiſſent antiquitus. Municipale ius, dicitur priuatorum ius uniuſcuiuſque ciuitatis, Municipalia magiſteria, uocantur adminiſtrationes, & officia ſui municipij.

Municipia, orum, n. ſ. Dicebantur ciuitates ſuo iure & legibus utentes, muneribus tamen populi Romani, & honoribus fugientes. Capiebant enim munera, ſed non damoſa, ut eſt collatio tributorum, & huiuſmodi, ſed quæ ad honorem pertinerent: à quo munere capeſſendo nomen ſibi uendicauere, nulla populi Romani lege aſtricti. ¶ Erant itaq; municipiorum incolæ, qui Municipes dicebantur, meliore conditione, quàm coloni. Municipiorum iura iam penitus obliterata ſunt. Municipem (inquit Vlpianus) facit aut ciuitas, aut manumiſſio, aut adoptio: quoniam Municeps eſt, & qui liber in municipio natus eſt, & qui in municipio à ſeruitute ſe liberauit, & qui ciuitatem quandoq; aſſequutus eſt. Propriè tamen Municipes dicuntur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munerum participes fiant. Sed abuſiuè, nunc Municipes dicimus, ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues. Quo nomine tam Oratores, quàm Poetæ utuntur. Iuuen. Saty. 4. Iam princeps equitum, magna qui uoce ſolebat Vendere municipes facta de mercе ſiluros. Cic. in Bruto, Non dubito quin ſcias non ſolum cuius municipii ſim, ſed etiam quàm diligenter ſolearn municipes Arpinates tueri. Municipalis quidam putãt à munitionibus dicta, alij à municentia, quòd municipia eſſent ciuitates. primaq; origo oppidorum, quæ ciuitates dictæ ſunt, municipia nominare. Hæc Siculus Flaccus.

Municipatim, Significat per municipia: ſicut Oppidatim, per oppida.

Mũnificus, a, um, adiectiuum. Munificus. μεγαλοπρεπὴς, ἐυεργέτης. [Ital. Corteſe, liberale. Gal. Cortois, franc & liberal. Hiſp. Cortes, franco y liberal. Germ. Freygábig.] Apud antiquos, non à largitione, quæ nulla erat, ſed cõſentiẽs appellabatur ad ea quæ amici uellent. ¶ Nunc autem Munificus pro liberali ponitur, quaſi munera largè præbens: de quo in dictione Liberalis. Munificus amicus. Liu. 5. bel. Maced. Mitis & munificus amicus fuit Ouid. 1. Amorum, eleg. 7. Te dea munificam gentes ubicunq; loquuntur. Idem 4 de Ponto eleg. 1. Nec mihi munificus arca negauit opes. ¶ A munificus, fit Munificẽtior & Munificentiſſimus. Cic. pro Roſ. Com. Semper liberaliſſimus, munificentiſſimus q; fuit. Caro tamen Munificior. & Munificiſſimus, dixit. Feſtus, Munificios à munifico, identidem Cato dixit, quum nunc Munificentior dicamus, quanuis Munificens non ſit in uſu.

Munificè, aduerbium, Largè, abundanter. μεγαλοπρεπῶς. [Ital. Corteſamente, abondeuolmente. Gal. Largement, liberalement Hiſ. Francamente, liberalmente. Ger. Freygábiglich, reichlichen.] Cice 3. de Nat. deor. Sic haud ſcio, an melius fuerit humano generi motum iſtum celerem cogitationis, acumen, ſolertiã, quam rationem nocamus, quoniam peſtifera ſit multis, paucis admodum ſalutaris, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari. Munificè & æquè cueri ſocietatem coniunctionis humanæ, Cic. 1. de Fin. Munificè prædam largiri, Liu. 1. ab Vrbe.

Mũnifico, as, are, a. p. Ditare, beatum facere. πλουτίζω. [Ital. Arricchire, far beato. Gal. Faire dons & preſens, enrichir Hi. Enriqueſer à otro, hazer bienauenturado. Ger. Begaben, Reich machen.] Lucret. libro ſecundo de Cybile deorum matre, Ergo quum primùm magnas inuecta per urbes Munifica tacita mortales muta, ſoluta, Aere atque argento ſternunt iter.

Munifex, cis, maſc. geo. 1. quanuis figuratè etiam alijs generibus iungatur. ὁ μὴ ἀ τελοφόρος, ὁ μὴ ἀ συντελὴς. [Ital. Chi fa il ſuo officio. Gal. Qui fait ſa charge & ſon eſtat. Hiſp. El que haze el ſuo officio. Ger. Der ſein ampt thůt oder verrichtet.] Munifices, autore Feſto, qui nõ uacabant, ſed munus principi faciebant. Contrà beneficiarij dicebãtur, qui uacabant muneris officio. ¶ Munifices item à Vegetio li. 2. cap. 7. dicuntur milites, qui munera faciunt: quibus immunes non obſtricti ſunt. Inde illud Plinianum per metaphoram dictum lib. 11. cap. 40. Vno uerò ex omni turbamillio, ſola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, deſcendit.

Mũnificentia, æ, f. p. μεγαλοπρέπεια. [Ital. Corteſia, liberalità. Gal. Liberalité & largeſſe. Hiſp. Franqueza, liberalidad. Ger. Freygebigkeit.] Pli. lib. 27. ca. 1. Nec dubiè ſuperata hoc modo poſſet uideri etiam rerũ naturæ ipſius munificẽtia ſi humani operis eſſet inuentio.

Munuſculariũ, aquæductus, in l decernimus, de Aquæd. C. lib. 11. Alberic. ſunt qui modicũ aquæ ducunt. Attamen uetiorem lectionem Alciatus Muſculatius indicat, & Halander ſic habet. Nimirũ ſic dicti aquæductus hi, quod ex Muſculis dilaberentur. Muſculus aũt inſtrumentum eſt ad ſimilitudinem muris, quo in bellis utebantur ad æquandas foſſas, ut Vegetius tradit. Erant autem tubi ductibus ad ſimilitudinem muſculorum.

Mvræna, æ, f. p. Piſcis eſt longitudine non diſſimilis anguillæ, & fœminini tantùm ſexus. μύραινα. [Ita. Murena. Gal. Marene. Hiſp. Morena. Ger. Ein meerfiſch diſes nammens, iſt in der form wie Aal oder ſchlang.] Nam maſculus, teſte Pli. li. 9. ca. 23. Myrnus, uocatur, robuſtior quàm mures, & unicolor. Fuit autem hoc piſcis genus apud ueteres in maximis deliciis, partim ob præſtantiam ſaporis, partim ob inſignem uiuacitatem. Nam quum reliqui piſces aut tædio carceris, aut uitio piſcinarum facilè interirent, ſola murænæ ad quotidianos uſus uiuarijs incluſæ diutiſſimè poſſunt aſſeruari. Conſtat enim autoritate Pli. li. 9. c. 17. C. Hirtium ex uiuarijs ſuis Cæſari Dictatori ſex millia murænarum mutuò appendiſſe. Manſueſcunt autem murænæ, & de manu cibum capiũt: unde à quibuſdam ſuprà quàm credi poſſet fortunatæ adamatæ. Nam & craſſus murænam in uiuario ſuo mortuam fertur, ut filiam deſleuiſſe, & tumulo condidiſſe, & Antonia Druſi murænæ à ſe amatæ aures addidiſſe. Optimæ autem inter murænas habebãtur, quæ capiebantur in freto Siculo: quas Macrobius Saturn. lib. 3. Flutas uocari aſſerit his uerbis, Accerſebantur ad piſcinas orbis ab uſq; freto Siculo (illic enim optimæ eſſe dicuntur) tam murænæ, quàm anguillæ, & utræq; ex illo loco Plotæ, & Latinis Flutæ uocantur, quod in ſummo ſupernatantes, ſole torrefactæ, curuare ſe poſſe, & in aqua mergere deſinunt, atq; ita facilè capiuntur. Mart. li. 13. Quæ ſtat in Siculo grandis murænа profundo, Non ualet tenſtam mergere ſole cutem Plaut. in Anlu. Congrum, murænam exdorſua, quantum potes. Idem in Am. Mirum ni hæc me quaſi murænam exoſſare cogitat. ¶ Eſt autem Murena duplex, Marina & Fluuiatilis: Marina roſtrum habet, quale anſeris. Fluuiatilis, quæ à quibuſdam Galeos dicitur, multò minor eſt marina, utpote quæ cubiti longitudinem nõ multùm excedat. Paulus Iouius in eo libello, quem de Romanis piſcibus edidit arbitratur eandem eſſe quę à Plinio Muſtela, & à nobis à tãbendis petris Lãpetra dicitur. ¶ Et & Muræna μυραινίς, cognomen uiri Romani ab eo piſce deductum. Vnde Ciceronis extat oratio pro Murena.

Murænula, μυραινίδιον. [Itali. Collane. Galli. Colliers. Hiſp. Collares ò cadenillas de oro. German. Roſtliche hauſmirden, oder kettinen ſo man zur zierd an halſs hẽckt.] Sunt ornamenta colli flexuoſa, inſtar murænarum, & cateræ ex auro, quibus matronæ decorantur: ſicut ſcribit Hieronymus

Hieronymus ad Marcel. his uerbis, Aurum colli ſui, quod murænulam uulgus uocat (quod ſcilicet metallo in uirgulas lenteſcente quædam ordinis flexuoſi catena cõtexitur) abſq; parentibus uendidit. ¶ Poteſt etiam Murænula eſſe diminutiuum à Muræna.

Muralis, Muratus, Vide Murus.

Murcidos, Antiqui, teſte Feſto, ignauos appellarunt & ſtultos. *πωθεὶς*. Plaut. in Epid. Væ tibi murcide homo.

Mũrci, m. f. Dicti ſunt homines timid. & ignaui, qui ut militiæ periculum effugerent, pollices ſibi amputabant. *ἀβλαχροί*. [Itali. Stolti, poltroni, da poco Galli. Mornes, ſots, malauiſez. Hiſp. Locos, bouos. Ger. Träg, zaghafft, faul leut mit denen nicht aufs zů richtẽ iſt.] Cæl. Rhod. li. 18. ca. 21. Inter Gallos non ferè compertus, qui militiæ detrectandæ cauſa pollicem ſibi præcideret: quod genus iocaliter Murcos dicunt.

Mũrcĭõtum, li, n. f. Col. Semen lentiſci uocat, uelut à figura muricis, quòd buccini ſpecie uiſatur is folliculus, niſi quis pro languido accipiat: quando & numen ſocordiæ Murciam deam uocabant. Hæc Hermolaus in 15. capite libro 9. Plinij.

Mũrex, cis, m. t. Piſcis marinus ex concharum genere, à purpura diuerſus, qui per excellentiam etiam Conchylium dicitur. *ἁπορφύρις, κογχύλιον*. [Ital. Peſce di mare co'l cui ſangue ſi tinge la porpora. Gal. Vn certain poiſſon en eſcaille, du ſang dequel on ſouloit teindre en couleur de pourpre. Hiſp. La cõcha de que ſe haze la purpura. Ger. Ein gattũg meer ſchnecken dẽ gleich ſo die purpurfarb gibt.] Plin. li. 9. ca. 17. Conchylia & purpuras omnis ora atterit. Ex muricis humore fit color, qui & ipſe Murex, ſiue Conchyliũ dicitur. Virgil. 4. Aeglog. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice. Vnde Veſtis tincta murice, quæ & Conchyliata dicitur. Virgil. 4. Aenei. Tyrioq; ardebat murice læna. ¶ Fuerunt item Murices in menſarum delicijs: unde de iis ſic ſcribit Mart. lib. 13. Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis: & non eſt hoc ſatis eſca ſumus. ¶ Accipitur interdum pro acumine, ſiue aſperitate ſaxi prominẽtis. Virg. 1. Aene. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere. ¶ Interdum murices ſunt tribuli, *τρίβολοι*, hoc eſt machinulæ ferreæ, doloſæ, tetragona forma, quæ in quancunq; partem incubuerint, unum aut plures aculeos infeſtos protendunt. Vale. Max. lib. 7. Suadentibus quibuſdam, ut circa mœnia urbis, quam obſideret, terreos murices ſpargeret, ne ſubita eruptione hoſtes impetum in præſidia noſtra facere poſſent. Tribulorum meminit Vegetius libro tertio.

Mũrĭcātus, a, ũ. Quod eſt muricis modo factũ *κογχυλιωτός*. [Ital. Fatto à foggia di porpora. Gal. Fait en facon de porcelaine. Hiſp. Hecho à guiſa de abroios. Ger. Geſpitzet.] Plin. li. 30. ca. 13. Vtrinq; folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. ¶ Muricati greſſus, Fulgentio, id eſt formidoloſi, & pauendi. Intuemur (inquit) arua, quibus adhuc impreſſæ bellantium plantæ: muricatos (quod aiũt) figillauerunt greſſus. Et formidine menti nondum exterſa, hoſtes in ueſtigijs pauebamus: terrorem enim pro ſui memoria miles hoſtis hæredem reliquerat.

Muricatim, aduerbium, Conuolutim, in modum muricis. *ἑλικοειδῶς, κογχυλευτικῶς*. [Ital. A foggia di porpora. Gall. En facon de porcelaine, en tortillant. Hiſp. A manera de abroios. Ger. Als ein meerſchnecke gebogen.] Col. li. 9. ca. 13. Vertice muricatim intorto, margine in mucronẽ emiſſo. Budæus.

Mũrĭlẽgŭlus, li, à muricibus legendis, ſiue colligendis, nomen habet. Cæl. Rhod. libro octauo cap. 11. Murilegulos iuris conſulti muricis & purpurarũ perquiſitores nuncupãt. Meminit Iuſtinianus lib. 11. Codicis, tit. de Monetarijs, & Murileg.

Murgiſo, pen. prod. Iuuen. deſidioſus: à mora & deſidendo dictus, inquit Feſtus.

Mări̇a, æ, f. p. Genus liquaminis, quod ex thynno piſce conficiebatur. *ἅλμη*. [Itali. Salamora. Gal. Saulmure. Hiſpa. Salmuera ò ſalmoreio, para adobo. Ger. Ein ſoſs oder bruy von einem meerfiſch gemacht. Item, ein teges ſalzlab oder geſaltzne brũye.] Perſius Satyr. 6. Tingat olus ſiccum muria uafer in calice empta. De muria epigramma eſt Mart. lib. 13. Antipolitani fateor ſum filia thynni: Eſſem ſi ſcombri, non tibi miſſa Forem. Horat. Satyr. 8. Vt melius muria quàm teſta marina remittat. ¶ Muria etiam dicitur ſalſugo, hoc eſt liquor ex ſale reſolutus, quam Salmuriam uulgò dicimus. Col. li. 12. ca. 15. Quoniam quidam, imò etiam ferè omnes Græci, aqua ſalſa, uel muria muſtum condiũt, eam quoq; partem curæ non omittendam putaui. Plin. lib. 13. ca. 8. Muria quoq;, ſiue illa ſalſugo, ſpiſſat, mordet, extenuat, ſiccat. Muriam Feſtus ex Verranij ſententia interpretatur ſalem ſordidum in pila piſtum, & in ollam fictilem coniectũ, ibiq; opertum, gypſatumq;, & in fumo percoctũ: cui uirgines Veſtales ferra ferrea ſecto, & in ſeriã coniecto, quæ eſt intus in æde Veſtæ in penu exteriore, aquã iugẽ quamlibet, quæ per fiſtulas uenit, addunt, atq; ea demũ in ſacrificijs utuntur.

Muries, riei, f. q Idem quod muria, hoc eſt liquor ex ſale reſolutus. *ἅλμη*. Cato ca. 88 Si natabit, ea muries erit, qua uel carnem, uel caſeos, uel ſalſamenta condias.

Mări̇ăticos, ca, cũ, Quod muria conditum eſt. *ἁλμυρώδης*, [Ital. Aceoncio in ſalamora. Gal. Qui ſent la ſaulmure, ou eſt acouſtré en ſaulmure Hiſp. Adobado en ſalmuera. Ger. Gebeitzet in einem ſaltzlab.] Plaut. in Pœn. Soror cogita Amabo, nos item perhiberi, quaſi ſalſa moriatica Eſſe autumantur, ſine omni labore, & ſine ſuauitate, niſi Multa aqua uſq; & diu macerantur, olent, ſalſa ſunt, tangere ut non uelis: ità nos ſumus eiuſcemodi, mulieres ſunt admodum ſalſæ, atq; inuenuſtæ ſine munditia & ſumptu.

Murilyus, Vide Murex.

Mă̇rra, æ, vel Myrina, ę, f. p ſiue ut alii ſcribunt, Myrrhina, ſiue Murrhina, *μυρρίνα*, Potionis genus (inquit Feſtus) quod Græci nectar uocãt: quod quidã dici putant ab uocæ murrhinæ nomine. Plinius item lib. 14. capite 13. ex Plauti ſententia murinam oſtendit uini dulcioris genus eſſe. Laudatiſſima (inquit) apud priſcos uina erant, miro odore cõdita: ut apparet in Plauti fabula quæ Perſa inſcribitur: quã quam in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam aromatis delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorſennus decreuit his uerbis, Mittebant uinum pulchrum, murinam. Et in Acariſtione, Panem, & polentam, uinum, murinam Scæuolam quoque & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe uideo, quoniam in Pſeudolo ſic, Quòd ſi opus ſit, ut dulce promat Indidem, ecquid habet? Cogras? Murinam, paſſum, defrutum, mellinam. Quibus apparet, non inter uina modò murinam, ſed inter dulcia quoq; nominatum. Hactenus Plin. Gellius quoq; Murinam inter dulces potiones enumerat, quæ mulieribus Romæ in uſu eſſe conſueuerunt. Romanas (inquit) mulieres bibere ſolitas ferunt loream, paſſum murinam, & quæ id genus optime, potu dulcia.

Mũrmur, n. t. Tantum eſt neutri generis, quanuis Euangeliorũ interpres ſemel in maſculino genere uſus ſit. *ψόφος, ψιθυρισμός*. [Itali. Mormoro. Galli. Murmurer, bruit. Hiſp. Ruido ò murmullo de gente. Ger. Ein gereuſch oder getöſs eines flieſſenden waſſers, ein gemümmel.] Eſt autem proprie Murmur, lenis aquæ ſtrepitus: licet & præ alio quo cunq; ſtrepitu poni cõſueuerit. Nomen eſt fictitium, teſte Qu. li. 8. ca. 6. quemadmodum & Mugire, & Sibilare. Virgil. 10. Aene. - ceu flumina prima Quum deprehenſa fremunt ſyluis, & cæca uolutãt Murmura. Cic. 1. de Orat. Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, ſunt ducta à cæteris ſenſib. Idẽ in Arato. Nec metuens canos minitanti murmure fluctus. Ouid. 8. Met. qui poſtquam uoce, manuq; Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.

Mũrmŏro, ras, n. p. Leniter ſtrepo, & ſonum aquæ fluitantis ſimilem edo. *μορμύρω*. [Ital. Mormorare. Galli. Murmurer, broire. Hiſp. Murmurar ò hazer ruido. Ger. Töſen, rauſchen.] Vnde Fremitum murmurantis maris, dixit Cic. 1. Tuſcul. Quãuis etiam indifferenter de quouis alio ſono dicatur. Plin. lib. 18. ca. 31. Pallidi nauq; murmurantes q; ignes tempeſtatum nuntii ſentiuntur. Plaut. in Caſ. Mihi inanitate laududum inteſtina murmurant, pro eo quod eſt crepant *κορουγύζει*. ¶ Murmurare itẽ contradicere aliquando ſignificat, ſecreto murmure indignationẽ oſtendere. Plaut. in Mil. Verùm ubi dies decẽ continuos ire ad eundem inſtat, Tametſi dominus non inuitus patitur, ſerui murmurant. Idem in Aul. Vt ſeleſta ſola ſecum murmurat. ¶ Antiqui etiam in eadem ſignificatione uſi ſunt, uerbo deponente Murmuror. Varr. Romę in balneis

ploderã

plodere cœpimus, & murmurari. Nonius. ¶ Huius compoſita ſunt, Admurmuro, & Commurmuro, Plin. li. 10. Vbi congregatæ interſe commurmurant. Immurmuro, Obmurmuro, Submurmuro, ὑποτονθορύζω, leniter murmuro quæ uide ſuis locis.

Mūrmūrātio, Verbale. f. t. ὁ μορμυρισμός, ὁ γογγυσμός, ψυθιρισμός. [Ital Mormoramento. Gal. Murmurement, bruyement. Hiſp. Murmuramiento, ruido. Ger. Ein gereuſch, ein murrung, brummlung] ut Murmuratio aquilarum, Plin. lib. 10. cap. 3. Murmuratio querula, ibidem.

Mūrmūrillo, las. Submurmuro. ὑποτονθορύζω. Plaut. in Ru. Quid murmurillas tecum, & te diſcruciaſ?

Mūrmurillūm, li, n. s. Exigua & ſubmiſſa murmuratio. τονθορυσμός. [Ita. Picciolo mormoro, Gal. Petit bruit. Hiſ. Pequeno ruido Germ. Ein gemürmele, ein kleins getöſe.] Plaut. in Rud. Palàm age, nolo murmurillum, neq; ſuſurrũ fieri mihi.

Murrha, f. p Lapidis pretioſi genus eſt, odoris præſtantia cõmendabile, & colorum uarietate inſigne, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram, candoremq;, & tertiũ ex utroq; igneſcentem, ueluti per tranſitum coloris purpura robeſcente, aut lacte candeſcente. Naſcitur in Oriente apud Parthos, & præcipuè in Carmania. Creditur eſſe humor, Solis calore ſub terra condenſatus. Amplitudine nuſquam excedit paruos abacos, craſſitudine autem rarò tanta, ut poculis potorijs ſufficiat: qua in re præcipuus erat uſus murrhę. Mart. lib. 4. Si calidum potas, ardenti murrha Falerno Conuenit, & melior fit ſapor inde mero.

Murrheus, a, um, μύρρινος. Quod ex murrha eſt. Iabolenus Iureconſultus ſcribit, Murrhea uaſa, quæ ad uſum edendi, & bibendi cauſa reperta ſunt, eſſe in ſupellectili.

Murrhinus, a, ũ, Vel (ut alii ſcribunt) Myrrhinus, μύρρινος, pen. corr. Quod ex murrha confectum eſt: ut, Abaci murrhini, Trullæ murrhinæ, Pocula murrhina. Suet. in Aug. Alexandria capta nihil ſibi præter unum murrhinum calicem ex inſtrumento regio retinuit. ¶ Murrhina ſubſtantiuè, dicuntur uaſa murrhina, quæ apud ueteres ſummo erant in pretio, partim ob colorum uarietatẽ, partim propter gratiam odoris. Plin. lib. 37. Orieus murrhina mittit: inuenitur enim ibi plurib in locis, nec inſignibus, maximè regni Parthici: præcipuè tamen in Carmania, Humorẽ putant ſub terra calore denſari. Amplitudine nuſquam paruos excedunt abacos, craſſitudine rara, quanta dictum eſt, uaſe potorio. Splendor his ſine uitribus, nitorq; uerius, quàm ſplendor. Sed in pretio uarietas colorum, ſubinde circumagẽtibus ſe maculis in purpuram candoremque, & tertium ex utroque igneſcentem, ueluti per tranſitum coloris purpura robeſcente, aut lacte candeſcente. Et paulo pòſt, Aliqua & in odore commendatio eſt. De incredibili murrhinorum pretio uide Plinium paulò antè eodem capite. Martialẽ libro decimotertio, Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum Poſce, dabunt calices hæc tibi uina ſuos.

Mūrūs, ri, m. C. A muniendo dictus, propriè eſt lapideus urbis ambitus: quum Paries propriè ſit domorum. τεῖχος. [Ital. Muro. muraglia. Gal. Mur, muraille. Hiſp. Muro dela ciudad ò villa. Germa. Ein maur.] Macetia uerò ſiue Maceries, quæ conſtat ex lapidibus, ſine calce, aut alio genere ferruminationis. Cæſar 7. belli Gall. Portas claudere, murum complere cœperunt. Ci. de Nat. deor. Muri urbis, quos uos ſanctos eſſe dicitis. Virgi. 7. Aeglo. Quæ tentare Therin ratibus, quæ cingere muris Oppida. quæ iubeant tellori infindere ſulcos. Ouid. 11. Meram. Phrygiæq; tyranno Aedificat muros, pactus pro mœnibus aurum. Horat. 3. Car Ode 1. Ter ſi reſurgat murus aheneus, Auctore Phœbo. ¶ Murus per tranſlationem. Cice 5. Verr. Ad omnes enim meos imperos quaſi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur.

Mūrālis, & hoc murale, om. t. Quod ad murum pertinet. τεῖχικός. [Ital. Ciò che s' appartienne à muro. Gal. Apartenãt à muraille. Hiſp. Coſa perteneſciente à muro. Ger. Das zů der maur gehörẽt.] ut, Muralis corona, qua donari ſolebat ab Imperatore qui primus murum ſubiiſſet, & in hoſtium oppidum per uim aſcendiſſet. Pli. li. 16. ca. 4. Cedunt iis murales, uallares q;: & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Liu. 1. bel. Pun. Vrbe poſtquam corona aurea muralis propoſita eſt, &c. Pila muralia, quibus quatiuntur muri, aut quæ de muris deiiciuntur. Cæſ. 7. bell. Gall. Aut ex uallo & turribus traiecti pilis muralib. interibant. Machinæ murales, quibus muri diruuntur. Plin. li. 7. ca. 56. Muralis herba, περδίκιον, παρθένιον. quæ uulgò Vitriolũ dicitur, quod uaſa mirum in modum confricata purificet, ideoq; Vitreo laris à ueteribus dicta. Eadem Parietaria nocatur, quòd in muris frequenter naſcatur: & Perdicium, quoniam perdices ea præcipuè paſcantur. Plin. li. 22. ca. 27. & Dioſcoridis li. 4. ca. 41. Tormentum murale. Virg. 12. Aeo. murali concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt.

Mūrātus, a, um, τετειχισμένος, ἐυτειχής. [Ital Murato. Galli. Muré. Hiſ. Coſa forealeſcida de muros. Ger. Gemauret] Quod muros habet: unde, Vrbes muratæ dictæ ſunt, hoc eſt, muris circundatæ.

Mūs, muris, m. t. μῦς. [Itali Sorice, topo. Gal. Vn rat ou une ſouris. Hiſpa. Raton. Ger. Ein Maus] Exiguum animal eſt, nobiſcum in domo habitans, à corroſionis ſono, quem facit, dictum. Diſtinguitur à ſorice, quòd Sorex maior ſit mure, clariusq; ſtrepat, ut docet Eraſmus in Prouerbio, Sorex ſuo perit indicio. Vtrunq; eſt animal nobis inſtum: ſorices tamen quia maiore ſunt corpore, plus ædificium detrimenti. Col. Si ſerpens aut mus, toreuue in iumentum ceciderit. Murem certè nec ferum iure dixeris, nec placidum, quia nunquàm manſueſcit, ut inquit Pli. Virg. 1. Georg. Sæpe exiguus mus Sub terris poſuit q; domos, atq; horrea fecit. Horat. de Arte. Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Ci. Arti. li. 19. Sed quod quæris qd agat Chryſippum: tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ minas agunt: itaq; non ſolùm inquilini ſed & mures migrauerunt. De moribus uide Plin. lib. 8. cap. 27. Mus araneus eſt, quem Græci μυγάλην appellant, compoſito nomine ἀπὸ τῦ μυὸς καὶ γαλῆς, hoc eſt à mure, & muſtela, quòd muris magnitudine ſit, muſtelina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili, uerſu dentium quadruplici, ut inquit Actius. Abundat his inſula Britannia. Plin. li. 29. Et ipſe mus araneus contra ſe remedio eſt, diuulſus, & impoſitus. Murium maritorum meminit Plin. lib. 9. cap. 19.

Mus Iudicus. Vide Iudicumon.

Mūſculus, i, m. C. Modò diminutiuum eſt, & ſignificat paruũ murem. μυσκίον. [Ital. Topolino. Gal. Petit rat, petite ſouris. Hiſp. Ratoncillo. Ger. Ein Meüslin.] Pli. Detergente Nilo maſculi reperiuntur Cice. 1. de Diui. Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicũtur augeri. ¶ Muſculi ut à Medicis accipiuntur, ſunt partes corporis carnoſæ, nervorum fibris motus gratia, circumiectæ, uenis q; & arterijs conſpersæ, illis quidem ad alimenti diſtributionem, his autem ad natiui coloris cuſtodiam, quæ omnia tenuis complectitur tunica, muſculum definiens. [Ital. Muſculo. Gal. Muſcles. Hiſp. Morezillos.] Tres autẽ muſculi unius q; ſunt partes, origo, medium, & exitus: quibus caput planè nerooſum eſt: mediũ, carne, nervis & arteriis erubescit: extremũ in tendonẽ, confoſis nervorum & uinculorũ fibris, definit. Plaut. in Am. Quid dicas noui, cicatricem in dextro muſculo ex illoc uolnere. Quod mihi impegit Prorela. Pli. li. 20. ca. 21 Item conuulſis, luxatis, tumentibus muſculis, nervis, articulis impoſuit. ¶ Iterũ Muſculus genus piſcis parui, qui paruo moderamine caudæ iter regit Balænæ, ne in ſcopulum impingat. Eſt enim Balæna inſciola, & penè exoculata, quæ quum fortè aliquò profectura eſt, indiget hoc piſciculo prauio, qui eam deducat & reducat. De hoc Claudianus li. 2. in Eutropium. Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Bellua, ſolcandas qui prænius edocet undas Immenſumq; pecus paruo moderamine caudæ Temperat, & tanto contigit fœdera monſtro. Pli. li. 9. ca. 52. Balænæ muſculus, quandoq; prægraui ſuperciliorũ pondere obtutis eius oculis, infeſtatoria magnitudinem uada prænatans demonſtrat, oculorumq; uice fungitur.

Mūſculōſus, a, um μυώδης. [Italicè, Pieno di muſcoli. Galli cè, Muſculeux, qui a beaucoup de muſcles. Hiſpani. Coſa de muchos morezillos. Germanicè, Vol meüſslechtig, voll meüſsfleiſch.] Celſus libro quinto capite 20. At ſi neruoſus, aut muſculoſus is locus eſt, commodius eſt cerato miſcere. ¶ Muſculos etiam dixerunt antiqui minores machinas, quibus protecti libellatores, foſſas ciuitatis cõgeſtis lapidibus, ligeis, & terra, non ſolùm complent, ſed etiam ſolidant, ut turres ambulatoriæ ſine impedimento mechanorum ad murum. Sunt minores uineis, ſubtiliores q; ipſis: maiores autem, & firmiores pluteis. Cæſ. ſeptimo bell. Gal. A noſtris longurios, muſculos, falces, reliquaq;, quæ eruptionis cauſa paranerat, profert. Idẽ 3. bell. Ciu. Scalas, muſculoſq; ad

ad repentinam oppugnationem fieri, & præparari iuſſit.

Murinŭs, a, um, penul. prod. Poſſeſſionum à mure deductum. *μύϊος*. [Ita. Di topo. Gal. De ratt. Hiſp. De raton. Ger. Meũſin, das von meũſen iſt.] Plin. li. 13. ca. 8. Murino ſimo contra calculos illinere ventrem poteſt. ¶ Murinus color, qualis ferè eſt aſinorum. Col. li. 6. ca. 27. Murinus quum ſit in aſino vulgaris, tamen non optimè reſpondet in mula. ¶ Murinum hordeum, herbæ nomen. Plin. li. 22. ca. 25. Eſt & herba Phœnicea appellata à Græcis, à noſtris uerò Hordeum murinum. Hodie à vulgo Sterilis auena appellatur, teſte Ruellio lib. 3. cap. 96.

Muſcerda, æ, f. p. Murinum ſtercus. *μυόχεδον*. [Ital. Sterco di top. Gal. Crote ou merde de rat ou de ſouris. Hiſp. Eſtiercol delos ratones. Ger. Meũſs dreck.] Plin. lib. 23. ca. 6. Præterea ut Varro noſter tradit, murinum ſimum, quod item muſcerdas appellat.

Mũſcipŭla, f. Machina ad capiendos mures. *μύτρευον*. [Ital. Trappola à prender topi. Gal. Souriciere, ratiere. Hiſp. Ratonera para tomar ratones. Ger. Ein Meũſsfall.] Varro 1. de Re ruſt. cap. 8. Necnon ſi parit humus mures, huius minor ſit uindemia, niſi totas uineas oppleueris muſcipulis.

Mũſa, æ. f. p. *μῦσα*. [Ital. & Hiſp. Muſa. Gall. Muſe. Germ. Ein geſang oder lied.] Latinè ſignificat cantum. Virgil. 8. Aeglog Paſtorum muſam Damonis & Alphesiboei. Idem 6. Aeglo. Agreſtẽ tenui meditabor arundine muſam. ¶ Craſſiore muſa. Quint. 1. cap. 10. Libet propter quoſdam imperitiores craſſiore (ut uocant) muſa dubitationem huius utilitatis eximere. Iocoſa muſa, Ouid. 3. Triſt. Eleg. 2. Pedeſtris muſa, Horat. 2. Satyr. 6. Solers lyræ muſa, Idem de Arte. ¶ Hinc Muſica, *μουσική*, appellata eſt ſcientia, quæ tractat de ratione canendi. Et Muſicus, *μουσικὸς*, muſicæ peritus. ¶ Poetæ Muſas nouem floxerunt, eaſdemq; deas, Iouis, & Memoriæ filias, quæ poetis, & muſicæ præeſſent. Oportet enim uirum eruditũ, ac doctum, intelligentia, memoriaq; uigere. Has dixerunt in Helicone habitare, qui mons Bœotiæ eſt, Phocidi affinis: à quo Heliconides, & per epentheſim Heliconiades appellantur. Diſtat autem Helicon non procul à Parnaſſo Phocidis monte, æmulos illi & altitudine & ambitu: & rupes amborum ſaxea eſt. ¶ Quin & Parnaſſum habitare Muſæ dicuntur: unde & Parnaſſides dictæ. ¶ Et quoniam Phocidi confinis Aonia eſt, etiam Aonides appellantur. ¶ Alio etiam nomine dicuntur Citharides, uel Citheriades, ab Atticæ regionis monte, qui Cithæron dicitur, quem ſimiliter Muſis ſacrum eſſe dicunt. Initium habet à Megaricis & Atticis montibus, finitur prope Thebas. ¶ Pierides item dictæ ſunt à Pieria, quæ regio eſt Macedoniæ, Emathia antè dicta. Hæc Muſarum patria, domuſq; eſt, à nemore item appellata, cui nomen eſt Pieris. ¶ Item dicuntur Theſpiades, à Teſpeia oppido Heliconi propinquo. ¶ Item Pegaſides, & Hippocrenides, ab Helicone pulcherrimo fonte, qui à Græcis Hippocrene dicitur, hoc eſt equi fons. *ἵππος* equum uocant, *κρήνη* fontem. Vnde & à noſtris Fons Caballinus uocatur, & Pegaſeius, quòd Pegaſus eolloco ſaxum ungula ferieus, fontem dicatur aperuiſſe. Perſius. Nec fonte labra prolui caballino. Hunc equum putant eſſe, qui inter ſydera collocatus eſt. Quannis alij Bellerophontis equum eſſe dicant. ¶ Rurſus Muſæ Libethrides uocatæ ſunt, à fonte Macedoniæ, in ea regione, quæ Magneſia dicitur. Hic fons Libethros, Muſis eſt ſacer, & ſpelunca eodem in loco, quæ Libethra appellatur. Item Pimpleides, ſeu Pimpleæ, à Pimpla Thraciæ monte, uel à fonte Pimpleo in radice eius montis ſito. ¶ Item Caſtalides, à fonte Caſtalio, in radicibus Parnaſſi, Muſis ſacro, qui à Caſtalia Nympha nomen aſſumpſit. ¶ Nouem autem Muſæ finguntur, quibus hęc nomina impoſita fuere. Primam enim à bonitate uocis dixere Calliopen: *καλὸν* enim bonum dicitur, *ὄψ* uox. ¶ Secundam Clio, à gloria, & celebritate rerum geſtarum, quas canit: *κλέος* enim celebrare eſt: unde & Hiſtorica dicitur. ¶ Tertiam, *ἐρατὼ*, Erato, uel à canendis amoribus, uel quòd cantus ab omnibus deſyderetur. Ouid. 2. de Arte, Nunc mihi, ſiquâ do, puer, & Cytheræa fauete: Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes. *ἐράω* enim ſignificat amo, deſydero, eligo. ¶ Quartam à uoluptate, ac laſciuia cantus, *θαλείαν* Thaliam: *θάλλειν* enim uirere, germinare, florere eſt. ¶ Quintam *μελπομένην*, Melpomenen, à canendo: *μέλπομαι* enim canto, & modulor ſignificat, *ἀπὸ τῦ μέλος ποιεῖν*, hoc eſt à concentu faciendo, unde & Tragœdijs præſidere putabatur. ¶ Sextam *τερψιχόρην*, *ἀπὸ τῦ τέρπειν τὸν χορὸν*, hoc eſt delectandis choreis: unde à quibuſdam dicitur Cithariſtria. ¶ Septimam *εὐτέρπην*, Euterpen, à ſuauitate concentus, quaſi bene delectantem. *εὖ* enim bene ſignificat, *τέρπειν* delectare. Hæc ab aliquibus Tibicina dicta eſt, & peculiariter tibiarum cantui creditur præſidere. ¶ Octauam Polyhymniam, à multitudine cantus magnitudine memoriæ. *πολὺ* enim multum ſignificat, *ὑμνέω* canto, laudo. Vnde *ὕμνος* canticum eſt, quem & nos hymnum dicimus. Alij Polymniam *πολύμνιαν* malunt appellatam à multitudine memoriæ, *μνεία* enim memoria dicitur. ¶ Nonam *οὐρανίαν*, Vraniam, quaſi cæleſtem, uel à cæleſtium rerum cantu, uel à cantus diuinitate. *οὐρανὸν* enim Græci uocant cælum. ¶ Vnde autem dictæ ſint Muſæ, inter ſcriptores non ſatis conuenit. Plato in Cratylo *ἀπὸ τῦ μώσθαι* dictas putat, hoc eſt ab inquirendo: unde ab antiquis interdum uocatæ ſunt Moſæ. Alij Muſas dictas putant, quaſi *ὁμόσοας*, quòd inter omnes diſciplinas ſimilitudo ſit, & quoddam quaſi cognationis uinculum, quo inter ſe omnes coniunguntur, & copulantur: unde & Muſæ ita pingi ſolent, ut ſe mutuò tenentes, choros ducant. ¶ Sunt etiã qui Muſas dictas putent *ἀπὸ τῦ μυεῖν*, quod ſignificat bona, honeſtaq; diſciplina inſtituere. Muſarum nomina & inuenta exequitur Virg. hoc carmine:

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœſtus hoſtu.
Comica laſciuo gaudet ſermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpſichore affectus citharis mouet imperat, auget.
Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, nultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat:
Vranie cæli motus ſcrutatur & aſtra:
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu.
Mentis Appollineæ uis has mouet undiq; Muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

Mũſicã, æ, & Muſice, ces f. p. *μουσική*. [Ital. Muſica. Gal. Muſique. Hiſp. El arte dela muſica para cantar. Ger. Die kunſt artlich vnd wol zũſingen.] Scientia eſt quæ modũ canẽdi demonſtrat. Hæc apud Græcos antiquitus tantæ uenerationis fuit, ut iidem Muſici & uates, & ſapientes iudicarentur. Cuius ſcientiæ quum ſe imperitũ Themiſtocles confeſſus eſſet, (ut inquit Cice.) indoctior habitus eſt. ¶ Muſicæ appellatione (inquit Budæus) priſci humanitatem literarum ſignificabant: in qua ingenuos homines docebant otium contemnere: animumq; recreare. Recentiores uerò ad numerorum modulationem hoc uerbum tranſtulerũt: quia Muſica uelut ludus animi eſt & à curis uexati requies.

Muſica, Muſicorum. Cice. 1. de Orat. Quis muſicis, quis huic ſtudio literarum quod profitentur ij qui grammatici nocantur, penitus ſe dedidit, quis, &c. Idem 3. Tuſ. Muſicor ſi uerò perſtudioſum accepimus.

Mũſicŏs, a, um. pen. corr. *μουσικός*. [Ital. Muſico, pertinente à muſica. Gal. Apartenant à muſique. Hiſp. Coſa perteneſciente à la muſica. Ger. Das zů der kunſt des ſingens gehört.] Ad muſicam pertinens. Plin. lib. 2. cap 22. Sed Pythagoras interdum ex muſica ratione appellat tonum, quantum abſit à terra Luna. Quinti. lib. primo capite duodecimo, Aut muſicis notis cantica accipiat. ¶ Artem tractare muſicam, periphraſticŏs dictum pro Comœdias ſcribere, Terent. in Prolog. Phorm. In medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam. ¶ Muſicum ſtudiũ. Idem in Heauton. Repentè ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum.

Mũſicŏs, ci, ſubſtantiuum. m. f. *ὁ μουσικός*. [Ital. Muſico. Gall. Muſicien. Hiſp. Cantor que canta por muſica. Ger. Ein Senger, der diſer kunſt deſs ſingens wol berichtet iſt.] Qui nouit, aut docet muſicam. Cic. 3. de Fin. Ergo in Græcia muſici floruerunt. Idem 1. Offic. In fidibus muſicorum aures uel minima ſentiunt. Idem 2. Tuſc. Si abſurdè canat is qui ſe haberi uelit muſicum.

Muſicè *μουσικῶς*. [Ital. Muſicalmente. Gal. Muſicallement, en muſique. Hiſp. Con muſica, muſicalmente. Ger. Gentzlich.] aduerbium, Significat integrè, ut nihil deſit. Nam muſicam ueteres encyclopædiam dixere, in qua omnes ſunt cõprehenſæ diſciplinæ. ¶ Muſicè etiam delicatè ſignificat

ficat, & genialiter: nam muſicos opiparè & genialiter uiuere manifeſtum eſt. Plaut. in Moſtel. Muſicè hercle agitis ætatem: itaq; uti uos decet, Vino, & uicto, piſcatuq; probo electili uitam colitis.

Muſeus, a, um, *μουσεῖος*, Quod Muſarum eſt: ut Lepor Muſæus. Lucretius lib. 4. Deinde quòd obſcura de re tam lucida pango

Carmina, Muſæo contingens cuncta lepôre.

Muſeum, pen. prod. *μουσεῖον*. [Ital. Muſeo, luoco conſecrato alle muſe. Gal. Lieu conſacré ou dedié aux muſes, une eſtude. Hiſp. Lugar conſagrado à las muſas. Germa. Ein ort da man gůten ſtůdien obligt, als ein Studierſtub.] Locus eſt Muſis, & ſtudiis conſecratus: unde Strabo libro ultimo ſcribit apud Alexandriam fuiſſe celeberrimum muſeum. Plin. Iun. lib. 1, Epiſt. ad Fundanum, O mare, ô littus, uerũ, ſecretumq; muſeon, quàm multa inuenitis, quæ multa dictatis. Philoſtratus in uita Apollonii Tyanei *μουσεῖον*, uocat locum ubi Muſæ colebantur, & reſponſa reddebant, quaſi Muſarum ſacrarium. ¶ Eſt præterea Muſeũ *μουσεῖον* opus ex pumicibus conſtructum, ita dependens, ut imaginem ſpecus imitetur. Plin. lib. 36. cap. 22. Non prætermittẽda eſt & pumicum natura: appellantur quidem ita & cætera ſaxa eroſa annis: in ædificiis Muſea uocant, dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam.

Muſca, æ, f. p. Paruum animal uolatile, *μῦια*. [Ital. & Hiſpa. Moſca. Gal. Vne mouſche. Ger. Ein Flieg, oder muck.] Plautus in Curc. Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidem animo, Vt muſcæ, culices, pedeſq;, puliceſq;. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. Non ut muſcæ liguriunt, quòd nemo has uidet, ut illas, in carie, aut ſanguine, aut adipe. ¶ Eius diminutiuum eſt Muſcula. Boethius, Quid imbecillius homine, quem morſus muſcularum necat?

Muſcarius, ria, rium, Quod ad muſcas pertinet. *μυιακός*. [Ita. Di moſche. Gal. De mouſches. Hiſpa. Coſa de moſcas. Ger. Das der fliegen iſt.] Plin. lib. 29. cap. 6. Araneci muſcarii telæ, & præcipuè ſpelunca ipſa impoſita fronti, Vbi Muſcarium araneum uocat Plinius, qui uenatur muſcas.

Muſcarium, rii, n. ſ. Flabellum, quo muſcę abigũtur. *σῆβη*, [Ita. Pare moſche. Gal. Vn eſuentoire ou autre inſtrumẽt à chaſſer les mouſches. Hiſp. Moſcadero. Ger. Ein fliegen wadel.] Cuiuſmodi ex caudis pauonum confici ſolent, quæ muſcaria pauonina uocat Martial. li. 14. Hieronymus ad Marcellam. Quòd autem matronis offertis muſcaria, paruis animalibus uentilandis, elegans ſignificatio eſt, debere luxuriam cito reſtringere, quia muſcæ morituræ olẽ ſuauitatis exterminant. ¶ Erant & muſcaria bubula, quæ ex boum caudis conficiebantur, pulueri uectibus excutiẽdo idonea: quorum etiam meminit idem Martialis loco iam citato. ¶ Ab horum ſimilitudine herbarum quoque comæ in orbem radiatæ, cacuminaq; in faſces coactæ, Muſcaria appellantur. Plin. lib. 22. cap. 26. Semine in muſcarijs dependente, ut ferulæ.

Muſcerda, **Muſcipula**, **Muſculus**. Vide Mus.

Muſcus, muſci, m. ſ. Viridis herba, ſeu potius lanugo, in corticibus arborum, & circa fontes & loca humida naſcens. *μυίου βρύον*. [Ital. Muſco, moſſa d' alberto. Gal. Mouſſe. Hiſ. El moho de los arboles. Ger. Mieſs ſo an den bůmẽ fürnemlich wachſt.] Virg. 6. Aeglog. muſco circundat amaræ Corticis. Columel. libro quarto, capite 24. Iam uero muſcus, qui more compedis, crura uitium deuincta comprimit. ſtirpẽ ex æterno macerat, ferro diſtringendus, & eradendus eſt.

Muſcoſus, ſa, ſum, Quod muſco opertum eſt. *βρυώδης*. [Ita. Pieno di muſco. Gal. Plein de mouſce. Hiſp. Lleno de tal moho. Ger. Mieſechtig, Voll mieſs.] Vnde dicuntur Muſcoſi fontes. Et muſcoſa prata, apud Varronem 1. de Re ruſt. cap. 9. Cic. ad Quin. Frat. lib. 3. Nihil muſcoſius. Plin. li. 22. cap. 1. Muſcoſi pumices.

Muſcari, Eſt muſco tegi. *βρυώδω*. Vnde Emuſcari, eſt muſco liberari. Colum. lib. 11 cap. 2. Olex putantur, & emuſcantur.

Muſea, muſeorum. Vide Muſeum in Muſa.

Muſica. Vide Muſa.

Muſimon, is, pen. cor. maſcu. gen. Animal ouillo pecori nõ diſſimile, uillo tamen caprino ſimilius, Hiſpaniæ & Corſicæ familiare. Plin. lib. 8. cap. 49. Eſt & in Hiſpania, & maximè Corſica, nõ maximè ab ſimile pecori, genus muſimonum, caprino uillo, quàm pecoris uelleri propius, quorum è genere, & ouibus natos priſci Vmbros uocauerunt. Infirmiſſimum pecori caput: quamobrem auerſum à Sole paſci cogendum. Nonius aliter, Muſimones, inquit, aſini, muli, aut equi breues. Lac. lib. 7. Pretium emit, qui uendit equum muſionem.

Muſſo, muſſas. Vide Mutio in Mutus.

Muſſarii, ſic enim ut Heloander reſtituit, pro Moſſarii, legendum in prior. l. de Excuſ. attifi. Colum. à Muſino, quod nos hodie ut Egnatius in Feſcennium annotauit, Muſtacum appellamus.

Muſtace, cei, pen. pro. ſiue potius Muſtax, cis. Lauri ſpecies, quæ maximo folio conſtat, flaccidoq; & albicante, ita dicta quòd muſtaceis ſoleat ſubijci. Plin. lib. 15. cap. 30 Duo lauri genera tradit Cato. Delphicam & Cypriam Pompeius Lenæus adiecit, quam Muſtacem appellauit: quoniam muſtaceis ſubijceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoq; & albicante. Ex quo Plinii loco apparet nominatiuum huius dictionis potius uideri Muſtax, quàm Muſtace, eo quòd accuſatiuum faciat Muſtacem: qua etiam declinatione uſus eſt Ruellius.

Muſtaceus, & **Muſtaceum**, cei, Libi genus eſt, conſtans ex farina ſiliginea muſto conſperſa, caſeo, cumino, aniſo, adipe, & ramentis lauri, *σινάπτω*. quod in nuptiis adhiberi ſolet, ut ionuit Iuuen. Sat. 6. Si tibi legitimis pactam iunctamque tabellis Non es amaturus, ducendi nulla uidetur Caſia, nec eſt cur cœnam & muſtacea perdas. Cato de Re ruſt. cap. 121. uſus eſt hoc nomine in maſculino genere. Muſtaceos (inquit) ſic facito: farinæ ſiligineæ modium unum muſto conſpergito, aniſum, cyminum, adipis pondo duo, caſei libram, & de uirga lauri deradito, eodem addito: & ubi deſinxeris, lauri folia ſubtus addito, dum concoquet. Dicta ſunt autem Muſtacea à muſto, quo farina conſpergebatur: non (ut quidam putauerunt) à muſtace lauri genere: quum è contrario, uel ipſo Plinio, teſte, conſtet, hoc lauri genus à Muſtaceis nomen accepiſſe, eo quòd muſtaceis ſoleat ſubiici. Vide ea quæ de hoc annotauimus in dictione Laureola.

Muſtela, æ, pen. prod. l. p. *γαλέ*. [Ital. Donnola. Gal. Vne belette. Hiſp. Comadreia. Ger. Ein wiſelin.] Animal eſt paruum, ſed oblongum. fuſci coloris, quod columbarijs, aliſque id genus auiarijs maximè inſidiatur, ouaq; exorbens, etiam aues enecans. Plin. muſtelarum duo faciunt genera magnitudine diſtantia: ſylueſtre, quod Græci iſidem nocant: & alterum domi noſtræ oberrans, quod ſeos quotidie tranſfert catulos, & ſerpentes perſequitur. Vide plura de hoc animali apud. Plin. lib. 29. ca. 4. ¶ Eſt etiam Muſtela, *γαλέος*, Piſcis nomen apud Plin. lib. 9. cap. 17. proximum à ſcaro bonitatem obtinentis: quem Paulus Iouius in eo ſi bello, quem de piſcibus Romanis edidit, multis argumentis oſtendit, eundem eſſe quem nos à lambendis petris Lapetram uocamus.

Muſtelinus, a, um, pen. prod. adiectiuum. Fit à muſtela. *γαλέινος*. [Ital. Pertinente à donola. Gal. Apartenant à belette. Hiſpa. Perteneſciente à comedreia. Ger. Das deſs wiſelins iſt.] Terent. in Eunuc. Hic eſt uetus, uietus, uetuloſus ſenex, Colore muſtelino. Plin. lib. 10. cap. 14. Aut ex uitulo muſtelino per genitale effluentes aquas.

Muſtricola, muſtricolæ, f. p. Eſt machinula, autore Feſto, ex tegulis, in qua calceus nouus inſuitur. Afranius, Muſtricolam in dentes indam tibi.

Muſtum, muſti, n. ſ. Vinum nouum. *γλεῦκος*, *οἶνος νέος*. [Ital. Moſto, uino nouo. Gal. Du mouſt, uin doux qui uient de la cuue. Hiſp. El moſto de las uuas Ger. Moſt, Vnuer leſſener wein.] Ouid. 4. Faſt. Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Plin. lib. 21. cap. 1. Muſta differentias habent naturales has, quod ſunt candida, aut nigra, aut inter utrũq;, alisq;, ex quibus uinum fiat: alia ex quibus paſſum. Cic. de Clar. Orat. Sic ego iſtis cenſuerim & nouam iſtam quaſi de muſto ac lacu feruidam orationem fugiendam. Virgil. 1. Georg. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Ouid. 2. de Arte, Qui properãt nouus muſta bibãt: mihi fuſa dat ueitum Conſulibus priſcis condita teſta merum.

Muſtus, ſta, ſtum. Idem quod recens. *νέος*. [Ita. Nouo. Galli. Nouueau fait, fraiſchement fait. Hiſp. Freſco, nueuo. Ger. Neuw als das moſt.] Vnde Plautus, Muſtam inuencam dixit.

dixit ¶ Muſtum (inquit Nonius) non ſolùm vinum, verùm etiam novellũ quicquid eſt, rectè dicitur. Nævius in Gymnaſtico. Verum eſt melius, virginem, an viduam uxorem ducere? virginem, ſi muſta eſt.

Mũſtārius, a, um, ὁ γλεύκινος ἐπιτηδείως. [Itali. Pertinente à moſto. Galli. Appartenant à moust. Hiſpan. Perteneſciente à moſto. Germ. Das zũ dem Moſt gehöret] Quod ad muſtum attinet: unde Muſtarius orceus, in quo muſtum reponitur Cato de Re ruſt. cap. 11.

Mũſtĕus, a, um, Idem quod dulcis, & muſti ſaporem referens, γλεύκινος. [Ital. Moſtoſo. Galli. Doux comme mouſt. Hiſpani. Dulce, moſtoſo. German. Sũs vod geſchmack wie Moſt.] Vnde Poma muſtea Plin. Eſt tanta muſteis pomis ſuavitas, ut finis mandendi nonniſi periculo fiat. ¶ Dicitur etiam Muſteus, recens, idem quod Muſtus. Idem lib. 12. cap. 7. Amaritudo grano eadem, quæ piperi muſteo creditur eſſe. Columell. libr. 9. cap. 15. Transferetur in vaſa fictilia mel, quæ paucis diebus aperta ſint, dum muſteus fructus deferueſcat.

Mutabilis, Mutabilitas, Vide Moto.

Mũtĭlus, a, um, Idem eſt quod truncatus, aut membro aliquo neceſſario diminutus, κολεβός, κυλλός. [Itali. Troncо, tagliato. Gall. Mutilé, qui n'eſt point entier, coupé. Hiſpanicè, Mocho ò deſmochado. German. Geſtümplet, cymes Glids beraubet.] unde boues, aut capri, qui cornua non habent, mutili dicuntur. Horat. 1. Sermon. Satyr. 7. ô tua cornu Ni foret exciſo frons (inquit) quid faceres, cum Sic mutilus minitaris? Ouidius, Turpe pecus mutilum. Colum. li. 6 ſcribit meliorem eſſe arietem mutilum, quàm cornutum. Cæſar 6. bel. Gall. Harum eſt conſimilis capri figura, & varietas pelliũ: ſed magnitudine paulo antecedunt, mutilæq; ſunt cornibus. ¶ Et per tranſlationem mutilus pro imperfecto. Cic. in Orat. Sed quam mutila quædam & hiantia loquuntur ſæpe, quæ uel ſine magiſtro facere poſſent, germanos ſe putant Thucydidis. ¶ Sunt qui ſic diſtinguant Mutilum à Manco, ut Mutili dicantur hi quibus ferro, uel aliqua re aliquod membrum exectum ſit: Manci uerò, quibus membrum naturæ uitio deſit. Iuuenalis, exeo tanquam Mancus, & exmuſtæ corpus non utile dextræ. Debiles autem, quibus membrum uel uulnere, uel morbo inutile ſit redditum.

Mũtĭlo, mutilas, penult. corrept. Trunco, aliquid detrabo, diminuo, κολεβόω, κηρόω. [Italic. Troncare, tagliare. Galli. Mutiler, couper. Hiſp. Deſmochar ò cortar miembro. German. Stümplen.] Terent. in Hecyr. Ego propterea te ſedulo & moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſereat. Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemquam nacta ſis. ¶ Eius compoſita, Admutilo, Dimutilo, de quibus ſuis locis.

Mũtĭlātus, ta, tum, κολοβωθείς, κηρωθείς. [Italicè, Troncato. Gall. Mutilé, coupé. Hiſpanicè, Deſmochado. Germanicè. Geſtümplet] Truncatus, diminutus. Plin. lib. 8. capite quinto, Certè Cato quum Imperatorum nomina animalibus deſcriberet, eum qui fortiſſimè præliatus eſſet in Punica acie, Suerum tradidit uocatum, altero dente mutilato. Ouid. de Nuce. Ar mihi ſua nocent mutilatis uulnera ramis. Cic. 1. Philip. In Galliam mutilatum duxit exercitum, id eſt, diminutum.

Mutulus. Lapis in pariete prominens, quadrangulus ferè, inferiore tamen ſui parte nonnihil imminutus. Varro lib. 3. ca. 7 Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordinem, ſupra quos regticulæ cannabinæ ſint impoſitæ. Idem lib. 4. ca. 16. Eas alueos ita collocant in mutulis parietis, ut ne agitentur, neue inter ſe contingant.

Mutio, mutis, Vide Mutus.

Mūto, mutas, act. p. Vario, immuto διαλλάττω, μεταβάλλω. [Itali. Mutare, variare. Galli. Muer, changer. Hiſpani. Mudar. Germani. Enderen, verwandlen] Plin. lib. 9 capit. 29. Colorem muta ad ſimilitudinem loci, & maximè in mœtu. Vnde mutare ſententiam dicimus, τὰ προαιρήματα ἰδίᾳ κρίνειν. Terent. in Pharm. Haud ſcio hercle, ut homo eſt, an mutet animum. Cicer. ad Gall. libro Famil. 7 Sinautem ſententiam mutaſti, ego habebo. ¶ Quandoq; aliquid pro alio accipio, ἀλλάττομαι, ἐξαλλάττω καὶ ἀλλάττομαι. Salluſt. in fragm. Statuit tamen Metellus pecoris, & mancipiorum prædas certatim agere, eaq; mutare cum mercatoribus uino adueĉtitio, & aliis talibus. ¶ Aliquando ſine ablatiuo, Virgilius quarta Ægloga, Necnautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus. ¶ Mutare conſilium, Cic. ad Attic. lib. 3. & ad Quint. Frat. lib. 3 Mutare decretum, & Mutare ius, Idem 3. Verr. ¶ Mutare factum. Terent. in Andr. Haud muto factum. Vbi Donatus, Vetuſtè: non me pœnitet. Idem Donatus in Phorm. Sic enim veteres dicebant, Muto factum, & Nolo factum, quum alicuius rei eos pœnitebat. ¶ Mutare fidem. Plaut. in Milite, Sed ne iſtam amittam, & hęc muret fidem. ¶ Mutare ſe, aliò habitatum transferre, μετοικίζειν. Varro. Fac te aliquò cum omni familia mutes. ¶ Pace bellum mutare, eſt loco belli pacem accipere. Salluſt. in Catil. Nemo, niſi victor, pace bellum mutauit. ¶ Immuto, Idem quod ſimplex muto, & nono, ἐξαλλάττω, ἐναλλάττω. Idem in Amphit. Ita nunc homines immutantur, poſtquam peregrè aduenimus. Salluſt. Quibus in rebus permota ciuitas, atq; immutata urbis facies erat. ¶ Permuto, Merce uel pretio aliquid muto, & unum pro alio accipio, ἀντιμεταλλάττομαι, καταλλάττομαι. Plin. libr. 35. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quòd ex nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret. ¶ Huius compoſita ſunt Commuto, Demuto. Plaut. in Trinum. Hic meo here amicus ſolus firmus reſtitit, neq; demutauit animum firma fide.

Mūtātŭs, a, um, Participium μεταβληθείς, ἀλλοιωθείς. [Italicè. Mutato. Gallicè. Muté, changé. Hiſpani. Nudado. Germanicè. Geenderet, verwandlet.] Plinius libro tertio, capite 11. In ſecunda regione Hirpinorum colonia una Beneventum, auſpicatius mutato nomine, quæ quondam Maleventum. Virg. 8. Aeneid.

Hei mihi, qualis erat: quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achilli?

Mūtātio, mutationis, f. t. μεταβολή. [Italicè. Permutatione. Gall. Mutation, changement. Hiſpan. Mudança. German. Enderung, verwandlung] Cic. 12. Philip. Conſilii mutatio optimus eſt portus pœnitenti. Cic. pro Quint. Loci non ingenii mutatio.

Mūtābilis, mutabile, à Muto, Inconſtans, quod facilè mutatur, μεταβλητικὸν, εὐμετάβολον. [Itali. Mutabile, inſtabile. Gall. Muable, inconſtant. Hiſpani. Mutable, que ſe puede mudar. Germanic. Vuanckelbar, vubeſtendig, das ſich leichtlich enderen laſt] Virg. 4. Aeneid. Varium & mutabile ſemper Fœmina. Mutabilis vulgi animus, Liu. 1. ab Vrbe. Mutabili ratione labuntur planetæ, Cic. de Vniuer. ¶ A quo Immutabile.

Mūtābilĭtas, tis, fœmin. tert. Mobilitas, εὐμετάβολον, ἀστασία. [Itali. Mutabilità, inconſtanza. Galli. Mutableté, inconſtance. Hiſpanicè, Aquella poſſibilidad de mudar ſe, no conſtancia. Germanicè, Vuanckelmũtigkeit.] Cic. 4. Tuſc. Hæc inconſtantia, mutabilitas q; mentis, quæ non ipſa grauitate deterreat?

Mūtĭro, mutitas, pen. cor. Idem eſt quod mutus conuiuia agito, ἀλλαλοποιῶ. Gell. li. 2. ca. 24. Principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent, id eſt mutos inter ſe conuiuia agitarent.

Mutoniatus, maſcul. gen. ſecun. declin. ἀνορχὶς, idem quod mentulatus, cur ſcilicet egregiè de membro uirili proſpectum eſt.

Mutulus, Vide Mutilus.

Mūto, aduerbium, & Mutuo, mutuas, Vide Mutuum.

Mūgĭo, m. f. A mugiendo quidam deduci putant, ἀφωνῶ, κωφὸς. [Ital. Muto. Galli. Muet. Hiſpan. Mudo. Germani. Ein Stumm] Nam quamuis mutus loqui non poſſit, prorumpit tamen in uocem, quæ magitus potius, quàm ſermo uidetur. Vel dicitur Mutus, quaſi minutus, quòd eo ſenſu minutus ſit. Vel dicitur à mutilando, quòd non aliud quàm inconditum quendam ſonum edat. Cicer. Geometric. lib. 12 Mutum eſſe ſatius eſt, quàm quod nemo intelligat, dicere. Plin. lib. 10. cap. 29 Merula canit æſtate, hyeme balbutit, circa ſolſtitium mutat. Cic. 1. de Legib. Vt enim magiſtratus leges, ita populo præſens magiſtratus ueras q; dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem: legem autem, mutum magiſtratum. Virg. 11. Aen. Scire poteſtates herbarum, uſumq; medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Vbi Seruius, Artes mutas dixit, quaſi minus celebres, uel comparatione muſicæ. ¶ Mutę item artes dicentur picturæ, quæ quum non loquantur, res tamen ipſas exprimunt. Cic. 3. de Orat. Et ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen uerum: quanto admirabilius in oratione, atq; in lingua? De arte picturæ. ¶ Mutæ, Dicuntur

literæ quædam ex conſonantibus quòd reſpectu aliarum literarum modicum, & ueluti mutum quendam reddant ſonum: ἄφωνα. ¶ Mutæ cicadæ & contrà cicadæ minores non quòd nihil canant, ſed quòd parum canant, ἄφωνα τέττιγες. Muti lapides in agrorum diuiſionibus dicebantur, ſine inſcriptione appoſiti: idèò quia nulla ſignificatione apparerent, quoto loco numerarentur. Ex Hygino.

Mūtĕo, mutes, mutui, n. à quo Muteſco, n.t. Mutus ſio, uel mutorum more taceo, λιμφῶμαι. [Italicè, Ammutire Gallicè, Deuenir muet Hiſpanicè, Enmudeſcerſe Germanicè, Stumm ſein. Erſtummen.] Lactant. li. 7. Quum in exitu lingua mutescat. ¶ Hinc Immuteſco, & Obmuteſco, de quibus ſuis locis.

Mūtĭo, tis. tiui, uel tii, titum, n. q. Timidè, & imperfectè loquor, ψεύζω [Ital. Mutire, parlar con timore, & imperfetta mente Gall. Parler entre ſes dens, grommeler, grouder. Hiſpanicè. Hablar como entre dientes, querer hablar y no oſer del todo. Germ. Einſtreden, gebrzen.] Terent. in Andr. Itaque hercle nihil iam mutire audeo, id eſt uerbum ſonare. Plaut. in Cur. Vidén' ut aperiantur ædes feſtiuiſſimè? non mutit cardo, id eſt non crepitat.

Mūticus, a, um ἀκλεὴς [Itali. Troncato. Gall. Mutilé. Hiſp. Deſmochado. German. Geſtümpler, abgebrochen] ut Spica mutica. Varro 1. de Re ruſt. cap. 48. Spica mutica dicitur, quæ nõ habet ariſtam: ex enim quaſi cornu ſunt ſpicarum. Quibus uerbis ſignauit Varro, ſpicam dici muticam, quaſi cornibus mutilatam. Quam etiam expoſitionem probat Celius lib. 1, cap. 10.

Mūſſo, muſſas, n.p. Submiſſa uoce loquor, & ſecretè, occultéque quod celatum uelim, quaſi murmuro, μύζω, γογγύζω [Italicè, Parlar ſommeſſo. Gallicè Parler bas & entre ſens dens grommeler. Hiſpani. Hablar como entre dientes. Germanicè, Mũdereu, brummlen vnd nicht heuer auſshin ſagen] Plautus in Aulular. Neque occeluum id haberi, neque per metum muſſari. Quin participè pariter ego te, & tu me ut faciat. ¶ Aliquando ponitur pro tacere, & quaſi obmuteſcere. Ennius apud Feſtum, Non decet muſſare bonos. Terentius, Sile, cela, occulta, tege, tace, muſſa. ¶ Aliquando pro dubitare. Virgilius lib. undecimo, muſſat Rex ipſe Latinus, Quos generos uocet. ¶ Muſſare, murmurare, inquit Feſtus Ennius, In occulto muſſabant. Seruius, Muſſare, queri. Virgilius 11. Aeneid. Fleut mœſti, muſſantq; patres.

Mūſſĭto, muſſitas, Frequentatiuũ à Muſſo, hoc eſt multùm & frequenter muſſo, & quod aperiè dicere nõ audeo, clàm murmuro, μύζω. [Italicè, Muſſare parlar ſotto uoce. Galli. Parler ſouuent bas & entre les dens. Hiſpanicè, Hablar como entre dientes. Germanicè, Vil Mũdereu vnd brummleo.] Liuius libro primo, Haud mirum eſſe, Superbo inditum Romæ cognomen: iam enim ita clàm quidam muſſitantes, uulgò tamen eum appellabant. Idem libro ſeptimo, Muſſitantesque inter ſe rogitabant, num quem plebeii COS. pœniteret. Plaut. in Mil. Illi inter ſe certant donis, ego mecum muſſito. Terent. Adelp. Verùm cogito id quod res eſt: quando eum quæſtum occeperis. Accipiunda, & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vbi Donatus, Muſſitanda, patienda, conſideranda cum ſilentio. Muſſitare enim: propriè eſt diſſimulandi cauſa tacere.

Muſſitabundus, Multùm muſſitans, & quod non ſatis tutò aperte dici poſſit, clàm murmurans, μύζων.

Mūtŭum, mutui, n.ſ. Dicitur ab eo, quod de meo tuum fit: uel quia res, quæ reddantur, mutuãtur, & propriè ſine uſura, Δάνειον [Italicè, Scambio, preſtanza Galli. Preſt, emprunt. Hiſpanicè, Preſtido. Germanicè, Ein gelihens, das man entlehnet.] Fœnus, cum uſura. Plautus in Aſinar. Nam ſi mutuò non potero, certum eſt, famam fœnori. Paulus Iureconſultus, Mutuum damus, recepturi nonեandem ſpeciem, quam dedimus, alioquin aut commodatum erit, aut depoſitum: ſed idem genus. Nam ſi aliud genus, uelut pro tritico uinum, recipiamus, non erit mutuum. ¶ Mutuus amor, φιλία ἀλλήλων, Dicitur, quum par uoluntas accipitur, & redditur, id eſt, ut ab eo ameris, quem ames. Cic. Famil. Epiſtol. 5. Quòd autem ita ſcribis, pro mutuo inter nos animo: quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum ne ſcio: equidem hoc arbitror, quum par uoluntas accipitur, & redditur. Dicimus autem, Ille amat amicum ſuum mutuo amore, id eſt reſpõdente: &, Mutuo amore tenetur. Terent. in Argum. Eunuchi, Meretrix adoleſcentẽ, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit. Quintil. libr. 12. cap. 7. Ac nec tanquam pauper quidem mercedem accipiet, ſed mutua benevolentia utetur, id eſt, reſpondente. ¶ Aliquando Mutuum pro uicario accipitur. Apuleius, Mutuam tibi operam præſtiti, id eſt uicariam.

Mūtŭò, aduerbium, Modò ſignificat Inuicem, ἀλλήλων. [Italicè, Scambieuolmente. Gall. L'vn l'autre. Hiſpani. Anexes. Germanicè, Einander, eins dem andern.] Cicer. Mutuò ſe amabant, ἀλλήλων, id eſt, alter alterum amabat. ¶ Modò Ediuerſo, uicißim, ἐναλλάξ. Plancus Ciceroni, Fac me mutuò diligas, id eſt, fac mihi in amore reſpondeas, & me uicißim ames.

Mutuò, Aliud aduerb. Cic. Cn. Pomp. lib. 5. Nulla in re tam lætari ſoleo, quàm meorum officiorum conſcientia, quibus ſiquando non mutuò reſpondetur, apud me plus officii reſidere facillimè patior.

Mūtŭo, mutuas, mutuare, Mutuum dare, Δανείζειν. [Italicè, Dare impreſtito. Gall. Preſter, bailler à uſure. Hiſp. Empreſtar alguna coſa à alguno. Germ. Leihen.] Plaut. in Trin. Si quis quid mutuauerit, ſit pro proprio perditum. Nam ego talentum, mutuò quod dederam, talento Hoc inimicum mihi emi, amicum uendidi. ¶ Significat etiam mutuum accipio. Cæcilius, Ad amicos currat mutuatum, moueat cauſa mea. ¶ Quomodo autem differant Mutuare, & Cõmodare, uide in dictione Commodo.

Mūtŭor, mutuaris, deponens, pri. Mutuum, uel mutuò accipio: & propriè dicitur de iis quæ numero, pondere, uel mẽſura pari, non eadem ſpecie reddimus, Δανείζομαι. [Itali. Pigliare impreſtito. Gall. Emprunter, prendre à uſure. Hiſpani. Tomar lo empreſtado de otro. Germ. Entlehnen.] Plaut. Decem minas à patre mutuatus, quod etiam dicipoteſt, Sumpſit mutuùm, uel mutuò. ¶ Mutuari per tranſlationem, pro Aliunde ſumere, Cic. de Nat. deor. Mutuemur hoc quoq; uerbum, dicaturq; tam æther Latinè, quàm dicitur αἰθήρ. Idem de Fato, Orator ab Academicis ſubtiliratem ingenii mutuatur. Vide Bud. in Epiſt.

Mūtŭārĭo, mutuationis, fœmin. tert. Nomen uerbale, quod ſuper. oris uerbi ſignificationem ſequitur: ſignificat enim acceptionem mutui. Δανεισμός, Δανεισμὸς [Itali. Impreſtito. Galli. Emprunt. Hiſpanicè, Empreſtido. Germanicè, Entlehung.] Cicer. pro Flacco, Itaque quum Roma clàm eſſet profectus, multoſq; minutis mutuationibus fraudauiſſet, in Aſiam uenit. Cic. 3. de Oratore, Tranſlationes quaſi mutuationes ſunt, quum quod non habeas, aliunde ſumas. Idem, Multari ea pœna, quæ ſine mutuatione & uerſura poſſit diſſolui.

Mūtŭārĭtĭus, tia, tium. Quod mutuò datur. Δανεικός: ut Pecunia mutuatitia. Gell. li. 20. c. 1. Maximeq; in pecuniæ mutuatitiæ uſu, atq; commercio.

M ante Y

Mya, μῦα, Genus conchæ, ſiue margaritæ in freto circa Boſphorum Thracium, unionesque rufos, ac paruos gignens. Plinius libro nono, capite trigeſimoquinto. ¶ Eſt item Mya, inſula in ſinu Ceramico, cuius meminit Plinius libro 5. capite 31.

Myacanthon, μυακάνθου, Herba eſt, quæ alio nomine Cotruda, hoc eſt ſylueſtris aſparagus dicitur: de qua Plinius libro octauo, capite nono. ¶ Myacantha uerò quibuſdam herba eſt, quæ à Dioſcoride μυρσίνη ἀγρία. à Latinis Roſcus appellatur. Cuius nomenclaturæ rationem hanc reddunt, quòd herba hæc in carnario ſuſpenſa, aculeis ſuis mures à lardo, carneq; ſalſa arceat. Vide Marcellum Virgilium in Dioſcoridem.

Myia, μυῖα, Græcis muſcam ſonat: quo etiam nomine appellatur ludus quidam puerilis, quum aliquis obductis ocellis, extenſiſq; manibus, colluſores quærit.

Myaces, μύακες, Piſces ſunt ex concharum genere, qui muricum modo coacernantur, uiuuntq; locis in algoſis, & ubi dulcis aqua copioſa mari miſcetur: gratiſſimi autumno: nam procedente hyeme amaritudinem contrahunt, coloremq; rubrum. Reliqua uide apud Plinium libro 32. capit. 9.

Myaros, apud Paulum Aegynetam ſimilis Myagro herbæ.

Mydas, uermiculus qui fabis innaſcitur marceſcentibus.

Mydriãſis, fœm. tert. μυδρίασις, Vocatur morbus oculorũ, quum pupilla quidem ipſa colorem nõ mutat, ſed uidetur ulcera naturalem ſitum, multò latior, interim ut uiſum omnẽ adimat, interim ut partem: res uerò ipſæ minores quàm

ſan-

ſint, appareant: contrario in phthiſi maiores: in qua pupilla contrahitur, corrugaturq́. Latini pupillæ dilatationẽ uocant.

Mydoſa, *μύδωσα*. A quibuſdam recenſetur inter nomenclaturas Anchuſæ herbæ: & legitur ſanè in Græcis quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus: à doctioribus tamen inter eius ſcriptoris notha reiicitur.

Mygale, mygales, *μυγάλη*, Animal mediam inter murem & muſtelam ſpeciem habens, quod Latini murẽ araneum appellant. Vide ſuprà in dictione Mus.

Mylacris, *μυλακρίς*, Blattæ genus magnitudine cicadæ, circa molas naſcens, ueſcens farina. Pollux autor eſt mylacridem apud Ariſtophanem accipi pro gallina.

Myle, myles, *μύλη*, Herba eſt radicem habens paruo bulbo ſimilem, contrahentis facultatis: quæ cum farina loliacea dehiſcentem ſanat uulnam. Autor Galen. li. 7 Simpl.

Myle, apud Aëtium radix ſylueſtris Lapathi decocta, utilis ad dentium dolorem & mobilem.

Mylœcos, *μύλοικος*, Genus eſt uermiculi ex blattis, quòd circa molas ferè ſoleat naſci. Autor eſt Plinius libro trigeſimo, capite ult.

Mylos, Latinè mola, unde Chyromylas, *χυρομύλων*, mola manualis Amylum ſiue mola.

Mymphur, ligni mediocris longitudinis, rotundum, quod loro circumuolutum circumagunt fabri in operibus tornandis. Suprà etiam dicitur.

Mycopros, ſtercus murium.

Myoctonos, *μυοκτόνος*, Aconitum herba, ita dicta, quòd è longinquo mures interficiat. Plinius libro uigeſimoſeptimo, capite 5.

Myoparo. m. t. *μυοπάρων*, [Ital. Una ſorte di naue, come brigantino ò galeone. Gall. Vn gallion, ou brigantin. Hiſpan. Naue ligera de coſſario. Germanicè, Ein Raubſchiff.] Genus nauigii piratici, habens formam quandam mediam inter onerariam, & longam triremem: de quo uide Bayfium de Re nauali. Cicero libro tertio de Orat. Natu quum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus, mare haberet infeſtum, uno myoparone. Eodem (inquit) quo tu orbem terræ. Idem in Verr. Illi ſtatim myoparonem egregium de ſua claſſe, ornatum atq́ armatum dederunt. Salluſt. lib. 5 hiſt. Et fortè in naulgaudo cohors una grandi phaſelo uecta à cæteris deerrauit, mariq́ placido à duobus prædonum myoparonibus circumuenta.

Myopes, *μύωπες*. [Ital. Coloro che hanno la uiſta corta. Gallicè, Qui ont la ueue courte. Hiſp. Viſojos, que ueen poco. Germani. Vberſünige, blintzende, die von fernen nicht ſähen.] Dicuntur à Græcis, qui rem aliquam niſi propius oculis admotam, non uident, limiſq́ & ſemiclauſis oculis intuentur. *Μύωπες* (inquit Ariſtoteles, *λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δ' ἐξ ἀποστάσεως ἐχόρτοντες*. Hoc uitii genus à Græcis *μυωπία*, uel *μυωπίασις* appellatur: contrarium nobis accidit in ſenectute, ut ſcilicet longiuſcule diſſita commodius uideamus. Dicti Myopes, *ἀπὸ τῆ μύειν τὸν ὄπα*, hoc eſt à claudendo uiſu. Myſtalopes autem dicuntur, qui quum interdiu clariſſimè perſpiciant, aduentante nocte hebetioribus ſunt oculis.

Myopia, uitium myopum. Sunt & Myopiæ murium caues nomen, *μῦς* mus, *ὤψ* uideo.

Myophonon, *μυόφονον*, Herba eſt muribus exitialis: unde & nomen accepit, eadem fortaſſis cum ea quam alibi Myoctonon & Aconitum appellari docuimus. Meminit Myophoni Plin. li. 22. ca. 9.

Myoſota, *μυὸς ὠτα*, Herba eſt, quam & Alſinem, & uerbum ex uerbo exprimẽtes, Muris auriculam uocant Latini: folia enim, quum primùm erumpunt, muriæ auri habet non diſſimilia. Alſines uerò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, & opacis. Gallis Mouronis nomine notiſſima eſt, eaq́ ſolent auicularum eſcam faſtidientium appetitum recreare. ¶ Refertur & alterum Myoſotôn genus à Dioſcoride, quòd & Myoſiris, *μυὸς ὠτὶς*, diminutiua forma appellatur, plores ab una radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concauos: folia autem anguſta, nigreſcentia, & in acutũ deſinentia, floſculos uerò caruleos, anagallidis colorem exprimentes. Quidam putant eſſe Officinarum Piloſellam: licet deſcriptio ei uſquequaq́ nõ conueniat. Poſteriorem hanc ſpeciem deſcribit Plinius libro uigeſimoſeptimo, capite duodecimo, priorem uerò libro 26. capite quarto.

Myottoches, Alſine apud Dioſcoridem libro 4. capite octuageſimonono.

Myrranthon, *μυρράνθον*, Herba aculeata, quæ & Eryngion, & centumcapita appellatur. Radicem habet odoratam: unde & Myracanthi nomen accepit.

Myracopa, Vnguenta ſimilis acopis, ceram uel reſinam, aut aliquid huiuſmodi accipientia.

Myrias, myriadis, *μυριάς*. [Ital. Decina di muliara. Gal. Dix mille. Hiſp. Diez millares. Ger. Ein Zeal die zehen tauſent begreifft.] Numerus decem millium. Vnde Myriarchus, ſiue Myriarcha *μυριάρχος*, *ἡ μυριάρχης*, dictus eſt decem millium præfectus.

Myrica, penultima producta, *μυρίκη*. [Itali. Tamarice. Galli. De la bruyere dequoy on fait uerges à nettoyer robes. Hiſp. El atarſe ò tarahe ò tamariz. Germanic. Tamariſchen ſtauden.] Genus humilis uirgulti, cuius duæ ſunt ſpecies: ſatiua quæ & Tamarix uocatur à Plin. lib. 21. cap. 21. altera ſylueſtris, quam in Achaia Briam ſylueſtrem uocat. Hanc Ruellius eſſe arbitratur, quam Galli ſua lingua uocant Bruyere. Virg. 4. Aeglog. Non omnes arbuſta iuuant, humilesq́ myricæ. Ouid. 1. de Arte, Nec denſum foliis buxum, fragilesq́ myricæ. Idem 10. Metam. Perpetuoq́ uirens buxus, tenuesq́ myricæ.

Myrinus, pen. pro. *μύρινος*, Ab Ariſtotele uocatur mas murænæ, qui dentes extra os habet. Plin. lib. 9. ca. 23. Ariſtoteles myrinum uocat marem, qui generat: diſcrimen eſſe, quòd myræna uaria & infirma ſit: myrinus unicolor, & robuſtus, dentesq́ extra os habeat.

Myriophyllon, *μυριόφυλλον*, Herba eſt, alio nomine Achillea dicta ab Achille Chironis Centauri diſcipulo, qui eam traditur inueniſſe. Myriophyllon appellatum à multitudine tenuium foliorum: unde & Milletolium à Latinis appellatur. Vide Plin. li. 25. ca. 16.

Myriſtica nux, *μυριστικὴ κάρυον*. [Italicè. Noce moſcata. Gall. Noix muſcate. Hiſp. Nocz moſcada. Germanicè, Ein Muſcarnuſs.] A quibuſdam appellatur, quam nos hodie Nucem odoratam, uel muſcatam uocamus. In qua etiam opinione eſt Hermolaus Barbarus in Dioſcoridem. Et certè non uideo, cur ita appellari non poſſit, modò ſciamus diuerſam eſſe à glande myrepſica, quam Plinius uocat Myrobalanum.

Myrmecia, *μυρμηκία*. [Ital. Porri delle mani. Gall. Certaines uerrues ſur le corps qui formillent & demengent. Hiſpanicè, Berrueços ò uerrugas delas manos. German. Die gattung warizen ſo ägerſten oug genennet werden.] Verrucæ ſunt, lupini amplitudine, ferè in palmis manuum, & plantis pedum naſcentes: ita dictæ, quòd formicæ in morem pungant. Celſ. lib. 5. ca. ult. quatuor enumerat genera uerrucarum, uel potius ulcuſculorum uerrucæ ſimilium: *ἀκροχορδόνας*, Thymium, Myrmecium, & Clauum: de quarum differentiis uide ipſum.

Myrmecites, *μυρμηκίτης*, Gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet. Plinius libro decimoſeptimo, capite 11.

Myrmecium, *μυρμήκιον*, Phalangii genus, formicæ ſimile capite, aluo nigra, guttis albis diſtinguentibus. Hæc ferè Plin. lib. 22. cap. 4.

Myrmecolæo, *μυρμηκολέων*, Exiguum animalculum, formicis aduerſum, quod ſe ſub puluere abſcondit, & formicas frumenta geſtantes interficit, & interfectas conſumit. ¶ Eſt autem dictio ex formicæ & leonis nominibus compoſita: quaſi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animalculum formicarum prædam agit: quum tamẽ uolucribus nihil aliud ſit, quàm formica. Vnde in libro Iob legitur, ſecundum ſeptuaginta interpretes, Myrmecoleo periit, eo quòd non haberet prædam.

Myrmecias, *μυρμηκίας*, Gemma nigra, eminentias quaſdam habens ſimiles uerrucis. Plinius libro trigeſimoſeptimo, capite 10.

Myrobalanum, neut. ſecund. *μυροβάλανον*, Glans eſt arboris ſimilis heliotropio, magnitudine nucis auellanæ, quam Dioſcorides *βάλανον μυρεψικὴν* appellat, hoc eſt glandem unguentariam. Glandis huius nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo ad pretioſa unguenta

pro oleo utuntur. Naſcitur in Aethiopia, Aegypto, & Arabia, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat. ¶ Habet autem hæc dictio omnes ſyllabas breues: unde carmen heroicum ingredi non poteſt: ad quod alludit Martialis in Apophoretis, Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conflat & ex balano. Retinet hæc glans etiam hodie nomen ſuum in pharmacopolarum officinis. Vide de hoc plura in dictione Balanus.

Myrobaptarii, *μυροβαπτῆαι*, dicuntur tinctores murrhei coloris.

Myrobrechi, *μυρόβρεχοι*, Vaſa unguentaria, quaſi unguento ſtillantia: *μύρον* Græci unguentum uocant *βρέχω*, ſtillo, pluo, & irrigo. Hinc Plautus in Aulul Myrobrechatios, *μυροβρεχεῖς*, pro unguentorum confectoribus accipit, ad capillos irrorandos. Ait enim, Aut manuleani, aut myrobrechi.

Myropola, penul. prod. m. p. *μυροπώλης*. [Ital. Profumiere. Gal. Parfumeur, uendeur de ſenteurs, odeurs ou onguens. Hiſp. El que uende unguentos olorioſos. Germ. Ein Apoteker, der allerley ſelb vel lauffe.] Unguentorum uēditor, quem noſtri Unguentarium dicūt. Plaut. in Caſina, Myropolas ſolicito omnes, ubicunq; unguentum eſt lepidum.

Myropolium, n. t. *μυροπωλεῖον*. [Ital. Profumeria. Gall. Le lieu ou on uend ſenteurs, odeurs ou onguens. Hiſp. La tienda donde ſe venden los unguentos olorolos. Germanicè, Ein Apoteck] Locus ubi unguenta uenduntur. Plaut. in Amphit. Nam omnes plateas perreptauit gymnaſia, myropolia. Latinè Unguentaria taberna dicitur. Suet. de Auguſto, Et modò unguentariam tabernam, modò piſtrinā Articæ exercuiſſe obiicit.

Myrotheciū, n. t. *μυροθήκιον*, Unguentorum repoſitorium. Vnde Cicero ſcribit ſe myrotheciū Iſocratis totum conſumpſiſſe, in commentatione Conſulatus ſui ſcribendo, hoc eſt pigmenta oratoria.

Myrrha, ſ. p. *σμύρνα*. [Ital. Mirra. Gall. Myrrhe. Hiſp. Mirra. Germanicè, Myrrhen] Arbuſcula eſt in Arabia naſcēs, altitudine quinque cubitorum, non ſine ſpina, caudice duro & intorto, cuius cortice inciſo defluit lachryma, quæ & ipſa Myrrha uocatur, ſeu ſtacte. Eius præcipua uirtus eſt, ut mortuorum cadauera incorrupta cōſeruet. Vide Plinium libro 12. capite decimoquinto. & de Myrrha præterea Cinyræ Cypriorum regis fuit filia, quæ nefando patris amore capta, quum aliquot noctes auxilio nutricis cum illo concubuiſſet, tandem illato lumine agnita, quum illam pater uel occidere, noctis beneficio elapſa, in Arabiam profugit, ubi in arborem ſui nominis eſt conuerſa. Vide fabulam apud Ouid. 10. Metamor.

Myrrheus, a, um. Quod ex Myrrha eſt, *μύρρινος*, Proper. Myrrheaq; in parcis pocula cæca facis.

Myrrhinus, na, num, *μύρρινος*. Quod myrrham habet admiſtam, uel quod myrrha eſt conditum.

Myrrhinæ uinæ, *λιπαρομύρινοι* dicuntur, quæ myrrha condita ſunt

Myrrhapia, ſiue ut apud Plinium legitur, Myrapia, *μυράπια*. Genus pyrorum, quod odorem gratiſſimum reddit. Plin. libro 14. cap. 11.

Myrrhis, myrrhidis, *μύρρις*. Oleris genus cicutæ ſimillimū, foliis aliquanto minoribus, & breuiori caule, ſaporis & odoris iucundi. Vulgus herbariorum uocat Cicutariam.

Myrrhites, *μυρρίτης*, Gemma, quæ myrrhæ colorem habet, odoremq; unguenti. Plin. li. ult. ca. 10.

Myrſinites, *μυρσινίτης*, teſte Plinio libro 26. cap. 8 Species eſt tithymali, & foliis myrti acutis, compunctoribus, ſed mollioribus. ¶ Item Myrſinites gemma eſt, quæ melleum colorem nigricantem habet, & myrti odorem. Plin. li. 37. capite 10.

Myrſine, Myrtus ſylueſtris, uel Ruſcus. Dioſcor. libr. quarto, capite 142.

Myrſocantha, *μυρσάκανθα*, à quibuſdam appellatur Ruſcus, Frutex, quem Dioſcorides, *μυρσίνην ἀγρίαν*, hoc eſt, ſylueſtrem myrtum appellat. ¶ Eſt autem ex his nomenclatoris, quas eruditiores, ueluti nothas, à Dioſcoridis familia ſummouerunt.

Myrteria. à Theodoro conuertitur Tithymalus Myrſinites apud Dioſc. lib. 4. ca 170.

Myrtidion, Geranion apud Dioſcoridem libro tertio, capite 118. & ibidem in Corol. Barbar.

Myrtine, Periclymenon, apud Dioſcoridem libro quarto, capite 16.

Myrtopēralon, *μυρτοπέταλον*, Herba eſt, quam alio nomine Polygonaton appellant, à multitudine geniculorū. Autor Plin. lib. 27 cap. 11.

Myrtoſelinon, Auricula muris, apud Dioſcor. libro ſecundo, capite 103.

Myrtus, ſ. f. *μυρσίνη*. [Ital. Mirto. Gal. Vn arbre appelé meurte. Hiſp. Arrayhan moſcu que ſe labra. Germani. Myrtenbaum, Vuelſche oder trōmbde Heydelbeer.] Arbor baccas ſaporis præcipui producens, ex quibus uinum fit, quod Myrriten uocant. ¶ Item generoſum opſonium, quod dicitur Myrtatum. Plin. li. 16. ca. 19.

Myrtidānum, *μυρτιδανον*, Vini genus myrti ſylueſtris baccis conditum. Plin. libro decimoquarto, capite 16. Ramis teneris cum ſuis foliis in albo muſto decoctis, tuſis, libram in tribus muſti congiis deferuere faciunt, donec duo ſupereſſint. Quod ita ſylueſtris myrti baccis factum eſt, Myrtidanum uocant.

Myrtetum, pen. prod. n. ſ. Locus myrtis conſitus, *μυρσίνων*. [Ital. Luogo doue ſono piantati molti mirti. Gal. Vn lieu planté de meurtes. Hiſpani. Arrayhanal. Germani. Ein ort da vil Myrtenbäum ſtond.] Plaut. in Aul. Neſcio qui ſeruus è myrteto profluit. Horat. libro primo Epiſtol. ad Vallam, Sine myrteta relinqui, Sulphura contemni uicus gemit.

Myrtēus, a, um. Quod ex myrto eſt, *μυρσίνεος*. [Ital. Di mirto. Gallicè. De meurte. Hiſpanicè, Coſa de arrayhan. Germani. Von Myrtenbaum, oder von Vuelſchen Heydelberen.] Tibullus, Et gerit inſigni myrtea ſerta coma. ¶ Hinc myrteam Venerem priſci appellauerunt. Plin. lib. 15. capite 19. Ara fuit Romæ uetus Veneris Myrteæ, quā nunc Murtiam uocamus.

Myrtinus, a, um, pen. prod. eiuſdem ſignificationis, ut oleum myrtinum, *μυρσινέλαιον*. Plin. li. 23. ca. 4. Oleo myrtino ſi litum ſtatim reſoluitur.

Myrtites, uinum dicitur myrto conditum, quēadmodum Aromatites, uinum aromatibus imbutum. Columell. lib. duodecimo, capite 39. Vinum Myrtites ad termina ſic facito.

Myr, myos, piſcis nomen, uide in propriis.

Myſteria, orum, n. ſ. *μυστήρια* [Ital. Miſteri. Gall. Miſteres ſecrets concernans les choſes diuines. Hiſp. Los ſecretos del ſacrificio. Germ. Geheimnuſſe.] à Græcis dicuntur ſacra quædam arcana, quæ Latini ſeceſſa uocauerūt a dicta, quòd ea *δεῖ μύστας σιγᾶν ἐνδόθεν*, hoc eſt quòd ea intus oportet occludere, nec coliquam profanorē explicare. Nefas enim erat alicui aperire myſteria, qui ſacris non eſſet initiatus. Vnde Poëta uetuſto quo occecatus fertur quòd myſteria enuntiaſſet. Hinc non ſine myſterio fieri dicimus, quod occulta aliquorſacrorum ratione perficitur. ¶ Vnde Myſtæ dicti ſacra diſcentes, myſteriorum periti, diſcipuli. & initiari ſacris alicuius nominis, ut apud Auſonium, Senecā, & Papinium. ¶ Et Symmyſtæ, conſacerdotes eiſdem ſacris initiati. Quæ dictione Apuleius, Sidonius, & Hieronymus utuntur. In myſteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in uulgus enuntianda non ſunt. quum (autore Terentiano) omnibus myſteriis ſilentii fides debeatur. Scribit Euſebius libro 2 de Præparatione Euangel. in ſacris Iſidis & Serapidis fuiſſe Harpocratis ſimulachrum, quod digito labris impreſſo admouere uideretur ut ſilentium fieret. ¶ Myſteria etiam quædam feſta dicebantur in honorem Cereris celebrari ſolita, quæ & initiis dicebantur: de quibus aliqua diximus in uerbo Initior. Cic. ad Attic. lib. 6 Faciesque me in quem diem Romæ incidant Myſteria, certiorem, & quomodo hyemaris. Putatur autem hoc ſacrorū genus ab Eleuſine Attici agri oppido in reliquas terras trāſtuliſſe. Ibi enim duo erant Myſteriorum genera: maiora, quæ Cereri ſacra erant: & minora, in honorem Proſerpinæ filiæ eius inſtituta. Et quoniam utrorumq; cæremoniæ ſummo ſtudio occultabantur, factum eſt ut Myſteria pro arcanis ſæpe dicamus. Cicer. ad Attic. Neque enim ſunt Epiſtolæ noſtræ, quæ ſi perlatæ non ſint, nihil ea res nos offenſura ſit: quæ tantum habent myſteriorum, ut eas ne librariis quidem ſatis committamus.

Myſtagogus, myſtagogi, maſc. ſecund. *μυσταγωγός*. [Italicè, Sacri-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google